
Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

73.N.28.3Vol.

Digitized by Google

73. N. 28.
3. Vol.

Burier, Albertus

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THESAVRVS
LINGVAE LATINAE,
SIVE
FORVM ROMANVM,

OMNIVM LATINI SERMONIS
Authorum tum uerba, tum loquendi modos
pulcherrimè explicans.

Editio postrema plenior politiorq́; : unà cum Præfatione, rationem editionis, & usum totius Operis commonstrante.



Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiestat.

BASILEAE, M. D. LXXVI.

73 M 25
1
Digitized by Google

AD LECTOREM.

Non fuluo prædiues Arabs, non decolor Indus
Auro, non rutuli ſplendida ripa Tagi:
Non tantas Phrigij fama celebrata per orbem,
Oſtentabat opes aurea gaza Midæ,
Quantas hîc fundit ceu pleno copia cornu,
Romanumq́ Forum, doctaq́ Muſa uirûm,
Qui Latiæ quondam viguerunt munere linguæ,
Quos colit Auſoniæ maxima turba duces,
Seu tu muſarum iuuat affectare lepôres,
Seu te ſuſpenſum vocula rara tenet:
Hos tibi ſudatos hac tanta mole labores,
Has tibi quæſitas accipe Lector opes.

Digitized by Google

ALBERTVS BVRERVS FRANCO IVLIO SALMAE COMITI,

VIRO ILLVSTRI, S. P. D.

VI DOMVM *edificaturus est,* IVLI *Comes Illust. quali forma eam esse velit, prius cogitat: Corinthiáne, an Dorica, aut Ionica, aut Tuscana, an fortè ex his omnibus mixta atq; confusa, quod genus Italicum appellant. Habita verò quæ placeat forma, mox totâ mentis cogitatione, materiam ad ædificandum idoneam, conquirit, vt propositum ædificationis suæ quam maxima possit elegantia perficiat. Haud secus habet cum eo, qui orationis ex ædificationem constructionemq; meditatur: eum enim necesse est primùm formæ, deinde materiæ habere rationem: & formæ quidem, vt epistolæ, vt causæ, vt dialogi, vt historiæ: & hæc ipsa versûne, an liberiore solutioreq; dictione complecti velit: quo item genere dicendi, pleno, an tenui & breui, an eo quod suaui mediocritate laudatur. Verùm hæc omnia frustra excogitasset, nisi materiam, ex qua ipsa constructa, & in qua forma eluceat, aptam compararet. Materia autē orationis, partim est in verbis, partim in rebus ipsis. Sed vt nunc res omittamus, verborū simplicium cura prima est, altera coniunctorū: in quibus duobus tota non modò loquendi, verùm etiam eloquendi, ratio continetur. Quoniam verò eloqui non possis, nisi eligas (verborum enim delectus origo est eloquentiæ) eligere autem non nisi in copia & varietate possis, necessaria fuit operæ eorum, qui in hac parte laborarunt, & verborum copiam, varietatemq; conquisitam, digestam, explicatam nobis proposuerunt: quorum in numero habendi sunt qui lexica (nam dictionaria, vocabulariáne, vt appellem, quod pleriq; faciunt, vetat Latini consuetudo sermonis) qui Copias eorum, qui Apparatus, qui Obseruationes, Thesauros linguæ Latinæ, Commentarios, & Phraseis, atq; eiusdem generis alia nobis reliquerunt. Hi etenim omnes materiam dicendi scribendiq; suppeditare studiosis voluerunt: quorum conatus haud par est fortuna consecuta: alij enim tenuius, & certè infelicius, alij copiosius, & melius omnino, omnes tamen aliquid in commune contulere: atq; idcirco laudandi, quòd prodesse, atq; aliorum labores leuare conati sunt. Horum igitur & nos conatum industriamq; imitati, in Nizolio primùm, qui Ciceronis tantum & paucorum præterea, qui ad eum scripsere, verba sententiasq; complectitur, augendo, expoliendoq; & explicando, multum operæ laborisq; posuimus: deinde Nicolao Episcopio ac Hieronymo Frobenio, nobilissimis Typographis, & in pulcherrimo munere socijs, hortantibus, & petentibus, in hac opere concinnando elaborauimus: qui Thesaurus linguæ Latinæ primùm est appellatus, pòst secuta est Veneta editio, cui multum Marius Nizolius contulit. Nam & opus ipsum emendauit, & aliquot Latinis vocibus locupletauit. Verùm illud aliquanto fuit operosius, quòd etiam Græcas voces Latinis bellè respondentes adiecit: in quo & illud fecit, vt vbi plures vnam vocem Latinam explicantes inuenirentur, eas quoq; adscriberet, ne inopia Græcarū vocum studiosi laborarent. His duobus succesimus nos, qui primùm totum Opus recognouimus, innumeris certè corruptelis etiā tum fœdum: deindè adhibita iudicij lima, multa barbara & inepta, plurima in loquendi formulis potissimum, superuacanea & inutilia, expunximus, atq; horum omnium loco, Latina & necessaria substituimus. Existimauimus enim in omni genere & ratione loquendi, varietate retenta nihil opus fuisse, in singulas locutiones, innumeros authorum locos cōferre, nullam aut sanè leuem vtilitatem varietatemq; cōtinentes: quod non sine lectorum molestia, temporisq; quo nihil charius in tanta præsertim vitæ breuitate, nobis esse debet, iactura omitto sumptū, qui maior in tantam operis molem faciendus erat, idq; frustra. Quid enim opus est inutili prorsus labore atq; impensa miseros mortales onerare? Rectè enim M. Cicero, vitiosè fieri dixit ab iis qui minimum ma-*

Digitized by Google

gnum ſtudium, multamq́ operam, in res non neceſſarias conferunt: ſemper enim in omni re ſuperuacanea reſecanda ſunt naturam imitanti, quæ nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacaneum fecit, aut continet. Atq illud vbiq videndum eſt, NE QVID NIMIS: nam MODVS IN OMNI RE OPTIMVS, Cleobuli ſententia, qui fuit vnus è ſeptem quos Græcia ſapientes appellauit. Itaq nos, vt dixi, retenta omni neceſſaria cõmodaq́ varietate, in authorum citandis locis modum quendam adhibuimus, vt vnà multitudinis inconditæ confuſionem vitaremus in qua delectus eſſe non poteſt. Nam & ſi delectus eſt in multis, non tamen in infinitis, aut in nimis multis, ijſq́ ſimillimis inter ſe, nullaq́ varietate diſtinctis: quæ dubium potius efficiunt eligentem, quàm certum, dum quid potiſſimum in tanta ſententiarum ſimilitudine ſequatur, videre non poteſt. Qui autem iſtam multitudinem, & vt ipſi vocant, copiam, probãt, perinde faciunt, ac venalicij quidam, qui ſi quis eorum adeat tabernas, alicuius mercis gratia, vt panni aut alterius rei, cùm emptor diuerſa genera velit ſibi commonſtrari, vt delectus haberi poſſit, ille ſubinde ſimilia ac eadem ferè proponit: qui quidem quòd generum varietate non ſatis ſit inſtructus, etiam ſi multa eiuſdem generis habeat, ancipitem emptorem dimittit: quod nequaquam fieret, ſi rerum varietate, potius quàm multitudine ſuam tabernam compleuiſſet. Apparet igitur delectum non tam in multitudine & copia, quàm in varietate ſpectari: & rectè feciſſe nos qui vniuſmodi, & ob id molestam copiam, à multiformi iucundaq́ varietate ſeiunximus, ex quo perfacilis ſit vnicuiq verborum ſententiarumq́ ſelectio, atq orationis extructio, quacunq tandem forma & ſpecie eam eſſe præditam velit. In hoc autem opus, vt quanta eius ſit vtilitas intelligatur, non Ciceronis modò principis, verùm omnium quoq reliquorum linguæ Latinæ ſcriptorum ab ipſo Plauto, qui ætate cæteros qui extant, anteit, ad Claudianum uſq, qui Arcadij & Honorij floruit imperio, verba ipſa vſusq verborum, in compoſitione orationis conferuntur. Quod dico ita intelligi debet, vt ſcias nihil ferè in tota rerum natura, atq hominum artificio, cuius quidem facta à noſtris authoribus mentio ſit, inueniri, ſiue in æthere, ſiue in aquis, ſiue in terra, ſiue locis ſit, ſiue corpus, ſiue tempus, ſiue actio, (quibus quidem quatuor, omnia huius vaſtæ, ſed pulcherrimæ vniuerſitatis opera, includi M. Varro exiſtimauit) quod in hoc opere ſuum non habeat locum, notam & explicationem: ex quibus quanta ſit huius operis vtilitas, ſeu potius neceſſitas, facilè poterunt omnes qui in literarum ſtudijs operam aliquam ponunt, iudicare. Hanc vtilitatem augent voces Græca ſingulis vocibus Latinis, vt antè dixi reſpondentes, ita vt qui Latinam habeat vocem, ſtatim Græcam eadem opera habeat: qua inuenta, non erit difficile eius vſum in Græcæ linguæ commentarijs, ſiue lexicis, inuenire, quod alioqui pleriſq, rudioribus præſertim (quanquam & eruditis nonnunquam accidit) non vſqueadeò in promptu eſſe potuiſſet. Nam à Latina voce ad Græcam, à Græca in commentarios, vbi uſus traditur, atq authoritate confirmatur, tanquam manu ducentur. Vt autem fructum quem quiſq expetit, in facienda oratione percipiat, duo potiſſimum videnda erunt: primum vt vnum ſibi in omni genere proponat, eumq optimum & præſtantiſſimum, è quo verba ſumat, & cuius tum ſententias, tum compoſitionem, aliasq dicendi virtutes imitetur. Nunquam enim vllo in genere optimus euadet qui non optimos imitabitur. Secundum eſt, vt ne genera ſcriptionum confundat: ſed poema ſcripturus poetam reſpiciat, & hiſtoriam hiſtoricum, & cauſam acturus oratorem. Quod ſi etiam placeat, aut Dialogum aut epiſtolam conficere, Dialogorum atq epiſtolarum excellentem ſcriptorem ſibi proponat, niſi plane velit tota, quod dicitur, via aberrare. Ciceronem igitur, qui vnus verborum vbertate bonorum, & ſententiarum elegantia, & omni genere ornamentorum cæteris omnibus præſtat, ſibi ita proponet, vt quæ ex eo in hoc volumine citata legerit, ijs aptè atq appoſitè vtatur: quæ verò non inuenerit, ea licebit ab alijs ſumere (quod & nos in hoc opere exponendo fecimus) ſed hac lege, vt ab eo, qui ei maximè dicendi genere atq ætate proximus ſit,

ſumat.

Digitized by Google

sumat. Itaq; aut causam dicturus, aut epistolam, aut dialogum scripturus, aut artem traditurus, soluta tamen oratione, unum Ciceronem tota mentis acie intuebitur. Qui uerò rerum gestarum memoriam eadem oratione literis mandare cupit, Cæsaris puritatem, in primis, aut miram Sallustij breuitatem, aut Liuij copiam candoremq;, qui heroico uersu, Vergilij maiestatem imitari debebit: atq; idem in cæteris generibus erit faciendum, ut in lyricis Catullum & Horatium: in epigrammatis eundem Catullum & Martialem: in elegia Tibullum, Propertium & Ouidium: in Tragœdia Senecam & Coriolanum, qui Tragicos Græcos Latinis uersibus elegantissimè expressit. Quo igitur hæc omnia facilius consequantur, qui Latinis literis operam nauant, habent hic auctorum omnium Latinorum supellectilem, sanè locupletem tanquam in foro explicatam, ut unicuiq; liceat inspicere, & quantum uelit, non magno sanè precio, sed uberrimo tum fructu, sibi comparare. Itaq; THESAVRVS lingua Latinæ, aut si placet, FORVM ROMANVM, uel utroq; modo hoc præclarum opus inscribi potest. Nam quomodo antea inscriptum erat, Dictionarium siue Thesaurus, non uideo qua ratione de lingua Latina præcipientes, uoce non Latina uti uoluerint. Dictionarium enim ut dicamus, nulla ueterum unquam authoritate probabunt. Sed conuenienter factum est, ut in quorum lucubrationibus inter Latinas uoces etiam barbaræ, ut antè diximus, legerentur, ab his inscriptionis uerba non abhorrent, ut statim inscriptione lecta omnes intelligerent, quid ab eo opere expectare deberent. Quare nos quoniam author duobus nominibus opus inscripserat, altero barbaro, altero Græco, & sequens corrector errorem non correxerat, bino nomine Platonis & Ciceronis more inscripsimus, ac Thesaurum linguæ Latinæ, siue Forum Romanum, ut Latina appellatio Græcam non ad uerbum, sed ornatè explicaret, appellandum censuimus, quod quidem non sine ratione à nobis factum esse quisquam existimare debet. Fuit nanq; in urbe Roma omnium uetustissimum & ornatissimum, FORVM ROMANVM LATIVM quoq; nuncupatum, unde Latina lingua dicta, & ut poeta ait, Genus unde Latinum, Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ. In eo enim templum Concordiæ pulcherrimum fuit: in eodem nomina Regum, Consulum, Dictatorum ac Tribunorum, ad Augustum usq; principem insculpta legebantur: itemq; eorũ qui Triumphum ducere meruerant, & quo tempore triumpharant, atq; alia Romanæ maiestatis monumenta plurima ibidem extiterunt. Huius Fori celebritate & maiestate adducti, nos hoc opus, in quo tot Romanæ Latiæq; linguæ principum nomina & monumenta leguntur, Forum Romanum appellari meritò posse censemus. Et quidem illius Fori dignitas ac maiestas iamdudum concidit, atq; ita concidit, ut uix eius uestigium extet: huius autem nostri gloria, quoniam scriptorum clarissimorum literis constructum est, manet: ac si qua in parte diminutum uetustate atq; hominum ignauia fuerat, eruditorum ac diligentium industria subinde instauratur ac renouatur: tantum possunt eruditorum uirorum monumenta, ut rebus caducis & momentaneis immortalitatem quandam afferre posse uideantur. Huius igitur clarissimi Fori nos te, ô, SALMEORVM decus Heroum IVLI, patronum optamus, cuius patrocinium, cùm maiorum tuorum claritate & gloria, tum uerò tua uirtute, pietate, literis, humanitate, iamdudum meruisti. Neq; enim obscura est Salmæ Comitum antiqua nobilitas & uirtus, qua genus tuum, ad magnorum penè principum gloriam euexerunt, Atq; ut uetera illa præteream, quantus belli & pacis artibus fuit pater tuus Nicolaus? quot legationum muneribus Regis Ferdinandi nomine, qui nunc Imperator Augustus salutatur, sapientissimè functus? quoties summa cum laude ac felicitate equitum turmas duxit? hæc clarissimorum historicorum monumenta testantur: senseruntq; infestissimi Christiani nominis hostes Turcæ, atque alij Caroli & Ferdinandi Cæsarum hostes: quam etiam ob causam ab eisdem fratribus tantis est præmijs & honoribus auctus, quantis à maximis principibus, uir fortissimus & sapientissimus debuit. Quid de patruo tuo Beodurensi siue Pa-

Digitized by Google

tauiensi pontifice dicam? cuius fidem, constantiam & prudentiam, toties est expertus Rex, quoties grauius aliquid in deliberationem venit. Magnificentiæ verò eius, humanitatis & charitatis tanta extitit vis, vt non modò in propinquos & vicinos, verùm etiam in remotissimos extenderetur, atq; in eos maximè, in quibus aliqua virtutis aut eruditionis significatio eluscere videretur. Nemo ab eo violatus: multi beneficio & liberalitate adiuti. A tanto maiorũ splendore minimè degenerarunt posteri, inter quos tu plurimis cùm fortunæ tum animi bonis tanquã lucidissimum sidus enitescis. Res familiaris, cùm ampla, tum uirtute ac bonis artibus aucta, tum casta à cruore ciuili: eruditio non vulgaris, & maior quàm hodie soleat in tantæ fortunæ hominibus inueniri. De humanitate quid dicam? quam tantam esse prædicant, qui te propius nouerò, vt ad eam unam natus & factus esse videare. Inter hos est filius meus natu minor, cuius tu mores pietatemq; mirificè probas, & cum quo de me, meisq; rebus multùm & familiariter egisti, prioristiq;, vt de meis lucubrationibus te certiorem faceret, cupere te omnia, si fieri posset, habere, eaq; perlegere. Hæc sunt veræ nobilitatis ornamenta, non modò ipsum eruditione excellere, verùm etiam qui eruditionem qualemcunq; præ se ferunt, diligere & colere. Mitto studium puioris religionis, quo incensus, illud præcipue habes in votis, vt Deus Opt. Max. rite colatur, CHRISTI regnum floreat, & sublatis impedimentis, suum pristinum nitorem Resp. Christiana, parta vbiq; læta & salutari pace, recipiat. Hæc ego omnia mecum reputans, vt meæ erga te voluntatis significationem aliquam darem, hoc opus in tuo nomine apparere volui, teq; orare, vt eius patrocinium suscipere (res est Iulio Salma non indigna) ne grauere: me ac meos amare ornareq; pergas. Vale ex inclyta Basilea, Anno CHRISTI SERVATORIS M. D. LXI.

Idibus Martij.

Digitized by Google

AVTHORVM, EX QVIBVS VERBA ET LOQVENDI MODI IN HOC OPERE CITANTVR, NOMINA PER

etates in certas classes distributa, ut perfecti ab imperfectis, meliores à deterioribus secernantur, & delectus de quo in præfatione egimus, haberi in utendo possit.

VETVSTI IMPERFECTI ET *inelegantes, sed proficientes.*

Plautus poeta.
Cato de Re rustica.
Terentius poeta.
Lucretius poeta.

MEDII IN SVO GENERE *perfecti & elegantissimi.*

Varro
Salustius historicus.
Cæsar historicus.
CICERO *princeps.*
Liuius historicus.
Catullus poeta.
VIRGILIVS *princeps.*
Tibullus poeta.
Propertius poeta.
Horatius poeta.
Ouidius poeta.
Cornelius Celsus medicus.

POSTREMI IMPERFECTI *& deficientes.*

Columella de Re rustica.
Valerius Max. historicus.
Seneca philosophus.
Seneca poeta.
Lucanus poeta.
Silius Italicus poeta.
Valerius Flaccus poeta.
Valerius Martialis poeta.
Persius poeta.
Iuuenalis poeta.
Statius poeta.
Pomponius Mela Geographus.
Plinius historiæ Naturalis author.
Plinius nepos.
Quintilianus Rhetor.
Cornelius Tacitus historicus.
Q. Curtius historicus.
Claudianus poeta.

EX QVIBVS AVT GRAMATICIS AVT *varij generis correctoribus interpretationes sumantur.*

Catone.
Varrone.
Cicerone.
Asconio Pædiano.
Columella.
Quintiliano.
Porphyrione.
Prisciano.
Probo.
Diomede.
Acrone.
Laurentio Valla.

Festo

Digitized by Google

Festo Pompeio.
Plinio maiore.
Strabone.
Pandectis Iuris ciuilis.
Aulo Gellio.
Macrobio.
Donato.
Nonio Marcello.
Seruio.
Vegetio.
Vitruuio.
Hermolao Barbaro.
Ruellio.
Perotto.
Calepino.
Erasmo.
Budæo.
Hadriano Cardinale.
Linacro.
Alciato.
Cælio Rhodigino.

DE NVMERIS QVIBVS AVTHORVM LOCI CITANTVR.

In Terentio citando ternæ numerorum notæ sunt: quarum prima actum significat, altera scenam, tertia versum.

In Plauti testimonijs, prior numerus vel argumentum, vel prologum, vel scenam: posterior, versum indicat.

Plinij Iunioris loci vnico numero notantur, qui epistolam indicet, vt ab auunculo Naturalis historiæ authore, distingueretur.

In Ciceronis epistolis citandis, liber, epistola & versus notantur: in alijs eius operibus liber & versus, interdum etiam versus tantum, vt in orationibus atq; alijs nonnullis.

In Catone, Varrone, Columella, Plinio maiore, librum & caput notauimus: in reliquis quoniam ex varijs exemplaribus testimonia citantur, non ita certi sunt numeri.

Verùm hæc tu lector pro tua diligentia facilè & cognosces, & reperies.

Digitized by Google

THESAVRVS LIN-
GVAE LATINAE, SIVE FO=
RVM ROMANVM, RENOVATVM
& expolitum.

A

LITERA Vocalis, prima in alphabeti ſerie. Cic. 1. de Diuinatione, 47. Sus roſtro ſi humi A literã impreſſerit, nũ propterea ſuſpicari poteris Andromachã Ennij ab ea poſſe deſcribi?

A & Ab, ἀπὸ, παρὰ, πρὸ, præpoſitiones ſunt ablatiuæ eiuſdẽ ſignificationis. Differunt aũt in orationis contextu, quòd A nunquã præponitur dictionib. à uocali incipientib. Ab uerò, teſte Priſciano, non modò uocalibus ſequentibus adhibetur, ſed etiam conſonantibus, ſi nulla aſperitas uocis prohibeat: ut, Ab ducibus, ab Ioue, ab legione, ab nobis, ab rege, ab re, ab ſummo, ab ſe, ab tuo. Quibus tamen & cæteris conſonantibus nunc frequentius præponitur A.

A præpoſitio, producitur & grauatur in contextu, Priſc. lib. 2. de dictione.

A uel Ab iunctum cum uerbis paſſiuis, cauſam efficientem, ſiue (ut loquuntur alij) perſonam agentem ſignificat. ut, Victus eſt à Scipione. Id eſt, uicit eum Scipio. Quintil. li. 12. c. 1. Fabricius reſpondit à ciue ſe ſpoliari malle, quã ab hoſte uænire. Idẽ l. 9. c. 2. An ab eo fuſtibus uapulaſſet. Verti poteſt hic ablatiuus in datiuũ, Græco more. Virg. Aeneid. 1. Neq; cernitur ulli. Id eſt, ab ullo. Ibidem, Nulla tuarum audita mihi, neq; uiſa ſororum.

A meis ciuibus ea res mihi fuit honori, id eſt, Ob eam rem honoribus affectus ſum à ciuibus meis. Cic. pro Milone 74. beatos eſſe quibus ea res honori fuerit à ſuis ciuibus.

A nobilitate igitur periculum. Subaudi, Eſt, Impendet, Immineat, aut aliquid ſimile. Cic. lib. 2. de Diuinat. 69.

Ab aliquo infeſtus ager. Liu. 1. Decad. lib. 6.

Ab aliquo perire, id eſt, occidi. Plin. lib. 11. cap. 37. 59.

Ab aliquo interire. Cic. lib. 1. Acad. quæſt. 41. Nihil enim ualẽtius eſſe à quo intereat. id eſt, à quo redigi poſſit in nihilũ.

A & Ab, interdum poſtponuntur ſuis ablatiuis. Tacitus Annalium lib. 2. Orſus oppido à Canopo. Ibidem lib. 2. Quinta ab hora diei ad noctem cæſi hoſtes.

A & Ab, motum à loco ſignificant: ut, A uilla redeo, ab agro, uel ab agris. Venio ab urbe, ab Italia. Virgil. 2. Aeneid. Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat, A Tenedo.

A & Ab, interdum per Cum declarantur, ſeruiuntq; tempori ſignificãdo, ut, A paruo te noui. Hoc eſt, cum adhuc paruus eſſes. Huius generis ſunt quæ ſequuntur:

Ab adoleſcentia. Cic. 2. de Finib. 154. Tua erga me & erga Philoſophiam uoluntate ab adoleſcentia ſuſcepta. Sic Terent. Adelphis, 1. 1. 16.

Ab adoleſcentulo. Cic. pro Quintio, Nam qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio.

A cunabulis. Plaut. Pſeud. 11. 48. Quid ſapit? CH. uſq; à cunabulis, pro eo quod eſt ab infantia.

A primis cunabulis. Columel. lib. 1. cap. 3. Vide oriundus in Orior. Vide item Cunæ.

Ab incunabulis. Liu. 4. ab Vrbe, Ab incunabulis imbutum odio Tarquiniorum.

Ab ipſis dicendi incunabulis. Quintil. in proœm. lib. 1. b.

Ab ineunte adoleſcentia, uel ætate. Sic pro lege Manilia 1. Sed meæ uitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerũt. Id eſt, ab adoleſcentia. Cic. 2. Offic. 62. Idem Octauio lib. 13. 22. 1. M. Aemilius Auianus ab ineunte adoleſcentia me obſeruauit, ſemperq; dilexit.

Ab infante. Colum. lib. 1. cap. 8. 2.

Ab infantibus, id eſt, à pueris. Celſ. lib. 7. cap. 7

Ab infantia prima. Tacit. Annal. 1.

Ab initio ætatis. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. epiſtolarum, 3. 10.

Ab iuuenta, Liu. 6. bel. Pun. 98.

A paruis, idem. Terent. And. 3. 3. 8. Cic. 2. de Leg. 15. A paruis enim Quinte didicimus.

A paruulo. Terent. Adel. 2. 1. 23.

A paruulis duritiæ & labori ſtudent. Cæſar 6. Bel. Gall. 77.

A prima adoleſcentia. Cic. ad Lentulum, epiſt. lib. 1. epiſt. 9.

A prima ætate. Cic. lib. 1. epiſt. 4. 13.

A primordio ſui. Tacit. lib. 19. Hic exitus Cremonam habuit anno ducenteſimo ſexto, à primordio ſui.

A principijs ita diligentior fiat puer. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.

A puero, & à pueris. Cic. 4. Acad. 205. Diodoro quid faciam Stoici, quẽ à puero audiui? Idem ad Cæſarẽ li. 13. 17. 7. Cic. 1. Tuſc. 90. Nec uerò fieri ullo modo poſſe, ut à pueris tot rerum notiones haberemus.

A puero paruulo. Plaut. Merc. 3. 89.

A puericia. Cic. 2. Tuſc. 49. Hæc & à puericia legimus, & diſcimus. Terent. Heaut. 1. 2. 9. Iam inde uſq; à puericia.

A puſillo puero. Plaut. Sticho, 4. 22. Quia iam inde à puſillo puero ridiculus fui.

A tenero & à teneris. Colu. lib. 5. cap. 6. 17. Eam partem cœli ſpectent, cui à tenero conſueuerunt. Id eſt, cum adhuc teneræ eſſent. Virgil. lib. 2. Georg. Adeò à teneris conſueſcere multum eſt. Subaudiendum, annis.

A teneris unguiculis. Cic. Lent. lib. 1. 6. 4. Hoc eſt ab infantia.

A & Ab, finitum rei alicuius aut temporis terminum ſignificant: & ferè ſequitur ad uel uſq; ad, aut aliquid idem pollens: ut, à principio ad finem.

Ab auo. Terent. Phorm. 2. 3. 48. Progeniem ueſtram uſq; ab auo, atq; atauo proferens, id eſt, ab aui tempore.

Ab aurora. Plaut. Pœn. 4. 6. Vſq; ab aurora ad hoc qd'eſt die.

A calce ad carceres. Id eſt, à fine ad principium. Cic. de Senectute, 76. Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpacio, à calce ad carceres reuocari. Hoc eſt, à ſenio ad puericiam.

A capite uſq; ad calcem, id eſt, totum: Nonnunquam, ab initio ad finem: interdum, à ſummo ad imum. Plaut. in Epid. Contempla Epidice ab unguiculo ad capillum ſummum. Horat. lib. 2. epiſt. 2. 1. Candidus, & talos à uertice pulcher ad imos. Hieronymus in præfatione libri, quem uerba dierum inſcribunt Hebræi, Contuli cum eo à uertice, ut aiunt, uſque ad extremum unguem. Plerunq; etiam à capite id ſignificat quod à præcipuo autore, à fonte, ab origine.

A cœlo ad terram percontari: Quaſi dicas, quacunq; de re,

a ab ex-

Digitized by Google

ab extremo initio usq; ad supremum finem. Sic apud Plaut. in Persa, lib. 36. licitatori roganti, num ex puella quædam scitari liceret, uenditor quantum uellet percontari permittens, A cœlo, inquit, ad terram quod lubet.

Ab extremo. Liu. 1. ab urbe, 121. Ab extremo orsi, ad primos exciuere Albanos.

A fundamento. Plaut. Rud. 13. 55. Qui à fundamento mihi usque mouisti mare. Pro à fundo. A fundo, Virgil. 2. Aneid. Atque imò Nereus ciet æquora fundo. Ab infimo, Plautus Mostel. 10. 40.

Ab humili ad summum. Cic. 2. Tusc. 7. atq; oratorum quidem laus ita ducta ab humili uenit ad summum.

Ab illo tempore. Cic. 6. Verr. 26. Habuit secum eos ab illo tempore. Idem pro lege Manilia, sed ab illo tempore tertiũ iam annum & uicesimum regnat.

Ab octaua. Iuuen. Saty. 1. Cic. Phili p. 102. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.

Ab imis unguibus. Cic. pro Rosc. Comœ. 11. Nonne ab imis unguibus usq; ad uerticem summum (si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus uidetur? Id est, ab unguibus pedũ, ut dici solet, à planta pedis.

Ab initio, (ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἀρχῆθεν.) Cic. ad Brut. 10. 2. Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Vide initium.

A linea incipere dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Sumpta est metaphora ab his qui cursu certant in stadijs. Nam ijs linea quædam ducitur, ad quam ex æquo stent, donec currendi signum accipiant. Hinc est illud Tertulliani lib. aduersum Marcionem, 1. Age igitur ad lineas rursus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod est ab integro. Eandem habet sententiam & illud, A carceribus: metaphora utiq; sumpta à stadijs, in quib. carceres erant repagula quædam, unde cursus initium erat. Itaq; à carcere, aut à carceribus, id significat quod ab ipso rei principio.

A mane. Plaut. Milit. 9. 29. Longum diutinumq; à mane usque ad uesperum.

A media nocte togatus ero, Martial. lib. 10. 8. 2.

Ab ouo usq; ad mala, dixit Horat. lib. 1. Serm. saty. 3. 2. pro eo quod est, Ab initio conuiuij usq; ad finem. Antiquitus enim cœnam ab ouis auspicabantur, malis finiebant. Erit uenustius, si longius trahatur, Ab ouo usq; ad mala, id est, toto colloquio, tota nauigatione, aut toto opere.

Ab omni æternitate uixit animus. Cice. lib. 1. De diuina. 188. id est, quod dicunt ab æterno.

Ab omni uetustate acceptum. Cice. de Aruspic. resp. 27. Cæremonias ab omni uetustate acceptas, à Brogitaro pollui nõ sinit.

A pridie Idus Septembris. Plin. lib. 11. cap. 16. Gignitur mel eximium maximè Arcturi exortu à pridie Idus Septembris.

A prima luce. Cæsar bell. ciuil. lib. 1. Hoc idem postero die à prima luce faciunt.

A primo lucis. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 5. A primo lucis in cœnæ tempus.

A primo, pro à principio. Terent. Phor. 4. 2. 14. Petam hinc unde à primo institui. Cic. Att. lib. 16. 314. 6. Sed hoc à primo cogitauit. Eidem lib. 10. epist. 173. 11. Tuas nũc epistolas à primo lego. Eidẽ li. 16. Vtinã à primo ita tibi esset uisum.

A principio. Terent. And. 1. 1. 21. Rẽ omnẽ à principio audies. Cic. Att. lib. 7. 121. 4. At uellem à principio te audijsse.

Ab seculo ad seculum uiuunt. Plaut. Milit. 14. 86.

A summo. Plau. Mil. 11. 40. Plenã à summo, subaudi ad imum.

A uestigio. Plin. lib. 7. cap. 17. Quod sit hominum spatium à uestigio ad uerticem, id esse passis manibus inter longissimos digitos obseruatum est.

Ab Sylla & Pompeio Consulibus, id est, à Consulatu Syllæ & Pompeij. Cic. contra Rullum, 60.

A & Ab separationẽ significant. Terent. And. 1. 1. 121. Ita tum discedo ab illo. Cice. Curioni, lib. 2. Ego te abfuisse tandiu à nobis, & doleo, &c. Longissimè ab occasu. Vide in Lõgùs.

A uel Ab pro cõtra, ut nõnullis placet. Virg. in Melib. Ĩ tenera defendo à frigore myrtos. Hoc est, cõtra frigus. Cic. pro Fonteio, 31. A quo periculo defendite iudices ciuem fortem. Plin. lib. 20. cap. 17. Vestes quoq; à tineis defendit.

A uel Ab, pro præter siue cõtra, teste Donato. Vnde ab re significat præter siue contra utilitatem, aut sine utilitate, cui contrarium est è re, id est, ad utilitatem. Sæpius autem usurpatur cũ particula negatiua. Plaut. Asin. 5. 71. Haud ab re aucupis. Plin. lib. 33. cap. 8. id quod notasse, non ab re. Hoc est, non inutile, Aut præter propositum.

Ab re consulere alicui: hoc est, contra commodum. Plaut. Trinum. 5. 12. de amore subdolè blanditur, ab re consulit.

Ab re orare. Plaut. Capt. Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam. Id est, ne quid ores alienum ab honesto.

Ab re, pro Ob eam rem. Liuius 1. ab Vrbe, 71. Quinq; dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibatur annum q; interuallũ fuit: id ab re, quod nunc quoq; tenet nomen, interregnum appellatum.

Ab re tua, pro à negotijs tuis familiaribus. Ci. ad Att. 12. 236. 3. Tantúmne ab re tua est otij tibi, ut etiam oratorem legas? Vide Otium.

Non ab re. Suet. in Augusto, Non ab re fuerit subtexere quæ ei priusquam nasceretur, in ipso natali die deinceps euenerint. Hoc est, Non alienum à proposito.

Non ab re significat etiam sine causa, ut, Non ab re te semper feci plurimi.

A uel Ab pro post, uel statim, seu continuo post: ut, à tentaculo, à funere, à cibo, à somno, ab labore, &c. Cl. de Senec. 17. Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus. Hoc est, post cuius mortem. Cic. 3. de Oratore 5 Cic. Att. lib. 1. 3. 3. Quod mihi mandaras, ut primùm à tuo digressu Romam ueni, confeceram. Idem 1. Acad. 66. Qui quartus ab Archesila fuit. Sic dicimus, à rege secundus. Hoc est, post regẽ primus. Liu. 3. ab urbe, Neq; hostium à tergo incursum uidit. Plin. lib. 16. cap. 39. Scipionis classis quadragesimo die à securi nauigauit, id est, postquam casa est materia.

A uel Ab, pro eo quod est Pro, utiq; cũ his uerbis Sum, Sto, Facio, Dico, Ago, & similibus. Cic. in Brut. 148. Vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentam q; dementiam, à senatu & à bonorum causa steterit constantius Idem pro Cluentio, 74. Non modò dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. Idem lib. 1. de Orato. 29. Sed uide ne hoc Scæuola totum sit à me. Et 2. Tusc. 11. Quid enim dicant, & quid sentiant hi qui sunt ab ea disciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Rursum lib. 1. de Inuent. 102. Commune est, quod nihilo magis ab aduersarijs, quàm à nobis facit. Pro superioribus locutionibus dicunt etiam eleganter Latini, Cum aliquo facere, Cum aliquo stare, Pro aliquo esse. Sed et cum his magnam habent affinitatem quæ sequuntur exempla. Cice. lib. 2. de Inuent. 165. Locus communis à translatione, & contra eum qui translationem inducit. Et lib. 2. ad Heren. 41. Communes loci sunt à testibus, contra testes: à quæstionibus, cõtra quæstiones: ab argumentis, contra argumenta: à rumoribus, contra rumores.

A Platone & Aristotele homines, id est, Academici & Peripatetici, siue Platonici & Aristotelici, Platonis & Aristotelis doctrinam sequentes. Cic. pro Muræna 58. Nostri inquam illi à Platone & Aristotele moderati homines & temperati, aiunt apud sapientem ualere aliquando gratiam.

A uel Ab,

Digitized by Google

A uel Ab, pro ἔνεκα, siue pro, quod pertinet ad. Cic. pro Rabirio, 16. Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, sed etiam à sermone. Idem lib. 7. ad Att. 134. 4. Sumus enim flagitiosè imparati cùm à militibus, tum à pecunia. Idem lib. 3. de Orat. 79. Hæc cum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit. Emendatiores tamen codices præpositionem non habent, sic, & cæteris silentiũ fuit. Plaut. Epid. 3. 26. A' morbo ualui, ab animo æger fui. Idem Curc. 2. 51. Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Id est, eam nunquam attigi. Terent. Hecyra. 1. 2. 70. Narratq; ut uirgo à se integra etiam tum siet. Cic. Att. Cùm Romæ à iudicijs fòrum refrixerit. Huc etiã illa pertinent. Plau. Trucul. 3. 20. Bis perijt amator, ab re, atq; animo simul. Idem Ciste. 2. 51. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Terent. Phorm. 2. 2. 26. Otiosus ab animo. Plancus Ciceroni lib. 10. epistola 15. Et Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. Cælius Ciceroni lib. 8. epist. 10. Ego quidem præcipuum metum, quòd ad te attinebat, habui, qui scirem quàm paratus ab exercitu esses, Cic. in Bruto 32. Acuti sunt, elegantes, faceti, breues. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. Idem Post reditum ad Quir. 5. Me nudum à propinquis, nulla cognatione munitum, &c. Pro domo sua ad Pontifices. 146. Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda Respublica magistratibus? In Bruto. 120. Erat ab oratoribus quædam in fòro solitudo. Ad Quint. fratrem, lib. 2. 16. 11. Sic enim habeto, nunquam me à causis & iudicijs districtiorem fuisse.

Ab hac parte. Planc. Cic. lib. 10. 24. 18. Securos uos ab hac parte reddemus.

A uel Ab, pro per. Plau. Rud. 12. 20. Ab se cantat cuia sit. Idem Bacch. 17. 22. Nunc ab transennà hic turdus lumbricũ petit: id est, per trãsennam. Hoc prouerbio significatur quis in magno uersari discrimine, suoq; periculo esse proximus. Cic. li. 3. de Legibus. 5. 2. Cui ne reditus quidẽ ad bonos, salutem à bonis potuit afferre: id est, per bonos. Idem pro Milone 42. Adde casus, adde incertos exitus pugnarũ, Martẽq; communem: qui sæpe spoliantem iam & exultantem euertit, & perculit ab abiecto: id est, per eum qui abiectus est & prostratus. Idẽ li. 6. ad Att. 110. 8. Ex Idib. Maij in Ciliciam, ut ibi Iunius cõsumatur, uelim tranquillè à Parthis. Hoc est, Mihi p Parthos liceat totũ Iunium agere trãquillè in Cilicia.

A uel Ab, pro de, teste Donato. Plaut. Cistel. 9. 7. Hinc ab ostio iacentem sustuli. Idem Merc. 8. 9. Ab ostio omnia istæc audiui. Suet. in Vesp. ca. 23. Alterum ad Iuniam Caluinam à gente Augusti pertinere dicebat: alterum ad Parthorũ regem, pro de gente. Mart. lib. 10. 103. Ipsa protinus à uia salutes.

A fòris, Plin. lib. 17. cap. 24. 12. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora, aut æstus, quoniam in ulcus penetrat omnis à fòris iniuria. Vide à fòris.

A uel Ab, pro uersus, seu pro eo quod uulgò de parte dicimus. Cic. ad Brut. 10. 8. Firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Dicitur et à parte, pro eodem. Plin. li. 13. cap. 25. Laudatissimo à parte Aquilonis aut cum spongijs. Idem lib. 12. cap. 15. Myrræ caudex crassior quàm thuris, & ab radice etiam, quàm reliqua sui parte. Cæsar lib. 6. belli Gallici, de Vrsi, Amplitudo cornuum, & figura, & species, multum à nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiosè conquisita, ab labris argento circuncludunt. Pro eo quod est à parte labrorũ ipsorum cornuũ. Cic. 1. de Diuin. 19. Quod faciebat etiam Panætius, requirẽs Iupiter ne cornicem à læua, coruum à dextra canere iussisset.

A contraria aure instillare. Pli. li. 24. ca. 10. Erasistratus hædere acinos quinq; tritos in roſaceo oleo, calefactosq; in cortice punici, instillauit dentium dolori à contraria aure.

A uento aliquid opponere. Plin. lib. 17. cap. 2. de arboribus, Aquilone maximè gaudent, dẽsiores ab afflatu eius lætioresq; & materiæ firmioris. Qua in re pleriq; fallunturcum in uineis pedamenta nõ sint à uento eo opponẽda, & id tantùm à Septentrione seruandum.

A uel Ab cum Ablatiuo personæ, eleganter domicilium significat, ut, à iudice uenio. Hoc est, à domo iudicis, quod ineptè dicitur de apud. Teren. And. 4. 5. 15. Vnde est? dic clarè, MY. A' uobis: id est, à domo uestra. Ibidem, Sed Mysis ab ea egreditur. Sic à me, à milite, à Glycerio, apud eundem. Plau. Trucul. 17. 74. Ab se egreditur fòras. Idem Cistel. 9. 6. Hæc cistella num'nam hinc á nobis domo est? Pro eo quod est, ab hac domo nostra.

A uel Ab sequente quoq; præpositione ad, uel ipsa subaudita, plerunq; utimur, ubi ab una re ad aliam fit transitus. Quod genus nonnulli ex grammaticis, motum interiorem, alij cõmutationem rei appellant: ut, à nequitia ad bonam frugem se reuocauit. Terent. And. 1. 1. 51. Ita ut ingenium est omniũ hominum ab labore procliue ad libidinem.

A remo ad tribunal, dici solitum, ubi quis repentè ab infima cõditione prouehitur ad honesti muneris administrationem. Ex Syriano Hermogenis interprete.

A uel Ab nonnunquã ponitur pro Italica præpositione Dal: præsertim ubi res significatur unde quid incipiat: ut, à frigore solet febris incipere, à potu quidam prandium incipiunt. Plin. lib. 7. in præfat. A supplicijs uitam auspicatur, animal cæteris imperaturum.

A fronte & à tergo, Cic. 3. Philip. 146. A tergo, à fronte. à lateribus tenetur: id est, undiq;, Liu. 5. bel. Pun. 115. Cætera à fronte pulsa, à tergo atq; alijs circunuenta acies.

A fronte & à tergo uidere, hoc est diligenter inspicere, et præterita cum præsentibus ac futuris conferre. Eodem sensu dicimus, à fronte simul & occipitio. Ex Homero.

A fronte præcipitium, à tergo lupi. Cum aliquis hinc atq; hinc duobus maximis premitur malis, ut in utruncunq; inciderit, pereundum sit.

A pectore denudari. Cic. 5. Verr. 27. Ne denudetur à pectore, ne cicatrices pop. Romanus aspiciat.

Ab exteriori parte læuis uncus. Celsus lib. 7. cap. 26.

A uerecundia: id est, præ uerecundia, propter uerecundiam. Iacentem hostes superfusi oppresserunt, cognitumq; primum à uerecundia memoriaq; meritorum haud secus quàm ducem suum attollunt.

Ab illo friget: id est, præ illo, seu illius comparatione. Erasmus in 18. cap. Lucæ: Scio sic alicubi loqui Gellium, Friget ab illo, pro eo quod est, friget comparatus ad illum.

A propter, ut Ab secundis rebus incauti: id est, Ob res prosperas parum sibi cauentes. Liuius 6. bel. Maced. Non tam ab ira nec ab odio, quàm ut miles sentiret, &c. id est, propter iram. Plin. lib. 2. cap. 8. Tertium sidus Martis, quod quidam Herculis uocant, ignei ardentis à solis uicinitate, binis ferè annis conuerti.

A sole dolet. Plin. lib. 24. cap. 5. Cupressi folia trita, serpentium ictibus imponuntur, & capiti cum polenta, si à sole doleat.

Ab pro erga, Cic. pro S. Rosc. Amer. 52. Præest huic quæstioni uir, & contra audaciam fortissimus, & ab innocentia clementissimus: id est, erga innocentes, uel pro innocentia.

A uel Ab, pro à parte, siue ex parte. Liu. lib. 1. ab urbe: Principes utrinq; pugnam ciebant: ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hostius Hostilius.

Ab Romanis tubæ cornuaq; cecinerunt. Liu. 3. Decad. lib. 10.

Ab antesignanis pila nõ cessabant. Liu. 3. Decad. lib. 10. id est, non cessabant antesignani pila iaculari.

Ab aliquo legare, Cic. pro Cluentio 25. Itaq; ei testamẽto legat

Digitized by Google

grandem pecuniam à filio, siqui natus esset, ab secundo hære de nihil legat. Idē in Topic. 9. Si paterfamiliâs uxori ancillarum usumfructū legauit à filio, neq; à secundo hærede legauit, mortuo filio mulier usumfructum non amittet.

Ab aliqua re otium uel tempus habere. Terent. Phorm. 5.5.3. otium à senibus ad potandum ut habeam. Cic. 1. Ver. 22. Et qui omne tempus, quòd mihi ab amicorum negotijs datur, in his studijs laboribusq; consumam.

A uel Ab, proximitatē loci significat, Cic. lib. 1. Acad. Nunciatum est nobis à M. Varrone, uenisse eum à Roma pridie uesperi. Hoc est, non ex ipsa urbe Roma, sed (ut uulgus loquitur) de prope Romā. Alioqui non solet Cicero temerè addere præpositionem proprijs urbium nominibus. Liu. Flauius supplementū ab Roma abduxerat: id est, de locis urbi Romæ propinquis. Cic. Att. lib. 3. Neq; de illius itinere quicquam certi habebamus, nisi eum ab Epheso antè aliquantò profectum. Cic. in Verrem: Nam Brutus ab Roma aberat. Nam à uel ab, sic differt ab è uel ex. A theatro uenit, qui à loco qui est iuxta theatrum uenit. E theatro uenit, qui in ipso theatro fuit. His cōtraria sunt Ad & In: ut, Eo ad templum: & eo in templum. Author Seruius in arte. Hæc tamen differentia interdum confunditur ab authoribus.

A uel ab, iunctum cum certis nominibus, ministros significat, ut, à manu, à studijs, à cōmentarijs, à libellis, rationibus, pro ministro uel seruo qui præest studijs, cōmentarijs, libellis, rationibus. Et in his subauditur nomen Seruus: quod interdum etiam exprimitur. Dicuntur autem per omnes casus eadem terminatione. Rectè enim roges: Quid agunt à pedibus: ut, Serui subaudias. Sic, Missi à pedibus, dedi à pedib. meis, &c.

A cōmentarijs, qui præsunt commentarijs: id est, qui in cōmentarium custodias referunt, & ueluti diarium custodiarum conficiunt. Hos Asconius uocat commentarienses.

Ab epistolis (ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γεγενημένος) Qui præest epistolis, siue ut eas accipiat, siue ut ad illas respondeat. Vide A studijs, Sueto. in Claudio.

A latere: id est, chari & amici principum, & qui eorū lateribus semper adsunt. Vide Latus, Lateris.

A libellis, qui præst libellis supplicibus, quas requestas uocāt. ὁ τῶν γραμματείων περιεσόμενος τῶν ἱκετηρίων. Vide libellus, in liber, bri.

A manu, à manu seruus, & à manibus, Scribæ, quorū manu ad literas scribendas principes uti solent. Suet. in Vesp. Post uxoris excessum Cænidem Antoniæ libertam adamauit: & à manu dilectam quondam sibi reuocauit in contubernū. Idem in Cæsare dictatore cap. 74. Philomenem à manu seruum. Hi alio nomine ad manum dicuntur. Cic. lib. 3. de Oratore. 125. Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manū. Sed & Amanuenses à Suet. in Nerone ca. 44. & rursus in Vespasiano cap. 3.

A pedibus, uel à pedibus seruus, qui pedibus iter facit, non equo uehitur. Cic. Att. lib. 8. 14 9. 2. Nec ullam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. Martial. lib. 5. in inuitatorē: Omnia cū retrò pueris obsonia tradas. Cur non mensa tibi ponitur à pedibus? Idem Pedes eos appellat lib. 3. in Zoilum:

> At ipse retrò flexus ad pedum turbam,
> Inter catellas anserum exta lambentes
> Partitur apri glandulas palæstritis.

Hi etiam Circumpedes uocantur. Cic. in Verr. lib. 3. 65. Seruos artifices pupilli cum haberet domi, circumpedes autem homines formosos & literatos suos esse dicebat, se emisse. Non tamen desunt qui sic dictos putent, quòd suis dominis semper adessent, quasi iuxta eorum pedes. Domitius Calderinus putat seruos ad dominorū pedes discumbere solitos.

A pugione, qui principis pugionem gestat, eiq; semper præstò est. Lampridius in commentarijs, inter quos Libertinus, qui à pugione appellatus est.

A punctis qui præst reditui aquariorum: ut est apud Frontinum lib. 2. de aquæ ductibus.

A secretis, ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων: Sunt qui ab ore principis imperia recipiunt diplomatum subscribendorum, dictorumq; quæ in consilio selecto decerni solent. Budæus.

A studijs, is intelligitur qui præest studijs alicuius, puta principis, utpotè uir eruditissimus, cuius opera in studijs literarū utitur. Super hos Polybium à studijs, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus.

A rationibus, ratiociniorum præfectus, qui nunc uulgò apud nos clericus aut magister computorum dicitur. Vide Sueton. nium paulo antè.

A uoluptatibus, qui studium habet cōuminiscēdi uoluptates ad principem oblectandū. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui nouum uoluptatis genus reperisset, Suet. in Tiberio, Nouum deniq; officium instituit à uoluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsonio Prisco.

Sunt & aliæ harum præpositionum significationes, cuiusmodi sunt quæ sequuntur. Cæsar: Opportuno atq; occulto loco à milibus passuum circiter duobus Romanorum aduentū ex pectabant: pro, interuallo duum milium passuum. Idem, Positis castris à milibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit.

Aliter quoq; in sequentibus à se uel ab aliquo soluere, dare, numerare. Cic. Att. lib. 5. 110. 12. Non modò nō recusare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere. Quòd enim prætori dare consueissent, quoniam ego non acceperam, se à me quodammodo dare. Hoc est, quasi de meo, uel de mea pecunia. Plau. Cap. 7. 90. Cic. Att. li. 7. 136. 4. Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio soluat. Idem pro Flacco 35. Si prætor dedit ut est scriptum, à Quæstore numerauit, Quæstor à mensa publica: mensa aut ex uectigali, aut ex tributo. A Quæstore, inquit, quasi à Quæstore acceptam, intellige pecuniam.

Persoluere ab aliquo: Cic. Sinite me, quod uobis fretus, huic sæpè promisi, id à uobis ei persoluere.

Repræsentare ab aliquo: Cic. Att. 12. 24 4. 4. Reliquæ pecuniæ uel usuram Silio pendemus, dum à Faberio, uel ab aliquo qui Faberio debet, repræsentabimus.

Suppeditare ab aliquo: Cic. Contra Rullum 43. Sumptum hauerit ex ærario suppeditat à socijs.

A cauda de ouo exire. Plin. li. 10. cap. 16. Hylas tradit noctuā, bubonem, picum arbores cauantem, trogonem, cornicem, à cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruersa ouua, posteriorem partem corporum fouendam matri applicent. In similibus tamen locutionibus interdum supprimitur præpositio: ut apud eundem lib. 7. cap. 8. Neronem prædibus genitum parens eius scribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri.

A matre pulli: id est, recētes à nido accepti. Columel. li. 8. ca. 5. Verùm suburbanis locis, ubi à matre pulli non exiguis precijs uæneunt.

A lenone manu asserere. Plaut. Persa. 4. 81. continuò tu illam à lenone asserito manu. Sermo est in compendium redactus pro eo quod est, à lenonis possessione uel dominio.

Instructus ab aliqua re. Cic. in Brut. 83. Vt eò nihil fermè quisquam addere posset, nisi qui à philosophia, à iure ciuili, ab historia fuisset instructior.

Inuictus à labore: Cic. Offic. 1. 97. Non est autem consentaneū, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit, uinci à uoluptate.

Ab exule propè esse: Tacit. lib. 17. Syriā & quatuor legiones obtinebat

Digitized by Google

obtinebat Licinius Mutianus, &c. tam propè ab exule fuit, quàm postea à principe.

A contumelia quàm à laude proprius fuerit post Vitelliũ eligi. Tacit. lib. 18. Hoc est, Propius contumeliæ quàm laudi, Contumeliosum magis quàm gloriosum.

Ab amore scribere: Balbus Cic. lib. 9. 178. 4. Hæc quàm prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certè scio, me ab singulari amore beneuolentiáq; quæcunq; scribo, tibi scribere. Gallicè dicimus, De grand amour.

Ab aspectu decorus: pro eo qd Gallicè dicimus, Beau à ueoir. Columel. lib. 6. cap. 1. Apenninus boues progenerat durissimos, omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. Cicero dicit, Ad aspectũ præclarus, ad aspectum pulcher. Vide suis locis.

Ab aliquo describere. Cic. lib. 13. ad Att. 278. 4. Scribit Balbus ad me, se à te Quintum de Finibus librum descripsisse: id est, ex tuo libro.

A se aliquid promere. Cic. de Orato. lib. 1. 55. Videar non ipso aliquid à me prompsisse, sed fortuito in sermonem uestrum incidisse.

A se aliquid facere, Cic. de Orat.

A me salutem dic Ciceroni: id est, uerbis meis, seu nomine meo. Cicer. ad Attic. lib. 6. 113. 18. Valebis igitur, & ualere Piliam & Cæciliam nostris iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone.

A me illos habe commendatissimos, Cic. lib. 12. Epist. 25. 19. ad Cornificium.

A sole calor: Cic. de nat. Deor. lib. 2. 195. Gallinæ pullos cum excuderint, ita tuentur, ut & pennis foueant, ne à frigore lædantur: & si est calor, à sole se opponant.

A pupi religatus: id est, ad puppim. Cic. lib. 2. de Inuentio.

A stirpe, pro stirpitus & funditus, Liu. 4. bel. Maced. Sallu. in Iugur. Iugurtha, &c. Masinissæ me nepotem, etiam à stirpe socium atq; amicum populi Romani, regno fortunisq; omnibus expulit.

Ab uno diagrãmate, Locutio est prouerbialis: quasi dicas, De eadem formula. Est autem diagramma pictura descriptioq; philosophorum, qua rem exponunt oculis. Ex Plutarcho in libello de discrimine inter adulatorem & amicum.

Ab unguibus incipere, hoc est, à leuissimis, minimeq; ad rẽ pertinentibus. Cuius contrarium, à capite incipere. Caput enim rei dicitur, quod est illius præcipuum, Ex Basilio.

Ab auro fulgorem reuereri. Lucretius lib. 2. 11.

Audacterq; inter reges, rerumq; potenteis
Versantur, neq; fulgorem reuerentur ab auro.

A limine disciplinas salutare, hoc est, eas leuiter attingere, & earum modo rudimẽta degustare, non etiã ualde diuturnam atq; præcipuam operam eis impendere. Seneca epist. 49.

A bis septem undis. In eos competit, qui à noxia quapiam purgati sunt, propterea quòd antiquitus mos esset, homicidio pollutos, uestes suas bis septem inundationibus immersionibusq; lauare. Testis Suidas.

A mortuo tributum exigere uel colligere. Competit in principes expilatores plebis, aut auaros sacerdotes, qui nulla non ex re lucrum exprimunt, aut uectigal extorquent. In eos etiam qui per fas nefasq; diuitias undiq; congerunt, aut è rebus minutis ac sordidis & turpibus. Ex Arist. lib. Rhet. 2.

A puro pura defluit aqua. Quadrat in hominem usquequaque inculpatum & innocentem, quem etiam si quis aliquando uocet in crimen, tamen non solum fama illius non contaminatur, uerùm etiam illustrior redditur. Ex Theognide in sententijs elegiacis.

Ab eo, pro eius: Terent. Eunuch. 3. 5. 9. Adibo, atq; ab eo gratiam hanc quam uideo uelle, inibo. Vbi Donatus: Hæc est elocutio, gratiam ab eo inibo, pro eius gratiam merebor.

Ab illo iniuria: Terent. in And. 1. 1. 129. Ea primum ab illo animaduertẽda iniuria est. Quem locũ sic exponit Donatus, Animaduertenda, castiganda, uindicanda. Ab illo iniuria, quam facit, nõ quam patitur. Quòd si dixisset, iniuria eius, amphiboliam feciſſet, utrũ quàm passus est ab alio, an quam ipse alijs intulit.

A me, pro possessiuo Meus. Terent. Adel. 5. 3. 2. Quisnam à me pepulit tam grauiter soress? id est meas, ait Donatus.

A, interdum redundare uidetur, Tacit. lib. 20. Cerialis à metu infamiæ, &c. Pressit iras. Hoc est, metu infamiæ, uel propter metum infamiæ. Idem in uita Agricolæ. Quum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sæuus ille uultus & rubor, à quo se contra pudorem muniebat. Liu. 3. Deca. lib. 8. Dextra Pœnos tenere castra, à stationibus, uigilijs, omni iusta militari custodia tuta & firma.

A & ab nonnunquam deesse uidentur. Tacit. lib. 3. Neq; prælium omisit, donec desertus suis caderet. Idem lib. 12. Modo pecorum Barbaris trahebatur: id est, à Barbaris, id quod in hoc autore sæpe occurrit.

A & ab compositionem ingrediuntur. A, ut Amoueo, auello: ab, ut Abigo, abduco, aberro, &c. Notanda sunt aufero & aufugio, in quibus euphoniæ causa, b in u mutatum est, teste Cic. in Orat. 89.

A, in compositione priuationem significat, exponiturq; per sine, ut Amens. sine mente.

A & ab, eleganter utimur cum his dictionibus Vsque & Propè. Cic. pro P. Sestio. 108. usq; à Capitolio. Pro Cluẽtio. 152. Illam usq; à mari supero Romam proficisci. In Vatiniũ. 15. Id quod Augures omnes usq; à Romulo decreuerũt. De Diuina. lib. 1. 1. Vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus. Virgi. Aeneid. 7. Cic. in Verr. lib. 4. 5. tam propè ab domo, tam bonis fructuosisq; rebus detineri. In eundem lib. 7. 5. In Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. Plin. lib. 15. cap. 18. Tam propè à muris habemus hostem.

A litera nota est prænominis & sola, puncto postposito, Aulum significat hoc modo, A. Gellius.

A, literam salutarẽ uocat Cic. pro Milone, id est, quòd nota esset absolutionis: quemadmodum C, literam tristem, quòd esset condemnationis nota. Quòd si iudici causa uidebatur obscura, probationesq; & argumenta non satis idonea ad causam dijudicandam, in tabella scribebant ampliationis notam. N. L. Quibus literis significabatur, Non liquet.

A, præpositionem Latinam deduci putant à Græca præpositione ἀπὸ, detracta ultima syllaba πο.

Ab, etiam inde ductam tradunt. Siquidem o litera ultima elidi tur ab ἀπὸ, præsertim in collisionibus uocalium: id est, sequente dictione à nocali incipiente, & remanet ἀπ. Quòd si π tenuem uerteris in β suam mediam, habebis Ab præpositionem Latinam.

A B

Ab] præpositio ablatiua, Vide A.

Aba, ἄβα urbs Phocidis. Strab. ex Arist. Item mons Armeniæ, unde oritur Euphrates. Plinius libro 5. capite 24. & Abæ, arum. Steph.

Abacæna (ἀβάκαινα) urbs Suidiæ. Ptol. & Abacena (ἀβάκηνα) urbs Medorum.

Abacus] abaci, pen. breui. masc. gen. (ἄβαξ, κος,) apud antiquos planities erat ad sessum habilis, è marmore facta, uel structura. Nam & calcis usum in abacis fuisse, Plinius docet libro 33. capite 12. 8. Vulgus ipsum hodie quicquid tale est, in quo multi sedere possint, appellat abacum, detrita tantum (ut imperitæ plebis mos est) uocali prima. Sido-

Digitized by Google

nius Apollinaris, ibi ſtibatium, inquit, & frequens abacus. Ex Hermolao in Plinium.

Abacus, Menſæ genus ex opere inteſtino, ubi in triclinijs uaſa omnis generis aut ad uſum, aut ad elegãtiam cõparata exponi ſolent. Iuuen. Sat. 3.

Lectus erat Codro, Procula minor, urceoli ſex,
Ornamentum abaci: nec non & paruulus infrà
Cantharus. Cic. 6. Verr. 30. Ab hoc iſte abaci uaſa omnia, ut expoſita fuerant, abſtulit. Sic 5. Tuſc. 86. Liuius 9. bel. Maced. 23. Et quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam aduexerunt.

Abacus Solis, dicitur aſtrologis, pro diſco eius, qui ipſius orbis, ſiue latitudo. Cælius lib. 14. cap. 12.

Abacus, Tabula quadra quæ imponitur epiſtylijs ſiue capitulis columnarum. De quo Vitruuius lib. 13. cap. primo.

Abacus item tabula eſt calculatoria, in qua arithmetici & logiſtæ numeros dicunt ſubinde deletiles, prout rationibus commodum eſt. Perſius Saty 1.

Ne qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas,
Scit riſiſſe uafer.—Veteres menſam Pythagoricam appellabant.

Abacus etiam tabula eſt, in qua mathematici & geometræ ſuas lineas & figuras deſignant. Martianus in lib. geome.

Abacus præterea alueolus eſt aleatorius, ſeu tabula luſoria aut latruncularia. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 5.

Abaculus abaculi, (ἀβάλιον) diminutiuum, paruus abacus.

Abaculos, Plinius intellexiſſe uidetur (ut interpretatur Hermolaus) calculos, quibus in diſpunctione ac ſupputatione numerorum utebantur antiqui: qui mos hodieq; apud omnes ferè gentes ſeruatur. Hinc ortum ut peritiam ſupputandi, quam λογιστικὴν Plato uocat, abacum uulgaris conſuetudo appellauerit. Verba Plinij hæc ſunt lib. 36. cap. 26. 9. Vitri fragmenta teporata agglutinantur tantum, rurſus affundi non queunt, præter quàm abrupta ſibimet: ueluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos appellãt, aliquos etiam pluribus modis uerſiculores.

Abagio.] abagionis, gene. fœm. uox non perinde frequens. Vide Adagium.

Abalieno.] abalienas, penul. prod. (ἀλλοτριόω, ἐνεχυριάζω, νοσφίζω) abalienare. Quod noſtrum erat, alienum facere. Abalienationis duo genera ponit Cicero in Topicis 13. hoc modo, Abalienatio, eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Quæ uerba exponens Boethius ita inquit: Omnes res quæ abalienari poſſunt, id eſt, quæ à noſtro, ad alterius tranſire dominiũ poſſunt, mancipi dictæ ſunt. Mancipi res, ueteres appellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus fieret ſolennitatem. Cic. de lege Agraria contra Rullum, 67. idemq; agros uectigales pop. Rom. abalienaret.

Abalienare ab aliquo alterum, pro Alienum facere, Auertere. Cic. antequam iret in exilium. 18. Neque uerò M. Tullius animum à ueſtra abalienauit poteſtate. Idem lib. 2. de Orat. 98. Eaq; omnia ualde beneuolentiam conciliant, abalienantq; ab ijs in quibus hæc non ſunt. Terent. Heau. 5. 2. 26. Ita nos abalienauit. Sub. à ſe.

Abalienare uoluntatem alicuius à ſe. Cic. 2. Philip. 57.

Abalienari ab aliquo, Diſiungi. Plaut. Mili. 20. 11. Iſtuc crucior à uiro me tali abalienarier.

Abalienare & retinere, contraria. Cic. ad Lentul. lib. 1. epiſtol. 723. Quos fouendo in communi cauſa retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt.

Abalienatus (ἀλλοτριωθεὶς) participium dicitur, quẽ quis à ſe remouerit. Author Feſtus. Cic. 6. Verr. 52. Abalienati ſceleре iſtius à nobis omnes reges amiciſſimi, nationesq;. Idem Att. li. 1. 1. 14. Sed mirandum in modum eſt animo abalienato. Subaudi, abs te. Idem de Inuentione li. 1. 30.

Interdum iungitur ablatiuo ſine præpoſitione. Liuius de bello Punico: Serò nunc deſideratis, diminuti cap. abalienati iure ciuium. Pro, à iure.

Abalienata membra dicuntur emortua, & quæ nõ amplius habent uigoris, & officiorum cum alijs communicationem. Quint. li. 8. capite 3. Vt medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes & pernicioſos, etiam ſi nobis ſanguine cohæreant, amputandos.

Abalienatio (ἀλλοτρίωσις) Verbale, ipſe abalienandi actus, Vide Abalieno.

Abamita.] abamitæ, penult. correp. (ἀποτρὶς) ſoror abaui. Ex lib. 3. Inſtitutionum.

Abantiades, Abantia, dæ, pen. cor. (ἀβαντιάδης) Ouid. 4. Metamor. 122.

Solus Abantiades ab origine cretus eadem,
Acriſius ſupereſt: id eſt, Abantis filius.

Abarceo.] abarces, abarcui, (ἀπείργω) Prohibeo, Feſtius. Alij ſcribunt Aberceo, ut Coerceo.

Abaris, huius Abaris, pen. cor. (ἄβαρις) nomen uiri proprij, de quo ſic Cælius lib. 9. cap. 22. Abarin Hyperboreum ferunt, ſagittam per orbem terræ circuntuliſſe, nihil omnino ueſcentem, hunc Abarin Seuthæ filium, non ignarum literarum, oracula ſcripſiſſe tradunt, quæ Scythica nuncupentur, & nuptias Hebri fluminis, Apollinis aduentum ad Hyperboreos, ratione metrica, abs quo ſagittam acceperit quam diximus. Hactenus Cælius, Ouid. 5. Metamor. 18. Caucaſeumq; Abarin, Sperchеſiadenq; Lycetum.

Abas, huius Abantis, ἄβας Lyncei ex Hypermeſtra filius, rex duodecimus Argiuorũ, pater Prœti et Acriſij, & auus Perſei: à quo poſtè Argiuorum reges Abantiadæ dicti, & Argiipſi, Abantæi. Ouid. 15. Met. 33.

Abas item alius fuit Troianus nobilis, & Aneæ comes. Virg.

Abaſter, ἄβαστος, unus equorum Pluto. 30. Bocatius li. 8. cap. 6. Vide Plut.

Abaton, Abati, pen. correp. Latinè dicitur inuium, auium, inacceſſibile, Græcè (ἄβατον.) Hinc Abaton ædificium erectum à Rhodijs ad protegendũ Artemiſiæ trophæũ, quòd religione impediti, diruere nõ poterãt. Cælius Anti. lect. li. 7. c. 53.

Abatos, Abati, pen. cor. g. f. (ἄβατος) Aegypti inſula in palude Memphitica, Lucanus lib. 10. 65.

Abauchus, nomen uiri, cuius amicus fuit Gyndanes. Huius meminit Lucianus in dialogo, cui nomen Toxaris.

Abauus.] abaui. pe. cor. (ἀπόπαππος) Qui abeſt ab auo, & eſt auus aui. Feſtius. Cic. de claris Orato. 112. Iam duorum abauorũ quàm ille illuſtre nomen. Dicitur à Virgilio quartus pater. li. 10. Aeneid. 39.

Abauia, abauiæ, (ἀπόμαμμα) Eſt auia aui uel auiæ. Ex li. 3. Inſtituti num Imp.

Abauunculus] (ἀποθεῖος) Abauiæ frater. Ex li. 3. Inſtitutionum Imp.

Abax.] abacis, pe. cor. f. ge. (ἄβαξ) Vaſorum erat repoſitorium. Iabolenus li. 32. Digeſt. de legatis & fideicom. tertio. cui Corinthia uaſa legata eſſent, huic abaces quoq; eorũ uaſorum collocandorũ cauſa paratas deberi, Trebatius reſpõdit. Labeo aũt id non probat, ſi eas abaces uaſorum numero teſtator habuit. Proculus uerò rectè ait, ſi Aneæ quidẽ ſint abaces, non aũt Corinthiæ, non deberi. Alciatus tamen hoc in loco & legit & interpretatur, non abaces, ſed baſes. Haloander tamen à uulgata lectione non recedit.

Abazea, orum: (ἀβάζεια) Inſtituta Dionyſij, tertij Caprij filij. Cic. lib. 3. de Nat. Deor.

Abbreuio.]

Digitized by Google

Abbreuio.] *abbreuias, abbreuiare, Vegetius in prologo lib. 3. Quæ per diuersos authores librosq; dispersa, Imperator inuicte, mediocritatẽ meã abbreuiare iußisti, ne uel fastidiũ nasceretur ex plurimis, uel plenitudo fidei deesset in paruis.*

Abdera, pe. prod. (ἄβδηρα) *oppidum est Hispaniæ Bæticæ. Testes Strabo lib. 3. Ptolemæus lib. 2. Põpo. Mela li. 2. & Plin. lib. 3. cap. 1. Est & insula ad Samothracem, eodẽ teste lib. 4. cap. 12. Oppidũ item Thraciæ, patria Protagoræ & Democriti philosophi, ijsdem testibus, dicta & condita ab Abdera Diomedis Thracũ regis sorore. De ea meminit Solinus ca. 15. Helanicus & Steph. ab Hercule cõditã fuisse tradunt.*

Abdera, Abderæ, g. f. *dicimus, & Abdera, Abderorum,* g. n. *Authores Vadianus in Melã, & Hermolaus in Plinium, qui etiam Ābderon singulari numero dici ab Ephoro, annotauit.*

Abdera pulchra, Teiorum colonia. *Strabo li. geographiæ 14. tradit Teios cũ Persarũ cõtumelias ferre nõ possent, urbe relicta, Abderã Thracũ urbẽ demigrasse: atq; hinc illud uulgatũ fuisse, Abdera pulchra Teiorum colonia. Hoc ænigmate prouerbiali significamus, nõ deesse quò cõfugiamus, siquis præter modũ pergat esset molestus. Huc fortaßis alluſit M. Tul. lib. 7. ad Att. 127. 4. Trãquillißimus aũt animus meus, qui totũ istbuc æqui boni facit: & eo magis quod tã à multis audio cõstitutũ esse Põpeio, & eius cõsilio, in Siciliã me mittere, quod imperiũ habeã, id est, abderiticõ. Et lib. 4. 85. 9. Hic Abdera non tacente me. Laudantur & ab Herodoto Teij, quòd relicta patria libertatem seruarint: cuius rei meminit & Strabo lib. 14.*

Abderita, Abderitæ, et Abderites, Abderitæ, pen. prod. g. m. uir. (ἀβδηρίτης) *Abderæ natus.*

Abderitæ propter ranarũ muriũq; multitudinẽ, relicto patrio solo, coacti sunt nouas sedes quærere. Author Iustinus li. 15. & Plin. lib. 10. cap. 65. & Orosius lib. 3.

Abderitanus, adiectiuum, pe. prod. (ἀβδήρανος) *Martialis lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes.*

Abderiticus, *aliud adiectiuum,* pe. cor. (ἀβδηρᾶος) *Cic. lib. 7. ad Attic. 127. 4. Imperium Abderiticum.*

Abderitica mens, *id est stupida aut insana. Abderitæ in stuporis insaniæq; fabulam abiere. Quod perspicuum est ex epigrammate Martialis lib. 10. De eo qui damnatus in theatro repræsentauit Mutium Scæuolam, ac manum imposuit igni, sed iussus, sed acrioribus paratis supplicijs, ni faceret.*

Abderitanis, *autem naturâ peculiarem fuisse mentis stuporem, indicat M. Tullius in libris de natura Deorũ. Et Plinius lib. 25. cap. 8. docet huic urbi uicina esse pascua, in quibus equi pasti inflãmãtur rabie, quemadmodum apud Pothniam asini. Meminit & Cælius Antiqua. lect. lib. 16. cap. 31.*

Abdico.] *abdicas,* pe. cor. (ἀποκηρύττω) *Ouid. 4. epistο. 26. Quem fugit, & factis abdicat ille suis. Abdicare, Expellere à bonis filium, dum uiuit pater. Author Valla lib. 5. Alij sic, Abdicat filium, qui priuat omni iure filij. Exhæredat filium, qui tantum submouet ab hæreditate. Itaq; quisquis abdicatus est, idẽ est exhæredatus, non contrà. Quintil. lib. 7. cap. 5. Abdicationum formæ sunt duæ: altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, uelut pendẽtis, et adhuc in cõditione positi: quales sunt in quibus abdicatur filius, quia non pareat patri. Et paulò pòst: Mauult enim pater corrigere, quàm abdicare. Plinius lib. 6. cap. 22. 9. Eligi regem à populo, senecta, clementiaq; libros non habẽtẽ: et si postea gignat, abdicari, ne fiat hæreditariũ regnũ.*

Abdicare legem, *Abrogare. Plin. lib. 7. cap. 30.*

Abdicare magistratum. *Sallust. in. Catilina.*

Abdicare pro Respuere, *Plin. libro 16. cap. 43. De glutinanda materia. In omni genere & glutinum abdicat quædam, & inter se, & cum alijs insociabili glutino.*

Abdicare se aliqua re. (ἀπιέναι τῆς ἀρχῆς, παρεγγυῆσαι τὴν ἀρχὴν, ἐξομνύναι τὴν ἀρχὴν) *Deponere, Liu. 2. ab urb. 10. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 6. Cic. 2. de Diuin. 113. Magistratu se abdicauerũt. Idẽ 2. de nat. Deo. 17. Augures rẽ ad senatum: senatus ut abdicarent consules: abdicauerunt. Sub. se.*

Abdicare se tutela, libertate, & similibus. *Cicero Attico, lib. 6. 111. 9. Idem Philip. 3. 131. Piso apud Gellium, Scriptu sese abdicasse.*

Abdicare, *pro repudiare,* (ἀπεῖπασθαι) *ut in argumento Andriæ Terẽtianæ, Generum abdicat. Plin. lib. 5. cap. 17. 1. Omni uenere abdicata.*

Abdicare cibum aliquem, uel aurum. *Plin. lib. 20. cap. 3. 5. Democritus in totum, raptũ abdicauit in cibis. Hoc est, omnino damnauit, ex ciborum usu sustulit, siue potius tollendum censuit: quod est, censuit omnino edendum non esse. Græcè, ἀθέτησεν, ἀπεδοκίμασεν. Idẽ lib. 33. cap. 1. 1. Vtinamq; posset è uita in totum abdicari aurũ. Idem lib. 13. cap. 22. 5. Nec corticem abdicant: omnia ea uenenata, ut sit sensus, Non abdicant corticem ab usu medicinæ: omnia tamen ea, lac, succus, & cortices thapsiæ uenenata sunt. Sic Hermolaus.*

Abdicare, *pro auersari. Pli. lib. 15. ca. 30. 8. Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu, & quadam detestatione.*

Abdicare, *pro reijcere. Plin. lib. 4. cap. 8. 4. Accipit amnẽ Euroton, nec recipit, sed olei modo supernatantem (ut dictũ est ab Homero) breui spacio portatum abdicat.*

Abdicare & reijcere. *Cic. 2. de Orat. 57. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abdico atque reijcio. Sic legit Budæus. At exemplaria quædam habent abiudico.*

Abdicatio, *abdicationis, uerbale* (ἀπολήγυξις) *Ipse abdicandi actus. Opponitur aũt adoptioni. Plin. lib. 7. cap. 45. 4. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem.*

Abdicatio magistratus dicitur, cũ magistratus ipse deponitur. Liui. 6. ab urbe. 74.

Lex abdicationis. Quintil. 117. b.

Abdico.] *abdicis,* pe. pro. *abdixi, abdictum, abdicere, reijcere, reprobare, & auspicium dirimere* (ἀποφέρω) *oppositum est Addicere. Vtrunque autem Augurale est uerbum. Cic. lib. 1. de Diuinat. 59. Cumq; in quatuor partes uineam diuisisset, trisq; partes aues abdixissent, quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine, uisam, ut scriptum uidemus, inuenit.*

Abdicere, pro **Abdicare,** *alienare. Ouid. 1. Metam. 124. de Io, quã sibi ab Ioue dari petit Iuno, Quid faciat? crudele suos abdicere amores, Nõ dare suspectum. rectius legitur addicere, quasi in seruitutem dare.*

Abdo.] *abdis, abdidi, abditum,* penul. cor. (ληύπτω, ἀποκρύπτω) *abdere, occultare, obtegere, abscondere. Hoc uerbum, uarium habet usum & constructionem, ut infrà uidebis. Cic. in Pisonem. 30. An amici tui tabulas abdiderint. id est, eas non sint ausi recitare.*

Abdere & contegere, *Cic. lib. 1. Offic. 177. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectũ essent deformem habituræ atque formam, eas cõtexit atque abdidit.*

Abdere se in aliquem locum, *est secreti aut latibuli gratia, se in aliquem locum recipere, & ferè cum accusatiuo & præpositione In construitur. Cic. ad Curium, lib. 7. 29. 4. Abdo me in bibliothecam. Idem Planco, lib. 13. 30. 9. Abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longißimè à castris. Cæsar lib. 1. Bel. Gal. 45. Sese in proximas syluas abdiderunt.*

Interdũ nullus exprimitur locus. 2. Aene. Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.

Abdere se in occultum. Cæsar 7. Bel. Gal. 530. Neque se in occultum abdiderat.

Digitized by Google

Abdere intra ueſtem, uel ſub terrã. Liuius 2. ab urbe. 52. Abdito intra ueſtẽ ferro, proficiſcitur. Cic. lib. 2. Tuſcul. 102. Audi, ne hæc Amphiarae ſub terram abdite?

Abdere ſe rus uel domum. Terent. Hecy. 1. 12. 20. —nam ſenex rus abdidit ſe. Cic. in Piſo. 73. Domum ſe abdidit.

Abdere ſe in tectis. Liu. 1. ab urbe. Se in ſuis quiſq; tectis abdiderunt.

Abdere ſub, cum ablatiuo, Liu. 1. ab urbe. 257. Cultrum, quem ſub ueſte abditum habebat, eum in corde defigit. De Lucretia.

Interdum ſubaudiatur In præpoſitio. Virgil. 3. Georg.
Hunc quoque ubi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis,
Deficit, abde domo. Idem Aeneid. 1.
Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris.
Sueton. in Tiberio,
Mediterraneis agris abditus.

Abdere ſe ex. Plau. Pſeud. 20. 4. Ex conſpectu heri ſui ſi ſe abdiderunt, hoc eſt, latẽter ſe amouerunt, ſe ſubtraxerunt.

Abdere ſe literis, & in literas. Ci. pro Archia poeta. 9 ſiqui ita ſe literis abdiderũt. Eſt autem Literis datiuus. Idem Volumnio, lib. 7. 34. 6. Ac me totum in literas abdere.

Abdere aliquem in inſulam aliquam, hoc eſt, relegare, deportare. Tacit. Annal. 2. Satis uiſum de Viſtilia ſtatuere: eaq; in inſulam Seriphen abdita eſt.

Abdere ſtulticiam. Plaut. Trinum. 14. 2.

Abdere uerum, id eſt, ueritatem occultare. Ouid. Faſt. 3. 68.

Abdor, paſſiuum ex abdo, Condor, occultor. Plin. li. 9. ca. 8. 3. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturq; incognito modo. De delphinis.

Abditus. pen. corr. participium.
Abditum penitus. Cice. 2. Offic. 17. Nec ferrum, æs, aurum, argentum effoderetur, penitus abditum. Idẽ de Natu. Deo. lib. 2. 227. Nos æris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus.

Abditum & retruſum. Cic 3. in Verrem. 5.

Abditum & occultum. Cic. 1. de Natu. Deo. 69.

Abditum & penetrale. Ci. de Aruſp. reſpon. 54. abditos ac penetrales focos.

Abditus agro. Hor. epiſt. lib. 1. epiſt. 1.

Abditus in tectis. Cic. 1. de Inuent. rhet. lib. 4. Qui diſperſos homines in agris & in tectis ſylueſtribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit.

Abditus æther tenebris. Senec. in Agam. 7. 28. Et æther abditus tenebris latet.

Ambages abdita, id eſt, obſcura. Tacit. lib. 5. Nanq; Macronii non abdita ambage, Occidentem ab eo deſeri, Orientem ſpectari exprobrauit.

Conſilia abdita, hoc eſt, arcana. Val. Flac. 4. Argonaut. 96.

Abdita loca. Cic. ad Atti. lib: 15. 329. 2. Loca uenuſta ſunt, abdita certè, & ſiquid ſcribere uelis, ab arbitris libera.

Abditum & opertũ Senec. in Hercu. fu. 99. —ut iura abdita Et operta terris liceat impunè eloqui.

Abditas cauſas morborum uocate. Celſus in præfat. lib. 1. quibus opponuntur euidentes.

Abdita fata. Tibul. li. 2. eleg. 5. ad Phœbum.

Abditos ſenſus gerere, id eſt, occultos. Senec. in Hippolytõ. 8. 12. Tacit. lib. 5. Abditos principis ſenſus, & ſiquid occultius parat, exquirere illicitum.

Abdita uoluntas ac retruſa. Cic. de Petit. Conſul. 29.

Abditum, abditi, ſubſtant. (κρυπτὸν) pro loco occulto. Plin. lib. 8. cap. 5.
Numquam niſi in abdito coeunt.

Abdita rerum. Horat. in Arte Poet. 10.
Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum.

Abdita terræ. Lucret. lib. 6. 163.
Terrai penitus ſcrutantes, abdita ferro.

Abditè, aduerbium (κρυφίως) Occultè, ſecretò, abſconditè. Ci. 4. in Verrẽ. 130. Omnia ita condita fuiſſe, atq; ita abditè latuiſſe uideantur.

Abdomen.] pe. longa, *abdominis. n. g.* (λαπάρα ἐπιγάστριον) *Pars eſt humani corporis, quam ſic deſcribit Corne. Celſus lib. 4. cap. 1. Ipſa aũt ilia inter coxas & pubem imo uentre poſita ſunt, à quibus ac pube abdomen ſurſum uerſus ad præcordia peruenit, ab exteriori parte, euidẽti cute, ab interiori, leui mẽbrana incluſum, quæ omento iungitur.* περιτόναιος *autem à Græcis nominatur.*

Abdomen quid ſit in homine, Celſus clariſſimè docet. Quid in ſue. Plin. lib. 8. cap. 51. Hinc Cenſoriarum, inquit, legum paginæ, interdictaq; cœnis abdomina, glandia, teſticuli, uuluæ, ſyncipita uerrina, ut tamen Publij mimorũ poetæ cœna, poſtquã ſeruitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam uocabulo ſuminis ab eo impoſito. Placuere autem & feri ſues. Iam Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum. Et lib. 11. cap. 37. Vulua electo partu melior quàm edito. Electitia uocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima. Contrà effœtis. A partu præterquã eodẽ die ſuis occiſæ, liuida ac macra. Nec nouellarũ ſuũ, præterq; primipararum probãtur, potiusq; ueterũ, necdũ effœtarũ, & biduo ante partũ, aut poſt partũ, aut quo ecerint die. Proxima electitiæ eſt, occiſæ uno die poſt partum. Huius & ſumen optimum, ſi modò fœtus non hauſerit, electitiæ deterrimum. Antiqui abdomẽ uocabant, priuſquã calleret id, ſcientes occidere non aſſueti. Hactenus Plin. Quem locũ iuſtis de cauſis altius repetitum, ſic exponit Hermolaus, id quod modò ſumẽ dicitur, hoc eſt, ſuillas cũ lacte ſuo mãmas, ueteres abdomen uocabãt: ab lacte opinor iam abdito & fugato, utpote qui antequã ubera calleſcerent, hoc eſt, ſiccato lacte dureſcerent, ſuem occidere non ſolerent.

Abdomen inſaturabile. Cic. pro Seſtio. 95. Quo in loco pro uitio uentris, quod guloſitatem uocant, accipitur.

Abdomini natus, id eſt, uentri & gulæ. Cic. in Piſonem. 31. Ille gurges atque helluo, natus abdomini ſuo, non laudi atque
Abdominis uoluptates. Cic. in Piſo. 52. (gloriæ.

Sic quoque Latinè dicas, Abdomini indulgere, Abdomini inſeruire, Abdomini operam dare.

Abduco.] *abducis, pen. longa, abduxi, abductum* (ἀπάγω) *Abducere, loco ducere.*

Abducimus aliquem, quum eum alicunde nobiſcum ducimus. Cui contrarium eſt Abducere. Et quemadmodũ de pecoribus Abigere dicimus, ita de hominibus Abducere. Abducimus autem ſine ui, aut per uim.

Sine ui. Terent. Eunu. 3. 1. 17. Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. Cic. 2. de Finib. Maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator eſſet.

Per uim. Cic. 5. Verr. Omne inſtrumentum diripuit. familiam abduxit, pecus abegit. Idem. 7. Verr. Naue à prædonibus abducta. Sic, à marito ad diuortium uxor abducitur, teſte Donato. Virgilius Aeneid. 10. 15. Et gremijs abducere pactas.

Abducere ui, uel per uim. Cic. 5. Verr. Iſidori mimi filiã, ui abductam à Rhodio milite, Liuius 2. ab urbe. Cõſularibus negotio dato, ut collegam per uim, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent.

Abducere in aliquem locum Terent. Adelph. 3. 3. 5. Credo abductum in ganeũ aliquò. Cic. 7. Verr. Ipſos in latomias abduci imperabat. Liu. 10. Bel. Pun. 63. Abductum in ſecretũ Maſiniſſam ſic alloquitur.

Abducere rus. Plaut. Caſina. 3. 20. Abduxi mecũ uxorem rus.

Abducere

Abducere in diuersum à nido. Plin. lib. 10. cap. 33. de perdice & aucupe.

Abducere in seruitutem. Cæs. 1. Bel. Gal. 41. liberi eorũ in seruitutem abducti.

Abduci etiam pecora dicuntur. Ouid. epist. 15, Paris de se loquitur:

Penè puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tuli.

Abducere, pro abstrahere, unde sequuntur exempla.

Abducere à testibus. Cic. pro Cælio. 16. Equidem uos abducam à testibus.

Abducere à meretricio quæstu. Cic. 2. Philip. 61.

Abducere aciem mentis à consuetudine oculorum. Cic. 2. de Nat. Deo. 63.

Abducere animum à cogitationibus. Cice. 5. de Finib. 150. Sic, ab querelis. Idem Attico, lib. 9. 172. 4. Item, abducere cogitationẽ à consuetudine. Idem 1. Tuscul. 59.

Abducere animum à solicitudine. Cic. lib. 4. epistol. epist. 3.

Abducere puerum à Grammaticis. Quintil. lib. 2. cap. 1. 9.

Abducere discipulum à præceptore. Cic. lib. 2. de Orat. 23. Idẽ lib. 5. de Fin. 147. Ibidem. 132. Quem discipulum cupio à te abducere.

Abducere se ab angoribus & molestijs. Cice. Luceio. lib. 5. 13. 12. A negotijs, Plaut. Rud. 4. 1. & Cic. pro Flacco. 71. Ab officio. Idẽ de Amicitia. 8. A rebus gerendis abduci, Idẽ 1. Off.

Abducere ab studio, Terent. in prol. Hecyræ. & Cic. lib. 4. epist. 4. 13. Abduci à uero, Cic. 3. de Fin. 109.

Abducere equitatum ab aliquo ad se. Cic. 11. Philip. 310.

Abducere seruum ab aliquo. Cic. pro Deiotaro. 22.

Abducere uxorem à uiro. Cic. pro Flacco. 56.

Abducere ab institutis. Cic. lib. 6. in Verr. 10. Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab institutis suis, magnitudine pecuniæ.

Abducere aliquem ad nequitiam. Terent. Adel. 3. 3. 4. In eũ locum Donatus ait: Ad nequitiã abducere, quasi inuitum dixit, non uocare, sed abducere. Ducimus enim uolẽtes, sed abducimus inuitos.

Abducere à re aliqua ad aliam. Cic. 5. Verr. 181. Ci 2. de Orat. 162. Abducere animos à contraria defensione, & ad nostrã conor traducere. Idem lib. 1. de Diuinat. 151. de Aruspicina loquens, ne ars tanta propter tenuitatem hominum, à religionis authoritate, abduceretur ad mercedem atque quæstum.

Abducere aliquem à Republica. Metellus Ciceroni libro 5. epist. 1. Cic. lib. 3. ad Quint. frat. 21. 5. Abduco equidẽ me ab omni Reipublicæ cura, dedoq; literis.

Abducere aliquem ex acie. Cic. in Bruto. 118.

Abducere quempiam à fide, pro reuocare à fide præstanda. Cic. pro L. Flacco. 64.

Abducere caput ab ictu, id est, auertere. Virg. Aeneid. 5. 85. Abduxere retrò longè capita ardua ab ictu.

Abducere gradum. Silius lib. 10. 4.

Abducere somnum. Ouid. Fasto. 5. 95. Visaq; confugiens somnos abduxit imago.

Vincula abducere ab aliquo loco. Val. Flac. 5. Argonaut. 32. Vincula prensa manu saxis abduxerat imis.

Abducere uisum. Plin. lib. 11. cap. 37. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus uisu. hoc est, Visu ab oculis ad animum traducto.

Non abducar ut. Cic. 1. de Diuin. 65. Nec abducar ut rear aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gẽtem in fulguribus errare.

Abducere aliquid, pro auferre, figuratè dictum. Plau. Trucul. 22. 8. Quid si de uestro quippiam orem abducere? Idem Cas. Vbi intrò hanc nouam nuptam deduxi uia recta, clauẽ abduxi.

Auferre & abducere. Cic. pro Quintio. 57.

Abduco tibi, pro abs te. Diomedes.

Abduce pro abduc, dixit Terentius Adelph. Hũc abduce, uinci.

Abductus (ἀπαχθεὶς) participiũ, siue nomen ex participio. Mõtes abducti, id est, semoti. Val. Flac. Argonaut. 4. 136.

Flumina ponto abducta. Val. Flac. Argonaut. 5. 33.

Abecedarium. *abecedarij, n. g. (ἀλφάβητον) apud Augustinum est ordo illæ literarum, quem pueruli condiscunt, Alphabetum Græci uocant. Ex Cælio lib. 14. ca. 28. Quẽadmodum autem à primis duabus literis Græcis, dicitur Alphabetum, sic à quatuor primis, Latinis abecedarium.*

Abecedarij in discentium classibus nuncupantur ab Hieronymo, qui prima imbibunt elementa. Syllabarij, qui iam syllabas cõnectere insuescũt. Nominarij, qui denicq; integra proferunt nomina. Ex Cælio lib. 14. cap. 28. Abecedariũ quoque præceptorem rectè dixeris, qui prima docet elementa. Meminit Fulgentius 3. Mytholo. de Orpheo loquens.

Abedo. *abedis, pen. corr. uel abes, abedi, pen. prod. abedere (ἀποτρώγω) Idem quod Exedo, absumo. Corn. Tacitus lib. 15. Sibi imbecillum equitem pabuli inopia. Nã exorta uis locustarum, abederat quicquid herbidum aut frondosum.*

Abella, Abellæ (ἀβέλλα) Oppidum Campaniæ Italicæ, supra Neapolim, uersus Septentrionẽ. Author Volaterranus. Virgil. Aeneid. 7. 148. Et quos malifera despectãt mœnia Abellæ. Alij tamen per apocopen legunt Bellæ. uide Auellana.

Abellina. *abellinæ, pen. prod. (λεπτοκάρυον) ab Abella Campaniæ Italicæ oppido, priscis dicebatur, quã nunc Auellanam dicimus. Plinius lib. 15. cap. 22. uide Auellana.*

Abellinates, (ἀβελλιναῖοι) sunt Italiæ populi, antè Protropi appellati, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 11. Idem Auellinates appellantur.

Abellinum (ἀβέλλινον) siue Auellinum, Italiæ oppidum. Plin. lib. 3. cap. 4. hodie Troia dicitur.

Abemo. *abemis, penul. corr. uerbum obsoletum. Plaut. Abemito uestem, id est, demito, uel auferto. Festus.*

Abeo. *abis. abiui, pen. prod. & per syncopam, abij, abitum, pen. cor. (ἀπέρχομαι, ὄχομαι) abire, discedere. Terentius Eunuc.*

—Rogo nũquid uelit. Rectè, inquit, abeo. id est, discedo. Ci. 6. Verr. 129. Prætor de sella surrexit, atq; abijt.

Abire à uel ab, aut de loco. Plaut. Menech. 12. 75. Sed nõ abire possum ab his regionibus. Cic. Terentiæ, lib. 14. 1. 6. De loco nunc quidem abijt pestilentia.

Abire hinc, illinc, istinc. indè. Teren. Eunu. 4. 7. 29. 4. 4. 58. Plaut. Rud. Sine me hinc abire.

Abire urbe uel domo. Plaut. Mer. 12. 69. Cedò si hac urbe abis amorem te hìc relicturũ putas? pro, ab hac urbe. Terent. Eunuch. 4. 3. 19.

Abire ab aliquo. Plaut. Aul. 7. 48.

Abire ab uel ex oculis, è conspectu, &c. Plaut. Trucul. 9. 24. Idem Ampho. 6. 20. Abin' è cõspecta meo? Liuius 5. Bel. Pun. 87. Conspectiq; repentè ex oculis abierunt.

Abire ab aliquo, præterire ab eius ædibus. Teren. And. 1. 5. 32.

Abire aliquò, ferè pro ire ponitur: ut, Quò abijt? hoc est, quónam iuit?

Abire ad uel in. Plin. lib. 2. cap. 15. Plaut. Pœnulo. 17. 28. Iube hanc ab ire ad te. Cic. li. 1. Tuscul. 51. Abijt ad deos Hercules. Teren. Adel. 5. 2. 11. Interea in angulum aliquò abeã. pro, in aliquem angulum. Liu. 5. Bel. Pun. 59. Cuius rei periculum uitantes pleriq; in exilium abierunt.

Abire intrò, istuc, longè, peregrè, obuiam. Teren. Eunuch. 5. 5. 28. Idem Adel. 2. 1. 17. Nimium istuc abisti. pro, istuc, more antiquo. Idem Eunuch. 5. 2. 67. Obsecro abeamus intrò.

Idem

Digitized by Google

Idem Adel. 5. 5.1, Rogat frater ne abeas longius. Plin. libro 35. cap. 12. 1. Illo abeunte peregrè, umbram ex facie eius, ad lucernam in pariete lineis circunscripsit. Terent. Heaut. 2.3.2, Abi dum tu Dromo illis obuiam.

Abire impunè. Vide Impunè.

Abire peregrè. Vide Peregrè.

Sic per metaphoram, abire longius, pro euagari, & à proposito discedere. Cic. pro Roscio Amerino. 26, Quasi uerò mihi difficile sit, quamuis multos nominatim proferre (ne longius abeam) uel tribuleis, uel uicinos meos, &c. Idē pro Ceci. 69, Vt ne longius abeam.

Non longè abierit. Cic. Trebatio, lib. 7. 20.3, Quod Lucanus lib. 1. dixit, Ne longè exempla petantur. Vulgò dicimus, Verbi gratia, Exempli causa.

Abire in infinitū. Plin. li. 17. cap. 25.2, ne in infinitū abeamus.

Abire, sine præpositione, præsertim in urbium nominibus, ut exigit latinitas. Virgil. 1. Aeneid. Ipsa Paphū sublimis abit. Idem 6. Aeneid. Ripamúe iniussus abibis? pro, ad ripam uel in ripam, figuratè.

Abire, cū priore supino. Plautus Merc. 12.16. Si opprimit pater quod dixit, exulatum abijt salus. Terent. Heaut. 3. 3.26, Da illis locum, abi deambulatum.

Abire exulatum, aliquò uel ad aliquem, id est, In exilium. Liuius 5. Decad. lib. 3. Idem 2. ab urbe. 69. Tarquinius spe omni reditus incisa, exulatū ad generum Mamilium Octauium Tusculum abijt.

Abire pessum. Plaut. Trucul. 3.11, Quando abijt rete pessum.

Abire Tarentum, uel in Asiam ad mercaturam. Terent. Heaut. 1.1.6.5. Plaut. Menech. 24.55.

Abijt res aliqua, absolutè dictum: ut, Fides. Liuius lib. 3. ab urbe. 46, Quia occidione prope occisos Volscos & Aequos mouere sua sponte arma posse, iam fides abierit. id est, desit credi, & esse uerisimile.

Animus abijt in uarios cursus. Ouidius. 9. Meta. 31.

Ferrum in corpus. Stat. lib. 11. Theba. 126.

Hasta trans pectus. Idem Theba. 99.

Memoria. Liuius 2. ab urbe. 15. uetustate memoria abijt. pro perijt, effluxit, obliterata est.

Modus. Ouid. 11. Metam. 3.

Nausea. Ci. Atti. li. 14, Nausea iam planè abijt. hoc est, cessauit.

Pedes. Cato de re rust. cap. 135. 3, in commissura abibunt pedes tres. id est, diminuentur & consumentur.

Pestilentia. Cic. Terentiæ, lib. 14. 1. 6.

Pretium. Plinius Iunior, lib. 3, ut reditus agrorum, sic etiā pretium retrò abijt. pro, imminutum est.

Sol. Plaut. Merc. 22.32.

Spes. Lucanus li. 3. Spes uictis telluris abit, hoc est, perit, effluit. Ouidius 7. Met. 115.

Illa mea. Cic. in epist. Illa mea, quæ solebas antea laudare, abierunt: pro præter. erunt.

Sic, Abit tempus, aut aliud nomen tempus significans: pro præterit, cedit, effluit. Cic. pro Sestio. 60. Terent. Eunuc. 2.349. Dū hæc dicit, abijt hora. Idē Adelph. 4.5.57, Hæc dum dubitas, menses abierunt decem.

Et abire dicitur, quod paulatim nos deserit.

Abit tutela ad propinquos. Hora. lib. 2. Sermo. Saty. 3.44.

Abijt oppidum in ullas. Plin. lib. 3. cap. 34.5.

Abire, sequente nominatiuo à posteriore. Liuius 2. ab urbe, Præceps Fabius in uulnus abijt. id est, pronus cecidit in uulnus. Plautus Stich. 14.14. Abi tu sanè superior. id est, cape superiorē accūbēdo locū. Virg. li. 5. Aeneid. Quò diuersus abis?

Abire à re aliqua. Cic. 4. Acade. 161, Sed abeo à sensibus: quasi dicat, Desino plura de sensibus dicere. Idem de Orat. ad Brutum: Sed ab hoc parumper abeamus.

Abire ab emptiōe. Paulus Iurisc. Abitū est à priore emptione: id est, discessum à priore cōtractu. Hic impersonale est.

Abire ab iure. Cic. De suis bonis ita dat ut ab iure non abeat. id est, ab iure non discedat.

Abire è medio, è uita, ex matrimonio. Tērēt. Phor. 5. 9. 30, Ea mortē obijt, è medio abijt. Cic. lib. 1. Tuscul. 116, Cato autē sic abijt è uita, hoc est, mortuus est. Plaut. Milit. 16. 27. Quasi ex hoc matrimonio abierim.

Abire ad uulgi opinionem. Cic. lib. 3. Offic. 112.

Abire magistratu, cōsulatu, &c. pro Deponere magistratū, cōsulatū, &c. Liuius 3. ab urbe. 144. Ci. Metello, li. 5. 2.17.

Abire incœpto, Omittere incœptum, incœpto desistere. Liuius 4. Bel. Punici. 85.

Abire incœpto longius. Tacit. lib. 5.

Abire in rem aliquam, pro in eam rem transire, mutari, redigi. Plin lib. 24. cap. 9. 1. Idem lib. 3 1. ca. 7. Ouid. Metam. 2. 67. Liuius lib. 1. ab urbe. Ciuibus facta spes in aui mores atque instituta, Tulum regem abiturum. Ouid. epist. 21.17. Siue abeunt studia in mores, artesq; magistras. Cato de re rust. cap. 61. In radices, uires oleæ abibunt. Plin. li. 21. cap. 11. Si deuulsa crebrò, prohibeatur in semen abire.

Abire in malam crucem, & similia, locutiones sunt imprecādi. Terent. And. Abi hinc in malam crucē. Idem Phor. Vbi Donatus, aduerbialiter: ut, huc uicinia. Ex cuius uerbis appareret legendum esse malam crucem, absque præpositione. Vide & in Eunucho, Malam rem hinc abis? Plaut. Aul. Aut abi in malum cruciatū ab ædibus. Cic. Philip. 13, Quin tu abis in malam pestem, malumq; cruciatum?

Abire in diem. Terent. Phorm. 5.2.16.

Præsens quod fuerat malū, in diem abijt, id est, in aliud tempus dilatum est.

Abire in ora hominum. Liuius 2. ab urbe. 154, ne in ora hominū pro ludibrio abiret. Id est, Ne in ludibrium & irrisionē ueniret, Ne rideretur ab omnibus, ne fieret uulgi fabula.

Abire in societatem. Plin. lib. 8. cap. 16.

Abire in sumptus. Cic. Attico, lib. 11. 210.2, In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum.

Abire in uentos, Id est, obliuioni dari. Ouid. lib. 1. Trist. 7.

Abire sub iugum, Liuius 3. ab urbe, 122.

Abeunt sursum radices, pro sursum tendunt. Cato de re rust. cap. 61, Si malè arabit, radices sursum abibunt. Plin. lib. 17. cap. 18.

Sic abire. Terent. And. 1.2.4, Mirabar, hoc si sic abiret. Id est, Si hæc res ita præteriretur. Cic. Attico, lib. 14. 299.2, Ad summam, nō posse istæc sic abire. Idem in Catil. Nō hoc tibi sic abibit. Id est, non hoc impunè feres.

Abire, de sermone dictum. Cic. pro Rosc. Amer. 26, Quid ad istas ineptias abis, inquies.

Abire præ, pro præire, siue præcedere. Plaut. Amph. 6. 45. Abi præ Sosia, iam ego sequar.

Abire uiam, figuratè dictum, sicut ire uiam. Plaut. Rud. 23.87. Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam uiam.

Abire fuga, Id est, fugere. Virg. 4. Aeneid. 57.

Ardet abire fuga.

Abi, ut ait Donatus, est uerbum uel sibi, uel alteri cum laudatione blandientis. Terent. Adelph. 4.2.26, Patrissas: abi, uirū te iudico. Ibidem 5.1.1. Aedepol Syrisce te curasti molliter, lateq; munus administrasti tuum. abi.

Abi, item per contemptum dicitur. Terent Adel. 2.2.12, Nunquam rem facies. abi, nescis inescare homines.

Abi, abi. Terent. Adelph. 44.11, Abi, abi iam Aeschine, satis diu uerba dedisti nobis.

Abi dicimus, quasi hærenti morantiq;. Terent. And. 1.1.1. Vos istæc intrò auferte: abite.

Abibitur

Abibitur, impersonale. Plaut. Merc. 16.36.
—Scio iam quid uelis,
Nempe me hinc abire uis. L. Volo inquam. C. Abibitur.

Abiens: abeuntis, participium (ἀπιεχόμενος,) Discedens. Terent. And. 1.157. Obseruabam mane illorum seruulos uenientes aut abeuntes. —Cic. in Pisonem,

Abitio, abitionis, Verbale (ἀπέλευσις,) ipse abeūdi actus, hoc est, discessus. Terent. Heaut. 1.2.16. Propterea hæc turba atq; abitio euenit.

Abitionem antiqui dicebant mortem. Festus.

Abitus, abitus, m.g. p.cor. Verbale (ἀπέλευσις,) ex Abeo. Idem quod abitio. Teren. Heaut. 3.1.5. Cum uideam miserū hunc tam excruciarier eius abitu. Cic. 5. Verr. 106. Plin. lib. 18. cap. 31. hirundinum abitus. Idem lib. 2. cap. 167.

Abitus sepire. Tacit. lib. 14.
—Circuniecta uehicula sepserant abitus.

Abitus, non solum est ipse discessus & abitio, sed etiam locus per quem abire possumus. Virg. 9. Aeneid. 80.
Obiiciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc atq; hinc, omnemq; abitum custode coronant.

Abequito, as, pe.cor. (ἀφιππάζω,) Abequitare equo abire uel aufugere. Liu. 4. Bel. Pun. 140. Vt prætores pauidi inter tumultum abequitarent Syracusas.

Aberceo] aberces, abercui, abercitum (ἀπείργω,) abercere, arcere, prohibere, authore Festo. Pla. atq; eā abercet domo.

Aberro] aberras (ἀφαμαρτάνω, ἀποτυγχάνω, ἐξαμαρτάνω, aberrare. Est propriè à uia recta per errorē digredi, deflectere, discedere: quod & deerrare dicitur. Plaut. Menech. 2.29. Puer inter homines aberrauit à patre.

Aberrare per metaphoram uenustè dicimus. Cic. 5. Tusc. 93. Sed redeat unde aberrauit oratio. id est, ad illud redeamus, à quo longius digressi sumus. Idē 2. de Orat. 83. A quo quidem homine, iandudum Antoni, non aberrat oratio tua.

Aberrare à regula & præscriptione uitæ. Cic. 4. Acad. 254.

Aberrat ad alia ratio. Cic. lib. 1. Offic. 187. Danda igitur opera est, ut etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio.

Aberrat animus à sententia. Cic. 7. Philip. 217.

Aberrare à communi utilitate. Cic. pro Ligario. 12.

Non multum ab Herilli leuitate aberrauimus, id est, Penè tam leues erimus quàm est Herillus. Cic. 4. de Finib. 66.

Aberrare à miseria. Cic. Attic. lib. 12.257. 6. Nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum. id est, A miseria cogitationem auertere, & quasi subterfugium aut occasionem quærere eius obliuiscendæ. Subauditur & ablatiuus. Cic. Att. lib. 12. 252. 8. At ego hic scribendo dies totos, nihil equidem leuor, sed tamen aberro. Subaudi, à dolore, uel molestia. Quasi, dolorē aut molestiam sic scribendo fallo.

Aberrare proposito & à proposito. Cic. 1. Tusc. 128. aberrare proposito facilè patiebar. Idē 5. de Fin. 142. Tamen à proposito inquā aberrauimus. Idem pro Cecin. 40. Ne nimium multa complectamur, atq; ab eo quod propositum est, longius aberret oratio, id est, digrediatur & deflectat.

Aberrare, pro errare. Cic. Att. lib. 14.320. 1. Quanquam uereor ne nihil coniectura aberrem, hoc est, errem in coniectura, aut coniectura fallar. Idem 1. de Natura deor. 139. Qui etiam si aberrant à coniectura, uideo tamen quid sequantur.

Aberrare uerbo aut nutu. Cic. de Arusp. resp. 20.

Aberrant inter se orationes. Liuius 8. Bel. Maced. 247. Nec inter scriptores rerū discrepat solum, sed orationes quoq; aberrant inter se, hoc est discrepant.

Aberrare in melius. Plin. Iunior lib. 4. 93. A qua rogo, ut artificem quē elegeris, ne in melius quidē sinas aberrare, id est, ab illo exemplari discedere, etiam si melius facturus sit.

Aberratio, Verbale (ἀποτυξις,) Digressus à recta uia.

Aberratio, per metaphoram. Cic. Cassio, lib. 15.18. Verumtamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus, hoc est, aliud auocamentum. Idem Att. lib. 12. 252. 9. Siue hanc aberrationem à dolore delegerim, quæ maximè liberalissima doctoq; homine dignissima.

Abfore] pe.cor. (ἀπέσεσθαι,) infinitiuus ex fore compositus cuius usus est rarior. Virg. 8. Aen.
—Nos si pellant, Nihil abfore credunt.
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant.
Hoc est, sibi absuturum nihil arbitrantur. Seruius.

Abgrego] abgregas, pen.cor. (ἀφοδεύω,) abgregare. Ab grege ducere, Festus.

Abhinc] aduerbium temporis, de præterito dictum, (ἤδη, ut: τέτορ ἤδη ἔτος,) iungiturq; sæpius accusatiuo, rarius ablatiuo.

Abhinc, cū accusatiuo. Terent. And. 1.1.42. Ab hinc triennio commigrauit huc uicinia. Cic. 4. Verr. 16. Horum pater abhinc duos & uiginti annos mortuus est, id est, ante.

Abhinc, cum ablatiuo. Plaut. Merc. 7.63. Qui abhinc sexaginta annis occisus foret. Cic. pro Rosc. Com. 21. Abhinc annis quindecim. Idē Att. lib. 12.241.7. Quod pro Cornificio me ab hinc annis amplius XXV. spopondisse dicit Flau.

Abhorreo] abhorres, abhorrui, (ἀποφέυγω, μυσάττομαι,) abhorrere, ablatiuo iungitur cum præpositione à uel ab, & significat procul esse alienum. Terent. Hecyra 4.4.92. Nam omnino abhorrere animum huic uideo à nuptijs. Sic ab re uxoria, apud eundem in And. 5.1.10. Cic. pro Cluen. 16. Se ab his nuptijs abhorrere respondit. Idem Bru. lib. 13. 13.3. A nostris studijs non abhorrens.

Abhorret ab auribus uulgi. Cic. 3. de Orat. 38.

Abhorret à fide, pro Incredibile est. Liu. 1. Decad. lib. 9.

Additur interdum nomen adiectiuum participiale. Cic. Att. lib. 14.303. A ducenda autem uxore sic abhorret, ut quicquam libro lectulo neget esse iucundius. Sic, ab urbe relinquenda. Idem Cælio, lib. 2.15.9.

Eodem modo constituitur cum gerundi uerbis in do. Cic. Att. lib. 7.132.4. Nam delectus adhuc quidam inuitorum est, & à pugnando abhorrentium. Eidem lib. 2.21.1. A scribendo prorsus abhorret animus.

Abhorrere, suppressa præpositione. Cic. de Fato 13. Alij talibus uitijs abhorreant. Pro à uitijs. Sic abhorret uero, hoc est, à ueritate. Tacit. lib. 21.

Abhorrere, cum accusatiuo, pro exhorrere, detestari, & quasi execrari. Suet. de Augusto, ca. 83. Nam pumilios atq; distortos, & omnes generis eiusdē, ut ludibria naturæ, maliq; omnis, abhorruit. Idem in Cal. cap. 4. Liuius 4. ab Vrbe, 192. parum abhorrens famam.

Interdum subauditur accusatiuus. Cic. pro A. Cluentio, 31. Nemo illū aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo conuiuio dignum iudicabat: omnes aspernabantur, omnes abhorrebant.

Abhorret auris atq; animus à nobis. Cic. in epist. ad Octauiū.

Abhorret facinus ab illo. Cic. pro Cluent. 133. Quid unquam habitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideatur.

Abhorret oratio ab aliqua re. Cic. pro Sestio 83. Et ut arbitror, nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publij Sestij, abhorrebit oratio mea.

Abhorret uoluntas eius à me. Cic. ad Canin. lib. 2. 16.10. Idē 4. Ver. 7. A quo mea longissimè ratio uoluntasq; abhorrebat.

Abhorrere animo. Cic. 7. Phil. 219. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu.

Abhorrere

Abhorrere ſtudio & uoluntate.Cic.pro Flacco,6.

Abhorrere longè uel multum. Cic.pro Deiotaro,11.Etſi à ueritate longè,tamen à conſuetudine criminandi non multum res abhorrebat.

Abhorrens,ſine adiecto:quod ratione caret,ſeu alienũ eſt à ratione. Liu. lib. 10. bel. ſecundi Pun. Riſus illic nequaquam tam abſurdus eſt, quàm uestræ abſurdæ & abhorrentes lacrymæ.

Abhorreſco,abhorreſcis,(ἀποφέυγω,)idem quod Abhorreo. Interdum, uel timeo,& uidere nõ ſuſtineo, ſeu exhorreſco. Lactantius de Ira: Quem terra contremiſcit, cœlumq; & mare & latebræ tartareæ & dæmones abhorreſcunt.

Abies]*abietis,f.g.pen.cor. (ἐλάτη,) nomen arboris:de qua ſic Plin.lib. 16.cap.10.Abies è cunctis ampliſſima eſt,& fœmina etiam prolixior,mater mollior utiliorq;,arbore rotũdior,folio pinnato denſa, ut imbres non tranſmittat.Ibidem cap.39.Abietis quæ pars à terra fuit,enodis eſt:hæc qua diximus ratione fluuiata decorticatur, atq; ita ſapinus uocatur:ſuperior pars nodoſa,durioráq; ſuſterna.Virgil.eclog.7. 9.Populus in fluuijs, abies in montibus altis.*

Abietem pro tabellis uſurpauit Plautus in Perſa 6. 67. quod non recepit proſa oratio,teſte Quintiliano,lib.8.cap.6.

Abies uiſura caſus marinos.Virg 2.Georg.14.

Abies audax.Stat.lib.6.Theb.Quòd ex ea fiant naues, quibus quid audacius?

Abies criſpa. Cicero 3. Tuſc. 77. Idq; ob criſpantes uenarum flexus.

Abies enodis.Ouid.lib.10.Met.

Abies longa. Virg.11.Aen.134. —Cuius apertum
Aduerſi longa trãſuerberat abiete pectus. Id eſt haſta abietali. Seruius.

Abies nigra,id eſt Vmbroſa,Seruius.Virg.8.Aen.118.

Abietes tacitæ, Hoc eſt uentorum flatibus non commotæ. Val. Flac.Argonaut.7.81.

Abies latè umbroſa.Claudianus lib.3.de raptu.

Abies uncta.Virg.8.Aen.18.Labitur uncta uadis abies. Id eſt, nauis abiegna.

Abies apta fretis,id eſt mari.Claudianus:Apta fretis abies,bellis accommoda cornus.

Abiegnus,adiect.denominatiuum à nomine abies (ἐλάτινος,) ut,Trabes abiegnæ, quæ ſunt ex abiete. Col.lib.12.cap.43. 4.Quidam eadem ratione arida populnea, uel abiegna ſcobe uirides uuas cuſtodiunt.Dictio eſt quadrisyllaba, ſed interdum apud poetas triſyllaba. Propert. lib. 3. eleg.19. Induit abiegnæ cornua falſa boui. Idem lib. 4. eleg.1.Laſerat abiegni uenter apertus equi. Idem lib. 3. eleg. 1. Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces.

Abigena]*bos.Varro de ling.Lat.libro 6.*

Abiga]*abigæ f.g.pen.cor.ab abigendo partu ſic uocata,alio nomine Chamæpitys,(χαμαιπίτυς,)ea eſt herba quam uulgus herbariorum Iuaam appellat, cognomento muſcatam. Teſtis Ruellius,lib.24.cap.6.Chamæpitys,Latinè abiga uocatur propter abortus.*

Abigo]*abigis,pen.cor. (ἀπελαύνω,ἀπελάω,)Abactũ, abigere, A loco remouere, atq; expellere:& propriè res nobis infeſtas,odioſas, ſiue moleſtas:ut muſcas à facie, aues à frumento. ſic de pecoribus dicendum eſt, quæ, ſi nobis odioſa ſunt, abigimus,id eſt expellimus.Et præter accuſatiuum iungitur ferè ablatiuo cum præpoſitione à uel ab: ſed hîc ablatiuus frequenter ſubauditur. Cic. de Orat. lib. 2.137. Puer abige muſcas. Idem libro 4. Acad.156. Peſtem abige à me. Martial.lib.10.5. Abigatq; moto noxias aues panno.*

Abigere homines, ſimiliter pro expellere. Plaut.Mer.19.21. Nõ uiuã ueſperi, niſi illam à meſceleſtam abigã.Sic abigere delatores,apud Plin.in Pan.66.

Abigunt nubes uenti.Plin.lib.2.cap.47.

Abigere à cibo,pro prohibere.Plaut.Curcul.7.31.

Abigere de uel ex frumento anſeres. Plautus Trucul.5.39.

Abigere ali,uò,pro ablegare.Plaut.Merc.18.19.Terent.Adel. 3.3.47.Abigam hunc rus.

Abigimus,quæ ubi acceſſerint expellimus. Arcemus,quæ prohibemus ne accedant. uerùm nõ ſemper hæc differentia obſeruatur.

Abigere ab ædibus,pro arcere.Plaut.Amphit.3.150. Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus.

Abigere præterea, eſt furto aut latrocinio pecudes abducere. Liu. 2. ab Vrbe 97.ſed uilla incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta. Cic.4.Ver. 47.Omne inſtrumentum diripuit,familiã abduxit,pecus abegit. Idem 4. Verr. 19. Hanc ſignificationem apertius uidebis ex Vlpiano,in Abigeus.

Abigere item pecus, ſiue ui,aut furto dicimus, pro agere, ut fit cum boues in paſcua mittuntur. Varro 2. de re ruſt. cap.1. 16. Itaq; greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum.

Abigere translatum ad res incorporeas. Plin.lib.12.cap.17.9. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes ſuorum faſtidium.Plaut.Merc.4.3.Agedum Achantium, abige abs te laſſitudinem.caue pigritiæ præuortier.

Abigere partum, uel fœtum. Cic. pro Cluentio 24. Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet,rei capitalis eſſe damnatam.Sic Plinius lib.14.cap.18.1.Colum.lib.6.cap.27.Nam hæc omnia incommoda fœtum abigunt.

Abigere uenenatorum morſus.Plin.lib.20.cap.5.

Abigendus,participium, (ἀπελαθησόμενος,) Ouidius 3. Faſtor.69.

Abactus,participium, (ἀπελελαμένος,)ut abacti greges, qui aut furto,aut per uim abducti ſunt. Cic. 4.Verr. 13.Liu.4. ab Vrbe 90. Exercitus in agrum Veientem ac Faliſcum ducti,prædæ abactæ hominum,pecorumq;.

Abactus furto. Plin. lib. 8.cap.51.4.Compertum, agnita uoce ſuarij furto abactos.

Abacta nox, figuratè,pro exacta.Virg.8.Aen.

Abacti magiſtratu dicebantur, qui coacti depoſuerant imperium.Feſtus.

Abactum flamen.Stat.lib.3.Thebaid.52.
Syluarumq; comas,& abacto flamine nubes
Mulcet iners æſtas.

Abacti oculi.Stat.lib 1.Thebaid. 21.de Tiſiphone,
Sedet intus abactis
Ferrea lux oculis.

Abacta pauperies,id eſt,reiecta,expulſa.Horat.lib. 2.Ser. Saty.2.9. —Necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum. —Nam uilibus ouis
Nigriſq; eſt oleis hodie locus.

Abactus, huius abactus, (ἀπέλασις,) Verbale, ipſe abigendi actus,& uiolenta expulſio.Plin.in Paneg. 32. Quàm diſſimilis nuper alterius principis tranſitus (ſi tamen tranſitus ille,non populatio fuit)cum abactus hoſpitum exerceret,omniq; dextra læuaq; peruſta.

Abactor,abactoris,m.g.(ἀπελάτης,) Verbale, dicitur pecuariorum animalium fur.latrunculus ue. Tullius ue Aſino,libro 7. Meum uerò Bellerophontem, abactorem indubitatum,cruentumq; percuſſorem criminantes.

Abigeus.abigei, m.g.penul.corr.idem quod abactor (ἀπελάτης.)Quid ſignificet docet Vlpian. lib. 47.Digeſt.his uerbis: Abigei propriè ij habentur, qui pecora ex paſcuis, uel

ex

ex armentis ſubtrahunt, & quodam modo deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, oues de gregibus, uel boues de armentis abducentes.

Abigeatus, huius abigeatus, pe. pro. (ἀπελασία) denominatiuũ à nomine abigeus, ipſe abigendi actus, ſiue crimen. Marcellus lib. 47. digeſt. Abigeatus, crimen publici iudicij non eſt: quia furtum magis eſt.

Abij, (Ἄβιοι) Steph. populi ſunt Scythiæ, quos ait Solinus ex Abiano flumine dici, iuxta quod habitant: uel nonnullis, quòd ſine uita ſtabili, aut domicilio ſint in curribus degentes. Horũ meminit Homerus, γαλακτοφάγων Ἀβίωντε δικαιοτάτων. Iuſtiſſimos enim uocat, quòd in pace ſine bello degant, uel quòd extempolari uictu utantur.

Abiicio.] Abijcis, penult. corrept. (ἀποῤῥίπτω, ἀποβάλλω) Abieci, Abiectum, Abijcere, Ex ab & iacio, eſt propriè aliquid ab ſe iacere, proijcere, uel, reijcere, & ferè ex contemptu aut indignatione. Et præter caſum proprium, habet ferè accuſatiuum cum præpoſitione in. Cic. 1. Tuſcul. 131. Cum ei nihil accidiſſet aduerſi, è muro ſe in mare abieciſſe, lecto Platonis libro.

Abijcere arma defatigatione, pro relinquere bellum. Cic. Torquato, libro 6. 24.

Abijcere ſe aliquò, quaſi ex ſuo ipſius contemptu, uel deſpectu. Cic. lib. 1. de Orat. 15. Quod ille durißimis pedibus fecit, ut ſe abijceret in herbam. Plin. lib. 21. ca. 13. 2. Qui edere, abijciunt ſe humi.

Abijcere ſe, pro parui æſtimare. Cic. in Paradox. 16. Sic te ipſe abijcies atq; proſternes, ut nihil inter te atq; inter quadrupedem aliquem putes intereſſe.

Abijcere ſe alteri ad pedes. Quaſi ſe ſummittere, ſupplicãdi grãtia, aut etiam ſe proſternere. Cic. Attic. lib. 8. 153. 2. eidẽ lib. 4. 71. 7. Abiecta toga, ſe ad generi pedes abiecit.

Abijcere ſe ſupplicem. Cicer. pro Milone. 76. Ego me plurimis pro te ſupplicem abieci.

Abijcere aliquẽ, pro negligere, & nõ ei fauere. Cic. ad Q. Fratrem, lib. 3. Scaurum autem iampridem Pompeius abiecit.

Abiecit, id eſt, prona fecit. Cic. de Legibus lib. 1. 39. Nam cum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit: & ad cœli, quaſi cognitionis domicilijq; priſtini conſpectum excitauit.

Abijcere, translatum ad res animi, pro deponere.

Abijcere ædificationem. Cic. ad Memmium lib. 13. 1. 7.

Abijcere amorem ab aliquo. Cic. 2. Philip. 84.

Abijcere animum, pro animum deijcere, ac deprimere, & penè deſperare. Sic abijcere ſpem, pro deſperare. Cic. 3. Ver. 39. Spem abijcere de aliquo Brutus. Cic. lib. 11. 2.

Abijcere authoritatem, pro eo quod eſt, deponere, & quaſi uilem abiectamq; reddere, Cic. Attico, lib. 1. Nam & ſenatus authoritatem abiecit.

Abijcere cogitationem in. Cic. in Lælio. 31. Qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamq; cõtemptã.

Abijcere curam, commentationem. Idem ad Pætum lib. 9. 20. 4. Nam omnem noſtram de Republica curam, cogitationẽ de dicenda in ſenatu ſententia, commentationem cauſarum abiecimus.

Abijcere conſilium, Reſpuere, reijcere, repudiare. Cice. Attico, lib. 5. 98. 6. Idem in Catilinam. 35. Nunc ſi conſilium faciendi belli abiecerit.

Famam ingenij abijcere. Cic. ad Papirium, lib. 9. Effugere autẽ ſi uelim nonnullorum acutè aut facetè dictorum oſtenſionẽ, fama ingenij mihi eſt abijcienda, id eſt, diſſimulanda.

Gloriam abijcere & deponere. Cic. lib. 2. de Orat. 116.

Interceſſorem abijcere. Cic. Planco, lib. 10. 12. 11.

Memoriam doloris abijcere, Cic. 1. Philip. 22.

Obedientiam relinquere & abijcere. Cic. lib. 1. Offic. 143.

Onus abijcere aut deponere. Cic. pro Sex. Roſcio Amer. 6. Onus ſuſceptum aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere.

Socordiã abijcere, Plau. Aſin. 6. 6. Sic abijcere ſuperbiã. Plau. Mer. 22. 10.

Timorem abijcere, Cic. Bruto, lib. 11: 21. 8.

Voluntatem diſcendi abijcere. Cic. lib. 2. de Orat. 77. Vt uoluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abijceremus.

Abijcere aliquid oſtentui. Hoc eſt, ad oſtentum. Tacitus lib. 1. Annal. Tradunt pleriq; intra tabernaculum ducis obrutos: alij corpora extra uallum abiecta oſtentui.

Abiectio, Verbale, (ἀποβολὴ) ut Animi abiectio, quaſi deiectio atq; defectio, & penè deſperatio. Cic. in Piſonem. 69. Quid debilitatio, atq; abiectio animi tui.

Abiectus, participium, (ἀποβεβλημένος) Cic. Attico, lib. 4. 71. 7. Abiecta toga.

Sic abiectis armis apud Hirtium de bel. Afric. lib. 5.

Abiecta cunctatione. Cic. 1. Off. 103. abiecta omni cunctatione, adipiſcenda magiſtratus.

Abiectus in herbis. Id eſt, proſtratus. Ouid. epiſt. 7. 1.

Abiectus, abiectior, abiectiſsimus, nomen ex participio, (ἀποβλητος, ἀποῤῥίπτος) ut abiectus homo, qui tanquã ſui incurius, ueluti perpetuo humi deſidet, nihilq; arduum molitur, & ob id reliquis ſe cõtemptibilẽ facit. Cic. 4. Acad. 235. Hos ſi contemnimus, etiam abiectos putamus. Idem in Catilin. 75. Exanimata uxor, abiecta metu filia. Idem 5. de Fin. 103. Nihil abiectum, nihil humile cogitant.

Abiectus & contemptus, Cicer. contra Rullum. 91. Idem pro Cluentio. 75.

Deſertus atq; abiectus. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 13.

Abiecta & humilis oratio. Cic. in Orato. 112. Ita neq; humilẽ, nec abiectã orationẽ, nec nimis altã & exaggeratã probat.

Abiectus & neglectus. Cic. lib. 3. de fin. 101. Mimimè autem conuenit, cum ipſi inter nos abiecti neglectiq; ſimus, poſtulare ut dijs immortalibus cari ſimus, & ab illis diligamur.

Abiectus & ſummiſſus. Cic. lib. 1. Officio. 173. Priuatim autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere, neq; ſummiſſum & abiectum, neq; ſe efferentem.

Abiectus & ſemiuiuus. Cic. in Piſonem. 24. abiecti hominis & ſemiuiuis furorem petulantiamq; fregiſtis.

Abiectus fortuna, Cic. Figulo, lib. 4. 13. 3. Ipſe enim pari fortuna abiectus.

Abiectum excitare. Cic. Attic. lib. 1. 11. 14.

Abiectus, ſiue Abiecto animo homo. Penè deſperatus. Cic. pro domo ſua 20. abiectum metu, ad aliquam ſpem libertatis, et priſtinæ dignitatis erexit. Idem Attico, lib. 3. 42. 2. Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo perculſo atq; abiecto.

Abiectior animus. Cic. de Amicitia. 52. Sæpe enim in quibuſdã aut animus abiectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

Abiectior animi, dictum Græca figura, pro eo quod eſt animo abiectiore. Liuius, Multos ſibi mœſtiores & abiectiores animi uiſos.

Abiectus gemitus. Cic. 2. Tuſcul. 97. Sin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi abiectus, ſi flebilis: ei qui ſe dederit, uix eum uirum dixerim.

Abiecta ira, id eſt, ſedata & prorſus depoſita. Seneca in Thyeſte. 5. 6. Ira, frater, abiecta redit.

Abiectæ nugæ. Hor. lib. 2. Epiſt. 2. 24. Nimirum ſapere eſt abiecta iis utile nugis.

Senarij abiecti. Cic. in Orato. 107. At Comicorum ſenarij propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſæpè ſunt abiecti, ut nonnunquam uix in his numerus & uerſus intelligi poſsit.

Digitized by Google

Verba abiecta. Cic. in Bruto, 125.

Abiectè, aduerbium qualitatis (ἀποβεβλημένως) Contemptim, & abiecto animo. Cic. 2. Tuscul. 94. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter muliebriter ue faciamus. Idem 3. Philip. 143.

Abila, (ἄβιλα) oppidum in regione Decapolitana. Plin. lib. 5. cap. 18. Abila mons, uide Abyla.

Abilatæ (ἀβιλαῖοι) ab urbe Abila, ex Stephano.

Abincunabulis.] &c. Vide. A.

Abintegrò.] (ἐπανορθρίᾳ) aduerbium iterandi, pro denuò, authore Seruio: quasi res perfecta rursus inchoetur. Virgil. 4. Ecloga, Magnus abintegrò seclorum nascitur ordo. Cic. 3. Verr. 104. Virum existimatis minus operis esse, unam columnam efficere abintegrò nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere.

Abinteſtatò.] aduerbiũ, (ἀδιαθέτως, μὴ διαθέμενος) pro eo quod est sine testamento. Nam aut ex testamento, aut si non est, uel irritum est testamentum, propinquitatis iure, hæredes fiunt. Afranius lib. 29. Digest. Quicunq; enim abinteſtatò ſucceſſerit, locum habent codicilli, nam unus casus est, nec interest qui succedat, dum abinteſtatò ſuccedat.

Abiudico.] abiudicas, pe. cor. (ἀποδικάζω) abiudicare, iudicio auferre: ea forma dictum qua abiurare: & ei contrariũ est adiudicare: ut, Abiudicare agrum ab aliquo. Cic. de lege Agraria. 51. Iudicabit Alexandriam regis esse, à po. Ro. abiudicabit. Liu. 4. ab urbe. 2. Læti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati defeciſſe.

Abiudicare ab ordine ſenatorio rationem ueritatis. Cicer. 3. Verr. 3.

Abiudicare, Reijcere. Cic. de Orato. libro 2. 57. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico, atq; reijcio. Metaphoram declarauit per uerbum magis proprium Reijcio. Budæus legit, abdico.

Abiudicare aliquid ab aliquo. Cicer. 2. Verr. 8. Nulla res cuiusquam tam patria atq; auita fuit, quæ non ab eo, imperio iuſtius abiudicaretur.

Abiudicare ſibi libertatem. Cice. pro A. Cecinna. 72. Hoc iudicat, cum is, qui in ſeruitute iuſta fuerit, cenſu liberetur: eum qui cum liber eſſet cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatẽ abiudicaſſe, datiuus Sibi, pro ablatiuo ab ſe.

Abiudicabo me à uita, Plautus in Aſinar. 12. 17. ſatis durè dixit, pro eo quod est, uitam mihi adimam, me uita priuabo.

Abiugo.] abiugas, pen. cor. (ἀποζυγνύω) abiugare, Quaſi à iugo remouere: ut abiugare bouem, hoc est, à pari diſiungere.

Abiugare, per translationem, pro ſeparare, alienare, diſiungere, abiungere. Pacuuius Medo, Quæ res te ab ſtabulis abiugat, certum est loqui. Author Nonius: Antiquum est uerbũ, pro quo abiungere dicitur uſitatius.

Abiungo.] abiungis, abiunxi, abiunctum, (ἀποχωρίζω) abiungere, diſiungere, ſeparare. Virg. 3. Georg.

—it triſtis arator
Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum. Plaut. Mil. 20. 18. quando aſpicio hunc, lacrymor, qui abiungitur. Cic. Attico, lib. 2. 16. 5. Quòd ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit.

Abiuro.] abiuras, pe. lon. (ἀπόμνυμι, ὀμόμνυμαι) abiurare, rem creditam negare periurio, ait Seru. Plau. Cur. 10. 10. Qui abiurant ſiquid creditum est. Idem Rud. 2. 14. Quiq; in iure abiurant pecuniam.

Abiurare creditum, Salluſt. in Catil. De Sempronia.

Abiurare, pro ſimpliciter negare & inficiari, inquit Budæus. Cic. Attic. lib. 1. 5. 3. Tulliola noſtra deliciæ noſtræ, tuum mu-
nuſculum flagitat, & me ſponſorem appellat: mihi autem abiurare certius est, quàm dependere.

Abiuraſſo (ἀπόμνυμαι) pro abiuro. Plaut. Perſa. 15. 10. Nec metuo, quibus credidi hodie ne quis abiuraßit mihi.

Abiuratus, ta, tum (ἀπωμνυμένος) participium à paßiuo abiuratur: ut pecunia abiurata, id est, periurio alicui abnegata.

Abiuratus, in alia ſignificatione. Virg. 8. Aeneid. ubi de Caco.

Abſtractæq; boues, abiuratæq; rapinæ
Cælo oſtenduntur.— hoc est, cõtra ius retentæ, ait Seruius.

Ablacto.] ablactas, ἀπογαλακτίζω, à lacte remoueo pro quo Varro, à Mamma diſiungo, Virg. à lacte depello dixit, uerbum est Biblicum.

Ablaqueo ablaqueas, ῥιζοτομῶ, ablaqueare propriè ad uites & arbores pertinet: quod fit cum circum illas terra foditur, & radices ſuperiores reciduntur: uulgò diſcalciare. Colu. lib. 4. cap. 29. 8. Sed antiquißimum est, & ante hæc ablaqueari uitem radicesq; ſummas uel ſoboles amputari, & poſt hæc adobrui truncum. De ablaqueatione uide plura ibidem, cap. 8. Cato de re ruſt. cap. 5. 5.

Ablaqueari, paßiuum in tertijs perſonis: unde ablaqueatus, ut Vitis ablaqueata. Plin. li. 6. cap. 27. 3.

Ablaqueatio, ablaqueationis, ῥιζοτομία, Ipſe actus ablaqueandi. Columel. de arboribus cap. 5. 3. Per brumam, uitem ne colito: niſi ſi uoles eas radices, quæ in ablaqueatione apparebunt, perſequi. Plin. lib. 12. cap. 15. 1. Myrrha gaudet raſtris & ablaqueationibus.

Ablatiuus.] caſus, ἀφαιρετικὴ πτῶσις, Grammaticis dicitur, qui ſextus est caſus apud Latinos, & alio nomine (teſte Priſciano) comparatiuus appellatur: ut, aufero ab Hectore, & fortior Hectore. Dionedes li. 1. Ablatiuum Græci non habent: hunc tamen Varro interdum ſextum, interdum Latinum appellat, quia Latinæ linguæ proprius est, cuius uis apud Græcos per genitiuum explicatur. Priſcianus li. 5. ca. de caſibus. Quintil. lib. 1. ca. 8. 9. b. Quærat etiã ſit ne apud Græcos uis quædam ſexti caſus, & apud nos quoq; ſeptimi: nam cum dico haſta percuſſi, non utor Ablatiui natura, nec ſi idem Græcè τῷ δορί.

Ablego.] Ablegas, pe. longa, (ἀποπέμπω, ἀποστέλλω) ablegare. Est propriè quempiam alio mittere, qui nobis est tædio, aut impedimento. Plaut. Mil. 11. 54.

—hunc ſub cuſtodem ſuum
Foras ablegauit, dum eapſe tranſire huc placet. Terent. Hecy. 3. 3. 54. aliquò mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.
Liu. 4. Pun. 119. ubi ablegatum M. Marcellum uiderunt.

Remouere & ablegare aliquem. Cic. 7. Verr. 66.

Dimittere & ablegare conſilium. Cic. 4. Verr. 52. Cauſam ſeſe dimiſſo atq; ablegato conſilio defenſurum negauit.

Ablegare cum priore ſupino. Liuius 1. ab urbe. 157.
pueros uenatum ablegauit.

Ablegare, dictum de pecoribus. Var. 1. de re Ruſt. ca. 47. Quin & pecus à prato ablegandum. Colu. li. 6. cap. 5. 2.

Ablegare, in quodam ſermonis compendio. Cicer. ad Atticum, li. 2. 33. 4. A C. Cæſare ualde liberaliter inuitor in legationem illam ſibi ut ſim legatus: ſed hæc à fratris aduentu me ablegat. Hoc est, ita me hinc remouet, ut fratris aduentui adeſſe non poßim.

Ablegatio, ablegationis, (ἀποπομπὴ) Ipſe actus ablegandi. Liu. 6. ab urbe. 163. Ablegatione iuuentutis ad Veliternũ bellum. Cicer. 1. de Leg. 14. Ablegationem aliquam nimirum iſta oratio poſtulat.

Ablectae.] ædes. (ἀπόλεκτοι οἰκίαι) Id est nitidæ & elegantes, quæ emptores facilè inuitent. Plau. Moſtel. 11. 3.

Ablepſia.]

Digitized by Google

Ablepſia.] *ablepſia*, (ἀβλεψία) *Animi cæcitas, inconſiderantia. Sue. de Claudio Cæſ. cap. 39. inter cætera, in eo mirati ſunt homines & obliuionem & inconſiderantiam, uel ut Græcè dicam, μετωπείαν καὶ ἀβλεψίαν.*

Abligurio.] *tertia producta, abligurís, abligurîui, abligurîtum, (καταλιχνεύω) abligurire, Liguriendo abſumere. Teren. Eunuc. 2. 2. 4. Itidem patria qui abligurierat bona. Vide Ligurio.*

Abloco.] *ablocas, pe. cor. (ἀπομισθόω) ablocare. Idem quod locare uerbũ rariſsimum. Suet. in Vitell. ca. 7. Vt domum in reliquam partem anni ablocaret.*

Abludo.] *abludis, penu. prod. (ἀπονέω) abluſi, abluſum, abludere. Cui opponitur Alludere. Horat. 2. Sermonum, ſaty. 3. 64. Hæc à te non multum abludit imago. Id eſt, hoc exemplum non multum diſsimile eſt tuis moribus. Vel ut Budæus, abſona eſt & abſimilis.*

Abluo.] *abluis, ablui, ablutum, abluere, (ἀπονίπτω, ἀποπλύνω) Lauando abſtergere. Plin. libro 12. cap. 12. 4. Gallicum nardum cum radice uellitur, abluiturq; uino. Cicer. 5. Tuſc. 66. Vlyſsi pedes abluens.*

Abluere *pro madefacere, aut rigare. Col. li. 3. Terra quæ in eum congeſta eſt, pluuijs non abluitur. Cic. pro Roſc. Amer. 43. de Parricidarum ſupplicio: ita iactantur fluctibus ut nunquam abluantur.*

Abluere *pro expiare, & quaſi purificare. Virgil. 2. Aeneid.*

Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas: donec me flumine uiuo
Abluero.— Vide Macrobium Saturn. li. 3. cap. 1.

Abluere, *translatum ad animum. Plin. Iunior, epiſt. 51. a. maculam ueteris induſtriæ laudabili ocio abluerat. Hoc eſt, deleuerat, ſuſtulerat.*

Abluere periurium. *Ouid. Faſt. lib. 5. 136.*

Abluere perfida uerba. *Idem ibidem.*

Abluere ſibi umbras. *Lucret. li. 4. 76. id eſt, auferre.*

Abluere ſitim. *Lucret. li. 4. 176.*

Ablutus, *participium, pe. lon. (ἀπονιφθείς) Var. 3. de re Ruſt. c. 9. 9. eáq; abluta condunt in furfures. Id eſt, lota.*

Ablutio, ablutionis, *(ἀπόνιψις) ipſe abluendi actus. Macro. Saturn. li. 3. cap. 1. Conſtat dijs ſuperis ſacra facturum, corporis ablutione purgari: quum uerò inferis litãdum eſt, ſatis actũ uidetur, ſi aſperſio ſola contingit.*

Abluuium *pro diluuio, (ἀπόνιμμα) Laberius nimis licenter dixit, teſte Gellio lib. 16. cap. 7.*

Abmatertera.] *penul. corrept. (ἀπομήτειρα) Soror abauiæ. Ex. 3. Inſtitut.*

Abmitto.] *abmittis, abmiſi, abmiſſum, abmittere, (ἀποπέμπω) Idem quod mittere: uerbũ rariſsimũ. Plau. Truc. 11. 32.*

Abnato.] *abnatas, penul. corr. (ἀπονήχομαι) abnatare, Alicunde natãdo recedere. Statius li. 1. Achilleidos. 77.*

Abneco.] *abnecas, pe. cor. (ἀποπνίγω) abnecui, & abnecaui, abnecatum, abnecare. Idem quod necare. Plautus Truc. 4. 92.*

Abnego.] *abnegas, penul. corr. (ἀπαρνέομαι, διαρνέομαι) abnegare, propriè eſt denegare. Abnegamus autem quod à nobis aut dono, aut cõmodato petitur. Colu. lib. 10.*

Ingeniumq; loci, uel Iuppiter abnegat imbrem.

Abnegamus item quod nobis creditum eſt, ut depoſitũ. Plin. Iunior epiſt. 317. Ne depoſitum appellati abnegarent.

Rurſus *abnegamus quod promiſimus. Virgil. 8. Aeneid.*

Rex tibi coniugium, & quæſitas ſanguine dotes Abnegat.—

Abnegare, *pro renuere. Virgil. li. 2. Aeneid.*

Abnegat exciſa uitam producere Troia.

Abnegare comitem, *Id eſt recuſare. Horat. li. 1. Car. 35. 5.*

Te ſpes, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat.

Abnepos.] *penul. corrept. ἀπέκγονος, abnepotis, penul. longa. Filius pronepotis uel proneptis: & refertur ad abauum. Sueton. in Tiberio Cæſare.*

Abneptis, *huius abneptis, ἀφγώνη, Pronepotis uel proneptis filia: Sueto. de Nerone, cap. 35.*

Abnocto.] *abnoctas, abnoctaui, abnoctare, ἀπονυκτερεύω, Per noctem abeſſe. Martianus in l. Illud, De officio præſidis, abnoctare ei non liceat. Seneca de uita beata: Alius Iouem adulterum inducit & abnoctantem.*

Abnodo.] *abnodas, pen. lon. ἀποδισμεύω, abnodare. Idem quod enodare, id eſt, arbores & uites nodis repurgare. Col. li. 4. cap. 24. 9. Hunc ergo tanquam æmulũ diligẽter ijdem amputant, & abnodant, priusquàm corroboretur. & c. 22. 3. Si non enodatus, neq; abraſus eſt.*

Abnuo.] *abnuis, abnui, abnutum, αὐανεύω, ἀπανεύω, al nuere, eſt propriè nutu ſignificare te non aſſentiri, uel non concedere, hoc eſt, te negare, uel denegare quidpiam: cui cõtrarium eſt annuere. Plau. cap. 8. 21. Vbi cœnamus, inquam? atq; illi abnuunt.*

Abnuere, *Recuſare, Liuius li. 1. ab urbe. 246. Bruti quoq; haud abnuit cognomen. Virg. 5. Aeneid.*

— Nec maximus omen
Abnuit Aeneas.— Idem 4. Aeneid.
— Quis talia demens Abnuat?—

Abnuere *curam pecoris. Colu. li. 6. cap. 1.*

Imperium abnuere. *Liu. Vos imperium auſpiciumq; abnuiſtis.*

Abnuere *iuſta ducis. Tacit. li. 14.*

Abnuere, *ſolo uerbo, ſimpliciterq; negare. Col. Nos quoq; abnuimus, in agro temperato, & minimè humido, ſemẽtem ſic fieri debere.*

Abnuere alicui. *Cic. de Fato, 6. Nihil enim unquam abnuit meo ſtudio uoluntas tua. Id eſt, negauit.*

Abnuere alicui de re aliqua. *Salluſt. Neq; Mario Senatus, quanquam infeſtus, abnuere de ullo negocio audebit.*

Recuſare & abnuere. *Cic. pro Mil. 77. Non recuſo, nõ abnuo.*

Abnuere & agnoſcere, *oppoñũtur. Tacitus: Atq; ita cõpoſitus, ut ex euentu rerum abnueret, uel proſpera agnoſceret.*

Abnuere & concedere, *contraria. Quintil. li. 6. cap. 3. Cic. 2. de Fin. 5. & intelligas quid quiſq; concedat, quid abnuat.*

Abnuere, *Prohibere, Virg. 10. Aeneid.*

Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

Abnuit locus impetum, *Hoc eſt, negat facultatem impetum faciendi. Tacitus li. 21.*

Abnuit ſpes. *Id eſt, negat. Tibul. li. 4. eleg. 1. 5. ad Meſſalam.*

Abnuendus, *da, dum, (ἀπανευτέος) Senec. in Thyeſte. 5. 14.*

Nec abnuendum ſi dat imperium Deus,
Nec appetendum.—

Abnueo, *abnues, (ἀπονέω) pro abnuo, Ennius 8. annalium,*

Certare abnueo, metuo legionibus labem. Idem in Telamone. Ex eo futurum abnuent. Diomedes.

Abnuitur, *Impersonale, (ἀπανεύεται) Liuius 3. ab urbe. 311.*

Abnuto, *abnutas. pen. longa, (ἀπανευτάζω) abnutare: Frequenter ſignum oculis facere. Plaut. Capt. 11. 81. Longius quid mihi abnutas? T. Tibi ego abnuto? Cicer. 3. de Oratore. 90. Quid nam eſt obſecro? quid te adiri abnutas? Id eſt, abnuis & recuſas, ſeu prohibes.*

Aboleo.] *aboles, ſecunda correpta, aboleui & abolui abolitum, (διαλείφω, ἀφανίζω) abolere, omnino rem tollere, delere, obliterare, ita ut ne odor quidem rei eius relinquatur. Plin. li. 28. cap. 9. Virg. 4. Aeneid.*

— Abolere nefandi Cunctа uiri monumenta iubet.

Abolere conſcientiam generis humani. *Hoc eſt, facere ut homines obliuiſcantur. Tacitus in uita Agricolæ non procul ab*

Digitized by Google

initio, ut monumenta clariſsimorum ingeniorum in comitio ac foro ururentur. Scilicet illo igne uocem populi Romani, & libertatem Senatus, & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur.

Abolere corpus igni, hoc eſt, Cremare. Tacitus li. 16.

Crimen abolere, uel nomina reorum, eſt ex reis eximere, ſiue crimen remittere & cõdonare. Tranquil. in Auguſto. Paul. de Accuſa. Rei nomen non aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet.

Dolorem & iram abolere. Tacit. li. 20.

Imagines abolere. Tacit. li. 4.

Lex uetus ſermonis abolebitur. Quintil. 11. 2.

Magiſtratum abolere, pro abrogare magiſtratum. Liuius 3. ab urbe. 157.

Sterilitatem fœminarum, & uirorum inſaniam abolere. Plin. lib. 31. cap. 2.

Vires alicuius abolere. Tacit. li. 20.

Aboleo, p Abluo ſeu lauo. Virg. 4. Georg. uerſu octauo à fine.

—Nec uiſcera quiſquam,
Aut undis abolere poteſt, aut uincere flamma. Seruius: Nec lauari nec coqui poterant, exponit.

Aboleſco, aboleſcis, aboleſcere, (ἀφανίζομαι) Aboleri, deſtrui. Colum. li. 3. cap. 2. Eademq; nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit. De uinea. Virg. lib. 7. Aeneid.

— Nec ueſtra feretur.
Fama leuis, tantiq; aboleſcet gratia facti. Gel. li. 20. cap. 1. Si non illa etiã ex. XII. Tab. de teſtimonijs falſis pœna aboleuiſſet. Apud Liuium etiam cum datiuo li. 9. ab urbe, Alijs omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleuerat. Id eſt, exoleuerat, extincta erat.

Abolitus, ta, tũ, penul. breui, (ἀφανισθείς) participiũ, ut nomẽ abolitum. Plin. li. 14. cap. 4. 1. Sic Plin. Iunior. Libri aboliti & abolitæ accuſationes. Gellius li. 12. cap. 1. Abolitis & obliteratis naturæ pietatis elementis. Quint. li. 1. cap. 6. Sed abolita atq; abrogata retinere, inſolentiæ cuiuſdam eſt.

Abolitæ ædes. Tacitus. Annal. li. ſecundo, ædes uetuſtate aut igni abolitas.

Abolitos paulatim patrios mores, funditus euerti per accitam laſciuiam. Tacit. li. 14.

Abolitio, abolitionis, (ἀφανισμός) Verbale.

Abolitio criminis, dicitur criminis remiſſio, accuſatiõisq; peremptio. Quintil. li. 9. cap. 2. Aduerſus tyrannum, qui ſub pacta abolitionis damnationem depoſuerat, agit competitor. Marcel. de accuſ.

Abolitio ſententiæ. Tacit. li. 5.

Abolla.] abollæ, teſte Nonio, ueſtis erat militaris (χλαμύς) Vnde iocus Martialis in Criſpinum, qui poſita abolla, togã ſumpſerat, li. 8. 42.

Neſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam:
Dum mutat cultus, induiturq; togam.

Abolla uidetur etiam fuiſſe ueſtis philoſophica. Iuuenalis Saty. 3. ubi de philoſophis.

Audi facinus maioris abollæ:
Stoicus occidit Baream, delator amicum.

Sic Martialis de quodam Cynico, li. 1. 159.

Abolla præterea uidetur fuiſſe ueſtis honoratiorũ, apud Suet. in Caligula, cap. 35.

Abomaſum.] abomaſi. penul. prod. (λύνδορ) ut Omaſum. Horat. li. 1. epiſt. 16. — Patinas cœnabat omaſi.
Vilis & agnini, tribus urſis quod ſatis eſſet.

Quid ſit, his uerbis docet Hermolaus in 9. cap. li. 28. Plinij. Quid autem, ait, ſignificet inter uentres centipellio, uulgaris & trita laniorũ uox oſtendit. Quartum uentrem interpretatur Gaza λύνδορ, quẽ & abomaſum uocauit. Quod genus edulij Iulius Pollux taconas à Cratete Comico putatum appellatum, etiamſi aliter in ea uoce multi ſentiant. Corium certè uetus hodie quoque uulgus taconas uocat: propterea & centipelliones fortaſſe nominati. Hactenus Hermolaus, Enyſtron ſeu abomaſum ab alijs exponitur, ſinus ſeu uenter qui iungitur quaſi in uentre poſt reticulum.

Abominor.] pen. cor. abominaris, abominari, (βδελύττομαι) Eſt rem aliquam ueluti malum omen deteſtari, execrariq;. Plin. li. 28. cap. 2. Incendia inter epulas nominata, aliquis ſub menſas profuſis abominamur. Idem li. 17. cap. 5. 2. Quintil. in Proœmio li. 8. Abominanda hæc infelicitas erat. Sic li. 8. cap. 4.

Abominari etiam dicimus, cùm aliquod uerbum ueluti ſiniſtri ominis auerſamur, deprecamurq; : ut cum dicimus, Si quid tibi acciderit humanitus, quod Deus prohibeat. Vnde abominatio dicitur ea figura. Curtius li. 6. 7. Hoc regum inſigne aut moderatè perferendum eſt, aut (quod abominor) in te ruet.

Abominari, cum infinitiuo. Seneca de Benef. 7. Hæc uniuerſa habere, de quibus loqueris, abominabitur.

Abominandus, (βδελυκτέος) Deteſtatione dignus. Plin. li. 22. cap. 4. 1. Quintil. li. 9. cap. 2. Abominanda crimina ſparguntur.

Abominandam opem alicui ferre. Senec. in Hippol. 8. 18. Fer abominandam nunc opem nato parens. Hoc eſt, filij necem. Inuiſam atq; abominandam eſſe oportebat. Quint. li. 8. cap. de Amplificatione.

Abominanda optata. Senec. in Hippol. 10. 26.

Abominatio, uerbale, Deteſtatio, execratio. βδέλυγμα, in Sacris literis.

Abominatus, ta, tum, (βδελυκτός) participium paſſiuè ſumptũ. Horatius in Epodis, ode 16. Parentibusq; abominatus Annibal. Hoc eſt execrationi habitus. Acrone interprete.

Aborigines aboriginũ, pe. cor. (ἀβοριγίνες) appellati ſunt, quaſi ſine origine, utpote quorum ignoraretur origo, eo quod uagi errantesq;, ex uaria gentium colluuione miſti, conuenerint in agrum, qui nunc eſt pop. Roma. Fuit enim gens antiquiſſima Italiæ, author Feſtus. Hi poſtea aduentu Aeneæ, Phrygibus iuncti, Latini uno nomine appellati ſunt. De his meminit Salluſt. in Catil. & Liu. in principio ab urbe cond. Alij per ſecundũ uocalẽ in penultima, ſcribunt aborigenes.

Aborior.] aboreris, uel aboriris, abortus ſum, aboriri, (ἀνίσχω) Significat fœtum obortiuè fieri, uel intempeſtiuè naſci. Gellius li. 12. cap. 1. Quod quidem eadem uecordia, qua quibuſdam commentitijs fraudibus nituntur, ut fœtus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur. Id eſt, ante maturũ partum eijciantur.

Aboriri quidam actiuè accipiunt, ut de matre dicatur, pro abortum facere: de qua ſignificatione citatur apud Nonium Marcellum Varronis locus pro Cellio uel Fundanio, de admirandis rebus, his uerbis, Vinum quod ibi natũ ſit in quodam loco, ſi prægnans biberit, fieri ut aboriatur. In quibus uerbis uidetur deeſſe nomẽ (fœtus) ut ſit ſenſus, fieri ut fœtus aboriatur. Poteſt tamen abſolutè accipi aboriatur, id eſt, abortus fiat.

Aboriri uox dicitur, idq; per metaphoram, quando præ metu, aut alia de cauſa deficit. Lucretius li. 3. 32.

Corpore & infringi linguam, uocemq; aboriri.

Abortio, abortionis, uerbale ex aborior, (ἀμβλωσις, ἔκτρωσμα) Actus ipſe aboriendi. Plautus Truc. 4. 92. Celabat, metuebatq; te: ne ſibi perſuaderes ut abortioni operã daret. Gellius li. 3. Cum abortio quibuſdam non partus uideretur intempeſtiuitas. Cic. pro A. Cluentio. 25. Si hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt.

Abortia

Abortia crebra abortus, (ἐκβώμαε) Hieronymus ad Pammachium in epistola consolatoria super obitu Paulinæ uxoris.

Abortire ponit Calepinus ex Columella lib. 7. cap. 6. sed corruptè locum citat. nam Columellæ uerba hæc sunt, Nec tamen ea sola creant abortus, sed etiam glans cum citra satietatem data est. Plinius tamen lib. 8. cap. 51. sic ait, Implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi.

Aborto, abortas, (ἀμβλόω, δι'αμβλόω, ἀμβλίσκω) abortare, Abortum facere. Var. 2. de re Rust. cap. 4. 13. Ne dum exilire uelit, prægnans abortet.

Aborsus, huius aborsus, aborsui, m. g. (ἀποκύημα) Verbale: de quo sic Nonius, Abortus & aborsus uarias habent significationes. Aborsus enim ille dicendus est, qui est in primis mensibus, cum conceptui exordium factū est. Abortus propè tempus pariēdi: Hæc Nonius. Aborsus ab abordior, abortus ab aborior deduci uidetur.

Abortus, ta, tū, Id est Exortus. Stat. lib. 8. Thebai. 7. de Plutone.

Nec solitus sentire metus, expauit aborta
Sidera, iucundaq; offensus luce profatur.

Abortus, huius abortus, (ἐκβωμα, ἐκβωσις) Verbale ex aborior. Idem quod abortio, Terent. Hecyr. 3. 3. 38. Dicam abortum esse, Vbi Donatus. Non est Latinum, aborsa est: sed abortum fecit. Cic Attico, li. 14. 318. 2. Tertullæ nollem abortum. Plin. li. 7. cap. 11. 1. Extat in monumentis etiam medicorum, & uno abortu duodecim puerperia egesta.

Abortus etiam de arboribus dicitur. Plin. li. 12. cap. 2. 1. Quoniam arborum etiam abortus inuenimus.

Abortum grauidæ mulieris dicitur, quod non sit tempestiuè ortum. Festus.

Abortum facere, pro abortum pati. Plinius iunior, epist. 163. Quo magis cupis ex nobis pronepotes uidere, hoc tristior audies, neptem tuam abortum fecisse.

Abortum facere, pro Abortum inferre. Plin. li. 21. ca. 18. Quod ad cyperon attinet, Apollodorum quidem sequar: qui negabat bibendum, &c. fœminis quidem abortus facere non dubitat. Idem li. 28. cap. 7. Abortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur.

Abortum facere per metaphoram. Plin. in præfa. 12. Stoicos & subinde abortus facere iam decem annis, cum etiam celerius Elephanti pariāt. Hoc dixit de libris qui domi diu ab authoribus ante editionem comprimebantur.

Abortum pati. Plin. li. 28. cap. 7.

Abortum inferre. Plin. li. 8. cap. 47. 2. Idem li. 24. cap. 16. de dracunculo, Tantumq; inesse ei uirus, ut olfactum grauidis abortum inferat.

Abortiuus, ua, uum, penul. prod. (ἐκβωματικὸς) Verbale à supino abortum, ut Abortiuus fœtus, imperfectus & informis, qui scilicet abortu natus est. Sueto. in Augusto cap. 35. Quos abortiuos uulgus uocabat. Horat. 1. Sermo. Saty. 3. 10. Si cui filius est, ut abortiuus fuit olim Sisyphus.

Abortiuum, id est, quòd aboriri facit. Plin li. 7. cap. 6. Oscitatio quidem in enixu lætalis est: sicut sternutasse à coitu abortiuum. Idem li. 20. cap. 21. de maluis, abortiuas esse cum adipe anseris. Idem lib. 25. cap. 3. Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem.

Abortiuum, abortiui, (ἀποφώλιον) Idem quod abortus. Plin. li. 18. cap. 17. Est & aliud ex uicino auenæ uitium, cum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, prius quā roboretur corpus, afflatu noxio cassum & inane à spica euanescit quodam abortiuo.

Abrado.] abradis. penul. long. (ἀποξυρέω, ἀποξύω) Abrasi, abrasum, abradere, Radendo tollere, siue detrahere, quod & deradere dicitur. Columel. li. 3. Arida & uetera quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Idem li. 5. cap. 6. 8. Tertio demum acuta falce abraditur. Et Lucr. li. 4. 222.

Abradi pars summæ dicitur, pro detrahi uel decidi. Plin. in panegyrico.

Abradere per metaphorā, difficulter aut per uim, & quasi radendo auferre. Terent. Phormio. 2. 2. 19. Vnde aliquid abradi potest. Cic. pro Cecinna. 14. Posteaquam uidet nihil se ab A. Cecinna posse litium terrore abradere.

Abradere barbam, idem quod radere. Plin. li. 6. cap. 20. 28.

Abrasus, sa, sum, participium, pe. prod. (ἀπεξυσμένος) Luca. li. 6. 23. Abrasæ fauces.

Abrasa supercilia. Cic. pro Roscio Comœdo. 11. Non ne supercilia illa penitus abrasa, olere maliciam, et clamitare calliditatem uidentur.

Abre.] (ἀπὸ τρόπε, ὃν ἀπὸ τρόπε,) non abre.
Vide A.

Abretanus Iupiter, Mysius deus est, sic ab Abretana dictus, Straboni.

Abrincatui, Galliæ Lugdunensis populi. Lugdunensis Gallia, nabuit Lexouios, Vellocasses, Galletos, Venetos, Abrincatuos. [illegible] .cap. 18. li. 4.

Abripio.] abripis, penul. corre. abripui. (ἀφαρπάζω, ἀνάφαρπάζω,) Abreptum, abripere. Ex ab & rapio: quasi raptu & uiolenter alicunde auferre, uel abstrahere. Plin. li. 36. cap. 25. Abripiente alia escam. In multis exemplaribus desunt tria hæc uerba.

Abripere frumentum ab ar[illegible]. Cic. 5. Verr. 139.

Abripere maritum à coniuge. Cic. antequam iret in exilium. 19. Nec patiamini me à liberis meis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris focisq; in. ocentem proiectum, uitam degere in exilio.

Abripere aliquem à terra. Cicer. li. 3. de Orato. 80. Repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atq; in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

Abripere à complexu, uel ex complexu aliquem. Liuius 3. ab urbe. 2. Cic. 3. Verr. 4. Qui è complexu parentum abstractos filios, ad necem duceret.

Abreptus ex. Terent. Eunucho. 1. 2. 30.

Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam.

Abripere ad quæstionem, id est trahere. Cic. pro Cluentio. 72. In seruitutem. Hirtius de Bel. Afric. li. 5. 110. In cruciatum. Terent. And. 4. 4. 47. In uincula & tenebras. Cice. 6. Verr. 20. Quem obtorta gula, de conuitio in uincula atq; in tenebras abripi iußit.

Abripi tempestate. Cic. pro Ligario. 22. Tempestate abreptus est unus. Tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Plin. li. 2. cap. 67.

Abripi à parentis similitudine. Cic. 7. Verr. 25. ut eum, etiam si natura à parentis, similitudine abriperet, cōsuetudo tamē ac disciplina patri similem esse cogeret. Hoc est, sic alienaret à paternis moribus, ut patri similis esse non posset, nisi quadam ui consuetudinis deprauatus.

Abripere sese, Plaut. Milite. 5. 21. — Quis is est homo.
Pe. Nescio: ita abripuit repentè sese subitò. Ito, surripuit, subduxit, subtraxit.

Abreptus, ta, tum, participium, ut Abreptæ remis in terram naues. Vide Nauis.

Abrocomas, unus ex summis Artaxerxis ducibus. Xenoph.

Abrodiætus, Abrodiæti, pe. pro. delicatè & molliter uiuens, lautè & opiparè uictitans, Græcè ἁβροδιαίτης. Latinè significat delicatum atq; elegantem. Quod nomen sibi arrogauit Parrhasius pictor nobilissimus. Plinius li. 35. cap. 10.

Digitized by Google

Abrodo. *abrodis, penul. longa, abrosi, abrosum, (ἀπὸ τοῦ βρώσκω) abrodere, est rodendo abscindere. Varro 2. de re Rust. cap. 9. Plin. li. 10. cap. 62. 1. Viperæ mas caput inserit in os: quod illa abrodit uoluptatis dulcedine.*

Abrogo. *abrogas, pe. corr. (ἀποκυρόω, ἀκυρόω, αἱρέω,) Abrogare, est consensu publico aliquid abolere, tollere, obliterare, irritum facere, ut legem, imperium, magistratum.*

Abrogare legi & legem, dicimus: sed usitatius accusatiuo iungitur. Modestinus de uerborum significatione: Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur. Cic. in Philip. Eiusmodi leges etsi sine ui saluis auspicijs essent rogatæ, censerem tamen abrogandas. Nunc uerò cur abrogandas censeam, quas iudico non rogatas. Idem li. 4. ad Attic. 65. 5. Per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare. Liui. 9. ab urbe. 101. Vbi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat noua. In Rhet. ad Here. Cui legi abrogatum uel derogatum sit.

Tollere & abrogare legem. Cice. 2. de Legib. 23. Lex illa neq; tolli, neq; abrogari potest.

Abrogare alicui imperium, magistratum, potestatem: Hoc est, eum publicè priuare imperio, &c. Cicer. 3. Offic. 53. Cum Collatino Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogabat. Cic. 4. Verr. 98. Si tibi magistratum abrogasset. Idem 3. de Legibus. 35. Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogauit.

Abrogare quempiam, figuratè dictum. Plin. de Viris illustrib. 77. de Pompeio Ma. Lepidum acta Syllæ rescindere uolentem, priuatus Italia abrogauit. Id est, pepulit, eiecit.

Abrogare fidem homini, aut alicui rei, est fidem eius abolere: hoc est, facere ut iam ei nulla fides habeatur. Plau. Trin. 14. 39. Malè fidem seruando, illis quoq; abrogant etiam fidem qui nihil meriti. Cic. pro Roscio Comœdo. 26. Si iam tibi deliberatum est quibus abroges fidē iurisiurandi, respondē.

Abrogare multam. Vide in Multam dicere.

Beneficijs abrogare uires. Plin. li. 2. cap. 53. 2. Nec minus hebetis, beneficijs abrogare uires quando in fulgurum quoq; interpretatione eò profecit scientia, ut uentura alia finito die præcinat. Id est, existimare beneficia nullarum esse uirium.

Abrogatio, Actus ipse abrogandi, ut Abrogatio legis, aut magistratus, (ἀποκύρωσις) Cic. Attic. li. 3. 65. 4. Quint. li. 1. c. 9.

Abron, *(ἄβρων,) Abronis uita, id est, Vita intemperata et sumptuosa. Adagium de molliter ac delitiosè uiuentibus dici solitum, sumptum ab huius Abronis moribus notæ luxuriæ: quemadmodum apud nos Apicius & Aesopus luxu nobilitati sunt. Vide prouerb. Erasmi.*

Abroni mœnia, urbs Galatiæ Ptolemæo, libro 5. cap. 4. uulgò Arcani.

Abrotonum. *abrotoni. g. n. penul. corr. (ἀβρότονον,) Herbæ nomen: de qua sic Plin. li. 21. cap. 10. 5. Abrotonum odore iucundè graui, floret æstate. Flos aurei coloris. uacuū ſpō te prouenit. cacumine suo se propagat.*

Abrotonus etiam dicitur, f. g. Lucanus li. 9. 185.
Et larices, fumoq; grauem serpentibus urunt.

Abrotonum, & longè nascentis cornua cerui.

Abrotonites, abrotonitæ, penul. longa, masc. ge. (ἀβροτονίτης,) sed figuratè neutri generi iungitur, & est uinum factitium ex abrotono. Dicitur autem uinum Abrotonites & uinum absinthites sicut oppidum Roma, Flumen Rhenus. Columel. li. 12. cap. 35.

Abrumpo. *abrumpis, abrupi, pen. prod. abruptum, (ἀποῤῥήγνυμι,) abrumpere, idem quod rumpere: ut Abrumpere uincula.*

Abrumpere ex re aliqua. Plin. li. 2. cap. 92. Ex insula Cea amplius. XXX. milia passuum abrupta.

Abrumpere se ab aliquo. Cic. Phil. 14. 404. hæc se prima latrocinio abrupit Antonij.

Abruptus participiū & nomen, (διατῤῥωγώς, ἀπόῤῥωξ,) præceps, citatus, ut Abrupta loca, diuulsa, atq; ob id inuia: quæ descensum non habent, sed tantum præcipitium, & alio nomine prærupta dicuntur, ut ferè sunt rupes & scopuli Græcè, ἀπόκρημνα, λιμνώδη. Vnde per metaphoram Plin. sic ait li. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alternè mobilia: & in ijs pars animi, negamus, annuimus, hæc maximè indicant fastū. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet, in corde nascitur: huc subit, hic pendet, nihil altius simul abruptiusq; inuenit in corpore, ubi solitaria esset.

Abruptus in altitudinem. Id est, profunditatem. Liu. li. 1. bel. Punici. Natura locus iā antè præceps, recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.

Sidus abruptum. Virg. 12. Aeneid. 91.

Abruptum, nomen substant. n. g. (ἀπόῤῥηκτον) Stat. 3. Thebai. 53. Iamq; iter extremum, cœliq; abrupta tenebat.

Ire in abruptum. Stat. 3. Syl. 2. 14.

In abruptum sorbere fluctus, id est, in profundum. Virg. 3. Aeneid. 84.

Abruptio, uerbale, (ἀπόῤῥηξις) Actus ipse abrumpendi. Cic. de Diuin. li. 2. 127. abruptio corrigiæ, sternutamenta erunt obseruanda.

Abruptè, aduerbium, (ἀπῤῥηγμένως) Quintil. li. 3. cap. 10. Nec enim abruptè, nec unde libuit, incipiendum.

Abs. *(ἀπὸ, ποτέ,) præpositio est ablatiua, idem significans quod à uel ab: sed nunc in usu rarissima. Cic. in Oratore. 89. Vna præpositio est abs, eaq; nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus, & abegit, & abstulit: ut iam nescias ab ne uerum sit, an abs. Quid si etiā abfugi turpe usum est, & abser noluerunt, auser maluerunt? Quæ præpositio præter hæc duo uerba, nullo alio in uerbo reperitur. Hactenus Cic. Præponitur aūt dictionibus à litera quelt incipientibus, ut: Abs Quinto, abs te. Terent. Adelph. 2. 3. 1. Abs quiuis homine. Idem Phormi. 4. 3. 12. Vt abij abs te.*

Abs præpositio, à Græco deducitur, ἄψ: significat autem retractationem in partem posteriorem. Festus.

Abs compositionem recipit, ut Abscondo, absimeo, abstrudo.

Abscedo. *abscedis, pe. lon. (ἀφίστημι,) Abscessi, abscessum, abscedere, recedere, uel discedere. cui contrariū est accedere. Et propriè iungitur ablatiuo cum præpositione à uel ab aut aduerbio de loco, ut hinc, illinc, inde. Plaut. Cas. 15. 5. Abscede ab ista obsecro. Abscedere paulò longius. Hirtius. 5. bel. Afric. 154.*

Abscedere procul. Ouid. 6. Metamorph. 73. minasq;
Abscedere retrò. Sil. Ital. li. 10. 4.
Abscedere huc. Plaut. Asin. 9. 14.
Abscedere ab aliquo. Plin. li. 2. cap. 17. 1.
Abscessit è conspectu meo. Plaut. Capt. 7. 75.
Abscedere in altum siue in altitudinem. Plaut. Rud. 2. 66.
Abscedere suppresso ablatiuo. Cic. de Diuin. li. 2. 55.
Abscedit sol. Plin. li. 2. cap. 1.
Somnus abscessit. Ouid. Fast. li. 3. 62. Vires abscedunt.
Abscedere alicui. Ouid. 5. Metam. 7.
Abscedente usufructu. in lege, An ususfructus. Digest. de Vsufr.
Abscedere sine præpositione, ut Abscedere incœpto, idem quod incœpto desistere. Liu. 6. bel. Pun. 34. Abscedere irrito incœpto, & mouere à Capua statuit castra. Potest tamen hic esse ablatiuus absolutus: ut sit. Cum irritum fuisset incœptū, statuit abscedere. Id est, abire, &c.

Abscedere, de pecunia dictum. Plaut. Persa. 16. 200. Decem accedent minæ. D. Abscedent enim, non accedent.

Abscedere

Abſcedere, transfertur ad animum, ut, Abſcedit ægritudo, ira, & ſimilia. Plau. Merc. 4. 29. Aedepol tu calidam picem bibito, ægritudo abſceſſerit. Terent. Hecy. 5. 2. 15. Id leue eſt, citò ab eo hæc ira abſcedet.

Abſcedere etiam dicitur, quod incipit in abſceſſum ſeu apoſtema uerti. Celſus lib. 5. cap. 18. Malagma ad ſupprimendum omne quod abſcedit. Rurſum, Satisq; omnia abſcedentia digerit murex combuſtus. Idem lib. 2. cap. 5.

Abſceſſem, pro Abſceßiſſem. Sil. Ital. lib. 8. 22.
Nec abſceſſem thalamo, ni magna minatus, &c.

Abſceditur, impersonale. Liuius 7. bel. Pun. 15. Sed literæ Marcelli negantis è republica eſſe, ueſtigium abſcedi ab Annibale, curam iniecerant, ne, &c.

Abſceſſum manibus æquis. Subaudi eſt. Tacit. Annal. 1. Inde hoſtibus terror, fiducia militi, & manibus æquis abſceſſum.

Abſcedens, abſcedentis, participium ſiue nomen ex participio, (ἀφιστάς, προσβλῆς) Vnde abſcedentia & prominentia in picturis. Vitruuius in præfat. lib. 7.

Abſceſſus, huius abſceſſus (ἀπόστασις) Receſſus. Cic. 1. de nat. Deor. 37. Longinquo ſolis abſceſſu. Plin. libro 17. cap. 25. 10. Solis abſceſſu proferunt ſe. Huic contrarium eſt, Appulſus ad nos.

Abſceſſus dicitur etiam cõcurſus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo ſuppuratio fit, quam Græci uocant apoſtema. Celſus lib. 5. cap. 18.

Abſceßio, onis (ἀποβολή) Idem quod abſceſſus. Cic. de uniuerſitate. 50. Cumq; ad corpora neceßitate acceßio fieret, tum abſceßio neceſſe erat, &c.

Abſcido.] abſcidis, penult. produ. abſcidi, pen. etiam produ. ex abs, & cædo, id ſignificat quod abſcindo (ἐκκόπτω) Ouid. 12. Metamorph. 73.
Abſcidit iugulo pectuſq; humerumq; ſiniſtrum.
Sic habet Aldina editio. Ab abſcindo uerò, abſcidi penultimam corripit. Virg. 3. Aeneid. 84. Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaq; & urbes. Lucanus lib. 3. 95. Abſcidit impulſu uentorum adiuta uetuſtas.

Abſcindo.] abſcindis, abſcidi, penult. correp. (ἀπολιόπτω, ἀποτέμνω, ἀποτμήσω) Ouid. 1. Metam. 5. Nam cœlo terras, & terris abſcidit undas. Abſciſſum, abſcindere, amputare. dicitur autẽ propriè pars à toto, ſiue minus à maiore abſcindi: ut, Abſcindere linguam, caput, &c.

Querelas, operas, uenas, & ſimilia. apud Plautum, Cæſarem, Plin. & Val. Flaccum, & Tacitum.

Et præter accuſatiuum interdum iungitur ablatiuo cum præpoſitione expreſſa uel ſuppreſſa. Cic. 7. Verr. 2. Tunicamq; eius à pectore abſcidit. Hoc eſt, laceratam auulſit. Idẽ Phil. 11. 292. Poſt autem ceruicibus caput abſcidit.

Abſcindere ſibi omnium rerum reſpectum. Liu. 9. ab ur. 121.
Nos omnium rerum reſpectum, præterquam uictoriæ nobis abſcindamus.

Abſciſſus, ſa, ſum, participium, ἀποκοπείς, Amputatum.

Abſciſſa à continenti inſula, Plin. lib. 4. cap. 1. 3.

Abſciſſus, ſa, ſum, nomen, dicitur abruptum, præfractũ, & præciſum: cui contrarium eſt molle, ἀπότμητος, ἀπόκοπος, ut Abſciſſus locus, Liu. lib. 25. Nec fermè quicquam ſatis arduum aut abſciſſum erat, quòd hoſti aditum aſcẽſumúe difficilem præberet.

Sic per translationem res abſciſſæ, & ſpes abſciſſa. Cic. de prouin. conſul. 28. Impolitæ uerò res & acerbæ ſi erunt relictæ quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent. Liu. 4. bel. Macedo. 173. Nec niſi abſciſſa omni ſpe auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe. Idem 4. bell. Pun. 138. Spe undiq; abſciſſa.

Abſciſſa caſtigatio, pro dura & aſpera. Valer. libro 2. Aſperro enim & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget.

Abſciſſa, Abrupta. Quintil. lib. 9. cap. 4. Cur alia paucißribus uerbis ſatis plena, uel nimium, alia pluribus breuia & abſciſſa ſunt.

Abſciſßior, comparatiuum: ut Abſciſßior iuſticia, in eadem ſignificatione. Valerius lib. 6. Præfractior & abſciſßior iuſticia.

Abſciſßè, aduerbium, uel Abſciſè, pro eo quod eſt ſixè præciſè, (ἀποκεκομμένως) Calliſtratus in l. Semper, de iure immunita. Demonſtratur uariè. nec abſciſßè, numerum liberorum ad excuſationem municipalium munerum prodeſſe.

Abſcondo.] abſcondis, abſcondi, abſconditum, penul. breui (ἀποκρύπτω) Lucretius lib. 1. 185. Quòd ſi tanta foret ſyluis abſcondita flãma: abſcondere, Ex abs & condo, quod ipſum ex do compoſitum eſt. Idem quod condere, abdere, occultare. Plaut. Ciſtel. 2. 54. In latebras abſcondas pectore penitißimo tuam ſtulticiam. Virgil. Georg. 1. Ante tibi Eôe Atlantides abſcondantur.

Abſcondere fugam furto. Virgil. 4. Aeneid. 68. Id eſt, furtim & ſecretò fugere.

Abſcondere crimen. Senec. in Hippol. 5. 2.

Abſcondere in terram. Colum. lib. de arboribus cap. 7. Reliquas radices, quæ in terram abſconduntur, fac abradas.

Abſcondidi, antiquum præteritum, teſte Priſciano li. 10. Plaut. in Carbonaria, Secundum ipſam aram aurum abſcondidi. Sil. Ital. lib. 8. 38.
Donec arenoſo (ſic fama) Numicius illam,
Suſcepit gremio, uitreisq; abſcondidit antris.

Abſconditus, pen. cor. participium (ἀποκρυφθ) Cic. 2. Ver. 21. Non obſcurum opinor, neq; abſconditum.

Abſcondita flamma. Lucret. lib. 1. 185.

Abſconditè, pen. cor. aduerbium qualitatis (λεγφίως) Occultè. Cic. 3. de Finib. 3. Ea nec acutißimè, nec abſcõditè differuntur. Idem 2. de Inuen. 169. Abſoluta eſt quæ ipſa in ſe, non ut negotialis implicitè & abſconditè, ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

Abſilio.] abſilis, penul. corre. (ἀποπηδάω) abſilire, ex ab & ſalio compoſitum, Saltu alicunde recedo. Lucretius lib. 6. 245.
Multaq; humi cum inhumata iacerent corpora ſupra
Corporibus, tamen alituum genus atq; ferarum
Aut procul abſiliebat, ut acrem exiret odorem.
Statius lib. 2. Theb. 20.
—Fugere feræ, nidoſq; tepentes
Abſiliunt (metus urget) aues.

Abſimilis.] & hoc abſimile, penult. corr. (ἀνόμοιος) Multum diſſimilis. Et ferè iungitur negatiuis particulis, nec, neq; non, & haud. Colum. lib. 6. cap. 17. 1. Odoris grauis, neque abſimilis bitumini. Suet. in Othone cap. 1. Non abſimilis Tiberio principi fuit.

Abſiſto.] abſiſtis, abſtiti, penul. cor. (ἀποστατέω) abſiſtere. A loco uel à re aliqua diſcedere. Cui opponitur aßiſtere. Et ferè iungitur ablatiuo ſine præpoſitione. Virg. 6. Aeneid.
—Procul ô procul eſte prophani,
Conclamat uates: totoq; abſiſtite luco.

Bello abſiſtere. Tacitus lib. 20. Liu. Decad. 4. lib. 2.

Furore abſiſtere. Liu. 4. Decad. lib. 7.

Incœpto. Liu. 4. Decad. lib. 1.

Imperio. Liu. 4. Decad. lib. 8.

Oppugnatione, uel obſidione, Liu. 5. Decad. lib. 4. Idem 9. ab urb. 74.

Pugna, Liu. 4. Decad. lib. 1.

Abſiſtere à. Plin. lib. 2. cap. 8. 9. Ab ſole nunquam abſiſtens partibus ſex atq; quadraginta longius.

Abſiſtere, cũ gerũdi uerbo pro ablatiuo. Liu. 4. bel. Pun. 158.

Digitized by Google

Abſiſtere oppugnatione atq; obſidendo, Pro eo quod eſt ab obſidione diſcedere, ſiue deſiſtere obſidione.

Abſiſtere, ſine caſu pro deſinere. Virg. 1. Aeneid.

Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingenia uictor,
Corpora fundat humi. —

Abſiſtere, cum infinitiuo, pro deſinere. Virgil. 6. Aeneid.

—Abſiſte moueri.

Idem 8. —Abſiſte precando.

Colum. lib. 12. cap. 19. 4. Nec abſiſtat id facere.

Abſiſtitur, impersonale, (ἀποστατεῖται) Liu. 1. bel. Pun. 24. Legati miſſi Carthaginem, ſi nõ abſiſteretur bello, ad ducem ipſum in pœnam fœderis rupti deposcendum.

Abſiſtens, abſiſtentis, participium (ἀποστατῶν) Liu. 4. bel. Pun. 92. Tamen ſpe labefactandæ fidei haud abſiſtens, Sa-lapiam tendit. Hoc eſt, non deſiſtens.

Abſoluo. *abſolutus, abſolui, abſolutũ, pen. prod. (ἀπολύω, ἀπαλλάττω) abſoluere, liberare. Multiplicem habet uſum: ſed maximè ad iudicia refertur. cui cõtrarium eſt damnare.*

Abſolui omnibus ſententijs. Cic. 6. Verr. 90.

Abſoluere improbitatis. Cic. 3. Ver. 50. Non te abſolutum eſſe improbitatis, ſed illos damnatos eſſe cædis. Idem pro Clu. 91. Itaq; & maieſtatis obſoluti ſunt permulti. Sic abſoluere iniuriarum, in Rhet. ad Heren. In hoc genere loquendi ſubauditur aliquis ablatiuus: ut crimine, accuſatione: ſicut & in uerbis accuſandi, cum genitiuo iunguntur.

Abſoluere aliquem bello. Tacit. lib. 4. Is demum annus populum Romanum longo aduerſum Numidam Tacfarinatem bello abſoluit.

Abſoluere ſuſpicione. Liuius lib. 2. Latæ deinde leges, quæ conſulem regni ſuſpicione abſoluerent.

Abſoluere de præuaricatione. Cic. ad Quin. frat. li. 2. 16. 12.

Abſoluere reum ſine caſu criminis. Cic. 1. Ver. 13. Reus ut abſoluatur, non peto.

Abſoluere quempiam alteri. Cic. 4. Verr. Hunc hominem Veneri abſoluit, ſibi condemnat: maluit uidelicet homines peccare, quàm Deos. Hoc eſt, Quod ad Venerem pertinet, abſoluat eum.

Abſoluere ſe iudicio ab aliquo, pro eo quod eſt, ab eius accuſatione ſe liberare. Cic. pro Roſc. Comœdo. 21. Cur tam imperitè facit, ut nec Roſcium ſtipulatione alliget, neq; à Faunio iudicio ſe abſoluat?

Abſoluere copioſè: id eſt multis ſententijs. Cic. lib. 2. ad Quin. fratrem. 10. 8. Senatorum urna copioſè abſoluit.

Abſoluere per Metaphoram. Horatius 2. Sermo. Saty. 3.

— An commotæ crimine mentis
Abſolues hominem, & ſceleris damnabis eundem.

Abſoluere, perficere, conſummare, & rei finem imponere, (ἀποτελεῖν, διαπεράτλειν) ut abſoluere librum, aut aliud opus. Cic. 3. Offic. 12. Vt nemo pictor eſſet inuẽtus qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolueret.

Abſoluere aut perficere. Cic. 2. de nat. Deor. 49. In omni natura neceſſe eſt abſolui aliquid aut perfici.

Conficere & abſoluere. Cic. lib. 13. ad Att. 27 6. 2. Dialogos cõfeci & abſolui.

Perficere & abſoluere. Cic. 4. de Fin. 95. Quæ coniuncta cum honeſtis, uitam beatam perficiant & abſoluant.

Abſoluere & ad exitũ perducere. Cic. 2. de Fin. 168. Nec enim abſolui uita beata ſapientis, neq; ad exitum perduci poterit.

Abſoluere bellum. Lucanus lib. 2. 50.

Fidem Tacit. lib. 18.

Penſum. Varro de re Ruſt. lib. 2. cap. 2. 1. Translatum à lanificio muliebri, in quo ſingulis certum lanæ pondus in opus diſtribuebatur. Prouerbiale eſt.

Promiſſum. Varro 2. de re Ruſt. cap. 11. 1.

Orbem abſoluere: id eſt, conſumere & perdere. Lucanus lib. 7. cap. 176.

Quid totum premitis, quid totum abſoluitis orbem?

Abſoluere, finire. Salluſt. Nanq; uti paucis uerum abſoluam. Plaut. Rud. 16. 37. Vno uerbo abſoluam, leno eſt: abſoluere quempiam. Plaut. Moſtel. 10. 67. Idem Amph. 17. 45. Quaſo abſoluito hinc me extemplò, quando ſatis deluſeris: id eſt, dimittito.

Abſoluere de re aliqua. ſimiliter pro finire. Salluſt. in Catil. Igitur de Catilinæ coniuratione quàm uerißimè potero, paucis abſoluam.

Abſoluere: ad uitam relatum. Plaut. Cap. 12. 73.

Diu ego hunc cruciabo, non uno abſoluam die. Hoc eſt, non uno die uitam illi adimam, uel eum enecabo.

Abſoluere creditorem, aut quemuis alium qui pecuniam petat. Terent. Adelp. 2. 4. 13. Ego ea forum ibo ut hunc abſoluam. Vbi Donatus, Vt hunc abſoluam: id eſt, ut hunc reddito illi precio dimittã. Plau. Epitaico, 13. 25. Age age, abſolue, atque argentũ numera, ne comites morer. Abſolue, ſubaudi (me.)

Abſoluere nauem, figuratè dictum pro ſoluere. Plaut. Milite. lib. 19. 17.

Abſolutus pe. prod. (ἀπολελυμμένος, ἄφετος, ἀπόλυτος, πεπλεσμένος) participium. Plin. lib. 18. cap. 6. 11. Omnium ſententijs abſolutus.

Abſolutus adulterij. Tacit. lib. Annal. 3. Cæſar Antiſtium Veterem è primoribus Macedoniæ abſolutum adulterij, increpitis iudicibus ad dicendam maieſtatis cauſam retraxit.

Abſolutus uinculis: id eſt, exolutus. Tacit. lib. 12.

Abſolutus, nomen ex participio, idem quod perfectus, aut potius ualde perfectus. Cic. 1. Acad. 31. quod autem abſolutum: id eſt uirtus, quaſi perfectio naturæ, omniumq; rerum. Plin. lib. 9. cap. 5. 2. Viſum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore abſoluta ſimilitudine. Cic. Quo fit ut illam ueram & abſolutam eloquentiam nemo conſequatur. Hoc eſt, perfectiſſimam.

Numeris omnibus abſolutus. Vide Numerus.

Abſoluta & perfecta elegantia. Plin. lib. 2. cap. 4.

Abſolutus perfectè. Cic 4. de Fin. 31.

Abſoluta conſtitutio ad Heren. Græcè ἀντίληψις, Hermog.

Abſolutior & hoc abſolutius. Plin. lib. 34. cap. 8.

Abſolutè, penult. prod. aduerbium qualitatis, τελέως, Perfectè Cicero. 3. de Finibus. 41. Neceſſariò ſequitur omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè uiuere.

Perfectè & abſolutè. Cic. 4. Acad. 101. Sed undiq; perfectè & abſolutè ita pares, ut inter eos nihil prorſus interſit. Addidit (abſolutè) quaſi perfectius aliquid ſignificet, quàm perfectè. Idem 4. Tuſc. 58. perfectè atq; abſolutè beatos effici.

Abſolutè doctus. Suet. de Claris Gram. 4. 4. Vt Græci grammaticum à grammatiſta: et illum quidem abſolutè, hunc mediocriter doctum exiſtimant.

Abſolutio, uerbale, perfectio, τελείωσις, ἀπόλυσις. Cic. 5. de Finib. 69. In homine autem ſumma omnis animi eſt, & in animo rationis, ex qua uirtus eſt, quæ rationis abſolutio definitur.

Abſolutio, ad crimen relatum, pro liberatione à crimine. Cic. pro Fonteio 21. Magna Mehercule cauſa iudices abſolutionis cum cæteris cauſis hæc eſt. Sic abſolutio maieſtatis Cic. Appio lib. 3. 11. 2.

Abſolutionem conficere. Vide Conficio.

Abſolutioni eſſe. Tacit. lib. Annal. 3. Quod neq; conuictum, noxæ reo, ſi recẽſita purgaret: neq; defenſum abſolutioni erat, ſi teneretur maioribus flagitijs. Hoc eſt, Nihil faciebat ad reum abſoluendum.

Digitized by Google

Absolutorius, adiectiuum, quod ad absolutionē pertinet, ἀπολυτικός. Suet. in Augusto, Non tantum duas tabulas, damnatoriam & absolutoriam simul, cognoscentibus dedit.

Absolutorium, substantiuum, neu. ge. ἀλεξιφάρμακον. Remedium absoluens, siue liberans. Plin. lib. 28. cap. 6. 6. Clauum ferreum defigere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali: absolutorium eius mali dicitur.

Absonus.] absona, absonum, penul. corr. ἀπάδων, ἀπηχής. Dissonum, discors, discrepans: quasi à sono alienum, uel sono absurdū, ut uox absona, repugnans, & malè conueniens.

Absonus uoce homo. Cic. 1. de Orator. 56. Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita uoce absoni, aut ita uultu motuq; corporis uasti atque agrestes, ut etiam si ingenijs atque arte ualeant, tamen in oratorum numerum uenire non possint.

Clamor absonus, Dissonus, Apuleius de Asino lib. 1. & Quintil. 113. b

Tectum absonum. Lucretius lib. 4. 105.

Vox absona. Cic. lib. 3. de Orato. 24. Vox extra modum absona atque absurda.

Absona fortunis dicta. Horat. in art. poet. 23.

Si dicentis erunt fortunis absona dicta. Id est, parum conuenientia.

Absonus per Metaphoram, pro alienus, siue differens. Liuius 7. ab urbe 6. Nec absoni à uoce motus erant.

Absonum fidei: id est, fidei repugnans, alienum à fide, minimè credendum. Liuius 1. ab urbe 64. Quorum nihil absonum fidei diuinæ originis.

Absorbeo.] absorbes, absorbui & absorpsi, absorptum, ῥοιβδέω, καταπίνω, ἀμφιχαίνω, absorbere, quasi sorbendo absumere. Propriè dicitur de rebus liquidis. Plin. libro 11. cap. 35. 1. Araneus omnem humorem absorbens, aridi tatem ampliat. Idem libro 9. cap. 35. Detractum alterum mersit, ac liquefactum absorbuit. Idem lib. 22. cap. 25.

Transfertur quoq; ad alia: ut absorbere rupes. Lucanus lib. 4.

Transfertur item ad res inanimatas. Cic. 2. de Legibus 15. ne æstus nos consuetudinis absorbeat. Idem in Bruto 155. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ.

Absque.] præpositio ablatiua, ἄνευ, χωρίς, λίχα, idem quod sine. Nam, teste Prisciano libro 14. Absque & sine habent consimilem significationem, quæ est negatiua: ut, Absq; iniuria. Plaut. Menæch. 22. 32. Nam absque te si fuissem, hodie nunquam ad solem occasum uiuerem.

Absque te esset, absque eo foret, uel esset. Terent. Phor. 1. 4. 11.

–nam absq; eo esset,
Rectè ego mihi uidissem: Pro eo quod est, Nisi per eum stetisset: nisi ille obstitisset. Idem Hecy. 4. 2. 25. Quàm fortunatus cæteris sum rebus, absque una hæc foret. Vide ibi Donatum. Plaut. Trinum. 12. 13.

–nam absq; foret te, sat scio in alto
Distraxissent. Idem Bacch. 8. 8.

Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

Abstemius.] abstemia, abstemium, secunda produ. ἄοινος; Dicitur ab abstinētia temeti, teste Fabio lib. 1. cap. 7. Hoc est, qui uino abstinet. Ouid. 15. Metamor. 65.

Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis.

Gellius lib. 10. cap. 23. Qui de uictu atque cultu pop. Rom. scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abstemias egisse, hoc est uino semper, quod temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt.

Abstemius uini. Plinius libro 22. cap. 24. 9. Et mulieribus uini abstemijs.

Prandium abstemium, Vide Prandium.

Abstergo.] abstergis, & abstergeo absterges, absterſi, absterſum, ἀπομόργνυμι, ἀπομάττω, ἀποσμήχω, ἀποσμίχω; detergere, purgare. Terent. Eunuc. 4. 7. 9. Qui abstergerem uulnera. Plaut. Asin. 13. 52.

–tu bellam absterges,

Abstergere dolorem, per translationem. Cic. ad Quint. fratrem lib. 2. 12. 5. Abstergebo dolorem.

Fastidium abstergere. Plin. lib. 20. cap. 5.

Absterſi, pro Absterſisti, Catul. 94. epig. ad Iuuentium.

Transfertur autem ad animum, siue ad res animi: Cic. in Topicis. 46. Tum exultantem lætitiam comprimens, tum ægritudinem abstergens.

Abstergere fastidia. Plin. lib. 27. cap. 7. 6.

Fletum, Cic. 14. Philip. 407.

Luctum, Cic. 3. Tuscul. 73.

Metum, Cic. Bruto lib. 11. epist. Idem Papyrio, lib. 9. 16. 25.

Molestias, Cicero de Senectute. 2.

Abstergere succum uillo, Plin. lib. 12. cap. 17. 2.

Absterſus, a, um, ἀποσμηχθείς, Valerius, absterſis lachrymis, Liu. 1. ab urbe. 182. Absterſo cruore. Idem 3. ab urbe. 113. Absterſo puluere ac sudore.

Absterreo.] absterres, absterrui, absterritum, pen. correp. ἐκπλήττω, absterrere, ab aliqua re deterrere. Hoc est terrore iniecto auertere, arcère, prohibere. Terent. And. 3. 1. 4. Hanc simulant parere quo Chremetem absterreant. Subauditur, à danda filia.

Absterrere à uel ab, Liuius lib. 2. ab urbe. 151. Absterrendo singulos à concionibus, concilijsq;. Cic. 4. Verr. 100. A pecunijs capiendis homines absterrere. Idem, antequam iret in exilium 16. Nolite eum supplicem à uobis absterrere & excludere.

Absterrere de frumento anseres. Plaut. Trucul. 5. 39. Vt de frumento anseres clamore absterret & abigit.

Absterrere sibi pabula amoris: id est, à se repellere & abigere. Lucretius lib. 4. 214.

Absterrere alicui aliquid. Lucretius lib. 4. 248.

Nec diuina fatum genitalem numina cuiquam
Absterrent: id est, liberorum generationem impediunt, & semen genitale auferunt.

Absterrere auctum: id est, impedire aut uetare incrementum. Lucretius lib. 5. 169.

Absterrere, suppressa præpositione, Plin. libro 8. cap. 16. 6. Quia cæteri metu pœnæ similis absterrentur eadem noxa. Pro, ab eadem noxa.

Absterres te adiri. Cic. 3. de Orato. 90. Quid nam est obsecro. Quid te adiri abnutas? Melius esset, uetas, prohibes, absterres.

Absterreor, absterreris, passiuum. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 17.

Vt canis à corio nunquam absterrebitur uncto.

Absterritus, participium, penultima correpta ἐκπεπληγμένος. Liuius libro 5. ab urbe 185. Inde rursus ipsa solitudine absterriti.

Abstineo.] abstines, penultima breui, abstinui, abstentum; ἀπέχομαι, ἀφίσταμαι, ἀπόχομαι, uel ἀποχῶμαι, abstinere, ex abs et teneo. Est ab aliqua re omnino se cohibere: quasi se tenere ab re illa: ut Abstinet furto, qui omnino non furatur, abstinet uino, Venere, uoluptate, qui prorsus ijs rebus non utitur. Abstinuit cœna, qui non cœnauit, &c.

Abstinere à negotijs: id est, nulla negotia tractare, Celsus lib. 3. cap. 22.

Abstinere se ab alieno: id est, omnino se cohibere à rebus alienis. Cicero 2. de Finibus 113. Ne malum habeat. abstinet se ab

Digitized by Google

se ab iniuria. Plin. lib. 10. cap. 55. 2. *Abstinentes se à cantu.* Cic. 4. Acad. 101. A' *quibus tu ne iam quidem te abstinebis.* Idem 2. Phil. 32. *Quale autem beneficium est, quòd te abstinueris à nefario scelere?*

Abstinere se alicno. Cæs. 8. bel. Gal. 155. *Paucis diebus sese cibo abstinuit, atq; ita interijt.*

Armis. Liuius 8 *ab urbe.*

Iurgijs. Cic. 1. de Diuin. 165.

Vino. Plin. lib. 28. cap. 7. 7.

Rebus urbanis. Plaut. Casin. 3. 12.

Virgine. Terent Hecyra 1. 2. 64.

Abstinet ab alieno, sub. se. A' *mari.* Plaut, Mil. 19. 26.

Maris causa herclè hoc ego oculo utor minimè.
Nam si abstinuissem à mari, tanquam hoc uterer.

Abstinet alieno: pro eo quod est, *abstinet se ab alieno.* Ouidius 16. Epist. 20. *Est uirtus, placitis abstinuisse bonis.* Horatius in arte: *Abstinuit* Venere & Baccho.

Cibo, Columel. lib. 6. cap. 7. 2.

Abstinere cibo, ægrum frequens apud Celsum.

Carne, Plaut. Aulul. 17. 15.

Ostreis & Muræn's. Cic. lib. 7. ad Gallum. 27.

Culpa, Plaut. Menæ. 17. 13.

Comitijs, Plin. in Paneg.

Dono & pactione, Plin. epist. 109.

Iniuria, Cic. 3. Offic. 94.

Insectatione, Sueton. de clar. Gram. 9.

Maledictis, Plaut. Rud. 24. 64. Sic Cic. 2. Philip. 33. Idem ad Brutum 17. 2.

Seditionibus, Liuius 3. ab Vrbe.

Verbis, Plin. epist. 79. 4.

Imperio, Iustinus lib. 1.

Inspectione rerum suarum, Plin. Iunior epist. 264.

Pecunijs, Cic. Attico lib. 9. 173. 5.

Prælio uel pugna, Liuius 2. ab urbe, 196. Cæs. 1. bel. Gal. 89.

Tactu, Virg. 3. Aeneid.

Sic abstinere loco, ut regione aut urbe, Plin. de uiris illustribus. Liuius 1. ab urbe 63. Vrbe ualida, *muris ac situ ipso munita abstinuit.*

Abstinere publico: id est, non committere se publico, non prodire in publicum, quod uulgò dicunt, non se monstrare. Sueton. in Claudio. Tacit. lib. 3. paulò pòst initium, Tiberius atque Augusta publico abstinuêre, inferius maiestate sua rati, si palàm lamentarentur.

Abstinere manum alieno. Cato de re rust. cap. 5. 1.

Abstinere manus ab alienis. Cic. lib. 1. de Orat. 96. *Coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.*

Abstinere manus in iudicio. Cic. 2. Verr. *Abstineant in hoc iudicio, manus, animos q; ab hoc scelere nefario. Hoc est, se abstineant ab hoc iudicio corrumpendo, siue ob acceptam pecuniam, siue fauoris gratia.*

Abstinere manum à se aut ab alio, interdum ad necem refertur. Cic. 4. Tusc. 129. *Qui cum interemisset Clytum familiarem suum, uix à se manus abstinuit.* Hoc est, *Vix se cohibuit quin sibi mortem cõsciscceret.* Idem in Antonium, *Nunquam profectò à me sacrilegas atq; impias manus abstinebit.*

Abstinere manum sine ullo ablatiuo. Terent. Adelph. 5. 2. 6. *Non manum abstines malitiâ? sic* Heaut. 3. 3. 4.

Abstinens se præ cæteris. Cic. Attico lib. 5. 110. 4.

Abstinere me manum, figuratè dictum, pro à me. Plaut. Rud. 11. 11. *Potin' ut me abstineas manum?* Non *absimile est illud* Liuij in ipso statim totius operis initio, *Iam primum omnium satis constat, omne ius belli Achiuos abstinuisse.*

Abstinere ignem ab æde. Liu. 7. ab urbe 124. *Sermonis compendium: pro, abstinere se ab ædis incendio, siue ab æde incendenda.*

Abstinere bellum & uim ab aliquo. Liu. lib. 8. ab urbe. Et *sine præpositione.* Horat. 2. Ser. Saty. 3. 41. —*abstinuit uim uxore & gnato: id est, ab uxore, &c.*

Abstinere, in alio genere loquendi, licet manente eadem constructione, significationeq;. Lucanus lib. 4. A' *trepido uix abstinet ira magistro. Pro eo quod est, ipse iratus uix abstinet.* Et *est hypallage.*

Abstinere cum infinitiuo. Plaut. Curcul. 4. 25. *Dum mihi abstineant inuidere.* Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 23. *Quando ita præfari non abstinuerit.*

Abstinere quominus, pro quin. Suet. de claris gram. 3. *Vt ne clarissimi quidem uiri abstinuerint, quominus & ipsi aliquid de ea scriberent.*

Sunt & aliæ figuratæ, & minus usitatæ per hoc uerbum locutiones: de quibus authorum exempla hic subiecimus.

Abstinere irarum & rixæ. Horat. 3. Carminum.

Pro, ab ira & rixa abstine. Tametsi ad plenam constructionem aliquid subaudiendum est: ut sit, abstineto irarum affectione, motu, aut perturbatione.

Abstinere sermonem de re aliqua. Plaut. Mostel. 8. 97. Idem Aulul. 10. 19. Terent. Heaut. 2. 3. 133.

Gemitus, screatus, tussis, rtsus abstine.

Abstinere, pro arcere, prohibere. Plaut. Amphit. 10. 46.

Nunc quando factis me impudicis abstines:
Ab impudicis dictis auorti uolo. Hoc *est, quoniam me prohibes ab impudicitia.* Liuius, Romano bello fortuna Alexãdrum magnum abstinuit.

Abstinere, pro seiungere, & (quod dicunt) excommunicare Cyprianus lib. 1. epist. 11. ad Pomponium, *Consulte & cum uigore feci sti frater charissime, abstinendo ataconũ, qui cum uirgine sæpe mansit.*

Abstinetur, passiuum in tertijs personis. Cic. 6. Ver. 129. *Nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abstineretur.* Colum. lib. 7. cap. 10. *Totus grex tecto clauditur stabulo, atq; uno die abstinetur potione & pabulo.* Idem lib. 6. cap. 9. *Febricitanti boui conuenit abstineri uno die.*

Abstinetur (ἀπεχέσθω) *impersonale.* Plin. lib. 26. cap. 12. 3. *Lichen herba si cum sumitur, cætero olere abstineatur.* Liuius 5. ab urbe, 100. *Dictator præcones edicere iubet, ut ab inermi abstineatur.*

Abstentus (ἀπεχθεὶς) *participium ab Abstineor: id est, seiunctus & excommunicatus.* Cyprianus libro 1. epist. 3. ad Cornelium. *Quo in mendacio suo postea quam quinq; solis conuenientibus naufragis, & à nobis abstentis detecti sunt atq; confusi, Romam cum mendacijs suorum merce naui gauerunt. Et in expositione orationis Dominicæ, Hunc autem panẽ dari nobis quotidiè postulamus. ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidiè ad cibum salutis accipimus, interueniente aliquo graviore delicto, dum Abstenti & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore seiungamur.* Vlpia in l. fin. Siquis caut. & Africanus in l. Tutor pupilli. ad Vell. *usi sunt pro eo qui se bonis paternis seu hæreditate abstinuit. Et interea (inquit Vlpianus) pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abstentus sit hæreditate. Africani uerò hæc sunt uerba: Et cum paterna hæreditate abstinere uellet, mandato uxoris defuncti, quæ mater pupilli esset, abstento pupillo, solam se hæreditati immiscuisset.*

Abstinens, penult. breui, abstinentis (ἐγκρατὴς, ἀπεχόμενος) *nomen ex participio.* Plin. Iunior epist. 94. *Homo est autem abstinentissimus.* Horat. 4. Carm. 9. 8. *Abstinens ducentis ad*

Digitized by Google

tis ad se cuncta pecuniæ. Colu. lib. 11. cap. 4. Abstinentissimo rebus Venereis.

Homo mirificè abstinens. Cic. lib. 5. ad Att. 110. 4.

Oculi abstinentes. Cic. 1. Offic. 201. At enim Prætorem Sophocle decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Abstinendus (ἀφεκτέος) Columel. lib. 6. cap. 7. Prohibendus erit bos potione per triduum, primoq; die cibo abstinendus. Idem lib. 8. cap. 5. Quibus scilicet cibis abstinendæ sunt aues.

Abstinentia, abstinentiæ (ἀποχή, ἀπόχεσις) deriuatum nomen ab abstinens. Virtus cui opponitur Rapacitas: & sic differt à continentia, teste Valla: Est enim hæc cùm à uoluptatibus nos continemus. Abstinentia autem cùm abstinemus ab alienis, nulli uim inferentes, nihil cuipiam eripiētes. Est igitur abstinentia in uiro innocente, continentia in temperante. Ci. 5. ad Att. 105. 2. Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruntius insumatur in quenquam. Idem. 2. Offi. 115. nulla autem re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ij qui reip. præsunt, quàm abstinentia & continentia. Quint. lib. 5. cap. 10. Si continentia uirtus, utiq; & abstinentia. Sallust. Cum strenuo, uirtute: cum modesto, pudore: cum innocente, abstinentia certabat. Nonnunquam tamen indifferenter ponūtur, ut apud Valerium Max. titulus est. De abstinētia & cōtinentia: ubi harum uirtutum exempla promiscua sunt.

Abstinentia mitigare febrem. Quintil. lib. 2. cap. 17. 7.

Abstinentiam summam præstare. Quintil. de officio præceptoris, lib. 2. cap. 2. 3.

Abstinentia uini, abstinentia cœnæ. Plin. lib. 25. cap. 5. 20.

Abstinenter, aduerbium qualitatis (ἐγκρατῶς) Cic. in Sallust. 11. Posteaquam Prætor est factus, modestè se gessit, & abstinenter.

Absto] abstas, abstiti (ἀφίσταμαι) penult. correp. Disto, longè sto. Horatius in Arte poet. 73.

Vt pictura poesis erit: quæ si propius stes,
Te capiet magis, & quædam si longius abstes.

Abstraho] abstrahis, penult. correp. abstraxi, abstractum, (ἀποσύρω, ἀποσπάω) abstrahere. Ex abs, & traho compositum: Propriè à loco trahere. Hoc est, uiolenter abducere: ut, abstraxit eum ab ædibus. Construitur autem frequentius cum ablatiuo & præpositione à uel ab, aut cum aduerbio loco eius ablatiui. Terent. Adel. 5. 3. 57.

& istam psaltriam
Vna illuc mecum hinc abstraham. Vbi Donatus, Mecū hinc abstraham: nō abducam, sed quod est sæuientis, abstraham.

Ab impetu abstrahere. Cic. 3. Philip. 145.

Abstrahere aliquem ab alio. Terent. And. 1. 5. 8. Plancus Cic. lib. 10. 18. 10.

Abstrahere à malis, à bonis. Cic. 1. Tuscul. 132.

Abstrahere à disciplina. Cic. lib. 4. Acad. 204.

Abstrahere ciuitatem à seruitio. Cic. Bruto. 16. 16.

Abstrahere à conspectu. Cic. 3. de Orat. 80.

Ab exercitatione & consuetudine. Cic. 1. de Orat. 40.

A' ratione, Cic. 4. Tuscul. 59.

A' rebus gerendis, Cic. de Senect. 15.

A' sensu mentis, Cic. lib. 1. de Diuina. 137.

Abstrahere se à corpore, Cic. in somnio Scipionis.

Abstrahere se à solicitudine. Cic. pro Deiotaro 27.

Abstrahere de complexu. Cic. pro Fonteio. 30.

Abstrahere è sinu & gremio, Cic. pro Cælio, 46.

Abstrahere ex amplissimorū uirorū comitatu. Cic. pro Sylla 6.

Abstrahere ad bellicas laudes, Cic. in Bruto, 129.

Abstrahere in seruitutem, quod & abripere in seruitutem dicitur. Cæs. 7. bell. Gal. 170. Sic in seruitium, apud Liuium, 8. bel. Maced. 187.

Abstrahere & auocare. Cic. pro Archia. 9. Vt ab illis nullo me unquam tempore aut commodum abstraxerit, aut uoluptas auocarit, aut deniq; somnus retardarit.

Abstractus, participium, ἀποσπασθείς, Statius lib. 1. Achil. 31. Armenta, Cic. 4. Tuscul. quæstio. 58. Animus concitatus, & abstractus ab integra certaq; ratione.

Abstringo] abstringis, abstrinxi, abstrictum, ἀποσφίγγω, abstringere, Soluere: contrarium sui simplicis, Stringo. Liuius, 3. Decad. lib. 4. Tanquam laxaret elatum pedem abstricto modo.

Abstrudo] abstrudis, pe. longa, abstrusi, abstrusum, penul. etiam produ. ἀποκρύπτω, abstrudere. Abscondere, occultare, abdere. Cic. 4. Acad. 62. Naturam accusa, quæ in profundo ueritatem (ut ait Democritus) penitus abstruserit. Virg. 6. Aeneid. -quærit pars semina flammæ
abstrusa in uenis silicis. Sic, Abstrudere thesaurum. Plaut. Aul. 16. 47.

Abstrudere foris. Plaut. Aul. 2. 6. Auro formidat Euclio abstrudit foris.

Abstrudere se in syluam. Cic. Att. lib. 12. 2 41. 5.

Abstrudere se inter aliqua. Tacit. lib. 4.

Abstrudere tristiciam. Tacit. lib. 3.

Abstrusus, sa, sum, nomen ex participio (ἀποκρυπτός) Vnde abstrusæ insidiæ: id est penitus latentes & ualdè occultæ. Cic. pro lege Agraria. 54.

Abstrusus homo. Qui suum secretum magnopere celat. Tacitus Annal. lib. 1.

Ratio abstrusa. Claudian. Paneg 8. 30.

Abstrusus animi dolor. Cic. pro domo sua, 20. Reconditus & penitus abstrusus animi dolor.

Abstrusior, comparatiuus, Cic. 4. Acad. 58. Sequitur disputatio copiosa illa quidem, sed paulò abstrusior.

Absum] abes, priore breui, abfui (ἄπειμι) abesse, Absentem esse. Cui contrarium est adesse.

Abesse usitatius construitur cum præpositione à uel ab, & ablatiuo, qui aut locum, aut personam, aut rem aliam significet: sed pro ablatiuo sæpè additur aduerbiū de loco: ut, Aberat illinc, pro, ab illo loco. Memineris igitur eiusmodi aut ablatiuum: aut aduerbium quoties deerit in hoc uerbo subaudiendum esse, quicquid significet.

Abesse urbe, domo, & c. uel Abesse ab urbe, ab domo, & c. Cicero Torquato li. 6. Aut quòd absim ab urbe, ut qui ad te proficiscantur, scire non possim, Plau. Epid. 14. 16. Num absum ab domo, Cic. 6. Ver. 34. Abesse ab domo paulisper maluit.

Abesse absolutè positum. Plaut. Amphit. 8. 13.
Ouid. epist. 9. 7. Vir mihi semper abest. Pro à me. In hac significatione ponitur interdum ecliptic̄os. Terent. Heaut. 5. 2. 31. Non aberit longius: id est, non longè aberit: subau. (hinc) uel (à nobis)

Abesse in altercationibus. Cic. Att. lib. 4. 82. 1.
Pro, non interfuisse dum fierent altercationes.

Abesse & longè distiunctum esse. Cic. in Topic. 5.

Abesse tres menses. Ter. Heaut. 1. 1. 66. Cic. in epist. Abfui magnam partem consulatus tui. Sub. urbe, uel Roma.

Abesse spacio, transitu, passibus, & c. Plancus Cic. lib. 10. 17. 1. Plin. lib. 4. cap. 16. 2. Virg. 11. Aeneid.

Abesse bidui à castris. Cic. Att. lib. 5. 104. 5.

Abest milia, spacium, iter, uiam, & c. Cæs. 5. bel. Gal. 171. Cuius hyberna aberant ab eo milia passuum xxv. Cic. pro Cecinna 29. Quot milia fundus suus abesset ab urbe. Idē, Reliquæq; legiones magnum spaciū abessent. Idē, cū paucorū dierū iter abesset. Idē pro Plācio, Qui cū abessent aliquot dierū uiam.

Abesse

Abeſſe longè. Cic. de Senect. 51. Altiſſimè. Plin. lib. 2. cap. 16. & 17. Procul. Liu. 1. ab urbe. 105. Paulum Cic. 1. Aca. 2.
Longius. Terent. Heaut. 2. 2. 10. Ouid. 2. Met. 29.
Longè gentium abeſſe. Vide Longus.
Propius abeſſe. Cic. lib. 1. ad Att. 1. 6.
Abeſſe propius à morte, Propinquiorem eſſe morti. Cic. de Senectute 69.
Abeſt hinc à nobis. Plaut. Merc. 22. 53.
Multum abeſt ab ijs: id eſt. Longè eſt inferior. Cic. in Bru. 117.
Ab eo plurimum abſum. Cic. 3. de Finib. 9.
Vnde longè abſum. Cic. in Bruto. 177.
Abeſſe, pro deeſſe, cum ablatiua præpoſitione, aut aduerbio loco ablatiui, aut etiam datiuo. Cic. pro Roſc. Amer. 18. Quid ab his tot maleficijs ſceleris abeſſe uidetur.
Abeſt mihi animus. Plaut. Amphit. 27. 29. Cic. pro Corn. Balbo, Quid abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, iure hoc & tribui & concedi putaremus? Varro 2. de re Ruſt. cap. 2. 4. Et ſi cui uetuſtate dentes abſunt.
Abeſt huic de. Cic. 1. de Orat. 25. Quid huic abeſſe poterit de maximarum rerum ſcientia? id eſt, deeſſe.
Abeſſe abſolutè poſitum. Plaut. Stich. 14. 28. Id abeſt, aliud nihil abeſt. Terent. Eunuc. Domini ubi abſunt? Virg. 1. Aenei. Vnus abeſt.
Abeſſe, pro alienum eſſe, uel carere, ſiue immunem eſſe: ut, Abeſſe à contentione. Cic. Att. lib. 10. 199. 3.
Abeſſe à conſilio fugiendi. Cic. lib. 8. ad Att. 142.
A bello. Cic. 10. Philip. 179.
Abeſſe à crimine. Cic. pro Roſcio Amerino. 35.
A culpa. Cic. pro Roſc. Amer. 33.
Non multum abeſt ab inſania. Cic. 3. Tuſc. 8.
Abeſt ab hac laude. Cic. 8. ad Att. 159. 12.
A reprehenſione. Cic. in Epiſt. lib. 10. 23. A moleſtijs, lib. 4. epiſt. 3.
Ab iſto ſcelere abfuit Cato. Cic. 3. ad Att. 55. 4.
A ſententia alicuius, Cic. 1. de Orat. 140.
A ſuſpicione, Cic. 4. Verr. 42.
Long: ßimè à uero, Cic. 4. Acad. 69.
A uitijs, Cic. 1. de Finib. 95.
Abeſt culpa, Cic. lib. 12. Epiſt. 22. Quicquid acciderit à quo mea culpa abſit.
Abeſt fortuna à culpa. Cic. ad Torquatum lib. 6. epiſt. 2. 7.
Abſunt à nobis omnes hæ difficultates, Cic. 4. ad Heren. 242.
Abeſt ab illo maleficium. Cic. 2. ad Heren. 35.
Abſunt inſidiæ à uatibus, Ouid. 3. de Arte aman. 107.
Abſit pro ſit procul. Cic. 2. de Offi. 94. Vt illiberalitatis auaritiæq; abſit ſuſpicio. Martial. lib. 1. 29. Abſit à iocorum noſtrorum ſimplicitate malignus interpres. Plin. lib. 28. cap. 1. 8. Procul à nobis noſtriſq; literis abſint iſta.
Abeſſe à ſpe conſulatus. Cic. 3. Offic. 103.
Abeſſe à corpore cogitatione, oculis, aurib. Cic. pro C. Rab. 11.
Abeſſe ab oculis. Cic. Attico lib. 13. 278. 6. pro Sylla 55. & 4. Acad. 2.
Longè abeſt, ut Cic. 4. Acad. 209. Nè ille longè aberit ut argumentis credat philoſophorum. Quaſi tu dicas, Longè alienus erit ab ea credulitate uel perſuaſione.
Non longè abeſt quin. Cic. Att. lib. 9. 180. 9. Aberit non longè quin hoc à me decerni uelit.
Abeeſſe non poteſt quin. Cice. in Orat. 138. Abeſſe non poteſt quin eiuſdem hominis ſit, probos improbare, qui improbos probet.
Nihil abeſt quin. Vide Nihil.
Abeſſe alicui. Cic. pro P. Sylla. 10. Vt mirari Torquatus deſinat me: qui Antonio abfuerim, Syllam defendere.
Abſit uerbo inuidia: modus loquendi apud ueteres, quum quid erant dicturi, quod arrogans uideri poſſet. Liu. li. 9. ab urbe condita. Abſit uerbo inuidia, & ciuilia bella ſileant.
Abeſſe res uidetur (inquit Paulus) ſi ueſtimentum ſciſſum redditur, uel res corrupta reddita ſit: ueluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura: quoniam earum rerum precium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item ſi eam dominus rem, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abeſſe, etiam ſi id poſtea ita eſſe ſcierit: quia uidetur res ei abeſſe, cui precium abeſt. Abeſſe etiã ſcribit Caius, quæ in rebus humanis non ſunt.
Tantum abeſt, Vide Tantum. Brutus Cic. lib. 11. 10. 10. Tantum abeſt ut meæ rei familiaris liberum ſit quicquã, ut meos iam omnes amicos ære alieno obſtrinxerim.
Abeſſe, interdum diuiditur in partes duas. Cæſar, Qui erat ab oppido milia paſſuum circiter tria. Pro, aberat.
Abſens, abſentis (ἀπών) participium à uerbo abſum, Qui nõ adeſt ubi adeſſe ſolet, aut deſideratur. Vlpianus, Ab. entem accipimus eũ, qui non eſt in eo loco, in quo petitur, nõ enim trans mare abſentẽ deſideramus: & ſi fortè extra continentiam urbis ſit, abeſt. Terent. Heaut. 2. 2. 2. Vereor ne me abſente mulier corrupta ſit.
Abſente nobis, figurata & antiqua locutio: pro eo quod eſt, nobis abſentibus. Quod Priſcianus libro de conſtructione, more Attico dictum eſſe probat. Plaut. Amphit. 8. 193. Si in actione hanc abſente nobis inuenerit puer? Terent. Eunu. 4. 3. 2. Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi. Vbi Donatus: Aut diſtinguendum eſt, & ſubaudiendũ (me) aut ἀφχαισμὸς figura eſt, abſente nobis, pro nobis abſentib. Idem paulò pòſt: Cum ſic dicit, pro præpoſitione ponit abſente, ac ſi diceret, coram amicis.
Abſens locus, figuratè. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 6.
Romæ rus optas, abſentem ruſticus urbem
Tollis ad aſtra leuis.——
Pro tu abſens ab ipſa urbe. hypallage. Item lib. 1. epiſt. 11. 5.
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Abſentia, abſentiæ (ἀπουσία) ſicut præſentia, præſentiæ dicimus. Seneca ad Lucilium: Aequo animo ferre debemus abſentiam. Cic. in Piſonem 28. & lib. 14. ad Atticum 310. 1.
Abſento, abſentas, abſentaui, abſentare (ἀποπέμπω) Ablegare. Claud. de rapt. Proſerpinæ lib. 3. 43.
Et dura de matre queri, quæ tale receſſu
Maluerit damnare decus, uetitamq; deorum
Colloquio, patris procul abſentauerit aſtris.
Abſumo] abſumis, penultima longa abſumpſi, abſumptum (καταναλίσκω, ἀποφθείρω) abſumere, Omnino conſumere uel abolere.
Abſumere uinum. Terent. Heaut. 3. 1. 18.
Abſumere diem. Liuius 10. bel. Pun. 30.
Abſumere tempus. Cic. pro Quintio, 18.
Abſumere argentum. Plaut. Moſtel. 16. 19.
Abſumpſit domos incendium. Plin. iunior epiſt. 250. Pueros abſumpſit morbus: Cæſar.
Abſumpſit illuuies maiorem partem Syriæ. Id eſt, aquis immerſit, inundauit, Iuſtinus. Dicimus autem reciprocè, Incendium abſumpſit domos: &, Domus ab, umptæ ſunt incendio, ſic de ſimilibus.
Abſumere animam letho. Virg. 3. Aeneid. 130.
Abſumi re aliqua, ut fame. Clade. Cic. 2. Tuſc. 32. Terent. Phorm. 2. 2. 26.
Abſumi in. Plin. lib. 11. cap. 37. 7. Qui putant dentes in cornua abſumi, facilè coarguuntur ceruarum natura.
Abſumpti ſumus, pro perimus, actum eſt de nobis. Plaut. Moſtell. 6. 18. Virg. Aeneid. 1.
Sin abſumpta ſalus & te pater optime Teucrum
Pontus habet Libyæ. Sub. eſt: id eſt, ſi periit nobis.
Morte fortuita abſumptus. Tacit. Annal. lib. 2.

Abſumedo,

Abſumedo, abſumedinis. fœm. gen. Conſumptio, à uerbo Abſumo. Plautus. Capti. 1. 4. 4. Quanta pernis peſtis ueniet? quãta labes larido?
Quanta ſumini abſumedo?

Abſurdus.] adiectiuum (ἄτοπος, ἄλογος) propriè ſignificat auditu alienum, ſiue alienum ab auribus, ſed uſitatius ad animum transfertur. Abſonum, quod omnium mentes aſpernantur ac reſpuunt. Cic. pro Roſc. Comœdo. 11. Fraudauit Roſcius. Eſt hoc quidem auribus animiſq; hominum abſurdum. Idem 8. Philip. 236. Quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt?
Ineptum atq; abſurdum. Terent. Adel. 3. 3. 21.
Ineruditum & abſurdum. Cic. 4. Acad. 238.
Abſurdum atq; alienum à uita mea. Terent. Adel. 5. 8. 22.
Abſona extra modum & abſurda uox. Cic. 3. de Orat. 24.
Incredibile & abſurdum. Cic. pro Sylla 42.
Abſurda res eſt. Cic. pro Corn. Balbo 29.
Ingenium abſurdum. Tacit. lib. 13.
Sonus abſurdus. Cic. 1. de Diuin. 25.
Vir abſurdus. Cic. 2. de Orat. 48.
Sub abſurdum tempus diſceſſus. Cic. lib. 16. ad Att. 333. 4.
Abſurdum eſt, cum infinitiuo. Cic. de prouin. conſul. 30. Nam & non ſortiri, abſurdũ eſt: & quod ſortitus ſis, nõ habere.
Abſurdè, aduerbium qualitatis (ἀτόπως) ut, abſurdè aliquid dicere aut facere, quaſi ineptè & repugnanter. Cic. 2. de Finib. 37. Idem 2. de Diuina. 179. Sed neſcio quomodo nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorũ. Plau. Epid. 7. 6. Abſurdè facis, qui angas te animi.
Abſus, fluuius. Vide Abis.
Abſynthium.] (ἀψίνθιον) alij abſinthium ſcribunt, ab ἄψεσθαι, quod tangendo dicimus, ex aduerſo nomen Græci deflexerunt: quòd nullum animal ob eximiam amaritudinem hanc herbam attingat. Veteres Graiæ familiæ comici Apinthion quoq; conformi etymo, quaſi impotabilem pronunciarunt: quòd hanc nemo ob inſignem amarorẽ poſſit ebibere. Hinc Latini abſynthium uſurparunt, pro re quæ parum allatura ſit uoluptatis, non tamen propter commoditatem reſpuenda. Sic uerebatur Fabius Quintilianus, ne liber ſuus parum mellis, & abſynthij multum habere uideretur, eſſetq; ſalubrior ſtudijs quàm dulcior. Sic aloen pro amaro, quòd à palato paucam iniret gratiã, Iuuenalis protulit inquiens, Plus aloes quàm mellis habet. Ex Ruellio. Vide Plinium li. 27. cap. 7.
Abſynthia cana. Ouid. 5. Triſt. 14. 5.
Abſynthia tetra: id eſt, odoris tetri. Lucretius li. 1. 191.
Abſynthia triſtia. Ouid. 3. de Ponto 8. 3.
Abſynthites, abſynthitæ, penult. prod. maſc. gen. (ἀψινθίτης) ſed figuratè neutro iungitur: & eſt uinum factitium ex abſynthio. Columel. libro 12. cap. 35. Vinum abſynthiten, & hyſſopiten, & abrotoniten ſic condire oportet. Sic Plinius li. 23. cap. 1. 38.
Abſyrtus (ἄψυρτος) filius Aeetæ regis Colchorum, alio nomine Aegialeus, quem ſoror eius Medea ſequens Iaſonem, lacerauit: ut ſic retardaret patrem uolentem eam retrahere à fuga. Huius meminit Cicero li. 3. de nat. Deor. fabulam deſcribit Ouid. 3. Triſt. Eleg. 9.
Abuerto.] abuertis, abuerti, abuerſum (ἀποστρέφω) abuertere, pro auertere. Plaut. Ab ſaxo abuerti fluctus, ad littus ſcapham.
Abundo.] abundas (σὺθυνέω, σὺπορέω) abundare, Affluere re aliqua, & tam de bonis rebus quàm de malis dicitur: nec ſolum ad res corporeas, ſed etiã incorporeas pertinet: ut Abundare argento, ingenio, uitijs. Nonius, Abundare, ſupra modum aliquid eſſe. Tractum ex amnibus, qui quoties augentur imbribus, maioribus & crebris undis eriguntur. Virg. Geor. 1. Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans. Cic. de Senect. 52. Villaq; tota locuples eſt: abundat porco, agno, hœdo, gallina, lacte, caſeo, melle.
Abundare, pro diuitem eſſe. Cic. libro 1. ad Attt. 2. 3. Caietam, ſiquando abundare cœpero, ornabo. Idem de Amic. 22.
Abundare & defici, contraria. Cic. pro Cluentio 146.
Abundare & egere, contraria, Cic. 2. Offic. 17.
Abundare & deeſſe, contraria. Cic. lib. 1. de Diuin. 109.
Circunfluere atq; abundare. Cic. 5. Verr. 8.
Abundare atq; effluere. Cic. li. 1. de Diuin. 109.
Abundare in re aliqua. Cic. 3. de Legib. 21. Theophraſtus, &c. abundauit, ut ſcitis, in eo genere rerum.
Abundare diuitijs, Terent. Heauton. 3. 2. 17. Doctrina & ingenio. Cic. 3. de Orat. 34. Et 4. epiſt. 8. 2. Honoribus, Cic. 10. epiſt. 10. Lætitia. Plaut. Stich. 5. 6. Bellicis laudibus, Cice. 1. Offic. 111. Otio, Idem 7. epiſtol. 1. 19. Præceptis philoſophiæ, idem 1. Offic. 1. Rebus, idem 4. de Finib. 35. Venere, Plin. li. 11. cap. 37.
Abundare audacia. Cic. pro Cluentio 146.
Abundare amore. Terent. Phormi. 1. 3. 11.
Abundare æqualium familiaritatibus & cõſuetudine propinquorum. Cic. 5. Tuſcul.
Abundare ſapientia. Cicero in Piſonem.
Abundare uitijs. Quintil. Abundat dulcibus uitijs. de Senecæ oratione.
Abundare copia frumenti, Cæſar 8. bell. Gall. 139. Idem 1. bell. ciuil. 192.
Abũdat barbarie noſter amor: id eſt, ualde barbarus eſt. Ouid. 2. de Arte amandi. 11.
Abundat domus caligine. Ouid. 2. Metamorph. 153.
Abundare ira. Ouid. 6. epiſt. 16.
Abundare opibus fandi, id eſt, Eloquentia. Stat. 1. Sylu. 4. 7.
Abundare, abſolutè poſitum. Virgil. Georg. 4. Rurſus abundabat fluidus liquor. Plin. li. 14. in proœmio, Abundabant & præmia & opera uitæ.
Abundat fons in omnem partem. Plin. li. 18. cap. 22. 1.
Abundare cum genitiuo, Lucilius: Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus.
Inter abundare & redundare. Abundat, non quod ſuperfluum eſt, ſed quod eſt copioſum & cumulatum. Redundat, quod ſuperuacaneum eſt.
Abundans (σὔπορος, σὔθων) participium, ſiue nomen ex participio, ut Priſcianus lib. 18. Abundans illius rei, nomen eſt. Nam participium ablatiuo, quo modo & uerbum eius coniungitur. Virg. in Bucol. Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans. Cic. pro Cornelio, Quis tam abundans copijs? Sic, Vir abundans bellicis laudibus, Cic. 1. Offic. 111.
Abundans & inops, contraria. Cic. in Bruto 128.
Abundans homo, Cic. 2. Philip. 76. Multa & lauta ſupellex & magnifica multis locis: non illa quidem luxurioſi hominis, ſed abundantis.
Ingenio, doctrina, ocio & ſtudio abundãs. Cic. 1. de Orato. 12.
Fatum abundans. Claudian. de bello Getico 22.
Abundans pecunia. Cic. pro Quintio 22.
Abundantiſſimus, Cic. 2. de Orat. 32. Timæus, & rerum copia & ſententiarum uarietate abundantiſſimus.
Abundanti doctrina homo. Cic. 1. de Orato. 42.
Ex abundãti, Quint. li. 4. cap. ult. Egregiè uerò Cic. pro Milone, inſidiatorem primo Clodiũ oſtendit, tum addit ex abundanti, etiam ſi id non fuiſſet, talem tamen ciuem cum ſumma uirtute interfectoris & gloria necari potuiſſe.
Abundans corporis. Claud. in Eutrop. lib. 2. 76.
Abundans pietatis, Claudian. Panegy. 7. 23.

Digitized by Google

Abundantia.tiæ, (εὐθηνία, περιουσία, εὐπορία, ἀφθονία) Rei alicuius copia: ut, Abundantia ingenij. Cic. 1. Acad. 26. Abundantia quadam ingenij præstabat Socci. Plin. li. 20. cap. 1. 1. Sic, Ocij abundantia. Cic. li. 7. epist. 100. 20. & li. 7. 1. 19. Abundantia amoris, Cic. Lentulo li. 1. 9. 2.

Abundantia magna rerum aliquarum. Vide Amplitudo.

Abundantia & copia. Cic. de Amicic. 73.

Vbertas agrorum, abundantiáq; rerum omnium. Cicero contra Rullum 11.

Circunfluere omnibus copijs, atq; in omnium rerum abundantia uiuere. Cic. de Amicic. 48.

Abundantiæ modo aliquid ducere. Tacitus in uita Agricolæ, Ludos & inania honoris, modo rationis atq; abundantiæ duxit, uti longè à luxuria, ita famæ propior. Hoc est, secundum mensuram rationis & suarum opum.

Abundantia fœminarum: id est menses, seu mẽstrua largius fluentia. Plin. li. 24. cap. 11. Rhus fœminarum abundantiam sistit cibo. Et li. 27. cap. 12.

Abundatio, abundationis (ἐπίῤῥοια) Plin. li. 3. cap. 16. Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia.

Abundanter, aduerbium qualitatis (σὺν πόρῳ) Copiosè, affatim, affluenter. Plin. li. 24. cap. 9. 12. Hæc fert in Aegypto, Syriáq; etiam abundanter lignosum fructum. Idem libro 18. capite 18. 2. Tanto tardius decedit, quanto abundantius creuit.

Copiosè & abundanter loqui. Cic. de Orat. 82.

Satis abundanter. Ci. 3. ad Heren. 91.

Abundanter, & preßè dicere, contraria. Quintil. li. 8. cap. 3.

Abundantius, & angustius, contraria. Cic. in Topicis 21.

Abundè (ἀφθόνως) aduerbium quantitatis, deriuatum à uerbo Abundo, teste Prisciano: Abundanter autem ab abundans. Et est abundè, idem quod satis. Vnde satis abundanter dicimus, satis abundè, non item: nisi addita coniunctione, ut satis abundéq;. Author Valla in Pogium. Plin. in præfa. 6. Abundè pulchrum & magnificum est. Sallust. in Iugurth. Abundè magna præsidia.

Abunde est, cum genitiuo, Virgil. 7. Terrorũ & fraudis abunde est. In hoc loquendi genere ipsum (abunde) figuratè pro nominatiuo ponitur, sicut et cũ dicim⁹ satis est illi pecuniæ.

Abundè potentiæ gloriæq; adeptus, Sueton. in Cæs. dictatore, cap. 86. Quintil. li. 10. cap. 1. & abundè salis.

Abundè esse alicui: id est, satis esse. Celsus li. 1. cap. 3. Ergo huic abundè est, loco tepido demittere se.

Abundè est, sequente infinitiuo. Plin. epist. 103. b. Sed utrunq; tam magnum est, ut abundè sit alterum efficere.

Abundè est, pro Sufficit, satis superq; est, ait Budæus. Plin. epistu. 122. Abundè est, si epistolæ sunt molestæ.

Abundè gratus. Ouid. 4. de Ponto. 8. 8.

Abundè promittere. Lucret. li. 3. 180.

Abundè ratus. Tacit. li. 18.

Abundè satisfacere: id est, affatim, largiter & copiosè. Ci. 2. de Diuina. 4.

Abundè, cum alijs uerbis. Cic. de Senectu. 44. Etiamsi non abundè potitur. Sic abundè tibi adsunt omnia. Pro copiosè suppetunt. Cic. ad Brutum. 4. 5. Abundè tractata est ratio, Plin. li. 9. cap. 41. 2.

Abundè, cum substantiuo nomine. Sallust Iugurtha. Deinq uòd parentes abundè habemus. Quasi tu dicas, satis parentum, uel satis multos parentes. Idem in oratione M. Trib. pleb. ad plebẽ: Cunctaq; præsenti ignauia mutastis, abundè libertatẽ rati, quia tergis abstinetur. hoc est, rati satis esse libertatis, aut satis magnam libertatem. Sic abundè est arboribus altitudo quatuor pedum. Colum. li. 2. cap. 2. 17.

Abuolo.] abuolas, penult. corrept. (ἀφίπταμαι) Volando discedo. Ci. 2. de Finib. 169. Fluit igitur uoluptas corporis, & prona quæq; abuolat. Alij legunt auolat.

Abusque.] (ἕως ἀπὸ) aduerbium modò tempus, modò locum significans: & est poetica uox, pro usq; ab. Plaut. Amphi. 4. 99. Hæc illic est pugnata pugna abusq; manè ad uesperum. id est, à manè usq; ad uesperum. Virg. 7. Aeneid. 58. Siculo prospexit abusq; Pachyno. Vbi Seruius, Abusq; & adusq; usurpatiuè dicimus. Præpositio enim nec aduerbio iungitur, nec præpositioni. (Vsq;) autem aut præpositio est, aut aduerbium. Idem sentit Diomedes.

Abusq;, nonnunquam suo ablatiuo postponitur. Tacit. lib. 15. Animalia maris Oceano abusq; petiuerat.

Abutor.] penult. longa, abuteris, abusus sum (ἀποχράομαι, καταχράομαι, παραχράομαι) abuti. Est re aliqua malè uti. siue nimis licenter uti. Et propriè de rebus corporeis dicitur: ut, abuti auro, argento, patrimonio. Metaphoricè autem de incorporeis: ut, abuti ingenio.

Abuti muliere. Terent. Phormi. 2. 3. 67. Vbi Donatus, Vtimur cum honore, Abutimur cum iniuria.

Abuti translatum ad res incorporeas: ut, Abuti alicuius patientia. Cic. in Catil. 1. Abuti dominatione. Suet. in Cæs. dictatore. Gloria nominis, Cic. 4. Acad. 25.

Abuti auribus alicuius. Plin. epist. 150.

Abuti immoderatè facilitate alicuius. Cic. ad Cassium li. 12. epist. 1. 8. Et in Oratore 102. Gorgias autem auidior est generis eius, & his festiuitatibus insolentius abutitur.

Abuti fortunis hominum ad cupiditatem. Cic. 7. Verr.

Abuti ignoratione alicuius. Cic. pro Ligario. 1.

Abuti legibus ad quæstum. Cic. pro Rosc. Amerino. 32.

Abuti nomine alieno ad suos quæstus. Cic. 5. Verr. 50.

Abuti otio & literis, Cic. 1. Tuscul. 10.

Abuti regno & licentia ad omnia, Cic. 1. de nat. Deor. 88.

Abuti scelere & perfidia ad alicuius exitiũ. Cic. Att. li. 3. 53. 3.

Sermone aliquo abuti pro mandatis, Cic. Att. lib. 7. 132. 7.

Abuti uiribus corporis, Cicero 1. de Inuent. 3. & Liuius 2. ab urbe 182.

Abuti præterea dicitur in alia significatione. Cic. pro Milo. 4. quanquam in hac causa Iudices, Titi Annij tribunatu rebus omnibus pro salute reipub. gestis, ad huius criminis defensionem non abutemur, nisi oculis uideritis insidias Miloni à Clodio factas. Idem 2. de nat. Deor. 226. Nos elephantorum acutißimis sensibus, nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur, καταχρώμεθα, id est, multum utimur: non autem παραχρώμεθα, hoc est, perperam utimur: quãquam abuti, intelligi posit aliorsum uti, quàm natura comparatũ sit: etiam si non perperam. Budæus, Cic. lib. 9 epistu. 6. 13. Quæ igitur studia, magnorum hominum sententia, uacationem habent, eadem publici muneris, ijs concedente repub. cur non abutamur? id est, utamur, uel abundè utamur.

Abutor, antiquè cum accusatiuo, loco ablatiui. Plaut. Trinum. 10. 56. Me qui abusus sum tantam rem patriam. Terent. in Prologo And. 4. Nam in prologis scribundis operam abutitur. Sic apud eosdem sæpius.

Abuti, in bonam partem, pro consumere. Cato de re Rust. cap. 76. 3. Donec omnem caseum cum melle abusus eris.

Abuti ueteres paßiuè dixerunt. Varro apud Priscianum lib. 8. Vtile utamur potius, quàm ab rege abutamur. Inde abusus participiũ in eadem significatione. Ibidem Hortensius, Abusis iam omnibus locis καταχρηθέντων. Plaut. Asin. 5. 44. Vbi quæ dedi antè? C. Abusa. In quem locum Nonius. Abusa, utendo, uel in usum consumpta.

Abutendum se permittere. Sueton. in Galba, cap. 14. His diuerso uitiorũ genere grassantibus, adeò se abutẽdum permisit & tradidit, ut uix sibi ipsi cõstaret. Hoc est, ita se permisit il-

Digitized by Google

ſit illorum arbitrio,ut pro libidine ſua,quiduis ei facilè perſuaderent.

Abuſio, Figura eſt,quæ Græcè catachreſis dicitur,de qua Cic. in Orat.ad Brutum,51. Ariſtoteles autem translationi hæc ipſa ſubiungit, & abuſionem,quam catachreſin uocant: ut cum minutum dicimus animum pro paruo,et abutimur uerbis propinquis,ſi opus eſt,uel quod delectat,uel quod licet. De hac quoq; meminit Fabius lib.8. & 10. Idem lib.3.ca.3. Hìc per abuſionem poſita.

Abuſus,huius abuſus,penul.prod.maſ.gen. (ἀποχρησις) Dicitur, quum aliqua re per licentiam malè utimur.Cic.in Topicis 8.Non debet ea mulier,cui uir bonorum ſuorum uſum fructum legauit,cellis umarijs & olearijs plenis relictis,putare id ad ſe pertinere.Vſus enim,non abuſus legatus eſt.Vbi ſic ait Boethius: Vtimur ijs quæ nobis utentibus permanent,ijs uerò abutimur,quæ nobis utentibus pereunt. Ergo cum permanere ac perire cõtraria ſint: uſus quoq; atq; abuſus contraria neceſſe eſt iudicentur.

Abuſiuè,aduerb. (κατεχρησιλῶς) Quintil.lib.III.cap.4. Nũc non abuſiuè diſpenſatio eſt.

Abydus,y longa (ἄβυδος) urbs Aſiæ à Mileſijs condita,ad Helleſpontum ſita,patria Leandri, cui Seſtos in Europa opponitur,intercedente anguſto mari Helleſpontiaco: de qua apud Virg. lib.1.Georg. Pontus & Oſtriferi fauces tentantur Abydi. Eſt item Ægypti oppidum Memnonis regia & Oſiris templo inclytum.Plin.lib.5.cap.9.

Abydum ne temerè. Subaudiendum,nauiges. Ne quod graue periculum ſuſcipias,ſine cauſa idonea. Eraſm. in prouerb. Ne temerè Abydum.

Abydos gemina.Appropinquãtibus enim apparet gemina,propter Seſti uicinitatem. Val.Flac.Argon.158.

Abydenus,adiectiuum,pen.pro. (ἄβυδηνὸς) Stat.1.Syl.2.18.

Vidi & Abydeni iuuenis certantia remis
brachia,id eſt.Leandri.Idem 1. Achill.83. littore Abydeno.

Abydeni à Philippo Macedonum rege graui obſidione preſſi, omni ſpe ſalutis abiecta, in eam rabiem ſunt accenſi, ut ſe ſuasq; uxores & liberos ferro, flãmis,& omni genere mortis crudeliſſimè interficerent, ne in hoſtis uenirent poteſtatem.Liuius Decad.4.lib.1.

Abydena illatio,uel Abidena bellaria, prouerb. Vide Eraſmũ in Adagijs.

Abydeni fama fuerunt parum ſecunda,quòd eſſent Sycophantes molles & effœminati,Pauſan.ex Suid.

Abyla (ἄβυλα) Africæ mons,ut Calpe Europæ,laborum Herculis metæ: quam ob cauſam indigenæ, Columnas eius Dei uocant. Eſt & Syriæ oppidum. Plin.cap.1.lib.3. Hodie Aceuta dicitur.

Abyſſus.] *abyſſi,fœm.gen.* (ἄβυσσος) Aqua patens in immenſam profunditatem:hoc eſt,quæ fundum non habet. In ſacris literis.

A C

Ac.] coniunctio eſt copulatiua (καὶ) pro &,ſiue atq;.Cic.1.in Catill.24.Terent.And.1.147.

—Pudicè uitam,parcè ac duriter
Agebat.Ibidem:Lana ac tela uictum quæritans.

Ac, pro his duabus particulis (idq;) uel (& quidem) Terent. Heaut.4.5.15. Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens.Idem Eunuch.5.2.6.Amabo quid ait?cognoſcit' ne?C. ac memoriter.

Ac, etiam. Cic. pro Muræna.5. Ac de officio defenſionis meæ, Ac de ratione accuſationis tuæ, fortaſſe etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

Ac potius,loquẽdi genus per correctionẽ,idẽ quod imò potius. Cic.Lẽt.li.1.Ego omni officio,ac potius pietate erga te,&c.

Ac non,pro nec.Terent.Adelph.3.3.39.

Nimium inter uos Demea,
Ac non,quia ades præſens dico.Idẽ Eunuch.5.16.Ci.pro domo ſua 98.Sit ſanè hoc de noſtris ædibus,ac non de publicis templis. Vnum oſtende uerbum conſecrationis in ipſa tua lege,ſi illa lex eſt, ac non uox ſceleris & crudelitatis tuæ.

Ac non uereor.Cic.ad Luceium lib.5.epiſt.12.19.

Ac,in principio ſententiarum,connectendi uim habet,pro autem. Cic.1. de Orat.in proœm.Ac primo quidem totius rationis ignari,&c.Sic.lib.1.de Inuent.2.3.4.5.8.Virg.1.Aeneid.Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.

Ac,pro contra quàm,teſte Donato.Terent.And.5.1.22. Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie,ac uolui dicere.

Ac,pro quàm,aut pro ut,ferè his dictionib. poſt ponitur,æquè, aliter,alius,cõtra,iuxta,par,perinde,pro eo,ſecus & ſimilibus. De quibus exempla in ſingulis eorum inuenies.

Ac in compoſitione ponitur pro ad,mutatione c.literæ in d.ut accedo,accipio, accolo:quæ tamen antiqui per d ſcribebãt, Adcedo,adcipio,adcolo,& ſimilia. Non eſt igitur ex cõiunctione, ſed ex corrupta præpoſitione compoſitio eiuſmodi.

Aca (ἄκα) ciuitas Phœnicum, quæ poſtea Ptolemais dicta eſt Strabo.li.16.Plinio autem dicitur Ace,quæ quondam colonia fuit Claudij Cæſaris li.5.cap.19.

Acacalis.] (ἀκακαλὶς) ſemen eſt fruticis in Aegypto naſcentis, ſimilitudinem cum fructu Tamaricis obtinens.Nomẽ frutici à nympha datum crediderim Acacali, quæ ab Apolline compreſſa Phylaciden & Hylan rum ediderit in Creta: miraculo ab Elyræis populis conflicto,nutritos à capra eos fuiſſe: cuius monumentum in Apollinis quoq; Delphici delubro,ut author eſt Pauſanias,monſtrabatur. Apollonius poeta in Argonautico,Acacalim Minois regis filiam ab Apolline quidem uitiatam cecinit, ſed quæ in Aphar cam relegata,filium ediderit nomine Amphithoon,qui & Gramas quoque uocaretur, Naſamonis & Caphauri pater, ex Nympha Tritonide.

Acacia.] *acaciæ* (ἀκακία) Genus ſpinæ eſt,teſte Plinio libro 24. cap.12.2. cuius ſemen lenticulæ eſt ſimile,minore tantum & grano & folliculo. Eſt & ſuccus è ſpina illa expreſſus. Nunc acaciam ex ſylueſtri pruno colligit officinarum deſidia.Ruellius.

Acacia,acaciæ,ἀκακία,æ,ἡ, Innocentia,ſimplicitas,animus ab omni terrore liber, in quo Democritus philoſophus ſummum bonum conſtituebat. Cic.lib.5. de Finib.149. Id enim ille ſummum bonum,euthymiam et ſæpe acaciam appellat: id eſt,animum terrore liberum.

Academia.] (ἀκαδημία) uerti poteſt lauacrum,aut ciuitas. Dicitur enim gymnaſium Athenis, quia propè lauacrum poſitum,authore Heſychio. Diogenes tamẽ Laertius in uita Platonis,Academia,inquit,eſt locus in ſuburbano ne moroſus, à quodam heroe Academo nomine appellatus,ſicut & Eupolis & Timon teſtantur. Antea per e tenue ſcribebatur Ecademia. Horat.lib.2.epiſt.2.9. Atque inter ſyluas Academi,quærere uerum.Ibi natus eſt Plato:ubi,cũ philoſopharetur,ſtudendi uſu, & diſcipulorum frequentia,morumq; celebritate inſignis fuit.Vnde Academici philoſophi, ſicut & Areopagitæ ab Areopago.Cic.lib.1.Acad.23.Nam cum Speuſippum ſororis filiũ Plato philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet: duos autem præſtantiſſimos ſtudio atque doctrina, Xenocratẽ Chalcedonium,& Ariſtotelem Stagiriten:qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo: illi aũt qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterũ gymnaſiũ,cœtus erant, & ſermones habere ſoliti, ex loci uocabulo nomen habuerunt.Plura in Academicis,& in principio lib.5.de Finib.

Digitized by Google

Academia & gymnasium pro eodem accepit. Cic. lib. 1. ad Atticum, 2. 3. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, & ornamentum Academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est eius gymnasij.

Academia, digna memoratu uilla est, ab Auerno lacu Puteolos tendentib. impositа littori, celebrata porticu ac nemore quã & uocabat Cic. Academiam ab exemplo Athenarum compositis uoluminibus eiusdem nominis, in qua & monumentum sibi instaurauerat. Hæc Plin. li. 13. cap. 2.

Academia, uariat penultimam, Cic. li. 1. de Diuin. 44.

Inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lycæo
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Laurea Ciceronis libertus apud Plinium li. 13. cap. 2. Atq; Academiæ celebratam nomine uillam. Claudianus in 8. Panegyr. de Manlij Theodori consulatu, In Latium spretis Academia migrat Athenis. Sidonioq; in epithalamio Polemij,

Obuiet & quanquam totis Academia sectis.

Academia uolatica. Cic. li 13. ad Atticum 282. 6. O' Academiam uolaticam, modò huc, modò illuc. Id est, inconstantem & incertam.

Academicus, adiectiuum, penult. correp. (ἀκαδημικὸς) Cic. lib. 2. de Finib. 72. Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi uolunt quodcunq; uerisimile uideatur. Idem li. 3. de Orato. 38. Reliqui sunt Peripatetici & Academici: quanquam Academicorum nomen est unum, sententiæ duæ. Nam Speusippus Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo, & Crantor, nihil ab Aristotele, qui unà audierat Platonem, magnoperè dissensit: copia fortasse & uarietate, dicendi pares non fuerunt. Arcesilaus primum qui Polemonẽ audierat, ex uarijs Platonis libris, sermonibusq; Socraticis hoc maximè arripuit, nihil esse certi, &c. Hinc nata recentior Academia emanauit.

Acadinus (ἀκαδινὸς) fons iuxta Palicos in Sicilia manat: in quo tabellas inscripto iuramento, si rectè iuratum foret, supernatare, neque liquore perfundi asserit Aristoteles: si per peram, protinus in profundum rapi, neque apparere ultra. Alexander ab Alex. li. 5. cap. 10.

Acæna.] ἀκαινα, pedum decem, qua dimetiebatur agros. uide Cælium li. Antiq. lect. 4. cap. 29.

Acalanthis.] thidis, fœm. ge (ἀκανθὶς,) Auis est, de qua sic Probus: Acalanthis ea est, quæ Græcè ἀκανθὶς, dicta est: Latinè carduelis, à carduo. Virgi. 3. Georg. Resonant Achalanthida dumi. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teste Pierio, non, & achantida.

Aristophanes, Acalanthida cæcos fœtus párere præ pariendi festinatione.

Acamas, acamantis (ἀκάμας) promontorium syluosum in Cypro, quod duarum mamillarum speciem præbet. Vnde Cyprus antea Acamantis uocitata est, Strabo lib. 14.

Acanthion.] siue achanthium, achanthij (ἀκανθιὸν) spinæ genus: Plin. li. 24. ca. 12. 1. Achanthion uerti potest Latinè, Spinula.

Acanthis.] acanthidis fœm. gen (ἀκανθὶς) uis est minima. De qua sic Seruius in tertium Georg. Acanthis, quam alij luscíniam esse uolunt, alij uerò carduelem, quæ spinis & carduis pascitur: ut inde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta sit ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν: id est, spinis quibus pascitur. Plin li. 10. cap. 74. Et acanthis in spinis uiuit, idcirco asinos & ipsa odit. flores spinæ deuorantes.

Acanthus.] acanthi, masc. gen. (ἄκανθος) genus herbæ, de qua Plin. li. 22. cap. 22. Acanthos est topiaria & urbana herba, elato longoq; folio, crepidines marginum, assurgentiumq; puluinorum totos uestiens. Virg. 4. Ecloga.

Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho:

Ridenti, id est, læto, ait Seruius, Virgil. 2. Georg. & baccas semper frondentis Acanthi.

Acanthi folia ueteres ob pulchritudinem & figuræ elegantiã insculpebant columnarum Corinthiarum capitulis. Cuius rei inuentionẽ latissimè exequitur Vitruuius. Vestibus quoq; pretiosis figuram foliorum acanthi circumtexebant. Vnde Virgilius 1. Aeneid. 131.

Et circuntextum croceo uelamen acantho.

Crocum intelligas aureum. Præmiserat enim poeta,

Ferre iubet palàm signis auroq; rigentem.

Mox subiunxit. Et circuntextum, &c. Tale est illud Ouid. 13. Metamorph. 152.

Summus inaurato crater erat asper acantho.

Acanthus flexus. Virgil. 4. Georg. 25. Quod idcircò dixit poeta, quia suo ductili flexu identidem in topiarium opus imitabatur.

Qua etiam de causa tortos appellat acanthos.

Colum. lib. 10. de Cimara loquens.

Mollis acanthus. Virg. 3. Eclog Et 4. Georg. 23.

Acanthinus, adiectiuum (ἀκανθινὸς) Quod est acanthi, aut acantho simile. Plinius li. 25. cap. 7. 7. Spectatur foliis acanthinis: id est spineis.

Acanthus (ἄκανθος) Aetoliæ oppidum.

Acanthia cicada, cicadæ. Prouerbiũ in indoctos atq; infantes, aut musices ignaros torqueri solitum. Vide Erasmum.

Acapna (ἄκαπνα) ligna (de quibus est titulus apud Martialem in Xenijs) ea uidentur esse quæ Vlpiano dicuntur ligna cocta, ne fumum faciant. Nam ἀκαπνὸς sine fumo interpretatur. De lignis eiusmodi Cato de re Rust. cap. 130. Codicillos oleaginos, et cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito: perbibant bene. ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt. Est & mellis genus quod eadem ratione acapnon Plinius appellat libro 11. cap. 6. Strabo acapnistion.

Acapna thysia, Sacrificia absque fumo. Dicitur de nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti obsonij apponitur. Vide Erasmum.

Acarnania (ἀκαρνανία) est regio & pars Epiri, quam Achelous amnis ab Aetolia separat, mersa medio sinu Ambracio, Plinius lib. 4. cap. 1.

Acarnan, acarnanis. penult. prod. (ἀκαρνὰν) Ouid. 8. Metamorph. 115. de Acheloo fluuio, Amnis Acarnanum lætissimus. Qui est (ut ita dicã) de Acarnania. Virg. 5. Aeneid. 59. Hunc Salius simul & Patron: quorum alter Acarnan, alter ab Archadia, Acarnan (ait Seruius) id est Epirota. Acarnania id est pars Epiri.

Est & Acarran, seu (ut alij legunt) Acarnas, mons Atticæ admodum lapidosus Seneca in Hyppolito 1. 5.

Subditus austris frigora mollit
Durus Acarnas.

Acarnanes, Curetes & Abantes, ijdem ferè sunt. Nam hi Euboeam incolasse traduntur, bellumq; continenter de Lilanteo campo unicius gerentes, tandem ab hostibus in pugna per crines anteriores apprehensi ac deuicti, sinciput postea rasisse, relictis tantùm occipitio capillis: unde Curetes dicti, id est detonsi, ἀπὸ τῆς κούρας, id est tonsura. Qua propter Homerus Abantes post terga comantes, dixit. Hi postea migrantes in Aetoliam atq; Epirum: uocati sunt Acarnanes, quasi minimè rasi, quòd detonsos crines succrescere permiserint. Strabo libro 10. Et Volaterranus lib. 8. Geograph.

Acarnania

Digitized by Google

Acarnanicus & Acarnanius, adiectiua, (ἀκαρνανικός,) Vnde apud Lucianũ in Dialogis meretricijs, Acarnanius porcelus: & Eraſmum in Chiliadibus, Acarnanici equi.

Acarne,] acarnes, fœm.gen. ἀκάρνη. Marinus piſcis. Plin.li. 32.cap.11.3.

Acaron.] ἄκαρον. Myrtus ſylueſtris, Plin.lib.15.cap.7.

Acarus.] acari, (ἄκαρος.) Tineæ genus in cera naſcẽs, quod omnium animalium minimum eſſe exiſtimatur. Ex Ariſtotele lib.5.de hiſt.Anim.cap.32. Gaza interprete. Dicitur ἀπὸ τῦ ἀκαρῦς, quod indiuiſibile & inſectibile Græcis dicitur.

Acaſtus, (ἄκαστος,) fuit Laodamiæ pater. Id quod ipſa teſtatur apud Ouidium epiſt.13.5.

Acaſtus Magneſiæ rex, à quo Peleus fraterna cæde purgatus eſt, & expiatus. Cum autem Peleus iuuenis eſſet ac caſtus: ob Acaſti uxore de ſtupro tentatus renuit. Illa itaq; falsò apud uirum ſe ab eo tentatam deferens, effecit ut ab Acaſto ad uenationem mitteretur, ut ibi à feris diſcerperetur, quas cum uirtute ſuperaſſet, domum reuerſus, Acaſtum cum coniuge interfecit, eorumq; regnum inuaſit. Author enarrator Apollonij Volaterranus. Huius Acaſti uxorem nõnulli Cretheidem, alij Hyppoliten appellant.

Acaſtus fuit Peliæ Theſſalorum regis filius, uenator ſagittis clarus, cuius meminit Ouidius libro 8. Metamorph.16. Et libro 11.82.

Acatalecticus.] (ἀκατάληκτος,) uerſus Grammaticis dicitur, cui nihil deeſt, nihil abundat. Huic opponitur catalecticus, cui una deeſt ſyllaba.

Acatalepſia.] acatalepſiæ, (ἀκαταληψία,) Incõprehenſibilitas. Cic.ad Att.lib.13.27b.3.

Acatalepton, (ἀκατάληπτον.) Quod cõprehendi non poteſt. Sic interpretatur Cic.lib.4.Acad.quæſt.37.

Acatium.] (acatij, ἀκάτιον,) nauigij genus actuarij: author Plutarchus. Pollux quidem uelum in naui maximum acation uocari tradit: ſicut minimum dolonem: tertium uerò quod retrorſum panditur, epidromon. Hactenus Hermolaus. Plin.lib.9.cap.30.6. Concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata.

Acca Laurẽtia, (ἄκκα λαρεντία,) Fauſtuli paſtoris uxor, quæ Romulum & Remũ lactauit atq; aluit. Seruius in 1.Aeneid. & Liu.1.Decad.lib.1.

Accanto.] accantas, accãtaui, (προσᾴδω,) accantare, iuxtà cantare. Stat.4. Syl.4.11. & magni tumulis accanto magiſtri.

Accedo.] accedis, pen.longa, acceſsi, acceſſum, (ἀφικνέομαι, προσέρχομαι, μέτειμι, προσείμι,) accedere, Ex ad, & cedo compoſitum: eſt propriè ad aliquid propius uenire, & ſe admouere: ſeu (ut uulgus loquitur) appropinquare, ſe de re aliqua: ſiue ſit locus, ſiue perſona, ſiue res alia.

Accedere ad fores. Terent. Adel.4.4.23. Idem And.1.1.103.

Ad flammam acceſsit imprudentius. Cic. Sulpitio lib.4.4.10. Et ad Cæſarem ſupplex accederet. Sic, Accedere ad deſperatos, Cælius Ciceroni, lib.8. 16.8. Cice.in Piſonem 52. Non audebit accedere ad ludos. Idem 7.Verr.75. Prædones accedere incipiunt ad Syracuſas.

Accedere ad manum. Cic. Att.lib.2.16.14.

Accedere propè ad aliquem. Plaut. Mil.18.55.

Accedere in prouinciam, in ſenatum, in funus, &c. Cic. Att.libro 5.104.4. Eidem lib.7.124.2. Idẽ lib.2. de Leg.102. Idem pro Cecinna 27. Obſtituiſſe ne in ædes accederes. In Piſonem.39. Accede in regnum.

Accedere in oppidum. Cic.6.Verr.45.

Accedere ſcopulos: Virg.1.Aeneid.

Vos & Syllæam rabiem, penitusq; ſonantes

Acceſtis ſcupulos. Vbi Seruius, Bene ait acceſtis: non enim paſsi ſunt hæc pericula, ſed his fuere uicini.

Accedere mœnibus. Liu.4.bel.Pun.90.

Accedere alicui ad aurem. Cic.5.Verr.113.

Accedere inter initia morbi dicitur medicus. Cel.lib.3.cap.1.

Accede huc. Plaut. Curc.14.18.

Accedere obuiam. Plaut. Trinum.17.15.

Accedere propè, aut propius, Plaut. Rud.18.3. Iube modò accedat propè. Cic.pro Cecinna 16. Tamen acceſsit propius.

Acceſsit ad te cominus. Cic. Att.lib.2.17.2.

Accedere ad rempub. hoc eſt, ad magiſtratus & rempub.gerendam ſe conferre. Cic.pro Roſc.Amer.2. Idem 1.Offi.42.

Accedere ad rempub. liberandam, Brutus Cic.lib.11.10.9.

Accedere ad periculum, pro adire periculum. Cic.1.Verr.35.

Accedere periculum, ſine præpoſitione dixit Plau.in Epidico.

Accedere in infamiam. Plaut. Trinum.4.62.

Accedit febris, & accedit ſomnus, Celſo familiares phraſes.

Acceſsit uerbum ad aures. Cic. in Vatinium, 2. Non putas fas eſſe, uerbum eo ore exire cuiuſquam, quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accedat.

Accedere pro inſuper addi, adiũgi uel augeri duntaxat in tertijs perſonis: uarijs modis conſtruitur, ut, hoc accedit huic rei, & ad hanc rem.

Acceſsit illi animus. Cic. Att.li.5.108.5. Liu.4.ab urbe 80. Dictatori ac Romanis, quòd detrectaſſet pugnam hoſtis, animi acceſſere.

Accedit nobis illud incommodum, quod. Cic.pro Quintio 2.

Accedit illi ira. Sil.Ital.li.16.13.

Ad reliquum ſuaſoriæ laborem accedit etiam perſonæ difficultas. Quintil.lib.3.cap.8.33.

Accedunt hæc in ornamentũ operis. Quintil.lib.2.cap.3.5.

Accedit cumulus ad eam liberalitatẽ. Cic.ad Cornificium li.12. epiſt.25.19.

Accedit plurimum precio, pro ualde augetur precium. Colum. lib.3.cap.21.6.

Acceſsit operi manus extrema, pro impoſita eſt, ſiue etiam addita eſt. Cic.de claris Orato.65.

Accedere ad amiciciam alicuius, Cæſ.1.bel.ciuil.187. Neq; ciuitates, quæ ad Cæſaris amiciciam acceſſerant. Hoc eſt, quæ Cæſari ſe adiunxerant.

Acceſsit magnum pondus ad tollendam dubitationem. Cic. Opimio lib.11.29.1.

Acceſsit mihi hoc ad labores reliquos. Cic.ad Brut.18.5.

Acceſsit fortunis pernicies. Cic.3.Verr.3.

Acceſsit robur ætati. Cic.pro Cælio, 58.

Accedit ſpacium morbis. Celſus lib.2.cap.11.

Accedit ſenecta, Horat.epiſt.ultima ad finem.

Accedit ad maiorem ſocordiam, Plin.lib.2.cap.7.

Accedere indici aliquem, Tacit.li.5. Sed Minutius & Seruæus damnati, indicibus acceſſere. Hoc eſt, Bona illorum indicibus accuſatoribusq; ceſſere præmij loco. Simile eſt illud Liuij lib.5. Decad. ſed alijs uerbis: Bonaq; eorum qui interfecti eſſent, & exulum, poſsidere qui arguebant.

Accedere dicuntur, qui tanquam appendices ſunt contractus emptionis. Varro lib.2.de re Ruſtica cap.9. Quibus gregibus canes ſine paſtoribus acceſsiſſent. Ibidem, Pleriq; ſtipulantur ut accedant canes qui conſueuerunt eſſe unà.

Accedent tibi à me hæc dona. Liu.7.bel.Pun.

Accedit abſolutè. Plaut. Perſa.16.200. Pro ueſtimentis decem accedant minæ. Cic. Torquato li.6. Illud ſatis eſt, præſertim cum acceſſerit nihil noui.

Accedit ætas uino, cùm ueteraſcit. Celſus.

Accedere febris dicitur, cum per interualla intenditur, Cicero libro 7. ad Atticum 22.2. Et ſi alteram quartanam Pam-

Digitized by Google

philus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alterã leuiorẽ accedere.
Accedere ad cauſam, pro cauſam ſuſcipere. Cic. 1. Verr.
Acceſſit ea res in cumulum. Hoc eſt, ut ita dicam, pro cumulo. Ci. pro lege Agraria, 65. Acceſſerint in cumulũ manubiæ ueſtrorum imperatorum.
Accedere item pro addi, cum aduerbijs, huc, eò, & eodem: modò ſequente quòd, modò ſine ipſo. Cic. pro Roſc. Amer. 26. Eò acceſſit ſtudium doctrinæ. Hoc eſt, ad id uel illud. Idem Attic. lib. 1. 8. 2. Accedit eò, quòd mihi non eſt notum. Idem 5. Verr. 120. Eodem accedit, quòd hoc quoq; intelligere poteſtis. Cic. pro Roſc. Amer. 6. Hoc accedit ſummus timor quẽ mihi natura pudorq; meus attribuit. Cælius Cic. lib. 8. 2. 3. Acceſſit huc, quòd poſtridie eius abſolutionis in theatrum Curionis Hortenſius introijt.
Accedit quòd, etiam ſine aduerbijs ſuprà dictis. Liu. 5 bel. Maced. 32. Accedebat quòd alter decimum iam propè annum aſſiduus in oculis hominum fuerat. Cic. ad Att. li. 13. 27 9. 2. Accedit enim quòd patrẽ (ut ſcire te puto) plus etiam quàm non modò tu, ſed quàm ipſe ſcit, amo. Idem pro Roſc. Amer. 2. Acceſſit illa quoq; cauſa, quòd, &c.
Plin. in præfa. Meæ quidem temeritati acceſſit hoc quoq;, quòd leuioris opere hos tibi dedicaui libellos.
Subauditur nonnunquam ipſum quòd. Terent. And. 1. 3. 10. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria. Siue iſta uxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt.
Accedit ut. Cic. de Senect. 15. Ad Appij Claudij ſenectutem accedebat etiam, ut cæcus eſſet. Idem ad Brutum 18. 5. Itaque ad reliquos hic quoq; labor mihi acceſſit, ut omnes adhibeã machinas ad tenendum adoleſcentem.
Accedere, ſimilitudinem ſignificat, Cicero pro C. Rabirio, Vos Quirites, quorum poteſtas proximè ad deorum immortalium accedit, oro. Idem de Amicicia. 36. Qui ad ſapientiam proximè accedunt. Idem 4. Academ. Exprimant aliquid quod aut uerum ſit, aut ad id quam maximè accedat. Sic Plinius lib. 22. cap. 24. 5.
Accedere ad ſimilitudinem alicuius rei. Cic. Att. lib. 7. 122. 3.
Accedere propius ad ſimilitudinem Deo. Cic. li. 1. de nat. Deor. 133. Ad ſimilitudinem enim Deo propius accedebat humana uirtus, quàm figura.
Accedit proximus illi. Cic. in Bruto 89. Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus.
Accedere uirtuti. Cic. Bruto lib. 11. 21. 7. Sed uelim tibi perſuadeas, &c. me huic tuæ uirtuti proximè accedere.
Accedere pro aſſentiri, datiuo iungitur: & nonnunquam accuſatiuo cũ præpoſitione ad. Fabius. Nec celſo accedo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Accedam in pleriſq; Ciceroni. Et alibi ſæpe, Homero maximè accedit Virg. id eſt, proximus eſt. Quint. lib. 10. cap. 1.
Sacramento alicuius accedere. Tacit. li. 17. Hoc eſt, adiunctum (eſſe.
Sententiæ cuiuſpiam accedere. Tacit. lib. 18.
Accedere alicui rei. Quintil. lib. 10. cap. 1. Euripides magis accedit oratorio generi, quàm Sophocles: id eſt, Similior eſt.
Accedere ad pactionem, pro conſentire. Cic. Att. lib. 8. 167. 1. Conditionem, pactionemq;, Cic. 5. Verr. 57.
Sotietatem alicuius accedere. Tacit. lib. 12. Quod primi Iceni abnuere ualida gens, nec plus concuſſa, quia ſocietatem noſtram uolentes acceſſerant.
Acceditur, perſonale. Cic. pro Cecinna. Ad eas cũ accederetur, iſte cum omnibus copijs præſtò fuit.
Acceſſus, acceſſa, acceſſum, πρόσιτος, Nomen ſiue participiũ, à paſſiuo acceditur. Ouid. li. 5. Faſt. 116. de Parthis loquens, Gens fuit & terris & equis & tuta ſagittis.
Et nõ acceſſis inuia fluminibus. Alij legũt, Et circũfuſſis, &c.
Acceſſus, huius acceſſus (ἄφιξις, πρόσοδος) Verbale ab accedo: cui contrarium eſt abſceſſus, diſceſſus, uel receſſus. Cic. 3. de Orat. 98. Vt luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumẽ accipiat. Plin. lib. 37. cap. 134. Acceſſu cunctarũ gentiũ facili.
Acceſſus anxius. Plin. lib. 12. cap. 8.
Acceſſus maris, & receſſus dicitur, cum ad nos affluit & refluit, qui propriè æſtus dicitur. Cic. 2. de Diuina. 50. Quid de fretis aut de marinis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus & receſſus lunæ motu gubernantur.
Acceſſus fluminum. Sene. lib. 3. Naturalium quæſtionum. Procellæ quatiunt mare, tunc primum auctum fluminum acceſſu. Sic Plin. lib. 2. 65. 8.
Acceſſus uentorum. Virg. 3. Aeneid. 114.
Acceſſus ad. Cic. 2. de nat. Deor. 48. Beſtijs autem ſenſum & motum dedit, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, à peſtiferis receſſum.
Ac ceſſus ad urbem. Cic. pro Milone. 39.
Ac ceſſus & diſceſſus ſolis. Ci. lib. 2. de nat. Deor. 29. Poſſet' ne, &c. acceſſus diſceſſusq; ſolſtitijs brumisq; cognoſci.
Acceſſus & receſſus ſtellarum. Cic. 2. de Diuin. 134.
Acceſſus & defectus dierum ac noctium: id eſt, incrementum & decrementum. Apud Martianum Capellam, lib. 8. titulus eſt, De acceſſu defectuq; dierum ac noctium. Ibidem, Iam illud ſuperfluũ puto, noctium acceſſus defectusq; me morare.
Acceſſus febris, pro acceſſione. Plin. lib. 38. cap. 4. 13.
Acceſſum dare alicui. Ouid. 2. de Ponto. 2. 8.
Negare acceſſum. Ouid. 10. epiſt. 13.
Prohibere acceſſum. Ouid. 14. Metamorph. 127.
Acceſſus hominum fugati. Stat. 12. Thebai. 31.
Mollire acceſſus. Ouid. 1. de arte Aman. 71.
Tacitus acceſſus. Stat. 2. Syl. 1. 40.
Acceſſio, onis (πρόσθεσις, προσβολὴ) nomen ab accedo: Propriè adiectionem & incrementũ ſignificat: ut Acceſſio numorũ, eſt quod capiti accedit: id eſt, principali, ut uulgò loquimur. Cic. 5. Ver. 64. Populus publicè coactus eſt ei conferre lucri tritici modium xxvj. & acceſſionem H S. M M. Idem 4. Verr. 92. Hoc 5. Verr. 97. uocat Corrollariũ numorum. De uino igitur, inquit, erat aliquid reſecandum, ut eſſet unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium numorum adderetur. Columel. li. 1. cap. 7. 2. Vt lignis & cæteris paruis acceſſionibus exigendis.
Acceſſio annorum. Cic. de Amicicia 10.
Acceſſiones fortunæ & dignitatis. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 7.
Acceſſio & abſceſſio: id eſt, acceſſus & receſſus, contraria. Cicero de Vniuerſi. quumq; ad corpora neceſſitate cum acceſſio fieret, tum abſceſſio, principio neceſſe erat ſenſum exiſtere unum, &c.
Acceſſio & deceſſio, contraria ſunt, Cic. 3. Offic. 15. Eorum neque acceſſione meliorem uitam fieri, nec deceſſione peiorẽ. Idem pro Rabirio. 19.
Acceſſionem adiungere ædibus. Cic. 1. Offi. 153. Hanc Scaurus demolitus, acceſſionem adiunxit ædibus.
Afferre acceſſionem ad ueteres neceſſitudines. Cic. lib. 16. ad Atticum. 341. 1.
Facere ſibi acceſſionem. Plancus ad Cic. lib. 10. 18. 9.
Acceſſio febris, dicitur intẽſio, quæ Græcis dicitur paroxiſmus, cui contraria eſt remiſſio. Celſus lib. 3. cap. 5. Sueton. in Veſpaſia. cap. 23. Prima quoq; morbi acceſſione, ut inquit, puto, Deus fio. Plin lib. 23. Si id dandum non niſi in acceſſione ſenſerit, alij in remiſſione.
Acceſſio, etiam in comitiali morbo. Plin. lib. 20. cap. 13. 12. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ ſuccum in cyathis quatuor ante acceſſiones.
Acceſſio Ciceroni in Verrem Act. 3. pro eo accipitur, quod

Digitized by Google

uulgò uinum ministrorum uocatur. Timarchides suo labore suisq; acceßionibus usus, negocij molestiam consequebatur, ut ad istum sine ulla solicitudine summa pecunia referretur.

Acceßiones etiam fideiussores uocantur identidem à Paulo in l. Si seruum stipulatus. De uerborum obligat. Acceßio est fideiussor qui principali debitori accedit.

Acceßio, uerbum iuris est, inquit Hermolaus. Eo Plin. propriè usus est in prœmio lib. 33. Nec hoc fuit satis: turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam iuuat, & aurum iam acceßio est. Quasi dicat (ait Hermolaus) Principalia luxuriæ irritamenta sunt gemmæ, accessoria uerò aurum argentumq;.

Acceßio pro accessu. Plaut. Trinum. 2. 2. 83.

—Quid tibi interpellatio, Aut in consiliũ huc acceßio est?

Accessor, accessoris, Verbale, (προσίτης,) Qui accedit. Valerius, Nec accessor glorioſæ illius pompæ, sed author spectatus est.

Accelerare.] (ἐγκονέω, ψαίρω, ἐπείγω,) Ex ad & celero, celeras, penul. corre. actiuè & neutraliter legitur. Accelerare, actiuè positum, Rem aliquam facere celeriorem. ut, Accelerare mortem, Plini. l. b. 16. cap. 36. 3. Sil. Ital. lib. 7. 114.

opem. &c. Stat. 1. Syl. 2. 54. Acceleret partu decimum bona Cynthia mensem.

Accelerare neutraliter, properare, festinare. Cice. in Catil. 2 9. Aurelia uia profectus est: si accelerare uolent, ad uesperam consequentur.

Accelerare & tardare, contraria. Plin. lib. 2. cap. 16. 1. Nõ quia accelerent, ardentue naturales motus.

Accelerare gradum, uel iter, periphrasis pro eo quod est properare. Liu. 2. ab urbe. 186. Idem 1. bel. Maccdo. 10 S. Cæsar 2. Bel. Ciuil. 170. Iterq; accelerat, ut quam maximè ex fuga perterritos adoriri posset.

Accelerare alicui magistratum aliquem. Tacit. lib. 3. ad finem, Consulatum ei accelerauerat Augustus.

Opus accelerare. Stat. Thebaid. 6. 49.

Præcepta accelerare, studioſe facere imperata. Claudian. de rapt. Proserp. lib. 1. 46.

Viam accelerare. Val. Flac. Argonaut. 8. 53.

Acceleratio, accelerationis, (ἐγκόνησις, ἔπειξις) Festinatio, properatio. Author ad Herennium lib. 3. 116. Continuatio, est orationis enunciandæ acceleratio clamoſa.

Accendo.] accendis, accendi, accensum, (ἄπτω, ἀναίνομαι, διαπυρόω, διακαίω,) accendere. Ex (ad) compositum: licet uerbum simplex in usu non sit. Nonnulli tamen ex Candeo compoſitum dicunt. Significat autem inflammare. Cice. de Vniuers. 40. Deus ipse solem quasi lumẽ accendit. Vnde accensus rogus. Plin. lib. 6. cap. 19. 2. Idem lib. 12. cap. 43. Accendi ebenum Fabianus negat.

Accendere de. Ennius apud Ciceronem 1. Offic. 78.

Homo qui erranti comiter monstrat uiam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit
Vt nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Accendere & extinguere, contraria. Cice. in Pisonem. 3. Ego faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi.

Accendere, ad animum, aut res alias translatum pro uehementer commouere, aut incitare: quod per metaphoram quoq; inflãmare dicitur. Sallust. Sed quæ res Marium, præ bonore quem affectabat, contra Metellum uehementer accenderat. Plin. 35. cap. 3. 7. Eas tollere conatus est libidine accensus. Sic Accensus ira, odio, amore, & similia. Plin. lib. 17. ca. 1. 3. Item accendere sitim, pro sitim uehementiorem facere. Celsus. Hæc enim sitim accendit. Sic. Plin. lib. 11. cap. 2. 2. Et

Accendere desiderium panis. Idem lib. 19. cap. 4. 9. Virgil. 6. Aeneid.

Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.

Accendere calore. Plin. lib. 14. cap. 5. 1. Vino natura est hausto, accendendi calore uiscera intus, foris infuso refrigerãdi.

Accendere ad. Liu. 5. bel. Pun. 160. Adeò accensæ sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos. 2.

Accendere in pœnam. &c. Plin. lib. 35. cap. 10. 42. Accenso in pœnam tyranno. Liu. 9. bel. Pun. 45. Tũ uerò in multo impotentiorem subito rabiem accensi.

Affectus ueſtros in amorem meĩ accendere. Tacit. lib. 17.

Impensius accendi certamina. Liu. 1. Decad. lib. 4.

Accendere mentes in prælia. Sil. Ital. lib. 4. 34.

Accendit sol æstus medios. Virg. 4 Georg. 8.

Ipsa ego te, medios cum sol accenderit æstus:
Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior umbra est,
In secreta senis ducam.

Accendere clypeum auro. Sil. Ital. lib. 15. 134. Et gemmis galeam, clypeumq; accenderat auro.

Curas accendere. Sil. Ital. lib. 7. 106.

Quem postquam rapidum uidit procedere castris,
Illinc Libys, hinc Fabius, simul accendere sagaces
In subitum curas.

Equum accendere stimulis. Stat. lib. 1 Syl. 18.

Accendere febres. Cels. lib. 3. cap. 9. Sed est circumspecti quoq; hominis & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere.

Ignem accendere. Virg. 5. Aeneid. 1.

Lignum accendere. Ouid. 15. Metamorphos. 63.

Lumen accendere. Virgil. 1. Georg. 51.

Offensiones accendere. Tacit. Annal. lib. 2.

Pectus accendere donis. Sil. Ital. lib. 16. 92.

Pertinacia accenditur. Tacit. lib. 20.

Accendere pretium rei alicuius. Plin. lib. 18. cap. 25.

Sensus accendere. Lucret. lib. 2. 192.

Accendere sitim. Cels. lib. 3. cap. 6.

Spem accendere. Tacit. lib. 12.

Studia accendere. Sil. Ital. lib. 1. 37.

Vitia accendere. Ouid. lib. 1. de remedio Amo. 27.

Temporibus si non aggrediare suis.

Accendor, accẽderis, penul. corre. paßiuũ, (διαπυρόομαι) Pli. lib. 2. cap. 38. 3. Mundi celeritate discordia accenditur.

Accendi & commoueri. Cic. 1. de Orato. 56.

Accendier, per Paragogen, pro infinitiuo accendi. Lucret. lib. (6. 181.

Nónne uides etiam nocturna ad lumina linam
Nuper ubi extinctum admoueas, accendier antè
Quam tetigit flammam?

Accensus, participium: ut Accẽsa altaria, (διακεκαυμένος) Sil. Ital. libro 1. 19.

Flamma accensa. Ouid. 10. Metamorphos. 56.

Foci accensi. Ouid. lib. 1. Fast. 16.

Ignis accensus. Ouid. 12. Metamorphos. 3.

Accensus Turnus. Virgilius 12. Aeneid. 2.

Furijs accensus. Virgilius 12. Aeneid. ad finem.

Furore accensa. Virgilius 4. Aeneid. 140.

Luctu accensus. Virgilius 12. Aeneid. 56.

Accensus in iram. Lucanus libro 3. 27.

Cupidines accensæ. Tacit. libro 17.

Iræ accensæ stimulis maioribus. Stat. lib. 11. Thebaid. 100. & Ouid. lib. 9. Metamorphos. 6.

Sensus accensi. Lucretius libro 2. 189.

Spes alicui accensa. Virgilius 5. Aeneid. 37.

Accensa sic. Virgilius 4. Aeneid. 73.

Et sic accensa profatur.

Digitized by Google

Accenſus.] *accenſi, ab ad & cenſus compoſitũ, (προσεπιγεγραμμένος,) Varro de lingua Lat. lib. 6. Accenſos, miniſtratores Cato eſſe ſcribit. Feſtus lib. 1. Aſcripticij ueluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus aſcribebãtur. hos & accenſos dicebant, quòd ad legionum cenſum eſſent aſcripti. Nonius Marcellus, Accenſi, genus militiæ eſt, adminiſtrantibus proximum. Varro Rhetoricorum lib. 20. Vt conſules ac prætores, qui ſequuntur in caſtra, accenſi dicti, quòd ad neceſſarias res ſæpius acciãtur, uelut Accenſiti. Idẽ, Decuriones & centuriones à numero, cui in militia præerant, dicebantur. Accenſi, qui his accenſebantur, id eſt attribuebantur. Liu. Accenſos à nouiſſima acie ante ſigna procedere iubet. Vegetius li. 2. de Re militari: Ad obſequia tamẽ iudicum, uel tribunorum, necnon etiam principalium, deputabantur milites, qui uocabantur accenſi: hoc eſt, poſtea additi, quàm fuiſſet legio completa, quos nunc ſupernumerarios uocãt. Aſconius: Accenſus, nomen eſt ordinis & promotionis in militia: ut nunc dicitur princeps uel commentarienſis aut cornicularius: hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Cic. 3. Verr. Accenſus Neronis.*

Accenſus, *ut oſtendit Varro lib. 5. de ling. La. fuit etiã miniſter ſiue præco magiſtratuum, Ita dictus, quòd ad cenſum ſolitus eſſet uocare populum. Plin. libro 7. cap. 60. 1. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, accenſo conſulum id pronunciante. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. Accenſus ſit eo etiam numero, quo eum maiores noſtri eſſe uoluerunt, qui hoc nõ in beneficij loco, ſed in laboris ac muneris non temerè, niſi libertis ſuis deferebant.*

Accenſus à lictore differebat. *Liuio lib. 3. Decad. 1. de Decemuiris loquenti, Collegis nouem ſinguli accenſi apparebant: penes præfectum iuris faſces XII erant.*

Accepſo.] *accepſis, (προσλαμβάνω,) de quo ſic Nonius, Accepſo, Accipio. Pacuuius Teucro. Haud ſinã quicquam profari prius quàm accepſo quod peto.*

Accerſio.] *accerſis, accerſiui, accerſitũ, (μεταπέμπω), accerſire. Idem quod accerſere, aduocare. Plaut. Pſeud. 5. 93. Accerſi hoſtias. Liu. 1. Decad. lib. 3. Placere itaq; patrẽ accerſiri. Salluſt. Poſtremò Scyllam accerſiri iubet.*

Accerſire capitis. *Cice. lib. 2. de Inuen. 193. Quidam capitis accerſierunt.*

Accerſo.] *accerſis, accerſiui, accerſitum, penul. prod. (μεταπαλέω, μετέρχομαι, μεταγέλλομαι,) accerſere. Deriuatum ab accio. ſignificat ire ad uocandum, uel uocare.*

Accerſere aliquem. *Terent. And. 1. 5. 64. Item Cic. 2. Verr. 17. Accerſit alter conſ. deſignatus, Siculos.*

Accerſere uxorem. *Ter. And. 3. 4. 2. Cur uxor non accerſitur? Donatus in illud Terentianum in Hecyra, Abduxit ſuam: ſic ait, Abduxit propriè. Accerſi enim dicitur ad maritũ: Abduci à marito ad diuortium.*

Accerſere ad ſe aliquem, Pollio Ciceroni, *lib. 10. 32. 9. Cice. 7. Verr. 89. P. Vectium ad ſe accerſit. Plau. Ciſtel. 2. 96. Nam ad matrem accerſita ſum.*

Accerſere auxilia ex aliquo, uel ab aliquo loco. *Cæſ. 7. bel. Gal. 134. Atq; ea pars quæ minus ſibi confideret, auxilia à Vercingetorige accerſerat. Sic Cic. 7. Verr. 36.*

Accerſere ad aliquod negocium. *Teren. Hecy. 1. 2. 109. accerſi ad rem diuinam. Salluſt. Gallorum gentem infeſtiſsimam Roma. nomini, ad bellum accerſunt.*

Accerſere cum aduerbijs de loco & ad locum. *Plau. Caſin. 4. 4. Accerſas hinc me. Cic. 4. Tuſc. 3. accerſita aliunde.*

Accerſitus domo huc ſum, *Plaut. Sticho. 13. 3.*

Accerſitur lauatum interea uirgo, *Terent. Eunu. 3. 5. 44.*

Accerſere, ſuppreſſo accuſatiuo. *Terẽt. And. 5. 2. 7. Vbi uoles, accerſe.*

Sub. uxorem. Idem Hecy. 1. 2. 112.

Accerſi infinitiuus. *Plaut. Amphit. 14. 50. & 52. Cupio accerſi. Teren. Hecy. 1. 2. 109. Simulat ſe à matre accerſi.*

Accerſere mercede. *Cæſ. 1. bel. Gal. 119.*

Accerſere orationi ſplendorem. *Cic. lib. 3. de Orato. 86.*

Accerſere pro accuſare. *Cic. 4. Verr. 100. Sin abſolutus eris, quis erit tã amens, qui te ex tot tãtiſq; criminibus elapſum, poſt quinquennium ſtatuarum nomine accerſat?*

Accerſere aliquem crimine. *Cic. 4. Verr. 78.*

Accerſere crimine ambitus. *Cic. pro Cælio. 12.*

Accerſere maieſtatis. *Cice. 2. de Inuen. 154.*

Accerſiui. præteritum. *Cic. lib. 1. ad Att. 11. 9. Accerſiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Idem in Bruto, ad finem, accerſiuiſti ex urbe li. 16. ad Atti. 336. 6. Ego autem & eius librum accerſiui.*

Accerſere & attrahere. *Brutus Attico 17. 6.*

Inter accerſere & arceſſere. *Accerſere, euocare eſt: Arceſſere uerò aliquem accuſare ſignificat: & ab arceo naſcitur. Etenim alium accuſare, à maleficijs arcere eſt: author Diomedes. lib. 1. Hanc tamen differentiam authores ferè confuderunt: ut uides in utriuſq; uerbi exemplis: niſi forte librariorum culpa ita deprauati ſunt codices: quod ueriſimile eſt.*

Accerſite, pe. cor. Imperatiuus ab Accerſo, inflexionis tertiæ. *Ouidius 15. Meta. 128. Ite bonis auibus, prolemq; accerſite noſtram. Idem 4. Faſto. 53.*

Tale eſt illud Lucani lib. 1. 34.

Paupertas fugitur, totoq; accerſitur orbe.

Accerſitus, accerſita, accerſitum, penul. produ. (μεταπεμπτός,) Participium, Vocatus.

Accerſitum dictum. *Cic. 2. de Orato. 142. Hoc eſt, aliunde, & nimium longè petitum.*

Accerſita commendatio. *Plin. lib. 13. cap. 1. 1.*

Accerſitus & ductus riuulus. *Cic. pro Cælio. 14. Si ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, fortaſſe, ut ſoleo, cõmouebor: ſin autem ut riuulus, accerſitus & dictus ab ipſo capite accuſationis ueſtræ, lætabor.*

Accerſita deſcriptio. *Superuacanea, non natiua nec propria. Quintil. lib. 2. cap. 4.*

Accerſita & aducta humus. *Quintil. lib. 2. cap. 16.*

Accerſitus aliquis in opere. *Cic. Atti. lib. 13. 283. 7.*

Adſcita atq; accerſita ſacra. *Cice. 6. Verr. 102. his ſacris quæ maiores noſtri ab exteris nationibus adſcita atq; accerſita coluerunt.*

Accerſita ſtudia aliunde. *Cic. 4. Tuſ. 3.*

Somnus accerſitus. *Propert. lib. 3. Eleg. 17. 3.*

Accerſitus erit ſomnus in oſſa mea. *Hora. 2. Sermo. Saty. 3. 52.*

Accerſitus, huius accerſitus, m. g. (μετάπλησις) *Cice. 1. de nat. Deor. 23. Nam cum ſerijs Latinis ad eum, ipſius rogatu accerſituq; ueniſſem.*

Acerſitor, *accerſitoris, m. g. (μεταπλητὴς) Vocator. Apul. Mittunt è ſuis accerſitorem unum. Pli. Iunior epiſ. 101.*

Accido.] *accidis, accidi, pe. breui, (προσαίπω, συμβαίνω, προσπυγχάνω,) accidere. Quam ad (id eſt iuxta) aliquid cadere. ut Accidere ad genua. uerbum inuentu rarum, niſi in tertijs perſonis. Suet. in Dictatore, ut ad genua ſibi accideret. Cic. Atti. lib. 1. 9. 8. Ad pedes omniũ ſigillatim accidente Clodia. Ter. Hecy. 3. 3. 18. Iã ut limẽ exirẽ, ad genua accidit. Vbi Donatus, Accidere eſt geſtu corporis oſtendere humilitatem cadentis propter Ad, quod eſt iuxta, & cadere.*

Accidere, *uetuſtè poſitum cum accuſatiuo ſine præpoſitione. Plaut. Sticho. 3. 31. Certo enim mihi paternæ uocis ſonitus aures accidit. Pro, ad aures, uel auribus. Saluſt. in Iugur. Quos accidam? aut quos appellem? Pro, ad quos, uel ad quorum genua accidam, id eſt, quibus ſupplicem.*

Accidere

Digitized by Google

Accidere pro cadere. Cæsar 3. bel. Gal. Vt neq; ex inferiore loco satis commodè tela adijci possent, & missa à Gallis grauius acciderent. Ennius in Rhetoricis ad Herennium.
Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes.

Accidit auribus, & ad aures, pro eodem. Vnde & philosophi, teste Prisciano, uocem diffiniunt, ut sit aer ictus, auribus accidens. Liu. 8. ab urbe. Quod ubi ad aures accidit regis, id est peruenit. Plin. Paneg 150.

Accidere pro euenire, duntaxat in tertijs personis, sed propriè de malis dicitur, sicut cõtingere de bonis. Cic. 4. Acad. 213. Et siquid aduersi acciderit. Idẽ in Lælio. 10. Nihil mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit, si quid accidit. Sic Accidit calamitas, Cic. ad Cluuium libro 13. 8. 5.
Accidit dolor, Cic. 6. Verr. 119.

Accidere casu. Ouid. 20. Epist. 10.

Si quid illi accidat, pro si fortè moriatur. Genus est loquendi figuratum ad uitandam sermonis atrocitatem: durius enim auditur uerbum mori, cum de uiuentibus loquimur. Pompo nius de Verb. signif. Si quis ita in testamento scripserit, Si quid filio meo acciderit, Damas seruus meus liber esto: mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim accidat & uiuis, attamẽ uulgi sermone etiam mors significatur. Cic. lib. 2. de Inuent. 168. Si quid pupillo accidisset. Idem 1. Philip. 7. Sed ut, si quid mihi humanitus accidisset.

Accidunt etiam bona. Terent. And. 2. 3. 24. Interea aliquid acciderit boni. Vbi Donatus, Nota (acciderit) etiã pro bono, & à Terentio, & apud ueteres frequentatum.

Accidit mihi illud gratum. Cic. Appio, lib. 3. Epistu. 1. 4. Omnia quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. Idem pro Plancio 48. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, non ingrati mihi acciderunt. Id est, non sine iucunditate me perpulerunt.

Accidunt iucunda. Cic. ad Appiũ, lib. 3. 10. 11. Quæ scribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucunda acciderunt. Cic. li. 1 ad Att. 3. nã mihi omnia quæ iucũda ex humanitate alterius & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant.

Accidit ægritudo alicui. Tacit. Annal. lib. 2.

Dubitatio accidit, pro euenit, uel incidit. Cic. 3. Offi. 23.

Facultas accidit. Cæs. accidere uisa est facultas bene rei gerẽdæ.

Fama accidit, pro uenit, siue allata est. Liu. 7. bel. Pun. 164.

Nouum accidit. Terent. Phormi. 2. 1. 20. Cic. filius Senatui, lib. 15. 2. 14. Cum admirarer quid accidisset noui. Idem ad Attic. lib. 6. 111. 10.

Tempus accidit. Cic. 1. Verr.

Voluntas accidit. Cic. 2. de Inuent. 124.

Euenire & accidere. Cic. ad Toranium, lib. 6. 21. 3. Timebam enim, ne euenirent ea quæ acciderunt. Idem 2. de Diuin. 28.

Euentus accidit. Cic. 1. de Diuin. 104.

Accidere præter opinionem. Cic. pro Plancio. 12.
ad Appium, lib 3. 10. 1.

Accidere ut ex, &c. Quint. lib. 2. cap. 17. 20. Adeò ut uix ex admirabili quodam casu possit accidere.

Accidere præter optatũ, Accidere ualde ex uoluntate. Cic. in Pi

Accidit ad animum. Cic. Att. lib. 3. 61. 4. (sonem 36.

Accidit de. Cic. Attico, lib. 1. 11. 1. Quæris ex me quid acciderit de iudicio.

Accidit in eo, pro Accidit ei. Cic. de Prouinc. cõsul. Neq; solum summo in uiro, sed etiã in mediocri homine ne accidat prouidendum.

Accidit in te istuc uerbũ. Terent. And. 5. 3. 14. Eodem dic istuc uerbũ uerè in te accidit. Hoc est, eodẽ die euenit, ut istuc uerbũ Miserum, uerè in te competeret, uerè tibi conueniret.

Quorsum accidat timeo. Terent. And. 1. 5. 29.

Accidit diuinitus. Cic. in Partit. 44.

Accidit nec opinanti. Terent. Hecy. 3. 3. 2.

Accidit positũ absolutè, sequẽte particula, ut. Ci. 3. Ver. 42. Idẽ Cælio lib. 2. 10. 1. Putaresne unquam accidere posse, ut mihi

Accidere cũ infinitiuo. Cic. Trebatio li. 6. 11. 1. (uerba deessent.

Accidens, pen. cor. accidentis, absolutè, n. ge. συμβεβηκὸς σύμπτωμα. Diffinitur à Dialecticis, quod adest et abest præter subiecti corruptionem. Quintil. lib. 5. cap. 10. Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera, sunt rerum accidẽtia. Theodorus, qui de eo, an sit, & de accidentibus ei, id est περὶ οὐσίας καὶ συμβεβηκότων existimat quæri. Quint. li 111. cap. Quot & qui status, & lib. 4. ca. de egressione personæ cum suis accidentibus ponendæ.

Accidentia quoq; uocantur casus hominum. Quint. il. in Aegro redempto, Quãuis iudices in tanta malorum continuatione iam potuerim nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, &c. Paulò pòst, Hic nanq; robustius ac patiens, nõ molliri prosperis facilè, non accidentibus frangi, &c. Id est, rebus aduersis. Et ibidem sæpe.

Accidentia, accidentiæ, uerbale (σύμπτωσις) ut accidẽtia naturæ, pro euentu. Plinius lib. 32. cap. 2. 8. Esse uerò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, appositò occurrit exemplo.

Accido.] accidis, pe. lon. accidi, accisum (περικόπτω) accidere. Ex ad et cædo, Extenuare, affligere, exhaurire. Liu. Ita prælio uno accidit Vestinorũ res, ut ne uallo quidẽ frequenti in oppida dilaberentur.

Accisus, accisa, accisum, pen. prod. (περικοπείς) Participiũ, Tacit. de moribus German. Accisus criminibus nudatam corã propinquis expellit domo maritus.

Accisæ dapes. Virgil. 7. Aeneid. Vbi Seruius, Accisus undiq; cõsumptis. Et hoc est apud nos Ac, quod apud Græcos ἀμφί.

Accisæ res, Extenuatæ, afflictæ, & in minutæ. Liui. 6. ab urbe. 21. Idem 3. ab urbe 44. Sic Accisæ opes, apud eundem.

Accieo.] accies, acciui, accitum, pe. br. (προσκαλέω) Ex ad & cieo: uerbum in usu rarissimum, idem significat quod accio. Plau. Mil. 12. 61. Vos modò curate, ego illum probè iã oneratum huc acciebo. Ponitur & à Diomede lib. 1. in secunda coniugatione.

Accingo.] accingis, accinxi, accinctũ, (ἐπιχειρέω, ἐγχειρέω διαπονέω) accingere. Ex ad & cingo.

Accingere se alicui rei, Est eam rẽ gnauiter aggredi. Virgil. 1. Aen. Illi se prædæ accingũt. Vbi Seruius, Accingũt, studiosè parãt. Accinctos enim industrios dicimus. Sicut cõtra negligẽtes, discinctos uocamus. ut Discinctos Mulciber Aphros.

Accingere operi, suppresso accusatiuo. Virg. 2. Aencid. Accingunt omnes operi. Sub. se.

Accingi ad rem aliquam. Liu. 8. bel. Pun. 218. Quin igitur ad hoc accingeris? Id est, Cur te ad hanc rem non paras? uel, Cur hanc rem non aggrederis? Idem 4. ab urbe 5. Idem 6. ab urbe 139.
Accingi ad sordidum lucrum. Quintil.

Accingi magicas artes. Virg. 4. Aeneid. Magicas inuitã accingier artes. Pro, ad artes accingi: hoc est, magicas artes aggredi: siue, ut uult Seruius, ad illas discendas præparari.

Accingi in discrimen. Liu. 2. ab urbe 54.

Accingere, sine casu posteriore. Terent. Phor. 2. 2. 4. Tute hoc in tristi, tibi omne est exedendũ: accingere. Idẽ Eunu. 5. 9. 30.

Accingi, pro armari, instrui: ut Accingi armis ferro, ense, etc. Virg. 2. Aeneid. Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.

Animos accingere futuris, hoc est, præparare ad futura. Valer. Flac. Argon. 4. 119.

Accingere se aliquo homine. Tacitus lib. 12. Se quoq; accingeret iuuene, partẽ curarum capessituro. Hoc est, Domitium adoptaret,

Digitized by Google

adoptaret,eoq; aduersus curas & imperij negocia se muniret,& uelut armaret.

Accingor,cum infinitiuo.Claudian.de Rap.Proser.3.64.
Accingar lustrare diem: Virg.3.Georg.9.
—Accingar dicere pugnas Cæsaris.

Accingi ad spem maiorem.Tacit.lib.11.

Accingi ira.Senec.in Medea.1.11.

Accingi telis tanquam in aciem.Tacitus lib.20.

Accinctus,participiũ (διεσπευασμένος,ἑξωμος) Plin.in Panegy.Ad hoc comitatus,accinctus,& parens.

Accinctus ensis lateri.Stat.1.Thebaid.86.

Accinctus ensis flagello. Virg.6.Aeneid.114.

Accinctus animus in magnos usus.Stat.4.Sylu.4.10.

Accinctus studio popularium.Tacit.lib.12.

Accino.] accinis,penul.breui,accinui,accẽtum (προσάδω) accinere, ex ad & cano compositum: cuius nullum exemplum occurrit nobis ex authoribus:ab eo tamen fit accẽtus.

Accentus,huius accẽtus,m.g. (προσῳδία) Verbale ab accino, accinis,accinui,accentum.Diomedes lib.2.Accentus, est acutæ,uel grauis,uel inflexæ elatio orationis,uocisúe intentio uel inclinatio, aut inflexio,sono regens uerba.Nã ut nulla uox sine uocali, ita sine accentu nulla est: & est accentus (ut quidam rectè putauerunt) uelut anima uocis. Accentus dictus est ab accinendo:quòd sit quasi quidam cuiusq; syllabæ cantus.Apud Græcos ideo προσῳδία dicitur,quòd προσάδηται τοῖς συλλαβαῖς. Accentus, quidam fastigia uocauerunt, quòd capitibus literarum apponerentur: alij tenores uel tonos appellant, nonnulli cacumina diffinire maluerũt. Sunt autem tres: Acutus,Grauis,et qui ex duobus factus est, Circũflexus.Hæc ille.Quint.lib.1.cap.10. Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidem ab Antiquis dictos tonores comperi,ut uidelicet declinato à Græcis uerbo, qui tonus dicunt, uel accentus, quas Græci προσῳδίας uocant: cum acuta & grauis alia pro alia ponitur.

Accio.] accis,acciui,accitũ,pen.pro.(προσκαλέω,ἐκκαλέω) accire. Accersere,euocare:quod propriè fit cum aliquẽ per nuncium ad nos uenire iubemus aut rogamus. Vnde acciti esse dicuntur,qui per nuncium euocati sunt.Liuius 1. ab urbe,Ludicrum fuit,equi pugilesq; ex Hetruria maximè acciti.Cic.lib.5.ad Att. 88.4. Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros.Id est accibo.Idem libro 3.de Orat.78.Idem ad Att. lib.13. 295.4.Is igitur si accierit,accurram.

Accire peregrè. Vide Peregrè.

Accire in.Liu.1.ab urbe 158. Et Numã ignarum urbis, nõ petẽtem,in regnũ ultrò accitum. Id est, ultrò à plebe euocatũ.

Accire,per metaphorã. Cic. 5.de Fin. 160.Qui se fatentur, uirtutis causa nisi ea uoluptatẽ acciret,ne manum quidẽ uersuros fuisse.Quod ipse alibi accersere dixit.Acciret,id est adferret.

Acciri properis literis. Tacit. lib.1. Annal. Vixdum ingressus Illyricum Tiberius,properis matris literis accitur.

Accitus, accita, accitum,pen.prod.participiũ, (προσκεκλημένος,) accersitus,uocatus,Sallust.in Iugurt. Acciti ibant.Vir. 11.Aenei.Spem si quam accitis Aetolum habuistis in armis. Vbi Ser. Accitis,Euocatis,Adiunctis.

Accita Vitellio auxilia, Pro,à Vitellio.Tacit.li.20.

Accitus,huius accitus,uerbale,(πρόσκλησις) Aduocatio. Virg. 11.Aen.Regius accitu chari genitoris ad urbem
Sidoniã puer ire parat.Cic.5.Verr.56.Et quinq; primi accitu istius euocantur.

Acciendus, participiũ, passiũ (προσκλητέος,) Cic.de Arusp. respon.23.Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus.

Accito,accitas,pen. prod. accitaui, (προσκαλοῦμαι) accitare, frequẽter accire.Lucret.lib. 5.192. Vt nũc montibus è magnis decursus aquai. Clarior accitat sitientia secla ferarum. Id est allicit,inuitat,euocat ad sitim explendam.

Accipio.] accipis, penul.corr. accepi,pen.prod. acceptum, (λέχομαι,λαμβάνω, προσλαμβάνω, προσδέχομαι,) accipere. Ex ad & capio. Nota est propria uerbi significatio: sed in eo tamen sic obseruandus est authorũ usus,ut non quibuslibet nominibus temerè adiungamus. Et sciendum, hoc uerbum præter accusatiuum ferè iungi ablatiuo cum præpositione:qui tamẽ ablatiuus plerunq; subaudiẽdus omittitur. Est autẽ accipere, quasi relatiuum ad uerbum dare uel tradere: ut,Cum do tibi pecuniam,seu dono seu mutuo, seu alio quouis modo, tu quoq; à me pecuniam ijs modis accipis.Ita re ciproca sunt,Dedisti mihi beneficiũ,Accepi à te beneficium, Tradere prouinciam, Accipere prouinciam. Sic doctrinam tradit qui docet alium: doctrinã accipit ab alio, qui docetur.Quintil.lib.2.cap.9. Ita eloquentia coalescere nequit, nisi sociata tradentis accipientisq; concordia. Hoc est,doctoris & discipuli.

Inter capere & accipere.Vlpianus de uerb.signif.Aliud est capere,aliud accipere: capere cum effectu accipitur:accipere etsi quis non sic accipit ut habeat. Ideoq; non uidetur quis capere,quod est restituturus.

Accipere ab aliquo rem aliquam.Terent.And.4.4.3.
Plaut.Pseud.15.53.Ab eo argentum accipies.

Accipere de loco aliquo,uel de homine.Liu.9.bel.Pun.69.
Cic.Attico,libro 1.1.17.Quas cum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret.

Accipere ex aliquo. Plaut.Amphit.8.130.Ex tua accepi manu pateram.

Accipere aliquid in muneribus.C.Gracchus apud Gellium:Ita uersatus sum in prouincia,ut nemo posit uerè dicere assem, aut eo plus in muneribus me accepisse.

Accipi in numero.Pli.li.9.c.47.Quo in numero Chalcis accipitur.Id est,Est ex eorũ numero, et similiter regitur et uiuit.

Accipere æstimationem.Cic.ad Papyrium,lib.9.16.22.

Aetatem.Plin.lib.14.cap.7.

Cœlum. Ouid.14. Metamorph.ad finem:
Coniugis ora mihi, quem si modò posse uidere
Fata semel dederint,cœlũ accepisse uidebor.Id est,mihi uidebor esse felix.

Animum accipere quietũ,aut mentẽ benignã in aliquẽ.Virg.1. Aeneid.26. in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum,mentemq; benignam.
Artes à Magistris.Ouid.9.Metam.144.
Accipere auras taurinis follibus.Virg. 4.Georg.35.
Causam,pro accipere excusationẽ.Cic. Tironi li.16.19.2.
Causam accipere dicitur patronus, quod usitatius causam suscipere dicimus. Cic. 2.de Orat. 192. Tenere quæ didiceris in accipienda causa. Terent. Hecy. Mea causa causam hanc accipite.

Cognomentum alicuius accipere.Tacit.lib.15.ad finem.

Colorem.Plin.lib.11.cap.38.4.

Commeatum,id est,profectionem impetrare.Plin.Iun.lib.3. Epist.4.

Complexum.Liu.2.ab urbe.169.

Conditionẽ.Valla:Dicimus offero cõditionẽ,uel fero,uel pono cõditionẽ: nunquã ferè per aliud uerbũ. Quæ coditio dum placuit,etiam ferè semper dicimus,accipio conditionem.

Conditionem ab hoste armato, pro pactum oblatum accipere. Cæsar 5.bel. Gall. 153. Cicero ad hoc unum modò respondit, non esse consuetudinem pop. Romani accipere ab hoste armato conditionem.

Conditionem paciscendi.Liu.2.bel.Pun.239.Læti tamẽ quancunq; conditionem paciscendi acceperunt.

Coniecturam

Digitized by Google

Coniecturam accipere quid ſenſerit legis conſtitutor. Quint. li. 3. cap. 6. 32.
Conſilium. Liu. 4. Bel. Pun. 101.
Conſulem de plebe, pro admittere plebeium conſulẽ. Ci. Quum de plebe conſulem non accipiebant.
Decumas. Cic. 5. Verr. 59. Sic. Plin. lib. 12. cap. 14. 11.
Diſciplinam ab aliquo. Cæſar 1. bel. Gal. 164.
Excuſationem, quaſi probare, & gratam, acceptamq; habere. Valla, Excuſamus crimen obiectum: quod cum uidetur ſatis purgatum, recentiores dicunt, habeo te excuſatum: ueteres dicebant: accipio excuſationem. Cic. Attico, lib. 16. 331. 6. Atticæ meæ excuſationem accipio. Reciprocũ: Afferre excuſationem.
Experimento ſuo accipere: ſiue natura duce: nõ alio tradente. —Quintil. lib. 6. cap. 2. 21.
Exercitum: cui reciprocũ eſt: tradere exercitũ. Cæſ. 2. bel. ciuil. Fœderat. Sallu.
Fœnore, ſub. (numos) aut (pecuniam.) Plau. Curcul. 9. 19. Pli. epiſt. 9. lib. 3. Reciprocum, Dare fœnori.
Fidem. Virg. 8. Aeneid. Accipe, daq; fidem. Id eſt, inquit Valla, accipe ſponſionem factam à me, et tu mihi uiciſsim da tuam, Liu. 4. bel. Pun. 218. Legati reſponderunt, fide accepta.
Accepit fidem fabula, pro fabulæ creditum eſt. Martial. lib. 1. 5.
Fiduciam. Cic. pro Flacco. 40. Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauiſti.
Formam. Virg. 1. Georg. Et curui formã accipit ulmus aratri.
Frænum. Virg. 12. Aeneid.
Vrbem hodie cauſam belli, regna ipſa Latini,
Ni frænum accipere, & uicti parere fatentur.
Accipere gremio. Virg. 1. Aene. Vt cum te gremio accipiat lætiſsima Dido.
Accipere honores. Brutus ad Ciceronem, epiſt. 4. 7.
Humanitatem. Cic. ad. Q. fratrem lib. 1. 1. 42.
Ignominiam. Cic. 1. Verrimarum. 41. Ci. 7. Verr. 79.
Imperium, pro parere imperio, iußis obedire. Liu. 5. bel. Pun. 44. Reciprocum, Imperare.
Accipere iniuriam, id eſt ledi: cui opponitur Beneficium accipere. Cic. 5. Tuſc. 79. Nam cum accipere, quàm facere præſtat iniuriam. Quintil. lib. 8. cap. 5. Nam in omni certamine, qui opulentior, etiam ſi accipit iniuriam, tamẽ quia plus poteſt, facere uidetur.
Iudicium. Cic. pro Quintio. 43.
Accipere iudiciũ, pro cauſam in ſe ſuſcipere: Senec. epiſt. 122.
Accipere iugum dicuntur boues, cum iugum non recuſant. Colu. lib. 6. cap. 2.
Per translationem dicuntur etiam homines iugũ accipere, pro imperium durius & ſeuerius pati ſiue perferre. Liui. 3. ab urbe 38. Tacitus lib. 12. Vrbesq; Armeniorũ Artaxata & Tigranocerta iugum accepere.
Iuſiurãdũ. Cæſar. 3. bell. ciuil. 110. Reciprocũ, Dare iuſiurãdum.
Accipere legem. Cic. 3. Offic. 148.
Leges à uictoribus. Liu. 8. ab urbe 21. Idem 5. bel. Punici. 226. Vt uicti à victore leges acciperent.
Libertatem ab aliquo. Salluſt. Reciprocum, Dare libertatem.
Literas aut epiſtolam ab aliquo, uulgatũ eſt de eo dici, ad quẽ ſcriptum eſt: ut Cic. Sulpitio lib. 4.
Litem ad ſe. Plaut. Moſtel. 16. 23. Accipiam hanc ad me litem. Id eſt, in me transferam, & eam pro te meo nomine ſuſcipiam: ſiue ut uulgò loquimur, capiam ſuper me.
Accipit lumen Solis Luna. Cice. 3. de Orat. 98. Vt luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipiat.
Accipere malum. Plin. epiſt. 53. 4. Dedi malum, & accepi.
Accipere mancipio. Vide Mancipium.
Mandata. Cic. 8. Philip. 249. Quintil. lib. 3. cap. 10. Regemq; ad quem mãdata acceperant, trucidarint. Reciprocum, Dare mandata.
Accipere metum. Terent. Heauton. 23. 69.
Memoriam de aliquo. Cicero de Amicicia 36. Loquimur de iis amicis, quos uidemus, aut de quibus memoriam accepimus. Id eſt, de quibus aliquam fieri mentionem audiuimus.
Morem. Cic. 3. Off. 57.
Mores. Stat. 2. Achil. 27.
Accipere aliquid muneri, hoc eſt, dono. Tacit. li. 14. Quaſi cũctam regionem muneri accepiſſent.
Accipere noctem oculis aut pectore. Virg. 4. Aeneid. 106.
At non infelix animi Phœniſſa, nec unquam
Soluitur in ſomnos, oculiſue aut pectore noctem
Accipit. Seruius, Quia poteſt aliud eſſe ſine alio, ut ſiquis dormiens mente turbetur.
Nomen. Plin. Iun. lib. 2. Timiditatis nomen accipiat. Plin. lib. 13. cap. 4. 10. Ob id ſpadorum accepto nomine.
Nomen pro eo quod uulgus dicit Recipere ad monſtrã. Liu. 2. bel. Pun. lib. 7. Itaq; ſi ſuum nomen dictator acciperet, ſe comitijs interceſſuros Tribuni dixerunt. Idem 9. bel. Maced. Huic reciprocum eſt, Dare nomen, ſiue Edere nomen.
Nuncium. Cæſar 5. bel. Gall. 20. Idem lib. 336. 2. His nunciis acceptis, Galba, cũ neq; opus Hybernorũ, &c. Cic. ad Rufum li. 2. 18. 1. Cum optatiſsimum nuncium accepiſſem. Reciprocum, Nunciare, uel Afferre nuncium.
Obſides. Cæſar 2. bel. Gal. 278. Liu. 5. ab urbe. Mittite qui arma, qui obſides, qui urbe patentibus portis accipiant. Cice. Catoni lib. 15. 420. Huic reſpondet, Dare obſides.
Omen. Cic. 1. de Diuin. 167. Liu. 1. ab urbe.
Reciprocum, Facere omen, uel omen offerre.
Accipere originem ab aliquo. Quint. lib. 5. cap. 11. 15.
Onus. Cic. 2. De nat. deorum 237.
Opinionem. Cic. Lentulo lib. 1. 9. 54.
Pœnas. Lucanus lib. 8. 20. —Nunc accipe pœnas,
Sed quas ſponte luam. Id eſt, Sume pœnas de me: quas tamen libens patiar.
Palmam. Ci. in Bruto 90. Cum palmam iam primus acceperit. Pro, obtinuerit, adeptus ſit.
Pecuniam aduerſum legem. Plaut. Trucul. 16. 46.
Pecuniam ob rem iudicandam. Cic. 2. Verr. 24. Idem ad. Att. libro 2. 16. 15.
Poteſtatem. Plin. de uiris Illuſt. 12. Accepta poteſtate in caſtra Porſenæ uenit. Reciprocum eſt, Tradere, uel dare poteſtatẽ.
Præcepta ab aliquo. Cic. 3. de Orat. 78. Idem lib. 2. 47. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, iſta ipſa præcepta acceperit. Ad hoc refertur, Dare uel tradere præcepta.
Prædes: cui reſpondet Dare prædes. Cic. Canimio lib. 2. 16. 7.
Prædia in æſtimationem. Cic. Rutilio, lib. 13. 9. 4. Albinus prædia in æſtimationem accepit. Id eſt, in ſolutionem, ſecundum æſtimationem.
Prouinciam. Cic. pro Ligario. Idem Cælio Ruſo lib. 2. 9. 6. Bibulus prouinciam acceperat. Tradere prouinciam: eius reciprocum eſt.
Accipere pro uero. Quint. lib. 2. cap. 4.
Rationes à colono. Cic. pro Cecinna 68.
Huic reſpondet, Reddere rationes.
Remp. id eſt reip. adminiſtrationem. Cic. poſt reditum 3.
Repulſam. Cic. pro Plancio 41.
Rogationem. Cic. 3. Offic. 148.
Rudem, propriè dicuntur gladiatores, dum donantur rude: hoc eſt, cum remittuntur à munere gladiatorio, accepta uirga, quæ rudis propriè dicitur. Per metaphoram uerò ſignificat ab arte aut re alia conſueta ceſſare. Cic. 2. Philip. 82. Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti.

Salutem

Digitized by Google

Salutem. Plaut. Epid. II. 2. 1.
Salutem ab aliquo, pro liberari. Cic.
Satis accipere. Vide Satis.
Accipere satisfactionem, ea forma qua accipere excusationem. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 13. 2. Hìc tu me etiã insimulas nec satisfactionem meam accipis. Cæs. 6. bel. Gal. 25.
Accipere sacramentum. Tacit. lib. 20.
Sententiam. Liu. 3. ab urbe 3. Hæc sententia accepta est. Id est, rata habita est.
Seruitutem. Tacit. lib. 12.
Societatem alicuius. Tacit. lib. 20. Sallu. Postremò Masinissa nos ita statuit P. C. ne quem coleremus, nisi Pop. Rom. ne societates, ne fœdera noua acciperemus.
Solem totius diei. Plin. lib. 20. cap. 9.
Sordes ab aliquo. Cic. Att. lib. 5. 110. 4.
Speciem. Colum. lib. 2. cap. 10. 18. Nanq; in alio solo rapta biennio fata conuertuntur in napum, in alio napus raporum accipit. Id est, uertitur, siue mutatur in rapum.
Stipendium de publico. Liu. 4. ab urbe. 358.
Sub imperium aliquid accipere. Tacit. lib. 1. Et Pompeij, Crassíq; potentia citò in Cæsarem: Lepidi atq; Antonij arma in Augustum cessere, qui cuncta discordijs ciuilibus fessa, nomine principis sub imperium accepit.
Tabellarium. Cic. ad Q. Fratrem lib. 3. 24. 1. 3.
Testimonium publicum. Cic. 4. Verr. 9.
Tempus debitum. Plin. epist. 20.
Accipere aliquem uadem pro aliquo. Cic. ad Brutum. 18. 3.
Veniam pro aliquo. Ouid. 11. Metamorph. 81.
Accipiunt uentos à tergo naues. Ouid. 12. Metam. 8.
Accipere uentos aperto pectore. Ouid. 2. Fast. 3.
Accipere uires, aut uim. Plin. epist. 53. Plin. lib. 24. cap. 10. 9.
Vitam deorum accipere, Referri in deos. Virg. 4. Eclog. 3.
Voluntatem parem accipere, & reddere. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2. 7. Cum par uoluntas accipitur & redditur. Illud est quod ipse Cicero appellat mutuum in amicicia.
Accipere urbem, pro capere. Cic. Attico lib. 8. 160. 3. Cum imparatam iam Capuam, non solùm ignauiæ delectus, sed etiã perfidiæ suspicionem fugiens, accipere nolui.
Vrbem in deditionem accipere. Cæs. 1. bel. Gal. 108.
Accipere, in alia quadam significatione ferè in uerbum Afficior resolui potest: & tum ad bona, tum ad mala pertinet: ut Accepit lætitiam, Id est, lætitia affectus est. Sic, Accepit iniuriam, pro affectus est iniuria, &c. In his autem & similibus ferè reciprocum est Afficere. De bonis igitur exempla sunt eiusmodi.
Accipere beneficium.
Inter Accipere beneficium & Recipere. Accipit ab aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit: Recipit, qui iam contulerat. Ex Seneca de Beneficijs.
Accipere gaudium, aut lætitiam. Plaut. cap. 13. 103.
Accipere uoluptatem. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 24. 4.
De malis autẽ & aduersis rebus, hæc subsequũtur testimonia.
Accipere calamitatem ab aliquo. Cæs. 7. bel. Gal. 35. 8.
Cic. 7. Verr. 73.
Accipere cladẽ, cuius reciprocũ est, Inferre cladẽ. Li. 5. ab urbe.
Accipere contumeliam & contumelias. Cæs. 7. bel. Gal. 34. & 5. bel. Gal. 113. Cic. Tanta contumelia accepta. Terent. Enuch. 4. 7. 1.
Accipere detrimentum
Accipere dolorem.
Accipere iacturam.
Accipere ictum, id est ferirì. Lucret. lib. 4. 212.
Accipere offensionem, offendi. Cic. Att. lib. 1. 12. 3. Nam quanta sit in Quintio meo comitas, quãta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Reciprocũ est Offendere aut Facere offensionem: ut apud eundem ad Mẽmiũ lib. 13. 1. 9. Siqua offensiuncula facta est animi tui.
Accipere offensiunculam in ædilitate. Cic. pro Plancio 41.
Accipere plagã seu uulnus propriè. Varro de re Rust. Cæs. 4. bel. Gall. 502. Cic. ad Att. lib. 5. 108. 6. Celsus lib. 5. 26. Sin cerebrum membranáue eius uulnus accepit.
Item per metaphoram Accipere plagam aut uulnus, pro eo quod est accipere damnum, aut cladem, aut calamitatẽ, pro qualitate sensus ac materiæ. Sed hæc translatio rem multo grauiorem aut acerbiorem ostendit.
Accipere, Audire. Terent. Hecy. 4. 3. 1. Quem cum istoc sermonẽ habueris, procul hinc stans accepi, uxor. Cic. 1. Verr. 33. Sic enim à maioribus nostris accepimus. Cæsar. 5. bel. Gal. 5. Accepta oratione eorum, Cæsar obsides imperat.
Accipio dicere. Cic. 2. de Legib. 7. Hunc locũ idem ego te accipio dicere, Arpinum germanam uestram patriam esse.
Accipere auribus, periphrasis pro audire: siue potius attentè ac diligenter audire. Ci. 1. de Ora. 117. Sit boni oratoris multa auribus accepisse. Idem 8. Philip. 152.
Aequis auribus accipere, hoc est libenter & patienter audire. Plin. epist. 8. c. Liu. 5. bel. Maced. 191.
Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. lib. 7. Obtrectatio, & liuor pronis auribus accipiuntur.
Pronis animis accipere. Tacit. lib. 17.
Auidè acceptum. Tacit. lib. 4.
Accipiunt aures. Cic. 4. Verr. 15. Nunc primùm hoc aures tuæ crimen accipiunt: Hoc est, an nunc primũ audis hoc crimen.
Accipe & accipite, sæpè dicimus, cum ut aliquid attentius audiatur ac intelligatur, monemus. Virg. 2. Aeneid.
Accipe nunc Danaûm insidias. Cic. in Catone 35. Accipite enim optimi adolescentes ueterem orationem Architæ.
Accipere auditionem, ex auditu cognoscere. Cælius ad Ciceronem lib. 8. 2. 1. 6. Romam cum uenissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi.
Accipere auditione & fama, pro eodẽ. Sic accipere fama, pro ex fama cognoscere. Cic. 2. de nat. Deo. 137. Nec tamen unquam exissent supra terram, accepissentq; fama & auditione esse quoddam numen & uim deorum.
Accipere aliquid aduersis animis. Tacitus Anna. 3.
Accipere de aliquo aliquid, id est fama aut literis cognoscere. Cic. 3. de Finib. 105. Idem 1. Offic. 127. Vt de Socrate, itemq; de C. Lælio accepimus. Idem 6. Verr. Eriphylen accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum uidisset monile. Hoc est, accepimus (ut est in fabulis) Eriphylen ea cupiditate fuisse, ut, &c. Sic Plin. lib. 16. cap. 4. 7.
Accipere memoria à. M. Cato apud Gelliũ, Atq; ego à maioribus memoria sic accepi.
Accipere preces. Ouid. in Ibin. 15. Id est audire. Idem sensu longè diuerso dixit lib. 1. Fast. 36.

At cur læta tuis dicuntur uerba Calendis?
Et damus alternas, accipimusq; preces? Hoc est, Cur alteri bene precamur, annumq; felicẽ optamus Calẽdis Ianuar.

Superbius preces alicuius accipere. Tacit. Annal. lib. 2.
Accipere, intelligere, cognoscere. Terent. And. 2. 3. 23. Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Cic. Lentu. lib. 1. 6. 1. Quæ gerantur, accipies ex Pollione.
Accipere corde: pro accipere animo: & est poetica periphrasis, pro intelligere. Plaut. Casina 4. 14.
Accipere oculis & animo. Cic. 5. Verr. 37. Nõ me hercule crimimis augendi causa dicã, iudices, sed quem accepi ipse oculis animoq; sensum, hunc uerè apud uos, & ut potero planissimè exponam. pro, Sensi oculis atq; animo. Periphrasis ad effectum exprimendum.

Digitized by Google

Accipite animis mea dicta,id est intelligite.Virg.3.Aeneid.15. Et lib.5.60.

Accipe nostram mentem.Virg.1.Aeneid.137.id est,audi meum consilium.

Parum accipere locum aliquem,& Minus intelligere,idem significant.Cic.3.de Nat.deo.4.

Vim uerbi in aliud atq; cæteri accipiant, posse ducere. Cice.2. de Orat.141.

Accipere,Capere:ut,Accipere ad contumeliã, uel in contumeliam. Cic.Atti. lib.15.326.2. Egóne ut beneficium accepisset in contumeliam? Terent.Adel.4.3.15. Ad contumeliam omnia accipiunt.

Accipere aliquid ad cognitionẽ rei alicuius. Ci.2. de Nat.deo. 229.Quæ contuens animus accipit ad cognitionem deorũ, è qua oritur pietas.

Ad uerbum accipere.Cic.2.de Orat.144. Quum ad uerbum, non sententiam rem accipere uideare.

Accipere ad omnia.Subaudi,responsum,uel aliquid simile.Cic. ad Appium lib.3.7.4. Ad omnia accipe,& cognosce æquitatem expostulationis tuæ.

Excusatus aliquid sub exemplo accipere. Hoc est,citato exemplo.Tacitus Annal.lib.3.

Quo animo accipias,tento te.Cic. ad Cassium.li.15.16.5.Tento enim te quo animo accipias.Si enim stomachabere & molestè feres,plura dicemus,&c.

Magis accipere.Vide Magis.

Accipere æquo animo,id est,boni consulere,siue in bonam partem accipere.Sall.in Catil. Quæ sibi quisq; facilia factu putat,æquo animo accipit.

Accipere aliquid amicè.Cic.de Amic.75.

Accipere aliquid fortiter. Cic.ad Atti.lib.15.329.11.

Gratè aliquid accipere.Tacitus lib.17.

Non difficulter accipere quæ traduntur. Quint.lib.1.cap.3.2. de ingenijs puerorum.

Generaliter accipere.Quint.lib.1.cap.5.1.

Accipere aliquid libenter.Cic.ad Att.lib.1.9.5.Idem ad Mescinum lib.5.21.1.

Accipere moderatè. Lepidus ad Ciceronem,lib.10.35.8.Id est, tulisse æquo animo.

Mollius aliquid accipere.Tacit.Annal.lib.2.Idem lib.17. Quò seditio mollius acciperetur.

Accipere monitionem patienter,non repugnanter.Cic.de Amicitia, 76.

Accipere aliquid ægrè.Hoc est,non boni cõsulere.Tacit.lib.4.

Accipere aliorsum, pro In aliam partem interpretari.Terent. Eunu.1.2.2. — Vercor ne illud grauius Phædria Tulerit,neue aliorsum,atq; ego feci,acceperit.

Accipere aliter.Terent.Heauton.2.3.23. Aliter tuum amorem atq; est,accipis.

Accipere asperè.Cice. Attico lib.9.171.4. Quanto nunc hoc idem accipiet asperius.Tacit.lib.4.Quod asperè acceptum ad præsens.

Accipere aliquid atrocius.Tacit.lib.17.

Accipere durius,aut grauiter.Id est,iniquo animo ferre.Ci.At. lib.1.1.9. Durius accipere hoc mihi uisus est, quàm uellem, & quàm homines belli solent.Idem 2.de Orat.117.

Accipere fastidiosè,uel supinè. Senec.de Ben.lib.3. Alius accepit fastidiosè,alius supinè.

Intemperanter aliquid accipere.Tacitus Annal.lib.2.

Accipere aliquid sinistrè.Tacitus Annal.17.

Vultu truci aliquid accipere.Tacit.lib.4.

Accipere in bonam, uel in malam partẽ, est bene uel malè interpretari dictum aut factũ alterius,quod ad nos pertineat: hoc est de illa bene aut malè iudicare.Huc pertinent,Accipere aliorsum,aliter,in eam partem,& similia.Atti.lib.3.67. 1.Sed bonam in partem accipies.Eidem lib.11.215.10. Et li. 13.263.1.Idem 12.epist.ad Brutum.

Accipere in eam partem, id est, interpretari,&c.Cice.Atti.libro 8.145.2. Id ego in eam partem accepi,hæc oppida,atque oram maritimam illam pro derelicto habere. Terent. Eunuc.5.2.37.

T. Equidem pol,in eam partem accipioq; & uolo.Hoc est, Ita ut dicis,interpretor.

Accipere in optimam partẽ.Cice.ad Atti.lib.11.215.10. Quòd rogas ut in bonam partem accipiam, siqua sint in tuis literis quæ me mordeant:ego uerò in optimam.

Accipi aliquid pro magnifico. Tacit.lib5.

In quam partem accipias. Cic. ad Appium lib.3.7.18.quam in partem tu accipias,minus laborem.

Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit,id est,quàm dictum sit.Ad Heren.lib.2.77.

Verbum in duas plurésue sententias accipere. Ad Heren.li.4. 238. Per ambiguum fit significatio, cum uerbum potest in duas plurésue sententias accipi,sed accipitur in eam partem quam uultis,qui dixit.

Aliquid in maius accipere, Amplificáre fama suprà quàm par sit.Liu.ab Vrbe cond.lib.4.3.Idem li.9.bel.Puni.19.Omnia in maius metu augente accipiebant.Tacitus lib.9. Idem li.17.Sed in maius omnia accipiebãtur.Id est,maiora putabantur.

In prodigium aliquid accipere.Tacit.lib.12.

Loco prodigij accipere aliquid. Tac.lib.20.

In matrimonium accipere. Tacit.lib.12.

In solutũ accipere aliquid, id est,Solutionis nomine. Seneca de Benefi.2.Inde est,ut omnia meruisse se existimet,et in solutũ accipiat.Idem 7.Bonam uoluntatem in solutum accipere.

In superbiam accipi aliquid. Tacit.lib.5. Silentium ipsius non ciuile,ut crediderat,sed in superbiam accipiebatur.

Accipe hoc ut à me dicitur.Cic.de Arusp.respon.

Vt uolet quisq; accipiat. Cic.pro Deiotaro.18.

Id ita accipio,ut mihi factum putem.Cic.ad Plancũ,lib.10.1.9.

Quemadmodum accepturi sitis,horreo, accipiatis sine offensione.Cic.7.Philip.222.Idem 6.Verr.59.

Quomodo accepturi sitis,uereor.Cic.lib.4.ad Heren.208.

Accipere, Admittere siue recipere, ut Accipere in amicitiam. Cic.Atti.lib.2.37.7.

Accipere in societatem regni.Liu.4.ab urbe.15.

Accipere in numerum. Liu.10.ab urbe.33. Sabinum aduenam illi antiqui Patricij in suum numerum acceperunt.

Accipere in ciuitatem uel in urbem. Cic.1.Offic.52. Liu.3. ab urbe 34.

Accipere hospitio,quod & Recipere hospitio dicitur. Plautus Amphit.4.9. Varro de re rust.lib.3.ca.2.11.Cic. Att. libro 231.9.Et hospitio agresti accipiemus.

Accipere in domo. Virgil.3. Aeneid.illos porticibus rex accipiebat in amplis.Id est.epulantes tractabat.

Accipere intrò.Vide Intrò.

Accipere aliquem medijs tapetibus.Vale.Flac.Argon.4.98.

Accipere,Gratum habere. Cic.2. de Finl. 132.Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat.Idẽ 2.de Orato.100. Si se dant,& sua sponte inclinant,atq; propendent,accipio quod datur.

Accipere pro tractare,& modò ad epulationem,modò ad mores refertur.In hac autem significatione tum in bonam,tum in malam partẽ capitur,prout sensus exigit:unde additur ei ferè aduerbiũ,aut aliquid aliud quo significatio declaretur.

Accipere aliquem in prandio.Plaut.Cistel.2.8.

Accipere ampliter.Plau.Menæch.3.98.Apparatu regio.Ci.in somnio Scipionis,3.Bene.Cic. Atti.libro 16.333.2. Bene & commodè

Digitized by Google

commodè. Plaut. Caſ. 21.1. Clementer. Cic. 6. Verr. 78. Leniter, clementerq; hominem accepit. Comiter, Liui. 5. bell. Macedo. 188. Hilari ingenio lepidoq;. Plaut. Moſtell. 5.5. Magnificè idem. Prolixè. Terent. Eunu. 5.9.52.

Accipit hominẽ nemo melius prorſus, neq; prolixius. Seruius ſic legit, Accipit homo melius nemo, neq; prolixius. Donatus, Accipit, paſcit, inuitat.

Accipere apparatis epulis. Liui. 3. bell. Puni. 13.

Accipere aliquem admirabiliter. Cic. ad Atti. lib. 5.101.2.

Accipere hilarè. Cic. 2. de Orat. 160.

Accipi lautè. Horat. Sermo. 8.14.

Accipere aliquem pro tractare & afficere in malam partem. Plaut. Amphit. 4.132. Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. Ci. Tuſc. 4.128. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cum uillico factus eſſet iratior, Quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus eſſem?

Accipere cruciatu. Plaut. Pſeud. 15.45. Niſi effecero, cruciatu me accipito.

Dictis. Plaut. Menæ. 16.7. Hominem accipiam quibus dictis meret. Hoc eſt, maledictis & conuitijs agam cum illo.

Malè. Cic. ad Gallum lib. 7.27.2. Cælius ad Cic. lib. 8.11.12.

Verbis malè. Cic. 3. Verr. 100. malè accepit uerbis Rabonum. Idem 4. Verr. 39. Epicrates homines multis uerbis malè à ſe acceptos dimiſit.

Haud familiariter. Plaut. Amphit. 4.201. Hoc eſt, non amicè, ſed inimiciſſimè tractaberis.

Malè in oppugnando acceptus. Lentulus ad Cic. li. 12.14.12. Indignis modis. Terent. Adelph. 2.1.12.

Peſſimè inopia omnium rerum. Brutus ad Cic. lib. 11.13.3.

Seuerè facinus aliquod. Cice. pro M. Cælio. 42. pro Vlciſci, ſiue punire.

Verberibus. Cic. 2. Tuſc. 59. Spartæ uerò pueri ad arã ſic uerberibus accipiuntur, ut multus è uiſceribus ſanguis exeat.

Accipere de humore, aut liquore dictum. Virgil. 1. Aeneid.

— Laxis laterum compagibus, omnes.
Accipiunt inimicum imbrem. Hoc eſt, Contrahunt aquam. de nauibus loquitur. Plin. epiſto. 101. c.

Accipere aquam ore. Plin. li. 9. cap. 18. 2.

Accipere uocem. Plin. lib. 36. ca. 15. 2. Turres ſeptem acceptas uoces numeriosiore repercuſſu multiplicant.

Acceptus, participium, (προσειλημμένος,) ut Regiè acceptus.

Acceptæ à maioribus clientelæ. Cic. Silio lib. 13. 65. 6.

Acceptam facere ſtipulationem. Vide Stipulor.

Accepti Vitellio annuli, pro à Vitellio. Taci. lib. 20.

Acceptũ, accepti, (ληφθέν,) abſolutè, dicitur quicquid ab alijs accepimus, ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quouis modo. Plau. Trucu. 16.35. Hic ratio accepti ſcribitur. Cice. de Ami. 52. Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum.

Accepto ferre, (ἀναγράφειν,) ſermo eſt peculiaris iuriſconſultorum, & ſignificat acceptum habere quod nobis ex ſtipulatione promiſſum eſt: ſiue ut uulgò loquimur, habere pro recepto, etiam ſi nulla ſolutio interceſſerit.

Dicitur autem accepto ferre, & acceptum ferre: Accepto facere, & acceptum facere, ſeu facere acceptum: Item, Habere acceptum: omnia pro eodem. uide Acceptilatio.

Et in paſſiuo declinatu accepto ferri, & acceptum ferri: accepto fieri, & acceptum fieri. Adde, quòd uerbis ſuprà dictis iungitur (acceptũ) in omni genere utriuſq; numeri: ut, Acceptam ferre pecuniam, acceptos ferre numos, &c.

Accepto fert, ſeu accepto facit ſtipulator, nempe qui promiſſorem per acceptilationẽ liberat: Accepto fertur, ſeu accepto fit ei, qui liberatur, hoc eſt, promiſſori. Rurſus, accepto rogat promiſſor: accepto rogatur ſtipulator. de quib. omnibus permulta exempla inuenies. lib. 46. Digeſtorum, ſub titulo de Acceptilationibus.

Acceptum referre, & expenſum ferre, uenuſtũ loquendi genus ex more antiquorum. Duæ enim partes rationũ ſunt: prior, accepti: poſterior expenſi: receptam uulgò dicimus & impenſam. Eſt igitur acceptũ referre, ſcribere ſe acceppiſſe, hoc eſt, in acceptorũ paginam referre. Expenſum uerò ferre, eſt ſcribere ſe dediſſe, ut inquit Aſconius: ut cũ per ſingula expẽſi nomina, ſummã quandã expẽſam aſcribimus. Nomina aũt uocãtur in rationibus, quos nũc articulos & partitas dicimus. Et ſciendũ, in hac ſignificatione dici, acceptũ referre: nõ autẽ ferre: rurſus, expenſum ferre, non referre. Ci. pro A. Cecinna, hac emptione facta pecunia ſoluitur à Ceſennia: cuius rei putat iſte rationem reddi nõ poſſe, quod ipſe tabulas euerterit, ſe aũt habere argentarij tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaq; relata: quaſi id aliter fieri oportuerit, cum omnia ita facta eſſent, quemadmodum nos defendimus. Idem in Verrẽ, Propter quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm uerres illi expenſum tulit.

In acceptum referre. Cic. 3. Verr. 106. Primò negabat opus in acceptum referre poſſe, ter ibidem uſurpatum.

Acceptã refero tibi uitã, per translationẽ dicimus: pro eo quod eſt, fateor me uitã abs te accepiſſe. ſiue fateor me tibi uitã debere. Neq; id modo in bonã partẽ, uerũ etiã in malã. Ci. pro Deiot. Vitã acceptã refert clementiæ tuæ. Idẽ Atti. li. 1.9.3. Vt ita diceret, ſe quòd eſſet Senator, quòd ciuis, quòd liber, quòd uiueret, mihi acceptũ referre. Idẽ 2. Philip. Omnia de meq; quæ uidimus (quid aũt mali nõuidimus?) ſi rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Id eſt, omnium malorum quæ uidimus, ſolum Antonium authorem fuiſſe exiſtimabimus, quaſi dicat, Antonio imputabimus.

Acceptã facere ſpõſionẽ, eſt quaſi renunciare. Cic. 5. Verr. 118.

Acceptum habere, Vide Habeo. Cic. 5. Tuſc. 65. Quod uerò approbaris, id gratum, acceptumq; habendum.

Acceptus, (χαρίεις, ἐπίχαρις,) Nomen ex participio dicitur id quod placet, ſiue quod iucundũ, aut gratũ eſt. Cæſar. 1. bell. Gal. 14. Maximè plebi acceptus erat. Plaut. Merc. 12.70. Si id fortè ita ſat animo acceptum eſt.

Acceptior plebi oratio. Liu. 3. ab urbe. 293. Cic. in Somnio Scipionis 8. Nihil eſt enim illi principi Deo acceptius, q̃, &c.

Acceptiſſimus apud te ſeruus. Plau. Capt. 12.56. Ci. antequam iret in exilium: Sit is ueſtris animis acceptiſſimus, qui, &c.

Acceptum in uulgus, Hoc eſt, gratum uulgo. Tacit. lib. 5.

Accepto, acceptas, acceptare, (λαμβάνομαι,) Frequentatiuum ab accipio ſignificat accipere ſoleo. Plaut. Pſeud. 9.34. argentum accepto. Plin. lib. 19. cap. 3.1. Quibuſdam locis acceptantur riguis & ſeruntur.

Acceptare iugum. Sil. Ital. lib. 7.9.

Veientum populi uiolata pace negabant
Acceptare iugũ. Id eſt, accipere ſeruitutẽ, ſubijcere ſe Rom.

Acceptio, uerbale fœminiñ, (λῆψις,) Actus ipſe recipiẽdi. Ci. in Topicis 19. Nam neq; deditionem, neq; donationem ſine acceptione intelligi poſſe.

Acceptor, uerbale maſ. ge. (λήπτης.) Plaut. Trinum. 4. 127. Qui illorum uerbis falſis acceptor fui. Hoc eſt, qui aſſenſus ſum uel credidi.

Acceptrica, acceptricæ, penul. pro. (λήπτρια,) formatum uidetur à uerbali acceptrix. Plaut. Truc. 11.17. Nomen eſt inſolens & inuſitatum.

Acceptilatio, (ἀποχή,) Verbale, quod ab acceptum, & ſupino latum deriuatum. Eſt aũt acceptilatio, liberatio eius obligationis quæ per ſtipulationẽ cõtracta eſt. Modeſtinus li. 46. Digeſt. Acceptilatio, eſt liberatio p mutuã interrogationẽ, qua utriq; cõtingit ab eodẽ nexu abſolutio. Vlpianus ibidẽ,

acceptum

Digitized by Google

acceptum fieri non potest, nisi quod uerbis obligatum est: Acceptilatio enim uerborũ obligationem tollit, quia et ipsa uerbis fit. Neq; enim potest uerbis tolli quod non uerbis cõtractum est. Tota res manifestior fiet hoc exemplo. Decem aureos à me stipulatus es, (hoc est, uerbis rogasti) decem promisi. Postea liberari uolens, accedo ad te, & sic interrogo, Quod ego tibi promisi, accepto fers mihi? Respondes, Fero. Ita soluta est stipulatio: hoc est, liberatus sum obligatione, etiam si non soluerim. Et hoc pactum seu contractus dicitur acceptilatio: quæ uidelicet cõstat ex interrogatione promissoris, & responsione stipulatoris. Potest & ex parte acceptilatio fieri, hoc modo, ex numis decem, quos tibi promisi, quinq; habésne acceptos? item sic. Quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habésne acceptum?

Accipiter.] accipitris, masc. gene. penul. corrept. (ἱέραξ,) Virgilius 11. Aeneid. 144.

Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbã. Auis ab accipiendo dicta, aliarum auium rapax. Plin. lib. 10. cap. 8. de accipitribus. Terent. Phorm. 2. 2. 16. Non rete accipitri tenditur, neq; miluio.

Accipiter pecuniarum. Iocus est Plautinus in Persa 12. 5. pro homine numorum auidissimo.

Accipiter nulli uel satis æquus. Ouid. Metamor. 11. 69.

Accipitrem pingunt Aethiopes, rem citò factam significaturi: quoniam hæc aliarum fermè omnium auis sit uelocissima. Diodorus lib. 4. cap. 1.

Accisare, (κνησίζειν,) inceptire. Vide Acco.

Accito.] accitas, Vide Accio, accis.

Accius.] (ἄκκιος,) poeta Tragœdiarum scriptor insignis, natus traditur parentibus libertinis, Marcino & Serano Consulibus. Eius tragœdiæ fuerunt clarissimæ grauitate sententiarum, uerborum pondere, & authoritate personarũ. Quintilianus lib. 10. cap. 1.

Eum tamen ut duriusculum notat Cice. ad Atticum. Sed & Licinius ferreũ scriptorem appellabat, quòd dum tragœdias ex Sophocle uerteret in Latinum, duriorem se præstiterit. Id quod Quintilianus in tempora illa reijcit. Quin quum iter faceret in Asiam, diuertit ad poetam Pacuuium, qui Tarenti agebat, cumq; eo dies aliquot uersatus est. Cum autem tragœdiam suam, cui Atreus nomen est, illi recitaret, laudauit eã Pacuuius: & simul grandia inquit et sonora esse, quæ ab Accio scripta forent. Videri tamẽ sibi duriuscula & subacida. Quod Accius quidẽ minimè negauit: nec se, inquit pœnitere: quoniam idem fermè ingenijs solet accidere quod pomis. Quæ enim dura admodum & acerba nascuntur, paulatim mitia fiunt & iucunda. Quæ gignuntur statim uieta & mollia, non matura mox fiunt, sed putria. Author Gellius libro 13. cap. 2. Is etiam Iulio Cæsare amplissimo & florentissimo uiro in collegium poetarum uenienti nunquam assurrexit: non maiestatis eius immemor, sed quòd in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret: quapropter insolentiæ crimine caruit: quia ibi uoluminum, non imaginum certamina exercebantur. Autor Vale. lib. 3. cap. 7. Porrò tanti eum fecit Decius Brutus summus imperator, eiq; amicissimus, ut ipsius carminibus exornauerit suorum templorum ac monumẽtorum aditus. Testis Cicero pro Archia poeta. 20. Erat humili admodum breuiq; corpore, sed eo dissimulato, statuam in æde Camœnarum prægrandi statura sibi posuit. Fuit & T. Accius Pisaurienſis, cuius accusationi Cic. respondit pro Cluentio, inter claros oratores ab eodem in Oratore positus. Fuit rursum Accius Næuius, augur celeberrimus, qui iussu Tarquinij Prisci Roma. regis nouacula cotẽ discidit. Quã historiã fusissimè prosequitur Ci. 1. de Diu. 59. Hũc alij Actiũ uocãt.

Acclamo.] acclamas, pe. prod. (ἐπιφωνέω, ἐπαναβοάω,) acclamare. Ex ad, & clamo: Acclamare propriè dicitur populus oranti aut concionanti, quando plausibili clamore fauorem, assensumq; testatur. Ci. pro Cecinna. 20. Populus cum risu acclamauit ità esse. Idem de claris Ora. 138. Non metuo ne mihi acclametis. id est, Non metuo ne non mihi acclametis: Hoc est, non dubito quin mihi plausibiliter assentiatis, Idem pro Muræna. 16. Cui cum Quæstores sortiuntur, etiã acclamari solet.

Acclamare, clamorem simul extollere in quempiam, cum dolore clamare, reclamare, ut indignantes faciunt. Cic. 4. Verr. 33. Homo inimicus ijs qui recitassent, hostis omnibus qui acclamassent, exarsit iracundia ac stomacho.

Acclamatio, uerbale, (ἐπιφώνημα) Ipse actus acclamandi. Cic. Atti. lib. 1. 11. 7. Idem ad Q. frat. lib. 2. 54. Cato contradixit & Caßius, maxima acclamatione Senatus. Idem 2. de Orato. 184. Vitanda est acclamatio aduersa populi. Columel. li. 7. cap. 3. Et in cogendis, recipiendisq; ouibus acclamatione ac baculo minetur. Cic. ad Q. fratrem, lib. 27. 2. Pompeio contigit, non modò ut acclamatione, sed ut conuicio & maledictis operarum Clodij impediretur. Quintil. li. 8. cap. de Amplificatione. Est enim ἐπιφώνημα, rei narratæ uel approbatæ summa acclamatio, Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Facere enim probus adolescens periculose, quàm turpiter perpeti maluit.

Acclamito, acclamitas, pe. cor. (ἐπαναβοᾶμαι,) acclamitare, frequentatiuum ab acclamo, idem quod clamito, id est clamare soleo. Plautus Amphit. 10. 3. Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat.

Acclino.] acclinas, pe. prod. (ἐπικλίνω,) acclinare. Ad aliquid flecto, inclino. Oui. 5. Metamor. 15. Circũspexit Atin, seq; acclinauit ad illum. Liu. 4 ab urbe. 207.

Acclinatus, nomen ex participio, (ἐπικλιτικός,) Ouid. 10. Meta. 54. Appellataq; tori sociam, acclinataq; colla
Mollibus in plumis tanquam sensura reponit.

Accliuis.] & hoc accliue, pe. prod. (ἀνάντης, προσάντης,) Leuiter erectum & acuminatum: quasi in cliuum acuminatum, & pendulum sursum. Et proprie de ascensu dicitur: sicut decliue, de descensu. utrunq; ex cliuus compositum. Cic. Q. Fratri, 17. 7. Ea uiæ pars ualde accliuis est.

Accliuis arbori, uel trunco. Plin. lib. 8. cap. 15. 2. Ideoq; nõ cubantem, sed accliuẽ arbori in somno, eaq; incisa ad insidias capi. Virgil. 16. Aeneid. 54. — Corpusq; leuabat
Arboris accliuis trunco. Id est acclinatus.

Lacus accliuis. Ouid. 9. Metamor. 67.
Est lacus accliuis, deuexo margine formam
Littoris efficiens.

Solum accliue. Virgil. 2. Georg. 56.
Sin tumulis accliue solum, collesq; supinos.

Trames accliuis. Ouid. 10. Metamorpho. 11.
Carpitur accliuis per multa silentia trames
Arduus, obscurus, caligine densus opaca.

Accliuis falsis animus. Id est inclinatus ad falsa. Horat. 2. Sermo. 2. 2. Accliuis falsis animus meliora recusat.

Accliuus, accliua, accliuum, (προσάντης.) Idem quod accliuis.

Accliuitas, accliuitatis, Denominatiuum, (τὸ πρόσαντες,) Loci facilitas in ascensu. Cæsar 2. bel. Gal. 295. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur. Col. lib. 2. cap. 4. 8. hac ratione difficultas accliuitatis infringitur.

Acco.] huius Accus, (κνησώ,) nomen mulieris proprium, quæ eius delirij fuisse proditur, ut cum se contemplaretur in speculo, imaginem suam perinde ac mulierem aliquam alloqueretur, innueret, summurmuraret, arrideret, interdum cõmi-

Digitized by Google

naretur, promitteret, ſubblandiretur, & quicquid conſabulantes ſolent, numeris omnibus impleret. Scribunt alij, etiam clauos nonnunquam ſpongia ueluti malleo impingere conatam. Cælius li. 9. Ant. lect. cap. 27. Hinc qui ſtultius aut ineptius aliquid agunt, acciſſare dicuntur, & Accus nomine cõpellantur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuiſſe, ut recuſaret quæ tamen magnopere cupiebat. Vnde et Acciſmus dicitur ficta huiuſmodi recuſatio & ſimulatio. Plutarch. indicat Acco & Alphito mulieres fuiſſe, per quas fœminæ deterrent pueros à peccando.

Accolo.] accolis, pe. cor. (παροικέω,) Virg. 4. Georg. 58. Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum. accolui, accolere, Quaſi colere ad (id eſt iuxta habitare) ut Accolere mare, lacum, fluuium, montem, ſyluam. Idem lib. 4. 11. 10. Cic. in ſomnio Scipionis. 19. Ea gens quæ illum locum accolit. Idem in Orat. 85. Vos qui accolitis Hiſtrum fluuium. Priſcianus lib. 18. Noſtri, inquit, dicunt, accolit fluuium & fluuio.

Accolit propinquus noſtris ædibus. Plaut. Bacch. 5. 4.

Accolitur, paſſiuum. Plin. lib. 3. cap. 1. 8. Accolitur dextra lævaq; crebris oppidis.

Accolens, accolentis, participium, παροικῶν. Plin. lib. 36. cap. 12. 3. Ante has eſt ſphinx uel magis miranda, qua ſyluestria ſunt accolentium.

Accola, accolæ, pe. corr. cõ. g. πάροικος, Valla, Incola ita differt ab accola: quòd incola, qui in loco, accola, qui ad locum habitat: ideoq; quicunq; iuxta aquas ſunt, accolæ dicuntur: nec refert an ſuo, an in alieno, ut Accola Vulturni, accola Padi, cola Rhodani. At qui in montibus, domos, urbesq; poſitas habent, incolæ dicuntur: qui iuxta montes, accolæ. Virg. 7. Aeneid. — Amnisq; uadoſi Accola Vulturni.

Accola & finitimus. Liu. 7. bel. Maced. Nullos accolas nec finitimos habere quàm uos uolo.

Accola Cereris. Cic. 6. Verr. 100. Habitare apud ſeſe Cererem Ennenſes arbitrãtur: ut mihi nõ ciues illius ciuitatis, ſed oës ſacerdotes, oës accolæ atq; antiſtites Cereris eſſe uideantur.

Accommodo.] accommodas, pe. cor. προσαρμόζω, συμβιβάζω, accommodare. Ex ad & cõmodo compoſitum: Adiungere, applicare, inquit Nonius. Et dicimus, Accõmoda enſem lateri, uel ad latus. Virg. 2. Aeneid. 78. Lateriq; Argiuum accõmodat enſem. Ci. 2. de Ora. 139. Africano illi ſuperiori coronam ſibi in cõuiuio ad caput accommodanti. Sic accõmodare clypeum ad dorſum, Plaut. Trin. 10. 92.

Accõmodare ſe ad remp. Adiungere, inquit Nonius. Ci. 1. Offi. 101. Qui ſe ad rempub. & ad magnas res gerendas accommodauerunt: id eſt, animum appulerunt, ſeu contulerunt.

Iuſiurandum ad alicuius rei teſtimonium. Cic. pro Roſcio Amerino, 61.

Suum conſilium ad conſilium alterius. Ci. Verr. lib. 9. 7. 6. Sed tamen ſi ſciam quid tu conſtitueris, meum conſilium potiſſimùm accommodabo ad tuum.

Fabulas poetarũ ad ea quæ dicim⁹. Ci. li. 1. de nat. deorũ. 59.

Literas ad rem aliquam. Cice. ad Plancum lib. 5. 16. 2. Illud ſi ſciſſem, ad id meas literas accommodaſſem.

Mendaciũ ſuũ alicui. Ci. pro Cælio. 12. Vos aũt dum illi placere uultis, ad tempus ei mendacium ueſtrum accommodauiſtis.

Orationem auribus multitudinis. Cic. 2. de Orat. 87. Hæc noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda, ad oblectandos animos.

Vt ſumptus huius peregrinationis accõmodet ad mercedes Argileti. Id eſt non plus inſumat in hac peregrinatione, quàm recipio ex Argileto. Cic. Att lib. 12. 249. 3.

Tempus alicui rei, & ad aliquã rem: id eſt adhibere, inquit Nonius. Cic. 3. Offi. 57. Tantum dabit amicitiæ, ut uerã amici cauſam eſſe malit, & ut orandæ liti tẽpus, quoad per leges liceat, accõmodet. Hoc eſt, commodum & idoneum tempus conſtituat. Idem pro lege Manilia. 41. Semper ad nouos caſus temporum, nouorum cõſiliorum rationes accõmodaſſe. id eſt adhibuiſſe. Idem ad Sulpitium, lib. 4. 6. 13. Totũ hoc tempus eſt ad unius uoluntatem accommodandum.

Teſtes ad crimen. Cice. 2. Verr. 33. Illud à me nouum, Iudices, cognoſcetis, quòd ita teſtes conſtituam, ut crimen totum explicem: ubi id interrogando, argumẽtis atq; oratione firmauero, tum teſtes ad crimen accommodem.

Accommodare & fingere ſe ad alicuius arbitrium & nutum. Cic. in Orat. 13. Omnes qui probari uolunt uoluntatem eorum qui audiant intuentur, ad eamq; & ad eorum arbitriũ & nutum totos ſe fingunt & accommodant.

Accommodare aliquid in rem aliquam. Cic. 2. de Diuina. 166. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut ijdem uerſus aliàs in aliam rem poſſe accommodari uiderentur. Idem lib. 1. de Inuentio. Vulgare exordium eſt, quod in plures cauſas poteſt accõmodari, ut cõuenire uideatur. Sic ad Herẽ. lib. 1. 11.

Accommodare alicui de habitatione. Ci. Memmio, lib. 13. 2. 2. Peto igitur à te maiorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat, ut ei de habitatione accommodes.

Accommodare alicui ædes ad nuptias, id eſt commodare. Ci. li. 4. ad Heren. 233. Ibidẽ, Apagite, inquit, ædes accõmodaui.

Accõmodatus, Participiũ & nomen. ἁρμοστός, ἐπιτηδειος, Vnde accommodatior, accõmodatiſſimus, Aptus. Cæſar. 3. bel. Gal. 401. Reliqua illis eſſent aptiora & accommodatiora.

Accommodata aduerſus morſus. Celſ. lib. 5. cap. 19.

Accommodatum puri mouendo. Celſ. lib. 5. cap. 28.

Accommodatus, propenſus, procliuis, authore Nonio. Cice. 3. Verr. 42. Ad ſummum Græcorum otium potius, quàm ad ullam uim aut tumultum accommodati.

Accommodatus ad flagitia. Ci. 5. Verr. 49. Ad Verris flagitia libidinesq; accommodato.

Accommodata oratio ad conſolandum, Cic. 3. Tuſc. 101.

Accommodati tantùm ad ſpeciem, Quintil. lib. 8. cap. 6.

Accommodatum ad naturam. Cic. 4. Acade. 72.

Accommodatum naturæ. Cic. 4. Acad. Idem 5. de Finib. 42.

Accommodata frugibus demetendis tẽpora. Ci. de Senect. 64.

Accommodatus in hoc. Quintil. lib. 4. cap. 2. 27.

Accommodata tempora ad aliquid. Cic. Atti. lib. 2. 19. 2.

Accõmodatiores glãdiũ generi caſtaneæ. Plin. lib. 15. ca. 23. 1.

Accommodatio, onis, uerbale, ipſe actus accommodandi, (ἁρμογή) Cic. Verr. 164. Ex accommodatione magiſtratuum, conſuetudo æſtimationis introducta eſt. Idem 1. de Inuent. Elocutio eſt idoneorum uerborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

Accommodatè, aduerbium, (ἐπιτηδές,) Appoſitè, aptè. Cic. 1. de Orat. 66. dicere ad perſuadendum accommodatè. Idem 5. de Finib. 42. Ita finis bonorum exiſtit, ſecũdum naturam uiuere: ſic affectũ, ut optimè affici poſſit, ad naturamq; accommodatiſſimè.

Accommodus, adiectiuum, (ἐπιτηδές) Ex ad & commodus, idem quod nomen accommodatus, aptus, idoneus. Virg. 11. Aeneid. 34. Eſt curuo anfractu ualles, accommoda fraudi.

Accommodè aduerb. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53. cui accommodiſſimè iungi initium ſequentium poterit.

Accredo.] accredis, pe. pro. accredidi, accreditum, (προσαγορεύω) accredere, Verbum rarius pro eodem quod credere. Hoc eſt, ad id quod dicitur, accedere, aſſentiri, ad alicuius ſententiam accedere. Col. lib. 1. cap. 1. 3. Idq; etiam non ſpernendus author rei ruſticæ Saſerna uidetur accredidiſſe. Alij more antiquo ſcribunt adcredidiſſe.

Accreduo. accreduis, obſoletũ uerbũ, p accredere, ſiue credere. Pl. A. ſi. 6. 4. Neq; diuini, neq; mihi humani quicq; accreduas.

Accreſco.]

Digitized by Google

Accreſco.] accreſcis, accreui, (ἐπαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι,) accreſcere, ex ad & creſco compoſitum, idem quod creſcere. Saluſt. in Cice. 3. Quæ ſi tibi falſa obijcio, redde rationẽ quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit. Teren. And. 3.3.8. Quæ incœpta à paruis, cum ætate accreuit ſimul. Cic. de Inuent. 190. Flumen ſubitò accreuit. Nam ueteribus negotijs noua accreſcunt. Plin. epiſto. 2. lib. 2.

Accreuit pectori ceſpes. Hoc eſt, ad pectus uſq; creuit, ſiue ad pectoris altitudinem. Tacit. li. 1. Annal. Aggerebatur nihilo minus ceſpes: iamq; pectori uſq; accreuerat.

Accretio, onis, Incrementũ, ipſe actus accreſcendi, (ἐπίδοσις,) Cic. 1. Tuſc. 106. Lunamq; accretione & diminutione luminis, quaſi faſtorum notantem & ſignificantem dies.

Accrementum, accrementi, (ἐπαύξησις,) uerbale ab accreſco, idem quod incrementum. Plin. lib. 9. cap. 2. In mari autem tam latè ſupino molliq; ac fertili accremento, accipiẽte cauſas genitales è ſublimi, ſemperq; pariente natura, pleraq; etiam monſtrifica reperiuntur.

Accubo.] accubas, pe. cor. accubui, accubitũ, (κατακλίνω, παρίημι,) accubare. Quaſi ad (id eſt iuxta) cubare, uel aſſidere. Virgil. 6. Aeneid.

— Furiarum maxima iuxta
Accubat. Plau. Aſin. 15.3. Accubat mecũ. Liu. 8. bel. Punic. 95. Et eodem etiam lecto Scipio & Aſdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerunt. Plaut. Meneh. 11.11. prandi, potaui, ſcortum accubui.

Accubare per translationem de ſitu alicuius rei, pro adiacere. Sueton. in Cæſare, Theatrum ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans.

Accubare, ad epulas translatum, idem quod accumbere. Antiqui enim epulantes, in thoris cubabant: quod accumbere ſiue accubare, & diſcumbere dicebatur. Quæ uerba hodieq; uſurpamus, quamuis ſedeamus ad menſam, non cubemus. Cice. 4. Tuſc. 6. Morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorũ uirorum laudes. Co. lib. 11. cap. 1. Nec niſi ſacris diebus accubans cœnet.

Accubare in conuiuio. Cic. in Catil. 32. Qui mihi accubantes in conuiuijs, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum mihi, datiuus eſt communis.

Accubare apud aliquem. Cic. ad Atti. lib. 14. 38. 4. Hæc ſcripſi x. Calendas accubans apud Veſtorium.

Accubare, pro iacere. Sene. in Hippol. 10. 2. Hippolytus (heu me) flebili uoto accubat. Hoc eſt, mortuus iacet, ut optaſti.

Accubatio, onis, uerbale, (παρίεσις, κατάκλισις,) Actus ipſe accubandi. Cic. 1. Offic. 179. Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio. Idem de Senectu. 42. Bene enim maiores accubationem epularem amicorũ, quia uitæ cõiunctionẽ haberet, cõuiuiũ nominarũt. Nonius legit accubitionem, ſed rectius accubationem. non enim dicimus cubitio, ſed cubatio, teſte Valla.

Accubitus huius accubitus, maſc. gene. penul. corre. (κλίσις,) idem quod accubatio. Plinius lib. 8. capit. 2. 2. Pleniſq; hominum triclinijs accubitu iere per lectos.

Accudo.] Accudis, pe. prod. accudi, accuſum, ἐπιπολάπτω, accudere. Cudendo addere quidpiam: per translationem. Plaut. Merc. 7. 90. Tres minas accudere etiam poſſum, ut triginta ſient.

Accumbo.] accumbis, accubui, accubitum, pe. cor. (παραλέχομαι, κατανάπτομαι, παρεμπίπτω,) accũbere. Idẽ quod accubare. Plaut. Perſa. 22. 18. Age age ergo tu Sagariſtio, accumbe in ſummo. Ci. 3. Verr. 49. Tum ille negauit, moris eſſe Græcorum, ut in conuiuio uirorum accumberent mulieres. Idem 7. Verr. 67. Muliebria quotidie conuiuia eſſent, uir accumberet nemo prater ipſum.

Accumbere, pro cubare. Plaut. Moſtel. 5.10.
Cauc modò ne prius in uia accumbas.

Accubui & accubitum cum legimus, nihil refert utrũ dicamus eſſe à prima coniugatione, an à tertia. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 1. Accubueram hora nona. Idem Attico. lib. 13. 298. 4. de Murra non mutauit, unctus eſt, accubuit.

Accumbere alicui, & cum aliquo. Plaut. Sticho. 15. 9. Vtrum tibi accumbo. S A. Vtrum? ubi tu uis. S T. Cum ambobus uolo. Mart. li. 8. 44. Accubuit genitor cum plebe deorum.

Accumbere epulis. Virg. 1. Aeneid. Tu das epulis accumbere diuũm. Cic. pro Murena. 68. Qui quotidianis epulis in robore accumbunt.

Accubitum, accubiti, penul. corre. neu. gene. (κλινοστρίον,) quid ſignificet, his uerbis explicat in Plinij Hermolaus, Stibadia lecticulæ ſunt ab Herba quidem & ſtramentis dicta, ut apud nos tori: ſed ex marmore tamen quandoq;, ut in epiſtolis Plinij Cæcilij, Nunc ex opere inteſtino, in quibus accubatur interdiu maximè, qualia celebrantur Florẽtiæ Tuſcanica. Dicuntur & Anaclinteria, ſicut apud Lampridium in Heliogabalo accubita. Horum etiam facit mẽtionem Cælius Antiq. lect. lib. 14. ca. 58. obiter admonens à nonnullis accubitas Vocari genere fœminino.

Accumulo.] accumulas, pe. cor. (λοφόω, κατασωρεύω, περισωρεύω) accũulare. Cumulãdo addere. Hoc eſt, ad cumulum aliquid addere. Cic. pro Lege agr. 62. Vix iam uidetur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat. Plin. lib. 4. cap. 1. 3. Ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium.

Cædem cæde accumulare. Lucret. lib. 3. 15.
Cauſas. Ouidius. 23. epiſto. 13.
Curas. Ouidius 21. epiſt. 14.
Honorem alicui. Ouidius 2. Faſto. 25.
Accumulare aliquem donis. Virg. 6. Aeneid.

Accumulare uitem, arborem, aut aliquid ſimile, Poſt hyemem aggerare terram atq; circũfundere, & ueluti circummunire arbores optima terra, ne calore nimio radices exareſcãt. Vulgus gallicum uocat Rechauſſer. Eius contrarium. Ablaqueare. Plin. libro 17. capi. 19. Idem lib. 18. cap. 29. Rurſus lib. 19. cap. 5.

Accumulare aceruatim. Lucret. lib. 6. 254.

Accumulatè, aduerbium, (κεκορυσμένως) Cic. Culleolo, li. 13. 43. 1. Cum diceret, omnia te accumulatiſſimè & liberaliſſimè procuratoribus ſuis pollicitũ eſſe. Ad Here. li. 1. ad finẽ.

Accumulatio, onis, uerbale, (κατασώρευσις,) Plini. lib. 17. cap. 26. 1. Communia, ablaqueatio, accumulatio. De remedijs arborum loquitur.

Accuro.] accuras, pen. prod. (ἐπιμελοῦμαι, accurare, ſtudioſe & diligenter aliquid facere ſiue curare. Terent. Heeyr. 5. 1. 11. Plaut. Caſin. 8. 68. accures. Cice. lib. 1. de Inuentio. 73. Melius accurantur quæ cõſilio geruntur, quàm quæ ſine conſilio adminiſtrantur.

Accurare pro curare. Plaut. Perſa. 13. 1.
Si quam rem accures ſobriè, aut frugaliter,
Solet illa rectè ſub manus ſuccedere,
Atq; ædepol fermè ut quiſq; rem accurat ſuam.

Accurare hoſpites. Plaut. Epid. 13. 55.
Prandium, Curare apparandum. Plautus Meneh. 5. 26.

Penſum, prouerbialis ſermo. Plaut. Bacch. 20. 30. Ego penſum meum lepidè accurabo. Hoc eſt curabo ut efficiam quod mihi mandatum eſt.

Accuratus, ta, tum, (ἐπιμελής, πυκιμήδης, Participium, ſiue nomen ex participio. Diligenter curatum & perfectum: ut,
Accurata oratio. Liu. 4. bel. Maced. 21.
Accurata commendatio. Ci. Sulpitio, lib. 13. 18. 7.

Digitized by Google

Accurata orationis copia. Cic. 1. de Orato. 20.
Accuratus corporis cultus, apud Gellium.
Accuratißima diligentia tuarum literarum ſum mirum in modum delectatus. Cic. ad Atti. lib. 7. 123. 1.
Accuratum & exquiſitum dicendi genus. Cic. in Bruto. 155.
Accuratæ literæ. Cice. Atti lib. 13. 293. 3. Ad quem accuratißimas literas dedi.
Accurata malicia, ſtudioſe excogitata. Plautus Trucul. 9. 20.
Accuratæ adorantium preces. Plin. in Paneg. 6.
Accuratus ſermo. Cic. 2. de Orato. 129.
Accuratum habere. Plautus Bacchidē. 11. 21. Satis Plautinè dictum: pro accurauit, id eſt ſtudioſe curauit.
Accuratè, aduerbium qualitatis, (ἐπιμελῶς) Diligenter. Cic. 1. de Fini. 21. accuratius explicari. Idem ad Brutū, Literis tam accuratè ſcriptis. Idem ad Atti. lib. 8. 160. 5. Accuratè uelim perſcribas. Terent. And. 3. 2. 14. Saltem accuratè, ut metui uidear.
Accuratè defendere. Cic. in Parad. 15.
Accuratè & cogitatè aliquid ſcribere. Cic. pro Archia. 13.
Accuratè & diligenter diſputare. Cic. 1. de nat. Deor. 23.
Accuratè & exquiſitè diſputare de re aliqua. Cic. in Bru. 151.
Studioſe accurateq; facere aliquid. Cic. in Bruto. 43.
Accuratè cum aliquo agere, ut, &c. ad Atti. lib. 16. 333. 13.
Accuratè ad aliquem ſcribere. Cic. ad Att. li. 5. 98. 6.
Accuratio, uerbale, (ἐπιμέλησις,) Actus ipſe curandi. Ci. de claris Orato. 128. At inueniendis, componendisq; rebus mira accuratio.
Accurro.] accurris, accurri, accurſum, (προστρέχω, ἐπιτρέχω,) accurrere, Ad aliquid, uel ad aliquē currere. Plaut. Amphit. 17. 17. Accurro, ut ſciſcam. Ci. 2. de Diuinat. 204. Ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimul atq; uelimus accurrant? Idē ad Att. li. 2. 16. 7. Si uelim, accurras. Idē ad eundē lib. 13. 295. 4. Is igitur ſi accierit, accurram. Sic pro Rabirio. 15.
Accurre huc. Terent. Phor. 5. 8. 90.
Accurrit Romam. Cic. 3. Offi. 152.
Accurrit ad me. Terent. Eunuch. 2. 3. 43. Cic. ad Varronem lib. 9. 4. 3. Nos accurremus ad te.
Accurrere in, Tuſc. Cic. ad Atti. lib. 15. 323. 1.
Accurrere alicui, id eſt ad aliquem. Stat. 2. Thebaid. 121.
Rapidis accurrunt paßibus, Stat. 3. Thebaid. 82.
Accurritur, Impersonale. Taci. libro 1. Annal. Accurritur ab uniuerſis.
Accurſus, huius accurſus, uerbale, (ἐπιτροχία,) Tacit. li. 1. Annal. accurſu multitudinis, protectus. Idem li. 20. accurſu tot prouinciarum. Sene. in Hippol. 8. 7.
Liquit ſtuprator, ciuium accurſum timens.
Accurſiorum.] colonia, Ptolemæo, urbs Allobrogū in Gallia, hodie Gratianopolis, uulgò, Grenoble.
Accuſo.] accuſas, pe. prod. (κατηγορέω, ἐγκαλέω, αἰτιάομαι, μέμφω, γράφω,) accuſare, Frequentatiuum eſt ab accudo, ut docet Priſcianus. Cōponitur enim ex ad & cuſo, quod à cudo, ut deducitur: licet ipſum cuſo in uſu non ſit. Vnde non deſunt, qui dicant, ex ad & cauſa, ſeu cauſor cauſaris componi. Eſt aūt (ut ait Valla) accuſare uel apud iudices, uel apud aliū quēuis, etiā apud illū ipſum quē accuſes ſignificare atq; oſtēdere aliquē peccaſſe. Huic opponitur defendere.
Accuſare & excuſare, contraria. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 1. Primum me tibi excuſo in eo ipſo, in quo te accuſo.
Accuſare crimine aliquo. Cic. 3. Verr. 29.
Accuſare capitis. Cic. 2. de Fin. 49. Probri Plau. Amphi. 9. 10. Cic. pro L. Sylla. Qui alterum coniurationis accuſet. In his & ſimilibus ſubauditur ablatiuus (crimine.)
Accuſare probri apud populum. Liu. 5. bell. Pun. 10.
Grauißimè accuſare aliquem. Cic. ad Attic. lib. 11. 221. 3.
Leuiter accuſare aliquem, Cic. Appio, lib. 4. 11. 16.
Liberius accuſare Pompeium. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 3.
Accuſare inertiam alicuius, pro culpare, reprehendere, uituperare.
Sic Accuſare uitium, culpam aùt crimen alicuius: hoc eſt, eum de ea re uituperare, ſiue reprehendere, & eſt figura Græca, quia Latinè potius dixeris, accuſare inertiæ, perfidiæ, aut accuſare de inertia, &c. Cic. ad Q. fratrem: Nam quòd inertiam accuſas adoleſcentium. Aemilius Probus in Lyſandro, eius auariciam perfidiamq; accuſarat. Plaut. Merc. 9. 25. operam accuſari. Idem Mercatore. 7. 79. accuſari fidē. Cic. ad Torquatum lib. 6. 1. 13. deſperationem accuſare.
Accuſare tabulas. Quintil. lib. 5. cap. 5.
Accuſare aliquem de re aliqua. Cic. Atti. lib. 4. 85. 1. Eidē lib. 1. 4. 1. Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarū negligentia poßis. Idem pro Roſcio Amerino. 54. De ueneficijs accuſabant. Idem Furnio, lib. 10. 26. 7.
Accuſare aliquem de alio. Cic. ad Atti. lib. 1. 1. 14. Hoc ad te ſcripſi, quòd is me accuſare de te ſolebat.
Accuſare in re aliqua alterum. Cice. pro Sylla. 47. Atq; in ea re per Lacium Cæcilium Scylla accuſatur.
Accuſare inuicem. Quintil. lib. 7. cap. 3. 15. 18.
Accuſus id me, apud Plautum, figuratè pro ob id, uel de eo, ut multa eiuſmodi, præſertim apud poetas.
Accuſator, uerbale, (κατηγόρος, ὁ διώκων) Qui accuſat. Cic. 1. de Finib. 78. Plerunq; improborum facta ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atq; fama, tum accuſator, tum iudex.
Accuſator acer, & acerbus. Cic. in Bruto. 70.
Diſtrictior accuſator. Tacit. lib. 4.
Accuſator uehemens & moleſtus. Cic. in Bruto 67.
Accuſatorem comparare in aliquem. Vide Comparo.
Moliri accuſatorem & crimina. Tacit. lib. 12.
Accuſatorem ponere uel apponere alicui. Cælius ad Ciceronē, lib. 8. 12. 6. Idem 3. Verr. 51. Accuſator autem apponitur ciuis Romanus de creditoribus Lampſacenorum.
Accuſatores ſtruere. Tac. 11.
Accuſatoris nomen ſuſtinere. Tacit. lib. 4. Hoc eſt, ſe profiteri accuſatorem.
Accuſatorius, adiectiuum, (κατηγορικός,) Quòd ad accuſationem pertinet. Cic. pro Cluentio 7. Non accuſatorio animo. Idem pro Flacco. 10. dixit accuſatorio iure. Et Liuius 2. ab urbe. 263. accuſatorio ſpiritu. Ci. pro Roſcio Amerino. 29. artificio accuſatorio.
Accuſatoriè, aduerbium, (κατηγορικῶς,) Ci. 4. Verr. 127. Ne quis hoc me magis accuſatoriè, quàm liberè dixiſſe arbitretur. Liu. 10. bel. Maced. 49. Iam illud quàm accuſatoriè? Hoc eſt, animo & ſtudio accuſandi.
Accuſatrix, uerbale fœmi. (αἰτιάτρια.) Quæ uituperat aut reprehendit. Plaut. Aſin. 10. 10. Tu mihi accuſatrix ades.
Accuſatio, uerbale, (κατηγορία, αἰτίασις,) Actus ipſe accuſandi: cui opponitur defenſio.
Intenta accuſatio ab intento, pro Intentata. Tacit. lib. 5.
Accuſatio licentior. Vide Licet.
Accuſationes capeſſere. Tacit. lib. 4.
Accuſationem & iudicium conflare. Vide Conflo.
Accuſationem petere in aliquem. Quint. lib. 5. cap. 13. 15.
Accuſationem Rhetorices profiteri. Quintil. li. 2. ca. 17. 105.
Accuſationes exercere. Tacit. lib. 17. hoc eſt, ut idem author ibidem uocat delationes facilitare. Quod & Cicero in Bruto. 67. dixit accuſationem facilitare.
Accuſationem inſtituere. Vide Inſtituo.
Accuſationem inſtruere. Vide inſtruo.
In accuſationem alicuius coire. Vide Coeo.
Suſcepit Cæſius accuſationem. Tacit. lib. 5.

Inter

Inter accusationem & maledicentiam, Cic. pro Cælio 4. Aliud, inquit, est maledicere, aliud accusare. Accusatio, crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, urbanitas nominatur.

Accusabilis & hoc accusabile (κατηγορικός) Quod accusatione aut reprehensione dignum est. Hoc est, quod iure accusari uel reprehendi potest, ic. 4. Tusc. 122. Quorũ omnium accusabilis est turpitudo.

Accusatiuus casus (κατηγορικὴ) Grammaticis dicitur, qui etiam incusatiuus uel causatiuus, est qui rem significat tum infinitis uerborum à priore, tum actiuorum transitioni accommodatam, per hunc uel accusamus, uel laudare uidemur: unde & laudatiuus dicitur.

Acenteta (ἀκέντητα) id est, sine punctis aut centris. Sic appellantur puriores crystalli. Plin. lib. 37. cap. 2.

Acco.] aces, acui (ἀκίζω) acescere. acidũ esse. Acere uinũ dicitur, cum in acetum degenerauit. Cato de re Rust. ca. 148. Vini in culeos singulos quadragenæ & singulæ urnæ dabuntur, quod neq; aceat, neq; muceat. Inde fit acetum, & acidus adiectiuum.

Acesco, acescis (ἀκύω) acescere, acidum fieri. Columel. lib. 12. cap. 26. 1. In quo agro uinum acescere solet. Horat. in epist. Syncerum est nisi uas, quod unq; infundis, acescit. Plin. lib. 11. cap. 16. 4. Quarum iniuriam celerrimè sentiunt mella, uel minimo tactu roris acescentia.

Acui præteritum ab acesco. Vlpianus 18. Digest. titulo de Periculo & commodo rei uenditæ. Si uinum uenditum acuerit, uel quid aliud uitij sustinuerit: id est, factum fuerit acidum, acorem contraxerit.

Acor, acoris, masc. gen. penul. prod. (ἀκύτης) Verbale ab aceo, sapor acidus, ut in uino postquã acuit: item in malo punico & alijs rebus acidum succum habentibus. Colu. lib. 3. ca. 21. 4. Vt aut serum fructum cum præcoce eleuet, quæ res mox acorem facit. Quintil. lib. 9. cap. 3. In cibis interim acor ipse iucundus est.

Acephali dicti sunt quidam peruersi dogmatis sectatores, qui hæreseos suæ proprium authorem non habebat: unde id nomen sortiti, quasi sine capite. Alciatus ex Suida.

Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina uel prouidentia gubernantur. uelut sine capite. Cælius lib. Antiq. lect. cap. 12.

Acephali uersus, à breui syllaba incipientes, quasi sine capite. Cælius lib. 2. cap. 35. & Hermolaus in Plinium.

Acephala fabula, imperfectus sermo, uel fabula nondum absoluta, apud Platonem.

Acer.] aceris, neu. gen. prima & pe. cor. (σφένδαμνος) Arbor de qua Plin. lib. 16. cap. 15. Acer tiliæ ferè amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate cedro secundum, &c. Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 11. 6.

Subscribam: Veneri fidas tibi Naso tabellas
Dedicat: at nuper uile fuistis acer.

Acernus, acerna, acernum (σφενδαμνινός) Quod est ex acere arbore: ut trabes acernæ. Virg. 2. Aeneid.

Præcipuè cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus. Idem 9. Aeneid.

Acerna mensa. Martialis lib. 14. 94.

Acer.] hæc acris, hoc acre (ὀξύς, ἐντονος) Pro forti ac uehementi sæpius accipitur: ut acre acetum. Columel. lib. 3. & 12. cap. 5. 1.

Acer & acidus succus, Vitruuius lib. 8. cap. 3.

Lectum est hic & hæc acris: ut Acris somnus, apud Ennium, teste Prisciano.

Acer & sublimis. Horat. lib. 2. Epist. 34

Acer bello accendendo, hoc est ad accendendum. Tacit. lib. 20.

Acre iurgium inter Heluidium & Eprium, Tacit. lib. 20.

Ad somniandum acer, Cic. lib. 1. de Diuin. 109.

Armis acer, Virgil. 3. Georg. 9. Aeneid. 37.

Cursu acer equus, Virgil. 3. Georg. 23.

Acer militiæ Vespasianus, anteire agmen, &c. Tacitus lib. 18. Porrò militiæ putat Rhenanus genitiuum esse.

In rebus gerendis acer, Cælius ad Ciceronem lib. 8. 15. 1.

Cic. in Orato. 99. Quis in rebus uel inuentendis uel iudicandis acrior Aristotele fuit?

Acetum acre, Horat. 2. Sermo. 3. 24.

—Acre potet acetum.

Acerrimum acetum, Gallicè, Bien fort. Celsus lib. 4. cap. 4. Asclepiades, acetum ait quàm acerrimum esse sorbendum.

Acies ingenij acris. Cic. 3. de Orato. 68. Nam neq; tam est acris acies in naturis hominum & ingenijs, ut res tantas quisquã, nisi monstratas possit uidere, neq; tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri uir ingenio cernat, si modò aspexerit.

Aduersarius acerrimus, Cic. ad Att. lib. 10. 197. 12.

Aetas acris, Ouid. 3. Metamorph. 108.

Amator acer, qui amat uehementius. Cic. Att. lib. 1.

Ambitus acrior, Tacit lib. 14.

Amor acer, Cic. pro Archia. 20. Et de meo quodam amore gloriæ nimis acri fortasse, uerũtamẽ honesto. Tib. li. 2. Ele. 3. 7.

Animaduersor acer & diligẽs uitiorũ, Cic. 1. Offic. 203.

Animus acer. Cic. pro Milone 21.

Animus acer & præsens, Cic. 2. de Orat. 47. Animus acer & præsens, & acutus idem atq; uersutus, inuictos uiros effecit.

Apri acres, Ouid. 10. Metamorph. 109.

Arcus acer, Virg. 7. Aeneid. 34. id est fortes. Seruius.

Ardor acrior. Claudian. Panegyr. 4. 67.

Astus acer, Valer. Flac. Argon. 2. 111.

Bellum acre & magnum, Cic. pro Cornel. Balbo. 32.

Cædes acris, Ouid. 11. Metamorph. 81.

Canis acer. Horat. Epod. 12. 2.

Canis naribus acer, Ouid. 7. Metamorph. 164.

Cibi acres, qui acrimoniam & uehementiorem uim habent, & quasi mordaces sunt, ut sinapi, allia, cæpe. Plin. lib. 11. cap. 53. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria. Et lib. 7. epist. 3. Dulcibus cibis acreis acutosq; miscere, &c.

Cogitatio acerrima atq; attentissima, Cic. 3. de Orat. 10.

Consilia acriora, Tacit. lib. 11.

Cor acre, Lucret. lib. 60.

Cupiditas acerrima & fortissima, Cic. 12. Philip. 323.

Cura acris, Cic 3. de Orat. 101.

Curæ acres, acerbæ, Varro apud Nonium. Lucret. lib. 5. 10.

Cursus acer, Stat. 4. Sylu. 3. 21.

Acris custodia, Tacitus lib. 1. Annalium.

Defensor acerrimus, Cic. ad Lent. 1. 1. 6.

Dolor acer, Virg. 11. Aeneid. 142.

Dominus acer, Lucret. lib. 5. 18.

Egestas acris, Lucret. lib. 3. 13.

Equus acer non modò uelocem equum significat, ut Nonius accipit: sed etiam ardentem & concitatum ad ipsum cursum. Virgil. 4. Aeneid.

At puer Ascanius medijs in uallibus acri, Gaudet equo.

Fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagij acceptus est. Tacitus lib. 11.

Fax acerrima, Tacitus libro 18.

Feræ acres, Seneca in Octauia. 7. 7.

Flagitator assiduus & acer. Cic. in Bruto 9.

Flamma acris, Lucret. lib. 5. 181.

Digitized by Google

Fremitus acer. Lucret. lib. 1. 55.
Frigus acre. Lucret. lib. 4. 53.
Fuga acris. Virgil. 3. Georg. 28.
Fugitor acer. Plaut. Trin. 10. 69. Vide Fugitor.
Genius leonum acre. Ouid. 4. Fast. 43. Virgil. 2. Georg. 34.
Hæc genus acre uirum.
Homo acer, diligens. Virgil. 2. Georg.
Homo acer, pro aspero, cuius contrarium est lenis. Terentius Phormi. 2. 1. 32.
Homo acer, pro forti, Nonio interprete. Virg. 9. Aeneid.
Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Idem in 8. Arma acri facienda uiro.
Hostis acer. Horat. Epod. 6. 3.
Hyems acris, pro aspera & uehemẽti. Plaut. Trin. 77. Horá. in Carm. Soluitur acris hyems. Acer iactator. Claudian. in Eutrop. lib. 2. 79.
Ignis acer, Ouid. 13. Metamorph. 74.
Imagines acres. Cic. lib. 2. de Orat. 195. Imaginibus autem est utendum agentibus, acribus, insignitis, de memoria.
Impetus acer. Lucret. lib. 6. 26.
Incitatio acris & uehemens. Cic. 2. de Orat. 94.
Ingenium acre, quasi ardens & concitatum: ut plus sit acre ingenium, quàm acutum. Columel. lib. 7. cap. 2. 4. Cicero 1. Acad. 49.
Inimicus acerrimus, acerbissimus. Cicero in Lælio 37.
Instigatrix acerrima. Tacitus lib. 17.
Intentio acris. Plin. lib. 18. cap. 26.
Inuestigator acer & diligens. Cic. De uniuersi. 1.
Inuidia acris. Horat. 1. Sermo. 3. 13.
Ira acris. Lucanus lib. 3. 29.
Acrior ira subit. Lucretius lib. 3. 63.
Iudicium acre. Cic. 4. Acad. Quæstio. 41.
Lucretius libro 2. 209.
Labor acer. Silius Ital. lib. 3. 19.
Libertas acris. Tacit. lib. 13.
Lupus acer. Horatius Epod. 12. 5.
Maiestas acris. Claudian. Panegyr. 5. 25.
Malum acre. Lucret. lib. 3. 51.
Memoria acris. Cic. 2. de Orat. 193.
Metus acer. Virgil. 3. Aeneid. 136.
Militia acris. Horat. 1. Carm. 29. 1. Ad Iccium.
Ministerium acre. Tacitus lib. 3.
Acerrimum ministerium. Tacitus Annal. lib. 2.
Molossus acer. Virg. 3. Georg. 81.
Morbus acer & durus. Plaut. Menæh. 17. 111.
Morsus acer. Catullus. 2. epigram. 1.
Natura acris. Horat. 2. Sermo. 7. 10.
Nox acerrima atq; acerbissima. Cic. pro Sylla 39.
Oculus acer & acutus. Cic. pro Plancio, 54. Plin. epist. 141.
Gallinas ut à te missas libẽter accepi, quas satis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguissimas uidi.
Odor acer apud Plinium sæpe legitur, pro odore uehemẽtiore, ut lib. 12. cap. 17. 9.
Odor acerrimus. Plin. lib. 15. cap. 28. & lib. 21. cap. 7.
Potentia solis acrior. Virgil. 1. Georg. 19. Vbi Seruius, Acrior, ualidior.
Potor acer. Horat. 2. Sermo. 8. 8.
Prælium acre. Tacitus lib. 12.
Prælium acerrimum. Ouid. ad Pisonem 41.
Pruina acris. Lucret. lib. 3. 4.
Remex acer. Virgil. 5. Aeneid. 24.
Res acrior. Catullus 78. epigram. 1.
Rubor acer, id est (ut uulgò dicunt) uiuus, aut ardẽs. Senec. Natural. quæst. 3.
Rumor acer. Tacitus lib. 5.
Sensus uidendi acerrimus. Cic. de Orat. 194.
Seruitium acrius. Tacit. lib. 5.
Silentium acre & intentum. Plin. lib. 2. epist. 10.
Sol acer. Plin. li. 14. cap. 8. Lucret. li. 6. 171. Plin. 17. ca. 24. 13.
Sol acrior, id est, ualidior ac uehementior.
Sonipes acrior. Stat. 5. Thebaid. 1.
Sonitus acer. Virgil. 4. Georg. 82.
Spiritus acer. Horat. 1. Sermo. 4. 10.
Stimuli acres, urgentes, uehementes, excitantes, impellentes. Horat. 2. Serm. Saty. 7.
Stomachus acer: id est acidus. Horat. 2. Serm. 4. 12.
Studium acrius. Cic. lib. 1. de Orato. 48.
Suauitate summa & acerrima condita unguenta. Cicero 3. de Orat. 55.
Testes acerrimi. Plau. Menæh. 14. 21.
Tibia acris. Horat. lib. 1. Carm. 12. 1.
Turba prædonum acris. Horat. 1. Sermo. 2. 9.
Venenum acre. Lucret. lib. 5. 180.
Violentia leonum acris. Lucret. lib. 3. 149.
Vir acer. Cic. Att. lib. 4. 72. 5.
Virtus acris. Lucret. lib. 1. 14.
Vis acrior. Horat. Epod. 7. 3.
Visus acer. Plin. lib. 8. cap. 25. 6.
Vox acris. Lucret. lib. 3. 194.
Vultus acer. Lucret. lib. 6. 238. Ouid. 10. Metamorph. 158.
Acer, cum infinitiuo, Sill. Ital. lib. 3. 69.
Herdus agit, iuga Pyrenes uenatibus acer
Metiri, iaculóue prælia Mauro.
Acre, pro acriter. Persius Sat. 44.
Et propè te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores: id est, expuendo, mores acriter & acer bè execretur.
Acra. Plaut. Bacchid.
Perij, multa mala mihi nunc
In pectore acra atq; acerba eueniũt. Aut acria legendum, aut uetustè dictum est ab acer, acra, acrum.
Acriter, penul. corre. (σφοδρῶς, ἐντόνως) acrius, acerrimè, aduerbium qualitatis: Vehementer, Plaut. Pseud. 5. 40. Quid agitur Callidore? C. amatur, atq; egetur acriter.
Acriter aliquid cauere. Horat. 2. Sermo. 3. 19.
Acriter elatrare: id est, uociferari. Horat. lib. 1. epist. 19. 4.
Acriter intelligere, Cic. in Pisonem. 54.
Acriter animum intendere. Liuius 1. ab urbe 6. acriter cogitare. Ci. 5. de Finib. 7. Acriter uidere: id est, acutissimè, Cic. 4. Acad. 143. Acutius atq; acrius uidere, Cic. 1. de Orato. 57.
Acriter infestus. Lucret. lib. 6. 157.
Acriter oculis solem intueri. Cic. 1. Tusc. 115.
Acriter offerre se morti, Cic. pro Milone 71.
Acerrimè aliquid oculis quam maximè intentis contemplari. Cic. pro Flac. 20.
Acriter speculari. Tacitus lib. 19.
Acriter & uehementer dixerat accusator. Cic. pro Flacco 16.
Acrius, comparatiuum ab acriter, positiuo iunctum, pro multo magis, aut uehementius. Horat. 2. Sermo.
—Quanto constantior idem
In uitijs, tanto leuius miser: acrius ille
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
In editione Aldina legitur, ac prior ille, & multo reclius.
Plaut. Merc. 18. 13. multo insaniunt acrius.
Ardet acrius, Tacit. lib. 4. Inimicitias.
Acrius doluit populus. Tacit. lib. 2. Annal.
Acrius exarsit. Ouid. de arte Amandi lib. 2. 71.
Experiri acrius. Tacit. lib. 4.
Gratiam Cæsaris acrius fouere. Tacitus libro 5.

Digitized by Google

Acrius incumbere, Virg. 4. Georg. 50.
Acrius incurrere & urgere. Sil. Ital. lib. 15. 141.
Acrius iudicare, Plin. epist. 112.
Acutius atq; acrius uitia iudicare, Cic. 1. de Orat. 57.
Acrius micare, Lucret. lib. 3. 59.
Acrius, quàm cõsideratius initiũ tumultus excitauit. Tac. li. 17.
Acrius urget, Ouid. Amorum lib. 1. 2. 4.
Vrit acrius, Ouid. lib. 2. Amorum, Elegia 19. 1.
Acerrimè emendare: id est, diligentißimè. Plin. in epistò. Acerrimè decertare. Cic. 2. Tusc 190.
Acerrimè aliquid agere, Cic. 2. de Orat. 174.
Acerrimè aliquem uirgis cædere, Cic. 7. Verr. 111.
Acerrimè aliquid uituperare, Cic. ad Att. lib. 7. 125. 3.
Acrimonia, acrimoniæ, denominatiuum (σφοδρότης, δριμύτης) Frequentius dicitur in saporibus nimia quædam uis ac uehemẽtia, quæ uel acri odore, uel gustu mordaci nares aut linguam, palatúmue torquere solet, sæpe etiam usque ad lacrymas, ut in sinapi, cæpis, allijs, nasturtio & pipere: quæ ob id quoque acria dicuntur. Cato de re Rust. cap. 157. 4. Etsi ulcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceã misceto. Plin. lib. 12. cap. 19. Ipsum cinnamomi lignũ in fastidio est, propter origani acrimoniam. Colum. lib. 10.
Acrimonia in oratione, dicitur orationis maxima uis & uehementia. Cic. 2. de Inuen. 225. Ideo quod, si id quo nititur aduersariorum causa subduxerit, omnem illam eius uim & acrimoniam lenierit ac diluerit.
Acrimonia, animi uiuacitas: Nævius Lycurgo, Ne ille mei feri ingenij atque animi acrem acrimoniam. Nonius ad Herennium lib. 3. 119. Conuenit igitur in uultu pudorem & acrimoniam esse. Idem libro 4. 206. Eiusmodi licentia si nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.
Acrimoniam capere. Vide Capio.
Acritas penult. corr. acritatis, penult. correp. denominatiuum, (σφοδρότης) uehementia, Actius Neoptolemo, Vis ueritatis atq; acritas. Gellius lib. 13. cap. 2. Sicut autem nihil quicquam interest suauitudo dicas, an suauitas, acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an quod Accius in Neoptolemo scripsit, acritas: ita nihil rationis dici potest, qui necessitudo & necessitas separentur.
Acritudo, pen. prod. acritudinis, pen. cor. (ὀξότης) denominatiuum, pro acore. Vitruuius lib. 8. ca. 3. Fieri autem naturaliter hoc ideo uidetur, quòd acer & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes uenæ intinguntur acritudine. Ibidem. Ratiocinemur ijsdem rationibus ex acidis propter acritudinem succi, etiam calculosos in natura rerũ similiter posse curari.
Aceratus, Acerosus, Acerare.] Vide Acus, aceris.
Acerbus.] ba, bum (στρυφνός) Immaturum, atque ita gustatu asperum. Et propriè de fructibus dicitur. Cic. de Senect. 49. Vua primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit:
Acerbum dicitur per translationem, durum, molestum, triste, austerum. Cic. 2. de Orat. 110. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse. Idem 1. de Orat. 112. Orator autem omnia hæc, quæ putantur in communi uitæ consuetudine mala ac molesta & fugienda, multò maiora & acerbiora uerbis facit.
Homo acerbus. cui Lenis opponitur, siue mansuetus, Cic. 2. de Orat. 98. Eáq; omnia quæ proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, ualde beneuolentiam conciliant. Idem 3. de natu. Deor. 111. Idem in Bruto 32. Horatius 1. Serm. 3. 17.
Quod nisi concedas, habeare insuauis, acerbus.
Miserum, acerbum, calamitosum, fœdum, indignum, luctuosum, horribile. Cic. pro Quintio 64. Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est iniuria. Acerbum est ab aliquo circunueniri: acerbius à propinquo, &c.
Acerba amatio. Plau. Pœnul. 16. 132.
Animis acerbis sæuire. Virgil. 5. Aeneid.
Casu acerbo concuti, Virgil. 5. Aeneid. 139.
Cinis uirtutum omnium acerba. Catul. ad Mallium, 63. 18.
Troia uirum, & uirtutum omnium acerba cinis.
Corpus Neptuni acerbum: id est, aqua maris aspera & amara. Lucretius lib. 2. 95.
Acerbum damnum. Claudian. in Gigantomachia 4.
Dies acerbus. Virgil. 5. Aeneid. 10.
Dissensus acerbus. Claud. de bello Gildonico 60.
Acerbis facetijs Tiberium irridere solitus, Tacit. lib. 5.
Horat. Epod. 7. 5. Sic est, acerba fata Romanos agunt.
Fatu acerba poscere. Senec. in Agam. 6. 5.
Frigus acerbum. Horat. 1. epist. 18. 11.
Acerbũ funus, & acerbus interitus, p morte immatura: ideoq; grauiore, atq; amariore. Virg. 6. Aeneid. Cic. 4. Tusc. 29.
Horror ferræ acerbus: id est, durus & inamœnus ferræ stridor. Lucret. lib. 2. 83.
Ictus acerbus. Ouid. lib. 1. de Ponto 4. 2.
Inimicitiæ acerbæ. Propertius lib. 2. eleg. 9. 1.
Acerbißimus inimicus, apud Ciceronem: id est, maximè infensus aut crudelis. Acerbißimus item consulum interitus. Plancus Cic. lib. 10. 17. 4.
Iræ acerbæ. Lucret lib. 5. 240.
Libitina acerba. Horat. 2. Serm. 6. 3.
Liuor acerbus. Claud. de Rapt. Pros. 59.
Luctus acerbus. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 9.
Lux acerba: id est dies. Senec. in Hercule Oeth. 111.
Mater acerba in suos partus. Ouid. 2. Fast. 125.
Mors acerba. Ouid. 14. Metamorph. 38.
Odium acerbum. Virgil. 10. Aeneid. ad finem. Cic. Attico lib. 10. 197. 9.
Pectus acerbum. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 5. 12.
Pestis acerba. Virgil. 3. Georg. 83.
Pestis acerba bonum, pecoriq; aspergere uirus.
Recitator acerbus, Horat. in arte poet. ad finem.
Res acerbæ. Lucret. lib. 311.
Impolitæ res & acerbæ: id est, imperfectæ. Cicero de prouinc. Cons. 28.
Impolitæ uerò res, & acerbæ si erunt relictæ (quanquam sunt abscissæ) tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent.
Rumor acerbus. Tibullus lib. 4. eleg. 13. 1.
Sors acerba. Seneca in Hipp. 10. 1. Idẽ in Hercule Oeth. 7. 20.
Acerbum spectaculum, durum, crudele, & uisu horrendum, Cic. 7. Verr. 78.
Acerba uita. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 21.
Vulnus acerbum. Virg. 11. Aeneid. 165.
Vultus acerbus. Ouid. lib. 5. Tristium, eleg. 9. 4.
Acerba, pro acerbè aduerbio. Lucretius lib. 5. 7. Asper acerba tuens. Ouid. epist. 8. 22.
Nox ubi me thalamis ululantem, & acerba gementem
Condidit.—
Acerbum, acerbi, substantiuum, generis neutri. Ouid. libro 5. Tristium, eleg. 2. 5.—Multum restabit acerbi.
Cic. antequam iret in exiliũ, 13. Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Rempub. tutabitur.
Acerbitas, penult. correp. acerbitatis (στρυφνότης) denominatiuum: propriè dicitur asperitas illa siue austeritas in fructibus immaturis.

Acerbitas,

Digitized by Google

Acerbitas, triſticia, dolor, aduerſitas, cruciatus, Cic. ad Quint. fratrem li. 1. 1. 60. Nam ſi implacabiles iracũdiæ ſunt, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma lenitas: quæ tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda eſt. Et libro 1. Offi. 191. Atq; etiam illud ipſum quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius id cauſa, qui obiurgetur ſuſceptũ eſſe. pro Plancio 82. Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti.

Acerbitas, dolor, cruciatus, Cic. in Catilinã 73. Vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusq; perferrem.

Acerbitas, pro nimia aſperitate ac duritie. Cic. 4. de finib. 127. Nec acerbitatem ſententiarũ, nec diſſerẽdi ſpinas probauit.

Acerbitas animi, pro grauiore & nimio animi dolore, Cice. 3. Tuſc. 107. Idem in Lælio 73. Apud quem euomat uirus acerbitatis ſuæ.

Acerbitates conquiſitæ, Tacitus lib. 5.

Acerbitatibus dilacerari. Tacit. Annal. lib. 2.

Acerbitas proſcriptionis, Cic. pro Cluentio 121.

Temporis acerbitas. Cic. Quin. Valerio lib. 13. 4. 3.

Acerbo, acerbas (παροξύνω, τραχύνω) acerbare, aſperare, acerbum facere: ut acerbare crimen, quaſi exaggerare, amplificare, facere atrocius. Virgil. 11. Aeneid.

Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia fingit,
Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.

Claud. lib. 1. 37.

Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum ſtimulando uulnus acerbat.

Inde fit exacerbare.

Acerbè, acerbius, acerbiſſimè, qualitatis aduerbiũ (τραχέως) Durè, ſeuerè, aſperè. Cice. 3. de nat. Deor. 118. Nec tamen poſſumus dicere non plures captiuos acerbè, quàm prædones necatos. Idem 1. Offic. 58. Ea bella minus acerbè gerenda ſunt. Idem 1. Tuſc. 148. Acerbius exigere dixit.

Acerra.] acerræ (θυμιατήριον) Ara quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Alij dicunt arculam eſſe thurariam, ubi thus reponebant. Feſtus, Martialis libro 10. 24. —Septimamq;

Veſtris addimus hanc foris acerram.

Plin. lib. 35. cap. 10. 6. Item ſacerdotem aſtante puero cum acerra & corona. Cornutus ſcribit eſſe pateram in qua libabatur. Virgil. 5. Aeneid. 148.

Et plena ſupplex ueneratur acerra.

Acron in Horatium thuribulum uocat. Ci. 2. de Legib. 95. Ne ſumptuoſa reſperſio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur. Ouid. 8. Metamorph. 53. Idem 4. Faſto. 188.

Cumq; meri patera, thuris acerra fuit.

Horatius 3. Carm. 8. 1.

Acerræ, acerrarum (ἀκερρία) Virg. 2. Georg. 45.

Talem dives arat Capua, & uicina Veſeuo
Ora iugo, & uacuis Clanius non æquus Acerris.

Acerræ (inquit Seruius) ciuitas eſt Campaniæ, haud longè à Neapoli: quam Clanius præterfluit fluuius, cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait uacuis, id eſt infrequentibus. Sillius Ital. lib. 8. 107.

Illic Parthenope, ac Pœno non peruia Nola,
Alliphe, & Clanio contemptæ ſemper Acerræ.

Acerſecomes.] acerſecomæ, pen. cor. m. g. (ἀκερσεκόμης) Latinè intonſus dicitur, quales erant Romanis in delicijs pueri. Iuuenalis Saty. 8.

Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal
Vendit acerſecomes, ſi nullum in coniuge crimen.

Aceruus.] acerui, maſc. gen. (σωρός, ἀθροισμός, ὄγκος) Valla lib. 4. Aceruus, minutarum propriè rerum congeries eſt, ut frumenti & leguminis, ut ſalis. Interdum etiam aliquanto maiorum: ut aceruus ſcutorum, apud Virgil. 8. Aeneid. 110. Et ferè generale eſt ad omnia. Plaut. Pſeud. 4. 56. Acerui frumenti ſunt domi. Cic. 4. Acad. 90. Aceruum efficiunt uno addito grano. Idem contra Rullum 62. Vix iam uideatur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. Idem in Catil. 68. Aceruis corporum redundauit. Horat. in epiſto. Aeris aceruus & auri.

Altus aceruus. Lucret. lib. 3. 40.

Cæcus aceruus. Ouid. 1. Metamorph. 5.

Grandis aceruus. Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 8. 18.

Ingens aceruus. Virgil. 1. Georg. 37.

Magnus & paruus aceruus. Horat. 1. Serm. 1. 11.

Modicus aceruus. Horat. 2. epiſt. 2. 38.

Ruens aceruus: id eſt, decreſcens. Horat. 2. epiſt. 1. 10.

Aceruus, figuratè translatum ad res incorporeas. Cic. pro Sylla 57. Quantos aceruos facinorum reperietis?

Aceruatim, aduerbium quantitatis (σωρηδὸν) Per aceruos. Varro lib. 1. de re Ruſtica ca. 38. 1. De pecore aceruatim poni. Colum. lib. 9. cap. 13. 3. Sub fauis aceruatim enectæ reperiuntur. Cæſar, Plerique aceruatim ſe de uallo præcipitauerunt.

Aceruatim accumulare. Lucret. lib. 6. 254.

Aceruatim dicere, quaſi promiſcuè et nullo ſeruato ordine. Ci. pro Cluentio. 2. Aceruatim iam reliqua Iudices dicam. Idem in Oratore, 47. Nec aceruatim multa frequentans, una cõplexione deuinciet.

Aceruo, aceruas (σωρεύω) aceruare, accumulare. Plin. lib. 6. capit. 4. 4. Plura undiq; aceruabimus. Idem lib. 21. cap. 17. 6. Octoginta ſimul aceruatis ſæpè bulbis. Quintil. libr. 9. cap. 3. Nec uerba modo, ſed ſenſus quoque idem facientes aceruantur.

Aceruatis & hoc aceruale, penul. prod. Argumenti genus, quo utebatur Chryſippus. Cic. in 2. de Diui. 17. Aut quemadmodum Soriti reſpondeas? quem ſi neceſſe ſit, Latino uerbo liceat aceruale appellare: ſed nihil opus, ut enim ipſa philoſophia, & multa uerba Græcorum, ſic σωρείτης, ſatis Latino ſermone tritus eſt.

Aceruatio, uerbale ab aceruando (σώρευσις) Ipſe actus aceruandi, ſiue accumulatio. Plin. lib. 11. cap. 53. 5. Homini cibus utiliſſimus ſimplex: aceruatio ſaporum peſtifera, & condimenta pernicioſiora.

Aceſei & Heliconis opera, quæ ſingulari artificio confectæ uiderentur, ſic antiquitus appellabantur. Locum prouerbio fecerunt duo quidam celebratæ artis artifices. Aceſeus natione Patarẽſis, & Helicon Caryſtius, cui primi contexuiſſe dicuntur peplum Palladis Polliadis. Id enim cognomen Mineruæ, quæ in arce Athenienſium colebatur.

Aceſias medicatus eſt. Dicitur de re quæ ſemper uergit in deterius, & quæ, quo magis accuratur, hoc peius habet. Occaſionem adagio dedit Aceſias quidam medicus imperitus & ſtupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi ſtuderet, auxit dolorem. Author Diogenianus.

Aceſinus, Fluuius gemmas ferens. Plin. lib. 37. cap. 13. Gemmiferi amnes ſunt Aceſinus & Ganges. & lib. 4. cap. 12. Quem lib. 6. cap. 20. tradit influere in Indum fluuium.

Aceſium Apollinem apud Heleos eundem Pauſanias putat, quẽ Alexiacon uocant Athenienſes. Calius Antiq. lect. libro 9. cap. 19.

Aceſſæi luna. Dictum in comperendinatores, qui nouam ſubinde cauſam cõminiſcuntur, quò negocium differant: à nautæ cuiuſdam moribus ortum, cui Aceſſæo fuerit nomen. Is quum eſſet ignauus, ita prorogare conſueuit nauigationem, ut ſe diceret lunam magis opportunam expectare.

Author

Digitized by Google

Author Diogenianus.

Aceſta (Ἀκέστα) Siciliæ urbs, ab Aceſte dicta, teſte Virgil. lib. Aeneid. 5. Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

Aceſtes, huius Aceſtæ (Ἀκέστης) filius fuit Crimniſi fluminis ex Segeſta Troiana, ut lib. 5. Aeneid. teſtatur Virgilius. Vide Seruium in illud 1. Aeneid. Troianoq; à ſanguine clarus Aceſtes.

Aceſtes clarus. Virg. 1. Aeneid. 111.

Dardanius Aceſtes. Virg. 5. Aeneid. 141.

Fidus Aceſtes. Ouid. 14. Metamorph. 17.

Grauis Aceſtes. Virgil. 5. Aeneid. 77.

Senior Aceſtes. Virg. 5. Aeneid. 114.

Troianus Aceſtes, propter originem. Sil. Ital. lib. 14. 10.

Aceſtides (Ἀκεστίδες) Fornaces ſunt ferreæ, prægrandesq;, in quibus fit cadmia. Dioſcorides lib. 5. in cap. De cadmia.

Aceſtium, Aceſtij, g. f. Nomen mulieris proprium, de qua Pauſanias in Attica, Aceſtium Xenoclis, qui ex Sophocle Leontis filio prognatus eſt, filia fuit. Huic ad Leontem uſq; atauũ omnes gentiles Cereris miniſtros quaſſantes facem, dum uideret, uidere contigit. Nam primum in eo uidit Sophoclem fratrem, dein Themiſtoclem coniugem, atq; eo mortuo Theophraſtũ filium: atq; hæc illius fortuna cõmemoratur.

Acetabulum.] acetabuli, neut. gen. (ὀξύβαφον) accipiendo dicitur, ut teſtis eſt Hermolaus: etiam ſi Græci oxybaphon appellant, quaſi ab aceto. Et eſt genus menſuræ. Plin. lib. 21. cap. 34. Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem, id eſt, drachmas XV. Idem lib. 18. cap. 7. 23. Coriandri ſelibras, ſaliſq; acetabulo. Celſus lib. 5. ca. 24. Inſtillaturq; ſubinde quàm optimi mellis acetabulum.

Acetabula in corporibus dicuntur pro pyxidibus, ut anatomici uocant, quibus coxendices infiguntur, circaq; ea uertuntur oſſa coxarum. Plin. lib. 28. cap. 11. Item oſſa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices uertuntur.

Acetabula item ſunt ueluti quidam caliculi in ijs piſcibus, qui molles appellantur, ut in Polypo. Plin. lib. 9. cap. 30. 3. de polypo loquens: Præterea negat eſſe ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit, cum in naufragos urinanteſue impetum capit. Et paulò pòſt. Oſtendere Lucullo caput eius, dolij magnitudine, amphorarum XV. capax: atq; (ut ipſius Trebij uerbis utar) barbas, quas uix utroq; brachio complecti eſſet, clauarum modo toroſas, longas pedum triginta, acetabulis, ſiue caliculis urnalibus, peluium modo, dentes magnitudini reſpondentes.

Acetabula ſunt etiã præſtigiatorum uaſcula, ſiue caliculi, quibus aſtantium oculos fallendo præſtringunt. Senec. lib. 6. epiſt. Iſta ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & caliculi, in quibus me fallacia ipſa delectat.

Acetabulum abuſiuè dici poteſt de rebus alijs, quæ ſimilitudinem quandam referant acetabuli, quod in corporibus eſſe ſuprà dictum eſt. Vnde Quintil. lib. 8. cap. 6. Eo magis neceſſaria (inquit) καταχρησις, quam rectè dicimus abuſionẽ, quæ nõ habentibus nomen ſuum, accommodat quod in proximo eſt. Et paulò pòſt. Mille ſunt hæc: & acetabula, quicquid habet: & pyxides, cuiuſcunq; materiæ ſunt: & parricida, matris quoq; aut fratris interfector.

Acetaria.] acetariorũ, plur. num. (ὀξύβαφα) Nomen ab aceto dictũ, & ſunt herbæ ſeu cibaria quæ ex aceto ſumuntur ad excitandam appetentiam: quales ſunt herbæ uirentes, quas aceto, oleoq; guttatim inſtillato cõcinnamus. Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in acetarijs ſumpta corroborat. De portulaca loquitur. Idem lib. 19. cap. 4. 9. Horti maximè placebãt, quia non egerent igni, parcerentq; ligno, expedita res & parata ſemper: unde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oneratura ſenſum cibo. Quem locum ſic exponit Hermolaus: Porrò hic acetarium non ab aceto, ut credi cœptum eſt, ſed ab accipiendo flectitur. Idem enim, inquit Plinius, acetaria appellabãtur horti, hoc eſt, hortenſia: quoniam expedita res & parata ſemper eſſet. Nam & acetabulum ab accipiendo dicitur: etiamſi Græci oxybaphon appellant, quaſi ab aceto.

Acetaria (ut nonnulli uolunt) dici quoq; poſſunt carnes fruſtillatim conciſæ, quæ ex aceto ſumuntur.

Acetum.] aceti, penult. prod. (ὄξος) nomen omnibus notiſſimum. Martialis lib. 13. 122.

Amphora Niliaci non ſit tibi uilis aceti,
Eſſet quum uinum, uilior illa fuit.

Acetum arce. Horat. 2. Serm. 3. 24.

Acetum frigorificum. Gellius lib. 17. cap. 8.

Mordax acetum. Perſius Saty. 5. 9.

Moriens acetum. Perſius Saty. 4. 4.

Pharium acetum: id eſt Aegyptiacum, à Pharo Aegypti inſula. Iuuenalis Saty. 13. 9.

Rubens acetum. Martial. lib. 11. in Cheremontem.

Acetum exacuere. Plinius libro 19. capite 5. Verum nobiliſſima eſt ſcilla, quanquam medicamini nata, aceto q; exacuendo.

Aceto quempiam perfundere, Amara mordacitate reprehendere. Horat. 1. Serm. 7. 7.

Acetum ad animum tranſtulit. Plautus. Sic enim ait in Pſeud. 11. 49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? Videtur acerbitatem ſignificare: hoc eſt, dolorem, mœroremue acerbiſſimum. Idem Bacchid. 8. 1. Nunc experiar, ſit' ne acetum tibi cor acre in pectore: Id eſt, acrimonia & indignatio. Eraſmus aſtutiam intelligit.

Achæmenes, penultima abbreuiata (Ἀχαιμένης) fuit primus rex Perſarum, à quo poſtea reges omnes uſque ad Darium uocati ſunt Achæmenidæ. Ex Herodoto libro 4. Horat. 2. Carm. 12. 5.

Achæmenia, pars Perſidis, ab Achæmene Agæi filio: Author Stephanus.

Achæmenius (Ἀχαιμένιος) Id eſt, Perſicus, uel Parthicus, author Lucanus:

Paſſus Achæmenijs longè decurrere campis.

Stat. 5. Sylu. 3. 38.

Alter Achæmenium ſecludit zeugmate Perſen.

Achæmenides, penul. corr. (Ἀχαιμενίδης) Vnus è ſocijs Vlyſſis: qui apud Virg. narrat de Polyphemo 3. Aeneid. 122.

Achaia, pen. corr. Græci (Ἀχαΐα) Ampla regio Græciæ, & penè inſula. Nam Aegeo & Ionio mari cingitur, præter exiguam partem. Eius caput Corinthus, urbs olim ditiſſima. Ab Achæo Xuthi filio hoc ei nomen inditum tradit Strabo lib. 8. Aegialos (uel ut alij, Aegialea) antè uocabatur, propter urbes in littore diſpoſitas. Author Plin. lib. 4. cap. 5. Sanè Aegialus, m. g. ἀιγιαλός, Græcis littus ſignificat. At Pauſanias ab Aegialo dictam ait primo rege è Theſſalia ueniente, ac patre Achæi qui regioni nomen dedit. Dicta & Ionia. quòd Iones habuerit colonos ab Athenienſibus miſſos. Sed & Peloponneſus, quaſi Pelopis inſula. Nunc uulgò Morea uocatur. Ouid. 8. Metam. 54. Idem epiſt. 15. 38.

Achæus (Ἀχαιός) aliquis de Achaia, uel Græcus. Ouid. 4. de Ponto. 6. Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achæis.

Stat. 2. Achil. 70. de Paride Helenam rapiente,

—Terraſq; freto delatus Achæus,

Achæias, huius Achæiados (Ἀχαιάς) Ouid. epiſt. 3. 15.

Inter Achæiadas longè pulcherrima matres.

Alij ſcribunt, Achaiadas.

Achaicus

Digitized by Google

Achaicus, adiectiuum, pen. cor. (ἀχαϊκός) id est, Græcus. Virgil. 2. Aeneid. 93.
Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra.
Horat. 1. Carm. 15. 7.
Post certas hyemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

Achais, pen. prod huius Achaidis & Achaidos, pen. corr. gen. fœm. (ἀχαΐς) Ouid. 5. Metamorph. 62.
Perq; tot Hæmonias, & per tot Achaidas urbes
Huc uenit.—Item 15. Metamorph. 59.
Si quæris Helicen & Burin Achaidas urbes.
Alij scribunt Achæidas. Patronymicum est, pro possessiuo, quod frequens est, potissimùm poetis.

Achiuus, pen. prod. adiectiuum (ἀχαιός) Id est, Græcus. Virgil. 2. Aeneid. 9.
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui.
Ouid. 14. Metamorph. 39.
In mare protendens gentem execratur Achiuam.
Idem 1. Epistol. 5.
Deniq; quisquis erat castris iugulatus Achiuis.

Achates, Achatæ, pen. prod. (ἀχάτης) Nomen proprium comitis Aeneæ, qui, teste Seruio, à solicitudine dictus est. Diximus (inquit) quæri cur Achates Aeneæ sit comes: melius tamen hoc fingitur, ut tractum nomen sit à Græca etymologia: ἄχος enim dicitur solitudo, quæ regum semper est comes. Hæc ille, illud Virgilij enarrans, lib. Aeneid. 1.
—Ipse uno graditur comitatus Achate.

Achates.] achatæ, pen. prod. ἀχάτης, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 1. Achates magna fuit authoritate, nunc in nulla est. Reperta primùm in Sicilia, iuxta flumen eiusdem nominis: postea plurimis locis excedens amplitudine numerosa, uarietatibus diuersis mutantibus cognomina eius.

Achelous pen. prod. (ἀχελῶος) Epiri fluuius, à Pindo monte fluens, qui Acarnaniam ab Aetolis diuidit: Thoas prius uocatus à celeritate: nomẽ sub Acheloo rege mutauit, qui cum Alcmeone è Thessalia profectus, apud eum consedit. Acheloi autem ipsius Aetoliæ, siue Epiri fluminis fabulam, Diodorus libro 5. refert. Strabo quoque libro 10. & Ouid. Metamorph. 9.

Acheloum Oceani & Tethyos fuisse filium, tradit in Theogonia Hesiodus.

Aetolus Achelous. Propertius libro 1. Eleg. 35. 7. ad Lyncium poetam.

Calydonius Achelous. Ouid. 8. Metamorph. 147.

Deformis cornu Achelous. Stat. 7. Theb. 84.

Naupactæus Achelous: id est Aetolus, à Naupacto urbe Aetoliæ. Ouid. 2. Fast 10. Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Turbidus Achelous. Stat. 2. Thebaid. decimotertio uersu à fine: Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.

Achelous, apud ueteres generaliter aquam significabat. Vnde est illud Virgilij 1. Georg. 2.
Poculaq; muentis Acheloia miscuit uuis.
Id est, aquam miscuit uino. Author Seruius ex Orpheo. Macrobius quoq; lib. 5. Saturn. cap. 18. docet hunc morem loquendi peruagatum fuisse, ut Acheloum pro quauis aqua dicerent: citatq; multorum testimonio.

Acheloius, adiectiuum possessiuum (ἀχελώιος) Ouidius 15. epistol. 54.
Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit.

Acheloides (ἀχελωΐδες) Id est, Sirenes Acheloi filiæ. Ouid. 5. Metamorph. 111.
—Vobis Acheloides unde
Pluma, pedesq; auium, cum uirginis ora geratis?

Acheloides (ἀχελωϊάδες) eædem quæ & Acheloides. Ouidius 14. Metamorph. 18.
Soluit, & Hippotadæ regnum, terrasq; calenti
Sulfure fumantes, Acheloiadumq; relinquit
Sirenum scopulos.

Acheroïs.] penul. prod. huius acheroidis & acheroidos, penul. correp. fœm. gen. (ἀχερωΐς) Epitheton populi albæ Texebant (ait Parrhasius in Claud.) sibi Bacchæ coronas ex alba populo, quòd ea arbor inferna credebatur, & (ut ait Harpocration) iuxta ripas Acherontis enata: eoq; ab Homero Acheroida appellari putant.

Acheron, penul. corr. huius Acherontis, masc. gen. (ἀχέρων) dicitur à poetis fluuius inferorum. Seruius autem apud Virgilium lib. Aeneid. 6. scribit locum esse in Campania montibus septum, adeò ut ec orientem, nec occidentem solem possit aspicere, sed tantum medium diem, nõ procul à Baijs, ubi nec Romanis exercebatur, cui uicina loca omnia calidis & sulphuratis aquis scatent. Est item Acheron, fluuius Epiri, & etiam Lucaniæ, teste Plinio.

Acheron à Seruio in 6. Aeneid. dicit putatur, quasi sine gaudio. Siquidem α, particula est priuatiua: χαίρω lætitiam significat. Sunt qui malint ἀπὸ τῦ ἄχεος καὶ ῥέω, quasi doloris tristitiæq; fluuius. Virg. 2. Georg. 98.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atq; metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari.
Id est, omnem mundum in mortem trahentis. Seruius.

Acheron (ait Parrhasius in Claud.) ad Heracleam Ponti fluuius est, ab Acheronte Mariandynorum rege dictus, ut Telus Andrò refert. Is postea Soonautes à Megarensibus quibusdam nautis uocatus est, qui tempestatem maris illuc euaserunt, ut canit Apollonius. Eiusdem nominis alter apud inferos esse fingitur, ad exprimendum mœrorem, quo charissimos quosq; uita functos efferimus. Aliter Academici: Nam quicquid fecisse dixisseue usque ad tristitiam, humanæ uarietatis more nos pœnitet, in Acheronte significari putauerũt. Hæc Parrha. Meminit & Hermolaus in Plinio libro 6. cap. 1.

Adustus Acheron. Lucanus lib. 3. 4.

Durus Acheron. Stat. 2. Syl. 6. 17.

Fumeus Acheron. Valerius Flac. lib. 4. Argonaut. de Acheronte Pontico.

Mœstus Acheron. Senec. in Thyeste 1. 4. Mœstus, ab effectu, mœsticiam inducens.

Imus Acheron. Virgil. 11. Aenei 5.

Nefastus Acheron. Stat. 4. Thebaid. 91.

Profundus Acheron. Lucret. lib. 3. 199.

Tartareus Acheron. Virgil. 6. Aeneid. 59.
Hinc uia Tartarei quæ fert Acherontis ad undas.

Tristis Acheron. Sil. Ital. lib. 13. 15.

Acherons, Acherontis (ἀχέρων) siue Acheruns, Acheruntis, Idem quod Acheron. Plaut. Amphit. 4. 1. 4.
Verbero, etiam quis ego sim me rogitas? ulmorum Acherũs.
Quem locum sic Pylades exponit, Vlmorum Acherons, uorago & dissipatio uirgarum, non aliter quàm Acheruns siue Acheron fluuius infernus, qui est uorago & assumptio animarum. Dicitur utroq; modo Acheros & Acheron. Ex ulmis autem uirgæ fiebant ad plagas seruis malis inferendas. Vnde alibi uerberonem seruum, appellat ulmitribam. Idem Capt 5. 19.
Vidi ego multa sæpè picta, quæ sub Acheronte fierent
Cruciamenta: uerũ enimuero nullus ad æquè est Acherõs,
Atq; ubi ego fui in lapidicinis.
Dicit Tyndarus se multa uidisse picta cruciamenta quæ fierent apud inferos, ut Tyti, Sisyphi, Ixionis, & aliorum: uerùm nul-

Digitized by Google

rum nullum Acherontem inueniri posse adeò erũnosum, ut sunt illæ lapidicinæ, in quibus aliquot dies fuerat exercitus.

Acheronticus, adiectiuum: ut Acherontica regio (ἀχερόντιος) Plautus Bacch. 4. 21. Regiones colere mauellem ego Acherontias.

Acherontia (ἀχερουτία) ciuitas est Apuliæ, contermina Lucaniæ, quam ob hoc nidũ appellauit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summitate, sicut nidi auium in summis arboribus. Hæc Acron. Horat. lib. 3. Carm. 4. 3.

Acherusia, (ἀχερουσία) palus est inter Capuam & Auersam iuxta Cumas, oriens ex Acheronte. Est item lacus Thesprotiæ, in Epiro, ex quo lacu profluit amnis Acheron, qui in Ambracium sinũ defertur: authores Pomponius & Strabo lib. 5. Plin. quoq; lib. 4. cap. 1.

Acherusia quoq;, specus est in Ponto iuxta Heracleam, ad manes (ut aiunt) peruius. Illac extractum ab Hercule Cerberũ existimant. Vide Plinium lib. 6. cap. 1. & lib. 27. cap. 2. Pomponium Melam lib. 1. & 2. Solinum cap. 55. Diodorum Siculum lib. 2. Ouid. Metamorph. 7. 83.

Acherusis, penu. prod. huius Acherusidis & Acherusidos pen. cor. fœ. gen. (ἀχερουσὶς) Idem quod Acherusia. Valer. Flac. lib. 5. Argonaut. inde premente Noto tristes Acherusidos oras, Præterit.

Acherusius, adiectiuum, (ἀχερούσιος) Lucret. lib. 3. 5. At contra nusquam apparent Acherusia templa: id est, infernæ regiones. Idem lib. 5. 208.

Acherusius humor. Sil. Ital. lib. 13. 80.

Achetæ.] penul. correp. achetarum (ἀχέται) Cicadæ sunt argutæ & canoræ. Plin. lib. 11. cap. 26. Quæ canunt, uocantur Achetæ, & quæ minores ex eis sunt, Tettigoniæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt in utroque genere: fœminæ silent.

Achileon, oppidum Troadis, ad Achillis tumulum à Mitylenæis conditum, authore Plinio cap. 30. lib. 5. Meminit & Strabo lib. 13.

Achilles, huius Achillis & Achilli: uel Achilleus, huius Achillei & Achilleos: nisi malis Achilli, ab Achillei, per contractionem fieri, ut uolunt plerique, (ἀχιλλεύς) Græcorum omnium fortissimus, filius fuit Pelei & Thetidis: quem infantem (ut fabulantur poetæ) mater Stygijs aquis totum immersit, unde inuulnerabilis toto corpore factus est, præterquam ea parte pedis qua comprehensus à matre fuerat dum abluueretur. Demum Chironi Thessalo homini iustissimo, deinde Phœnici datus est educandus, ut sub eis bellicis artibus insuesceret à primis statim annis, in disciplina quoque musica proficeret, atq; etiã bonis morib. enutriretur. Hunc autem cùm mater à Proteo uate audisset in expeditione Troiana periturum, si eò cum cæteris Græcis proficisceretur: iam adultum inter filias Lycomedis in Scyro Aegæi maris insula regnantis puellari habitu furtim occuluit, ubi quum aliquandiu latuisset, Deidamiam Lycomedis filiam uitiauit, ex eáq; Pyrrhum suscepit. Audiuerant autem Græci Troiam expugnari non posse, nisi Achilles ipse adesset. Itaq; Vlysses id quod erat, suspicatus: mercibus quibus fœminæ capiuntur, gladium, scutumq; ac galeam immiscens, ad Lycomedem se contulit, ubi mercibus expositis, Achilles gladium ac scutum, alia negligens, tractare cœpit. Vnde cognitus, ad bellum Troianum deductus est. Vbi tandem cum Agamemnone propter ereptam sibi quam amabat Briseidem, simultates exercuit, adeò ut aliquandiu bello abstinuerit. Neque ullis precibus adduci potuit ut cõsligeret, donec Patroclum sibi charissimum intellexerit ab Hectore interfectum. Cuius mortem occiso Hectore ad postremum ultus est. Tandem Polyxenæ Priami filiæ coniugium sperans, à Paride in Apollinis Tymbræi templo sagitta occisus est, & in Sigæo promontorio à Græcis inhumatus. Hæc ex uarijs.

Achillem heptapachyin uocat Lycophron, quasi septem cubitos altum. Testis Hermolaus in Plin. lib. 8. cap. 29.

Achillem scribit Euphorion uideri nuncupatum, quòd non chilo, id est, cerealibus cibis primùm sit connutritus, uerùm ex infantia medullis animalium, mox & carnibus uenatu comparatis, cùm illi foret pædagogus Chiron. Chili mentio item Xenophõti est, ubi ex castris abijsse milites scribit διὰ χιλὸν, ueluti frumentatum dicas. Sunt qui Eustathio tradente, dici Achillem opinentur, quòd bello uictus tristitiam immitteret. Alij quòd Ilienses mœrore cõfecerit. Quo etymi argumento, Ilsimplici scribendum arbitrantur succimente uel analogiæ ratione: Nam Oileus dicitur, & Basileus. Illud obiter sciendum, Achillis patriam dici Phthiam, quæ nũc Pharsala, à Phthia muliere, uel à Phthio Neptuni filio, Cælius Antiq. lect. lib. 13. cap. 7. Non desunt qui ab ἄχος, id est, dolor, & λύω, soluo, à soluendo scilicet dolore, nuncupatum Achillem contendant. Medicus enim fuit, à Chirone medicinam doctus. Plin. libro 25. cap. 5. Inuenit & Achilles discipulus Chironis herbam, qua uulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos uocatur. Hac sanasse Telephum dicitur. Alij primùm æruginem inuenisse, utilissimã emplastris. Ideoq; pingitur ex cuspide decutiens eam gladio in uulnus Telephi. Alij utroq; usum medicamento uolunt. Achilleon Galli uocant Millefolium, teste Ruellio.

Achillis matri Thetidi prædixerat Proteus, ipsam parituram esse filium patre maiorem. Fabulam elegantissimè describit Ouid. Metamorph. 11. 44.

Achillem ita infensum habuerunt Tenedij, quòd Tenedum deuastasset, ut supplicio afficeretur qui restituto templo Achillem nominasset. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

Ad Achillis statuam Alexander Ilium profectus, unà cum socijs unguento delibutus, nudusq; de more circuncurrẽs, eam coronis ornauit, felicem illum appellans, quòd uiuo quidẽ tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum contigisset habere præconem. Plutarchus in Alexandri uita. Cic. pro Archia 18. Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atq; is tamen, cùm in Sigæo ad Achillis tumulũ abstitisset: O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ uirtutis præconẽ Homerum inueneris.

Achillis ædem ante Borysthenem nulla ales ingreditur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

Achillis hastam ex fraxino fuisse, testatur ex Homero Plin. lib. 16. cap. 13.

Alumnus Chironis Achilles, Stat. lib. 1. Achill. 106.

Qui rapis ingentem magni Chironis alumnum.

Filius Thetidis Achilles, Horat. 1 Carm. 8. 3.

Thetidis proles, id est, Achilles, Sil. Ital. lib. 7. 24.

Cedere nescius Achilles, Horat. 1. Carm. 6. 2.

Thessalus dux, id est, Achilles, Senec. Mactãda uirgo est Thessali busto ducis.

Thessalicus dux, id est, Achilles, Seneca, Emicuit ingens umbra Thessalici ducis.

Timor Phrygum, & Græcorum decus Achilles, Ouid. lib. 12. Metamorph. non procul à fine.

Iam timor ille Phrygum decus & tutela Pelasgi
Nominis Aeacides, caput insuperabile bello Arserat.

Pelides Achilles, id est, Pelei filius, Virgil. 5. Aeneid. 161.

Alius Achilles. Virgil. 6. Aeneid. 18.

Alius Latio iam partus Achilles. De Turno intelligit.

Aemonius Achilles, id est, Thessalus. Ouid. 12. Meram. 16.

Aequoreus Achilles, à Thetide matre, quam poetæ inter maris deas connumerant, Lucanus lib. 6. 70.

Digitized by Google

Aeternus carmine Achilles. Sil. Ital. lib. 14.
Animosus Achilles. Horat. 1. Serm. 7. 3.
Armipotens Achilles. Virg. 6. Aeneid. 168.
Atrox Achilles. Claudianus ad Hadrianum 3.
Clarus Achilles. Ouid. 3. Trist. 5. 8.
Cristatus Achilles. Virg. 1. Aeneid. 95.
Expers terroris Achilles. Catul. epig. 59. 58. in Argonaut.
Fatalis Priamo Achilles. Stat. lib. 1. Achilleid. 95.
Flauus Achilles. Claud. in 7. Panegy.
Honoratus Achilles, id est, Homeri & multorum carminibus laudatus, &c. Horat. in arte poet. 25.
Scriptor, honoratum si fortè reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
Immittis Achilles. Virg. 1. Aeneid. 7.
Indocilis Achilles. Stat. lib. 1. Achil. 57.
Indomitus Achilles. Seneca, Non illum Achilles flexit indomitus minis.
Ingens Achilles. Ouid. 11. Metamorph. 54.
Insolens Achilles. Horat. 2. Carm. 4. 1.
Larisseus Achilles, à Larissa urbe Thessaliæ. Virg. 2. Aen. 40. Seruius: A uicinitate, nam Phthius fuit. Vtraq; tamẽ Thessaliæ ciuitas est.
Magnanimus Achilles. Ouid. 13. Metamorph. 60.
Magnus Achilles. Ouid. Metamorph. 13. 6. Virg. 4. Eclog. 8.
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Nereius Achilles: id est, Nerei nepos. Thetis enim filia fuit Nerei, & eadem Achillis mater, ut Homerus & alij pleriq; asserunt. Dionysius tamen Chalcidẽsis putat Achillem ex Thetide Chironis filia natum, Dimachus ex Philomela Actoris filia, Suidas. Horatius Epod. 17. 2.
Mouit nepotem Telephus Nereium,
In quem superbus ordinarat agmina Mysorum.
Peruicax Achilles. Horat. Epod. 17. 3.
Phthius Achilles. Horat. 4. Carm. 6. 1.
Sæuus Achilles. Virgil. 2. Aeneid. 6.
Superbus Achilles. Stat. lib. 1. Achil. 123.
Velox Achilles. Ouid. lib. 2. Amorum, eleg. 1. 6. Eum quippe dicit Statius super glaciẽ prima nocte concretã cucurrisse.
Achilles, nomen est tragœdiæ ab Aristarcho compositæ. Plau. in prologo Pœnuli:
Achillem Aristarchi mihi commentari lubet:
Inde mihi principium capiam ex tragœdia.
Achilles Romanus, ob insignem fortitudinem dictus est Lucius Sicinius Dentatus, quod pugnauerit in hostem centum & uiginti prælijs, cicatricem auersam nullam, aduersus quinque & quadraginta tulerit. Author Gellius lib. 2. cap. 11. Achillis etiam cognomen eadem de causa adscribit Q. Cotio Valerius Max. lib. 3. in titulo de fortitudine.
Achilleus, adiectiuum possessiuum, penult. prod. (ἀχίλλειος) Virg. 3. Aeneid. 65.
Nos patria incensa diuersa per æquora uectæ
Stirps Achilleæ fastus, iuuenemq; superbum
Seruitio enixæ tulimus.
Ἀχιλλείος δρόμος, Achilleus cursus, peninsula est propè Borysthenen, Plinio, Pomponio, & Straboni lib. 7. Eo usq; dicũt Achillem prosecutum Iphigeniam fuisse, raptam ex Aulide in Scythiam à Diana, quum Ceruam pro ea suppositam, ibiq; moratum, cum ea rem habuisse. Nonnulli alium Achillem eius regionis regem illius amore captum fuisse dicunt. Hæc Eustathius in Dionys. apud Volaterranum. Plin. lib. 4. cap. 12. ait hanc peninsulam ad formam esse gladij in transuersum porrectam, & ab exercitatione Achillis cognominatam esse Achillis cursum.

Achilleides, Achilleidæ, ma. gen. (ἀχιλλείδης) Patronymicum, Achillis, siue Achillei filius. Ouid. 8. epist. 1.
Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.
Non desunt qui Achillides legendum putent.
Achilleum.] Achillei (ἀχίλλειον) genus spongiarum tenue densumque, ex quo penicilli fiunt. Plinius libro nono, cap. 45. 3.
Achimenis.] huius Achèmenidis, fœm. gen. (ἀχιμενίς) herba est, quam tradunt Magi ea ui pollere, ut ea in aciem hostium coniecta, trepident agmina, ac terga uertant. Plinius lib. 26. cap. 4.
Achne.] huius achnes, fœm. gen. (ἄχνη) significat minutias ab excussis prouolantes spicis. Sed & pro maris aspergine & spuma Achnen reperias. Achnen Sophocles pro rore accipit. Et rectè utiq;, quòd non continuæ deferantur guttæ, uerum disparatæ. Vnde Achnes profluxit nomen, quasi Achne dicatur, id est, diuulsa, abiunctáq;. Quin. Achne ignis pro fumo. Et Achne somni apud Hippocratem. Cælius Antiq. lect. lib. 14. cap. 21. Accipitur generatim pro tenuissimo minutissimoq; & leuissimo cuiuslibet rei.
Achores penult. prod. (ἀχῶρες) sunt manantia capitis ulcera, quæ fiunt in ipsa capitis cute, tenuissimis foraminib. cutem perforantia, ex quibus sanies effluit glutinosa. Notum mali genus, pueris admodum familiare. Nostrates à tinearũ in uestibus similitudine, tineas appellant. Egnatius Teniam, à tenacitate, eo quòd difficile curari possit.
Achras.] huius achradis (ἀχράς) Pyrus syluestris, pyraster. Ruellius. Columel. lib. 7. cap. 9.
Achrestus.] Achresti (ἄχρηστος, ου, ὁ, ἡ) abusiuus, inutilis, inidoneus. Vtitur Ausonius Sect. 1. in epigr. de duobus fratribus.
Achriogelos.] penult. corr. (ἀχειόγελως) temerè ridens. Quod uitij uel stultitiæ signum est, uel dementiæ. Vide Erasmum in Chiliadibus.
Acicula.] aciculæ, pen. corr. (ῥαφίδιον) qua mulieres utuntur ad ornamentum capitis. Valla lib. 1.
Acidalia (ἀκιδαλία) Veneris epitheton, à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate: in quo se Gratiæ lauant, quas Veneri constat esse sacratas. Ipsius enim & liberi filiæ sunt, nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hactenus Seruius in illud 1. Aeneid. 38. uersu à fine.
— At memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit.
Acidalius (ἀκιδάλιος) fons in Orchomeno, ciuitate Bœotiæ: Veneri & Gratijs sacer, ut scribit Bocatius.
Acidula.] aqua. Plinius libro 2. cap. 103. Lyncestis aqua, quæ uocatur acidula, uini modo temulentos facit. Meminit & libro 13. cap. 2.
Acidus.] adiectiuum, penultima correpta, ab aceo, aces, (ὀξύς) propriè dicitur id quod acutum: id est, in acorem uersum est: ut uinum acidum. Plinius libro 10. cap. 70. 3. Calices acida petunt, ad dulcia non aduolant. Plau. Pseud. 11. 49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? CH. Atque acidissimi. Metaphora, de qua uide Acetum. Virgilius 3. Georg. 76.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atq; acidis imitantur uitia sorbis.
Acidæ uenæ fontium. Vitru. lib. 8. cap. 3.
Acidi fructus dicuntur, qui iucundi acoris saporẽ habent. Sic Herbæ acidæ, & Acidus succus. Columel. lib. 5. cap. 10. 10. Malum punicum si acidum, aut minus dulcem fructũ feret, hoc modo emendabitur.

Digitized by Google

Acidulus,la,lum,diminutiuum,penul.correp.(ὀξέλι) Aliqua ex parte acidum,quod & ſubacidum dicitur. Plin. lib. 15. cap.15.2. Poſt autumnalia,acidulo ſapore iucunda. De pyris loquitur.

Acies.] aciei, fœ.gen.(ἀκὶς,ἀκμὴ) Dicitur in ferro ea pars quæ ſecat. Sic acies oculi, pro acumine uiſus. Inde ad alia transfertur, ut acies animi uel ingenij,id eſt,acumen.Virg. 2.Georg.Ipſa acie falcis nondum tentandâ.

Acies unguium,Plin.lib.8.cap.16.2.

Exacta falcis acies, Plin.lib.17. cap.22. Et cap.27. Exactam falcis aciem utraq; manu imprimentes.

Haſtæ acies:id eſt,cuſpis. Ouid.3.Metamorph.22.
Primáq; de ſulcis acies comparuit haſtæ.

Securium acies.Cic.7.Verr.89.

Stricta ferri acies,Virgil.2.Aeneid.67.
— Stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta,parata neci,Stricta:id eſt,nuda.Seruius.Et li.6.58.

Aciem dicũtur trahere, aqua cotes, pro eo quod eſt exacuere, id γέμωσιν Greci uocant, Authore in Plinium Hermolao. Plin.lib.36.cap.12. Repertæ ſunt & in Italia,aqua trahentes aciem acerrimo effectu.

Excitare aciem falcis.Plin.li.18.ca.28. Creticis tantum tranſmariniſq; cotibus notis,nec niſi oleo,falcis aciẽ excitãtibus.

Aciem ferri hebetare.Plin.lib.13.cap.ultimo ad finem.

Acies oculorum,per translationem. Cic.4.de Finib.107.Hebes acies eſt cuipiam oculorum.Virg.12. Aeneid.113.
Huc atq; huc acies circunſulit,aſpicit urbem.
Idem 6.Aeneid.158.
Huc geminas nunc flecte acies, hanc aſpice gentem.
Ci.2.de Nat.de.213. Acies ipſa qua cernimus, quæ pupula uocatur,ita parua eſt,&c.

Ardentes oculorum acies torquere aliquo. Virg.12.Aene.135.

Contenta oculorum acies:id eſt,intenta.Lucret.lib.1.66.

Firma acies oculorum.Vide in Nobilior acies.

Nobilior acies.Claudian.in præfatione 7.Paneg.3.

Firma acies.Plin.lib.10.cap.3.

Obtuſior acies.Cic.de Senect.75.

Peruicax oculorum acies.Seneca in Agamem.6.14.

Recta oculorum acies.Oui.2.Metamorph.156.

Sagax,oculorum ſcilicet,Lactan.Stat.Thebaid.10.119.

Sanguineam oculorum aciem uoluere. Virg.4.Aeneid.129.

Turbida oculorum acies.Seneca in Hercul.fur.11.12.

Veſpertina acies. Plin.lib.8.cap.50.

Errat acies luminũ,id eſt,oculorũ. Senec.in Hercul.fur.11.30.

Stupet oculorum acies.Horat.2.Serm.2.1.

Dirigere aciem oculorum ad aliquem. Catul. de Berecynthia, & Aty.58.12.

Effugere aciem:id eſt,oculorũ acumen, Senec.in Agam. 12.6.

Exacuere oculorum & ingenij aciem ad bona. Cicero 2.de Legibus 90.

Excitare aciem oculorum.Plin.lib.20.cap.4.

Flectere aliquò geminas oculorum acies. Virg.6. Aeneid.158.

Flectere oculorum aciem retrò. Seneca in Hercul fur.9.42.

Fugere aciem. Cic.1.Tuſc.80. An tanta ſit eius tenuitas,ut fugiat aciem:id eſt,uideri non poßit.

Intendere oculorum aciem. Vide Intendo.

Ludere aciẽ oculorũ,id eſt,decipere.Senec.in Herc.fur.9.11.

Aciem oculorum offendit claritas cõlorũ. Plin.lib.25. cap.10.

Aciem oculorum protendere in mare.Catul.in Argonau.26.

Aciem oculorum ſucco fœniculi reficiunt ſerpentes.Plin.libro 20.cap.23.

Reflectere oculorum aciem.Senec.in Herc.fur.8.3.

Hebetare oculorum aciem. Plin.lib.20.cap.6.1.& 32.cap.7.

Luminum acies torpet:id eſt, acumen oculorum hebeſcit. Seneca in Hercul.fur.97.

Hebeſcere aciem authoritatis ſenatus patimur. Cic.in Catil.2.

Acies animi.Cic.in Catone maiore 75.

Acies ingenij, Cic.4. Acad.219. Idem 1.de Legibus 90.& ad Brut.18.4.& 1.de Orat.73. Acies mentis. Cic.4. Acad. 234.

Præſtingere aciem ingenij.Cic.ad Brutum 18.4.

Contemplari aliquid omni acie ingenij.Cic.1.de Orat.73.

Abducere acie mẽtis à cõſuetudine oculorũ.Ci.2.de na.de.64.

Præſtringere aciem mentis.Cic.1.de Diuin.109.

Acies orationis.Plau.Epid.11.20.

Acies (παράταξις, τάγμα) ut Vegetius lib.3.cap.14.ſcribit, eſt exercitus inſtructus. Cic.2.Tuſc.100. Non ſentiunt uiri fortes in acie uulnera.

Acies interdum pro ipſo cõflictu & prælio ſumitur.Tac.l.20.
Prima acie fuſum uictumq; Romanum.
Idem lib.14.Vincendum illa acie,uel cadendum eſſe.

Exercitus noſtri acies.Cic.in Catil.28.

Aeratæ acies:id eſt,æreis armis munitæ.Virg.9.Aeneid.96.

Aucta acies numero.Vide Augeo.

Belligeræ acies,Stat.12.Thebaid.144.

Ciuili acie cadere, id eſt, mutuis cædibus, & uelut bello ciuili. Ouid.7.Metamorph.29.

Condenſa acies.Vide Condenſus.

Conſerta acies.Tacit.lib.5.

Conſertæ campis acies. Sil.Ital.lib.6.64.

Conuerſæ acies:id eſt, in bellũ coactæ. Seruius. Virgil.12.Aeneid.111.

Defixa acies,id eſt,immota.Stat.9.Theb.136.

Directæ acies.Virgil.2.Georg.57.

Diuerſa acies,hoc eſt aduerſariorum.Tacit.lib.14.

Feræ acies.Seneca in Agamem.7.3.

Firmata acies ſubſidijs. Liuius 1.Decad.lib.4.

Fluctuans acies.Curtius lib.3.

Formoſa acies.Claudian.Panegyr.3.52.

Frænata acies,id eſt,equeſtris.Sil.Ital.lib.11.53.

Funeſtæ acies.Lucan.lib.3.63.

Generoſa acies.Stat.Thebaid.6.60.

Horrida acies.Tacit.lib.5.

Infeſtior acies.Liuius 1.Decad.lib.4.

Inſtructa acies.Cic.4.Philip.159. Faciam igitur ut Imperatores inſtructa acie ſolent.

Iuſta acies.Liuius 4.Decad.lib.1.

Licitæ acies:id eſt,Bella licita.Stat.11.Thebaid.25.

Noua acies facta.Liuius 4.Decad.lib.4.

Opimæ acies.Stat.4.Sylu.6.13.

Non parca fugæ acies.Sil.Ital.lib.10.7.

Pedeſtris acies.Liu.1. Decad.lib.2.

Verſatilis acies.Vide Verſatilis.

Roſtri acies. Plin.lib.11.cap.37.51. Sed roſtri acie comminuit omnia.

Porrectior acies.Tacitus in uita Agricolæ.

Primori in acie uerſabantur Sido.Tacit.lib.19.

Proſpera Sequanorum acie belli impetus ſtetit.Tacit.lib.20.

Recta acies.Liuius 4.Decad.lib.4.

Sociæ acies.Claudian.4.Paneg.81.

Subſidiaria acies.Liu.3.Decad.lib.10.

Tenuis acies.Tacit.Annal.lib.1.

Trepidæ acies.Ouid.lib.3.Amorum.7.6.

Turbatæ acies.Virgil.11.Aeneid.124.

Vaga acies.Liu.3.Decad.lib.10.

Verſa retrò acies.Horat.3. Carm.4.6. Propertius lib.3.Eleg.11.14.

Veſana acies. Claudian. de Rap.Proſ.40

Vulcania acies horrida,id eſt,uis ignis. Seruius.Virgil.10.Aeneid.81.

Digitized by Google

Defessus acie, id est, bello fatigatus. Stat. 12. Thebaid. 100.
Densos acie rapit, id est, raptim ducit constrictos, & in acie cõiunctos. Virgil. 10. Aeneid.
Inuictus acie, id est, qui nunquam uinci potuit in prælio. Senec. in Octau. 8. 13.
Receptus tutus erat in aciem peditum. Liu. 3. Decad. lib. 8.
In aciem telis accingi. Tacitus lib. 20. Quidam expedire arma, telisq; tanquam in aciem accingi.
Accipere socios in mediam aciem. Liuius 3. Decad. lib. 8. Idem 3. Decad. lib. 10.
Administrare aciem. Hircius in Commen. belli Alexandrini.
Adsistit in aciem ordo agminis. Tacit. lib. 2.
Amplecti hostiũ aciem, id est circunuenire. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Aperire mediam aciem uenienti ex aduerso hosti. Liuius 3. Decad. lib. 8.
Aciem audire. Tacitus lib. 12. Vastati agri, prædæ passim actæ, non ausis aciem hostibus: uel si ex occultò carpere agmen tentarent, punito dolo.
In aciem audere. Tacit. lib. 12.
Bellat acies. Stat. lib. 1. Thebaid. 46.
Bellare acie. Liu. 4. Decad. lib. 2.
Cadere in acie, id est, occidi. Liu. 3. Decad. lib. 9.
Cadere per acies. Tacit. lib. 1. Annalium. Quum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent.
Certant acies. Virg. 2. Aeneid. 6.
Ciere acies. Virgil. 6. Aeneid. 166.
Circunuallare aciem. Sil. Ital. lib. 7. 118.
Circunuenire aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Claudere aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Coercere acies. Virgil. 9. Aeneid. 6. id est, cogere, colligere. Seruius. 1.
Cohærent acies. Curtius lib. 3.
Coire inter se mediæ acies possent. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Colligere se ad aciem. Vide Colligo.
Collucet flammis acies. Vide Colluceo.
Committere se in aciem. Vide committo.
Commota acies. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Componere aciem. Tacitus in lib. de moribus German.
Duplici acie confligere. Quintil. lib. 5. cap. 7. 3. & lib. 6. cap. 4. Stat acies.
Concurrunt acies. Lib. 4. Decad. lib. 4.
Concurrere acie. Liu. 4. Decad. lib. 10.
Per acies cõficere bellum. Tacit. Annal. lib. 2. Lætiore Tiberio quia pacem sapientia formauerat, quàm si bellum per acies confecisset.
Confirmata acies. Liu. 4. Decad. lib. 3.
Congredi acie. Tacit. lib. 14.
Consistere in acie. Liu. 1. Decad. lib. 9.
Continentur acies, Cæsar de bello Ciuili. lib. 1. Producitur tamen res: acies q; ad solis occasum continentur. Inde utrique in castra discedunt.
Dãnare acie, id est, detestari & relinquere. Sil. Ital. lib. 17. 118.
Datur acies. Tacit. in uita Agricolæ, fortissimi cuiusq; nocẽ audiebam. Quando dabitur hostis? quando acies?
Decernere acie. Liu. 4. Decad. lib. 1. & lib. 2.
Deductus in aciem. Tacit. lib. 17.
Deducta legio in aciem. Tacit. lib. 18.
Dehiscens acies. Liu. 3. Decad. lib. 9.
Descendere in aciem omnibus copijs. Liuius 4. Decad. libro 1. & libro 3.
Dicere acies, id est, describere. Virg. 7. Aeneid. 9.
Tu uatem, tu diua mone, dicam horrida bella,
Dicam acies, actosq; animis in funera reges.
Dilatare aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Dimicare acie si uellet. Liu. 4. Decad. lib. 1. & 4.
Dirigere aciem. Cæs. bello Ciuili. lib. 5. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Distecta acies. Tacit. lib. 19.
Dispositа Vitellianarum legionum acie. Tacit. lib. 18.
Distrahere aciem, & distendere. Cæs. bel. Ciu. lib. 3.
Diuertere acies. Lucan. lib. 2. 95.
Ducere firmamentum in aciem. Liu. 3. Decad. lib. 9.
Duplicari acies. Sil. Ital. lib. 15. 102.
Educere in aciem. Cæs. bel. Ciu. lib. 4. Liuius 4. Decad. libro 2. Idem 3. Decad. lib. 7.
Erigere aciem. Liu. 1. Decad. lib. 1. Tacit. lib. 19. Idem lib. 20.
Erigere aciem in aduersum collem. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Erumpit noua acies. Liu. 1. Decad. lib. 4.
Euadere aduersus aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Acie excedere. Liuius 4. Decad. lib. 1.
Excire milites in aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Exire in aciem. Liu. ibidem.
Exornare aciem. Sallust. in Iugurth.
Explicare aciem. Liu. 1. Decad. lib. 4.
Extenditur acies. Curtius lib. 3.
Extenuare aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Ferre aciem. Tacit. lib. 4. id est sustinere.
Firmare subsidijs aciem. Liu. 1. Decad. lib. 4.
Firmare aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Firmata acies. Liu. 4. Decad. lib. 2.
Hortari aciem. Ouid. lib. 1. de Arte amandi 42.
Impulsa acies. Liuius 3. Decad. lib. 4.
Inclinauit acies. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Inclinatur acies. Fusa est acies. Liu. 1. Decad. lib. 1.
Incubuit tum acies hostium integris ordinibus. Tacit. lib. 18.
Incurrere in auersam hostium aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Inducere aciem in hostem. Liu. 1. Decad. lib. 4.
Inducere legiones in aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Inferre se in mediam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Infertur pedestris acies, Tacit. lib. 2.
Instaurare aciem. Vide Instauro.
Instituere aciem, pro facere. Cæsar bel. Ciu. lib. 3.
Instruere aciem. Cic. pro Murena 19.
Integrare aciem. Sil. Ital. lib. 12. 136.
Interrumpere aciem, Vide Interrumpo.
Inuehi in aciem, id est inferri. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Ire in aciem. Tacit. in uita Agricolæ.
Iterare aciem, id est, renouare, Stat. 11. Thebaid. 91.
Labantes acies. Tacit. in lib. de morib. German.
Laxata acies. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Locare ante aciem pedites ex omni iuuentute delectos, Tacit. in lib. de morib. German.
Miscere pauidos fuga, uulneribusq; milites in certam & integram aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Antequam miscerentur acies. Tacit. lib. 18.
Mouere loco aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10. Sil. Ital. lib. 11. 33.
Nudare aciem cornibus, auxilio, &c. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Nutantem aciem uictor equitatus incursat. Tac. lib. 19.
Opponere aciem. Virgil. 9. Aeneid. 97.
Ordinare aciem. Curtius lib. 3.
Pandere aciem, Tacitus lib. 20. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Patefacta acie, cornua hostium amplexus in orbem, pugnantes ad unum omnes occidit. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Pellere aciem. Vide Pello.
Perfringere aciem tenuem. Tacit. lib. 20.
Perrumpere aciem. Virg. 9. Aeneid. 106.
Perturbata acies. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Poscere acies. Virgil. 8. Aeneid. 106.
Procedere in acien. Liu. 1. Decad. lib. 4. & 3. Decad. lib. 7.

Digitized by Google

Procurrit acies. Cæsar belli Ciuilis lib. 3.
Prodire in acem. Cæsar bel. Gal. lib. 8.
Producere in aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Profligare & perfringere aciem. Sil. Ital. lib. 11. 80.
Progredi in aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Promouere aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Propinquabat legionum acies. Tacit. Annal. 3.
Proruebat hostilem aciem ingentibus saxis. Tacit. lib. 19.
Prorumpere in aciem. Tacit. lib. 18.
Prosiliunt acies. Lucanus lib. 7. 16.
Protrita hostium acie. Tacit. lib. 18.
Pugnare acie. Liu. 3. Decad. lib. 9.
Recedere ex acie, Cæsar belli Ciu. lib. 5. Tacitus in libro de moribus German.
Recipere aliquem in aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Redintegrata acie, manus ad obsessos tendere. Tacitus lib. 20.
Pedem refert acies. Val. Max. lib. 1. cap. 8.
Refugere in secundam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Refugere acie. Cæsar belli ciuilis lib. 3. Qui acie refugerant milites, & animo perterriti, & lassitudine confecti.
Restituere aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2. Idem 3. Decad. lib. 9.
Resedit acies hoc campo. Virgil. 8. Aeneid. 100.
Sistere aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Sonat acies cantu uirorum. Tacitus lib. 20. Vt uirorum cantu, fœminarum ululatu sonuit acies.
Sternere aciem. Virgil. 8. Aeneid. 110.
Struere aciem. Virgil. 9. Aeneid. 9.
Subducere saucios in postremam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Subducere legionem ex acie. Tacit. lib. 2.
Succesit uallo Romana acies, ubi primùm illuxit. Liuius 3. Decad. lib. 7.
Suggredi acie. Tacitus lib. 4. Quidam audentius apertis in collibus uisebantur, quos dux Romanus acie suggressus haud ægrè pepulit.
Summouere aliquos in postremam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Sustentare aciem. Virg. 12. Aeneid. 133. Tacit. lib. 18.
Sustinuit labantem aciem Antonius accitis prætorianis. Tacitus lib. 19.
Temperare acies, id est, Regere ac moderari. Stat. 9. Thebaid. 165.
Tenere aciem, pro regere. Cæs. belli Ciuilis lib. 3.
Turbauit extemplò aciem eorum eques immissus. Liu. 4. Decad. lib. 4.
Turbata acies, Liu. 3. Decad. lib. 7.
Venire in aciem. Tacitus in libro de moribus German.
In aciem dimicationemq; ueniamus. Cic. in Orato. 25.
Versari in acie & ferro. Cic. de optimo genere Orato. 149.
Volitare tota acie. Tacitus lib. 2.
Acies, ut alia quintæ inflectionis, olim habuit in genitiuo acie, authore Seruio. Sallust. 1. Histo. Dubitauit acie pars.
Acilius Buta, (ἀκίλιος) homo Prætorius, cui post patrimoniũ ingens consumptum Tiberius paupertatem confitenti: Serò, inquit, experrectus es. Cælius Antiq. lect. 5. cap. 32.
Acinacis.] huius acinacis, penult. corrept. masc. gen. (ἀκινάκης) gladius Persarum, siue Medorum, inquit Acron. Horat. 1. Carm. 27. 1.

Vino & lucernis Medus acinacis
Immane quantum discrepat. Valer. Flac. lib. 6.
Insignis manicis, insignis acinace dextra.

Cùm Scythæ per uentum & acinacem iurabant, per uitam se & mortem affirmabant iurare, quòd uentus uitæ hominum causa sit, acinacis uerò mortis, sicut Lucianus in Toxari testatur.
Acintani, gens Hispana, simulacrum Martis ornatũ radijs maxima religione colentes, Necum uocabant, quod eorum lingua marem significat. Sipont. & Macrob. Saturn. lib. 1.
Acinus.] acini, pe. cor. m. g. & acinum neutri, teste Nonio, (ῥάξ) Hor. 2. Serm. 6. 17. Aridum & ore ferens acinum, semesáq; lardi Fusta dedit. Valla lib. 4. Inter acinos & baccas hoc interesse puto, quòd acini inter fructus minutiores arborum fructicumue densius nascantur: baccæ uerò disperssius & rarius. Inter acinos enim numerantur grana uuæ, haderæ, sambuci, ebuli, mali punici: addo etiam morũ, & quicquid his est simile. Inter baccas uerò, fructus lauri, fructus oliuæ, corni, loti, quam fabam Syriacam uocant, myrti, lentisci, similiumq;. Cic. de Senect. 47. Omitto enim uim ipsam omnium quæ generantur è terra, quæ fici ex tantillo grano, aut ex acino uinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut stirpiũ minutis seminibus tantos truncos, ramosq; procreat.
Acina ebriosa, gen. fœ. pro Acino ebrioso, gen. n. dixisse Catullum poetam, scribit Gellius lib. 6. cap. 20.
Acinum corrugatum. Vide Corrugo.
Acinus callosus. Vide Callosus.
Acini coccinei. Vide Coccum.
Acini mespilorum. Plin. lib. 15. cap. 20.
Acinaceus, adiectiuum (ῥαγώδης) ut, Vinum acinaceum. Vlpianus Digestis de uino legato. Videtur loram significare: hoc est, uinum secundarium, factum ex uuarum acinis aqua maceratis.
Acinosus (ῥαγώδης) aliud adiectiuum. penult prod. Dicitur quod multos habet acinos: ut uua acinosa. Pli. de Vitiũ generibus lib. 14. cap. 3. 5 Columbinæ acinosissimæ.
Acinosum pro re succosa in modum acinorum. Plin. lib. 12. ca. 13. 1. Asari semen acinosum, saporis calidi, ac uinosi. Idem libro 21. cap. 177. Ea est & caulis acinosi.
Acipenser.] acipenseris, masc. gen. (ἔλοψ) Genus piscis, de quo Plin. lib. 9. cap. 71. 1. Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, unus omnium squamis ad os uersis contra aquam nando meat, nullo nunc in honore est: quod quidẽ miror, cùm sit rarus inuentu. Cicero. Nam cum esset apud se ad Lauernum Scipio, unaq; Pontius, allatus est fortè Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis. Cùm autem Scipio unum et alterum ex ijs qui eum salutatum uenerant, inuitasset, pluresq; etiam inuitaturus uideretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, Vide quid agas, acipenser iste paucorũ hominũ est. Martial. in Xenijs. 13. 21.

Ad Palatinas acipensera mittite mensas,
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Legimus in aliquib. exemplarib. (acipensem) & (ornant.)
Acipenser decumanus. Vide Decumanus.
Acis (ἄκις) Fluuius est Siciliæ, qui decurrit ex Aetna, teli impetu, unde dictus est, ut docet Eustathius.
Acis, genitiuum habet Acis & Acidis.
Acis, apud Ouidium primam producit. Claudianus lib. 3. de Rapt. corripit, Lucus erat prope flumen Acin, &c.
Acis, pulcherrimus fuit adolescens, Fauni filius ex Simethi fluuij filia, pastor Siculus, quem dum Galatea Nerei & Doridis filia amaret, & Polyphemum Cyclopa sperneret, ille iratus Acin necauit: qui postea Galateæ miseratione in fontem mutatus est, ut scribit Ouid. lib. 13. Metamorph. 162. Acis item insula una est ex Cycladibus, authore Pli. ca. 12. lib. 4.
Acithius, (ἀκίθιος) fluuius est Siciliæ apud Ptolemæum, alio nomine Acis & Acilius dictus.
Acleti.] ἀκλητὶ) aduerb. citra uocationem, citra inuitationem. Prouerbij loco dicitur, quoties inuocatus quis accedit ad conuiuium: quod & amici faciunt & cœnipetæ. Hermola. in Plin. lib. 35. cap. 11.

Digitized by Google

Aclis.] *alidis,pen.cor.fœ.gen.(ἀλλὶς)* Virg.7.Aeneid.

—Teretes ſunt aclides illis?

Tela.Nonius, Aclides,inquit,iacula breuia.

Acmon.] *acmonis,penult.correp.maſc.gen.(ἄκμων)* Latinè,incus. Vnde Pyracmon unus è Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquam diſcederet, Seruius. Virgilius 8. Aeneid.84.

Brontesq́;,Steropesq́;,& nudus membra Pyracmon.

Acmotheton.] *acmotheti penult.correp.neu.gen. (ἀκμόθετον)* Lignum ſuſtinens incudem.

Acœtes (ἀκοίτης) nomen uiri pauperis.Huius tenuitatem exprimit Ouid.lib.Metam.3.117.

Acœtus.] ἄκοιτος) Sine cubili.Vnde Plin.li.11.cap.15.mel acœton uocat,ſine retrimẽto ſedimentoúe.In omni (inquit) melle,quod per ſe fluit, ut muſtum, oleumq́;, appellaturq́; acœton,maximè laudabile eſt. Nam κοῖτος,lectum ſignificat.Vnde & cœtõn (κοιτών) hoc eſt dormitorium Plinio, & Procœtion in epiſtolis Cecilij, pro antecubiculo:etiam ſi Proceſtrion quoq; legitur,non abſurdè.Quid ſit Proceſtrion,Feſtus Pompeius docebit, Procœtion & Cœten, Vitruuius thalamum & antithalamum uſurpat. Hermol.in Plin.

Acolaſtus.) *acolaſti (ἀκόλαστος)* prodigus,intemperans,immodeſtus,laſciuus,libidinoſus,infrænis,immoderatus. Gellius lib.19.cap.2. negat Latinè uerti poſſe. Sonat ad uerbũ, impunitus,uel incoercitus,ut ſit qui cupiditates non puniat, uelut iniecto fræno.Nã κολάζω, punio eſt,& α priuat. Nec ſolùm de hominibus,uerumetiam de rebus dicitur,ut ἀκόλαστος γλῶττα,lingua infrænis. Acolaſtus homo,homo nihili, neq; rei,neq; frugis bonæ. Gellius lib.7.cap.11. Budæus in Comment.proteruum propriè ſignificare putat,& qui ſibi circa libidines temperare non poteſt.

Aconæ.] penultima correpta (ἀκόναι) cautes. Vide Aconitum.

Acone,Acones,penult. correp. portus Bithyniæ,ueneno aconito dirus. Plin.Græcè ἀκόνη.

Aconiti.] (ἀκονιτὶ) aduerbium, ſine puluere, citra puluerem ſudoremq́;,citra negotium & laborem,ſine pugna.κόνις,ιος,fœm.gen.puluerem ſignificat.Plin.lib.35.ca.11. Alcimachus pinxit Dioxippum,qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactum(quod uocant aconiti)uicit: coniti Nemea. Prouerbij loco dicitur de eo, qui ſine labore uictor euadit: ab athletis ſumptum, qui puluerem inſpergebant corporibus,ut ſe facilius comprehendere poſſent. Ouid.lib.9. Metamorph. de lucta Herculis & Acheloi. Vide Hermolaum in Plin. & Eraſmum in Chiliad. Eadem forma dicimus & ἀνιδρωτὶ ſine ſudore,& ἀναιμωτὶ,ſine ſanguine.

Aconitum.] aconiti,pen.prod.(ἀκόνιτον) Herbæ genus,de qua ſic Plin.lib.27. cap.3. Aconitum, folio habet cyclamini aut cucumeris non plura quatuor, ab radice leniter hirſuta, radicem modicam cammaro ſimilem marino. Quare quidam cammaron appellauere, alij theliphonum, ex qua diximus cauſa.Radix incuruatur paulum,ſcorpionum modo: quare & ſcorpion aliqui appellauere. Nec defuerunt qui myoctonon appellare mallent:quoniã procul & è longinquo odore mures necat.Naſcitur in undis cautibus,quas aconas uocant, & ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxtà ne puluere quidem,nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere.Alij,quoniam uis eadem in morte eſſet,quæ cõtibus adferri aciem deterrendam, ſtatimq́; admota uelocitas ſentiretur. De hoc plura eod.lib.cap.2.Ouid.Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. Videtur de quibuslibet uenenis intellexiſſe.Virg.2.Geor.Nec miſeros fallunt aconita legentes. Vbi Seruius, Aconita naſcuntur in Italia,ſed non ea obeſſe dicit,quia ſunt omnibus nota.Hæc autẽ herba dicitur nata eſſe de ſpumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit.Quæ quia in ſaxis & cotibus naſcitur,aconitum dicitur, ἀπὸ τῆς ἀκόνης:id eſt, à cote.Et dicimus τὸ ἀκόνιτον, καὶ τὰ ἀκόνιτα.

Aconitum,Dioſcoridis interpres uertit,nõ picatum.At Celius Ant.lec.li.15.ca.2. Aconita, inquit,intelligũtur Græcis uaſa non illita,quæ calido diluta humore aquam in ſe trahunt.

Aconita dira,Auſonius Sect.2.in monoſyllabis.

Lurida.Ouidius 1.Metamorph.30.

Pallida.Lucanus lib.4.66.

Viuacia.Ouid.7.Metamorph.84.

Aconteus, uenator egregius ut docet Statius lib.7. Thebaid. 118.& Sillius lib.16.111.

Acontia.] acontiæ (ἀκοντία) cometæ genus,de quo Plinius lib.2.c.25.Acontiæ iaculi modo uibrantur ocyßimo ſignificatu. Hæc fuit de qua quinto conſulatu ſuo Tiberius imperator Cæſar præclaro carmine perſcripſit,ad hunc diem noßimè uiſa. Eaſdem breuiores,& in mucronem faſtigiatas, xiphias uocauere, quæ ſunt omnium pallidiß:mæ,& quodam gladij nitore,ac ſine ullis radijs.

Acontia,eſt etiam ſerpens magnitudine duorum cubitorum,figura autẽ craſſa in tenuem abeunte, colore uiridi, maximè iuxta aluum,ut milium colore referat,unde & cenchrias:id eſt,miliaris appellatur.Aetius Ser.13.cap.27.

Acontius (ἀκόντιος)è Ceo ſiue Cea Aegæi maris inſula profectus ad ſacra Dianæ,quæ in Delo inſula omnium Cycladum clarißima,frequenti uirginũ conuentu celebrabãtur,in amorem uiſæ Cydippes puellæ nobilis exarſit.Quam cùm ob generis imparitatem non auderet palàm uxorem petere, nouam cõmentus eſt fraudẽ,qua illam ſibi coniugio obligaret. Siquidem in pulcherrimo pomo ſcripſit duos hoſce uerſus:

Me tibi nupturam (felix eat omen)Aconti,
Iuro quam colimus numina magna Deæ.

Sunt qui hos malint:

Iuro tibi ſacræ per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi uenturam comitem,ſponſamq́; futuram.

Itaq; ſic inſcriptum pomum proiecit ad pedes puellæ. Quæ fraudis inſcia,cum imprudens legeret,uiſa eſt ſe uxorem Acontio paciſci. Nam quæ ante deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur,rata eſſe debere,lex erat. Cùm autem paulò pòſt pater huiuſce rei neſcius, illam alteri deſponderet,ſubita febre correpta eſt. Cui Acontius per epiſtolam perſuaſit,morbum à Diana eſſe immiſſum, eo quòd non impleuiſſet, quæ Dea præſente promiſerat. Proinde contra patris uoluntatem maluit in Acontij uenire ſententiam,quàm diutius torqueri.Extat utriuſq; epiſtola inter Ouidianas.

Acopa.]pe. cor. acoporũ,n.g.(ἄκοπα) medicamenta laßitudines & fatigationes leuantia. Lucianus. Plin.li.29.ca.3. 16. Ad omnia quæ acopis curãtur,unguentumq́; pariter & medicamentũ eſt.Budæus, Acopos, minimè laßũ ſignificat.

Acorum.] (ἄκορον) deſcribit Dioſc.lib.1.ca.2. Plin.lib.25. cap.13.Hermolaus,Ruellius, & alij multi. Quid autẽ ſit acorus,ſeu acorum, non ſatis norunt neoterici.Ego(ait Manardus lib.6.)quoties acoro opus eſt,non uulgari illa radice,et iniucundi odoris, ſed uocato aromatico calamo uti cõſueui.Antonius uerò Muſa, Quam,inquit,galangam appellatis, uerus Dioſcoridis acorus eſt:quod ſæpè ab excellentißimo Leoniceno dictum memini.

Acoſmia.] acoſmiæ (ἀκοσμίαι) rerum congeries indigeſta,confuſa, & incondita. Acoſmia etiam dedecus & indignitas, ſtatus publici perturbatio, quum unicuique ordini ſuæ uices ſuáque dignitas non conſtant. Quo uerbo Plutarchus ſtatum Reipublicæ tempore belli Ciuilis appellauit. Budæus.

Acoſmus,

Digitized by Google

Acoſmus, acoſmi, (ἄκοσμος,) Inornatus, incomptus. Lucret. utitur lib. 4. 234.

Acquieſco.] acquieſcis, acquieui, acquietũ, pen. prod. (ἐπαναπάνομαι,) acquieſcere. Pro ſimplici ponitur, quod eſt quieſcere. Cic. ad Att. lib. 13. 288. 5. Vitandi caloris cauſa Lanuuij treis horas acquieueram.

Acquieſcere per translationem dicimus, quum remittitur dolor, aut alia animi moleſtia. Cic. 1. de Fin. 82. de improbitate loquens, Cuius in animo uerſatur, nunquam finit eum reſpirare, nunquam acquieſcere. Idem Sulpitio, lib. 4. 6. 2. Idem 4. Acad. 253. Quum es commotus, acquieſcis.

Acquieſcere in re aliqua, aut in aliquo homine, cum quadã animi uoluptate, quieteq; conſiſtere, & oblectari in re aliqua, in qua prius in dubio aut ſolicitudine animus fuiſſet. Cice. Attico, lib. 7. 130. 6. Acquieſco enim ſcribens ad te, & legens tua. Idem de Amicicia 84. Vicißim autem ſenes in adoleſcentium charitate acquieſcimus.

Acquieſcere alicui rei, Pro in aliqua re. Senec. epiſt. 24. Vt meliora tibi proponas, & acquieſcas ſpei blandæ.

Acquieſcens, Participium. (ἐπαναπαυόμενος,) Cic. li. 2. ad Q. fratrem. Erat ſummum ocium fórenſe, ſed ſeneſcentis magis ciuitatis, quàm acquieſcentis.

Acquiro.] acquiris, pen. prod. acquiſiui, acquiſitũ, pe. prod. acquirere. (κτάομαι, περιποιέομαι, προσπορίζω, ἀντίχομαι.) Ex ad, & quæro, uerbum notæ ſignificationis: ut Acquirere diuitias, amicos, gloriam, &c. pro quo & quærere & parare & comparare frequentius leguntur. Virg. 4. Aeneid. 35. Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo. De fama loquitur. Ouid. 2. de Arte amandi.

Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo,
Quaq; uenit, multas accipit amnis aquas. Cic. lib. 3. Offi. 28. alteri acquirere.

Ad honorem & gloriam aliquid acquirere. Cic. ad Appiũ Pul. lib. 3. 7. 15. in Catil. 72. Mihi quidem ipſi quid eſt quod iã ad uitæ fructum poßit acquiri?

Beneuolentiam acquirere. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Dignitatem. Cic. ad Plancũ lib. 10. 5. 3. Fidẽ. Cic. in Catil. 38.

Gratias. Cic. ad Att. lib. 1. 110. ad finem.

Moram ad condemnandum. Cic. pro Cecinna. 4.

Studia uulgi. Tacitus lib. 12.

Acquirere de malis etiam rebus dicitur ut, Acquirere inimicicias. Plaut. Milit. 6. 43.

Acquiri pro augeri, uel cõciliari. Plin. lib. 15. cap. 17. 4. Quo genere & uino odorem acquiri putant.

Acradina, (ἀκραδίνα,) Cic. 6. Verr. 105. Altera autẽ eſt urbs Syracuſis, cui nomen Acradina eſt: in qua forum maximũ, pulcherrimæ porticus, ornatißimum Prytaneum, amplißima eſt curia, templumq; egregiũ Iouis Olympij: cæteræque urbis partes, una lata uia perpetua, multisq; transuerſis diuiſæ, priuatis ædificijs continentur.

Acragas, (ἀκράγας) urbs Siciliæ, quæ Agrigentũ aliàs dicitur. Plin. lib. 3. cap. 8. in deſcriptione Siciliæ: Oppidum Acragas, quod Agrigentum noſtri dixere. De hoc meminit Virgil. 3. Aeneid. 140. Vide ſuo loco. Acragas mons,
Vide Acragas.

Acragãtinus, pen. prod. (ἀκραγαντῖνος.) adiectiuum, Idẽ quod Agrigentinus. Lucretius lib. 1. 147.
Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt.

Acratiſmus.] acratiſmi, m. g. (ἀκρατισμὸς) & acratiſma, acratiſmatis, n. ge. lentaculum. Plutarchus in Symposiacis, à meracius potandi conſuetudine nomen hoc inflecti coniectat, quoniam panis buccellam mero tingerẽt. Cælius Antiloct. libro 13. cap. 57.

Acratophoron.] acratophori, pe. cor. (ἀκρατοφόρον) Vrceolus Latinè dicitur. Cice. 4. de Finib. 24. Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco uerbo utamur, ſiquando minus occurret Latinum, ne hoc ephippijs & acratophoris potius, quàm, &c.

Acratus, (ἄκρατος) bacchantiũ genus Athenis ſpectabatur, cui os duntaxat extra parietẽ extabat. Pauſanias in Attica.

Acredula.] acredulæ, pe. cor. (ἀκαλὼν) Putatur lucinia auis, ſiue quem uulgò Rauatinum dicimus. Cic. in Progne: Et matutinos exercet acredula cantus. Idem. 1. de Diuina. 13. Et matutinis acredula uocibus inſtat.

Acrementum.] acremẽti, quidã Latinũ prob. ex Plin. lib. 20. ca. 7. 6. In eos uſus, & oxypropolæ ſeruãt addito dulci, acrementũ tẽperantes. Qui locus ſic nũc legitur, Stomachi diſſoluti utißimè adiuuantur, in eo uſu & oxypori obolis aſperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

Acribodicæon.] acribodicæi, pe. pro g. n. (ἀκριβοδίκαιον) exactum, ſummũ ius, ius quod ſtrictum iuriſcõſulti dicũt. Et qui illud æquitati præferunt, Acribodicæi ab Ariſtotele uocantur, quaſi præduri interpretes iuris, quaſiq; deterioris iuris ſtudioſi, uſurpatoresq;. Budæus in Pandectas.

Acridophagi, (ἀκριδοφάγοι) Aethiopiæ populi, deſerto cõtermini, homines paulò cæteris breuiores, macilenti, ac ſupra modum nigri. Veris tempore Zephyrus & Libycus uenti, infinitum penè locuſtarum ex deſerto ad eos deferunt numerum. Has ſale, qui ibi plurimus eſt, ſuperinfuſo, diutius ſeruant, cibum guſtu eis ſuauẽ. Hic eſt ſolus eorũ per omne tempus locuſtarum uictus.

Neq; enim pecora nutriunt, neq; piſces edunt, procul à mari poſiti: neq; ullũ aliũ uitæ adminiculum habent. Corpore leues ſunt, ueloces curſu, & uitæ breuis: ut qui longißimè uiuunt, quadrageſimum nõ excedant annum. Finis eorum admirabilis eſt. Nam propinquante ſenecta, pediculi alati, non ſolùm uiſu uarij, ſed ſpecie horridi ac turpes, in corporibus nati, uentrem primò, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primùm ueluti ſcabiei cuiuſdam pruritù allectus corpus ſcalpit, uoluptate ſimul et dolore perceptis. Deinde exorientibus pediculis, ſimul effluente ſanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, unguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta uerò uermium copia effluit, alijs ſuper alios tanquam ex perfõrato uaſe ſcaturientibus, ut deleri nequeant. Hoc pacto ſiue cibi, ſiue aeris cauſa, miſerum ſortiũtur uitæ finem. Diodorus lib. 4. cap. 3. Strabo lib. 16.

Acriſolium.] acriſolij, Arbor quæ et Lotos appellatur. Galli Alyſam et Alyſerum uocant. Ruellius acriſolium inter infelices arbores cõmemorat. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 19.

Acriſius, (ἀκρίσιος) Argiuorũ rex, Abantis filius, ut ſcribit Lactantius: & ut Euſebius in Chronico ſcribit, Prœto fratri ſucceßit in regnum. Hic ut idem Lactantius aſſerit, nec ab hoc diſcrepat Seruius, unicam habens filiam Danaen, in reſponſis habuit, ſe manu eius qui ex filia naſceretur morituru, qui ad effugiendam prænunciatam mortem filiam in quadam turri ſepoſuit, ſeruariq; iußit, nequis poſſet ad eam accedere. Contigit igitur, ut audita pulchritudinis eius fama illam concupiſceret Iupiter. qui quum ad eam acceſſum alium non uideret, uerſus in auri guttam, ex tegulis ſe in gremium eius cadere permiſit, et ſic prægnãs effecta eſt. Quod ægrè ferens Acriſius, eam capi iußit, & in arcã poni, atq; in mare proijci. quod quum miniſtri feciſſent, in litus uſq; Apulũ arca delata eſt, & caſu à piſcatore capta: in qua quũ cõperiſſet Danaen, et paruũ filium quem enixa fuerat, eũ ad Pilumnũ regẽ detulit. qui quũ genus eius cognouiſſet, & patriã, illã libenter coniugio ſibi copulauit. Filius aũt, cui Perſeus nomẽ fuit, quũ excreuiſſet: & Gorgoni Meduſæ caput

Digitized by Google

abſtuliſſet, Argos ueniens Acriſium tranſmutauit in ſaxum, quæ quidem trãſmutatio ſecundum Euſebium id ſignificat, quòd quum regnaſſet Acriſius apud Argos annis XXXI. à Perſeo nepote ſuo, non ſponte, tamen occiſus eſt, & in lapidem, id eſt in frigiditatem perpetuam uerſus eſt. Ex Euſebio, Bocatio, Seruio.

Acriſius Abantiades, id eſt Abantis filius. Ouid. 4. Metã. 122.

Acriſius grauis Stat. Thebaid. 6. 58.

Fuit & Acriſius alter, Laertæ patris Vlyßis pater, & Iouis filius, dicente Vlyſſe apud Ouidiũ, lib. Metamorph. 13. 24. Nam mihi Laertes pater eſt, Acriſius illi, Iuppiter huic, &c. Hunc alij Arceſiũ uocant, & Arceſius legunt apud Ouidiũ.

Acriſioneus, pen. pro. adiectiuum. (ἀκρισιώνειος) Ouid. lib. 5. Meta. 48. Acriſioneas Prœtus poſſederat arces.

Virg. lib. 7. Aeneid. 28. Quam dicitur urbem Ariſioneis Danae fundaſſe colonis.

Acriſioniades, huius Acriſioniadæ, pen. cor. g. m. (ἀκρισιωνιάδης.) Perſeus Acriſij nepos. Ouid. 4. Metamorph. 14.

Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduſæ
Acriſioniades, adigitq; in pectus.

Acroama.] pen. pro. acroamatis. n. g. (ἀκρόαμα) Auditio Latinè dicitur: & pro feſtiua & iucunda narratione accipitur. Ci. pro Archia. 15. Quum ab eo quæreretur, quod acroama, aut cuius uocem libentiſsimè audiret, eius, inquit, à quo ſua uirtus optimè prædicaretur. Plin. epiſt. 117. d. Interdum acroamata audiebamus.

Acroamata dicuntur etiam homines acroamata recitantes. Ci. pro Seſtio. 10. Ille ipſe Ludius nõ ſolum ſpectator, ſed actor & acroama. Idem 6. Verr. 43. Hic quaſi feſtum acroama, ne ſine corollario diſcederet, emblemata auellẽda curauit.

Acroamaticus penul. cor. adiectiuum. (ἀκροαματικὸς) Auſcultatorius. Ariſtoteles in epiſtola quadam ad Alexandrum Logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticæ ſectæ diſciplina editos. Gellius lib. 20. cap. 4. & Budæus.

Acroceraunia, Acrocerauniorum. (ἀκροκεραύνια) Mõtes excelſi in diuerſis locis, ſic dicti propter altitudinem & iactus fulminum, ut Seruius author eſt in lib. 3. Aeneid. Quorum alij ſunt in Epiro, diuidentes Ionium mare ab Adriatico. Alij ſunt eodem nomine montes inter Armeniam & Iberiã. Nã ἄκρον dicitur mons uel ſummitas: et κεραυνὸς, fulmẽ. Horat. lib. 1. Carm. 34. Qui uidit mare turbidum, & infameis ſcopulos Acroceraunia. Virgilio Ceraunia dicuntur 3. Aeneid. 101. Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta.

Acrochordon.] acrochordonis, penul. cor. f. g. (ἀκροχορδών,) Verruca, amplitudine fabæ, pueros maximè infeſtans, ſic dicta, quòd in imo uſqueadeò ſit anguſta, ut pendere uideatur. Hermolaus in Plinii. Meminit Celſus li. 2. ca. 1. Rurſum lib. 5. Acrochordon, inquit, exciſa nullam radiculam relinquit.

Acrocorinthus, (ἀκροκόρινθος.) montis qui urbi Corintho imminet, inter Aegeũ & Ionium mare, uertex eſt: quem Soli, quum de eo certaretur, adiudicauit Briareus. Sol autem Veneri conceßit, ut Corinthi aſſerũt. Pauſanias in Corinthiaca. Plinius lib. 4. cap. 4. Acrocorinthum uocat ſummam Corinthi arcem, in qua fons Pyrene: unde ſpectantur diuerſa duo maria.

Acrodrya.] acrodryorum. ge. n. (ἀκρόδρυα,) Caius hoc nomine omnem fructum arborum ſignificari dixit. Propriè tamen Acrodria uocantur, quæ in ambitu lignoſum putamen habent. Quod genus appellatione nucum apud Latinos cõtinetur. Budæus, Ruellius.

Acron, huius Acronis, penul. pro. (ἄκρων,) Cenimenſium rex, quem Romulus ſingulari certamine uicit, teloq; traiecit, & eius ſpolia opima Ioui Feretrio dedicauit. Quem ob illata in hoſtem uulnera, teſte Plutarcho in uita Romuli, ſic appellauit. Nam ait ferire apud Latinos, eſſe uulnerare ſagittis.

Acron Cenimus. Proper. lib. 4. 11. 2.

Acron Herculeus, uel quia oriundus ab Hercule: uel quia Cenimenſes Herculem colebant: uel quia fortis & bellicoſus ut Hercules. Propertius lib. 4. 11. 2.

Acronalius, medicus Agrigentinus, Athenis unà cum Empedocle philoſophatus eſt: fuit antiquior Hippocrate: ſcripſit lingua Dorica de medicina librum unum. Author Suidas.

Acron nobilis grammaticus, qui Horatium poetam editis commentarijs enarrauit.

Acropolis. pen. cor. (ἀκρόπολις.) dicebatur ipſa arx Athenienſium: Athenæ enim in tres partes diuiduntur, ſcilicet ἀκρόπολιν, ἄστυ, & Piræum portum.

Acroſtichis.] penul. cor. huius acroſtichidis, penul. etiã corre. f. g. (ἀκροστιχίς,) Quum ex primis aliquo uerſuum continuo ordine ſequentium literis oratio aliqua connectitur, ut in quibuſdam Ennianis & Sibyllinis. Cælius Antiq. lect. lib. 13. cap. 39. Et. Cic. 2. de Diuin. 167.

Acroſtolia.] acroſtoliorum, n. g. (ἀκροστόλια) ſunt extremæ partes nauis, quæ facilè euellebantur, quum collibitum fuerat: ut conſtat ex Diodoro Siculo lib. 20. Latini, ut putat Bayfius, roſtra uocant, & ſi quæ ſimilia. Erat autem in more poſitum apud antiquos, ornari naues uictrices acroſtolijs captiuarum.

Acroteria.] acroteriorum, g. n. (ἀκρωτήρια,) Extremitates ſunt corporis. Ariſtoteles ſic appellat extremam partem digitorum ſub unguibus latentem, et extremam partem oßiũ. Significat etiam pinnacula & promimentias ædificiorum. Item ſtatuas quæ in ædificiorum ratione in angulorum ſummitate aſtituuntur. Sunt etiam roſtra nauium et ornatus. Budæus & Cælius lib. 13. cap. 39.

Acrothorax.] pen. prod. (ἀκροθώραξ,) huius acrothoracis penul. etiam pro. m. g. Qui leuiter, aut (ut nonnullis placet) ſummè ebrius eſt. Cælius lib. 13. cap. 39.

Ac ſi, tãquam ſi, ut ſi, pro eo ac ſi, quaſi, perinde quaſi, ſimiliter ac ſi, iuxta ac ſi, non ſecus ac ſi, ὥσπερ εἰ.

Acta.] actæ. ἀκταί,) id eſt ſecretum et amœnum littus. Virgilius, quinto Aeneidos:

At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant. Author Seruius. Ci. 7. Verr. Ipſe tamẽ quũ uir eſſet Syracuſis, uxorẽ eius parum poterat animo ſoluto ac libero tot in acta dies ſecum habere.

Acta, Actæ, uel Acta, Actes, (ἀκτή,) Attica regio, ut teſtantur Gellius lib. 14. ca. 6. & Plin. lib. 4. cap. 7. Cauſam nominis exprimit his uerbis Strabo lib. 9. Atticã apud ueteres Actẽ, id eſt littus appellatam eſſe conſtat, & nomine deriuato pro Attica, Atticam eſſe nuncupatam: quoniam maxima illius pars ad mare eſt extenta & anguſta: oblonga uerò ſatis & porrecta montibus uſque Sunium ſubijcitur. Hermolaus in Plin. lib. 4. cap. 7. Acten dictam ſcribit ab Actæone ſiue Actæo rege, ut Fauorino placet & Lycophroni, qui Actæos uocat Athenienſes: uel quia littoralis ferè tota ſit, exili et anguſto quodam uelut margine, ut Apollodoro & Straboni. Dicebatur & Athis, ſed ab Atthide Cranai regis filia, ut inquiunt, Euſtathius, Martianus, Trogus.

Actæus, adiectiuum, (ἀκταῖος,) Littoralis Atticus. Virgilius 2. Eclog. 5.

Canto, quæ ſolitus, ſi quando armenta uocabat
Amphion Hircæus in Actæo Aracyntho. Seruius. Sanè Aracinthus, mons eſt Thebanus. Vnde Actæo, littorali debemus accipere, non Athenienſi. Ouid. 1. Metamorph. 63. Separat Aonios Actæis Phocis ab armis, id eſt Athenienſibus, ſeu Atticis.

Acton

Digitized by Google

Actõn primum in Attica regnasse ferunt. Quo uita defuncto, Cecrops ducta uxore illius filia, regnum suscepit: ex qua Erscn, Aglaurã, Pandrosum, & Erysichthonẽ liberos sustulit. Erysichthon uiuo adhuc patre uita excedẽs, regni successionem inanem ipse reliquit. At Cecropi Craneus, Athenis faciè princeps, successit. Craneo uerò filias quũ alias, tum Atthida fuisse narrant: à cuius nomine regionem prius Actæã dictam, Atticam nominant. Author Pausanias in Attica.

Actias, Actiadis, pen.cor. f.g. (ἀκτίας,) Id est Athenienſis. Virg. 4. Georg. 93. Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithya.

Actiacus, pen.cor. Adiect. (ἀκτιακὸς,) Athenienſis. Ouid. Ep. 21. 37. Cur nunc actiacas miseram me mittis ad undas? & libro 1. Fast. Frondibus actiacis comptos redimita capillos, Pax ades.

Actius, adiectiuum, (ἄκτιος,) Idem quod Actiacus. Virg. 3. Aeneid. 56. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. Horat. lib. 1. Epist. 19. 13.

Actæon, pen. prod. huius Actæonis, pen. cor. (ἀκταίων) Ouid. lib. 3. Metamorph. 46. Filius fuit Aristei ex Autonoe coniuge, Cadmi filia. Hic uenator fuit ut docet Ouidius, & quum die quadã uenatione fessus in uallem Gargaphiæ descendisset, eo quòd in ea fons esset, recens & limpidus, & ad eum fontem potaturus accederet, uidit in eo Dianam nudam se lauantem. Quod quum ægrè Diana tulisset, sumpta manibus aqua, in faciem eius proiecit, dicens, Vade, & dic, si potes. Is autem repentè in ceruum conuersus est: quem quum canes eius uidissent, confestim irruerunt in eum, atq; dentibus laceratum, comederunt. De quo figmento sic scribit Fulgentius: Anaximenes (inquit) qui de picturis antiquis disseruit, ait libro secundo, Actæonem uenationem dilexisse, qui quum ad maturam peruenisset ætatem, consideratis uenationum periculis, id est, quasi nudam artis suæ rationem uidens, timidus factus est. Et paulò pòst: Sed quum uenandi periculum fugeret, affectum tamen canum non deposuit, quos inaniter pascendo penè omnem substantiam perdidit. Ob hanc rem à suis canibus deuoratus est. Hæc ille. Hæc de Ouidij sententia lib. Metamorph. 3. Quãquam de Actæone aliter in commentarijs Apollonij lib. 4. Sed receptior est & cõmunior Ouidij sententia. Diodorus lib. 5. cap. 14. Actæonem fabulantur à suis canibus discerptum, quòd Dianæ concubitum, quum uenaretur in montibus iuxta templum sitis, appetierit. Alij putant id ei accidisse, quòd se illi Actæon prætulerit in uenandi arte.

Actæon Hyantius, Id est Thebanus uel Bœotius. Siquidẽ Bœotij antiquitus Hyantes uocabantur, teste Plinio lib. 4. cap. 7. Ouid. 3. Metamorph. 30.

Actæon Autonoeius, Id est Autonoes filius. Oui. 3. Metam. 40.
Additus & pauor est: fugit Autonoeius heros.

Actæon Cadmi nepos. Ouid. 3. Metamorph. 35.

Actæon celer. Senec. in Thebaid. 1. 3.

Actiacus, Actias.] Vide Acta, actæ.

Actisanes, (ἀκτισάνης,) Aethiopum rex, qui Amasim Aegypti regẽ suis crudelius imperãtẽ regno deturbauit, Aegyptijsq; summa æquitate imperauit. Hic latrocinia nouo more compescuit, fontes neq; morte plectens, neq; linquẽs impunitos. Cõstituto quippe eorũ iudicio, reos oẽs in unũ cogẽs, amputatis naribus, in ultima deserti ire cõpulit: ibiq; ciuitatẽ cõdidit ab excisis naribus Rhinoceram appellatã. Ea in Aegypti Arabiæq; finibus haud procul à mari sita, omnibus uitæ cõmodis caret. Nam omnis uicina regio salsa est. Intra urbis mœnia unicus est puteus, & ijs inutilis, utpote aqua gustu amara. Hos autem eo in loco posuit, ne suis moribus uicinas gentes inficerẽt: néue eorum erga reliquos iniuriæ essent occultæ: sed ut tãquam in orã desertã relegati, omni re egẽtes, cogẽte necessitate sibi uictũ exquirerẽt. Pisces itaq; calamis, quos ex uicinis agris collegerãt, lõga sibi retia fecere: quibus iuxta littus per plura stadia dispositis, ex captis coturnicibus (nã magnus earũ numerus in littore ad capiendos piscesuersatur) uictũ sibi compararunt. Diodorus li. 2. ca. 1.

Actium, (ἄκτιον,) oppidum Epiri, & promontorium ad mare ubi Augustus Antoniũ & Cleopatram uicit nauali prælio, ut scribit Plutar.

Actius.] Vide Acta, Actæ.

Actor, Actoris, pen. corr. Asterioches pater, ut ostendit Homerus lib. Iliados 2. Alter fuit Auruncus, cuius meminit Virg. lib. 12. Aeneid. —Validam ui corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium, &c.
Alius, cuius meminit Statius 19. Thebaid. 62. & 66.

Actorides, Actoridæ, m.g. pe. cor. patronymicũ. (ἀκτορίδης,) Actoris filius uel nepos, id est, Patroclus. Ouid. 8. Met. 62.

Actutum.] pen. prod. aduer. temporis. (αὐτίκα,) Virg. 9. Aeneid. 33. —Tum cætera reddet Actutum pius Aeneas. Vbi Seruius, Actutum, confestim, sine dilatione. Cic. 12. Philip. 337. Ego mortem actutum futuram puto. Teren. Adel. 4. 4. 25. Aperite aliquis actutum ostium.

Aculeus.] aculei, (κεντρον,) in insectis dicitur id quo pungunt, ut notum est in uespis, apibus, & crabronibus. Cic. 2. Tusc. 91. Apis aculeũ sine clamore ferre non possumus. Idẽ lib. 5. de Finib. 57. Cornibus uti uidemus boues, uespas aculeis. Aculeus etiã dicitur quasi spina in foliis aut semine quarundã plantarũ, unde & herbas aculeatas, & folia, & semina sæpe legimus. Plin. lib. 10. cap. 32. 3. Idẽ lib. 12. cap. 15 2.

Sunt & aculei herinaceorum, & histricum spinæ. Plin. lib. 8. cap. 35. sed histrici longiores aculei.

Aculeus sagittæ pro spiculo. Liu. 8. bel. Maced.

Aculeus per translationem dicitur. Plaut. Trin. 13. 156.
—Iam dudum meum ille
Pectus pungit aculeus, quid illi negocij fuerit ante ædes meas. Id est, illa me stimulat molestia, & malè habet.

Aculeus & maledictum. Cic. in Bruto. 90. In altercando, cum aliquo aculeo & maledicto facetus.

Contumeliarum aculei. Cic. lib. 2. de Orat. 122.

Fuerunt aculei in eum. Cic. ad Q. fratrem lib. 2. 5. 2. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio.

Aculeus orationis. Cic. in Orat. 3. 4. Horum oratio neq; neruos, neq; aculeos oratoris ac forenses habet. Hoc est, nullos habet stimulos, nullos affectus, nullam uehementiam. Idem pro Sylla. 34.

Noli aculeos oratiõis meæ qui recõditi sunt, excussos arbitrari.

Aculei seueritatis. Cic pro Cluentio. 112.

Aculeus disputandi. Cic. 4. Acad. 175.

Solicitudinũ domesticarũ aculei. Cic. ad Att. li. 1. 13. 3. Ac domesticarũ qdẽ solicitudinũ aculeos oẽs et scrupulos occultabo.

Aculeum testimonij conuertere. Vide Conuerto.

Infixo aculeo fugere. Metaphora prouerbialis, ubi quis dicto cõuicio, uel maleficio quopiam peracto statim subducit se, ne uel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuũ recipiat. Translatũ uidetur ab apibus, aut uespis, quæ infixo aculeo, statim aufugiunt. Quadrabit & in eos, qui uelut oracula quædam pronunciant, & intellectu difficilia, alijs coniectãdi materiam ministrantes. Erasmus in Chiliad.

Aculei in reprehendendo. Cic. pro Plan. 48. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt.

Dimittere aculeum. Cic. pro Flacco 32. Mortuus est aculeo iã dimisso ac dicto testimonio.

Emittere aculeos seueritatis in aliquem. Cic. pro Cælio. 21. Sed uestræ

Digitized by Google

ueſtræ ſapientiæ, Iudices, eſt, nõ abduci ab reo: nec quos aculeos habeat ſeueritas grauitaſq; ueſtra, quum eos accuſator erexerit in rem, in uitia, in mores, in tempora, emittere in hominem & in reum.

Erigere aculeos in aliquem. Cic. pro Cælio. 21.

Euellere aculeum ſeueritatis. Cic. pro Cluentio. 122.

Relinquere aculeos in animis audientium. Cic. in Bruto. 28.

Aculeolus, aculeoli, penul. corr. diminutiuum, (κεντρίδιον) Mart. lib. 8. 65.

Aculeatus, denominatiuũ, (κεντρωτός) *Qui habet aculeos, aut aliquid inſtar aculei.* Plin. lib. 10. cap. 32. 3. *Putant ex ſpinis aculeatis.*

Aculeatum, per metaphorã dicitur quod quaſi pungit ac mordet animum. Plaut. Bacchid. 1. 29.

Quia hæc lepida ſunt memoratu:
Eadem in uſu, atq; ubi periculum facias, aculeata ſunt,
Animũ fodicant, bona diſſimulant facta, & famã ſauciant.

Aculeata ſophiſmata. Cic. 4. Acad. 134.

Aculeatæ literæ. Cic. Attico, lib. 14. 316. 2.

Acuo.] *acuis, cui, acutũ, pen. prod.* (ἀκονάω, θήγω, ὀξύω) *Acuere, Ab acone Græco uocabulo, quod Latinè cautem ſignificat, dicitur authore Sipontino. Eſt propriè ferri aciem ſic tenuare, ut bene incidat: ut cote fieri ſolet. Cui cõtrarium eſt Obtundere uel hebetare.* Columella libro 3. *Quoties falcẽ acueris, pelle aciem detergito.* Cic. 5. Tuſcul. 163. *At uocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorem quidem ferræ tum cùm acuitur.*

Eſt etiam acuere, mucronem alicui rei facere. Virgil. 1. Georg.
Exacuunt alij uallos, furcaſq; bicornes. Pro *acuunt.*

Enſes acuere in aliquem. Ouidius 15. Metamorph. 156.

Sagittas acuere. Horatius 2. Carm. 8. 3.

Acuere per translationem pro incitare, inſtigare, ſtimulare. Terentius Adelph. 5. 3. 49. *illos ſat ætas acuet.* Cic. 3. Offi. 2. *Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant: ocium & ſolitudo.*

Acuere pro exercere, ut Seruius interpretatur. Virgilius 1. Georgicorum,
—*Pater ipſe colendi*
Haud facilem eſſe uiam uoluit, primuſq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

Acuere, pro irritare. Virgilius 7. Aencid. 82. *Poſtquam uiſa ſatis primos acuiſſe furores.* Ibidem: *Quam Iuno his acuit uerbis.* Vbi Seruius, *His acuit uerbis, Irritauit, & inſtigauit eius inſaniam.*

Acuere animos. Liuius 4. bel. Maced. 138.

Acuere aliquem ad crudelitatem. Cic. pro Ligario 6.

Acuent ad bonas artes iuuentam. Plin. lib. 2. epiſt. 7.

Excitare & acuere. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 11. *In excitando autem & in acuendo plurimum ualet, ſi laudes eum quem cohortere.*

Acuere & alere ingenium. Cic. in Bruto. 65. *Legendus inquã eſt hic orator Brute, ſi quiſquam alius, iuuentuti: non enim ſolùm acuere, ſed etiam alere ingenium poteſt.*

Acuere & adiuuare iuuentutem ad dicendum. Ci. in Orat. 79.

Dentes acuere. Horat. 3. Carm. 20. 2.

Fletus. Val. Flac. Argonaut. 2. 35.

Gradum. Stat. Thebaid. 6. 118.

Induſtriam. Ad Herennium, lib. 4. 138.

Ingenium. Cic. 2. Philip. 60. *Vini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamitas.*

Iras, Virg. 12. Aeneid. 119. de Apibus.

Linguam exercitatione dicendi. Cic. in Bruto 186.

Lumina, id eſt uiſum. Ouidius li. 2. de Remed. amoris, ad finẽ,
Vtilius ſumas acuentes lumina rutas.

Martem. Virg. 12. Aeneid. 22.

Mentem. Cic. 1. Tuſcul. 1. 26.

Metum alicui. Virg. 12. Aeneid. 169.

Plauſus acuunt equum certantem de celeritate. Stat. libro 5. Sylu. 2. 5.

Prudentiam intelligendi acuere. Cic. 1. de Orat. 45. *Quòd cõſuetudo exercitatioq;, & intelligendi prudentiam acueret, & eloquendi celeritatem incitaret.*

Ruborem acuere. Claudian. in Epigr. de Locuſta.

Lupos acuunt agni balatibus, Virg. 4. Geor. 87.

Tubæ milites acuunt. Lucanus lib. 1. 87.

Gloria uos acuat. Ouid. lib. 1. de Ponto, Eleg. 6. 12.

Acutus, penu. prod. (θυκτός, ὀξύς, ἀκρόπορος, ἀγχίνοος,) *nomen ex participio, à uerbo acuor: ut Ferrum acutum, id eſt, aciẽ habens bene ſecantem. Cui contrarium eſt hebes uel obtuſum.* Plaut. Milite. 22. 4. *Vide ut tibi iſtic ſic acutus Cario culter probè.* Idem Epid. *Acutum cultrum habeo, qui ſenì exenterem marſupium.*

Acutum etiam dicitur, quod in mucronem ſiue acumen definit: ut Palus acutus.
Ouid. in epiſt. *Et acutæ cuſpidis haſtam.*

Bellum acutum. Horat. 4. Carm. 4. 15.

Cacumen acutum. Ouid. lib. 1. de Arte amandi 77.

Carex acuta. Virg. 3. Georg. 46.

Cupreſſus acuta. Ouid. 3. Metamorph. 31.

Cuſpis acuta. Virg. 5. Aeneid. 12.

Enſis acutus. Ouid. 14. Epiſt. 9.

Falx acuta. Ouid. 9. Metamorph. 77.

Ferrum acutum reddere dicitur cos. Hor. in Arte poet. 62.
—*Ergo fungar uice cotis, acutum*
Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecandi.

Gladius acutus, cui opponitur hebes. Ouid. li. 3. de Arte aman. 127. *Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis.*

Haſta acuta. Ouid. lib. 1. de Remed. amo. 6.

Iaculum acutum. Virg. 3. Aeneid. 10.

Murex acutus. Virg. 5. Aeneid. 41.

Pinus acuta. Ouidius 1. Metamorph. 141.

Robur acutum. Virg. 2. Georg. 5.

Acuta uolucribus roſtra. Plin. lib. 11. cap. 37.

Radius acutus. Ouidius 6. Metamorph. 12.

De radio textorio loquitur poeta. Idem Epiſt. 4. 32.

De radijs ſolaribus intelligit.

Roſtrum acutum. Author de Pulice 2.
Quumq; tuum lateri roſtrum defigis acutum.

Rubus acutus. Senec. in Hippol. 10. 23.

Sagitta acuta. Ouid. 5. Metam. 77.

Saxum acutum. Ouid. 4. Faſt. 48.

Scopulus acutus. Virgil. 1. Aeneid. 10.

Spiculum acutum. Ouid. lib. 3. de Arte aman. 103.

Spinæ acutæ. Virgil. 5. Ecloga. 8.

Telum acutum. Virg. 3. Aeneid. 127.

Vnguis acutus. Horatius lib. 1. Epiſt. 20. 10.

Acutum per metaphorã dictum: ut Acuti oculi, id eſt clarè cernentes. Plaut. Pſeudo. 20. 109. *Magno capite, acutis oculis.*

Acuti cibi, qui appetentiam excitant, & quaſi ſtomachũ acuũt: ijdem penè qui & acres dicuntur, niſi quòd acres cibi ſunt uehementiores, acuti mitiores: ut acetaria, ſalſamenta, & cõdimenta quædam. Plin. epiſt. 123. *Vt enim ſi cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutoſq; miſcerem, ut obtuſus illis & oblitus ſtomachus his excitaretur.*

Morbus acutus. Horat. 2. Serm. 3. 33. Idem lib. 1. epiſt. 6. 6. *Si latus, aut renes morbo tentantur acuto.*

Narib. acutis rideri, id eſt, in rugã cõtractis. Horat. 1. Serm. 3. 6

Odor acutus. Plin. li. 15. ca. 28. *Sua & in odore miracula: malis acutus, Perſicis dilutus, dulcibus nullus.* Et lib. 21. cap. 7.

Sol

Digitized by Google

Sol acutus, Horat. lib. 1. Epist. 10. 4.
Acutus, Subtilis, quales sunt disputatores & sophistæ. Cic. Att. lib. 12. κύριε & mihi sic placuit, ut cætera Antisthenis, hominis acuti magis, quàm eruditi. Idem 4. Acad. 176. Et ad Papirium: Atq; hoc Zenoni placuit, homini meherculè acuto. Idem contra Rullum 28. si qui acutiores in cõcione steterãt.
Acutus uini sapor. Plin. lib. 15. cap. 27. 1.
Acutus & hebes, contraria, Cic. lib. 1. de Inuent. 52. Velox an tardus sit, acutus an hebetior, memor an obliuiosus.
Acutum, & perspicax. Cic. lib. 1. Offic. 141.
Acutus ad excogitandum. Cic. lib. 1. de Orat. 56. Nam & animi atq; ingenij celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti & ad explicãdum ornandumq; sint uberes, & ad memoriam firmi atq; diuturni.
Aures acutæ, Id est ad audiendũ arrectæ. Horat. 2. Carm. 19. 1.
Elementa acuta. Lucret. lib. 2. 94.
Facilè ut cognoscere possis.
Non è perplexis, sed acutis esse elementis. Id est ex atomis.
Genus dicendi acutum & subtile. Cic. 2. de Orat. 55. Alter acutissimum & subtilissimum dicendi genus est consecutus.
Homo ingenio prudentiaq; acutissimus. Cic. lib. 1. de Orat. 88.
Acutior atq; habilior ad inueniendum. Quint. lib. cap. 3.
Homo acutus, & natura usuq; callidus. Cic. 1. de Orat. 113.
Homo in primis acutus Antiochus. Cic. lib. 1. de Nat. deor. 25.
Homo minimè malus quidem, sed non satis acutus. Cice. 3. Offic. 50.
Acutum ingenium, idem quod subtile: cui opponitur, obtusum, hebes, retusum, Cic. 2. de Diuin. 135. Aliæ agrorum partes, quæ acuta ingenia gignant, aliæ, quæ retusa.
Motus animi celeres & acuti. Cic. lib. 1. de Orat. 56.
Conclusiones acutæ. Quint. lib. 2. cap. 20.
Opus lenonis acutum, hoc est, ingeniosum & usfrum. Claudiã in Eutropium lib. 1, 16.
Principia orationum acuta sententijs. Cic. in Orat. 68.
Sententiæ docendi acutæ. Cic. de Opt. genere Orat. 143. Sunt enim sententiæ docendi, acutæ: delectandi, quasi argutæ: commouendi, graues.
Aes acutum. Ouid. 6. Metamorph. 118. Horat. 1. Carm. 16. 2.
Acron, Acuta, sonara: à tinnitu.
Hinnitus acutus. Virg. 3. Georg. 18.
Acutus sonus, cui opponitur grauis. Plin. libr. 10. cap. 29. 6. Modulatus editur sonus, grauis, acutus. Cic. 1. de Orat. 131.
Acutus & excitatus sonus. Cic. in Somnio Scip. 18. Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitator, acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autẽ hic lunaris atq; infimus.
Stridor acutus. Horat. 1. Carm. 34. 3.
Tinnitus acutus. Ouid. 5. Metamorph. 41.
Vlulatus acutus. Catul. epig. 58. De Berecynthia & Att. 5.
Vox acuta. Ouid. 3. Metamorph. 45. Horat. 3. Car. 4. 1.
Acutum cernere, Id est acutè. Horat. 1. Serm. 3. 6.
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutùm,
Quàm aut aliqua, aut serpens Epidaurius?
Triste & acutum resonare. Horat. 1. Serm. 8. 9.
Acutulus, la, lum, diminutiuũ, pen. cor. (ὀξύς) Cic. 3. de Nat. deo. 23. Breues & acutulas conclusiones. Id est, aliquantum argutas & subtiles.
Acutè, acutius, acutissimè, aduerbium qualitatis (ὀξέως) Id est, subtiliter & ingeniosè. ut Acutè explicare. Cic. 1. Acad. 11.
Acutè respondere. Idem in Lælio 6. Vel. responsa acutè ferebantur. Acutissimè ac diligentissimè scripta. Cicero 5. Verr. 15.
Acutè colligere. Cic. 1. de Orat. 125.
Acutè, argutèq; conijcere, id est coniecturã fac ere. Ci. in Bruto 26.
Acutè, argutèq; respondere. Cic. pro Cælio 14.
Acutè sonare, cui grauiter sonare opponitur. Cice. in somnio Scipionis 17. & natura fert ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent.
Acutè aliquid tractare. Cice. lib. 2. de Inuent. 157. Sed illæ tenuius & acutius & subtilius tractantur.
Acumen, penul. prod. acuminis. neu. ge. (ἀκή, ὀξύτης, θῆγμα, τὸ ὀξύ,) Nomen ab acuo, uidetur propriè mucronem significare, ut Acumen cultri, aut styli. Ouid. 1. Metamorphos. 116. De cruribus Cadmi uersis in caudam serpentis.
Paulatim tereti curuantur acumine crura. Lucret. lib. 6. 240.
Compressæ nares, nasi primoris acumen.
Tenue. Sed frequentius legitur per metaphoram dictum: ut acumen ingenij. Quintil. lib. 5. cap. 7. Acumen naturale. Ci. 1. Tuscul. 19. Quem esse negas, eundem esse dicas: ubi est acumen tuum.
Acumen rostri auium. Plin. lib. 10. ca. 71. 1. Alia dentibus præ dantur, alia unguibus, alia rostri aduncitate carpunt, alia lititudine ruunt, alia acumine excauant.
Acumen saporis. Plin. libro 14. cap. 20. Et saporibus quædam acumina.
Acumen, pro astu, uafricia, calliditate. Horat. lib. 1. Epist. 18. 11. meretricis acumina.
Sine acumine homo. Ci. 2. de Nat. deor. 108. Epicurus sine acumine ullo, sine authoritate, sine lepore.
Argutum indicis acumẽ, id est, ingenium subtile. Horat. de ar. poetica 74.
Argutiæ & acumen. Cic. in Orat. 59. Nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutij & acumine Hyperidi.
Ingeniorum acumen. Cic. pro Flac. 7.
Leue mentis acumen discurrit, Claud. de Rap. Proser. 2. 40.
Acumen Stertinij delirat, Id est, Stertinius homo acutus. Horatius lib. 1. Epist. 12. 4.
Sub acumen styli subire & succedere. Cic. lib. 1. de Orat. 33. Omnesq; sententiæ, uerbaq; omnia quæ sunt cuiusq; generis, maxime illustria, sub acumẽ styli subeant & succedant necesse est. Ducta est metaphora à stylo, quo in tabulis scribebant.
Admouere acumen chartis Græcis, Id est, ingenium ad libros Græcorum. Horat. lib. 2. Epist. 1. 33.
Acuminibus suis se compungunt dialectici. Cic. 2. de Orat. 86.
Habet acumen hæc interpretatio. Cic. 2. de Orat. 142.
Illudere alicuius acumen. Cic. 1. de Orat. 132.
Acuminatus, adiectiuum, (ὀκκὸς,) Qui acumen habet, & telum acuminatum. Plin. lib. 11. cap. 2. 2. Et lib. 18. cap. 35.
Acupedius. (ὀξύπους,) dicebatur, cui præcipuum erat in currendo acumen pedum. Festus.
Acus. huius acus, acui, f. g. (βελόνη,) Est (inquit Festus) qua farcinatrix, uel etiam ornatrix utitur. Valla lib. 1. Acus dicitur qua uestes farciuntur. Cic. pro Milone 49. Vulnus in latere, quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari.
Acus pro ea qua ornatrix utitur ad discernendos capillos. Iuuenal. Saty. 2. Ille supercilium madida fuligine tinctum.
Obliqua producit acu. Martial. lib. 14.
Videtur id esse quod calamistrum siue discerniculũ dicitur.
Acus ahenea. Ouid. 2. Fast. 116.
Acus Assyria, ob rationem dictã in Acus Babylonis. Claudian. de Phœnice.
Acus Babylonis, ob eam causam quæ dicta est in Acus Semiramia. Martial. lib. 14.
Acus crinalis. Apuleius lib. 8.
Comere comas acu. Quint. lib. 2. cap. 5.

Traijcere

Digitized by Google

Traijcere acu. Cel. lib. 7. cap. 7.

Acus emerita. Iuuenal. Saty. 6. Id est, ab officio cosmetæ & ornatricis, quæ crines acu concinnat. Nam qui Iuuenalem de sarcinatrice sensisse suspicantur, à Musis & Gratijs absunt, Parrhasius in Claud.

Acus Idalia, ab Idalio Cypri oppido. Claudianus lib. 2. de raptu Proserp.

Acus Mæonia, Id est Lydia. Nam Lydi lanificio & telarum usu maximè claruerũt. Vnde orta est fabula de Arachne regionis illius puella, quæ cum Pallade certasse dicitur. Seneca.
Nec Mæonia distinguit acu.

Acus Nilotis, Id est Aegyptia, uel ob præcipuam Aegyptij Lini bonitatem: uel quòd Aegyptij multis licijs polymitas uestes texere docuerint. Lucanus lib. 10. 26.

Acus obliqua. Iuuenalis Satyr. 2.

Acus Semiramia, Id est Babylonia. Nam Babylonij primi omnium diuersos colores intexuerunt. Martial. lib. 8.

Acus tenuis. Ouid. Epist. 4. 119.

Acu pingere. Ouid. 6. Metamorph. 5.
Siue leui teretem uersabat pollice fusum,
Seu pingebat acu, scires à Pallade doctam. Virgil. lib. 11. Aeneid. 155. Pictus acu tunicas. Seruius: Id est, habebat uestem Phrygionis arte perfectam.

Rem acu tetigisti, apud Plautum in Rudente: Id est, rem ipsam diuinasti nihil aberrans. Perinde quasi dicas, Ipsissimũ punctum attigisti. Nam minutissima puncta denotantur acu.

Acum inuenisses. Apud Plautum in Menæch. 27.
—Si acum credo quæreres, acum inuenisses. Prouerbialis hyperbole, de re diligenter uestigata. Nam acus inuentu difficillima, quod ob exiguitatem facilè fallat oculos quærẽtis.

Acus.] aci, m. g. Piscis genus, de quo Mart. lib. 20. 37. Et satius tenues ducere credis acos. Hic etiam belone à Græcis dicitur, aut Raphis, ut Dorion meminit, aut Ablenis, ut Diphilus, est piscis longus, tenuis et læuis, rostro subtili acuto porrectóq; sine dentibus, dorso cæruleo ad uiride inclinante, uentre argentei coloris, nunc Venetis Acicula nuncupatus. Massarius. Plin. lib. 9. cap. 51. acus siue belone unus piscium dehiscente propter multitudinem utero, parit. Hic ab eodẽ Plinio, lib. 32. cap. 11. aculeatus piscis, belone dicitur.

Acus.] aceris, pen. cor. n. g. est, ut ait Priscianus, quod Græci σκύβαλον, & ἄχυρον, uocant, Id est purgamentum tritici. Varro de re Rust. lib. 3. Acus substernendum gallinis partu rientibus, in area excutitur. Idem li. 1. c. 52. Cato de Re rust. cap. 54. Acus fabaginum.

Et us etiam in fœminino genere pro eodem ponitur. Festus, palea etiam quædam de frumento, acus dicuntur. Columel. lib. 2. cap. 10. durissimæ quidem acus resectæ separatæq; erunt à cudentibus.

Aceros is, aceros a, aceros um, penul. prod. (ἀχυρώδης, σκυβαλώδης,) ut Acerosus panis, id est, non sine paleis. Festus.

Acerosum panem, farre minus purgato, ac sordibus à candido separato, dicendum ueteres putauerunt. Nonius. Talis esse solet panis ordeaceus.

Aceratus, acerata, aceratum, penul. prod. Aceratum lutum, cũ paleis mistum. Festus.

Acusilaus Athenien sis Romæ ludum aperuit Rhetorices. Volaterranus ex Suida.

Acutia, (ἀκουτία,) P. Vitellij uxor, Tacitus lib. 5.

Acyrologia.] acyrologiæ, pen. corr. (ἀκυρολογίας,) Latinè impropria locutio dicitur. Virgilius 4. Aeneid. Hunc ego si potui tãtũ sperare dolorẽ. Vbi Seruius, Sperare pro timere. & est acyrologia. nã speramus bona, timemus aduersa.

Acyrologia est etiam in sensu. Terentius Eunuch. 5. 9. 59. Isti te ignorabant. Vbi donatus, Figura acyrologia: ad utrunq; enim pertinet, & ad laudem, & ad mores.

A D

Ad.] (πρὸς, παρὰ,) præpositio est accusatiua, cuius proprius est usus, cum motus aliquò significatur. Et propriè (teste Prisciano lib. 14.) significat proximitatẽ. Vnde: Iuit ad flumen, dicere solemus: non autem in flumen. Sic enim (ad) differt ab (in) quòd In, significat ingressum (ut sic dicam) termini: Ad uerò tantum ad hunc accessum. Hinc dicimus. Ad tribunal uenit litigator: In tribũal prætor aut iudex. in hac autem significatione quãdoq; iungitur urbium nominibus. Cic. in Verrem, Eo die Verres ad Messanam uenit. Non dicit eum in urbem uenisse: sed tãtùm ad urbem accessisse. Nã si detracta præpositione dixeris, Messanã uenit: significat, in ipsam urbem uenit. Idem Philipp. 2. Quum inde Romam proficiscens, ad Aquinum accederet.

Ad urbem esse dicebantur olim, qui triumphũ sibi decerni uellent, urbẽ non ingrediẽtes, ne id ius amitterẽt. Cic. 4. Verr. 14. Ad urbẽ quum esset, audiuit Dioni cuidã Siculo permagnam uenisse hæreditatem. Idem 2. Verr. 28. Quum primũ concionem ad urbem Cos. designatus habuit. Vbi Asconius: Sic autem dici solebat de ijs, qui cũ potestate prouinciali redierant, aut nondum in prouinciam profecti essent.
Idem ad Appiũ li. 3. 11. 14. ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar.

Ad urbem esse, pro in urbe. Cic. ad Att. lib. 8. Cæsarem ad se scripsisse aiebat, breui tempore ad urbem futurum, ad eundem lib. 7. 13. 5. 7. Trebatius quidem scribit, se ab illo IX. Calend. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me ut essem ad urbem. Idem 1. Philip. 13. Pecunia utinam ad eadem Opis maneret. Et 2. Philip. 55. Id est in æde seu templo Opis.

Ad, sine motu frequenter dicitur, idq; manente prima illa & propria significatione. Cice. 4. Acad. 18. In Hortensij uilla quæ est ad Baulos. Virg. 1. Aeneid.
— Veteris q; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiã pro charis gesserat Argis. Vbi Seruius, Apud semper in loco significat: Ad & in loco, & ad locum. In loco: ut, Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est. Et Cic. 2. Verr. 14. Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse comitiorũ nomine. Idem, Ad M. Leccam te habitare uelle dixisti. Hactenus Seruius.

Ad, aut proprie personam significat, ut Eo ad Pompeium: aut locum, ut Abijt ad theatrum. Author Festus.

Ad, cũ suo accusatiuo interim pro datiuo ponitur. Plaut. Cap. 19. 23. Ad carnificem te dabo. Licenter dictum, pro dabo te carnifici. Varr. de re Rust. lib. 1. cap. 40. Illud quod apparet ad agricolas, id uidendum diligenter. Ibidem, cap. 38. Quod non solùm ad agrum utile, sed etiam ad cibũ. Terent. Phor. Ad ditem datur ea in seruitutem. Pro diuiti datur.
Virg. 12. Aeneid. 75. Obiecit sese ad currum. Vbi Seruius, ad currum, pro currui se obiecit.

Ad Dianæ, Ad Veneris, Ad Castoris. & similia, modus est loquendi ecliptic ũs, in quo subauditur accusatiuus (templum, uel ædem.) Hoc autẽ fit Attico more, teste Prisciano. Terẽt. Adelph. 4. 2. 44. Vbi ad Dianæ Veneris, ito ad dexteram. Cic. pro Mil. 70. cum falcibus ad Castoris, cum gladijs toto foro uolitarunt.

Ad, pro eo quod Italicè dicitur à aut uerso. Terent. Phorm. 5. 1. 13. Ad me respice. Idem And. 2. 5. 6. Quasi de improuiso respice ad eum.

Ad domum. Cic. 3. Verr. 48. Omnes ad eam domum, in qua iste diuersabatur, profecti sunt: cædere ianuam saxis, instare ferro, &c. Sic accipienda est hæc locutio, ut suprà dictum est de urbium nominibus cũ hac propositione. Nam si in ipsas ædes significare uelim, dicã aduerbialiter, hoc est sine præpositione

Digitized by Google

positione: ut domum profectus est. Idem 6. Verr. Et mecum ad Prætoris domum ferri.

Ad & Apud, pro In ablatiui casus, ferè indifferenter ponũtur, ut Ad forum, uel Apud forum audiui. Id est in foro. Plaut. Merc. 6. 56. Mihi quoq; etiam est ad portum negotium. Cæsar 5. bel. Gal. 198. Totam hyemem ipse ad exercitum manere decreuit. Cicero Cassio, lib. 15. 17. 2. Comites ad portam expectare dicunt. Idem in Pisonem. 22. Deprehensus deniq; cum ferro ad senatum. Testimonia de Apud, suo loco inuenies.

Ad, pro Apud, cum personæ accusatiuo, quo locus citra motũ significatur. Cic. Att. lib. 9. Cõmodùm ad te dederã literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionysius fuit. Pro apud me. quod etiã dicitur, mihi adfuit, uel mihi præsto fuit. Eidem lib. 10. epist. 4. Fuit ad me sanè diu.

Ad, pro Apud, cum accusatiuo significante locum. Liu. Dũ hæc ad Veios geruntur. Virg. 6. Aeneid. Hi multũ fleti ad superos. Ci. 14. Philip. Etiã ad inferos pœnas parricidij luent.

Ad item pro Apud cum personæ accusatiuo, quo nõ locus, sed persona ipsa tantùm demonstratur. Plaut. Casi. 4. 17.

— Nam ius uiri suum
Ad mulieres haud obtinere queunt.

Ad iudicem dicere, id est apud. Cic. 5. Ver. 56. respondebat se ad Recuperatores esse dicturum. Idẽ ad Brutum. 15. 3. Non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam ut laudem, præsertim ad Brutum. Pro Rosc. Comœdo. 7. Quis unquã ad arbitrũ quãtũ petit, tãtũ abstulit? Ibidẽ, Cæteri quũ ad iudicẽ causam labefactari animaduertũt, ad arbitrũ cõfugiũt. In eadem oratione. 26. Eius testis ad iudicẽ fidẽ infirmabit.

Ad cum uerbo motus & accusatiuo personæ, pro loco. Plaut. Epidico 8. 44. Abeamus intrò hinc ad me. Terent. Eunuch. 3. 6. 63. Eamus ad me.

Ad me domum, & similia. Plaut. Merc. 10. 12. Huc intrò ad me uisam domum. Terent. Adelph. 4. 4. 19. Ad me abducta est domum pro, domum meam. Item A me domo, pro à mea domo, ut uidere est suprà in A, uel Ab. Item Domi apud me, pro domi meæ.

Ad, cum accusatiuo personæ, addito urbis nomine itidem in accusatiuo. Cice. Atti. lib. 3. Sed te oro ut ad me Vibonem statim uenias.

Ad, Circa. ut, Ad id tempus. Cice. At. lib. 4. 86. 8. Tu quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quæ tempora te expectem facias me certiorem uelim. Varr. de re Rust. Nam refert, in agro ad quam partẽ cœli quisq; locus spectet: sicut ad quod tempus quæq; res facillimè crescat. In quo exemplo, priore loco (ad) pro uersus: posteriore, pro circa accipitur. Cic. pro Roscio Amer. 76. Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones uenditionesq; fiant, nimirũ ad Calen. Iunias.

Ad, pro ablatiua præ, comparationem significat. Cic. Nihil ad tuum equitatum. Terent. Eunuch. 2. 3. 69. Est'ne ut fertur forma? P. Sanè. Ch. At nihil ad nostram hanc.

Ad, pro Contra. ut, Ad illum mihi pugna est: pro Contra illum. Cice. ad Curionẽ lib. 2. Ne ad eã meditere, umparatũ te offendam. Virg. 2. Aeneid.

— Clypeosq; ad tela sinistris
Protecti obijciunt. Idem. 4. Aeneid.
Classem'ue ad Pergama misi.

Autores Seruius & Priscianus. Cic. Pro Roscio Amer. 68. Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora uideant necesse est.

Ad, Post. Cic. Atti. lib. 12. 25 8. 2. Aut nescio quid interfit, utrũ illuc nunc ueniam, an ad decem annos.

Ad, Propter. Propertius,
Pãditur ad nullas ianua nigra preces. Liu. 1. ab urbe 27. Inde quum actæ boues quædam ad desideriũ (ut fit) relictarum mugissent. Hoc est, Præ desiderio, siue propter desiderium.

Ad, Pro. Cic. 5. Verr. 155. Vnum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui uel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse quod oportuerit, solutũ. Plaut. Aulul. 12. 14. Venimus coctum ad nuptias. Id est nuptiarũ causa. Terentius Heaut. 4. 5. 29. Argentum dabitur ei ad nuptias.

Ad memoriam aliquid notare. Cic. 5. Philip. 175. An illa non grauissimis ignominijs, monumentisq; huius ordinis, ad posteritatis memoriam sunt notãda. Et 14. Philip. 410. Vt extet ad memoriam posteritatis sempiternam.

Ad, ante, uel coram. Virgil. 4. Aeneidos,

— Cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant. — Vbi Seruius, Ad, ante, uel apud. Sueto. Ad pedes stare passus. Cic. pro Roscio Comœdo. 27. Eius testis ad iudicem fidem infirmabit.

Ad, Præter. ut, Ad paupertatem accessit infamia. Plaut. Persa. 10. 20. Terent. And. 1. 3. 10. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Cic. Pro Plancio. 2. Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio quàm in ceteris, etiam hanc molestiam assumo, quòd, &c.

Ad, pro secundum, similitudinem significat: ut, Ad arbitrium illius, ad nutum, ad hoc exemplum. Cic. 1. de Fin. 10. Nũ desistunt ad arbitrium suum scribere? Idẽ de Aruspi. resp. 56. Bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus iam non erit. Plaut. Trin. 13. 74.

— Quod ad exemplum est.

Terent. Hecyra. 1. 2. 88. Ad hoc exemplum, ambarum mores earũ existimans. Sic ad hunc modũ uti, et ad eũ modũ Plaut. Aulul. 4. 3. & Menæh. 5. 29. Ad normam. Ci. in Lælio 17.

Ad perpendiculum columnas exigere. Cic. 3. Verr. 94.

Ad portionem uirium. Plin. lib. 24. cap. 8. 3.

Ad coniecturam alieni sensus, non ad iudicium suum scribere. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 12.

Ad meum sensum. Cic. Catoni. lib. 15. 6. 3.

Ad præscriptum omnia agere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 202.

Ad naturam uiuere. Seneca. id est, secundum naturam.

Ad similitudinem. Cic. Fab. Gallo. lib. 7. 247.

Sic dicimus, Pinxit ad exemplar, id est secundum exemplar.

Ad rationem loci & temporis. Plin. epist. 62. a.

Ad numerum esse. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 26.

Ad, pro eo quod uul. ò dicitur, quantum pertinet ad. Cice. 3. Ver. 39. Vidi simul cum populo Romano forũ comitium q; ad ornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum, cogitationemq;, acerbo & lugubri. Hoc est, quantum ad speciẽ, quantum ad sensum, &c.

Ad, Circiter. Plaut. Trinum. 4. 84. Numorum Philippum ad tria milia. Ci. ad Q. fratrem, Sanè frequentes fuimus ad ducentos. Mart. lib. 10. Terent. Heaut. 1. 1. 93. Quasi talenta ad quindecim coegi. Cice. Lentulo, Lib. 1. 2. 10. Hæc scripsi ad XVI. Cal. Februarij ante lucem. Idem ad Atticum, Ad pridie nonas.

Ad, pro uersus. Virgilius 1. Aeneidos,
Ingemit: & duplices tendens ad sidera palmas. Pro, cœlum uersus. Idem 2. Aeneid. Ad cœlum tendens ardentia lumina. Sic dicimus, Ad orientẽ spectat, ad meridiẽ uergit, et similia.

Ad se uersum. Sallust. in Iugur. Deinde conuerso equo, animad uertit fugam ad se uersum fieri. Ibidem, Sed aliquanto pòst, Vaccenses ubi animaduertere ad se uersum exercitum pergere, &c.

Ad, Vsq; ad, uel usq; in. Cæsar 4. bel. Gal. 550. Ad horam nonam in anchoris expectauit. Sic,

Ad hanc diem. Cic. in Catil. 62.

Digitized by Google

Ad hanc horam. Cic. Philip. 14. 398.
Ad lucem dormire. Cic. 1. de Diuin. 104.
Ad lucem pugnare. Liuius 3. ab urbe, 120.
Ad multum diei, & Ad multam diem. Liu. 3. bel. Pun. 73. Cice. ad Att. 13. 267. 1. Multus sermo ad multam diem.
Ad multam noctem uigilare. Cic. de Somnio Scip. 4.
Ad uesperum. Cic. ad Att. lib. 7. 128. 3. Ab hora octaua ad uesperum secreto collocuti sumus.
Ad uesperum perpotare. Cic. 2. Philip. 84.
Ad solis occasum. Plaut. Menæh. 22. 32.
Ad meridiem. Plaut. Mostel. 8. 57.
Ad rauim poscamus prius, quàm quicquam detur. Plautus Aulul. 10. 10.
Ad meum reditum. Cic. Lentu. lib. 1. 9. 27. Vt integrum mihi de causa Campana ad suũ reditum reseruarẽ. Idem 2. Offic. 120. Remq; integram ad reditum suum iussit esse.
Ad centena numero. Plin. lib. 9. cap. 10. 3. Pariunt ouæ, auium ouis similia, ad centena numero.
Ad cinerem ambustus, Hoc est ita ambustus, ut in cinerem redigatur. Plin. lib. 10. cap. 33.
Ad insaniam concupiscere. Cic. ad Att.
Ad exactam ætatem, Ad ultimam ætatem. Fest. Pompeius.
Ad id locorum, id est Adhuc, uel Vsq; ad id tempus. Liuius 5. Decad. lib. 3. Nec se ad id locorum scire, propter quam causam Consuli pro hostibus fuerint. Sallust. in Iugurtha, de Mario loquens: Tamen is ad id locorum talis uir (nam postea ambitione præceps datus est) Consulatum appetere non audebat. Et non multò pòst: Neq; post id locorum Iugurthæ dies aut nox ulla quieta fuit. Id est, post id tempus.
Ad, sæpenumero usum quendam rei significat. Plinius lib. 20. cap. 3. Hoc ad albicandam cutem in facie, totoq; corpore utuntur. Cic. 6. Verr. 27. Quo solitus esset uti ad festos dies, ad hospitum aduentum.
In hoc genere loquendi per contra uel aduersus interdum declarari potest, ut in talibus, Ad parotidas, ad tormina, ad scorpiones, & alia eiusmodi multa apud Plinium. Cice. 1. de Diuin. 20. Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarũ, ad oculorum morbos, ad uulnera.
Huius præpositionis usus frequens est cum gerundij uerbis in dum, & modò cum motu: ut Iuit ad lauandum. Modò sine motu, ut Terent. Ad. 1. 1. 101. Nec satis ad obiurgãdum causse. Terent. Phorm. 5. 3. 35. Non satis tutus est ad narrandum his locus.
Cicero pro lege Manilia 1. Hic autem locus ad agendũ amplissimus, ad dicendum ornatissimus est uisus. In his præpositione (pro) uulgus abutitur.
Ad uiuendum firmus. Plin. lib. 16. cap. ult. Firmissimæ ergo ad uiuendum oleæ, ut quas durare annis ducentis inter authores conueniat.
Ad agnatos & gentiles deducendus, id est mente captus. Varro de re Rust. libro 1. cap. 2. Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atq; ad agnatos & gentiles deducendus. Cice. 2. de Inuent. 233. Si furiosus est, agnatorum gentiliumq; in eo pecuniaq; eius potestas esto. Nam duodecim tabulæ furiosis ius adimunt administrandi res suas, & ad gentiles agnatosq; transferunt: quemadmodum legimus lib. 1. Institutionum, titulo de Curatoribus. Verba duodecim tabularum sunt hæc, Prodigo & furioso bonorum suorum administratio interdicta esto, & in curatione agnatorum sunto.
Ad aliquem conuenire, pro in aliquẽ competere. Cic. pro Sylla, 17. Equidem uehementer lætor, eum esse me, in quem tu, quum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris, quæ nõ ad maximam partem ciuium conueniret.

Ad præcipuam altitudinem exeunt uites Cypriæ, Plin. lib. 14. capite 1.
Hoc est in magnam altitudinem crescunt.
Ad amussim. Vide Amussis.
Ad aspectum præclarus. Cice. 6. Verr. 104. Nam & situ est quum munito, tum ex omni aditu, uel terra uel mari præclaro ad aspectum.
Ad assem impendium reddere. Plin. epist. 15.
Ad denarium soluere. Vide Soluo.
Ad numum subducere. Cic. ad Att. lib. 5. 110. 15. Ad sidunt, subducunt ad numum: conuenit, alij aliter distinguunt.
Vide Subduco.
Ad bonitatem proficere. Plin. lib. 33. cap. 3. de auro, Quinimò quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem. Id est fit melius ac purius.
Ad cibos auiditas. Plin. lib. 20. cap. 16. de cunila, Concoctionẽ mirè adiuuat, & ad cibos auiditatem.
Ad cibum purus. Plin. lib. 29. cap. 4.
Ad currum leones iungere uel equos. Plin. lib. 8. cap. 16.
Ad cyathos stare dicũtur pincernæ regibus, quibus cyathissant, hoc est cyatho uina ministrant. Suet. in Cæsa. Scd Cn. Memmius etiam ad cyathum & uinum Nicomedi stetisse obiecit.
Vide Cyathus.
Ad dextra, Ad læna. Plin. lib. 16. cap. 36. Latera harundini calamoq; in rotunditatem bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad læua per uices.
Ad dextrã manum, & similia: locutiones sunt peruenustæ, quæ ex subiectis exemplis facilius intelligẽtur, quàm per alia uerba declarari possint.
Ad dexteram, sub. manum. Terent. Heaut. 4. 4. 10. Proximam esse huic fundo ad dexteram?
Ad sinistrã. Terent. Adelph. 4. 2. 44. Ad sinistrã hac recta plea
Ad læuam. Plaut. Mil. 18. 1. Vbi is est? M. Ad læuam. (tea.
Ad læuam manum. Plaut. Menæh. 12. 31.
Ad diem simpliciter ueteres dicebant, pro eo quod integrè dicitur ad constitutam diem, uel ad dictam diem. Cice. Caninio, Quin ad diem decedam. Item 4. Verr. 4. Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Cæsar 2. bel. Ciuil. 78. Nulla fuit ciuitas quin ad diem conueniret. Cic. Cælio, lib. 2. 10. 3. Vel quia belli magni timor impendet: quod uidemur effugere, si ad constitutam diem decedemus. Idem Tironi, lib. 16. 12. 4. Tu musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient.
Ad digitos uenire. Plin. lib. 2. cap. 23. Vt protinus mundi quoque ipsius mensura ueniat ad digitos. Id est supputetur.
Ad extremum, Ad postremũ, Ad ultimum, Aduerbia sunt modò ordinis, pro deniq; uel postremo: modò tẽporis, pro tandem. Itaq; pro loco & sensu accipienda erunt. Sunt autem binæ dictiones, una tamen pars orationis: qualia sunt. In primis, In dies, Ad summam, In summa, & alia huiusmodi.
Cic. Atti. Illud te ad extremum & oro & hortor.
Ad extremum & ad ultimum nonnunquam binæ sunt orationis partes, hoc est præpositio & nomen absolutũ, pro usque ad extremũ, usq; ad ultimũ: id est, ad finem usq;. Cic. ad Brutum. 10. 2. Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremũ defuit. Liuius 2. ab urbe. 24. Patres ad ultimum dimicationis rati rem uenturã. Id est ad ultimam & periculosissimam dimicationem. Idem 8. belli Maced. 107.
Ad extremũ, id est, In extrema parte. Liu. 3. Decad. lib. 1. Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquã ad extremum, unde ferrum extabat.
Ad postremũ. Plau. Aulul. 15. 54. Ibi ad postremũ sedit miles.
Ad finem affirmare, id est, fideliter & uerè. Liu. 1. Decad. lib. 3.
difficile

Digitized by Google

Difficile ad fidem est in tam antiqua re quot pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero.

Ad gallinas, nomen loci. Plin. lib. 15. cap. ultimo.

Ad gratiam esse, dicitur res aliqua. Liuius. 4. Decad. lib. 5. In Quintio noua et recentia omnia ad gratiam erant. Hoc est, faciebant, ut Quintius gratior esset populo Roma.

Adhoc, & Adhæc, nõnulli dicũt esse ordinis aduerbia, alij pro coniunctionibus accipiunt: & ab alijs coniunctim, ab alijs separatim scribuntur. Sic autem dicuntur quasi præter hoc, præter hæc. Valla lib. 2. (Hoc) cõpositum cum præpositione (ad) significat præterea: ut apud Sallust. Cognouerã paruis copijs bella gesta cũ opulentis regibus: adhoc sæpe fortunæ uiolentiã toleraſſe, facundia Græcos, ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe.

Ad teli iactum peruenire. Id est ad eum locum, unde tela in hostes iaci possint. Q. Curtius lib. 3. Paulò antè dixerat, Iam in conspectu, sed extra teli iactum utraq; acies erat.

Ad id, pro Ad illud tempus, usq; eo. Liuius, Quum ad id dubios seruassent animos. Budæus.

Ad infinitum, pro usq; ad infinitũ, id est infinitè. Plin. lib. 20. cap. 21. 5. Plin. Idẽ lib. 34. cap. 7. Sed hæc ad infinitũ efflo-ruit multorũ uoluminũ opere, si quis plura persequi uelit: omnia enim quis posit? Dicitur & In infinitum.

Ad irritum cadit spes. Liuius 1. Decad. lib. 2.

Ad libita. Tacit. lib. 12. Arripi coniuges ad libita Cæsarum.

Ad limina custos. Virg. lib. 9. Aeneid.
Id est ædituus, Seruio interprete.

Ad liquidum explorata ueritas. Liu. 4. Decad. 5.

Ad literam. Quintil. lib. 9. Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad literam subieci. Pro quo uulgò dicunt, In forma. Erasmus.

Ad manum esse, est aliquid ita in promptu esse, ut quasi manu teneatur. Liu. ab urbe, Adde quòd Romanis ad manum domi supplementum esset.

Ad manum uenire. Liu. 8. bel. Maced. 91.

Ad manus uenire, est etiam ad dimicandum, siue ad arma uenire. Cic. 7. Verr. 23. Nonnunquam etiam ea res ad manus, atque ad pugnam ueniebat.

Ad morem actionum aliquid persequi. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Ad manum, leginus relatũ ad uisum, pro cominus, siue ex propinquo. Vitruuius, Alia enim ad manũ species esse uidetur, alia in excelso. Plin. lib. 31. ca. 10. ubi de Apelle, Vnũ imitari nemo potuit, quòd absoluta opera atramento illimiebat ita tenui, ut idipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodiretq; à puluere & sordibus: ad manum intuenti demum appareret.

Ad manum seruus is dicitur, cuius manu ad literas scribendas princeps aut quiuis alius utitur: estq; idem qui & A manu, & Amanuensis dicitur. Ci. 2. de Orat. Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manum. Ibidem lib. 3.

Ad matrem pendent pyra. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ad nasum uenire. Plin. lib. 15. cap. 28. Vinum dulce sine odore, tenue odoratius. Multoq; celerius talia ad nasum ueniunt quàm pinguia. Hoc est, nares feriunt.

Ad omnia alia, pro in omnibus alijs. Terentius Adel. 5. 3. 46.
Ad omnia alia ætate sapimus rectius.

Ad pedes desilire, est de equo descendere. Cæsar in Commentã.

Ad pedes, idẽ quod A pedibus, siue Seruus à pedib. Martia. Lagenam ad pedes replet. Vide A pedibus in A præpositione.

Ad pilum ulcera reducere. Plin. lib. 22. cap. 22. Iumentorum quoque ulcera ac scabiem, radix illita, aut decoctæ succus ad pilum reducit.

Ad plenũ. Hoc est Perfectè. Asconius in diuinationẽ Ciceronis.

Ad pyrum, nomen regionis in qua habitabat Martialis. Erequenter enim arbores nomina regionibus dabant: ut Ad pinum, quod est apud Senecam: Ad malum punicum, quod est apud Tranquillum. Sipont. & Domit. Calder. Martialis lib. 1. ad finem, ad Lupercum.

Ad planum reducere cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9.

Ad polituram farcire. Plin. lib. 11. cap. 24.

Ad portionem. Id est portione, seu pro portione. Plin. lib. 16. capite 41. & alibi sæpe.

Ad præsens. Duæ sunt dictiones, una tamen pars orationis, & est aduerbiũ temporis, nisi mauis nomen (tempus) subaudire. Significat autem in præsentia: & dicitur nunc de tẽpore præterito, nunc de præsenti, sed hoc rarius. Plin. li. 8. ca. 22. Vocemq; homini, quem priores contemplantur, adimere ad præsens. Quasi dicat, non in perpetuum, sed duntaxat ad illud præsens tempus. Loquitur de lupis. Plin. lib. 9. cap. 8. At illos excipiunt delphini, & occidisse ad præsens contenti; cibos in uictoriam differunt.

Ad præsens, pro Tum, de præterito. Tacit. lib. 13. Plautus ad præsens silentio transmissus est. Idem lib. 16.

Ad quid. Cic. ad Attic. lib. 4. 86. 6. Quid mihi hoc monumentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas.

Ad remum dare aliquem. Tranquillus in Augusto, ca. 16. Viginti seruorum milibus manumissis, & ad remum datis.

Ad Seras aliquid petere. Hoc est, Ex Serum regione. Pli. lib. 12. in proœmio. Libro 5. cap. 1. Zilis regum ditioni exempta, & iura in Bæticam petere iussa.

Ad solarium uersari. Cic. pro Quintio. 40. non ad solariũ, nõ in campo, non in conuiuijs uersatus est, ad Herennium lib. 4. 155. Ad solarium uersari dicitur, qui spectacula frequenter inuisit. Cælius Antiq. le. lib. 15. cap. 10.

Ad summã, et in summa, ordinis aducrb. pro denique, siue postremo, siue Vt breuiter concludam. Cic. lib. 1. Offic. 207. Ad summam, ne agam de singulis. Idem Atti. lib. 7. 127. 9. Ad summam. Eidem lib. 10. 195. 15. Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret.

Ad summum, aduerbium qualitatis, quod ad numerũ refertur. Cic. ad Curio. lib. 2. A te uerò bis terúe ad summum, & eas perbreues accepi. Idem Atti. lib. 12. 257. 5. Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Idem pro Mil. 8. Quatuor, Ad summum quinq; sunt inuenti. Pro eodem. 19.

Ad tempus duobus modis sumitur: Vno ad conditionem temporis, necessitatem, & opportunitatem. Cice. pro Milone. 52. quàm ad tẽpus aptæ simulationes. Plancus Ciceroni, ad tempus consilium capiam. Cic. Dolabellæ. 9. 14. 17. Neq; solum ad tempus, maximam utilitatẽ attulisti, sed etiã ad exemplum facti. Altero ad spatium temporis: ut, Silebo ad annũ, Latebo ad tempus: Id est, usq; ad annum, & usq; ad tempus quoddam, uel in tempus. ut Quintil. libro 10. cap. 4. Optimum emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur. Valla lib. 4. Cicero Planco, Non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ uirtutis est præmium. Huc pertinent, Ad quoddam tempus. Cice. 3. de Natu. Deor. 45. Ad punctum temporis. Cic. 2. Philip. 51. Ad breue & ad breuissimũ tempus. Cic. in Catil. 23.

Ad terga recipere. Plin. lib. 10. cap. 23. de anseribus & oloribus. Colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt.

Ad terram dare, id est abijcere. Tranquillus in Augusto, capi. 96. Aquila duos cornos hinc & inde infestantes afflixit, & ad terram dedit.

Ad tertias decoquere, & similes locutiones. Plin. lib. 20. cap. 3. Aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias. Id est, ut supersit tantum pars dimidia. Idem cap. 4. Item ad tertias decocto eorum poto cum uino, enterocelis prosunt.

Digitized by Google

Ad uerbum, quod nonnulli de uerbo ad uerbum dicunt. Cice. 1. de Finib. 7. *fabellas Latinas ad uerbū de Græcis expressas:* Sueto. de claris Rhet. *Ex quibus non alienum fuerit unam & alteram, exempli causa, ad uerbum referre.* Cice. 1. de Orat. *Exercenda est etiam memoria ediscendis ad uerbum quamplurimis & nostris scriptis, & alienis.* Sueton. *in Augusto: Exempla ad uerbum excerpta.* Plin. lib. 18. cap. 7. 16. *Ad uerbum translata sententia.*

Ad uetustatem fidelis. Plin. lib. 13. cap. 6. *de terebintho, Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad uetustatem.*

Ad uinum disertus. id est, inter conuiuium, inter pocula, iuxta uinū. Cic. pro Cælio. 54. *Quàm uolent in conuiuijs faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad uinum diserti sint: alia fori uis est, alia triclinij. In eos dicitur, qui ad ferias causas agendas inepti, multa garriunt inter pocula, ubi nihil opus. Allusit Cicero ad morem priscum, quo causæ ad mēsuram aquæ agebantur. Ea diuidebatur in tres partes: una infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At qui ad uinum diserti sunt, ad aquam ferè muti sunt.*

Ad uinum transire. Plin. lib. 20. cap. 5. *Esse tamen utile conualescentibus ad uinum transeuntibus.*

Ad uiuum resecare. Colu. lib. 6. cap. 12. 2. *Si sanguis in inferiore parte ungulæ est, extrema pars ipsius unguis ad uiuum resecat, & ita emittitur.* Cic. lib. de Ami. 16. *usus est pro eo quod est rem exactius ac morosius excutere. Sumpta metaphora à tonsoribus capillos aut ungues resecātibus. Nāij sæpenumero molesti sunt, dum nimium diligentes esse student.*

Ad ultimum, pro ad finem usq;. Liui. 5. Decad. libro 5. *Pietatē, constantiamq; laudaturos, si fidem ad ultimum fratri præstitissent.*

Ad unguem, id est exquisita diligentia, atq; exactißima cura. A' marmorarijs sumpta metaphora, q superinducto ungui cōmissuras explorant marmorum. Col. libro 11. cap. 2. 9. *Ab uno fabro dolari ad unguem per quadra debet.* Horat.

Cocceus ad unguem Factus homo. Idem in Arte,

Carmen ad unguem castigare.

Ad uoluntatem loqui. Vide Loquor.

Ad unum, Nullo excepto, ait Seruius. Plin. *de uiris Illust.* 14. Cicero de Amicit. 72. *De amicitia uerò omnes ad unū idem sentiunt.* Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 4. *Onerariæ oēs ad unā à nobis sunt exceptæ.* Virgil. 5. Aenei. Iuppiter omnipotens, *si non exosus ad unum Troianos.*

Ad uotum, & ex sententia, eodem ferè significationis ueniunt. Quintil. Et alibi: *Et ad omne uotum fluente fortuna lasciuit otium.* Valla lib. 5. cap. 70.

Interdum subauditur aliquid unde pendeat ipsum. Ad cum suo accusatiuo. Terent. And. 3. 2. 1.

Quæ assolent, quæq; oportet

Signa ad salutem esse. Vbi Donatus, Deest, inquit (hæretia) aut (pertimentia.) Sic in Heau. 1. 2. 33. Atq; hæc sunt ad uirtutem omnia. Ergo absolutè dixit, ut desit aliquid tale. Vnde & nos dicimus. Quid ad rem? & Quid ad me? Hæc Donatus. Ex cuius sententia satis apparet neq; (esse) in priore exemplo: neq; (sunt) in posteriore legi debere.

Ad interdum postponitur accusatiuo. Tacit. libro 12. Sic alibi sæpe, sed ferè inter adiectiuum & substantiuum.

Sunt & alia significata, sed quæ facilius ex ipsis intelligentur exemplis, quàm interpretatione per alia uerba, qualia sunt in illis, Canis ad lyram, Studet ad lucernam, Ad sonum mergere. pro eo quod est, audito sono. Et in illo Horatij,

Ad strepitum citharæ cessantum ducere curam. Et Ouid.

Ad tua uerba reuixi. Et Virg. 1. Eclog. Canet frondator ad auras. Item ad tibicinem immolare, id est canente tibicine. Cic. pro lege Agraria.

Et, Ad eum nuncium, Pro, audito eo nuntio. Liu. 2. ab urbe.

Ad etiam in cōpositione plerunq; proximitatem significat: ut Adeo, accedo, accurro, aduenio, assideo. Priscianus.

Ad præpositio, apud antiquos integra in compositione seruabatur: ut Adficio, adseruo, adfirmo, adcurro. Terent. And. 3. 3. 8. *Quæ incœpta à paruis, cum ætate adcreuit simul.* Vbi Donatus, Adcreuit, *ut suprà adcuratè. Ad enim præpositione utitur familiariter.*

Ada, Adæ, filia fuit Hecatomni Cariæ regis, eademq; Artemisiæ & Mausoli soror, Idryei fratris sui uxor: quæ à Pixodoro fratre post uiri mortem expulsa regno, tandem opera magni Alexandri restituta est. Author Strabo 14.

Adad, (ἀδλάδ,) siue Adadus, Deus est, quem Assyrij summum habent, ac maximum uenerantur. Significat hæc uox nō aliud ferè, quàm unum. Adijciunt et Deā nomine Adargatin, siue ea sit etiam Atergatis, de qua suo loco. Omnia horum duorum numinum potestati subiecta opinātur, solem interpretari, terramq;. Argumento esse, quòd Adad simulacrum insigne radijs cernatur proclinatis, tanquam illi sint uirtutis cœlestis in terram uehiculum. terræ autem seu Adargatis imagunculæ diuerso fiebant schematismo, in sublime radijs surrectis, quòd cœlesti affluxu progerminent cuncta de terreno uelut fermento. Cælius Antiq. lect. lib. 10. cap. 34.

Et Macrobius libro 1. Saturn. capite 23. *Meminit nonnihil* Plin. lib. 37. cap. 11.

Adæ, Adarum, oppidum Asiæ Straboni lib. 13.

Adæi, Arabes Aegypto finitimi, ut scribit Ptolemæus.

Adæquè.] pro Aequè. (ἐπίσης,) Aduerbium quantitatis, idem quod æquè.

Id est tam, siue tantum. Plaut. Casina,

Nunquam ecastor ullo die risi adæquè. Liui. 1. Decad. libro 4.

Adæquo.] *adæquas, penul. prod. (ἐξισόω, ἀπισόω, ἰσοφορίσω,) adæquare.* Idem propriè quod æquare, hoc est complanare. Liu. 1. ab urbe. 129. Romanus passim publica, priuatáq; omnia tecta adæquat solo.

Adæquare altitudinem, cursum, &c. similiter pro æquare, sed metaphoricè. Cæsar 5. bel. Gall. 33. *Qui uectorijs, grauibusq; nauigijs, non intermisso nauigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt. Id est currendi celeritate pares illis fuerunt.* Idem 2. bel. Gall. 34 4. Cic. de Vniuersitate 58. *Deorum uitam possint adæquare. Id est, ad Deorum immortalitatem peruenire.* Idem ad Q. fratrem, li. 2. 10. 8. *Senatorum urna copiose absolsit, equitum adæquauit. Id est par utrinq; numerus fuit, absoluentium scilicet & damnantium.* Budæus.

Adæquare cum uirtute fortunam. Cice. pro Archia. 18. *Quid noster hic magnus, qui cum uirtute fortunam adæquauit? Hoc est æquè fuit fortunatus, ac uirtute præditus.* Idem pro Cor. Balbo. 50.

Adæquare memoria nominis nostri cum omni posteritate. Cic. pro Archia. 22.

Adæquare aliquem sibi. Tacit. lib. 12.

Adæro.] *adæras, pen. prod. (προχαλκόω,) Adærare.* Budæus, *Adærare, est ære æstimare: & ab ære deductum est:* In lege Annonas, de erog. milit. annonæ libro 12. *Septem diebus per quos tribuni præto. emol. gratia. solen. stellaturæ nomine species consequuntur: species resistentes non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum uenalium distrahuntur. Sensus est, Species quæ militibus stellaturæ causa penduntur à prouincialibus, si pecunia permutetur, æstimari tanti debere, quantum est fori precium. Species autem resistentes intelligo, restantes quæ reliquamenti causa debentur: id est, quæ ex præterito debentur.*

Adæstuo.]

Digitized by Google

Adæſtuo. adæſtuas, adæſtuaui, (προσνυμαίνω,) adæſtuare, Valde æſtuare. Stat. lib. 5. Thebaid. 104.

—Squammiſq; inciſus adæſtuat amnis.

Adaggero. adaggeras, pen. corr. (προσεπιχωννύω,) adaggerare, Accumulare. Cato de re Ruſt. cap. 94. Quum uer appetit, terram adaggerato bene. Columel. lib. 5. cap. 11. 5. Plin. lib. 36. cap. 12. 6. Compoſitum eſt ex ad, & aggero: quod ab agger aggeris deriuatur.

Adagium. adagij, & apud antiquos, adagio, onis, (παροιμία,) ſignificat prouerbium. Varro li. 6. de lingua Latina, Apud Valerium Soranum uetus adagio eſt. Adagio eſt, litera commutata, Abagio: dicta ab eo quòd ambit orationem, neq; in aliqua una re conſiſtit ſola. Feſtus, adagia, ad agendũ apta. Donatus in Eunuchum. Et dicta & prouerbia, & adagiones, quòd rem agant, facetis hominibus adſcribuntur. Plaut. Amphi. 15. 40.

—Vetus eſt adagium, Fames & mora
Bilem in naſum conijciunt.

Ad aliquid πρός τι. Quintil. lib. 1. cap. 10. Illi autem idem cum interrogantur cur aper apri, & pater patris faciat. Illud nomen poſitum, hoc ad aliquid eſſe contendunt.

Adalligo. adalligas, pen. corr. (προσεπιδέω) adalligare. Idẽ quod alligare. Hoc eſt ad aliquid ligare. Plin. lib. 27. cap. 10. 6. quos pyxide cõditos adalligari cum pane, brachio. Idẽ li. 20. ca. 21. 5. Quin & ſemen tritum adalligant brachio.

Adalligatus in Plin. lib. 17. cap. 23. 13. Adalligato protenduntur in uiduam arborem unco.

Adamantij cognomẽ olim tributum eſt Didymo grammatico, ob indefatigabilẽ ſcribendi inſtantiam. Ab hoc translatũ eſt in Origenem. Eraſmus in Hyeron.

Adamas. pe. cor. adamãtis, m. g. ἀδάμας. Eſt lapis duriſſimus, ab α particula priuatiua, & uerbo δαμάζω, id eſt, domo quaſi indomitus. Virg. 6. Aeneid.

—Solidoq; adamante columnæ,
Vis ut nulla uirum, non ipſi excindere ferro
Cælicolæ ualeant. Plin. lib. 37. cap. 4. Genera adamantis ſex noſcuntur. Vnde & nomen indomita uis Græca interpretatione accepit. Item paulò pòſt. Siquidem illa inuicta uis duarum uiolentiſſimæ naturæ rerum, ferri ignisq; contemptrix, hircino rumpitur ſanguine, nec aliter quàm recenti, calidoq; macerata.

Adamas, ſpecies eſt ferri, ut nonnulli Heſiodi aſtruunt interpretes. Galli uocant Eſmeril. Eo perpoliuntur gemmæ. Eſt & lapis inſita denſitate ignibus ac ferro inuictus, quãuis plumbo et leonis atq; hirci ſanguine molliatur. Cælius Antiq. lec.

Infragilis adamas. Plin. lib. 20. in procemio. (lib. 10. cap. 50.

Durus adamas. Ouid. Amorum lib. 3. eleg. 6. 12.

Adamas non exoratus. Proper. lib. 4. 12. 1.

Inuictus adamas. Ouid. lib. 4. De Ponto. 12. 7.

Perennis adamas. Ouid. 15. Metamorph. 163.

Textus adamas. Senec. in Hercul. fur. 9. 39. Id eſt, adamantina catena.

Adamanta mouere lachrymis. Ouid. de Arte aman. lib. 1. 133.

Adamanta ſuperare duritie. Ouid. epiſto. 2. 28.

Ex adamante ſecuris facta. Ouid. 3. Faſt. 161.

Adamantæus, adiectiuũ (ἀδαμαντάῖος,) Quod ex adamante factum eſt, uel quod duriſſimũ eſt. Ouid. 7. Metamor. 21.

Adamãtinus, aliud adiectiuum, penul. corr. (ἀδαμάντινος,) propriè dicitur, quod eſt ex adamante factum, uel ad adamantem pertinet: ut Adamantina duritia. Plin. li. 37. cap. 11.

Adamantinum per metaphoram uocamus, quicquid duriſſimũ aut inuictũ atq; inexpugnabile indicare uolumus: propter ea quòd incredibilis eſt ipſius adamantis durities.

Adamantini claui. Horat. 3. Carmin. 24. 1.

Iuga adamantina. Proper. lib. 3. eleg. 11. 2.

Saxa adamantina. Lucretius lib. 2. 90.

Tunica adamantina. Horat. 1. Carm. 6. 3.

Adamaſtor, Adamaſtoris, pe. corr. (Ἀδαμάστωρ,) nomẽ gigantis ſtaturoſi, & immani membratura conſpiciendi: qui apud Claudianum in Gigantomachia 20. Damaſtor nũcupatur.

Adamaſtus, (ἀδάμαστος,) nomen uiri proprium apud Virgilium 3. Aeneid. 123.

Adamiani, hæretici, ſic dicti, quòd nuditatẽ, quam Adã in paradiſo habuit ante peccatũ, imitarentur, & ita ſemper mares & fœminæ nudi obambularent, nudi lectiones audirent, nudi orarent, nudi celebrarent ſacramenta. Hi ſuam eccleſiam hoc eſt ſuã congregationem appellabãt Paradiſum. A' nonnullis etiam Adamitæ uocantur.

Adamo. adamas, penul. corr. (ὑπερφιλέω,) adamare, Vehemẽter amare, et quaſi cupere. Ci. 3. de Orat. 35. Deinde ab Antiſthene, qui patiẽtiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamarat, & alibi ſæpe. Ouid. Triſt. li. 3. eleg. 4.

Adamare, amatoriè amare, ut ait Valla. Quintil. in Infami in matrẽ: id eſt, Me quidem marite ſiquis interroget, oẽs matres liberos ſuos tanquam adamauerint, amant.

Adana, neu. g. Vrbs Ciliciæ Ptolemæo, uulgò Adena, Ἀδάνα.

Adaperio. adaperis, pen. cor. adaperui, adapertum, (προσανοίγω,) adaperire, Ex ad, & aperio, ex pario compoſitũ, ſignificat idem quod aperire ſiue patefacere. Liuius 5. bel. Pun. 172. Qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ. Plin. lib. 2. cap. 47. 14.

Vnde nubes diſcuſſæ adaperuere cælum.

Adaperire, Reſoluere. Pli. li. 32. c. 95. Horũ ius traditur aluũ et ueſicas eximunire, interanea diſtringere, omnia adaperire.

Adapertæ uites. Colum. lib. 5. cap. 5. Adapertas uites relinquere, & tota hyeme ablaqueatas habere conuenit.

Adapertilis, adiectiuũ, pen. cor. (προσανοικτός,) Quod eſt adapertũ, uel apertu facile. Ouid. de Triſt. lib. 3. eleg. 11. 9. Aſpicis à dextra latus hoc adapertile tauri.

Adaquo. adaquas, pen. corr. (ὑποτίζω,) adaquare, Verbum notæ ſignificationis. Suet. in Galba. ca. 7. ut ad lacũ ubi adaquari ſolebat, duceretur.

Adaquare, pro irrigare. Plin. li. 17. ca. 10. 6. denis diebus adaquari. De arborum ſatione loquitur.

Adarca. adarcæ (ἀδαρκήνης,) Salſilago quædam eſt, ſeu ſpuma ſalſuginoſa, concreta, & uelut gelata, in humidis & paluſtribus locis per ſiccitates paludum proueniens in Cappadocia, atq; ipſis harundinibus & herbis adhæreſcens. Galenus, Dioſcorides & alij. Vocatur etiam Adarces, Adarcion Adarcos, & Calamochnus, Id eſt, calami ſeu harundinis lanugo. Sunt qui adſpirent, Adarcha ſcribentes.

Adareo. adares, pen. prod. adarui, (ξηραίνομαι,) adarere, Verbum rariſſimè lectum, idẽ quod arere, ſiue exarere. Cato de re Ruſt. cap. 98. Amurca decoquito ad dimidium, et ea unguito fundum arcæ, & extrinſecus pedes & angulos. Vbi ea aduruerit, ueſtimenta condito.

Adaſſo. (βιάζομαι,) ſcripſere ueteres pro adigo. Plau. Vtinam diui adaſſint ad ſuſpendium. Feſtus legit adaxint.

Adaugeo. adauges, adauxi, adauctũ, (ἐπαύξω,) adaugere, idem quod ſimplex augere. Cice. lib. 2. de Inuent. 161. Per quem facti utilitas aut honeſtas adaugetur. Ad Heren. lib. 2. 75. Terent. Heaut. 3. 1. 26.

Cumulare & adaugere. Cice. pro Roſcio Amer. 18. Hæc alijs nefarijs cumulant atq; adaugent.

Adaucto, adauctas, (ἐπαύξομαι,) adauctare, frequentatiuum, Idẽ quod augere. Accius Aeneadis, Quibus rem ſummam & patriam noſtram quondam adauctauit pater. Ex Nonio.

Adaugeſco, adaugeſcis, adaugeſcere, (ἐπαυξάνω,) Augeri,

Digitized by Google

Crescere. Lucretius libro. 2. 60.
Nam neq; adaugescit quicquam, nec deperit inde. Cic. 1. de Diuinat. 22.

Adauctus, participium, (ἐπαυξηθείς,) Vide Adaugeo.

Adauctus, huius adauctus, m. g. (ἐπαύξησις,) Lucret. ti. 2. 225.
Nam quæcunq; uides hilari grandescere adauctus, id est incremento.

Adbibo.] adbibis, adbibi, pe. cor. adbibitum, pe. cor. (ἐπιπίνω,) adbibere, Verbum rarius, idem quod simplex bibere. Terẽt. Heaut. 2. 1. 8. Is mihi ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora.

Adbibere, interdum significat multum bibere, propter Ad, quæ est augendi particula. Plaut. Sticho. 6. 58. Euge, quãdo adbibero, alludiabo.

Adbibere, pro imbibere, per metaphorã. Horat. 1. epist. 2. 14.
—Nunc adbibe puro Pectore uerba puer.

Adcensi.] pro accensi ueteres scribebant, quasi ad censum adiecti. Vide Accensi.

Adcorporo, as, penul. corrept. Solinus cap. 50. & carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni, ægrè separetur.

Adcredo.] adcredis, penul. prod. adcredidi, pe. corr. (ἐπιπιστεύω,) adcredere. Lucre. li. 3. 176. —Tum motus materiæ Multimodi q̃ sint, facilè hoc adcredere possis. Id est, credere.

Adcresco.] adcrescis, adcreui, penul. prod. (ἐπαυξάνομαι,) adcrescere. Horatius in Arte poetica. 52.
Syllaba longa breui subiecta uocatur Iambus,
Pes citus, unde etiam trimetris adcrescere iussit
Nomen Iambis. Id est, addi, uel dari.

Addax.] addacis, (ῥιψίνηρως,) quem Addacẽ Aphrica appellat, Græci à contortis cornibus indidere nomen. Plin. lib. 11. cap. 37.

Addecet.] pen. corr. (ἐπιπρέπει,) addecebat, addecuit, impersonale: poeticũ est uerbũ, idẽ quod decet. Plaut. Amph. 12. 21. Eius studio seruire addecet. Idem Casina. 15. 23.

Addenseo.] addenses, addensui, (ἐπιπυκνόω,) addensere, ex Ad, & Denseo, teste Seruio: Densum facere, Stipare, siue cõstipare. Virg. 10. Aeneid. 18. Extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

Addenso, addensas, addensare. Idem quod addenseo. pro spissare, id est, spissum facere. Plin. lib. 20. cap. 21. 8. Mirũ aquam radice ea addita, addensari sub dio, atq; lactescere.

Addico.] addicis, pen. prod. addixi, addictum, (παλλάττω, προστίθημι,) addicere. Est licitandi rem auferendam permittere. Ci. pro A. Cec. 11. Ebutio negotiũ datur. adest ad tabulam. licetur Ebutius. Deterrentur emptores, multi partim gratia Cesenniæ, partim etiã pretio. Fundus addicitur Ebutio. Ex Budæo. Cic. 3. Ver. 97. Mihi bona addicat.

Addicere & tradere. Cic. pro domo sua. 82.

Bona alicuius numo sestertio addicere alteri. Ci. pro Rabir. 28.

Addicere & uendere. Cic. 5. Verr.

Vendere & addicere sententiam. Cic. 2. Philipp. 67.

Addicere, Auctionẽ facere: Hoc est bona sua proscribere, & licitantibus obijcere. Quinti. in Aegro redempto. Suet. in Cæsare. Bello ciuili semper alias donationes, amplissima prædia minimo addixit. Quo in loco (numo) rectè quidam legunt. Ci. 7. Philip. 226. Antonius regna addixit pecunia.

Addictam pretio habere fidem. Ci. 4. Verr. Pro, obnoxiã quasi uenalem habere fidem & religionem.

Addicere suos amores. Ouid. 1. Metamorph. 124.

Addicere sanguimẽ alicuius. Cic. in Pisonẽ. 65. Sic addicere aliquẽ supplicio apud eundem, antequam iret in exilium. 11.

Addicta uita alicuius, et proposita præmijs. Ci. pro. Milone. 42

Addicere bona in publicũ, Publicare. Cæs. 2. bel. ciui. 73.

Addicere, propriè est idem dicere, & approbare dicẽdo. Aliàs addicere, damnare est. Author Festus. ut, Addicere morti, pro destinare ac deuouere. Cice. 3. Offic. 59. Quum is qui morti addictus esset, paucos dies cõmendandorum suorum gratia postulasset.

Addicere, in augurali disciplina aues dicuntur, id est, approbare facienda. Liu. 7. bel. Pun. 97. Fabio auspicanti priùs quã egrederetur ab Tarento, aues semel atq; iterum non addixerunt. Idem 1. ab urbe, Neq; nouum constitui, nisi aues addixissent, posse. Eius contrarium Abdicere.

Addicere se alicui homini, siue cuipiam rei, (προσλιβανάω) pro eo quod est, facere se illi obnoxium, & quasi se illi deuouere. Nonius, addictum inquit, est quasi deuotum uel obnoxium. Cic. in Sallust. 6. Non enim uni priuatim ancillatus sum neq; me addixi. Idẽ pro Plancio. 76. Senatus, cui me semper addixi. Idem pro Cælio. 63. Hunc addictũ, deditum, obstrictum tibi habebis. Idem. 2. Tuscul. 8. Qui certis quibusdam destinatisq; sententijs, quasi addicti & consecrati sunt.

Addicere sese alicui certo. Cic. lib. 2. de Inuent. 125.

Addicere corpus suũ turpissimæ cupiditati. Ad Herẽ. li. 4. 167.

Addicere pueritiam suam omni intemperantiæ. Ad Herennium libro 4. 187.

Addicere quempiam pro debito, (διαλαλάζω,) De hoc significatu sic ait Valla, lib. 5. Addicti apud ueteres dicebantur, qui prætoris pronunciatione ac iussu, cum soluendo non essent, creditoribus in temporariam seruitutem addicebãtur. Plaut. Pœnulo. 3. 58. —Vbi in ius uenerit, Addicet prætor familiam totam tibi. Cic. in Pisonem. 68 Nónne Fusidiũ creditorem debitoribus suis addixisti? Pro Flacco. 39. Iste quũ ius dicatũ nõ faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est.

Addicti quid à seruis differant, his uerbis explicat Quinti. lib. 7. ca. 4. Addictus, quẽ lex seruire donec soluerit, iubet. Seruus quũ manumittitur, fit libertin⁹. Addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito Domino libertatem nõ consequetur. Addictus soluendo, citra uoluntatem domini consequetur.

Addicere in seruitutem. Liu. 3. ab urbe.

Addictum sub sua iura trahere. Proper. lib. 3. eleg. 11. 1.

Addictus auibus & canibus, id est, expositus, et uelut damnatus atq; deuotus. Ho. Ep. 17. 3.
Luxere matres Iliæ addictum feris
A' litibus, atq; canibus homicidam Hectorem.

Addicta uasitati. Cic. Attic. lib. 9. 180. 12. Quasi iam destinata ac damnata, ut in uastitatem redigantur, hoc est uastentur.

Addicere aliquem ad iusiurandum, Velut adigere & cogere. Sallust. in Catil. Quum ad iusiurandum populares sceleris sui conscios addiceret. Fortasse legendum adigeret.

Addicere opus aliquod, pro locare faciendum. Cic. 3. Ver. 103. Addicitur id opus HS DLX. milibus.

Addictus, (προσθετός) participium, siue nomẽ ex participio. Hor. 1. epist. 1. 3. Nullius addictus iurare in uerba magistri.

Addictè, aduerbiũ, (προσθετῶς,) ut Addictius regnari. Tacit. de moribus German. Trans Lygios Gothones regnantur, paulò iam addictius quàm cæteræ Germanorũ gentes, nondum tamen supra libertatem.

Addictio, addictionis, Verbale, (διαπρᾶσις,) Cic. 2. Verr. 7. Simul in iure dicendo bonorum possessionumq; cõtra omniũ instituta addictio & condonatio.

Addisco.] addiscis, addidici, pe. cor. (προσμανθάνω) addiscere. Quasi aliqd addere ad ea quæ didiceris. Ci. 1. Offic. 21. Tũ auemus aliqd uidere, audire, addiscere. Idẽ de Senect. 23. Quid, quòd etiã addiscũt aliquid? ut Solonẽ in uersibus gloriantem uidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit. Idem 3. de Orato. 82.

Addiscere

Digitized by Google

Addiſcere, ſimpliciter pro diſcere. Plin. li. 8. cap. 30. Nomenq; alicuius addiſcere, quem euocatum foras laceret. Cic. 3. de Orat. 49. Atq; uelocius puer addidicerat.

Addiſcere aliquid noui. Ouid. lib. 2. Amorum, eleg. 5. 12.

Addiſcere tubas: id eſt cantum tubarum. Stat. 3. Sylu. 1. 31.

Addiuino.] addiuinas, penult. prod. (προσμαντόυομαι,) addiuinare. Idem quod ſimplex diuinare. Plin. li. 35. ca. 10. 22. Vt Appion grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem (quos metoposcopos uocant) ex ijs dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Addo.] addas (προσλιδωμι) addare, penul. correp. Obſoletum uerbum pro dare uel addere. Plaut. Trucul. 19. 17. Tuo arbitratu quod iubebis, addabitur.

Addo.] addis, addidi, penult. corrept. additum, penult. correpta (προστίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω) addere. Ex ad & do, das, adijcere, adiungere, teſte Seruio. Et præter accuſatiuum, propriè datiuo iungitur. Virgil. 9. Aeneid. Et uerbis hæc inſuper addit. Terent. Phorm. 1. 1. 8. Vt ſemper aliquid addant ditioribus. Cic. 5. Verr. 59. Quare putabas, emptori lucrum addi oportere?

Addere ad, uel in. Cicer. 1. Offic. Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? Idem Att. lib. 1. 8. 9. In illam orationem Metellinam addidi quædam. & lib. 12. 261. 1. Sic Plinius ſæpe. In his ponitur accuſatiuus cum præpoſitione, pro datiuo.

Addere ex abundanti. Quint. lib. 4. cap. 5.

Addere in potu unguentum. Plin. lib. 13. cap. 3. 4.

Addere de ſuo. Cic. de Aruſp. reſponſis: Nihil addo de meo. Idem ad Sulpitium lib. 4. 3. 6. Sed aliquid atq; adeò multa addunt afferuntq; de ſuo.

Addit hoc, id eſt, hoc dicit præterea. Terent. Eunuch. 1. 2. 34.

Adde huc, ſiue huc adde: modus connectendi ſententias: pro quo etiam dicitur, Huc accedit quòd, & utrunq; loquendi genus ponitur uelut pro aduerbio ordinis. Liuius 7. ab urbe. 138. Adde huc populationem agrorum, prædas hominũ atq; pecudum actas.

Adde quòd, eandem uim habet. Horat. lib. 2. Ser. Saty. 7. Ouid.
Adde quòd inſidiæ ſacris à uatibus abſunt.

Addo etiam. Cicero libro 1. Offic. 96. Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo, addo etiam utilitatem: in poſteriore.

Addere hiſtoriæ maiorem ſonum uocis. Cic. 2. de Orat. 29.

Addere & Demere, contraria. Cicero Acad. libro 4. 9. Quum aliquid minutiatim & gradatim additur aut demitur. Sic ad Lentulum lib. 1. 7. 28.

Addere & detrahere, contraria Cic. 2. de Diuin. 209. Idem 3. de Orat. 17. Equidem ſic iudicare ſoleo, quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, uitioſius & deterius futurum.

Addere & Deducere, contraria. Cic. 1. Offic. 86. Vt boni rationatores officiorum eſſe poßimus, & addendo deducẽdoq; uidere quæ reliqui ſumma fiat.

Alacritatem ſcribendi addere alicui. Cic. Att. lib. 15. 333. 2.

Addere animum, pro augere. Cic. Att. li. 7. 122. 6. Quos tu laudando animos addidiſti.

Annos duos addiderat ad duo luſtra: id eſt, natus erat annos duodecim. Ouid. 4. Faſt. 141.

Aquam addere flammæ. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 9.

Ardorem addere mentibus. Virg. 9. Aeneid. 38.

Calcar addere alicui, Stimulare & inſtigare. Hor. 2. epi. 1. 44.

Cornua addere pauperi: id eſt, ſuperbiam, petulantiam, uiolentiam. Horat. 3. Carm. 21. 4. Amphoram uini alloquens.
Simile eſt illud Ouid. lib. 1. de Arte amandi. 48.
Tunc ueniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit.
Proinde ait Feſtus, homines nimio uino truces fieri, & ideo Liberi patris ſimulachro cornua addi.

Aſtris aliquem addere: id eſt, in diuos referre, cœlo adſcribere. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 8. 13.

Addere cognomen, pro cognominare. Liuius 4. ab urbe 110. Virgilius 1. Aeneid.
At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo, Additur.

Addere, uel ponere ad compendium, Plaut. Caſina. 11. 4.

Cumulum commendationis addere. Cicero ad Cæſarem libro 13. 16. 7.

Addere cuſtodem uel comitem, pro dare. Plaut. Milit. 9. 69. Virgil. 9. Aeneid. 47.
Tum comitem Aſcanio pater addidit.

Dies paucos ſibi addere ad dictaturam gerendam. Cicero 3. Offic. 152.

Addere dono, quaſi inſuper dare. Plautus Epid. 10. 38.

Exemplis melioribus ſe addere. Hoc eſt, exẽpla meliora ſequi. Claudian. 4. Panegyr. 12.

Facta pollicitis addere, id eſt, facere ſeu implere quod promiſeris. Ouid. lib. 2. Amorum, eleg. 16. 10.

Addere fidem, pro confirmare. Plin. epiſt. 248. Liuius 2. ab urbe 104.

Fidem pollicitam dictis addere. Ouid. 3. Faſt. 74.

Fiduciam addere alicui. Tacitus lib. 17.

Finem addere alicui rei, pro imponere: Claud. 7. Panegy. 102.

Fræna equis addere. Virg. 5. Aeneid. 162.

Fuga ſe addidit horum mentibus. Vale. Flac. Argon. 6. 36.

Addere gradum, pro Accelerare gradum. Plin. epiſt. 106. d.

Laborem addere alicui rei. Tacit. lib. 20.

Manus addere in uincula. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 7. 1. id eſt, conijcere.

Addere in ſpacia. Virgil. 1. Georg. ad finem.
Vt quum carceribus ſeſe effudere quadrigæ.
Id eſt, currendo plus eorum curſus augetur. Seruius.

Adderè naturam, pro dare. Virg. 4. Georg.

Nomen addere alicui. Claud. 5. Panegyr. 2.

Addere operam, pro dare operam. Plaut. Pœn. 14. 48.

Partes illæſas addere uitiatis. Ouid. 2. Metamorph. 82.

Pœnam addere. Ouid. 3. Metamorph. 1.

Scelus addere in ſcelus. Ouid. 8. Metamorph. 97.
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.

Spem & metum addere alicui. Tacit. lib. 17.

Stimulos in prælia menti addere. Lucan. lib. 1. 34.

Addere uitium pudicitiæ dicitur is, qui alienam pudicitiam uiolat: quod etiam offerre uitiũ dicimus. Plaut. Amph. 8. 177.
Pudicitiæ huius uitium me hic abſente eſt additum.

Vocabulum aliquod filio addere. Claud. in laudibus Serenæ rẽginæ, epigram. 22. 22.

Virtutem addere. Salluſt. Compertum habeo, milites, uerba uirtutem non addere.

Addidit multum reipub. pro multum profuit, ſiue cõtulit. Hoc eſt, remp. auxit, adiuuit. Salluſt. Iugurth.

Additus, addita, additum, pen. correp. (προστιθεμαι) participium ex Addor, adiectus, adiunctus.

Addita ætate, quaſi aucta & adulta. Plin. lib. 11. cap. 48. 2.

Additus pro inimico. Virg. 5. Aeneid. 18.
— Nec Teucris addita Iuno
Vſquam aberit. Vbi Seruius, Addita, Inimica. Eſt autem uerbum Lucilij & antiquorum, ut Plautus, additus Ioui Argus. Vide Macrobium lib. 6. Satur. cap. 4.

Additus eſt unus annus tuo labori. Cicero ad Quintum fratrem. 1. 1. 6.

Additus Vocula in partem curarum Herennius Gallus legatus. Tacitus lib. 20.

Calor ille additus eſt omnibus: hoc eſt, uehemens eundi uoluntas

Digitized by Google

luntas. Valerius Flacc. Argonaut. 1. 55.

Addito uicies tanto aquæ. Plin. lib. 14. cap. 4. De uino Maroneo, Maroneum uicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit.

Addito tempore, quod uulgò dicunt: Successa temporis, Tacitus libro 12.

Addito ut, Plin. lib. 15. cap. 18. Similiter deligi & ex locis succis, et ante perfectam maturitatem, addito ut luna infrà terram sit.

Additamentum, additamenti (προσθήκη) uerbale, quod additum est: id est accessio. Cic. pro Sestio 57. Interceßit Ligus iste nescio quis, additamẽtum inimicorum meorum. In oratione de Republ. ordinan. ad Cæsarem, Reliqui de factione sunt inertißimi nobiles, in quibus præter nomen nihil est additamenti.

Addoceo.] addoces, penult. cor. (προσδιδάσκω) addocere. Idem quod simplex Doceo, uel abundè seu uehementer doceo. Horat. lib. 1. epist. 5. 4.

Addocet artes. Sunt tamen qui legant ac docet.

Addormisco.] addormiscis (προσκοιμάομαι) addormiscere, ab abdormio, quòd fortasse tamen in usu non est. Opponitur uerbo expergisci. Suet. in Claudio Cæsare cap. 8. Et quoties post cibum addormisceret. In quibusdam codicibus legitur obdormisceret.

Addua (ἄδδας) Strabo, fluuius est, Larium lacum influens. Plin. lib. 2. cap. 103. De aquarum miraculis, Quædam uerò & dulces inter se supermeant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Lemano Rhodanus.

Addua celer. Claud. in sextum Consul. Honorij.

Addua cæruleus. Idem ibidem.

Fluit ex alpibus in Padum

Addua spumosus. Claudian. 4. Faneg. 92.

Addubito.] addubitas, penultim. corrept. (προσῤῥοιζάω) Horat. 1. Serm. 4. 26.

— Et inutile factu
Nec ne sit, addubites?

Addubitare, aliquantum dubitare, quod & subdubitare dicitur. Cic. Volumnio lib. 7. 33. 1. Sic in Orat. 76.

Addubitare paululum de. Liu. 2. ab urbe 18. De legatis paulum addubitatum est.

Addubitatus (προσδιδοιασθείς) participium, ut Res addubitata: hoc est de qua dubitaueris. Cic. 1. Offic. Eoq; magis, si plus adipiscare re explicata boni, quàm addubitata mali. Idem 1. de Diuinat. 169. Addubitato salutis augurio.

Adduco.] adducis, pen. prod. adduxi, adductum (προσάγω παράγω) adducere, ad locum uel personam ducere, cui cõtrarium est abducere. Et præter communem accusatiuum, propriè construitur cum altero accusatiuo & præpositione ad uel in: ut, Adducito cras ad me fratrem tuum. Hic tamen accusatiuus cum præpositione nonnũquam supprimitur. Cic. ad Attic. lib. 8. 155. 3. Gentes feras armatas in Italiam adducere. Terent. Heaut. Adducimus tuam Bacchidẽ. Sub. ad te. Cic. pro Quintio 12. Qui ex Gallia pueros uenales isti adducebat.

Adducere alicui: id est eius causa. Terent. Hecy. 5. 2. 4. Puero nutricem adduxit.

Adducere alicui ante oculos. Terent. Heaut. 5. 4. 18. Idem Eunuch. 4. 1. 9.

Adducere huc corám. Terent. And. 5. 3. 29.

Adducere ante oculos corám. Terent. Eunuch. 4. 7. 24.

Adducere à foro, ex Italia. Plaut. Milite 11. 43. Cæsar, Quod ex Italia adduxerat.

Adducere hominem ad, siue in rem aliquam. Est ad aliquid agendum inducere, incitare, impellere, & quasi aliquid persuadere. Hinc dicimus, adduci re aliqua, id est, ob eam rem moueri uel impelli ad agendum quidpiam. Huius igitur generis hæc sunt exempla ex authoribus.

Adducere aliquem ad arbitrium suum. Cic. in epist.

Adducere aliquem in nostram sententiam. Liuius 4. bel. Mace. 219. Ibidem lib. 6. 48.

Adducere ad authoritatem. Cic. pro Deio. 20.

Adducere in cognitionem. Cic. Post reditum in senatu 14.

Adducere ad concordiam. Cic. Attico. lib. 7. 123. 2.

Adducere ad conditionem aliquam. Cic. Att. lib. 8. 168. 1.

Adducere ad consuetudinem, & adducere se in cõsuetudinem. Cic. 2. Tusc. 13. Cæsar 4. bell. Gall. 467. In eam se consuetudinem adduxerunt, hoc est, seipsos assuefecerunt.

Adduci ad dubitationem. Plin. lib. 2. cap. 26.

Adducere in dubitationem. Cic. Appio lib. 3. 5. 7.

Adduci in dubium. Liuius 4. bel. Pun. 66.

Adducere in expectationem, uel in spem. Cic. 1. Tusc. 61. Idem Att. lib. 2. 37. 4. In eam spem adducimur.

Adducere in crimen. Vide Crimen.

Adducere ad facinus. Cic. pro Roscio Amer. 52.

Adducere ad uel in fletum. Cic. de Cla. Orat. 180. Idem Terentiæ lib. 14. 1. 10.

Ad indignationem, ad iracundiam. Author ad Herenniũ lib. 4.

Adducere ad intelligendum. Cic. 1. Acad. 10.

Adducere in metum, Metum alicui incutere. Liuius 3. Decad. lib. 10. Cic. pro Muræna 49. Cùm tu pop. Rom. in eum metum adduxisti, ut pertimesceret, ne consul Catilina fieret.

Ad misericordiam. Terent. Heaut. 5. 2. 41.

Adducere in necessitatem. Liu. 8. ab urbe 33.

Adducere in negligentiam. Hirtius de bello Afri. lib. 5. 258.

Adducere ad nequitiam, quod & abducere dicitur. Plautus Bacch. 2. 4.

Adducere in opinionem. Cic. Lentulo lib. 1. 1. 11.

Adducere in ordinem. Ci. de Vniuersit. 11. Idcoq; ex inordinato in ordinem adduxit. Idem 4. Acad. 211. Eas primum confusas postea in ordinem adductas mente diuina.

Adduci in periculum. Liu. 5. bel. Maced. 35.

Adducere ad uel in seruitutem. Cic. in Pisonem. 67.

Adducere in solicitudinem. Cic. Cassio. 12. 3.

Adducere in uoluntatem. Cic. ad Attic. lib. 1. 14. 9.

Adduci in sermonem. Cic. 5. Verr. 119.

Adductus erat in sermonem, inuidiam, uituperationem. Hoc est, malè audiebat, odio habebatur, uituperabatur.

Adduci in suspicionem. Cic. Attic. lib. 2. 39. 2.

Adducere ad ueritatem. Cic. in Bruto 35.

Adducere ad uitam communem. Cic. 1. Academ. 22. Auocauisse philosophiam à rebus occultis, & ad uitam communem adduxisse.

Adducere rem aliquam ad utilitatem. Varro 1. de re Rust. cap. 20. 3. Consuetudine creberrima ad utilitatem adducito.

Adducere in certamen rem aliquam. Cic. in Pisonem 62.

Adducere in controuersiam. Cic. 1. de Orat. 90.

Sic in eum statum, & in eum locum. Cicer. ad Brutum 1. 4. Idem Attic. lib. 2. 39. 2. Liu. 3. ab urbe 151. Vnde seruitutem timendo, in eum statum rempublicam adduxerant.

Adducta uita in extremum. Tacit. lib. 14.

Adducta res in fastidium. Plin. in Præfa. ad Vespas.

Adducere aliquid in honorem. Cic. Gallo lib. 7. 27. 5. Hoc est facere, ut illa in honorem ac pretium ueniant.

Adducere aliquem in inuidiam. Valla lib. 1. Si quis referat ostẽdat ue calamitates suas, ut authori calamitatum, odium cæterorum concitet, hoc uocatur inuidiam facere, uel uocare uel adducere in inuidiam. Cic. pro Cluentio 83. In summam

Digitized by Google

enim L. Quintius inuidiam concionibus eum quotidianis, seditiosis & turbulentis adduxerat. Idem 3. Offic. 88.

Adducere hominē, uel rem aliquā, ad uel in ius, siue iudicium. Cic. pro Clu. 36. Quis unquā audacior? quis nocētior? quis apertior in iudicium adductus est? Idem 3. Offic. 88. Idē pro Flacco 58. Idem pro Quintio 18. Vt te in ius adducerent.

Adducere rem ad mucrones ac manus. Tacit. in uita Agricolæ.

Adducere in odium. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 4.

Adducere in obliuionem, Cic. 5. Verr. 32.

Adducere præterea declaratur per uerbum redigere: ut, In angustum res adducta est. Cic. in Lælio 18. Contracta res est, & adducta in angustum.

Adducere aliquem in summas angustias. Cic. pro Quintio. 10.

Adducere nonnunquam refertur ad ea, quæ intenduntur & remittuntur, ut ad arcum, & ea tela, quæ amentis, loris, funibus ue intorquentur, cui contrarium est remittere. Virgilius 5. Aeneid.

Post acer Mnestheus adducto constitit arcu.

Cicero 2. Tuscul. 97. Reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta, atque adducta uehementius.

Sic Adducto lacerto, Virgilius 9. Aeneid. Hinc etiam adducere equorum habenas & remittere dicimus. Cicero usus est per metaphoram, ut in Lælio 42. Quàm commodissimum esse laxissimas habenas habere amicitiæ: quas uel adducas cum uelis, uel remittas.

Adducere lorum, pro astringere. Liuius, Quum apparitor uerecundia maiestatis Posthumiū laxè uinciret. Quin tu, inquit, adducis lorum, ut iusta fiat deditio? Budæus.

Adduci, quandoq; declaratur per uerbum uenire: ut, Res in crimen adducta est. Hoc est in crimen, siue in criminationem uenit. Plin. lib. 22. cap. 25. Inter ea quæ temerè manduntur boletos meritò posuerim, opimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, ueneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem à coniuge Agrippina dato.

Adduci in discrimen. Cic. pro lege Agraria 21. Idem 6. Philipp. 217. Res in extremum est adducta discrimen.

Adducere, pro contrahere. Ouid. 3. Metamorph. 80.

Et tenuant uigiles corpus miserabile curæ,
Adducitq; cutem macies, & in aera succus
Corporis omnis abit, nox tantum atq; ossa supersunt.

Virgil. 3. Georg. 95.

Adduci re aliqua, ut benignitate, iniuria, &c. Cic. 5. Verr. 165.

Adduci commendatione alicuius. Cicero libro 3. epistol. 55. ad Thermum.

Mercede. Cic. lib. 1. de Orat. 98.

Metu. Cicero 5. Verr. 45.

Officio, fide. Cicero 4. Verr. 3.

Odio. Cicero Attico lib. 1. 13. 5.

Oratione. Cæsar 1. bell. Gal. 15.

Ostentatione aliqua. Cicero 4. Acad. 117.

Precio. Cicero pro Cecinna 21.

Precibus. Cic. Attic. lib. 14. 318. 4.

Rationibus. Cicero 1. Tuscul. 112.

Spe mercedis. Cicero de Amicitia 36.

Studio certandi, Cic. 4. Acad. 117.

Temporibus. Cicero 1. Offic. 61.

Testimonijs. Cicero 7. Verr. 123.

Voluntate. Cic. ad Antonium lib. 5. epist. 5.

His rebus adducti. Cæsar 1. belli Gallici.

Adducere uel adduci ut. Cic. 5. Tuscul. 46. Adducis me, ut tibi assentiar. Id est me inducis, mihi persuades. Idem Philipp. 8. 253. Nam illud quidem non adducor ut credam.

Adduci illuc ut. Cic. 1. de Finib. 23. Nam illuc quidē adduci ut possum, ut ea quæ senserit ille, tibi non uera uideantur.

Adducere febres. Horat. lib. 1. Epist. 6. 2.

Adduxere sitim tempora. Virgil. Horat. 4. Carm. 12. 3.

Adducere tædium alicuius rei. Plin. lib. 30. cap. 15. 10.

Adducere uultum ad tristiciam: Id est, contrahere. Seneca epist. 58.

Adductus, participium. (προσηγμένος) Vide in ipso uerbo.

Adductus, pro contractus. Plin. lib 1. epist. 16. Prestior tantùm, & circumscriptior, & adductior. De Pompeio Saturnino loquitur, qui in scribendo studebat breuitati.

Adduplico.] adduplicas, penult. correp. (ἐπιδιπλόω) adduplicare, idem quod duplico. Plaut. Pœnu. 7. 61. Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.

Adedo.] ades, siue adidis, penult. correp. adedi, adesum (λαπίδω) adesse uel adedere, idem quod simplex edo, uel exedo, siue consumo. Virg. 4. Georg. 49.

— Nam sæpè fauos ignotus adedit
Stellio.

Adesus, adesa, adesum. penult. produ. (λαπιδηδεσμένος) participium ab adedor: id est, consumptum, ait Nonius. Liuius 1. ab urbe 30. Fortè ita euenit, ut Potitij ad tempus præstò essent, ijsq; exta apponerentur, Pinarij extis adesis ad cæteram uenirent dapem. Cic. 2. Tusc. 43. Cùm uerò adesum, inflatu renouatum est iecur.

Adesum frumentū, Consumptum. Sisenna Hist. lib. 3. Iisdem temporibus Aesernini duplici fossa uallóq; circundati, frumento adeso, quod ex areis in oppidum portatum est. Festus.

Adesa pecunia, pro absumpta, metaphoricè. Cicero pro Quintio 22. Quis tam perditus ac profusus nepos, nō adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Næuius? Tacitus lib. 17. Aut qui adesis bonis per dedecus alebantur. Lucret. lib. 5. 199.

— Corpore adeso.

Horat. 3. Carm. 29. 8.

Lapides adesos: id est, ui aquarum corrosos.

Fortunæ omnes adesæ, Tacit. lib. 13.

Adelphius, nomen uiri proprium. Hic fuit Antonio familiaris, eiusq; in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit, & præfuit. Author Strabo lib. 11.

Adelphos.] (ἀδελφὸς,) Latinè Frater dicitur. Vnde Adelphi, Comœdia Terētij, id est fratres, quòd de duobus fratribus, Aeschino & Ctesiphone loquatur, inscripta est.

Adenes.] penultima correpta (ἀδένες) in se conuolutæ carnis durities, siue glandulæ: quæ quum induruerunt, chœrades: id est, scrophulæ uocantur, teste Aegineta lib. 3. Sunt tumores in gutture glandium instar. In homine tonsillas, in sue uerò glandulas dici author est Plin. lib. 11. cap. 37.

Adeò.] (τοσοῦτον ὄντως) aduerbium quantitatis, uel potius intendendi. Festus, adeò quum secunda acuta effertur, idem est quod usq; eo, non quidem secundum rationem: quia (ad) præpositio accusatiuis accommodata est: sed uetusta quadā loquendi consuetudine.

Adeò ut, separatim in duobus membris. Terent. And. 1. 1. 92.

— Et uultu, Sosia,

Adeò modesto, adeò uenusto, ut nihil suprà, id est tam. Cic. pro Flacco 37.

Adeò pro eò aduerbio. Terent. Heaut. 1. 1. 61.

Postremò, adeò res redijt.

Adeò, apud poetas, præsertim comicos, sæpe est particula ornatiua, seu mauis expletiua. Terent. And. 4. 5. 20. Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. Virgilius 2. Aeneid. Iamq; adeò super unus eram. In his, & similibus Donatus et Seruius dicere solent, abundat (adeò) aut uacat. In prosa quoq; oratione sic legitur, sed rarius. Liu. 4. bel. Pun. 147.

Sed

Digitized by Google

Sed ſurdæ adeò omnium aures concitatæ multitudinis erãt, quòd non minore intus ui, quàm foris, portæ effringerentur. (Quod) pro quia hic accipiendum: ne quis putet eſſe pro Vt poſitum.

Id adeò, pro Id uerò, uel Agedum. Cic. 6. Verr. 124. Idem pro Cecinna 63. Id adeò ſi placet, conſiderate. Et pro Cluentio, 64. Id adeò ſic cognoſcite.

Adeò, pro nedum. Tacitus libro 20. Fauore militum anxius, ac ſuperbia uiri, ſuperiorum quoque adeò æqualium impatientis.

Adeò, pro etiam, citra auxeſin. Terent. And. 5.6.13.

– Facturum quæ uoles, ſcio eſſe omnia.
P. Memini, atq; adeò longum eſt, nos illum expectare.

Adeò, pro ualde, ſiue multum, Seruio interprete: quod Donatus ſatis durè, per (nimis) declarare ſolet. Terent. Eunuc. 1. 2. 124. Adoleſcentem adeò nobilem. Idem Adel. 1.1.15. Is adeò diſsimili ſtudio eſt. Virg. 4. Aeneid. Nec me adeò fallit.

Adeò uidetur interdum pro certè accipi. Plaut. Epid. 4.10. neq; adeò iniuria. Terent. And. 2.6.9. Cic. lib. 2. de Orato. 9. Magis adeò id facilitate, quàm alia ulla culpa mea contigit. Idem ad Att. lib. 9.189.3. Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe iucundius: hanc adeò habeo gratiam illi.

Adeò pro etiam, quum præcedit atque, ferè accipitur: idq; ſæpius cum auxeſi. Cic. in Catil. 3. Eorum autem caſtrorum imperatorem, ducemq; hoſtium, intra mœnia, atq; adeò in ſenatu uidetis. Hoc loquendi genus magnam auxeſim habet, quaſi tu dicas: Non ſolùm intra mœnia, ſed etiam (quod maius eſt) in ſenatu. Idem pro Plancio 38. Inſector, poſco, atque adeò flagito. Cic. pro Cluentio. 63. Idem ad Atticum libro 15.327.2. Quòd ad te antea atq; adeò prius ſcripſi, feciſti me acriorem.

Adeò ſi, Plinius libro 26. cap. 10.5. pro tantum ſi, uel multò magis ſi.

Adeo non, &c. ut, pro tantum abeſt ut. Colum. lib. 2. Quum ſola hæc res adeò nõ infeſtetur herbis, ut ipſa herbas perimat. Plin. lib. 11. cap. 6. Conduntur à Vergiliarum occaſu, ſed latent ultra exortum: adeò non ad ueris initium, ut dixere.

Adeò per ſe poſitum in ſententia abſoluta. Virgil. 3. Georg.

Adeò à teneris conſueſcere multum eſt.

Cic. 1. Offi. 55. Priore amiſſo iure, cum hoſtibus pugnare nõ poterat, adeò ſumma erat obſeruatio in bello mouendo.

Adeóne. Terent. And. 4.5.18.

Adeóne uidemur uobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Cic. pro Rabirio 21. Adeóne hoſpes huiuſce urbis, adeóne ignarus es diſciplinæ conſuetudiniſq; noſtræ, ut hæc neſcias?

Adeò ut, coniunctim in eodem membro. Cic. ad Q. fratrem libro 1.24. Rempublicã funditus amiſimus: adeò ut Cato adoleſcens nullius conſilij, ſed tamẽ ciuis Romanus & Cato, uix uiuus effugeret.

Adeò non ſequente ut, ſed ſubaudito. Virg. 1. Aeneid.

Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.

Sub. ut hæc ignoremus.

Adeouſq;, ſiue una eſt dictio, ſiue duæ, idem eſt quod uſq; adeò. Plaut. Aſin. 7.62.

— Age age manſero
Tuo arbitratu, uel adeouſq; dum peris.

Ádeo.] adis, adiui uel adij, aditum, penult. corr. (προσέρχομαι, πρόσειμι) adire, ex ad, & uerbo eo, is, compoſitum. Feſtus, adeò, quam prima acuta effertur, idem ſignificat quod accedo: ut cùm dicimus, adeò prætorẽ. Hæc Feſtus. Iungitur autem propriè accuſatiuo ſine præpoſitione. Cic. 4. Acad. 172. Tribunum aliquem cenſeo adeant.

Adire uidetur interdum plus aliquid ſignificare, quàm accedere. Terent. And. 3.3.3. Aliqui me adiere, ex te auditum qui aiebant. Vbi Donatus, adiere, non acceſſerunt: quia aditus, arduus, difficiliſq; eſt. Ergo adiere, quaſi importunè & interpellantes adierunt.

Adire aliquem, ſi quid uelit. Cic. ad Appium Pul. lib. 3.9.7. Te adeunt ferè omnes, ſi quid uelis. Hoc eſt rogantes an aliquid uelis ad tuos ſcribere.

Adire aliquos cum cura. Tacit. lib. 17.

Adire aliquem legatione. Tacit. lib. 17.

Adire aliquem per epiſtolam. Plautus.

Adire aliquem ſcripto. Tacitus lib. 4.

Adire quempiam de re aliqua, id eſt ob eam, propter eam. Terent. Hecy. 2.2.9. Adij te heri de filia.

Adire aliquem poſtulatum. Plaut. Bacchid. 8.38.

Adi huc. Plaut. Trucul. 11.60.

Adi huc modò. Vſitatius ac uenuſtius eſt, accede huc.

Adire contrà, pro obuiam ire. Plaut. Rud. 6.18.

Adire ad aliquem, pro ire, aut etiam uenire. Terent. And. 2.1.17. Quid tibi uidetur? adeón' ad eum? Vbi Donatus. Adeóne ad eum, conſuetudine magis quàm ratione dicitur, unum enim AD abundat. Cic. 6. Ver. 100. Seſe à ſuis ciuibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent. Idem ad Appium li. 3.10.19. Adire ad me quoſdam memini, qui dicerent, &c.

Adire ad fores, ædes, &c. Cicer. in Verrem, Homines tenues, obſcuro loco nati, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea uiderunt.

Adire ad arbitrum de aliquo nomine. Cic. pro Roſcio Comœdo, De quo nomine ad arbitrum adiiſti, de eo ad iudicem uenifti. Sic adire in ius de re aliqua, uide loco ſuo.

Adire ad cauſſas. Cic. in Bruto 172. Tum primum nos ad cauſas & priuatas & publicas adire cœpimus.

Adire lingua ad aliquid. Sil. Ital. lib. 8.52.

Adire ad pactionem. Plaut. Aulul. 7.25.

Adire ad Rempub. Idem quod ſuprà dictum eſt, ad Remp. accedere. Cic. pro lege Manilia.

Adire in ius de re aliqua. Cic. Att. lib. 11.230.4.

Adire aliquem, pro aggredi. Terent. Phor. 1.4.53. Nunc prior adito tu. Vbi Donatus, adito, quaſi ad prælium: ut Virgil. 5. Aeneid. 75.

– Nec quiſquam ex agmine tanto
Audet adire uirum.—

Adire blandis uerbis aliquem, pro Cõuenire. Plaut. Pſeu. 7.35.

Adeò præterea uariè accipitur, pro adiectis ſibi nominibus.

Adire diſcrimen, pro ſubire periculum, Plin. epiſt. 199.

Fortunam, Liuius 5. bell. Pun. 51.

Gaudia. Tibul. lib. 1. eleg. 5.9.

Hæreditatem, Quod Cernere hæreditatem dicebant ueteres. Cicer. pro Archia. 8. Et adijt hæreditates ciuium Romanorum. Idem 2. Philipp. 59. Quum ipſe hæreditatem patris non adijſſes.

Inimicitias, pro Suſcipere, quod & ſubire dicitur. Cic. pro Sectio. 122.

Labores. Virg. 1. Aeneid. 3.

Periculum, Subire. Terent. And. 4.1.53.

Capitis periculum adire, Cicero 1. de Finibus 55. At magnum periculum adijt.

Ad periculum: idem Cæſar 2. bel. Ciuil. 25.

Periculum in re aliqua. Cic. 4. Verr. 23. Seq; in eo capitis periculum aditurum.

Periculum memoriæ. Tranquillus in Auguſto.

Periculum ſitus, hoc eſt, ſitu corrumpi. Seneca de Benef. lib. 3. capite 2.

Præſtò. Tibul. lib. 1. Eleg. 5.13.

Pauper erit præſtò tibi, præſtò pauper adibit.

Sidera ſama. Virgil. 4. Aeneid. 65.

Vſq; ad ſidera. Sil. Ital. lib. 15.101.

Adeor,

Digitized by Google

Adeor, adiris (προσίεμαι) paßiuum, sed ferè in tertijs perſonis. Cic. 2 Tuſcul. 99. Illa particula adeuntur in prælijs. Liuius 4. bel. Pun. Cic. ad Quin. fratrem lib. 1. 2 4. Neq; prætores diebus aliquot adiri poſſent.

Aditur, impersonale (προσίεται) Cic. 4. Verr. 38. Antequam in ius aditum eſſet. Hoc eſt, itum aut uentum in iudicium. Idem ad Appium, lib. 3. 7. 4. Quum ad me aditum eſſet ab ijs qui dicerent.

Adito, aditas, penul. correp. (διαίθω) aditare, Frequentatiuum, ab Adeo, adis: ſicut Itare ab Eo is. Diomedes, adeo adis: hoc iteramus, adito aditas dictitantes. Plaut. Capt. 11. 74. Si aditis propius. Verbum in uſu rariſſimum.

Adiēs, adeuntis (προσέρχόμενος) participiū. Sil. Ital. lib. 10. 2.

Aditurus, participium (προσιλσυσόμενος) Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 4. 1.

Adeundus, Participium (προσιτέος) Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 14.

Aditus, penult. correp. (προσιμός) participium à paßiuo Adeor adiris. Ouid. lib. 4. Faſt. 117. Cic. 1. Offic. 94. Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis, periculiſq; aditis, non quæ ſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.

Aditus, huius aditus, penul. correp. aditui, uerbale (πρόσοδος) ipſe adeundi actus. Cic. 7. Ver. 68. Illi aditum littoris Syracuſanis ademerunt. Id eſt, acceſſum ad littus. Virgil. 4. Aeneidos:

Sola uiri molles aditus, & tempora noras.

Aditus, Via, ſeu ingreſſus ad aliquid perueniendi. Virg. 9. Aeneid. 12. Aditumq; per auia quærit. Cicer. Catoni lib. 15. 4. 10. Duo ſunt aditus in Ciliciam ex Syria. Sic Aditus templi, Cic. 4. Verr. 116.

Aditus nidi. Plin. lib. 10. cap. 33. 4.

Aditus portus. Cic. 7. Ver. 24. Nā in ipſo aditu atq; ore portus.

Aditus, ianuaq; patefacta. Cic. 1. de Orat. 102.

Aequus aditus. Tacit. lib. Annalium 2.

Aerius aditus, id eſt, iter per aera. Ouid. 17. epiſt. 9.

Anguſtus aditus, Virgil. 4. Georg. 7.

Apertus quum nemini eſſet aditus in templum Caſtoris. Cicero pro domo ſua ad Pontif. 85.

Arduus aditus. Vide Arduus.

Cæcus aditus: id eſt, obſcurus, caliginoſus, tenebricoſus. Senec. in Hercul. fur. 10. 1.

Flexus aditus: id eſt, obliqua uia. Lucretius lib. 4. 68.

Lati aditus ducunt illuc. Virgil. 6. Aeneid. 9.

Præcluſus alicui aditus. Cic. Antequam iret in exilium. 5.

Promptus ad capeſſendos honores aditus. Tacit. Annal. 3.

Superbi regum aditus. Senec. in Hercul. fur. 3. 1.

Primo aditu ædium ſuarum quempiam prohibere. Cic. pro Cecinna 25. Idem 4. Verr. 116. In primo aditu ueſtibuloq; templi.

Ex omni aditu. Cic. 6. Verr. 104. Nam & ſitu eſt quum munito, tum ex omni aditu, uel terra uel mari præclaro ad aſpectum. De Syracuſis loquitur.

Anguſtare aditum, hoc eſt, anguſtū facere. Claud. 4. Paneg. 21.

Carere aditu. Ouid. 3. Metamorph. 46.

Claudere omnes aditus. Cic. 1. Philip. 19.

Claudere aliquid ex omni aditu. Cic. pro lege Manilia 14.

Dare alicui aditum ad cœlum. Cic. ad Att. lib. 14. 312. 5.

Ferre aliquò aditum. Catul. in epithalamio Iulij & Mallij. 9.

—Huc aditum ferat
Dux bonæ Veneris, boni
Coniugatur amoris.

Aditus firmare. Tacit. lib. 17.

Habere difficiles aditus ad paſtum. Cic. 2. de Nat. deor. 183.

Habere aditum in urbem. Cic. 4. de Finib. 36.

Difficiles aditus primos habet. Horat. 1. Serm. 9. 12.

Munire aditum. Vide Munio.

Obſidere aditum. Ouid. 4. Metamorph. 98.

Occupat Aeneas aditum. Virg. 6. Aeneid. 127.

Perērrare aditus. Virgil. 5. Aeneid. 88.

Prohibere aditum. Ouid. 23. Metamorph. 14.

Prohibere quempiam aditu. Cic. pro Cecinna 29.

Præponere ædibus ac templis ueſtibula & aditus. Cicero 2. de Orat. 175.

Quærere aditum. Virg. 1. Aeneid. 12.

Reperire ſibi aditum. Ouid. 14. Metamorph. 130.

Rumpere aditus. Virgil. 2. Aeneid. 99.

Tentare aditum. Virgil. 4. Aeneid. 59.

Inacceſſos aditus rumpere. Sil. Ital. lib. 3. 104.

Aditus in aliquem locum. Cic. 6. Verr. 89. Aditus in Cereris ſacrarium non eſt uiris.

Difficilior ad Antonium aditus eſſe dicitur. Cicero ad Atticum lib. 15. 325. 5.

Aditus ad aliquem facilis. Cic. 13. epiſt. Commendo tibi hominē, ſicuti tua fides, & meus pudor poſtulat: tantum ut faciles aditus ad te habeat. Iterum lib. 13. 60. ad Curtium.

Obſtructus aditus alicui ad aliquid. Cic. in Bruto 8.

Patefacere aditum rerum. Cic. lib. 1. de Orat. 49.

Virtutis aditus, id eſt, ad uirtutem. Stat. lib. 2. Achil. 76.

Comparare ſibi aditus ad res peſtiferas. Cic. lib. 2. ad Att. 32. 2.

Dare alicui aditum ad ſummam authoritatē. Cic. 3. de Orat. 5.

Dare aditum oculis. Ouid. 15. epiſt. 50.

Date de hac religione aditū Pontifices, iam nullū fortunis communibus exitū reperietis. Cic. pro domo ſua ad Pontif. 94.

Dant aditum conuiuia. Ouid. 1. de Arte amandi 46.

Eſt aditus ad officij inuentionem. Cic. 1. Offic. 11.

Habere aditum. Cic. ad Att lib. 4. 77. 6.

Iacere aditum ad aliquid. Cic. pro lege Agraria. 47.

Intercludere aditum ad aliquem. Cic. pro Roſcio Amer. 65.

Molles aditus uiri: id eſt, faciles ad uirum acceſſus. Virgilius 4. Aeneid. 85.

Sola uiri molles aditus, & tempora noras.

Inuenire aditum ad aliquem. Vide Inuenio.

Patet alicui aditus ad cauſam. Cic. pro Sylla. 3.

Patet alicui aditus ad Conſulatum. Cic. pro Murena. 15.

Aditus, cum primo gerundio. Cic. Trebiano, lib. 6. 10. 7. Itaq; ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia agendi, &c.

Aditio, onis, Verbale (ἄφιξις) Plaut. Truc. 11. 62. Quid tibi hanc aditio eſt? Figuratè, pro, Cur hāc adis? Vbi eſt dignū notatu, caſum uerbi aditum eſſe nomini: ut apud Ciceronem Domum reuerſio, & alia quædam eiuſmodi.

Adeps.] adipis. pen. corr. maſ. & fœm. gen. (στέαρ,) Ariſtot. 3. De animalibus, Gaza interprete: Adeps autem & ſeuum differūt inter ſe, quum ſeuum fragile uſquequaq; ſit: & quū refrixit, concreſcat. Adeps liquidus ſit, minimeq; aptus durari. Iura enim ſeuo opimorum concreſcunt: ut ouis, ut capræ. Adipe pinguiū liquida reſiſtunt frigori: ut equi, ut ſuis. Locis etiam diſcrepant: adeps enim inter carnem, cutemq; ſolet conſiſtere: ſeuum in fine carnis ſemper eſt. Plin. lib. 28. cap. 9. Proxima in communibus adipis laus ſed maximè ſuilli, apud antiquos etiam religioſi. Certè nouæ nuptæ intrantes, etiamnum ſolenne habent poſtes eo attingere. Inueteratur duobus modis: aut cum ſale, aut ſincerus, tāto utilior, quāto ſit uetuſtior. Axungiam etiam Græci uocauere in uoluminibus ſuis.

Adipes, in plurali. Columel. libro 8. cap. 14. Quæ res ad creandas adipes multum conferunt. Idem libro 6. cap. 2. 12. Non adipibus obeſa. Plin. lib. 8. cap. 36. Illi ſunt adipes medicaminibus apti.

Digitized by Google

Adeps Caßij: Hoc eſt adipoſus & prepinguis Caßius. Cicer. 3. in Catil. 61.

Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 11. Id eſt ad maciem redigere, uel potius excreſcente pinguedine minuere. Plin. lib. 11. cap. 38. non procul à fine, uocat adipes detrahere.

Adipem minuere. Plin. lib. 32. cap. 9.

Adipalis, adiectiuum, penult. prod (σιαετικὸς) Cic. in Orato. 13. Itaq; Caria & Phrygia & Myſia, quòd minimè poſitæ, minimeq; elegantes ſunt, aſciuerunt aptum ſuis auribus opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus.

Adipatum, neut. gen. penult. prod. (ἐσιατωμένον) Hoc eſt, cibus pinguis, uel adipe conditus. Iuuenal. Satyr. 6. Nonius.

Adipatum ueteres honeſtè pro pingui & ſucculento & opimo poſuerunt.

Adipoſus, penult. prod. (σιατώδης) pro Locuplete & opulento accipitur, quoniam & in Sacris literis adipum uocabulo diuitiæ continentur. Hermolaus in Plinium libro 10. cap. 20.

Adequito.] adequitas, pen. corrept. (προσιππάζω) adequitare, iuxta uel propè equitare. Plin. libro 15. cap. 18. 8. Portæ Collinæ adequitans Hannibal. Liuius 5. bell. Maced. 38. Numidæ adequitare, dein refugere, ſed propius ſaltum paulatim euehi.

Adeſdum.] (πρόσδι) Terent. And. 1. 1. 2. Adeſdum, paucis te uolo. Vbi Donatus, Ades, imperatiuum eſt, & (dum) παρέλκον: eſt enim productio & adiectio ſyllabæ, ut Ehodum ad me.

Adeſpotus, ta, tum, incertus, & ſine authore. Cic. ad Caßium li. 15. 17. 5. De Hiſpania noui nihil, ſed expectatio ualde magna, rumores triſtiores, ſed adeſpoti.

Adeſurio.] adeſuris, pen. correp. adeſuriui (προσεινάω) adeſurire. Idem quod Eſurio: aut ualde eſurio. Plaut. Adeſuriuit magis, & inhiauit acrius lupus.

Adſabrè. uide Affabrè.

Adfremo.] adfremis, penult. correp. (προσφρυάττω) adfremere, ad aliquid fremere. Valer. Flac. Argonaut. 1. 107.

Adfremit his, quaſſatq; caput.

Adfringo.] adfringis, adfregi, penul. prod. (προσάγνυμι) adfringere, ad aliquid frangere. Stat. Thebaid. 5. 30.

— Pleniſq; adfringere paruos
Vberibus, ferroq; omnes exire per annos.

Idem Thebaid. 10. 10. De lupis famelicis non ualentibus in ouium ſtabula irrumpere:

Quod ſupereſt, duris adfringunt poſtibus ungues,
Pectoraq;, & ſiccos minuunt in limine dentes.

Adgandeſtrius, Cattorum princeps. Tacitus ad Finem libro 2. Annal.

Adgemo.] adgemis, penult. correp. adgemui (ἐπιστενάω) adgemere. Stat. 11. Thebaid. 50.

Flent mœſti retrò comites, & uterq; loquenti
Adgemit.—

Adgrego.] Vide Aggrego.

Adhæreo.] adhæres, adhæſi, adhæſum (ἔχομαι, λιολλάομαι, προσίχω, συμπρόσειμι) adhærere, Idem quod hærere: hoc eſt fixum manere, aut arctiſſimè inſidere. Dativo propriè iungitur, & interdum accuſativo cum præpoſitione Ad. Cæſar, Hæc caſu ad turrim adhæſit.

Adhærere lateri, Liu. 9. bel. Maced. 97.

Adhæſit mihi ad infimũ uentrem fames: locus eſt Plautinus in Sticho, 4. 81. pro eò, quod eſt uehementer eſurio.

Adhærere in re aliqua. Celius ad Ciceronem lib. 8. 7. 5. Cicer. pro domo ſua ad Pontif. 50. In me omnia quæ ego quõdam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæſerunt. Translatio eſt.

Adhærere ſubter caudam. Cic. in Arat. 21.

Adhæreſco, adhæreſcis (προσιολλάομαι) adhæreſcere: idem eſt quod adhærere, & eodem modo cõſtruitur. Cic. 1. Offic. 122. Animoq; iuſticiæ honeſtatiq; adhæreſcet. metaphora eſt.

Adhæreſcere ad ſaxum. Cic. 5. de Finib. 58. Vt homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerẽt. Idẽ 4. Acad. 17.

Adhæreſcere in rem aliquã. Cic. pro domo ſua 11. Non ne prouidendum ſenatui fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret?

Adhæreſcere in re aliqua, pro alicui rei. Cato de re Ruſt. cap. 152. Ne fax in lateribus adhæreſcat. Cic. in Bruto 178.

Adhæreſcere in loco aliquo. Cic. ad Att. lib. 4. 73. 3.

Adhæreſcere, ſine caſu. Cicer. lib. 2. de Orat. 118. Argumentum enim ratio ipſa confirmat, quæ ſimulatq; emiſſa eſt, adhæreſcit. Idem in Bruto 149.

Adhæreſcere iuſticiæ honeſtatiq;. Cic. 1. Offic. 122.

Adhæreſcere ſaſtidijs. Cic. lib. 1. de Orat. 135.

Adhæſus, huius adhæſus, maſc. gen. pen. prod. (λιόλλησις) Idem quod Adhæſio, Lucret. lib. 3. 77.

Nam neq; pulueris interdum ſentimus adhæſum
Corpore.— Idem lib. 4. 250.

Adhæſè, aduerbium (προσιολλητῶς) Gellius libro 5. cap. 9. de Aegle Samio athleta, Per omne inde uitæ tempus non turbidè neq; adhæſè locutus eſt: id eſt, non hæſitanter.

Adhæſio, Verbale (προσιόλλησις) ipſe actus adhærendi, hoc eſt quaſi annexio. Cicero 1. de Finibus, 29. Et copulationes & adhæſiones atomorum inter ſe, ex quo efficeretur mundus.

Adhalo.] adhalas, penult. prod. (προσιπνέω) adhalare, afflare, Plin. li. 22. cap. 22. 27. Nunc quidem ſi ſerpentis caſuerna iuxtà fuerit, ſi pateſcentes primo adhalauerit, caſ; acui uenenorum cognatione ad uirus accipiendum.

Adhamo adhamas, penul. prod. adhamare, Obligare. Cic. 2. Acad. queſt. Qui enim ſerius honores adhamauerunt, uix admittuntur ad eos. Hæc Nonius. De cuius ſententia doctiſſimi uiderint, mihi certè nequaquam ſatis probatur. Videtur enim Ciceronis illud, honores adhamauerunt, ſic potius intelligendum, quaſi ad capiendos honores adſpiraruntEt eſt à nomine hamus deductum.

Adhibeo.] adhibes, penult. correpta, adhibui, adhibitum, (προσφέρω, προσάγω) adhibere, ex ad, & habeo. Huius uerbi ſignificatio ferè per uerbum utor, declarari poteſt: ut, Adhibe diligentiam in rebus agendis, uel ad res agendas: hoc eſt, utere diligentia. Sed hoc propriè fit in uoce actiua. nam in paßiua uix poteſt declarari, niſi in actiuam reſolueris: ut ſi dicas, Adhibita diligentia negotium facilè conficies: id eſt, ſi diligentiam adhibebis: quaſi dicam, ſi uteris diligentia. Per alia tamen uerba non raro declaratur, ut hic infrà uidebis.

Adhibere ad. Cic. in Bruto 166. Celeriter ad maiores cauſas adhiberi cœptus eſt. Idem 3. de Orat. 85.

Ad deliberationes eas quas habebat domi de Republica, principes ciuitatis adhibebat. Cic. 1. Philipp. 1. Id eſt aduocabat, uel admittebat.

Ad panem aliquid adhibere. Cic. 5. Tuſc. 139. Perſarum à Xenophonte uictus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam præter naſturtium: id eſt, adiungere.

Ad partus adhibetur Iuno Lucina. Cic. 2. de Nat. deor. 100. Id eſt, In partu mulierum inuocatur.

Adhibere cœnæ aliquem, pro Admittere in cœnam: uel Adhibere epulis. Quintil. lib. 11. cap. 2. Adhibitus ei cœnæ Simonides. Virg. 5. Aeneid. 13.

Adhibere animũ, pro attẽdere, aduertere. Plaut. Sticho. 3. 46.

Cic.

Digitized by Google

Cic. de Aruſp. reſponſis 18. Quare neplura de re minimè loquar dubia, adhibete animos: & mentes ueſtras, non ſolùm aures, ad aruſpicum uocem admouete. Idem ad Torquatum lib. 6. 1. 16.

Arbitrum. Cic. pro Muræna 6.

Artem, eſt cuipiam rei artificium addere, uel artificio uti in re aliqua. Cic. 1. Acad. 7. Liu. 4. ab urbe 240. Artem adhibitam ferunt à Patritijs.

Audacia, Vti audacia. Cæſar 3. bel. Ciu. 101. Illi adhibita audacia et uirtute nacti Auſtrum, naues ſoluunt.

Aures, pro aures admouere, hoc eſt attentè audire. Plaut. Pſeu. 4. 20. Huc adhibete aures quæ loquor. Idem Milite 12. 10. Poſtquam adhibere meas aures ad tuam moror orationem. Cicero pro Archia 4. quum res geſtas, tum etiam ſtudium atq; aures adhibere poſſet.

Authoritatem ad, hoc eſt, uti authoritate ad aliquid agendum. Cic. de Amicitia. 41.

Auxilium. Celſus lib. 2. cap. 11.

Blanditias adhibere. Ouid. 10. Metamorph. 52.

Calcaria equo adhibere, Idem quod admouere, & addere, & ſubdere calcaria: & per metaphoram pro ſtimulare, uel inſtigare quempiam. Cõtrà, Frænos adhibere, eſt retinere, reprimere, coercere. Cic. in Bruto 107. Vt Iſocratem in acerrimo ingenio Theopompi, & leniſſimo Ephori dixiſſe traditum eſt, alteri ſe calcaria adhibere, alteri frænos.

Cautionem, Vti cautione. Cic. Att. lib. 1. 14. 11.

Cibum & potum. Cic. de Senect. 32.

Celeritatem. Cic. ad Brutum lib. 11. 12. 5.

Collegium Prætorum, Euocare, denunciare ut adſit. Cicero 3. Offic. 105.

Conſcientiam alicuius. Tacit. lib. 12. non procul à fine, Agrippina prouiſam iam ſibi Xenophontis medici conſcientiam adhibet. Hoc eſt, conſcium facit dandi Claudio ueneni Xenophontem, & hac in re utitur eius opera.

Conſilium in ſuffragium. Cic. 3. de Legib. 64.

Adhibere ſibi aliquem, ad uel in conſilium. Cic. 2. Offic. 121. Cæſar 7. bel. Gall. 308.

Adhibere ſe in conſilium. Cic. Curioni lib. 2. 6. 5. Tecum loquere: te adhibe in cõſilium, te audi, tibi obtempera. Ac ſi diceret, Tuo ipſius utere conſilio, non alieno.

Conſolationem alicui. Cic. in Bruto 185.

Conſuetudinem. Cic. 4. Acad.

Contentionem. Cic. ad Quin. fratrem lib. 1. 1. 2.

Correctionem. Cic. 3. Offi. 9. Quem nos correctione quadam adhibita potiſſimùm ſecuti ſumus.

Crudelitatem in aliquem. Cic. pro domo ſua, ad Pontifices 47.

Adhibere curationem, idem quod uti curatione. Cic. 3. Tuſcul. 8. Idem 1. Offic. 116. Grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. Sic Celſus libro 5. cap. 27.

Curam. Cic. ad Curionem lib. 2. 6. 7. De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognoſces.

Curam & diligentiam. Cicero 4. Acad. 78.

Delectum adhibere. Cic. in Orat. 27.

Deos inuocare, in auxilium aduocare. Ouid. 4. Faſt. 167.

Diligentiam. Cic. ad Sextum lib. 5. 6. 3.

Diligentiam ad ſe conſeruandum. Cicero ad Senatum libro 15. 2. 17.

Diligentiam in hoc. Cic. ad Tironem lib. 16. 9. 10.

Diligentiam in ſe. Cicero ad Tironem lib. 16. 7. 1.

Doctrinam, Adhibere doctrinam alicui. Cicero ad Quint. fratrem, libro 1. 1. 10. Idem in Bruto 21. Sed tum ferè Pericles primus adhibuit doctrinam.

Dolorem. Cicero ad Seruium Sulpitium lib. 4. 6. Et in me conſolando non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti.

Dolum, fraudem, calumniam. Cic. pro domo ſua 24.

Feſtinationem adhibere, Vti feſtinatione. Columel. libro 11. cap. 2. 5.

Fidem in amicorum periculis, Amicos in periculis fideliter adiuuare, Adeſſe amicis in periculo. Cic. pro Cluentio 93. Facilè hoc, Iudices, impetrabo, ut quam ipſe adhibere conſueuit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum uim animi, libertatemq; dicendi, in hac mihi concedat.

Fletum in funeribus. Cic. 2. Tuſcul.

Flores adhibet orator in cauſis. Cic. in Orat. 35.

Frictionem. Celſus. lib. 8. cap. 11.

Genus uictus adhibere. Celſus, Genusq; uictus adhibendum eſt, quo carnem ali docui.

Grauitatem in dolore. Cic. ad Q. fratrem lib. 3. 24. 4.

Ignes adhibere, Cic. 3. Tuſc. 62. Lacerant, uexant, ſtimulos admouent, ignes adhibẽt, reſpirare nõ ſinunt. Metaphora eſt.

Iudicium, Vti iudicio in re aliqua. Cic. 1. de Natura deorũ 16. Idem in Orat. 27. Iudicium ergo adhibebit, nec inueniet ſolùm quid dicat, ſed etiam expendet.

Laudatorem adhibere. Cic. lib. 2. de Finibus bon. & mal. 107. Quæ nec teſtes ullos de claris uiris, nec laudatores poterit adhibere. Sic Adhibere patronum, apud eundem.

Lectionem ad aliquid. Cic. ad Rufum, lib. 5. 20. 5.

Ludos. Cic. 2. de Finib. 40.

Lumen, Dare lumen. Cic. 3. de Orat. 28. Vt oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat.

Machinas adhibere. Cic. Bruto 18. 5. translatio eſt.

Magnificentiam & deſpicientiam rerum humanarum. Cice. 1. Offic. 104. Capeſſentibus autem Rempublicam nihil minus quàm philoſophis, haud ſcio an magis etiam & magnificentia & deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum quam ſæpè dico, & tranquillitas animi atq; ſecuritas.

Magnitudinem animi. Cic. 1. Offic. 105. Et magnitudo animi eſt adhibenda, & uacuitas ab angoribus.

Manus genibus. Ouid. 9. Metamorph. 44.

Manus medicas ad uulnera. Virgil. 3. Georg. 90.

Manus pomis: id eſt, admouere. Senec. in Herc. Oeth. 8. 10.

Manus uectigalibus. Cic. pro lege Agraria. 53. Adhibeant manus uectigalibus ueſtris, irrumpant in ærarium.

Medicum. Cic. de Fato 43.

Medicinam, Cicero Attico libro 16. 339. 7. Idem libro 2. de Orat. 100.

Memoriam, Cic. 2. de Orat. 82. Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod, memoriam, ut uocem, ut uires.

Miſericordiam, præſtare ſe in re aliqua miſericordem. Cicero pro Rabirio, 3. Adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam, in Reipub. ſalute ſapientiam.

Adhibere miſerationem. Cic. in Bruto 45.

Moderationem. Cic. 2. de Orat. 132.

Rationem, moderationemq; dicendi adhibere, Cicero de Lege Agraria contra Rullum, 19.

Modum, Vti moderatione, ſeruare mediocritatem, quod & ſeruare modum, & tenere modum dicitur. Cice. 5. Tuſc. 115. Plena uita exemplorum eſt, ſed adhibeat oratio modum, & redeat illuc unde deflexit. Idem 1. Offic. 196. Quarum quidem certè eſt adhibendus modus, ad mediocritatemq; eſt reuocandus. Cic. pro Cluentio 76. In quo non modus eſt adhibitus, non mos, conſuetudoq; ſeruata.

Modus iudici. Cic. 2. de Orat. 102.

Munditiem. Cic. de Offic.

Neceſſitatem adhibere. Cic. 4. Acad. 207.

Neruos. Cic. Att. lib. 16. 343. 5.

Numerus iambicus adhibetur in fabulis. Cic. in Orat. 111.

Digitized by Google

Officium adhibere. Cic. ad Valerium lib. 13. ℰ. 3.
Orationem ad aliquem, Cic. 4. Acad. 62. Interdum enim quum adhibemus ad eos orationem huiusmodi: id est, Quum apud eos tali utimur oratione.
Odores ad deos. Ci. 1. de Nat. deo. 154. Quos odores adhibebis ad deos, ut eos perfundas uoluptatibus?
Odorem rebus, Hoc est dare, tribuere. Lucret. lib. 2. 171.
Ornamenta ad rem aliquam. Cic. in Orat. 9.
Parsimoniam adhibere, Vti parsimonia, seruare frugalitatem. Plaut. Mostel. 4. 78.
Patronum. Cic. 3. de Orat. 28.
Pietatem, præstare pietatem, pium sese præstare. Cicero 2. de Legib. 30. Ad diuos adeunto caste, pietatem adhibento, opes amouento.
Pompam in dicendo. Vide Pompa.
Preces dijs, Cic. 1. de Nat. deor. 6. Quid est quòd ullos dijs immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus?
Plagas, Celsus lib. 3. cap. 18.
Præparationem in rebus agendis. Cic. 1 Offi. 105.
Prudentiam ad omnes res, Cic. Attico lib. 12. 23 4. 3. Sic adhibere sapientiam in Reip. salute, lib. 1. de Finib. 68.
Rationem. Cic. in Bruto 141.
Querelas adhibere. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 15.
Adhibe te ad ueram rationem. Subaudi, intelligendam. Lucretius lib. 1. 10.
Adhibere nobis religionem. Cic. in Bruto 162.
Remedium, Cicero ad Octauium 1. Nulla enim remedia, quæ uulneribus adhibentur, tam faciũt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Remedia, Celsus lib. 1. in procœmio.
Reuerentiam aduersus homines. Cic. 1. Offic. 13. 9.
Adhibere se ita, ℰc. Cic. ad Qu. fratrem lib. 1. 1. 33. Permagni hominis est, sic se adhibere in tanta potestate, ut nulla alia potestas ab ijs quibus præsit desideretur: id est sic se gerere.
Sermonem. Cic. de Amicitia 80.
Adhibere sermonem in poculo, Cic. de Senect. 43. Et is sermo qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo. fortè populo.
Seueritatem in filio, uti seueritate in filium. Cic. 1. de Finib. 35.
Hos castris adhibe socios, ℰ fœdera iunge. Virg. 8. Aeneid. 11.
Solatio, consolari, uel uti uerbis ad consolandum accommodatis. Plin. epist. 12. e.
Stimulos. Lucretius lib. 3. 207.
Solertiam. Cæsar 2. bel. Ciuil. 29.
Speciem in dicendo, Cicero 2. de Orato. 162. Sed adhibere quandam in dicendo speciem atq; pompam, ℰ pugnæ simile fugam. Quasi ostentatione quadam uti, siue (ut uulgò loquimur) facere magnam monstram, magnamque apparentiam.
Studium ad aliquid, ponere studium in ea re. Cic. in Bruto 77.
Sæuitiam in aliquem. Cic. 2. Offic. 32.
Supplicium. Cic. 11. Philipp. 293.
Tempus adhibere, ponere tempus in re aliqua. Cic. 1. Offi. 29. Adhibebit ad considerandas res ℰ tempus ℰ diligentiam.
Testes, quod uulgò dicitur, Capere testes. Teren. Phor. 4. 5. 2. Cic. de Finib. lib. 2. 107.
Deum testem, Cic. 3. Offic. 57. Quum uerò iurato sententia dicenda sit, meminerit Deum se adhibere testem. In alijs exemplaribus legitur, Habere testem.
Titulum humatis. Liuius 6. bell. Punic. 132. Eos uno tumulo contegerent, adhiberentq; humatis titulum, Hic siti sunt Acarnanes, pro Adderent.
Tormentum. Cic. 3. Offic. 52.
Tympanum, Plaut. Pœnulo 19. 38. Cur nõ adhibuisti, dum hæc loquereris, tympanum? Cur (inquit) hæc non dixisti ad somnum tympani? cur altiori uoce non inclamasti?
Vanitatem orationis. Cic. 3. Offic. 75.
Vim, Est uim afferre, siue cogere. Cic. de Senect. Idem 3. Offic. 149. Quasi uerò fortiuiris poßit adhiberi.
Adhibere uim ueritati. Cic. pro Quintio. 26.
Vires in re aliqua, Vires ad eam rem accommodare, adiungere, applicare, quod est Adniti. Quintil. lib. 5.
Virtutem. Vide suprà, grauitatem adhibere.
Vsum. Cic. Studio adhibito ℰ usu.
Vocem. Vide suprà, Memoriam adhibere.
Vincula alicui. Ouid. 3. Fast. 59.
Nec sine ui tradent, adhibe tu uincula captis.
Vinum ægrotis, id est dare. Cic. 3. de Nat. deor. 97.
Vultum aliquò, id est conuertere. Ouid. lib. 2. Amorum 35. ad Isidem, ut parientem Corinnam iuuaret:
Huc adhibe uultus, ℰ in una parce duobus:
Nam uitam dominæ tu dabis, illa mihi. Hoc est, huc oculos aduerte, meas preces audiura.

Adhinnio.] adhinnis, adhinnui, adhinnitum, penult. prod. (προχρεμετίζω) adhinnire, Ex ad, ℰ hinnio, equorum est, qui equalibus adhinniunt, id est ad eas hinniunt, uidelicet coitum appetentes: quin ℰ equæ ipsæ interdum equis adhinniunt. Plinius libro 35. cap. 10. 29. Nanq; ambitu æmulos prævalere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit, Apellis tantùm equo adhinniuêre. Ouid. lib. 1. de Arte amandi 56.
Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.
Idem lib. 2. de Remedio amoris 42.
Fortis equus uisæ semper adhinnit equæ.

Adhinnire ad orationem alicuius, per translationem dictum. Cic. in Pisonem 24. Itaq; admissarius iste, simulatq; audiuit à Philosopho uoluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus uoluptarios omnes incitauit, sic ad illius hanc orationem adhinnijt, ut non magistrum uirtutis, sed authorem libidinis à se illum inuentũ arbitraretur. Hoc est, ea re audita ita exarsit in uoluptatem, ut, ℰc.

Adhorresco.] adhoresces, adhorrui (ἐπιφρίττω) Ouid. ad Liuiã de morte Drusi. 45. Ipse pater flauis Tyberinus adhorruit undis. Hoc est, ualde uehementerq; horruit. Vel ad peditum ℰ equitum clamorem horruit.

Adhortor.] adhortaris, adhortatus sum (ἐγκελεύω) adhortari, Idem significat quod hortari. Terent. Heaut. 1. 1. 8.
Quod mihi uidere præter ætatem tuam
Facere, ℰ præter quàm res te adhortatur tua.

Adhortor ad rem aliquam. Cic. Vt ad defendendam Rempub. te adhortarer. Idem 1. Offic. 53. Maximè ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari: id est admonere, aut incitare.
Adhortari sese. Catul. 58. epig. de Berecynthia, ℰ Aty. 17.
Feris sese ipse adhortatus, rapidum incitat animum: id est, Leo sese ad iram acuens.
Adhortatio, Verbale (ἐγκέλσυσμα) Ipse actus adhortandi: id est hortatio. Cicero 2. de Orato. 7. Omissa nostra adhortatione, ad eorum quos proposuimus, sermonem disputationemq; ueniamus.
Adhortator, Verbale (ἐγκελσυτής) Qui adhortatur. Liuius 7. ab urbe 151. Vtrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, uerbis tantum ferox, operum militarũ expers, an qui, ℰc.

Adhuc.] (μέχρι τούτου, προσέτι, εἰσέτι) aduerbiũ temporis, idem significat quod usq; adhuc, hactenus, ad hoc tempus. Compositum est autem ex ad, quod tam in compositione quàm in appositione quandoq; significat usq;: ℰ aduerbio huc; quasi tu dicas usq; huc, uel hucusq;, id est, usque ad hoc tempus

Digitized by Google

tempus. Plau. Trucul. —cõueniunt Adhuc utriuſq; uerba. Author ad Herennium lib. 1. 16, Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriptoribus. Cic. ad Att. lib. 7. 1 31. 1, Vnam adhuc à te epiſtolam acceperam. Et ad Ligarium, lib. 6. 14. 7, Ego tamẽ Cæſari pro te, ſicut adhuc feci, ſupplicabo.

Adhuc, pro Etiam, uel præterea. Quintil. Eſt adhuc alia in reſpondendo figura. Plin. lib. 33. cap. 2, Sunt adhuc aliquæ nõ omittendæ in auro differentiæ. Cic. in Lælio, Ortum quidẽ amicitiæ uidetis, niſi quid adhuc fortè uultis.

Adhuc, continuationem temporis denotat. quòd uulgari lingua dicimus fina qui, ancora. Terent. Phor. 3. 1. 15, Adhuc trãquilla res eſt. Plaut. Pſeud. 20. 69, Tun' hodie Ex Sicyone huc perueniſtis? H. alto adhuc meridie. Ouidius, Adhuc tua meſſis in herba eſt.

Adhuc locorum, pro Adhuc, nam (locorum) ornatus cauſa tantum ponitur, eadem figura, qua dicimus Vbique locorum, & nuſquam gentium. Plaut. Cap. 7. 25, Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulò.

Adiabarę] populi ſunt Aethiopiæ. Pli. li. 6. ca. 30, Deinde cõtra Meroẽ Megabari, quos aliqui Adiabaras nominauere.

Adiabena], regio oriẽtalis prope Aßirtã, ut author eſt Strabolib. 16. Plin. lib. 5. ca. 12, Adiabene, Aßyria antè dicta. Volater. ſic dictã putat ἀπὸ τοῦ μὴ διαβαίνειν, id eſt à nõ permeando, quòd ibi Euphrates ſit minimè uado permeabilis.

Adiabene olim uocabatur Syriæ pars ultra Armeniam. Stephanus oſtendit mediã fuiſſe inter Euphratem & Tygrim. Vnde & Meſſene ſit dicta. Quidam hinc uocabulum inditum putant Adiabene, quòd ob frequentiam occurrentium flumi num tranſire facilè non poßit.

Adiaceo] adiaces, penul. correp. adiacui (πρόσκειμαι) ad iacere, iuxta uel propè iacere. Liuius 2, ab urbe. 215, Thuſcus ager Romano adiacet.

Adiacens inſula dicitur, quæ eſt prope ædes, non tamen coniuncta contextu ædificiorum. Vlpianus l. ſi finita. cap. ex hoc edicto. ff. de damno infecto, Item quid dicemus ſi inſula adiacens domini uitium fecerit?

Adianoeta] (ἀδιανόητα) ſunt quæ uerbis aperta, occultos ſenſus habent myſtica. Author Quintil. lib. 8. cap. 2.

Adiantũ] adianti (ἀδίαντον) herba dicta ab α & διαίνω, quòd fõlium eius aqua perfuſum non madefiat, ſicco ſemper ſimile. Vulgò Capillus Veneris dicitur. Sic enim uertit Theodorus.

Adiaphoria] Cic. 4. Acad. quæſt. Ariſtoni ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partem moueri, quæ Adiaphoria ab ipſo dicitur.

Adiaphoron Cicero uertit indifferens, lib. 3. de finib. 81.

Adigo] adigis, penult. correp. adegi, adactum (ἀναγκάζω, βιάζομαι) adigere, Vi impellere, ſicut feriendo adiginus cuncum. Plinius lib. 16. cap. 10, In ipſam arborem clauus ferreus adigatur. Cæſar 3. bel. ciuil. 205, Qui tantum aberat à noſtro caſtello, ut telum tormentúmue miſſum adigi non poßit.

Adigere naues, hoc eſt agere, admouere, Tacitus Annal. 2.

Vulnus adigere, Tacitus lib. 5.

Adigere enſem in pectus, Ouid. 5. Metamorph. 14. Et in medijs præcordia, Sillius lib. 7. 106.

Adigere aliquem ad umbras infernas. Virg. 4. Aeneid. 3,

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Herebi, noctemq; profundam,
Antè, pudor, quàm te uiolem, aut tua iura reſoluam.

Adigo cum infinitiuo. Virg. 6. Aeneid. 13,

—tua me genitor, tua triſtis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.

Id eſt, huc uenire me impulit, coegit.

Adigere per metaphoram, Concitare, Impellere. Terent. Adel. 1. 2. 31, Tu homo adiges me ad inſaniam. Idem Eunuc. 2. 1. 13, Noctu te adigent horſum inſomnia.

Adigere quenpiam arbitrum pro ſocio, id eſt adducere aduerſarium ad arbitrum à magiſtratu datum, qui cauſam cognoſcat, & iudicet ex bono & æquo. Cicero pro Roſcio Comœdo, 14, Quæ quum ita ſint, cur non arbitrum pro ſocio adegeris Quin. Roſcium, quæro. Sic 3. Offic. 86. In Top. 21.

Adigere ſacramento, uel iureiurando, ſiue ad iuſiurandum, dicitur is qui conceptis uerbis alium iurare cogit: hoc eſt, qui uerbis arbitrio ſuo dictatis, iureiurando eum obſtringit. quod nonnulli adiurare dicunt. Qui autem ſic aſtrictus eſt, dicitur iureiurando adactus, uel adactus in uerba eius qui adegit. Ex Budæo. Cæſar 7. bell. Gall. 263, Probata re, atq; omnibus ad iuſiurandum adactis. Liuius 4. bell. Pun. 71. Citatoſq; ſingulos iureiurando adigam.

Sacramento alicuius adigere legiones, Tacit. lib. 17.

Sacramento adactus pro aliquo, Tacit. lib. 17.

Adigere iuſiurandum, ſine præpoſitione. Liuius 5. Decad. lib. 3, Ita iuſiurandum adigebant.

Adigere in uerba, Cogere quenpiam ut in noſtra uerba iuret. Cæſar 2. bel. Ciuil. 73, Prouinciam omnem in ſua & Pompeij uerba per iuſiurandum adigebat. Tacit. lib. 17, Immineret Narbonenſi prouinciæ in uerba Vitelli adactæ. Sab. iureiurando: id eſt, quæ in eius uerba iurauerat.

Adigi iureiurando in uerba principis, eſt quod nunc dicitur, Præſtare iuramentum fidelitatis. ex Budæo.

Adigere, pro Agere, ut Adigere oues, Plau. Bacch. 23. 3.

Adaxint, id eſt adegerint, Feſtus Pomp.

Adaxint, adigant. Plaut. in Aulularia, Vtinam me diui adaxint ad ſuſpendium. Ex Nonio Marcel.

Adactus, Participium ab adigo (ἐμπεχθεὶς, βιασθεὶς) Vi impulſus. Plin. lib. 16. cap. 40. 7.

Adactus cum datiuo, Plin. lib. 10. cap. 18. de Pico Martio. Idem Lib. 25. cap. 2, Dixit Democritus, credidit Theophraſtus eſſe herbam, cuius contactu illatæ ab alite quam retulimus, exiliret cuneus à paſtoribus arbori adactus.

Adactus cum accuſatiuo, præpoſitione intercedente, Propert. lib. 3. eleg. 22. 3.

Adactus iugo Rhenus, Adactus legibus Iſter.
Hoc eſt, à Romanis ſubiugatus, Romanorum legibus parere coactus. Stat. lib. 1. Thebaid. 4.

Adacta intus uis mortis, Lucret. lib. 3. 35.

Adactum tempus ſoluendi pœnas, Lucret. lib. 5. 246.

Adactum uulnus altè, Virg. 10. Aeneid. 168. id eſt profundè impreſſum.

Adactio (βιάζωσις) Verbale ab Adigo, ipſe actus adigendi. Liu. 2. bell. Pun. 160, A tribunis ad legitimã iuriſiurandi adactionem translatum.

Adijcio] adijcis. pen. corr. adieci, adiectum (ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω, προσβάλλω) adijcere. Ex ad, & iacio, propriè eſt iacere ad. Vt adijcere tela. Cæſar 3. bel. Gal. 406, Vt neq; ex inferiore loco ſatis commodè tela adijci poſſent, & miſſa à Gallis grauius acciderent.

Adijcere intus, pro Inijcere, immittere, infundere. Corn. Celſus lib. 7. cap. 27, Idemq; humor clyſtere intus adijcietur.

Adijcere, pro Iacere, Columel. libro 12. cap. 16, In lixiuiæ ſextarios decem ſalis tres cyathos adijciat. Poteſt hic pro Addat accipi.

Adijcere, pro addere. Liu. 2. ab urbe, Adijciebat huic muneri agri aliquantum. Cic. de petitione Conſulatus 1, Non ut aliquid ex ijs noui adijcerem.

Digitized by Google

Adijcere doctrinæ gloriam ad laudem belli. Cic. 1. Offic. 163, Quod idem fecit Timotheus Cononis filius: qui quum belli laude non inferior fuisset quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit.

Adijcere abundanti, Quintil. lib. 5. cap. 6. 2. Vitiosè adijcere, Idem lib. 1. cap. 13.

Adijcere animum rei, uel ad rem, pro animum appellere, adiungere, applicare. Terent. Eunuc. 1. 2. 63, Quantum suspicor, ad uirginem animum adiecit, Plaut. Merc. 6. 62,

—sed præcauto opus est,
Nec ad illã me animũ adiecisse aliqua sentiat. Idẽ Mil. 12. 35.

Animum consilio, & ad consilium, Liu. 8. bel. Pun. 174. Idem lib. 5. 107.

Adijcere authoritatem. Plin. epist. 20. b, Quinetiam uoluminibus ipsis authoritatem quandam & pulchritudinem adijcit magnitudo.

Calculum. Plin. epist. 2. b, Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris.

Celeritati. Celsus lib. 7. cap. 4, Adijcitur celeritati sic: id est, Id celerius fit. Et cap. 21. eiusdem libri.

Clamorem, Tacitus in uita Agricolæ.

Aliquid disciplinæ, Celsus in procœmio libri septimi.

Expectationem, Quintil. in procœ. lib. 4.

Adijcit febres, id est, addit. Corn. Celsus lib. 2. cap. 1, At æstas nõ quidem uacat plerisq; ab his morbis, sed adijcit febres, uel continuas, uel ardentes, uel tertianas.

Malo multum. Celsus. lib. 3. cap. 11, Hæc enim paulò antè data multum malo adijcit.

Modum, hoc est adhibere, Tacit. Annal. 3.

Oculos in aliquem. Quod propriè conijcere oculos dicimus. Plaut. Asin. 13. 24.

Oculos alicui rei, uel in aliquam rem, Est cupiditate rei uisæ teneri. Cic. 4. Verr. 25, Partim planè uidebant adiectum esse oculum hæreditati. Idem pro lege Agraria, 37.

Adijcere oculorum imprudentiam aliquò. Aliquid intueri non dedita opera & ex industria, sed per imprudentiam. Cic. li. 2. de legib. 58, Qua licentia Romæ data, quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem oculorum adijci fas fuit?

Stimulos Ioui frementi, Iouem iam iratum magis accendere, Ouid. Metamorph. 50.

Vires, Liuius 4. ab urbe, 238.

Virus in angues. Ouid. lib. 3, de Arte aman. 2,
Dixerit è multis aliquis, cur uirus in angues
Adijcis: & rapidæ tradis ouile lupæ?
Prouerbia sunt.

Adijcere aliquid cibo, est addere: cui aduersum Demere aliquid cibo, Celsus lib. 4. cap. 2.

Aliquid potioni adijcere, Est aliquanto largius bibere, Corn. Celsus lib. 1. cap. 3.

Adijcere, pro Consentire. Virgilius 10. Aeneidos,
Tercentũ adijciunt: mens omnibus una sequendi. Vbi Seruius Adijciunt: accedunt, & consentiunt eius uoluntati. Vnde ait: Mens omnibus una sequendi: id est, coniurati sunt. Hæc ille. Cæterùm uidetur esse sermo eclipticus, ut sit: Adijciunt illi animum, aut studium, aut uoluntatem, aut se.

Adijciales cœnæ (ἐπιβλητικοὶ δεῖπνοι) & adipales, sacerdotum uocabantur. Plin. lib. 10. cap. 20. Var. de re rust. lib. 3. cap. 6, ubi de pauonibus, Primus hos Q. Hortẽsius augurali adijciali cœna posuisse dicitur. Dicitur autem adijcialis cœna, quòd in ea multa extra ordinem, allataq; iusta fercula adijciuntur. Eadem & Pontificialis dicta, teste Macrobio, lib. 3. Satur. cap. 13. Hæc ex Hermolai in Plinium sententia.

Adiectus, Participium (ἐπιβεβλημένος) Vide in uerbo. Plin. lib. 18. cap. 3. 8, M. quidem Curij post triumphos immensumq; terrarum adiectum imperio, nota concio est, pernicio sum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis.

Adiecta ignominia post mortem, Quint. lib. 3. cap. 7. 14.

Adiectus, huius adiectus, uerbale (ἐπίβλημα) Idem quod adiectio. Vitruuius lib. 9. cap. 9, Cuneorũ adiectus, aut exemptus in singulis diebus aut mensibus.

Adiectio, Verbale (προσβολὴ) Vitru. lib. 9. cap. 9, Sin autem cuneorũ adiectionibus & detractionibus correptiones dierum aut crescentiæ non probabuntur, &c.

Adiectiuus, adiectiua, adiectiuum, pen. prod. (ἐπίθετος) Denominatiuum à participio adiectus. Nomen est fictum à Grammaticis, ut quum dicunt, adiectiuum nomen. Priscianus lib. 2, Adiectiua nomina ideo uocantur, quòd alijs appellatiuis, quæ substãtiam significant, uel etiam proprijs adijci solent, ad manifestandam eorum qualitatem uel quantitatem, quæ augeri uel minui sine substantiæ consumptione possunt, ut, bonum animal, magnus homo.

Adimo] adimis, penult. correp. ademi, ademptum (περιαιρέω, ἀπαίνυμαι) adimere, auferre. Ex ad, & emo, quod antiqui, ut ait Festus, Emere dicebant, pro accipere. Terent. And. 4. 2. 14, Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo. Cice. 7. Verr. 68, Illi aditum littoris Syracusanis ademerunt. Id est, prohibuerunt eos ab accessu ad littus. Idem 3. Verr. 103, Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.

Adimere ægritudinem, Terent. Heaut. 3. 1. 13.

Animam alicui, Plaut. Mil. 10. 136.

Beneuolentiam, caritatem, nomen soceri adimere, Cicero pro Sestio 4.

Causam rei alicuius faciendæ, Terent. And. 5. 1. 18.

Ciuitatem alicui, Est eum priuare ciuitate, siue expellere. Vnde & ciuitatis ademptio dicitur, Cic pro Cecinna 69.

Curam, Terent. Phor. 5. 7. 3. & Hecy. 5. 3. 19.

Consuetudinem, Terent. Phorm. 1. 3. 9.

Diem adimit nox, Plaut. Capt. 7. 58.

Dolores, Horat. 2. Serm. Saty. 3. 58.

Facultatem, Cæs. 1. bel. Ciuil. 116. Cic. ad Att. lib. 3. 47. 6.

Formam alicui, Plaut. Amphit. 16. 33.

Leges, Cic. 2. de Finib. 59.

Leto aliquem adimere, id est morti, Horat. 3. Carm. 22. 2.

Memoriam, Plin. lib. 37. cap. 12.

Metum, Terent. And. 2. 2. 2.

Misericordiam hominibus lenissimis, Cicero pro Roscio Amerino 92.

Meipsum mihi, Cic. ad Att. lib. 3. 45. 2.

Nomen alicui, Plaut. Epid. 5. 51.

Nomen uirgineum: id est uirginitatem, Ouid. 8. Metam. 119.

Potestatem, Cic. 3. de leg. 32. & pro Quintio 5. & 1. Ver. 12.

Risum, Plin. lib. 11. cap. 73.

Soccos pedibus, pro detrahere soccos, Plaut. Epid. 13. 21.

Somnum, Cic. Attico lib. 2. 3. 1.

Spolia, Plaut. Amphit. 16. 46.

Transitum, Plin. lib. 17. cap. 21. 1.

Vincula canibus, Ouid. 8. Metamorph. 67.

Vires, Ouid. 3. Metamorph. 94.

Vitam, Cic. in Partitionibus 29. Vide Vita.

Vocem homini adimere creditur lupus. Plin. lib. 8. cap. 22. 1.

Adimo, cũ infinitiuo loco nominis positio. Hora. 1. epist. 20. 2,
—adimam cantare seueris. Id est, cantum.

Ademptus (περιῃρημένος) participium, & interdum nomen adiectiuum ex participio. Horat. 2. Carm. 4. 31,
Barbaræ postquam cecidere turmæ
Thessalo uictore, & ademptus Hector.
Hoc est, occisus, è medio sublatus.

Digitized by Google

Anima adempta, Lucret. lib. 3. 83.
Conditio mortis adempta, id est, moriendi potestas, Virgilius 12. Aeneid. 174.
Adempta equorum pernicitas, Tacitus lib. 18.
Augmen ademptum, absumptum augmentū, Lucret. li. 2. 227.
Fratrem ademptum lugere, Ouid. 11. Metam. 55.
Lumen alicui ademptum, id est, oculus, Virg. 3. Aeneid. 131.
Lux adempta, idem Ouid. 14. Metamorph. 39.
Pax adempta mihi, Ouid. lib. 1. de Ponto, 2. 3.
Spolia adempta, Ouidius lib. 1. Amorum, eleg. 10. 6.
Succi adempti, Ouidius 2. Metamorph. 43.
Torquis ademptus, Ouid. 1. Fast. 120.
Virilitatis ademptæ homo, id est spado, exectus, Cornel. Tacit. Annal. lib. 5.

Ademptio, ademptionis (περιαίρεσις) Verbale ex Adimo, hoc est, ablatio, priuatio. Cic. pro domo sua, 61, Id autem ut esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant.

Adimpleo] adimples, adimpleui, adimpletum (παραπλήρόω) adimplere. Videtur idem esse quod Impleo, sed est uerbum rarissimum. Plin. lib. 11. cap. 37. 18, Cochleis oculorum uicem cornicula bina prætentatu adimplent. Quasi oculorum uicem implent, aut potius supplent.

Adindo] adindis, adindidi, adinditum (προσεντίθημι) adindere, uerbum antiquum, compositū ex Indo, quod ipsum ex Do est compositum: significat imponere, immittere. Cato de re Rust. cap. 18. 6, Orbem olearium latum pedibus quatuor punicarnis coagmentis facito crassum digitis sex, subscudes iligneas adindito.

Adinuenio] adinuenis, penult. correp, adinueni, adinuentum (προσευρίσκω) adinuenire, ex Ad, & Inuenio: quod ipsum ex Venio compositum est, idem quod inuenire significat, siue potius comminisci: hoc est, ingeniosè & subtiliter inuenire. Cic 2. de Nat. deor. 225, Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos, &c. Plaut. Curcul. Iam huic uoluptati hoc adinuentum odium est.

Adipiscor] adipisceris, penul. correp. adeptus sum (κατάλαμβάνω, προσκτάομαι, τυγχάνω) adipisci, ex Ad, & uerbo antiquo Apiscor: est rem aliquam assequi: hoc est, ad aliquid peruenire, ut Adipisci diuitias, gloriam, laudem, sapientiam. Plaut. Epid. 10. 14. Idem Sticho 58, Nunc potestas tibi adipiscendi est gloriam, laudem, decus. Sic Adipisci honores, Cic. 4. Verr. 77. Adipisci palmam, Plin. lib. 35. cap. 10. 3. Adipisci senectutem, Cic. de Senect. 4, Quo in genere in primis est senectus: quam ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti.

Adipisci ordinem senatorium, Cic. pro Flacco, 33.
Adipisci iudicium, siue ius, quod & ius obtinere dicitur. Terent. Phorm. 2. 3. 59. Liuius 1. ab urbe 143, Ius nostrum adipiscamur.
Adipisci nuptias. Terent. And. 2. 1. 34, Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier.
Adipisci quempiam, pro assequi: de itinere dictum. Plaut. Epid. 2. 13, Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occœpi sequi: Vix adipiscendi potestas modo fuit.
Adipisci aliquid ad dicendum & iudicandum, Cic. in proœm. Offic. 3.
Adipiscor, in passiuo significatu. Plau. Trin. 6. 85, Nō ætate, uerū ingenio adipiscitur sapiētia. Pro Acquiritur, cōparatur.
Adipiscendus (προσκτηθησόμενος) Cic. lib. 2. de Legib. 89, Intelliget quanta instrumenta habeat ad obtinendam adipiscēdamq; sapientiam. Sic 1. Offic. 102. Idem 1. de Finibus, 56. Et 3. de Orat. 74.

Adeptus, Participium (προσκτημένος) idem quod Assecutus. Cic. pro Flacco, 33, Adeptus est ordinem senatorium. Plin. lib. 7. cap. 24, Tum multis gloriam eius adeptis.
Adeptus cognomen. Propert. lib. 4. eleg. 4. 19. Sic Adeptus nomen. Ouid. 8. Metamorph. 31. Et Lucret. lib. 2. 199.
Adeptus crimen, Ouid. lib. 2. Trist. 19.
Adeptus coniugium regium, Catul. epigram. 61. 6.
Adepta est connubium, Catul. epigram. 57. 12.
Adeptus rerum: id est, rerum potitus, qui rerum imperium tenet, Cornel. Tacit. Annal. lib. 3. (entio 93.
Adeptus est summos honores à populo Romano, Cic. pro Cl
Adeptæ palmæ, id est uictoriæ. In significatione passiua. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 4,
Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas.
Vetustatem adepta, Columel. lib. 5. cap. 6.

Adeptio, uerbale (πρόσκτησις.) Cic. 2. de Finib. 68, Nos beatā uitam, non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus: id est, assecutione. Ibidem lib. 4. 78.

Adipsos] uocatur Glycyrrhiza, quam uulgus Rigoliciam appellat. Plinius lib. 22. cap. 9, Hac diximus sitim famemq; sedari. Ob id quidam adipson appellauere eam, & hydropicis dedere ne sitirent. Idem lib. 12. cap. 22, meminit palmæ Aegyptiæ, quæ Adipsos uocatur, uiridis, odorem mali cotonei, nullo intus ligno.

Adipsateon] Plin. lib. 24. cap. 13, scribit fruticem esse spinosum in Nisyrio & Rhodiorum insulis, quem alij erysiceptrum, alij dipsacon, alij diacheton uocant.

Adiudico] adiudicas, penul. corre. (ἐπιδικάζω, ἐπιψηφίζω) adiudicare, per sententiam & iudicium attribuere, cui contrarium est Abiudicare. Cic. pro lege Agraria 50. Idem 1. Offic. 2, Itaq; illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Idē Attic. lib. 4. 7. 3, Nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adiudicata.
Adiudicare, per translationem, quouis modo attribuere, quasi iudiciali sententia. Cic. Attic. lib. 1. 14. 9, Sæpe multisq; uerbis suis mihi salutem imperij atq; orbis terrarum adiudicarit. Horatius lib. 1. Epist. 19. 12,
Et nunc si quid abest, Italis adiudicat armis.
Adiudicare causam alicui, Cic. 2. de Orat. 70.
Adiudicare aliquem in seruitutem alicui, Cic. 1. Verr. 30.
Adiudicare saporem alicui rei. Plin. lib. 9. cap. 54. Is primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicauit. Id est, iudicio suo comprobauit ea esse optimi saporis.
Adiudicare & Abiudicare, contraria, Cic. contra Rullum, 51.
Adiudicare pro decernere, quod uulgò dicitur cōcludere. Plau. Menæch. 5. 6, Adiudicato cum utro hanc noctem sies.

Adiugo] adiugas, penul. correp. (ἐπιζευγνύω) adiugare. Compositum ex Ad, & Iugum iugi: propriè significat boues ad iugum pariter accommodare, cui opponitur Abiugare. Nonius, Adiugare, adiungere. Pacuuius Chryse, mater est terra, ea parit corpus, anima mater adingat. Idem Iliona, Blandam hortatricem adiugat uoluntatem.
Adiugare uitem, Est uitem in iugum disponere, quod & iugare dicitur. Iugum autem hoc loco sumitur pro palis quibusdam, uelut in iugum assurgentibus, ad quos uites certo ordine componuntur. Plinius lib. 17. cap. 22, Satius pampinos adiugatæ detergere. Columel. lib. 4. cap. 17, Nihil enim refert iugum in stellam decussari atque diduci, nisi & palmites adiugentur.

Adiungo] adiungis, adiunxi, adiunctū, (προστίθημι, προσάπτω, προσποιέομαι) adiungere, Quasi ad aliquid iungere, & penè idem quod coniungere. Cic. 1. de Orat. 121, Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxit.

Digitized by Google

Adiungi & contineri. Cice. 6. Verr. 104, Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur Insula, muri disiuncta angusto, ponte rursum adiungitur & continetur.

Adiungit atq; annectit rebus præsentibus futuras. Cic. 1. Offic.

Adiungere aliquem alteri. Cic. Att. 1. 9. 5, Hic dies me ualde Crasso adiunxit: pro Coniunxit, & amicum fecit. Idem ad Pompeium lib. 5. 7. 4, Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerint, Respublica nos inter nos conciliatura coniunctura q; sit.

Adiungere se ad aliquem. Cum eo familiaritatem inire. Cic. in Philipp. Sic Plautus in Aulul. 7. 57, Adiũgere se dixit, propinquitate ad probos: quod est, propinquitate cum illis se coniungere.

Adiungere aliquem ad amicitiam, Eum nobis amicitia coniungere. Cic. de petitione Consul. 17.

Applicare se & adiungere ad aliquid. Cic. de Amicitia, 45.

Acceßionem ædibus adiungere, pro Addere. Cic. 1. Offic. 193, Hanc Scaurus demolitus, acceßionem adiunxit ædibus. Vide Acceßio.

Adiungere animum aliquò, aut ad aliquod studium, idem quod Appellere animum. Ter. Hecyra 4. 4. 61. & And. 1. 1. 29.

Adiungere animos hominum ad usus nostros, pro Accommodare. Cic. 2. Offic. 23.

Adiungi ad authoritatem senatus. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9. 49.

Auxilium sibi adiungere. Comparare sibi auxiliũ. Cic. pro Roscio Amer. 68.

Adiungere sibi aliquem beneficio. Eum beneficio deuincire atq; astringere, & amicum reddere. Ter. Adelph. 1. 1. 47.

Adiungere aliquem beneficio ad suam necessitudinem. Cic. ad Flancum, lib. 13.

Beneuolentiam hominum sibi adiungere lenitate audiendi. Cic. pro Murena 39.

Adiũgere se ad causam, quod barbarè dicitur, Ponere se de parte alicuius. Cic. Lentulo lib. 1. 9. 33.

Comitem fugæ se adiungere. Cic. ad Att. lib. 9. 181. 3

Diligentiam alicuius sibi in aliquo adiungere, uti alicuius diligentia in aliquo negotio. Cic. pro Cluentio, 2.

Dignitatem & decus alicui adiungere. Cic. ad Curionẽ li. 5. 13.

Fidem alicui rei adiungere, Credere, Fidem habere. Cic. 2. de Diuinat. 169, Authoritatem quidem nullam debemus, nec fidẽ commentitijs rebus adiungere.

Fortuna adiuncta diuinitus summis uiris ad res bene gerendas. Cic. pro lege Manilia, 33.

Generum adiungere. Virgil. 7. Aeneid. 12.

Metus ad gratiam adiunctus. Cic. 1. Ver. 13.

Numeros uerbis solutis adiungere. Cic. in Orat. 10.

Opportunitas adiuncta ad cæteras utilitates. Cicero pro lege Manilia, 35.

Ornamenta oratoria dicendi adiungere ad elegantiam uerborum Latinorum. Cic. in Bruto, 141.

Prouincias ad imperium, aut Rempublicã adiũgere, id est, Addere uel acquirere imperio. Cic. pro L. Manilia, 24.

Tauros adiungere aratro. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 2.

Adiungere se ad rationes alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 3.

In societatem adiungere urbẽ aliquam. Liu. 7. bel. Maced. 62.

Adiungere sibi socium, quod & Socium adsciscere dicimus. Ci. 3. de Finib. 14. & pro Quintio, 6.

Adiungere sibi socium ad malam rem. Plaut. Asin. 7. 22.

Singulos adiunxit ad singula. Cic. de uniuersit. 60.

Vitem palis adiungere. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7. Virg. 1. Geor. 1.

Voluptatem, uel uacuitatem doloris adiungere ad uirtutẽ. Cic. 2. de Finib. 69.

Vxorem sibi adiungere, Cic. 3. de Finib. 104.

Adiungitur ad Africã etiam Hispania. Cic. ad Att. li. 11. 220. 5.

Adiunctus, Participium. Cicero 2. de Nat. deor. 203, Aspera arteria ostium habet adiunctum linguæ radicibus. Idem pro Cecinna 8.

Adiunctæ aues. Id est adiugatæ. Ouid lib. 1. Amorum, 2. 6.

Adiunctus (προσαπτος) nomen ex participio. Cic. pro Cluent. 22. Accuratim iam reliqua. Iudices, dicam, ut ad ea quæ propiora huius causæ, & adiunctiora sunt, perueniam.

Adiunctio, adiunctionis, Verbale (πρόσθεσις) Cic. 2. de Finib. 65, In quibus nulla est uirtutis adiunctio: id est, acceßio.

Adiunctio animi. Cic. de petit. Conss. 15, Tribus rebus homines maximè ad beneuolentiam ducuntur, beneficio, spe, adiunctione animi uel uoluntate.

Adiunctio naturæ ad hominem. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. 5.

Adiunctio, id est Additio. Cic. 2. de Inuent. 248, Atque etiam hoc mihi uideor uidere esse quasdam cum adiunctione necessitudines, quasdam simplices & absolutas. Nam aliter dicere solemus, Necesse est Caßilinenses se dedere Annibali, nisi malint fame perire: aliter autem, Necesse est Caßilinum uenire in Annibalis potestatem. Illic in superiore adiunctio est hæc, Nisi malint fame perire: si enim id malint, non est necesse. Hoc inferius non item, propterea quòd siue uelint Caßilinenses se dedere, siue famem perpeti atq; ita perire, necesse est Caßilinum uenire in Annibalis potestatem. Vulgò uocãt necessitatem conditionalem.

Adiunctio pro quadam figura seu exornatione oratoria, quum uerbum, quo res comprehenditur, nõ interponimus, sed aut primùm aut postremum collocamus. Ad Herennium lib. 4. Cic. 3. de Orat. 114, Et in eadem uerba impetus & concursio, & adiunctio, & progressio. Hanc uerò, Adiectionẽ uocat Quintil. lib. 9. cap. 3.

Adiunctor, adiũctoris (προσθέτης) Qui aliquid adiungit. Cic. Att. lib. 8. 147. 4, Ille Galliæ ulterioris adiunctor. Hoc est, ulteriorem Galliam adiunxit Romano imperio.

Adiurgium] (λοιδορία) idem significat quod iurgium, nisi locus est mendosus. Plaut. Menæb. 17. 15.

Adiurgo, adiurgas (ἐπιλοιδορέω) adiurgare. Valde obiurgare. Plautus, At pol quin certa res est adiurgare hanc quæ me hodie aduenientem domum noluerit salutare. Budæus.

Adiuro] adiuras, pen. prod. (ἐπομόω, ἐξορκίζω) adiurare. Idem quod iurare, aut certè iurare uehementius & grauius. Ter. And. 4. 2. 11, Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eã me deserturum. Idem Hecyra 2. 2. 26, —sanctè adiurat. Cic. 2. Philipp. 36, Adiuraq;, id te inuito me non esse facturum. Idem Q. fratri lib. 2. 9. 1. & Attico lib. 2. 35. 2.

Adiurare, pro Iusiurandum exigere, uel Adigere ad iusiurandum, uulgò usurpatur. In quem sensum uidetur dixisse Liu. 5. Decad. lib. 3, Censores, ut eam rem adiuuarent, ita in concione edixerũt: legem censui censendo dicturos esse, ut præter commune omnium ciuium iusiurandum hæc adiurarent, &c.

Adiurare omnia. Cic. ad Quin. fratrem lib. 3. 21. 8, Crebrius ut antè ad te scripsi, Romæ est: & qui omnia adiurant debere tibi, naldè renunciant. Alij legunt, adnuat.

Adiurare alicui. Ouid. 19. epist. 31,

Promisit pater hanc, hæc adiurauit amanti,
Ille homines, hæc est testificata deam.

Adiuuo] adiuuas, penul. corr. adiuui, adiutum, penul. prod. (βοηθέω, συμπεράτω, ἀρήγω, συνεργάζωμαι, ἀμύνω) adiuuare, Opem ferre, Auxiliari, Subleuare. Terent. Phormi. 3. 3. 4, Qui me dudum, ut dixti, adiuuerit comiter? Cic. 4. Verr. 16, Adiuuo te. (iuuat.

Adiuuare, pro Fauere. Ter. Phor. 1. 4. 27, Fortes fortuna adiuuat.

Adiuuare ad aliquid. Liu. 9. bel. Pun. 7. Eoq; enixius ad bellum adiuuerunt. Cicero pro Quintio, 50, Vt omnes intelligant,

non

non ad obtinendum mendacium, ſed ad uerum probandum, autoritatem adiuuare. Idem pro Archia.12, Quintil. lib.5. cap.14.28.

Adiuuare in aliquo. Terent.And.3.3.11, *Vt me adiuues in hac re.* Cic.ad Curionẽ,lib.12.5.16,Nõ enim mihi tam mea ſalus chara fuit, in qua præcipuè ſum adiutus ab illo, quàm,&c.

Adiuuare, cum dictionibus quid, nihil,& multum. Plaut.Pœnulo,14.61, *Siquid tu adiuues:* pro *ſi in re aliqua: aut ſine præpoſitione,ſi aliqua re adiuuas.* Cicero 3.Verr.58,*Iam nihil te iudiciũ Neronis adiuuat:id eſt,nulla in re.* Terent. Heaut.3.3.10, *Qui ſic ſunt, haud multum hæredem adiuuant: id eſt,parum conſulunt hæredi,ut uult* Donatus.

Adiuuare auxilio. Liu. lib.9.bel. Pun.27, *Sic adiuuare conſilio, factis, manu, opera, prudentia, pecunia.* Ex Terentio Phorm.5.3.3.Plauto Caſina.6.7.Cicerone 2.Offic.121.& Liuio 4.bel.Maced.70.

Artes, Ouid.8.Metamorph.175.

Concoctionem, Plin.lib.23.cap.1.22.

Conſenſum omnium gentium. Cic. ad Plancum, lib.10.10.6, *Subueni patriæ, opitulare collegæ,omnium gentium conſenſum& incredibilem conſpirationem adiuua.*

Conſilium, Senec.in Medea,7.28.

Delectum, Cic.ad Attic.lib.7.133.2.

Errorem alterius, Cic.ad Attic.12.257.1.

Facultates alicuius, pro *augere,* Plin epiſt.139.c.

Ignem. Hoc eſt *magis excitare& inflammare.* Liu.4.bel. Maced.153.Ouid.10.Met.127,

—Cytherea{que} comprecor,auſis
Adſit ait noſtris,& quos dedit adiuuet ignes.

Inſaniam alterius, pro *Augere,* Plaut.Amphit.8.164.

Formam cura, Ouid.2.Metamorph.147.

Ira adiuuat manus, lib.1.Amorum,eleg.7.14.

Mœrorem orationis adiuuare lacrymis, Cicero 2.de Orato.106.

Nequitiam præceptis adiuuare, Quintil.lib.2.cap.15.22.

Adiuuare temeraria uia. Cel.lib.2.cap.10, *Temerariam uiam hoc loco dicit remedium nulla ratione tentatum, medici enim ſanguinem mitti nolunt, niſi conſtent uires,& corpus ſatis firmum ſit.*

Voluntatem adiuuare, Augere, aut ſubleuare. Cic.de Amicitia.

Comiter adiuuare. Vide Comis.

Lepidè adiuuare. Vide Lepidus.

Munificè adiuuare. Vide Munus.

Adiuuo cum infinitiuo. Plin.11.cap.24, *ad finem,* Phalangius *tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero:qui ut emerſerit,matrẽ cõſumit, ſæpe& patrem: adiuuat enim incubare.*

Adiutum eſt à me, Impersonale. Salluſt.de Repub.ordin.ad Cæſarem, *Nam ſiue hac, ſeu meliore alia uia perges, à me quidem pro uirili parte dictum& adiutum fuerit.*

Adiutus, participium, penul. prod. (βεβοηθημένος) Ouid. 1. Epiſt.9,*Adiutus ab uno.*

Amor adiutus fatis, Ouidius 24.Epiſt.5.

Adiuta uires haſta, Sil.Ital.lib.6.50.

Adiuta eſt nouitas numine noſtra dei, Ouid.1.de Pont.13.5.

Nerui aliquo conamine adiuti, Ouid.15.Metamorph.45.

Adiuto,adiutas, pen.prod. (ἀμυνάθω,) *adiutare. Frequentatiuum ab adiuuo, pro eodem, ſed ferè apud ueteres uſitatius quàm ipſum primitiuum.* Terent. And.1.3.4, *Nec quid agam certum eſt, Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni.* Ennius apud Ciceronem de Senectute,

O Tite,ſi quid ego adiuto, curámue leuaſſo.

Adiuta mihi,uetuſtè dictum,pro Adiuua me. Pacuuius in Chryſe.Ex Donato.

Adiutare aliquid, figuratè dictum, pro Adiuuare in re aliqua. Terentius Phormi.1.2.49,

—neq; cognatus extra unam aniculam,
Quiſquã aderat,qui adiutaret funus.Idem Hecyra 3.2.24, *Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; eis onera,adiuta.* Et eſt μετωνυμία,pro, *ipſos onera portates,eis onera,adiuta.*

Adiutor adiutaris,Paßiuũ, (ἀμυνάθομαι.) Lucret.lib.1.166, *Adiutamur enim dubio procul,atq; alimur nos.*

Adiutor,adiutoris,deponens, (ἀμυνάθω,) *Vetuſtè dictum,pro Adiutare.* Pacuuius Duloreſte, *Illum quæro qui adiutatur.* Afranius Inimicis, *Hæc obſecro igitur agite,& me adiutamini.* Nonius.

Adiutans,Participium, (ἀμυνάθων.) Terentius in Phormionis prologo 35, *Bonitaſq; ueſtra adiutans atq; æquanimitas. Vbi* Donatus, *Sic ueteres dicere maluerunt,quam adiuuãs.* Varro 2.de re Ruſt.cap.7, *Eo enim adiutante equa alligata celerius admittitur.*

Adiutor,pen.prod.Verbale, (συμμαχητὴς,βοηθὸς,συμμαχάντως, ἀμυντὼς,) *Qui adiuuat.* Cic.3.Verr.110, *Homines arrogantes hoc adiutore Q.u. Opinionem per ludum& iocum fortunis omnibus euertiſſe.Pro eo quod eſt adiuuante.*

Adiutor magnus, Horatius 1.Sermo 9.10.

Belli adiutor, Cic.ad Attic.lib.9.181.

Adiutor honori alterius. Cæſar.1.bel.Ciuil.27, *Cuius ipſe honori& dignitati ſemper fauerit,adiutorq; fuerit.*

Adiutor iracundiæ alterius, Teren.Adel.1.2.66.*Adiutores uictoriæ,* Cic.1.Tuſc.45,

Adiutor ad aliquid. Cic. de Amicitia.33, *Vt aut libidinis miniſtri, aut adiutores eſſent ad iniuriam.* Terent. Phor.3.3.28, *Ad hanc rem adiutorem dari.*

Adiutor in re aliqua. Terent.Adelph.5.9.10, *In pſaltria iſta emunda hic adiutor fuit.* Cic.Attico,lib.8.147.4,*Ille abſentis in omnibus adiutor.*

Legis author atq; adiutor, Cic pro lege Agraria,28.

Adiutor, authorq; eiuſdẽ ſententiæ Epicurus, Cic.3.Offic.159.

Adiutorem uenire alicui. Cic.1.de Nat.deorum 26, *Tu autem nolo exiſtimes me adiutorem huic ueniſſe,ſed auditorem.*

Adiutor his cõtra patriã inuentus eſt nemo, Cic.de Amicit.40.

Socio atq; adiutore conſiliorum periculorumq; meorum, L. Flacco, Cicero pro Flacco 1.*Honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum ſperabam,quàm miſeriarũ deprecatorem.* Ibidem.

Adiutorium, (βοήθεια,ἀντίλημψις,) *deriuatum ab Adiutor,pro Adiumento ſeu auxilio.* Aſinius Pollio apud Suetonium de claris grammatic. *In eam rem adiutorium ei fecit maximè quidam.* Seneca ad Lucilium,epiſt.31, *Sine adiutorio ignis nihil calidum eſt.* Idem lib.6.de benefi. Quintilianus lib.10, *Vtetur ijs quoq; adiutorijs, quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura.* Valerius, *Adiutorio deorum immortalium.* Columel.lib.12.in præfa.2, *Vt ex hac eadem ſocietate mortalibus adiutoria ſenectutis.* Quintil.lib.3.cap.11.

Adiutorio egere, Quintil. lib.1.cap.1.21.

Adiutorio iuris elabi ex crimine, Quintil.lib.3.cap.6.69.

Adiutrix,penult.product. (συμμαχάντρια,) *adiutricis, penult. etiam product.Verbale.* Terentius Hecyra, *Adiutrix noſtræ induſtriæ.* Sic *adiutrix ſcelerum,* Cic.7.Ver.125.Et in Lælio, *Aſſentatio,uitiorum adiutrix.*

Adiutrix in peccato filij, Terent.Heaut.5.2.39.

Adiutrix uenis noſtris cœptis, Ouid.7.Metamorph.39.

Adiumentum (βοήθημα,) *Verbale ab adiuuo, Auxilium, adminiculum.* Cic.1.Offic.103, *Sed ijs qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum.*

Vti adiumento, Cic.5.de Finib.106.

Adiumentum aduentitium, Vide aduentio.

Adiumentum ad pulchritudinem, Terent.Phorm.1.2.25.

Digitized by Google

Adiumento esse alicui, Prodesse, iuuare. Cic. 7. Verr. 81.
Adiumento esse ad uictoriam, Cic. ad Brutum, 4.1.
Adiumento esse in causis, Cic. pro Quintio, 2.
Adiumentum afferre, Cic. 1. Offic. 2.
Adiumenta importare, Vide Importo.
Adiumento iuuari, apud Columellam.
Adiumenta firma, Ouid. lib. 4. de Ponto, 13.7.
Adiumenta & auxilia. Cic. 4. Tuscul. ad finem, A philosophia omnia adiumenta, & auxilia petamus bene beateq; uiuendi.

Adlaboro.] adlaboras, pen. prod. adlaboraui, (προσπονέω) adlaborare. Cic. in Bruto, 95, An tu, inquit, adlaborasse huic modo Bruto probaturus es? Horat. 1. Carm. 38,
Simplici myrto nihil adlabores
Sedulus curo. Hoc est, Nihil labores myrto applicare.
Porphyr. Idem Epod. 8.4,
Quod ut superbo prouoces ab inguine,
Ore adlaborandum est tibi. Hoc est, Valde laborandū. Alij Allaboro scribunt.

Adlatro, as, (προσυλακτέω,) Quint. lib. 8. Adlatrari ab aliquo.

Adlino.] Vide Allino.

Admetior.] admetiris, admensus sum, (προσμετρέω,) admetiri. Idem quod simplex Metiri. Cic. 5. Verr. 61, Frumentum admetiri. Cato de re rust. cap. 154, Vinum emptoribus sine molestia hoc modo admetiri debet. Liuius 5. bel. Macedon. 190, Frumentum ab Aetolis quod militi admetiatur. Caius in l. quod sæpe. de contraben. empt. In ijs quæ pondere, numero, mensúráue constant, ueluti frumento, uino, oleo, argento, non aliter uideatur perfecta uenditio, quàm si admensa, & appensa, adnumeratáue sint.

Admetus] e producta. (ἄδμητος,) fuit rex Thessaliæ, siue Phereorū, cuius armēta nouē annis pauit Apollo diuinitate priuatus. Callimachus fabulam scribit in hymno Apollinis.

De Admeto per adagium dicitur, Admeti nænia, de tristi, lugubriq; cantione. Iuuenalis satyra 6. 10. uersu, à fine.
Ouid. 3. de Ponto. 1. 21,
Si mea mors redimenda tua (quod abominor) esset,
Admeti coniux quam sequereris erat.

Pheræiades Admetus, propterea quòd apud Pheras regnauerit: Sunt autem Pheræ, urbs Thessaliæ.
Ouid. lib. 3. de arte Aman. 4,
Pheræus Admetus Senec. in Medea. 8. 17.

Adminiculū] (χάραξ, ἀμαυτὴρ,) propriè dicitur sustentaculum, siue fulcimentum rei alicuius, quale est, pedamentum uitis, aut palus arbusculæ. Cic. 2. de Natu. deorum, 179, Iam uerò uites sic clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. Cic. de Senect. 49, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio uitium sarmentorumq;.

Adminiculum, Adiumentum, auxilium. Plautus Mostel. 3.33, ad legionem.
Cum itur, adminiculum eis danunt tum iam aliquem cognatum fuum. Cic. 3. Offic. 43, Hanc igitur partem relictam exsplebimus, nullius adminiculis, sed (ut dicitur) Marte nostro.

Adminiculo. las, (χαράκω,) adminiculare: adminiculum adhibere, fulcire adminiculo. Columel. de arboribus, cap. 16. 4, Tum demum circa Calendas Martias uitem de seminario ne minorem quidem decem pedum sternito, & adminiculato, arboriq; iungito. Plin. lib. 14. cap. 1. 4, Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ fudibus horrent.

Adminiculare, pro Iuuare. Varronis Cato. siue de liberis educādis, Quod petijsti, ut eius educationis fierē tibi socius, quoad potui, adminiculaui tuam uoluntatem scribendo. Norius.

Adminiculor, deponens (χαρακίζω,) pro eodem. Cic. 5. de finib. 70, Quæ sit scientia, atq; ars agricolarum, quæ circumfodiat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Columel. lib. 4. cap. 26. 1, His peractis, sequitur (ut antè diximus) adminiculandæ, iugandæq; uineæ cura.

Adminiculatus, (χαρακωτὸς,) nomen ex participio. Gellius lib. 20. cap. 11, aut ingenia hominum uegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior.

Administer.] (διάκονος, ὑπηρέτης.) Qui ministrat aut iuuat in aliquo, uel etiam alicui opem præbet. Cic. pro Sexto Roscio. 46, Vnus puer uictus quotidiani administer, ex tanta familia Sexto Roscio relictus non est.

Administer, Interpres, siue internuntius. Cic. pro Cluentio, 47, Administer erat Oppianici. Idem 4. Verr. 48, Rerum huiusmodi omnium transactor & administer, ad Sopatrū uenit.

Administer audaciæ, libidinis, cupiditatum alicuius, Cic. in Catil. 4. & 4. Verr. 94. & 5. Verr. 64.

Administri & satellites Sexti Neuij, Cic. pro Quintio. 54.

Administra, & comes uirtutis ars, Cic. pro lege Manilia, 25.

Administro, administras administrare, (ὑπηρετέω, νεωποιέω,) interdum significat præbere, suggerere, suppeditare. Cæsar 7. bel. Gall. 284, Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit.

Administrare, interdum gubernare. Cæsar 2. bel. Gal. 304, Nihil iam Cæsaris imperium expectabant, sed per se, quæ uidebantur, administrabant.

Administrare bellum, Cic. Attico, lib. 7. 138. 1.

Bellum cum Iugurtha, cum Cimbris, cum Theutonis, Cic. pro lege Manilia, 42.

Ciuitatem, Cic. 1. Offic. 125.

Leges & iudicia, Cic. 1. Verr. 37.

Negocium, Cic. ad Brutum, lib. 13. 12. 4.

Administrare omnia admirabiliter. Cic. 2. de Nat. deorū, 199, Sic undiq; omni ratione concluditur, mente consilioq; diuino omnia in hoc mundo, ad salutem omnium conseruationemq; admirabiliter administrari.

Commodè administrare. Vide Commodus.

Lautè munus suum administrare. Vide Lautus.

Administrare & regere mundum, Cic. 1. de Natu. deorum. 7.

Administrare rem, Cic. ad Brutum, lib. 13. 12. 3.

Consilio & ratione rem administrare, Cic. 1. de Finibus, 96.

Administrare & gerere rem, Cic. 5. Verr. 187.

Administrare rem familiarem, Cic. lib. 1 de Inuent. 53.

Administrare rempublicam, Cic. 4. Verr. 96.

Administrare prouinciam, Regere. Cic. Attico. Sic ad Qu. fratrem libro 1. 30.

Administrare pocula Ioui. Idem quod ministrare. Cicero 1. Tusc. 100.

Administrare uindemias, aut sementē, p facere. Var. de re Rust.

Administrator, Verbale, (ὑπηρέτης,) Cic. 5. Tuscul. 85, Itaq; nec pulcros illos administratores aspiciebat. Id est, ministros, siue administros. Idem 1. de Orat. 105, Constitutus administrator belli gerendi.

Administratio, Verbale, (ὑπηρεσία,) gubernatio. Cic. 4. de Finib. 111, Diligentia rei familiaris, administratio Reipub. ordo gerendorum negotiorum.

Actio & administratio Reipublicæ, Cice. ad Lentulum, libro 1. 9. 4.

A curatione & administratione rerum uacare, Cic. 1. de Natu. deor. 4.

Administratiuus adiectiuum, pen. prod. (ὑπηρετικός.) Quintil. lib. 2. cap. 18. 4, Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius usus actu cōtinetur, atq; est in eo frequentissima, dicatur actiua uel administratiua.

Admiror.] penul. prod. admiraris, admiratus sum, (θαυμάζω, ἐπιθαυμάζω, ἄγαμαι, θηέομαι,) admirari. Idem quod mirari,

Digitized by Google

mirari, aut potius mirari uehementer. Admiramur autem ſe
res nouas, aut magnas, aut inſolitas & inuſitatas. Cic. ad
Attic. lib. 6. 120. 1, Admiratus ſum breuitatem epiſtolæ tuæ.
Admirari aliquem, Venerari, ſuſpicere, magnopere æſtimare.
Terent. Eunuch. 2. 2. 19, His ultrò arrideo, & eorum inge-
nia admiror ſimul. Cic. 4. Acad. 205, Diodoro quid faciam
Stoico, &c. quẽ & admiror, & diligo. Virg. 4. Georg. 43,
Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circunſtant.
Admirari de aliquo, uel de re aliqua. Cic. ad Atticũ, lib. 9. 184.
2, De Dionyſio ſum admiratus. Idem ad eundem lib. 11. 208.
3, De diplomate admiraris.
Admirari hominem in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 25, Quo in li-
bro in hoc maximè admirabar Platonem, quòd mihi in ora-
toribus irridendis ipſe eſſe orator ſummus uidebatur.
Admirari in homine aliquid, Cic. 2. de Orat. 69.
Admirari quòd. Cic. ad Attic. lib. 6. 120, Sed amaui tamen, ad-
miratusq; ſum, quòd nihilominus ad me tua manu ſcripſiſſes.
Suſpicere & admirari. Cic. 2. de Diuinatio. 220, Eſſe præſtan-
tem aliquam æternamq; naturam, & eam ſuſpiciendam ad-
mirandamq; hominum generi, pulchritudo mundi, ordoq;
rerum cœleſtium cogit confiteri.
Admirari aliquem ex ore alterius. Cic. 1. Tuſcul. 62, Errare
mehercule malo cum Platone, quem quanti tu facias, ſcio, &
quem ex tuo ore admiror: quàm cum iſtis uera ſentire.
Admirãdus, admirãda, admirandũ, (θαυμαστός,) Dignũ ſtupo
re, id eſt, admiratiõe. Idẽ quod admirabilis. Virg. 4. Geor. 1,
Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum, &c.
Admirandus in plurimis, Quintilianus lib. 3. 11. 15.
Admirator, Verbale, (θαυμαστὴς,) ut apud Quintilianũ lib. 2.
cap. 5. 13, Admirator nimis antiquitatis.
Admiratio, admirationis, Verbale, (θαυμασμὸς,) Cic. 2. de Na
tu. deor. 184. Eſt etiam admiratio nonnulla in beſtijs aquati
libus. Gellius lib. 5. cap. 1, Præterea dicebat magnam laudem
non abeſſe ab admiratione: admirationem autem, quæ maxi
ma eſt, non parere uerba, ſed ſilentium. Plin. lib. 10. cap. 29.
4, Alia admiratio circa oſcines.
Decreſcit admiratio, Quintilianus lib. 1. cap. 3. 4.
Affici admiratione. Cic. 2. Offi. 51, Admiratione autem afficiun
tur ij, qui anteire cæteris uirtute putantur.
Efficere admirationes in aliquibus. Cic. 1. de Orat. 73, Hæc ſunt
quæ clamores & admirationes in bonis oratorib. efficiunt.
Cepit eum admiratio. Vide Capio.
In maxima admiratione pinus eſt, Plin. lib. 16. cap. 26.
Habere admirationem dicitur res aliqua, Cic. in Orat. 6. Idem
4. de Finibus 120, Quid autem habent admirationis, cum
propè acceſſeris? Plin. lib. 2. cap. 32, Nidi earum admiratio-
nem habent.
Inceſſit admiratio quòd, &c. Vide Inceſſo.
Intermittere admirationem. Vide Intermitto.
Mouere admirationem maximam alicui, Cic. 10. Philip. 170.
Obſtupefacti homines admiratione, Cic. pro Deiotaro 24.
Mulcere animos admiratione, Quintil. lib. 1. cap. 10. 10.
Obtinere admirationem, Vide Obtineo.
Traducere auditores ad magnã admirationẽ, Cic. in Orat. 112.
Admirabilis, & hoc admirabile, pe. corr. (θαυμαστὸς, θαυμά-
στὸν,) Verbale, Quod admiratione dignum eſt. Cic. 3. de Fi-
nib. 111. Verum admirabilis compoſitio diſciplinæ incredi-
bilis rerũ traxit ordo. Ouidius 6. Metamorph. 3, Opus ad-
mirabile.
Admirabilis in re aliqua, Cic. lib. 1. de Orato. 4.
Admirabilitas, penul. corr. admirabilitatis, denominatiuum ab
Admirabilis, Idem quod Admiratio, (τὸ θαυμαστὸν,) Cic. 2.
Offic. 53, Hæc animi deſpicientia admirabilitatẽ magnã ſu-
cit. Nonius tamen hîc legit mirabilitatem. Idem 2. de Natu.
deorum, 131, Quanta ſit admirabilitas cœleſtium rerum atq;
terreſtrium.
Admirabiliter, Aduerbium qualitatis, (θαυμαστῶς), id eſt, ho-
norificè, inſigniter, ac ueluti cum admiratione quadam om-
nium. Cic. de opt. ge. Orat. 149, Plato ſuum ferè æqualẽ ad-
mirabiliter in Phædro laudari fecit à Socrate. Idem 4. Tuſc.
56, Nimis admirabiliter, nimisq; magnificè dicere. Idẽ Att.
lib. 5, Nos Aſia accepit admirabiliter.
Admirabiliter adminiſtrare. Vide Adminiſtro.
Admiſceo.] admiſces, admiſcui, admiſtum, ſiue admixtum,
(προσμιγνύω, προσφύρω,) admiſcere, Rem aliquam cum alia
miſcere. Columel. lib. 12. cap. 13. Cic. 2. Tuſcul. 47, Verum
tamen uerſus ab his admiſceri orationi. Ibidem, lib. 3. 118.
Admiſcere ſe alicui negocio. Terent. Heaut. 4. 5. 35, Ita tu, iſt-
hæc tua miſceto, ne me admiſceas. Ibidem. 5. 2. 22, Ne te ad-
miſce, nemo accuſat Syre te. Quod uulgò dicitur, De hac re
noli te miſcere, uel interponere. In priore autẽ exemplo ſub-
auditur, Illis: in poſteriore, Huic rei, uel huic negocio.
Admiſcere aliquem iſto. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 3. 17. 13, Tre-
batium uerò meum quòd iſto admiſceas, nihil eſt.
Admiſcere aliquid cum re alia, Cic. ad Atticum, lib. 7. 121. 13.
Admiſceri ad aliquod conſilium, Cic. 12. Philip. 330.
Admiſcere aliquid in aliud. Plin. lib. 26. cap. 10, Admixto in he
minam ſeminis thuris cochleare uno.
Admiſtus, Participium, (προσμεμιγμένος,) Cic. 1. Acad. 13, In
illis ueteribus noſtris ſcriptis multa admiſta ex intima philo
ſophia. Idem 2. de Nat. deor. 38, Atq; aquæ etiam admiſtum
eſſe calorem. Ibidem 40, Aer multo calore admiſtus eſt.
Admiſtio, Verbale, (πρόσμιξις,) Cic. 2. de Nat. deo. 175, Suum
retinet ardorem tenuem, & nulla admiſtione concretũ. Idem
de Senect. 73, Animus omni admiſtione corporis liberatus.
Admitto.] admittis, admiſi, pe. prod. admiſſum, (προσίημι,
εἰσδέχομαι,) admittere, intromittere, introducere. Terent.
Hecyra, 1. 2. 114, Admiſit nemo. Cic. 7. Verr. 73, In tam gra
ui nuncio nemo admitteretur. Ouid. lib. 5. Triſt. 7. 3,
Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.
Admitti ad aliquem, Terent. Hecyra 2. 1. 41.
Admittere partum ad ubera, Plin. lib. 8. cap. 42. Terent. Eunu.
2. 2. 50, Fac, ut admittar ad illam.
Admittere in cubiculum, Cic. 8. Philip. 253. Idem 1. Offic. 199,
Admittere in domum.
Admitti per tegulas. Cic. 2. Philip. 62.
Admitti in animũ iudicis, quod barbarè dicitur eſſe in gratia.
Quintilianus lib. 4. cap. 14.
Admittere aliquẽ ad ſuas capſas. Cic. 1. Ver. 27, Mihi quàm mul
tis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero.
Admittere aliquem arcanis, id eſt, ad arcana & ſecreta, Senec.
in Hercul. OEth. 4. 61.
Admittere auribus. Liu. 4. bel. Maced. 182, Pacis cum tyranno
mentionem admittendam auribus non fuiſſe: hoc eſt, nullo
modo fuiſſe audiendam. Sic, Admittere conſilium auribus,
Ibidem, lib. 3. 67.
Reus ad cauſam dicendam admiſſus, Cic. in Verr.
Admitti ad colloquium, Cæſar. 3. bell. Ciuil. 221.
Admitti ad, uel in conſilium. Cic. pro Marcello 4. Sallu. in Ci-
ceronem 5, Quem Minerua omneis artes edocuit, Iuppiter
Opt. Max. in conſilium deorum admiſit. Liuius 4. bel.
Macedo.
Admittere aliquid, Perferre, pati fieri. Terent. Eunuch. 46. 23,
Sed tu quod cauere poſſis, ſtultum admittere eſt.
Admittere, interdum ad auguria refertur. Vide Addicere.
Admittunt ritè aues, de Auguribus dictum. Liuius 1. Decad.
libro 4.

Admittere

Digitized by Google

Admittere aliquid ad cibos, uel in cibos, Plin. lib. 20. cap. 11. 2. Idem lib. 9. 25. 1, In cibos non admittit echineis.

Admittere curationem, Celsus lib. 3. cap. 12.

Diem. Plin. epist. 213, Notarium uoco, & die admisso, quæ formaueram, dicto. Hoc est, diei luce intromissa in cubiculum per fenestras.

Equum, pro Cõcitare. Cic. 2. de Finib. 98, Quum se deuoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorũ irruebat, &c. Cæsar. 1. bel. Gal. 87, Considius equo admisso ad eum accurrit. Liuius 1. Decad. lib. 2, In Posthumium Tarquinius equũ insestus admisit.

Admittebantur excusationes multæ, Asconius.

Fidem admittere, hoc est credere, Claudian. in Eutropium, lib. 2. 14.

Frigus. Celsus lib. 7. cap. 26, Isq; subinde oleo tepido madefaciendus est, ut neq; frigus ad uesicam admittat, & neruos leniter molliat.

Iocos, patienter ferre quicquid ioco dicitur, Martialis lib. 4. 8.

Medicinam, Celsus lib. 7. cap. 14.

Preces, id est Recipere, Senec. in Thebaid. 1. 49.

Solatia, Plinius epist. 169.

Solem, hoc est, radijs solis uiam aperire. Plin. lib. 12. cap. 1. 9, Commendatio platani non alia maior est, quàm solem æstate arcere, hyeme admittere.

Sumptum, pro Sumptum facere, Terent. Adelph. 5. 7. 15.

Venerem curis, id est inter curas. Lucanus 10. 15, Admisit Venerem curis, & miscuit armis.

Viam. Claudian. 4. Panegyr. 101. de Metauro monte, Admisitq; uiam sectæ per uiscera rupis.

Admittere, pro Recipere ad accusandum, aut testificandum, aut iudicandum. Cic. pro Cluentio, 91, In litibus æstimandis ferè, Iudices, aut quòd sibi eum quem semel condemnarunt inimicum putant esse: si qua in eum lis capitalis illata est, non admittunt. Simile est illud eiusdem in 4. Verr. 65, Palàm de sella ac tribunali pronunciat, si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere uellet, sese eius nomen recepturum.

Admittere absolutè. Plin. iunior lib. 6. epist. ad Corn. Tacit. Placuit egredi in littus, & è proximo aspicere ecquid iam mare admitteret, quod adhuc uastum & aduersum permanebat. Admitteret, id est, suaderet, an fluctus posuisset. Catanæus.

Admittere, Peccare, Committere, Donatus, Admittere plus est quàm Facere. Plautus, Menæh. 16. 12, Quid tandem admisi in te, ut loqui non audeam?

In se aliquid admittere, pro Perpetrare aliquod facinus. Cic. 2. Philip. 63, Tu autem eò liberior, quòd ea in te admisisti, quæ à uerecundo inimico audire non posses. Idem pro Cluentio, 133.

Culpam admittere, Liuius 1. bel. Macedon. 186.

Culpam in se admittere. Plaut. Trinum. 4. 4, Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer, qui admisit In se culpam castigabilem. Terent. Phorm. 2. 1. 40.

Dedecus, Cicero Attico, lib. 9. 173. 10.

Delictum in se admittere. Terent. Adelph. 4. 5. 48, Me hoc delictum admisisse in me uehementer dolet.

Facinus, flagitium, Cic. 3. Offic. 128. Et Attico, lib. 9. 181. 6.

Fraudem capitalem, Cic. pro Rabirio 19.

Maleficium, Cic. pro Roscio Amer. 38.

Noxiam. Terent. Eunuch. 5. 2. 14,
—unam hanc noxiam
Mitte: si aliam unquam ullam admisero, occidito.

Noxiam alicui, pro Condonare, Plaut. Pœnulo. 4. 180.

Turpe aliquid in se admittere, Ter. Phor. 2. 3. 68.

Admittere & committere. Cic. ad Appium, lib. 3. 10. 8, Si quid à me prætermissum erit: commissum facinus, & admissum dedecus confitebor.

Admittere, Est marem fœminæ, aut mari fœminam admouere ad initum, Columel. lib. 7, Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit, & mansuefactos tectis ouibus admisit.

Admittere marem ad concubitum, dedignatur contumax gallina. Columel. lib. 8. cap. 2. 7.

Admittere uenustè ad insitionem transtulit Plinius lib. 17. cap. 18. 9, Qui uer probant, ab æquinoctio statim admittũt, prædicantes germina parturire, id est, surculum trunco adiungunt: quod est, arbores inserunt.

Admissum, substantiuum, (παράπτωμα,) pro Cõmisso seu delicto. Liu. 5. bel. Pun. 123, Non erat colloquij copia: quia multorum animi suspecti omnium curam, oculosq; conuerterant, ne quid falleret tale admissum. Lege secũda de Abigeis, Grauiter punire eorũ admissum solet. Et lege ultima De pœnis, Eum qui suo admisso honorem amisit.

Admissum fœdè, Lucretius lib. 5. 246.

Admissio, Verbale. (εἴσοδος) Plin. in Panegyr. 78, An quisquã studia humanitatis professus, non cum omnia tua, tum uel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? Hoc est, quod facilè quemlibet admittis ad colloquium. Habebant autem ueteres, primas & secundas admissiones. Id quod hodieq; seruatur in aulis principum. Senec. libro de benefi. 6, Non sunt isti amici, qui magno agmine ianuam pulsant, quã in primas & secundas admissiones digeruntur. Idem 1. de Clemen. Totam cohortẽ primam interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit.

Admissionem dare, id est, ius ingrediendi cubiculum principis, Plin. lib. 33. cap. 3. 3.

Admissio, idem quod admissura: nempe Actus ipse admittendæ mares fœminis. Varro de re rust. lib. 2. cap. 7, Horum fœturæ initium admissionis facere oportet ab æquinoctio uerno solstitium, ut partus idoneo tempore fiat.

Admissionalis, m. g. penu. prod. (εἰσοδεκτικὸς,) is dicitur, cuius officium est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutandum. Lampridius in Alexandro: Salutaretur quasi unus de senatoribus, patente uelo, admissionalibus remotis.

Admissura, ræ. pe. prod. (ὀχεία,) tempus & actio ipsa, qua mares gregum admittuntur fœminis, fœturæ causa. Varro lib. 2. cap. 5. 10, Propter fœturam hæc obseruare soleo ante admissuram, mensem unum, ne cibo & potione se impleant. Sic admissuræ tempore, apud Plinium, lib. 10. cap. 12. Plin. lib. 8. cap. 42. de equis, Ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per interualla admissuræ dantur.

Admissarius, (αὐαβάτης, ὀχεῖον, βιβαστής.) Denominatiuum ex Participio admissus. Admissarius equus, qui ad sobolem pro creandam potissimum seruatur. Plin. lib. 28. cap. 15, Sanguis equi præcipuè admissarij. Varro 2. de re rustica, cap. 7. 1, Et equos emittere incipiam, nec solum mares quos admissarios habeo, ut Atticus singulos in fœminas denas.

Admissarium Cicero in Pisonem 54, pro homine libidinis peruagatæ posuit, ad omniumq; fœminarum libidinem exposito. uide, Adhinnio.

Admodulor.] penul. correp. admodularis, (ἐπαυλέω,) admodulari, Simul modulari. Claudianus in Epithalamio Honorij & Mariæ,
Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

Admodum.] pe. cor. (λίαν, ἐκπεφυσσῦ,) quantitatis aduerbium, significat Satis: quasi iuxta modum, id est, mediocritatem: sicut econtrario Supra modũ, & Præter modum: hoc est, plus quàm satis. Alij pro Valde accipiunt, ut sit intendendi aduerbium. Cic. de Senect. 9, Eum colere cœpi non admodum grandem natu.

Admodum

Admodum In responsione, pro Etiam. Plaut. Rud. 7. 8.
Nempe equo ligneo per uias cæruleas estis uectæ.
P. Admodum. Terentius Phormi. 2. 2. 1. Itáne patris ais cõspectum ueritum hinc abijsse? G. Admodum. Vbi Donatus, Admodum, annuendi uim habet, duntaxat modò, & subauditur ueritum.

Admodum nihil. Cic. in Bruto 110. Curio literarum admodum nihil sciebat. Hoc est, nihil omnino. Idem lib. eod. 17. Nã plane quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris.

Admodum uidetur pro Ferè interdum accipi. Plau. Epid. 3. 2. atq; admodum Meũm mœrorum, atq; amorum summam edictaui tibi. Idem Mercat. 7. 59. Horum illa nihilum quicquam facere poterit admodum.

Admodum, cum genitiuo. Columella lib. 4. cap. 1. 4. Quũ scrobes defodimus, admodum exigui pulueris uiui radici subijcimus. Hoc est, paululum, pauxillum.

Admodum, cum aduerbijs iunctum, elegantem uim habet, et significationem auget: ut, Nuper admodum, pro Nuperrimè. Terentius Heaut. 1. 1. Quanquam hæc inter nos nuper noticia admodum est. Ci. 4. Acad. 29. Isti philosophi rarò admodum cohærent.

Admodum, cum uerbis, pro Valde, & mirum in modum sumitur. Plin. lib. 9. cap. 38. 3. Pelagio admodum alligatur. Idem lib. 20. cap. 3. Admodum prodest. Cic. ad Att. lib. 8. 14. 2. Philotimi literæ me admodum delectarunt.

Admœnio.] admœnis, admœniui, πολιορκέω, admœnire. Plaut. Pseud. 5. 149. Hoc ego oppidum admœnire, ut hoc die capiatur, uolo. Videtur Plautus more suo finxisse pro Obsidere.

Admolior.] admoliris, admolitus sum, (ἐπιχειρῶ) admoliri, Admouere: propriè dicitur de rebus magnis aut arduis: ut Admoliri saxum, cui contrarium est Amoliri. Plaut. Asina. 1. 24. Vbi sacro manus sis admolitus. Curtius, Velut de industria rupes prærupta admolita natura est.

Admoneo.] admones, penul. corr. admonui, admonitum, pe. cor. (παραινέω, νουθετέω, παραγγέλλω, ἀναμιμνήσκω,) admonere. In memoriam adducere, siue commonefacere. Et propriè de re dicitur, quæ nõdum in mentem uenerit ei, quẽ admonemus. Cic. Att. lib. 1. 7. 5. Vt me locus ipse admoneret. Idem 6. Verr. 5. Rectè admones.

Admoneri ad aliquid faciendum. Cic. 2. de Diuinatio. 200.

Admonere ad aurem. Cic. 2. de Finib. 111.

Admonere aliquẽ uerbis alterius. Cic. Varroni, lib. 9. epist. 6. 1.

Admonere flagello, pro Stimulare, instigare, siue id percussu fiat, siue sola flagelli concussione. Columel. lib. 2. cap. 2. 22. Virg. 10. Aeneid.

Lucagus ut pronus pendens in uerbera telo
Admonuit bijugos. Nonius, Percussit, interpretatur.

Admonere de. Cic. pro lege Manilia. 31. De quo uos paulò antè inuitus admonui. Idem ad Marcellum, lib. 4. epistu. 10. 4.

Amicissimè admonere quempiam. Cic. ad Att. lib. 8. 14. 2.

Præclarè aliquem admonere. Cic. ad Atticum lib. 9. 180. 6.

Admonemur multa ostentis. Cic. 2. de Natu. deorum 247. Multa præterea ostentis, multa in extis admonemur, multisq; rebus alijs, quas diuturnus usus ita notauit, ut artem diuinationis efficeret.

Admoneo te hoc & illud. Cic. pro Cælio 5. Quod barbarè dicitur. Ego bene uolo ut scias. Plin. epist. 98. c. Multa etiam à multis admonetur.

Admoneo te huius rei. Liu. 5. bel. Macedo. 46. Qui admonerent fœderis eum Romani. Cic. in Topicis 3. Admonitus huius eris alieni.

Admoneo te ut. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. epist. 1. 58.

Admoneo, cũ infinitiuo. Virg. 4. Georg. 38. —Rursus easdẽ
Vesper ubi è pastu tandem decedere campis
Admonuit. Horatius 1. Sermo. Satyra. 6. 26.

Admonitus, pe. cor. Particip. (παραινόμενος) Qui admonetur. Ouid. 6. Metamorph. 124.

Ad matrẽ ueniebat Itys: quid posset, ab illo Admonita est.

Admonitus, huius admonitus, Verbale, pe. cor. (νουθέτημα,) Idẽ quod Admonitio. Cic. Att. lib. 9. 181. 11. Hominis prudentis & amici tali admonitu. Idem. 5. de Finib. 6. Ouidius 3. Fast. 123.

Flet tamẽ admonitu mortis Eliса tuæ. Hoc est, ob recordationem mortis Didonis.

Admonitum, admoniti, pe. cor. subst. n g. (παραίνεσμα,) Cice. 2. de Orato. 35. In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt, cohortationes, consolationes, præcepta, admonita, quæ tractanda sunt omnia disertissimè, Lib. eodẽ 94.

Admoniturus, penul. produc. (παραινέσων,) Participium, siue nomen ex participio. Ouid. Epist. 10. 9.

Candidaq; imposui longæ uelamina uirgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.

Admonitio, Verbale, (παραίνεσις,) Cic. Att. lib. 6. 111. 33. Idem 2. de Or t. 184. Tum obiurgatio, si est autoritas: tum admonitio, quasi lenior obiurgatio.

Admonitio in consilio dando familiaris. Cic. 1. Offic. 202.

Admonitionibus locum relinquere. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. 4.

Admonitione agitare animũ alicuius. Quintil. 4. cap. 1. 23.

Admonitio morbi aut doloris. Quod uulgò reliquias morbi uocant. Plin. lib. 24. cap. 17. Si qui morbi humano corpori acciderint florente aproxi, quamuis sanatos, admonitionẽ eorũ sentire quoties florere eã cõtigerit. Idẽ li. 25. ca. 8. Diebusq; uicenis interpositis idẽ fiat, si qua admonitio doloris su
Admonitioni irasci. Vide Ira Quintil. lib. 2. ca. 6. 3. (persit.

Admonitio pro actione, per quam debitor admonetur ut soluat. Vlp. l. 2. parag. In omnibus. ff. de Iudicijs.

Admonitione non indignum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 28.

Admonitor, penult. corr. admonitoris, Verbale, (παραινέτης,) Ci. in Topicis 4. Etsi admonitore non eges. Ouidius. 4. Me Admonitorq; operũ cælo carissimus alto (tamorph. 133.
Lucifer ortus erat.

Admordeo.] admordes, admordi, admorsum, (προσδάκνω,) admordere. Maius quiddã est quàm mordere, et quasi abrodere. Virg. 2. Georg. Et admorso signata in stirpe cicatrix. Vbi Seruius, Admorso participium est, ac si diceret abroso. Persius Demordere dixit, Satyr. 1.

Nec demorsos quod sapit ungues.

Admordere aliquem, per metaphoram, pro, Aliquid ab eo corradere, uel damno afficere. Plaut. Persa. 7. 15.
Nam id demum lepidũ est, triparcos homines, uetulos, auidos, aridos bene admordere, qui allium seruo obsignant cũ sale. Idem Pseud. 20. 19. Habet argentum: iam admordere hunc mihi lubet.

Admorsus, participiũ, (προσδηχθείς,) Propert. li. 3. eleg. 11. 11.
Brachia spectaui sacris admorsa colubris.

Admoueo.] admoues, penul. corr. admoui, admotum, pen. prod. (προσάγω, προσάπτω, προστίθημι,) admouere, Aliquid uicinius facere: quod uulgus dicit Appropinquare: & ei contrariũ est Admouere. Liu. 4. ab urbe 256. Locũ dedere scalis admouendi.

Admouere ad. Liu. 4. bel. Maced. 30. Ad urbẽ Romã admoturus exercitum uidebatur. pro Adducturus prope urbẽ, hoc est, ad ipsos usq; muros. Cic. 3. Tuscul. 73.
Fasciculum ad nares admouebis, incendes odores.

Se admouere ad aliquid. Cic. de Amicitia 83.

Admouere aurem. Terent. Phorm. 5. 6. 28.

Blanditias

Digitized by Google

Blanditias, id est, Blandiri. Ouid. 6. Metamorph. 126.

Calcar equo, Est equum calcaribus stimulare. Figuratè uerò ad hominē trāsfertur, pro Instigare, impellere, incitare. Cic. Att. lib. 6. 111. 10. Quod & addere dixit Ouid.

Et admißis addere calcar equis.

Cibum ad os. Plin. lib. 11. cap. 43. 3.

Rei alicui. Liuius 5. bel. Maced. 68. Altaribus admotum iureiurando adegit. Hoc est, iuxta altaria constitutum.

Cruciatus. Cic. 7. Verr. 127. Quid quum ignes, candentesq; laminæ, cæteriq; cruciatus admouebantur, &c.

Curationem ad aliquem. Cic. 4. Tuscul. 98.

Cucurbitulam Celsus lib. 5. cap. 26. Quod lib. 6. cap. 6. Accōmodare cucurbitulam dicit.

Alicui equum. Liuius 2. ab urbe 87. Equitibus admoti equi, ut persequi hostem possent.

Fabricas. Dolis tentare. Plaut. Cistel. 6. 5.

Quot admoui fabricas? & quot fallacias
In quæstione? uix exculpsi ut diceret. Metaphora ab oppugnatione urbium, quibus machinæ solent admoueri, ut expugnentur. Nam & eadem figura, pro eodem Machinas adhibere dicimus.

Faces doloris, quasi doloris flammas & incendia adhibere: Cicero 2. Tuscul. 104. Quumq; quasi faces ei doloris admouerentur, sæpe dixisse, Nihil agis dolor. Idem 2. Offic. 52.

Horas mortis. Lucanus lib. 7. 10.

Mortis uicinæ properātes admouet horas. Hoc est, suæ mortis tempus accelerat.

Gressus. Stat. 11. Thebaid. 112.

Dum uidet hæc dicens, gressus admouit, & arma, &c. Hoc est, propius accessit.

Iras, hoc est, ad iracundiam incitare, Stat. Thebaid. 5. 32.

Machinam, Cic. pro Cluentio 27. Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se à Iulio tanquam aliqua machina admota, capere Asinij adolescentiam, & fortunas eius patrias expugnare posse.

Manum alicui rei, pro Apponere, adhibere. Plin. lib. 35. cap. 11. 11. Inde illud, Admouere manum operi. Ouidius 10. Metamorph. 51.

Manum nocentibus, Punire nocentes. Liu. 5. ab urbe 55.

Manum uectigalibus, quod et Manum uectigalibus adhibere dicitur. Ci. pro lege Agraria 6.

Oscula. Ouidius 10. Metamorph. 68.

Sic Proper. lib. 1. eleg. 3. 4.

Preces. Ouid. 3. de Ponto 7. 8.

Sonum uocis. Cic. in Orat. 31. Itaque ille perfectus orator, utcunq; se affectum uideri, & animum audientis moueri uolet, ita certum uocis admouebit sonum.

Stimulos, Citare, quod & stimulare dicitur. Metaphoricum. Cic. 3. Tuscul. 62. Vide adhibere. Idem pro Sestio 9. Liu. 7. ab urbe 64. Itaq; tantos pudor stimulos admouit, ut ruerent in hostium tela. Idem quod Admouere calcaria.

Terrorem, est Terrorem inijcere. Liu. 6 ab urbe 44.

Talos. Plaut. Asina. 13. 34. Talos ne cuiquam homini admoueat, nisi tibi.

Vim. Celsus lib. 7. cap. 26.

Vultum admouere ad auditores, ad Herennium: Nam hoc est à natura datum, ut quàm proximè tum uultum admoueamus ad auditores, si quam rem docere eos, & uehementer instigare uelimus.

Admouere simpliciter, pro Admouere exercitum, seu copias. Corn. Tacitus in libro de Moribus German. Nō Samnis, nō Pœni, non Hispaniæ, Galliæue, ne Parthi quidem sæpius admouere. Sic legit Rhenanus. Alij, admonuere.

Admouere prope. Cic. de Amicitia 31. Quam qui appetiuerūt, applicant sese, & propius admouent. Idem 6. Philip. 208. Dū ne exercitū propius urbem Romā CC. mil. admoueret.

Admotus, Participium, (προσαχθείς.)

Admotus & contiguus. Plin. lib. 2. c. 9. 2. de Luna, Iam uerò humilis & excelsa, & ne id quidem uno modo, ed saliàs admota cœlo, aliàs contigua montibus.

Bellum admotum. Sil. Ital. lib. 16. 19.

Mors admota. Stat. Thebaid. 5. 43.

Occasio sceleris exequendi admota. Curtius lib. 8.

Spes admota. Ouid. 11. Metamorph. 91.

Admotus, huius admotus, Verbale. (πρόσθεσις,) Plinius li. 24. cap. 11. 1. Ciet menstrua admotu. Hoc est, menstrua ciet, si uentri inferiori admoueatur, & applicetur. Sermonis compendium peculiare Plinio.

Admotio, admotionis, Verbale, (πρόσαψις,) Cic. 2. de Natura deorum 224. Ad neruorum elliciendos sonos, ad tibiarum, apta manus est admotione digitorum.

Admugio.] admugis penul. prod. admugiui, admugitū, penul. prod. (προσμυκάομαι,) admugire, aliorum mugitibus respōdere, uel ad alios mugire. Ouid. lib. 1. de Arte amā. 56.

Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,
Fœmina cornipedi sæpe adhinnit equo.

Sen. in Herc. Oeth. 13. 8.

Admurmuro.] admurmuras, pe. cor. (προσμορμύρω,) admurmurare, summissō quodam murmure applaudere dicenti, & quasi dictum eius approbare. Vt fieri solet à populari corona in concionibus, & in foro iudiciali. Huic contrarium est Obmurmurare. Cicero Atti. lib. 1. 8. 3. admurmurante senatu.

Admurmuratum est, Impersonale. Cic. 2. de Orat. 157.

Admurmurare, Murmure obstrepere, murmure refragari, & indignationem ostendere. Cic. 7. Verr. Memoria tenetis iudices, quàm ualde uniuersi admurmurarint, quàm palàm principes contradixerint?

Admurmuratio, Verbale. (προσμόρμυσις,) Quū populus murmure quodam applaudit concionanti, aut aliquid palàm dicenti. Cui contrarium est obmurmuratio. Cicero pro leg. Manil. 26. Idem ad Q. fratrem lib. 2. 5. 5. Claudium accusaui tanquam reum, multis & secundis admurmurationibus. Idem in Pisonem 24. Qui non admurmuratione, sed uoce & clamore abiecti hominis & semiuiui furorem petulantiamq; abiecistis.

Admutilo.] admutilas, pen. corr. (προσπηρόω,) admutilare. Idem quod mutilare: nempe torquere, & plagis afficere. Plaut. Persa. 13. 49. Me usq; admutilasti ad cutem. Idē Capt. 6. 19. Si frugi est, usq; admutilabit probè.

Adnascor.] adnasceris, adnatus sum, (παραφύομαι,) adnasci, Quasi ad aliquid nasci. Nam adnasci propriè dicimus quod nascitur in re aliqua, præter id, quod ei naturale & proprium fuerat. Plin. lib. 16. cap. 44. 10. Viscum autem in quercu, robore, ilice, pruno sylueſtri, terebintho, nec alijs arboribus adnasci. Gellius lib. 3. c. 10. Dētes quoq; & in septem primis mensibus, & septenos ex utraq; parte gigni, & cadere annis septimis, & geminos adnasci annis ferè bis septenis.

Adnato.] adnatas, penul. corr. (προσνήχομαι,) adnatare, frequentatiuum ab Adno, adnas. Idem quod primitiuum adnare. Id est, natando aliquò peruenire. Plin. lib. 9. cap. 10. 4. Troglodytæ autem ad quos adnatant, ut sacras adorant. Ibidem cap. 29. 3. Ad manum hominis adnatat. Seneca in Agamem. 6. 13. Et comes lateri adnatabat.

Adnatare insulæ. Plin. lib. 8. cap. 25. 6. Itaq; ei uni insulæ crocodili non adnatant. Idem libro 9. cap. 10. Adnatare enim singulis ternos.

Adnauigo.]

Digitized by Google

Adnauigo.] Vide Annauigo.

Adnecto.] Vide Annecto.

Adnitor]penul.prod.adniteris, penul. corre. adnixus uel adnisus sum,(διατείνομαι,)adniti, Ad aliquid niti, & dare operam,aut niti uehementius. Liu.1.bel.Pun. 30, Fœno cepisse iam se urbem,si paululum adnitatur,credente. Idē,Iam eò fecisse gradum plebeios,unde si porrò adnitātur,peruenire ad summa possent.

Quod ego annitar,Plin.epi.18.lib.6.

Adniti de re aliqua. Cic.Att.li.6.119.4,Ego,nisi Bibulus, &c. adniteretur de triumpho,æquo animo essem. Hoc est,ad triumphum uehementius aspiraret.

Omni opere,ut uiueret,adnixus est,Plin.lib.7.cap.53.

Adniti,pro Adiuuare.Sallustius in epistola Mithridatis, Apud Cizicum magno cum exercitu in obsidione moranti frumētum defuit nullo circùm adnitente.

Adnixus:uel adnisus,(διατεταμένος.)Virg.1.Aeneid.

Cymothoe simul,& Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo.Seruius:Adnixus antiquum est, ut connixus:quibus hodie non utimur.Dicimus enim Adnisus,& connisus.

Adnuit ad aliquid.Cic.de Amicitia 74,Sic natura solitariū nihil amat,semper quæ ad aliquid,tanquam admiculū, adnititur.Hic expressa est propria uerbi significatio:quæ est, ad aliquid tendere cui innitamur:id est incumbamus.

Adnixi hastis: hoc est incumbētes hastis.Virg.9. Aeneid.47,

Stant longis adnixi hastis:& scuta tenentes.

Adnicto.] adnictas,(ὀφθαλμιάω,)adnictare,ex Nicto compositum.Festus,Adnictat,sæpe & leuiter oculo annuit. Næuius in Tarentilla,Alij adnutat,alij adnictat,alium amat, alium tenet.

Adno.] adnas,(προσνήχομαι,)adnare,Nando aliquò uenire:quod & Adnatare et adnauigare significat.Cæsar 2. bel. ciu.188,Quibus rebus accidit ut pauci milites, patresq; familiæ,qui aut gratia,aut misericordia ualerent, aut naues adnare possent,recepti in Siciliam incolumes peruenirent. Liuius 8.bel.Pun.192,Multiq; adnantes nauibus. Virg. lib. 6.Aeneid. Paulatim adnabam terræ. Idem 1.Aeneid. Huc pauci uestris adnauimus oris.

Adnubilo.] adnubilas,pen.cor. adnubilaui (προσομιχλόω) adnubilare. Stat.lib.5. Sylua. 1. 30,—sic plena maligno
Afflantur uineta Noto:sic alta senescit
Imbre seges nimio:rapidæ sic obuia puppi
Inuidet,& uelis adnubilat aura secundis.

Adnutrio.] adnutris,pen.prod.adnutriui,adnutritum,pen. produ.(προσρέφω,)adnutrire,idē quod iuxta nutrio. Plin. 17.cap.23.4,Singulis denas sæpe adnutriunt uites. Id est iuxta singulas arbores.

Adobruo.] adobruis,adobrui,adobrutum, pen. corr. (καταχέω,)adobruere,Ex ad & obruo,quod ipsum ex ruo cōpositū est:idem quod Obruere.Columel.lib. 11. cap. 2. 40, Omnes arbores quæ fuerant in segete,circūfodere,& adobruere oportet.Hoc est,terra multa sepelire,ut non appareant trunci. Idem lib.2.cap.11. 9, Mimimis aratris proscindum,atq; ita iaciunt semina,& sarculis adobruunt.

Adoleo.] adoles, penul. corr. adolui & adoleui,adultum, (κατάλλω,θυμιάω,ἐπικαίω,)adolere.Nonius,Adolere;uerbum est propriè sacra reddentium:quod significat uotis aut supplicationibus numen auctius reddere. Virgilius Ecloga 8,Verbenasq; adole pingues. Vbi Seruius, Adole,incende: sed κατ' ἐυφημισμόν.nam adole,est auge. Idem 1. Aeneid. Cura penum struere,& flammis adolere penates. Vbi Seruius,Adolere,colere:sed Adolere,propriè est augere. In sacris autē adolere per bonū omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua,sed cremantur.

Adolui ab adoleo,pro cremaui, & sacrificaui. Cassius ad Tiber.2,At contra Aegyptios ubi integrum anserem adoluerunt. Ex Prisc.lib.9.

Adoleri in passiuo,pro Incendi.Plin.lib.28.cap.2.17, Si pontifici accidat ditis causa epulanti,in mensa utiq; id reponi, adoleriq; ad larem,piatio est.

Adolere altaria donis, Lucretius lib.4.249.

Sic Virg.7.Aeneid.14,
Adolere altaria tedis castis.

Adolebunt cinnama flammæ. Id est cremabunt. Ouidius 15. epist.67.

Adolere honores aris.Ouid.8.Metamor.150, Et Deo adolere honores.Virg.3.Aeneid.109.

Adolesco,adolescis,adolui et adoleui,adultum,(κατάλλω,μεῖραπιέυομαι,ἐμπερήθω,)uidetur ab Adoleo secundum analogiā formatum:ad quod etiam accedit significatio.Est enim Adolere,augeri æ:ate,ætate crescere.At Festus Pompeius Græcū esse ostendit,his uerbis scribens:Adolescit,à Græco,ἀδολέσχω,id est accresco uenit.Vnde fiunt Adultus & adolescens.

Adolescere:dictum propriè de hominibus. Cicer.in Sallust.8, Impudicus & procax adoleueris. Idem 1.de Nat. deo.136, Nisi in eo,qui natus sit:nisi in eo,qui adoleuerit: nisi in eo, qui didicerit.

Adolescit ætas.Virg.12.Idē lib.2.Georgicorum: Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas.Metaphoricè.

Adoleuit ætas robustis uiribus.Lucret.lib.3.92,

Martia ter senos proles adoleuerat annos,Ouid.3.Fast.12.

Adoleuit annis uirtus,Ouid.5.Fast.35.

Adolescere ad aliquam ætatem,Plaut.Cas.2.46.

Adolescere in tria cubita triennio:hoc est, triennio solo crescere ad altitudinem trium cubitorum, Plin. lib.7.cap.16.9. tractum ad arbores & semina.

Pueritia adolescit,Tacitus lib.12.

Adolescere,de brutis animalibus.Plin.lib.9.ca.8.2, Adolescūt celeriter delphini.Idem lib.8.cap.14.1.

Adolescere,de Plantis.Plin.lib.6.cap.32.2,Arborum ibi proceritatem ad CXLIIII.pedes adolescere.Cic.de Senect. 47, Quæ nixa fibris stirpium,sensim adolescit.

Adolescere in partum,Columel.lib.6.cap.35.

Adolescit ratio.Cic.1.de Legibus,33,Quæ cum adoleuit,atque perfecta est,nominatur ritè sapientia.

Adolescit cupiditas,Cic.5.de finib.99.

Cupido potentiæ adoleuit,Tacitus lib.18.

Ius legatorum adoleuit,prauo certamine,Tacitus lib.20.

Autoritas adoleuit,Tacitus lib.20.

Cremona numero colonorum,opportunitate fluminum, uberе agri annexu,connubijsq; gentium adoleuit,floruitq;,Tacitus libro 19.

Adolescit amor in longos annos, Ouid. lib. 3. Amorum.19.5.

Adolescebat interea lex maiestatis,Tacitus lib. Annaliū. 2.

Opes adolescunt,Tacitus lib.2.Annalium.

Adolescere alicui socordia dicitur,pro Accedere uel accrescere.Tacitus li.18,Vix credibile memoratu est,quantum superbiæ socordiæq; Vitellio adoleuerit.

Ver adolescit,Tacitus lib.13.

Adolescere,in sacrificijs,pro incēdi.Virg.4.Georgicorū 76, Adolescunt ignibus aræ.Vide Adoleo.

Aduleſco,ſcis.idem quod Adolesco.Plin.epist.3.lib.3,Quibus omnibus ita demum similis aduleſcet,si,&c.

Adultus,(ἀνδρωθείς,)ab Adolesco,siue participiū est,siue potius nomen:quia teste Valla,nō significat passionē.Est igitur Adultus quū ad hominē refertur,qui adoleuit, id est creuit ad ætatē,quæ adolescentia dicitur.Sed & de brutis dicitur, quæ

Digitized by Google

quæ iam ætate creuerunt. Virgilius 4. Georgic.
——aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus. Seruius, Educendo adultos faciunt. Plin. lib. 11. cap. 29. 5, In Cyrenaica regione lex est, ter anno debellandi eas: primò ouas obterendo, deinde fœtũ, postremò adultos. De locustis. Vide Adolesco.

Adulta uirgo, Cic. in Bruto 185.

Adultus, (αὐξηθείς,) de inanimatis dictum, ut Vrbs adulta. Ci. in Bruto, 13, Qui nõ nascẽtibus Athenis, sed iã adultis fuerunt.

Adulta pestis, Cic. in Catilinam 22.

Adultũ uer. Seruius exponens uersum illũ in Georg. 9, Vere nouo, Anni, inquit, quatuor sunt tẽpora diuisa in ternos menses: quòd ipsorum temporũ faciunt discretionem: ut primo mense ueris, nouũ dicatur uer, secundo adultũ, tertio præceps: sicut etiã Sallustius dicit ubiq;. Item Autumnus, Hyems nouus, adultus, præceps uel extrema. Hæc ille.

Adultior: cõparatiuum ab Adultus. Plin. lib. 10. ca. 33. 2, Adultioresq; circumagi doceat, & foras saturitatem emittere. De hirundinibus.

Adultus participiũ: pro Crematus. Antias in 74, Eo oẽs hostiæ: uituli XXVI. cõiecti: & ita oĩa adulta sunt. Ex Prisc. lib. 4.

Æstas adulta, Tacitus Annal. 2.

Ætas adulta, Lucr. lib. 4. 209.

Ætatis adultæ gradus scandere, Lucret. lib. 2. 225.

Ætate adulta puer, Cic. 5. Ver. 236.

Artus adulti, Stat. 3. Sylua. 4. 16.

Adulta autoritas, Tacitus lib. 1. Annal.

Autumnus adultus, Tacit. Annal. 11.

Crinis adultus, Stat. 2. Sylu. 1. 25.

Nox adulta, Tacitus lib. 19.

Eloquentia adulta, Tacitus in dialogo de Orat.

Parthi adulti, Tacitus lib. 21.

Robur adultum, Lucretius lib. 2. 227.

Seditio adulta, Tacitus lib. 17.

Seges adulta, Senec. in Hercul. fur. 9. 17.

Vitia adulta, & prævalida, Tac. Annal. 3.

Adolescens, adolescentis, com. ge. (ἔφηβος, μείραξ, νεανίας,) Nomen est ex participio, à uerbo adolesco. Dicitur autẽ propriè quis adolescens, à fine pueritiæ, nempe ab anno duodecimo usq; ad annũ uicesimum primũ: quãdiu scilicet homo, teste Plinio, crescit in longitudinem corporis, & primam lanuginẽ producere incipit. unde esse in ephebis, dixit Terẽtius: quũ autẽ percreuit, adultus dicitur. Inde cõparatiuum adolescentior, sine superlatiuo. Terent. Eunuch. 1. 2. 124, Adolescentem adeò nobilem. Cic. 1. Off. 171, Est igitur adolescentis maiores natu uereri. Idem de Diuin. 67, Aphricani filiam adolescentem.

Adolescens moribus, Plau. Mil. 10. 66. Interdũ etiam suauitatis gratia solet o in u cõmutari: quẽadmodũ in obulus et obolus.

Adolescens & uir uocatur Isocrates à Cicerone in Orat. 23.

Adolescẽs homo, Cic. 1. de Orat. 57. Idẽ Cælio, lib. 2. 14, Hominẽ adolescentem non tã allicere uolui, quàm alienare nolui.

Primarius. Seruius Sulpit. Ciceroni, lib. 4. 5. 7, Vt cum aliquo adolescente primario coniuncta ætatem gereret?

Lætæ indolis. Vide Indoles.

Lectissimus. Vide Lego.

Perditus ac dissolutus, Cic. 4. Tuscul. 87.

Adolescentia, (ἐφηβία,) Prima ætas hominis post pueritiam: quam infantiam appellant. Quint. Cic. de Senect. 5, Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? Quint. lib. 1. cap. 2, Et quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur.

Obiecta morbis adolescentia, Gell. lib. 2. cap. 1.

Adolescentia, flos ætatis, Cic. in Topicis 16.

Feruida. Seneca in Octauia. 8. 2,
Regenda est magis feruida adolescentia
Intemperans. Cic. de Senect. 26, Libidinosa etenim & intẽperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

Libidinosa. Vide Libet.

Lubrica. Vide Lubricus.

Sumptuosæ adolescentiæ homo, Tacitus lib. 20.

Adolescentiæ lubricum, Tacitus lib. 14.

Adolescentia. Vide Ab.

Ineunte adolescentia. Vide Ineo.

Ab ineunte adolescentia. Vide Ab.

Iam à prima adolescentia me musæ mansuetiores delectarunt, Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 95.

Adolescentulus, diminutiuum, (μειράκιον,) Cicero 1. de Natu. deorum 107.

Ab adolescentulo. Vide Ab.

Adolescentula, diminutiuũ, (νεανίσκη.) Terent. An. 1. 1. 91, Fortè unam aspicio adolescentulam.

Adolescẽtiari, (νεανίευεσθαι,) obsoletum uerbũ, pro nudũ satis habere modestiæ. Varro, At tu quidem ut iacias censeo, quoniam tu quoq; adhuc adolescentiaris. Ex Nonio.

Adolescenturire, (μειρακιεύεσθαι,) Adolescẽtium more facere, siue in adolescentiam redire. Laberius, Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere. Quintil. lib. 2. cap. 2, Qui iam sunt in suprema parte pueritiæ, & adolescenturire incipiunt, aut adulti.

Adolescbos.] huius adolescbi (ἀδόλεσχος) Garrulus, nugator, loquax, qui libens multa commemorat fabulamẽta, uel etiam historias: qui & adolescbes dicitur. Budæus. Cic. ad Atti. lib. 16. 336. 3, Quòd uereris, ne ἀδόλεσχος: mihi tu? quis minus? cui, ut Aristophani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæq; optima uidetur.

Adonis, penult. produ. huius Adonis, & Adonidis, (ἄδωνις,) nomen propriũ filij Cinyræ Cypriorum regis, & Myrrhæ: quẽ Venus in delicijs habuit, formositate præcellentẽ. Hic apri dente sub inguine percussus laceratusq; prosternitur leto. Venus miserata in florẽ adonium, qui est sanguineo colore, eũ transformauit. Hũc Ausonius cũ Plauto uocat Adoneũ: Fulgẽtius, Adon. Adon Græcè, suauitas dicitur. Et quia myrrha odore suauis est, Adonẽ dicitur genuisse. Ideo autẽ Venerẽ amasse dicunt, quòd hoc genus pigmẽti sit ualde feruidũ. Legitur apud Lucianũ, Adonim fluuiũ ex Libano mõte profluentem, singulis annis sanguinolentum fieri per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Hieronymus in Ezechielẽ sic habet, Quem nos Adonidem interpretati sumus, et Hebræus & Syrus sermo Thãmus uocat. Vnde quia iuxta gentilẽ fabulã in mense Iunio, amasius Veneris & pulcerrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundẽ Iunium mẽsem eodẽ appellant nomine, & anniuersariã ei celebrant solẽnitatẽ, in qua plãgitur quasi mortuus, & postea reuiuiscẽs canitur atq; laudatur. Vnde apud Ezechielem prophetã legitur, Ecce ibi mulieres sedebant plangẽtes Adonidẽ. Vbi intelligi uult fuisse idololatriã celebratã i honorẽ Adonidis. Macrobius uerò li. 1. Satur. ca. 21, accepit Adonidẽ pro Sole. Moscopulus ἀδώνιδος nomẽ ab ἄδω, quod est cano, deriuatũ putat. De eodẽ festiuissimè Theocrit. εἰδυλλ. κγ. & κθ. Est aũt apud Eobanũ Hessum interpretẽ illius Idyllij 23. et 30. Itẽ piscis etiã qdã hoc nomine appellatur: q et ἐχωνῖτος, οὔνεκα νοίτας (ut inquit Oppian.) ἐντὸς ἅλος τίθεται, μοῦνος δ' ἐπὶ χέρσου ἀμείβει. Hoc est, quòd pisces undis, In littus sicca ponẽs tellure cubile. Videas Plinũ li. 9. ca. 19. et Oppianũ περὶ ἁλιευτικῶν lib. 1. Nicãder Colophonius memoriæ scriptũ reliquit, Adonidẽ Myrrhæ filiũ, quũ lactucã deuorasset ab apro fuisse interẽptũ. Addidit Callimachus,

Venerem

Venerem cum ſub lactuca condidiſſe. Quibus uerborũ inuolucris innuunt poetæ, eorum concubitus elangueſcere, pigerrimoſq; in coitum fieri, qui lactuca ueſcantur aſſiduè. Ex Ruellio.

Adonis, dicitur fluuius prope Byblum urbem Phœnicum, autor Ptolemæus.

Adonis Cinyreius, hoc eſt, Cinyræ ex Myrrha filia per inceſtum filius. Auſonius Sectione 1. epigram. Sic Ouidius 10. Metamorph. 142. & 145. Alij tamen legunt Cinareius, propterea quòd Cinarã uocant, qui ab alijs Cinyras dicitur.

Formoſus, Virgilius 10. Eclog. 4.

Niueus, Propertius lib. 2. Eleg. 14. 11.

Pictus murice, Auſo. Sectione 2. in Cupidine cruciato. Sed hîc pro flore ſumitur.

Ploratus Veneri, id eſt à Venere, Ouid. de arte aman. lib. 1. 15.

Adonidis horti, Prouerbiali figura, dicitur de rebus leuiculis, parumq; frugiferis, & ad breuem præſentemq; tantũ uoluptatem idoneis. Erant autem ij horti Veneri ſacri, propter Adonidem eius amaſium, primo ætatis flore præreptum, atq; in florem conuerſum: nihilq; in eis ſerebatur, niſi quod ad oblectationẽ & delicias faceret. Autor Pauſanias: qui etiã tradit in ijs hortis ſemina deponi non aliter ſolere, quàm in teſtis, eoq; rem in prouerbium abiiſſe contra futiles ac leuiculos. Meminerunt Hermol. in Plin. & Eraſmus in Chil.

Adoperio.] *adoperis, pe. corr. adoperui, adopertum, (ἀποκρύπτω, καλύπτω,) adoperire. Idem quod operire, niſi aliquid additum uideatur à compoſitione, ſignificat. Col. lib. 4. cap. 8. 1, Quod opus adopertas oſtendit æſtiuas radiculas. Liuius 1. ab urbe 114, Tranſmiſſo per uiam tigillo, capite adoperto.*

Aether adopertus nubibus, Ouid. 2. Faſt. 15.

Hyems adoperta gelu, Ouid. 3. Faſt. 47.

Lumina adoperta ſomno, Ouid. 1. Metam. 144.

Mors adoperta caput tenebris, Tibul. lib. 1. eleg. 14.

Adopinor.] *penul. prod. adopinaris, (προσδοξάζω,) Idem quod Opinor. Lucret. lib. 4. 164,*
Deinde adopinamur de ſignis maxima paruis.

Adopto.] *adoptas, (ἐισποιέω, ὑιοποιέω, ὑιοθετέω) adoptare, Eligere, aſciſcere, accerſere. Plaut. Ciſtel. Socia te mihi adopto ad meam ſalutem. Plin. lib. 15. cap. 14. 4. de diuerſis generibus malorum loquens, Omnium autem nuperrime adoptata ſunt parua gratiſſimi ſaporis, quæ petiſta nominantur. Ci. 1. Verr. 29, Quem ſibi illa defenſorem ſui iuris, ultorem iniuriarum, actorem totius cauſæ adoptauit. Ibidẽ 35, Tum illa erat cauſa iuſtiſſima, quòd eum ſibi Achæi patronum adoptarent. Plaut. Trucul. 18. 6, Qui ſuis tutorem me adoptauit bonis. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9. 2, Ego autẽ quem potius adoptem, aut inuocem, quàm illum quo defendente uincere didici.*

Adoptare, eſt uerbum iuris. Adoptare autẽ dicitur, qui in ſuam familiam transfert, & in locum filij aſſumit alienum filium, qui adhuc eſt in patris poteſtate: & hoc genus tranſitus & commigrationis in alienam familiã, dicitur adoptatio. Hæc ferè ex Aulo Gellio li. 5. cap. 19. Plin. lib. 9. cap. 16. 1, Quo argumento uates reſpondere, Neptunum patrem adoptantem eum ſibi, Sex. Pompeio repudiato. Ci. 1. Offic. Qui hũc Paulo Aemylio natum adoptauerat. Idẽ pro domo ſua 30, Adoptare pro filio. Plaut. Pœnulo. 2. 76, Eumq; adoptat ſibi pro filio.

Adoptare ſibi aliquem filium: id eſt pro filio. Plaut. Adoptat illum puerum ſubreptitium ſibi filium.

Adoptare ſe alicui ordini, pro Inſerere, immiſcere, aſciſcere ſemetipſum, & ſibi ordinem aliquem uendicare. Plin. lib. 12. capite 1. 9, Qui ſe potentiæ cauſa, Cæſaris libertis adoptaſſet ſpado Theſſalicus.

Adoptare ſe. Cic. in Bruto 130, Et C. Stazienus, qui ſe ipſe adoptauerat, & de Stazieno Aelium fecerat.

Adoptare in diuitias. Plaut. Pœnulo, 1. 83, Is in diuitias homo adoptauit hunc, quum diem obit ſuum.

Adoptare aliquem ab aliquo. Cic. de claris Orat. 38, Filius, qui dem eius, is qui hũc minorem Scipionem à Paulo adoptauit.

Adoptare ſibi nomen, hoc eſt, Alienum nomen aſſumere, ſuo immutato. Mart. lib. 1. 138.

Adoptare herbam aliquam, De ſuo nomine eam nuncupare. Plin. lib. 25. cap. 7, Mulieres quoq; hanc gloriam affectauere. In quibus Artemiſia uxor Mauſoli, adoptata herba quæ antea parthenis uocabatur.

Adoptat ramus ramum, quum inſeritur ramus ramo. Ouid. libro 1. de Remed amo. 39.

Adoptatus, (προσσυητος,) Participiũ ſiue nomẽ ex participio.

Adoptatiſſimus mihi fuit tabellariorum aduentus, Cic. filius Tyroni, lib. 16 21. 1. Hoc eſt, optatiſſimus.

Adoptatio, Verbale. (ὑιοθεσία,) Idẽ quod Adoptio: ſed in uſu rariſſimũ. Gellius lib. 5. cap. 19, Quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio.

Adoptatitius, uerbale. (ἐισποιητὸς,) Feſtus, Adoptatitius, ex adoptato filio natus. Plaut. Pœn. 16. 82, Demarcho itẽ ipſe fuit adoptatitius. Quo in loco, pro filio adoptiuo ſumitur.

Adoptator. Verbale, (ὑιοθέτης,) Dicitur qui aliquem adoptauit. Vnde Adoptiuus.

Adoptio, (ὑιοθεσία,) Verbale per ſyncopen factum ex Adopto. Cic. pro domo ſua. 29. Ibidem 27, Quod eſt pontifices ius adoptionis, nempe ut is adoptet, qui neq; procreare iam liberos poſſit & quum potuerit, ſit expertus. Vide Adopto.

In adoptionem dare. Quintil. lib. 3. cap. 6. 68, Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, ſuſtulit nothum, &c.

Adoptio. Plin. de inſitione dixit lib. 16. in proœmio, Pomiferæ arbores, quæq; mitioribus ſuccis uoluptatem primæ cibis attulerunt, & neceſſario alimento delicias immiſcere docuerunt, ſiue illæ ultro, ſiue ab homine didicere, blandos ſaporis adoptione, & connubio, idq; munus etiam feris uolucribuſq; dedimus, intra prædictas conſtant.

Adoptiuus, (ἐισποιητὸς, θετός,) Verbale ab Adopto: unde qui adoptatus eſt, uocatur filius adoptiuus eius, qui adoptauit. Gellius lib. 5. cap. 19, Id etiam eum culpauiſſe, quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. P. Scipio ibidem, Filium adoptiuũ tam procedere, quàm ſi ſenatum habeat.

Adoptiua ſacra. Cic. pro domo ſua 28, Tu neq; Fonteius es, qui eſſe debebas: neq; patris hæres: neq; amiſſis ſacris paternis, in hæc adoptiua ueniſti.

Ador.] *indeclinabile, n. g. Feſtus, Ador, farris genus edor quondam appellatum, ab edendo: uel quòd aduratur ut fiat toſtum, unde in ſacrificio mola ſalſa efficitur. Nonius, Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus ſacris pium putatur. Vnde & adorare, propitiare religiones, poteſt dictum uideri.*

Ador, pro uili quodã frumẽti genere uidetur accipi apud Horatium, Serm. 2. Saty. 6. 18, de mure ruſtico,
Quum pater ipſe domus palea porrectus in horna
Eſſet ador, loliumq;, dapis meliora relinquens.
Eſſet, hoc eſt comederet.

Adorea, adoreæ. Feſtus, Adoreã, laudẽ ſiue gloriã dicebãt ueteres, quia glorioſum eũ putabãt eſſe, qui farris copia abundaret: uel, ut in Plinium tradit Hermolaus, qui farre à populo donatus eſſet. Dona enim ampliſſima imperatorũ ac fortiũ ciuiũ (ait Plin. lib. 18. cap. 3.) quantũ quis uno die plurimum

Digitized by Google

circum arauisset. Ité quartarij farris aut heminæ, consterente populo. Plaut. Amph. 4. 39, Qui præda atq; agro, adoreá; affecit populares suos. Plin. lib. 18. cap. 3. 5, Gloriã deniq; ipsam à farris honore adoream appellabant. Quidam per tertiam uocalem Adoria dicunt.

Adoreus, adiectiuum, ut Far adoreum. Varro de re Rust. lib. 1, In loco humidiore far adoreũ potius serunt, quàm triticum. Virgilius lib. 7, ——— & adorea liba per herbam Subijciũt epulis. Seruius, Ador propriè est genus farris. Columel. lib. 2. cap. 6, Frumenta, triticum, & semen adoreum. Stat. lib. 1. Syl. 6. 2,

Vix aurora nouos mouebat ortus, Iã bellaria adorea pluebãt.

Adorea alma, hoc est, gloria altrix uirtutis. Horat. 4. Carm. 4. 9, —— & pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris, Qui primus alma risit adorea. Ablatiuus est. Acrõ, Adorea, laus publica dicebatur, eò quòd uictores à uictis adorarentur. Porphyr. Adorea, laus bellica dicitur, fortassis quòd adorandi sunt qui laudem ex bello reportant.

Adoreum, g. n. Idẽ quod Ador. Plin. lib. 18. ca. 8, Frumẽti genera nõ eadẽ ubiq; neq; ubi eadẽ sunt, ijsdem nominibus. Vulgatissima, far, quod adoreum ueteres appellauere, siligo, triticum. Et libro eodem, cap. 17, In creta & rubrica & aquosiore agro adoreum seri, Catonis sententia est.

Adorior] adoriris, penult. prod. uel adoreris, penult. corr. adortus sum, (ἐπιχειρέω, ἐπιτίθεμαι, εἰσβάλλω) adoriri, Aggredi significat, & inuadere quouis modo: ut Adoriri uerbis, adoriri iurgio. Teren. Adelph. 3. 3. 80, Adortus iurgio fratrem apud forum, De psaltria istac. Vbi Donatus, Aggredimur de longinquo, adorimur ex insidijs, & ex proximo. nam Adoriri est, ad aliquem oriri, id est exurgere. Cicer. 7. Verr. 71, Postremam enim quanq; nauem piratæ primam adoriebantur.

Adoritur, penult. prod. Lucret. lib. 3. 104,

Commutare animum quicunq; adoritur, & ipsum.

Adoriri ciuitatem, Liu. 1. ab Vrbe, 70.

Adoriri aliquem gladijs & fragmentis septorum, & fustibus. Cic. pro Sest. 68.

Adoriri aliquẽ à tergo. Liu. 3. ab Vrbe, 20, Ci. pro Milone 21.

Adoriri, pro Aliquid facere, conari, & dare operã atq; aggredi ipsum opus per uim. Cic. 2. de Orat. 113, Ne conuellere adoriamur ea, quæ non possunt commoueri. Gell. lib. 9. cap. 2, Qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant. Fortassẽ legendum, adorti. Virg. 6. Aeneid. Pli dominam ditis thalamo deducere adorti.

Adorsus, (ἐπιχειρητικῶς) Participium, apud Ouidium, nisi mẽ dosus sit codex, 1. de Ponto, 2. 4,

— & nullum maius adorsa nephas.

Adoriendus, adiectiuum, (ἐπιχειρητέος) Author ad Heren. 37, Occasio quæritur: idoneáne satis fuerit ad rem adoriendam: an alia melior.

Adornare] (ἐπικοσμέω, παρασκευάζω) Idem quod Ornare: nisi quòd compositio aliquid addit uenustatis. Liu. 8. bel. Pun. 223. Idem li. 1. ab Vrbe, 82, Flaminẽ Ioui assidnum sacerdotem creauit: insigniq; eum uestẽ & curuli regia sella adornauit.

Adornare leuiter, Quintil. lib. 7. cap. 2. 33.

Adornare uerbis benefacta, idem quod Ornare, & insignire ac multiplicare. Plin. epist. 8 f, Ii uerò, qui benefacta sua uerbis adornant, non ideo prædicare quia fecerint, sed ut prædicarent, fecisse creduntur.

Adornare. Apparare, ut ait Donatus. Terent. Eunuch. 3. 5. 33, Continuò hæc adornant, ut lauet. Plaut. Epid. 14. 25, Tragicam in te mihi cere adornat. Id est, molitur & parat te decipere. Cic. pro Cluentio. 12, Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia, quæ futura est, à matre initio est adornata, à matre hoc tẽpore instruitur, atq; omnibus eius opibus & copijs cõparatur. Pro eodem 152, Totius denique huius ab illa est & inuẽta & adornata comparatio criminis.

Adornare bellum, Liu. 10. ab Vrbe, 187.

Galeas, scuta, gladios. Plin. li. 32. ca. 2. 12, & lib. 19. cap. 34. 1.

Mare classibus, firmissimisq; præsidijs. Ci. pro lege Manil. 24.

Naues, Cæsar 1 bel. Ciuil. 102, pro instruere.

Nuptias. Plaut. Cas. 8. 65, & in Aulul. 630.

Adornare & instruere petitionem consulatus diligenter. Cic. pro Murena, 43, Testium copiam, Cic. pro Cluentio, 12.

Adornare aliquẽ, pro Ornare, & ad honores promouere, honoribus augere. Cic. Bruto, lib. 11. epist. 14. 1, Mirabiliter mi Brute, lætor, mea consilia, measq; sententias à te probari de Decemuiris, de ornando adolescente. Cæsarem Augustum intelligit.

Adornatus uenatui, Instructus & ornatus, paratusq; ad uenationem. Tacitus lib. 12, Equos uenatui adornatos sistant.

Adoro] adoras, penul. prod. (προσκυνέω, προσεύχομαι) adorare. Apud antiquos significabat Agere. Vnde & legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt. Fest.

Adorare, ab Ador, hoc est frumento sacrificijs destinato, deriuatur, autore Prisciano. Nonius, Adorare, propitiare religiones, ab Ador potest dictum uideri. Valla, Adorare, ab oro, quod est ore precor, componitur. Supplicare à Plico, quòd genu, poplitemq; aut ceruicem plicamus, cum à potentiore aliquo magnum quid precamur. Et tamẽ adorare, sine ore, hoc est, sine uoce fit, non sine plicatione genuũ, ac gestu corporis. Supplicare, sine plicatione genuũ, ac gestu corporis, nõ sine ore ac uoce. Hinc est quare supplicare tantũ homini datur, adorare etiã mutis. Vnde elephas & phœnix, & alia quædã irrationalia solem adorare dicũtur. Nosq; rebus mutis & sensu carentibus non supplicamus: sed adorationis honorem exhibemus, ut regum statuis, signis, uestibus, literis, alijsq; similibus. Hæc Valla, lib. 5. Plin. lib. 8 cap. 1, de elephantis, Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittũt, coronis porrigunt. Hoc autem uerbum in sacris literis pro ea etiam inclinatione ad homines refertur: interdum & ad Deum, sed alia ratione, quod etiam obseruarunt ipsi Ethnici autores. Liuius. 6. ab Vrbe, 54, Romanus Dictator castris eo die positis, postero cum auspicato prodijsset, hostiaq; cæsa Pacem deũm adorasset, lætus, &c. Virgil. Aeneid. 2, Affaturq; deos, & sanctum sydus adorat. Itaq; dicimus Adorare Deum, pro eo, quod est, ex animo & piè Deum colere. In hoc aũt cultu seu adoratione, continetur quodcunq; officium, siue (ut significantius dicam) seruitiũ, quod tũ ore, tũ opere, præcipuè uerò corde ipsi Deo piè exhibemus. In quo significatu uel apud Ethnicos inuenitur, Virg. 3. Aen. 87, Iunonis magnæ primũ prece numen adora. Supplicibus supera donis. Plin. lib. 12. ca. 14. 19, Alexander Magnus Arabia potitus, thure onustam nauim misit Leonidi, exhortatus ut largè deos adoraret.

Adorare curam priscorum in inueniendo, in tradendo dignitatem, Plinius libro 27. cap. 1. Id quod cap. 2, uerbis alijs sic effert, Sed antiquorum curam diligentiamq; quis possit satis uenerari?

Adoraturi sedeant. Hoc prouerbium Plutarchus adscribit Numæ: significat autẽ, Vota certa concipere oportere, & in quæ sunt optima perseuerare. Quidã arbitrãtur aliũ subesse sensum, quòd oporteat eos, qui sacris operãtur, nõ obiter ac uelut aliud agẽtes hoc facere, sed uacuos ac totos rei diuinæ & orationi intentos. Vnde, ut Plutarchus idẽ tradit, quoties pontifex sacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc

Digitized by Google

age Ea uox hortabatur, ut qui sacra adirent, reuerenter & attentè id facerent.

Adoratio, onis, Verbale, (προσευχή,) Plin. lib. 28. ca. 2. 12, Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Adoratione hic pro religione posuit, uel potius precatione.

Adoxia.] adoxiæ, (ἀδοξίας,) Ignominia, infamia, obscuritas nominis, incredulitas. Adoxon, Quintilianus lib. 4. cap. 1, uertit humile.

Adoxus, adiectiuum, (ἄδοξος,) Inglorius, infamis, absurdus, inopinatus: præter opinionem. Et Phauorinus apud Gellium, differens de materijs infamibus, siue inopinabilibus, quas Græci (inquit) ἀδόξους, καὶ ἀτόπους appellant.

Adposco.] adposcis, (προσαιτίζω,) Idē quod simplex Posco, Hor. lib. 2. epist. 2. 20, —— Si plus adposcere uisus.

Adprecor.] penul. corr. adprecaris. (προσαράομαι,) Idem quod precor, Horat. 4. carm. 6,
Ritè deos prius adprecati. Id est, Inuocantes. Acron.

Adpugno.] adpugnas, adpugnaui, adpugnare, Contra pugnare, seu oppugnare: Tacit. li. 2, Interim Piso classem haud procul opperientē adpugnare frustra tentauit. Idem lib. 4, Alij castra Romana adpugnarent.

Adquo.] (ὅσον,) pro quantū. Afranius Promo, Vt scire possis adquo te expediat loqui, Nonius.

Adrado.] adradis, pe. pro. adrasi, adrasum, (ἐπιξέω,) adradere: Idem quod Rado siue Abrado. Columel. de arboribus, cap. 8. 1, Ita, ne medullam lædas, adradito. Et paulò pòst, Et paratos surculos in fissuram demittito, eatenus qua adrasi sunt. Plin. lib. 17. cap. 15. 1.

Adramittenus,] (ἀδραμύττηνος,) Steph. ciuis ex Adramyteo urbe Mysiæ. Cic. pro Flacco 23.

Adrastia,] Regio, & ciuitas eiusdē nominis nō longè à Troade, quæ est in Mysia, ubi Alexander pugnauit cū numerosissimo Persarum exercitu iuxta Granicum flumen. Meminit Iustinus lib. 11, Sed & Plin. lib. 5. cap. ult. 4. Strab. libr. 13, Regio hæc consuetudine quadam Adrastia uocatur, & Adrastiæ campus. Callisthenes dicit ab Adrastio rege, qui primus Nemesis templum ædificauit, Adrastiam uocitatam. Hæc ciuitas inter Priapum est, atq; Parium: & subiectū campum eodem nomine habet, in quo Apollinis Actæi & Dianæ oraculum fuit.

Adrastia, ἀδράστεια, Nemesis. Subaudiendum, Adest, aut aderit, aut eiusmodi quippiam licebit uti uel in eos, quibus ob insolentiā arrogantiāq; minamur fortunæ cōmutationē, uel qui à rebus florētibus, ad calamitosam fortunā sunt redacti. Hāc Nemesim deā putant, insolentiæ et arrogātiæ uindicē, quæque spes immoderatas & uetet & puniat. Adrastia autem pe. pro. dicta est, quòd nemo nocens meritam pœnam usquā effugerit: etiam siquando serius assequitur. Plutarchus de Sera numinis uindicta. Strab. lib. 13, Adrastiam dictam tradit, non ab aufugiendo, sed ab Adrasto rege, qui primus huic tēplum constituerit: idq; Antimachi poetæ uersibus cōfirmat. Ammianus lib. 14, Hæc & huiusmodi innumerabilia, ultrix facinorum impiorum, bonorumq; præmiatrix, aliquando operatur Adrastia, atq; utinam semper: quam uocabulo duplici, etiam Nemesim appellamus. Hanc aiunt ex opinione ueterum theologorum, Lunæ superpositam, generali potentia præsidere fatis, omnia terrena despectantem, ut reginam & arbitram omnium: quæ præcipuè fastui infensa, nūc erectas mentium ceruices opprimit, & eleuat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene uiuendum extollit. Huic antiquitas addidit pennas, celeritatis symbolum. Dedit gubernaculum & rotā, significans illam per omnia discurrentē singula moderari. Zenodotus originē adagionis ad huiusmodi fabulam refert. Eadē appellatur Rhamnusia à Rhamnute Atticæ loco: ubi huic deæ statua est: solido lapide: decem cubitorū magnitudine: Phidiæ opus.

Adrastus] (ἄδραστος,) Talaonis et Eurynomes filius, rex Argiuorū: de quo proximè dictum. Fuit & alius Adrastus, teste Homero li. Iliad. 2, Percosii filius: ut infrà uidebimus in dictione Percosius.

Adrastus Talaonides: hoc est, Talaonis filius. Stat. lib. 5. Thebaid. 4.

Adrastus Inachius, hoc est, Argiuus, ab Inacho Argiuorum rege. Stat. lib. 2. Thebaid. 29.

Adrastus in honore est apud Megarenses. Autor Pausanias in Atticis.

Adrastus longæuus. Stat. lib. 4. Thebaid. 15.

Adrasti pallentis imago. Virg. 6. Aeneid. 96.

Adrastus Perseius, hoc est, oriundus à Perseo Iouis ex Danae filio, & Argiuorum rege. Stat. lib. 3. Thebaid. 88.

Adrasteus, adiectiuū, pen. pro. (ἀδραστέως,) Stat. li. 1. Sylu. 1. 11, Hunc & Adrastius uisum extimuisset Arion.

Adrepo.] adrepis, penul. pro. adrepsi, adreptū, (προσέρπω) adrepere, Rependo accedere. Varro 3. de re Rust. cap. 7. 3, Nemus aut lacerta quà adrepere ad colūbaria possit. Plin. lib. 35. cap. 10, Ad matris morientis ex uulnere mammam Adrepens infans.

Adrepere ad amicitiam alicuius. Cic. 5. Verr. 135.

Adrepere animo alicuius. Tacitus Annal. 3.

Adria, Adriæ, m. g. siue (ut nōnulli malunt) Hadria, (ἀδρίας,) Sinus maris, siue mare Adriaticum, quod & superum dicitur, uulgò mare Venetum. Ibi enim sitæ sunt Venetiæ.

Adria, Adriæ, (ἀδρία,) duarū urbiū nomen est: quarū altera à Thuscis ædificata est, eius quædā adhuc apparent uestigia. Altera in Piceno iuxta Vomanū fluuium sita. Ex Volaterrano, lib. 4. & 6. Geographiæ. Plin. lib. 3. cap. 13.

Adria (inquit Iustinus, lib. 20,) Illyrico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen dedit. Liu. 1. Decad. lib. 5, Mari supero inferoq;, quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint Thusci, nomina sunt argumento: quòd alterum Thuscū cōmuni uocabulo gentis, alterū Adriaticū mare ab Adria Thuscorū Colonia uocauere Italicæ gentes. Græci eadē Tyrrhenum atq; Adriaticum uocant. Plin. lib. 3. cap. 16, Nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ, à quo Atriaticū mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum. Strabo lib. 5, in Italiæ descriptione, Atriam quidē inclytā ciuitatem fuisse, memoriæ proditū est: à cuius nomine, modica, trāspositione sumpta, & sinus appellatus est Adriaticus. Transpositionem intelligit harū literarum, t & d. Eustathius, teste in Plinium Hermolao, Adriaticū & ab oppido, et ab amne appellatū scribit. Nonnulli tamen (ut apud Ianū Parrhasiū idē Eustathius tradit) ita scribunt: Ion Italus Adriæ pater fuit, à quo sinus Ionius, qui mox ab Adria filio dictus est Adriaticus.

Adriæ arbiter Notus uentus. Hor. 1. Car. 34, —— (cus.

Sinus Adriæ. Hor. 3. Car. 27. 4, —— Ego quid sit ater
Adriæ noui sinus.

Curuans Calabros sinus Adria. Calabriam enim alluit. Horat. 1. Car. 33. 4.

Improbus. Propter sæuitiam & tēpestates plurimas: æstuosum quippe est mare Adriaticū. Hor. 3. Car. 9. 5,
—— & improbo Iracundior Adria.

Inquietus. Hor. 3. Car. 3. 1.

Humectata Vomano Adria. Sil. Ital. lib. 8. 87.

Hic pro urbe, quæ in Piceno est, sumitur: ut testatur Volaterranus, lib. 6. Geographiæ.

Raucus. Hor. 2. Car. 14. 3.

Præceps. Stat. lib. 3. Sylu. 2. 18.

Ventosus. Seneca. in Thyeste 4. 6.

Vagus. Lucan. lib. 5. 123.

Digitized by Google

Adriacus pen.corr.adiect.(ἀδριακός,)Id est Adriaticus. Proper.libro 3.Eleg.21.4,
Ergo ego nunc rudis Adriaci uehar æquoris hospes.
Adriacus pontus,Lucan.lib.4.83.
Adriacum latè patens,Ouid.4.Fast.101.
Adriacæ undæ,Lucan.lib.2.82.
Adriaticus,pen.corr.adiectiuũ (ἀδριατικός.)Vide Adria.
Minax Adriaticum.Subaudi,mare,Catull.4.Epigr.2.
Adrianus,pen.prod.adiectiuũ (ἀδριανός,)Horat.lib.1.Carm.16.1.Cic.in Piso.73,Brunduſiumq; uiſauit,& ultimas Adriani maris oras petiuit.Plin.lib.3.cap.13,Picentes tenuere ab Aterno amne,ubi nunc ager Adrianus,& Adria colonia,à mari ſeptem milibus paſſuum,flumen Vomanum.
Adrudus] Feſtus,quemadmodum omnis ferè materia non deformata,rudis appellatur:ſic ueſtimentum rude,non perpolitum:ſic æs infectum ruduſculum,apud ædem Apollinis æs conflatum iacuit:id adrudus appellabant.
Adrumetum] ſiue Adrumetiũ,ciuitas eſt Myſiæ,autore Stephano.Eſt & Adramyttis inſula Lyciæ:& Adrumes,Adrumetis ciuitas Aphricæ.Hieronymus ait,Adrumetum eſſe ciuitatem in Byzacio regione Aphricæ.Plinius Adrumetum uocat neutro genere.Stephanus Adramyttio oppido deformat Adramyttenum.Eraſmus in 27.cap.Actorum Apoſt.
Adſcire] ſiue Adſciſcere,(προσάγεσθαι,)Idem quod adiungere.Columel.in præfat.Quoniã & hanc adſciuimus quaſi agriculturæ partem,quum ſeparata ſit ab agricolatione paſtoralis ſcientia.Vide Aſciſco.
Adſeſtrix] adſeſtricis,(παρεδρευτής,)quaſi uocatrix. Fœminimum eſt ab eo,quod eſt aſſeſſor.Afranius Fratribus,Dimittit adſeſtricem,me ad ſeſe uocat.Non.
Adſignificare] (προσημαίνω,)Idẽ quod ſignificare.Var.2.de re Ruſt.cap.11.8,Olim tonſores non fuiſſe,adſignificant antiquorum ſtatuæ.
Adſipere] & Præſipere,(προσπέπνυσθαι,et προπέπνυσθαι,)dicebant antiqui à ſapiendo:ſicut nos quoq; modò dicimus ab æquo iniquum,à quærendo inquirere.Hæc Feſtus.
Adſitus] penul.cor.Participiũ ab Adſero,iuxtà ſatus.Varro,Vt uitis adſita ad olus facere ſolet.Budæus.
Adſpuo]is,adſpui,adſputũ,penul.prod.Plin.li.28.cap.4,Aut ſi dormiens ſpectetur infans à nutrice terna adſpui.
Adſum] ades,adfui,adeſſe,adfuturus,(πάρειμι,παραγίνομαι,παρασατέω,)Præſens ſum.Antiquos autẽ duplici ff,aſſum ſcripſiſſe,manifeſto argumento eſt iocus Plautinus,ſic enim ait ille in Pœn.4.57,Heus Milphio ubi es? M. aſſum apud te eccum.AG At ego elixum uolo. Itaq; minus laborandum eſſet,utrum per d ſcribas adfui,& adfuturus: an geminato ff,affui,& affuturus.
Adeſſe,propriè ſignificat Prope eſſe,uel præſentem eſſe.Plaut. Rud.24.6,Quoniam ego adſum,faciet nemo iniuriã. Cic. de Amic.22,Quocirca & abſentes adſunt,& egentes abundant.Sic Adeſſe res dicitur,quæ præſens eſt,ut bonũ,malum,commodum.Plaut.Amphit.8.5.
Adeſſe pugnæ,pro Intereſſe.Ci.in Philip.Omnibus his pugnis Dolabella affuit.
Adeſſe in re aliqua,pro Intereſſe.Teren.And.4.4.32,In pariundo aliquot affuerunt liberæ.
Adeſſe in aliquo loco,pro Eſſe. Terent. Eunu.2.3.75, Aderit unà in unis ædibus.Cic.pro Quintio,53,Qui adeſtis in cõſilio,quæſo ut diligenter attendatis.
Adeſſe ad,uariè declaratur.Plaut.Amph.6.6,Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum: pro,non eſt in exercitu. Cice.1.de Diuin.102,Petere ut mane ad portam adeſſet: Id eſt ad portam eſſet:ſicut quum dicimus ad Vrbem eſſe, hoc eſt,prope urbem. Cato de re Ruſt.cap.83, Mulier ad eam rem diuinam ne adſit:pro Non interfit illi rei diuinæ,ſeu ſacrificio.
Adeſſe ad iudicium,idem quod Præſto eſſe:hoc eſt, comparere in iudicio:quod & Iudicio adeſſe,& Adeſſe abſolutè dicitur.Cic.3.Verr.1, Atq; hanc opinionem populi Romani fuiſſe,C.Verrem altera actione reſponſurum nõ fuiſſe,neq; ad iudicium affuturum.
Adeſſe apud aliquẽ,pro eſſe. Plaut. Amph. 7.20, Et apud te adſum Soſia idem.
Pro eo,quod eſt Sum apud te.
Adeße unà cum aliquo,Terent.And.1.180.
——ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chryſidem,unà aderat frequens.
Id eſt erat.
Adeſſe cum aduerbijs in loco,idem quod eſſe.Terent.Heaut.3.1.91,Adero hìc cõtinuò. Plaut.Epid.5.73,Ille aut iam hic aderit,credo hercle,aut iam adeſt.Sic adeſſe domi, Terent. Eunu.3.2.53.
Adeſſe,cũ datiuo ſuperuacaneo.Teren.Heaut.2.2.12,Eccum Dromonem cum Syro unà adſunt tibi.Hìc datiuus, tantùm feſtiuitatis & elegantiæ gratia eſt additus.
Adeſſe ſenatuſconſulto ſcribendo.Cice.ad Cornificium lib.12.28.6.Idem pro Flacco.34,Decreto ſcribendo primum uideo adfuiſſe Lyſaniam.
Adeſſe iudici,pro Aßidere:& Adeſſe iudici in conſilio,dicuntur aſſeſſores.Cic.pro Quintio,2,Quæ quo plura ſunt,C. Aquili,eo te & hos qui tibi in conſilio adſunt,meliori mente noſtra uerba audire oportebit.
Adeſt præſens,pro Præſens eſt. Plaut. Moſtel.15.27,Adſum præſens præſenti tibi.Cic.pro domo ſua ad Pontif.31, Adeſt præſens uir ſingulari uirtute.figura eſt Pleonaſmos, ut apud Terentium in Adel.3.3.39.
Coràm adeſſe,eodem modo & ratione dicitur,qua Præſentem adeſſe.Nam ſi ſimpliciter accipimus,tãtum per ſe ualet Adſum,quantum Coràm adſum.Cic.Caßio,lib.15.16.1,Fit enim neſcio quomodo,ut quaſi coràm adeſſe uideare,quũ ſcribo aliquid ad te.Virg.1,Aenei.Coràm quẽ quæritis adſum. Coràm aderit præſens tibi ipſe,& ille quem inſimulas,Cic. in Antonium.Duplex(ut ita loquar) pleonaſmos: niſi hoc & ſimilia ad loquendi affectum referamus.
Adeſſe,pro Accedere,præſertim in ſecunda perſona imperatiui.Teren And.1.1.2,Adeſdum,paucis te uolo. Quaſi accede ad me.Nã hìc Dum,teſte Donato,parelcon eſt,id eſt productio & adiectio ſyllabæ.Virgil.in Bucol.Huc ades ô formoſe puer.
Adeſſe pro Aduenire. Virgil.2.Aeneid.
Iamq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus.
Aduentare & prope adeſſe,Cic.ad Att.lib.4.85.19.
Adeſſe ex Aphrica,pro Aduenire,Cic.ad Att.li.11.223.1.
Adeſſe & impendere.Vide Impendeo.
Adeſt dies,uel tempus,pro Aduenit:ferè cum aduerbio. Virg. 9.Aenei.Ergo aderat promiſſa dies.Idẽ in Buc. Aggredere ô magnos(aderit iã tempus)honores.Teren.And.1.1.125, Prope adeſt,cùm alieno more uiuendum eſt mihi.Sub. tempus.Sic,Adeſt partus,pro inſtat.Terent.Adel.4.4.10.
Adeſſe ad tẽpus.Cic.Att.li.5.96.3,Quoniã nũc abes quum id non agetur,aderis autem ad tempus,ut mihi ſcripſiſti.
Adeſſe in tempore.Liu.8.ab urbe,28,Aderunt in tẽpore,Manlius inquit,& cum illis aderit Iuppiter ipſe.
Adeſſe pro conſiſtere. Plaut.Aulul.4.17,
Iſtic adeſto,ſi hercle tu ex iſto loco
Digitum transuorſum,aut unguem latum exceſſeris, &c.
Id eſt conſiſte,& mane ubi tu es.
Adeſſe pro Ineſſe,Plau.Amp.8.19,Oĩa adſunt bona,quẽ penes eſt

Digitized by Google

est uirtus, Sub. ei. Plin. Iunior lib. 3, Adest enim adolescenti nostro eximia corporis pulchritudo.

Adsit modus amori, Virg. 2. Eclog. ad finem.

Adest morbus, Cic. 2. de Finib. 154.

Aderant uires in corpore, Propert. l. 3. eleg. 15. 5.

Adesse, in promptu esse. Plaut. Capt. 7. 64.

— ergo quum optimè feci'sti, nunc adest occasio
Benefacta cumulare. Idem Amphit. 8. 190, Mihi quoque adsunt testes.

Adesse, pro esse in conspectu, siue ante oculos. Cic. 1. Offic. Ad id solùm quod adest, quodq; præsens est, se accommodat. Quasi dixerit, ad id quod uidet.

Adest mihi ante oculos. Virgil. 2. Aeneid. 54,

In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi.

Adesse, paratum esse. Terent. Phorm. 2. 1. 36, Hic in noxia est, ille ad defendendam causam adest.

Adesse, interdum demonstrandi significationem habet, in his duntaxat uocibus, adsum, adest, adsumus, adsunt. Terent. Eunuch. 3. 2. 11, Dona adsunt tibi à Phædria. Quasi dixerit, En tibi dona, ecce tibi dona.

Adesse animo, uel animis, est fauere illi rei, cui interfis. Cic. pro P. Sylla. 24, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor, erigite mentes, auresq; uestras. Hoc modo atientionem captat auditorum, quasi dicat, Attenti estote cum fauore & silentio. Sic Terentius in prologo Andriæ 24, Fauete, adeste æquo animo. Idẽ in Prol. Phorm. 31, Adeste æquo animo per silentium.

Adesse cum silentio. Plau. Trinũ. 2. 22, Valete, adeste cũ silẽtio.

Adesse animo, in alio significatu dicitur, pro eo quod est, Præsenti esse & forti animo. Cicero pro Milone 2. Idem in Somnio 5, Sed ille, Ades, inquit, animo: & omitte timorem.

Adesse animo, pro intentum esse rebus agendis. Cicero 8. Philipp. 254, Sed etiam nuper summa laus Consularium, uigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro Repub. aut facere, aut dicere.

Adest ei animus, quasi præsenti & forti est animo, ut plus sit, quàm Est ei animus. Plaut. Casina. 13. 9,

Rogitare oportet prius & percontarier
Adsitne ei animus, nécne adsit.

Adesse alicui, pro fauere, uel auxilio esse: cui contrarium est deesse. Virg. 4. Aeneid. 116, Adsis ô placidusq; iuues. Idem 3. Aeneid. 24, Modo Iuppiter adsit. Liuius 2. bell. Pun. 203, Affuit fortuna incœpto. Idem eodem loco, Sed pueri fœminæq; super animi, corporisq; uires, adsunt pugnantibus, tela ministrant. Sic in iudicio, adesse alicui, est eum defendere, ut solent aduocati adesse reo. Cic. de Senect. 34, Adsum amicis, uenio in senatum frequens. Idem 2. Philip. 96, Semper enim absenti adfui Deiotaro.

Adesse alicui ad rem aliquã. Ci. ad Q. fratrem lib. 3. 20. 8, Pontimo ad triumphum ad III. Nouemb. nolebam adesse.

Adesse alicui in consilio, Cic. 4. Verr. 51.

Adesse alicui contra alium, Plin. epist. 5. b.

Adesse rebus alicuius, Cic. Ligario, lib. 6. 14. 7.

Adesse precibus alicuius, Ouid. 6. Epist. 31.

Adesse in causa, & Versari in iudicio, quid sit, docent hæc Ciceronis uerba in Bruto, 104, Intelligens dicendi existimator non assidens, & attentè audiẽs, sed uno aspectu, & præteriens, de oratore sæpe iudicat. Videt oscitantem iudicem loquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas quæsitorem, ut dimittat rogantem: intelligit oratorem in ea causa non adesse, qui posit animis iudicum admouere orationem, tanquam fidibus manum. Idem si præteriens aspexerit erectos intuentes iudices, ut aut docerí de re, idq; etiam multo probare uideãtur, aut ut auem cantu aliquo, sic illos uiderit oratione quasi suspensos teneri: aut (id quod maximè opus est) misericordia, odio, motu animi aliquo perturbatos esse uehementius: ea si præteriens (ut dixi) aspexerit, si nihil audierit, tamen oratorem uersari in illo iudicio, & opus oratorium fieri aut perfectum iam esse, profectò intelliget.

Ad summam] ὅλως, ἐν κεφαλαίῳ.

Ad tempus] πρὸς καιρὸν, ἐπὶ χρόνον.

Adtexo] adtexis, adtexui, adtextum, adtexere, προσυφαίνω, adiungere, quasi texendo cõnectere. Varro 2. de re Rust. ca. 5. 2, Nos interea secũdum actum de maioribus adtexamus. Scribitur etiam duplici tt, attexo.

Adtondeo] adtondes, adtondi, adtonsum, προσκείρω, adtondere. Plautus, Is me scelus auro usque adtondit dolis doctis. Budæus.

Adueho] aduebis, aduexi, aduectum, ἐπάγω, ἐποχέω, aduehere. Est ad locum uehere, seu uehiculo, seu quouis alio modo. Liu. 3. bel. Pun. 180, Impositoq;, quem secum aduexerat, milite, Romam nauigat. Cic. 3. Offic. 66, Siquis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit.

Aduehere ex alto. Plin. lib. 31. cap. 6. 12, Ex alto, & ad hunc usum aduehũnt ex India. Idem lib. 12. cap. 8. 1.

Aduehere in bospitium, aut in fanum. Cic. Att. lib. 14. 318. 1. & 1. Tusc. 183.

Aduehere per mare, Plaut. Trinum.

Aduehere trans mare, Plin. lib. 35. cap. 17.

Aduehere naue. Plin. lib. 35. cap. 17. Et Seruius Ciceroni, lib. 4. epist. 12. 1, Quum ab Epidauro Piræũ naui aduectus essem.

Aduehere equo. Cic. 1. de Diuin. 103.

Aduehere aliquem oras alias, pro Vehere ad, uel in oras alias, Virgil. 1. Aeneid. 104.

Aduehi aliquem, pro Vehi ad aliquem. Tacit. lib. 2, Vt quosque aduectus erat. Idem lib. 21. Sil. Ital. 4. 64,

Nunc Itali in tergum uersis referuntur habenis,
Nunc rursus Tyrias retrò pauor aduehit alas.

Aduehit imbres Auster, Senec. in Medea, 8. 2.

Aduehit unda rates, Ouid. 5. Epist. 18.

Aduectus, huius aduectus, Verbale. Tacit. lib. 20, non procul à fine, Hæc de origine & aduectu dei celeberrima.

Aduectio, Verbale, ἐπαγωγὴ. Plin. lib. 9. cap. 54. 2, Nuper excogitatum, famem longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Aduecto, aduectas, aduectaui, ἐπάγωμαι, aduectare, frequentatiuum ab aduehо. Tacitus, lib. 5, Addiditq; quibus è prouincijs & quanto maiorem, quàm Augustus rei frumentariæ copiam aduectare.

Aduelo] aduelas, pen. prod. ἐπιμαλύπτω. Idem quod Velo. Virg. 5. Aene. 50, Victorem magna præconis uoce Cloanthum Declarat, uiridiq; aduelat tempora lauro.

Aduena] aduenæ, pen. corr. com. gen. πάροικος, ἐπωλυτὴς, προσήλυτος, Verbale ab aduenio, dicitur qui uel quæ aliunde uenit eò, ubi habitat.

Aduenæ. Seruius: Omnes terræ habitatores, aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, sunt inde geniti. Aduenæ, de uno loco uenientes. Conuenæ, de diuersis.

Aduena anus, Terent. Heaut. 1. 1. 44.

Aduenæ dij, Cic. 2. de Legib. 31.

Aduenæ uolucres, Varro 3. de re Rust. cap. 5. 5.

Aduena, Græcè προσήλυτος, dicitur. Festus apud Iunianum.

Aduena, teste Prisciano, figuratè interdum neutris adiungitur, ut Aduena mancipium.

Aduena hyemis, & Aduena æstatis. Plinius, libro 20. cap. 23, de ciconijs & gruibus.

Digitized by Google

Aduena belli, Stat. 8. Thebaid. 111.
Amor aduena, Ouid. 1. de Arte amandi, 36. Virg. 7. Aeneid. 8, Grus aduena. Acron. Quia grues transmarinæ sunt. Horat. Epod. 2. 7.
Pellex aduena, Oui. 9. epist. 25.
Peregrinus & aduena. Cic. 1. de Orat. 129, Ne in nostra patria peregrini atque aduenæ esse uideamur. Idem contra Rullum 92, Nos autem hinc Roma qui ueneramus iam non hospites, sed peregrini atq; aduenæ nominabamur.
Aduenerari.] (προσαιδέσθαι) Valde & ex animo uenerari. Varro lib. 1. de re Rust. cap. 1. 5, Item adueneror Mineruam & Venerem: quarum unius procuratio oliueti, alterius hortorum. Sil. Ital. lib. 13. 142,
Prosequiturq; oculis puer aduenerat us euntes.
Aduenio.] aduenis, penult. cor. aduenì, penult. prod. aduentum (προσέρχομαι, παραγίνομαι) aduenire. Ad locum uenire significat: quod uernaculo sermone dicimus Arriuar. Vnde & aduentus dicitur, Ter. Hecyra. 3. 5. 8,
Aduenis modo?
Aduenire optato. Vide optato.
Aduenire cum aduerbijs. Terent. Eunuch. 3. 2. 48, Si fortè huc aduenerit. Idem And. 2. 2. 25, Cùm illò aduenio, solitudo ante ostium. Plaut. Asin. 16. 23,
Aduenit domum noctu.
Aduenire ex aliquo loco. Cic. 3. de Natu. deor. 79, Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Plau. Stich. 8. 3, A portu aduenerit.
Aduenire ad forum, Plaut. Capt. 13. 17.
Aduenire ad urbem. Ouid. 1. Trist. 9. 9.
Aduenire urbem, Virg. 1. Aeneid. 79,
— Tyriam qui aduenerìs urbem.
Aduenire in prouinciam, Cic. 11. Philipp. 312.
Aduenire alicui, pro ad aliquem. Tacit. lib. 1. Annal. Properantibus Blæsus aduenit. Idem lib. eodem, Sed Chattis adeò improuisus aduenit.
Aduenire, cum priore supino. Terent. Phorm. 2. 3. 13, Etiam ne ultrò accusatum nos uenit? Ibidem 2. 3. 41, Tentatum ad uenis. In his & similibus nihil aliud quàm Venire significat.
Aduenio pace. Plaut. Amph. 3. 32, Propterea pace aduenio, & pacem ad uos affero. Sub. (cum.)
Aduenire, & uenire, pro eodem sæpe indifferenter accipiuntur: sed Aduenio interdum cum dativo ponitur: interdum & sine ipso.
Aduenire in tempore. Plaut. Cap. 13. 67, Optimè mihi in tempore aduenis. In tempore ipso, Terent. And. 5. 6. 10.
Tempore, Plaut. Menæb. 22. 30.
Per tempus, Terent. Andr. 4. 4. 44.
Opportunè, Teren. Heaut. 1. 2. 5.
Aduenire, pro accidere. Cic. 11. Philip. 294, Est enim sapientis, quicquid homini accidere posit, id præmeditari: ferendum modicè, si aduenerit, esse.
Aduenire, de tempore dictum. Idem quod uenire. Cic. 4. Verr. 25, Interea dies aduenit.
Annus aduenìet. Tibul. lib. 4. eleg. 6. 4.
Hora proficiscendi aduenit, Tacit. lib. 20.
Aduenerunt literæ, pro allatæ sunt, Suet. in Vespas. Aug. cap. 7.
Luces optatæ aduenere, Catul. in Argonaut. 7.
Aduenire morbus dicitur, quando incipit. Cice. 2. de Diuinat. 210, Nam medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt.
Aduenisse senectus dicitur, quum quis ad eam peruenit. Aduenire autem quum accedit, siue appropinquat. Plaut. Menæ. 17. 4, Cõsitus sum senectute. Et paulò post, Vt ætas, mala est merx: mala est ergo.
Nam res plurimas pessimas quum aduenit, affert.
Aduenire ad aures, Lucret. lib. 6. 34,
— quia semper ad aureis
Tardius aduenìunt, quàm uisum quæ moueant res.
Aduenit, in præsenti, penult. correp. id est, appropinquat.
Aduenit, in præterito, penult. prod. id est, iam accessit. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 7,
— collyria lippus
Illinere. Interea Mecœnas aduenit, atq;
Cocceius, &c. Virg. 7. Aeneid. 161,
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.
Aduenìens, participium (προσερχόμενος,) Terent. Eunuch. 2. 2. 3. Cic. ad Att. lib. 6. 114. 6, Est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinum atq; hospitem.
Liquor aduenìens, Lucret. lib. 4. 176.
Aduenìens mare, Plin. 12. cap. 93.
Aduentitius (προσάλυτικός) Verbale, dicitur quicquid aliunde nobis accedit. Cicero 3. Verr. 91, In re aduentitia atque hæreditaria.
Aduentitijs & externis adiumentis uti, Cic. 5. de Finib. 106.
Aduentitium auxilium requirere, Cic. 6. Verr. 72.
Aduentitijs regum & nationum copijs iuuari, Cicero pro lege Manilia. 16.
Quà humor aduentitius transire posit, Varro 1. de re Rustica, cap. 8. 3.
Aduentitia pecunia, Cic. Attic. lib. 1. 14. 5.
Aduentitia pecunia, cui respondet ex aduerso pecunia sua & propria. Cic. pro Rabirio 2, Quod iudices, non faciatis, oro obtestorq; uos, atq; eo magis, si aduentitia pecunia petitur ab eo, cui sua non redditur.
Aduentitio, opponitur innatum & insitum. Cic. Topic. 36, Specie autem comparantur, ut anteponantur quæ propter se expetenda sunt, ijs quæ propter aliud: & ut innata atq; insita, assumptis & aduentitijs.
Transmarina atq; aduentitia doctrina, Cic. 3. de Orat. 74.
Aduentitia dos, profectitiæ opponitur. Est autem profectitia dos Vlpiano, in lege Profectitia, de Iure dotium, quæ à patre, uel parente profecta est de bonis, uel facto eius. Aduentitia uerò, quam nemo ex paternis bonis, sed quispiam extraneus alicunde dedit: ut ex Iuliani uerbis colligitur.
Aduentitius fructus, Liuius.
Aduentitiæ personæ in fabulis risus gratia introducuntur extra argumentum.
Aduentitium donum appellat Budæus, quod olim consulibus in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur, quod & honorarium dicitur.
Aduentitia necessitas intelligitur, ubicunq; repente aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam utilitatem spectet. Vide Alciatum enarrantem l. placet. C. de sac. sanct. eccl.
Aduentitium peculium (cui opponitur Profectitium) est, quod alicui ab auo paterno uel materno aduenit: uel cognatorum testamento, uel alioquin fortè fortuna. Vide Ferr. Inst. de Actio. §. Actiones autem.
Externus & aduentitius tepor, Cic. 2. de Nat. deor. 39.
Aduentitia bona sunt, quæ non recta successione, puta patris & auì: sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis aduenìunt: id est, quæ non iure agnationis, sed ab extraneis, & inspe rato accedunt. Spiegel.
Externa & aduentitia uisione pulsari, Cic. 2. de Diuinat. 179.
Aduentus, huius aduĕtus, Verbale (παρουσία, ἔλευσις, ἄφιξις) Terent. in Eunucho, 2. 2. 29, Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur. Vbi Donatus, Aduentus propriè expectatorum, necessariorumq; dicitur. Idem Phormi. 1. 3. 2, Vbi in mentem eius aduenti uenit. Vbi Donatus, Aduenti,

Digitized by Google

sic ueteres genitiuo casu proferebant.

Aduentus & discessus, contraria. Ci. ad Att. lib.12.260.1, Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit.

Aduentus malorum. Cic. 3. Tusc. 50, Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum aduentum.

Aduentum inimicorum suis corporibus intercludere. Vide Intercludo.

Aduentus in urbem, & ad urbem. Ci. pro lege Manilia, 8. Idem pro Milone, 37, Vt illi nocturnus ad urbem aduentus.

Aduento (ἐπιτίθεμαι, ἐφικνέομαι) Frequentatiuum, antiquis pro primitiuo ponebatur, sicut Adiuto pro adiuuo: nunc ferè significat appropinquare. De priore significatu Plaut. Epid. 5.20. Idem Aulul. 6.22, Te id admonitum aduento.

Aduentare, pro appropinquare, nunc de tempore dicitur, nunc de persona, nunc de re alia. Cic. 1. de Orato. 99, Quod ferè iam tempus aduentat. Idem ad Curionem lib. 2. 5. 1, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. Idem Attico lib. 4. 85. 19, Aduentare, & propè iam esse debes. Idem de Senect. 2, Aut iam urgentis, aut certè aduẽtantis senectutis.

Aduentant discrimina. Lucan. lib. 7. 49,

— discrimina postquam
Aduentare ducum supremaq; prælia uidit.

Aduentat reipublicæ excidium, Tacit lib. 20.

Aduentant rates, Ouid. 12. Metamorph. 13.

Aduentabat accipiendo Armeniæ regno Tyridates. Tac. li. 16. Hoc est, ad accipiendum, siue ut acciperet.

Aduentare alicui, pro ad aliquem, Tacit. lib. 5.

Aduẽtare portis, hoc est, appropinquare, Stat. li. 11. Theb. 41.

Aduentare locum aliquem, pro ad locum, Tacit. lib. 5.

Aduentare ab urna, Stat. 8. Thebaid. 2.

Aduentare sub finem, Vir. 5. Aenei. 65.

Mors aduentans. Cic. 5. Tuscul. 79, Tum morti iam ipsi aduentanti paulum procedere obuiam. Idem 1. Tusc. 152.

Aduentantes Euri, Virgil. 4. Geor. 39. de Apibus.

Aduentor, Verbale (προσελαυτής) Plaut. Trucul. 4.2,

Ad foras auscultato, atq; adserua has ædes,
Ne quis aduentor grauior abeat, quàm aduenerit.

Ibidem 4.55. Videtur nomen à Plauto fictum præter usum latinitatis, pro quolibet homine externo: id est, qui non sit nobis domesticus.

Aduẽtores uocat Apuleius eos, qui soliti sunt in cauponã cuiuspiam diuertere. Et nunc, inquit, senex ille dolium innatans uini sui, aduentores pristinos fece summissus officiosis rhonchis raucus appellat. Cælius lib. Antiq. lect. 15. cap. 3.

Aduentorius, adiectiuum (προσελαυτικός) Quod aduenienti cuipiam offertur. Vnde Aduentoria epistola, apud Martialem in præfatione, lib. 11. Cælius Antiq. lect. lib. 15. cap. 3.

Aduerbero] *aduerberas, penultima correp. aduerberaui, (προσκυίζω) aduerberare, uehementer uerberare. Stat. 9. Thebaid. 138,*

— & auratis aduerberat unguibus armos.

Aduerbium] (ἐπίῤῥημα) *Composita est dictio ex Ad & Verbum. Quintil. libro 1. capite 7, Deinde mistum uerbo participium, ipsis uerbis aduerbia. Priscianus lib. 15, Aduerbium est pars orationis indeclinabilis, cuius significatio uerbis adijcitur. Hoc enim perficit aduerbium uerbis additum, quod adiectiua nomina appellatiuis nominibus adiuncta, ut prudens homo, prudenter agit: felix uir, feliciter uiuit.*

Aduersus] (ἀντικρύ & ἀναντίος) *ab aduertor, modò nomen est, modò participium: & interdum dicitur id, quod nobis aduersatur, id est, contrarium est & repugnans: interdum oppositum, id est, contra nos positum: ut Homo aduersus nobis, id est, oppositio pectore, atq; obiecto. Cui contrarium est Auersus, qui nobis terga ostendit. Nonnunquam malum atq; improsperum, quod & ipsum contrarium est: ut Aduersa ualetudo. Terent. And. 1.1.37, Eorum obsequi studijs, aduersus nemini: id est, contrarius, repugnans, aduersans. Sallust. Ibiq; multa aduersa fuere.*

Aduersus, pro oppositus, siue obiectus, quæ est eius propria significatio. Plin. lib. 2. cap. 68. 2, Hunc qui Septentrion uocatur, eumq; qui aduersus illi Austrinus appellatur. De duobus polis. Sallust. in Iugurth. Haud procul ab latere castelli quod aduersum præliantibus erat.

Aduersus & auersus. Columel. lib. 1. cap. 5, Cauendum tamen erit, ut à tergo potius quàm præ se flumen habeat: ut ædificij frons auersa sit ab infestis eius regionis uentis, & amicissimis aduersa.

Aduersæ cicatrices. Cicero 2. de Orato. 67, Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum Consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis Imperatoris ostendere.

Aduerso corpore cicatrices exceptæ. Cic. 7. Verr. 3, Aduerso pectore cicatrices ostendere. Liuius 2. ab Vrbe, 96, Aduersis uulneribus occisi. Plinius de Viris illustribus, 35, Aduersis uulneribus corruerunt. Hæc autem sunt fortitudinis argumenta, sicut contrà, auerso uulnere, aut auerso pectore occidi, pudendum est.

Aduersi dentes, id est, anteriores, Cic. 2. de Nat. deor. 202.

Aduersa inter se folia, Plin. lib. 27. cap. 13. 5.

Fronte aduersa obuius, Sil. Ital. lib. 5. 19.

Aduersis frontibus concurrunt damæ, Martialis lib. 1. 141. Et apud Lucretium, lib. 6. 24.

Hastis aduersis incurrere, Virg. 11. Aene. 123.

Manum aduersum ostendere, Cic. 4. Acad. 260.

Pectore aduerso ferrum excipere: hoc est, obiecto. Seneca in Agam. 4.2.

Spacia aduersa, Virg. 5. Aene. 116.

Solem aduersum intueri nequitis, eiusq; radijs acies uestra sensusq; uincitur. Cic. de Som. Scip.

Aduersa uestigia. Cic. 4. Academ. 220, Nónne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduersis uestigijs stent contra nostra uestigia, quos Antipodas uocatis? Idem de Som. Scip. 22.

Aduersa uia, opposita. Plau. Bacc. 2. 5. Sic idẽ in Persa, 12. 37, Ab istac aduorsis angiportis ad forum.

Aduersus & infestus, Cic. pro Milone 2.

Aduersa ærumna. Terent. Phorm. 2. 1. 12, Abundat (aduersa) teste Donato. Nam omnis ærumna, aduersa est nobis.

Amor aduersus & secundus, Lucret. lib. 4. 230.

Animis aduersis aliquid accipere. Vide Accipio. Tacitus, lib. 3, Vt quæ secundo rumore, ita aduersis animis acceptum.

Animo aduerso aliquid auscultare: id est, inuito, ac repugnãte. Plaut. Pseud. 5. 9.

Aqua aduersa per flumen aduecti sumus. Quod uulgò dicitur, contra aquam. Plaut. Trinum. 13. 98. Sic uehi aduerso fluuio. Plin. de Viris illust. 46, Cùm aduerso Tyberi ueherctur.

Aduerso flumine nauigare, aut nauem ducere. Virg. 1. Georg.

Non aliter quàm qui aduerso uix flumine lembum
Remigijs subigit.

His contraria sunt, Secundo flumine, & secunda aqua.

Austris aduersis ætatem ducere, Hor. 2. Epist. 2. 41.

Bellum aduersum, Hor. 1. Ser. Sat. 7. 3.

Casus aduersi, Cic. 3. Tusc. 61.

Deo aduerso aliquid mouere, Oui. 7. epist. 1.

Deos aduersos habere, id est, aduersantes & contrarios. Propertius lib. 1. Eleg. 1. 2.

Fama aduersa. Liuius Decad. 4. lib. 7, Aduersa omnium fama quòd prouinciam Siciliam reliquisset.

Felicitas

Digitized by Google

Felicitas aduersa. Terent. Eunuch. 2.3.33,
– cui magis bonæ
Felicitatis omnes aduersæ sient.
Fortuna aduersa, Virgil. 9. Aeneid. 59. cui secũda opponitur.
Aduersus homo, pro inimico, Sallust. in Catil.
Mens alicuius alteri aduersa & infensa, Cic. pro Sylla. 21.
Musis aduersis tangere carmina, Ouid. 3. Amorum eleg. 11. 4.
Pars aduersa, est noster aduersarius, seu aduersaria, aut etiam multi in eadem causa nobis aduersarij. Quintil. libro 7. cap. 4, Nam & nostra confirmanda, & aduersæ partis destruenda finitio.
Prælium aduersum. Valer. lib. 6. cap. 5, Semperq; aduersis contusa prælijs. Sic sæpe apud Liuium, pro prælio infeliciter commisso.
Res aduersæ: cui Secundæ opponuntur. Cic. 1. Offic. 127, Vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est. Idē pro Sylla 56, Per quos res eius secundæ, quondã erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ.
Rumore aduerso esse: pro sinistro & contrario: hoc est, malè audire. Liu. 7. bel. Pun. 121, Marcellus etiã aduerso rumore esse, super quam quòd primò malè pugnauerat. Tacitus lib. 14.
Aduerso in uulgus rumore fuit, Tacit. lib. 18,
Tempestate aduersa usi sumus, Terent. Hecy. 3.4.9, Sic Cicero Offi. 1, In tranquillo, tempestatem aduersam optare dementis est. Virgil 1. Aeneid. procella aduersa. Sic Aduersus uentus. Idem lib. 2. 183. Ouid. 6. epist. 2. Cic. Att. lib. 5. 99. 1, Deinde ad Gyarum suo uento, non aduerso.
Tempore aduerso, id est, quum sumus in aduersis rebus constituti: ut, Aduerso Reipublicæ tẽpore apud Ciceronem. Idem 4. Verr. 66, sed in alia significatione, Satisq; feliciter anni iam aduerso tempore nauigassit: hyemem significat, quæ nauigantibus est maximè contraria.
Valetudo aduersa: cui contrarium est bona, secunda, prospera. Colum. lib. 12. cap. 1. 5. Liu. 10. ab urbe 157, Posthumium ualetudo aduersa Romæ tenuit.
Aduersa ualetudinis rimari, Tacit. Annal. lib. 2.
Rerum undæ aduersæ, Horat. lib. 1. epist. 2. 5. de Vlysse,
– aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis undis.
Aduersus, cum datiuo. Quintilianus lib. 3. cap. 9. 6, Aduersum gratiæ, an obnoxium. Idem lib. 4. ca. 2, Ne ijs, quæ uera esse constabit, aduersa sint.
Aduersus alicuius, pro alicui. Tacit. lib. 3, Veneno eum à Lepida petitum illustrium domuum aduersa.
Aduersior, Comparatiuum ab aduersus. Plin. lib. 32. cap. 4, Neque est testudine aliud salamandræ aduersius: id est, magis contrarium.
Aduersissimus, superlatiuum ab aduersus. Cæsar 3. bell. Ciuil. 246, Qui Alexandria nauigantibus sunt aduersissimi uenti. Idem Cæsar Ciceroni in epist. ad Atticum libro 10. 199. 2, Omnia enim secundissima nobis aduersissima illis accidisse uidentur.
Aduersum absolutè (ἀνομαλία) pro re aduersa, quam uulgus aduersitatem uocat. Sed sic in plurali sæpius legitur: ut morbus, damnum, carcer, exilium, & cætera eiusmodi. Val. lib. 4. cap. de Animi moderatione, Nec aduersa, properæ festinatione fugientem: nec secunda effuso gaudio apprehendentem. Brutus Ciceroni in epist. ad Brutũ. 4. 4, Nihil iam nobis aduersi euenire potest.
Aduersa uocant. Virgil. 9. Aeneid. 36,
Quos pater Aeneas, si quando aduersa uocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
Aduersis alicuius indolere. Hoc est, in aduersis, uel ob aduersa. Ouid. lib. 5. Trist. eleg. 5. 18.
Aduersis premi. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 6,
Tot premor aduersis: quæ si comprehendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.
Aduersa & contraria. Cicero in Topic. 24, Hæc quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa: ut celeritas, tarditas. Idem in Orato. 36, Paria paribus referunt, aduersa contrarijs.
Scandere in aduersum. Quintilianus de Demosthene loquens, lib. 11. cap. 3, Scandens in aduersum cõtinuabat quàm posset plurimos uersus.
Aduersum, & aduersus (αὐτὶ, κατὰ, ἐναντίον) præpositiones accusatiuæ indifferenter pro eodem accipiuntur: & cõtra significant: sed hoc non uno modo intelligendum, ut exempla hic subiecta monstrabunt apertius. Plaut. Trucul. 16. 46. & Amphit. 8. 117, Mirum quin te aduersus dicat. Id est, tibi contradicat. Terent. Heaut. 4. 1. 10, Aduersus edictum tuum facere esse ausam. Antonius Ciceroni in epist. ad Atticum, lib. 14. 310. 2, Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te.
Aduersum, pro apud, authore Donato. Terent. And. 1. 5. 30, Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.
Aduersum, pro erga. Terent. And. 1. 1. 25, Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam: id est, tibi gratum. Cic. 1. de Nat. deor. 158. & 159, Est enim pietas, iustitia aduersum deos.
Aduersum tendere. Virgil. 6. Aeneid. 137,
Isq; ubi tendentem aduersum per gramina uidit
Aeneam. Hoc est, uersus se uenientem.
Aduersum, pro contra, id est, è regione. Plin. lib. 3. cap. 5, Lerina aduersum Antipolim.
Ab hac significatione dicitur ex aduersum, pro è regione. Cic. 1. de Diuinat. 164, Ara enim Aio loquenti, quam septam uidemus ex aduersus eum locum, consecrata est.
Aduersus cliuum agitabo quadrupedem, id est, contra montis ascensum: quale est siquis dicat, Aduersus flumen nauigare, quasi contra aquam. Vide Agitare equum. Plautus Asinaria. 12. 118.
Aduersum, aduerbium, pro Contra aduerbio, & interdum pro Obuiam. Plaut. Amphi. 8. 41, Huic eam aduersum. Idem Menæh. 9. 76, Quis hic est, qui aduersum mihi fit? Terent. Adelph. 1. 1. 2, Neq; seruulorum quisquam qui aduorsum ierant.
Aduersum quòd, pro cõtra quàm. Plaut. Stich. Aduersum quòd eius me obsecrauisset pater.
Aduersus, nonnunquam postponitur. Sal. in Iugurtha, Quos aduersum ierat. Tacitus libro 21. Hanc aduersum urbem gentemq;.
Aduerso, aduersas (αὐτίκειμαι) antiquè dictum pro Aduersor. Plaut. Rudente, Animo aduersaui sedulo, ne horum unquam præterirem.
Aduersor, aduersaris (ἐναντιοῦμαι, αὐτίκειμαι) aduersari, ab aduersus, pro contrario, deriuatũ. Est enim aduersari, repugnare, obsistere, contrarium esse, & quasi aduersus (id est, contrà) ire. Dicimus autem aduersor tibi, & aduersor animo tuo, libidini, sententiæ, uoluntati, &c. Plin. lib. 20. ca. 4. 4, Cætero & scorpionibus, aduersatur. Plaut. Capt. 7. 43, Neq; me aduorsatum tibi. Plin. lib. 28. cap. 2, Quoniam aduersatur id omnium spei. Cic. 7. Verr. 65. Hanc Cleomenes uir amabat: ueruntamen huius libidini aduersari nec poterat, nec audebat.
Aduersari & repugnare. Cic. pro Sylla 37.
Infensè aduersari alicui. Cic. in Orato. 99. de Aristotele, Quis porrò Isocrati est aduersatus infensius?

Aduersari

Digitized by Google

Aduersari rem aliquam. Tacitus lib. 1. Annal. Sua facinora aduersari deos lamentatur. Idem lib. 17, Sed ambitionem scriptoris facilè aduerseris. Rursus lib. eodem, Vidistis commilitones notabili tempestate etiam deos infaustam adoptionem aduersantes.

Aduersari, absolutè positum. Terent. Phorm. 1. 2. 25, Cœpi aduersari primo.

Aduersari contrà, uel aduersus. Plaut. Casin. 5. 37,

– Iam domuisti animum, potius ut quid uir uelit
Fieri, id facias, quàm aduersere contrà?

Idem in Merc. 7. 37,

Nolo tuâ aduersari aduersus sententiam.

Aduersans, aduersantis, Participium (ἀνταντιῶν) Cic. 2. de Orat. 101, Sed tantam uim habet illa, quæ rectè à bono poeta dicta est flexanima, atq; omnium regina rerum oratio, ut non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem & repugnantem, ut Imperator bonus ac fortis, capere possit.

Aduersante natura quicquã facere, est quod uulgò dici solet, cõtra naturæ inclinationem. Cic. de Sene. 64, Quod idem cõtingit adolescentibus, aduersante & repugnante natura. Idem 1. Offic. 156, Nihil decet inuita, ut aiunt, Minerua: id est, aduersante & repugnante natura.

Aduersarius (ἀντάγωνιστὴς, ἀντίδικος, ἀντίπαλος) Propriè dicitur qui aduersus nos litigat in iudicio. Alio nomine dicitur pars aduersa: sed hoc est generalius, quia & de fœmina, & de multis simul dici potest.

Aduersaria, in fœminino genere. Cic. ad Curionem lib. 2. 3. 5, Est enim tibi grauis aduersaria constituta & parata incredibilis quædam expectatio. Sic aduersaria dici potest mulier, quæ aduersus nos iudicio contendit.

Aduersarius palàm. Vide Palàm.

Aduersarius illius, Cic. de Arusp. respon. 30.

Aduersarius illi, Cic. pro Cluent. 75.

Capere aduersarium. Vide Capio.

Conuenit mihi cum aduersario. Vide Conuenio.

Conuincere aduersarium authoritatibus & testibus. Vide Conuinco.

Aduersarius acerrimus. Vide Acer.

Capitalis aduersarius. Vide Capitalis.

Fortis aduersarius. Cic. de Arusp. respon. 37, Vt tanquam fortis in pugna uir, acceptis à forti aduersario uulneribus aduersis & honestis cadere uideatur.

Grauis aduersarius, Cic. in Vatinium 1.

Intendere se aduersarium in aliquem, Cel. Cic. lib. 8. 4. 6.

Valentiorem nactus aduersarium. Vide Nanciscor.

Aduersarius, adiect. (ἐναντίος) Oppositus, aduersus. Cic. 2. de Orat. 85, Opinionem istorum studiorũ, & suspicionem artificij apud eos qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror. Idem pro Cecinna 4, Vis eq quæ iuri maximè est aduersaria. Idem pro Cn. Plancio 1.

Aduersaria, aduersariorum, neutri gen. (ἐφημερίδες) Dicũntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularum confectionem præscribebantur, ne memoria rerum excideret: ut ex ijs postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. Cic. pro Roscio Comœdo. 3, Nimium citò ait me indagare de tabulis, non habere se hoc nomen accepti, in codicem accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersarijs patere cõtendit. Et rursus, Quid est, quòd negligẽter scribamus aduersaria? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? Qua de causa? Quia hæc sunt menstrua: illæ sunt æternæ. Hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè. Hæc parui temporis memoriã, illæ perpetuæ æstimationis fidem & religionem amplectuntur. Hæc sunt coniecta, illæ in ordinem cõfectæ. Aduersaria igitur, sunt libri, in quibus res omnes conijciuntur, quæq; stupantur. Codex uerò est, in quo digeruntur, & ordine cõscribuntur. Hæc Budæus. Aduersaria ex eo dici putant, quòd aduersa etiam parte scriptis implerentur, & per trãsuersum quoq;. Solebant autem ueteres ex alterâ tantum parte scribere. Quod admonet Iuuenalis illo uersu, Saty. 1,

Scriptus & in tergo, necdum finitus, Orestes.

Proinde opistographi dicebantur libri utrinq; scripti. Plinius iunior de Plinio auunculo ad Macrum, lib. epist. 3, Electorumq; commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opistographos quidem, & minutissimè scriptos. Meminit Cælius lib. 7. Antiq. lect. cap. 21.

Aduersator, uerbale (ἀνταντιωτὴς) Qui aduersatur. Vnde fit aduersatrix. Terent. Heaut. 6. 3. 4, – ullámne ego
Rem unquam uolui, quin tu in ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata? Plaut. Nunc assentatrix scelesta est, dudum aduersatrix erat.

Aduersitor (ἀνταντιτὴς) nomen est ab eo dictum, quod aduersum ire, pro obuiam ire, dicimus. Nam aduersitores Romani seruos appellant, qui eunt aduersum domino, illũq; deducunt & reducunt. Vnde apud Plautum in Mostel. actu quarto, scena prima & secunda, inducitur seruus Aduersitoris nomine, qui cum Danisco aduersum it domino suo potanti apud amicum. Ter. Adelph. 2. 1. 2,

Non redijt hac nocte à cœna Aeschinus,
Neq; seruulorum quisquã, qui aduorsum ierant. Vbi Donatus, Propriè locutus est: nam Aduersitores dicuntur.

Aduersitas (ἀνταντιότης) Denominatiuum à nomine Aduersus, sa, sum. Est (ut sic dicam) contrarietas ac repugnantia. Plin. lib. 11. cap. 25. 4, Magnam aduersitatem oleo mersis & stellionibus putant esse. De scorpionibus loquitur. Magna, inquit, putatur esse scorpionibus aduersitas cum stellionibus. Hoc est, stelliones & scorpiones creduntur sibi inuicem aduersari, contrarijq; ac infesti esse.

Aduersio, aduersionis. uide Auersio.

Aduerto.] aduertis, aduerti, aduersum (ἐπιστρέφω) aduertere, est aliquò (hoc est, ad aliquid) uertere. Cui contrarium est Auertere. Teren. Eunuch. Quò te aduortisti? Gel. libro 16. cap. 6, Redeuntes è Græcia, Brundusium nauem aduertimus.

Aduertere urbi agmen, & similia. Virgil. 12. Aeneid. Id est, cõtra urbem, ait Seruius. Sic Aduerti orienti, & similia. Columel. lib. 3. cap. 12. 6, Vt in locis frigidis meridiano uineta subijciantur: tepidis Orienti aduertantur. Hoc est, uertantur ad Orientem.

Aduertere (σύνυμεῖσθαι) pro animaduertere, attendere, & quasi obseruare. Tere. Heaut. 4. 1. 48, Nõ aduerti primò.

Animum aduertere, pro eodem. Ter. Eunuch. 3. 1. 6.

Animum aduertere, pro intelligere. Teren. Phorm. Postquam tantopere id uos uelle animum aduorteram. Ita ueteres ferè loquebantur: nunc elegantius Animaduertere dicimus.

Aduertere, sine adiecto pro intelligere. Plin. lib. 8. cap. 10. 3, Hausta hirudine, quàm uulgò sanguisugam cœpisse appellari aduerto. Idem lib. 2. cap. 67. 3.

Aduertere animum, aliter præterea dictum, pro diligenter obseruare atq; curare: & aliquando pro attendere ad ea quæ dicuntur. Lin. 4. ab urbe 194, Aduerterent animos, ne quid noui tumultus Labicis oriretur.

Aduertere animum leuissimis, Tacit. lib. 13.

Aduertere animo, diligenter considerare. Plin. lib. 22. cap. 1. 1, Equidem & formæ gratia, ritusq; perpetui in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam aduerto animo. Quod Cicero dixit Animaduerto. Multa Plinij exemplaria habent, animum.

Digitized by Google

Aduertere aurem fabulis, Martialis lib.6.64.
Aduertere aliquid grauiter, Terent. Heaut.3.3.9.
Aduertere oculos, propriè ad illam primam uerbi significationem pertinet, sicut ibi notauimus: interdum tamen ad animum refertur. Plin.in Panegy.54, *Aduertisti oculos, atque ut antè castris, ita postea pacem foro reddidisti: pro animaduertisti.*
Aduerte huc mentem. Virg 8.Aene. *Et huc aduertite mentem.*
Aduertebatur, impersonaliter. Cic. Lentulo 1.1.10, *Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio.*
Aduertunt hominem res insigniores, aut nouæ, aut admirandæ. Plin.epist.10.b, *Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, ut mediocriter quoq; doctos aduertant & adficiãt. Hoc est, attentiores faciant ad considerandum, & quasi in admirationem conuertant. Eadem ratione Aduertimus animum, aures, oculos, quando uidelicet audimus, aut uidemus quidpiam, quod magis admiramur.*
Aduertere aliquem ad aliquid. Sil.Ital.lib.16.139,
Illum ego ad incensas trepidantem & sæua pauentem
Aduertam patriæ sedes.
Aduertere animos monitis, Ouid.15.Metamorph.28.
Aduertere acrius animos ad religionem, Lucret.lib.3.11.
Aduertere aures ad uocem, Ouid.1.Fast.36.
Aduertere aures monitis, Propert.lib.1.eleg.1.8.
Aduertere cursum aliquò, Ouid.3.Metamorph.129.
Aduertere numen lusibus, Ouidius 2. Trist. 45. *ad Augustum Cæsarem.*
Aduertere pedem ripæ, Virg.6.Aeneid.77.
Aduertere uultum alicui rei, Ouid.8.Metamorph.97.
Aduertere in aliquem, pro animaduertere, siue punire, Tacit. lib.2.Annal. Idem lib.5, *Placitum posthac ut in reliquos Seiani liberos aduerteretur.*
Aduertere parsimoniæ. Tacitus libro 3, *Ne princeps antiquæ parsimoniæ durius aduerteret.* Hoc est, attenderet.
Aduesperascit.] (συνοπτάξει) Instat uesper: id est, uespertinum tempus. Et est de uerbis, quæ Grammaticis dicuntur exceptæ actionis. Terent. And. 3. 4. 2, *Iam aduesperascit.* Plin. lib. 7.cap.52.6, *Deinde quum aduesperauisset.* Cic.6. Verr.129, *Quum iam aduesperasceret, discessimus.*
Aduigilo.] aduigilas, pen.corr. (προσαγρυπνέω) aduigilare, Diligenter uigilare, & per translationem, alicui rei incumbere, operam dare. Terent. And. 4.1.49,
—nam satis credo, si aduigilaueris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.
Idem Phorm.1.4.27.
Aduigilare ad aliquid. Cic.2.de Legibus 49, *Ei colendæ uirgines præsint, ut aduigiletur facilius ad custodiam ignis.*
Aduigilare alicui, Tibul.lib.2.eleg.6.11.
Aduigilantia pila somnis regum, hoc est regibus dormientibus. Stat.1 Thebaid.30,
Non impacatis regum aduigilantia somnis
Pila, nec alterna ferristatione gementes, Exeubiæ.
Adulas (ἀδούλας) Ptolemæus: Mons ex quo in septentrionem Rhenus excurrit, & diuersa ex parte Addua in lacũ Lariũ influit, uulgò Alpe della spelugа, ouar del setto: aliter, Aduala. Stra. sed corruptè.
Adulor.] penult.prod. adularis (κολακεύω, θωπεύω, ὑποθωπεύω, μειλίσσομαι) adulari. Compositum est (ut ait Festus) ex accedendo & alludendo. Est autẽ propriè canum, cùm gesticulatione corporis, & caudæ motu, nobis quasi blandiuntur. Vnde Nonius, Adulatio, inquit, est blandimentum propriè canum, quod & ad homines tractum consuetudine est. Valla lib.5, Adulari, est inseruire & captare, ut fauorẽ emereamur quoquo modo, uel uoce, uel gestu. Estq; tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod est seruus. Et sanè adulari, seruile est, non liberale & ingenuum. Ouid.
Agmen adulantum media procedit in aula. Cic.in Lælio 81, *Apertè adulantem nemo non uidet.*
Adulor aliquem. Cic.2.de Diuina.9, *Adulatus fortunam alterius.* Colum.lib.7.cap.12.de canibus, *Illi quoq; furem adulantur.* Cic.in Pisonem 80, *Adulantem omneis uidere te uolui, uidi.* Idem 1.Offic.129, *Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. Quod quidam passiuè dictum putant.* Non desunt tamen qui actiuè.
Adulari alicui. Quintil. lib. 9.ca.3, *Verborum uerò figuræ & mutatæ sunt semper, & utcunque ualuit consuetudo, mutantur. Itaque si antiquum sermonem nostro comparemus, penè iam quicquid loquimur, figura est: ut, Huic rei inuidere, non ut omnes ueteres, & Cicero præcipuè, hanc rem: & incumbere illi, nõ in illum: & plenum uino, non uini: & huic, non hunc adulari, iam dicitur: & mille alia: utinamq; non peiora uincant.*
Adulo, adulas (μειλίσσω) uetustè dictum, pro adulari. Cic.2. Tuscul.43.
Tum iecore opimo farta, & satiata affatim,
Clangorem fundit uastum: & sublime aduolans
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
Lucret.lib.5.215.de canibus,
Longè alio pacto gannitu uocis adulant.
Adulandi libido, Tacit.lib.20.
Adulatio (κολακεία, θωπεία) uerbale. Cic. 2. de Natu.deor. 236, *Canum uerò tam fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio.* Plin.lib.10.cap.34.2.
Adulatio, in secundo significatu. Ci.in Lælio 76, *Nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.*
Absurda adulatio, Tacit.Annal.lib.3.
Gliscens adulatio, Tacit.lib.1.Annal.
Indecora adulatio, Sueton.in August.
Quæsitior adulatio, hoc est, exquisitior, Tacit.lib.3.
Segnis adulatio. Tacit.lib.17.
Adulatio in aliquem, Tacit. lib. 1. Annal. *Multa patrum & in Augustam adulatio.*
Fœdissimæ adulationis tantum infantia usurus, Tacit.lib.3.
Adulationem induere, Tacit.lib.5.
Demitti in adulationem, Tacit.Annal.14.
Absurdam in adulationem progressus, Tacitus Annal.3.
Lapsos in adulationem cohibebat ipse, Tacit.lib.4.
Tristi adulatione aduersus superiores: id est, erga, Tac.Ann.11.
Fœdis aduersus Neronem adulationibus, Tacit. Annal.15.
Adulator, penult. prod. (κόλαξ, κολακευτὴς) *Qui ficto amore, & obsequio, gratiam ac fauorem captat. Est igitur adulatori contrarius amicus uerus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed liberè & ex animo facit ac dicit omnia, nihil ad uoluptatem.* Ex Ciceronè in Lælio, 77.
Adulatorius, adiectiuum (θωπικὸς) Tacitus lib. 5, *Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudij, turpe in seruitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur.*
Adulter.] *adulteri*, penult.correp. (μοιχὸς) Vnde fœmininum Adultera. Festus, *Adulter et adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferunt.*
Adulter in aliqua, Tacit.Annal.3.
Adulter omnium cubiculorum. Cic. in Sallust. 13, *Tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter.*
Callidus adulter, Ouid.lib.1. Amorum, eleg.10.1.
Adulter sororis Clodius, Cic.pro Sestio 31.

Dardanius

Digitized by Google

Dardanius adulter, hoc est Paris, Virgil. 10. Aeneid. 18.
Fraternus adulter, hoc est, Thiestes, qui cum Merope fratris sui Atrei uxore adulterium fecit, Stat. 5. Sylu. 1. 12.
Nitidus adulter: id est, Comptus, Hor. 3. Carm. 24. 4.
Nocturnus adulter, Hor. 3. Carm. 16. 1. Iuuena. Saty. 8. 15.
Obscœnus adulter, Claud. de bello Gildonico, 34.
Secretus adulter. Iuuenal. Saty. 6. 24,
Abditus interea latet, & secretus adulter.
Temerarius adulter, Ouid. 2. Fast. 68.
Turpis adulter, Horat. 1. Carm. 33. 2. Et Ouid. in epist.
Adultera alicuius. Ouid. 10. Metamorph. 69,
Túne eris & matris pellex, & adultera patris?
Clauis adultera, Ouid. 3. de Arte amandi, 28.
Coniunx adultera, Ouid. lib. 3. Amorum, 4. 8.
Mens adultera, Ouid. lib. 3. Amorum, 4. 1.
Turpis adultera, Ouid. 13. epist. 27.
Virgo adultera, Ouid. 6. epist. 27,
Turpiter illa uirum cognouit adultera, uirgo.
Virgo, ad ætatem refertur.
Adultera, dictum de brutis. Plinius libro 8. capit. 16, Odore pardi coitum sentit in adultera leo, totaq; ui consurgit in pœnam.
Adultero] adulteras, penult. correp. (μοιχέυω) adulterare. Verbum à nomine (adulter) deriuatum: est arte aliqua quidpiam pro uero assimulare, atq; ita rem synceram corrumpere. Solent autem merces adulterari admistione rei alicuius, quæ ueræ rei similitudinem habeat. Plin. lib. 12. cap. 7. 3, Piper longũ facillimè adulteratur Alexandrino sinapi.
Adulterare rebus exteris. Plaut. Bacchid. 5. 34, Vbi interpres,
Adulterare rebus exteris: id est, fraudè inijcere rebus alienis.
Adulterare, per translationem dictum: ut, adulterare iudiciũ, pro corrumpere. Cic. de Amicitia, 77, Quum autem omnium rerum simulatio est uitiosa (tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat) tum amicitiæ repugnat maximè. Idem in Part. 48, Voluptas naturam boni fallaciter imitando adulterat. Idem pro Cecinna, 53, Quod enim est ius ciuile, quod neq; inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit?
Adulterare: hoc est, adulterio stuprare. Suetonius in Cæsare Augusto, cap. 67, Adulterare matronas. Martianus ad legem Pompeiam, de Parricid. qui nouercã suam adulterabat.
Adulteror, adulteraris (μοιχέυομαι) adulterari, deponens, adulterium committere. Cic. 1. Offic. 178, Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est, sed dicitur non obscœnè.
Adulteror, adulteraris, passiuũ, adulterari. Horat. Epod. 16. 7,
Mirus amor, iuue: ut tigres subsidere ceruis,
Adulteretur & colũba miluio. Hoc est, à Miluio per adulterium ineatur.
Adulterata, hoc est, adulterio stuprata. Sueton. in Cæsare Dictatore, 48, Libertum gratissimum, ob adulteratam equitis Romani uxorem (quanquam nullo querente) capitali pœna affecit.
Adulteratus, pe. pro. (κίβδυλος) nomen ex participio: quod alienæ rei admistione corruptum est. Alio nomine falsum etiam à Plinio dicitur. Huic opponitur Syncerum: ut adulteratum gummi. Plin. lib. 19. cap. 3.
Adulteratus nidus. Plin. lib. 10. cap. 9.
Adulterinum, penult. prod. (κιβδυλὸς) adiectiuum, quod pro uero assimulatum est: ut, adulterinum signum: id est, alieno annulo factum, inquit Festus. Cicero pro Cluentio, 30, Testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit.
Adulterinum, interdum dicitur quasi ex adulterio procreatũ. Plin. lib. 7. cap. 2. 6, Non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Idem lib. 10. cap. 3. 5, Etsi connitentem humectantemq; animaduertit: præcipitat è nido, ut sit adulterinum & degenerem. Loquitur de aquilæ pullo.
Adulterinum symbolum. Plaut. Bacchid. 5. 32, — insit dicere, Adulterinum, & non eum esse symbolum. Id est signum. Festus.
Nummum adulterinum, & Clauem adulterinam dicimus: uulgus dicit Falsum signum, falsa clauis, &c. Cicero 3. Offic. 122, Si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis.
Adulterium (μοιχεία) à nomine Adulter, genus est criminis. Valla lib. 6, Lex autem Iulia stuprum & adulterium promiscuè accipit. Græci μοιχείαν appellant. Sed propriè adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum, composito nomine: stuprum uerò in uirginem uiduamq; committitur: quod Græci διαφθορὰν appellant. Cuius definitionem approbo: illud tamen addens, legem Iuliam rectè hæc duo promiscuè appellasse, non quòd omne stuprum sit adulterium: sed quòd omne adulterium sit stuprum.
Adulterium committere, Quint. lib. 7. cap. 4. 1.
Adulterium, per metaphoram dictum. Plin. lib. 9. cap. 40, Iuuatq; ludere impendio, & lusus geminare miscendo iterum, & ipsa adulterare adulteria naturæ: sicut testudines tingere, argentum auro confundere, ut electra fiant: adiere his æra, ut Corinthia. Eadem ratione dicuntur arborum adulteria, hoc est, insitiones. Idem lib. 17. cap. 1. 8, Ob hoc insita & arborum quoque adulteria exagitata sunt, ut nec poma pauperibus nascerentur.
Labes adulterij, Ouid. in fragment. 9.
Fœdum matris adulterium, Ouid. 8. Metam. 32.
Obscœnum adulterium, Ouid. 2. Trist. 43.
Sordidum adulterium, Liuius 1. Decad. lib. 1.
Turpe adulterium, Iuuenalis Satyr. 11. 18.
Cogere adulterium. Ouid. 2. de Arte aman. 74,
Cogis adulterium dando tempusq; locumq;. (62. 8.
Facere adulterium malũ cum aliquo. Catull. ad Ianuam epigr.
Impuro adulterio se dedere, Catull. de Coma Berenic. 17.
Adulterio nobilitatus. Vide Nobilis.
Adulteria mercis. Plin. lib. 19. cap. 3, Vilior ille ac putrescens radice cortex niger, & ad mercis adulteria. Sub. ualens: id est, conducens ad merces adulterandas. Adulterium mercis, alibi fraus ab ipso Plin. dicitur.
Adulterijs cælata uasa, Plin. lib. 14. cap. 22. 3.
Adultus] ἀνδρωθεὶς, Vide Adoleo.
Adumbrare] ἐπισκιάζειν, Vmbram exhibere, siue umbram tegendo facere. Columel. libro 5. cap. 5. 13, Sub ortu canicula palmeis tegetib. uineas adumbrabat. Idem li. 12.
Adumbrare, lineari pictura umbratiliq; aliquid fingere & simulare. Adumbratis autem imaginibus adduntur colores. Quintil. lib. 7. cap. 11, Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Cic. 3. Tusc. 6, Est enim gloria, solida quædam res, & expressa, non adumbrata: id est, non leuiter informata, sed expressa, id est, scalpta.
Adumbrare et exprimere, cõtraria. Cic. pro Cælio 8. permulta maximarum non expressa signa sed adumbrata uirtutum.
Adumbrare, pro imitari. Cicero 3. de Orato. 9, Idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Idem in Orato. 25, Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus.
Imitari atq; adumbrare. Cic. 2. de Orat. 105, Quare nolite existimare meipsum, qui non heroum ueteres casus fictosq; luctus uellem imitari atq; adumbrare dicendo, &c.
Adumbrare morem alicuius. Vide Mos.
Res fictæ & adumbratæ, Cic. de Amicitia, 79.

Digitized by Google

Adumbrare, quouis prætextu quidpiam assimulare. Cic. 5. Ver. 65, adumbratus publicanus. Id est, cuius nomen tegeret, & obumbraret Prætoris redempturam: qui quum ipse reuera publicanus esset, nomine Aescrionis accõmodato utebatur. Hec Budæus. Cic. pro domo sua, 62, Quod si non fuit, quid te audacius, qui eius nomen incideris? quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem?

Iudicium adumbratum, Cic. pro Sylla, 39.

Intelligentia adumbrata, Cic. 1. de Legib. 89.

Lætitia adumbrata. Tacit. lib. 4, hoc est, ficta & simulata lætitia, non uera.

Opinio adumbrata uirtutis, Cic. 5. de Finib. 123.

Suffragia adumbrata, Cic. pro lege Agrar. 42.

Dij adumbrati. Cic. de Natu. deor. 101, Cedò mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta atq; formas.

Adumbratio, Verbale (ἐπισκίασις) Cic. de perfecto Orat. 55, Nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. Hoc est, rei ueræ similitudo ac repræsentatio.

Adumbratim, aduerbium (ἐπισκιασμένως) Subobscurè, non apertè. Lucret. lib. 4. 72,

Non tamen ut coràm quæ sunt, uereq; rotunda,
Sed quæsi adumbratim paulum, simulata uidentur.

Aduncus] ἐπικαμπής, ex Ad & Vncus, propriè dicitur quod quasi ad nos (id est, uersus nos) uncum siue incuruum est, quale est aquilæ rostrum, & canum, leonum, similiumq; ungues. Huic opponitur Reduncus. Liu. 1. ab urbe 76, Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellauerunt. Cic. pro Cluentio, 143, Se nuper in auctione quadam uidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium & tortuosam uenire serrulam. Plin. lib. 11. ca. 37, Et acuta uolucribus rostra, eadem rapto uiuentibus adunca.

Aratrum aduncum, Ouid. 2. Metam. 58.

Arcus aduncus, Ouid. 4. epist. 9.

Cymba adunca, Ouid. 1. Metam. 59.

Dentes aprorum aduncí, Ouid. 10. Metamorph. 109.

Falx adunca, Ouid. 14. Metam. 126.

Ferrum aduncum, Ouid. 9. Metamorph. 26.

Hamus aduncus, Ouid. 13. Metamorph. 198.

Naris adunca, Lucan. lib. 2. 37.

Naso aduncо aliquem suspendere, spernere, subsannare, fastidire, irridere, Acron. Horat. 1. Serm. 6. 1.

Os aduncum, Oui. 11. Metamorph. 69. Idem 12. epist. 4, Oráq; adunca boum.

Pedes aquilæ aduncí, Ouid. 6. Metamorph. 104.

Præpes Iouis adunca, hoc est, aquila, Ouid. 6. Fast. 40.

Puppis adunca, Ouid. 14. Metamorph. 110. Idem 3. Metamorph. 131.

Vngues aduncí, Cic. 2. Tusc. 24.

Vomer aduncus, Ouid. 4. Fast. 187.

Aduncitas, denominatiũ ipsa (ut sic dicam) incuruitas, ut aduncitas rostri. Plin. libr. 8. cap. 27. 1, & libr. 10. cap. 49. 1. Cic. de Nat. deor. 182, Rostrorum aduncitate.

Aduno] adunas, penult. longa (ἑνόω) adunare: in unum cogere, & quasi conglobare, uerbum rarissimè lectum. Plin. lib. 19. cap. 2. 3, Vulsum fascibus in aceruo adunatum biduo.

Aduoco] aduocas, pen. co. (προσκαλέομαι, ἐπικαλέω, μεταπέμπω) aduocare, ad se uocare, accersere. Ci. pro Quintio 45, Viros bonos complures aduocat.

Aduocare, in subsidium uocare, aut aduocatum asciscere. Plau. Casinar. 13. 7. Terent. Phorm. 2. 1. 83,

Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient. Cic. pro Quintio, 3, Quos tibi aduocasti, uiris electissimis ciuitatis. Hoc est, quos tibi assessores, & in iudicando uocasti adiutores. Pomponius in lege, Si procurator. Rem ratam haberi. In id committitur stipulatio, quòd interfit agẽtis. Et ideo sæpius ex ea stipulatione agi potest, prout interfit agentis in eo quòd litigat, quòd consumit, quòd aduocat, quòd damnatus soluit. Aduocat, hoc est, aduocatos accersit.

Aduocor causæ. Quintilianus libro 11. cap. 1, Etiam in ijs causis, quibus aduocamur, earum differentia diligenter est custodienda.

Aduocare ad consultandum, aut ad aliud agendum, idem significat quod simplex uocare. Liu. 3. ab Vrbe, 250. Cic. Attico lib. 12. 241. 14, Nam quòd non aduocaui ad obsignandum, primum mihi non uenit in mentem.

Aduocare ad concionem, pro eo quod est uocare ad concionẽ. Nam sine præpositione propriè dicimus, aduocare concionem. Liu. 4. ab Vrbe, 3.

Aduocare concionem, Cicero 5. Verr. 160, & pro lege Agraria 28.

Aduocare animum ad seipsum. Cic. 1. Tusc. 117, Nam quid aliud agimus, quum à uoluptate, id est, à corpore, quum à re familiari quæ est ministra & famula corporis, quum à republica, quum à negotio omni seuocamus animum? Quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secũ esse cogimus, maximéq; à corpore abducimus?

Aduocare aliquem contra alterum, Cic. pro Quintio, 47.

Aduocare in consilia, Quintil. lib. 3. cap. 10. 8. 47, Et apud Virgil lib. 5. Aeneid. 9,

In cœtum aduocare socios.

Aduocare artem, Cic. 4 Acad. 151.

Aduocatur India in eo cibi genere. Plin. lib. 15. cap. 26, Inq; alio cibi genere India aduocatur, in alio Aegyptus.

Artes aduocare, Ouid. 7. Metamorph. 28.

Enses aduocare, Sil. Ital. 17. 18, id est, poscere.

Genas in planctum aduocare, Senec. in Herc. Oeth. 14. 21.

Sacramentum aduocare in alicuius nomen. Tacit. lib. 17, in Senatus populiq; Romani obliterata iam nomina, sacramenta aduocabant. Hoc est, in S. P. Q. R. uerba iurabant.

Ventos aduocare, Stat. lib. 1. Achil. 44.

Vires omnes aduocare. Hoc est, totis uiribus conari. Seneca in Medea, 7. 27,

— hoc age, omnes aduoca
Vires & artes.

Aduocari ægro, hoc est, ad ægrum, Ouid. 1. de Reme. am. 23.

Aduocare, pro allicere. Plin. lib. 1. epist. ultima, Tranquilli mei stomachum multa solicitant, uicinitas urbis, opportunitas uiæ, mediocritas uillæ, modus ruris, qui aduocet magis quã distringat. Hoc est, qui deiectet magis quàm occupet. Alij legunt auocet, interpretanturq; à curis urbanis remoueat.

Aduocatus (συνήγορος, παράκλητος) Valla lib. 4, Quicunq; adest alteri in causa, officij gratia, aduocatus appellatur, etiam si nihil dicat neq; agat: sed qui tantum paratus sit defendere. Vlpian. Aduocatos accipere debemus, omnes omnino qui causis agendis quoquo studio operantur. Terent. Eun u. 2. 3. 48, Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Et Cic. cùm in alijs multis locis, tum pro Cecinna. Cice. pro P. Sylla, Consul de pecunijs repetundis Catilinæ fuit aduocatus. Idem Trebatio lib. 7. 14, Quòd si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadent.

Aduocatus, pro patrono, seu causidico, siue pro eo, qui causam agit. Quint. li. 12. cap. 1, Frequenter aũt accidit, ut ijs etiam uera dicentib. fides desit: uideaturq; talis aduocatus, malæ causæ argumentum. Aliquanto pòst: Non enim forensem quandam instituimus operam, nec mercenariam uocem,

nec

Digitized by Google

hec (ut asperioribus uerbis parcamus) non inutilem sanè litium aduocatum, quem deniq; causidicum uulgò uocant.

Aduocatus asto cuipiam. Vide Asto.

Per aduocatum defendi. Vide Defendo.

Aduocatus eo, aut uenio amico, Plaut. Epid. 9.39.

Terent. Adelph. 4.5.43,

Ridiculè, aduorsúmne illum causam dicerem,
Cui ueneram aduocatus? Cic. Offic. 48, Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse uenturum.

Inuocare aduocatũ ad causam defendendam, Cic. 2. Orat. 106.

Aduocamentum, ti, (συνηγορία, uel βοηθεία) aduocatio uel remedium. Plin. epist. 5. lib. 8.

Aduocatio, Verbale (συνηγορία, παρακλητος) Hoc est, aduocati officium, aut etiam patrocinium quod nobis asseritur ab eo. Cic. pro Sylla, 61. Idem Trebatio, lib. 7. 104, Sed tu in re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus. Plin. epist. 22, Multos aduocatione, plures consilio iuuat. Fructum ex stipe aduocationum petere. Quintil. lib. 1. cap. 12. 13. Vlpian. in lege, Moris est, de Pœnis. Moris est, aduocationibus quoq; præsides interdicere. Et nonnunquam interdictum in perpetuum, nonnunquam ad tempus uel ad annum metiuntur. Ibidem, Plus est autẽ fóro, quàm aduocationibus interdicere. Plin. Arriano lib. 2, in fine sententiæ adiecit, Quòd ego & Tacitus iniuncta aduocatione diligenter fóriterq; functi essemus, arbitrari Senatum, ita nos fecisse, ut dignum mandatis partibus fuerit. Hoc est, iniuncta Prisci accusatione.

Aduocatio, à Cicerone dicitur quam Consultationem dicimus. 3. Verr. Quò sæpenumero senatus conuocatur, quò maximarum rerum frequentißimè quotidie aduocationes fiunt. De æde Castoris loquitur, Budæus.

Aduocatio, interdum collectiuum nomen est, pro multitudine, & quasi cohorte patronorum & amicorum, qui alicui ueniunt aduocati. Liu. 3. ab urbe 194, Virginius sordidatus filiam secum obsoleta ueste comitantibus aliquot matronis cum ingenti aduocatione in forum adducit.

Aduocitare, sæpe aduocare, Festus.

Aduolare] προσπέτεσθαι, Quasi ad aliquid uolare.

Aduolare, cum dativo. Plin. lib. 10. cap. 40, Caprarumq; uberibus aduolant. Hoc est, uolant ad caprarum ubera. De Caprimulgis loquitur.

Aduolare ex. Plin. lib. 9. cap. 8. 5, Quamuis occultus atq; abditus ex imo aduolabat.

Aduolare ex loco in locum. Plin. lib. 10. cap. 29, Vt in agrum Volaterranum palumbium uis è mari quotannis aduolat.

Aduolare, translatum ad homines. Cic. ad Brutũ, 10. 7, Quamobrem aduola obsecro. Hoc est, ueni celerrimè. Idem ad Marium, lib. 11. 27. 9, Oblitúmne me putas, qua celeritate, ut primum audieris ad me Tarento aduolaris?

Aduolare ad pectus. Cic. ad Cæsium, lib. 15. 16. 4, Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius ἐπίπλουν mihi aduolabit ad pectus.

Aduolare ad. Plin. lib. 10. cap. 40, Platea nominatur, ad eas aduolant quæ se in mari mergunt. Cicer. 2. de Natu. deo. 186, Legi etiam scriptum esse, auem quandam quæ Platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ in mari mergerent.

Aduolare in auxilium, Plin. lib. 9. cap. 8. 1.

Aduolat fama alicui. Virgil. 10. Aeneid.

Aduolare rostra, pro In uel ad rostra, Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 7. Hic tibi rostra Cato aduolat.

Aduolat urbem nuntius, Claud. 5. Paneg. 35.

Aduolatus, huius aduolatus, Verbale (ἐπίπτωσις) Cicer. lib. 2. Tusc. Tristi aduolatu aduncis lacerãt unguibus. Aduolatus de uolucribus dicitur id, quod accessus de hominibus.

Aduoluo] aduoluis, aduolui, aduolutum (προσυλέω) aduoluere, Quasi uoluendo adducere: ut aduoluere lapidem. Virgil. 3. Georg.

—congestáq; robora totas
Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere.

Aduolutus genibus. Liuius 8. bel. Pun. 178, Qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius accusat. Aduolutus genibus dicitur, qui nixus flexis genibus ad alterius genua supplex quodammodo prorepsit. Dicitur etiam Proaduolutus.

Aduoluere ad. Plin. lib. 11. cap. 37, Ad ignem aduolutus lora cum corpore excußit.

Aduoluere cumulos rerum multarum in unum carmen. Claud. 1. Paneg. 3.

Clamor aduoluitur astris. Tale est illud Virgilij, ut cælo clamor: id est, ad cælum usq; Stat. 5. Thebaid. 29, Hinc stimuli ingentes, magnusq; aduoluitur astris Clamor.

Aduorsum] pro aduersum: & Aduorto, pro Aduerto: ueteres scripsisse, testimonio sunt Plauti ac Terent. comœdiæ.

Aduro] aduris, penult. prod. adußi, aduστum, (ἐπικαίω) adurere, idem quod simplex Vrere. Cicer. 5. Tuscul. 83, Instituit ut candentibus iuglandiũ putaminibus barbam sibi & capillũ adurerent. Idem 2. Offi. 33, Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum?

Adurit solis calor, adurit etiam frigus. Virgil. 1. Georg.

—rapidiúe potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Vbi Seruius, Vno, inquit, sermone duo diuersa concluσit, quæ tamẽ unum effectum habent. Nam & frigoris finis, est caloris initium: & summus calor, frigoris est principium. Vnde quasi unus effectus est & caloris & frigoris.

Adurit Venus, Horat. 1. Carm. 27. 3.

Aduri, dicitur etiam de intertrigine. Plin. Aduruntur etiam, deterunturq; femina equitatu.

Aduστa niuibus, Plin. lib. 28. cap. 8. 2.

Aduστus cibus. Terent. Adel. 3. 3. 71, Hoc sálsum est, hoc aduστum est, hoc lautum est parum.

Aduστior, comparatiuum ab Aduστus. Liu. 7. bel. Pun. 249, Si qui fortè aduστioris coloris, ut ex recenti uia essent. Hic nota colorem in homine aduστum dici, qui ex sole & uento cõtrahitur in itinere faciendo.

Aduστio, uerbale (ἐπίκαυσις) Plin. lib. 14. cap. 26. 9, de resinæ & picis uitijs Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum uirus: picis autem, aduστio. Hoc est, si pix inter decoquendum aduστa sit.

Aduστio infantium, quæ uocatur siriasis, emendatur adalligatis oßibus in canino simo inuentis. Plin. lib. 30. cap. 13, Est autem inflammatio circa cerebrum & tuniculas eius, quã cõsequitur cauitas oculorum cum pallore & siccitate corporis. Hermolaus in Plinium.

Adurgeo] adurges, adursi (ἐπείγω) adurgere. Vehementer urgere. Celsus, Is quoniam natus est dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus est. Horat. 1. Carm. 37. 4,

Cæsar ab Italia uolantem
Remis adurgens, accipiter uelut
Molles columbas.

De Augusto & naui Cleopatræ loquitur.

Aduσque] μέχρι, ἄχρι, dictio composita ex duabus præpositionibus, pro Vsq; ad. Virgil. 11. Aeneid.

Atrides Prothei Menelaus aduσq; columnas
Exulat.

Vbi Seruius, Aduσque sic est dictum, quem admodum Sicu-

Digitized by Google

lo prospexit abusque Pachyno. Nam cum prepositio prepositioni nunquam cohæreat, Adusque & Abusque licèter admissum est. Gell. lib. 5. cap. 2, Præterea uini libidine adusq; ludibria ebriosos.

Adustio] Vide Aduro.

Adynamum] uinum (ἀδύναμος) Plinius libr. 14. capit. 16, de uinis fictitijs. Fictitiorum primum fit ex ipso uino, quod uocant adynamon, hoc est, inualidum, ac sine uiribus. Hermolaus.

Adytum] adyti, penult. corr. (ἄδυτον) Locus est secretior templi, ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus: nam & ex eo oracula reddebantur. Latinè interdum penetrale dicitur. Virgil. 2. Aeneid.

Isq; adytis hæc tristia dicta reportat. Idem in 6,

Talibus ex adyto dictis, Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages.

Ima adyta, Virgil. 5. Aeneid. 17.

Penetralia. Virgil. 2. Aeneid. 60,

Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Profunda, Stat. Thebaid. 5. 130.

Remota, Lucan. lib. 5. 30.

Terrifica, Stat. 10. Thebaid. 33.

Aea] ἀία, nomen puellæ uenatricis, quæ Phasidis fluuij amplexus fugiens, deorum miseratione in sui nominis insulam uersa est, Valerius Flaccus lib. 5.

Aea, urbs Colchidis, ad Phasin ab Aeta rege ædificata.

Æacus] Æaci, penult. corr. (Αἰακος) Iouis ex Aegina (Seruius in 6. Aeneid. ex Europa dicit) filius, apud Oenopiam insulam (alij Oenonen uocant) regnauit: quam de matris nomine Æginam appellauit. Describitur tertius apud inferos iudex cum Minoe & Rhadamantho fratribus, ob eius in populos iustitiam. Suscepit Telamonem, & Peleum, & Phocũ. Ex Volaterrano & Seruio. Ouid. in Ibin, 38, tuasq; Æacus in pœnas ingeniosus erit.

Propert libro 4. eleg. 12. 4,

Aut si quis posita iudex sedet Æacus urna,
In mea sortita iudicet ossa pila.

Æacus Asopiades, hoc est, Asopi Bœotiorum regis nepos. Asopus enim pater fuit Æginæ matris Æaci. Ouidius 7. Metamorph. 97.

Æacus seuerus. Martial. lib. 10, in maledicum poetam.

Æacon accusatiuus, pro Æacum. Ouid. 9. Metam. 88,

Nec nostrum seri curuarent Æacon anni.

Æacides, Æacidæ, penult. corre. (αἰακίδης) Æaci filius uel nepos. Virgil. 1. Aeneid 21, Sæuus ubi Æacidæ telo iacet Hector: hoc est, Achillis, quem genuit Peleus Æaci filius. Idem lib. 6. Aeneid. 12.

Æacides, Pyrrhus Achillis filius, & Æaci pronepos. Virgil. 3. Aeneidos, 59.

Æacides, Pyrrhus Epirotarum rex, ab Æaco trahens originem, tametsi longa serie. Virg. 6. Aeneid. 168.

Æacideius, adiectiuum sex syllabarũ (αἰακίδειος, αἰακιδήϊος) Ouid. 7. Metamorph. 95, Oenopiam Minos petit Æacideia regna. Hoc est, Æacidarum.

Æææ] Æææs, siue Ææa, Æææ (Αἰαίη) insulæ nomen. Mela. li. 2, Circa Siciliã in Sirtulo freto est Æææ, quã Calypso habitasse dicitur. Vadianus, Hæc est Ææa, ad quam ab inferis regressus Vlysses appulit, assequente eum cum uino & pane Circe.

Artes Æææ, Ouid. lib. 2. Amorum, eleg. 15. 2.

Carmina Ææa. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg 8. 1,

Illa magas arteis, Æææq; carmina nouit.

Puella Ææa, hoc est, Circe, uel Calypso, ut putat in Melam Vadianus. Propert. lib. 3. eleg. 12. 7,

Et thalamum Æææ flentis fuisse puellæ.

Æacus (ἀίακος) adiectiuum, penult. prod. diphthongo. Virgil. 3. Aeneid. 77,

Infernique lacus, Æææque insula Circes.

Seruius, Æææ, tres sunt diphthongi: nam genitiuus est ab Ææa. Hermolaus in ca. 4. li. 5, Plinij, Æa, urbs est Colchica, unde Circen Ææam cognominant.

Æantium] oppidum in Sigæo Troadis promontorio, à Rhodijs conditum in altero cornu: Aiace ibi sepulto, 30. stadiorum interuallo à Sigæo, & ipso in statione classis suæ. Author Plinius lib. 5. cap. 30. Strabo lib. 13, tradit apud Æantium fuisse Aiacis tumulum & templum & statuam, quam ab Antonio ablatam & in Ægyptum asportatam. Augustus Cæsar Ilienſibus restituit. Sanè Aiax Græcè dicitur Æas, Æantos, Tyrrhenorum rex, authore Stephano. Hermolaus in Plinium. Volaterranus autem sic tradit, Æane ab Æano Elyminthi filio regis Hetruriæ, qui huc applicans hanc urbem ædificauit.

Æantium est Magnesiæ promontorium, Plinio authore, lib. 4. cap. 9. Est item Æantium oppidum Macedoniæ, Ptolemæo.

Æas] Æantis (ἄιας) fluuius Epiri, ex Macedonia profluẽs in Ionium mare. Lucan. lib. 6 73, Purus in occasus, parui sed gurgitis Æas, Ionio fluit in mari. Meminit Strabo lib. 6, & 7. Et Plin. lib. 4. cap. 23. Dicitur alio nomine Aous.

Æca] urbs Italiæ, à qua Æcani populi, Plin. lib. 3. cap. 11.

Æchine] huius Æschines, nomen est canis apud Xenophontem, in libro de Venatione.

Æclus] uiri nomen, Straboni lib. decimo dicenti, Post res uerò Troianas Æclus & Cothus ex Athenis profecti habitauerunt: ille quidem Eretriam, Cothus uerò Chalcidem. Est autem Eretria totius Euboææ ciuitas amplissima post Chalcidẽ.

Ædepol] penult. correp. iurandi aduerbium est, compositum ex Ædes & Pollux: & est quasi tu dicas, per ædem Pollucis. Cicer. Cælio, libr. 2. 8. 4, Non ædepol quantam egeris rem. Plaut. Cap. 16. 26, Ædepol benignè facis. Gellius libr. 11. cap. 6, Ædepol autem quod iusiurandum per Pollucem est, & uiro & fœminæ commune est. Sed Marcus Varro asseuerat antiquissimos uiros neque per Castorem, neq; per Pollucem deierare solitos: sed id iusiurandum fuisse tantum fœminarum.

Ædepsum] oppidũ in regione Locride, Plinio & Straboni.

Ædes] ædis, fœmin. gener. (ἕδος, νέος τόπος) Seruius in 2. Aeneid. Ædem numero singulari de templo tantum dicimus: plurali & de domibus, & de templis. Si aliter dictum inueneris, usurpatum est, ut mella, hordea. Hæc ille. At Valla eadem fusius tractat, ita scribens, Ædes in plurali decipitur pro domo, nec unquam aliter. In singulari, itaq; adeò in plurali, pro templo. Sed hac in re differt à templo, quòd semper in utroque numero habet adiectionem: ut, in ede Iouis, Mercurij, in æde Concordiæ, Telluris, Honoris, Virtutis, in æde sacra: & in plurali sacras ædes, ædes deorum, ædes nympharum. Nam cùm ait Lucretius de Ioue loquens: Ipse suas ædes disturbat: perinde est, ac si dixisset, Iouis ædes. Igitur pro templo dicemus duas, tres, quatuor deorum ædes, duas sacras ædes. Pro domo: binas, ternas, quaternas, priuatas ædes. Hæc Valla libro 3. Plaut. Sticho, 3. 8, Nitidæ ædes meæ sint, cùm redeam domum. Varro de lingua Latina, libro 4, Ædis ab aditu, quòd plano pede adibant. Itaq; ex ædibus efferri indictiuo funere præco etiam eos dicit, qui è tabernis efferuntur. Festus. Aedis, domicilium in ædito positum, simplex atque unius aditus. Siue ideo ædis dicitur, quòd in ea æuum degatur, quod Græcè αἰὼν uocatur. Cic. ad Quintum fratrẽ lib. 3. 17. 19, Reddita est mihi peruetus epistola, in qua de æde Telluris me admones.

Idem

Idem pro domo sua ad Pontif. 97, Cõsecrabantur ædes: non priuatorum domicilia.

Aedis, in nominatiuo singulari. Varro de uita populi Romani, lib. 1, Hæc ædis, quæ nunc est, multis annis pòst facta sit: in qua omnia regis temporibus delubra parua facta. Hæc Nonius. Hoc etiam probat ab eo diminutiuũ Aedicula, ut ab Apis apicula. Nam à nominatiuo ædes potius fieret ædecula, sicut à uulpes uulpecula.

Angusta ædes, Ouid. 1. Fast. 41.

Caua, Virg 2. Aeneid. ædes cauæ: id est, tecta camerata. Ser.

Decora, Horat. 1. Carm. 36. 1.

Excelsa, Ouid. 15. Metamorph. 169.

Ædes liberæ, Vide Liber.

Magnas ædes peruolare, Virg. 12. Aeneid. 96.

Magnifica æde aliquem diuum dedicare. Ouid. 6. Fast. 128. Cicero 5. Tuscul. 85.

Aedibus in nostris quæ parua aut recta geruntur. Scribit Gellius hunc Homeri ex Odyss. uersiculum uice prouerbij semper in ore fuisse. Alij tribuunt Socrati. Diocles adscribit Diogeni, ut refert Laertius. Quo uersu monemur, ut ea potissimum, quæ ad nosipsos pertinent, curemus, externa atq; aliena ne inquiramus.

Aedes nouæ. Vide Nouus.

Aedes perpetuæ. Vide Perpetuus.

Primæ ædes, hoc est, primæ ædium partes, Ouid. 5. Metam. 57.

Aedes prophanæ. Cic. 3. de Nat. deo. 97, Fores in liminibus prophanarum ædium, ianuæ nominantur.

Aedes sacra. Cic. Verr. 7. Idem pro Flacco, 35, Pecuniam in eadem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt.

Vacuæ ædes, Horat. lib. 2. epist. 2. 19.

Votiuam ædem reddere, Hor. 2. Carm. 17. 7.

Disturbare ædes, Lucretius lib. 2. 221.

Inerrat ignis ædibus, Statius lib. 1. Syluarum, 5. 12.

Aedes inscribere mercede, aut inscribere ædes uenales. Vide Inscribo.

Aedem & in ædem intrare. Vide Intro, & introeo.

Aedes mancupi. Vide Manceps.

Aedes obligare. Vide Obligo.

Perierunt ædes. Vide Pereo.

Reficere labantes deorum ædes, Horat. 3. Carm. 6. 1.

Reserata ædes, Lucan. lib. 3. 24.

Tendere ad ædes alicuius, pro ire, Hor. lib. 1. epist. 7. 18.

Aedes pro cubiculo, Curtius lib. 8, Excubabant principum liberi, seruatis noctium uicibus, proximi foribus ædis, in qua rex acquiescebat.

Aedes marmorea. Oui. in epist. 20, Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Locus Ouidij penè sumptus est ad uerbum ex illo Virgilij 4. Aeneid. 92,

Præter ea fuit in tectis de marmore templum, &c.

Aedes, pro apum alueis, Virg. 4. Georg. 52.

Aedicula diminutiuum, pro cellula in ædibus. Plautus Epid. 9. 22, In ædiculam seorsum istæc eat, iube.

Aedicula, Sacellum, id est, ædis sacræ appendix. Liuius Decad. 4. lib. 5, Iisdem diebus ædiculam Victoriæ uirginis prope ædem Concordiæ M. Portius Cato dedicauit. Cic. pro domo sua ad Pontif. 105, Quum Licinia uirgo Vestalis, sanctissimo sacerdotio prædita, aram & ædiculam & puluinar sub sacro saxo dedicasset. Paulus in lege sacrilegij, Ad legem Iuliam peculatus. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra cõpilauerint. At qui priuata sacra, uel ædiculas incustoditas tectauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi merẽtur.

Aedicula, Loculamentum simulacri. Plin. lib. 36. cap. 5, Aedicula eius tota aperitur, ut cõspici posit undiq; effigies deæ. de Venere Gnidia loquitur. Idem lib. 35. cap. 101. 41.

Aedículæ, ædicularum: paruæ ædes: id est, parua domus. Cic. in Parad. 64, M. Manilius patrum nostrorum memoria pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundũ in Labicano. Idem pro Cælio 12, Nunc demum intelligo P. Clodij insulam esse uenalem: cuius hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, millibus.

Aedificare, ex ædes, & facio cõpositum (δομεῖν, οἰκοδομεῖν) Festus. Aedificare quum sit propriè ædẽ facere, ponitur tamen pro omni genere constructionis, κατασκευασμῶς. Hæc Festus, Cic. 1. Offic. 193, Qui quum ædificasset in palatio plenam dignitatis domum. Cæsar 6. bel. Gall. 81, Ne accuratius ad frigora atq; æstus uitandos ædificent.

Aedificare classem aut nauem, abusiuè dictum. Plaut. Aedificat nauem gerariam. Cic. pro lege Manilia, 5, Qui postea maximas ædificasset, ornasseq; classes. Idem 7. Verr. 35. Nauẽ ædificatam. Ibidem 36. 37. 38.

Carcerem, Cic. pro Sylla, 52.

Casas, Horat. 2. Serm. 3. 50.

Equum, Virg. 2. Aeneid. de equo ligneo: Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant.

Hortos, est eos ædificijs instruere. Sic, ædificare prædia, & similia. Cic. ad Att. lib. 9. 185. 9.

Aedificauit Deus mundum. Cic. 1. de Natu. deor. 28, Quibus enim oculis animi intueri potuit uester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo, atque ædificari mundum facit?

Muros ædificare, Ouid. 11. Metam. 41.

Porticum, Cic. pro domo sua ad Pontif. 88.

Prædia, Cic. Attico lib. 16. 33. 3. 4.

Rempublicam, hoc est, bonis moribus, legibus, ac institutis eam fundare. & est metaphora. Cic. Varroni lib. 9. 2. 12.

Vicos & plateas. Cæsar.

Villam, Cic. 2. de Legibus 4.

Aedificare specus, Plin. lib. 8. cap. 36. de ursis.

Vrbes. Cic. 2. Offic. 20, Vrbes uerò sine hominum cœtu nõ potuissent nec ædificari, nec frequentari.

Tribus locis ædifico: reliqua reconcinno. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 10. 4.

Bellè ædificare, Cic. ad Att. lib. 16. 333. 4.

Bene & ratione ædificare. Cic. 3. Offic. 72, Quòd si qui proscribunt uillam bonam, beneq; ædificatam: non existimãtur fefelliſſe, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione.

Celeriter, Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 8. 6.

Eleganter, Columel. lib. 1. cap. 4. 7.

Lautius, Cic. 2. de Legibus, 4.

Strenuè, Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 8. 3.

Descriptio ædificandi, Cicer. 1. Offic. 192, Dicendum est etiam qualem homini honorati & principis domum placeat esse, cuius finis est usus: ad quem accommodanda est ædificandi descriptio.

Aedificatio (οἰκοδόμησις) Cicero Attico libro 12. 252. 11, Aedificatio me non mouet. Plinius lib. 18. cap. 2. 4, Quanto sit in usu omnibus terris nauium armamentis, machinis ædificationum, alijsq;, &c.

De ædificatione aliquem urgere, Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 6. 3.

Immensa & intolerabilis ædificatio, Cic. in Pisonem, 38.

Aedificationem sustentare, Cic. ad Q. fratrem lib. 2. 8. 7.

Aedificatiuncula (οἰκοδομίδιον) parua ædificatio, Cicer. ad Q. fratrem lib. 3. 17. 8.

Aedificator (οἰκοδομὸς, τέκτων) Qui ædificat, aut qui ædificauit. Colu. lib. 1. cap. 4. 7, Eleganter igitur ædificet agricola, nec sit tamen ædificator. Hoc est, ædificandi nimis studiosus. Cice. de Vniuersi. 8, Neq; mundo quicquam pulchrius, neq; eius ædificatore præstantius.

Digitized by Google

Aedificator & opifex mũdi Deus, id est, conditor siue author. Cic. 1. de Nat. deor. 28.

Aedificium, οἰκοδόμημα, κτίσμα, ab æde & facio dictum, ut inquit Varro, dicitur omne quod ædificatum est. Liuius 7. bel. Pun. 11, Milites ædificijs emotos. Plin. libr. 16. capit. 6. 5, Minus utilis ædificijs. Cæsar bel. Gal. lib. 2. 268, Omnibus uicis ædifi ijsq; quò adire poterant, incensis.

Aedificium lucidum, cui contrarium obscurum est, et cui sol nõ allucet. Celsus lib. 1. cap. 2.

Aedilis, huius ædilis, penultima longa, masc. gen. (ἀγορανόμος) quid sit Cic. 7 Verr. 29, ostendit his uerbis: Nunc sum designatus ædilis, habeo rationem quid à populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæq; faciẽdos: mihi Floram matrem populo, plebiq; Romanæ, ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Minęruæq; esse faciendos: mihi sacrarum ædium procurationem: mihi totã urbem tuendam esse commissam. ob earum rerum laborem & solicitudinem, fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam sellam curulem, ius, imagines ad memoriam posteritatemq; prodendam. Idem ex legibus 12. tabul. lib. 3. de Legibus 9, Suntoq; Aediles curatores urbis, annonæ, ludorũq; solenniũ: ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Aedilis, Qui ædes sacras & priuatas procurat. Varro 4. de Lingua Latina.

Aedilium duo erant ordines. Plutarchus in Mario, Duo erant ordines ædilium. Vnus in quo ipsi ædiles in iure dicendo sellis incuruos pedes habentibus utebantur: & hic nomen magistratus retinebat: alterum popularem magistratum appellabant. Liu. 6. ab Vrbe. Idem li. 7, Annus hic insignis nouis duobus magistratibus, Prætura & Curuli ædilitate: hos sibi Patricij quæsiuere honores, pro concesso plebi altero consulatu. Ouid. 5. Fast. 58,

Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios: animus defuit antè uiris.

Aedilitas (ἀγορανομία) Aedilium magistratus. Cicer. 1. Offi. 83. Munificentissima ædilitate functus est.

Curulis ædilitas, quæ maximè hanc tueri religionem solet. Cic. de Aruisp. respon. 24.

Aedilitas furiosa, Cic. ad Quint. fratrem, 2. 6. 3.

Aedilitatem gerit sine populi suffragio. Plautus in Stichо. Pro uerbij uice utimur, ubi quis imperiosior est in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plautus ad parasitum respicit, in domo non suã mandantem & imperantem, non aliter ac suã.

Magnificentissima ædilitas, Cic. 2. Offic. 84.

Aedilitatem petere cum hominibus nobilissimis. Cicero pro Cluentio, 54.

Aedilitatem splendor, Cic. 2. Offic. 83.

Aedilitius, ædilitia, ædilitium (ἀγορανομικὸς) Quod ad ædilem pertinet: ut facere ludos, erat munus ædilitium, hoc est officium ad ædiles pertinens. Cicer. 2. Offic. 84, Crassus tum cognomine diues, tum copijs, functus est ædilitio maximo munere. Idem pro Cn. Planco 4, Sed quid ego ædilitias repulsas colligo? &c Id est, repulsas in ædilitatis petitione.

Aedilitia edicta. De quibus amplissimè in Pandectis lib. 21. unde officium ædilium melius nosces.

Homo ædilitius, Cic. pro Cluent. 63.

Aedilitiam prætextam togam, quam frustrà confeceras, te uendidisse. Cic. in Vatin. 12.

Aedilitius, Qui aliquando ædilis fuit. Cicero in Vatinium 12, Quem tu disrumperis quum ædilitium uides. Idem in Bruto, Sed omnia is summa sperans, ædilitius est mortuus. Hoc est, nullum adeptus magistratum præter ædilitatem.

Aedilitiorum uectigal apud Ciceronem exponit Budæus collationem pecuniæ ad ludos ædilitios. Sic autem ait Cicero ad Quint. fratrem lib. 1. 38, Quantum uerò illud est beneficiũ tuum, quòd iniquo & graui uectigali ædilitiorum magnis nostris simultatibus Asiam liberasti.

Aeditimus, penult. correp (νεοκόρος, ζάκορος) Qui ædibus præest. Festus, Aeditimus, ædis intimus. Varr. de re Rust. lib. 1. cap. 2. 1, Sementinis ferijs, in ædem Telluris ueneram rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus à patribus nostris: ut corrigimur à recentibus urbanis, ab edituo. Cicero in Topicis 18, in quo Seruius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi Post & Liminium illud productionem esse uerbi uult: ut in finitimo, legitimo, æditimo, non plus esse Timam, quàm in meditullio Tullium. Hæc Ciceronis uerba refellũt illam Festi etymologiam, ut sit æditimus, quasi ædis intimus. Vide Gellium lib. 12. cap. 10.

Aedituus (ἱεροδούλος) idem quod æditimus. Festus, Aedituus sacræ ædis tutor: id est, curam agens. Plin. lib. 32. cap. 2. 6, Hierapoli Syriæ in lacu Veneris æditiuorum uocibus parent uocati. Cic. 6. Verr. 86, Illi noctu facta manu, armatiq; ueniunt: fores ædis effringunt: æditui, custodesq; maturè sentiunt. Horat. 2. epist. 1. 47,

Sed tamen est operæprecium cognoscere, quales
Aedituos habeat, belli spectata domiq;
Virtus. Hoc est, narratores, ut ait Porphyr. Aeditui enim templorum ac numinum, quibus inseruiunt, sacrorum originem aduenis & ignorantibus narrant. Alij æditiuos pro clientibus ac familiaribus dici putant, ac per hoc laudatores poetasq; significant.

Valerius Aedituus, poeta uetus, cuius aliquot carmina citat Gellius lib. 19. cap. 9. ad quem fortè respexit Horatius: quo modo etiam rectè dixeris, Quales habeat Virgilios.

Aedituor, & Aeditimor (νεοκορέω, ἱεροδουλέω) Aedem tueor. Gellius lib. 12. cap. 10, sic ait: Pomponij fabula atellana est, quæ ita inscripta est, Aeditimus: in qua hic uersus est,

Qui postquam tibi appareo atq; æditimor in templo tuo.

Aedituentes (ἱεροδουλέοντες) pro Aedituis, dixit Lucretius lib. 6. non procul à fine,

— oneratáq; passim
Cuncta cadaueribus cœlestum templa manebant,
Hospitibus loca quæ complerant æditiuentes.
Meminit Gellius lib. 12. cap. 10.

Aedificium] Vide Aedes.

Aedo] ædis. Vide Edo, edis, edidi.

Aedon] penult prod. huius Aedonis, penult. correp. fœmin. gen. (ἀηδὼν) Auis quæ & luscinia & philomela dicitur. Virgil. de cantu Syrenum:

Quodq; leues calami, quod suauis cantat Aedon,
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.

Nomen habet ab ἀεὶ semper, & ἄδω canto, quasi perpetuò cantans ubi semel inceperit. Sunt qui putent ab ἀηδία, ἀηδίαι, hoc est, tristitia. Creditur enim Philomela canens lugere uirginitatem ui sibi ereptam à Tereo Thracum rege. Proinde tristem eam uocat Seneca in Agamem. 7. 17,

Non quæ uerno nobile carmen
Ramo cantat tristis aedon.

Idem in Octau. 17. 8,

Quis mea digne deflere potest
Mala: quæ lacrymis nostris questus
Reddet Aedon?

Aedon uocalis. Calphurnius eclog. 6,

Vocalem superet si turpis aedona bubo.

Aedon,

Digitized by Google

Aedon (ἀηδών) mons est Thraciæ: unde Aedonus adiectiuum, penultima prod. id est, Thracius. Vir. 12. Aen. 74,

Ac uelut Aedoni Boreæ quum spiritus alto
Insonat Aegæo, sequiturq; ad littora fluctus. In quem locũ sic ait Seruius: Sanè sciẽdum hoc loco errasse Donatum, qui dicit Aedonij esse legendum, ut Do breuis sit, secundum Lucanũ qui dicit Aedonis Ogygio decurrit plena Lyæo. Nanque certum est ypsilen feciſſe Lucanum. Vnde Aedoni legẽdũ est, ut sit hic Aedonus, huius Aedoni. Statius & Virgiliũ & artem secutus ait, Aedonas hyemes Hebrumq; niualem: non Aedonias. Hactenus Seruius. Alij tamen, Edon & Edonus scribunt, sine diphthongo.

Aedonius, adiectiuum (ἀηδόνιος) Hoc est Thracius. Senec. in Hercul. Oeth. 34, —me uel Siculis
Addite saxis, ubi fata gemit
Thessala Syren: uel in Aedonias
Tollite syluas.

Aedonis, penul. prod. huius Ædonidis, pen. cor. (ἀηδονίς) fœm. gen. Oui. 11. Metam. 14,

Protinus in syluis matres Aedonidas omnes
Quæ uidere nefas; torta radice ligauit. Hoc est, mulieres Thracias.

Aeeta] Aeetæ, uel Aeetes, Aeetæ, pen. pro. (Αἰήτης) Solis & Persedos nymphæ (alij Persam, alij Hecaten uocant) filius, ut in Theogonia canit Hesiodus: rex fuit Colchorũ, & ex Idyia Medeam & Chalciopen genuit, ut tradit Hesiodi interpres. Diodorus tamen Siculus, li. 5. scribit Aeetam ex Hecate, fratris sui Perſæ siue Perſei filia, quam alij uocant Ipſeam, tres liberos sustuliſſe, Cyrcen, Medeã, & Aegialeum, quẽ pleriq; Absyrtum nuncupant. Valerius Flaccus, 8. Argonaut. 2,

O mihi si profugæ genitor nunc ille supremos
Amplexus Aeeta dares, fletusq; uideres.

Aeetes soligena. Val. Fla. 5. Argon. & ferus Aeetes.

Aeeta Colchus. Senec. in Medea, 41, Medea Colchi noxium Aeetæ genus.

Aeetæus (Αἰήταιος) adiectiuum quatuor syllabarum. Catul. in Argon. 1, Phasidos ad fluctus, & fines Aeetæos.

Aeetias, Aeetiadis, pen. corr. (Αἰήτιας) Medea Aeetæ filia. Oui. 7 Metam. 2, Concipit interea ualidos Aeetias ignes, Patronymicum est. Idem li. eodem, 66.

Aeetis, pen. prod. Aeetidis, pen. corr. (Αἰήτις) Medea Aeetæ filia. Patronymicum. Valg. Flac. 6. Argonaut. 96.

— & pauor artus
Protinus, atq; ingens Aeetida perculit horror. Idẽ li. 7. 337.

Aeetius, adiectiuum (Αἰήτιος) ad Aeeten pertineus. Vt proles Aeetia, id est, Aeetæ nepotes. Val. Flac. 6. Argon. 108,

Nec minus Aeolij proles Aeetia Phryxi
Fertur & ipſa furens.

Aeetis uirgo. Medea, Flac. 5. Argon. 54.

Aega] Aegæ, siue Aex, ægos, promontoriũ est Aeolidis ad Aegæum mare uergens, unde & ei nomen. Strabo, libro 13. Hoc promontorium Aegates dicitur Stephano, teste in Plinium Hermolao.

Aegæ] Aegarum, Macedoniæ oppidum, in quo mos sepelire reges, Plin. li. 4. ca. 10. Est & eodem nomine oppidum Ciliciæ, Plin. lib. 5. cap. 27. Item Aeolidis, Plin. lib. 5. cap. 30. Strabo, lib. 8. & 9, meminit Aegarum in Euboea sitarum, in quibus locatum est Aegei Neptuni templum, & à quibus Aegæum pelagus nomen assequi putat esse uerisimilius. Ad Aegas Achaiæ, nemo præternauigantium tempestatẽ maris passus creditur, ob Neptuni præsentiam, qui (ut Nicocrates ait) illic impendio colebatur.

Aegæa] αἰγαία, urbs Aemathiæ, ἀπὸ τῶν αἰγῶν, hoc est à capris nomen habet, quum prius Edissa uocaretur. Historiam prodidit Iustinus, lib. 7. Caranus (Cranaus Eusebio dicitur) Vrbem Edyssam, ob memoriam muneris, Aegeam: populum, Aegeades uocauit.

Aegæon] Aegæonis, pe. pro. (Αἰγαίων) Gigas, teste Hesiodo, Cæli & Terræ filius, sæuissimus & immanis fuisse pirata creditur: sic, ut quibusdã placet, dictus ab Aegis, Aegei maris insula, in quo insidebat more piratarum, quibus fas non est ob latrocinium urbes incolere. Produnt fabulæ ueteres, hunc centum à Ioue religatum catenis: ut posit inde intelligi, eum potentissimum fuisse, dum tot catenis eius astringuntur uires. Is autem centum geminus ideo dictus est, quòd centum homines remigio deseruientes haberet in manibus. De quo Ouid. 2. Metamorph. 2, Seruius eundem cum Briarco esse scribit, apud Virgilium, libro 10. 113, Eumelus Corinthius, in Titanomachia tradit hunc fuisse Ponti & Terræ filium, in mariq; habitasse, ac inde Titanibus contra deos opem tulisse. Homerus Iliados 1. scribit hunc à dijs Briareum dici, ab hominibus Aegæona, centimanumq; esse. Non desunt, qui putent Aegæo mari nomen ab hoc Aegæone inditum. Ion Chius in Dithyrambis refert Aegæonem euocatum à Thetide, Ioui tulisse suppetias, aduersus Iunonis Neptuniq; & Apollinis insidias, qui Iouem è rerum gubernaculis eijcere moliebantur. Conon in Heraclea scribit Briareũ cum Neptuno gradũ contulisse, sed ab ipso deo superatum, demersumq; in ea maris parte, quod Aegæonis monumentum cum Apollonio pleriq; uocant. Ab Ouidio memoratur inter maris numina, tum quia Ponti filius, tum quòd Opyiam Neptuni filiam habuit in matrimonio, ut canit Hesiodus. Aegæoni Chalcidenses rem diuinam faciebant, sicut Briareo Caryſtij. Nam omnis fermè Euboea Titanum regnum fuit. Author Solinus.

Aegæon Cycladas amplexus. Statius, 5. Thebaid. 58. Quo in loco Aegæonem pro mari Aegeo putarim accipi.

Aegæon centum geminus, Claudian. de rapt. Proserp. libro tertio, 69.

Aegæon cruentus, Clau. de rapt. Proserp. lib. 1. 10.

Aegæum] mare (αἰγαῖον πέλαγος) est propè Græciã amplũ & multas habens insulas: dictũ ab Aegæo rege, uel quodam in eo saxo, quod habet speciem αἰγός, id est, capræ. Est autem inter Helespontum & Tenedũ: uulgò hodie dicitur Archipelago. Plin. lib. 4. cap. 11, Aegæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium uetus quàm insula Aex nomine, à specie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repentè in medio mari exiliens. Cernũt eum à dextera parte Andriũ nauigãtes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Festus altã affert nominis rationem, quòd in eo Amazonum regina Aegea perierit. Producit penult. Horat. 1. epist. 11. 4,

Idcirco nauem trans Aegæum mare uendas.

Altum Aegæum, Vir. 12. Aeneid. 74.

Aquæ Aegææ, Oui. 9. Metam. 90.

Cærula Aegæa, Val. Flac. li. 1. Argon. 113.

Aegæum nauigat. Prouerbium, quo utitur Aelianus. Hoc mare cæteris est periculosius, ob frequẽtes scopulos. Quadrabit igitur in eũ qui in maximis uersatur difficultatibus. In hominẽ quoq; ob lucri studiũ nihil omnino periculi recusantem.

Patens Aegæum subaudi mare, Hor. 2. Car. 16. 1.

Profundum Aegæum, Val. Flac. li. 1. Argona. 32.

Aegæũ scaphula trãsmittere: In eos dicitur, qui rẽ supra modũ arduã leui opera cõficere tentãt. Vtitur Lucianus in Sectis.

Cyclades Aegææ, Oui. 1. Trist. 10 2.

Fluctus Aegæi, Stat. 2. Achilleid. 1.

Fretum Aegæum, Senec. in Thebaï. 1. 63. Et in Troad 41.

Gurges Aegæus, Stat. 2. Theb. 9.

Hymettus Aegæa, Stat. 1. Syl. 3. 19. Idem 5. Sylua. 22.

Digitized by Google

Nereus Aegæus, id est, mare Aegæum, Stat. 5. Thebaid. 10.
Pontus Aegæus, Senec. in Oedip. 5. 17.
Portus Aegæi, Claudian. in Eutrop. li. 2. 50.
Procellæ Aegææ, Stat. 1. Achil. 78.
Salum Aegæum, Prop. li. 1. eleg. 6. 1.
Stagna Aegæa Stat. 6. Thebaid. 4.
Tumultus Aegæi, id est, maris Aegæi tempestates. Hor. 3. carm. 29. 13.
Venus Aegæa, Stat. 8. Thebaid. 96.
Vndæ Aegææ, Tib. eleg. 3. 1.
Aequor Aegæum, Oui. 11. Metam. 133.

Aeger] ægra, ægrum (ἀνώδυνος, ἐπίλυπος, ἄῤῥωστος, νόσημος) Festus, Aegrũ ex Græco ἀκέομαι appellatur: à quibus dã putatur à uoce doloris appellari, quod est αἰ αἰ. Seruius, Aeger & corpore & animo dicitur: sicut etiam Aegrotus. Cicero, 2. de Natu. deorum, 18. Ne ægri quidem omnes conualescunt. Terent. Hecyra, 1. 2. 113. Aegram esse simulant mulierem. De morbo corporis intelligit.

De morbo autem animi. Virg. 1. Aeneid.

— curisq; ingentibus æger.

Idem in 4. Aeneid. Aegram nulli quondam flexere mariti. Id est, mœstam.

Aeger amore, pro ex amore: id est, ob amorẽ. Liu. 10. bel. Pun. 45, Stimulabat ægrum amore uxor, socerq;.

Aeger animi, Liu. 2. ab urbe, 155.
Aeger animo, Plin. epist. 199. Cic. pro Cælio, 13.
Aeger ab animo, id est, quãtum ad animum, Plau. Epid. 3. 26.
Auidus æger, hoc est, Intẽperãs. Porphyr. Hor. 1. Ser. 4. 26.

Consilij æger. Stat. lib. 11. Thebai. 29, Hoc est, Tristia cogitans, siue consilio imbecillis:

— curisq; ingentibus æger
Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. Virg. 1. Aeneid. 43, Hoc est, tristis. Seruius.

Aeger delicti, hoc est, dolens ob delictum à se commissum. Sil. Ital. lib. 13. 11.
Aeger ex uulnere, Liu. 6. bel. Pun.
Aeger fluore, Celsus, li. 3. cap. 6.
Aeger pedibus, pro eo, quod est pedes ægros habẽs: hoc est, cui dolent pedes. Figura est synecdoche. Sic in his, Aeger animi, & Aeger animo. Sallust. Antonius pedibus æger.
Aeger pedes, Gellius, li. 19. ca. 10.
Aeger morbi. Valer. Maxi. Pulsu uenarum comperit cuius morbi æger esset. Id est, quo morbo ægrotaret.
Aeger morbo graui, Cic. in Cat. 1. 23.
Timoris æger, Sil. Ital. lib. 3. 15.
Valetudine æger, Tacit. li. 14.

Aeger alicui. Oui. li. 3. Amorum, eleg. 10. 5,

Dicta erat ægra mihi: præceps, amensq; cucurri:
Veni: & risisti non erat ægra meo.

Aeger, de brutis animalib. dici potius q̃ ægrotus, obseruatũ est. Virgil. 3. Georg. — & quatit ægros
Tussis anhela sues. Sic in prosa oratione ferè inuenies.

Amans ægra. Virgilius, 1. Aeneidos, 71. Id est, mœsta & anxia, inquit Festus.
Amor æger, Vir. 4. Geor. 93.
Anhelitus æger quatit uastos artus. Vir. 5. Aen. 86.
Animam ægram ponere, id est, uitam, Lucr. li. 6. 246.
Aegram animam auferre, Oui. 9. Metam. 3. 6.
Animus æger, Oui. de Rem. amoris, li. 1. 26.
Ausonia ægra uulnere, Sil. Ital. 7.
Balatus ægri, Oui. 7. Metam. 199.
Cor ægrum, Oui. li. 3. Trist. 24.
Aegrum corpus, Vir. 3. Aeneid.

Cicero ad Quirites post reditum, 3, Bona ualetudo incundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt.

Dolores ægri, Lucr. li. 3. 185.
Familia ægra est, Cic. ad Att. li. 16. 335. 1.
Femur ægrum, Vir. 10. Aenei. 169.
Genua ægra, Vir. 5. Aenei. 93.
Hiatus æger, Statius, 6. Theb. 174.
Inuidia lætis ægra: ob alienam scilicet felicitatem tristis. Stat. 1. Theb. 25.
Luctus æger, Oui. 2. Metam. 66.

Lucretius, li. 3. 191, —nimis ægris
Luctibus indulges?

Manus ægra, Oui. 20. epist. 50. Sic 5. Fast. 82.
Membra ægra, Oui. 11. epist. 8.
Mens ægra, Oui. li. 4. Trist. 5. 16.

Mors ægra, Vir. 3. Geor. 101,

— ipsiq; suos iam morte sub ægra
Discissos nudis laniabant dentibus artus. Hoc est, difficili, et uiolenta.

Mortales ægri. Vir. 2. Aenei. 54,

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit. Id est, anxijs & solicitis.

Aegris oculis aliquid aspicere, Tacitus.
Os ægrum, Sil. Ital. lib. 13. 146.
Passus ægri, Val. Fla. li. 3. Argona. 72.
Pectora ægra curis, Val. Flac. li. 6. Argona. 125.
Pudor æger, Val. Flac. 7. Argonaut. 103.

Aegra respub. Cicer. 3. Verr. 3, Itaq; mihi uideor magnam, et maximè ægram, & propè depositam reip. partẽ suscepisse. Vide Aegrota respublica. Idem pro Milone, 5, Sed quis non intelligit, omnes tibi Reipublicæ partes ægràs & labantes, ut eas his armis sanares & confirmares, esse commissas?

Seges ægra. Vir. 3. Aeneid. 29,

Arebant herbæ, & uictum seges ægra negabat. Ouid. lib. 1. Fast. 138,
Nec uitio cœli palleat ægra seges.

Senectus ægra. Ab effectu, quòd homines ægros reddat. Ouid. 14. Metamorph 29.
Spes ægra, Claudian. de nuptijs Honorij & Mariæ, 3.
Suspiria ægra, Stat. 6. Thebaid 159.
Infirma atq; ægra ualetudo, Cic. in Bruto, 94.
Verba ægra, Val. Flac. li. 8. Argonaut. 33.
Vis ægra. Stat. 8. Thebaid. 107,
Aegra animo uis, ac fiducia cessit.

Grauiter æger. Cicer. 1, de Diuinat. 94, In eo igitur oppido ità grauiter ægrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent. Idem 7. ad Attic. 118. 3.

Mediocriter æger. Cic. 2. Tuscul. 38, Corpus etiamsi mediocriter ægrum est, sanum non est.

Aegrum, ægri, absolutè positum pro animi ægritudine: id est, dolore ac molestia. Plaut. Amphit. 8. 9, —— plus ægri,
Ex abitu uiri, quàm ex aduentu uoluptatis tepi.
Lucr. li. 5. 35, Sed cui nil accidit ægri.

Aegresco, ægrescis (ἀνωδυνῶμαι) ægrescere, à nomine Aeger deriuatum, significat ægriorẽ fieri: & propriè refertur ad animum. Virgil. 12. Aeneid. — exuperat magis, ægrescitq; medendo. Vbi Seruius, Inde magna eius ægritudo crescebat, unde se ei Latinus remedium sperabat afferre. Valla, Quomodo curari quis antè possit, quàm ægrotus sit? Necesse est ergo, ut antè ægrotare cœperit: & quum dicitur ægrescere, ut intelligatur inter medendum ægriorem fieri. Et hoc de Turno Virgilius intelligit, cuius augebatur ægritudo ad Latini salubria cõsilia. Hæc Valla, lib. 1, ubi de uerbis in SCO contra Priscianum disputat.

Aegresce-

Digitized by Google

Aegreſcere, pro ægrotare. Plin. li. 10. cap. 12. 3, Corui ante ſolſtitium generantibidem ægreſcunt ſex ægenis diebus ſiti maxime antè, quàm fici coquantur Autumno.

Animus ægreſcit, Lucr. li. 3. 106.

Cura ægreſcit. Stat. 1. Thebaid. 80, Tantum in corde ſedens ægreſcit cura parentis.

Aegreſcere rebus lætis, Ob alienam felicitatem dolere. Sta. lib. 2. Thebaid. 4.

Ripæ ægreſcunt puluere, Stat. 4. Theb. 22.

Cura ægreſcente ducere dolorem, Sil. Ital. lib. 8. 42.

Aegrè (Ἀνιαρῶς) aduerbium qualitatis ab æger deriuatum. Virgil. 3. Georg. Ergo ægrè raſtris terram rimantur: id eſt difficulter, ait Seruius. Plau. Aſin. 11. 36, Nimis ægrè riſum continui. Plin. lib. 7. cap. 44. 2, Aegrè repertus. Ci. de Prouin. Conſul. 5, Quũ Byzantij totũ Pontũ armatum efferuescentẽ in Aſiam, atq; erumpentem, ægrè repulſum ſuſtinerẽt.

Aegrè eſt, pro moleſtum eſt. Plau. Caſina. 4. 8,

—ſed quid eſt
Quod tuo nũc animo ægrè eſt? Idẽ Menæh. Dic mea uxor, quid tibi ægrè eſt? Idem Caſina. 4. 6, Domi & foris quod ægrè ſit, ſatis ſemper eſt Ter. Adelph. 1. 2. 56.

Aegrè ferre, uitioſè ſcribitur coniunctim, cum duæ ſint dictiones: pro eo, quod eſt moleſtè ferre. Plau. Pœnulo, 16. 104, Factum, quod quidem ægrè tuli. Terent. Heaut. 4. 8. 20, Ne ſentiat me ſenſiſſe, atq; ægrè ferat? Cice. lib. 1. de Diuin. 126, Diſcedit ægrè ferens. Dicitur & ægrè pati. uide Aegrè pro Moleſtè.

Aegrius, Difficilius. Cic. 6. Verr. 128, Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abſtinerentur. Plin. li. 16. ca 10. 9.

Aegerrimè, difficillimè. Cæſar 1. bel. Gal. 49, Aegerrimè conſecerant ut flumen tranſirent.

Aegrè alicui facere. Terent. Eunuch. 4. 1. 10. figuratè, pro Rẽ moleſtam facere.

Aegrè pati. Terent. Adelph. 1. 2. 26, —ſed oſtendere
Me ægrè pati illi nolui.

Aegrè, Grauatè, & inuito animo: ut, Aegrè id cõceſſit mihi. Teren. Hecyra, Sed reprimã me: ne ægrè quicquã ex me audiat. Vbi Donatus, Vtrũ Aegrè pro malè, an Aegrè p inuitã.

Aegrè aliqua re carere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12. 3. Idem pro lege Manilia 8.

Aegrè ſe tenere. Cic. ad Attl. lib. 16. 336. 1, De Sicca, ita eſt ut ſcribis: uſt ægrè me tenui.

Aegrè & Facile, contraria. Cic. de Senect. 66, Iam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facilè diuellitur.

Aegrimonia (Ἀνθρηνία) denominatiuum, ſic ab Aeger factũ, ut ab Acer, acrimonia. Idem ſignificat quod ægritudo. Plau. Rud. 2. 4. 146, Idem Sticho. 7. 5,

Olim quos abiens affeci ægrimonia,
Eos nũc lætãtes facit aduẽtu meo. Cic. Attico. lib. 12. epiſto. 2. 2. 8, Ferrem grauiter, ſi nouæ ægrimoniæ locus eſſet.

Aegrimonia uetus, Plin. lib. 28. cap. 8.

Aegrimonia deformis, quia triſtitia deformes facit. Horatius Epod. 13. 4.

Aegrimonia faſtidioſa, Hor. Epod. 18. 5.
Faſtidioſa triſtis ægrimonia. Duo ſunt ablatiui ægrimonia faſtidioſa.

Aegritudo, penul. prod. denominatiuum (κατὰ φάσιν) Eſt animi ægri affectio. Cicer. 4. Tuſcul. 23, Hæc prima definitio eſt, ut ægritudo ſit animi aduerſante ratione contractio. Et paulo pòſt, Eſt igitur ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti, contrahiq; animo rectum eſſe uideatur. Ibidẽ li. 3. 39, Sed proprie ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nomen habet, nõ ſeiunctũ à dolore. Et paulò antè, Itaq; præclarè noſtri, ut alia multa, moleſtiã, ſolicitudinem, angorem, propter ſimilitudinem corporum ægrorũ, ægritudinem nominauerunt. Hoc propemodum uerbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim πάθος, Id eſt, morbum quicunq; eſt motus in animo turbidus. Nos melius: ægris enim corporib. ſimillima eſt animi ægritudo.

Acerbæ ægritudines, Cic. 4. Tuſc. 52.

Acrior ægritudo. Cic. 3. Tuſcul. 89, Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit.

Anxiæ ægritudines, Cic. 4. Tuſc. 52.

Crucians ægritudo, uocatur Dolor, Ci. 4. Tuſc. 29.

Flebilis ægritudo, eſt Mœror, Ci. 4. Tuſc. 29.

Grauiſſimæ ægritudines, Cic. 3. Tuſc. 79.

Laborioſa ægritudo, uocatur Aerumna, Ci. 4. Tuſc. 29.

Leuior ægritudo, Cic. 3. Tuſc. 115.

Modica ægritudo, Cic. 4. Tuſc. 61.

Noua ægritudo, Cic. 4. Tuſc. 61.

Leuatio ægritudinis. Cic. 3. Tuſcul. 58, Leuationẽ autẽ ægritudinis in duabus rebus ponit: auocatione à cogitanda moleſtia: & reuocatione, ad contemplandas uoluptates.

Magnitudo ægritudinis, Cic. 3. Tuſc. 103.

Perturbatio ægritudinis, Cic. 3. Tuſc. 104.

Sanatio ægritudinis. Cic. 4. Tuſcul. 135, Sed & ægritudinis, & reliquorum animi morborum una ſanatio eſt, omnes opinabiles eſſe & uoluntarios.

Sedatio ægritudinis, Ci. 4. Tuſ. 102. Ibidem 134.

Societas ægritudinis, Ci. Sulpitio, li. 4. epiſt. 6. 4.

Stirpes ægritudinis. Ci. 3. Tuſcul. 140, Atqui ſtirpes ſunt ægritudines quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipſo trunco euerſo omnes eligendæ ſunt.

Vacuitas ægritudinis. Cic. 5. Tuſcul. 60, Securitatem autẽ nunc appello, uacuitatem ægritudinis.

Criminis ægritudo, hoc eſt, leuitas criminis & uelut infirmitas ſeu debilitas. Ci. pro Roſcio Comœdo, 14.

Aberit igitur à ſapiente ægritudo, Cic. 3. Tuſc. 32. Ibidem 139.

Accedunt ægritudines, Cic. 4. Tuſc. 61.

Affici ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 26, Ex quo efficitur, fortem uirum ægritudine nunquam affici.

Amplificata ægritudo. Cic. 4. Tuſcul. 62, Aegritudo autem cæteraq; perturbationes amplificatæ, certè peſtiferæ ſunt. Hoc eſt auctæ.

Cadit ægritudo in aliquem. Cic. 3. Tuſcul. 23, In quem cadit ægritudo, in eundẽ timor. Ibidẽ 26, Non cadet ergo in ſapientem ægritudo.

Confectus ægritudine, Ci. 3. Tuſc. 47.

Debilitatus ægritudine. Cic. 4. Tuſc. 54, Quid autem eſt non miſerius ſolum, ſed ſœdius etiam & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatuſq; iacens?

Dedere ſe totum ægritudini, hoc eſt, mœrori prorſus indulgere. Cic. ad Attic. lib. 9. 12. 4 Idem 3. Tuſc. 119.

Aegritudini ſe ſolent dedere. Et 4. Tuſc. 134.

Depellere ægritudinem, Cic. 3. Tuſc. 43.

Detrahere ægritudinem, Cic. 3. Tuſc. 70. Et 4. Tuſc. 97.

Efficit hæc res maximam ægritudinem. Cic. 3. Tuſcul. 53. Idem 4. Tuſc. 19, Quæ enim uenientia metuuntur, eadem efficiũt ægritudinem inſtantia.

Eleuare ægritudinem, Ci. 3. Tuſc. 60.

Eripiamus huic ægritudinem, Ci. 3. Tuſc. 79.

Eſſe in ægritudine, Cic. 3. Tuſcul. 24.

Exiſtit ægritudo, Cice. 3. Tuſcul. 87, Cyrenaicorum reſtat ſententia, qui tũm ægritudinem cenſent exiſtere, ſi nec opinatò quid euenerit.

Extenuare ægritudinem, Cic. 3. Tuſc. 133.

Incidere in ægritudinem, Cic. 3. Tuſc. 34.

Lenire

Digitized by Google

Lenire ægritudinem, Cic. 2. de Diuinat. 3.
Leuare aliquem ægritudine, Cic. ad Attic. lib. 9. 175. 3.
Manat longius ægritudo, Cic. 3. Tuscul. 128.
Mœrens ægritudo, Cic. 3. Tuscul. 140.
Mouere ægritudinem, Cic. 4. Tuscul. 99, Si nec mala sint illa, quæ metum ægritudinémue, nec bona quæ cupiditatem lætitiamúe moueant.
Nascitur ægritudo ex re aliqua. Cic. 4. Tuscul. 19, Ex malis metum & ægritudinem nasci censent: metum futuris, ægritudinem præsentibus.
Obtundere ægritudinem, Cic. 3. Tusc. 6.
Opprimi ægritudine, Cic. 3. Tuscul. 48.
Oritur ægritudo ex re aliqua, Cic. 3. Tusc. 93. Et 4. Tusc. 46.
Permanens ægritudo uocatur molestia, Cic. 4. Tusc. 29.
Premi ægritudine, Cic. 3. Tuscul. 118.
Premens ægritudo, est Angor, Cic. 4. Tusc. 29.
Priuare aliquem ægritudine, Cic. 3. Tusc. 74.
Quati ægritudine. Cic. 3. Tuscul. 20, Humanũ id quidem quòd ita existimas: nõ enim silice nati sumus, sed est naturale in animis tenerum quiddam atq; molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur.
Repellere ægritudinem ab aliquo, Cicer. 3. Tuscul. 112, Timor igitur ab ijs ægritudinem potuit repellere, ratio ac sapientia uera non poterit.
Sedare ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 128, Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut supprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.
Sustulit uniuersam ægritudinẽ philosophia, Cic. 3. Tusc. 139.
Sublata ægritudo, Cic. 3. Tuscul. 140.
Supprimere ægritudinẽ. Vide paulò antè, Sedare ægritudinẽ.
Suscipere ægritudinem. Cic. 3. Tuscul. 113, Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudinem cõsitendum est. Idẽ 4. Tusc. 95.
Tangit eos ægritudo, Cic. 3. Tuscul. 104, Acta ætas honestè ac splendidè tantam affert consolationem, ut eos, qui ita uixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor.
Tolerare ægritudinem. Cic. 4. Tuscul. 95, An omnium rerum toleranda omnino ægritudo?
Tollere ægritudinem. Cic. 3. Tuscul. 89. Idem 125, Quum constet ægritudinem uetustate tolli. Paulò pòst, Tollere ægritudinem funditus.
Vacare ægritudine. Cic. 3. Tusc. 34, Vindicare aliquem ab ægritudine. Cic. 5. Tusc. 71, Quid potest ad beatè uiuendum deesse ei, quẽ fortitudo ab ægritudine & à metu uindicet.
Ægritudo pro morbo corporis. Terent. Phor. Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est. Sic Plin. lib. 28. cap. 6. Et lib. 8. cap. 1.
Ægrotus, penul. prod. denominatiuũ ab æger, (ἀῤῥωστος, νόσιμος,) Seruius, Æger & corpore & animo dicitur: Ægrotus, corpore tantum. Horat. 1. epist. 2. 10,
Non domus, & fundus, non æris aceruus & auri,
Ægroto domini deduxit corpore febres.
Ægroto dum anima est, spes est. Sententia prouerbialis, admonens ne in afflictissimis quidem rebus abijciendam esse spem. Cicer. ad Atti. libr. 9. 181. 6, Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti.
Ægrota respub. Idẽ quod ægra: id est, malè habens. Cic. 1. Verr. 38, Et profectò aut hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ reipublicæ, iudicijsq; corruptis, &c.
Vide Aegra respub.
Ægroto, ægrotas, penul. prod. (νοσέω, ἀῤῥωστέω, ἀσθενέω, νοσηλύομαι) ægrotare, Malè ualere à corpore. Et est uerbum ex nomine Aegrotus factum. Cic. pro Cluentio, 132, Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hunc ægrotauit.
Ægrotare translatum ad fructus. Plin. lib. 17. ca. 24. 12. Ægrotant aliquando & poma ipsa per se sine arbore, si necessarijs tẽporibus imbres, aut tepores, uel afflatus defluxere, aut contra abundauere.
Ægrotant in te artes animi tui: hoc est, malè se habent mores tui, tu corruptis es moribus. Plautinus est iocus in Trinũmo.
Fama ægrotat, Lucr. li. 4. 226,
Languent officia, atq; ægrotat fama uacillans.
Vitio animi ægrotare, Hor. 2. Ser. Sat. 3. 62.
Diu ægrotare, Cic. pro Cluentio, 138.
Animus ægrotat. Cic. 4. Tusc. 129, Quis dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo q; magni æstimetur ea res, ex qua animus ægrotat, oriãtur.
Grauiter ægrotare, Ci. 1. Offi. 47. Et de Senect. 61.
Grauissimè ægrotare & optimè ualere, contraria. Ci. 2. de Finibus, 70, Quæ quum Aristoni & Pyrrhoni omnino uisa sunt pro nihilo, ut inter optimè ualere & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse.
Leuiter ægrotare. Cic. 1. Offic. 116, In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur.
Periculosè ægrotare, Cic. ad Atti. lib. 8. 146. 4.
Vehementer ægrotare. Cicer. pro Cluentio, 138, Ibi primùm in morbum incidit, ac satis uehementer diuq; ægrotauit.
Ægrotatio, Verbale, (νόσημα, ἀῤῥώστημα) Propriè est morbus in corpore. Vide Ciceronis exemplũ, in Aegritudo. Plin. lib. 17. cap 24. 15.
Ægrotatio animi. Cic. 3. Tuscul. 8, Vtrum quòd minus noceant animi ægrotationes quàm corporis? Et 4. Tusc. 38, Definiunt autem animi ægrotationem opinationem uehementem de re non expetenda, tanquam ualde expetenda sit, inhærentem & penitus insitam. Paulò pòst, Ægrotationi autem talia quædã subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, uiolentia, cupedia, & si qua similia.
Ægrotatio mentis. Cic. 3. Tusc. 14, Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum.
Aegeria] ἀιγερία, nympha nemoris Aricini, & uxor Numæ Pompilij secundi regis Romanorum, quæ teste. Ouid. li. 15, Metamorpho. mortuo Numa, quum flere nõ desineret, Dianæ miseratione in fontem sui nominis uersa est. De qua idem Oui. lib. Fast. 3,
Aegeria est, quæ præbet aquas, dea grata camœnis,
Illa Numæ coniux, consiliumq; fuit.
Liuius 1. Decad. lib. 1, Numa, &c. Simulat sibi cum dea Aegeria cõgressus nocturnos esse: eius se monitu, quæ acceptissima dijs essent, sacra instituere: sacerdotes suos cuiq; deorũ præficere. Paulò pòst, Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quo quia se persæpe Numa sine arbitris, uelut ad congressum deæ inferebat, Camœnis eum lucum sacrauit, quòd earum sibi concilia coniuge sua Aegeria essent. Tradit Sipontinus moris fuisse, prægnantes Aegeriæ sacrificare, quòd eam putabant facilè conceptum aluo egerere.
Aegeus] dissyllabum, huius Aegei, uel Aegeos, penult. corr. (αἰγεύς) Athenarũ rex: filius Neptuni, duas habuit cõiuges, quarũ prima dicta est Aethra, filia Pithei regis, ex qua Theseũ suscepit. Secunda, ut testatur Ouidius, fuit Medea profuga, quam ab Iasone repudiatam, atq; fugientem nõ solũ suscepit hospitio, sed illam etiam sibi matrimonio copulauit, & ex ea, ut placet Iustino, Medum filium suscepit. Successit quidem in regno Pandioni regi reuera patri. Aegeo regnante, Athenien-

Digitized by Google

Athenienſibus bellum intulit Minos Cretenſium rex ob cædem Androgei filij, legesq; duriſſimas impoſuit, ut ſcilicet quotannis ſeptem iuuenes nobiles in Cretam mitterentur ad Minotaurum: qui tribus annis ſorte miſsi ſunt, quarta autem ſors obtigit Theſeo, qui maximo patris Aegei dolore nauē conſcendit, & quum omnia nauigij ornamenta nigra eſſent, & nauis uelum, habuit in mandatis à patre, ut ſi contingeret in agendis eum felicem ſortiri exitū, rediens naui album poneret uelum, amoto nigro: ut eminus infortunium ſuū no ſceret. Theſeus aūt Ariadnæ conſilio victor, mandatorū immemor, non amoto uelo nigro redibat. Aegeus excelſa turri proſpectans nigrum uelum, Theſeum mortuum arbitratus, ex turri ſe deiecit in mare, quod ab ipſo uocatū eſt Aegæū: & mortuus, ab Athenienſibus liberatis & Neptuni filius, et marinus deus in ſolatium Theſei conſecratus eſt. Ex Bocatio, & Seruio. Oui. 7. Met. 81.

Aegeſtani] Siciliæ populi, quos Plinius Segeſtanos uocat, li. 3. cap. 8. In quem locum hæc prodidit Hermolaus, Vetus ferè lectio, Aegeſtani. Omnes quoq; Græci codices, Aegeſtani, nō Segeſtani, ab Aegeſto Troe, qui cū Philoctete uenerat: Thucydides, Strabo, Diodorus, Lycophron, Dionyſius. In uno tamen Polybio, itemq; Ptolemæo, quandoq; Segeſtani, quod & in Cicerone ac Solino cernitur. Vide Strab. lib. 6. & 13.

Aegiale] pen. corr. (αἰγιάλη) Diomedis Aetoliæ regis uxor, quam poſt Troiæ expugnationem in patriā reuerſus, quum cognouiſſet cum Cyllabaro Stheneli filio concubuiſſe, uerecundia ductus domum noluit reuerti, ut ſcribit Seruius in 11. Aeneid. Stat. 3. Sylu. 5. 10, Queſta eſt Aegiale, queſta eſt Melibœa relinquit. Dicitur & Aegialea, penult. product. αἰγιάλεα.

Aegiale, antiquitus nuncupabatur ciuitas, ab Aegialeo, qui autochthon ſeu indigena comparuit ibidem primus, ſicuti memorant Sicyonij, & eſt à Pauſania repetitū: quæ tempeſtate inſecuta Sicyon dici cœpit de regis nomine, quem ex Attica aſcitum Lamedon ſibi generū adoptarat, filia illi Zeuxippe tradita. Cœlius Antiq. lectionum, li. 6. ca. 48.

Aegialeus] Adraſti filius, quē eo bello quod ſecundū Argiui aduerſus Thebas geſſere, primo prælio iuxta Gliſam oppidum interfectum, neceſſarij Pagas in Megaridem retulerūt, atq; ibi humarunt, & adhuc heroum ipſum Aegialeum dicitur. Pauſanias in Atticis.

Aegialeus, Apis frater, primi Ionis filij. De quibus ſcribit Euſebius.

Aegialia] inſula eſt adiacens Aetoliæ regioni, ut ſcribit Plinius, ca. 12. li. 4.

Aegialos] Latinè dicitur littus. Vnde Achaia propter urbes in littore per ordinem diſpoſitas, antè αἰγιαλὸς uocata eſt, teſte Plinio, lib. 4. cap. 5, Pauſanias dictam putat ab Aegialo primo rege è Theſſalia ueniente, ac patre Achei, qui regioni nomen dedit.

Aegiali] proprio uocabulo uocātur multa littora apud coſmographos: uelut inter Sicyonē et Bupraſiū. Eſt & alius finitimus Pōto, poſt promontorium Carambin, cuius meminit Homerus. Rurſus eſt Thraciæ apud fluuiū Strymonē. Poſtremò eſt Aegialus, cognomento magnus, inter Aegyptum & Aethiopiam. Eraſmus in 27. cap. Actorum Apoſtolicorum.

Aegialus] Medeæ frater apud Iuſtinum, lib. 42. Hunc alij Abſyrtum uocant: qui quum Medeam perſequeretur, ab ea dicitur interfectus. Author Strab. lib. 7.

Aegialus, mons Atticæ, Solinus cap. 12.

Aegialus, promontorium Paphlagoniæ, ut Apollonius poeta indicat. Habet & uicum eiuſdem nominis. Eſt alter quoque Aegialus, qui ſub Agamemnonis erat imperio, in medio Sicyonis et Bupraſij, ab Aegialeo Inachi filio. Eſt & Thracius Aegialus iuxta Strymonē. Aethiopicusquoq; Aegialus iuxta Aegyptum. Ex Volaterrano.

Aegida] oppidum Iſtriæ, Plin. lib. 3. cap. 19.

Aegides] huius Aegidæ, penul. producta (αἰγείδης) dicitur Theſeus filius Aegei. Stat. Thebai. 12. 154,

—riſit, uocesq; manumq;
Horridus Aegides, ferratāq; ab arbore magnos
Molitur iactus. Oui. 4. epiſt. 12,
Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus
Curua meæ fugit tecta ſororis ope.

Aegila] inſula quindecim milibus paſſuum diſtans à Cythera. Plin. lib. 4. cap. 12.

Aegilodes] ſinus Laconiæ, apud Plin. cap. 5. lib. 4.

Aegilips] Aegilipis, urbs Epiri proxima Crocyleæ. Volater. ex Homero. Item locus alius, ἀπὸ τοῦ αἶξ καὶ λείπω, ut quē iam capra depaſta reliquerit, aut quò præ altitudine aſcendere non poſsit.

Aegilops] penul. pro. (αἰγίλωψ) Arboris glandiferæ ſpecies. Plin. li. 16. cap. 6.

Aegilops, Fiſtula oculorum. Celſus, li. 7. Dicitur & Aegilopa, huius ægilopæ, uox frequens Plinio.

Aegilops, Bulbi genus. Plin. lib. 19. cap. 5.

Aegilops, Herba hordeum enecans. Plin. lib. 18. ca. 17, Eſt herba quæ cicer enecat & eruum, circūligando ſe: uocatur oro banche: triticum ſimili modo æra: hordeum feſtuca, quæ uocatur ægilops. Hæc Pli. Virgilius Latinè uertit auenā, in hoc uerſu, Infelix loliū, & ſteriles dominantur auenæ. Georg. 1.

Aegilos] inſula quæ Latinis Capraria dicitur, Plin. li. 3. ca. 6.

Aegimius] nomen proprium uiri, qui annos uixit ducentos. Author. Plin. li. 7. cap. 48.

Aegimori] ſunt contra Carthaginis ſinum duo ſcopuli uerius quàm inſulæ: inter Siciliam maximè & Sardiniam. Plinius li. 5. cap. 7.

Aegimurus] & alia quædam exilis inſula. Idem li. 7, Non procul à Corſura & Sicilia diſtant, quum aliæ complures inſulæ, tum etiam Aegimurus. Stephano Aegimoros dicitur. Ex Hermolao.

Aegina] Aeginæ, penul. prod. (Αἴγινα) Aſopi regis Bœotiæ filia, cum qua Iupiter in ignis ſpecie congreſſus eſt, ex eaq; genuit Aeacū & Rhadamanthū. Oui. Metamor. 7. 126.

Aegina, inſula Epidaurico littori proxima. Mela lib. 2. Hæc ut tradit Strabo, lib. 8, inter Cyclades inſulas nobiliſſima eſt. Hinc Aeacus, eiusq; poſteri genus duxiſſe decantantur. Hæc eſt, quæ maris aliquādo tenuit imperiū. Hæc eſt, quæ contra Athenienſem populū in nauali ad Salaminē prælio de principatu contendere non dubitauit, qua tēpeſtate Perſæ Græciam inuaſerant. Eius inſulæ ambitus 180. ſtadiorū eſſe traditur. Eiuſdē appellationis oppidum in uentū Africū uergēs habet. Illā Attica & Megarica coronat ora, & Peloponneſus uſq; Epidaurū, quū centum ferè ſtadijs ſingulæ ab illa diſtent. Pars aūt Orientē Auſtrumq; proſpectans, Myrtoo perfunditur pelago, ac etiam Cretico. Oenoa diu uocata eſt: ſeu potius Oenone, penu. prod. ut Plin. li. 4 ca. 12. & ex Pauſania Cælius Antiq. lect. lib. 5. cap. 44. Ephorus ſcriptis prodidit, primò Aeginæ à Phidone ſignari cœptū argētum. Emporium aūt ideo effectū, quia locus admodū ſterilis erat: proinde homines illi maritima mercando negotia tractare aſſueuerunt. Vnde multis uarijsq; rebus conſtantem quæſtū, Aeginæam appellamus mercaturam.

Aeginam inſulam ab Aegina Aeaci matre nomē habere putat Ouidius, eandemq; Oenopiam prius uocitatam. Eius uerba ſunt lib. 7. Met. 95,

—latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.

Oenopiam

Oenopiam ueteres appellauere: sed ipse
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Ouidio quoque subscripsit Steph.

Aeginæus adiectiuum (αἰγιναῖος) ut Aeginæa mercatura.

Aeginæa, Aeginæorum, gen. neut. dicuntur grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur, maius cæteris. Sunt etiam Aeginæa, rerũ uenalium onera miscellanea, id est, farcinæ cõplectentes uarias merces. Vnde Aeginopolæ, id genus mercium uenditores. Ex Cœlio lib. Antiq. lect. 11. cap. 56. & Eras. in Chiliad.

Aeginensis (αἰγινσύς) Aeginæ incola.

Aeginenses (ait Strabo lib. 8.) Myrmidonas appellatos memorans, non quomodo in fabulis canitur, quòd inualescẽte ingenti pestilentia, formicæ ad preces Aeaci in homines uersæ fuerint: uerum quòd formicarum more terram fodientes, petras transportarent, ut agricolandi materiã haberẽt. habebãt enim terrã supernè lapidosam, infernè frumentis idoneã. Itaq; asportandis lapidibus quodam modo formicarum industriam repræsentabant. Quarum etiam more in cauernis habitabant, frugalitati & parsimoniæ studentes, impensasq; ædificiorum uitantes.

Aegineticus (αἰγινητικός) adiectiuum. Vnde æs Aegineticum Plinio li. 34. ca. 2, Non quod insula ipsa gigneret, sed quod ibi officinæ præclarè temperarent.

Aegineta, Aeginetæ, penul. prod. (αἰγινήτης) Idem. Hinc Paulus Aegineta, clari inter medicos nominis.

Aeginopolæ, pen. prod. Vide Aeginæa.

Aeginium] oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

Aegiochus] pen. corr. (αἰγίοχος) Iouis epitheton, ab ὄχος, & αἰγὸς, id est, ab alimonia & capra, quia puer fuerit nutritus à capra: uel ab ἔχειν, tenere, & αἰγίδα, quoniã ægide utitur, uel quia corio capellæ Amaltheæ usus fuerit pro scuto, quando contra Titanas dimicauit.

Aegipan] Aegipanos, penult. prod. (αἰγίπαν) Semicaper, Pan deus. Aegipanes sunt nudi, leues, caprinos pedes habentes. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus dijs coluerunt, quẽadmodũ Faunos, Syluanosq;: Faunos quidem ac Satyros, nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum. Plin. lib. 5. cap. 1. Et cap. 8, Aegipanes semiferos, & Blemmyas & Satyros.

Aegira] insula. Plin. 5. cap. 31, Est etiam eiusdem nominis oppidum in Achaia. Idem lib. 4. cap. 5. Idem lib. 18. cap. 9, Taurinus quidem sanguis recens inter uenena est, excepta Aegira. Ibi enim sacerdos Terræ uaticinatura, tauri sanguinem bibit, priusquam descendat in specus.

Aegira, urbs inter Aetolos & Peloponnesiacos. Author Pomponius, lib. 2.

Aegirinon] ægirini, neu gen. Populneũ unguentum, (αἰγείρινον) Ruellius libro 1. cap. 119, Vnguentum populneum, quod Aegirinon Græcis dicitur, ex uua populi, quæ bryon est, conficitur uerno tempore, quum plurimum grauis est prægnansq; resina.

Aegiros] penul. product. (αἴγειρος) Arbor, quæ Latinè Populus nigra dicitur.

Aegis] αἰγὶς apud Græcos uaria significat. Pellicium tegmen quod gestant Afric. Præterea maris intumescentis undas, ac uentorum procellas & turbines. Alij malũt esse quid è coronis contextum, aut rete ex coronamẽtis cõtextũ. Nec desunt, qui putent significare sacerdotẽ, quæ Athenis solita sit ferre sacrã Aegidẽ, et ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Apparet aũt in huiusmodi sacris multũ fuisse licentiæ, quẽadmodũ & apud Christianos multis ineptijs celebrãtur nuptiæ. Vnde factũ est prouerbiũ, Aegis uenit. Quod Suidas indicat dici solitũ de ijs, qui petulanter & impudenter agerẽt. Simul quoq; alludit ad procellã. Ex Erasmi Chiliad. teste Cœlio Antiq. lect. li. 10. ca. 6. Est insup Aegis, scutũ Iouis, ut Iliados 4. et Palladis, ut Ilia. 5, describitur: in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus uice crinium terribile, quod qui intuebantur, mox in lapides uertebantur, ut canit Ouidius 4. Metamor. ad finem. Seruius, Aegis propriè est munimentum pectoris æreum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis uocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis uidemus, lorica dicitur. Vir. 8. Aene.

Aegis coruscans, Valer. Flac. Argonaut. 4. 134.

Cruenta, Clau. 3. de rap. Pros. 68.

Fulua, Clau. 7. Pane. 33.

Irata, Clau. li. 3. de rap. Pros. 12.

Nigrans. Vir. 8. Aen. 70, — Arcades ipsum
Credunt se uidisse Iouem, quum sæpe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosq; cieret.

Sonans. Hor. li. 3. Car. 4. 12,
Contra sonantem Palladis ægida.

Terrifica, Val. Flac. Argonaut. 6. 35.

Aegisonus, penult. corre. (αἰγίφωνος) Hinc Aegisonum pectus Palladis, Val. Flac. lib. 3. Argonaut. 18.

Aegis, arboris laricis fœmina, Plin. lib. 16. cap. 39.

Aegisthus] αἴγισθος, filius Thyestis ex Pelopeia filia. Pelops enim Tãtali Phrygiæ regis & Thaygetæ filius, ex Hippodamia Atreum & Thyestẽ sustulit, Peloponnesi priùs, deinde Mycenarum reges. Porrò ijs alternatim administrantibus (sic enim inter eos conuenerat) Thyestes quum sciret regnum penes eum fatali dispositione mansurum, qui arietem uelleris aurei haberet, quem Atreus regiam ingressus diligẽter custodiebat, corrupta Aerope (alij Europam malè uocant) Atrei uxore, imperium ad se trãsferri posse iudicauit. Itaq; stuprata fratris cõiuge, duos filios ex ea sustulit, Tãtalũ & Philisthenem. Quod ubi resciuit Atreus, Thyestem regno expulit. Sed paulò post simulata reconciliationis gratia, eum ab exilio reuocauit. Cui tandem Tantalum & Philisthenem partim elixos, partim assos, non solũ apposuit epulandos, sed etiã eorũ sanguinẽ uino permixtũ propinauit, allatasq; eorum capita post epulas ostendit. Quod scelus ne uideret Sol, uultum suum auertit. At uerò tã impij facinoris quã Thyestes à dijs ultionem exquireret, respondit Apollo, posse alio scelere eius sceleris uindicẽ nasci, si cum Pelopeia filia concumberet. Quo peracto, natus est puer: qui à matre propter conscientiã abiectus, uberibus tamẽ capræ nutritus, ex rei euentu Aegisthus est appellatus. Hic quũ adoleuisset, Atreum occidit: & Agamemnonẽ eius filiũ ex bello Troiano redeuntẽ interemit, adiuuante Clytemnestra uxore, quæ corpus suum Aegistho per adulteriũ prostituerat. Ipse tandem Aegisthus ab Oreste Agamẽnonis filio peremptus est, necẽ patris ulciscente. Hæc latè describit Seneca in Thyeste, et rursum in Agamemnone. Lactantius quoq; in lib. 4. Thebaid.

Aegisthus adulter, desidiosus, Oui. li. 1. de Remed. Amo. 33.

Aegisthus Thyestiades, quia Thyestis filius. Ouidius 2. de Arte Aman. 82.

Aegisthum C. Cæsarem gemens et indignabundus Pompeius uocare solebat. Suetonius in Cæsare Dictatore, ca. 50, Quemadmodum enim Aegisthus cum Clytemnestra uxore Agamemnonis summi Græcorum imperatoris consuetudinem habuit adulterij, sic Iulius Cæsar Mutiam uxorem Pompeij summi Romanæ militiæ ducis absentis adulterio corrupit. Quam propterea repudiauit Pompeius: quamuis ex ea iam tres liberos sustulisset. Author Suetonius.

Aegithalos]

Digitized by Google

Aegithalos] *auis est apud Aristotelem, quæ à Theodoro Parus uertitur. Hermol. in Plinium.*

Aegithus] *auis minima, dißidet cum asino. Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos eius dißipat: quod adeo pauet, ut uoce omnino rudētis audita, ouа eijciat, pulli ipsi metu cadāt. Igitur aduolans, ulcera eius rostro excauat. Aegithum uerò odit Anthus in tantum, ut sanguinem eorum credant non coire. Plin. lib. 10. cap. 75.*

Aegle] *Aegles, (ἀίγλη) nymphæ nomen, Solis ex Neæra filia. Virgil. eclog. 6. 5.*

Aegle *Naiadum pulcerrima. Latinè interpretatur splendor. Est etiam Lunæ nomen. Item genus ludi. Sed & placentæ genus, testibus Pausania & Cratino.*

Aegles, *Nomen athletæ cuiusdam Samij, qui quum mutus esset antea & elinguis, repentè loqui cœpit. Gellius lib. 5. cap. 9, & Valerius Maxi. lib. 1. cap. 8.*

Aegloga] *Vide Aecloga.*

Aegocephalos] *auis est liene omnino carens. Authores Aristot. li. 1. Et Plin. li. 11. cap. 37, Capriceps uertitur.*

Aegoceras] *Fœnum græcum. Plin. libr. 24. cap. ultimo, Nec fœno græco minor authoritas, quod Telin uocant, alij Carphos: aliqui Buceras: alij Aegoceras, quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam.*

Aegoceros] *penul. corr. huius ægocerotis, uel ægocerotos penul. prod. m. g. Latinè dicitur Capricornus, (αἰγόκερος) Lucret. lib. 5. 123,*

Nec ratio solis simplex ac recta patescit,
Quo pacto æstiuis è partibus Aegocerotis
Brumales adeat flexus: atq; inde reuertens,
Canceris ut uertat metas ad solstitiales. Hunc Iupiter, quòd cum eo erat nutritus, inter sydera cœlestia esse uoluit, ut capram nutricem. Fabulam describit Higinus.
Humidus Aegoceros, *Lucan. lib. 9. 108.*

Aegon] *Aegonis, penul. prod. nomen pastoris apud Virgil. ecloga 3.*
Aegon Lyctius, Virg. eclog. 5.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon. Seruius: Lyctius, Cretensis.

Aegon, *Caprile siue caprarum stabulum.*

Aegon, *pro mari Aegæo apud Statium lib. 5. Thebaid 12,*

—— florebat diues alumnis. Deloúe sonanti
Peior, & innumeris quas spumifer aßilit Aegon.

Lactantius, Aegon, mare Aegæū, quod insulas plurimas habet: dictum ab Aegæo patre Thesei. Aßilit insulas, id est, circunfluit. Ibidem 18,

Ventisq; absentibus Aegon
Motus, & ingenti percußit littora ponto.

Valerius Flac. lib. 1. Argonaut. 126.

Vix littore puppim
Solutmus: & quanto fremitu se sustulit Aegon?

Aegonensis] *porta Romæ, et Quirinalis, eo quòd mons ipse Quirinalis prius Aegonensis cognominatus est. Calepinus.*

Aegonychon] *Herba est, quæ & Lithospermon dicitur, & ab aliis semen leonium. Ab omnibus tam officinis, quàm medicis hodie Milium Solis appellatur, quòd (ut reor) semen candore solari ac lucis splendore fulgeat. Ruellius libro 2. capite 70.*

Aegophagos] *Cognomen Iunonis apud Lacedæmonios, qd ibi capræ illi immolarētur. Cœlius Antiq. lect. li. 10. c. 5.*

Aegophthalmos] *αἰγοφθαλμὸς, gemma, sic ab oculo caprino cognominata. Plin. lib. 37. cap. 11.*

Aegos] *ἄιγος, Flumē in Chersoneso Thraciæ, naufragio classis Atticæ insigne. Author Mela lib. 2. Marcel. lib. 22, Chersonesum pulsat Aegos potamos, in quo loco lapides casuros ex cœlo prædixit Anaxagoras. Hermolaus putat Aegos genitiuū esse casum ab Aex nominatiuo: traditq; eius loci accolas à Stephano Aegopotamitas uocari. Plin. lib. 2. ca. 58. Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis septuagesimæ octauæ secundo anno prædixisse, cœlestiū literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset è sole. Idq; factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine uehis, colore adusto. Apud hunc fluuium classem Atticam fregit Lisander Lacedæmonius, Athenis postea semidirutis, & triginta Tyrannis impositis: ut Plutarchus in eius uita est author. Meminit & Iustinus lib. 5.*

Aegosthenenses] *Græciæ populi contributi Megarensibus. Plinius libro 4. capite 7, Horum ciuitatem Pausanias uocat Aegosthenen.*

Aegre] *Vide Aeger.*

Aegyptos] *seu Aegypsos, (ἄιγυψος) Vrbs ad ripam Istri fluuij sita, nomen habens ab Aegypso Caspio conditore. Ouid. libro 1. de Ponto, eleg. 9. 3.*

Aegypta] *Ciceronis libertus: cuius idem meminit ad Tyronem libro epist. 16. 13. 1, Aegypta ad me uenit. Et ad Atticum libro 8. 167. 1.*

Aegyptus] *et Danaus (ἄιγυπτος καὶ Δαναος) filij fuerūt Beli Babyloniorū regis: quorū hic ex diuersis uxoribus quinquaginta filias habuit, ille totidē filios. Inhians imperio Aegyptus fratris filias matrimonio suis filijs iungi flagitabat. Abnuebat Danaus, quoniam oraculi responso acceperat se generi manibus occidendū. Parata igitur classe, Argos profectus est: expulsoq; Gelanore, Argiuorum imperio potitus. Porrò Aegyptus eò misit filios, ea quidem lege, ut ad se non redirent, niſi Danao interempto, aut connubijs cum filiabus eius initis. Obsidione igitur coactus Danaus, filias suas fratris filijs despondit, sed ipso nuptiarum die gladios uirginibus dedit, quibus prima nocte uiros interficerent, necem eis interminatus niſi parerent. Itaq; omnes mandata patris sunt executæ, dempta una Hypermnestra. Hæc enim Lino, seu Lynceo, uiro pepercit, eumq; à somno excitatum impulit, ut fuga suæ saluti cōsuleret. Author Lactantius in 2. Thebaid. Statij. Aegyptus aūt, ut scribit Manethon, eiecto fratre Danao, sexaginta octo annis regnum Aegypti tenuit, & ex suo nomine regionem Aegyptum dixit, quum antea Aeria diceretur. Addit Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1. quosdam fabulari, Nilum fluuium amore captū filiæ Ogdoi regis, qui Memphim urbem condidit, & de filiæ nomine sic appellauit, in tauri formam conuersum, puellam compreßisse: exq; ea genitum, quem propter uirtutem incolæ Aegyptum dixere: à quo & regio sit omnis denominata.*

Aegypti nuptiæ, inauspicatæ & infelices dicebantur. Sumptū à notißima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem Danai fratris filiabus maritos dedit. At hi præter unū, omnes à sponsis iugulati sunt. Torqueri poterit in simulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum reuera quæratur pernicies ei cui datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut fœderibus principum atrocia nascuntur exitia. Erasm. in Chiliad.

Aegyptus, *ἄιγυπτος, ut inquit Pomponius Mela lib. 1. Asiæ prima pars in duas diuiditur partes. Delta, ex forma literæ, quæ Ptolemæo, itemq; Plinio Aegyptus inferior uocatur. Altera, quæ secundum Nilum contermina Aethiopiæ meridiē uersus usq; ad Syenen procedit: Thebais appellata. De Aegypti antiquitate, ac disciplina sacerdotum (quos prophetas uocant) innumerabilia penè ab autoribus commemorantur. Huc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, Solon, Musæus, Plato, Democritus, Apollonius Tyanæus, complu-*

Digitized by Google

Oenopiam ueteres appellauere: sed ipse
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Ouidio quoque
subscripsit Steph.

Aeginæus adiectiuum (αἰγιναῖος) ut Aeginæa mercatura.

Aeginæ, Aeginæorum, gen. neut. dicuntur grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur, maius cæteris. Sunt etiam Aeginæa, rerũ uenalium onera miscellanea, id est, sarcinæ cõplectentes uarias merces. Vnde Aeginopolæ, id genus mercium uenditores. Ex Cœlio lib. Antiq. lect. 11. cap. 56. & Eras. in Chiliad.

Aeginensis (αἰγινσύς) Aeginæ incola.

Aeginenses (ait Strabo lib. 8.) Myrmidonas appellatos memorans, non quomodo in fabulis canitur, quòd imalescẽte ingenti pestilentia, formicæ ad preces Aeaci in homines uersæ fuerint: uerum quia formicarum more terram fodientes, petras transportarent, ut agricolandi materiã haberẽt. habebãt enim terrã supernè lapidosam, infernè frumentis idoneã. Itaq; asportandis lapidibus quodam modo formicarum industriam repræsentabant. Quarum etiam more in cauernis habitabant, frugalitati & parsimoniæ studentes, impensasq; ædificiorum uitantes.

Aegineticus (αἰγινητικός) adiectiuum. Vnde æs Aegineticum Plinio li. 34. ca. 2, Non quod insula ipsa gigneret, sed quod ibi officinæ præclarè temperarent.

Aegineta, Aeginetæ, penul. prod. (αἰγινήτης) Idem. Hinc Paulus Aegineta, clari inter medicos nominis.

Aeginopolæ, pen. prod. Vide Aeginæa.

Aeginium] oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

Aegiochus] pen. corr. (αἰγίοχος) Iouis epitheton, ab ὀχῆς, & αἰγὸς, id est, ab alimonia & capra, quia puer fuerit nutritus à capra: uel ab ἔχειν, tenere, & αἰγιάδος, quoniã ægide utitur, uel quia corio capellæ Amaltheæ usus fuerit pro scuto, quando contra Titanas dimicauit.

Aegipan] Aegipanos, penult. prod. (αἰγίπαν) Semicaper, Pan deus. Aegipanes sunt nudi, leues, caprinos pedes habentes. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus dijs coluerunt, quẽadmodũ Faunos, Syluanosq;: Faunos quidem ac Satyros, nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum. Plin. lib. 5. cap. 1. Et cap. 8, Aegipanes semiferos, & Blemmyas & Satyros.

Aegira] insula. Plin. 5. cap. 31. Est etiam eiusdem nominis oppidum in Achaia. Idem lib. 4. cap. 5. Idem lib. 18. cap. 9, Taurinus quidem sanguis recens inter uenena est, excepta Aegira. Ibi enim sacerdos Terræ uaticinatura, tauri sanguinem bibit, priusquam descendat in specus.

Aegira, urbs inter Aetolos & Peloponnesiacos. Author Pomponius, lib. 2.

Aegirinon] aegirini, neu gen. Populneũ unguentum, (αἰγείρινον) Ruellius libro 1. cap. 119, Vnguentum populneum, quod Aegirinon Græcis dicitur, ex uua populi, quæ bryon est, conficitur uerno tempore, quum plurimum grauis est prægnansq; resina.

Aegiros] penul. product. (αἴγειρος) Arbor, quæ Latinè Populus nigra dicitur.

Aegis] αἰγὶς apud Græcos uaria significat. Pellicem tegmen quod gestant Afric. Præterea maris intumescentis undas, ac uentorum procellas & turbines. Alij malũt esse quid è coronis contextum, aut rete ex coronamẽtis cõtextũ. Nec desunt, qui putent significare sacerdotẽ, quæ Athenis solita sit ferre sacrã Aegidẽ, et ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Apparet aũt in huiusmodi sacris multũ fuisse licentiæ, quẽadmodũ & apud Christianos multis ineptijs celebrãtur nuptiæ. Vnde factũ est prouerbiũ, Aegis uenit. Quod Suidas indicat dici solitũ de ijs, qui petulanter & impudenter agerẽt. Simul quoq; allusum est ad procellã. Ex Erasmi Chiliad. teste Cœlio Antiq. lect. li. 10. ca. 6. Est insup Aegis, scutũ Iouis, ut Iliados 4. et Palladis, ut Ilia. 5, describitur: in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus uice crinium terribile, quod quã intuebantur, mox in lapides uertebantur, ut canit Ouidius 4. Metamor. ad finem. Seruius, Aegis propriè est munimentum pectoris æreum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis uocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis uidemus, lorica dicitur. Vir. 8. Aene.

Aegis coruscans, Valer. Flac. Argonaut. 4. 134.

Cruenta, Clau. 3. de rap. Pros. 68.

Fulua, Clau. 7. Pane. 33.

Irata, Clau. li. 3. de rap. Pros. 12.

Nigrans. Vir. 8. Aen. 70, — Arcades ipsum
Credunt se uidisse Iouem, quum sæpe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosq; cieret.

Sonans. Hor. li. 3. Car. 4. 12,
Contra sonantem Palladis ægida.

Terrifica, Val. Flac. Argonaut. 6. 35.

Aegisonus, penult. corre. (αἰγίφωνος) Hinc Aegisonum pectus Palladis, Val. Flac. lib. 3. Argonaut. 18.

Aegis, arboris laricis fœmina, Plin. lib. 16. cap. 39.

Aegisthus] αἴγισθος, filius Thyestis ex Pelopeia filia. Pelops enim Tãtali Phrygiæ regis & Thayetæ filius, ex Hippodamia Atreum & Thyestẽ sustulit, Peloponnesi priùs, deinde Mycenarum reges. Porrò ijs alternatim administrantibus (sic enim inter eos conuenerat) Thyestes quum sciret regnum penes eum fatali dispositione mansurum, qui arietem uelleris aurei haberet, quem Atreus regiam ingressus diligẽter custodiebat, corrupta Aerope (alij Europam malè uocant) Atrei uxore, imperium ad se trãsferri posse iudicauit. Itaq; stuprata fratris cõiuge, duos filios ex ea sustulit, Tãtalũ & Philisthenem. Quod ubi resciuit Atreus, Thyestem regno expulit. Sed paulò post simulata reconciliationis gratia, eum ab exilio reuocauit. Cui tandem Tantalum & Philisthenem partim elixos, partim assos, non solũ apposuit epulandos, sed etiã eorũ sanguinẽ uino permixtũ propinauit, allatáq; eorum capita post epulas ostendit. Quod scelus ne uideret Sol, uultum suum auertit. At uerò tã impij facinoris quã Thyestes à dijs ultionem exquireret, respondit Apollo, posse alio scelere eius sceleris uindicẽ nasci, si cum Pelopeia filia concumberet. Quo peracto, natus est puer: qui à matre propter conscientiã abiectus, uberibus tamẽ capræ nutritus, ex rei euentu Aegisthus est appellatus. Hic quũ adoleuisset, Atreum occidit: & Agamemnonẽ eius filiũ ex bello Troiano redeuntẽ interemit, adiuuante Clytemnestra uxore, quæ corpus suum Aegistho per adulteriũ prostituerat. Ipse tandem Aegisthus ab Oreste Agamẽnonis filio peremptus est, necẽ patris ulciscente. Hæc latè describit Seneca in Thyeste, et rursum in Agamemnone. Lactantius quoq; in lib. 4. Thebaid.

Aegisthus adulter, desidiosus, Oui. li. 1. de Remed. Amo. 33.

Aegisthus Thyestiades, quia Thyestis filius. Ouidius 2. de Arte Aman. 82.

Aegisthum C. Cæsarem gemens et indignabundus Pompeius uocare solebat. Suetonius in Cæsare Dictatore, ca. 50, Quemadmodum enim Aegisthus cum Clytemnestra uxore Agamemnonis summi Græcorum imperatoris consuetudinem habuit adulterij, sic Iulius Cæsar Mutiam uxorem Pompeij summi Romanæ militiæ ducis absentis adulterio corrupit. Quam propterea repudiauit Pompeius: quamuis ex ea iam tres liberos sustulisset. Author Suetonius.

Aegithalos]

Digitized by Google

Aegithalos] *auis est apud Aristotelem, quæ à Theodoro Parus uertitur. Hermol. in Plinium.*

Aegithus] *auis minima, dißidet cum asino. Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos eius dißipat: quod adeo pauet, ut uoce omnino rudētis audita, oua eijciat, pulli ipsi metu cadāt. Igitur aduolans, ulcera eius rostro excauat. Aegithum uerò odit Anthus in tantum, ut sanguinem eorum credant non coire. Plin. lib. 10. cap. 75.*

Aegle] *Aegles, (ἀγλη) nymphæ nomen, Solis ex Neæra filia. Virgil. eclog. 6. 5.*

Aegle *Naiadum pulcerrima. Latinè interpretatur splendor. Est etiam Lunæ nomen. Item genus ludi. Sed & placentæ genus, testibus Pausania & Cratino.*

Aegles, *Nomen athletæ cuiusdam Samij, qui quum mutus esset antea & elinguis, repentè loqui cœpit. Gellius lib. 5. cap. 9, & Valerius Maxi. lib. 1. cap. 8.*

Aegloga] *Vide Aecloga.*

Aegocephalos] *auis est liene omnino carens. Authores Aristot. li. 1. Et Plin. li. 11. cap. 37, Capriceps uertitur.*

Aegoceras] *Fœnum græcum. Plin. libr. 24. cap. ultimo, Nec fœno græco minor authoritas, quod Telin uocant, alij Carphos: aliqui Buceras: alij Aegoceras, quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam.*

Aegoceros] *penul. corr. huius ægocerotis, uel ægocerotos penul. prod. m. g. Latinè dicitur Capricornus, (αἰγόκερος) Lucret. lib. 5. 123,*

Nec ratio solis simplex ac recta patescit,
Quo pacto æstiuis è partibus Aegocerotis
Brumales adeat flexus: atq; inde reuertens,
Canceris ut uertat metas ad solstitiales. Hunc Iupiter, quòd cum eo erat nutritus, inter sydera cœlestia esse uoluit, ut capram nutricem. Fabulam describit Higinus.
Humidus Aegoceros, Lucan. lib. 9. 108.

Aegon] *Aegonis, penul. prod. nomen pastoris apud Virgil. ecloga 3.*

Aegon Lyctius, Virg. eclog. 5.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon. Seruius: Lyctius, Cretensis.

Aegon, Caprile siue caprarum stabulum.

Aegon, pro mari Aegæo apud Statium lib. 5. Thebaid 12,

—— florebat diues alumnis. Deloúe sonanti
Peior, & innumeris quas spumifer asilit Aegon.

Lactantius, Aegon, mare Aegæū, quod insulas plurimas habet: dictum ab Aegæo patre Thesei. Asilit insulas, id est, circunfluit. Ibidem 18,

Ventisq; absentibus Aegon
Motus, & ingenti percußit littora ponto.

Valerius Flac. lib. 1. Argonaut. 126.

Vix littore puppim
Solutmus: & quanto fremitu se sustulit Aegon?

Aegonensis] *porta Romæ, et Quirinalis, eo quòd mons ipse Quirinalis prius Aegonensis cognominatus est. Calepinus.*

Aegonychon] *Herba est, quæ & Lithospermon dicitur, & ab alijs semen leoninum. Ab omnibus tam officinis, quàm medicis hodie Milium Solis appellatur, quòd (ut reor) semen candore solari ac lucis splendore fulgeat. Ruellius libro 2. capite 70.*

Aegophagos] *Cognomen Iunonis apud Lacedæmonios, qd tibi capræ illi immolarētur. Cœlius Antiq. lect. li. 10. c. 5.*

Aegophthalmos] *αἰγοφθαλμὸς, gemma, sic ab oculo caprino cognominata. Plin. lib. 37. cap. 11.*

Aegos] *ἄιγος, Flumē in Chersoneso Thraciæ, naufragio classis Atticæ insigne. Author Mela lib. 2. Marcel. lib. 22, Chersonesum pulsat Aegos potamos, in quo loco lapides casuros ex cœlo prædixit Anaxagoras. Hermolaus putat Aegos genitiuū esse casum ab Aex nominatiuo: traditq; eius loci accolas à Stephano Aegopotamitas uocari. Plin. lib. 2. ca. 58. Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis septuagesimæ octauæ secundo anno prædixisse, cœlestiū literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset è sole. Idq; factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine uehis, colore adusto. Apud hunc fluuium classem Atticam fregit Lisander Lacedæmonius, Athenis postea semidirutis, & triginta Tyrannis impositis: ut Plutarchus in eius uita est author. Meminit & Iustinus lib. 5.*

Aegosthenenses] *Græciæ populi contributi Megarensibus. Plinius libro 4. capite 7, Horum ciuitatem Pausanias uocat Aegosthenen.*

Aegre] *Vide Aeger.*

Aegyptos] *seu Aegypsos, (ἄιγυπτος) Vrbs ad ripam Istri fluuij sita, nomen habens ab Aegypso Caspio conditore. Ouid. libro 1. de Ponto, eleg. 9. 3.*

Aegypta] *Ciceronis libertus: cuius idem meminit ad Tyronem libro epist. 16. 13. 1, Aegypta ad me uenit. Et ad Atticum libro 8. 167. 1.*

Aegyptus] *et Danaus (ἄιγυπτος καὶ Δαναος) filij fuerūt Beli Babyloniorū regis: quorū hic ex diuersis uxoribus quinquaginta filias habuit, ille totidē filios. Inhians imperio Aegyptus fratris filias matrimonio suis filijs iungi flagitabat. Abnuebat Danaus, quoniam oraculi responso acceperat se generi manibus occidendū. Parata igitur classe, Argos profectus est: expulsoq; Gelanore, Argiuorum imperio potitus. Porrò Aegyptus eò misit filios, ea quidem lege, ut ad se non redirent, nisi Danao interempto, aut connubijs cum filiabus eius initis. Obsidione igitur coactus Danaus, filias suas fratris filijs despondit, sed ipso nuptiarum die gladios uirginibus dedit, quibus prima nocte uiros interficerent, necem eis interminatus nisi parerent. Itaq; omnes mandata patris sunt executæ, dempta una Hypermnestra. Hæc enim Lino, seu Lynceo, uiro pepercit, eumq; à somno excitatum impulit, ut fuga suæ saluti cōsuleret. Author Lactantius in 2. Thebaid. Statij. Aegyptus aūt, ut scribit Manethon, eiecto fratre Danao, sexaginta octo annis regnum Aegypti tenuit, & ex suo nomine regionem Aegyptum dixit, quum antea Aeria diceretur. Addit Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1. quosdam fabulari, Nilum fluuium amore captū filiæ Ogdoi regis, qui Memphim urbem condidit, & de filiæ nomine sic appellauit, in tauri formam conuersum, puellam compressisse: exq; ea genitum, quem propter uirtutem incolæ Aegyptum dixere: à quo & regio sit omnis denominata.*

Aegypti nuptiæ, inauspicatæ & infelices dicebantur. Sumptū à notißima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem Danai fratris filiabus maritos dedit. At hi præter unū, omnes à sponsis iugulati sunt. Torqueri poterit in simulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum reuera quæratur pernicies ei cui datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut fœderibus principum atrocia nascuntur exitia. Erasm. in Chiliad.

Aegyptus, *ἄιγυπτος, ut inquit Pomponius Mela lib. 1. Asiæ prima pars in duas diuiditur partes. Delta, ex forma literæ, quæ Ptolemæo, itemq; Plinio Aegyptus inferior uocatur. Altera, quæ secundum Nilum contermina Aethiopiæ meridiē uersus usq; ad Syenen procedit: Thebais appellata. De Aegypti antiquitate, ac disciplina sacerdotum (quos prophetas uocant) innumerabilia penè ab autoribus commemorantur. Huc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, Solon, Musæus, Plato, Democritus, Apollonius Tyanæus, complu-*

Digitized by Google

resq; alij eruditiõis causa profecti, dogmata in suã quisq; patriã retulere. Primi siquidẽ omniũ Aegyptij immortalẽ esse animã dixere, eamq; de corpore in corpus uagari, ut est autor Diodorus. Vide Plinium lib. 5. cap. 9.

Aegyptus uniuersa, teste Stephano, prius Aeria uocata est, quòd fusco & caliginoso sit aere. Id quod etiã testatur Plin. li. 21. cap. 7, Rosa, ait, & crocũ odoratiora, cũ serenis diebus leguntur: & omnia in calidis, quàm in frigidis. In Aegypto tamen minimè odorati flores, quia nebulosus & roscidus aer est à Nilo flumine. Meminit & Gell. lib. 14. cap. 6.

Aegypti sulcus, Libyæ non curat arenas. Adagium ex Antiphili epigrammate depromptum. Dicitur aũt de loco non admodũ quidem lato, sed insigniter fœcundo ac fructuoso: qui longè anteponendus est desertis incultisq; agris, tametsi uastioribus. Siquidẽ Aegyptus magnitudine cedit utiq; Libyæ, sed ita, ut illius tota uastitas ne huius quidẽ assequatur porticulum. Nempe Aegyptus dicta est ueteribus publicũ orbis horreum. Ex Cælio Antiq. lect. lib. 16. cap. 20.

Demens Aegyptus, ob uanas superstitiones, & deorum portenta ab Aegyptijs excogitata. Iuuenal. Saty. 15. 1.

Ferax Aegyptus. Claudian. Epigram. 6. de Nilo, Aegyptus sine nube ferax, imbresq; serenos &c.

Fertilis Aegyptus. Dionysius de situ orbis, interprete Prisciano,
Fertilis Aegypti terras fœcundat opimas. Plin. lib. 17. cap. 4. Est fertilis Thracia frugũ, rigore: æstibus, Africa & Aegyptus. Idem lib. 21. 15, Aegyptus frugum fertilissima.

Hiulca Aegyptus, id est, ob nimiam siccitatem diducta. Stat. Theb. 4. 142.

Horrida Aegyptus, id est, incompta. Iuuenal. Satyr. 15. 5.
—— horrida sanè
Aegyptus: sed luxuria, quantum ipse notaui,
Barbara famoso non cedit turba Canopo.

Iacens per plana Aegyptus. Lucan. lib. 2. 84, de Eridano,
Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis
Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas.

Loquax ac ingeniosa in præfectorum contumelias prouincia Aegyptus: in qua etiam qui uitauerunt culpam, non effugerunt infamiam. Seneca in consolatione ad Albinam.

Memphitis Aegyptus, hoc est, Memphitica, à Memphi præcipua Aegypti urbe. Iuuenal. Satyr. 15. 13,
—— amne aliam terra Memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Sagax Aegyptus, à studio rerũ syderaliũ. Macrobius in Somniũ Scipionis, lib. 1. cap. 21, Claudianus in Ruffinum lib. 1. 30.

Viridis Aegyptus. Virg. 4. Georg. 58. de Nilo,
Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Aegyptiacus, penult. corr. adiectiuum. Plin. lib. 6. cap. 28, Ad mare nostrum littusq; Aegyptiacum.

Aegyptius, adiectiuum (Αἰγύπτιος) Syl. Ital. lib. 13. 96,
—— Aegyptia tellus. Cic. in Pisonem 38, Nomen ad dignitatem imperij, regi Aegyptio uendidit.

Aegyptij machinarum artifices. De uersutis, et (ut ait Plautus) consutis dolis dictitatum. Torqueri potest & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorũ inexplicabiles labyrinthos. Aut in sycophantas, ac delatores, qui uera falsis permiscendo nectunt calumnias. Eras. in Chilia.

Aegyptijs duplex fuit scribendi genus. Vnũ, quod uulgò discũt: alterum, quod sacras literas appellant, soli sacerdotes attingunt, à parentibus per manus traditas: quas ab Aethiopibus primùm accepere. Non enim literarũ cõpositione, aut à literis uerba exprimuntur, sed animaliũ aut aliarũ rerũ imaginibus. Scribunt enim Accipitrẽ, ut rem sacrã denotet: Crocodilũ, ut malũ: Oculũ, ut iustitiam: Manũ dextrã passam, ut liberalitatẽ: Compressam, ut auaritiã: & ijs similia. Deniq; à dextro ad sinistrũ scribunt latus. Hæc Volaterranus ex Diodoro. Primi (ait Tacitus lib. 11) per figuras animaliũ Aegyptij sensus mentis effinxerunt: & antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernũtur. Cœlius Antiqu. lect. li. 16. cap. 25, tradit literas id genus appellari Hieroglypha grãmata, quòd ijs mysteria in reb. sacris significarẽtur.

Fallax Aegyptiorũ gens, semperq; alia cogitans, alia simulans. Hirtius in Commentario belli Alexandrini.

Fusci Aegyptij, ob ingẽtẽ regionis calorẽ. Propert. li. 2. 34. 3.

Aegyptij à Dione Philœni nuncupantur, id est, in uinũ procliues: ac philopotæ, quoniam apud eos cõperta primum tradatur uitis in Plinthine ciuitate: ut scribit Hellanicus: unde facti sunt uinolenti. Vide Cælium Antiqu. lect. lib. 9. cap. 3.

Ventosi Aegyptij. Vopiscus, Sunt Aegyptij uentosi, furibundi, iniurioси, nouarum rerum auidi.

Aelana] Aelanorum, genere neutro, plurali numero, ut ait Hermolaus, urbs Arabiæ felicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Aelaniticus maris Arabici sinus, quem alij Elenaticum uocant. Artemidorus Aleniticum. Iuba Læniticum. Plin. li. 6. ca. 28.

Aelia] Αἰλία, urbs Palestinæ ab Aelio Adriano, quondam Hierosolyma, nunc Hierusalem. Steph.

Aelianus] Αἰλιανὸς, sophista Romanus à Philostrato maximè laudatur, quòd Romanus homo tã probè atticissauerit, tãq; elegãter peregrinã à patria uocẽ retinuerit. Scripsit de animalib. De uaria historia, De re militari, quæ omnia ad nos peruenerũt. Fuit auditor Pausaniæ sub Adriano principe. Decessit annorũ sexagita, sine liberis, quũ cœlebs fuisset. Volaterr. Eius meminit Cælius Antiqu. lect. libr. 11. cap. 65.

Aelij] uel etiam Helij, (Αἴλιοι) dicuntur, quibus duæ nupserint sorores. Cæl. Antiqu. lec. lib. 15. cap. 24, Alciatus lib. 2. dispunc. cap. 23.

Aelios] cum diphthongo, & Helios cum aspiratione, scriptos utroq; modo in antiquis marmoribus inuenimus. Volat. in Anthropologia.

Aeliorum familia Romæ pauperrima fuit: adeo ut sexdecim eodẽ tẽpore Aelij fuerint: quibus una domuncula erat, & unus in agro Veientano fundus, inq; maximo circo Flaminio spectaculi locus, quæ quidẽ loca ob uirtutẽ publicè donata possidebant. Eadem gens nullum antè scrupulum argẽti habuit, quàm Paulus Perseo rege deuicto Quint. Aelio Tuberoni genero suo quinq; pondo argenti ex præda donaret. Valerius Maxi. lib. 4. cap. 4.

Aelia series, hoc est, Aeliorum familia. Claudian. in laudibus Serenæ reginæ, epigram. 22, Hispaniam alloquens, series his fontibus Aelia fluxit.

Aelium Catum quũ legati Aetolorũ in Consulatu prudentẽ in fictilibus adijssent: missi ab his uasa argẽtea nõ accepit: neq; aliud habuit argenti ad supremum uitæ diem, quàm duo poculà, quæ L. Paulus socer ei ob uirtutẽ deuicto Perseo rege donasset. Plin. lib. 33. cap. 11. Hic, teste Cicerone lib. 1. de Oratore 98, prudentia & iuris ciuilis scientia præditus, hoc carmine celebratur ab Ennio, Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus. Censuram cum M. Cethego egit, in qua in spectaculis senatum secreuit à populo, quũ promiscuè prius spectaret. Cuius rei gratia plebs maximè est indignata. Volater. in Anthro. Liuius 4 Decad. lib. 4.

Aelius] Gallus ordinis equestris, Arabiam felicẽ primus subegit Romanis, ab Augusto imperatore missus. Plin. lib. 6. cap. 28. Strabo lib. 2. lib. 16. & lib. 17. Huius amicitia usus est Strabo Geographus, & cum eo Nilum nauigauit, totamq; ferè Aegyptum lustrauit, ac bonam etiam Africæ partem. Testis ipse Strabo.

Aelius Grammaticus cognomine duplici fuit. Nam & Præconis, quòd pater eius præconiũ fecerat, uocabatur: & Stylo, quòd

Digitized by Google

quòd orationes nobilissimo cuiq; scribere solebat, tãto optimatum fauere, ut Metellũ Numidicũ comitatus sit in exiliũ. Suetonius de illustribus Grãmaticis: apud quem corruptè (ut puto) legitur Lælius Ilstilo. Certè Volaterranus Aelius Stylo legit: & Plinius lib. 9. cap. 35, Aelij Stylonis testimonium citat aduersus Feneſtellam.

Aelius Mantia Formianus Libertini filius, de quo legendus Valer. Max. lib 6. cap. 2.

Aelius Melissus, ait Gellius lib. 18. cap. 6, Nostra memoria fuit Romæ summi quidem loci inter Grammaticos: sed maiore in literis erat iactantia & σοφιστίᾳ, quàm opera. Is præter alia quæ scripsit compluria, librum edidit de loquendi proprietate: ubi matronam eam esse dicit, quæ semel peperit, quæ sæpius, matrem familias, sicuti sus quæ semel peperit, porcetra dicitur: quæ sæpius scropha. (scribit.

Aelio Prætori ius dicẽti quid acciderit. Valerius Maxi. li. 5. c. 6.

Aelius Tubero. De hoc meminit Cic. in Bruto 60, Et pro Muræna 69.

Aelius Teronis nepos, Ligariũ apud Cæsarem accusauit: quem Cicero luculenta defendit oratione. Volater. ex Pædiano.

Aelius Verus Imperator, omnium primus, excogitauit Pentapharmacum præcipui saporis, ex sumine, phasiano, crustulo, aprugna, siue perna, et pauone, instar Vitellianæ patinæ, quæ immenso cõstitit, quam Clypeum Mineruæ appellauit. Author Spartianus.

Aelurus] penul prod. (αἴλουρος) latinè felis dicitur, animal domesticum, quod uulgò catus appellatur, παρὰ τὸ αἰολεῖν τὴν οὐρὰν, Hoc est, à uarianda & mouenda cauda. Gel. lib. 20. ca. 7, Aelurorum quoque oculi ad easdẽ uices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

Aello] ἄελλω, trium syllabarum, huius Aellus, ut Sappho Sapphus, nomen est unius Harpyarum: quæ tres esse finguntur, Aello, Ocypete, & Celæno. Testis Seruius in lib. 3. Aencid. Ouid. 13. Meta. 154.

Dicta Aello, quasi (ἅλων ἄλλο,) Id est, alienum tollens. Alij malunt à turbine & procella, quæ Græcè (ἄελλαι) dicitur, id quod satis innuit Vale. Flac. Argonaut. lib. 4. 91,

— Harpyæ semper mea pabula seruant:
Fallere quas nusquam misero locus. licet omnes
Deueniunt, niger intorto ceu turbine nimbus.

Aello, inter canes Actæonis censetur ab Ouidio li. 3. Metamor. 44, Prævalidusq; Lacon, & cursu fortis Aello.
Ab impetuosa uelocitate nomen habet, ut dictum est.

Aemathia, Vide Emathia, non enim per æ diphthongũ scribi debet, sed per è, Græcè (ἡμαθία) Steph. & Ptol.

Aemilius] Vide Aemylius.

Aeminium] Hispaniæ oppidum apud Ptolemæum.

Aeminius] fluuius Hispaniæ in Lusitania. Plin. li. 4. cap. 22.

Aemon] (uel ut alij scribunt, Hæmon) Aemonis penult. corr. (αἵμων) uiri proprium, cuius meminit Ouid. in Ibin. 113, Nec tibi siquid amas, felicius Aemone cedat. Egnatius ex Euripide scribit hunc fuisse Creontis filium natu minorem, Menœci qui se pro patria deuouit, fratrem cui Antigone Oedipi filia desponsata fuerat: illa uerò patrem in exilium secuta. Aemon à Sphinge dilaniatus est. Aemon, ut alij tradunt, iuuenis fuit Thebanus, qui tanto amore dilexit Antigonem Oedipi & Iocastæ filiam, ut ad mortuæ tumulum sese interfecerit. Fuerat autem Antigone iussu Creontis, qui uetuerat Græcorũ cadauera inhumari, iugulata, quòd fratrẽ mortuũ sepulturæ noctu mandasset. Huc putarim respexisse Ouidiũ in carmine paulo antè citato. Prope. lib. 2. Eleg. 9. 5,

Quid? non Antigones tumulo Bœotius Aemon
Corruit ipse suo saucius ense latus?

Aemon, nomẽ proprium uiri apud Statiũ li. 8. Thebaid. 100, Sterneret aduersos etiamnum Ismenius Aemon.

Aemonia] ἀιμονία, Regio Græciæ, De ea sic Plin. lib. 4. cd. 7, Sequitur mutatis sæpè nominibus Aemonia. Eadẽ Pelasgi cum Argos, Hellas, eadem Thessalia, & Dryopis, semper à regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Græcus à quo Græcia: Ibi Hellẽ, à quo Hellenes Hos eosdẽ Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, & Hellenas, & Achæos. Strabo in fine libri noni tradit eam aliquando Pandorã de matris Deucalionis nomine appellatam: dein Pyrrhæam ab ipsius Deucalionis uxore Pyrrha: sed & Nesonidẽ à filio Thessali Nesone. Hæmonia sunt qui malint, quàm Aemonia.

Aemonia niualis, Horat. 1. Carm. 37. 4.

Aemonius, adiectiuum, (αἱμόνιος) Hoc est, Thessalicus.

Adulter Aemonius, id est Iason. Valer. Flac. & Argonaut. 68,

Artes Aemoniæ. i. artes magicæ. Ouid. 2. de Arte amand. 20.

Arcus Aemonij Ouid. 2. Metam. 17, Hoc est, per Sagittarium cœleste sydus. Quod dixit propter Chironem Thessalum, quem fabulantur inter sydera relatum.

Boreas Aemonius, Syl. Ital lib. 10. 3.

Culter Aemonius, Ouid. 7. Metamor. 63.

Aequus Aemonius, Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 6.

Gens Aemonia, Oui. 1. Trist. eleg. 9. 6.

Hospitium Aemonium, id est, Iasonis, Propert. li. 1. eleg. 14. 4.

Iuuenis Aemonius, Hoc est, Iason, Ouid. 17. Metamor. 27.

Lyra Aemonia, Ouid. 4. Tristium eleg. 1. 4.

Proceres Aemonij, Ouid. 12. Metamor. 43.

Puppis Aemonia, id est, Argo, Ouid. de Arte amandi lib. 1. 2.

Ratis Aemonia, id est, Argo nauis Argonautarum. Val. Flac. 2. Argon. 71.

Terra Aemonia, Ouid. 1. de Remedio amoris 50.

Aemonides, penult. corre. (αἱμονίδης) nomen uiri. non patronymicum, ut Thucydides. Virg. 10. Aeneid. Vide Seruium.

Aemulor] pen. corre. æmularis, (ζηλόω, ξυλοτυπέω) æmulari. interdũ pro inuidere accipitur: quia uidelicet ex æmulatione ferè nascitur inuidia. Cic. 1. Tusc. 78, Quumq; corporis facibus inflammari soleamus, ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendi, quòd ijs æmulemur qui ea habeant quæ nos habere cupimus.

Aemulari propriè significat cum quadam inuidia atq; ambitione & quasi certamine conari alienũ opus superare, ut inde maiorem gloriam consequamur, quàm ille, quem æmulamur. Plin. ad Genitorem lib. 7, Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de ultione Heluidij, Demosthenis orationi (κατὰ μειδίου) conferis. Quam sanè cum componerẽ, illos habui in manibus: non ut æmularer (improbum enim ac penè furiosum) sed tamen imitarer, & sequerer tantum quantũ aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ similitudo pateretur. Quintil. li. 10. ca. 2, Tristes & ieiuni Pollionẽ æmulantur. Ci. pro Flac. 50. Vt oẽs eius urbis instituta laudare facilius possint, quàm æmulari. Liuius Decad. 1. li. 1. Pythagorã in ultima Italiæ ora, iuuenũ æmulantiũ studia cœtus habuisse constat. Hoc est, discipulorum.

Vitem æmularetur ulmus, ni pondus esset in culpa. Plin. li. 16. cap. 43. 3.

Aemulari cum aliquo. Liuius 3. Decad. lib. 8, non ita procul à fine, Tanquam mihi ab infimo quoq; periculum sit, ne mecum æmuletur.

Aemulari, cũ datiuo. Quintil. li. 10. cap. 1, Nam & consummati iã patroni ueterib. æmulãtur. Ci. 1. Tusc. 78. Vide æmulor.

Aemulari, sine syntaxi, p Cõtẽdere. Quint. li. 1. cap. 3, Sũt etiam nõnulli acuẽdis puerorũ ingenijs nõ inutiles lusus: quũ positis muicem cuiuscunq; generis quæstiunculis, æmulantur.

Aemulãdus. ζηλωθησόμενος. Pli. epi. 110, Vnà diligimus, unà dilexímus oẽs ferè, quos ætas nostra utroq; sexu æmulãdos tulit.

Digitized by Google

Aemulatus, huius æmulatus, penult. prod. (ζήλωμα) Idem quod æmulatio. Hinc æmulatus agere, id est, æmulari. Tacit. lib. 13, Otho, ne in urbe æmulatus ageret, prouinciæ Lusitaniæ præficitur.

Aemulatio, Verbale, (ζῆλος, ζηλοτυπία) Cic. 4. Tusc. 26, Aemulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude & in uitio nomen hoc sit. Nam & imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: sed ea nihil hoc loco utimur: est enim laudis. Et est æmulatio, ægritudo, si eo quod quis cõcupierit, alius potiatur, ipse careat. Ibidẽ 89, Obtrectare uerò alteri, aut illa uitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est æmulari, quid habet utilitatis? quam sit æmulantis, angi alieno bono, quòd ipse non habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quòd id etiam alius habeat. Plin. in Paneg. ad Traianum, Nihil est tã pronum ad simultates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Ea porrò maximè nascitur ex coniunctione, alitur æqualitate, ardescit inuidia, cuius finis est odium.

Aemulatio laude excitatur, Quintil. lib. 1. cap. 3.

Aemulatio alit firmiores profectus in literis. Quintil. lib. 1. ca. 2. 17.

Aemulatio infense exercetur. Tacit. lib. 13, Quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercebatur.

Aemulatio pro inuidia. Valer. lib. 1, capitè de sensoria nota, Instinctu autem æmulationis, animo dissidens.

Aemulator, ζηλωτής, Qui aliquem æmulatur. Cic. Attico, lib. 2. 16. 17, Quòd Sicyonij te lædunt, Catoni & eius æmulatori attribuas Seruilio.

Aemulus, pen. corr. (ζηλότυπος) Inuidus, ut ait Nonius. Virg. 5. Aeneid. —— æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Aemulã senectutẽ dixit, quòd uideatur quodam modo nobis inuidere iucundiorem ætatis felicitatem.

Aemulus, eiusdem rei studiosus, ut ait Seruius: uel ut Nonius sectator atq; imitator. Accipitur autem & in bonã & in malam partem. Virg. 5. Aeneid. Partem rostro premit æmula pistris. Cic. pro M. Marcello, Illo æmulo atq; imitatore studiorum ac laborum meorũ. Idẽ pro Murænã 56, Fuit summo ingenio uir Zeno: cuius inuentorum æmuli, Stoici nominantur. Virgil. 10. Aeneid. æmula laudi.

Aemulus, Riualis, & eiusdem mulieris, uel rei alterius amator. Terent. Eunuc. 2. 1. 9, Istum æmulum quòd poteris abs ea pellito. Ibidem 4. 1. 9, Miles uerò sibi putare adductũ ante oculos æmulum. Cic. ad Atticum, lib. 6. 1 14. 11, Licebit eum solus ames, me æmulum non habebis.

Aemulus alicuius de re aliqua, Contendens cum aliquo de re aliqua, Plin. lib. 15. cap. 18, Carthago de terrarum orbe per CXX. annos Vrbis æmula. Hoc est, cum urbe Roma certãs de orbis imperio. Aemula gummi arbor. Plin. li. 12. cap. 9. 2.

Fama æmula Herculei laboris, id est, non minor, quàm quæ de Hercule olim ferebatur: uel, quàm si aduẽtaret Hercules. Sil. Ital. lib. 4. 1.

Labra æmula rosis, id est, rosarum ruborem imitantia, & relut rubore cum rosis certantia. Mart. lib. 1. 148.

Pestanis rubeant æmula labra rosis.

Lingua æmula Timagenis, Quæ conatur imitari Timagenem. Horat. lib. 1. epist. 20. 3.

Lux æmula, Stat. 2. Achilleid. 38.

Marinis æmula mustela. Plin. lib. 9. cap. 17, Lacus Rhetiæ Brigantinus æmulas marinis mustelas generat. Idem li. 15. cap. 18, Ficus quædam pyris magnitudine æmulæ. Id est, pares, aut similes.

Sidus Veneris, æmulum Solis & Lunæ, Liuius lib. 2. ca. 8. 7.

Virtus æmula. Lucanus, Stimulos dedit æmula uirtus.

Vmbra æmula. Colum. libro 5. capite 6. 15, Ne æmula umbra uiti noceat.

Aemulus etiam inuidum significat, Virgil. in 6. Aeneid. Aemulus exceptum Triton.

Aemus] siue Hemus, (Αἷμος) rex fuit Thraciæ potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluuij filiam duxit uxorem. Hi in tantam arrogantiam elati sunt, ut Aemus se esse Iouem, Rhodope Iunonem, prædicarent, seq; ut deos adorari iuberent. Qua insolentia Iupiter indignatus, eos in montes commutauit. Ouid. 6. Metamor. 18.

Aemus, seu (ut alij malunt) Hæmus, mons est Thraciæ, uasto iugo procumbens in Pontum: cuius excelsitas sex millibus passuum subitur. Oppidum habuit in uertice Aristæum. Plin. lib. 4. cap. 11, In Pontum quidem uergit mons Aemus, cæteros, eius spacij magnitudine ac sublimitate superãs, mediãq; Thraciã diuidens. Strabo lib. 7, Existimat Polybius ex eius uertice utrunq; mare cerni, utpote Aegæũ & Adriaticũ. Id quod Strabo, ob ingens interuallũ, falsum probat. Sententiã tamen Polybij sequitur Mela. Nomen ei inditũ ab Aemo Boreæ & Orithyiæ filio. Autor Stephanus de urbibus. Seruius in illud Georg. 98, Aemathiam & latos Aemi pinguescere campos: tradit montem esse Thessaliæ. Sed hoc dixisse putatur, quia Thessaliam à Thracia Aemus diuidit. In eadẽ est sententia idem Seruius in illud 2. Georgicorum 98,
—— ô qui me gelidis in uallibus Aemi Sistat, &c. Liu. 4. Decad. lib. 10, montem describit.

Gelidus Aemus. Horat. 1. Car. 12. 2. Geticus. Stat. lib. 1. Thebaid. 55. Et idem lib. 9. 107.

Infelix mille furoribus Aemus, Vale. Flac. 1. Argon. 146.

Niualis. Claudianus. Præda sumus iã Bistonijs, Aemoq; niuali. Ouid. 1. Fast. 78, Et quicunq; tuas accolit Aeme niues.

Nubifer. Claudian. lib. 1. in Ruff. 67, Ouidius lib. 4. de Ponto, eleg. 5. 1,
Quum gelidam Thracen, & opertum nubibus Aemum.

Nudus, Stat. 5. Thebaid. 4.

Oeagrius Aemus. Ouid. 2. Metamorph. 44, Hoc est, in quo Orpheus Oeagri fluuij filius nondum fuerat à Menadibus discerptus: à cuius interitu postea cognomen Oeagrij sortitus est.

Orpheus Aemus, ab Orpheo ibi occiso, Martial. lib. 1.

Pulsus Aquilonib. Aemus, id est agitatus, Ouid. 10. Metam. 16.

Thracius Aemus, Lucan lib. 3. 40.

Vmbrosus Aemus. Ouid. epist 2. 23, Vmbrosum putant appellari ob arborum densitatem.

Aemyliæ] uirginis disciplinã extincto igne uestali tutam ab omni reprehensione Vestæ numen præstitit: qua adorante, quum carbasum, quam optimam habebat, fõculo imposuisset, subito ignis emicuit. Valer. Max. lib. 1. cap. 1.

Aemylius] Αἰμύλιος, apud Sybarim Italiæ oppidum erat spectatæ uenustatis adolescens, mirum in modum uenandi studiosus. Vxor autem nouella, quum in alterius puellæ complexus ipsum ire opinaretur, in saltus egressa delitescebat. Conquassatis aũt arbusculis, canes accursant, & ut feram discerpunt. Adolescens sese ipse interfecit. Hæc apud Plutarchum in Paralellis 34.

Aemylius Censorinus fuit in Aegesta Siciliæ oppido tyrannus crudelissimus. Hic, si quis noua quædam tormenta, & inusitatũ cruciandi genus extruxisset, præcipuis muneribus prosequebatur. Plutarchus in Paralellis 75.

Aemylius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, ciuem seruauit. Cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta, senatusconsulto posita. Valeri. Maxi. lib. 3 cap. 1.

Aemylius Lepidus Triumuir fuit cũ M. Antonio & Octauio, Africam sortitus cũ uiginti legionibus, eoq; imperio elatus, primas

Digitized by Google

primæ sibi partes uendicabat, Octauiũq; spernebat: nec auxilium contra Sext. Pomp. petentem iuuit. Quapropter ab eodem & spoliatus exercitu, & supplex cõcessa uita apud Circeios relegatus in perpetuum fuit. Hic M. Aemylius Lepidus Paulũ Aemylium Lepidũ fratrẽ ante omnes proscripsit, quòd ab eodẽ prius ipse hostis patriæ iudicatus fuerat. Ex Volater. & Apian.

Aemylius Mamercus ter Dictator, Fidenates deficientes in potestatẽ cum oppido recepit. Censuræ honorẽ, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensiũ spatio finiuit. Quam ob rẽ Censores eum tribu mouerunt, octuplicatoq; censu ærariũ fecerunt. Dictatura uolens se abdicauit. Ex Volaterrano & Liuio, 1. Decad. lib. 4.

Aemylius Paulus Consul cũ Terentio Varrone, temeritate collegæ inire pugnam cũ Annibale coactus, apud Cannas cecidit: cuius cadauer inuentum, hostis honorificè tumulauit. Ex Volater. & Liuio, 3. Decad. lib. 2 Huius filius L. Aemylius Paulus, primo cõsulatu, quẽ post tres repulsas adeptus erat, de Liguribus triumphauit. Vide Liuium, 5. Decad. li. 5.

Aemylius Porcina. Ci. in Bruto, 48, M. Aemylius Lepidus, qui est Porcina dictus, ijsdẽ temporibus ferè, quibus Galba, sed paulo minor natu, summus orator est habitus: & fuit, ut apparet ex orationibus, scriptor sanè bonus. Hoc in oratore Latino primùm mihi uidetur & lenitas apparuisse illa Græcorũ, & uerborũ comprehensio, etiã artifex (ut ita dicã) stylus. Hunc studiosè duo adolescentes ingeniosissimi & propè æquales C. Carbo & T. Gracchus audire soliti sunt.

Aemylius Regillus. Liu. 4. Decad. lib. 7, Aemylio Regillo, qui classe præfectũ Antiochi regis deuicerat, extra urbẽ in æde Apollinis quum senatus datus esset, auditis rebus gestis eius, quãtis cũ classibus hostiũ dimicasset, quot inde naues demersisset aut cepisset, magno consensu Patrũ triumphus naualis est decretus. Triumphauit Cal. Februarijs. In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt.

Aemylius Scaurus nobilis & pauper. Nã pater eius, quãuis patritius, ob paupertatẽ carbonariũ negociũ exercuit. Idẽ primò dubitauit, honores peteret, an argentariã faceret: sed eloquentiæ consultus, ex ea gloriã peperit. Aedilis, iure reddendo magis, quàm muneri ædendo studuit. Prætor aduersus Iugurthã pugnauit, eius tandem pecunia uictus. Consul legem de sumptibus & Libertinorum suffragijs tulit. Vide Plinium de Viris illustribus, & Volaterranũ. Cicer. pro Fonteio 12, Ecquẽ hominem uidimus, ecquem uerè cõmemorare possumus, parem cõsilio, grauitate, constantia, cæteris uirtutibus, honoris, ingenij, rerũ gestarũ ornamentis. M. Aemylio Scauro fuisse? Tamen huius, cuius iniurati nutu propè terrarum orbis regebatur, iurati testimonio, neq; in C. Fimbriam, neq; in C. Memmiũ creditũ est. Huius filius M. Aemylius Scaurus Syllæ priuignus fecit in Aedilitate sua theatrum temporarium, opus maximum omnium quæ unquã fuere humana manu facta. Vide Plin. lib. 26. cap. 15.

Aemylius Segestæ in Sicilia tyrannus, cuius meminit Plutarch. Volaterranus.

Aemylius, adiectiuũ, (αἰμύλιος) Hinc ludus Aemylius. Horat. de Arte poet. 7, Aemylij Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balneum est. Porphyr.

Propert. lib. 3. eleg. 3. 2, de Ennio poetâ,

Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaq; Aemylia uecta trophæa rate.

Aemyliam gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagoræ philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Aemylos. Ab illo Mamerco (inquit Plutarchus in uita Numæ) & Aemyliorum familiam admissam patritijs nominatam ferunt: sic rege blandiloquũ ũ illius uiri, quod αἰμυλίαν, uocant, & in dicendo gratiam appellante. Hactenus Plutarchus. Hæc familia Aemyliana Romæ honestissima fuit, à qua Aemylianus appellatus est Scipio Africanus minor, quasi Aemylij filius, qui per adoptionem insertus fuit familiæ Scipionum. Volater. in Anthropologia.

Aemylia uia. Strabo lib. 5, Aemylius Scaurus per Pisas & Lunam usq; Sabatios uiam strauit Aemyliam, & hinc per Derthonem. Alia uerò est Aemylia, quæ Flaminiã excipit. Eodem enim in Consulatu M. Aemylius Lepidus, &c. Flaminius collegæ fuerunt. Victores aũt Ligurũ strauere, hic quidem Flaminiam è Roma per Tusciã & Vmbriam, usq; Ariminum. Alter Aemyliũ usq; Bononiã, & ex ea in Aquileiã, prope Alpiũ radices, ducto per gyrum circa paludes opere.

Aemylianus, adiectiuũ, (αἰμυλιανὸς) Hinc Aemylianus Scipio: de quo Valer. Maxi. lib. 3. cap. 5. & lib. 3. cap. 2.

Aemyliana ædificia, erant extra Romam, de quibus Cornelius Tacitus lib. 15, de Vrbis incendio sub Nerone, Plus infamiæ id incẽdium habuit, quia prædijs Tibillini Aemylianis proruperat. Videbaturq; Nero cõdendæ urbis nouæ, & cognomento suo appellandæ, gloriam quærere.

Aenaria] αἰναρία, insula est in Puteolano sinu, quæ nomẽ assumpsit à statione nauium Aeneæ, ut scribit Plin. lib. 3. Naturalis historiæ, cap. 6. Hæc Homero inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, ut aliqui existimauere: sed à figlinis doliariorum. Autor ibidem Plin. Nunc Ischia uocatur, à nomine oppidi imaginem coxendicis in monte præbentis. Hermol. in Plin. in ea sunt aquæ uim medicam habentes: calculosis enim medentur. Autor. Plin. lib. 31. cap. 2. Statius quoq; Sylu. 3. 5. 21, Aenariæq; lacus medicos, Statinasq; renatas.

Aenariam, appellauere locum ubi Aeneas classem à Troia ueniens appulit. Fest.

Aenea] αἰνέα, ciuitas postea dicta Ianiculum, condita à Romulo filio Aeneæ, ut inquit Dionysius. Hermol. in Plinium.

Aenea, teste Herodoto lib. 7, urbs in regione Cressa, contermina Myzdoniæ. Hanc dicit Liuius esse propinquam Thessalonicæ, & ab Aenea Troiano olim conditam. Et subdit, Proficiscuntur à Thessalonica Aeneam ad statutum sacrificium, quod Aeneæ conditori, cum magna cæremonia quotãnis faciunt. Hæc Liuius.

Aeneaticus, adiectiuum, ab Aenea Thraciæ oppido, cuius li. 4. Theophrastus meminit, Circa Aeneam, inquit, ficus arbor scabiem non sentit.

Aeneas] αἰνείας, nobilis Troianus, Anchisæ & Veneris filius. Post excidiũ Troianum, post longos errores in Italiã uenit: ut scribit Virgilius. Hic sapientia apud Troianos, uti Hector fortitudine præstitit. Itaq; hic manus, ille sensus putabatur: ambo ætate staturaq; æquales. Autor Philostratus in Heroicis. Dictys autem Cretensis dicit, Aeneam & Antenorẽ, Ilium prodidisse Græcis: domos eorum in directione incolumes fuisse: postremo in Italiam ambos nauigasse. Dares Phrygius Polydamanta, Antenorem, Dolonem, & Aeneam proditores enarrat: dictiq; ab Aenea Amphimachum & Nireum à Græcis interfectos. Homerus tradit eundem cũ Diomede congressum in pugna: ac iam deficientem, Veneris matris auxilio adiutum: quæ demum & ipsa uulnerata, apud Iouem questa, hoc accepit responsum,

Non tibi bellorum partes, mea nata, dabuntur:
Dulcia coniugij sed tantum uincula cura. De hoc Vide Liuium & Iustinum lib. 43.

Acer Aeneas, Virgil. 8. Aeneid. 87.

Anchisa generatus Aeneas, Virgil. 6. Aeneid. 65.

Anchisa satus Aeneas, Virg. 6. Aeneid. 66.

Anchisiades Aeneas, hoc est, Anchisæ filius. Vir. 8. Aenei. 102.

Digitized by Google

Bonus Aeneas, Virgil. 11. Aeneid. 22.

Castus Aeneas, Horat. in Carmine seculari, 9. Acron, Castũ pro religioso siue propitio posuit: ut, Hac casti maneant in religione nepotes. Alij castum dici putant Aeneam, quasi purum & immunem à proditione Troiæ, quàmardentem ait poeta sine fraude Aeneæ. Sed hæc in gratiam Augusti dicta sunt.

Cretus à sanguine Troiano Aeneas, Virg. 4. Aeneid. 39,
Venisse Aeneam Troiano à sanguine cretum.

Cythereius Aeneas, Cytheræ Veneris filium. Ouidius 13. Metamorpho. 136.

Dardanius Aeneas, Virg. 6. Aeneid. 34.

Fatalis Aeneas, Virgil. 11. Aeneid. 46.

Ferus Aeneas, Virgil. 4. Aeneid. 94.

Gens deûm Aeneas. Virgil. 10. Aeneid. 45. Seruius, Propter illud, Dijs genite, & geniture deos.

Heros maximus Aeneas, Virgil. 6. Aeneid. 39.

Iliacus hospes Aeneas, Troianus, ab Ilio. Sil. Ital. lib. 8. 10.

Impiger Aeneas, Tibul. lib. 2. eleg. 6. 1.

Improbus Aeneas, Virg. 11. Aeneid. 192. Id est, magnus.

Ingens Aeneas, Virg. 6. Aeneid. 83.

Insignis pietate & armis Aeneas, Virg. 6. Aeneid. 81.

Laomedontius Aeneas. Id est, Troianus, à Laomedonte Priami patre. Virg. 8. Aeneid. 4.

Magnanimus Aeneas, Virg. 1. Aeneid. 53.

Magnus Aeneas, Virg. 10. Aeneid. 31.

Maximus Aeneas, Virg. 5. Aeneid. 105.

Penatiger Aeneas, quia deos Penates secum asportauit in Italiã, Ouid. 15. Metamor. 91.

Phrygius Aeneas, Virg. 12. Aeneid. 15.

Phryx Aeneas, Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.

Pius Aeneas, quia deos Penates, & Anchisen patrem suis humeris uectum, ab incendio Troiano eripuit. Virgilius 1. Aeneidos, 62.

Rhœteius Aeneas, hoc est Troianus, à promontorio Troiæ. Seruius. Virg. 12. Aeneid. 92.

Romanæ stirpis origo Aeneas, Virg. 12. Aencid. 34.

Sæuus Aeneas, Virgil. 11. Aeneid. 182.

Satus gente deorum Aeneas. Virg. 8. Aeneid. 7. Alibi dixit, Deûm certissima proles.

Troianus Aeneas, Virg. 4. Aeneid. 25. Et 1. Aeneid. 121, Troius Aeneas. Item lib. 6. 11, Tros Aeneas. Et ibidem,
Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.

Aeneadæ, penult. corr. Troiani, aliquando Romani, ab Aenea oriundi. Virg. 1. Aeneid. 33, Vbi Seruius, Aeneadæ, nũc Troiani, aliquando Romani: ut Aeneid. 8. 127,
Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant. Idẽ lib. eodẽ 114,
Quis genus Aeneadũ, quis Troiæ nesciat urbẽ? Rursum Aeneid. 3. 4, Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo.

Aeneides Aeneidæ, (ἀενείδης) Patronymicum. Virgilius, 9. Aeneid. 133.
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum,
Sit satis Aeneidæ, telis impune Numanum
Oppetijsse tuis. Vocatiuus est. Vbi Seruius: Patronymicum hoc non uenit ab eo quod est Aeneas. Nam hic Aeneades & ô Aeneade faceret. Priscianus lib. 2, Si nominatiuus Græcus in ας, uel in ης, uel in ως desinat: genitiuus uerò in ι diphthõgũ: a penultima breuis ante des inuenitur in patronymico: ut Pelias Peliades, Aeneas Aeneades, Menœtius Menœtiades. Nã Aenides magis cõtra regulã autoritate poetica posuit Virgilius, e & a correptas in i productã conuertens, uel quasi ab Aeneus Aenides, sicut à Peleus Pelides, proferens in nono, Sit satis Aenide telis impune Numanũ Oppetijsse tuis. Paulo pòst, Inueniuntur poetæ in quibusdam addentes quasdam literas, uel adimentes: ut Scipiades, pro Scipionides, & ut suprà diximus, Aenides, pro Aeneades.

Aeneis, penult. mdiff huius Aeneidos, penult. corr (ἀενηΐς) Liber de gestis Aeneæ. Statius ad finem Thebaidos, ipsam alloquens,
Viue precor, nec tu diuinam Aeneida tenta:
Sed longè sequere & uestigia semper adora. Ouid. lib. 2. Trist. 107.
Et tamen ille tuæ felix Aeneidos autor
Contulit in Tyrios arma uirumq; toros. Idẽ li. 3. de Ponto, Eleg. 4. 17.

Aeneidomastix, ἀενειδομάστιξ, liber à Carbilio Pictore in Virgilium editus, quanquam non desint, qui eum à Mæcenate suppositum asserant. Hic eius uitia furtaq; adnotauit, ut sibi quidem persuaserat stultissimus nebulo.

Aeneius, ἀενήιος, adiectiuum quatuor syllabarum. Virgilius 7. Aeneid. 1,
Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti.

Arma Aeneia. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 15. 5,
Tityrus, & segetes, Aeneiaq; arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

Carmina Aeneia, hoc est, de gestis Aeneæ. Ouid. ad Pisonem, de Virgilio & Aeneide 46.

Fata Aeneia, mors Aeneæ, Stat. lib. 5. Sylu. 3. 8.

Pietas Aeneia, Ouid. 4. Fast. 161.

Virtus Aeneia, Ouid. 14. Metamorph. 116.

Aenesidemus] Dymæus, præsidij Argis per Achæos imposiți præfectus, de quo uidendus Liu. 4. Decad. lib. 2.

Aeneus] penult. corrept. idem significat quod æreus (χάλκεος) Columel. lib. 12. cap. 20, In coctura æruginem remittunt ænea uasa. Cic. 6. Verr. 52, Lectos eratos, & candelabra enea. Idem 3. Offic. 48, Equus æneus. Vide Abenum.

Aeneum uinculum, pro perpetuo accipiũt poetæ: quoniam, ut inquit Porphyrius, æris metallum rubigine non cõsumitur. Cælius Antiqua. lect. lib. 10. cap. 50.

Aeneatores, σαλπικταί, tubicines, ab ænea tuba. Sueton. in Cæsare Dictat. cap. 32, Quidã eximia magnitudine & forma, in proximo sedens, repentè apparuit harundine canens: ad quem audiendum, quum præter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interq; eos & æneatores, rapta ab uno tuba prosiluit ad flumẽ: & ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Festus, Aeneatores, cornicines dicuntur, id est, cornu canentes.

Aeneobarbus, χαλκοπώγων, dictus est Domitius, quoniam Castor & Pollux, quum de uictoria nuntiarent Domitio rure reuertenti, ipseq; minimè crederet nirrantibus: malas, barbamq; manibus permulserunt, & eam ex fusca in flauã conuerterunt. unde à barba rutila æneiq; coloris, Aeneobarbi dicti: quod postea Domitiorum cognomen fuit, eorumq; magna pars rutila barba fuerunt. Hæc Suetonius in Nerone, capite 1. Idem ibidem, capite 2, In Cn. Domitium Aeneobarbũ Neronis atauum dixit Licinius Crassus orator, non esse mirandum, quòd æneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Quidam scribunt Aenobarbus.

Aenianenses] & Magnetes (ait Xenophon de Cyri minoris expeditione. lib. 6.) in medium processere: eamq; saltationem in armis saltarunt, quam patria uoce Carpæan appellant: de qua uide apud eundem Xenophontem.

Aenienses] quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 2, Hermolaus ab Aenia Perrhæborum oppido putat appellatos, quos in Epiro Græci modò Aenios, modò Aeniadas uocant. Strabo Aenianas quoq; nominat: etiam si alios hoc nomine in Ponto haberi meminit. Citantur Aenienses & à Liuio.

Digitized by Google

Aenigma] ænigmatis, penult. correp. neut. gen. (αἴνιγμα) ut Valla interpretatur, allegoria obscurior, quam diuinare magis, quàm interpretari oporteat: cuiusmodi est hoc, Quot animalia manus effugerunt, non perdidimus: quot non effugerunt, perdidimus. Gellius, libro 12. capite 6, Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris ueteribus scrupos appellarunt. Cic. 3. de Orat. 91, Sumpta re simili, uerba eius rei propria deinceps in rem aliam (ut dixi) transferuntur. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim ex hoc genere fiunt ea quæ dicuntur ænigmata. Idem Attico, lib. 7. 132. 6, Ænigma Oppiorum ex Velia planè non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius.

Obscuritates & ænigmata. Ci. 2. de Diuin. 196, Iam uerò quo pertinent obscuritates & ænigmata somniorum?

Aenigmatistes, ænigmatistæ (αἰνιγματιστής) qui ænigmata componit, aut proponit.

Aenna] seu Enna (αἴννα) ciuitas est in medio Siciliæ in excelso loco ac undiq; prærupto sita, proinde inexpugnabilis. Authores Strabo, lib. 6. & Liu. 3. Deca. li. 4, iuxta Aennam rapta est Proserpina à Plutone, ut inter naturæ miracula refert Arist. & Halieuticôn 3, Oppianus. Meminit & Liuius loco paulò ante citato: sed fusius. Cic. 6. Verr. 94.

Aennenses, siue Ennenses, quum uellent à Romanis ad Carthaginenses deficere, Lu. Pinarius præfidij præfectus omnes ad concionem uocatos ultima internecione clàm submissis militibus armatis deleuit. Liu. 3. Deca. li. 4.

Aenobarbus] χαλκοπώγων. Vide Aeneobarbus.

Aenos] αἶνος, differt à mytho, id est, fabula: quia Aenos, ut Aristophanis interpretes produnt, non pueris concinnatur, sed ad uiros dirigitur: nec consolatorius modò est, sed pareneticus quoq;. Admonet enim & docet: quod Hesiodum fecisse animaduertimus. Aenon, sunt qui apologum interpretentur, item prouerbium quandoque. Cælius, libro 8. Antiq. lect. cap. 47. Idem libro 15. cap. 4, Griphum alio uocabulo Aenon dicunt: quod ex Eustathio est. Vti apud Clearchum: uir, non uir: auis, nec tamen auis: lignum, non lignum: lapis, non lapis. Significantur uerò hæc: Eunuchus, uespertilio, scrula, pumex. Quint. li. 5. cap. 11, Aenon Græci uocãt: nostrorum quidam, nõ sanè recepto in usum nomine, Apologationem.

Aënus] aëna, aënum, pen. prod. (χάλκεος) trisyllabum nomen, ab æs æris factũ, sed æ diphthongo diuisa. Vide Ahenus.

Aenus Germaniæ fluuius, qui in Danubium defertur, Vindelicos à Norico discriminans. Hermol. in Plin.

Aeola] fuit, teste Homero in decimo Odysseæ, filia Aeoli ex Lepatra coniuge.

Aeolia] αἰολία, urbs Aeoli. Steph. aliter Strongyle, una ex septem Aeolijs. Plin. li. 3. ca. 9.

Aeoliæ insulæ. Vide Aeolides insulæ.

Aeoliæ ab Aeolo, qui ibi regnauit, & Vulcaniæ à Vulcano, qui ibi officinam habuisse dicitur. Vir. 1. Aen.

Aeoliam uenit, hic uasto rex Aeolus antro,
Luctantes uentos, tempestatesq; sonoras
Imperio premit, ac uinclis & carcere frænat.

Aeolicus, pen. corr. adiectiuum (αἰολικὸς) Hinc digamma Aeolicum, apud Quintilianũ, li. 1. ca. 4. Et rursum, ca. 6, Siue illa ex Græcis ora tractemus, quæ sunt plurima, præcipueq; Aeolica ratione declinata.

Aeolidæ (αἰολίδαι) Ouid. 9. Metam. 102, At non Aeolidæ thalamos timuere sororum. Macharcus Aeoli filius cum Canace sorore concubuit, & ex ea filium suscepit. Byblis autem Cauni fratris amore capta ad suum scelus eleuandum, plurali numero utitur.

Aeolides (αἰολίδης) patronymicum, penult. corr. gen. masc. epitheton Vlyssis apud Virgilium. Nam Anticleæ filius est, quæ ante Laertæ nuptias clàm cum Sisypho, Aeoli filio, concubuit, unde Vlysses natus est. Hoc ei apud Ouidiũ, 13. Meta. 7. Aiax etiam obijcit, Quid sanguine cretus Sisyphio? Author Seruius in illud Virgilij, 6. Aen. 106,

Hortator scelerum Aeolides.

Aeolides Misenus. Vir. 6. Aen. 33,

Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter
Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.

Bene Misenum dicit tubicinem. Ipse est enim qui dicitur filius fuisse Aeoli quia constat sonum omnem ex uento creari. Seruius in illud 3. Aen. 48,

—— Dat signum specula Misenus ab alta Aere cauo.

Aeolides Sisyphus, Aeoli filius. Hor. 2. Car. 14. 4,

— damnatusq; longi Sisyphus Aeolides laboris.

Aeolides insulæ, ait Diodorus, lib. 6. cap. 3, septem sunt numero (solus Seruius nouem facit) Strongyle, Euonyma, Didyme, Phœnicusa, Sacra (hanc alij Græca uoce Hieram appellant) Vulcania, Lipara, in qua est eiusdem nominis ciuitas. Sitæ autem sunt inter Italiam Siciliamq; recto cursu. Distant à Sicilia centum quinquaginta fermè stadijs, pares inuicem magnitudine. Earum maxima circuitu complectitur stadia centum quinquaginta. Ignem hactenus euomebant omnes: quarum meatus oraq; ignis etiam nunc uisuntur. In Strongyle ac Sacra hucusq; ex terræ hiatu uentus erumpit, & fœtor ingens: eructat quoq; arenã lapidesq; igneos permultos, quemadmodum & Aetnæ accidit. Asserunt nonnulli, meatus esse subterraneos, ab Aetna ad has insulas, & his omnibus eandem ignem spirandi causam esse. Has insuper insulas tradunt olim desertas fuisse: sed Liparum quendam Ausonis regis filium à fratribus dissidentem, ex Italia cum longis nauibus aduecta secum militum copia, ad insulam appulisse: quæ ab eo Lipara sit appellata: inq; ea sui nominis urbe condita, reliquarum quoq; insularum agros excoluisse. Eo senescente, Aeolus Hippotæ cum socijs quibusdam in Liparam quum uenisset, sumpta uxore Lipari filia, his postmodum insulis imperauit. Verum Liparus quum in Italiam reuerti cuperet, iuxta Surrentum tenuit loca, quibus magna cum laude præfuit. Defunctus deinde, ac magnificè sepultus, honores heroicos ab incolis assecutus est. Aeolum uerò (is est ad quem fabulæ Vlyssem errantem diuertisse tradunt) iustum ac pium extitisse legimus, & erga hospites perhumanum. Præterea uelis uti nautas docuit. Obseruatione ignis, qui uenti futuri essent prædixit. Vnde & illum fabulæ uentorum potentem dixere. Ob eximiam eius pietatem, deorum amicus est nominatus.

Aeolis, pen. cor. huius Aeolidis, pen. cor. (αἰολίς) patronymicum ge. f. hoc est, Aeoli filia uel neptis. Oui. 11. Metam. 115,

Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes.

Idem libro eodem, 89,

Talibus Aeolidis dictis lacrymisq; mouetur.
Vtrobiq; Halcyonen significat, Aeoli filiam.

Aeolis, regio Hellesponto adiacens: Mysia quondam appellata. Plin. li. 5. ca. 30.

Aeolis uel Aeolia, est regio Græcorum in Asia inter Ioniam & Troadem sita. Hinc dicitur Aeolica lingua una Græcorum. Plin. li. 5. ca. 30.

Aeolius (αἰόλιος) adiectiuum, ab Aeolide regione. Horat. lib. 3. Carm. 30. 3. & 4. Carm. 3. 3,

Fingent Aeolio carmine nobilem.

Vbi Porphyrio, Aeolio carmine ita dictum accipe, ut si diceret, Lyrico carmine: quia quidam Lyrici poetæ, ut Alcæus,

Digitized by Google

Aeolica dialecto magis usi sunt. Sanè Horatius Alcæum Lesbium imitatus est. Lesbos autem in Aeolia regione est.

Fides Aeoliæ, Hor. 2. Car. 13. 5. Id est, carmen lyricum.

Lyra Aeolia. Ouid. 21. epist. ad finem. Domit. Calder. Aeolia, id est, Lesbia. Nam Lesbos insula Aeolica est: imò Aeolicarum fermè urbium metropolis, ut scribit Strabo, qui author est Aeolicam gentem magnã fuisse, & per totam fermè Græciam euagantem. Lesbia autem fuit Sappho.

Plectrum Aeolium, Prop. li. 2. eleg. 3. 4.

Puella Aeolia, Hor. 4. Car. 9. 3. Id est, Sappho Lesbia.

Aeolus] ἄιολος filius Iouis ex Acesta siue Sergesta, filia, Hippotæ Troiani, à quo dicitur Hippotades. Ouid. 14. Metam. 45, Aeolon Hippotaden cohibentem carcere uentos. Hic regnauit in Aeolia, & inuenit rationem uentorum. Proinde uentorum rex & uentus dicitur à poetis. Seruius: Aeolus, ut Varro dicit, rex fuit insularum, ex quarum nebulis & fumo Vulcaniæ insulæ, prædicens futura flabra uentorum, ab imperitis uisus est uentos in sua potestate retinere.

Aeolus rex Tuscorum. De quo Plutarchus in Paralellis, 52.

Aeolos duos faciunt Direchidas apud Ianum Parrhasium, & Diodorus Siculus, lib. 5. cap. 6. & 7. Priorem, Hellenis filium. Hellenis autem pater fuit Deucalion. Posteriorẽ, Hippotæ ex Menalippe. Huius posterioris filiam Arnen compressit Neptunus. Qua de re indignatus pater Metapontino cuidam, qui tum casu aduenerat, Arnen ea lege tradidit, ut Metapontum illam deferret. Quo delata, geminos peperit, Aeolum, & Bœotum: quem propterea Bœotum dixit, quòd statim natum intra boum stabulum abiecerit. Quòd igitur inter boues fuit nutritus Bootus, & postea Bœotus est appellatus, ut tradit Euphorion.

Aeolus pater, Aeolus imperiosus, Stat. 10. Theb. 40.

Aeolus tempestatum rex, Vir. li. 10. Aen. 8.

Aeolius, adiectiuum (ἀιόλιος) Vir. 5. Aen. 157,

—maria omnia cœlo
Miscuit, Aeolijs ne quicquam freta procellis.

Ouid. 1. Metam. 53.

Protinus Aeolijs Aquilonem claudit in antris.

Idem lib. 2. Fasto. 92.

Carceris Aeolij ianua lata patet.

Tyrannus Aeolius, hoc est, Aeolus insularum Aeoliarum rex. Oui. 14. Meta. 45.

Senex Aeolius, Sisyphus Aeoli filius, Senec. in Hippol. 12. 16.

Aepalius] quum è regno suo fuisset expulsus, Herculis ope atq; opera restitutus est. In cuius beneficij memoriam, ei iam rebus humanis circa Oetam defuncto, gratiam reddidit: quippe Hylum inter eius filios natu maiorem, adoptauit. Isq; regni successionem suscepit, & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuere. Strabo, lib. 9.

Aepea] Aepeæ, penult. pro. (ἄιπεια) urbs Laconiæ, quæ & Thuria dicta est, Pheris contermina, sita in excelso colle: unde Aepea, id est, celsa nuncupata est. Strab. li. 8.

Aephitius] adiectiuum. Stat. li. 4. Theb. 59, Aephitios idem ardor agros. Vbi Lactantius: Aepitios, ciuitatẽ uel montem à ducis nomine nuncupatos. Hi quoq; Arcadiæ populi.

Aepitus] Arcas fuit genere, heros nobilis inter Græcos qui ad Troiã profecti sunt. Cuius meminit Homerus, li. Iliad. 2.

Aepulo] Histrorum rex, qui oppido in quod confugerat, ab Romanis capto, traiecit ferro pectus, ne uiuus caperetur. Liu. 5. Decad. lib. 1.

Aepy] ἄιπυ urbs Messeniorum, quondam sub Nestoris ditione, cuius meminit Homerus, li. 2. Iliad.

Inde uadum Alphei Thryon, altis turribus Aepy. Stra. li. 8, Vrbis nomen Aepy, hoc est, sublime, ex eo quod illi situ naturali obuenit. Stat. 4. Thebai. 36,

Quos Thryon, & summis ingestum montibus Aepy.

Aequabilis] Vide Aequus.

Aequæuus] penult. prod. adiectiuum (ὁμῆλιξ) compositum ex æquus, æqua, æquum, & æuum. Eiusdem ætatis: ut, Aeuum hic pro ætate accipiatur. Plin. lib. 16. cap. 44. 2, Verum altera lotos in Vulcanali, quod Romulus constituit ex uictoria de decumis, æquæua urbi intelligitur. Virgil. 2. Aeneid. 112.

Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi
Vitam exhalantem. Nomen est propriè poeticum. Nam Aequalis, oratorium est.

Corpus æquæuum, Sil. Ital. li. 13. 39.

Grex æquæuus. Seneca in Agamem. 7. 10, de pueris eiusdem ætatis.

Maiestas æquæua. Clau. 7. Paneg. 25.

Palmes æquæuus, Stat. li. 5. Sylu. 1. 10.

Aequalis] Vide Aequus.

Aequanimus] penult. corr. ex æquus, & animus compositum (ὁμογνώμων) Animi æqui & sedati. Auson. Sect. 4. ad Drepanium, de ludo septem sapientum:

Aequanimus fiam te iudice: siue legenda,
Siue tegenda putes carmina quæ dedimus.

Cicero, bono animo, & æquo animo esse dixit.

Aequanimitas, penul. corr. æquanimitatis, pen. pro. (ὁμογνωμοσύνη) Animi æquitas. Plin. lib. 18. cap. 12, Inuenio apud authores æquanimitatem fieri uescentibus ea. Hæc est propria eius nominis significatio: nempe perpetua quædam tolerantia: quum scilicet nulla re grauiter indignamur, sed æquo animo ferimus omnia. Budæus ægritudinum uacuitatem interpretatur.

Aequanimitas populi, fauor, & propitius animus, ut ait Donatus. Teren. in prol. Phorm. 35,

Bonitasq; uestra adiutans, atq; æquanimitas.

Aequatio] Vide Aequo, æquas, in Aequus.

Aequator] æquatoris, penult. prod. uerbale (ἰσημερινὸς) Circulus in cœlo, ad cuius medium ubi sol peruenit, tunc æquales sunt noctibus dies: hunc & æquinoctialem uocat Plinius. Vide Aequidies.

Aeque] Vide Aequus.

Aequefilici] Hispaniæ populi, Plin. li. 3. ca. 3.

Aequi] ἄικουοι qui fuerint populi, non facilè distinguuntur, commisti alioqui Latinis & Volscis. Volaterranus, libro 6. Georg. Hos Liuius, 1. Decad. lib. 9, Vocat ueteres Romanorum hostes: traditq; unum & quadraginta eorum oppida intra dies sexaginta omnia oppugnando ab Romanis capta, & pleraq; diruta atq; incensa: nomenq; Aequorum propè ad internecionem deletum.

Aequicola] gens (ἀικουικλοὶ) Vir. 7. Aen. 150,

Horrida præcipuè cui gens, assuetaq; multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis:
Armati terram exercent: semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.

Aequiculani] ἀικουικλοὶ Italiæ populi. Plin. li. 3. ca. 12, Qui etiam ibidem Aequicolos uocat. Oui. li. 3. Fast. 19,

Quintum Laurentes, bis quintum Aequiculus acer.

Aequidies] æquidiei (ἰσημερία) ea forma qua æquinoctium dicimus. Archithrenius, li. 8. ca. 9,

—Aequator solem statione reflectit,
Aequidiemq; facit. Idem li. 9. cap. 4.
Circulus æquidiem librans, Austrumq; colurus
Qui secat & Boream, Zephyri sub cardine mundum
Auroræq; ligant. Ibidem cap. 5, —hæc plenior, illa
Aequidie breuior, brumalibus euolat horis.

Aequidiale, æquidialis (ἰσημερινὸς) pen. prod. Festus, Aequidiale

Digitized by Google

diale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus æquinoctiale: quia nox dici potius, quàm dies nocti annumerari debet. Græci quoque in hoc consentiunt (ἰσομοιρίαν) id est, æquidiale dicentes.

Aequilanium] uidetur ex æquus & lana compositum. Festus, Aequilanium significat ex toto dimidium, dictum à luxatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, quum dimidiũ decidit sordibus. Hæc Festus. Scribitur in nonnullis exemplaribus, Aequilauium, per u in penultima: ut sit ab æquus, & lauo lauas.

Aequilatatio] ἰσοπλάτυνσις, nomen duriusculè compositum ex æquo & latum: quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. Vitruuius, libro 2. capite 8, Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur, ubi erit litera e, sinisteriore parte. Id est, æqua siue æqualis latitudo.

Aequilibrium] ἰσορροπία, ἰσομοιρία, Aequatio libræ, quũ scilicet pondera ita sunt æqualia, ut neutra pars libræ præponderet: hoc est, in neutram partem libra inclinet, quod et libramentum dicitur.

Aequilibrium membri. Gell. lib. 20. cap. 1, Per metaphorã posuit, ita scribens. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionẽ uelit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium? ut sit sensus, an ita parem uicem reddere possit alteri, ut neq; plus, neq; minus rumpat ei membrum, quàm ille ipsi ruperit.

Aequilibris & hoc æquilibre, pen. cor. (ἰσόρροπος, ἰσοτάλαντος) ex æquus & libra compositum, propriè significare uidetur quod ad libram æquali constat pondere: ut si dicas, Hi nummi sunt æquilibres: id est, æquali pondere. Trãsfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruuius, lib. 5. cap. 12, Deinde ad ipsam aquam & latera puluino circiter sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ supra scripta est. Hoc est, omnino æquales: quasi ad libram æquatis uel quasi æqualiter librati, eiusdem libramenti.

Aequilibritas, pen. corr. æquilibritatis, pen. prod. Cic. libro 1. de Nat. deo. 151, Confugis ad æquilibritatem, sic enim (ἰσονομίαν) (si placet) appellemus, aliter æquabilitatem.

Aequimelium] æquimelij, locus Romæ, ubi domus Melij solo æquata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionẽ in suspicionem affectatæ dominationis uenit. Et quum ad populi, cui fuerat largitus, fidem confugeret: ab Seruilio Hala equitum magistro deprehensus & occisus est, domusq; eius diruta, & area Aequimelium dicta. Ex Liuio, 1. Decad. lib. 4. Cicero pro domo sua ad Pontif. 78. Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata: & quid aliud æquum accidisse Melio populus Romanus iudicauit? Nomine ipso Aequimelij stultitia pœna comprobata est. Idem libro 2. de Diuin. 57.

Aequinoctium] ἰσημερία ex adiectiuo æquus, & nox, quasi noctis cum die æqualitas. Varro, lib. 4. de ling. Latina. Quòd dies æquus sit ac nox, æquinoctium dictum. Columel. lib. 9. cap. 14, Idq; optimæ notæ enitescit Autumni æquinoctio, quod est ante Calendas Octobris, cùm octauam partem Libræ sol attigit. Cicer. ad Atticum, lib. 10. 208. 2, Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod ualde perturbatum erat. Plin. lib. 18. cap. 25, Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur hæc à bruma, & æquatur noctibus uerno æquinoctio diebus 90, horis tribus. Deinde superat noctes ad solstitium diebus, 93. horis, 12. usque ad æquinoctium Autumni. Et tum æquata die, procedit ex eo ad brumã diebus, 89, horis tribus. Omnesq; hæ differentiæ fiunt in octauis partibus signorum: Bruma, Capricorni, ab 8. Calend. Ianuarij ferè: æquinoctium uernum, Arietis: solstitium, Cancri: alterumq; æquinoctium, Libræ: qui & ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent.

Aequinoctialis & hoc æquinoctiale, penu. prod. (ἰσημερινὸς) Quod ad æquinoctium pertinet: ut, æquinoctialis circulus, qui & æquator dicitur, & tempus æquinoctiale. Plin. lib. 2. cap. 75, Sic fit ut uario lucis incremento, in Meroe longissimus dies, 12, horas æquinoctiales, & 8. partes unius horæ colligat. Ibidem ca. 69, Quum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusq; cernatur. Ibidem, cap. 70. Item medio ambitu signiferi orbis, incedens æquinoctialis. Catullus epigram. 43. ad seipsum de aduentu Veris:

Iam uer egelidos refert tepores.
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri silescit auris.

Aequiparo] æquiparas, penult. corr. (ἰσόω) æquiparare, (non de sunt qui Aequipero scribant) ex adiectiuo æquus, & par paris, æquare, & quasi æquè parem facere. Virgil. eclog. 5, Nec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrum. Cic. 5. Tusc. 71, Nemo est qui factis me æquiparare queat.

Liuius, 5. ab Vrbe, 107. Iouis, solisq; equis æquiparatum Dictatorem in religionem etiam trahebant.

Aequiparare, pro comparare. Plaut. Milite,

Cum quo bellator Mars haud ausit dicere,
Neq; æquiparare suas uirtutes ad tuas.

Aequiparare, datiuo iunctum. Liu. Mari tranquillo quod uentis concitaretur, æquiparando multitudinem Aetolorum.

Aequiparatio, uerbale (ἰσωσις) Gel. lib. 14. ca. 3, Aequiparatio ipsa plerũq; & paritas uirtutũ inter sese consimilium.

Aequiparabilis, & hoc æquiparabile (ἰσωτός) Aequari uel comparari cum aliquo dignum. Plau. Trinum. 8. 52.

Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles uestras cum nostris Factiones atq; opes? Idem Curcul. 4. 13.

Quid uidisti, aut quid uidebis magis dijs æquiparabile?

Aequipondium] σάκωμα, ex adiectiuo æquum & pondus. id est, ponderis æqualitas: ut si dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur apud Vitruuium, lib. 10. cap. 8, apud quem & sacoma pro eodem.

Aequiualere] ἰσορροπεῖν, Aequè posse. Sipontinus. Author, libelli de Philomela, 2,

Nam quamuis aliæ uolucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Aequitas] Vide Aequus.

Aequiuocũm] penult. prod. (ὁμώνυμον) nomen fictum à Grammaticis, est quod Græci dicunt homonymum: & à Martiano dicitur pluriuocum, quum pluribus rebus eadem est appellatio: ut Aries: nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sydus in cœlo, & animal in terris, aries uocatur.

Aequor] æquoris, pen. cor. neut. gen. (ὁμαλότης, πέλαγος) Varro, 6. de ling. Lat. Aequor mare appellatum, quòd æquatum, commotum uento non est. Nonius, Aequor, ab æquo & plano. Cicero Academicarum, lib. 2, uocabulum accepisse confirmat. Quid tam planum quàm mare? ex quo etiam æquor illud poetæ uocant.

Aequor pro planitie & superficie. Colum. li. 8. ca. 17, Sublimius esse maris æquor ostendat.

Aequor pro terra. Virgilius, 1. Georgic. 5, Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor. Vbi Seruius: Aequor modò terram accipe, ab æqualitate dictum: unde & maria, æquora dicuntur.

Aequor, campus. Virgil. 12. Aen. 67, — illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrumq; uolant. Nonius.

Aequora campi. Cicero de Diuina. 152, Vt enim Aegyptij, ut Babylonij

Digitized by Google

Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. Periphrasis, pro in campestri planitie.
Aequor, fluuius. Vir. 8. Aen. 8.
Viridesq; siccant placido æquore syluas. Nonius.
Altum æquor, Oui. 2. Met. 53. Vir. 4. Geor. 106.
Angustum æquor, Stat. 1. Achilleid. 6. pro freto.
Apertum æquor. Vir. 3. Geor. 38. de equo,
—— tum cursibus auras,
Prouocet: ac per aperta uolans, ceu liber habenis,
Aequora uix summa uestigia ponat arena. Hoc est, per campos patentes. Idem li. 12. 67. de Marte.
Arctoa æquora, id est, Scytica, quæ sub Arcto. Val. Flac. lib. 5. Argon. 124,
Armatum scopulis æquor, Clau. de bel. Getico, 1.
Aspera nigris uentis æquora, Hor. 1. Car. 5. 2.
Athlanticum æquor: id est, Oceanus, Hor. 1. Car. 31. 3.
Atrum æquor, Val. Flac. 3. Argon. 100.
Cœruleum æquor, Sil. Ital. li. 15. 31.
Cœrula æquora. Catul. in Argon. 2.
Canens æquor, Hoc est, spumosum. Canescit enim spuma. Sil. Ital. 4. 50.
Canescunt æquora, Oui. 3. epist. 3. 13.
Canum æquor, Luca. li. 8. 142.
Concita æquora mulcere, Maria commota placare & sedare. Oui. 2. epist. 8.
Contracta æquora. Id est, angustiora & arctiora facta. Hor. 3. Car. 1. 7. Vir. 5. Aen. 29.
Curua æquora. Luca. li. 5. 92.
Sic Oui. 11. Metam. 102.
Densum æquor. Id est, gelatum. Luca. li. 2. 127.
Diductum æquor, Oui. li. 1. Trist. eleg. 2. 5.
Diffusum æquor, Luca. li. 1. 130.
Dubium pendet æquor cui uento pareat. Nimirũ quando flant uenti contrarij. Luca. li. 5. 121. Et ibidem, 99.
Dura æquora. Id est, in glaciem indurata. Seneca in Herc. fur. 7. 3, Feruidum æquor, æstuans & ualde commotum. Horat. 1. Carm. 9. 2, Fluitans æquor magnis anfractibus. Lucretius, li. 1. 148.
Hospita æquora lustrare, Vir. 3. Aen. 76.
Horrida æquora, Horatius, 3. Carm. 24. 8, Sic Catullus in Argonaut. 41, Hybernum æquor, Hyemali frigore horrens. Hor. 2. Ser. 3. 47.
Illisa scopulis æquora reclamant. Vir. 3. Geor. 52.
Ima æquora petere, Vir. 9. Aen. 25.
Immania ponti æquora, Luc. li. 4. 83.
Immensum spacijs æquor conficere, Vir. 2. Geor. 109.
Immensa æquora, Vir. 6. Aen. 71.
Imperiosum æquor, Hor. 1. Car. 14. 2.
Indignatum magnis stridoribus æquor, Vir. 2. Geor. 33.
Indomita æquora, Tibul. li. 2. eleg. 6. 9.
Inertia æquora, id est pigra, non fluentia, quia glaciata. Lucan. lib. 5. 9.
Ingens æquor iterare, Hor. 1. Car. 7. 6.
Cras ingens iterabimus æquor. Id est, iterum nauigabimus, ait Acron. Inuia æquora faciunt uenti, hoc est, innauigabilia. Ouid. 12. Metam. 2.
Irata æquora, Sil. Ital. li. 4. 61.
Læua æquora, Vir. 3. Aen. 83.
Lassa æquora ponũt furorẽ, id est, deponũt. Stat. li. 2. Syl. 2. 6.
Lassatum fluctibus æquor, Luca. li. 5. 141.
Latum æquor, Hor. li. 1. epist. 2. 4. & Oui. 6. Metam. 141.
Lenta æquora iacent, Luca. li. 5. 87.
Aequora lenta iacent alto torpore ligata. Hoc est, congelata, et in glaciem concreta.

Liquidum æquor, Stat. li. 1. Achilleid. 20.
Longum æquor, Stat. li. 5. Theb. 97.
Longinqua æquora, Clau. de rap. Proserp. 3. 73.
Lunata æquora, In modum bicornis lunæ recurua. Statius, lib. 2. Sylu. 2. 3.
Magnum æquor metiri, Vir. li. 4. Geor. 78.
Magna æquora surgunt, Vir. 3. Aen. 40.
Maris æquora, Hor. 4. Car. 5. 2.
Maris æquor arandum est tibi, Vir. 2. Aen. 155.
Longa tibi exilia, & uastũ maris æquor arandũ. Idem li. 3. 99.
Minax æquor. Vide infrà, Sæua æquora.
Mobile æquor. Ouid. 2. epist. 26, Sic Claudianus in Ruffinum, lib. 2. 8.
Mollia æquora, Oui. 22. epist. 23.
Nigrum æquor, Hor. 3. Car. 27. 5.
Patulum æquor, id est, patens campus, Sil. Ital. li. 13. 32.
Peruia uelis æquora, Luca. li. 5. 88.
Placida æquora, Vir. 10. Aen. 20.
Ponti æquora. Vir. 1. Geor. 93, Vbi Seruius, Non sine causa addidit, ponti, quia sunt & campi æquora.
Procellosum æquor, Val. Flac. li. 3. Argo. 124.
Proscissum æquor. Vir. 1. Geor. 20
Et qui, proscisso quæ fuscitat æquore terga.
Vbi Seruius, id est, terram quam arauerat.
Puluereum æquor, Campus puluerulentus, Planities puluerulenta. Stat. 11. Thebai. 81.
Quieto æquore ferri, Hor. Epod. 10. 3.
Rapidum æquor, Val. Flac. li. 4. Argon. 54.
Recussum æquor, Val. Flac. li. 5. Argon. 34.
Refluum æquor, Sil. Ital. li. 2. 62.
Reuoluta æquora, Vir. 10. Aen. 131.
Rubrum æquor Oceani, propter occidentis in eo solis radios. Vir. 3. Geor. 72.
Rubrum æquor, Mare rubrum, siue Erythræum. Claud. lib. 1. in Ruffi. 56. Et 7. Paneg. ad finem.
Sæua æquora, Stat. li. 1. Sylu. 2. 18. Et Oui. 18. epist. 18.
Salsum æquor. Lucretius, lib. 5. 26. & lib. 3. 99. Item Horatius Epod. 16. 7.
Sinus æquorum, Senec. in Hippyl. 10. id est, marium.
Sinuata æquora, Sil. Ital. li. 2. 35.
Sinuosa æquora, Val. Flac. li. 3. Argon. 56.
Spumantia æquora, Clau. in laudibus Serenæ reginæ, 23.
Spumea æquora, Sil. Ital. li. 17. 50.
Spumosum æquor, Luca. li. 2. 124.
Stratum æquor. Vide Silet æquor.
Sulcata æquora, id est, quasi in sulcos rostris nauium scissa. Seneca in Agamem. 6. 10.
Summum æquor saxi, hoc est, Superficies ac planities. Lucret. lib. 3. 183.
Summa æquora. Vide Sternunt uenti æquora.
Toto æquore aliquem agere præcipitem, id est, per totum campum urgendo persequi. Vir. 5. Aen. 91.
Turbida æquora. Lucr. li. 5. 200. & Luca. li. 5. 114.
Tuta æquora tenere, Vir. 5. Aen. 35.
Tranquillum æquor, Clau. 5. Paneg. 49.
Truculentum æquor, Catul. in Argon. 36.
Tumefacta æquora, Sil. Ital. li. 16. 20.
Tumida æquora. Vide placare æquora, et Sternũt uẽti æquora
Vacuo æquore patent campi, Virg. 12. Aen. 143.
Vastum æquor currere, Vir. 3. Aen. 34. Et lib. 7. 46.
Ventosum æquor, Oui. in Ibin, 120. Et Vir. 6. Aen. 67.
Vndiuagum æquor, Vir. de ortu Solis.
Vndosum æquor, Vir. 4. Aen. 63.
Ciere æquora imo fundo. i. à fundo cõmouere, Vir. 2. Aen. 84.

Digitized by Google

Commouere æquora, dicuntur uenti Lucr. li. 2. 154.
Concurrunt æquora. Lucan. lib. 5. 122, — *Motaq; possunt*
Aequora subductis etiam concurrere uentis.
Conscendere nauibus æquor, Vir. 1. Aen. 77.
Currere æquora, Vir. 5. Aen. 47. Et li. 3. 34.
Egerere æquora fundo, Stat. 5. Theb. 77.
Egerere. Hoc est, aquam marinam è fundo nauis eijciebant.
Euertere æquora uentis. Vir. 1. Aen. 10. Sta. 5. Theb. 29,
— en ualidis spumant euersa lacertis Aequora.
Feruet æquor. Vir. 1. Geor. 66,
— feruetq; fretis spirantibus æquor.
Frangere æquora uado, Lucan. li. 2. 81.
Lustrare æquor nauibus, Vir. 3. Aen. 77.
Mergere aliquem æquore. Virgil. 6. Aeneid. 70. Et Sil. Ital. lib. 17. 13.
Mergere aliquem sub medio æquore, Vir. 6. Aen. 69.
Miscetur æquor magnis clamoribus, Vir. 4. Aen. 83.
Nauigare æquor, Vir. 1. Aen. 15. Et Oui. 15. Metam. 10.
Percutere æquora classibus. Luca. li. 3. 58,
Permensi classibus æquor. Vir. 3. Aen. 32.
Personat aliquis æquora. Virg. 6. Aene. 34, de Miseno tubicine Aeneæ,
Sed tum forte cauo dum personat æquora concha
Demens, &c. Vbi Seruius:
Personat, personare facit: aut per æquora sonat.
Placare æquora, Vir. 1. Aen. 30. & Oui. 11. Metam. 87.
Proscindit nauis æquor rostro. Catullus in Argo. 3,
Quæ simulat rostro uentosum proscidit æquor.
Quiescunt alta æquora, Vir. 7. Aen. 2.
Refundere æquor in æquor. Hoc est, aquam marinam è naui re ijcere in mare. Oui. 11. Metam. 98,
Egerit hic fluctus, æquorq; refundit in æquor.
Secare æquor, Val. Flac. li. 4. Argo. 54.
Secatur æquor puppe, Oui. 11. Metam. 96.
Silet æquor. Vir. 9. eclog. 12,
Et nunc omne tibi stratum silet æquor: & omnes
(Aspice) uentosi ceciderunt murmuris auræ.
Idem 1. Aenei. 33,
Aequora tuta silent.
Spumescunt remo æquora, Oui. 2. epist. 18.
Sternunt uenti æquora. Virgil. 5. Aeneid. 152. Iterum libro eodem, 163,
— tumidumq; sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis.
Superare æquor, Euadere, & uelut uincere enstando. Ouidius in Ibin, 120.
Temperare æquor. Id est, regere. Oui. 12. Metam. 19. de Neptuno. Vir. 1. Aen. 30.
Et uastus aperit Syrtes, & temperat æquor.
Tenent uenti æquora, Oui. 11. Metam. 87.
Tentare æquora fuga, experiri an per mare posis aufugere. Vir. 2. Aen. 36,
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas.
Tepent æquora, Stat. 1. Syl. 2. 18.
Tingi æquore. Vir. 3. Geor. 50, Arctos, Oceani metuentes æquore tingi. Idem 4. Aen. 162,
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Turbant æquora uenti, Lucr. li. 2. 1,
Verrere æquora. Vir. 3. Aen. 58.
Verrunt delphines caudis æquora, Vir. 8. Aen. 133.
Verrere æquora remis certantibus, Vir. 3. Aen. 133.
Verrunt æquora uenti, Lucr. li. 5. 54.
Vibrare æquora, Seneca in Agamem. 6. 10.
Vorat æquore nauem uortex. Vir. 1. Aen. 25,
— ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus uorat æquore uortex.

Aequoreus, adiectiuum (πελάγιος) Quod ad æquor pertinet. *Colum. lib. 10, Nunc pater æquoreus, nunc & regnator aquarum. Oceanum intelligit, qui à poetis fingitur aquarum deus: & per aquarum regnatorem, Neptunum significat. Martial. lib. 13. 84, Hic Scarus æquoreis qui uenit obesus ab undis. Vir. 4. Aen. Et genus æquoreum: pro piscibus.*
Arma æquorea, Sil. Ital. li. 13. 147.
Britanni æquorei. Oui. 15. Metam. 151,
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos.
Hoc est, mari circundatos, & nauigationi deditos.
Bustum æquoreum, id est, sepulcrum in littore maris erectum. Val. Flac. li. 5. Argo. 19.
Imber æquoreus, Oui. li. 4. de Ponto, eleg. 1. 6.
Origo æquorea, Ouid. 10. Metamorpho. 123, de Hippomene,
Quid, quod ab æquorea numeratur origine quartus.
Id est, à Neptuno æquoris deo.
Pisces æquorei. Oui. 10. Metam. 16.
Proceres æquorei, id est, principes dij marini, Clau. li. 3. de raptu Proserp. 3.
Puellæ æquoreæ, id est, Nereides maris nymphæ. Propertius, li. 3. eleg. 7. 14.
Rex æquoreus Neptunus, Oui. 8. Metam. 122.
Tridens æquoreus, Sceptrum Neptuni. Luca. li. 4. 23.
Vias æquoreas monstrare, Sil. Ital. lib. 17. 11.
Vulgus æquoreum, Mõstra omnia marina, Sene. in Hip. 8. 20.

Aequumtuticum] Apuliæ oppidũ à Diomede Græco post euersionem Troiæ conditum. Author Seruius in 8. Aeneid.

Aequus] adiectiuum (ὁμαλός, λίπαιος, ἰσος) ab aqua deduci uidetur: quia summa est aquæ æqualitas dum quiescit, ita ut imaginem tanquam speculum reddat: significatq; æquum propriè, quod sic omni ex parte æquatum est, ut nihil emineat. Differt autem à plano: quòd æquum sine planitie esse potest: planum uerò semper in planitie dicitur, unde & planities ipsa est nominata. Item planũ quid esse potest, quod omnino tamen non æquum sit: ut sunt tabulæ reflexæ, atq; distortæ. Confunditur tamen persæpe hæc differentia.

Aequus & planus locus, Cic. pro Cecinna, 37.
Aequum campi, pro superficie plana. Liuius, 5. ab Vrbe, 170,
Haud dubius facilem in æquo campi (tantum superante multitudine) uictoriam fore.
Ex æquo loco dicere. Est quum æqua est conditio eius qui dicit, & auditorum: ut in senatu, ubi æqua erat omnium conditio, ut locus sedendi æquus erat, idq; ita intelligendum apud Ciceronem in 3. de Oratore. Nam siue de cæli naturâ loquitur, siue de terrâ, siue de diuina, siue de humana, siue ex inferiore loco, siue ex æquo, siue ex superiore, &c.
Aequus, qui ita iustus est, ut neutram in partem propendeat, utriq; parti æquè fauens. Cic. ad Qu. fratrem, li. 2. 16. 12, Ab æquis uerò, aut etiam à propensis in hanc partem, uchementer excolamur & amemur.
Aequus pro æqualis. Terent. Eunucho, 1. 2. 11,
— ô Thais, Thais, utinam esset mihi
Pars æqua amoris tecũ. Hoc est, me æquè atq; ego te, amares. Virgil. in 12, Numeróne an uiribus æquis Non sumus. Senec. Epistо. 94, Inueniuntur multi, qui æquos arcibus aggeres attollant.
Aequus alicui dicitur, qui mansuetè & benignè cum eo agit, & fauet. Hinc dicimus, Præbere se æquum sibijpsi, uel alteri. Cicero pro Deiotaro, 2, Nemo enim ferè est, qui sui periculi iudex, non sibi se æquiorem quàm reo præbeat. Idẽ Curioni, li. 2. 1. 5, Quare si iniquus es in me iudex, condẽnabo

eodem

Digitized by Google

eodem ego te crimine: sin me id facere nolcs, te mihi æquum præbere debebis. Ter. And. 2 5.18,
— quo æquior sum Pamphilo.

Æquum aliquid esse in quempiam, Cic. pro Quint. 15.

Æquus animus, moderatus, & tolerans, & minimè querulus in aduersis, quiq; nunquã irascitur, sed omnia in bonam partem accipit. Hinc est, Æquo animo ferre, pro patienter ferre. Animus æquus, iniquo animo oppositus est, unde & æquanimitas dicitur. Cicer. de Senect. 75, Quid, quòd sapientissimus quisq; animo æquissimo moritur, stultissimus iniquissimo? Plaut. Rud. 10. 69, Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum. Terent. And. 2.3.23, Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Æquum animum dixit, indulgentem, & errata filijs condonantem, spe eos ad uiam reducendi. Vulgus solet dicere, non rigorosum. Marcellus ad Ciceronem, li. 4. 11. 4, Æquo animo carebam.

Æquo animo attendere: id est, beneuolo. Terent. in prolo. Hecy. 28, Mea causa æquo animo attendite. Idem in prolog. Phorm. 31, Adeste æquo animo per silentium. Hoc est, beneuolè audite & silete. (te poe. 51.

Æquo animo aliquid accipere: id est, libenter. Horatius, de ar-

Æquo animo alijs concedere, hoc est, uolenter, & libenter. Lucre. li. 3. 169.

Animus æquus te deficit. Hor. 1. epist. 11. 6, Quod petis, hic est. Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.
Hoc est, non te destituit, non tibi deest.

Animo æquo esse de re aliqua, id est, non esse solicitum. Cic. ad Attic. lib. 6. 119. 4, Ego, nisi Bibulus adniteretur, de triumpho æquo animo essem. Hoc est, non curarem.

Animus æquus est. Non curo, non sum solicitus. Cice. pro Roscio Amerino, 87, Prædia mea tu possides: ego alienam misericordia uiuo, & quòd animus æquus est, & quia necesse est. Mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero. Familia mea maxima uteris, ego seruum habeo nullum: patior, & ferendum puto.

Æquo animo aliquid pati. Cic. ad Brutum, 4. 4, Quæ tua est humanitas, æquo animo te moneri patieris, præsertim de communi salute.

Libentibus, aut æquis animis aliquid remittere, Cic. pro Clu. 3.

Animo æquo aliquid uidere, id est, sedato, quieto, & non indignabundo. Cic. de prouin. Consul. 14.

Æquo animo parcè uiuere. Hoc est, non procaci, neque iniquo & insatiabili. Lucr. 5. 225.

Conditio æqua. Ci. 4. Verr. 128, Æqua enim conditio æquum q; certamen proponitur.

Discrimen æquum, Æquale interstitium. Vir. 5. Aen. 21.

Imperio æquo regere dicitur Deus. Hor. 3. Car. 4. 10. de Ioue.
Cui simile est illud. Vir. Aen. 10,
Rex Iupiter omnibus idem.

Æquus iudex, cui contrarium est iniquus. Cic. 1. de Finib. 24. Ibidem, li. 3. 9, Æquissimus æstimator & iudex. Æquus iudex dicitur, quem uulgus non suspectum uocat. Budæus.

Ius æquum, Cic. 1. Offi. 173.

Iura æqua describere, Cic. pro Quint. 15.

Æquo & pari cum ciuibus iure uiuere, Cic. 1. Offi. 173.

Æqua lãce, prouerbiali figura dicitur fieri, quod pari iure fit, citra personarum respectum. Ita Modestinus Pande. li. 42. Tit. de re iudicata. Quod & in persona mulieris æqua lance seruari, æquitatis suggerit ratio.

Æqua lex, hoc est, iusta, etc. pro Corn. Balbo, 48.

Libra æqua: Quia sub Libra signo cælesti æquantur noctes diebus, fitq; æquinoctium. Sene. in Herc. fur. 10. 3,
Libra Phœbeos tenet æqua currus.

Magistratus æquus, hoc est, iustus, Cic. pro Quint. 5.

Mens æqua. Hor. 2. Car. 3. 1, Æquam memento rebus in arduis seruare mentem.

Oculis æquis aliquem aspicere. Vir. 4. Aen. 75,
— iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Æqui, placatiq;. Cic. in Orat. 18, Consequeris tamen, ut eos ipsos quos contrà statuas, æquos placatosq; dimittas.

Placati æquiq;. Quint. de pet. Consul. 30, Tamen ij possunt abs te placati æquiq; discedere.

Æqua atq; honesta postulatio, Cic. pro Sex. Rosc. 4.

Æquus & sapiens. Cic. 6. Verr. 128, Prætor æquus & sapiens dimitti iubet Senatum.

Æqui & iniqui, id est, amici & inimici, fauentes & nõ fauentes. Cic. Appio, lib. 3. 6. 16, Ego, ut me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligant curabo. Sallust. ad C. Cæsarem, de Rep. ordin. Atq; hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atq; iniqui memorent, tamen cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est,

Æqui & pares: id est, æquales. Author Heren. lib. 4. 213,
In æquos & pares fastidiosus.

Æquum absolutè & per se positũ pro æquitate. Virg. 2. Aen.
— cadit & Ripheus, iustissimus unus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.
Oui. li. 1. Metam. 65.
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui Vir fuit.

Arbiter æqui, id est, iudex secundum æquitatem iudicans. Seneca in Herc. furente, 9. 23.

Contemptor æqui, Oui. 3. Fast. 10.

Cultor æqui, Oui. 5. Metam. 20.

Æquum dicere. Ter. Adel. 5. 3. 17, Non æquum dicis: hoc est, quod indoctè dicitur, Non loqueris rationabiliter.

Æquum facere. Ter. Heaut. Ah, non æquum facis. Pro, non rectè facis, & ut dici solet, non facis rationabiliter.

Æquum postulare. Cic. Attico, libro 11. 221. 4, De coheredibus Suffidianis nihil fuit quod ad me scriberes, nam & æquum postulant.

Æquum pro æquitate, interdum iuri opponitur. Cic. in Bruto, 75, Qui quidem quum peracutus esset ad excogitandum quid in iure, aut in æquo uerum, aut esset aut non esset.

Æquum est, quod & par est, interdum dicitur: hoc est, licet ac iustum est. Terent. in prolog. Eunuc. 42. Ibidem, 2.3.94, An potius hæc pati æquum est fieri, ut à me ludatur dolis? Plaut. Truc. 5.12.

Æquum factum est. Quod indoctè dicitur, Rationabile est. Cice. Att. lib. 8. 162.3, Æquum est me à te impetrare, ut, &c. Idem de Fato. 10.

Æquo niti, Quint. li. 3. ca 6. 32.

Æquo pugnare, Quint. li. 6. ca. 5. 5.

Vti quopiam æquo. Ci. 7. Verr. 120, Hic uide quàm me fis usurus æquo. Id est, Quàm æquum me sim tibi præbiturus.

Æquo concretiũ. Hoc est, plus quàm par sit, seu competat. Lucretius, 4. 250, Crassus hoc porrò quoniam concretius æquo Mittitur.

Æquum & bonum quum dicimus, absolutam bonitatem, æquitatemq; significamus. Teren Adel. 1. 1. 39, Nimium ipse durus est, præter æquumq; & bonum. Sic Budæus. Sunt autem ambo hæc nomina substantiua ex adiectiuis, dicitur & æquitas pro eodem: quæ est uelut simplex illa & quasi naturalis bonitas. Hac autem qui præditus est, eodem iure erga unumquenq; utitur, quod sibi ab alijs fieri postulat.

Æquum & bonum colere, Plau. Menæh. 14. 7.

Æquũ & bonum habere. Cic. pro Cecin. 48, Cùm se in causa putant habere æquum & bonũ quod defendant. Hoc est, ius optimum: quod barbarè dicitur, Habere bonam causam.

Æquum

Digitized by Google

Aequum bonum, ſine copula. Cic. *in* Bruto, *Deinde æquum bonum, teſtamentorum ſententias, uoluntatesq; tutatus eſt.*

Aequum bonum dicere. Teren Phorm. 4.3.32,
Si tu aliquam partem æqui boniq; dixeris:
Vt eſt ille bonus uir, tria non commutabitis
Verba hodie inter uos. Id eſt, ut uulgus loquitur, Si ad rationem uenire uolueris. Budæus.

Pro æquo & bono dicere. Cic. de claris Orat. 75, Ita enim multa tum contra ſcriptum pro æquo & bono dixit.

Aequi boni facere: uel æqui boniq; facere, quod & boni cõſulere dicitur. Cic. ad Atticum, lib. 7. 127. 3, Tranquilliſsimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui boniq; facit. Ter. Heaut. 4.5.40, — cæterum equidem iſtuc Chreme.

Aequi boniq; facio. Vulgus Accipere in bonam partem dicit.

Aequum bonumue impetrare, Pro eo, quod lingua uernacula dicimus habere rationem ab aliquo: id eſt, ius ſuum obtinere, rem ſuam recipere. Cic. 2. Philip. 95, Is igitur à quo uiuo nec præſens, nec abſens quicquam æqui boniue impetrauit, apud mortuum factus eſt gratus, Budæus.

Ex æquo & bono arbitrari, ſtatuere, cenſere, æſtimare, conſtituere: eſt quod uulgus epicaizare dicit. Budæus *in* Pand.

Ex æquo & bono facere. Terent. Adel. 5.9.30,
Id non fieri ex uera uita, neq; adeò ex æquo & bono:
Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo.

Ex æquo & bono uiuere, Eſt ad normam diuinitus inſtitutam uiuere. Budæus.

Iudicare ex æquo & bono. Vide iudico.

Aequius melius. Formula in iudicio rei uxoriæ obſeruari ſolita. Cic. 3. Offic. 80, Reliquorum autem iudiciorum hæc uerba maxime excellũt: in arbitrio rei uxoriæ, Melius æquius: in fiducia, Vt inter bonos bene agier. Quid ergo? aut in eo quod Melius æquius eſt, poteſt ulla pars meſſe fraudis? aut quum dicitur, Inter bonos bene agier, quidquam agi dolo ſe, aut malitioſe poteſt? Idem in Top. 34, In omnibus igitur iis iudiciis, in quibus Ex fide bona eſt additum, ubi uerò etiam, Vt inter bonos bene agi oportet, in primisq; in arbitrio rei uxoriæ, in quo eſt: Quid æquius melius, parati eſſe debent. Quem locum interpretatur Boetius.

Aequabilis, & hoc æquabile, penul. cor. (ἰσόϱϱοπος, ἄϱϱτιος) Verbale ab æquo, æquas. Valla, lib. 4. Aequabilis idem quod æqualis, in priore ſignificatu: ut Cicer. 1. de Inuen. Non ius æquabile quid utilitatis haberet, acceperat. Iterum, Et uox reducitur in ſonum quendam æquabilem, atq; conſtantem. Et lib. 2. 171, Par eſt, quod inter omnes æquabile eſt.

Aequabile genus orationis uidetur ſignificare, quod ſemper ſui ſimile eſt. Cic. 1. Offic. 5, Sed hoc quoq; colendum eſt æquabile & temperatum orationis genus Hoc eſt, quod uno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus uariatur, ſicut ſolet orationum ſtylus: Tractum ab architectis, uel fabris lignarijs, qui ad amußim & perpendiculum ligna æquant et complanant, ut appareant uenuſtiora. Alij pro ſedato, quieto & minimè concitato locum Ciceronis interpretantur.

Aequabilis, pro æquo, ut interpretatur Rhenanus. Tacitus, lib. 20, De Heluidio Priſco: Quæſtorius adhuc, à Peto Traſea gener delectus, è moribus ſoceri nihil æquè, ac libertatẽ hauſit, ciuis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis uitæ officijs æquabilis, opum contemptor, recti peruicax, conſtans aduerſus metus.

Deſcriptio ſumptus æquabilis, Cic. pro Flacco, 15.

Fama æquabilis, Salluſtius in Iugurtha.

Moderatus æquabilisq; habitus. Cic. lib. 5. de Finibus, 63, Itaq; è cõtrario moderati, æquabilesq; habitus, affectiones, uſusq; corporis, apta eſſe ad naturam uidentur.

Aequabilis in ſuos, id eſt, æquus, Tacitus, li. 5.

Aequabile inter omnes. Cic. pro Cecinna, 52, Nihil eſt quod æquabile inter omnes, atq; unum omnibus eſſe poſsit.

Certus & æquabilis motus. Cic. 2. de Natu. deor. 34, Nam omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo. Quod autem alitur, & creſcit, motu quodam utitur certo & æquabili.

Lenitate æquabili profluens orationis genus. Cic. 2. de Orato. 35, Verborum autem ratio, & genus orationis fuſum atq; tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, ſine hac iudiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis proſequendum eſt.

Aequabilis prædæ partitio. Cic. 2. Offi. 57, Itaq; propter æquabilem prædæ partitionem, & Bargulus Illyricus latro magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus Luſitanus.

Aequabilis plauſus. Cicero Attico, li. 5. 84. 5. Hoc eſt æqualis omnium fauor, aut conſenſus.

Aequabilem ſe præbere. Cic. 2. Tuſc. 109. Hoc eſt, modeſtum, conſtantem, infracto animo, & perpetuò ſui ſimilem.

Aequabilem iuris rationem tenere. Cic. ad Qu. fratrem, libro 1. 1.48, Nam eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates, ſuos coercere, & iuris æquabilem tenere rationem, facilem te in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendisq; præbere, præclarum magis eſt, quàm difficile.

Perpetua atq; æquabilis ſatio. Cic. 5. Verr. 92. Hoc eſt plana, & optimè diſpoſita.

Tractus orationis lenis, & æquabilis. Cic. 2. de Orat. 20, Cælius neq; diſtinxit hiſtoriam uarietate locorum, neq; uerborum collocatione: & tractu orationis leni, & æquabili perpoliuit illud opus: ſed ut homo neq; doctus, neq; maximè aptus ad dicendum, ſicut potuit dolauit.

Aequabilis tributio. Cice. lib. 1. de Natu. deo. 71, Vt omnia omnibus, paribus paria reſpondeant. Hanc iſonomiam appellat Epicurus, id eſt, æquabilem tributionem.

Aequabilitas, denominatiuum. pen. corr. (ἰσότης, ἰσομοιρία) Idem quod æqualitas.

Conſtantia, & æquabilitas, Cic. ad Brutum, Epiſt. 16.18.

Lenitas, & æquabilitas dicendi, Cic. in Orat. 30.

Aequabilitas in omni uita. Ci. 1. Offi. 127, Præclaraq; eſt æquabilitas in omni uita, & idem ſemper multus, eademq; frons: ut de Socrate, itemq; de C. Lælio accepimus.

Aequabilitas iuris, Cic. 2. de Orator. 115.

Aequabilitatem iuris exercere. Cic. 1. Offic. 124, In liberis uerò populis, & in iuris æquabilitate exercenda, etiam eſt facilitas & altitudo animi quæ dicitur.

Aequabilitatem iuris tranſire. Vide Aequabilitas iuris.

Aequabilitas motus, Cic. 2. de Nat. deo. 22.

Aequabilitas uniuerſæ uitæ. Ci. 1. Off. 156, Omnino ſi quidquã eſt decorum, nihil eſt profectò magis quàm æquabilitas uniuerſæ uitæ, tum ſingularum actionum.

Aequabiliter, penul. corr. Aduerbium (ἐπίσους) Idem quod æqualiter. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 6. 4, Cãpeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem uergit. Cice. 2. de Natu. deorum, 242, Tactus autem toto corpore æquabiliter fuſus eſt. pro Milone, 56, Quanquam hæc quidem iam tolerabilia uidebantur, & ſi æquabiliter in rempublicam, in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat.

Aequabiliter, & conſtanter. Sallu. de coniuratione Catilinæ, Quòd ſi regum, atque imperatorum animi uirtus, in pace, ita ut in bello ualeret: æquabilius atque conſtantius ſeſe res humanæ haberent.

Aequabiliter prædam diſpertire. Cicer. 2. Offic. 56, Ille autem, qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur à ſocijs, aut relinquitur.

Digitized by Google

Aequalis, & hoc æquale, pen. pro. (ἰσος, ἔπισος, ἄρτιος, ἀτάλαντος) denominatiuum ab Aequus, æqua, æquum, Idem quod similis uel statura, uel forma, uel ætate. Plin. Quum & ipse æqualem fortunæ expertus fuissem. Cic. in Lælio, Suntq; pares in amore, & æquales.

Aequalis: Eiusdem ætatis cum alio (ὁμῆλιξ) Et dicimus, æqualis meus, tuus, &c. uel æqualis eius. Plin. lib. 34. cap. 2. 8, Illoq; ære Miron usus est: hoc Polycletus æqualis, atq; condiscipulus. Sub. eius. Cic. de Senect. Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant, sed cum uestra etiam ætate, atque nobiscum. Terent. And. 2. 6. 22, Quem, inquit, uocabo ad cœnam meorum æqualium? Vbi Donatus, Aequalium, ætate. Fortasse autem non ineptum fuerit hoc loco, æquales pro sodalibus sumere.

Aequalis Dei uis illa, quæ à peccatis auocat, Ci. 2. de Legib. 16.

Aequalis alicui. Cic. in Bruto, 36, Cui quum æqualis fuerit Liuius, minor fuit aliquantò is, qui primus fabulam dedit.

Inter Aequalis & Coætaneus. Aequalis dicitur eorundē annorum: Coætaneus, in eodem tempore: sed diuersis annis, & disparibus: ut, Cic. & Augustus fuerunt coætanei (licet Cicero maior natu fuerit) sed non æquales. Quintil. lib. 10. cap. 3, Memini narrasse mihi Iulium Secundum æqualem meum, quid esset sibi à patruo suo dictum.

Aequalis illorum temporum, Cic. 1. de Diuin. 71.

Aequalis, etiam de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 53, In Cæsaris piscinis à Pollione Vedio coniectum piscem sexagesimū post annum expirasse scribit Anneus Seneca, duobus alijs æqualibus eius ex eodem genere etiam tunc uiuentibus.

Aequalis item transfertur ad rerum inanimatarum ætatē. Plin. lib. 16. cap. 45, Fuit cum ea cupressus æqualis. Cicero de Aruſp. responsis, 33, Etenim quod sacrificium tam uetus est, quàm hoc quod à regibus æquale huius urbis accepimus? Id est, à condita urbe institutum.

Aequalis ætati alicuius, in aliquem beneuolentia. Cic. 11. Phil. 314, Quid dicam de Deiotaro patre, cuius beneuolentia in populum Romanorum est ipsius æqualis ætatis?

Aeuum æquale. Vir. 3. Aen. 98,

Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.

Aequales æui, hoc est, ætate pares, Sil. Ital. li. 3. 82.

Aequale huic urbi sacrificium. Cic. de Aruſp. responsis, 33. Hoc est, perinde antiquum atq; hæc urbs.

Aequalis ab omni parte, Oui. 1. Metam. 7.

Aequales calculi. Hoc adagio utemur, si quādo parum abest, ut condemnetur aliquis, & tamen absoluitur: aut quum nutat animus, ambitq; utram in partē se deflectat, rationibus hinc atque hinc uelut ex æquo adhortantibus, ac deterrentibus. Suidas ostendit metaphoram sumptam à prisca consuetudine iudiciorum, qua reus æqualibus iudicium sententijs absoluebatur, at non citra periculum. Erasmus.

Aequalis æqualem delectat. Similitudo mater est beneuolentiæ, consuetudinisq;, & familiaritatis conciliatrix. Cicero in Catone Maiore: Pares autem cum paribus, ut est in uetere prouerbio, facillimè congregantur. Sanè prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate. Erasmus.

Aequalis & Impar, contraria. Cic. in Orat. 129, Idq; quando, aut cur, quibusq; partibus, pluribúsne an singulis, imparibus an æqualibus.

Aequalis & nota memoria. Cic. in Bruto, 132, Non puto existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis, sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualē necessariò incurro.

Aequalem ætatis suæ memoriam deposcit. Cic. lib. 1. de legib. 12, Ipse autem æqualem ætatis suæ memoriam deposcit, ut ea complectatur quibus ipse interfuit.

Aequalis cretici Pean, Cic. in Orat. 125.

Aequalis dactylo spondeus, Cic. in Orat. 113.

Peccata esse æqualia contendunt Stoici, Cic. in Parad. 27.

Par & æqualis. Cic. in Orat. 68, Sed erit reb. ipsis par & æqualis oratio. Idē li. 1. de Ora. 41, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. Idē in Sallust. 1, Ea demū mala uoluptas est Crispe Sallusti, æqualem ac parem uerbis uitam agere.

Aequalis temperies, Plin. li. 34. cap. 2. 6, de ære Corinthio.

Aequalitas, penult. corr. (ἰσότης) denominatiuū, Similitudo, paritas. Cic. in Top. 37, Multa autem sunt, quæ æqualitate ipsa comparantur.

Ad æqualitatem redigere, pro æquare. Plin. li. 30. cap. 13, Carnesq; excrescentes, ad æqualitatem redigit: explet quoq;, & ad cicatricem perducit.

Exuere æqualitatem. Tacit. Annal. li. 3, At postquam exui æqualitas, & pro modestia ac pudore ambitio & uis incidebat, prouenere dominationes.

Fraterna æqualitas. Cice. pro Ligario, 21, Quis est qui horum consensum conspirantem, & penè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna non nouerit.

Similitudo æqualitasq; uerborum, Cic. in Partit. 13.

Aequalitas uestra, & pares honorum gradus. Cic. in Bru. 80, Simul illud gaudeo, quòd & æqualitas uestra, & pares honorum gradus, & artium studiorumq; quasi finitima uicinitas, tantum abest obtrectatione inuidiæ, quæ solet lacerare plerosq;, uti ea non modò non exulcerare uestram gratiam, sed etiam conciliare uideatur.

Aequaliter, pen. corr. (ἐπίσης) aduerbium qualitatis, siue (ut alij uolunt) quantitatis. Cic. 4. Acad. 69, Aequaliter omnibus abrogatur fides. Hoc est, tam his abrogatur, quàm illis. Plin. lib. 27. cap. 4. 8, Aut torretur in testa, pennaq; subinde uersatur, ut possit æqualiter torreri. Liu. 2. ab Vrbe, 209, Captiuum agrum plebi quàm maximè æqualiter darent. Oui. li. 5. Fast. 22, Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit.

Pariter æqualiterq;. Cic. de Amicit. 51, Vt nostra in amicos beneuolētia, illorū erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; respondeat.

Aequè, aduerbium, Iustè (δικαίως) Seneca, Iudex qui parte inaudita altera, aliquid statuit, etiam si æquè statuerit, haud æquus fuit. In hac significatione rarum est.

Aequè, pro tam, uel adeo, uenustè accipitur quibusdam dictionibus præpositum. Tere. Phorm. 3. 3. 34, Nihil est æquè quod faciam lubens. Plautus, Ioui si uiuo argento sacrificassem, nunquam id æquè bene collocassem.

Aequè ac, pro tam, & quàm. Cic. 4. Acad. 156, Et somnia dormienti, non æquè ac uigilanti probantur. Idem ad Curionē, lib. 2, Cui charus æquè sis & iucundus, ac fuisti patri.

Aequè ac si, pro tanquam si, aut similiter ac si. Liu. 10, ab Vrbe, 27, Aequè ac si Titus Manilius collega eius deuoueretur.

Aequè atque, idem quod æquè ac, uel quemadmodum. Cicer. 1. Offic. 74, Quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atq; ea quæ iudicio considerate constanterq; delata sunt. Idem de Aruſp. resp. 15, Qui æquè atq; ego, sunt occupati.

Aequè mecum, æquè tecum, & similia. Terent. Aduerte animū: ut æquè mecum hæc scias. Compendium sermonis, pro eo quod est, ut hæc æquè, atq; ego, scias. Idem, Iuxta tecum æquè scio. Hoc est, id ferè æquè ac tu, scio.

Aequè cū dativo uel ablativo. Pli. li. 35. ca. 3, extāt certè hodieq; antiquiores urbe picturæ Ardeæ in ædibus sacris, quib. equidem nullas æquè demiror tam longo æuo durantes. 17.

Aequè pares. Plaut. Menæh. 24. 62, Aequè ambo pares. Aut uacat Aequè, aut est æquè pro omnino.

Aequè, ablatiuo iunctum. Plaut. Amph. 4. 139, Nullus est hoc meticulosus æquè. Id est, tam meticulosus, quàm hic est.

Aequè pauci. Cæsar 2. bel. Ciu. 180, Diebusq; æquè post paucis

se in

Digitized by Google

se in regnum cum omnibus copijs recepit.
Aequè quàm. Plau. Epid. 6.2, pro Aequè ac.
Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico.
Aequè ferreè, quã hic noster Periphanes. Plin. li. 9. ca. 16. 2, Noctibus quidem illustribus æquè quàm die cernunt. Sueton. in August. cap. 64, ac nihil æquè laborauit, quàm ut imitarentur chirographum suum.
Aequè, Similiter, aut æqualiter. Teren. Hecyra, 2.1.2, Vt omnes mulieres eadẽ æquè studeant, uelintq; omnia. Et paulò pòst, Viris esse aduorsas, æquè studium est, similis pertinacia est.
Aequè studiũ, pro æquale, uel simile. Cicc. pro Qu. 58, Aequè utriusq; necessarius. Idem Seruio, li. 13. epist. 19. 1, Vtriq; nostrum propè æquè gratæ erant tuæ literæ.
Non æquè. Cic. 2. Offic. 43, Fortasse non æquè omnes egẽt. Paulò antè dixerat, Sed ea non pariter omnes egemus.
Aequè ut, pro æquè ac. Cr. pro domo sua, 24, Cn. Pompeiũ studio, et authoritate æque ut unũquẽq; uestrũ opib. cõtẽtione, precib. periculis deniq; præcipuè pro salute mea laborasse.
Aequitas, pen. cor. (ἐπιείκεια) Denominatiuũ, est ueluti quoddã tẽperamentũ & mediocritas inter ius & licentiã, aut indulgentiã. Donatus, inter ius & æquitatẽ, hoc interest: Ius est, quod omnia recta & inflexibilia exigit: Aequitas est, quæ de iure multũ remittit. Val. li. 6. ca. de iustitia, Ita debitũ supplicij modũ legi reddidit: æquitatis admirabili tẽperamento, se inter nimiã seuerãq; patrẽ & iustũ legislatorẽ partitus. Cic. 1. Offi. 92, Difficile aũt est, quũ præstare omnib. cupieris, seruare æquitatẽ, quæ est iustitiæ maximè propria. Idẽ in Partitione. b. 71, Aequitatis autẽ uis est duplex. Cuius altera directi, & ueri, & iusti, & (ut dicitur) æquii & boni ratione defenditur. Altera ad uicissitudinem referẽdæ gratiæ pertinet. Quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur. Hactenus Cicero. Hæc est illa æquitas, quæ frequentius æquum & bonum: aut sine coniunctione, æquum bonum appellatus.
Aequitatem animi dicimus rectam animi constitutionem, tranquillamq; affectionem, atq; omni indignatione uacantem. Cæsar, 6. bel. Gal. 82, Vt animi æquitate plebem contineant, quum suas quisq; opes cum potentissimis æquari uideat. Cic. de Senec. 1, Noui enim moderationem animi tui & æquitatẽ. Idem ad Att. li. 4. 87. 4, Perspice æquitatem animi mei.
Aequitatẽ pro eodem absolutè dixit. Cic. in Pisonem, 21, Quo quidem in spectaculo, mira reip. æquitas erat, uter eorũ perisset, tãquam lanista, in eiusmodi pari lucrũ fieri putabat.
Bonitas & æquitas causæ. Cic. Plancio, lib. 16. ad Att. 3 42. 3.
Vti æquitate. Cic. pro Cecinna, 27, Omnino iam bene agis. A uerbis enim recedis, & æquitate uteris.
Explicare æquitatem. Cic. in Bruto, 75, in explicanda æquitate, nihil erat Crassorum copiosius. Idq; quum sæpe aliàs, tum apud Centumuiros in M. Curij causa cognitum est. Ita enim multa, tum contra scriptum pro æquo & bono dixit. Aequitatem & Aequum & bonum, pro eodem usurpauit.
Aequitate alicuius niti. Vide Nitor.
Habere æquitatem, Cic. 2. Offi. 117.
Aequitas multis iniurijs iactata atq; agitata. Cic. pro Quin. 5.
Reijcere æquitatem. Cic. pro Plancio, 33, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti.
Aequitas, pro æqualitate. Senec. Natur. quæst. 3, Et natura partes suas, ueluti in ponderibus constitutas, examinat: ne portionum æquitate turbata, mundus præponderet.
Aequiter (ἐπίσως) aduerbium, pro æquè. Accius Antenoridis, Ad populum intelligo referendum, quoniam æquiter sententiæ fuere. Liuius Aegystho, Nam ut pergam accensa, & prædam per participes æquiter partita est. Nonius.
Aequo, æquas, æquare (ὁμαλίζω, ἐξομαλίζω, ἰσόω) Est æquum, siue æquale facere, complanare. Plin. Aequato deinde pauimento, infunditur oleum. Cic. 6. Verr. 95, Quo in summo est æquata agri planities, & aquæ perennes. Vir. 1. Geor.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro.
Aequare solo urbes, domos, turres, ædificia, Vsq; ad superficiẽ terræ diruere & complanare. Liu. 4. bel. Pun. 215, Solo æquata omnia inter salinas ac portam Carmentalem.
Aequare solo Dictaturã, Metaphoricè dictũ pro abrogare, ominoq; abolere. Liu. 6. ab Vrbe, 64, Solo æquãdæ sunt Dictaturæ, Cõsulatusq; : ut caput attollere Romana plebes posset.
Amorem æquare, In amore respondere. Vir. 6. Aen. 95, de Didone apud inferos uisa ab Aenea,
—coniux ubi pristinus illi
Respondet curis, æquatq; Sichæus amorem.
Animum æquare natalibus, Animi generositate respondere nobilitati natalium. Oui. ad Pisonem, 3,
At tu, qui tantis animum natalibus æquas.
Aequare cœlum uidetur pontus: Id est, æquè altus esse ac cœlum. Oui. 11. Meta. 100.
Ducem uadentem æquare passibus: Hoc est, incedere æquè celeriter atq; dux. Vir. 6. Aen. 53.
Formas ueras imitamine æquare. Hoc est, imitari & repræsentare. Oui. 11. Meta. 126.
Laborem operum æquarè iustis partibus. Hoc est, Laborem æqualiter in omnes partiri, suum cuiq; opus assignando. Vir. 1. Aen. 103, de Didone.
Labores æquare lacrymis. Vir. 2. Aen. 73. Seruius, Hypallage, pro, laboribus æquare lacrymas.
Munia cõparis æquare dicitur iuuẽca, ab Hor. 2. Car. 5. 1. Id est, iuuenca nondum potest officia, & in arando labores comparis ex æquo præstare. (Maximum.
Nomẽ claris uirtutibus æquare. Oui. lib. 2. de Ponto, ele. 3. 1, ad
Numerum æquare cum nauibus, Vir. 1. Aen. 40,
Nec prius absistit, quàm septem ingentia uictor
Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet.
Aequare, cum datiuo. Vir. 6. Aen.
Imperium terris, animos æquabit olympo.
Aequare pondus, aut temperamentũ. Pli. li. 12. ca. 14. 10. Idẽ li. 19. cap. 8. 25, Eruca præcipuè frigorum contemptrix, diuersæ est quàm lactuca naturæ, concitatrix Veneris. Idcirco iungitur illi ferè in cibis, ut nimio frigori par feruor immissus temperamentum æquet. Hoc est, æquale faciat.
Aequat precia excellentiũ margaritarum, Plin. li. 19. ca. 1. 12.
Aequare quempiam re aliqua. Est ea in re illi se æqualem siue parem præbere. Liu. 1. ab Vrbe, 229, Quin eã arte æquasset superiores reges. Liu. li. 1. bel. Maced. 142, Quantum equidem uelocissimi pedites cursu æquare poterunt.
Aequare picturam alicuius. Pli. li. 35. ca. 11, Eam enim picturam primus inuenit: quem imitati sunt multi, æquauit aũt nemo.
Aequare se cum alio, Parem se illi facere. Cic. in Læl. Qui sunt in amicitiæ cõiunctionisq; necessitudine superiores, se æquare cum inferioribus debent. Idem in proœmio Offic. Vt non solum orationes meas: sed hos etiam de Philosophia libros, qui se iam illis ferè æquarunt, studiosè legas.
Aequari cum aliquo. Cic. 3. de Leg. 35, Inuentum est temperamentũ, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint.
Aequare conferreq; scelera alicuius cum alterius sceleribus. Cicer. 3. Ver. 14.
Aequare aliquem alicui, pro Comparare. Liuius, 4. Decad. lib. 1, Ne æquaueritis Annibali Philippum, ne Carthaginẽsibus Macedonas: Pyrrho certè æquabitis.
Aequare, Cum æquitate, seu æqualiter diuidere. Liuius, 6. bell. Pun. 188, Ita æquante fortuna suspensa omnia utrinq; erant, integra spe, integro metu.
Aequare, Continuare. Vir. —felix si protinus illum

Digitized by Google

Aequasset nocti ludum.

Aequatus participiũ (ἰσωθεὶς) ut Aequatæ auræ. Vir. 5. Ae. 168.

Aequatæ spirant auræ. Vbi Seruius, Aequatæ, prosperæ: ut Aequatis classem procedere uelis.

Aequata nox diei, hoc est, æqualis, Plin. li. 2. ca. 19.

Aequ ti numero. Vir. 7. Aen. Ibant æquati numero. Id est, digesti in ordinem. Seruius.

Aequ to omnium periculo. Cæsar, Cæsar primum suo, deinde omnium è conspectu remotis equis, ut æquato omnium periculo spem fugæ tolleret.

Aeq atis uiribus, id est, paribus. Liu. 3. belli Pun. 204, Deinde concursu facto, æquatisq; uiribus, atrox esse cœpit pugna. Sic Aequatis sortibus. Cic. 1. de Diuin. 64.

Vela æquata, Vir. 4. Aen. 118.

Aequatio, Verbale, propriè dicitur ipse æquandi actus: ut, Difficilis est eius loci æquatio.

Aequatio pro æqualitate. Liu. 4. ab Vrbe, Nec excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate, sed per æquationẽ ad dignitates fore credidit, ut multi essent qui arma pro patria ferrẽt.

Aequatio bonorum, Cic. 2. Offi. 108.

Aequatio gratiæ, dignitatis, suffragiorum. Ci. pro Muræn. 45. id est, ut omnes & dignitatis & gratiæ gradus tollerentur.

Aequatio iuris. Liu. 1. Decad. lib. 8. 14, Si fœdus est: si societas æquatio iuris est: cur non omnia æquantur?

Aer] aeris, penul. corr. masc. gen. sine plurali (ἀήρ) Vnum ex quatuor elementis. Plin. lib. 2. cap. 5, Proximum spiritus, quem Græci, nostriq; eodem uocabulo aera appellãt. Vitalem hunc & per cuncta rerum meabilem, totoq; consertum: cuius ui suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Vide Ciceronem, li. 1. de Natu. deor. 58. & lib. 2. 95. & 132, Principio enim terra sita in media parte mundi, circunfusa undiq; est hac animali spirabiliq; natura, cui nomen est aer. Græcum illud quidem, sed perceptum iam tamen usu à nostris: tritum est enim pro Latino.

Aer, Altitudo. Vir. 2. Geor. —ubi aera uincere summum
Arboris haud ullæ iactu potuere sagittæ. Nonius.

Aer, Sonus, uel flatus aut spiritus. Varro Andabatis, Anima, ut concluſa in uesica, quando est arctè ligata, si perculeris, aera reddet. Nonius.

Aer apud Homerũ & Enniũ genere fœmĩino legitur. Gellius, li. 13. ca. 19. Ennius in Annali duodeuicesimo, aere fulua dicit, non fuluo: nõ ob id solũ quòd Homerus ἀέρα ἠΰκομον dicit: sed q; hic sonus (opinor) uocalior est uisus & amœnior.

Aerem sunt qui dici putant ἀπὸ τοῦ ἄρειν, quòd terram ferat, uel quòd ab ipsa feratur. Alijs magis arridet ἀπὸ τοῦ ἄημι, quod spiro significat, unde & producit ulti. Luca. lib. 1. 18,
—dum terra fretum, terramq; leuabit
Aer, & longi uoluent Titana labores.

Aeres, numero plurali dixit Vitruuius, lib. 1, Nouisse, inquit, oportet aeres locorum, qui sunt salubres aut pestilentes. Lucret. lib. 4. 59,
Aeribus binis quoniam res consit utrinq;.

Aestus aeris, Oui. li. 3. Amorum eleg. 2. 8.

Caliginis aer, id est, caliginosus, Lucr. li. 4. 66.

Sentus & ardores aeris, Cic. in Top. 41.

Aspiratio aeris. Cic. 2. de Natu. deo. 119, Animantes autem aspiratione aeris sustinentur, ipseq; aer nobiscum uidet, nobiscum audit, nobiscum sonat.

Vitio aeris mori. Vir. 7. eclog. 12,
Aret ager: uitio moriens sitit aeris herba.

Agitabilis aer, id est, mobilis, qui facilè huc illuc impellitur. Ouid. 1. Met. 16.

Apertus aer, Lucr. li. 3. 103.

Ater aer, id est, Obscurus, cui Candẽs opponitur, Lucr. 4. 64.

Cassus lumine aer, id est, priuatus, Lucr. li. 4. 75.

Circunfusus aer, Oui. Metam. 3.

Aer concretus, id est, densus. Vide Aer fusus.

Aer crassus nobis offunditur. Cic. li. 4. Aca. quæst. 143, Ergo ut illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. Hor. 2. epist. 1. 49.

Densus aer, Hor. 2. Car. 7. 3.

Aer densatus & laxatus, contraria, Quint. li. 5. ca. 9. 10.

Lucis egens aer, Oui. 1. Metam. 4.

Elisus aer, id est, impulsus, Oui. 1. Meta. 94.

Exilis aer, Stat. li. 6. Theb. 128.

Aer maximè frigidus, pro elemento ipso. Cic. 2. de Natur. deor. 40, Ipse uerò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris, ille uerò & multo quidem calore admistus est: ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi uapor quidam aer habendus est. Is autem existit motu eius caloris, qui aquis continetur: quam similitudinem cernere possumus in his aquis, quæ efferuescunt subditis ignibus. Oui. li. 1. Amorum, eleg. 13, 2.

Aer fusus & extenuatus. Ci. li. 2. de Nat. deo. 145, Exim maxime nitimus aer die & nocte distinguitur. Isq; tũ fusus & extenuatus sublime fertur: tũ autem concretus in nubes cogitur.

Gelidus aer. Vide Tenuare aerem.

Humidus aer, Luca. li. 4. 25.

Immensus aer, Tibul. lib. 4. eleg. 1. 4.

Iucundior aer, Clau. in nuptijs Honorij, & Mariæ, 48.

Largus aer, Lucr. li. 4. 184.

Luis aer, Oui. 11. Metam. 147.

Liquidus aer, id est, purus. Vir. 1. Geor. 81.

Idem lib. 6. Aen. 41.

Purus & liquidus aer, Plin. li. 2. ca. 23.

Liquidum aera lambere, Stat. li. 5. Theb. 105.

Lucidus aer, Oui. 1. Fast. 22.

Madentem rore aera suspirare, Luca. li. 6. 74.

Magnus aer, Vir. 1. Aen. 61. de Mercurio.

Mobilis aer, Largus aer, Lucr. li. 4. 181.

Morbidus aer. Vide Morbus.

Nebulosus & roscidus aer à flumine, Pli. li. 21. ca. 7.

Niger aer, Vir. 1. Geor. 86. de Luna.

Nimbosus dißilit aer, Luca. li. 5. 127.

Nitidus aer, Stat. li. 1. Sylu. 3. 11.

Nubilus aer, Vir. in Aetna.

Nudus aer, id est, apertus, Stat. 9. Theb. 106.

Obscurus aer, Vir. 1. Aen. 83.

Pallore obsitus aer, Luca. li. 5. 126.

Pacatus aer, id est, tranquillus & serenus, Lucr. li. 3. 59.

Pestifer aer. Luca. li. 7. 84.

Pestifer aer sæuit. Claud. de bello Gildonico, 1. 30.

Lucanus, lib. 7. 84.

Placidus aer, Placatus, Lucr. li. 3. 61.

Pluuius aer, Stat. li. 5. Syl. 1. 21.

Pronus aer, id est, deorsum uergens, Oui. 14. Meta. 164.

Purpureus aer, Oui. 6. Metam. 10.

Purus aer, Lucr. li. 4. 62.

Aer purus & tenuis: cui opponitur Cælum crassum atq; cõcretum. Ci. li. 2. de Nat. deo. 60.

Quietus aer. Vir. 5. Aen. 44. de columba.
—mox aere lapsa quieto.

Radit iter liquidum. Id est, secat purum aerem. Seruius.

Rarus aer. Lucr. li. 2. 22. Luca. li. 4. 25,
—iam rarior aer.

Roscidus aer, Pli. li. 21. ca. 7.

Stridulus aer Luca. li. 7. 97.

Tabificum aera resoluere, Luca. li. 5. 23.

Aer temperatus, Cic. li. 2. de Diuin. 134.

Tenebrosus

Digitized by Google

Tenebrosus aer, Vir. 5. Aen. 66.
Tener aer, id est, agitabilis & liquidus. Lucr. li. 2. 30. & Oui. 4. Metam. 124.
Tenuē aera carpe, Vir. 4. Geor. 62. de apib. in aerē euolātibus.
Tenuissimus aer, Oui. 15. Meta. 50.
Tepidus aer, Oui. 1. Fast. 31.
Torridus aer, Prop. li. 2. ele. 29. 1.
Toto aere nimgit, id est, per totum aerem, Vir. 3. Geor. 73.
Turbidus aer spargitur, Clau. de Aponi balneis, 7.
Vacuus aer, Vir. 3. Geor. 21.
Vagus aer, Tibul. li. 4. eleg. 1. 5.
Violentior aer, Luca. li. 5. 144.
Candescit aer, Oui. 6. Metam. 10.
Captare aera auribus, Vir. 3. Aen. 103.
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat uentos, atq; aurib. aera captat. Vbi Seruius, Naturale enim est, ut à qua parte flaturus est uentus, ad eam auris admota frigidior fiat.
Carpere aera tenerum, Oui. 4. Meta. 124.
Cogitur aer in nubem, Vir. 5. Aen. 4.
Concipit aerem buccina, id est, uento inflatur inspirante & canente tubicine. Oui. 1. Meta. 68. de buccina Tritonis.
Condensetse aer, Lucr. li. 1. 80.
Discutere aera, id est, in diuersas partes quatere ac disijcerē. Lucr. li. 6. 167.
Disilit aer, Luca. li. 5. 27.
Ducitur aer, Lucr. li. 4. 190,
Interiorem etiam partem spirantibus aer
Verberat, hic idem quū ducitur, atq; reflatur. Hoc est, quū emittitur & reciprocatur. Spirantibus, id est, animalib.
Findere aera, Oui. 4. Meta. 134. de Perseo.
Fluit aer, Lucr. li. 5. 128.
Mulcere aera concentibus, Oui. 1. Fasto. 31.
Odorare aera fumis. Oui. 15. Meta. 147,
— & odorant aera fumis.
Id est, odoribus replent.
Permetiri aera. Lucr. li. 6. 230,
Aera permensus multum, camposq; natantes.
Perrumpere aerem. Vide Perrumpo.
Procudere, Agere, Propellere aera, eodem sensu dicitur, Lucr. li. 4. 57.
Reflatur aer. Vide Ducitur aer.
Rumpere aera. Oui. 4. Meta. 25,
— ictibus aera rumpit. Sic, 2. de Arte, 11.
Secare aera pennis, Cic. in Arato.
Silet aer, Oui. 7. Meta. 38,
Immotæq; silent frondes, silet humidus aer.
Temperare aerem. Vir. 3. Geor. 66,
Solis ad occasum, quum frigidus aera Vesper
Temperat, & saltus reficit iam rosida Luna. Vbi Seruius, Temperat, refrigerat.
Tentare aera Oui. 6. epist. ad finem,
Quum mare, quum terras consumpserit, aera tentet. Id est, per aera uolet Medea.
Tenuare aera, Stat. li. 1. Theb. 68.
Voluere aera, Lucr. li. 4. 58.
Aereus (ἀέριος) adiectiuum quatuor syllabarum, denominatiuum. Alij per tertiam uocalem in penultima scribunt Aerius: quod nostro tempore ferè obseruatur. Aereum siue aerium propriè dicitur, quod in aere fit, aut in aere uiuit. Cic. in Topicis, Deinceps aerei uolatus auium atq; cantus. Id est, qui fiunt in aere. Idem de Vniuersitate, Volucrum genus aereum dixit, quòd aer earum proprium sit elementum.
Mel aerium. Virg. 4. Geor.
Protinus aerij mellis cœlestia dona
Exequar. Mel aerium uocat, quia ex rore colligitur, qui ex aere defluit.
Palumbes. Vir. in Buc.
— Aeriæ quò congessere palumbes. Id est, altius in aere uolantes.
Aereum siue aerium, pro alto. Vir. in Buc.
Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo. (179.
Aditus aerios rūpere alicui, Hoc est, iter per aerem. Oui. epist.
Alpes aeriæ, altæ, Vir. 3. Geor. 93. Oui. 2. Meta. 46.
Arces aeriæ, id est, altæ, Vir. 3. Aen.
Astra aeria, Vir. 5. Aen. 103.
Auis aeria, Per aerem uolans, Oui. de Arte amandi, 1. 6.
Aereum cacumen, id est, altum, Cat. epig. 59. 48.
Aeriæ columbæ. Oui. 3. de Ponto, 3. 4. Et apud Vir. 1. Geor. 75. aeriæ grues.
Cupressus aeria, Cat. epig. 59. 58.
Cursus aerius, id est, uolatus, Oui. 6. Meta. 142.
Genus animantium pennigerum & aerium. Ci. de Vniuer. 44. Sic apud Lucr. li. 1. 3. Volucres aeriæ.
Iter aerium peruolare, Oui. 2. Fast. 51.
Murus aerius, id est, altus. Val. Flac. li. 2. Argon. 111. Sic Quercus aeriæ. Virgil. 3. Aeneid. 136. Et Rupes aeria. Virgil. 4. Geor. 102.
Venti aerij, Catul. epig. 59. 29.
Vias aerias carpere, Oui. 2. de Arte amandi, 9.
Volatus auium aerei. Cic. in To. 41.
Aeripes, aeripedis, pen. corr. (ἀερόπους) Adiectiuum quadrisyllabum, significat celerem, quasi aerios pedes habentem, hoc est leues. Vir. 6. Aen.
Fixerit æripedem ceruam licet. Duas syllabas in diphongum contraxit, metri gratia, æripedem, pro aeripedem.
Aera] æræ (ἄειρα) herba est inimica segetibus, de qua sic Plinius, libro 18. cap. 17, Est herba quæ cicer enecat & erum, circumligando se: uocatur orobanche: triticum simili modo æra. Et paulò pòst, Aere granum minimum est, in cortice aculeato. Quum est in pane, celerrimè uertigines facit: aiūtq; in Asia & Græcia balneatores quum uelint turbam pellere, carbonibus id semen injcere. Hactenus Plinius. Latini loliū appellant. Vir. Eclo. 5. & Geor. 1,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Aera ait Nonius Marcellus, numeri nota est: puta in moneta notabatur numerus quem ualebat. Lucilius, Hæc est ratio peruersa, æra numeri subducta improbè. Astrologi quoq; temporis initium, à quo supputationes incipiunt, æram uocant. Hermolaus in Plinium.
Aerinus, penult. prod. adiectiuum (ἀειρινός) Id est, loliaceus, ab Aera. Plin. lib. 22. cap. 25, Aerina farina magis cæteris purgat ulcera uetera.
A. ER. A. Id est, annus erat Augusti: quibus in unum contractis factum est barbarum uocabulum AERA. Vide Genesium in lib. de Correctione anni.
Aeræ] ἀιρεαὶ, oppidum est Macedoniæ, cuius incolæ Aerei dicuntur. Alterum ad Hellespontum, à quo gentile Aerates (ἀιρεάτης) Tertium in Ionia. Vide Steph. de Vrbibus.
Aeranthemis] Vide Anthemis.
Aerarium] &c. id genus. Vide Aes æris.
Aerenerui] Iulius Firmicus, li. 6. ca. 31, Musicos facit, q lyræ uel harenarios, uel æreneruos dulci modulamine percutiāt. Sed apparet locū esse mendosum, legendumq; qui lyræ, uel cytharæ neruos dulci modulatione percutiant.
Aereus] quadrisyllabum, & Aeripes, Vide Aer.
Aeria] Aeriæ, urbs Galliæ. Strabo, lib. 4, Sunt medio in spa-

Digitized by Google

cio urbes, Aucnio, Araufio, & Aeria: quæ ſic appellata eſt teſte Artemidoro, quia in ſublimi ſit ædificata cacumine.

Aerica] *æricæ, interprete Theodoro, piſcis eſt qui Græcè Chalcis dicitur. Eſt autem piſcis fluuiatilis carniuorus, qui quodam modo ſtridet, & ter in anno parit, gregatimq; ſua oua gurgiti altiori mandat congeſta. Vitio infeſtatur æro, ut pedi ui ſub branchijs innati plurimos interimant: quod nulli ex cæteris accidit.*

Author Ariſtoteles, lib. 8. de hiſtoria animalium.

Aerides] *ἀερίδες, gemmæ ſunt è Beryllorum genere. Plin. lib. 37. cap. 5.*

Aerizuſa] *aerizuſæ, laſpis aeri ſimilis. Plin. lib. 37. cap. 8, Plurimæ ferunt iaſpidem gentes. Smaragdo ſimilem Indi. Cypros duram glaucoq; pingui: Perſæ aeri ſimilem: ob id uocatur Aerizuſa, cœli autumnali matutino ſimilis.*

Aeromantia] *pen. prod. (ἀερομαντεία) diuinatio ex aere.*

Aeromeli] *ἀερόμελι, liquor eſt in Syria præcipuè & Arabia, ſereno cœlo ex aere defluēs, ſub exortu Vergiliarū, plantiſq; adhæreſcēs, et deinde duritiē aliquam colligens. A quibuſdam Ros Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. Ruell. lib. 1. cap. 24.*

Aerope] *pes. penul. cor. quadriſyllabū, Atrei uxor à Thyeſte adulterio corrupta. Oui. lib. 2. de Triſt. 78,*

Si non Aeropen frater ſceleratus amaſſet,
Auerſos ſolis non legeremus equos.

Malè quidam hoc nomen per æ diphthon. ſcribunt. ἀερόπη Græcè dicitur. Hom. & Callima. Fuit & altera Aerope Cephei filia, de qua uide in dictione Aphnæus Mars.

Aeropes, *ἀέροπες, auis genus, quod parentes ſenio confectos alit, Ariſtotelè teſte, quòd & de ciconijs memoratur. Eſt & gens Trazeniorum.*

Aeropus] *Martis Aeropes filius, de quo Pauſan. in Arcad.*

Aeropus, Aeropi *ἄεροπος, Macedoniæ rex, ſi quando erat ab negotijs firmatus, τραπέζια, id eſt menſulas, & lychnidia optimè conſtruere conſueuerat. Et propterea Cato dicere ſolebat, Non minus otij quam negotij clarorum uirorum rationem extare oportere. Vide Cælium, li. Anti. lect. 11. ca. 3.*

Aerugo] *penul. prod. æruginis, penul. corr. fœm. gen. (ἰὸς χαλκοῦ) Rubigo in ære, ut ferrugo in ferro. Columel. lib. 7. cap. 5. 11. Vel æris æruginc infriata. Plin. lib. 34. cap. 12. & lib. 28. cap. 7. 90, Aes contactum graue uirus odoris accipere & æruginem, magis ſi decreſcente luna id accidat.*

Aerugo *poeticè translatum pro linguæ mordacitate, ſeu maledicentia, uel liuore & inuidia. Mart. li. 2. 60. In maledicum,*

Veteris ore aliter, nimiiq; æruginc captus,
Allatras nomē, qd'tibi cūq; datū eſt. Hor. 1. Ser. 4. 21,
—— hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt Aerugo mera.

Aerugo, *metaphoricè ad ſegetum rubiginem transfertur apud Theophraſtum, libro 4, de cauſis plantarum, appellat enim Græcè ὄρυσιβην. Eſt autem æruginis incidentis ſegetibus humoris putrefactio, quo uitio ſpicæ marcidæ fiunt, & in pulueré fœtidū confriatiles. Ruellius, li. 2. cap. 16, de Aerugine, Eryſiben Græci uitium hoc appellant, plenilunijs ferè accidens, quod & Rubigo frequentius dicitur. (ſulcat.*

Aerugo mordax. *Sedulius, Non mordax æruginis uorat, nō timea*

Aerugo uiridis. *Mart. lib. 10, ad Numacium Gallum,*

Vt tu ſi uiridi tinctos æruginc uerſus
Fortè malus liuor dixerit eſſe meos. i. liuore, et maledictis.

Aeruginoſus, *pen. pro. (ὀρυσιβώδης) adiectiuum, æruginis plenus. Seneca, lib. de breuitate uitæ, Maiorem dierum partem æruginoſis lamellis conſumit.*

Aerumna] *ὀίζυς, Feſtus, Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas ſarcinas uiatores gerebant. Quarum quia C. Marius retulit uſum, Muli Mariani poſtea appellantur. Itaq; ærumnæ, labores oneroſos ſignificant. Siue à Græco ſermone deducuntur. nam ἄειρω Græcè, Latinè tollere dicitur. Hæc Feſtus. Cic. 4. Tuſcul. 29, Aerumna, ægritudo laborioſa. Idem li. 2. de Finib. 187, Vel Herculis perpeti ærumnas (ſic enim maiores noſtri labores non fugiēdos, triſtiſſimo tamen uerbo ærūnas etiā in Deo nominauerunt) exigerē ex te. Plau. Amphi. Vno ut labore exolueret ærūnas duas. Plau. Perſa, Superauit ærūnis ſuis ærumnas Herculis.*

Aeterna ærumna, *Cic. poſt reditum in Senatu 30.*

Graues ærumnæ, *Senec. Herc. furent. 4. 1.*

Miſeria & ærumna. *Cic. lib. 5. de Finib. 163, Vt ubi uirtus ſit, ibi eſſe miſeria & ærumna non poſſit.*

Ornatus ærumnis, *Cic. pro Sylla, 37.*

Affici ærumnis, *Lucre. li. 3. 10.*

Domare ærumnas uictas, *Senec. Theba. 1. 16.*

Perpeti ærumnas, *Cic. lib. 2. de Finib. 187.*

Aerumnæ omnes te premunt. *Cic. in Paradoxis, 21.*

Leuare ærumnas fletibus, *Senec. in Troad. 8. 6.*

Aerūnalis, *pe. prod. adiectiuū (ὀιζυτὸς) Apuleius, li. 1. de Aſin. Mox in urbe Latia aduena ſtudiorum Quiritium indigenā ærumnali labore aggreſſus excolui. (li. 6. 248.*

Aerumnabilis, *pen. corr. (ὀιζυτικὸς) Aerumnis plenus. Lucre.*

Illud in his rebus miſerandum magnopere unum
Aerumnabile erat.

Aerumnoſus, *pen. prod. (ὀιζυρὸς) Plenus ærumnis. Cic. 4. Tuſcul. 134, At eos qui ſe ægritudini dediderunt, miſeros, afflictos, ærumnoſos, calamitoſos. Plaut. Epid. 11. 31, Aerumnoſam & miſeriarum comitem mulierem retines. Cic. 3. Tuſcul. 114, Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo Id eſt, per mare, in quo tot labores tolerandi fuerunt. Verſus eſt Ciceronis ex Græco. Idem 7. Verr. 127, Crux crux infelici & ærumnoſo comparabatur.*

Aerumnoſiſſimus. *Cic. Atti. li. 3. 65. & pro Cluent. 159.*

Aerumnatus, *pe. pro. adiectiuum. (ὀιζυτὸς) Plaut. Capt. 11. 110, Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer: hoc eſt, multis ærumnis affectus. Nomē fictū de more ipſius Plauti.*

Aerumnula, *pe. pro. diminutiuum (ὀιζύδιον) Vide Aerumna.*

Aeruſco] *æruſcas (χαλκίζω) æruſcare, Obſoletum uerbum, Aera undiq;, id eſt pecunias colligere. Feſtus. Gell. li. 9. cap. 2, Aeruſcanti cuipiam id genus, & philoſophum ſe oſtentanti, dari iuſſit mille nummum. Id eſt, ut exponunt nonnulli, æra poſcenti: aut æruginoſæ & obſcuræ uitæ.*

Aeruſcator (χαλκιστὴς) *Qui malis artibus æs, id eſt, pecuniam corradit undiq;. Gellius, li. 14. cap. 1, Sed id præſtigiatorum atq; offuciarum genus commentos eſſe homines æruſcatores, & cibum quæſtumq; ex mendacijs captantes.*

Aes] *æris, n. g. (χαλκὸς) Genus eſt metalli. Eius tria ſunt genera, Regulare, Coronarium, & Caldarium. Plin. lib. 34. ca. 8, In Cyprio coronarium, & regulare eſt, utrunq; ductile. Coronarium tenuatur in laminas, taurorumq; felle tinctum, ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet. Idemq; in uncias, additis auri ſcrupulis ſenis, prætenui pyropi bractea ingneſcit. Regulare & in alijs fit metallis: Itemq; Caldarium. Differentia, quòd caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obſequitur, ab alijs ductile appellatum, quale omne Cyprium eſt. Sed & in cæteris metallis cura diſtat à caldario. Omne enim purgatis diligentius igni uitijs, excoctisq;, regulare eſt. In reliquis generibus palma Campano. Hæc Plinius. Aes coronarium, du leton Aes regulare ſiue ductile, Erain. Aes caldarium, Cuyure.*

Aeris appellatione aurum etiam contineri, *Vlpiano credimus. Cælius Antiq. lect. li. 6. cap. 2.*

Aeris metalla inuenit *Cynira Agriopæ filius, idq; in inſula Cypro. Plin. li. 7. cap. 56.*

Digitized by Google

Aes pro ferro. Cælius Antiq. lect. lib. 10. ca. 50, Ante ferri usum æs memoratur cõpertũ. Propterea id ferro nome impositũ. Quod Eustathius quoq; significat. Et quũ apud Homerũ legimus (χάλκεον ἔγχος) non utiq; æneum interpretantur, sed ferreũ, ex ueteri more appellatione propagata. Quòd uerò armis uterentur æreis prius, nõ ferreis, astipulatur Hesiodus.

Aes, pro galea ærea. Ouid. 8. Metamorpho. 7,

Quum uerò faciem dempto nudauerat ære. Id est, deposita galea.

Aes pro rostris nauium. Fiebant enim ex ære. Virg. 1. Aeneid. 8.

Vela dabãt læti, & spumas salis ære ruebant. Valerius quoque Argonaut. li. 1. 138,

—— & spumas uomit ære tridenti. Flaccus igitur Horatius, quũ uellet lõgã nauẽ significare, & rostratã firmãq;, Cypriam dixit: ut ærea accipiatur. Horat. lib. 1. Carm. 1. 3.

Aera pro operibus ex ære factis. Virgil. 1. Georg.

Et mœstũ illacrymat tẽplis ebur: æraq; sudãt. Idẽ in 3, Aeraq; dißiliunt uulgò: ueſtesq; rigescunt. Species metonymiæ: ut ferrum pro gladio, Horat. 4. Carm. 8. 1.

Aes, Pecunia ex ære facta. Veteres enim primũ signatã pecuniã ex ære habuerunt. Cato, Fundum æribus suis emptũ posidebãt. Terẽt. Phor. 3. 2. 26, Ancillã ære emptã suo. Oui. 1. Fast.

Aera dabant olim, melius nunc omen in auro est: Victaq; concesßit prisca moneta nouæ Pl. li. 34. c. 1, ubi de ære, Hinc æra militum, tribuni ærarij, & ærarium, & obærati ab ære dicti.

Aes quando primũ Romæ fuerit signatum, his uerbis prodidit Plin. li. 18. c. 3, Seruius rex, ouiũ boumq; effigie primus æs signauit. Idẽ lib. 33. cap. 3, Signatum est nota pecudũ: unde & pecunia appellata. Paulò pòst. Nota æris fuit, ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrũ nauis. In triẽte uerò et quia trãte rates: huius rei causam exequitur Oui. lib. 1. Fast. 46.

Aere dirutus miles. Festus, Aere dirutũ militẽ dicebant, cui stipẽdium ignominiæ causa non esset datũ, quòd æs diruebatur in fiscũ non in militis sacculũ. Hoc uerbo Cicero facetißimè in Verrem usus est, actione 7. 27, Aleatoris Placẽtini castra cõmemorabuntur: in quibus quum frequens fuisset, tamẽ ære dirutus est. Id est, quamuis non esset emansor, sed frequẽs in castris aleatorijs, tamen ære dirutus est, id est, stipẽdia perdidit, alea scilicet omnia absumente. Idem in Antoniana, XIII. Fraudator creditorum Trebellius; homo dirutus diruptusq;. Quintus Cælius. Id est, tum hernioſus, tũ dißipato patrimonio expeculiatus, atq; omni ære exhaustus. Lusit enim Cicero per paronomasiã dirupti, id est, hernioſi, & diruti.

Aes alienum. Vlpianus de uerb. signifi. Aes alienum est, quod nos alijs debemus. æs suum est, quod alij nobis debent. Cicer. pro Quintio 8, Quum æris alieni aliquantulum esset relictum. Sallust. de Coniurat. Catil. Simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. Id est, multi erant obærati.

Aeris alieni atq; litis comes miseria. Chilonis Lacedæmonij oraculum apud Vlmium lib. 7. cap. 32.

Nexus ob æs alienum. Vide Necto.

Aes meum alienum. Cic. ad Att. lib. 13. 294. 3, Si quid æri meo alieno superabit, hoc est, si quid mihi supererit, postquam æs alienum persoluero.

Aes alienum tuum. Cic. 2. Philipp. 55, Etenim quæ res egestati & æri alieno tuo, præter mortẽ Cæsaris, subuenire potuisset? Id est, unde æs alienum dissoluisses: nisi ex morte Cæsaris tanta pecunia tibi acceßisset.

Aes alienũ cogere, cõflare, cõtrahere, facere: oĩa hæc idẽ significãt: hoc est, ære alieno se obligare, nẽpe se debitorẽ facere, pecunia uel mutuò, uel fœnerato accepta. Plaut. Stich. 4. 49, Alienũ æs cogat. Ci. ad Qu. fratrẽ, li. 1. epi. 1, Nullũ æs alienũ nouũ cõtrahi ciuitatibus. Eidẽ, Ex quibus mihi etiã æs alienũ faciendũ puto. Sallust. Quiq; æs alienũ grãde cõflauerat.

Aes alienum dissoluere, Soluere creditoribus, & ab eis se liberare. Cic. Patri persuasit, ne æs alienum dissolueret. Idem pro Sylla. 42, æs alienum eiusdem dissolutum est.

Aes circũforaneũ, pro fœneratitio. Ci. Att. li. 2. 16. 17, Tuscul. & Pompeianum me ualde delectant, nisi quòd meipsum illum uindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt. Budæus.

Crescit tibi æs alienum. Cic. 6. Verr. 24, Metuisti ne æs alienum tibi crescere.

Deuouere se p ære alieno, Seipsum pro dissoluẽdo ære alieno sub hastã uẽdere. Ci. 11. Phil. 299, Pro alieno se ære deuouit.

Donare æs alienum. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brut. 6. 4.

Ducite ex animis curam, atq; alienum æs, ne quis formidet effligatorem suum. Plaut. Budæus.

In ære alieno nullò esse, idem quod nihil debere. Cic. 6. Ver. 10.

Exire ære alieno, Liberàri debitis, Cic. 11. Philip. 299.

Habere æs alienum, hoc est, debere. Cic. 6. Verr. 9. Idem ad Sestium lib. epist. 5. 6. 4, Itaq; nunc me scito tantum habere æris alieni, ut cupiam coniurare, si quisquam recipiat.

Incidere in æs alienum Vide Incido.

Laborare ex ære alieno. Cæsar belli ciuilis lib. 3, Interim Milo quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, solicitabat.

Leuare se ære alieno. Vide Leuis.

Liberare se maximo ære alieno. Cicer. ad Atti. lib. 14. 316. 2. Vide Liber liberi.

Luere æs alienum, hoc est, dissoluere. Curtius lib. 10.

Minuere æs alienum. Vide Minuo.

Obrui ære alieno. Vide Obruo.

Aere alieno obstringere oẽs amicos. Brut. ad Ci. li. 11. epi. 10. 11.

Oppressus ære alieno, Cic. pro Fonteio 1.

Persoluere æs alienum, Plin. epist. lib. 9. ad Paulinum.

Reddere causas æris alieni. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 8.

Succurrere æri alieno, Senec. de Benefi. lib. 2. cap. 7.

Aes alienum alicuius suscipere: Est prouinciam suscipere soluẽdi eius creditoribus. Cic. 2. Off 80, Liberales aũt qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienũ suscipiunt amicorum; aut in filiarũ collocatione adiuuant.

Vacillare in uetere ære alieno, Cic. in Catilinam 41.

Aes graue. Seruius in sextum Aeneidos, Qui pro hoc ære graui donatus est? id est, maßis. Liu. 1. Decad. lib. 4, Et quia argentũ nondum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes speciosam etiam collationẽ faciebãt.

In ære meo est, aliter accipit Ci. li. 13. epist. 63. 1, Et me hercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse, id est, inter amicos meos esse. In ære enim meo est, idẽ est quod meũ, & in bonis meis est, atq; in cẽsu meo. Idẽ ad Caßium, lib. 15. 14. 1.

Aere meo me lacesßis: id est, iocantem ioco excipis. Plaut. Pœnul. 4. 73,

Enimuero ære meo me lacesßis, ludos & delicias facis.

Aes militare, Pecunia quæ in stipendium militum de ærario Tribunis ærarijs adnumerari quæstori solebat. Asconius.

Aere publico fixum Senatusconsultum. Tacit. lib. 12, Et fixum est ære publico Senatusconsultũ, quo libertinus sestertij ter millies possideret, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur.

Aera lupinis quid distẽt, non ignorat. Horat. lib. 1. epistol. 75,

Nec tamẽ ignorat quid distẽt æra lupinis. Id est, quantũ pecunia differat à lupinis, legumine uilißimo Acrõ: Quæ sit differẽtia inter bonos & malos. Erasmus in Chili. Id est, nouit discrimẽ rerum uilium & preciosarum. Agit autem Horatius de ijs, qui beneficia non ita cõferunt in quos suis, ueluti abijciant: sed ita cõllocant: ut expẽdant & eius meritũ ac dignitatem cui præstant, & precium muneris quod largiũtur.

Aeris faber. Vide Faber.

Digitized by Google

Acuta æra, Acutè ſonantia, Horat. Carm. 1. 16. 2.

Aegineticum æs. Vide, Deliacum æs.

Arguta æra, Sillius lib. 17. 4.

Circum arguta cauis timnitibus æra, ſimulq;
Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.

Canorum æs, Virgil. Aeneid. 9. 104.

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit.

Cauum, id eſt, tuba ærea. Virgil. Aeneid. 3. 48.

—dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo.

Cauum æs, pro uaſe æreo concauato, Ouid. 4. Metamor. 101.

Cauo ære clypeus, Virgil. Aeneid. 3. 55.

Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis (prole.
Poſtibus aduerſis figo. Seruius, Aeris caui: ut pulcra

Concauum æs, Ouid. 4. Metamorph. 6.

—impulſaq; tympana palmis
Concauaq; æra ſonant, longoq; foramine buxus.

Aes Cordubenſe. Vide Aes Salluſtianum.

Corinthia æra. Plin. lib. 34. cap. 2, Ex illa autè antiqua gloria, Corinthium æs maximè laudatur: hoc caſus miſcuit.

Crepitantia æra, Virgil. 4. Georg. 31.

Decorũ æs, Virg. 4 Aen. 12. 42, pro Orichalco, ut ait Seruius.

Deliacum æs. Plin. lib. 34. cap. 2, Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit, et paulò poſt, Proxima laus Aegineticо fuit. Inſula & ipſa nec æs gignens, ſed officinarũ tẽperatura nobilitata.

Ephyræia æra. Virg. 2. Georg. 93. Vbi Seruius, Ephyræia æra, Corinthia, quæ laudat etiã Cic. nam Ephyrus eſt Corinthus.

Exercita pulſu æra. Vide Tacent Aera.

Fuluum æs, Ouid. 1. Metamorpho. 23.

Liuianum. Vide Aes Salluſtianum.

Marianum. Vide, Aes Salluſtianum.

Micantia æra, id eſt, arma ærea, Virgil. 2. Aeneid. 146.

Operoſum æs, id eſt, magno opere & artificio fabricatum. Ouid. 3. epiſt. 7.

Paphyum æs. Hoc eſt, Cyprium: Paphos uerò Cypri eſt oppidum. Ouidius in Ibin, 89.

Raucum æs, pro clypeo æreo, ad teli tactum, raucum ſonum emittente. Virg. 2. Aeneid. 109.

Rauci æris canor, hoc eſt, tubarum clangor. Virg. 4. Geor. 15.

Recuruum æs. Lucan. lib. 1. 87, —quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ. Hoc eſt, liui inflexi incitauere ad ineundam pugnam.

Renidens æs, Virg. 2. Georg. 57.

Aes Salluſtianum, æs Liuianum. Plin. lib. 34. cap. 2, Proximum bonitate fuit Salluſtianum in Centronum alpino tractu, non longi & ipſum æui, ſucceſſitq; ei Liuianũ in Gallia. Vtrunq; à metallorum dominis appellatum: illud ab amico diui Auguſti, hoc à coniuge: uelocis defectus. Liuianum quoq; certè admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in Marianum conuerſa: quod & Cordubenſe dicitur.

Saturnia æra, Vaſa ærea, quibus utebantur tempore Saturni in ſacris. Perſ. Saty. 2. 13,

Aurum uaſa Numæ, Saturniaq; impulit æra.

Aes ſignatum & graue opponuntur, Liu. Decad. 4. 261.

Solita æra, Virg. Aeneid. 9. 164.

Sonans æs. Ouid. 12. Metamorpho. 10. de fama loquitur,

—tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit, uocesq; refert, iteratq; quod audit.

Sonorum æs, Claud. 7. paneg. 30.

Stridentia æra, Virg. 4. Georg. 35.

Temeſea æra. A Temeſe oppido Cypri, in quo præcipua æris bonitas & fertilitas fuit, ut tradit Strab. li. 6. Oui. 5. Faſt. 88.

Tinnula æra. Tinnientia ac reſonantia, Ouid. 4. Metam. 79.

Vetuſta æra, Moneta uetus, Ouid. 1. Faſt. 1. 44.

Vnca æra, id eſt, hami. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 7. 2,

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat.

Concrepant æra, Ouid. 5. Faſt. 88.

Aes conflare, hoc eſt, purgare. Plin. lib. 7. cap. 56, Aes conflare & temperare Ariſtoteles Lydum Scythen monſtraſſe: Theophraſtus Delam Phrygem putat.

Domare æra, hoc eſt, malleis tundendo mollire, & in longum latumue ducere. Stat. lib. 1. Achil. 83.

Ex ære aliquem ducere, id eſt, ære fuſo, aut malleis in lamina ducto exprimere, effigiare, repræſentare: nam id quoq; ducere ſignificat. Virg. 6. Aeneid. 170,

Ducẽt uiuos de marmore uultus. Plin. li. 7. cap. 37, Edixit Alexander, ne quis ipſum alius, quàm Apelles pingeret, quàm Pyrgoteles ſculperet, quàm Lyſippus ex ære duceret.

Aes ducere, Idem. Horat. 2. epiſt. 1. 49,

Edicto uetuit, ne quis ſe præter Apellem
Fingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri uultum ſimulantia.

Excudere æra ſpirantia. Hoc eſt, ſtatuas tam affabrè efficere, ut animatæ uideantur. Virg. 6. Aeneid. 170,

Excudent alij ſpirantia mollius æra.

Incidere in ære, & in æs. Vide Incido.

Mutari ære. Vide Muto.

Tacent æra, Stat. lib. 1. Achill. 126.

Aeramentum, Denominatiuum, (χάλκωμα) Sunt autẽ æramẽta, opera ex ære facta, quemadmodum ferramenta ex ferro. Plin. li. 35. cap. 15. 9, In reliquo uſu æramẽtis illinitur. Idẽ li. 33. c. 5. 8, de auri glutino loquẽs, Plũbũ nigrũ albo iungitur, ipſumq; albũ ſibi oleo: ltẽ ſtannũ æramẽtis, ſtãno argentũ. Idem lib. 15. cap. 8. 2, Atque æramenta omnia cõtra eruginẽ.

Aeraria, ærariæ, locus in quo æs effoditur. Plin. lib. 34. cap. 13.

Aerariũ, ſubſtantiuũ, (ἀμφίσιον, ταμεῖον) Pecunia erat publica uno in loco cõdita: quã Tribuni erarij, quum opus erat, promebãt. Feſtus, Aerarium ſanè populus Romanus in æde Saturni habuit. Cic. 3. Tuſcul. 83, Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium uerbis tamen defendebat ærarium.

Aerariũ pro loco & repoſitorio ipſius publicæ pecuniæ. Cæſ. bel. Ciuil. Quibus rebus Romam nunciatis, tãtus repentè terror inuaſit, ut quum Lentulus Conſul ad aperiẽdum erariũ uenisſet, ad pecuniam Pompeio ex ſenatuſconſul. proferendam, protinus aperto ſanctiore ærario ex urbe profugeret.

Ad ærarium rationes ſuas referebant imperatores exercituum ex prouincijs decedentes. Id eſt, computos reddebant, ut nũc loquimur. Cic. in Piſonem, Rationem ad ærarium retuli continuò, Cæſar, ſicut lex tua iubebat. Budæus.

Aerarium militare. Sueton. Aerarium militare cum uectigalibus nouis conſtituit. Hoc eſt, quod peculiariter accommodatum eſſet ad ſoluenda militum ſtipendia.

Aerarium publicum Vrbis, fuit Saturni templum. Plutarchus in Problematis, Quam cauſam eſſe dicemus, quamobrem Saturni ædem pecuniæ publicæ ſacrariũ eſſe uoluerunt. Nã ærariũ eſt: & tabulas publicas in eo ſeruant, & ex eo Tabulariũ dicitur. An quòd fama obtinuit, Saturni tẽpore, nec auaritiã nec improbitatem uſquã in hominibus fuiſſe, ſed iuſtitiã & fidẽ? An quòd fructuum inuentor, & agricolationis auctor, is deus fuiſſe memoratur? Falx enim id ſignificat, &c.

Aerarij præfectos hodie (ut arbitror) uocare poſſumus, quos Theſaurarios dicũt, qui etiam Quæſtores uocitari poſſunt, quod munus olim Prætores, prætorijq; obibãt. Tribunos uerò ærarios quos Receptores generales appellant. Budæus.

Aerariũ ſanctius ab antiquis dictũ eſt, quod prorſus intactũ erat, ex quo nihil promi licebat ob annuas neceſſitates. Liu. li. 7. ſecũdi belli Punici, aurũ uicesimariũ quod in ſanctiore ærario

Digitized by Google

rio ad ultimos casus seruabatur, promi placuit. Ci. Att. li. 7, Attulit mandata ad Consules, ut Romam uenirent: pecuniã de sanctiore ærario proferrent. Budæus.

Aerarius, substantiuũ, (χαλκεύς) Qui ærea opera fabricat. Pli. lib. 16. cap. 6. 5, Aerariorum tantum officinis compendio.

Aerarius fieri dicebatur, qui plebeius à Censoribus in centũ tãbulas referebatur, ac per hoc nõ esset in albo cẽturiæ suæ, scilicet ad hoc ut esset ciuis, sed tantummodo ut pro capite suo tribut: nomine æra penderet. Hæc Budæus ferè ex Asconio. Vnde Aerariũ facere, & inter ærarios, siue in ærarios referre, pro eodẽ legũtur: hoc est, ea ignominia quempiã afficere: quod ius propriè ad Cẽsores pertinebat. Cic. pro Cluen. 96, ut alter in ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter uetet. Liu. lib. 4. secundi bel. Pun. His, superioribusq; illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuq; uoti, ærarij omnes facti. Varro, Hoc est magnum censorem esse, ac nõ studere multos ærarios facere. Valerius lib. 2. cap. de Censoria nota. Salinator uerò quatuor atq; triginta tribus inter ærarios referre non dubitauit.

Ex ærarijs eximere Latini dicebant, cum aliquem prædicta ignominia leuabant. Budæus. Cic. lib. 2. de Orat. 149, Is qui te ex ærarijs exemit, lustrum condidit.

Aerarius, adiectiuum, Quod ad æs pertinet. Plin. lib. 33. cap. 5. Laudationem eandem in ærarijs metallis, & proximam in argentarijs fieri compertum est.

Aerarius faber. Qui opera ex ære fabricat. Plin. lib. 34. cap. 8. 13. & cap. 1, A rege Numa collegio tertio fabrum ærariorũ instituto. Fabrum pro fabrorum, per syncopen.

Aerarium fabricam alij Chalibas monstrasse putant, alij Cyclopas. Plin. lib. 7. cap. 56.

Aerarius lapis, ex quo æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12, Scolecia fit & per se rasa ab ærario lapide, de quo nũc dicemus. Chalcitim uocant lapidem, ex quo & ipsum æs coquitur.

Aerarij milites, ut ait Varro. 4. de Lin. Lati. dicuntur ab ære, quòd stipendia facerent.

Aeraria officina, Plin. lib. 18. cap. 10. 1. Aeraria fabrica, Idem lib. 7. cap. 56.

Aerarios quæstores hodie uocar: possumus eos, quos mulctarũ, id est, emendarũ receptores uocãt. Tac. li. 13. Vide Quæstor.

Aerarius scriba, Cic. pro Cluentio 99. Hoc est, qui rationes scribebant expensi lati & accepti relati.

Aerarij tribuni, à tribuendo ære sunt appellati. Hæc Festus. At Varro de lingua Latina, lib. 4, Tributum, inquit, dictum à tribubus: quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis proportione cẽsus exigebatur. Ab eo, quib. attributa erat pecunia, ut militi reddãt, Tribuni ærarij dicti.

Aeratus, pe nul. prod. adiectiuum, (χαλκωτός) Quod ære tectũ est. Fit autem ab ære, ut auratus ab auro. Cic. 6. Verr. 52, Iam uerò lectos eratos, & candelabra ænea. & Plin. li. 34. cap. 3. 4, Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruilius quæstor, quòd erata ostia haberet in domo. Nam triclinia erata, abacosq;, & monopodia, Cneum Manlium Asia deuicta primum inuexisse triumpho suo, L. Piso author est.

Aerata acies. Vide acies.

Crates eratæ. Stat. 4. Theb. 22,

Omnibus eratæ propugnant pectora crates.

Classes eratæ, Naues rostris æreis munitæ. Virg. 8. Aeneid. 133.

Clypeus eratus, Sil. lib. 15. 149.

Cuspis erata, Ouid. 5. Metam. 2.

Fores eratæ, Tibul. lib. 1. eleg. 3. 15.

Aeratus homo, Aere alieno obstrictus: qui usitatius dicitur obæratus. Cic. Attico, lib. 1. 116, Maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam ærarij quàm ut appellãtur, ærati. Plautus pro pecunioso & bene nummato posuit, in Mostel. 89. 90, Ferocem facis, quia te æratus amat.

Aeratæ naues, quæ & rostratæ dicebantur. Nauium enim rostra ex ære fiebãt. Cæsar li. 2. de bello ciuili, Interim L. Nasidius à C. Põpeio cũ classe nauiũ sedecim, in quibus paucæ erãt eratæ, L. Domitio Messaliẽsibusq; subsidio missus. Virg. li. 9. Aen. ubi de nauib. Troian. in nymphas marinas uersis,

—— hinc uirgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur,
Quot prius eratæ steterant ad littora puppes.

Pila erata, Propert. lib. 4. eleg. 1. 16.

Portæ eratæ, Ouid. 8. Metamorpho. 9.

Postes erati, Virg. 2. Aeneid. 2. 5.

Proræ eratæ, Virg. 9. Aeneid. 26.

Puppes eratæ, Ouid. 8. Metamorpho. 21.

Securis erata, Virg. 11. Aeneid. 131.

Tela erata, Tibul. lib. 1. eleg. 10. 5.

Aereus, adiectiuũ trisyllabũ (χάλκεος) dicitur quod ex ære factum est: quod & ahenum etiam dictum est. Virg. 1. Aeneid.

Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Aere trabes: foribus cardo stridebat ahenis.

Loquitur de foribus templi. nam prisci, teste Plinio lib. 34. cap. 3, limina etiam ac ualuas ex ære in templis fabricitauere.

Aerea arma, & tela itidem ex ære, uetustas habuit: ut est apud Homerum: quæ Combe puella in Eubœa primum inuenit: unde cognominata Chalcis est. Ianus Parrhasius in libr. 1. Claudiani de rapt. Pros. Idem tradit Cælius antiqu. lect. lib. 10. cap. 50, Eustathij testimonium afferens.

Cassis ærea, Sil. lib 3. 55.

Clypeus æreus, Virg. 12. Aeneid. 109.

Aerea cuspide, uel gladio æreo facta uulnera, minus afferre doloris, facilius etiã persanari, tradit Aristoteles: quòd medicãuim quandam in se obtineat æs, quã in uulnere statim relinquat. Cælius Antiqu. lect. lib. 16. cap. 5.

Galea ærea, Virg. 10. Aeneid. 165.

Rota ærea, Virg 5. Aeneid. 54.

Aereum seculum, siue ætas ærea, dicitur apud poetas pro tertia illa ætate, quæ successit argenteæ. Hanc Ouidius aheneam, id est, æratam appellat.

Temo æreus, Virg. 3 Georg. 34.

Aereum uas, Plin. lib. 12. cap. 7. 5.

Aereus pro forti, poeticè. Virg. 5. Aeneid.

Vastis tremit ictibus ærea puppis. Vbi Seruius, Aerea, fortis: ut, —— & iunctos temo trahat æreus orbes.
Nam puppis ærea non est, sed prora. Sic in eodem lib. 54, æream rotam pro forti, idem Seruius interpretatur.

Aerifer, pen. corr. adiectiuum. (χαλκοφόρος) Id est æs ferens. Ouid. 3. Fast. 148,

Iamq; erat Rhodopen, Pangæaq; flumina uentum.
Aerifera comitũ cõcrepuere manus. Id est, crepitacula ærea ferentes.

Aerificiũ, χαλκούργημα, Dictũ quod fit ex ære. Varro γνῶθι σεαυτὸν, Nihil sunt musæ politis, quasi æreficiæ dixi. Nonius.

Aeripes, pen. cor. (χαλκόπους) uox trisyllaba, huius æripedis, pen. etiã cor. id est, æreos uel æratos pedes habẽs. Ou. 6. ep. 7

Narrat & æripedes Martis arasse boues. Hoc est, habente. pedes ære munitos. Ita enim dicunt poetæ eos habuisse. Idem 12. epist. 19.

Aerisonus, pe. corr. adiectiuum, (χαλκόφωνος) Stat. lib. 1. Thebai. 53, —— melius uotis Mareotica fumat
Coptos, & æriſoni lugentia flumina Nili. Id est, æris sonum dantis, propter sistrum, quo in Isidis sacris utebãtur.

Ida æriſona. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 141. Et libro 3. 6,

Aeriſono de monte ratem, præfixaq; regum Scuta uidet.

Vrbes æriſonæ. Hoc est, resonantes propter crebros peluiũ & tintinna-

Digitized by Google

tintinnabulorum æreorum crepitus in eclypsi Lunæ pulsari solitorum. Claudianus de bello Getico, 97.

Aero, æras, (χαλκόω) significat æs misceo, ære adultero, siue ære orno. Vnde eratæ fores, apud Virgiliũ. Priscianus de speciebus uerborum lib. 8, A metallorum quoq; nominibus solent nasci uerba: ut ab auro, auras: ab ære, æro æras: unde auratus, & æratus. Huius uerbi composita sunt obæro, & subæro.

Aerosus, pen. prod. (χαλκώδης) Festus, Aerosam appellauerũt antiqui Cyprum, quòd in ea plurimum æris nascatur.

Aerosum aurum, Quod multi æris admistionem habet. Plin. li. 33. cap. 5. 7, Ediuerso ærosum contrahit se, hebetaturq; & difficulter ferruminatur.

Aerosus lapis, qui multum habet æris, & ex quo æs fit. Plin. li. 34. cap. 1. 2, ubi de æris generibus. Fit et è lapide æroso, quẽ uocãt Cadmiã: celebritas in Asia, & quõdã in Cãpania, &c.

Aesa] ἄισα, Thraciæ oppidum est, Pallenæ proximum, cuius incolæ dicuntur Aesei. ex Stephan.

Aesacus] pen. corr. (Αἴσακος) Priami ex Alyxothoe nympha filius, quum amore Hesperies nymphæ Cebrenij fluuij filiæ captus, eam fugientem persequeretur: à serpente in pede icta interijt: tantoq; dolore Aesacum affecit, ut moriturus è scopulo se in mare præcipitarit. Quẽ miserata Thetys, in mergum transformauit. Ille uerò indignatus quòd mori non potuerit, se mergere nunquam desistit: unde & Mergus à Latinis dictus est. Ouid. lib. 11, Metamorpho. ad finem. Est etiam eiusdem nominis fluuius Troianus ad Idam montem.

Aesageus] Montis nomen apud Homerum.

Aesalon] æsalonis: uel Aesalus, æsali, (αἰσαλών) genus accipitris apud Plinium, lib. 10. cap. 8, Aesalona Græci uocant, qui solus omni tempore apparet, cæteri hyeme abeunt. Idem libro eodem, cap. 74, Aesalon uocatur parua auis, oua corui frangens: cuius pulli infestantur à uulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipsamq; uellit. Quod ubi uiderunt corui, contrà auxiliantur, uelut aduersus communem hostem.

Aesapus] Aesapi, pe. pro. (Αἴσηπος) Lyciæ fluuius. Stra. lib. 13, Post Cyzicenorum igitur urbem & Aesapum, est Troadis initiũ. secundum Homeri descriptionem. Sunt qui Aesepus scribant, penul. prod. quia Græcè per η scribitur.

Aesapus, teste Homero lib. 6. Iliad. filius fuit Bucolionis, maximi filiorum Laomedontis.

Aesapius, adiectiuum, (αἰσήπιος) Valer. Flac. 3. Argonaut. 84, Ampycides petit aduersis Aesapia syluis Flumina.

Aesar] ris, (Αἴσαρ) fluuius ponitur Theocrito, quem in Sicilia quidam esse affirmant: alij uerò in Calabria apud Crotonẽ. Huius meminit Ouid. lib. 15. Metamorpho. (citur.

Lapidosas Aesaris undas, Ipete. Straboni Aesarus di

Aesareus, a, um, Ouid. lib. 15. Metamor.

Aeschines] αἰσχίνης, Athenienſis orator, Demosthenis æmulus: cuius orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Quum populus Athenienſis in duas partes esset diuisus: alteraq; regi Persarum faueret, ubi princeps erat Demosthenes: altera Philippo Macedoni, ubi Aeschines: essetq; pecunia uterque corruptus: ortæ sunt inter hos duos oratores inimicitiæ. Philostratus banc dissensionem mauult diuersitati morum adscribere. Nam & Aeschines potator erat, & dulcis, ac remissus, faceteq; pronuncians. Ille contrà sobrius, grauiq; supercilio, insuper aquam potans, ac propterea ut difficilis & morosus taxabatur. Porrò Aeschines tandem Athenis discesſit, minimè quidem iussus, sed ut uitaret ignominiam quã acceperat suffragijs excidens in accusatione Demosthenis & Ctesiphontis: abijtq; Rhodum: ubi quum aliquando publicè legeret eam, quam aduersus Ctesipbõtem habuerat oratione: admirantibus Rhodijs quonã modo tanta facũdia uicta fuisset, putantibusq; Athenienses improbũ tulisse iudiciũ: Atqui, inquit, nulla uos teneret admiratio, si Demosthenem contra hæc dissentem audissetis. Qua re non solum inimici collaudauit eloquentiam, sed etiam sententias iudicũ excusauit. Ex Philostrato & Volaterrano. Plin. li. 7. ca. 30. & Valerius Max. lib. 8. cap. 10. & Cicero 3. de Orat. 118. Quintil. lib. 2. cap. 17. Idem lib. 10. cap. 1, Demosthene plenior Aeschines, & magis fusus & grandiori similis, quo minus strictus: carnis tamen plus habet, minus lacertorum. Et lib. 12. cap. 10. Cic. in Bruto, & ad Brutum oratio.

Aeschines philosophus, Charini lucanicas facientis, siue (ut uolunt) Lysaniæ filius, Atheniensis, à puero mitræ indolis, laborumq; patientissimus fuit. Quocirca & à Socrate nunquam discesſit: atq; ideo Socrates de illo dicere solebat, Solus nos colere nouit Aeschines. Aiunt ipsum inopia adactum, uenisse in Siciliam ad Dionysium, atq; à Platone despectum, ab Aristippo fuisse illi commendatum: ibiq; prolatis dialogis quibusdam accepisse munera: demum Athenas reuersum, ibiq; minimè docere philosophiam suã ausum, quòd illic Platonis & Aristippi esset clarissimũ nomen, auditores sibi mercede quæsiuisse: deinde in defensionem innocẽtium se ad scribendas orationes iudiciales conuertisse. Socratem ferunt illi dixisse, quum premeretur inopia, ut à seipso usuras exigeret, sibi subducendo cibaria. Ex Diogene Laertio.

Aeschines octo memorantur Diogeni Laertio. Primus, Atheniensis philosophus, Socratis discipulus. Secundus, qui artem oratoriam conscripsit. Tertius, orator, Demosthenis æmulus. Quartus, Arcadia profectus, Socratis etiam discipulus. Quintus, Mitylenæus, quem & flagellum oratorum uocabant. Sextus, Neapolitanus, Academicus philosophus, Melãthij Rhodij discipulus. Septimus, Milesius, ciuilis scriptor. Octauus, statuarius. Aeschimis Milesij, qui Asiatico dicendi genere, sed faceto et ornato usus est, meminit Ci. in Bru. 182.

Aeschrio] Aeschrionis, nomen proprium hominis Syracusani, in Herbitensibus decumis publicani, cui uxor fuit Pippa Verri adamata. Cic. 5. Verr. 65.

Aeschrion] Aeschrionis, Viri proprium. Aeschrionem citat Plinius in indice lib. 10, Meminit & Varro. Nomine hoc & præceptor Galeni fuit, & alij. Hermol.

Aeschron] ἄισχρων, Mitylenæus uersificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximeq; ei dilectus, ut tradit Menander Alexandrinus in libro de Discipulis Aristotelis. Volaterr.

Aeschylus] pen. corr. (αἰσχύλος) poeta tragicus Atheniensis. Horatius lib. 2. Epist. 1. 33. Idem in Arte poetica, 56,

Post hunc personæ, palleq; repertor honestæ
Aeschylus, & modicis instrauit pulpita tignis,
Et docuit magnũq; loqui, nitiq; cothurno. Valer. Max. li. 9. cap. 12, eum appellat originem & principium fortioris tragœdiæ. Hic Athenis excedẽs, in Siciliam uenit. Quumq; audiret in fatis esse, ut ex ictu supernè proueniente mori eum oporteret: tectum uitans, sub dio manebat, aperto capite. Itaq; mœnibus urbis in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis uacuum) perinde atque lapidi eam illisit, ut fractæ testudinis carne uesceretur: eoq; ictu extinctus est, anno ætatis LVIII. Ex Val. & Volat. Vide Plinium libr. 10. capit. 3. Et Quint. lib. 10. cap. 1. Cicer. 2. Tusc. 39.

Aeschylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto uerborum genere usus est. Cic. in Bruto, 175, & 182.

Aeschyleus, pen. corr. adiectiuũ, (αἰσχύλειος) Propert. li. 2. eleg. ultima, 8. Desine & Aeschyleo cõponere uerba cothurno.

Aeschynomene, es. αἰσχυνομένη, herba est, Pl. ita dicta, qd appro

pinquante

Digitized by Google

pinquante manu folia contrahit. Plin. lib. 24. cap. 17.

Aesculanus deus] & Argentinus, dicti sunt, æris & argenti, id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Budæus lib. 5. de Asse, Quem quæstorũ ærarij natio, ut deũ Aesculanum summa uenerationecoluit.

Aesculapius] ἀἰσκλαπιὸς, fuit Apollinis ex Coronide nympha filius, & idẽ medicinæ deus habitus. Seruius in 6. Aeneid. 124 Tarquitius apud Lactantium dicit eum incertis natum parentibus, expositum in syluis, repertum à uenatoribus, caprino lacte nutritũ, & custoditum à cane, mox traditum Chironi, & sub eo medicinam didicisse. Cuius autem fuerit, non minor est controuersia. Sunt qui Epidaurium faciant: alij Messenium, sed Epidauri mansisse. Medicinam plurimum auxit, & illustrauit adeò, ut Androgeonem Minois filium ab Athenienſibus interfectum, & Hippolytum dicatur ad uitam reuocasse. Proper lib. 2. eleg 1. 13, Ferunt etiam Aesculapium ab Ioue fulminatum: quòd Hippolytum suscitasset. Quum Romani sæuissima peste laborarent, inspectis Sibyllinis libris didicerunt non aliter pristinam recuperari salubritatem posse, quàm si ab Epidauro, ubi plurimum colebatur, Aesculapius esset accersitus. Itaque missis Epidaurum legatis, Aesculapius prægrandis serpentis specie Romam naui aduectus, in insulam Tyberinam, ubi templum ei dicatum est, tranauit, aduentuq; suo pestem omnem dispulit. Valerius Max. lib. 1. cap. 8 Ouid. lib. 15. Metamorpho. 126. Anguis Aesculapius, ait Plinius libro 29. capite 4, Epidauro Romam aduectus est, uulgoq; pascitur & in domibus. Quin & angui multa inesse remedia creduntur, & ideo Aesculapio dicatur. Sunt qui putent serpentes Aesculapio propterea dicatos, quia sunt uigilantissimi: qualem oportet medicum esse.

Aesculapius apud Syracusas sacrificijs anniuersarijs colebatur. Cic. 6. Verr. 114.

Aesculapij fons Athenis, in quo quæ immersa sunt, in Phalerico redduntur, Plin. lib. 2. cap. 103.

Aesculapios multos facit Cic. lib. 3 de Natura deorum, 77, his quidem uerbis, Aesculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse, primusq; uulnus dicitur obligauisse. Secundus, secundi Mercurij frater: is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentisq; euulsionem, ut ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longè à Lusio flumine sepulcrum & lucus ostenditur.

Asclepius pro Aesculapius legitur in Homerico uersu, quem apud Theodoritum Cyrenensem Zenobius, Accialous Latinũ fecit. Sic enim habet uersus,

Huic homini pater est Asclepius arte medendi Clarus.

Epidaurius Aesculapius, Ouid. 15. Metamorpho. 145.

Opifer deus Aesculapius, Ouid. 15. Metamorpho. 131.

Pergameus deus Aesculapius. Martial. lib. 9. de coma Earini. Pergami enim colebatur.

Phœbeius iuuenis Aesculapius. Ouidius 15. Metamorpho. 129. ic Statius 3. Sylu. 4. 2. & 14.

Phœbigena Aesculapius, Virgil. 7. Aeneid. 154. Vbi Seruius, Pœnigenam: matre Pœna genitum. Alij Phœbigenam legunt, ut Probus.

Saluifer Aesculapius, Ouidius 2. Metamorphos. 129.

Aesculus] æsculi, penult. corrept. fœmin. gener. (πλατύφυλλος,) Arbor glandifera, teste Plinio, libro 16. capite 6. 1, Ioui sacra, libro 12. capite 1. & libro 16. capite 4. Hæc, ut idem ait libro 17. capite 20. 7, prouenit cæsura triennio serior, nimis morosa nasci. In quacunque terra seritur, nascitur è balano, sed non nisi æsculi, scrobe dodrantali. Idem libro 16. cap. 4. Coronæ Ciuica illignea primò fuit: postea magis placuit ex æsculo Ioui sacra. Variatumq; & cum quercu est, ac data ubique quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Virgilius 2. Georg. 59,

Altius ac penitus terræ defigitur arbos:
Aesculus in primis: quæ quantum uertice ad auras
Aethereas, tantũ radice in tartara tẽdit. Vbi Seruius: Aesculus arbor est glandifera, quæ licet ab esu dicta sit, tamen per æ scribitur. Sunt tamen qui sine diphthongo scribant, ab esca deriuantes. Plinius libro 16. cap. 31.

Maxima Aesculus, Virg. 2. Georg. 4.

Rigida Aesculus, Horat. 3. Carm 10. 4.

Aesculetum, æsculeti, pen. product. neu. gen. (πλατυφύλλων) locus æsculis consitus. Horat. 1. Carm. 22. 3,

Quale portentum neq; militaris
Daunia in latis alit æsculetis.

Aesculeus, adiectiuum, (πλατυφύλλινος) Palladius li. 1. titu. 9, Deinde ut axes quernæ cum æsculeis non misceantur. Ouid. 1. Metam 91.

Aesernia] αἰσερνία, Ptolemæo, Samnitum urbs in Italia, hodie Esernia. Strabo lib. 5, Aesernia & Allifæ, Samnitica sunt oppida.

Aeserninus] pen. prod. (αἰσερνῖνος) Viri nomen. Cicero de Optimo gen. orat 150. Idem ad Qu. fratrem lib. 3. 20. 3, cum Aesernino Samnite, Pacideanus comparatus uideretur. Erant autem Aeserninus & Pacideanus gladiatores Per omnia pares, longeq; omnium nobilissimi.

Aesis] ἄἰσις, uulgo Esino & fiumesino, Vmbriæ fluuius in Italia: unde Aesinates populi. Plinius libro 3. cap. 14. Idem libro 11. cap. 42, caseum Aesinatem ex Vmbria mitti tradit. Strabo libro 5. In his locis priores fuere Italiæ termini atque Galliæ, licet Imperatores sæpenumero transposuerint. Antea quidem Aesin flumen terminum faciebant: rursus Rubiconem fluuium. Aesis inter Anconem labitur & Senogalliam: at Rubicon inter Ariminum & Rauennam: uterq; in Adriaticum excurrit pelagus. Hermol. in cap. 42. lib. 11. Plinij, Aesini quoque amnis & urbis nomen in Vmbria scimus: authore Ptolemæo & cæteris: hodieq; ita uulgò dicitur.

Aesiũ] ἀἰσίσιον, urbs Vmbrorũ, Ptolemæo: hodie Asisia.

Aeson] Aesonus, pen. corr. (αἴσων) Cretheus Aeoli filius Aesonem genuit ex Tyro Salmonei fratris sui filia: Aeson uerò Iasonem: cuius rogatu Medea Aesonem in aheno recoctum pristinæ iuuentuti restituit. Ouid. lib. 7. Metamorpho. & Volaterranus in Philologia.

Aesonides, æsonidæ, pen. corre. (αἰσωνίδης) Iason, Aesonis filius. Ouidius 7. Metamorpho. 12.

Aesonius, nõmen possessiuum, (αἰσόνιος) Ouidius 12. epist. 27,

Ausus es Aesonia dicere cede domo.

Quandoque pro patronymico ponitur. Ouidius septimo Metamorpho. 32,

—— & auro
Heros Aesonius potitur. Hoc est, Iason Aesonides.

Aesopus] pen. product (αἴσωπος) philosophus, Phryx genere, conditione seruus, tempore Crœsi Lydorum regis, cui fabulas suas dicauit. Itẽ alius Aesopus anagnostes Mithridatis eruditissimus, scripsit de Laudibus Mithridatis, & de Helena, ut author est Suidas. Præterea Aesopus tragœdus amicitia iunctus Ciceroni, sæpè cum eo ad uidendum in curia pronunciantem Hortensium profectus est, teste Valerio: in maximas opes ex histrionica peruenit, adeo ut sestertium centies ei patrimonia fuerit: filiũ reliquerit adeò diuitem, simul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis adponeret, ut scribit Plinius, li. 10. cap. 51. & Hor. li. 2. Ser. 3. Est item fluuius, qui Zeliam præterlabitur, eodem authore lib. 5. cap. 32. Sed hic rectius Aesapus uel Aesepus dicitur.

Aesopus

Digitized by Google

Aesopus libertus Demosthenis, conscius adulterij, quod cũ Iulia patronus admiserat, tortus diutißimè perseuerauit non prodere patronum, donec alijs coarguentibus conscijs, Demosthenes ipse fateretur. Macrob. lib. 1. Saturna. cap. 11.

Aesopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximè succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollere condiscant pueri. Quintil. lib. 1. cap. 9. Idem libr. 5. capit. 11, Maximè insignis est in hac memoria.

Ne Aesopum quidem triuisti. De uehementer stupidis & imperitis dici solet, ut testatur Suidas. Extat apud Aristophanem in Auibus,

Indoctus enim es, neq; sat solers,
Neq; triuisti saltem Aesopum. Nã antiquitus Aesopi fabellas etiam uulgus idiotarum terebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire uidebatur. Erasmus in Chiliadibus.

Aesopeus, adiectiuum, (αἰσώπειος) Senec. de breuitate uitæ, Non audeo, inquit, usq; eo te producere, ut fabellas quoq;, & Aesopeos logos, intentatum Romanis ingenijs opus, solita tibi uenustate connectas.

Aestas] θέρος, secunda est ex quatuor anni partibus: olim tamen pars erat anni dimidia. Tunc enim (teste Seruio) annus in duas tantum partes diuidebatur: hoc est in æstiuũ, & hyemale solstitium: ex quibus æstatem ac hyemem intelligimus. Porrò secundum hanc diuisionem æstas constat sex mensibus, & incipit à uerno æquinoctio: finitur autem æquinoctio autumnali. Virgil. 3. Georg.

Incipies stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frõdosa reducitur æstas. Vbi Seruius, Id est, donec uernum tempus adueniat. Nam uer & æstas, sicut etiam hyems & autumnus, unum erant secundum rationem hemisphærij. Varro 4. de Lingua Latina. Ab æstu æstas, hinc æstiuum: nisi fortè à Græco αἴθεσθαι. Plin. libr. 12. cap. 19, Austri ibi tam ardenter flant, ut æstatibus syluas accendant.

Antiqui, authore Seruio, annos per æstates numerabant. Virg. 2. Aen. — nam te iam septima portat
Omnib. errãtẽ terris & fluctib. æstas. Id est, septimus annus.

Adulta æstas. Vide adultus.

Atrox. Claudian. Paneg. lib. 2. 93.

Calida æstas. Virgil. de quatuor temporibus anni. Spicea serta gerit calidißima solibus æstas.

Feruens. Idem ibidem.

Florens. Virgil. de obitu Mecœnatis.

Formosa meßibus, Ouid. 1. de Remed. Amoris 38.

Frigida. Stat. Syl. lib. 3. 5. 17.

Grauis. Virg. 2. Georg. 76, — grauis incumbens scopulis arentibus æstas.

Ignea, Horat. 1. Carm. 17. 1.

Iners: Homines inertes reddens, Stat. 3. Thebaid. 52.

Iniqua. Columel. lib. 10, de cultu hortorum.

Læta. Virg. 3. Georg. 64, At uerò Zephyris quum læta uocantibus æstas.

Liquida, Virg. 4. Georg. 12, id est, serena.

Mollior. Virgil. 1. Georg. 63, Atq; ubi iam breuiorq; dies & mollior æstas.

Noua. Virg. 1. Aeneid. 87,
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor. Vbi Seruius, Aestate noua: Bene noua, quia est & adulta & præceps secundum Sallustium. Dicitur autem æstas noua, primo æstatis mense: adulta, secundo: præceps uel extrema tertio.

Nuda. Virgil. de quatuor temporibus anni, Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.

Pestilens æstas. Liuius, Grauis pestilẽsq; omnib. animalib. æstas. Puluerulenta, Virg. 1. Georg. 14.

Salubris. Horat. 2. Sermo. Saty. 4. 5, — ille salubres
Aestates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.

Serena. Virg. 6. Aeneid. 142,
Ac ueluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt uarijs.

Torrida. Virg. 7. eclog. 10.

Vaga. Claudianus in Eutrop. 2. 20,
Sed uaga lasciuis flueret discursibus æstas.

Ineunte æstate. Vide Ineo.

Ingruente æstate. Vide Ingruo.

Aestiua, æstiuorum, plurale tantum, (θερινά) loca sunt in quibus armenta & greges, & milites æstiuant: sicut hyberna, in quibus hybernant. Liuius 3. Bel. Maced. Educto in æstiua milite. Virg. 3. Georgicorum: — nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota æstiua repentè. Vbi Seruius, Loca posuit pro animalibus. Aestiua autem sunt loca umbrosa, in quibus per æstatem pecora uitant solis calorẽ. Statius: Et umbrosi patuere æstiua Lycæi. Cic. ad Trebatiũ lib. 7. 14. 3, Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut fecisti de Britannia. Idem 7. Ver. 75, Ac primò ad illa æstiua Prætoris accedunt.

Aestiuo, æstiuas, pen. prod. æstiuare: Ad æstum uitandum alicubi morari. Plinius lib. 12. cap. 5, Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & minutam uallo arboris. Varro 2. de re Rust. cap. 2, Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstiuabant. Idem libro eodẽ cap. 1, Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum. Statius, 4. Sylu. eleg. 4. 5, Latijs æstiuat in oris.

Aestiuare etiam dicitur de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 15, Multi in Propontide æstiuant.

Aestiuus, adiectiuũ, penult. produ. (θερινὸς) Quod æstatis est, licet ab æstus, non ab æstas sit.

Aestiui menses, Cic. Attico lib. 5. 101. 3.

Aestiui dies, Cicero 1. de Leg. 22, & 7. Verr. 64.

Aestiuæ niues. Martial. lib. 5. 64, Aestiuus sol. Plinius libr. 12. cap. 14. 1.

Aestiua animalia uocat pulices, et pediculos, Plin. lib. 9. ca. 47.

Aqua æstiua. Vlpianus: Aestiua, inquit, aqua est, qua sola uti æstate expedit: sicut dicimus uestimenta æstiua, saltus æstiuos, castra æstiua: quibus etiam interdum hyeme, plerunq; autem æstate utimur.

Aquæ æstiuæ, id est, tepidæ, Propertius lib. 4. eleg. 25.

Aura æstiua, Horat. 1. Carm. lib. 1. 22. 4.

Calores æstiui, Columel. lib. 4. cap. 7.

Candor æstiuus, Claudian. Paneg. lib. 1. 43.

Canis æstiuus, Tibul. lib. 1. eleg. 4. 2.
Vulgò uocant, Dies caniculares.

Classes æstiuæ, Claud. de bello Gildon. 11.

Dies æstiui, Cic. 1. de Leg. 22. Et 7. Verr. 64.

Falces æstiuæ, Claudian. Paneg. lib. 4. 78.

Feruores æstiui, Colum. lib. 4. cap. 24.

Ignes æstiui, Propertius lib. 3. eleg. 20. 3.

Iubar æstiuum, Claudian. Paneg. lib. 6. 9.

Leo æstiuus, Claud. Paneg. lib. 3. 42,
Nempè æstate uiget Leo, sydus cœleste.

Aestiuus locus: In quem per æstatem animi gratia secedere solemus. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 3, Nunc hoc uel honestatem tu studijs, uel ualde bonum æstiuum locum obtinebit.

Lux æstiua, Virg. 4. Georg. 11.

Menses æstiui, Cic. Attico, lib. 5. 101. 3.

Nilus æstiuus, Claudian. in Ruff. lib. 1. 38.

Nox æstiua, Horat. Epist. lib. 1. Epist. 5. 3.

Nubes

Digitized by Google

Nubes æstiuæ, Virg. 4. Georg. 63.

Orbis æstiuus, Tibul. lib. 1. eleg. 2. 11.

Æstiuæ partes uitis, Colum. de arboribus, cap. 5. 4. Videtur significare secundum illud incremẽtum in palmitibus, quod circiter mensem Augustum fieri solet, & quasi partes illas uitium quæ magis insolatæ sunt.

Æstiuus partus. Plin. lib. 12. cap. 14, Autumnothus legitur ex æstiuo partu. Hoc est, ex eo, quod produxit ipsa æstas.

Pulus æstiuus, Claudian. Panegy. lib. 4. 43.

Sol æstiuus, Plin. lib. 12. cap. 14. Et apud Virgilium lib. 4. 5. Georg. 6.

Soles æstiui, Stat. 4. Syl. 4. 4.

Sopor æstiuus, Claudian. epigram. 6. 9.

Tellus æstiua. Seneca in Medea 10. 5, Æstiua tellus floruit cantu meo. Hoc est, Tellus meis incantationibus talis facta, qualis æstate solet esse.

Tempora æstiua. Cic. 7. Verr. 64, Tabernacula quemadmodum consueuerat temporibus æstiuis, carbaseis intenta uelis collocari iussit in littore.

Umbra æstiua. Ouid. 13. Metamor. 170,
Solibus hybernis, æstiua gratior umbra.

Æstimo,] æstimas, pen. corr. (τιμάω, μιλετάω,) æstimare. Valla: Æstimo & existimo à pleriſq; confunduntur, quum diuersa sint, sicut cogito & excogito: antè enim est cogitare, deinde excogitare: licet non quicunq; cogitat, statim & excogitet. Ita prius rem æstimamus, deinde qualis sit existimamus. Æstimare enim est considerare: Existimare uerò iudicare. Quintil. lib. 2. cap. 13, Consumptis affectibus, non reperiens quo dignè modo uultum patris posset exprimere, uelauit eius caput, & suo cuiusq; animo dedit æstimandũ. Cicero de Legib. Sisenna eius amicus omnes adhuc scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt, de quibus æstimare non possumus, facilè superauit. Et in Verrinis, Expendite hæc, atq; æstimate. Vnde dictum est æstimare pro taxare: ab æs eris, & τιμὴ Græcè, quod est precium Latinè.

Æstimare, cum ablatiuo precij. Cic. 5. Verr. 185, Eodem tempore Antonius tribus denarijs æstimauit post messem. De frumento loquitur.

Æstimare cum accusatiuo & ablatiuo. Quintil. lib. 11. cap. 1, Sic egit, ut qui pœnam suam honorib. summis esset æstimaturus. De Socrate loquitur.

Æstimare litem. Cic. 4. Verr. Qua in ciuitate Caio Catoni clarissimo uiro Consulari homini sestertiũm XVIII. millib. lis æstimata sit. Litem æstimatam Catoni dicit, id est, eum damnatum octodecim millibus nummũm iudicio repetundarum. Idem in ultima actione, Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum: sed ex tua calamitate cineri atq; ossibus filij sui solatium uult reportare. Lites æstimatas, uocat pecuniam mulctatitiam, & nummarias sententias: ut hodie quum iudices certa summa, actorum dispendia & incommoda æstimantes, tãtæ pecuniæ reos damnant. Id à iuris authoribus, quanti interest actoris appellatur. Litis autem æstimatio ita appendix erat damnationis, ut hodie ex formula iudicis li. id est, quod Damna & interesse uocant. Hæc Budæus. Asconius, Repetundarum causa ita se habet, ut si reus conuictus sit atq; damnatus, pecuniam reddat æstimata lite: hoc est, in precium redactis omnibus furtis: quam summam pecuniæ proscriptis eius bonis sectores curabant.

Æstimare nomina alicui. Cic. 3. Ver. 70, Illa sunt nomina, quæ Dolabellæ necessariò sunt æstimata.

Æstimare pecunia. Cic. 7. Verr. 18, Deinde hæc expendite atq; æstimate pecunia. Ibid. 19, Hæc æstimare pecunia non queo. uulgò appretiare dicunt.

Æstimare precium rei. Cic. 7. Verr. 19, Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione: æstimate harum rerum omnium precia. Ac si diceret, considerate quàm parui hæc sint momenti.

Æstimare carius. Plancus Ciceroni, li. 10. 45, Etsi à te propter amorem carius sunt æstimata. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brut. 16. 12, Valde carè æstimas tot annos.

Æstimare flocci. Plaut. Mostell. 2. 73, Neq; quod dixi flocci æstimat. Hoc est, nihili facit.

Æstimare magni & magno, hoc est, magnifacere. Cic. 2. de Finib. 90, Magni enim æstimabat pecuniam. Ibidem lib. 3. 17, Næ ego istam gloriosam memorabilemq; uirtutem non magno æstimãdam putem. Idem 6. Verr. 11, Tu ista permagno æstimas? ego uerò ad meam rationem usumq; non æstimo.

Nonnihilo æstimare. Cic. 4. de Finib. 102, Non quia bonũ sit, ualere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

Æstimare tanti, quanti, tantidẽ, pluris, & minoris. Cic. 6. Ver. Quanti hæc eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerũ, æstimẽtur. Idem, Et aiebat se tantidem æstimasse. Idem 1. Acad. 52, Ex ijs alia pluris esse æstimanda, alia minoris. Idem 4. Acad. Quanti libertas ista æstimanda est? Liuius, Mancipia minora annis xx. quæ post proximum lustrum decẽ millibus æris, aut pluris uæniissent, ea quoq; decem tanto pluris, quàm quanti essent, æstimarentur.

Expendere atq; æstimare aliquid. Cic. post reditum in Senatu, 13, Idem expendunt atq; æstimant uoluptates: sententiamq; dicunt, & iudicant: quantum cuiq; libidini tribuendum esse uideatur.

Æstimare ac dispicere. Colum. lib. 4. cap. 27, Quare prudentis est ac maximè callentis uinitoris, æstimare, ac dispicere, quibus locis in annum debeant materias summittere.

Æstimare aliquem. Plautus Capt. 7. 4, Nam ego te æstimatum huic dedi utiginti minis.

Bene de aliquo æstimare: Vulgus dicit, Habere bonam opinionem de aliquo. Cic. Att. lib. 9, Oratio fuit ea nostra, ut benè potius ille de nobis æstimaret, quàm gratias ageret. Putarim hoc loco legendum, existimaret: unde & bonam existimationem de aliquo dicimus.

Æstimare aliquem ex artificio. Cicero pro Roscio Comœdo, 17, Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.

Æstimare aliquid ex ueritate, uel ex opinione. Cic. pro Roscio Comœdo 17, Sic est uulgus, ex ueritate pauca, ex opinione multa æstimat.

Largè liberaliterq; æstimare. Vide Liber liberi.

Grauius aliquid æstimare, Cæsar belli Gal. lib. 7.

Æstimandum dare aliquid suo cuiusq; animo, Quintil. lib. 2. cap. 13. 9.

Æstimatio, (τίμημα, τίμησις, διατίμησις.) Id est, consideratio & perpensio. Cic. 3. de Finib. Quod põdus dignũ habeat æstimatione. Plin. li. 7. cap. 50, Quid quod æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisq; spacio uitæ suæ uiuit.

Æstimatio, Taxatio. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 334, Militib. æquis factа æstimatione, pecuniã pro his rebus soluit. Idem in Paradoxis 64, Non æstimatione sensus, uerum uictu atq; cultu terminatur pecuniæ modus. Sic Plin. lib. 12. cap. 19. 7.

Æstimationem accipere. Vide Accipio.

In æstimationem aliquid accipere. Cic. ad Rutilium lib. 13. 9. 3, A. M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit.

Æstimator, pen prod. (τιμητὴς,) Qui æstimat & considerat. Cic. 3. de Finib. 10, Et quia te æquissimum habeo eorum studiorum quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem, & iudicem. In Oratore 78, Quis tandem id iustius rerum æstimator reprehenderet?

Æstimator: Qui taxat. Cicer. in Pisonem. 68, Vnus tu dominus:

Digitized by Google

nus:unus æstimator:unus uenditor. Idem in Paradoxis 65, Isti callidi rerum æstimatores prata,& areas quasdam magno æstimant,& c.

Parcus æstimator. Vide Parco.

Æstimabilis,& hoc æstimabile.penul.corr. (τιμητὸς.) Quod æstimari potest:unde Inæstimabile,quod nullo precio potest æstimari. Cic.3.de Finib.30, Æstimabile esse dicitur,& c.

Æstus] huius æstus,masc. gen. (καύσων,πνιγὼς,βρασμὸς, πλύσλων, Festus, Æstus,solis,& æstui temporis flagrantia. Virg.3.Georg. Æstib.et medijs umbrosam exquirere uallē.

Æstus,de calido ignis uapore dictū, qualis exit è fornace. Vir. 2.Aeneid. Propriusq; æstus incendia uoluūt. Ibidem, Exuperant flammæ:furit æstus ad auras.

Æstus,ut ait Nonius,est marinus impetus,& cōmotio. Plaut. Astn. Quo magis te in altum capeßis,æstus te in portū refert. Virg.1. Liu.3.bel.Pun.192, Æstu secundo Locros traiecit. Ab hac significatione legimus æstuosum mare.

Marinus.siue maritimus æstus. Cic.2. de Diuinat.50. Et lib.2, de Natura deorum, 29.

Vasti æstus maris,Catul.in Argonaut.26.

Æstus maris accedūt,& c. Plin.lib.2.ca.97, Æstus maris accedere,& reciprocare, maximè mirum: pluribus quidem modis,uerum causa in Sole Lunaq;. Bis inter duos exortus Lunæ affluunt:bisq; remeant uicenis quaternisq; semper horis. Et primum attollente se cum ea mundo,intumescentes: mox à meridiano cœli fastigio uergente in occasum, residentes:rursusq; ab occasu subter cœli ima,& meridiano cōtraria accedente,inundantes:hinc dōnec iterū exoriatur, se sorbentes. Nec unquam eodem tēpore quo pridie,refluit: ut ancillante sydere, trahēteq; secum auido hausta maria,& assi duè aliunde quàm pridie exoriente: paribus tamen interualis reciproci,senisq; semper horis,non cuiusq; diei, aut noctis,aut loci:sed æquinoctialibus.

Æstus maris,decedit crescit,recedit. Plin.li.2. ca.97, In ripa Bætis oppidū est, cuius putei crescente æstu minuuntur, augescunt decedente. Et cap.98, His addit Aristoteles, nullum animal nisi æstu recedente expirare.

Æstus maris modici,& c. Plin.lib.2.ca.97, Modici Lunæ nouæ æstus pleniore ab ea exundant, plenaq; maximè feruent. Inde mitescunt. Pares ad septimam primis. Iterumq; alio latere diuidua augentur. In coitu solis pares. Planè eadem aquilonia,& à terris longè recedente,mitiores,quàm quū in Austros digressa,propiore nisu uim suam exercet. Paulò post, Duobus æquinoctijs maximè tumentes,& autumnali amplius quàm uerno. Inanes uerò bruma,& magis solstitio.

Feruet æstu pelagus, Cic.3.de Orat.86.

Æstu frangitur mare, Lucret.lib.6.29.

Furit æstus arenis, Virg.1.Aeneid.23.

Æstus,pro mari æstuoso. Virg.2.Georg.33, Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis.

Æstus,translatum ad animum. Cicer.de claris Orat. 155, Sed hunc quoq; absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ: pro uehemētiori cupiditate & ardore quodā.

Fluctuare æstu curarum, Virg.8.Aeneid.4.

Æstus ingenij. Cicero 3. de Orat. 80, Quò quum ingressus esses,repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

Æstus consuetudinis, Impetus uis. Allusio est ad æstum maris. Cic.2:de Legibus,15, Ne æstus nos cōsuetudinis absorbeat.

Commouere æstus belli. Lucret.lib.5.288, Et belli magnos commouit funditus æstus. Hoc est,tumultus bellicos.

Æstus,pro amore. Ouid.14.Metamor.71,

Vt primum ualido mentem collegit ab æstu.

Æstus,Agitatio,& difficultas. Quint.lib.11. cap.1, Illic maior æstus ubi quis pudenda quæritur.

Æstus ulceris, Cic.2.Tusc.29,

Iamiam absumor,conficit animam
Vis uulneris,ulceris æstus. Id est, ulceris inflammatio. Eodē modo calor ille febris intentißimus,æstus quoq; dicitur.

Æstus,Dubitatio,solicitudo. Plin.lib.1. Epistō. ad Pompeium Falconem, Erat hic quoq; æstus,ante oculos,si fortè me appellusset. Idem alibi: Explica æstum meum:id est, dubitationem, inquit Bucæus.

Anceps æstus, Sene. Medea.12.12,

—anceps æstus incertam rapit:hoc est, incertus animi fluror,& agitatio.

Ardens æstus, Virg.de quatuor partibus anni.

Calidi æstus, Lucret.lib.1.61.

Dubius æstus, Claud.in Ruff.lib.1.15.

Feruidus æstus, Horat.1.Serm.Satyr.1.8.

Grauem æstum solari fluuijs. Horat.2.Carm.5.2.

Horriferi æstus. Vide Eructare æstus horriferos.

Ignaui æstus. Ab effectu,quòd ignauos homines reddant. Ouid. 7. Metamor.106.

Incensos æstus auertere,id est,febrem, Virg.3.Georg.90.

Letiferi æstus, Ouid.7.Metamor.107.

Medij æstus,hoc est, Meridies, quo tempore sol ardet maximè, Virg.4.Georg.80.

Æstus mustule tus. Plaut. Cistel.10.101, Mustulentus æstus nares attigit. Ioco dictum de uapore uini recentis & mustei.

Nebulosus. Vide Nebula.

Rabidi æstus, id est, calores. Ausonius 3. Sectione 3, ad Paulinum epistola.

Rapidus æstus. Virg.2.Eclog.3, Vbi Seruius, Rapido æstu,uehementi & feruenti.

Sicci æstus. Colum. de cultu hortorum,lib.10.

Steriles æstus. Claud.3.Paneg.56,

—steriles iuuat ire per æstus.

Sydereus æstus. Ouid.6.Metamor.69, Hoc est, solis ardores.

Tremulus æstus, Lucret.lib.6.177.

Validus æstus, Vide Æstus pro amore.

Exæstuare æstus. Lucret. lib. 6. 164, Hos igitur tellus omnes exæstuat. Id est, ebullit & efflat.

Æstu,febriq; iactari. Cice. in Catilin. 23, Sæpe homines ægri, morbo graui,quum æstu febriq; iactantur, si aquam gelidā biberint, prius relevari uidentur: deinde multò grauius uehementiusq; afflictantur.

Insinuare æstum, Lucret.lib.6.173.de Sole.

Laborare æstu, Columel.lib.4.cap.24.

Releuare æstus. Ouid.3,de Arte amandi, 138.

Secare æstum. Virg.8. Aeneid.133,

Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora uerrebant caudis, æstumq; secabant. hoc est, maris agitationem. Semper enim mare turbatur, quum delphines apparent.

Solari æstum fluuijs. Vide, Grauem æstum solari fluuijs.

Solui æstu, Lucret.lib.1.102.

Sustinere æstus, Ouid.1.Metamor.63.

Torrens æstus, Plin.lib.8.cap.12.

Torrens æstu terra, Colum.lib.4.cap.19.

Æstuarium, Denominatiuum. Æstuaria, ut Strabo ait, sunt loca quæ marinis aquis referta sunt ex inundatiōibus pelagi per quas sæpe in mediterranea fluuiorum instar nauigantes ascendunt: aliquando non nisi nando transiri possunt. A Græcis ἀναχύσεις, hoc est, inundatio dicitur. Cæsar, Pedestria esse itinera concisa, æstuarijs nauigationem impediri. Idem lib.2.bel.Gall.330, Maiores natu, quos unà cū pueris mulieri-

Digitized by Google

mulieribusq; in æstuaria ac paludes collectos dixeramus. Plin. lib. 5. cap. 1. 2, Affunditur autem huic æstuarium è mari flexuoso meatu. De eiusmodi æstuarijs intelligitur Virgilij periphrasis in 2. Georg. his uerbis,

— qua ui maria alta tumescunt,
Obicibus ruptis: rursusq; in seipsa residunt. Vbi Seruius, Aestuaria Oceani accipimus, quæ per Gallias & Hispanias in infinitum erumpit, contempta lege riparum, ad quas rursus recurrit.

Aestuarium, quo uapores exhalantur: id est, emittuntur, siue sit hiatus naturalis, siue fossa manufacta, quod & uaporariũ et spiraculum dici potest. Vitruuius lib. 8. cap. 7, Lucerna accẽsa demittatur, quæ si permanserit ardens, sine periculo descendetur. Sin autem eripietur lumen ui uaporis: tunc secundum puteum dextra, ac sinistra effodiẽtur æstuaria, ita (quẽadmodum per nares) spiritus æstuarijs dissipabuntur. Eandẽ sententiam, sed breuius habet, Plin. lib. 31. cap. 3.

Aestuo, æstuas, (κυμαίνω, βράσσω,) æstuare: Aestu feruere, & quasi calore suffocari. Iuuenalis Saty. 3, Si dixeris, æstuo, sudat. Cic. 2. Tuscul. 59, Itemq; Lycurgi, laboribus eruditi iuuentutem, uenando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Colum. Vt à sole æstuante uuæ, & à uentis protegantur.

Aestuare, Exhalare: hoc est, emittere calidum uaporem, qui æstus dicitur. Vir. 6. Aene.

Turbidus hic cœno, uastaq; uoragine gurges,
Aestuat: atq; omnem Cocyto eructat arenam. Sic fornax æstuare dicitur.

Aer Aestuat, Prop. lib. 2. eleg. 29. 1.
Caloribus æstuare, Colum. lib. 4. cap. 8.
Aestuare desiderio, Cic. ad Trebatium, lib. 7. 18. 2.
Dies æstuat, Lucan. lib. 1. 4.
Humor æstuat, Vir. 4. Geor. 62.
Ignis æstuat, Vir. 4. Geor. 53.
Mare æstuat. Id est, agitatur. Curtius, Aestuare semper fretum, quoq; arctius uolutetur inter insulam & continentem, hoc æstus furere.
Ventus æstuat in eum locum. Sueto. Fossas omnes in quas uentus æstuat, oblimatas longa uetustate, opere militari deterſit.
Aestuare, Angi, & cum ægritudine animi solicitum, & perturbatum esse. Cicer. 4. Verr. 53, Itaq; æstuabat dubitatione, uersabat se in utranq; partem. Idem de Aru. respon. 1, Exanguis atq; æstuãs se è curia proripuit cum quibusdam fractis iam atq; inanibus minis.
Aestuare in aurum. Clau. in Eutrop. lib. 1. 39,
Iste nec Eunuchis placidus, sed peius in aurum Aestuat.
Pudor æstuat in corde. Virgilius, 10. Aeneid. 172. & lib. 21. 134.
Insolenter æstuare, Cat. epigr. 22. 3.
Lenius æstuare, Oui. 9. Metam. 154.
Aestuare & tergiuersari. Cic. pro Flacco, 38, Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur.
Aestuare inuidia, Quod & flagrare inuidia dicitur. Sallustius, Nanq; pleraq; nobilitas inuidia æstuabat.
Aestuans (κυμαίνων,) Catul. epigram. 58. 10, Animo æstuante rursus reditum ad uada retulit.
Aestuantia refrigerare, Plin. lib. 17. cap. 4. 2.
Aestuatio, Verbale, (κύμανσις) ut Aestuatio urbanorum ciuium. Plin. lib. 18. cap. 1. 6, Quorum æstimatione & gaudio nos quoq; relictis æstuationi suæ istis hominum turbis, pergamus excolere uitam. Id est, uehementibus desiderijs, et cupiditatibus.
Aestuosus, penul. prod. (πυγώδης, βρασμώδης,) adiectiuum. Quod æstu, id est, calore plenum est. Colum. lib. 11. cap. 2. 39, Septimo Cal. Augustas canicula apparet, caligo æstuosa. Idem lib. 4, Cœlum neq; nubile uimea, nec rursus æstuosum desiderat.
Aestuosus Auster, Vulturnus & Fauonius. Plinius, libro secundo, cap. 47. 19.
Aestuosa & puluerulenta uia iter conficiebam. Cicer. Attic. lib. 5. 101. 1.
Calabria æstuosa, Hor. 1. Car. 31. 1.
Freta æstuosa, Hor. 2. Car. 7. 4.
Impotentia æstuosa, Hor. Epo. 16. 13.
Iuppiter æstuosus. Hoc est, Iuppiter Ammon, ad cuius oraculum in Lybia Cyrenaica, Austro flãte, sic agitatur & æstuãt arenæ, ut mare fluctibus. Authores Plinius, Mela, Solinus, Catullus, epig. 7. 1.
Locus æstuosus, Corn. Celsus, lib. 8.
Syrtes æstuosæ. Hor. 1. Car. 22. 1.
Vbi Acron, Aestuosas, id est, procellosas; aut nimio sole feruentes. Vnde Virgilius,
— & inhospita Syrtis.
Animal æstuosissimum, Col. lib. 7. cap. 10. de sue.
Dies æstuosissimi. Plin. 34, Non fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa Canis ortum.
Aestuosus, aduerbium, Hor. Epo. 3. 4,
Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosius.
Aestifer, penult. corr. æstifera, æstiferum, (πυριγοφόρος) Virg. 2. Georg. 71, Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer arua. Cic. in Arato. 13.
Aestiferos ualidis erumpit flatibus ignes. Ibidem 37.
Aestifer est pandens feruentia sydera Cancer. Sil. Ital. libro 1. 29.
Aestifer, Hoc est, æstum ferens, seu patiens. Lucan. libro 1. 42,
— sicut squallentibus herbis
Aestiferæ Libyes uiso leo cominus hoste. Stat. 3. Syl. 3. 19,
— quod mesibus Afris
Verritur, æstiferi quicquid terit area Nili.
Campi æstiferi, hoc est, æstum ferentes, seu patientes. Sil. Ital. lib. 17. 91.
Aesyetes] Aesyetæ, penul. corr. Viri proprium. Ex huius sepulcro ad Troiam extructo speculabatur Polites quid in suis nauibus facerent Græci Troiam obsidentes. Homerus 2. Iliad. Strabo lib. 13.
Aesymnius] uiri Megarensis nomen, & eiusdem nominis tumulus. Pausanias in Attica.
Aesymnus] unus è principibus Græcorum ab Hectore interfectus, teste Homero lib. Ilii. 11.
Aesyrmus] urbs Thraciæ, teste Homero lib. Ilia. 8.
Aeta] Colchorum rex, Medeæ & Absyrti pater. Vide Aeeta.
Aetas] ætatis, penul. prod. f. gene. ἡλικία, ab æuo deducitur, quasi æuitas. Aetatem Varro diuisit in infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, senectam: quarum tamen singulæ trifariam diuiduntur, ut prima pars uiridis sit, deinde adulta, postea præceps. Hinc est quod Virgilius ait, Viridisq; iuuenta: Seruius in 5. Aeneid.
Aetates sic finiuit Seruius Tullius rex, quum census faciẽdi gratia, illas quinq; classes populi Romani instrueret, ut pueros esse existimaret, qui minores essent annis septendecim. Inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos iam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsit, eosq; ad annum quadragesimumsextum iuniores dixit, supraq; eum numerum Seniores appellauit. Author Tubero lib. 1, Historiarum, apud Gellium, lib. 10. cap. 28.
Aetas in uino. Plinius lib. 23. cap. 1, Sua cuique ætas uino gratissima, hoc est media. Vnde ætatem ferre, & pati æuum, dicitur

Digitized by Google

citur de fructibus non fugientibus. Budæus.

Aetas pro hominibus in ætate degentibus. Ouidius 2. Metamorphoseon. 84.
Quum subit illa nemus, quod nulla cecíderat ætas. Hoc est, nullius ætatis homines.

Aetas pro iuuentute. Cicer. 7. Verr. 51, Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati. Paulò pòst, Si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificijq; habebant, abducit omnes.

Aetas pro solo anno interdum ponitur. Varro, Aetatem uix decimam ingressus. Vir. 3. Geor. 37,
At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat. Seruius, Id est, quartus annus. Nam ætatem plerunq; generaliter dicimus pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore.

Aetas pro tempore. Plin. lib. 12. cap. 1. 5, Hoc actum circa urbis captæ ætatem. Sic usitatè Nostra ætate dicimus, pro Nostro tempore.

Aetas pro seculo, id est, centum annis. Cic. de Senect. 27, Tertiã enim iam ætatem hominum uiuebat. De Nestore dictum, qui secundum poetas trecentos annos uixit. Vnde ipse apud Ouidium sic ait, lib. 12. Metam. 38, —— uixi
Annos bis centum: nunc tertia uiuitur ætas.

Aetas pro uita hominis frequenter & uenustè accipitur. Est autem pars pro toto, per synecdochen, quia ætates sunt uitæ partes. Plaut. Rud. 27. 9,
—— in ætate hominum plurimæ
Fiunt transennæ, ubi decipiuntur dolis. Idē Menæch. 17. 80.

Aetas item aliter accepta, Virg. 8. Aeneid. 39,
Attulit & nobis, aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq; dei. Hoc est, beneficium temporis, ait Seruius. Nos uulgò tempus uocamus.

Lanuginis primæ ætas: hoc est, iuuentus, in qua barba incipit pubescere. Ouid. 21. Epist. 17,
Abstulit, atq; anni, quos uir amare potest?

Cursus ætatis. Cicer. de Senect. 30, Cursus est certus ætatis, & uia una naturæ, eaq; simplex: suaq; cuiq; parti ætatis, tempestiuitas est data.

Fabulam ætatis peragere. Cic. de Senec. 59, Quæ sunt igitur uoluptates corporum cum authoritatis præmijs comparandæ? quibus qui splendidè usi sunt, ij mihi uidentur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Congruenter autem uitæ tempora fabulis cõparantur, quia sicut fabula quinq; actibus constat, ita hominis uita quinq; ætatibus, seu gradibus.

Fata ætatis implere, Ouid. 7. Epist. 8.

Feruor ætatis, Cic. de Senect. 41.

Flexus ætatis. Cic. 1. de Orat. 2, Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu honorum & ætatis flexu constitisset.

Flore ætatis frui, Lucr. li. 4. 221.

Florem ætatis tangere. Lucr. lib. 3. 155,
Quóue modo poterit pariter cum corpore quoq;
Confirmata cupitum ætatis tangere florem Vis animi.

Freta ætatis, Feruores ætatis, Lucr. lib. 4. 207.

Id ætatis homo, Id ætatis sumus, pro, Eius ætatis. Ci. ad Toranũ lib. 6. epist. 20, Ita uiximus, & id ætatis iam sumus, ut omnia, quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Idem 1. de Orat. 103, Quoniam id nobis hominibus id ætatis oneris ab horum adolescentium studijs imponitur.

Idem ætatis, pro Eiusdem ætatis. Tacitus lib. 13, Mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus sedẽtes uesci in aspectu propinquorum.

Lubricum ætatis. Vide Lubricus.

Maturitas ætatis. Cic. Leptæ lib. 6. epist. 18. 8, Etsi abest maturitas ætatis, tamen personare aures eius huiusmodi uocibus non est inutile.

Peractio ætatis. Cic. de Senectut. ad finem, Senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabulæ.

Progressus ætatis. Vide, Iniens ætas.

Robur ætatis quammaturimum, Tac. lib. 12.

Ruina ætatis, Oui. 1. de Pont. eleg. 5. 2,
Nec me, si subitò uideas, cognoscere possis:
Aetatis facta est tanta ruina meæ.

Spacium ætatis, Ci. de Sene. 56.

Spacium uetustum ætatis, Lucr. li. 2. 235.

Specie ætatis uti. Oui. 5. Fast. 71,
Et monet ætatis specie, dum floreat, uti:
Contemnunt spinam quum cecidere rosæ.

Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honesteq; uiuendum. Cic. de Senect. 64.

Tempus extremum ætatis, Cic. de Sene. 8.

Tempus finitum ætatis. Vide, Tempus infinitum ætatis.

Temporis futuri ætas, Oui. 15. Meta. 176.

Tempus infinitum ætatis. Cic. li. 2. de Finib. 140, Quum enim summum bonum in uoluptate ponat, negat infinito tempore ætatis uoluptatem fieri maiorẽ, quàm finito atq; modico.

Tempus modicum ætatis. Vide, Tempus infinitum ætatis.

Tempus nostrum ætatis, Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 3. 21. 6.

Aetatis tempora queri, Prop. lib. 1. ele. 7. 2.

Tempus ultimum ætatis, Ci. lib. 2. de Finib. 139.

Ver breue ætatis, Oui. 10. Metamor. 17, — citraq; iuuentam
Aetatis breue uer, & primos carpere flores.

Adulta ætate filius, apud Ciceronem. Vide Adultus.
Quintil. lib. 2. cap. 4. 4.

Annua ætas, Plin. lib. 8. cap. 40.

Auida ætas. Seneca, Et quicquid auida per tot annorum gradus
Abscondit ætas.

Aurea. Ita enim fuit appellata, quòd optimis moribus illo tempore quo Saturnus regnauit, homines floruerint. Ouidius 1. Metam. 18,
Aurea prima sata est ætas, quæ uindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumq; colebat.

Bona ætas, pro adolescentia, quæ uidelicet felicior uitæ pars existimatur. Cic. de Senect. 44, Quod si ipsis uoluptatibus bona ætas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus.

Constans. Cicero de Senectute 30, Vt enim infirmitas puerorũ & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.

Crastina. Stat. 3. Thebaid. 113, — quid crastina uolueret ætas,
Scire nefas homini.

Decrepita ætas. Vide, Prouecta ætas.

Dura, Hor. 1. Car. 35. 7. id est, Ferrea.

Edax. Lucan. lib. 7. 81,
Non ætas hæc carpsit edax.

Effœta, Stat. 6. Theb. 51.

Extrema ætas. Cicero de Senect. 57, Huius extrema ætas in hoc beatior quàm media, quòd authoritatis plus habebat, laboris minus.

Ferox, Hor. 3. Car. 5. 3.

Firmam ætatem dici putat Galenus, eorum qui mediam consistentiæ, seu uigoris ætatem & senectutis agunt: quũ iã crescendi ætas & tẽpus excesserit, necdũ tamẽ senectutis sensus ullus notabilis comparet. Ex Cœlio Antiqu. lect. li. 14. cap. 53.

Flexibilis. Cic. ad Brutum, Epist. 18. 4, Videtur enim esse indoles: sed

Digitized by Google

les: sed flexibilis ætas: multiq; ad deprauandum parati.
Florens. Cic. de Senect. 19, Temeritas est uidelicet florentis ætatis, prudentia senectutis.
Fœcunda. Claud. 8. Paneg. 53, Crescite uirtutes, fœcundaq; floreat ætas.
Futilis, Sillius lib. 16. 131.
Grandior. Vide, Iniens ætas.
Heroicis etiam ætatibus Vlyssem & Nestorem accepimus, & fuisse, & habitos esse sapientes. Cic. 5. Tuscul. 10.
Huberior. Ouid 1. Metamorpho. 42,
Transit in æstatem post uer, robustior annus:
Fitq; ualens iuuenis, neq; enim robustior ætas
Vlla, nec uberior, nec quæ magis ardeat ulla est.
Imbecilla. Hor. 2. Serm. Saty. 2. 17,
Accedent anni, tractari mollius ætas
Imbecilla uolet. Hoc est, Senilis.
Impensa ætas labori. Lucan. lib. 2. 113,
Ætasq; impensa labori Dant animos.
Impia, Horatius Epod. 16. 2.
Improuida ætas puerorum, Lucret. lib. 1. 192.
Incuriosa suorum ætas. Tacitus in uita Agricolæ: Clarorum uirorum facta moresq; posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus, quanquam incuriosa suorum ætas omisit. Id est, suos nihil curans.
Inertior. Ouid. Trist. lib. 4. eleg. 7. 1,
Iam subeunt anni fragiles, & inertior ætas.
Inferior, Cic. 4. Academ. 130. Id est iunior, & posterior.
Infirma, Ouid. 6. Fast. 120. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7, & 10.
Integra. Terent. And. Egregia forma atq; ætate integra. ut Vir.
Integer æui Ascanius.
Nos florem ætatis non ineptè appellamus.
Inuida ætas. Horat. 1. Carm. 11. 2,
— dum loquimur, fugerit inuidia Aetas.
Irreuocabilis ætas, præterita, Lucret. lib. 1. 99.
Lacrymabilis. Stat. 2. Syl. 1. 28, Non te forma mouet, non te lacrymabilis ætas.
Lascina, Horat. 2. Epist. 2. 43.
Legitima ætas ad petendum magistratũ, Liu. 3. Decad. lib. 5. 9.
Longa ætas magistra. Ouid. 5. Epist. 20. Quint. lib. 1. cap. 8. 6,
Longa ætas spacium dabit.
Lubrica, Claud. de rapt. Proserp. lib. 3. 46.
Matura, Claud. 4. Paneg. 112.
Maturissima. ad Heren. lib. 4. 171, Hi sapienter faciunt qui adolescentes maxime castigant: ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint, eas in ætate maturissima uelint comparare.
Mauortia, Claudian. de bello Getico 7.
Media. Vide, Extrema ætas. &, Constans ætas.
Militaris, pro Robusta & apta ad militiam. Liuius, Nec ullo iam qui militaris ætatis esset, non aut cæso, aut fugato. Corn. Tacit. lib. 2.
Ætas militaris, Pro iuuenibus. Liuius 4. Decad. lib. 1. Idem 3. Decad. lib. 8, Igitur non militaris modò ætas, aut uiri tantum, sed fœmmæ quoque puerique; supra animi corporisq; uires adsunt.
Mobilis. Virg. 3. Georg. 32, — uiamq; insiste domandi:
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Mollis. Ouid 1. de Arte amandi 2, Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.
Mollior luxu ætas, Claud. de bello Getico 32.
Nescia simulandi ætas, Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.
Nobilis. Claudian. 22. Epigram. 32.
Nubilis, Claud. 1. Panegyr. 14.
Obnoxia iniuriæ ætas, Quintil. lib 1. cap. 3. 10.
Omnis ætas, Tacitus lib. 4. Idem lib. 5, Iacuit immensa strages, omnis sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles, dispersi, aut aggerati.
Otiosa & quieta. Cic. de Senect. 74. Nónne melius multo fuisset, otiosam ætatem, & quietam sine ullo, aut labore, aut contentione traducere.
Opportunissima ætas, Cicero ad Trebat. lib. 7. 7. 4.
Perpetuam ætatem reperire, Lucret. lib. 3. 201.
Postera. Vide Præsens ætas.
Primarum ætatum ingenia, Quintil. lib. 2. cap. 5. 12.
Præsens ætas. Horat. 2. Epist. 2. 9, — ueterésne poetas,
An quos & præsens, & postera respuit ætas.
Preciosior ætas, Claud. 2. de rapt. Proserp. 57,
— illic preciosior ætas. Aurea progenies habitat.
In prima ætate pudoris, Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Puellaris ætas, Quintil. lib. 6. in proœ. 5.
Robustior, Claudianus 7. Paneg. 75.
Rudis. Vide, Vergit ætas.
Sapientior ætas. Vide Sera ætas.
Senatoria. Tacitus lib. 15. Idem lib. 20, Magnam eo die pietatis eloquentiæq; famam Vlpianus Messala adeptus, nondum senatoria ætate.
Senecta ætate, Lucret. lib. 5. 177.
Senecta ætate qui factus est puer: pro, in senectute. Plautus. Vide Senectus.
Senior, Sene. Her. Oeth. 4. 32.
Sera. Ouid. de Arte amandi, lib. 1. 13,
Seu te forte iuuat sera, & sapientior ætas.
Simplex, hoc est, iuuenilis, Stat. 9. Thebaid. 176.
Strenua, Ouid. Amor. lib. 1. eleg. 15. 1.
Superior. Cic. de Senect. 58. Ibidem, 69, Vt superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis.
Teneris ætatibus utilis, Quintil. lib. 1. cap. 10. 26.
Velox, Stat. Achil. lib. 2. 80.
Vetus. Ouid. 5. Metamorpho. 20, At uetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen.
Vinosior, Ouid. 3. Fast. 153.
Volatilis ætas. Ouid. 10. Metamorpho. 104,
Labitur occultè, fallitq; uolatilis ætas:
Et nihil est annis uelocius.
Accedit ætas uino, quum inueterascit. Vide Accedo.
Accedit illi plus ætatis. Cic. lib. 1. de Orat. 132, Solet idem Roscius dicere, se quò plus sibi ætatis accederet, eò tardioris tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.
Accipere ætatem. Vide Accipio.
Adimere ætatem uino, Plin. lib. 23. cap. 1, Iam & patresfamiliàs ætatem ademere uinis, quæ per se cariem traxere.
Adoleuit ætas. Tacitus lib. 2. Annal. Nam suam ætatem uergere: Drusi nondum satis adoleuisse.
Affecta ætas, Cicero 6. Verr. 85. Vide Affectus, ta, tum.
Agere ætatem desidiosè, Lucret. lib. 4. 229.
Actatem agere in aliquo loco, uel in re aliqua, Ci. in Bruto 89, Quum ætatem ageret Athenis: Idem 2. de Legibus 5. Hic se rè ætatem egit in literis. Et 5. Tuscul. 113, In inuidia qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Sall. Alios diuites esse, ut regio cultu ætatem agerent.
Acta ætas, uel exacta, pro extrema senectute, quæ decrepitudo dicitur: quia tunc uitæ tempus propemodum exactum est, id est finitum. Cic. ad Brutum, epistol. 2. 5, De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidè ætas acta fermè est, tua istuc refert maximè. Idem 3. Tuscul. 103, Acta ætas honestè ac splendidè.
Liuius. Exacta ætate Camillus. Id est, senio confectus.
Aetas quietè, & purè, & eleganter acta, Cicero de Senect. 12.

Digitized by Google

Aetas anteacta, Lucret. lib. 1. 48.

Antecellere ætate. Cicero de Senectute, 59, Multa in nostro collegio præclara sunt, sed hoc in primis, quòd ut quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet.

Anteire aliquibus ætate, Cic. 1. Tuscul. 9.

Calens ætate. Ouid. 3. de Arte aman. 114,
Ista decent pueros ætate & amore calentes.

Coacescit ætas. Cic. de Senect. 60, Vt enim non omne uinum, sic non omnis ætas coacescit.

Composita ætas. Tacitus lib. 13, non procul ab initio,
— Virum ætate composita, insontem, nobilem.

Confectus ætate. Hoc est, ualde senex. Virg. 4. Aeneid. 120, Confectum ætate parentem. Cicer. de Senect. 43. Idem in Catil. 40, Tertium genus est ætate iam confectum.

Confirmata ætas. Cic. ad Plancum lib. 10. Epist. 3. 4, Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo uestra antè aliquanto, quàm tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata iam ætate familiaritatem, cum studio meo, tum iudicio tuo constitutam.

Consumere ætatē multo labore & studio, Quint. li. 2. ca. 20. 3.

Conterere ætatem in re aliqua, Cic. 2. de Legibus 79. Idem lib. 5. de Finibus, 103.

Aetates totæ contritæ in aliquo studio. Cicer. lib. 1. de Orat. 111. Quo in studio hominum quoq; ingeniosissimorum ociosissimorumq; totas ætates uidemus esse contritas.

Corroborata ætas, Cic. pro Cælio, 32.

Decursa ætas. Cicero pro Quintio, 66, Quam honestatem in iudicium tuum propè acta iam ætate decursaq; attulit.

Deficit me ætas, Quid. Metamorpho. lib. 12. 80.

Degere ætatem, Lucret. lib. 3, 102.

Degere tempus ætatis, Cic. de Senect. 2.

Degere omnem ætatem sine dolore, Cic. lib. 2. de Finib. 187.

Aetatem cum aliquo degere, id est, Viuere. Plaut. Sic Aetatem exigere dicimus.

Deuexa ætas à laboribus ad ocium. Cic. ad Att. lib. 9. 181. 7, Et (ut uerum loquar) ætas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione mollijt.

Ducere ætatem, Horat. 2. epist. 2. 41.

Ea ætate est. Cic. pro Cluent. 39. Idem pro C. Rabirio 19, Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua tum fuit.

Emandare ætatem, Quintil. lib. 2. cap. 4. 10.

Emoritur ætate spes in pueris, Quintil. lib. 1. cap. 1. 3.

Exacta ætas, Cicero 7. Verr. 100. Idem pro Roscio Comœdo, 26, Quum illis exactæ ætatis seueriſsimè fructum, quem me rueruntq; retribuam.

Exacta ætate est. Cic. de Senect. 56, M. quidem Valerium Corui num accepimus ad centesimum annum uitam produxisse, quum esset exacta iam ætate in agris.

Excesit ætas ex magisterio tuo: id est, desij esse sub ferula tua.

Extinguitur ætas. Vide Senescit ætas.

Fossa alicuius ætas, Tacitus lib. 17.

Firmata ætas. Cic. pro Cælio 34. Virg. 4. eclog. 8, Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas.

Florere ætate. Virg. 7. eclog. 1, Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.

Formare ætatem, Quintil. lib. 1. cap. 3. 7.

Frangitur ætas. Vide Senescit ætas.

Fugiens ætas, Catullus, Ne fugiens seclis obliuiscentibus ætas.

Gerere ætatem cum aliquo Seruius Ciceroni, lib. 4. epist. 5. 7, de Tulliæ obitu, Vt cum aliquo adolescente primario coniuncta, ætatem gereret.

Satis ætatis habere, Cic. pro Roscio Comœdo, 88.

Ingrauescens ætas, Cic. ad Curionem lib. 2. epist. 7, Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra iam ingrauescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Idem de Senec. 6.

Iniens ætas. Id est, initium adolescentiæ, primi anni pubertatis, prima adolescentia. Cic. in Vatinium 8. Tēpus ineuntis ætatis. Idem 2. Off. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum prudentia regenda est. Ineuntem autem ætatem, adolescentiam uocauerunt antiqui, quòd hæc sit ueluti cognitionis sui ipsius initium. Et pro lege Manilia 1, Vitæ meæ rationes ab ineunte ætate susceptæ.

Mutare ætatem, Quintil. lib. 1. cap. 3. 8.

Numerare ætatem, Propert. lib. 3. eleg. 7. 4.

Obtinere ætatem. Vide Obtineo.

Aetas præcipitata, pro senili & uergente. Matius ad Ciceronē, lib. 11. epist. 28. 14, An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem? Præcipitata, quod iam uideatur quodammodo præceps in fatum ruere, ut ait Virgilius.

Præcurrere aliquem ætate, Cic. in Orat. 101.

Praeterita ætas, Cicero de Senectute, 5.

Procedere ætate usq; ad Cic. de Senect. 45, Liuius usq; ad adolescentiam meam processit ætate: hoc est, uixit usq;, &c.

Processisse ætate, Cicer. de Senect. 19.

Prograediens ætas. Vide, Feruor ætatis.

Progressa ætas, Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 2.

Progressus ætate. Cicer. de Senect. 29, Nisi fortè adolescentes, pueritiam paulum ætate progressi, adolescentiam debeant requirere.

Prouecta ætas, Cic. 1. Tuscul. 151.

Prouectus ætate. Cic. in Bruto, 66. Idem de Senectute, 9, Eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum.

Aetate prudentiores reddimur. Telemachus apud Homerum Odysseæ lib. 2,
— eram adhuc puer: ast ubi iam sum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipseq; grandescit mi animus. Ex Eras. Chiliad.

Quieta ætas. Vide ociosam ætatem.

Senescit ætas. Cic. de Sene. 35, Ita sensim sine sensu ætas senescit.

Succedit ætas ætati. Cic. 11. Philip. ad finem. Nihil enim semper floret, ætas succedit ætati.

Tardus ætate, Ouid. Metamorpho. lib. 8. 138.

Traducere ætatem; Cic. de Senect. 74.

Transcendere ætate cuum, Senec. Troad. 6. 59.

Transierunt hæc ætate, Quintil. lib. 1. cap. 4. 11.

Vergit ætas. Vide Adoleuit ætas, Tacitus lib. 4.

Viuere tertiam hominum ætatem. Vide Aetas pro seculo.

Volat enim ætas, Cic. 1. Tuscul. 119.

Per ætatem, id est, ætatis progressu, & ætate permittente. Cic. ad Plancum, lib. 13, Vt primum per ætatem iudicium facere potueris.

Aetatem, aduerbium temporis. Teren. Eunu. 4. 5. 8, Iamdudum ætatem lites sunt inter eos factæ maximæ. Iamdudum ætatē, pro longinquo tēpore. Lucilius, — ut multos mensesq; diesq;
Non tamen ætatem. Aetatem, diu, longinquoq; tempore, ac prolixo, ut est ætas. Idem Hecy. 5. 1. 20, Nam neq; ille hoc animo erit ætatem. Plau. Asi. 3. 6, Vt tibi superstes uxor ætatem fiet. Nonius Marcellus: Aetatem positum pro sæpe, ac diu. Plau. Asin. Adeò ut ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxij. Idem eadem: Aetatem uelim seruire, Lebanum ut conueniam modò.

Aetatula, diminutiuum (ἡλικίδιον) Est tenerior puerorum ætas, & quasi ætatis tyrocinium. Cic. 5. de Fin. 99, Facilè est hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem de Aruspic.

Digitized by Google

resp.38.Suet.in Claudio Cæsare,ca.16,Nihil amplius quàm monuit,ut aut parcius ætatulæ indulgeret,aut certè cautius.
Aetatula pro ætate,blandimenti causa positum. Plaut. Pseu.4.40,In mundițijs, mollitijs,delicijsq; ætatulã agitis.Hoc est, tempus ætatis iucundißimum.
Aeternus] adiectiuum (ἀιδίος) Quasi æuiternus, propriè significat quod fine caret. Nam æuum, inquit Seruius, proprie æternitatis est.Idem enarrans illud Virgilij in sexto Aenei.Mens agitat mollem?Si (inquit)ut Cicero dicit in Tusculanis,æternum est quicquid in æterno motu est. Vir.1.Geor. Impiaq; æternam timuerunt secula noctem. Cic.4.Academ.223.Et quicquid est,mortale sit an æternum.
Aeternum de eo dictum,quod finem habeat. Terent. Eunu. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam Fore Thais. Hoc est,donec uiuemus.
Aeuum æternum,Oui.1.Metam.132.
Aurum æternum,Stat.5.Syl.1.38.
Causæ æternæ.Cic.de Fato,41,Nec si omne enunciatum, aut uerum aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabiles, easq; æternas.
Consilia æterna.Hor.2.Car.11.3,
Acron,Aeternis:id est,infinitis & diuturnis.
Corpus æternum,Lucr.li.1.49.
Decus æternum habere,Oui.3.Trist.1.10.
Deus æternus,Cic.li.2.de Finib.141.Oui.3. Amor.eleg.3.3.
Dolorem æternum perferre,Lucr.li.3.202.
Excubiæ diuûm æternæ.Vir.4.Aen.41,
—uigilemq; sacrauerat ignem.
Excubias diuum æternas. Seruius,Definitio est æterni ignis.
Exilium æternum,Hor.2.Car.3.6.
Fœdera æterna.Vir.1.Geor.12,
Continuò has leges, æternaq; fœdera certis
Imposuit natura locis.
Honores æterni,Hor.2.Car.1.3.
Ignis æternus.Oui.3.Fast.85,
Ignibus æternis æterni numina præsunt
Cæsaris. Per ignes æternos intelligit ignem illũ,qui à uirginibus Vestæ consecratis,perpetuo,& summa diligentia colebatur,& asseruabatur.Vnde & Horat.3. Car.5.3, Aeternam Vestam appellat.
In æternum.Vide In.
In æternum condita urbs;Liu.3.Decad.li.8.Id est, ut æterna sit.
Imperia æterna.Vir.1.Aen.47,
O qui res hominumq;,deumq;,
Aeternis regis imperijs,& fulmine terres.
Laborem æternum carpere, Cat.epig. 59,62.
Luctu æterno tabescere,Lucr.li.3.187.
Mors æterna,Lucr.li.3.222.
Motus æternus,Lucr.2.212.
Mundus æternus,Oui.15.Meta.48.
Natura æterna,Lucr.li.3.129.
Nomen æternum emere sanguine,Oui.2.Amo.eleg.10.7.
Nomen æternum tenere.Vir.6.Aen.47,
—æternumq; tenet per secula nomen.
Nox æterna,Vir.10.Aen.148.
In æternam clauduntur lumina noctem.
Opus æternum,Oui.3.de Art.amand.83.
Sed famæ inuigilare iuuat,quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus?id est,semper uicturum.
Pacem æternam exercere.Vir.4.Aen.20,
Quin potius pacem æternam,pactosq; Hymenæos
Exercemus?
Pergama æterna.Vir.8.Aen.8, Hoc est,nunquam famam neq; nomen suum perditura.
Posteritas æterna,Oui.Epist.15.76.
Quies æterna.Seneca Agamem.7.1,Et miseros libera mors uocet:Portus æterna placidus quiete.
Regna æterna,Luca.li.1.7.
Sacerdos æterna,Oui.3.Amor.eleg.6.5.
Tempus æternum,Lucr.li.3.198.
Ex æterno tempore.Cicer.lib.1.de Finib.17, Eumq; motum atomorum nullo à principio,sed ex æterno tempore intelligi conuenire.
Ver æternum:id est, continuũ & immutabile. Ouid.1.Met.22,
Ver erat æternum,placidiq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Vesta æterna.Vide,Ignis æternus.
Aeterna uirtus.Sallust.in Catil.Virtus clara,æternaq; habetur.
Vitam æternam dare.Vir.12.Aen.174,
Quò uitam dedit æternam?cur mortis adempta est
Conditio? Hoc est,immortalitatem.
Vulnus æternum seruare sub pectore,Vir.1.Aen.8.
Perpetuus & æternus.Cic.lib.1.de Nat.deo.58,
Idemq; etiam legis perpetuæ & æternæ uim, quæ quasi dux uitæ & magistra officiorum sit,Iouem dicit esse.
Aeternus,& Sempiternus, pro eodem.Cic.post reditũ in Sena.31,Quòd si mihi æternã esse propositã ærumnã arbitrarer: morte me ipse potius,quàm sempiterno dolore multassem.
Aeternior,comparatiuus.Plin.lib.14.cap.1.1,Nec est ligno ulli æternior natura. Pro durabilior & minus corruptibilis. Idem de Cedro.Nullum æternius lignum.
Aeternitas (ἀιδιότης) Tempus fine carens. Plin.lib.13.cap.5.2.Materiæ uerò ipsi æternitas.Hoc est,materia illa nulli obnoxia est corruptioni.Cicero de Natu.deo.22,Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circunscriptio temporum metiebatur.
Ad memoriã æternitatis.Cic.14.Philip.408,Nec dispersis bustis humili sepultura crematos,sed contectos publicis operibus atq; muneribus,eaq; extructione quæ sit ad memoriam æternitatis,ara uirtutis.
Immutabilis æternitas,Cic.de Vniuersitate,8.
Ab omni æternitate.Cicer.lib.1.de Diuinat.50. Et lib.2.28,Si enim nihil fieri potest,nihil accidere,nihil euenire,nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum tato tempore:quæ potest esse fortuna?
Rursum,li 1.188, Animus uixit ab omni æternitate.
Ex omni æternitate.Cic.2.de Diuin.27.Idem li.1.204,Fatum est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna.
In omni æternitate.Cic.2.de Nat.deo.61, Ordo autem syderũ, & in omni æternitate constantia,neq; naturam significat.
Donare æternitatem alicui.Ci.in Pisonem,4.Mihi populus Romanus uniuersus illa in concione non unius dici gratulationem,sed æternitatem immortalitatemq; donauit.
Aeternitatẽ donare. Immortalem facere.Plin.lib.2.cap.7, Nec mortales æternitate donare.
Mandare æternitati. Vide Mando.
Aeterno,æternas (ἀιδιόω,ἀποθανατίζω) æternare. Varro rerum humanarum,lib.2,Literisq; ac laudibus æternare.Verbum antiquum est,pro æternum & immortale facere.Hor.4.Car.141.
Quæ cura patrum,quæue Quiritium
Plenis honorum muneribus tuas
Auguste uirtutes in æuum
Per titulos memoresq; fastos Aeternet?
Aeternò (ἀιδίως) aduerbiũ,idẽ quod æternũ. Pli.li.2. ca.107.1.Viret æternò hunc fontem igneum contexens fraxinus.
Aeternum,aduerbium,pro semper.Vir. —Manet,æternumq; manebit. Idem 6.Aen. —sedet,æternumq; sedebit.

Digitized by Google

Idem 2. Georg. — glebaq; uersis.

Aeternum frangenda bidentibus. Seruius Idem 6, Aeneid. Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit. Hoc est, ad finem usq; mundi, ut dicitur.

Aethalia] insula (αἰθαλία) ex Strabonis, lib. 5, descriptione, nõ procul abest à Corsica & Sardinia: qui etiã ferri Aethalici meminit. Diodorus Siculus, lib. 6. cap. 4, Sequuntur post Liparam insulæ ad Tyrrhenum pelagus sitæ: in quibus una est nomine Aethalia, Populoniæ opposita urbi, distans à continenti stadijs fermè centum: quæ id nomen ab Aethalio, qui ei præfuit, dicere sortita est. In ea effoditur petra, ex qua ferrum excutitur.

Aethalis] αἰθαλὶς, uel Aethalides, Præco, Mercurij filius: cui quandoq; inter mortuos, quandoq; inter uiuos esse licere concessum est, ut est author Apollonius primo Argonau. Volaterranus, li. 33. Laertius, li. 8. in Pythagora.

Aether] ætheris, pen. corr. m. g. sine plurali (αἰθὴρ) Sunt qui ætherem, pro elemento ignis accipiant: inter quos est Anaxagoras: alij pro aere. Aristoteles, lib. 1. Meteor. hoc nomine cœlum intelligit: dictum, ut ipse putat, ἀπὸ τοῦ ἀίθειν: ut alij, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θέειν, à perpetuo motu. Cic. 2. de Natur. deo. 146, Restat ultimus, & à domicilijs nostris altißimus, omnia cingens & coercẽs cœli complexus, qui idem Aether uocatur, extrema ora & determinatio mundi.

Aether ex aere gignitur. Cic. 2. de Nat. deo. 120, Et quum quatuor genera sint corporum, uicißitudine eorum mundi natura est continuata. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorsum uicißim ex æthere aer, inde aqua ex aqua terra infima.

Aether Seruius in commentarijs in Virgilium ætherem tribus fere modis accipit. Pro igne, id est, supremo elemento: pro aere, & pro Ioue: quem & ipsum dicit ætherem esse. Cæterum hoc unum constanter asserit, quod æther proprie sit ignis.

Aether, pro Ioue. Lucret. li. 1. 51,

Postremo pereunt imbres: ubi eos pater æther,
In gremium matris terrai, præcipitauit, Vir. in. 2. Georgi.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
Coniugis in gremium lætæ descendit, Cic. 4. Academ. 227.
Zenoni & reliquis ferè Stoicis æther uidetur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur.

Aether pro aere. Vir. 1. Geor. —— Raptim secat æthera pennis. Idem 1. Aeneid. Et crebris micat ignibus æther.

Aether pro cœlo Ouidius, secutus Aristotelem.

Sic habites terras, & te desideret æther.

Aether pro dijs, ætherem, hoc est, cœlum incolentibus. Claud. 3. de rapt. Proserp. 41, — Phlegra nobis infensior æther.
Hoc est, multo magis sunt irati nobis dij, quàm gigantes.

Aether, pro lumine. Valer. 5. Argo. 37,

— simul æthere plena coruisco, Pallas

Aether & dies, parentes Cæli. Cælum uerò Saturni. Cicer. 3. de Nat. deo. 59.

Flamma ætheris. Cic. 2. de Natu. deo. 177, Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat.

Abditus tenebris æther, id est, obscuratum cœlum caliginibus. Senec. Agamem. 7. 28.

Albus æther. Catul, de Berecynthia, & Aty. 8.

Altus æther. Virgil. 3 Georg. 72, Id est, in cancro, quo altius nequit ascendere.

Altus æther hoc est, aer. Vir. 4. Geor. 161. de apibus,

— æthere in alto. Fit sonitus.

Altus æther, pro cœlo alto, Vir. 12. Aen. 37.

Apertus æther, Aer. Vir. 1. Aen. 119.

Arduus æther, Aer. Vir. 10. Aen. 20.

Ater æther, Valer. 1. Argona. 17.

Attritus æther, Stat. 1. Theb. 70. Pro aere.

Auius æther, Stat. 5. Theb. 3.

Aureus æther, pro cœlo splendido, Oui. 13. Metam. 118.

Clarus æther, Senec. Herc. furent. 9. 41.

Contussus æther mugitibus, Vir. 3. Geor. 19.

Diffusilis æther. Hoc est, agitabilis, qui in omnes partes agitari potest & diffundi. Lucr. li. 5. 94,

Sic igitur tum se leuis ac diffusilis æther.

Gelidus æther, Vir. 8. Aen. 6.

Igneus æther, Val. 1. Argo. 124.

Ignifer æther, Cic. in Arat. 11. Lucr. 5. 100.

Immensus æther. Ci. li. 2. de Nat. deo. 132, Aerẽ amplectitur immensus æther, qui constat ex altißimis ignibus. Lucr. li. 1. 12.

Impulsus æther sonitu, Luca. li. 1. 31.

Incertus æther ducit nubila, Val. 1. Argo. 63.

Innubilus æther, Lucr. li. 3. 6.

Læuus æther, Stat. 5. Theb. 5. 62. Id est, sinister, & aduersus.

Letus æther. Clau. in præfatione tertij, li. 4.

Leuis æther, Vir. 1. Geor. 82.

Liber nubibus æther, id est, serenus, Lucan. li. 3. 105.

Liquidus æther, siue aer, Vir. 7. Aen. 13.

Longus æther, Stat. 10. Theb. 91.

Mitior æther, Clau. de bel. Gildon. 31.

Nitidus æther, Val. 3. Argo. 94.

Perlucens æther. Vide, Tenuis ac perlucens æther.

Peruius æther, id est, aer penetrabilis, Oui. 6. Metam. 131.

Prouidus æther. Hoc est, deorũ prouidẽtia, Clau. 4. Paneg. 71.

Rapidus æther, Lucr. li. 5. 104.

Sacer æther. Oui. 1. Metam. 51.

Hoc est, cœlum.

Serenus æther, Luca. li. 1. 12.

Signifer æther, Lucr. li. 5. 92.

Stellatus æther, Val. 2. Argo. 9.

Summus æther. Cælum, Oui. in Ibin, 15.

Tenuis ac perlucens æther, Cic. li. 2. de Nat. deor. 79.

Tenuißimus æther, Cic. li. 2. de Nat. deo. 59.

Vastus æther, Aer, Vir. 5. Aen. 163.

Grauitate carens æther, Oui. 1. Metam. 14.

Ferit æthera clamor nauticus, Vir. 5. Aen 28.

Mulcere æthera cantu, dicuntur uolucres assuetæ ripis. Virgil. 7. Aene. 7.

Obscurare æthera pennis dicuntur uolucres, Vir. 12. Aen. 51.

Obumbrare æthera telis, Vir. 12. Aen. 117.

Onerare æthera uotis, id est, deos, Vir. 9. Aen. 5.

Purgatus æther, discußis nubibus, Sillius, li. 12. 128.

Resonat æther clamoribus, Vir. 5. Aen. 46.

Verberare alis æthera, Vir. 11. Aen. 151.

Aethera, ætherę (αἴθρη) pro æthere uel aere: poeticum est. Virgil. 12. Aen. 50.

Idem 3. Aen. 117.

Nam neq; erunt astrorum ignes, nec lucidus æthrã,
Sydera polus. Est autem æthra Latinè formatum ab accusatiuo Græco æthera per syncopen. Cic. 2. de Natu. deo. 175,
Aerem complexa summa pars cœli quæ Aethra dicitur, & suum retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretum, & cum aeris extremitate coniungitur.

Albens æthra, Sil. Ital. li. 5. 57.

Aethra flammínea, id est (ut puto) flammea. Macrob. lib. 6. Saturnal cap. 4.

Lenis æthra, Val. Flac. 6. Argon. ad finem.

Liquida æthra, id est, purus aer. Sil. Ital. lib. 421.

Rubra æthra. Ennius apud Macrobium, lib. 6. Saturna. cap. 4. Virgil. 12. Aeneid. 50, Nanque uolans rubra fuluus Iouis ales in æthra.

Aetherem

Digitized by Google

Aetherēus siue ætherius, adiectiuum, (ἀιθέριος) ut, Cœlū æthereum dicitur, siue Olympus æthereus, pro cœlo. Virg. 8. Aeneid. Primus ab ethereo uenit Saturnus Olympo. Cice. 2. de Natu. deo. 59, Sydera autem æthereum locum obtinent. Locum æthereum pro cœlo dixit: quæ est stellarum sedes. Martial. lib. 9. 38.

Arcti æthereæ. id est, ursæ, Senec. Thyeste, 5. 15.

Ars æthereæ: pro diuinatione, Stat. 6. Thebaid. 76.

Ars æthereæ, Cœlum. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 1.

Astra æthereæ, Virgil. 5. Aeneid. 167.

Aura æthereæ uesci, pro uiuere, Virgil. 1. Aeneid. 110.

Axis ætherius, Cœlum. Ouid. 3. Fast. 74.

Cursus ætherius, Virgil. 6. Aeneid. 107.

Dea ætheria, pro Pallade, quòd in æthere, hoc est, in cœlo habitet. Ouidius 6. Fast. 86.

Domus æthereæ, Cœlum. Hor. 1. Carm. 3. 6.

Haustus ætherei, Virgil. 4. Georg. 45.

Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus Aethereos dixere, hoc est, diuinos spiritus.

Ignes ætherij, Cœlestes, hoc est, syderales, Lucret. lib. 2. 220.

Iter æthereum, Ouid. 5. Fast. 18.

Lux æthereæ, Senec Hippolyt. 8. 6.

Nubes æthereæ, Ouid. 15. Metamorpho. 161.

Pater ætherius. Hoc est, Iupiter. Stat. 3. Sylu. 1. 22. Martialis, li. 9. 38.

Pax æthereæ, Valer. 2. Argonaut. 17.

Plaga ætheria, hoc est, aeris regio, Virgil. 1. Aeneid. 80.

Sedes æthereas sperare, Ouid. 5. Metamorpho. 70.

Solibus æthereis altoq; recanduit æstu, Ouid. 1. Metamor. 88.

Trophea æthereæ, Cœlestia, & honori deorum dicata. Claud. 3. de rapt. Proserp. 71.

Vertex æthereus, Alius, Tibul. 1. eleg. 7. 3.

Via æthereæ, Ouid. 15. epistō. 15.

Vindex æthereus, Iupiter, Ouid. in Ibin, 96.

Aethereum semen, id est, diuinum, Virgil. 7. Aeneid. 56.

Aetherea, quæ postea dicta est Aethiopia, Plin. lib. 6. cap. 30.

Aetherios Aethiopas nominat Strabo li. 2.

Aethices] populi Macedoniæ, Homerus in catalogo. Aethices uocat, Strabo lib. 9.

Aethici] Thessaliæ populi, accolæ Pindi, Strabo lib. 7.

Aethiope] insula est maris Oceani, Macaria antè appellata, Plinius lib. 5. cap. 31.

Aethiopia] ἀιθιοπία, pars Africæ, torridæ zonæ subiecta, inter Arabiam & Aegyptum: sic dicta ab Aethiope Vulcani filio, Plinius lib. 6. cap. 30, prius dicta est Aetheria, deinde Atlantia, tandem Aethiopia.

Aethiopiæ duæ sunt, una circa ortum Solis: altera circa Oceanū, in Mauritania. Virg. 4. Aeneid. 97. Pli. li. 5. ca. 8, Verissima est eorū opinio, qui desertis Africæ duas Aethiopias superponunt, & ante omnes Homeri, qui bipertitos tradit Aethiopas, ad orientem, occasumq; uersos. Idē tradit Stra. li. 1.

Aethiopia æstiuos imbres non habet. Proinde in ea omni seruntur mense, ut in Aegypto & India. Plin. lib. 17. cap. 18.

Aethiops (αἰθίοψ) Vulcani filius: à quo Aethiopia dicta est.

Aethiops, Aethiopis, penult. corr. Qui ex Aethiopia est: qui & Aethiopicus.

Aethiopes, ut plerique uolunt, nomen habent ab ἄιθω cremo, & ὄψ aspectus: quòd Solis uicinitate torreātur. Sunt tamē, qui sic dictos putant, quòd eorum oculi frequentibus uenulis ex calore sint sanguinei. Author Vadianus in li. 3. Pomp. Melæ.

Aethiopum literæ sunt uarijs animātibus, extremitatibusq; hominum, atq; instrumentis, sed præcipuè artificum, persimiles. Non enim syllabarum compositione, aut literis uerba eorum exprimuntur, sed imaginum forma, earum significatione usu memoriæ hominum tradita. Scribunt quidem accipitrem, crocodilum, serpentem, hominis oculum, manus, faciē & cætera eiusmodi. Accipiter rem denotat citò factā: quoniam hæc aliarum fermè omnium auis sit uelocissima. Crocodilus malum significat. Oculus, iustitiæ seruator, & totius corporis est custos. Dextera manus passis digitis, liberalitatem designat. Sinistra uerò compressis & contractis, tenacitatem atq; auaritiam. Diodorus Siculus lib. 4. cap. 1.

Aethiopas uicini syderis uapore torreri, adustisq; similes gigni, barba & capillo uibrato, non est dubium. Plin. libr. 2. cap. 78. Strabo lib. 15, Cœlius quoq; Antiqu. lect. lib. 9. cap. 15.

Rubentes Aethiopes: quia iuxta mare rubrum sunt, ait Lactāt. Stat. 5. Thebaid. 86.

Aethiopis] pen. corr. æthiopidis, pen. corr. f. g. (ἀιθιοπὶς) Herba magica, nascens in Aethiopia, in Ida quoque monte Troadis, & in Messenia. Plin. li. 27. ca. 4, Aethiopide herba dicunt amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Plin. lib. 26. cap. 4. Idem lib. 24. cap. 17, tradit Aethiopida in Meroe nasci, ob id & Meroidem appellari, folio lactucæ, hydropicis utilissimam è mulso potam.

Aethlius] Iouis filius, & pater Endymionis, Hesiodus.

Aethon] ἄιθων, unus ex equis Solis: sunt enim quatuor, Pyroīs, Eous, Aethon, Phlegō. Alij alijs etiā nominibus appellāt, Bocatius lib. 4. Ouid. 2. Metamorpho. 31.

Est & Aethon nomen equi Pallantis, apud Virgilium lib. 11. Aeneid. 18.

Seruius, Aethon nomen equi, quo et Auroræ equus uocatur. Apud Homerum iugalis est equus Hectoris: apud Claudianum Plutonis, ad finem libri secundi de raptu Proserp.

Aethon præterea nomen est proprium uiri, qui pedendi uitio ita laborabat, ut in templo Capitolino abstinere non potuerit. Sed affectus hoc supplicio ut triduò cœnauerit domi, didicit comprimere nates, ne eadem pœna iterum afficeretur: nam aliena mensa uictitabat. Martial. lib. 12.

Aethra] ἄιθρα, Pitthei filia, Thesei mater. Author Diodorus Siculus lib. 5. cap. 5. Ouid. in Ibin, 116, de Hippolyto Thesei filio,

Vtq; nepos Aethræ, Veneris moribundus ob iram
Exul ab attonitis excutiaris equis.

Fuit & alia huius nominis, præcipua comes Helenæ. Ouidius in epistola Paridis 52,

Et comitum primas Clymenenq; Aethramq; tuarum.

Aethra] pro Aethera. Vide Aether.

Aethræa] insula quæ nunc Rhodos dicitur, Plin. lib. 5. ca. 31.

Aethria] insula maris Aegei non procul à Lēno, aliquādo dicta Aeria, postea Thassos. Plin. lib. 4. cap. 12.

Aethria, urbs quæ postea dicta est Atria, à qua mare Atriaticū, quod nunc Adriaticum. Atria, inquit Stephanus, Ethruscorū, à Diomede cōdita est, Aethria primò nominata. Hinc et Ethruscos dictos credideri, ait Hermolaus in Pli. li. 3. c. 16.

Aethruria.] Vide Hetruria.

Aetia] Aetiorum, (ἄιτια,) Liber à Callimacho poeta conscriptus: de quo Martialis lib. 10. Epigram. 4. Quo poemate sacrorum ritus & causas complexus est: unde nomen. Seruius Aeneidos 1.

Priscianus quoque Callimachi uersum citat ex Aetijs libro primo. Quippe ἄιτιον causam significat: & Actia eodem penè argumento, quo nostri Fasti, constabant. Ex Iano Parrhasio in lib. 3, Claudiani, de rapt. Proserp. Domitius tamen apud Martialem legit Ethia, interpretaturq; de opere Callimachi in Ibin.

Aetiologia] ἀιτιολογία, Latinè, Causæ redditio dicitur. Quintil. libro 1. capit. 15, Sententiæ quoque & Chriæ, & Aetiologiæ. Quorum omnium similis est ratio, forma diuersa:

Digitized by Google

diuersa: quia Sententia, uniuersalis est uox, Aetiologia personis continetur.

Aetites] aetitæ, mascul. gener. (ἀετίτης) Plin. li. 36. cap. 21, Aetites lapis ex argumento nominis magnam famam habet. Reperitur in nidis aquilarum. Aiunt binos inueniri, marem & fœminam: nec sine ijs parere aquilas. Genera eorum quatuor. Paulò pòst, Aetitæ omnes grauidis adalligati mulieribus uel quadrupedibus in pelliculis, scarificati uteri animalium continẽt partus, non nisi parturiant remouendi: alioqui uuluæ excidunt. Idem lib. 37. cap. 11, Aetites nomen habet à colore aquilæ candicante cauda. Rursum libr. 30. cap. 14, Lapis Aetites in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias. Libro 10. cap. 3, Tribus primis & quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis Aetites, quem aliqui dixere Gagatem, ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnãs: intus quum quatias, alio uelut in utero sonante. Sed uis illa medica non nisi nido direptis.

Actius] ἀέτιος, quadrisyllabum, nomen authoris in medicina, cuius sedecim libri extant, & quædam epistolæ. Dictus Aetius, id est, aquilinus, ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ: nam ἀετὸς, aquila dicitur. Fuit ex Antiochia Syriæ, discipulus Eunomij, tempore Constantini Magni Imperatoris, pauper natus: ab initio aurificinam ob inopiam exercuit. Paulò pòst ob nobilis præceptoris commoditatem, qui nuper è Tyro uenerat, sese literis, & eloquentiæ studijs tradidit. Quumq; esset Christianus, & à Leontio præsule Antiocheno diaconatus ordini adscitus esset, Eunomianorumq; sectæ se addixit. Quapropter Atheos uocatus, & ex Antiochia pulsus est. Eius uitam Eunapius author Græcus prosequitur. Volaterranus lib. 13.

Aetna] ἄτνα, mons nocturnis mirus incendijs. Crater eius patet ambitu stadiorũ uiginti. Fauilla Taurominium & Catanam usq; peruenit struens: fragor uerò ad Maronen & gemellos colles. Plin. lib. 3. cap. 8. Idem lib. 2. cap. 103, ad finem, tradit, Aetnam flagrare in tantum, ut quinquagena & centena millia passuum arenas flammarum globos eructet: ad eius tamen radices exilire scaturireq; fontes. Vide Strabonem lib. 6. & Solinum lib. 11.

Aetnam montem cõstat ab ea parte, qua Eurus & Africus flãt, spelucas habere plenas sulphuris, & usq; ad mare deductas. Hæ speluncæ recipientes in se fluctus, uentum creant: qui agitatus ignem gignit ex sulphure, unde est, quod uidetur incendium. Hoc autem uerum esse illa comprobat ratio: quia & alijs flantibus uentis, nihil ex se emittit, & pro modo flatuũ Euri uel Africi, interdum fumũ, interdũ fauillas, nõ nunquã euomit incendia. Aetnã describit Virg. 3. Aen. 114. Quem locum scribit Macrobius Saturn. lib. 5. cap. 17, & Gellius lib. 17. cap. 10, ex Pindaro depromptum à Virgilio.

Aetnam & Athonem montes in molestiæ tædijq; prouerbium abijsse, testatur Lucilius apud Gellium lib. 16. cap. 9, Aetna quippe Enceladum gigantem sua mole premit, iuxta poetarum fabulas. Est etiam ob crebra incẽdia grauis ac pernicioſus accolis. Vnde & Cic. in Catone maiore 4. dixit, Onus Aetna grauius sustinere. Athon uerò, siue Athos, ob ingentẽ celsitudinem, sua umbra molestus est, quam in Lemnum usq; trecentis distãt stadijs mittit. Obstat & nauigantibus, quòd toto longè dorso procedat in pelagus, qua continenti adhæret. Vnde & à Xerxe perfossus. Ex Eras. Chiliad.

Alta Aetna, Ouid. 4. Fast. 99.

Fera Aetna, Propert. lib. 3. eleg. 2. 2.

Grauis Aetna, id est, ponderosa, Claudia. in præfatione Pan. 4.

Ignea Aetna, Ouid. 15. Metamorpho. 68.

Igniſera Aetna, Stat. 1. Achilleid. 98.

Impetus Aetnæ furit ignibus, Lucret. lib. 2. 120.

Ingens Aetna, Virg. 3. Aeneid. 116.

Rapida Aetna, Ouid. lib. 5. Triſt eleg. 3. 7.

Sicana Aetna, Horat. Epod. 17. 7.

Sicanis Aetna, Id est, Sicula. Ouid. in Ibin, 120.

Sicula Aetna, Lucan. lib. 1. 108.

Trinacria Aetna, Virg. 3. Aeneid. 111.

Typhois Aetna, à Typhoeo gigante ſub Aetna ſepulto. Ouid. in epiſtola Sapphus 3.

Aeſtuat Aetna, Virg. in Aetna.

Ardens Aetna, Horat. de arte Poet. 94.

Excandeſcit Aetna. Virg. in Aetna.

Feruens Aetna, Senec. in Thyeſte 7. 8, & Virg. in Aetna.

Fumans Aetna, Stat. 11. Thebaid. 2.

Immugit Aetna cauernis, Virg. 3. Aeneid. 134.

Redundans Aetna, Claudian. in epigram. de pijs fratribus.

Vndans Aetna, Virg. 1. Georg. 94.

Vaporifera Aetna, Stat. 6. Thebaid. 144.

Aetnæus, adiectiuum, (ἀιτναῖος.)

Camini Aetnæi, id est, Crateres, uel fornaces Aetnæ montis. Senec. in Hercule Oetheo. 9. 6.

Cyclopes Aetnæi, Virg. 4. Aeneid 87.

Deus Aetnæus, Vulcanus, Valer. Flac. 2. Argonaut. 84.

Fratres Aetnæi, Cyclopes, Virg. 3. Aeneid. 135.

Fulmen Aetnæum. Ouid. lib. 3. de arte amandi 97, fabulantur enim poetæ Vulcanum & Cyclopas Ioui fulmen in Aetna fabricare.

Ignes Aetnæi, id est, tam magni, quantos habet Aetna, inquit Seruius. Virg. 7. Aeneid. 157.

Pastor Aetnæus, Polyphemus, Ouid. in Ibin, 55. & li. 2. de Ponto, eleg. 2. 23. & 13. Metamor. 166. & Virg. 3. Aen. 131.

Tellus Aetnæa, Sicilia, Ouid. 8. Metamorpho. 52.

Aetna, Siciliæ ciuitas, alio uerbo Adranium dicta, quam fluuius eiusdem nominis alluit: Author Stephanus.

Aetna, oppidum sanè exile, montem conscensuros accipit, atq; transmittit. Hic enim primus montis ascensus inchoat. Strabo lib. 6.

Aetna, urbs Siciliæ, quæ & Catana dicta est. Strabo li. 2, Huius conditorem Hieronem fuisse Pindarus inquit.

Aetolia] ἀιτωλία, Græciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima, dicta ab Aetolo Martis filio. Cic. in Pisonem 72, Aetoliam quæ procul à barbaris disiuncta gentibus in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio continetur, decedẽs miseram perdidisti. Liu. 4. Decad. lib. 5, Aetolos, qui umbilicum Græciæ incolerent.

Aetolia, pen. corr. apud Ouid. lib. 3. Amorũ, eleg. 5. 8, Nec tanti Calydon, nec tota Aetolia tãti. Hermolaus tamẽ in uersum illũ qui legitur apud Plin. li. 35. ca. 10, Marcus Ludius Elotas Aetolia oriũdus, sic ait, Elotas per synalœphẽ legitur, elisa litera s, et ad imitationẽ Græcorũ, Aetoliæ penul. próducitur.

Aetolicus, pen. cor. adiect. (ἀιτωλικός) Liu. 4. Dec. lib. 7, Aetolicum magis ad Thermopylas bellum, quàm regium fuit. Iterum. lib. eodem.

Aetolicâ ueſtis, Plaut. Pœnulo 9. 7.

Aetolus, siue Aetolius, (ἀιτώλιος) lia, adiect. Aetolius heros. Diomedes Tydei Aetoliæ regis filius, Ouid. 14. Metam. 92.

Arpi Aetoli, Virg. 10. Aeneid. 6, Vbi Seruius: De Aetolia Diomedes uenit, qui Arpos in Apulia condidit.

Aetolus, ut scribit Plin. ca. 56. li. 7, Martis fuit filius. Homeri aũt enarrator, de Aetolo sic tradit: Aetolus filius Endymionis fuit, q cæde per imprudẽtiã in patria ppetrata, fugit in cã regionẽ, quæ postea ab ipso Aetolia dicta est, ibiq; genuit filiũ Pleuronẽ, à quo urbs Aetoliæ dicta. Huius aũt duo filij fuerũt, Cures et Calydõ, à quib. rursus alijs urbib. nomina data sunt.

Aeuum]

Digitized by Google

Aeuum](ἀιὼν) Seruius, Aeuũ propriè æternitatis est: quæ non nisi in deos uenit. Ennius,

Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum
Degit. Vnde Cic. 1. Tuscul. 44, dixit Agere æuum cum dijs in cœlo: id est, æternum uiuere. Aeuum sic definit Censorinus in libro de die Natali, cap. 5, Est enim immẽsum, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est: neq; ad quenquam hominum magis, quàm ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora: præteritũ, præsens, futurum. ex quibus præteritum initio caret: exitu futurum: præsens autem, quod medium est, adeò exiguum & incomprehensibile est, ut nullam accipiat longitudinẽ: neq; aliud esse uideatur, quàm transacti futuriq; coniunctio: adeò porrò instabile, ut idem sit nunquam: quicquid transcurrit, à futuro decerpit.

Aeuum pro ætate. Virg. 2. Aeneid. —nos ô quibus integer æui Sanguis, ait. Vbi Seruius. Plenam ætatem significat ex sanguine, qui non est integer nisi in iuuenibus.

Aeuum, pro rebus, aliquo æuo gestis. Virg. 8. Aeneid. 123,

Haud uatum ignarus, uenturiq; inscius æui. Ouidius quoq; 15. Metamor. 3,

Veteris non inscius æui.

Aeuum pro tempore. Virg. 8. eclog. 2, —æuoq; sequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Plin. lib. 10. cap. 6. Vmbricius Aruspicum in nostro æuo peritissimus, Idem lib. 14. cap. 4. Cato illius æui confessione optimus agricola, Idem lib. 7. cap. 41.

Aeuo nostro accidit, Plin. lib. 2. cap. 13. 4.

Ad hoc æui, pro ad hoc usq; tempus, Plin. lib. 16. cap. 4.

Aeuum, pro uita, Hor. 2. Sermo. Sat. 6. 20,

Viue memor quàm sis æui brevis.

Confectus æuo, Virg. 11. Aeneid. 17.

Flos æui, Ouid. 9. Metamor. 88.

Aeuo iam grauior. Virg. 2. Aeneid. 87.

Maturus, Virg. 5. Aeneid. 15.

Metas æui transcendere, Stat. 5. Syl. 3. 51.

Præsens æuum, Sillius lib. 17. 2.

Reparator æui immensi, Stat. 4. Sylu. 1. 3.

Robur æui, Ouid. 15. Metamorpho. 46.

Sator æui Iupiter, Sil. 16. Sylu. 133.

Tenor æui, Stat. 3. Sylu. 3. 30.

Terminus æui angustus, Virg. 4. Georg. 42.

Venerabilis æuo, Stat. 11. Thebaid. 86.

In æuum. Calliſtus in l. Libertorum, de uerborum ſignificatione, Eterum idcirco filios filiásue concipimus atq; edimus, ut ex prole eorum earúmue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. Id est, in perpetuum.

Aequale æuum, Vide Aequalis.

Aeternum æuum, Vide Aeternus.

Annosum æuum, Lucanus lib. 9. 72. Plin. lib. 4. cap. 12.

Breue æuum, Horat. 2. Carm. 16. 4.

Canum æuum, Claud. 3. Panegyr. 22.

Ab æuo condito. Plin. lib. 7. ca. 43, Tribuit ei pop. Rom. quod nunquam ulli alij à condito æuo.

Extento æuo uiuere, hoc est, in æternum. Horat. 2. Carm. 2. 1,

Viuet extento Proculeius æuo.

Futuri æui euentura uidere, Tibul. lib. 3. eleg. 4. 10.

Grande æuum, Lucret. lib. 2. 230.

Ignauum æuum, Claud. 3. de rapt. Proserpin. 5.

Immensum æuum, Stat. 4. Sylu. 1. 3.

Immortali æuo cum pace frui, Lucret. lib. 2. 131.

Incertum æuum, Ouid. 15. Metamorpho. 175.

Longinquo æuo omnia fluunt, Lucret. lib. 2. 14.

Longum æuum prorogare, Horat. de Art. Poet. 70.

Magnum durare per æuum, Lucret. lib. 5. 13.

Memor æuum. Virg. 9. Aeneid. 93,

Nulla dies unquam memori uos eximet æuo.

Miserabile æuum, Virg. de litera Pythagoræ.

Mutabile æuum, Virg. 11. Aeneid. 84.

Occulto uelut æuo crescit arbor. Horat. 1. Carm. 12. 9.

Aeuum perbreue, Vide Perbreuis.

Perpetuum æuum, Lucret. lib. 5. 33.

Placidum æuum degere, Lucret. lib. 2. 33.

Aeuo sempiterno frui, Cic. de Somnio Scipionis, 8.

Senius æuum, Seneca Hipp. 6. 2. Fama miratrix senioris æui.

Spacioſum æuum, Ouid. 3. Metamor. 107.

Tenerum æuum, Claud. 4. Paneg. 85.

Velox æuum, Seneca Hercu. furent. 3. 3.

Agere æuum securum. hoc est, ſine ſolicitudine & cura uiuere. Lucret. lib. 5. 17.

Agitare æuum ſub legibus, id est, uiuere. Virg. 4. Georg. 31.

Colere ui æuum. Hoc est, uitam traducere in mutua uiolentia. Lucret. lib. 5. 231.

Conſumere æuum in curis, Lucret. lib. 5. 287.

Defunctum æuum, Claud. 3. Epig. 9.

Depereunt æuo omnia, Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 7.

Ducere æuum per gradus. Seneca Hipp. 4. 19.

Aeuis durare. Plin. lib. 35. ca. 14, In Africa Hiſpaniáq; ex terra parietes æuis durant, incorrupti imbribus, uentis, ignib.

Exigere æuum ſtudijs uirilibus, Ouid. 12. Metamorph. 42.

Feſſus æuo, Lucret. lib. 3. 92.

Finire æuum, id est, uitam, Ouid. 5. Metamorpho. 8.

Florens æuum, Lucret. lib. 5. 178.

Implere æuum, Ouid. ad Liuiam 99.

Ex ineunte æuo, hoc est, à principio ætatis & natiuitatis, Lucret. lib. 3. 69.

Infractum æuum, Sillius 15. 128.

Labens æuum, Sillius lib. 17. 87.

Notare æuum. Virg. 3. Georg. 19. Id est, ætatem.

Paciſci æuum. Stat. 1. Thebaid. 64. —hac æuum cupiat pro laude paciſci. Hoc est, pro illo die totius uitæ ſuæ libẽter offerre uelit tempora.

Pati æuum. Vide Patior.

Peragere æuum, Ouid. 15. Metamorpho. 97.

Perdere æuum, Stat. 5. Thebaid. 28.

Prorogare æuum. Vide Aeuum longum.

Rediens æuum. Vide Aeui conditor.

Renouare æuum, Ouid. 7. Metamorph. 35.

Seneſcere æuo, Lucret. lib. 1. 66.

Solutis annis & æuo, Ouid. 8. Metamorpho. 144.

Tardans æuum, Stat. 6. Thebaid. 112.

Terere æuum, Claud. epigram. 3.

Tranſigere æuum in armis, Claud. 2. epigram. 1.

Vergit æuum, Plin. lib. 7. cap. 16.

Aeuitas, (ἀιωνότης,) antiqui pro ætas uel annoſitas dixerunt. Varro Tithono, Quam uoluntatem æuitatis extima attigit metam æuitas. Gellius libro 10. cap. 1, Si in ius uocat, ſi morbus æuitasq; uitium esset ex lege XII. Tabularum. Cicero de Leg. Populi æuitates.

Aex] (αἴξ,) Plinius lib. 4. cap. 11, Aegæo mari nomen dedit ſcopulus inter Tenedum & Chium uerius quàm inſula, Aex nomine, à ſpecie caprę, quæ ita Græcis appellatur.

Aexones] pen. prod. populi fuerunt in Attica, dicacitate, & intoleranda mordacitate inſignes. Cœlius Antiq. lect. li. 10. cap. 25. Hinc acerrimi conuitiatores, Aexones uocantur.

Aezanus] Tantali filius, à quo Aezani populi. Herodianus apud Hermolaum in Plinium.

Affabrè,]

Digitized by Google

Affabrè] pen. cor. (λαιλαλέως,) aduerbium qualitatis, id est, pulchrè, ut ait Nonius. Cæterum, ut ex ipsa origine apparet, non modò pulchrè significat, sed magis etiam artificiosè. Cic. 2. Verr. 9, Deum deniq; nullum Siculis, qui ei paulo magis affabrè, atq; antiquo artificio factus uideretur, reliquit. Et aliter Affabrè ab antiquo nomine Affabrii: quod, ut Festus ait, ueteres dixerunt pro fabrè factum, id est, artificiosè factum. Scribitur & antiquo more per d, Adfabre.

Affaniæ.] affaniarum, (ῥήλημματα,) dictio Apuleiana, pro nugis, à fando inclinatum nomen. Is lib. 4. sic inquit, Hæc alias similes affanias oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

Affatim,] (ῥᾴδιον, ῥᾳδίως.) aduerbiũ qualitatis, primã teste Gellio, lib. 7. cap. 7, acuit. Festus, Affatim dictum à copia fandi, significat abundanter. Liu. Affatim edi, bibi, lusi. Terẽtius affatim dixit, pro eo quod est ad latitudinem. Seruius, Fatim, abundanter dicimus: unde & affatim. Cic. ad Attic. lib. 2, 13. 6, Puto enim me Dicæarcho affatim satisfecisse. Idem 2. de Nat. deor. 191, Iisdemq; seminibus & homines affatim uiuunt.

Affatim diximus, Plin. lib. 17. cap. 24. 2.

Affatim materiæ, Liu. 2. bel. Maced. 60. Item affatim frumenti, apud eundem.

Affatim est. Plin. Boech. 8. 94, Tibi diuitiarũ affatim est. Item affatim est, Idem Cistel. Aliorum est affatim qui faciant.

Affectatè, Affectatio,] &c. Vide Affecto.

Affero,] penul cor. affĕro, attuli, pen. cor. allatum, pen. prod. (ἐπιφέρω, προσφέρω, ἐπικομίζομαι,) afferre, apportare.

Afferre, & efferre contraria. Cic. pro Quintio, Itaq; te obsecrat, C. Aquili, ut quam existimationem, quam habuisti eam in iudiciũ tuũ attulit, eam liceat ei secũ ex hoc loco efferre.

Afferre ad os cibum manu, Plin. lib. 10. cap. 46. 1.

Efferre aliquem. Plaut. Pseud. Attuli hũc. P. quid attulisti? C A. Adduxi uolui dicere. Plautinus iocus.

Afferre se, Virg. l. 8 Aeneid. Fatis huc te poscentibus affers. Plaut. Eius iussu nunc huc me affero. Periphrasis poetica, pro uenire uel accedere.

Afferre sese à mœnibus, Virg. 3. Aeneid. 69.

Afferre & referre. Terentius in prologo Phorm. 22 Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet. Vbi Donatus, Proueniale est, Quod dedit, recepit.

Afferre, pro conferre. Cic. 2. de Fin. 140, Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beatè uiuendum aliquid afferre. Idem 1. de Fin. Nihil afferunt quo iucundius uiuamus.

Afferre aliquid ad rempub. Cic. 1. Off. 217.

Afferre aliquid ad cõmunẽ fructũ siue utilitatẽ, pro Conferre. Cic. pro Archia 9, Vt nihil possint ex his neq; ad cõmunẽ afferre fructũ, neq; in aspectũ, lucemq; proferre, Idem 1. Off.

Afferre, pro eo quod est nunciare. Cic Atti. lib. 8. 159. 2, complures attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam.

Afferre ad aliquem. Id est, alicui nunciare, Cic. pro Cœlio, 41.

Rumor attulit ad alicuius aures. Cic. pro lege Manilia, 17, Non ex prælio nuncius, sed ex sermone rumor afferret?

Afferre, quod dici ut ego solet, allegare & adducere: ut afferre argumenta, exempla, excusationes. Cic. Nihil igitur afferũt, qui in re gerenda uersari senectutem negant. Item 2. de Orat 198, An ætatem afferet? quadriennio minor est.

Ad ea quæ dixi affer, siquid habes, Cic. Att. lib. 7. 128. 12. Plin. Iunior, quamuis opinor citra ueterum authoritatem dixerit Allegare exemplum.

Afferre causam, uel crimen in iudicium, Cic. pro Cluentio 37.

Afferre ad defensionem. Cic. pro Cecinna 16, Idq; me non ad meam defensionem attulisse, sed illorũ defensioni retulisse. Idem Attico lib. 9. 188. 1.

Afferre aliquid in contrariam partem, Cic. 2. de Orat. 119.

Afferre in medium, Cic. 1. Off. 34. In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes utilitates in medium afferre, Pro afferre in commune: id est, communicare.

Afferre accessionem, Augere. Cic. Att. lib. 16. 341. 1, Magnam attulit accessionem tua uoluntas erga me.

Adiumentum alicui ad aliquam rem, Cic. 1. Off. 2.

Aes alienum attulit mihi hæc res, Cicero ad Gallum libro 7. 247.

Animum uacuum ad scribendum. Cicero ad Atticum libro 12. 252. 9.

Animi magnitudinem ad causam alicuius, Cic. pro Milone 1.

Amaritudinem alicui, id est, parere, generare. Plinius libro 13. cap. 1. 13.

Sic angorem, Cic. 3. Tuscul. 100. Acerbitatem, Cic. Attic.

Animum alicui, Cic. Attico, lib. 7. 132. 8.

Auxilium. Terent. Adelph. 3. 2. 2. Plaut. Epid. 13. 52.

Argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat, Plin. lib. 16. cap. 40. 7.

Authoritatem uoluminibus, pro dare authoritatem, Plin. lib. 24. cap. 17. 3. Cic. de Senect. 58. Idem in Orat. 66, Hoc authoritatem orationi affert.

Authoritatem peccandi afferre, Cic. 3. de Nat. deor. 123.

Authoritatem in iudicium. Cicero.

Bellum, Ouid. 12. Metamorpho. 2,

Attulit in patriam.

Calamitatem & cladem, id est, afficere calamitate, clade, dolore, & similibus. Cic. pro Cluentio 135, Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferret. Idem 2. de Nat. deor. 12, Qui risus classe deuicta multas ipsi Claudio lacrymas, magnam populo Romano cladem attulit.

Causam. Teren. Heaut. 4. 3. 23, Quid dicam? aut quam causam afferam? Quod per Allegare supra declarauimus. Cic. 2. de Diuina. 8, Idem Philip. 2. 80, Ego ad illum belli ciuilis causam attuli.

Causam mortis uoluntariæ. Id est, præbere causam, Cicer. 3. de Fin. b. 94.

Causam, quoniam. Plin lib. 16. cap. 25. 6, causam afferentes, quoniã in Thessalia, Macedoniaq; plurima tũc ficus exeat.

Causas, quòd. Cicer. Attico, lib. 11. 223. 1, Quoniam iustas causas affers, quòd te hoc tempore uidere non possim.

Compertum. Liu. 7. ab urbe 191, Quidam compertum attulerunt, T. Quintium in Tusculano agrum colere. Id est, pro certo nunciarunt.

Confidentiam. Cœlius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 28, Quæ maximè confidentiam attulerunt hominibus.

Coniecturam, Præbere occasionem coniecturæ, Cic. pro Roscio Comœdo 11.

Consecutionem uoluptatis. Cic. 1. de Finib. 58. Vt enim quum cibo potioneq; fames sitisq; depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert uoluptatis: sic in omni re, doloris amotio, successionem efficit uoluptatis.

Consilium alicui. Cic. Attico, lib. 14. 321 6.

Consilium in aliquam rem, Liuius 5. bel. Pun. 58,

Consolationem alicui malo, Cic. Attico, lib. 10. 195. 8.

Constantiam. Cic. 1. Off. 99, Quæ affert tum constantiam, tum etiam dignitatem.

Consuetudinem seruiendi, Cic. 2. Philip. 121.

Crimen falsum alicui, Cicer. pro Cluent. 135. & pro Rabir. Posthu. 17.

Cumulum artibus aliorum, Cic. 3. de Orat. 70. Sic afferre incrementum, Cic. 2. de Finib. 140.

Curam, Cic. Attico, lib. 7. 125. 1.

Afferre delectationem, Cic. Mariõ, lib. 7. epist. 1. 7.

Dentes

Digitized by Google

Dentes in dominum, Varro de re Ruſt. li. 2. ca. 9. 8.
Deſperationem, Cæſar 8. bel. Gal. 152.
Detrimentum, ut ſuprà, afferre calamitatem. Cæſar 8. bel. Gal. 8. & Cic. Atti.
Difficultatem alicui. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 47. Cæſar 3. bel. Ciui. 203, Pompeianis magna res ad receptum difficultatem afferebat. Ibidem lib. 1. 187.
Dignitatem affert fortuna, Quint. li. 3. ca. 7. 9.
Dolorem. Plin. lib. 23. cap. 1. 18. & Cic. 2. Tuſcul. 27. Sic afferre moleſtiam, Terent.
Dubitationem, Ci. 2. de Nat. deor. 235. Et 1. Offi. 205.
Afferre egeſtatem & luctum alicui, Ci. pro Roſcio Amer. 8.
Errorem animis, Ci. 1. de Diuin. 110.
Excuſationem, Cicero in epiſto.
Exemplum. Plinius, lib. 8. cap. 6. 9, Vnum antiquitatis exemplum afferam.
Expectationem, Quint. li. 3. ca. 8. 32.
Facultatem. Cicero 1. de Orato. 73, Qui à ſe ſcribendi conſuetudine ad dicendum uenit, hanc affert facultatem, ut etiam ſubitò ſi dicat, tamen illa quæ dicantur, ſimilia ſcriptorum eſſe uideantur.
Affertur fama. Liu. 4. ab Vrbe, 241, Fama affertur, ſumma ui ad bellum coortos.
Afferre famam. Cæſar 6. bel. Gall. 133, Neq; ulla de eius reditu fama afferebatur.
Faſtidium alicui. Cic. pro Muræna, 18. Colum. li. 5. ca. 6. Sic, Afferre tædium. Liu. 4. bel. Maced. 136.
Faſtidia cibo affert hæc res, Colum. li. 6. ca. 8. 1.
Fidem alicui rei, Liu. 5. bel. Pun. 62. Pli. li. 9. cap. 58, Verùm omnibus his fidem Nili inundatio affert. Hoc eſt, fidem facit.
Fiduciam. Cæſar 8. bel. Gal. 37.
Finem tributorũ. Cice. 2. Offi. 13, Sic, Afferre finem edicto prætoris, Cic. 3. Verr. 76.
Florem afferre dicuntur arbores, Col. li. 11. cap. 2.
Hilaritatem uel iucunditatem, aut lætitiam. Plin. lib. 25. cap. 11. 6. Ci. 1. de Finib. 81.
Honorem, Plin. lib. 17. cap. 1. 6.
Iacturam, Col. li. 1. ca. 2. 2.
Inertiam alicui, Ci. ad Cornificium, li. 12. 20. 2.
Initium morbi. Corn. Celſus in proœmio libri primi, Euidentes cauſas appellant, in quibus quærunt initium morbi calor attulerit, an frigus: fames an ſatietas.
Interitum. Cic. 2. de Finib. 48. Sic, Afferre perniciem. Idem 2. Offic. 13. Item periculum patriæ. Idem 1. Offic. 216.
Laborem, Cic. Att. lib. 11. 228. 3.
Labores afferre, Prop. li. 1. ele. 6. 5.
Lacrymas alicui. Cic. Att. lib. 12. 240. 1.
Lætitiam alicui, Ci. 4. Tuſc. 75. Sic Plin. lib. 15. cap. 30. 6.
Languorem alicui, Cic. 3. Offi. 2.
Laudem alicui, Cicero.
Leuationem. Cic. Seruio Sulpit. lib. 4. epiſt. 6. 10, Maior mihi leuatio afferri nulla poteſt.
Literas. Cic. Attico lib. 1, Nimium raro nobis abs te literæ afferuntur. Item, Afferuntur literæ, Cicero pro lege Manilia, 2. pro Literis nunciari, uel per literas.
Luctum alicui, Cic. pro Roſcio Amer. 8.
Lumen memoriæ. Cicer. 2. de Orat. 192, Ordinem eſſe maximè qui memoriæ lumen afferret.
Manus pro ſe quiſq; affert, Ci. 3. Verr. 48. id eſt, depugnat.
Manus alicui, id eſt, uim inferre. Ci. 1. Offic. 36. Pro eodem dicitur inijcere, idem pro Quintio, 58.
Manus ſibi. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 9, Manus, quas iuſſius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt: id eſt, ſibi mortem conſciſcere.

Manus bonis alienis. Cic. 6. Verr. 90. Idem 2. Offi. 78, Quum enim dando egere cœperint, alienis bonis manus afferre cogũtur. Id eſt, aliena inuadere: quod et manus inijcere dicitur.
Manus uulneribus. Cic. ad Atti. lib. 3. 55. 4, Sed non faciam ut aut tuum animum angam querelis, aut meis uulneribus ſæpius manus afferam. Quaſi dolores meos renouem. Notanda translatio.
Medicinam, Ci. Atti. li. 2. 35. 2.
Memoriam. Cic. 5. de Finib. 3, Cuius etiam illi hortuli propinqui non memoriam ſolùm mihi afferunt, ſed ipſum uidentur in conſpectu meo ponere. Pro eo quod eſt, Non ſolùm me admonent.
Metum alicui. Cic. 4. Verr. 93. & Plin. lib. 13. cap. 12. Sic afferre terrorem: id eſt, terrere. Liu. 6. ab Vrbe, 184. Sic Plin. li. 13. cap. 12. 4.
Moleſtiam, Cic. ad Att. lib. 1. 12. 1.
Mòram alicui rei, pro impedire & retardare. Cic. pro Seſtio, 112 & pro Cluen. 19. Liu. 1. bel. Maced. 23.
Morbum alicui. Plaut. Aſin. Saluere me iubes, cui tu abiens affers morbum.
Mortem uno ictu. Cic. 7. Verr. 92. & 2. de Diuina. 91. Plinius, lib. 11. ca. 37. 53.
Motum animis, Cic. in Partitionibus, 3.
Munus Reip. Cic. 2. de Diuin. 7.
Neceſsitatem. Ci. 1. Tuſc. 126. Idem 10. Philip. 269, Sed mihi, Patres conſcripti, neceſsitatem attulit paulò plura dicẽdi, &c. id eſt, coegit.
Neruos & induſtriam. Ci. pro Syl. 17. Necem. Plin. li. 17. cap. 24. 12, Quibuſdam debilitas ſterilitatem, non necem affert. Ci. pro Milone, 7.
Nuntium, Ci. 7. Ver. Idem Att. li. 3. 48. 1. Sic Plau. Sticho, 4. 2.
Obliuionem triſtitiæ, Plin. li. 25. ca. 2. 9.
Obſcuritatem laudibus alicuius, Ci. pro Deiotaro, 7.
Obſcuritatem. Ci. 3. de Orat. 28, Vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat.
Odium in aliquem. Plin. lib. 25. cap. 2. 14, Pauorem aquæ, potuſq; omnis afferens odium. Ci. in Piſonem, 74.
Odium alicui. Ci. pro Sylla, 2, Mihi maiorem hæc res dolorem, quàm Q. Hortenſio, mihi maius odium afferre debet? Id eſt, gignere, parere.
Offenſionem. Cic. Attico lib. 1. 12. 2, Quidnam accidiſſet quod afferret Q. fratri meo aut offenſionem tam grauem, aut cõmutationem tantam uoluntatis? Cæſar 3. bel. Ciui. 230, Magnam tamen hæc res illis offenſionem & contentionem ad omnes attulit.
Opem alicui, idem quod ferre opem, id eſt, opitulari. Terent. Phorm. 3. 3. 20.
Operam afferre, Oui. 2. de Arte amandi, 135.
Aut latus, aut uires, operamq; afferte puellis.
Opinionem populo. Cic. 2. Offic. 66. id eſt, in opinionem populum inducere.
Otium. Ci. pro Muræna, 1, Eaq; res uobis populoq; Rom. pacẽ, tranquillitatem, otium, concordiamq; afferat.
Pacem animis, Cic. 1. de Finib. 71.
Pacem ad aliquem, Plaut. Amphit. 3. 32.
Pedem. Catullus, Abite, unde (malum) pedem attuliſtis? Hoc eſt, unde ueniſtis?
Periculum, Cælius ad Ciceronem, li. 8. 10. 2.
Perturbationem rerum. Brutus ad Cic. li. 11. 10. 3.
Peſtem atq; exilium, Cic. pro C. Rabirio 18.
Peſtilentiam, Plin. li. 10. cap. 28. 1.
Pondus, Cic. Att. li. 9. 180. 6.
Quæſtionem, Cic. in Orat. 36.
Rationem quoniam, & rationes cur. Plin. lib. 31. cap. 3. 1. Cic.

Digitized by Google

5.de Fin.48,Rationes quoq; cur hoc ita sit,afferẽdas puto.
Religionem,Cic.6.Verr.69.
Repulsam attulit hæc res,Cic.2.Offi.85.
Affertur rumoribus spes,Cic.Att.li.3.51.1.
Afferuntur rumores,Cæsar 2.bel.Gal.Cicero filius Tironi lib. 16.21.3, Gratos tibi optatosq; esse,qui de me rumores afferuntur,non dubito.
Requiem,Oui.12.Metamor.30.
Salubritatem,Colum.li.5.ca.10.13.
Salutem,Cæsar 3.bel.Ciuil.132.& Plaut.Ruden.17.2.Cic.Seruio Sulpitio,lib.4.epist.3.10.
Seditiones. Cic. pro Sylla, Greges hominum perditorum,metum nobis,seditionesq; afferebant.
Sententiam,Cic.5.de Finib.127.
Scientiam,Cic.Affert autem uetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione,incredibilem scientiam.
Splendorem uoci.Plin.lib.20.cap.6.3. Sic,Afferre aliquid lucis rebus, Cic. Attì lib.2.26.4.Et afferre aliquid oratoriæ laudi.Cic.1.Tusc.11.
Satietatem,Cic.in Orat.121.
Solicitudinem,Plancius ad Ciceronem li.10.18.7,Ea nunc magnam affert solicitudinem,magnumq; habet casum.
Solatium,Cicero.
Somnum, Cic. Att.lib. 9.175.9. Plin.lib.32.cap.2.Quod & somnum inducere,& conciliare somnum dicitur.
Spem naturæ decessionis,Cic.ad Quint.fratrem,li.1.1.2.Sic 1. Tusc.39.
Sumptum alicui,Cic.ad Papirium,lib.9.16.25.
Suppetias,Plaut.Menæh.22.14.
Suspitionem,Cic.ad Att.lib.7.epist.128.1.
Tabem,Colum.li.6.ca.5.2.Tædium.Plin.lib.15.cap.2.2.
Terrores ad aliquem,Cic.Att.pro Nunciare.
Testimonium,Cæsar 3.bel.Ciuil.209.
Toporem,Plin.lib.20.cap.21.2.
Vim.Cic.Att.lib.9.184.4, Armati uim,& manus afferrent.
Vim Afferre alicui.Cic.2.de Legib.17, Sextus Tarquinius uim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Hoc est, inuitã stuprauit.
Vim uitæ & corpori, Cic.pro Cecinna,45.
Vim & celeritatem afferre,Cic.2.de Nat.deor.225, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uectiones,quorum celeritas atq; uis nobis ipsis affert uim & celeritatem.
Vim in docendo,id est, credere, quodammodo cogere.Cic.4. Acad.209.
Vim oculis,Quint.li.2.ca.15.6.
Vim sensibus,Cic.2.de Finib.76.
Afferre uim,aliter positum,pro cogere.Cic.in Lælio,Vim hoc quidem est afferre.Quid enim refert,qua me ratione cogatis?Cogitis certè.
Voluptatem,Plin.in procœmio lib.16.1.
Vtilitatem,Quint.li.1.cap.8.6.
Affert aliam uitam hæc dies,Terent.And.1.2.18,Nunc hæc dies aliam uitam affert,alios mores postulat.
Vinculam afferre ad aliquid copulandũ, Cic.Appio li.3.4.4.
Affertur,Liuius 4.ab urbe 236,Volscos exiisse prædatum affertur:id est,nunciatur.
Allatus (προσδεὶς) Participium,pen.prod.ab.Afferor. Plaut. Asin.13.16, Allata peregrè epist. Horat. 2.Ser.Saty.4.13.
Allatum est mihi,uel ad me, de morte eius, uel de temeritate eorum.Cic.in Bruto.1.Et Appio,lib.3.10.1.
Allatus nuncius,Cic.Consulibus,li.15.epist.1.7.
Allaturus,penult.prod.participium (προσοίσων) Stat.11.Thebaid.64.
Afficio] afficis,penul.correp.affeci,penult. prod. affectum, (ἐπιτίθημι) afficere,ex Ad & Facio compositum,interdũ ad corpus, sed sæpius ad animum refertur. Quicquid enim, teste Quintiliano,rationem uincit,affectus est.Ergo afficere nos aut animum nostrum dicitur, quicquid ita mouet,ut rationem conturbet, & penè à statu mentis deijciat, siue sit bonum,siue malum.
Affici admiratione.Hoc est, in admiratione esse: cui opponitur,contemni.Cic.2.Offi.51.
Affici ægritudine,Cic.& Colum.li.7.ca.5.16.
Afficere aliquos in diuersum,id est,uariè.Tacit.lib.11,Cæterùm is terror milites hostesq; in diuersum affecit.
Affici animis,Cic.1.de Orat. 43, Et uti qui audirent,sic afficerentur animis,ut eos affici uellet orator.
Afficere animos,Cicero.
Afficere beneficijs, aut commodis, Cic.7.Ver.90.Et pro Cluentio,147.Cæde, Liu.5.bel.Pun.153.
Calamitate,Cic.pro Roscio Amer.86.
Corpus afficere, pro eo, quod est macerare, domare.Cicer.1. Offic.112.
Afficiunt corpora fames,& sitis.Liuius,8.bel.Pun.78.
Cruciatu,Cæsar.
Cura,Cic.Attico.
Afficere delectatione,Cic.Attico.
Desiderio,Cic.ad Cælium,li.2.12.10.
Difficultate,Cæsar.Sic Cic.pro Quintio,5.
Doloribus affici,Cic.Leptæ,lib.6.epist.19.1, Tantis pedum doloribus afficitur,ut se conueniri nolit.
Affecit domicœnio clientem,Mart.li.12.74.Vide Aethon.
Afficere errore mentis,Cic.Attico.
Exilio affici,Cic.in Paradox.38.
Afficere gloria,Cic.in Epist.
Honore,Cic.1.de Nat. deo.55.Et pro Rosc.Amer.87.
Ignominia,Cic.6.Verr.16.& pro Rosc.Amer.66.
Incommodo,Cic.2.de Finib.126.& Offic.3.
Iniurijs,Cicero.
Lætitia,Cic.pro Milone,58.
Laude,Cic.2.Offic.67.
Literæ tuæ sic me affecerunt,Cic.ad Att.lib.14.epist.311.2.
Afficere lucro,Plaut.Amphit.1.3.
Afficere macula,Cic.pro Roscio Comœdo,1.
Metu,Cic. Sic Affici timore,idem pro Quintio,3.
Molestia,Cic.de Claris oratoribus,6.
Affici molestia ex re aliqua,Cic.Lentulo, lib.1.
Morbo,Ter.Hecy.3.3.6.& Cic.pro Cluentio,24.
Morte ab aliquo affici,pro crudeliter interfici. Cice.in epist.1. Idem de Inuent.lib.1.5.3.Sic affici mortibus, Colamel.lib.9. cap.11.2.
Muneribus aliquem afficere,Cic.Curioni,li.2.epist.2.7.
Nomine aliquo,id est,appellare.Ci.pro Deiotaro, Vt eum amplissimo regis honore & nomine afficeris. Idẽ in Top. 50.
Afficere pœna,Cic.1.Philip.22.& pro Cornelio Balbo,13.
Præmio,Cic pro Corn.Balbo.5.& Cæsar,8.bel.Gal.176.
Affici pudore,Cic.pro Cecinna,56.
Afficere sepultura,id est,donare sepulchro,humare. Hirtius de bel.Afric.5.354.Cic.1.de Diuinat. 100,Moneri uisus est ne id faceret,ab eo quem sepultura afficerat.
Solicitudine,Cic.Att.lib.6.114.3.
Solicitudo ex te afficit me,Cic.in Bruto,186.
Stipendio afficere,Cic.pro Corn.Bal.49,pro stipendiũ dare.
Affici torminibus,Plin.lib.29.ca.5.7.
Affectus uitijs.Cic.14.Philip.389,His enim uitijs affectos,& talibus, malos & audaces appellare consuetudo solet. Sic pro Murena,11.
Voluptate,Cic.ad Brut.epist.16.1.
Animi uoluptate affici,Cic.3.de Finibus,57.

Digitized by Google

Affici uulneribus, Colum. li. 4. ca. 11. 2.
Afficere, absolutè: ut, hoc magis afficit. Subaudi, Animũ. Sic & passiuum eius. Colum. Pulmo totus afficitur: pro conficitur: & consumitur uel corrũpitur: aut Morbo subaudiendum.
Erga aliquem affectus, Cicero de Amicitia, 51. Idem libro 1. de Finibus, 104.
Afficior, afficeris (πεοπάσχω)
Affectus (διατιθέμενος, κακοπαθῶν, τρυχόμενος) Participium ab afficior: ut Affectus pœna, præmio. Cicero pro Cornel. Balbo, 5. & 13.
Affectus interdum absq; ulla affectionis uoce ponitur. Terent. Hecyra, 3. 1. 45, Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam? Cic. Terentiæ, lib. 14. 17, Ego quomodo sim affectus, ex Lepta & Trebatio poteris cognoscere. Hoc est, quo pacto me habeam.
Affectus ad munus fungendum, Cic. 3. Tusc. 27. Id est, aptus, siue, ut uulgò loquimur, bene dispositus. Idem in Topic. 52, Ducuntur etiam argumenta ex ijs rebus, quæ quodam modo affectæ sunt ad id de quo quæritur. Id est, adiunctæ, aut propinquæ, aut aptæ.
Aerumnis affectus, Lucret. lib. 3. 10, Omnibus ærumnis affecti denique uiuunt.
Animo, Cic. Tironi, lib. 16. epist. 4. Idem 1. Offi. 95, Quum ita sis animo affectus, ut suprà dixi. Et lib. 1. de Legib. 39, Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur. Idem pro Murena, 51.
Beneficio, Cic. Valerio, lib. 13. epist. 4. 1. Idem in Pisonem, 25, Quum tantis à uobis P. C. beneficijs affectus sim, tantis honoribus. Idem pro lege Manilia, 35.
Desperatione, Cic. ad Att. li. 14. 317. 2.
Difficultatibus, Cic. Ciuuio, lib. 13. epist. 8. 5, Maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Idem pro Quint. 5, Tot tantisq; difficultatibus affectus atq; afflictus.
Honore, imperio, Cic. 1. Offi. 27, Bene de Repub. sentientes ac benemeritos, aliquo honore aut imperio affectos, obseruare, & colere debemus.
Inertijs affectus animus. Vide Virtutibus affectus.
Inflammatione, Celsus, li. 7. ca. 26.
Lætitia, Brutus Ciceroni in epist. ad Brutum, 4. 1.
Molestia ex aliqua re, Cic. Lentulo, li. 1. 9. 80.
Morbo, Cic. 1. de Diuin. 112.
Morte, Seruius Ciceroni, li. 4. epist. 12. 7.
Munere deorum, Cic. 3. de Nat. deor. 91.
Pestilentia, Liu. 5. Decad. li. 1.
Præmijs, Cic. in Pisonem, 71.
Senectute, Cic 3. de Orato. 40.
Affecta sterilitate terra, quasi quodam morbo. Colum. in præfatione 1. li. 2.
Solicitudine. Cæsar, Magna affectus solicitudine hoc nuncio Cæsar.
Valetudine, Cic. 5. Tusc. 132.
Virtutibus affectus animus. Cic. in Partit. 20, Animi autem spectantur, atq; quemadmodum affecti sunt uirtutibus, uitijs, artibus, inertijs: aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, uoluptate, molestia.
Vitijs, Cic. pro Murena, 11. Idem 14. Philip. 389.
Affectus, profligatus, afflictus. Cic. ad Octauiũ, 70, Subitò propè iam afflictã ac prostratam Remp. tuis opibus extulisti.
Affecta, ea propriè dicuntur, quæ non ad finem ipsum, sed proximè finem deducta sunt. Cic. de Prouinc. cons. 16, Bellum affectum uidemus, & (ut uerè dicam) penè confectum. Idem, Nam ipse Cæsar quid est, quòd in ea prouincia commorari uelit: nisi ut ea quæ per eum affecta sunt, perfecta Reipublicæ tradat? Idem in Oeconomico, Quum uerò affecta iam propè æstate, uuas à sole mitescere tempus est. Ex Gellio, lib. 3. cap. 16. & lib. 15. cap. 5. Sic ædificia, ut ibidem scribit, quæ propè absoluta sunt, affecta esse dici Latinè possunt.
Affecta ætas, quæ & grauis dicitur, & effœta, nempe ipsa senectus. Cic. 6. Verr. 85.
Animos affectos recreare, hoc est, imminutos, debilitatosq; Liuius, 3. Decad. lib. 1.
Cælum affectum, id est, dispositum. Cic. 2. de Diuinat. 147, Et si ad rem pertinet, quomodo cælo affecto compositisq; sideribus quodq; animal oriatur.
Corpus affectum: id est, læsum, debilitatum. Liuius, 1. Decad. li. 9, In corpore tamen affecto, uigebat uis animi consilijq;. Idem 4. Decad. lib. 6.
Affectum corpus Celso, corpus malè habitum, hoc est, quod indoctè dicitur, Malè dispositum.
Affectum malis medicamentis corpus: id est, uitiatum. Celsus, lib. 3. cap. 22.
Corpora sic affecta, Cic. 1. de Diuin. 120, Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemq; afferat.
Affecta tabo corpora, Liuius, 4. ab Vrbe, 136.
Affecta fides, Labefactata, Tacit. lib. 19.
Hyems affecta, id est, penè finita. Sil. Ital. lib. 15. 101, Iamq; hyeme affecta mitescere cœperat annus.
Opes affectæ, Tacitus, lib. 18.
Res affectæ, id est, labefactatæ, Liu. 1. Decad. li. 6.
Spes affecta, id est, imminuta, fracta, Val. Flac. 4. Argonau. 60.
Vires corporis affectæ, Liu. 1. Decad. 5.
Auidè sum affectus de Fano: quod nisi fieri uidero, incursabit in te dolor meus. Cic. ad Att. lib. 12. epist. 25 6. 1.
Grauiter affectus, Cic. Att. lib. 14. 314. 6, quem pridie Neapoli affectum grauiter uideram: id est, ægrotum.
Malè affectus. Cic. Seruilio, lib. 13. epist. 69. 4, Iſtam partem Reipublicæ malè affectam tueri.
Variè sum affectus tuis literis, Cicero Tironi, lib. 16. Epistol. 6. 1. Sic 2. Offic. 89, Non uno modo in disparibus causis affecti esse debemus.
Affectus quum absolutè ponitur, fœdè accipitur pro languente. Propertius, li. 2. Eleg 29. 1.
Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ.
Hoc est, dolentis & miserę. Oui. Amorum, li. 2. eleg. 5,
Ibit ad affectam, quæ non languebit, amicam.
Affectus, huius affectus (διάθεσις, πάθος, ἐμπάθεια) Verbale. Vide Affectio.
Affectus amoris, Quint. li. 1. ca. 11. 2.
Affectus metus, Quint. ibidem.
Affectus pro amore, Plin. Iunior, li. 3. Epist. 10.
Affectus, pro morbo. Celsus, li. 2, In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt.
Continuũ affectũ desiderant nonnullæ materiæ. Quintil. lib. 6. (cap. 2. 9.
Dubij affectus, Oui. 8. Metamor. 95.
Duros affectus mollire, Seneca Thebaid. 1. 62.
Falsi affectus, Quint. li. 6. ca. 2.
Lenes affectus. Vide Concitati affectus.
Mites affectus, Quint. li. 5. ca. 13. 2.
Perturbatiores affectus, Quint. li. 4. ca. 5. 5.
Pessimi affectus, Quint. li. 5. ca. 10. 25.
Sanos affectus tenere, id est, temperatos, Senec. Hippol. 2. 26.
Tacito affectu lætari, Oui. 7. Metam. 30.
Truces affectus comprimere, Senec. Agamem. 3. 24.
Veri affectus. Vide Ficti & imitati affectus.
Affectus uehementissimus quũ inualuit, &c. Quint. li. 6. ca. 1. 33.
Aduocare affectum. Quint. li. 4. ca. 2. 81, Serum est enim aduocare his rebus affectum in peroratione.

Digitized by Google

Assumere affectus, Quint. li. 6. ca. 2. ad finem.
Commoti affectus. Vide concitati affectus.
Commouere affectus, Quint. li. 4. in procem. 5.
Compositi affectus. Vide concitati affectus.
Concitati affectus. Quintil. li. 6. cap. 2, Affectus igitur hos concitatos, πάθη: illos mites atq; cõpositos ἤθη, esse dixerũt. In altero uehementer commotos, in altero leues: deniq; hos imperare, illos persuadere: hos ad perturbationem, illos ad benevolentiam prævalere. Idem libro eodem, cap. 1, Concitare affectus, & componere.
Effundere totos affectus, Quint. li. 4. ca. 1. 19.
Erumpunt affectus. Vide Ficti & imitati affectus.
Ficti & imitati affectus. Quint. li. 11. cap. 3, Sed quum sint alij ueri affectus, alij ficti & imitati: ueri naturaliter erumpũt, ut dolentium, irascentium, indignantium: sed carent arte, ideoq; non sunt disciplinæ traditione formandi. Contrà qui effinguntur imitatione, artem habent.
Inducere iudicem in affectus, Quint. li. 11. ca. 3.
Intrare in affectum. Vide Intro.
Mollire affectus, Seneca Thebaidos 1. 62.
Mouere affectus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 80. Idem lib. 6. cap. 1, Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur orator.
Occupari affectibus, Quint. li. 6. ca. 2. 6.
Pati affectus, Quint. li. 6. ca. 2.
Soluere affectus tristes, Quint. li. 6. ca. 3. 1.
Tenere affectus sanos. Vide Sanos affectus tenere.
Tractare affectus, Quint. li. 6. ca. 1. ad finem.
Trahere affectus. Quintil. lib. 6. cap. 1, Ex personis quoq; trahitur affectus.
Versatur affectus in periculis, Quint. li. 6. ca. 1.
Affectio (πάθος, προσπάθεια, σοργὴ) Verbale ab Afficio. Valla, lib. 4, Affectionem Cic. modò sic diffinit, de Inuẽ. li. 1. 53, Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio, ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. Modò sic, de inuen. lib. 2. 151, Affectio est quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut administratione, aut hominum studio, commutatio rerum: ut non tales quales antè habitæ sint, aut plerunq; haberi soleant, habendæ uideantur. In Tusculanis idem author, & alibi, uolũtatem hominis affecti ad uirtutem, atq; ipsam uirtutem, animi appellari affectionem ait, qualis nõ est affectus, qui Græcè dicitur πάθος, quod ipse Cicero interpretatur, perturbationem malens dicere, quàm morbum, quo nomine sæpe utitur. At Quintilianus nõ perturbationem, sed affectum nominat: neq; ipse aut solus, aut primus: sed pleriq; ante eum, ut Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Liuius, alijq; multi.
Impetus, commotio, affectioq; animi. Cic. lib. 2. de Inuent 134, Illum impetum, & quandam commotionem animi affectionemq; uerbis & sententijs amplificare debebit.
Affectio astrorum. Cic. de Fato, 13, Astrorum affectio ualeat si uis ad quasdam res.
Affectio cæli. Cic. 2. de Diuin. 148, Fac in puero referre, ex qua affectione cæli primùm spiritum duxerit.
Affectio distorta & praua, Cicero, 4. Tuscul. 44, Affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiẽs, sed non distorta nec praua.
Firma corporis affectio: id est, dispositio, Cic. 5. Tusc. 41.
Affectio inconstans. Ci. 4. Tusc. 44, Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota uita inconstans.
Affectio manens. Cic. 4. Tusc. 45, Vitia enim affectiones sunt manẽtes, perturbationes autem mouentes: ut non possint affectionum manentium partes esse.
Affectio erga aliquem. Plin. lib. 8. cap. 54, Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio.
Affecto, affectas (ἐπιτίθημαι, ἐπιβάλλομαι, μιμοσόνω) affectare, ab affectu deductum uerbum, significat appeto, & nimio affectu rem aliquam inuestigo. In Rhetor. ad Heren. 178. Sic dicimus, Affectat laudem undequaq; : id est, uenatur & captat. Affectat uideri doctus: affectat quietem, pro cupit, non rectè dixeris.
Affectare est pronum animum ad faciendum habere. Festus.
Affectare cruorem alicuius, Statius, 11. Thebaid. 108.
Affectare dextram. Vir. 3. Aen. Seruius, Dextram affectare, dextram intendere, scilicet sic, ut posset nauem tenere.
Affectare diligentiam in superuacuis, Plin. li. 17. ca. 1. 9.
Affectare iter. Cic. pro Roscio Amer. 83, Nunc uerò quã uiam munitet, quod iter affectet, uidetis.
Affectare regnum, ambitiosè ad regnum aspirare. Liuius, 1. ab Vrbe, 158. & Plinius de Viris illustrib. 15.
Affectare spes, Oui. 5. Metam. 76.
Validius affectare aliquid, Quint. li. 3. ca. 8. 42.
Affectare uiam ad aliquid. Est ad aliquid magno affectu studioq; tendere, aspirare: interdũ in bonam, interdum in malam. Virgil. 3. Georgicor. Viamq; affectat olympo: id est, ad diuinos honores aspirat. Terentius Heaut. 2. 3. 60. Idem Phormi. 5. 8. 71, Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam. Sic Plautus Menæch. 5. 11. 38.
Affecto, cum infinitiuo. Sillius Italicus, lib. 4. 28, Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ.
Affectare, pro eo quod est Consultò aliquid facere. Vlpian. in lege Quod ait lex. Ad legem Iuliam, de adulter.
Affectare aliquem damnis, Afficere. Plaut. Bacchid. 6. 11, apud Nonium.
Affector, affectaris (ἐπιτίθημι) Deponẽs. Varro, Affectatus est regnum: pro affectauit. Obsoletum est.
Affectans, affectantis. Participium (ἐπιτιθέμενος) Ouid. 4. de Pont. 8. 12, Sic affectantes cœlestia regna gigantes,
Ad styga nubifero uindicis igne datos.
Affectatus, pen. prod. (μιμητικὸς) Participium & nomen: ut affectatus sermo, affectata oratio, & affectata uerba dicuntur nimis anxiè, & (ut ita dicam) curiosè quæsita. Eiusmodi autem sermo affectatus reprehenditur à doctis, & Grammatici inter orationis uitia posuerunt. Plinius in Panegyr. Affectata alijs castitas, tibi ingenita & innata. Statius, lib. 5. Sylu. 2. 20, Nec tantum pietas, sed protinus ardua uirtus affectata tibi.
Affectatio, Verbale (ζῆλωσις) Nimis studiosè: id est, affectu nimio quæsita diligentia. Alij sic: Affectatio, est æmulatio, siue appetentia rei, ferè in malum sonans: quam Græci cacozeliam appellant: id est, malam & peruersam affectationem. Plin. lib. 11. cap. 37. 29, Tanta est decoris affectatio, ut tinguantur oculi quoq;. Quintil. lib. 1. cap. 11, Nihil odiosius affectatione: id est, affectu, conatuq; æmulandi alterius uirtutem, quam assequi nequeas refragante natura: uel nimio affectu, nimioq; conatu alterius uirtutem æmulandi: ita ut turpe sit ac deforme sic auidè æmulari. Sic Valla libro quarto.
Affectatio frigida & puerilis, Quint. li. 4. ca. 1. 53.
Affectatio nimia, Quint. in procem. li. 1. 18.
Affectator, pen. prod. affectatoris (ζηλωτὴς) Quintil. lib. 6. cap. 3, Habitus est nimius risus affectator. Idem libro eodem cap. 2. 14, Affectatores libertatis.
Affectator nimius, Quint. li. 6. ca. 3. & affectator regni.
Afflictus] Vide affligo.
Affigo] affigis, penult. produ. affixi, affixum (προσάπτω, προσπατταλεύω, παραπογγύω) affigere. Ad aliquid figere. Liuius

Digitized by Google

re. Liu.8.bel.Punic. 193,Laceratosq; uerberibus, cruci affigi iußit.

Adhæsum affigere, hoc est,reprimere adhærentiam,adhærere & consequenter creare.Lucr.li.4.250.

Affigere aliquid ad rem aliquã.Cic.pro Roscio Amer.34, Sed si ego hos iudices, bene uoui, literam illam cui uos usque eò inimici estis,ut etiam eas omnes oderitis, ita uehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium nisi fortunas uestras accusare positis.Hanc literã decreto iudicum affigendam ad accusatorum capita, Asconius alibi C, alibi θ esse dicit:C, quòd sit prima uerbi Condemno: θ,quòd sit prima uerbi θανατόω : id est, morte mulcto. Vnde est illud Persij Satyr.4,

Et potis es nigrum uitio præfigere theta.

Liuius,1.Decad.lib. 4. 83, Cuspidem ad terram affixit.Cic. libro 1. de Inuent. 54, Continentia cum ipso negotio sunt ea,quæ semper affixa esse uidentur ad rem, neq; ab ea possunt separari.

Affigere aliquid animo suo familiarius. Quint. lib.2.cap. 7.2.

Affigere arma. Plin. lib. 16. cap. 39.20,Cui uiri fortes affixerant arma.

Humi affigere particulam diuinæ auræ,pro animum ad res terrenas demittere.Hor.2.Ser.Sat.2.16.

Lecto affigere aliquem,Hor.2.Ser.Sat.1.17.

Affigere literas pueris,hoc est,eorum memoriæ tenaciter infigere,facereq; ut hæreant.Quint.li.1.ca.1.

Oscula affigere.Claud.de bel.Get. 124,Blanda cruentatis affigunt oscula dextris.

Terræ affigere radicem,Vir.2.Geor.64.

Affigere per translationem dictum. Plinius, lib.30.cap.1.20, Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat.Cicero,2.de Orato.194.Eam maximè animis affigi nostris, quæ essent à sensu tradita,atque impressa:id est,tenaciter inhærere.

Affixus,participium (παραπεπηγώς) Tibul. lib. 1.Eleg.4. 18,At circa grauibus pensis affixa puella.

Lateri affixus,Vir.10.Aen.32.

Affixa mundo sydera,Plin.lib.2.ca.8.1.

Affixus alicui.Cic.ad Quint.fratrem,lib.3.17.25, Dedit etiam alteram mihi,qua iubes eum mihi esse affixum,tanquam magistro:id est,mihi inhærere,& à me non discedere.

Affixus in saxis.Cic.lib.1.de Orat. 96, Vt Itacam illam in asperrimis saxulis,tanquam nidulum,affixam,sapientißimus uir immortalitati anteponeret.

Affixus alicui in re aliqua. Cic. Lentulo, lib. 1. 8.11,Quibus in rebus me ille affixum habebit,negligetur.

Affixum atq; insitum in animo,& sensu,Cic.7.Verr.108.

Affingo] affingis, affinxi, affictum (ἐπιπλάττω, ἐπισκήπτω)affingere.Idem quod simplex Fingere, aut fingendo accommodare.Cicer. 3. de Orat.98, Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam totamq; formam quasi perfectam reperietis.

Addere & affingere rumoribus,Cæsar, 7.bel.Gal.1.

Affingere,& detrahere,contraria.Cic:1.de Diuinat.193, Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.

Affingere aliquid alicui.Cic.pro lege Manilia,6, Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam Quirites,ut neque uera laus ei detracta oratione nostra, neq; falsa aficta esse uideatur. Idem in Orato.41,Poeta peccat etiam,quum probam orationem affingit improbo, stultóue sapientis. Idem Tuscul.3.115.

Affingere aliquid, pro mendaciter addere. Cic.3.Tuscul.136, Qui nihil opinione affingat, assumatq; ad ægritudinem. Idem pro Cluentio,6, Faciamq; ut intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit,quid inuidia conflarit.Idem Philip. 6.

Affingere hominũ mores,pro aßimulare.Cic. 2. de Orat. 134, In quibus describuntur hominum mores,& ita affinguntur, ut aut re narrata aliqua,quales sunt intelligantur.

Affictus,participium (ἐπιπλαττόμενος.)

Affictum proœmium. Cic. 2. de Orat.177,Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tanquam citharœdi proœmium affictum aliquod,sed cohærens cum omni corpore membrum esse uideatur.

Affictus (ἐπιπλαστός) Verbale,formatum à supino Affictum. Varro de re Rustica,li.3.ca.12.1.

Affinis] penult. longa (προσπελάς,πλησιάς,πλησίος) adiectiuum ex ad, & finis compositum. Affines, in agris,uicini sunt:in hominibus,consanguinitate cõiuncti:ait Festus.Modestinus, lib. 38, Pandect. l. non facilè.de Grad.& affin.sic diffinit:Affines sunt,uiri & uxoris cognati:dicti ab eo,quod duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Cic.4.Academ. 15, Qualis tandem fuit affinis tuus Catule Tuditanus? Terent.in Phorm.4.1.16,

—— ille si me alienus affinem uolet,Tacebit,dum intercedet familiaritas.

Affinium nomina hæc sunt:Socer,socrus:Gener,nurus:Nouerca, uitricus: Priuignus, priuigna. Gradus autem affinitatis nulli sunt.Modest.ubi suprà.

Affinis,per trãslationem dicitur alicuius rei particeps,& quasi coniunctus ei.Iungitur autem genitiuo uel datiuo.

Affinis alicuius culpæ,& alicui culpæ.Cic.2.de Inuent.218. Affinem esse alicuius culpæ.Idem pro Roscio Amer.11.

Affinis facinòri,Cic.in Catil.78.

Negotijs affinis,Plau.Trinum.6.49.

Noxæ affinis,Liuius,li.9.belli Maced.50.

Rei capitalis affinis,Cic.4.Verr.65.

Affinis rerum quas fert adolescentia,Ter.Heaut.2.13.

Sceleri,uel sceleris affinis.Cic.pro Sylla, 52.Id est,conscij. Author ad Herennium,li.4.152.

Suspicionis affinis,Cic.pro Sylla,17.

Turpitudini affinis,Cic.pro Cluent.100.

Affinia uincula, hoc est, uincula affinitatis. Ouid.4.de Pont. eleg.8.2, Ius aliquod faciunt affinia uincula nobis,
Quæ semper maneant illabefacta,precor.

Affinitas,pen.corr.(πλησιότης, συγγένεια, πλησίον, οἰκειότης) Denominatiuum. Est hominum affinium inter ipsos coniunctio. Cic. 1. Offi. 80, Sequuntur connubia & affinitates:ex quibus etiam plures propinqui.Idem 4.Verr.16.

Affinitatis coniunctio.Cic.pro Cluent.151, Affinitatis coniunctionem pignori fore putauit.

Affinitas perpetua.Vide Perpetuus.

Affinitate sese deuincire cum aliquo,Cic.in Bruto,50.

Affinitates iungere.Liu.1.ab Vrbe, 216,Neque hospitia modò cum primoribus eorum,sed affinitates quoq; iungebat.

Affinitatem dirimere,Tac.li.12.

Affirmo] affirmas (καταφημι, ἰσχυρίζω, ἀναχυρίζω,συμβεβαίω) affirmare: ex ad,& firmo firmas compositum,significat asserere. Affirmamus autem propriè de rebus certis, & quæ nobis compertæ sunt, unde opponitur dubitare,ideo affirmamus, ut sine ulla dubitatiõe credatur id quod dicimus:siue id uerum sit,siue falsum:affirmat igitur, qui dicit,Certa res est,Profectò sic est.Crede mihi,& alia eiusmodi.Item adhibito iureiurando magis affirmamus.Cic.4.Academ.92,Quid dubitamus igitur affirmare. Idem 2. de Ora. 80,Nihil enim aliud affirmare possum.

Digitized by Google

Certum affirmare, Liu.3.ab Vrbe,101.
Affirmo tibi.Cic.ad Attic. lib.12. 241.3. Idem Lentulo, lib.1. Epist.7.18,Illud tibi affirmo.
Affirmare asseueratione. Cic. Att.li.13. 291.2,Omnia tibi asseueratione affirmo,quod mihi credas uelim.
Affirmare fortißimè,Quint.li.2.ca.4.30.
Affirmare iureiurando.Liuius,9.belli Punici, 118, Data ultrò citroq; fide,eosdem amicos,inimicosq; habituros iureiurando affirmatur.
Affirmare crimẽ,id est,uerißimile reddere, Liu.2. ab Vrbe, 21.
Affirmare constanter.Vide Affirmatio.
Affirmare pro certo,Liu.1.ab Vrbe 10.
Temerè affirmare de aliquo,Cic.ad Brutum,epist.1.3.
Valde affirmare de aliquo.Cic.ad Atticum,lib.7.128.1, Quid opus est de Dionysio tam ualdè affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?
Affirmare,pro confirmare,stabilireq;.Tacit.li.20,Populi Romani uirtutem armis affirmaui.
Affirmare se animo,hoc est,confirmare se,& animum firmum induere.Catul.Epigram.71.3.
Affirmare spem. Liu. 1. ab Vrbe, 6,Ea res utiq; Troianis spem affirmat.Alij hic legunt Confirmat.
Affirmatus,penult.prod.participium.Liuius, 4, Decad.lib.8, Rhodijs affirmata, quæ data priore decreto erant. Hoc est, confirmata.
Rationibus aliquid affirmatum,Cic.li.1.de Inuent.81.
Affirmatio (κατάφασις) Verbale, actus ipse affirmandi.Plinius,libro 28.cap.2. 6, Constantißima annalium affirmatione.Cicero 3.Offic.141,Est enim iusiurandum affirmatio religiosa.
Affirmatio,& dubitatio,contraria. Cic.ad Petum,lib.9, Sed quum explorati nihil haberem: nec tibi solicitudinem ex dubitatione mea,nec spem ex affirmatione afferre uolui.
Affirmationi alicuius credere,Plancus Cic.li.10.epist.21.2.
Affirmatione aliquid alteri recipere:id est,promittere.Plancus Cic.li.10.Epist.7.1.
Affirmatè,pen.prod.(καταφατικῶς) Aduerbium. Cicero,3. Offic.141,Quod autem affirmatè,quasi deo teste promiseris,id tenendum est.Gellius,lib.10. cap. 12, Affirmatißimè scripserunt,simulacrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaq; mechanica factum,uolasse.
Affixus] Vide Affigo.
Afflatus] Vide Afflo.
Affleo] affles,affleui,penult.produ.affletum,penult.product. (προσυλαίω) affl ere,Fletum simulare.Plaut. Persa, 4. 70, Sed longè ab Athenis esse se gnatum autumet:
Et ut efflcat, ɔuum eam emeret.[Idem Pœnulo,16.145.
Afflictio] Vide affligo.
Affligo] affligis, penult.prod. (καπύω,προσοφέσω,παλαιπορέω) afflixi, afflictum, affligere.Ex ad & uerbo inusitato Fligere.Propriè significat ad terram tota ui prosternere. Plinius,lib.8.cap.40.9,Cæsar sexto bel. Gall. Cic. in Pisonem, 74, Illi autem statuam istius persimilem, quam stare in loco celeberrimo uoluerunt,ne suauißimi hominis memoria moreretur,deturbant,affligunt,comminuunt, dißipant. Idem pro Cælio,62,Qui Catuli monumentum afflixit,meam domum diruit.
Affligere ad terrã.Plau.Perſ.13.18,Affligam te ad terrã,scelus.
Affligere per metaphoram,interdum pro perturbare, angere, uexare accipimus.Celsus, Corpus uarijs morbis afflictum. Cic. in Pisonem, 67, Afflictus luctu, aut mœrore.Idem 9. Philip.264.& in Catilinam,26.
Affligere & debilitare animos metu. Cicero 4. Tuscul. 53, Quid autem est fœdius & deformius,quàm ægritudine quis afflictus debilitatusq; iacens?
Affligere & leuare,contraria.Cic.ad Att.lib. 13. Epist. 260.1, Vt me leuarat tuus aduentus,sic discessus afflixit.
Percellere atq; affligere,Cic.pro Cælio,ad finem.
Perdere & affligere,Cic.pro Roscio Amer.20.
Affligit corpus senectus.Cic.de Senectute,28, Non planè me enarrauit,non afflixit senectus.
Afflixit hunc calamitas,Cic.pro Cluent.159.
Affligit leuius,Quint.in procœmio,libri sexti, 13.
Mores grauius affligere.Plin.lib.33.cap.11,Non procul à fine. Idem lib.36.cap.15, Cuius nescio an Aedilitas maximè prostrauerit mores ciuiles.De M.Scauro loquitur.
Affligere opes alterius,Plin.lib.2.cap.12.3.
Affligere rem aliquam uituperando, cui contrarium, Augere laudando.Cic.in Bruto,23.
Affligere se:id est,se angere,uexare, excruciare. Cicero Attico,lib.2.34.3.
Affligi frigoribus,Colum.li.2.ca.10.2.
Sententijs quempiam affligere,Cic.pro Murena,80.
Afflictus,participium (καπωθείς) Oppressus aduersis rebus. Cic.pro lege Manil. 15, Hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit : diffidentemq; rebus suis confirmauit:& afflictum erexit, perditumq; recreauit.
Afflictus,dolore uehementer affectus.Vir.2.Aen. Afflictus uita tam in tenebris luctuq; trahebam.
Afflictus atq; euersus,Cic.pro Quint.49.
Perculsus & afflictus.Cic.pro Flac.12, Itaq; ut hanc Græciam, quæ iamdiu suis consilijs perculsa & afflicta est,omittam.
Calamitate afflictus.Cic.pro Sylla,11,Hic se ita fractum illa calamitate atq; afflictum putauit.
Casu aliquo grauißimè afflictus.Cic.Dolabellæ,lib.9.11.1.
Magnis clamoribus afflictus,conticuit & concidit. Cic. ad Atticum,lib.1.11.18.
Afflictus & profligatus mœrore.Cic.in Catil.26.
Amicitia afflicta,Cic.pro Quint.62.
Animos afflictos recreare,Cic.ad Attic.lib.11.13.
Afflictus & fractus animus.Cic.ad Att.lib.12.242.5, Quod certè afflicti & fracti animi non fuit. Idem pro domo sua ad Pontif.74.
Afflicta senio aut tempestate arbor,Col.li.5.ca.6.1.
Mœstitia domus afflicta,Cic.12.Philip.320.
Fides afflicta,Affecta.Hoc est,collabefactata diminutaq;.Tacitus,lib.17.
Fortuna alicuius afflicta.Cic.pro Sylla.28. Idem pro lege Manilia, 16, Vt regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad misericordiam.
Afflictus ac iacens homo excitatur. Cic.de Arusp.respon.46. Idem,Post reditum in Senatu,21.Qui mihi primus afflicto & iacenti dexteram porrexit.
Nauis afflicta ad scopulos,Cic.pro C.Rabirio,19.
Pudor afflictus,Stat.11.Theb.33.
Afflictam & perditam prouinciam erigere atque recreare. Cic.5.Verr.182.
Religiones eorum scelere prostratæ afflictæq; sunt.Cicero, lib. 2.de Legibus,69.
Res afflictæ,Lucan.li.1.99.
Afflicta salus,Cic.ad Lentulum.lib.1.6.3.
Afflicta & prostrata uirtus maximè luctuosa est.Cicero, lib.2. de Orat.117.
Afflicta urbs pestilentia,Liu.3.ab Vrbe,25.
Erigere afflictum. Cicero de Arusp.responsis,46.Et pro lege Manilia,15.
Excitare afflictos. Cicero 1. de Orato. 17, Idem libro eodem,82.

Recreare

Digitized by Google

Recreare afflictos animos, Cic. Attico, lib. 1.11.13.
Grauissimè afflictus, Cic. Dolabellæ, lib. 9.11.1.
Afflictio, (κάκωσις) Verbale, Actus ipse affligendi. Cicero 4. Tuscul. 16, Molestia, afflictio, desperatio. Sic 3. Tusculana. alij ubiq; legunt afflictatio.
Afflictare, Frequentatiuum, (προσαράσσω) Cæsar 3. bel. Gal. Naues in uadis afflictarentur. Ibidem, lib. 4.571. Et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. Hic agitare & concutere significat.
Afflictari de re aliqua, Cic. ad Atti. lib. 11. 209.1.
Afflictari amore, Lucret. 4.233.
Afflictari morbo, Quod & morbo conflictari dicitur. Liu. nono bel. Pun. 45.
Afflictare aliquem luxuria. Tacit. lib. 13, Quod Italiã luxuria sæuitiaq; afflictauisset, ueneno damnationem anteuertit.
Afflictare sese, id est, frequenter sese, & plurimum affligere. Cicero Atti. lib. 3. 52.1.
Acerbissimè afflictari, Cic. Atti. lib. 11. 209.1.
Grauius uehementiusq; afflictari, Cic. in Catilin. 23.
Turpius afflictatur Resp. Cic. de Aruf. resp. 37.
Afflictatio, Verbale (προσαράξις) Cic. 4. Tusc. 29, Afflictatio, ægritudo cum uexatione corporis.
Afflictor. Verbale, (προσαρακτὴς) Qui affligit, uel afflixit. Cic. in Pis. 51, afflictorem & proditorem, non modo dignitatis, & autoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui.
Afflictus, huius afflictus, Verbale (κάκωσις) Idem quod afflictio, Cic. 2. Tusc. 35, Effœminata uirtus afflictu occidit.
Afflo] afflas, (ἐπίπνεω) afflare, Est spiritu, flatuue quasi contingere. Colum. lib. 8. cap. 5.14, Cauendumq; ne à serpentibus afflentur. Liu. 10. bel. Pun. 24, Afflatiq; incendio effugerunt. Horat. 2. Serm. — uelut illis
Canidia afflasset.
Afflantur odores è floribus, Cic. de Senect. 55.
Vineta afflantur Noto, Stat. 5. Syl. 1.30.
Anhelitus oris afflat uittas. Ouid. 5. Metamor. 124,
Crinales uittas afflabat anhelitus oris.
Odores afflare. Propert. lib. 2. eleg. 30.4,
Afflabant tibi non Arabum de gramine odores.
Ore alicuius afflari. Ouid. 7. Metamor. 6,
At nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore.
Afflare tibiam, pro flatu implere, Ouid. 6. Fast. 141.
Afflare, de rumore dictum. Cic. Atti. lib. 16. 333.12, Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat. Vt sit sensus, Aliquantulus rumor incertus quasi uẽto quodã ad aures meas peruenerat.
Afflare alicui, pro aspirare seu fauere. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 16,
Felix, cui placidus leniter afflat amor.
Afflari auram alicui in aliquo crimine. Cic. 3. in Verr. 24, Sperat sibi auram posse aliquam afflari in hoc crimine. Id est, ab aliquo fauore se posse adiuuari.
Afflare alicui aliquid mali, id est, flando immittere. Ad Heren. lib. 4. 129, Circunspectans huc & illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.
Afflare aliquem uentis fulminis. Virg. 2. Aeneid. 130.
Fulminis afflauit uentis, & contigit igni. Plin. iunior, Vtrunq; nostrum ille optimi cuiusq; spoliator & carnifex, stragibus amicorum, & in proximo iacto fulmine afflauerat. Hoc dicit, quia periclitatus est Secundus sub Domitiano.
Ignibus afflari, Ouid. 1. Trist. eleg. 8.5.
Afflari diuino spiritu, quod uulgò inspirari dicitur. Cic. pro Archia poeta, 14, Poetam natura ipsa ualere, & mentis uiribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari.
Afflari sydere. Plin. lib. 2. cap. 41.1.
Numine dei afflatus, Virg. 6. Aeneid. 10.
Peste afflatus, Sillius lib. 6. 48.
Sole afflatus, Claudianus de bello Gildon. 70.
Afflatus, huius afflatus (ἐπίπνοῦς, ἐνθουσιασμὸς) Verbale, Actus ipse afflandi. Plin. lib. 10. cap. 33. 9, Perdices concipiunt masculorum superuolantium afflatu. Sic apud eundem lib. 37. cap. 13, Afflatus uentorum benignus, & libr. 6. capit. 17, & lib. 4. cap. 12. 46, Afflatus noxius.
Calidi afflatus, Statius 5. Thebaid. 106.
Afflatus diuinus, Diuina, ut ita dicam, inspiratio. Cic. 2. de Nat. deorum, 147, Nemo uir magnus sine aliquo afflatu diuino unquam fuit.
Afflatu diuino mentem alicuius concitare. Cicero lib. 1. de Diuinat. 69.
Instinctus afflatusq; diuinus. Cic. lib. 1. de Diuinat. 64, Oracula quæ instinctu diuino afflatuq; funduntur.
Necare aliquem afflatu, Ouid. 3. Metam. 10.
Afflatus è terra. Cicero 2. de Diuinat. 176, Quid tam diuinum, quàm afflatus è terra mentem ita mouens, ut eam prouidam rerum futurarum efficiat? Paulò antè, anhelitum terræ uocauit.
Afflatus, pro, H, aspiratione, seu nota aspirationis. Varro lib. 3. de re Rust. cap. 1, Nec minus oppidi quoq; nomen Thebæ indicant antiquiorem esse agrum, quòd ab agri genere, non à conditore ei nomen est impositum. Nam lingua prisca & in Græcia Aeoles Bœotij, sine afflatu uocant Aeoles Thebas: & in Sabinis, quo è Græcia uenerunt Pelagi, etiam nunc ita dicunt.
Affluo] affluis, penul. corr. affluxi, affluxum, (ἐπιῤῥέω, περισσεύω, παρῤῥέω) affluere. Propriè ad aliquid fluere. Colu. Ne quum à uertice torrens imbribus cõceptis affluxerit, fundamenta conuellat. Plinius lib. 2. cap. 97.1, Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisq; remeant. De maris æstibus loquitur.
Affluere, de hominibus dictum. Liu. 9. bel. Maced. 126, Diminutis ijs legio quinta superuenit: deinde ut quæq; potuerant copiæ affluebant. Virg. 2. Aeneid. 158, Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouorum.
Amor affluit. Ouid. 1. de Remed. amor. 30, Affluit incautis insidiosus amor. Hoc est illabitur.
Affluunt literæ, & rumor. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 19.2.
Affluere, per metaphoram pro abundare. Plaut. Pseud. 4.158, Frumento affluam. Cic. 2. de Finibus, Affluere uoluptatibus.
Affluere ad. Ci. 1. de Fin. 61, Nam si ea sola uoluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suauitate affloueret, & illaberetur, &c. Tanquam de liquore dixit affloueret: id est, leniter flueret.
Diuitijs affluere, Lucret. lib. 6. 3.
Affluens, participium, (περισσεύων) Liu. 5. belli Macedon. 8, Quotidie affluente multitudine ad famam belli. Idem 4. bel. Pun. 222.
Affluens & beatus, Cic. in Sallust. 12.
Anni affluentes. Horat. 4. Carm. 11 4,
— quod ex hac
Luce Mecœnas meus affluentes
Ordinat annos. Acrõ, Affluẽtes, id est, crescẽtes, aut multos.
Affluens, abundans. ut Affluens opibus, & copijs, Cicero pro lege Agraria, 81. Et pro Cluentio 150, Affluens omni scelere domus.
Bonitate affluens homo. Cic. pro Rosc. Comœdo, 16, Largitus est, si homo liberalis, & dissolutus, & bonitate affluens Fannius Roscio?
Homo omni lepore & uenustate affluens, Cic. 7. Verr. 111.
Ocio nimio & ingenijs uberrimis affluentes doctissimi homines. Cic. 3. de Orat. 32.

Digitized by Google

Affluens hominibus & studijs locus, Cic. pro Arch. 3.
Vnguentis affluens, Cic. pro P. Sest. 13.
Affluens, affluentior, affluentissimus, pro abundans. Ci. 1. Offic. 213, Omnium rerum affluentibus copijs. Idem in Lælio, Dictior enim esse uidetur & affluentior uera amicitia.
Affluenter, affluentius, affluentissimè, aduerbiũ qualitatis. Cic. 5. Tuscul. 27, Quoq; affluentius uoluptates hauriat.
Affluentia, (εὐπορία, περισσεία, περισσεσμός) Pro abundantia. Cic. pro lege Agra. contra Rul. 93, Ex hac copia atq; omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia. Plinius in Panegyr. Instar ego perpetui congiarij puto affluentiam annonæ.
Affodio] affodis, penult. corr. affodi, penult. prod. affossum, (κατορύσσω) affodere, Fodiendo adiungere. Plinius libro 2. capite 68, ad finem, Furtoq; uicini cespitem nostro solo affodimus.
Affor] affaris, affatus sum, (προσφθέγγομαι, προσεννέπω) affari, pen. prod. ex ad & fari compositũ, Alloqui. Aiunt Grãmatici primam personam in usu non esse. Est autem uerbũ apud poetas usitatius. Virg. Aeneid. 2, Tum sic affari, & curas his demere dictis. Idem in 12, Tunc sic affatur regem. Cice. 2. Philip. 53, Qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos quò accesserint, non affari atque appetere uideatur?
Affari (inquit Nonius) non solum pro respondere, uel fabulari, sed etiam rogare positum. Accius Tereo, Deum Cadmo generatum semel affare. Virg. 4. Aeneid. I soror, atque hostem supplex affare superbum.
Affari. Agere gratias. Virg. 2. Aeneid. Affaturq; deos, & sanctum sydus adorat.
Affari dulci amore, id est, Amicè. Virgilius 6. Aeneid. 91.
Affari nomine. Cic. de clar. Orat. 137, Nam scripsit his uerbis, quum hunc nomine esset affatus.
Affari uerbis blandis, Statius 1. Achil. 77.
Affari uoce, Sillius lib. 8. 6.
Affari extremum. Virgil. 9. Aeneid. 100,
Affari extremum miseræ data copia matri?
Affatus, penult. prod. Participium (προσφώνημα) Allocutus. Virgilius 4. Aeneid. 127,
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi.
Affatus, huius affatus, penul. prod. uerbale, (πρόσφθεγμα) Alloquium, colloquutio. Virg. 4. Aeneidos 57,
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu?
Affatu bono, Statius libro 1. Thebaid. 37.
Affatus malignus, Claudian. de rapt. Proser. lib. 3. 45.
Affatus tacitus, Statius 6. Thebaid. 127.
Affatus alicuius petere: id est, colloquiũ, Seneca Medea, 4. 2.
Affabilis, pen. corr. adiectiuũ, (ὁμιλητικὸς, φιλόφρων) Qui se facilem præbet in congressibus humanis, hoc est in loquendo, audiendo, & respondendo. Terent. Adelph. 5. 6. 8, Meditor esse affabilis, & bene procedit. Cicero 1. Offic. 158, Et in omni sermone omnibus affabilem, & iucundum se esse uelle.
Affabilitas, pen. corr. (φιλοφροσύνη) Ipsa uirtus eius qui affabilis est. Cic. 2. Offic. 68, Comitas affabilitasq; sermonis.
Affabilissimè. Gell. libr. 16. capit. 3, Hæc tum Phauorinus, multaq; istiusmodi alia affabilissimè dicebat.
Affore] penult. corr. (πρόσεσθαι) ex ad & fore, Affuturum esse. Et est uerbum ita defectiuum, ut ipsum uerbum Fore. Virgilius 1. Aeneidos 116,
Atq; utinam rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Aeneas. Cæsar 5. belli Gal. 104, Hãc affore biduo. Sallust. in Iugurt. Pollicetur in tẽpore semetipsum cũ exercitu affore. Cic. ad Papirium, lib. 9. 26. 5, Non me hercule suspicatus sum illam affore.
Affore, pro significatione præsentis uidetur accepisse Statius, lib. primo Thebaidos,
—sensit manifesto numine ductos
Affore. pro adesse.
Affore ab oris externis. Virgilius 7. Aeneidos 54,
– generos externis affore ab oris: id est, uẽturos, affuturos.
Afformido] afformidas, pen. prod. (ὑποπτήσσω) afformidare. Idem quod formidare. Plau. Bachid. 21. 3, Magisq; afformido, ne is pereat.
Affrango] affrangis (προσάγνυμι) affrangere. Ad, siue iuxta frangere. Statius 5. Syl. 1. 8,
Citius Titonida mœsti
Deficient rores: aut exiccata fatiscet
Mater Achilleis hyemes affrangere bustis.
Affrico] affricas. penult. corr. (προσρίβω) affricare. Ad aliquid fricare. Plin. lib. 8. cap. 27. 10, Marathro herbæ sese affricans. Idem lib. 29. cap. 6. 15, Anguium adeps erugini mixtus, ruptas oculorum partes sanat: & membrana siue senectus uernatione eorum exuta, si affricetur, claritatẽ facit. Colu. lib. 7. cap. 5. 5, Aut arbori affricant. Sub. sese.
Affrictus, huius affrictus, Verbale, (πρόσρῖψις) Actus ipse affricandi. Plinius lib. 31. cap. 6. 14, Spumaq; aquæ affrictu uerrucas tollit.
Affrio] affrias, (προσπάσσω) affriare, Ex ad, & friare. Friare autem de rebus ijs dicitur, quæ facilè, & nullo, ut sic dicam, tritu comminuuntur, & in puluerem redigũtur: ut resina inter digitos. Varro 1. de re Rust. 57. 1.
Affui, Affuturus] Vide Adsum.
Affulgeo] affulges, affulsi, (προσσελαγέω) affulgere. Ad aliquid fulgere: ut, Huic ædium parti rarò sol affulget.
Affulgere uultu nitenti. Sil. lib. 8. 94.
Affulgere per metaphoram dicitur, quod animum nobis erigit, atq; excitat. Liu. 7. bel. Pun. 161, Prima spes morte nuntiata Marcelli affulsit. Ibidem lib. 3. 151.
Affulsit fortuna. Liu. 10. bel. Pun. 140, Et mihi talis aliquando fortuna affulsit.
Affundo] affundis, affudi, pen. prod. affusum, penult. prod. affundere, (ἐπιχέω) Aspergere. Plin. lib. 12. cap. 21. 3, Medici nucleos Arabicæ glandis tundunt, affusa eis paulatim calida aqua. Idem lib. 19. cap. 8, Hoc & panis rustici crustæ inspergitur, affuso ouo imhærens. Idem lib. 16. cap. 44. 8, Vinumq; illi affundere.
Affundi, fluuij aut maria dicuntur, quæ urbem, aut quidquis aliud alluunt: id est, præterlabuntur. Plin. lib. 5. cap. 1, Affunditur huic autem æstuarium è mari æstuoso meatu. Idem lib. 5. cap. 29, Mæander plurimis affusus oppidis.
Affusa urbs mari, pro effusum mare urbi. Plin. libro 3. capite 3, Cæsaraugusta, colonia immunis, amne Ibero affusa.
Affundo, pro infundo. Tacit. lib. 12, Frigida in aqua affunditur uenenum. Idẽ lib. 5, de Phœnice aue, Vbi mors propinquet, suis in terris struere nidum, eiq; uim genitalem affundere.
Affusus, Participium, (προσχυθείς) prostratus, prouolutus. Ouidius Metamorpho. 122,
— potui moritura uideri,
Amplectiq; pedes, affusaq; poscere uitam.
Lucanus lib. 7: 14, regesq; tui cum supplice mundo
Affusi, uinci socerum patiare rogamus.
Affusus tumulo. Hoc est, iuxta tumulũ fusus, iacens, prostratus. Ouid. 8. Metamorph. 109,
Affusæq; iacent tumulo
Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt.
Affusus, pro infusus. Ouid. ad Liuiam de morte Drusi, 85,
Aridaq;

Digitized by Google

Aridaq; affusa guttura tinxit aqua.

Aforis] *Aduerbium, pen. corr.* (ἐξωθεν) *Plin. lib. 17. cap. 24. 12, In ulcus penetrat omnis aforis iniuria. Sunt qui diuisim scribant, à foris. Alij negant esse Latinam uocem.*

Afra] *auis, Vide Africa.*

Afrania] *Licinij Bructionis uxor, prompta ad lites contrahẽdas, adeò ut pro crimine improbis fœminarum moribus C. Afraniæ nomen obijciatur. Valer. Max. lib. 8. cap. 3.*

Afranius] ἀφράνιος, *poeta Latinus comicus, teste Cicerone in Bruto, homo peracutus in fabulis, & disertus, quod in togatis excellit inquit Quintilianus lib. 10. cap. 1. Horatius huius meminit lib. 2. Epist. 1. 12, Dicitur Afranij toga conuenisse Menandro: hoc est, Afranij fabula togata dicitur fuisse similis comœdijs Menandri. Multa siquidem mutuatus est à Menandro, teste Cicerone lib. primo de Finib. 12. Ausonius quoq;, Qui toga facundis scenis agitauit Afrani.*

L. Afranius, *alter dux Pompeianus notissimus. Lucan. li. 4. 1, Iure pari rector castris Afranius illis, Ac Petreius erat.*

Africa] *pen. cor.* (λιβύη, ἀφρική,) *tertia pars orbis, freto Herculeo, ac Nilo à cæteris orbis partibus diducitur: Libya, & Hesperia à Græcis appellata. Hanc ab initio, ut ait Sall. habitauerunt Getuli, & Libyes asperi incultiq;, quibus cibus erat caro ferina, atq; humi pabulũ uelut pecoribus. Hæc Volaterranus. Madian filius fuit Abrahæ ex Cetura. Huius filius Afer, siue Apher, quum castra fixisset in Libya, & filiorum eius filij habitassent in ea, terram illam ex eius nomine Africam seu Aphricam uocauerunt. Author Iosephus Antiquit. lib. 1. cap. 23. Alij dictam putant, quasi sine frigore. Siquidem α particula est priuatiua, φρίκη horrorem frigoris significat. Autor Seruius in 6. Aeneid. 63, Quidam ab Afro Libys Herculis filio dictam malunt. Solinus cap. 37.*

Africa semper aliquid noui apportat. Prouerbium, quod quadrabit in homines lubrica fide, semperq; nouandarum rerũ auidos. Quod quidem ideo dicebatur, quòd in Africa siticulosa regione, ad unum aliquem riuum plurimæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur, ibiq; uaria mistura uiolentæ Veneris, uarias monstrorum formas subindeq; nouas nasci. Ex Plin. li. 8. cap. 16, Aristotele, & Erasmo in Chil.

Ardens Africa. Lucan. lib. 9. 147.

Feris & beluis frequens, Plin. lib. 5. cap. 9.

Fertilis Africa, Horat. 3. Carm. 16. 7.

Pallida Africa, Claud. de bello Gildonico 75.

Vadosa Africa, Stat. 4. Syl. 5. 8.

Vltima Africa. Horat. 2. Carm. 18. 1,

De Numidia intelligit, quæ pars est Libyæ.

Afer, *afri,* (λίβυς) *Qui est ex Africa.*

Dirus Afer, Hor. 4. Carm. 4. 9.

Discincti Afri, Virg. 8. Aeneid. 143.

Vbi Seruius, Vel habitum eorum ostendit, qui usq; in talos fluebat: Aut discinctos dixit, inhabiles militiæ: ut cõtrà, præcinctos, strenuos dicimus. Vnde & Græcè εὐζωνους appellatur, non qui bonam zonam habet, sed qui est strenuus.

Rebelles Afri, Sillius lib. 15. 81.

Sitientes Afri. Virgilius 1. Eclog. 13. Est enim Africa calidissima regio.

Tenues Afri, id est, pauperes. Iuuen. Sat. 8. 12.

Vagus Afer, Sil. lib. 15. 106. Et Lucanus lib. 4. 154.

Afer, *afra, afrum.* (λίβυς,) *Adiectiuum.*

Armentarius Afer, Virg. 3. Geor. 19.

Armentarium uocat, quia in Africa armenta & greges abunde sunt.

Afra auis, id est, Libyca. Refertur à Suida de prægrandib. quòd ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de prælauta usurpauit,

Non Afra auis descendat in uentrem meum.

Nam Gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas easdẽ Numidicas aues appellant. Acron uidetur de struthione sentire, quæ & ipsa auis mira mole corporis esse fertur. Non ineptè iacietur & in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plautus Pœnulo 5. 2, Pœnũ auem uocat ob manicas, alarum instar utrinq; pensiles. Prouerbium extat in auibus Aristophanis. Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes ferè timidiores. Terentius, Hic nebulo magnus est. Erasmus in Chiliad.

Murice Afro tinctæ lanæ, Horat. 2. Carm. 16. 8.

Serpentes Afri, Horat. 2. Serm. Sat. 8. 19.

Africanus, *penult. prod. adiectiuum,* (λιβυκὸς) *Hinc Africanus Scipio, ab Africa deuicta. Horat. epod. 9. 5.*

Africanum bellum. Ci. pro Deiot. 16. Ibidem 17. Mittebat qui rumores Africanos exciperent.

Africanæ, absolutè, dicuntur Panthera, quæ & Variæ. Africanæ quidem, quoniam in Africa sunt frequentes. Variæ, quoniam macularum uarietate sunt spectabiles. Plin. lib. 8. cap. 17, Senatusconsultum fuit uetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Primus autem Scaurus Aedilitate sua Varias centum quinquaginta uniuersas misit.

Africanæ, Gallinarum genus est prægrandium. Columella lib. 8. cap. 2, Gallinarum genera sunt, uel cohortalium, uel rusticarum, uel Africanarum. Africana est, quam pleriq; Numidicam dicunt, Meleagridi similis: nisi quòd rutilam galeam & cristam capite gerit: quæ utraq; sunt in Meleagride cærulea. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 9, Gallinæ Africanæ sunt grandes, uariæ, giberæ, quas Meleagridas appellant Græci.

Africus, (λίψ) *substantiuum, Est uentus ab Africa flãs inter Austrum, & Zephyrum, qui etiam Libs uocatur. Plin. libr. 2. cap. 47, A meridie Auster, & ab occasu brumali Africus. Noton, & Liba nominant. Idem lib. 18. cap. 34, Ex aduerso Aquilonis, ab occasu brumali Africus flabit, quem Græci Liba uocant.*

Celer Africus, Horatius 1. Carm. 1. 41.

Creber procellis Africus, Virg. 1. Aeneid. 18.

Pestilens Africus, Horat. 3. Carm. 23. 1.

Proteruus Africus, Horatius epod. 16. 5.

Africus, *adiectiuum,* (λιβυκὸς) *Vt Africæ procellæ, ab Africo uento excitatæ. Horat. 3. Carm. 19. 12. Africa bella. Sil. libro 17. 3.*

A G

Aga] *mons è quo Araxes & Euphrates oriũtur, quẽ Strabo, & Ptolemæus Abon, siue Aban uocant. Hermol. in libro 6. Plinius cap. 9.*

Agagamantes] *populi circa Mœotim, Plinio 6. cap. 7.*

Agallochum] ἀγάλλοχον, *est lignum, quod ex India & Arabia defertur, maculatum, odoratum, gustu astringens, & subamarum, cute aliquantum uersicolore. Halitum mansu cõmendat: uentriculum frigidum iuuat. Xylaloe Aetio & Actuario dicitur. Id est, lignum Aloes, arboris, non herbæ. Quòd uerò ostendunt officinæ, uerius est Asphalatum acre, & austerum. Galenus libro 6. simpl. Meminit Ruellius lib. 1. capite 36.*

Agamedes] ἀγαμήδης, *Viri proprium. Cice. 1. Tusc. 184. Trophonius & Agamedes quum Apollini Delphis templum exædificassent, petierunt quod esset optimum homini. Qui ut illuxit dies tertius, mortui sunt reperti. Iudicauisse deum dicunt, inortem esse optimum homini. Idẽ tradit Plutarchus in oratione consolatoria ad Apollonium.*

Agamẽnon] *Agamẽnonis, pen. cor.* (ἀγαμέμνων) *rex fuit Mycenarum, Polysthenis filius, siue Atrei ex Aerope, fraterq; Menelai, natu maior. Hic omnium Græcorum in*

Aulide

Digitized by Google

Aulide congregatorum cõsensu imperator delectus, ad expeditionem Troianam profectus est, Clytemnestra coniuge, ex qua iam liberos aliquot susceperat, ad regni administrationem relicta: de quo Cicero pro Flacco 56, Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste, necnon & Seneca in Agamemnone. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 12. 7. Idem 15. Metamorphoseos 172. Idem Epist. 3. 17.

Agamemno, idem qui & Agamemnon. Stat. lib. 1. Achill. 112, Conclamant Danai, stimulatq; Agamemno uolentes.

Agamemnonem regum regem uocat Cicero ad Dolabellam li. 9. Epist. 14. 4, Et tamen non alienum dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consilijs capiendis Nestorem. ad Atticum libro 14. 315. 3.

Agamemnonis hostia. In duros et persuasu difficiles dicitur. Inde natum, quòd Agamemnone rem diuinam in Troia facturo, bos effugerit, uixq; multo negocio comprehensus. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes & adacti quippiam agũt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis, ac uolẽs adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quòd Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniã sacrificauit, sed admodum inuitus. Recensetur à Zenodoto.

Atrides Agamẽnon, ab Atreo patre, Ouid. 13. Metamor. 143,

Mycenæus Agamẽnon, Virg. 11. Aenei. 53. Et Oui. 2. Trist. 80.

Tantalides Agamemnon, oriundus à Tantalo. Atreus enim filius fuit Pelopis, Pelops Tantali. Ouid. 5. Fast. 62.

Agamemnonius, adiectiuum. Virgilius 6. Aeneidos 168,

Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas.

Agamemnonius Oreste, Virg. 4. Aenei. 95. Oui. in Ibin, 106.

Agamemnonia puella, Iphigenia Agamemnonis filia. Possessiuum pro patronymico, Proper. lib. 4. eleg. 1. 23.

Agamemnonij putei. De nouis et admirandis operibus dicitur. Aiunt enim Agamemnonem & circa Aulidem, et passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum inopia aquarũ laborari posset. Author Zenodotus.

Agamzua] Mediæ oppidum, Plinio libro 6. cap. 14.

Agamus] agami (ἄγαμος) Expers matr. monij, cœlebs. Dicitur tam de fœmina cui non est maritus, quàm de uiro cui non est uxor: ab α particula priuatiua, & γάμος, quòd nuptias significat. Hieronymus in Iouianum, lib. primo, Primus Adam monogamus, secundus agamus.

Aganippe] Aganippes (ἀγανίππη) fons in Bœotia, Apollini & Musis sacer. Vnde & Aganippides dicũtur Musæ. ἄγαν, nimis, ualde, ἵππος equus: quasi ualde ab equo formatus. Vocatur etiam Hippocrene. Plin. li. 4. ca. 7, & Solinus ca. 12.

Agani, pe Aonia, Virgilius ecloga 10. 3.

Aganippe frigerans, Catullus epigram. 55. 6.

Aganippe Hyantea, id est, Bœotia. Hyantes enim populi sunt Bœotiæ. Ouid. 5. Metamorpho. 63.

Aganippæus, adiectiuũ (ἀγανίππαιος) Proper. lib. 2. eleg. 3. 4.

Par Aganippæ ludere docta lyræ. Claudianus in laudibus Serenæ reginæ, epigram. 22. 2,

Fons Aganippæa Permessius educat unda.

Aganippis, aganippidis, pen. cor. (ἀγανιππὶς) Ouid. 5. Fast. 2,

Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes,
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Agape] agapes, fœm. gen. (ἀγάπη) Charitas, dilectio, conuiuium pauperibus exhibitum, eleemosina. Tertullianus aduersus gentes de Cœna domini loquens. Item, Cyprianus li. 3. ad Quirinum, cap. 3.

Agapenor] pen. pro. Agapenoris, pen. cor. (ἀγαπήνωρ) ut scribit Hom. li. Iliad. 2, fuit præfectus classis Agamemnonis.

Agapius] Alexandrinus, educatus in eloquẽtiæ studijs, in medicinã cõmẽtarios edidit: Byzãtij ludũ aperuit, magna doctrinæ fama ingenijq; solertia. Fuit idẽ Atheniẽsis alter philosophus, post Protlũ, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agareni] populi sunt Arabiæ, ab Agara oppido, siue ab Agare Saræ ancilla, Ismaelis matre.

Agaricum] huius agarici, (ἀγαρικὸν) Fungus nascens in arboribus, colore candido. Plin. lib. 25. cap. 9. 2.

Agarus] ἄγαρος, fluuius, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 5, in Sarmatia, quam Sagarim nominat Ouid. Est item Agarum, ibidem, promontorium in Sarmatia.

Agasicles] ἀγασικλῆς, Rex Lacedæmoniorum, roganti cuipiã quomodo quis absq; satellitibus tutò regnare posset, respondit, Si suis populis ita imperarit, ut parentes filijs. Plutar. in Apophtheg. Lacon.

Agaso] agasonis, pen. longa. m. g. (ὑπηλάτης) ab agendo dictum. Festus, Agasones, equos agentes, id est, ducentes. Plin. lib. 35. cap. 11, Pinxit & in una tabula, quaq; maximè inclaruit, agasonem cum equo. Curtius lib. 8, Acceptos ab agasonibus equos. Liuius Decad. 5. li. 2. 19, Et duo equi phalerati cum agasonibus. Plaut. Merc. 22. 12, Egomet mihi comes, clauator, equus, agaso, armiger. Alphenus in lege fin. Si quadrupes paup. fecis. dic. lib. 9, Pandect. In Curtij & Liuij exemplis sumitur pro hippocomo, seu equisone, & equorũ curatore. Persius Saty. 5, treßis agaso.

Horatius 2. Serm. Saty. 8. 15.

—si patimam pede lapsus frangat agaso.

Vbi Acron, Agaso proprie dicitur seruus qui iumẽta curat. Hic autem satyricè escarũ ministrum agasonem appellauit.

Agathias] ἀγαθίας, cognomento Scholasticus, Smyrnæus patria: scripsit post Procopium res gestas Iustiniani Principis, eiusq; ducum Belisarij & Narsethis: collegit in uolumen diuersa epigrammata græca nobilium poetarum.

Agatho] pen. cor. alter Athenis uir monstrosæ fortitudinis, simul & magnitudinis, tempore Adriani principis, & Herodis Attici: de quo Philostratus in uita ipsius Herodis ait, Adolescens quũ esset, in prima lanugine similis ingẽti Gallo, magnitudine octo pedum, uasta coma, hirsutis oculis, ac iunctis, ut unus uideretur, læta facie, naso aquilino, ceruice toro sa, pectore uasto, pulchreq; compacto, cruribus breuibus, ac extra incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis, certamen cũ apris, thois, lupis, tauris: quorum omnium uulnera ostentare solebat. Vescebatur lacte asinino libentius, quòd ei leui ac iucundius q; uideretur. Craterem ei iussu Herodis allatum respuit, dicens haud purum esse, quòd odore muliebri offenderetur, quum esset castißimus. Volaterranus lib. 13.

Agathocles] ἀγαθοκλῆς, Siciliæ Tyrãnus, ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus, non honestiorem pueritiã, quàm principia originis habuit. Plura Iustinus lib. 22, & 23. Meminit & Cœlius Antiq. lect. lib. 13. cap. 4. ubi etiam disputat, cur eum Timæus appellarit Gracculum. Huius exemplo ad modestiam omnes hortatur Ausonius elegantißimo hoc epigrãmate, Sectione 1,

Fama est, fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atq; Abacum Samio sæpe oneraße luto,
Fercula gemmatis cum poneret aurea uasis,
Et miscëret opes, pauperiemq; simul.
Quærenti causam, respondit, Rex ego qui fui
Siciliæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicunq; repentè
Dues ab exili progrediere loco.

Agathoclis meminit Valer. Maxi. li. 7. ca. 4, & Plutarchus in Apophtheg. & rursus in lib. de Sera numinis uindicta.

Agathocles Lysimachi filius, in eo bello quod cum patre gessit aduer-

aduersus Getas Lysimacho fugà sibi consulente captus est. Tandem patri redditus, Lysandram Ptolemæi Lagi & Eurydices filiam duxit uxorem: atq; in Asiam nauibus transgressis, Antigoni regnum in suam ditionem redegit. Ephesum præterea urbem ad mare condidit, in quam Lebadios Colophoniosq;, deletis eorum urbibus, migrare cõpulit: ut Phœnix Colophonius poeta Iambicus patriæ euersionem carmine deflerit. Autor Pausanias in Attica, & Strabo libro 13.

Agathopolis] ἀγαθόπολις, Ptolemæo, urbs Galliæ Narbonensis, mons Pessulanus, uulgò Montpeslier.

Agatasa] insula inter Sporades recensetur à Plinio, lib. 4. ca. 12. Hæc etiam Telos dicitur, eodem Plinio teste, & Stephano apud Hermol.

Agathyrsi] ἀγάθυρσοι, populi, teste Plinio, li. 4. cap. 12, cæruleo capillo insignes. Virgil. 4. Aeneid. 30,

Cretesq;, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi. Vbi Seruius, Agathyrsi populi sunt Scythiæ, colentes Apollinem Hyperboreum. Picti autem, non stigmata habentes: sed pulcri, hoc est, cyanea coma placentes. Pomp. Mela lib. 2, Agathyrsi ora artusq; pingunt, ut quiq; maioribus præstant, ita magis uel minus: cæterùm ijsdem oĕs notis: & sic, ut ablui nequeant. Ab Agathyrso Herculis filio dictos putat Herodotus, libro quarto. Rursus ex Dionysio, Præcinctiq; sagis semper pictis Agathyrsi. Iuuenalis Satyr. 15,

Sauromatæq; truces, aut immanes Agathyrsi.

Agathyrsum] ἀγάθυρσον, Siciliæ oppidũ. Agathyrsam uocauit Sillius,

Defuerãt Agathyrsa manus geminoq; Lacone Tyndaris.

Etiamsi Agathyrna in eo uersu, non Agathyrsa legebatur. Hæc Hermolaus in libro tertio. Plin. cap. 8, Quo tamen in loco uulgati codices Pliniani, qui putãtur castigatissimi, habent Agathyrnum. Strabo lib. 3, Agathyrsum uocat.

Agaue] agaues, pen. prod. (ἀγαύη) Cadmi & Hermiones filia, nupsit Echioni Thebano, ex quo Pentheum suscepit filiũ: qui quum abstemius esset, ac propterea Bacchi sacra despiceret, ab ipsa matre reliquisq; Mænadibus in furorẽ à Bacho uersis (inter quas erant Autonoe & Ino ipsius Agaues sorores) membratim dilaniatus est, quum se putarent aprũ interficere. Ouid. 3. Metam. 145. Et Seneca, The. 1. 4.

Agaue præterea fuit Statij poetæ tragœdia, ut ipsa Thebais, in qua de Agaue & Pentheo meminit. Iuuenalis Satyr. 7.

Bassaris Agaue, id est, Bacchi sacerdos. Bacchæ enim dicebantur Bassarides, à Bassareo Bacchi cognomẽto. Pers. Saty. 1.

Cadmæa Agaue, Possessiuum pro patronymico, id est, Cadmi filia. Tibul. lib. 3. Eleg. 6. 5. de Baccho.

Pentheia Agaue, Stat. 11. Thebaid. 64.

Thebana Agaue, Lucan. lib. 1. 114. Et Ouid. 3 Fast. 145.

Agauus] unus è Priami filijs, apud Homerũ, lib. Iliados ult.

Agbatana] Herodoto ea est urbs, quæ uulgò dicitur Egbatana. Stephanus.

Age] ἄγε, φέρε, quum est hortandi aduerbium, propriè iungitur uerbo imperatiuo singulari, secundæ personæ. Virg. 4. Aeneid. Eia age, rumpe moras. Idem in 6, Dic age. Virgil. 3. Aeneid. Fare age. Vbi Seruius, Hortantis est age. Id est, dic celeriter.

Age, corripientis aduerbium. Terent. Adelph. 2. 2. 7,

— age, scis quid loquar?

Age, excitandi aduerbium, frequens est post Nunc, in connexionibus poeticis. Virgil. Georg. 4. 30,

Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipse
Addidit, expediã. Sic Aeneid. 6, & 9. Et hoc genus obseruatur in transitione.

Age, pro dic. Terent. Adelph. 2. 2. 15. Age, noui tuum animum.

Age, cum uerbo tertiæ personæ. Liuius 1. Decad. lib. 1, non ita procul à fine, Age sanè, oĕs citatis equis aduolãt Romam.

Age, cum uerbo plurali. Valer. Flaccus, Vos age funereas ad lectora uoluite syluas. Plaut. Age licemini. Idẽ, Age igitur, uos intrò abite. Nonnũnquam sine uerbo imperatiuo ponitur. Cic. de Senect. Age, ista diuina studia omittamus. Sed in hoc genere loquendi, ferè non usurpatur, nisi in transitionibus. Vide paulò pòst, Age, excitandi.

Age age, consentientis. Terent. Heaut. 4. 3. 14, Age age, traducatur Bacchis. Cic. 5. Tusc. Age age, inquit: satis enim scitè me nostri sermonis principium esse uoluisti. Terent. And. 2. 1. 12, Age age, ut lubet.

Age iam. Cice. in Tusc. Age iam, concedo non esse miseros qui mortui sunt.

Age, nunc. Cic. pro Milone, 40, Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Idem pro Roscio Amer. 27, Age nunc, refer animum sis ad ueritatem. Pro eodem 63.

Age porrò. Cic. 7. Verr. 45, Age porrò, tu qui te tam religiosum existimari uoluisti interpretem fœderum? Age porrò, id est, Verum esto, Esto, ita sit sanè. Idem de Inuent. lib. 2. 221, Age porrò, quid si ipsi uelint iudices adscribere, passurúsne sit populus?

Age sanè, inquam. Cicer. lib. 2, de Finib. ad finem. Id est, per me licet facias.

Age uerò, teste Valla, propriè dicimus: non, Age autem. Cicer. 1. de Inuentione, 4, Age uerò, urbibus constitutis. Idem pro lege Manilia, 27, Age uerò, cæteris in rebus qualis sit temperantia, considerate.

Age, uix consentientis aduerbium. Terent. And. 4. 2. 30.

— huc face, ad me ut ueniat, si quid poteris.
D. Quid ueniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. age, ueniam. Vbi Donatus, uix consentientis est, Age ueniam.

Agedum, penult. corr. hortantis aduerbium. Festus, Agedum significat Age modo. Est enim adhortantis sermo. Valla, Agedum, non singularem tantùm desiderat, sed etiam pluralẽ: neq; id modo in carmine, ut Propertius, Vos agedum, sed etiam in prosa: ut Quintilian. Agedũ, si uidetur, extra portas prospicite squalida arua, & spinis obsita segetes, & semesos arborum truncos. Cicero pro Sylla, 53, Agedum conferte nunc cum illius uita uitam P. Syllæ. Terent. Eunuch. 4. 4. 27, Agedum, hoc mihi expedi primùm. Vbi Donatus, Agedum, Dum παρέλκον, est, & adiuuat ex animo loquentem. Plautus Mostel. 4. 125, Agedum contempla aurum. Liuius 1. ab Vrbe 163, Agedum, inquit, diuine tu, maugura, &c.

Agedum, cum uerbo tertiæ personæ. Liu. 1. Decad. lib. 7, Quẽ nunc, inquit, Roma fortissimum uirum habet, procedat agedum ad pugnam.

Agite, penul. correp, Aduerbium hortantis, secundam personã pluralem imperatiui propriè postulat, teste Valla. Plaut. Menæch. 17. 105, Agite, equi facitote sonitus ungularum appareant. Virgil. Aeneid. 1, Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

Agite interdum absolutè ponitur. Plaut. Amphit. 4. 148, Agite pugni, iandiu est quòd uentri uictum non datis.

Agite uerò. Cice. lib. 2, de Orato. ad finem, Agite uerò, ille inquit, ut multis: sed nunc quidem, quoniã id temporis est, surgendum censeo & requiescendum.

Agitedum, penul. correp. hortandi aduerbium, idem quod agite: nisi quòd hoc instantius hortatur, sicut & agedum. Liu. 7. ab Vrbe, Agitedum ite mecum.

Agedicum] ἀγέδικον, Ptolemæo: aliàs Agendicum, urbs Galliæ, uulgò, Sens.

Agelastus]

Digitized by Google

Agelastus] ἀγέλαστος, Latinè dicitur, non ridens, mœstus, morosus: quo nomine uocatus est Crassus, quem semel duntaxat in uita risisse scribit Lucilius. Cicero 5. de Finib. 158. Plinius lib. 7. cap. 19, Ferunt Crassum auum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id Agelastum uocatum.

Agema] penult. product. agematos, penul. correp. neu. gene. (ἄγημα) Agmen Latinè dicitur. Arrianus scribit alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγημα: quanquam & de peditibus agema dici idem testatur Arrianus. Liu. 5. Decade, libro 2. 192, Delecta deinde & uiribus & robore ætatis ex omni Cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem uocabant.

Agenor] ἀγήνωρ, rex Phœnicum, Beli regis filius, Cadmi pater. Virgilius lib. 1. Aeneid. 169, Punica regna uides, Tyrios & Agenoris urbem. Id est, Carthaginem, quam condiderũt Phœnices, qui et Agenoridæ dicũtur de sui regis nomine.

Fuit & Agenor, Antenoris filius, ut scribit Home. lib. Iliad. 11.

Agenor, Tyriæ gentis gloria, Sillius Ital. lib. 1. 17.

Agenor imperiosus, Stat. 2. Achil. 72.

Agenorides, Agenoridæ, pe. corr. (ἀγηνορίδης) Cadmus Agenoris filius. Ouid. 3. Metamorph. 2, — profugus patriamq; iramq; parentis Vitat Agenorides.

Agenoreus, pen. cor. adiectiuũ (ἀγηνωρεῖος) Sil. Ital. lib. 17. 12. Littora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ. Lib. eodem, 81, Sceptra ad Agenoreos essent uentura nepotes: id est, Carthaginenses. Idem lib. 7. 129,

Purpura Agenoreis saturata micabat aheneis. Id est, uasis Tyrijs. Nam in Tyro purpura tingebatur.

Ager] agri, masc. gen. (ἀγρός, χώρα) Locus in rure, quem colimus siue arando, siue conserendo. Donatus, ab agendo ager dictus est, quòd in eo multa agenda sunt. Varr. 4. de Lingua Latina, Ager dictus est, in quo terram agebant, & ubi quidem agebant aliquid fructus causa. Hanc Varronis etymologiam Quintilianus li. 1. reprehendit his uerbis, sed cui nõ post Varronem sit uenia? qui agrum, quòd in eo agatur aliquid, & graculos quia gregatim uolant, dictos Ciceroni persuadere uoluit? (ad eum enim scribit) quum alterum ex Græco sit manifestum duci, alterum ex uocibus auium. Hæc Quintilian. Sanè ager Græcè dicitur ἀγρός. Terent. Heaut. 1. 1. 94, Agrum hunc mercatus sum, hîc me exerceo.

Ager, est tum circunie&tum ipsi urbi territorium: ut, ager Campanus, ager Leontinus, ager Faliscus: tum locus in rure, quẽ colimus. Nam is qui seritur frumentis, aruum nominatur. Verùm in hoc secundo significato habet pluralem numerũ: ut, Omnes agros ciuium depopulatus est: in priore non habet, duntaxat dum loquimur de singularum urbium territorijs. Non enim dices rectè sic, Antonius dedit militibus suis agros Campanos, & Leontinos: nam hoc pacto nõ complector nemora, saltus, pascua, desertos montes: sed sic potius, Dedit militibus suis agros, Campanum, & Leõtinum: id est, agrum Campanum & Leontinum: quo quidem modo complector omnia, quæ in territorio illo sunt. Ager enim, flumina, lacus, cæteráq; omnia includit. Hæc Valla lib. 4. Sallust. Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abduxit.

Ager, pro territorio, interdum subauditur. Cic. Valerio, lib. 13. Epist. 5. 4, Is habet in Volaterrano possessionem. Id est, in agro Volaterrano.

Agrorum bonitas. Cic. de lege Agraria contra Rullum, 93, Cãpani semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine.

Agri cultio, & Cultura agrorum. Cic. de Senectu. 52, Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio, an ulla uita beatior esse posit: neq; solùm officio, quòd hominum generi uniuerso cultura agrorum est salutaris: sed & delectatione, quam dixi, & saturitate copiaq; omnium rerum, quæ ad uictum hominum & cultum etiam deorum pertinent.

Fatigatio agrorũ. Columel. 2. de re Rusti. cap. 1, Neq; enim prudentis est, adduci tanquam in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicuius põdere: sic cultibus & agitationibus agrorum fatigationem succedere.

Modus agri. Colu. 1. de re Rust. cap. 3, Suaq; lege C. Licinius damnatus est, quòd agri modum, quem in magistratu rogatione Tribunitia promulgauerat, immodica poßidendi libidine transcendisset.

Molitio agrorum, soliq;. Columel. in præfat. lib. 1, Accedit huc, quòd ille quem nos perfectum esse uolumus agricolã, si quidem artis consummatæ non sit, nec in uniuersa rerum natura sagacitatem Democriti uel Pythagoræ non fuerit consecutus, & in motibus astrorum uentorumq; Metonis prouidentiam, uel Eudoxi, & in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis, & in agrorum soliq; molitione Triptolemi aut Aristæi prudentiam: multum tamen, si usu Tremellios, Sacernasq; & Stolones nostros æquauerit.

Professor agrorum. Colum. in præfat. lib. 1, Cuius præcepta si uel temerè ab indoctis, dum tamen agrorum professoribus, antiquo more administrarentur, minus iacturæ paterentur res rusticæ.

Sationes agrorum facere. Colum. 2. de re Rust. capite 2. 17, Hæc quum ita explorauerimus, agrorum sationibus faciundis expediemus.

Vastitas agrorum. Colu. 1. de re Rust. cap. 3, Mox etiam quum agrorum uastitatem uictoriæ nostræ, & interneciones hostium fecissent, criminosum tamen senatori fuit supra quingenta iugera possedisse.

Vncia agri. Varro 1. de re Rust. ca. 10, Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subcisiuum esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt: id habet scrupula ducenta octoginta octo.

Almus ager, quòd nos alat, Virgil. 2. Georgic. 66.

Amœnus, Horat. de Arte Poetica, 4.

Angustus. Vide Ager laxus.

Apertus. Vide Ager uacuus.

Aquosus. Colu. 2. de re Rust. cap. 16, Nec dubium, quin aquosus ager maiorem stercoris copiã, siccus minorẽ desideret.

Arduus. Vide Ager confragosus.

Benignus, Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 12.

Calculosus. Colu. lib. 3. cap. 11, Simili quoq; de causa probari solutam glaream, calculosumq; agrum, & mobilem lapidem.

Caldus. Cato de re Rust. cap. 6, In agro crasso & caldo oleam conditiuam maximè serito.

Campestris. Varro 1. de re Rust. cap. 6, Igitur quum tria genera sint à specie simplici agrorum, campestre, collinum, & montanum: est ex his tribus quartum, ut in eo fundo, in quo hæc duo, uel tria sunt, ut multis locis licet uideri. Columel. li. 3. cap. 14, Si aut pluuius aut frigidus status cœli est, aut ager pinguis, aut campestris.

Carbunculosus. Columel. lib. 3. cap. 11, Nam carbunculosum agrum nisi stercore iuues, macras uineas efficere dixerunt.

Collinus ager. Vide Campestris ager.

Colonus. Cic. 5. Philip. 202, Cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites ueterani deducti essent. Id est, in quem colonia deducta esset, & qui colonis esset aßignatus.

Confragosus atque arduus. Varro 1. de re Rustica, cap. 18, Nam si est ita dißimilis ager, ut totus arari non poßit, ut si sit confragosus, atque arduus cliuis, minus multi opus sunt boues & bubulci.

Conterminus

Digitized by Google

Conterminus. Plin.lib 18. cap. 6, Pompeius nunquam agrum mercatus est conterminum.
Copiosi agri. Varro 1.de re Rust.cap.16, Aut etiam diuitum copiosi agri & uillæ, &c.
Crassus & lætus ager. Cato de re Rust.c.6, Vbi ager crassus & lætus est sine arboribus, eũ agrũ frumentarium esse oportet.
Cretosus, uliginosusq;. Columel.2.de re Rust.cap.9.
Diues, Virg.7.Aeneid.53.
Dotales agri. Hoc est, Agri q dote acquirũtur, Oui.5. Fast.42.
Effœti agri, continua fertilitate lassati, ait Seruius, Virgilius 1. Georgic.17.
Egregios agros colere, Var.1.de re Rust.cap.16.
Exilis ager. Vide Pestilens ager.
Exossatus. Hoc est, Elapidatus, Nam lapides ossa terræ dicuntur. Persius Satyr.6.14.
Ferax, Columel.1.de re Rust.cap.4.
Fertilis & iucundus. Vide Iucundus ager.
Fluentes agri, Claudianus 2.de raptu Proserpinæ 25.
Fœcundus ager, Claudianus 1.in Ruff. 39.
Frigidus & macer. Cato de re Rust.cap.6, Qui ager frigidior & macrior erit, ibi olesm licinianam seri oportet.
Frugifer. Lucanus lib.1.28.
Frumentarius. Vide Crassus & lætus ager. Columel.2.de re Rustica, cap.2, Et ideo frumentarius ager, id est, pinguis, magis aliis qualitatibus æstimandus est.
Fructuosus. Vide Honestior ager.
Gelidi agri, Iuuenalis Satyr.3.64.
Graminosus ager. Vide Syluester ager.
Grauidus, Virg.2.Georg.1.
Hispidi agri, Horat.2.Car.9.1, Id est, horridi propter uepres.
Honestior ager. Varr.1.de re Rust cap.4, Nec non ea quæ faciunt cultura honestiorem agrũ pleraq; non solũ fructuosiorẽ eundẽ faciunt: ut quũ in ordinẽ sunt consita arbusta atq; oliueta: sed etiã uendibiliorẽ, ut quæ adijciant ad fundi preciũ.
Huber. Columel.3.de re Rust. cap. 1, Prudens agricola pingui & huberi dabit agro gracilem uitem.
Humidus ager. Vide Syluester ager.
Ieiunus, atq; exilis, Columel.5.
Imbecillior. Columel.1.de re Rust.ca. 3, Imbecilliorem agrum, quàm agricolam esse debere: quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidit dominum.
Immunis & liber, Cic.4.Verr.120.
Incultus, cui opponitur Cultus ager. Ouid.7.Metamor.108.
Informis ager. Horat.1.Sermo.sat.4,
Albis informem spectabant ossibus agrum:
Hoc est, fœdatum & deturpatum.
Ingeniosus ager ad segetes. Ouid.4.Fast.137,
Frigida Carseolis nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.
Insalubris. Plin.lib.18.cap.5, Aiebat neq; fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum, neq; effœtis saluberrimum.
Iucundus & fertilis, Cic.de lege Agr.contra Rullum 49.
Iuncosus, Plin.lib.18.cap.6.
Lætus ager. Vide Pinguis ager.
Lapidosus ager, Ouid.8.Metamorpho.162.
Lati agri, Virgil 8.Aeneid.2.
Laxus ager. Colum.1.de re Rust.cap.3, Nec dubiũ, quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quam angustus eximiè.
Liber. Vide Immunis ager.
Limosus, Columel.2.de re Rust.cap.10.
Litigiosus. Ouid.2.Fast.132, Ad Terminum.
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Lutosus, Columel.2.de re Rust.cap.4.
Macer. Vide Frigidus ager.
Madidi agri, Oui.1.Metamorpho.85.
Malignus. Vide Malus.
Malus. Plinius libro 18.cap.5, Malus est ager, cum quo dominus luctatur.
Mediocris. Colum.2.de re Rust.ca.9, Iugerũ agri pinguis plerunq; modios tritici quatuor, mediocris quinq; postulat.
Melior. Vide Melior.
Miseri agri, Val.1.Argo.135.
Montanus ager. Vide, Campestris ager.
Nebulosus, Cato de re Rust.cap.6.
Neglectus, Ouid.2.Fast.104.
Nobiles agri, id est, famosi, Senec. Thyeste.1.24.
Operosus ager, Ouid.2.Amor.Eleg.16.7.
Opimi & fertiles agri, Cic.de leg.Agr.contra Rullum 56.
Optimus ager, qui sub radice montis situs est. Varro 1. de re Rust.cap.7.
Orthogonius ager. Vide Orthogonus.
Patrij agri, Ouid.14.Metamor.95.
Patuli agri, Sil.lib.7.76. Idem lib.15.110.
Perbonus ager. Vide Perbonus.
Pestilens & exilis ager, Columel.lib.1.de re Rust.cap. 4.
Pinguis ac lætus ager, Columel.lib.1.de re Rust.cap.4.
Planus ager, Columel.2.de re Rust.cap.4.
Pœnitendus ager colono, Vide Exercere agrum.
Putris, Colum.2.de re Rust.ca.2, Idem pinguis ac putris ager.
Quæstuosus. Plin.lib. 18.capit.5, Agroq; ut homini, quamuis quæstuosus sit, si tamen & sumptuosus, nõ multũ superesse.
Restibilis ager. Vide Restibilis.
Riguus ager. Colum.2.de re Rust.cap.17, Potest tamen mediocriter accliuis, si aut pinguis est, aut riguus ager, pratũ fieri.
Rudis, In quo nondum ulla fuit seges. Colum.lib.3.cap. 11, Idem 2.cap.2, Sed iam expedienti rudis agri rationem, sequitur cultorum noualium cura.
Salubrior, Varr.1.de re Rust.cap.4.
Secretus. Ouid.de Nuce 18,
Felix secreto quæ nata est arbor in agro,
Et soli domino ferre tributa potest.
Semimadidus nimbis. Vide Lutosus ager.
Serenus, Claud.3.de raptu Proserp.47.
Siccus. Vide Aquosus ager.
Sterilis, Ouid.1 de Arte amandi.
Spurcus. Vide Syluester ager.
Suburbanus, Cic.2.de Diuinat.105.
Sumptuosus. Vide Quæstuosus.
Surcularius. Varr.1.de re Rust.cap.2, Colonus in agro surculario ne capra compascat aliter, Ne capra natum pascat.
Syluester, syluestris. Colum.in præfat.lib.1. Atq; in his ipsis habere cognitum, quid recusset collis, quid campestris positio: quid cultus, quid syluester ager, quid humidus, & graminosus, quid siccus, & spurcus, ratione quoq; despicere.
Temperatus ager, et minimè humidus. Colu.2.de re Rust.ca.8.
Tepidi agri, Val.3.Argonaut.44.
Tristes agri, Tibul.lib.2.Eleg.3.14.
Vacuus & apertus ager. Columel.2.de re Rust.cap.9, Inter cætera quoq; non ignorare debemus quintam partem seminis amplius occupare agrum consitum arbusto, quàm uacuum & apertum.
Viduus pecudibus, Colum.2.de re Rust.cap.15.
Viridis, Martial.lib.7.epig.111.
Vitiferi agri, Sil.lib.15.112.
Vliginosus. Vide Cretosus ager.
Vtilior frumentis, Columel.2.de re Rust.cap.10.
Alget ager, Martial.lib.7.epig.111.
Anhelantes agri. Stat.3.Syl.1.11,

Digitized by Google

Acer anhelantes incendit Sirius agros.

Arare agros. Vide Immunis ager.

Arct serenitatibus ager. Columel. 2. de re Rust. cap. 8, Vbi estiuis serenitatibus ager aret.

Aßignare agros. Horat. 2. epist. 1. 2, —asperа bella
Componunt agros aßignant, oppida cõdunt. Acron, Agros aßignant, dum distribuunt colonias. Colonias distribuere, est uacuas hominibus ciuitates, aliunde adductis habitatoribus implere, & agros illis adiacentes diuidere.

Ager aßignatus dicebatur, qui inter ueteranos certis limitibus diuidebatur, qui etiam limitati nomen sumpsit. L. in agris. de Acquir. rer. domi. Vide Alciatum in prætermißis.

Concidi agrum. Plin. lib. 18. cap. 6, Humidiorem agrum foßione concidi atq; siccari, utilißimum est.

Conserere agros, Virg. 1. Eclog. 15,
—— en queis consecuimus agros?

Consitus arbustis ager, Colum. 2. de re Rust. cap. 2.

Contemptus ager, Ouid. de Nuce 122.

Cultus ager. Horat. 4. Carm. 14. 6. Varro de ling Latin. lib. 4, tradit agrum cultum dici ab eo, quòd ibi cum terra semina coalescebant. Contrà autem inconsitum, incultumq;.

Desertus ager, Oui. 3. Meta. 122.

Desolare agros. Columel. 1. de re Rust. ca. 3, Flagitiosum, quos hostis profugiendo desolasset agros, nouo more ciuem Romanum supra uires patrimonij poßidendo deserere.

Discretus ager, Statius 5. Thebaid. 112.

Diuisi agri, Varro 1. de re Rust cap. 20.

Exercere agrum, Colu. 2. de re Rust. cap. 2.

Extricare agrum. Columel. lib. 3. cap. 11, Ager si frutetis aut arboribus obsessus est facile extricatur.

Findere agros sarculo, Horat. 1. Carm. 1. 3.

Incursare agros. Vide Incurro.

Induruit ager, Columel. 2. de re Rust. cap. 4.

Infamare agrum. Vide Infamis.

Infestari agrum seminibus, Colu. 2. de re Rust. cap. 14.

Iteratur ager. Vide Tertio tertias in Ter.

Lustrare agros. Vide Lustro.

Metari agros, Virgil. lib. 2. Georg. 55.

Mouere agros, Virgil. 1. Georg. 25.

Multari agrum. Columel. 1. de re Rust. cap. 2, Nam illud uetus est, & Catonis, Agrũ peßimè multari, cuius dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit uillicum.

Bene natus ager. Vide Nascor.

Nouare agrum. Vide Nouus.

Obserere agrum. Vide Obsero.

Occare agrum. Vide Subactus ager.

Onerati agrimeßibus, Ouid. 7. Metamor. 158.

Parare agros, Columel. 1. de re Rust. cap. 3.

Percurrere agrum. Vide Percurro.

Peruri agrum. Vide Refrigescere agrum.

Prolatare agros, Tacit. lib. 18.

Proscindere agros, Columel. 2. de re Rust. cap. 2.

Refrigescere agrum. Colum. 2. de re Rust. cap. 16, Nec ignorare colonos oportet, sicuti refrigescere agrum, qui non stercoretur, ita peruri si nimium stercoretur.

Renouatus ager. Ouid. 1. Metamorpho. 23,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.

Requietus ager. Ouid. 2. de Arte amandi 71,
Da requiem: requietus ager bene credita condit.

Resoluere agrum. Vide Consitus arbustis ager.

Siccari agrum. Vide Concidi.

Stercorare agros, Varro 1. de re Rust. cap. 7.

Sternere agros. Virgil. 2. Aeneid. 62,
In segetem ueluti quum flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores.

Subigere agros. Vide Consitus arbustis ager.

Male subactus ager. Col. 2. de re Rust. c. 4, Nã ueteres Romani dixerũt male subactum agrũ, qui satis frugibus occãdus sit.

Sulcare agros, Tibul. lib. 2. eleg. 3. 17.

Non ego me uinclis uerberibusq; nego.

Tertiatur ager. Vide Tertio tertias in Ter.

Tractare agrum. Vide Lutosus ager.

Vertere agrum. Col. li. 3. c. 13, In longinquis & remotis regionibus istud genus uertẽdi & subigẽdi agri minimè usurpatur.

Agros alienos irrigas, tuis sitientibus. Hoc est, aliena curas negotia, tuis neglectis. Cum alienis uxoribus rem habes, tua posthabita. C. de Seruitutib. & aqua cap. Præses.

Agrum optimè colere nõ expedit. Apud priscos adagionis instar fuisse Plin. testatur lib. 18. cap. 6, Temerarium, inquit, uideatur unam uocem antiquorum posuisse, & fortaßis incredibile penitus existiment, nihil minus expedire, quàm agrum optimè colere. Paulò pòst, imò hercle iudico modum, rerum omnium utilißimum. Bene colere, necessariũ est: optimè, damnosum. Huc facit illud Horatianum. In uitiũ, culpæ ducit fugа, si caret arte. Illud quoq; prouerbium Hebræorũ, admonens, ne quis nimium sit iustus. Erasmus in Chiliad.

Habet inuidiam hic ager Syllanus. Vide Inuideo.

Agrum imbecilliorem esse oportet, Subaudi, quàm agricolam. Columel. lib. 1. cap. 3, testatur apud Afros agricolas huiusmodi prouerbium fuisse celebre. Virgilius sic explicuit,
—Laudato ingentia rura: Exiguũ colito. Non enim dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Conueniet in eos, qui studeant imperio proferendo, quum hoc ipsum, quod habent, non poßint administrare: aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Erasmus in Chiliad.

In agro surculario capras. Varro de re Rustic. lib. 1. cap. 2, Dictum hoc ueluti legẽm agricolariam affert: Colonus in agro surculario ne capras compascat. Deflecti potest ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admistu, corrumpunt teneram ætatem. ueluti siquis sacris uirginibus adiungat iuuenes lasciuos: aut adolescentibus addat lasciuas puellas: aut siquis studijs admiscеat uoluptates studijs inimicas. Nã capra plantis omnibus non uulnere tantum, sed & ueneno dentiũ pesti fera est, præsertim oleæ & uiti, unde & Baccho immolatur uindictæ gratiæ. Mineruæ nihil caprini generis: quod ille uitis repertor dicitur, huic sacra est oles. Erasmus in Chiliad.

Agellus, diminutiuum ab ager, (γήδιον) Cic. 5. Verr. 72. Idem li. 3. de Nat. deor. 124, At enim mimora dij negligũt, neq; agellos singulorũ, nec uticulas persequuntur. Ter. Adelphi. 5. 8. 27, Agelli hic sub urbe est paululũ, quod locitas foris.

Paruus admodum agellus. Plin. li. 17. ca. 6, Sic lib. 18. cap. 6. 9.

Dulcis agellus, Lucret. lib. 5. 275.

Virens agellus, Horatius de arte Poetica 24.

Agrarius adiectiuum, quod ad agros pertinet: ut Lex agraria, (περὶ ἀγρῶν νόμος) & agrarij homines, id est, fautores legis agrariæ. Cic. in Catilinam 76, Qui agrarios concitare conatus est. Idem in Philipp. 7. 228, Non solicitabit rursus agrarios? Ibidẽ li. 1. Att. 14. 5, Huic toti rationi agrariæ Senatus aduersabatur. Sic agraria facultas. Idem Attico, lib. 2. 30. 1. Agraria res. Idem 2. Offic. 115.

Agraria lex. Cic. ad Atti. lib. 1. 14. 4.

Agrestis, & hoc agreste, (ἄγριος ἀγροῖκος ἀγρότερος) Quod rusticum est, & ad agros pertinet. Virgil. 1. eclog.
Ludere quæ uellem calamo permisit agresti.

Alumnus agrestis. Hoc est, Aegysthus: quia in agris, à capris nutritus fuit. Senec. Agamem. 7. 29.

Aper

Digitized by Google

Aper agrestis, Ouid. de Philom. 11.
Agrestis arbor, Cic. 7. Ver. 69.
Cultus agrestis, Stat. 6. Thebaid. 12.
Falx agrestis, Iuuenal. Saty. 13. 8.
Ferramentum agreste, Liu. 1. ab urbe 178.
Frondes agrestes, Horat. 3. Carm. 18. 3.
Gaza agrestis, Virgil. 5. Aeneid. 8.
Latium agreste, Horat. 2. Epist. 1. 32.
Laurus agrestis, Tibul. lib. 2. Eleg. 6. 16.
Lupi agrestes, Statius 3. Thebaid. 9.
Numen agreste, Seneca Hippoly. 4. 10.
Nymphæ agrestes, Virgil. 3. Aeneid. 7.
Palæstra agrestis, Rustica luctatio, Virgil. 2. Georg. 107.
Poma agrestia, Virgil. 7. Aeneid. 23.
Pubes agrestis, Virgil. 1. Geor. 69.
Agrestes tauri differunt à Syluestribus. Plin. lib. 8. cap. 21, Sed atrocissimos habent tauros syluestres maiores agrestibus.
Saltus agrestis, Ouid. 14. Metamorpho. 162.
Satyri agrestes, Horat. de Arte Poetica 45.
Sparus agrestis, Virgil. 11. Aeneid. 137.
Stramen agreste, Virgil. 11. Aeneid. 14.
Sylua agrestis, Ouid. 7. Metamorpho. 49.
Tecta agrestia, Ouid. 4. Fast. 162.
Tineæ agrestes, Ouid. 15. Metamorpho. 75.
Agrestis, per metaphoram dicitur pro Duro, aspero, acerbo: ut Agrestis immanitas Cic. 1. de Diuin. 107. Agrestis ac durus animus, Cic. pro Archia 13. Agrestis dominus apud eundem. Id est, inhumanus.
Durus & agrestis. Cic. de lege Agraria contra Rullum 93. Ligures montani, duri atq; agrestes.
Indoctus & agrestis, Cic. in Partitionibus 48, Hoc primum intelligamus, hominum duo esse genera: alterum indoctum & agreste, quod anteferat semper utilitatem honestati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat.
Agreste & inhumanum, Cic. ad Att. lib. 13. 25 8. 2, Exculto animo, nihil agreste, nihil inhumanum est.
Vastus & agrestis. Cic. lib. 1. de Orat. 57, Idē 5. Tusculan. 113, Quæ barbaria India uastior, aut agrestior?
Animus agrestis ac durus, Cic. pro Archia 13.
Asperitas agrestis, Horat. 1. Epistol. 19. 2.
Dominus agrestis ac furiosus, Cic. de Senect. 43.
Donum agreste, Sillius lib. 13. 24.
Fera agrestisq; uita, Cic. lib. 1. de Orato. 18.
Immanitas agrestis, Cic. 1. de Diuinatio. 107.
Agrestis musa, Rusticū carmen, ut ait Seruius. Virg. 6. Ecloga.
Negligentia agrestis & inhumana. Cic. 1. Offic. 182, Adhibenda præterea munditia est, non odiosa neq; exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam.
Pectus agreste, Dirum, Ouid. Epist. 21. 42.
Agreste quiddam. Cic. 3. de Orato. 126, Nam à principio clamare, agreste quiddam est.
Seruos agrestes & barbaros, Cic. 3. de Orat. 24.
Agrestis, substantiuū, pro homine rustico, Virgil. 9. Aeneid. 3,
Lydorumq; manum, collectos armat agrestes. Idem 1. Georg. 9,
Ignarosq; uiæ mecum miseratus agrestes Ingredere.
Duri agrestes, Virgil. 1. Georgico. 32.
Frigidus agrestis, Ouid. 5. Fast. 33.
Tardi agrestes, Ouid. 9. Metamorph. 70.
Agrestium conuentus. Cic. pro Muræna 55, Et quoniā non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium, audacius paulò de studijs humanitatis disputabo.
Agricola, penul. corr. com. gen. (γεωργὸς, γήκονος, ἐργατίνης) quasi agrum colens: dicitur qui quamlibet agriculturā exercet: & est nomen generale. Nam inter agricolas alij sunt aratores, alij uinitores, nonnulli arboratores, multi etiā pastores: quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solum rustici & agrestes dicūtur agricolæ, sed multi etiā oppidani. Quod genus uitæ olim fuit in maximo precio atq; honore, præsertim apud Romanos. Cat. de re Rust. c. 1, Bonus agricola, bonusq; colonus. Ita laudabāt antiqui uirū bonū: amplissimeq; laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Virg. 1. Georg.

O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas! Ci. 1. Tusculan. 50, Arbores seret diligens agricola. Sic Plin. in procemio lib. 14. 2.

Agricola assiduus, Cice. Rosc. Amer. 26.
Auarus agricola, Virg. 1. Georg. 10.
Beati agricolæ, Horat. 2. epist. 1. 29.
Crudus agricola. Martial. lib. 12. epigram. 77,
Ebrius & crudus nil habet agricola.
Agricola diligentissimus. Cic. pro Deiotaro 18, Vt optimus paterfamiliâs, & diligētissimus agricola, & pecuarius habere
Fortes agricolæ, Horat. 2. epistol. 1. 29. (tur.
Indocilis cœli agricola. Vide Indocilis.
Indomiti agricolæ, Virgil. 7. Aeneid. 105.
Miseri agricolæ, Virgil. 12. Aeneid. 91.
Negotiosus agricola. Col. Gratiora sunt ista in otio legentibus, quàm negocijs agricolis. Studiosis quoq; literarū gratio-
Parcus agricola, Stat. 5. Syl. 1. 25. (ra.
Pauper agricola, Propert. lib. 2, Eleg. 20. 2.
Peritissimi agricolæ, Colum. 11. cap. 1.
Seueri agricolæ, Lucret. lib. 5. 273.
Turpis agricola, Ouid. 1. de Arte amandi 146.
Validus agricola, Colum. lib. 11. cap. 1.
Agricola & rusticus, Cic. pro Roscio Amer. 57.
Agricolatio, γεώργιον, Agrorū cultus. Col. li. 11. ca. 1. 1, Agricolationū sermonibus instigatus. Idem lib. 1. ca. 9, nixus in hoc officio, quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.
Agricultor, γεωργὸς, Qui colit agros. Liu. 6. bell. Pun. 1-8, Seruos agricultores Rempub. abduxisse. Fortasis legi debet separatim Agri cultores: idq; probatius est.
Agricultura, penul. prod. (γεωργία, γεωπονία, γηπονία) Cultus agrorum. Cic. 1. Offic. 211, Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Plin. lib. 18. capit. 6. 12.
Indiscreta agricultura. Vide Indiscretus.
Agripeta, penult. corre. Cic. Att. lib. 15. 330. 8, Seruulos autem dicere eum & agripetas eiectos à Buthrotijs. Idem 1. de Nat. deo. 98, ibi enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quòd in eam pater eius Neocles agripeta uenerat. Videtur hoc nomen alium agri petitorem significare. Et est communis generis: quia tā de fœmina, quàm de uiro dici potest.
Ageraton] herba est ferulacea, duorum palmorum altitudine, origano similis, flore bulis aureis. Huius ustæ nidor urinam ciet, iuuluamq; purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc, sed quoniā diutissimè non marcescit. Plin. lib. 27. cap. 4. Ruellius lib. 3. cap. 102.
Ageratus] ἀγήρατος, Lapis est, quo coriarij olim utebantur in poliendis corijs: cuius loco hodie utuntur massa uitri. Galen. lib. 9. Simpl.
Agerochus] penult. prod. filius fuit Nelei, ex Chloride uxore, ut est apud Homerum lib. 11. Iliad.
Agerona] ἀγερώνη, Industriæ dea, ab agēdo (ut opinor) dicta. Hermolaus in Plin. lib. 15. cap. 29, Murcæ, dea socordiæ est: ut Strenua, Agerona, Stimula, Industria. Pomponius & Augustinus authores.
Agesander] Statuarius insignis apud Plin. lib. 36. cap. 5.

Digitized by Google

Agesias] Syracusanus Olympionica, Sostrati filius.

Agesias, ἀγησίας, Cyrenaicus philosophus cui à Ptolemæo, Philosophiæ professione fuit interdictũ quòd animæ immortalitatem docens, multos ad spontaneam mortem compellerat, ut Cleombroto Ambraciotæ accidit. Ci. in Tusc. li. 1.

Agesidamus] Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu uincentem Pindarus hymnũ cecinit.

Agesilaus] penult. prod. (ἀγησίλαος) cognomen Plutonis apud Aeschylum, ut testatur Athenæus in Dipnosophistis, & apud Lactantium lib. 1. Diuin. instit.

Agesilaus, dux Lacedæmoniorum clarissimus, cuius res gestas scripserunt Xenophon & Plutarchus. Eius memimit Valerius lib. 7. cap. 2.

Agesilaus Archidami fuit filius, postquam Agis rex diem obijt, adhuc iuuenis ab Lacedæmonijs rex creatus, breui statura corporis, altero pede claudus, uirtute præ cæteris præditus. Tysaphernem qui principatum tenebat inter Persas, in Asia uicit, Athenienses quoq;, & Bœotios, apud Coroneam urbẽ Peloponnesi, Ex Xenophonte.

Agesilaus ille magnus Spartanorũ rex, imaginem corporis sibi statui refragabatur, quum hoc ei gratulari nõnulli uellẽt, sed animi monumenta elaborare nunquã desistebat: putans statuariorũ illud, at hoc suum esse ipsius opus: ac rursus locupletũ illud, sed hoc bonorum esse. Author Xenophon in oratione de Agesilai laudibus, quam latinitate donauit Philelphus. Memimit & Cicer. ad Luceium, libr. 5 epist. 12. 24.

Agesilai in summo imperio nemo unquam uerbum ullum asperius audiuit: Tanta fuit tanti regis modestia. Cic. ad Q. fratrem lib. 1. epist. 2. 12.

Agesinates] Aquitaniæ populi Pictonibus iuncti. Plinius lib. 4. cap. 19.

Agesipolis] Lacedæmoniorũ dux, qui Argiuos magnis affecit cladibus, ut scribit Xenophon lib. 4. rerum Græcarum. Eius meminit Liu. 4 Decad. lib. 4.

Agesis] ἄγε δή, aduerbium excitandi, compositum ex particula Sis, quæ uerbis imperatiui modi apud ueteres addebatur. Lucret. lib. 1,

Nunc agesis, quoniam docui nil posse creari
De nihilo. Cic. in Partition. 25, Agesis ergò, quoniã in confirmationem & reprehensionem diuiseras orationis fidem, & dictum de altero est, expone nunc de reprehendendo.

Aggemo] aggemis, pen. corr. aggemui, (ἐπιγέμω) aggemere. Ex ad, & gemo compositum. Ouid. 1. Trist. Eleg. 13. 23,

Aggemit & nostris ipsa carina malis. Vide Adgemo.

Agger] aggeris. masc. g. penult. corr. (χῶμα) Vnde fit uerbũ aggero, aggeras. Virg. 9. Aeneid.

—— Et fossas aggere complent. Vbi Seruius: Agger est cuiuslibet rei coaceruatio, unde fossæ, aut ualles repleri possunt.

Agger arenæ. Virgil. 1. Aeneid. 24,

Illiditq; uadis, atq; aggere cingit arenæ.

Agger, Est moles terræ circa fluuiorũ ripas, ipsis oppositas fluminibus, ne inundatione uastent agros. Virgil. Aeneid. 2,

Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exijt, oppositasq; euicit gurgite moles. Huiusmodi aggeres Cic. per periphrasin uocat moles oppositas fluctibus lib. 2. Offi.

Agger, Fossa. Virg. 7. Aeneid.

—— primusq; in littore sedes
Castrorum in morẽ pinnis atq; aggere cingit. Seruius.

Agger camporum medius, Stat. Thebaid. 2. 142.

Agger murorum. Virgil, 10. Aeneid.

Quin intra portas, atq; ipsis præliа miscent
Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ. Vbi Seruius, Agger proprie dicitur terra illa, quæ uallo facto prius ponitur, sed abusiuè et muros & munimẽta oĩa aggerẽ dicimus, sicut modò Aggeribus murorũ: p munimẽtis. Ci. ad Cat. lib. 15. 4. 28, Vallo & fossa circundedi: sex castellis, castrisq; maximis sepsi: aggere, uineis, turribus oppugnaui.

Aggerem iacere. Vide Iacio.

Agger uiæ. Virgil. 5. Aeneid. 54,

Qualis sæpe uiæ deprehensus in aggere serpens.

Vbi Seruius: Agger est mediæ uiæ eminentia coaggeratis lapidibus strata.

Agger aduersus. Virgil. 12. Aeneid. 90,

Vidit ab aduerso uenientes aggere Turnus. Seruius: Aggere, id est, eminentia.

Alpini aggeres. Id est Alpes. Virgil. 6. Aeneid. 164.

Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monœci
Descendens. Vbi Seruius: Id est, à monimentis alpium. Hæ enim, Italiæ murorum exhibent uicem.

Apricus agger. Horat. 1. Sermo. 8. 3.

Coctus aggere, Propert. lib. 3. Eleg. 11. 5,

Persarum statuit Babylona Semiramis urbem,
Vt solidum cocto tolleret aggere opus.

Gramineus agger, Virgil. 7. Aeneid 22.

Agger herbosus, Ouid. 14. Metamorph. 89.

Incuruus agger, Ouid. 15. Metamorph. 138. (pinor.

Miluius agger. Stat. li. 2 Syl. 1. 36. Pontẽ Miluiũ intelligit, ut o

Niuis aggeres Id est, niuis cumuli, Virgil. 3. Georgic. 71.

Solidus agger, Stat. lib. 4. Sylu. 4. 1.

Terreus agger, Varro lib. 1. de re Rust. cap. 14.

Terreno ex aggere bustum, Virgil. 11. Aeneid. 170.

Thessalici aggeres. Sen. in Herc. Oeth. 2. 13. Hoc est, tres Thessaliæ mõtes à gigãtibus accumulauit, ut in cœlũ conscenderẽt.

Agger tumuli compositus, Virg. 7. Aeneid. 2.

Subitus agger, Id est, subitò factus, Lucan. lib. 1. 103.

Vastus agger, Seneca in Thebaid 1. 22.

Agger metaphoricos Cic. 10. Philipp. 275. Esset uel receptaculum pulso Antonio, uel agger oppugnandæ Italiæ, Græciа.

Cingere locum aliquem aggere, Virgil. 7. Aeneid. 32.

Construere aggerem, Lucanus lib. 2. 60.

Aggeres facti à milite, Ouid. 15. Metamorph. 119. (26.

Aggere tecta moliri. Id est, domos terra cõstruere. Vir. 7. Aen.

Rupti aggeres, Vir. 2. Aeneid. 99.

Sternere aggeres. Seneca in Her. Fur. 13. 16.

Aggero, aggeras, pe. corre. (χωννύω) aggerare. Accumulare. Colu. Omnes arbores fructiferæ circumfossæ aggerari debent. Figuratè dictum, pro eo quod est, terra circum arbores aggerari debet. Idem de arboribus, cap. 28, Stercoratam terram circà aggerato. Ibidẽ, cap. 5. Ab hoc fit Exaggerare.

Aggerare, p Metaphorã pro augere & aggrauare. Virgil. 11. Aen. Et his onerat dictis, atq; aggerat iras. Idẽ 4. Aen. 40,

Incenditq; animum dictis, atq; aggerat iras.

Aggerare, pro Aggerere, siue aggerendo implere, Curtius lib. 4. Exhauriendas esse regiones, ut illud spacium aggeraretur: & exæstuaret semper fretũ. Id est, molibus iungeretur continenti, & aggere continuaretur.

Aggero] aggeris, pe. corre. aggessi, aggestũ, (ἐπιφορέω, ἐπαθροίζω, ἐπισωρεύω) aggerere, Ex ad & gero, Idem quod aggerare, siue congerere. Martial lib. 8, —— aggesta contumulauit humo. Virgil. 3. Aeneid. 13, —— & ingens Ageritur tumulo tellus. Statius 10. Thebaidos 11,

—— & aggestis uigilant altaria flammis.

Aggestus, χῶσις, Substantiuũ uerbale. Tacit. li. 19, Et locus ipse castrorũ placebat. latè prospectãs, tuto copiarũ aggestu, florẽtissimis ponè tergũ municipijs. Quint. in Aegro redẽpto.

Aggerere bona ad aliquem. Plaut. Trucul. 4. 15,

— quum

——quum eorum aggerimus bona: alioqui
Etiam ultrò ipsi aggerunt ad nos. Idem Cistel. 2. 61,
Amarum ad fatietatem usq; aggerit.

Aggerere, pro gerere, uel potius ferre, portare. Plaut. Casina. 3.35, Ita te aggerũda curuũ aqua faciã probè. Idẽ Rud. 12. 26, Siquidẽ mihi ultrò his aggerũda etiã est aqua. In utroq; respexit ad multã aquæ afferẽdæ copiã, & quasi cumulum.

Agglomero] agglomeras, pen. cor. (προσαθροίζω) agglomerare, ex ad & glomero, implicare & cõiũgere: dictũ à glomere. Vir. 2. Aeneid. ——& lateri agglomerãt nostro. Sic Nonius interpretatur, sed melius sic dicemus, Agglomerãt, p agglomeratur: id est, adiũgũtur, quasi globũ facturi. de bello enim loquitur: in quo glob. diciturag mẽ cõfertißimũ. Idẽ 12,
——densi cuneis se quisq; coactis
Agglomerant. Id est, densantur, ut cuneatim dimicẽt. Sic Seruius. Propriè tamen agglomerare significat idẽ quod glomerare: ut agglomerare filum. id est, conglobare. Nam glomus propriè de filo dicitur.

Agglutino] agglutinas, pen. cor. (προσκολλάω) agglutinare, Propriè glutine cõiũgere: ut Agglutinare chartas. Sed et pro ferrum inare (quod fit in metallis) nõnunquã accipitur. Pl. li. 36. 9, Fragmẽta uitri teporata agglutinãtur tãtũ. Idem li. 33. c. 5. 7, Chrysocollã & aurifices sibi uẽdicãt agglutinãdo auro. Ci. Att. li. 16. 333. 23, Itaq; statim nouũ proœmiũ ex graui, & tibi misi, tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Agglutinare ad aliquid. Plaut. Aulul. 26. 71, Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant. Pro aggerantur, accumulantur.

Aggrauo] aggrauas, pen. cor. (ἐπιβαρύνω) aggrauare, ex ad & grauo, grauas, Valde grauare, onerare, premere, exaggerare. Pl. li. 12. c. 17. 8, Odor aggrauãs capita, sed citra dolorẽ. Liu. 6. ab urbe 105. Et li. 4. 55, Vnũ abfuit bellũ externũ, quo si aggrauatæ res essẽt, uix ope deorũ omniũ resisti potuisset. Quintilian. li. 5. ca. 7. 12, Sparsa quoq; plerũq; colligimus argumẽta, quæ per se nihil reum aggrauare uideantur.

Aggrauatur pondus, Plin. li. 18. cap. 12. 1.

Aggraueſco, aggraueſcis (ἐπιβαρύνομαι) aggraueſcere, Ex ad, & nomine grauis factum uerbum, Grauius fieri, Aggrauari, ingraueſcere. Terent. Hecyra. 3. 2. 2, Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat. Vbi Donatus, Aggraueſcat, grauior fiat, propriè: quia morbi graues dicti sunt. Sic aggraueſcens uulnus. Cic. 3. Tuscul.

Aggredior] aggrederis, penul. corre. aggreſſus sum, (μέτειμι, ἔπειμι, εἰσβιάζω, εἰσβάλλω) aggredi, penult. corrept. ex ad & gradior, adire, accedere. Plautus Curc. 7. 59,
——fortè aspicio militem:
Aggredior hominem: saluto adueniens. Cic. de Orat. re lib. 3. 36. Non enim inde repelletur, quò aggredi cupiet. Terent. Hecyra, Aggredior. Bacchis salue. Vbi Donatus, Bene aggrediar, quasi rem difficilem.

Aggredi aliquem de re aliqua. Plautus. Marc. 7. 44,
Quin ego hunc aggredior de illa?

Aggredi, est propriè, teste Donato, ad dimicandum accedere.

Aggredi aliquem dictis, Virgil. 4. Aeneid.

Aggredi, Adire quempiam doloſe & insidioſe: hoc est, decipiendi causa: quod etiam adoriri dicitur. Plau. Persa, Huic insidiæ paratæ sunt: probè aggrediar uirum. Terentius. Phormi. 5. 8. 75. Itáne agitis mecum? satis astutè aggredimini.

Aggredi, ἐπιχειρεῖν, ἐγχειρεῖν, ἐπιτίθεσθαι, Incipere. Cic. 1. Officio. 105, In omnibus autem negotijs, prius quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Plau. Truscul. 9. 9,
——nullam rem oportet doloſe aggrediri, nisi Astutè, accuratéq; exequare. Hic pro suscipere potest accipi. Et est uetustè dictum Aggrediri, pro aggredi. Cice. 2. de Orato. 100, Quũ aggredior ancipitem causam. Idem 4. Acad. 116, Aggrediar igitur, si pauca antè, quasi de fama mea dixero.

Aggredi ad, in eadem significatione. Ci. 2. de Leg. 13, Priusquã aggrediamur ad leges singulas. Id est, dicere incipiamus de legibus singulis. Idem pro Cluent. 5, Aggrediar ad crimẽ, cũ illa deprecatione, Iudices. In his & similibus dicitur etiam uenire, uel accedere. Idem 1. Officio. 37, Ad iniuriam faciendam aggrediuntur, ut adipiscantur ea quæ concupierunt.

Aggredi dicere, Cicer. 2. Offic. 2. de quibus dicere aggrediar, si pauca prius & c. Neq; enim artem grammaticam componere aggreßi sumus. Quintil. 12. b

Aggredi ad dicẽdũ. Ci. in Brut. 72. Imparatus semper aggredi ad dicẽdũ uidebatur Anto. sed ita erat paratus ut iudices illo dicẽte nõnũquã uiderẽtur nõ satis parati ad cauendũ fuisse.

Aggredi, Inuadere. Sallustius. Ex lateribus cæteros aggreditur. Plaut. Amphit. Martigenam ille aggreßus belluam. Sic aggredi urbem: quod est (si uernaculam linguam exprimere uolumus) Dare assultum urbi.

Aggredi aliquid, Suscipere aliquod negocium & propriè de rebus arduis ac difficilibus: ut Aggredi bellum. Cic. Att. lib. 2, Et tamen illud probem, magnum quid aggrediamur.

Aggredi facinus. Hirtius de bello Hispaniensi 6. 58.

Aggredi opus magnũ & difficile. Hirtius de bello Alex. 4. 19.

Aggredi honores. Vir. Eclo. 4,
Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores.
Hoc est, incipe ad honores aspirare.

Aggreßio, Verbale (εἰσβολή) Cic. in Orato. 28, Quũq; animos prima aggreßione occupauerit, infirmabit excludetq; cõtraria. Quasi primo impetu. Metaphora ab oppidorũ uel hostium aggreßione. Quint. 100, a. Aut certe confertam esse aggreßionum & enthymemãtum stipatione minimè uelim.

Aggrego] aggregas, pen. cor. (συναθροίζω) aggregare, ex ad et grex gregis, interdũ congregare est, & quasi in gregẽ cõtrahere. Ci. in Ca. 22, Quòd si eiecerit, secũq; suos eduxerit, & eodẽ cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit.

Aggregare suam uoluntatem ad dignitatem alterius. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 9. 37.

Aggregare se ad amicitiam alterius. Cæsar 6. bel. Gall. 560.

Aggregare filium eodem crimine ad patris interitum. Cice. in Vatinium 19.

Aggregare in numerum. Cic. pro Muræna 14. Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo.

Aggreſsio] Vide Aggredior.

Aggrinæ] populi Macedoniæ uicini, Cic. in Pison.

Agidus] urbis nomen Straboni, lib. 14.

Agilla] Vide Agylla.

Agilis] pen. cor. (ἐλαφρός, ἐυαγωτὸς) adiectiuũ ab ago, agis, qui seſe facilè agit. Hoc est, qui leui & expedito est corpore. Plaut. Epid. 2. 8. Corpulentior uidere atq; agilior. Horat. li. 1. Epist. 19. 19,
Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi:
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi.

Agilis claßis. Liu. 10. bel. Pun. 38, Quæ enim restitissent, agili & nautico instrumento aptæ & armatæ claßi naues, tormenta, machinasq; portantes?

Currus agiles. Senec. in Medea. 10. 10, Video Triuiæ currus agiles.

Cursus agiles, Stat. lib. 4. Sylu. 3. 7.

Dextra agilis. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 2.

Flamma agilis, Senec. in Hippol. 5. 11.

Greſsus agiles. Sil. Ital. 3. 37,
Fer greſsus agiles mecum, & comitare uocantem.

Agilis industria hominis: cui opponitur negligens & tarda opera. Columel. Symmachus, Malo, inquit, unius agilẽ industriam, quàm decem hominum negligentem et tardã operã.

Digitized by Google

Pes agilis, Senec. in Hippolyt. 2.31.
Remus agilis, Ouid. in Sappho. 13.
Studium agile, Stat. lib. 6. Thebaid. 111. (lib. 4,
Victoria agilis, Nonius. Agilē, celerē, ab agendo. Siſenna Hiſt. Agilem dari, facilemq; uictoriam.
Vir agilis, Ouid. 2. Faſt. 104.
Agilitas, pen. cor. (ἐλαφρότης, ἐυκινησία, σπαρθμὸς) Denominatiuū, Leuitas & dexteritas corporis. Ci. Att. li. 1. 12. 5, Nā ſi ita eſſe ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorū ſæpe hominū, & eoſdē placabiles: & eſſe hāc agilitatē, ut ita dicā, mollitiēq; naturæ. Hīc eſt à corpore ad animū translatio. Plin. lib. 35. cap. 11. 14. Lecythion agilitatis exercitator.
Agilitas nauium, id eſt, celeritas, Liu. 6. bel. Pun. 261.
Agiliter, pen. cor. agilius, agilime, pen. cor. (ἐυκινήτως) aduerbiū qualitatis, id eſt, cū agilitate. Co. li. 2. c. 2. 22, Detq; requiem in ſumma, ut ſpe ceſſādi, totū ſpaciū bos agilius enitatur.
Agilis] Proprium uiri, quem poetæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant. Calepin.
Agina] agimæ, pen. prod. Eſt qua inſeritur ſcapus trutinæ: id eſt, in quo foramine trutina agitur & ſe uertit. Vnde agina tores dicuntur, qui paruo lucro mouentur. Feſtus.
Aginor] pen. prod. uilia negotior. Calepin.
Aginum] ἄγινον, urbs Galliæ Ptolemæo: uulgò Angoleſme.
Agipedes] referente feſto Pompeio in dictione Pedarius, à Lucilio dicti ſunt ſenatores, qui in ſenatu quidem ſedebant, uerùm ſententiam non rogabantur, ſed in aliorum ſententias pedibus deſcendebant: ideo agipedes, quòd pedum diſceſſione dicerent ſententiam.
Agis] ἄγις, Euryſthenis filius, teſte Strab li. 8. rex Lacedæmoniorū, cū Athenienſib. cruentiſſima bella geſſit: tādem à ſuis ciuibus occiſus eſt in carcere, eo quòd Lycurgi leges reducere, & bona publicare uellet. Autor Plutarchus. Meminit & Cic. li. 2. Offi. 117, Quā aūt habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam ſeculis antè poſſeſſū, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat? Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lyſandrū Ephorum expulerunt, Agim regem, quod nunquā antea apud eos acciderat, necauerunt.
Agitatio, Agitator] Vide Ago.
Agite, Agitedum] Vide Age.
Agito] ἀναινέω, Vide Ago. (cap. 1.
Agla] ἄγλη, Hiſpaniæ oppidū, in tractu Bætico apūd Pli. li. 3.
Aglaia] ἀγλαΐα, quæ & Paſithea à quibuſdam appellatur, una eſt charitum ſeu Gratiarum, filiarū Iouis & Eurynomes, ut eſt author Heſiodus in Theogonia. Aut (ut alij malunt) Liberi patris & Veneris. Vide Charites.
Aglais] Aglaidis Megaclis filia. tuburcinio uitam fuiſſe fertur. Galericulo, ſiue aduentitia coma utebatur. Cœnā ſic ferè apparabat, ut carnium minas abſumeret decem, panū choenicas quatuor, uini hauriret choam, id eſt (ut interpretatur Theodorus) ſextarium. tanta fuit mulierculæ uoracitas atq; bibacitas. Ex Cœlio Antiq. lect. lib. 8. cap. 14.
Aglaonice] ces, pen. prod. Egemonis Theſſali filia, quæ cum in Oſſa mōte coitus tunc obſeruaret, in iudicio cōuicta à mulieribus exiſtimantibus, ab ea lunam cœlo deduci, grauiſſimis affecta ſupplicijs traditur, ex Oſſa præceps data. Quod in Ibin ſignificauit Ouidius hoc carmine. Vtq; dedit ſaltus è ſummo Theſſalis Oſſa, ſic enim legendum eſt ibi, nō Theſſalus, ex Plutarcho & Tarreo Apollonij interprete.
Aglaope, Aglaopes, penult. corrept. una è tribus Sirenibus. Autor Lycophronis interpres apud Hermolaum in Plinium, lib. 3. cap. 1. Interpretatur Latinè, aſpectu ſplendida.
Aglaophon] ἀγλαοφῶν, Pictor nobiliſſimus. Pl. lib. 35. cap. 9. & Cic. 3. de Orat. Floruit nonageſima Olympiade.
Aglaophotis] ἀγλαοφωτὶς, Herba eſt mucūdiſſimi coloris, qua magi utuntur ad euocandos dæmones. Naſcitur in marmorib. Arabiæ, unde & Marmaritidem quidam appellant. Plin. lib. 24. cap. 17.
Aglaſpis] Nomen legionis erat. Liu. 5. Dec. 4, Interuallū qd inter cetratos & phalātes erat, implenit legio, atq; aciē hoſtium interrupit. A tergo cetratis erat, frontē aduerſus clypeatos habebat: aglaſpides appellabantur. Apparet nomen eſſe à ſplendore ſcutorum.
Aglauros] ἀγλαύρος, filia Erichthei regis Athenarum antiquiſſimi, à Mercurio in ſaxū mutata, de qua Oui. li. 2. Metamorph. 148. Aglauro, Herſe, Pādroſoq; ſororib. Mineruam ceu depoſitū tradidiſſe Erichthoniū aiūt, ciſtæ impoſitū addito interdicto, ne depoſiti perquirēdi curioſe eſſent: Pādroſumq; in officio fuiſſe: reliquas duas, quoniā ciſtā reſignauerāt, uiſo Erichthonio furere cœpiſſe, & ex ea arce, quà maximè locus præceps erat, ſe deieciſſe. Autor Pauſ. in Att. Qui & ibidē tradit Actæū primū in Att. regnaſſe. Quo uita functo, Cecrops ducta uxore illius filia, regnū ſuſcepit: ex qua Herſen, Aglaurū, Pādroſū, & Eriſichthonē liberos ſuſtulit.
Aglaus Pſophidius, oraculo Delphici Apollinis iudicatus felicior Gyge rege tūc ampliſſimo. Senior hic in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo paruū quidē, ſed annuo uictui largè ſufficiens prædiū colebat, nunquam ex eo egreſſus: atq; (ut è uitæ genere manifeſtū eſt) minima cupidine minimū in uita malі expertus. Plin. lib. 7. capit. 46. Meminit & Cœlius li. 11. Antiq. lect. cap. 65. Valerius quoq; lib. 7. cap. 1. ad finem.
Agmē] agminis, pen. cor. ne. ge. (ἄγυμα, τάγμα) Seruius. Agmen propriè eſt exercitus ambulans. Quicquid fuerit aliud: abuſiuè dicitur. Virg. 8. Aeneid.

— it clamor, & agmine facto
Quadrupedāte putrē ſonitu quatit ungula cāpū. Cic. 2. Tuſc. 61, Cū æſtu magno agmē ducebat, laborabat Marius.

Agmen, Impetus, curſus. Virgil. 2. Aeneid. 43,

— illi agmine certo
Laocoonta petunt. Idem 6. Aeneid.
Quiūe uiri tanto complerint agmine ripas. Et 1. Georgicorum, Agmen aquarum. Liu. 1. ab urbe 22, Iuuenes per mediam concionem agmine ingreſſi.

Agmen, Motus. Virgil. 3. Georgicorum,

Quum medij nexus, extremæq; agmina caudæ Soluuntur.

Agmen, Multitudo. Liu. 2. ab urbe 168, Nunciatumq; Coriolano, adeſſe ingens mulierum agmen.
Agmen, pro actu & ductu quodā ponere, non inelegans eſt, ut

— leni fluit agmine Tybris. Ennius in quinto ait,
Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumē. Hæc Macrobius Saturnal. lib. 6. cap. 4.

Aligerum agmen, Virgil. 12. Aeneid. 50.
Aquarum agmen, Virg. 1. Georgicorum 65.
Armata agmina, Claudian. epigr. 2. in Ruff. 16. Tacit. li. 19.
Attonitum agmen, Stat. 5. Thebaid. 80. (opertū. Seru.
Atrum agmen, Virg. 12. Aeneid. 91. Hoc eſt, pulueris nube co
Caſtum agmen. Claud. 2. de rapt. Proſerpi. 65,

Reginam caſto cinxerunt agmine matres Elyſiæ.

Celere agmen remotum. Virgil. 5. Aeneid. 3.
Citum agmen, Tacit. lib. 19.
Clypeata agmina, Virg. 7. Aeneid. 159.
Condenſa agmina, Sill. lib. 2. 90.
Confertum agmen, Virg. 3. Georg. 74.
Denſum agmen agere. Virgil. 5. Aeneid. 166.
Equeſtre agmen, Ouid. 9. Epiſto. 20.
Ferrata agmina, Horat. 4. Carm. 13. 6.
Fœminea agmina, Virg. 11. Aeneid. 133.
Fortiſſima agmina. Lucan. lib. 7. 45,

At medij robur belli fortiſſima denſant Agmina.

Grande agmen, Lucr. li. 1. 88. Grā

Digitized by Google

Grani ferum agmen spargere. Hoc est multitudinem formicarum granis ferentium. Oui. 7. Metam. 130.
Horrentia agmina, Hora. 2. Serm. Saty. 1. 3.
Hostile agmen, Ouid. 8. Metam. 8.
Immensum agmen aquarum, Virg. 1. Georg. 65.
Incompositum agmen. Vide Incompositus.
Infernum agmen, Seneca Med. 12. 17.
Infestum agmen, Seneca Herc. furen. 13. 9.
Longum agmen, Virg. 1. Aenei. 38.
Molle agmen, Tacit. lib. 19.
Nigrum agmen, Virg. 4. Aeneid. 81.
Numerosum agmen. Vide Agmen carpi.
Palantia agmina, Sillius li. 15. 95.
Parum agmen, Lucret. li. 1. 88.
Perpetuū agmē. Ci. in Pison. 40, At meus qdē reditus is fuit, ut à Brūdusio usq; Romā agmē perpetuum totius Italiæ uiderē.
Pilata agmina. Virg. 12. Aene. 25. Vbi Pilata, retulit ad Romanos, qui pilis uti solebant in bello.
Puerile agmen, Virg. 5. Aeneid. 109.
Pulueruleuta agmina, Virg. 4. Aen. 31.
Quadratum agmen. Cic. 2. Philip. 105, Agmine quadrato cum gladijs sequuntur scutati milites.
Rapidum agmen, Lucan. lib. 2. 99.
Rauca agmina, Statius 5. Thebai. 3. de gruibus.
Seruilia agmina, Lucan. lib. 2. 19,
Vt primum fortuna redit, seruilia soluit (citum.
Agmina. Hoc est, seruis ad libertatē uocatis cōfecit exer-
Tardum agmen. Virg. 9. Aenei. 10. id est, Peditum, qui equitum comparatione tardi sunt. Seruius.
Terrestre agmen. Hoc est, turmæ militum per terram incedentium. Luc. lib. 5. 142.
Terrificum agmen, Claud. 8. epig. 15.
Torum agmen, Stat. 8. Thebai. 97.
Trepidum agmen, Lucan. lib. 2. 79.
Agere agmen equitum, Virg. 7. Aene. 161.
Carpitur agmē. Pli. 3. Epist. ad Minutia. Numerosum agmē reorū, ita demū uidebamus posse superari, si p singulos carperetur. Nā carpi agmē dicitur, quū militū aliquis intercipitur.
Cingi agminibus, Ouid. 1. Trist. 4. 6,
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Cogere agmen. Ouid. 2. Metam. 23,
— quorum agmina cogit
Lucifer. Cicer. metaphoricōs usus est ad Atticum lib. 15. 327. 1, Assentior tibi, ut nec duces simus, nec agmen cogamus, faueamus tamen.
Concitare agmen, Oui. 14. Metam. 48.
Coniurata agmina, Ouid. 5. Metam. 31.
Densare agmina, Sillius lib. 8. 103.
Deturbare agmina gladio, Sillius lib. 7. 144.
Deuastata ferro agmina, Ouid. 13. Metam. 51.
Ducere agmina, Virg. 1. Aene. 99.
Examinata agmina, Virg. 5. Aene. 160.
Frementia agmina, Vale. 6. Argon. 37.
Metere agmen, Sillius lib. 13. 44.
Partitum agmen, Virg. 5. Aene. 112.
Prorumpunt agmina, Lucan. lib. 1. 99.
Spargere agmen, Oui. 7. Metam. 130.
Stipatum agmen, Gellius lib. 1.
Tripartitum agmen, Tacit. lib. 19.

Agminalis, pen. prod. adiectiuum (ταγματικὸς) Vnde agminales equi, qui agmen exercitus sequuntur ad conuehenda impedimenta. Bud. in Annot. post.

Agna] agnæ. Vide Agnus.

Agnascor] agnasceris, pen. cor. agnatus sum (παραφύομαι) agnasci, ex ad & nascor: sed d in euphoniæ causa mutatū est in g. Cic. 1. de Ora. 131, Nūquis eo testamēto, quod paterfamiliās antè fecit, quā ei filius natus est, hæreditatē petit? nemo: quia cōstat agnascendo rūpi testamentū: ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt. Idem pro Cecinna 52, Cui filius agnatus sit, eius testamentū nō esse rupti iudica. Ex uerbis Ciceronis satis apparet, agnasci eos proprie dici, qui nascuntur alicui postquā testamentū fecerit. Paulus in lege Qui in adoptionem. De adoptionib. li. 1. Pandect. Qui in adoptionē datur, ijs quibus agnascitur, & cognatus fit. Modest. in lege Non facile. De gradibus & affinitat. lib. 38, Quibus agnascitur, id est, in quorum familiam uenit per adoptionem.

Agnatus, Participium (παραφυόμενος, παραφυάς) Agnatum dicimus quicquid ultra naturæ debitū natū est. Vnde & agnascētia & agnata membra appellātur, quæ abūdant. Plin. li. 11. ca. 52, Membra animalib. agnata, inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Idē li. 11. ca. 39. 5, Pili agnati celerius recrescunt. In hac significatiōe scribitur etiā per d, adnascor. Vnde filius patri suo nō agnatus, sed natus dicitur. Quod si filiorū, non contēplatione patris, sed inter se mētio est, tunc agnati sunt, quia omnes iuxta, ac propè, eodēq; gradu adgeniti sunt. Id quod ignorauit Accursius: cui, cæterisq; interpretibus mirū uisum est, ut Alciatus cap. penul. 3. Parerg. refert, quod Vlpianus ait, Filius patri agnatus proximus non est.

Agnati (ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς ἀνδρῶν συγγενεῖς) dicuntur qui per uirilis sexus personas, cognatione coniuncti sunt: quasi à patre cōgeniti, inquit Caius iurisco. ueluti frater eodē patre natus, filius fratris, neposue ex eo. Inter agnatos & cognatos hoc interest, q; in agnatis cōtinētur cognati: in cognatis nō utiq; agnati. Vt puta frater patris, id est, patruus, est agnatus, & cognatus. Matris uero frater, id est, auunculus, cognatus est, sed nō agnatus. Gētilitas uerò & agnationē & cognationē cōplectitur. Paulus in lege Iuriconsultus, de Gradib. & affinitatib. lib. 38. Pandect. Inter agnatos & cognatos hoc inter est, quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus, & cognatus est: non utiq; autem qui cognatus est, & agnatus est. Alterum enim ciuile, alterum naturale nomen est.

Agnati de dijs. Cic. de uniuers. 56, Ex ijs Saturnum & Opem, deinceps Iouem atq; Iunonem reliquos fratres inter se agnatosq; usurpare atq; appellare uidemus.

Agnati & gentiles. Cic. lib. 2. de Inuent. 232, Si furiosus est, agnatorum gētiumq; in eo pecuniaq; eius potestas esto.

Ad agnatos & gentiles aliquem deducere. Var. de re Rust. li. 1. ca. 2. 7, Ad agnatos & gētiles est deducēdus. Prouerbiale antiquis fuit, quū furere aliquē, aut mente captū esse significare uolebāt, ut dicerent, Ad agnatos & gentiles deducendū esse. Vnde Iustimianus, lib. 1. Institutionum, Furiosi quoq; & prodigi, licet maiores uiginti quinq; annis sint, in curatione sunt agnatorum, ex lege 12. tabularum. Budæus.

Agnatio (ἀγχιστογονία) Verbale ab agnascor. Est agnatorū cōsanguinitas. Cic 1. de Leg. 34, Et qd in ciuitatib. ratiōe quadā, de qua dicetur idoneo loco, agnationib familiarū distinguūtur status, id in rerū natura tāto est magnificētius, tātoq; præclarius, ut homines deorū agnatione & gēte teneātur.

Agnellus] Agninus. Vide Agnus.

Agnitio] Vide Agnosco.

Agni cornu] Promontorium est humile & ualde expositū, propè Bolbiticum Nili ostium. Strabo lib. 17.

Agnicis] fluuius in Tigrim influens, Plin. lib. 6. cap. 27.

Agnites] agnitæ, uel Agnita, agnitæ, Aesculapij cognomētū apud Spartanos, cuius simulacrum ex agno, quæ planta est, erat excisum conformatumq; Cælius Antiq lib. 10. cap. 5.

Agno] ἀγνὸ, una è Iouis nutricibus. Nymphas enim quæ Io-

Digitized by Google

uem educarunt, fuisse aiunt θεσσᾶαν, Nedam, & ἀγνὼ. A qua & in Lycæo Arcadiæ fons appellationem ducit, cuius ea fuit olim uis, ut re diuina ibi à Lycæi Iouis sacerdote curiosius peracta, & fusis precibus, quernoq; ramo leuiter aqua commota, mox densior surrigeretur uapor nebulæ assimilis, quæ non multò pòst effecta nubes, aggregatis item alijs, largos demitteret imbres. Cælius Antiq. lect. 13. cap. 17.

Agnoitæ] ἀγνοῆται, Hæretici sunt, ab ignorantia dicti, q̃ esse nouissimam horam Christo ignotam, opinarentur. Cæl. Rhodig. lib. 1. cap. 14.

Agnomen] pe. pro. agnominis, pen. corr. (ἐπωνυμία) Est quod extrinsecus aliqua ratione uel causa quæsitũ est: ut Africanus, Numãtinus, & similia: id aliquãdo & Cognomen, & Cognomẽtũ dicitur. Sic Priscianus & cæteri ferè Grãmatici. Cæterùm, Cognomen id propriè dicitur, quod illi Agnomen uocant. Cic. 2. de Inuent. 140, Nomen autem quum dicimus, cognomen quoq; & agnomen intelligatur oportet.

Agnomen genitiuum. Ouid. 3. de Pont. eleg. 2. 22,

Adiectiq; probent genitiua agnomina Cottæ:
Si tu non esses interitura domus.

Agnomones] ἀγνώμονες, Equi dicuntur uetuli, ex quorum dentibus ætas amplius dignosci non potest. Cæl. Antiq lect. lib. 12. cap. 9.

Agnon] Nomen scriptoris apud Quint. lib. 2. cap. 17.

Agnon Teius, Alexandri magni præfectus, aureis clauis crepidas suffigiebat. Plin. lib. 33. cap. 3.

Agnosco] agnoscis, agnoui, penul. prod. agnitum, penultim. cor. (ἀναγιγνώσκω, ἐπιγινώσκω, συνδέχομαι, ἀποδέχομαι) agnoscere. Ex ad & nosco est. Agnosco & Cognosco, à plerisq; ita distinguuntur, ut Agnoscere dicamur olim notos, Cognoscere prius incognitos. Virgilius,

—— & ueterem Anchisen agnouit amicum.

Varro, Vercor ne me quoq; dum reuertero, præter canem agnoscat nemo. Sæpè tamen cõfunduntur. Terẽ. Eun. 5. 2. 8,

—— ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.

Agnoscit qui nõ repudiat, sed libẽter admittit, id est, προσίεται. ut agnoscere liberos dicuntur, qui ut suos alendos suscipiũt. Sic agnoscere augurium, est tanquã ad se pertinẽs accipere: cui opponitur amoliri, auersari, ἀποσοβεῖσθαι. Liu. Patrem eius quondã pro pupillo procurantẽ familiare ostentũ, quũ respõdisset aruspex, magnũ quod esset Capuæ imperiũ ad eum peruenturum: nihil ad eam spem agnoscẽtem dixisse ferunt, &c. Id est, id uaticiniũ ad puerũ pertinere recusantẽ, & admittere nolentem. Hæc Budæus. Cic. de Amicit. 8, Tu autem Fauni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo: hoc est, non admitto, sed omnino reijcio.

Agnoscere æs alienum. Vlpianus in lege Ex facto, de Hære. instit. lib. 28. Pandect. Vnde scio quæsitũ, æris alieni onus pro qua parte agnosci debeat. Et refert Papinianus, pro hæreditarijs partibus eos agnoscere æs alienum debere.

Leuiter aliquid agnoscere. Cic. 2. de Finib. 58, Nam sunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc discernere incipit. (agnouisset.

Libẽs agnosco aliq̃d. Ci. pro Milone 29, Facti illius gloriã libẽs

Cõprobare agnoscereq; aliquid. Vlpianus in leg. Quo enim, Rẽ ratã haberi li. 46. Pãdect. Rẽ habere ratam, hoc est cõprobare agnoscereq; quod sit actum à falso procuratore.

Agnoscere & amplecti crimen. Plinius in Epist.

Agnoscere, suscipere, confiteri crimen, Cic. pro C. Rabirio 12.

Agnoscere debitorẽ, est ut idoneũ accipe, ita ut q̃ delegat, liberatus sit. Paulus in lege Lucius. De administratiõe tut. Budæus.

Agnoscere debitum. Paulus in lege Lucius Titius, De administrat. & per tuto. lib. 26. Pandect. Est ratum habere & approbare debitum ab alio factum, illudq; in se recipere, & eum liberare, qui tale debitum contraxit.

Agnoscere nomina, idem quod agnoscere debitum. Vtitur Paulus in lege Quum quæritur. De administra. & peric. tuto. lib. 26. Pandect. Quo in loco hanc usurpauit loquendi formulam: Vt id quod gessisset in contrahendis nominibus, aut in totum agnosceret, aut à toto recederet.

Agnoscere auribus: hoc est, auditu ipso intelligere. Cic. 5. de Finib. 89. Auribus ut nostros possis agnoscere cantus?

Agnoscere oculis alienis. Plin. lib. 29. cap. 1. 19, Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoscimus.

Agnoscere sonitum. Vir. 8. Aeneid.

—— sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis.

Vbi Seruius, Agnouit sonitũ, hoc est, qd sonitus significaret.

Agnoscere ex se. Cice. pro Plancio 28, Quanquam iudices (agnosco enim ex me) permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferuntur. Id est, de me conijcio.

Agnoscendus, participium (ἐπιγνωστέος) Lucan. lib. 2. 39, Agnoscendus erat.

Agnitus, pen. corr. Participium (ἐπιγνωσθείς) Valer. Flaccus, lib. 4. 88,

—— salue ô mihi longum
Expectata manus, nostrisq; (ait) agnita uotis.

Agniti natales, de nullis alijs, quam de ingenuis sunt intelligendi. Author Pomponius in l. Hoc sermone. Si libert. inge. dic.

Agnitio, Verbale (ἐπίγνωσις) Plin. lib. 10. cap. 70. 2, Pisces sui cadaueris agnitionem fugientes. Cicero lib. 1. de Natura deorum 1, Quæstio de Natura deorum, ad agnitionem animi pulcherrima est.

Agnos] siue Agnus, Latinè dicitur uitex. Agnus inquã, quòd authore Galeno, castitatem conseruet ijs quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur. Herbarij agnum castum appellant, utraq; uoce idẽ significãte. Ruellius, lib. 1. cap. 141.

Agnus] ἀμνὸς, ἄρνιον, & in fœminino genera Agna, nonnulli aspirantes scribunt hagnus: sed usus iam obtinuit ut priore modo scribatur. Festus, Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, quod significat castum, eo quod sit hostia pura, & immolationi apta. Cic. 2. de Diuinat. 58, In Aequimelium missimus qui afferat agnum quem immolemus.

Agnus autumnalis, Colum. lib. 7. cap. 3.

Agnus melior est autumnalis uerno, sicut ait uerissimè Celsus.

Chordiani dicuntur, qui post tempus nascuntur. Varro de re Rust. lib. 2. cap. 1.

Expertes herbæ agni, id est, qui nondum herbam ederunt. Colum. lib. 7. cap. 3.

Firmus agnus. Vide Agnus editus.

Formosos agnos procreare. Varr. de re Rust. lib. 2. cap. 2.

Hirtus agnus, Colum. lib. 7. cap. 2.

Hornus agnus, id est, huius anni. Prop. lib. 4. eleg. 3. 13.

Imbecillus agnus. Vide Agnus editus.

Immaturus agnus, Colum. lib. 7. cap. 4.

Mollis agnus, Martialis li. 5. de uilla Faustini.

Petulci agni, Lucret. lib. 2. 74.

Pingues agni, Virg. 1. Aene. 128.

Robustus agnus. Vide Agnus editus.

Saturior lactis agnus. Vide Agnus immaturus. Var. de re Rust. lib. 2. cap. 2, Vt agni saturi fiant lacte.

Subrumi agni. Hoc est, lactentes. Varro de re Rust. lib. 2. cap. 1. & rursum cap. 11.

Teneri agni. Virgil. 3. Eclog. 21.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Tenerior agnus. Vide Agnus editus.

Validior agnus. Vide Agnus editus.

Digitized by Google

Vernus agnus. Vide Autumnalis agnus.
Admittere agnos ad matres, Colum. li. 7. cap. 5.
Confirmatur agnus. Id est, firmus efficitur & ualidus. Vide Autumnalis agnus.
Conualescit agnus. Vide Agnus editus.
Depellere agnos à lacte. Virg. 6. eclogâ,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.
Depulsi agni à matribus, Varro de re Rust. li. 2. ca. 2.
Desiderant agni matrem, Varro ibid.
Disiungere agnos à mamma. Varro de re Rust. li. 2. cap. 1, Ferè ad quatuor menses à mamma non disiunguntur agni: hœdi, tres, porci, duos.
Agnus editus. Id est, natus. Colum. lib. 7. cap. 3. 15, Agnus autem quum est editus, erigi debet, atq; uberibus admoueri: tũ etiam eius diductum os, preßis humectari papillis, ut condiscat maternum trahere alimentum. Sed prius quàm hoc fiat exiguum emulgendum est, quod pastores colostram uocãt: ea nisi aliquatenus emittitur, nocet agno, qui biduo quo natus est, cum matre clauditur, ut & ea partum suum foueat, & ille matrem agnoscere condiscat. Mox deinde quandiu non lasciuit, obscuro & calido septo custodiatur. Postea luxuriantem uirgea cum comparibus area claudi oportebit, ne uelut puerili nimia exultatione macescat. Cauendumq; est, ut tenerior separetur à ualidioribus: quia robustus angit imbecillum Satisq; est, mane prius quàm grex procedat in pascua, deinde etiam crepusculo redeuntibus saturis ouibus admiscere agnos: qui quum firmi esse cœperint, pascendi sunt intra stabulum cythiso, uel medica, tum etiam furfuribus, aut si permittit annona, farina ordei, uel erui. Deinde ubi conualuerint, circa meridiem pratis, aut noualibus uillæ contiguis matres admouendæ sunt, & à septo emittendi agni, ut condiscant foris pasci.
Emittendi à septo agni. Vide Agnus editus.
Admouere agnum uberibus. Vide Agnus editus.
Agnum lupo eripere. Vide Lupus.
Lasciuit agnus. Vide Agnus editus.
Agni legati quatenus uiderentur, quidam aiebant tantum sex mensium esse. Sed uerum est, eos legatos qui minores essent anniculis. Paul. de Legat. 3. l. Quum quæritur.
Luxurians agnus. Vide agnus editus.
Agnos canibus obijcere dicitur, qui imbellem, & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponit, quod id animal omnium maximè sit imbelle. Refertur à Diogeniano & Erasmo in Chiliad.
Senescunt agni desiderio matrum, Var. de re Rust. lib. 2. cap. 2.
Subijcere agnum sub alterius mammam, si parum habet lactis mater. Varro de re Rust. li. 2. cap. 1.
Subrumare agnos, id est, Rumæ seu mammæ nutricis submittere. Colum. lib. 7. cap. 4.
Summittere agnum nutrici. Vide Agnus immaturus.
Summouere agnos, id est, è grege tollere, ut lanio uendas. Vide Agnus immaturus.
Sugere mammam matris dicuntur agni. Varro de re Rustica lib. 2. cap. 1. 20.
Agna fœmininum ab agnus. Vide Agnus.
Agna, agnæ, Mensuræ genus in agrorum dimensione. Columella, lib. 5. cap. 16, Actus quadratus undique finitur pedibus 120, Et paulò pòst. Sed hunc actum, prouinciæ Beticæ rustici Agnam uocant.
Aspera agna. Valerius Flaccus 3. Argon. 141,
Aspera nunc pauidos contra ruit agna leones.
Coronata agna aliquid lustrare, siue expiare. Iuue. Sat. 13. 14.
Agna humilis. Horat. 2. Carm 17. 7. Id est, Humilium oblationi apta, Acron.
Lactens agna, Oui. li. 4. de Ponto, Eleg. 8. 9.
Mera agna. Varr. de re Rust. lib. 2. cap. 2, Oues primùm oportet bonas emere, quæsita ætate, si neq; uetulæ sunt, neq; meræ agnæ, quòd alteræ iam nondum, alteræ iam non possunt dare fructum.
Muta agna, Horatius, 2. Serm. 3. 48.
Niuea agna. Iuuenal. Saty. 12. 1,
— niueam reginæ cædimus agnam.
Hoc est, Iunoni deorũ reginæ agnã candidam immolamus.
Nitida agna, Horatius 2. Serm. 3. 43.
Nouella agna, Ouidius de arte amandi lib. 1. 24.
Pauens agna. Ouid. 6. Metamor. 106.
Pulla agna, id est, nigra, Horat. 1. Serm 8. 6.
Tenera agna. Stat. 8. Thebaid. 116. de leone.
Agnellus, diminutiuum (ἀμνίον&) Plaut. Asin. 12. 77, Agnellum hœdillum me tuum dicis esse.
Agninus, penul. prod. adiectiuum (ἀμνινάϊ&) Quod ex agno est, aut ad agnum pertinet: ut agnina pellis, agnina caro: aut eclipticũs, agnina. Plin. lib. 20. ca. 4. 28, Muris aranei morsus sanatur coagulo agnino in uino poto. Plaut. Aul. 13. 4, Rogito pisces, indicant caros, agninam caram, bubulam, uitulinam. In his & similibus substantiuum nomen Caro subauditur.
Agninis lactibus canem alligare. Ballio in Pseudolo Plautina,
— quia pol qua opera credam tibi,
Vna opera alligem fugitiuũ canem agninis lactibus. Qui canem alligat intestinis agninis, is non modò canem amittit uerùm & prædam ultrò dederit fugitiuo. Si qui credit aliquid homini malæ fidei & rem perdit, & frustra obligatũ habet eum, qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora. Erasmus in Chiliad.
Ago] agis, priore corr. egi, actum (ἄγω, εἰσάγω, ὁδηγέω, ἀράω) agere, scribi debet in præterito per æ diphthõgum, teste Tortellio. Hoc autem uerbum in compositione ferè mutat a in i: ut adigo, exigo. In quibusdam tamen ipsum a, retinet: ut perago, satago. Agere propriè dicitur, qui aliquid ita operatur, ut nullum extet opus, quod sub sensum ueniat. Hinc qui aliquid animo moliuntur, agere propriè, non facere dicuntur. Est igitur agere, in aliquo esse negotio: cui contrarium est cessare: hoc est nihil agere. Horatius. Quid agis, dulcißime, rerum? Cic. de Senectute. Sed uidetis ut senectus non modò languida atq; iners non sit: uerum etiam sit operosa, & semper agens aliquid & molliens.
Agit, qui omnino intentus est alicui negocio, & (ut loquitur Horatius) totus est in eo. Cicero in Tusc. Vt facilè intelligi possit animum, & uidere & audire: non eas partes animi quæ quasi fenestræ sunt animæ, quibus tamen mens nihil sentire queat, nisi id agat, & adsit. Id est, nisi magnopere intenta sit. Inde est illa locutio, Hoc age. Terent. Adelph. 2. 2. 18. Animus tibi pendet: ubi illinc spero redieris, tamen hoc ages.
Agere & facere. Cic. 3. Philipp. 147, Quod agendum, atque faciendum, id non modò non recusem, sed appetam etiam atque deposcam.
Agere & facere, item actus & effectus, quid differant, docet his uerbis Quintilianus, libro 2. cap. 18, Artium, inquit, aliæ positæ sunt in inspectione, id est, cognitione & existimatione rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cui studium habet, intellectu contenta, quæ Theoretice uocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilq; post actum operis relinquit, quæ Practice dicitur, qualis est saltatio. Aliæ in effectu, quæ operis quod oculis subijcitur, consummatione finẽ accipiunt, quam Poeticen appellamus, qualis est pictura.

Agere

Digitized by Google

Agere & moliri aliquid. Cicero, 1. de Natura deorum, 104. Idem pro Muræna, 74. Id quod (mihi crede) & agunt & moliuntur.

Agere, pro facere, Virg. 10. Aen. Ardens limitem agit ferro.

Agere, facere. Liu. Permissum à Senatu Consulibus non esset, agerent, facerent, ut è Republica ducerent.

Agere, pro curare, laborare, pugnare, contendere. Cic. pro Roscio Amer. 5, Sin aliud agitur nihil, nisi ut his nequid desit quibus satis nihil est, si hoc solum hoc tempore pugnatur: paulò pòst: Etenim quid aliud hoc iudicio tentatur, nisi ut id fieri liceat? Idem 1. Offic. 65, Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum quum maximè fallunt, id agunt, ut uiri boni esse uideantur. Hoc est, id laborant & contendunt. Idem pro domo sua ad Pontif. 9. Nonne id agendum nobis omnibus fuit, ut materiem subtraheremus furori tuo? Id est, curandum.

Agere ad lites & iudicia relatum: ut, Agere furti. Hoc est, actionem furti intendere: quod est, de furto apud iudicem accusare. Vnde & actor in iudicio dicitur, qui accusat. Cice. pro Cluentio 131, Deinde aliquando cum seruo Habiti furti egit. Cicero secundo de Inuentione 161, Agit is, cui manus præcisa est, iniuriarum. In his & similibus subauditur ablatiuus, Crimine, aut Actione.

Agere propriè dicitur in iudicio. Facere uerò, extra iudicium. nota. ff. Quod cuiusq. uniu. leg. 1. §. Quibus leg. facti. §. Agi. de uerb. signif.

Agere ante litem contestatam, nemo dicitur. leg. Amplius num petitum ff. Rem rat. hab.

Agere dicitur. qui excipit. leg. 1. ff. de except.

Agere pecuniariam litem aduersum aliquem. Quintilianus, libro 6. cap. 1. 37.

Agere, plus est, quàm contrahere. Vlpianus in leg. Labeo. de uerb. & rer. signif. lib. 50. Pandect. Labeo, lib. 1, Prætoris Vrbani definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur: & Actum quidem generale uerbum esse, siue uerbis quid agatur, ut in stipulatione: siue re, ut in numeratione pecuniæ. Contractum autem ultrò citroq; obligationem esse: quòd Græci συνάλλαγμα uocant: ueluti emptionem, uenditionem, locationem, conductionem, societatem. Gestum rem significare sine uerbis factam.

Agere, Applicare, Admouere. Virg. 2. Aeneid.

Obsessumq; acta testudine limen.

Seruius. Sic agere uineas & turres. Cæsar 3. bell. Gallici, 436.

Agere, aduertere, attendere. Terent. And. 1. 2. 15, Hoccine agis, an non? D. ego uerò istuc. Alibi sic, Hoc age amabo. Plaut. Vos hoc agite. Vnde est illud Terentianum, Alias res agis: hoc est, aliud cogitas, nõ huc attendis. Vide paulò pòst, alias res agere.

Agere, pro exigere. Terent. Adelph. 1. 1. 26,

—do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere.

Agere & Ducere. Virg. in Bucolicis. — en ipse capellas
Protinus æger ago: hanc etiam uix Tityre duco.

Agere, Fugare. Virg. 2. Georg.

Et membris agit atra uenena. Nonius.

Agere, Gerere. Sallust. in Iugurth. Senatus ob ea feliciter acta, dijs immortalibus supplicia decernere. Cic. ad Cælium, libro 2. 8. 4, Non ædepol quantam egeris rem, neq; quantum facinus feceris, &c.

Agere, Mouere, ut Agere caudam, Colum. lib. 6. cap. 6.

Agere, Loqui. Terent. Adelph. 1. 1. 53, Sed est ne ipsius de quo agebam? Idem Heaut. 3. 3. 24, Quid tu, ecquid de illo quod dudum tecum egi, egisti Syre?

Agere, plus quàm cõmemorare. Cic. 2. Ver. 24, Omnia nõ modò cõmemorabũtur, sed etiam expositis certis rebus agẽtur.

Agere, Regere. Virg. 1. Aeneid. Tros, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Seruius.

Agere, Vexare, inquietare: quod usitatius Agitare dicitur. Vir. 4. Aeneid.

— agit ipse furentem,
In somnis ferus Aeneas. Idem in 6,
Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt.

Agere, Vrgere, persequi, ait Seruius. Vir. 4. Aeneid.

— qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Creßia fixit
Pastor agens telis. Terent. Adelph. 3. 2. 21, Cæteros ruerem, agerem, raperem. Vbi Donatus, Agerem, persequerer, premerem. Virg. 4. Aen. 49, Illa fretus agit uentos.

Agere, absolutè, pro uiuere. Tacit. Annal. li. 3, Non modò apud illos homines, qui tum agebant, etiam secutis temporibus uario rumore iactata.

Agere inter homines, id est, uiuere, uitam exigere. Tacitus, Agere inter homines desijt.

Agere, multis modis acceptum. Martial. in Attalum, lib. 1. 75,

Semper agis causas, & res agis Attale semper:
Est, non est quod agas: Attale semper agis.
Si res & causæ desunt, agis Attale mulas.
Attale, ne quod agas desit, agas animam.

Agi & ferri, Prouerbialis figura est, translata à more militari, quòd illic homines & iumenta aguntur, sarcinæ feruntur. Hac autem utimur, pro eo quod est, Populari aut Vexare. Liu. de bello Macedon. lib. 8, Tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agiq; res suas uiderunt. Ad hunc modum usus est Idem 4. Deca. li. 10. Virg. li. 2. Aene. 75,

— alij rapiunt incensa, feruntq; Pergama.

Hoc est, diripiunt ac populantur. Transfertur quandoq; ad animum. Taci. de Orat. Nunc principes in Cæsaris amicitia agunt feruntq; cuncta. Hoc est, pro arbitrio agunt quicquid uolunt. Erasm. in Chiliad.

Agere aliquem ad aliquid, Impellere, inducere, incitare. Plinius, lib. 30. cap. 1. 9. Liui. 9. bel. Maced. 54, Captas mentes uelut furialibus stimulis ad omne scelus & omnem libidinem agerent.

Accuratè aliquid agere, Plaut. Capt. 5. 32.

Acerrimè aliquid agere, Cic. 2. de Orat. 174.

Agere ad. Hora. 2. Serm. Saty. 7. 5,

Siquis ad illa Deus subitò te agat, usq; recuses.

Agi ad furores extremos, Val. Flac. 6. Argon. 134.

Agere ad populum, Cic. ad Att. li. 1. 7. 6.

Agere omnia ad præscriptum, Cæsar 3. bel. Ciuil. 202.

Aemulatus agere, pro æmulationes. Hoc est, æmulari. Tacitus, libro 13, Ne in urbe æmulatus ageret, prouinciæ Lusitaniæ præficitur.

Aetatem. Cicero de Claris Orato. 89, Idem quod degere, uiuere.

Aetatem desidiosè. Vide Aetas.

Aetatem in literis, Cic. 2. de Legib. 4.

Aeuum, Ouid. 15. Metamor. 118.

Aeuum cum dijs in cœlo, Cic. 1. Tusc. 44.

Aeuum per crimina, id est, Viuere sceleratè & dedecorosè. Ouid. 10. Metamor. 49.

Aliquem. Cic. ad Cælium, lib. 2. epist. 8. 3, Itaq; quum primum audiui, ego ille ipse factus sum, scis quem dico, egiq; illos omnes adolescentes, quos ille iactitat. Id est, repræsentaui. Idem pro Roscio Comœdo. 12, Nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream.

Aliud

Digitized by Google

Aliud agere. Vide Alias res agere.
Ambages, Plaut. Pseud. 22.5. Pro uti ambagibus.
Ambiguè, Corn. Tacitus, lib. 19.
Amicum. Plin. in Paneg. 140, Tunc maximè imperator, quum amicum ex imperatore agit. Sic agere patrem, iudicem, regem, consulem, & similia.
Animalia. Vide Agere pecora.
Animam dicitur, qui est morti proximus: qui languet, estq; in confinio mortis & uitæ. Cic. 1. Tuscul. 31, Animum autem, alij animam, ut ferè nostri declarant, nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus.
Animum. Horatius in arte, Et quocunq; uolent animum auditoris agunto. Id est impellant, afficiant, trahant, & rapiant in quemcunq; affectum uolent.
Animo non mimico agere, Cic. 7. Verr. 7.
Animo magno & forti rem aliquam agere. Cicero ad Atticum, lib. 8. 163. 1.
Annum secundum agere, &c. Varro, 2. de re Rust. cap. 7. 2. Liu. 3. ab Vrbe 306. Cic. de Senect. 5.
Agitur annus. Vide Agitur mensis.
Apologum, Plautus Sticho 9. 32.
Apud aliquos, Cicero, 2. de Orat. 94.
Aquas egerit rivus, Ouid. 1. Fast. 81.
Arbitrium alicuius rei, id est, statuere pro arbitrio. Liuius, 5. Decad. li. 4, Rhodios nuncio in orbe terrarum arbitria belli pacisq; agere. Tacit. lib. 20, Proinde perfuga Batauus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris pœnas expectaret.
Assuè, Marius Ciceroni, lib. 11. 28. 5.
Agere auem, pro persequi. Venuleius elegãter dixit in lege fin. Quod ui aut clàm. Scholiastes stultè exponit, Auẽ portare.
Auguriis diuum agimur, Virg. 3. Aen. 1.
Agere bellum. Cicero pro Cornel. Balbo, 37. Ouid. de Arte amandi, 1. 37.
Bellaq; non puero tractat agenda puer.
Bene mecum agitur. Idem est, quod in bona conditione sum. Item præclarè tecum agitur. Optimè cum illis agitur. Melius cum hominibus ageretur, si paruo contenti essent. Ita malè mecum agitur, & peius: incommodiùs ue, & pessimè. Cicero in Lælio, Cum illo uerò quis neget actum esse præclarè? Nonnunquam actiuè. Valer. Maxim. lib. 5, Benè egissent Athenienses cum Milciade, si eum post trecenta milia Persarum in Marathone deuicta, in exilium protinus misissent, ac nõ in carcere et uinculis mori coegissent. Hæc Valla li. 5.
Blanditijs agitur nihil, Ouid. 6. Metam. 137.
Agere canticum, dicitur tibicen. Liu. 7. ab Vrbe, 8, Venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum statuisset, canticum egisse aliquanto magis uigente motu, quia nihil uocis usus impediebat. (ducere.
Captiuos sub curribus. Martial. libro 8. 27. pro, in triumpho
Causam, uel causas. Vide Actor. Plin. lib. 17. cap. 4. 9, Quum causam apud Censores ageret.
Censuram inter aliquos, pro exercere, Senec. epist. 67.
Censura agitur, Ouid. 6 Fast. 130.
Agere circùm: id est, in circuitu. Virg. 1. Aene. 25,
— ast illum ter fluctus ibi tem,
Torquet agens circùm, & rapidus uorat æquore uortex.
Circùm caput. Colum. lib. 3. ca. 21. 3, Et quod de sacro numine poeta dicit, Et quocunq; deus circùm caput egit honestum.
Ciuem mirificum. Cælius Cic. lib. 8. Epist. ultima, 2, Dum mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti.
Cõmuniter aliquid. Ci. 3. de Fin. 14, Sic equidẽ diligẽtius sæpiusq; ista loquemur inter nos, agemusq; communiter, pro tractabimus.
Consilia, Liu. 10. ab Vrbe. Cõsilia secreta agunt, id est, tractant.
Consulem. Plin. in Paneg. 127. & Valerius Maximus. Sic agere Tribunitiam potestatem. Liui. 4. ab Vrbe 244.
Contagia latè. Oui. 7. Metam. 112, Hoc est, corruptionem longè spargunt & immittunt.
Contentione magna, Liu. 1. Decad. li. 3. 305, Vide Oro.
Conuentus, Cæsar 10. belli Gallici, & 6.
Conuiuam lætum, Lætè conuiuari, Hora. 2. Serm. 6. 23.
Crimen, idem quod tractare crimen. Cic. 6. Ver. 42, Hic nolite expectare dum ego hoc crimen agam ostiatim. Id est, nolo omnes familias, quas hoc crimine uexarit Verres, recensere.
Crimen ostiatim. Vide Ostiatim in Ostium.
Agere cum alio de re aliqua, ferè declaratur per uerbum Vtor, aut per uerbum quod significationem habeat conuenientem rei, de qua agitur. Cicero Pæto, libro 9, Veruntamen quid tibi ego uideor in epistolis? nónne plebeio sermone agere tecum? Idem ad Quint. fratrem, lib. 1. 4. 5, Non enim gladijs mecum, sed litibus agetur, id est, ille non utetur, (uel illi non utentur) gladijs aduersum me, sed litibus. Aut, Non tractabor gladijs, &c. Sic dicimus.
Agere cum aliquo. De re aliqua tractare. Plaut. Mostel. 15. 71. Cæsar 1. bell. Gall. 40, Is ita cum Cæsare egit.
Agere cũ aliquo: in alia significatione, pro eo quod est, eum de re aliqua solicitare: siue, ut alij interpretãtur, rogare, petere, suadere. Cic. de Amicitia, 3. Quum enim sæpè ageres, ut de amicitia scriberem aliquid. Cic. pro Plancio, 74, Res uerò ipsa publica si loqui posset, ageret mecum, ut quoniam sibi seruissem semper, nunquam mihi, iam mihi seruirem, consulerem meis.
Agere cum aliquo, additis aduerbijs, per uerbum tractare declaratur: ut Pacificè egit mecum. Id est, Pacificè me tractauit. Non acerbè egit mecum, non inimicè, &c.
Agere cum aliquo, item alio modo. Terent. Quid cum illis agas, qui neq; ius, &c. Id est, quod ius ab illis obtineas.
Agere cum aliquo in alia significatione. Plaut. Nihil ago tecũ. Hoc est, nihil rei mihi est tecũ. Indoctè dicitur: Nihil habeo ad faciendum tecum.
Accuratè agere cum aliquo, ut Cic. ad Att. lib. 16. 333. 13.
Accuratè & prudenter agere cum aliquo de re aliqua. Cic. Cælio, lib. 2. Epist 14. 1.
Familiariter, Cic. ad Catonem Imperatorem. lib. 15. 4. 38, Agam iam tecum familiariter, ut est & studijs, et officijs nostris mutuis, & summa amicitia dignum, &c.
Gladijs. Vide Agere cum alio re aliqua.
Grauiter. Vide Agere seuere cum aliquo.
Hortatione, pro hortari aliquem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 61, Ac iam hoc loco non hortatione, neq; præceptis, sed precibus tecum fraternis ago.
Iracundè Cic. 8. Philip. 245, Vehementer me agere fateor, iracundè nego.
Leniter. Vide Agere seuerè cum aliquo.
Litibus. Vide Agere cum alio re aliqua. (gere.
Præceptis, pro præcipere alicui. Vide Hortatione cũ aliquo a-
Precibus cum aliquo agere, pro precari aliquem. Vide Hortatione cum aliquo agere.
Sermone plebeio. Vide Agere cum alio re aliqua.
Priscè, Remissè, &c. Seuerè. Cic. pro Cælio, 24, Sed tamen ex ipsa quæram prius, utrum me secum seuerè & grauiter & priscè agere malit, an remissè ac leniter & urbanè.
Simpliciter. Cic. 4. Academ. 200, Cum simplici homine simpliciter agerem.
Tabellis obsignatis, hoc est, aliquẽ cõuincere testimonio suarũ literarum. Cic. 5. Tusc. 48, Tu quidẽ tabellis obsignatis agis mecũ, & testificaris quid dixerim aliquãdo, aut scripserim.

Vehe-

Digitized by Google

Vehementer. Vide Agere iracundè cum aliquo.

Vrbanè. Vide Agere seuerè cum aliquo.

Agere cum Patribus. Cic. lib. 3. de Legibus, Cum populo Patribusq; agendi ius esto Consuli.

Agere cum populo, Cic. ad Lentulum, li. 1. 2. 11.

Agere cuniculos ad ærarium, Cic. 3. Offic. 121.

Curam. Liuius, 2. ab Vrbe, 109. Valerius, lib. 1. cap. de Religione, Magna conseruandæ religionis apud maiores nostros cura acta est, id est, magna adhibita est diligentia. Agere curam, nihil aliud est quàm curare, quod & Gerere curam dicitur: ut Age curam rerum tuarum, quod est, Cura res tuas.

Agere curam de se. Liuius.

Cursum. Plin. li. 5. ca. 24. 3, Euphrates cursum ad occasum solis agit. Pro eo quod est, labitur.

Custodiam urbis, Vrbem diligenter custodire, ad eius custodiam excubare. Liui. 5. ab Vrbe, 44.

Agere aliquid de publico consilio, Cic. 2. de Inuen. 123. 7.

Agere de. Cic. ad Lentulum, li. 1. 2. 12, De cæteris rebus quicquid erit actum, scribam ad te.

Agere de pace & similibus eleganter, pro tractare. Liui. 2. bel. Maced. 141. Cic. Att. lib. 1. 14. 7.

Agere de re aliqua ad fidem, est ita componere actionem, ut fidem faciat, agentiq; credatur. Liu. li. 3. bel. Maced. Antiochus missis ad Quintium legatis, qui ad fidem de societate agerent, omnia Asiæ legens peruenit in Lyciam, &c.

Seuerè agere de re aliqua. Cic. ad Att. lib. 16. 339. 3, De summa autem, agi prorsus uehementer & seuerè uolo.

Agere aliquid de loco superiore. Cic. 6. Verr. 44. Ibidem 77, Atque hæc agebantur in conuentu palàm de sella ac de loco superiore.

Agitur de capite, aut fama, id est, periculum est de uita. Cic. in Lælio, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de uia.

Delectum. Plin. lib. 7. cap. 29, Ingeniorum gloriæ quis posit agere delectum, per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operumq; uarietatem? Pro discernere ingenia, uel inter ingenia.

Agi desiderio alicuius rei. Liuius, 9. bel. Pun. 31. Id est, moueri, impelli, accendi.

Diem uitæ extremum agere, Cic. 2. de Finib. 153. Et ultimum diem, Liuius, 5. ab Vrbe, 97. Hæc significant quempiam esse in extremo uitæ die.

Diem festum. Cic. 6. Verr. Vbi ad hoc usque tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt. Sic agere diem natalem. Idem 2. de Finib. 161, Agere diem festum, est festum diem obseruare: siue, ut uulgus loquitur, solennizare uel facere festũ. Sic agere ferias, id est, feriari, apud Plautum.

Diem unum benè agere ex philosophiæ præceptis. Cicero, 5. Tuscul. 8.

Diris agere aliquem, Hor. Epod. 5. 18.

Diligenter aliquid agere, Cic. Catoni, li. 15. Epist. 4. 6.

Agentur à nobis omnia diligenter, Cic. Lentulo, li. 1. 5. 6.

Ensis agit plurima bello nauali, Luca. li. 3. 114.

Agere equum in uiam, Liu. 3. bel. Pun. 217.

Error agit aliquem, Oui. 3. Fast. 111.

Agere ex æquo. Tacit. li. 20, Aut ex æquo agetis, aut alijs imperitabitis. Rursum in uita Agricolæ.

Res agitur ex animo Author ad Heren. lib. 3. 121, Hoc scire tamen oportet, pronunciationem bonam id perficere, ut res ex animo agi uideatur. Hoc est, non fictè, non simulatè.

Ex diuerso agere. Quint. li. 5. ca. 11. 33, Aut aduersarij aut eius qui ex diuerso agit.

Ex fide bona agere, Cic. 3. Offi. 80.

Agere ex insidijs, Cic. de Offi. id est, insidiosè, siue, per insidias.

Ex sponso siue ex sponsu agere. Quod recentiores dixerunt, Agere ex stipulatu. Cic. pro Quintio, 17, Sponsionem facere maluit: fecit te iudicem, C. Aquili sumpsit: ex sponso egit. Ser. Sulpitius apud Gellium, Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat.

Ex syngrapha cum aliquo agere, Cic. pro Muræna, 34.

Exemplis. Plin. lib. 10. cap. 75, Etsi exemplis agatur, profectò paria fiant.

Experimenta. Plin. lib. 29. cap. 1. 18, Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt. Id est, artis suæ periculum faciunt, atque ita eam approbant & confirmant. De medicis loquitur.

Agere fabulam, comœdiam, tragœdiam. Cic. 11. Philip. 298, Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. Videtur Cicero de authore tragœdiæ hic intellexisse, ut sit Egit pro Fecit. Nam poeta comœdiam siue tragœdiam facit, qui componit eam: ut sæpè apud Plautum & Terentium. Histrio uerò comœdiam agit, qui eam populo uoce ac gestu repræsentat: quod ludere uulgò dicitur. Vnde appellata est Actio: & qui agunt, Actores dicti. Terentius in prologo Eunuch. 19.

— nunc quam acturi sumus Menandri Eunuchum. In agendis autem fabulis, alius aliam personam agit: ut agit hic Simonem, ille Dauum, alius Pamphilum, aut Thaidem, &c.

Fama agit aliquem. Hor. 2. Car. 2. 2,

Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.

Acron, id est, ducet per notitias omnium.

Fortuna nostra agitur per aduersas procellas. Ouid. 5. Trist. 13. 1.

Agere forum. Cic. Attic. li. 5. 104. 4, In ultimam prouinciam se coniecit, Tarsum usq; : ibi forum agit. Id est, ius dicit.

Frigora agunt uenti. Vir. 1. Geor. 71,

Aestusq;, pluuiasq; & agentes frigora uentos.

Agere frondem dicitur arbor. Plin. li. 18. ca. 6. 12.

Agere fugam, Fugere, Liu. 5. bel. Pun. 27.

Fundamenta, Cic. pro Milone, 56. Id est, ponere, uel ducere.

Agere gestũ in scena. Cic. 2. de Ora. 129, Et pro Quintio, 52.

Genialiter agere festum, Oui. 11. Meta. 20.

Grauiter agere aliquid, Hor. 1. Epist. 1. 5.

Gradus agere præcipites, Val. Flac. 8. & Argon. 27.

Gradus agere tacitos. Valerius Flaccus, 3. Argonaut. 88. id est, tacitè.

Agere grates, poeticum magis, quàm oratorium. Cic. de Somnio Scipionis, Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq; reliqui Cœlites. Liuius, lib. 10, ab Vrbe 118, Læti atq; alacres dijs populoq; Romano grates agunt. Hæc antiquo more dicta sunt, pro gratias agere.

Gratias, quod quidam barbarè dicunt regratior. Plancus ad Ciceronem, Immortales ago tibi gratias, agamq; dum uiuam. Idem ad Valerium, lib. 1. 10. 1, Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter.

Gratias furtiuè. In angulo, ad aurem, Sene. de bel. li. 2. ca. 23.

Gratias remotis arbitris. Sene. li. 2. ca. 23. Ingratus est, qui remotis arbitris agit gratias.

Gratias alicui apud alium. Cic. Silio, lib. 13. Epist. 66. 1, Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles.

De re aliqua gratias agere. Cic. Attico, lib. 1. 5. 10, Atticam meam gratias mihi agere de matre, gaudeo. Hic de, ob, siue propter, significat.

In aliqua re gratias agere. Cicero Attico, In quo ei Pompeius

gratias

Digitized by Google

gratias egerat. Pro, qua de re.

In singulas res agere gratias. Cic. in Epist. Facere non possum quin in singulas res, meritaq; tua tibi gratias agam. Pro, ob res singulas: siue, de rebus singulis.

Pro re aliqua gratias agere. Cæsar, Gratias pro eorum studio erga se egit.

Dicimus agere maximas gratias, meritas, incredibiles, singulares, singularibus uerbis, & amplissimis. Ex Terentio & Cicerone in Catil. 58.

Omnino agit tibi gratias, Cic. Appio Pulchro, li. 3. 1. 9.

Age hòc. Præco in sacris faciendis dicebat. Hoc age, quod significat, Ad hoc solùm attende animumq; aduerte, Author Plutarchus in Coriol. Plaut. in Persa, Hoc age, opúsne est hac tibi empta? Hoc est, Animaduerte, & intentus esto in hanc rem.

Hoc age. Terent. Phor. 2. 3. 88, Te oblectet, tibi habe. P. minuet uerò iram. D. hoc age. Vbi Donatus, Hoc age, annuentis est.

Hoc agite. Terent. Eunuc. 1. 2. 50, Hoc agite amabo. Vbi Donatus, Hoc agite, pro aduerbio corripientis est positum: aut certè pro adhortatione audientiæ præbendæ. Sic Plaut. Hoc agite fultis spectatores. Et conuenit uelut nutu audientiam significantis, & gestu hoc ipsum adiuuantis.

Agere hyemem sub tectis: id est, transigere. Liuius 5. ab Vrbe 6. Sic æstiua agere sub tectis, Liuius 7. bel. Pun. 123. de militibus loquitur.

Agere ictum, pro impellere, Liu. 5. Decad. lib. 2.

Id agere, ut hoc fiat. Hoc est, eò tendere, ut illud fiat. Cic. 4. Ver. Intellectũ est id istum agere, ut quum Stenium sine ullo argumento, ac sine teste dãnasset, tum, &c. Idẽ 4. Acad. 226, Non ergo id agitur, ut aliquid assensu meo comprobem.

Idus agendæ sunt tibi mecum. Horat. 4. Carm. 11. 3, Acron: Id est, celebrandæ. Diem uerò natalem Mœcenatis significat, nimirum Idus Aprilis.

Imperium agere, Plin. lib. 7. cap. 28.

Impetus agit aliquem, Ouid. 2. Metam. 41.

Agere in, pro esse. Vir. 5. Aen. Nunc ego Getulis agerem si syrtibus exul. Vbi Seruius, Si in Getulis syrtibus agerem: id est, essem. Plin. lib. 8. cap 25, Dies in terra agit, noctes in aqua. Quint. in procem. li. 6, Vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen.

Agit animum in admirationem. Plin. lib. 25. cap. 1. 1, Id est, impellit & quasi rapit atq; trahit.

In arma, Liu. 6. ab Vrbe 68.

Agere in crucem, Id est, tollere. Cic. 7. Verr. 127. & lib. 5. de Fmib. 158. Liu. 2. bel. Pun. 141.

In cruciatum & crucem, Cic. 7. Verr. 134.

In exilium, Plin. lib. 7. cap. 30. 2. Et Liu. 5. bel. Pun. 10.

In fraudem, Vir. 10. Aen. 14. In fraudem, id est, in periculum.

In fugam, fugare, Liuius.

In orbem agi, Virg. 2. Georg.

In bona spe. Tacit. lib. 12. ad finẽ, Crebroq; uulgabat, ire in melius ualetudinem principis, quo miles bona in spe ageret.

Inconsideratè & negligenter. Vide Negligo.

Incuriosius. Tacitus lib. 20, Cæsæ cohortes eorum in uico Marcoduro incuriosius agentes.

Inquisitio agitur, Plin. li. 29. ca. 1. 18, Inquisitio per peritos agitur.

Inter bonos bene agier, Cic. 3, Offi. 80.

Iter agere, Ouid. 2. de Arte amandi 17. de Icaro.

Iudicium agi. Plinius lib. 9. cap. 35, Postero die quo iudicium agebatur.

Iure summo agere. Budæus, Summo iure agere dicebant antiqui, pro eo quod est, non ex æquo & bono, sed inquiore quodam iure & præfracto. Cicero pro Cecinna. Non enim minus laborat Cecinna, ne summo iure egisse, quàm ne certum ius obtinuisse uideatur.

Agere laudes & grates dijs. Liuius 7. ab Vrbe 173. Sic Plautus in Trinum. 12. 2.

Legationẽ apud aliquẽ. Pro exequi legatiõis munus. Asconius.

Agere dicuntur legati. Pro eo quod est, legationis munus exequi. Liu. 9. ab Vrbe 241.

Lege agere. Terent. Phorm 5. 8. 91, Lege agito ergo. Vbi Donatus, Lege agito, dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis aduersario uidebatur. Plaut. in Aulul. Lege agito ei cœnam coque. Cic. 1. de Ora. 22, Agerent enim tecum lege primùm Pythagorei omnes. Ibidem 81, Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex permiserat. Vide lege agere in Lex.

Lege agere in hæreditatem paternam, Cic. lib. 1. de Orat. 86.

Leniter. Vide Lenis.

Lentè agere. Vide Lentus.

Limes agendus. Oui. 3. de Arte amandi 111.

Nec stabiles animos annis, uiridemq; iuuentam
Vt capias, idem limes agendus erit. Hoc est, non ijsdem artibus fefelleris senem & iuuenem, prouerbium.

Agere tractareq; locos dicendo, Cic. 2. de Orat. 103.

Agere mandata. Idem quòd mandata exequi. Cicero Attico libro 9. 188. 8.

Mensuram alicuius rei agere. Plin. lib. 15. cap. 3. 6, Amurca mensuram nemo agit. Id est, nemo amurcam metitur, siue ad mensuram redigit.

Morem. Sallustius, Primùm omnium, omittendum morem hũc, quem agitis impigræ linguæ.

Agit mecũ fortuna secundis rebus. Id est, fauet. Lucan. lib. 1. 63.

Agit mecum duris legibus. Non uerbis posthac, sed uerberibus agam tecum. Summo iure egit cum illo, & similia.

Agitur mensis septimus, aut annus. Plin. lib. 14. cap. 1. 9. A Virgilij uatis obitu, 90 aguntur anni. Teren. Hecyra. 3. 3. 34, Tum postquam ad te uenit, mensis iam hic agitur septimus.

Foras agendus est metus mortis. Lucr. lib. 3. 8.

Et metus ille foras præceps Acherontis agendus
Funditus, humanam qui uitam turbat ab imo.
Hoc est expellendus omni ex parte.

Agere pingui Minerua. Cicero in Lælio. Agamus igitur pingui Minerua, ut aiunt. Hoc est, omissa omni obscuritate & nimia subtilitate, hanc rem tractemus crassius: siue (ut imperiti loquuntur) Loquamur grosso modo. Prouerbiale est.

Modestè agere, Quint. lib. 5. cap. 6. 3.

Modicè agere quippiam, Cic. pro Cælio 24. Vide Modus.

Multum agit sexus, ætas, conditio: ut in fœminis, senibus, &c. Quint. lib. 4. cap. 1. 9.

Non multum egerit. Curius ad Ciceronem lib. 7. Epist. Id est, non multum profecerit.

Agere ne. Liuius 9. belli Punici, Omnia, ne id fieret, Carthaginiensibus, de industria agentibus. Hoc est, omni conatu eò tendentibus, ut illud impediretur.

Agere negotium suum. Id est, rem priuatam curare. Nam agere suum negotium dicitur, qui sic in proprijs rebus est occupatus, ut nihil curet aliena. Cic. 1. Offic. 43, Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant.

Nihil agere. Vide Nihil.

Nihil aliud agit, nisi. Cic. 4. Acad. 15, Neq; nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut in utranq; partem dicendo & audiendo eliciant, &c.

Nimbos agens Eurus, Hor. 2. Carm. 16. 5.

Noctem inter gaudia agere, Virg. 6. Aen. id est, ducere.

Nugas agere, pro nugari, Plaut. Cistel. 7. 40. & Asin. 3. 79.

Agere orbem, naufragum, periclitantem, quorum induere personas non attinet nisi affectus sumimus. Quint. 107. 6.

Digitized by Google

Orationem. Cicer. de Senect. 15, Agere orationem, non est eam componere, aut scribere: sed orationem palàm habere, siue pronunciare. Nam in priore significatu, facere orationem, sicut facere carmen, dicimus.

Oscitanter. Vide Oscitanter. (org. 3.

Otia, id est, in otio & trãquillitate uiuere, uel otiari. Virg. Ge. Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra.

Agere pacem. Sallustius, Liceátne tum pacem agere.

Pacem, pro Quiescere. Sil. Ital. li. 7. 57,
Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.

Partes aliquas, siue aliquam. Cic. ad Trebatium lib. 7. 6. 5, Et quando Medeam agere cœpi, illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit. Idem, Quum tibi propè necesse esset, eas agere partes. Hoc est, suscipere inimicitias cum inimicis meis. Sed hoc traxit Cicero à fabularum personis, ut in comœdia, Agere partes Leonis, est Lenonem agere. Vbi etiam agere primas partes ea persona dicitur, quæ præcipua est in ipsa comœdia. Terent. in prolog. Phorm. 82, Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Cic. in Bruto 176, Quum Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen agere Hortensium. Hoc est, superiorem esse in eius rei administratione.

Partes alicuius uicißim. Terent. Phorm. 5. 5. 7, Vicißim partes tuas acturus est. Id est, facturus officium tuum, sicut eius officium feciſti. Primas partes in re aliqua. Cic. in Bruto 171, Primas agebat in causis Hortensius. Id est, principatum in causis agendis obtinebat. Primas, sub. partes.

Partes lenitatis & misericordiæ. Cic. pro Murena 5, Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter. Illam uerò grauitatis seueritatisq; personam non appetiui, sed ab Republica mihi impositam sustinui.

Agi dicuntur pecora, ut ait Seruius. Virg. Eclog. 1,
—— en ipse capellas
Protenus æger ago. Sic agere præ se armenta. Liuius 1. ab Vrbe 25. Item iumentum per campum. Cic. pro Cecinna 39, Asellos. Cic. 2. de Oratore 143, Mulas. Mart. lib. 1. 75. Quint. lib. 2. cap. 17. 12.

Agere aliquid per alium. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 20. Idem Lentulo lib. 1. Epist. 1. 1, Res agitur per eosdem creditores, per quos, quum tu aderas, agebatur.

Agi per saxa latratibus canum. Oui. 2. Metam. 99.

Agere aliquid per seipsum. Cic. lib. 1. de Orat. 49, Verbum ex Crasso nunquã elicere potui de ui ac ratione dicendi, quum & per meipsum egissem, & per Drusum sæpè tentassem.

Agere plebem. Liuius lib. 3, His ferè agere plebem, plebisq; animos, id est, exercere & uexare.

Pœnas alicuius sceleris à se agere. Liuius 5. belli Punici 175. pro exigere.

Pœnitentiam agere dicitur, quem facti pœnitet. qui dolet se aliquid feciſſe: qui rem factam, infectam cupit. Plin. Epist. 130.

Præ se agere aliquem. Stat. Thebaid. 3. 87.

Præcipitẽ ex. Cæsar 3. bel. Ciu. 186, Et ex inferiore loco aduersus Pllũ incitati cursu præcipites Pompeianos egerunt. Hoc est, eos à superiore loco expulsos, in fugam uerterunt.

Præcipitẽ de fundo. Cic. pro Cecinna 44, Si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?

Præcipitem, per metaphoram. Cic. 13. Philipp. 374, Difficile est credere eos, qui me præcipitem egerint, æquißimas conditiones ferentem. Id est, de statu ac dignitate deiecerint, deturbarint.

Præcipitem eum agunt pœnæ ciuiũ. Cic. 3. Ver. 4, Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Rom. quos partim securi percussit, partim in uinculis necauit. Hoc Sallustius dixit, Agitari conscientia scelerum.

Prædam. Liuius 3. ab Vrbe 22. Idem lib. 1. 19, Inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere. Agere prædam, est prædari: hoc est, agros, uicos, aut loca alia populari, ut abigendo pecora, & auferendo quicquid pro libidine prædantium auferri potest.

Agere prædam, Ad furtum etiam refertur. Plaut. Aulul. 18. 3, Næ illic pulchram prædam agat, siquis illam inuenerit anilem onustam auri.

Properatò agi ad mortem. Tacit. lib. 13.

Quercus agere carmine. Virgil. 4. Georgic. 102. de Orpheo,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Seruius: id est, mouentem.

Quid ages? Terent. Phorm. 2. 2. 8, Quid ages? P. quid uis, nisi ut maneat Phanium, &c. Vbi Donatus, Non interrogantis: sed metuentis hoc dictum est.

Quid agis? Terent. Phorm. 1. 4. 40, Ah, quid agis? quò abis Antipho? Vbi Donatus, Perturbati intercessoris est dicere, Quid agis? ut alibi, Mea Glycerium, quid agis? cur te is perditum? Oratio illa Quid agis, est prohibentis, aut reuocantis: quasi tu dicas, Quid agere paras? Quid uis facere?

Vide quid agas. Modus est loquendi, quo admonemus eos, qui magna aut periculosa aggrediuntur. Teren. Ennu. 2. 1. 18, Vniuersum triduum? Vide quid agas. Idem Phorm. 2. 2. 32. Senex adest, uide quid agas. Vbi Donatus, Non terrentis, sed excitantis est.

Agamus quod agitur. Cic. 11. Philip. 308.

Agere radices deorsum. Columel. lib. 2. cap. 10. 19, Sed tenuem radicem deorsum agunt. Plin. lib. 16. cap. 31. 2, Robora suas radices in profundum agunt. Agere radices, dicuntur plantæ: id est, radicari.

Radices agit gloria, per metaphoram dixit. Cicero 2. Offi. 61, Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. Hoc est, corroboratur & stabilitur. Olus coliculum agit, Columel. lib. 12. cap. 56. 1. Ficus agunt folia. Columella lib. 5. capite 10. 7. Cythisus frondem agere cœperit, Columella de arb. cap. 28. 3. Sic etiam gemmas. Varro lib. 1. capite 30. & Columella lib. 5. cap. 11. 2.

Agere remißius cum subiectis. Hoc est, eos tractare remißius. Columel. lib. 11. cap. 1. 22.

Rem eandem agere, uel rem eandem agi. Vlpian. in l. 7. Si quis cum. §. Si ancilla. ff. de except. rei iudic.

Alias res agere. Terent. Eunuch. 2. 3. 55, Desine, iam conclamatum est. CH. alias res agis. P. Istud ago quidem. Vbi Donatus, Rectè, quia dixit ille, tam conclamatum est. Alias res agis, aut non attendis ad id, quod dico, significat: ut nulla sit in eo attentio. Aut nugatorias res agis: hoc est iocaris. nam hinc natum est, Hoc agite amabo: quasi dicat, uanas res agis. Plinius libro 13. capite 3. 1, Summa commendatio unguentorum, ut transeunte fœmina odor inuitet, etiam aliud agentes. Cic. pro Cluent. 142, Vt hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret.

Res alicuius agere, hoc est, curare. Cic. ad Att. li. 12. 25. 1. Tuam in agendis nostris rebus diligentiam mirificè diligo.

Retrò aliquid agere. Plinius lib. 36. cap. 5. 1, Quòd si quis horum familiam ad proauum usque retrò agat, inueniet artis eius originem cum Olimpiadum origine cœpisse. Retrò agere, hic significat ordine, ut dicitur retrogrado recenſere, siue numerare. Sic retrò agere carmen, aut orationem, est à fine incipiendo pronunciare, aut recitare: Sic loquitur Quintilianus, quod etiam dicitur ordine præpostero fieri.

Digitized by Google

Agere reum. Plin. lib. 2. cap. 77, Vna accusatur, una agitur rea, de fortuna.

Agere rimas. Cic. Attico lib. 14. 305. 4, Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt Hoc est, diffinditur, ac dissoluuntur. Plin. lib. 19. cap. 2. 7 Oui. 2. Metam. 43.

Scintillas agere. Lucr. 2. 135, Scintillasq; agere, ac latè differre famillam. Id est, spargere.

Agere se propriè dicitur, qui ægrè se mouet, aut grauatè incedit. Virgil. 6. Aeneid. Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Idem lib. 9, Is enim se primus agebat. Tractus sermo est à ratione physica, nam agitur corpus, animi iudicio. Terent. And. 4. 2. 25, Quid tu, quò hinc te agis? Vbi Donatus, Quò te agis: ut tarditatem discedentis ostendat. Agere enim se, tardi & tristes dicuntur.

Agere se pro equite Romano: id est, gerere se, &c. Sueton. in Claudio cap. 25, Libertinos qui se pro equitibus Romanis egerent, publicauit. Hoc est, populo communes fecit.

Secula uitæ aguntur. Oui. 3. Metam. 89.

Agere secretum: id est, solum esse. Sueton. in Tiber. cap. 60, Piscatori, qui sibi secretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit.

Agere aliquid secum. Cicer. 1. Offic. 18, Nulla enim uitæ pars, neq; publicis, neq; priuatis in rebus, neq; si tecum agas quid, neq; si quum altero contrahas, uacare officio potest. Id est, si solus agas negotium tuum.

Agitur Senatus, id est, habetur. Sueton. in Cæsare Dict. cap. 88.

Agere honoratam senectutem. Liu. 4. bel. Maced. 131. Et quietam. Cic. Attico lib. 14. 310. 3. Tolerabilem. Cic. de Senectut. 7. Hæc & similia, per Exigere quoq; & Trãsigere, & Traducere efferuntur.

Silentium, pro silere. Ouid. 1. Metam. 69.

Spumas. Cicero 6. Verr. 130, Nam quum spumas ageret in ore, arderent oculi: pro, spumas ore emitteret, uidelicet ex iracundia & furore.

Spumas ore, hoc est, emittere. Virg. 3. Georg. 40,

— & spumas aget ore cruentas.

Stationem. Tacitus lib. 17, Stationem in castris agebat Iulius Martialis Tribunus.

Stationes. Esse in stationibus. Liu. 3. ab Vrbe 177. & 4. 169.

Tempora agere. Ouid. 3. Fast. 81,

Quum croceis rogare genis Tithonia coniunx
Cœperit, & quintæ tempora lucis aget.

Hoc est. Quum aurora quintum diem faciet, uel adducet.

Tempora belli, id est, transigere. Oui. Epist. 13. 9.

Triumphum. Idem quod triumphare, siue triumphum ducere. Cic. 14. Philip. 400.

Triumphum ex aliquo populo agere. Liu. 6. ab Vrbe 33.

Triumphum de aliquo agere. Cic. 7. Verr. 78, In portu Syracusano de classe pop. Rom. triumphum agere piratam. Hoc est, de capta Romanorum classe, triumphantis more gloriari. Plinius lib. 34. cap. 3. 3, Qui de Perseo rege naualem triumphum egit.

Velis tumidis agimur. Hora. 2. epist. 2. 41.

Ventis agi. Oui. Trist. Eleg. 2. 8.

Ver agit orbis. Virgil. 2. Geor. 68,

— uer illud erat, uer magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Eurri.

Verberibus agitur nauis. Lucan. lib. 3. 108, Hoc est, ordinibus remorum impellitur.

Agere uersum. Cic. 3. de Orat. 57, Nunquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest.

Vi agere. Liu. 4. bel. Maced. 179. & Cice. ad Quintil. fratrem lib. 1. 2. 25.

Viam. Virgil. 3. Aeneid. 138,

— Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse uias subter mare.

Vigilias noctu ad ædes sacras. Pro, uigilare ad earum custodiam. Cicero 6. Verr. 83. Sic in portu uigilias agere. Liuius 10. ab Vrbe 159.

Vitam sine decretis. Cic. 4. Acad. 197. Agere uitam ruri. Liuius 7. ab Vrbe 191. Agere uitam grauiter & sapienter. Cice. 4. de Finibus 37.

Lacrymis agendum est. Seneca in Thyest. 6. 6, Hoc est, Lacrymis petenda est uenia.

Sapienter agendum. Oui. 13. Metam. 76.

Agi, pro, in iudicium uenire, in controuersiam deduci. Cic. pro Plancio 65, Agitur studium tuũ: uel etiam si uis, existimatio, laus, ædilitas: at Cn. Plancij salus, patria, fortunæ.

Agitur gloria pop. Rom. & similia. Cic. pro lege Manil. 3. In quo agitur pop. Rom. gloria: quæ uobis à maioribus cũ magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est. Agitur salus sociorum, atq; amicorum, pro qua multa maiores uestri magna & grauia bella gesserunt. Aguntur certissima pop. Rom. uectigalia & maxima. Idem ad Cluuium, lib. 13. 8. 2, Officium, hoc est, agitur de gloria, de salute, de uectigalibus, &c.

Libertas agitur pop. Rom. quæ est cõmendata uobis: uita & fortuna optimi cuiusq;, authoritas uestra. Cice. 7. Philipp. 233.

Aguntur iniuriæ sociorum. Cic. 6. Ver. 101, Aguntur iniuriæ sociorum: agitur uis legum: agitur existimatio ueritasq; iudiciorum.

Agitur magnum ipsius periculum. Plan. ad Cic. lib. 10. 23. 13.

Aguntur res Attici. Cic. Att. lib. 16. 346. 1, Hominis familiarissimi, & mihi omnibus rebus coniunctissimi permagna res agitur, Attici.

Agon? Victimarij uerbum, pro Agóne? Senec. lib. 3. Controuer. Carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat Agon? quod fieri solet uictimis.

Agens, agentis participium (ἐνόργων) Cic. in Bruto 176. Acrem enim oratorem, incensum & agentem, & canorum, concursus hominũ foriq; strepitus desiderat. Idẽ 2. de Orat. 194, Vtendũ est imaginibus agentibus, acribus, insignitis.

Agentes in rebus, qui sint, non adeo satis constat, nisi quod generis uocabulum est, in eos relatum, qui res principis agunt, aut procuratores Principis ac Commissarios quos uocant, per diuersas prouincias allegatos auctoq; imperio per turmas dispersos. Vnde in libris posterioribus quidam Ducenarij, alij Centenarij leguntur. Vide Pyrrhi commentarios in eosdem libros Posteriores.

Actus, acta, actum (πεπραγμένος) Participium ab agor. Virgil. 6. Aen. His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Id est, perfectis & absolutis. Cicer. ad Cecin. lib. 6. 8. 3, Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ.

Acta ætas, pro exacta. Plaut. Trinum 6. 38, Mihi quidem ætas acta est, tua istuc refert maximè. Cic. Att. lib. 10. 195. 6. Sic, Actum tempus, uita, dies. Hora. in arte. Cic. pro Cluent. Vos ne huius honestissimè actam uitam matris crudelitati condonetis, rogamus. Idem 5. Tuscul. 8, Est autem unus dies benè & ex præceptis tuis actus. Item Acti labores. Cicero 2. de Finibus 167.

Acta honestè superior ætas, id est, in rebus honestis transacta. Cic. de Senectute.

Actus, Appulsus. Virg. Siue errore uiæ, seu tempestatibus acti. Idem in 6, Pelagine uenis erroribus actus? Nonius.

Actus. Coactus, Territus. Virg. 6. Aene.

Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt. Nonius.

Actus, Collisus. Virg. 7. Aen. — quibus actus uterq;
Europæ atq; Asiæ fatis concurrerit orbis. Seruius.

Digitized by Google

Actus, Compulsus. Virg. 5. Aene. Idem 7,

— actosq; animis in funera reges. Liui. 7. belli Pun. 8, Elephanti quoq; commisso iam certamine in prælium acti.

Actus multis castibus, id est, agitatus, uexatus. Vir. 1. Aen. 49.

[redacted]tum auguri[redacted]. 1. de Diuin. 60, Id posséne fieri, cõsuluit. [redacted]lle au[redacted]osse respondit. Pro hoc usitatius est, Captare [redacted]c ergo uidetur Acto, pro, peracto, id est, fini[redacted]

Imber actus cœlo. Virg. 2. Georg. 67.

Acti iucũdi labores. Adagium est. Vnde dictum est ab Horatio,

— gaudent uti uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.

Hoc prouerbio usus est Cic. lib. 2. de Finib. 167, Quid si etiam iucunda memoria est præteritorũ malorũ, ut prouerbia nonnulla ueriora sint, quàm uestra dogmata? Vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. Nec malè Euripides, cõcludam si potero Latinè, Græcum enim hunc uersum nostis omnes. Suauis est laborum præteritorum memoria. Erasmus in Chiliad.

Actus reus criminis. Ouid. 2. Trist. 61. Idem de Arte amandi libro 1. 78.

Sitis acta omnibus uenis. Hoc est, calor sitim generans, per omnes uenas diffusus. Virg. 3. Georg. 95.

Testudo acta. Virg. 2. Aen. 88,

— obsessũq; acta testudine limen. Vbi Seruius: Acta, applicata. Sic lib. 9. 105.

Actus in parietes palus. Colum. lib. 8. cap. 3. 4.

Retrò actus. Oui. 12. Metam. 51. id est, uersus.

Actum est, Prouerbiale genus loquendi apud ueteres, quo etiam hodie desperationem significamus. Terent. And. 3. 1. 7, Quid ego audio? actum est si quidem hæc uera prædicat. Vbi Donatus: Hæc res secundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, nequis rem actam apud iudices repetat, Sic ipse in Phorm. 2. 3. 72, Actum, aiunt, ne agas. Idem Terent. Adel. 3. 2. 27, Actum est, Vbi idem Donatus, Actum est, inquit, uerba sunt desperationis: nam Actum est dicitur in ea re, de qua iam lata sit sententia. Hæc ille. Cic. Terentiæ lib. 14. 3. 7, Nunc spes reliqua est in nouis Trib. pleb. & in primis quidem diebus: nam si inueterarit, actum est.

Actum habere quod quis egerit. Cic. Tusc. 86. hoc est ratum.

Actum agere. Terent. Adel. 2. 2. 24, Nunc si hoc omittam actum agam. Ci. Att. 9. 173, Sed acta ne agamus, reliqua paremus, & 190. 6, Tu (malum) inquies actum ne agas. Plaut. Pseu. 5. 20, Rem actam agis. Li. Dec. 3. li. 8, Scio multis uestrum uideri. p. c. Rem actam hodierno die agi, & frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re de Africa prouincia sententiam dixerit. Cicero de amicitia, Sed cum multis alijs in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis deligendis & colendis, præposteris enim utimur cõsilijs & acta agimus, quod uetamur ueteri puerbio.

Actum est de. Cicer. Attic. libro 12. 24 4. 5, Nam quod scribis ἐγγὺς ἀμα, actum iam de isto est, alia magis quæro. Liu. 2. ab Vrbe 210, Actumq; de exercitu foret.

Acta, actorum, nomen ex participio a actus, ta, tum. Valla lib. 4, gesta & acta hoc differunt, quia illa sunt in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad remp. uel ad plures spectantibus: ut gesta Alexandri, gesta Pompeij, gesta Cæsaris. Acta uerò etiam rerum priuatarum, & minorum ac familiarium: ut Cic. in prima Antoniana, An in commentariolis, & chirographis, & libellis se uno authore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt, quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuasq; leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur? Vbi uidetur Budæus à Laurentio dissentire, ita scribens: Quibus uerbis Cicero significat Commentarios priuatam esse memoriam: Acta autem debere esse memoria publica testata, quæ in ærario esse solebat. Plin. lib. 10. cap. 2. 4, de Phœnice Romam allato. Allatus est & in Vrbe, Claudij principis Censura, anno Vrbis DCCC. & in comitio propositum, quod actis testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret. Cicer. 2. de Orat. 34, Consilia primum, deinde acta, postea euentus. Idem Trebonio lib. 10. Epist. 28. 6, Quòd nisi res urbanas, actaq; omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem. Idem 2. Philip. 99, Quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæsari pacis causa confirmata sunt à Senatu, quæ quidem Cæsar egisset, non ea, quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. Idem 2. Philip. 106, In publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est testamentum.

In acta alicuius se obligare, & in acta alicuius iurare. Tranquillus in Tib. cap. 26.

Acta alicuius conuellere. Vide Conuello.

Acta institoria. Vide Institor.

Actorum scriptura diurna. Tacit. li. 3. Annal. Non apud authores rerum, non diurna actorum scriptura reperio.

Acta belli & domus. Nestor apud Oui. 12. Metam. 37.

Temporis longi acta. Vide Canere acta longi temporis.

Vitæ acta. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 19.

Acta diurna, quæ per singulos dies fiunt & scribuntur. Suet. de Cæsare, Inito honore primus omnium instituit, ut tam Senatus, quàm populi diurna acta conficerentur.

Diurna acta Vrbis. Tacit lib. 13.

Mandare aliquid actis diurnis. Vide Diurna acta urbis.

Forensia acta. Oui. ad Pisonnem 7.

Fortia acta. Val. Flac. 6. Argon. 26.

Horrifica acta, id est, horrorem incutientia, nempe magica. Val. Flac. 3. Argon. 85.

Immania Cæsaris acta condere, Grandia & præclara Cæsaris gesta describere. Oui. 2. Trist. 67. & 9. Metam. 58.

Ingentia acta recensere. Stat. 2. Theb. 142.

Mortalia acta. Oui. li. 1. Trist. Eleg. 2. 20.

Nocturna acta. Oui. li. 2. de Arte amandi, 126.

Patrijs actis superbire. Oui. Epist. 8. 9.

Propiora acta. Stat. 5. Theb. 24.

Canere acta longi temporis. Oui. 1. Fast. 21.

Acta circumducere, id est, antiquare & delere. Paulus sub titulo, de Re iudicata. Acta apud se habita, si partes consentiant, iudex potest ea die iubere circunduci: nisi uel negotium, uel lis terminata est.

De alicuius actis cognoscere. Vide Cognosco.

Communicare acta sua cum aliquo. Vlysses apud Ouidium, 13. Metam. 48.

Comprobare acta. Oui. li. 5. Trist. ad finem.

Condere acta Cæsaris. Oui. 2. Trist. 67.

Loqui acta. Oui. 6. Fast. 123,

— mira quidem, sed tamen acta loquor.

Recensere acta. Stat. 2. Theb. 142.

Vincere acta patris. Oui. 11. Metam. 45.

In acta referre. Vide Refero.

Actus, huius actus, actui (πρᾶξις) Verbale. Plerunq; actionem significat: hoc est, omne quod agitur. Quintil. li. 2. cap. 18. 3, Quum ab actu, hoc est, opere recesserunt. Cic. in Sallust. Quòd si de uita mea atq; actibus huic conuitiatori respondero. Idem 1. de Legibus, 45, Nec solùm in rectis, sed etiam in prauis actibus.

Actus, hoc est, gesta & præclara facinora. Lucan. lib. 8. 162, Adde actus tantos, monumentaq; maxima rerum.

Sceleris actus, id est, perpetratio sceleris. Lucan. lib. 8. 134, Septimius sceleris maius scelus inuenit actu.

Herculis

Digitized by Google

Herculei actus, Claud. in Ruff. lib. 1. 57.

Humanos actus digerere, Stat. lib. 5. 5. Sylu. 8.

Actus placiti dijs, id est, grati, Valer. Flac. 2. Argon. 1.

Priores actus, Claudian. 8. Paneg. 29,

— actusq; priores
Commendat repetitus honor. (9. 7.

Rapidus actus, Festina impulsio, Propera persecutio, Luca. lib.

Actus uitæ, Quint. li. 11. ca. 1, Etiam in cæteris actibus uitæ, non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere conuenit.

Actus rerũ, est quem nostrates, rerum & negotiorum expedi-tionem uocant. Plin. Iunior, Nunc me actus rerum modicè, sed tamen distringit. Quint. li. 7. cap. 3, Et persona quædam nescio an nunquam utiq; in uno actu rei posit incidere.

Actum alicuius gerere, Martianus in l. Interdum: de Publica-nis. Quum is seruus, qui actum domini gessisse diceretur, in commissum excidisset uenire non debuisse.

Ab actu remotus. Paulus, Dispensatori, qui ab actu ignorante debitore remotus est, rectè soluitur.

Actus forensis, Quint. lib. 10. cap 1.

Iam multum acti est, posset aliquis non affuisse, & hæres esse? Quint. lib. 7. cap. 2. 35.

Actus (ἀγέμα) modò significat in comœdijs & tragœdijs certa spacia canticorũ: modò inter uicinos, quatuor pedum latum: modò in Geometria minorem partem iugeri, id est, centum uiginti pedum: modò motum corporis, ut histrio-num & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso Actuosi dicuntur Author Festus. Varro de re Rusti. lib. 1. cap. 1, Actus qua-dratus qui & latus est pedes centum uiginti, & longus to-tidem. Actus, ut Modestinus de Seruit. Rust. præd. ait, est i-ter ubi armenta trahere, & uehiculũ ducere licet, quò quis pedes uel eques commeare potest. Plin. lib. 18. cap. 3. 1, Ac-tus uocabatur, in quo boues agerentur, quum aratur uno impetu iusto. Cic. pro Cecinna 54, Aqueductus, haustus, iter, actus, à patre: sed rata authoritas harum rerum omni-um à iure ciuili sumitur.

Actus, in fabulis. Quint. li. 5. cap. 10. 7, Nam & fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur. Cic. de Senect. 63, Neq; enim histrioni ut placeat peragenda est fabula modò in quocunq; fuerit actu probetur.

Actus & actiones. Cicero ad Luceium lib. 5. Epistol. 12. 20. Secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumq; nostro-rum, habet enim uarios actus, multasq; actiones & consi-liorum & temporum.

Actus hominis, pro partibus uitæ hominis, per translationem à fabularum actibus. Cic. pro M. Marcello, Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus: in hoc elaborandum est, ut Remp. constituas. Idem 3. Ver. 21, Itaq; primum illum actum istius uitæ turpissimum prætermittam.

Actiuus, actiua, actiuum (ἐνεργητικὸς) Denominatiuum à no-mine actus: nomen est fictum à Grammaticis: ut actiua signi ficatio. Et uerbum actiuum, quod teste Prisciano, semper a-ctum significat, & facit ex se passiuum. Plura uide apud e-undem, lib. 8. cap. De generibus uerborum.

Actuosus, sa, sum (ἐνεργητικὸς) Denominatiũ à uerbali no-mine actus, actiue & passiue significat. Passiue, est res labo-riosa, quasi in qua plurimum agendum & laborãdum est, ut actuosa comœdia. Donatus in Terentium: Hæc scena a-ctuosa est, magis in gestu, quàm in oratione constituta. Acti-ue, ut Actuosa uirtus, Actuosus ignis. Id est, semper agens, nunquam cessans. Cic. 1. de Natu. deor. 152, Virtus autem a-ctuosa & deus uester nihil agens. Seneca, Iracundos feruida natura animi facit, est enim actuosa & pertinax ignis.

Actuosa uita, quæ in actione & labore uersatur, non autem in studio & contemplatione, uulgò Actiua dicitur: qualis est opificum & mercatorum, & eorum qui in Reipub. admi-nistratione uersantur. Apud Valerium.

Actuosi dicuntur, qui motu corporis maximè exercentur, ut hi striones & saltatores. Author Festus.

Actuosè (ἐνεργητικῶς) Aduerbium qualitatis. Cic. 3. de Ora-to. 57, Quid petam præsidij? quàm leuiter, quàm remisse? quàm non actuosè?

Actio, actionis, uerbale (πρᾶξις, ἀρέσις, σύνεργεια, ἀγωγὴ.)

Actio de pace. Cic. Att. lib. 9. Epist. 18. 4, Dispersione enim Consulum actio de pace sublata.

Gratiarum actio gratulatioq;. Cic. ad Brutum, 3. 3.

Actio, quam uulgò dicimus Operationem. Cic. 1. Offic. 30, Vir-tutis enim laus omnis in actione consistit. Idem 1. Offic. 145, Vt enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed e-am quæ ab honestis actionibus non sit aliena.

Priuat deos omni procuratione atq; actione Epicurus. Cic. 2. de Nat. deor. 63.

Spoliare deos motu & actione diuina, Est deos nihil agere as-seuerare. Cic. 2. de Nat. deo. 142.

Mentis actio atq; agitatio, Cic. 1. de Nat. deo. 65.

Actiones corporis naturales. Celsus lib. 1, Naturales corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus & emitti-mus, cibum potionemq; & assumimus & coquimus: Itemq; per quas eadem hæc in omnes membrorũ partes digerũtur.

Consentaneæ appetitionibus actiones, Cic. 2. de Nat. deo. 83.

Dare curas & actiões honestas alicui. Ci. Var. lib. 9. epist. 8. 7.

Actio uitæ, pro uiuendi ratione, seu modo. Cic. 5. Tusc. 94, Si uitæ modum actionemq; quærimus. Idem 3. Offic. 26, Ad eas res parandas, tuendasq;, quibus actio uitæ continetur. Idem 2. de Diuin. 134.

Actio Tragica seu scenæ, Est ipsa per gestus repræsentatio. Cic. in Orat. 47, Accedit actio non Tragica, nec scenæ, sed mo-dica iactatione corporis: uultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant inge-nuè, quo sensu quicq; pronuncient.

Actiones pro actis. Cic. in Sallustium 7, Quos ego habui om-nium mearum actionum monitores. Idem ad Appium libro 3. Epistol. 10. 34, Qua denique facilitate, qua humanitate tu-lit contentionem meam pro Milone aduersante interdum actionibus suis?

Mandare scriptis actiones suas, Cic. 2. Offi. 4.

Actio habet itẽ alia significata. Valla li. 4, Actio dicitur tũ ipsa pronunciatio, tum oratio quæ habetur, tum oratio scripta.

Actio, de oratoris pronunciatione dictum. Cic. in Oratore, Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia, quum con-stat è uoce atq; motu. Idem 3. de Orato. 123, Est enim actio quasi sermo corporis.

Actio pro oratiõe, siue quum habetur, siue quum scripta est: ut Actiones Ciceronis in Verrem. Quint. li. 7, Cuius actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Cic. de claris Orat. 129, Actio Cn. Pompeij habebat & in uoce magnum splen-dorem, & in motu summam dignitatem.

Breuis & concisa actio, Quint. li. 6. cap. 4. 2.

Clamosa actio. Vide Clamo, Quint. li. 5. ca. 13. 3.

Actio facilis & fauorabilis, Quint. li. 5. ca. 10. 79.

Actio uaria, uehemens, plena animi, plena spiritus, plena dolo-ris, plena ueritatis. Cic. 2. de Orato. 41.

Dominatur actio in dicendo, Cic. 3. de Orat. 117.

Actio apud Iurisconsultos dicitur ius persequẽdi in iudicio quod sibi debetur. Hæc Iustinianus lib. 4, Vlpianus autem duo a-ctionum genera esse scribit: in rem, quæ dicitur Vendicatio, & in personam, quæ Condictio appellatur. In rem actio est per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus. In personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est

Digitized by Google

nobis ad faciendum aliquid, dandúmue. Quintilia.lib.4. cap. 2.21.Cicero pro Cecinna 24,Quæro sit ne aliqua huius rei actio,an nulla.

Actio & concio.Cic.ad Att.lib.14.318.6, Dolabellæ & primas illa actio,& hæc contra Antonium concio.

Contentio atq; actio. Cic. Trebo.lib.10.28.4,Hic dies meaq; contentio atq; actio.

Formulæ atq; actiones. Cic. pro Muræna 26, Gloria militaris ueſtris formulis atq; actionibus anteponenda eſt.

Actoris actio. Cic. pro Cecinna 26, Quid deniq; ad ius ciuile, aut ad actoris actionem & animaduerſionem ages?

Actio eſt in authorem præſentem his uerbis, quando quidem te in iure conſpicio. Cic.pro Cecinna 39.

Cauſæ actio maximè debilitatur loco,Cic.pro Deiot.3.

Ciuili actione aliquid repetere,Cic.1.Verr.10.

Componere actiones.Cicer.Attic.lib.6.111.18,Nec uerò pauci ſunt authores,Cn.Flauium Scribam factos protuliſſe, actionesq; compoſuiſſe.

Actionem concipere.Vide Concipio.

Competit actio in eum,Quint.lib.3.cap.6.8.

Conſtituere actiones.Cic.9.Philip.264, Neque conſtituere litium actiones malebat,quàm controuerſias tollere:de Sulpitio loquitur.

Dare actionem & poſtulare:Dicitur & iudicium dare, in l.3. de Negot.geſt.Cic. 4.Verr.43,Admonitu iſtius inſimulare cœperunt Epicratē literas publicas corrupiſſe. Actionem eius rei poſtulant. Ibidem 47, Edixit ſeſe iudicium iniuriarum non daturum:quicquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturū:ipſi aūt nullius actionem rei ſeſe daturum.

Excludere actiones.Cic.de Inuent.69,Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones.

Excludere aliquem actionis iure,Quint.lib.7.cap.2.7.

Expoſitæ actiones. Cic. 1. de Orato. 91,Expoſitis à Cn.Flauio primum actionibus,nulli fuerunt, qui illa artificioſè digeſta generatim componerent.

Habere actionem. Cicero pro Cecinna 23, Hanc puto me habere actionem. Ibidem 25, Siqui me exire domo mea coegiſſent armis,haberem actionem: ſiqui introire prohibuiſſent non haberem?

Iniuriarum actio.Cic pro Cecinna 26,Actio enim iniuriarum non ius poſſeſſionis aſſequitur,ſed dolorem imminutæ libertatis,iudicio pœnaq; mitigat.

Inſtituere actionem. Cic.pro Muræna, Tu actionem inſtitutis, ille aciem inſtruit.

Intendere actionem perduellionis,Cic.pro Milone 28.

Integram actionem relinquere,Cic.pro Quint.Roſcio 20.

Monitor actionum,Cic.in Salluſt.7.

Mutare actionem.Cic. pro Cecinna 6, Quare aut muta actionem,aut noli mihi inſtare ut iudicem.

Præſcribi in actionibus.Cic.5.de Fin.lib.151, Quæ quum Zeno didiciſſet à noſtris,ut in actionibus præſcribi ſolet,de re eadem fecit alio modo.

Reſtituere actionem.Tranquillus, Nam & ijs,qui apud priuatos iudices plus petēdo formula excidiſſēt, reſtituit actiones.

Suſcipere actionem. Cicer.Att.li.14.Epiſt.307.3.Idem 1.Offic. 195,In omni actione ſuſcipienda tria ſunt tenenda.

Actito,actitas,penul.corr. (συνεργοῦμαι) Gellius lib.9.cap.6, Ab eo quod eſt ago & egi,uerba ſunt quæ appellant Grammatici frequentatiua actito,& actitaui Et paulò poſt.Actito producte in prima ſyllaba pronunciandum: quoniam ex ex eo fit quod eſt ago & actus. Cicero de claris Oratorib. 32,Etiam M.Potidius municeps noſter multas priuatas cauſas actitauit.

Actiuus, a, um, (πρακτικὸς) ut Ars actiua uel adminiſtratiua. Quintil. lib.11.cap. Generalis diuiſio artium. & 47.b Vt illa ſit ſpectatiuæ partis,hæc actiuæ.

Actor,actoris, Verbale (πρακτωρ) Qui agit. Cic. pro Seſtio 52,Dux & author & actor illarum rerum fuit.

Actor comœdiæ (ὑποκριτὴς) qui comœdiam agit:ut ſit in theatro.Terent.in prologo.Liuius 7.ab Vrbe 9, Vt actores Atellanarum nec tribu moueantur.Cic. 1. de Orato.58. Idem ad Q.fratrem lib. 1. 1.68, Tanquam poetæ boni & actores induſtrij ſolent:ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotij tui diligentiſſimus ſis.

Actor (λογογράφος) ut ait Valla lib. 4. dicitur orator qui agit cauſam, quiq; geſtum uultus & corporis agit.Cic.3.de Legibus 57, Actor enim & moderator effingit non modò mentem ac uoluntates,ſed penè uultus eorum apud quos agit.Idem 3.de Orat.33, Vt illum efficeret oratorem uerborum,actoremq; rerum.

Infirmus actor,Quint.lib.6.cap.1.33.

Mediocris actor cauſarum,Hor. de Arte poet.74.

Actor ſummus cauſarum & magiſter. Cic.in Bruto 170, Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori ſummo cauſarum & magiſtro.

Actor publicus,Plin.epiſt.18.lib.7.

Actor,uniuerſitatis dicitur,uel collegij : uel Syndicus appellatur:procurator ſingulorum hominum. Martianus Digeſt. lib.37, Ipſos uerò municipes ſi eis fideicōmiſſi nomine non caueatur,non idem aſſecuturos, ſed eis extraordinario remedio opus erit: uidelicet ut decreto Prætoris actor eorum in poſſeſſionem mittatur.

Actor pro uillico.Colum.li.1 cap.7, Ita fit ut & actor & familia peccent,& ager ſæpius infametur.Ibid.ca.8.

Actuarius,actuarij (γραφεὶς) Denominatiuum, qui acta publica, actiones ue cauſidicorum in iudicio uelociter excipit: qui & Notarius à Quintiliano dicitur. Suetonius in Cæſare cap.55,Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quædam feruntur:ut pro Quin. Metello: quam non immeritò Auguſtus exiſtimabat, magis ab actuarijs exceptam, malè ſubſequentibus uerba dicentis,quàm ab ipſo editam.

Actuarius,adiectiuum eſt aliquādo. Vnde Actuariæ naues,celeres dictæ,quòd citò agi poſſent, ait Nonius. Budæus uerò, Actuariæ (inquit) naues à Latinis dicuntur,quæ remis aguntur,non uelis tantùm.Liuius 5.bell. Pun. 172,In hoc tumultu actuariæ naues inſtructæ.Cæſar 5.bell. Gall.2,Has omnes Cæſar actuarias fieri imperat.

Actuaria nauigia,pro nauibus actuarijs,Cæſ.1.bel.Ciui.111.

Actuarium,abſolutè in neutro genere, uidetur Cicero acceptaſſe pro nauibus actuarijs:ut ad Att.lib.10.203.6,Quid duro tempore anni actuaria fore cenſes?

Actuaria minuta,pro actuariolis.Cic.Att.lib.5.9. 6.1, Actuarijs autem minutis Patras accedere ſine ijs impedimentis, non ſatis uiſum eſt decorum.

Actuariolum,Diminutiuum ab actuarium.Cic.Att.li. 16.332, Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribui actuariolis decem ſcalmi:id eſt,remigibus earum nauicularum, quæ uocantur actuaria uel actuariola.

Actututum,pen.prod.aduerb. (αὐτίκα) Virg.9.Aene.

——tum cætera reddet
Actutum pius Aeneas. Vbi Seruius,Actutum,confeſtim, ſine dilatione,& eſt aduerbium temporis. Cice. 12. Philip. 337, Si cætera caſtra cæteri uiderint: ego mortem actutum futuram puto.

Agito,agitas,penult.corr.(λονέω,κινέω, ἐλαύνω) agitare frequentatiuum.Significat crebrò agere,concutere, commouere.Virg.1.Georg.

Continuò uentis ſurgentibus,aut freta ponti

incipiunt

Digitized by Google

Incipiunt agitata tumescere. Sic agitata uentis maria apud Ciceronem 2. de Natura deorum 39.

Agitare uerbis fastidia alicuius, Horat. Epod. 12. 3.

Ciere & agitare. Cicer. lib. 3. de Nat. deor. 37, Naturæ ista sunt Balbe, naturæ nõ artificiose ambulantis, ut ait Zeno, sed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus suis.

Pulsari & agitari impulsione sempiterna. Cice. lib. 1. de Natur. deorum 157.

Agitari & perterreri. Cic. pro Roscio Amerin. 40, Nolite putare quemadmodum in fabulis sæpenumero uidetis, eos qui aliquid impiè scelerateq; commiserint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenq; fraus, & suus terror maximè uexat: suum quenq; scelus agitat, amentiaq; afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiaq; animi terrent.

Agitare & insectari. Cic. de Legibus li. 1. 58, Vt eos agitent insectenturq; furiæ. Idem lib. 2. de Diuinat. 214, Insectans alias aues & agitans aquila.

Agitare, Persequi, ait Seruius. Virgil. 3. Georg. Galbaneoq; agitare graui nidore chelydros.

Agitare, Vexare, Virgil. 3. Aeneid. Quæ deinde agitet fortuna, fateri. Vt Agitataq; numina Troiæ. Ibidem Virgilius, Et scelerum furijs agitatus Orestes. Anceps cura consulem agitabat. Ibidem lib. 14. 104, Furor agitat milites Idem 9. bell. Pun. 92. Hæc & similia, per uerbum etiam agere & exagitare dicuntur.

Agitare, pro administrare. Cic. pro Muræna 18. Sed non licet, agitat rem militarem. Sallust. In pace uerò beneficijs magis, quàm metu imperium agitabant. Idem in Catil. Rempublicam agitare.

Agitare, pro habitare, uel uiuere. Sallust. Super Numidiam Getulos accepimus partim in tugurijs, partim incultius uagos agitare.

Agito, cum infinitiuo. Valer. Flac. lib. 2. 33, — totam inde per urbem personat, ut cunctas agitent expellere Lemno. Id est, consultent, consilia ineant. Sil. Ital. lib. 13. 80.

Agitare, Translatum ad animum, pro cogitare, commentari, reputare, tractare, interdum per se ponitur: sæpius tamẽ cum adiecto: ut agitare secum, agitere animo, &c. Cicer. 5. Verr. 192, Quod si ille hoc unum agitare cœperit. Idẽ 2. de Fini.

Agitare & exquirere rationes. Cic. 5. Tusc. 94. de Archimede, Alterius mens rationibus agitandis exquirendisq; alebatur cum oblectatione solertiæ: qui unus suauissimus pastus animorum.

Agitare, absolutè. Cornel. Tacitus libro 11. de Curtio Rufo, postquam adoleuit, sectator Quæstoris cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumẽto uacuis per medium diei porticibus secretus agitat. Celsus in præfatione libri 1. Cicero Academico, Ea certè debemus effugere, quæ à te maximè agitata sunt.

Animo agitare aliquid. Liuius 6. bel. Pun. 9, Nihil enim paruũ, sed Carthaginis iam excidia agitabat animo. Cic. pro Fonteio 11, Vos & sæpius eandem rem animis agitare, & diutius uno quoq; de teste cogitare potestis.

Agitare animo formidines, Liu. lib. 10. bel. Pun.

Animo agitare mensuram alicuius rei. Plin. lib. 2. cap. 1. 2, Furor est mensuram eius animo quosdam agitasse. De mundo loquitur.

Cum animo agitare aliquid. Sallust. ad Cæsarem, de Repub. ordinanda, Itaq; mihi multa cum animo agitanti, consiliũ fuit, famam, modestiamq; meam post tuam dignitatem habere.

In corde aliquid agitare, Plau. Truc. 93.

Mente aliquid agitare. Sallust. in Catilin. Liu. 7. ab urbe 166. Nunc quæ mente agitem, audite.

In mente aliquid agitare, Cic. 1. de Natu. deor. 157.

Agitare secum, Idem significat. Terent. Phorm. 4. 3. 11, Ego quoq; id quidem agitans mecum sedulo, Inueni opmor, remedium huic rei.

Animum curis agitare. Liu. His curis cogitationibusq; animũ agitauerat ab ineunte ætate. Id est, exercuerat.

Agitare rem aliquam secretis imaginationibus, hoc est, animo uersare, & secum consultare. Cornel. Tacit. lib. 15.

Agitare æuum. Virg. 4. Georg. 31, De apibus: magnisq; agitãt sub legibus æuum. Hoc est, uitam transigunt.

Agitare caput. Columel. lib. 6. cap. 6. 2.

Choros, id est, choreas exercere, Virgil. 4. Georg. 107.

Agitare cœtus. Sallustius. Nequis in urbe cœtus nocturnos agitarit.

Agitare consilia, idem quod tractare consilia. Liu. 4. ab Vrbe 107. Ibi secreta consilia agitare: queri se à plebe adeò spretos. Idem 8. bel. Pun. 52, & Valer. lib. 5. cap. 6.

Conuiuium. Terentius Hecyra 1. 2. 18, Agitarem inter uos liberè conuiuium. Vbi Donatus agere, est aliquid uel necessariũ facere: Agitare, uoluptarium. Plaut. Asin. 15. 7. Hoc agitemus conuiuium uino & sermone suaui.

Custodiam, id est, Custodire. Plaut. Rud. 20. 20.

Diem agitare. Plaut. Persa. 12. 21, —— age accumbe, hunc diem suauem meum natalem inter nos agitemus amœnum. Hoc etiam dicitur per uerbum agere.

Festos dies, Consumere dies festos in ludis, compotationibus, & alijs eiusmodi rebus uoluptarijs. Vide Agere diem festũ. Terent. Heaut. 4. 4. 11, Apud eum miles Dionysia agitat. Cic. 4. Verr. 78, Cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur.

Agitari diuersum Sallust. Primo commotus metu atq; libidine diuersus agitabatur. Id est, modo huc, modo illuc impellebatur in diuersas sententias.

Equum calcaribus. Plaut. Asin. 12. 118, Calcari quadrupedem agitabo aduersus cliuum. Allegoria est, quasi dicat, Eũ perinde uexabo atq; equum, qui contra montem ascendens agitatur calcaribus.

Feras, Cursu fatigare: ut fit in uenatu. Cic. 3. Offic. 89, Sũtne igitur insidiæ, tẽdere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt.

Agitare fugam, id est, fugere. Virg. 2. Aeneid. 128, Vos agitate fugam.

Gaudium & lætitiam. Sallust. in Catilin. (fugam.

Ingenium per studia, pro exercere. Senec. Epist. 109, Quia hoc tempus idoneum est laboribus, idonеum agitandis per studia ingenijs.

Iocos. Persius Satyr. 6. 1, Mox iuuenes agitare iocos. Hoc est, Iuueniles siue iuuenum amores describere.

Iustitiam agitare. Plin. Epist. 155. 4, Mihi autem egregium in primis uidetur, ut foris, ita domi: ut in magnis, ita in paruis, ut in alienis, ita in suis agitare iustitiã. Id est, assiduè exercere.

Latrocinia, Cornel. Tacit. lib. 12.

Mentionem de re aliqua, Liu. primæ Decad. lib. 7. 2.

Moras agitare. Sallust. Ne moras agitando, aliud quàm bellum malleï, id est, cunctando, differendo.

Pacem agitare. Sallust Læti pacem agitabamus. Aut est, pacem tractabamus: aut, nos in colenda pace exercebamus.

Seditionibus agitare plebem, Plin. lib. 14. cap. 4.

Præcepta alicuius. Sallust. Quæ præcepta patris mei quum agitarem. Id est, in illis seruandis me exercerem, aut fortasse de illis cogitarem.

Præsidium. Sallustius in Iugurtha, Cohortes cum omni æquitatu præsidium agitabant. Liu. 3. Decad. lib. 7.

Agitare pulmonem risu perpetuo, id est, assiduè ridere. Iuue. Satyr. 10. 7, Perpetuo risu pulmonẽ agitare solebat Democ.

Rem aliquã sermonibus, Pro tractare. Liu. 3. ab urbe 140, Versarent in animis secũ unamquanq; rem, agitarent deinde ser-

Digitized by Google

monibus,atq; in medium quid in quaq; re plus minúsue esset conferrent.

Sacra,pro Agere,uel frequenter agere. Catul. de Berecynthia & Aty.5.

Spes inanes,Ouid.7.Metamorphoseos 68.

Vias,Senec.in Hippolyto 9.2,

Cur tibi tanta est cura perennes
Agitare uias ætheris alti,&c.

Vigilias.Plautus Trinum.13.25.Id est,totam noctẽ uigilare.

Vitam.Sallust.in Catil.etiam tum uita hominum sine cupidita te agitabatur.Pro agebatur.

Agitandum est corpus leui gestatione,Celsus lib.3.cap.6.

Agitatus participium,ut agitatus & exercitatus curis animus (ἠλαμένος,) Ci.de somnio Scipionis 32,Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus,uelocius in hanc sedem & domum suam peruolabit.

Agitatum & fluitans,Cuius contrarium,Tranquillum & quietum.Cic.de Vniuersitate 11.

Iactatus atq; agitatus iniurijs.Cic.pro Quintio 6.Orat. atque obsecrat,ut multis iniurijs iactatam atq; agitatam æquitatem,in hoc tandem loco consistere,& cõfirmari patiamini.

Tractatus & agitatus.Cic.3.de Orato.31,Verùm enim oratori,quæ sunt in hominum uita,omnia quæsita, audita, lecta, disputata,tractata,agitata esse debent.

Adoptio Theophanis agitata est.Cic.pro Cornelio Balbo 46.

Res agitata in concionibus,iactata in iudicijs, commemorata in Senatu.Cic.pro Cluentio 2.

Sententia agitata,Cic.pro domo sua ad Pontific.7.

Agitatior,comparatiuus. Vt, Agitatior animus,pro Agilior. Senec.epistol.109,Agitatiorem mihi animum esse credebã. Loquitur de eo tempore,quo abstinebat à carnibus.

Agitatio(ἄσκησις)Verbale,Motus siue cõmotio. Ci. 2.de Nat. deorũ 39,Nec enim ille externus & aduentitius habẽdus est. tepor:sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

Agitatio & motus.Cic.2.de Natu. deorum 202, Agitatione & motibus linguæ cibus detruditur depellituŕq;. Idem pro Muræna 34,Quod enim fretũ,quem Euripum, tot motus, tantas,tam uarias habere putatis agitationes fluctuum?

Agitatio terræ.Colum.libr.2.cap.2.5, Actionem significat,& quasi exercitationem:non qua se exercet terra,sed qua exercetur ab agricolis.Nam & Virgilius dixit 1.Georg.20,

Exercetq; frequens tellurem.

Agitatio mentis.Est assiduus ille motus animi in rebus honestis cogitãdis,& quasi mẽtis ipsius exercitatio.Ci.1.Offic.27, Tũ agitatio mẽtis,quæ nũquã acquiescit,potest nos in studiis cogitationis,etiã sine opera nostra continere. Et sequitur. Omnis aũt cogitatio,motusq; animi,&c.Quint.lib.1.ca.1. Sicut aues ad uolatum,equi ad cursum,ad sæuitiam feræ gignuntur.ita nobis propria est mentis agitatio,atq; solertia.

Agitatio spiritus.Plin.lib.20.cap.5,de cæparum purgamentis,loquens,Et si ieiuni quotidie edant,firmitatem ualetudinis custodiri:stomacho utilia esse spiritus agitatione.

Agitatio studiorum,Quæ studiorum exercitatio dicitur.Cicer. de Senect.21.

Agitator,pen.prod.agitatoris,(ἐλατὴς)Verbale. Hoc nomen ferè apud autores relatum inuenio ad equorum curruumue rectorem.Cic.Attico,lib.13.278.3,Vt bonus sæpe agitator. Hic metaphoricè.Idem 4.Academ.166,Ego enim ut agitator callidus,prius,quàm ad finem ueniam, equos sustinebo. Virgil.Aeneid.1.

Armiger Automedon.

Hic etiã auriga dicebatur,sicut & in sacris certaminibus, qui bigas,aut quadrigas regebant.Vir.1.Georg.

Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis.Hoc est agaso,ab agendo. Quint. lib.8.cap.6,Translatio est,quum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur:ut de agitatore, Gubernator magna contorsit equum ui.

Agitabilis,penult.corr.(ἐλαυντὸς)adiectiuũ. Quod facilè huc atq; illuc agitatur & impellitur.Ouid.1.Metamorph.15.

Terra feras cepit,uolucres agitabilis aer.

Agoge]es,nomen urbis Aethiopiæ quæ est sub Aegypto.Pl. lib.6.cap.29.

Agogæ]ἀγωγαὶ ἢ ἀγωγοὶ,fossæ sunt in metallis ærarijs, per quas aqua aurum trahens ducitur,Vlice frutice,qui illis insterni solet,aurum retinente.Plin.lib.33.cap.4.

Agolum]λαγώβολον.Pastorale baculum,quo pecudes agunt ur.Festus.

Agon,ἀγών,Nomen uiri proprium,de quo Plutarchus in Alexandro:Agon,inquit,Teius suffixas clauis argenteis crepidas ferebat.Idem habet Plin.lib.33.cap.3.Alia tamen exemplaria habent Agnonem.

Agon]agonos, penult. prod. (ἀγών) certamen,studium,locus certaminis.

Agon,Locus certaminis Romæ,qui Circus Flaminius dicebatur:& plerunq; ponitur pro ipso certamine.ab ἀ sine,& γωνίᾳ angulus.Circus enim locum significat rotundum.Alij ab Ago uerbo deducunt.Plin.epistol.22.libr.4,Gymnicus agon celebrabatur.

Agon,studium contentionis.Cicero ad Att.lib.1.11.15,Remoto illo studio contentionis,quem ἀγῶνα uos appellatis.

Agonales dies,per quos rex in regia arietẽ immolat:dicti ab Agone:eo quòd interrogatur à principe ciuitatis,& princeps gregis immolatur.Varr.li.5.de lingua Lat.Vide Agonẽ.

Agones(ἀγῶνες)dicti sunt apud Romanos,qui percutiebant uictimam,quòd ex more prius quàm ferirent,populum rogabãt,Agonẽ:id est,Agónes?Agonum meminit Lactantius Statij enarrator.Quadrabit hæc uox in cantatores,qui semper deliberant,neq; quicquã aggrediuntur.Erasmus in Chiliad.

Agones epitaphij dicebantur certamine nouẽdialia,quæ in honorem exequiarũ in funeribus fiebant.Budæus li.5.de Asse.

Agoniũ(ἀγώνιον) dies appellabatur,quo rex hostiam immolabat.Hostiam enim antiqui agoniam uocabant. Agonium etiam putabant Deum dici præsidentem rebus agendis. Agonalia eius Dei festiuitatem. Siue quia Agonos dicebant montes,Agonia dicebant sacrificia quæ fiebant in mõte. Vnde Romæ mons Quirinalis Agonus,& Collina porta Agonensis appellata.Agonum,id est,ludum,ob id dictum, quia locus in quo ludi initio facti sunt,fuerit sine angulo:cuius festa,agonalia dicebantur.Festus.

Agonalium,siue Agoniorum appellatio,unde ducta sit,amplissimè describit Ouid.lib.1.Fast.64.

Agonotheta,tæ,penult.corr.(ἀγωνοθέτης)Agonothetæ erant agonum moderatores præsidesq; & iudices. Decemuiri erant sacrorum certaminum præsides singuli è singulis tribubus.Horum lictores dicebantur Mastigophori, id est,flagriferi,ad summouendam turbam,& cohibẽdas seditiones. Spartian.in Hadriam.Multa in Athenienses cõtulit,& pro Agonotheta resedit. Budæus.

Agonia]Vide Agon.

Agonis,Agonidis,Mulier Lilybætana,Liberta Veneris Erycinæ.Cic.1.Verr.30.

Agonium,Agonothetes]Vide Agon.

Agoracritus Parius statuarius, Phidiæ discipulus, ei ætate gratus. Itaque è suis operibus pleraque nomini eius donasse fertur:Condiscipulum habuit Alcamenem Atheniensem.Certauere autem inter se ambo discipuli in Venere faciẽda:Victiq; Alcamenes,non opere, sed ciuitatis suffragijs,

Digitized by Google

gijs,contra peregrinum,ſuo fauentis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuũ uendidiſſe traditur,ne Athenis eſſet, & appellaſſe Nemeſin. Id poſitum eſt Rhamnunte pago Atticæ:quod M. Varro omnibus ſignis prætulit. Eſt & in Matris magnæ delubro in eadem ciuitate Agoracriti opus. Pl. lib. 36. cap. 5.

Agoræus] ἀγοραῖος, quoq; Mercurius dicitur, quòd eius ſtatua in medio eſſet fòro. Itemq; Agoræus Iuppiter, eadem de cauſa.

Agoræus apud Gellium pro illiterato ſumitur. Sic enim ait lib. 17. cap. 3, Riſerunt hoc ad illudendum, ex ijs qui ibi aderãt, unus atque alter, malè homines literati, quod genus Græci ἀγοραίους appellant.

Agoræus panis, id eſt fòrenſis, & uenalitius & Atticus uocari ſolet. Hic etiam Encryphias dicitur. Ruellius lib. 2. cap. 14.

Agoranomus] agoranomi, penul. corr. (ἀγορανόμος) Aedilis dicitur. Plau. Capt. 13. 55, Mirumq; adeò eſt, niſi hunc fecerunt ſibi Actoli Agoranomum. Sic dictus ab ἀγορὰ & νέμω, quaſi qui fòri ius habeat. Habebat enim curam annonæ fòrenſis, copiæq; cibariorum, ut ſcribit Dionyſius Halicar. lib. 5. Budæus in Annot.

Agra, ę] ἄγρα, Mordaciſſimi ſerpentis genus.

Agra, regio Leanitorum Arabiæ populorum. Plinius libro 6. cap. 28.

Agradatus] Perſarum rex, poſtea Cyrus à Cyro fluuio nuncupatus. Strabo li. 15.

Agræ] uel ut alij ἄγρα Locus Athenis extra urbem, ſacrum Cereris. Significatur & militum quoddam genus hoc nomine. Vbi illiſum traiecceris, ait in Attica Pauſanias, ager occurrit, qui Agræ dicitur: & Dianæ Agrææ (alij Agrariæ legũt) templum, quo loco primum Dianam uenationem exercuiſſe, quum ex Delo ueniſſet, fama eſt, qua ratione eius ſimulacrum arcum habet.

Agræa Diana. Vide Agræ.

Agragas] penul. correp. (ἀκράγας) Mons eſt muro cinctus, in cuius ſumma parte oppidum. Vnde & Cic. ait, Ad mare intra mœnia ante oppidum expectabat. De Verre. Virgilius 3. Aeneid. 140,

Arduus inde Agragas oſtentat maxima longè Mœnia.

Agragas, urbs Siciliæ, Ptolemæo, Straboni, Plinio, quod & Agrigentum dicitur: unde Empedocles philoſophus, & Phalaris tyrannorum ſeuiſſimus, originem duxerunt. Scribitur à nonnullis Acragas, uulgò Gergenti.

Agragantinus, ſiue Acragantinus, pen. prod. (ἀκραγάντινος) adiectiuum, idem quod Agrigentinus. Lucret. lib. 1. 147,

Quorum Agragantinus cum primis Empedocles eſt.

Agrani] Oppidum Meſopotamiæ maximum, à Perſis diruta. Plin. li. 6. cap. 26.

Agrarius] Vide Ager.

Agraulos] ἄγραυλος, filia Cecropis fuit, & Mineruæ cognomen. Harpocration.

Agre] ἄγρη, Ciuitas eſt Lydiæ apud Stephanum.

Agreſtis] Vide Ager.

Agreus] ἄγριος, Apollinis & Cyrenes Hypſæi filiæ filius fuit. Iuſtin. ex Trogo, li. 13.

Agria] agris, (ἀγρία) Species ſcabiei, quæ citò ſerpit, reuertiturq; certo anni tẽpore, aſperior omnibus alijs ſpeciebus, & curatu difficilior. Celſus lib. 5 uocat feram ſcabiem. Sunt & ulcera quæ ἄγρια uocant, quaſi quæ mitigari nequeant, quæ manum chirurgicam non admittunt.

Agriam, ſiue Ariam appellat Theophraſtus, ſempiternæ frondis arborem, inter robur & ilicem mediam. Theodorus aquifolium ſiue aquifoliam intellexit. Ruellius lib. 1. ca. 88.

Agriacantha] ἀγριάκανθα, ἢ ἄκανθα ἀγρία, Spina eſt ſilueſtris, carduo ſimilis, denſis horrens ſpimis. Dioſcorid. & Ruell. lib. 1. cap. 6.

Agricola] Vide Ager.

Agricola, Cornelij Taciti ſocer: cuius uitam ipſe Tacitus deſcripſit.

Agricola] & Vitalis eius ſeruus, martyres ſub Maximiano Bononiæ paſſi, & à beato Ambroſio ſepulti.

Agrifolium] Planta eſt Paliuro Africanæ ſimilitudine reſpõdens. Mathiol. in li. 1. Dioſcor.

Agrigentum] Vide Agragas.

Agrigentinus, penul. prod. (ἀκραγάντινος) poſſeßiuum. Plin. li. 31. ca. 7, Sal Agrigentinus ignĩũ paricns, ex aqua exilit.

Agrigentinos, quum intueretur Plato ſuſtructiones ædificiorũ planè inſanas excitare magnifico admodum impendio, ac compari modo lautißima inſtruere conuiuia. dixit eos ædificare ac ſi uicturi perpetuò fòrent, itemq; conuiuari uelut ſemper morituri. Eoſdem Timæus prodit lecythis & xyſtris uſos argenteis, lecticas quoq; ex ebore habuiſſe totas. Cælius Antiq. lect. li. 7. cap. 31.

Agrij] appellantur, qui & Cynamolgi. Strabo lib. 16.

Agrimenſores] ἀγρόμετροι. Caßiodor. li. 4. Var. lect. Agrimenſor (inquit) more uaſtißimi fluminis, alijs ſpatia tollit, alijs rura concedit.

Agrimonia] herba uulgò uocitata, uerum eſt eupatorium Græcorum. Ruellius li. 3. cap. 5. Græcè, (ἀγρεμώνη.)

Agriocardamum] & Lepidium Paulus tradit appellari herbam quæ hiberis exiſtimatur. Ruel. li. 2. cap. 105.

Agriodos] pen. corr. Vnus ex canib. Actæonis. Oui. li. 3. Met.

Agrion nardum] ἀγρία νάρδος, Herba eſt ſolio oleris atri, quam Dioſcorid. Phu, φῦ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarint. Recentiores uocant Valerianam maiorẽ.

Agrionia, feſta erant Dionyſij. Plutarch. in Problemat.

Agriophagi, penul. prod. populi Aethiopum uerſus Occidentem qui teſte Solino ſolum pantherarum, & leonum carnibus ueſcuntur. Plin. lib. 6. cap. 39.

Agriophyllon] ἀγριόφυλλον, herba eſt quæ alio nomine Pencedanum appellatur. Dioſcor.

Agrioſelinum] ἀγριοσέλινον, herba eſt eadem cum Hipposelino. Dioſcorid.

Agripeta] Vide Ager.

Agrippalma] ortica fœtida, ortica mortua, uulgò dicitur officinis, quæ à multis putatur eſſe galeopſis, optimè cognita mulierib. quas ſæpe ſtrãgulãs uterus opprimit. Nãq; ſuo graui odore reuocat, et uelut exanimes recolligit. Ruel. li. 3. c. 119.

Agrippa, (ἀγρίππας) Gell. li. 16. c. 16, Quorũ in naſcẽdo, non caput ſed pedes primi extiterãt, qui partus difficillimus, aegerrimuſq; habetur, Agrippæ appellati uocabulo, ab ægritudine & pedib. Cõfixos eſſe aũt pueros in utero Varro dicit capite infimo nixos, ſurſum pedib. elatis: non ut hominis natura eſt, ſed ut arboris. Nã pedes cruraq; arboris appellat ramos, caput ſirpẽ atq; caudicẽ. Pl. li. 7. c. 81. ab ægro partu, id eſt, difficili, Agrippas dictos putat. Sic enim ait: In pedes prodere naſcẽtẽ cõtra naturã eſt: quo argumẽto eos appellauere, Agrippas, ut ægrè partos.

Agrippa Menenius Rom. cognomẽto Lanatus, dux electus aduerſum Sabinos, de eis triũphauit. Quum aũt plebs à patribus ſeceßiſſet in Auentinũ. quòd tributũ & militiã tolerare t, nec reuocari poſſet, Agrippa apud eã orans inquit, Humani artus, quũ uentrẽ otioſum cernerẽt, ab eo diſcordarũt, & ſuũ illi miniſterium negauerunt. At quũ eo pacto & ipſi deficerent, intellexerũt uentrẽ acceptos cibos per omnia mẽbra diuidere. Itaq; cũ eo in gratiã redierunt. Sic Senatus & populus

populus, quasi unum corpus, discordia pereunt, concordia ualent. Hac fabula reconciliatus est populus. Creauit tamen Tribunos plebis, qui libertatem suam aduersus nobilitatis superbiam defenderent. Menenius autem in tanta pauperta te decessit, ut eum populus collatis quadrãtibus sepeliret, lo cum sepulcro Senatus publicè daret. Ex li. Plinij de Viris il lustribus. Liu. hanc historiam fusissimè describens 1. Dec. lib. 2. plebem dicit secessisse in Sacrum montem trans Anienem amnem tria ab urbe millia passuum.

M. Agrippã ferunt in pedes genitũ, unico propè felicitatis exemplo in omnibus ad hũc modũ genitis. Quanquã is quoq; aduersa pedũ ualetudine, misera iuuẽta, exercito ęuo inter arma moresq;, ad noxia successu, infelici terris stirpe omni, sed per utrasq; Agrippinas maximè, quæ Caiũ & Domitiũ Neronem principes genuere, totidem faces generis humani. Præterea breuitate ęui, quinquagesimo uno raptus anno, in tormentis adulteriorũ cõiugis, socerique prægraui seruitio, luisse augurũ præposteri natalis existimatur. Plin. li. 7. cap. 8. Huius meminit & Suetonius in Augusto ca. 63. 46. 65.

Agrippa, cognomento Castoris, uir in primis doctus: contra XXIIII. Basilidis hæretici uolumina, quæ contra euangelium ille scripserat, acerrimè disseruit. Autor Hieronymus.

Agrippa filius Aristobuli Magni Herodis filij, à Tiberio Cæsare cõiectus in uincula, sed à Caio Cæsare rex Iudææ factus.

Agrippa Furius Consul cũ Quintio Capitolino collega de Aequis & Volscis prælio uictis insignem uictoriam reportauit. Liu. 1. Decad. lib. 3.

Herodes Agrippa, secundus Iudæorum rex. De hoc multa apud Iosephum.

Agrippa Syluius, duodecimus Latinorũ siue Albanorũ rex, Tyberino patri in Albula fluuio, qui inde Tyberis dictus est, submerso successit. Quum autẽ quadraginta annos regnasset, Romulum Syluium filium moriens regni hæredem reliquit. Liu. 1. Decad. lib. 1.

Agrippenses] Bithyniæ populi. Plin. lib. 5. cap. ult.

Agrippeum] ἀγριππεῖον, in Ceramico theatrum, in Alexandro sophista apud Philostratum. Cæl. lib. 7. cap. 19.

Agrippias, Agripiadis pe. corr. urbs quæ prius Anthedon dicebatur, ab Herode postea dicta Agrippias. Iosephus Antiquit. lib. 13. ca. 19. Idem tamen belli Iudaici lib. 1. cap. 16. sic ait loquens de Herode, Anthedona quoq; renouatam, quam bella subuerterant, Agrippium uocauit.

Agrippina, (ἀγριππίνη) insignis urbs Germaniæ inferioris, metropolis, & Colonia olim Romanorum. Hæc Põponius. Colonia Agrippina, inquit Volaterranus M. Agrippæ monumentum, qui hos populos à se uictos ac uolentes in citeriorem ripam Rheni traduxit: Hìc corpora trium Magorum è Mediolano concessione Frederici translata, maxima eius populi religione adorantur. Cornelius tamen Tacitus lib. 12. rẽ ita prodidit: Agrippina quo uim suã socijs quoq; nationibus ostentaret, in oppidũ Vbiorum, in quo genita erat, ueteranos coloniamq; deduci impetrat, cui nomen inditũ ex uocabulo ipsius. Ac fortè acciderat, ut eam gentẽ Rheno transgressam auus Agrippa in fidem acciperet.

Agrippinæ duæ fuerunt M. Agrippæ filiæ: quarum una nupsit Germanico, mater Caij principis, cuius monumentũ Romæ adhuc extat in Capitolio pro ædibus conseruatorum, cum huiusmodi inscriptiõe, Ossa Agrippinæ, M. Agrippæ filiæ, diui Augusti neptis, uxoris Germanici Cæsaris, matris Caij Cæsaris Augusti Germanici principis. Altera nupsit Domitio Neroni primũ, ex quo Neronem principẽ suscepit: deinde Claudio Cæsari, quẽ postea boleto sustulit. Volaterra. Plinius lib. 7. cap. 16, Quibus in dextra parte gemini sunt supernè dentes, à canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre: contra in læua.

Agrippus] ἄγριππος, Laconibus dicitur oleæ sterilis Zenodot. & Suidas.

Agrisis] Herba qua potissimum uescebantur Aegypti. Diod. Siculus lib. 2. cap. 1.

Agrium nitrum] νίτρον, ἄγριον, species est nitri. Plin. lib. 31. cap. 10.

Agrius, (ἄγριος) Parthaonis Martis filij filius, ut uidit Cenea fratrẽ orbũ liberis factũ egentẽ regno expulit, atq; ipse regnũ possedit. Hyginius in li. Fabularũ. Fab. CLXXV. Hinc corrigitur locus Ouidij in epistola Deianirę Herculi. Qui in omnibus exemplaribus, quæ mihi uidere contigit, corruptus est, & à nemine interpretum intellectus. Locus aũt ille est. Heu deuota domus, solio sedet acrior alto, ubi pro acrior, repõi debet Agrius, et hoc modo legi. Solio sedet Agrius alto. Quomõ & uersus planus est, & sentẽtia poetæ clara.

Agrola] & Hyberbius ad arcis Athenienſis radices domicilia habuerunt, omnemq; ambitum murorum arcis fecerunt, præter eam particulam, quam Cimon Miltiadæ filius construxit. Pausan. in Attica.

Agron] Primus qui inter Heraclidas Sardis regnauit. Herodot. lib. 1.

Agron nobilis medicus Athenæ] Cæl. Rhodig. lib. 13. cap. 22.

Agron Nini filius, à Græcis dictus, quòd in agris natus esset. Vide Cæl. Rhodig. lib. 23. cap. 5.

Agrõ Illyriorũ rex, ob superbissimos Aetolos à se domitos, temulẽtiæ deditus, pleuritide morbo correptus, interijt. Autor Polybius apud Stephanũ Nigrũ in lib. De nimiò uitæ luxu.

Agrospi] ἄγροσποι, Populi Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 30.

Agroste] es, ἀγρώστης, Phalangij species apud Nicandrum.

Agrostis] ἄγρωστις, Herba est quam Latini Gramen appellant. Dioscor. lib. 4. cap. 26.

Agrosus] mons est, ubi nunc Roma, quem Faunus rex Euandro ex Arcadia pulso concessit, eumq; ille postmodum Palatinum appellauit. Calep.

Agrotera] ἀγροτέρα Dianæ cognomen est. Pausan. & Cæl. lib. 8. cap. 7.

Agumentum] quod ex immolata hostia defectum in iecore imponendo agendi causa. Varro lib. 4. de Ling. Lat.

Aguntum] ἄγουντον Ptolemæo, oppidum est Norici, quod et à Plinio recensetur, lib. 3. cap. 24.

Agurium] Vide Agyrini.

Agyeus, penul. prod. diphthon. Græca ἀγυιεὺς, triũ syllabarum uox, Apollinis epitheton, testibus Pausania in Attica, & Macrobio Saturnal. lib. 1. ca. 9, quasi uijs præpositus urbanis. Erat itẽ eo nomine columna fastigiata, atq; in acutũ definẽs, prope ianuas surrecta, Apollini sacra. Nam ueteris moris fuit Apollinem ut alexicacum colere ante ianuã. Cui etiam sacræ erant Agyiatides aræ, quas quidam Therapnas nuncupant. Hæc Cælius lib. 6. cap. 18. Horat. 4. Carm. 6. 6. Phœbe, qui Xantho lauis amne crines,

Dauniæ defende decus camœnæ

Læuis Agyieu. Vbi Acrõ, Læuis, imberbis. Agyiæ uerò Atheniẽsi lingua uici dicũtur: quo nomine ideo Apollo uocatus est, quia ex oraculi responso in uicis publicis urbis suæ statutis altaribus ei sacrificia instituerant, unde Agyieus dictus est.

Agylla, quæ nunc Cære, (ἄγυλλα) dicitur, urbs est Tusciæ, à nomine conditoris, quem Virg. libro 8. Aeneid. 95. ex Lydis ueniſſe ostendit, quum ait,

Haud procul hinc saxo colitur fundata uetusto

Vrbis

Vbis Agyllinæ ſedes: ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis inſedit Hetruſcis.

Vbi Seruius, Agylla ciuitas eſt Tuſciæ, à cõditore appellata, cui ex inſcitia Romana aliud eſt inditũ nomẽ. Nã quũ Romani eũtes per Tuſciã, interrogarẽt Agyllinos quæ diceretur ciuitas: illi, utpote Græci, quid audirent ignorantes, & optimũ ducentes ſi prius eos ſalutarent, dixerunt χαῖρε. quã ſalutationẽ, Romani nomen ciuitatis eſſe putauerũt, & detracta aſpiratione, eam Cære nominauerunt, ut ſcribit Iginus in lib. de urbibus Italicis. Plin. lib. 3. cap. 5, Cæretanus amnis, & ipſum Cære, Agylla à Pelaſgis cõditoribus dictũ. Strabo lib. 5, Quæ nunc Cære dicitur, quondã nominabatur Agylla: eáq; à Pelaſgis è Theſſalia profectis condita fertur. Cæterũ Lydis, quos mutato uocabulo Tyrrhenos nominabant, aduerſus Agylleos belligerantibus, murum ſubiens quidã urbis nomẽ percũctabatur: cui è muro Theſſalus qui dã pro reſponſo ſalutẽ renũcians, χαῖρε, id eſt, ſalue, inquit. Thuſci bonũ hoc accipientes omen, captã urbẽ mutato nomine uocauere Cære. Verùm tam ſplendida tamq; glorioſa quondã ciuitas, uix dum hac ætate urbis ueſtigia ſeruat. Vicina ſanè magis fulgẽt balnea, quæ uulgò Cæretana uocãtur propter eos, q ad ea curãdæ ualetudinis gratia, pficiſcuntur.

Agyllius, (ἀγυλλαῖος) Qui ex Agylla eſt. Virg. 8. Aeneid. 38.

Agylleus, Herculeus, hoc eſt, Herculis filius. Stat. lib. 20. Thebaid. 49, Inſuper Herculeum ſibi iungit Agyllea uates.

Agylleus, luctator Cleonæus, ſtaturæ prægrandis, nec minor Hercule, palæſtra tamẽ à Tydeo uictus. Sta. 6. Theba. 167,

——leuat ardua contra
Membra, Cleonæe ſtirpis iactator Agylleus.

Agyrini, ſiue Agyrinenſes, (ἀγυρηναῖος) ab urbe Siciliæ Agyrio. Ab eſt uerò Agyriũ, ſiue quod idẽ eſt, auguriũ, à Centuripis XII. mil. paſ. ex Antonino. Stephanus Agyrinam uocat. Hermol. in Plin. lib. 3. cap. 8.

Agyrtes] ἀγύρτης, Patrem interfeciſſe ſcribitur. Ouid. lib. 5. Metam. —& cæſo genitore infamis Agyrtes.

A H

Ah] ἀὰ, ἀὰὶ, interiectio, ſæpius dolentis eſt: interdum tamen ad alios affectus explicandos accommodatur. Itaq; pro ſenſus & materiæ conditione, particula hæc accipienda erit. Fit autem ab aha, teſte Priſciano, per apocopen: interdum uerò geminatur: ut ah ah.

Ah, dolentis. Virg. 1. eclog. Ah, ſilice in nuda connixa reliquit.

Ah, flẽtis, aut lamẽtãtis, inquit Donatus. Terent. Adel. 3. 2. 31.

—ah Me miſeram. Legitur & ah ah, hoc loco.

Ah, indignantis ſibiipſi, & ſeipſum arguentis. Terent. And. 3. 1. 11, Ah, uix tandem ſenſi ſtolidus.

Ah, defiderij. Plau. Aſi. 12. 2. Ah, quanto amplius ualerẽ, ſi hîc maneres?

Ah, indignantis & ſtomachantis alteri, cum reprehenſione. Ter. And. 1. 5. 18,

Nam quid ego dicam de patre? ah,
Tantûmne rem tam negligenter agere?

Ah, leniter arguẽtis, ſiue reprehẽdẽtis. Plau. Bacchid. 1. 31, Ah nimium ferues. Terent. And. 5. 2. 27, Ah, ne ſæui tantopere.

Ah, obiurgantis. Terent. And. 2. 1. 8,

Ah, quanto ſatius eſt, te id dare operam,
Qui iſtum amorem ex animo amoueas tuo.

Ah, abnegantis. Terent. And. 3. 3. 12. Ah, ne me obſecra.

Ah, increpantis cum indignatione. Terent. Eunuch. 2. 1. 3,

——ſãtne hoc mandatum eſt tibi?
P. Ah, rogitare? quaſi difficile ſit.

Ah, quaſi corrigentis alterius dictum. Terent. Eunuc. 5. 2. 50,

Tamen ſi pater. C. quid? ah uolet, certò ſcio.

Ah, reclamantis, aut contradicentis. Terent. Hecyr. 5. 1. 16,

——meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah. L. Sine dicam. Ci. 2. de Orat. 157, Ah, Patres conſcripti, non ego mihi illũm iniquum egero, uerùm omnibus.

Ah, ah, inclamantis. Plaut. Moſtel. 8. 52,

Scio te bona eſſe uoce: ne clama. D. hercle ego
Verò clamabo. Tr. ah ah morem mihi gere.

Ah ah, ſuſpirantis. Plaut. Mil. 20. 47.

—habe bonum animum. Pa. ah ah,
Quum uenit in mentem mores ut mihi mutandi ſient.

Aha] ἀ, interiectio indignantis alteri, & ipſam arguentis. Plaut. Bacchid. 18. 11, ——aha
Bellorophontem iam tuus me fecit filius.

Aha, abnegantis. Plautus Bacch. 1. 54, Manum da, & conſequere. B. aha minime.

Aharna] oppidum Hetruriæ. Liu. lib. 10. Decad. 1.

Ahenum] pen. prod. (χαλκεῖον) Paulus Iuriſcon. in. L. Quũ de lanionis. De inſtruct. & inſtrũ. legat. lib. 33. Pandect. Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod ſupra focum pendet. Hîc aqua ad potandum calefit: in illis pulmentariũ coquitur. Virgil. 1. Georg.

Et ſolijs undam tepidi deſpumat aheni. Idem 1. Aenei.
Littore ahena locant alij. Vbi Seruius, Ahena, Quibus utebantur non ad elixandas carnes, ſed ad ſe lauandos. Heroicis enim temporibus carne non ueſcebantur elixa.

Ahenum dicimus, per h interpoſitam inter a & e: non aenum: ut ſonus ſit uiuidior, uegetiorq;: teſte Gellio, lib. 2. ca. 3.

Ahenum ſæpenumero capitur pro ampliſſimo uaſe, in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex ijs locis, in quibus claruit uſus purpuræ. Vt,

Agenoreum ahenum. Id eſt, Tyrium, uel Sidoniũ. Agenor quippe rex fuit Phœnicie, in qua fuerunt Tyros & Sidon urbes purpura nobiles. Martialis lib. 10 In Caium,

Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.

Amyclæum ahenũ, ab Amyclis urbe Laconiæ, in qua plurimus fuit uſus purpuræ. Ouid. lib. 2. de Remed. amoris 63.

Aßyrium ahenum, id eſt, Tyrium. Claudian. lib. 2. de rapt. Proſerp. 20.

Getulum ahenum. Sil. Ital. lib. 16. 36, Hoc eſt, purpura, quæ apud Getulos tingebatur.

Sidonium ahenum. Seneca.

Tenareum ahenum, id eſt, Laconicum, à Tenaro Laconiæ promontorio. Valer. Flac. Argonaut. lib. 5. 103.

Tyrium ahenum. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 30.

Ardens ahenum. Iuuenal. ſatyr. 15. 17,

——nec ardenti decoxit aheno,
Aut uerubus. Hoc eſt, nec elixauit, nec aſſauit.

Calidum ahenum. Ouid. 7. Metam. 53. Rurſum ibidem 56.

Cauum ahenum. Ouid. 6. Metam. 129.

Feruens ahenum. Seneca.

Paruum ahenum. Ouid. 8. Metam. 130.

Spumans ahenum. Senec. in Thyeſt. 1. 12.

Tepidum ahenum. Virg. 1. Georg. 60, Seruius legit Trepidum.

Vndans ahenum. Virg. 6. Aeneid. 44.

Aheneus, adiectiuum, (χάλκεος) Poeticum pro æreus: ut Aheneæ ætas, pro ærea. Ouidius 1. Metamorphoſeos, Horatius lib. 1. epiſt.

——hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi: nulla pallescere culpa. Hoc eſt fortiſſimum ac tutiſſimum animi munimentum. Gellius tamen uſus eſt libro 16. capite ultimo ad finem, Simulacra duo ahenea, &c.

Iugum aheneum. Horat. 3. Carm. 9. 4, Id eſt, forte, ut ait Acron & Porphyrio.

Signa ahenea. Horat. lib. 2. epiſt. 1. 50.

Turris

Digitized by Google

Turris ahenea. Horat. 3. Carm. 16. 1. & Ouid. Amorum lib. 2. eleg. 19. 6.

Ahenus, penult. prod. adiectiuum, (χάλκειος) Idem quod æreũ, id est, ex ære factum: sed hoc propriè poeticum est.

Acus ahena. Ouid. 2. Fast. 116.

Cadus ahenus, Virgil. 6. Aeneid. 46.

Cassis ahena, Stat. 6. Thebaid. 78.

Cor ahenum. Stat. 3. Thebaid. 56,

——sed scopulos, & ahena precando
Flectere corda paro.

Cornu arietis militaris ahenum, Propert. lib. 4. eleg. 11. 7.

Crateres aheni, Virgil. 9. Aeneid. 36.

Fores ahenæ, Virg. 1. Aeneid.

Forma ahena. Propert. lib. 4. eleg. 2. 13,

At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne terat Oscamanus.

Iugum ahenum. Valer. Flac. Argonaut. 7. 120.

Labrum ahenum, Virgil. 4. Aeneid. 5.

Lux ahena, Virgilius 2. Aeneid. 94, Id est, splendor armorum.

Manus ahena. Hoc est, fortis & dura, teste Acrone. Horatius 1. Carm. 25. 4.

Massa ahena, pro Disco æreo, Stat. 6. Thebaid. 130.

Moles ahena, pro clypeo laminis æreis graui. Stat. 4. Thebaid. 34.

Porta ahena, Stat. 10. Thebaid. 52.

Postes aheni, Claud. lib. 1. de raptu Proserpinæ 15.

Signa ahena. Lucret. lib. 1. 65.

Thoraces aheni, Virg. 7. Aeneid.

Trabes ahenæ, Claud. lib. 1. de raptu Proserpinæ 49.

Ahenobarbus] Cognomen fuit Domitiorum, quod primus tulit Cn. Domitius, & ad suos posteros propagauit. Vide Suetonium in Nerone.

Ahorta] Vide Aorta.

Ahu] ἰοὺ, interiectio est perturbatæ mulieris. Terent. Eunuc. 5. 60, Ahu, tace obsecro.

A I

Aiax, (αἴας) unus è regis Antiochi elephantis. Plin. lib. 8. cap. 5. Antiochio uadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis semper. Tum pronunciatũ, eius fore principatum qui trãsiisset: ausumq; Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur, media mortẽ ignominiæ prætulit.

Aiax, Tragœdia, quam magno impetu exorsus Augustus, non succedente stylo aboleuit: quærentibusq; amicis quidnam Aiax ageret, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse. Sueto. in Augusto, cap. 85.

Aiax, Telamonis filius ex Hesione filia Laomedontis, fortissimus Græcorum post Achillem. Sed Achille occiso, quum illius arma peteret Aiax, & Vlysses eloquentia sua illa à iudicibus accepisset: Aiax præ ira insaniens pecora occidit, credens Vlyssem cum socijs occidere, deinde se ipsum gladio transfixit.

Alter fuit Aiax Oilei filius rex Locrensium, uelox pedibus, & peritus hastæ uibrandæ. Hic capta Troia Cassandram uirginem, & uatem in templo Palladis uiolauit: quam ob causam domum repetens, fulmine à Pallade exustus est in mari cum suâ naui, ut testatur Virgil. 1 Aeneid. 9,

Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto. Ouid. in Ibin 69. Senec. in Agamem. 6. 30. Philost. li. 2. Iconum.

Aiax acerrimus, Virgil. 2. Aeneid. 83.

Aiax semper fortis, fortissimus in furore, Cic. 4. Tuscul. 80.

Aiax heros ab Achille secundus. Id est, uirtute & fortitudine post Achillem primus. Horat. 2. Sermo. 3. 39.

Aiax impatiens contumeliæ, Cic. 1. Offic. 158.

A I

Impatiens iræ Aiax Telamonius, Ouid. 13. Metam. 1.

Clypei septemplicis dominus, Aiax Telamonius. Ouid. 13. Metamor. 1. & 7. Id est, scuti septem corijs boum tecti.

Inuictus Aiax, Ouid. 13. Metamor. 78.

Inuictus Aiax. de Oilei filio. Senec. in Agamem. 6. 29.

Moderatior Aiax de Oilei filio: nã Telamonius erat ferocior. Ouid. 13. Metamorph. 72.

Naryclus heros, Aiax Oilei filius. Naryx enim, siue Narycium, urbs fuit Locridis: Aiax autem Locrensium rex. Ouid. 14. Metam. 94.

Oileus Aiax, Ouid. 12. Metamorph. 125.

Oilides Aiax, Propert. lib. 4. Eleg. 1. 24.

Stolidum Aiacem Telamonium uocat Vlysses apud Ouidium 13. Metamorph. 66.

Telamone creatus Aiax. Ouid. 12. Metam. ad finem & libr. 13. 25. Item Horat. 2. Carm. 4. 2.

Aiax Telamonius ab Ioue tertius, Ouid. 13. Metamor. 6.

Telamoniades Aiax, Telamonis filius, Ouidius 13, Metamorphoseos 47.

Telamonius Aiax. Ouid. 13. Metamorpho. 39.

Aiax Telamonius, Iouis pronepos, Ouid. 3. Metamor. 29.

Aiacis Telamonij cruor in florem hyacinthum. Plinius lib. 21. cap. 11, Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus uenis, ut Græcarum literarum figura Ai legatur inscripta. Memmit & Ouid. 13, Metamorphoseos 79.

Aiacis Telamonij sepulcrum. Plin. lib. 5. cap. 30, & Strabo libro 13.

Telamonius heros. pro Aiace. Virgil. in Culice.

Aidoneus] ἀϊδωνεὺς, Pluto appellatus est, qui tempore Lycei regis Argiuorum atq; Erichthei regis Athenienſium regnauit, ut scribit Eusebius. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, socer Thesei. Plutarch. in uita Thesei.

Aigleuces] Ruell. lib. 1, Inter dulcia uinũ est, quo Græci Aigleuces uocant: hoc est, semper mustum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibeatur.

Aila] αἴηλα, ciuitas est, in Arabici sinus recessu sita, de qua Strabo lib. 16.

Aio] φημὶ, Verbum anomalum & defectiuum, sic declinatur, Indic. modo, temp. præs. Aio, ais, ait. Plur. aiunt.

Imperfecto, Aiebam, integrum est. Quintilian. lib. 6. cap. 4, Siculi aiebant in Delphico sedisse.

Perfecto, Aisti. Plur. Aistis.

Imperatiuo modo, tempore præsenti, ad secundam personam, Ai. Plaut. Vel ai, uel nega. Neuius, an nata est spõsa prægnãs uel ai, uel nega.

Futuro optatiui, & præs. coniunctiui, Aias, aiat. Plur. Aiamus, aiant. Cic. de Finib. Quasi ego id curem, quod ille aiat, aut neget. Gel. lib. 16, Siue aias, siue neges, hærebis in captione. Priscianus aiamus dixit lib. 1. de Construct. Plaut. Rud. 11. 14, Vel tu mihi aias, uel neges.

Participium est Aiens. Cætera non sunt in usu: licet quidam ponant Aiam, aies, aiet. Cic. in Topicis 24, Contraria aientibus inquit, negantia.

Aio & loquor, Cic. 2. de Diuinat. 105.

Aio & nego contraria sunt. Nam aio, propriè fateor significat. Teren. Eunuch. 2. 2. 21, Negat quis, nego: ait, aio. Idem 4. 4. 4. Modo ait, modo negat. Cic. 3. Offic. 123, Diogenes ait, Antipater negat.

Ait. Terent. Eunu. 1. 2. 59, Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi. Vbi Donatus, Semper Ait dicimus, quum uel inuisa nobis & audientibus, uel uana dicta narramus alicuius.

Ais, pro inquis, Horat. 2. Sermo. Non sum mœchus, ais.

Aiunt.

Digitized by Google

Aiunt. Terent. And. 1. 2. 20,
—omnes qui amant, grauiter sibi dari uxorem ferunt.
D. Ita aiunt. Vbi Donatus, Aiunt: hæc credunt, et loquuntur uniuersi. Et est trepida confessio, & quasi inuiti responsio.
Aiunt. Terent. Phormio. 2. 3. 72, Actũ, aiunt, ne agas. Vbi Donatus, Aiunt dicimus, quum prouerbium significamus.
Vt Aiunt. Cic. 2. de Orato. 129, Et docebo sus (ut aiunt) oratorem, &c. Idem pro Placco, 20.
Quomodo aiunt. Cice. in Pisonem, 54, Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere.
Ain', pro aisne, sicut Viden' pro uidésne, & similia. Terentius And. 5. 3. 4,
Ain' tandẽ, ciuis Glycerii est? Vbi Donatus, Ain', percũcta tiuũ uerbum est. Idem Phormio. 2. 3. 26, Ain', tandem carcer? Vbi Donatus, Ain', ἀπόσχοφος, nota est, quæ separat e ab n, & interimit s literæ sonum. est enim integrum aisne.
Ain' tu? Teren. Hecy. 3. 4. 1, Ain' tu tibi hoc incommodũ euenisse iter? Vbi Donatus, Ain' tu, pro Aisne tu. Et sic iã aliquid dixisse magni in præcedenti oratione, ex respondentis sermone demonstratur. Ci. Atti. li. 6. 111. 29, Ain' tu? Scipio hic Metellus proauum suum nescit Censorem non fuisse?
Ain' tandem? Cic. 3. de Legib. 20, Ain' tandem? etiam à Stoicis ista tractata sunt? Sic ad Atticum, lib. 6. 113. 13. Et ad Pætum, li. 9. 21. 1.
Aiuga] Vide Abiga.
Aius] ἀῖος, Deus Romanis creditus, de quo hæc Ci. 2. de Diuina. 105, At paulò pòst audita uox est monentis, ut prouiderent ne à Gallis Roma caperetur: ex eo, Aio loquenti aram in noua uia consecratam. Quid ergo Aius iste loquẽs, quum cum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit? Idem li. 1. de Diuinat. 164. Liu. 1. Decad. lib. 5, Locutium appellans. & Gellius lib. 16. cap. 17. Plutarchus quoque in libro de Fortuna Roman.
Aiullius] Larinas, homo nequam. Cic. pro Cluentio.
Aizoon] ἀείζωον, herba sic dicta, quasi semperuiuum. Plin. li. 25. ca. 13. Romani Iouis oculum & Sedum nominant. Duplex est Aizoon. Maius hodie Galli Iombarbam, quasi Iouis barbam appellant. Minus Vernicularia & cauda muris dicitur.

A L

Ala] alæ (πτέρυξ) quæ aues uolant. Virgil. 1. Aeneid.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis. De cygnis loquitur.
Ala, (μασχάλη) pars hominis concaua subter brachium: quæ et Axilla dicitur. Plin. li. 21. cap. 20, Halitus oris commanducata abolet, alarumq; uitia.
Alæ, etiam in brutis. Plin. lib. 11. cap. 40, Elephas tantum sub armis duas, nec in pectore, sed citrà, in alis occultas.
Ala in herbis dicitur, cauus inter caulẽ & ramulos anfractus, unde sinuatim noua proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. Plin. lib. 25. cap. 5. de Mercuriali herba, Alarum cauis multis. Et li. 27. cap. 4. Idem li. 22. capit. 18, Sub alis foliorum.
Ala, de ranis marinis. Plin. lib. 9. cap. 51.
Ala deriuatur ab axilla, fuga literæ uastioris, inquit Cic. in Orato. 86.
Alas homitis uellere. Iuuenal. Satyr. 11. 16.
Alæ, pro uelocitate, figuratè, ab effectu: quia scilicet alæ auibus uelocitatem faciunt. Virgil. 3. Aeneid.
Et uentis & fulminis ocyor alis.
Alæ, (ἴλαι) uocantur ab alarum similitudine, Equitũ ordines, ut ait Gellius li. 16. capite 4. quòd circum legiones dextra sinistráq; tanquam alæ in auium corporibus, locabantur. Liu. 6. bel. Pun. 193, Plusq; aliquanto damni hæc ala equitũ amissa Annibali, quàm Salapia fuit. Sic ala legionum. Cicer. Attic. li. 11. 218. 3. Idem li. 2. Offic. 64. Virgil. 4. Aeneid.
Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt.
Conamen alarum. Lucre. li. 6. 168.
Remi alarum. Ouid. 5. Metamor. 112.
Remigio alarum uolare. Virgilius 1. Aeneid. 61. de Mercurio. Sic lib. 6. 4.
Verbera alarum. Virgil. 12. Aeneid. 175.
Alæ atriorum. Vitru. li. 6. cap. 3.
Fati alas tardare, Id est, mortem. Horat. 2. Carm. 17. 5.
Fulminis alæ. Virgil. 5. Aeneid. 63.
Mortis alæ. Vide Atræ alæ mortis.
Alæ sagittæ, id est, pennæ. Virgilius 9. Aeneid. Ergò alis alapsa sagitta. Seru.
Somni alæ, Vide Molles alæ Somni.
Alæ uelorum. Virg. 3. Aeneid. Et uelorum pandimus alas.
Ventosior alis suis Cupido. Ouidius libro 2. Am. eleg. 9. 10. ad Cupidinem.
Aeriæ alæ. Virgilius in Cyri.
Ambiguis alis uolat hora. Seneca in Hippol. 11. 4.
Assiduis alis circumuolare. Statius 1. Thebaid. 11.
Atræ alæ mortis. Horat. 2. Sermo. 1. 12.
Audaces alæ. Ouid. epist. 17. 10. de Dædalo.
Bibulæ alæ. Ouid. li. 1. de Arte amand. 47.
Celeres alas commouere. Virgil. 5. Aeneid. 44.
Deficientes alæ. Statius li. 10. Thebaid. 115.
Densæ alæ. Virgil. 1. Georgic. 77.
Frenigera ala. Statius 5. Sylu. 1. 20.
Fuluæ alæ Somni. Tibul. li. 2. eleg. 1. ad finem.
Alæ grandes. Iuuenal. saty. 14. 20.
Hirsutæ alæ, hoc est, pilosæ brachiorũ axillæ. Hor. Epo. 12. 1,
An grauis hirsutis cubet hircus in alis. Hircum appellat, alarum fœtorem hircino similem.
Humentes alæ. Stat. 10. Thebaid. 29.
Infernæ alæ. Claudian. li. 2. in Eutropium, 47.
Insignes alæ. Virgil. 4. Georg 17. de apibus loquitur.
Lassatæ alæ. Ouid. 1. Metamorpho. 30. & 62.
Loquaces alæ. Claudianus in 2. Panegyr. 82.
Madidis cantat quæ Sostratus alis. Iuuenal. Satyr. 10. 18.
Madidis Notus euolat alis. Ouid. 1. Metamorpho. 54.
Molles alæ somni, id est, suaues. Sil. Ital. li. 10. 96.
Migrantes alæ. Ouid. 2. Metamorpho. 52.
Nouæ alæ. Ouid. 7. Metamorph. 81.
Olorinæ alæ. Ouid. 6. Metamorpho. 22.
pares alæ. Ouid. 2. Metamorpho. 70.
Pendentes alæ. Vide Pendeo.
Pernices alæ. Virgil. 4. Aeneid. 36. de Fama.
Plantares alæ Mercurij. Statius. 1. Thebaid.
Plausæ alæ. Ouid. 14. Metamorpho. 101.
Præpes ala. Statius 2. Thebaid. 8.
Rapidæ alæ. Claud. li. 3. de Rapt. Proserp. 51.
Recentes alæ. Ouid. 11. Metamor. 148.
Roscæ alæ pauonum. Claudian. li. 1. in Eutrop. 22.
Rutilantes alæ. Claudian. li. 1. Panegyr. 8.
Spaciantes alæ. Ouid. 4. Metamorph. 73.
Teneræ alæ. Stat. 3. Thebaid. 110.
Trepidæ alæ. Stat. 9. Thebaid.
Veloces alæ. Ouid. 4. Metam. Et Claud. in Ruff. li. 1. 26.
Ventosæ alæ. Virg. 12. Aeneid. 16. 9, Ventosaq; addidit alas.
Viscatæ alæ. Ouid. li. 1. de Arte amandi, 79.
Volucris ala. Valer. Flac. Argonaut. li. 7. 80.
Accommodare alas humeris. Ouidius 2. de Arte amandi, 14. de Dædalo.

Digitized by Google

Alas addere alicui, dicũtur figura prouerbiali, qui uerbis alicui addunt animũ, & in spem bonam erigunt. Eras. in Chiliad.

Assumere alas humeris. Ouid. 11. Metam. 158.

Atterere alas in duris cotibus. Virg. 4. Georg. 41. de apibus.

Concutere alas. Claudian. in Rufi. li. 1. 25.

Eripere alas regibus apum. Virgil. 4. Georg. 22.

Alis coruus euerberabat os oculosq; hostis. Quintil. libro 2. cap. 4. 14.

Euerberare alis clypeum. Virg. 12. Aeneid. 173, Clypeumq; euerberat alis.

Exuere alas, id est, deponere. Virg. 1. Aeneid. 139. de Cupidine loquitur.

Formare alas fulminis horrifici. Valer. Flac. Argonau. li. 2. 20.

Frenatæ alæ signa moderari. Stat. 4. Sylu. 7. 10.

Increpare alis. Vide Statium 10. Thebaid. 92.

Instigare alas uocibus. Virg. 11. Aeneid. 146,

Fertur equo, uarijsq; instigat uocibus alas,
Nomine quenq; uocans.

Insistere alis. Lucret. lib. 6. 168.

Imitari alas auium. Vide Imitor.

Mouere alas. Seneca in Hippolyt. 3. 6. Ouid. 2. Metam. 144.

Niti alis. Vide Nitor.

Pandere alas ad solem æstiuum. Virg. 4. Georg. 6. de apibus.

Plaudere alis. Virg. 5. Aeneid. 103.

Porrigere alas. Ouid. 8. Metamor. 110.

Sublimem alis portare. Virg. 4. Aeneid. 48.

Quatere alas. Virg. 3. Aeneid. 45. de Harpyis.

Scissæ alæ uelorum. Claudian. 4. Panegyr. 28.

Spargere alas coloribus. Virg. 7. Aeneid. 39.

Strepitantes alæ. Tibullus li. 2. eleg. 2. 4.

Stridentes alæ. Virg. 1. Aeneid. 81. Ouid. 4. Metam. 124.

Sumunt alas pedes. Ouid. 11. Metam. 68,

— iam tum mihi currere uisus
Plus homine est: alasq; pedes sumpsisse putares.

Sumptis alis effugere. Ouid. 5. Metam. 58.

Superuolitare tecta alis. Virgil. 6. eclog. 17.

Tardare alas fati. Vide Fati alas, &c.

Trepidantes alæ. Ouid. 7. Metam. 77.

Verberare alis æthera. Virg 11. Aeneid. 151. de aquila.

Vertere alas ad aliquem. Sil. Ital. lib. 15. 146.

Alaris, & hoc alare, pen. prod. (ἰλαῖος) denominatiuũ ab ala: & Alarius adiectiuum, pro eodem: ut Equites alarij, & Cohortes alariæ. Liu. 10. ab Vrbe 201, Cum cohortibus alaribus. Idem 5. belli Maced. 15, Qui præerat alarijs equitibus. Cæsar. belli Gal. lib. 1, Omnes alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quo minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero ualebat, ut ad speciem alarijs uteretur. Cic. Cælio, lib. 2. epist. 16. 15, Quod autem meum erat proprium, ut alarijs transpadanis uti negarem, id etiam populo se remisisse scribit.

Alatus, pen. prod. adiect. (πτερυγωτὸς) Alas habens: unde Mercurius à poetis inducitur alatis pedibus, propter talaria quæ illi attribuuntur. Virg. Aeneid. 4. de eo loquens,

Vt primùm alatis tetigit magalia plantis. Ouidius 5. Fast. 133.

Alati equi Solis. Ouid. lib. 3. Fast. 84.

Alifer, penult. corr. (πτερυγοφόρος) aliferi, penult. etiam corr. adiectiuum, Alatus. Ouid. 4. Fast. 113, — Et alifero tollitur axe Ceres. Id est curru.

Aliger adiectiuum, pen. corr. ex ala, & gero, Alatus. Plin. libro 12. cap. 19. 1, Aligerisq; serpentibus. Et libr. 36. capit. 5. 28, Aligerosq; ludentes cum ea Cupidines. Propriè tamen est poeticum. Virg. Aeneid. 1,

Ergo his aligerum dictis affatur amorem.

Agmen aligerum: id est, aues. Virg. 12. Aeneid. 50.

Aliger Arcas, pro Mercurio. Stat. 3. Sylu. 3. 16.

Genus aligerum. Senec. in Hippoly. 3. 13, Ignes sentit genus aligerum. Hoc est, etiam aues sentiunt flammas amoris.

Alipes, pen. correp. alipedis, pen. itidem cor. (πτερυγόπους) ex ala, & pes. Hinc alipes currus, id est, uelox. Sillius Ital. libr. 7. 140, Alipedem planta currum premit.

Alipedes equi: id est, ueloces. Virgil. 1. Aeneid. 98,

Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum. Sic Ouidius 2. Metam. 10. *de equis Solis uerba faciens.*

Alipedes, pro equis uelocibus. Virg. 7. Aeneid. 56,

Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis.

Sic Alipedes turmæ, apud Sillium Ital. li. 3. 59.

Alipedes cerui, id est, ueloces. Lucret. lib. 6. 154.

Alipes citus. Statius 11. Thebaid. 40.

Alipes deus, Mercurius alatos pedes habens. Ouid. 11. Metam. 63. Sic 3. Fast. 20.

Alipilus, alipili, penul. corr. (μαχαλοπλίστης) Qui alarum pilos in balneis uellit. Sene. Epi. 57, Alipilum cogita, tenuem, & stridulum uocem, quo sit notabilior, subinde exprimentẽ, nec unquam tacentem, nisi quum alas uellit, & alium pro se clamare cogit. Cælius li. 16. cap. 46.

Alaba] *Oppidum Hispaniæ Tarraconensis. Sunt enim tres urbes in Tarraconensi, Alaba, Alabon, siue Alabona, & Labana. Ptolemæus autor. Hermol. in lib. 3. Plinij, cap. 3.*

Alabenses, ab Alaba: Alabonenses, ab Alabone oppido nõ procul Cæsaraugusta. Hermol. in li. 3. Plin. cap. 3.

Alabanda] *ἀλάβανδα, urbs Cariæ, Stephanus in comm. De urbib. ab Alabando, quem Callirhoe Meandri filia suscepit, nomen sortita est. Siquidem is postquàm in equestri prælio strenuè nauasset operam, Alabandus est dictus, id est, equo umcens. Cares enim sua lingua Ala uocant equum, Banda uictoriam. Eamq; uocem ait Romanis in usu fuisse, ut Bandam uictoriam dicerent. Hinc durat & Germanis ea uox, qua prepotentem & antiquæ nobilitatis principem, Banderum uocant: ut qui uictor olim hoc honoris uirtute bellica sibi peperierit. Alabandam quoq; aliam in eadem Caria facit Charax apud Volaterranum, ab Alabando Eubippi filio nuncupatam.*

Alabandam, siue Alabandas (utroq; enim modo inflectitur) recenset Iuuenalis Satyr. 3, inter urbes barbaricis delicijs ac luxu perditas,

Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Stephanus quoq; admonet, olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentißimã, ac florentißimam fuisse, ut huic prouerbio locum fecerit, Alabanda Carum fortunatißima: intelligi fortunam amplam, & uitæ genus uoluptuarium, à literis et uirtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus, aut negociator quispiam: Alij se in literis macerent, alij cũ paupertate philosophentur, Alabanda Carũ fortunatißima. Poterit & per irrisionem usurpari: ueluti si ioceris in quempiã parũ egregium:, qui tamen in gente uehementer barbara crassaq; præcellere uideatur. Erasmus in Chiliad.

Alabandus] *Caris filius, à quo dicta est Alabanda, de qua suprà.*

Alabandus] *ἀλάβανδος, Deus Alabandarum. Cic. 3. de Natura Deorum, 68, Alabandenses quidem sanctius Alabandũ colunt, à quo est urbs illa condita, quàm quenquam nobilium deorum: apud quos non inurbanè Stratonicus, quum quidam ei molestius Alabandum deum esse confirmaret, Herculem negaret: Ergo, iniquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus.*

Alabandicus, pen. corr. possessiuum. Alabandici libelli, pro barbaris,

Digitized by Google

baris, & ineptis à Græcis capiuntur. Hermol. in Plinium.

Alabandicos carbunculos uocat Plinius, libro 37. capit. 7. in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur polianturq; Alabandis.

Alabandicus lapis terræ suæ nomine, quanquam & Mileti nascens, niger est, ad purpuram tamen magis aspectu declinante. Idemq; liquatur igni, ac funditur ad usum uitri. Plin. libr. 36. cap. 8.

Alabandiacus, pen. corr. adiectiuum. Idem quod Alabandicus. Hermolaus in Plinium.

Alabandenses & Alabandeus, adiectiua. Cic. epist. Fam. lib. 13. ad Thermum, epist. 57. item li. 1 & 2. de Orat.

Alabaster] siue alabastrus, alabastri, m. g. & alabastrū neutri, (ἀλάβαστρος, ἀλάβαστρον) Vas unguentarium ex alabastrite factum. Cic. li. 2. Acad. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere uidetur. Mart. li. 11,

Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum. Plin. li. 13. 2. 2, Vnguenta optimè seruantur in alabastris: odores in oleo, Vide Alabastrites.

Alabastri figuram nonnihil exprimit Plin. li. 9. cap. 35, de unionibus loquens. Elenchos, inquit, appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes.

Alabastrum, ait Massarius in Plin. erat uas unguentarium forma turbinata, sine ansulis, quod ex lapide alabastrite fiebat, quoniam optimè in eo seruantur incorrupta.

Alabastrus] m. g. per metaphoram dicitur calyx rosæ antequàm sit expansa. Plin. li. 21. cap. 4. ubi de rosa, Germinat omnis primò inclusa granoso cortice: quo mox intumescente, & in uirides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit, in calycis medio sui stantes complexa luteos apices.

Alabastrus] fluuius Aeolidis Plin. li. 5. cap. 30.

Alabastrites] alabastritæ, pen. longa, masc. gen. (ἀλαβαστρίτης) Est genus marmoris, alio nomine onyx: de quo sic Plin. li. 36. cap. 7, Onychē etiā tū in Arabiæ montibus, nec usquā alibi nasci putauere nostri ueteres. Deinde, capite sequēti ita subiungit: Hunc aliqui lapidē alabastritē uocāt, quē cauant ad uasa unguentaria: quoniam optimè ea incorrupta seruare dicitur.

Alabastrites etiam gemma est, nascens in Alabastro Aegypti, et in Syriæ Damasco, cādore intercincto uarijs coloribus: quæ cremata cum fossili sale, ac trita, grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Plin. li. 37. cap. 10.

Alabastrum] oppidum Aegypti. Plin. li. 5. cap. 9. Idē lib. 37. cap. 8, Recentissimi autores & circa Thebaidis Alabastrum oppidum nasci dicunt Topazium.

Alabetæ] Pisces in Nili lacu nascentes, Plin. lib. 5. cap. 9. Alabes hic piscis Straboni dicitur, libro 17. quem & in Nilo nasci tradit.

Alaboni] Vide Alaba.

Alaburion] ἀλαβύριον, Syriæ oppidum Stephano.

Alabys] fluuius è præcipuis Siciliæ, autor Plin. Volaterr.

Alachroæ] Populi, qui & Latophagi dicuntur. Pl. li. 5. c. 4.

Alacer] pen. cor. (φαιδρὸς, πρόθυμος) alacris, & hoc alacre, uel hic & hæc alacris, & hoc alacre. Virg. Aeneid. 5,

Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna. Terētius Eunuch. 2. 3. 12. Quid tu es tristis? quidúe es alacris?

Alacris, siue alacer (utrunq; enim dicitur) is est, qui uiget sensibus uniuersis: quod est indicium erecti animi, atq; sublimis. Nam è cōtrario lacer dicitur, amputatis in corpore sensuū membris: hoc est, auribus, oculisúe: quæ ad animū sæpe transferuntur. Sicut enim plerunq; fit, ut afflicto animo sensibus non utamur erectis: sic alacer dicitur is, cui omnis sensus in suo quisq; loco degat. Ex quo illud intelligitur, aliud esse alacrem, aliud esse lætum. Sunt qui alacrem festinātem & properum putant, quasi alis acrem. Hæc Asconius in Diuinationem Ciceronis. Cicer. 1. Tuscu. 162, Quum legiones scribat Cato sæpe alacres in eum locum prouectas. Sallust. in Catil. Postquàm omnium animos alacres uidet.

Alacer, ut alteri noceat. Autor ad Heren. lib. 2. 63, Nam quum feras bestias uideamus alacres & erectas uadere, ut alteri bestiæ noceant, &c. Addidit, Erectas, quasi exponens Alacres.

Alacer atq; lætus Catilina. Cic. pro Muræna, 46.

Alacer & promptus. Cic. 1. de Orat. 91, Erectum & celsum alacri & prompto ore, ac uultu huc atq; illuc intuentem.

Alacer animo sum, id est, Cupio. Cic. Luceio, li. 5. 12. 34, Illa nos cupiditas incendit festinationis, quòd alacres animo sumus, ut & cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant.

Alacer monitu. Sil. Ital. li. 13. 84.

Alacres odio. Statius 1. Thebaid. 85.

Alacer ad. Cæsar. 3. bel. Gal. 429, Nam ad bella suscipienda Gallorum alacer & promptus est animus. Autor ad Herennīū li. 2. 87, Si huic sit remissum, multos alacriores ad malefitia futuros. Cic. in somnio Scipionis, 8, Alacrior ad tutandam Rempublicam.

Certamen alacre. Sil. Ital. lib. 1. 37,

Hannibalem uoce, atq; alacri certamine poscit. Id est, studio, & contentione.

Enses alacres. Claud. in Eutrop. li. 2. 57.

Equum alacrem lætus aspexit. Cic. 1. de Diuinat. 126.

Leones alacres. Claudian. 2. Panegyr. 5.

Os alacre. Cicer. 1. de Orat. 91.

Syluæ alacres. Virg. 5. ecloga, 12.

Vultus alacer. Cic. 1. de Orat. 91.

Alacritas, pen. corr. (φαιδρότης προθύμια) Vigor, & animi erectio, nec non & lætitia gestiens, quæ secundum Donatum, propriè est mutatio quædam uultus gestientis in spem aliquam: & media est inter lætitiam atq; tristitiam. Liu. libro 3, Postquàm ingenti alacritate clamor est sublatus. Cæsar, 1. bel. Gal. 172, Summaq; alacritas & cupiditas belli gerendi innata est. Idem 3. bel. Ciuil. Est quædam animi incitatio, atq; alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnæ incenduntur. Cic. in Tuscul. Vir igitur temperatus, constans sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine uexatus.

Alacritas & lætitia. Cic. 2. de Diuinat. 84, Galli uictores alacritate, & quasi lætitia ad canendum excitantur.

Canum alacritas tanta in uenando, quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos, Cice. 2. de Nat. deorum, 237.

Alacritas laboris in Laconicis canibus. Plin. lib. 10. ca. 63. 8.

Egregia alacritas animi. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 9. 55.

Inanis alacritas. Cicer. 4. Tusculan. 55, Cupiditas auidè semper aliquid expetens, & inanis alacritas: id est, lætitia gestiens: non multum differunt ab amentia.

Additis mihi scribendi alacritatē. Cic. ad Attic. lib. 16. 333. 1.

Affert mihi alacritatem summā Reipub. defendendæ frequentia uestrūm incredibilis, Cic. 4. Philipp. in ipso statim initio.

Fert alacritatem cupiditas, Cic. 4. Tusc. 53.

Alacriter, penul. corr. (φαιδρῶς) aduerbiū qualitatis. Plin. libr. 20. cap. 20. 12. 3, Sequuta ætas alacriter defendit. Hīc pro acriter positum est.

Alacre. penul. corr. (προθύμως) pro alacriter. Plau. Amph. 15. 42, Verum quidem è loco compellemus alacre. Poeticè nomen posuit pro aduerbio.

Alę] Alarum, urbs Ciliciæ Hermolao in Plin. lib. 5. cap. 27.

Alalcomenas] ἀλαλκομένας, urbicula Cephaleniæ Insulæ. Strab. lib. 9, Alalcomeniam Mineruam uocat, & urbem ipsam

Digitized by Google

ſam Alalcomenas.

Alalia] ἀλαλίαι τὰ, *urbs inſulæ Cyrni. Phocenſium colonia. Herodot.li.1.*

Alamenes] *Vide* Alcamenes.

Alaniticus] *Sinus maris Rubri, qui & Aelanitius & Læaniticus dicitur. Hermol. in Plinium, li. 5. capit. 11. Meminit & Plin. li. 6. cap. 28.*

Alante] *Vide* Allante.

Alanus] ἄλανος, *Scythiæ fluuius à quo Alani Populi Plinio, li. 4. cap. 12, dicti ſunt, iuxta quos Roxalani. Ammianus ſcribit Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. Hi carnibus ueſcuntur, & panem non manducant.*

Alanos Ptolemæus in parte Scythiæ ponere uidetur: Capitolinus in parte Daciæ: Marcellinus, Plinius, & Dionyſius poeta in Sarmatia Europæ. Ioſephus libro ultimo ait inter Danaim & Mæotidem habitare, ac inita cum Hyrcanis ſocietate Medos ſuo tempore fuiſſe depopulatos. Hi demum fuere, qui uno ferè tempore cum Vandalis Gallias, deinde Hiſpanias petierunt: ſed breui & ipſi à Gothis, cum quibus eandem ferè gentem & linguã eſſe Procopius dicit, expulſi regnum amiſerũt. Autor Volaterranus. Alanorum ampliſſimè meminit Egeſippus de excidio Hieroſolym. lib. 5. cap. 50.

Ardentes Alani. Valer. Flac. Argonaut. 6. 9.

Duri Alani. Lucanus li. 8. 45,

Et ſequerer duros æterni Martis Alanos. Id eſt, ſemper pugnaces.

Feri Alani. Seneca in Thyeſte, 8. 2.

Incauti Alani calor. Claudian. 4. Panegyr. 45.

Miſeri Alani. Valer. Flac. 6. Argonaut. 131.

Patiens ditionis Alanus. Claudian. de bello Getico, 117.

Gens Alana. Idem, ibidem.

Alapa, ę] κολάφος, *idem quod colaphus. Sed alapa Latinum eſt, Colaphus Græcum. Valla in Randenſem. Iuuen. Sat. 8,*

——ridere poteſt qui
Mamercorum alapas.

Alapæ mimorum. Martialis,

O quàm dignus eras alapis, Mariane Latini:
Te ſucceſſurum credo ego panniculo. Mimi in Theatra lib. ſpectaculis cum dabantur, alios minos ad riſum excitandum alapis cædere ſolebant: quod & Septimius Florẽs ſignificat, quum ſcribit, Inſuper contumelij alaparum ſic obijcit, quaſi de præcepto domini ludat.

Alapathus] ἀλάπαθος, *Herba purgatoria, quam Lapathon Dioſcorides, & Latini Rumicẽ appellant. Ruel. li. 2. ca. 49.*

Alaricus] *pen. pro.* (ἀλάριχος,) *nomen Gothorum regis, qui Romam obſedit, deſtruxitq;. Fuit & alter Alaricus, Gothorum rex quartus, creatus anno 854. qui etiam Romam urbem cepit: ſed poſtmodum per fraudem in die Paſchæ occiſi ſunt Gothi. Claud. de bel. Getico, 110,*

Rumpe omnes Alarice moras: hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Vrbem.

Alaris] *Vide* Ala.

Alarodij] ἀλαρόδιοι. *Stephano, populi ſunt circa Pontum, de quibus Herodot. lib. 3.*

Alaſi] *Oppidum Africæ Cyrenaïcæ. Plinius libro quinto, capite quinto.*

Alaſtor] *Plutonis equorum unus. Claudianus libro 1. de rapt. Proſerp.*

Orphnæus crudele micans, Aethonq; ſagitta
Ocyor & Stygij crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditisq; nota ſignatus Alaſtor.

Alaſtor, unus è ſocijs Sarpedonis Lyciæ regis, ad Troiam occiſus ab Vlyſſe: id quod ipſe teſtatur apud Ouidium 13. Metamorpho. 52.

Alaſtor, Nelei filius fuit, Neſtoris frater. Autor Aſclepiades apud Parrhaſium.

Alata] ἀλάτα, *Ciuitas eſt in Arabia felici, apud Ptolem. libro 6. capite 7. Item altera eiuſdem nominis, apud eundem li. 5. cap. 19.*

Alata, Caſtra, (ἀλάτα, κάστρα) *Ptolemæo, alio nomine Caſtrum puellarum, uulgò* Edemburg. *Scotiæ regia.*

Alaternus] *huius alaterni, fœmin. gener, Arbor, ſiue frutex, nullum ſemen, aut fructum ferens: cui folia ſunt inter ilicem & oliuam. Autor. Plin. libro 16. capite 26. Colum. libro 7. capite 6. 1.*

Alatium] ἀλάτιον, *Oppidum Hierapolis iuxta Emeſam, quod & Elatium dicitur. Hermol. in Plin. lib. 5. capit. 23 & 26. Hinc Alatij dicti.*

Alatrium] *urbs Hernicorum. Volater.*

Alatrinates] *Hernicorum populi. Liu. 1. Decad. lib. 9.*

Alatus] *Vide* Ala.

Alauda] *alaudæ,* (κορυδαλὸς) *Auis eſt, quæ teſte Plinio, lib. 11. cap. 37, galerita dicitur: quòd apicem habeat, hoc eſt, criſtã in capite, ad ſimilitudinem galeri. Varro appellat galerĩ cum: & à græcis dicitur corydalus.*

Alauda, legio quædam erat Romana. Plinius libr. 11. capit. 37, Atq; ab illo galerita appellata quondam, poſtea Gallico uocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Cic. 13. in Anton. 344, Huc accedunt alaudæ, cæteriq; ueterani ſemimarium iudicum tertiæ decuriæ, qui ſuis rebus exhauſtis, bene ficijs Cæſaris deuoratis, fortunas noſtras concupierunt. Idem Antoniana 5. 172.

Alaudium] *alaudij, uox barbara, à laudando, id eſt, nominando autore profecta eſſe uidetur, quòd qui prædia eo iure habeant, laudare autorem ſuum nemini teneantur, ut qui nullum ſoli dominum agnoſcant nec patronum. Budæus.*

Alaunus] ἀλαῦνος, *Duorum fluuiorum nomen eſt in Britannia, quorum alter eſt in orientali eius inſulæ plaga, alter in meridionali: Ptolem.*

Alazia] ἀλαζία, *Oppidi nomen Straboni lib. 12.*

Alazon] *Alazonis, fluuius eſt Albaniam ab Iberia diſterminans, in Cyrum amnem è Caucaſijs montibus defluens. Plinius, libro ſexto, capite 10. Alazonius uocatur Strabonis libro undecimo.*

Alazonia] *alazoniæ, penult. prod.* (ἀλαζονία) *Superbia, arrogantia. Vlpianus ait Alazoniam eſſe eorum qui plura promittunt, quàm poſſint præſtare: atq; huic contrariã eſſe Ironiam, quæ quod facere poteſt, eleuat ac minuit.*

Alba] ἄλβα, *fuit urbs in Latio condita ab Aſcanio, filio Aeneæ, quam Tullus Hoſtilius rex Romanus euertit. Eſt item Alba cognomine Pompeia in Gallia togata, uulgò* Albadi Montferato: *à qua ſit Albenſis. Nam à priore Alba, ſit Albanus. utriusque autor Seruius. Fuit item Alba Marſorum.*

Albam Latij, ab alba ſue dictam docet Virg. lib. 8. Aeneid. 9.

Alba celſa. Lucan. lib. 1. 40.

Alba Dardania, quia à Dardanis condita. Stat. 3. Sylu. 1. 13.

Alba Iliaca. Ab ijs enim condita eſt, qui ex Ilio profecti ſunt. Luca. lib. 5. 8.

Alba longa. Virg. 1. Aeneid. Liuius 1. Decad. lib. 1, Aſcanius florentem iam atq; opulentam urbem matri ſeu nouercæ reliquit: nouam ipſe aliam ſub Albano monte condidit: quæ à ſitu porrectæ in dorſo urbis longa Alba appellata.

Alba Troiana, à Troianis condita Stat. 5. Sylu. 2. 34.

Albanus, adiect. penul. prod. quod eſt ab Alba Latij urbe: unde Albani patres.

Albanum forum Capuæ fuiſſe, Valerius Maxim. 9. uolumine oſtendit. Hermol. in Plin. lib. 34. cap. 11.

Albanæ

Digitized by Google

Albanæ columnæ. Quintil. lib. 5. cap. 13. 32.

Alba] *altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur: quamuis etiam Albani quandoq; uocentur. Hoc apponere placuit, alteram Albam post Albam lõgam, olim Taurinum & Belgradum, uel etiam Nonderalbã appellatam esse: nũc Albam Græcam, uulgò* Krieschisuuisenburg. *Est & Alba regalis, uulgò.* Stuluisenburg: *ubi scilicet reges Vngariæ coronari solent & inungi.*

Albensis, ab Alba, (ἀλβᾶιος) Quint. lib. 1. ca. 16. 10.

Albensium & Albanorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Albenses, quorum urbs Alba *ad Fucinum lacum.* Plinius libro 3. cap. 12.

Alba] ἄλβας, *flumen est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi.* Plin. lib. 3. cap. 3.

Alba, *urbs Hispaniæ, quæ & Virgao dicitur.* Plin. li. 3. cap. 1.

Alba *Heluorũ, urbs Galliæ Narbonensis.* Plin. lib. 3. cap. 4.

Albana] ἄλβανα, *Ptolemæo urbs felicis Arabiæ.*

Albanenses] *Populi in conuentu Clunienſi.* Plin. lib. 3. ca. 3.

Albania] ἀλβανία, *regio ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram Oceani Septẽtrionalis usq; ad Mæotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albania ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima est, inter Iberiam & mare Caspium, ab ortu solis mari coniuncta, ab occasu Iberiæ finitima. Boreale latus munitur Cauca seis montibus. Australe Armeniam contingit. Strabo sex & uiginti linguas Albanorũ fuisse tradit, & totidẽ aliquando reges. Fuere & sub Imperio Persarũ, postea Macedonũ, deinde Romanorum. Sed Traianus imperator his regẽ dedit. dit. Nunc sub Magno Cane degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, iuxta Dyrrachium: quorum dux fuit Georgius Scanderbech, qui multa aduersus Turcas prælia gessit.*

Albaniam Orientalem describit Plin. lib. 6. cap. 10.

In Albania tradit Isigonus Nicæensis quosdã gigni glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu pluſquã interdiu cernant. Plin. lib. 7. cap. 2. *Ob hoc fortè dicta est Albania. Meminit & Gellius lib. 9. cap. 4. Solinus cap. 25, Albani, qui posteros se Iasonis credi uolunt, albo crine nascuntur. Canitiem habent auspicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Glauca oculis ineſt pupilla: ideo nocte plus quàm die cernunt. Iustinus li. 42. dicit eos ab Albano Italiæ monte nomen retinere, quòd inde secuti fuerint Herculem, quum extincto Geryone armenta eius per Italiam duceret.*

Albanus, pen. pro (ἀλβανὸς) *ut* Albana porta, *qua itur in* Albaniam. Vale. Flac. Argon. 3. 100.

Albanus tyrannus, id est, Styrus rex Albaniæ. Vale. Flac. Argon. lib. 5. 52.

Albanos] ἀλβανὸς, *Flumen est in Armenia, quod per Albaniam unà cum Cassio fluuio decurrit.* Plinius libro sexto, capite 13.

Albanus] *est Macedoniæ ciuitas. Vnde Albani populi sunt in eadem Macedonia, Ptolemæo autore. Item Italiæ mons, Straboni.*

Albanus lacus, apud Valerium Max. lib. 1. cap. 6. de prodigijs.

Albarium] *Vide* Albus.

Albatenius] *Galeni libros primus in Arabum conuertit idioma, teste Ioanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.*

Albatus] *Vide* Albus.

Albegmina] *Partes extorum quæ dijs immolabantur, à colore eorum dicta.* Festus.

Albeo, Albesco] *Vide* Albus.

Albeolus] *Vide* Alueolus.

Albesia] *Scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. Hæc eadem, Decumana uocabantur, quòd essent amplissima, ut Decumani fluctus.* Festus.

Albi montes] *Cretæ insulæ locus est, ubi non pluit.* Plin.

Albia] *fluuius. Vide* Albis.

Albia, regiuncula est montana, Carnis finitima Strabo libro 7.

Albicerata] *ficus* (λευκηρινὸς) *Pediculo minimo, latissima.* Plin. li. 15. cap. 18.

Albici] ἀλβικοὶ, *populi Massilienſibus uicini. Cæsar lib. 1. bel. Ciuilis, Albicos barbaros homines, qui in Massilienſium fide antiquitus erant, montesq; supra Massiliam incolebant, ad se uocauerant.* Strabo lib. 4, *Post Salyes tenent Albienses, & Albici, & Vocontij montana in Septentrionem uergentia.*

Albico, Albidus] *Vide* Albus.

Albienses] *Vide* Albici.

Albigaunum] ἀλβιγαυνον, *Ptolemæo Liguriæ urbs, hodie Albinga, uulgò Italis* Arbenga. *Albingaunum uocatur* Plin. lib. 3. cap. 5.

Albigerius] *Carthaginensis uatis excellentissimi proprium. Vide Cæl. li. Antiq. lect. 13. cap. 6.*

Albij] ἄλβιοι, *olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus.* Athenæus.

Albij quoque dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. li 4. cap. 18.

Albiminium] ἀλβιμίνιον, *Ptolemæo Liguriæ urbs, alio nomine Vintimilium, hodie Vintimia.*

Albinouanus] *penult. prod. nomen uiri proprium.* Horat. lib. 4. Epist. 8. 1,

Celso gaudere & bene rem gerere Albinouano
Musa rogata refer comiti scribæq; Neronis. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 10. 1,
Duritiæ confers Albinouane meæ?

Albinus] pen. prod. (ἄλβινος) *Nomen Imperatoris Romani, dictus quòd exceptus sit utero candidissimus, contra consuetudinem puerorũ, qui nascendo solent rubere. Hinc illud Satyrici poetæ,* —modò primos incipientem
Aedere uagitus, & adhuc à matre rubentem.

Albinus aliud uiri proprium apud Horatium in Arte poet. 66.

Clodius Albinus centum ficedulas comedit una mensa, centum persica Campana, totidem ficus Labicanas, & decem melones Ostienses. Autor Spartianus.

L. Albinus de plebe Romana, fugiens Gallos, ex rheda uxorem filiosq; descendere iussit: & Vestales, quæ cum sacris ipsæ pedibus fugitabant, imposuit. Autor Liu. 1. Decad. 5. 182.

L. Albini duo, Nummi filij inter oratores referuntur à Cicerone, qui extare amborum orationes dicit: ex eisq; Lucũ simplicem & antiquum esse: Spurium uerò doctum, ex disciplina Stoicorum, eiusq; extare multas orationes. Autor Volaterranus.

A. Posthumius Albinus, qui consul cum Lucullo fuit, res Romanas Græco sermone scriptitauit. In cuius exordio primum scriptũ est, Neminẽ succensere sibi conuenire, siquid in his libris parum compositè, aut minus elegãter scriptum foret. Nam sum (inquit) homo Romanus, Græca oratio à nobis alieniſsima est, &c. Plura de hoc Gellius, Cornel. Nepos, Suidas, Macrobius.

Albinus] *Albini* (κονιάτης) *dicitur, qui calce pura parietem illinit. l. 1. C. de excusat. artif.*

Albiona] *Ager trans Tyberim dicitur, à luco Albionarum quo loco bos alba sacrificabatur.* Festus.

Albiolus] *Vide* Albeus

Digitized by Google

Albion] & Bergion(ἀλβιων, καὶ βεργίων)gigantes, Neptuni filij, contra quos dimicauit Hercules, ut testatur Pomponius Mela lib. 2. in Galliæ descriptione, & Diodorus Siculus. Meminit & Plin. lib. 4. cap. 16.

Albion, Britannia Insula. sic dicta ab Albis rupibus, quas mare alluit. Vide Anglia.

Albis] ἄλβις, fluuius ex Boemiæ mõtibus, cuius ostia hodie Thiethmarsi & Vuilsermarsi tenent. Suscipit autem Multã flumen, Pragensem præterlabens ciuitatem: deinde Egram: postea Salam, atq; Ortellam: demum Ciuitatem Hamburgũ præter fluens, in Oceanum Germanicum uasto euoluitur ore. De hoc Lucanus li. 2. Plin. li. 4. cap. 14.

Albitudo] Vide Albus.

Albium Intemelium] ἄλβιον ἰντεμέλιον, oppidum Ligusticum. Nam cum Ligures partim Ingauni, partim Intemelij dicerentur, eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Albium Intemelium, quasi Alpium Intemelium, altera Abingaunium uocitatæ sunt. Plin. li. 3. cap. 4 & 5.

Albius] nomen proprium uiri. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 6. stupet Albius ære. Hoc est insano tenetur amore uasorum signorumq; ære Corinthio factorum.

Albius Tibullus, poeta elegiographus, Horatio & Ouidio familiariter dilectus, quum in Messalæ Corui comitatu in prouinciam Phæacum pergeret, morbo perijt. Eius uitam scripsit Crinitus. Horat. li. 1. Epist. 4. 1,

Albi nostrorum sermonum candide iudex.

Albo] albus. Vide Albus.

Albogalerus] pen. prod. (λευκοπίλεον) à galea nominatus. Est enim pileum capitis quo diales flamines, id est, sacerdotes Iouis, utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Ioui cæsa, cui affigebatur apex uirgula oleagina. Festus.

Albonenses] Liburniæ populi in conuentu Scardonitano. Plin. li. 3. cap. 21.

Albor] alboris. Vide Albus.

Albosia] Vide Albesia.

Albucilla] mulier multorum amoribus famosa, cui matrimonium cum Satrio Secundo coniurationis in Tiberium indice fuerat, delata est impietatis in principem. Cornelius Tacitus, li. 5. non procul à fine.

Albucum] huius albuci, Græcè, (ἀσφόδελος) Herbæ genus, uulgò Amphodillo. Plin. li. 21. cap. 17, Asphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est, neq; alia est numerosior, LXXX. simul aceruatis sæpe bulbis. Theophrastus & ferè Græci, princepsq; Pythagoras caulem eius cubitalẽ, & sæpe duũm cubitorũ, fõlijs porri syluestris, anthericon uocauere: radicem uerò, id est, bulbos, asphodelon: nostri illud albucum uocant & asphodelõ hastulam regiam. Ea est & caulis acinosi, eius duo genera faciunt. Albuco est scapus cubitalis, & amplus, purus, leuis.

Albuelis] pen. prod. Vuæ genus est. Plin. li. 14. cap. 2, Albuelis summis arborib. fertilior est, uisula imis.

Albugo] pen. prod. huius albuginis, f. g. (λέυκωμα, λεύκωσις) Macula in oculo. Plin. lib. 20. cap. 5. Idem libro 21. cap. 26. 2.

Albugo, cicatrix est oculorum altiusculà, sicut utiq; in summo nubecula. Hermol.

Albula] pen. corr. (βύβρις) uulgò Teuero, fluuius Italiæ, ex Apœnino Romam fluens, alio nomine Tyberis. Virgilius 8. Aeneid. 66,

A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amisit uerum uetus Albula nomen. Plin. li. 3. ca. 5. Liu. 1. Dec. ad. li. 1.

Albula, pro fluuio, masculino genere protulit Martialis, Ouid. fœmino. 4. Fast. 14,

— & tanto est Albula pota deo. Martialis lib. 12. ad Betim, cui rector aquarum
Albula nauigerum per freta pandit iter.

Albulæ aquæ iuxta Romam uulneribus medentur: egelidæ hæ. Plin. li. 31. cap. 2. Strabo li. 5. Itaq; in hoc significato dicimus Albula, Albulæ, & Albulæ Albularum. Stat. libro 1. Syl. 3. 15,

Illic sulfureos cupit Albula mergere crines.

Albulates] Fluuius est in quinta regione Italiæ. Plinius li. 3. cap. 13.

Album] Promontorium Africæ, V. M. passuum freto à Mel laria Hispaniæ uico discretum. Plin. in procem. li. 3. Est & alterum eiusdem nominis promontorium in Phœnice, non procul à Tyro: de quo idem li. 5. cap. 19.

Albumen] pen prod. albuminis, pen. corr. g. n. (λέυκωμα) Album oui. Vitellus uerò quod in ouo croceum est. Plinius li. 28. cap. 6.

Albunea] Albuneæ, (ἀλβούνεα) nomen fontis, et syluæ in Tyburtinis montibus. Virg. 7. Aeneid. 17, Seruius: Albunea est in Tyburtinis altißimis montibus, dicta ab aquæ qualitate. quæ in illo fonte est. Vnde etiam nonnulli ipsam Leucotheam uolunt.

Albunea, decima Sibylla Tyburti colitur ut dea, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulacrum inuentum esse dicitur, tenens in manu librum. Lactantius li. 1. cap. 6.

Albunea resonans. Horat. li. 1. Carm. 7. 3. Acron: Albunea, delectabile nemus est, cõsecratum Albuneæ nymphæ, à qua & nomen accepit. Porphyr. Albuneam deam in regione Tyburtina fontis præsidem, & Virg. testis est in septimo.

Alburnum] huius alburni, (φέας, λένδρον) quid sit, declarat Plin. li. 16. capit. 38. his uerbis, Humor & cortici arborum est: qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Et paulò pòst, Atq; in toto corpore arborũ, ut reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nerui, uenæ, ossa, medullæ. Item paulò pòst, Proximi plerisq; adipes. Ii uocantur à colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facilè putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur.

Alburnus] Lucaniæ mons à candore uerticis dictus. Virgil. 3. Georg. 29,

Est lucos Sylari circa, ilicibusq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Asilo.

Alburnus, nomen piscis apud Ausonium in Mosella,

Qui non & uirides mulgi solacia Tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Albus] adiectiuum, (λευκὸς, ἀργεννὸς, ἄργυφος) Nomen est coloris notißimi. Sunt qui album à candido sic distinguant: ut album pallori coniunctum sit, quale est linteum: candidũ splendori, ut uidemus in niue. Et certè hæc est utriusq; propria ßgnificatio: sed ab autoribus sæpe confunditur. Albo opponitur atrum: candido nigrum. Festus, Album quod nos dicimus, à Græco quod ἄλφον est appellatum. Sabini tamen Alpum dixerunt. Vnde credi potest nomen Alpium à candore niuium uocitatum. Virg. 3. Georg. — color deterrimus albis. De equis loquitur. Plaut. Capt. 11. 116,

Albo corpore & oculis nigris.

Album uinum. Plaut. Album an atrum uinum potas?

Album, (γράμματεῖον λεύκωμα) Pandect. lib. 50. titulus est: De albo scribẽdo, in quo præcipitur, quo ordine scribi debeant Decurionum nomina. Vlpian. Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut lege municipali præcipitur. Ibidem: In sententijs quoq; dicendis idem ordo seruandus est, quem in albo

Digitized by Google

in albo ſcribendo diximus.

Album citharœdorum. Sueto. in Nerone. ca. 21, Sine mora nomen ſuum in albo profitẽtium citharœdorum iuſſit aſcribi.

Album iudicum. Suet. in Claudio Cæſare, cap. 16, Album iudicum appellat, in quo eorum homina deſcripta erant, qui earum erant Decuriarum, quæ unoquoque tempore iudicabant. Hæc Budæus.

Album iudicum, per metaphoram dictum à Plinio in præfatione, lib. 1. 25, Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Alluſit enim ad morem eorum, qui cauſas acturi in foro, aut declamaturi, auditores corrogabant, quaſi futuros iudices eloquentiæ, aut facundiæ. Budæus.

Mittere in album iudicum. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7.

Albo ſenatorio eradere aliquem. Cornel. Tacitus, li. 4.

Album prætoris. In lege prima De Edendo, Eum quoq; edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ſuum ad album. Intelligendum eſt de albo prætoris, in quo edicta prætorum proponebantur: cuius crebra in iure mentio. Album uulgò matricula dicitur. ut Album Decurionum, & ſimilia. A' quibuſdam matrix, à quibuſdam recentiorum Pyctatium: à Græcis λεύκωμα, quaſi album. Budæus.

Album ea quoq; tabula nominatur Ciceroni 2. de Orat. 28, in qua ſingulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo: proponebaturq; domi eius, ut poteſtas eſſet populo cognoſcendi: ijq; nunc Annales maximi nominantur. Ex Hermolao. In eadẽ tabula, ſiue in alia eiuſmodi, etiã ſcribebantur ea, quæ ad ſacrorum ritum pertinebant. Vnde locutio illa, In album referre. Liu. 1. ab Vrbe 139, Omnia ea ex commentarijs regis Pontificem maximum in album relata proponere in publico iubet.

Albus, pro pallido, & per metaphoram pro anxio & ſolicito interdum accipitur. Martial. lib. 1. 51,

Non amet hanc uitam, quiſquis me non amat, opto:
Viuat & urbanis albus in officijs. Sipõtinus, Quoniam, inquit, ob timorem ſanguis ab exterioribus partibus ad cor refugit, propter quod facies exalbeſcere uidetur: factum eſt ut album ſæpe pro pallido accipiamus.

Albus pro eo quod uulgò berentinum uocant, ut eſt pilus aſinorum. Perſius,

Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.

De auribus enim aſini loquitur.

Albus an ater ſis, neſcio. Solet dici de homine uehementer ignoto. Cice. Philip. 2. 59, Et quidem uide, quàm te amarit is, qui albus atérue fueris ignorans, fratris filium præterijt. Eraſmus.

Albo reti aliena captare bona. Plaut. in Perſa: Ne iſti faxim uſquam apparent, qui hic albo reti, aliena oppugnant bona. Rete uocat calumnias quadruplatorum, & paraſitorũ. Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, ſyngraphaſq;, quibus lis intenditur peragiturq;. Nec omnino diſplicet, ut ad Album prætoris, quo leges & litium formulæ proponebantur, reſpexerit. Nam leges etiam Solon aranearum retibus ſimiles eſſe dixit. Eraſmus in Chiliad.

Album abſolutè poſitum pro albore. Virg. in Buc.

——Sparſis etiam nunc pellibus albo. Idem 3. Georg.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo.

Album oculi. Celſus lib. 7. cap. 7, Vbi albo ipſius oculi palpebra inhæſit. Idem lib. 2. cap. 8.

Album oui pro albumine, Abſolutè dicitur. Plin. lib. 20. capite 11. 3, Cum oui albo illitum. Sic idem ſæpe alibi. Celſus lib. 6. cap. 6, Oui & album, & uitellus.

Alba, dicimus felicia: ſicut infames, nigros: propterea quod Pythagoras aiebat id quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Plutarchus in uita Periclis: Vniuerſam multitudinem partitus in octo partes, ſortibus utebatur: & cui contigiſſet alba faba, huic cæteris pugnantibus permittebat in conuiuijs atq; ocio agere: quapropter etiam aiunt eos, quibus res aliquæ ſuauiter ſuccedunt, eum diem album uocare, nimirum ab alba faba. Eraſmus in Chiliad.

Album & nigrum nouit. Duplicem in ſententiam accipi poteſt. Aut, Nouit diſcrimen recti, prauiq;: aut, Nouit id quod nemo uel indoctus ignorat. Nam euidentius eſt albi nigriq; diſcrimen, quàm ut quiſquam non uideat. Videtur eſſe tractum à priſcis illis mortalibus, qui duos tantùm naturales colores nouerant, album & nigrum, teſte Pompeio. Eraſmus in Chiliad.

Alba auis, pro re noua atq; auſpicata dixit M. Tullius in Epiſtolis familiaribus, lib. 7. 29. 4, Fit hoc etiam frequẽtius, quàm ſolebat, quòd quaſi albam auem uidentur, bene ſentientem ciuem uidere. Quadrabit & in rem admodum rarã & inuſitatam, quòd aues perpaucæ ſint hoc colore. Ita Iuuenalis: Coruo quoq; rarior albo. Eraſmus in Chiliad.

Album calculum addere, id eſt, approbare. Inde ſumptũ, quòd antiquitus miſſus in urnam calculis, ita ſerebantur à iudicibus ſententiæ, ut albis abſoluerent, nigris damnarent. Quod ſi fortè fuiſſent æquales, tamen liberabatur reus, eiuſq; rei cauſam Ariſtoteles copioſiſſime reddit in Problematibus. De calculorum more meminit Ouidius Metamorph. lib. 15. 9. Plinius iunior: Confitebor & ipſum me & contubernales ab editione non abhorrere, ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. Id eſt, ſi noſtrum hunc errorẽ tuo iudicio comprobaris. Eraſmus in Chiliad.

Albæ gallinæ filius, hoc eſt, feliciter natus. Iuuenalis, Quia tu gallinæ filius albæ. Vel quod læta atq; auſpicata Latini alba uocant, uel quod prouerbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua Suetonius in Galba, his quidem uerbis: Liuiæ olim ſtatim poſt Auguſti nuptias Veietanum ſuum reuiſenti, prætereuolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri roſtro tenentem demiſit in gremium. Quumq; nutriri alitem, ac pangi ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles prouenit, ut hodie quoq; ea uilla Ad gallinas uocetur. Cõuenit igitur adagium in eos, qui rara & fatali quadam felicitate ſuæ ceſſuq; rerum utuntur. Huic diuerſum eſt illud apud eũdem iuuenalem, Nati infelicibus ouis. Eraſmus in Chiliad.

Albus Lucifer. Oui. 3. Triſt. eleg. 5. ad finem.

Albus Pallor. Hor. Epod. 7. 3.

Quadrigæ albæ. Plin. li. 7. cap. 30, Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius Tyrannus, alias ſæuitiæ ſuperbiæq; natus, uittatã nauem miſit obuiam: ipſe quadrigis albis egredientem in littore excepit.

Alba ſenecta. Propertius lib. 3. eleg. 5. 5,

Sparſerit integras alba ſenecta comas.

Alba ſtella Caſtoris & Pollucis. Horatius 1. Carmin. 12. 6. Acron: Alba, ſerena. Nam frequentius dum oritur, tempeſtates facit: ſed hìc proſperum poſuit.

Albulus, pen. corr. diminutiuũ, adiectiuũ. Catul. Epig. 27. 2, in Iulium Cæſarem, Vt albulus columbulus Dionæus.

Albarium, ſiue opus albariũ (λευκίαμα) Dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non eſt: & ex pura calce fit. Plin. lib. 35. cap 16. 3, Eademq; lacte diluta, & tectoriorum albaria interpollantur. Albarium opus. Plin. lib. 36. cap. 23. 4, Contra in albario opere, ut macerata calx reglutinum hæreat.

Albatus, pen. prod. adiectiuum (λευκείμων) ut, Albatus homo. Id eſt, ueſtibus albis ornatus: cui contrariũ eſt atratus. Antiqui autem feſtos dies albati ferè agebant. Horat. 2. Ser. 2. 13, Ille repotia, natales, alióſue dierum.

Digitized by Google

Festos albatus celebret. Cic. in Vatinium 24, Quum ipse epuli dominus Q. Arius albatus esset, tu in templum Castoris tecum C. Fidulo atrato cæterisq; tuis furijs funestum intulisti. Plinius lib. 8. cap. 41, Albati equi palmam occupauere.

Albatus, Minor magistratus, ab albo. Varro.

Albeo, albes, albui (λευκαίνομαι) alberere deriuatum à nomine Albus significat album esse. Virg. 12. Aen.

Campiq; ingentes osibus albent. Plin. lib. 12. cap. 19. 7, Damnatur in primis molle cinnamomum, aut cui albet cortex.

Albentes comæ. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 12. 6. & libro 2. de Arte, 134.

Albentes equi. Plin. in Paneg.

Albens oliua. Ouid. 11. Epist. 14.

Albentes rosæ. Oui. 3. de Arte aman. 37.

Albentibus spumis frena oblita. Oui. 15. Metam. 104.

Albentes uilli. Oui. 11. Metam. 36. de uillis interioribus auricularum asinarium Midæ.

Albens uitta. Oui. 5. Metam. 22. & lib. 15. 136.

Albesco, albescis (λευκαίνομαι) albescere, Album fieri, aut album esse. Cic. 4. Acad. 189, Quodq; nunc, qui à sole collucet, albescit & uibrat. Virg. 1. Georgicorum,

Flammarum longos à tergo albescere tractus.

Albescit fluctus in undis fractis. Sil. Ital. lib. 8. 85.

Albescit lux. Virg. 4. Aene. 118,

Regina è speculis ut primùm albescere lucem
Vidit, &c. Vbi Seruius: Hypallage est. Luce enim albescunt omnia, non lux albescit.

Albescit meßis aristis maturis. Oui. 5. Fast. 72.

Albescens capillus (λευκαινόμενος) Hor. 3. Carm. 14. 5.

Albescentes undæ. Sil. Ital. lib. 8. 90.

Albico, albicas, pen. corr. (ὑπολευκαίνομαι) albicare, Albere, siue album esse: sed albere est rarißimũ, albicare frequentißimum. Plin. lib. 27. ca. 5, Mutat colorem, sed ex nigro albicare incipit. Idem lib. 12. cap. 12. 4, Albicans caulis in purpura. Hor. 1. Car. 4. 1,

Nec prata canis albicant pruinis.

Albicatur, Candidatur & albescit. Varro Caue canem, Vbi riuus præcipitatur, in nemore deorsum rapitur, atq; offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur. Autor Nonius. Ex cuius interpretatione uidetur albicari esse paßiuum: sed quia albicare neutrum est: malim interpretari albicatur pro albicat, ut sit deponens.

Albidus, pen. corr. (ὑπόλευκος) Aliquantulum albus. Colum. lib. 2. cap. 9. 11, Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue, &c. Plinius Epist. 173. b. Color cæruleo albidior.

Albidum ulcus. Colum. lib. 5. cap. 26.

Albida spuma. Ouid. 3. Metam. 15.

Albitudo, penul. prod. (λευκότης) Idem quod albor. Plautus Trinum. Vbi habitet item alterum ad ipsam capitis albitudinem.

Albor, huius alboris, m. g. (λευκότης) Verbale ab albeo, albes, sicut candor à candeo. Est quod uulgò dicitur albedo. Varro, Qui uident, alborem eius admirantur.

Albus spinus] arbor est aculeata, pruni magnitudine, flore albo odorato, acinis quum pubescunt uiridibus, quũ maturuerunt, rubris, ligneo intus nucleolo. Sunt qui tradant hanc stirpem fulmine non ici, nec unquam de cœlo tangi. Aiunt quoque pisces marinos floris odore perculsos confestim corruptionis sentire contagia. Vulgus deturbandis calculis utitur acino, singulari remedio ex uino, quem peculiari uocabulo Senellam nominat. Ruellius lib. 3. cap. 12.

Albutius] antepenultim. prod. Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 2. 14, Porphyr. Hic est Albutius, qui & auarus, & elegans conuiuorum apparator, sæuus est habitus in seruos: qui ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem, suam ueneno necauit.

T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicitq; scripsisse Satyras Luciliano stylo. Nam & Lucilius eum, ut Græca miscentem uerba notat his uerbis, Græcum te Albuti quàm Romanũ, atq; Sabinum, &c. Vide reliqua apud Ciceronem, in principio de Finibus.

Albutium alium Seneca in declamationibus dicit suo tempore fuisse nobilem declamatorem.

Albutius Silus, Nouarienſis Orator Romam uenit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam uerò senior ob uicium uomicæ, Nouariam redijt, conuocataq; plebe causis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo. Ex tranquillo.

Alcæa] alcæe (ἀλκαία) cauda propriè leonis. Plin. lib. 8. cap. 16, Nec in leone tantum intelligitur alcæa, sed in equo item, & boue, & id genus alijs quæ utuntur cauda ut adiutorio. Callimachus absurdè etiam in musca alcæam posuit. Cælius lib. 7. cap. 28.

Alcæus] ἀλκαῖος, poeta Lyricus patria Mitylenæus, de quo Sappho Phaoni suo apud Oui. 6,

Nec plus Alcæus, consors patriæq; lyræq;
Laudis habet: quamuis grandius ille sonet.

De hoc meminit his uerbis. Quintilianus lib. 10. capite 1, Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, quia tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert: in elocio quoq; breuis, & magnificus, & diligens: Homero similis sed in lusus & amores descendit, maioribus tamen aptior. Cic. quoq; 4. Tuscul. 17, Fortis uir in sua Republica cognitus, quæ de iuuenum amore scribit Alcæus? Idem libro 1. de Natu. deor. 107, Nobis qui adolescentulis delectamur, etiam uitia sæpè iucunda sunt. Næuus in articulo pueri delectat Alcæum. At est corporis macula næuus: illi tamen hoc, lumen uidebatur. Strabo lib. 13. & Horatius li. 1. Carm. 32. 2. qui eum dicit ferocem bello: quia res bellicas gesßit aduersus tyrannos, & Pittacum Mitylenæum uictum expulit, ut aiũt Acron, & Porphyr. Proinde pugnax dicitur Politiano.

Alcæi camœnæ minaces. Horat. 4. Carm. 6. 2, Vbi Acron & Porphyrius, Minaces Alcæi camœnæ dictæ sunt, quoniam adeò amarus fuit, ut austeritate carminis sui multos de ciuitate ejiceret.

Alcæus sonans aureo plectro. Hor. 2. Car. 13. 6.

Alcæus ab ortu uocatus est Alcmenæ filius, cui post Herculis cognomen est inditum: non quòd propter Iunonem fit gloriã adeptus, sicut Omitres ait, sed quia uirtutẽ prisci illius Herculis Aegyptij imitatus. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2.

Alcæus item fuit Amphitryonis pater, auus Herculis: unde Alcides dictus est.

Alcæus, Omphales & Herculis filius. Domit. Calder. in Sappho Ouidij.

Alcæus, Comœdiæ ueteris scriptor, à quo editæ sunt decem fabulæ. Domit. Cald. in Sappho Ouidij.

Alcaicum metrum (ἀλκαϊκὸν ἑπτ) ab Alcæo poeta lyrico dictum est. Testis Acron in Horat. li. 2. Carm. Ode 13. Constat autem Alcaicum ex Epitrito secundo. Choriambis duobus, & Bacchio, quale est illud Horatij 1. Carm. 8. 1,

Oderit campum, patiens pulueris atq; solis.

Alcamenes] Telecri quondam rogãte quo modo regnum quis optimè seruaret, Si lucrum (inquit) non multi fecerit. Plutarch. in Apophtheg. Lacon.

Alcamenes (ἀλκαμένης) Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus,

Digitized by Google

pulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Athenienſis ſuffragijs ſuperauit. Plinius libro 36. cap. 5.

Alcander, dri] ἄλκανδρος, unus ex comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Vlyſſe ad Troiam occiſus. Ouidius 3. Metamorpho.

Alcanna] Officinis, Liguſtrum Latinis, Gallis Troena uocatur. Ruell. lib. 1. cap. 94.

Alcanor] Viri proprium, cuius meminit Virg. 10. Aene.

Alcaquengi] Officinæ Mauritanos ſequutæ, uocant halicacabum, rura noſtra Ocretum. Ruel. li. 3. ca. 109.

Alcarmes] & Carmes lingua Punica uocatur Crocos, ſeu uermiculus, ex quo fit elegans ille rubor, & coccineus color, quem inde Carmaſinam dicimus, uulgò Cramoiſi. Ruellius li. 2. cap. 136.

Alcathoe] pen. cor. urbs fuit ut quidam putant, eadem cum Megara, de qua Oui. li. 8. Metam.

Alcathous] Pelopis filius, qui cædis Chryſippi fratris ſuſpectus Megaram uenit, occiſoq; leone, qui Cytheronius à loco dicebatur multoſq;, & in ijs Megarei regis filium Euripum necauerat: aſcitus Megareo gener, in regno ſucceſſit. Author Direchidas. De hoc Alcathoo plura Pauſanias in Attica.

Alce] ἄλκη, Vrbs Hiſpaniæ, quam Gracchus poſt debellatos Celtiberos oppugnatam, ad deditionem compulit. Liui. Decad. 4. lib. 10.

Alce, canis nomen apud Xenophont. περὶ κυνηγ.

Alce, nomen meretricis. Gell. li. 4. cap. 11.

Alcea] alceæ, genus herbæ, Græcè (ἀλκέα) uulgò Biſmalua, malua ſaluatica, bon uiſchio, mal nauiſchio ſaluatico. Plin. li. 27. cap. 4.

Alcedo] penult. longa, alcedinis fœm. gen. (ἀλκυών) Auis eſt ſic dicta quaſi algedo, quòd frigidiſſimis tẽporibus nidificet. Dicitur à Græcis Halcione. Vide ſuo loco. Plaut. Pœnulo 4. 134.

Iam hercle tu periſti: niſi illam mihi tam tranquillã facis,
Quàm mare eſt olim, quum alcedo pullos educit ſuos.

Alcedonia] alcedoniorum (ἀλκυονίδες) dicuntur ab alcedine, ſicut ab halcyone, halcyonides, hoc eſt, tranquilli dies, quibus nidificant halcyones. Plau. Caſin. 2. 25, Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum. Vbi interpres, Alcedonia, tranquilla tempora, uel tranquilli dies. Vide Halcyon.

Alcenor] ἀλκήνορ, uir Argiuus fuit, qui ea in pugna, qua trecenti Argiui cum totidem Lacedæmonijs de finib. certarũt, ſolus cum Chronio ex ſuis ſuperfuit, hoſtibus quoq; omnibus, uno Othryade excepto, ad internecionem deletis. Herodot. libro 1.

Alces] Bithyniæ fluuius. Plin. lib. 5. cap. ult.

Alces] alcis, ſeu Alce alces (ἄλκη) Græcorum more (ut ait in Plin. Hermol.) animal eſt à Gallia Trãſalpina, de quo ſic Cæſar 6. bel. Gal. 94, Sunt item quæ appellantur alces: harum eſt conſimilis capris figura, & uarietas pelliũ: ſed magnitudine paulò antecedunt, mutilæq; ſunt cornibus, & crura ſine nodis, articulisq; habent, neq; quietis cauſa procumbunt: neq; ſi quo afflictæ caſu conciderunt, erigere ſeſe, aut ſubleuare poſſunt. His ſunt arbores pro cubilibus, ad eas ſeſe applicant: atq; ita paulum modò reclinatæ quietem capiunt, quarum ex ueſtigijs quum eſt animaduerſum à uenatoribus quò ſe recipere conſueuerint, omnes eo loco, aut à radicib. ſubruũt, aut abſcindũt arbores, tantũ ut ſumma ſpecies earũ ſtantiũ relinquatur. Huc quũ ſe conſuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atq; unà ipſæ cõcidunt. Plin. li. 8. ca. 15, Septentrio fert & equorũ greges ferorum, ſicut aſinorum Aſia & Africa: præterea alcen, ni proceritas auriũ & ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem.

Alceſte] ἀλκήστη, ſiue Alceſtis, filia fuit Peliæ Theſſalorũ regis: quæ perſuaſis à Medea ſororibus: ut Peliam patrẽ iugularent, ſola tantã impietatẽ abnuit. Hanc Iaſon mortuo Pelia nuptui dedit Admeto regi Theſſaliæ, ut teſtatur Diodorus Siculus li. 5. ca. 3, quæ pro uiri ſalute ſe morti tradidit. Nam rege ægrotante reſponſum fuit ab oraculo breui morituru, niſi quis amicorum pro eo morti ſe traderet. Quod quum omnes recuſarent, ipſa promptiſſimam ſe obtulit, cuius meminit Iuuenalis Satyr. 6. Vide Admetus.

Alceſte pagaſæa, à Pagaſa urbe Theſſaliæ. Ouidius libro 3. de Arte amandi, 4. (.22.3.

Alceſte Theſſala. Claudianus in laudibus Serenæ reginæ, Epig.

Alcetas] Tharypi filius, à quo in Pyrrhum uſque Achillis filium, quindecim uirorum generationes ſunt. Pauſanias in Attica.

Alcetas Macedo, propterea Chone denominatus eſt, ut inquit Polemon, quòd Choneori inſerta, infuſum continuè uinũ biberet. Steph. Niger in lib. de Nimio uitæ luxu.

Alcetes] Arymbæ filius, Aeacida fratre natu maior, Epirotarũ rex, ſed impotentis iracũdiæ uir, atq; idcircò à patre expulſus, quum in Epirotas quoq; ſæuire, ac furere inciperet, noctu conſpiratione facta, unà cum liberis de medio ſublatus eſt. Cui interfecto Epirotæ Pyrrhum Aeacidæ filium ſubſtituerunt. Pauſanias in Attica.

Alchidas] Rhodius, Cupidinẽ nudũ Praxitelis manu factũ adamauit, atq; in eo amoris ueſtigiũ reliquit. Pli. li. 36. ca. 5.

Alchione] ἀλχιόνη, mons Macedoniæ. Plinius libro quarto cap. 10.

Alchippe] Marſorum oppidum, lacu Fucino hauſtum, conditum à Marſya duce Lydorum. Plin. lib. 3. capite 12. Alij tamen Archippe ſcribunt.

Alchymia] Hac uoce Firmicus utitur 48. Vide Archimia.

Alcibiades] ἀλκιβιάδης, uir Athenienſis pulcherrimus, nobiliſſimus, & rei bellicæ peritiſſimus. Sed linguæ fuit balbutiẽtis, & proinde taxatus ab Ariſtophane comico illo uerſiculo, ὅλας θεὸς χλ& τὴν πρόλαλον πόλιν ἔχει. Author Plutarchus in Alcibiade.

Alcibiadis matri, Demarete nomen fuit. Plin. lib. 34. cap. 8.

Alcibiades famam apud Græcos in bibendo meruit. Plin. libro 34. cap. 22.

Alcibiadis Sileni, prouerb. Vide Silenus.

Alcibiadion] ἀλκιβιάδιον, altera ſpecies eſt anchuſæ. Dioſcor. lib. 4. cap. 23.

Alcibion] ἀλκίβιον, herba aduerſus ſerpentium morſus remedium habens. Plin. li. 27. ca. 5.

Alcida] alcidæ (ἀλκίδαι) fera ſtupenda, ex terra nata, plurimum ignis ex ore uomens, primùm in Phrygia apparuit, regionem quandam comburens, quæ hucuſq; exuſta Phrygia dicta eſt. Deinde ad montem Taurum tranſcendens, ſyluas continuas uſque ad Indos incendio uaſtauit. Poſtmodum per mare in Phœniciam reuerſa, ſyluas Libani incendit, perq; Aegyptum in Libyam profecta, ad loca peruenit occidua. Poſtremò ſyluis circa Ceraunia deſtructis, omniq; incenſa patria, quum homines partim flamma abſumpti eſſent, partim timore patriam imquentes ad remotiora diffugerent loca, Mineruam ferunt tum ſapientia, tum fortitudine, ac uiribus fretam, eam feram necaſſe, pellemq; pectori circundediſſe, tum ueſtitus tutelæq; corporis gratia, tum ad uirtutis partæq; gloriæ memoriam oſtendendam. At uerò Alcidæ mater Terra commota, deorum hoſtes, gigantes peperit: quos poſtmodum Iuppiter Mineruæ Dionyſijq; ac cæterorum deorum ope deleuit. Author Diod. Sic. li. 4. cap. ult.

Alcidamas]

Digitized by Google

Alcidamas] *pen.cor.Luctator insignis.Stat.10. Theb. 99.*

Alcidamas Eleates, *philosophus, scripsit de Musica, discipulus* Gorgiæ Leontini: *author Suidas.* Hũc *inter scriptores* Rhetoricæ *annumerat* Quintilianus *lib.3. cap.1, Meminit* Laertius *in* Protagora.

Alcidamus] *Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit, authore Cic.li.1.Tusc.quæst.188.*

Alcides] *penul.prod. (ἀλκείδης) Hercules dictus ab* Alcæo *auo, patre* Amphytrionis, *Seruio authore: Sane* Alciden, *inquit, uolunt quidam dictum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, à uirtute, quod non procedit: quia à prima ætate hoc nomen habuit ab* Alcæo *patre* Amphytrionis. *De quo* Charon *apud* Virgilium, *lib.* Aeneid. *6,*

Nec *uerò* Alciden *me sum lætatus euntem*
Accepisse *lacu, &c.*

Clarus Alcides. *Seneca.*

Alcides *clusus tempora hiatu* Cleonæo. *Id est, habens caput tectum pelle leonis* Cleonæi. Valeri. Flacc. Argonaut. *1.7, Tale est illud Senecæ in* Hercul. Oeth. Vallantq; *feri tempora dentes.*

Alcides deus. Seneca in Octauia, *4.22.*

Ferus Alcides. *Stat.8.Theba.11.*

Insanus Alcides. Oui. Epist. *9.27.*

Lætus Alcides. Vale. Flac. Argon. *li.3.95.*

Pius Alcides. *Stat.6.Thebai.2.*

Magnanimus Alcides. Luca. *lib.4.123.*

Magnus Alcides. Virg. *5.Aen.82.*

Alcides mortalis. Seneca in Hercul. Oeth. *15.10.*

Trux Alcides. Martial. *lib. 9.in Afrum.*

Alcimachus] *pictor nobilis. Plin. lib.35.ca. 11, Alcimachus pinxit* Dioxippum, *qui Pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod uocant aconiti) uicit: coniti* Nemea.

Alcimede] *penul.corr. Phylaci filia. Fuit & Alcimede uxor* Aesonis, *&* Iasonis *mater, ut tradit* Pherecides. Quanquam Homeri *enarrator Aesonem, ex* Polymila Iasonem *genuisse scribit.* Valer. Flac. *1.Argon.61.*

Alcimedes] *Poeta tragicus, Megarensis. Suidas.*

Alcimedon] *pen.cor. proprium nobilis artificis cælatoris, cuius meminit.* Virg. *eclog.3,*

—— *pocula ponam*
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.

Alcimenes] *ἀλκιμένης, Poeta tragicus, Megarensis Suidas.*

Alcimus] *Orator omnium qui in Græcia tum florebãt eminentißimus.* Diogenes Laert. *lib.2.in uita* Stilponis.

Alcimus Lydorum rex, præcipua insignis pietate ingenioq; mitißimo fuit. Proinde uniuerso eius tẽpore Lydis altißima contigit pacis tranquillitas, & diuitiæ affluentißimæ: & ita quidem, ut interpridè ageret unusquisq;, omnimoq; citra insidiarum ullum metum. Cælius li.10.ca.69.

Alcinous] *penult.cor. (ἀλκίνοος) Nausithoi filius, teste Homero li.7. Odyß. rex Phæacũ in Corcyra insula iustißimus, dicente* Orpheo *in* Argonau. — *πραπίνεσσι δικαιότατος ἔσκε βασιλήων. Fuitq; diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit* Virgil. *lib.2.Georgic. Pomaq;, & Alcinoi syluæ. Id est, arbores pomiferæ. Huius meminit* Ouid. *Metamorph. 12. &* Homerus *Odyssea. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, ut maturis fructibus noui statim succederent. Stat. lib.1. Sylu.3.17,*

Quid bifera Alcinoi *laudem pomaria? uosq;*
Qui nunquam uacui prodistis in æthera rami?

Iuuenal. Satyr.5. Meminit & Plin. lib.19.cap.4.

Fuit item Alcinous Philosophus Platonicus. qui epitomen composuit decretorum Platonis.

Alcinoi apologus. Dicitur de longis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogeniano, & Iulio Polluce li. 6, Sumptum ex Homeri *Odyssea, ubi Vlysses in conuiuio* Alcinoi Phæacum *regis, prodigiosas, ac deridiculas fabulas, & portẽtosa mendacia commemorat de* Lotophagis, Læstrigonibus, Circe, Cyclopibus, *atq; id genus alijs plurimis miraculis, fretus uidelicet* Phæacum *inscitia: ut sit* Alcinoi *apologus, ficta narratio apud* Alconium *habita. Hoc prouerbio usus est* Plato *de* Republica *lib. 10, Haud tibi sum narraturus* Alcinoi *apologum. Erasmus in Chiliad.*

Alcinous Corcyreus, *ab insula* Corcyra, *in qua regnauit.* Martialis *libro 8.*

Alcinous munificus. Ouid. *2.de Ponto, eleg.9. quòd Vlyssem hospitio susceperit.*

Alcion] *ἀλκίων, Medicus, de quo* Ioseph. *Antiquit. Iudaic. libro 19.cap.1.*

Alciphron] *ἀλκίφρων, Magnesius,* Alexandri temporibus, Philosophus. *Suidas.*

Alcippe] *ἀλκίππη Martis filia. De hac uide* Pausaniam *in Attica.*

Alcippe, mulier quæ elephantum peperit. Plinius libro septimo cap.3.

Alcippe, nomen est rusticæ mulieris proprium, cuius sæpè meminit Theocritus, *&* Virg. *eclog. 7.*

Alcippus] *ἀλκιππος, ciuis Lacedæmonius, is ex uxore* Democrita *duas suscepit filias. Is quum & optimè ciuitati consuleret, & ea ageret quæ è Republica esse intelligeret, corũ inuidiam in se concitauit, qui aduersas ei partes in* Republica *fouebãt. Quorum falsis sermonibus persuasi* Ephori, *uelle* Alcippum *leges dissoluere, exilio uirum multarunt. Itaq; exiuit ille* Sparta. Democrita *uerò uxor, quæ se uiro comitẽ unà cum filiabus præbere uellet, prohibita est. Quin & eius bona publicarunt: ne dos uirginibus superesset. Sed quũ nonnulli puellas sibi ob paternam uirtutem uxores postularent, senatusconsulto ab inimicis prohibiti sunt uxores illas accipere: quippe qui de ipsarum matre uotum dicerent auditum, ut sibi quam ocyßimè liberi ex filiabus orirentur, qui patrem uindicarent. Quum igitur undecunq; Democrita impugnaretur communem quandam totius populi celebritatẽ obseruauit, ad quam mos erat, ut unà cum uirginibus domesticisq; omnibus, atq; infantibus mulieres conuenirent. Quæ uerò ex nobilitate essent, seorsum ipsæ à cæteris in magno quodam Androne pernoctabant. Ibi illa gladio sub ueste accincta, comites secum filias educit, noctuq; in templũ proficiscitur: obseruatoq; tempore, quo omnes mysterio interforent, quum occlusæ fores essent, magnam lignorũ uim iuxta eas constipauit: quippe quæ ad manum præstoq; foret, ad sacrorum usum conuecta. Tum ignem immisit. Accurrentibus autem auxilio uiris, filias ipsa suas, tum sese ipsam Democrita gladio interfecit. Quapropter quum minimè haberent, in quos iram effunderent, extra fines corpora Democrita filiarumq; proijciunt. Quamobrem irato deo, ingens ille traditur Lacedæmone terræmotus extitisse. Plutarch. in Narrationibus amatorijs.*

Alcisthene] *Pictricis nomen apud Plin lib.35.cap.11.*

Alcisthenes] *Sybarita, præ delicijs uestem huiusmodi Reip. composuit, ut proposita in* Lacinio, *quo uniuersa Italia concurrebat, maximè omnium quæ proposita sunt, admirationi cunctis fuerit: quàm* Dionysius *prius assecutus,* Carthaginensibus *centum & uiginti talentis uendidit, ut* Aristoteles *tradit.* Stephanus Niger *in lib.de* Nimio uitæ luxu.

Alcithoe] *pen.cor. (ἀλκιθόη) mulier* Thebana, Minei *filia, quæ* Bacchum *esse Iouis filium negabat: alijsq; Thebanis mulieribus sacra* Bacchi *celebrantibus, lanificio unà cum sororibus & ancillis operam dabat. Ira itaq; Bacchi earum te-*

la in

Digitized by Google

la in hederam & uitem mutata, domoq́; incensa, ipsæ in uespertiliones sunt conuersæ. Oui. 4. Metam. 1.

Alcmæon] ἀλκμαίων, *Amphiarai uatis, et Eriphyles fuit filius. Huic Amphiaraus ad bellum Thebanũ proficiscì coactus, nequitiam Eriphyles in se aperuit, eiq́; futuræ mortis suæ uindictam reliquit: qui defuncto patre memor præcepti, ut in patrem pietatem seruaret, impius in matrem factus est, eamq́; necauit. Ex Boccatio. Huic fabulæ à cæteris additur. Quum postea ob matris cædem Alcmæon furijs agitaretur, uenisse eum ad fluuium Phlegeum, à quo lustratus est, & quum filiam eiusdem Alphesibœam amasset, donato illi monili, quod matris Eriphyles fuerat, uxorem illam duxisse. Cæterùm, quum aliquando ad Acheloum fluuium post ea tempora fortè uenisset, placuissetq́; ipsi Callirhoe Acheloi filia, monile quod superiori coniugi dederat, etiam huic nuptiarum spe pollicitum esse. Ad quod repetendum quũ proficiscereiur, à fratrib. Alphesibœæ, Themone, & Axione occisum esse: qui tamen & ipsi ab eodem mutuis uulneribus petiti perierunt. Vel, ut Ouid. lib. 9. Metam. 84, uidetur sentire, à filijs Callirhoes, quos Iupiter natos statim deos fecerat, in ultionem patris occisi sunt.*

Amphiaraides Alcmæon, Amphiarai filius. Oui. 2. Fast. 9.

Amphilochi frater Alcmæon. Oui. 2. de Reme. amoris, 12.

Crudelis Alcmæon. Virg. 6. Aen. 89.

Alcmæon *Crotoniates, Pirithi filius, Pythagoræ auditor, plurimum tamen in medicina uersatus, uidetur primus de naturæ ratione scripsisse, ut Phauorinus in omnimoda tradit historia. Animam dixit immortalem, moueriq́; modo Solis. Diogenes Laertius lib. 8.*

Alcman] ἀλκμὰν, *poeta Lyricus Laconicus siue Messenius, Damante patre genitus circa Olymp. 27, inuentor amatorij carminis, scripsit lingua Dorica. Author Suidas. Is morbo pediculari periit, ut scribit Aelianus: qui & eum dicit fuisse Agesidis seruum, sed propter ingenium libertate donatum. Quod autem ad morbum pedicularem attinet, testatur & Plin. lib. 11. ca. 33 uide Diodorum Siculum, li. 5. ca. 6.*

Alcmanes] *Lege* Alcamenes.

Alcmena] ἀλκμήνη, *penult. pro. Electrionis filia, & Amphitryonis uxor, ex qua Iupiter genuit Herculem. Ouidius 9. Metam. 5.*

Alcmene Argolis. Id est, Alcmena Argiua. Oui. 9. Metam. 63.

Alcmena genitrix Alcidæ. Silius Ital. lib. 8.

Alcmena mater Herculea. Statius lib. 10. Thebai.

Alcomenæ] ἀλκόμεναι, *Ithacæ insulæ ciuitas est, à qua Vlysses Alcomeneus à poetis appellatur. Stephan.*

Alcon] *nomen uiri proprium. Stat. lib. 17. Theb. 112,*

——sequitur Sicanius Alcon.

Alcon, faber argentarius, à patria Myleus cognominatus. Ouidius lib. 13. Metamorph. 137, De cratere, quem Anius rex, Deis dedit Aeneæ.

Alcon (ἄλκων) *Cretensis sagittarius, cuius quum filium draco mutasset, tanta arte direxit sagittam, ut ea currens in serpentis deficeret uulnere, nec trãsiret in filium. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij eclog. 5. 2,*

Aut Alcyonis habes laudes, aut iurgia Codri.

Alcon *Saguntinus, in conciis Sagantinis qui tum obsidione premebantur, precibus aliquid moturum seratus, quum ad Annibalem noctu transijsset, posi quam nihil lacrymæ mouebant, conditionesq́; tristes, ut ab irato uictore ferebantur, transfuga ex oratore factus apud hostem mansit, moriturum affirmans qui sub conditionibus his de pace ageret. Liuius 3. Decad. lib. 1.*

Alcyone] ἀλκυόνη, *Atlantis filia ex Pleione, ut scribit Boccatius de Genealogia Deorum, li. 4.*

Alcyone uxor Ceycis. Vide Halcyon.

Alcyoneus] ἀλκυονεύς, *Antigoni filius, Diogeni Laertio lib. 4. in Archesilao, & lib. 7. in Zenone Cittico.*

Alcyoneus, Gygæ fuisse tradutur, frater Porphyrionis, ab Hercule confossus. Suidas.

Alcyonium] ἀλκυόνιον. *Plin lib. 32. cap. 8, Fit in mari (inquit) ex nidis, ut aliqui existimant, alcyonum & Caycum: alij ex sordibus spumarum crassescentibus: alij, è limo, uel quadam maris lanugine.*

Alea] *aleæ (πεττεία, πεσσεία, κυβεία) Est omnis ludus magna ex parte in fortunæ uarietate consistens, sed propriè dicitur de tesseris. Plin. lib. 14. cap. 22, Alius quantum alea quæsierit, tantũ bibit. Cice. in Cat. 32, Quod si in uino & alea comessationes solum, & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi. Martialis de Nucibus:*

Alea parua nuces, & non damnosa uidetur,
Sæpè tamen pueris abstulit illa nates.

Alea pro fortuna. Liuius, Nec tam celerem aleam uniuersi certaminis cernens. Cic. 2. de Diuin. 53, Non perspicitis aleam quandam inesse hostijs deligendis.

Alea non modò pro fortuna: sed etiam pro dubitatione, & periculo ponitur. Plin. in præfatione lib. 1, Vtitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenij aleam positus. Hoc est, extra omnem dubitationem, & extra omne periculum, ut aliquis ei ingenio præferatur. Varro 1. de re Rust. cap. 4. 2, Quare si salubritas non est, cultura non aliud est, quàm alea domini uitæ, ac rei familiaris. Colum. in præfat. lib. 1, Maris & negotiationis alea.

Aleã Palamedes in castris Græcorum contra Troianos reperit, dum ocia miles ageret, ut Author est Philost. in Hercicis. Volater. lib. 29. Philolog. Cælius tamen lib. 2. cap. 14, & aleæ, & tesserarũ, & pilæ lusum Lydijs inuentionẽ tribuit.

Alea fati, id est, periculum & casus incertus. Lucan. lib. 6. 2.

Alearum ludo similem esse uitam humanam dixit Plato, teste Plutarcho. Ad quod respexisse uidetur Terentius in Adelphis, uitam hominum perinde dicens esse, quasi quum ludas tesseris: ut quod tactu non cecidit, id arte ut corrigas.

Blanda alea. Oui. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.

Damnosa alea. Mart. li. 14. de Nucibus. Iuuen. Saty. 14. 1.

Fallax alea. Oui. 4. de Ponto, eleg. 2. 9.

Festiua & honesta alea lusitare. Gell. lib. 18. cap. 13.

Alea pernox, in qua auiditate lucri pernoctatur. Iuuenalis Satyra 8. 2.

Præceps alea. Hora. li. 1. epist. 19. 5

Turpis alea Iuuenalis Satyr. 11.

Vetita legibus alea. Hora. 3. Carm. 24. 12.

Periculosa alea. Horat. 2. Carm. 1. 2.

Aleam adire. Seneca de Ben. lib. 3. cap. 11, Itaq; ut æquiore animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit.

Alea decoquit. Persius Satyr.

Hic campo indulget, hunc alea decoquit.

Aleam emere, hoc est, incertum rerum euentum, quod fit quum captus piscium, uel auium, uel missilium emitur. Pomp. in lege Nec emptio. De contrah. empt. & uend. Pandect. lib. 18. & Paul. in lege Quum hæreditatem, de Hæred. uel act. uend. libro eodem.

Aleam iacere. Est rem periclitari, fortunæq́; arbitrio committere: siquidem alea, fortunæ ludus est magis, quàm artis. Erasmus.

Aleam sequi. Varro: Sequentes aleam, non rationem. Id est, euentus ancipitis expectationem.

Ire in dubiam seruitij imperijq́; aleam, Liui. 1. ab Vrbe 96, Id est, anceps fortuna est, dubiusq́; euentus, utrum dominaturi, an seruituri simus.

Aleator,

Digitized by Google

Aleator, pen. prod. (κυβευτὴς) denominatiuum ab alea, qui ludum aleæ, quasi artem quandam exercet. Cic. in Catil. 42, In his gregibus omnes aleatores, &c. Idem 2. Philipp. 77, Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleatorius, adiectiuum (κυβευτικὸς) quod ad aleam pertinet. Cic. 2. Philipp. 77, Suggerebantur etiam sæpe, non enim semper iste felix, damna aleatoria.

Aleatorium forum, apud Suetonium in Augusto, cap. 71, Lusimus per omnes dies, forumq; aleatorium calfecimus. Verba sunt Augusti.

Ritus aleatorius, apud Gellium li. 18. cap. 13.

Aleo, aleonis, m. g. Idem quod aleator, teste Festo, Nenio, & Pub. Mimographo.

Alea] ἀλέα, Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. Plin. lib. 4. cap. 6. & Stephan. Item Minervæ cognomen, quæ circa hanc urbem colebatur, ut uidere est apud Herodot. lib. 1. Verùm hîc primam corripit, quàm aliàs producit. Papinius in Syluis,

Aut alea lucis uidit Tegæa sacerdos.

Alebas] Alebæ, pen. prod. (ἀλήβας) nomen proprium uiri, qui apud Lariſſam Theſſaliæ urbem crudeliſſimè regnans, ſatellites adhibuit, à quibus tandem eſt interfectus. Ouidius in Ibin 66,

Quosq; putas fidos, ut Lariſſæus Alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo.

Alebecerij] Galliæ Narbonenſis populi. Plin. li. 3. cap. 4.

Alebria] Veteres dixerunt, pro bene olentibus. Feſtus.

Alec] Vide Halec. Vide etiam Mena piſcis.

Alecto] ἀληκτὼ, una eſt ex tribus furijs. Tres enim à poetis deſcribuntur, Alecto, Megæra, & Tiſiphone. Porrò Furiæ dicuntur à poetis filiæ Acherontis, & Noctis, ut notant Virgilij interpretes. Orpheus in hymnis canit eas eſſe Plutonis & Proſerpinæ filias. Alecto ἀληκτὼ, interpretatur irrequieta, non deſinēs: ab α priuatiua particula, & λήγω quieſco, deſino, ceſſo: quòd nullum ſcelus multum prætereat.

Alectus alæ ſtridentes anguibus. Vir. 7. Aen. 113.

Alectus alæ Stygiæ. Virg. 7. Aen. 96. Idem eas appellat fuſcas, libro eodem, 82.

Alectus oculi flammei. Virg. 7. Aen. 90.

Alectus os rabidum. Virg. 7. Aen. 91.

Alectus uox rabida. Claud. li. 1. in Ruffinum, 9.

Alecto facie torua, & membris furialib. Virg. 7. Aen. 83.

Atra Alecto. Virg. 7. Aen. 66.

Sata Nocte Alecto. Id eſt, Noctis filia. Virg. 7. Aen. 66.

Atrox Alecto. Clau. lib. 1. in Ruffinum, 5.

Cocytia Alecto. Virg. 7. Aen. 96.

Dea Alecto. Virg. 7. Aen. 70.

Erinnys Alecto. Virg. 7. Aen. 90.

Infecta uenenis Alecto. Virg. 7. Aen. 69.

Inuiſa Alecto. Clau. li. 1. de Raptu Proſerp. 56.

Luctifica Alecto. Virg. 7. Aen. 65.

Sæua Alecto. Virg. 7. Aen. 103.

Torquata colubris Alecto. Oui. 2. epiſt. 24.

Triſtis Alecto. Virg. 7. Aen. 82.

Alecto cincta facibus atris. Claud. li. 1. in Ruffinum, 10.

Alecto mugit cruentum. Clau. li. 1. in Ruffin. 14.

Alector] ἀλέκτωρ, Filius Anaxagoræ, Iphin genuit & Capaneum, qui fuit unus ex ſeptem ducib. Arginorum apud Thebas. Volaterr.

Alectoria] huius alectoriæ, Lapis qui in uentriculo galli inuenitur. Gallus enim, ἀλέκτωρ, dicitur. Plin. libr. 37. cap. 10. 5, Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotonienſem uſum in certaminibus, inuictum fuiſſe uideri uolunt.

Alectorolophos] ἀλεκτορόλοφος, herba eſt tußientibus utilis, foliis galli gallinacei criſtæ ſimilibus, caulem tenuem, ſemenq; nigrum in ſiliquis habens. Latinis criſta dicitur, teſte Plinio, lib. 27. cap. 5. Alij Alectorolophen uocant.

Alectryon] ἀλεκτρυὼν, adoleſcens fuit, qui ob negligentiam ſuam in cuſtodiendo adulterio Martis cum Venere, ab ipſo Marte in auem ſui nominis transformatus eſt. Lucian. in Micyllo.

Alecula] Vide Halecula.

Alegenor] Vnus fuit filiorum Boethi: quatuor enim fuerūt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teſte Diodo. libro 5.

Aleius campus] ἀλήϊον πεδίον, Strabo prope Mallum & Magarſa conſtituit. Meminit & Plinius in Ciliciæ ſitu. Mentionem facit in Bellerophontis fabella Homerus. Expoſuit Euſtathius, & ab errore quidem nuncupatos interpretatur, quia ἀλᾶσθαι, Græcorum lingua, errare ſit: quoniam per eos aberraret primùm excuſſus Pegaſo Bellerophōtes. Sunt qui campos uacuos Latinè ſint interpretati. Nec deſunt ex Græcis, qui Aleios dici campos putent, nō ab errore, ſed ab oppido quod Alæ nuncuparetur: additq;, inter Pinarum & Cydnum amnes collocari. Celius li. 9. ca. 47.

Alemanni] ἀλεμάννοι, ſunt Germani, dicti à Manno Teutonis dei filio, uel ab Alemanno fluuio.

Alemannos non à Lemano lacu, aut ab Alemanno fluuio dictos, putat Quadratus rerum Germanicarum ſcriptor apud Agathium: ſed quòd pleriq; Germaniarum populi in unum coierint. Siquidem Al Germanica lingua id ſignificat quod Omnis: Man uerò, id quod homo, ut dicti ſint Almanni, quaſi omnis generis hominum colluuio & confuſanea permiſtio. Alij ſic dictos putant, quòd toti uiri eſſent, & bellatores fortiſſimi.

Alemanni, teſte Aſinio uiro Italico, qui res Germanorum diligenter perſcripſit, in Germania genus aduētitium eſt ex uaria colluuie gentium: quod ſanè nomen indicat ἀλέμανοι, id eſt, errare. Hos Theodoricus Gothorum rex tributarios imperio fecit: deinde in Francorum uenēre poteſtatem, ut tradit Agathias Græcus author. Volaterr. li. 7. Geogra.

Alemanni aliter uocantur Teutones, Teutoni, à Teutone deo, quem uenerabantur. Lucan. li. 6,

Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis. Germani porrò dicuntur, quòd uicini ſint Belgis. Item & Germanici, ut tradit Suetonius in Auguſto: ut tamen in quibuſdam Pannonicis & Germanicis, aut interueniret, aut non longè abeſſet. Rhenicolæ dicuntur quòd habitent ad Rhenum fluuium.

Alemannia (ἀλεμαννία) regia Alemannorum. Claud. 7. Pane. 90, Imploratq; tuum ſupplex Alemannia nomen.

Alemannus] fluuius apud Ryſios, originem à Rubro caſtro (Rotenburg) trahens. Hic ad Kelheim oppidum ingitur Danubio. Vulgò Altmola, uel Altmyl appellatur. Calep.

Alemuſij] Atticæ populi, apud quos eſt Cereris legiferæ & Proſerpinæ templum. Pauſan. in Attic.

Aleo] aleonis. Vide Alea.

Aleon] Fluuius. Plin. lib. 5. cap. 29.

Aleopetra] Inſula in Mæotide. Calepin.

Aleos] Amnis eſt Erythris urbe Græciæ inter Megaram & Thebas, qui pilos gignit. Plin. lib. 31. cap. 2.

Aleria] Corſicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plinius lib. 3. cap. 6.

Ales]

Ales] alitis, pen. cor. absolutè positum (ὄρνις, ὄρνιθος). Auis dicta ab alarum magnitudine. Sunt enim alites propriè maiores aues, ut gallinæ, anseres, cornices, corui, grues. Plin. lib. 10. cap. 19, Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines & alites. Illarum generi cantus oris: his magnitudo differentiam dedit. Hoc nomen propriè fœminimum est. Martial.

Alitis eximiæ cauda superba fuit. Id est, pauonis. Sic ubiq; Plin. quantum quidem obseruare potui. Poeticè tamen & in masculino legitur. Virg. Aen. 12. 50,

Namq; uolans rubra fuluus Iouis ales in æthra. Id est, Aquila.

Alituum, genitiuus pluralis per epenthesim, pro alitũ. Vir. li. 11, Alituum, pecudumq; genus sopor altus habebat.

Ales & auis. Cic. 1. de Diuin. 195, Eademq; efficit in auibus diuina mens, ut tum huc, tum illuc uolent alites. Idem 2. de Nat. deo. 239, Aues quasdam, & alites, & oscines, ut nostri Augures appellant.

Palladis ales, pro Noctua. Oui. 2. Fast. 18.

Pandionis ales, Ouid. ad Pisonem 16. Hirundinem intelligit, aut Luscimiam. Progne siquidem & Philomela filiæ fuerunt Pandionis.

Phasidis ales, pro Phasiano. Stat. lib. 4. Sylu. 6. 2.

Cyllenius ales, pro Mercurio. Clau. li. 1. de Rapt. Proserp. 16.

Cythereia ales, pro Columba. Sil. Ital. lib. 3. 138. Est enim Veneri dicata.

Daulias ales, pro Philomela siue Luscinia, à Daulide oppido. Seneca in Hercul. Oeth. 3. 4.

Phœbeius ales, pro Coruo. Oui. 2. Metam. 109.

Tegeaticus ales, pro Mercurio. Stat. li. 5. Sylu. 1. 21.

Titanius ales, pro Phœnice. Clau. Epigram. 3. 2.

Argentea ales, id est, alba. Oui. 2. Metam. 108.

Ales auida, pro Vulture iecur Tityi iugiter exedente. Seneca in Herc. fur. 13. 14. & in Agamem. 1. 4.

Canorus ales, pro Cygno. Hora. 2. Carm. 20. 3.

Cristatus ales, pro Gallo. Oui. 1. Fast. 91.

Flammiger ales, pro Aquila, quæ Iouis fulminibus seruit, ut exponit Lactantius. Stat. 8. Theb. 131.

Fuluus ales Iouis, pro Aquila. Virg. 12. Aen. 50.

Impiger ales, pro Mercurio. Stat. 1. Thebai. 59.

Interritus ales. Sil. Ital. 5. 18.

Longæua ales, pro Phœnice. Clau. de Rapt. Proserp. li. 2. 17.

Lugubris ales, pro malo & infelici auspicio, ut interpretatur Acron. Horat. 3. Carm. 3. 13.

Mala ales, pro malo auspicio, ut exponunt Acron & Porphy. Horat. Epod. 10. 1.

Matutinæ aues. Proper. li. 1. eleg. 15. 10.

Miserabilis ales. Oui. 11. Metam. 147.

Occinentes alites. Catul. epig 22. 1.

Potiore alite aliquid facere, id est, meliori auspicio. Horat. 4. Carm. 6. 5.

Regia ales, pro Aquila. Ouid. 4. Metam. 73.

Sæua ales. Senec. in Oedipo, 12. 3.

Secunda alite aliquid facere, id est, prospero auspicio, ut interpretatur Porphyrio. Hor. Epo. 16. 5.

Secundis alitibus procedere, id est, felici & prospero auspicio. Claud. Panegyr. 6. 2.

Vasta ales, pro Struthiocamelo. Clau. in Eutropium, li. 2. 62.

Delata pennis ales in aliquem locum. Lucr. li. 6. 165.

Lapsa ales ab æere, pro aue deorsum uolante. Virg 1. Aen. 80.

Ales, adiectiuum omnis generis (ὠκύς) ponitur à Poetis pro ueloci. Sillius, Alite uectus equo. Virg. 8. Aen.

——ignis & alitis austri.

Ales, item adiectiuè positum pro alatus, id est, alas habens. Cicer. 1. de Inuent. 36, Angues ingentes, alites, iuncti iugo, poeticum est.

Ales auis. Cic. 2. de Nat. deo. 165.

Currus ales. Senec. in Medea, ad finem.

Deus ales, pro Mercurio.

Equus ales. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 11. 5, pro Pegaso equo alato.

Passus ales, Velox. Oui. 10. Metam. 117,

——passu uolat alite uirgo.

Pegasus ales. Hora. 4. Carm. 11. 6.

Planta ales. Hoc est, uelox. Sil. Ital. lib. 4. 68.

Plumbum ales, pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem. Sil. Ital. lib. 3. 74.

Alesa] Ciuitas est Siciliæ, Ptolemæo. Hinc Alesinus, a, um. Cicero in Epistol. fam. In Alesina urbe, &c. Vide & Strabo. libro 6.

Alesa item oppidum est Ciliciæ, Straboni lib. 40.

Alesco] alescis (πλησθύνομαι) alescere, antiquum uerbum, ab alo, alis, idem quod nutricari, crescere. Vnde fit Coalescere, usitatum uerbum, pro concrescere. Varro 1. de re Rust. cap. 44. 3, Quæ nata sunt, inquit, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Ibidem, cap. 2. 5, Quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut metiri possit? Idem lib. 2. cap. 4. 17, Quòd neq; mater sola potest sufferre lac, neque congenerati alescendo roborari.

Alescendi cacumen tangere. Lucr. li. 2. 227.

Alesium] Est, quod nunc Alesiæum uocant, locus ad Amphilochidem proximus, in qua omnib. mensibus accolæ forum congregant. Iacet autem in uia montana, qua ex Elide ad Olympiam commeatur. Prioribus autem seculis agri Pisæi ciuitas fuit, aliàs alio modo uariatis locorum terminis propter Imperatorum permutationes. Volater. li. 9. Geogra.

Alesium, oppidum Peloponnesi, ab Alesio filio Silleantis, uinius è procis Hippodamiæ. Est & Alesius campus in Epiro, & mare Alesium, & promontorium, & fluuius.

Alesios] ἀλήσιος, oppidum Elidis, Stephano.

Alesius] Mons Arcadiæ prope Mantineam, sic ab errore Rheæ nuncupatus. Pausanias apud Cælium, lib. 9. cap. 47.

Alesus] pen. pro. nomen uiri proprium. Vide Alesium.

Aletium] oppidum Salentinorum in Italia, authore Ptolemæo, & Plin. lib. 3. cap. 11.

Aletini, Salentinorum populi, Pli. li. 3. ca. 11.

Aletrinates] Italiæ populi. Plin. lib. 3. cap. 5. Aletrini, apud eundem li. 3. ca. 11.

Aletudo] pen. prod. Corporis pinguedo. Author Festus, uerbale ab alendo, sed obsoletum.

Alethes] penul product. nomen fuit proprium uiri Troiani. Virg. Aeneid. 1,

——& qua grandæuus Alethes.

Aletides] ἀλητίδες, Sacrificia quædam Athenienſium, pro Icaro & Erigone, quæ oscillis agebantur. Hyginus.

Aleu] Insulæ nomen in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 28.

Aleuron] ri, n. g. Farina, propriè tritici: Alphiten uerò, hordei. hinc Aleurites panis, apud Ruelli. libro secundo, capite 14.

Aleus] Alphidantis filius, qui Mineruæ templum condidit apud Tegeam Arcadiæ urbem, authore Pausania.

Aleus adiectiuum (ἀλσύς) ut Alea Minerua. Statius quarto Theb. 58.

Alex] alecis, pen. longa. f. g. sine plurali, Genus est liquaminis, quod Plinius muriæ uitium appellat, lib. 31. cap. 8. 2.

Alex (ἄλεξ) fluuius Rhegium agrum à Locrensi distermi nans, per uallem profundam cursum habet. Strabo lib. 6. apud quem scribitur Alex, alecis: apud Theocritum uerò Ales,

Digitized by Google

les, aletis. Hic fluuius Plinio Carcinas appellatur: Pausaniæ & Aeliano Cecinus. Volaterra.

Alexamenus] Aetolus, Nabidis tyranni Lacedæmonij interfector, mox ab Lacedæmonijs ipsis in regia obtruncatus. Liu. 4. Decadis lib. 5.

Alexander] Molossorum rex Tarentinis, à quibus inuocatus fuerat, infensus, publicum Græcorum conuentum tractus illius, eorum compulsus odio, ad Thuriorum agrum traducere conatus est, cum in Herculea Tarentinæ Telluris æde celebrari mos esset. Strabo lib. 6.

Alexander Aphrodiseus (ἀλέξανδρος ἀφροδισεύς) sub Seuero & Antonio philosophiam professus, primus omnium Aristotelem aneta uiris doctis magis laudatum, quàm intellectum, commentarijs enarrauit: è cuius schola uiri docti emanarũt, Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus. Olympiodorus, Aristotelis omnes cõmentatores. Volater.

Alexãder Aetolus, poeta egregius, in libro qui inscribitur Musæ, refert quanto studio populus Ephesius dedicato templo Dianæ curauerit præmijs præpositis, ut qui tunc erant poetæ ingeniosissimi, in deam carmina diuersa componerent. Macrob. Saturn. li. 5. cap. 22.

Alexander Aetolus, ex ciuitate Pleuronis, poeta Tragicus inter septem cõnumeratus eorũ, qui cognominati sunt Pleias. Suidas & Volater. Eius meminit & Strabo lib. 14.

Alexãder Ephesius, qui Lychnus est cognominatus, orator magnus est habitus, & in Republica uersatus, & historiam scripsit, & carmina, in quibus de cælestibus tractat, & terras contimentes describit. Author Strabo lib. 14.

Alexander Grammaticus, Asclepiadæ filius, ex Cotiæo Phrygiæ oppido, de uaria historia siue materia uiginti quatuor scripsit uolumina, peritissimus ætatis suæ uir. Hermolaus in Plin. li. 5. cap. ult.

Alexander è Seleucia Ciliciæ, magister epistolarum Græcarum M. Antonini principis, Herodis æqualis, docuit Romæ & Athenis, cognominatus πυλοπλάτωρ. Volater.

Alexander Magnus (ἀλέξανδρος ὁ μέγας) Philippi Macedonum regis & Olympiadis filius, forma fuit supra hominem augustiore, ceruice celsa, lætis oculis, & illustribus, malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis lineamentis non sine maiestate quadã decorus. Peragrauit orbem, rectoribus Aristotele & Callisthene usus. Subegit Asiam, Armeniam, Iberniã, Albaniã, Cappadociã, Syriam, Aegyptũ. Taurũ, Caucasumq; montes transgressus est. Bactros domuit: Medis, & Persis imperauit. Cœpit Indiam, emensus omnia ad quæ Liber & Hercules accesserant. Victor omnium, uino & ira uictus, morbo uiolentiæ apud Babylonem exemptus est. Solinus cap. 14. Eius gesta multi præter Plutarchum apud Græcos scripsere: apud Latinos Quint. Curtius.

Alexandri ferula quid sit, docet his uerbis Strabo lib. 13,

Alexãder Homeri studiosus fuit: unde etiam Homericæ poeseos emendatio quædam fertur, quæ ex Alexandri ferula dicitur cum Calisthene & Anaparcho. Is enim quædam adnotauit, quæ postea in ferulam coniecit quam in Persica gaza inuenerat sumptuosè instructam.

Eandem sententiam habet Plin. lib. 7. cap. 37. & Cicero ad Luceium, lib. 5. 12. 23.

Fortis Alexander. Hora. lib. 2. epist. 1. 49.

Magnus Alexander. Hora. lib. 2. epist. 1. 47.

Alexander Milesius Polyhistor cognominatus, libertus Cornel. Lentuli, Grammaticus, Romæ docuit. Syllæ temporibus extinctus est ex incendio domus apud Laurentes. Suidas & Volaterranus.

Alexander Pheræus in Thessalia tyrannidem apud Pheræos exercuit. De hoc Cicer. lib. 2. Offic. 34, Quid Alexandrum, inquit, Pheræum quo animo uixisse arbitramur? qui quum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum ueniens, barbarum, & eum quidem compunctum notis Threcijs, districto gladio iubebat antetire: præmittebatq; de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & nequod in uestimentis telum occcultaretur, exquirerent. O miserum, qui fideliorem & barbarum & stigmaticum putaret, quàm coniugem. Nec eum fefellit opinio, ab ea enim est ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Rursum 1. de Diuin. 94. Oui. quoq; in Ibin 65,

Inque tuo thalamo iugulaberis more Pherei,
Qui datus est leto coniugis ense suæ.

Meminit & Valerius Maximus, li. 9. cap. 14.

Alexandra, quæ & Cassandra dicta est, Priami filia, ac uates. Eius nomine Lycophronis inscribitur poema de Alexandro Paride. Volaterr.

Alexandra, Alexandri Iudæorum regis uxor, cui uir moriens administrationem regni reliquit. Egesippus, lib. 1. capite 12. de Excidio Hierosolym.

Alexandria, penul. prod. (ἀλέξανδρεια) nomen est trium urbium ab Alexandro Macedone conditarum. Siquidem una est in Aegypto, ad ostium Nili sita, quod à nonnullis Canopicum dicitur, ut scribit Solinus ca. 45, Hanc describit ampliſsimè Strabo lib. 17. Arrianus, lib. 3. Ammianus, lib. 22. Curtius, lib. 5. Plin. lib. 5. cap. 10. Aliam eodem nomine condidit idem rex in Asia, aliam item in Scythia super Tanain. Dicitur item Alexandrea, è producta. Propertius, lib. 3. eleg. 11. 7,

Noxia Alexandrea, dolis aptissima tellus. Sic Horat. 4. Carm. 14. 7. Est præterea Alexandria urbs Liguriæ ab Alexandro Pontifice condita.

Alexandria Aegypti, hodie Scanderia uulgò dicitur à Turcis.

Alexandria, urbs Troadis, Romanorum colonia, olim Troas Antigonia dicta. Plin. lib. 5 cap. 30.

Alexandria, penult. prod. nomen est agonis. Strabo lib. 14, Chalcidibus lucus imminet, Alexandro Philippi filio dicatus. Hoc in loco certamen Alexandria nuncupatum, ab uniuersa Ionia celebratur.

Alexandrinus, adiectiuum (ἀλεξανδρεύς) Quintil. lib. 1. cap. 2. 7, Ne Alexandrinis quidem delicijs uerba permittenda risu & osculo excipimus.

Alexandrium] ἀλεξάνδριον, Iudææ oppidum apud Iosephum, lib. 14. Antiq. Iud. cap. 6. Meminit & Strabo lib. 16. uulgò Alexandrin.

Alexandropolis, pen. cor. Parthorum ciuitas, sic dicta ab Alexandro Magno conditore, ut author est Plin. li. 6. cap. 25.

Alexia] Ptolemæo Rigiacum (ῥηγίακον) Alexiam appellat Diodorus Siculus, lib. 5. ab Hercule conditam totius Celticæ metropolim, uulgò hodie hæc ciuitas uocatur in Burgundia, Laussois. Eam Cæsar longa obsidione oppugnauit. bel. Gall. lib. 7.

Alexicacus] ἀλεξίκακος, In malis adiutor, defensor, malorum auersor ac depulsor, hominum defensor. Epitheton Herculis & Apollinis. Pausanias in Attica, Alexicaci Apollinis simulacrũ effinxit Calamis. Id deo nomen inditum aiũt, quòd pestilentia, quũ bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito, populum liberauit.

Alexicaci dæmones à ueteribus dicebantur, qui noxas & diras arcere amoliriq; existimabantur, qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lysij quoq;, & Phyxij appellabantur. Bud. & Cælius, lib. 1. cap. 32.

Alexio, onis] Medicus, Ciceroni familiaris. Cicer. lib. 1. ad Attic. 15. Epist.

Alexipharmacon] Alexipharmaci, penult. corre. neu. ge. (ἀλεξιφάρμακ-

Digitized by Google

(ἀλεξιφάρμακον) est genus pharmaci: quod nomen interpretari potest Auxiliare medicamentum, siue Remedium cum auxilio. Plin. lib. 21. cap. 20.9, Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod alexipharmacon uocant.

Alexis] Asinij Pollionis seruus, sic dictus quasi sine responsione ac superbus, quem Virgilius rogatus ad prandiū, quū uidisset in ministerio omnium pulcherrimū, dilexit, cumq; dono accepit. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij:

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

Alexis, statuarius nobilis, Polycleti discipulus. Pli. li. 34. cap. 8.

Alexis, amanuensis Attici. Cic. ad Atticum lib. 7. epistō. 122.3. Et lib. 16. epist. 339.1. Iterum lib. 7. epist. 127.9.

Alexis Thurius (ἄλεξις θύριος) Qui prius Sybaris dicebatur, poeta Comicus ante Menandrum. Suidas. Gell. libro 2. capite 23.

Alfenus] Vide Alphenus.

Alga] algæ (φύκος θαλάσσιον) Herba quæ nascitur in aquis marinis. Plin. Littus non arenosum, sed alga & fluuiorum sordibus plenum. Hora. 2. Serm. 5.2,

Et genus & uirtus, nisi cum re uilior alga est, Sic Virgil. 7. Eclo. 9.

Alga inutilis. Horat. 3. Carm. 17.2.

Alga marina. Palladius.

Alga mollis. Vale. Flac. lib. 1. Argon. 51.

Rubra alga. Claud. epig. 4. de Magnete.

Viridis alga. Claud. in Ruffinum, li. 1. uers. ult.

Algensis & hoc algense. Pli. lib. 9. cap. 27, Lutenses & algenses purpuræ, quæ in limo & alga enutriuntur.

Algosus, pen. prod. (φυκώδης) Denominatiuum ab alga. Pli. lib. 32 cap. 9.3, Purgant & myaces, quorum natura tota in hoc loco dicetur. Aceruantur muricum modo, uiuuntq; in algosis. Hoc est, in locis alga abundantibus.

Algeo] alges, alsi (κρυμόω) algere, idem quod frigere. Videtur tamen esse frigere uehementius. Festus: Algeo ex Græco ἀλγέω dicitur, id est, doleo: ut sit frigus dolor quidam membrorum rigore concretus. Cic. 2. de Orat. 158, Sapiens si algebis, tremes. Idem 2. Tusc. 59, Itemq; Lycurgi laboribus eruditi iuuentutem uenando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Hor. in Arte poet. 83,

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit & alsit. Iuuenal.

Probitas laudatur & alget. Hoc est, Friget uirtus, quia pauci eam exercent.

Algentes (κρυμοῦντες) pruinæ. Stat. 3. Theb. 93.

Algidus, penult. correp. adiectiuum (κρυμοῦντες, κρυόεις) Frigidus. Catul. epigram. 58. de Berecynthia & Athy. 14. nisi uem uocat algidam.

Alsius (κρυωδέστερον) Comparatiuum ab Alsius, unde & Alsiosus. Cic. ad Att. lib. 4. epist. 77.2, Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. epistō. 17.9, Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.

Alsiosus, pen. prod. adiectiuum (κρυώδης) Quod naturæ est frigescentis, & facilè à frigore læditur. Plin. lib. 20. ca. 13, Alsiosisq; crudam dederunt in cibo. Idem lib. 21. cap. 10, Abrotonum & adonium alsiosa admodum sunt. Varro 2. de re Rust. ca. 3.5, Stabulatur pecus melius ad hibernos exortus, si spectat quod est alsiosum.

Algidum, pen. cor. (ἄλγιδον) Italiæ oppidum, non procul à Tusculo in alto monte situ, ex aeris algore propterea dictū, nūc Roca di papa, ex ueteris situ descriptionis existimatur, syluaq; proxima adhuc Alij sylua cognominatur. Volaterranus, lib. 6. Strabo lib. 5. dicit Algidum esse oppidulum post montes Tusculanos, ad quos descendebat uia Latina. Hora. in Carmine seculari 14,

Quæq; Auentinum tenet, Algidumq;.

Algidum ferax. Hora. 4. Carm. 4.12.

Algidum gelidum. Hora. 1. Carm. 21.2.

Algidum niuale. Hora. 3. Carm. 23.2,

Nam quæ niuali pascitur Algido.

Algidensis, adiectiuum (ἀλγιδόσις) Plin. li. 19. cap. 5, Algidense raphani genus à loco, longum atq; translucidum.

Algificus, pen. cor. (κρυμοποιός) Gellius, li. 19. cap. 4, Quòd timor sit omnib. algificus. Id est, frigus inducit, algorē facit.

Algor, algoris, pen. prod. masc. ge. (κρυμός, ψύχος) Verbale, sicut calor à caleo, Idem quod frigus, siue potius frigus uehementius. Pli. lib. 14. ca. 2, Æstu magis, quàm algore uexantur. Sallust. in Catil. Corpus patiens mediæ, uigiliæ, algoris.

Algus, algi: uel Algus, huius algus (κρυμός) Idem quod algor, Plaut. Rud. 14.24, Tu uel sudā, uel peri algu. Idem, Pauper tatem, algum, famem. Lucret. lib. 3. 147, Morbis, algoq;, fameq;. Vtrunq; est nomen obsoletum, sine plurali.

Algidus] pen. cor. (ἄλγιδος) Mons ab Vrbe XII. passuum milibus distans: ab assiduo frigore sic dictus. Et ab hoc quoq; sylua Algida dicta est, huic monti subiacens. Sipontinus. Cic. in Orat. 85. Pli. lib 18. cap. 13.4.

Algor] Vide Algeo.

Algosus] Vide Alga.

Algus] Vide Algeo.

Alia, Aliàs, Alibi] Vide Alius.

Aliartum] Bœotiæ oppidum, à M. Lucretio Prætore expugnatum. Liui. 5. Decad. lib. 2.

Alibantes] ἀλίβαντες, Mortui dicuntur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα: hoc est, eò quòd humido illo naturali destituti sint. Cælius Antiq. lib. 3. cap. 12.

Alibilis] Vide Alo.

Alica] alicæ, penu. corr. (χόνδρος) Potio, dicta quòd corpus alat, ut ait Festus. Plin. lib. 18. cap. 11, Alica fit è zea, qua semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea: nā lapidis duritia conteritur. Plura ibidem. Plurima Ruellius, lib. 2. ca. 26, ubi dicit, alicam à Græcis intelligi eam frumenti speciem, quæ Latinis far nuncupatur.

Alicariæ meretrices appellabantur in Campania solitæ ante pistrina alicariorum uersari, quæstus gratia: sicut hæ quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibula, Festus.

Alicula, diminutiuum (χονδρίδιον) ab alica. Martial. li. 12. 78, Mittebat Vmber aliculam mihi pauper:
Nunc mittit alicam: factus est enim diues.

Alicastrum, Genus farris est, ea forma ab Alica deriuatum, qua Siliquastrum à Siliqua. Colum. lib. 2. ca. 6, Semen trimestre, quod dicitur Alicastrum, idq; pondere & bonitate præcipuum est.

Alicubi, Alicunde] Vide Alius.

Alliculæ] Recensentur ab Vlpiano inter pueriles uestes, in l. 23. §. 2. D. de aur. & arg. ubi tamen in uulgatis libris legitur, Alicubi. Legendum putat Holomannus Alliculæ, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decore, grandioribus autem minus honestæ apud Romanos erant: ut patet ex Gel. lib. 7. cap. 12.

Alienatio, Alienatus] Vide Alieno in Alius.

Alienigena] alienigenæ, penul. corr. communis generis, uel omnis secundum Probum (ἀλλόφυλος) significat externū, uel alieni generis, uel inter alienos genitum. Gel. lib. 2. cap. 24, Neq; uino alienigena, sed patrio usuros. Hic & in similibus Priscianus ait figuratè neutro generi iunctum esse. Cicero pro Fonteio 19, Iniquos æquis, alienigenas domesticis. Idem in Catil. 93, Hostes alienigenæ.

Alienigenæ dij. Cic. 2. de Fmib. 42. (iustitia.

Alienigena iustitia, pro iustitia externorum. Vale. lib. 6. cap. de

Digitized by Google

Alienigenus,pen.cor.adiect. (ἀλλόφυλος) Idem Colum.lib.8. cap.16,Ne nos alienigeni piſces decipiant. Val.Max. Adiſci noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurdè poſſunt. Hoc in loco ita ſentit Priſcianus declinadum eſſe. Probus tamen diceret eſſe à primo declinatu.

Ligna alienigena. Lucretius,lib.176. Id eſt, ex elemento diuerſæ naturæ.

Alienigena membra Centaurorum: id eſt, humana & equina. Lucret.lib.5.176.

Mores alienigeni. Valerius Maximus.

Res alienigenæ: id eſt, alienorum geniorum, ſiue naturarum diuerſarum. Lucretius,lib.1.174.

Studia alienigena. Valerius Maximus.

Terræ alienigenæ. Lucre.li.1.178.

Alieno,Alienus] Vide Alius.

Alifa] ἄλιφα, Samnitum urbs Ptolemæo, hodie Aliphа.

Alife] Vide Aliphe.

Alifer,Aliger] Vide Ala.

Aligmon] Aligmonis, penul.corr. Nomen fluuij. Claudian. de bel. Getico,

Et fruſtra rapidum damnant Aligmona Beſſi.

Alij] Populi ſunt Elienſes, uel Elei aliter uocati : quos geſſiſſe bellum cum Aetolis ex Polybio cognoſcimus. Plaut. Capt.

Pater captiuos commercatur
Alios. Id eſt, Eleos mercatur. Eodē modo in prologo, Cepit captiuos commercari hic Alios. Sic reſtituit Turnebus.

Alima] ἄλιμα, Medicamenta dicuntur, quæ famem aut ſedant, aut prohibent obrepere. Vide Adipſa.

Alimala] ἀλίμαλα, Stephano locus eſt in Lycia.

Alimentum] Vide Alo.

Alimodi] pro Aliuſmodi. Feſtus.

Alimon] gen.neu. auro, herba quæ guſtantes eſurire non patitur. Theodorus aliquando uocat Aleram, Albucium. dicitur & alimos. Plin.lib.17.cap.24, Nec uiſcum prodeſt & cytiſus: nec auro quod alimon uocant Græci.

Alimus] ἄλιμος, Frutex eſt, ſepimentis idoneus, ſimilis rhamno, ſine ſpinis, foliis oleæ, ſed latioribus. De hoc Dioſcori. lib.1.cap.103. ubi halimum, cum aſpiratione ſcribitur. Plin. lib.& cap.22. Galen.lib.6. Simplic.medic.

Alinda] ἄλινδα, Vrbs Cariæ, in qua regnauit Ada filia Hecatomi regis Cariæ, auxilio Alexandri magni. Strab.lib.14.

Alindoia] ἀλινδοία, Ciuitas Macedoniæ. Stephanus.

Aliò] & c. id genus. Vide Alius.

Alipes] Vide Ala.

Aliphænę] Emplaſtra quæ conſtant ex medicamentis non pinguibus. Celſus,lib.5.ca.19.

Aliphani] Vel Alifani,pe. pro. (ἀλιφανοὶ) ab Aliphe urbe. Plu.li.3.ca.5. Hinc Aliphana, pocula grādiora apud Horatiū 2.Ser.Sat.ul.8, — inuenerunt aliphanis uimaria tota.

Aliphe] aliphes,pen.pro.(ἄλιφα) Strabo lib.5, Aeſernia & Aliphe, Samnitica ſunt oppida: alterum bello Marſico deletum, alterum ſuperſtes adhuc. Sil.Ital.lib.8.91.

Marſus. Aliphe oppidulum Campaniæ, & etiam Acerræ, quas Clanius amnis inundationibus infeſtat. Sunt qui Alifē ſcribant, alij Aliphe, nonnulli Allife. Alifam uocat Volaterranus, lib.6. in Samnio. Allifæ dicuntur Liuio, 1.Decad.lib. 9. & Allifates, Allifarum incolæ.

Aliphiræi] Populi Arcadiæ, authore Plinio, lib.4.cap.6. ab Aliphira oppido, cui nomē dediſſe Lycaonis filius creditur, ut tradit Hermolaus in Plin. Cic.ad Att.li.6.epiſt.113.5, Arcadiæ cenſebat eſſe Lepreon quoddam maritimum: Tenee autem, & Aliphera, & Tritia, πόλεις ei uidebantur.

Alipilus] Vide Ala.

Alipterium] ἀλειπτήριον, Locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. Cælius lib.16.cap.47.

Aliptes] Aliptæ, m.g. (ἀλείπτης, ἀλείπτου) unctor, qui athletas certaturos ungebat, & magiſter ac præceptor athletarū dicebatur. Iuuenal. Satyr.3,

Grammaticus, rethor, geometres, pictor, aliptes. Cice. Lentulo, lib.1.9.52, Sed uellem non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici: ſed etiam ut aliptæ, uirium & coloris rationem habere uoluiſſent.

Aliqua] Vide Aliquis.

Aliquammulti, Aliquandiu] Vide Aliquantus.

Aliquando] ποτὲ ἐγὼν, ἐγὼν ὅτε, ἐνίοτε, aduerbiū temporis, accentu in antepenultima profertur, ſicut cætera ex Quando compoſita, teſte Priſciano: & ſignificat in aliquo tempore. Plin. lib.3. cap.11.1, Aliquando Syris uocitata. Cicer 3. Verr.50, Et aliquando miſeremini ſociorum Iudices:

Aliquando, pro interdum. Cic.3.Offic. Liceret ei dicere, honeſtatem aliquando cum utilitate pugnare.

Aliquando pro tandem. Cic. pro Cluentio 39, Collegi me aliquādo. Idem ad Atti.li.1.epiſt.13.10, Aliquando nos reuiſas.

Aliquando tandem, uel tandem aliquando. Cicero in Catilinam 25, Tandem aliquando Quirities, &c. Idem pro Quintio 63, Spes eſt & hunc miſerum atq; infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.

Aliquando, de tempore præterito. Cic. pro Cluentio, 53, Vt etiā beſtiæ, fame dominante, plerunq; ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſint, reuertantur.

Nonnunquam & aliquando. Cicer. pro Cecin.10, Voluntarius amicus mulieris, &c. magis opportuna opera nonnunquā, quàm aliquando fideli. Idem ad Licinium Craſſum, lib.5. epiſt.8.4, Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquādo immutarunt tibi.

Aliquando & ſerò. Cic. pro Quintio 23, De rationib. & controuerſijs ſocietatis uult dijudicari. Serò. Verùm aliquādo tamen. Idem in Orat.91, Aliquando, idq; ſerò, &c.

Aliquando fore. Cic.lib.1.de Orat.48, Non deſpero fore aliquē aliquando, qui &c.

Aliquantus] adiectiuum (πόσος) Ex alius & quantus, idē penè quod mediocris ſignificat. Salluſt. Iugurth. Timor aliquantus, ſed ſpes amplior: quippe victoribus. Quaſi dicat, aliquantum quidem timuerunt, ſed, &c. Idem, Romani ſignorum & armorum aliquanto numero, hoſtium paucorū poſiti ſunt. Modeſtinus, Lucius Titius quum centum & uſuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniam quàm debebat obſignauit.

Aliquantò (πόσσον τι) aduerbiū quantitatis, ex ablatiuo aliquanto factum. Idem ſignificat quod aliquantum: ſed comparatiuis propriè iungitur. Plin.li.21.ca.6.1, Folio aliquāto latiore. Cic.6.Verr.67, Aliquanto amplius quàm ferre poſſent.

Aliquanto ante, Aliquanto poſt. Cic.1.Off.114, Et aliquāto antè conſtituere quid accidere poſſit. Idem pro Cecinna 8, Aliquanto poſt argentaria diſſoluta.

Aliquantum (ἐπὶ πόσον) aduerbium quantitatis, poſitiuo, aut uerbo propriè iungitur. Plaut. Bacchid. Credo timida es aliquantum ſoror. Cic.ad Luceium, epiſt.lib.5.13.3, Aliquantum labefactata atq; conuulſa.

Aliquantum, cum comparatiuo. Terent. Eunuch.1.2.51, Eius frater aliquantum ad rem eſt auidior. Liuius 1.ab Vrbe 29, Habitum formamq; uiri aliquantum ampliorem, auguſtioremq;. In quibuſdam exemplaribus habetur aliquanto.

Aliquantum cum uerbo. Cic.2.de Finib.74, Quod quale ſit, nō tam diffinitione, qua ſum uſus, intelligi poteſt (quanquā aliquantum poteſt) quàm communi omnium iudicio. Ibidem li.3.74, Qui proceſſit aliquantum ad uirtutis aditum.

Aliquantum

Digitized by Google

Aliquantum cum genitiuo, ut Aliquantum nummorum. Ci. pro Cluentio 142, Aliquantum agri in medio relictum est. Idem 1. Offic. Aliquantum spacij.

Aliquantum animi uidetur nobis attulisse Labienus. Cic. ad Attic. lib. 7. Epist. 132. 8.

Aliquantum iam etiam noctis assumo. Cice. ad Fabium Gallum, lib. 7. epist. 26. ad finem.

Aliquantum noctis, id est, obscuritatis. Oui. in Ibin, 13.

Aliquantulum, pen. corr. diminutiuum (ὀλίγου) Terent. And. 2. 6. 16, Subtristis uisus est esse aliquantulum. Cice. in Lælio 38, Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculoq; consuetudo maiorum.

Aliquantulum, interdum est nomen, ut aliquantulum frumenti, aliquantulum simi. Plin. lib. 17. cap. 8. 3. Et hic etiam potest esse aduerbium, sicut Aliquantum. Cice. pro Quintio 8, Aliquantulum æris alieni.

Aliquantillum (ἐπὶ μικρὸν) aduerbium quantitatis, diminutiuum ab Aliquantulum diminutiuo. Plau. Captiui, 4. 34, Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.

Aliquandiu (ἐπὶ χρόνου) aduerbium temporis, Aliquo tempore non autem longo admodum, quasi tu dicas Aliquantum diu. Cic. Attico, lib. 2. 27. 4. Idem 1. Acad. 18, Aristum Athenis audiuit aliquandiu.

Aliquantisper (ὀλίγον χρόνον) aduerbium temporis, Ad temporis breuitatem refertur, ut ait Valla, li. 2. Plau. Pseu. 7. 159, Aliquãtisper cõcedere hinc mihi intrò lubet. Ter. Heaut. 3. 3. 11, At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper.

Aliquapiam] Vide Aliquispiam in Aliquis.

Aliquatenus] Vide Aliquis.

Aliquis] *aliqua, aliquod, uel aliquid, penu. corr.* (τίς, τινός, τινῶς) Ex alius & quis est compositum. Donatus, Aliquis nim habet pluralem, quamuis singulariter dicatur, non enim est aliquis, nisi de multis. Plaut. Merc. 4. 21, Aperite hoc aliquis. Teren. Adel. Aperite aliquis actutum ostium. Figuratæ sunt orationes, pro Aperiat aliquis.

Aliquis, incertam personam significat: & est idem quod quispiam. Vnde quemadmodum dicimus, Si aliquis: ita, Si quispiã. Terent. And. 4. 6. 18, —simul arbitror iam esse aliquem amicum & defensorem ei.

Aliquis de nobis. Ci. li. 3. de Legib. 23, Puto posse, & quidẽ aliquem de tribus nobis. Idẽ pro Cecin. 40, Aliquis de familia.

Aliquis certus homo. Cice. 1. de Inuentio. 11, Demonstratiuum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut uituperationem.

Is aliquis. Cicero pro Ligario, 14, Aliquem se imperatorem esse maluisse: atq; is tamen aliquis, Ligarius non fuit.

Tres aliqui. Cic. lib. 2. de Finib. 100, Tres aliqui aut quatuor.

Vnus aliquis. Cic. 4. Ver. 90, Eximere unum aliquem diem. 2. Offi. 58, Nã quum premeretur initio multitudo ab ijs, qui maiores opes habebant, ad unum aliquem cõfugiebant uirtute præstantẽ. Et pro Cluentio, 147, Vnũ aliquẽ nominare.

Aliquis, uenustè subauditum ante relatiuum Qui, quæ, quod. Cicero 2. Offic. Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui perscrutarẽtur arculas muliebres. Id est, quosdam, siue aliquos. Hor. 2. Sermonum,

Sunt quibus in Satyra uidear nimis acer.

Aliqui, pro Aliquo: sicut pro Qui, dicitur quo. Plaut. Moste. 4. 18, Te scapha donabo ego bodie aliqui. Hoc uetustum est.

Aliquis ex. Plin. lib. 13. cap. 3. 3, Aliquem ex priuatis audiuimus imbibisse.

Aliquo modo. Plaut. Sticho, 10. 41.

Aliquo pacto, Terent. And. 5. 3. 13. Vbi Donatus, Aliquo pacto, Quoquo modo.

Aliqua ex parte. Cic. in Lælio, 72. Idem pro Cluentio, 53.

Aliquis cum genitiuo. Pli. lib. 13. ca. 4. 1, Ex palmis, gentium aliquibus panis. Cic. ad Attic. lib. 13. epist. 273. 1, Expectabam aliquem meorum.

Aliquid, substantiuũ est, ut Insigne aliquid, aliquid lucri. Aliquid uerò adiectiuum, ut Aliquod donum. Plau. Capt. 11. 55, Profectò iam aliquid pugnæ edidit. Idem Rudent. 14. 13, Da mihi aliquid loci ubi condormiscam parum, pro Aliquẽ locũ. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. 3, Graue est enim homini prudẽti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritũ putet.

Aliquid sessus pro aliquantum sessus. Pli. lib. 5. ca. 9.

Aliquid monstri. Ter. And. 1. 5. 15, Vbi Donatus, Duplex contumelia, & Monstri, & Aliquid: minus enim esset, aliquod monstrum. Sic, Quid mulieris uxorem habes?

Aliquid de. Cic. Attic. lib. 1. 11. 25, Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

In aliquo referam gratiam. Vide In.

Aliquid alium iuuare, id est, in re aliqua. Virgil. 10. Aeneid. 16, Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse, nefandum est.

Est aliquid, pro Non prorsus contemnendum est. Oui. 13. Metamorpho. 49,

Est aliquid de tot Graiorum millibus unum
A Diomede legi. Idem lib. 6. Fast. 6,
Est aliquid nupsisse Ioui, Iouis esse sororem.

Aliquis, uel Aliquid *esse, pro eo quod est* Existimatione præditũ esse, In aliquo numero haberi. Cicero 1. in Verrem, 26, Vt tum aliquid esse uidear. Ibidem, Et Cæcilius tum denique se aliquid futurum putet. Idem ad Atticum, lib. 3. epist. 56. ad finem, Itaq; fac ut me uelis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum. Id est, Velis esse me non prorsus obscurum & abiectum.

Aliquà (πῆ) aduerbium per locum, per aliquam partem, aut locum. Cic. 3. Verr. 47, Cupere aliquà euolare si posset. Liuius 6. bel. Pun. 143, Siqui euasissent aliquà.

Aliquà, Aliquo pacto, Aliquo modo. Teren Phorm. 5. 1. 19, Vereor ne uxor aliquà hoc resciscat mea. Virg. 3. eclog.

Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses.

Aliquatenus, pen. corr. (μεχρίτινος) Aduerbium quantitatis, Vsq; ad aliquam partem, siue aliqua ex parte. Plin. lib. 27. cap. 12. 1, Caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus. Quintil lib. 10. cap. 1, Philistus ut multo inferior Thucydide, ita aliquatenus lucidior. Et lib. 3. cap. 9. de partibus causarum iudicialium, Hoc quoq; Aristoteles aliquatenus nouat. Colum. lib. 4. cap. 3, Quum tamen uitis aliquatenus se confirmauit.

Aliquatenus nouæ. Quint. li. 3. cap. 9. 4. Et *aliquatenus extare* uideantur. 145. b.

Aliquò (ποῖ) aduerbium, Ad uel in aliquem locum. Ter. Heau. Aliquò profugiet militatum.

Aliquò, quem significet in aliquem locum: interdum tamen additur ei accusatiuus cum præpositione In. Terent. Adel. 3. 3. 5, Credo abductum in ganeũ aliquò. Pro in aliquod ganeũ. Ibidem. 5. 2. 11, In angulum aliquò abeam.

Abigere aliquò. Vide Abigo.

Abijcere se aliquò. Vide Abijcere.

Aliquod] Vide Aliquis.

Aliquorsum] Versus aliquẽ locum. Aduerbium ex Aliquo, & Versus compositum.

Aliquot] *penu. corr.* (τινές, ἔνιοι) Nomen numerale, pluralis tantum numeri, indeclinabile, ex alij & quot cõpositum, id significat quod uulgò dicitur, Nescio quot. Teren. And. 3. 3. 3, Aliquot me adiere. Vbi Donatus, Aliquot, hoc est, nec multi, nec pauci.

Aliquot anni sunt, quum, &c. Cic. ad Attic. li 9. epist. 18 3.

Aliquot sariam. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 2. 6, In eo agro alia

Digitized by Google

quotfariam ita ſingula iugera dena cules uini fiunt. Vox eſt inuſitata.

Aliquoties, ſiue ut alij ſcribunt, Aliquotiēs (ὁτιάκις) aduerbium numeri. Cic. 4. Verr. 123, Aliquoties ad ſocios literas de iſtius iniurijs miſerat. Idem 2. de Legibus 15, Aliquoties iam iſte locus à te tractatus eſt.

Alis] Pro Alius. Vide Alius.

Aliſarna] ἀλίσαρνα, oppidum eſt Troadis apud Steph. à ſit gentile Aliſarnæus.

Aliſma] Aliſmatis, pen. corr. n. g. (ἄλισμα Dioſcoridi) herba eſt, quam alij Damaſonion, alij Lyron appellant. Plin. lib. 25. cap. 10. Ruell. lib. 3. cap. 73.

Aliſti] Herbam appellat Hetruria: Latium, Paradiſi florem: Galli, Dei oculum: Rura noſtra, Cocolurdas nominant. Ruell. li. 2. cap. 135.

Aliſta] ἄλιστα, inſulæ Corſicæ urbs, in latere Meridionali. Ptolem. Hodie Amaſſa.

Aliſtus] ἄλιστος, Ptolemæ oopppidum Germaniæ, in tractu maritimo Saxoniæ.

Aliſum] pen. pro. (ἄλισσον Ptolemæo) oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul à Sicambris.

Aliter] Vide Alius.

Alitura] Vide Alo.

Aliubi, Aliunde] Vide Alius.

Alius] alia, aliud, pen. corr. genitiuo alius, pen. prod. datiuo alij (ἄλλῳ) Priſcianus, Alius pen. circunflexa, & alij in genitiuo inuenitur: Cæcilius in quinto libro, Nullius alij rei, niſi amicitiæ eorum cauſa. Gel. li. 4, Erat enim ius ſenatori, ut ſententiam rogatus, diceret antè quicquid uellet alius rei, & quoad uellet. Hic caſus rarò admodū legitur. Idē li. 17. ca. 5, Neq; alius modi iſti ſunt, quā cuius eſſe eos ſuprà docuimus.

Aliæ, genitiuus f. g. Cic. 2. de Diuin. 46, Sed ſi eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atq; plenum eſt, aliæ horridum & exile, quid eſt quod declarari poſſit habitu extorum & colore? Gel. li. 17. ca. 9, Inſcriptio alia, aliæ locum & nomē teneret.

Alij in datiuo. Quin. lib. 9, Non enim neſcio cui alij prius: nec poſtea ſibi uni, ſed omnibus præcipit. Salluſt. in Catil. Aliud alij natura iter oſtendit. Plin. epiſt. 8. lib. 3, Siquā ipſe meruiſti, alij tribuas.

Alius uocatiuo caret, & ex eo cōpoſita: ut Aliquis, Aliquātus.

Alius, pro Alter, ſiue Secundus. Cic. 6. Verr. 24, Tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebant, quàm alias item nobiles ab Ariſto Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano.

Inter Alter & Alius. Alter, de duobus dicitur: Alius de multis hoc eſt alter, unus eſt è duobus: Alius, ex tribus aut pluribus. ut, Hannibal in tranſitu Apennini amiſit alterū oculum. Nō alium uelim, quàm teipſum, iudicem. Næuius, Cui cæpe eden do, oculus alter profluit. Sallu. in Catil. Animi imperio, corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum dijs, alterū cum belluis commune eſt. Salluſtius in Catil. Pars ingenium, alij corpus exercebant.

Alius Lyſippo, pro à Lyſippo, ſiue quàm Lyſippus. Horat. lib. 2. epiſt. 1. 48,

Edicto uetuit nequis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexādri uultū ſimulātia. Brutus & Caſſius Antonio, li. 11. epiſt. 2. 5, Nos ab initio ſpectaſſe ocium, nec quicquam aliud à libertate communi quæſiſſe exitus declarat.

Aliorum ſit iudicium. Cice. 1. Offic. 6, Nos autem quantum in utroq; profecerimus, aliorum ſit iudicium.

Alius, dictum de duobus, ubi ſine coniunctione hoc nomen geminatur. Dubitatur uter excellat, Salluſtius an Liuius: & alius aliū præponit. Loquēdi cōpendium eſt, pro eo quod eſt, Alij præponunt alterum, alij alterum. Nec tamē hic liceat dicere Alius alterum, teſte Valla. Salluſtius in Catil. ubi de Cæſare et Catone, Genus, ætas, eloquētia, propè paria fuere, magnitudo quoq; animi & gloria: ſed alia alij. i. diuerſa utriq;. Potuiſſet tñ ſic uenuſtè dicere, Sed alia Cæſari, alia Catoni.

Alius geminatum cum uerbo aut adiectiuo plurali. Plau. Stich. 6. 46, Alius alium percōtamur, cuia eſt nauis? Sallu. in Cat. Alius alio more uiuentes. Gel. li. 11. ca. 7, Aſpexerūt oēs qui aderāt, alius aliū. Figuratæ ſunt locutiones, ſed peruenuſtæ.

Aliæ ſuper alias epiſtolæ. Plin. Epod. 8. lib. 7.

Aliud equo, aliud boui. Cic. 5. de Finib. 44, Sed naturas eſſe diuerſas, ut aliud equo ſit natura, aliud boui, aliud homini, & tamen in omnibus ſumma communis.

Alius alium. Teren. And. 4. 4. 40, Fallacia alia aliam trudit.

Alius alium, pro Alij alios. Quint. lib. 1, Præſtat tamen ingenio alius alium. Salluſt. in Cat. Alius alium hortari.

Alius alio cū comparatiuo. Cic. ad Att. lib. 7. epiſt. 122. 3, Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas uno tempore accepi aliam alia iucundiorem. Cic. ad Fabium Gallum, lib. 7. epiſt. 25. 5, Habes Sardos uænales, alium alio nequiorem.

Aliud aliò. Cic. 1. de Diuin. 129, Simia quam rex Moloſſorum in delicijs habebat, & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortem parata diſturbauit, & aliud aliò diſſipauit. Id eſt, uarios in locos diſiecit.

Alius alio modo. Cic. 2. de Diuin. 133.

Aliud alio tempore. Cic. ad Quint. fratrem, li. 3. 17. 28.

Alij alijs. Cic. 1. Off. Vt ipſi inter ſe, alij alijs prodeſſe poſſent.

Alij repetitum, Aliquos ſignificat in priore, uel in primo loco. Cic. in Lælio, Diuitias alij præponunt: bonam alij ualetudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam uoluptates. Idē pro Sexto Roſcio 34.

Alia Leucon, alia Leuconis aſinus portat. Subauditur uerbum Dicit, ut ſit ſenſus. Alia Leucon dicit. In eos dicetur, quorum oratio diſſentit à factis. Ex Zenodoto & Diogeniano.

Aliud ſtans, aliud ſedens. Sallu. in Ciceronem, Aliud ſtans, aliud ſedens de Repub. ſentis.

Alius geminatum, interpoſita coniunctione. Liu. 7. bell. Pun. 141, Aliæ atq; aliæ religiones. Id eſt, multæ religiones, eædemq; diuerſæ.

Alius atq; alius. Cic. in Ora. 40, Eadem res ſæpe aut probatur, aut reijcitur, alio atq; alio elata uerbo.

Alio atq; alio loco exoritur. Plin. li. 2. ca. 103. 9.

Alius pro Diuerſus. Vt, Aliud eſt anima, aliud corpus uel ſic, Alia res eſt anima, alia corpus. Hoc eſt, anima & corpus res ſunt diuerſæ inter ſe. Teren. And. 1. 2. 18, Nunc hæc dies aliam uitam affert, alios mores poſtulat. Vbi Donatus, Aliam uitam, pro diuerſam & contrariam.

Alius pro Diuerſus, uenuſtè iūgitur aduerbio Lōgè, & aduerbijs in o, more cōparatiuorū. ut, Alius es multò, quàm ſoles. Salluſt. in Cat. Longè alia mihi mens eſt. Author Valla, lib. 1.

Alius, pro Diuerſus, ſequente & . Cic. pro Cecinna, 42, Non enim alia cauſa eſt æquitatis in uno ſeruo, & in plurib. Idē 2. Offic. 89, Alia cauſa eſt eius qui calamitate premitur, & qui res meliores quærit nullis rebus ſuis aduerſis.

Alius & diuerſus. Cic. 2. de Inuentio. 129, Quum communiter quædam de omnibus præcipi poſſint, ſeparatim quoq; aliæ ſunt cuiuſq; generis & diuerſæ præceptiones.

Alius geminatum, itidem pro Diuerſus, & ferè in diuerſis caſibus ſine coniunctione. ut, Alia alios delectant. Compendium ſermonis eſt, pro Alia delectant alios: alia item alios. Salluſtius in Catil. Sed in magna copia rerum aliud alij natura iter oſtendit. Ibidem, Alius alio more uiuentes. Liu. 1. ab Vrbe 87, Alius alia uia ciuitatem auxerunt. Virg. 1. Georg.

Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna.

Idem

Idem & aliud, contraria. Cic. in Topic. 45, Cõparationum duo genera sunt: unum de eodem & alio: alterum de maiore & minore. Rursum ibidem 47, Huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem & altero diximus.

Alius ab illo, pro Diuersus ab illo, uenustè dicitur. Idem in propria significatione, Alius sum ab illo quem putas. Id est, Non is sum, quem putas. M. Brutus ad M. Antonium, lib. 11. 2. 5, Nos ab initio spectasse ocium, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat.

Alius ac, uel atq; pro Alius quàm, eleganter dicitur: & in hoc genere loquẽdi pro Diuersus quoq; accipitur. Teren. Phor. 4.4.3, Aliud mihi respondes, ac rogo. Cicer. in Orat. 140, Potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud diàs uideri. Idem Lentulo, lib. 1. 9. 88, Non alius essem, atq; nunc sum. Cæsar de bell. Ciuil. Aliæ sunt legati partes, atq; imperatoris. Hoc est, Aliæ sunt legati partes, aliæ imperatoris.

Aliud ex alio, nõnulli exponũt per Post: ut sit, Aliud post aliud. Cic. ad Pætum, lib. 9. 9. 3, Me quotidie aliud ex alio impedit. Quasi dicat, sine intermissione & requie. Virg. Aeneid. 5,

Nos alia ex aliis in fata uocamur.

Rerum causas alias ex alijs aptas & necessitate nexas uidet. Cic. 5. Tuscu. 100.

Vt aliud ex alio. Cic. ad Atticum, libr. 16. Epist. 338. 2, Tamen uide, si fortè in Tusculano rectè esse possum, ne id melius sit: ero libentius: nihil enim ignorabo, an hoc, quum Antonius uenerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubiũ, quin quod Graeci καθῆκον, nos officium. Cõpendiũ est sermonis, in quo subauditur uerbum aliquod præsenti sermoni conueniens.

Ex alio in aliud uicissitudo atq; mutatio. Cic. 5. Tusc. 99.

Aliud in alio peccare. Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 181. 1. 2, Vidi Põpeiũ plenũ formidinis. Illo ipso die sensi quid ageret. Nũquã mihi postea placuit, nec unquã aliud in alio peccare destitit.

Alius super alia, significat plura eodẽ fermè tempore, & quasi aceruatim aut fieri aut euenire. Plinius Epist. 128, Alijs super alias epistolis egit mihi gratias. Liuius 3. ab Vrbe, 236, Quæ impiè nefarieq; per biennium alia super alia ex ausus.

Aliter dicimus, Alij super alios ceciderunt, & similia. Liuius 1. ab Vrbe 103, Super alium alius, uulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Vbi tamen de duobus loquitur. Ibidẽ 220, Alios super alios trucidare.

Alius, partitiuum nomen est, & genitiuo iũgitur. Plinius lib. 11. cap. 37. 70, Terrestrium alijs denticulatæ asperitatis uenter. Idem li. 10. c. 52, Ouorum alia sunt candida, ut columbis perdicibus: alia pallida, ut aquaticis.

Alius, relatiuum est, ut Grammatici loquuntur, substantiæ. Virg. eclog. 2, Tum casia, atq; alijs intexens suauibus herbis. Ex quo sequitur, casiam similiter herbam suauem esse. Sic Sallustius citante ibidem Seruio, Leonem atq; alias feras.

Inter Alij relatiuum & Cæteri, siue reliqui. Alij, indefinitè significat aliquos eiusdem generis de quo agitur, non autem omnes: Cæteri, sine exceptione omnes alios significat. Terẽtius Eunucho, Cedò alios. Vbi Donatus, Non reliquos dixit: sed alios, quasi multi sint. Sallustius in Catilina, omnes homines, qui sese student præstare cæteris animantibus. Hic dicimus omnia alia & cuncta alia pro cæteris. Virgilius Aeneidos 1,

Scelere ante alios immanior omnes. Plin. lib. 7. in proœmio, Principium iure tribuetur homini: cuius causa uidetur cuncta alia genuisse natura. Interdum tamen ornatus gratia omnes cum cæteri coniunctior. Cicero Lentulo, lib. 1, Cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio. Satis erat cæteris: sed durior ac minus plena fuisset compositio.

Alius nemo, elegantius dicitur, quàm Nemo alius: licet ordo naturalis exigat ut dicamus, Nemo alius. Sic Aliud nihil, alius quidam, alius quisquam, alius ullus.

Quicquam aliud. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. epist. 2. 5, Nos ab initio spectasse ocium, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat.

Alius quidam. Terent. Adelph. 5. 2. 4, Est alius quidam parasitaster paruolus. Gel. Alius quidam ueterum poetarum.

Quis alius, infinitè positum pro Aliquis alius. Cic. 1. Off. Siue rum est Quum. Fabium Labeonem, seu quem alium.

Alius quisquam. Plaut. Amph. 4. 146, Nec nobis, præter me, alius quisquã est seruus Sosia. Sic Alius nemo, apud Terentiũ.

Alius quisq;. Plautus Epid. 5. 28,

Tum captiuorum quid ducunt secum? E. pueros, uirgines,
Binos, ternos, alius quisq;.

Alius ullus. Cic. Nec alius ullus creari solet.

Alius aliter. Cicero 2. de Diuinat. 218, Quomodo autem distingui possunt uera somnia à falsis, quum eadem & alijs aliter euadant, & ijsdem non semper eodem modo?

Longè alius. Vide Longus.

Aliud, sequente particula Nisi uel Quam indifferenter. Cicero de Senect. 6, Quid est aliud gigãtum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare? Idem in Lælio, 83, Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames: sublato autem nomine Aliud, non rectè per Quam sic dixeris: licet rectè per Nisi. Author Valla, lib. 3.

Alias res agere. Vide Ago.

Alia, partim. Sallust. in Oratione Cottæ Consulis ad populum, Multa mihi pericula domi, militiæ, multa aduersa fuere: quorum alia toleraui, partim repuli deorum auxilijs & uirtute mea. Dicere poterat, Alia toleraui, alia repuli.

Alis pro Alius: & Alid, pro Aliud ueteres dicebant. Lucret. lib. 1. 53, Quando alid ex alio reficit natura. Idem lib. 5. ad finẽ, Nanq; alid ex alio clarescere corde uidebant.

Alià, aduerbium loci, Per locum significans. Donatus in Hecyram Terentij.

Aliàs, (ἄλλοτε) aduerbium temporis, Alio tempore. Hoc autem aduerbium præter Latinam regulam accentum habet circũflexum in ultima, teste Prisciano Ci. Sed de hoc aliàs. Sub. agemus. Idẽ Trebatio, li. 7. 6. 4, Sed plura scribemus aliàs.

Aliàs, alio loco uel modo. Vlpian. in L. Palam. ff. de ritu nupt. Si qua in taberna, caupona, uel aliàs pudori suo non parcat.

Aliàs, pro Aliter, uel Alioqui. Plin. lib. 8. cap. 26, Atq; ita profluuio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat. Ibidem, cap. 25. de crocodilo, Vnum hoc animal terrestre linguæ usu caret: unum superiore mobili maxilla imprimit morsum: aliàs terribile, pectinatim stipante se dentium serie. Sic idem sæpissime. Licet Valla secundo in Pogium dialogo neget.

Aliàs, gemmatum, pro Interdum geminato. Cic. in Orat. 88, Sed aliàs ita loquor, ut concessum est: aliàs, ut necesse est. Idẽ lib. 3. de Orat. 117, Ornamentis ijsdem uti ferè licebit, aliàs contentius, aliàs summissius.

Aliàs, triplicatum. Plin. li. 7. cap. 55, Aliàs immortalitatem animæ, aliàs transfigurationem, aliàs sensum inferis dando.

Aliàs, quadruplicatum. Cicer. lib. 1. de Inuent. 111, Atq; hic item ut in nostra persona licebit, aliàs singillatim transire omnes argumẽtationes, aliàs ad partitiones singula genera referre, aliàs ab auditore quid desideret quærere, aliàs hæc facere per comparationem suarũ & cõtrariarũ argumentationũ.

Interdum & Aliàs. Cic. 3. de Orat. 114, Gemmatio uerborum habet interdum uim, leporem aliàs.

Aliàs aliud. Cic. lib. 2. de Orat. 17, Itaq; & illi aliàs aliud ijsdem de rebus & sentiunt & iudicant.

Quum sæpe aliàs, tum. Cic. in Bruto 75, Idq; cum sæpe aliàs, tũ apud Centumuiros in M. Curij causa cognitum est. Idem 1. de Orat. 20, Quorum pater & sæpe aliàs, & maximè Censor salutì Reipublicæ fuit.

Digitized by Google

Alibi,pen.corr.(ἀλλαχοῦ,ἄλλοθι,)Aduerbium in loco significans:id est,alio in loco. Virg.Georg.1,

Hic segetes,illic ueniunt felicius uuæ:
Arborei fœtus alibi. Plin.li.2.cap.3.3,Præterea uisus probatione alibi planstri,alibi ursi,tauri alibi, alibi literæ figura,candidiore medio super uerticem circulo.

Alibi,pro in re aliqua.Cic.4.Acad.185,Illud sit disputatum, non inesse in his propriam,quæ nusquam alibi esset,ueri & certi notam.Plaut.Bacchid.22.16, ——atq; ego si alibi
Plus perdiderim,minus ægrè habeam.

Alibi.Teren.Hecy.3.1.14,Habebã alibi animũ amori deditum.

Alibi quàm.Quint.libr.11.cap.1,Pleraq; quæ natura non sunt reprehendẽda,atq; ideo interim sunt necessaria,alibi quàm mos permiserit,turpia habentur.Quod aliàs uitiosum,interim aliàs rectum est.Quint.11.b.

Alicubi,pen.corr.(ἐνιαχοῦ)Aduerbium,significat aliquo in loco.Cic.Att.lib.9.181.13,Ita ut si saluus sit Pompeius,& constiterit alicubi.Quint.li.10.cap.1,Omnia uerba sunt alicubi optima.

Hic alicubi.Cic.pro Flac.56,Omnino mallem,& magis erat tuum,si iam te crassi agri delectabant,hic alicubi in Crustumino aut in Capenati parauisses.

Alicunde,(ἀμόθεν) aduerbium,id est,ex aliquo loco.Terent. And.2.4.3,Venit meditatus alicundeex solo loco. Cic.pro Cæcinna 34,Omnis enim uis est,quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit,aut prohibet accedere.

Alicunde,non semper locum significat,sed sæpe ad rem aut hominem refertur.Plaut.Persa.2.42,Alicunde exora mutuũ. Id est,ab aliquo homine.

Procul alicunde.Ci.4.Verr.34,Nõ quæsiuit procul alicunde.

Alienus,pen.longa,(ἀλλότριος,ἀλλότροτος)dicitur quod est aliorum.id est,quod nostrum non est.Ouid.li.1,de Arte aman.70,Fertilior seges est alienis semper in agris.

Alienus cibus.Terent.Eunuch.2.2.34.

Alienæ domi esse.Cic.1.Tuscul.81.

Alienum forum.Martialis in præfat.lib.12.

Alienus,Qui nõ est de nostris domesticis aut familiaribus.Plautus Cistel.2.16,Alienus hic nemo est. Idem Stich.8.31,Apud me cœnant alieni nouem.

Item Alieni homines,Qui nobis propinqui non sunt.Cic. in Lælio,Itaq; ciues potiores sunt,quàm peregrini:& propinqui, quàm alieni.Idem Lentulo,li.1.9.59.

Alieno more uiuere.Terent.And.1.1.125.

Aliena oratio.Plaut.Milite 10.51,Et meam partem itidem tacere,quum aliena est oratio.Id est,quum alius loquitur.

Alienus orbis.Plin.lib.12.cap.1.4,Sed quis non iure miretur, arborem umbræ gratia tantum,ex alieno petitam orbe? Id est,non nostro,sed Peregrino & longinquo.

Alienæ res.Cic.in Lælio & Offic.lib.1.44.

Alienum,absolutè,pro re aliena.Sallust.in Catil. Alieni appetens,sui profusus.Cic.Appio,lib.3,Quum & natura semper ad largiendum,ex alieno restrictior fuerim.

Aliena iacis.Quoties res parum ex animi sententia cadit.Trãslatum ab ijs qui ludunt alea,quibus iacientibus interdum ea cadunt,quæ minimè sunt ad uictoriam accommodata.Proinde siquando frustratur nos spes,rectè dicemur,Aliena iacere.Adagium refertur à Diogeniano.

Aliena loqui dicuntur,qui uehementer ægrotantes aut mẽte capti delirant,nescientes quid dicant.Ouidius lib.3.Trist.eleg. 3.4.ad uxorem,

Quinetiam sic me dicunt aliena locutum,
Vt foret amentis nomen in ore tuum.

Alienus,pro Alienigena,siue eo qui non est nostras.Plinius lib. 7.cap.1,Tot gentium sermones,tot linguæ,tanta loquendi uarietas,ut externus alieno pene sit hominis uice.

Alienus,& coniunctus atq; amicus,contraria.Cic. Appio Pulchr.epist.li.3.6.9,Vt tuum factum,alieni hominis, meum uerò coniunctissimi & amicissimi esse uideatur.

Alienus,pro alienato.Terent.Hecyr.1.2.83,Postquam hunc alienum ab sese uidet,ut in Phormione,Quid ego uobis Geta alienus sum?

Alienum,pro absurdo.Cæsar bel.Gal.lib.6,Non alienum esse uidetur,de Galliæ Germaniæq; moribus,& quo istæ nationes differant inter se,proponere.

Alienum,quod uulgò dicunt Cõtrarium,id est,insalubre & noxium.Cornel.Cel.lib.4.cap.ult.Equitare podagricis quoq; alienum est.

Alienus cibus stomacho.Cornel.Celsus lib.4.cap.5,Sumendi cibi faciles,& stomacho non alieni.

Aliena cõsilij domus.Sallust.in Catil.Ille eos in domum D.Bruti perducit,quòd foro propinqua erat, neq; aliena consilij propter Semproniam.

Alienus cum dativo.Quintilian.in procem.lib.1.5,Ego autem quum existimem nihil arti oratoriæ alienum.Ci.pro Cæcin. 18,Quod illi causæ maximè est alienum.

Alienus,cum ablativo.Alienum amicitia nostra.Cic. Matio,epistol.lib.11.27.12,Sum admiratus te, quicquam à me commissum quod esset alienum nostra amicitia,credidisse.

Alienum dignitate.Cic.de Prouincijs Consul.15,Sed alienum sibi uideri dignitate imperij.

Alienum ingenio suo.Plaut.Capt.3.31.

Alienum institutis meis.Cic.Sestio,Epist.lib.5.17.3.

Alienum maiestate.Cic.de Diuinat.lib.1.140.

Alienum meis rationibus.Cic.7.Verr.136,Sallust. in Catil. Alienum suis rationibus existimãs,uideri causam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse.

Alienus sanguine regibus.Liu.9.bel.Pun.147,Extitit quidam Mezetullus nomine,non alienus sanguine regibus. Id est,nõ alienus à sanguine regũ:uel Nõ alienus sanguine à regibus.

Alienus locus,pro incommodo.Cæsar de bel.Gal.

Alieno animo esse ab aliquo.Cic.pro Deiotaro,14.

Alienum animum ab aliquo habere.Cic.in Lælio 28,Sic pro Roscio Amer.80.

Alienum tempus,Minimè aptum,uel opportunum tractandæ aut gerendæ rei de qua agitur.Liuius 3.bel.Pun.103.Cicero Cassio,lib.15.14.9,Sin maiora,considera ne in alienissimũ tempus cadat aduentus tuus.

Alienum fortunæ suæ uultum gerere,id est, malè conuenientẽ. Senec.de Vita beata.

Alienum à dignitate.Cic.Dolabel.lib.9.14.5,Idem Marcello, Epist.lib.4.7.2.

Alienus à literis.Cicer.4.Verr.45.

Alienum à sapiente.Cic.4.Acad.240,Sic Terent. Adelph.5. 8.22,Absurdum atq; alienum à uita mea uideatur.

Alienus ab ætate nostra labor.Cic.ad Atticum,lib.16.333.4.

Alienum ab amore nostro.Quin.Cic.de Petitione Consul.1.

Alienus in re aliqua.Cic.de Finib.lib.1.26,Epicurus in Physicis,quibus maximè gloriatur,totus est alienus.

Alienior,pro aliena.Terent.Adelph.1.2.30, Alieniore ætate post faceret tamen.

Alienior hæres,Qui nulla necessitudine cõiunctus est ei, cui succedit.Qui nullo modo ad eũ pertinet.Ci.pro Cluentio 130, P.Elij testamento propinquus exhæredatus cum esset, hæres hic alienior institutus est.

Alienior est à me.Cic.Canimio,lib.2.16.14.

Alienissimi homines à Clodio.Id est,minimè coniuncti & propinqui.Cic.pro Domo sua ad Pontif.

Alienissimum Reipub.tempus.Cic.de Claris oratoribus 2.

Digitized by Google

Alienißimus ruſticæ uitæ,pro eo quod eſt,à uita ruſtica.Colum. li.3.cap.21.2.

Alieno,alienas,pen.prod.(ἀλλοτριόω)alienare,Alienum facere:uerbũ ex nomine Alienus.Plin.lib.20.cap.18.1, Sacopeniũ quod apud nos gignitur,in totum trãſmarmo alienatur. Hoc eſt propter tranſmarinũ fit alienũ,et ab uſu remouetur.

Vendere & alienare.Cic.6.Verr 118,Precio paruo ea quæ accepiſſet à maioribus,uẽdidiſſe atq; alienaſſe.Idem pro Lege Agraria 59,Vænire ueſtras res proprias,& in ppetuũ à uobis alienari.In his idẽ ſignificare uidetur quod abalienare.

Alienare uectigalia.Cic.de Lege Agr.contra Rul.44.

Alienari mẽte.Vide Alienatio,& Alienatus.Pl.li.26.cap.8.6.

Alienare aliquem ſententijs dicendis.Cic.Attic.li.7.124.2.Eſt ſententias dicendo aliquem à fauore auertere.

Alienare quempiam à ſe,Eſt ab amicitia noſtra,uel conſuetudine diſiungere,ſeparare,& remouere.Cic.Attico,li.1.9.10, Mirum in modum omnes à ſe bonos alienauit.

Alienare ab aliquo uoluntatem.Cæſar 7.bel.Gal.34.Cic.Appio Pulchro,Epiſt.li.3.6.11.

Alienare & Reconciliare,contraria.Cicero de Prouinc.Conſular.17,quibus cum omnibus eadem Reſpublica reconciliauit quæ alienarat?

Alienare & immutare.Cic.Licinio Craſſo Epiſt.li.5.8.4, Sed quædam peſtes hominum laude aliena dolentium,& te non nunquam à me alienarunt,& me aliquã do immutarũt tibi.

Plnè alienari à Senatu.Cic.ad Attic.li.1.12.13.

Alienari ab interitu,biſq; rebus quæ interitum uideantur afferre.Cic.3.de Finib.25.

Alienari,pro corrumpi,quod uulgò dicũt alterari.Cornel.Celſus,lib.7.cap.16,Si uerò adhuc ea ſui coloris ſunt,cum magna feſtinatione ſuccurrendum eſt.Momento enim alienantur,extremo & inſueto ſpiritu circundata.Loquitur de interſtinorum uulneratorum curationibus.

Alienatus,pen.prod.Participiũ,(ἠλλοτριωμένος)Plaut.Merc. 12.26,Alienata eſt abs te mulier.Cic.in Lælio 66,Propter diſſenſionem autem,quæ erat in Repub.alienatus eſt à colega noſtro Metello.

Alienatus ad libidinem animus.Hoc eſt,à uirtute ad libidinem abductus.Liu.3.ab urbe 197.

Alienatus mihi eſt uſus ædium.Hoc eſt,mihi ablatus.Plaut.Mercur.21.4.

Alienatus ſenſu animus.Id eſt,ſic immutatus,ſic dimotus ac deiectus à ratione,ut nihil rectum ſentiat,Liu.2.ab Vrbe 56. Sic alienatus ſenſibus,Liu.5.bell.Pun. 209. Item alienatus mente,Plin 28.cap.8.5.

Alienatus animus & offenſus.Cic.ad Att.lib.1.epiſt.12.10.

Alienatus, (ἀλλοτρίωτος) nomen ex participio,ut Alienata mens.Liu.4.bel.Pun.120.

Alienatio,Verbale.Cice.in Orat.80,An quibus uerbis ſacrorũ alienatio fiat,docere honeſtum eſt:quibus ipſa ſacra retineri,defendiq; poſſint,non honeſtum eſt?Hic poſitum eſt pro Abalienatio:In alia ſignificatione dicitur Alienatio,quaſi ſeparatio atq; diſiunctio cuiuſpiam ab alio:hoc eſt, quum ab alio quis alienat animum,ſtudium, amorem,aut uolũtatem. Cæſar 2.bel.Ciuil.126,Caſtrorum autem mutatio quid habet,niſi turpem fugam,& deſperationem omnium,alienationem exercitus?Cic.in Lælio 66,Vt nõ ſtatim alienatio diſiunctioq; facienda ſit.Loquitur de ſeparatione ab amicitia.

Alienatio ab aliquo ad alium.Cic.1.Philipp.29,Tuamq; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ eſſe putauiſti.

Alienatio mentis,Eſt tanta commotio perturbatioq; rationis, ut homo non ſit compos ſui.Plin.lib.21.cap. 21.4,Cornel. Celſ.lib.4.cap.2.

Aliò,(ἄλλοσε)aduerbium loci,Ad alium locum ſignificans.Plaut. Milite 11.48.

Alio miſſus ſum.Terent.Eunuc.2.2.48.

Alio conferre animum.Id eſt,Ad aliam rem ſe conuertere. Terent.Heaut.2.4.10.

Alio reſponſionem ſuam deriuauit.Cic.3.Verr.98.Hoc eſt,aliud reſpondit,quàm quod interrogabatur.

Alio ſeruare aliquid.Cic.lib.2.de Finib.48,Appellet hæc deſideria naturæ,cupiditatis nomen ſeruet alio.Id eſt, ad aliud.

Alio transferre ſermonem,id eſt,ad aliam(ut dicũt) materiam. Cicer.libro 1.de Orator.66, Sed,ſi placet,ſermonem alio transferamus.

Alio me uocat ueſtra expectatio.Cice.pro Cluentio 49,Vocat me aliò iamdudum tacita ueſtra expectatio.Hoc eſt,ad aliud tractandum dicendumq;.

Quò alio.Cic.ad Attic.lib.9.epiſt.190.2,Ex illius ſermone ſtatuam,Arpinúmne mihi eundum ſit,an quò aliò.Id eſt,in alium alium locum.

Alioqui,ſiue Alioquin, (ἄλλοσε, ἄλλως, εἰδιμὴ)coniunctio, pen.prod.ſignificat Aliter,ſiue Alio modo,uel quòd ſi non, uel Præter hoc.Ci.in Orat.270,Quorum ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibitus.Alioquin quonam modo ille in bonis hærebit & habitabit ſuis?Idem lib.2.de Legibus, 98,Credo minimam olim ſepulcrorum fuiſſe cupiditatem: alioqui multa extarẽt ampla maiorum.Plinius in Præfatione,lib.1.Quint li.2.ca.16,Phrynen non Hyperidis actione, quanquam admirabili,ſed conſpectu corporis,quod illa ſpecioſiſſimam alioqui diducta nudauerat tunica,putant periculo liberatam Horatius 1.Serm.Satyr.4.1.

Alioqui, ſine n, ſcribi debere,ut Atqui pro Sed,tradit Caper Grammaticus in libro de Ortographia & Latinitate. Eius hæc ſunt uerba:Atqui careat n,ſimiliter Alioqui. Baptiſta Pius in illud Lucretij ex lib.3,

Incolumis quamuis alioqui ſplendidus orbis, &c. ſic præcipit:Sequente uocali, imitatione Græcorum, dicimus Alioquin.Sequente uerò conſonante, ut ſeruetur euphonia, Alioqui.

Aliorſum,(ἀλλαχόσε)aduerbium loci,uerſus alium locum ſignificans,& eſt dictũ per ſyncopen pro Aliouerſum. Plaut. Truc.8.36,Ancillas iubet,quoniã iam decimus menſis aduenit at propè,Aliam aliorſum ire.

Aliorſum,In aliam partem,ait Donatus.Terent.Eunuc.1.2.2,

Miſeram me,uereor ne illud grauius Phædria
Tulerit:neue aliorſum atq; ego feci,acceperit.

Aliouerſum,(ἀλλαχόσε)aduerbium loci,idem quod aliorſum: ſed hoc minimè uſitatum.

Aliouerſum,in aliam partem.Plaut.Aulul.9.8,

Atqui ego iſtuc Antbrax aliouerſum dixeram,
Non iſtuc quod tu inſimulas.

Aliter pen.corr.(ἄλλως)Aduerbium qualitatis,id eſt, alio modo.Cicer.7. Verr. 45,Aliter decernere in eadem cauſa nõ potuiſti. Terentius Adelph. 5.8.13, Nihil agis:fieri aliter non poteſt.

Aliter,geminatum.Plaut.Epid.12.9,Aliter catuli longè olent, aliter ſues.Cic.3.Offic.89,Sed aliter leges,aliter & philoſophi tollunt aſtutias.

Aliter atq; aliter numen erumpens.Plin.li.2.cap.93.3,Hoc eſt, uarijs modis.

Aliter,proCõtrà,Donato interprete.Terẽt. in Prolo. Andr.3. Verùm aliter euenire multò intelligit. Virg.Aeneid.2,

Dijs aliter uiſum.

Aliter ac,pro Aliter quàm.Terent.Phorm.3.2.45,Ego iſti nihilo ſum aliter ac fui.Cice.1.Off.45,Aliter de illis ac de nobis iudicamus.

Aliter atq; Idem quòd Aliter ac.Terent.Adelph.4.3.6,Nunquam te

Digitized by Google

quam te,aliter atq; es,in animum induxi meum.Cicer.4.de Finib.Hic loquebatur aliter atq; omnes.

Aliter atq; ut.Cic.ad Attic.lib.16.epist.337.4,De Antonij itineribus,nescio quid aliter audio atq; ut ad te scribebam.

Longè aliter.Vide Longus.

Multò aliter.Vide Multus.

Aliter quàm.Plaut.Sticho 2.29,Atq; aliter nos faciant, quàm uxores suas æquum est uiros.

Sin aliter.Plaut.Amph.4.55,Sin aliter sint animati. Terent. Adelph.5.3.5,Sin aliter de hac re est eius sententia.

Aliter,sequente.Et Ci.ad Att.li.10.epist.203.2,Quòd de puero aliter ad te scripsit,& ad matrem de filio, nõ reprehẽdo.

Aliter pro,Quandoq; siue aliàs,siue,si id non fiat,siue alioqui, Paulus in L.singulis.ff.de except.rei iud.

Aliter,pro alioqui.Cic.in Lælio 64, Qui negligendi quidem non sunt,sed alio quodam modo colendi.Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt.Colum.lib.2.cap.9, Sed antiquißimum est omnem inde humorem facto sulco deducere:aliter uana erunt prædicta remedia.

Aliubi,pen.corr.(ἀλλαχόθι)aduerbium loci,pro Alibi. Plin. lib.10.cap.30.1,Nec usquam aliubi candidæ nascuntur.

Aliubi,geminatum.Varro.1.de re Rust.cap.44,Vt ex eodem semine aliubi cum decimo redeat,aliubi cũ quintodecimo.

Aliubi atq; aliubi.Plin:lib.9.cap.54.1,Aquatilia genera aliubi atq; aliubi meliora.Senec.de Benef.lib.5.cap.6.

Aliubi,ter repetitum.Plin.libr.11.capit.14.1, Aliubi enim faui ceræ spectabiles gignuntur,ut in Pelignis,Sicilia:aliubi mellis copia,ut in Creta,Cypro,Africa:aliubi magnitudine, ut in Septentrionalibus.

Aliunde,(ἀλλαχόθεν,ἄλλυ)aduerbium,Ex alio loco.Plin.lib. 13.cap.16.2,Radice nihil crispius, nec aliunde preciosiora opera.Id est,ex nulla alia Trogetes arboris parte, quàm ex radice.Idem lib.15.cap.19.7,Inde repertum ut allatæ aliunde,& inter se colligatæ inijcerentur fico.Id est,ex alio loco.

Aliunde,ad hominem relatum.Cic.Attic.li.10.192.4, Quod scribis,non quo aliunde audieris,sed teipsum putare, me attractum iri.Idem pro Ligario 1.

Aliunde assumpto bono uti,non proprio,nec suo.Cic.2.de Orat.23.

Aliunde factum uerbum.Cic.in Orat.44.

Aliunde nota.Quint.lib.4.cap.1.3.

Aliunde pendere.Cic.ad Luceium,lib.5.epist.13.3, Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam,nõ aliunde pendere,nec extrinsecus aut benè aut malè uiuendi suspensas habere rationes.

Aliunde petere copiam dicendi.Cic.2.de Orat.22.

Aliusmodi,(ἀλλοῖος)quasi alterius modi.Cæsar,Vno enim excepto,quem aliusmodi atq; omnis natura finxit,suos quisq; habebat charos.Adiectiuum est indeclinabile, omnis generis,sicut Eiusmodi,& cætera eo modo composita.

Aliuta] Antiqui dicebãt pro Aliter.Hinc est illud in legib.Numæ Pompilij,Si quis aliuta faxit,ipsius Ioui sacer esto.Festus.

Allabor] pen.prod.allaberis,allapsus sum,(ἐπιῤῥέω)allabi, iuxta labi,siue fluere.Cic.2.de Diuinat.86,Et humor allapsus extrinsecus,ut in tectorijs uidemus.Interdum ad alia refertur:sicut simplex Labi.Liu.5.bel.Pun.87,Ad exta sacrificio perpetrato angues duo ex occulto allapsi edere iecur. Virg.9.Aeneid.Ergo alis allapsa sagitta.

Allabi,de nauigatione dictum.Virg.6.Aeneidos,

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Allapsus genibus:Id est,ad genua prostratus,qualiter solent supplicabundi.Seneca in Hyppolyt.5.16.

Allapsus,huius allapsus,(ἐπίῤῥευσις)Verbale ab Allabor. Horatius Epod.1.4,

Vt assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet. Sil.Ital.lib.3.94,
At gregis allapsu fremebundo territus acris
Expauit molles Rhodanus.

Allaboro] allaborat,pen.prod.(ἐπιπονέω)allaborare.Idem quod Laboro,uel uehementer laboro.Horatius Epod. 8.4,

Quod ut superbo prouoces ab inguine,
Ore allaborandum est tibi.

Allaborare alicui rei: Id est,per laborem aliquid ei adijcere. Horat.1.Carm.38.1, Simplici myrto nihil allabores.

Allæuo] allæuas,(ἐπιλαιάνω)allæuare.Idem quod Læuigare, læue facere.Colum.lib.4.cap.25,de falce uinitoria loquẽs, Nam quum in aduersum pressa manu desecare quid debet: cultro utitur:quum autem retrahere,sinu: quum allæuare, scalpro:quum incauare,rostro.Ibidem,Nam ea plaga quæ sic efficitur,uno uestigio allæuatur.

Allalia] ἀλλαλία,Corsicæ insulæ oppidum,Phocensiũ opus, teste Herodoto.Gentile est Allalieus,ἀλλαλιεύς.Steph.

Allambo] allambis,(προσλιχμάω) allambere: Idem quod Lambo:& per metaphoram, Leniter attingo. Quintil.in Sepulcro incantato,Scitis ipsi quo exequiarũ die labore exacta sit,quamdiu filium tenuerit allambentibus flammis.

Allante,es] ἀλλάντη Stephan.Duorum oppidorum nomen est,quorum alterũ in Arcadia,in Macedonia alterũ collocatur.Inde Allantij,qui & Allantenses dicũtur à Pl.li.4.c.10.

Allantopœi] ἀλλαντοποιοί,Sunt qui farcimina faciunt,qui ἀλλᾶντες Græcis appellantur,siue ex cruore & adipe, siue ex carnium concisarum itemq; adipis mole,ipsorum fartura constet,intestinis excepta.

Allatro] allatras,pen.prod.(προσυλακτέω) allatrare, Aduersus aliquem latrare.Et ad canes propriè pertinet, sicut Latrare.Dicimus enim Allatrauerunt eum canes: & Allatratus est à canibus.

Allatrare aliquem,per metaphoram:Est per inuidiam crimina ri.Liuius 8.bel.Maced.237, Qui uiuo quoq; eo allatrare eius magnitudinem solitus erat.Columel.in præfat.lib.1.8, Sed ne caninum quidem(sicut dixere ueteres)studium præstantius,locupletißimumq; allatrandi.

Allatrãt maria orã aliquã,per metaphorã.Plin.li.4. cap.5.8, Tot sinus Peloponẽsem orã lacinãt,tot maria allatrãt.Hoc, pro Vndiq; alluũt posuit:sed ad fluctuũ sonitũ respexit:quasi sit canum latratibus comparandus.Idem li.2.cap.68.3.

Allatrat uictorem inuidia ore nigro.Sil.Ital.lib.8.58.

Allatus] προσενεχθείς,Participium. Vide Afferor.

Allaudo] allaudas,allaudare.Poeticum uerbum,pro Laudare,uel ualde laudare.Plaut.Merc.3.84, Agit gratias mihi, atq; ingenium allaudat meum.

Allecto] Vide Allicio.

Allectus] Vide Allego,Allegis.

Allego] allegas,pen.pro.(πέμπω,ἐπιπρεσβεύομαι)allegare. Est propriè grauioris negotij causa quempiã mittere intercessorẽ,interpretẽ,sequestrẽ,internũciũ:sed hoc in priuatis rebus,sicut Legare in publicis.Plaut.Cas.2.51, Pater allegauit uillicũ,qui posceret sibi istam uxorem.Cic.3.Verr.106, Petit à me Rabonius,& amicos allegat:facilè impetrat.

Allegare ad aliquem.Plaut.Epid.9.43,Ego si allegassem: aliquem ad hoc negotiũ.Ci.3.Verr.109,Primo necessarios ipsius ad eũ allegatos esse dicebat.Idẽ Catoni,li.15.Epi.4.48.

Allegare aliquem alicui rei.Plautus Amph.8.40, Alium ego isti rei allegabo,ne time.

Allegare aliquẽ hominẽ alteri.Ci.pro Roscio Amer.15,Chrysogonus & ipse ad eos accedit,& homines nobiles allegat ijs, qui peterent ne ad Syllam adirent.

Allegare.Budæus,(λογεύεσθαι,sua iura allegare,et in iure disceptã-

Digitized by Google

disceptare: quod causificari Plautus dixit: Cic. etiã & causari & proferre: Quintil. & Iurisconsulti allegare appellant.

Allegare, Afferre, Adducere. Plin. in Epist. Tam multa allegauit, quæ ad rem propositam pertinere minimè uidebãtur. Idem Epist. 59. a, Adhibes preces, allegas exemplum: & Allegantes patrocinij fœdus. Plin. Epist. 4. li. 3. Quintil. lib. 4. cap. 1, Nam tum dignitas litigatoris allegatur, tum confirmatur infirmitas. Stat. Achill. 2. 45,

Allegantq; suos utroq; à sanguine diuos.

Allegare, pro Appellare, siue nommare. Cic. pro Cluentio, 29, In quo inter allegatos, Oppianici nomen primum esse constabat. Idem. ad Qu fratrem, lib. 2. 7. 9, Sed idem Nerius in dex edidit ad allegatos Cn. Lẽtulũ Vacciam, & C. Cornelĩũ.

Allegatio, Verbale, (ἐπιπερίσβυσις) quasi priuata quædam legatio. Quod facilius intelliges ex interpretatione ipsius uerbi Allegare. Cic. 3. Verr. 30, O dij immortales, quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit. Id est, amicorum interceßionibus, & uelut legationibus. Ibidem 96, Quum sibi omnes ad istũ allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius intercluſos uiderent.

Allego] allegis, pe. corr. allegi, allectum, (προσαταλέγω) allegere, In cœtum adiungere, & ascribere, & quasi cooptare. Nam & legi dicebantur, qui in senatorum numerum ascribebantur: ut Sublegere, in locum demortui legendo substituere: quibus uerbis Iurisconsulti usi sunt.

Allegere in ordinem. Vlpianus de Decurionibus, Spurios quoque posse in ordinem allegi, nulla dubitatio est. Tranquillus in Tiberio, Instanti sæpius ut ciuitate donatum in Decurias allegeret: negauit se allecturum. Liuius. Cæterum quia de plebe allegebantur, eandem ægrè paßi Patres. Ex Budæo.

Allegere inter Prætorios. Plin. li. 1. Epist. 14, Allectus enim à diuo Vespaſiano inter Prætorios, honestam quietem huic nostræ, ambitioni iudicũ, an dignitati? constantißimè prætulit.

Allectus, (προσαπελεγμένος) participium ab allegor, allegeris. Festus.

Allecti dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex Equestri ordine in Senatorum sunt numerum assumpti. Nam Patres dicuntur, qui sunt Patritij generis. Conscripti, qui in Senatu sunt scriptis annotati.

Allegoria] allegoriæ, (ἀλληγορία) Inuersio à Quintiliano dicitur: figuræ quoties aliud sensu, aliud uerbis intelligitur. Cic. in Orat. 51, Iam quũ fluxerunt plures cõtinuæ trãslationes, alia planè fit oratio. Itaq; genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere melius ille qui ista omnia translationes uocat. Idem ad Atticũ, lib. 2. Epist. 35. 3, De Re publica breuiter ad te scribam: iam enim charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. Itaq; posthac si erunt mihi plura ad te scribenda, allegorijs obscurabo. Terent. Phor. 2. 2. 16, Quia non rete accipitri tenditur, neq; miluio. Vbi Donatus, Per allegoriam loquitur paraßitus: ut totum triuiale sit, à conuiuijs esciq; translatum.

Allegoricõs. Seruius in Virg. Bucol. 5.

Alleluia] Herba est, quam Trifolium acetosum, & Panem cuculi uulgus & officinæ appellant. Plinio & doctis uocatur Oxys. Ruell. li. 2. cap. 144.

Alleuo] alleuas, pen. corr. (ἐπαίρω, ἐπιπαφίζω) alleuare, In altum tollere, uel de imo, & ubi quid iacet, atq; proiectum est, sursum tollere. Quintil. lib. 1. cap. 12, Vidi multos, quorum supercilia ad singulos uocis conatus alleuarentur. Idẽ, Homini in aquam lapso, atq; ut alleuaretur oranti. Hæc Valla lib. 5. Idẽ li. 12, Ideoq; abiectos ac submittentes sese, libenter alleuamus. Ouid. 6. Metam. 50,

Euolat, ut gelidos complexibus alleuet artus.

Alleuare afflictum. Quintil. in Pariete palmato.

Alleuatur animum Artabanus. Corn. Tacit. lib. 5. Id est animo.

Alleuare dictis ærumnam aliorum. Cic. 3. Tuscul. 120.

Alleuare onus. Id est, onus alicui leuius facere. Cicero pro Sexto Roscio, 6, Hoc onus si uos aliqua ex parte alleuabitis, feram ut potero studio & industria Iudices.

Alleuare solicitudines. Cic. de Claris oratoribus, 6.

Alleuor, quum loquor tecum absens. Cic. Attico, li. 12. 253. 2.

Alleuatum corpus, per translationem. Dicitur, quum est immi nuta corporis ægritudo. Cic. Attico, lib. 7. 121. 2.

Alleuatio, Verbale (ἐπανόφωσις) Doloris mitigatio, siue diminutio. Cic. 1. de Fin. 63, Dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis soleat esse: ut eius magnitudinem celeritas, diuturnitatẽ alleuatio consoletur. Sic idẽ ad Varronẽ, li. 9. 1, 2.

Alleuamentum, Verbale, (ἐπανόφιμος) Idem quod alleuatio. Cic. pro Sylla, 50, Et in aduersis sine ullo remedio atq; alleuamento permanere.

Allex] Plaut. Pœnulo, Tunc etiam amator audes esse allex uiri? Hoc loco allex uiri, fæcem & sordes quidã interpretãtur quòd allex fæculẽtus salsamẽtorũ liquor sit, Authore Plin. li. 31. cap. 8. quum inquit: Vitium huius est allex, imperfecta nec colata fæx. Alij ab Allicio deductum uolunt: id est, quæ allicere ad te uiros soles. Secundum priorem sententiã substantiuum est, & declinatur alex, alecis, scribiturq; unico l, ut supra monstratum est, secundum posteriorem, adiectiuum est allex, allicis, pen. corr. ab allicio.

Allia] Alliæ, (ἀλλίας) Fluuius, qui à Crustumijs mõtibus prærupto defluẽs alueo Tyberino amni miscetur. Vbi magna strage Romani à Gallis duce Brenno profligati sunt. Vnde Alliensis dies, pro infausto. Cicero Attico, lib. 9. Epist. 4, Vt maiores nostri funestiorẽ diem esse uoluerunt Alliensis pugnæ, quàm urbis captæ, & quòd hoc malum ex illo.

Allia damnata Fastis Romanis. Lucan lib. 7. 82,

— cedant feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia Fastis.

Allia flebilis. Ouidius lib. 1. de Arte amandi 83.

Allia grauis. Ouidius in Ibim, 45.

Allia, infaustũ nomẽ. Virg. 7. Aen. 144, — populiq; Latini,
Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.

Seruius: Allia fluuius haud lõgè ab urbe est: iuxta quẽ Galli Brenno duce, XV, Calendarum Augustarũ die, deleto exercitu, post triduum deleuerunt etiam urbẽ, excepto Capitolio.

Alliaria] alliariæ, f. g. σκορόδιος, Herba est quæ & odore & sapore ita abundè allium refert, ut meritò sic uocitetur. Matthiol. in Dioscor. li. 3.

Alliatus] Vide Allium.

Allicio] allicis, pe. corr. allexi, allectum, (δομαγωγῶ, ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισύρομαι) allicere, ex ad & latio antiquo uerbo compositum, Est blanditijs attrahere, siue potius inducere, atq; inuitare. Cic. de Amicitia 27, Allicit homines ad diligendum uirtus.

Allicere & attrahere. Cic. de Amic. 46, Nihil est quod ad se rẽ ullã tã alliciat, & tã attrahat, quàm ad amicitiã similitudo.

Allicere & excitare studia hominum. Cic. 2. Off. 28.

Permulcere atq; allicere auditorem. Cic. 2. de Orat. 173.

Allici & teneri. Qu. Cice. de Petit. Consul. 36, Excelle dicendo: hoc etiam tenentur Romæ homines, & alliciuntur.

Allicere & trahere ferrũ. Cic. 1. de Diuinat. 144. de magnete.

Allicere animos ad beneuolentiam. Cic. 2. Off. 68.

Allicere aures. Lucret. lib. 6. 37. (9. 88.

Allici beneficijs in aliqd, et cõpelli iniurijs. Ci. Lẽtulo li. 1. Epist.

Allicere beneuolẽtiã alicuius. Ci. 7. Verr. 143. et pro Mur. 67.

Allicere delectatione. Quint. lib. 5. cap. 14. 23.

Allicere iuuentutem ad studia. Quint. lib. 3. cap. 1. 3.

Lectorem delectatione aliqua. Cic. 1. Tuscul. 10.

Mentes

Digitized by Google

Mentes hominum. Cic. 1. de Orat. 16.
Opes ad misericordiam. Cic. pro Lege Manil. 16.
Pestem. Lucan. lib. 9. 170, — calidoq; uapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes.
Somnum, aut allicere somnos. Quod etiam dicitur Somnum inuitare, & conciliare. Plin. li. 21. cap. 18. 8. & lib. 9. cap. 13. 2. Item lib. 29. cap. 3. Ouid. 6. Fast. 137,
Alliciunt somnos tempus, motusq;, merumq;.
Voluntates alienas. Cic. pro Plancio, 8. Id est, alienatas.
Voluntates populi alienas, retinere partas. Cic. pro Plancio, 8.
Allectus, participium, (ἐπαχθείς) ut Allectus consuetudine peccandi. Quint. lib. 7. cap. 3. 35. An etiam consuetudine peccandi sit allectus.
Allector, (ἐπαγωγεύς, ἐφελκυσθής) Verbale ab allicio, Qui allicit. Colum. li. 8. cap. 10. 1, Qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captiuorũ. De turdis loquitur.
Allecto, allectas, (ἐπάγω) allectare, Frequentatiuum ab allicio. Est, frequenter allicere, hoc est, blandimentis ad aliquid inducere, seu inuitare. Colum. li. 2. cap. 3. 1, Ad aquam ducio portet, sibiloq; allectari, quo libentius bibant.
Allectare & inuitare. Cic. in Lælio, 81, Allectant, & inuitant. Idem de Senect. 53, Ad quem fruendum non modò non retardat, uerumetiam inuitat, atq; allectat senectus.
Allectatio, allectationis, Verbale, (ἐπαγωγή) Quint. li. 1. capit. 10. 25, Et Chrysippus etiã nutricum, quæ adhibentur infantibus, allectationi suum quoddam carmen aßignat.
Allicefacio, allicefacis, allicefeci, allicefactũ, (ἐπάγομαι) allicefacere, Idem quod Allicere. Suet. in Vitellio, cap. 14, Nobiles uiros, condiscipulos & æquales suos, omnibus blanditijs tantum non ad societatem imperij allicefactos, uario genere fraudis occidit. Verbum est durè compositum ex allicere & facio: sicut calefacio, frigefacio, et similia: si tamen uerum est ita scripsisse Suetonium.
Alliculæ] Vide Aliculæ.
Allido] allidis, pen. prod. allisi, allisum, (ἐλαφίζω, καταφέρω, προσαράσσω) allidere, Compositum ex ad, & lædo. Est ad aliqd impingere: ut Allisit caput ostio, uel ad ostiũ. Cæsar 3. bel. Ciuil. 107, Et ex magno remigum propugnatorumq; numero pars ad scopulos allisa interficeretur. Colum. de arboribus, cap. 9. 3, Medullamq; omnem eradito, tum demum in se positum colligato, sic ne gemmas allidas. Id est, attingendo lædas Lucret. lib. 4. 60,
Sic eliditur, ut siquis prius arida, quàm sit
Cerea persona, allidat pilæue, trabiue. Catul. in Argonaut. epigram. 59. 14, Ipsius ante pedes fluctus salis allidebant. Versus est spondaicus.
Allidi aliquis dicitur per metaphoram. Colum. libr. 1. capit. 3. 8, Quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum: Pro affici dãno posuit: sed perseuerauit in translatione à luctantibus: quorum uictus à uictore prostratus, allidi humi solet.
Allidi in re aliqua. Cic. ad Qu. fratrẽ, li. 2. 10. 8, Sed hoc incommodũ consolantur quotidianæ dãnationes inimicorũ, in quibus me perlubente Seruius allisus est, cæteri cõcidũtur. Id est, læsus, quasi dicat, Aliquam fecit rerum suarum iacturam.
Allienus] nomen proprium uiri, qui Siciliam obtinuit cùm Cæsar in Africa bellum gereret. Hirtius de Bello Afric. Meminit & cuiusdam Allieni Cicero, Philipp. 11. ubi suum familiarem uocat, & eum scribit Dolabellæ fuisse legatum.
Alligo] alligas, pe. corr. (προσδέω, ἀναρτῶ, ἐξαρτῶ, περιάπτω) alligare. Ad aliquid ligare: ut Alligare uitem palis, uel ad palos. Vnde & iocus ille Ciceronis apud Macrobiũ, Quis alligauit generum meum ensi? Colum. Arbustiuam uitem, an tè quàm putes, alligare diligenter oportet. Ci. 2. de Diuinat.
Alligandi omnes essent, qui cubium irent.
Alligare caput lana. Martial. lib. 12. 86.
Alligat naues anchora morsu. Virg. 1. Aeneid. 35.
Alligare uulnus, Quod & ligare, & colligare dicitur. Cicer. 2. Tusc. 68. & Liuius 7. ab Vrbe, 105.
Alligare ad rem aliquam. Plin. lib. 10. capit. 24. 2, Lino ad pedes eius alligato nodis. & lib. 16. cap. 44. 5. Cic. 6. Verr. 81, Ad statuam Siculi te prætore alligabantur. Sic alligare ad palum. Cic. 7. Verr. 9. & 10.
Alligare in rem aliquam. Cic. 1. Tusc. 198, Archimedes Lunæ, Solis, quinq; errantium motus in sphæram alligauit.
Alligare, pro Impedire. Virg. 6. Aeneid. 88,
Fata obstant, tristiq; palus inamabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
Alligare iter. Stat. Sylu. lib. 4. 3. 10,
Tunc umbonibus hinc & hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis.
Impediri in re aliqua & alligari. Cic. Att. lib. 8. 169. 1, Cedendum enim celeriter est, ne fortè qua in re impediar atq; alliger. Hoc est, sic astringar, ut cedere nõ liceat. Ita plus esse uoluit Alligari, quàm Impediri.
Alligare aliquem. Terent. Adel. 5. 3. 58, Eo pacto prorsum illic alligaris filium. Vbi Donatus, Quis dicitur alligari ad aliquid, sine quo esse non posßit. Ergo propriè ad amicam alligari adolescentem dixit amatorem.
Alligare aliquem stipulatione. Cic. pro Rosc. Comœdo, 21.
Alligari beneficio. Cic. pro Plancio, 56.
Alligari noua lege. Ci. pro Clu. 125. Et ibidem 119, Alligat lex omnes mortales. Alligari sacris. Cic. 2. de Legib. 80.
Alligare se, obnoxium facere: Cic. pro Flacco, 32, Flaccus nunc se scelere alliget, quum iam testem illum effugere non posßit. Terentius Eunuc. 4. 7. 39, Audin tu hic furti se alligat. Vbi Donatus, Alligat, astringit, illaqueat, & obnoxiũ facit.
Alligare se ad præcepta catholica. Quint. lib. 10. cap. 13. 9.
Alligare se ad pœnam. Quint. lib. 10. cap. 3.
Alligatus, participium, (προσδεδεσμένος.)
Alligatus, pro obligatus: ut Alligata fœdere ciuitas. Liuius quinto bel. Macedon. 178. Sic
Alligatus nuptijs: Id est, aut propter nuptias impeditus, aut illi matrimonio obnoxius. Cic. pro Cluent. 142.
Alligatus Cæsaris actis teneretur. Ci. pro Domo sua ad Põt. 33.
Alligatus, & solutus, contraria. Cic. 3. de Orat. 96, Vt uerba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege uersus: neq; ita soluta, ut uagentur. Idem ad Att. lib. 2. Epist. 33. 2, His ex rebus non spes, sed dolor est maior: quum uideas ciuitatis uoluntatem solutam, uirtutem alligatam.
Alligatio, Verbale, (πρόσδεσις) Columel. li. 11. cap. 2. 12, Arborum q; sium putatio, siue alligatio finienda est.
Alligator. penu. prod. Verbale. (προσδετήρ) Qui alligat. Colũ. lib. 4. cap. 13. 1, Deinde sequitur alligator: cuius officiũ est, ut rectam uitem producat in iugum.
Alligatura, pen. prod. (ἐπίδεσις) Verbale, dictum ut Scriptura. Colum. de arboribus, cap. 8. 2, Infra insitionem & alligaturam falce acutâ leuiter uitem uulnerato.
Allino] allinis, penult. corrept. allini, alliui, & alleui, allitum, (ἐπιχρίω) allinere. Ex ad & lino linis; idem quod simplicè linere. Plinius, Sunt qui leporino coagulo mel addant, & hoc sæpe allinant dentem. Idem libr. 13. capit. 12. 3, Turbidus liquor uini glutini præbet, quum primo supina tabula scheda allinitur. Adlino scribunt nonnulli. Horat. in Arte Poetica 90,
Vir bonus & prudens uersus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signum. Acron: Id est, apponet.

Allinere

Digitized by Google

Allinere ſordes alicui ſententiæ. Cicer. 2. Verr. 11, Nulla nota, nullus color, nullæ ſordes uidebantur his ſententijs allini poſſe.

Allinere uitia ſua alteri, pro Linere uel aſpergere aliquem ſuis uitijs, dixit Senec. Epiſt. 7.

Allium] allij, (σκόροδον) Genus oleris quo ueſcimur. Plin. li. 19. capit. 6, Allium ad multa ruris præcipuè medicamenta prodeſſe creditur: tenuiſſimis, & quæ ſeparantur in uniuerſum uelatur membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim ueſtitis: aſperi ſaporis: & quo plures nuclei fuere, hoc eſt aſperius. Tædium huic quoq; halitu, ut cæpis, nullum tamen coctis. Virg. 2. ecloga,

Allia, ſerpillumq; herbas contundit olentes.

Ne allij quidē caput. Subaudi dedit, uel appoſuit, aut aliquid ſimile. Prouerbialis eſt hyberbole, qua utitur Ariſtophanes in Veſpis. Conueniet in ſordidum, & impendiò parcum.

Allia ne comedas & fabas. Hoc eſt, ne bellis néue in iudicijs adſis. Eraſmus putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur ſuffragia.

Allium in retibus. De ſordido commeatu dicebatur: Hinc natũ, quòd Attici quoties nauigationem aut expeditionem adornabant, commercabantur allia, eaq; retibus impoſita ſecum ferebant. In obſidionibus quoq; urbium in precio erat alliũ: unde illud apud Suidam. Perdo allia in obſidione. Locus erit adagio, ſi quem admoneas, ut Philoſophiæ ſtudium aggreſſurus, paret ſeſe ad frugalem uictum, ad uigilias ac labores, ſine quibus non paratur eruditio.

Alliatus, adiect. pen. prod. (σκοροδωτός) Plaut, Moſt. 2. 45, Sine me alliatum fungi fortunas meas: ut, Malo te alliatum eſſe, quàm unguentatum eſſe. Id eſt, olere allia, quàm unguẽta: ut ſit ſenſus, Sine me alliatum fungi fortunas meas: Hoc eſt, permitte me, quem allium olere, & fœtere dicis &c.

Allobroges] pen. corr. (ἀλλόβρογες) populus Galliæ iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienſes & Delphinates, uictoria Fabij & Catilinæ coniuratione noti, ad tractum Lugdunenſem ſiti, Ptolemæo Authore.

Allobroges infideles rebus nouis, id eſt, coniurationi Catilinæ, cui penè conſenſerant, nec fidem tamen ſeruarunt. Horatius Epod. 16. 2,

Nouiſq; rebus infidelis Allobrox. Cic. 1. de Diui. 42,
At clades patriæ flamma ferroq; parata,
Vocibus Allobrogum Patribus Populoq; patebat.

Coniurationem quippe Catilinæ detexerunt.

Allobrogicus, Adiectiuum, (ἀλλοβρογικὸς) ut Allobrogicum uinum, apud Celſum, li. 4. cap. 5.

Allobrogica uua, apud Plinium, lib. 14. cap. 2.

Alloœtheta] penu. corr. (ἀλλοιόθετα) Latinè dici poteſt, Aliter poſita, Aut alia poſitio: à Priſciano lib. 18. dicitur Variatio. Confundit autem numerum, ut Virgilius, Pars in fruſta ſecant. Caſus, Tu mihi quodcunq; hoc regni: pro hoc regnum. Genus, Virgil.

Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis,
Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.

Ad dulce enim, quod eſt neutrum, tam maſculina, quàm fœminina reddidit.

Allophylus] pen. prod. (ἀλλόφυλος) Latinè dicitur Alienigena, Alterius generis, Diuerſæ nationis: ab ἄλλο, Aliud, & φύλον, Gens, Natio.

Alloquor] pen. corr. alloqueris, allocutus ſum, (προσφθέγγομαι, προσαυδάω) alloqui. Ex ad & loquor, uerbum notiſſimum. Plau. Amphit. 4. 2 44, Alloqui te perparcè liceat obſecro. Author ad Heren. 166, Te nunc alloquor Africane. Varro. 5. de ling. Lat. Allocutum mulieres ire aiunt, quũ eunt ad aliquem locutum conſulendi cauſa.

Alloqui familiariter cum aliquo. Curt. li. 6.

Alloquium, (πρόσφθεγμα) Verbale, Id eſt, allocutio. Liuius 1. ab Vrbe, 156, Et ipſe quoq; fortunam benigno alloquio comitate inuitandi, beneficijſq; quos poterat ſibi conciliando adiuuabat. Plinius li. 6. cap. 22. 4, Hoſpitali regis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio. Plinius Epiſt. 8. 6, Medici, ſalubres ſed uoluptate carentes cibos blandioribus alloquijs proſequuntur.

Alloquia dulcia. Horat. Epod. 13. 4,

Illic omne malum uino cantuq; leuato
De formis ægrimoniæ, dulcibus alloquijs.

Alloquium aptare. Stat. 11. Thebaid. 123.

Alloquium mite. Stat. 7. Thebaid. 111.

Alloquutio, uel Allocutio] Verbale (προσφώνησις) Venuſtius & uſitatius eſt alloquium. Plin. Epiſt. ultima, li. 2. Mutat perſonam, uertit allocutionem. Id eſt, ſermonem.

Allocutione ſolari aliquem. Catul. ad Cornificium, epigr. 36,

Quem tu (quod minimum, facilimumq; eſt)
Qua ſolatus es allocutione?
Iraſcor tibi, ſic meos amores
Paulum quidlibet allocutionis
Mœſtius lacrymis Simonideis.

Alloria] ἀλλωρία, urbs Cretæ, ut ex Polybiſtore refert Stephan. Gentile eſt, Alloriates.

Alloſcorodon] ἀλλοσκόροδον, Herba eſt Dioſcoridi, quæ notiore nomine Capparis appellatur.

Allotriges] ἀλλότριγες, Populi in tractu Septentrionali Hiſpaniæ. Strab. li. 3.

Allubeſco] allubeſcis, allubui, allubitum (ἐπιχρέσκω) allubeſcere. Antiquum uerbum pro Placere. Et eſt ab imperſonali uerbo lubet, pro libet. Plaut. Mil. 14. 13,

—— nimiſq; nitida fœmina
Hercle uerò iam mihi allubeſcit primulum.

Allucinor] pen. corr. (παραβλέπω) allucinaris, allucinari. Gellius lib. 16. cap. 12, Cloatius Verrius in libris quos inſcripſit Verborum à Græcis tractorum, allucinari factũ ſcripſit ex eo quod dicitur Græcè ἀλύειν. Vnde elucum quoque eſſe dictum putat, a litera in e conuerſa, tarditatem quãdam animi & ſtuporem, qui allucinantibus plerunq; uſu uenit. Nonius, allucinari, aberrare, & non conſiſtere atq; diſſolui, obſtupeſieri, atq; tardari, honeſtè ueteres dixerunt. Feſtus, Allucinatio, Erratio. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 2. 13. 1, Sed quemadmodum coràm quum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet: ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum allucinari. Colum. lib. 7. cap. 3. ad finem, Nec fur aut beſtia allucinantem paſtorem decipiat. Cic. Attico, lib. 15. Epiſt. ultim. ad finem, Ego tamen ſuſpicor hunc, ut ſolet, allucinari.

Allucinari, per aſpirationẽ ſcripſiſſe ueteres admonet Gellius, lib. 2. cap. 3. Vt ſonus eſſet uiridior, uegetiorq;. Apud Nonium inter aſpirata ponitur: apud Feſtum uerò, in litera A.

Allucinor aliquid. Cic. 1. de Nat. deo. 97, Iſta enim à uobis quaſi dictata redduntur: quæ Epicurus oſcitans allucinatus eſt.

Allucidę] Animalcula quædam. Nonius, Hallicinari dicitur uana ſomniare: tractum ab allucitis, quos nos νάνωπας dicimus, ſicut Petronius Arbiter aſſerit, Nam centum uernules allucitæ me moleſtabant.

Alludio, as] Plaut. in Stich. Quando adbibero, alludiabo.

Alludo] alludis, penu. prod. alluſi, alluſum, (προσπαίζω) alludere. Quaſi ad aliquem ludere. Sic enim dicimus Alicui aliquem alludere, ut arridere cuipiam. Alludunt paruuli parentibus & nutricibus. Plinius lib. 9. cap. 8. 6, Hominem nõ expaueſcit, ut alienum: obuiam nauigijs uenit: alludit exultans. Et paulò pòſt, Et alludẽs natantibus, impoſitoſq; portans. De delphinis loquitur.

Digitized by Google

Alludere, est (inquit Valla, li. 4.) quum aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter referimus, ut Virg. 7. Aeneid. 24,

Nec plura alludens, ea uox audita, laborum
Prima tulit finem. Seruius: Alludens, aut certè ludentē significat: aut Alludens: Id est, ad responsi fidem uerba componens. Cicero 1. de Orat. 139, Galba autem alludens, uariè & copiosè multas similitudines afferre.

Alludere ad mulierem. Terent. Eunuc. 3. 1. 34, Fortè habui scortum: cœpit ad id alludere.

Alludere philosophiæ, pro quasi per lusum & non seriò tractare philosophiam. Seneca Epistol. 73, Adhuc est tertium genus, qui philosophiæ alludunt, & nondum quidem eam attigerunt.

Alludere, Fauere, blandiri. Seneca, Quum tibi alludit huius uitæ prosperitas.

Alludit unda. Plin. lib. 26. cap. 7, In saxis ubi alludit unda.

Alludentes undæ. Ouid. 4. Metamor. 69. Hoc est, quæ alludere uidebantur & blandiri. Et Quint. 100. b, Littus est quà fluctus alludit.

Alluo] alluis, allui, (προσπλύω) alluere, Ex ad & lauo lauis, ut ueteres declinabant. Fluuij dicūtur urbes alluere, qui eas præterlabūtur: sic & maria terras alluūt. Cic. 2. de Leg. 11, Diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. Idem de Orat. 57, Ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur.

Alluit gentes Mæotis. Seneca in Oedipo, 5. 15.

Alluuntur à mari mœnia. Cic. 7. Verr. 76.

Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Plin. lib. 6. cap. 4. Vide lib. 3. cap. 1. 11. & cap. 4. 1.

Alluuies, alluuiei, pen. pro. fœ. gen. (προσπλυσις) Immoderata aquarū uiolētia, uel pluuialium, uel fluuialium, similiumq; : quæ non tantum agros confundit, sed quandoq; eripit, & nonnunquam funditus destruit. Colum. lib. 3. cap. 11. 7, Vel etiam ualles quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint. Liuius 1. ab Vrbe, 15, In proxima alluuie, ubi nūc ficus ruminalis est, (quam Romulum uocatam ferūt) pueros exponunt. Loquitur de Tyberis inundatione.

Alluuio, alluuionis, f. g. (ἐπίπλυσις) Idem quod Alluuies. Cicer. li. 1. de Orat. 84, Alluuionum, circunluuionum iura.

Allus] Pollex, proximum digitū scandens, quòd uelut insiluisse in aliū uideatur: quod Græcè dicitur ἄλλεσθαι. Festus.

Alma] Mons est in Mœsia superiore, prope Sirmium, & Aureum, quem Probus Imp. Eutropio teste, opere militari uinxit consenit. Cælius lib. 18. cap. 21.

Almene] pen. prod. (ἀλμήνη) oppidum est ad Pontum Euximum: à quo fiunt gentilia, Alminius & Almenites. Steph.

Almo] Almonis, pen. pro. masc. gen. (ἄλμων) Fluuius uel potius riuus antè portam Capenam, urbi Romæ uicinus, apud quem Romani olim sacra Cybeles faciebant eodem ritu, quo Galli in Phrygia. Vide Cybele.

Almo Italus. Stat. li. 6. Syl. 1. 45. Claud. de bel. Gildon. 24.

Almo lubricus. Ouid. 4. Fast. 68.

Paruus Almo. Lucan. li. 1. 119.

Sacer Almo. Valer. Flac. Argonaut. lib. 8. 48.

Tepidus Almo. Sil. Ital. li. 8. 72.

Almon] ἄλμων, oppidum Thessaliæ Plinio, li. 4. ca. 8. Elmō alij uocant. Est etiam Almon apud Virg. 7. Aenei. pastoris nomen, filij Tyrrhæi, regij pecoris magistri.

Almopia] Almopiæ. Macedoniæ pars, sic dicta ab Almope gigante, Neptuni & Athamantidos Helles filio. Hinc Almopes, & Almopij, eius regionis incolæ. Plin. li. 4. cap. 10.

Almops] Almopis, gigas, Neptuni & Athamantidos Helles filius. Plin. li. 4. cap. 10.

Almus] ἄλμος, Sisyphi filius, (ut inquit Apollonius) frater Porphyrionis, ex cuius filia Chrysogone & Neptuno natus est Minyas rex Orchomeni. Idem tamen Minyæ matrē Hermippen Bæoti filiam appellat.

Almus] ζείδωρος, adiectiuum, Latini etiam sibi uendicant, ab alendo dictum. Vnde Festus, Alma, inquit, sancta siue pulchra: uel alens, ab alendo scilicet. Plaut. Curcul. 7. 79. Innoco almam meam nutricem.

Adorea alma: Id est, gloria quæ altrix est uirtutum. Horat. 4. Carm. 4. 9.

Carthago alma. Sil. Ital. lib. 13. 3.

Alma Ceres. Virg. 1. Alma de Sibylla dictum, quòd scilicet uirgo fuerit. Aeneid. 6.

Almus dies, id est, clarissimus. Virg. 8. eclog.

Nascere præq; diem ueniens age lucifer almum. Seruius. Horat. 4. Carm. 7. 2.

Faustitas alma. Horat. 4. Carm. 5. 4,

Nutrit rura Ceres, almaq; faustitas.

Fides alma. Cic. 3. Off. 142. ex Ennio, O fides alma.

Iubar almum, id est, dies. Valer. Flac. Argonaut. lib. 5. 63.

Liquor almus aquarum. Lucret. lib. 2. 79.

Lux alma. Virg. 1. Aeneid. 63, Vt primum lux alma data est.

Alma lux dicta, quòd alat uniuersa. nam physici dicunt omnia per diem crescere. Seruius.

Ager almus. Virg. 2. Georg. Parturit almus ager.

Maiæ almæ filius, pro Mercurio. Horat. 1. Carm. 2. 9.

Musæ almæ. Horat. 3. Carm. 4. 9.

Nereides almæ. Cic. in Arato, 49.

Nox alma. Senec. in Agamem. 2. 4. Idem in Troade, 6. 6.

Nutrix alma. Lucret. lib. 5. 47.

Pallas alma. Lucret. lib. 6. 151.

Alma parens, pro Venere. Virg. 2. Aeneid. 118. & 133. Martial. lib. 8. 22, Vigilat Memnonis alma parens. Id est, aurora. Virg. 10. Aeneid. Alma parens Idæa deum. Vbi Seruius, Alma propriè est tellus, ab eo quòd nos alat: abusiuè etiam alijs numinibus hoc epitheton datur.

Pax alma. Tibul. lib. 1 eleg. ult. ad finem.

Sol almus. Horat. in Carmine secul. 2.

Tellus alma. Colum. lib. 3. cap. 21. 2, Quibus alma tellus annua uice uelut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit ubera.

Venus alma. Virg. 1. Aeneid. 125.

Vites almæ. Virg 2. Georg. 47.

Alnus] huius alni. f. g. (ἄγχορος, κλήθρη) arbor fluuialis, siue palustris, notissima, quæ neq; fert fructum, neq; semen. De hac multa Vitruuius lib. 2. cap. 9. Meminit & Plinius lib. 16. cap. 37. & alibi.

Alta alnus. Senec. in Hippolyto, 1. 2.

Alnus amica fretis, Stat. lib. 6. Thebaid. 22.

Electrifera alnus. Claud. in Epithalamio Honorij & Mariæ.

Fluminea alnus. Sil. Ital. lib. 3. 93.

Longa alnus. Ouid. 13. Metam. 170.

Procera alnus. Virg. eclog. 6. 13.

Viridis alnus. Virg. eclog. 10. 15, Dicunt enim alnos in Padi ripis primum uisas, illicq; spectatissimas & magna copia uirere, ut ait Pausanias, ex historia quam narrat Ouidius lib. 2. Metam. Nam quum Phaeton impetratos à patre currus malè regeret. fulmine Iouis in Padum præcipitatus est. Quumq; Phaethusa, Phœbe, & Lampetie, eius sorores, ad huius fluuij ripas, eum mēses quatuor impatientissimè fleuissent, tandem Iouis misericordia in populos arbores uersæ sunt, uel (ut malult in Argonaut. Apollonius) in alnos: earum autem lacrymæ in electra. Virg. eclog. 6. 13. in alnos mutatas tradit hoc carmine,

Tunc Phaetontiadas muſco circundat amaræ
Corticis, atq; solo proceras erigit alnos. Idem tamen

Digitized by Google

lib.10.Aeneid.38.alteri subscribit opinioni,
Nanq; ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondes,umbramq; sororum
Dum canit,&c.

Alnus,pro nauigiolo:quia ex trunco alni excauatæ fiebant huiusmodi scaphæ.Claudian.in præfat.li.1.de Raptu,
Qui dubijs ausus committere flatibus alnum,
Quas natura negat,præbuit arte uias. Vir.1. Geor.28,
——alnos primum fluuij sensere cauatas.

Leuis alnus.Virgil.2.Georg.91.

Alnus apta fluctibus.Lucan.lib.3.89,
Syluaq; Dodones,& fluctibus aptior Alnus.

Alo]alis,alui,alitum & altum,(τρέφω)alere.Est rebus ad uictum,cultumq; necessarijs sustentare:quod uulgus dicit Intertenere:ut alere familiam.Cicero Paradox.57,Multi ex te audierunt quum diceres:Neminem esse diuitem,nisi qui exercitum alere posset suis fructibus.

Copias militum alere.Cic.pro Deiotaro,15.

Inter alere & educare.Nonius,Alere & educare hoc distant: Alere est uictu temporali uitam sustentare. Educare autem ad satietatem perpetuam educere. Accius in Andromeda,
Alui,educaui:id facite gratum ut sit seni.

Inter alere & pascere.Idem Nonius alio loco.Pascere & alere hoc distant,curam authoritate Var.γέροντες διδασκάλε, ut sit alere sufficiendi generis habere,Pascere natos cibo sagmare.Terent.And.1.1.30,
——aut equos Alere.

Alere,& nutrire,pro eodem.Nutriri est paruulorum ut crescant(unde nutrices dicuntur,nutritijq; qui curam infantiũ habent,habueruntúe)& adultorum,ut uiuant. Ali quoque in eodem significato.Vnde lex illa XII tabularum, Liberi parentes alant,aut uincantur.At in rebus incorporeis frequentius ut crescant.Quintilianus in præf.lib. 1, Sed alere facundiam,uires augere eloquentiæ posit. Perinde est acsi dixisset,Augere facundiam, augere uires eloquentiæ posit. Virg.Hos successus alit.Id est,quasi horum animos successus augescere facit.Hæc Valla,libro 5.cap.46.Cic.1. Tuscul.7, Honos alit artes.

Alit binos fœtus ubere.Virg.Eclog.3.6.

Alunt rhombos æquora.Hõrat.2.Serm.Satyr.2.10.

Aluere uictum mortalium glandiferæ arbores. Plin. in proœmio,lib.16.2.

Aluntur asperitate aquarum arbores.Plin.li.12.cap. 9.3.

Tellus alit saxa.Lucret.lib.2.232.
Nec mare,nec fluctus plangentes saxa crearunt,
Sed genuit tellus eadem,quæ nunc alit ex se.

Alere aliquid & maius facere.Cicer.lib.2.de Inuent.241, Consuetudine ius est,quod aut leuiter à natura tractum,aluit & maius fecit usus.

Alere & sustentare.Cic.2.de Natur.deor.146,
Spiritus ductus alit & sustentat animantes.

Ali & augeri.Cic.in Lælio ad finem,Sed nec illa extincta sunt, aluntúrq; potius & augentur cogitatione & memoria.

Ali & augescere.Cic.2.de Natu.deo.73,Multaq; à luna mãnãt & fluunt,quibus & animantes alantur,angueſcantq; & pubescant,maturitatemq; assequantur,quæ oriuntur è terra.

Ali & crescere.Cic.2.de Natu.deo.34,Sic enim res se habet, ut omnia quæ alantur,& quæ crescant,contineant in se uim caloris,sine qua neq; ali possent nec crescere.

Ali & sustineri.Cicer.5.Verr.10,Re frumentaria ex Sicilia alimur ac sustinemur.

Ali ab.Lucret.lib.1.163, ——atq; alimur nos
Certis ab rebus.

Viduitate & solitudine alicuius ali.Cic. pro Cecinna,9.

Cibus alit.Lucret.li.6.190,
Diditur in uenas cibus omnes,auget,alitq;
Corporis extremas quoq; partes,unguiculosq;.

Agellus quum eum non satis aleret,ludimagister fuit. Cicero 1. de Natu.deo.98.

Ali uictu.Lucret.lib.4.127.

Pax aluit uites.Tibul.lib.1.eleg.10.10.

Vsus alit aliquid.Vide alere,& maius facere.

Alere se consumptione & senio sui.Cic.de Vniuersit.24.

Ali formidine mortis.Lucret.3.13.

Diuitijs alitur amor.Ouid.de Remed.amoris,lib.2.70.

Audaciam alere.Cicero libro primo de Inuent.6.

Bellum.Idem quod Bellum fouere.Liuius 1.bel.Maced.61.

Controuersiam alere,Cæs.7.bel.Gal.132.Vires alere, Cæs.4. bel.Gal.467.Spem alere,Cicer.in Catil.21.Alitur consuetudo,Cicero Attico,li.14.307.1.

Capillum.Plin.lib.24.cap.15,Infantibus illita capillum alunt.

Culpam.Propert.li.4.eleg.4.14.

Flammas.Ouid.10.Metamorph.35.

Furor effrenatus alitur impunitate diuturna. Cicero pro Sestio,70.

Gloriam alere.Cic.in Bruto 16,Isocrates forensi luce caruit,in tráq; parietes aluit eam gloriam,quam nemo est postea consecutus.

Ira leones alit.Stat.lib.12.Thebaid.148.

Memoria aliquid alitur.Vide Ali & augeri.

Cogitatione aliquid alitur.Vide Ali & augeri.

Mens hominis alitur dicendo.Cic.1.Offic.147.

Alere monstrum.Prouerbium ubi quid occulti uitij latere significamus.Terentius in Andria,Aliquid monstri alunt.

Morbum alere.Cicer.ad Atticum.

Res alicuius aluntur memoria aliorum.Cic.in Catilin.70,Memoria uestra Quirites nostræ res alentur.

Sitim alere.Ouidius de Ponto li.3.eleg.1.4.

Ali spe.Ouidius in Ibin,26.

Staturam.Cæsar belli Gal.li.6,de Germanorum moribus, qui diutißimè impuberes permanserunt,maximam inter suos ferunt laudem.Hoc ali staturam,ali hoc uires, neruosq; confirmari putant.

Vitium alitur.Vir.3.Geor.90. ——alitur uitiũ,uiuitq; tegẽdo.

Vulnus alere.Virgilius 4.Aeneidos,1,
At regina graui iamdudum saucia cura,
Vulnus alit uenis:& cæco carpitur igni.

Copiam uerborum alere.Cic.in Orat.21.

Vitam alicuius alit posteritas.Cic.pro Marcello,16,Illa uita est tua Cæsar,quæ uigebit memoria seculorum omnium, quam posteritas alet.

Alere mollius more nutricum.Quintil.lib.2.cap.4.4.

Plenius alit uiua uox.Quintil.lib.2.cap.2.5.

Pluribus minore fastidio alitur stomachus.Quin li.2. ca.12.5.

Altus,participium ab Alor,aleris.(τεθρεμμένος) Plin. Ouillo lacte altus.Ci.pro Plancio 66,Cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut doctus est.

Natus & altus.Cicero in Bruto 19,Vidésne igitur ut in ea ipsa urbe,in qua & nata & alta sit eloquẽtia,quàm ea serò prodierit in lucem:Idem ad Torquatum,lib.6.Epist.1.19,In urbe ea es,ubi nata & alta est ratio ac moderatio uitæ.

Altus & renouatus.Cic.2.de Natu.deo.176,Stellæ uaporibus aquarum aluntur his,qui à sole ex agris tepefactis & exaquis excitantur:quibus altæ renouataq; stellæ atq; omnis æther refundunt eadem,& rursum trahunt indidem.

Alendus,(θρεπτέος)amor uerbis.Ouidius de Arte amandi,libro 2.31.

Altilis,& hoc altile,pen.corr.(θρεπτός)Verbale ex supino altum ab

Digitized by Google

tum ab Alo. Sunt autem altilia, animantia quæ inclusa alun tur: siue aues in corte, aut auiario, siue quadrupedes in robo rario, siue pisces in uiuario. Valla li. 1. Altilis auis, altilis qua drupes, altilis piscis, qui sagina altus, siue alitus est, atq; saginatus. Plin. lib. 10. cap. 50, Præter unam gallinam quæ non esset altilis.

Altilis aper. Iuuenal. Satyr. 5. 12.

Altiles cochleæ, apud Plinium, lib. 9. cap. 56. 1.

Altile, non solum pingue ab alendo: uerum etiam opulentum. Plaut. Cistell. Prohibet diuitijs maximis dote altili atq; opima. Nonius.

Altor, altoris, pen. pro. (τροφίνς, τροφός) Verbale, Qui alit. Ci. 2. de Nat. deo. 122, Omniũ autem rerum, quæ natura administrantur, seminator & sator & parẽs, ut ita dicã, atq; educator, et altor est mũdus. Seneca in Hercule furẽte, 13. 22.

—siue me altorem uocas,
Seu tu parentem.

Altrix, altricis, pen. produ. (τιθή, θρέπτρια) Verbale, Quæ alit. Plinius, lib. 10. cap. 64. 1, Altricemq; habere per se uitam illam quæ satis, arboribusq; contingat.

Altrix terra. Cic. pro Flacco, 46, Et eorũ eadẽ terra parens, altrix patria dicatur. Idem de Vniuer. 46. Et Plin. li. 3. ca. 1. 1.

Altrix Apulia fabulosa. Horat. 3. Carm. 4. 2.

Altrix bellorum Numidia. Sillius lib. 1. 44.

Romani nominis altrix. Id est, lupa, quæ Romulum, & Remum lacte aluit. Cicer. 1. de Diuinat. 38.

Altrix nix. Valer. Argonaut. lib. 6. 65.

Alibilis, & hoc alibile, pen. corr. (θρεπτικὸς) Quod facultatem habet alendi. Varro de re Rust. li. 2 cap. 11, Est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus liquentiũ, maxime alibile. Rursum: idẽ paulò pòst, Cæsei quum molles sunt, magis alibiles, in corpore non resides: ueteres & aridi, contra.

Alũnus, (τρόφιμος) & alũna, dicitur sicut filius & filia. Est autem alumnus, qui ab aliquo alitus est, & est nomen ad aliquid dictum. Refertur enim propriè ad nutricium, nutricem uero: ut, Alumnus meus, quem educaui. Cic. in Ver. de supplicijs, Italia autem alumnus suũ seruitutis xtremo summoq; supplicio fixum uideret. Varro: Et ecce de improuiso ad nos accedit cana ucritas, Atticæ philosophiæ alumna. Valla li. 6. Plinius, lib. 11. cap. 40. 2, Detracto mamma alumno suo illico sterilescit.

Agrestis ille alumnus euertet domum. Seneca in Agamem. 7. 29. de Aegistho nutrito in agris.

Dulcis alumnus. Horat. 1. Epist. 4. 2.

Indecores alumni. Stat. Thebaid. 19. 153.

Alumnus iuuenis. Ouid. 11. Metamorph. 20.

Paruus alumnus. Horatius, 3. Carm. 18. 1.

Artis alumnus. Stat. Thebaid. lib. 6. 76.

Pacis. Cic. 7. Philipp. 222. Ego itaq; pacis (ut ita dicã) alumnus.

Pietatis. Ouid. 14. Metamorph. 89.

Ruris. Ouid. 3. Amorum, 14. 1.

Nemorum alumnus. Stat. Thebaid. 10. 7.

Alumni disciplinæ meæ. Cic. Att. 14. 315. 3.

Alumnus impropriè pro eo qui alit. Plin. li. 3. cap. 5, Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deûm electa. Dictum de Italia. Corn. Tacit. in dialogo de Claris oratoribus. Est, inquit, magna ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam stulti libertatem uocant.

Alumna eloquentia. Cicero de Claris Orat. 22, Pacis est comes otijq; socia, & iam bene constitutæ ciuitatis, quasi alumna quædam eloquentia. Id est, natiua, & quasi indigena: non autem aliena, aut peregrina.

Alumnari, (τροφιμᾶσθαι) alere & nutrire significat Apuleio, lib. 8. de Asino, Quos ad tutellæ præsidia curiosè fuerant alumnati. Hinc Alumnatus, educatus. Sed utrumq; non satis receptum Latinis.

Alimentum, (τροφή, διατροφή) significat nutrimentum. Cic. de Vniuer. 24, Nec uerò desiderabat mundus alimenta corporis. Vlpianus, Alimenta si fuerint legata, dici potest etiam ea quam legato inesse: si in ea regione fuerint ipsa legata: ubi uænundari aqua solet. Iabolenus Iurisconf. Alimẽtis legatis, cibaria & uestitus & habitatio debebitur: quia sine ijs alí corpus non potest. Plin. lib. 11. cap. 14. 2, Hoc quidam attingi uetant: ut largo alimento ualida exeat soboles.

Alimenta flammæ uel ignis. Ouid. 14. Metamorph. 106. Plin. lib. 14. cap. 20. 8, Fex uini siccata recipit ignes, ac fine alimento flagrat per se.

Alimenta ignis arida. Sil. Ital. lib. 17. 20.

Alimenta lactis dare puero. Ouid. 3. Metamorph. 63.

Alimenta nubium. Ouid. 1. Metamorph. 55.

Alimenta uitiorum. Ouid. 2. Metamorph. 154.

Alimenta mitia. Ouid. 2. Metamorph. 58.

Alimenta perpetua. Vide Perpetuus.

Alimenta arcu expedire: Victum sibi arcu & sagittis quærere. Cornel. Tacit. lib. 5, Artabanus in Hyrcanis repertus est, illuuie obsitus, & alimenta arcu expediens.

Alimenta reponere in hyemem. Quint. lib. 2. cap. 16. 9.

Alimentarius, adiectiuum, (σιτικὸς) Quod ad alimentũ pertinet: ut Lex alimentaria, quæ prouidebat ut filij alerent parẽtes ad inopiam redactos. Cælius ad Cic. lib. 8. Epist. 6. 12.

Alimentarius, Cui alimenta legata sunt: sæpe legitur in iure ciuili, & præcipuè in L. Quum ij. De transact. lib. 2. Pandect.

Alimonium, huius alimonij, (διάθρεψις) Nutrimentum. Varro lib. 1. de re Rust. cap 8. 6. Vbi enim natura humida, ibi altius uitis tollenda, quòd in partu & alimonio uinum, non ut in calice, quærit aquam, sed solem. Idem li. 3. cap. 16. 12, Hæc omnia uocant à mellis alimonio, aluos.

Alitura, (θρέψις) pro nutricatione. Gel. lib. 12. cap. 1, Nõ parationem solam, tanquam illam quam ille sequebatur, sed alituram quoq; ferã, & sæuam criminatus est.

Aloe] aloes. f g. sine plurali, (ἀλόη) herba est amarissimi succi. Vnde per metaphoram dixit Iuuenalis, Plus aloes quàm mellis habet. Hoc est, plus amaritudinis quàm dulcedinis. De hac herba sic habet Plinius lib. 27. cap. 4, Aloe scillæ similitudinẽ habet, maior & pinguioribus foliis ex obliquo striata. Caulis eius tener est, rubens medius, nõ dissimilis antheri: radice una, ceu palo in terram demissa, graui odore, gustu amara, laudatissima ex India affertur: sed nascitur & in Asia, &c.

Aloeus] per œu diphthongum, (ἀλωεύς) fuit gigas Titani & Terræ filius, cuius uxor Iphimedia à Neptuno compressa, Othum & Ephialtem genuit, gigantes maximos, qui nouem digitis per singulos menses crescebant. Hi Aloidæ dicti sunt: quorum meminit Virgilius in 6. 117,

Hic & Aloidas geminos immania uidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi: superisq; Iouem detrudere regnis.

Aloeus impius. Lucan. lib. 6,

Impius hanc prolem superis immisit Aloeus.

Alogia] ἀλογία, Latine irrationalitas (ut ita dicam) interpretari potest, cum scilicet uera ratio non subiungitur. Senec. Citius mihi uerum dicito, ne tibi alogias excutiam. Augustinus ad Cusulanum pro principis liberalitate, gratiáq;, necessitas reddendarum rationum cuipiam remittuntur. Hinc

Alogij, crimen, cùm rationem quispiam reddere neglexerit eorum quæ in magistratu gesserit. Cæl. li. 8. cap. 3.

Alogistia (ἀλογιστία) est, (ut docet Cæl. li. 7. ca. 6.) cùm reddendarũ rationum necessitas remittitur, quæ et Alogia dicitur.

Alogistus,

Digitized by Google

Alogiſta, (ἀλογίστος) rationibus reddendis liber & ſolutus, ut Alogiſtæ tutores dicũtur qui adminiſtrationis ſuæ rationes non reddunt, in l. 5. §. 5. D. de admin. tut. ita enim in uulgatis exemplaribus legitur: Quidam decedens ſuis filijs dederat tutores, & adiecerat, Eosq; alogiſtas eſſe uolo. In exemplaribus autem Florentinis legitur, Eosq; aneclogiſtos eſſe uolo.

Alogiani] ἀλογιανοὶ, Hæretici fuerunt, ſic uocati tanquam ſine uerbo, propterea, quod ἐν τῷ λόγῳ, hoc eſt, Dei filio, qui patris uerbum appellatur, diuinitatem, non agnoſcerẽt, Ioannis Euangelium reſpuentes. Cæl. lib. 16. cap. 17.

Aloia] ut putat Calep. Plinium citans, animal eſt mulæ propemodum ſimile, carens flexura poplitum: ideoq; inter dormiendum non cubat, ſed innititur arbori. Veruntamen hic fœde lapſus eſt Calepin. Aloia dicens p Alie, de qua ſuo loco.

Aloite] ἀλοίτη, herba eſt uim habens ſoporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur. Calep.

Aloneſus] Vide Haloneſus.

Aloni] Populi Meſopotamiæ, Gordyæis iuncti, per quos Zerbis fluuius in Tigrim cadit. Plin. lib. 6. cap. 26.

Alontigiceli] Hiſpaniæ populi in conuentu Hiſpalenſi. Plin. lib. 3. cap. 1.

Alontium] Vide Aluntium.

Alonæ: urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Põponio: uulgò Alicãte.

Alone: inſula inter Lebedum & Teon repentè enata. Plinius lib. 2. cap. 87.

Alope] Græcis ἀλοπή: fuit Cercionis filia: ut teſtatur Pauſanias in Attica: à cuius nomine cognominata Alope Theſſaliæ ciuitas: de qua mentionem facit Homerus, li. 2. Ilia. Meminit & Strabo, lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

Alopecades] ἀλωπεκάδης, Latine Vaſer. Vulpionem nonnulli uocant, ut in Apologetico Apuleius.

Alopece] inſula eſt in Ponto Euxino, ut author eſt Plinius li. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31.

Alopeces] medicis caruunculæ ſunt lumbis circumiectæ, quas item ψύας dixit ſummus eiuſdem artis author Hippocrates: etiamſi ῥῆγας Hieronymus renes interpretatur. Cæl. Antiq. Lect. lib. 19. cap. 1.

Alopecia] inſula, Migadorum hominum domicilium. Strabo lib. 11.

Alopecia] alopeciæ, (ἀλωπεκία) Morbus in capite humano & barba, ex uitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Dicta à uulpe, quam Græci uocant ἀλώπεκα, quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. Plin. li. 24. cap. 19, Lingua herba eſt, quæ circa fontes naſcitur: cuius radix combuſta & trita, alopecias emendat. Idem lib. 29. cap. 6. & libr. 13. cap. 22. 6. Item Galenus apud Hippocratem, lib. 6. Sententiarum. Item Paulus Aegineta, li. 3. Sunt tamen qui à proprietate urinæ eius animalis, hoc nomen ductum uelint. Vbi enim id lotium fuerit affuſum, ueſtigio infructuoſus efficitur locus, areſcentibus herbis, nec ſuccreſcentibus nouis. Cælius, lib. 10. cap. 41.

Alopeces marinæ] ἀλώπεκες θαλάττιοι, ait Ariſtoteles li. 9. de Hiſtoria animal. Has Plinius Vulpes appellat, lib. 9. ca. 43, Vulpes marinæ, inquit, hamo deuorato, glutiunt ampliuſq; ad infirma lineæ, quæ facile prærodant.

Alopecis] uua caudas uulpium imitata. Plin libr. 24. cap. 3.

Alopecias] Piſcis marini genus, apud Plin. li. 24. cap. 11.

Alopecides] ἀλωπέκιδες, Canum genus, ex cane & uulpe prognatum. Pollux.

Alopeconeſus] penult. prod. urbs Aſiæ, circa quam nobiliſima naſcuntur tubera. Plin. lib. 19. cap. 3.

Alopecurus] penult. product. fœm. gen. herba. Plinius, libro 21. capite 17. 1, Alopecurus ſpicam habet mollem, & laNuginem denſam, non diſſimilem uulpium caudis, unde ei & nomen.

Alopecus] Qui alopecia laborat. Calep.

Aloros] ἄλωρος Ptolemæo, Macedoniæ urbs, authore Pomponio, lib. 2.

Aloſa] pen. prod. (ἀλόσσα) Piſcis eſt, ſic dictus à Gallis & Cãpanis, quem Hiſpani Saualos, appellant. In Italia uulgò la Chieppa. Apud Ariſtotelem uerò, Strabonem, Aelianum, Oppianum & Athenæum Thriſſas legere eſt: quam uocem Aloſam interpretatur Gaza. Auſonius in Moſella, Strident eſcq; fõcis obſonia plebis aloſas.

Alpes] ἄλπεις, τὰ ἀλπεινὰ ὄρη, Alpium, A candore niuium dictæ ſunt: quia perpetuis ferè niuibus albeſcunt. Sunt montes excelſi Italiam ſeparantes à Gallia & Germania. Vide Strabonem, li. 4. Cic. de Prouinc. Conſul. 27, Alpibus Italiã munierat antè natura.

Alpes Alpis, ſingulari numero. Claudian. in Paneg. 7. 89,
—extẽplo frondoſa fertur ab Alpe. Lucanus li. 3. 60,
Agmine nubiferam capto ſuper euolat Alpem.

Alpium iuga. Horat. Epod. 1. 3.

Murus Alpium. Cicer. Philip. 5. 191, Vt eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere poſſemus.

Vallum Alpium. Cic. in Piſonem, 64, Alpium uallum contra aſcenſum tranſgreſſionemq; Gallorum obiicio & oppono.

Aeriæ Alpes. Ouidius 2. Metamorph. 46. Item Virgilius, Georg. 3. 93.

Altæ Alpes. Catullus 19.

Celſæ Alpes. Sillius lib. 1. 33.

Deuexæ alpes. Lucanus, lib. 2. 86.

Edomitæ Alpes. Claud. in Ruffinum, lib. 2. 1.

Gelidæ Alpes. Lucanus, lib. 1. 37.

Hybernæ Alpes. Horat. Serm. 2. Satyr. 5. 9.

Inexuperabiles Alpes. Vide Inexuperabilis.

Infames frigoribus Alpes. Vide Infamis.

Latebroſæ Alpes. Ouidius ad Liuiam, 3.

Maritimæ Alpes. Tacitus, lib. 18.

Nubiferæ Alpes. Claud. in Paneg. 3. 62.

Patulæ Alpes. Sillius, li. 15. 131. hoc eſt, peruiæ & apertæ.

Sæuæ Alpes. Iuuenal. Satyr. 10. 17.

Trepidæ Alpes. Claud. in Paneg. 5. 15.

Ventoſæ Alpes. Ouidius, lib. 2. Amorum, eleg. 16. 4.

Laxare Alpes. Claud. in Paneg. 5. 15.

Recluſæ Alpes. Claud. de bello Getico, 40.

Reſolutæ Alpes. Lucanus, lib. 1. 44. propter niues liquefactas.

Alpes tremuerunt. Virg. 1. Georg. 94,
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audijt, inſolitis tremuerunt motibus Alpes.

Tremendæ Alpes. Horatius 4. Carm. 47.

Alpinus, (ἀλπινός) adiectiuum, pen. prod. Alpinæ gentes. Liuius 1. bel. Pun. 161. Alpina flumina. Plin. lib. 27. cap. 28. 12. Item uenti Alpini flantes de Alpibus: quia Alpes, Gallorum lingua, Alti montes uocantur. Seruius in 4. Aeneid. 44.

Alpina bella. Lucanus, lib. 8. 158.

Alpinum dorſum. Statius, lib. 1. Sylu. 4. 12.

Alpina glacies. Claud. 2. de rap. Proſerp. 36.

Alpinæ pruinæ. Claud. in Paneg. 5. 51.

Alpinus rigor. Ouid. 14. Metamorph. 159.

Alpha] nomen primæ Græcorum literæ.

Alpha penulatorum. Martialis lib. 2. 57. Idem li. 5. 27,
Quòd alpha dixi Codre penulatorum. Videtur ſignificare Codrum fuiſſe primum penulatorum: hoc eſt, inter plebeios & pauperes primum tenuiſſe locum.

Alphabetum] Vide Abecedarius.

Alphea] Diana (Alphæi ἄρτεμις) Culta & nominata ab Eleis, ut

Digitized by Google

Eleis,ut docet Pausanias. Aiunt enim Alpheum Dianæ amore captum,eam precibus ad nuptias deflectere nequiuisse. Quare ad insidias conuersus,noctu ei uim inferre tentauit,unà cum Nymphis eius comitibus: quas insidias quum Diana sensisset,luto sibi ac Nymphis faciem illeuit. Ingressus Alpheus, quæ nam Diana esset minimè discernere potuit: quare illusus discessit. Hinc Lecrinæi Dianam Alpheam nominarunt. Alphiœ(ἀλφειών)etiam dicitur,ut apud Pindarum notant interpretes in Pythijs Alpheæ Dianæ meminit & Strabo,lib.8.quo tamen loco Alpheonia legitur, cuius lucum ait ad ostium Alphei fuisse.

Alpheias] ἀλφειὰς,dicitur Arethusa apud Ouid.lib.4. Metamorph.

Tum caput Eleis Alpheias extulit undis.

Alphenus] pen.prod.nomen est sutoris apud Horatium, li. 1.Serm.3.26.

Alphenus] Iurisconsultus,Seruij Sul.discipulus. Gellius, libro 6.cap.5.

Alphesiboea] proprium mulieris apud Proper. lib. 1. eleg. 14.3. uide Phegeus Alphesibœus,pastor quidam, cuius meminit Virgilius in 5.eclog.

Alphesibœus] pastor quidam,cuius meminit Vir.in 5.eclo.

Alpheus] ἀλφειὸς,pen.prod.fluuius est Elidis ciuitatis Arcadiæ iuxta Pisas(ubi colitur Olympicus Iupiter) defluens, longo tandem cursu in Achaia demergitur,& ibi à terra absorptus,atq; subter mare defluens,ex Græcia in fontem Arethusam apud Syracusas in Sicilia se attollit, inde in mare Siculum cadit:unde Virgilius,lib.3.Aeneid.138,

— Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse uias,subter mare:qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis: Seruius: Elis & Pisa ciuitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingens, qui ex se duos alueos creat,Alpheum & Arethusam. Vnde fit ut fingantur coniungi in exitu,quos origo coniunxit ita. Meminit & lib.6.& lib.8 Strabo,Alpheum dictum existimãs,quod alphos:id est,maculas albas et impetigines curet.

Alpheus celer.Seneca in Hippolyto,4.30.

Alpheus æstuat.Ouidius 2.Metamorph.50.

Alpheus sacer,subaudi nymphis.Seneca in Medea,2.6.

Alpheus,adiectiuum:ut Pisæ Alpheæ. Virgilius decimo Aeneid.36.

Alphion] lacus in Pyrrhea,uitiligines tollit. Plinius libro 31.cap.2.

Alphius] nomen uiri proprium. Horatius in Epod.2.14.de uita rusticæ laudibus.

Alphos] quid sit,docet his uerbis Celsus,lib.5.cap.ultimo, Vitiliginis tres species sunt:ἄλφος,uocatur,ubi color albus est, ferè subasper & non continuus,ut quædam quasi guttæ dispersæ esse uideantur.Vide Vitiligo.

Alpinus] Vide Alpes.

Alpinus] Maius quidam poeta fuit,qui Memnonis auroræ filij bella descripsit:sed tam malè,ut ab Horatio dicatur, Mẽnona suis carminibus iugulare, Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona &c.

Alsa] Fluuius est Venetiæ Aquileiam præterfluens. Plinius libro 3.cap. 18.

Alsia] nomen uillæ,de qua sic Andreas Alciatus in annotat. in Cornel.Tacitum:Cæcilius Plinius uicina Como urbe genitum Virginium tradidit,quapropter secum habuisse coniunctas possessiones,tum suæ uillæ nomen Alsiam: ut dubio procul Virginius Mediolanensis fuerit,quod ostendunt frequentia marmora quæ passim hic occurrunt Virginij nomine inscripto. Sed & Alsia adhuc seruat nomen in Varisiensi præfectura:unde & familia est mea.Hactenus ille. Plinius lib.6.ad Albinum. Quum uenissem in socrus meæ uillam Alsiensem,quæ aliquando Ruffi Virginij fuit,&c.

Alsine] alsines,(ἀλσίνη)herba est quam alij Myosota, Italia Muris auriculam uocat:quod nomen inuenit à foliis,quibus aures musculorum imitatur. Hanc uernaculo sermone centonem & pauarinam appellant, eo quòd anseribus gratum pabulum sumministret.Ruellius libro secundo,capite,113,Dicta est Alsine,quòd in lucis nascatur quos Græci ἄλση uocant,& nemorosis opacitatibus gaudeat. Nanq; magna ex parte umbrosa sequitur,& maximè parietes hortorum adamat.

Alsiosus] &c.Vide Algeo.

Alsium] ἄλσιον,urbs Tusculan. Ptolem. uulgò S.Seuerella. Plin.lib.3.cap.3.

Alsium] Plinius & Ptolemæus in littore ponunt,ubi nunc S. Seuera: essecq; nonnulli arbitrantur ipsum ex coniecturis, cum alijs, tum propinquitatis. Nam Strabo XIIII. miliario distare dicit. Volaterranus. Sillius Italicus, libro 8.79,

Necnon Argolico dilectum littus Alesо
Alsium. Ab hoc Alesо conditore dictum putant,& subindicat poeta. Alsium,quasi Alesium.

Alsus] Vide Algeo.

Alsus] Nomen pastoris est apud Virg. 12.Aeneid.

—— Podalirius Alsum
Pastorem,primaq; acie per tela ruentem,
Ense sequens nudo supereminet.

Altanus] altani,penult.product. Genus uenti siue flatus è terra consurgens.Plinius,libro 2. capite 43. 4, Nanque & è fluminibus ac riuibus & è mari uidemus,& quidem tranquillo,& alios,quos uocant altanos,è terra consurgere. Flatus omnis(inquit Seruius)qui est ripæ & pelagi, altanus uocatur.Hæc ille in illud Virgilij 7. Aeneid. 6, Quum uenti posuere.

Altare] altaris, pen. prod.neut.gen.(βωμός)Festus,Altaria sunt,in quibus ignis adoletur.Idem,Altaria ab altitudine dicta sunt:quòd antiquis dijs superis in ædificijs à terra exaltatis sacra faciebant:dijs terrestribus,in terra:dijs inferis,in effossa terra.Virg.2.Aeneid.

Hic Hecuba & natæ nequicquam altaria circum. Vbi Seruius,Superorum & aræ sunt & altaria:inferorum tantum aræ.Plin.lib.15.cap.30.7, Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræq; debeant.

Festa altaria.Stl.lib.12.

Fumida.Ouid.12.Metamorph.52.

Religiosissima Cic.de Arusp.respon.7.

Thurea.Stat.lib.4.Theb.

Admotus altaribus.Liu.in præfat.lib.1.Decad.3,Fama est, Annibalem annorum fermè nouem pueriliter blandientem patri Amilcari,ut duceretur in Hispaniam,quum perfecto Africo bello exercitum cò traiecturus sacrificaret, altaribus admotum,tactis sacris iureiurando adactum,se quum primum posset,hostem fore populo Romano.

Altaria adolere donis. Lucret.lib.4.249.

Altaria tædis castis adolere. Virg.7.Aeneid.14.

Impositis ardent altaria fibris.Virg.3 Georg.97.

Altaribus numerum diuorum augere.Virg.7.Aeneid.42.

Altaria cumulare donis.Virg.11.Aeneid.10.

Altaria molli uitta cingere.Virg.eclog.8.12.

Altaria culta.Claudianus.

Dicata altaria,Seneca in Medea,1.8.

Facere altaria pinguia thure.Ouid.de Ponto,lib.2.eleg.3.20.

Altaria fumant.Ouid.1.Epist. 5,

Argolici rediere duces,altaria fumãt. & Vir. ecl.1.4.

Pateris.

Digitized by Google

Pateris altaria libant. Virg. 12. Aeneid. 35.
Structre altaria donis. Virg. 5. Aenei. 11.
Vaporata altaria. Stat. lib. 1. Theb.

Altè] Vide Altus.

Altellus] Romulus dictus est, siue quod in tellure altus fuerit, uel quod tellurem suam aleret: siue quod aleretur telis: uel quod à Tatio Sabinorum rege postulatus sit in colloquio pacis, & alternis uicibus audierit, loquutusq; fuerit. Sicut enim fit diminutiue à Macro Macellus, à Vafro Vafellus, ita ab Alterno Altellus. Author Festus.

Altenius] Cariæ mons, qui Scorpiones procreat, aduenis quidem innocuos, incolis uerò pernicioſos & infestos. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 17.

Alter] alteris, pen. prod. & g. m. (ἀλτὸρ) significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasijs utebantur. Mart. lib. 14. 54.

Quid pereunt stulto fortes altere lacertis?
Exercet melius uinea fossa uiros. Quidam in priore aspirant, scribentes halter. Vide Halter.

Alter] altera, alterum, penu. corr. (ἄλτερος) genit. alterius. pen. corr. Vide Alius. Cic. ad Licinũ, lib. 5. 8. 13, Tamen hoc tẽpore maximè sicut alterũ parentẽ & obseruat & diligit. Alter, uocatiuo caret: sicut ex eo compositum Alteruter.

Alterius sors. Hora. 1. Epist. 14. 3,
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.

Alterè in datiuo protulerunt ueteres. Terent. Heaut. 2. 3. 30,
—hoc ipsa in itinere alterè
Dum narrat, fortè audiui. Col. lib. 5. cap. 11, Vt alterè delibratæ parti conueniat.

Alter, partitiuum nomen est: ideoq; construltur cum genitiuo: ut Alter nostrũm fallitur. Aut cum ablatiuo cum præpositione: ut Alter ex nobis fallitur. Cicero. Duæ sunt ex opinione boni: quarum altera uoluptas, altera cupiditas.

Alter in plurali sic usurpatur. Cic. Duplices similitudines esse debẽt: unæ rerũ, alteræ uerborũ. In priore loco poterat etiã dicere Alterè. Vir. in Bucol. Aurea mala decẽ misi: cras altera mittã. Id est, altera decẽ quæ mihi restant. Cic. Planco, lib. 4, Binas à te accepi literas Corcyræ datas: quarũ alteris mihi gratulabare: alteris dicebas te uelle, quæ egissem, bene & feliciter euenire. In priore quoq; loco potuit rectè dici Quarũ unis. Vt idẽ ad Appiũ, li. 3, Nã quas ex itinere, antequã ex Asia egressus es, ad me literas misisti, unas de legatis à me, prohibitis proficisci, alteras de Apameorũ ædificatione impeditis, legi perinuitus. Cætera de nomine Alter, uide suo loco.

Alter, pro Alius post Nemo. Quint. lib. 8. cap. 9. & lib. 7. cap. 1, Qui tantum inter se distant genere dicendi, ut nemo sit alteri similis.

Alter pro Alijs, aut pro Quouis alio. Ci. ad Brutum, Non soleo mi Brute, quod tibi notum esse arbitror, temerè affirmare de altero. Id est, de alijs affirmare. Idẽ in Lælio, Apertè enim uel odisse alterum, magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam. Sic legi in uetustis codicibus: licet recẽtes immutarint, Alium pro Alterum. Plau. Qui de altero obloquitur, ipsum se contueri oportet. Cic. 3. Off. Detrahere autem alteri sui commodi causa. Idem Tuscul. 5. ad finem, Ad Brutumq; nostrum hos libros alteros quinq; mittemus. In hoc genere præcipuam habet elegantiam genitiuus Alterius. Cic. 2. Off. Atq; etiam subijciunt se homines imperio alterius, & potestati pluribus de causis.

Alteri dimicant: alteri uictorem timent. Cicer. ad Torquatum, lib. 6. 3. 7.

Vnus & alter uenustè pro duobus dicitur. Ci. pro Cluentio, Vnus & alter dies interceſſerat, quum, &c. Id est, duo dies interceſſerant. Idem Nihil suspicari: dies unus, alter, plures, nõ refertur. Quasi tu dicas, Vnus, duo, tres, & deinceps. Idem ad Attic. lib. 14. Epist. 316. 1, Vt rem gestam Dolabellæ tanto pere laudarem, adductus sum tuis & unis & alteris literis. Virg. 3. Aeneid.

Iamq; dies, alterq; dies proceſsit. Hic subauditur unus. In hoc genere, teste Valla, accipitur Alter pro secundo ex duobus, pluribusue: ut Vnus, alter, tertius, quartus: unæ, alterè, tertiè, quartè literæ.

Alter pro Secundus. Colum. lib. 5. cap. 6. 20, Vsq; in alterã uel tertiam gemmam. Cic. in Bruto, Hæc & multa huiusmodi dicens, fidem faciebat: quod est è tribus officijs oratoris alterũ. Idem in Ora. 101, Id autem est genus, ex tribus partibus collocationis alterum.

Altero quoq; die, hoc est, secundo quoq; die. Cel. lib. 4. cap. 12, Altero quoq; die uinum uel aquam bibere.

Alter pro Neuter. Quint. lib. 1. cap. 1, Ita fiet, ut quum æquali cura linguam utranq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Id est, sibi inuicem non officiant. Cæsar, 1. bel. Ciuil. Quare paribus eorum beneficijs parem se quoq; uoluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum iuuare.

Alter, item pro secundo. Teren. And. 1. 1,
Sed postquam amans acceſsit precium pollicens
Vnus & item alter. Alij ad incertum numeruum hoc referunt, ut sit, Vnus & idem alter, id est, plures: ut ibidem Donatus ait. Virg. 8. eclog.
Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus. Id est, duodecimus.

Alter post Vterq;. Quint. Quum enim uterq; alteri obijciat: palam est utrunq; feciſse. Cic. in proœmio Off. Eodemq; modo de Aristotele & Isocrate iudico, quorum uterq; suo studio delectatus, contempsit alterum.

Alter & altera. Cic. 1. Offi. & de Natu. deor. Non uides Solem deum esse, Lunamq;: quorum alterum Apollinem Græci, alterum Dianam putant.

Primus & alter. Cato, cap. 157, Prima est leuis, altera est crispa. Cicero, Primam posuit eam de qua modo dixi, quæ orta esset ex præsensione rerum fortuitarum: alteram quam cœperimus ex magnitudine commodorum.

Alteri & utriq;. Cic. pro Sylu. 46, Ita chartus utriſq; est atq; iucundus, ut non alteros demouisse, sed utrosque constituisse uideatur.

Alter geminatum sine coniunctione. Liuius, 1. ab Vrbe, 178, Vterq; uociferari, & certatim alter alteri obstrepere. Sallu. in Catil. Ita utrunq; per se indigens, alterum alterius auxilio eget. Sic dicimus, Alter alteri inuidet, Alter alterum accusat, & similia.

Alter item geminatum, sed de pluribus dictum pro Alius. Suet. in Calig. Nec cessauit ex eo alterũ alteri criminari, atq; inter se omnes committere. Plin. lib. 11. cap. 30, De formicis, Et quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara.

Alter præterea in eiusmodi geminatione cum uerbo plurali figuratè iungitur: sicut Alius, Quisq;, Vterq;. Cic. 3. de Finib. 11, Quum alter alterum uideremus. Pro eo quod est, Quum uterq; nostrum alterum uideret. Eadem figura uti possumus in uerbo secundæ personæ: ut, Alter alterum docetis. Id est, Docetis uos mutuò. Sed hoc de duobus dictũ intellige. Nam de pluribus, haud scio an loqui sic liceat, Alter alterius onera portate. Pro Alij aliorum.

Alter citra geminationem cum uerbo quoq; plurali legitur. Plautus in Truc. 8. 22, Quondam fuit, quum inter nos forderemus alteri. Hoc duriusculè dicit, pro eo quod erat, Quũ alter alteri forderemus.

Altera die quàm. Liuius, 1. bel. Maced. 52, Nauibusq; ex classe Cos. Cornelij lectis, altera die quàm à Brũdusio soluit. Id est,

Digitized by Google

Secundo die, uel duobus diebus postquam, &c.

In altera iura cedere. Hor. 2. epist. 2. 55.

Alter, iunctum numeralibus ijs, quæ ordinalia dicuntur, pro Primus accipitur. Cic. ad Cornificium, li. 12. 25. 1, Liberalibus literis accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & uicesimo die, ut dicebat, reddidit. Idem, Centesima lux est hæc ab interitu Clodij, & ut opinor altera.

Alter, alter, tertius. Cic. 3. de Diuin. 72, Ioues tres numerant ij, qui theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuisse Mineruam dicitur: quam principem & inuentricem belli ferunt: tertium Cretensem Saturni filium.

Primus, alter, tertius. Cicero, in Partit. In primo coniectura natet, in altero definitio, in tertio ratio.

Proximus, alter, tertius. Cic. 1. Philip. 23, Proximo, altero, tertio, deniq; reliquis consecutis diebus, &c.

Vnus, alter, tertius. Cicero, Vnum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat.

Alter quisquam, pro Quisquam alius. Plaut. Neq; me Athenis est alter quisquam, cui credi recte, æquéq; putent.

Ille alter. Teren. Eunuc. 2. 3. 9, — ludum iocumq;
Dices fuisse illũ alterũ, præut huius rabies quæ dabit. Cicero, De illo altero quem scribis tibi uisum esse non alienum.

Ecce aũt alterum. Teren. Eunuc. 2. 3. 5, — ecce aũt alterum
Nescio quid de amore loquitur. Vbi Donatus, Sic dicimus, quum propter alterum, de altero uenit in mentem.

Alter ab altero adiutus. Cic. in Bruto, 3.

Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus. Virg. 8. Eclo. 8.

Alter ex duobus. Quintil. in proœmio, lib. 6, Prior alterum ex duobus eruit lumen.

Alter pro altero. Cic. in Lælio, 69, Omniáq; alter pro altero suscipiet. De duobus amicis loquitur.

Alterum tantum. Liuius, 1. Decad. lib. 8, alterum tantum ex Latino delectu adijciebatur. Id est, tantundem. Rursus, lib. 10, Militibus ex præda centenos binos asses, & alterum tamũ centurionibus atq; equitibus diuisit. Cic. in Orat. 109, Pes qui adhibetur ad numeros, patitur in tria: ut necesse sit partim pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesquiesse maiorem. Paulus in L. Licitatio. De publican. & uect. lib. 39. Pandect. Quod illicitè, publicè uel priuatim exactum est, cum altero tanto pasis iniuriam exoluitur.

Alter, pro Similis eleganter ponitur. Liu. 1. bel. Pun. 37, Sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti uolunt. Cic. 7. Verr. Alter Verres luxuria & nequitia.

Alter ab illo. Virg. 5. eclog. 10, Tu nunc eris alter ab illo.

Alter ego. Cic. ad Att. li. 4 epist. 70. 9, Pompeius ad omnia me alterum se fore dixit. Sic ad Cælium, lib. 2. epist. 14. 7, Dicerent iniqui, non me planè post annum de prouincia decessisse, quoniã alterum me reliquissem. Et ad Cæsarem, li. 7. epist. 5. 1, Vide quàm mihi persuaserim, te, me esse alterum.

Alter idem. Cicer. in Lælio, Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem.

Alter & pro Non bono ponitur: ut in augurijs altera quum appellatur auis, quæ utiq; prospera non est. Sic Alter nonnunquam pro Aduerso dicitur & malo. Festus.

Alternus: adiectiuum (ἀμοιβαῖος) Quod fit alternatim, seu alternatis uicibus. Cicero pro Archia, 19, Quòd epigrammata in eum fecisset, tantummodo alternis uersibus longiusculis. Sic 4. Tusc. 125. Virg. 7. eclog. 4,
Alternis igitur contendere uersibus ambo Cœpere. Id est, dicere uersus alternis uicibus.

Alternum, pro uario. Virg. eclog. 5,
Carmina descripsi, & modulans alterna notauit. Vbi Seruius, Alterna, uaria: propter musicam, cuius sonus uarius inuenitur ex pedum dissimilitudine.

Alternum, absolutè positum. Virg. 3. eclo.
Amant alterna Camœnæ. Vt puta uersus alternos, aut cantus.

Alterna loqui. Hora. 1. Serm. Saty. 8. 8.

Alternis annis: Id est, altero semper ex duobus: Alternis annis ægrotat. Cato de re Rust. cap. 59, Sic Alternis diebus. Plin. lib. 8. cap. 16.

Alterna iactat brachia. Virg. 5. Aeneid. 75.

Alternæ ciuitates reiectæ. Cic. 4. Verr. 22, Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato. Senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur: quum alternæ ciuitates reiectæ sunt. Id est, Alternatim à priuato & à populo: quum priuatus nunc hanc, nunc illam reiecit: populus similiter illam ac illam.

Alternæ consilia reiecta. Cic. in Vatinium, 21.

Alterno quoq; die. Celsus, lib. 3, Vtilis quotidianus, aut alterno quoq; die post cibum uomitus. Idem, Oportet hyssopum alterno quoq; die bibere.

Alternorum iudicum reiectio. Ci. pro Plancio, 30.

Alterna periere manu. Oui. 5. Trist. 7. de fratribus, qui se mutuò occiderunt.

Alterna morte fratrem redemit Pollux. Virg. 6. Aen. 25.

Alterno pede terram quatere, pro saltare. Horatius 1. Carmin. 4. 2.

Alternis pedibus insidere. Plinius, lib. 10. cap. 2. 13. De gruibus loquitur.

Alternus pulsus. Plin. li. 2. cap. 82.

Quies alterna. Quint. lib. 1, Nam quæ sensu & anima carent, ut seruare uim suam possint, alterna quiete retinentur. Ouid. 4. epist. 18,
Quod caret alterna requie, durabile non est.

Alternis sermonibus aptus Iambus Hora. de Arte, 17.

Alterno tempore. Lucr. lib. 5. 196.

Alternis uerbis: Liuius, 1. Decad. lib. 8. Id est, altero quoq; uerbo, siue secundo quoq; uerbo.

Alterna uice. Colum. lib. 9. cap. 15. 9. Idem lib. 3. cap. 2, Vtroq; candidi musti alterna uice annorũ plus aut minus afferunt.

Per alternas uices ire. Oui. 4. de Ponto, 2. 2.

Alternis uicibus. Sen. in Hippol. 10. 8,
— uomitq; uicibus alternis aquas.

Alternis (ἀμοιβαίως, παραλλὰξ) quidam aduerbium putant: sed uerius est nomẽ adiectiuum, in quo interdum subauditur substantiuum. Vide Alternus adiectiuum.

Alternis, ablatiuus repetitiuus. Plin. lib. 8. ca. 30, Hyænis utranq; esse naturam, & alternis annis esse mares, alternis fœminas fieri, parere sine mare uulgus credit. Senec. epist. 121. Alternis Catones, alternis Vatinij. Id est, nunc Catones, nunc Vatinij. De ijs qui sibi non constant, sed moribus sunt uarijs. Videtur subintelligi, Vicibus, aut aliquid simile. Pli. ad Apollinarem, epistol. 101, Accipit pro uario & alterno ordine. Sic enim ait, Alternis uiticulæ surgunt, alternis inserta sunt poma.

In ablatiuo Alternis, interdum substantiuum subauditur. Virgil. 3. eclog. 8, Alternis dicetis. Sub. uicibus aut uersibus. Idem 1. Georg.
Alternis idem tonsas cessare nouales. Sub. annis: id est, alternatim, ut Seruius interpretatur. Alibi, ut sensum exiget, accipiendum erit.

Alternis facilis labor. Virg. 1. Georg. 16. Id est, intermissis: subaudi, agris. Seruius.

Alterno, alternas (ἀμοίβω, ἐπαλλάττω, παραλλάττω, ἐπαμφοτερίζω) alternare, uerbum ex nomine alternus. Est è duobus modò unum, modò alterum facere: & quasi alternis uicibus

cibus uariare. Plinius lib. 7. cap. 13, Alij aliæq; fœminas tantum generant, aut mares: plerunq; & alternant. Colum. lib. 5. cap. 6.

Alternare, quum ad animum refertur, est nunc hoc, nunc illud animo agitare. Virg. 4. Aeneid. Hæc alternanti potior sententia uisa est. Vbi Seruius, Alternanti, uaria mente tractanti. Hinc Alternare sententijs dicitur, qui subinde uarist: & nunc unum, nunc aliud dicit: cuiusmodi est testis uacillans & parum sibi consentiens. Ex Budæo.

Alternare cibum, pro uicißim distribuere. Plin. li. 10. cap. 33. de hirundinibus loquēs. In fœtu summa æquitate alternāt cibū.

Alternat fertilitas arborum. Pli. li. 16. cap. 6, Arborum fertilitas omnium ferè alternat, sed maximè fagi.

Alternat fructus. Pli. li. 15. ca. 3. de olea, Sic quoq; alternare fructus cogitur decußis germinibus.

Alternant fructum quædam arbores. Pli. li. 16. ca. 38.

Alternare uices. Oui. 15. Metam. 82. de hyænis.

Alternant e aqua. Proper. lib. 2. eleg. 27. 11.

Alternantes (ἀμοίβοντες) Virg. 3. Georg. 43,

Illi alternantes multa ui prælia miscent.

Alternatus, pe. prod. participium (ἐπαλλαγμός) Plin. li. 29. ca. 4. 11, Canis unguibus adalligatis ceruino corio, neruisq; cerui alternatis & dorcadis.

Alternatus ex diuersis rebus. Sene. epist. 44, Ex splendidißimis sordidißimisq; alternata series. Id est, conserta.

Alternatio, Verbale (ἐναλλαξις) Per uices successio. Festus.

Alternatim, pen. prod. aduerbium (ἀμοιβαίως) Per uices. Quadrigarius annalium, lib. 3, Item gaudium atq; ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

Alternè (ἀμοιβαίως) aduerbium à nomine Alternus: id est, alternatim, seu alternis uicibus. Pli. li. 11. ca. 37. 16, Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.

Altero, alteras, pen. corr. (ἑτερόω) alterare. Variare, & quasi alterum facere. Ouid. 1. Fast. 75, Ille suam faciem transformat, & alterat arte. Item in Metamorphosi, Alterat undas.

Alteruter, pe. cor. alterutra, alterutrum, alterutrius (ἑποτερουοῦν) de duobus dicitur. Et est, ut sic dicam, Vnus uel alter. Ci. ad Atticum, lib. 8. 161. 3, Si uobis uideretur, alteruter uestrum ad me ueniret. Idem pro Rosc. Comœd. 9, Dabit enim nobis iam tacitè uita acta, in alterutram partem firmum & graue testimoniū. Celsus, Id quod infunditur, neq; frigidum esse oportet, neq; calidum: ne alterutro modo lædat. Cice. ad Attic. lib. 10. epist. 192. 4, Ego uerò Solonis legem neglig-, qui capite sanxit, siqui in seditione non alterius utrius partis fuisset. Alij legunt Alterutrius. Sic apud Plinium, Alteruter exortus, li. 2. cap. 8. 8. Et, alterutro latere, li. 2. ca. 17. 3.

Alterutrinq;, aduerbium (ἀποτερωθεν) Plin. lib. 20. cap. 7. 6, de lactucæ facultatib. Nec ulla res in cibis auiditatē incitat, imbibetq; eadem: in causa alterutrinq; modus est. Quidā legunt ex uetusto codice, In causa alterutraq; modus est.

Alteruterq;, alterutraq;, alterutrunq;, adiectiuum. Vide Alterutrinq;.

Altrinsecus, pen. corr. (ἑτερωθεν) Aduerbium, E regione, uel ex altera parte. Plau. Mil. 8. 35, Quid illic astas? quin retines altrinsecus? Idem Pseu. 5. 122, Pseudole, assiste altrinsecus, atq; onera hunc maledictis.

Altrouersum, aduerbium obsoletum. Plaut. Casina. 12. 25,

— uerum autem altrouersum quum eam mecum Rationem puto, eius esset mecum postulatio. Id est, in alteram partem, uel ex altera parte.

Alterâs] Antiqui dicebant pro Aliâs. Festus.

Altercagenum] Siue altercū, herba est apud Arabas, quæ à Græcis ὑοσκύαμος, Hyoscyamus dicitur: id est, faba porcina. Vide Plinium, li. 25. ca. 4. 8.

Altercor] Altercaris, altercatus sum (ὁρίζω) altercari, & antiquè Alterco, altercas, Cum aliquo rixari siue litigare: quod propriè fieri dicitur, quum aliquid pertinacius contra alterum defendimus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 77, Qua ex frequētia T. Labienus prodijt, summissa oratione loqui de pace, atq; altercari cū Vatinio incipit. Teren. And. 4. 1. 29, Cum patre altercasti dudum. Vbi Do natus, legitur & Altercatus es, non enim Alterco dicimus.

Altercātur inter se mulierum ritu. Liu. 3. ab Vrbe, 290. Hor. 2. Ser. Altercāte libidinib. tremis ossa pauore, Id est, timore rixante cum libidinibus: quia scilicet pauor inde retrahit, quò libido trahit.

Altercatio, uerbale (ὁρίς) Iurgatio, ut ait Festus. Liuius, 1. ab Vrbe, 24, Inde cum altercatione congressi. Idem 5. bel. Maced. Altercatio inde, non sermo fuit. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 2. 1. & ad Att. lib. 4. epist. 82. 1.

Altercatio, Litigandi genus in iudicio. Cicero Attic. lib. 1. 11. 14, Clodium præsentem fregi in senatu cum oratione perpetua, plenißima grauitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes. Huius altercationis artem & præcepta latißimè docet Quintilianus, lib. 6. cap. 4. Et lib. 10. cap. 1, Altercationibus atq; interrogationibus oratorem futurum optimè Socratici præparant.

Altercationibus uelociter occurrere. Quin. li. 2. cap. 4. 21.

Altercator, penult. prod. altercatoris (ὁριστής) Patronus qui in iudicio utitur altercatione. Quint. lib. 6. cap. 4, Bonus altercator uitio iracundiæ careat. Ibidem, Ne turbidus & clamosus sit altercator.

Altercator turbidus & iracundus. Quint. ibidem.

Alternator, Alternatio, Alternè, Alterno, Alternus, Vide Alter.

Althea] ἀλθαία, Genus maluæ syluestris, ab excellentia effectus à quibusdam Aristalthea appellata teste Plinio, li. 20. cap. 21. 1. Hæc & hibiscus uocatur Virgilio,

Hædorumq; gregem uiridi compellere hibisco. Vulgò Bismaluam appellamus, Maluauiscum. Sunt qui per æ diphthongum scribant, quòd Græcis scribatur per αι.

Althea] penultim. product. (ἀλθαία) Thestij filia, Oenei Calydoniæ regis uxor, Meleagri mater. Ouid. octauo, Metamorph. 90,

Quum uidet extinctos fratres Althea referri. Huius scelere Meleager filius extinctus est. Cuius facti postea pœnitens, laqueo uitam finiuit, ut tradit amplißimè Diodorus Siculus, libro quinto capite secundo. Ouidius tamen occubuisse, acto (inquit) per uiscera ferro. Vide Meleager. Senec. in Medea, 10. 9,

Piæ sororis impiæ matris facem Vltricis Althææ uides.

Althea, Oenei regis Aetoliæ uxor fuit, & mater Tydei, ut scribit Seruius enarrans illud Virgilij in sexto, 96,

Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis. Partheno-pæus.

Althemenes] ἀλθημένης, Cißi filius, qui Argos ædificauit, quo tempore Patrocles Spartam condidit. Strabo lib. 10.

Althepas] Neptuni filius fuit, qui, ut author est Pausanias, post Horum regnauit apud Troezenios, à quo & Althepia sit terra cognominata. Ex Cel. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 9.

Altilia] Oppidum Liguriæ à tranquillo commemoratū hodie quoq; Alteiola uulgò appellatur. Volaterranus.

Altilis] Vide Alo.

Altinum] pen. prod. (ἄλτινον) Venetiæ oppidū iuxta Torcellum. Meminit Plin. li. 3. ca. 18. Strabo, li. 5, Altinum in palude est, similem Rauennæ situm habens.

Altinates, pen. prod. Altini incolæ. Pli. li. 3. ad Maximum, epist. 46, Arrianus Maturius Altinatium est princeps.

Altinates

Altinates lanas in tertio bonitatis ordine censet Martialis in Apophoretis hoc districho,

Velleribus primis Appulia, Parma secundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.

Altinates oues laudantur. Colum. lib. 7. cap. 2.

Altis] Lucus, Vide Altius Iupiter.

Altisonus, Altitonans, Altitudo, Altiuolans, Altiuolus] Vide Altus.

Altius] Iupiter (ἀλτιος ζεὺς) cognominatus est (ut Pindarici expositores interpretantur) quòd Altis lucus sit sacer Ioui. Aristodemus uero locum circa Olympiam hoc nomine uocari prodidit, unde fit Iupiter uocatus Altius.

Altor] Vide Alo.

Altrinsecus] Vide Alter.

Altrix] Vide Alo.

Altrouersum] Vide Alter.

Altus] Vide Alo.

Altus] altior, altissimus (ὑψηλός) adiectiuum notæ significationis. ut Alta maceria pedes quinq;. Cato de re Rust. ca. 15. Et Virg. 12. Aeneid.

Desuper altus equo grauiter ferit. Plin. lib. 23. cap. 7.

16. Altus palmum.

Alti colles attolluntur. Pli. li. 12. ca. 2. 14.

Altus aceruus. Lucr. lib. 3. 40.

Cælum altum. Virg. eclog. 4. 2. Oui. 2. Metam. 13.

— & quà uix manè recentes
Enituntur equi: medio est altissima cœlo.

Ceruices altæ. Vir. 1. Aenei. 44.

Gradus altos euadere. Virg. 4. Aene. 137.

Humus alta. Hora. Epod. 16. 11.

Iter altum ire. Virg. 4. Georg. 22.

Altius iter egit, tactus cœli cupidine. Ouid. 8. Metam. 45.

Iuba alta. Senec. Hippoly. 10. 10.

Montes alti. Virg. 3. Georg. 82.

Lunam altam suspiciens. Virg. 9. Aen. 84.

Nemora alta. Virg. 3. Geor. 78.

Nix alta. Hora. 1. Serm. Saty. 2. 2.

Præsepes altæ. Virg. 7. Aen. 55.

Via alta atq; ardua. Cic. 1. Tusc. 56.

Alta uia ad Argos collibus ruptis. Senec. in Hippoly. 10. 14.

Altissimus à nobis cœli cõplexus. Cic. 2. de Nat. deor. 146, Restat ultimus, & à domicilijs nostris altissimus, omnia cingẽs & coercens cœli complexus, qui idem Aether uocatur.

Editus in altum. Cic. 5. Verr. 81, Sic est hic ordo quasi propositus, atq; editus in altum: ut ab omnibus uentis inuidiæ circũflari posse uideatur. De ordine Senatorio loquitur.

Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 75.

In altissimo amplissimoq; gradu dignitatis locati. Cic. 1. Phil. 11.

In altissimo gradu positus alienis opibus. Cic. pro Sestio, 15.

Altum, Excellens, gloriosum. Virg. 3. Georg. 9.

Te sine nil altum mens inchoat. Nonius.

Alta & exaggerata oratio. Ci. in Orat. 112, Ita neq; humilẽ, nec abiectam orationẽ, nec nimis altam & exaggeratã probat.

Altior spiritus. Oui. 4. Trist. eleg. 1. 9.

Alta tapeta. Virg. 9. Aen. 68.

Vir altus & excellens. Cic. lib. de Finib. 45.

Altus uultus. Hora. 4. Carm. 9. 9.

Altus homo, Magnus. Virg. 10. Aen. 148, — iacet altus Orodes. Idem, altus Apollo. 6. Aen. 2.

Altissimus æstus. Plin. li. 16. cap. 1. 2.

Magnus & altus uir. Cic. 5. Tusc. 46.

Altus Iupiter. Oui. 2. de Arte amandi, 8.

Alta mente præditus homo. i. magna sapientia. Cic. pro Mil. 15.

Alta pecunia. Oui. 2. Amorum, eleg. 2. 8,

Sic tibi semper honos, sic alta pecunia crescet.

Altus, Nobilis. Virg. 10. Aen. 26.

Altus Aeneas. Hora. 2. Serm. Saty. 5. 13.

Altà Carthago. Virg. 4. Aen. 20.

Excelsus, altus, & humana despiciens. Cic. 2. Tusc. 16.

Alta Roma. Virg. 1. Aene. 3.

Altissime princeps. Claud. epigram. 20. 3. scribit ad Honorium imperatorem.

Altus, Profundus. Cæsar 8. bel. Gal. 67, Altissimo flumine uelut indagine munitum. Seruius in 1. Aeneid. Altum, inquit, & superiorem & inferiorem altitudinem significat. nanq; mensuræ nomen est altitudo. Plin. lib. 10. cap. 48. 1, Apicius nepotum omnium altissimus gurges.

Altæ stirpes stultitiæ. Cic. 3. Tusc. 22.

Altior cupido. Corn. Tacit. lib. 20.

Altus Euphrates. Virg. 4. Georg. 112.

Flumen altum. Virg. 4. Geor. 67.

Mare altum. Virg. 7. Aen. 40.

Fundamenta alta theatri. Virg. 1. Aeneid. 87.

Gemitus altus. Virg. 11. Aene. 19.

Altus gurges. Virg. 6. Eclog. 18.

Alta mente repostum. Virg. 1. Aene. 6.

Otium altum Plin. epist. 180.

Quies alta. Virg. 6. Aen. 105.

Altissimis radicibus defixa uirtus. Cic. 4. Philip. 161.

Somnus altus. Hora. Serm. 2. Saty. 1. 2.

Sopor altus, Multus & profundus. Virg. 8. Aeneid. 6. Altissimus somnus, Liu. 7. ab Vrbe, 169.

Spelunca alta. Virg. Aene. 6. 48.

Altum, secretum, reconditum, ait Seruius. Virg. 10. Aeneid. 12. Hora. 2. Ser. Saty. 6. 12.

Altus dolor. Virg. 1. Aen. 43.

Alta mens, & placida. Quint. li. 6. in proœm. 7.

Altum pectus. Virg. 6. Aen. 120.

Altiores literæ, pro Maiore doctrina. Senec. de Benef. 5.

Altiora studia. Plin. epist. 16. lib. 5.

Altũ, profundior maris pars, et à terra remotior, siue ipsum mare. Sall. Et piscatoria scapha in altum nauigat. Vir. 1. Aen. 8,

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. Ci. 1. Off. Vt sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessiones q; contulerit.

Altum, absolutè pro cœlo. Virg. 1. Aene. 61,

Hæc ait, & Maia genitum demisit ab alto.

Alto iactatus. Virg. 1. Aene. 2.

Altum tenere. Virg. 5. Aene. 33.

Ab alto urget in breuia & syrteis. Vir. 1. Aene. 23.

Ex alto emergere. Cic. li. 4. de Finib. 105. id est, è mari.

In altum abstrahere aliquem. Ci. 3. de Orat. 80, Repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atq; in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

In altum uela dare. Virg. 1. Aen. 8.

In alto tempestas magna est, id est, in mari. Ci. 2. de Inuen. 194.

Per altum ire. Virg. 3. Aen. 75.

Altè (ὑψηλῶς) Aduerbium qualitatis, quod modò excelsè, modò profundè significat. Virg. 6. Aenei. Ergo altè uestigia oculis. Liui. 1. ab Vrbe, 182, Verum haud altè in corpus descendisse, id est, Non profundè.

Altius, cui opponitur Inferius. Oui. 2. Metam. 28.

Altè cadere non potest. Cic. in Orat. 53.

Altè cinctus. Horat. Serm. 2. Saty. 8. 2.

Altius cogitare aliquid. Cic. in Orat. 52.

Altè consternere terram. Virg. 4. Aen. 89.

Altius efferre caput. Virg. 3. Georg. 110.

Digitized by Google

Altius exaggerata oratio. Cic. in Bruto, 33.
Altè extollere pugionem. Cic. 2. Philip. 49.
Altè extulit dextram. Virg. 5. Aen. 88.
Altius imprimere sulcum. Cic. 2. de Diuin. 75.
Altius ingredi. Virg. 3. Georg. 15,
Cõtinuò pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur.
Altius ordiri. Vide Ordior.
Altius penetrare. Cels. lib. 5. cap. 27, De fistulis & earum generibus loquitur.
Altius ad uiuum persedit. Virg. 3. Georg. 87. Id est, ossa & medullas penetrauit. Seruius.
Altius perspicere. Cic. 2. Verr. 13.
Altius aliquid prosequi. Pli. li. 2. ca. 23. 2.
Altè petitum procœmium. Cic. pro Cluent. 44.
Altius repetere narrationem sæpe legitur, quod Sall. Suprà repetere dixit. In eo sensu est illud Virgilianum in 4. Geor. 57,
—altius omnem
Expediam, primæ repetens ab origine, famam.
Altius cura serpit. Pli. li. 14. cap. 11. 1.
Altè subiectare harenam. Virg. 3. Georg. 48.
Altius tollere se à terra. Cic. 5. Tusc. 53.
Verbum altius transferre. Cic. in Orat. 45.
Altè oculus uestigare. Virg. 6. Aene. 29.
Altè, in magnam altitudinem, uel longe. Virg. 4. Aen.
—it stridor, & altè
Consternunt terram, concusso stipite, frondes. Statius in Thebaid.
Ipse tuis altè radiantem crinibus arcum Imprimat.
Altisonus, pe. corr. (ὑψηλέφωνος) Nomẽ poeticũ. i. quod ex alto sonat. 3. Tus. 77. in uersu, Septũ altisono cardine tẽplum.
Altisonus Iupiter. Cic. 1. de Diuin. 1. 71. Sene. in Hippo. 11. 3.
Altisoni mariti prælia referens. Claud. epig. 17. 6.
Altitonans, pen. cor. (ὑψιβρεμέτης) Poeticum nomen ad Iouẽ pertinens, quia ex alto tonat. Cic. 1. de Diuin. 37, Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.
Altitudo, pen. pro. altitudinis, denominatiuum. Est propriè rei alicuius sublimitas.
Arboris altitudo, ad quinq; pedes Plin. lib. 12. cap. 15. 1.
Altitudo ædium. Cic. Offi. lib. 3. 85.
Immensitas altitudinum. Cic. 1. de Natur. deor. 75.
Altitudinem assumere. Cic. de Vniuers. 62, Id fit, quum speculorum leuitas hinc illinc; altitudinem assumpsit, &c.
Altitudo, Profunditas.
Altitudo maris. Cic. ad Att. li. 9. 187. 1. Cæs. 4. bel. Gal. 557.
Concauæ altitudines speluncarum. Cic. 2. de Nat. deo. 143.
Infinita altitudo. Cic. 1. de Diuin. 158. Idem 6. Verr. 96, Spelunca altitudine infinita.
In altitudinem mirandam depressus. Cice. 7. Verr. 5. de Latomijs Syracusanis.
Altitudo plagæ. Id est, profunditas. Celsus, lib. 7. cap. 7.
Altitudo animi, penè Idẽ significat, quod animi magnitudo. Cic. 2. Off 94, In liberis uerò populis, & in iuris æquabilitate, exercenda est etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. Idem in partit. 41, Altitudo animi in capiendis incommodis. Liu. 4. ab Vrbe, 31, Hanc modestiam æquitatemq; & altitudinem animi.
Altitudo & facilitas animi, Contraria. Cic. 1. Offi. 124.
Elatio atq; altitudo orationis. Cic. in Bruto, 33.
Altiuolans, pen. corr. om. g (ὑψιπέτης) Nomen poeticum, dicitur quod in altum uolat. Cic. 1. de Diuin. 175. ex Ennio,
—at Romulus pulcher in alto
Quærit Auẽtino, seruat genus altiuolantũ. Id est, auiũ.
Altiuolus, pen. corr. adiect. Plin. lib. 10. cap. 19, Sunt ferè omnes altiuolæ præter nocturnas, Et ca. 47. 1, Graniores omnes fruge uescuntur: altiuolæ, carne tantum. De himantopodibus loquitur.
Alueus] aluei (πόρος & χώρημα) Continens fluminis inter ua tranq; ripam. Vnde sæpe legitur in lure ciuili, Si fluuius alueum mutauerit. Virgilius,
Assuetæ ripis uolucres, ac fluminis alueo. Plin. lib. 7. cap. 2. 12, Alueus nauigabilis. Et lib. 6. cap. 26. 10, Alueus continuus.
Alueo pleno fluit. Quint. lib. 2. cap. 1. 4.
Alueus pro uase ligneo concauo. Liu. 1. ab Vrbe, 23.
Alueus pro naui. Propertius.
Portabat sanctos alueus ille uiros. Et Virg.
Alueo accipit ingentem Aeneam. 6. Aen. 83.
Alueos nauium inuersos pro tugurijs habere. Sallust. in Iugurtha, & Liuius, 3. ab Vrbe, 154.
Alueus, Vas in quo apes continentur & mellificant. Plin. lib. 11. cap. 20. 1, Alueos nunquam ultra decẽ annos durasse proditur. Quo in loco, Proditur, impersonale est. Idẽ lib. 11. ca. 16.
Alueus fagineus. Oui. 8. Metam. 32.
Alueus uernus. Tibullus, 2. eleg. 1. 10.
Alueus pro ipsis apibus. Plin. li. 11. cap. 16, Feruntq; societate fraudata alueos mori.
Alueolus, alueoli, pe. corr. (κύβος) diminutiuum ab Alueus: uas est ligneum concauum. Liuius, 8. bel. Pun. 254, Secures, falces, alueolos, molas. Colum. lib. 8. cap. 5. 10, Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat.
Alueolus, Tabula lusoria, quæ alio nomine dicitur Latruncularia, & Aleatoria, à latrunculis & aleis. Cic. 5. de Fin. 100, Aut alueolum poscere, aut quærere quempiam ludum.
Alueoli etiam in balneis sunt. Vitru. li. 5. ca. 10.
Aluear, siue Alueare, pen. prod. & Aluearium (σίμβλος, κυψέλη) ab Alueo denominatũ, tametsi dici potest locus ubi sunt aluei apũ: tamen potius accipitur pro copia alueorũ eodem in loco positorũ, ac apũ mellificantium. Sic Valla, lib. 1. Col. lib. 9. cap. 11, Quum uetus alueare numero apium destituitur. Idem lib. 9. cap. 8.
Aluearia pro ipsis alueis, id est, uasis in quibus apes cõtinẽtur, & mellificant. Pli li. 21. ca. 14, Circumlini aluearia fimo bubulo utilißimum. Sic idem alibi sæpius. Virg. 4. Georg. 7.
—aluearia uimine texta.
Alueatus, pen. prod. adiectiuum (κυβωτός) In modum aluei canatus. Cato, cap. 43, Sulcos, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet, id est, deorsum fastigiatos.
Alueolatus, pe. prod. adiect. (κοιλωτός) Vitru. li. 3. cap. 3. de columnarũ faciendarũ ratione, Stylobatã ita oportet exæquari, uti habeat per medium adiectionẽ per scamillos impares. Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo uidebitur.
Aluinus] Vide Aluus.
Alum] σύμφυτον πετραῖον, Authore Plinio lib. 28. cap. 6. herbæ species est, quæ in petris præcipuè nascitur, similis cunilæ, foliis paruis, ramis tribus, aut quatuor à radice, cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, radice longa, & rutila. Ruell. Buglum uulgò credit uocari.
Alumen] pen. prod aluminis, pen. corr. n. g. (στυπτηρία) Res est uulgò notißima. Plin. lib. 35. cap. 15. post sulphuris tractationem sic infert, Nec minor, aut ab eo dißimilis est aluminis opera: quod intelligitur Salsugo terræ. Plura & eius genera. In Cypro candidum & nigrum, exigua coloris differentia, &c.
Aluminatus, penu. prod. adiect. (στυπτηριωτός) sicut Sulphuratus à Sulphure: ut Aqua aluminata, quæ transit per uenas aluminis. Pli. li. 31. cap. 6. 3.
Aluminosus, pen. prod. (στυπτηριώδης) Idem quod Aluminatus. Plin. li. 31. ca. 3. 18.

Alumnus,

Digitized by Google

Alumnus,& Alumna] Vide Alo.

Aluntium] siue Alontium (ἀλόντιον) Ptol.oppidum Siciliæ,non procul à Lylibæo promontorio. Inde Aluntini,siue Alontini,quorum meminit Plin.li.3.cap.8.

Aluona] ἄλβονα, Ptolemæo,quæ et Albona:Vulgò S.Angelo. Oppidum Liburniæ. Inde Aluonenses,siue Albonenses populi,quorum meminit Plin.in descriptione Liburniæ.

Alusię] Specus sacer in Thalamo Thuriæ monte, ab Alusio proximo amne cognominatus, ut scribit Lycus.Ianus Parrhas.in Claud.

Alusius] Fluuius in Thuriæ monte,unde Alusiæ spec.

Aluta] alutæ,pen.prod. (ἀσκμάτιον) pellis mollior, calceis cæterisq; operibus faciendis concinnata. Cæsar 3.bell.Gal. 400,Pelles pro uelis, alutæq; tenuiter confectæ. Pli.lib.23. cap.7.11,Produnt etiam siquis inclinata arbore,supimo ore aliquem nodum eius morsu abstulerit nullo uidente,atq; in aluta illigatum licio è collo suspenderit,strumas & parotidas discuti.Martialis,li.7.34.

Alutarius,Coriarius: pellium,& coriorum concinnator.Plau. Hic alutarius cerdo.Proprie tamen Alutarij,tenuiorum pellium dicuntur.Coriarij,crassiorum.

Alutatio,corrupte,ut opinor,legitur,apud Plin. lib.33.cap.4. nam ipsemet eodem lib.cap.16,dicit Elutia,& Hermol.super hoc loco legit Alutia. quanquam mihi diuersa uidentur siquis Plinij locos diligenter conferat. Vide Elutia.

Aluus] alui,fœ.g.(κοιλία) Est inquit Seruius, quò defluunt sordes:ut Sallustius,Simulans sibi aluum purgari.Plin.li.2. cap.41,1,Alij commouentur statis temporibus aluo.

Aluus,inquit Festus,uenter fœminæ, ab alendo dicta est. Vnde Gestare aluum,pro Grauidam esse.

Aluus,Venter qui apparet.Colum.lib.7.cap.10.5, Nisi obesam illuuiem atq; distentam pabulis aluum demerserit.

Aluum Accius masculino genere protulit , Annalium primo, Mala nemus retinens grauido concepit in aluo.Sic multi alij teste Prisciano,li.6.Id nunc obsoletum est.

Alui causa dare aliquid.Plin.lib.22.cap.24.Hoc est,ad molliendam aluum.

Dolores alui cohibere.Plin.lib.23.cap.8.

Alui ductio.Celsi.lib.2.cap.12,Dciectionem antiqui uarijs medicamentis,crebraq; alui ductione, in omnibus ferè morbis molliebantur.

Alui purgatio.Cic.3.de Natura deorum,78, Aesculapius tertius,primus purgationem alui , dentisq; euulsionem,ut ferunt,inuenit.Sic lib.2.de Natur.deor.189.

Alui resolutio.Celsus,lib.2.cap.7.

Vitia alui detrahere.Plin.lib.20.cap.7.

Aluus atra.Ouid.13.Metam.158.

Auida.Ouid.12.Metam.4.

Biliosa.Celsus,li.2.cap.8.

Cruda,uel non consistens. Cato cap.125, Aluus cruda,quæ cibos non conficit : Aluus non consistens,quæ non continet, nempe ex profluuio.

Curua.Vir.Aen.2.In latus, inq; feri curuam compagib. aluum.

Dura.Hora.Serm.2.Saty.4.6.

Fusior.Celsus, lib.1.cap.3, Melior est autem in iuuene fusior,in senectute astrictior.

Grauida.Ouid.epist.6.13.

Inanis.Iuuenalis,5.1.

Aluum latam trahens.Virgil.4.Georg.19,loquitur de regibus apum.

Liquida.Celsus,lib.2.cap.12.Sic lib.4.cap.19.

Longa.Ouid.4.Metam.115.Virg.2.Georg.84.

Mala.Celsus, libro 2. capite 4, Aluus autem mala est,ex toto suppressa.

Melior.Vide Aluus fusior.

Multiplex & tortuosa.Cic.2.de Nat.deor.204.

Nigra,aut pallida.Vide Aluus,pro excrementis alui.

Peior cita aluus est:sed ne hæc quidem terrere protinus debet,si matutinis temporibus coacta magis est: aut si procedente tempore paulatim contrahitur , & rufa est, neq; fœditate odoris similem aluum sani hominis excedit.Celsus, lib. 2.cap.3.

Periculosa est,quæ inter febres fluens , conquiescere hominem in cubili non patitur.Celsus,li.2.cap.4.

Pernitiosa.Celsus, lib. 2.cap.8.ad finem, Aluus nigra sanguini atro similis repentina,siue cum febre,siue etiam sine hac est, pernitiosa est.Hic pro excrementis accipitur.

Pestifera.Vide Aluus,pro excrementis alui.

Pinguis.Vide Aluus,pro excrementis alui.

Aluus rufa.Vide Peior cita aluus est.

Tenera aluus.Celsus,lib.3.cap.18.

Tuta aluus.Celsus,lib.2.cap.8.

Aluus tumens.Plin.lib.2.cap.5.

Varia.Vide Aluus,pro excrementis alui.

Aluum astringit labor,sedile,&c.Celsus,li.1.ca.3.

Astricta,uel Astrictior aluus.Vide Aluus fusior.

Ciere aluum, id est, soluere. Plin.lib.20.cap. 9.Sic libro 22. cap.13.

Humorem alui ciet radix labruscæ decocta in aqua. Plin.libro 23.cap.1.

Cita aluus,id est,soluta. Plinius libro 27. cap. 4. Idem lib.23. capite 7. ad finem, Sorba recentia stomacho & aluo cita prosunt.

Citam aluum compescere.Plin.lib.24.cap.13.

Citam aluum emendare.Pli li.24.cap.10.

Cita aluus exercet aliquem.Celsus,li.1.ca.6.

Coacta aluus.Vide Peior cita aluus est.

Cohibere aluum.Plin.lib.23.cap.1.

Comprimere & mouere aluum contraria.Celsus,lib.1.cap.10.

Concita aluus.Plin.lib.21.cap.12.

Conquiescit aluus.Celsus,li.4.cap.19.

Aluo continere filium. Cic. 1.de Diuin. 71, Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse Satyriscum. Et pro Cluentio, 26, Spem illam,quam in aluo commendatam à uiro continebat.

Contrahitur aluus.Cels.li.4.ca.19.Id est,supprimitur.

Deijcere aluum,Idem quod aluum soluere. Cato cap.156,Aluũ si uoles deijcere,superiorem sumito cymam brassicæ.

Descendit aluus.Cels.lib.2.cap.7.

Detrahere aluo aquam.Pli.li.24.ca.8.de Sambuco.

Ducere aluum.Cels.li. 2. ca.12.Cels.li.4.cap.3.

Elicere aluos.Pli.lib.19.cap.5.de Raphano,Sapor autem asper & medicamenti instar ad eliciendas aluos.

Emollire aluum.Plin.lib.20.cap.2,Pepones qui uocantur,refrigerant maximè in cibo,& emolliunt aluum.Et cap.9.

Euacuare aluum.Plin.lib.20.cap.6.

Extrema aluus.Celsus,libro 2.cap.8.1.id quod extremum excernitur.

Aluus plurimum negotij exhibet homini. Plin.lib. 26. cap.8, Plurimum tamen homini negotij aluus exhibet, cuius causa maior pars mortalium uiuit. Aliàs enim cibos non transmittit,aliàs non continet,aliàs nõ capit,aliàs non conficit. Eoq; mores uenere,ut homo maximè cibo pereat. Pessimum corporum uas instat ut creditor, & sæpius die appellat.

Exinaniri aluum.Plin.lib.22.cap.21, Et si decocti succus bibatur,efficacissimè exinaniri.Idem li.26.ca.8.

Fertur aluus. Cels.lib.4. ca.19,Vbi & liquida aluus,& sæpius quàm ex consuetudine fertur.

Firmare

Digitized by Google

Firmare aluum. Plin. lib. 14. cap. 18, Thasiam uuam Aegyptus uocat apud se prædulcem, quæ soluit aluum. Est contrà in Lycia quæ solutam firmat.

Fluit aluus. Vide aluus ducitur. & apud Celsum, lib. 4. cap. 19.

Fluens aluus. Vide Aluus periculosa.

Aluo folia imposuit, epiphoris, stranguriæ, & uesicæ. Plinius, lib. 25. cap. 5.

Inanire aluum. Plin. lib. 20. cap. 3. Idem lib. 24. cap. 16, Aluum inaniunt ex sale & aceto sumpta.

Inhibere aluum. Plin. li. 19. ca. 8. de beta, Vide Inhibeo.

Injcienda aluus est aqua. Celsus, lib. 2. cap. 12, Tum injcienda aluus est, si leui medicina contenti sumus, pura aqua: si paulò uslentiori, mulsa: si reprimendi causa, ex uerbenis.

Leuare aluum. Plin. lib. 23. cap. 7. ad finem, Inuenio apud authores, siquis matutino cerasa roscida cum suis nucleis deuoret, in tantum leuari aluum, ut pedes morbo liberentur.

Alum liquanda, interdum etiã dicenda, quib. extenuatũ corpus incipit spiritum trahere commodius. Celsus, lib. 4. cap. 4.

Mollire aluum. Plin. lib. 20. cap. 9, Aluum modicè mollientem. Et lib. 22. cap. 21, Iucundius aluum molliri. Item li. 25. cap. 5, Datur ad leniter molliendam aluum.

Mouere aluum. Plin. lib. 20. cap. 20. ad finem.

Aluum mouens uinum. Id est, quod aluum citat & mollit. Cato, cap. 115.

Purgare aluum. Plin. li. 20. ca. 7, Idem succus aluum purgat, Sic lib. 21. cap. 19. ad finem.

Reddit aluus satis quotidie alicui. Vide Aluus liquida.

Reddere aluum cum multo spiritu. Cels. li. 2. cap. 7. & cap. 23.

Aluum reprimere. Vide Aluus injcienda.

Sistitur aluus Iadano utroq; Pli. li. 26. cap. 8.

Aluum sistere. Plin. lib. 20. cap. 6. Et cap. 7, Lactucæ copiosiores aluum soluunt, modicæ sistunt. Ibidẽ, Milio sistitur aluus.

Soluere aluum. Plin. lib. 23. cap. 8, Siliquæ recentes, stomacho inutiles, aluum soluunt, Eædem siccatæ sistunt.

Subducere aluum. Corn. Celsus, li. 3. cap. 4.

Subsitit aluus. Celsus, li. 6. cap. 11.

Subtrahere aluum. Corn. Celsus, lib. 3. cap. 4, Deinde eam materiam quæ lædere uidebatur, ducendo, sæpius aluum subtrahebant.

Succurrere aluo. Plin. lib. 20. cap. 23.

Supprimere aluum. Celsus, lib. 4. cap. 19, Alia uia est, ubi uelis aluum supprimere.

Suppressa aluus. Celsus, lib. 2. cap. 12. Sic eodem lib. cap. 4, Aluus ex toto suppressa.

Trahere aluum Pli. li. 24. cap. 6. Idem lib. 25. cap. 5, Trahit aluum, & bilem, pituitáq;.

Turbare aluum. Plin. li. 22. cap. ult. de Euro.

Ex aluo matris natura profudit in oras luminis. Lucret. 5. 48.

In aluum congerit. Ouid. 6. 130.

Aluo in obliqua. Stat. Thebai. 5. 111.

In aluum delabuntur cibi. Pli. li. 11. cap. 37.

Soluendæ alui gratia. Pli. li. 26. cap. 8, Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia soluendæ alui gratia.

In aluo proficere. Pli. li. 22, ca. ult. de cicere & cicercula, Cicer si largius sumatur, aluus soluitur. Cicercula etiãnum magis in aluo proficit.

Per aluum purgari si libeat. Pli. li. 26. cap. 8.

Per aluum trahit bilem & pituitam. Plin. lib. 26. cap. 8.

Aluus, pro excrementis alui. Celsus, li. 2. cap. 6. de indicijs mortis, Aluus quoq; uaria, pestifera est. Paulò post, Sed hæc quidem potest paulò diutius trahere. In præcipiti uerò iam esse denunciat, quæ liquida, eademq; uel nigra, uel pallida, uel pinguis est. Plin. lib. 21. cap. 18, Lilij radices è mulso potæ, inutilem sanguinem cum aluo trahunt. Idem lib. 24. cap. 6.

Aluus pro aluco, id est, uase in quo apes mellificant. Varro, 3. de re Rust. cap. 16, Aluos ubi sint, alij faciunt ex uiminibus rotundas, alij è ligno ac corticibus, alij ex arbore caua, alij fictiles, alij etiam ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, sed ita uti quum parsit qua compleant, eas coangustent: ne in uasto loco & inani despondeant animũ. Hæc omnia uocant, à mellis alimonio, aluos: quas ideo uidentur facere angustissimas, ut figuram imitentur earum.

Ab aluo caua fagi demissus exercitus. Claudian. de Raptu Proserpinæ, lib. 2. 26. loquitur de apibus.

Aluinus, pen. prod. adiectiuum (κοιλιακός) qui aluo laborat. Pli. li. 25. ca. 7. 6, Aduersatur q; aluinis. Idem li. 21. cap. 27. 1, Aluinis imposita multum prodesse dicitur.

Alyacmon] Fluuius Macedoniæ. Claudianus,

Et frustra rapidum damnant Alyacmona Besi.

Alyattes] ἀλυάττης, Cræsi regis pater ditissimus. Strabo, li. 9, Eius tumulus est apud Sardos ingẽs, super crepidine excelsa, factus à multitudine ciuitatis, cuius maximã partem ancillæ perfecerunt, quæ (ut ait Herodotus) omnes meretricantur. Nonnulli hanc sepulturam meretricis monumentum dicunt. Idem Strabo, lib. 13.

Alyattici regnum. Hor. 3. Carm. 16. 9.

Alyba] ἄλυβη, regio non longè à Mysia, ubi argentifodinæ esse ab Homero traduntur. Vide Stra. li. 12, Vnde Alybas, alybãtis, seu Alybãtius, Qui ex Alyba est oriundus. Hinc prouerbiũ, Alybantis hospitis munera, seu Alybãtij amici xenia, qd Eustathius Homeri interpres putat rectè dici posse, quoties fit ut aliquis falsò iactet se magna largitũ esse: seu uerbis dũtaxat, nõ re præstet beneficiũ. Nam apud Hom. ult. Odyss. li. Vlysses ignoto habitu cum Laerte patre colloquẽs, adsimulat se Alybantium esse Aphidantis opulentissimi uiri filium, & quondam Vlyssem exceptum hospitio, muneribus amplissimis donatum à se dimisisse. Erasmus Chiliad.

Alynomus] ἀλύνομος, uiri proprium, qui, in Papho, regẽ ob flagitia ab Alexãdro eiecto, quũ rex alter regij sanguinis nõ reperiretur, q, is funditus deletus esse existimaretur, unus tandẽ inuẽtus est inops, ultimi nominis, in hortulo quodam neglectus, uixq; se ex eo tolerans: ad quem, qui missi erant, quum uenissent aquam elicibus deducentem offenderunt. Terrore uerò perculsus, militibus manum in eum injcientibus, præireq; porrò iubentibus, ad Alexandrum est deductus obsoleta plagula amictus, à quo rex est pronunciatus, assumptaq; purpura unus eorum esse cœpit qui regis sodales uocitabantur. Ex Budæo.

Alypia] Vide Alypon.

Alypon] ἄλυπον, cauliculus est molli capite, non dissimilis betæ, acre gustatu ac lentum, mordensq; uehementer & accendens. Plin. lib. 27. cap. 4. Paulus Alypiam uocat: Actuarius tamen Alypiam uocat Turpet candidum: Author ibidem Ruellius.

Alysies] ἀλύσεις, inter ornamenta muliebria ponuntur Nicostrato poetæ comico, Clementi Alexandrino, lib. 2. Pædagog. cap. 12. & Polluci, lib. 7. ca. 22. ad finem. Vbi Gualtherus traducit Catenas. Nam & ἄλυσις, catena est, & ἀλύσιον, catenula, torques.

Alysius] ἀλύσιος, dictus est Bacchus, παρὰ τὸ λύειν, quod est Soluere. Cæl. li. 7. cap. 15.

Alysonij] ἀλυσώνιοι, populi sunt Scythiæ Asiaticæ, ut docet Herodotus, lib. 4.

Alysson] ἄλυσσον. Plin. lib. 24. cap. 11. distat à rubia, foliis tantum ramisq; minoribus. Quippe nomen accepit, quòd morsos à cane rabiem sentire non patitur potum ex aceto alligatumq;. Mirumq; est quod additur, insaniam conspecto eo frutice sanari. Vulgo Rubia minor.

Digitized by Google

Alyſſos] Siue Alyſſus, fons eſt Arcadiæ in agro Cynethenſiũ, cuius aqua pota morſos à rabida cane liberat, ob idq; alyſſos uocatur. Hermolaus ex Pauſania & Polybio.

Alytarches] ἀλυτάρχης, Præfectus maſtigophoris, qui ad ſummouendam turbam, & cohibendas ſeditiones in ſacris certaminibus adhibebantur. Alytarcharum autem fit mentio in l. ult. de expenſ. Iudor. in cod. Theod. lib. 12. de iur. fiſc. eod. l. 2. de cupreſ. lib. 10. C.

Alyxothoe] pen. prod. mater Aeſaci (ἀλυξοθόη) Filia Dymantis, ut teſtatur Ouid. 11. Metam. 153.

Alyzia] ἄλυζία, Acarnaniæ ciuitas, à mari quindecim diſtans ſtadijs: ad quam dicatus Herculi portus eſt, & cum luco fanum Herculis certamina continens, è quo dux quidã Lyſippi opera Romã tranſtulit, Herculis labores, eo loco propter ſolitudinem abiectos. Strabo, lib. 10. Cic. Tironi, li. 16. 4. 1.

A M

AM.] Amicus. A M. N. Amicus noſter. A M. P. Amabilis perſona: uel, Amicus principis.

Am] Accuſatiua olim præpoſitio, nunc autem extra compoſitionem obſoleta. Priſcianus, lib. 14, Am, inquit, περὶ, Græcã præpoſitionem ſignificat: id eſt, Circum. Verùm quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ cauſa: ut Ambages, ambio, ambeſus, ambigo, amburbium, ambarualis, ambuſtus. Si uerò cum c, h, ſ, q, mutatur m, in n, ut Anciſus, anhelo, anfractus, anquiro. Cum p, remanet integra: ut Amputo. Feſtus, Am præpoſitio loquelaris, ſignificat circum. Varro, An pro Circum ponere ſolebant: ut Cato in Originibus oratorum, Amterminum, id eſt, Circum terminum.

Ama] Huius amæ (ἄμη) Falx meſſoria, Sarculum. Item inſtrumentum foſſorium, quod Galli lingua uernacula Luchetum uocant, quo foſſores aggerarij utuntur, ἀπὸ τοῦ ἀμᾶν, quod eſt, κόπτειν καὶ βοτρύειν. Eſt & Hama cum aſpiratione, ſed aliud inſtrumentum ſignificat. Amarum meminit Vlpianus in l. quæſitum eſt. D. de inſtructo & inſtrumento legato.

Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo.] Vide Amo.

Amadoca] orum (ἀμάδοκαι) ſiue Amadoci, montes ſunt in Sarmatia Europæa, à quibus & accolæ Amadoci dicuntur. Ptolem. Eſt item Amadoca, ciuitas in Sarmatia, ut idem author eſt.

Amadryades] Vide Hamadryades.

Amafanius] Malus uerborum interpres. Caſius ad Ciceronem, li. 15. epiſt. 19. 4.

Amalchium] Apud Plinium, li 4. cap. 13, Maris Oceani Septentrionalis portio eſt, Scytharum lingua ſignificat hæc uox congelatum.

Amalthea] ἀμαλθέα, fuit nutrix Iouis infantis. Nam Meliſſus rex Cretæ duas filias habuit, Amalthea & Meliſſam, quæ Iouẽ caprino lacte & melle nutriuerũt, teſte Lactantio, lib. 1. Inſtit. Alij dicunt capra illã appellatam eſſe Amaltheã, ut Parmenius poeta Græcus, quæ propterea in cœlũ ſublata, inter ſydera cum geminis hœdis ſuit collocata. In eius aũt ortu & occaſu maximæ fiunt pluuiæ. Hinc eſt illud Oui. 5. Faſt. Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ. Et 3. Meta. 121, Et Oleniæ ſydus pluuiale capellæ. Porrò Olenia dicitur, quia in Oleno urbe Bœotiæ, uel Achaiæ, ut alij uolunt, nutrita eſt. Sunt qui tradant, ex altero Amaltheæ cornu fluere ambroſiam, ex altero nectar, cibum & potum deorum.

Amaltheæ cornu, Idem quod Copiæ cornu. Vtimur quoties affatim omnia ſupereſſe ſignificamus. Tranſlatum à fabula, quæ uariè narratur apud authores. Quidam ad hunc modũ narrant: Rhea Iouem enixa metu Saturni patris libros recentes deuorare ſoliti, infantẽ in Creta occuluit, nutriendum à duabus nymphis, Adraſtea & Ida, Meliſſei filiabus. Hæ nutricauerunt illum lacte cuiuſdã capræ, cui nomen erat Amalthea: quam Iupiter iam adultus ob acceptum beneficium in ſydera retulit. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, uidelicet officij præmium, hanc adijciens facultatem, ut quicquid optaſſent, id illis ex eo cornu largiter ſuppullularet. Ouid. lib. 5. Faſtorum, paulo diuerſius fabulam narrat. Nais Amalthea Cretea nobilis Ida, &c. Aliter narrat Diodorus Sicul. lib. 4. cap. 5. Et rurſum aliter, lib. 5. cap. 2. Vide los ipſos. Vide etiam Strabonem, lib. 10. Philoſtratus Dionem ſophiſtam appellat Amaltheæ cornu, uelut omni genere uirtutum expolitum. Plutarchus irridens paradoxa Stoicorum, qui ſuo ſapienti tribuunt uniuerſa, diuitias, libertatẽ, ſanitatem, regnũ, Quæ Stoicã (inquit) acceperit Amaltheã.

Amalthea, & Amaltheũ, uillæ Attici & Ciceronis, nomen: uel potius Bibliothecæ inſtructiſſimæ in uilla. Cice. ad Attcum, lib. 1. epiſt. 8. 2. & lib. eodem, epiſt. 11. ad finẽ, Velim ad me ſcribas cuiuſmodi ſit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, quæ τοποθεσία: & quæ poemata, quaſq; hiſtorias de ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. & lib. 2. epiſt. 16. 17.

Amana] ἀμανά, ciuitas Mediæ. Ptolem.

Amando] Amandas (ἀποπέμπω, ἀποσπεύδομαι, ἀποδιαπομπεύομαι) amandare, Ablegare, aliquò mittere, ut à nobis amoueamus. Cic. 7. Verr. 55, Deniq; Syracuſas totas timet, amandat hominem quò? Lilybæum fortaſſe. Idem Attico, lib. 7. 132. 4, Itaq; de Ciceronibus noſtris dubito quid agam, nam mihi interdum amandandi uidentur in Græciam. Idem pro Domo ſua ad Pontif. 52, Me expulſo, Catone amãdato. Paulò ante dixerat, Cato inuiſus Cyprũ relegatur.

Amandare procul à. Cic. 2. de Na. deo. 212, Sic natura res ſimiles procul amandauit à ſenſibus. Id eſt procul amouit.

Amandatus (ἀποπεμφθείς) ad aliam nutricem filius. Gellius, lib. 12. cap. 1. ad finem.

Amandatio, amandationis, Verbale (ἀπόπεμψις) Cicero pro Roſcio Amer. 25, Taménne hæc attenta uita & ruſticana, relegatio atq; amandatio appellabitur?

Amandra] Regio ad Indum fluuium, in quatuor diuiſa populos, Peucolaitas, Arſagalitas, Geretas, & Aſoos. Plin. li. 6. cap. 20.

Amanides] Portæ (ἀμανίδες) in quas Amanus mons deſinit à Tauro deſcẽdens. Strab. li. 14. Aliter Amanicæ pylæ.

Amanoides] Ciliciæ promontorium, Pomponio ſic dictũ, quod formam effigiemq; Amani circumnauigantibus exhibet, ut auctor eſt Hermolaus.

Amans, Amanter] Vide Amo.

Amantes] Populi. Vide Amantini.

Amanthes] Populi ſunt in Aphrica, Troglodytis proximi, apud quos tum ſalis, tum Carbunculorum, gemmarumq; copia eſt, adeò ut ex ſale domos ſibi ſtruere dicantur. Author Solinus.

Amantia] Ciuitas Macedoniæ, authore Ptolemæo. Meminit Cic. 11. Philip. 309.

Amantini] ἀμαντῖνοι, Ptolemæo. Amantes Plinio Populi ſunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Hungaria dicitur. Vide Plin. li. 4. cap. 25.

Amanuenſis] ὑπογραφεύς, ſeruus cuius opera & manu in ſcribendo utimur. Sue. in Nero. 44. Ne diſpẽſatoribus quidẽ, aut amanuẽſibus exceptis. Dicitur & à manu. Vide in A.

Amanum] ἄμανον, portus, ubi nunc Flauiobriga in Hiſpania citeriore. Plin. lib. 4. cap. 20. Vulgo, Porto dalle Crune.

Amanus] pen. etiam prod. portio montis Tauri ad Ciliciam, authore Ptolemæo.

Amanus] pen. prod. uiri proprium. Sill. li. 17.

Digitized by Google

Amanus mons Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Cic. ad Attic. lib. 5. epist. 108. 4. & Plin. lib. 5. cap. 22.

Amaracus] huius amaraci, ma. g. uel amaracum, pen. corr. (ἀμάρακον, σάμψυχον) Herba quam Sampsuchum aliàs dicimus, uulgò Maiorana. Pli. li. 21. ca. 22. Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatißimum, & odoratißimum, scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illitum.

Amaracum & Sampsuchum idem esse constat Plinij Dioscori disq; decretis. Verũ Galeno & Paulo Amaracus ea est herba, quam maiores dixere Parthenium, nunc Officinæ uocãt Matricariam. Ruellius, li. 3. cap. 34. Matthiolus Senensis putat non Parthenium esse, sed Marum, quamuis opinionem Ruelli non improbet.

Olens *suaue amaracus*. Catul. epig. 56,

Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci.

Amaracinus, adiectiuum, pen. corr. (ἀμαρακινός) Quod ex amaraco factum est: ut Amaracinum oleum. Pli. li. 21. ca. 22, Vbi de Sampsucho, seu amaraco, Fit ex eo oleum quod Sampsuchinum uocatur, aut amaracinum, ad excalefaciendos emolliendosq; neruos.

Amaracinum, pen. cor. neutri gen. substantiuum (ἀμαράκινον, σαμψύχινον) unguentũ ex amaraco factũ. Lucr. lib. 6. 195, Deniq; amaracinum fugitat sus: & timet omne Vnguentũ. Hinc est illud Gellij ad finem totius operis, Vetus adagium Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui.

Amaracus] pen. corr. (ἀμάρακος) puer Cynaræ regis Cypri unguentarius, qui casu lapsus dum ferret unguẽta, fregit alabastrum, maioremq; ex confusione odorem creauit. unde optima unguenta, Amaracina dicuntur. Hic postea quum nimio dolore contabuisset, in herbam sampsuchum uersus est, quæ herba ex eius nomine cœpta est Amaracus appellari.

Seruius enarrans illud Virgilij, li. 1. Aene:

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.

Amaranthi] ἀμαράνθοι, populi sunt apud quos Phasis fluuius oritur: unde Amaranthius à quibusdam appellatur. Steph.

Amaranthus] m. g. (ἀμάραντος) Flos, ab immortalitate nõmen trahens. Pli. li. 21. c. 8, Amarantho non dubiè uincimur. Est autem spica purpurea uerius, quàm flos aliquis, & ipse sine odore: mirumq; in eo, gaudere decerpi, & lætius renasci. Prouenit Augusto mense, durat in Autumnum. Alexandrino palma qui decerptus asseruatur. mirumq;, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, & hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescit.

Amarbi] Populi Scythiæ, Hyrcanis proximi, quorum meminit Pli. lib. 6. cap. 13.

Amardi] Populi sunt Hyrcaniæ ad sinum Scythicum Strabonj, lib. 11. Herm. in Pli. lib. 6. cap. 17.

Amardus] Mediæ fluuius Ptolemæo.

Amare, Amarescо, Amarico, Amaritudo, Amator, Amarulentus] Vide Amarus.

Amariacæ] Populi Hyrcanis uicini, latere Mediæ. Herm. in Pli. lib. 6. cap. 16.

Amarice] ἀμυρίκη, dicitur & Erice, & Tamarice. Hermol. in Plin. lib. 10. cap. 16. Porrò Tamaricen tradit Ruell. lib. 1. cap. 99, Fruticem illum esse notißimum, qui Myrice uocatur. Vulgò Bryaria, Bruyere.

Amarico] cas, pen. corr. (πικραίνω) Amarum. Id est, asperũ facio, & quasi exacerbo. Augustinus, Ipsi amaricauerunt Deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt. Calep. Vox est barbara, & Latinis auribus inaudita.

Amarispus] Legi debet Arimaspus. de quo Vide suo loco.

Amarni] ἄμαρνοι, populi Hyrcanis uicini. Strab. lib. 11.

Amarus] adiectiuum, pen. prod. (πικρός) Id quod est dulci contrarium. Virg. 1. eclog. 16, Et salices carpetis amaras. Pli. li. 12. ca. 9. 2, Facilius hoc & truſtßius, amariusq;.

Amarus, & Dulcis, contraria. Cic. 3. de Nat. deo. 42, Omne animal sentit & calida & frigida, & dulcia & amara. Sic de Finib. li. 2. 62.

Amaros amores experiri. Virg. eclo. 3. 22.

Apium amarum. Virg. 6. eclog. 14.

Calices amariores ingerere. Catul. epig. 24. 1.

Baccæ amaræ. Virg. 2. Georg. 18.

Casus amari. Ouid. 5. Tristium, 5. 3,

Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros.

Cortex amara. Virg. eclog. 6. 13.

Dicta amara. Ouid. 3. Tristium, 11. 7.

Dies amara. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 3.

Fibræ amaræ. Virg. 1. Georg.

Fo ia amara. Virg. 2. Georg. 63.

Fumus amarus. Vir. 12. Aen. 11. & 9. Ouid. in Ibin, 49.

Historia amara. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 18.

Hostis amarus. Virg. lib. 6.

Inulæ amaræ. Hor. 2. Sermo. Saty. 8. 11.

Amari lacus, qui dicuntur in Aegypto. Vide Strab. li. 17.

Lingua amara. Ouid. 2. de Remed. 31.

Luctus amari. Ouid. 14. Metam. 93.

Lues amara. Ouid. de Pulice, 1.

Monitus amarus. Ouid. 17. epist.

Messis amara. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

Mors amara. Propert. li. 1. eleg. 18. 4.

Noctes amaras exercere. Proper. li. 1. eleg. 1. 7.

Os amarum dicitur Corn. Celso, lib. 1. cap. 3, Quum amaroreм quendam sentimus.

Amara pericula pont. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 6.

Sales amari. Quin. li. 10. cap. 1, In mentione Cassi Seueri, Præterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est.

Scripta amara. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 14. 8.

Sermo amarus. Hora. 1. Serm. Saty. 7. 2.

Sonitus amarus. Stat. 10. Theba. 110.

Succus amarus. Ouid. de Arte amandi, li. 2. 67.

Vmbra noctis amarior. Tibull. li. 2. eleg. 4. 3.

Amara curarum eluere. Hora. 4. Carm. 12. 4.

Amara risu lento temperare. Hora. 2. Carm. 16.

Amarus rumor, acerbus. Virg. 4. Aen. 41.

Amara mulier. Terent. Hecyr. 4. 4. 88.

Amariorem me facit senectus. Id est, acerbiorem, austeriorẽ: & (ut uulgus loquitur) rudiorem. Cic. Attic. lib. 14. 319. 3.

Amare, pen. prod. Aduerbium (πικρῶς) Vide Amarus.

Amarescо, amarescis (πικραίνομαι, πικρίζω) amarescere, Amarum fieri. Palladius, Amygdalus si rodatur, amarescit.

Amarities, amaritiei (πικρία) Idem quod Amaror. Catul. epig. 63. 4. ad Mallium,

Multa satis lusi, non est dea nescia nostri,
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Amaritudo, pen. prod. denominatiuum (πικρότης) Rei amaræ sapor, qui dulcedini opponitur. Plinius, lib. 11. cap. 37. 61, Ideo tantã habẽt amaritudinẽ, ut à canibus non attingantur.

Ingrata amaritudo. Vide Ingratus.

Implere amaritudinem inimici. Vide Impleo.

Amaror. pe. pro. amaroris, m. g. (πικρότης,) Idem quod Amaritudo. Vir. 2. Georg.

Digitized by Google

Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.

Amaror tangit. Lucret. lib. 4. 46, Quum tuimur miſeri abſynthia, tangit amaror.

Amarulentus (πικρός) adiectiuum, ualde amarus.

Amarulentus, per metaphoram, Animi dolor in inuidiam aut maleuolentiam exacerbatus. Gellius, Amarulentus librum maleuolentiſsimum conſcripſit.

Amaruſia] ἀμαρουσία, Dianæ cognomen eſt, tractum (ut Pauſaniæ uidetur) ab Amarintho Eubœæ uico, ubi ſumma cum ueneratione colebatur Diana.

Amaryllis] Amaryllidis (ἀμαρυλλίς) nomen fuit ruſticæ, de qua Virg. Eclog 2.

Amarylli, uocatiuus Græcus eſt, qui breuis eſt quotieſcunq; in is terminatur nominatiuus, ut Pieris apud Horatium,

Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas. Virg. Ecl. 4,

Mirabar, quid mœſta deos Amarylli uocares.

Amaryllis formoſa. Virg. eclog 1. 2.

Tenera Amaryllis. Oui. 2. Triſt. 102.

Amarynceus] Epeorũ rex, in Buprăſio ſepultus. Strab. li. 8.

Amarynthus] ἀμαρύνθος, fluuius in Alpheum labens, Arcadiam terminans. Strab. lib. 8, Amarynthus (ἀμαρυνθος) uicus eſt Eubœæ Inſulæ iuxta Eretriam, in quo Diana colebatur. Strab. lib. 10.

Amaſenus] pe. pro. (ἀμάσηνος) Fluuius Volſcorũ. Eſt & alius in Sicilia eodem nomine: de quo Ouidius, lib. 15. Metam. 56.

Amaſia] ἀμασία, Germaniæ ciuitas eſt, authore Ptolemæo, hodie Marpurgium.

Amaſis, ſiue Amaſias, Germaniæ fluuius nauigabilis inter Rhenum & Albin. Strabo, lib. 7, Non procul ab initio. Hic & Amaſius dicitur, & Amiſius. Herm. in Pli. li. 4. ca. 14.

Amaſis] pe. pro. (ἄμασις) rex Aegyptiorum, cuius tumulus fuit una pyramidum, dicente Lucan. li. 9. 31,

Non mihi pyramidum tumulis euulſus Amaſis. Ante quem, Pomponio, triginta ſupra trecẽtos reges in Aegypto fuere: quare uetuſtiſsimos prædicant Aegyptios. Hic legem condidit, ut quiſq; quotannis apud præſidem rationem uitæ redderet, demonſtraretq; unde uiueret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur, qui hoc non faceret, mortis afficeretur. Hanc legem Solon ab Aegyptijs tranſtulit ad Athenienſes. Fuit etiam Amaſis peditum Darij dux contra Cyrenenſes miſſus. Author utriuſq; Herodotus. Vide etiam Diodorum Sicul. lib. 2. cap. 1. & 2.

Amaſius] Germaniæ fluuius, Ptolemæo, qui Plinio Amiſius dicitur, et Pomponio Melæ. Vide infrà, Amiſius: uulgò Ems.

Amaſius] Amaſij (ὁρώνυμος) Amator. Plaut. in Caſina. 13, ad finem, Miſerrimum hunc hodie ego habeo amaſiũ. Gell. lib. 19. cap. 9, Audite, ac diſcite noſtros quoq; antiquiores poetas amaſios ac uenerios fuiſſe. Sic lib. 7. cap. 8. Amaſius delphinus.

Amaſtris] ἄμαστρις, urbs Ponti, ſiue Paphlagoniæ, de conditoris nomine appellatur. Ea poſita in peninſula, portus habet ex utraq; iſthmi parte.

Amaſtris uxor fuit Dionyſij Heracliæ tyranni, & filia Oxyathris fratris eius Darij qui cum Alexandro bellũ geſſit. Ea è trium urbium incolis unam confecit ciuitatem, nimirũ è Seſamo, Cytoro, & Cromna. In Amaſtriano agro plurima atq; optima buxus naſcitur, præſertim circa Cytorũ. Strab. li. 12.

Amaſtris, oppidum Paphlagoniæ, Seſanum olim nuncupatum. Plin. lib. 6. cap. 2.

Amaſtris, Ptolemæo Bithyniæ urbs, uulgò Suyaſtio.

Amaſtrum] ἄμαστρον, oppidum Strab. lib. 7.

Amata] pen. pro. (ἀμάτα) fuit uxor Latini regis, & ſoror Veneris dea, ut author eſt Seruius apud Virgilium, li. Aenei. 6. & 7. 69, Celſa petit, tacitumq; obſedit limen Amatæ.

Amata, uirgo Veſtalis inter capiẽdum à Pontifice maximo appellatur, quoniam quæ prima capta eſt, hoc fuiſſe nomine traditum eſt. Gel. lib. 1. cap. 12.

Amatha] orum (ἄμαθα τὰ) Regio Arabiæ: unde Amathei, Arabiæ Populi Pli. li. 6. ca. 28. Horum meminit Ioſephus, li. 1. Antiq. ca. 12. & Steph.

Amathe] es (ἀμάθη) oppidũ eſt Phœnices, et alterũ Siciliæ.

Amathus] Amathi (ἄμαθος) Fluuius Pylon urbẽ Neſtoris patriam præterlabẽs, à cuius nomine Pylos ipſa Amathoeſſa uidetur appellata. Hic etiam Pamiſus uocatur. Strab. li. 8. Idem aliquanto pòſt, tradit hunc nominari & Mamum et Arcadicum.

Amathus, pen. corr. (ἄμαθους) Amathuntis, urbs eſt Cypri inſulæ maris Aegæi, Veneri ſacra, unde tota inſula Amathuſia dicebatur, ut eſt apud Ptolemæum. Virg. 10. Aen. 11,

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera &c.

Amathus urbs, ab aquis calidis uocabulũ ſumpſit, quòd aquarum uapor Syro ſermone Amathus dicitur. Thermæ ergo Græcè dicitur, eo quòd calidum fontẽ habeat intra muros. Egeſippus de excidio Hieroſolymitano, li. 4. ca. 16.

Amathus fœcunda metallis. Oui. li. 10. Meta. 44.

Amathus grauida metallis. Oui. li. 10. Meta. 107.

Amathunteus, adiect: uũ, pe. pro. (ἀμαθούντιος) Amathuntea bidentes. Oui. 10. Meta. 46, — mactatos crederet illic Lactantes uitulos, Amathunteaq; bidentes. Alia exemplaria habent Amathuſiacas, ab Amathuſia.

Amathuſia] ἀμαθουσία, Inſula in mari Cilicio, quæ nunc Cyprus dicitur. Pli. li. 5. ca. 21.

Amathuſij] ἀμαθούσιοι, Cyprij ſunt, ab Amanthunte urbe. Strabo. lib. 8.

Amathuſiacus] Vide Amathunteus.

Amatio, Amator, Amatorius, Amatrix] Vide Amo.

Amaxia] ἀμαξία, Cilicie urbs eſt, materia ad fabricandas naues maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strabo. lib. 14.

Amaxitos] ἀμάξιτος, urbs Doridis Pli. li. 5. ca. 29.

Amaxobij] Vide Hamaxobitę.

Amaxitus] Primus Troadis locus, dein Cebrenia. Plinius, lib. 5. cap. 30.

Amazones] pe. cor. (ἀμάζονες) erant fœminæ Scithicæ primũ iuxta Tanaim fluuiũ habitantes, unde ſe poſtea ad Thermodonta fluuiũ Thraciæ tranſtulerunt: quod etiã Salluſtius teſtatur, dicens, Dein campi Threiſſi quos habuerunt Amazones, ab Tanai flumine, incertũ quam ob cauſam digreſſæ. Hæc Salluſtius. Dicũtur porrò Amazones, quaſi ἀμαξόναι, quòd ſimul uiuant ſine uiris: uel quòd unam mammam exuſtam habent quaſi ἄνευ μαζῶν. Hæc Seruius apud Virgiliũ, lib. 1. Aeneid. 100. Amazonas tradunt Metrodorus Scepſius & Hypſicratres, Septentrionem uerſus, Gargarenſibus eſſe finitimas, ſub radicibus montium Caucaſiorum, qui Cerannia uocantur: & earũ alias operari, quæ ad arationẽ inſitionemq; pertinent: ſed præcipuã paſcendorũ equorum curam habere: robuſtiores uerò, in equis uenationes ad bella exercere, oẽs ab infantia dextrã mamillã exuſtas, ut babilius liberiusq; ad omnẽ uſum brachio uti poſſint: ſed in primis ad iaculationẽ uti arcu, ſecuri, & pelta: è ferarũ pellibus cõficere galeas, ſubligacula, & alia operimẽta: menſes duos Veris eximios habere, quibus montẽ proximũ conſcendũt, qui eas diſtinguit à Gargarenſibus, quo & illi more quodã peruetuſto conſcendentes ſacrificant, & prolis gratia cũ mulieribus coeunt, idq; obſcurè inter tenebras, in quãcunq; inciderint: quas poſtquã prægnantes fecerint, remittunt illas. Eæ ſi fœminã pepererint, ſecũ retinẽt: ſi mares, illos tollẽdos reddũt.

Tradunt

Digitized by Google

Tradunt Gargarenſes cum Amazonibus ex Themiſcyra in hæc loca cõſcendiſſe: poſtea ab illis diſciſſos, cum Thracibus & Euboijs quibuſdã errabũdis aduerſum eas bellũ geſſiſſe: quo cõpoſito, ijs inter ſe cõditionibus cõueniſſe, ut in filiorũ prole cõmunicarent, uiuerent autem utrique ſeparatim. Hæc & plura Strabo, lib. 11. Iuſtinus, lib. 2. Diodorus quoq; Siculus, lib. 3. cap. 11. Rurſum, lib. 5. cap. 2. Idem etiam Diodorus, lib. 4. capite 4, Præter has Scythiæ Amazonas ad Thermodontem fluuium habitantes, alias quoq; facit in Libya, Heſperam Tritonidis paludis inſulam habitantes.

Amazon anus fulgens pharetra. Clau. in Eutrop. 148.

Amazones bellatrices. Lactantius.

Amazon ferox Argolicas turmas strauit. Seneca in Troade, 6. 53. Id eſt, Pentheſilea. Sic interpres.

Amazones Mauortiæ. Val. 5. Argon.

— qualem Mauortia uidit Amazon. Id eſt, bellicoſa: uel potius ad id reſpexit Poeta, quòd Amazones generatas ſe Marte prædicabant, ut tradit Iuſtinus, lib. 2.

Amazon peltata. Seneca in Agamem. 3. 24. Martia. lib. 10.

Amazon peltifera. Statius, lib. 12,

Non cum peltiferis atq; hæc tibi pugna puellis.

Amazones mortalium primas equum ſcandere auſas, Lyſiæ oratori creditur. Hermol. in Plinium, li. 36. cap. 5.

Amazones ſæuæ. Claudianus.

Amazones ſecurigeræ. Valer. lib. 5. Argon.

Amazon Threiſcia. Virg. de laboribus Hercul. 16,

Threicium ſexto ſpoliauit Amazona balteo. Hoc eſt, Hippolytã Amazonẽ, cui bello uictæ balteũ detraxit, quẽad modum ei mandatum fuerat ab Euriſtheo. Vide Diodorum Siculum, lib. 3. cap. 11.

Amazones bellantur pictis armis. Virg. 11. Aen. 132.

Amazones, pro pauperibus & tenuiori promiſcuoq; uictu utentibus, apud Græcorum ſcientiſſimos reperiuntur, ueluti qui mazam, id eſt, panem, non habeãt. Sed & Amazones ipſæ poſſent uideri inde appellationem ducere, quod nec Euſtathio diſplicet, quoniã lacertis, ac teſtudinibus & id genus feris alerentur. Quãobrem etiã Sauromatidas, ſiue Sauropatidas nuncupatas uolũt, quia σαῦρας, id eſt, lacertas cõcul cẽt, ac eis ueſcãtur: quanquã alij quòd in Sauromatica Scythia habitarent, dictas ita opinantur: quod Stephanus tradit. Cælius, li. 5. ca. 31. & Hermol. in Plinium, lib. 6. cap. 7.

Amazonides, pen. corr. (ἀμαζόνιδες) Id eſt, Amazones. Virg. 1. Aenei. 99,

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens. Vbi Seruius, Amazonidum deriuatio eſt pro principalitate: ſicut Scipiades duros bello, pro Scipionibus.

Amazonicus (ἀμαζόνιος) Tauri montis cognomen. Plin. lib. 5. cap. 27.

Amazonio auro cælatus balteus (ἀμαζόνιος) Oui. epiſt. 22. 24.

Amazonium genus. Seneca in Hippol. 2. 30.

Amazonis pelta latus intercludere. Stat. Syl. li. 5. 1. 27.

Amazoniam pharetram uictor habeto. Virg. 5. Aen. 62.

Amazonio ritu. Claud. in Eutrop. 1. 100.

Amazonis ſecuris. Hora. 4. Carm. 4. 4.

Amazonius] Mons Capadociæ, præter cuius radices labitur Thermodoon fluuius. Pli. li. 6. ca. 3.

Ambactus] Ambacti, apud Ennium (inquit Feſtus) lingua Gallica ſignificat ſeruum. Cæſar 6. bel. Gal. 61, Vt quiſq; eſt genere copijsq; ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos, clientesq; habet.

Ambages] pe. pro. f. g. (περίπλοκή, περιαγωγή) Verborũ circuitus. De hoc nomine apud ueteres tantum legi has uoculas ambage, ambages, & ambagibus. Liuius 9. ab Vrbe, 57, Et uix pueris dignas ambages ſenes & conſulares fallendæ fidei exquirere. Sexto ubi quid uellet parens, quidue præciperet, tacitis ambagibus patuit. Ambage. Plinius, libro 19. capite 8, Sanguinarium illud reſponſum, hac facti ambage reddidit.

Ambages fallacioſæ. Gel. lib. 14.

Flexa ambage. Stat. li. 4. Thebai. 129,

Labitur, & flexa dubios ambage reſoluit.

Ambage multiformi. Plin. lib. 2. cap. 9, Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium. Idem libro 19. cap. 8. & li. 20. cap. 49.

Ambages obſcuræ. Oui. in Ibin, 76. de Sphynge.

Nexæ ambages. Stat. li. 1. Thebai. 98,

Affore quos nexis ambagibus augur Apollo.

Succinere ambages. Perſius Sat. 3. 2,

— quid iſtas Succinis ambages?

Ambage longa morari aliquem. Oui. 7. Metam. 105,

— ſine ullo
Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer uos.

Ambage uerborũ obſcurum carmen magico de murmurat ore. Oui. 14. Metam. 13. de Circe loquitur.

Horrendas canit ambages. Virg. de Sibylla, 6. Aene. 20.

Miſsis ambagibus, longæ ambages. Virgil. 1. Aeneid. Horat. 2. Serm. 5. 2.

Poſitis ambagibus uera loqui. Oui. 10. Metam. 14.

Non abdita ambage. Tacit. li. 5 Vide Abditus.

Ambage remiſſa. Ouid. epiſt. 7. 30. Id eſt, miſsis ambagibus: Hos populos potius in dotem ambage remiſſa Accipe.

Remota ambage. Oui. Faſt. 3. 68.

Per ambages tenere. Virg. 2. Georg. 9,

— non hic te carmine ficto
Atq; per ambages, & longa exorſa tenebo. Quintil. 61. b, Nec diſcentem per ambages fatigabit.

Per ambages aliquid tegere. Liu. lib. 1.

Ambage uariarum uiarum ducit in errorem. Ouid. 8. Metam. 33. de Dædalo.

Ambages æquoris remotæ, id eſt, longinquæ. Clau. Paneg. 5. 7.

Ambages tecti reſoluit. Virgil. 6. Aeneid. 6. de Dædalo & Labyrintho.

Ambagioſus, pen. prod. adiectiuum (περίπλοκος) Gellius, lib. 14. cap. 1, Non enim comprehenſa, inquit, neq; definita, neq; percepta dicunt: ſed lubrica atq; ambagioſa coniectatione nitentes, inter falſa atq; uera pedetentim quaſi per tenebras ingredientes eunt.

Ambantæ] Populi ſunt Aſiæ, Ptolemæo.

Ambar] Siue Ambarum. Vide Succinum.

Ambarri] à Cæſare inter Galliæ Lugdunenſis populos numerantur.

Ambaruales] pen. prod. Hoſtiæ appellabãtur, quæ pro aruis à duobus fratribus ſacrificabantur. Feſtus. Seruius, Ambaruale ſacrificium dicitur, quòd arua ambiat uictima.

Ambarum] bari (ἀλεκτρον) Odoramenti genus, quod nos uulgò uocamus Ambracane. Hoc in maris alueo, non ſecus atq; in terra fungos, oriri, ac deinde ſæuientibus procellis è profundo elici, & in littus expui quidam tradunt. Nonnulli uerò referunt piſcem azelum nomine, Ambarum hoc auidiſſime proſequi eiusq; eſu necem ſibi ſtatim cõſciſcere. Quod cũ ſciant piſcatores, huius rei periti, piſcem hunc mortuum, undisq; fluctuantem, cõiectis uncis, & funibus extrahunt & Ambarũ, ſciſſo animalis uentre, eruũt. Alij aliter atq; aliter hiſtoriam recenſent: de quibus uide Math. apud Dioſcorid. libro 1. cap. 20.

Ambaſtæ] Populi ſunt Aſiæ. Et Ambaſtum, fluminis nomen in Aſia, Ptolemæo authore.

Digitized by Google

Ambe] Varr. de Ling. Latina. Profectum uerbum ab ambe, quem locum enarrans Turnebus, Hoc uerbi, inquit, sollicitos & anxios habet Grammaticos. Ego Ambe puto esse circum, quòd diminutum dicitur An, ut in Anquiro. Integrum est & incolume in explicatione Amilium in libris antiquis. Nam editionum censores eum quoq; locum uiolarunt, atq; læserunt, Amilia dicta ab Ambecisu. Dicitur & Ambu, ut in Ambubaijs. Hæc ille.

Ambedo] Ambedis, pen. corr. uel ambes: ambedi, ambesum, (ποδιέδω) ambedere, uel ambesse, Ex am, & edo: id est, Circumedere. Plaut. Merc. 5.13,

Suæ uxoris dotem ambedisse, oppidò mihi
Illud uideri mirum, ut una illæc capra
Vxoris similæ dotem ambederit. Verbum est minus usitatum.

Ambesus, pe. pro. (ποδιεδεσμός) participium ab Ambedor, ambederis: ut Ambesæ. Virg. 3. Aen. 52,

Quàm uos dira fames, nostræq; iniuria cædis
Ambesas subigat malis consumere mensas.

Ambesa flammis robora. Virg. 5.149.

Ambesum multo uulnere. Seneca in Hyppoly. 12.23.

Ambest] ποδιέδα, Ita tertiæ personæ uerbū est, ut nullam aliam habeat declinationem. Author Festus. Hoc autem uerbum potius uidetur esse à Sum, es, quàm ab Edo, es.

Ambegni] Bos & ueruex appellabantur, quum ad eorum utraq; latera agni in sacrificium ducebantur. Festus.

Ambiani] pe. pro. (ἀμβιανοί) Galliæ Belgicæ populi, Plinio, Ptolomæo, Cæsari, Pomponio. Vulgò amiens.

Ambidens] Siue Bidens (διοδούς) ouis dicitur quæ superioribus & inferioribus est dentibus. Festus.

Ambigatus] Galliæ Celticæ Rex, uirtute & fortuna præpollens, de quo Liu. 1. Decad. li. 5.

Ambigo] Ambigis, pe. cor. (ἀμφιβάλλω) ambigere, Quasi circumagere: sed in hac significatione uix inuenias.

Ambigere, Dubitare, Discordes esse, Controuertere Liu. 3. Decad lib. 1, Regni certamine ambigebant fratres. Terentius Heaut. 3. 1. 88, Vicini nostri hic ambigunt de finibus.

Ambigendi. Cicer. 3. de Orat. 62, Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & disceptari potest. Hic Ambigendi, uidetur accipi passiuè. Non enim res ambigit, sed ambigitur & controuertitur.

Ambigere aliquid ex contrarijs scriptis. Cicero 2 de Orat. 61.

Ambigere cum aliquo. Ide est, Controuertere. Cic. 2. de Inuent. 213. Vide locum.

Ambigere patriam. Tacit. lib. 5. Deuijs plerunq; itineribus ambigens patriam & declinans. Hoc est (ut opinor) ambiens, & non ingrediens.

Ambigere uerbis. Liuius, Et id de quo uer: is ambigebatur.

Ambigitur aliquid inter homines. Cicer. 2. de Orat. 58. Nihil est enim quod inter homines ambigatur, in quo non aut quid factum sit, aut fiat, futu: úmue sit, quæratur, aut quale sit, aut quid uocetur.

Ambigitur, impersonale. Pli li. 16. cap. 40. 11, De ipso simulacro deæ ambigitur. Cicero 3. Verr. 82, Si de hæreditate ambigitur.

Ambigitur sæua de morte. Stat. Theb. 12. 92.

Ambigitur aliquid idcirco quòd. Cice. 2. de Orat. 62, Quum idcirco aliquid ambigitur, quòd aut uerbum, aut uerba sint prætermissa.

Ambiguur ius aliquod inter peritos. Cic. 1. de Orato. 126. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos. Id est, quod controuersum est inter Iurisperitos.

Ambiguntur causæ propter scriptum. Ci. 2. de Ora. 61, Ita fit ut unum genus in ijs causis, quæ propter scriptum ambiguntur, relinquatur, si est scriptum aliquid ambiguè.

Ambiguus, adiectiuum, dubius (ἀμφίβολος) Festus, Ambiguū est, quòd in ambas agi partes animo potest. Terentius,

Ambiguum hoc mihi iamdudum fuerat.

Ambiguus cum genitiuo. Tacit. lib. 2. Annal. Ambiguus pudoris ac metus. Idem li. 19, Futuri ambiguus. Rursum, li. 20, Consilij ambiguus.

Ambiguus imperandi. Cor. Tacit. li. 1. Annal. Tiberius cuncta per Consules incipiebat, tanquam uetere Republica, & ambiguus imperandi. Hoc est, incertus an imperare deberet.

Ambiguus uitæ iacuit. Clau. in Eutrop. 1. 10.

Ambiguis alis uolare. Seneca in Hippo. 11. 4,

Volat ambiguis mobilis alis Hor.

Ambiguæ aquæ, id est, diuersa natura præditæ. Ouid. 15. Metam. 67,

Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Noctæ nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Ambiguis dictis animi sententia prætentanda mihi erat. Ouid. de Byblide, 9. Metam. 118.

Domus ambigua. Virg. 1. Aene. 133, Quippe domum timet ambiguam. Vbi Seruius, Domum ambiguam, in qua habitat mutabilis fœmina. Errore ambiguo. Stat. Theb. 5. 88.

Fauor ambiguus. Liuius, 3. Decad. li. 1, Per ambiguum fauorem haud dubiè gratiam uictoris spectantes.

Fidei ambiguæ uir, id est, lubricæ, qui se modo huc, modo illuc inclinat. Liu. 4. bel. Pun. 206.

Ambigua fides Liu. 6. ab Vrbe, 7, Per annos prope centū nunquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant. Ouid. 2. Amorum, eleg 9. 10.

Ambiguus hæres tanti certaminis. Oui. 3. Meta. 26.

Infans ambiguus. Senec. in Hip. 5. 21. Minotaurum intelligit.

Ingenium ambiguum. Pli. epist. 67. 4, Erat puer acris ingenij, sed ambigui.

Iter ambiguum. Pers. Satyr. 5.

Labor ambiguus ignotæ sortis: id est, dubij exitus. Seneca in Hipp. 7. 2.

Lapsu ambiguo refluitq;, fluitq;. Ouidius de Mæandro fluuio Phrygiæ, 8. Metam. 43.

Ambigui mares. Claud. in Eutrop. li. 1. 93,

Eunuchi uestros habitus, insignia sumunt
Ambigui Romana mares.

Ambiguus modò uir, modò fœmina. Ouidius, 4. Metamorph. 56. de Scy. hone.

Nomen ambiguum. Cicero 3. Tuscul. 34, Ab Inuidendo autem inuidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ.

Proles ambigua. Virg. 3. Aeneid. 36,

Agnouit prolem ambiguam, geminosq; parentes.

Seruius. Ambiguam: Non incertam, sed duplicem: ut in sequentibus probat, dicens: Geminosq; parentes.

Protheus ambiguus. Oui. 2. Metam. 2. Quia in uarias se mutat formas, modò ursi, modò leonis, modò aquæ, modò ignis.

Scriptum ambiguum. Cic. in Top. 51.

Sensu ambiguo. Claū. in Ruffinum, 1. 4.

Vates ambiguus, id est, qui rem obscuris uerbis inuoluit. Sil. Ital. 7. 88.

Verbo ambigua distinximus, Cicero in Orato. 55. Vulgò equiuoca dicunt.

Rem ambiguam primùm uidere, deinde distinguere. Cicero de claris Orato. 79.

Ambiguæ captos uirginis ore uiros. Ouidius, 3. Amorum eleg. 11. 6.

Verba

Digitized by Google

Verba ambigua perplexa uoce iacis. Seneca *in* Hipp. 5. 10.
Voces ambiguas in uulgum spargere cœpit Vlysses. Virgilius 2. Aenei. 20.
Vultu ambiguo. Hor. 2. Carm. Ode. 5. 5.
Ambiguum, substantiuum (ἀλφίβολον) Vir. 5. Aen. 66,
Transeat elapsus prior, ambiguumq; relinquat.
Vbi Seruius, Ambiguum, minus firmum ad celeritatem. Cicer. 2. de Inuent. 208, *Ex ambiguo nascitur controuersia. Sic ibidem frequenter. Et* 2. de Orato. 61. Lib. eodem, 58, *Statim occurrit animo quæ sit causa ambigui.*
Ambiguum est. Ouid. 1. Metam. 154,
Ambiguum est, Clymene precibus Phaethontis, an ira
Mota magis dicti sibi criminis.
Non habeo ambiguum. Id est, non dubito. Brutus ad Ciceronẽ, lib. 11. Epist. 11. 3.
In ambiguo esse. Tacit. *in uita* Agricolæ: *Non sanè aliàs exercitatior magisq; in ambiguo Britannia fuit.* Hoc est, *in maiore defectionis, & rebellionis periculo.* Vide In.
In ambiguo seruat. Hor. 1. Epist. 17. 6.
In ambiguo uerbum relinquere. Lucr. 4. 229.
Ex ambiguo dicta, uel argutißima putãtur. Ci. 2. de Orat. 138.
Ambiguitas, penult. corr. (ἀμφιβολία) *dicitur quum de re aliqua ambigitur.* Cic. 1. de Inuen. 85, *Sed nobis ambiguitate nominis uidentur errare. Ambiguitas nominis, est quæ minus doctè Aequiuocatio dicitur.* Idem *in* Part. 11.
Ambiguitates exquisitæ. Quint. li. 1. ca. 10. 4.
Ambiguitatem explicare. Quint. li. 3. ca. 6. 32.
Ambiguitatem soluere. Quint. li. 7. ca. 3. 38.
Ambiguè, aduerbium (ἀμφιβόλως) *dubiè.* Cic. 4. Acad. 162, *Quid ambiguè dictum sit.* Idem *pro* Cecinna, 59, *Ambiguè positum uerbum, id est, quod in eodem loco dupliciter aut uariè potest accipi.* Idem 1. de Orat. 68, *Ambiguè scriptum.*
Ambiguè agere. Tacit. lib. 19.
Ambiguè certare. Tacit. li. 21. Hoc est, *uaria fortuna.*
Ambiguè dictum. Horat. *in* Arte poet. 91.
Ambio] *Ambis, ambiui, ambitum*, pen. prod. (κυκλόω πόρρω βάλλω) *ambire.* Ex *am*, et *eo*, *significat undiq; cingere, circũ dare.* Cic. de Vniuersit. 37, *Vt terram lunæ cursus proximè ambiret.* Virg. 10. Aen.
Atq; oras ambijt auro. De uestimento loquitur.
Ambire maximo circulo. Pli. lib. 2. cap. 8. 4.
Ambit terram aquis Oceanus. Oui. 5. Fast. 17.
Ambire nexibus. Oui. 15. Metam. 132.
Ambire littora natatu. Stat. 3. Sylu. 2. 4.
Ambire torrentibus. Virg. Aenei. 6.
Ambibat fundamina Siculæ terræ. Oui. 5. Metam. 73.
Ambire (μετιέναι, φιλοτιμεῖσθαι) *Ambitionibus appetere, ut ait* Nonius: *uulgò dicitur, far broio.* Cicero 11. Philipp. 303, *Quòd si comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus.* Idem *ad Atticum, lib.* 4. Epist. 72. 3, *Nihil nisi cædem inimicorum cogitare, uicatim ambire, seruis apertè spem libertatis ostendere.* Virg. 4. Aeneid. 57,
— quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? Vbi Seruius, *Ambire, blanditijs circumuenire.*
Ego ambio, ego periclitor. Pli. Epist. 6. lib. 6.
Ambire palmam histrionibus. Plau. Amphit. 3. 69.
Ambit uocibus uarijs, id est, ambitiosè circunuenit. Valer. Argonaut. lib. 7. 52.
Ambire, pro cupere. Stat. 2. Sylu. 51,
— hunc ipse choro plaudente Philetas,
Callimachusq; senex, Vmbroq; Propertius antro,
Ambissent laudare diem.
Ambit uitulam mater, pro affectatur, & stodiosè comit. Claudian. libro 1. de rapt. Proserp. 26.
Ambitur signis augustior infans. Claudianus, Panegyr. 7. 31. de Honorio Aug.
Ambitio, Verbale (φιλοτιμία) *Ipsa actio ambientis, ait* Festus. Cic. 1. Off. 123, *Miserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio. Hoc per epexegesin addidit.* Cicero: *Nam ambitio, nihil aliud est, quàm immoderata cupiditas honorum, aut gloriæ: sicut auaritia, cupido pecuniæ. Quod utrunq; Sallustius multis uerbis prosequitur in* Catilina, *ubi de corruptis* Romanorum *moribus.*
Ambitio & Ambitus differũt. Valla, *Ambitio in animo est, Ambitus in actu. Nam qui præter modũ cupit, aut honores, aut laudem, ambitione peccat. Qui uerò elargitur pecuniam suam, aut populo muneribus ludisq; blanditur, aut cæteris artibus, quæ legitimæ non sunt, ad publicos honores tendit, ambitum committit. Cui similis est quam hodie Simoniam uocãt à Simone Mago. Ambitus ob Ambio uenit, siue quòd is qui non suæ uirtuti confidit, non rectè graditur, sed per circuitum: siue quòd Romani qui honores peterent, singulos circuibant, prehensantes, rogantesq; ut se in suffragijs adiuuarent: siue quòd qui pro adipiscendis honoribus soliciti sunt, quum rogant, exordio quodam longiore, & uerborum circuitu utuntur. Hæc omnia quæ ambitus facit, ambitio facere compellit, à qua Ambitiosi dicuntur, nõ ab Ambitu. Nonnunquam Ambitus pro affectu ambitionis accipitur apud* Quintilianum, *siue pro Spe quadam fauoris, & quasi captatione misericordiæ: ut, Si iuuenis innocentißimus, iudices, uti uellet ambitu tristißimæ calamitatis, poterat allegare uobis amissam cum oculis cogitationum omnium temeritatem.*
Ambitio duplex, una lege uetita: unde leges De ambitu latæ, quum tributim pecuniæ diuisorum ministerio distribuerentur. Altera non uetita, quæ sine largitione fiebat. Cic. *in* Sallustium, 3, *Cedo si fuerim in honoribus petendis nimis ambitiosus, non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor: sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Sallustius ducit.* Budæus.
Ambitio nutrix auaritiæ. Claud. lib. 2. Paneg. 23.
Ambitione metiri omnia. Vide Metior.
Ambitio cretata. Persius, Satyr. 5. 18,
Ius habet ille sui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio? Candidatos deridet, id est, honorum & magistratuum petitores, qui in ueste candida populi suffragia non sine adulatione ambiebant.
Ambitio, pro aucupatione gratiæ. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. Epist. 1. 16, *Præsertim quum ij mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint.* Idem *in* Bruto 131, *Non puto, inquam, existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis.*
Impatiens. Statius, lib. 1. Thebaidos.
Demens. Claudianus.
Impotens. Seneca *in* Thyeste, 4. 3.
Leuis. Ouid. 1. Fast. 61.
Mala. Hora. Serm. 2. Satyr. 6. 4.
Misera grauiq; solutus. Hora. 1. Serm. 6. 26.
Praua. Hora. 1. Sermo. Saty. 6. 11.
Solicita Ouid. lib. 4. Trist.
Timida. Ci. *pro* Milone, 32, *Scio enim quàm timida sit ambitio, quantaq; & quàm solicita cupiditas Consulatus.*
Ambitio nostra nititur in Domitio. Cic. ad Att. lib. 1. epist. 1. 8, *Sanè sum perturbatus, tum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitij, in quo uno maximè ambitio nostra nititur. Id est, Consulatus petitur.*
Ambitione mortis. Clau. epigram. 22. 33.

Digitized by Google

Ambitio exarserat. Liuius, 4. Decad. lib. 5, In exitu iam annus erat, & ambitio magis quàm unquam alias exarserat. Consularibus comitijs.

Ambitionis manifestus aliquis. Tacitus, libro 14, Magna dum uixit seueritatis fama, supremis testamenti uerbis ambitionis manifestus.

Ambitione inani pectus caret. Hora. 2. epist. 2. 43.

Ambitione relegata dicere possum. Id est, sine ambitione. Hora. Serm. 1. Satyr. 10. 17.

Ambitiones. Cice. 4. Verr. 91, Vt studia cupiditatesq; honorum, atq; ambitiones ex omnibus ciuitatibus tolleret. Idem 2. Tusc. 105, Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar?

Ambitio præter notum significatum, Obsequium glorioſum significat. Suetonius in Othone, Nullo officij aut ambitionis in quenquam genere omisso. Budæus.

Ambitio, contentio & flagitatio. Cic. Valerio, lib. 13. 5. 2, Nam quum multi à me petunt multa, quòd de tua erga me uoluntate non dubitent, non committo ut ambitione mea conturbem officium tuum.

Ambitione summa à populo contenditur magistratus. Cicero, 4. Verr. 91.

Ambitio extimæ cutis. Sol. ca. 48. pro circuitione extimæ cutis, & cap. 35, Alueos circundant ambitione tergorum bubulorum, id est, tegmine ambiente.

Ambitiosus, pen. pro. (τιμοκρατικὸς, φιλότιμος) adiectiuum: ut, Amnis ambitiosus. Plin. lib. 5. cap. 15. 1, De Iordane loquens, Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus. Id est, magni ambitus, siue multa ambiens.

Ambitiosus, ambitione laborans. Cic. pro Flacco, 33, Qui ita sit ambitiosus ut omnes uos, nosq; quotidie persalutet. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 33,

—— uerum ambitiosus & audax

Cic. pro Muræna 18, Quibus L. Lucullus tantum laudis impertit, quantum neq; ambitiosus imperator, neq; inuidus tribuere alteri in communicanda gloria solet.

Homo minimè ambitiosus. Cic. lib. 13. epist. Vide Minor.

Amicitiæ ambitiosæ, Quæ plurimum ostentationis, nihil aut parum rei habent: cuiusmodi nunc sunt inter aulicos. Cic. Attico, lib. 1. 13. 2, Nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæq; amicitiæ, sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

Atria ambitiosa. Mart. li. 12. 63. ad Clientes, Atria si sapias, ambitiosa colas. Ibidem 65, Et casa diuitijs ambitiosa latet.

Amor ambitiosus. Oui. 2. Amorum, eleg. 4. in fine.

Ars ambitiosa. Pli. li. 29. ca. 1. 19. de Arte medica loquitur.

Colus ambitiosa. Claud in Paneg. 7. 119.

Decreta ambitiosa uocantur, quæ per gratiam & fauorem facta sunt. Vlp. de Decretis ab ordine faciendis, lib. 50, Pand. Ambitiosa decreta Decurionum rescindi debent.

Diligentia ambitiosa. Vlpian. l. Si bene collocatæ. De usur. & fruct. lib. 22. Pandect. Nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam nõ ambitiosam multum interest. Diligentia non ambitiosa est iusta & accurata nec nimia, nec affectata, nec famæ aucupatrix. Budæus,.

Festinatio ambitiosa. Quint. lib. 1. cap. 4. 17.

Gloria ambitiosa. Stat. Theb. 6. 87.

Honor ambitiosus. Ouid. 8. Meta. 56. Id est, qui ambitiosos facit: ab effectu. Vel quem ambitiosè sectantur ambitiosi.

Iudex ambitiosus. Id est, gratiæ aucupator. Liu. 4. Deca. li. 9.

Ambitiosa ornamenta recidet. Hora. in Arte poetica, 90. De uersibus loquitur.

Ambitiosus pauper. Quint. li. 2. ca. 4. (in Domi.

Sententiæ ambitiosæ: id est, per gratiã et fauorẽ latæ. Tranquil.

Ambitiosus in malis. Quint li. 6, Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum augere causas uolo, & Ouid. 3. de Ponto, Pro nostris ut sit ambitiosa malis.

Ambitiosus nimis in honoribus petendis. Cic. in Sallust. 3.

Ambitiosus in laude. Mart. li. 1. 60.

Ambitiosus in aliquem. Cicero ad Quintil. fratrem, libro 1. Epistol. 2. 5.

Ambitiosum etiam, Enixum dicunt, & Affectatum, quod Græci κατεσπουδαγμένον, dicunt, id est, Ingenti studio factũ. Tacit. lib. 12. de Othone loquens, Ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. Budæus. Cice. Valent tamen apud Cæsarem non tam ambitiosæ flagitationes, quàm necessariæ.

Ambitiosa, Superflua, & τὰ περίεργα. Quin. li. 1. cap. 3, Sit tamen ambitiosis utilia præferet. Idem li 6. cap. 5, Quidam litigatoribus suis illum modò ambitiosum declamandi fudorem præstitisse contenti, &c.

Ambitiosior hederis. Hora. 1. Carm. 36. 4,

—— nec Damalis nouo
Diuellatur adultero
Lasciuis hederis ambitiosior. Id est, Arctius ambiens & lacertis amplectens adulterum, quàm hederæ arborem cui adhærent.

Ambitiosè, aduerbium (φιλοτίμως) Per ambitionem. Liu. 1. ab Vrbe 167, Isq; primus & petijsse ambitiosè regnum, & orationem dicitur habuisse, &c.

Ambitiosè agere. Cic. Att. lib. 7. 123. 4.

Ambitiosè corrigere orationem. Cicero ad Atticum, libro. 15. Epist. 321. 8.

Ambitiosius facere aliquid. Cic. ad Appium Pulch. li. 3. Epist. 7. 11, Quum in isto genere multò etiam ambitiosius facere soleam, quàm bonos meus, & dignitas postulat.

Ambitiosè fouere aliquem. Liu. Ex Budæo.

Ambitiosissimè petere prouinciam. Quin. li. 6. cap. 3. 47.

Ambitiosè tristis. Martial. li. 1. 29, Si quis tamen tam ambitiosè tristis est, ut apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas sit.

Ambitus, pe. pro. participium (περιβεβλημένος) Circundatus. Oui. 1. Meta. Iußit & ambitæ circundare littora terræ.

Ambitus, id est, salutatione et precibus accuratè rogatus. Cice. pro Plancio, 7, Non enim comitijs iudicat semper populus: sed mouetur plerunq; gratia, cedit precibus, facit eos à quibus est maximè ambitus.

Ambitos honores à Principe. Clau. in Ruff. 1. 36.

Ambitus, huius ambitus, pen. corr. masc. ge. (περίβολος) Varro 4. de Lmg. Lat. Ambitus, Circuitus: ab eo, XII. tab. interpretes, ambitum parietis, circuitum esse describunt. Cic. de Vniuers. 34, Ambitus rotundus. Festus, Ambitus propriè dicitur circuitus ædificiorum, patẽs in latitudinẽ pedes duos, & semissum, in longitudmem idẽ quod ædificiũ. Sed & eodem uocabulo, affectati honoris crimen appellatur, à circũeundo, supplicandoq;. Hactenus Festus. Lucan. li. 1,

—— lætalisq; ambitus urbi,
Annua uænarit referens certamina campo.

Ambitus ædium. Cicero in Topic. 11, Quoniam P. Scæuola id solum esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proijceretur.

Ambitus aquæ. Hora. de arte poet. 4.

Molli ambitu omenta pingues uiscerum obtendunt sinus. Sene. in Oedip. 4. 16.

Ambitus nauium anceps. Vide Anceps.

Ambitus nauigationis Quint. li. 1. cap. 10. 30.

Ambitus nominum. Plin li. 15. cap. 30.

Rotundus ambitus. Cic. de Vniuer. 34.

Stellarum

Digitized by Google

Stellarum rotundi ambitus cognoſcuntur. Cic. 2. de Natura deorum, 70.

Ambitus uerborum. Colum. lib. 2. cap. 2.

Ambitus uerborum, pro Periodo. Cic. in Bruto, 84, Comprehenſio, & ambitus ille uerborum (ſi ſic Periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis.

Infringitur ambitus uerborum. Cic. 3. de Orat. 103, Quæ ſi in extremo breuiora ſunt, infringitur ille quaſi uerborum ambitus: ſic enim has orationis conuerſiones Græci nominant.

Perfecto completoq; uerborum ambitu gaudent aures meæ, & curta ſentiunt, nec amant redundantia. Cic. in Orat. 96.

Arguti, certiq;, & circumſcripti uerborum ambitus concedun tur. Cic. in Oratore, 21.

Ambitus, pen. corr. pro Aucupatione gratiæ, & uitioſa emerẽdæ famæ cupiditate, à Quintiliano ponitur, lib. 4. Eſt enim, inquit, nonnunquam prauis iudicibus hic ambitus aduerſus amicos. idem lib. 12, Summouendum uerò eſt utrunq; ambitus genus, uel potentibus contra humiles uenditandi operam ſuam, uel illud etiam iactantius minores utiq; contra dignitatem attollendi. Idem lib. 6. Facere ambitum. Hæc Budæus. De hoc etiam ambitu uide in Ambitio. Feſtus, Affectati honoris crimen approbatur, ambitus, à circumeundo, ſupplicandoq;.

Ambitus & largitio. Cic. 2. de Oratore, 58, Et de ambitu rarò illud datur: ut poßis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atq; largitione ſeiungere.

Ambitus acrior. Tacit. lib. 14. Vide Acer.

Immanis ambitus. Cic. ad Qu frat. lib. 2. Epiſt. ult. 9, Ambitus redit immanis: nunquam fuit par.

Accuſari ambitus. Cic. pro Cluentio, 91.

Damnari ambitus. Cic. pro Cluentio, 91. Vide Damno.

Iudicium ambitus. Cic. pro Cluentio, 91.

Legem ambitus tulit Cicero. Cic. pro Muræna, 2.

Ambitu petere. Seneca in Medea, 6. 5,

——ſegnis hic ibit dies
tanto petitus ambitu, tanto datus?

Amblas] dis (ἄμβλας) Ciuitas una Piſidarum, ut docet Strabo, li. 12.

Ambo] ambæ, ambo, amborum, ambarum, amborũ, amboibus, ambabus, ambobus, & in accuſatiuo, ambos, uel ambo, ambas, ambo, (ἄμφω) Nomen eſt collectiuum. Cic. 1. de Diuinatione, 121, Quorum amborũ generũ una ratio eſt. Idem ad Att. li. 6. Epiſt. 112. 6. & lib. 8. Epiſt. 167. 2.

Vterq; & ambo differunt. Vtrunq; feciſſe dicimus, ſi & hic & ille fecerit diuiſim: ut, Vterq; fecit domũ: ergo duæ domus factæ ſunt. Ambos feciſſe dicimus, ſi duo coniunctim aliquid fecerint: ut, Ambo ſibi monumentum conſtituerunt: hoc eſt, unum monumentum commune. Terent. in Prolo. And. 10, Qui utramuis rectè norit, ambas nouerit. Idem Heaut. 1. 1. 67, Ambo accuſandi eſtis. Idem, Vnà ambo abierunt foras. Liu. 1. ab Vrbe, 179, Ambo ſe foras eijciunt.

Ambo (ait Soſipater) non eſt dicendum, niſi de ijs, qui uno tempore quid faciunt: ut puta, Etheocles & Polynices ambo perierunt: quaſi dicas, unà. Romulus autem & Africanus non ambo triumphauerunt, ſed uterq;, quaſi diuerſo tempore. Ex Parrhaſio in Claudianum.

Ambo & uterq;. Cic. in Orat. 11, Vicinus amborum, in neutro excellens, utriuſque particeps. uel utriuſque (ſi uerum quærimus) potius expers.

Ambo, maſc. gen. accuſatiuus. Horat. 2. Serm. Saty. 3,

Præterea ne uos titillet gloria, iure
Iurando obſtringam ambo. Plaut. Rud. 19. 7,
Iube dum recedere iſtos ambo illuc modò.

Ambo iter peragunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.

Ambo conuenimus. Virgil. eclog. 5. 1.

Ambo florentes ætatibus. Virgil. eclog. 7. 1.

Ambæ unà feruntur iunctis frontibus. Virgil. 5. Aeneid. 32. de Centauro & Priſti nauibus loquens.

Ambas buccas iratus inflat. Horat. 1. Ser. Satyr. 1. 5.

Ambas palmas ad cœlum tendit. Virgil. 10. Aeneid. 167.

Ambracia] ἀμβρακία, nobilis eſt ciuitas Theſprotiæ Epiri, ab Ambracia Theſproti filio, prius Eponia et Paralia dicta, hodie uulgò Larta appellatur apud Ptolem. Meminit Plin. li. 4. cap. 1. Aliquando dicta eſt Epuia & Paralia. Hermolaus ex Stephano. Plaut. Sticho 8. 35. Hanc diu oppugnatam tandem deditione accepit M. Fuluius Conſul Roman. Liu. 4. Decad. li. 8.

Ambracius (ἀμβρακίος) adiectiuum. Qui ex Ambracia eſt.

Ambraciæ oræ maligni portus. Lucan. 5. 131.

Ambraciæ frondes. Stat. 2. Sylu. eleg. 2. 2.

Ambracius pontus. Statius, 4. Thebaid. 151.

Ambracienſes, ijdem qui & Ambraciotæ, nimirum urbis Ambraciæ ciues & incolæ. Liuius, 4. Decad. li. 8, Vt Ambracienſes compelleret ad deditionem. Sic ibidem iterum atque iterum.

Ambracides] ἀμβρακίδες, Genus calceamentorum mulierum. Polluci, li. 7. cap. 22.

Ambraciotes] unum laudatiſſimum in Ponto. Plinius, libro 14. cap. 7.

Ambrices] Tegulæ, quæ tranſuerſæ, aſſeribus & tegulis interponuntur. Feſtus.

Ambrones] fuerũt gens quædam Gallica, qui ſubita inundatione maris quum amiſiſſent ſedes ſuas, rapinis, & prædationibus ſe ſuoſq; alere cœperunt. Eos, & Cymbros, Teutoneſq; C. Marius deleuit. Ex quo tractũ eſt ut turpis uitæ homines Ambrones dicerentur. Feſtus. Vide Eraſm. Chiliad.

Ambroſia] ἀμβροσία, herba quam Alij Botrym, alij Artemiſiam uocant, teſte Dioſcoride, & Plin. li. 27. cap. 4. Poetæ fabulantur Ambroſiam appellari cibum deorum: quem admodum nectar, potum. Hinc etiam dictam aiunt ab α στερητικὸν & βροτὸς, mortalis: interpoſitio μ, uocalitatis gratia uel quòd mortales eam non edant: uel quòd qui eam ederint, immortales euadant. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 3,

Nectar & Ambroſiam latices epulaſq; deorum.

Ambroſia, nomen Antidoti, quod Zopirus Ptolemæo regi cõpoſuit. Cornel. Celſus, li. 5. cap. 23.

Ambroſia alendus, prouerbiali figura dicitur, qui eſt egregius & uelut dijs æquandus. Vſus eſt Cic. li. 2. de Orat. 130.

Ambroſia dulci dulcius. Catul. epigram. 94.

Ambroſio ſinu puerum complexa. Claud. Epithal. 22.

Ambroſia ſalubris. Virgil. 12. Anneid. 84,

——ſpargitq; ſalubris
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam.

Ambroſius, adiectiuum, (ἀμβρόσιος) Id eſt, ex ambroſia uel ad ambroſiam pertinens. Martial. li. 4. 8,

Temperat ambroſias quum tua cura dapes. Virgil. 1. Aeneid. Ambroſiæq; comæ. Vbi Seruius, Ambroſiæ comæ, aut deorum unguento oblitæ, hoc eſt, ambroſia, aut certè ab uſiuè dixit, diuinæ comæ.

Ambroſius ſuccus. Sil. Ital. 7. 42. Columell. li. 10. cap. 39.

Ambroſio liquore membra ſpargit. Stat. li. 9. Thebaid. 147.

Ambroſiacus, pen. corr. ſimiliter adiectiuum (ἀμβροσιακὸς) ut Ambroſiaca uitis. Plin. li. 14. ca. 3. 4, Sed ſunt etiamnum inſignes, uua non uino, ambroſiaca, duracina.

Ambroſia] Dionyſij feſtum, apud Iones in primis, quæ Lenæa & Choæ dicebantur. Cæl. li. 28. cap. 25.

Ambroſius] ἄμβρόσιος, Proprium nomen, quod interpretatur Diuinus, ſeu immortalis.

Digitized by Google

Ambryſus] penult.corre. nomen duarum urbium, quarũ unam Strabo locat in Phocyde, alteram in Bœotia. Quidam Amphryſum rectè dici affirmant.

Ambubaię] ἀμβυβάϊαι, ſunt (Porphyrione authore) mulieres uagæ ac uiles: quibus nomen hoc caſu uanorum, & ebrietate balbutientium uerborum uidetur eſſe inditum. Acron uerò ſic: Ambubaiæ dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia, ſiue ſymphonia ambubaia dicitur. Alij dictas putant, quòd Am, id eſt, circum Baias, locum amœniſſimum, & uoluptatibus plenum, uerſaretur. Sueton. in Nerone, cap. 27, Inter ſcortorum totius urbis ambubaiarumq; miniſteria. Hor. 1. Ser. Saty. 2. 1,

Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne.

Ambubeia] κιχόριον, uel (ut alijs placet) Ambugia. Aegyptio nomine nobilior eſt, quàm Latino. Cichorium enim nemo neſcit. Dicitur & erraticus intubus, flore cæruleo, qui nubilo etiam die panditur, & cum eo circumagitur in occaſum, noctu ſemper compreſſus. Ruellius, lib. 2. cap. 120. Idẽ li. 1. cap. 20, Erraticum uel agreſtem intubum, cichorium, ambubeiam, & Græcis picrida, eandem eſſe herbam cenſebit, qui bonos authores euoluerit.

Ambugiam] apud nos quidam appellauere intubum erraticum. Plin. lib. 20. cap. 8. Vbi Hermolaus docet eam à Cornelio Celſo uocari Ambubeiam.

Ambulacrum] Vide Ambulo.

Ambulo] ambulas, pen. corr. (περιπατέω) ambulare, Ab ambio deducitur, quod eſt Circuire. Significat aũt huc atq; illuc ire, propriè tamen exercitationis, aut animi cauſa: quod & Deambulare, dicimus. Plautus Menæh. 8. 4, Conuiuæ ambulant ante oſtium. Idem Merc. 3. 96, Sed dum in portu ibi ambulo.

Ambulare (πορέυεσθαι, βαδίζειν) Ire, gradi, incedere. Pli. li. 10. cap. 65, Mures Aegyptij bipedes ambulant, ceu Alpini. Pla. Bacchid. Cum illa neq; cubat, neq; ambulat.

Ambulare pedibus. Plaut. Truc. 10. 47.

Ambulare paſſus quingentos, aut ſeptingenta milia paſſuum. Plin. lib. 20. cap. 2. Cic. pro Quintio, 52.

Ambulant aues. Plin. lib. 10. cap. 38, Ambulant aliquæ, ut cornices: ſaltant aliquæ, ut paſſeres, merulæ, &c.

Ambulant naues. Cato, de re Ruſt.

Ambulare maria. Cic. 2. de Finibus, 177, Quum Xerxes tantis claſſibus, tantisq; equeſtribus & pedeſtribus copijs, Helleſponto iuncto, Athoque perfoſſo, maria ambulauiſſet, terrã nauigaſſet, &c.

Ambulare foro tranſuerſo. Cic. 3. de Orat. 73.

Ambulare in littore. Cic. in Bruto, 10.

Ambulare in ſole. Cic. 2. de Orat. 32.

Ambulare cum aliquo. Cic. 4. Acad. 94.

Rectè ambulare. Cic. ad Att. lib. 9. epiſt. 172. ad finem.

Eo modo autem ambulat Cæſar. Cic. ad Att. lib. 8. epiſt. 166. 3.

Ambulat demiſſis tunicis. Horat. 1. Ser. Saty. 2. 5. (tur.

Ambulat libera per tutas uias. Ouid. 1. Faſt. 25. de Pace loqui-

Ambulet ante noctem cum facibus. Hor. 1. Ser. Saty. 4. 11.

Ambulans fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9.

Ambulat erecto pectore. Claud. in Eutrop. 1, 61.

Ambulare ſuperbum. Horat. Epod. 4. 1,

Licet ſuperbus ambulet pecunia,
Fortuna non mutat genus.

Ambulare in ius. Plaut. Rud. 20. 22, Ambula in ius. Terentius Phorm. 5. 8, In ius ambula. Vbi Donatus, Ad iudicem eamus ſcilicet: nam Ius, pro loco eſt. Cicero, Quin te in iure conſpicio?

Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. libro 10. capit. 50. 1. Quaſi dicat, peruagatũ eſt, utpote in legib. paſſim repetitũ.

Ambulari paſſuum in tertijs perſonis. Plin. lib. 23. cap. 14, Si ſtatum bina ſtadia ambulentur.

Ambulans cœna. Martial. lib. 7. 47,

Pro menſis habet Annius miniſtros,
Tranſcurrunt gabatæ, uolantq; lances:
Has uobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

Ambulatio, (περίπατος) Verbale. Cic. 5. de Finib. 1, Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Plin. lib. 11. cap. 53. 6, Ideo Athletas malunt cibos ambulatione perficere.

Ambulatio plana non utiq; commodior eſt. Siquidem melius aſcenſus & deſcenſus cum quadam uarietate corpus mouet. Celſus, lib. 1. cap. 2.

Ambulatio recta melior, quàm flexuoſa. Celſus lib. 1. cap. 2.

Ambulatio, Locus ad ambulandum, idem quod ambulacrum. Vitruuius, li. 5. cap. 9, Circa theatra ſunt porticus & ambulationes: quæ uidentur ita oportere collocari, ut, &c. Columella, libro 1. cap. 6, Ambulationes meridiano æquinoctiali ſubiectæ ſint, & ut hyeme plurimum ſolis, & æſtate minimum recipiant. Cic. ad Quint. fratrem, li. 3. epiſt. 17. 2, Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem & auiarium. Item Catull. in Camerium 2, In magni ſimul ambulatione.

Ambulatiuncula, diminutiuum (περιπατόδιον) Cic. ad Cælĩ, lib. 2. 11. 5, Cum una mehercule ambulatiuncula, atq; uno ſermone noſtro omnes fructus prouinciæ non confero.

Ambulatiuncula, Parua ambulatio. De loco dictum. Ci. Att. lib. 13. 284. 2, Tecta igitur ambulatiuncula addenda eſt.

Ambulator, penul. prod. Verbale (περιπατητικὸς) Qui huc & illuc ſæpè ambulat. Cato cap. 5. 1, Villicus ne ſit ambulator. Columel. lib. 1. cap. 8. 5, Villicus enim (quod ait Cato) ambulator eſſe non debet.

Ambulatrix, penult. prod. Verbale fœm. (περιπατήτρια) Cato cap. 143, de uillicæ officio loques: Ad cœnam ne quò eat, neue ambulatrix ſiet.

Ambulatorius, adiect. (περιπατικὸς) ut turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad urbes oppugnandas: ut meminit Vegetius. Hirtius de bello Alexandrino, lib. 4. 10, Præterea ambulatorias totidem tabulatorum confixerant. Sub. turres.

Ambulatorium operculum. Plin. lib. 21. cap. 14. 2. de aluearijs loquens, id eſt, quod facilè huc & illuc moueatur.

Ambulacrum, penult. prod (περίπατος) Locus in ædificijs ad deambulandum accommodatus. Feſtus, Ambulacra, ambulationes. Sipontinus dicit Xiſtum Græcè dici locum exercitationi corporis accommodatum, Latinè autem Ambulationem uel ambulacrum. Plaut. Moſtel. 9. 60,

— gynecæum ædificare uult hic in ſuis,
Et balneas, & ambulacrum, & porticum. Gellius, li. 1. cap. 2, Propulſabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris & mollibus ædium poſticum refrigerantibus lauacris nitidis.

Luculentum ambulacrum. Vide Lúculentus.

Ambulatilis, pen. corr. Adiectiuum (περίπατος) Hinc ambulatiles funduli Vitruuio, lib. 10. cap. 13.

Ambulij] cognominati ſunt à Laconicis Caſtor & Pollux, quorum etiam ara fuit eo in loco, ubi & Iupiter & Pallas eodem cognomine colebantur. Pauſanias.

Amburbale] uel amburbium, dicitur ſacrificium, quo urbem circuit & ambit uictima, ut ait Seruius in eclog. 3. 36, Feſtus uerò, Amburbiales (inquit) hoſtiæ dicebantur, quæ circum terminos urbis ducebantur.

Amburo]

Digitized by Google

Amburo] *amburis, pen. prod. ambuſti, ambuſtum (περιφλέγω, περιπαίω) amburere, circum urere. Plautus Epid. 14. 9,* Quaqua tangit, omne amburit. *Plin. li. 10. cap. 33. 4,* Hirundinum pulli ad cinerem ambuſti, multis morbis medentur. *Cicero pro Domo ſua, 87,* Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas domos comportari iuberent. Quaſi ſemiuſtas.

Amburi, *de cadauere dictum. Cic. pro Milone, 66,* Sine funere oblitus cruore & luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici ſolent, amburetur etiam abiectus, hoc eſt, imperfectè cremaretur. De Clodio loquitur.

Ambuſtus (περιπαυθείς) inquit Feſtus. Circum uſtus.

Ambuſta iuga taurorum. *Claud. de bel. Getico, 5.*

Ambuſta ſude truncus. *Seneca in Hippol. 10. 22.*

Ambuſta feruoribus Ariana regio. *Plin. li. 6. cap. 23.*

Ambuſtus incendio. *Cicero 3. Verr. 48,* Hic ſociorum ambuſtus incendio.

Ambuſtus fulminibus. *Plin. Epiſt. 11. li. 3.*

Ambuſta lumina pruinis. *Valer. Argon. li. 4. 14. de Prometheo.*

Ambuſto aggere flagrantis ripæ. *Claud. in Ruff. 23.*

Ambuſta aquis, ſi ſtatim ouo occupentur, puſtulas non ſentiunt. *Plin. lib. 29. cap. 3.*

Ambuſtus ſonipes. *Claud. Paneg. 4. 69.*

Ambuſta illinere. *Plin. li. 24. cap. 10.*

Ambuſtis illinitur cruda cannabis. *Plin. li. 20. cap. 23.*

Ambuſtis oſſib. arua premit Iliaca. *Ouid. ad Liuiã, 87. de Achille.*

Ambuſta igni uel frigore. *Plin. li. 24. cap. 8.*

Ambuſtio, ambuſtionis, Verbale (περίπαυσις) Plinius libro 23. cap. 4, Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambuſtionibus.

Amecum] & Amecam, pro amico & amica, antiqui dicebant. Laberius in lacu Auerno mulierem fuiſſe amecabundam ſcripſit. Hoc eſt, amantem. Nonius. Feſtus, ab antiquis Ameci, & Amecæ per e literam efferebantur.

Amelius] Philoſophus Apamienſis, diſcipulus Plotini, magiſter Porphyrij. Volaterranus.

Amello] herba quæ iuxta Mellam Galliæ fluuium plurima naſcitur: unde & Amella dicitur, ſicut etiam populi habitantes iuxta Lemannum fluuium, Alemanni dicuntur. Ex Seruio in 4. Georg.

Ameletides] Vide Analectis.

Amẽ] ἀμήν, Dictio Hebræa, quæ Verè aut Veritas ſignificat, particula ſeruiens cum aliquid confirmandum eſt, ut Num. ca. 5. Et dicebat mulier, Amen, amen. Id eſt, Veritas: aut Verum hoc erit: aut Sit ita.

Amens] amentis, adiect. (ἄνους, ἀνόητος, ἀφρων) Qui à mẽte ſua diſceſſit: ut ait Varro, de Ling. Lat. li. 5. Eſt enim amẽs, non qui mente caret, ſed qui aliqua perturbatione ſic mente motus eſt, ut ob rationem turbatam, quid agat, quidúe dicat, cernere non poſſit. Ter. Andr. 1. 3. 13, Nam incœptio eſt amentiũ, haud amantiũ. Cic. 2. de Fin. 119, An me, inquis, tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar?

Vecors & amens. Cic. in Piſonem, 15.

Homo amentiſſimus, atq; omnibus conſilijs præceps, & deuius. Cic. 5. Philipp. 191.

Amens animi. Virgil. 4. Aeneid. 41.

Amens dolore ſemianimis procubuit. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 19.

Amenti furore cæca. Catull. in Argonaut. 30.

Amens metus incubat. Lucan. 1. 6.

Amens terror. Claudian. in Ruffinum, 52.

Amentia, amentiæ (ἄνοια, ἐνθεία) denominatiuum ab amens. Cicero, 3. Tuſcul. 15, Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam eandemq; dementiam. His uerbis ſatis oſtendit Amentem & Dementem pro eodem accipi. Idem in Catilin. 44, Mens ſana conflixit cum amentia.

Amentia grauis. Ouid. 5. Metamorph. 102.

Amentia uerſat. Horat. Serm. 2. Saty. 3. 50,

Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum, amentia uerſet.

Amentum] amenti (ἄμμα) Lorum quo aliquid retinetur, aut ligatum eſt: ut ſolearum corrigiæ, & lora in quibuſdam iaculis. Plinius, li. 34. cap. 6. 7, Corneliæ Gracchorum matri ſedens poſita ſtatua eſt, ſoleisq; ſine amento inſignis. Feſtus, Amenta, inquit, ſunt quibus, ut mitti poſſint, uinciuntur iacula, ſiue ſolearum lora: ex Græco quod eſt ἄμματα, ſic appellata: uel quia aptantes, ea ad mentum trahunt. Seruius, Amentum eſt lorum quo media haſta religatur & iacitur. Virgil. 9. Aeneid.

Intendunt acres arcus, amentaq; torquent.

Liuius, 7. bell. Maced. 168, Et iaculorum amenta emollierat. Plin. li. 7. cap. 56, Iaculum cum amento ferunt inueniſſe Aetolum Martis filium.

Amentum digitis tende prioribus, & totis iaculum dirige uiribus. Seneca in Hippol. 6. 16.

Amentum, etiam cachryn roboris ſignificat. Ruellius, li. 1. cap. 86. Hermol. in Plin. li. 16. cap. 8.

Amentatus, pen. pro. adiect. nomen, ſiue participium ab Amento, amentas. Eſt quod amentis ligatum eſt: ut Amentatæ ſoleæ, quibus ſcilicet utuntur mulieres: aut quod amento retinetur: ut Amentatum iaculum. Cic. de claris Orat. 147, Vt haſtæ uelitibus amentatæ.

Amentatæ haſtæ oratoris. Cic. 1. de Orat. 132, In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſſe difficile oratori eius partis, quamcunq; defendet, autorem aliquem inuenire: à quo quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratorijs lacertis uiribusq; torquebit. Metaphoricè dixit pro argumentis aliunde petitis, quaſi telis, quibus utatur orator.

Amento, amentas (ἀμματίζω) amentare. Lucanus, Iaculum amentauit, habena, aut iaculum amentatum contorſit: aut ut torqueret muniuit amento, quaſi habena.

Ameos] Vide Ammium.

Ameria] ἀμερία) oppidum eſt Vmbriæ, patria Roſcij Amerini quem defendit Cicero: uulgè Almelina. Ameriam Cato ante Perſei bellum conditam annis nongentis ſexaginta quatuor prodidit. Plin. li. 3. cap. 14.

Amerinus, pen. prod. adiectiuum (ἀμερῖνος) ut Amerina ſalix apud Plin. li. 24. cap. 9. 3.

Amerina retinacula, pro uiminibus, per periphraſim. Virg. 1. Georg. Atq; amerina parant lentæ retinacula uiti. Vbi Seruius, Amerina retinacula, uirgæ de quibus uites religantur. Quæ uirgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Roſciana fecit Cicero mentionem.

Amerimnõ] ἀμέριμνον, Herba eſt quæ alio nomine Aizoon maius appellatur. Plin. li. 25. cap. 13.

Ames] amitis, maſcul. gen. Feſtus, amites, perticæ aucupales. Horat. in Epod. 2. 7,

Aut amite leui rara tendit retia. Amites, (inquit Porphyrio) hodieq; appellantur, furculæ quibus retia in uenatione uel in aucupio ſuſpenduntur. Palladius, li. 10. cap. 12, Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ, cæteraq; inſtrumenta capturæ. Idem li. 7. cap. 2.

Ameſtratus] ἀμήστρατος, Siciliæ oppidum, cuius incolæ dicuntur Ameſtratini. Author Stephan. Horum meminit. Cicero, 5. Verr.

Ameſtris] Regina fuit Perſarum, uxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

Amethy-

Digitized by Google

Amethyſtus] amethyſti, m.g. (ἀμέθυσος) gẽma, quæ purpurea eſt, & colore uiolæ, dicta Amethyſtus, quaſi nimimè ebria, ἀπὸ τοῦ α, priuatiua particula, & μεθυσος, ebrius. Cauſam nominis (inquit Plin. li. 37. ca. 9. 4.) afferunt, quod uſq; ad uini colorem accedens, prius quàm eum deguſtet, in uiolam deſinit, fulgorq; quidam in illa purpuræ non ex toto ignens, ſed in uini colorem deficiens. Perlucent autem omnes uiolaceo colore, ſcalpturis faciles. Indicæ abſolutum purpuræ colorem habent: ad hanc q; tingentium officinæ diriguntuota.

Amethyſtus, uuæ genus. Colum. lib. 3. cap. 2.

Amethyſtus purpureus. Ouid. 3. de Arte aman. 37.

Amethyſtum herbam, qui exiſtimant contra ebrietatem pollere, planè hallucinantur: gentilem hinc gemmam ita nominari, quòd uinolentiæ refragetur, utraq; enim à colore ſibi nomen aſciuit. De calculo ſatis conuenit. Cæterùm amethyſti herbæ folium meratioris uini colorem æmulatur. Ruellius, lib. 1. cap. 14. & cap. 20. ex Plutarcho.

Amethyſtinatus, pen prod. (ἀμεθυσινατὸς) nomen duriuſculè deriuatum ab Amethyſtinus. Martial. in fictum diuitem,

Hic quem uidetis greſſibus uagis lentum,
Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Hominem dicit amethyſtino colore ornatum, ſicut purpuratum dicimus.

Amethyſtinus, (ἀμεθύσινος) adiectiuum, pen. corr. Iuuenal Satyr. 7. 14, Vendunt amethyſtina, id eſt, ueſtes ex colore amethyſtino. Hoc autem dicit: Ideo purpurati, aut amethyſtinati incedunt cauſidici: ut ſuas operas carius uendant.

Amethyſtinus color. Plin. lib. 21. cap. 8, Amethyſtinum colorem dicimus, qui in uiola micat, & ipſe in purpureum quemque iamthinum appellauimus.

Amethyſtizontes, (ἀμεθυσίζοντες) carbunculi, hoc eſt, quorum extremus igniculus in amethyſti uiolã exit. Pli. li. 37. cap. 7.

Amia] æ, Piſcis eſt Pelamidi ſimilis, cuius incrementum ſingulis diebus intelligitur. Plinius, lib. 9. cap. 15. Vide Rondeletium.

Amica] Vide paulò ante Amicus ſubſtantiuum.

Amicabilis] Amicè, Vide Amicus Adiectiuum.

Amicinum] pen. prod. Vtris pediculus, ex quo uinum diffunditur. Feſtus.

Amicio] amicis, pen. cor. amiciui, amictum (ἀμπέχομαι, ἀναβάλλω) amicire, ueſtire, operire. Horat. Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Sueton. in Veſpaſ. ca. 20, Dum ſalutabatur, & calciabat ipſe ſeſe, & amiciebat.

Amicibor, pe. pro. uetuſtè dictũ pro Amiciar. Plaut. Perſa. 9. 5.

Subnixus alis me inferam atq; amicibor gloriosè.

Amicitur in ſuluis alis. Ouid. 5. Metam. 110.

Amicitur uitibus ulmus. Ouid. de Ponto, 3. eleg. 8. 3.

Amicitur chartis. Horat. 2. Epiſt. 1. in fine.

Amictus, participium (ἀμφιεσμένος) idem quod ueſtitus uel opertus. Cic. 2. Phili. 89, Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus. Idem in Bruto 27, Vt erat lena amictus, ita uenit in concionem. Idem in Catilina, 42. Velis amictos, non togis. Horat. 1. Carm. 6,

Nube candente humeros amictus.

Amicta oſſa lurida pelle. Horat. Epod. 17. 5.

Amicta loca niue. Catull. de Berecynthia & Athy. 58. 14.

Amicta uitibus ulmus. Horat. 1. Epiſt. 17. 1.

Amiculatus, a, um. indutus. Sol. cap. 65, Pars nudi, pars obſcœna tantum amiculati.

Amictus, huius amictus (ἀμπεχόνη, ἀμφίεσμα, ἐπίβλημα) quicquid, quo quis ſuper amictus, ſiue opertus eſt: ſicut ueſtitus, quo ueſtimur. Eſt enim utrunq; generale nomen. Cicero 5. Tuſc. 130, Mihi amictui eſt Scythicum tegmen. Tibullus, Fruſtrà iam ueſtes, fruſtrà mutantur amictus. Cic. pro Cluentio, 89, Sed iam uultum atq; amictum, atq; illam uſq; ad talos demiſſam purpuram recordemini.

Aurato amictu uelatur. Ouid. 14. Metam. 53.

Croceo amictu uelatus Hymenæus. Ouid. 10. Metam. 1.

Amictus duplex. Virg. 5. Aeneid. Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum.

Amictus ferrugineus. Claud. de rapt. Proſerp. lib. 2. 55.

Glauco amictu caput contexit. Virg. Aeneid. 12. 176.

Lineus amictus. Tacit. lib. 19.

Amictus leuis. Catull. in Argonaut.

Multo amictu nebulæ circunfudit dea gradientes. Virg. Aeneid.

Perlucenti amictu. Ouid. 4. Metam. 63. (1. 83.

Purpureus amictus. Horat. 1. Epiſt. 18. 6.

Sordidus amictus. Virgil. 6. Aeneid. 60.

Amictus laceſſere ſummos. Stat. 2. Sylu. 1. 40.

Lapſus ex humeris amictus. Ouid. 3. de Arte aman. 54.

Madido amictu oneratus. Claud. de bell. Get. 71.

Refugo amictu paleſcit nox afflata rotis coruſcis. Claud. Epig.

Plebeio amictu tectus. Lucan. lib. 3. 4. (3. 2.

Tenues amictus laniauit. Ouid. 4. Metamor. 21.

Deponere amictus. Iuuen. 1. Satyr. 15.

Amictu erepto nuda. Propertius, lib. 2. eleg. 1. 3.

Amictu euitare tela alicuius. Prouerbiali figura dictum eſt à Catullo,

Contra nos tela iſta tua euitamus amictu.

Hoc eſt, Nõ armis, non clypeo, ſed facilè depellimus, non ſecus, quàm muſcarum inſultus.

Græci amictus exoluerunt. Tacit. lib. 14.

Amictu fœmineo uelauit. Stat. Achil. 2. 66.

Amictus, pro modo & ratione ueſtiendi corporis, & decore ueſtitus. Quint. li. 11. cap. ult. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt, iterum & negligentior amictus, & ſoluta ac uelut labens undiq; toga.

Amiculũ, pen. corr. (ἐπιβλημάτιον) Feſtus, Amiculum, genus ueſtimenti à circumiectu dictum. Cic. 2. de Diuinat. 212, Viſus eſt in ſomnis amicæ, eſſe amictus amiculo. Idem 3. de Natu. deor. 120. Liu. 7. bel. Pun. 18, Reginæ pallam pictã cum amiculo purpureo. Curtius lib. 5, Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: deinde ſummæ quæq; amicula exuunt, paulatimq; pudorem profanãt. ad ultimum ima corporum uelamenta proiiciunt, &c.

Amiculum uidetur appellare Curtius, ueſtem quam Darius inſigne regni geſtabat. Sic enim de Dario fugiente ait, lib. 3, Inſignibus quoq; imperij, ne fugam proderẽt, indecorè abiectis. Aliquanto uerò pòſt ſic, Vnus nanq; è captiuis ſpadonibus amiculum quod Darius, ſicut paulò antè dictum eſt, ne cultu proderetur, abiecerat, in manibus eius qui repertum ferebat, agnouit.

Amica] amicæ, penul. prod. (φίλη, ἑταίρα) Quam quis amat inhoneſtè. Horatius in prima epiſto. Vt nox longa, quibus mentitur amica Terent. And. 1. 3. 11, Siue iſta uxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt. Cic. ad Attic. li. 10. epiſt. 202. 4. Et lib. 2. de Diuinat. 212.

Culta amica. Ouid. de Arte, 2. 35.

Dura. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 4.

Fallax. Ouid. 2. Amorum,

Ne modò decipiant uoces fallacis amicæ.

Formoſa. Ouid. Faſt. 5. 68.

Magna. Iuuenal. Saty. 4.

Mollis. Ouid. epiſt. 3. 23.

Tenera. Ouid. 1. de Arte.

Amicæ uenales ad munus. Propert. 2. eleg. 17. 5.

Ad amicam alterius inſinuare ſe. Vide Inſinuo.

Amicula, penult. corr. (ἑταιρίδιον) diminutiuũ ab amica. Plin. Iunior,

Digitized by Google

Iunior, lib. 3. epist. 9, Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam. Cice. 2. de Orat. 133, Cum eo Tarracinæ de amicula rixatus.

Amicus] φίλος, substantiuum, pen. prod. ab Amando dictus est. Paulus Iurisc. Amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cũ patref. honestis familiaritatis quæsita rationibus. Cic. 5. Verr. 125, Si hoc doceo, poteritne te Alba tuus antiquissimus nõ solum amicus, uerum etiam amator absoluere? Vide Amator.

Amicus, necessariusq; communis. Cic. pro Cluent. 70.

Amicus ac pernecessarius alicuius. Cic. pro Flacco, 11.

Valde amicus alicui. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 8. 11.

Amicus æquæuus. Virgil. 5. Aeneid. 90.

Bonus amicus. Tacit. lib. 20, Nullum maius boni imperij instrumentum, quàm bonos amicos.

Certus amicus. Vide Certus.

Chari amici. Horat. 4. ode, 9. 11.

Amicus communis. Vide Communis.

Discolor amicus infido scurræ. Horat. 1. epist. 19. 1.

Dulcis amicus. Horat. 1. Serm. saty 3. 14.

Amicus ex animo Cic. 11. Philipp. 314, Pompeius unũ Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum uereq; benevolum, unum fidelem populo Romano iudicauit.

Fidus amicus. Horat. lib. 1. Epist. —ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.

Amico Hercule diues. Horat. 2. Serm Saty. 6. 3.

Amici inferioris ordinis. Vide Ordo.

Inops amicus. Persius, Saty. 6. 3.

Iucundus amicus. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 19.

Intentatus & nouus amicus. Vide Intentatus.

Lector amicus. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 1.

Purus amicus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 14.

Sterilis amicus. Iuuenal. Saty. 12. 10.

Tenuis amicus. Ouid. ad Pisonem, 24,
Rara domus tenuem non aspernatur amicum.

Verus amicus est tanquam alter idem. Cic. in Lælio, 68. Horat. in Arte, 86.

Amicus adscribi aliquibus. Cic. 5. Tuscul. 89, Vtinam ego, inquit, tertius uobis amicus adscriberer.

Facere amicos alicui. Cic. 1. Offic. 81, Illud enim honestũ quod sæpe dicimus, etiam si in alio cernimus, tamen nos mouet, atq; illi in quo inesse uidetur, amicos facit.

Amici propioris munere fungi. Horat. 1. Epist. 9. 1.

Amici lugentis causam plorare. Iuuenal Saty. 15. 14.

Remanens amicus in duris rebus. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 5.

Rodere amicum absentem. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 17.

Spoliari amicis charis. Claud. Epig. 1. 5.

Amicus, pen. prod. adiectiuum. Cæsar. 2. bel. Ciuil. 72, Quas Cæsar esse amicas ciuitates arbitrabatur. Id est, amicitia conjunctas.

Amicus consiliarius. Vide Consilium.

Amicus uires acquirit bello, id est, amicorum uires. Ouidius 7. Metamorpho. 92.

Amicus, si cum re inanimata iungatur, significat utilem uel gratum: ut, Amicus pratis humor, Amica frugibus æstas. Virgil. 2. Aeneid. Tacitæ per amica silentia lunæ. Vbi Seruius, Amica, sibi grata.

Amica quies, Grata, iucunda, placida. Ouid.

Amicum dijs, Quod placet dijs. Horat. 2 Carm. 17. 1.

Amicus Musis. Horat. 1. Carm. 26. 1.

Amicum agmen, id est, amicorum. Ouid. 1. Epist. 10.

Animus amicus. Terent. Hecyra. 3. 3. 29. Hor. 4. Car. ode 7. 4.

Aruum amicum. Ouid de Ponto 5. eleg. 15. 5.

Aures amicæ. Horat. in Carm. sec. 15.

Dictis fatur amicis. Virgil. 2. Aeneid. 30.

Manus amica. Ouid. Epist. 10. 25.

Numen malè amicum. Virg. 2. Aeneid. 146.

Opes amicæ. Virg. 5. Aeneid.

Portus amicos intramus. Virg. 6. Aeneid. 12.

Leuant pondus amicum. Stat. 10. Thebaid. 75.

Quies amica. Claud. in præfat. 3. libri, 1.

Sydus apparere amicum. Horat. Epod. 10. 2.

Tempus agere amicum. Horat. 3. Carm. 6. 9.

Tempus fraudibus amicum. Stat. Syl. 5. 2. 8.

Vento amico nauem ferri. Ouid. 2. Trist. Eleg. 4. 4.

Vultu amico promittere spem. Ouid. 3. Metam. 9. 2.

Vultos amicos ueneratur. Claud. Paneg. 8. 27.

Amicior, comparatiuum. Cice. Attico, lib. 8. 159. 12, Neque enim ego amicior C. Cæsari unquam fui, quàm illi; neq; illi amiciores Reipub. quàm ego. Idem ad Atticum, lib. 16. Epist. 341. 6, Mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec charior Attico.

Amicior undis fraxinus. Stat. 9. Thebaid. 99.

Amicissimus, penul. corre. Cæsar 8. bel. Gal. 156, Hunc Epasnactus Aruernus amicissimus Popul. Rom. Cicero, ad Appium Pul. libro 3. Epist. 3. 4, Successor coniunctissimus & amicissimus.

Amiculus, penul. corre. (φιλίνος) diminutiuum ab Amicus. Cicero, 5. Verr. 67. Horat. 1. Epist. 18. 1, Disce docendus adhuc quid censet amiculus.

Amiculus dulcis. Catul. ad Alphenum, 28. 1,
Iam te nil miseret dure tui dulcis amiculi.

Amicè, (φιλικῶς) aduerbium, id est, amici amore: Quod est cũ amore & beneuolentia. Cic. in Lælio, 8, Facis amicè. Ibidem 75, Et hæc accipienda amicè.

Amicè & beneuolè. Cic. 1. de Finib. 53, Quos tu paulò antè, cũ memoriter, tũ etiã erga nos amicè & benevolè collegisti.

Familiarissimè & amicissimè uiuere cũ aliquo. Ci. 1. Verr. 16.

Amicè, cum datiuo. Cic. 1. Offic. 131, Hæc præscripta seruantem licet grauiter, magnificè, animosèq; uiuere, atq; etiam simpliciter, fideliter, & uitæ hominum amicè.

Amicissimè. Cic. 5. de Finib. 10.

Amiciter. pen corr. (προσφιλῶς) aduerbium pro amicè. Plau. Persa, 7. 3. Quia meo amico amiciter hãc cõmoditatis copiam Danunt argenti minuti.

Amicabilis, & hoc amicabile, pen. corr. (φιλικός) ut opera amicabilis, affectio amicabilis, id est amica. Plau. Mil 16. 8, Vos modò porrò, ut occœpistis, operã date amicabilẽ. Vlpianus in l. Idq; Mandati, uel contrà, lib. 17. Pandect. Et est uerum, eum qui non animo procuratoris interuenit, sed affectionem amicabilem promisit in commonendis procuratoribus & actoribus, mandati non teneri.

Amico, amicas, pen. prod. (φιλόω). micare. Stat. Theba. 3. 9. 4, Ac prior Aeclides solita prece numen amicat. Id est, amicum sibi facit, propiciat, placat, conciliat.

Amicitia, (φιλία, προξενία) ab Amicus dicitur. Ci. in Lælio, Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, humanarumq; rerum cum beneuolentia, & charitate summa cõsensio. Idem 2. de Diuinat. 245, Amicitia, est uoluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipsius causa quem diligit, cum eius pari uoluntate.

Amicitiai, pro Amicitiæ genitiuo usus est Lucret. lib. 3. 117,
Hunc uexare pudorem, hunc uincula amicitiai Rumpere.

Amicitia adiutrix uirtutum. Cic. in Lælio, 70.

Amicitia, etiam inter res inanimas. Plin. lib. 19. cap. 8. 26, Amicitia est rutæ cum fico. Idem in proœmio libri 20, Odia amicitiæq; rerum surdarum ac sensu carentium.

Amicitiæ ambitiosæ. Vide Ambio.

Amicitiæ

Amicitiæ pudicæ ſanctus amor. Stat. 2. Syl. 29.
Charitas & amicitia hominum, gratuita eſt. Cic. lib. 1. de Natu. deorum, 168.
Conciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio. Cic. in Lælio, 36.
Condimentum amicitiæ haud quaquam mediocre, ſuauitas ſermonum, atq; morum. Cic. in Lælio, 59.
Communes amicitiæ. Cic. in Lælio, 66.
Dignus amicitia. Cic. in Lælio, 67.
Amicitia exercita cum aliquo. Tacit. lib. 17.
Amicitiæ, nõ modò fautrices fidelißimæ, ſed etiã effectrices ſunt uoluptatum tam amicis, quàm ſibi. Cic. lib. 1. de Fin. 103.
In amicitiſs fideles. Cic. 2. de Finib. 130.
Fines in amicitia qui ſint, & quaſi termini diligendi, cõſtituendi ſunt. Cic. in Lælio, 50. Ibidem 53.
Amicitiæ fons à natura conſtitutus bonorum inter bonos beneuolentia. Cic. in Lælio, 46.
Principum graues amicitiæ. Horat. 2. Carm. 1. 1.
Amicitiæ gloria excellens Lælius. Cic. in Lælio, 5.
Infauſtæ amicitiæ grauis exitus imminebat. Tacit. li. 4. ad finẽ.
Amicitiæ ius in eo eſt, ut unus quaſi animus fiat ex pluribus. Cice. in Lælio, 77.
Iuſtæ ueræq; amicitiæ uetus eſt lex illa, ut idem amici ſemper uelint. Cic. pro Plan. 3.
Leues amicitiæ. Cic. in Lælio, 82.
Ornamentum amicitiæ, uerecundia. Cic. in Lælio, 69.
Mediocres amicitiæ. Cic. 2. de Finib. 134.
Nouis amicitijs indulgere. Cic. in Lælio, 50.
Amicitiæ coniunctionisq; neceſſitudo. Cic. in Lælio, 62.
Amicitiæ ſanctũ & uenerabile nomẽ. Ouid. 1. Triſt. eleg. 7. 3.
Officioſam amicitiam nomine inquinas crimino ſo. Cicero pro Plancio, 37.
Par amicitiæ conſularis. Cic. pro Domo ſua ad Pontifi. 22.
Partæ amicitiæ. Cic. lib. 1. de Finib. 102, Ratio ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus.
In amicitijs peſtis nulla maior, quàm adulatio, blanditiæ, aſſentatio. Cic. in Lælio, 76.
Amicitiæ præſidium firmißimum. Cic. lib. 1. de Finib. 105.
Pyladea amicitia, id eſt, ſumma, & qualis fuit inter Pyladem & Oreſtem. Cic. 2. de Finib. 135.
Amicitiarum ſatietates eſſe non debent. Cic. in Lælio, 60.
Amicitiæ ſempiternæ. Cic. pro Rabirio Poſthumo, 20. Neq; me uerò pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere.
Amicitiæ ſimulatio. Cic. in Lælio, 26.
Amicitiæ ſtabiles permanent. Cic. in Lælio, 64.
Amicitia ſuauis. Lucret. lib. 1. 29.
Validus ad amicitiam alicuius. Taci. lib. 5.
Venenum amicitiæ, odium. Cic. in Lælio, 75.
Vera amicitia mihi ditior & affluentior uidetur eſſe. Cicero in Lælio, 52.
Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Cic. in Lælio, 32.
Amicitia uetuſta puer puero uinctus. Oui. 4. de Põto, eleg. 3. 3.
Amicitiæ uinculum nullum eſt certius, quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & uoluntatum. Cic. pro Plancio, 3.
Cõcordi amicitia, & caritate ſe cõplecti. Cic. de Vniuerſit. 20.
Vis amicitiæ. Cic. in Lælio, 14. & 18. & 13.
Vſus amicitiæ uarius eſt & multiplex. Cic. in Lælio, 74.
Vulgares amicitiæ. Cic. in Lælio, 65.
Accedere ad amicitiam. Vide Accedo.
Accipere aliquem in amicitiam. Liu. 4. Decad. lib. 4. Vide Accipio.
Adſcribere aliquem ad amicitiam. Cic. 3. Offic. 59. Vide Aſcribo.
Adrepere ad amicitiam. Vide Adrepo.
Allicit & attrahit ad amicitiam ſimilitudo. Cic. in Lælio, 48.
Amplecti amicitiam alicuius. Vide Exuere amicitiam.
Amicitias appetere. Cic. in Lælio, 43. Vide Appeto.
Ad amicitiam applicare. Vide Applico.
Ab amicitia ſe auertere. Vide Auerto.
Naturàli amicitia carere. Cic. in Lælio, 68.
Amicitiæ, charitate & amore cernuntur. Cic. in Partit. 47.
Amicitia claudicare uidetur. Cicero 1. de Finibus, 105. Vide Claudico.
Amicitias comparare: Id eſt, Acquirere. Cic. in Lælio, 54. & li. 1. de Finibus, 102.
Conciliat amicitias & conſeruat uirtus. Cicero in Lælio, 83. Vide Concilio.
Conferre ſe ad amicitiam alicuius. Cicero in Bruto, 154. Vide Confero.
Stabilitas amicitiæ confirmari poteſt. Cic. in Lælio, 69. Vide Confirmo.
Conglutinare amicitias. Cice. in Lælio, 32. Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret.
Ad coniungendas amicitias quantam uim habeat ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo. Cic. pro Cluent. 35.
Iucundißima ea eſt amicitia, quam ſimilitudo morum coniunxit. Cic. 2. Offic. 85.
Amicitiæ cœptæ perenne fœdus. Stat. 4. Syl. 6. 19.
Colere amicitias. Cic. in Lælio, 47. Et lib. 2. de Finib. 128. & 131. & 133.
Amicitia cum uoluptate connectitur. Cic. 1. de Finib. 103.
Amicitiam conſtituere & tollere. Cic. 2. de Finibus, 126, Si utilitas amicitiam conſtituet, tollet eadem.
Contrahit amicitiam uirtus. Cicero in Lælio, 45.
Conſequi amicitiam. Cicer. in Lælio, 70.
Amicitiam utilitas conſtituit. Vide Conſtituo.
Amicitiam continere. Vide Contineo.
Conuerterent ſe amicitiæ in graues inimicitias. Cicero in Lælio, 67.
In amicitiam conuertere aliquem. Vide Conuerto.
Amicitiæ terga dare. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5.
Amicitias dat cenſus. Oui. 1. Faſt. 44. — dat cenſus honores, Cenſus amicitias: pauper ubiq; iacet.
Amicitia remißior eſſe debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemq; procliuior. Cicero in Lælio, 59.
Depoſitæ amicitiæ. Cic. in Lælio, 66.
Deſerere ius amicitiæ. Cicer. in Lælio, 34.
Demittere amicitias. Cicer. in Lælio, 65.
Detrahere perſonam amicitiæ dicimur, quum aperte quæ ſentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos. Vultus enim ab animo diſcrepans, perſona uerius eſt, quàm uultus. Eraſmus in Chiliad.
Amicitiam diuelli à uoluptate non poſſe. Cicero ſecundo de Finibus, 131.
Dirumpere amicitias. Cicer. in Lælio, 71.
Diſcindere amicitias. Cicer. in Lælio, 65.
Diſſociat amicitias diſſimilitudo morum. Cic. in Lælio, 64.
Diſſoluere amicitias. Cic. in Lælio, 32.
Diſſuere amicitias. Cic. in Lælio, 65.
Amicitiæ durant firmißimè. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Eleuare amicitias remißione uſus. Cic. in Lælio, 65.
In amicitiam & in amicitia alicuius eſſe. Vide In.
Amicitia mihi eſt cum eo. Cicer. pro Cluent. 92.
Amicitiam euertere funditus. Cic. 2. de Finib. 128.
Exardeſcit amicitia. Cic. in Lælio, 82.
Fideles amicitias excludere. Cic. in Lælio, 49.
Expetenda amicitia. Cic. 2. de Inuent. 245.
Amicitiæ munus expletum eſt. Cic. in Lælio, 60.

Extinctæ

Digitized by Google

Extinctæ amicitiæ. Cic. in Lælio, 67.
Exuere amicitiam alicuius. Corn. Tacit. lib. 5.
Molestus amicitias faciunt quidam, quum ipsi se contemni putant. Cic. in Lælio, 63.
Fingere amicitias utilitatis causa. Cic. in Lælio, 47.
Amicitiæ recordatione frui. Cic. in Lælio, 14.
Gerere amicitiam. Cic. ad Appiũ Pulch. li. 3. epist. 8. 22, Doctissimis hominibus autoribus, quorum sunt de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri.
Amicitiam & gignit & continet uirtus. Cic. in Lælio, 19.
Habenas amicitiæ habere laxissimas, quas uel adducas quũ uelis, uel remittas. Cic. in Lælio, 42.
Amicitiæ rationem impediri, si summum bonum in uoluptate ponatur. Cic. lib. 1. de Finib. 107.
Amicitia incœpta à paruis. Vide Incipio.
Incidere in amicitias malorum. Cic. in Lælio, 39.
Increpuit amicitias muliebres. Tacit. lib. 5. nõ procul ab initio.
Amicitia indeclinata. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 5,
Teq; (quod est rarum) præsta constanter ad omnes
Indeclinatæ munus amicitiæ.
Indulgere amicitijs nouis. Vide Indulgeo.
Iniunxit amicitiam cum eo. Vide Iniungo.
Instituere amicitiam cum aliquo. Liuius 4. Decad. lib. 4. Vide Instituo.
Instituendarũ amicitiarũ consuetudo. Cic. lib. 1. de Finib. 106.
Amicitias pares sibi iungere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 9.
Iungere amicitias & consuetudines cum aliquo. Cic. pro Deiotaro, 18.
Amicitiam manere difficile est, si à uirtute deseceris. Cic. in Lælio, 36. & lib. 2. de Finib. 125.
Manere in amicitia. Vide Maneo.
Amicitiam si metiare suæ charitate, nihil est præstantius. Cic. 2. de Finib. 135.
Amicitiam nasci quidam uolunt ab inopia. Cic. in Lælio, 29.
Oppressæ amicitiæ. Cic. in Lælio, 67.
Amicitia orta mihi uidetur à natura potius, quàm ab indigentia. Cic. in Lælio, 26.
Ortus amicitiæ generosus. Cic. in Lælio, 29. & 32.
Amicitiam natura ipsa peperit. Cic. in Lælio, 18.
Amicitiam pepigerat cum ea gente. Liu. 4. Decad. lib. 8.
Amicitia permanet usq; ad extremum uitæ diem. Cicero in Lælio, 32.
Amicitiarum suæ cuiq; permanet stabilis & certa possessio. Cic. in Lælio, 50.
Amicitiam petere propter utilitatem. Cic. 2. de Inuent. 245.
Amicitia præcurrit iudicium. Cic. in Lælio, 56.
Amicitias utilitate probat uulgus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 2.
Amicitiæ profectæ ab nostro beneficio. Cic. 2. de Inuent. 245.
In amicitia prouecti longius. Cic. in Lælio, 33.
Quæsita amicitia utilitatis causa. Cic. 2. de Finib. 134.
Amicitiarum præsidia quærere. Cic. in Lælio, 43.
Recipere aliquem in amicitiam. Cic. ad Att. lib. 2. epist. 35. 1.
Remouere se ab amicitia alicuius. Cic. in Lælio, 66.
Amicitia ac societas renouata. Liu. 4. Decad. lib. 4.
Renunciare amicitiam alicui. Id est, Diremptam significare. Tacit. libro 2.
Institutionem amicitiæ omnino non posse reperiri. Cice. libro 1. de Fin. 107.
Repudiare amicitias gratiosorum. Cic. pro Plancio, 37.
Per amicitiam diuosq; rogatus. Horat. 2. Serm. saty. 4. 18.
Rumpere amicitiæ uincula. Lucret lib. 3. 117.
Serpit amicitia nescio quo modo per omnium uitam. Cicero in Lælio, 72.
Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore. Cicero in Lælio, 14.
Spernere ueteres amicitias. Cic. in Lælio, 50.
Amicitiam funditus tollere è uita. Cice. in Lælio, 44.
Tollere amicitiæ nodum amabilissimum. Cic. in Lælio, 47.
Ad tollendã amicitiã ualet hoc præceptũ. Cic. in Lælio, 54.
Tueri amicitiam. Cicero, libro 1. de Finibus, 103. & 2. de Finibus, 129.
Vacillat stabilitas amicitiæ. Cic. lib. 1. de Finib. 102.
Venire in amicitiam alicuius. Liu. 4. Decad. lib. 8.
Violare amicitiam alicuius. Liu. 4. Decad. lib. 4. Paulò pòst, Vestram amicitiam ac societatem non uiolaui.
Vocare amicitiam ad calculos. Cic. in Lælio, 52.
Amicities, amicitiei, (φιλία) Idem quod amicitia. Lucret. lib. 5. 204, Tunc & amicities cœperunt iungere habentes Finitima inter se.
Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ:
Vt possint niueo pectore lima frui.
Amicitiam] deam, iure inter sua nomina gentes collocauere: & quamuis eius aras non legamus, in quibusdam tamen scholijs ad Hebræas quasdam sententias sic legitur. Apud Romanos (inquit) Amicitiam pictura antiquitus pulchrè demonstrabat. Pingebatur enim iuuenis forma, detecto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cuius fimbria scriptum erat, Mors & Vita: in fronte Aestas & Hyems: habebatq; latus apertum usq; ad cor, & brachium inclinatum, digito cor ostendens, ibi scriptum erat Longe & Prope. Eius explicationem uide apud Geraldum in lib. De dijs gentium.
Amilcar] ἀμίλκας, Dux Carthaginensis cognomẽto Rhodo, facundia, solertiaq; insignis, de sententia Athenienſium, qui ea tempestate crescentem Alexandri Magni potentiam timebant, in castra ad Alexandrum uenit, sese, & exulem fingens, & militem offerens, Parmenione aditum conciliante: atq; ita consilijs eius exploratis, in tabellis ligneis cera desu per inductis omnia ciuibus suis perscribebat: ut autor est Trogus lib. 21. Amilcar an alius, an idem, quem supra nominauimus, inter autores non satis deprehenditur, qui à Syracusanis accersitus contra Agathoclem tyrannum eos obsidione prementem, ut idem Trogus autor est, lib. 32.
Amilcar item cognomento Barcha, pater Annibalis, qui primam secundum filium Annibalem inter Pœnos Duces gloriam obtinuit. Hic ex Liuio, & ceteris historiæ scriptoribus notißimus est.
Amilcarem alium. Liu. lib. 31. memorat, qui dicit L. Furium Prætorem Gallos Insubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum in ea acie uicisse.
Amilus] ἄμιλος, amnis est in saltibus Mauritaniæ, ad quem, nitescente luna noua, greges elephantorum descendunt: ibique se purificantes, solenniter aqua circunsperguntur, atq; ita salutato sydere in syluas reuertũtur, uitulorum fatigatos præ se ferentes. Plin. lib. 8. cap. 1.
Aminæum] ἀμίναιον, Ptolemæo est Italiæ oppidum in Campania, ubi sunt generosa uina. Aminæum Ptolemæus Salernum uocat, lib. 3.
Aminæus, adiectiuum, pen. pro. (ἀμιναῖος) à regione Aminæa. ut Vitis Aminæa. Virgil. 2. Georg. Sunt & Aminææ uites, firmißima uina. Sic uinæ Aminææ, Colum. lib. 3. cap. 9. 1. & Plin. lib. 20. cap. 14. 8.
Aminula] urbs paruarum opum fuit in Apulia. Festus.
Amipsias] ἀμειψίας, poeta Comicus Athenienſis. Suidas.
Amisena] regio Capadociæ Strab. lib. 12.
Amisius] ἄμισος, fluuius est Germaniæ Pomponio Melæ & Plinio libr. 4. capit. 14. Strabo Amasium uel Amasiam uocat. Ptolemæus Amasium, qui Vidrum tamen alium, nescio an benè, iuxta nominat. hodie Ems uocatur à Germanis, quasi

Digitized by Google

quasi Emisius corrupto uocabulo: quanquam uerius est Latina illa nomina ex Germanis nata deflexaq; fuisse. Ortus hic Vuestphalis montanis, inter Frisios, & quos hodie Bremenses uocant, Oceano miscetur. Hæc Vadianus Pomponij interpres.

Amita] amitæ, penult. corr. (πατραδέλφη) Festus, Amita patris mei soror, quia tertia à me sit, atq; auia uideri potest. Dicta ex eo, quòd ab antiquioribus auita sit uocitata. Cicero pro Cluentio, 22, Qui uxori suæ Cluentiæ, quæ amita huius Habiti fuit.

Maior amita. Vide Magnus.

Amita] Pediculorum oppidum est autem Pediculorum ager Brundisio conterminus. Plin. lib. 3. cap. 11.

Amitini] penult. prod. (ἀνεψιοὶ) fratrum maris & fœminæ filij. Nonius.

Amiternum] ἀμίτερνον, Vrbs Vestinorũ in Italia Ptolemæo, hodie Aquila. Meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Amiternus, adiectiuum: ut Amiterna cohors. Sil. Ital. lib. 8. 83.

Amison] siue Amisus (ἄμισος) Stephano, oppidum est insigne in confinio Paphlagoniæ & Cappodociæ, distans à Sinope CXXX. M. paß. Plin. li. 6. cap. 2.

Amisus] Galatiæ urbs Ptolemæo, Simisò à Sabellico dicta.

Amiternini] Sabinorum populi. Plin. lib. 3. cap. 12.

Amithaon] ἀμιθάων, pater Melampi. Stat. 3. Thebaid.

—— iuxtaq; Amithaone cretus
Iam senior, sed mente uirens, Phœboq; Melampus
Associat passus.

Amithaonia, (ἀμιθαονία) domus. Propertius 2. Eleg. 3. 11.
Mox Amithaonia nupta futura domo.

Amithaonius Melampus. Tibul. 4. eleg. 1. 24.

Amithoscuta] regio Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

Amitinenses] Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plinius, libr. 3. cap. 5.

Amitini] Vide Amita.

Amitrochitones] ἀμιτροχίτωνες, dicti sunt Siritæ prope Metapontum, quorum urbs Siris uocatur, cum nominis eiusdem fluuio. Sic autem appellati sunt ab adiacentibus populis, quòd in tantã mollitiem collapsi essent, ut floridas illis tunicas gestare moris fuerit, quas etiam mitris, hoc est, cingulis eximij impendij præcingerent. Amitrochitones autem Homero discincti nuncupantur. Hæc Cælius Rhod. li. 7. c. 9.

Amitto] amittis, amisi, amissum, (ἀποπέμπω) amittere. Dimittere, Terentius Heauton. 3. 1. 7. 1,

Prius proditurum te tuam uitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium. Vbi Donatus, Hoc quod nos dicimus Dimitte, antiqui etiam dicebãt Amitte, Sallust. Pactione amissa Publio legato.

Amittere, pro Mittere. Plaut. Capt. 2. 36,

Quo pacto hic seruus suum herum hinc amittat domũ.

Amittere, Perdere, (ἀποβάλλω) Sallustius, Iã pridem equidem nos uera rerum uocabula amisimus. Terent. Heauton. 2. 3. 84, Aut illa cum his amittenda sunt.

Amittere & perdere. Ci. 2. Verr. 9, Classes amissæ & perditæ.

Amittere rẽ de manibus. pro eo quod uulgò dicũt (lassarsi uscir fora delle mani.) Ci. 5. Verr. 26. Idem 6. Verr. 39, Quod intellexisti te prædã de manibus amissa, testimonium tamen effugere non posse.

Amittere hominẽ de manibus. Cic. pro Cœlio, 51, Cur Licinium de manibus amiserũt? Id est, cõprehẽsum abire permiserunt.

Amittere è manibus. Liu. 9. bel. Pun. 160, Masinissam saucium propè è manibus inter tumultum amisit.

Amores. Virgil. 3. Georgic. 45.

Animam. Plaut. Amph. 4. 86. Autor ad Herenn. lib. 4. 221.

Aspectum. Cic. 1. Tusc. 115.

Authoritatem. Cic. 4. Academ. 231.

Causam. Cic. 2. de Orato. 56. & ad Attic. libr. 9. epistu. 17. 3. pro Rosc. Com. 6, Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus.

Ciues. Cicero pro Marcello, 10.

Ciuitatem. Cic. 1. de Orat. 90. Et pro domo sua ad Pontif. 60.

Colorem. Ouidius, 9. Metamorpho. 65.

Confidentiam. Plaut. Amphit. 17. 2.

Consilium. Terent. Eunuc. 2. 2. 10.

Corpus & uires. Cic. in Epistu. lib. 7. ad Gallum, 27. 7.

Decorem. Cornel. Celsus lib. 2. cap. 2, Peius tamen signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacuit, & colorem, decoremq; amisit. & c.

Dignitatem amittere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 8. 10.

E conspectu. Terent. Eunuc. 2. 3. 2. Neq; uirgo est usquam: neque ego, qui illam è conspectu amisi meo.

Egestatem, ærumnas, & c. Sallust.

Ex animo. Cic. pro Roscio Amerin. ad finem, Etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Existimationem pudoris. Cic. 4. Verr. 140.

Filium. Cic. ad Serui. Sulpit. lib. 4. epistol. 6. 6.

Amittit florem punica roribus nimijs, & pruinis. Plin. lib. 16. cap. 26.

Fortunas, & omnia ornamenta. Cic. 3. Verr. 111.

Fugam. Sallustius.

Honestatem omnem. Cic. pro Roscio Amerino, 67.

Humorem. Cic. 3. de Natura deorum, 46.

Imperium. Plin. lib. 2. cap. 26. 3.

Impetum. Seneca in Hercul. Oetheo, 8. 2.

Ius imperij & exercitus. Cic. 10. Philipp. 277.

Laudem. Plin. epistu. 177. b.

Libertatem. Cic. pro Domo sua ad Pontifi. 60.

Libidinem omnem. Plaut. Milit. 20, 50.

Lumen. Cic. 5. Tuscul. 159.

Oculos. Cæsar 3. bel. Ciuil. 209.

Memoriam alicuius. Cic. pro Deiotaro, 7.

Occasionem. Cic. Attic. lib. 15. epistol. 326. 3. & pro Cecinna, 11. & Terent. Eunuc. 3. 5. 57.

Amisit opes. Ouid. 21. epistol. 14.

Opinionem. Cicero Attico.

Amittere oppidum, & Recipere, Contra. Cic. de Senect. 10.

Ornamenta. Cic. ad Seruium Sulpit. lib. 4. epistu. 6. 7.

Patrem aut liberos. Pli. epist. 84. Cice. in epistu. Senec. in Herc. Oeth. 11. 2.

Reuerentiam amittere dicitur imperator. Plin. in Panegy.

Captum piscem amittere. Cic. 2. de Natura deorum, 186.

Prædam. Plaut. Milit. 8, 45. Cic. 6. Verr. 39.

Receptum. Pompeius ad Domitium in epistolis ad Attic. lib. 8. 163. 4, Neq; ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Id est, locum in quem possim me recipere.

Salutem. Plaut. Merc. 11. 5. Cic. 3. de Natu. deorum, 125.

Sensum humanitatis omnẽ ex animo. Cic. pro Rosc. Cõm. 72.

Amisit sensus. Ouid. 10. Metamorph. 100.

Spiritum. Cic. 3. de Natura deorum, 46.

Vites. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 8.

Tempus. Cic. pro Murena, 40. & de Prouinc. Consul. 14.

Virtutem & fidem nunquam amiserim. Cic. Post reditum in Senatu ad finem.

Vitam. Horatius 1. Sermonum, saty. 1. 12.

Vitam amisit Decius, at non perdidit: re enim utilissima & parua maximam redemit. Autor ad Herenn. lib. 4. 221.

Vitam per dedecus. Cic. pro Roscio Amerino, 18. & pro Milone, 28.

Digitized by Google

ne,28.Salluſt.in Catil.

Amiſsio,Verbale,(ἀποβολὴ)Rei alicuius priuatio. Plinius li. 17.cap.2.3.Foliorum amiſsio.Cic.3.de Finibus,79.Amiſsio ſenſuum.Valerius,li.2.Quò paruulorum amiſsionem.Cice. in Piſonem,33.Amiſsio dignitatis. Ibidem 31. Oppidorum turpis amiſsio.

Amiſſus,participium,(ἀποβεβλημένος)Virgil.2.Aeneid.

Quiſquis es,amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.

Ammienſes]populi Hiſpaniæ,Plin.li.4.cap.22. ab Amnia ciuitate,cuius meminit Ptol.Vide Hermolaum.

Ammium]miſy,(ἄμμι)ſemẽ eſt exile minus cumino. Plin. li.20.ca.ult.de Theriaca Antiochi,Anethij & fœniculi ſeminis,& aniſi,& ammij,& apij,&c. Meminit & li. 20. cap.15.Quidam cuminum Aethiopicũ uocant:notũ officinis omnibus ſemen,Ameos nomine.Ruellius li.3.cap.45.

Ammochryſus]ἀμμοχρυσος,Gemmæ nomen.Plin.li.37. cap.11,Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo,uelut auro arenis mixto.

Ammodites]ἀμμοδίτης,animal magnitudine cubitali,ſimile uiperæ.Vipera enim ſubflaua eſt. Aetius Sermone,13. capite 25.

Ammon]ἄμμων,dictus eſt Iupiter ab Ammone quodam paſtore,qui primus in Lybia Ioui templum ædificauit. Autor Pauſanias in rebus Meſſeniacis.

Ammonis nomen ab arenis ductum putat Seruius.Sic enim ait in illud 4.Aeneid.4,Hic Ammone ſatus,&c. Liber quum Indos peteret,& per Lybiam exercitum duceret: fatigatus ſiti,Iouis patris ſui implorauit auxilium.Et ſtatim uiſo inſecutoq; ariete,uelut duce fons inuentus eſt. Vnde factum eſt Ioui Ammoni ab arenis picto ſimulacrum cum capite arietino.Quod ideo fingitur,quia ſatis inuoluta ſunt eius reſpõſa.Sanè ἄμμος,arena Latinè dicitur.De Ammone longe alia uide apud Diodorum Siculum li.4.cap.ult.

Ammon corniger.Lucan.3.

Ammonis cornu inter ſacratiſsimas Aethiopiæ gemmas,aureo colore,arietini cornu effigiem reddens,promittitur prædiuina ſomnia repræſentare.Plin.li.37.cap.10.

Ammon Garamanticus.Sil.14.

Ammon Marmaricus.

Ammon Syrticus.Lucan.li.10.

Ammoneo]Vide Admoneo.

Ammonia]ἀμμωνία,regio Mediterranea Libyæ,in qua Iupiter Ammon colebatur,ita dicta ab arenæ copia.

Ammonia]ciuitas,Vide Ammoniacus adiectiuum.

Ammoniacum]ἀμμωνιακὸν,uulgò Armoniago,metopij arboris lacryma:de qua ſic Plinius,li.12.cap.23.1,Ergo Aethiopiæ ſubiecta Aphrica ammoniaci lacrymam ſtillat in arenis ſuis,inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo,iuxta quod gignitur arbor quam metopion uocãt:reſinæ modo aut gummi Latini ut ait Dioſcor.γόντα,id eſt, Guttam uocant.

Ammoniacus,adiectiuum,(ἀμμωνιακὸς) ut Ammoniacus ſal, ab Ammonia ciuitate,quæ & Paretonium dicitur, autore Strabone,lib.17.Columel.li.6.cap.17.6. Ouid. de Medicamine faciei,19,Cumq; Ammoniaco maſcula thura ſale.

Ammoniacum ſalem dici tradit Dioſcorides,quaſi arenarium. cui ſcribit Plin.li.31.cap.7.de ſalis generibus loquens. Nam Cyrenaici (ait) tractus nobilitantur ammoniaco,& ipſo quia ſub arenis inuenitur,appellato.

Ammonitrum]ἀμμώνιτρον,Maſſa nitri albi: de qua Pli. li.36.cap.26.4.

Ammonius]ἀμμώνιος, Alexandrinus ſummus philoſophus:Præceptor Origenis,ut Porphyrius in tertio contra Chriſtianos libro teſtatur.

Ammonius Herneus ex Aegypto,præceptor Ioannis Grammatici.Volaterran.qui & alterius Ammonij meminit,quẽ dicunt habuiſſe aſinum ſapientiæ auditorem:rem quidem prodigioſam,ſed quam memoriæ prodidit Suidas.

Ammothea]ἀμμοθέα,nympha marina,Nerei & Doridis filia(ut placet Heſiodo in Theogonia)ita dicta ἀπὸ τῆς ἄμμου,καὶ θέειν,quaſi per arenam diſcurrens.

Amnenſes]appellabantur urbes ſitæ prope amnem,ut à mari maritimæ:undæ Interamnæ,& Antemnæ dictæ ſunt quòd inter amnes ſunt poſitæ,uel ante ſe habeant amnes.Feſtus.

Amneſtia]amneſtiæ,fœm.gen.pen.corr.(ἀμνηστία) Obliuio iniuriarum.Plutarchus in Politicis ait, Athenis communi omnium conſenſu decretum fuiſſe amneſtiam:id eſt iniuriarum offenſionumue,quæ triginta uiris Rempubl. occupantibus ultrò citròq; illatæ acceptæue eſſent, obliuionem.Valerius Maximus li.4.cap.1.de Thraſybulo,Plebiſcitum interpoſuit,ne qua præteritarum rerum mentio fieret.

Amnis]huius amnis,maſc.gen.(ποταμὸς) Fluuius. Feſtus, Amnis propriè dicitur à Circumnando,quoniam ex Græca præpoſitione ſumptum,quæ eſt ἀμφὶ,ſignificat enim circũ: & nare,fluere.Virg.1.Georg.

Atq; alius latum funda iam uerberat amnem.

Amnis,pro torrente.Virg.4.Aeneid.Ruũt de mõtibus amnes.

Amnis uetuſtè poſitum in fœm.gen.Plaut.Merc. Neq; ulla mihi obſtabit amnis.Næuius Lycurgo,ſed quaſi amnis cis rapit,ſed tamen inflexa flectitur.Varro περὶ ὑλότητος,libr. 1, Propter hos fluit amnis,quam olim Albulam dicunt uocitatam,Ex Nonio.

Amnes alti.Iuuenal.ſaty.10.18.

Auriferi.Claudian.in Eutrop.2.62.

Caſtior bibendus amnis.Stat.4.Sylu.7.3.

Cauus.Auſonius, Ingerit illa cauos amnes.

Cæruleus.Stat.1.Syl.5.11.

Circunfluus.Ouid.15.Metam.

Scinditur in geminas partes circunfluus amnis.

Clamatus ſacris ululatibus.Stat.9.Metam.24.

Clementiſsimus.Ouid.9.Thebaid.87.

Concitus imbribus.Ouid.3.Metam.16.

Frigidus.Claudianus.

Fumidus.Virg.7.Aeneid.Fumidus,atq; altè ſpumis exuberat amnis.

Gelidus.Claudian.epig.5.15.

Cœlo gratiſsimus.Virg.8.Aeneid.13.loquitur de Tybride.

Lethæus.Virgil.6.Aeneid.141.

Liquidiſsimus.Ouid.6.Metamorph.80. de Marſya Phrygiæ amne loquitur.

Liquores amnium perlucidi,ripарum neſtitus uiridiſsimi. Ci.2. de Nat.deo.143.

Lubricus.Ouid.3.Amorum,eleg.5.17.

Magnus.Ouid.1.Metam.57.

Maligno amne radit arenas.Seneca in Hippol.1.3.

Mitiſsimus.Stat.1.Sylu.3.5.

Nubigena.Stat.lib.1.Thebaid.72.

Obliquus.Lucan.li.1.Primus in obliquum ſonipes opponitur Pyrrhus.

Papyrifer.Ouid.3.Triſt.eleg.10.6.Nilum intelligit.

Peregrinus.Ouid.8.Metamor.169.

Perlucidus magis uitro.Ouid.epiſt.21.32.

Phaethontius.Sil.Ital.li.7.30.Padus intelligitur.

Piſcoſus.Ouid.3.Faſt.117.

Placidus.Oui.1.Meta.70.& 141.Sic uocat amnẽ Ladonis.

Pronus.Virg.1.Georg.41.Atq; illũ in præceps prono rapit alueus amni.

Purus.Horat.2.epiſt.2.24.

Quietus.Claudian.epig.46.22.

Rapidus.Senec.Medea.6.7.Lucret.libro 1. Et rapidos tranant

Digitized by Google

nant amnes.
Refluus. Claudian. epig. 22. 16.
Rigidus. Valerius.
Riguus. Virgil. 2. Georg.
Sedatus amnis. Cicero in Orat. 22. de Herodoto & Thucydide, Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit: alter incitatior fertur.
Sæuus. Claudian. Paneg. 2. 38.
Seuerus. Virg. 3. Georg. 8. de Cocyte amne.
Sonans. Catull. 32. 3.
Solutus. Lucan. lib. 2. 99.
Spumans. Valer. 4. Argonaut.
Spumeus. Virg. 2. Aeneid. 99.
Spumosus. Virg. 12. Aeneid.
Subactus. Claudian. epig. 5. 36.
Taciturnus. Horat. 1. Carm. ode. 31. 2.
Torpens. Stat. 4. Thebaid. 36.
Tumidus. Lucan. lib. 1.
Turbidus. Lucretius, lib. 1. 58.
Vadosus. Virg. 7. Aeneid.
Vagus. Claudianus in Ruffinum, 2. 5. Seneca in Hippol. 4. 31.
Amnes uastos congerit. Val. Argonaut. 4. 144.
Viridis. Sil. lib. 4.
Amnicola, pen. corr. (οἰνοποτάμιος) Oui. 10. Metamorph. 20, Amnicolæq; simul salices, & aquatica lotos.
Amnicus, penult. corr. (ποτάμιος) adiectiuum, ut Amnica insula. Plin. li. 3. cap. 25. 2. Insula in Sao Matubarris, amnicarum maxima.
Amnium] ἄμνιον, interior membrana appellatur ab Empedocle, qua fœtus in utero incluſus obtegitur, à mollitie agnorum deducto nomine: exterior uerò chorium Polluci: quanquam alij diuersum tradant. Volaterranus & Gal. lib. de Fœtuum formatione.
Amo] amas, (φιλέω, ἐράω, στέργω) amare, Plus est, quàm Diligere. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. epiſto. 14. 13, Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere, tantum tamen accessit, ut mihi denique nunc amare uidear, antea dilexisse. Idem. Sed tamen ut scires eum nõ à me diligi solùm, uerùm etiã amari. Sic ad Brutũ, epiſt. 1.
Amare nihil aliud est, niſi eum ipsum diligere, quẽ ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita. Cic. in Lælio, 83.
Amare ex animo aliquem. Cic. ad Quin. frat. li. 1. epiſt. 1. 22.
Amare se sine riuali. Cic. ad Quin. frat. li. 3. epiſto. 2 4. 6.
Amo Phyllida ante alias. Virgil. 3. eclog. 16.
Amat nos, charosq; habet Pompeius. Cicero ad Atti. libro 2. epiſto. 3 5. 1.
Diligere, amplecti, amare aliquem. Cic. ad Att. li. 1. epiſt. 8. 7.
Amari & diligi. Cicer. 6. Verr. 45. Idem de Natu. deorum, libro 1. 166.
Amare corde uel animo, pro Ex corde, siue Ex animo. Plautus Capt. 7. 61.
Amare certa fide. Ouid. 3. de Arte amandi, 108.
Amant mutuis animis. Catull. de Aeme & Septimio, 42. 4.
Amare certátim aliquem. Cic. 3. Philipp. 136.
Amare amorem alicuius. Cic. Papyrio, li. 9. epiſto. 16. 1.
Amat nemus scriptorum chorus, & fugit urbes. Horatius, 2. epiſto. 2. 16.
Amare syluas. Ouid. 2. Metamorph. 155.
Amare ocia. Virg. 5. eclog. 12.
Amare quippiam plus suis oculis, Catull. 3. 1. & Terent. Adelph. 5. 7. 5.
Amari dignus. Virgil. 5. eclog. 19.
Amare in matrimonium. Quintil. lib. 11. cap. 1, Pater ex meretrice natum, quòd amet meretricẽ in matrimoniũ, abdicat.
Amare, absolutum: pro Amore captum esse. Terent. And. 1. 2. 20, Omnes qui amant, grauiter sibi dari uxorem ferunt. Ibidem 1. 2. 14, Meum gnatum rumor est amare.
Amare, pro Frui amore. Terent. Eunuch. 4. 2. 13.
— certè extrema linea
Amare, haud nihil est. Vbi Donatus, Amare, modò frui amore dicit. Plaut. Bacchid. Sine te amem.
Amare se in aliquo. Cicero ad Attic. libro 4. epiſto. 85. 15, Dices tu, Ergo hæc quomodo fers? Belle me hercle, & in eo me ualde amo.
Amare seipsum, hoc est Se mirari, Sibi placere. Cic. de Aruspicũ respon. 17, Quàm uolumus licet P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec callidi-tate Pœnos, nec artibus Græcos superemus. Idẽ 1. Offi. 44. Idem in Topic. 25, Ne nimium te amare uideare.
Amas quòd. pro placet tibi quòd. Horat. 2. Sermo. — amasq; Quod nusquam tibi sit potandum.
Amo te ex. Plin. Iunior, lib. 3. epiſto. 9, Quem ego quũ olim mutuò diligerẽ, ex hac officij societate amare ardentius cœpi.
Amo te quòd. Cic. ad Att. lib. 1. epiſto. 13, Te multum amamus, quòd ea abs te diligenter paruoq; curata sunt.
Amo te de hac re, pro eo quod est, Ob hanc rem habeo tibi gratiam. Terent. Eunuch. 3. 2. 3, Ecquid nos amas de fidicina hac? Cicero ad Attic. lib. 7. epiſto. 122. 8, De Raudusculo Numeriano multum te amo.
Amant consociare. Horat. 2. Carm. ode, 3. 2.
Amant iacere inter puluillos sericos. Horat. Epod. 8. 3.
Amat bibere toto anno palma. Plin. lib. 13. cap. 4. 2.
Amat, pro Solet. Tacit. libro 4, Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, plerisq; additis, ut ferme amat posterior adulatio. Tractum à Græcis, qui φιλεῖ γινέσθαι, hoc est Amat fieri, pro Solet fieri, usurpant. Huius locutionis meminit Quintilianus, lib. 9. cap. 3, Erasmus quoq; in 6. caput Matthæi.
Amet cautè pauper. Ouid. 2. de Arte amandi, 34.
Amauit crudelius. Ouid. 3. Metamor. 89.
Inuitus amabo. Ouid. 3. Amorum, eleg. 10. 7.
Amet occultè. Ouid. 3. Triſtium, eleg. 4. 15.
Amare patienter. Ouid. Epiſto. 18. 1.
Sapienter amare. Ouid. epiſt. 20. 12.
Amari tantopere. Lucretius, lib. 3. 186.
Amare tutò. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 13.
Amare unicè patriam & ciues suos. Cic. in Catilinam, 55.
Si me amas. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. epiſt. 12. ad finem, Amabo te aduola, consolabor te, & omnem abstergebo dolorem: & adhuc, si me amas, Marium: sed approperate. Idem ad Volum. li. 7. epiſto. 33. 4.
Amabo, pen. prod. (πρὸς θεῶν) Interiectio blandientis & amantis. Cic. ad Volumnium, lib. 7. epiſto. 33. 6, Verbo amabo, quibus suis interdictis defendamus. Terent. Eunuch. 4. 4. 7, Habésne hominem, amabo? Idem, Vide, amabò, num sit domi.
Amabo te, & ama me, in eadem significatione. Cic. ad Cassium lib. 15. Idem ad Att. lib. 5. epiſto. 10 5. 3, Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe. Idem Att. lib. 6. epiſt. 1. 4, Ama me, non libenter uidi: sed modò succenset, modò gratias agit. Id est, mihi crede, uel certè.
Amando perdere. Horat. 1. Carm. ode 8. 1.
Amanda uox. Horat. 4. carm. ode 14. 7.
Amandi præceptor. Ouid. 2. de Arte amandi, 33.
Amando superare aliquem. Ouid. 14. Metamorph. 28.
Amans, participium, (ἐρῶν) Qui, uel quæ amat, seu pudicè, seu impudicè. Virgilius, 3. Georg. 63, Amantes ardua dumos.

Amantes

Digitized by Google

Amantes littora myrtos. Virg. 4. Georgic. 25.

Amans, (ἐραστὸς) nomen ex participio. Plaut. Asin. 16. 7, Continentem, amantem uxoris maximè. Cic. ad Atticum, libr. 9. epist. ultima. Boni ciues amantes patriæ.

Studiosus, amans, obseruans. Cic. pro Rabirio Posthu. 27, Veterem amicum suum studiosum, amantem, obseruantem sui, lubentem excepit, corruere non siuit, fulsit & sustinuit, re, fortuna, fide.

Amantes doloris. Cic. 2. Tuscu. 60, Itaq; industrios homines, illi studiosos, uel potius amantes doloris appellant: nos potius laboriosos.

Amantior tui. Cic. Atti. lib. 6. 111. 21. & Lentulo, lib. 1. epist. 5. 9, Item, Amantior domini famulus, Colum. li. 7. ca. 12. 1.

Amantissimus tui. Cic. 4. de Finib. 119. Idem ad Tironem, libr. 16, epistol. 2. & ad Matium, lib. 11. epist. 27. 1.

Amans cruoris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 10.

Amans, pro Amatore, (ἐρασθὴς) Terent. And. 1. 1. 49,

Sed postquam amans accessit, precium pollicens,
Vnus & item alter. Ouid. Militat omnis amans. Cicero tamen 4. Tusc. 41. Aliud est, inquit, amatorè esse, aliud amatè.

Amans cupidus. Ouid. 18. epistol. 14,

Firmus ô cupidi tandem coeamus amantes.

Fictus. Ouid. de Remedio amoris 2. 72.

Imprudens. Propertius, lib. 1,

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.

Incautum amantem cepit dementia. Virg. 4. Georg. 98.

Insomnis. Valerius, li. 7. Argonaut. 5.

Miser. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 6. Et Virgil. 4. Aeneid. 86.

Neglectus. Ouid. Amorum 3. eleg. 7. 13.

Palleat omnis amans. Ouid. de Arte amandi, 1. 147.

Amanti aptus color pallidus. Ouid. de Arte amandi, 1. 147.

Amantium pallor uiola tinctus. Horat. 3. Carm. 10. 3.

Amantes periuri. Propertius, lib. 2.

Amantes teneri. Tibullus.

Amantium iræ. Dicitur ubi qui non ex animo indignantur mi-
uicem: aut de iracundia neutiquam duratura. Terentius in Andria, 3. 2. 23,

Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Fallere. Virgil. 4. Aeneid. 60,

—— quis fallere posint amantem?

Amantes sibi somnia fingunt. Sumptum ex Virgilio in Pharmaceutria. Seruius admonet prouerbialiter dictũ à poeta. Nam quod quisq; sperat, facilè credit. Et tardè, quæ credita lædunt, credimus, ut ait Ouid.

Charissimus atq; amantissimus frater. Cic. in Catil. 75.

Amantia lumina. Ouid. epistol. 18. 5.

Amantius indulgentiusq; nomen. Cic. pro Cluent. 9, Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusq; maternum: hoc illius matris, quæ multos iam annos filium interfectum cupit, singulare scelus maiore odio dignum esse ducetis.

Amanter, (φιλικῶς) aduerbium qualitatis, amantius, amantissime. Id est, Amicè & cum amore. Cic. Cornificio, lib. 12, Sed neq; uehementer & amãter. Plin. epistol. 111. 4, Vt nos amicos paternos & amanter & modestè complectebatur. Idem in Lælio, 2, Quicum coniunctissimè & amãtissimè uixisset.

Amanter diligẽterq; aliquid cõficere. Ci. ad Att. li. 2. epist. 19. 2.

Amatus, participium, (ἠραστμένος) Ouid. 5. Metam. 128,

—sed enim cognoscit amatas Amnis aquas.

Amante mihi non minus quàm frater fratri. Ouidius de Ponto, 4. eleg. 12. 5.

Amatio, amationis, (ἔρασις) Amor uenerius. Plaut. Pœn. 16. 132, Acerba Amatio est. Idem Merc. 16. 54, Cum tua hac amica, cum q; amationibus. Nomen durluscule fictum.

Amator, penul. prod. (ἐραστὴς) & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam: Cic. Att. lib. 14. 306. 3, Amator pacis. Idem ad Volumn. lib. 7. 34. 4, Viuamq; tecum multum, & cum communibus nostri amatoribus. In malam: Terent. Eunuch. Amatores audieram esse mulierum eos maxumos. Idem And. 4. 3. 3, Amicum, amatorem, uirum in quouis loco Paratum. Vbi Donatus, Amicus animi est, Amator uerò corporis. Idem Donatus alio loco, Aliud est Amator, aliud est Amicus. Amator, qui ad tempus: Amicus, qui perpetuò amat. Idem & alibi, Amator fingere potest: Amans uerè amat. Ci. 5. Verr. 125, Poterúne te Alba tuus antiquissimus nõ solum amicus, uerumetiã amator, absoluere?

Amator, & Amans differunt. Cic. 4. Tuscul. 42, Vt inter Ebri etatem & Ebriositatem interest: aliudq; est, Amatorem esse aliud Amantem.

Amator acer. Vide Acer adiectiuum.

Magnus amator mulierum. Vide Magnus.

Blandus. Propertius, lib. 2.

Amatorem cæcum decipiunt uitia turpia amicæ. Horat. Serm. Saty. 3. 8.

Manifestus fiam amator. Ouid. Amorum 1. eleg. 4. 9.

Pauper. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 14.

Plenus. Horat. 1. epist. ult. 2.

Pulcher. Propert. lib. 2, Vxorẽ ille tuus pulcher amator habet.

Tener. Iuuenal. Saty. 6, Spondet amatorem tenerum.

Amatores ruris. Horat. 1. epist. 10. 1.

Amatorculus, penult. corr. diminutiuum. Plaut. Pœnul. 4. 20, Vix ægrè amatorculos inuenimus.

Amatrix, penul. prod. amatricis, pen. etiam prod. Verbale f. g. (ἐραστρία) Quæ turpiter amat. Plaut. Asin. 10. 8, Satis dicacula es amatrix.

Amatrices aquæ. Martial. lib. 7. 14, Quasi iucundæ, quæ uidelicet ad eum locum amandum allicunt.

Amatorius, (ἐραστικὸς) adiectiuum ab Amator, Quod ad amatores pertinet: ut, Amatorius sermo. Cic. 3. Tuscul. 123, Amatoria imitatio. Plin. lib. 28. cap. 2. 9, Amatoriæ leuitates, Cic. 1. de Finib. 91.

Amatorium, Quod ad amoris insaniam impellit: ut, Amatorij poculum. Sic, Amatorium uirus apud Plinium, libr. 8. cap. 22. & lib. 13. cap. 25. 7, Efficacem in amatorijs. Quintil. li. 7, An amatorium uenenum sit, nec ne.

Amatoria poesis. Cic. 4. Tuscul. 117, Nam Anacreontis quidem tota poesis est amatoria.

Amatoria uoluptate frui. Cic. 4. Tuscul. 118.

Amatorie, aduerb. (ἐραστικῶς) Cice. 2. Philip. 84, Erat enim amatoriè scripta epistola. Id est, More amatorio.

Amabilis, (ἐρασμιος) adiect. pen. corr. Verbale ab Amo, Quod amari dignum est. Plaut. Asin. 12. 84, Nimis bella es, atque amabilis. Cic. ad Att. lib. 5. epist. 107. 2, Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo: eamq; quam nunquã uidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio.

Amabiles mores oratoris. Cic. in Partit. 13.

Amabile frigus. Horat. 3. Carm. od. 13. 2.

Amabilior, amabilissimus. Cicero in Lælio, 47, Amabilissimum nodum amicitiæ tollere uidentur. Idem ad Trebatium, lib. 7. 21. 1, Amabilior mihi Velia fuit, quòd te ab ea sensi amari.

Amabilitas, penul. corr. denominatiuũ, (ἐρασμιον) Plaut. Stich. 14. 57, Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. Id est, ea gratia quæ nos facit amabiles. Idem Pœnulo, 18. 1, Qui amabilitati animum addiceret. Hic pro amore positum uidetur poeticè.

Amabiliter, pen. corr. aduerbium, (ἐρασμίως) Antonius ad Ciceronem, in Epist. ad Att. libr. 14. 310. 2, Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem

Digitized by Google

facilem te profectò præbebis. Horat. 2. epist. 1. 30,
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter.

Amasso, pro Amauero, scripsit Laberius. Itẽ Plau. Mil. 14. 16.

Amodo] ἀπὸ τότε, cum accentu in antepenultima, significat posthac. Apuleius, Nemo me amodo tam manè egredientem solum uidebit.

Amœbæus] ἀμοιβαῖος, Seruius, Amœbæum carmẽ est, quoties ij, qui canunt, & æquali numero uersuum utuntur, & ita se habet ipsa responsio, ut aut maius, aut contrarium aliquid dicat. Virg. 3. eclog.
Vis ergo inter nos, quid possit uterq; uicissim
Experiamur, &c.

Amœnus] ἐυφορων, adiectiuum, dicitur quod sine fructu iucũdum aspectu est: sed proprie dicitur de locis, quæ naturalem iucunditatem afferunt. Seruius, Amœna: sunt loca foliis uoluptatis plena, quasi Amunia: Hoc est sine fructu, ut Varro & Carminius docent. Festus, Amœna dicta sunt loca, quæ ad se amanda alliciant, id est, attrahant. Virgil. 6. Aeneid.
— & amœna uireta
Fortunatorum nemorum. Plin. li. 4. cap. 8. 3, Peneus amœnus circa ripas gramine. Cic. 7. Verr. 64, Amœno sanè, & ab arbitris remoto loco. Idem pro Roscio Amerino, 79, Amœnum rus.

Amœna, substantiuum, neut. gen. Tacit. lib. 3. Annal. Per Amœna Asiæ atq; Achaiæ. Idẽ li. 19, Noctu dieq; fluxi, & amœna littorũ personãtes, de bello tãtum inter cõuiuia loquebãtur.

Amœna concilia piorum. Virgil. 5. Aeneid. 146.

Amœnus domibus. Claudian Paneg. 38.

Amœnam effigiem tribuit. Claud in præfat. belli Getici, 2.

Amœna facies hortorum. Cyprianus, li. 2. epist. 2. ad Donatum.

Amœnum propter fontem asidet. Lucret. 4. 106.

Amœnus fluuius. Virg. 8. Aeneid. 6.

Amœnos per agros. Horat. in Arte Poetica, 4.

Prædiola nostra satis amœna. Cic. ad Att. li. 16. epist. 333. 4.

Portu amœno. Stat. 4. Sylu. 7. 4.

Rosaria amœna. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 5.

Ruris Amœni riuos. Horat. epistol. 1. 10. 2.

Rosæ amœnæ flores. Horat. 2. Carm. od. 3. 3.

Salicta amœna. Cic. 1. de Diuinat. 73.

Surrentum amœnum. Horat. 1. epistol. 18. 11.

Amœnissima uoluptas. Cic. 4. Acad. 230.

Amœnitas, penul. corr. (ψυχαγωγία, εὐφροσύνη) Iucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. Cic. 2. de Legib 3, Præsertim hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. Idem Art li. b. 14. 308. 5, Amœnitas loci. Plin. lib. 12. cap. 1. 6, Gelidi fontis amœnitate. Idem, libr. 3. cap. 5, Felixq; illa ac beata amœnitas.

Amœnitates studiorum quærere. Plin. in Præfat. 6.

Amœniter, penult. corr. (ἐυφρόνως) Aduerbium, pro Amœnè. Gel lib. 20. cap. 7, Annianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus uindemiam hilarè atq; amœniter.

Amolior] amoliris, amolitus sum, (ἀποθέω, ἀποσπεύδω, ἀποτρίβομαι) moliri. Ex ad, & molior, quod est à mole. Amoliri autem (inquit Donatus) dicuntur ea quæ cum magna difficultate & molimine sum. mouentur, & tolluntur è medio. Plin. lib. 11. cap. 10. 5, Amoliuntur omnia è medio. Terent. And. 4. 2. 24, Proin de hinc uos amolimini. In his exemplis passiuè significat, sicut & Donatus superius interpretatur. Ergo Amolimini, dixit Terentius quod Plau. Amouemini.

Amoliri periculum. Plin. lib. 32. cap. 2. 12.

Amolior & amoueo nomen meum Liu. 8. bel. Pun. 150.

Amoliri pro reuellere. Quint. li. 5. ca. 13, Videndũ etiã an simul nobis plura aggrediendа, an amolienda singula. Et libr. 7, Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar.

Amolitio, onis. Vide Conflesco.

Amometus] de Scribus priuatim condidit uolumen, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 6. cap. 17.

Amomum] penult. pro. (ἄμωμον) est (inquit Dioscorides) exiguus frutex ex ligno uuæ modo in seipsum conuolutus. Exiguum quendam habet florem candidæ uiolæ similem. folia uerò labruscæ uiti, quam bryoniam dicunt. Probatissimũ ex Armenia affertur, colore ad aurum inclinato, rufescente ligno, & odoratissimum. Plin. lib. 12. cap. 13. 2, Amomi uua in usu est, Indica uite labruscæ: ut alij existimauere, fruticе myrtuoso, palmi altitudine, carpturq; cum radice, manipulatim leuiter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maximè punici mali folijs simile, nec rugosis, colore rufo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius, pessimumq; candidum, quod & uetustate euenit.

Assyrium. Virgil. ecloga 4. 5.

Crassum. Persius, saty. 3. 11.

Amomo crinem deducere. Stat. Sylu. 1. 2. 23.

Amomum feret asper rubus. Virg. eclo. 3. 16. de absurdis dictũ.

Amomum flagrans. Sillius, lib. 15.

Mitis amomi seges. Claudianus in Nupt. 19.

Pingue. Stat. lib. 1. Sylu.
—— nec pingui crinem deducere amomo.

Spirans amomum. Lactantius in Phœnice,
Cynnama dehinc auraq; procul spirãtis amomi Cõgerit.

Spissum. Ouid. in Epistolis.

Amomi puluis. Ouid. 2. Trist. eleg. 3. 14.

Amomi succo uiuit. Ouid. 15. Meta. 79. de Phœnice loquitur.

Amor] amoris, (ἔρως, φίλος) Est ueluti nodus & uinculum amicitiæ: & parum uidetur differre à beneuolentia. Cic. 1. de Natu. deorum, Charum est ipsum uerbum amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. Amor (inquit Valla, libr. 4.) genus est: Charitas, species. illud ad omnia pertinet: hoc autem ad homines demum, & quidem pro dignitate ac qualitate personarum. Maxima quidem charitas debetur parentibus, proxima filijs, & deinceps reliquis.

Pietas & amor in patriam, Cic. pro Flacco 74. Amor gloriæ nimis acer, Cice. pro Archia poeta, 20. Amor omnis quàm sit solicitus atq; anxius, non ignoro, Cic. ad Atticum, libr. 2. epistol. 39. 1.

Charitas & amor. Cic. in Partit. 47, Amicitiæ autem, charitate & amore cernuntur. Ibidem, Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alij, quos usus familiaritasq; coniunxit, quanquã etiam charitate ipsa, tamẽ amore maximè cõtinentur. Treb. Cic. lib. 12. epist. 16, 6, Filio tuo nos, & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare.

Amor acer. Vide Acer adiectiuum.

Amorem ægrum solans testudine. Virgil. 4. Georg. 93.

Amores amari. Virg. ecloga 3. 21. Amari nomen est.

Antiquus amor. Ouid. epist. 23. 10.

Amor apertus ut sit, nudus est. Ouid. 1. Amorum,
Et nullas uestes, ut sit apertus, habet.

Ardentes amores excitaret sui, sapientia, si uideretur. Cicero 2. de Finib. 85.

Aridus. Propertius, li. b. 2, Aridus arguiũ sternuit omẽ amor.

Aduena amor multos torsit. Ouid. 1. de Arte amandi, 36.

Auidus, id est, cupidus explendæ uoluntatis. Catullus.

Aureus amor. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18. 8.

Amorem blandum incutiens. Lucret. 1. 4. Venerem intelligit.

Claudian. in præfat. 2. lib. in Eutropium, 13.

Cæcus amor. Claudian. in Eutrop. 2. 10. Virg. 3. Georg. 4[illegible].

Cæcus sui amor. Horat. 1. Carm. od. 18. 3.

Amori

Amori casto consuluit deus. Ouid. epistol. 1.5.
Certus amor non est in hospitibus. Ouid. epistol. 16.39.
Clandestinus. Plaut. in Curgul. Malus clandestinus est amor.
Concessus. Ouid. ad Liuiam, 61.
Consuetus. Vide Consuesco.
Non cautus. Ouid. epistol. 17.39.
Defecto amori uires reddere. Ouid. 9. Metam. 31.
Dissimulatus. Ouid. epistol. 15.48.
Dubius. Claudian. de nuptijs Honorij & Mariæ, 6.
Dulcis. Martialis, li. 1. Et Virgil. 3. eclog. 21.
Amore dulci affatus. Virgil. Aeneid. 6.89.
Non dubitatus. Ouid. ad Liuiam, 17.
Durus. Virgil. Aeneid. 6.89,
Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit.
Effrenus. Ouid 6. Metam. 93.
Externus. Ouid. 16. epistol. 20.
Facilis. Propert. lib. 1. eleg. 13. 2.
Fallax. Seneca in Hippol. 5. 9.
Feruidus. Horat. 1. Carm.
Ferus Ouid. 1 Amorum, eleg. 2 2.
Festiuus. Claudianus Panegyr. 7. 75.
Fictus. Ouid. 2. Tristium, 100.
Fidus. Ouid. 2. epistolarum, 5.
Fœdo amore afflictantur. Lucret. 4. 233.
Fœmineus. Ouid. Amorum, 3. eleg. 2. 8.
Fraternus amor in aliquē. Cic. ad Quin. fratr. li. 1. epistol. 1. 15.
Fugitiuus. Ouid. de Remedio amoris, 2. 50.
Furtiuus. Ouid. 6. Fastorum, 45. & Catul. epigram. 7. 2.
Geminatus. Ouid. 10. Metam. 66.
Gratus. Ouid. 3. Tristium.
Graui amore perculsus. Horat. Epod. od. 11. 1.
Ignauus. Statius, 3 Sylu. 2. 20.
Immaturus. Vide Immaturus.
Impotens. Catullus, 33. 3.
Impij amoris flammas compesce. Seneca in Hippol. 2. 17.
Incestus. Horat. 3. Carm. od. 6. 5.
Incredibilis amor in te meus cogit me, &c. Cic. Curioni, libr. 2. Epistolarum, 1. 6.
Indigno amore perire. Virg. 10. eclog. 2.
Incustoditus. Sillius, lib. 8. 23.
Infestus. Auscnius.
Inficiandus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 17. 6.
Ingeniosus. Ouid. epistol. 19. 5.
Ingenuus. Horat. 1. Carm. od. 27. 4.
Iniquus. Propertius.
Inops. Lucret. 4. 230.
Insanus. Virgil. eclog. 10. 9.
Iratus. Seneca in Hercul. Oeth. 4. 44.
Iucundus. Catullus.
Magno amore labefactus. Virgil. 4. Aeneid. 80.
Lasciui amoris præceptor. Ouid 2. de Arte amandi, 100.
Legitimus. Ouid. 13. epist. 6.
Lentus me torret. Horatius, 3. Carminum, od. 19. 6.
Lenis. Ouid. 7. Metam. 17.
Libidinosi amores. Cic. 4. Tuscul. 117.
Longus. Vide Longus.
Luxuriosus. Ouid. Diuitijs alitur luxuriosus amor.
Mali amoris solamen mors. Seneca in Hippol. 12. 7.
Mansuetus. Propertius, lib. 1.
Nullis medicabilis herbis. Ouid. 1. Metam. 51.
Meretricius. Vide Conglutino & Mereo.
Merus. Catullus, 13. 2.
Misero amore periturus. Ouid. de Remedio amoris, 5.
Moderatus. Ouid. 5. Metam. 17.
Mirus. Virgil. 7. Aeneid. 12.
Mollis. Ouid. epistol. 21. 36.
Muliebris. Cic. 4. Tuscul. 116.
Mutuus. Horat. Epod. 15. 2. Vide Mutuus.
Mutuis amoribus bene fidum pectus. Horat. 2. Carm. od. 12. 4.
Naturalis. Cic. 4. Tuscul. 124.
Nouus. Cic. 4 Tuscul. 121, Etiam nouo quodam amore ueterem amorem tanquam clauo clauum eijciendum putant.
Amoribus in occultis felix index. Ouid. 2. Fastorum, 15. de Delphino.
Patrius. Vide Patrius. Virg. 1. Aeneid. 130.
Perditus. Catullus 86. in Gellium, 1.
Peregrinus. Ouid. epistol. 9. 10.
Perfidus. Claudianus epigram. 25. 3.
Pestifero amore uinctus. Seneca in Thebaide, 1. 8.
Perpetuus. Vide Perpetuus.
Pinguis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 19. 5.
Placidus. Tibullus, lib. 2, Felix cui placidus leniter afflat amor.
Amori placito pugnare. Virgil. 4. Aeneid. 8. Id est, repugnare, uel cum amore placito pugnare. Seruius.
Pius. Valerius Argonaut. 4. 1.
Polluto amore duri dolores. Virgil. 5. Aeneid. 1.
Præreptus. Virg. 4. Aeneid. 103. Carunculam intelligit in fronte pulli equini nascentem, quam statim nato adimit mater, alioqui fœtum osura. Vide Seruium.
Primus. Ouid. 1. Metam. 45. Primus amor Phœbi Daphne, etc.
Properatus ferri. Stat. Achill. 2. 79. Ferri, genitiuus est. Sic Ouid. 5. Metamor. 80.
Proprius. Lucret. 4. 230,
Atq; in amore mala hæc proprio, summéq; secundo
Inueniuntur.
Pudendus. Ouid. Epistolarum 5. 9.
Sceleratus habendi. Ouid. 1. Metam. 13.
Simulatus. Ouid. 1. Amorum, 8. 15.
Singularis amor tuus erga me. Cic. ad Dolabellam, libro 9. epistol. 11. 1.
Socij amoris desertor. Ouid.
Solicitus. Ouid. 2. de Remedio amoris, 33. Virg. eclog. 10. 2.
Sterilis. Ouid. 1. Metam. 99.
Strictus. Ouid. 7. Metam. 75.
Stultus & improbus. Horat. 1. Sermonum, saty. 3. 5.
Suauis. Lucretius.
Surreptitius. Plau. in Curgul. Inter nos amore utimur semper (surreptitio.
Suspectus. Ouid. epistol. 22. 17.
Tacitus. Statius, 1. Sylu. 2. 39.
Tener. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18. 1.
Tolerandus. Claudian. in Epigram. 41. 1.
Timidus. Ouid. 18. epistol. 35.
Turpis meretricis. Horat. 1. Sermonum, saty. 4. 23.
Tutus. Ouid. 5 epistol. 18.
Veri amoris non dissimulator. Ouid. 5. Metam. 12.
Vesanus. Propertius, Errat qui finem uesani quærit amoris.
Vetus amor. Vide Nouus amor. Ouid. 15. epistol. 52.
Vilis. Claudian. in Ruff. 1. 57.
Viuus. Virgil. 1. Aeneid. 146.
Amor, pro rei uenereæ appetitu. Virgil. 3. Georg. Ibidem,
—— pecudes, pictæq; uolucres,
In furias, ignemq; ruunt, amor omnibus idem.
Amor, pro Cupidine, quem poetæ amoris deum esse fingunt, sæpè usurpatur. Virgil. 1. Aeneid. 134,
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem. Propert. 2,
Quicunq; ille fuit puerum qui finxit Amorem.
Domitus. Ouid. Amorum, 3. eleg. 10. 1.
Gemini amores. Ouid. 4. Fastorum 1.

Digitized by Google

Inermis erret. Tibullus, 2. eleg. 6. 14.
Amor infamis deus Tibullus, 2. eleg. 4. 8.
Insidiosus. Ouidius, 1. de Remedio amoris,
Affuit incautis insidiosus Amor.
Amor leuis. Ouidius Amorem alloquitur,
Tu leuis es, multoq; tuis uentosior alis.
Nudus Amor. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 3.
Pharetratus. Ouid. de Remedio amoris, 1. 76.
Pulcher. Ouid. 3. de Ponto.
Purpureus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 1. 8.
Rebellis. Ouid. 1. de Remedio amoris.
Sagittifer. Stat. lib. 4. Sylu. 3. 27.
Sæuo Amore saucia Medea. Cic. pro Cœlio, 13.
Sæuus. Ouid. in epist. 7. 38. Et Virg. 8. eclog. 10. & Claudian. 36. epigram. 1.
Teliger Amor. Seneca, Metuende matri teliger sæue puer.
Vagus. Seneca.
Ventosus. Ouid. Tu leuis es, multoq; tuis uentosior alis.
Volucer. Claudian. de nuptijs Hon. 31.
Amor pinniger. Lucret. lib. 5.
Amores, plurali numero, ad uoluptatem pertinent, ut ait Seruius. Virgil. 1. Aeneid.
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ.
Amores, pro Amico, uel Amica. Cic. 6. Philipp. 212, Sed redeo ad amores deliciasq; nostras L. Antonium. Idem ad Atticũ, lib. 16. epist. 333. ad finem, Piliæ salutem dices, & Atticæ, delicijs atq; amoribus meis.
Amor flagitij & leuitatis autor. Cic. 4. Tuscul. 113.
Amor omnibus idem. Virgil. 3. Georg. 48.
Amor amicitiæ. Cic. 4. Tuscul. 115.
Pallere amore argenti. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 16.
Amore auri cæcus. Virgil 1. Aeneid. 71.
Amore edendi. Lucret. 4. 175.
Amore famæ uenientis incendit animũ. Virgil. 6. Aeneid. 178.
Amore habendi senescit. Horat. 1. epist. 7. 17.
Amor lactis. Virg. 3. Georg. 79, At cui lactis amor.
Amore laudum perculsus. Virgil. 5 Aeneid. 41,
Studium & ardor quidam amoris. Cic. lib. 1. de Orat. 66.
Amoris æstus. Ouid. in fragmento, 8.
Amorum agmen. Statius 1. Sylu. 2. 11.
Boni coniurator amoris. Catul. in Epithalamio Iuliæ, 56. 9.
Amoris calcaribus ictus. Lucret. lib. 5.
Amoris certamen peragere. Ouid. 3. de Ponto.
Amoris flammæ. Seneca in Hippol. 2. 17.
Amoris fructu egens. Propert. lib. 4. eleg. 20. 6.
Furor amoris. Cic. 4. Tuscul. 122.
Amoris irritamen munus. Ouid. 9. Metam. 27.
Amoris pabula. Lucret. 4. 214.
Amoris pignus. Virgil. 5. Aeneid. 107.
Amoris poculum. Horat. Epod. 5. 8.
Vincla amoris arctißima cũ aliquo. Ci. ad Att. li. 6. epist. 113. 2.
Amoris uulnere æterno deuictus. Lucret. 1. 7.
Cõponere amores. Id est, uersus de amore. Ouid. 2. Tristiũ, 72,
Deniq; composui teneros non solus amores,
Composito pœnas solus amore dedi.
Conciliare amorem alicui. Cic. 2. de Orato. 114.
Amor conciliatur auro. Propertius, 3. eleg. 13. 10. Et Ouid. 2. de Arte amandi, 56.
Amorem cõciliari sentimus. Cic. 2. de Orato. 113. Ibidẽ, Hæc res amorem magis conciliat, illa uirtutis defensio charitatem.
Concinnat amorem consuetudo. Lucret. 4. 258.
Contexere amores. Catull 59. in Argonaut. 67.
Dare amores. Ouid. de Remed. Amoris, 2. 33.
Amori ludum dare. Horat. 3. Carm. 12. od. 1,
Miserum est neq; amori dare ludum.
Defigere amorem. Senec. in Hercul. Oeth. 4. 58, —hoc, inquit, magæ dixere amore posse defigi malo. Vbi interpres, Defigi, id est, aut fortiter figi, aut resolui à pectore in quo fuerat fixus.
Desertus amor. Catull. in Epithalamio Iuliæ.
In amore esse alicui. Cic. 6. Verr. 2, Vnde igitur potius incipiã, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi una in amore atq; delicijs fuit? Idem pro Flacco 14, Summo autem in amore esse propter nomen ipsum imperij non potuerit?
Exit corde amor. Stat. 4. Sylu. 4. 21.
Exorare amorem. Ouid. Amor. 3. eleg. 10. 9,
—— facies exorat amorem.
Facere amorẽ. Oui. 1. Metam. 93. cuius cõtrariũ, fugare amorẽ:
E que sagittifera prompsit duo tela pharetra,
Diuersorum operum: fugat hoc, fecit illud amorem.
Fallere amorem infandum. Virg. 4. Aeneid. 17,
— Ascanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Fixus amor medullis. Seneca in Hercul. Oeth. 4. 44.
Flagrans amor. Horat. 1. Carm. od. 25. 3.
Amorũ turpißimorũ fœdera quotidie ferire. Ci. pro Cœlio, 26.
Ardebat amore fœmineo Virgil. 11. Aeneid. 156.
Frænare amores. Seneca in Medea, 11. 4.
Habere amorem in, uel erga aliquem. Cic. pro Domo sua ad Pontifi. 80, Pro amore quẽ habetis in Rẽpublicam, & semper habuistis. Idem ad Dolabellam, lib. 9. epist. 14. 13, Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere?
Amor habendus est alter. Ouid. epist. 7. 4.
Amoris in plagas ne iaciamur Lucret. 4. 231, Hoc est in retia.
Inspirat amorem tacitum. Stat. 1. Sylu. 2. 39.
Inuitat amores forma. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. 2.
Manet amor perennis cõiugis castæ. Seneca in Octauia, 4. 19.
Mareet amor segnis. Claudian. epigram. 22. 46.
Miscendus pudor amori. Ouid. epist. 4. 2.
Modus nullus adest amori. Virg. 2. eclog. 14,
Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amori?
Morem gerere amori Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 3.
Perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem, & optatum amorem tuum præ te ferres, Cic. Curioni, lib. 2. epist. 1. 2.
Te amor infelix perdidit. Ouid. 4. Metam. 20.
Præstare amorem uerum. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 6. 5.
Fratribus amorem reddere. Seneca Thebaid. 2. 17.
Respondere alicui in amore. Cic. ad Brutum, epistol. 1. 2, Nihil enim mihi minus hominis uidetur, quàm non respondere in amore ijs à quibus prouocere.
Reuincire mentem amore. Catullus in epithalamio Iuliæ.
Volitans amor. Tibullus, lib. 1,
Impiger Aenea uolitantis frater amoris. Id est, Cupidinis: quia uterq; fuit Veneris filius.
Amorabundus. Gellius, lib. 11. cap. 9, Laberius mulierem amantem uerbo inusitatius ficto Amorabundam dixit.

Amorge] Vide Amurca.

Amorges] ἀμόργης, fuit ex Darij ducibus unus, qui à Caribus insidijs circumuentus, unà cum Daurise, & Sisamace, & Myrse Gygis filio, fuit obtruncatus. Herod. lib. 5.

Amorgine] ἀμοργίνη, herba est, quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioscorid. lib 4.

Amorgis] dis, (ἀμόργις (lini species tenuißima bysso non dißimilis. Hinc Amorgina uestimenta, pro pretiosis & splẽdidis, multæq; impensæ: quorum meminit contra Timarchũ Aeschines, & Athen. lib. 6.

Digitized by Google

Amorgos] ἄμοργος, insula una ex Sparadibus. Strab. lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 12.

Amorrhæi] ἀμορῥαῖοι, populi dicti sunt ab Amor patre Sichem, uel ab Amorrhæo filio Chanaan.

Amotus] Vide Amoueo.

Amoueo] Amoues, penul. corr. amoui, amotum (ἀπωνιέω, ἀποσοβέω, ἀθέμω, ἀπαμιώνω) amouere. Est de loco mouere. Terent. Adelph. 4. 2. 15, Age, tamen ego hunc amouebo. Vbi donatus, Propriè amouetur saxum de loco. Cic. Att. lib. 1. 7. 7, Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amouere. In eodem significatu legitur etiam Remoueo.

Amouere, & Admouere, contraria. Autor ad Heren. libro 3, 126, Sues nimis procul amoueris, siue uehementer propè admoueris.

Amouet etas. Lucret. 1. 46, Præterea quæcunq; uetustate amouet etas.

Animum studio puerili. Plaut. Merc. 3. 41.

Amouere aliquem ab officio aliquo. Cic. de Arusp. respon. 40.

Assentationem. Cicero.

Crapulam. Plautus. Pseud. 22. 31. Inde huc exij, crapulam dum amouerem.

Culpam à se. Liu. 4. ab Vrbe, 176.

Amouit culpas. Hora. 4. Carm. Od. 15. 3.

Iurgia amouere. Cic. lib. 2. de Legib. 32.

Libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes. Cic. pro Cluentio, 128.

Amoto ludo quæramus seria. Hora. 1. Serm. Saty. 1. 6.

Metum. Terent. Andr. 1. 2. 10.

Molestiam à foribus. Plaut. Amphit. 5. 1.

Opinionem. Terent. And. 3. 2. 30.

Segnitiem à se. Plaut. Asin. 6. 6.

Sensum doloris amouere. Cic. de Prouincijs Consul. 2.

Somnum ex pectore. Plaut. Pseud. 4. 11.

Suspicionem ab aliquo. Plau. Trin. 11. 39.

Amouet actus impudicos à casto corpore. Senec. Hippol. 5. 23.

Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorũ corpore lex Porcia. Cic. pro C. Rabirio, 7. Id est, Vetuit ne uirgis cæderentur ciues Romani per carnificem.

Amoto custode. Proper. li. 1. eleg. 11. 3.

Amouere per dolum. Horat. 1. Carm. Od. 10. 2.

Amoueri in insulam. Id est, Deportari uel relegari. Tacit. lib. 4, At P. Suillium amouendum in insulam censuit.

Amouere, pro Auferre, Interuertere. Vlpian. in l. rei communis. pro socio, li. 17. Pandect. Rei communis nomine cum socio, furti agi potest, si per fallacism dolóue malo amouit, uel rẽ communem celandi animo contractet. Idem in l. si ergo. de iure dotium, lib. 23. Pandect. Agetur rerum amotarum, si amouentis animo maritus eas retineat: aut ad exhibendum, si non amouere eas connisus sit. Idem in l. tutor. de furtis, li. 47. Pandect. Tutor si quid furandi animo amouerit, furtum facit. Administrationem enim rerum pupillarium habet: intercipiendi autem potestas ei non datur.

Amotio, Verbale: ut, Amotio doloris. Cic. 2. de Finib. 14, Augendæ uoluptatis finis est doloris omnis amotio, & lib. 1. 58.

Ampe] ἄμπη, oppidum Arabiæ non procul à mari rubro, cuius meminit Herod. li. 6. Gentile est Ampæus. Steph.

Ampechonium] ἀμπεχόνιον, uestimentum commune uirorum & mulierum, ut tradit Pollux, li. 7. cap. 13, ubi Gualtherus uertit, palliolum.

Ampedices] Dicebantur ab antiquis, quòd circum penderent, quos nunc apendices appellamus. Festus.

Ampela] Ciuitas est Cretæ insulæ, apud Plin. lib. 4. ca. 12. Est item Macedoniæ oppidum, li. 4. ca. 10.

Ampelitis] dis (ἀμπελίτις) terra est bitumini similis, circa Seleuciam Syriæ nascens, qua rustici uites illinere solent ad necandos uermiculos, oculos illarum depascentes, quos Ipas, siue Scinipas uinitores Græci appellant. Eadem & Pharmacitis dicitur, quòd uitium morbo medeatur. Dioscorid. li. 5. & Gal. li. 9. Facul. Simp. medic.

Ampelodesmon] ἀμπελόδεσμον, uocant Siculi herbam, ex qua uincula molliora fiunt alligandis uitibus. Plin. lib. 17. cap. 23.

Ampelos] ἄμπελος, nomẽ pueri, qui quũ à Baccho amaretur, ab eodem post mortem inter sydera relatus est. Fabulam habet Oui. 3. Fastorum, 82. & 83.

Ampelos agria] ἄμπελος ἀγρία, uitis sylueſtris, uua Tamimia. Pli. li. 23. ca. 1 uulgò Lambrusca.

Ampelos agria uocatur herba foliis duris, cineracei coloris, etc.

Ampeloleuce, ampeloleuces (ἀμπελολεύκη) Pli. li. 23. ca. 1. Ab herbarijs uitis alba dicitur, & colubrina, & zucca saluatica.

Ampelos melæna (ἄμπελος μέλαινα) uulgò Tomaro, Latinè uitis nigra. Hanc Matthiolus Senensis putat esse uuam Tamimiam, quamuis Plin. contrarium sentiat, qui eam propriè Bryoniam uocari scribit, li. 23. cap. 1.

Ampeloessa] Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. Pli. li. 5. cap. 18.

Ampeloprason] pen. corr. (ἀμπελόπρασον) herba est foliis porri, sed angustioribus, flore candido, radice bulbosa. Nascitur in Vmetis, unde & nomen accepit. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus Porrum uinearum appellat.

Ampelus] ἄμπελος, insula, siue Promontorium in Samo, authore Strabone.

Ampelusia] ἀμπελουσία, nomen est promontorij in ea Aphricæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, à uitium copia impositum. Plin. lib. 5. cap. 1, Vulgò hodie La punta alcasar. Alijs dicitur Cabo de cantero. Id est, caput canteri.

Amphamiotę] ἀμφαμιῶται, in Creta uocabantur serui priuati, qui iure belli in seruitutem uenissent, quamuis indigenæ forent. Cæl. lib. 18. cap. 26.

Amphapalia] Locus est Cretæ, apud Strab. in ipsius insulæ descriptione.

Amphemerinos] ἀμφημερινός, Plin. lib. 28. cap. 16, Vbi de febribus disserit: Est (inquit) genus febrium, quod amphemerinon uocant. Hoc liberari tradunt si quis è uena auris asini, tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit.

Amphi] ἀμφὶ, Latinè Circum significat.

Amphiaraus] ἀμφιάραος, Oeclei filius, uel ut alij Lyncei & Hypermnestræ, Argiuus uates & augur. Cic. lib. 1. de Diuin. 147, Amphiarai sic honorauit fama Græciæ, deus ut haberetur, atq; ut ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur. Idem 3. de Nat. deo. 66. Historiam Amphiarai latissimè describit Diodorus Siculus, lib. 5. cap. 5. Pausanias quoq; in Attica. & Sta. li. 7. Theb. Vide Alcmaeon.

Amphiaraus sublimis. Stat. 6. Theb. 66.

Amphiaraus doctus futuri. Stat. 1. Theb. 8.

Amphiaraides. Ouid. 2. Fastorum, 9.

Amphias] ἀμφίας, Tharsius fuit, qui quum exhortulano potens esset, & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subiecit, Sed & nos de ijsdem seminibus sumus. Quo dicto omnes pariter lætos fecit, Macrobius, 7. Saturn. capite 3.

Amphibium] ἀμφίβιον, in terra, & in aqua uiuens. Varro, 4. de Lingua Latina, Græci ea quæ in aqua & in terra possunt uiuere, uocant amphibia. Colum. lib. 8. cap. 12, Venio nunc ad eas aues, quas Græci ἀμφιβίας uocant, quia nõ tantum terrestria, sed aquatilia quoq; desiderant pabula:

Digitized by Google

nec magis humo, quam ſtagno conſueuerunt: eiuſq; generis anſer præcipuè, ruſticis gratus eſt. Amphibia Cic. uocat ancipites beſtias. Vide Anceps.

Amphibolia, Amphibologia, ſiue Amphibolon] ἀμφιβολία, ἀμφιβολογία, ἀμφίβολον, Dubium ſiue ambiguum dictum. Cic. 2. de Diuinat. 147, Illa amphibolia, quæ Crœſum decepit, uel Chryſippum potuiſſet fallere. Ibidem, Hanc amphiboliam uerſus intelligere potuiſſet. Autor ad Herennium, lib. 2. 49. Quintil. lib. 7. cap. 10. Vbi dicit Amphiboliæ ſpecies eſſe innumerabiles, Figura eſt Grammaticis, quæ fit uitio compoſitionis, quum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modò fit per accuſatiuum, ut,

Aio te Aeiacida Romanos uincere poſſe. Teren. And.

Ego me amare hanc fateor. Vbi Donatus. ἀμφιβολία eſt.

Modò per uerbum commune: ut quum dicimus, Cato iniuſtè criminatur, incertum eſt enim an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium.

Modò per participiũ: ut, Vidi ſtatuam auream haſtã tenentem.

Modò per homonyma: ut ſi quis dicat aciem, nec exprimat oculi, uel gladij, uel exercitus.

Poteſt etiam fieri alijs modis. Virgil. 4. Aeneid. Quæ quibus anteferã? Vbi Seruius, Amphibologia eſt, Quid prius, quid poſterius dicam? Idem 1. Aeneid.

Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ. Vbi Seruius, Amphibolon eſt hoc loco, utrum ipſa aurea, an aurea cingula. Sciendum tamen plerunq; amphiboliam metri ratione diſſolui: ut, Aurea compoſuit ſponda Dido. Aurea enim ſi ad ſpondam referas, non ſtat uerſus. Idem 4. Aeneid.

Terra parens ira irritata deorum. Vbi Seruius, Amphibolon eſt utrum ſua ira, propter extinctos gigantes: an ira deorum irritata, quæ extinxerat gigantes. Quintil. li. 7. Alij in ſcripto & uoluntate amphibologiam eſſe.

Amphibrachus] pen. corr. (ἀμφίβραχυς) Pes eſt ex prima & ultima breuibus, media producta. Sic dictus, quòd in utraq; parte breuem habeat. βραχὺς enim breuis dicitur, ut Cupido. Quint. li. 9. cap. 4.

Amphicarpa] ἀμφίκαρπα, dicuntur quæ geminum & utraq; parte fructum ferunt. Ruell. li. 2. ca. 123.

Amphicauſtis] ἀμφικαυσὶς, Hordeum montanum, quod & σύφορον dicitur Græcis. Ruell. li. 2. ca. 16.

Amphictyones] ἀμφικτύονες (inquit Suidas) confeſſus qui dam fuit Græcus, apud Thermopylas conuenire ſolitus, ab Amphictyone Deucalionis filio ſic dictus, qui & ipſe quum populos regeret, ad conuentus conuocaſſe dicitur. Plura apud Budæum in Annot. prioribus. Vide Strab. lib. 9, Itẽ Eraſmi Chil. Cic. 2. de Inuent. 170, Accuſantur apud Amphictyonas, id eſt, apud commune Græciæ concilium.

Amphicyrtos] ἀμφίκυρτος, Luna dicitur, quum in Solis triquetro ſemiambitur orbe. Herm. in Pli. li. 3. cap. 5, Hac figura ſe nobis exhibet luna, quando nondum ſemiplena eſt.

Amphidamas] ἀμφιδάμας, Buſtridis filius fuit, quem Hercules, quòd paternæ crudelitatis in mactandis hoſpitibus ſe miniſtrum præberet, unà cum patre interemit.

Amphideæ] ἀμφιδέαι, ornamenta iunctarum manuum, apud Pollucem, lib. 5. cap. 16. Vbi etiam dicit eas pertinere & ad brachia & ad pedes, & lib. 7. cap. 22. ad finem, ubi Gualtherus uertit Redimicula.

Amphidromia] ἀμφιδρόμια, ut Grammatici Græci referunt, dies erat familiæ feſtus, quo natum puerum circum forum ferebant, & propinqui, amici, & familiares dona dabant, quas ferias Terentium in palliata fabula intellexiſſe crediderim, quum inquit in Phormione, Porrò autem Geta ferietur alio munere ubi hera pepererit. Turnebus. Vide & Suidam.

Amphigenia] ἀμφιγονέα, oppidum Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, cuius meminit Statius 4. Thebaid.

Huic parere dati quos fertilis Amphigenia,
Planaq; Meſſene, montanaq; nutrit Ithone. Meminit & Homerus.

Amphilochus] In Oropo Atticæ pro deo uates cultus, ut Liuius in quinto libro, Decad. 5. ſcribit, templumq; uetuſtum fontibus riuisq; habuit, ad quos uiſendum Paulus Aemilius uictor prodijt. Meminit & Strabo, & Pauſan. qui & eius aram Athenis deſcribit.

Amphilochi] Acarnaniæ populi, Argo Amphilochicum incolentes. Strabo. li. 7.

Amphilochus] ἀμφίλοχος, Athenienſis philoſophus & agriculturæ ſcriptor, ut teſtis eſt M. Varro, lib. 1. de re Ruſtica. Fuit & Amphilochus filius Amphiarai uatis, ex Eriphyle ſuſceptus, ut in Odyſſea teſtatur Homerus.

Amphilochus & Mopſus Argiuorum reges fuerunt, ijdemq; augures. Cic. 1. de Diuin.

Amphilytus] ἀμφίλυτος, Ariolus ex Acarnania, qui Piſiſtrato tertiò Athenarum tyrannidem repetenti author fuit ut noctu Athenienſes inuaderet. Herodot. libro 1, ἐνθαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ ἀμφίλυτος ὁ ἀκαρνὰν, χρησμολόγος ἀνὴρ, ὅς οἱ προσιὼν, χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε λέγων,

Εἰρίπλαι δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ λίνεον ἐκπεπάτασαι,
Θυῖοι δ' οἰμήσουσι σελινοῦντος διὰ νυκτός. Id eſt, Hîc diuina pompa ſungens Amphilytus Acarnan, ariolus, Piſiſtrato aſſuit, & ad eum accedens, hexametro carmine uaticinatus eſt, inquiens,

Verriculum iactum eſt, expanſaq; retia, nocte,
Mox aderunt thynni claro ſub ſydere lunæ.

Amphimachus] ἀμφίμαχος, Cteati filius, unus ex quatuor ducib. Epeorum. Homer. in Catalog. nau.

Amphimacrus] Siue Amphimacer, pen. corr. (ἀμφίμακρος) Pes ex tribus ſyllabis conſtans, prima & ultima longis, media correpta: ut, Pallidi. Sic dictus, quòd utraq; parte longam habeat ſyllabam: μακρὸς enim longus. Et eſt cõtrarius Amphibracho. Quint. li. 9. ca. ult. Eius nomen frequentius eſt Creticus, ut idem teſtatur. (eſt Ptolemæus.

Amphimalis] ἀμφιμαλὶς, ſinus eſt Cretæ inſulæ, ut teſtis

Amphimalla] Et Amphitapa idem ſignificant. Plin. lib. 8. cap. 48. Vide Amphitapa.

Amphimaſchala] ἀμφιμάσχαλα, ueſtes erant liberorum, dum habentes manicas: Heteromaſchala autem, quæ ſeruorum ueſtes erant, unam tantam habebant manicam. Vtraq; nomen accepit à manicis, quæ à Græcis uocantur μασχάλαι. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18.

Amphimedon] pen. corr. nomen Libyci cuiuſdam Centauri, qui in aula Cephei regis aduerſus Perſeum pugnans, occiſus eſt. Ouid. 5. Metam.

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

Amphinome] pen. corr. (ἀμφινόμη) Nympha, à circumpaſcendo, quod proprium eſt aquarum, quæ ripas & litora circunquaq; depaſcuntur. Calep.

Amphinomus] Vide Anapias.

Amphion] pen. prod. (ἄμφιων) Iouis, & Antiopes, uel ſecũdum aliquos Mercurij filius, à quo ſuſcepta lyra, adeò dulciter canebat, ut ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Horat. in Arte, 80. Quod idcò fictum, quia eloquij ſuauitate homines rudes & incultis moribus, ad obſequij ciuilis pellexit diſciplinam. Ferunt hunc inuenisſe Muſicã. De Amphione, li. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis.

Amphiona, accuſatiuus Græcus. Stat. li. 8. Theb. 47.

Amphionius

Amphionis arces. Ouid. 15. Metam. 86. Thebas intelligit.
Amphion & Zethus gemini fratres. Hora. 1. Epist. 19.
Amphion acer. Stat. Theb. 10. 77.
Amphion docilis. Hora. 3. Carm. Od. 11. 1. ad Mercurium.
Amphion Dirceus. Virg. eclog. 2. 5.
Amphion cum stirpe extinctus. Oui. 6. Metam. 11.
Amphion ferus. Stat. Theb. 10. 89.
Amphion mollis lacrymis. Proper. 3 eleg. 15. 6,
Et durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollem.
Amphionius, adiectiuum (ἀμφιόνιος) ut, Amphionia lyra Propert. li. 1. eleg. 9. 3.
Amphiphones] ἀμφιφῶνες, Placentæ genus est, cui circũponebant affigebantq; cereos circunquaq; accensos, teste Pausan. apud Eustath. lib. Iliados, 10. Has autem placentas Dianæ offerebant Munychiæ, ut refert Cæl Rhod. li. 9. c. 16.
Amphipolis] pen. corr. (ἀμφίπολις) ciuitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eam Strymon amnis circunfluat.
Amphippi] Plinio Desultores, sunt qui ex alijs in alios equos transiliunt: à mutatione equorum cognominati. Aelianus in libro, De instruendis aciebus, uerba faciens de phalange quæ Antistomus dicitur: Valet (inquit) hoc instruendi genus potissimum contra barbaros, qui loca Histro amni uicina incolunt, quos amphippos cognominant, à mutatione equorũ: ex alijs enim equis in alios transilire cõsueuerũt.
Amphiprostylus] ἀμφιπρόστυλος, Aedificij species, omnia habens ea quæ prostylos: præterea q; habet in postico ad eundem modum columnas, & fastigium. Vitru. li. 3.
Amphipyros] ἀμφίπυρος, Dianæ cognomen est apud Sophoclem in Trachinijs, ea uidelicet causa, quòd utraq; manu facem gestet. Eadem & Hecate existimatur. Author Cæl. li. 11. cap. 26.
Amphirrhoe] ἀμφιῤῥόη, Nympha, ab undecunq; fluendo.
Amphisbæna] ἀμφίσβαινα, uel amphisibæna, næ. Genus serpentis. Pli. li. 20. ca. 20. 3. & li. 8. ca. 23. Solinus cap. 40.
Amphisibæna grauis. Lucan. 9. 144,
Et grauis in geminum surgens caput Amphisibæna.
Amphiscij] ἀμφίσκιοι, appellantur, hi qui sub æquinoctiali habitant circulo, eo quod quadruplici uerberentur umbra. Nam sole existente in alterutro punctorum æquinoctialium, hoc est in principio Arietis, aut Libræ, umbra eorum matutina iacitur uersus occidentem, uespertina uersus orientẽ. Sole autem Cancrum aut aliud quoddam ex cæteris signis septentrionalibus perambulante, umbram habent australẽt contra uerò septentrionalem, sole sub Capricorno aliquóue australium signorum iter faciente.
Amphisphyra] ἀμφίσφυρα, genus calceamenti muliebris Polluci, li. 7. cap. 22.
Amphissa] ἄμφισσα, urbs est in Locris, qui Ozolæ uocãtur, ab Amphissa Macaris & Apollinis filia nomen habens. Hermol. in Plin. li. 4. cap. 3.
Amphistratus] ἀμφίστρατος, Statuarij nomen apud. Plin. lib. 36. cap. 5.
Amphistratus & Rhecas (ἀμφίστρατος καὶ Ῥῆκας) Laconum duces fuere, qui Heniochiam inhabitarunt: quam sic dictum scribunt, quòd bi aurigæ Castoris & Pollucis essent, qui Græcis ἡνίοχοι dicuntur. Strab. lib. 11.
Amphitane] ἀμφιτανὲ, Gemma quæ alio nomine dicitur Chrysocolla. Inuenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata, traduntq; natura eius eadem quæ magnetis, nisi quòd aurum quoq; trahere dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10.
Amphitapa] Amphitapæ pen. corr. (ἀμφίταπος, ἀμφίστολος) Amphitapæ uestes dicuntur utrimq; habentes villos. Lucil. Saty. lib. 1, Pfilæ atq; amplitapæ uillis ingentibus molles. Idem lib. 6, Plumea, atq; amphitapæ, & siquid aliud deliciarum. Varro Manio, Alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli. Ex Nonio. Dicitur & ἀμφίτακτον. Idem autem significant Amphimallum, & Amphitapum, siue amphitapa. Vtitur hac uoce Vlpianus in l. uestis. de auro & argent. leg. lib. 34 Pandect.
Amphithalamus] pen. corr. Cubiculi genus. Vitruuius, li. 6. cap. 9. Vide Thalamus.
Amphitheatrum] Amphitheatri, penu. prod. (ἀμφιθέατρον) Locus erat spectaculorum gratia, forma rotũda, & uelut ex duobus constans theatris: unde amphitheatri nomen impositum. Theatrum hemicycli specie constructum erat: ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, quod est Video, appellatũ. Latinè dici Spectaculum potest. Cõsuetudo eius à Græcis sumpta est. Nam quum agrorum cultores feriatis diebus sacra diuersis numinibus per agros celebrarent, Athenienses hoc in urbanum spectaculũ transtulerunt, theatrũ Græco uocabulo appellãtes, quòd eò cõueniens turba, è longinquo sine aliquo impedimento spectaret. Hunc morem postea Romani, ut pleraq; alia, in urbẽ transtulerunt. Hæc Sipontinus. Martialis, lib. 1,
Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.
Amphitheatrum conspicuum. Martial. li. 1.
Amphitheatralis, penul. prod. (ἀμφιθεατρικός) adiectiuum, Quod ad amphitheatrum pertinet: ut, Amphitheatrales ludi, qui in amphitheatro fiebant. Sic Amphitheatrale spectaculum. Pli. li. 11. cap. 24. 5.
Amphitheatralis pompa Clau. Paneg. 8. 58.
Amphithetum] pen. cor. (ἀμφίθετος) erat poculi genus ita factum, ut quauis ex parte positum staret, nullumq; certum haberet fundum. Hesychius dicit Amphithetũ esse poculum quod ob magnitudinem tollitur ac reponitur. Id nautæ Holandi uocãt Busam. Hinc figura prouerbialis, Ex amphitheto bibisti, in eũ qui meracius, ac largius potarit. Erasm. Amphitheti meminit, & Cælius, li. 14. cap. 60.
Amphithoe] ἀμφιθόη, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ut post Hesiodũ tradit Hyginus in fabulis poeticis.
Amphitrite] Amphitrites, pe. pro. (ἀμφιτρίτη) Oceani, & Doridos filia, quæ fingitur à poetis esse uxor Neptuni & significat mare, à τρεῖν terrere. Mare enim circum se nauigantes pereundi terrore insequitur. Hesiodus in Theogonia. Ouid. 1. Metam. 3, —nec brachia longo Margine terrarum protexerat Amphitrite.
Amphitrite dines aquis. Oui. 5. Fast.
Amphitrite Nereia. Clau. in rapt. Proserp. 1. 21.
Amphitritem rudem prima imbuit cursu, Pallas scilicet. Catullus in Argona. epig 3. 59.
Amphitryo] ἀμφιτρύων, Alcmenæ Herculis matris cõiunx. à τρύω gemo, uel τρύχω uexo: quoniam hac incurrit. Plautus tamen Amphitruo scribit, quia uetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant, ut Fhruges, pro Phryges. Vnde & patronymicum Amphitryonides à poetis dicitur.
Amphitryoniadæ. Oui. 15. Metam. 10.
Amphitryoniades falsiparẽs. Catul. epig. 63. & ad Mallii, 23.
Amphitus] ἄμφιτος, Alter ex Castoris & Pollucis auriga. Plin. li. 6. cap. 5.
Amphora] pe. cor. (ἀμφορεύς) Genus uasis uinarij. Budæus, li. 5. de Asse, sic ait, hac ratione usus, Comperisse me arbitror (nec temerè ut spero) amphoram esse octauam partem eius uasis quod modium uini dicimus. Modium uini Parisinum tricenos sextarios nostros capit. Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. In aridis aũt pro amphora quadrantẽ sextarij habemus, id est, ternos bossellos. pro quibus uas trimodiũ habemus, dimidiatum medimnum.

Hactenus

Hactenus Budæus. Cic. pro Fonteio, 8, Itaq; Tituriũ Toloſæ quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorij nomine exegiſſe. Liu. 1. bel. Pun. 249, Nauem quæ plus quàm trecentarum amphorarum eſſet.

Amphora mellis. Cicero, 4. Verr. 132, Amphora nardini, apud Plautum.

Amphoram ceſſantem. Hora. 3. Carm. Od. 28. 2.

Amphora leſtrygonia. Hora. 3. Carm. Od. 16. 7.

Amphora Mamertina. Martial. in Xenijs.

Precioſa amphora. Martialis,

Amphora non meruit tam precioſa mori.

Prompta amphora. Hora 1. Carm. Od. 36. 3.

Amphoris puris condit mella. Hora. Epod. 2. 3.

Amphoralis, pen. pro. adiectiuum (ἀμφορεῦς) ut Amphorale uas, hoc eſt unius amphoræ capax. Plin. lib. 37. cap. 2. 13, Idem Xenocrates autor eſt, uas amphorale uiſum, & aliqui ex India chryſtallum ſextariorum quatuor.

Amphotides] ἀμφώτιδες, à Græcis appellãtur, quæ auriũ ligamenta uertit Fabius, quæ in Græcia pugilibus tribuebantur & luctatoribus. Eius uerba ſunt: Palliolum, ſicut faſcias quibus crura ueſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt ualetudo. Ex Turnebo.

Amphryſus] pe. pro. (ἄμφρυος) Fluuius Theſſaliæ, iuxta quem Apollo pauit armenta regis Admeti. Lucan. li. 6. 74.

Ab Amphryſo paſtor. Virg. 3. Georg. 1, Apollinem inuocat, qui apud Amphryſum Theſſaliæ fluuiũ diuinitate ſpoliatus ob occiſos Cyclopas, Admeto regi armenta pauiſſe dicitur. Vnde & Nomius uocatus fuit.

Amphryſus lenis. Oui. 1. Metam. 58.

Amphryſi gramina. Oui. 7. Metam. 46.

Amphryſiacus, adiectiuum (ἀμφρυσιακός) ut Amphryſiacum gramen. Stat. Syl. 14. 21.

Amphryſius, adiectiuum (ἀμφρύσιος) ut Amphryſia ſaxa. Ouid. 15. Metam. 141.

Amphryſia uates. id eſt, Apollinea. Virg. 6. Aeneid. 80. de Sybil. Amphryſia.

Amphryſus] Vrbis nomen. Vide Ambryſus.

Amphyction] ἀμφυκτίων, Atheniẽſium rex fuit, qui omnium primus à Dionyſio edoctus, merum diluit: quo factũ eſt ut homines prius mero incurui, mox recti facti ſint. Author Philochorus.

Ample] Vide Amplus.

Amplector] Amplecteris, amplexus ſum (ἀμφιβάλλω, προσπήχομαι, περιλαμβάνω, περιπλέκω) amplecti. Ex Plecto compoſitum teſte Priſciano: & eſt uerbum notæ ſignificationis. Plautus Rud 7. 11, Amplectimur tibi genua egentes opum. Ouid. 11. Metam. 146,

Dilectus artus amplexa recentibus alis.

Amplexus circum. Virg. eclog 3. 9,

Et molli circum eſt anſus amplexus acantho.

Amplecti pro Tenere. Virg. 3. Aeneid.

Scæaq; amplector limina portæ. Vbi Seruius, Amplector pro Teneo: ut,

Amplexæq; tenent poſtes, atq; oſcula figunt.

Amplecti artem aliquam. Cic. 1. de Orat. 54.

Amplecti ius ciuile. Cic. lib. 1. de Orat. 120, Nec quòd ius ciuile, Craſſe, tam uehementer es amplexus. Hoc eſt, Quòd tanto ſtudio animum ad eam rem appuliſti.

Amplecti pro Complecti, ſiue comprehendere. Vir. 2. Georg. 9,

Non ego cuncta meis amplecti uerſibus opto. Vbi Seruius, id eſt, Non ſum uniuerſa dicturus. Cic. pro Roſcio Comœdo, 21, Quod ego plurib. uerbis amplecterer, ſi nõ, &c.

Amplecti aliquid, pro cognoſcere & intelligere. Cic. 4. Verr. 21, Verum ut totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde iſtius inſtituta cognoſcite. Hoc & complecti & animo complecti dicitur: id eſt, animo cõprehendere, ſeu percipere.

Amplecti cogitationem aliquam toto pectore. Cicero Attic. libro 12. 51. 3.

Amplectitur cognitionem mens noſtra. Cic. 4. Acad. 60.

Amplecti conſilio. Cicero pro Fonteio, 31, Quæ iudex non complectatur omnia conſilio. Id eſt, comprehendat, uel non percipiat.

Amplecti aliquem, pro Vehementer amare. Salluſt. Igitur Imperator oẽs ferè res aſperas per lugurthã agere, in amicis habere, magis magisq; eũ in dies amplecti. Pro eodẽ & Cõplecti, et Cõplecti amore dicimus. Ci. ad Cecinnam, lib. 6. Epiſt. 6. ad finẽ, Me amiciſſimè quotidie magis Cæſar amplectitur.

Amplectitur ſe. Hora. 1. Ser. Saty. 2. 11.

Diligere, Amplecti, Amare aliquẽ. Cic. ad Att. li. 1. Epiſt. 8. 7.

Amplecti amore. Cic. Attic. li. 7. 121. 3.

Tanto amore ſuas poſſeßiones amplexi tenebant, ut ab his mẽbra diuelli citius ac diſtrahi poſſe diceres. Ci. pro Sylla, 44.

Amplecti plebem. Cic. pro Milone, 53, Qua nimis amplecti plebem putabatur. Id eſt, Fouere, ad demerendum uidelicet eius fauorem.

Amplecti uirtutem alicuius. Cic. 10. Philip. 282.

Nobilitatem dignitatesq; hominũ amplecti. Cic. ad Marcellum, lib. 4. Epiſt. 8. ad finem.

Amplecti, Recipere. Cic. 2. Tuſcul. 53, Quod honeſtum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum uirtutis nomine amplectimur. Idem ad Ruſum, libro 5. Epiſt. 19. 6.

Amplecti alicuius amplitudinem officijs. Cicero ad Craſſum, li. 5. Epiſto. 8. 7.

Amplecti memoriam, fidem, religionem. Cic. pro Roſcio Comœdo, 4. pro Continent.

Amplexa iugerum ſoli quercus. Pli. li. 16. ca 31. 4.

Amplecto uetuſtè, pro Amplector. Plaut. Extemplo amplecti tote crura fuſtibus.

Amplexor, amplexaris (περιπλέκομαι) amplexari, frequentatiuum ab Amplector, ferè pro primitiuo ponitur. Cic. 2. Acad. 48, Quas mirificè Plato amplexatus erat. De Ideis loquitur.

Amplexari aliquem, & in manibus habere ac fouere. Cic. Lentulo, li. 19. 32.

Amplexari ac tueri iudicium alicuius. Brutus Cic. in Epiſt. ad Brutum, 11. 4.

Authoritatem Cenſoris. Cic. pro Cluentio, 98.

Ocium. Cic pro Seſtio, 85.

Virtutem. Cic. 2. de Finib. 71.

Voluptatem. Cicer. 3. de Orato. Nec uoluptatem tuentur, quam amplexari poſſunt.

Amplexo, uetuſtè pro amplexor. Accius Alcmæone, Poſtremo amplexa, fructum quem dij dant, cape. Ex Nonio.

Amplexus, huius amplexus (περιπλοκή) Verbale. Plin. li. 10. cap. 72. 1, Dracones amputata oui parte ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur, ſorbent. Idem lib. 2. cap. 65. 7, Mutuo amplexu iungerentur. Cic. 1. de Diuin. 134, Puerũ dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.

Amplexus accipere. Oui. Epiſt. 13. 31.

Ab amplexu charo arcet cuſtodia. Oui. 9. Metam. 151.

Dare amplexus. Virg. 1. Aen. 119, Et ultimũ, uel ſupremum amplexum dare. Senec. in Med. 7. 25. Val. 8. Argon. 3.

Diſſipare amplexus. Stat. 3. Syl. 2. 12,

Diſſipat amplexus, atq; oſcula fida reuellit.

Excutere amplexus. Oui. 9 Metam. 11.

Amplexibus auidis hærere. Oui. 7. Metam. 29.

Ire in

Ire in amplexus. Oui. 11. Metam. 46.
Occupat amplexibus longis. Ouid. 3. Metamorph. 10. de serpente loquitur.
Occupare amplexu. Oui. 3. Fast. 102.
Petere amplexum. Oui. 6. Meta. 121. & Virg. 8. Aen. 121.
Perfrui amplexu. Oui. Epist. 15. 43.
Ruit in amplexus. Seneca Hippo. 5. 24.
Satiari amplexu petito. Stat. Syl. 1. 2. 8.
Soluere amplexus. Val. 1. Argona. 71.
Subtrahere amplexu se. Virg. 6. Aen. 140.
Amplexu dulci tenere. Lucr. 5. 159.
Ad amplexus dulces parentum tendite. Val. 1. Argon. 48.
Auidi amplexus. Oui. 7. Metam.
—— auidisq; amplexibus hærent.
Densis amplexibus. Vale. 4. Argon. 65.
Mollis amplexus, Virg. 8. Aeneid.
Cunctantem amplexu molli fouet.
Pudici amplexus. Clau. de rapt. Proserp. 3. 56.
Rapidi amplexus. Sil. 17,
— rapidis amplexibus arma uirosq; Corripit.
Turpis amplexus. Claud. epigram. 22. 26.

Amplificare] Vide Amplus.

Amplus] μεγαλεῖος, σεμνότερος, adiectiuum, authore Victorino, dicitur quod latè patet, & per multa diffunditur: ut Ampla domus. Cæsar 4. bel. Gal. 472, Quorum fuit ciuitas ampla atq; florens. Sic Cic. 1. Offic. 194.
Aedes amplæ. Clau. 4. Paneg. 1.
Amicitia ampla, id est, magnifica & honorifica. Ci. ad Appium Pulchrum, li. 3. Epist. 10. 12.
Atria ampla. Virg. 1. Aen. 146.
Porticibus amplis. Virg. 3. Aen. 71.
Magnitudo ampla. Plin. lib. 12. ca. 26. 1.
Locus amplus, opponitur Angustus. Author ad Herenn. 126.
Theatrum magnitudine amplissimum. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. Epist. 1. 62.
Amplissimum magnitudine auellanæ nucis saccharum. Id est, quo minus non inuenitur. Plin. li. 12. ca. 8. 1.
Ampla atq; potens ciuitas. Cic. 2. de Inuent. 246.
Decora ampla. Stat. Theb. 6. 79.
Diuitiæ amplæ. Hora. 2. Serm. Saty. 2. 21.
Familia ampla & honesta. Cic. pro Murena, 13.
Funus amplum, id est, magnificum. Seruius ad Ciceronem, lib. 4. 12. 8.
Gloria amplus. Cic. ad Att. lib. 8. epist. 155. 2, Huic moderatori Reipub. beata ciuium uita proposita est, ut opib. firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit.
Ampli homines. Cic. 3. Philip. 138, Conuenerunt corrogati & quidam ampli homines, sed immemores dignitatis suæ.
Amplus & grandis orator. Cic in Orat. 16.
Honores ampli. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 3.
Munus amplum. Oui. 3. Trist. eleg. 8. 5.
Munus edulitatis amplius aut gratius. Cic. 3. Verr. 9.
Occasio ampla, pro Maxima. Cic. 3. Verr. 43.
Pignora ampla. Oui. epist. 23. 11.
Pœna ampla. Propert. 3. eleg. 6. 7.
Parum amplis præmijs afficere aliquem. Cic. pro Milone, 43.
Satis amplus oratione Pompeius. Cic. in Bruto, 129.
Res pecuaria ampla. Cic. pro Quintio, 7.
Admodũ amplũ & excelsum signũ cum stola. Cic. 6. Verr. 66.
Spolia ampla. Virg. 4. Aeneid. 19.
Spes ampla. Propert. 3. eleg. 22. 9.
Status amplus. Cic. Att. lib. 3. 50. 2.
Amplior comparatiuum, quod latius patet, atq; diffusius.
Amplio: em esse per aliquem, id est, studio & industria eius honoratiorem. Cicero in Lælio, 61.
Ampliorem honorem alteri tribuebat Pompeius, quàm ipse erat consequutus. Cic. de Prouin. Consul. 21.
Amplior patrio decore. Sil. 3. 15.
Ampliores iræ. Terent. Hecy. 3. 1. 9. Id est, maiores.
Amplior morbus. Terent. Hecy. 3. 1. 50, Si fortè morbus amplior factus sit: pro auctus sit.
Præmijs amplioribus ad perdiscendum commoueri. Cice. libro 1. de Orat. 7.
Amplior uictima. Seneca in Herc. furente, 11. 6.
Amplissimus, penult. corr. superlatiuum, quod latissimè patet, ut Amplissima insula. Pli. li. 6. ca. 20. 1.
Arbor amplissima, id est, latissimè patẽs, et maximè diffusa. Pli.
Fortunas amplissimas amittere. Ci. 7. Ver. 15. & 1. Tusc. 136.
Ciuitas amplissima. Cic. 7. Verr. 95.
Pecuniam amplissimam possidere. Cic. pro Rosc. Amer. 52.
Is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem. Cic. pro Rosc. Amer. 50.
Amplissimi ciues. Cic. ad Att. lib. 7. Epist. 132. 6.
Collegium Decemuirale amplissimum. Cic. 6. Verr. 95.
Amplissima curia. Cic. 6. Verr. 106.
Dona amplissima Imperatorum, hoc est, maxima & honorificentissima. Pli. li. 18. cap. 3. 1.
Familia amplissima, uel Amplissimo loco natus: pro nobilissima familia, aut nobilissimo loco. Cicero, 7. Verr. & in Parad. 45.
Gymnasium amplissimum. Cic. 6. Verr. 106.
Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. Cicero pro lege Manilia, 1.
Amplissimo loco natus. Cic. 7. Verr. 95.
Amplissimus ordo, uocabatur ordo Senatorius: nempe omniũ maximus, & nobilissimus. Cice. pro Domo sua ad Pontif. Quid quum Senatum pro me non modò propugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare, & supplicare mutatis ueste prohiberent, ne tum quidem uis erat?
Res gestæ amplissimæ. Cic. ad Att. lib. 8. Epist. 153. 3.
Amplissima sedes. Claud. Paneg. 8. 5.
Testimonium amplissimum: id est, grauissimum & magni ponderis. Pli. li. 7. cap. 30. 6.
Vir amplissimus & ornatissimus. Cicer. pro Roscio Amer. 67. Idem 2. de Finib. 89.
Homo uirtute cognita, & spectata fide amplissimus. Cicer. pro Cecinna, 75.
Magnum & amplum. Cecinna Ciceroni, li. 6. Epist. 7. 17. Idem de Inuent. lib. 1. 9, Magna & ampla pars. Idem ad Lent. lib. 1. Epist. 3. 1, Magna negotia & ampla, & expedita.
Chara & ampla. Cic. de lege Agraria, 25.
Amplè, amplius, amplissimè (μεγαλεῖως) aduerbium. Cic. 2. de Finib. 121, Si ne hæc quidem satis amplè, satis honestè dici putas. Idem in Orat. 57, Nihil enim amplè Cotta, nihil leniter Sulpitius.
Elatè & amplè loqui non est ausus, quum humiliter demisséq; sentiret. Cic. 5. Tusc. 36.
Exornat amplè magnificéq; triclinium. Cic. 6. Verr. 54.
Amplius (πλέον) aduerbium in ea significatione, qua ipsum uulgò usurpamus. Virg. 3. Aene. 29,
—— nec iam amplius ullæ Apparent terræ. Plinius, libro 12. capite 14. 3, Feruntq; tria millia non amplius esse familiarum. Cicero, 4. Academ. 104, At amplius non desideramus.
Amplius morando: id est, diutius. Sallust. in Iugurt. Ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet.
Hoc amplius, pro etiam, uel ultra, seu Præterea. Cicer. ad Brut. Epist.

Digitized by Google

Epist.5.1,Cui quum essem assensus, decreui hoc amplius,ut tu,&c.Idem pro Cecinna,19,Etiam hoc amplius. Sic de Finib. lib. 2.19. Idem ad Paetum,lib.9.Epist.25.1,Obtemperare cogito praeceptis tuis:hoc amplius,nauicularum habere aliquid in ora maritima.Sic.4.Verr.85.

Amplius aridus calor.Lucr.4.176.

Nihil amplius.Cic.7.Ver.100, Sese ipsum abs te repetit,nihil amplius.Idem pro Plancio,14.Nihil dico amplius.

Nihil amplius quàm.Cic.2.de Natura deor. 48, Quibus natura nihil tribuit amplius, quàm ut ea alendo atque augendo tueretur.

Quid uis amplius? quid insequeris? Cic.pro Rosc.Amer.65. Idem pro Milone,27,Quid uultis amplius?

Quidnam amplius desideratis iudices? Cic. de Inuen.lib.1.112.

At ego amplius dico, HS quadringenties accepisse te arguo.Cicero 4.Verr.16.

Amplius deliberare.Teren.in Phorm. 190, Ego amplius deliberandum censeo. Verba sunt sententiam dicentis.

Amplius pro plus, eleganter usurpatur: & eandem uim constructionemq; habet: nominatiuo enim adiungitur. Caesar, Amplius octingentae.Cic.pro Rosc.Comœdo,quatuor,amplius,sunt sex menses.Ibidem,Amplius triennium est. Subauditur, quàm, ut sit, Amplius quàm octingentae, & amplius quàm sex.

Viginti amplius authores Graeci ueteres prodidere.Plin.libro 2.cap.45.3.

Genitiuo. Plautus Cistel. 11.4, Gaudeo tibi mea opera liberorum esse amplius:pro plures liberos.

Accusatiuo.Virg.1.Aeneid. — noctem non amplius unam
Falle dolo. Cic.7.Verr. 121, Qui quum amplius centum ciues haberet ex conuentu Syracusarum. Cicero ad Attic.libro 8. 161.2. Caesar, Amplius horas quatuor fortissimè pugnauerunt. Caperunt amplius tria millia hominum,in singulis subaudis quàm: pro plus quàm. Cicero 4. Verr.55.

Ablatiuo.Cic.pro Flacco, 54, Laodiceae uiginti pondo,paulò amplius. Liuius, Pugnatum amplius duabus horis est. Pro Roscio Comœd.5, Si amplius HS nummo petisti, quàm tibi debitum est,causam prodidisti.

Aliquanto amplius amplexus sum animo.Cic. 4.Verr.1.

Amplius opinione morabatur: hoc est, diutius, quàm putabatur.Sallust.in Iugurth.

Amplius pronunciare reum.Idem quod Ampliare reum.Cicer. 3.Verr.17,Verùm,ut opinor, Glaucia primus tulit ut comperendinaretur reus:antea, uel iudicari primò poterat, uel amplius pronunciari.Idem paulò pòst: Vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem,tamen isti turpè sibi existiment nõ primò iudicare.Budaeus.

Amplissimè,pen.corr. Aduerbium (σφύτατα) ut Amplissimè gerere honores.Hoc est,cum summa amplitudine ac dignitate.Cic.4.Verr.77.

Amplissimè dati militibus agri.Cic.5.Philip.ad finem.

Sublatè amplèq; dicens orator.Cic.in Bruto,105.

Amplissimè decernere de alicuius salute & dignitate. Cice.pro Domò sua ad Pontif.58.

Amplissimè ac magnificentissimè omnes honores gessit Stbenius.Cic.4.Verr.77.

Amplissimè ac honestissimè ex Praetura triumphare.Cicero pro Muraena,13.

Ampliter,pen.corr.aduerbium (σφίως) pro Amplè.

Ampliter acceptus:id est,cũ magno apparatu & copia. Plaut. Merc.3.98.

Ampliter apponere in coena, Copiosè & abundanter.Plaut. Mil.10,162.

Ampliter sumptum facere, pro Maximum sumptum facere. Plaut.Sticho,14.10.

Ampliter fient saturi,pro abundanter.Plau.Pseu.2.11.

Ampliter mentiri:quod Cic.dixit Admodum mentiri. Plautus Merc.19.12.

Ampliter testis.Plaut.Amphit.15.58.

Ampliter occupatus,Pro Occupatissimus,uel maximè occupatus.Plaut.Cistel.7.55.

Amplitudo,penult.producta (μεγαλειότης, τό μεγαλεῖον)denominatiuum.

Amplitudine stadiorum sexaginta.Plin.li.6.ca.26.5.

Amplitudo corporis,id est,crassitudo ac latitudo,ad proportionem proceritatis.Plin.Epist.102.2.

Amplitudo corporis,pro Altitudine.Plin.auunculus,li. 7.cap. 16.6,Orestis corpus oraculi iussu, resossum septem cubitorum fuisse,monumentis creditur. Et paulò post, Naeuij Pollionis amplitudinem annales non tradunt.

Amplitudo urbis, latè patens magnitudo. Plinius, libro 6.capite 16.2.

In amplitudinem adolescere.Pli.li.12.ca.1.5,Platanos non potuisse in amplitudinem adolescere, apud authores inuenitur.Pro Dilatari,extendi,Crescere in altitudinem.

Amplitudine opum nulli prouinciarum postferenda. Plinius, lib.3.cap.4.1.

Amplitudo, est (ut scribit Cicero,lib.2. de Inuent.244.) potentiae,aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.Idem 4.de Finib.29,Amplitudines quaedam bonorum excitabantur.

Amplitudinem suam retinere.Cic.ad Lentul.li.1.4.8.

Amplitudo modica simulacri.Cicero 6.Verr. 98, Ex ere fuit quoddam Cereris simulacrum modica amplitudine ac singulari opere.

Amplitudo animi. Cic. 2. Tusc. 107,Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, unam esse omnium rem pulcherrimã.

Honores & amplitudo alicuius.Cic.4.Verr.77.

Authoritas & amplitudo.Cic.pro Roscio Amer.2.

Nobilitas & amplitudo.Idem ibidem.

Amplitudinem nominis dare posteris suis. Cicero pro Murena,14.

Ad summam amplitudinem peruenire.Cic.in Bruto,154.

Amplitudine summa dignus.Cic.pro Muraena,14.

Ad amplitudinem tuam conferimus omne nostrum consilium, studium,officium,operam,laborem,diligentiam. Cicero ad Plancum,li.10.Epist.1.7.

Ad claritatem amplitudinemq; aptior est eorum uita,qui se ad Rempublicam, & ad res magnas gerendas accommodauerunt. Cic.li.1.Offi.101.

Splendor omnis & amplitudo harum rerum duarum, &c.Cicero,li.1.Offi.98.

Amplio,amplias (μεγαλύνω) ampliare,augere: ut, ampliare ætatis spacium.Mart.li.10.23. Ampliare uires.Plin.li.23. ca.2.7.Lucan.3.56,Nunc huc,nunc illuc,qua flectitur,ampliat orbem.

Ampliare plagam.Celsus,li.7.ca.5. Ampliandа scalpello plaga est.Quint.2.b,Quae si modica obtigerunt possunt ratione ampliari,& libro octauo,ut cum Annibalis bellicis laudibus ampliatur uirtus Scipionis.

Ampliare rem.Hora.1.Serm.Saty.4.7.

Ampliare seruitia,id est,augere numerum seruorum. Tacit. libro 18.

Ampliare (ἀναβάλλεσθαι) uerbũ est ad iudicia pertinẽs. unde Ampliati sunt rei,quorũ damnatio differtur,aut quia coràm sistendi testes sunt, & cum illis committendi:aut quia nondum planè liquet,aut de crimine,aut de pœnæ modo. Cicé. 3.Verr.

Digitized by Google

3. Verr. 18, Vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem. Idem pro Cecinna, 21. Author ad Herennium, libro 4. 205, Quid fuit iudices, quare istum hominem nefarium amplia ueritis? Valerius, lib. 8, Lucius Scipio Aemilianus Cottam apud populum accusauit: cuius causa grauissimis testimonijs erat confossa, septies ampliata, & ad ultimum octauo iudicio absoluta est. Budæus.

Ampliatio, Verbale (ἀναβολὴ) actus ipse ampliandi, qui fit in iudicio, Ampliationis nota à iudicibus in tabella scribebatur, N.L. id est, Non Liquet. Author Asconius.

Amplificare (μεγαλύνειν) amplum facere, ualde augere, & quasi dilatare: ut amplificare ædem, uel urbem. Liuius, 1. ab Vrbe, 151. & 192.

Augere & amplificare. Cic. 1. de Fin. 60. Idem in orat. 69, In augendis amplificandisq; rebus. Rursum lib. 1. de Orat. 70, Ea quæ pro nobis essent, amplificanda & augenda: quæq; essent pro aduersarijs, infirmanda, atq; frangenda.

Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare. Cic. ad Equites. antequam iret in exilium, 3.

Amplificare, & Minuere, contraria. Cic. 4. Acad. 10, Vereor interdum ne talium personarum, quum amplificare uelim, minuam etiam gloriam.

Authoritatem amplificare. Cæsar 2. bell. Gall. 283. Cicer. 1. de Inuent. 7, Virtute amplificata authoritas. Sic amplificare dignitatem. Cic. Bruto, lib. 11. 5. 8.

Ornare aliquem & amplificare. Cic. Marcello, lib. 15.

Dolorem amplificare, quod & exaggerare dicitur. Cicero 2. Tuscul. 87.

Facultatem disserendi amplificauit tibi Academia. Cicero 2. de Nat. deor. ad finem.

Fortunam, id est, conditionem & uitæ genus. Cic. in Lælio, 52.

Gloriam alicuius. Cic. 4. Acad. 10.

Virtutem laudibus amplificare. Cic. 5. de Finib. 127.

Amplificat atque ornat orator dicendo. Cicero, libro 1. de Oratore, 112.

Exaggerare & amplificare orationem. Cic. 3. de Orat. 85.

Pretium amplificare. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 18.

Amplificare rem ornando. Cicer. 3. de Orat. 58, Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem ornando: quod ualet non solùm ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atq; abijciendum.

Rem familiarem amplificare. Cic. 1. Offi. 38.

Amplificare Remp. Cic. 2. de Nat. deor. 12.

Conseruare atq; amplificare Rempublicam. Cicero pro lege Manilia, 35.

Aliquid uerbis, aut dicendo amplificare. Cic. 2. de Inuent. 131. & 1. de Orat. 119.

Sonus amplificatur. Cic. 2. de Nat. deor. 217.

Amplant, uetustè pro amplificant. Pacuuius Teucro, Vbi poetæ pro sua parte falsa conficta canant, qui causam humilem dictis amplant. Ex Nonio.

Amplificatus, penult. prod. Participium (μεγαλυνθεὶς) Cicer. pro domo sua ad Pontif. A populo Romano semper defensus, amplificatus, ornatus. Sic in Catil. 40, Vrbs condita amplificataq;.

Amplificatus honore. Cic. 3. de Legib. 47.

Amplificatio, Verbale (μεγάλυνσις) Ampla & copiosa rei alicuius dilatatio, siue, ut uulgus dicit, Augmentatio, ut amplificatio pecuniæ. Cic. 2. de Diuin. 48.

Amplificatio honoris & gloriæ. Cic. 2. Offic. 60.

Amplificatio rei familiaris. Cic. 1. Offi. 38.

Amplificatio apud Rhetores, dicitur ubi argumenta ipsa, cùm uerbis, tum rebus amplißimè dilatantur, ad ipsos magis afficiendos auditores. Vide Quintilianum diffusè de Amplificatione tractantem, lib. 8. cap. 4. & Ciceronem in Partit. 28. & authorem ad Herenn. lib. 3. 116.

Amplificator, pen. prod. Verbale (μεγαλυντὴς) Cic. 5. Tuscul. 15, Nec uerò Pythagoras nominis solùm inuentor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Sic idem Planco, libro 10. 12. 15. & Cælio, li. 2. 8. 6.

Amplificè, pen. corr. Aduerbium (μεγαλείως.)

Amplificè decorata uestis. Catul. in Argon. epig. 59. 53.

Ampliuagus] ga, gum (πολυπλανὴς) Quod in amplũ uagatur. Cic. 4. ad Heren. Ampliuagas imagines reddunt.

Amplustre] Vide Aplustre.

Ampron] ἄμπρον, Funis inter utrunq; bouem uel equum temonis uice protensus: funis qui per iuga iumentorum trahitur, aut quo trahi ferriuè solent à iumentis onera. Hermol. in Pli. lib. 8. cap. 44.

Ampsaga] ἄμψαγα, Ptolomæo, Fluuius est Mauritaniæ Cæsarienſis, cuius meminit Pli. li. 5. cap. 2.

Ampsalis] ἄμψαλις, ciuitas Sarmatiæ in Asia. Ptol.

Ampulla] πομφόλυξ, Vas est uitreum, aut ex alia materia, maximè tamen uitreum, uentre amplo & quasi inflato: cuius olim fuit usus tum in balneis ad oleum, tum in mensa ad aquam, uel potionem: item ad res alias.

Ampulla, in balneis. Cic. 4. de Finib. 50, Si ad illam uitam quæ cum uirtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam uitã potius, quo hæc adiecta sint. Plaut. Stich. 4. 77, Rubiginosam strigilem, ampullamq; rubidam.

Ampullæ quib. nõ hians nec statim patẽs exitus. Epist. 30. li. 4.

Ampulla, in mensa. Suetonius in Domitiano, cap. 21, Prandebatq; ad satietatem, ut non temerè super cœnã, præter martianum malum, & modicam in ampulla potiunculã sumeret. Apud Martialem in Apophoretis, li. 14. 115. Titulus est Ampulla potoria.

Ampulla ad alios usus. Plin. lib. 20. cap. 14. 7, Cum surculis suis in ampullas uitreas aceti utriſq; deiectis. Quòd Vitreas adiecit, satis ostendit esse & ampullas ex alia materia.

Ampulla per translationem. Hora. in Arte, 20, Proijcit ampullas, & sesquipedalia uerba. Vbi interpres Acron, Ampullas, inflata & superba uerba, adhuc enim ampullas uocamus, quasi inflata uasa.

Ampullaceus (πομφολυγώδης) adiect. quod ex ampulla est, ut Frustum ampullaceum. Colum. lib. 8. cap. 2. 11, Impedienda est itaq; procacitas eius ampullaceo corio: quod quum in orbiculum formatum est, media pars eius rescinditur, & per excisam partem gallipes inseritur.

Ampullaceam uidetur Plautus in Menæch. uocare mulierẽ magnificè cultam. Carmen sic fertur, Quando te auratam & uestitam bene habet, ampula spem. Ampullaceam & metro congruit, & sensui. Erasmus.

Ampullacea pira, sic à collo nuncupata. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ampullarius, substantiuum (πομφολυγοποιὸς) ampullarum artifex. Plaut. Rud. 18. 48,

Postea aspicito meum, quando tuum inspectauero:
Ni erit tam syncerum, ut quiuis dicat ampullarius,
Optimum esse opere faciundo corium, et syncerißimum.

Quo ex loco apparet, ampullas etiam ex corio fieri solitas.

Ampullarius, adiectiuum, ut Ampullariæ unctiones. Plaut. Stich, 4. 74, Vel unctiones Græcas sudatorias,
Vel alias malis malacas ampullarias.

Vbi interpres, Ampullarias, ideſt, quibus in balneis fruaris, ubi ampullæ & strigiles adhibentur corporibus.

Ampullor, ampullaris (πομφολυγόω) ampullari, Turgere & inflari in genere scribendi. Hora. 1. epist. 3. 3,

An tragica desæuit & ampullatur in arte. Grandiloquentiam significat.

Digitized by Google

Amputo] Amputas, pen. corr. (ἀποκόπτω, περιαιροῦμαι, ἀποχράσω) amputare, propriè est circuncidere, quasi circumputare. sæpè tamen accipitur pro abscindere uel resecare: ut Amputare ramos arborum. Festus, Amputata, id est, circũputata dicuntur, ab eo quod antiqui putum pro puro dicebant: unde deducũtur Pudor & Pudicus. Cic. 5. de Fin. 70, Quæ sit scientia atq; ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Idem lib. 1. de Orato. 34. Colum. lib. 8.

Amputat artus fractos rigor. Sil. lib 3. 112.

Amputat humeros trunco tenus. Seneca in Thyeste, 8. 28.

Circuncidit & amputat multitudinem. Cic. 4. Acad. 249.

Amputare ramos miseriarum. Cic. 3. Tusc. 21.

Amputata circuncisaq; inanitas, pro sublata. Cic. 1. de Fin. 70.

Amputandæ narrationes, id est, superflua queq; ex eis resecanda: ut sint breues, & nihil redundet, in Part. Or.

Amputa longa colloquia. Seneca in Med. 7. 20.

Amputare quicquid est pestiferum. Cic. 8. Philip. 244, In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri ac secari patimur, ut membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat: sic in Reipublicæ corpore ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur.

Infracta & amputata loquuntur, & eos uituperant, qui apta & finita pronunciant. Cic. in Orat. 97.

Amputatio, amputationis, Verbale (ἀπόκοψις) ipse amputandi actus. Cic. de Senect. 53, Propagatio uitiũ sarmentorumq; ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immißio.

Ampycus] ἄμπυκος, Titanoris filius, qui ex Chloride, ut ait Apollonij commentator Mopsum augurem suscepit. Ouid. 12. Metam. declinat Ampyx,

Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oecli, &c.

Ampycides, Ampycide, penult. corre. (ἀμπυκίδης) Mopsus Ampyci filius. Ouid. 8. Metamorph. 64, Ampycidesq; sagax. & lib. 12. 91,

Nec tu credideris tantum cecinisse futura Ampyciden Mopsum.

Ampyx] cos (ἄμπυξ) propriè est capitis obligamentum, ac auro & lapillis splendicans lorum, capiti circumiectum fœmineo. Verùm Metaphoricè auro litum sic nominant frenũ: ex quo & χρυσάμπυκας ἵππους, Homerus appellat. Significat & operculum lagenæ apud Aristoph. Vel (ut alij) catenam auream à fronte protensam, qua comæ colligentur, παρὰ τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας. Vide Cel. li. 13. ca. 17.

Amsanctus] ἀμφόσιος, ut ait Vibius Sequester fons est Lucaniæ, ab inferis erumpens, ut hominum fert opinio. Ci. li. 1. de Diuin. 135, Quid enim non uidemus, quàm sint uaria terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, ut & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ uidemus. Virg. 7. Aen. 113,

Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris:
Amsancti ualles, &c.

Addit & nominis rationem Seruius, Loci (inquit) Amsancti, id est, omni parte sancti. Locum nos aliquando spectauimus (ait Parrhasius in Claudianum) quum Daunios & Salentinos, quibus tum ius dicebamus, Neapoli peteremus. Incolæ, Mephitim uocant, à Fregento non procul. Nec abest à uero Donatus, qui statuit ad Calorẽ. Nam Calor amnis, qui Samnitas intersecat, illac præterfluit. Vt uerò Canusio proximum diceret, urbis illius nobilitas effecit, quum cætera proxima regione oppida obscura sint, nec eius generis unde locorum notitia peti debeat.

Amsegetes] dicuntur, quorum ager uiam tangit. Festus.

Amtermini] Inquit Festus, qui circa terminos prouinciæ manent. Vnde Amiciri, Amburbium, Ambarnalia, Amplexus dicta sunt.

Amula, æ] pen. corr. (περιρραντήριον) Vasculi genus ad aquam portandam, quod religionis & expiandorum malorum causa gestabatur: dictum quasi Amola, ab amoliendis periculis. Sipontin.

Amuletum] Amuleti, pen. pro. (ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα) omne genus remedij aduersum cuncta mala medicamẽta, & præsertim contra ueneficia putatur ualentißimũ: ab amoliendo dictum. Plin. lib. 25. cap. 9. de cyclamini radice loquens, Nascitur in umbrosis, à nostris tuber terræ nominatur, in omnibus serenda domibus, si uerum est, ubi sata sit nihil nocere mala medicamenta: amuletũ uocant, narrãtq; & ebrietatem repræsentari, addita in uinum. Idem, libro 37. capite 3, Infantibus succinum alligari amuleti ratione prodest.

Amulius] ἀμύλιος, Pictor quidam. Plin. lib. 35. cap. 10, Fuit & nuper grauis ac seuerus, idemq; floridus, humilis rei, pictor Amulius. Huius erat Minerua, spectantem aspectans quacunq; aspiceretur.

Amulius] ἀμύλιος, Procæ filius & Numitoris frater. Hic Amulius pulso fratre Numitore regnauit.

Amulius traiectus ense Romuleo cadit. Oui. 3. Fast. 14.

Amurca] ἀμόργη, olei sordes quæ præcedunt. Virg. 1. Geor. — & nigra perfundere amurca. Vbi Seruius, Amurca ex olei sordibus: sed ijs quæ præcedunt: nam sordes, quæ oleum sequuntur, fæces uocantur. Et amurca per c scribitur, & per g pronunciatur, ut C. Gaius: Cn. Gneus. Colum. li. 12. cap. 50. 3, Nam est inimicißima oleo amurca.

Amurca nigra. Virg. Georg. 1,

Et nitro prius, & nigra perfundere amurca.

Amurca Palladia, ab oliua arbore, quæ sacra est Palladi. Colu. Palladia sine fruge salis conspergere amurca.

Amurcaria (ἀμοργητικά) dolia, in quæ amurca infunditur. Cato, cap. 10. 3, Dolia queis uinacia condat decem, amurcaria decem.

Amusium] Ventis reperiendis excogitatum organum, ut ait Cælius, lib. 11. cap. 19. Vitruuius, lib. 1. cap. 6, Collocetur ad libellam marmoreum amusium medijs mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, ut amusium non desideretur.

Amussis] Huius amußis, fœ. g. (στάθμη) Filum est quod fabri materiarij rubrica oblinunt, aut alio colore. Sic Budæus. Festus aũt regulam uocat, ad quam aliquid exæquatur. Ex quo uidetur innuere Amußim & Normam idem esse.

Ad amußim aliquid facere, frequens est apud Authores, pro eo quod est exquisita diligentia, atq; exactißima cura. Gellius, lib. 1. cap. 4, Vt indicium factum esse ad amußim diceres. Translatum à fabris lapidarijs aut lignarijs, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. Erasmus.

Ad amußim lapis est applicandus, nõ amußis ad lapidem. Hoc est, Vita nostra ad leges est corrigenda, non leges ad mores nostros trahendæ. Id faciamus quod honestum sit, non id rectum existimemus quod facimus. Vtitur Plutarchus in commentariolo cui titulus, Quo pacto quis intelligere posit se profecisse.

Numerus ad amußim. Varro de re Rust. Id est, quum nihil nec superest, nec deest. Budæus.

Alba amußi. Hoc est, nullo delectu, ac citra discrimen. Nonnulli sic efferunt adagiũ, In albo lapide amußis alba. Vtitur Plato in Charmide, ubi Socrates ait se erga formosos adolescentes perinde esse, ut albam amußim in albo lapide, propterea quòd neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret.

Amußitatè

Amußitata opera (γεγλυφσμένα ὄργα) *id eſt, exactißima. Plautus. Mil.* 10.38, *In hoc amußitata ſua ſibi ingenua indoles.* Ex Nonio.

Amußim, aduerbium (κανονικῶς) *Feſtus, Amußim, regulariter. Tractum à regula ad quam aliquid exæquatur, quæ amußis dicitur. Quidam amußim eſſe dicunt, non tacitè, quod mutire interdum dicitur, loqui.*

Amuſus] penult.prod.(ἄμουσος) Inelegantes & indoctos, Græci uocant ἀμούσους: hoc eſt, à muſis alienos. Antiquitùs enim nihil eruditum habebatur ſine muſica. Vnde apud Comicos qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Hæc Eraſmus. Vitruuius, lib. 1. cap. 1, Nec muſicus, ut Ariſtoxenus: ſed non amuſos.

Amycla] ἀμύκλη, una ex filiabus Niobes, quam tradit Pauſania cum Melibœa ſorore ſeruatam, implorata Latonæ uenia. Homerus tamen omnes interijſſe tradit. Hermol. in Pli. lib. 36. cap. 5.

Amyclę] ἀμύκλαι, oppidum inter Caietam, & Tarracinam conſtitutum, à Laconibus, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerunt: & ab Amyclis prouinciæ Laconicæ ciuitate, nomen ei indiderunt. ¶ Quum autem ſecundum Pythagoream ſectam à cæde omnium animalium abſtinerent, & ex uicinis paludibus natas ſerpentes occidere nefas putarent, ab iiſdem interempti ſunt. Vnde Amyclas tacitas dicit poeta, id eſt, Pythagoreas. Nam Pythagorica uirtus eſt, quinquēnale ſilentium. Eſt & alia expoſitio: Quum frequenter falſo nunciarentur hoſtes, & inani terrore ciuitas quaſſaretur, lata lege cautum eſt, nequis unquam hoſtis nunciaret aduentum, poſtea quum uerè hoſtis ueniret, nullo nunciante, ex improuiſo ciuitas capta eſt. Vnde tacitæ Amyclæ dictæ ſunt quòd periere ſilentio. Lucilius, Mihi neceſſe eſt loqui: nam ſcio Amyclas tacendo perijſſe. Hactenus Seruius in illud 10. Aeneid. 113, — tacitis regnauit Amyclis.

Amyclæ, Amyclarum, Pelopōneſi ciuitas, Tyndari regia, Caſtoris & Pollucis patria, una ex ijs urbibus, quas olim Lacedæmonij centum tenuerunt, inſtitutis etiam communibus ſacris pro ſingularū ſalute, quæ Hecatombas ab earum numero memorabant. Author Euſtathius. Nomen indidit Amyclis Lacedæmonis filius, & Hiacynthi pater & Daphnes puellæ, quorum matrem Diomeden interpres Nicandri nominat. Amyclis, ut in tota ferè Laconia ſumma uenerationē Apollo colebatur.

Amyclæ Apollineæ. Stat. Theb. 4. 45.

Armiferæ Amyclæ. Oui. de Arte amandi, 2. 1.

Antiquæ Amyclæ. Oui. 8. Metam. 63.

Ledeæ Amyclæ. Stat. lib. 7. Theb.

Tetricæ Amyclæ. Stat. 5. Sylu. 31.

Amyclæ Therapnææ, à Therapnis Laconiæ. Mart. li. 9.

Trepidæ Amyclæ. Clau. in bello Getico, 39.

Amycleus, adiectiuum (ἀμυκλαῖος.)

Amyclei aheni. Oui. de Remed. amoris, 2. 63.

Amydeus canis. Virg. 3. Georg. 69. Id eſt, Laconicus. Seruius.

Amyclei olores. Stat. 1. Sylu. 2. 29.

Amyclææ arenæ. Stat. Sylu. 1. 2. 43.

Amycus] pen.corr.(ἄμυκος) filius fuit Neptuni & Nymphæ Melies, qui à Polluce uictus eſt pyctali certamine. Seruius in illud 5. Aenei. 75,

— qui ſe Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat.

Bebrycia autem, Bithynia eſt, ut ibidem teſtatur Seruius.

Amycus inops. Valerius, 4. Argon. 59.

Amyci portus. Pli. li. 16. ca. 44. in Ponto portus eſt, Amyco Bebricum rege interfecto clarus.

Amydon] pen.cor.(ἀμυδών) Pæoniæ ciuitas, quæ Troianis auxilia miſit, ut tradit Homerus, 2. Iliad. Iuuen. Satyr. 3,

Hic alta Sycione, aſt hic Amydone relicta.

Amygdala] Amygdalæ, penultim.corre.(ἀμυγδαλῆ) cum circunflexo accentu in ultima, arbor eſt, cuius fructus Nux Græca, & Nux Thaſia, & Amygdala, ſiue Amygdalum dicitur. Columel. libro 5. capite 10. 14, Amygdala ſi parum ferax erit, ſorata arbore lapidem adijcito. Plinius, lib. 16. capite 25, Floret prima omnium amygdala menſe Ianuario. Idem, lib. 23. cap. 8. 2, Amygdalæ amaræ radicum decoctum, cutem in facie corrigit. Plurale eſt, amygdalas, amygdalarum. Colum. li. 11. ca. 2.

Amygdala, amygdalæ (ἀμυγδάλη) cum acuto in penu. pro. fructu. Pli. intus nucleus amygdalæ eſt.

Amygdalum, li. n. g. pluraliter, hæc amygdala, pro fructu. Palladius, Græci aſſerunt naſci amygdala, &c.

Amygdalinus, adiect. pe. cor. (ἀμυγδάλινος) id quod eſt, uel fit ex amygdalis: ut Amygdalinum oleum. Pli. li. 23. c. 4. 8.

Amygdaliceum folium. Pli. li. 26. cap. 11.

Amygdalites] pen.prod. (ἀμυγδαλοειδὴς) Dioſcoridi, herba ex genere tithymali, à ſimilitudine amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos à latitudine foliorum. Plin. lib. 26. cap. 8.

Amylum] ἄμυλον, quid ſignificet, Cato, cap. 86. docet his uerbis, Amylum ſic facito, Siliginem purgato bene, poſtea in alueum indat: eo aquam addat bis in die. Die decimo aquam exiccato, extergeto bene, in alueo puro miſceto bene, facito tanquam fex fiat. Id in linteum nouum indito, expremito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito & refricato denuo. Eam patinam in ſole ponito, ut areſcat: ubi arebit, in patellam nouam indito, inde facito cum lacte coquat. Colum. lib. 12. cap. 55. 2.

Amylum, hinc appellatur, quòd ſine mola fiat. Siquidē μύλη, Latinè mola eſt. Officinis hodie, mutata litera, communiter Amydum uocatur. Ruell. li. 12. ca. 31.

Amymon] monis, pen. corr. (ἀμύμων) Latinè Inculpatus dici poteſt, & ſignificantius, qui nihil unquam riſu, & ſubſannatione dignum admiſit: quaſi ἀμύγμων, ac ſi dicas, in quem nihil obtrectatoribus aut cauillatoribus licet. Budæus.

Amymone] Amymones, pen. prod. (ἀμυμώνη) Danai regis filia fuit, quæ dum in ſyluis iaculando ſe exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto, uim ei uoluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt, quod à Satyro formidarat. Itaq; prægnans facta Nauplium peperit. Hanc in Smaragdo Alexander ſculpi uoluit. Amymonias aquas interpretatur Argiuus Cælius, libro 14. cap. 38. Amymones & mulieris & fontis mentionem facit Strabo, li. 8. & Oui. 2. Metam.

Amymone triſtis. Stat. 6. Thebaid. 58.

Amyntas] ἀμύντας, nomen paſtoris. Virg. Eclog. 3. 13,

At mihi ſeſe offert ultrò meus ignis Amyntas.

Amynta, Vocatiuus. Virg. eclog. 3. 15,

Quid prodeſt quod me ipſe animo non ſpernis Amynta?

Amynteria] ἀμυντήρια, Arma tutoria: quod genus ſunt thorax, galea, gladius, machæra, quibus uim propulſamus, & pugnantes hoſti reſiſtimus. Hoc nomine etiā dici poſſunt in naui malus, roſtrum, antenna, carcheſium, clauus, anchora, &c. Item in feris dentes, ungues, aliaq; quibus uim propulſant. Budæus.

Amyntor] ἀμύντωρ, Dolopum rector. Oui. 12. Metam. 73.

Amyntore cretus Phœnix. Ouid. 8. Metam. 62.

Amyris] ἄμυρις, Genus arboris eſt (ut inquit Hieronymus) quod Latini putantes Myrrham dictum, unguentum interpretati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolùm ad nos peruenire potuit, quòd odorem ſolum habeat ſuauem, nullum tamen offerat fructum.

Digitized by Google

Amyris] Ciuitatis Sybaris incola, de quo hæc narratur historia: Quũ Sybaritæ florerent opibus, quendã Delphos amandarunt, qui de rerum suarũ successu sciscitaretur oraculum. Responsum est, Euertendam Sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere cœpissent hominibus quàm dijs. Euenit deinde ut seruus à domino uapulans, nequicquam ad deorũ aras cõfugisset: pòst ad heri monumentũ cõfugiẽs, liberaretur à plagis: Quod simulatq; cõspicit Amyris, collectis rebus suis in Peloponesum demigrauit, reliqs interim Sybaritis hominẽ uelut insanũ ridentib. Inde prouerbiali figura diu cœptũ, Amyris insanit, ubi qs sub insaniæ prætextu reb. suis cõsulit: Aut ubi quis solus periculum prospiciens, in tempore sibi cauet, credulus interim uulgò desipere: deinde rerum euentus docet illum unum sapuisse. Citatur ab Eustath. Ilia. 2.

Amysti] ἀμυσὶ, Id est, hausti m: quasi dicas citra suctum, non occluso ore, aut contractis labris. Vel quasi ἀπνευσὶ, sine respiratione, ut qui inter bibendum spiritum non reciprocent, sed potum in aluum non secus atq; in dolium infundũt. Vnde etiam deducitur uerbum ἀμυσίζειν, eo modo bibere: quod nos Latinè, nec ineptè Amystizare dixerimus, quando & Horatianam legimus amystidem. Cæl. lib. 7. cap. 26. & Erasm. in Chiliad.

Amystis] Amystidis, Genus potionis, uel poculi est. Horat. 1. Carm. 36. 3,

—— nec multi Damalis meri
Bassum Threicia uincat amystide. Alij Amystim gemmam uolunt esse, quæ præsenti usu Amethystus dicitur. Meminit Cælius Rhod. lib. 7. cap. 26 & lib. 28. cap. 6.

Amythaon] Amythaonis (ἀμυθάων) Melampodis pater. Amythaonius uates. Stat. 3. Theb. 100.

Amythaonius Melampus. Virg. 3. Georg. 109.

Amyzon] ἀμυζὼν, Cariæ oppidum est, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

A N.

AN. M. Actionem mandat. ANN. uel AN. Annis, uel Annos. ANT. Antè, Anteor. ANT. T. C. Ante terminũ constitutũ.

An] ἄ, μή, Aduerbium est interrogatiuum, & semper duplicẽ interrogationem denotat, etiam si tantùm semel ponatur, quia tunc secunda subauditur interrogatio cum particula negatiua. Teren. An ego toties de eadem re audiam? Subaudi, An non: quæ est secunda pars quæstionis. Sic in cæteris. Idem, Obsecro an is est?

An, Dubitandi. Terentius, Adel. 4. 5. 33, Haud scio an illam nunc miserè amat. Ibidem, 2. 1. 41, Vide utrum uis, argentum accipere, an causam meditari tuam. Plinius, libro 8. cap. 23, Itaque non est fateri, rerum natura largius mala an remedia genuerit.

An, primo loco positum. Cic. 2. Philip. 83, An tu Narbonæ in mensas hospitum quum uomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Idem 1. de Finib. 108. & pro Milone, 5.

An, secundo loco positum. Cicero 5. Verr. 93, Errauit, an potius insaniuit Apronius? Et hìc, & in similibus subaudis, An uel Vtrum. Et in hoc genere loquendi, posterior pars affirmatur: est enim correctionis species.

An, ter repetitum. Cic. in Orat. 118, In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, an in principijs solùm, an in extremis, an in utraq; parte numerus tenendus sit.

An, quater repetitum. Cice. 3. de Orat. 117, Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an iudices, frequentes, an pauci, an singuli.

An, præcedente utrum. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 7. 27, Multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur. Idem Trebatio, lib. 7. Epist. 16. 4.

An, pro Aut, interdum uidetur accipi. Cic. in Bruto, 45, Summa senectute M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antequam mortuus est, an diebus, an mensibus? Idem ad Att. Tacitus metu an contumacia?

An & ne coniungi solent pro An. Terent. And. 5. 2. 10, Anne est intus Pamphilus? Cic. in Pisonẽ, 1, Nam quid ego de Consulatu loquar? parto uis, ánne gesto? Idem pro Cornelio Balbo, 43, Anne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit?

Anne, Dubitandi. Cic. 4. Acad. Non internoscat uera illa uisa sint, ánne falsa. Idem lib. eodem, 165, Quum interrogetur, tria pauca sint, ánne multa.

An & ne, interpositis aliquot dictionibus. Cic. lib. 1. de Finib. 19, An partus ancillæ sitne in fructu habendus.

An & nõ iuncta, primo loco ponũtur pro nónne. Terent. And. 3. 5. 15, Annon hoc dixi esse futurum? Idem Adelph. 3. 3. 42.

An non, Dubitandi. Plautus Mil. 20. 26, Tentabam ſi irarent annon aure. Pro nécne.

An non, in secundo membro positum, tarditatem increpat. Terent. in And. 1. 2 15, Hoccine agis, an non?

An nondum. Terent. And. 1. 2. 30, Intellextin'? an nondum etiámne hoc quidem? Idem Heaut. 3. 3. 35, Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?

An uerò. Cic. li. 1. de Orat. 130, An uerò si de re ipsa, si de finibus controuersia est, &c. Quintil. lib. 11. cap. 2, An uerò Sceuola in lusu duodecim scruporum, &c.

Ana] Fluuius Hispaniæ, & Bœticam & Lusitaniam prouincias diuidens. Plin. li. 3. cap. 1. 22.

Anabasis] pen. cor. (ἀνάβασις) Herba quæ Equisetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. Plin. li. 26. cap. 13. Recentiores caudam equinam uocant.

Anabasius] ἀναβάσιος, Qui emittitur in exteras regiones, rumorẽ aliquẽ dissem inaturus: qualẽ Triptolemũ fuisse in fabulis legimus, quẽ semina per orbẽ sparsurum, cæteriq; beneficia annuntiaturum, à dea rapidissimo curru emissum fabulantur. Hieronymus contra Ruffin. Id circóne Cereales, & Anabasij tui per diuersas prouincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?

Anabathrum] ἀνάβαθρον, Pulpitum, scala, gradus superior scansilis, subsellium. Iuuen. Satyr. 7,

Et quæ conducto pendent anabathra tigillo. (Ptolem.

Anabis] ἀναβὶς, Oppidũ Hispaniæ, in tractu Tarraconensi.

Anabolagium] ἀναβολάγιον, uel Anaboladiũ, sindonis genus est, quo humeri operiuntur. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus et humeros protegere, & quum uisum esset reijcere. Calep.

Anabole] ἀναβολὴ, Amictus, palliũ. Huius meminit Athenæus, li. 7. Var. hist. Symmachus aũt eum locũ Esaiæ, 3. cap. ubi Latinus interpres uertit Mutatoria, significantius traduxit ἀναβολὰν, ut scribit Hieronymus eum locum interpretans: qui subdit, hæc esse ornamenta uestium muliebrium, quibus humeri & pectora proteguntur.

Anaboleus] ἀναβολεὺς, uocatur q apud reges eo fungebatur munere, ut eos in equũ susolleret: Strator, à sternẽdis eqs, Latinè dicitur. Plutarchus in Crasso, & Budæus. Itẽ ferrũ illud pendulũ, cuius ope in equũ cõmodius ascẽnditur, ἀναβολεὺς dicitur, quod Stapedem non ineptè dixit quidam.

Anabula] Herba quæ & Lactoris dicitur, & Lactaria, oleæ folio, sed minore, flore luteo. Ruell. li. 3. ca. 121.

Anabura] ἀνάβυρα, Pisidiæ oppidum, apud Strab. lib. 12.

Anacacabea] ἀνακακάβεια, Arbor quæ & Lotus dicitur. Galli Alysam & Alyserum appellant. Ruell. li. 2. ca. 95.

Anacalypteria] numero plurali (ἀνακαλυπτήρια) Dies festus fuit post nuptias, quũ sponsa reuelabatur, ut ab omnib. conspiceretur.

Digitized by Google

conſpiceretur: tametſi munera etiam ſignificant, quæ eodem die ſponſæ exhibebantur, non his diſſimilia quæ Repotia à noſtris dicta ſunt. Vide Giral. in lib. De diis gentium, & Cæl. lib. 11. cap. 60.

Anacampſerotis] Herba cuius omnino tactu redeunt amores, uel cum odio depoſiti. Pli. li. 24. ca. 17. ad finem.

Anacardium] ἀνακάρδιον, arbor Indis familiaris, fructu, auiculæ corculo non diſſimili, unde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo ueluti ſanguine ſcatet. Nomen Anacardi officinis retinuit. Ruell. li. 1. ca. 37.

Anace] Oppidum Achaiæ apud Stephanum.

Anacephalæoſis] penult. prod. (ἀνακεφαλαίωσις) figura eſt, qua rerum capita ſummatim repetuntur. Sic uocant oratores, quum ea, quæ ſparſim ac fuſius dicta ſunt, paucis repetuntur, ut ſimul iudici renouentur. Hanc item uocant epilogum. Quintil. lib. 6. cap. 1, Rerum repetitio & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibuſdam Latinorũ enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totã ſimul cauſam ponit ante oculos iudicis. Vulgus imperitum recapitulationem uocat.

Anachæ] Qui & Anaces (ἄνακες) Caſtores appellati ſunt. Dicti quaſi ἀνακῶς, quòd benignè & humaniter Atheniẽſibus affuerũt: uel quod nauigantes ſeruare crederẽtur, ſtellæ ipſæ apparẽtes. Nam ſuprà, ἀνέναε, & longè ἀνέναθεν, dicunt Attici. Vnde ἄνακας, cõponũt. De his plura Theocrit. in Idyllio Dioſcuris inſcripto, & plutarchus in Theſeo.

Anacharſis] ἀνάχαρσις, Philoſophus ex Schytarum genere, ſapiẽtiæ admirãdæ, ut ſcribit Cicero, lib. 5. Tuſc. Floruit Solonis temporibus. Cuius imaginibus inſcriptum eſt: Linguã, uentre, pudendis, abſtinendum eſſe. Plinius tradit Anacharſin inueniſſe rotam figuli, cuius circuitu uaſa formantur. Sed ſi (ut inquit Seneca apud Homerum) longè antiquior inueniatur figuli rota, non uideo quomodo Anacharſis eſſe author huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quam ſimillimas eſſe dicebat. Interrogatus autem quo pacto abſtemius quis fieret, reſpondit, ſi ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat.

Anachis] Deus genius Aegyptijs. Illi enim quatuor fuiſſe putant, quos ſimulatq; in lucẽ editus fuiſſet homo, illius puigilẽ curam agere opinantur, quorum nomina ſunt Dymon, Tychis, Heros, & Anachis. Alex. ab Alex. li. 6. ca. 4.

Anachites] pe. prõ. (ἀναχίτης) Pli. li. 3. c. 4. ad finẽ, Adamas et Venena irrita facit, et lymphationes abigit, metuſq; uanos expellit à mente, et ob id quidam eum Anachiten uocauere.

Anachoreſis] ἀναχώρησις, Eremus, ſeceſſus: unde monachi eremũ incolẽtes, et qcũq; ꝑcul ab hominib. ſeceſſerint, ἀναχωρῆται, uocãtur. Caſſiã. in Col. Cuius ſectatores Anachoretæ id eſt, Seceſſores meritò nũcupãtur, eò q nequaq cõtẽti hac uictoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerũt, aperto certamine ac manifeſto cõflictu dæmonibus cõgredi cupiẽtes, uaſtos eremi receſſus penetraſſe nõ timẽãt.

Anaclaſis] ἀνάκλασις, Reuerberatio, reflexio. Numeratur & apud P. Rutilium Lupum inter figuras ſententiarum.

Anaclinterium] ἀνακλιντήριον, Quaſi accubitum, Lectulus eſt ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuſcanica, & apud Lampridium in Heliogabalo accubita: ab alijs Stibadia, ἀνακλιντήριον, Spartianus in Aelio.

Anacœnoſis] ἀνακοίνωσις, Communicatio Latinè. Schema eſt, quum aut ipſos aduerſarios conſulimus, aut cum iudicibus deliberamus. Iulius Rufinianus.

Anacoluthos] Anacoluthi, penult. prod. (ἀνακόλουθος) incõſequens. Vocant autem Grammatici ἀνακόλουθον, uitiũ orationis, quando non redditur quod ſuperioribus reſpondeat. Virg. 2. Aeneid.

Millia quot magnis nunquam uenere Mycenis. Vbi Seruius, ſubaudi Tot. & eſt anacoluthon. nam dixit Quot, quum non præmiſerit Tot. Idem 3. Aeneidos,

Sed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti. Vbi Seruius. Sed tamẽ, anacoluthon: nam Quanquam non præmiſit.

Anacreon] pen. corr. (ἀνακρέων) Anacreontis, poeta Lyricus, ex Teo urbe Ionum, à quo genus carminis Anacreonticum dictum. Horat. 4. Carm. Ode 9. 2,

Nec, ſiquid olim luſit Anacreon, Deleuit ætas.

Anacreon poeta, acino uuæ paſſæ ſtrangulatus eſt. Plin. lib. 7. cap. 7. Valerius Max. lib. 9. cap. 12.

Anacreon Teius. Hora. Epod. 13. 2.

Anacreontius, adiectiuum (ἀνακρεόντιος) Quint. li. 9. cap. 4. Anacreontium protinus colon efficias.

Anacreontius uerſus: Miſeri inuidi uiuimus ſcientes. Recipit Pyrrhichium, Chorium, Spondæum, Brachyſyllabum, Anapeſtum. Primus ſemper eſt, Pyrrhichius. Cenſorinus de die natali, cap. ult.

Anacriſis] ἀνάκρισις, Quæſtio de reo habita, ſiue ea per tormenta fieret ſiue ſine tormentis. Item interrogatio teſtium, quam uulgus informationem uocat. l. Diuus Adrian. D. de cuſtod. & exhibit. reor. Vide Bud. in comment.

Anacruſis] ἀνάκρουσις, Certaminis præludium: Ampera primum certandi periculum: Cataceleuſmus, certamen ipſum. Ex Cæl. lib. 16. cap. 19. & Bud.

Anactes] ἄνακτες, Vnde & cur ſic dicantur reges, docet Cælius, Antiq. lect. li. 17. c. 20, Sed & Anactes apud Cyprios dicebatur magiſtratus honorificus, ad quem referebatur quotidie ab exploratorib. quibuſdam quicquid audiſſent, idq; in Reip. commodum fuerat inſtitutũ. Euſtath. Iliad. V. annotat.

Anactorea] ἀνακτόρεια, Stephano, oppidũ eſt Acarnaniæ, ad ſinum Ambracium. Pli. li 4. ca. 1, Eſt item hoc nomine Ioniæ urbs in minore Aſia, poſtea Miletus appellata, ut teſtatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Anactorion] ἀνακτόριον, herba eſt, quæ notiorib. nominib. ξυφίον Græcis, et Latinis Gladiolus appellatur. Dioſc. li. 4.

Anactorium] ἀνακτόριον, ut ſcribit Herodotus, fuit tẽplum Cereris in Eleuſine. Pollux Anactoriũ pro Adyto accipit.

Anadema] pen. pro. (ἀνάδημα) Coronamentum, ſertum, capitis ornamentum. Lucr. li. 4,

Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ.

Anadendromalache] ἀνανδρομαλάχη, Malua arborescẽs, quã Galenus, 4. Therapeuticè, eãdẽ facit cũ Althæa.

Anadiploſis] pen. pro. ſœ. gen. (ἀναδίπλωσις,) dici poteſt Reduplicatio. Eſt enim congeminatio dictionis in ultima parte uerſus, & prima ſequentis. Virg. 8. Ecloga,

Certent & ſignis ululæ: ſit Tityrus Orpheus,
Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion.

Anadyomene] ἀναδυομένη. Pli. li. 35. ca. 10. Venerẽ exeunte è mari diuus Auguſtus dicauit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene uocatur, uerſibus Græcis tali opere dum laudatur uicto, ſed illuſtratos cuius inferiorẽ partẽ corruptã qui reficeret, non potuit reperiri. Verùm ipſa iniuria ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit hæc tabula carie: aliamq; pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo, Dorothei manu.

Anæa] ἀναία, urbs Cariæ, à qua adiectiuũ Anaiticus, ſiue Anæiticus: ut, Anaiticus lacus contra Samũ. Oppidanos eius loci Thucydides Anaites pronunciat tetraſyllabos. Plin. lib. 16. cap. 36, Calami probatiores Gnidij, & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcuntur.

Anætia] ἀναιτία, oppidum maioris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Pli. li. 5. cap. 24.

Digitized by Google

Anaetis] *tidis, quadrisyllabum, dea quæ à Lydis colebatur: quæ à Strabone Anaitis dicitur.*

Anagallis] *Anagallidis (ἀναγαλλὶς) Herba est quæ in duo genera dirimitur. Fœmina flore cæruleo conspicitur, mas puniceo. Hodie Morgelina, siue gallinæ morsus, uulgò nominatur. Ruellius, li. 2. cap. 109.*

Anaglypha] *Anaglyphorum (ἀναγλύφα) Dicuntur uasa aspera, non læuia, cælaturis eminentibus, inæqualibusq;. Plin. lib. 33. cap. 11. 1, Nunc anaglypha, in asperitatemq; excisa, circa limearum picturas quærimus.*

Anaglypta, anaglyptorum. *Idem (ἀναγλυπτὰ) Mart. li. 1. 45,*

Nec mensis anaglypta de paternis.

Anaglyptes, anaglyptæ *(ἀναγλυπτὴς) Scalptor dicitur.*

Anaglypticæ, anaglyptices *(ἀναγλυπτικὴ) ars scalpendi.*

Anagnia] *ἀναγνία, Ptolemæo, ciuitas Hernicorũ in Latio, ubi Antonius sorore Augusti contempta, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam feriri iussit. Virg. li. 7,*

Quos diues Anagnia pascit, &c.

Anagnostes] *Anagnostæ, m. g. (ἀναγνώστης) Latinè lector. Cic. Att. li. 1. 1. 7. 8, Nam puer festiuus anagnostes noster Sosistheus decesserat. Sic Vatinius Cic. li. 9. Epist. ad finem.*

Anagnutes] *Populi sunt Galliæ Aquitanicæ. Pli. li. 4. ca. 19.*

Anagoge] *ges, fœ, ge. pen. prod. (ἀναγωγὴ) Receßus subtilis siue excelsa, aut superior intelligentia. Figura, quasi Subductio, quum sensus ad altiora tollitur. Hieron. in prolo. Nahũ.*

Anagogicæ *(ἀναγωγικὰ) mystica sunt, quæ hominem mortalẽ sublimia diuinaq; meditãdo in cœlũ subuehũt. Et sensus anagogicus dicitur, quũ sensus literalis (ut uocant) in spiritualem uertitur. Budæus.*

Anagraphe] *ἀναγραφὴ, Perscriptio & acta. Sic etiã appellatur Commentarius & breuiariũ, & liber cẽsus pacti. Bud. comment. Vlp. in l. ult. ff. de reb. auth. iud. poss. anagraphẽ uocat, quod alibi inuẽtariũ et repertoriũ et synopsin appellat.*

Anagyris] *ἀνάγυρις, herba quæ odore tetro prouerbium peperit, in eos iactari solitum, qui obfutura sibi commouent. Vulgò, eghelo.*

Anaitæ] *Vide* Anęa.

Anaitis] *Regio Armeniæ Plinio. Scribitur & Anatis.*

Anaitidem deam colunt in primis Armenij, ita more condito, ut uel nobilitate præstantes eius ministerio dedicent filias, quæ inibi corporis pudicitia in uulgus data, uelut inde augustiores factæ, mox traduntur uiris, nemine non coniugia id genus alacriter admittente. Plin. lib. 33. cap. 4. Strabo, lib. 11. & 12. & 15.

Analecta] *Analectorum, neut. gen. (ἀνάλεκτα) reliquiæ sub mensa, quæ quòd colligi debeant, id sunt sortitæ nomen. Cælius, li. 7. ca. 15. Martial. li. 14. 87,*

In precio scopas testatur palma fuisse:
Sed precium scopis nunc analecta dabunt. Idẽ li. 7. 19.

Analectes, analectæ *(ἀναλεκτὴς) qui colligit, aut uertit analecta. Seneca per translationem, Suasit illi ut Grammaticos haberet analectas de Caluisio loquens, qui seruos literatos in conuiuijs ad pedes habebat, ut uersus quos referret, suggererent. Vide Cælium, li. 7. ca. 51.*

Analectides *(ἀναλεκτίδες) dicuntur, quibus è xylino lino, uel quauis materia, uellæ tanquam pulullis constipant scapulas prominentes, ut uideri habitiores posßint. Ouid. lib. 3. de Arte amandi,*

Conuenient tenues scapulis analectides altis,
Angustum circa fascia pectus eat. Cælius, li. 7. ca. 51.

Analemma] *ἀνάλημμα, est ratio conquisita Solis cursus, & umbræ crescentis, à brumæ obseruatione inuenta, è qua per rationes architectonicas circinoq; descriptiones est inuentus effectus in mundo. Vitruuius, li. 9. ca. 4.*

Analitæ] *ἀναλῖται, Populi Arabiæ. Pli. li. 6. cap. 28.*

Analogia] *Analogiæ, penult. corr. (ἀναλογία) Proportio. Quint. li. 1. cap. 6. & 10, Analogia præcipuè quâ proximè ex Græco transferentes in Latinum proportionem uocauerunt. Eius hæc uis est, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat: ut incerta certis probet. Cic. de Vniuers. 17, Id optimè assequitur quæ Græcè ἀναλογία, Latinè (audendum est enim: quoniam hæc primùm à nobis nouantur) comparatio, proportióue dici potest.*

Analogia, est uerborum similium declinatio similis, non repugnante consuetudine communi. Varro, li. 3. de Analogia.

Analogia, est congruentia rei ad aliquid relatæ: uelut quum dicimus, Cicada magnas habet alas, pro portione corporis: nam paruæ sunt alæ, si ad alas conferantur papilionum. Erasm. in 12. cap. Epist. ad Romanos.

Analogiam facere. Quint. li. 1. cap. 6. 11.

Analogia tueri dictum. Quint. li. 1 cap. 6. 7.

Analogia apud Mathematicos, est quum numeri duo aut plures, quum item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundæ comparationis, iuxta æqualitatẽ uel inæqualitatem, ut si dicas: Vt se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor: & quanto est longior pes Herculanus alterius dicuius pede, tanto item stadium Herculano pede sexcenties commensum, longius est eo stadio, quod alterius pede toties transmissum est.

Analphabetus] *pen. pro. (ἀναλφάβητος) à Græcis dicitur, qui ne elementarias quidem literas nouit, quas Fulgentius Abecedarias appellat in tertio Mythologicôn.*

Analysis] *ἀνάλυσις, Resolutio, Retexio cõplexionis ad ipsius principia. Quũ cõpositũ aliqd in suas simplicißimas partes, uel in sua principia resoluitur, ut Aristoteles ostẽdit 1. Analyt. ut patet item in elementis Euclidis, 13. p. 1. 2. 3. 4. 5.*

Analyticum, pen. corr. (ἀναλυτικὸν) Resolutorium, quo nomine inscribuntur quatuor libri Aristotelis in Organo.

Anamaschalister] *ἀναμαχαλιστὴρ, ornamentum pectoris uel capillorum, apud Pollucem, li. 5. ca. 16, ex Philippide comico, οἰ ἀδωνιαζόσαις.*

Ananceum] *Vrnale poculum interpretatur Turnebus. Nã quũ ἀνάγκη sit urna iudicialis, quidni urnale poculum Anancæũ dicatur. Plin. Rud. Credo hercle anãcæo datũ quod biberet. Hoc uocabulum reperitur in Varrone apud Nonium, Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodes, craterę, anancæa populo nobilium Tarentinarum.*

Ananceus] *ἀναγκαῖος, Lelegum rex fuit, qui quum Ioniæ partem quandam tenerent, ab Ionibus demum electi, in Cariam euaserunt. Strab. lib. 14.*

Ananchitis] *pe. pro, gẽma, de qua sic Pli. li. 37. c. 11. 6, Anancitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum.*

Anantapodoton] *penul. cor. (ἀνανταπόδοτον) Schema Græcum, Atticæ linguæ proprium, oratio scilicet uno membro defecta. Hoc autem schema tribus modis usurpatur, in principio, in medio, & in fine: ut docet interpres Aristophanis. Exemplum autem eius quod fit à fine, inuenimus & apud eundem, libro 7. Epist. ad Att. 136. 2, Responsa Pompeij grata populo & probata concioni esse dicuntur. ita putarant: Quæ quidem si illa repudiarit, iacebit: si acceperit. Vtrum igitur inquies, mauis? Responderem, si quemadmodum parati essemus scirem. Si igitur (inquit Cicero) Cæsar conditiones latas non acceperit, nihil respondebit, sed rem armis geret: sin acceperit, legatos iterum mittet. Quam clausulam, aut aliam non absimilem Cicero figuratè reticuit, Budæus in prioribus Annotationibus.*

Anapęstus] *ἀνάπαιστος, pes ex duabus syllabis breuibus, & tertia longa: ut, Veneri. Cicero 2. Tusc. 63, Nec adhibeatur ullus,*

Digitized by Google

turulla ſine anapæſtis pedibus hortatio. Idem lib.3.de Ora. 100, Vbi etiam pes herous à Cicerone dicitur.

Anapæſtus Ariſtophaneus: Axena ponti per freta Colchos deniq; delatus adhæſi. Recipit pedes quaternorum temporum. Omnes implet pedes, præter ſemipedem. Anapæſtoctonarius: Ore beato lumine uolitans: qui per cœlum candidus equitas. Recipit eoſdē pedes, præter ſemipedem. Cenſorinus de die natali, cap.ult.

Anapæſtum, g.n. & Anapæſtus maſc. pro genere carminis. Ci. 3.Tuſc.96, Nec ſileturꝰ illud potentiſsimi regis Anapæſtum. Idem in Orat. 110, Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe uerſus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, pleroſq; ſenarios, ſed etiam anapæſta. Paulò pòſt, Ita factus eſt Anapæſtus, qui Ariſtophaneus nominatur.

Anapæſticus, penu.corr.adiectiuum: ut Anapæſticus uerſus, qui conſtat ex Anapæſtis. Cic.in Orat.100.

Anapauomene] ἀναπαυομένη, nomē puellæ apud Plinium, li.35.c.10, Pinxit et currētes quadrigas, et ſupplicantē penè cū uoce. Et uenatores cum captura. Et Læontionē pictorem. Et Anapauomenen propter fratris amorem morientem.

Anapauomenos] ἀναπαυόμενος, fons eſt in Dodone, Ioui ſacer. Plin. li.2.c.103, In Dodone Iouis fons quum ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueantur accendit. Item meridie ſemper deficit: qua de cauſa Anapauomenon uocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat: ab eo rurſus ſenſim deficit.

Anapauomenos] pen. cor. (ἀναπαυόμενος) Quieſcens. Plin.li.35. ca. 10. Satyrus hic eſt, quem Anapauomenon uocant, ne quid deſit temporis eius ſecuritati, tibias tenens.

Anaphalis] ἀναφαλὶς, herba eſt, quæ notiori nomine Gnaphalium, & à quibuſdam Centunculus appellatur. Plinius, lib.27.cap.10.

Anaphe] ἀνάφη, inſula eſt una Sporadum, inter Theraſiam & Aſtypaleam, quam Plin. lib.2.cap.8, Enumerat inter eas quæ diu aquis tectæ tandem emerſerunt.

Anaphora] Seu Epanaphora.pen.cor. (ἀναφορὰ) Figura quam nos relationem, ſeu repetitionem dicere poſſumus: quæ fit quoties per ſingula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe iubebat, Verres cognoſcebat, Verres iudicabat. Quod exemplum ex Cicerone ſumptum eſt, 4. Verrinarū, 16. Virg. 1. Aene. 134,

Nate, meæ, uires, mea magna potentia ſolus:
Nate patris ſummi qui tela Typhoëa temnis.

Anaphoræ etiam ſcanſiones, ſeu aſcenſiones ſignorum uocantur ab oriente circumactu mūdi quotidiano factæ, quia non equales ubiq; aſcenſiones ſunt, ex inclinatione cœli uaria, nunc maiores, nunc minores. Firmicus. Sed iſtis tandiu uitijs laborabit, quoad ſigni eius fuerit anaphora completa. Plin. lib.7.cap.49.1, Negauere illi quenquam x c. partium exortiuam menſuram (quod anaphoras uocant) tranſgredi, & has ipſas incidi occurſu maleficorum ſyderum, aut etiam radijs eorum, Soliſq;.

Anaphyſema] ἀναφύσημα, Euaporatio. Cæl.lib.20.ca.19, Terræ autem anaphyſema, hoc eſt, cum tumore efflatio, exiuio flatus eſt, uel effractiore uomitu terræ ſeſe, eruptione facta, attollens. Et Apuleius, Anaphyſena (inquit) Græci eos nuncupant ſpiritus, qui de fundo uel hiatibus terræ exploſi, ad ſuperna maris ſolent deuenire.

Anapias] Et Amphinomus fratres, de quibus Seneca, lib 3. de Benef. Vicere (inquit) Siculi iuuenes, quum Aetna maiore ui peragitata, in urbes, in agros, in magnam inſulæ partem effudiſſet incendium, uexerunt parentes ſuos: diſceſſiſſe creditum eſt ignes: & utrinq; flamma recedente, lumiē ad-

uertum, per quem tranſcurrerent iuuenes, digniſsimi, qui magna tuiò auderent. Meminit Valer. Max. li.5.ca.4, Anapum uocans. Cælius quoq;, li.6.ca.39.

Anapis] pen.prod. (ἄναπις) Siciliæ fluuius, leniter decurrens, decem ſtadijs procul à Syracuſis in mare defluens. Oui. 5.Metam.

Præterit & Syanen, & fontes lenis Anapis.

Anariacę] Straboni, Anariaci Plinio, ἀναρίακαι Stephano, populi ſunt ad mare Caſpium, ad Ortū incolentes: quorum oppidum Anarisce commemoratur à Stephano.

Anarrhinum] ἀνάῤῥινον, quòd & Antirrhinum, herba eſt Anagallidi ſimilis, radice nulla, aut perexigua, ſemine uitulinas nares imitante, unde & nomen habet. Galenus Bucramon appellat: Galli Oculum cati. Vide Pli. li. 25.cap.10. & Ruell.lib.3.cap.131.

Anas] Anatis, pen.cor.f.g. (νῆττα) Auis à natando dicta, Authore Varr. Plaut. Capt. 19. 6, Aut anates, aut coturnices dantur quibuſcum luſitent. Mart. li.13. 52,

Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum,
Et ceruice ſapit, cætera redde coco. Cicer.2.de Natu.deo.185,

Anatum oua gallinis ſæpè ſupponimus.

Anatem morbum anuum dicebant, id eſt, uetularum: ſicut ſenium, morbum ſenum. Feſtus.

Anaticula, pe.cor.diminutiuū (νηττάριον) aut eſt parua anas, aut potius aquatilis auicula uulgò nota, anati forma perſimilis, ſed multò minor. Plaut. Aſin.12.103, Dic igitur me anaticulam, columbam, uel catellum. Cic.5.de Finib.75, Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti uidemus boues.

Anatinus, adiectiuum, penul. prod. denominatiuum (νηττινὸς) Plau.Rud.13.47,

Vtinam ſortuna nunc ego anatina uterer,
Vt poſtquam exiuiſſem ex aqua, arerem tamen.

Anatarius, adiectiuum (νηττοκόμος) Cuſtos anatum. Item, anatariæ plumæ: & anataria aquila, quæ anates circa lacus uenatur. Ex Sipontino. De anataria aquila. Pli.li.10.ca.3.

Anas] pro fluuio. Vide Ana.

Anaſa] ἄναρα, Oppidum Carmaniæ. Pli.li.6.cap.28.

Anaſphoros] ἀνάσφορος, A quibuſdā uocatur herba, quā Græci πλεξίδια, Latini Linū appellāt. Legitur hoc nomē in quibuſdā Dioſcoridis exēplarib. quod tamē rōnulli, ut pleraq; alia herbarū nomina apud eūdē, inter notha referre malūt.

Anaſſum] ἀνασσὸν, fluuius eſt in decima regione Italiæ, quò Varamus defluit. Pli.li. 3.ca. 18.

Anaſtomoſis] pe.pro.f.g. (ἀναστόμωσις) apud medicos uocatur apertio uenarum, ſiue ſanguinis reiectio, quæ fit alicuius uenarum ore patefacto. Herm. in Gloſſematis. Celſus, li.4.ca.4. De tuſſi. Meminit & Cælius, li.7.ca.22.

Anaſtromatica] Dici uidentur cibaria quæ appetentiam conciliant, & edendi prolubium excitant, cuiuſmodi ſunt ſale conditæ oliuæ, quas colymbadas nuncupant. Cæl. Antiq. lect. li.13.ca.1.ex Athenæo.

Anaſtrophe] Anaſtrophes, penult.correp. fœm.gen. (ἀναστροφὴ) Inuerſio dicitur. Eſt enim (ut docet Diomedes) duorum uerborum ordo præpoſterus, ut Italiam contra, pro contra Italiam.

Anaſtrophe, inuerſionis uitium. Quint. li.1.ca.5.26.

Anatarius] Vide Anas.

Anathema] penult.prod. (ἀνάθημα) anathemata dicuntur donaria, hoc eſt, dona quæ dicata dijs, ſuſpendūtur in parietibus & columnis templi: cuiuſmodi nunc uiſuntur potiſsimum iuxta monumenta diuorum ſtatuæ argenteæ, equi aurei, pocula gemmata: dicta ab ἀνατίθημι, hoc eſt, à ſe ponendo ſiue

Digitized by Google

do, siue suspẽdendo: Erasm. in 21. ca. Lucæ. Quidam scribũt ἀνάθεμα, per η, & sic scribendum monet Thomas magister.

Anantinus] Vide Anas.

Anatis] Apud Persas Diana dicta est. Eius templum Eobatanis fuit, cuius sacerdotes procul à uirili contagio in perpetua uirginitate degunt. Alex. ab Alex. li. 5. ca. 12.

Anatocismus] ἀνατοκισμὸς, est usuræ anniuersaria renouatio, & quas usuras usurarum uocant. Cic. ad Att. libro 5. Epist. ult. Interim quũ ego in edicto translatitio centesimas me obseruaturum haberem cum anatocismi anniuersario, ille ex syngrapha postulat IIII. Ibidem clamare omnes qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. Budæus.

Anatole] ἀνατολὴ, locus unde exoritur sol, & ipse solis exortus. Polluci, li. 2. Est candidus ille semicirculus, qui in unguium radicibus emicat.

Anatome] pen. cor. (ἀνατομὴ Græcis) incisio Latinis dicitur, ut Celso. (6. c. 29.

Anaudoma] tis (ἀναύδομα) oppidũ est Syenitarũ, Pli. lib.

Anauros] Fluuius Thessaliæ, quasi absq; aura dictus. Luc. li. 6. 74, Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec uĕtos tenues suspirat Anauros. Fluit ex Pelio Thessaliæ monte. Sunt qui etiam Nilum hoc nomine uocĕt, quòd nullas expiret auras: ut testatur Pli. li. 5. ca. 9.

Anausis] ἄναυσις, Alanorum Heniocharumq; rex, procus fuit Medeæ. Sed pater uirginis Aeetes, Styro Albaniæ regi repudiato illo, filiam despondere maluit: à quo Anausis postea, quum fortè fortuna se riuali obtulisset, interfectus fuit. Valer. Flacc. 6. Argon.

Anax] ἄναξ, proprium uiri nomen, qui fuit Cæli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cel. li. 5. ca. 1.

Anaxagoras] pe. cor. (ἀναξαγόρας) Clazomenius Philosophus fuit, in physicis præcellens. Hic non modo generis gloria & diuitijs, uerum animi quoq; magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quum ab eis negligentiæ instimularetur, Quid ergo, inquit, nónne uos ista curatis? Mox abscedens ad speculandum rerum naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei & priuatæ & publicæ omnino negligens & incuriosus, adeò ut cuidam ipsum ita compellanti, Nulláne tibi patriæ cura est? dixerit, Mihi uerò patriæ cura & quidem summa est digitum in cœlum intendens. Hic quum post diutinam peregrinationem in patriã reuenisset, possessiones q; desertas uidisset: Non essem (inquit) ego saluus, nisi istæ perijssent. Qui pluris faciens culturam ingenij quàm prædiorum: famigeratus fuit inter philosophos. Lampsaci periit.

Anaxagoras niuem nigram dixit esse: ferres me si ego idem dicerem? Cic. 4. Acad. 129.

Anaxagoræ ὁμοιομερείαι. Lucr. li. 1. 157,
Nunc & Anaxagoræ scrutemur ὁμοιομερείας.

Anaxander] ἀναξανδρος, pictor non ignobilis. Plin. libro 35. cap. 11.

Anaxandrides] ἀναξανδρίδης, poeta Græcus, comœdiarũ scriptor, patria Rhodius, qui tẽpore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas sexaginta quinq;, uicit una. Suidas.

Anaxarchus] ἀνάξαρχος, nomen proprium Philosophi Abderitæ, sectatorisq; Democriti. Hic habuit inimicũ Nicocreontem Cypri tyrannũ, à quo comprehensus, coniectusq; in pilum ptisanæ, siue mortarium saxeum, quod Græci ὄλμον uocant, ibiq; ferreis malleis contusus, adeò toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, ut uerbum illud memorabile conduplicauerit, Tunde tunde Anaxarchi follem: Anaxarchum enim non tundis. Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abscissam & commanducatam linguam in os eius ira patulum conspuisse dicitur. Testes, Cic. 3. de Nat. deo. 118. & 2. Tusc. 89. Valerius & Laertius. Oui in Ibin, 115,
Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta.

Anaxarete] ἀναξαρέτη, puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba: quam quum Iphis, infimæ sortis iuuenis perditissimè amare & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia, sese ad fores eius suspendit: cuius funus quum Anaxarete siccis immotisq; oculis intueretur, in saxum est conuersa. Oui. li. 14. Metam.

Anaxenor] ἀναξήνωρ, citharœdus fuit, quem Magnesia ciuitas ualde extulit, sed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatũ ei tributa legenda præbuit. Strabo, li. 14. (Suidas.

Anaxilas] ἀναξίλας, Poetæ comici nomen, cuius meminit

Anaxilaus] ἀναξίλαος, Messenius, qui Messanam in Sicilia condidit, fuit Rhegimorum tyrannus. Is quum paruos reliqueret liberos, Mycitho seruo suo commendasse contentus est. Is tutelam sanctè gessit, imperiumq; tam clementer obtinuit, ut Rhegini à seruo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatẽ pueris, & bona & imperium tradidit: ipse paruo uiatico sumpto profectus est, & Olympiæ cum summa tranquillitate cõsenuit. Macro. Satur. li. 1. c. 11, Fuit preterea Anaxilaus q̃dam ex Lacedæmoniorum principibus, qui unà cum Lycurgo in uincula coniectus fuit, & paulò post cum eodem absolutus. Plutarch. in Alcibiade.

Anaximãder] ἀναξίμανδρος, Milesius philosophus, Thaletis sodalis, primus terræ mariq; circuitus descripsit, & sphæram insuper cõstruxit, ut inquit Laertius. Hic dixit infinitatem rerum omnium generationis atq; corruptionis causam esse. Præterea cylindri formæ esse terrã asserit tantæ profunditatis, ut ad altitudinẽ ꝓfunditas tertia inueniatur.

Anaximenes] ἀναξιμένης, philosophus fuit, Emistrati filius, Anaximandri discipulus, successorq;, qui eo die obijt, quo Sardis capta fuit. Hic principium rerum aera opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum ait, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum uerò ab æterno esse dixit: terram ex aere constipato primùm omnium factam latam, magnam, idcirco non absq; ratione super aerem contineri: Solem, Lunam, cæteraq; stellas à terra ortum habere. Calep.

Anaxo] ἀναξὼ, Ancæi cuiusdam filia fuit, quã quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lysidicen sororem Pitthei, ex Pelope & Hippodamia, ut habet Plutarch.

Anaxylides] ἀναξυλίδης, nomen philosophi, de quo Hieronymus contra Iouinianũ scribit, quòd in libro secundo Philosophiæ asserat Potonam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quodq; sapientiæ principem nõ aliter arbitretur, nisi de partu uirginis editum.

Anaxyrides] ἀναξυρίδες, uestes sunt, & braccæ longis femoralibus auro pictæ, intonsæ, & uarij coloris, quas Gallis familiares esse scribit Alex. ab Alex. li. 5. ca. 10.

Anaxyris] ἀναξυρὶς, herba est notissima, quam & Oxalidem Græci, & Latini Rumicẽ appellant. Ita dicta, quòd folia eius calceorum soleas imitentur, quæ & ἀναξύριδες, quandoq; à Græcis appellantur.

Anazarba] ἀναζάρβα, Stephano, oppidum est Ciliciæ, Dioscoridis patria. Inde Anazarbni populi, de quibus Plin. cap. 27. lib. 5.

Ancęsa] Dicta sunt ab antiquis uasa, quæ cælata appellamus, quòd circuncidendo talia fiant. Ipsum quoq; Cælare uerbum eadem causa est dictum, d litera cum l permutata. Festus.

Ancęus] ἀγκαῖος, ut scribit Aristomenes, fuit agriculturæ studiosus: quum autem uineam plantaret, nimium graui labore seruos premebat, quare illorum quidam, dixit dominum
ex illa.

Digitized by Google

ex illa uinea fructum nunquam percepturum. Ancæus uerò postea quam uua fuit matura, lætus uindemiabat: seruumq; iussit uinum sibi fundere. Poculum igitur quum ori appone ret, dictum illius in memoriam reuocauit. Cui seruus, Multa cadunt inter calicē, supremaq; labra. His uerò dictis quidam accurrit, nuncians quammaximum aprum uineam ingressum, illam peruertere totam. Tunc Ancæus poculum quum abiecisset, ad aprum festinauit, à quo percussus interiit. Vnde natum est prouerbium in eos, quibus preter spem aliquid euenit. Quod sic è Græco in Latinum Cato uertit, Multum interest inter os & offam. De Ancæo Oui. 8. Met.

Ancæus Parrhasius. Ouid. 8. Metam. 63.

Ancaria] dea ab Asculanis populis colebatur, ut patria et tutelaris, ne hostiū usq; tarētur incursu. Alex. ab Alex. li. 6. c. 4.

Ancarius. Lucilius,

Hæc eadem rudet è rostris atq; eiulitabit
Concursans uelut Ancarius, clareq; quiritans.

Anceps] ancipitis, penult. cor. (ἀμφίδοξος) adiectiuum omn. gen. à capite deriuatum, ablatiuus est ancipite uel ancipiti, pluraliter ancipites, & ancipitia, genitiuo ancipitium, & per syncopam ancipitum. Festus, Anceps significare uidetur id, quod ex utraque parte caput habeat, ut secures & bipennes. Sed magis à capiendo, quòd ex utraque parte æquè capiatur, appellatum est.

Anceps, Acutū ex utraq; parte. Lucil. li. 29, Vecte atq; ancipiti ferro effringā cardines. Nonius. Et Catull. Epig. 59. Argon.

Ancipiti mucrone. Lucret. lib. 2. 105.

Anceps securis. Ouid. 8. Metamorph. 80.

Ancipiti imagine. Ouid. 1. Fast. 19. Ianus qui bifrons fuit.

Anceps, Duplex. Lucil. lib. 29. Ancipites cardines. Varro de uita Pop. Rom. lib. 4. Anceps bellum. Nonius.

Ancipites bestiæ, quæ Græcè amphibia dicūtur. Ci. li. 1. de Nat. deorū, 144, Bestiarū autē terrēæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraq; sede uiuētes. Vide Amphi-

Anceps, Dubius. Virgil. 5. Aeneid. 130, (biū.

At matres primò ancipites, oculisq; malignis
Ambiguæ, spectare rates.

Causa anceps. Cic. 2. de Orat. 100.

Anceps animus. Liu. 4. bell. Pun. 202. Casus, Plin. lib. 28. capit. 2. 11. Contentio, Cicer. pro lege Manil. 5. Prælium, Liuius 3. bell. Pun. 187. Marte, Liuius, Bellū ancipiti Marte gestum est. Id est, dubio utriq; prælio: quia uidelicet incertum fuit utra pars uictrix esset.

Anceps & incertus. Cic. pro Marcel. 9, Quum esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. Idem in Orat. 53, Ancipites dicendi incertosq; casus non extimescit.

Anceps & uarius. Cic. ad Luceiū, li. 5. Epist. 12. 19, At uiri sæpe excellentis ancipites uariiq; casus habent admirationem.

Ancipites animos tenere. Lucan. lib. 9. 10.

Dolum ancipitem habere. Virgil. 5. Aeneid. 117,

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille uijs habuisse dolum. De labyrintho.

Anceps belli casus. Lucan. lib. 3. 50.

Cibus anceps, dubius & periculosus: nempe in cuius esu uita periclitatur. Plin. lib. 22. cap. 23. 1, Voluptas tanta ancipitis cibi. De frugibus loquitur.

Cura anceps propter incertos exitus præliorum. Cic. ad Cæsium, lib. 12. 10. 8. & 1. Offic. 17.

Ancipites disputationes, in quibus de uniuerso genere in utranque partem disserere copiosè licet. Ci. de Orat. 59.

Forma anceps. Seneca in Hippol. 6. 6.

Formidine ancipiti. Virgil. 3. Aeneid. 10.

Fortuna pugnæ anceps. Vir. 4. Aen. 121. & Stat. 6. Theb. 95.

Ancipites uario fauore. Lucan. lib. 2. 90.

Ancipites rerum lapsus. Claud. 1. Panegy. 29.

Morbi ancipites. Plin. lib. 7. cap. 45. 2.

Pauor anceps. Valer. 3. Argonaut. 15.

Via anceps, id est, incerta, quæ scilicet huc uel illuc ducat. Cic. in somnio Scipionis, 6.

Ius anceps. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 7. Acron: Ius anceps, id est, controuersum uel obscurum, quod potest utriq; parti prodesse, pro ingenio interpretantis.

Vocabula ancipitia, quæ & in bonam & in malam partem accipi possunt. Gellius, li. 12. ca. 9, Est plurifariā uidere atque animaduertere in ueteribus scriptis pleraq; uocabula, quæ nunc sermonibus uulgi unam, certamq; rē demonstrent, ita fuisse media & communia, ut significare & capere possent duas inter sese res contrarias. Ex quibus quædam satis nota sunt, ut tempestas, ualetudo, facinus, dolus, gratia, industria. Hæc enim ferè iam uulgatum est ancipitia esse, & utraque uersus dici posse.

Anchaces] pen. prod. Nomen ducis in exercitu Persæ contra Aeetē Colchorū regem, fratrem Persæ. Valer. 6. Argonaut.

Doctus & Anchaces, patulo uaga uincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Anchemolus] pen. corr. (ἀγχέμολος) Rhæti Marrubiorū regis filius fuit: qui cum Casperiæ nouercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc Seruius in illud 10. Aeneidos,

Hinc Stelenum petit, & Rhæti de gente uetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.

Anchesites] Ventus ab Anchisa portu Epiri spirans, cuius mentio est apud Halycarnassēum. Cic. 1. ad Att. Flauit ab Epiro lenißimus Anchesites. Antea legebatur Anchemitis: sed sic restituit Turnebus.

Anchesmus] ἀγχισμὸς, Mons Atticæ, in quo est Iouis Anchesmij statua. Pausan. in Attica.

Anchiale] ἀγχιάλη, ciuitas Ciliciæ, cuius meminit Str. li. 14.

Anchialos] ἀγχίαλος, urbs Thraciæ, sita in intimo sinu, atq; ubi pontus alterū sui flexū angulo finit, non procul à magna Apollonia. Hæc Pompon. Est & Anchialos astrologi nomen, cuius meminit Cic. lib. 2. de Diuinat.

Anchilops] opis, pen. corr. (ἀγχίλωψ) tumor est in maiore oculi angulo cōsurgens, atq; humoris collectionem habens curatu difficilē, antequam rumpatur. Dicitur autē ab ἄγχι, quod est prope, & ὤψ oculus, quòd prope oculum sit. Galli. de Finit. medic. qui illi adscriptus est, ut quidam putant.

Anchimolus] ἀγχίμολος, sophista apud Elidem fuit, aquæ potor, ac ficis modò solitus uesci, nec tamen alijs imbecillior habebatur. Ex Cæl. lib. 6. cap. 4.

Anchises] ἀγχίσης, filius Capis, pater Aeneæ.

Anchisæ, genitiuus. Virg. 5. Aeneid. 106,

Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis.

Anchisa, uocatiuus. Virgil. 3. Aeneid. 95,

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Anchisa, Ablatiuus. Vir. 6. Aeneid. 65,

Anchisa generate, deum certißima proles. Sibylla Aenean alloquitur.

Anchises Dardanius. Vir. 1. Aen.

Magnanimus. Ouid. 14. Metamorph.

Phryx. Ouid. in Epistolis.

Pius. Ouid. 13. Metamorph.

Anchisæ magni animam uocabat. Virgil. 8. Aeneid. 20.

Anchisæus, adiectiuum (ἀγχισιάδης) Virgil. 5. Aeneid. 151,

——tumuloq; sacerdos
Et lucus latè sacer additur Anchisæo.

Anchisiades, patronymicum (ἀγχισιάδης) Virg. 8. Aen. 102,

Aeneas Anchisiades, & fidus Achates.

Anchisiades magnanimus. Virgil. 5. Aeneid. 81.

Digitized by Google

Anchisiade, Vocatiuus. Virgil. 6. Aeneid. 70,
Dux Anchisiade, nec me deus æquore mersit, &c.

Ancholia] ἰὸν ποφυρόεν, Vulgo dicta uiola cærulea. Ruellius Calathianam putat esse, li. 2. cap. 129.

Anchora] ἄγκυρα, Tectosagum, quod quõdam Galatiæ partem Phrygiam maiorem uersus, castellum erat. Alterũ quoque fuit eiusdem nominis Lydiam uersus, circa Blayiũ Phrygiæ oppidum. Strabo lib. 12.

Anchóra] pen. corr. (ἄγκυρα) dens ferreus, quo firmantur ac retinentur naues. Virgil. 1. Aeneid. 35,
—hic fessas non uincula naues
Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.
Vbi Seruius, Hoc nomen quum in Græco, unde origine ducit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur, quod est contrarium: nam magis Græcorum est aspiratio, sed hoc in paucis nominibus inuenitur. Morsu autem de anchoris bene dixit, quum alio loco inueniamus 6. Aeneid. 1,
—tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.

Anchoris solutis de phaselo. Cic. Attico, lib. 1. ß. 1.

Anchoræ, Vincula quibus antennæ tenentur. Lucilius, Armamenta tamen, uel omnia seruo: funis præcisus cito, atq; anchora soluta. Nonius.

Anchora figitur. Ouid. 1. Metam. 60.

Anchoras iacere ante portum. Vide Iacio.

Anchoræ de prora iacitur. Virgil. 6. Aeneid. 180.

Anchora pacta littoribus. Ouid. 2. Epist. 1. Littoribus nostris anchora pacta tua est: id est, promissa.

Præcidere anchoras, id est, funes anchorarios. Cic. 7. Ver. 70.

In anchoris, uel ad anchoras stare. Cæsar.

Anchoræ sidunt. Plin. lib. 6. cap. 22.

Anchoræ sublatæ sunt. Quintil. lib. 4. cap. 2. 30.

Sublatis anchoris digressus. Cæsar.

Anchorale, penult. prod. Funis, cui alligata est anchora. Plin. lib. 16. cap. 8. Liu. 2. bell. pun. 85.

Anchorarius, adiectiuum (ἀγκυραῖος) Quod ad anchoram pertinet, ut Anchorarij funes. Cæsar 2. bel Ciuil. 33.

Anchoralis, pen. prod. (ἀγκυρατικός) aliud adiectiuum.

Anchoralis tractus. Liuius, 7. bel. Maced. 127.

Anchorarius] mons. Plin. lib. 13. cap. 15. Anchorarius mons uocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatissimam dedit cedrum, iam exhaustus.

Anchurus] Midæ filius, de quo sic Plutarchus in Parallelis ca. 9, Circa Celænon Phrygiæ oppidũ terræ hiatus cũ aquæ domos complures ipsis cũ mortalibus assorpsit in profundum. Midas rex oraculo monitus, ut res eò preciosissimas conijceret, ita enim futurum ut terra coiret, auro & argento iniecto nihil ofis attulit. Anchurus regis filius quum nihil in uita humana preciosius anima secũ ipse uersasset, datis genitori complexibus & Timotheæ uxori, equum ascendit, inq; hiantem locum cõcitatus est. Postquam in unũ terra reuijt, auream Iouis Idæi aram eo in loco dedicauit. Huius rei testis est Callisthenes, 2. Metam.

Anchusa] ἄγχουσα, Herba: de qua sic Plin. lib. 2. cap. 20, Et anchusæ radix in usu est, digitali crassitudine. Finditur papyri modo, manuq; inficit sanguineo colore: præparat lanas preciosis coloribus.

Anchusam hodie Gallia Orchanetã uocat, mulieribus nõ ignotam, quæ colorem faciei natiuum fuco mẽtiuntur, quæq; uernaculum genarum pallorem hoc infectu occultant: Certè malas eleganti commendat purpurissо. Ruellius, libro tertio, capite 88.

Anchyle] es (ἀγχύλη) passio est tendonum circa collum uel articulos, qua functio impeditur. Galen. lib. de Fimt. medic.

Ancile] ancilis, penult. prod. (ἀγκύλιον) Plutarch. Scutum breue. Virg. 7. Aeneid. Læuaq; ancile gerebat. Vbi Seruius, Ancile, scutum breue. Regnante Numa, cœlo huiusmodi scutum lapsum est: & data responsa sunt illic fore summã imperij ubi illud esset. Quod ne aliquando posset auferri, aut ab hoste agnosci, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt: cui & diem consecrarunt, quo pellem uirgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autem hoc ancile, & hæc ancilia pluraliter. Anciliorum uerò usurpauit Horatius. Idem Seruius alio loco, Ancile autem dicitur aut quasi undique circunciſsum, aut quasi ἀμφίχειλον, hoc est undique labrũ habẽs. Hactenus Seruius. Varro 6. de Lingua Latina, Ancilia dicta ab anciſu, quòd ea arma ab utraque parte ut Thracum, inciſa. Liuius, 1. ab Vrbe 83, Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, tunicaq; insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegumen, cœlestiaq; arma, quæ ancilia appellantur, ferre.

Ancile gerebat læua. Virgil. 7. Aeneid. 39.

Ancilia lapsa cœlo. Virgil. 8. Aeneid. 131.

Ancilium oblitus. Horat. 3. Carm. Ode 5. 2.

Ancilla] ἀμωή, θεραπαινίς, mulier serua. Dictæ autem (inquit Festus) ancillæ ab Anco Martio rege, quòd is bello magnum fœminarum numerum ceperit. Siue ideo sic appellantur, quòd antiqui anculare dicebant, pro ministrare: ex quo dij quoque ac deæ feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi & Anculæ.

Mulier ancilla. Vide Mulier.

Terra mortalium semper ancilla. Plin. libr. 2. cap. 63. Cicer. 5. Verr. 8. Hunc serui ancillæq; amant.

In ancillam delinquere. Ouid. 2. Amorum, eleg. 8. 2.

Ancillula, pe. corr. diminutiuũ (θεραπαινίδιον) Terent. Eun. 1. 2. 86, Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam, &c. Cic. de Orato. 121, Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam, pedissequamq; adiunxisti. Idem 2. de Finib. 111. Liuius, 9. bel. Maced 33.

Ancillaris, pen. prod. adest (θεραπαινιδικὸς) Quod ad ancillam pertinet. Cic. 5. Tusc. 82. Sallust. in Cic. Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares?

Ancillariolus, penult. corrept. (θεραπαινιδάριον) nomen iocosum à Martiale, lib. 12. 54,
Ancillariolum tua te uocat uxor, & ipsa
Lecticariola est: estis Alauda pares.

Ancillariolus, Seneca lib 1 de Benef. Si quis nulla se amica fecisse insignem, nec alienæ uxori annulum præstitit: hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, & ancillariolum appellant.

Ancillor, ancillaris (δουλεύω) ancillari. Dicitur quum uiri ancillarum more præter dignitatem seruitio alicuius se subijciunt. Cic. in Sallustium, 6, Non enim uni priuatim ancillatus sum, neq; me addixi. Titinnius Prælia, Verum etiam dotibus delinuti ultrò etiam uxoribus ancillantur. Plin. libr. 2. cap. 97. 2, Nec unquã eodem tempore, quo hodie reflui, ut ancyllante sydere, trahenteq; secum auido hausiu maria.

Anclabris] est (inquit Festus) mensa ministrijs apta diuinatoria quoq; in ea, quibus sacerdotes utiũtur, anclabria appellantur. Idem alio loco, Anclabris, ea quæ in sacrificando dijs anclatur, quod est hauritur, ministraturq;.

Anclacę] populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

Anclo] anclas, anclare, Turnebus, Multi censent Anclare & Exanclare, dicẽdũ esse Antlare & Exantlare, à uerbo Græco ἀντλεῖν, à quibus dißentio: & Anclare puto esse Anculare: id est, Haurire. Vnde & ancillarum nomen. Liu. Florem anculabat libri ex charchesijs. Quod si ab ἀντλεῖν deducitur (ut Festo uidetur) certè litera mutatur. Hæc ille.

Ancon]

Digitized by Google

Ancon] anconos, penul. prod. (ἄγκων) Locus ubi ossa brachij componuntur, Latinè cubitus uel cubitum. Est & eo nomine Nili pars destinata nauigantibus. Item urbs Piceni. Est item in foribus pars, quam ab alio nomine πρεσβυρίδα, uocãt. Erat postremò hoc nomine perobscurum Carthaginensibus domicilium, in quod detrudebantur quibus iratior fãctus esset tyrannus.

Ancones, Vitruuius appellat conflexum qui rectum angulum describit: libro 8. de chorobate loquẽs, quo aquæ perlibrantur, Ea (inquit) regula habet ancones capitibus extremis, æquali modo perfractos, inq; regulæ capitibus ad normam cogmentatos, & inter regulam & ancones à cardinibus compacta transuersaria. Transfertur & ad alia. Vnde Plinius Latinè cubitum appellat, libro tertio, capite 13. de Ancone urbe Italica loquens uulgò nota. In ipso (inquit) flectentis se ore cubito sita, his uerbis significans cur Ancon dicatur.

Ancteres] ἀγκτῆρες, Vincula sunt, quibus uulnerum labra constringuntur, ne latior fiat cicatrix. Galen. 3. Therapeuticæ. Item pars colli suffocatiõi maximè obnoxia. Vide Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 2.

Anctito] anctitas, anctitare, Frequentatiuum ab Ango. (ἀγχνίζω) Budæus.

Anctum] Vide Ango.

Anculare] ἀπηρετέειν, pro Ministrare dixerunt antiqui, authore Festo.

Ancunulentę] feminæ menstruo tempore appellantur: unde trahitur inquinamentum. Festus.

Anculi] & anculæ, dij deæq; ancillarum putabantur. Festus.

Ancus] appellatur, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit. Festus. Ab ancone, id est, cubito incuruo.

Ancus Martius] Numæ Pompilij nepos ex filia, & quartus Romanorum rex. Virgil. 6. Aeneid. 163,

—quem iuxta sequitur iactantior Ancus. Horatius, 4. Carm. od. 7. 3.

Ancyloglossum] ἀγκυλόγλωσσον, uitium linguæ, cùm quis non expeditè loqui potest, propter id quod uulgò filetum uocant, non incisum, Paulus Aegineta.

Ancylosis] ἀγκύλωσις, Vitium est quo cohærescunt palpebræ cum albo oculi, uel nigro, exulceratione. Et si nigro cohæreant, uisus omnino prohibetur: si albo, minus. Ex Isagog. Gal. adscripta.

Ancylotomum] ἀγκυλοτόμον, instrumentum chirurgicum, quo uinculum neruosum, quod filum uulgò uocant, in pueris hæsitantibus eximitur. Bud. Annot.

Ancyra] penult. prod. (ἄγκυρα) nomen duarum urbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ. Hinc synodus Ancyritana in iure pontificio sæpè nominatur.

Ancyranus (ἀγκύρανος) adiectiuum ab Ancyra, quæ secundum Ptolemæum & alios, Metropolis est Tectosagum Bithyniæ populorum. Claud. in Eutrop. 2. 83,

——Ancyraniq; triumphi.

Andabatę] ἀνταβάται, populi, de quibus sic Erasmus, Andabatæ fuerint ne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in aduersarium, an potius lusus genus, ut propemodum ex Seneca licet conijcere: nondum (ut ingenuè fatear) satis compertum habeo. Cic. ad Trebatium, lib. 7. epist. 10. 5, Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus.

Andacoqua] Afris planta est eadem quæ Dioscoridi Aegyptia lotus: è uiuis semine, quod papauerum modo capitibus quibusdam includitur, Arabes sibi oleum conficiunt, quod miris laudib. efferunt, illudq; oleum de Andacoqua appellãt. Ex Mathiol. apud Dioscor. libro tertio, cap. 106. circa finẽ.

Andania] ἀνδανία, Stephano, Oppidum est Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cuius meminit & Strabo, lib. 8.

Andanis] ἄνδανις, fluuius est Carmaniæ regionis, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Andarę] ἀνδάραι, Populi Indiæ, plurimis uicis, xxx. oppidis, quæ muris turribusq; muniuntur. De his uide Plinium lib. 6. cap. 19.

Andegaui] ἀνδεγαυοί, Galliæ populi, qui & Andes. Tacit. lib. 3. Plin. lib. 4. cap. 18.

Andelus] ἄνδελος, Ciuitas est Hispaniæ, non procul à Pompeiopoli, quæ uulgo Pampilona appellatur, metropolis regni Nauarræ. Calepinus.

Andes] ἄνδες, Populi inter Celtas Carnutibus, & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricensi, oceanoq; proximi, quos Ligeris flumen alluit. Andeganos appellans uulgò: Andes uocat Cæsar.

Andes, Vicus non procul à Mantua Virgilij patria.

Andinus, pe. pro. adiectiuũ (ἄνδινος) Vnde Virgil. Andinum Andimus cantus. Sil. lib. 8. 119,

Mantua musarum domus, atq; ad sydera cantu
Euecta Andino: Id est, Virgiliano.

Andigista] æ, (ἀνδιγυστις) Matris deûm nomen est apud Pessinos, ubi templum maximum habet magnæ ueneration is. Strabo, lib. 12.

Andirina] æ. penult. prod. (ἀνδιρίνη) Mater deûm cognominata à loco, de quo Strabo, lib. 13, Sub Andira (inquit) templum est matri deûm Andirinæ sacrum, & Subterraneum antrũ Palæan usque. Est autem Palæa, habitatio quædam sic appellata, quæ ab Andiris distat stadijs centum & triginta. Subterraneum hunc meatum torrens quidam in os eius incidens aperuit, qui postera die à pastore quodam ad sacrificium eunte, apud Andiram fortuitò repertus fuit. Hæc Strabo.

Andizetij] ἀνδιζήτιοι, populi sunt Pannoniorum, ut refert Strabo, lib. 7.

Andocides] ἀνδοκίδης, unus ex decem præcipuis Atheniensium rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaæ posteris, ut ex Hellanici sententia tradit Suidas.

Andrachne] ἀνδράχνη, Herba est quæ Latinis Portulaca dicitur. Plin. lib. 13. cap. 22.

Andrachne agria (ἀνδράχνη ἀγρία) Herba est maiori semperuiuo similis, sed foliis minoribus, quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca syluestris. Ruellius, libro secundo, cap. 140.

Andramis] itis, (ἄνδραμις) Rex Lydorum fuit, qui primus castrauit & eunuchas fecit mulieres. Alex. ab Alex. libro 2. cap. 25.

Andrapodon] ἀνδράποδον, Latinè Mancipium. Sunt. n. serui tanquam pedes dominorum, qui capitis rationem habent. Diog. Laert. de Diogene Cynico sic scribit: Rogatus cur mancipia Andrapoda dicerentur: quia pedes (inquit) habent uirorum, animum autem, quem tu nunc habes, qui hoc interrogas.

Andrapodista] æ. (ἀνδραποδιστὴς) Plagiarius. Dicitur autem Andrapodista (ut interpres Aristophanis ait) ab eo quod homines uendat: nec solum (ut idem interpres author est) andrapodista est, qui liberos per impostu ram, uel circũueniendo in seruitutem conijcit, uerùm etiam quisquis mini stros aut seruos à suis heris ac dominis abstrahit, ut alio deducat, diuendatq;.

Andremon] Nomen est eius qui Colophonem ædificauit. Strabo, lib. 14.

Andria] ἀνδρία, Phrygiæ oppidum, apud Plinium, libro quinto, capite ultimo. Stephanus præterea Andriam in Elide

in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

Andriaca] ἀνδριακὴ, oppidum est in Media: & alterum in Lycia, Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

Andricus] Ciceronis seruus, lib. 16. epist. 20.

Andricus] pen. cor. (ἄνδρικος) Ciliciæ mons, Strab. li. 1. 4. Quo etiam nomine dictum est flumen quoddam eiusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5. Apud Strabonem Andriculus legitur.

Andrimachidę] ἀνδριμαχίδαι, Populi sunt in Aphrica, apud quos per multa secula uiguit usus ut uirgines nupturas regi in primis offerrent, ut illarum pudicitiam antè solennia nuptiarum delibaret. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24.

Andrius] rij, (ἄνδριος) Fluuius est, qui ex quadam Carisenæ montana regione, quæ Dardaniæ adiacet, fluit in Scamandrum. Strab. lib. 13.

Androbius] ἀνδρόβιος, Nobilis pictonis nomen, qui Scyllin pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Pl. lib. 35. ca. 11.

Androbulus] ἀνδρόβουλος, Sculptoris nomen. Pl. li. 34. c. 8.

Androcleus] ἀνδρόκλειος, Fuit philosophus. Prophyrij discipulus, cuius ipse Prophyrius mentionem fecit, ut refert Volaterranus.

Androclus] ἄνδροκλος, Nomen proprium filij codri, Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. Strab. lib. 14.

Androcopus] ἀνδροκοπος, Nomen eius qui Lebedum condidit, loco quodam occupato nomine Arta. Strabo, lib. 4.

Androcydes] ἀνδροκύδης, Medicus fuit sapientia clarus, cuius extat epistola quædam ad Alexandrum magnum scripta, apud Plin. his uerbis: Vinum potaturus, rex, memento te bibere sanguinem terræ: sicut cicuta homini uenenū est, sic cicutæ uinum. Plin. lib. 14. cap. 5. Fuit & hoc nomine pictor quidam nobilis, de quo idem Plin. lib. 35. cap. 9.

Androdamas] pen. cor. (ἀνδροδάμας) Lapis est, genere Hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. Plin. li. 36. cap. 20. Est præterea Androdamas gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet ut Adamas, quadrata, & semper tesselis similis: cui Magi nomen putant positum ab eo quod impetus hominum & iracundias domet. Plin. lib. 37. cap. 10.

Androdamus] Rhegnius, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

Androdas] Annus sexagesimus tertius. Firmicus li. 4. cap. 14, Septem anni, ac noueni per omne uitæ tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam & latenti ratione, uarijs hominem periculorum discriminibus semper afficiunt. Vnde & Sexagesimus tertius annus, quia utriusq; numeri summam pariter excipit, Androdas appellatus est. Nouies enim septem anni, sexaginta tres fiunt. Et rursus septies nouem simili modo sexaginta tres. Quia itaq; utriusq; numeri cursus in hoc anni æquata ratione concurrit, grande semper periculi discrimen imponit. Si enim septem & noueni anni, qui hebdomatici à Græcis, atque enneatici appellantur, grauia semper hominibus indicūt pericula, quid annus faciet sexagesimus tertius, qui utriusque numeri multiplicatam, & inuicem sibi obligatam perficit summam? Hac igitur ex causa Androdas ab Aegyptijs dictus est, quod omnē uitæ substantiam frangat, atque debilitet. Hæc Firmicus.

Androdus] Dacus seruus, Romæ in circo maximo agnitus à leone, cuius pedem uulneratum aliquando curauerat in syluis. Eius historiam lectu dignissimam, Vide apud Gellium, lib. 5. cap. 14.

Androgeus] ἀνδρόγεως, præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Athenienſibus & Megarensibus per inuidiam occisus est, quòd palæstra ceteros superaret. Quapropter suscepto à Minoe aduersus hos populos bello, primò Megarenses subegit, deinde Atheniēses sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienses Minotauro cœpit obijcere.

Androgeos, nominatiuus Græcus & Atticus, declinatur enim, ὁ ἀνδρόγεως, τῦ ἀνδρόγεω, &c. Virgil. 2. Aeneid. 74,

Primus se Danaum magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, &c.

Androgeo, genitiuus Atticus. Virgil. 6. Aeneid. 4,

In foribus, letum Androgeo, &c.

Androgei, genitiuus Latinus. Virgil. 2. Aeneid. 79,

—sic fatus: deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induitur.

Androgeona, Accusatius à nominatiuo Androgeon. Propert. 2. eleg. 2. 13,

Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis. (rus.
Restituit patrijs Androgeona focis. Vide Minotau-

Androgeoneus, adiectiuum, penul. prod. (ἀνδρογεωνεῖος) ut Androgeoneæ cædes. Catul. 59. in Argonaut. 16,

Androgeoneæ pœnas exoluere cædis.

Androgynus] penul. corr. (ἀνδρόγυνος) qui utrunq; habet sexum, fœminæ scilicet ac masculi. Cicer. 1. de Diuinat. 159, Quid ortus androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit? Plin. lib. 7. cap. 2, Androgynos esse utriusq; naturæ Calliphanes tradit. Gell. li. 9. ca. 4, Gignuntur homines utriusque sexus, quos Hermaphroditos uocamus, olim Androgynos uocatos, & in prodigijs habitos, nunc uerò in delicijs. Liu. 7. bel. Pun. Sinuessæ natum ambiguo inter marē & fœminam sexu infantem, quos Androgynos uulgus, ut pleraq; faciliore ad duplicanda uerba Græco sermone appellat.

Androgynę] sunt populi in Africa, ut lib. 7. cap. 3. Plin. scribit, utriusq; naturæ, inter se uicibus coeuntes, dextera mamma his uirilis, læua muliebris.

Androlepha] æ, (ἀνδρολαψία, ἤ ἀνδρολήψιον.) Polluci personarum pigneratio est. Moris autem antiquissimi fuit, ut qui cædem per petrassent, si cùm in extremam urbem profugissent, ad pœnam expositi non derentur ijs ad quos fuisset admissum pertinebat, ipsis ut permitteretur pignerandi potestas, quam androlepsiam, & neutro genere androlepsium Græci, Hermolaus Barbar. Clarigationem, Iuris interpretes Repressalia uocant. Ex Budæo.

Andromache] pen. corr. (ἀνδρομάχη) Hectoris Troiani uxor, quæ à uirili pugna nomen sortita est. Fuit enim uirili animo septa, & quædam ueluti uirago.

Andromaches, Genitiuus. Virg. 3. Aeneid. 97,

——& longum Andromaches testentur amorem.

Andromachus] ἀνδρομάχος. Adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Author Plutar. Fuit et Andromachus sophista, è Neapoli Syriæ, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Micomediæ, Diocletiani principis tempore. Suidas.

Andromas] ἄνδρομας, Vocare solent aurum illud quod appellant Democritij alcumistæ pecalia Hermol. in Plinium, lib. 26. cap. 22.

Andromede] pen. corr. (ἀνδρομέδα) Cephei & Cassiopes filia, à Perseo amata, & in uxorem ducta, quæ Mineruæ beneficio inter astra collocata dicitur, propter Persei uirtutē quòd eam ceto propositam à periculo liberarat. Oritur in parte piscium duodecima.

Andromede Cepheia. Propert. lib. 1. eleg. 3. 1.

Andromedes, genitiuus. Horat. 3. Car. Ode 29. 4,

Iam clarus occultum Andromedes pater
Ostendit ignem.

Andromedæ, genitiuus Latinus. Propert. lib. 3. eleg. 22. 6,

Nos

Digitized by Google

Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ.

Andromon] Nomen est eius qui Colophonem ædificauit.

Andron] Catanæus, ut scribit Theophrastus, tibijs incimens primus omnium motiones corporis & rhythmos excogitauit: Vnde σκαλίζειν, id est Siciliſſare, positum inuenias pro saltare. Ex Cæl. lib. 5. cap. 4.

Andron] andronos, masc. gen. (μεσοτοίχιον) Est, inquit Sipontinus, spaciũ illud, quod est inter duos parietes in quod pluuia descendit. Plin. epist. 41. 1. Tam alti, abditiq; secreti illa ratio, quòd interiacens andron parietem cubiculi hortiq; distinguit, atq; ita omnem sonum media inanitate consumit.

Andron] ἀνδρεὼν, locus domicilij appellatur angustior longitudine, in quo uiri, lucrimũ morabantur: ut τὸ γυναικεῖον ἀπὸ τῶν γυναικῶν. Hæc Festus. Vitruuius, lib. 6. cap. 9, Andronas Græci appellant œcos, ubi cõuiuia uirilia solent esse, quòd eò mulieres non accedant.

Andronicus] penul. prod. (ἀνδρόνικος) Rhodius Philosophus peripateticus, cuius meminit Strabo. Fuit & alius Andronicus grammaticus desidiosior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam fuit, ut refert Tranquillus. Andronicus item alius fuit historicus, qui Alexandri res scripsit. Author Volaterr. Fuit item Andromicus Liuij cognomen, poetarum Latiorum uetustißimi, cuius uitam uide apud Crinitum.

Andronitis] penult. prod. andronitidis. fœm. ge. (ἀνδρωνῖτις) locus in domo ubi soli uiri solent uersari. Vitruuius, lib. 6. cap. 9, Hæc autẽ peristylia domus andronitides dicuntur, quòd in his uiri sine interpellationibus mulierũ uersantur.

Andronium] Medicamentum est uuæ, quæ in fine faucium nasci solet, curandæ utile. Eius confectionem uide apud Celsum, lib. 6. cap. 14.

Andronodorus] ἀνδρονόδορος, Insula uicina Samo, cum oppido eiusdem nominis, quæ Asiæ adiacet ex opposito ad Ephesum, de qua Ouid. lib. 12. Metamorph.

Andros] ἄνδρος, insula uicina Samo, cum oppido eiusdẽ nominis, quæ Asiæ adiacet ex opposito ad Ephesum, de qua Ouid. lib. 12. Metamorph.

Et totidem natis Andros fraterna petita est.

Hæc primò dicta fuit Cauros, postea Antandros. Hinc Andrius, adiectiuum. Terent. Andria.

Androsaces] ἀνδρόσακες, Herba est in maritimis Syriæ locis copiosißime proueniens, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis semen. Vide Plin. lib. 27. c. 4.

Androsæmon] ἀνδρόσαιμον, Herba est similis hyperico, cauliculis tamen maioribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguinei similem. Vnde & nomen habet. Plin. lib. 25. cap. 5.

Androsphinx] androsphingis (ἀνδρόσφιγξ) Nomen ab homine et sphinge deductũ, quod pro admodũ uersipelli cuius ambages dissoluere ne perspicaciores quidem possint, sumitur. Budæus curiam sic appellauit, ut à qua se explicare nulli sit facile.

Andruare] Id est, Recurrere, à Græco uerbo ἀνατρέχειν. Hinc & drua uocata est. Festus.

Anellus] Vide Annulus.

Anemo] fluuius est in octaua regione Italiæ, apud Plinium, lib. 3. cap. 15.

Anemorea] ἀνεμόρεια, Homero, oppidum Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt. Strab. lib. 9.

Anemosphoros] ἀνεμόσφορος, Herba est ex naporum generibus, quæ receptiore nomine Buniõ appellatur. Calepin.

Anemotis Minerua] ἀνεμῶτις ἄθηνᾶ, id est uentosa, colebatur in ciuitate Methone, ubi & templum & simulachrũ habuit, quod Diomedes dicasse fertur, ut Pausan. docet: dicta, quòd ibi Dea molestum uentum sedarit. Vide Alexan. ab Alex. lib. 3. cap. 22.

Anemone] anemones (ἀνεμώνη) herba, de qua sic Plinius libro 27. cap. 12. 4, Othone in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonen uocauerunt.

Anemonen Nicander ex Adonidis cruore natã prodidit. Theocritus in Bucolicis lacrymis Veneris & Adonidem iuuentis prodijsse finxit, eiq; dicauit epithaphium carmine hoc:

Quotq; cruoris agit guttas hic cæsus Adonis,
Tot Venus effundit lacrymas, quæ singula flores
Cespitæ demittunt: lacrymæ pariunt Anemonen,
Sed cruor ille rosam creat. Flos nunquam se aperit, ni si uento spirante, unde & nomen accepit. Eius multæ sunt species. Vide Phenion.

Anemurium] rij. (ἀνεμούριον) Ciliciæ promontorium, ubi continens Crommyo Cypri promontorio appropinquat ad stadia CCCL. Strab. lib. 14.

Anemytas] ἀνεμύτας, apud Tarentinos asinus erat qui uentis sacrificabatur. Etym.

Anerinastus] ἀνερίναστος, Incaprificatus, propriè de ficu, cui non adhibiti sunt ἔρινοι, hoc est caprifici fructus, ut ad maturitatem peruenirent. Prouerbio dici solet in inutilem, & à quo nihil frugis expectandum sit: de quo Eras. in Chil.

Anethematici] tripodes. Vide in Aethones tripodes.

Anethum] anethi. pen. prod. (ἄνηθον) herba boni odoris. Plin. lib. 20. cap. 18, Anethum quoq; ructus mouet, & tormina sedat, aluum sistit.

Anethum beneolens. Virgil. eclog 2. 8,

Narcissum, & florem iungit beneolentis anethi.

Anetis] Dea quædam in Armenia. Armenijs autem lex erat, ut uirgines in phano uetustißimo & sanctißimo Anetidis deæ prostituerentur, ubi ipsius statua ex solido auro sita erat, quam Antonius expilauit: quibus emeritis, cuiusuis præcipui hominis coniugium sortiri fas erat, nemine abnuente, aut tale coniugium detrectante. Alex. ab Alex. lib. 1. ca. 24.

Aneurisma] ἀνεύρισμα, tumor arteriæ præclusæ, ex sanguine et spiritu causam trahens. Fit autẽ, cum uulnerata arteria pellis non superinducitur, sed serpit iterum materia, ac reddit eodem. In lib. defin. Galeni adscriptio, hoc pacto definitur: ἀνεύρισμα est uenosi uasculi, hoc est, uenæ dilatatio, aut spiritus materiæ per carnem dißipatio, quæ desiliens spargitur: soletq; hæc consequi, ubi caro eum locum qui est circa præcisam arteriam non impleuit, sed uacuum relinquit. Gal. 1. Ther.

Aneurismus] ἀνευρισμὸς, dilatatio quæ reseratis arterijs fit cute integra ac conglutinata, Gal. & Paulo teste.

Anexetastus] ἀνεξέτασος, rationibus reddendis siue subducendis solutus. Scæu. in l. 23. §. 2. D. de pecun. legat.

Anfractus] huius anfractus, masc. ge. uel anfractum neutri, (περίοδος, ἀνάπλεξις) Simuosus quidam reflexus: cuius figuram uidemus in testis cochlearum, in cochlide, & ferè in arietum cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 3, Conuoluta, inquit, in anfractum cornua arietum generi. Varro 6. de Lingua Latin. Anfractum est ab origine flexum duplici: dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo leges iubent in directo pedum VIII. esse: in anfracto XVI. id est, in flexu. Nonius Anfractum masculino genere dici putat. Neutro Accius Euryface, super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta reuisam. Varro Parmenone, Cauo fonte, ut quum irrigauit cauata aurium anfracta in syluam uocans.

Anfractus, uiarum flexus. Cæsar 7. bell. Gal. 185, Oppidi murus ab planicie atque initio ascensus, recta regione, si nullus

anfractus

Digitized by Google

anfractus intercederet, M C C. passus aberat. Cic. 2. de Nat. deor. 67, Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæ q; nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Loquitur de figura cœli, quæ sphærica est.

Anfractus annui. Cic. li. 2. de Legib. 32.

Anfractus curui. Claud. 5. Paneg. 21.

Anfractus Solis. Cic. in somnio Scip. 7, Quum ætas tua septenos octies Solis anfractus reditusq; conuerterit.

Anfractus infinitos habere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 12.

Anfractu non longo circunscripta oratio, sed ad spiritum uocis apto. Cic. in Partit. 12.

Circuitio & anfractus. Cic. de Diuina. 190, Iam uerò quid opus est circuitione & anfractu, ut sit utendum interpretibus somniorum, potius quàm directo?

Anfractus iudiciorum. Cic. pro Cluentio, 124, Et uitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiusce modi iudiciorum anfractu sequi maluisse.

Anfractus, pro circuitu. Lucan. lib. 1,

Dumq; ille effusam longis anfractibus urbem
Circumeunt. Loquitur de supplicatione, in qua populus longo, & reflexo ambitu urbem circumibat.

Anfractus littorum flexuosus. Plin. lib. 3. cap. 1. 1.

Anfractus mollis. Valer. 6. Argonaut. 48.

Anfractus torti. Claudian. Panegy. 4. 104.

Anfractu blando sinuosa littora. Valer. 2. Argonaut. 91.

Anfractu opaco. Lucan. lib. 4. 32.

Anfractus immensi. Valer. 7. Argonaut. 105.

Anfractus adiectiuum (περίελικτος) circumfractus. Varr. li. 6. de Ling. Lat. Vt signum cadēs in pectore, quod est, terrarum anfractarum usum.

Angaria] angariæ, penult. corrept. (ἀγγαρεία) coactio, seruitus. Suidas indicat uocem esse Persicam: quòd apud illos regij nuncij ἄγγαροι dicerentur. Vnde & qui literas inuicem tradunt perferendas (nam certis itinerum spacijs mutabantur) ἄγγαροι dicuntur, quos eosdem ἀγγάρους appellant. Velocius ire credebantur nuncij huiusmodi, quàm sit gruum uolatus. Deinde translata uox est ad quosuis, qui seruorum aut iumentorū ritu onera baiulant. Erasmus & Cœlius. Budæus: Apud Persas erat ἀγγαρεῖον δρόμημα, cursus pernicißimus equitum, ut scribit Herodotus in octauo. Vnde nomen Angariæ & Parangariæ in libris iuris lectitatum manauit. Est enim nomen Persicum: nostrates, postas, quasi positos collocatosq; certis in locis & semper in procinctu excubantes appellant.

Angariarum exhibitio. Hermogenianus l. Sunt munera. de Vacat, & excusat. muner. lib. 50. Pandect. Sunt munera, quæ rei propriè cohærent, de quibus neq; liberi, neq; ætas, neque merita militiæ, nec ullum aliud priuilegium iure tribuit excusationem: ut est prædiorum collatio, uiæ sternendæ angariarúmue exhibitio, hospitis suscipiendi munus. Meminit & Cœlius, lib. 10. cap. 8.

Angariarum præstatio, & recipiendi hospitis necessitas & militibus, & liberalium artium professoribus inter cætera remissa sunt. Paulus in l. ijs honoribus. de uacat. & excusat. muner. lib. 50. Pandect.

Angario, angarias (ἀγγαρεύω) angariare, adigere, compellere, cogere. Peregrinum est uerbum, Vlpianus in l. uiæ sternendæ. de priuil. ueter. lib. 49. Pandect. Nec à contributionibus quæ in possessionibus fiunt, ueteranos esse excusatos palàm est. Sed & naues eorum angariari posse Aelio Ruffino, & Antonino Claro ueteranis rescriptum est.

Angaris] Mons est Idumææ, apud Plin. lib. 5. cap. 13.

Angelia] ἀγγελία, Mercurij filia, ut apud Pindarū in quodam Olymp. hymno legitur, quod & interpretes notant. Vide Cælium, lib. 18. cap. 6.

Angelica] radix uulgò herbarijs nota, Laserpitium est Galli cum Ruellius, lib. 3. cap. 52.

Angelus] ἄγγελος, Græca dictio, Latinè nuntium significat. Nos utimur pro spiritibus bonis, quos Deus ad sui ministerium creauit: eam ob causam dicti angeli, quòd Deus ad bonos & pios eos mittere consueuit, ut illos à malis & periculis conseruent.

Angelicus uersus numeros & Syllabam coarctat hexametro: ut

Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?

Censorin. de Die natali, cap. ult.

Angerona] ἀγγερώνα, silētij dea, cui sacrificabatur ad diem 12. Calend. Ianuarij, ore obligato obsignatoq; simulacrum habebat. Plin. lib. 3. cap. 5, Angeroniam uocat. Macrobius Saturnal. lib. 1. ca. 10. Diuæ, inquit, Angeroniæ pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quòd angores ac animorum sollicitudines propitiata depellat. Masurius adijcit, quòd qui suos dolores anxietatesq; dißimulant, perueniant patientiæ beneficio ad maximam uoluptatem. Iulius Modestus, et Festus, Angeronæ deæ sacra à Romanis instituta sunt, quū anginæ omne genus animaliū cōsumeretur, cuius festa Angeronalia dicebantur.

Angina] Vide Ango.

Angina] funis. Vide in Anchora & Anquina.

Angiportus] γενικὸς, γενικὸς, Priscianus, à portu compositum tam masculini, quàm neutri generis inuenitur, & secundæ declinationis, hic angiportus & hoc angiportum, his angiportis. Sic Plinius secundus in primo artis grammaticæ. Terentius quoq; in Adelphis, 4. 2. 40, Id quidem angiportum non est peruium. Idem Phorm. Sed hinc concedam in angiportum hoc proximū. Hactenus Priscian. li. 6. Angiportus, inquit Festus, iter compendiarium in oppido, eo quòd sit angustus portus, id est, aditus in portum. Varro 4. de Lingua Latina, Angiportum & id angustum, ab angendo & portu. Donatus in Adel. Terentij, 4. 2. 40, Angiportum, id est, angusta & curua uia: quasi angiportus: ut Angitia, aut anguitia. alij, quòd inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos. Nā domos, uel portus, uel insulas ueteres dixerunt. Cicer. 4. Verr. 99, Vt omnibus in angiportis prædonis improbißimi statuæ ponantur. Idem 1. de Diuin. 120. Exhorreis direptum effusumq; frumentum uias omnes angiportusq; constrauerat.

Angiportu. Horat. 1. Carm. Ode 25. 2,

Plebis in solo leuis angiportu.

Angitia] ἀγγιτία, Aeetæ filia, & Soror Medeæ, quæ prima Marsis remedia contra uenena fertur ostendisse. Sillius, li. 8,

Aetæ prolem Angitiam mala gramina primam
Monstrauisse ferunt, tactuq; domare uenena.

Anglia] ἐγγελία, quæ Britania ab eruditis dicitur: insula insignis in Oceano, quæ undiq; à circunfuso mari complexa est, nusquam iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes incoluerūt, qui Troia disiecta fugerunt excisam patriam, Palladisq; oraculo classe in hanc insulam migrauerunt, atq; gigantes tūc insulam tenentes, multis uictos prælijs expugnauerunt. Hanc postmodum longo temporū tractu, Saxones, qui sunt illustres Alemaniæ populi, oppressere, agrosq; et opeis inter legatos Saxonū regina Angela diuisit. Atq; ut linguæ pariter & gētis memoria in deducta insula sempiterna foret, ab Angela, cuius ductu uicta est, Angliā tellurem illam uocauerunt, quamquam pleriq; Angliam ueluti nostri orbis angulum, prædicent di-

Digitized by Google

cent dictam. Situs ipsius est, ut contra aspectum Galliæ & Hispaniæ sita sit. Eius ambitus quadragestes octies, & septuagintaquinq; millibus passuum constat. De hac insula uide in Britonum historia, & in dictione Brutannia.

Ango] ἄγχω, angis, anxi, anctum in supino, teste Prisciano, quod exoleuit. Angere propriè significat præfocare, siue strangulare, ut author est Diomedes: unde & Angina dicta est. Gellius, lib. 1, Ea res animum eius anxit. Lucanus lib. 6. 22, Nec inertibus angitur undis.

Angunt oculos spõgiarũ stirpes præfractæ, & quasi excæcant nec patiuntur asparagũ emittere. Colum. lib. 11. cap. 3. 36.

Ardeolæ in coitu anguntur. Plin. lib. 10. cap. 60. 1.

Angi (ἀδημονεῖν) per metaphoram, est dolere, aut cura, aliáue animi ægritudine premi, torqueri, cruciari. Cic. Att. li. 1. 13. 3, Multa sunt enim quæ me solicitant, anguntq;. Sic 1. de Finib. 65. & de Senect. 61.

Angere sese animi. Plaut. epid. 7. 6.

Angi aliqua re ut animo, curis, &c. Cic. in epistu. lib. 14. 14. 2. & de claris Orato. 4.

Angere aliquem incommodis. Plaut. Casin. 4. 10.

Angebatur ad impensas regis animus. Liu. 1. ab Vrbe, 241.

Angi de re aliqua, id est, ob, siue propter. Cic. Att. lib. 2. 33. 5.

Angor, angoris (ἀδημονία) Verbale. Cic. 4. Tusc. 28, Angor, est ægritudo premens. Festus, Angor, id est, animi uel corporis cruciatus propriè à Græco συνάγχη, id est, strangulatione dictus. Vnde & faucium dolor, angina uocatur.

Angor me afficit de. Lucretius lib. 3. 175,

——— nec iam de illis nos afficit angor.

Angor occupat fauces. Plin. lib. 8. cap. 27, Vnde pardalianches uenenum quo fauces pantherarum occupantur.

Capere angorem. Ci. in Lælio, 45, Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpè capiendus est, &c.

Angoribus confici. Cic. 2. Philipp. 56.

Angoribus sese dedere. Cic. 2. Offic. 3.

Angoribus & molestijs implicatus. Cic. 5. Tusc.

Angore se dissoluit animus. Lucret. lib. 3. 185.

Angoris & doloris leuandi causa aliquid perscribere. Cicero, lib. 6. Epig.

Curam & angorem animi leuare sermone. Cic. Att. 1. 13. 1.

Ab angoribus uacuitas. Cic. 1. Offic. 7.

Angina, anginæ, penult. pro. (συνάγχη, κυνάγχη) genus morbi acutißimi, quo fauces anguntur ac strangulantur: alio nomine tonsillæ. Medicorum uulgus Squinantiam uocat, quum Hippocrates ac Galenus Synanchen appellarint. Pli. li. 20. ca. 1. Illiũ anginas & arterias cũ melle & oleo uetere sanat. Plaut. Trin. 8. 105, Sues moriuntur angina acerrimè.

Anginam uinariam habere dicuntur, qui uino suffocantur. Festus.

Anginas abolet menarum salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus. Plin. lib. 32. cap. 8.

Anginas discutiunt uiolæ ex aqua potæ. Plin. libr. 21. capit. 19. Sic, lib. 23. cap. 2.

Anginam hebetant nuces iuglandes cum ruta & oleo. Plin. lib. 23. cap. 8.

Anginam efficacißimè illini tradunt hominis sanguine ex quacunq; parte emisso. Plin. lib. 28. cap. 4.

Angina non periclitari toto anno uulgò audio, si quis pullum birundinis ederit. Celsus, li. 4. cap. 4.

Salutaris est contra anginas herba, quæ uocatur britanica. Pli. lib. 25. cap. 3.

Strangulari angina. Cels. lib. 2. cap. 10.

Suum anginas sanat peculiariter sideritis. Plin. lib. 26. cap. ultimo ad finem.

Anginas sedat anisum cum melle & hyssopo ex aceto gargarizatum. Plin. li. 20. cap. 17. Sic lib. 32. cap. 4.

Anginis utilißimum est mel. Plin. lib. 22. cap. 24.

Angones] ἀγγῶνες, Tela magnitudinis mediæ. De his sic Agathias apud Cæl. li. 18. ca. 21, Francis (inquit) tela sunt quæ angonas uocant ipsi, quibus res magnas ubi opus fuerit gerunt: eorum pars maior obducta ferro est: in parte superna, circa ferri aciem ipsam recuruæ extant utrinq; tãquam hamuli laminulæ quædam arcuatæ præacutæq;, sed pronæ, ac in imà reclinatæ.

Angrus] ἄγγρος, Fluuius est ex Illyricis uersus Boream fluens. Herod. lib. 4. Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, planitie Triballiam interfluens, Brongum intrat: Brongus iste, Istrum.

Anguilla] ἔγχελυς, piscis: de quo sic Plin. lib. 9. cap. 51. 3, Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta uiuiscunt: nec alia est earum procreatio.

Anguillis crassius tergus, quàm murænis. Plin. lib. 9. cap. 23.

Anguillis binæ pinnæ uice pedum. Plin. lib. 9. cap. 20.

Non fluitant anguillæ exanimes. Plin. lib. 9. cap. 21.

Pascuntur nocturnis anguillæ. Idem, ibidem.

Anguillæ exemptæ aquis diutius uiuunt. Plin. lib. 9. cap. 57.

Anguilla est elabitur. Plau. Pseud. 11. 57. Dictũ per Metapho.

Anguis] huius anguis, (ὄφις) ab angue uel angui, tam masculini, quàm fœminini gen. est, sæpius tamen masculini. Est autem serpentis genus uulgò notum.

De Masculino: Plaut. Amphit. 17. 56, Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo. Virgil. 3. Eclog. 17,

Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Seruius, Angues, aquarum sunt: Serpentes, terrarum: Dracones, templorum: Idem, Delubra ad summa draconcs. Sed hæc significatio plerunq; confunditur.

De fœminino: Varro Acimnius, Cuius ut aspexit torta caput angue reuinctum. Valerius, Subitò ab una parte aræ prolapsam anguem prospexit. Cor. Tacit. Vnam omnino anguem in cubiculo uisam narrare solitus est.

Angue & angui. Stat. in 4. Angue ter excusso. Horatius, 1. Epistu. 18. 6,

Alter Mileti textam cane peius & angui
Vitabit chlamydem. Priscianus.

Aliger anguis. Valer. 1. Argonaut. 45.

Ater. Ouid. 4. Metamorpho.

Atrox. Stat. lib. 6. 32.

Auidus. Ouid. in Ibin, 58.

Cæruleus. Virgil. 4. Georgic. 96.

Cristatus. Senec. in Herc. furente, 4. 3.

Cristis præsignis. Ouid. 3. Metam. 3.

Ferus. Ouid. 11. Metamorpho.

Frigidus. Virgil. 3. ecloga, 19.

Gorgonius. Ouid. 3. de Arte, 100.

Intortus capillis Eumenidum. Horat. 2. Carm. od. 13. 8.

Letifer. Stat. 5. Thebaid. 148.

Lubricus. Virgil. 5. Aeneid. 17.

Lucidus. Virgil. 1. Georg. 41.

Maculosus. Virg. 3. Georg. 84.

Martius. Ouid. 3. Metam. 7.

Minax. Stat. 4. Thebaid. 20.

Purpureus. Claudian. in Ruff. 2. 36.

Salutifer. Stat. 3. Syl. 4. 5.

Squalens. Sil. Ital. lib. 13. 130.

Squameus. Virgil. 2. Georg. 31.

Terribilis. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 3.

Teter. Claudianus.

Tortus. Ouid. 2. Metam. 25. & Virg. 3. Georg. 7.

Torus. Virg. 6. Aeneid.

Digitized by Google

Trux. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 3.
Timidus. Ouid. 5. Trist.
Venenatus. Ouid. in Ibin, 97.
Venenosus. Ouid. in Philomela, 13.
Viridis. Claudianus.
Emersit anguis ab infima ara. Cic. 1. de Diuinat. 125.
Angues senectutem exuunt, eamq; protinus deuorant. Plin. li. 8. cap. 31. 2.
Angueus lapsus. Solinus, cap. 37.
Anguiculus, penul. corr. (ὀφίδιον) diminutiuum ab angui. Cic. 5. de Finib. 75, Serpere anguiculos, nare anaticulas.
Anguifer, pen. corr. (ὀφιοῦχος) Sydus est cœleste: de quo sic Columella, libr. 11. capit. 2. 36, Anguifer qui à Græcis dicitur ὀφιοῦχος mane occidit, tempestatem significat.
Anguifera domus. Stat. 2. Sylu. 2. 24.
Anguifera cauda Cerberi. Seneca in Herc. furente, 9. 40.
Anguifera Lerna. Stat. 2. Sylu. 1. 37.
Anguineus, adiectiuum, (ὀφιαῖος) ut Pellis anguinea.
Anguineus cucumer dicitur à Columella, lib. 2. cap. 9. 8. Id est, oblongus & ad anguis similitudinem contortus. Erraticus Plinio dicitur, lib. 20. cap. 2.
Anguineæ comæ Medusæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 3.
Anguineus capillus Eumenidum. Catul. in Argonaut. 39.
Anguinus, penul. prod. (ὀφιώδης) aliud adiectiuum: ut Anguina ceruix. Cic. 2. de Diuinat. 198.
Anguina uernatio, pro pelle, quam uerno tempore angues exuunt. Plin. lib. 30. cap. 3. 6. Sic idem sæpe alibi.
Anguinum. Plin. lib. 29. cap. 3. 13, Angues innumeri æstate conuoluti, salinis faucium corporumq; spumis, artifici cõplexu glomerantur: Anguinum appellatur.
Anguimanus, pen. corr. (ὀφιόχερος) Anguimani uocati sunt elephãtes: quia proboscis eorum, quæ manus uocatur, in omnem partem anguium more, facilè flectitur & uertitur. Lucret. lib. 5,

Anguimanos belli docuerunt uulnera Pœni.
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas. Idem lib. 2. 108. 263,

Sicuti quadrupedum cum primis esse uidemus
In genere anguimanos elephantos.

Anguipedes, pen. corr. (ὀφιόποδες) à poetis dicti sunt gigantes, quasi loripedes: propterea, quod pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues sese tortuosos faciunt. Ouidius primo Metam. 38.
Anguitenens, pen. corr. huius anguitenentis, (ὀφιοῦχος) Sydus cœleste, quod & Anguifer dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. 156, Atq; hæc quidem à tergo: propter caput autem anguitenẽs,

Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graij:
Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

Anguícula, Anguículus & Anguigena] Vide Anguis.
Anguítia] Vide Angitia.
Angulus] penult. corr. (γωνία) Locus est, quem duo parietes iungunt: dictus, ut ait Varro li. 1. de Lingua Latina, quòd in eo locus angustissimus sit, cuius loci is est angulus. Festus, Angulus à Græco γωνία, siue ab eo quod ἐστ ἐγγὺς, id est, propè, quòd adducatur, quòd ex diuerso coacta, faciunt anguli formam.
Angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, reconditum ac derelictum. Cic. 5. Verr. 168. & in Catilinam, 2. 30.
Deuius angulis. Claudian. in Paneg. 2. 36,

—— quis deuius esset
Angulus, aut regio, quæ non pro numine multùs
Dilectos coleret.

Extremus angulus. Ouid. 13. Metam. 188.
Intimus angulus. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.
Obtusus angulus. Lucret. lib. 4. 71.
Angulis nihil incisum habens figura. Cic. 2. de Nat. deor. 67.
Ad omnes literarum angulos aliquem reuocare. Cicero pro Cecinna, 61.
Anguli oculorum bini sunt, uni ad nares: alteri ad tempora pertingunt. Ex Plinio, lib. 11. cap. 37. 30.
Angellus, diminutiuum, (γωνίδιον) Paruulus angulus. Lucret. libr. 2. 87. Angellis paulum prostantibus. Quidam legunt angulis, u producto.
Angularis, pen. prod. adiectiuum, (γωνιαῖος) Est quod undique angulos habet, cuiusmodi est forma quadrata, aut triãgularis. Cato. cap. 14. 1. Pilas ex lapide angulari. Id est, quadrato, ut existimat Budæus.
Angulares ordines. Colum. lib. 5. cap. 3. 2. Extremos ordines, quos uocant angulares. De mensura agrorum loquitur.
Angulatus, pen prod. (γωνιατός) aliud adiectiuũ. pro eodem. Cic. 1. de Natura deorũ, 89. Esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.
Anguloſus, pen. prod. (γωνιώδης) aliud item adiectiuũ: Id est, plurimos habens angulos. Plin. lib. 15. cap. 24. 4. Idem libro 37. cap. 12. 4. Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ uocatur lenticula, postea clypeidos, & rotunda, angulosis minima gratia.
Anguloſi recessus maris Aegæi. Plin. lib. 4. cap. 4. 1.
Anguloſus urbis procursus. Plin. lib. 5. cap. 10. 1.
Angustus, adiectiuum, (στένος) ab Angulus, inquit Sipontinus, hoc est, arctus, quòd anguli semper coarctentur: siue, quod improprie dicitur, strictus. ut Angusta domus, Cic. 1. de Fin. 100. Angustissimæ fauces, Cæs. 1. bel. Ciuil. 99. Angustissimæ semitæ. Cic. pro lege Agraria, 93. Virgil. 4. Georg. 5. Angustos habeant aditus. & lib. 3. Aeneid. 84. Littore angusto.
Angustioribus fõlijs herbæ. Plin. lib. 13. cap. 21. 1.
Angustum & latum, contraria. Cic. 4. Acad. 164.
Animi angusti & parui est amare diuitias. Cic. de Amicitia, 98.
Animi angusti & demissi est triumphi honorem contemnere. Cic. in Pisonem, 44.
Aqua angusta. Ouid. 3. de Trist. eleg. 10. 9.
Dies angusta. Statius, 1. Thebaid. 89.
Differentia angusta. Plin. lib. 21. cap. 5.
Disputationibus angustis & concisis illigari. Cic. 2. de Orato. 33, Sic Angustis interrogatiunculis pungere. Idem 4. de Finibus, 12.
Habenis angustis equum compescere. Tibul. 1. eleg. 4. 3.
Mensa angusta. Sen. in Thyeste, 5. 10,

Tutusq; mensa capitur angusta cibus.

Nox angusta. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6. 2.
Odoris angusti rosa. Plin. lib. 21. cap. 4.
Pauperies angusta. Horat. 3. Carm. ode 2. 1,

Angustam, amice, pauperiem pati
Robustus acri militia puer Condiscat.

Pace angusta frui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 4.
Pectore angusto ingentes animos uersant apes, ait Virgilius 4. Georgic. 17.
Rebus angustis animosus atq;

Fortis appare. Horat. 2. Carm. ode 10. 5.

Temporis angusti mansit concordia discors. Lucan. lib. 1. 20.
Saxum angustius. Lucanus, lib. 8. 169.
Angustissimum umbræ imum. Plin. lib. 2. cap. 11. 3.
Noxa in angusto. Cels. lib. 8. cap. 4.
In angustum adducere. Cic. de Amicitia, 18, Contracta res & adducta in angustum.
In angustum claudi. Ouid. 13. Metam. 82.
In paruum & angustum locum concludi. Cic. 1. Offic. 79.

Contrahere,

Digitized by Google

Contrahere, in angustumq; concludere perturbationes animi. Cic. 4. Acad. 55.

In angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ. Terentius, Heaut. 4. 2. 2.

In angustam subtilitatem tenuari uenas, adeò, ut sanguis penetrare non posit, tradit Plin. lib. 11. cap. 37. 85.

In angustum uenire. Cic. pro Planco, 44.

Angusta uiarum. Virgil. 2. Aeneid. 67. Vbi Seruius, Angusta uiarum, uicos angustos: ut est, Et strata uiarum. Tacit. libr. 20, Qui pontes & uiarum angusta insiderent.

Angustè, aduerbium, Arctè: siue ut ita dicam, strictè: ut Angustè sedere, apud Ciceronem.

Angustius diffunduntur radices. Hoc est, Minus latè diffunduntur. Varro 1. de re Rust. cap. 37. 4.

Angustè uti aliqua re. Cæsar 3. bel. Ciuil. 61.

Angustè scriptum, id est, tenuiter, arctè, exiliter: cui contraria sunt, latè, diffusè, copiosè. Cic. pro Murena, 26.

Breuius & angustius concludere: Cui contrarium est Verbius & fusius disputare. Cic. 2. de Natu. deorum, 30.

Angustè & exiliter dicere, est Attic. Cic. de Claris orato. 169.

Presse & angustè rem definire. Cic. in Orato. 63.

Angustius pabulari, Est minus habere spacij locorum ad pabulandum: ueluti quum milites ita premuntur ab hostibus, ut latè pabulatum ire non liceat. Cæsar 1. bel. Ciuil. 221.

Vt angustissimè Pompeium contineret. Id est, ut eum premeret atq; arctaret intra angustos limites. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Angusto, augustas, (στενόω) angustare. Lucan. lib. 5. 47,

Quà maris angustat fauces saxosa Carystos. Sic Lucret. lib. 4. 57. Seneca in Consolatione ad Albinum, Si desiderabit seruorum turbam, quæ domum quamuis magnam angustet.

Angustans, (στενῶν) Angustatus, & Angustandus, participia. Catull. Argon. 72,

Cuius iter cæsis angustans corporum aceruis. Cic. in Somnio, 22, Omnis enim terra, quæ colitur à uobis, angustata uerticibus, lateribus, latior. Plin. lib. 17. cap. 8. 1, Puteis ore angustatis. Sen. de Trãquil. uitæ, Angustãda certè patrimonia sunt, ut minus ad iniurias fortunæ simus expositi.

Angustia, angustiæ, (στενότης, στενοχωρία) siue potius Angustiæ, angustiarum, Sunt loca adeò angusta & difficilia, ut uix trãsiri queant: quales sunt uiæ in quibusdam montibus. Cæsar 5. bel. Gal. 185, Tamen angustijs uiarum quammaximè potest, contrahit. Cic. contra Rullũ, 86, In angustijs atq; in faucibus Græciæ posita Corinthus.

Angustia loci. Plin. lib. 14. cap. 6. 2.

Angustia orationis. Cic. 2. de Nat. deorum, 30. Idem pro Cecina, 61, Verborum angustiæ.

Angustiæ erarij. Cic. pro lege Agraria, 46. Sic, Angustiæ pecuniæ publicæ, Idem ad Cornificium, lib. 12. 29. 9.

Rei familiaris angustia. Cic. in Part. 61.

Ex suis angustijs, alterius sustentare tenuitatem. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. epist.

Angustiæ temporũ, Vbi difficilia, & quasi maligna sunt tẽpora aut propter bella, aut famem & rerum penuriam, aliudue incommodorum genus. Cic. 1. de Orat. 3, Sed tamen in his uel asperitatibus rerum, uel angustijs temporis, obsequar studijs nostris. Idem 3. Verr. 105, Diem præfinuit operi faciundo Cal. Decemb. locat circiter Idus Septemb. angustijs tẽporis excluduntur omnes. Hoc ad temporis breuitatem referendum.

Angustiæ etiam dicuntur, quum quis tantis difficultatibus premitur, ut nesciat quò se uertere debeat. Cicero de Fato, 49, Angustijs urgeri.

Adductus in summas angustias. Ci. pro Quintio, 510.

Angustitas, pen. corr. (στενότης) uetustum nomen pro Angustijs. Accius Alphesibœa, Sed Angustitatẽ inclusam ac saxis squalidam. Idem in Pœona, Saxum id facit angustitatem. Nonius.

Anhelo] anhelas, pen. prod. (ἀσθμαίνω, ἰσθμαίνω) anhelare, Ex Am, & Halo compositum, m in n mutata. Est quum ex cursu, aut alio quouis labore uehementi, crebris quasi singultibus spiratur ac respiratur. Col. lib. 2. cap. 3. 1, Sed antè ad præsepia boues relegari nõ expedit, quàm sudare atque anhelare desierint. Ouid. li. 1. de Remedio amoris, 79,

Principio cliui noster anhelat equus.

Anhelare, pro Emittere. Cic. 2. de Nat. deor. 265,

Tum gelidũ ualido de pectore frigus anhelãs. De Capri corno loquitur.

Amnis anhelat uapore. Plin. lib. 5. cap. 9, Phialã appellari fontem eius, mergiq; in cuniculos ipsum amnem, uapore anhelantem fumidis cautibus ubi conditur.

Anhelans cãpus. Stat. 11. Thebaid. 4, —& anhelantẽ cœlesti sulphure campum.

Anhelata uerba. Cic. 3. de Orat. 23, Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius, nolo uerba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius.

Anhelare scelus, per translationem. Cic. in Catil. 24, Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, &c. Hoc est ad scelus omni conatu aspirantem. Autor ad Herennium, libro 4. circa finem, Anhelans ex infimo pectore crudelitatem.

Anhelatus, participium. Ouid. 12. epist. 3,

Isset anhelatos non præmeditatus ad ignes. Et Cic. de Orat. 3. 13.

Anhelator, uerbale, (ἀσθματικός) Suspiriosus, quod uitiũ consistit in spirandi difficultate. Plin. li. 22. cap. 23. 10, Anhelatoribus, & in tussi uetusta cum porro ex aceto datur.

Anhelatio, (ἄσθμα) Verbale similiter. Spirandi difficultas. Plinius, lib. 21. cap. 21. 4, Prodest & orthopnoicis, & anhelationi. Idem lib. 23. cap. 1. 33, Anhelationibus, luxatis, in succida lana impositum.

Anhelitus, huius anhelitus, m. g. penul. corr. (ἄσθμα) Ipse spiritus anxiè actus.

Aeger anhelitus. Virg. 5. Aeneid. 86,

—uastos quatit aeger anhelitus artus.

Aridus. Ouid. 10. Metam. 131,

Aridus à lasso ueniebat anhelitus ore.

Creber. Virgil. 5. Aeneid. 40,

—tum creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit.

Sublimis. Horat. 1. Carm. od. 15. 7, Sublimi fugiet mollis anhelitu. Ouid. 4. Metam. 15. Captare anhelitũ.

Mouere anhelitus. Cic. 1. Offic. 182, Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quæ quũ fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur.

Recipere anhelitum. Plaut. Epid. 5. 22.

Reddere & recipere anhelitum. Plin. lib. 9. cap. 7. 1, Nec piscium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per uices recipere existimant.

Anhelitus terrarum. Spiritus uehementer impulsus. Cic. 1. de Diuinat. 187, Credo etiam anhelitus quosdã fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes, oracula funderent. Idem, lib. 2. 63.

Anhelitus uini, Spiritus fœtidus, crebrò eructatus ex nimia uini potatione. Cic. Post reditum in Senatu, 14, Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, non frons calamistri notata uestigijs, in eam cognitionem adducebat.

Anhelus, adiectiuum, pen. prod. (ἀσθματικὸς, Quicquid anhelat. Virg. 2. Georg. 27, —& senibus medicantur anhelis. Id est, suspiriosis. Idem lib. 12, Martis anheli. Id est,

Digitized by Google

belli, quòd anhelos siue anhelantes facit. Idem 1. Georg.
Vbi primus equis oriens afflauit anhelis. Vbi Seruius, Anhelis, Cursu anhelantibus.
Febres anhelæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 1,
Tussis anhela ægros quatit sues. Virg. 3. Georg. 98.
Ania] ἄνια, Romana mulier, quam quum propinquus moneret ut alteri uiro nuberet: esse enim ei & ætatem integrã, et faciem bonam: Nequaquam hoc faciam, inquit: Si enim uirũ bonum inuenero, ut antè habui, nolo timere ne perdam: Si malum, quid necesse est post bonum pessimum sustinere?
Aniatrologetes] ἀνιατρόλογητος, Dicitur rationis medicæ imperitus. Vitruuius, neq; uerò debet, nec potest architectus esse grammaticus uelut Aristarchus, sed non agrammatos: nec musicus ut Aristoxenus, sed non amusos: nec pictor ut Apelles, sed graphidos non imperitus, nec plastes quemadmodum Myron seu Polycletus, sed rationis plasticæ non ignarus: nec denuo medicus ut Hippocrates, sed non aniatrologetos: nec in cæteris doctrinis singulariter excellens, sed in his non imperitus. Ex Budæo.
Anicetum, ti] penul. prod. Vide Anisum.
Anichia] ἀνιχία, oppidum est Græciæ iuxta Cephisum amnem, Plin. li. 4. cap. 7.
Aniciana] inter pyrorum genera reponuntur. Vide Colum. lib. 5. cap. 10. & Caton. cap. 7.
Anicula] Vide Anus.
Anien] Vide Anio.
Anienſis] tribus. Cic. pro Planc. Vide Tribus.
Anienus] Deus, q Anieni præest: ut Tyberinus, qui Tyberi.
Anigriades] nymphæ (ἀνιγριάδες, νύμφαι) ab Anigro flumine nuncupatæ, teste Strabone & Pausan. in Ele. Anigriadum nympharum in Samico specus fuit, haud procul à flumine Anigro, in quem ingressi uitiligimibus laborantes, huiuscemodiq; cæteris morbis, si nymphis his sacra spopondissent, Anigrumq; flumium innatassent, sanabantur. De his plura apud Pausan.
Anigrus] ἀνιγρὸς, Fluuius Thessaliæ, in quo Cẽtauri ab Hercule uulnerati lauerunt uulnera sua. Quamobrem quũ primò habuisset aquas dulces atq; potabiles, habuit postea fœtidas atq; turpes. Ouid. 15. Metam. 57.
Anilis, Anilitas, Aniliter] Vide Anus.
Anima] penult. corr. (ψυχὴ, πνεῦμα) ut ait Nonius, est secundum consuetudinem, spiritus quo uiuimus. Virgil. 4. Geor.
— animasq; in uulnera ponunt. Idem Nonius alio loco, Animus, est quo sapimus: Anima, qua uiuimus. Accius Epigone, Sapimus animo, fruimur anima: sine animo anima est debilis. Cic. 1. Tuscul. 30, Animum autem alij animam, ut ferè nostri declarant nominari: nam & Agere animam, & Efflare dicimus: & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia. Ipse autem Animus ab Anima dictus est.
Animai, pro Animæ, sepius utitur Lucret. ut lib. 1. 39.
Anima dum ægroto est, spes esse dicitur. Cicero Attic. libro nono, 181. 6.
Anima purpurea. Virg. 9. Aeneid. 73, Purpuream uomit ille animam. Vbi Seruius, Purpuream, secundum eos qui animam dicunt esse sanguinem.
Anima recens, id est, quæ nunc primùm exijt è corpore. Ouid. 15. Metam. 169.
Curuæ animæ. Persius, Saty. 2. 7,
O curuæ in terras animæ, & cœlestium inanes?
Viuax anima, quæ difficulter è corpore discedit. Ouidius, 12. Metamorpho. 102.
Anima pro uita ut plurimum accipitur. Iuuenal.
Summum crede nephas animam præferre pudori.
De testibus loquitur. Sallust. in Catil. Denicq; quid reliqui habemus præter miseram animam?
Animam absumere leto. Virg. 3. Aeneid. 130.
Animam hanc accipite. Virgil. 4. Aeneid. 131.
Adimere alicui animam, pro Occidere. Plaut. Mil. 10. 136.
Agere, pro mori. Cœlius Ciceroni, lib. 8. 13. 5.
Amittere, Mori. Autor ad Heren. lib. 4. 38.
Anima auellitur infans. Stat. 5. Sylu. 5. 2.
Auferre animam alicui, Occidere. Virgilius 8. Aeneid. 111. & libro 9. 92.
Carere anima. Quintil. lib. 1. cap. 3. 5.
Carent morte animæ. Ouid. 15. Metam. 32.
Clausit animam dolor. Lucanus, lib. 8. 12.
Claudere animam laqueo. Ouid. 7. Metam. 123.
Colligere animam in orbes æternos. Lucan. lib. 9. 2.
Concedere animam alicui, Sinere eum uiuere. Ouidius, 5. Metamorpho. 45.
Concedere sepulchro animam. Virg. 3. Aeneid. 14.
Conseruare animam puram. Cic. 5. Verr. 114.
Credere animam morti. Lucanus, lib. 3. 149.
Dare animam. Virgil. 4. Georg. 41. de apibus.
Diffunditur anima è corpore dissoluto, quemadmodum humor è uase quassato. Lucret. lib. 3. 89.
Anima dimissa, corpus caret undiq; sensu, Lucret. lib. 3. 72.
Diuisitq; animam. Lucan. lib. 3. 118.
Ducere animam de cœlo. Cic. pro Sex. Roscio, 43.
Edere animam. Cic. pro Sestio, 71.
Efflare. Cic. pro Milone, 37.
Effringere. Seneca in Hercule Oetheo, 11. 7.
Effundere. Virgil. 1. Aeneid. 21.
Elidere. Ouid. 12. Metam. 102.
Eripere alicui. Ouid. 6. Metam. 108.
Exhalare. Ouid. 6. Metam. 50.
Expellere. Ouid. 6. Metam. 24.
Expirare. Ouid. 5. Metam. 22.
Exprimere. Seneca in Oedipo, 4. 11.
Extinguere alicui. Terent. Adelph. 3. 2. 16.
Exturbare. Ouid. 15. Metam. 36.
Exuere. Ouid. 15. Metam. 153.
Perire. Lucret. lib. 5. 20.
Finire. Ouid. 7. Metam. 121.
Fundere. Lucret. 3. 210.
Inspirare animam dicitur Deus. Lucan. lib. 7. 156.
Intercluſa anima, creditus est mortalitatem expleuisse. Curt. li. 5. in fine, de Tiberio.
Linquebant dulces animas. Virgil. 3. Aeneid. 28.
Mittere animam pro Mori. Lucret. lib. 6. 248.
Animas sub tartara mittere. Virgil. 4. Aeneid. 49.
Obiectare periclis animam. Virgil. 12. Aeneid. 47.
Profundere animam per uulnera. Ouid. epist. 22. 16.
Proijcere animam. Virgil. 3. Georg. 97.
Reddere animas ademptas dicitur Aesculapius, id est, Vitæ restituere. Ouid. 2. Metam. 129. Tacit. lib. 14.
Animam relinquam potius, quàm illas deseram. Terentius, Adelph. 3. 4. 52.
Resumere animam. Senec. in Herc. Oetheo, 1. 5.
Seducere artus ab anima dicitur mors. Virg. 4. Aeneid. 78.
Singultare animam. Stat. 5. Thebaid. 52,
— positiq; patrum super ora gementum
Semineces pueri, trepidas in limine uitæ Singultãt animas.
Spoliare ferro animam. Sil. lib. 13. 74.
Subducere morti animam. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. in fine.
Tradere funeri animam. Senec. in Troade, 5. 2.
Trahere animam. Stat. 1. Theb. 10. Tacit. lib. 1. Meq; precariam animam inter infensos trahere.

Digitized by Google

Animam debet. Terent. Phorm. 4. 3. 56, Quid si animam debet? Donatus prouerbium esse admonet de eo, qui immodi co ære alieno teneatur, ut plus quã omnes facultates debeat, ac deniq; seipsum debeat. Sic Erasmus.

Animæ meæ pars, siue Animæ meæ dimidiũ. Sic dicimus de illis quos priuato quodã & singulari amore prosequimur. Horat. 2. Carm. ode 17. ad Mecœnatem, 2,

Ah te meæ si partem animæ rapit
Maturior uis, quid moror altera? Idem 1. Car od. 3. 2,
Et serues animæ dimidium meæ. Cicero Terentiæ & filiæ, libro 14. 14. 2, Vos meæ charissimæ animæ, quam sæpissimè ad me scribite.

Anima, Halitus oris, siue spiritus. Virg. 2. Georg. 37,

—— animas & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis. Plaut. Asin. 16. 44, An fœtet anima uxori tuæ? Terent. Phorm. 5. 6. 28, Animam compressi, aurem admoui.

Animam puram conseruare. Cic. 5. Verr. 114, Quæ non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. Notat anhelitum Verris fuisse putidum.

Anima putei, pro Aqua. Plaut. Amph. 8. 39, Ni ego illi puteo, si occæpso, animam omnem intertraxero. Fortasse pro Halitu & uapore prodeunte ex puteo. Nam si pro Aquâ, Plautinum certè, & nimis durè figuratum est.

Anima, uentus. Plaut. Aulul. 9. 24. Lucret. lib. 5. 48, Animæ auraruṁ leues. Et apud Horatium,

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Animas secundas prece quærere. Lucret. lib. 5. 247.

Anima, Aer. Varro 1. de re Rust. cap. 4. ex Ennio, Aqua, terrâ, anima & sol. Virgil. 6. ecloga,

Nanq; canebat, uti magnum per inane coacta
Semina, terrarumq;, animæq; marisq; fuissent. Seruius. Varro, Anima ut concluſa in uesica, quando est arctè ligatâ, si perculeris, aera reddet. Lucret. lib. 6. 27,

—— plena animæ uesicula parua.

Spiritus & Anima. Cic. 1. de Orat. 136, Deinde quum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima est assecutus.

Intercluſio animæ, atq; angustiæ spiritus attulerunt clausulas, atque interpuncta uerborum. Cic. 3. de Orat. 100.

Attrahẽs atq; reddẽs animã pulmo spirãdi officina. Plin. lib. 11.

Animula, animulæ, diminutiuum, pen corr. (ψυχάριον) Suspitatus ad Ciceronem, lib. 4. 5. 14, In unius muliercule animula si iactura facta est, tantopere commouerit? De filia Ciceronis mortua.

Animal, pen. corr. animalis pen. prod. n. g. (ζῶον) ab Anima est: & est (ut philosophi diffiniunt) substantia animata sensibilis. Plin. libr. 10. ca. 63, Bipedum solus homo animal gignit. Ouid. 1. Metam. 18,

Pronaq; quum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit.

Animal prouidum & sagax, homo. Cic. 1. de Legib. 32.

Deus animal unum aspectabile, in quo omnia animalia continentur, effecit. Cic. de Vniuer. 14. de mundo loquitur.

Animalis, & hoc animale, pen. prod. (ψυχικὸς) Quod est ex animali, aut quod habet animã. Lucret. lib. 1. 46,

Vnde animale genus generatim in lumina uitæ
Reducit Venus.

Animales dij. Seruius ex Labeone: Labeo in libris, qui appellãtur de dijs animalibus, ait esse quædam sacra, quibus animæ humanæ uertantur in deos, qui appellantur animales, quòd de animis fiant. Hi autem sunt dij penates & uiales.

Animalis res, cuius contrarium est inanimum. Quintil. lib. 8.

Animales, Spirabiles. Cic. 1. Tuscul. 63, Siue illi animi sint animales, id est, spirabiles, siue ignei.

Animalis spiritus. Plin. lib. 8. cap. 42, Equas Fauonio flãte obuersas, animalem concipere spiritum: idq; partum fieri.

Animalis intelligentia. Cic. 4. Acad. 213, Erit enim persuasum etiam solẽ, lunã, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quòd quædã animalis intelligẽtia per omnia permeet & transeat.

Animalis hostia dicebatur, ubi anima tantùm sacrificabatur, & caro sacerdotibus proficiebat. Festus.

Animalia uincula, pro neruis. Cic. de Vniuers. 38.

Animabilis] Vide Animus.

Animaduerto] animaduertis, animaduerti, animaduersum (διανοέω, ἐπινοέω, σκοπέω, φράζομαι) animaduertere, Est animum ad rem aliquam uertere, aspicere, hoc est, de improuiso quippiã intueri. Vnde & pro considerare, curare, obseruare, & aduertere ponitur. Plaut. Animaduerto hominẽ subalbidum, tremulum. Id est, aspicio. Cic. 1. de Diuinat. 134, c. 36. Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Animaduertere rem aliquam, Curare, obseruare. Terent. Phor. 3. 1. 3. Cic. ad Domitium, li. 8. 163. 2, Non enim pro tua prudentia debes illud solum animaduertere.

Curare & animaduertere. Cic. 1. de Natura deor. 6, Nec omnino curant, nec quid agamus animaduertunt.

Attendere & animaduertere. Cic. in Catil. 15.

Cognoscere & animaduertere. Cic. 1. de Natu. deorum, 21, Sed ut adsint, cognoscant, animaduertant.

Vigilare & animaduertere. Cic. Attico, lib. 16. 111. 32.

Animaduertere & æstimare aliquid. Liu. in præfat.

Animaduertere, Attendere, attentum esse ad audiendũ spectandũq;. Terẽt. in prolog. Eunu. 44, Cũ silẽtio animaduertite.

Animaduertitur in. Cic. de Amicitia, 27, Quod quidem quale sit, etiam in bestijs animaduerti potest.

Animaduertuntur sues à facie, & progenie & regione cæli. Id est, considerantur. Varro 2. de re Rust. cap. 4. 4.

Inter Intelligere & Animaduertere: Intelligitur aliquid argumentis: Animaduertitur sensibus præsenti animo utentibus. Plerunq; enim aduertimus rem aliquam oculis, aut quouis sensu corporis, absq; animi intentione. Asconius.

Animaduertere, & discere. Cic. ad Appium, li. 3. 5. 3.

Animaduerto in te, (κολάζω) Est punio te: sed cũ hac differentia, quòd punire, est quorumcunq;, siue iure, siue iniuria: animaduertere, est eius, qui in alterum habet potestatẽ ordine ac ritè, id est, cũ animaduersione puniẽdi. Sed hoc propriè refertur ad personas. Animaduerto, puto, pro intueor, & personam, & rem dicimus. Hæc Valla, li. 3. Ci. 5. Verr. 119, Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, ut in Apronium quũ animaduertisset, sese grauissima leuare. infamia. Sic ad Metellum, lib. 5. 2. 20.

Animaduertere iniuriam, facinus, peccatum. Terent. And. 1. 1. 129, Ea primùm ab illo animaduertenda iniuria est. Vbi Donatus, Nota participium à passiuo, Animaduertenda, castiganda, uindicanda est. Ibidẽ 4. 4. 28, O facinus animaduertendum. Cic. pro Roscio Amer. 68, Atqui ea sunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. Vtrum obseruanda, an puniendа? nam hic utroq; modo potest intelligi. Idem in Catil.

Animaduertere uerberibus in aliquem. Sallust.

Animaduertere capitali pœna in reum. Vlpianus de sicarijs.

Animaduertere absolutè positum. Cic. 3. Verr. 30, In Achaia magistratum Sicyonium nummos poscit: ne sit hoc crimen in Verrem, fecerunt alij. Quum ille non daret, animaduertit.

Animaduersio, Verbale, Consideratio, & iudicium: ut, Res animaduersione digna: Cic. 1. de Finib. 46, Interesse enim inter argumentum conclusionemq; rationis, & inter mediocrem animaduersionem atq; admonitionem altera, occulta quæ-

Digitized by Google

dam & quasi inuoluta aperiri, altera prompta et aperta indicari.

Animaduersio, pro studio. Ci. pro Archia, Et si ex his studijs delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hãc animaduersionẽ communissimã atq; liberalissimam iudicaretis. Budæus.

Notatio naturæ, atq; animaduersio peperit artem. Cicero in Orato. 106.

Animaduersio, Punitio, (πόλασις) ut Animaduersio in sceleratos seruos. Cic. 1. Philip. 3. Idem 3. Verr. 30, Improbum, sed non inauditum genus animaduersionis uidete.

Animaduersio & castigatio. Cic. 1. Offic. 125, Omnis autem animaduersio & castigatio contumelia uacare debet.

Animaduersionem & supplicium remittere alicui. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 4.

Animaduersionem effugere. Cic. in Orat. 113.

Animaduersio pro multa & condemnatione, ut interpretatur Budæus. Cic. pro Cluentio, Maiores nostri nunquam iudicium nominauerunt, neq; perinde ut rem iudicatam obseruauerunt animaduersionem & autoritatem censoriam.

Animaduersus, Participium, (διανενομένος) Perspectus, cognitus, intellectus. Cæsar in Comment. Hac re animaduersa, Cæsar iubet signa conuerti. Virg. 3. Georg. His animaduersis. Id est, cognitis, intellectis.

Animaduersa ac notata à peritis. Cic. 1. de Orato. 54.

Animaduersa flagitia. Id est, punita. Suetonius in Nerone, cap. 16, Multa sub eo & animaduersa seuerè, & coercita.

Animaduersus, Qui supplicio affectus est. Paulus Iurisconsul. Corpora animaduersorum quibuslibet pereuntibus, ad sepulturam danda. Licenter dictum uidetur, pro eo quod est, Supplicio affectorum.

Animaduersor, Verbale, (διανοητὴς) Obseruator: Id est, qui diligenter considerat, & expẽdit ut aliquid sciat, cognoscat, & discernat. Cic. 1 Offic. 203, Itaq; ut in fidibus musicorũ, aures uel minima sentiunt: sic nos, si acres ac diligentes esse uolumus animaduersores uitiorum, magna sæpe intelligimus ex paruis.

Animal] Vide Anima.

Animans] Vide Animare in Animus.

Animatio, Animatus] Vide Animo in Animus.

Animo, Animas, Animosus] Vide Animus.

Animula] Vide Anima.

Animulus] Vide Animus.

Animus] animi, penult. corr (ψυχὴ, θυμὸς, νόος. Vide Anima. Animus teste Seruio, consilij est, Anima, uitæ. Sallust. Haud facilè animus uerũ prouidet, ubi illa officiunt. Terẽt. Adelph. 4. 5. 21, Animo male est. Ibidem 4. 4. 3, Animus timore obstupuit.

Animus, pro anima, ferè à Cicerone dicitur: ut in Catone, Qui si in hoc erro, quòd animos immortales credã, libẽter erro.

Animus, pro memoria. Virg. 9. eclog. Omnia fert ætas, animũ quoq; Seruius.

Animi, pro cogitationibus. Plau. Epid. 2. 43. Quot illic homo animos habet. Terent. Heaut. 3. 3. 9, Noui ego amantiũ animos, aduertunt grauiter quæ non censeas.

Animus, Voluntas. Terent. And. 1. 1. 137, Mala mens, malus animus. Idem, Heaut. 1. 2. 15, Timet omnia: patris iram, & animum amicæ sæ erga ut sit suæ.

Animus ac uoluntas. Cic. 7. Verr. 143, Ita dissident à nobis animo ac uoluntate. Animus, hìc ad appetitum refertur, uoluntas ad rationem.

Amplitudo animi, & quasi quædam exaggeratio quàm altissima Cic. 2. Tusc. 107.

Ardor animi euanuit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 2.

Asperitatem animi siue animæ dulciore succo mitigare. Plinius, lib. 22. cap. 24. 5.

Candor animi. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 2.

Coniectura animi. Quintil. lib. 1. cap. 2. 17.

Constantia animi. Ouid. 11. Metam. 59.

Curas animi leuare. Cat. ad passerem Lesbiæ, 2. 3. uel, è pectore soluere, Lucr. li. 4. 184. Et, Aliò traducere, Lucr. li. 4. 226.

Defectio animi. Cic. ad Att. lib. 3, Omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem animi mei.

Firmitas, uel firmitudo animi. Quintil. lib. 6. in procem. 4. Et Cic. ad Luceium, lib. 5. 13. 5.

Fluctus animi pellere. Seneca in Herc. furen. 12. 8.

Grauitas & altitudo animi. Cicero ad Nigidium Figulum, libro 4. 13. 12.

Habitum animi semel constitutum difficile est nobis mutare. Quint. li. 4. ca. 2. 82. Et Tacit. li. 17, Habitus animorum.

Omni animi impetu in aliquid incumbere. Cic. ad Plancum, libro 10. epistu. 5. 6.

Vultus imago animi, indices oculi. Cic. 3. de Natu. deor. 127.

Magnitudo animi. Cic ad Lentul. lib. 1. 9. 54.

Inflectere magnitudinem animi. Cic. 1. Epist.

Mens animi mœrore perturbata. Lucret. li. 6. 238.

Motus animorum. Virg. 4. Georg. 18.

Nerui atq; robur animi. Cic. Torquato, li. 6. 1. 8.

Nubes animi. Ouid. 1. Tristium, eleg. 313.

Oblectatio animi. Cic. 1. de Orat. 58.

Pax animi. Ouid. 11. Metam. 125.

Præstantia animi. Quintil. lib. 6. cap. 1. 19.

Rectum animi seruare. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 40.

Remissio ac dissolutio animi. Cic. 2. de Orat. 13.

Incredibili robore animi septus. Cic. pro Milone, 77.

Sublimitas animi. Plin. lib. 7. cap. 25. 3.

Prætentare animi sententiam. Ouid. 9. Metam. 116.

Tenor animi. Plin. lib. 7. cap. 19. 1.

Terrorem & tenebras animi discutere. Lucret. lib. 2. 12.

Vigor animi. Ouid. 15. epistu. 11.

Aegrotare uitio animi. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 62.

Vulnus animi graue habere. Ouid. 9. Metam. 109.

Animus acciuis faisis. Horat. Serm. Saty. 2.

Acer & præsens animus. Cic. 2. de Orat. 47.

Acri & attento animo intueri. Cic. 1. de Finib. 88.

Acres animi incaluere. Ouid. 2. Metam. 18.

Animos acres conuertere ad aliquem. Virg. 11. Aeneid. 160.

Acrior animus. Quintil. lib. 1. 3. 6. Vide Acer.

Acerbus animis sæuire. Virgil. 5. Aeneid. 92.

Aduersis animis accipere. Tacitus, lib. 3.

Animus æger, Animi, animo, uel ab animo æger. Vide Aeger.

Animus ægrotus. Vide Aegrotus.

Aequus animus. Horat. 11. 6. Vide Aequus.

Aequo animo. Lucret. lib. 3. 196.

Aequis animis. Horat. in Arte Poet. 51.

Animus alienus uel alienatus. Vide Alieno.

Alienum animum habere ab re aliqua Cic. de Amic. 28.

Altiore animo esse. Cicero 5. de Finib. 101, Qui altiore animo sunt, capessunt Remp.

Animi altissimi. Cic. 1. Tusc. 52, Idq; in maximis ingenijs, aliissimisq; animis & existit maximè, & apparet facillimè.

Animus amicus. Vide Amicus.

Amico animo. Horat. 4. Carm. ode 7. 4.

Amplus animus, & excelsus, & patiens incommodorum. Cic. 1. de Inuent. 120.

Ancipites animi. Lucan. lib. 10. 3.

Animus angustus. Vide Angustus.

Angustus atq; demissus animus. Cic. in Pisonem, 44.

Animus anxius. Vide Anxius.

Aperiri

Apertus & simplex animus. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9. 91.
Animus asper. Vide Asper.
Atrox animus. Horat. 2. Carm. ode 1. 5.
Attonitis animis hærere. Virg. 5. Aeneid. 105.
Attonitis animis imbiare. Virg. 7. Aeneid. 163.
Auarus laudis animus. Horat. 2. Epistu. 1. 36.
Auari animi irritamen opes. Ouid. 13. Metam. 87.
Animus auersissimus. Vide Auerto.
Animus beneuolus. Vide Beneuolus.
Animo benigno & clementi. Terent. Hecy.
Bonus animus. Vide Bonus.
Quare bono animo es: nideo enim, &c. Cic. Att. lib. 5. 106. 5.
Cecus animo. Vide Cecus.
Cœlestis animus ex alto domicilio depressus. Ci. de Senect. 70.
Capax animus ad precepta Ouid. 8. Metam. 49.
Capaci animo maiora concipere. Ouid. 15. Metam. 1.
Celer animus. Virgil. 4. Aeneid. 58.
Animus certus & confirmatus. Vide Certus.
Animo clementi ignoscere. Vide Clemens.
Animo communi esse. Vide Communis.
Animus compos. Vide Compos.
Conscius animus se remordet. Lucret. lib 4. 229.
Animus conscius. Vide Conscius.
Constantior animus. Ouid. ad Pisonem, 52.
Credulus animus. Seneca in Troade, 1. 1.
Animus cupidus. Vide Cupio.
Cupidus animus litium & rixæ. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.
Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. Aeneid. 3.
Delibatos habemus animos ex diuina mente. Cic. de Senect. 21.
Dociles animi. Horat. in Arte poetica, 68.
Duriores animos ad plerasq; robur ipsum facit. Quintilianus, lib. 1. cap. 1. 17.
Expertus bellis animus. Tacitus in uita Agricolæ.
Faciliore animo abuti. Quintil. lib. 4. cap. 2. 80.
Faciles iuuenum animi. Virgil. lib. 3. Georg. 32.
Ferax animus. Ouid. ad Pisonem, 44.
Ferox animus. Seneca in Medea, 1. 8.
Fidelis. Terent. Hecy. 3. 5. 22, Quam fideli animo & benigno in illam & clementi fui.
Fortis atq; obfirmatus Plaut. Amph. 8. 4, Perferam usq; eius abitum animo forti, atq; obfirmato.
Felix animus. Iuuenal. Saty 14. 12.
Generosior celsiorq; animus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 26.
Grauior natu animus. Vide Nascor.
Hoc animo sum. Cic. ad Appium, lib. 3. 5. 6.
Hostilis animus. Seneca in Octauia, 1 5.
Humani animi, id est, hominum animi. Hor. li 1 Ser. Saty. 8. 4.
Humilis animus, et pertinax, cõtraria. Ci. ad Marcellũ, 4. 7. 7.
Iacens animus. Quintil lib. 6 cap. 4 19. Vide Iaceo.
Idem animus omnibus. Virgil. lib. 3. Aeneid. 12.
Animo ieiuno. Vide Ieiunium.
Impatiens animus. Ouid. lib. 1. de Remed. amoris, 25.
Impotens. Terent. And. 5. 3. 8. Senec. in Herc. furẽte, 6. 3.
In animo eius ualidus. Tacitus, libro 4, Prisca in animo Angustæ ualida.
Inanis animus. Virgil. 2. Geo. g 57.
Incertus animus. Vide Incertus.
Infenso atq; inimico animo. Vide Infensus.
Infesto animo. Vide Infestus.
Infirmior rebus dubijs animus desperatis est confirmatus. Cic. ad Mescinum, lib. 5. 21. 12.
Infixus animus in patriæ charitate. Vide Infigo.
Inflatus animus. Vide Inflo.
Infractus animus. Vide Infringo.
Infrangilis animus. Ouid. ad Liuiam, 71.
Ingens. Horat. 2. Sermonum. Vide Ingens.
Ingentes tollere animos. Virgil. lib. 3. Georg. 41,
—nanq; ante domandum
Ingentes tollent animos.
Ingentes animos angusto in pectore uersant. Virgilius, libro 4. Georgic. 17.
Iniquo animo. Terent. Eunuc. 2. 1. 6.
Iniquis animis. Virgil. lib. 10. Aeneid. 2.
Insatiabilis animus. Vide Insatiabilis.
Intacti religione animi. Vide Intactus.
Inuictus animus. Plin. lib. 7. cap. 25. 3.
Iracundus animus. Vide Ira.
Instabiles annis animi. Ouid. lib. 3. de Arte, 11.
Lætus in præsens animus, quod ultra est Oderit curare. Horat. 2. Carm. 16. 5.
Latens animus. Iuuenal. Saty 9. 2.
Liber religione animus. Vide Liber liberi.
Liber terrore animus. Vide Liber liberi.
Liquidus animus & tranquillus. Vide Liquor.
Lubenti animo. Vide Lubet.
Magnus animo. Vide Magnus.
Minutus animus. Vide Minuo.
Mollis animus. Vide Mollis.
Magnus & excelsus animus. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 91.
Magnus & fortis. Cic. Att. lib. 8. 163. 1.
Magno fortiq; animo. Cic. lib. 6, ad Q. Ligarium, 14. 6. Cic. ad Att lib. 8. 163. 1.
Magni animi plenum pectus. Ouid lib. 5. Metam. 37.
Homo maxmi animi. Cic. pro Fonteio, 26. & Liui. 8. bel. Pun.
Mares animi. Horat. in Arte poet. 81.
Meliore animo aliquid ferre. Ouid. lib. 9. Metam. 87.
Memori animo notare. Ouid. lib. 9. Metam. 156.
Meo quidem animo, uel Animo meo. Cicer. 1. de Inuent. 7.
Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum. Terent. Adelph. 5. 6. 4. —— hominem maximi Precij esse hodie, te iudicaui animo meo: hoc est, secundum animi mei sententiam.
Minaces animi. Ouid. 6. Metam. 138.
Minutus, infirmus, & exiguus. Iuuenal. Saty. 13. 19,
—— quippe minuti
Semper & infirmi est animi, exiguiq; uoluptas, Ultio.
Mitis animus, Iuuenal Saty. 14. 2.
Mobiles animi. Quintil. lib. 2 cap. 17. 18.
Muliebris animus. Vide Mulier.
Mutabilis uulgi animus. Vide Muto.
Animus uarius, commutabilis, multiplex. Vide Multus.
Mutuus animus. Horat. lib. 4. Carm. ode 1. 6.
Mutuis animis amare. Catul. 42. 4.
Obstinatus animus Liu. 6. Decad. 1.
Omissus animus. Terent, Heaut. 5. 2. 9,
Te uidi animo esse omisso, id est, demisso.
Ociosus animus. Terent. And. 5. 2. 4,
Animo iam nunc ocioso esse imperò.
Paruus animis. Horat. lib. 1: Serm. Saty 2. 2.
Paruo & prauo animo. Cic. lib. 1. ad Att. 8. 4.
Perattentus animus. Vide Perattentus.
Placidioribus animis. Quintil lib 4 cap. 2. 53.
Plenus culpa animus. Seneca in Hipp. 2. 10.
Præsens animus Terent. Eunuc. 4. 6. 31.
Præsens animus & acer Quintil. lib. 6. cap. 4. 6.
Præsens animus in pectore. Virg lib. 5. Aeneid. 72.
Promptus animus & alacris ad defendendam Rempub. Cic. ad Appium Pulch. lib 3. 11. 12. Sic Tacit. lib. 4.

Digitized by Google

Pronis animis. Vide Accipio.
Pudicus animus. Ouid. 7. Epist. 1.
Pusilli animi homo. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 4.
Residēs animi. Virg. lib. 1. Aeneid. 146.
Robustus & excelsus animus. Cic. de Finib.
Robustior annis animus. Stat. lib. 5. Syl. 2. 3.
Rudis animus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 26.
Rudes atq; agrestes animi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 10.
Sagax animus. Lucret. lib. 2. 168.
Segnes animos prouocare. Claud. de raptu Proser. lib. 3. 6.
Stabili animo & firmo & magno. Cic. lib. 3. de Finib. 44.
Supinus animus. Catul. 17. 6.
Suspicacem animum perstrinxere. Tacitus, lib. 1.
Syluestrem animum exuere. Virg. lib. 2. Georg. 11.
Teneriore animo uideri. Cic. ad Mesinum, lib. 6. 21. 12.
Toto animo dedere se alicui. Cic. 5. Tuscul. 161.
Tranquillissimus animus. Cic. lib. 7. ad Att. 127. 3.
Tristis & intractabilis animus. Senec. in Hipp. 2. 38.
Truces animos Cupido inuolat. Tacit. lib. 1.
Vagus animus. Catullus, 58. 1.
Valentes animi. Virg. 7. Aeneid. 43.
Velox animus. Horat. lib. 1. Epist. 12. 3.
Virides ausis animi. Sillius, lib. 1. 38.
Virilis animus. Ouid. lib. 13. Metam. 29.
Viriles animos gerere. Seneca in Agamem. 13. 2.
Viuidus animus. Tacit. lib. 13.
Aeger animi. Tacit. lib. 19.
Amens animi. Virg. 4. Aeneid. 41.
Captus animi. Tacit. lib. 19.
Diuersus animi. Tacit. 20, Qui diuersus animi, modo numen paueſcere, modo minis aduersantis populi terreri, ſæpe etc.
Egens laudis animus. Virgil. lib. 5. Aeneid. 149.
Iuuenis calidus animis. Virg. 3. Georg. 23.
Ferox animi. Tacit. lib. 1.
Fidens animi. Virg. 2. Aeneid. 13. Tacitus, lib. 4.
Dubius animi. Virg. 3. Georg. 57.
Immodicus animi. Tacit. lib. 17, Corpore ingens, animi immodicus.
Incertus animi. Tacitus, lib. 5.
Infelix animi. Virgil. 4. Aeneid. 106.
Ingens animi fœmina. Tacitus, lib. 1.
Inops animi. Virg. 4. Aeneid. 61.
Integer animi, id est, sanus mente. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 44.
Largus animo. Tacit. libro 18, Genere illustri, largus animo, & par opibus.
Maturus animi. Virg. 9. Aeneid. 51,
Hic annis grauis, atq; animi maturus Aletes.
Maturus animo & æuo. Ouid. lib. 8. Metam. 124.
Mitior animo. Horat. lib. 3. Carm. ode 10. 4.
Præstans animi. Virgil. 12. Aeneid. 4.
Promptus animi. Tacitus, lib. 18.
Turbidus animi. Tacit. lib. 20.
Validus animi, & corpore ingens. Tacitus, lib. 15.
Victus animi. Virgil. 4. Georg. 98.
Aberrat animus à sententia. Vide Aberro.
Abhorrere animo ab aliqua re. Cicero 7. Philipp. 219. Vide Abhorreo.
Abijcere animum, pro Animum deijcere ac deprimere, & penè desperare: Vnde abiectus animus, & homo abiecto animo. Vide Abijcio. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Accendunt hæc animos. Quintil. lib. 1. cap. 2. 16.
Accessit animus nobis. Cic. ad Att. lib. 5. 108. 5. Vide Accedo.
Alleuare animum à mœrore. Curtius, lib. 4.
Animus accinctus in magnos usus. Vide Accingo.
Accipere animis dicta alicuius. Virgil. lib. 3. Aeneid. 50.
Accipere animum quietum in aliquem. Virg. 1. Aeneid. 62.
Accipere animo. Vide Accipio.
Animum literis accommodare. Vide Accommodo.
Accommodare animum quum lugemus & irascimur. Quintil. lib. 6. cap. 2. 21.
Animos addere alicui. Cicer. Att. lib. 7. 122. 6.
Additus furor animis. Virgil. lib. 2. Aeneid. 71.
Animus adest. Vide Adsum.
Adesse animo, uel animis. Vide Adsum.
Adhibete animum uel animos. Ouid. lib. 15. Metam. 48.
Animum adijcere ad uirginem. Terent. Eunuch. 1. 2. 63.
Animum adijcere alicui rei. Liuius. Budæus.
Adijcere animos, id est, audaciā addere. Ouid. li. 7. Metam. 24.
Adiungere animum, & animos. Vide Adiungo.
Adiungere animum ad aliquod studium. Terent. And. 1. 1. 29.
Adleuatur animum. Tacit. lib. 5.
Adrepere animis. Tacitus, lib. 3, Nec quicquam graue ac seriū ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non uirorum animis sed muliercularum adrepit.
Aduertere animum. Terent. in prol. And. 8, Nunc quam rē uitio dent quæso animum aduertite. Antique dictum, pro animaduertite. Tacitus, lib. 13, Qui animū etiam leuissimis aduerterent. Lucret. lib. 3. 9.
Aduertere animos monitis. Ouid. lib. 15. Metam. 28.
Aduertite animis uestris quæ dicam. Virg. lib. 2. Aeneid. 141.
Aduocare animum. Vide Aduoco.
Aequare animos olympo. Virgil. lib. 6. Aeneid. 156.
Aestimare animo. Curtius, lib. 6, Bucephalum Alexander non eodem quo cæteras pecudes animo æstimabat.
Affectus animo. Vide Afficio.
Affigere animo suo quod cōposuerimus. Quint. lib. 2. c. 7. 2. de ediscendo.
Agere animum. Vide Ago.
Agi animis in funera. Virgil. 7. Aeneid. 9.
Agitare animum spe & metu. Quintil. lib. 4. cap. 1. 23.
Agitare aliquid animo, id est, cogitare. Cic. ad Torquatū, lib. 6.
Animo, siue cum animo agitare. Vide Agito. (1. 5.
Alienare iudicum animos. Quint. lib. 4. cap. 1. 10.
Alleuare animum. Seneca in Troade, 10. 19. Vide paulò antè.
Alleuatur animum. Vide item Alleuo.
Allicere animos ad benevolentiam. Vide Allicio.
Animum amouere. Vide Amoueo.
Angere animum, & animo angi. Vide Ango.
Angere animum curis mordacibus. Lucan. lib. 2. 135.
Aperire animum. Vide Aperio.
Apparare animum. Vide Apparo.
Appellere animum ad scribendum. Terent. in prol. And. 1.
Applicare animum. Vide Applico.
Animus mihi ardet. Vide Ardeo.
Animis ardentibus sonare iurgia. Iuuenal. Saty. 15. 6.
Arrigere animos. Virg. lib. 12. Aeneid. 51.
Arrectus animus. Vide Arrigo.
Assuescite bella animis. Virgil. lib. 6. Aeneid. 167.
Attendere animum & animos. Vide Attendo.
Attendere animo æquo. Vide Attendo.
Attento animo intueri. Vide Attendo.
Auertere tædio animum discentis. Quint. lib. 1. cap. 12. 10.
Auertere animum ab. Vide Auerto.
Auferre animum ad contemplationem. Vide Aufero.
Augere animos & adijcere. Ouid. li. 7. Metam. 24. Vide Augeo. Tacit. lib. 18, Titus auctus animo ad patrē peruectus.
Cadunt animi. Ouid. lib. 11. Metam. 108.
Cadere animis. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1. 10.
Cadit animus, uel cadere animo. Vide Cado.
Cæcare animos. Vide Cæco.

Caligante

Digitized by Google

Caligante animo. Vide Caligo.
Capere animos aliquorum. Cic. pro lege Manil. 46, Quæ ciuitas in Asia, quæ nõ modo unius Imperatoris aut Legati, sed unius Tribuni militum animos ac spem capere posset?
Capere animum. Vide Capio.
Cernit animus. Vide Cerno.
Circunspicere animo. Vide Circunspicio.
Cepit animum dementia. Virg. lib. 5. Aeneid. 92.
Coercere animos. Seneca, in Hippol. 2. 35.
Animo, uel in animo cogitare secum. Terent. Adelph. 3. 4. 55, Hoc tu facito, tecum animo cogites. Satis erat, Tecum cogites: sed uel ornatus uel maioris expressionis gratia addidit Animo. Ibidem 1. 1. 5, Quæ in animo cogitat, irata.
Cohibere animum. Vide Cohibeo.
Colligere animo & animum. Vide Colligo.
Animum alterius cum suo commiscere. Vide Commisceo.
Commoueri animo. Vide Commoueo.
Animus commotus metu. Terent. And. 5. 4. 35.
Aliquid complecti animo. Cicer. ad Sextium, lib. 5. 17. 9. Vide Complector.
Complere animum uoluptate. Vide Compleo.
Componere animos. Vide Compono.
Comprehendere aliquid animo. Cic. lib. 1. de Nat. deor. 157.
Comprimere animos. Cice. pro Flacco, 42, Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam.
Animo uel animis concidere. Vide Concido.
Animum sibi conciliare. Vide Concilio.
Concipere aliquid animo. Ouid. lib. 2. Metam. 16. Tacitus, lib. 3, Et fraude aut ui raptum Agrippã ferre ad exercitus Germanicos non seruili animo concepit.
Concipere imagines animo. Quint. lib. 1. cap. 2. 20.
Concipere iras animo. Ouid. lib. 1. Metam. 35.
Confidere animo. Vide Confido.
Conferre animum alio. Vide Confero.
Confirmare animum, Seneca, in Octa. 4. 17. Vide Confirmo.
Confirmare animum trepidum. Iuuenal. Saty. 14. 11.
Confundere ac fatigare animum. Quint. lib. 1. cap. 12. 1.
Consistere animo tranquillo. Vide Consisto.
Consternare animos, & animo consterni. Vide Consterno.
Consulere animum suum, ne quid dicamus naturæ aduersum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 38.
Considerate cum uestris animis. Cic. 5. Verr. 23.
Considerare secum in animo, & cũ animis. Vide Cõsidero.
Animo contemplari. Vide Contemplor.
Contendere animum in curas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3.
Contrahere animum, aut demittere. Cic. ad Qu. fratrem.
Contundere arte animos. Ouid. 1. de Arte aman. 3. Vide Contundere.
Conuertere animum. Vide Conuertõ.
Conuersi animum. Tacit. lib. 17, Animum, multumq; conuersi.
Conuertere se aliquò animo & cogitatione. Vide Conuerto.
Corrumpere animum. Vide Corrumpo.
Credere animum suum alicui. Vide Credo.
Animi creuerunt. Vide Cresco.
Animos debilitare. Vide Debilito.
Animus amori deditus. Vide Dedo.
Deducere curas animo. Horat. lib. 1. Epist. 2. 10.
Deficiunt animi. Horat. in Arte poet. 6.
Defecerat eam animus. Plaut. Mil. 20. 37.
Deficere animis. Curtius, lib. 4.
Defectus animo. Plin. lib. 20. cap. 14.
Defigere & intendere animũ in aliquã rem. Ci. 4. Acad. 85.
Animus illis defuit. Cicero 7. Verr. 105, Animum illis, non copias defuisse.

Delusit animum hoc uno responso. Virg. lib. 6. Aeneid. 69.
Demittere animum. Tacit. lib. 16. Cic. 5. de Fin. 77.
Deponere curas animo. Virg. 4. Georg. 106.
Deprendere animum furtim blanditijs. Ouidius, libr. 1. de Arte amandi, 15.
Deriuare à curis animum. Lucret. lib. 2. 73.
Destruit longius æuum animos. Lucan. lib. 8. 6.
Detegere animos. Lucan. lib. 5. 65.
Diffundere animos, id est, lætos reddere. Ouidius, libro 1. de Arte, 42.
Dimittere animos. Curtius, lib. 5, Ne milites desides ocio dimitterent animos.
Dabit spes animum. Ouid. ad Pisonem, 44.
Dant animos uina. Ouid. lib. 12. Metam. 49.
Dare maiorem animum alicui. Cic. ad Lentulũ, lib. 11. 9. 56.
Dare in luctus, animum. Ouid. lib. 2. Metam. 77.
Dimouere animum loco. Quintil. lib. 7. cap. 4. 13.
Domare rigentem animum. Seneca, in Hippoly. 4. 12.
Ducere animo. Virgil. lib. 6. Aeneid. 138,
—sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.
Ducere animos solent Aesopi fabulæ, præcipuè rusticorum, & imperitorum. Quintil. lib. 5. cap. 11. 15.
Efferre animos insolentia dominatus. Cic. pro Domo sua, 109.
Eijcere animum de aliquo. Terent. Heaut. 5. 2. 2. —ut pater Tam in breui spacio omnem de me eiecerit animum patriis?
Emendare animum. Propert. lib. 3. eleg. 21.
Animum abiectum & iacentem erigere. Vide Iaceo.
Alacrem esse animo. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 12. 33.
Animo bono esse. Terent. Adelph. 4. 2. 5. Ci. 5. de Finib. 150.
Eo animo est. Cic. ad Atticum, lib. 11. 221. 1.
Erectiorem animo esse. Cic. ad Att. lib. 11. 220. 5.
Animo male est. Plaut. Amph. 8. 90. Terent. Adel. 4. 5. 21.
Perficere est animus. Virg. 4. Aeneid. 128.
Animus est reditus, id est, animus est redeundi. Oui. 23. epist. 21.
Animus est mihi ad aliquid faciendum. Curtius, lib. 5, Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit. Liuius, 3. Decad. lib. 1.
Animus in naui est meus. Id est, de naui cogito. Plaut. Persa, 18. 26, Sic. Animus est in hortis. Cic. Att. li. 12. 238. 3.
Iamdudum est animus in patinis. Terent. Eunuch. 4. 7. 46.
Exacuere uersibus animos in bella. Horat. de Arte poet. 81.
Excidere animo. Virgil. lib. 1. Aeneid. 6.
Excitare animum. Seneca in Herc. furente, 5. 1.
Excolere animum. Quintil. lib. 5. cap. 11. 19.
Exercere in armis animos. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 8. 7.
Eximere onus animis. Horat. lib. 1. epist. 5. 4.
Expedire metu animum. Horat. lib. 3. Carm. od. 24. 2. Liu. lib. 8. Decad. 4, Et expedire tela animosq; equitibus iussit.
Explere animum. Virg. 2. Aeneid. 117. Terent And. 12. 17.
Explorare animos. Ouid. lib. 1. de Arte, 29. Tacit. lib. 17, Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.
Exuitur animus. Stat. lib. 10. Thebaid. 187.
Iniquo animo ferre uel pati aliquid. Vide Iniquus.
Facere animum iudicis mitem. Quintil. lib. 3. cap. 9. 6.
Facere animos. Liu. Id est, addere.
Fateri animum clamore. Ouid. 1. de Arte, 23.
Fatigare animum. Horat. lib. 2. Carm. Ode 11. 3.
Fauere linguis & animis. Ouid. lib. 1. Fast. 15.
Fingere animos audientium concitandis componendisq; animis. Quintil. lib. 3. cap. 4. 10.
Firmare animum præsenti pignore. Virgilius, 3. Aeneid. 122. Ouid. 9. Metamorpho. 150. Tacitus, lib. 15, Animum aduersum suprema firmat.

Digitized by Google

Flagrans animus. Iuuenal Saty. 1. 16.
Flectere animum. Virg. 4. Georg. 103. Et Quintil. lib. 4. cap. 2. 58. Terent. Hecyra, 4. 3. 2.
Flectere ab ira animum. Seneca in Medea, 4. 5.
Formare puerorum animos. Quintil. lib. 1. in Proœm. 11.
Frangere animum. Ouid. 8. Metam. 102.
Fractus animus. Cic. lib. 1. ad Lentulum, 9. 55.
Generatus à deo animus. Cic. 1. de Diuinat. 122.
Animum gerere infirmum. Vide Infirmus.
Animo morem gerere. Terent. And. 4. 1. 17.
Nec unus in te ego hos animos geſſi. Id eſt, talem affectum. Liu. 2. ab urbe, 54.
Habe bonum animũ. Plaut. Aulul. 7. 15. & Liu. 4. bel. Maced.
Habere fortem animum. Cic. ad Qu. Ligarium, lib. 6. 13. 9.
Habere magnum animum. Brutus Ciceroni, lib. 11. epiſt. 23. 2.
Habere animũ in difficultatib. ſuis. Ci. antequã iret in exiliũ, 6.
Habere ſtatutum cum animo & deliberatum. Cic. 5. Verr. 79.
Hilarare animum. Catul. 58. de Berecynthia & Aty, 4.
Horret animus meminiſſe. Virgil. 2. Aeneid. 3.
Imbibere animo opinionem. Vide Imbibo.
Imbuit animos cura peculi Hor. de Art. po. 67. Vide Imbuo.
Imminere animis in rem aliquam. Vide Immineo.
Impellere animos in ſpem metumq;. Vide Impello.
Impellere animum ad aliquid faciendum. Quint. lib. 3. ca. 8. 9.
Imperare animo nequeo. Vide Impero.
Implere ueris animum. Virg. lib. 3. Aeneid. 87.
Animo imprimitur oratio. Vide Imprimo.
Incaluere animi. Ouid. 2. Metam. 18.
Incendere animum amore famæ. Virg. 6. Aeneid. 178.
Animos bonorum incendere. Vide Incendo.
Inclinare animum ad rem aliquam. Vide Inclino.
Inclinatior ad pacem animus. Vide Inclino.
Inculcare animis. Vide Inculco.
Indipiſci animo. Vide Indipiſco.
Inducere animum. Terent. And. 3. 3. 41, Si iſtuc animũ induxti eſſe utile. Hoc eſt, ſi tibi perſuaſiſti. Cicer. ad Marcel. 4. 8. 4.
Inducere animum cantare. Cic. ad Marcellum, lib. 4. 6. 4. & Horat. lib. 1. Serm. Saty. 3. 1.
In animum inducere. Terent. Adel. 4. 3. 6.
Indulgere animis. Ouid. lib. 7. Metam. 116.
Induere animum bonis artibus. Tacitus, lib. 15.
Induere magnum animum. Tacit. lib. 11.
Infamare animũ uano timore. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 6. 9.
Infeſtare rudes animos ſuperſtitione. Vide Infeſtus.
Infigere animis. Quintil. lib. 1. cap. 8. 11.
Inflammare animum alicuius. Vide Inflammo.
In animos influere. Vide Influo.
Inflat animos rumor. Vide Inflo.
Animus bene à natura informatus. Vide Informis.
Infringere animos. Vide Infringo.
Inhabitat animus in oculis. Vide Inhabito.
Inſcribere in animo orationem. Vide Inſcribo.
Inſculptum in animo. Vide Inſculpo.
Inſitum & innatum animis. Vide Inſero.
Inſidere in animo. Vide Inſideo.
Inſinuare aliquem animo alterius. Vide Inſinuo.
Inſiſtere mente & animo in rem aliquam. Vide Inſiſto.
Inſtaurare animum. Vide Inſtauro.
Intendere animum. Vide Intendo.
Animus cura & cogitatione intentus. Vide Intendo.
Acri & intento animo intueri quidpiam. Vide Intueor.
In animum inuaſit. Vide Inuado.
Inuitare animos uiſu. Vide Inuito.
Irrumpunt in animos extrinſecus imagines. Vide Irrumpo.
Iudicare animo ſuo. Vid. Iudico.
Infundere animos. Ouid. 1. Metam. 78.
Inſpirare animum. Virg. 6. Aeneid. 3.
Inſtaurati animum. Virg. 2. Aeneid. 90.
Intendere animo. Tacitus, in uita Agricolæ, Monam inſulam redigere in poteſtatem animo intendit.
Intendere animum ordini rerum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53.
Intendere animum ſtudijs & rebus honeſtis. Horat. 1. Epiſt. 8.
Intendere animum in rem aliquam. Quintil. lib. 2. cap. 2. 8. & lib. 3. cap. 11. 17.
Intrauit animos pauor. Tacitus, lib. 4. & in uita Agricolæ, intrauitq; animum militaris gloriæ cupido.
Inuigilant animo curæ. Stat. Thebaid. 1.
Inuitare precijs animos. Virg. 5. Aeneid. 58.
Inuolat truces animos cupido. Tacit. lib. 1.
Iunandis animis natum poema. Horat. in Arte poet. 76.
Labant animi. Vide Labo, as.
Laborare animo. Vide Labor, oris.
Lapſus animi. Vide Labor, eris.
Lætantì animo. Vide Lætus.
Laxare animum à laboribus. Vide Laxo.
Animus linquit, animo linqui. Vide Linquo.
Liberare animos errore. Vide Liber, beri.
Luſtrare animos. Vide Luſtrum.
Labantes animos confirmare. Luca. lib. 4. 51. Curtius, lib. 5.
Labefactus uulnere animus. Ouid. 10. Metam. 75.
Lactare animos. Terent. And. 5. 4. 9, Solicitãdo & pollicitando eorum animos lactas.
Inſtituere animum ad cogitandum. Terent. Phorm. 2. 1. 10.
Latentes animi ſub uulpe. Horat. in Arte poet. 88.
Lenire animum. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.
Leuantur animi exercendo. Cic. de Senect. 32.
Leuare animum mutationibus. Quint. lib. 4. cap. 2. 83.
Linqui animo. Curtius, lib. 4, Linqui deinde animo cœpit Alexander ob ſanguinem è uulnere latius manantẽ. Idem, lib. 9.
Linquente animo, in eum à quo tenebatur, incubuit. Curtius, libro 6. Idem, lib. 7.
Linquentem reuocauit animum, & nudum hoſtis latus ſubiecto mucrone, hauſit. Curtius, lib. 9.
Mandare animis. Cic. 1. in Catil. 19, Penitus animis ueſtris mentibusq; mandate.
Marcet animus. Vide Marceo.
Micat animus. Vide Mico.
Mutare animum. Vide Muto.
Metiri animo. Ouid. 2. Metam. 9.
Miniſtrat animum Deus Virg. 5. Aeneid. 127.
Minuere animos. Seneca in Medea, 3. 12.
Mitigare animum. Seneca in Medea, 6. 10.
Mollire animos. Virg. 1. Aeneid. 13.
Mouere animum. Virg. 3. Georg 103.
Mouere multa animo. Virg. 3. Aeneid. 7.
Mulcere animos admiratione. Quint. lib. 1. cap. 10. 10.
Noſſe alicuius animos ac ſpiritus. Cic. pro A. Cluent. 87.
Animo leni natus. Vide Naſcor.
Animum alicuius noſcere. Vide Noſco.
Nudare animos. Vide Nudus.
Obrepere in animo. Vide Obrepo.
Occæcare animum. Vide Occęco.
Occupare animum uel animos. Vide Occupo.
Omiſſus animus. Vide Omitto.
Obfirmare animum. Vide Obfirmo.
Oblectare animum. Lucret. lib. 2. 73.
Obſequi animo. Terent. Adelph. 1. 1. 8, Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi.

Obſtare

Digitized by Google

Obstare animis. Stat. 11. Theb. 93.
Obstupuere animis Rutuli. Virg. 9. Aene. 26.
Obstupuere animi. Virg. 3. Aene. 24.
Occupare animum in re aliqua. Terent. prol. Hecyre, 5.
Occupare animos iudicum. Quint. lib. 4. ca. 1. 33.
Offendere animum alicuius. Quint. li. 2. ca. 4. 4.
Parare animos. Oui. li. 1. de Arte, 48. Vide Paro.
Parati animis. Virg. 2. Aene. 154.
Pascere animum. Virg. 2. Georg. 57.
Pascere animum pictura. Virg. 1. Aenei. 94.
Pendere animi. Cic. Att. lib. 8. 149. 2, Pendeo animi expectatione Confinienſi. Sic idem Att. li. 11. 220. 1.
Pendet animus. Vide Pendeo.
Perire ab animo. Vide Pereo.
Perfundere animum religione. Vide Perfundo.
Peragere ſecum animo aliquid. Virg. 6. Aene. 24.
Perculſo, & abiecto eſſe animo. Cic. ad Att. li. 3. 42. 2.
Percutere & mouere animum. Lucre. li. 2. 178.
Pergere animo ſorti. Vide Pergo.
Permouere animos. Quint. li. 3. ca. 8. 27.
Permulcere animos. Lucr. li. 5.
Perſeuerare animo. Quint. li. 4. in proœ. 6.
Perſpicere animum alicuius. Cic. ad Lentulum, li. 1. 9. 46.
Ponere animos. Seneca in Troade, 8. 2.
Poſſidere iudicum animos. Quint. li. 6. ca. 1. 39.
Precipere animo. Tacitus, libro 3, Præceperant animis orationem Patres.
Pregrauat animum corpus uitijs. Hor. li. 2. Ser. Saty. 2.
Præſtare animum. Cic. ad Lentulum, li. 1. 9. 12.
Premitur animus ratione. Perſ. Saty. 5. 4.
Prohibere ludo animum. Virg. 4. Georg. 21.
Promere animos & uires. Virg. 5. Aenei. 39.
Proſpicere animis. Cic. 5. Verr. 187.
Pulſare animum. Lucr. li. 4. 128.
Recipere animum. Terent. Adelph. 3. 2. 26, Quid feſtinas mi Geta? animum recipe. Curtius, li. 6.
Recolligere animum alteri, pro abalienatum in gratiam reſtituere. Cic. Att. li. 1. 3. 4.
Recurſabant animo uetera omnia. Tacit. li. 18.
Reddere alicui animum. Hora. 1. Carm. Ode 16.
Reddere animum finitis amoribus. Hora. 1. Carm. Ode 18.
Redijt animus. Oui. 6. Epiſt. 7.
Referre animũ à paruis ad maiora. Oui. 3. de Arte aman. 99.
Reficere animos. Quint. li. 4. ca. 1. 34.
Refingit & abijcit animum pudor uapulantibus iuuenibus. Quint. li. 1. ca. 3. 10.
Regere animum. Hora. 1. Epiſt. 2. 13.
Regere animos dictis. Virg. 1. Aene. 32.
Releuare animum. Terent. Adel. 4. 3. 11.
Animus hãc modo hic reliquerat. Id eſt, defecerat eam animus. Plaut. Mil 20. 37.
Retardare animos alicuius, atq; impetus. Cic. 1. Verr. 19.
Reſtituere animum. Senec. in Hipp. 8. 1.
Reuocate animos, mœſtumq; timorem Mittite. Virgilius, 1. Aeneid. 42.
Reuocare à metu animos perterritos. Quint. li. 2. ca. 16. 5.
Reuocare animum ab ira. Oui. 2. Triſt. 111.
Sæuire animis. Seneca, in Hercule furente, 6. 7.
Sedet animo fixum immotumq;. Virg. 4. Aen. 3.
Solare animum dolentis. Seneca, in Octa. 2. 4.
Solicitare animum. Cel. lib. 3. cap. 22.
Soluere arctum animum. Hora. Ser. Saty. 6. 17.
Spernere animo aliquem. Vir. 3. Eclog. 15.
Stare animo. Id eſt, ſanũ eſſe animo. Hora. 2. Serm. Saty. 3. 42.
Stimulatus animus furenti rabie. Catul. 58. 1.
Subigere animum. Hora. 2. Carm. ode 1. 5.
Non ſubibunt animos iuuenum maiora intellectu, uelut parum aptos. Quint. li. 1. ca. 2. 19.
Submittere animos. Stat. 4. Theb. 151.
Sumere animum. Oui. 1. Faſtorum. Quint. li. 2. ca. 2. 3.
Obſequium ſumere animo ſuo. Vide Obſequium.
Surrexerat intentio animis. Quint. lib. 4. 5. 15.
Suſpendere animos. Oui. 7. Metam. 62.
Animus, qui in ardore pugnæ corpus ſuſtentauerat, liquit. Curtius, lib. 8.
Tangit honor animum. Virg. 12. Aenei. 12.
Tenere animos incertos. Seneca, in Thye. 8. 4.
Tenere animos nouitate. Oui. 4. Metam. 57.
Tentare animum precando. Virg. 4. Aene. 23.
Terrere animos. Virg. 2. Aene. 150.
Terrificare animos. Virg. 4. Aene. 42.
Tollere animos dictis. Virg. 9. Aen. 27.
Torpere animo. Hora. 1. Epiſt. 6. 3.
Tremere animo. Cic. ad Qu. Fratrem, li. 1. 1. 7.
Tumere animis. Seneca in Troade, 12. 9.
Turbare animos. Virg. 1. Aen. 104.
Verſare animum in omnes partes. Virg. 4. Aene. 126.
Verſare aliquid animo. Tacitus, lib. 18.
Vertere animum ad iura ciuilia. Oui. 15. Meta. 167.
Animos uexare. Seneca, in Agam. 2. 2,
Alia ex alijs cura fatigat, Vexatq; animos noua tẽpeſtas.
Videre animo. Oui. 15. epiſt. 8.
Vince animos iramq; tuã, qui cætera uincis. Oui. 3. Epiſt. 17.
Diuerſæq; uocant animum in contraria curæ. Virgilius, 12. Aeneid. 98.
Volutare animo euentus. Virg. 6. Aene. 32.
Vti animo. Curtius, lib. 7.
Animus ad aliquid. Cicero, 5. Verr. 111, Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris auaritiaq; frænaret. Idem, 5. Verr. 68, Tantum animi habuit ad audaciam.
Apud animum. Vide Apud.
Certum apud animum conſtat. Vide Conſto.
Cum, uel in animo cogitare. Vide Cogito.
Ex animo & Simulate contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 249.
Ex animo aliquid facere. Cic. Papirio, li. 9. 16. 6. Cic. 3. Epiſt. 26. 1. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. Terent. Eunuch. 1. 2. 95. Terent. Adel. 1. 2. 47. Cic. D. Bruto, li. 11. 22. 4.
Ex animo ſuo colligere aliquid. Oui. 11. Epiſt. 18.
In animo habere. Cic. ad Att. li. 8. 154. 1. Et pro Reſc. Amer. 31.
In animo inſtituere. Vide Inſtituo.
Vt mihi eſt in animo facere. Id eſt, ut decreui, ut propoſui. Cic. 2. de Nat. deor. 30. Et ad Atticum, li. 5. 101. 2.
In animis & iudicio alicuius eſſe. Vide In.
In animo eſt. Vide In.
Multum animi habere ad maledicendum. Cic. 2. de Orat. 4.
Sine animo miles. Cic. Att. li. 1. 13. 8.
Animi cauſa. Ci. 7. Philip. 228. Sic in Piſonem, 52. Plaut. Cur eam emit? T. animi cauſa.
Anime mi, uox blandientis. Plaut. Aſin. 14. 74, Da meus ocellus, mea roſa, mi anime. Terent. And. 4. 2. 2, Anime mi, nolite macerare.
Animulus, penul. corre. (ψυχάριον) Diminutiuum ab animo, blandiendi cauſa. Plaut. 9. Caſina. 3. 45, Mi animule, mi Olympio, mea uita.
Animo, animas, pen. corr (ἀνεμόω) animare, Addere animum incitare, accendere. Claudian. lib. 3. de raptu Proſerp. animare ad prælia taxos, Oui. 4. Metam. 124.

Digitized by Google

Quas humus exceptas uarios animauit in angues, id est, conuertit. Sic 1. Metam. 32.

Animari (ζωοποιεῖσθαι) dicuntur in utero corpora: tunc̃q; ab anima fit, siue ab animo, quum pro anima capitur. Colum. lib 8. ca. 5. 10, Diebus quibus animantur ouа, & in speciem uolucrum conformantur. Hoc est, animam uitalem accipiunt. Plin. li. 7. cap. 15. 4.

Animari atq; formari Cicero 2. de Diuinat. 134, Perinde ut cunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari.

Animalis sonus. Cic. 2. de Diuin. 198. ex Paccuuio.

Animans, nomen, pen. corr. (ἔμψυχον) absolutè positum pro animali, nunc in fœminino genere, nunc in neutro: rarius in masculino legitur. De fœminino. Ci. 1. de Leg. 39, Nã quũ cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Idem 2. de Natu. deor. 180. De masculino. Horat. 2. Serm. 1. 8, Quenquam animantem. Cic. de Vniuersitate 22, A quo enim animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concludantur. In neutro sæpe leges animantia.

Animatus, pen. prod. (ἔμψυχος) Particip. Cic. 1. Tusc. 86, Animatum quod est, id motu cietur interiore et suo. Apud Clau. 6. Paneg. 23, Animata saxa Orpheis modis. Lucret. libro 5. 30, Vitaliter animata.

Animatus, pen. prod. (διακείμενος) Nomen, Aliqua uolũtate, aut animo affectus. Cic. D. Bruto, lib. 11. 7. 6, Ita paratus atque animatus esse debes: id est, sic animo affectus, & (ut ita loquar) dispositus. Plau. Amphit. 8. 128, Ita animatus fui, itaque nunc sum, ut ea te patera donem.

Infirmè animatus. Cic. Senatui, lib. 15. 1. 7, His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirmè animatos esse.

Animatus melius, quàm paratus. Cic. lib. 6. Epist. 6. 25.

Animatus erga, uel in aliquem. Cice. Att. lib. 15. 326. 9, Videbaturq; erga nostros ἥρωας ita fore, ut nos uellemus, animatus. Idem 2. de Fin. 132, In hac significatione sæpius ponitur cum aduerbio Bene uel Malè.

Male animatus erga aliquem. Vide Malus adiectiuum.

Animatus sum, cum infinitiuo. Plau. Pseu. 4. 18,

Nempe ita animati estis, uos uincere hoc duritia tergi. Idem, Trucu. 19. 71, Si quid animatus est facere.

Animatio (ἐμψύχωσις) Verbale ab animando. Cic. de Vniuersitate. 44, Erant aũt animantium genera quatuor, quorum unum diuinum atq; cœleste, alterum pennigerũ & aereum, tertium terrestre, quartum diuinæ animationis. Hoc est, animam habens diuinam, seu diuino animo præditam. Et hominem significat.

Animatus, huius animatus pen. prod. Verbale, Idem quod animatio. Pli. li. 11. ca. 3. 2, Volare quidem aliqua, & animatũ carere in ipso spiritu uiuentia docuimus.

Animabilis, pen. corr. adiectiuum (ἐμψυχικός) Qui animã & spiritum habet. Cic. 2. de Nat. deorum, 131, Principiò enim terra sita in media parte mundi, circunfusa undiq; est hac animabili spirabiliq; natura, cui nomen est aer. Dictione Spirabili interpretatur quid significet Animabile.

Animosus, pen. prod. adiectiuum (θυμοειδὴς) Magno animo præditus, Habens in se animi uehementiam. Cic. 2. Tusc. 98, Videremus quid esset fortis & animosi uiri. Idem 1. Tusc. 31, Nam & agere animam, & efflare dicimus, & animosos, & bene animatos. Idem in Catone, 65, Ex quo fit ut animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia, & fortior.

Fortes & animosi. Cic. pro Milone, 71.

Bella animosa, gerebant pueri. Oui. 5. Fast. 12.

Colla animosa præbere securi Oui. 4. Trist. eleg. 2. 9.

Corruptor animosus. Tacit. li. 17.

Contentio animosa. Plin. li. 10. cap. 29. 7.

Equus animosus. Oui. 4. Trist. eleg. 5. 8.

Euri animosi. Virg. 2. Georg. 89.

Frigus animosum. Stat. li. 6. Theb. 79.

Leones animosi. Clau. de bello Gildon. 85.

Pectus animosum, id est, nodosum & eminens. Vir. 3. Geor. 17, Luxuriatq; toris animosum pectus. De equis. Seruius.

Animosa pericula. Mart. li. 12. 15.

Vento animoso impulsa ianua. Oui. 1. Amorum, eleg. 6. 10.

Animosus in armis. Oui. 13. Epist. 19.

Animosus rebus angustis. Hor. 2. Carm. Ode 10. 5.

Animosè (θυμοειδῶς) aduerbium, Magno animo. Cicero, 4. Philipp. 155, Nec solum id animosè & fortiter, sed consideratè etiam, sapienterq; fecerunt. Idem, 3. Tus. 86, Animosè defendere.

Grauiter, magnificè, animosèq; uiuere. Ci. 1. Offi. 131.

Anio] Anienis, pen. prod. (ἀνιών) Fluuius in agro Tyburtino. Proper. lib. 3, Hic Anio Tyburne fluis. Dicitur ab eodem lib. 4. Pomifer. Habet etiam in nominatiuo Anien. Stat. lib. 1. Syl. eleg. 5. 5,

Quas præceps Anien atq; exceptura natatus
Virgo iuuat. Virg. 7. Aeneid.
— gelidumq; Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt. Ouid. 14. Metamorph. 66,

Quas Anienis aquæ, cursuq; breuissimus Almo, &c.

Anienus, adiectiuũ (ἀνιώνεος) ut, Aniena fluenta, Vir. 4. Geor. 74. Et, Aniena lympha, apud Propertiũ, li. 3. eleg. 16. 1.

Anienicola, anienicolæ, penul. corr. (ἀνιώνοικος) Qui incolit Anienen. Sil. lib. 4. 45,

Quosq; sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arua creant, Anienicolæq; Catilli.

Anistius] Lacon & Philonides, Alexandri magni cursores, à Sicyone Elini usq; mille ducenta stadia uno die transierunt. Solinus, cap. 6.

Anisum] anisi, pen. prod. (ἄνισον) Herba. Plin. lib. 20. cap. 17, Et anisum aduersus scorpiones ex uino bibitur. Pythagoræ inter pauca laudatum, siue crudum, siue decoctũ. Item uiride omnibus, quæ condiuntur, quæq; intinguntur desiderium, & paulò pòst, Quin ipsum oris habitum iucundiorẽ facit, fœtoremq; tollit manducatum, matutinis cum smyrneo & melle exiguo, mox uino collutum, & paulò pòst. Ob has causas quidam Anicetum uocauere.

Anisum] penul. correp. (ἄνισον) urbs esse uidetur Siciliæ, apud Ouidium, 4. Fastorum, 94,

Iamq; Leontinos, Anisena, Anisenaq; flumina cursu Præterit, Vt flumina Anisena, aut Anisum flumẽ quod Aniso præterlabitur. Nisi flumẽ Anisenũ dicat, pro Aniso flumine.

Anitius] Viri Prænestini nomen, qui unà cum Cn. Flauio Appij Cæci scriba, ædilis curulis fuit, eo anno quo usus annulorum etiam plebi permissus est, quum antea soli Senatores et equites annulos gestarent. Vide Plin. li. 33. ca. 1.

Anius] Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrum filium. Virg. li. 3. Aeneidos,

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos.

Anna] ἄννα, dea, ab annis, quibus præsidebat, uocata est, & illi mense Martio priuatim & publicè sacrificant, quo eis annare & perennare liceret. Fuit enim Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem uidit, & Carthaginem ab Hiarba Getulorũ Rege occupatam, relicta sede patria, ad Battum Regem, qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A quo iure ueteris hospitij benignè susceptа, duos, & ultra annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionẽ fratrem iã cum armis aduẽtare didicisset, Battus ueritus potentiam illius, Annam ut deinde abiret hortatus est. Mox igitur

mare

Digitized by Google

mare ingressa, dum Cameram nauigare cõtenderet, ui tempestatis acta in Laurentem oram peruenit: ubi iam Aeneas pacatis rebus, & ducta uxore Lauinia imperabat. Hic tũ sorte solo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui cum errantem Annam aspexisset, et uix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principiò, sororis casum antè oculos ponens: postea uerò ab illo benignè inuitata, in regiã cum eo profecta est. Cui mox Lauinia amorem coniugis suspectum habens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis à Didone monita, ut infaustam domum relinqueret, statim per fenestram exilijt. Quumq; citato cursu ad Numicium amnem peruenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrum proficiscuntur. Adparent uestigia pedum usq; ad Numicium amnem, ultra nihil uidetur. Quod dum admirandis secum animis uolutant, ipsa loqui uisa est,

—placidi sum Nympha Numici.

Amne perenne latens Anna Perenna uocor. Ouid. 3. Fast. 131. Quapropter læti conuiuia celebrarunt, eam pro Dea uenerantes, quem ritum postea longissimo tempore seruarunt.

Annales, Annalis, Annaria] Vide Annus.

Annarus] ἄνναρος, Babyloniorum satrapes, qui inter cæteros helluones tanti luxus fuisse proditur, & tam profundæ gulæ, ut stola muliebri amictus, mero & unguento madens, centum & quinquaginta Psaltrijs simul accubantibus, uelut officina nequitiæ, magnis effusionibus cœnitaret. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 22.

Annauigo] annauigas, pen. corr. (προσπλέω) annauigare. Ad aliquem locum nauigare. Ex ad, & nauigo. Plin. lib. 36. cap. 12. 2, Sanè conspicuæ undiq; annauigantibus, sitæ sunt in parte Africæ.

Annecto] annectis, annexi, annexum (προσέρω) annectere, Simul nectere, alligare. Plin. lib. 10. cap. 37, Epistolas annexas earum pedibus. Idem, lib. 4. cap. 1. 4, Insulam continenti annectens. Id est, coniungens. Celsus, lib. 4. cap. 3, Morbus qui modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit.

Annecti ad. Cic. 2. de Nat. deor. 203, Paulo suprà, quàm ad linguam stomachus annectitur. Pro eo quod est, linguæ annectitur. Amat enim Cic. plurimùm præpositionibus uti.

Annexus in re aliqua. Plin. lib. 28. cap. 8. 23, Cor annexum in lana ouis nigræ.

Annexam scapham puppi funiculus trahebat. Cicero, 2. de Inuent. 236.

Annexus, huius annexus. Tacit. lib. 19, Igitur numero colonorum, opportunitate fluminũ, uber agri annexu connubijsq; gentium adoleuit, floruitq;.

Anneus Serenus] præfectus uigilum Neronis: qui fungi quodam genere usus in cibo, interemptus est. Vide Plinium, lib 22. cap. 23.

Annibal] pen. corr. Annibalis, pen. etiam corr. (Ἀννίβας) nomen uiri Carthaginensis in re militari præstantissimi. Qui quum minor uigintiquinq; annis esset Imperator electus, Hispaniam bello subegit, Alpeis transiuit, quæ inuiæ uidebantur, Romanorum duces tribus prælijs uicit, Romanosq; maxima clade apud Cannas affecit.

Annibalis castra] Dicitur portus quidam magnæ Græciæ, in ea peninsula quam Terinæus sinus efficit. Vide Plin. libro 3. cap. 10.

Anniceris] Ἀννίκερις, Philosophi nomen apud Strab. lib. 17. Qui (ut inquit) Cyrenaicam sectam emendauit, & ab ea Anniceriam introduxit. Vide plura apud eundem.

Anniceris, Cyrenæus quidam fuit, equorum agitatione ac curarum nimio plus sibi placens, ac sæpenumero eius rei molestus ostentator. De hoc, & Platonis de eodem iudicium uide apud Cæl. Antiq. lect. lib. 17. cap. 31.

Anniculus] Vide Annus.

Annitor] pen. prod. (Διατείνομαι) Vide Adnitor.

Annisus, pen. prod. & annixus (Διατεταμένος) Liu. 5. ab Vrbe, 135, Et patres reficere intercessores legis annisi sunt. Ibidem libro 4. 183, Patres summa ope annixi sunt. Sic ibidem, lib. 8. 81.

Annisurus, & Annixurus, pen. pro. Liu. 2. ab Vrbe, 167, Annisurũ ut appareat exilio sibi iratos, non fractos animos esse. Ibidem, lib. 1. 40, Quod annixurus pro se quisq; sit.

Anniuersarius] Vide Annus.

Annominatio] παρονομασία, est (inquit autor ad Herennium, lib. 4.) quum ad idem uerbum & nomen acceditur commutatione uocum, uel additione unius literæ, aut literarum, aut syllabæ, aut syllabarum: aut ad res dissimiles similia uerba accommodantur. Ea multis & uarijs rationibus conficitur. Latius ibidem id tractatur. Annominatio Cic. li. 2. de Orat. 142. παρωνομασία dicitur.

Annona] Vide Annus.

Annosus] Vide Annus.

Annotinus] Vide Annona, in Annus.

Annoto] annotas, pen. corr. (ἐπισημαίνομαι, ἐπισημαίνω) Annotare. Est propriè notam aliquam adijcere: ut quum in libris nostris aliquid signamus, ut inueniatur facilius. Autor Corn. Fronto.

Annotare etiam dicitur, qui memoriæ causa aliquid refert in commentarium suum. Colum. li. 12. cap. 3. 3, Sciret unde daret, & meminisset, atq; annotaret, quid, & quando, & cui dedisset. Quintilianus, libro 1, De quibus in Orthographia pauca annotabo.

Annotare dicuntur scriptores, quum aliquid memoriæ produnt. Plin. lib. 7. cap. 48, Qua in re & aliud annotare succurrit. Legere, adnotare, excerpere aliquid ex libro. Plin. epistol. 5. lib. 3.

Annotare aliquid cursum. Vide Curro.

Annotatum est. Plin. lib. 2. cap. 25. 3, Breuissimum quo cernerentur spacium septem dierum annotatum est. Pro, obseruatum est ac deprehensum, aut à scriptoribus memoriæ proditum. Vtroque enim modo hoc uerbum accipitur. Sic idem, lib. 28. cap. 2. 16.

Annotari. Plin. lib. 3. cap. 5. 24, Hæc littora fontibus calidis rigãtur: præterq; cætera in toto mari conchylio & pisce nobili annotantur. Id est, notabilia sunt, uel insignia.

Annotare, pro Decernere. Sueton. in Caligula, capite 27, Quum ad sagittam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxijs laniandos annotauit. Budæus.

Annotare reos absentes, Et, Annotati requirendi rei. Marcellus de Requirendis reis, Anni spacium ad occupanda bona eius qui requirendus annotatus est, pertinet. Et paulò post, Annus exinde cõputandus est, ex quo annotatio facta est, quæ uel ex edicto, uel etiam literis ad magistratum factis publicè innotuit. Ergo & uiginti annorum tempus ex inde fisco numeratur, ex quo annotatio publicè innotuit. In summa sciendum est nulla temporis præscriptione à causæ defensione summoueri eum, qui requirendus annotatus est.

Annotare deportandum. Vlpianus, Quando appellandum, si quidem in insulam deportandum annotauerit præses prouinciæ, & Imperator rescripserit ut deportetur, uideamus.

Annotator, Verbale (ἐπισημαντής) Qui aliquid annotat. Pli. in Pane. 80, Non enim ante medium diem distentus, solitaria cœna spectator annotatorq; conuiuis tuis immines? Hoc est obser-

Digitized by Google

est obseruator, ut uidelicet notes, & obserues quantum quisq; aut edat, aut bibat.

Annuatim] Vide Annus.

Annulus] Annuli, m.g. pen. corr. (ἀκτύλιος) notæ significationis. Cic. 5. Verr. 160, Sæpe enim nostri Imperatores, superatis hostibus, optimè Repub. gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt Plinius, libro 13. cap. 9. 3, Lignum intus grandis firmæq; duritiæ, ex quo uelares detornant annulos.

Annulus aureus, insigne erat equestris ordinis. Horat. 2. Serm. Saty. 7.

Annulus signatorius. Valerius, li. 8. ca. 15. de L. Sylla.

Annuli pallam ad palmam conuertere. Cic. 3. Offi. 49.

Fulget annulus ingens. Iuuenalis Saty. 7. 15,

—— Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fuerit annulus ingens.

Detrahere annulum, & induere, contraria. Cicero, 3. Offi. 49.

Annullo sigilli imprimere. Cic. 4. Acad. 151.

Induere digitis annulum. Pli. lib. 33. cap. 1. 2.

Annellus, diminutiuum (ἀκτυλίδιον.) Horat. 2. Serm.

—— sæpe notatus
Cum tribus anellis. Cicero, 5. de Finib. 5, Epicuri imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, & in annellis habent. Sic legit Nonius. nunc annulis legitur.

Annularius, substantiuum (ἀκτυλιογλύφος.) Annulorum artifex. Cicer. 4. Acad. 151, An tibi erit quærendus annularius aliquis, quoniam gallinarium inuenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret?

Annulatus, penult. prod. adiectiuum (ἀκτυλιωτός) Id est, annulis ornatus. Plautus, Pœnulo, 16. 2 1, Quia incedunt cum annulatis auribus. De ijs loquitur, qui in perforatis auriculis annulos gestant.

Annularis, & hoc annulare, penult. prod. (ἀκτυλιακὸς) ut, Annularis digitus. Gell. lib. 10. cap. 10.

Annumero] Annumeras, penult. corr. (προσαριθμέω) annumerare, Propriè significat numero aliquid addere, uel ad numerum adiungere. Cic. 2. de Diuin. 4, Atq; his libris annumerandi sunt sex de Repub. Pli. li. 18. ca. 10, Medicaminibus annumerandum potius, quàm fruticibus. Idem li. 15. cap. 20. 1. Oui. 4. de Ponto, eleg. 16. 1,

— & mihi nomen
Tunc quoq; quum uates annumerarer, erat.

Id est, nominarer.

Annumerare, interdum significat idem quod simplex numerare, Cicero 1 de Natu. dror. 4, Vt eorum molestum sit annumerare sententias. Idem de Opt. gen. Orat. 148, Annumerare uerba lectori.

Annumerare, dictum de pecunia. Plaut. Merc. 3. 89, Talentum mihi argenti ipse annumerat sua manu. Cicer. 5. Verr. 169, Quum tibi Senatus ex ærario pecuniam prompsisset, & singulos tibi denarios annumerasset. Caius de contraben. empt. l. quod sæpe, Vt non aliter perfecta uideatur uenditio, quàm si annumerata, appensa, admensáue sint.

Annumerare cum. Cicero in Sallustio, 4, Vnà cum illis annumeratus esses.

Annumerare in. Cicero pro Roscio Amerino, 54, Verùm ego forsitan propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. Oui. 5. Trist. 5. 4,

Se quoq; in exemplis annumerare solet.

Annunciare] προσαγγέλλειν, Idem quod nunciare. Cic. Att. li. 5. 101. 1, Quæ mihi annunciabantur. Vide Obnuncio.

Annunciare è longinquo. Plinius, libro 7. cap. 52. Vide Longinquus.

Annunciare salutem, pro Salutem dicere. Cic. Att. lib. 12. 232. 2, Eiq; interea (ut scribis) salutem annunciabis.

Annuo] annuis, annui (νεύω) annuere, Propriè nutu, id est, signo capitis assentiri. Liu. 5. ab Vrbe. Virg. 9. Aeneid. 23, Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.

Annuere toto capite aliquid. Cic. 2. de Ora. 157.

Vellere signa annuunt superi. Virg. 11. Aene. 4.

Annuere, affirmare. Plaut. Bacch. 4. 9, Ego autem uenturum annuo. Potest hîc accipi pro eo quod est, promitto.

Annuere, uerbo ipso assentiri. Teren. Eunuch. 3. 5. 31,

—— ne abscedam imperat,
In interiore parte, ut manea solus cum sola: annuo. Cicero, 3. in Catil. 55.

Annuere, pro nutu scisciari. Tacitus, lib. 15, Idem, Subrio Flauio assistenti annuentiq; an inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædemq; patraret, retinuit, fregitq; impetum. Budæus.

Annuere alicui, promittere. Virg. 1. Aene.

Nos tua progenies cæli quibus annuis arcem.

Annuere aliquem, nutu significare. Cic. 3. Verr. 113, Erepta est facultas eorum, quas iste annuerat.

Significare & annuere. Cic. 5. Verr. 183.

Annuere, id est, Fauere. Virg. 1. Georg. 8,

—— atque audacibus annue cœptis. Ouidius, 7. Metam. 96,

— & præsens ingentibus annuat ausis.

Supereſt ut promissis Deus annuat. Pli. epist. 23. d.

Si Deus annuerit, id est fauerit, uel dederit quod optamus. Pli. epist. 144. d.

Ore sereno uel placato annuere. Martial. li. 2. 24,

—— quòd si Deus ore sereno,
Annuerit, felix, Candide, solus eris. Oui. 4. Met. 119.

Quibus facili Deus annuet aure. Proper. lib. 1. Eleg. 1. 7.

Annuere, concedere. Vide Abnuere.

Annuere uictoriam. Virg li. 12. Aene. 38,

Si nostrum annuerit nobis uictoria Martem. Pro, si Mars annuerit uictoriam.

Annuere nutum. Liu. 7. ab Vrbe, 141, Annuite Patres Conscripti nutum numenq; uestrum inuictum Campanis, & iubete sperare incolumen Capuam futuram. Hoc eadem figura dictum est, qua Viuere uitam, & Seruire seruitutem.

Annus] anni (ἐνιαυτὸς, ἔτος) Quid sit, uulgò notum est. Festus, Annus ex Græco uenit, quem illi ἐνιαυτὸν dicunt, & quod nos triennium, illi dicunt τρίετες. Seruius, Annus dictus est quasi anus: id est, annulus, quod in se redeat: ut est,

Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus: uel ἀπὸ τῆς ἀνανεώσεως, id est, ab innouatione. Tria sunt genera annorũ: aut enim lunaris annus est, 30. dierum: aut solstitialis, 12. mensium: aut secundum Tullium, lib. 2. de Nat. deor. 74, Magnus, qui tenet 12554 annos, ut in Hortensio, Et horum annorũ, quos in fastis habemus, magnus 12554 amplectitur.

Nouitas anni. Oui. 1. Fast. 32.

Series annorum & fuga temporũ. Hora. 3. Carm. Ode 30. 1.

Spacia annorum. Propert. li. 3. eleg. 21. 7.

Vertuntur annorum tempora. Lucr. li. 5. 289.

Via anni solisq;. Virg. 6. Aene. 159,

—— iacet extra sydera tellus,
Extra anni solisq; uias.

Vices annorum. Seneca in Hercule Oetho, 11. 1.

Fortior annis. Ouid. Amor. 3. eleg. 6. 9.

Grauis annis. Virg. 9. Aeneid. 51.

Integer annorum. Statius, 1. Theb. 83.

Iuuenilior annis. Oui. 14. Metam. 128,

Silenusq; suis semper iuuenilior annis.

Anni

Digitized by Google

Anni incipientis primum diem, lætis precationibus inuicē fausta ominabantur Ethnici. Pli. li. 28. ca. 2. 12.
Maturior annis Remulus. Oui. 14. Metam. 124. Tacit. lib. 1.
Maximus annis. Virg. 2. Aene. 68.
Fama obscurior annis. Virg. 7. Aen. 41.
Pharius annus. Clau. de bel. Gildonico, 12.
Phrygius annus. Stat. 5. Theb. 151.
Anni extremo. Tacit. lib. 5, Extremo anni mors Aelij Lamiæ funere Censorio celebrata.
Anni exitu. Tacit. lib. 5.
Anni fine. Tacit. li. 15. Fine anni uulgantur prodigia.
Anni apti lusibus. Oui. Epist. 21. 5.
Alternis annis. Vide Alternus.
Bellicosior annus. Liu. li. 10. ab Vrbe, 38.
Bini anni. Vide Bini.
Breues anni. Hora. 4. Carm. Ode 13. 5.
Celeres anni. Stat. 3. Syl. eleg. 3. 4.
Clymactericus annus. Vide Clymax.
Consumptus annus. Sil lib. 15. 81.
Dissimiles annos solertia temperat artis. Claudian. in Epigram. 42. 5.
Emeriti anni. Ouidius, 15. Metamorph. 46. Id est, senectutis anni.
Extremus annus. Virg. 3. Georg. 60,
— extremoq; irrorat Aquarius anno.
Agere annos extremos. Oui. 4. Meta. 10.
Fallax annus. Virg. 11. Aene. 144.
Faustus annus. Oui. 1. Fast. 13.
Fertilis annus. Propert. li. 4. eleg. 9. 3.
Festior annus eat, cinctusq; imitata Gabinos. Claudianus, 6. Panegyr. 1.
Florentes anni. Stat. 3. Sylu. 5. 5.
Fœcundus annus. Oui. 3. Amorum, eleg. 9. 8.
Formosissimus annus. Virg. 3. Eclog. 12.
Fugaces labuntur anni. Horat. 2. Carm. Ode, 14. 1.
Grauissimus & pestilentissimus annus. Cicero ad Titium, libro 5. 16. 10.
Hybernus annus. Hora. in Epod. 2. 6.
Ignaui anni. Ouid. 1. Amorum, eleg. 15. 1.
Immunes anni. Lucanus, li. 8. 138.
Annus impubes. Oui. 9. Meta. 84,
— facietq; uiros impubibus annis.
Annus iners. Oui. 1. Fast. 34.
Imbellem annum agere. Vide Imbellis.
Infamis annus pestilentia. Vide Infamis.
Insequens annus. Vide Insequor.
Intercalaris annus. Vide Intercalaris.
Iustos annos peragere, Oui. 10. Metam. 8.
Iuueniles anni. Oui. 8. Metam. 127.
Lethifer annus. Virg. 3. Aen. 28.
Locuples frugibus annus. Hor. 2. Epist. 1. 27.
Longus annus. Oui. 1. Metam. 55. Idem 4. Fast. 5.
Luciser annus. Valer. Flac. 3. Argon. 91.
Magnus annus. Vide Magnus. Dicitur hic etiam uertens. Vide Verto.
Interea magnum sol circumuoluitur annum. Virgilius, 3. Aeneidos, 57.
Melioribus natus annis. Virg. 6. Aen. 130,
Magnanimi heroes nati melioribus annis.
Minor annus geminis mensibus, Oui. 3. Fast. 20.
Molles anni. Oui. 1. Epist. 23. Id est, pueriles.
Nitidissimus annus. Oui. 5. Fast. 42.
Nouus annus incipit. Oui. 1. Fast. 30.
Nubiles anni. Oui. 14. Metam. 67.
Per annum diuersis quatuor temporibus. Virg. 1. Georg. 52.
Piger annus. Hora. 1. Epist. 1. 5.
Plenus annus. Hora. 3. Carm. Ode 18. 1.
Plenis annis nubilis uirgo. Virg. 7. Aen. 11.
Pomifer annus. Hora. 3. Carm. Ode 23. 2.
Præceps annus. Seneca in Hercul. Oeth. 8. 13.
Primis annis eximenda uitia. Quint. li. 1. cap. 1. 27. & Virg. 8. Aeneid. 102.
Proni anni. Hor. in Arte poet. 12.
Pubescentes anni. Stat. 2. Thebaid. 1. 5.
Pueriles anni. Quint. li. 1. ca. 11. 11. & Oui. 5. Epist. 32.
Robustior annus. Oui. 15. Metam. 42.
Romanus annus. Oui. 3. Fast. 15.
Rudes anni. Seneca in Thyeste, 3. 29.
Rudibus annis aliquid percipere. Quint. li. 1. ca. 1. 4. & 15.
Seniles anni. Oui. 7. Metam. 33.
Seri anni. Ouid. 9. Metam. 88.
Sitiens annus. Plin. lib. 13. cap. 4.
Steriles annos transmittere. Stat. 4. Sylu. 2. 3.
Sydereus annus. Valer. 3. Argonau. 80.
Teneri anni. Oui. 4. Epist. 50. & Perslus, Saty. 5. 4.
Absolutus perfectusq; annus. Cic. de Vniuersi. 42.
Accessit annus tertius desiderio & labori. Vide Accedo.
Accessio annorum. Vide Accedo.
Addere annum labori. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 6.
Addere annos. Oui. 9. Metam. 83.
Addere duos annos ad duo lustra. Vide Addo.
Adolere ter senos annos. Vide Adoleo.
Aequare annos. Oui. 15. Metam. 166.
Affluentes anni. Hor. 4. Carm. Ode 11. 4.
Agere annos. Ouid. 9. Metamorph. 89. Vide Ago. Cicero de Senectute, 28.
Aperit annum Taurus auratis cornibus. Virgilius, 1. Georgic. 44.
Cedere annis dicuntur uina. Vide Cedo.
Circumagit se annus. Vide Circumago.
Colligere annos. Vide Colligo.
Compleuit annos centum. Vide Compleo.
Crescentibus annis. Oui. 1. de Arte amandi, 3.
Defecti anni. Oui. 22. Epist. 17.
Egressus quintum annum. Quint. li. 6. in procemio, 6.
Exuberat annus pomis. Virg. 2. Georg. 104.
Esse annis æqualem alicui. Oui. 1. Metam. 151.
Eunt anni more fluentis aquæ. Oui. 3. de Arte, & Horatius 2. Epistо. 2. 11.
Excedere annos centenos. Vide Centeni.
Exigere annum cum aliquo. Virg. 1. Aen. 16.
Exeunte anno. Cic. 1. de Diuinat. 95.
Expleto anno ætatis undeuigesimo. Quint. li. 6. in procem. 5.
Extendere suos annos. Seneca in Troade, 6. 59.
Ferre annos dicuntur uina quædam, & uetustate proficere. Quint. lib. 2. cap. 4. 7.
Fessi anni. Senec. in Hip. 2. 37, Solamen annis unicū fessis hera.
Fracti anni. Seneca in Hipp. 12. 20.
Habere annos. Cicero pro Cecinna, 40, Isq; iam annos nonaginti haberet.
Incipit annus uicesimus. Vide Incipio.
Implere annum. Ouid. 9. Metam. 68.
Implet annum Luna mensibus. Ouid. 3. Fast. 132,
Sunt quibus hæc luna est, quia mensibus impleat annum.
Impleuerat iam annum quinquagesimū. Quint. lib. 3. ca. 1. 10.
Indefessi anni. Silius, lib. 13. 26.
Insignire annum clauibus. Vide Insignis.
Intercessit annus. Vide Intercedo.

Interfuerunt

Digitized by Google

Interfuerunt anni decem. Vide Interest.
Irrorare annum flatibus. Clau. 2. de rapt. Proserpinæ.
Labuntur anni. Horat. 2. Carm. Ode, 14. 1,
Eheu fugaces Posthume Labuntur anni.
Labens annus cœlo. Virg. 1. Georg. 2,
——labentem cœlo quæ ducitis annum.
Labens annus tacitè. Oui. 1. Fast. 13.
Marcet corpus annis. Lucr. li. 3. 193.
Metiri annum longum. Oui. 4. Metam. 46.
Natus annos decem. Vide Nascor.
Obire annum petitionis. Vide Obeo.
Perfecti anni. Oui. 15. Metam. 164.
Referre annos præteritos. Virg. 8. Aene. 110,
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos. Id est, reddat.
Recolligere annos primos, Ouidius, 6. Metamorph. 44. Id est, recipere.
Recurrentes anni. Horat. 2. Epist. 1. 30.
Rediens annus. Hora. 2. Ser. Saty. 2. 17.
Relinquere annos. Stat. 2. Syl. 1. 22.
Reuocare annos. Oui. 9. Metam. 86.
Resumere annos uirides, Stat. 3. Syl. 1. 33.
Seruare annos. Oui. 8. Metam. 91.
Silentes anni. Claudian. 8. Paneg. 32.
Superare annos memores. Stat. 10. Theb. 88.
Tacitis annis senescimus. Oui. 6. Fast. 155.
Venientes anni, anni recedentes, cõtraria. Hor. in Arte poe. 36,
Multa ferunt anni uenientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.
Vergere annis. Tacit. li. 13, Sextium Africanum nobilem iuuenem à nuptijs Syllanæ deterruerat Agrippina, impudicam & uergentem annis dictitans. Id est, senescentem.
Vertit se annus. Iuuenal. Saty. 7. 25,
——quum se uerterit annus.
Infra finem anni uertentis. Sueton. in Cal. cap. 37. Hoc est, finito & conuerso anno.
Vertens annus. Cic. 13. Philip. 360, Apparuisse numen deorum intra finem anni uertentis. Idem de Nat. 77.
Viuere annos bis centum. Oui. 12. Metam. 38, ——uixi
Annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas.
Voluitur annus in se. Virg. 2. Georg. 81,
——redit agricolis labor actus in orbem:
Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus.
Volues annus. Oui. 5. Metam. 113,
Iuppiter ex æquo uoluentem diuidit annum.
Voluentibus annis. Virg. 1. Aene. 48,
Certè hinc Romanos olim uoluentibus annis. Id est, uolubilibus, & est participium pro nomine. Voluens enim est qui uoluit. Volubilis autem, qui uoluitur. Seruius.
Ante annos occidere. Oui. 2. Amorum, eleg. 2. 10.
In annum, & in hunc annum. Vide In.
In annum decimum durare. Oui. 13. Metam. 145.
In annos singulos. Vide In.
In annum uenientem curas extendere. Virg. 2. Georg. 84.
In annos patrios inquirere. Oui. 1. Metam. 30,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
In nonum annum premere opus aliquod. Horatius in Arte poetica, 79.
Inter tot annos. Vide Inter.
Intra quatuor annos. Vide Intra.
Per annos longos deseruire. Oui. 1. Amorum, eleg. 3. 2.
Per annos durare. Virg. 2. Georg. 20,
——aut totidem durare per annos.
Per annos mille. Virg. 6. Aene. 150.
Per annos ferre. Virg. 3. Georg. 9,
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos.
Sub annis primis. Oui. 12. Metam. 37.
Annales, pen. prod. annalium, masc. gen. (ἐνιαύσιοι) nomen ab annus deriuatum. Seruius: Inter annales & historiã hoc interest: Historia est eorum temporum, quæ uel uidimus, uel uidere potuimus: dicta ἀπὸ τῦ ἱστορεῖν, id est, uidere. Annales uerò sunt eorum annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit. Vnde Liuius ex annalibus & historia constat. Hæc tamen confunduntur licenter: ut Virg. 1. Aene. 76,
Et uacet annales nostrorum audire laborum. Pro historia, inquit annales. Hactenus Seruius. Gell. li. 5. ca. 18, Historias quidam esse aiunt rerum gestarum uel expositionem, uel demonstrationem, uel quo alio nomine id dicendum est. Annales uerò esse, quum res gestæ plurium annorum ob seruato cuiusq; anni ordine, deinceps componuntur.
Annales Pop. Rom. & monumenta uetustatis. Cicero pro Domo sua, 67.
Annaliũ monumenta. Quint. li. 2. ca. 4. 14. Ci. 2. de Finib. 107.
Annalium ordo. Cic. ad Luceium, li. 5. 12. 18.
Ex annalibus cognoscere. Vide Cognosco.
Annales, pro Fastis, id est, Pontificum monumentis, dierum & totius anni descriptionem & ordinem continentibus: quum tamen hæc duo inter se differant. Oui. 1. Fast. 2,
Sacra recognosces annalibus eruta priscis. Cicer. 1. de Legib. 8.
Annalis, pen. prod. in singulari, eiusdem generis (ἐνιαύσιος) Gel. lib. 2. cap. 1, Posuimus igitur uerba ipsa Quadrigarij ex annali eius v 1. trãscripta. Sic idem sæpe alibi. Cic. Att. lib. 12. 243. 3, Quibus coss. Carneades & ea legatio uenerit Romam, scriptum est in tuo annali. Pli. li. 7. cap. 28. 1, Q. Ennius T. Cæcilium Teucrum, fratremq; eius præcipuè miratus, propter eos sextum annalem adiecit.
Ex annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Cicero pro Muræna, 14.
Annales priscos uoluere. Claud. 3. Paneg. 37.
Annalis, adiectiuum (ἐνιαυσιαῖος) unde legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. Cic. 3. de Legib. 11, Ciuitatem annali lege seruanto. Idem 2. de Ora. 145, Vt olim Rusca quum legem ferret annalem, &c. Idem 5. Philip. 198.
Annale tempus. Varro, 1. de re Rust. cap. 27. 1, Et quoniã tempora duorum generum sunt: unum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit. De anno & mense intelligit.
Anniculus, pen. corr. (ἔτος & ἀνάγω) Adiectiuum est, non antem diminutiuum, id est, unius anni, ut anniculus puer, anniculus taurus. Varrò de re Rust. lib. 2. cap. 5. 11, Habeo tauros totidem, quot Atticus, ad matrices septuaginta duos, unum anniculum, alterum bimum. Pli. li. 9. ca. 41, Anniculo gramini languidus succus.
Anniculus etiam de inanimatis dicitur. Pli. Iun. Ergo plantaria instituunt, anniculasq; transferunt, & iterum bimas.
Annicula ætas. Colum. lib. 7. ca. 9. 1, Quàm salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progenerãt.
Annifer, adiectiuum, pen. corr. (ἐνιαυτοφόρος) Plin. 16. ca. 26, Cedrus & Iuniperus & Ilex annifera habentur, nouusq; fructus in his cum annotino pendet.
Anniuersarius (ἐτήσιος) adiectiuum, id est, quod singulis annis fit: ut, Anniuersaria sacra, Cic. 6. Verr. 76. Anniuersaria uicissitudo, Cic. 2. de Nat. deor. 141. Sic anniuersaria febris quæ singulis annis stato tempore recurrit.
Anniuersarij uicini. Varro de re Rust. li. 1. ca. 16. 4.
Annona, annonæ, pe. prod. (σιτηρέσιον, πόρισμα) anni abundantia

Digitized by Google

limonia est: nec frumenti solum, sed etiam aliarum rerum. Colum. lib. 9, Vel lactis annona. Cic. 2. Offic. 85, In charitate annonæ, asse modium dedit. Idem 2. de Diuinat. 87, At si Epicuri de uoluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Colum. li. 3. ca. 21.

Acris annona. Tacitus, libro 4, Plebes acri quidem annona fatigabatur.

Arctior annona. Sueton. in Claudio, cap. 10, Arctiore autem annonæ ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio fóro à turba, &c. Idem in Galba, cap. 7.

Compressam annonam uocat. Liu. lib. 8. Decad. 4, cuius precium per coemptionem esset intentum.

Difficultas annonæ, summáq; inopia rei frumentariæ. Cic. pro Domo sua, 10.

Facta durior annona. Cic. pro Domo sua, 12.

Fœcundæ annonæ prouincia. Tacit. lib. 17.

Graui annona conflictari. Vide Confligo.

Grauitas annonæ. Tacit. lib. 5.

Incendium annonæ. Quint. in Pastu cadauerum, etiam siquid residui erat, ut carius quidam uenderent, ad annonæ incendium suppressum est, id est, ad annnonæ precium augẽdum.

Vilitas nec opinata consecuta est annonam carissimam. Cicero pro Domo sua, 12.

Ex summa inopia & caritate rei frumentariæ cõsecuta est annonæ uilitas. Cic. pro l. Man. 31. Hora. li. 1. epist. 12. 5.

Attentare annonam, & uexare. Vlpianus in l. annonam attentare. de extraordin. crimin.

Commutata annona. Cic. pro Domo sua, 12.

Conualescit annona. Sueton. in Augusto, cap. 42. Id est, uilior facta est.

Crescit annona. Cæsar belli Ciuilis, lib. 1, His tamẽ omnibus annona creuit, &c. Iamq; ad denarios quinquagenta in singulos modios annona peruenerat.

Excandefácere annonam. Vide Excandefacio.

Flagellare annonam. Plin. lib. 33. cap. 13. circa finem, Precia rerum, quæ usquã posuimus, nõ ignoramus in alijs locis esse, & omnibus penè annis mutari, prout nauigationes constituerunt, aut ut quisq; mercatus sit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet.

Inferre caritatem annonæ. Pli. li. 18. ca. 28.

Incendere annonam. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 2. 13. Hoc est, cariorem fácere.

Ingraueſcit annona. Vide Ingraue.

Laxa annona. Vide Laxus.

Laxior annona. Liu. 1. Decad. lib. 2, Vrbi cum pace laxior etiam annona redijt, ex aducto ex Campania frumento.

Leuare urbis annonam. Vide Leuis.

Leuare populum in annonæ caritate, frumento suppeditato. Vide Leuo.

Non habet precium annona. Cic. 5. Verr. 195.

Prodesse annonæ. Hora. li. 1. Epist. 17. 15.

Annona, pro menstrua uel annua mercede ac stipendio. Vegetius de Re militari: Torques aureus solidæ uirtutis præmiũ fuit, quem qui meruisset, præter laudem, duplas consequebatur annonas.

Annonarius (στρατιωτικὸς) quod ad annonam pertinet. Vegetius, lib. 3. cap. 3, Antè igitur, quàm inchoetur bellum, de copijs expensisq; solers debet esse tractatus, ut pabula, frumentum, cæteraq; annonariæ species, quas à prouincialibus cõsuetudo deposcit, maturius exigantur.

Annosus, pe. pro. adiectiuum (πολυετὴς) qui multos habet annos: ut, Annosa anus. Oui. 2. Fast. 115,

Ecce anus in medijs residens annosa puellis.

Brachia ulmi annosa, Virg. 6. Aen. 57. Et li. 2, *Annosa orum.*

Annoso degit æuo gens Hyperboreorum. Pli. li. 4. ca. 12. 46.

Falernum annosum. Mart. lib. 6. 27.

Merum annosum. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 6.

Mundus annosus. Seneca in Oedip. 5. 20.

Palatum annosum. Hora. 2. Ser. Saty. 3. 55.

Annoso robore lucus. Sil. li. 3. 39. & apud Virg. 2. Aeneid.

Senex annosus. Oui. li. 1. de Arte amandi, 3.

Senectus annosa. Oui. 7. Metam. 48.

Vetustas annosa. Oui. 5. Trist. eleg. 2. 3.

Volumina uatum annosa. Hora. 2. Epist. 1. 6.

Annotinus, adiectiuum, penul. prod. ab annus (ἐνιαύσιος) quod est unius anni. Columel. lib. 4. cap. 24. 7, Vngues custodum annotinos resecato.

Annotinus, adiect. ab annona, quod ad annonam pertinet, ut naues annotinæ, quibus annona comportatur. Cæsar, lib. 5. bel. Gal. 34, Multitudine nauium perterritæ, quæ cum annotinis priuatisq;, quas sui quisq; cõmodi causa fecerat, amplius octingentæ uno erant uisæ tempore.

Annuus, adiectiuum (ἐτήσιος, ἐνιαύσιος) quod unius anni spacium continet. Plaut. Asin. 16. 36, Vita uxoris annua. Cicer. Cæcio, lib. 15. Idem ad Paulum, lib. 15. 12. 4, Annuũ munus.

Annuum est aliquid fieri. Pli. li. 11. cap. 39, Quadrupedibus pilum cadere atq; subnasci, annuum est.

Annuæ uices. Plin. de Viris illust. 1, Quibus regnum annuis uicibus habendum reliquit, & ut alternis imperarent. Plinius. Natu. hist. lib. 10. cap. 20. 1, Cauda pauonis annuis uicibus missa cum foliis arborum.

Annua uice, pro annuis uicibus. Pli. li. 2. ca. 39, Quis enim astates & hyemes, quæq; in temporibus annua uice intelliguntur, syderum motu fieri dubitet?

Annua dies, pro unius anni tempore. Cicer. Attic. lib. 12. 23. 2. Idem ad Fabium Gallum, lib. 7. 24. 1. Sic apud iurisconsultos legitur, annua, bima, trima die.

Annuæ copiæ. Tacitus in uita Agricolæ.

Annum tempus. Cic. ad Ati. lib. 6. 116. 4.

Annuum, quod singulis annis fit: dictum quasi anniuersarium: ut, Annua sacra. Virgil. 1. Georgic. 68. Sic annua febris, id est, anniuersaria. Valla, libro 4. Sic Propertius, lib. 3. eleg. 3. 7.

Annua certamina. Lucan. lib. 1.

Cultura annua. Hora. 3. Carm. 24. 3.

Cura annua milio uenit. Virg. 1. Georg. 44.

Annuus sumptus. Cic. Att. lib. 15. 328. 8.

Annuus orbis. Virg. 5. Aene. 10,

Annum exactis completur mensibus orbis. *Vbi Seruius, Annuus orbis, quia mẽses in se recurrunt & annũ faciũt.*

Annuum, absolutè positum, significat alimenta in singulos annos. Vlpianus de annuis leg. & fideicommiss. l. si cui annuum fuerit relictum sine adiectione summæ, nihil uideri huic relictum Mela ait. Suetonius, Peculio concesso à patre præbitisq; annuis; fraudauit per speciem publici iuris. Plin. epistо. 248, Atque etiam ut publici cerui annua accipiunt. Vide Annona.

Annutrio] *Vide* Adnutrio.

Anodinon] *ἀνώδυνον, Anodina uocantur, quæ leuationem doloris somnum accersendo, molliunt, ut ait Hermolaus in Plinium. Celsus, lib. 5. cap. 25, Anodina uocant, quæ somno dolorem leuant. Idem, lib. 6. cap. 6, Si tantum mali est; ut somnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum est, quæ ἀνώδυνα, Græci uocant.*

Anomalia] *anomaliæ (ἀνωμαλίας) Latinè dicitur inæqualitas, & est Analogiæ contraria. Gellius, lib. 2. cap. 25, In Latino sermone sicuti in Græco, alij analogiam sequendam putauerunt, alij anomaliam: ἀνωμαλία, est similium similis declinatio,*

Digitized by Google

climatio, quam quidam Latinè proportionem uocant: ἀνωμαλία, est inæqualitas declinationum, consuetudinem sequens.

Anonis] Huius ănonis, pen. prod. uel anonidis, penul. corr. fœ. gen. (ἄνωνις) Herba est, quæ & Ononis, penul. prod. dicitur. Vulgò Arresta bouis, uel Remora aratri, Arestebœus, quòd in opere arantes boues subinde sistat, duriscq; & altis radicibus aratrum remoretur. Plin. lib. 24. capite 4, Anonin quidam Ononida malunt uocare, ramosam, similem fænogræco, nisi fruticosior hirsutiorq; esset.

Anonymi] Populi sunt in Aphrica, Atlantes dicti, qui sunt anonymi, hoc est sine proprijs nominibus, cùm in uniuersum Atlantes tantum uocitentur. Horum meminit Plinius, lib. 5. cap. 8.

Anopęa] ἀνόπαια, auis ex aquilarum genere, fulicæ similis. Item tegula perforata, quæ in fumibili spiraculo imponitur, & conspectum excedens, sublimis, quam uisu assequi nequeas. Eustath.

Anonymos] penultima correpta (ἀνώνυμος) sine nomine: ut, ἀνώνυμος herba, apud Plinium, libro 27. cap. 4. 16, Anonymos à non inueniendo nomine nomen inuenit, affertur è Scythia, &c.

Anormis] Et hoc anorme (ἀνώμαλον) quasi sine norma: hoc est, ab aliorum norma remotus. Horatius, lib. 2. Serm. Satyr. 2. 3,

Rusticus, anormis, sapiens, crassaq; Minerua. Id est, ultra normam philosophiæ peritus. Sic Acron interpres. Sed poeta uidetur potius eum significare, qui austeritate uitæ & inconditis moribus ab aliorum uita sit alienus, & ab omni ciuilitate abhorreat. Loquitur enim de quodam philosopho.

Anquina] penult. prod. Funis nauis, quo ad malum antenna constringitur. Cinna Poeta,

Atq; anquina regit stabilem fortissima cursum. Angina legendum putat Turnebus. Vide in Anchora.

Anquiro] anquiris, penultima producta, anquisiui, anquisitum (ἀνακρίνω) anquirere, antiquum est uerbum. Liui. 2. bel. Pun. Seu legibus, seu moribus mallet, anquireret. Id est, ut uulgò loquimur, Faceret inquisitionem siue informationem, quod Cicero tum quærere, tum inquirere in aliquem dicit. Ex Budæo.

Anquirere de. Liu. 6. ab Vrbe, 74, Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos authores sint.

Anquirere capite: quod indoctè dicitur, Criminaliter contra aliquem procedere. Liuius, 8. ab Vrbe, 171, Capite anquisitum ob rem bello malè gestam de imperatore nullo ad eam diem esse. Alibi idem dixit, Anquirere capitis, pro eodem. Ex Budæo.

Anquirere pecunia. Liuius, 6. bel. Pun. 14, Bis est accusatus, pecuniaq; anquisitum. Ex Budæo.

Anquirere, pro exquirere, siue diligenter quærere. Cicc. de Fato, 26, Sed ad illam Diodori contentionem, quam περὶ ἀναγκαίων appellant, reuertamur: in qua quid ualeat id quod fieri posit, anquiritur.

Ansa] ansæ (λαβή, πώνη) est qua uas, aut quiduis aliud manu teneri solet. Virg. 6. eclog. 4,

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

Dura ansa. Oui. 8. Metam. 132.

Ansa tortilis. Oui. epist. 15. 51.

Ansa, qua constringuntur calcei. Tibullus,

Ansaq; compressos alligat arcta pedes.

Ansa per metaphoram pro Occasione. Ci. pro Plancio, 68, Si locus habet reprehensionis ansam aliquam.

Dare ansam, præbere occasionem. Cic. pro Sextio, Deinde etiã sermonis ansas dabat. Idem in Lælio, 53, Quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.

Ansula, ansulæ, penult. corrept. diminutiuum (λαβίδιον) Ansulas uidetur posuisse Valerius pro corrigijs crepidarum, lib. 8. cap. 13, Mirificè & ille artifex, qui in opere suo moneri se à sutore de crepida & ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem, supra plantam ascendere uetuit.

Ansatus, penul. prod. adiectiuum (πωπήεις) Quod ansam habet: ut, Vas ansatum. Colum. li. 9. ca. 15. 4.

Ansatus homo. Plaut. Persa. 9. 5, Ansatum hominem ioco dixit, qui incedit utroque brachio in ansarum modum ad latera applicato: siue, ut ipsemet loquitur, qui subnixis alis sese infert.

Ansanctus] Vide Amsanctus.

Ansegetes] Vide Amsegetes.

Anser] Anseris, penult. correp. m. g. (χήν) Auis notissima. Anserum autem alij domestici, alij aggrestes. De utrisq; Plinius, lib. 10. cap. 22. Virgil. 1. Georg. 25, Improbus anser. Id est, insatiabilis, nulli probandus, inquit Seruius.

Anseres plumigeri. Plin. lib. 10. cap. 22. 4.

Argutus anser. Martialis, lib. 5.

Sagax anser. Oui. 11. Metam. 120,

Solicitiue canes, canibusq; sagacior anser.

Strepit anser. Virg. 9. eclog. 8,

Argutos inter strepere anser olores.

Velluntur anseres quibusdam locis bis anno. Plinius, libro 10. cap. 22. 4.

Anseribus cibaria publicè locabantur Romæ, & canes alebantur in Capitolio, ut significarent si fures uenirent. Cicc. pro Sex. Rosc. 33.

Anserculus, pen. corr. diminutiuum (χηνίδιον) Columel. li. 8. cap. 14. 6, Ne noceri possit excussis anserculis quos enecant urticæ.

Anserinus, adiectiuum, pen. prod. (χήνειος) quod est anseris: ut, Iecur anserinum, adeps anserinus, apud Plinium sæpissimè, li. 20. ca. 6. 8. & Colum. li. 8. ca. 5. 7.

Anser] Nomen poetæ, quem Ouidius procacem uocat, libro 2. Trist. 87,

Cinna quoque hic comes est, Cinnaq; procacior Anser.

Ansula] Vide Ansa.

Antacęi] ἀνταῖοι, Pisces sunt Delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin & Borysthenis ostia in glacie effodi author est Strabo, lib. 7. Eorum naturam uide apud Aelianum, lib. 13 cap. 7.

Antachates] pen. prod. (ἀνταχάτης) Gemma ex Achatæ generibus, myrrham redolens cum uritur, & ob id mulieribus grata. Pli. li. 33. ca. 10.

Antacites] penultima producta (ἀνταικάτης) Amnis, Asiæ latere, ad Tyrambem oppidum: & ab eo pisces Antacei, salsamentum Athenæo, cæterisq; nobile. nam & in hodiernum usque diem à Mæoti lacu præstantissimi quotannis inuehuntur. Amnem hunc Ptolemæo corruptè Atticum, pro Antacite legimus. Importantur & Antacei ex Borysthene, ut inquit Herodotus. Hæc Herm. in Pli. li. 6. cap. 7.

Antę] Antarum, plur. nu. (παραστάδες) Festus, Antes sunt extremi ordines uinearum. Vnde etiam nomen trahunt antæ, quæ sunt latera ostiorum. Idem, Antes sunt quadraturæ: unde & antæ dictæ sunt quadræ columnæ.

Anta in singulari legitur apud Vitruuium: ut Anta fixa.

Antarius, adiectiuum: ut, Antarius funis. Vitruuius, li. 10. cap. 3. His explicatis antarij funes antè laxi collocentur.

Antæas] Antæa (ἀνταῖας) Scytharum rex, Ismeniam tibicinem bello captum iussit super cœnam canere. Omnibus autem admirantibus, & præ uoluptate plaudentibus, iureiurando

Digitized by Google

iureiurando affirmauit: suauius se interdum equũ hinnientem audisse: Vsque adeò aures habebat à musis abhorrentes, animumq; in præsepijs, imò uerò audiendis asinis quàm equis appositiorem. Hæc Plutarch. in lib. de Alexand. fortuna & Virtute.

Antæopolis] ἀνταίουπολις, Aegypti oppidũ, cuius incolæ dicuntur Antæopolitæ. Stephanus.

Antæus] ἀνταῖος, fuit gigantis nomen, Neptuni ex Terra filij, magno ac procero corpore: quippe qui cubitis quadraginta adoleuerit in Libya, apud Lixum oppidũ, à flumine Mauritaniæ eiusdẽ nominis ita uocatum, qui locus Antæi regis dicitur, robore ac fortitudine nemini cedẽtis. Quoties membra labore defessa essent, tactu terræ recreabantur, quem Hercules palæstra pectori astrictũ expirare coegit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud Tygenam oppidum Libyæ, effosso sepulcro Antæi cadauer inuenisse. Eusebius, lib. de Temp. scribit Antæum palæstricæ artis fuisse doctissimum, & quorumcunq; certaminum. Seneca, in Hercul. Oeth. 1. 5. —— nullus Antæus Animam resumit. Hunc Stat. 7. Theb. Terrigenam Libyn dicit,

Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn.

Antagoras] ἀνταγόρας, Poeta quidã fuit non ignobilis, cuius festiuissimum refertur responsum. Hic enim gulæ nonnihil impartiendum ratus, congrum intentius coquebat. Admonitus super ea re Antigonus, illiq; assistens retrò, leniter retractum interrogauit, Putas ne, inquit, ô Antagora, Homerum Agamemnonis & Græcorum rebus carmine celebrandis distentum quo pacto congri melius saperent, pensitasse? Hinc ille, An opinaris (inquit) ô rex, Agamemnonem, cui tantarum rerũ onus incumberet, solicitius perscrutatum, ecquis in exercitu congrum coqueret? Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 8.

Antaclides] penul. prod. (ἀνταλίδης) Fuit nomen proprium uiri Lacedæmonij, qui præ cæteris usus est honore præstitisse. Plutarch. in Vita Pelopidæ.

Antanaclasis] (ἀνταναάκλασις) Figura est, de qua sic Quintilianus, Antanaclasis, eiusdem uerbi contraria significatio. Quum Proculeius quereretur de filio, quòd is mortem suam expectaret, & ille dixisset, se uerò non expectare. Imò, inquit, rogo expectes. Non ex eodem, sed ex diuerso uicinum accipiunt, quum supplicio afficiendum dicas, quem supplicatione dignum iudicaris. Hæc Quintilianus, li. 9. cap. 3.

Antandros] ἄντανδρος, teste Strabo. li. 13. Phrygiæ urbs ad meridiem posita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. De qua Plin. lib. 5. cap. 30, Rursus in littore Antandros, Edonis prius uocata, deinde Cimmeris, & Assos, eadem Apollonia. Virgil. 3. Aeneid. 1,

——classemq; sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Antapocha] Vide Apocha.

Antandrus] ἀνταυδρος, qui in alterius locum succedit, quẽ Latini Succidaneum uocant. Vlpian. de admin. tutor. Nec patiuntur succedaneos se esse aluni periculi. Vtitur & Plutarch. in Epid.

Antapodosis] pen. corr. fœ. g (ἀνταπόδοσις) Latinè dicitur retributio. Figura, quæ fit quoties commemorantur ea, quæ non sunt antè prædicta. Virgil. 9. Aeneid.

——& primis una tot cæde peremptis
Serranoq; Numaq;. Seruius.

Quintilianus, lib. 8. Antapodosim interpretatur redditionem contrariam.

Antarados] ἀνταράδος, oppidum est & insula eiusdẽ nominis, in ora Libano monti subiecta, de quibus Plin. lib. 5. cap. 20.

Antarcticus] pen. corr. (ἀνταρκτικὸς) Est polus australis, Arctico uidelicet oppositus, qui terræ obiectu à nobis cerni non potest.

Antarium] bellum, quod ante urbem geritur. Festus.

Antaxon] antaxonis (ἀνταξων) Dicitur plaga illa mundi & pars, quæ est sub contrario axe, unde & nomen habet. Cicero enim, 1. Tuscul. globũ terræ eminentem è mari fixum in medio mundi uniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum scribit: quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita sit ad septem stellas: unde, Horrifer Aquilonis strido gelidas molitur niues: altera australis, ignota nobis, quam uocant Græci antaxona, ἀνταξονα. Turneb.

Ante] πρὸ, πρόσθε, πρόσθεν, ἐμπροσθεν, præpositio est accusatiua, notæ significationis. Iungitur autem accusatiuo temporis, loci, personæ & rei: ut, Ante duos annos, Ante templum, Ante iudicem, id est, coram iudice, ante muros, ante Romulum, & similia, pro ante Romuli tempora, siue regnum. Virgil. 1. Georg.

Ante louẽ nulli subigebãt arua coloni. Sic in 2. Georg.
Ante etiam sceptrũ Dictæi regis. Præterea dicimus, Ante me uenit, Ante me natus est, Ante me fecit, hoc est, antequam uenerim, &c. Virgil. 11. Aeneid.

Cur ante tubam tremor occupat artus? Id est, antequã tuba sonet. Plin. in Præfatione, Hoc ante me fecit in literis nostris Valerius Soranus. Tale est illud prouerbium. Ante uictoriam canere triumphum.

Ante cibũ: cui Pransus uel Cœnatus opponitur. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 13.

Ante hoc factum. Plaut. Mil. 20. 64.

Ante lucem, & ante noctem. Ante lucem, id est, diluculo, melius quàm ante diem dicimus. Nam ante diem, pro Ante tempus dici solet: præterquam si de certo die loquamur, ut, Ante diem decimum: uel, ante sextum Calendarum Nouembrium: id est, sexto die ante Calendas Nouẽbris. Rursus ante noctem pro crepusculo dicitur potius, quàm ante tenebras. Author Valla, lib. 4. Plaut. Trinum. 13. 40. Cic. 2. de Inuent. 131, Multo ante lucem surrexit.

Ante diem tertium, id est, nudiustertius, inquit Budæus. Videtur compendiosa locutio, pro Ante diem tertium finitũ: Sicut post diem tertium, pro post diem tertium cœptum. Sic ante diem octauum. Idus Nouemb. id est, 8. Idus Nouemb. Cic. Tironi, lib. 16. 5. 1, Inde ante lucem proficiscentes, ante diem 8. Idus Nouemb. has literas dedimus. Sub. finitũ, id est, octauo Idus Nouemb. Plinius, lib. 15. cap. 18. 7, de ficorum generibus, Quum inter omnes recens esse constaret, Atqui, tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine. tã propè à muris habemus hostem.

Ante diem certam, pro ad certam diem. Cicero Att. lib. 6. 113. 15, Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent.

Ante, cum accusatiuo loci. Virgil. in Bucolicis,

Ante focum, si frigus erit.

Ante, cum accusatiuo personæ. Cicero, 6. Verr. 4, Ante hoscedeos erant tabulæ. Idem 2. Verr. 6, Causam interea ante eum diceret.

Ante ora. Virgil. 1. Aeneid.

Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. Idem 2. Aeneid. 133.

Ante oculos. Cice. Terentiæ & Tullie, lib. 14. 2. 8, Nam mihi ante oculos dies noctesq; uersaris. Virgil. 2. Aeneid. 54. Et per metaphoram ad animum refertur, 1. de Orato. 97, Omnia enim sunt posita ante oculos.

Digitized by Google

Ante oculos & ora, idem significant: sed hæc duo per auxesim coniunguntur. Virgil. 2. Aeneid. 106,

Vt tandē ante oculos euasit, & ora parentum, Cōcidit.

Ante oculos coràm. Terent. Eunuch. 4. 7. 24, Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxisti tuum?

Palàm ante oculos. Cic. 7. in Verrem, 52, Quàm libenter eū palàm ante oculos omnium esse patiatur.

Ante pedes esse dicitur, quod nobis est præsens. Et est locutio prouerbialis. Terent. Adelph. 3. 3. 34,

Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est,
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt Prospicere.

Cic. pro Roscio Amer. 8, Ante pedes uestros, Iudices.

Ante alios, uel ante alios omnes, cōparationem significat, siue potius excellentiam: & ut ita dicam, superlationem: ut sit, Ante alios, id est, cæteris aliqua re præferendus. Et propriè, teste Valla, positiuo gaudet. Plin. lib. 12. cap. 16, Sembracena ante alias hilaris. Hic subauditur, omnes. Virgil. 11. Aeneid. 83, ——ante alios fortunatus. Idem, 3. Aeneid. 64,

O felix una ante alias Priameia uirgo.

Ante alios, comparatiuo iunctum. Virgil. 1. Aeneid. 71,

Pygmalion scelere ante alios immanior omnes.

Id est, præ cæteris omnibus immanis.

Ante alios, cum superlatiuo. Virgil. 4. Aeneid. 29,

——petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus.

Plaut. Asin. 16. 8, Scito illum ante omnes minimi mortales precij. Hic Alios subaudiendum.

Ante alios, citra ullum gradum comparationis. Plautus Trinum. 12. 2,

Tibi ante alios deos gratias ago atq; habeo summas.

Ante cunctos claritate Peneus. Plin. lib. 4. cap. 8.

Ante me illum diligo: id est, plus quàm me. Cicero Attico, libro 8. 168. 3.

Ante omnia, in primis, præcipuè. Quint. lib. 1, Ante omnia ne sit uitiosus sermo nutricibus. Virgil. 2. Georg 95,

Me uerò primum dulces ante omnia Musæ Accipiāt.

In ante diem. Cic. Att. lib. 2. 35. 5, Comitia Bibulus cū Archilochio edicto in ante diem x v. Cal. Nouemb. distulit.

Ex ante diem quintum. Cicero ad Atticum, libro 3. 58. 1, De Quint. fratre nobis nuncij tristes, nec uarij uenerant ex ante diem Non. Iun.

Antè aduerbium temporis (πρότερον) Plautus, Trinum. 17. 18, Neque eum antè usquam conspexi prius. Cicero Attico, lib. 14. 317. 1, Idipsum quod me mones quatriduo antè ad eum scripseram.

Antè & Pòst, contraria sunt. Cic. 4. Acad. 225.

Antè & Retrò, similiter contraria. Cic. 5. de Finib. 62.

Antè interdum uacat in oratione. Terent. And. 1. 5. 4, Nónne oportuit præscisse me ante?

Antè, sicut & Pòst propriè iungitur aduerbijs in o desinentibus: ut, Paulo antè, multo antè. Terent. Eunuch. 4. 5. 7, Sed Thais multo antè uenit? Vide Multus.

Lōge antè uidere mala uenientia. Cic. 3. Tusc. 50. Vide Lōgus.

Antè cum ablatiuo, aut est præpositio antiquè posita, aut potius aduerbium. Author Seruius. Plin. lib. 4. cap. 16, Reperta multis antè seculis: id est, reperta multis seculis ante illud tempus. Cicc. 1. Tusc. 112, Et paucis antè diebus quum facilè posset educi è custodia, noluit. In hoc loquendi genere interponi solet ipsum Ante, ut exempla demonstrant: aut certè postponi. Liuius, Quis igitur nesciat nouam istam legem esse x x. annis antè latam?

Ante, cōpositionē ingreditur: ut, Antecedo, antefero, antepono.

Antea] aduerbium temporis (πρότερον, πρού, πρίν) Ante id, siue ante illud tempus: quasi ante ea. Hora. epod. 11. 1,

Pecti, nihil me, sicut antea, iuuat
Scribere uersiculos amore perculsum graui.

Nunc primum, & Antea, contraria siue relatiua. Cicc. 5. Verr. 111, Non hoc nunc primum audit priuatus de inimico, reus ab accusatore: iam antea in sella sedens Prætor.

Antea quum. Cic. Att. lib. 15. 328. 1, Antea quum per literas Attici nostri, &c. certior factus essem.

Antea, quàm, pro ante quàm. Cic. Att. lib. 3. 96. 1, Antea quàm ad me scripsisses.

Antea & Postea, tanquam relatiua, aut reciproca interdum legūtur. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 104, Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in Senatu palàm.

Antea & prius. Cic. ad Att. lib. 15. 327. 2, Quòd ad te antea, atq; adeò prius scripsi.

Anteactus] προδιαχθείς, participium sine uerbo, ex ante & actus, præteritum significat: ut, Anteacta uita. Cic. pro M. Marcello, 1. Idem, 5. Verr. 123, Nihil putas ualere in iis dicijs coniecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ uitæ (existimationē.

Anteacta uetustas. Lucretius, lib. 3. 198.

Ex anteacta uita facere iudicium. Cic. lib. 2. de Inuent. 146.

Anteactis malè credere. Ouid. 12. Metam. 23.

Anteambulo] penult. corr. anteambulonis (προπομπός) Ab ante & ambulare, qui aliquem superiorem honoris causa præcedens comitatur. Mart. lib. 10. 74,

Anteambulones & togatulos inter,
Centū merebor plūbeos die toto. Sic li. 3. 7. de sportula.

Anteambulo alicuius. Martialis, lib. 2. 18,

Sum comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis.

Sueton. in Vespasiano, Dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

Anteambulones atrati dici possunt, qui Græcè codonophori, id est, tintinnabula gestantes: quòd honoratiorum funera præcedant cum tintinnabulis. Ex Budæo.

Antecanis] penult. corrept. (προκύων) nomen syderis. Cic. 2. de Nat. deor. 171,

Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur.

Antecantamentum] antecantamenti. g. n. Quod antè Canitur, siue præcinitur. Apuleius, lib. 11,

Interim maiorum antecantamenta uotorum. Beroaldus, Vt anteloquia dicuntur præfamina, sic & antecātamēta sunt illa quæ præcinūtur ante uota et preces legitimas.

Antecapio] antecapis, penul. corr. antecepi, antecaptum, (προλαμβάνω, φθάνω) antecapere, præuenire, occupare. Tacitus, lib. 20, Quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. Salust. in Catil. Consul optimum factu ratus noctem quæ instabat, antecapere, nequid eo spacio nouaretur. Ibidem, Non famem aut sitim, neq; frigus, neq; lassitudinem opperiri: sed ea omnia luxu antecapere.

Antecapere multa. Sallust. Ac prius quàm legiones scriberentur, multa antecapere, quæ bello usui forent.

Antecapere tempus. Sallust. Maximeq; festinans tempus legatorum antecapere. Id est, legatos præuenire.

Anteceptus, participium, (προληφθείς) Liu. 5. ab Vrbe, 169, Non loco castris antecepto, non præmunito uallo.

Anteceptus, etiam legitur, si locus mendo uacat. Cicc. 1. de Natu. deor. 62, Quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem.

Antecedo] antecedis, pe. prod. anteceßi, anteceßum, (προέχωμαι,) antecedere, idem quod præcedere, hoc est, ante aliquem incedere. Cum datiuo uel accusatiuo construitur. Col. lib. 7. cap. 6. 8, Vt antecedat gregem. De magistro pecoris loquitur. Liu. 2. ab Vrbe, 26, Brutus ad explorandum, cum equitatu anteceßit. Cic. ad Atticum, lib. 8. 153. 7. & in Top. 26. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 4, Biduo me anteceßit. Cic. in Top. 47, Si huic rei illa antecedit, huic nō antecedit.

Antecedere

Antecedere quempiam itinere. Cæſar, 7. bel. Gal. 143, *Ne contra ſuam uoluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus anteceſſit.*

Antecedere, per metaphorã pro antecellere, ſuperare, excellere. Cic. 1. Off. *Quantũ natura hominis pecudibus reliquisq; beſtijs antecedit.* Cæſar, 3. bel. Gal. 378, *Et ſcientia atq; uſu nauticarum rerum cæteros antecedunt.* Cice. de Senect. 59, *Neq; enim ſolum honore antecedentibus.*

Antecedere alteri, uel alterũ ætate. Cic. de Claris Orat. 40. 56.

Antecedere aliquem ætate & uſu rerum. Cic. 6. Verr. 121.

Antecedere precio. Plin. lib. 16. cap. 4. 1, *Cedunt his murales uallares q;, & aureæ, quanquam precio antecedentes.* Id eſt, *precioſiores.* De coronis militaribus loquitur.

Antecedere (προέχειν,) *quia excellentiam ſignificat, ideo conſtruitur cum aduerbijs, quæ comparatiuo aut ſuperlatiuo adiungi ſolent, qualia ſunt, Vt & Ita, Multò & Longè.* Cic. 6. Verr. 124, *Vt quiſq; honore & ætate antecedit: ita primus ſolet ſua ſpõte dicere, & lõgè antecedere.* Idẽ, 1. Aca. 6.

Antecedere, cum accuſatiuo rei. Plaut. Pſeud, 7. 118, *Virtutem regis Agathocli anteceſſeris.*

Antecedere, dictum de tempore. Terent. Phorm. 3. 2. 40, *Iámne ea præteriit? D. non, uerũ ei hæc anteceſſit. Loquitur de præſtituta die.* Plinius, lib. 13. cap. 8, *Pomo antecedentis anni detracto.*

Cibũ ſemper antecedere debet exercitatio, ait Celſus, li. 1. ca. 2.

Antecedens participium, (προέχων,) *ut, Antecedens annus.* Plin. lib. 13. cap. 8. 1.

Antecedens dignitate. Cic. 2. de Inuent. 241.

Antecedens & inſequens cõtraria. Cic. Octauio, 5, *Et quæ non inſequẽs hora antecedente calamitoſior, Pop. Rom. illuxit?*

Antecedens abſolutè poſitũ nuſquã memini legere, niſi in puerorũ rudimentis grammaticis, & apud Dialecticos. Cice. de Parti. Orat. 4, *Alia ex antecedentibus, alia ex cõſequentib.*

Anteceſſus, huius anteceſſus, m. g. (πρόληψις,) *pro anticipatione poni uidetur à Sene. epiſt. 119, Bene credi tibi ſcio: itaq; in anteceſſum dabo.* Id eſt, *antequã debeatur.* Idem de Benefic. lib. 4, *Alijs poſt lõgam diem repono, alijs in anteceſſum.* Item Epiſt. 7, *Ex quibus duo tibi in debitum ſoluuntur: tertium in anteceſſum accipe.* Quint. declam. 12, *Profit, quod apud mercatores ſolet in anteceſſum dedi.*

Anteceſſor, (πρόδρομος,) *Verbale, Qui antecedit.* Hircius de bello Africano, lib. 5. 41, *Interim quũ iã Cæſar progreſſus eſſet è caſtris circiter millia paſſuũ tria, per ſpeculatores & anteceſſores equites nunciatur ei copias hoſtium haud longe à ſeſe uiſas.* Sueton. In Vitell. *Irruperant iam agminis anteceſſores, & ſingula rimabantur.*

Anteceſſio, Verbale, (πρόβημα) Cic. 1. Off. 19, *Cõſequẽtia cernit, cauſas rerum uidet, earumq; progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat.*

Anteceſſio in locis. Cice. in Topicis 26, *Quum tripertitò igitur diſtribuatur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionẽ, repugnantiam.*

Antecello,] *antecellis, antecellui,* (ὑπερέχω,) *antecellere, Præſtare, excellere.*

Antecello tibi hac re. Cic. 1. Off. 150, *Omnes participes ſumus rationis, præſtantiæq; eius, qua antecellimus beſtijs.*

Antecello illum hac re. Cice. pro Corn. *Qui eloquentia cæteros antecellis.*

Antecellere alijs in re aliqua: quod & præſtare dicitur. Cic. 1. de Inuen. 8, *Quare præclarum mihi quiddam uidetur adeptus is, qui qua re homines beſtijs præſtent, ea in re hominibus ipſis antecellit.*

Antecellere cum aduerbijs, ſicut dictum eſt de antecedere. Cice. de Senec. 59, *Quod ut quiſq; ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet.* Cic. 6. Verr. 105, *Quæ longè cæteris antecellunt.* Idẽ, pro lege Manilia, 9, *Facilè omnibus terris antecellat.* Vide Longè.

Antecellere longè uel multùm alicui rei ad honorem. Cice. pro Muræna, 26, *Non ſolũ illa gloria militaris ueſtris formulis atq; actionibus anteponenda eſt, uerumetiam dicendi conſuetudo longe & multum iſti ueſtræ exercitationi ad honorem antecellit.*

Antecelli. Author ad Herennĩũ, lib. 2. 87, An ad pares, hoc eſt, in eiſdem partibus animi, corporis fortunarum poſitos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur?

Antecellẽs, participiũ, (ὑπερέχων,) Ci. pro Muræna, 35, *Quim. Catulum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.*

Antecœnium,] προάριστον, *Quaſi ante cœnã: Cibus inter prandium & cœnam ſumptus: alio nomine Merenda.* Apuleius, lib. 2, *Prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia.*

Antecurſor,] πρόδρομος, *Verbale, ab ante & curſor.* Cæſar, 1. bel. Ciuil. 63, *Ibi cum antecurſoribus Cæſaris prælio cõmiſſo.* Idem, 5. bel. Gal. *Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſſi aduentu certior eſt factus.*

Antedico,] pen. prod. *antedicis, antedixi, antedictum,* (προείπω,) *antedicere, Prædicere.* Cic. 2. de Diuinat. 26, *Hæc qui antedicunt, quam rationem ſequantur, uides.* Idem, 1. Philip. 19, *Atq; ego hoc dico de futuris: quod eſt augurum, antedicere ea quæ uitari poſſunt.*

Antéeo,] *anteis, anteiui,* (πρόειμι,) *anteire, Præcedere, ſiue antecedere.* Cic. 2. Off. 34, *Barbarũ diſtricto gladio iubebat*

Anteire uehiculo. Sueton. in Auguſto. (anteire.

Anteire uentos. Silius, lib. 16. 113.

Anteire, per Metaphorã pro Antecellere & anteponi. Plaut. Amph. 8. 17, *Virtus omnibus rebus anteit profectò.* Virg. 2. Aeneid. 17. *Qui candore niues anteirent, curſibus auras.*

Anteire cæteris uirtute. Cic. 2. Off. 52.

Anteire claritudine generis. Tacit. lib. 12.

Anteire ætate, id eſt, ætate præcedere, maiorẽ natu eſſe. Cic. 9. Phil. 257, *Sed quum Seruius Sulpitius ætate illis anteiret.*

Anteiri ab alijs. Tacitus, lib. 18, *Ne ab alijs apud Vitelliũ anteirentur, peruertiſſe ipſum Vitellium uidentur.*

Anteexpectatum] πρὸ τοῦ προσδοκωμένου, *Aduerbium temporis.* Virg. 3. Georg. 70,

Anteexpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris. Vbi Seruius, *Anteexpectatũ, dicto citius: id eſt, ante q̃ eius expectetur aduẽtus.* Et eſt una pars orationis, hoc eſt, aduerbiũ.

Antefactum,] προπεπραγμένον, Liu. 7. bel. Maced. 216, *Vos modo id dicere & conueniens eſſe antefactis, dicent.* Videtur eſſe ὑφὲν, *ut legatur ſic, antefactis.*

Antefero,] penul. corr. *antefers, antetuli, antelatum,* (προτιμάω,) *anteferre.* Virgil. 6. Aeneid. 136,

Dixit, & antetulit greſſum.

Anteferre, Præferre, anteponere. Cic. 3. Tuſcul. 84, *Tenuem uictum antefert copioſo.* Sic. 4. de Finib. 99.

Anteferre alterum alteri de toto iure pacis & belli. Cicer. pro Corn. 36.

Antelatus, (προτετιμημένος,) *participiũ ab anteferor.* Cic de Prouincijs conſularibus, 21, *Quum ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus.* Idem pro Domo ſua, 91.

Anteferendo. Horat. 2. Epiſt. 1. 4,

Te noſtris ducibus, te Graijs anteferendo Aeſtimat.

Antefixa] *quæ ex opere figlino tectis affiguntur ſubſtillicidio.* Feſtus.

Antegenitalis,] pen. prod. adiectiuum, (προγεννητικός,) *quaſi ab Ante genitus factum.* Plin. lib. 7 cap. 55, *At quanto facilius certiusq; tibi quinq; credere, ac ſpecimen ſecuritatis ante genitali ſumere experimento?*

Digitized by Google

Antegestum] Paulus in l. quoties. D. de pecul. Notandum autem, quòd quiuis creditor cũ uenditore ex antegesto agere potest, sed & ipse emptor.

Antegredior,] antegrederis, antegressus sum, (προκατάρχω,) antegredi, pen. corr. ex ante & gradior: significat præcedere. Cic. 2. de Natu. deor. 77, Lucifer Latinè dicitur, quũ antegreditur Solem: quũ subsequitur autem, Hesperos. Idẽ, de Fato, 30, Sed interest inter causas fortuito antegressas. Idem, 1. Off. 133, Quicquid enim est quod deceat, id tum apparet, quum antegressa est honestas.

Antehabeo,] antehabes, antehabui, antehabitum (προτίθημι) antehabere, Præferre. Tacitus, lib. 4, Peteremq; ab ijs quorum in manus cura nostra uenerit, ne diuulgata atq; incredibilia auidè accepta, ueris, neq; in miraculum corruptis antehabeant.

Antehac,] πρότερον, Aduerbium temporis, id est, ante hoc tempus: quasi ante hæc. Cic. Cornificio, lib. 12. 23. 7, Atq; antehac quidem sperare saltem licebat: nunc etiam illud ereptũ est. Terent. And. 1. 2. 16, Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Vbi Donatus, Antehac, pro ante hæc, cõsuetudine magis, quàm ratione dicitur.

Vsq; antehac. Vide Vsq.

Antehac nunquam Terent. And. 5. 4. 14.

Antehac, pro ante illud tempus. Sallust. in Catil. Sic erat accẽsa libidine, ut sæpius peteret uiros, quàm peteretur, sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat.

Anteloquium,] πρωτολογία, Primus in loquendo locus, seu principatus loquẽdi. Marc. Hic assensi omnes, Prætextato anteloquium detulerunt. Id est, primas loquendi uices, ait Budæus. Idem, Sed & Eustathius, & post hunc Nicomachus meminerint crastina dissertatione seruari sibi anteloquij functionem.

Antelucanus,] adiectiuum, pen. prod. (λυκαυγής, ἀμφίλυκος,) Quod est uel fit ante lucem. Cic. ad Catonẽ, lib. 15. 4. 25, Ex antelucano tẽpore usq; ad horam diei decimam magna multitudine hostium occisa cœpimus. Sic Varro, de Re rust. lib. 1. cap. 13. 2. Cels. lib. 4. cap. 3.

Antelucanæ cœnæ. Cic. in Catil. 42, Quorum omnis industria uitæ et uigilãdi labor in antelucanis cœnis expromitur. Antelucanas cœnas, inuidiosè dixit, pro cœnis quas à principio noctis ad ortum ferè solis producebat Catilina cum socijs.

Antelucana officia. Plin. epist. 56. 4.

Antelucana lucubratio. Colum. lib. 11. cap. 2. 9.

Antelucana industria. Cic. 4. Tuscul. 67, Cui non sunt auditæ Demosthenis uigiliæ: qui dolere se aiebat, siquando opificũ antelucana uictus esset industria.

Anteludium] ludij, n. g. Apuleius, lib. 11, Ecce pompæ magnæ paulatim præcedunt anteludiæ, &c.

Antemalorum,] πρόσθεν κακῶν, Figuratè dictum, pro eo quod est, malorum anteactorum, id est, præteritorum: sicut apud Terẽtium, Semper lenitas, pro Perpetua lenitas. Virg. 1. Aeneid. 41,

Neq; enim ignari sumus ante malorum. Vbi Serulus, Ante malorũ, ὑφ' ἓν est: Vt alibi, Cœli subter labentia signa.

Antemeridianus,] pen. prod. (προμεσημέριος,) adiectiuum, quod est uel fit ante meridiem. Plin. lib. 36, cap. 15. 17, Antemeridiano ludorum spectaculo edito.

Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi. Hoc est quæ mihi ante meridiem redditæ fuerant. Cic. Attico, lib. 13. 28 1. 1. **Antemeridianus sermo**. Cic. 3. de Orat. 13.

Antemnę,] ἀντέμναι,) Antemnarum, urbs Italiæ: de qua sic Virgilius, lib. 7. 127,

Quumq; adeò magnæ positis incudibus urbes
Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
Ardea, Crustumeriq;, et turrigera Antemnæ. Vbi Seruius, Turrigeræ, bene muratæ. Antemnæ autem dictæ sunt quod eas amnis præterfluit, quasi ante amnem positæ.

Antemus,] untis. (ἀντεμῦς) Fluuius est Colchidis, Coraxos urbem præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

Antenna,] antennæ, (κεραία,) Lignũ per transuersum in malo positum, in quo uelum alligatur. Plin. lib. 7. cap. 56, Vela Icarus, malum & antennam Dædalus. De rerum inuentoribus loquitur. Item lib. 2. cap. 37. 1. Liu. 10. bel. Pun. 39, Malis antennisq; de naue in nauẽ traiectis. Cic. 3. de Ora. 99.

Antennam demittere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 2.

Disiectare antennas. Lucret. lib. 12. 112.

Gemunt antennæ. Horat. 1. Carm. ode 14. 1.

Antennis subnectere uelum. Ouid. 11. Metam. 97.

Pressæ antennæ. Senec. in Oedipo, 11. 1.

Velatæ antennæ, & Antennæ cornua obuertere. Virg. 3. Aene. 110, Cornua uelatarum obuertimus antennarum.

Antenor,] pen. prod. (ἀντήνωρ,) huius Antenoris, pen. cor. Troianus fuit patriam prodidisse existimatus: quia & legatos qui propter Helenam uenerant, susceptit hospitio, & Vlyssem habitu falso cognitum, non indicauit. Hinc Venetiam uenit, urbemq; in ea condidit Antenoream primò dictam, à qua Antenoridæ nocitati: postea Patauium, hodie Paduam, Virg. 1. Aeneid. 50,

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus. Ouid. 4. Fast. 15,
Adijce Troianum suasorem Antenora pacis.

Antenoreus lar. Mart. lib. 1. 72. ad Flac.

Anteoccupo,] anteoccupas, pen. corr. (προλαμβάνω,) Anteoccupare, Præoccupare. Cic. in Orat. 76, ut anteoccupet quod putat opponi. Fortasse rectius legeretur si disiunctim.

Anteoccupatio, (πρόληψις,) Verbale. Vide Occupatio. Cic. 3. de Orat. 113.

Antepagmenta,] Vide Antipagmenta.

Antepilani,] pen. prod. plurali numero. Liu. 8. ab Vrbe, 38, Hoc triginta manipulorum agmẽ Antepilanos appellabãt: quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisq; tres partes habebat: earum unamquamq; primum pilum uocabant, tribus ex uexillis constabat: uexillum cẽtum octoginta sex homines erant. Idem, Nã & rorarij procurrebant inter antepilanos.

Antepono,] anteponis, pen. prod. anteposui, antepositum, (προτίθημι,) anteponere, Ante aliquẽ apponere. Plaut. Curcul. 2. 73, Quid antepones Veneri à ientaculo?

Anteponere, per metaphoram, præferre, præponere. Cic. in Lelio, Vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis.

Antequam] pen. cor. (πρὶν ἄν, πρὶν ἤ,) Aduerbiũ tẽporis, quod modò iunctũ legitur, modò disiunctum, aliquo scilicet interiecto. Iunctũ, cõstruitur cũ subiunctiuis. ut Antequã ue nisses. Cic. 1. Philipp. 1, Antequã de Rep. P. C. dicã. Disiunctum cũ finitiuis, id est, indicatiuis. Virg. 4. Aeneid. 6,

Ante pudor quàm te uiolo, aut tua iura resoluo. Author est Diomedes: & ita legendum illud Virgilianũ cõtendit Pierius. Illa tamẽ differentia (nisi fortè corrupta sunt authorũ loca) nõ semper obseruatur. Nã & cõiunctim indicatiuo etiã, et separatim cõiunctiuo additũ quoq; legitur. Cic. pro Murena, Antequã pro Murena dicere instituo. Idẽ, Attico, Antequã discedimus. Idẽ, 4. Act. 16. Virg. in Georg.

Ante nouis rubeant quàm prata coloribus. Cic. pro Rabirio, Quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses.

Nunquam, antequam. Cic. in Parad. 57, Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones, &c.

Anteris] pen. prod. dis. (ἀντήρεις) Lignum, uel pila structurã inclinatam

inclinatam fulgens, Tibicen latinè dicitur: ut,

Nos urbem incolimus tenui tibicine fultam. Sunt etiã anterides, ſtructuræ lapideæ, ædificia editiora utrinq; fulcientes, qui arcus obtinentes uulgò uocantur. Sublica uertitur à Valla. Bud. & Cæl. lib. 16. cap. 11. Eriſmæ etiam Vitruuio dicuntur, lib. 6. cap. ult. Galli uocant Arc boutant, uel pilier boutant.

Anterior,] *& hoc anterius, (ἐμπρόσθιος,) Comparatiuum, teſte Priſciano, ab Ante formatum, ſine ſuperlatiuo. Significat autem quod ante eſt, ſiue quod præcedit. Vnde & nonnunquam pro priore accipitur.*

Antermini] *Vide* **Amtermini**. *Nam rectius prima per m ſcribitur.*

Anteros] *Anterotis, pen. corr. (ἀντέρως,) Gemma eſt è genere Laſpidum, ad uiciniam cryſtalli deſcendens, albicante pur puræ deiectu. Has quidam malunt pederotas uocari, multi Veneris gemmam, quod maximè uidetur decere & ſpecie, & colore extremo gemmæ. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10.*

Anteros] *pen. corr. (ἀντέρως,) huius Anterotis, pen. prod. Veneris & Martis filius. Cic. lib. 3. de Natur. deor. 80.*

Antes,] *antium, plurale tantum, m. g. Virgil. 2. Georg. 84,*

Iam canit eſſætos extremus uinitor antes. Vbi Seruius, Antes, alij extremos uinearum ordines accipiunt: alij macerias, quibus uineta clauduntur. Dicuntur autem antes, à lapidibus eminẽtioribus, qui interponuntur ad maceriã ſuſtinendam. Nam propriè antes ſunt eminentes lapides, uel columnæ ultimæ quibus fabrica ſuſtinetur, et appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντίσασθαι: ad quam etymologiam etiam extremos ordines uinearum poſſumus trahere, quia anteſtant.

Anteſignanus,] *pen. prod. (πρόμαχος,) Sipontinus, Anteſignani dicti ſunt milites, qui ante ſigna in acie conſtituuntur. Cæſar, 1. bel. Ciui. 169, Vnius legionis anteſignanos præcurrere atq; occupare eum tumulum iubet. Liu. 2. ab Vrbe, 87. Ci. 2. Philip. 79, Fueras in acie Pharſalica anteſignanus.*

Anteſto,] *anteſtas, anteſteti, (πρόϊσαμαι,) anteſtare, Propriè ſtare ante: ſed per metaphoram pro antecellere accipitur. Cice. 2. de Inuent. 123, Crotoniatæ multum omnibus corporũ uiribus, dignitatibus anteſteterunt. Gellius, lib. 2. cap 7, Hiſtrio in terra Græca fuit fama celebri, qui geſtus & uocis claritudine & uetuſtate cæteris anteſtabat.*

Anteſtare cũ accuſat. Apu. Qui rolore cæteros anteſtabat.

Anteſtor,] *anteſtaris, anteſtatus ſum, deponens, (μαρτύρομαι) anteſtari, Ex ante & teſtor cõpoſitum. Eſt aũt ex more antiquo Romanorũ eius uerbi hæc ſignificatio. Qui aduerſario manũ inijcere uolebat, ut in præſentia illum in ius traheret, uidelicet quia ipſi eum uadenti non paruiſſet: primum aliquem de præſentibus anteſtabatur: hoc eſt, teſtẽ capiebat, eius auriculam tangens, & ſic interrogans, Licéne anteſtari? Si ille reſponderet, Licet: tum iniecta manu aduerſarium ad prætorẽ pertrahebat. Et niſi ſic anteſtatus eſſet, qui manus inijcere aduerſario uolebat, iniuriarũ poterat accuſari. Ex Acrone & Porphyrione in Horatium: cuius uerba hæc ſunt, lib. 1. Serm. Saty. 9. 16,*

——& quo tu turpiſſime magna
Exclamat uoce, Et licet anteſtari? ego uerò
Oppono auriculã, rapit in ius. Sic ſæpe Plaut. Perſ. 11. Idem Curcul. 14. 23. Idem Pœnu. 18. 58, (10.

——ite in ius, ne moramini,
Anteſta me atq; duce. AG ego te anteſtabor: poſtea
Hanc amabo atq; amplexabor. Id eſt, me uoca teſtẽ, inquit Budæus, & aduocatum. Nonnulli anteſtari & atteſtari pro eodem accipiunt.

Anteuenio,] *anteuenis, pen. corr. anteueni, pen. prod. anteuentum, (προφθάνω,) anteuenire, idẽ quod aliquẽ præuenire. Sallu. in Iugurtha, Magnis itineribus Metellũ anteuenit.*

Anteuenire, Eſt etiam alicui malo nobis imminenti occurrere. Plaut. Milit. 5. 66, Viden' hoſtes tibi adeſſe? Et paulo pòſt, Anteueni aliqua. Salluſt. Explorare itinera regũ: conſilia & inſidias eorum anteuenire.

Anteuenire, abſolutè poſitum. Plaut. Trinum. Tempori huc hodie anteueni.

Anteuenit beneficium. Tacit. lib. 4, Nam beneficia eo uſq; lætæ ſunt, dum uidentur exolui poſſe: ubi multum anteuenere, pro gratia odium redditur.

Anteuenire per metaphorã, pro antecellere, præſtare. Plau. Caſin. 5. 2, Omnibus rebus ego amorẽ credo, et nitorib. nitidis Anteuenire. Salluſt. in Catil. Etiã homines noui, qui antea per uirtutem ſoliti erant nobilitatem anteuenire.

Anteuerto,] *anteuertis, anteuerti, anteuerſum, (φθάνω,) anteuertere, Præcedere. Cice. pro Milone, 34, Vidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuuium illo ipſo quo profectus eſt die, itaq; anteuertit. Idẽ, 2. de Natur. deor. 77, Neq; à Sole longius unquam unius ſigni interuallo diſcedit, tũ anteuertens, tum ſubſequens.*

Anteuertere alicui. Terent. Eunuc. 4. 5. 12, Miror ubi ego huic anteuerterim.

Anteuertere, per metaphorã pro occupare, & præuenire. Cæſar, 7. bel. Gal. 25, Qua re nunciata, Cæſar omnibus cõſilijs anteuertendum exiſtimauit. Tacitus, Damnationem ueneno anteuertit. Hæc Budæus.

Mœrores mihi anteuertunt gaudijs. Plaut. Cap. 13. 71.

Anteuertere, Præferre, præponere. Plaut. Bach. Rebus alijs anteuortam Bacchis quæ mandas mihi.

Anteuertere, etiam relatum ad ſermonẽ. Cic. in Lælio, 15, Atq; idipſum quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit.

Anteuolo,] *anteuolas, pen. corr. (προϊπτάμαι,) anteuolare. Stat. 3. Thebaid. 85,*

Fama Anteuolat currum. Virg. 9. Æneid. 10,
——anteuolans tardum præceſſerat agmen.

Anteuorta,] *Dea Romanorum, dicta, quòd futura proſpiceret.*

Anteurbanus] *adiectiuum, pen. prod. (προάστιος,) ut Anteurbana prædia, id eſt, urbi propinqua. Feſtus.*

Anteus] *Vide* **Antæus.**

Anthalium] *ἀνθάλιον, Malum eſt rotundum, magnitudine meſpili, in locis Aegypti arenoſis naſcens, non procul à Nilo, quod bellariorũ uicem in ſecundis menſis apud Aegyptios obtinẽt. Plin. lib. 20. cap. 15. Theophr. Anthali maliũ uocat, ab Anthalo planta, in qua naſcitur, quam Plinius Cyperi folia habere tradit.*

Antharis] *rex Longobardorum, Theolindæ maritus, cũ ſex regnaſſet annos, inſidijs domeſticorum apud Ticinum extinctus eſt, uenenato poculo. Author Paulus Diacon. de rebus geſt. Longobar.*

Anthedon] *penult. prod. (ἀνθηδών) Meſpili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, ſed odore præſtantius, & quod diutius ſeruetur. Flos amygdalæ flori ſimilis, ſõlum magna ex parte fiſſum, quod antequam decidat, ualde rubeſcit. Plin. lib. 15. cap. 20.*

Anthedon] *ἀνθηδών, Vrbs eſt Bœotiæ, habitata quondam à Thracibus: de qua Põpon. & Strabo, lib. 9. Sita eſt in extremo litore Bœotiæ, è regione Euboææ inſulæ. Vnde Homerus ἀνθηδόνα ἐσχατόωσαν, hoc eſt, ultimam, uel extremam Anthedonem appellat.*

Anthema] *ἄνθεμα, Saltatio quædã idiotarũ erat, quã ſaltantes ſic ferè pronunciabant, Vbinã mihi roſæ? Vbi uiolæ? ubi apta floremus? Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 4.*

Anthemis] *pe. corr. quia Græcè ſcribitur ἀνθεμίς, anthemi*

Digitized by Google

dis, ſ g. Aliquibus Eranthemon uocatur, quoniam uere floreat: alijs chamæmelon, quoniam odorẽ habeat mali, uulgo camomilla. De hac multa Plinius, lib. 22. cap. 21.

Anthemis] ἀνθεμὶς, Inſula eſt Thraciæ adiacens, quæ & Imbraſus aliquando uocata fuit, & Parthenia, à Parthenio fluuio. Notiore nomine Samothracia appellatur. Strabo, li. 10.

Anthemus] untis (ἀνθέμους) Flumẽ eſt in Colchica regione, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

Anthemuſia] ἀνθεμουσία, Oppidum eſt Meſopotamiæ, ad Aborrham flumen ſitum. Strabo, lib. 16.

Antherícus] ἀνθέρικος, Scapus eſt, ſiue caulis Aſphodeli herbæ, quam Haſtulam regiam quidã hodie appellant. Plin. lib. 22. cap. 22.

Antherícum metere, prouerbiali figura dicebãtur, qui laborẽ inanem, ac ſterilem caperent. Antherícus enim herbæ genus eſt, quod meti non poteſt, ſed uellendum manibus neceſſe eſt, uelut & linum. Eraſm. Chiliad.

Antherínus] i, Sculptor inſignis fuit, è Chio inſula, cuius filij Bupalus & Antherinus clariſſimi in ea ſcientia fuere. Plin. lib. 36. cap. 3.

Anthes] ἄνθης, Proprium uiri nomen, qui (ut author eſt Strabo, lib. 8.) condidit Halicarnaſſum.

Antheus] Fuit Antenoris filius, quem Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine dictus eſt unus è ducibus Aeneæ: de quo Virg. 2. Aeneid. Anthea, Sergeſtumq; uidet. Fuit & hoc nomine ſtatuarius quidã ſatis probatus. Olympiade centeſima quinquageſima quinta. Author Plin. lib. 34. cap. 8. Item alter medicus, qui ex caluaria ſuſpendio interempti catapotia fecit contra canis rabidi morſus. Plin. lib. 28. cap. 1.

Anthia] ἄνθεα, Vrbs fuit propinqua Pylo, ſub ditione Agamemnonis, una earum quas ille Achilli obtulit, ut ſecum in gratiam rediret. Author Homerus, lib. 9. Iliad.

Anthias] ἀνθίας, Piſcis nomen eſt, qui circa Chelidonias Aſiæ inſulas capitur: cuius naturã uide apud Plin. li. 9. ca. 59.

Anthinum] mel (ἀνθινὸν μέλι) uocatur, quod Vere factũ eſt, quoniã ex floribus ſaui conſtruuntur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel uerò æſtiuum uocatur ὡραῖον, quòd Græci omnes fructus æſtiuos nominãt ὡραίους. Plin. lib. 11. cap. 14.

Anthis] dos, & Stagonion, meretriculæ quædam fuerunt, Aphiæ cognominatæ, quòd minutula ſorent, albaq; ac oculis grandioribus, ut ex Apollodoro refert Cæl. lib 8. ca. 19.

Anthium] ἄνθεον, Oppidum Thraciæ, de quo ſic Plin. in Thraciæ deſcriptione, Aſtice regio (inquit) oppidum habuit Anthium, nunc eſt Apollonia.

Anthius] ἄνθιος, Id eſt, Floridus Bacchus: Athenis cultus fuit, Patrenſes quoq; Anthei Dionyſij ſimulachrum habuere: ut Pauſan. docet. Catullus,

At pater ex alia florens uolitabat Iacchus. Vnde & illi Anthinæ ueſtes, ut Phurnutus & Diodorus notant, aſcribuntur.

Anthologica] corum, pen. corr. n. g. (ἀνθολογικὰ) Libri de florib. tractantes. Plin. lib. 21. cap. 3, De florib. extra ſupradictos ſcripſit Theophraſtus apud Græcos. Ex noſtris autem inſcripſere aliqui libros anthologicôn.

Anthores] Nomen eſt proprium uiri, de quo Virgil. libro 10. Aeneid.

Egregium Anthorem, latus & inter ilia figit,
Herculis Anthorem comitem, &c.

Anthrax] anthracis, & Græcè anthrácos, penul. prod. (ἄνθραξ,) Carbo. Sic uocatur item abſceſſus quidam ex atra bili, rubore ſubluuido, cuo non aliud petus. Latini carbunculũ uocant. Ex Lexico Græco. Vnde anthracites gemma, apud Plinium, lib. 37. cap. 7. 6.

Anthracinus, adiectiuum, pen. corr. (ἀνθρακῖνος,) à nomine anthrax deriuatũ: antiquì pro atro dixerunt. Vnde Anthracinæ ueſtes, id eſt, lugubres. Varro, de Vita Po. Ro. lib. 3. Propinquæ adoleſcentulæ etiam anthracinis, proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur luctum. Ex Nonio.

Anthracina fortuna. Plaut. Rud. 13. 47. aliter Anatina.

Anthriſcum] ἀνθρίσκον, Herba eſt ſcandici adeò ſimilis, ut eadem uideri poſſet, niſi tenuioribus et odoratioribus foliis ab ea diſtingueretur. Peculiaris eius laus eſt, quòd fatigato Venere corpori ſuccurrat, iamq; ſenio marceſſentes coitus excitet, & alba fœminarum ſiſtat profluuia. Plin. lib. 20. cap. 15.

Anthropomorphitæ] ἀνθρωπομορφῖται, Dicti ſunt qui ſimplicitate ruſtica, Deum ἀνθρωπόμορφον eſſe, hoc eſt, humanam formam & membra habere, arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæreſis. Vide Cæl. lib. 8. cap. 19.

Anthropomorphon] ἀνθρωπόμορφον, à Pythagora dicta eſt herba quædam ſomnifera, quam alio nomine Mandragoram appellamus: ab humana nimirum forma impoſito nomine, quam radix eius utcunq; uidetur imitari.

Anthropos] pen. prod. (ἄνθρωπος,) Latinè homo interpretatur, Inde,

Anthropophagi pen. corr. populi Scythiæ, Græcè ἀνθρωποφάγοι, qui carne humana ueſcebantur. Plin. lib. 6. cap. 17. 4. Strabo, lib. 4.

Anthus] ἄνθος, Auis eſt, quæ aduentu equorum herbæ pabulo pulſa, ut iniuriam ulciſcatur, hinnitum irridendo imitatur. Plin. lib. 10. cap. 42.

Anthyllion] ἀνθύλλιον, Herba eſt lenti ſimillima, quæ in uino pota, ueſicam uitijs liberat, & ſanguinem ſiſtit. Plin. lib. 26. cap. 8.

Anthyllis] ἄνθυλλις, Herba eſt chamæpityos ſimilitudine, flore purpureo, graui odore radice intubi. Plin. li. 26. ca. 8.

Antia] Leontino teſte, filia fuit Amphianaſſæ, & uxor Prœti Argiuorũ regis, Abantis filij. Vide Bocatium, lib. 2. cap. 31.

Antia] 'ex ne quiſpiam foris cœnaret. Eam tulit Antius Reſtio, qui ne legem ſuam contemnere uideretur, nunquam foris cœnare uoluit. Macro. lib. 3. cap. 17. Gell. lib. 2. cap. 24. Lex deinde Antia præter ſumptum æris, id etiam ſanxit, ut qui magiſtratus eſſet, magiſtratumúe capturus eſſet, ne quo ad cœnam, niſi ad certas perſonas, itoret.

Antiæ] antiarum, (παρομίδες,) muliebres capilli demiſſi in frontem, appellati ex Græco uidentur: quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt. Feſtus.

Antiatæ] ἀντιάται, Dicti ſunt populi Italiæ, qui Antium urbem Latij maritimã incolebãt. Apud hos fuit inſigne Fortunæ templũ, quã Antiatẽ Fortunã uocauere. Hora. li. 1. Carm.

O diua gratum quæ regis Antium. Antiatæ plurimum claſſe ualebant, cuius rei indicio id eſſe poteſt, quòd deleto à Romanis Antio, roſtra nauium in foro affixa nomen fecerunt loco, unde ad populum cõcio habetur ſolet. Vide Liuium, 1. Decad. lib. 6.

Antiatem] Deam, Fortunam uocamus. Sueton. in Caligula, Antiatam dicere uidetur, uel potius Antiatenam. Codices enim uariare uidemus. Scribit Macrobius, ſe apud Antium uidiſſe promouere ſimulachra fortunarũ, ad danda reſpõſa.

Antibacchiæ] Inſulæ ſunt in ſinu Aethiopico, Bacchijs oppoſitæ, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Antibacchius] pen. prod. (ἀντιβακχεῖος,) Pes metricus, Bacchio contrarius: conſtat enim duabus longis, & ultima breui, ut Audite. Alio nomine Palimbacchius dicitur.

Antica] pen. prod. Seruius in Virgil. eclog. 8, Augures deſignant ſpacia lituo, & eis dant nomina: ut prima pars dicatur antica, poſterior poſtica: item dextra & ſiniſtra. Varr. 6. de

Digitized by Google

6. de Lingua Lat. Eius templi partes quatuor dicuntur: Sinistra, ab Oriente: Dextra ab Occasu, Antica ad Meridiem: Postica ad Septentrionem. Loquitur de templo augurali.

Anticanis] Vide Antecanis.

Anticantharus] ἀντικάνθαρος, A quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agreste uocant.

Anticategoria,] pe. corr. (ἀντικατηγορία,) Latinè dici potest recrimmatio, siue mutua accusatio. Et est genus cõtrouersiæ iudicialis. Quintil. lib. 3. cap. 12, Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem, quæ ἀντικατηγορία uocatur. Et paulo pòst, Duo erũt genera eius, alterũ quo litigatores idẽ crimẽ inuicẽ intentant: alterũ, quo aliud atq; aliud.

Anticato] ἀντικάτων, liber Cæsaris cõtra Catonem. Quintil. lib. 1.

Anticellium] Herba est lenti similima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

Antichir] ἀντίχειρ. Vide Pollex.

Antichresis] ἀντίχρησις, Mutuus usus. Sic enim is cõtractus dicitur, quo pignus ita datur, ut quoad debitor satisfaciat, creditor eo utatur fruatur usuræ nomine. Martian. in l. 33. D. de pignorat. action.

Antichthones] pen. corr. (ἀντίχθονες) Plinio, cap. 22. li. 6, Populi ad Taprobanen insulã habitantes: in zona hyemali. Dicti ab ἀντὶ, quod est contra: & χθὼν, id est, terra: quòd cõtraria parte aduersis uestigijs stent cõtra nostra uestigia. Alio nomine Antipodes appellãtur. Martianus tamen Antichthones separat ab Antœcis & Antipodibus. Qui de re Macrobius, 2. de Somnio Scipionis: & Plinius, ca. 65. li. 2. Sunt uerò nonnulli qui credant fabulosa esse omnia, quæ de Antipodibus ab alijs sunt relata, ut Augustinus, cap. 9. lib. 16. de Ciuitate Dei: & Lactantius, cap. 24. lib. 3. Diuinarũ institutionum. His assentitur Lucret. lib. 1. Alij altius intelligunt, ut inquit Seruius in 6. Aeneid. qui sub terra esse inferos uolũt, secundũ Chorographos & Geometras, qui dicũt terrã σφαιροειδῆ esse, quæ aqua & aere sustentatur. Quod si ita est, ad Antipodes potest nauigatione peruenìri: quia quãtũ ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. Hinc est quòd terrã esse inferos dicimus: quãquam illud sit, quia nouẽ cingitur circulis. Tiberianus etiã inducit epistolã uento allatã ab Antipodibus, quæ habet, Superi inferis salutẽ. Sunt, ut etiam Strabo retulit, lib. 1. qui Orientis extremi, & maximè ad Occasum inclinatæ regionis incolas, quales sunt Indi atq; Hispani, Antipodas esse contendant. Ratione cõsimili Antipodas esse, qui tum extremam Meridici, tum Septentrionis partem ultimã incolunt. De his & Cicero Academicarum quæstionum lib. 4, Nónne etiã dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduersis uestigijs stent contra nostra uestigia, quos Antipodas uocatis? Declinatur autẽ Antipus, penult. corr. Antipodis, uel Antipodos.

Anticipo,] anticipas, pen. corr. (προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω,) Anticipare posuerunt ueteres pro præuenire: hoc est, antecapere. Cic. Attico, lib. 8. 166. 3, Quid igitur profícis, qui anticipes eius rei molestiã, quàm triduo sciturus sis? Sueton. in Claudio Cæsar, cap. 21, Fecit & seculares ludos, quasi anticipatos ab Augusto. Cic. 1. de Natur. deor. 102, Primum quod ita sit informatum, anticipatũ mentibus nostris, ut homini quum de Deo cogitet, forma occurrat humana.

Anticipare mortem. Trãquillus, Quũ audisset unũ ex ijs T. Carnuliũ, anticipasse mortẽ, exclamauit, Carnulius me euasit.

Anticipare uno die. Plin. lib. 2. cap. 47. 6.

Anticipatio, (πρόληψις,) Verbale. Cic. 1. de Nat. deor. 62, Quæ est enim gens, aut quod genus hominũ, quod nõ habeat sine doctrina anticipationẽ quandã deorum, quã appellat πρόληψιν Epicurus: id est, anteceptam animo rei quandam informationẽ, sine qua nec intelligi quicquã, nec quæri, nec disputari potest? Anticipatio à Seruio dicitur figura, quæ Græcè prolepsis. Hãc alij præsumptionẽ appellarũt. Vide Prolepsis.

Anticlea, æ] pen. prod. (ἀντίκλεια) Fuit mater Vlyssis, quæ quũ duceretur ad Laertæ nuptias, ab Sisypho latrone Aeolì filio, capitur & constupratur. Alij dicunt, quũ Laertæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & (ut multi putant) ex eo Vlyssem concepisse. Quod Aiax apud Ouidiũ, 13. Metamorph. uitio uertit Vlyssi,

—& sanguine cretus Sisyphio.

Anticragus] ἀντίκραγος, Mons Lyciæ, Crago oppositus, teste Strabo. lib. 14.

Anticum] Veteres etiã pro ianua posuere anteriore. Festus.

Anticyra] pen. corr. (ἀντίκυρα,) Insula ad sinũ adiacẽs Malleacum & Oetam montem, cuius meminit Strabo, lib. 9. ubì authore Plinio, helleborum tutissimè sumitur. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 3. 11,

I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra.

Vnde quoties insanum hominẽ significare uoluerunt, Anticyra egere scribunt. Horatius in Arte poetica, 62,

Si tribus Anticyris, &c. Idem, lib. 2. Serm. Saty. 3. 33,

—uerum ambitiosus, & audax,
Nauiget Anticyram. Ibidem paulò antè, 17. Est & Anticyra, ciuitas iuxta Cyrram in Phocide regione, in Corinthium conuersa sinum: ab Anticyreo quodam Herculis ætate, Caparissus ab Homero dicta.

Anticyricon] ἀντικυρικόν, Sesamoidis herbæ species, similis Erigerõti, quæ in Anticyra insulà crescit. Plin. li. 22. ca. 25.

Antideo] antidis, penult. corr. antidire, pro Anteire, apud antiquos. Plaut. Perf. 20. 1,

Qui sunt, qui fuerunt, quiq; futuri sunt posthac, ego
Solus omnib. antideo facilè miserrimus hominũ. Vt uiuã.

Antidorum,] antidori, pen. prod. (ἀντιδῶρον,) Latinè Remuneratio: quo nomine Vlpianus usus est in titulo de Petitione hæreditatis, Planè (inquit) si antidora acceperunt, dicẽdum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperũt: uelut genus quoddam hoc esset permutationis.

Antidotus,] antidoti, pen. corr. (ἀντίδοτος,) Remediũ, cõpositio ex uarijs medicinis, quæ datur contra uenena, alioqui nocitura. Et perinde sonat ac si dicas, contra datum: ab ἀντὶ & δίδωμι. Plin. lib. 20. cap. 3, A multis uerò antidoti uim habere in uino & oleo. Quint. lib. 7. cap. 3. 20, Ille datum ei uenenum dixit: sed se antidotum daturum.

Dare aliquid pro antidoto. Plin. lib. 32. cap. 4, Pro antidoto dari dicuntur. Gel. lib. 17. cap. 16, Huius regis antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios uocatur.

Antidotus] ἀντιδότος, Pictor fuit nobilis, Euphranoris Isthmij discipulus, qui maximè inclaruit discipulo Nicia Atheniensi: cui fuit peculiare diligentissimè mulieres pingere. Plin. lib. 35. cap. 11.

Antigenes] pen. corr. (ἀντιγένης) Puer fuit rusticus. Virg. in Daphnid.

At tu sume pedum, quod me cum sæpe rogaret
Non tulit Antigenes.

Antigenides] pen. corr. (ἀντιγενίδης,) authore Suida, Thebanus musicus tibicen, Philoxeni discipulus. Vide Gellũ, li. 15. cap. 17. & Valerium, lib. 3. cap. 7. de Fiducia sui.

Antigerio] Veteres pro Valde & pro statim utebãtur, quasi antequam res gereretur. Festus.

Antigone,] Antigones, pen. corr. (ἀντιγόνη,) Filia Laomedontis & Priami soror: quam ob superbiã formæ Iuno conuertit in ciconiã. Ouid. fabulã describit, lib. 6. Metam. 19. Fuit & alia Antigone, Oedipi regis Thebanorum filia, quæ

Digitized by Google

patri cæco, & à Creonte in exilium acto uiæ dux extitit, ut Seneca in Oedipo, & Statius in Thebaide testantur. Quam quũ postea iugulari fecisset Creon, Hæmon amator ad mortuæ tumulum se interfecit. Propert. lib. 2. ad amicum, 9.5.

Antigonia] ἀντιγόνεια, Oppidum Troadis, Romanorũ colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33. & Strabo lib. 13. Est præterea eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

Antigonus] pen. corr. (ἀντίγονος,) nomen proprium regis Macedonum, & Alexandri Magni frater, qui primus post Alexandrum in Asia regnare cœpit, & duodeuiginti annis regnauit. Est & hoc nomine author quidam apud Plin. lib. 35. cap. 10. qui de pictura scripsit.

Antigraphum] antigraphi, pen. corr. (ἀντίγραφον,) quod ex archetypo effictum est, de tabula ad imitationem alterius depicta.

Antigrapheus] pen. corr. uel quatuor syllabarũ. (ἀντιγραφεύς,) Antigraphei dicebantur à Græcis obseruatores illi, quos uulgò cõtrarctulatores dicũt: actaq; eorũ ἀντίγραφα, quasi contra scripta. Nos antigrapharios appellare possumus. Hos Cicero custodes appellat, in oratione pro lege Agraria contra Rullum, & de Reditu suo: & Vlpianus, l. iij. de administratione tutorum. Budæus.

Antilegomena] ἀντιλεγόμενα, Latinè quasi dicas, cõtradictiones. Plin. 20. ca. 8. Petronius, qui Antilegomena scripsit.

Antilena, æ] pen. prod. (προσηνίδιον) Qua pectus equi, aut iumenti siue alterius animalis cingitur: sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur. Sipontin.

Antilepsis] ἀντίληψις Græcis dicitur, quã Latini Intercessionem uel interiectionem nominant.

Antilibanus] ἀντιλίβανος, Mons est Libano oppositus, nõ procul à Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strabo. lib. 16.

Antilochus] pen. corr. (ἀντίλοχος,) Nestoris ex Eurydice filius interfectus in bello Troiano à Memnone Auroræ filio, ut tradit Homerus. Iuuenal. Saty. 10. 26. Horat. 2. Carm. ode 9. 3.

Antilogia] ἀντιλογία, Dici potest contradictio, refragatio, uel quasi contraria oratio.

Antimachus] pen. corr. (ἀντίμαχος,) Colophonius poeta Græcus. Is quum poema quoddã obscurũ in auditorio recitaret, atq; omnes præter Platonẽ (quòd minimè illud intelligerent) discessissent, Plato mihi (inquit) pro omnibus. Nã & poetis hoc quidẽ cõcedi potest, oratoribus minimè: quũ popularis sit illa facultas, illeq; tantum sit bonus orator, qui multitudini placet. Hæc Cicero. Catul. eleg. 90. 2,

At populus tumido gaudeat Antimacho. De eodem Plutar. in Lysandro.

Antimelon] ἀντίμηλον, Herba est Dioscor. quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimenis] dos, pen. corr. (ἀντιμενίδης) Mitylenius, Alcæi poetæ frater, quẽ Babyloniorũ socium idẽ Alcæus dicit magnum certamẽ peregisse, atq; eos ex maximis laboribus eripuisse, uiro pugnacissimo, & (ut inquit) regum luctatore interempto, ac solo relicto, & calamitate oppresso. Strabo, lib. 13.

Antimetabole] ἀντιμεταβολή, Latinè dici potest ex aduerso mutatio. Figura, qua uerba declinata repetuntur: ut, Nõ ut edam uiuo, sed ut uiuam edo. apud Catonem.

Antinoe] ἀντινόεια Stephano, Vrbs Aegypti: ita dicta ab Antinoo Adriani Anasio, ut scribit Hieronym. in Iouinianũ.

Antinomia] antinomiæ, pen. corr. (ἀντινομίαι,) inquit Budæus, non est quũ lex legi cõtraria est ipso iure, quia altera alteram tolleret: sed quum duæ leges casu colliduntur, & eo-

uentu. Quint. lib. 7. cap. 8, Proximum est de legibus cõtrarijs dicere, quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse, scripti & uoluntatis, status, &c.

Antinous] pen. corr. (ἀντίνοος,) Bithynicus, tanta tamq; eleganti fuit forma, ut Adrianus princeps, (à quo adamabatur) templum ei apud Mantineam constituerit, ut scribit Pausanias. Propert. 4. Eleg. 5. 2,

Penelopen quoq; neglecto rumore mariti
Nubere lasciuo cogeret Antinoo. Sic Ouid. 1. Epist. 19.

Antiochia] pen. prod. (ἀντιόχεια,) est Syriæ pars, ut author est Plin. in Syriæ descriptione, & item Pomponius.

Antiochus] pen. corr. (ἀντίοχος,) Horat. 3. Carm. ode 6. 8,

Pyrrhumq;, & ingentem cecidit Antiochum. Nomen fuit regũ Syriæ, ferè enim hoc nomine omnes uocati sunt, ut Antiochus Soter, Antiochus Deus, Antiochus Magnus, Antiochus Eusebius, de quibus Appianus copiosius in Syriaco, & Trogus. Fuit præter hos Antiochus Ascalonita, ex uetere Academia, dicendi peritissimus, Luculli præceptor, de quo Plutarchus in Lucullo: Ciceronis item & Bruti.

Antiopa] pen. corr. (ἀντιόπη,) Nyctei regis filia, & uxor Lyci Thebanorum regis, authore Lactantio. Hæc, ut ferunt fabulæ, propter formam à Ioue adamata est, ex quo Zethũ, & Amphionem suscepit. Propert. lib. 1. Eleg. 4. 2.

Antiopa, Comœdia Pacuuij. Perf. Saty. 1. 8,

Sunt quos Pacuuiusq;, & uerrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Antios] Id est, excruciatos. Festus.

Antipagmenta] ualuarũ ornamenta quæ antis appinguntur, hoc est, affiguntur. Festus. Alij Antepagmenta scribunt. Cat. c. 14. 2, Fullonicã unã, antepagmẽta, uasa, torcula duo.

Antiparastasis] ἀντιπαράστασις, Figura est quibusdam, habens confessionem quandã cõiunctã cũ maiori inficiatione.

Antipater] pen. corr. (ἀντίπατρος,) Iolai filius fuit è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, uir præter scientiã rei militaris, literatissimus, ut tradit Suidas. De hoc Antipatro scribit Plutarchus. Antipater alius Sidonius poeta nobilis, qui extempore innumerabiles penè uersus faciebat, ut testantur Cicero, & Quintilianus. Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Catonis Vticensis præceptor, ut author est Plutarchus in Catone. Alius itẽ Tarsensis philosophus, ut idẽ author est. Fuit itẽ sculptor egregius, qui Satyrũ in phiala grauatũ somno collocauisse uerius quàm cælasse dictus est. Plin. lib. 33. cap. 12. Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, uir maximus, & potẽtia præditus: de quo Volaterranus in historia Hierosolymitana. Fuit & Antipater Hieropolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorũ Seueri principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac magister epistolarum fuit, ut est author Philostratus.

Antipater] ἀντίπατρος, Iouis epitheton apud Theocritum in fistula, quòd hostili animo patrẽ regno exuerit, & ad inferos detruserit, ut apud Aeschylum innuit Prometheus.

Antipathes] ἀντιπαθὲς, Gemmæ nigræ species non translucentis: quæ in lacte decocta, experimentum myrrhæ simile facit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Antipathia] antipathiæ, pen. prod. (ἀντιπάθεια,) Plin. lib. 32. cap. 2, Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam uocãt, nihil est usquã uenenatius, quàm in mari pastinaca. Idem, lib. 34. cap. 15, A rubigine uindicatur ceruſa & gypso & liquida pice. Hæc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Loquitur de ferro.

Antipelargia] ἀντιπελάργωσις, Est mutua acceptorum beneficiorum compensatio. Græci enim ἀντιπελαργὸν uocãt,

de

Digitized by Google

de nobis benemeritis officiorum uicißitudinè reſpondere. Sumpta eſt metaphora à Ciconijs, quas illi πελάργους uocant. Illis enim naturalis quædam pietas inſita eſt, qua parentes ſenio defectos alunt, & cum ſub hyemem mutanda ſedes eſt, eos inter ſe medios recipiunt, & deficientes alis ſuſtinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiare uocauerunt.

Antiperiſtaſis] ἀντιπερίστασις, Latinè dicitur Circumobſtſtentia, reciprocatio, compreßio undiq; circunfuſa. Dicitur etiã Antiperiſtaſis in humano corpore, cùm è loco ſuperiore ſpiritus infra coercetur, & uice uerſa. Idq; fit per conſenſum & cognationem partium, & hoc per συμπάθειαν. Ex lexico Græco. Alij ſic, Antiperiſtaſis dicitur, per quam ubi calidum eſt, inde frigus expellitur: ubi frigidum eſt, inde calor extruditur. Hinc putei per hybernũ tempus calent: quia illò ſe calor contulit, cedens frigori ſuperiora poßidenti.

Antiphates] pen.corr. (ἀντιφάτης) fuit filius nothus Sarpedonis, ut eſt apud Virgilium, lib. 9. Aeneid. 142.

Fuit item Antiphates rex Læſtrygonũ, à quibus Vlyſſes, eiusq; ſocij ad unum diſcerpti eſſent, niſi funibus anchorarũ præciſis quamprimũ è portu ſoluiſſent, ſeſeq; in altum recepiſſent: quo ex periculo tamen non omnes naues ſeruatæ ſunt, ſed aliquot cùm uictoribus perierunt. Narrantur hæc ab Vliſſe Odyß. κ.

Antiphellos] ἀντιφελλος, Vrbs eſt, quæ quondã Habeſſus, atq; in receſſu Phellus nuncupata eſt. Plin. lib. 5. cap. 27.

Antipherna] ἀντιφερνα, Dicuntur ea quæ maritus conſtante matrimonio uxori ſuæ quaſi remunerãdæ dotis cauſa largitur. l. ult. C. de donat. ante nupt. Hotom.

Antiphilus] ἀντίφιλος, Pictor nobilis in Aegypto natus, qui à Cteſidemo didicit artẽ pingendi Gryllos, quos uocãt, ridiculo habitu. De hoc Plin. lib. 35. cap. 10. Fuit & Apellis quidam æmulus, qui, quũ apud Ptolemæum Apellem eſſet calumniatus quòd cum Theodota conſenſiſſet, qui à rege rebellionem fecerat, & à quodam coniurationis conſcio regi innotuiſſet, Apellem iniquè inſimulari, Ptolemæus poſito furore, Apellem talentis centum donauit, eiq; in ſeruitutem calumniatorem Antiphilum addixit. Author Lucianus πρὸς διάβολον.

Antiphon] pen.corr. (ἀντιφῶν) Rhamnuſius orator antiquus, Quintil. lib. 3. cap. 1. Hoc neminem melius orauiſſe cauſam capitis, quum ſe ipſe defenderet, locuples eſt author Thucydides. Huius meminit Cicero in Bruto.

Antiphraſis] fœm.gen. pen.corr. (ἀντίφρασις) Figura eſt quum per contrarium uerba dicuntur: ut Parcæ, quia nemini parcant: ſic manes, quia non ſunt boni: manum enim, antiqui bonum dicebant. Ex Donato & Seruio.

Antiphus] ἄντιφος, Priami filius ex Hecuba, quẽ Agamemnon unà cum Iſo fratre, ſed illegitimo thoro nato, in bello Troiano interfecit. Fuit & Antiphus alter, filius Theſſali, & nepos Herculis, qui cum fratre Phidippo dux triginta nauium cum alijs Græcis ad Troiam nauigauit, ut eſt apud Homer. lib. Iliad. 2.

Antipodes] pen.corr. antipodum, (ἀντίποδες) Vide Antichthones.

Antipolis] pen.corr. (ἀντίπολις) Galliæ Narbonenſis urbs, Ptolemæo: uulgò Ragni.

Antipophora,] pen.corr. (ἀντιποφορά) Eſt figura ſententiæ, qua aduerſariorum ſententias ac dicta nobis proponimus, ac ſubſtituimus in hoc tantum, ut illis reſpondeamus: ut, apud Virgilium, Aencid. 4. 121,

Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna: fuiſſet. Latinè dicitur oppoſitio, uel obiectio. Hæc Rufinianus, in libro de Schematis.

Antiptoſis] huius antiptoſis, pen. prod. f. g. (ἀντίπτωσις) Figura eſt, quum caſus pro alio caſu ponitur: ut, Ut clamor cœlo: pro In cœlum.

Antipyrgus] ἀντίπυργος, Ptolemæo urbs Marmaricæ. Straboni Tetrapyrgia: uulgò Lucho.

Antiquus] ἀρχαῖος, παλαιὸς, adiectiuum. pen. prod. antiquior, antiquiſſimus, idem quod uetus. Virg. 1. Georg.

Antiquasq; domos auium. Vbi Seruius, Aut reuera antiquas, aut charas. Sic antiquæ munitiones, Cæſar 3. bel. Ciuil. 212.

Antiquum & uetus. Plaut. Bacchid. 15. 62, Oppidum antiquũ & uetus.

Antiquum, & iam obſoletum. Cice. 3. Verr. 37, Vereor ne hæc fortè cuiquam nimis antiqua & iam obſoleta uideantur.

Antiquo opere ac ſummâ arte perfecto. Cice. 6. Verr. 41. & 93. Itẽ 2. Verr. 9, Affabrè atq; antiquiſſimo artificio factus

Antiqua cedrus. Virg. 7. Aeneid. 37. (deus.

Antiquiſſimæ cuiq; epiſtolæ reſpondere. Cicero Attico, lib. 9. 180. 1.

Antiquior dies adſcripta literis. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 3. 17. 11.

Antiquo cenſu diues. Horat. 2. Serm. 3. 34.

Inter ſenes, ueteres, & antiquos. Senes, uocantur quantum ad priuatam ipſorum uitam, quòd uſq; ad ſenilem ætatem uixerunt. Veteres, quantum ad publicum tempus, quòd alia ætate uixerunt, etiam ſi ad ſenũ nõ peruenerint. Vnde quidam iuniores, fuerunt ſeniores ueteribus. Antiqui, utriq; dicũtur: ſed magis ueteres, quàm ſenes. Hæc Valla, lib. 4. Ci. in Lælio, Plus apud me antiquorum authoritas ualet.

Antiquis nobilibus ortus. Quint. lib. 3. cap. 8. 21.

Antiqua ſtirps. Virg. 1. Aeneid. 127.

Antiqui homines, interdum refertur ad mores, non ad ætatem: ut ſint antiqui homines, qui præditi ſunt moribus antiquis, id eſt, optimis & probatiſſimis, quales ſcilicet antiquorum fuerunt. Cice. pro Roſc. Amer. 15, Homines antiqui, qui ex ſua natura cæteros fingerent.

In eodem ſenſu dicitur, Homo antiqua uirtute ac fide. Terent. Adel. 3. 3. 88.

Antiqui mores. Plaut. Capt. 4. 20,

Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus.

Antiquus etiam dicitur, qui nobis ex longo & diuturno tempore coniunctus eſt: ut, Antiquus amicus, antiquus hoſpes. Plau. Bacchid. 5. 27.

Antiquum pro Priſtino. Terent. Adelph. 5. 3. 26, Eandem illam rationem antiquam obtine. Idem Hecyra, 1. 2. 17.

Antiquũ, abſolutè. Plaut. Moſtel. 10. 5. —antiquum obtines Hoc tuũ, tardius ut ſis. Terent. And. 4. 5. 22, Optime hoſpes pol Crito antiquum obtines. Id eſt, quod antiqui ſolebant. Aut certè eſt eclipſis, ut ſubaudiamus ingenium, uel animum, uel morem, uel inſtitutum. Ex Donato.

Antiquum, Nobile. Virgil. 1. Aeneid. 107, Terra antiqua, potens armis.

Antiquum, Magnum. Virgil. 2. Georg.

Res antiquæ laudis & artis. Vbi Seruius, Antiquæ laudis, uel magnæ, uel quòd apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura.

Antiquum, pro charo. Virg. 2. Aeneid.

Nec mihi iam patriam antiquam ſpes ulla uidendi.

Sic lib. 4. Aeneid. 127.

Antiquus amicus. Ouid. 2. de Ponto, 19.

Antiquius, Non modò uetuſtius: ſed etiã potius ac uenerabilius ſignificat. Tractũ ab honore, q ſenectuti exhibebatur. Vt Antiquior cura. Ci. Atti. li 10. 197. 6, Itaq; qui nunquã id egit, ut Hiſpaniæ per ſe tenerentur, nauale apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. Id eſt, Potiſſima & cordi in primis fuit. Budæus.

Digitized by Google

Nihil antiquius iudicare ſalute & libertate Reipub. Lentulus Senatui,lib.10.35.1.

Nihil habere antiquius,Nihil ſibi eſſe antiquius. Cicero ad Brutum,lib.11.5.2.Idem Attico,lib.2.37.3.

Nihil antiquius uita ducere,& omnia libertate poſteriora ducere.Cic.13.Philipp.346.

Antiquiſſimum ſit nobis,&c.Cic.Attico,Non poſſum commodius ſcribere, quàm tu ſcribis: officium ſit nobis antiquiſſimum.Id eſt,potiſſimum,ſingulare, præcipuum. Colum.lib. 8.cap.17.6.Cic.ad Quint.fratrem,lib.1.1.35.

De Tullia mea tibi antiquiſſimũ eſſe uideo:idq; ita ut ſit,te uehementer rogo.Cic.Attico,lib.12.235.5.

Antiquiſſimum habere.Cic.ad Quin.fratrem,lib.2.5.5.

Carum & antiquum habere.Cic.1.de Inuent.83.

Sanctius & antiquius eſt hoc mihi.Cic.Attico,lib.12.241.18.

Antiquarius, adiectiuũ, (φιλάρχαιος) Vnde antiquarij homines dicti ſunt, qui uoces priſcas & iam diu deſitas curioſè conſectantur.Quo uerbo Suetonius uſus eſt in Auguſto,Cacozelos & antiquarios pari ſtudio ſpreuit.Budæus.

Antiquarij etiam dicuntur antiquitatis nõdum exoletæ ſtudioſi peritiq; : quorum ſcripta iucunda quadam rediuiuaq; interdum antiquitate ueluti diſtincta ſunt: qualis fuit olim Saluſtius, & noſtro tempore Theodorus Gaza.Iuuenalis, Satyra 6.46,

Ignotosq; mihi tenet antiquaria uerſus. Budæus.

Antiquitas,pen.corr. (παλαιότης) denominatiuum,Vetuſtas.

Antiquitatis authoritas.Quint.lib.1.cap.6.25.

Vltima antiquitas.Cicer.1.de Finib.99, Quod quàm magnum ſit,fictæ ueterum fabulæ declarant: in quibus tam multis, tamq; uarijs ab ultima antiquitate repetitis,tria uix amicorum paria reperiuntur.

Antiquitate generis laudẽ cõſequi.Cic.Antequã iret in exil.18.

Antiqui generis ex clariſſimo municipio profecta. Cicer. pro Fonteio,25.

Antiquitas,pro Ipſis antiquis. Plin. lib.12. cap.19.1, Cinnamomum & caſias fabuloſa narrauit antiquitas.

Antiquitas,in alia ſignificatione.Salluſt.teſte Seruio, Tantum antiquitatis curæq; maioribus pro Italica gente fuit. Id eſt, antiqui & præcipui amoris ſiue charitatis: ab eo quod eſt antiquum pro charo.

Antiquitus,pen.corr.Aduerbium temporis, id eſt, ab antiquo tempore. Cæſar,1.bel.Ciuil.137, Qui in eorum fide antiquitus erant. Tacit.lib.20, Antiquitus inſtituta exoleſcere.

Antiquitus durauit hic mos uſq; ad noſtra tẽpora. Quint.lib.1. &, Accepta antiquitus opinio.

Antiquitus factitatum.Plin.lib.18.cap.18.2.

Iam inde antiquitus. Plin. in Paneg.136, Video enim iam inde antiquitus maritos dearum.

Non adeò antiquitus placuit.Plin.lib.2.cap.2.

Antiquo,antiquas,pen.prod.(ἀπαρχαίω,καταργέω) Antiquare,Abrogare,abolere,ſiue (ut Nonius interpretatur)obſolefacere & è memoria tollere:ut,Antiquare legẽ.Cice.3. de Legib.54.Sic antiquare rogationẽ,idẽ Cic.Atti.li.9.7.

Antiquari,paſſiuum. Liuius, 4.ab Vrbe,254.Sic Cice.2.Off. 108,Quum legem Agrariam ferret, quam tamen antiquari facilè paſſus eſt.

Antiquare,Eſt in morem priſtinum reducere.Feſtus.

Antiquatio,Verbale, Abolitio, abrogatio. Gellius, Facta mox eſt antiquatio legis.

Antiquè,aduerbium.Horat.2.Epiſt.1.14,

Si quædã minus antiquè,ſi pleraq; durè Dicere credat eos.

Antirrhinum] Vide Anarrhinum.

Antirrhium] ἀντίῤῥιον, Promontorium eſt Aetoliæ, ſitum ad ipſum ſinus Corinthiaci oſtium,è regione Rhij, quod eſt Achaiæ promontorium, ab Antirrhio ſeptem tãtum ſtadiorũ freto diuiſum. Thucydides utrunq; Rhium appellat, cognominibus tantùm ea diſtinguens. Nam quod in Peloponneſo eſt, Achaicum cognominat:alterum Molycricum,à uicina urbe Molycria. Strab.lib.8.

Antiſcij] ἀντίσκιοι,Populi ſunt apud Meroen Aethiopiæ partem,æquinoctiali proximam circulo: ubi illud dicitur euenire,ut per nonaginta dies umbræ noſtræ in contrarium cadant,unde & nomen ſortiti ſunt.Cæl.lib.1.cap.22.Et Marcellinus,lib.22.

Antiſcium] cij, & Antiſcia, orum, (ἀντίσκια) ſunt (ut inquit Pontanus,lib.1. cap.20.de rebus cæleſtibus)mutuæ partium Zodiaci conſenſiones, quum gradus unius ſigni, gradui alterius contrariam umbram iaciat. Hinc eſt quòd Trapezuntius,in lib.de Antiſcijs,ſcribit,ἀντίσκια rectè contrarias umbrationes appellari poſſe.

Antiſcorodon] ἀντισκόροδον,Herba eſt ex generib. Allij, quæ & Vlpicum, & Allium Cyprium appellatur. Plin.lib. 19.cap.6.

Antiſmos,] antiſmi,de quo ſic Seruius,Antiſmos, eſt Vrbanitas ſiue iracundia:Vt Virg.in eclog.

Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.

Antiſophiſtes,] antiſophiſtæ. Quint. Vrbaneq; Virginius interrogauit de quodã ſuo antiſophiſte, quot millia paſſũ declamaſſet.Antiſophiſtes igitur ut Antagoniſtes dicitur.

Antiſpoda] ſiue Antiſpodia, (ἀντίσποδα Dioſcoridi,ἀντισπόδια Galeno) uocantur à medicis omnia ea,quæ eandem cum Spodio habent facultatem,quæq; in Spodij inopia,pro eo poſſunt ſupponi.Dioſc.lib.5.cap.46.

Antiſſa] ἄντισσα, Stephano,oppidum in Lesbo inſula: Sunt enim in ea inſula oppida quinq;, Antiſſa, Pyrrha, Ereſſos, Ciraua,Mitylene.Verba ſunt Pomponij.

Antiſtaſis] ἀντίστασις, Schema, quod Latinis intentio dicitur,cùm idem repetitur in contrario ſenſu: ut,

Ex illo Corydon Corydon eſt tempore nobis. Iulius Rufinianus.

Antiſtes,] antiſtitis,penu.corr.(πρόστατης,) Ab antiquo uerbo Antiſto,pro anteſto,quòd cæteris anteſtet,id eſt,antecellat.Erant autem antiſtites apud antiquos primarij ſingulorum templorum ſacerdotes,qui ſacris præerant,& de futuris atq; agendis reſponſa dabant conſulentibus. Liu.1.ab Vrbe,31,Potitij ab Euãdro edocti,antiſtites ſacri eius per multas ætates fuerunt.Loquitur de ſacris Herculis.Ibidem,198, Antiſtes ſani Dianæ.Ci.pro Domo ſua, Antiſtites deorum.

Antiſtes in fœmino.Valer.lib.1.cap.de Seruata religione,Ne deæ uetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes.

Antiſtites cæremoniarũ & ſacrorum,Præfecti cæremonijs. Cicero pro Domo ſua,88,Iuuen.Saty.2.12.

Antiſtes,per translationem dicitur qui in re aliqua excellit,atque principatum tenet. Vnde Ser.Sulpitius,teſte Quintiliano,lib.11.cap.1,Iuris antiſtes appellatus eſt. Et Plato ſapientiæ antiſtes,apud Plin.lib.7.cap.30.1.

Antiſtes artis.Cic.1.de Orat.98.

Antiſtia,ſtiæ.Ouid.13.Met.83,

——tractiſq; comis antiſtia Phœbi.

Antiſtita,antiſtitæ,pen.corr.Gellius,lib.13.cap. 19, Sacerdotes quoq; fœminas M.Cicero antiſtitas dicit, non ſecundũ grammaticam legem antiſtites.Nam quum inſolentias uerborum à ueteribus dictorum plerunq; reſpueret:huius tamen uerbi in ea parte ſonitu delectatus, Sacerdotes (inquit) Cereris, atq; illius ſani antiſtitæ.Cic.6.Verr.89.

Ictáue barbarico cybeles antiſtita buxo.Virgil.in Ciri.

Antiſtitor,pen.corr.(ἐπιστάτης) Alicui operi præfectus.Colu. lib.3.cap.21, Neq; enim ſingulis totidẽ antiſtitores dare poteſt,

Digitized by Google

est qui obseruent, quiq; præcipiant ne acerbæ uuæ cum maturis demetantur. Nonnulli hic legunt Antistites.

Antisthenes] pen.corr. (ἀντισθένης,) Socraticus Philosophus, acutus magis, quàm eruditus, præceptor Diogenis, patientiam, & duritiã in Socratico sermone adamauit, ut scribit Cic. lib. 3. de Oratore, 35. Fuere item alij tres, unus de schola Heràcliti, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus, ut tradit Diogenes Laertius.

Antistius] C. Martinij Spoletini accusator. Cic. pro Corn. Balb. Fuit & alius Antistius Piso orator. Cic. in Bruto.

Antisto] antistas, (προϊστημι,) antistare, ueteres dixerunt pro antestare, id est, antecellere. Cato, cap. 156. 1. Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. Lucretius, lib. 5. 5.

Herculis antistare autem si facta putabis, & c. Tacit. lib. 2. Sed ut locis, ordinibus, dignationibus antistent.

Antistœchon] n.g. (ἀντιστοιχον,) Tropus est, quum litera ponitur pro litera: ut, magalia, pro magaria, sella pro seda, & meliceor pro medtor. Quidam scribunt Antistichon.

Antistropha] quæ Lyrici carminis authores utuntur, est, quum ab læuis in dextra obuertuntur, cuiusmodi errantiũ uertigo, ab occasu in ortum. Stropha uerò, ubi à dextris in læuum fieret conuersio, qui & mundi intelligitur motus ab exortiuis partibus ad occiduas: at epodus, ubi in uno consistens loco carmina concinunt. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 8. ca. 8.

Antistrophe] antistrophes, p n.corr. fœ ge. (ἀντιστροφή,) Latinè conuersio: species est repetitionis, quum in eandem partem orationis sæpius desinitur. Cuiusmodi est hoc pro Fonteio, Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus amplissimæ copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia. Huic figuræ contraria est Epanaphora. Ex Aquila Romano, de Figuris.

Antitaurus] (ἀντίταυρος,) mõs Tauro oppositus. De quo Strabo, lib. 11, Taurus itaq; Septentrionem uersus in multos quasi ramos discinditur, quorum unus est Antiaurus: sic enim ibi appellatur. Is Sophenam comprehendit in conualle quadam, quæ inter eum iacet, atq; Taurum ultra Euphratẽ. Deniq;, ut idem lib. 12. refert, in eo ualles sunt profundæ & angustæ, in quibus sita sunt Comana ciuitas memoratu digna, & Bellonæ fanum, quod illi Comana uocant. Sunt qui Auritaurus legi debere contendant.

Antithei] ἀντίθεοι, Quidam mali dei, quos à Magis confingi ait Arnobius: hiq; spiritus esse dicuntur, qui in actionibus humanis sæpe obrepant, se } Deos fingant, & inscios mendacijs & simulationibus deludant.

Antitheſis] huius Antithesis, pen.corr. f.g. (ἀντίθεσις,) Figura est dictionis, quum una litera pro alia ponitur: ut, olli pro illi.

Antitheton] antitheti, pen.corr.n.g. (ἀντίθετον,) Latinè Oppositum, siue expressius Contrapositum. Quid. 1. Met. 4.

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. Persius, Sat 1. 9, —crimina rasis Librat in antithetis. Cicero in Orat. ad Brutum, 95, Semper hæc quæ Græci antitheta nominant, quum contrarijs opponuntur contraria, numerũ oratorum necessitate ipsa efficiunt.

Antitypum] ἀντίτυπον, Exemplar similis formæ, uel contrarium.

Antiuestæum] promontorium Britanniæ, quod etiã dicitur Bolerium, apud Ptolemæum. Diodoro Bellerium, uulgo S. Burien: in Cornubia, seu Cornouilli.

Antium] oppidum uetus in Latio iuxta mare, cuius meminit Ptolemæus, nũc penitus diruti: uulgò Nettuno. Erat ibi Templum Fortunæ, ut Horatius refert, lib. 1. Carm ode 36. 1,

O' diua, gratum quæ regis Antium. Ab hoc Antiates dicti sunt. Vide Liu. lib. 6 primæ Decadis, 38.

Sp. Antius] Legatus Romanus à Veientum rege interfectus, Cic. Philipp. Antius Senator in dicenda sententia liberrimus, Cicero ad Attic. 4.

Antlia] antliæ, (ἀντλία,) Machinula ad hauriendam aquã excogitata. Martialis, lib. 9. ad Cæsarem Domitianum,

Curta laboratas antlia tollit aquas.

Antlo, antlas, antlare, Haurire, à Græco ἄντλω, descendit. Liu. Florem antlabant Liberi ex Carchesijs. Festus.

Antoboges] populi sunt Aquitaniæ, Narbonensi prouinciæ contermini, non procul à Cadurcis populis. Vide Plin. lib. 4. cap. 19.

Antœci] ἀντοῖκοι, pop. quos Martianus ab Antichthonibus separat.

Antoninus] cognomento Pius, Romanorũ Imperator, qui Aelio Adriano successit. Hic quũ filiũ nõ haberet, M. Antonium Philosophũ adoptauit, eumq; moriens imperij successorẽ reliquit. Fuit & Antoninus cognomento Caracalla, qui post Seuerũ Romanũ tenuit imperiũ. Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino successit.

Antonius] ἀντώνιος, proprium uiri nomen. Antoniorũ familia Romæ nobilissima uetustissimaq; fuit: utpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

M. Antonius Orator, Triumuiri auus, de quo Cic. in Bruto. Huius filij M. & C. Antonij fuere: quorũ M. Antonius Sallustius ait perdendæ pecuniæ genitũ: & uacuũ à curis, nisi instantibus. Author Pædianus. C. Antonius alter, oratoris filius. Hunc Cicero in Verrinis uocat in exercitu Syllano prædonẽ, in introitu gladiatorẽ, in uictoria quadrigariũ. Nã inter eos fuit qui iussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post uictoriã fecit, quadrigas agitauerũt. Huius filius C. Antonius cũ Ciceronẽ Cõsul fuit, eiq; maximè aduersatus, ut qui Catilinæ cõiurationi faueret. Placatus ab eo demũ, rectaq; de Repub. sentire persuasus est. Postremò post Cæsaris mortẽ in dissensione ciuili in Bruti potestatẽ, quũ in Græciã uenisset, ab eodẽ traditus est M. Ciceronis filio, in patris ultionẽ in proscriptione trucidati. M. Antonio Oratoris filio, M. & L. filij fuere: quorũ M. Antonius Triumuir, causa & fax totius belli ciuilis extitit, quũ esset tribunus, clã ex urbe ad Cæsarẽ in Galliã profugiendo: eũ quoq; mortuũ laudando, percussores publicè detestando: deniq; sanguinolentã uestem ostendendo, ac testamentum eius, quo populum Romanum uiritim ille numerabat, recitando: effecit, ut interfectores ob metum ab urbe profugerent. Deinde Mutinam Bruti prouinciam inuadentem, hortãte Cicerone Senatus hostem iudicauit: superatusq; ab Hircio & Pansa Coss. ac Cæsarẽ puero, mox Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum, ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippos superauit. Quo bello confecto, Octauius ualetudinis causa Romam rediit: Antonius in Græciam Asiamq; profectus, honore quaquauersus ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidens, Lepido Italia obtigisset, multos per Orientem reges, & Tetrarchas debellauit. Inter quos Antigonum Iudæorum Regem securi percussit: quod antea regum nulli contigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eiq; regna multa concessit in Syria. Fuluiã uxorem statim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiam Augusti sororem duxit: utranq; postremo ob Cleopatram contempsit. Ad bellum Parthicum, Ventidium legatum misit. Qui interfecto Pacoro regis filio, ab Antonio missus Romam, triumphauit. Inde Cleopatra in Aegyptum remissa, per Armeniam Arabiamq; profectus, copiasq; undiq; contraxit. Cum Phraate Medorum Rege prælio congressus, ac uictor eum usq; ad Araxem fluuiũ persecutus est. Deinde in Armeniam reuersus eius regem in triumphum Alexandriam

duxit.

Digitized by Google

duxit. Repudiata igitur Octauia, causa fuit inter eum & Octauium dissensionis. Quocũ postremò ad Actium nauali prælio congrediens, superatus est, Alexandriamq; confugiens, atq; ibidem ab eodem obsessus, gladio sponte incubuit, anno ætatis LVI. Huius uiri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit, nec ob res malè gestas quicquã de solita uoluptate remisit. Hæc ex Plutarcho.

L. Antonius Triumuiri frater apud Perusiam ab Octauio fame obsessus, in deditionem cum CCC. alijs uenit: quibus, ut ait Liuius in Epitome, Octauius ipse pepercit: ut uerò Trãquillus, omnes ad aram Cæsaris necare crudeliter iussit.

Antonius Iulianus rhetor Romæ perquam fuit honesti atque humani ingenij: doctrina quoq; ista utiliore ac delectabili, ueterumq; elegantiarũ cura & memoria multa fuit. Ad hæc scripta omnia antiquiora tã curiosè spectabat, aut uirtutes pensitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium ab eo factum examussim diceres. Gellius.

Antonius Gnipho ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus, Romæ docuit rhetoricã, & poemata in domo Iulij Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam schola Cicero & clari uiri frequẽtasse dicũtur. Fuit alioquin miti, faciliq; natura: nec unquam aliquid de mercedibus pactus, eoq; plura ex discentium liberalitate consecutus est. Vixit annos L. Ex Tranquillo.

Antonius Castor, Rei herbariæ peritissimus Plinij temporibus. Is centesimum excedens ætatis annum, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut uigore concussus, hortulum habebat, in quo herbæ plurimæ alebãtur, & diuersi generis, ut testatur Plin. lib. 25. cap. 2.

Antonius Musa, medicus fuit Augusti excellens, cuius meminit Horat. lib. 1. epi. 15. & Plin. lib. 19. cap. 8. & lib. 29. cap. 1. & li. 30. cap. 13. Huic statua ænea collocata fuit iuxta signũ Aesculapij, ut scribit Suetonius in Augusto, cap. 59, Medico (inquit) Antonio Musæ, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, statuã ære collato, iuxta signũ Aesculapij statuerũt.

Antoniam Drusi nunquam expuisse author est Plin. lib. 7. cap. 19. Eadem apud Baulos murænæ, quam diligebat, inaures addidit: cuius propter famam nonnulli Baulos uidere concupiuerunt. Idem Plin. lib. 9. cap. 55.

Antonianus, ab Antonio deductum adiectiuũ. Cic. in epist. fam. 12, Antoniano latrocinio liberata Respub.

Antonomasia,] ἀντονομασία, Figura est, quæ sit quoties pro nomine proprio id ponitur quod potest esse cum proprio nomine, & epitheton dici. Vt Saturnia, pro Iunone. Virg. 1. Aeneid. Ex Seruio.

Antor] ἄντωρ, Centauri cuiusdam nomen. Valer. Flac. 1. Argonaut.

—ardenti peragit Clarus Antora quercu.

Antorides] ἀντορίδης, Pictor, Aristippi, filij Aristidis Thebani, discipulus: de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

Antræ] arum, Conualles, uel arborum interualla. Festus.

Antronia] ἄντρων, Pomponio Melæ ciuitas est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, quæ à Stephano & Strabone Antron dicitur: ab antris nimirum utroq; nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiam fecerant molarium lapidum fodinæ. Circa hanc urbem proceriſsimi gignebantur asini. Vnde factum est, ut Antronius asinus prouerbio dicatur de homine corpulento & robusto, in quo tamen ingenium, & animi uigor desideretur.

Antronis asinus] ὄνος ἀντρωνος, Castellum in Phthiotica plaga, de quo sic Strabo, lib. 9, Ad Antronem uerò munitũ castellum est, in transitu in Euboeam, quod Antronis asinum uocant.

Antrum,] antri, (ἄντρον,) Græcè. Latinè autem cauerna dicitur. Virg. 6. Aeneid. 9,

Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

Martial. lib. 13,

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.

Antrum, pro nomine substantiuo Cauum. Virgil. 4. Georg. 9,

—exesæq; arboris antro. De apib. loquitur reperta.

Abdita antra. Ouid. 13. Metam. 109.
Cæcum antrum. Lucanus, lib. 4.
Cauum antrum. Virg. 3. Aeneid. 128.
Curuum antrum. Silius, lib. 6.
Frigida antra. Ouid. 5. Metam. 70.
Furua antra. Ouid. 5. Metam. 109.
Gelida antra. Virg. 4. Georg. 102.
Immania. Virg. 6. Aeneid. 2.
Inferna. Propertius, lib. 3. Eleg. 5. 9.
Nigrantia. Claud. in Paneg. 9.
Obscura. Ouid. 4. Metam. 20.
Opaca. Seneca, in Philipp. 4. 37.
Rorantia fontibus. Ouid. Metam. 6.
Vasta. Virg. 3. Aeneid. 123.
Vda. Martialis, lib. Epig. 10.
Viridia. Virg. 1. Eclog. 15.
Antro se occulit. Val. Flac. 8. Argonaut. 63.
Antra subire. Ouidius, 12. Metamorpho. 84, Antra fuga subeunt.
Antro succedere. Virg. 5. Eclog. 2.
In antra claudi. Ouid. 14. Metamorph. 58.

Antus] Vide Anthus.

Anubias] anubiadis, (ἀνάβιας) à quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & uulgò Cimicaria, seu Pulicaria: Legitur hæc uox in quibusdam Dioscoridis exemplaribus, quam tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falsoq; Dioscoridi attributas scio numerari.

Anubis] pen. prod. huius Anubis, & Anubidis (ἄνουβις,) Aegyptiorum Deus, quia canino capite pingitur. hunc uolunt esse Mercurium, quia nihil est cane sagacius. Author Seruius enarrans illud Virgilij 8. Aeneid. 137,

Omnigenũq; deũm monstra, & latrator Anubis.

Ouid. 2. Amorum, eleg. 13. 3,

Per tua sacra precor, per Anubidis ora nerendi.

Propert. lib. 3 eleg. 11. 9,

Ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubin.

Anulus] Vide Annulus.

Anulus] Fluuius Mauritaniæ, apud Plinium, lib. 8. cap. 1. Legitur & Annulus.

Anus] huius anus, f. g. priore corr. (γραῦς) uetulam significat. Festus, Anus dicta est ab annorum multitudine: quoniã antiqui non geminabant consonantes: uel, quòd iam sit sine sensu, qui Græcè dicitur νοῦς. Cic. 1. Tusc. 77, Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista. Ouid. 3. Fast. 134.

Pauper, sed multæ sedulitatis anus. Item sedula. Ouid. 11. Epist. 14.

Annosa anus. Ouid. 2. Fast. 115.
Curua anus. Ouid. 1. de Arte, 154.
Delira anus. Cic. 2. de Diuinat. 208.
Frigida anus. Ouid. 3. de Arte, 14.
Grandæua & defecta. Seneca in Herc. Oetheo, 15. 21.
Tremens anus. Ouid. 8. Metam. 134.
Viuax anus. Ouid. 13. Metam. 105.
Anus ficus. Plin. lib. 15. cap. 19 3.

Aniculi, aniculæ, pen. corr. (γραΐδιον,) Diminutiuũ. Cic. pro Flacco, 70, Aniculæ minimè suspicioſe purgat se. Hoc diminutiuũ per contemptum dicitur, sicut mulierculæ, meretriculis, puta

Digitized by Google

la, pauperculus: quasi anus abiectissima. Item 2. Tuscul. 69.

Anilis, pen. prod. (γραϊκὸς,) Adiectiuum, ut Anilis ætas. Colum. lib. 2. cap. 2. 3. & Cic. 1. Tuscul. 148.

Aniles superstitiones. Cic. 2. de Nat. deor. 101. Vir. 4. Aeneid. 129, —illa gradum studio properabat anili.

Curæ aniles. Virg. 9. Aeneid. 101.

Fabulæ aniles. Quin lib. 1. ca. 8. 13. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 16.

Passus anilis. Ouid. 14. Metam. 108.

Questus aniles. Ouid. 9. Metam. 56.

Rugæ aniles. Ouid. 15. Metam. 47.

Anilitas, pen. corr. anilitatis, f. g. (τὸ γραϊκόν,) Senectus: ut, Cana anilitas. Catul. 56. in Epithal. Iuliæ & Mallij, 33.

Aniliter, pen. corr. Aduerbium (γραϊκῶς,) Cic. 3. de Nat. deor. 133, Neq; id dicitis superstitiosè atque aniliter: sed physica, constantiq; ratione.

Anus,] ani, prior e prod. m. g. (πρωκτὸς,) Est exitus siue foramen, per quod euacuatur aluus: alio nomine podex. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 5, Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? Cel. lib. 7. cap. 30, Ne anus ipse suppuret.

Anxa] oppidum in ora Senonum, quæ antea Galliopolis dicebatur, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 11.

Anxius,] πθιαλγὴς, adiectiuum, ab ango, angis, pro solicito, aut mœsto ferè accipitur. Propriè tamen quid sit, Cice. 4. Tuscul. 41. ostendit his uerbis, Itaq; dicimus grauedinosos quosdam, quosdã torminosos: non quia semper sint, sed quia sæpe sint: alij ad metum: alij ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in alijs anxietas, unde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Estq; aliud iracundum esse, aliud iratum: uel differt anxietas ab angore. Neq; enim oẽs anxij qui anguntur aliquando, neq; anxij semper anguntur.

Anxiæ ægritudines & acerbæ. Cic. 4. Tuscul. 53.

Anxio animo esse. Cic. 2. de Fin. 90.

Anxius sum de aliqua re. Quint. lib. 5.

Anxia cura, Quæ nos facit anxios. Plin. lib. 6. cap. 8. 1.

Anxia oratio, id est, curiosius elaborata. Gel. lib. 15. cap. 7.

Anxij senes Cic. de Senect. 60.

Anxius, cũ genitiuo. Plin. lib. 15. cap. 18. 6, Nepotumq; securitatis anxius. Silius, Anxia fati. Ouid. 1. Metam. 125, Et fuit anxia furti. Idem, 19. epist. 39,

Anxia sunt uitæ tempora nostra tuæ.

Anxia potentiæ. Tacit. lib. 4. & lib. 2. Anxia sui.

Anxius gloriæ alterius. Liu. 5. bel. Pun. Mentis. Oui. ad Liuiam.

Anxius cum ablat. ut, Anxius curis. Liu. 7. bel. Pun. 251. Ouid. 9. Metam. 56.

Anxium habere. Hirtius, lib. 5. 279, Mirificè hostium leuis armatura anxium ac solicitum habebat.

Anxiè, (πθιαλγῶς,) Aduerbium qualitatis, Solicitè, curiosè, et cũ anxietate. Sallust. in Iugurtha, Neq; tã anxiè laturũ fuisse. Pli. li. 11. c. 52. 1, Ne in se quisq; & auguria anxiè quærat.

Anxietas, pe. corr. (ἄλη,) Pli lib. 7. cap. 53, Quẽ eueniti anxietate diximus mortuũ. Iuuen. Sat. 13. 23, Perpetua anxietas.

Anxietas animi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 2.

Anxitudo. pen. prod. anxitudinis, (ἀθυμονίας,) pro anxietate. Cic. 2. de Republica, Quartaq; anxitudo, prona ad luctum, & mœrens, semperq; ipse se solicitans. Accius, Armorũ iudicio, Vbi cura est, ibi anxitudo. Nonius.

Anxifer, (ἀληφόρος,) Adiectiuũ poeticum, pen. corr. quasi ferens siue afferens anxietatem. Cic. 2. Tuscul. 36, Nunc nunc dolorum anxiferi torquent uertices: Idem, 1. de Diuin. 45,

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Anxur] tam masc. quàm neut. g. (Ἄνξυρ,) Fons est in Campania, iuxta Tarracinam, Authore Seruio in 7. Aeneid. Virgilij. Horat. 1. Serm. Sat. 5. 26,

Impositũ saxis latè candentib. Anxur. Vulgò Tarracina.

Anxurus] penult. corr, (Ἄνξυρος,) Iupiter dicebatur, quasi ἀνύσυξυρος, id est, sine nouacula: quia barbam nunquam rasisset. Seruius. Virg. 7. Aeneid. 160.

Anyger] siue Anygrus. Vide Anigrus.

Anytus] uir Athenien sis, Socratis inimicus: de quo Plutarchus in uita Socratis.

A O

Aoi] Dei (ἄωοι θεοὶ) Dicebantur ex cursu traijcientes in Samothracem stagnum, & Cilices, ab Aoo Cephali præterfluentis fluuij. Authores Hesychius & Phauorinus.

Aon] ut dicit Lactantius, fuit Neptuni filius, & ab eo dictam affirmat Aoniam, quæ quidem pars est Bœotiæ. Addit Perotus, Aonem filium reliquisse Dymantem, qui patri in imperio succesit.

Aonia] ἀονία pars montana Bœotiæ, ab Aone Neptuni filio, ut dicit Lactantius. Nam Aones, erãt Populi uetusti in Bœotia, à quibus Aones montes dicti sunt, in quibus est fons Aganippe, qui dicitur Aonius fons. Item Aonides uocantur Musæ, quib. ille fons dicatus est. Vnde Iuuenalis, Saty. 7. 6. Fontem Aonidum uocat.

Aonius, (ἀόνιος,) id est, Bœotius, ut placet Seruio apud Virgilium, lib. 3. Georg. 4,

Aonio rediens deducam uertice Musas. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 4, Aonia lyra.

Aornos] ἄορνος πέτρα, Fuit petra apud Indos præceps & inuia, monumentis historicorum celebrata. Ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis etiam auibus inaccessa. Scribit Plutarchus Alexandrum, quum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse, Nũc locus iste facillimus est captu. Est & Aornos, locus in Epiro, ita dictus à pestifera auibus exhalatione, teste Plinio in procœmio lib. 4. Hoc etiam nomine dictus fuit Lacus inter puteolos & Baias. qui postea Auernus est appellatus. Vide infrà.

Aoros] ἄορος, Cretæ ciuitas, ab Aora nympha ita appellata, quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere uno ex Curetibus. Ex Stephano.

Aorsi] ἄορσοι, Populi, teste Ptolemæo, lib. 6. cap. 14. non procul à Iaxarte fluuio, qui in Hyrcanũ mare influit. Alios Plin. lib. 4. cap. 12. in Europa collocat. Strabo, lib. 11, Aorsos dicit Tanaim fluuium accolere.

Aorta] ἀορτὴ, Arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis uentriculo exoriens, Spiritum uitalem in totũ animantis corpus deferens, natiuumq; calorem per diastolen & systolen temperans. Galenus, De dissectione arteriarum, & lib. 16, De usu partium.

Aoti] penult. prod. (ἄωτοι) Populi sunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 11.

Aous] penult. prod. (ἀὼος) Fluuius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet, non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Aeantem apellent, teste Plin. lib. 3. cap. 23.

A P

AP. Apud. AP. IVD. Apud iudicẽ. APP. Appius, uel Appellat.

Apæi] ἀπαῖοι, Populi in Aethiopia sub Aegypto, Memnonibus ad Austrum proximi, de quibus Ptolem. lib. 4. cap. 8.

Apage] pen. corr. (ἄπαγε,) tractum, ut quidã uolunt, à uerbo Græco ἀπάγω, quod est abduco, abigo. Nonnulli dicunt esse uerbum imperatiuum, secundæ personæ singularis: alij aduerbium: alij uitantis interiectionem uolunt. Vtcunq; est, uox est apud Comicos usitatior, qua modò ut aduerbio, modò ut uerbo utimur, significãtes scilicet rei alicuius fastidiũ, eius igitur usus clarius patebit exemplis.

Apage absolutè positum. Plaut. Amph. 4. 156,

S. Apage

Digitized by Google

S. Apage, non placet me hoc noctis esse, cœnaui modo. Quasi dicat, absit à me istud.

Apage te à dorso meo. Plaut. Casin. 10. 23. Id est, te remoue, uel procul esto. Apage illum à me, Idem, Casina.

Apage te. Terent. Eunuch. 5. 2. 65. Sub. à me. Id est, hinc, uel à me recede. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 2, Apage te cum nostro Sexto Seruilio.

Apage istiusmodi salutem, cum cruciatu quæ aduenit. Plaut. Merc. 4. 33.

Apage, apage te à me, Plaut. Mostel. 7. 6. Apage à me, apage, Plaut. Bacchid. 1. 40.

Apagesis, pen. corr. hoc est, apage si uis, ita dicitur, ut Videsis, caueſis, & alia uerba eiusmodi. Terent. Eunuch. 4. 6. 18,

—num formidolosus obsecro es mi homo? C. apagesis,
Ego formidolosus? Cic. 2. Tuscul. 72, De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi. Apagesis, nunc de ratione uideamus. Quasi dicat, Facessant ista.

Apalæstri] ἀπαλαιστροι Ab antiquis dicti sunt qui palæstrã, id est, decentiam illam, qua status, motus, flexusq; corporis, ac omnes omnino habitus uenustatem quandam leporemq; præse ferunt, non didicerunt. Cic. in Orat. perfecto, Itaque quales eorum motus, quos Apalæstros Græci uocant, talis horum mihi uidetur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Budæus.

Apamea] ἀπάμεα, insula est Tygri fluuio circunfusa: sic dicta (ut scribit Plinius, lib. 6. cap. 27.) ab Antiochi matre. Est & Apamea Bithyniæ oppidum, quã Nicomedes cognomento Epiphanes, Brusij regis filius, de matris Apames nomine, Apameam uocari uoluit: quæ Myrlea, à Myrlo Colophoniorum duce dicebatur, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 32.

Apameste] oppidum in ea Italiæ parte, quæ olim magna Græcia dicta est. Huius incolæ dicuntur Apamestini, quorũ meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Apamia] cũ i, ἀπαμία, urbs minoris Asiæ est, & una Phrygiarum urbium maxima fuit. Vrbs fuit nomine Celænæ, teste Plinio, lib. 5. cap. 29.

Apanthismus] ἀπανθισμὸς, Linea exilis, & uisum effugiens apud pictores, Gal. teste, lib. De dissect. Ven. ruiusmodi lineæ à Protogene & Apelle dictæ sunt apud Plin. li. 35.

Aparctias] ἀπαρκτίας, Ventus ab Arcto flans. hoc est, à Septentrione. Plin. lib. 2. cap. 47.

Aparine] ἀπαρίνη, Ramis multis & paruis fruticat, asperis, quadrangulis, per interualla orbiculato foliorum ambitu, ut in Rubia: flos albus, semen durum, rotundum, concauum, album, umbilici figura, asperitate uestium tenaci. Ea alio nomine Philanthropon dicitur. Galli uocant Gratteron. Dioscor. lib. 3. cap. 88.

Aparni] ἄπαρνοι, Scythiæ populi, ex Nomadum gente, Hyrcanis, & eorum mari proximè adiacentes: de quibus plura apud Strabonem, lib. 11.

Apartenij] Populi sunt circa Mœotin. Plin. lib. 6. cap. 4.

Apartilogia] apartilogiæ, fœm. g. (ἀπαρτιλογία,) Ratio est qua summa impendiorum iustorum subducitur cum pecunia, quæ in numerato habetur. Velut qui domũ ædificare instituit, rationem impensæ futuræ cum pecunia sua colligit, ut ex eo uideat quatenus ædificare possit: quòd si summæ adæquent inter se, iam securus est operis. Hanc rationẽ Cicero quadrantẽ appellat, quũ nihil excurrit, nec deest. Nos lingua nostra uernacula, Latinæ linguæ imitatione, Rotundam rationem uocamus. Horat. lib. 1 Epist.

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porrò, Tertia succedant. Ex Budæo.

Apate] ἀπάτη, Genus intybi apud Theophrastũ, quã Theodorus fraudẽ uertit, eo quòd gustãtes amaritudine deciperet.

Apathes] pen. corr. (ἀπαθὴς,) Latinè dicitur sine affectionibus. Plin. lib. 7. cap. 19. 2, Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorem quendam, toruitatẽq; naturæ durã & inflexibilẽ, affectusq; humanos adimit, quales apathes Græci uocãt, multos eius generis experti.

Apathia] ἀπάθεια, Dicitur uitium illud naturæ, quo immobiles & intrepidi se ad omnia præbent homines. Vsus est Gell. lib. 19. cap. 12, ubi ait, Sic isti apathiæ sectatores, qui uideri se esse trãquillos, & intrepidos, & immobiles uolũt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascũtur: omnibus uehementioribus animi officijs amputatis, in corpore ignauo, & quasi eneruatæ uitæ consenescunt.

Apator] ἀπάτωρ, Dicitur sine patre: quo nomine à poetis Vulcanus dicitur, quẽ illi fingunt à Iunone sine patre esse editum. Dicuntur etiã Apatores, qui incerto patre nati sunt, quos Latini spurios uocant. Vide Plutarch. in problem.

Apaturia] ἀπατούρια, Festiuitas Athenis celebrabatur, in qua Sitalci Thracũ regis filius ciuitati adscriptus est. Quatuor aũt dierum ea fuit: primum diẽ δορπίαν appellabant, quòd sodales ad uesperam in unum coacti epularentur: secundum αναίρεσιν, à sacrificando: (nã Ioui sodali, & Palladi sacra faciebant:) tertium κουρεῶτιν, id est puellarum, uocabant, (quod scilicet pueros & puellas sodalitati adscriberent:) quartus dies ἐπίβδην dictus est. Ex Suida, apud quẽ uide latius quæ causa horũ festorũ fuerit, & apud Eusebiũ in libro de Temporibus.

Apaturias] Venus (ἀπατούριος ἀφροδίτη,) De hac ita in undecimo scribit Strabo, ubi de phanagoria agit. Phanagoriæ est (inquit) insigne Veneris Apaturiæ templum. Id nomen interpretantur, fabulã quandam afferentes, quòd cum gigantes Venerem adorirentur, illa Hercule inuocato, tandiu in latebris quibusdam latitauit, donec gigantes sigillatim excipiens dolo, Herculi occidendos exhibuit. Hinc est Apaturium templum ipsum Veneris nuncupatum, ut prodidit Stephanus & Strabo eod lib. 11.

Ape] apud antiquos dicebatur prohibe, compesce. Festus.

Apeliotes,] apeliotæ, pen. prod. m. ?. (ἀπηλιώτης,) Nomen uenti. Plin. lib 2. cap. 7, Ab Oriente æquinoctiali, Subsolanus, ab Oriente brumali, Vulturnus: illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant. Catull. ad Furium, 23,

Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ.

Apella,] apellæ, m. g. aut potius com. ge. (ἀπελλῆς,) Nomen fictum ab A priuatiua particula, & nomine Pellis. Dicitur autẽ de Iudæis: qui (ut notum est) circuncidi solẽt. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 20, Credat Iudæus Apella.

Apelles] Apellis, (ἀπελλῆς,) Pictor eximius, patria Cous. Ouid. 3. de Arte, 81. & teste Quintiliano, lib. 12. de Instit. orat. ingenio, & gratia, quam in se maximè iactabat, præstantissimus. Nam, ut ait, Plin. lib. 35. cap. 10. 13, omnes priùs genitos futurosq; postea superauit, & picturæ plura solus propè, quàm cæteri omnes contulit, uoluminibus etiam ad Perseum discipulum suum editis, quæ doctrinam eam continerent. Is moriens Venerem reliquit, quam nemo ausus est perficere. Fuit & Apelles alter è sectatoribus Marcionis, de cuius hæresi scribit Eusebius, suæ historiæ lib. 5.

Apelleus, adiectiuum, (ἀπέλλειος,) ut, Apelleo colore signatus. Stat. lib. 5. Syl. 1. 1.

Apellicon] Apellicontis (ἀπελλικῶν) proprium uiri nomen. Strabo, li. 13, Extiterunt ex Scepsi fuere philosophi Socratici, Erastus, Coriscus, & Neleus Coriſci filius, qui Aristotelẽ & Theophrastũ audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat: quã quũ posteri Nelei (ad quem puenerat) in fossa quadã occultassent, timens ei humiditatem labefactos, tradẽ Apellicoti Teio tradiderunt, magno empto argento.

Digitized by Google

argento. Apellicon (ut qui magis librorum studiosus esset, quàm sapientiæ) uolens corrosiones emẽdare, eos transcribẽdos dedit, scriptura nõ rectè suppleta: quapropter libros edidit erroribus plenos. Huius bibliothecam Sylla postea, quũ Athenas cepisset, Romam aduexit. De hoc plura Strab.

Apellinem] antiqui dicebant, pro Apollinem. Festus.

Apeneste] Ptolemæo Apuliæ urbs, uulgo Manfredonia.

Apeniautismus] apeniautismi (ἀπειναυτισμὸς) Latinè Abannatio dici potest, quasi Annuum, uel in plures annos exilium ob cædem non uoluntariam. Tradunt enim morem fuisse apud uetustißimos, ut qui non uoluntariam cædem admisisset, is exularet patria: ad ædesq; locupletis hominis se conferens, ibi opertus sederet in limine, oraretq;, & postularet admissæ cædis expiamentũ. Causa aũt exilij uoluntarij erat, quòd uiros homicidas, ut impuros & detestandos existimabant, ideoq; uitandos & auersandos. Huius expiationis exemplum uidere licet apud Herodotũ libro primo, quo in loco Crœsi meminit, nuptias filij sui celebrãtis, qui Adrastum Midæ phrygis filium, à cæde fraterna expiauit. Ex Budæo in annotationes in pandectis.

Apenninus] Vide Apœninus.

Apepsia] ἀπεψία, uentriculi uitium est, quod Latini cruditatem appellant, quum scilicet cibi in uentriculo nõ immutantur, sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Gal. lib. de symptom. differ.

Aper] apri, m. g. (κάπρος) Porcus ferus, siue siluester. Iuuenalis, —quanta est gula, quæ sibi totos

Ponit a pros, animal propter conuiuia natum? Varro. 4. de Lingua Latina, Apri ab eo quòd in locis asperis: nisi à Græcis, quòd hi κάπροι. Hora. 2. Ser. Saty. 3. 47, Cœnare

Aper acer. Virg. 19. Eclogæ, 12. (aprum.

Cruentus & indomitus, apud Claudianum.

Durus. Propertius, lib. 2.

Frendens. Ouid. 1. de Arte, 10.

Fuluus Ouid. 2. de Arte, 75.

Hirtus. Ouid. 1 de Arte, 153.

Hispidus. Seneca, in Agamem. 1. 6.

Nemoriuagus. Catul. in Aty. 58. 15.

Setosus. Virg. 7. Eclog. 6.

Sæuus. Virg. 3. Georg. 49.

Spumans. Virg. 1. Aeneid. 66.

Timendus dente. Ouid. 4. Epist. 21.

Toruus. Ouid. 2. de Arte, 38.

Trux. Ouid. 11. Metamorph. 142.

Vastator. Ouid. 9. Metamorph. 39.

Violentus. Ouid. 8. Metamorph. 148.

Apri fulmen habent in dentibus. Ouid. 10. Metamor. 109.

Aprum agitare latratibus. Silius, lib. 16, 115.

Ferire aprum. Ouid. 3. Metam. 143.

Figere apros. Ouid. 2. de Arte, 38.

Irascitur aper. Ouid. 7. Metam. 111.

Prædator aprorum. Ouid. 12. Metam. 62.

Immittere fontibus apros. Virg. 2. Eclog 9.

Premere cursum apri. Virg 1. Aeneid. 66.

Sectari apros. Virg. 3. Eclog. 15.

Superare uiribus aprum. Horat. 1. Epist. 19. 11.

Turbare aprum latratibus. Virg. 3. Georg. 82.

Aprinus, adiectiuũ, (καπρῖνος,) sic dici debet secundũ analogiam: ut à caper uel capra dicitur caprinus. Antiqui tamen, ut apparet ex uetustis codicibus, per quintam uocalẽ in secunda, & per g in tertia scripserunt aprugnus. Plin. lib. 8. cap. 51. 6, Iam Catonis Censoris orationes aprugnũ exprobrant callum. In tres tamẽ partes diuisio, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Plaut. Persa, 9. 4.

—quæ dixi ut nunciares,

Satin' ea tenes? S O. magis calleo, quàm aprugnũ callũ callet. Festiuè sic respondet, ludens homonymia huius dictionis calleo: quæ & scire & callosum esse significat. Eandẽ habet in Pœnulo, 8. 2. sententiam, & penè uerba eadem.

Aprugna: sub. caro.

Aprugni lumbi.

Aperio,] aperis, pe. corr. aperui, apertũ, (ἀνοίγω, ἀνοιγνύω, ἀνατάνυμι, ἀνακτύσσω,) aperire: Ex ad et pario, teste Prisciano: id est, patefacere: ut, Aperire ostium, Terent. Adel. 4. 4. 5. Idem Adelph. 2. 1. 13, Aperire fores. Sic Aperire ærarium, Cæsar 1. bel. Ciuil. 53.

Aperire literas. Cic. Att. lib. 1. 8. 3. & lib. 5. 98. 7. Sic, Aperire stamentum. Plin. lib. 7. cap. 52.

Aperire & Claudere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 204.

Aperire cauernas. Ouid. 15. Metam. 89.

Aperire, Declarare, ostendere, ut Aperire sententiam suam alicui. Cic. in Oratore, 40. Plin. lib. 2. cap. 11, Certior ex utraq; nubilitas solis aperitur.

Aperire & explicare. Cic. 1. de Finib. 49.

Aperire animum. Matius ad Cice. lib. 11. 28. 20.

Aperire se. Terent. And. 4. 1. 6,

Pòst ubi tempus promissa iam perfici,
Tum n cessariò se aperiunt.

Aperire pro Efferre arcanũ, prodere, & denunciare. Liu. Rem Annibali aperit. Cic. ad Brutum, 10. 4, Nec in Senatu scelleratißimorum consiliorum fontes aperire dubitaui.

Aperire, Soluere, explicare, ut Aperire ænigma. Plaut. Sic Aperire res occultas. Cic. 4. Acad. 112.

Aperire dubia. Cic. 4. de Finib. 109. Et lib. 1. 46, Aperire inuoluta. Item Virg. 6. Aeneid. 3, Aperire futura.

Aperire, Nudare, detegere: ut, Aperire caput, aut aliam partẽ corporis. Cic. 2. Philipp. 48. Idem 1. Off. 180, Verentur enim, ne si quo casu euenerit, ut partes corporis quædam aperiantur, aspiciantur non decore. Sic Plin. lib. 28. cap. 6. 3.

Aperuit aciem dies. Tacit. lib. 20.

Aperire caput, pro uulnerare. Iuuenal.

Fuste aperire caput, candelam apponere ualuis.

Aperire, Ostendere. Virg. 6. Aeneid.

—aperit ramũ qui uestè latebat. Idem 1. Aeneid. Terram inter fluctus aperit. Idem in tertio,

Quarto terra die primum se attollere tandem.
Visa: aperire procul montes, ac uoluere fumum. Hæc Nonius & Seruius.

Delitescere & Aperire se, contraria. Cic. 2. de Natur. deor. 75.

Occultare & Aperire, contraria. Cic. de Natur. deor. 74.

Aperire uiam, Dare aditum: Virgil. 11. Aeneid.

Nec socijs aperire uiam, nec mœnibus audent. Aliter idem lib. 10, Aperit si nulla uiam uis.

Aperire uiam incendio, Dare aditum ad faciendum incendiũ, Liu. 6. ab urbe, 9.

Aperire cursum alicui ad laudem. Cic. 14. Philipp. 396.

Aperire reditum ad. Cic. ad Trebatium, lib. 6. 11. 3, Quando tibi uirtus & diuinitas tua reditum ad tuos aperuit. Idem in Somnio Scipionis, 18.

Fugam aperire inclusis. Claud. de bel. Getico, 20.

Aperire iter alicui in aliquam regionem. Liu. 7 bel. Pun. 247.

Claudere & aperire rem familiarem. Cic. 2. Off. 79, Quam obrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitati aperire non possit: nec ita reserandã, ut pateat omnibus.

Aperire iter ferro. Sallust. Quocunq; ire placet, ferro iter aperiendum est.

Aperiri cœlum dicitur à poetis matutino tẽpore, quũ fit dies: Claudi uerò noctu, quum fiatur, Ex Seruio in illud Aen. 10,

Panditur

Panditur interea domus omnipotentis olympi.

Aperuit diem. Liu. 2. bel. Pun. 29, Quum calescente sole dissipula nebula aperuisset diem. Sic ibidem, lib. 6. 6.

Aperire locum suspicioni aut crimini, Dare occasionem suspicionis, aut criminis. Cic. 7. Verr. 142.

Aperire occasionem. Liu. 9. ab Vrbe, 142.

Aperire occasionem ad inuadendum. Liu. 4. ab Vrbe, 231.

Aperire fores amicitiæ. Cic. ad Brutum, lib. 13. 11. 10, Sed tamen in omnib. nouis cõiunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua cõmendatione quasi amicitiæ fores aperiãtur.

Aperit florem suum arbor, siue herba. Plin. lib. 12. cap. 11. 2.

Aperire fontes philosophiæ, Cic. 1. Tusc. 11. Quod Virgilius Recludere fontes dixit.

Aperire ludum docendi. Sueton. de Claris Rhetoribus, Ad id tempus Epidius calumnia notatus ludum docendi aperuit. Cic. ad Pætum, lib. 9. 18. 2, Quòd ut Dionysius Tyrannus, quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse.

Aperire, & Operire, ueluti contraria. Plautus, Capt. Operta quæ fuere, aperta sunt.

Apertus, participium. siue nomen ex participio, unde apertior & apertissimus: significat patens, manifestum, euidens. Cic. in Lælio, 79, In qua nisi (ut dicitur) apertũ pectus uideas, tuumq; ostendas, &c. Plin. lib. 11. cap. 37. 33, Ora apertiora laniatu uiuentibus.

Aperta pericula. Virg. 11. Aeneid. 71.

Apertum cœlum: Id est, purum, & serenũ, inquit Seruius. Vir. 1. Aen. 32, Cœloq; inuectus aperto. Sic apertus aer siue æther. Ibid. 119,

Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.

Apertum serenum. Virg. 1. Georg. 79,

Nec minus ex imbri soles & aperta serena. Vbi Seruius, Aer enim densatur nubilo, & rarescit sereno.

Aperta æquora, Lata planities. Virg. 3. Georg. 38.

Apertus cãpus, Planissimus, & latissimè patens. Virg. 2. Georg. 56. Liu. 9. bel. Maced. 122. Sic apertum mare, apud eundẽ, 5. bel. Pun. 58.

Aperta & dubia, contraria. Lucret. lib. 4. 95.

Apertæ simultates, & obscuræ, cõtraria. Ci. pro lege Mani. 50.

Apertæ naues. Vide Constratæ naues.

Apertum omnibus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2. 9.

Aperta res, & simplex. Cic. pro Cecinna, 3.

Quis apertior in indicium adductus est? Cic. pro Cluentio, 36.

Apertus dolor & hebes, contraria. Ci. ad Atticũ, lib. 8. 147. 7.

Apertum & perspicuum. Cic. 2. de Natur. deor. 5.

Aperta interrogatione concludere. Cic. 1. Acad. 8.

Apertũ, quod fraude uel insidijs caret. Virg. 11. Aeneid. Saltus ingressus apertos. Sic Apertum pectus. Vide Apertus.

Aperti & simplices homines. Qui nihil habẽt simulatum, qui sunt minimè fraudulenti. Cic. 1. Offic. 153. Idem Lentulo, lib. 1. 9. 92.

Apertum, absolutè. Liu. 1. ab. Vrbe, 148. Et castris in apertis positis. Id est in loco undiq; patenti.

Per apertum fugere. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.

In apertum proferre. Cic. in Parad. 6, Hoc tamen opus in apertum ut proferas nihil postulo. Vide In.

Apertè, aduerbium qualitatis, apertius, apertissimè. Euidenter, manifestè. Cic. in Lælio, Apertè enim adulantem nemo nõ uidet. Terent. Eun. 5. 1. 3, Non tu istuc mihi dictura apertè es? Cic. pro Rosc. Comœdo, 25. Sic Apertè fallere, apertè irridere, apertè malus, apud Terentium, Andr. 3. 2. 13. Phorm. 5. 8. 63.

Explicare apertè. Cic. 4. Verr. 13.

Apertè dolorem ferre, uel lætitiam. Cicer. Attic. lib. 13. 308. 6.

Et pro Plancio, 28.

Apertè falsum. Cic. 2. de Orat. 168.

Apertè odisse. Cic. in Lælio, 58, Apertè enim uel odisse alterum magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam.

Apertè palamq; dicere. Cic. 2. Verr. 12.

Apertè mentitur. Cic. 4. Acad. 37.

Apertè, ita ut res sese habet, narrabo. Terent.

Apertissimè insanire. Cicero quarto Academic. 44.

Apertè & palàm, & Ex insidijs, contraria. Cic. in Bruto, 21.

Apertè, & tectè, contraria. Cic. Attic. lib. 1. 9. 6, Et tamen ab illo apertè & tectè quicquid est datum, libenter accepi.

Apertio, (ἀνοῖξις) Verbale. Varr. 1. de Re rustica, cap. 63, Sub terra qui habent frumentum in ijs quos uocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam intercluſa sit anima, aliquanto post promere, quàm aperuerint, oportet.

Apertura, aperturæ, pen. prod. (ἀνοῖξις) Quasi os quoddam in ædificijs. Vitru. lib. 5. cap. 5, Contraq; eas cellas relinquantur aperturæ. Idem, lib. 10. cap. 9, Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis semipedalibus aperturis ad aquam intro concipiendam.

Apes,] apis: uel apis, huius apis, f. g. (μέλισσα) Animal nolucre, de insectorum genere uulgò notissimum: cuius est mel ificare proprium. Vnde illud Virgilij ex uita eius,

Sic uos non uobis mellificatis apes.

Apes ab eo dictæ, quòd sine pedibus nascantur: unde Virgilius,

Trunca pedum primò. Author Probus, & Priscianus.

Apis in nominatiuo. Colum. lib. 9. cap. 3, Nam quanto grãdior apis, atq; rotundior, tanto peior. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 16,

——dulcior illo Melle quod in ceris Attica ponit apis.

Apes cur putentur musis dicatæ. Vide Musarum uolucres, in Musa.

Apium in genitiuo plurali. Iuuenalis,

Examenq; apium longæ consederit uuæ. Sic bis aut sæpius Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16. 10. & 11. Columella modò uno, modò altero: sed frequentius Apum dicit, lib. 9. ubi de apibus.

Apes florilegæ. Ouid. 5. Metam. 74.

Fœtæ. Virg. 4. Georg. 28.

Melliferæ. Ouid. 15. Metam. 77.

Leues. Tibul. lib. 2.

Parcæ. Virg. 1. Georg. 1.

Populatrices Hymeti. Martial. lib. 13.

Sedulæ. Ouid. 12. Metam. 197.

Abortus apium. Plin. lib. 111. 16.

Aculeum apis sine clamore ferre non possumus. Cic. 2. Tusculan. 91.

Bombus apum. Plin. lib. 11. cap. 10.

Examina condunt apes. Virg. 2. Georg. 91.

Examen moliuntur. Claud. de bel. Getico, 49.

Insidunt floribus. Virg. 6. Aeneid. 142.

Stridunt apes. Virg. 4. Georg. 111.

Reuocare apes tinnitu. Claud. 4. Paneg. 52.

Apes fauos fingunt. Cic. 1. Off. 219, Vel confingunt, aut construunt. Plin. lib. 11. cap. 5.

Flores aggerunt pedibus, & cõportant. Plin. lib. 11. 6. & 10.

Incubant, & abortiunt apes. Plin. lib. 11. cap. 16.

Mellificant apes. Ibidem, cap. 10.

Apicula, pen. corr. diminutiuum, (μελισσάριον,) Plin. lib. 7. cap. 21. 2. & Plaut. in Curcul. 2. 10.

Apianus, pen. prod. (μελισσάρατος) adiect. ab Apes: ut, Apianæ uites, quæ ab apib. dictæ sunt, quia earũ uuas apes maximè infectantur. Apiana uua, uulgò le muscadeau. Plin. lib. 14. cap. 2.

Apiarium,

Digitized by Google

Apiarium, apiarij (μελισσών) denominatiuum ab apes, Locus ad nutriendas apes propriè accommodatus. Colum. li. 8. cap. 14, Nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria. Sic idē lib. 9. cap. 3. & 5. & alijs. Gellius, lib. 2. cap. 20, Apiaria quoq; uulgus dicit loca, in quibus sunt siti aluei apum. Vide Auiarium.

Apiarius (μελιτουργός) Qui custodiendis curandisq; apibus præfectus est: sicut Auiarius, qui auibus. Plinius, libro 21. cap. 10. 1, Prouentum enim sperant apiarij, largè florente eo. Sic Col. libro 9. Hunc autem Varro mellarium uocat, libro 3. cap. 16. 9.

Apiatus, pen. prod. adiectiuum (μελισσωτός) ut Mensa apiata. Plin. lib. 13. cap. 15. 5. de mensis cedrinis loquens, Magna uerò post has gratia extra prædictas crispis, densa ueluti grani congerie: quas ob id à similitudine apiatas uocant. Id est, quæ stercoribus apum infectæ uidentur.

Apesantius] Iupiter (ἀπεσαύτιος Ζεύς) Dictus à monte Nemeæ, quem quidam Apheſas, alij Apesas nominant. Pindarus & Callimachus.

Apesus] Vide Apheſas.

Apex] apicis, pe. cor. m. g. (κόρυς) propriè dicitur in summo Flaminis pileo uirga lanata: hoc est, in cuius extremitate modica lana est, quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. Hæc Seruius in 2. Aeneid. Item lib. 8. Aene. 131, Apices lanigeri. Festus, Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus ab eo quod comprehendere uinculo, antiqui Apere dicebant. Valer. lib. 1. cap. De seruata religione, At Sulpitio inter sacrificandum è capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. Potest tamen hîc accipi pro ipso pileo Flaminis: ut sit pars pro toto.

Apex pro summitate pilei. Virg. 2. Aene. 135,

Ecce leuis summo de uertice uisus Iuli
Fundere lumen apex.

Apex, cuiuscunq; rei summitas: ut, Apex falcis, qui mucro dicitur. Colum. lib. 4. cap. 25. 2. de figura falcis, Eiusq; uelut apex pronus imminens, mucro uocatur.

Flammeus apex exarsit comis. Oui. 6. Fast. 128.

Capitis apex. Clau. 15. epigram. 1.

Apex montis. Silius, li. 22. 142.

Lucidus apex. Oui. 4. de Ponto, 11.

Apicem ducere. Oui. 10. Metam. 56.

Coniferi micuere apices. Clau. 3. de rap. Proser. 81.

Apex, Auium crista, ut in pauone, galerita, upupa, & gallinaceo genere. Plinius, lib. 11. cap. 37. 1, In capite paucis animalium, nec nisi uolucribus, apices diuersi quidem generis. Phœnici plumarum serie, medio eo exeunte alio pauonibus, crinitis arbusculis, &c.

Apex, Accentuum nota, quæ uocalibus superponitur. Quint. lib. 1. cap. 7. 2, Vt longis syllabis omnibus apponere apicem ineptißimum est: quia plurimæ natura ipsa uerbi, quod scribitur, patent: sed interim necessarium, quum eadem litera alium atq; alium intellectū, prout correpta uel producta est, facit. Vt malus, utrum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. Aut flexa pro graui, aut grauis pro apice circunducta sequetur.

Apex per metaphoram, pro culmine & decore. Cic. de Senect. 56, Apex autem senectutis est authoritas: quanta fuit in M. Cæcilio Metello, quanta in Attilio Calatino. Id est, summa dignitas, & quasi honoris fastigium.

Apices regum. Horat. 3. Carm. Ode 21. 4.

Apexabo] pen. corr. apexabonis, genus farciminis, hoc est, fartum quoddam intestinum. Varro, 4. de Lingua Latina, Quod in hoc farcimine summum quiddam eminet, ab eo quod in capite apex, apexabo dicta.

Aphaca] aphacæ (ἀφάκη) Herba est in armis nascens, paulò altior lente, tenuibus foliis: siliquas lenticula maiores fert, in quibus terna quaternáue semina nigra lente minora continentur, quæ adstringendi uim habent. Dioscor. lib. 2. cap. 142. & Plin. lib. 27. cap. 5.

Aphæresis] pen. corr. & antepenultima cum æ diphthongo, f. g. (ἀφαίρεσις) uerti Latinè potest abscisio. Figura est dictionis, de qua sic Diomedes: Aphæresis, est ablatio de principio dictionis, contraria Prothesi, quum aut litera amputatur: aut syllaba auferatur. Litera, ut, Ruit omnia latè, pro Eruit. Syllaba, ut, Temnere diuos, pro Contemnere: & Linquere castra, pro Relinquere.

Aphannes] ἀφάννης) Locus erat ut Steph. tradit, Siciliæ, uehementer obscurus & ignobilis, unde & nomen adductum apparet. Hinc natum prouerbium, ἢ εἰς ἀφάννας, Aut in Aphannias: de incertis, & quæ nusquam sunt. Vide Erasm. Chiliad.

Aphareus] trisyllabum, pe. cor. (ἀφαρεύς) Aphari, Pater Lyncei: à quo adiectiuum Aphareius: ut, Aphareia proles, Oui. 8. Meta. 61.

Aphareus] Pinnula est sub uentre thynni fœminæ, qua masculo deest. Aristot. li. 5. de histor. animal.

Aphedantes] penul produ. Populi in Molossis (inquit Stephan.) ab rege cui Apheda nomen fuerit. Alij Alphidantes scribunt.

Apheſas] penul. corr. Apheſantos, Apheſanta in accusatiuo (ἀφεσάς) Montis nomen, qui Nemeæ superiacet, ubi Theseus Ioui primum operatus creditur. Dictus ab heroe, cui Apheſas nomen erat. Stat. 3. Theb. 92,

Mons erat audaci seductus in æthera dorso,
Nomine Lernæi memorant Apheſanta coloni,
Gentibus Argolicis olim sacer.

Aphetę] ἀφέται, Ciuitas est iuxta Pagasas, Pheræ Pelasgicæ emporium: sic dicta, quasi Emissa, quia hinc emissi fuerint Argonautæ. Strab. li. 9.

Apheteria] ἀφετήρια, Græcis dicuntur carceres unde equi emittuntur ad cursum. Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas, organa ad expugnandas urbes accommodata.

Aphetor] oris. penult. corr. (ἀφήτωρ) Apollo nuncupatus, quasi Emissor (ut Hesychius testatur) ab emittendis & edendis oraculis, uel sagittis & radijs. Vtriq; enim conuenit. Strabo quoque in 9. meminit, Homeri uersus afferens. Porro etiam Apheti dicuntur deo dicati, ut γυναῖκας ἀφετοὶ: & ἀφετοὶ κῆρες, quæ sacratæ dijs sunt, ut nostræ moniales. Sic & Athenæus uocare uidetur animalia sacra, quæ passim uagantur, ut hodie Antonianæ sues.

Aphetor] ἀφήτωρ. Delphis quinque pontifices per omnem uitam sacri erant, qui ὅσιοι dicti, quorum primus qui hostiam immolabat, Hositer: qui uerò edebat oraculum, Aphetor nuncupati sunt: qui unà cum prophetis sacra obibant, diuinasq; prædictiones & cæremonias, & quo cultu, quibusq; exemplis fierent sacra, prædicebant. Alexand. ab Alex. li. 2. ca. 8.

Aphidantes] Vide Aphedantes.

Aphidnę] Aphidnarum (ἄφιδναι) locus celebris in Attica. Senec. in Hippolyto, 1. 5,

—— paruas alius Calcet Aphidnas.

Aphneus] Mars (ἀφνεὺς Ἄρης) cognominatus est in Arcadiæ monte Cteſio. Vide Pausan. in Arcad. & Cæl. lib. 20. capite 25.

Aphorismus] aphorismi (ἀφορισμός) est plurium rerum summatim facta traditio, quasiq; ad regulam exacta rerum doctrina. Galenus ait, aphorismum doctrinæ genus esse, quod

Digitized by Google

esse, quod omnes rei proprietates breuissimis uerbis circunscribit. Aphorismus item, uel Diorismus, figura apud Iulium Rufinianum, emendationis species, quæ temerè dixeris, reprehendens: ut, Quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Cicer.

Aphorme] ἀφορμή, Dicitur pecunia, quæ apud argentarios illos & mensularios deponebatur, qui non tam pecuniarum permutationem quam maiorem negociationem exercebãt, quibusq; olim moris erat pecunias custodiendas dari, fœneratò interdum, interdum gratuitò. Budæus.

Aphractum] aphracti, n.g. (ἄφρακτα) uel Aphractus, masculino genere: Est genus nauigij oblongum, undiq; apertũ: id est, neq; septum, neq; tectum: quo maxime utuntur Rhodij. Cicero Attico, lib. 6. 119. 3, Nos Rhodiorum aphractis, cæterisq; longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. Eidem, Nosti aphracta Rhodiorum: nihil est quod minus fluctum ferre possit. Eidem, lib. 5. 100. 1, Nauigauimus sine timore, & sine nausea, sed tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem.

Aphrica] tertia orbis regio. Vide Africa.

Aphrodes] meconion (ἀφρῶδες μηκώνιον) Plin. lib. 27. cap. 12, Peplos, quam aliqui sycen, alij meconion aphrodes uocant, ex una radice tenui fruticat, foliis rutæ paulò latioribus, semine foliis rotundo, minore quam candidi papaueris.

Aphrodisiace] es (ἀφροδισιακὴ) Gemma est. Pli. li. 37. ca. 10, Aphrodisiace ex candida rufa est.

Aphrodisias] ἀφροδισιὰς, Insula est in mari Persico, ubi Persis à Carmania dispescitur: sic dicta, quòd in ea Venus quàm religiosissimè coleretur. Alio nomine κολιὰς dicta. Plinius, libro 6. capite 25. huius insulæ meminit. Est præterea Aphrodisias Ciliciæ oppidum, teste Stephano. Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus, de qua Pli. li. 4. ca. 22.

Aphrodisium] ἀφροδίσιον, Statua Veneris. Aphrodisia, sacrificia Veneris, & res Venereæ. Plau. Pœ. 3. 62,

Ego in ædem Veneris eo: nisi quid uis Milphio:
Aphrodisia hodie sunt.

Aphrodisium] Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. Est & Aphrodisium Ptolemæo, urbs Africæ, quæ uulgò Africha dicitur. Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem authore.

Aphrodite] Aphrodites, pen. prod. Venus dicta est: quòd è maris spuma sit enata. Græcè ἀφροδίτη. Aristoteles putat Venerem idcirco Aphroditẽ dici, quòd spermatis natura sit spumosa, hoc est, ἀφρώδης: spuma enim alba est. Didymus uerò παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, id est, à uitæ mollitie.

Aphroditopolitana] præfectura (ἀφροδιτοπολίτης νόμος) est ciuitas eodem nomine in Arabia, in qua bos alba sacra alitur. Strabo, li. 17.

Aphron] Plinio herba est ex generibus papaueris, foliis (si propius intuearis) passerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. Hæc Pli. sed fortasse perperam, lib. 20. cap. 19. A Dioscoride uocatur μήκων ἀφρώδης, hoc est spumeum papauer, libro 4. cap. 62.

Aphronitrum] pe. corr. (ἀφρόνιτρον) Spuma nitri est: de qua Pli. li. 31. ca. 10. 6. & Mart. li. 14. 61,

Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar:
Spuma uocor nitri, dicor & aphronitrum. Statius, libro 4. Syl. 9. 8, Aut panes uiridantis aphronitri.

Aphroscorodon] ἀφροσκόροδον, Genus est allij maioris incrementi, quod à Plinio Vlpicum uocatur. Vide Plinium, libro 19. capite 6.

Aphroselenus] ἀφροσέληνος, Lapis, alio nomine Selenites dictus, quoniam nocte inuenitur lunæ imaginem reddere, quæ cum ea quidem augetur & decrescit. Nascitur in Arabia candidus, translucens, leuis. Huius ramenta comitialibus in potum dari iubent. Dioscor. li. 5. ca. 116.

Aphthonius] ἀφθόνιος, Sophista, qui scripsit Progymnasmata, id est, præexercitamenta in artem Hermogenis.

Aphya] ἀφύη, Piscis genus, minimum & inutile, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerbium, Aphya ad ignem: In ea quæ celeriter intereunt aut consumuntur, siue quæ facile ac statim conficiuntur. Latinè Apua dicitur. Plinius. Cicero Attico, libro 4. 80. 2, aphyam populi uocat sentinam & sordes populi: Quare, inquit, ut homini curioso ita perscribe ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique; etiam quid à te fiat, ad me uelim scribas. Vide Apua.

Aphydna] Vide Aphidnæ.

Aphytacoras] Ctesias, referente Plinio, arbores quasdam esse uoluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuium, electum ferentes: uoceq; hac prædulcem suauitatem significari tradidit. Author. Pli. li. 37. ca 2.

Aphyte] es (ἀφύτη) siue Aphitis, is, Oppidum est Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne, ab Aphio quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytei. Stephan.

Apia] Plin. lib. 4. cap. 4, Peloponnesus, Apia antè appellata, & Pelasgia, peninsula haud ulli terræ nobilitate post ferenda, &c. Hæc ille.

Apia, æ. Tellus dea appellatur à Scythis, ut Herodotus docet, libro 4.

Apianus, & Apiarium] Vide Apes.

Apiastra] μελισσοβόρος, Auicula est, quæ apes comedit, alio nomine Merops dicta. Ex Seruio in 4. Georg.

Apiastrum] apiastri (μελισσόφυλλον) Herba est apib. gratissima: quam nonnulli apium syluestre esse dicunt. Plin. lib. 20. cap. 11. 4. Apiastrum Hyginus quidam melissophyllon appellat. Varro, de re Rust. lib. 3. cap. 16. 8, Et cythiso obseuisse, & apiastro: quod alij meliphyllon, alij melissophyllon, quidam melinon appellant.

Apiatus] Vide Apes.

Apica] pen. corr. (σφηκώδης) dicitur ouis, quæ uentrem glabrum habet, ut ait Fest. Pli. li. 8. ca. 48. 7, In ipsa oue sanctis generositatis ostenditur breuitate crurum, uentris uestitu: quibus nudus esset, apicas uocabant, damnabantq;. Idem scribit Varro, de re Rust. li. 2. ca. 2. 2.

Apicius] Vide Apitius.

Apicula] Vide Apes.

Apiculus] Vide Apex.

Apidanus] pen. cor. (ἀπιδανός) Fluuius unus è præcipuis Thessaliæ, qui tardè fluere dicitur, quousq; illi commiscetur Enipheus, ut scribit Herodotus, li. 7. Oui. li. 7. Meta. 46,

Multa quoq; Apidani placuerunt gramina ripis.

Apilas] ἄπυλας, Flumen est in orta Heraclea. Pli. li. 4. c. 10.

Apilascus] udis, pe. pro. Pli. li. 33. ca. 4, Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilascudem uocant.

Apina] pe. cor. uel Apinæ, Apinarum, plurale tantùm, Vrbs Apuliæ. Tricas & Apinas uulgò res futiles ac nugatorias dicebant. Mart. li. 1. 184,

Quæcunq; lusti iuuenis, & puer quondam,
Apinasq; nostras. Idem, li. 14. 1,
Sunt Apinæ, Tricæq;, & si quid uilius istis. Tractũ est prouerbiũ ab Apina urbe Apuliæ. Plin. li. 3. cap. 11, Diomedes ibi deleuit gentes Monadorũ, Dardorũq;, et urbes duas, quæ

quæ in prouerbij ludicrum uertere, Apinam & Tricam.

Apiola] *Oppidum Latinorum, captum à L. Tarquinio rege, ex cuius præda Capitolium inchoauit. Pli. li. 3. ca. 5.*

Apios] ἄπιος, *Herba est, Ischas etiam dicta, quæ folio constat rutaceo, breui, caulibus ternis aut quaternis humi prostratis, radice qua asphodelus, uerùm squamosa. Nascitur in montibus: legitur uere: datur ad expurgandum corpus, quòd altera radicis parte superius, altera inferius purget. Hæc ex Theophrast. libro nono, capite 10. de Plant. histor.*

Apis] *huius apis. Vide* Apes.

Apis] *Apidis, uel Apis* (ἄπις) *qui etiam dictus est Serapis, à quibusdã Osiris. Augustinus, li. 18. de Ciuitate Dei, Rex Argiuorũ Apis nauibus transuectus in Aegyptũ, quum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omniũ maximus Aegyptiorũ deus. cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit rationem Varro reddit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur (quod omnes iam sarcophagum uocant) σορὸς, dicitur Græce, & ibi eum sepultum uenerari cœperũt, priusquam templum eius esset extructum uelut acrosapis, uel Sorapis primo, deinde una litera (ut fieri solet) cõmutata, Serapis dictus est. Apud Aegyptios etiã Apis bos dicitur, & pro numine colitur. Ci. 1. de Nat. deor. 111, Quid igitur censes Apim illum sanctum Aegyptiorum bouem, nónne deum uideri Aegyptijs? Oui. 2. Amorum, eleg. 13. 4,*

Et comes in pompa corniger Apis erat. Lucanus,

Et sacer in cineres magni mactabitur Apis. Hunc enim mirabili uanitate decepta Aegyptus, in honorem eius diuitijs affluentibus alebat: quoniam cum sine sarcophago uiuũ uenerabatur Apis, non Serapis uocabatur. Quo boue mortuo, quoniam quærebatur & reperiebatur uitulus coloris eiusdem, mirum quoddam, & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Vide Strab. lib. ult. & Plin. li. 8. cap. 46. Est etiã Apis uicus in Africa, quia nobilis religione Aegypti locus esset. Fuit & Apis rex Argiuorum qui fuit filius Iouis & Niobes, Phoroneï filiæ. Ferunt hunc post centesimum annum regnasse apud Argiuos Quum q; sibi Egialeum fratrẽ præfecisset, in Aegyptum transfretauit, et Memphim ciuitatem condidit: accepta in coniugem Iside.

Apiscor] *apisceris, pe. corr. aptius sum* (ἀφίσκω) *apisci, Antiquum uerbum: unde fit Aptus, apta, aptum. Nonius, Apisci inuenire. Sisenna, Hist. li. 4, Itaq; postero deligato signinum redeuntis apiscitur. Ex eo composita in usu sunt, Adipiscor & Indipiscor.*

Apisci, Indipisci. *Lucilius, lib. 26, Vt ego effutiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo. Nonius.*

Apisci, *pro Adipisci. Festus. Lucre. li. 1. 91,*

Nec ratione animi quam quisq; possit apisci.

Apitius] ἀπίτιος, *Altissimus nepotum gurges, ut scribit Plinius. Libros de gula conscripsit, ut Author est Suidas, pro qua multas absumpsit opes. Huius etiã meminit Martialis,*

Ipse quoq; ad cœnam gaudebat Apitius ire:

Quum cœnaret, erat tristior ille domi. Hic & congiaria principum, et ingens Capitolij uectigal comessationibus hausit. Seneca de Consolatione ad Albinam matrem, Apitius nostra memoria uixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit. Hæc ille.

Apium] *apij* (σέλινον) *Herba est quæ Græcè dicitur selinon: cuius multæ sunt species. Plinius, lib. 19. cap. 7, Contra, plura genera sunt eorum, quæ diximus, dicemusq; in primis de Apio. Deinde sic subiũgit capite proximo: Id enim quod sponte in humidis nascitur, helioselinum uocatur, uno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis, hyposelinum, pluribus foliis simile helioselino. Tertium est orioselinum, cicutæ foliis, semine anethi, minutiore tamen, &c.*

Apio coronabantur uictores in Nemæo certamine. *Plin. lib. 19. cap. 8, Ab æquinoctio uerno seritur Apium. Et paulò post, Honos ipsi in Achaia, coronare uictores sacri certaminis Nemæe. Iuuenalis, Saty. 8. 23.*

Amarum apium. Virg. 6. Eclog. 14.

Vdum. Hora. 2. Carm, Ode 7. 6.

Viuax. Hora. 1. Carm. Ode 36. 4.

Apio gaudent ripæ. Virg. 4. Georg. 25.

Aplanes] *penultim. prod.* (ἀπλανὴς) *Dicitur non uagus, Inerrabilis. Macrob. lib. 1. de Somnio, Prima illa stellifera stella, quæ proprio nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos uocatur, continens & arcens cæteras.*

Apluda] *Vide* Appluda.

Aplustre] *aplustris, n. g. pluraliter aplustria, & per syncopen aplustra, genitiuo aplustrium* (ἄπλοῦστριχ) *sunt nauiũ ornamẽta. Priscianus, Aplustre quamuis faciat ablatiuũ ab hoc aplustri: nominatiuum tamen pluralem non solum in a, sed etiam in ia terminat. Et aplustra enim & aplustria antiqui protulisse inueniuntur. Cic. in Arato,*

Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra. Idem ibidem.

Fulgent Argoæ stellis aplustria puppis. Hæc Priscianus, li. 7. Sil. us, lib. 19. 66,

Et transtra & mali, lacetoq; aplustria bello. Et lib. 4. 89. Festus, Aplustria, nauium ornamenta: quæ quia erant amplius quàm essent necessaria usu, etiam amplustria dicebantur. Lucr. li. 2. 112,

Per terrarum omnes oras fluitantia aplustra.

Amplustre. *Iuuenalis Satyr. 10. Lucan. lib. 3. 134. Quanquam alij ab æ priuatiua particula, & πλοῦς: id est, nauigatio, aplustria dicant.*

Aplysię] ἀπλυσίαι, *Illotarias uertit Theodorus. Spongiarum genus uilissimum, maximas habens fistulas, & reliquã partem admodum spissam: ita dictum, quod elui non possit. Vide Pli. li. 9. cap. 45.*

Apnæa] ἄπνοια, *Affectio quædam est, nulla, ut uisus indicat spiratione facta: quod tamen fieri nequit, aut ea quæ per uniuersum fit corpus, transpiratio, tunc sufficere potest. Cæl. li. 4. c. 2. Gale. li. 4. de loc. affect.*

Apobathra] ἀποβάθρα, *Strabo, lib. 13, Apud Sestum locus quidam Apobathra nominatur, ad quem ratis iuncta fuit. Hæc ille.*

Apobate] *tes* (ἀποβάτη) *Athenienses ludus erat equestris, quo Phocionis filius sæpissimè lusit, & Victor fuit. Alex. ab Alex. li. 3. ca. 21.*

Apocha] *apochæ, pen. corr.* (ἀποχή) *Vlpianus in l. si accepto latum. de acceptil. Inter acceptilationem & apocham hoc interest: quòd acceptilatione omnimoda liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apocha non aliàs quàm si pecunia soluta sit. Apocha igitur schedula est, quam uulgò quitantiam uocant: Antapocha uerò est quam debitor dat creditori Budæus.*

Apocope] *apocopes, pen. corr. fœm. gen.* (ἀποκοπή) *Latinè dici potest abscisio. Figura est dictionis, quum ab eius fine detrahitur aut litera, aut syllaba. ut cura peculi, pro peculij. Vnde & nec pro neq;, & sat pro satis per hanc figuram dicta sunt. Huic contraria est Paragoge.*

Apocynon] *apocyni, n. g.* (ἀπόκυνον) *Osiculum in ranæ siniſtro latere. Plin. lib. 32. cap. 5. 8, Osiculo quod sit in dextro latere in aquam feruentem deiecto, refrigerari uas, nec postea feruere nisi exempto. Id inueniri obiecta ranæ fermi-*

Digitized by Google

cis,carnibusq; erosis,singula in solũ addi. Et aliud esse in sinistro latere,quo deiecto seruere uideatur,apocynõ uocari.

Apodes] apodum,apodibus. Vide Apus.

Apodesmus] ἀποδέσμῳ. Ornatus muliebris Polluci,li.7. ca.22.ad finem:ubi Gualtherus uertit,Mitram.

Apodixis] huius apodixis,f.g. (ἀπόδειξις) Quintil. lib.5. cap.10,Apodixis,est euidens probatio: ideoq; apud Geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Plura ibidem. Gell.lib. 17.cap.5,Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere,aut perspicua & minime controuersa: idq; ἀπόδειξιν uocari dicebat, quum ea quæ dubia,aut obscura sunt,per ea quæ ambigua non sunt,illustrantur.

Apodosis] huius apodosis, pen. corr. fœm.gen.(ἀπόδοσις) Latinè redditio dicitur. Figura est Grammaticis. Terentius, And. 1.5.42,

—adeon' me ignauum putas,
Adeon' porro ingratum, aut inhumanum,aut ferum,
Vt neq; me consuetudo,neq; amor,neq; pudor
Commoueat, neq; commoneat ut seruem fidem? Vbi Donatus,Vt neq; me consuetudo,&c. Apodosis ad superiora:Consuetudo aduersus feritatem:Amor aduersus inhumanitatem:Pudor aduersus ingratum animum.

Apodyterium] apodyterij, quasi Latinè dicas exutorium, (ἀποδυτήριον) Erat enim locus in balneis ante balnei siue hypocausti ingressum, ubi loturi se exuebant: hoc est uestimenta deponebant. Cic.ad Qu.fratrem, lib. 3. 17.4, In balnearijs,assa in alterum apodyterij angulum promoui, propterea quòd ita erãt posita,ut eorũ uaporariũ,ex quo ignis erumpit,esset sub tectũ cubiculi. Plin.epist.101.9,Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria.

Apœninus] pe.pro.(ἀπεννῖνον ὄρος) Straboni mõs est,qui ab alpibus proficiscens, uniuersam Italiam usq; in Siciliam diuidit. M. Cato Pœninum montem eum nominare uidetur, per quem Annibal exercitum traiecit in Galliam. Hinc Apœninus dictus, quòd radices sub Pœnino transitu Annibalis habeat. Hæc Vadianus Pomponij interpres. Huius montis meminit Lucan.li.2.

Celsus Apœninus. Horat.in Epod. Ode 16.6.
Longus Apœninus. Persius, Saty.1.10.
Nubifer Apœninus. Oui.2.Meta.46.
Niualis Apœninus. Stat. Paneg.22.

Apœnigena,pe.cor.(ἀπεννιγενής) Qui Apœninum incolit,aut in Apœnino uersatur:ut, Apœnigenæ pastores. Clau. 4.Paneg.101,Apœnigenis cultas pastoribus aras.

Apœnicola,læ,pen.cor.(ἀπεννικόλος) Idem. Virg.11.Aeneid. 140,Apœnicolæ bellator filius Auni.

Apogeus] huius apogei (ἀπόγαιος) Ventus à terra flans. Pli.li.2.cap.43.4.

Apographum] apographi,pe. corr. (ἀπόγραφον) Exemplũ & descriptio libri,& imago tabulæ. Latinè descriptum et exscriptũ dicitur. Vnde Ci.libros suos philosophicos apographa uocat: quasi scriptorum Græcorum imagines & exempla. Pli.li.35.ca.11.5, Huius tabulæ exemplar,quod apographon uocant,L.Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo] apolactizas (ἀπολακτίζω) apolactizare,Calcibus inuadere. Vnde per translationem significat Paruifacere, paruipendere. Plaut. Epid.14.13, Ἀπολακτίζω inimicos omnes.

Apolectus] huius apolecti (ἀπόλεκτος) Delectus, siue selectus,à uerbo Græco ἀπολέγω,quod Deligo significat. Apolecti igitur,Delecti,eximij,selecti. Liuius, 6. bel. Maced. 115,Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos uocant,Phaneas,& quæ imperarentur,& quæ ipsis propè ac cidissent,exposuisset. Ibidem,lib. 6.130, Concilium quidem uniuersæ gentis Aetoli post dimissos Romanos non habuerunt. Per apolectos autem (ita uocant sanctius concilium, quod ex delectis constat uiris) id agitabant, quomodo res in Græcia nouarentur.

Apolectus] ἀπόλεκτος, Genus piscis ex pelamidum genere. Pli.li.9.cap.15.

Apolis] pen.corr.apolidis. m.g. (ἄπολις) Latinè peregrinus. Martianus in l. quidam. de pœnis,Item quidam apolides sunt,ut sunt in opus publicum perpetuo dati & in insulam deportati. Vlpianus in l. prima. de Legatis tertio, Apolides deportatos esse ait. Hoc est, redactos in peregrinitatem.

Apollo] Apollinis,& Apollos, Apollo,secundum Græcam declinationem (ἀπόλλων) creditus fuit Deus, quem Greci etiam φοῖβον,hoc est,Solem appellant. Cui(ut Macrobius inquit) uariæ fuerunt potestates. Nam fuit author carminis, præses uaticinij,sagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit,& chordæ uocalis. Idem dicitur Liber,quòd libere uagetur per aerem. Apollo Nomius,id est,pastor: dictus est quo tempore Admeti regis pauit armenta. Apollinis tripodem,uas aureum fuisse constat trium pedum à Vulcano fabrefactum,ac pro munere Pelopi datum, dum uxorem duceret. Dictus Apollo ab α, sine:πολλοί, multi: quòd solus ipse luceat. Prophyrius ait eundem esse Solem apud superos : Liberum patrem in terris : Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulacrum uidemus,Lyram,quæ nobis cœlestis harmoniæ imaginem monstrat:Grynæum,quod terrenum numen ostendit : Sagittas, quibus infernus Deus iudicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus est ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυσθαι. Euseb. de Euang. præparat. Apollo uocatur quòd ἀπαλλάττει, id est, ægrotationibus homines saluat atq; liberat: quamobrem ardentissimum etiam Solem Apollinis nomine appellant. De Apolline multa apud Cic.lib.2.de Nat.deo.98.

Apollo Actiacus. Oui.13.Met.55. Augur. Virg.4.Aen.76.
Delius. Virg.3.Aenei.33.
Flauus. Oui.1.Amorum,eleg.ult.7.
Formosus. Virg.4.eclog.12.
Grynæus. Virg.4.Aeneid.70.
Palatinus. Horat.1.epist.3.4.
Pulcher. Virg.3.Aene.24.
Pulsator citharæ. Val.Flac. li.5.Argon.139.
Tymbræus. Virg.4.Georg.65.

Apollineus,adiectiuum (ἀπολλωνειος) ut Apollinea ars,pro Arte medica. Oui.li.3.Trist.eleg.3.2.

Apollinea ars,etiam pro arte uaticinandi accipitur ab Ouidio, in Ibin,54,

Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam uatem intelligit. Sic 3.de Trist.eleg.3.2.

Apollinei cantus. Oui.11.Metam.32.
Apollinea testudo. Oui.ad Pisonem,34.
Crinis Apollineus. Clau.de rapt. Proserp.li.3.6.2.
Frater Apollineus,Cupido. Oui.9.Meta.92.
Vates Apollineus,Orpheus. Oui.11.Meta.2.

Apollinaris,& hoc Apollinare,penult.prod. aliud adiectiuum (ἀπολλιναρειος) ut Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant. Cicero,10.Philipp.273, Qui ne Apollinares quidem ludos,pro sua,Populiq; Rom.dignitate apparatos præsens fecit. Idem ad Atticum,lib.2.34.4,Ludis Apollinaribus. Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est.

Apollinaris] herba (ὑοσκίαμος) Planta est,de qua Galen. lib.8.Simp.his uerbis:Hyoscyamus, cui semen atrum est,insaniam ac soporem affert; huic autem is, cui semen mediocriter

criter flauum est, propinquam facultatem obtinet. Verùm utrique fugiendi sunt, ut inutiles & uenenosi. Cæterùm cuius semen, ac flos candidus est, ad sanationē uel maximè idoneus est, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Galen. Huius uerò plantæ descriptionem uide apud Dioscorid. lib. 4. cap. 65.

Apollocrates] ἀπολλοκράτης, Alter ex Dionysij filijs, qui unà cum patre in expeditionem dum exularet, profectus est. Strabo, li. 6.

Apollodorus] penult. prod. (ἀπολλόδωρος) Athenienſis pictor inſignis, 93 Olympiade, de quo Plin. lib. 35. cap. 9. Fuit & alter hoc nomine ſtatuarius, eidem Plin. lib. 34. cap. 8. Item medici duo, quorum Citteus unus, alter Tarentinus dictus est Plin. lib. 20. cap. 4. Fuit & Athenienſis grammaticus Aſclepiadis diſcipulus, Panætij Rhodij Philoſophi diſcipulus, & Ariſtarchi grammatici. Is primus genus metri Triambici inuenit, ut teſtatur Suidas. Scripſit quoque hiſtoriam Athenienſium uſq; ad redditum Heraclidarum, ut eſt author Diodorus Siculus. Apollodorus item alius Tarſenſis, Tragicus, cuius tragœdias Suidas recenſet. Apollodorus item Athenienſis poeta Comicus, tempore quo & Menander, fuit. fabulas ipſius nonnullas commemorat Suidas. Præter hos, Apollodorus Pergamenus extitit Cæſaris Auguſti præceptor & familiaris: ſcripſit de arte Rhetorica, ut Author eſt Strabo.

Apollonia] ἀπολλωνία, nomen fuit plurium urbium, quarum una fuit in Epiro Pli. lib. 4. Natural. hiſtoriæ. Alia, eodem teſte, fuit in Creta. Alia item in Syria, ut idem Plin. li. 5. docuit. Alia præterea, teſte Herodoto, lib. 4. fuit in Thracia. Apollonia Syriæ, hodie Bonandria. Apollonia autem Epiri, hodie Velona, La Valone, ex qua in Italiam traiectus breuis.

Apollonienſis, adiectiuum (ἀπολλωνιάτης.) Cice. pro Flacco, 55, Apollonienſes amantiſſimi Pop. Rom.

Apolloniaticus] Lacus est ſuper Daſcyliticum, ad Dolliones Aſiæ populos, iuxta quem, ſuper Rhyndaco, eſt ea quæ Apollonia uocatur. Strabo, lib. 12.

Apollonidenſes] Aſiæ populi. Cic. pro Flacco.

Apollonides] Gemmarum ſculptor. Pli. li. 37. cap. 1.

Apollonium] ij (ἀπολλώνιον) Libyæ eſt promontorium, iuxta Vticam, ut docet Strabo, li. 7.

Apollonius] Rhodius, dictus q. in Rhodo agitaret, Alexandriæ autem natus, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis grammatici, cuius etiam ſucceſſor in præfectura bibliothecæ apud Ptolemæum Euergetem. ſcripſit Argonautica uerſu hexametro. Author Suidas. Fuit item Apollonius Alexandrinus, cognomento Dyſcolus, pater Herodiani grammatici, nobilis & ipſe grammaticus, filiumq; erudijt ſcripſit de compoſitione partium orationis, & alia complura in arte grammatica. Apollonius Aphrodiſcus hiſtoricus ſcripſit res uarias de Trallibus, de Orpheo, eiusq; myſterijs. Apollonius Molo Rhodius, præceptor Ciceronis, Romæ docuit, quò legatus uenerat de præmijs Rhodiorū, Dictatore Sylla. orator unus in cauſis, ſcriptorq; præſtantiſſimus, & in adnotandis, animaduertendisq; uitijs, & inſtituendo, docendoq; præſtantiſſimus, ut ait Cicero in Bruto. Apollonius itē fuit Alabandenſis (Alabanda autem oppidū est minoris Aſiæ) dicendi magiſter: qui quum mercede doceret, tamen nō patiebatur eos quos iudicabat non poſſe oratores euadere, operam apud ſe perdere, dimittebatq; quenq; ad quancūq; artem putabat eſſe aptum, ut ſcribit Cic. lib. 1. de Oratore. Ad hos, Apollonius quidam fuit Nyſſæus Panætij Stoici familiaris. Strabo Apollonius, præterea Ercphilius appellatus, quòd Eriphili diſcipulus fuit, ſcripſit de unguentis: ut

est Author Athenæus. apud Plinium tamen Apollodorus ſcribitur. Philoſtratus præter hos, duos ponit inter ſophiſtas Apollonios: Naucratitam unum: alterum Athenienſem, qui ambo M. Antonini principis tempore concurrētes: docuere Athenis. Apollonius item Tyaneus Philoſophus, cuius uitam Philoſtratus ſcripſit, & ante hunc Damis Apollonij ipſius peregrinationis comes.

Apologus] apologi, pen. cor. m. g. (ἀπόλογος) Latinè fabula dicitur, in qua inducuntur bruta animalia loqui: cuiuſmodi fabulæ Aeſopi de caſßita, apud Gellium, lib. 2. cap. 29. Et apud Horatium: Olim quod uulpes ægroto cauta leoni, &c. Cic. 2. de Orat. 147, Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. Idem 1. de Inuent. 36. Vide Quintilianum, li. 5. ca. 11. circiter medium.

Apologatio, apologationis (ἀπολόγησις) Quintil. lib. 5. ca. 11, Noſtrorū quidam non ſanè recepto in uſum nomine Apologationem uocant. De fabulis loquitur.

Apologo, apologas, pen. corr. (ἀπολογέω) apologare, Conuicio notare. Sene. Epiſt. 47, Ipſe illum inuicem apologauit, & non iudicauit domo ſua dignum. Gallicè Brocarder, Italicè, mottegiare.

Apomeli] ἀπομέλι, Potus confectus ex maceratis aquaſuis, medium inter mulſum & oxymeli locum obtinens: cuius plurimus est uſus circa Peloponneſum. Gale. li. 8. Metho.

Aponus] pe. cor. (ἄπονος) uicus ad Euganeos colles in Italia prope Patauium, ubi & aquæ calidæ uarijs morbis aptæ Claudiani elegiaco carmine laudatæ, & à Theodorico Gothorum rege mœnibus cinctæ, teſte Caſſiodoro.

Apopemptici] ἀποπεμπτικοὶ, Hymni ſunt, qui peregrinationē dei alicuius complectuntur, ut apud Bachylidem. Hymnorū multiplices uariaſq; ſpecies uide apud Cal. li. 7. c. 5.

Apophaſis] huius apophaſis, pe. corr. f. g. (ἀπόφασις, ἀπὸ τοῦ ἀποφημι) Latinè dicitur negatio. Figura de qua ſic Quint. li. 9. ca. 2, Quædam uerò genera huius figuræ nihilam cum tropicis habent ſocietatē: ut illa ſtatim prima, quæ dicitur à negando, quam nonnulli uocant ἀπόφασιν, huius autem figuræ ipſe hoc ponit exemplum, Non agam tecum iure ſummo, non dicam quòd ſortitan obtinerem.

Apophaſis, ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνεσθαι, Eſt annotatio bonorum, & cōmentarius, & recenſio, indexq; eorum quæ reperta ſunt. Iuriſconſulti inuentarium uocant & repertorium: quod ἀπογραφὴ proprie dicitur. Budæus.

Apophlegmatiſmi] ἀποφλεγματίσμοι, uocātur remedia, quæ in ore retenta uel manducata, aut linguæ ſubdita, noxios quoſq; humores ex capite detrahunt. Horum confectionem uide apud Galen. li. 2. De compoſit. medic.

Apophoreta] apophoretorum, pen. prod. n. g. (ἀποφόρητα) Erant munera Saturnalitia, & propriè illa quæ pro xenijs remittebantur. Vnde apud Martialem libri ſunt duo, alter Xeniorum, alter Apophoretorum. Sueton. in Veſpaſiano, cap. 19, Sicut Saturnalibus dabat uiris apophoreta, ita & Calend. Martij fœminis.

Apophthegma] apophthegmatis, n. g. (ἀπόφθεγμα) Apophthegmata (inquit Eraſmus) ſunt dicta acuta quædā, & breuia, non cuiuslibet quidem, ſed Oratorum, Ducum, Legatorum, Imperatorum, ac ut ſemel dicam, illuſtrium uirorum. Cic. 1. Offi. 146. cap. de Temperantia, Multoq; multorum facete dicta, ut ea, quæ à ſene Catone collecta ſunt, quæ uocant ἀποφθέγματα.

Apophyades] ἀποφυάδες, Latinè Appendices uocari poſſunt, quæ ſcilicet rei alicui agnaſcuntur. Vnde & Ariſtoteles uocat ἀποφυάδας, inteſtinorum appendices, quæ & ἐπιφυάδες dicuntur.

Apoplexia] apoplexiæ. pen. corr. (ἀποπληξία) Alij ſuſ-

Digitized by Google

porem corporis & mentis, alij ſubitam percuſſionem interpretantur. Genus eſt morbi, de quo ſic Celſ. lib. 3. cap. 26, Attonitos quoq; rarò uidemus, quorum & corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu & fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hanc Græci appellant. Idem, cap. proximè ſequenti, At reſolutio neruorum frequens ubiq; morbus eſt: ſed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres authores illud apoplexiam, hoc paralyſin nominauerunt: nũc utrunq; paralyſin appellari uideo.

Apopompęi] dæmones. Vide in Alexicaci dæmones.

Aporon] ἄπορον, Controuerſiæ genus inexplicabile: cuius exemplum proponitur à Gellio, li. 9. cap. 15.

Aporia] æ, ἀπορία, Indigẽtia uel dubitatio, & conſilij inopia.

Aporrhogas] ἀπορῥῶγας, Græci uocant defluxus quoſdam aerios, qui ad terram labentes ſtellarum caſus imitantur.

Apoſiopeſis] huius apoſiopeſis, f. g. pen. prod. (ἀποσιώπησις) Figura eſt. Quint. lib. 9. cap. 2, Apoſiopeſis, quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, eſt figura ſententiæ, qua ſententia inchoata ſic interrumpitur, ut eius tamẽ intermiſſa pars intelligatur, ipſa oſtendit aliquid affectus, uel iræ: ut,

Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus. Vel ſolicitudinis, & quaſi religionis: An huius ille legis, quam Clodius à ſe inuentam gloriatus, mentionem facere auſus eſſet uiuo Milone, ne dicam Conſule? De noſtrũm enim omnium, non audeo totum dicere. Hæc ille. Prius autem exemplum ab eo citatum, eſt Virgilij, in 1. Aeneidos. Poſterius Ciceronis in Miloniana.

Apoſtaſia] æ, ἀποστασία, Latinè defectio, cũ quis à ſuo duce, à ſua religione, aut à ſuo uitæ inſtituto deficit, & aliud ingreditur.

Apoſtata] apoſtatæ, m. g. pe. corr. (ἀποστάτης) Qui abſcedit ab eo quod tuendum ſuſcepit, id eſt, transfuga & defector. Vnde apoſtatas dicunt priuatim dogmatis Euangelici proditores. Budæus.

Apoſtema] pen. prod. apoſtematis, n. g. (ἀπόστημα) Latinè ſuppuratio: quæ fit ex concurſu mali humoris in aliquam partem corporis. Plin. lib. 20. cap. 33, Caro eius interior ſine ſemine, clauis pedum, & ſuppurationibus, quæ Græci uocant Apoſtemata. Celſ. li. 2. ca. 1, Abſceſſus corporis, quæ apoſtemata Græci nominant.

Apoſtema propriè ſpacium ſignificat.

Apoſtolus] apoſtoli, penult. corr. (ἀπόστολος) Latinè ſonat miſſus aut legatus, à uerbo Græco ἀποστέλλω, quod eſt Cum mandatis emitto. Dimiſſoriæ literæ dicuntur, quæ uulgò apoſtoli. Modeſt. de uerborum ſignif. l. dimiſſoriæ. &, Apoſtolos, ait Liuius, fregit in Senatu.

Apoſtrophe] apoſtrophes, pe. cor. f. g. (ἀποστροφή) Latinè conuerſio. Figura eſt quum ſermo à recto & inſtituto ordine in diuerſum ac contrarium uertitur. Virg. 2. Geor. 34,

Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar. Idem, 2. Aeneid. 11,

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:
Troiaq; nunc ſtares, Priamiq; arx alta maneret. Ex Rufiniano. Quint. li. 4, Sermo à perſona iudicis auerſus, qui ἀποστροφή dicitur.

Apoſtrophus, apoſtrophi, pe. corr. m. g. (ἀπόστροφος) Latinè Auerſio. Et eſt circuli pars dextera, ſed ad ſummam literam conſonantem appoſita, cui uocalis ſubtracta eſt, & ſit ità'. Hac nota deeſſe oſtendimus parti orationis ultimam uocalem, cuius conſonans remanet: ut Tanton' me crimine dignum? pro Tantóne. Sic, ain, uiden' pro aiſne, & ſimilia. Ex Diome. lib. 2.

Apoteleſma] ἀποτέλεσμα, Effectus horoſcopi: hoc eſt, quid quid cælum ex aſtrorum compoſitione & aſpectu mutuo affectum, in natali hora cuiuſq; efficit. Hinc Apoteleſmatici poſt Homeri ætatem dicti ſunt, qui nunc Mathematici, & Chaldæi uocantur, quorum curioſitas nihil reliquit quod planetarum non ſubijceret poteſtati, ut in primum librum Iliad. annotauit Euſtathius. Dicuntur etiam Apoteleſmata, Mathematicorum ſeu aſtrologorum reſponſa. Latini prædictiones, uel iudicia uocant. Firmicus, lib. 1. cap. 1, Nobis fidem ſuam Aſtrologia, reſponſionum apoteleſmatumq; diuinis ac manifeſtiſſimis authoritatibus comprobauit.

Apotheca] apothecæ, penultima producta, fœm. gen. (ἀποθήκη.) Latinè repoſitorium: ſed apud Latinos priuatim pro cella uinaria poni ſolet. Plinius, libro 23. cap. 1, Vinum ſi ſit fumo inueteratum, inſaluberrimum eſt, mangones iſta in apothecis excogitauere. Sic idem ſæpe alibi. Videtur tamen à cella differre: ut ſit apotheca maius quoddam repoſitorium: cella uerò minus, ad uſum ſcilicet quotidianum. Colum. lib. 1. cap. 8, Pars autem fructuaria, diuiditur in cellam oleariam, torculariã, cellam uinariam, defructariã, fœnilia, palearia q;, & apothecas & horrea. Cic. in Vatiniũ, 8, Quũ omniũ domos apothecas, naues furaciſſime ſcrutarere. Idem 2. Philip. 76. Hora. li. 2. Ser. Sat. 5.

Apotheoſis] huius apotheoſis, pen. prod. f. g. (ἀποθέωσις) Latinè, Seruio interprete, Relatio inter deos, ſiue in diuorũ catalogum, quæ quibus cæremonijs apud Rom. fieri conſueuerit, eleganter ſcribit Herodianus, in principio lib. 4. τῶν μετὰ μάκρον βασιλείας.

Apotropæi] dæmones. Vide Alexicaci dæmones.

Apoxyomenos] ἀποξυόμενος, pe. cor. diſtringens: ἀποξύομαι enim diſtringor ſignificat Latinè. Signum fuit, Lyſippi opus, de quo Pli. li. 34. ca. 8.

Apparatus] Vide Apparo, apparas.

Appareo] appares, penul. prod. apparui, apparitum (φαίνομαι, φαίνομαι) apparere, Videri. Virg. 1. Aen. 35.

Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Vbi Seruius, Aliud, inquit, eſt parere, & aliud apparere. Parere enim eſt obedire, ut: Paret amor dictis. Apparere autem, uideri: ut 1. Georgic. 81,

Apparet liquido ſublimis in aere niſus. Et hæc obſeruatio diligenter cuſtodiri debet, licet eã authores metri cauſa, uel clauſulæ plerunq; corrumpant. Cicer. pro Flacco, 22, Siqua uſpiam nauicula prædonum apparuiſſet.

Apparere, Manifeſtum & euidens eſſe. Plin. in præf. li. 11, Quo apparuit ſummam artis ſecuritatem authori placuiſſe. Terent. Adel. 5. 9. 7, Docui, monui, bene præcepi ſemper quæ potui omnia. D. Res apparet: Dictum per ironiam. Plaut. Pſeud. 13. 60, Pro precio, facio ut opera appareat. Hic uulgus diceret, ut ſe monſtret. Terent. Eunu. 2. 3. 19, Fac ſis nunc promiſſa appareant.

Eminere & apparere: cui cõtrarium Occultare, opprimere & abſcondere. Cic. pro Roſc. Amer. 72, Eſt quiddam quod occultatur, quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur, & abſcõditur: eo magis eminet & apparet.

Apparet & Obſcurum eſt, contraria. Cic. ad Rufum, li. 5. 19. 7, Quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurum eſt.

Apparet apertè. Lucr. li. 2. 29.

Vt apparet. Cic. pro Flacco, 30, Siue hoc Romæ confictum eſt, ut apparet: ſiue miſſum domo eſt: ut dicitur.

Quum appareat. Cic. ad Marcellum, lib. 4. 7. 9, Quid ſentiam nihil attinet dicere: quum appareat ipſe quid fecerim.

Apparent data eſſe ut ad, &c. Cic. 3. de Fin. 37, Membra nobis ita data ſunt, ut ad quandam rationem uiuendi data eſſe appareant.

Apparet

Digitized by Google

Apparet atq; extat utrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. Cic. 1. de Orat. 37.

Apparet, cum præpositione Ex: aut sine ea. Cic. 5. Verr. 82, Ex quo facile apparet, quæ merces Decumani, quæ Prætoris præda esse uideatur. Idē de Claris Orat. 48, Vt apparet ex orationibus. Plin. lib. 12. cap. 21. 1, Myrobalanum commune est, nascens unguento: ut ipso nomine apparet.

Apparet, cum oratione infinitiui modi. Terent. Eunuc. 3. 2. 33, Apparet seruum hunc esse domini pauperis. Hic autem accusatiuus sic uerti potest in nominatiuum, Hic apparet esse seruus domini pauperis. Liu. 1. ab Vrbe, 220, Cui enim non appareret affectare eum Imperium in Latinos?

Apparet ad. Varr. lib. 1. cap. 40. 1, Illud quod apparet ad agricolas, id uidendum diligenter. Figuratè, pro eo quod est apparet agricolis.

Apparere, Adesse, præsto esse: propriè tamen officij gratia. Cic. pro Cluent. 117, Quid sibi autem illi scribæ: quid lictores, quid cæteri, quos apparere huic quæstioni uideo, uolunt.

Apparere alicui, pro Apparitūrā facere. Liu. 2. ab Vrbe, Quattuor & uiginti lictores apparere consulibus. Valerius, lib. 1. cap. 2, Proximo lictori, ut sibi appareret, imperauit. Sic Plin. lib. 26. cap. 1. Et Cicero in quadam epistola.

Apparere ad locum. Virg. 12. Aeneid.

Hæ Iouis ad solum, sæuiq; ad limina regis
Apparent. Id est, præsto sunt ad obsequium. Vnde etiam Apparitores cōstat esse nominatos. Seruius. Apparere domi. Plau. Capt. 7. 98, At ego mox apparebo domi. Id est, adero.

Apparere, pro Comparere. Terent. Eunuch. 4. 2. 18, Ille autem bonus uir nusquam apparet. Plin. Epist. 111, Interceptúsne sit à suis, an cum suis, dubium. Certè non ipse, non quisquam ex seruis eius apparuit. Quod Liuius de Romulo dixit, Nec deinde in terris fuit: aut (ut Plinius de Viris illustribus) nusquam comparuit.

Apparere in aliquo loco. Cicer. pro Sylla, 3, An uerò in quibus subsellijs hæc ornamēta ac lumina Reip. uiderem, in his me apparere nollem?

Apparet, penè in eadem significatione, etiam de re inanimata dictum legitur. Plaut. Amph. 8. 159,

Hic patera nulla in cistula est, &c. AM. at cum cruciatu, nisi apparet, tuo. Hoc est, Nisi extat patera. Deinde respondet Alcmena, Hæc quidem apparet. Quasi dicat, En adest ipsa.

Apparere, aduentum repentinum uidetur interdum significare. Cic. in Epist. Quum equites Antonij apparuissent.

Apparitio, (λειτουργησις) Verbale.

Apparitio pro præstatione officij, seu præsentia ad obsequendum: cuiusmodi solet esse apparitorum erga magistratus. Cicer. ad Thermum, lib. 13. 55.

Apparitor, pe. corr. Verbale, (κλητήρ, λειτουργός, ταξιώτης) Minister magistratuum: præcipuè tamen uiator, qui homines in ius uocat: alio nomine Stator dictus. Cic. 5. Verr. 50, Apparitores à Prætore assignatos habuisse Decumanū. Idē 2. Phil. 87, Quis unquā apparitor tā humilis, tā abiectus?

Apparitor regis. Liuius, 1. ab Vrbe, 211, Fit fuga, regis apparitorum atq; comitum.

Lictor & apparitor lenitatis alicuius. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 19, Sit lictor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor: maioraq; præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quàm potestatis.

Apparitura, apparituræ, pe. prod. (λειτουργία) Actus ipse alicui apparendi, nomen sic formatum ut Scriptura. Vnde apparituram facere dicitur, qui est apparitor. Sueton. de claris Grammat. 9, Orbilius apparituram magistratibus fecit.

Apparo] apparas, pen. corr. (διασκευάζω, παρασκευάζω, κατασκευάζω, ἑξαρτύω) apparare. Valla, lib. 5, Præparare & Apparare ita differunt: quòd Præparare, est antè parare sibi quæ utilia sunt, aut fore credit: Apparare, ad dignitatem quandam, ac uerius pompam. Ideoq; oratores præparant, quibus obtinere causam possint. Cic. 3. Off. 76, Erat opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

Apparare aggerem. Cæsar, 7. bel. Gal. 59.

Bellum. Cicero, pro Lege Manilia, 25.

Cœnam. Terent. Heau. 1. 1. 74. Sic apparare prandium. Plaut. Menæh. 4. 59.

Conuiuium. Terent. Adelph. & Cic. 6. Verr. 39, Ornare & apparare conuiuium.

Crimina apparare in aliquem. Cic. ad Qui. fratrē, lib. 2. 7. 10.

Crimina insonti. Seneca, in Hippol. 6. 18.

Fugam. Hirtius, de bello Alexandrino, 22.

Fabricam. Plaut. Pœnulo, 16. 135. Id est, fallaciam.

Iter. Ci. pro Mil. 19, Qui illud iter ad cædē faciendā apparasset.

Ludos. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 24. 7.

Nuptias. Terent. And. 4. 1. 32.

Apparare, pro Parare. Plaut. Epid. 8. 18, Nunc iterum ut fallatur pater, tibiq; auxilium apparetur. Sic, Apparare præsidium, apud eundem in Rudente, 17. 16.

Apparatus sum, ut uidetis. Plaut. Merc. 22. 10.

Apparare, cum infin. Plaut. Asin. 9. 28, Vah delenire apparas.

Apparare animum pro Præparare. Vt in Rhetoricis ad Herennium, Per quod animus auditoris uel iudicis cōstituitur, uel apparatur ad audiendum.

Apparatur, impersonale. Terent. Eun. 3. 5. 35, Dū apparatur, uirgo in conclaui sedet. Id est, dum fit eius rei apparatus. De balneo loquitur.

Apparatè, (παρεσκευασμένως) aduerbium qualitatis, apparatius, apparatissime. Cic. Attico, lib. 13. 298. 4, Itaq; & edit & bibit ἀδλεῶς, & iucundè: opiparè, sanè, & apparate.

Ludi magnificè apparateq; facti. Liu. 1. bel. Maced. 14.

Apparatus, participiū, (παρασκεύασος) siue nomē ex participio: Vnde apparatior, & apparatissimus. Cic. ad Mariū, lib. 7. Ludi apparatissimi, sed nō tui stomac. Sic. pro Sest. 100.

Apparatus homo. Cic. 1. de Legib. 17, Atq; ad illā causarū operā, ad quā ego nunquā nisi apparatus & meditatus accedo.

Magnifici apparatus. Cic. 1. Off. 38. Vide Magnus.

Instructa & apparata domus omnib. rebus. Ci. 1. de Inuēt. 74.

Apparata oratio, & apparata uerba. Author Rhetor. ad Heren. lib. 1.

Apparatus, huius apparatus, pe. prod. (παρασκευή) Verbale. Ci. 3. de Orat. Illa quæ in apparatu, fori appellātur insignia.

Apparatus, & ornatus. Cic. in Vatinium, 23, Omni apparatu ornatuq; uisendo.

Epularū apparatus à magnificentia recedēs. Cic. in Bruto, 46.

Minorem apparatum habentia præcepta dicendi. Cic. de claris Oratorib. 143.

Nullo apparatu, purè & dilucidè dicere. Cic. 1. de Orat. 117.

Apparatus belli. Cic. 4. Acad. 6, De hoc autem Valla, lib. 5. Apparatus, inquit, uidetur interdū significare & apparatū ipsū, & præparationē. ut Apparatus belli, quasi præparatio.

Apparatus triumphi. Cic. Attico, lib. 6. 120. 3.

Apparatio, aliud uerbale, (παρασκευή) idem quod apparatus. Cic. 2. Off. 81, Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum. Idem, 1. de Inuent. 37, Propterea quod ex his suspicio quædam apparationis, atq; artificiosæ diligentiæ nascitur.

Appello] appellas, (προσαγορεύω, καλέω) appellare, ex ad, & pello, pellis, mutata coniugatione. Propriè significat nominare. Id est, nomen imponere. Cic. pro Cæcin. 18, Vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur. Cicer. 3.

Digitized by Google

Off.1,Qui primus Aphricanus appellatus est.Liu.1.ab Vrbe,8,Latinos utranq; gentem appellauit.

Nomen appellare.Cic.de Vniuersit.41, Cæterorum syderum ambitus ignorãtes homines præter admodum paucos, neq; nomen appellant,neq; inter se numero commetiuntur.

Appellare nutu & significatione.Cic.Lentulo,lib.1.9.78.

Appellare,Dicere.Cic.in Lælio,1,Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem.Ibidem,5,Vnum te sapientem appellant,& existimant.

Appellare,uocare.Plaut.Trinum,13.79,Si appellasses, respõdisset nomine.

Appellare nomine uel nominatim.Cic.7.Verr.74, Appellabãtur à multitudine mulieres nominatim. Cice. 4. Acad.26, Me autem nomine appellabat.Idem ad Pætum,lib.9.22.1, Placet Stoicis suo quamq; rem nomine appellare.

Verbo grauiore appellare.Cic.5.Verr.114.

Asperius aliquem appellare Cic.contra Rullum,66.

Superbius aliquem appellare.Cic.pro Lege Manilia,6.

Appellare nomine,aliter.Cic.pro Cæcina,41,Seruos non numero distinguunt,sed appellant uno familiæ nomine.

Appellare nomine,adhuc aliter.Cic.pro Cæcina,42,De liberis quisquis est,procuratoris nomine appelletur.

Nomen mortui uiri cum lacrymis identidem appellare. Cic. 2. de Inuent.180.

Appellare authores.Plin.lib.28.cap.1,Fides tantum authores appellet,hoc est.Fides sit penes authores.

Appellare solum.Plin.lib.16.cap.33.hoc est, terram solicitare & mouere,ut fructum pariat.

Appellare,Alloqui,& uerba cũ aliquo facere: quod Virgilius compellare ferè dicit.Plaut.Pœnulo,16.30, Vin' ut appellem hũc Punicè? Id est,Punico sermone eum alloquar. Est autem eius qui uerba prior facere incipit.Ci. 1. Phil.22, Te autem M. Antoni absentem appello.Ex Budæo.

Appellare & interpellare.Cic.ad Quint.fratrem,lib.2. 12.1, Tu uerò ut me & appelles & interpelles,& obloquare & colloquare uelim.

Appellare blandè.Plaut.Casi.5.15,

—blandè hæc mihi(mala res)
Appellanda est uxor mea,Mea amœnitas, quid tu agis?

Cic.pro Cluentio,57,Appellat hilari uultu hominem Balbus,ut blandissimè potest.Idem,2. Off. 68, militesq; blandè appellando,sermone deliniant.

Committere unumquenq; appellare.Cic.13 Phil.345.

Honorificẽtissimè aliquẽ appellare.Ci.ad Cecinam,li.6. 6.26.

Appellare de re aliqua,in eodẽ significatu.Plaut. Aulul. 7. 23,
Est quod te uolo de communi re appellare mea & tua.
Quasi dicat,tecum agere.

Appellare literis quemptã Quasi alloqui per literas.Ci. Trebonio,li.15.20.3,Quo tolerabilius feramus igniculũ desiderij tui crebris nos literis appellato.Id est,sæpe ad me scribito.

Appellare interdum est nomen alicuius efferre & prodere. Cicer.3.Verr.110,De quo iudicio si uelim dicere omnia multi appellandi,lædendiq; sunt.Id est,nominatim prodendi. Idem,5.Verr.25.

Appellare aliquem.pro In iudicium uocare,ut Appellare aliquẽ de aliqua causa.Cic.1.Off.125,Cauendũ est etiã ne ijsdẽ de causis alij plectantur,alij ne appellentur quidem.Idem, pro Cluentio,13.

Appellare aliquẽ in litib.æstimãdis.Ci.pro Rab. Posthumo, 6.

Appellare cum infinitiuo.Liu.1.Decad.li.3.182,Virgini, &c. manum iniecit,serua sua natam,seruamq; appellans esse.

Appellare,creditoris est debitum flagitantis à debitore.Cicer. pro Quintio,22,Biennio iam confecto ferè, appellas. Idem Attico,lib.12.240.3.& lib.1.5. 3, Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat:& me ut sponsorem appellat.Eidem de re eadem,epist.6.6.

Appellare de pecunia aliquem.Ci.2.Phil.80, Appellatus es de pecunia quam pro domo,pro hortis,pro fectione debebas.

Appellare ad diem & horam.Seneca de Beneficijs,lib.1. ca.2, Nec auarus exactor ad horam & diem appellat.

Appellari pecunia.Quint.lib.5.ca.13.11, Eras hæres & pauper,& magna pecunia appellabaris creditoribus.

Appellare,Auxilij gratia quempiam implorare. Sallust in Iugurth.Nunc uerò exul patria,domo,solus,atq; omnium honestarum rerum egens,quos accedam? aut quos appellem? Cicero pro Milone,Vos in uiri et in ciuis inuicti appello periculo Centuriones,uosq; milites.Idem 2 de Orat.106.

Appellare,& implorare.Ci.pro Quintio,63,Quid agẽdũ est? qui deus appellãdus est? cuius hominis fides imploranda est?

Implorare & appellare.Cic.7.Verr.148,Vos etiam atq; etiã imploro & appello,sanctissimæ deæ.Idem pro Flacco,3.

Vsurpare & appellare deum.Cic.de Vniuers.56.

Appellare deum,Testari deum.Cic.ad Octauium,4, Nam per deum immortalium fidẽ(nisi forte frustra eos appello,quorum auris,atq; animus à nobis abhorret.)

Appellare aliquem uictorem.Pronunciare. Virg. 5. Aen.107,
Et primum ante omnes uictorem appellat Acesten.
Hoc est,eum uictorem pronunciat.Cicer.ad Atticũ,lib.5.105.2, Deiotarus filius qui rex ab Senatu appellatus est.Idem ad Cælium,lib.2.9.7.

Appellare uirginem de stupro.Quint.lib.4.cap.2.

Appellare uirginem uel matremfamiliãs,in edicto Prætoris,est blanda oratione pudicitiam eius attentare.Vlpian.l.item apud Labconem, de iniurijs.

Appellare literas,pro eo quod est proferre literas.Cic.de claris Orator.69,Et suauitate appellandarum literarum.

Appellare,Est à sententia inferioris iudicis ad superiorem pro uocare:aut etiã extra iudicium implorare superiorem potestatem in iniuria,quæ fit nobis ab inferiore magistratu.Vtrunq; autem efferri solet per accusatiuum sine præpositione:ut Appellare Senatum.Vlpianus,Qui appellat, maiorẽ iudicem debet appellare.Cic.pro Quintio,15,Appellantur Tribuni,à quibus quum esset certum auxilium petitum,etc. Idem pro Plancio,19,Appellaui populum:tribubus submissime.Liu.2.ab Vrbe,Ad Voleronem lictor missus est à Consulibus,Volero appellat Tribunos.Cic.6. Verr.128,Prætor appellatur.

Appellare ad Tribunos.Cic.ad Atticum,lib.13.280.3, Ad tribunos quòd appelles,ualde probo.Idẽ pro Quintio,44,Cuius procurator à Prætore ad Tribunos appellare ausus. Quint.lib.11.cap.1,Modo & apud eos,à quibus appellatũ erit,si forte ad eosdem remittentur,adijcienda ratio.

Appellare pro applicare, apud uetustissimos. Afranius apud Nonium.

Appellatio,Verbale,(προσαγορία)sæpius idem quod nomen significat.Plin.lib.7.ca.13.3, Quin. Metellus Macedonicus quum sex liberos reliqueret,undecim nepotes reliquit:nurus uerò generesq;,& omnes qui se patris appellatione salutarent,uiginti septem.Idem,lib.15.ca.30.10,Vnius sola distinguuntur appellatione.

Appellationes nauium,& telorum uocabula.Gel.li.10.c.25.

Appellatio probrosa.Gel.li.1.cap.5,Maledictis, appellationibusq; probrosis iactatus est.

Appellatio ignominiosa.Vide Ignominia.

Regum appellationes uenales erant.Cic.pro Domo sua,99.

Appellatione eadem signare.Quint.lib.4.1.2.

Appellatio,apud antiquos pars erat orationis à nomine distincta.Quint.lib.1.cap.7.

Appella-

Digitized by Google

Appellatio ad aliquem: Id est, Prouocatio. Plin. libr. 6. ca. 22, Nec nisi plurium sententia quenquam capite damnari: sic quoq; appellationem esse ad Populum.

Appellatio literarum, pro ipsa prolatione. Vide Appellare literas. Ci. de Cla. Orat. 140. & Quint. lib. 11. ca. 3, Ideoq; laudatur in Catulo suauis appellatio literarum.

Appellatiuus, pe. pro. (προσηγορικός) adiectiuum est fictum à Grammaticis: ut quum dicunt appellatiuum nomen. Priscianus, lib. 2. Appellatiuum nomen naturaliter commune est multorum, quos eadem substantia, siue qualitas uel quantitas generalis uel specialis iungit. Generalis: ut Animal, corpus, uirtus. Specialis: ut Homo, lapis, grammaticus, albus, niger, magnus, breuis.

Appellator, appellatoris, pen. prod. Verbale, (ἐπικλητής) qui appellauit: hoc est, qui ab aliquo iudice ad alium prouocauit. Cic. 6. Verr. 128, Quæstor Prætorē appellat. Et paulò pòst, Quo quidem die nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abstinerentur.

Appellito, appellitas, pen. corr. (ἐπικαλέομαι) Festus, Appellitauisse, inquit, pro Appellauisse.

Appello] appellis, appuli, pe. corr. appulsum, (ὁρμίζω, προσορμίζω, κατάγω) appellere, Propriè dicitur quum ex pelago aut freto quis ad littus accesserit, ait Donatus. Est autem uerbum actiui generis: & propriè dicimus, Nauis appulsa est, non autem appulit: sed homo aut uentus nauem appulit. Author Laurentius in Pogium. Ci. 7. Verr. 69, Postea quam paulum prouecta classis est, & Pachynnū quinto die deniq; appulsa est. Ibidem 51, Appellitur nauis Syracusas.

Appellere nauem, aut classem ad locum aliquem. Cic. 3. de Nat. deor. 12, Qui quum ad Peloponnesum classem appulisset. Idem Attic. lib. 13. 278. 2, Quum ad uillam nostram nauis appelleretur.

Appellere, interdum uidetur absolutè poni. Liu. 8. ab Vrbe, 11, Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam classe appulisse constat. Quint. lib. 7. ca. 4, Pater eius à transmarina peregrinatione, quum ad littus idem appulisset, lecto nomine suspendit se.

Appellit se homo. Terent. And. 4. 6. 12, Haud auspicatò huc me appuli.

Appellere aliquem alicui loco. Virg. 3. Aeneid. 143,

Hinc me digressum uestris deus appulit oris. Pro, ad uestras oras.

Appellere ad scopulos, dictum per metaphoram. Cic. pro Cæcina Rabirio, 19, Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sexti Titij afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum uideres.

Appellere ad aliquem. Cic. 1. de Diuinat. 79, Visus est in somnis pastor ad me appellere.

Appellere, Applicare, admonere. Cæsar primo bel. Ciuil. 103, Contra hæc Pompeius naues, & c. ad operas Cæsaris appellebat: ut rates perrumperet, atq; opera disturbaret.

Appellere ad aquā animalia, Id est, potum agere. Varro, de re Rust. lib. 2. ca. 5. 13, Aestate ad aquam appellendū bis, hyeme semel, id est, appellendæ sunt. Sic enim ferè Varro loquitur. Est autem illud de uaccis dictum. Vlpianus, Vt locus deprimatur pecoris appellendi gratia. Sub. ad aquam. Alibi Appellere ad aquam dixit, quo modo & Varro.

Appellere animum ad aliquid. Terent. in prolo. And. 1, Animū ad scribendum appulit. Hoc est. Adhibuit, adiunxit, applicuit: quod est se adscribendum contulit. Ibidem 2. 6. 15, Animū od uxorem appulit.

Appellere mentem ad philosophiam. Cic. 2. de Orat. 84, Timide tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti.

Appellere quempiam ad. Plaut. Rud. 23. 103, Ad ignotum arbitrum me appellis. Videtur antiquè dictum pro cogis, compellis, adducis. Idem, Asin. 12. 43, Argenti uiginti minæ, me ad mortem appulerunt. Quasi dicat, penè ad mortem usque me compulerunt.

Appulsus participium, (προσορμισθείς) ut Appulsæ aquæ. Plin. Epist. 173. c, Rursus omnes aquæ in eundem locum appulsæ qua steterunt, promouent terram. Cice. 7. Verr. 113, Vt eos qui essent appulsi nauigijs interficere possent.

Appulsus, huius appulsus, (προσόρμισις) Verbale, est accessus qui fit nauigio. Liu. 7. bel. Pun. 168, Vt Attalum, quem classe Eubœam petiturum audierat, portubus ab littorum appulsu arceret. Id est, ut prohiberet eum, ne ad portus aut littora classem appelleret.

Appulsus, Abscessus Solis. Cice. 1. de Natu. deor. 36, Atq; terræ maximas regiones inhabitabiles, incultasq; uidemus: quòd pars earum appulsu Solis exarserit: pars obriguerit niue, pruinaq;, longinquo Solis abscessu. Sic appulsus caloris & frigoris. Ibidem lib. 2. 212.

Appendo] appendis, appendi, appensum, (ἀρτάω, προσαρτάω, ἐξαρτάω, κρεμάζω) appendere, Verbum actiui generis, Suspendere. Plin. Atq; uuas iam maturas ad Solem appēdere. Valla, lib. 5, Appendere, est tum suspendere (ut notum est) ut appendi uuas: tum ad lancem, stateramue ponderare.

Appendo aurum uel pecuniam, (ταλαντεύω, ἵημι) Cicero, 6. Verr. 49. Idem 2. Ph. l. 97, Vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Annumerare & appendere. Cic. pro Roscio Amer. 85, Tibi optima fide sua omnia concessit, annumerauit, appendit.

Appendere mutuo, pro Dare mutuo. Plin. lib. 9. cap. 55, Sex millia numero murænarum mutuo appendit.

Appendere per metaphoram translatum ad incorporea. Cice. de opt. genere Oratorum, Ea putaui non annumerari lectori debere, sed tanquam appendi.

Appensus, participium, (προσηρτημένος) Suspensus. Cic. 5. Tuscul. 87, In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

Appensum aurum. Liu. 5. ab Vrbe, 217.

Appendix, appendicis, pe. prod. f. g. (ἀπόφυσις, προσθήκη) propriè ædificium quod alteri adiungitur, & quasi appēditur, cuiusmodi formam ante ædium tabernas, aut officinas uidemus. Festus, Ampendices dicebantur ab antiquis, quod circumpenderent: quas nunc appendices appellamus.

Appendix per metaphoram dicitur, quod alij est adiunctū, quasi ex alio pendeat. Cic. in Hortensio, Vidit enim, quod uidendum fuit, appendicē animi esse corpus: nihilq; esse in eo magnum. Hæc Nonius. Budæus, Appendix dicitur quicquid ita accedit rei, ut pars eius sit, aut rei hæreat, ut uua in uite. Varro, 1. de re Rust. cap. 16. 1, Relinquitur altera pars, quæ extra fundum est: cuius appendices uehemēter pertinent ad culturam, propter affinitatem.

Appendix, dictum in acie militari. Liu. 1. bel. Pun. 19, In ripa elephantos ante quadraginta disposuit Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vacceorumq; centum millia fuere. Appendices dixit, quasi milites additos ad iustum aliorum numerum.

Appendicula, pen. corr. diminutiuum, (προσθηκύλιον) Cic. pro Rabir. Posthum. 5, Est enim hæc causa, quò ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ, atq; damnatæ. Appendiculam causæ, quasi liticulam appellauit.

Appeto] appetis, pen corr. appetiui, & appetij, per syncopam, appetitum, pen. prod. (ὀρέγομαι, ἐφίεμαι, ὀργάω) appetere, Vehementer aliquid cupere desiderare. Valla, Appeto cum affectu: Expeto cum ratione. Appeto qualiacunque:

Expeto

Digitized by Google

Expeto honesta, planeq; bona. Vnde de rebus expetēdis scri
pſere philoſophi, quæ ſcilicet peti debent: non autem de ap=
petendis. Hæc ille, lib. 5. ca. 7, Videtur tamen Appetere in=
terdum poni pro Expetere. Cic. 3. de Nat. deor. 43, Appe=
tuntur quæ ſecundum naturam ſunt: declinantur contraria.

Nihil ſibi appetit præcipuè Pompeius. Ci. contra Rullum, 64.
Sic in Piſonem, 54.

Appetere, & depoſcere: cui Recuſare cōtrarium eſt, uel abnue=
re. Cic. 3. Phil. 147, Id non modo non recuſem, ſed appetam
etiam atq; depoſcam. Seneca in Thyeſte, 5. 14, Nec abnuen=
dum, ſi dat imperium Deus: nec appetendum.

Appetere alicui, & Reſeruare, ueluti oppoſita. Cicer. 6. Verr.
107, In hac partitione ornatus, non plus uictoria Marcelli
Populi Roman. appetiuit, quàm humanitas Syracuſanis re=
ſeruauit.

Appetere amicitiam. Cæſar, 1. bel. Gal. 161.

Bona. Ci. 4. Tuſc. 22, Quoniamq; ut bona, natura appetimus:
ſic & à malis, natura declinamus. Idem 3. de Nat. deor. 43.

Inimicitias. Ci. pro Milone, 76, Ego inimicitias potentum pro
te appetiui. Idem de Aruſp. reſp. 5.

Laudem. Ci. 6. Verr. 72. Sic Appetere gloriam, apud eundem:
Mortem. Cic. de Senect. 61.

Regnum. Cæſar, 7. bel. Gal. 11. Cicer. pro Domo ſua, 78. & de
Senect. 52.

Voluptatem. Cic. 1. de Finib. 45, Omne animal, ſimul atq; na=
tum eſt, uoluptatem appetit.

Appetere ad. Cic. 2. de Legib. 82, Quid ſit quod ad ius pontifi=
cium, ciuile appetatis, quæro.

Appetere ſibi aliquid de. Cic. 3. de Orat. 70, Quantum illi ipſi
oratores de præclariſſimis artibus appetiuerint.

Appetere quidpiam in aliqua. Martial. lib. 1. 40,
Adeóne pulchra eſt? imò fœdius nil eſt:
Quid ergo in illa appetitur?

Appetere per auaritiam. Cic. pro Roſc. Comœdo, 12.

Appetere, Ad alterius perniciem interdum refertur, quod uſi=
tatius dicitur petere, inuadere, aggredi: ut appetere uitam
hominis, id eſt, conari eum perdere, ſeu interficere. Cæſar 2.
bel. Ciuil. 151, Humerum apertum gladio appetit. Liuius,
7. ab Vrbe, 116, Os oculoſq; hoſtis, roſtro, & unguibus
appetit.

Appetere ferro, aut lapidibus, aut re alia. Ci. pro Domo ſua, 10,
A quibus ille ſe lapidibus appetitū, & percuſſum eſſe dicit?
Vita, ferro, atq; inſidijs appetita. Cic. pro Roſc. Amerino, 17.
Ignominijs omnibus appetitus. Cic. pro Quintio, 65.
Appetit me amor. Plaut. Ciſt. 5. 8.

Appetere, relatum ad tempus, pro Appropinquare, inſtare, ad=
uentare. Liuius, 5. bell. Pun. Comitiorum conſularium iam ap
petebat tempus.

Nox appetit. Liu. 5. ab Vrbe, 197. Tacitus, lib. 18. Ver appetit.
Cato, cap. 94.

Appetit meridies. Plaut. Moſtel. 8. 130.

Appetebant fata Veiorum. Liu. 5. ab Vrbe, 87.

Propinqua partitudo cui appetit. Plaut. Aulul. 4. 36.

Mare terram appetens. Cic. 2. de Natu. deor. 145.

Appetebat iudicij dies. Plin. epiſt. 96. c.

Appetere dextram oſculis. Oſculari. Plin. lib. 11. ca. 45. 4, In=
eſt & alijs partibus quædam religio, ſicut dextra oſculis ad=
uerſa appetitur, in fide porrigitur.

Appetere aliquid manibus, eſt conari aliquid manibus appre=
hendere. Cic. 1. de Diuinat. 87. Idem, lib. 2. de Diuinat. 128,
Puer Iupiter cū Iunone in gremio Fortunæ ſedens, māmam
appetens, &c. Et ad Brutū, 2. 1, Vt is qui ex Aſia fugere di=
cebatur, Europam appetere conetur?

Appetere genas ungue. Ouid. 3. de Arte, 113. Et apud Tibullum,
lib. 1. eleg. 6. 14,
Quin oculos appetat illa meos.

Appeti, Paſſiuum. Cic. de Senect. 58. Salutari, appeti, decedi.

Appetens, participiū, (παραγινόμενος) ut Appetente luce. Ta=
citus, lib. 4, Appetente iam luce truſere ad ſumma caſtelli.

Appetens, pen. corr. (ὀρεγόμενος) Nomen ex participio, unde
Appetentior, & appetentiſſimus, Alicuius rei auidum ſigni
ficat. Salluſt. in Catilina, Alieni appetens, ſui profuſus. Sic
Cic. 2. de Orat. 74. Idem 2. de Finib. 76, Eademq; ratio fa=
cit hominem hominum appetentem. Idem de Amicitia, 46,
Nihil eſt appetentius ſimilium ſui.

Edendi appetens. Gellius, li. 16. ca. 3.

Appetentes gloriæ. Cic. pro lege Manilia, 3.

Appetentiſſimus. Cic. 2. Tuſcul. 99, Sumus enim natura ſtudio=
ſiſſimi, appetentiſſimiq; honeſtatis.

Non cupidus, neq; appetens homo. Cic. contra Rullum, 33.

Homo tui appetētiſſimus. Id eſt, cupiētiſſimus. Plin. epi. 151. b.

Appetentia, appetentiæ, (ὄρεξις) Nomen formatum ab Appe=
tens, Idem quod appetitus: ſed appetitus frequentius eſt: &
in quibuſdam uidentur habere uſum diuerſum. Nam cibi ap
petentiam potius dixeris, quàm appetitum. Cice. 4. Tuſcul.
25, Libido effrænatam appetentiam efficit.

Artium liberalium appetentia. Plin. lib. 23. ca. 10, Ibi Appeten
tia ciborum inuitatur uino.

Appetentiam ciborum præſtat hæc herba, uel facit. Plin. li. 20.
ca. 17. 10. Idem, Cibi appetentiam faciunt lactucæ.

Appetitio, (ὄρμησις) Verbale, Conatus quidam aliquid appre=
hendendi. Cic. 1. de Diuinat. 87. de Cyro, Nam quum dormi
enti ei Sol ad pedes uiſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtra appeti
uiſſe manibus, quum ſe conuoluens Sol elaberetur & abiret.
Et Magos dixiſſe, ex triplici appetitione Solis xxx. annos
Cyrum regnaturum eſſe portendi.

Appetitio, pro Appetitu uel Appetentia, (ὁρμὴ) Cic. 4. Acad.
50, Nam aliter appetitio (eam enim eſſe uolumus ὁρμὴν)
qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod eſt ui=
ſum, moueri non poteſt. Idem 2. de Nat. deor. 83.

Appetitio principatus. Cic. 1. Off. 22.

Alieni appetitio. Cic. 3. Off. 38.

Appetitio animi. Cic. in Topic. 32, Atq; etiam eſt cauſarū diſſi=
militudo: quòd aliæ ſunt, ut ſine ulla appetitione animi, ſine
uoluntate, ſine opinione ſuum quaſi opus efficiant.

Appetitio, dictum de ciborum appetentia. Gellius, libr. 16. ca.
3, Quòd quum antehac ſemper edendi fuerit appetens, nūc
poſt imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio priſti=
na elanguerit.

Appetitus, huius appetitus, pen. prod. Verbale, Eſt immenſa &
immoderata cupiditas. Sic Valla. Cic. lib. 3. Off. ca. de Tem=
perantia, Duplex eſt animorum uis atq; naturæ. Vna pars
in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè: quæ hominē huc
atq; illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat
quid faciendum, fugiendumq;. Ita fit, ut ratio præſit: appeti=
tus obtēperet. Et paulò pòſt, Efficiendum autem eſt ut appe
titus rationi obediant: eamq; neq; præcurrant propter teme
ritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerāt: ſintq;
trāquilli, atq; omni animi perturbatione careant. In ſingula
ri numero appetitum dixit, pro illa parte animi, quæ ratio=
ni oppoſita eſt, & uulgò Senſualitas appellatur. In plurali
uerò appetitus uocatur animi affectus ſiue etiam affectiōes:
quæ non ſatis (ut opinor) Latinè paſſiones dicuntur.

Contrahere & ſedare appetitus. Cic. 1. Off. 144.

Appia uia] ἀππία ὁδὸς, eſt à Roma in Campaniā, & ad ma
re uſq; Brunduſium, quam Appius Claudius conſul lapidi=
bus ſtrauit, ut author eſt Cicero in oratione pro Milone. Ap
pia, pro Via Appij. Horat. 1. Ser. Saty. 5. 2,

Mimus

Digitized by Google

Minus eſt grauis Appia tardis. Et in Epodio, ode 4.3,
Et Appiam mannis terit.

Appias]*patronymicum fœm. unde Appiades Deæ. Ouid. libro 3. de Arte,*
Has Venus è templis multo radiantibus auro,
Lætа uidet lites, Appiadesq; Deæ. Et rurſum de Remed. li. 2,
Turpe uir & mulier, iuncti modò, protinus hoſtes,
Non iſtas lites Appias ipſa probat.

Appiades]*deæ ſunt, ut Grammatici putant, Pallas, Pax, Concordia, Veſta, Venus, quarum templa prope forum Cæſaris erecta ſunt. Sic autem appellatæ ab aqua Appia, quæ in idem forum deducta eſſet. Huc alluſit Cicero in epiſtola ad Appiũ Pulchrum, cum dixit, Non ſolum Pallada, ſed etiam Appiada nominabo.*

Appiana mala]*ἀππιανὰ μῆλα, ab Appio uiri proprio ſic cognominata. Plin. lib. 15. ca. 14. 3, ubi de malorum generibus, Ergo, inquit, habent originem à Matio, Geſtioq; & Manlio, item Claudio. Quibus cotoneo inſito ab Appio è Claudia gente, Appiana ſunt cognominata. Odor eſt his cotoneorum, magnitudo quæ Claudianis, color rubeus.*

Appianum]*ni. neutr. gen. Eſt pigmenti, ſiue coloris genus, cuius meminit Plin. lib 35. ca. 7.*

Appianus] *Alexandrinus, (ἀππιανός) x x ii. libros hiſtoriæ Romanæ compoſuit: quorum nouem tãtum ad nos peruenere. Vixit autem Adriani principis temporibus, ut ipſe author eſt in Syriaco.*

Appiani Cenſoris meminit Hor. li. 1. Serm. Sat. 6.

Appingo]*appingis, (προσγράφω) appingere. Cic. Attico, li. 2. 23. 4, Epiſtolam ſuperiorem reſtitue nobis: & appinge aliquid noui. Hoc eſt, adde, adſcribe.*

Appion]*ἀππίων, fuit grammaticus celebris, Pliſtonici filius, cui nomẽ Mochrus, genere Aegyptius: q(ut Seruius ſcribit) ſub C. Cæſare tota circunlatus eſt Græcia. Hunc Tiberius Cæſar per contemptum Cymbalum mundi appellabat, quoniam publ. cæ famæ tympanum potius uideri poſſet. Immortalitate à ſe donari ſcripſit, ad quos aliqua componebat. De hoc etiam Ioſephus ſcribit, quòd eſſet malus & indoctus, totiusq; uitæ temporibus importunus calumniator omnium, cor aſini habens. Floruit temporibus Dionyſij Halicarnaſei & Ioſephi.*

Appion] *Græcus ſcriptor, qui (πολυΐστωρ) eſt appellatus, facili atq; alacri facundia fuit, ut eſt author Gel. Is res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit.*

Appius Claudius]*cæcus, orator fuit Romæ, ut author eſt Cicero in Bruto. huius etiam meminit li. 4. Tuſcul.*

Applaudo]*applaudis, applauſi, applauſum, (ἐπιπροτέω) applaudere. Eſt manuum uel pedum plauſu fauorem oſtendere. Plaut. Pſeud. 23. 43, — ſi uultis applaudere,*
Atq; approbare hunc gregem & fabulam, in craſtinum
Vos uocabo.

Applaudere alicui. Cic. pro Seſtio, 100, Quid ego nunc dicam, quibus uiris, aut cui generi ciuiũ maximè applaudatur? impersonale eſt. Antiqui per o in ſecunda ſcribebãt, applodo, ſicut & plodo, quod nunc plaudo ſcribimus.

Applauſor, *uerbale, (ἐπιπροτητής) Qui applaudit. Plin. in Paneg. 74, Idem ergo populus ille aliquando ſcenici imperatoris ſpectator & applauſor.*

Applauſus, *participium, (ἐπιπεπροτημένος) Vt applauſum corpus. Ouid. 4. Metam. 71,*
Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices. Silius, lib. 16. 72. de Camphaſo equo,
Camphaſus ipſe aſper, nec qui ceruicis amaret
Applauſæ blandos ſonitus, &c.

Applauſus, *huius applauſus, (ἐπιπρότησις) Cic. 2. de Diuinat. 155, Ennius qui magno applauſu loquitur, aſſentiente populo, &c. Legitur & plauſu.*

Applico]*applicas, pen. corr. applicui, applicitũ, (προσάπτω, προσομίζω, παραβάλλω) applicare, & ſecundum analogiam, applicaui, applicatum. Ouid. 4. Faſt 171,*
Oſculáq; applicuit poſito ſuprema feretro. Interdum de nauigatione dictum, idem quod appellere ſignificat. Vir. 1. Aeneid. 125,
Quæ uis immanib. applicat oris? Subauditur Te, accuſati. Vbi Seru. dicit aut per D, aut per duplex P, indifferẽter ſcribi poſſe. Præteritũ Applicaui, in ſequẽtib. leges exẽplis.

Applicare *naues ad terram. Cæſar 3. bel. ciuil. 396. Ci. 2. Phil. 48, Si ille ad eam ripam quam conſtituerat, non ad contrariam, nauim applicuiſſet.*

Applicare *naues terræ. Liu. 8. bel. Pun. 92. Sic Seneca in Hercule furente, 9. 31.*

Applicare *claſſem in locum aliquem. Liu. 7. bel. Maced. 51.*

Applicare *aures uocibus. Horat. 3. Carm. ode 11. 2. Idem in Epod. Votis puerorum amicas applicet aures.*

Applicare, *abſolutè poſitum. Iuſtinus, lib. 2, Igitur quum Hercules ad littus Amazonum applicuiſſet. Hirtius de bello Hiſpanienſi, 157. In his poteſt accuſatiuus Se, uel Naues, ſubaudiri: ut in uerbo Appellere dixi mus.*

Applicare, (ἐπέχειν, προσαρμόζειν, προσάπτειν) *pro Admouere, cum datiuo. Liu. 2. bel. Maced. 127, Cornelius eidẽ flumini caſtra applicuit. Id eſt, prope flumen poſuit. Plin. libr. 30. ca. 7. 8, Si catuli priùs quàm uideãt, applicentur triduo ſtomacho maximè ac pectori. Liu. 3. ab Vrbe, Et dum corporibus applicantur, armáq; armis iungunt.*

Ad flammam ſe applicuerunt. Cic. 5. Tuſcul. 113.

Applicare *ſe ad arborem. Cæſar 6. bel. Gal. 95, His ſunt arbores pro cubilibus: ad eas ſe applicant: atq; ita paulum modo reclinatæ, quietem capiunt. De alce fera loquitur.*

Applicare *ſcalas. Subaudi muris, uel ad muros. Liuius, 6. bell. Punici, 232.*

Applicare *ſe ad aliquem. Cicero in Lælio, 68, Deinde ut requirant atq; appetant aliquas alias animantes, ad quas ſe applicent. Id eſt, adiungant. Terent. And. 5. 4. 21,*
Tum ille egens fortè applicat.
Primùm ad Chryſidis patrem ſe. Id eſt, ex naufragio ad illum ſe recipit.

Applicare *aliquò. Cic. 3. Tuſcul. 76, Quid petam præſidij, aut exequar? quoue nunc auxilio aut fuga freta ſim? arce & urbe orba ſum: quò accedã? quò applicem? Quaſi dicat, Quò me uertam? quò confugiam auxilij gratia?*

Applicare *ſe, & propius admouere, ſiue adiungere ad aliquid. Cic. in Læl. 31, Facta ſignificatione probitatis: quam qui appetiuerint, applicant ſeſe & propius admouent. Sub. ad eã. Ibidem, 45, Siqua ſignificatio uirtutis eluceat, ad quam ſe facilius animus applicet & adiungat.*

Se ad amicitiam fidemq; Populi Rom. applicuit. Cic. 4. Verr. 2.

Applicare *ſe ad ductum alterius. Cic. ad Appium.*

Applicare *ſe ad ſimiliaritatẽ alicuius. Ci. pro Cluẽt. 35. & 52.*

Applicare, *ad aliquem uſum quidpiã accommodare. Colum. li. 11. ca. 2. 14, Sarmenta quoq;, atq; arbuſtorum ramos è ſegetibus, aut rubos nunc egerere, & ad ſepem applicare oportet. Ci. 2. de Fin. 64, Vt ad honeſtatem applicetur.*

Sic & cum datiuo. Colum. lib. 3. cap. 10. 6, Qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur.

Applicare *ſe ad aliquod ſtudium, Quod etiam appellere dicitur. Cic. 1. Off. 162, Itaq; ſe alij ad philoſophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiã applicant. Sic. 3. de Orat. 30. Terẽ. in prolog. Heau. 23, Ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicũ.*

Applicare

Digitized by Google

Applicare se ad conuiuia. Cato apud Gellium, Siquis in ea re stu debat, aut sese ad conuiuia applicabat: grassator uocabatur.

Applicare se ad doctorem. Cic. in Bruto, 175, Meq; ad eũdem, quem Romæ audiueram, Molonem applicaui. Paulò antè di xerat, Eodem Anno etiam Moloni Rhodio dedimus operã.

Applicare animum ad frugem. Plaut. Trin. 5.3.4.

Applicare animum ægrotum ad deteriorem partem. Terent. And. 1.2.22.

Applicuit sibi ea animus. Seneca, de Benef. lib. 1. ca. 11, Posthæc habebimus coniunctione ac sanguine, usuq; & consuetudi ne longa, chara, ut liberos, coniuges, cæteraq; quæ usq; eò animus sibi applicuit, ut ab illis quàm à uita duelli grauius existimet.

Oscula applicare. Ouid. 4. Fast. 171.

Remos uadis applicare. Ouid lib. 3. Trist. eleg. 9. 2.

Applicare annum. Martial. lib. 6. 28,

Vix unum puer applicabat annum. Id est, uix ad unũ annum accedebat.

Applicatus, participium, pen. prod. (προσορμισθείς) Cæsar 3. bel. Ciuil. 396, Applicatisq; nostris ad terram nauibus. Plin. lib. 30. ca. 5. 6, Stomachi dolorem sedant applicati sæpius.

Applicatæ aures. Varro, lib. 2. de re Rust. ca. 7 4, Si est oculis nigris, naribus nõ angustis, applicatis auribus. Quasi dicat, breuibus, non oblongis & pendentibus. De equo dictum.

Applicatum ferrum Col. lib. 4. ca. 24. 16, Pressius enim si abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut conuulneratur.

Applicatus, & Occupatus. Cic. 4. de Finib. 55, Quid enim dicis, Omne animal simulatq; sit ortum, applicatum esse ad se diligendum, esseq; in se conseruando occupatum.

Applicitus, participũ, pe. cor. (προσαρμισμένος) Silius, li. 15. 1, Proximus applicito saxosis aggere syluis.

Tendebat. Plin epist. 41. 1, Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum. Id est, iunctum.

Applicatio, Verbale, (προσαρμισις) Ci. 1. de Orat. 84, Cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatoq; esset mortuus: nónne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio atq; illustratum est patronos? Idem in Lælio, Quapropter à natura uidetur mihi potius, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura.

Applodo] applodis, pen. prod. applosi, applosum, pe. prod. (ἐπικροτέω) applodere, Collidere. Spartianus, Allatũ ouum applosum ad terram fregit. Vide Adplaudo.

Apploro] apploras, pen. prod. (προσκωκύω) applorare ex ad & ploro, Deponere apud aliquem suos fletus. Horat. in Epod. ode 11. 3,

Contraq; lucrum, nil ualere candidum
Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

Applorare, Aliquem uel iuxta aliquem deflere. Senec. 4. Natur. quæst. Quum iam applorareris, mersosq; atq; obrutos tanta mole credideris, longe ab eo, in quem ceciderant, loco nauigant.

Appluda] appludæ, pen. prod. Nomẽ antiquum, Genus est minutissimæ paleæ frumẽti, siue panici: de qua Næu. Nõ hercle appluda est hodie, quàm tu, nequior. Sunt qui appludam sorbitionis liquidissimæ genus putẽt: quòd flatu dejciatur, & quasi applodatur. Hæc Festus. Gellius, lib. 11. ca. 7, Legerat autem ille, appludam ueteres rusticos frumenti furfurem dixisse. Plin. lib. 18. ca. 10, Milij & panici & sesamæ appludam uocant purgamenta, alibi alijs nominibus. Nonius, Appludas frumenti furfures dicunt rustici ueteres.

Appluere] προσομβρίσαι, ex ad. & pluere: Idem quod pluere, uel iuxta pluere. Plin. lib. 9. ca. 16. 3, Quippe & harundines quamuis palude prognatæ: non tamen sine imbre adolescunt: & aliàs ubicunq; pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, exanimantur.

Applumbo] applumbas, (προσμολυβδόω) applumbare, Idem quod simplex Plumbare. Vlpianus, in l. 2. de sepul. uiolat. Idem quærit si statua neq; applumbata fuerit neq; affixa, an pars monumenti effecta sit, &c.

Appono] apponis, penult. produ. Apposui, appositum, penult. corre. προσίθημι, παρατίθημι, προσάπτω, προσβάλλω, ἐπιτάττω) apponere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 5. 1,

Apposui medic membra leuanda toro. Propriè significat propè uel iuxtà ponere.

Apponere ante. Terent. And. 4.4.4,

—— accipe à me hunc ocyus
Atq; ante nostram ianuã appone. De puero loquitur.

Apponere ad ignem. Plaut. Menæb. 8. 55,

Ire hercle melius est te intrò, atq; accumbere,
Dum ego hæc appono ad Vulcani uiolentiam. Metonymia pro ad ignem.

Apponere manum ad os. Celius ad Cice. lib. 8. 1. 10. Cicer. 7. Verr. 22, Reticulum ad nares sibi apponebat.

Apponere, cum datiuo. Liu. 4. bel. Maced. 63, Nõ sustinuit impetum, eorum statio, quæ portæ appositæ erat. Sic, Vrbs apposita littori, a. ud Plinium, l. b. 5. ca. 29. 10.

Apponere interdum pro simplici accipitur. Cice. 2. de Inuent. 128, Gladium propè appositum è uagina eduxit.

Apponere notam alicui rei. Cic. ad Valerium, lib. 13. 6. 4, Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit.

Apponere notam ad. Cic. in Pisonem, 57, Veruntamen quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum uersum, sed poetam armis persequare, scire cupio quid tandem isto in uersu reprehendas.

Apponere machinam. Cic. 3. Verr. 103, Omnes illæ columnæ, quas de albatas uidetis, machina appositæ, nullæ impensa de tectæ sunt. Id est, admotæ, adhibitæ, applicatæ.

Apponere de suo. Plaut. Mil. 12. 31, Ad tua præcepta: de meo nihil his nouum ipse apposui. Pro addidi.

Postulare gratiam apponi sibi. Terent. And. 2. 1. 33,

—— neutiquam officium esse liberi puto,
Quũ is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

Apponere aliquid lucro. Horat. lib. 1. Carm. ode 9.

Apponere cibis aliquid, id est, indere, immittere, imponere, addere. Plaut. Pseut. 13. 26,

Non ego item cœnã condio ut alij coqui. Et paulò post,
Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus,
Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum.

Apponere mensam. Plaut. Asin. 15. 2, Pueri mensam apponite. Cic. Att. lib. 14. 304. 3, Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Sic cum aduerbio in loco. Plaut. Mostel. 4. 150, Cedo aquam manibus puer: appõne hic mensulam.

Mensam alicui. Plaut. Persa, 10. 26, Mensa manis si nunc apponatur mihi.

Aliquid epulandum mensis. Virg. 4. Aeneid 121.

Appositas mensas instruere. Ouid. 8. Metam. 115.

Alicui, Sub. cibos. Cic. 5. Tuscul. 131, Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in Academiam: ijs apposuit tantum quod satis esset nullo apparatu.

Pocula. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 10.

Ampliter. Plaut. Mil. 10. 162.

In uasis. Cic. Attico, lib. 6. 111. 23.

In epulis. Plin lib. 8. ca. 51 6, Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus. Sic Apponere in cœnis de-

Digitized by Google

cœnis apud eundem, lib. 36. cap. 1.

In epulis, non modo uinũ aut cibus apponi dicitur, sed etiã uasa, & alia supellex necessaria. Cic. 6. Verr. 43, Apposuit pastellam, in qua sigilla erant egregia. Ibidem, Cœnabat apud eum: argentum illi cæterum purum apposuerat. Id est, uasa ex argento puro.

Annos apponere & Demere cõtraria. Horat. 2. Carm. ode 5. 3,

— & illi, quos tibi dempserit, Apponet annos.

Apponere modum uitijs. Ci. 4. Tuscul. 63, Qui enim uitijs modum apponit, is partem suscipit uitiorum, id est, qui dicit uitia posse esse moderata: ut moderata iniustitia.

Apponere custodem alicui, pro adhibere. Cic. 1. Verr. 27, Custodem, inquit, Tullio me apponite.

Calumniatorem. Cic. 3. Verr. 18, Dionem euocauit: calumniatores ex sinu suo apposuit. Ibidem 4. 15.

Sibi prœuaricatorem. Ci. 2. Phil. 47, Iam uereor, P. C. ne, quod turpissimum est, prœuaricatorem mihi apposuisse uidear.

Apponere accusatorem alicui. Cic. 7. Verr. 84, Apponitur his tamen accusator. Id est, ex composito adhibetur, Sic 3. Verr. 51, Apponere licitatorem. Idem, 3. Off. 81, Non licitatorem uenditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet. Idem, 3. Verr. 99, Si res abiret ab eo mancipe, quẽ ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse.

Appositus, participium, pen. corr. (προσκείμενος) Cicer. 1. de Diuin. 133, Noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. Id est, admoto, adhibito.

Appositus cum datiuo. Plin. lib. 12. cap. 2. 6, Nunc est clara in Lycia gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita. Idem lib. 17. cap. 24. 16.

Appositus ad. Plin. lib. 8. cap. 28. 2. Aure ad glaciem apposita.

Appositus, Adornatus, Summissus. Cic. Appositus, erat ab isto Venuleius quidam qui emeret.

Appositus, adiectiuum nomen ex participio, (προσηρμοσμένος) Aptus & accommodus ad aliquid: ut homo appositus. Cic. 7. Verr. 84, Homo bene appositus ad istius audaciam.

Appositior. Ci. 6. Verr. 112, Vt multo appositior ad deferenda, quàm ad auferenda signa esse uideatur.

Appositus ager ad uitem. Varro 1. de re Rust. cap. 73, Nam ut alius est ad uitem appositus, alius ad frumentum: sic de cæteris, alius ad aliam rem.

Appositus locus ad tolerandam calamitatem. Cic. Attico, lib. 3. 54. 2. Idem 2. de Inuentio. 205.

Appositum tempus ad agendum. Cic. 3. Verr. 20.

Appositus aptus cui aliquid fiat. Varr. 2. de re Rust. ca. 7. 5, Et quũ est æger, ad medẽdũ est appositus. i. cui facile remediũ adhiberi possit. Nam gerundij uerbum hic passiue positum est.

Appositus, cum datiuo. Quint. lib. 4, Quo loco tamen iudicis natura noscenda est, iuri magis, an æquo sit appositus. Id est, accommodatus. li. 3. Appositissimus ades.

Appositum, absolutè dictum. Cice. lib. 2. ad Quintum fratrem, 6. 2, Sed habet profectò quoddam Sardinia appositum ad recordationem præteritæ memoriæ. Si legeris Quiddã quod absolutum est, alterum erit adiectiuum.

Appositum, pro reposito. Seneca, de Benefic. 4, Vt multa etiam ex appositio & acquisito perdenda sint.

Appositus, huius appositus, (παράθεμα) Verbale. Pli. lib. 24. cap. 5. 7, Abortus non exeuntes trahit appositu, uel suffitu. Id est, si apponatur. Quod ipse alibi Admotu dicit.

Appositè, aduerbiũ qualitatis, (ἁρμοδίντως) Aptè, accommodate, cõuenienter. Cic. Att. lib. 8. 151. 3, Cætera appositè tibi mandabo. Sic. Plaut. Amph. 16. 61. Quint. li. 2. ca. 15. 3.

Appositè ad. Cic. 1. de Inuent. 10, Dicere apposite ad persuasionem. Et paulò pòst, Curare appositè ad sanandum.

Appositiò, Verbale, (παράθεσις) Cic. in Parad. 10, Sed hæc uideri possunt obscuriora, quũ sine appositione exemplorum lentius disputantur. Pro eodem dicitur exemplorũ positio.

Appositio, Figura constructionis apud recentiores Grammaticos, quam ueteres epexegesim (id est, expositionem, siue interpretationem) uocabãt: ut Vrbs Roma: quasi tu dicas, urbs quæ est Roma, id est, quæ Roma dicitur. Sic fluuius Tyberis, mensis Ianuarius, & c. In hac tamen figura interdum species nomen generali præponitur. Liu. 1. ab Vrbe, Super Numicum flumen. Idem, Prope Tyberim fluuium.

Appositum ac propinquum, (παράθετον, ἐπίθετον) Cic. 2. de Inuent. 243, Fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re uitium est. Audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen uitium est. Quintil. lib. 8, Ex appositis, quæ epitheta dicuntur.

Apporrigo] apporrigis, penu. corr. apporrexi, apporrectum, (παρατείνω) apporrigere. Iuxta porrigere. Ouid. 2. Metam. Infantemq; uident, apporrectumq; draconem.

Apporto] apportas, (προσφέρω) apportare, ex ad, & porto, Idem quod afferre significat: & ei contrarium est Asportare. Sæpius tamen pro aduehere accipitur. Plau. Sticho, 7. 11, Magnasq; apportauisse diuitias domum.

Apportare ad locum. Cic. 5. Verr. 165.

Apportare ab aliquo. Ci. 7. Verr. 99, Quod signũ, quæ tabula picta est, quæ non ab hostib. uictis capta atq; apportata sit?

Apportare de, uel ex. Varro, de re Rust. lib. 3. cap. 14. 3, Genera cochlearum sunt plura: ut minutæ albulæ, quæ afferuntur è Reatino: & maximæ, quæ de Illyrico apportantur: & mediocres, quæ ex Aphrica afferuntur. Pin. lib. 7. c. 56. 7, Plũbum ex Cassiteride insula primus apportauit Midacritus.

Apportare undiq; Cic. 1. Off. 210, Multa undiq; apportãs. De mercatura loquitur.

Apportare aliquid machinis, aut alio instrumento. Cic. 3. Verr. Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machinis sua. Sic apportare uehiculo, & similia, dicere poteris.

Apportare, Nunciare. Terent. And. 5. 2. 17, Quidnam apportas? Id est, quid nuncias, quid affers noui?

Apportare bonum, & afferre gaudium. Plautus Sticho, 5. 22, Tantum à portu apporto bonum, tantum gaudium affero grande.

Apportare rem nouam dicitur homo. Plaut. Mostel. 7. 35.

Apportat aliquid noui tempus. Terent. Adelph. 5. 4. 1,

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad uitã fuit,
Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet noui.

Apportare nuncium. Terent. Heaut. 3. 1. 18,

— nũciũ apporto tibi, Cuius maximè te fieri participẽ cupis.

Apportare, pro Afferre in alia significatione: ut, Apportare damnum. Terent. Heaut. 4. 4. 26.

Apportare malum. Terent. And. 1. 1. 46,

Hei uereor, nequid Andria apportet mali.

Morbos apportare. Lucret. lib. 5. 45,

— cur anni tempora morbos Apportant.

Apportare uitia dicitur senectus. Cic. de Senect. 22.

Apposco] apposcis, appoposci, (προσαπαιτέω) apposcere, ex ad & posco, Insuper poscere. Terent. Heaut. 4. 7. 10,

Porrò hæc, talenta dotis apposcent duo.

Appositus] Vide Appono.

Appotus] pe. prod. (ἐπιπεπωκὼς) ex Ad & participio Potus dicitur, pro Valde potus, id est, qui multum potauit. Quòd si appotare lectum fuerit, dicemus ab eo factum Appotus. Plaut. Curcul. 7. 76, Postquã cœnati atq; appoti, talos poscit in manum. Idẽ Rud. 14. 8, Si probè appotus siem. Scribitur & per D, adpotus.

Apprehendo] apprehendis, apprehendi, apprehensum, (ἐπιλαμ-

Digitized by Google

(ἐπιλαμβάνω) apprehendere, ex ad & prendo siue prehẽdo, Quasi ad se prehendere: ut Apprehendere manum alicuius, aut aliquem manu apprehẽdere. Ci. pro Quint. 64, Ipsius Sexti Neuij lacrymans manum apprehendit.

Apprehendere manu aliquid. Plaut. Amphit.

Apprehendere morsu. Plin. lib. 11. cap. 24. 5.

Apprehẽdere, per metaphorã. Ci. pro Cluẽt. 40, Sed ut quidq; ego apprehenderã, statim accusator extorquebat è manib.

Apprehendere regionem. Cic. Attico, lib. 10. 197. 2, Apprehendere Hispaniã.

Apprehendere palmam. Plin. lib. 14. cap. 22. 9.

Apprehendere, nonnunquam ad mensuram refertur. Plin. libr. 20. cap. 15. 2, Sistit & uomitionem, nauseasq; ex uino, quantum apprehenderint tres digiti.

Apprendere, per cõtractionẽ legimus in uersu. Stat. li. 3. Syl. 4. 9, —& apprensa traxisset fortius urna. Silius, li. 16. 95, —nisusq; apprendere primos.

Apprimè] siue per D, adprimè, pen. prod. (εἰς τὰ πρῶτα) Aduerbiũ intensiuũ: Id est, Epitasin, quã intensionẽ dicimus, significãs. Fit aũt ab antiquo nomine Apprimus, teste Gellio lib. 7. cap. 7. qui dicit non satis cõmodè Ad in hac dictione, sicut neq; in adpotim accentu acuto pronunciari. Terent. in And. 1. 1. 34, —nam id arbitror

Apprimè in uita esse utile, ut nequid nimis. Vbi Donatus, Adiectio, inquit, est confirmationis apprimè.

Apprimè doctus homo. Varro, de re Rust. lib. 3. cap. 2. 13. Sic, apprimè nobilis, apprimè probus, & similia apud Terent. Eunu. 3. 5. 10. Plaut. Cistel. 3. 6. & Rud. 18. 28.

Apprimè cum superlatiuo. Cic. 3. de Finib. 50, Id apprimè rectissimè dicitur.

Apprimus, (πρώτιστος) adiectiuum, pen. prod. siue per D, adprimus, Id est, longè primus. L. Liuius in Odyssea, ibi deniq; uir summus, adprimus Patroclus. Antiquum est nomen ex Gellij li. 7. cap. 7. Virg. 2. Georg. 27,

—flos apprimus tenax. Vbi Seruius, Apprima, id est, maximè. Et est nomen pro aduerbio, sicut,

—& pede terram Crebra ferit: pro crebrò.

Apprimo] apprimis, pen. corr. appreßi, appressum, (πρόσπιέζω) apprimere, ex ad & premo. Plin. lib. 24. cap. 11, Sedare uentris dolores asseuerauit impositam, ita ut tunica cinctuq; corpori apprimeretur. Id est, ad corpus premeretur. Idem, li. 8. cap. 36. 3, Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, nõ alio incubitu, quàm oua uolucres. De ursis dictum.

Apprimere carnem ad ossa. Plin. lib. 26. cap. 1.

Approbo] approbas, pen. cor. (δοκιμάζω, ἐπιδοκιμάζω, ἐγκρίνω) approbare, Idẽ quod simplex probare, aut etiam uehementer probare. Approbamus autem propriè quæ placere aut rata habere ostendimus. Ouid. 1. de Põto, eleg. 6. 13,

An uerear, ne non approbet illa Getes? Cic. 4. Acad. 18, Nec tamen ego is sum, qui nihil unquam fulsi approbem.

Clamore approbare aliquid. Cic. pro Archia, 18.

Approbare & laudare. Cic. pro Sestio, 52.

Vna uoce & consensu approbauit populus. Cic. in Pisonem, 4.

Authoritate approbare aliquid. Cic. pro Rege Deiotaro, 21.

Omnium assensu approbatum. Cic. 3. de Finib. 45.

Approbatus ab omnibus. Quint. lib. 2. cap. 17. 26.

Approbare & improbare, ueluti contraria. Ci. 4. Acad. 172, Hoc negas te posse nec approbare, nec improbare.

Facere aliquid Musis approbantibus, Cic. ad Gal. lib. 7. 24. 5. Et ad Lentulum, lib. 1. 9. 75, Dijs hominibusq; approbantibus.

Dij approbent. Cic. Attico, lib. 6. 117. 1, Id quidem Dij approbent ita uelim.

Approbare, Est efficere ut probũ rectumq; iudicetur id, quod quis facit aut dicit. Hoc tamen Cicero ferè probare dicit. Vt in Verrem, Nõ uereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem. Plin. in Præfat. 4. libri. Quũ Tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc attestabatur uel inimico iudici se approbare posse.

Approbare opus, siue probare. Est (ut uulgus loquitur) recte et probè consummatum præbere. Id autem redemptoris est, nõ locatoris. Paulus in tractatu locati, Si in lege locatiõis hoc comprehensum est, ut arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur ac si uiri boni arbitratu comprehẽsum esset. Vitruuius, Redemptor ad tẽpus opus manu factum subtiliter regi approbauit: Vnde Probatum siue Approbatum opus dicitur, quod magistri opificiorum euocati inspectũ, retulerunt esse idoneum, & rectè factum. Hæc Budæus.

Approbare, Est etiam dicta nostra rationibus, aut alio modo cõfirmare: ut fieri solet in argumentatione, quod & Probare dicitur. Cic. 1. de Inuent. 73, Hoc quia perspicuè uerum est, nihil attinet approbari. Plin. lib. 2. cap. 16. 6, Quæ ratio Lunæ sublimitatibus maximè approbatur.

Approbatio, (δοκιμασία) Verbale. Catul. epig. 42,

—— amor sinistra ut ante,
Dextra sternuit approbatione. Cic. 2. Tuscul. 4. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio. Id est, ut eloquẽtiam probent audientes. Idem, 2. Off. 139, Sic hoc decorum quod elucet in uita, mouet approbationem eorum quibus cum uiuitur.

Approbatio apud oratores, Est pars argumentationis. Cic. 1. de Inuent. 81, Approbatio est per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum probabilius & apertius fit. Alio nomine dicitur probatio.

Approbatio, aliter item acceptum. Cic. 4. Acad. 96, Ne uimolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrij. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. Id est, non tam animi firmitate, certitudine, constantia.

Approbator, penult. produ. (δοκιμαστής) Verbale. Cicer. Attico, lib. 16. 334. 3, Quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certè fuisti. Gellius, lib. 5. cap. 21, Subscriptores, approbatoresq; eius uerbi habemus.

Approbus] siue per D, Adprobus, adiectiuum, penult. cor. (προσδόκιμος) pro ualde probus, lectum est apud ueteres. Cæcilius Triumpho, Herocles, hospes est mihi, adolescẽs adprobus. Ex Gellio, lib. 7. cap. 7.

Approbè, aduerbiũ qualitatis, (προσδοκίμως) pro ualde probè. Gel. lib. 7. cap. 7.

Appromitto] siue per D, Adpromitto, appromittis, appromisi, appromissum, (ἐπεγγυάω) appromittere, Est quod quis promiserit, idem promittere: quasi alienum promissum similiter promittendo confirmare. Cic. Attico, li. 5. 88. 2, De Oppio factum est ut uolui: & maxime quòd DCCC. appromisisti. Idem, pro Rosc. Amer. 15, Quum id ita futurum T. Rosc. Capito, qui in x. legatis erat, appromitteret, crediderat. Prius dixerat, Et omnia Chrysogonum quæ uellent esse facturum pollicerentur.

Appromissor, Verbale, (ἐπεγγυητής) Est qui quod suo nomine promisit, idem pro altero quoq; promittit. Hæc Festus. Vlpianus Appromißorem uocat Fideiussorem. l. in omnibus de Solutio.

Appropero] siue per D, adpropero, adproperas, penu. cor. (ἐπισπεύδω) approperare. Idem quod propero, aut ualde propero, accelero. Ter. And. 3. 1. 17, —postquam ante ostium Me audiuit stare, approperat. Cic. Att. li. 4. 72. 11, Quare propera, & uale.

Approperare gradum. Plaut. Trinum. 14. 3,

—stultitiam

Digitized by Google

——ſtultitiam abde. gradum Approperat.
Approperare mortem. Tacit. lib. 16, Interciſis uenis mortem approperauit.
Approperare ad cogitatum facinus. Cic. pro Milone, 34.
Approperatum opus. Liu. 4. ab Vrbe, 45, Cœptumq; opus adeò approperatum eſt, ut ſole orto, &c. Idem, 7. bel. Pun. 142, Ita addita Virtutis ædes approperato opere.
Appropinquo] appropinquas, appropinquare, (προσεγγίζω) Eſt aut loco, aut tempore propinquum fieri: quod & propinquare dicitur apud poetas. Suet. Iamq; equites appropinquabant. Cæſ. 2. be. Gal. 270, Heduos finib. Bello uacorum appropinquare cognouerant.
Venire & appropinquare. Cicer. ad Quint. frat. lib. 3. epiſt. 24. 3, Sed eius rei maturitas neque dum uenit, & tamen iam appropinquat.
Impendere, inſtare, appropinquare. Cic. in Catil. 32, Quibus ego confido impendere fatum aliquod, aut inſtare iam planè, aut certè iam appropinquare.
Appropinquare ad ſummam aquam. Ci. 4. de Finib. 105, Hirtius, de bel. Hiſpan. 8, Ad quos celerius, quàm ipſi opinati ſunt, appropinquauit.
Appropinquat tempus, ut Hyems, æſtas, nox, &c. Cæſar, 2. bel. Ciuil. 34, Iamq; hyems appropinquabat. Valer. Appropinquante definita die.
Appropinquare etiam res alia dicitur, cuius tempus appropinquat. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 1, Sed tamen quum appropinquare tuus aduentus putaretur. Idem pro Cluentio, 152, Poſtea autem quum appropinquare huius iudicium ei nunciatum eſſet. Idem, Itaq; appropinquante morte.
Occaſus urbis appropinquat. Cic. in Catil. 64.
Mors illi appropinquat. Cic. 5. de Finib. 53.
Appropinquare alicui honori, aut dignitati. Cæſar, 5. bel. Gal. 162, Erant in ea legione fortiſſimi uiri Centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent. Hoc eſt, quibus inſtabat tempus, ut primos ordines ducerent in exercitu.
Appropinquat ut uideat. Cic. 3. de Finib. 74, Nec catulus ille qui iã appropinquat ut uideat, plus cernit, quàm is qui modò eſt natus. Id eſt, cui appropinquat cernendi tempus.
Appropinquatio, Verbale, (προσέγγισις) Cicer. de Senect. 61, Quarta reſtat cauſa, quæ maximè angere, atq; ſolicitam habere noſtram ætatem uidetur, appropinquatio mortis. Idẽ, 5. de Finib. 56, Et angantur appropinquatione mortis confecti hominꝫ ſenectute.
Appulia & Appulus] Vide Apulia.
Appulſus] Vide Appello, appellis.
Apricus] pen. prod. adiectiuum, (προσήλιος, σνήλιος, προσείλιος) duobus modis dicitur: aliter enim apricum locum dicimus, aliter hominem, aut auem. Virgil. 5. Aeneid. 26,
Et apricis ſtatio gratiſſima mergis. Id eſt, ſole gaudentibus. Sanè apricus locus dicitur ſole calens, quod eſt opaco & abdito contrarium: & apricos dicimus, locis apricis gaudentes. Virg. 9. eclog. 10,
Duceret apricis in collibus uua colorem.
Aprici ſenes. Perſ. Sat. 5.
Apricus locus, à Sole apertus: à Græco uocabulo φρίκη appellamus, quaſi ἄνευ φρίκης, id eſt, ſine horrore, uidelicet frigoris. Vnde etiam putatur Africa appellari. Author Feſtus. Idem quoq; ſentit Seruius, in 5. Aeneid. 14.
Apricus campus. Horat. in Arte Poetica, 33.
Aprici colles. Virg. eclog. 9. & Pli. li. 35. c. 4. & li. 6. c. 17. 6.
Apricus dies. Colum. lib. 9. 14. 12.
Apricos necte flores. Horat. 1. Carm. ode 26. 2.
Aprica littora. Mart. li. 1. 46. Locus. Colum. li. 11. c. 3. 20.
Montium receſſus. Plin. li. 19. cap. 24. Regio. Pli. li. 4. ca. 12.
Pratum apricum. Horat. 1. Epiſt. 14. 6.
Apricæ terræ. Virg. 6. Aeneid. 63.
In apricum proferre. Horat. 1. Epiſt. 6. 5,
Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas.
Spaciari in aprico. Horat. 1. Serm. ſaty. 8. 3.
Apricum & opacum, ueluti contraria. Cic. in Partitionib. 21. Sic Plinius, lib. 23. cap. 1.
Apricior & Apriciſſimus (προσηλιώτερος) Colum. lib. 11. cap. 3. 20, Nonnulli hanc eandem locis aprilioribus à Calendis Martijs deponunt. Idem, lib. 9. cap. 14. 12, Dum adhuc Autumni reliquiæ ſunt, apriciſſimo die purgatis domicilijs.
Apricor, pen. prod. apricaris, apricatus ſum, (εἰλικθερέομαι, ἡλιάζομαι) apricari, in aprico eſſe. Varro Myſterijs, Licet uidere multos quotidie hyeme in Sole apricari. Ex Nonio. Cic. Tuſcul. 132, Alexandro roganti ut diceret ſiquid ſibi opus eſſet, Nunc quidem paululum, inquit, à ſole abſis. Offecerat uidelicet apricanti. Colum. lib. 8. cap. 4. 4.
Apricatio, Verbale, (ἡλιασμός) Cic. Attic. li. 7. 130. 2, Sibi habeat ſuã fortunam, unã me hercule tecum apricationẽ in illo Lucretino tuo ſole malim, quàm omnia iſtiuſmodi regna.
Apricatione caleſcere, uel igni, apud Ciceronem de Senectute 53. Quo in loco dicit Nonius Marcellus, apricationem poſitum pro apricitate.
Ad apricationem egredi. Colum. lib. 8. cap. 8. 4, Et recipiat ad apricationem egredientes columbas.
Apricitas, pe. corr. (τὸ εἰλικθερές) Eſt hybernus ille tepor in locis apricis. Col. lib. 8. cap. 15. 3, Quũ apricitate diei geſtiunt aues. Idem, lib. 7. cap. 4. 4, Si dici permittit apricitas.
Apricitatis inclytæ regio. Plin. lib. 6. cap. 16. 1.
Apries] ἄπρίης, Pſammis Aegypti regis filius, cui in regno ſucceßit. Hic ab Aegyptijs, qui à ſe ad Amaſim defecerant, ſtrangulatus eſt, & ſepultus in paternis monumẽtis. Author Herodot. lib. 2.
Aprilis] huius, Aprilis, m. g. pen. prod. ablatiuo per tertiam uocalem Aprili, (ἀπρίλιος, βαρυτονούμενον) Menſis nomen. Sic autem dictus, teſte Seruio, ab aperiendo, quaſi terras tepore aperiẽs. Alij, ut Varro ſcribit, quia Veneri dicatus eſſet, quæ dicitur Aphrodite. Hor. 4. Carm. ode 11. 3,
——Idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris marinæ
Fingit Aprilem.
Aprilis, adiectiuè quoq; accipitur: ut quum dicimus Calendis Aprilibus. Tametſi etiam pro menſe nonnulli, ſicut & cætera menſium nomina, adiectiuum eſſe uolunt: ut ſubaudiatur abſolutum menſis, ſi expreſſum non fuerit. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 9. 20, Quimetiam Marcellino, & Philippo Conſulibus Nonis Aprilibus mihi eſt Senatus aſſenſus.
Aprinus ſiue Aprugnus] Vide Aper.
Apronia] ἄμπελος μέλαινα, Herba eſt, quam aliqui nigram bryoniam uocant, foliis hederæ, ſmilaceis proximis, ſed maioribus: caules habet cognatos: capreolis ſuis arbores, quaſi adminicula comprehendit: fructus racematim cohærent, qui inter principia uirent, & poſt maturitatem nigreſcunt: radix foris nigra, intus buxeo colore nitet. Dioſcorid. libr. 4. cap. 177. & Plin. lib. 23. cap. 1.
Aproſopitica] præfectura (ἀπροσωπίτης νόμος) ad Aegyptum pertinens: in qua eſt ueneris ciuitas. Strabo, lib. 17.
Aproxis] herba eſt, cuius radix è longinquo concipit ignes, ut naphtha. Plin. li. 24. cap. 17.
Apſis] apſidis, pe. cor. f. g, (ἁψὶς) curuatura rotæ, id eſt, lignũ ſupra rotat, tenẽs ſcalas, uel in quo figũtur radij, ligneus rotæ circul. Hom. Iliad. 4, pro foramine retis ſeu plaga uſurpat.
Apſides, etiam dicuntur circuli in ſtellis, teſte Plin. lib. 2. ca. 15. 6. his uerbis: Plurimis de cauſis hæc omnia accidunt, prima

Digitized by Google

circulorum est, quos Græci apsidas in stellis uocant.

Apsis, Fornicis curuatura. Plinius Cæcilius in epist. Adnectitur angulo cubiculum in apsida curuatum.

Apsorus] ἄψορος, urbs Ponti Cappadocij, Ptolemæo, lib. 5. cap. 6. hodie Arcani.

Apsorus] ἄψορος, insula in mari Adriatico, adiacens Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine. Ptol. lib. 1.

Apsus] ἄψος, Fluius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dyrrachio, de quo Strabo, lib. 7. Lucan. li. 5,

Tellus quam uolucer Genusus, quam mollior Apsus
Circumeunt ripis.

Apsyctos] ἄψυκτος, Gemma est nigra, & ponderosa, rubentibus uenis distincta: ita dicta, quasi Irrefrigerabilis. Nam semel igni excalfacta, septem diebus calorem seruat. Author Plin. lib. 36.

Aptè & Apto] aptas. Vide pòst Aptus.

Aptera] pen. corr. Apterorum, (ἄπτερα) ciuitas est Lyciæ regionis, Stephano: & oppidum in Creta, à Syrenibus uocatũ, quòd uictæ ibi cantu à Musis, præmœrore exutæ pennis in mare desiluissent, ἄπτερος, enim dicitur implumis Latine.

Aptotum] aptoti, pen. prod. (ἄπτωτον) interpretatur sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neq; per casus, neq; per numeros declinantur: ut, Frugi, nihili, nequam, fas, nefas. Author Donatus in secunda editione. Hæc alio nomine dicuntur indeclinabilia.

Aptuchi] ἀπτοῦχοι, Fanũ in Cyrenaica regione, Ptol. li. 4. c. 4.

Aptus] apta, aptum, (ἐπιτήδειος, εὔθετος, πρόσφυὴς) Participium ab antiquo uerbo Apiscor. Vnde est adiectiuum nomẽ Aptus, aptior, aptissimus. Cic. in Lælio, 1, Catonẽ induxi senẽ disputãtẽ: quia nulla uidebatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur. Id est, accõmodatior, & cõueniẽtior: sicut dici solet magis propria. Idẽ de Senectu. Aptissima omnino sunt, Scipio & Læli, arma senectutis, artes, exercitationes q; uirtutũ. Allusit ad arma militum, quæ apta dicuntur, quum bene connexa & cohærentia sunt. Vide Apta arma.

Apta compositio membrorum. Cic. 1. Off. 139.

Aptus alicui rei. Plin. lib. 12. cap. 7. 5, Lycium aptissimum medicinæ quod est spumosum. Cicer. ad Appium, libr. 3. 10. 28, Quid mihi tandem erat utilius, quid cõmodis meis aptius.

Apta inter se, & cohærentia. Cic. 3. de Nat. deor. 3.

Apta inter se, & conuenientia. Cic. 1. Off. 200, Sic in uita omnia sint apta inter se & conuenientia.

Aptus ad aliquid. Cic. 1. Off. 160, Ad quas igitur res aptissimi erimus, ad eas potissimum elaborabimus. Et lib. 1. de Finib. 80, Aptissimum ad quietè uiuendum.

Natus atq; aptus ad Verris flagitiosas libidines Timarchides, Cic. 4. Verr. 93.

Congruens & apta ad animos permouendos actio. Cic. in Part. tit. 29. & 3. de Orat. 30.

Apta uerba ad Latinorum consuetudinem. Cic. de Opt. gen. Orat. 148, Nec conuerti ut interpres, sed ut orator, uerbis ad nostram consuetudinem aptis.

Aptum & conueniens ad res secundas. Cicero de Amicitia, 16. Quint. lib. 5. cap. 10. 86.

Aptæ ad stabilitatem commissuræ, & ad actus finiendos accommodatæ. Cic. 2. de Natur. deor. 209.

Apta & accommodata naturæ. Ci. 4. de Finib. 75.

Aptum, consentaneum q; tempori & personæ. Cicero in Bruto, 40. Et 1. Acad. 17.

Nec cõmodius, nec aptius fieri põt, quàm ut. Ci. Att. li. 13. 289. 1

Ad multas res mihi minus aptus. Ci. ad Appiũ Pulchrũ, li. 3. 6. 3.

Habiles & apti calcei Sicyonij ad pedem. Cic. 1. de Orat. 118.

Aptior auribus imperitorũ Palicanus. Ci. de Claris Orat. 118.

Aptus in aliquid. Liuius, 8. bel. Maced. 92, Et erant deprehensi genere pugnæ, in quod minimè apti sunt.

Aptus cum infinitiuo passiuo. Ouid. 1. de Arte, 2, Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.

Aptus huc. Celsus, lib. 5. cap. 19, Rubrum quoq; emplastrum, quod ethesium uocatur, huc aptum est.

Aptum esse, & decere. Cicer. 3. de Orat. 116, Nunc quid aptum sit, hoc est, quid maximè deceat in oratione, uideamus.

Curationi aptus æger. Celsus, lib. 2. cap. 12. & lib. 7. cap. 14.

Moribus meis apta hæc ætas. Ouid. 13. de Arte, 25.

Animi ad percipiendum apti. Quint. lib. 1. cap. 2. 19.

Anni apti lusibus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 3. 3.

Aquæ aptæ remigio. Ouid. 2. de Arte, 26.

Cibus stomacho aptus: cui cõtrarius est, Alienus. Cels. li. 2. c. 20.

Color pallidus aptus amanti. Ouid. 1. de Arte, 147.

Dies quartus aptissimus esse consueuit in pluribus ad initiũ cibi. Id est, plures ægri die quarto recte comedere incipiunt. Celsus, lib. 3. cap. 4.

Ingenium aptius flammis, id est, amoribus. Ouid. 14. Met. 5.

Locus aptus equis. Horat. 1. Epist. 7. 9.

Aptæ instructæq; remigio naues. Vide Nauis.

Palus apta remis. Horat. in Arte poetica, 14.

Oculis apta puella. Ouid. 1. de Arte, 9,

Quærenda est oculis apta puella tuis.

Somno aptum papauer. Cels. lib. 2. cap. 32.

Tempus aptum precibus. Ouid. 2. de Ponto, 14.

Vber aptius, pro Aptiore ubertate. Virg. 2. Georg. 47,

—— pecoriq; & uitibus almis Aptius uber erit.

Verba apta ioco. Ouid. 21. epist. 10.

Potui aptissimum est uinum frigidum. Celsus, lib. 4. cap. 5.

Vmbra pastoribus apta. Ouid. 1. Metam. 13.

Aptum, Coniunctum. Virg. 4. Aeneid.

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Vbi Seruius, Satis peritè loquitur. Nam aptum coniunctum dicit, ἀπὸ τῦ ἅπτεσθαι, non autem stellis insignitum. Axis enim non habet stellas, qui est medius inter Septentriones. Idem Seruius in sextum Aeneid. hoc ipsum pro Vicino interpretatur. Idipsum quoq; est quod Nonius Marcellus Aptũ, id est, connexum & colligatum exponit: Budæus autem confertum, coagmentatum, & compactum. Lucretius,

—— coniugioq;
Corporis atq; animæ consistimus uniter apti.

Aptum ex. Cic. de Fato, 50, Quòd si concedatur nihil posse euenire nisi causa antecedente: quid proficiatur si ea causa non ex æternis causis apta ducatur? Idẽ in Parad. 19, Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit omnia.

Apta illi omnia ex sese. Ci. 5. Tuscul. 51, Nam cui uiro ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beatè uiuendum ferunt.

Apta & Dissoluta. Cic. 1. Off. 179, Nec uerò histrionibus, oratoribusq; concedendum est, ut his hæc apta sint nobis dissoluta. Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. Cic. in Bruto, 139.

Inter se apta. Cic. 2. de Inuent, 151.

Cõnexa inter se et apta. Ci. 2. de Nat. deo. 140. Idẽ in Part. 76.

Aptum aliquo uinculo. Cic. 5. Tuscul. 87, Fulgentem gladium è lacunari, seta equina aptum demitti iussit. Aptus ualidis neruis. Lucret. lib. 5. 186.

Apta arma. Sallust. lib. 3. historiarum apud Nonium, Quod ubi frustra tentatum est, socordius tre miles, obrepere non aptis armis, ut in principio laxiore agmine.

Aptus uerbis & pressus Thucydides. Cic. 2. de Orat. 30.

Aptus mihi homo, Commodus, opportunus, iucundus, & suauis: cui opponitur ineptus. Cic. ad Cornificium, O hominem semper

Digitized by Google

semper illum quidem mihi aptum, nunc uerò etiam suauem.

Aptus pro Adeptus apud Festum & Nonium legitur, ex Pacuuio & Lucilio.

Aptè, (ἁρμοστικῶς, ἐπιτηδείως) qualitatis aduerbium, aptius, aptissimè, Conuenienter & accommodè. Ci. 1. de Finib. 12, Quū inciderit ut id aptè fieri posit. Plin. lib. 16. cap. 25. 6, Ratio aptius reddetur ab hoc tertio uolumine. Idē, lib. 19. cap. 5. 6, Parilibus tamen aptissimè.

Aptè fieri, cui opponitur Discrepare. Cic. 1. Off. Sed facilè iudicabimus, quid eorum aptè fiat, quid ab officio naturaq; discrepet.

Aptè locare. Liuius, 4. ab Vrbe, 161.

Aptè docere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 18.

Aptè dicere. Cic. 1. Offic. Quod est oratoris proprium aptè, distinctè, ornatè dicere. De aptè dicendo tractat Quintil. lib. 11. in præfat. Cic. 1. de Orat. 70, Præcipitur primum, ut pure, & Latinè loquamur, deinde ut planè & dilucidè, tum ut ornatè, pòst ad rerum dignitatem aptè, & quasi decorè.

Aptè dicere ad tempus. Cic. in Partit. 18.

Ad pedem aptè conuenit cothurnus. Cic. 3. de Finib. 71.

Aptè congruenterq; dicere ad id, quodcunq; agitur. Cicero, 3. de Orato. 22.

Aptè, Coniunctim, & (si licet dicere) Connexè. Cicer. in Hortensio apud Nonium, Altera est nexa cum superiore, & inde aptèq; pendens.

Apto, aptas (ἁρμόω, κρεμάω, προσαρτάω, ῥυθμίζω) aptare, accommodare significat. Dicimus autem aptare alicui rei, & ad rem aliquam. Virgil. 3. Aeneid.

Interea classem uelis aptare iubebat. Celsus, lib. 1. cap. 11, Et rei commodè aptatur. Cic. 3. de Orato. 89, Hoc uerbū est ad id aptatum, quod antè dixerat. Id est, aptè accommodatum. Quintil. lib. 10. cap. 2, Ad primum se uelut aspectum orationis aptarunt.

Aptare claues foribus. Martial. lib. 9. 49.

Aptari uirtutibus. Cic. 4. de Finib. 96.

Apta quædam ad naturam aptare. Cic. 5. de Finib. 69.

Aptanda ad uitam fuerant quæ dicuntur. Quintil. lib. 3. 34.

Aptare, componere, parare, teste Nonio. Virgil. 10. Aeneid.

—proiecto dum pede læuo
Aptat se pugnæ.

Aptare, pro parare. Pomponius apud Nonium, Heus aptate pueri mundè atq; ampliter conuiuium.

Aptare idonea bello. Hor. 2. Serm. Saty. 2. 23.

Aptare quidpiā in re aliqua. Colum. li. 8. cap. 10. 2, Sed in eo transuersæ perticæ perforatis parietibus aduersis aptantur.

Aptare, absolutè positum. Colum. li. 12. cap. 54. 2, Quū autem eam tabulā sic aptaueris, grauia pondera superponito.

Aptare, aptè locare. Virg. 11. Aeneid.

Aptat rorantes sanguine cristas. Seruius.

Aptare opportunè. Quint. li. 6. cap. 3. 67.

Aptatus, pen. prod. participium (ἠρτημένος) Plin. lib. 28. cap. 13. 2, Sanguis hircinus cibo aptatus. Quint. li. 2, Sed sunt ad popularem aptatæ delectationem.

Aptatus ad authoritatē oratoriam. Senec. li. Controuers. 6.

Apua] Plin. lib. 31. cap. 8. 2. de garo loquens sic ait: Cœpit tamen & priuatim ex inutili pisciculo minimoq; confici: Apuam nostri, Aphyen Græci uocant: quoniam is pisciculus è pluuia nascitur. Vide Aphya.

Apuani] uulgò Geneuesi, Ligures sunt, teste Liuio, li. 10. Sempronius (inquit) è Pisis Apuanos Ligures uastando aperuit saltus, &c.

Apud] παρά, πρὸς, præpositio accusatiua, propriè iuxta significat. Vnde Nonius: Error, inquit, consuetudinis Apud pro In utitur. Itaq; uitiosè dicimus, quum in foro nos fuisse dicamus, apud forum fuisse, quum Apud, iuxta significet. Turpilius Leucadia. Vtinam nunc apud ignem aliquem magnum aßidam. Cic. 3. de Rep. Apud focum sedens. Idem, 2. de Orat. 7, Quum etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eū Sulpitius sederet. Hæc ex Nonio.

Apud Corfinium castra posuit Cæsar. Cicero ad Domitium, li. 8. 164. 1.

Apud Mutinam, pro Ad: id est, In obsidione. Suetonius in August. Budæus.

Apud, unam habet significationem in loco, ut apud Numantiā. Adiungitur tamē etiam personis: ut, Apud amicum, apud Athenienses, & significat παρά Græcum, quando locum apud illos demonstrat. Ea autem præpositio in compositione non inuenitur. Priscianus, lib. 13.

Apud, mutuam loci & personæ coniunctionem significat: ut quum dicimus, Cœno apud amicum. Author Festus.

Apud pro In, etiam dictum inuenimus: ut Terent. Andr. 4. 5. 6, Apud forum modò è Dauo audiui. Marcus Tullius de signis, Cœnam isti dabat apud Villam in Tyndaritano. Idem, sexta Verr. 43, Qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est. pro in exercitu.

Apud me domi, pro eo quod est domi meæ. Teren. Heaut. 3. 1. 21. Sic in Eunucho, 5. 2. 1, Apud Antiphonem domi. Sic Cic. pro Sestio, 33.

Apud se ruri. Cic. 1. de Orato. 108, Quem non longè ruri apud se esse audio.

Apud, iunctum accusatiuo personæ, quandoq; locum solum notat. Cic. Attico, lib. 5. 94. 1, Ego quum triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brunduſiū, &c. Id est, domi eius. Sic apud quempiam cœnare, aut esse possum, eo tamen absente.

Apud me in mei generi Crassipedis hortis cœnauit. Cic. ad Att. lib. 1. 9. 81.

Tecum apud te. Cic. Attico, lib. 4. 78. 4, Tecumq; apud te ambulare, quàm cum eo, quo cum uideo esse ambulandum, malo scilicet.

Secum & apud se. Cic. Att. lib. 5. 93. 1, Pompeius à me petierat, ut secum & apud se essem quotidie.

Rursus hæc præpositio constructa cum accusatiuo personæ sæpenumero solam personam significat. Terent. Eunuch. 1. 2. 10, Aut quia sum apud te primus. Id est, tecum, uel in amore tuo, uel tibi primus. Item ibidem, 1. 2. 71, Sine illum prioreis partes hosce aliquot dies Apud me habere.

Nonnunquam per Inter, uel per In. Cic. pro Fonteio, 27, Studijs militaribus apud iuuentutem obsoletis. Hoc est, inter iuuenes: aut in iuuenum moribus. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos. Sic de similibus dicendum. Cicero, 4. Verr. 114.

Apud maiores uel patres nostros, pro Temporibus maiorū uel patrum nostrorum. Cicer. ad Appium, lib. 3. 10. 31. Idem, 2. Offic. 126, Apud maiores nostros facilitata, id est, à nostris maioribus. Idem in Lælio, 5, Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem.

Apud posteros. Tacit. lib. 1, Memoriā apud posteros adeptus.

Apud Ciceronem id legitur, aut scriptum est, & similia, pro eo quod est In Cicerone: id est, in Ciceronis libris. Cic. 5. Tusc. Huius sententiæ grauitas à Platonis authoritate repetitur, apud quem sæpe hæc oratio usurpata est. Idem, 1. de Diuinat. 89, Apud Agathoclem scriptum est.

Apud te, pro Tibi. Plaut. Pœn. Cur ego apud te mentiar? Cic. in Lælio, 73, Apud quem euomat uirus acerbitatis suæ.

Apud pro In, cum accusatiuo personæ. Plautus, Mil. 10. 43, Quum apud te exemplum experiundi habeas. Id est, in te, ablatiui casus.

Digitized by Google

Apud illum usus iuris, uel in illo. Cic. in Bruto, Sic enim existimo iuris ciuilis magnum usum & apud Scæuolam, & apud multos fuisse, artem in hoc uno.

Apud duas ciuitates relinquam. Cicero Attico, lib. 6. 118. 2, Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates posim relinquere.

Apud Achaiam, apud Asiam. Tacit. lib. 4, Vt ciuitatis Cibyraticæ apud Asiam, Aegicensi apud Achaiam motu terræ labefactis subueniretur. Sic lib. 13.

Apud matrē rectè est, eaq; nobis curæ est. Cic. Att. li. 1. 4. 3. & ad Qu. fra. li. 3. 17. 1. Id est, Rectè habet mater, rectè ualet.

Apud me minimum ualet. Cic. Lent. lib. 1. 9. 32.

Apud me amicitia & beneficijs & dignitate plurimū possunt. Cic. pro Roscio Amerino, 20.

Apud aliquem dicere. Cic. 5. Philip. 172, Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Sic 2. de Inuent. 173, Thebani accusantur apud Amphyctiones. Et Att. li. 4. 71. 2. Item 2. de Orat. 125, Nec apud populum grauior oratio. Et 4. Verr. 33, Verba apud Senatum fecit.

Apud aliquem gratias cuipiam agere. Cic. pro Sestio, 7.

Quum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium. Cicero Att. lib. 2. 40. 1.

Quum de me apud te loquor. Cic. Att. lib. 1. 11. 13. Hoc est, in literis quas tibi mitto.

Queritur apud me per literas, Cic. Att. lib. 5. 110. 17.

Apud nos imperium tuum est, Poeticè dictum, pro in animo meo, uel in memoria. Hoc est, memoria teneo id quod imperasti. Plaut. Mil. 16. 60.

Apud animum meum. Id est, mecum, uel in animo meo, Sallust. Equidem ego sic apud animum meum statuo.

Apud se esse, nō tantū significat esse domi suæ, quod notum est: sed per metaphoram longè aliter accipitur. Terent. Andr. 2. 4. 5, Proin tu face, apud te ut sies: id est, præsenti & minimè turbato animo. Ter. Heaut. 5. 1. 47, —— præ iracundia Menedeme, non sum apud me. Idem, Hecyra, Num tibi uidetur esse apud sese? Idem, in Andr. 5. 4. 35,

—— uix sum apud me, ita animus commotus est metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

Apud, hoc præcipuè ab Ad, differt: quod post uerba motus nūquam adhibetur. Nemo enim rectè dicat, Eo apud patrem: sed, Ad patrem. Vide Ad.

Inter Apud & Penes: Apud, personam cum loco significat: Penes, personam ac potestatem. Author Festus. In eandem sententiam Vlpianus in l. penes. de uerb. & rerum signif. Penes te, inquit, amplius est quàm apud te. Nam apud te est, quod qualitercūq; à te teneatur: Penes te est, quod quodam modo à te possidetur.

Apud, aliquādo postponitur suo casui. Tacit. lib. 5, Ripam apud Euphratis. Et lib. 4, Misenum apud, & Rauennam.

Apulia] siue Appulia (ἀπουλία) Italiæ regio, mari Hadriatico conterminus, inter Daunia & Calabriam. Huius descriptionem uide apud Plin. li. 3. cap. 11. 6. Cic. 1. de Diuin. 158, Apulia maximis terræ motibus conquassata.

Siticulosa Apulia. Hor. in Epod. Ode 3. 3.

Apulia, nomen nutricis Hor. ut ipse indicat 3. Carm. ode 4. 2, Nutricis extra limen Apuliæ. Nomen prouinciæ pro nutricis nomine posuit, quia inde fuit. Testes Acron & Porph.

Apulia, primam frequentius producit, secundam semper. Martialis in Apoph.

Velleribus primis Apulia, Parma secundis. Interdū primam corripit, Hor. 3. Carm. Ode 4. 2,

Nutricis extra limē Apuliæ. Versus est Alcaicus dactylicus.

Apulus siue Appulus, adiect. (ἄπουλος) ab Apulia, primā semper producit, secundam corripit. Lucan. lib. 5,

Apulus Hadriacas exit Garganus in undas. Martial. li. 8. de Partheniana toga,

Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanti.

Apus] huius apodis, pen. cor. f. g. (ἄπους) dicitur ab ἀ priuatiua particula, & πούς, ποδὸς, quod Latinè est pes, quasi sine pede, nomen est auiculæ. Plin. lib. 10. cap. 39. Plurimum uolant, quæ apodes uocantur, quia careant usu pedum. Ab alijs cypseli appellantur, hirundinum specie.

Apyri] tripodes. Vide in Aethones.

Apyrinus] penul. corr. (ἀπύρινος) adiectiuum, ut Apyrinus fructus, & Apyrina mala. Martialis, lib. 13. 42,

Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis. Genus est dulce mali Punici, cui lignosus non est nucleus. De quo Plin. lib. 13. cap. 19. & li. 23. cap. 6. 5. Seneca, Epist. 86, Quo modo apyrina dicuntur, non quibus nulla ineſt duritia granorum, sed quibus minor.

Dulcis & apyrinus fructus. Columel. lib. de Arboribus, cap. 23. 1. Sic idem, lib. 5. cap. 10. 10.

Apyron] penult. corr. (ἄπυρον) uinum alumen. Plinius, libr. 35. cap. 15. 2.

Apyrotos] apyroti, penul. prod. fœm. gen. (ἀπύρωτος) nomen gemmæ, quæ alio nomine carbunculus dicitur. Plin. lib. 37. cap. 7. 1, Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam apyroti uocati.

A Q

Aqua] aquæ (ὕδωρ) unum est è quatuor Elementis: de quibus Plinius, lib. 2. cap. 5. Vide Aer.

De aquarum natura, & mirabilibus, notatu dignissima, lectuq; iucundissima inuenies apud Plinium, lib. 31. ab ipso initio. Item, lib. 2. cap. 103.

Aqua dicta est, quòd æqua summa, authore Varrone, lib. 4. de Lin. Lat. Festus autē: Aqua, inquit, dicitur à qua uiuamur.

Aquai, penul. product. genitiuus quo utūtur poetæ diuidentes diphthongum per figuram Diæresin. Cic. 1. de Diuinat. 25. Apud Lucretium sæpè, ut libro 1. 63.

Aquarum agmen. Virgil. 1. Georg. 65.

Arcus aquarum. Ouid 11. Metamorph. 114,

Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta mersum caput obruit unda.

Aquæ augur cornix. Horat. 3. Carm. Ode 17. 3.

Vdum corpus aquæ. Lucret. lib. 6. 172.

Cumulus aquarum. Ouid. 15. Metam. 102,

—— cumulusq; immanis aquarum
In montis speciem curuari & crescere uisus.

Cursus aquarū frænare glacie, dicitur hyēs. Virg. 4. Geor. 27.

Decursus aquæ ex montibus. Lucret. lib. 1. 57.

Aquarū dominus, Sic se appellat Achelous apud Ouid. 9. Met. 4.

Aquarum ductor, Tybris. Stat. 3. Sylu. 5. 22.

Spargere haustus aquarum. Virgil. 4. Georg. 46.

Humor aquæ dimittit sæpè saporem. Lucret. lib. 3, 69.

Incursus aquarum. Ouid. 11. Metamorph. 147.

Limes aquarum. Ouid. 17. Epist. 27.

In margine aquæ sedere. Ouid. 2. Fast. 93.

Mons aquæ. Virgil. 1. Aeneid. 22,

Insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Motus aquarum ingens. Virgil. 4. Georg. 73.

Aquæ pauper fluuius. Sic Horatius Daunū uocat fluuiū Apuliæ, ob ingētes calores exhaustū ferè semper, 3. Car. ode ult. 3.

Potores aquæ. Horat. 1. epist. 20. 1.

Aquarum rex Neptunus. Ouid. 10. Metam. 120.

Puræ aquæ riuus. Horat. 3. Carm. Ode 6. 7.

Splendor aquæ. Lucretius, lib. 4. 43.

Strata aquarum. Lucret. lib. 6. 255.

Iulcus

Digitized by Google

Sulcus aquæ, id est, sulcus aqua repletus. Ouid. de Nuce, 14.
Temperies aquarum. Ouid. 4. Metamorph. 69.
Vis aquæ subita. Lucret. li. 1. 57.
Aduersa aqua. Vide Aduerto.
Ambiguæ aquæ: id est, diuersa præditæ natura & ui. Ouidius, 15. Metamorph. 67.
Auernalis. Horat. Epod. 5. 6.
Bituminata aqua. Vide Bitumen.
Blandæ aquæ. Ouid. 4. Metam. 69.
Breuis. Ouid. 17. epist. 36.
Cœlestis: id est, pluuia. Horatius, 3. Carm. Ode 10. 4.
Cœlestes aquæ. Vide Cœlum.
Cærulea aqua. Ouid. 8. Metamorph. 46.
Calda aqua. Vide Caldus.
Cana aqua. Ouidius, 2. epist. 4.
Cisternina aqua. Vide Cisterna.
Collina aqua. Vide Collis.
Concordes aquæ. Vide Concors.
Crassæ aquæ. Oui. 3. Amor. eleg. 5. 2. Curua. Stat. 5. Theb. 75.
Dulces aquæ. Virgil. 4. Georg. 13.
Fluuialis aqua: id est, à fluuio petita. Sic Fontana, è fonte: Marina è mari: Puteana, è puteo. Quibus omnibus utitur Plin.
Gelida. Ouid. epist. 20. 44.
Hybernæ aquæ, Ouid. epist. 23. 19.
Incertæ aquæ, quæ nulla certa uia feruntur. Ouid. de Mæandro, 8. Metamorph. 33.
Aqua intercus, Hydropum morbus: quasi aqua inter cutem. Lucilius, lib. 28, Aquam te in animo habere intercutem. Cic. 3. Offic. 124, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Ex Nonio. Sunt autē duæ dictiones, quarum intercus, nomen est adiectiuum: unde & morbum intercutem dicimus. Hic morbus interim uocatur aqua subter cutem fusa. Plin. lib. 7. cap. 18.
Inuitis aquis ire, uel nauigare. Ouid. Epist. 13. 26.
Irriguæ aquæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 1.
Iugis aqua. Vide Iugum.
Lethæis aquis scripta dare, Ouid. 3. de Arte amandi, 68. Id est, obliuioni.
Limosa aqua. Vide Limus.
Medicæ aquæ, quibus ad medendū utimur. Claud. epigr. 18.
Mediocris aquæ lacus. Ouid. 6. Metam. 69.
Aqua mulsa, quæ ex melle ad potum, præsertim ægrotantium conditur. De hac Plin. li. 22. cap. 24.
Aqua niualis, id est, ex liquefacta niue: olim delicatorum mensis apponebatur, ut scriptores interdum meminerunt. Gel. lib. 19. cap. 5, Is nos aquam multam ex diluta niue bibentes coercebat, seueriusq; increpabat. Et paulò pòst: Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret: sed hominibus potu nimio insalubrem esse. De hoc etiam Plinius, lib. 19. cap. 4.
Palustris aqua. Vide Palus.
Pierijs aquis rigantur ora uatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 6.
Aqua pluuia, & aqua cœlestis, pro eodem sæpè dicitur apud ipsum Plinium. Cic. pro Murena, 19, Vt aquæ pluuiæ arceantur. Sic idem in Topic. 19. Ouid. 3. de Arte, 35.
Aqua pluuialis. Ouid. 8. Metam. 68.
Quieta. Horat. 1. Carm. Ode 31. 2.
Rapida aqua. Catull. de Muliere sua, 65. 1.
Raucæ aquæ. Ouid. 17. epist. 6.
Recens aqua. Virgil. 6. Aeneid. 127.
Aqua rosacea, quæ fit ex rosis, apud Plinium sæpissimè: sed supresso nomine Aquæ, sæpius dicitur Rosacea.
Sacra aqua. Horat. 1. Carm. Ode 1. 5. Aquam sacram dixit, uel luminibus alicui consecratam, uel quòd perpetuum ferè de

pud poetas, fontium epitheton sit, sacros appellari. Ex Acrone & Porphyrione.
Salubres aquæ. Horat. in Carm. secul. 7.
Serena. Lucret. li. 4. 43.
Seruam aquam bibere: id est, aquam quæ seruis propinatur, Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 5.
Simplex aqua. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 7, Pellebatq; sitim simplicis humor aquæ.
Tenues aquæ. Virgil. 3. Georg. 66.
Tepidæ aquæ. Ouid. 8. Metam. 132.
Tumidarum aquarum uictor. Ouid. Epist. 18. 37. Sic Hero Leandrum uocat.
Turbidus imber aqua. Virgil. 5. Aeneid. 138.
Vastæ aquæ. Ouid. Epist. 18. 34.
Veribus aquis fœcundus specus. Ouid. 3. Metamorph. 7.
Vilissima rerum aqua. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 18.
Virides. Ouid. 4. Fast. 33. Et 1. de Arte, 81.
Vitreæ aquæ. Statius, 1. Syl. 3. 15.
Volubilis. Horat. 4. Carm. Ode 1. in fine.
Addere aquam flammæ, pro extinguere ignem. Tibul. 2. eleg. 4. 9. Vide Addo.
Aspergere aquam. Vide Aspergo.
Astrictis aquis torpent fluuij. Claudianus, in Præfat. 2. lib. de rapt. Proserp. 4.
Assilientis aquæ uereri tactum. Ouid. 6. Metam. 22.
Assuescere aquis. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 2.
Canet aqua. Ouid. Epist. 5. 11.
Cedo aquam manibus. Vide Cedo.
Concipere aquas. Ouid. 1. Metamorph. 55, Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert.
Euersas aquas concitare dicuntur uenti. Ouid. Epist. 7. 8.
Consistit aqua. Vide Consisto.
Deducere aquam. Ci. 2. de Diuin. 105, Aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani.
Ducere aquam. Vide Duco.
Eluctari aqua dicitur, quum ui expressa, ueluti ab uuis, lentè egreditur. Virgil. 2. Georg. 49, Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis.
Eruta remis aqua. Ouid. 5. Epist. 11.
Expressæ aquæ dicuntur, quæ ui impulsæ loco aliquo erumpunt. Ouid. 1. de Arte amandi, 17.
Frangere aquas: id est, dirimere seu diuidere, dicimur quum innatamus. Claud. in Epithal. de Tritone.
Fumat aqua de sulphure. Ouid. 1. de Arte amandi, 51.
Fundere aquas dicuntur fluuij. Ouid. 15. Metam. 57.
Fundere aquas in mare. Ouid. Amor. 3. eleg. 2. 7.
Aqua hæret. Cic. 3. Offic. 161, Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, ut aiunt. Significat Epicurum parum secum in disputando constare, seq; ipsum inuoluere. Idem ad Quint. fratrem, lib. 2. 9. 2, In hac causa mihi aqua hæret. Vide Hæreo.
Haurire aquas. Ouid. 3. Metam. 38.
Haurire aquam turbatam limo. Horat. 1. Serm. Saty. 12.
Iactari uadosis aquis. Lucan. lib. 8. 137.
Immori aquis. Ouid. 7. Metam. 117.
Implorare aquas cœlestes. Horat. epist. 2.
Inclinantur aquæ ad littora. Ouid. 11. Metam. 42.
Incoquere cum aqua. Vide Incoquo.
Infestare aquas. Ouid. 2. Amor. 11. 4.
Inficere aquas. Ouid. 6. Metam. 29.
Infuscata aqua abscondi. Vide Infusco.
Innare aquæ. Vide Inno.
Inquinata cadaueribus aqua. Cic. Tusc. 5. 137.
Aqua & igni interdici solet damnatis, quam accipiunt nouæ

Digitized by Google

nuptæ, quia uidelicet hæ duæ res humanam uitam maximè continent. Itaq; funus prosecuti, ignem supergrediebantur aqua asperſi: quod purgationis genus uocabant ſuffitionẽ. Hæc Festus. De hoc autem permulta eleganter ſcribit Lactantius, Diuin. Inſtit. li. 2.

Interdictis aquis imminet æger. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 4,
Nitimur in uetitum ſemper, cupimusq; negata,
Sic interdictis imminet æger aquis.

Interponere aquam uino. Vide Interpono.

Intrita facta aqua. Vide Intero.

Aqua inuoluere. Virgil. 6. Aeneid. 67.

Irrigare aquam. Vide Irrigo.

Iungere ignibus aquas. Seneca, in Hipp. 4. 43.

Labuntur altis ripis aquæ. Hor. Epod. 2. 5.

Laceſſere cautes dicuntur aquæ, poetica phraſi, quum illas aſſiduo fluctuum impulſu uerberant. Senec. in Hipp. 4. 45.

Mergere aqua. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 12.

Mergere aliquem in aquam. Vide Mergo.

Mergi aquis. Ouid. 5. Metam. 119.

Feruentibus aquis mollire. Ouid. 1. Metam. 46.

Aquam perdere. Quint. lib. 11. cap. 3, De pronuntiatione, temporibus præfinitis aquam perdit: id eſt, tempus. Sumptum ab horologijs, quæ aqua olim fiebant, ad quæ tempus orandi dabatur. Vide Plinium in Epiſtolis. Vide Perdo.

Perfluunt aquæ fertile Tybur. Horat. 4. Car. Ode 3. 2.

Permiſceri dulci aqua. Vide Permiſceo.

Claudere aquas natatu. Stat. 1. Sylu. 3. 15.

Præbere aquam. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 18.

Præcipitari aquis dicitur lux, & aquis nox exire, quum adueſperaſcit, aut noctеſcit. Ouid. 4. Metam. 19.

Præteruehi aquis rectis. Stat. 5. Thebaid. 95.

Properantis aquæ ambitus. Horat. de Arte poetica, 4.

Quatere aquas & coercere Neptunus dicitur. Oui. Epi. 17. 10.

Refrænare. Ouid. 6. Epiſt. 18.

Aquas alio de fonte raptas refundit arcus: id eſt, Iris. Statius, lib. 4. 167.

Retorquet in ſe lapſas aquas Mæander. Ouid. 9. Epiſt. 12.

Secare. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 7,
Aut ſecat impoſita uirgine taurus aquas.

Siſtere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 1. Virg. 4. Aeneid. 98.

Siſtere aquam fluuijs. Datiuus eſt Fluuijs.

Sorbere. Ouidius, 2. de Arte amand. 8,
Terraq; cœleſtes arida ſorbet aquas.

Sternere aquas dicuntur dij æquoris uel fluuiorũ, quum tranquillitatem inducunt. Valer. lib. 2. Argonaut. 119.

Sternere aquis æquor. Virg. 8. Aeneid. 18.

Subeunt lucos aquæ. Horat. 3. Carm. ode 4. 2.

Succedere aquæ. Ouid. 11, Metam. 29,
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ: id eſt, Sub aquam ſe demittit.

Temperare aquam ignibus. Hor. 3. Carm. ode 19. 2.

Truncare aquas ſocias. Claud. in bello Gigant. 14.

Turbare aquas. Ouid. 3. Metam. 95.

Aquas uerſare dicitur nauis. Ouid. 13. Epiſt. 20.

Vertendis aquis apta ſydera, id eſt, commodum tempus nauigationi. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 3.

Voluere aquas in mare, dicuntur flumina. Ouidius, primo Amorum, eleg. 15. 2.

Vnctam aquam conuiuis præbere, Horat. 2. Serm. Saty. 2. 14.
—nec ſic ut Neuius, unctam Conuiuis præbebit aquam.
In auaros & ſordidos dici poterit.

Præcipitari in aquas, à poetis dicuntur ſydera quum occidunt. Ouid. 4. Faſt. 33, Scorpius in uirides præcipitatur aquas.

Scribere in aqua. Catullus de muliere ſua, 65. 1,
—ſed mulier cupido quod dicit amanti,
In uento, & rapida ſcribere oportet aqua. Hoc eſt, obliuioni dare.

Aquula, diminutiuum. pen. corr. (ὑδλάτιον) pro Riuulo uel piſcinula, ad differentiam fluminis. Cic. 1. de Orat. 15, Platanus mihi uidetur nõ tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. Plautus, Curcul. 4. 3, Manè ſuffundam aquulam.

Aquæductio, l. ſi autem. de aqua plu. arc. Vlp.

Aquæductus, huius aquæductus, m. g. (ἀγωγὸς, ὑδροχόη, ἀμάρα) nomen ex genitiuo & nominatiuo compoſitũ, dictumq; ab aqua ducenda. Eſt enim aquæductus, aquarum deductio. Hoc eſt, quum alicunde aqua deriuatur, ut per cuniculos impoſitis canalibus aliò inducatur, ſiue ad bibendum, ſiue ad irrigandum. Vnde Iulius Frontinus librum ſcripſit de Aquæductibus Romanorum. De aquæ ducendæ ratione ſcribit Plin. lib. 31. cap. 6. Sed hoc nomine non utitur. Eſt enim peculiare Iuriſconſultorum. Vlpianus de ſeruitutibus ruſtic. præd. lib. 8. ff. Seruitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ: Iter, actus uia, aquæductus. Et paulò pòſt, Aquæductus, eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum. Cic. pro Cæcin. 54.

Aquælicium, aquælicij, (ὑδραγωγία) dicitur quum aqua pluuialis remedijs quibuſdam elicitur: ut quondam, ſi creditur, manuali lapide in urbem ducto. Hæc Feſtus. Hoc fiebat in magnis ſiccitatibus.

Aquagium, aquagij (ἀγωγὸς) quaſi aquæ agium, id eſt, aquæductus, appellatur. Hæc Feſtus. Põponius, l. hoc iure, de aqua quotidiana, Is qui ius aquæ quotidianæ habet, uel fiſtulam in riuo ponere, uel aliquid aliud quidlibet facere poteſt, dum ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat.

Aqualiculus, huius aqualiculi, pen. corr. m. g. (γάστρων) ab aqua dicitur: & propriè uas eſt in quo porci ſorbent. Per metaphoram uerò pro uentre accipitur. Perſ. Saty. 1. 6,
—quum tibi Calue
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. Hæc Sipontinus. Cæterùm aqualiculus uidetur eſſe ab aqualis diminutiuum, ſicut à caulis fit cauliculus. Vas autem illud porcorum alio nomine dicitur Alueus. Præterea aqualiculus non totus uenter dicitur, ſed pars ea in quam ſordes confluunt: & propriè porcorum. Vnde apud Ariſtotelem ex doctiſſimi Gazæ interpretatione ſic habetur, lib. 1. cap. 13, Venter infra pectus eſt priore parte: eiuſq; radix umbilicus eſt. Cui radici pars ſubiecta in latus utrunq;, ilia dicitur. Quæ autem rectè ſubiungitur, ſumen eſt, ſiue abdomen: cuius poſtremum aqualiculus.

Aqualis, huius aqualis, penul. prod. maſc gen. (ὑδρία) Varro, lib. 4. de Lingua Latina, Et ab aqua Aqualis dictus. Vas eſt aquarium, quo aqua & manibus datur, & menſæ infertur. Eius autem accuſatiuus melius per tertiam uocalem in im deſinit. Plaut. Curcul. 7. 33,
—datin' iſti ſellam, ubi aſſideat citò,
Et aqualim cum aqua?

Aquariolus, huius aquarioli, penult. corrept. maſcul. gener. Feſtus, Aquarioli, dicebantur mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ.

Aquarioli præterea dicuntur, qui uxoris ſuæ ſtupra æquo animo patiuntur. Apul. in Magia.

Aquarium, & per diminutionem Aquariolum, penult. corre. (ὑδροδοχεῖον) Locus in quem ſordida aqua iactatur: qui & Lauatrina à lauando appellatur. Nec in culina tantùm fiunt eiuſmodi aquaria, ſed in triclinijs quoque & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia. Ex Sipontino.

Aquarium, locus in flumine aut alia quauis aqua, ad quem animalia potum aguntur. Cato, cap. 1. 2, Si poteris, ſub radice montis

Digitized by Google

montis fiet, in meridiem ſpectet, loco ſalubri operariorum copia fiet, boumq; ibi aquarium.

Aquarius, adiectiuum (ὑδατικὸς) ut, Cotes aquariæ. Plin. li. 18. cap. 28. 4, Italia aquarias cotes dedit limæ uice imperantes ferro. Sic li. 36. ca. 22. ubi de cotibus.

Aquarius ſulcus, qui fit ad aquas ex agris educendas. Columel. li. 12. capite 8, Cauebitur tamen ut patentes liras, crebrosq; ſulcos aquarios, quos nonnulli Elices uocant, faciamus: & omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes deriuemus.

Aquaria prouincia. Id eſt, onus aquæ ducendæ. Cicero, in Vatinium, 8.

Aquarij moduli. Vide Modulus in Modus.

Aquarius, abſolutè dictum in genere maſculino (ὑδροχόος) eſt cœleſte ſignum in Zodiaco circulo, de quo multa ſcribit Higinus. Seruius dicit ſecundum fabulas hunc fuiſſe Ganimedem, qui ab Ioue raptus, & inter ſydera collocatus, Aquarij nomen accepit. Pli. li. 18. ca. 26. 5. Cic. in Arato, 31, Hora. 1. Ser. Sat. 1. 8.

Aquarius leuis. Ouid. 2. Faſt. 92,

Iam leuis obliqua ſubſedit Aquarius urna.

Aquarius, pro Aquile, e, ut uidetur. Cælius Ciceroni, li. 8. 6. 10, Niſi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, ueternus ciuitatem occupaſſet.

Aquaticus, penu. cor. adiect. (ὑδατικός, ὑδατώδης) Eſt quod in aquis, aut circa aquas uiuit, aut aquas, ſiue aquoſa loca frequentat: ut auis aquatica. Pli. li. 10. ca. 11, Vti anſeres, & aquaticæ ferè aues. Idem, li. 10. ca. 47.

Aquaticum, dicitur etiam quod in aquis aut prope aquas naſcitur. Pli. li. 16. ca. 40, Frigidiſſima quæcunq; aquatica. Dictum de arboribus.

Lotos aquatica. Ouid. 9. Metam. 69.

Aquaticus etiam dicitur Auſter, quòd pluuiam inducat. Ouid. 2. Meta. 171. Et 4. Faſt. 33.

Aquor, aquaris, aquatus ſum (ὑδρεύω, ὑδροφορέω) aquari, ſiue aquo, aquas, aquare, Aquam haurire. Vir. 4. Geor. 39,

Sed circùm tutæ ſub mœnibus urbis aquantur. Vbi Seruius: Aquantur, aquam hauriunt ex uicino. Liu. 2. bel. Pun. 186. Cæſ. 8. bel. Gal. 146, Nec ſine periculo poſſent aquari oppidani.

Aquari, aqua reficere. Salluſtius in Iugurth. Aquatum equos egreſſus eſt.

Aquatio (ὑδρεία) Verbale, aquarum uectio. Cæſar, 4. bell. Gall. 496, Tamen ſeſe non longius millibus paſſuum quatuor aquationis cauſa proceſſurum eo die dixit. Liuius, 10. bell Pun. 133. Cic. 3. Offic. 77, Hìc aquatio, hac uilla iſti carere non poſſunt.

Aquatio, aquarum pluuialium abundantia. Plin. li. 32. cap. 7. 9, Et hoc utebatur in multis uarijsq; per aquationes Autumni naſcentibus.

Aquator, pe. pro. Verbale (ὑδροφόρος) Qui aquandi miniſterium, præſertim in exercitu, facit. Liu. 2. bell. Pun. 186. Cæſar, 1. bel. Ciui. 269, Hæc conſultantibus, eis nunciatur aquatores ab equitatu premi noſtro.

Aquatus, penult. prod. adiectiuum, Eſt quod aquatilem humorem natura miſtum habet. Ex quo formatur Aquatior. Plin. lib. 28. capite 9, Omne autem uernum aquatius æſtiuo. De lacte dictum.

Aquatum, pro diluto. Seneca, 1 Nat. quæſt. Intereſt quomodo ſit macerata purpura: craßius medicamentum, an aquatius traxerit. Vbi craſſum medicamentum opponitur aquato.

Aquoſus, adiectiuum, pe. pro. (ὑδατώδης, ὑδαρὴς) quod copiam aquæ habet, ut Aquoſus campus. Liuius, 9. ab Vrbe, 7. Pli. li. 18. cap. 17. 13.

Aquoſa cryſtallus. Proper. li. 4. eleg. 3. 11,

Cryſtalliuq; tuas ornet aquoſa manus. Aquoſam dixit, uel ob ſimilitudinem & perſpicuitatem, uel quia re uera cryſtallus ex aquæ concretione fit, ut habet Pli. li. 37. cap. 2.

Aquoſus languor, de hydrope. Hor. 2. Car. Ode 2. 3.

Aquoſæ nubes. Virg. 6. Aen. 85. Oui. 4. Met. 125.

Orion aquoſus. Virg. 4. Aen. 11.

Aquoſus piſcis. Virgil. 4. Georg. 47. Vbi Seruius, Auſtralem piſcem ſignificat, qui Aquarij undam ſucipit: unde & Aquoſi addidit. Tunc etiam Piſcis hic oritur, quo tempore Pleiades accidunt.

Aquoſior. Pli. li. 18. ca. 17. 13, In cretoſo & rubricoſo & aquoſiore agro adoreum.

Aquæ auguſtæ] ὕδατα σωγούσσα, Ptolemæo, urbs Aquitaniæ in Gallia. uulgò Baiona.

Aquę calidę] urbs inſulæ Britanniæ, Ptolemæo, uulgò Bathe. Eſt & urbs eiuſdem nominis Ptolemæo, Vicus aquarius alijs dictus, uulgò Vich, uique.

Aquæ mortuę] oppidum Galliæ Narbonenſis, opere C. Marij, centum paſſus à Rhodani oſtijs deductæ, ut ait Plinius. uulgò Aigues mortes.

Aquæ Sextiæ] Salyum, ſiue Salyorum, Galliæ Narbonenſis urbs, nunc Aquenſis ciuitas, quam Sextius dux redactis in poteſtatem Salyibus ædificauit, ubi erant aquæ calidæ. Author Strabo. uulgò Aix en Prouence. Pli. li. 3. ca. 4.

Aquifolia] aquifoliæ, arbor ſyluestris, habens aculeata folia, uæ non decidunt, ferensq; baccas ſine ſucco. Plinius, lib. 24. cap. 13. 4, Aquifolia arbor in domo aut uilla ſata, uenenficia arcet. Idem, li. 16. capite 18. Dicitur & Aquifolium in neutro genere pro eodem. Plinius, li. 16. cap. 25, Cæteræ Veræ conceptæ aquifolium, terebinthus, paliurus, caſtanea, glandes.

Aquila] pe. cor. urbs Brutiorũ, ex ruinis Furconij antiquißimi oppidi, à Longobardis ædificata, ut ſcribit Volater.

Aquila] aquilæ, pe. cor. (ἀετὸς) Auis olim Ioui ſacra. Eius ſex ſunt genera. Vide Pli. li. 10. ca. 3.

Aquila unde dicatur. Vide Aquilus.

Aquilæ feroces. Hora. 4. Carm. Ode 4. 7,

—— nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Aquila fulua. Vir. 11. Aen. 150.

Aquilæ clangunt. In elegia de Philomela, 6.

Aquila etiam fuit ſignum ſingularum legionum Romanarum. Vnde Aquilifer. Cic. 2. in Catil. 34, Quum Aquilam illam argenteam, cui etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat, ſcirem eſſe præmiſſam. Eadem uerba & in prima oratione in eundem, 17. l guntur. Oui. 5. Faſt. 117,

Romanæq; aquilæ ſignifer hoſtis erat. Lucan. li. 1. 2,

—— infeſtusq; obuia ſignis
Signa, pares aquilæ. Eodem li. 50,

Vt notæ fulſere aquilæ, Romanaq; ſignà. Galba Cic. li. 10. 30. 13, Aquilæ duæ, ſigna ſexaginta ſunt relata Antonij.

Aquilæ ſenectus, Prouerbium quod in ſenes dicebatur bibaces magis quàm edaces. Nam Plin. lib. 10. cap. 3, refert aquilas neq; ſenio, neq; ægritudine oppetere, ſed fame, intantum ſuperiore accreſcente roſtro, ut aduncitas aperiri non queat, eóq; aquilam tantum in ſenecta bibere, aut de præda ſanguinem ſugere, quum nullæ ferè aues aduncis unguibus, potu utantur, præter tinunculum & miluum, quanquam ij quoque perquàm rarò bibant. Author Ariſtoteles, li. 1. de Natura animalium, 8. Teren. Heaut. 3. 2. 10,

—— niſa uerò eſt, quod dici ſolet, Aquilæ ſenectus.

Aquilinus, adiectiuum, penul. prod. (ἀετὸς) quod ad aquilam pertinet, aut quod eſt aquilæ ſimile: ut Aquilinus naſus

Digitized by Google

id est, aduncus, instar rostri aquilini : & aquilinæ ungulæ, hoc est, rapaces. Plau. Pseu. 13. 63,

An tu inuenire postulas quenquam cocum,
Nisi sit miluinis, aut aquilinis unguliś?

Aquilifer, penult. cor. aquiliferi, pen. cor. (ἀετοφόρος) Dicebatur signifer in Romana militia, ab aquila, quam, ut ait Plinius, Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicauit. Cæsar, 5. bel. Gal. 139, Ex quibus L. Petrosidius aquilifer quum magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra uallum proiecit.

Aquilegium] aquilegij (τοξάγος) Collectio aquæ. Plau. Si pluet, aquilegio me iuuabo.

Aquileia] ἀκυλεία, à Romanis condita in Italia, incumbentibus Barbaris oppositæ emporium Illyricarum gentium, uerba sunt Strabonis. Liu. 10. bel. Maced. 135, Aquileia Colonia Latina eodem anno in agro Gallorum, est deducta. hactenus Liuius. Hæc urbs non prius caput extulit, quàm subactis Pannonijs, ex quibus tanquam claustris ad Danubium patefactis, tutum id cœpit esse iter, quod, teste Tranquillo, Augustus sæpè frequentauit. Aquileiensium fides probata est Maximinorum patris & filij bello, ut scribit Capitolinus. Aquileia, hodie Algar castellum uulgò. Silius, li. 8. 121,

Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis. Martialis,
Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo.

Aquilex] pen. cor. aquilegis, pen. cor. ab aquis legendis dictus est, ut author est Marcellus, artifex inueniendorum fontium, aquarumq; colligendarum ad aquæductus : idem ferè cum eo, qui Librator uocatur in tractatu de excusa. artificum, li. 10. C. ab aquis librandis dictus. Plin. ad Traianum de aquæductu Nicomedensium loquens, 254, In primis necessarium est mitti à te uel aquilegem, uel architectum, ne rursus eueniat quod accidit. Plinius auunculus, li. 26. ca. 6. de bechio, Eius duo genera : syluestris, ubi nascitur subesse aquas credunt, & hoc habent signum aquileges. Idem, li. 31. ca. 3. De ea arte tractat Budæus.

Aquilifer, Aquilinus] Vide Aquila.

Aquilicia] Festa dicebantur, quibus Ioui pro aqua è cælo elicienda sacra faciebant. Horum meminit Tertull. in Apologet. cap. 40.

Aquilina] uel Aquilegia (χελιδόνιον μέγα) Herba est eadem cum Chelidonio maiori, paulò tamen rotundioribus foliis ac mollioribus, caule cubitali, recto & tenui, &c. Reliqua uide apud Mathiol. in Dioscorid. lib. 2. cap. 176.

Aquilia] Siue uno l. Aquilia gens fuit Romæ patricia, ab Aquilo, id est, nigro colore, ita dicta. Hæc familia paucos habuit claros. Prodierunt tamen ex ea nonnulli consules, ut C. Aquillius Sabinus, qui Consul fuit cum T. Ptcinio anno ab V. C. CCLXVI. ut Author est Dionys. li. 8. & Liui. li. 2. Item M. Aquillius Gallus qui consul fuit cum C. Mario, anno DCLII, ut author est Cassiodorus. Huius filius fuit C. Aquillius Gallus, Ciceronis in prætura collega, ut ipse author est in Oratione pro Cluentio, & Offic. 3. Summus hic fuit Iurisconsultus, teste Ciceronе pro Quintio, & pro Cecinna : & Pomponio, in l. 2. D. de orig. Iur.

Aquilo] pen. cor. (βορέας) Græcè Boreas : Ventus est (inquit Seruius) qui de alto flat, id est, à Septentrione, & tempestates grauissimas facit. Festus, Aquilo uentus à uehementissimo uolatu ad instar aquilæ appellatur. Pli. li. 2. cap. 47, A Septentrionibus Septentrio, interq; eum & exortum solstitialem Aquilo, Aparctias dicti & Boreas. Cic. 6. Verr. 95, Spelunca quædam conuersa ad Aquilonem.

Aquilonis uis pulchrè describit Ouidius, li. 6. Meta. 138. Idem 3. Trist. leg. 10. 4.

Densus Aquilo ab oris Hyperboreis. Virg. 3. Georg. 39.

Frigidus aquilo. Virg. 2. Georg. 81.

Impotens. Hora. 3. Carm. Ode 30. 1.

Niuosus. Seneca, in Herc. Oetheo, 7. 8.

Aquilone atri fluctus : id est, quos Aquilo flans atros facit. Virgil. 5. Aeneid. 1.

Aquilone secundo agi, pro aura secunda. Hor. 2. Epist. 3. 41.

Insurgit aliquo. Hora. Epod. 10. 2.

Radit terras Aquilo. Hora. 2. Ser. Sat. 6. 4.

Aquilones. Cic. 2. de Nat. deo. 34, Itaq; & Aquilonibus, reliquisq; frigoribus adiectis, durescit humor, & idem uicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. Vide Plin. li. 2. cap. 47. 7. Aquilones hîc dicuntur uenti, qui octa fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt, & perflant diebus 40. quos uocant Etesia : & Prodromos.

Aquilonibus obijcere aliquem. Hora. 3. Carm. Ode 10. 1.

Aquilonibus medijs per altũ ire : id est, media hyeme, uel in maximis tempestatibus per æquor nauigare. Vir. 4. Aen. 62,

Quinetiam hyberno moliris sydere classem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum.

Aquilonaris, & hoc Aquilonare (βόρεος) adiectiuum, penul. prod. Cic. 2. de Nat. deor. 73, Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Aquilonius, aliud adiectiuum (βόρειος) ut Aquilonia loca, in quibus flat Aquilo : Id est, frigida. Pli. li. 27. cap. 13. 12, Omnes uerò herbæ, uehementiores effectu uiribusq; sunt in frigidis locis, ut in Aquilonijs.

Hyems Aquilonia. Pli. li. 17. ca. 2.

Aquilonius situs, Aquilone expositus. Pli. li. 15. ca. 19. 2.

Aquilonia luna. Quæ digressa est in Aquilonem. Plinius, li. 2. cap. 97. 4.

Aquilonia proles. Propert. li. 1. eleg. 19. 5. Et Aquilonia pignora, idem, hoc est, filij Aquilonis. Stat. 5. Theb. 87.

Aquiloni] Populi in sexta regione Italiæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Aquilus] adiectiuum, penult. cor. (ἀετοειδὴς) Festus, Aquilus color est fuscus & subniger : à quo aquila dicta esse uidetur, quamuis eam ab acutè uolando dictam uelint. Aquilus autem color ab aqua est nominatus. Nam quum antiqui duos animo naturales nossent, id est, album & nigrum, intermiscuit autem is quoq;, qui ita neutri similis est, ut tamẽ ab utroq; proprietatem trahat, potissimũ ab aqua eum denominauerunt, cuius incertus est color. Hactenus Festus. Plau. Pœnulo, 16. 148, Statura autem magna, corpore aquilo. Id est, fusco & subnigro. Suet. in Aug. Nasum & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumq;.

Aquiminale] huius aquiminalis (ὑδρεῖα) uas aquarium. Paul. l. 3. in prin. D. de supp. legat.

Aquiminarius] huius aquiminarij (ὑδρεῖα) uas potorium. Pompon. in l. in argento ff. de aur. & argent. legat. aquiminario Cassius ait consultum se respondisse, quum alteri argentum potorium, alteri escarium, legatum esset, escario cedere. Florentinus Iurisc. Nam & pelues argenteas, & aquiminarios argenteos in suppellectili esse non dubitatur. Pomponius : Sicui fortè escarium argentum legatum sit, id solum debebitur quod ad epulandum in ministerio habuit : id est, ad usum & potum : unde & de aquinario dubitatum est : et puto contineri. nam & hoc propter escam paratur.

Aquinius] Malus quidam poeta fuit, de quo sic Cic. 5. Tusc. Adhuc neminẽ cognoui poetã, & mihi fuit cũ Aquinio amicitia, qui sibi non optimus uideretur. Hinc apud Catullum, Cæsios Aquinos, male scriptum arbitror, pro Cæsios Aquinios : etsi in modulando uersu uocales coniungendæ sunt, ut earum cætu una comprehendatur syllaba. Turnebus.

Aquinum]

Digitized by Google

Aquinum] pe.pro.(ἀκουΐνου) Latinorum oppidum, quod Melpha fluuius alluit, ut author est Strabo: uulgò Aquino. Cic.2.Philipp.103, Quum Romam proficiscens, ad Aquinum accederet, obuiam processit magna sanè multitudo.

Aquipenser] Vide Acipenser.

Aquisgranum] penult.prod. Germaniæ nobiliß. ciuitas, prius Vegerra dicta: Caroli Magni sepulchro nobilitata. uulgò, Aix in Alemagna.

Aquitania] ἀκουϊτανία, tertia pars Galliæ, de qua sic Plinius, li.4.scribit: Gallia, inquit, omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta: à Scalde ad Sequanam, Belgica, ab eo ad Garumnam, Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica antè dicta.

Aquitanus, adiectiuum, pe.pro.ut, Aquitanæ gentes, apud Tibullum, li.1.eleg.7.1,

Hunc fore Aquitanas posset qui uincere gentes.

Aquitanicus (ἀκουϊτανικός) aliud adiectiuum, pe.cor.ut Aquitanicæ gentes, apud Pli.li.4.ca.19.

Aquites] pen.cor. Sacerdotis nomen apud Phasidem. Valer. Flacc.lib.6,

——magniq; sacerdos
Phasidis, Arctois Aquites errabat in agris.

Aquor, Aquaris, Aquosus, Aquula] Vide Aqua.

Aquila] Oppidum Hetruriæ. Vnde Aquilenses & Aquenses Plinio & Ptolemæo dicti.

A R

Ar me] pro Ad me, antiquè dictum. Plaut. Trucul. Ar me aduenias. Vide in Arferia.

Ara] huius aræ (βαμὸς) Seruius: Nouimus aras & dijs esse superis & inferis consecratas: altaria uerò esse superorum tantum deorum, quæ ab altitudine constat esse nominata. Macrobius, lib.3.Satur.2.cap.2, Multifariã legimus quòd litare solus non possit oratio, nisi is qui deos precatur, etiã arã manibus apprehendat. Inde Varro, Rerum diuin.li.5.dixit aras primùm ansas dictas, quòd esset necessarium à sacrificantibus eas teneri. Ansis autem teneri solere uasa, quis dubitet? Commutatione ergo literarum, aras dici cœptas, ut Valesios & Pusios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici. Hæc omnia illo Poeta executus est uersu:

Talibus orantem dictis, arasq; tenentem
Audijt omnipotens. Hæc Macrobius. Varro, 4. de Ling. Lat. Vbi frumẽta secta terãtur, & arescãt, Area. Propter horum similitudinem, loca in urbe pura, Areæ: à quo pòst etiam Ara deũm esse, quòd pura, nisi potius ab ardore. Seruius, in 2. Aeneid. Ara dicitur à precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt, ut contrà Imprecatio κατάρα dicitur.

In aram confugere, Salutis asylum petere, quam Canonici Immunitatem Ecclesiæ appellant, Galli aũt franchisiam. Cic.1. Tusc.133, Primùm autem tanta progenie orbatum quum in aram confugisset, hostilis manus interemit. Idem, 3. de Nat. deor.33. & pro Roscio Comœdo, 18.

Vsque ad aras esse amicum, Periclis apophthegma: quo admonemur nonnunquam quo consulamus amicorum commodis, eorumq; uoluntati morem geramus, fas uideri paulum à recto deflectere: uerùm eatenus, ne propter hominem amicum, numinis reuerentiam uiolemus. Olim enim iurantes, aram manu contingebant, ut ostendit Cic. pro Flacco, 7. Meminit Plutarchus & Gellius.

Aram tenere ueteres solebant, quum à dijs aliquid peterent, aliquidue deos precarentur. Virg.4.Aen.44,

Talibus orantem dictis, arasq; tenentem
Audijt omnipotens. Idem, 6.Aen.25,
Talibus orabat dictis arasq; tenebat. Quo loco Seruius, Rogabant enim deos, ararum ansas tenentes.

Ab aris, puluinaribusq; detrahere. Cic. de Arusp. respons. it, 25, Ab aris focisq; innocentem proiici, & uitam degere in exilio. Cicero, Antequam iret in exilium, 19.

Pro aris, focisq; certare. Cicero, 3. de Natura deorum, 137, Est mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atq; delubris.

Ara, Cœleste sydus. Ouid.2.Meta.28. Cic.2. de Nat.deor.169,

Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri.

Aræ dicuntur saxa, quæ inter Africã & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, finesq; imperij sui illic esse noluerunt. Hæc ferè Seruius in illud Virg.1.Aen.23,

Treis notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus, aras.

Aræ cœlitum. Seneca, in Agamem.6.1.

Aræ plantibus nallantur. Stat.10.Theb.112.

Frigida ara, id est, sine ignibus, hoc est, in qua non sacrificatur. Val.2.Argon.21.

Ara fumida. Oui.3.Trist.eleg 13.3.

Aræ fumosæ. Oui.2.Amorum, eleg.13.5.

Aræ gramineæ. Virg.12. Aeneid.24, Romanis enim moris fuerat, cespitem aræ superimponere, & ita sacrificare. Gramineas autem ideo, quia & de bello res agitur, & Marti sacrificatur, cui gramen est consecratum: quod secundum Plinium in Nat.hist.ex humano cruore procreatur. Hæc Seruius.

Herbosæ. Oui.15 Met.115.

Mœstæ aræ, id est, quæ mœstos reddant: utpote destinatæ alicuius morti, aut peragendo funeri. Virgil.3. Aeneid.13. Idem, 5.Aen.10,

Et quo relliquias, diuinq; ossa parentis
Condidimus terræ, mœstasq; sacrauimus aras.

Aræ sacrificæ. Valer.8.Argon.49.

Sanctæ. Oui.3.Met.147.

Sepulchrales. Oui.8.Met.97.

Ara sita alicui. Tacit.li.2. & arã Drusio sitã discecerãt. & li.3, Vrbs Philippopolis à Philippo Macedone sita.

Sopitas aras ignibus excitare. Virg.8.Aen.106.

Syluestres aræ. Stat.5.Theb.103.

Testibus aris aliquid agere. Stat.1.Achil.70.

Thuricremæ. Lucret. lib. 2.71. Ouid.de Arte amandi, 3.81. Virg.Aen.4.

Thuriferæ. Stat.1.Achil.105.

Adolere aras. Tac.li.14. Nam cruore captiuo adolere aram, & hominum fibris consulere deos fas habebant.

Aras adorare. Seneca, in Agamem.6.1.

Aræ calent thure. Virg.1.Aen.85. Clau.2.Paneg.3.

Aram coronis cingere. Oui.3.Trist.eleg.13.3.

Aras edere uictimis. Seneca, in Herc.furente, 11.1.

Aris thura dare. Oui.2.Amorum, eleg.13.5.

Aræ destinare aliquem. Virg.2.Aen.26.

Ara exhalat odores. Lucr.li.2.84.

Aras exorare, id est, deos exorare, quos ante aras stantes, manuq; illas tenentes, rogabant. Oui.7.Met.120.

Aris honorem facere. Virg.5.Aen.151.

Aram imbuere. Virg.1.eclog.,2 ——illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilib.imbuet agnus. Vide Imbuo.

Aris dona imponere. Virg.4.Aen.91.

Aris honorem imponere. Virg.1.Aen.11.

Aras uotis incendere. Virg.3.Aeneid.56. Votis, id est, rebus quas uouerimus.

Aras incestare, id est polluere. Stat.5.Syl.5.1.

Inferre dapes aris, Valer.3.Argon.91.

Inquinare

Inquinare aras. Seneca in Herc. Oetheo, 13.20.
Mactare aris honores. Virg. 3. Aen. 24. Honores, id est, uictimas honori deorum, aut honorandis dijs conuenientes. Nisi Mactauit, ad Taurum potius referre uelis, & postea, Honores meritos per appositionem, quam uocant, inferre.
Aræ torquibus ornatæ. Virg. 4. Georg. 55. Id est, coronis.
Placare aras odoratis ignibus. Oui. 15. Meta. 115.
Ponere aras. Hora. 2. Epist. 1. 4.
Promittere aris. Id est, uouere aliquid. Stat. 6. Theb. 122.
Cæde spargitur ara. Oui. 4. Trist. eleg. 5. 13.
Succendere aras. Seneca in Herc. Oetheo, 7. 10.
Tingere aras sanguine uotiuo. Oui. 20. Epist. 19.
Verbenis ara uincta. Hora. 4. Carm. Ode 11. 2.
Violare aras. Sil. li. 17. 16.
Vouere aras, Aras sacrare. Silius, li. 16. 87,
Forsan sacrasset Zephyro quas uouerat aras.
Ad aras libare. Virg. 7. Aenei. 49.
Astare ante aras. Oui. 8. Meta. 97.
In aris animam finire. Oui. 7. Meta. 120.

Arabarches] ἀραβάρχης, Extat Impp. Vall. Grat. Theod. constitutio in l. 9. C. de uectig. & commiss. in hac uerba: Vsurpationem totius licentiæ submouemus, circa uectigal Arabarchiæ, per Aegyptum, atq; Augustaneam constitutam: nihilq; super transductione animalium uendicari permittimus, &c. Quæ uerba indicant Arabarchen, præfectum fuisse exigendo uectigali de pecuarijs, quæ ex Arabia in Aegyptum deuehebãtur, ut sit illud nomen officij publicanorum. Meritò ergo Iuuenalis T. Alexandrũ natione Aegyptium, ut Tacitus, li. 17. scribit, taxans Arabarchen appellat:

Atq; triumphales, inter quos ausus habere
Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches. Vt nõ immeritò damnandi sint, qui simpliciter mollem accipiunt, idq; editis annotationibus probant. Quapropter & in epistol. M. Tullius ad Attic. li. 2. 32. 3, appellat Arabarchen M. Antonium, quasi Aegyptium publicanum. Extorquebat enim ab illis ingentia uectigalia: unde pecuniam conflaret, quam deinde prodigeret: ut est apud Plutarchum. Alciatus, li. 1. Prætermissorum.

Arabia] ἀραβία, Asiæ regio est. Ea autem triplex est, Petrea, Deserta, Felix. Petrea sic dicta à Petra uetustissimo oppido, Aegypto Iudææq; confinis est, autore Ptolemæo: Straboni autem ac Plinio alio nomine Nabathea dicitur. Post Petream Arabia deserta Ptolemæo uocata, Straboni autẽ Scenetis, ubi & Scene urbs Plinio ἀπὸ τῶν σκηνῶν, dici placet, quòd gens uaga & sine ædificijs in tentorijs habitet. Hæc à Meridie montibus Arabiæ felicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet: ab Occidente, Petream. Arabia felix Meridiem uersus, inter duos sinus, Arabicum, & Persicum, ueluti peninsula excurrit, quæ, ut Strabo scribit, bis ut India, ferit, ob fœcunditatem: fluminibus scatet. de hac uide Plin. li. 6. cap. 28.

Arabs, Arabis, pen. cor. (ἄραψ) adiectiuum, Qui Arabiam incolit. Hor. 1. Epist. 7. 8 —nec
Ocia diuitijs Arabum liberrima muto. Cicero, 1. de Diuin. 154.

Arabes, uel Arabas, accusatiuus pluralis. Catul. ad Furũ & Aurelium, 11. 1, Siue in Hircanos, Arabasq; molles, &c.
Arabum beatæ gazæ. Hor. 1. Car. Ode 29. 1.
Arabas palmiferos dixit Oui. pro Arabia palmifera & palmarum ferace, li. 10. Metam. 95.
Arabs mollis. Clau. 7. Paneg. 52.
Arabicus, penul. correp. adiect. (ἀράβιος) ut Arabicus odor, Plaut. Mer. 8. 2.
Arabius, aliud item adiectiuum (ἀράβιος) ut Arabius odor, Plaut. Pœnulo, 18. 6. Propertius, lib. 2. eleg. 3. 3,
Nec si qua Arabio lucet bõbyce puella. Id est, serico, quod in Arabia bombyces texunt. Sed hìc Arrabio legendum est, pro ductionis causa.
Arabicè, aduerbium (ἀραβικῶς) ut, Arabicè olere: id est, exoloribus Arabicis. Festus.
Arabica] ἀραβική, Gemma. Plin. li. 37. ca. 10, Arabica ebori simillima est, & hoc uideretur nisi abnueret duritia. Putant contra dolores neruorum prodesse habentibus.
Arabicus lapis (λίθος ἀραβικὸς) teste Dioscoride, ebori similis est, qui tritus illitus hæmorrhoidas exsiccat: eiusq; cinis dentifricio optimus est. Hæc ille, li. 5. ca. 106.
Arabicus sinus (ἀράβιος κόλπος) Fluminis instar angustus est, atq; prolixus ad stadia decem millia usq; ad ostium, eo prorsus angusto existente. Hæc Strabo, li. 2.
Arabilis] Vide Aro.
Arabis fluuius] Vide Arbis.
Arabis] siue Draba (ἀράβις, ἢ δρόβη) Herba est ad cubiti altitudinem assurgens, foliis lepidio non ferè dissimilibus, & umbella sambuci. Hæc in campestribus præsertim, & agrorum marginibus nascitur. Plura uide apud Dioscorid. lib. 2. cap. 151.
Arabis] ἀράβις, Oppidum à Nicanore præfecto Mesopotamiæ conditum. Pli. li. 6. ca. 26.
Arabus] ἄραβος, Apollinis fuit filius ex Babylone (ut inquit Plinius, li. 7. cap. 66.) quem medicinæ artis quidam uoluerunt extitisse repertorem. Est & Arabus lapis, quem Dioscorides Arabicum uocat. Vide Arabicus.
Arachne] puella Lydia lanificij peritissima, egrè ferens opus suum à Pallade, qua cum certamen susceperat, confractum, laqueo gulam sibi fregit: quam Pallas in araneam mutauit. Autor Oui. li. 6. Metam. A Græcis ἀράχνης, à Latinis Aranea dicitur. Virg. li. 4. Georg.
—in foribus suspendit aranea casses. Et (ut notat Seruius) Araneus etiam ab antiquis dicebatur.
Arachosia] ἀραχωσία, Vna est è Satrapijs ultra Indum fluuium, cuius meminit Plin. in descriptione Indiæ, & Strabo, lib. 11. Scribitur & Aracosia, sine aspiratione.
Arachthus] ἄραχθος, Fluuius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit huius fluuij Pli. li. 4. ca. 1. & Ptol. li. 3. ca. 14.
Aracię] ficus, Dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæ, de quibus Pli. li. 15. ca. 18.
Aracidna] Planta est sponte nascens: quæ quum sit radicibus ramosis ac multiplicibus, nec folium nec herbam ullam, aut quicquam aliud supra terram habet. Plinius, libro 21. capite 15.
Aracos] Herba est sponte proueniens, de qua Plinius, libro 21. capite 15.
Aracynthus] ἀράκινθος, mons est Mineruæ sacer, quem quidam in Attica regione esse dicunt: quod Virgilium tetigisse asserunt: quum ait, 2. eclo. 5,
Amphion Dircæus in actæo Aracyntho. Alij in Bœotia esse dicunt: & more pastorali Virgilium esse locutum, qui locum unum pro altero sæpe ponunt: ut similiter apud Theocritum sæpe conspicitur. Nonnulli uerò in Arcadia esse dixerunt. Solinus uerò & Plinius, lib. 4. Acarnaniæ montem dicunt, unde existimo & in Attica, & in Bœotia, & in Arcadia, & in Acarnania eiusdem nominis montes fuisse.
Aracynthi rupes. Propert. li. 3. eleg. 15. 9.
Aradij] ἀράδιοι, Phœnicum populi, ab Arado ciuitate, qui cum cætera Phœnicia, Syriacis regibus, ut amicis obtemperabant. de his plura Strabo, li. 16.

Araduca]

Digitized by Google

Araduca] ἀραδουνα, Vrbs Lusitaniæ, quæ uulgò ab Hispanis Arzua dicitur. Ptol. li. 2. ca. 5.

Aradus] penultima correpta (ἄραδος) Phœniciæ ciuitas Tripoleos, non procul à Tyro & Sidone. Tripolis enim maritimum oppidum sic dictum est à Tribus oppidis, Tyro, Sidone, atq; Arado, ut autores sunt Plinius & Strabo. Arado opposita est Antaradus in Meridiem, quæ hodie Tortosa dicitur, amœnissima ciuitas, sita non procul à Damasco, Ptolemeus, in tab. Asiæ, 4.

Aradus] ἄραδος, Dicitur corporis motus cum exercitio, et dolore. Cel. li. 5. cap. 10. Gal. autem commen. de Victu acu. li. 4, dicit aradum significare turbationem quandam, & uelu ti pugnam, quæ in uentre discrepantibus facultate cibarijs oritur.

Arę Flauiæ] Germaniæ urbs ad Danubium, Ptolemæo, uulgò Nordlingen.

Aræthyrea] ἀραιθυρέα, Regiuncula est Achaiæ propriè dictæ, postea Asophis dicta, urbem habens eiusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat. De hac Pli. li. 4. ca. 5. & Strab. li. 8.

Aragus] ἄραγος, Fluuius, de quo Strabo, li. 21, Sed præcipuè Aragum dicunt in partes multas diuisum, regionem Massagetarum alluere, alijs ostijs in aliud mare exeũtem, Boream uersus, uno aut solo Hyrcanium sinum uersus.

Aramæi] ἀραμαῖοι, dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ à Persis appellati. Pli. li. 6. ca. 17.

Aranea] araneæ, pe. cor. (ἀράχνη) Tela quam araneus facit. Oui. 4. Met. 36,

— non illud opus tenuissima uincant
Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno. Catullus ad Fabullam, 13. 2,

— nam tui Catulli Plenus sacculus est aranearum.

Aranea, pro ipso animali etiam accipitur. Oui. 6. Met.

Stamen & antiquas exercet aranea casses. Virgil. 4. Georg. 50.

In foribus laxos suspendit aranea casses. Vbi Seruius, Virgilius quidem confundit, tamen sciendum maiores animal ipsum masculino genere appellasse, hic araneus: retia uerò quæ faciunt, fœminino. Hæc Seruius. Colum. li. 9. ca. 14, Araneis, qui fauos corrumpunt, detractis. Pli. li. 8. ca. 28, Aranei cum telis primi cadunt.

Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Pli. li. 24. ca. 9. Hoc est, in lanuginem araneæ similem.

Aranea telas exercet. Oui. 6. Metam. 29.

Filum pede deducit aranea. Oui. 1. Amorum, eleg. 14. 2.

Aranei tenuia fila. Lucr. li. 3. 77.

Casses suspendit aranea. Virg. 4. Georg. 50.

Arida aranea. Iuuen. Sat. 14. 7.

Araneorum genera & naturam leges apud Pli. li. 11. ca. 24.

Est & araneus, marinum animal Pli. li. 32. ca. 11.

Araneus mus, animal in Italia: de quo Pli. 8. ca. 58, In Italia muribus araneis, uenenatus est morsus. Columel. li. 6. cap. 17. 1, Musq; araneus, quem Græci σκυτάλην appellant, quamuis exiguis dentibus non exiguam pestem moliatur.

Araneum, huius aranei, pen. cor. (ἀράχνιον) Vitium peculiare oliuis & uitibus, quum ueluti telæ inuoluunt fructum et absumunt: autore Pli. li. 17. ca. 24. 13. Aliud in calamo odorato. Pli. li. 12. ca. 23, Inest fistulæ araneum, quod uocant florem: præstantior est, cui numerosius.

Araneola huius araneolæ. pe. cor. diminutiuum (ἀραχνίδιον) parua aranea. Cic. 2. de Natura deorum, 183, Data est quibusdam bestijs etiam machinatio quædam atq; solertia, ut in araneolis.

Araneolus etiam masculino genere dicimus. Virgil. in Culice, Atq; ut araneoli tenuem formauimus orsum.

Araneosus, pe. pro. adiectiuum (ἀραχνώδης) ut, Situs araneosus, locus aranearum telis plenus. Catullus ad Thallum Cynœdum, quem uocat molliorem situ araneoso.

Araneosa lanugo. Plinius, lib. 12. 1, Folijs araneosa lanugine obductis.

Araneosus, Aranearum faciem habens: ut, Araneosus caulis. Pli. lib. 21. cap. 15. 3, In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon uocant aliqui. Hanc è Nilo metunt. caule quum coctus est, araneoso in madendo.

Araneosus uomitus. Plin. lib. 29. ca. 4. 27, Peior utroq; est cæruleus, lanugine nigra caliginem concitans, & uomitus araneosos. Hoc est in quibus telæ araneæ conspiciuntur, ut ait Sipontinus. (6. cap. 29.

Aranium] ἀράνιον, Oppidum in Aethiopico sinu. Plin. lib.

Arar] sine Araris, penultima correpta (ἄραρ) fluuius est Galliæ, atque ex eodem, ex quo Rhodanus, monte exiens, in Rhodanum ipsum iuxta Lugdunum immergitur, qui adeo lenis fluit, ut nescias in utram partem descendat: clarus ponte Cæsaris uno die milium opere fabricato. Lucanus, li. 6. 95,

— Rhodanumq; morantem Præcipitauit Arar.

Araris dicitur, sed per Apocopē Arar, ut testatur Priscianus in septimo: hodie Sagona, uulgò La Sone. Vir. 1. eclog. 5,

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Arar pigerrimus undæ. Sil. li. 15. 99.

Araraurceles] Populi in Cyrenaica regione, de quibus apud Pli. li. 5. cap. 5.

Ararena] ἀραρηνὴ, Nomadum regio est, ex magna parte deserta, cuius Sabus rex fuit, ut author est Strabo, libro 16.

Ararus] ἄραρος, Fluuius Scythiæ Europeæ, in Istrum influens, cuius meminit Herod. li. 4.

Aratia] ἀράτια, Insula est contra Persidem, cum monte præalto, Neptuno sacra. Pli. li. 6. ca. 25.

Aratio, Arator, Aratro, Aratrum] Vide Aro.

Arator] pen. prod. Poeta Christianus, Romanus subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro uersu composuit, ut notat Volaterranus.

Aratthus, i.] ἄραθθος, Fluuius est Epirotarum, qui præter Tolgum urbem labitur. Oritur autem ex monte Symphæo, ab illius radice. Strab. li. 7.

Aratus] pen. prod. (ἄρατος) poeta Græcus antiquissimus, qui optimè de Astrologia, iuditio Cic. scripsit: cuius Phænomena ipse Cic. uertit adolescens: ut scribit, li. 2. de Natu. deorum. Huius meminit Stat. li. 5. Syl. 3. 4. Fuit item Aratus dux Sicyonius tyrannus maximè infestus, ut scribit Liuius, lib. 69. & 70.

Arauisci (ἀραυίσκοι) Pannoniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 25.

Araurius] ἀράυριος, Fluuius est Galliæ Ptolemæo: Strabonis Rauraris appellatus. Is etiam prope Massiliam Petrosus uocatur, quòd lapidibus sit maximè refertus. Vide interpretem Pomponij.

Araulio] ἀραυσίων, nunc Araussinensis ciuitas dicta, uulgò Aurenge, principatus nobilissimus, qui nunc ditionis est Anaxonensium principum. Vadianus in Melam.

Araxes] ἀράξης, Armeniæ fluuius, ex eo monte ex quo Euphrates nascitur, contrario tamen ei cursu, uersus Orientē tendens, usq; ad Atropatiam: deinde in Boream conuersus, Azaram præterlabens, in mare desinit Hyrcanum, ut autor est Strabo. Herodoto tamen secus uisum est. Porrò Araxem ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν uocari, quòd opera Iasonis & labore Penei Thessalici, montium continuationem disrupit. Stephanus & item Strabo autores sunt.

Armenius

Armenius Araxes. Lucan. li. 7. 38.
Barbarus. Lucanus, li. 1. 4.
Gelidus. Seneca, in Hippo. 1. 11.
Araxis, genitiuus. Prop. li. 3. eleg. 12. 2,
Potabis galea fessus Araxis aquam.
Araxem pharetratum dixit Stat. li. 5. Syl. 2. 7. pro populis Araxem accolentibus, hoc est Armenijs.
Araxum] Plinio, ἄραξον Ptolemæo, Promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul à Patris. Vide Plin. li. 4. cap. 8. & Ptol. li. 3. ca. 6.
Arba] ἄρβη, apud Plin. li. 3. cap. 21, Insula est ante Illyricum. Ptol. uerò, li. 2. ca. ult. Arbam, ciuitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adiacens.
Arbela] ἄρβηλα, Loca sunt Syriæ, quæ ad Babyloniam pertinent, iuxtaq; eam sunt. Strab. li. 16.
Arbelitis] ἀρβελῖτις, Regio proxima Syriæ, ubi Darium Alexander debellauit. Pli. li. 6. ca. 13.
Arbij] ἄρβιοι Stephano, Populi sunt Indis finitimi, non procul ab Arianis & Gedrosijs: ita dicti, ab Arbi uicino fluuio. Recensentur à Pli. li. 6. cap. 23.
Arbilla] aruina, id est, pinguedo corporis. Festus.
Arbis] ἄρβις, Fluuius est in finibus Carmaniæ, non procul ab Arianis & Gedrosijs. Pli. li. 7. ca. 2. unde fortè Arbij populi dicti, de quibus paulò ante.
Arbiter] arbitri, pen. cor. (διαιτητής, διαγνώμων, ἐπιτηδευτής) Festus, Arbiter dicitur iudex, quòd totius rei habeat arbitrium, & facultatem: ut arbiter pugnæ, apud Horatium, li. 1. Carm. Ode 3. 3.
Arbitram in fœminino dixit Horatius, in Epod. 5. 10,
— ô rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & Diana.
Arbitri & testes legum & iudicorum, Castor & Pollux. Cic. 7. Verr. 146.
Capere arbitrum. Teran. Heau. 3. 1. 89.
Cedo quemuis arbitrum. Vide Cedo.
Sumere arbitrum, pro eligere & accipere. Cicero pro Roscio Comœdo.
Arbitrum in aliquam rem esse. Ci. pro Ros. Comœdo, 6.
Ad arbitrum. Vide Ad præpositionem.
Vti aliquo arbitro. Cic. ad Sulpitium, li. 34. 27. 5.
Adeo ad arbitrum. Vide Adeo.
Arbiter datus quibusdam de re aliqua. Cic. 1. Offi. 49.
Datus arbiter inter aliquos. Cic. 1. de Legib. 79.
Postulare arbitrum. Cic. pro Cecinna, 13.
Dicere aliquem arbitrum, pro Statuere. Hor. 2. Car. Ode 7. 5,
— quem Venus arbitrum
Dicet bibendi?
Annonæ arbiter. Stat. 4. Syl. 9. 4.
Formæ arbiter. Oui. 15. Epist. 14. de Paride.
Statuere arbitrum. Cic. Att. li. 15. 321. 3.
Adigere arbitrum. Vide Adigo.
Sine arbitris aliquid facere. Id est, nemine uel uidente uel audiente. Plaut. Capt. 5. 18,
Vnum exorare uos finite nos
L. Id quidnam est? C. ut sine hisce arbitris,
Atque uobis, nobis detis loquendi copiam. Liuius, 1. ab Vrbe, 179, Tanaquil in ter tumulum claudi regiam iubet, arbitros elicit. Id est, multitudinem populi admirantem quid rei accidisset Tarquinio moribundo, eijcit, nequid de re cognoscerent. Item, li. 2, Coniuratiq; ibi remotis arbitris multa inter se de nouo (ut fit) consilio egissent. Rursum, li. 1. 86, Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quò quia persæpe Numa sine arbitris, uelut ad congressum deæ inferebat, camœnis eum lucum sacrauit. Id est, clam, solus, nemine comitante. Sic Cicero, 3. Offic. 153.
Ab arbitris remotus locus: &, Loca ab arbitris libera, id est, interpellatoribus crebris carentia. Cic. 7. Ver. 64, Amœno sanè, & ab arbitris remoto loco. Idem Attico, li. 15. 329.
Arbiter imitationis Budæo, quem Compatrem uulgò uocant.
Arbitrarius, a, um (διαιτητικός) ut, pœna arbitraria, quæ non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. Sipontinus. Festus, Arbitrarium dicitur cum adhuc res apud arbitrum geritur. Plau. Amphitr. 4. 218,
Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.
Arbitratus, huius arbitratus, penul. prod. (ἴγνμα) Arbitrium, uoluntas, opinio. Cice. in Lælio, 30, Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui: quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Idem, 6. Verr. 9, Quum uenditori suo arbitratu uendere non liceret. Idem, 3. Verr. 98. Item, 4. de Finib. 4. Plaut. Rud. 23. 62. Vlpianus de uerb. signific. Illa uerba, Arbitratu Lucij Titij fieri: ius significant, & in seruum non cadunt.
In ditionem & arbitratū alterius se dare. Plau. Amph. 4. 195,
Deduntq; se diuina, humanaq; omnia, urbem & liberos
In ditionem atq; in arbitratum cuncti Thebano populo.
Arbitrariò, aduerbiū (διαιτητικῶς.) Plau. Pœn. 11. 42, Nunc pol rego perij certò, haud arbitrariò. Vbi interpres, Haud arbitrariò, non dubiè, quasi iam dato arbitrio: id est, sententia arbitri. nam arbitrarium dicitur, quum adhuc res apud arbitrum geritur. Dum autem agitur, in dubio est: quia ante arbitrium potest arbiter pro opinione iudicare, quum totius rei habeat facultatem.
Arbitrium, arbitrij (δίαιτα) Dicitur sententia quæ ab arbitro statuitur. Fest.
Inter Arbitriū, & Iudicium, propriè loquendum, differētia est, Cicero in oratione pro Roscio Comœdo, 5, Causam perdidisti, propterea quòd aliud est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium, est pecuniæ certæ: Arbitrium, incertæ. Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totā litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neq; nihil, neq; tantum quantum postulauimus, consequamur.
Iudicium, arbitriumq;. Cic. in proœmio Officiorum, 11, E fontibus Stoicorum iudicio, arbitrioq; nostro, quantū quoquo modo uidebitur, hauriemus.
Arbitrium apud antiquos Latinos etiam pro iudicio usurpatū est. Cic. 3. Offi. 92, Q. quidem Scæuola Pontif. Max. summam uim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs in quibus adderetur, Ex fide bona. Ibidem, 80, In arbitrio rei uxoriæ.
Arbitria facere de aliquo, id est, iudicare. Hor. 4. Car. Od. 7. 4,
Quum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.
In arbitrium alicuius uenire. Oui. 5. epist. 8.
Arbitrium, Opinio: ut, Omnia pro arbitrio suo facit: hoc est, prout opinatur esse faciendum. Sipontinus. Cice. 1. de Finib. 9, Ad arbitrium suum scribere?
Ad arbitrium suum adducere. Vide Adduco.
Conferre omnia ad arbitrium alterius. Vide Confero.
Arbitrium quod uulgò placitum & appetitum dicimus. Cic. 5. Verr. 65. Et Idem, 6. Verr. 120, Ne mulierum nobilium & formosarum gratia, quarum iste arbitrio Prætura per triennium gesserat, &c.
Nauigare ad arbitrium suum. Cic. 7. Ver. 76.
Viuere ad aliorum arbitrium, non ad suum. Cicero pro Murena, 17.
Ad nostrum arbitrium libidinemq; eludere iudicij expectationem. Cic. 2. Verr. 19.

Ad arbi-

Digitized by Google

Ad arbitrium ſuum mouere mentes auditorum. Cice. 2. de Orato. 38. Sic, *Ad arbitrium alterius perorare.* Idem in Vatinium, 20.

Ad arbitrium & nutum alterius totum ſe fingere & accommodare. Cic. in Bruto, 13.

Natu & arbitrio Dei omnia reguntur. Cic. pro Roſc. Ame. 77.

Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. Cic. 7. Ver. 129.

Arbitrium tuum ſit. Cic. ad Attic. li. 15. 327. 1.

Arbitrijs diſpenſare omnia. Oui. ad Liuiam, 75.

Arbitrium ſuum eſt de Rep. Brutus ad Ciceronem, 16. 7.

Arbitrium, Poteſtas. Liu. 4. bel. Mace. 37, *Scilicet ſi legem Oppiam abrogaueritis, non ueſtri arbitrij erit.*

Sub arbitrio Dei eſſe. Oui. 5. Triſt. eleg. 4. 4.

Arbitrium urbis Romulus *habet.* Oui. 4. Faſt. 165.

Arbitrium ſecreta loquendi eripere alicui. Ouidius, 4. Metamorpho. 45.

Arbitrium rei alicuius eſſe penes aliquem. Oui. 24. epiſt. 6,

Te penes arbitrium noſtræ uitæq; necisq;. Hor. in arte, 15.

Arbitrium honorarium, id eſt, Prætorium. Cic. pro Roſcio Comœdo, 8, *Perinde acſi in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica, concluſa & comprehenſa ſint.*

Arbitrium, Facultas iudicandi arbitrio data. Vnde *arbitrium recipere.* Vlpianus de receptis arbitris, *Recepiſſe autem arbitrium uidetur* (ut Pedius, lib. 8. dixit) *qui iudicis partes ſuſcepit, finemq; ſententia ſua controuerſijs impoſiturum pollicetur. Sipontinus.*

Arbitrium litis in omnes traijcere. Oui. 12. Meta. in fine.

Arbitrium, pro præmio. Cic. in Piſonem, 16, *Eodem in templo, eodem & loci ueſtigio & temporis, arbitria non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti.* Idem poſt Reditum in ſenatu, 16, *quum tibi arbitria funeris ſoluebantur.* Idem pro Domo ſua, 75, *Complorata arbitria petentes funeris.*

Liberum arbitrium dixit Liuius, ut uides in dictione Liber *adiectiuo, pro quo uoluntatem liberam dicit* Cic. de Fato, 31, *Qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam, hi mentem hominis uoluntate libera ſpoliatam neceſſitate fati deuinciunt.*

Arbitrio carere. Cic. in Parad. 44, *Si ſeruitus ſit (ſicut eſt) obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis ſuo, quis neget omnes leues eſſe ſeruos?*

Arbitror, pen. cor. arbitraris, arbitratus ſum (ἀκροᾶσθαι) *arbitrari*, Dicitur arbiter, *quum ſententiam dicit.* Vlpianus de receptris arbitris, *Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt quo minus arbitretur, pœna committetur.*

Arbitror, Verbum teſtis iurati. Ci. pro Fonteio, 16, *Credo hæc eadem Induciomarum in teſtimonio timuiſſe aut cogitaſſe, qui primum illud uerbum conſideratiſſimum noſtræ cõſuetudinis, Arbitror (quo nos etiam nunc utimur, quum ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi uidimus) ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atq; omnia ſe ſcire dixit.*

Arbitrari (ἡγεῖσθαι, νομίζεσθαι) *inquit Sipontinus, eſt Exiſtimare: & arbitri officium eſt iudicare, non prout iuris ſit, ſed prout id æquum eſſe exiſtimet.* Cic. 6. Ver. 73, *Si hoc quod abs te poſtulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere: ſuccedam ego uicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar.* Teren. Eunu. 5. 6. 9, *Here, primum te arbitrari quod res eſt, uelim.* Idem Hecy. 5. 3. 7.

Vt arbitror, per parentheſin poſitum. Cic. 1. de Diuin. 8, *Hæc (ut ego arbitror) ueteres rerum magis euentis moniti, quàm ratione docti probauere.*

Arbitrari & cenſere, idem apud antiquos. Nonius, *Cenſere & Arbitrari ueteres cognatione quadam, ſocia ac ſimilia eſſe uerba uoluerunt.* Varro, de Repub. lib. 20, *Et de uita Populi Romani li. 2, Itaq; quòd hos arbitros inſtituerunt, populi cenſores appellarunt.* Idem enim ualet cenſere & arbitrari. Terentius, Hecy. 4. 1. 15,

— ex quo cẽſes, niſi ex illo cui data eſt nuptum obſecro?
P. Credo, neq; adeò arbitrari patris eſt aliter.

Arbitror, de re incerta. Teren. Eunu. 1. 2. 29,

P. Ciuémne? T. arbitror.

Arbitrari, Obſeruare & reſpicere quid agatur, aut dicatur. Plaut. Aulul. 17. 21, *Hinc ego huc & illuc potero quid agãt, arbitrarier.* Idem, Capt. 5. 27.

Arbitrari aliquando eſt conſtituere, modumq;, & rationem, quaſiq; formam operis faciundi delimiare & præſcribere. Proculus iuriſconſultus in tractatu de uerb. oblig. *Quum ſtipulatus ſim à Proculo ſi opus arbitratu meo ante Cal. Iunias effectum non ſit, pœnam, &c. Et paulo inferius, Quoniam mortuus (inquit) arbitrari nõ potuiſſet. Inde apud Comicos ſæpe, Tuo arbitratu id fiat: Id eſt, ut tu formam operis faciundi dederis.* Lingua francica Diuiſer uocat. Budæus.

Arbor] Piſcis eſt in Oceano Gaditano, *tam uaſtis diſpanſus ramis, ut fretum nunquam ingreſſus credatur.* Author Plin. lib. 9. cap. 4.

Arbor] *huius arboris, pen. cor. fœm. gen.* (δένδρον καὶ δένδρος) Generale nomen eſt & appellatione eius uites quoq; & hederas, & arundines & ſalictũ contineri, Iureconſulti exiſtimant. Plin. in procœmio, li. 12, *Summumq; munus homini datum, arbores, ſyluæq; intelligebantur.* Vir. 2. Georg.

— nec ſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret. Vbi Seruius, *Arboribus poſitis, uitibus ordinatis.*

Hæc arbor, huius arboris, quod à robore deriuatum, illius declinationem ſeruans corripuit penultimam genitiui. Priſcian. li. 6.

Arbor à frutice ita differt, ut frutex ab herba, autore Vallà, libro 4.

Arbos etiam in nominatiuo dicitur. Hinc Feſtus, *Arboſem pro arbore antiqui dicebant, & roboſem pro robore.* Virgil. 4. Georgic. 5,

Obuiaq; hoſpitijs teneat frondentibus arbos. De apibus. Idem, li. 2. Georg. 30, — bis pomis utilis arbos.

Arbor ſici. Cic. pro L. Flac. 32. Sic, *Arbor mori.* Vide Morus.

Arbore ſoles defendere. Sat. 3. Syl. eleg. 1. 14.

Ad arboris umbram ſe conferre. Oui. 4. Meta. 24.

Arbor, pro malo nauis. Iuuen. Sat. 12. 3,

Quum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus undis
Arboris incertæ, &c.

Arborem pro remo. Virg. li. 10. Aene. 41,

It grauis Auletes, centenaq; arbore fluctum
Verberat aſſurgens. Id eſt, centum remis. Sed *Arbore dixit, ut oſtendat magnitudinem nauis,* ait Seruius.

Arbor, eſt pars torcularis apud Catonem, ca. 12. & 18.

Proceritas arborum. Cic. de Senect. 55.

Truncus, rami, folia arborum. Cic. 3. de Ora. 98.

Aemula arbor. Vide Aemulus.

Afflicta ſenio arbor. Vide Affligo.

Ampla arbor. Vide Amplus.

Bruta arbor. Vide Brutus.

Cælebs arbor. Vide Cælebs.

Craſſa arbor pedes tres. Vide Craſſus.

Arboris exeſæ antrum. Virg. 4. Georg. 9.

Aeſtiua arbor recreatur aura. Hor. 1. Car. Ode 22. 4.

Fertilis pomis aureis arbor. Senec. in Agam. 9. 9.

Inanis arbor, Id eſt, excauata uel exeſa. Oui. 3. Faſt. 149.

Incurua arbor. Vide Incuruus.

Indocilis

Digitized by Google

Indocilis nasci. Vide Incurrus.
Infelix arbor. Plinius, libro 24. capite 9. Cicero, pro C. Rabir. per duel. reo.
Iouis arbor. Id est, quercus. Oui. 1. Meta. 22.
Nouella & uetula arbor, contraria. Cic. 5. de Finib. 69.
Odora arbor, sic Ouidius uocat arborem myrrhæ. 1. de Arte Aman. 58.
Opaca comas arbor. Ouidius, 3. Trist. eleg. 1. 7. Virgilius, 6. Aeneid. 27.
Patula arbor. Stat. 3. Sylu. 1. 14.
Peregrinæ arbores. Vide Peregrinus.
Turpis arbor sine frondibus. Oui. 13. Meta. 180.
Vberrima pomis arbor. Oui. 4. Meta. 18.
Viduas arbores dicit Horatius, 4. Carm. Ode 5. 6. non adiunctas uitibus.
Vmbrosa arbos coronæ Herculeæ, id est, populus. Virgilius, 2. Georgic. 14.
Cædere arbores. Oui. 9. Meta. 47.
Cædere arbores exiccatas. Cic. 2. de Diuin. 49.
Canescit arbor. Vide Canesco.
Castrare arbores. Vide Castro.
Circuncidere arbores. Vide Circuncido.
Cludere arborem restibus. Vide Cludo.
Collocare se in arborem. Vide Colloco.
Contorquet arbores Erydanus. Vide Contorqueo.
Culta arbor. Vide Colo, colis.
Decerpere arbore fœtus. Virgilius, 6. Aeneid. 28. Ouidius, 5. Metamorph. 108.
Decidunt arboribus folia. Vide Decido.
Defrimere ex arbore plantas. Virg. 2. Georg. 60.
Detrahere arboribus poma. Tibullus, li. 1. eleg. 5. 7.
Excisa, non euulsa est arbor: itaq; quàm fruticetur uides. Cic. ad Atticum, li. 15. 313. 6.
Florere dicuntur arbores. Cic. 1. de Diuin. 27.
Inarare arbores. Vide Inaro.
Induerat se pomis arbor. Virg. 4. Georg. 29.
Inhæret collibus arbor. Horat. epod. 12. 4.
Inscendere in arborem. Vide Inscendo.
Ex arbore mala legere. Virg. 3. eclo. 11.
Luxuriantur arbores. Vide Luxus.
Maritare arborem. Vide Maritus.
Nutant arbores. Vide Nuo.
Procumbit arbor. Lucan. li. 3. 103.
Comæ arboribus redeunt. Id est frondes. Hora. 4. Carm. 7. 1.
Senescentes cum Luna arbores. Cic. 2. de Diuin. 49.
Serere arbores, & Satæ arbores. Cic. de Senec. 22. 55. Hora. 1. Carm. Ode 18.
Sustollere se dicitur arbor, dum crescit. Virg. 2. Geor. 12.
Vellitur solo arbos. Virg. 3. Aene. 6.
Vigere, & senescere dicitur arbor. Cic. 5. de Finib. 69.
Viuere arbor & mori dicitur. Cic. 5. de Finib. 69.
Arborarius, adiectiuum: ut, Arborarius picus, qui in arboribus nidificat. Pli. li. 30. ca. 16. 1, Eosq; qui arborarij pici rostrum habeant, & mella eximant ab apibus non attingi.
Arborator, pen. prod. (ἀρυδρεοτόμος) Significat putatorem arborum. Plin. lib. 18. cap. 33, Frondem medio die arborator ne cædito. Colum. lib. 11. cap. 1. 11, Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœnisector, nec minus arborator, & uinitor.
Arboresco, arboresci (ἀρυδρόομαι) arboresce, In arborem crescere, ait Sipontinus. Plin. lib. 19. cap. 4. 13, Namq; tradunt autores in Arabia maluas septimo mense arboresce, baculorum usum præbere extemplo.
Arboretum, huius arboreti, pen. prod. (ἀρυδρεῶν) Idem significat quod arbustum. Gellius, lib. 17. ca. 2, Conualles, inquit, & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius uerbum est, Arbusta celebratius.
Arboreus, adiectiuum (ἀρυδρεικὸς) Quod est arboris. Virg. 1. Georg. 11, Arborei fœtus alibi. Id est, poma, ut ait Seruius. Propertius, lib. 3. eleg. 16. 6, Arborea coma. Ouid. 4. Meta. 128, Arboreæ frondes.
Arborea cornua ceruorum. Virgil. 1. Aeneid. 39. quæ sunt uelut arbores.
Arborea amplitudo arundini Indicæ: Id est, arboris amplitudinem habens. Pli. li. 16. ca. 36. 5.
Arboreum ebenum, pro ebeno arbore. Pli. li. 12. ca. 4. 3.
Arborius, adiectiuum: ut Arboria falx, cædendis arboribus apta, apud Catonem de re Rustica, ca. 11. 4.
Arbuscula, arbusculæ, penultim. corr. (ἀρυδρύδιον) diminutiuum ab arbore. Varro, 3. de re Rustica, cap 15, In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. Columel. libro 11. capite 2. 59.
Arbusculæ crinitæ pauonum. Pli. li. 11. ca. 37.
Veluti arbusculæ uites. Columel. lib. 4. cap. 4, Vinearum prouincialium plura genera esse comperi: sed ex ijs, quas ipse cognoui, maximè probantur ueluti arbusculæ, breui crure sine adminiculo persistentes.
Arbuscula, præter notam significationem, machinulam significat quæ ἀμαξόπους, dicitur Græcè. Vitruuius, libro 10. capite 17.
Arbustum, arbusti (ἀρυδρῶν) Valla in Raud. Arbusta sunt arbores multæ ad fructum constitæ. ut oliuetum, auellanetum, amygdaletum: uel uites arboribus applicitæ. Vide Plinium, lib. 17. cap. 23. Colum. lib. de Arboribus, cap. 16, Igitur qui arbustum constituere uolent, ante annum quàm deponant arbores, scrobes faciant quatuor pedum quoquo uersus. Ibidem plura.
Arbusta alta. Lucr. li. 6. 29. Læta. Lucr. li. 2. 69.
Resonant arbusta cicadis, Virg. 2. eclo. 3, Et arbusta cantu rumpunt cicadæ, Virg. 3. Georg. 65.
Inuenustum arbustum. Vide Inuenustus.
Arbustiuus, adiectiuum, pen. pro. ut Arbustiuæ uites, quæ arboribus applicantur. Colum. de Arboribus, ca. 16.
Arbustiuus locus, pro arbusto. Colum. lib. 3. cap. 13. 5. Sic arbustiua positio. Colum. li. 4. ca. 1. 5.
Arbustiuum genus, Colum. lib. 12. cap. 41. 1, Mustum lixiuum delacu statim tollito: hoc autem erit quod distillauerit, antè quàm nimium calcetur uua: sed de arbustiuo genere quod sicco die legeris, id facito.
Arbusto, arbustas (ἀρυδρυφυτεύω) arbustare, Agrum arboribus conserere ad maritandas uites. Plin. li. 17. ca. 23, Transpadana Italia præter suprà dicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros.
Arbuscula] Proprium nomen mulierculæ cuiusdam mimæ, quæ quum à populo explo deretur, ab equite autem quodam laudaretur, contentam se esse dixit bonorum testimonio. sic habent interpretes. Horatius, libro 1. Serm. Satyr. ult. 16.
Arbutus] pen. corr. f. g. (κόμαρος) uulgò Albatro. Valla in Raudensem, Arbutus est arbor illa, quæ poma, instar ceraforum seu fragorum fert: Arbutum uerò ipsum pomum. Seruius, Arbutus est genus arboris frondibus raris. Idem alio loco, Arbuta sunt rubra poma syluarum, quæ Plinius unedones uocat: quòd asperitate sua plura edi non possunt. Pli. lib. 15. ca. 24. 3, Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorũ unedoni: quod solum pomũ simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa, fructus anno maturescit, pariterq; floret subnascens, & prior coquitur. Mas sit, an fœmina

Digitized by Google

fœmina sterilis, inter autores non constat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & minæcylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos. Alio nomine arbutus uocatur. Columel. li. 5. cap. 8. 5. Virg. eclog. 7. 10,

Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra. & 2. Geor. Dant arbuta syluæ.

Arbuta pascuntur apes. Virg. 4. Georg. 37.

Horrida arbutus. Virg. 2. Georg. 14.

Arbuteus, adiectiuum (κομαεικός) Ex arbuto factum. Virg. 1. Georg. 34, Arbuteæ crates, & mystica uannus Iacchi. Idem, 11 Aen. 13.

Arbuteos fœtus legere. Oui. 1. Met. 22.

Arca] Syriæ Cœles urbs, antiquum adhuc retinens nomen inter Barbaros. Eius meminit Ioseph. 5. Antiq.

Arca] huius arcæ (κιβωτός, θύλαξ, λάρναξ) in qua includuntur quæ celata & abscondita uolumus. Dicta (ut inquit Varro, lib. 4. de Lingua Latina) quòd ab ea clausa arceantur fures. Cic. in Parad. 55, Animus hominis diues, non arca, appellari solet.

Arca ferrata. Iuuenalis, Saty. 11. 3.

Patula arca. Iuuenalis, Saty. 13. 8.

Aerata multus in arca fiscus. Iuuenalis, Saty. 14. 26.

Arca uestiaria, in qua reponuntur uestes. Cato, cap. 11. 3.

Arca, pro monumento, uel loculo in quo mortui conduntur in terra. Plin. lib. 13. cap. 13. 1, Hemina uetustissimus autor annalium prodidit Terentium scriba agrum suum in Ianiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romæ regnauit, situs fuisset.

Arca lapidea. Idem. Pli. de Viris Illust. 42.

Arcas robustas in carcere fuisse, quibus malefici homines includerentur, Sextus Pompeius testis est. Cic. pro Milone, 44.

Arca camerata, est arcuata & confornicata. Vlpi. in l. si inquilinus, Si inquilinus arcam cameratam in ædes contulerit, & ædium aditum dominus coangustauerit.

Arcas appellat Vitruuius tabulationes intra aquam circundatas: ab arcendis aquis ab opere. Alij Aquaria septa uocant.

Arcarius, rij, qui publicam seruat pecuniam. Græcè ὀικονόμος, ut uertit Hieronymus, in fine epistolæ Pauli ad Rom. Scæuola, li. 40. Digest. titulo de fideicommissarijs, l. Thais.

Arcula, pe. cor. diminutiuum (λαρνάκιον) parua arca. Cice. 2. Offi. 34, Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quòd in uestimentis telum occultaretur, exquirerent.

Arculæ faginæ uel tiliaceæ. Columel. lib. 12. ca. 45. 4, Itaque possunt alia genera malorum, sicut orbiculata sestiana, melimela, mariana, hoc liquore custodiri: sed quia uidentur in melle dulciora fieri sic condita, nec proprium saporem seruare, arculæ faginæ, uel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus uestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent.

Arculæ loculatæ pictorum. Vbi diuersi sint colores. Varro, 3. de re Rust cap. 17. 4.

Arcella, arcellæ, aliud diminutiuum. (λαρνακίδιον) teste Festo. Videri potest diminutiuum ab arcera plaustri genere: unde Arcella uitis, quæ in formam arceræ disposita est. Columella, lib. 3. ca. 21. 2. de distinctis generibus uitiũ loquens, Hinc pares his heluolæ respondent, illinc arcellæ, rursus illinc sphoniæ, basilicæue conueniunt. Arcellatam uitem legimus apud eundem, li. 3. c. 2. his uerbis: Vnam etiam præcocem uitem, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine dracontium uocitari comperimus, quæ fœcunditate, iucunditateue arcellatæ, basilicæq; & bituricæ cõparari possit, generositate uerò amneæ. Fortasse ab arcus similitudine arculatam uitem dixit. Lapsus enim facilis fuit literæ V in E. Aut arcellatæ legendum, ut ab arcella ueniat. Paulò ante hæc Columellæ uerba, arcelaca maior legitur: pro quo Arcellata maior, aut Arculata legendum fortasse est.

Arcadia] ἀρκαδία, Peloponnesi regio & Achaiæ pars, à mari undiq; remota: ab Arcade Iouis filio ex Callistone Lycaonis Arcadiæ regis filia sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet aliquãdo dicta est Pelasgia, à Pelasgo rege magno et sapiente uiro, qui uitæ cultioris autor eis fuit, & uictum ex stirpibus herbarum, arborumq; frondibus transtulit ad glandem, maximeq; ad fagineam. Aliquãdo etiam Lycaonia, aliquãdo Gigantida, & aliquãdo Parrhasia uocata fuit. Arcas aũt quum Pelasgos in deditionẽ redegisset, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plinius hanc totam montosam, in qua sunt asini cæteris maiores ac præstantiores. In ea Erymanthus fluuius, Lernea palus, & lapis asbestos, ut ait Pli. li. 13. ca. 10.

Arcadicus, adiectiuum. penul. correp. (ἀρκαδικός) quod est ex Arcadia: ut, Arcadici mores.

Arcas, Arcadis, uel Arcados, penul. correp. (ἄρκας) Idem. Oui. 5. Fast. 129,

Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur.

Arcadã, accusatiuus Græcus. Stat. 1. Theb. 69.

Arcadius, aliud adiectiuum (ἀρκάδιος) ut Arcadius deus, Pan. Propert. lib. 1. eleg. 17. 4. Et Arcadium sydus, Vrsa uel Arctos. Senec. in Oedipo, 5. 15.

Arcadia nemora. Seneca, in Hercule furente, 4. 5.

Arcadius] ἀρκάδιος, Theodosij filius, Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. Fuit præterea hoc nomine grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conscripsit. Suidas.

Arcanum] arcani, penul. prod. (ἀπόῤῥητον) Nonius, Arcanum dicitur secretum uel absconditum: quòd quæ in arcis sunt, celata sunt & abscondita. Festus, Arcani sermonis significatio trahitur siue ab arce, quæ tutissima pars urbis est: siue à genere sacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeò remotum à notitia uulgari, ut ne literis quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur, siue ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent: cuius ipsius origo ab arcendo pendet.

Arcana & occulta. Cice. 2. de Finibus, 135.

Arcanum prodere. Iuuenal. Saty. 9. 12.

Arcanorum celantissimi Persæ. Curtius.

Arcana fatorum uoluere. Virg. 1. Aen. 54.

Arcanum alterius scrutari. Hora. 1. Epist. 19. 8.

Arcanus (ἀπόῤῥητος) adiectiuum: ut, Arcana popina, Mart. li. 5. 135. Sic arcana cubilia, Pli. in Panegy. 79.

Nox arcana. Oui. 9. Epist. 8.

Arcana præcepta. Pli. li 29. ca. 1. 21.

Arcanus, Qui quæ audit, tacet & continet optimè. Plau. Trinum, 8. 119.

Arcanum sensus, Secretus & absconditus. Virg. 4. Aene. 85.

Tabellæ arcanæ, quibus secreta nostra committimus. Ouid. 2. Amo. 15. 3.

Arcanè (ἀποῤῥήτως) aduerbiũ, arcanius, arcanissimè: i. secretè.

Arcanius aliquid iudicare. Colu. li. 3. ca. 2. 21.

Arcanò, similiter aduerbium (ἀῤῥήτως) Id est secretè, seorsum. Cæsar, 1. belli Ciuil. 72, Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur.

Arcarius] Vide Arca.

Arcas] huius Arcadis, pe. corr. (ἄρκας) Filius Iouis & Callistonis, à quo Arcades denominati sunt: quos, quia uetustissima

Digitized by Google

ma gens est, fabulantur ante Solem & Lunam ex arboribus esse natos. Oui. 1. Met. 44.

Arcatus] Vide Arcus, huius arcus.

Arcella] Vide Arca.

Arceo] arces, arcui, arcitum, pen. prod. supinum rarissimè lectum (ἀμύνω, ἀποσοβέω) Arcere. Continere significat, ut ait Festus: unde & arcus in ædificijs dictus est, quia se ipse continet. Oui. 9. Met. 64,

— & è terra corpus releuare uolentem Arcuit.

Arcere & continere. Cic. 2. de Natu. deor. 204. de aluo, Est autem multiplex & tortuosa, arcetq; & continet, siue illud est aridum, siue humidum quod recipit, ut id mutari & concoqui facilè possit. Idem in Somnio, 14, Summus ipse Deus arcens & continens cæteros.

Arcere, Constringere. Virg. 2. Aen. 81,

— teneras arcebant uincula palmas. Cic. 2. Tuscul. 84, Ergo hos quidem ut famulos uinclis propè ac custodia arceamus.

Arcere, ut ait Valla, lib. 6, Vetare ne accedant ij, qui ueniunt. Virg. 1. Aen. 7, Arcebat longè Latio. de Iunone.

Arcere aditu. Liuius, 1. bel. Maced. 64, Non terra modò adeuntes aditu arcebant, sed nauium quoq; stationem infestam hosti faciebant. Cic. 2. de Leg. 41. Sic arcere sacris. Plin. lib. 7. cap. 28. 5.

Arcere reditu. Cic. 1. Tusc. 141.

A tectis, à mœnibus urbis arcebis Catilinam. Cic. 1. in Catil. 23.

A progressu arcere. Cic. 11. Philipp. 291, Brutus Antonium in Galliam inuadentem à progressu arcuit, à reditu refrænauit, &c.

Recipere & arcere, contraria. Cic. 5. Philip. 191.

Arcere à limine aliquem. Oui. 6. Fast. 97.

Arcere suis finibus externos. Oui. 4. Metam. 130.

Arcere transfertur ad incorporea, & dicimus Arcere homines à scelere, & Arcere scelus. Cicero, in Paradoxis, Quæ uis enim est, quæ magis arceat homines ab improbitate, quàm si senserint nullum in delictis esse discrimen. Virgil. 8. Aeneid. 16,

Accipite Aenean, & tandem arcete periclis.

Ab iniuria arcere homines pœna. Cic. 1. de Legibus, 58.

Veterno aliquem arcere. Hor. 1. Epist. 8. 2.

Arcere ferro contumeliam. Liu. 1. ab Vrbe, 177, Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt.

Otij finibus arcere scelus aliquod. Cic. de Arusp. Resp. 3.

Arcere furorem. Lucan. li. 2. 60.

Aquas pluuias arcere. Cic. pro Muræna, 19.

Frigora pellibus arcere. Oui. 3. Trist. eleg. 10. 4.

Arcere solem. Plinius, libro 12. capite. 1. 9, Commendatio platani non alia maior est, quàm solem æstate arcere, hyeme admittere.

Arcere, pro Abigere, & à loco fugare, siue expellere (ἀποδύνειν) Colum. li. 1. c. 6, Sic emunita sola & latera horreorum prohibent curculionem: quod genus exitij quũ incidit, multi opinantur arceri posse, si exesæ fruges in horreo uentilentur, & quasi refrigerentur. Cic. 2. Philip. 102, Non enim te dominum modò illis sedibus, sed quiuis amicus uicinus, hospes, procurator arcebit.

Arcesso, arcessis, arcessiui, arcessitum, pen. prod. (μεταπέμπω) arcessere, Verbum inchoatiuum, significat ad uocandum ire, uel uocare. Plaut. Capt. 16. 27, Eamus intrò, ut arcessatur faber. Idem Aphit. 10. 70.

Arcessere ab aratro. Cic. pro Roscio Comœdo, 29.

Arcessere ad. Cic. Attico, Si erit pugnandum, arcessam ad societatem laboris. Eidem, li. 14. 305. 2.

Arcessere (ἐπικαλέω) Euocare. Virg. 6. Aen. 24,

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus. Seruius.

Arcessere uentos. Oui. 2. Amorum, eleg. 2. 8.

Arcessere, Asciscere, & attrahere. Valerius, li. 4, Vt nimia pietate causam sibi mortis arcesseret. Hæc Budæus. Plaut. Amphit. Illic homo à me sibi malam rem arcessit iumento suo. Id est, sibi ipse malorum est autor.

Arcessere à capite. Cic. in Topicis, 19, Quum autem à genere ducitur argumentum, non erit necesse id usq; à capite arcessere. A capite arcessere argumentũ, his uerbis Cicero significat, à capite et origine rei argumentum eruere: ut quinto de Fmib. A capite ducere. Budæus. Idem 2. de Orato. 64, Et tardi ingenij est, riuulos consectari, fontes rerum nõ uidere: & ætatis est, usuq; nostri à capite quod uelimus arcessere, & unde omnia manant uidere. Translatio est ab aquæductibus. Idem in Tusculanis, A capite ducere dixit.

Arcessere, interdum accusare significat, & ablatiuo iungitur cum genitiuo. Cic. pro Deiotaro, 21, Non ficto crimine insectari, non expetere uitam, non capitis arcessere. Idem, 2. Offi. 72, Ne quem unquam innocentem iudicio capitis arcessas. Vide Accerso.

Arcessere aliquem iudicio. Cic. pro Flacco, 11, Sermo est totæ Asiæ dissipatus, Cn. Pompeium quòd L. Flacco est uehementer inimicus, contendisse à Lælio patrono amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcesseret. Id est, deferret & postularet. Budæus.

Arcessere crimine aliquo in periculum capitis. Cicero pro C. Rabirio, 19.

Arcessitus, participium, pe. pro. (μεταπεμφθείς) ut Arcessitum dictum. Cic. 2. de Orat. 14. 2.

Arcto, arctas (στενόω, στενοχωρέω) arctare. Frequentatiuum. Significat constringere. Columel. lib. 12. cap. 43. 3, Nonnulli adiecto defruto, contenti sunt transuersas perticas arctare. Plin. li. 17. ca. 23. 10.

Arctare, Angustius facere. Mart. li. 2. 89,

Atriaq; immodicis arctat imaginibus. Cic. pro Rabirio, 24, Quum multæ naues refertæ fuissent, una non patuit, parua arctata. Plin. lib. 3. cap. 6. Et apud Statium, 11. Thebai. 8, Arctatur uallũ fugientium agmine. Lucan. lib. 5. 47.

Arctatus pontus.

Artare absq; C, nonnulli scribunt.

Arctus, participium (στενωθείς) Constrictus: ut, Arctum corpus, apud Claudianum, 1. de rap. Proserp. 10.

Arctum & astrictũ. Cic. in Orat. 128, Nec tamen ita sunt arcta & astricta, ut ea quum uelimus, laxare nequeamus.

Arctas partes dissociare. Lucr. li. 3. 163.

Arctus (στενός) nomen ex Participio. Cic. 3. Verr. 8, Mihi credite, arctioribus apud Po. Rom. laqueis tenebitur.

Vincula amoris arctissima. Cicero Attico, libro 6. 113. 2. Et 3. Offic. 35.

Arctissimum societatis uinculum.

Arcta catena. Silius, li. 7. 15. Hora. 3. Carm. Od. 12. 3.

Præno arcto equum compescere. Tibul. li. 4. eleg. 1. 19.

Aluta arcta. Tibul. li. 1. eleg. 8. 3.

Cauus arctus. Hora. 1. Epist. 7. 7.

Compages arctæ. Virg. 1. Aene. 60.

Parietes arcti. Virg. 4. Georg. 60.

Arctum theatrum uocat Horatius, 2. Epistо. 1. 12, hominibus refertum. Et apud Statium, libro 11. Thebaid. 55, Arcta ciuibus urbs.

Arcta turba circunstare aliquem. Tib. li. 1. eleg. 2. 20.

Arctum animum soluere. Id est, angustum & solicitum. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 17.

Conuiuia arcta, Horat. 1. Epist. 5. 6. dixit, ob numerum discumbentium, quòd angustè illis sedendum esset.

Arcu

Arcta fames urgebat.Silius,li.5.56.

Arctior somnus.Cic.de Somnio Scipionis,4,Vt cubitũ discessi mus; me & sessum de uia, & qui ad multam noctem uigi lassem,arctior quàm solebat,somnus complexus est.

Arctæ leges additæ.Pli.li.16.cap.4.5.Et apud Lucretium, lib. 5.231,Arcta iura.

Arctæ res dicuntur,quum in periculo & discrimine uersamur. Silius,li.7.63.

Arctis in rebus opem ferre.Oui.3.de Ponto,eleg.2.5.

Arctior expensis fortuna.Stat.5.Syl.3.24.

Arctè,arctius,arctissimè,aduerbium (στενῶς)Id est,strictè.Col. libro 2.capite 2.17, Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit.Sic apud eundem,lib.6.ca.2. 4, Arctè re ligare ad stipites.

Arctè poteris accubare.Plau.Stic.Id est,anguste.

Arctè diligere.Plin.Epist.13.lib.2.

Arctius continere.Cic.2.de Nat.deor.3.

Arctissimè serere.Pli.li.12.cap.3.2.

Arctè tenere aliquid, & defendere. Cicero in Parad.15,Illud arctè tenent, accuratéq; defendunt, uoluptatem esse sum mum bonum.

Arctius complecti.Cic.1.de Diuin.167.

Arctè premere.Lucr.li.4.217.

Arctè & grauiter dormire.Cic.1.de Diuin.104.

Arcera] *arceræ (ὄχημα)* Nonius, *Arcera plaustrum est rusticum,tectum undiq; quasi arca. Hoc uocabulum & apud Varronem & M.Tullium inuenitur.Gellius, lib.20.cap.1, Arcera autem uocabatur plaustrũ tectum undiq; & munitum,quasi arca quædam magna uestimentis instrata, qua ni mis ægri aut senes portari cubantes solebant.*

Arcesilas] *pen.cor. (ἀρκεσίλας)* Polemonis *discipulus,fuit in disputando pertinacior,& magno ingenij acumine, ut scribit Cicero de Finib.bonorum & malorum,li.5, Is con stitutâ philosophiam, ut Gracchus Rempublicã,euertit,ut idem Cicero autor est,li.4.Academ.Fuit item sculptor Ar cesilas nomine fama nobilis,præsertim Dianæ simulacro,in quod extat Simonidis epigramma.*

Arcesilaus] *pen.prod.(ἀρκεσίλαος)* Vnus *fuit è quinq; du cibus Bœotorum,qui ad Troiam cum quinquaginta nauibus aduenerunt,ut ostendit Homerus, li. Ilia.2. Alius fuit philosophus Theophrasti auditor,qui tandem in Academiã se ad Crantorem contulit: & quum in dicendo exercitatus esset,& grauissimus,poeticæ quoq; operam dedit. De quo. multa Laertius. Fuit & plastes, siue sculptor eximius: Plinius,libro 35. capite 12,de Varrone loquens, subiungit: Idem celebrat Arcesilaum L.Luculli familiarem,cuius pro plasmata pluris uænire solita artificibus ipsis, quàm alio rum opera.Hæc ille.Fuit item Arcesilaus Parius Encausticæ picturæ peritus,de quo Pli.li.35.ca.11.*

Arcesius] *ἀρκείσιος*, Iouis *fuit filius, Laertis pater.Ouidius, libro 13. Metam.*

Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi,
Iuppiter huic,&c. Fuit & alius,cuius meminit Home. Odyss.λ.

Arcesso] Vide Arceo.

Archęanax] *Archæanatis (ἀρχαναξ)Mitylenæi cuiusdã nomen,qui ex lapidibus uicinarum urbium deuastatarum, Sigeum constructisse dicitur,quod postea Athenienses misso Phrynone olympionice occuparunt, quum Lesbij de uniuer sa ferè Troade disceptarent.Sic Strabo,li.13.*

Archæopolis] *dis,pe.cor. (ἀρχαιόπολις) ciuitas Mæoniæ, substituta Sipylo,quæ caput illius regiõis erat.Pli.li.5.c.29.*

Archagathos] *ἀρχάγαθος, Medicus ex Peloponneso,Ly saniæ filius,qui primus è medicis Romam uenit,L.Aemilio, & M.Liuio COSS. anno Vrbis DXXV.cui & ius Quiri tiũ datũ est,& taberna in compito Acilio.Hic primò Vul nerarius cognominatus est,miréq; gratus aduentus eius initiò fuit:mox à sæuitia secandi, urendiq;, Carnifex appella tus.Hæc Pli.li.29.cap.1.*

Archaismos] *fœm.gen. (ἀρχαϊσμός)* Latinè *antiqua locutio dicitur.Figura est grammaticis, uetustè aliquid dictum significans.Terent.And.1.1.79, Metui à Chrysîde:pro metui Chrysiden.*

Archander] *ἄρχανδρος, Stoicus Philosophus fuit,ab Alexandria oriundus,ut refert Strabo.li.14.*

Archedicus] *ἀρχέδικος, Poeta comicus. Scripsit contrà Democharem,Demosthenis propinquum. Fabulæ ipsius Thesaurus & Diamartanon. Author Athenæus in Dipnosophistis.*

Archelais] *ἀρχελαΐς, Colonia Claudij Cæsaris in Cappadocia, quam præfluit Halys fluuius.Pli.li.6.cap.3.*

Archelaus] *pen.prod. (ἀρχέλαος)* Milesius, *Anaxagoræ discipulus fuit,ut scribit Cic.lib.5.Tusculanarum,& Socratis præceptor.Primus Physicam philosophiam Athenas in uexit:quapropter appellatus Physicus fuit.Hic uitia & ui rutes non natura,sed lege constare dixit. Fuere item tres alij:unus,chirographus, qui omnem ab Alexandro peragratam terram descripsit:alius,qui physicen carmine scripsit: tertius,qui de Oratoria scripsit,ut est autor Diogenes Laertius.Archelai item in Cappadocia regnauerunt:ex his ille qui superatus à Sylla est,quòd Mithridati auxilium tulisset: alterum Romæ retinuit Tiberius. Item Archelaus Herodis,de quo in historia Hierosolymitana. Præter hos, Archelaus Macedoniæ rex Perdiccæ filius, suo tempore fortu natissimus iudicatus,ut scribit Cicero,lib.5. Tusculanarum quæstionum. Archelaus item Mithridatis regis præfectus fuit, qui quum in terra Attica ex Piræo aduersus Syllam propugnaret,turris quædam lignea defendendi gratia stru cta,quum ex omni latere circumplexa igni foret,ardere ne quiuit,quòd ab eo alumine oblita fuisset.Hæc Gell.ex ueteri historia,li.15. cap. 1. Archelaus item fuit præsul Mesopotamiæ,qui librum disputationis contra Manichæum Syro ser mone cõposuit sub Probo imperatore.Autor Hieronymus.*

Archemolus] Vide Anchemolus.

Archemorus] *pe.cor.(ἀρχέμορος)* Lycurgi *regis Nemææ filius,à serpente infans necatus,dum nutrix, quæ sitientibus Argiuis fontem ostenderet,eum dimisisset in gramine.In cuius honorem instituti sunt ludi Nemæi, ut autor est Archias poeta,li.1.epig.Græcorum.*

Archetypus] *archetypi,pen.cor.(ἀρχέτυπος)* Prima *forma est,ex qua exprimuntur simulacra:ab ἀρχὴ, principiũ, & τύπος,figura & umbra & ueluti imago & symbolum ueritatis.Pli. epist. 105, Vt pictores pulchram absolutamq; faciem rarò exprimunt, ita ego ab hoc archetypo labor & decido.Sic,Pocula archetypa, apud Martialem in Xenijs. 14.98.Varro, 3.de re Rust.cap. 5,In quo dixeris longè uicisse nõ modò archetypon inuentoris nostri ὀρνιθοτροφεῖον. Cic.lib.16.ad Atti.333.2,Idem συνταγμά misi ad te retractatius,& quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum & refectum.*

Decidere ab archetypo.Vide Decido.

Archetypæ nugæ.Martial.li.7.10.ad Pudentem,de libellis suis manu sua emendatis.

Archetypi amici, per metaphoram pro ueris & germanis. Martialis.

Archezostis] *ἀρχέζωστις, Dioscoridi, herba est quam Latini uitem albam uocant. De qua uide Plin.lib.23.cap.1.& Ruell.lib.3.cap.153.*

Digitized by Google

Archias] ἀρχίας, poeta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum oratorum, præsertim Lucullorum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorũ ciuitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic quum discederet è Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam uenit, & adscribi in eandem uoluit: quod & sua uirtute, & Luculli amicitia facilè impetrauit. Deinde lite mota à Græco quodam, Cicero ipsum defendit, ubi multa de laudibus poeticæ dixit. Pædianus. Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, ut scribit Volaterranus. Rursum Archias, fuit Hyblæus quidam præco celeberrimus: uicit tres Olympiadas & Pythica: ubi icon ipsius & epigramma Græcum. Pollux.

Archiatrus] archiatri, pen. cor. (ἀρχίατρος) Latinè dicitur primus & princeps medicorum. Alciatus Codice de Comitibus & Archiatris, interpretatur medicum principis: ἄρχος enim principem, ἰατρὸς medicum significat.

Archibius] ἀρχίβιος, Alexandrinus Grãmaticus, qui docuit Romæ sub Traiano principe. Fuit etiam alter eiusdem nominis grãmaticus, qui commentarios conscripsit in Callimachi epigrammata: utriusq; meminit Suidas.

Archidamus] pe. cor. (ἀρχίδαμος) princeps Lacedæmoniorum, uir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienses deficientem recepit. In bello contra Pilum primus è naui prosiliens, nec uulneratus est, nec scutũ amisit. Deniq; aduersus Amphipolim strenuè decertauit. Insimulatus postremò, quòd Agonis Thraciæ regis amicitiæ studeret, damnatus est, ut scribit Suidas.

Archidicastes] æ (ἀρχιδικαστὴς) Inter municipales magistratus dicitur, qui iudicibus præest. Budæus ex Strabone.

Archigallus] ἀρχίγαλλος, Sacerdotũ Cybeles magnæ matris deorũ dicebatur antistes. Plin. li. 25. de Picturis Parrhasij: Pinxit (inquit) & Archigallũ: quã picturã amauit Tiberius princeps, atq; (ut author est Decius Eculeo) L X. H- S. æstimatã cubiculo suo inclusit. Est itè Archigalli mentio apud Iul. Firmicũ, li. 3. c. 6. Meminit & Tertull. in Apologetic.

Archigenes] pe. cor. (ἀρχιγένης) Medicus fuit ex Apamia Syriæ ciuitate, Agathini discipulus, qui rẽ medicam Romæ exercuit Traiani temporib. Hæc Suidas. In hũc Archigenẽ, tanquã in hominem imperitum sæpissimè inuehitur Galen. Meminit eiusdem & Iuuen. Sat. 7, —Tunc corpore sano
Aduocat Archigenem.

Archigerontes] ἀρχιγέροντες, Principes seniorũ, seu summi senes. Alciatus, in l. 5. C. de episc. audient. Sunt qui legi uelim: Archigetontes, ut pro eo qui principatum fabrorum tenet sumatur, sicut in opificijs, regijs et publicis adhibẽtur.

Archigrammatei] ἀρχιγραμματεῖς, dicuntur scribarum principes. Vnde scribit Plutarchus, Eumenem Cardianum fuisse archigrammatea Alexandri magni. Vulgò Cancellarij uocantur.

Archigubernius] ἀρχικυβερνήτης, est gubernatorũ princeps, uel classis præfectus. Iabolenus, lib. 16. Digest. titulo ad senatus. Treb. l. eius.

Archilochus] pe. cor. (ἀρχίλοχος) poeta Græcus iãbicus, qui persecutus est Lycamben socerum suum, quòd ei filiam Neobolen, pactam alij locauerat, eamq; una cum filia ad laqueum, ob Iamborum petulantiam in eos scriptorum compulit. Acron in Horat. epod. libro 1. 5. Ex quo Horatius in Arte, 16,

Archilochum proprio rabies armauit iambo. Quintil. lib. 10. cap. 1, Archilochus primus inter eos, qui iambos scripsere: summa in hoc uis elocutionis, cum ualidæ, tũ breues, uibrantesq; sententiæ, plurimum sanguinis atq; neruorum, adeò ut uideatur quibusdam, quòd quoquã minor est, materiæ esse, non ingenij uitium. Emicuit regnãte Romulo, ut ait Cic. in Tusculanis. Idem Attico, lib. 16. 336. 3, Et Vt Aristophani Archilochi iambus, sic epistola tõgissima quæq; optima uidetur. Fuit item Archilochus, Nestoris & Eurydices filius, ut docet Homerus in Odyss.

Archilochius, adiectiuum (ἀρχιλόχειος) Cic. Atti. lib. 2. 36. 5, Archilochia edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, præ multitudine eorum qui legũt, transire nequeamus.

Archimagirus] archimagiri, pen. prod. (ἀρχιμάγειρος) Princeps & magister coquorum, qui præest coquinæ. Iuuenal. Saty. 9. 11,

Finxerunt pariter librarius, archimagiri, Carptores.

Archimandrita] huius archimandritæ, pe. pro. (ἀρχιμανδρίτας) Id significat quod dicimus abbaten. Prisci enim illi monachi eremos colentes cὐ τοῖς μανδρας, id est, in specluncis & cauis montium habitabant. Alciatus.

Archimedes] pe. pro. (ἀρχιμήδης) Syracusanus, geometra nobilissimus tanta in ipsa scientia dulcedine dicitur uersatus, ut sæpenumerò inuitus ad balnea ductus, dum perungendus in cratere constitueretur, per corporis unguenta, figuras ac lineamenta digito inscriberet. De quo plura apud Plutarchum in uita Marcelli. De hoc Cic. in Tusc. Fuit & alter Archimedes grammaticus, genere Trallianus, qui commentarios in Homerum & Mechanica scripsit. Autor Suidas.

Archimia] seu Alchimia (ἀλκημία) Est auri uel argenti conficiendi scientia. Sic dicta, quasi ἀργύρου χημεία: id est, Argenti præparatio. Vnde Iasonis χρυσόμαλλον δέρας, id est, Aurei uelleris pellem, intelligi librum uoluere philosophi, ueterum more in pelle conscriptum, quo auri præparandi ars (quæ χημία uocatur) contineretur. Huius autem artis libros quum diligenter conquisisset Diocletianus, exussit, ne amplius Aegyptij ex huiusmodi artificio ditescerent, rebusq; innouandis studerent. Cælius, libro septimo, capite 3.

Archimimus] archimimi, pen. prod. (ἀρχιπανοῦργος) Latinè dicitur princeps histrionum. Tranquillus in Vespasiano, Fauo archimimus personam eius ferens, sustinẽsq;, (ut est mos) facta ac dicta uiri interrogatis palàm procuratorib. quanti funus & pompa constaret, ut audiuit sestertiũm centies, exclamauit centum sibi sestertia darent, ac se uel in Tyberim proiicerent. Verba sunt histrionis significantis extremam principis parsimoniam. Budæus.

Archinus] ἄρχινος, Summus magistratus, & magister populi dicebatur apud Thebanos, cuiusmodi erat Dictator Romanis, Diœcetes Aegyptijs, & Pœnis Sufetes. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 23.

Archipirata] archipiratæ, m. g. pen. prod. (ἀρχιπειρατής) Prædonum dux. Cic. 7. Verr. 52, Archipiratam ipsum uidet nemo, de quo supplicium sumi oportuit. Idem, 2. Offic. 56, Ille qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à socijs, aut relinquitur.

Archippe] ἀρχίππη, Marsorũ oppidũ, à Marsya Lydorum duce cõditũ, quod lacu Fucino haustũ scribit Pli. li. 3. ca. 12.

Archippocomus] pen. correp (ἀρχιππονόμος) Hippocomorum præfectus. Hippocomi autẽ sunt homines equorum curæ præfecti, quales scrutarij in comitatu regis uocantur. Budæus.

Archippus] ἄρχιππος, nomẽ philosophi, q Thebis scholas habuit, ut scribit Hieronymus, & Pythagoræ auditor fuit.

Architas] pe. pro. (ἀρχίτας) Tarentinus philosophus, cuius meminit Cic. lib. 3. de Oratore. Pythagoricus fuit, Tarentinorum Rempublicam rexit, exercitus ducendo, nec unquã superatus, ut autor est Aristoxenus. Scripta eius non feruntur, in

Digitized by Google

tur,nisi quædam ad Platonẽ epistola,eius in Geometria discipulũ. Cuiusdã Architæ geometræ & astrologi meminit Hor.li.1.Car.Ode 28.qui naufragio tandẽ perijt. Fuit itẽ Architas, alius Mitylenæus musicus : cui quum probro daretur q̃ non exaudiretur,respondit, Instrumentũ pro me loquitur. Fuere præterea alij duo:unus, qui de Agricultura scripsit:alter,poeta epigrammatum. Autor Diogenes.

Architectus] architecti (ἀρχιτέκτων, οἰκοδομικὸς) Is est (inquit Budæus) quem Græci ἀρχιτέκτονα uocant, quasi structorum,qui Græcè τέκτονες dicuntur,princeps.Plinius, libro 34. cap. 14. de magnete, Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat,ut in eo simulachrum eius è ferro pendere uideretur.Cic.1.de Orat.32, Philonem illum architectum,qui Athenienſibus armamentariũ fecit, cõstat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse.

Architectus, per translationem:ut, Architectus deus. Plaut. Amph.3.45,Deũm regnator,architectus omnibus.

Architectus,quasi machinator & fabricator.Ci.de Lege Agraria,Nunc quisnam tam abstrusus usquam nummus uidetur, quem non architecti huius legis olfecerint.

Architectus beatæ uitæ.Id est,inuentor.Cic.1. de Finibus, 49, Eaq; ipsa,quæ ab ipso inuentore ueritatis,& quasi architecto beatæ uitæ dicta sunt,explicabo.

Princeps & architectus sceleris.Cic.pro Cluen.47.

Architectus & machinator.Ci.pro Roscio Comœdo,78.

Architectus uerborum. Cic.de claris Orat. 61, Vt omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo sunt, & id arte faciunt suntq; architecti penè uerborum:ijdem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiantur.

Architectio,onis.Pli.li.10.cap.71,In quo uel præcipua naturæ architectio.

Architecton,architectonis,m.g.(ἀρχιτέκτων) Idem quod Architectus.Plaut. Pœn.16.146, Me dolis iam superat architectonem.Per translationem dictum.

Architectonicus, pen. corr. adiectiuum (ἀρχιτεκτονικός) Ad architectonem pertinens.Vitru.li.9.cap.4, E' qua per rationes architectonicas,circiniq; descriptiones est inuentus effectus in mundo.

Architector,architectoris,m.g.(ἀρχιτέκτων) Id est, architectus. Plautus,Most.9.64, Nam sibi laudasse ædes ait architectorem,&c.

Architector,architectaris,architectari (οἰκοδομέω) Construere,fabricare.Vitru.lib.9.cap.4,Nanq; in his locis naturalis potestas ita architectata est,collocauitq; cardines, tãquã centra.In Rhetoricis ad Herennium,li.3.123, Cogitatio enim quamuis regionem posit amplecti,& in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari atq; architectari.

Architectari uoluptates,per metaphoram.Cic. 2. de Finib.85, Id est,formam & rationem fruendarum uoluptatum comminisci & præscribere.Budæus.

Architectonice,architonices,pen. corr. f. g. (ἀρχιτεκτονική) Architectandi ars. Quint.lib.2, Aliæ quoq; artes minores habent multiplicem materiam,uelut architectonice.

Architectura,pen.pro.(οἰκοδομική) Idem quod Architectonice.Cice.1. Offic. 210, Quibus autem artibus aut prudentia maior inest,aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, eæ sunt ijs quorum ordini conueniunt,honestæ.

Architectura, Ipsum ædificium & opus interdum significat. Plinius,libro 11. cap.24. 4, Specus ipse qua concameratur architecturá.

Architriclinus] architriclini.pen. prod. (ἀρχιτρίκλινος) dictus ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν τρικλίνων,hoc est,à principatu uel ductu triclinionum:quòd triclinijs præesset,quem uulgò uocamus magistrum domus. Gallicè Maistre d' hostel. Valla,li.4.cap.34, Triclinium à tribus toris mensisue appellatum est.Ibi enim comedebant,præcipuè in conuiuium accepti;quũ res ipsa postularet tres toros mensæue extrui. Qui autem huic ministerio præerat,architriclinũ uocabãt.

Archium] ἀρχεῖον, Propriè domus principis, Palatium. Hinc factum,ut cella in qua instrumenta publica, quasi in principis custodia reconduntur, Archium appelletur. Vlpianus,l. 9. §. 1. D.de pœnis.Solet & sic ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archio fortè, uel grammatophylacio.Dicitur etiam interposita una litera u, Archiuum.

Archon] archontis (ἄρχων) Archontes qui fuerint,nõ planè constat.Suidas nouem fuisse autor est, & inter eos numerat thesmothetas:rectè,ut opinor,quum idem sentire uideatur enarrator Demosthenis:quippe qui archontas etiã thesmothetas appellet.Sed unus erat princeps collegij & præfectus,qui Hegemon & Prytanis uocabatur Athenis.Prytanes autem erant numero quinquaginta,decimam partẽ concilij & curiæ quinquagenariæ efficientes,in orbem περιτασσόντες,in singulos menses uices mutantes. Verùm is archon,qui inter Archõtas peculiarem appellationẽ retinuit, etiam Prytanis dictus est. Quemadmodum aũt Romæ prætor iudicibus præerat, atq; ideo quæstionis iudex dictus est, & Quæsitor:ita hic Archon Athenis τοῖς οἰναγραῖς λεγομένοις præsidebat.Hæc Budæus in comment.Græcis.Cice.de Fato,30,Morietur Epicurus quum duos & septuaginta annos uixerit,archonte Pytharato.

Archos] ἀρχὸς, Latinè princeps dicitur. Erat aũt Athenis summus magistratus,ut in Galienis scribit Pollio Alciatus.

Arcifinius] ager, qui obiectu fluminum, montium,arborum, arcetur:non autem certis linearum finibus terminatur.E' libello limitum.

Arcilalis] Oppidum Hispanicum in tractu Bætico Ptol.

Arcinna] ἄρκιννα,oppidum est Daciæ.Ptol.

Arcio] aris,arcii,arcitum,arcire, pe.pro. pro Indere & adigere accepisse uidetur Cato,cap.40.2.

Arcion] herba est,radice alba & grandi,folia habens maiora cucurbitis,& hirsutiora, nigrioraq; & crassiora. Plin. lib.25.cap.9.

Arcirma] ἄμαξις,genus modici plaustri,quo homo gestari solet.Festus.

Arcitenens] penult. corre. huius arcitenentis,adiectiuum, (τοξοφόρος) pro Apolline, ab arce Acropoli in qua colebatur.Virg.3.Aen.15,

Quam pius Arcitenens oras & littora circum, &c.

Vel etiam ab arcu tenendo: quòd semper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo.Næuius,2.bel.Pun.Deinde pollẽs sagittis, inclytus, arcitenens, sanctisq; Delphis prognatus Pythius Apollo.

Arcitenens Sagittarius.Cic.in Arato,21.

Arcophthalmon] ἀρκόφθαλμον,A' quibusdã appellatur herba quæ chrysogonon Dioscoridi dicitur. Est aũt hæc nomenclatura ex ijs quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numeratur.

Arcophyton] ἀρκόφυτον,ex ijs nomenclaturis,quæ bechio seu tussilagini herbæ in quibusdam Dioscoridis exemplaribus tribuuntur.

Arctè] aduerbium.Vide Arctus in Arceo.

Arcticus] Vide Arctos.

Arction] ἄρκτιον,Galen.herba est uerbasco similis, radice tenera,cãdida,dulci:caule oblongo & molli: semine cynino simili:facultatis est admodum tenuium partium,& ob id exsiccan-

Digitized by Google

id exsiccantis extergentisq; tamen modicè. Hæc Galen.li.6. Simp. Vide & Pli.li.27.cap.5.

Arcto] arctat. Vide Arceo.

Arctomys] ἀρκτόμυς, animal habens similitudinem muris & ursi.

Arctonnesus] pe.pro. (ἀρκτόννησος) oppidum est Milesiorum, ad Propontidem situm, quod alio nomine Cizicum appellatur. Pli.li.5.cap.ult.

Arcton] ἄρκτων, mons qui imminet Cyzico, ita dictus à Iouis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, id est in ursas, migrasse tradunt.

Arctophylax] pe.cor. arctophylacis, pe.pro.m.g. (ἀρκτοφύλαξ) hoc est, custos Vrsæ, stella quæ & Arcturus, hoc est, cauda Vrsæ, siue Bootes dicitur. Ci.2.de Nat.deor.158,

Arctophylax uulgò qui dicitur esse Bootes,
Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum.

Oui.3.Fast.81.

Arctos] f.g. (ἄρκτος) Latinè ursa dicitur, signum cœleste. Arcti, duæ sunt, quæ Septentrionali polo nixæ uehũtur, Arctico circulo clausæ, et ita collocatæ, ut utraq; resupinata, alterius cõtegat caput: sed caput eius quæ superior est, ad caudam inferioris contendat: alterã, maiorem Vrsam siue Helicen: alterã, minorem Vrsam, siue Græcorum lingua, Cynosuram, id est, canis caudã nominant. Illam Græciæ populi notare soliti, hanc Sidonij aspicientes assiduè nauigant. Oui.3. Fast.22,

Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidonijs, Helicen Graia carina notat.

Helicen scribit Hesiodus Calistona, Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuisse. Hanc studio uenationis inductam relicto patre, sese in syluas contulisse, factamq; unam ex comitibus Dianæ, à qua quum mirificè amaretur, quodam die solã in syluis inuentam, ab Ioue cõpressam fuisse. Quod facinus quum aliquando celasset, tandem iussam cum cæteris uirginibus lauari, tumore uteri crimen detexisse. Quamobrẽ indignatam deam, in Vrsæ effigiem illam commutasse, quæ Græcis ἄρκτος appellatur, in ea specie non multo pòst filium peperisse, quem Arcada nominauit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio. Aratus apud Ciceronem, 2. de Natu. deorum, 149.

Arcti geminæ, id est, Vrsa maior & minor. Ouid.3.Meta.9.& Virg.1.Georg.50.

Arcti gelidæ. Virg.6. Aen.4. de Dædalo.

Arctos sicca. Oui.1.Trist.eleg.2.6.

Arctos, Claudianus dixit, pro illis qui Septentrionalem regionem inhabitant sub Arctis positam, 4.Paneg.68,

Atq; indignantes in iura redegerit Arctos.

Arcticus, pen. cor. (ἀρκτικός) Adie. ut, Polus Arcticus, id est, Septentrionalis, siue Borealis. Cui oppositus est Antarcticus polus, hoc est, Meridionalis.

Arctous, pe.prod. (ἀρκτῶος) adiectiuum ab Arcto. Idem quod Septentrionalis. Mart.li.10,

Felices quibus urna dedit spectare coruscum,
Solibus Arctois, syderibusq; ducem. Senec.in Herc. Oeth.816, Arctous polus.

Arctous orbis. Lucan.li.1.11.

Arctoa sedes. Senec.in Herc.Oeth.12,10.

Arcturus] pen. pro. (ἀρκτοῦρος) Stella est (inquit Seruius) post caudam maioris Vrsæ posita: unde Acturus dicta est, ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, ἀρκτοῦρος. Virg.1.Georg.

At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum
Arcturum, &c. Idẽ Seruius, Arcturus, stella est in signo Bootæ post Septentrionem, cuius ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Plinius libro 13. capite 8. 2. Cicero 2. de Natura deorum, 159. Horat.3.Carm.1.6,

Nec sæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi.

Arctus] Vide Arceo.

Arcuatus] adiectiuum. Vide Arcus.

Arcubalista] stæ, Sipont. Scorpionem quidam Arcubalistam uocant.

Arcubij] Qui excubabant in arce. Festus.

Arcula] Vide Arca.

Arculata] pe.pro. Vocabant antiqui circulos, qui ex farina in sacrificijs fiebant. Festus.

Arculum] pe.cor. Appellabant circulum, quem capiti imponebant ad sustinenda commodius uasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Arculus putabatur etiam Deus, qui tutelam gereret arcarum. Festus.

Arcum] ut inquit Festus, genus est plaustri modici, quo homo gestari posit.

Arcuo] as, Vide Arcus.

Arcus] huius arcus, m.g. (τόξον) Festus, Arcere est continere: unde & arcus in ædificijs dictus est, quia se ipse cõtinet. Alij dicunt arcum dictum esse ab opere arrigendo in altitudinẽ. Nonius, Arcus & Arquus hoc distant. Arcus enim, omnis suspensus fornix appellatur: Arquus, non nisi qui in cœlo apparet, quam Irim poetæ dixerunt. Vnde & arquati dicuntur, quibus color & oculi uirent, quasi in arqui similitudinem. Lucr.li.6,

Tũ color in nigris extabat nubilus arquis. Hæc Nonius.

Efficere arcum compagibus lapidum. Oui.3.Met.3.

Ducere arcum. Oui.3.Meta.32.

Dicare arcum. Tacit.li.2, Fine anni arcus propter ædem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa, dicantur.

Arcus, quo sagittæ emittuntur. Virg.11.Aen.

Spiculaq; ex humero paruæ suspendit, & arcum
Pro crimali auro, pro longæ tegmine pallæ.

Acer arcus. Vide Acer.

Aduncus arcus. Oui.4.epist.9.

Corneus arcus. Oui.1.Metam.140.

Flexibilis arcus. Oui.3. Amorum, eleg.4.6.

Laxus arcus, pro non tenso. Silius, li.3.124.

Lethifer arcus. Vir.10.Aen.33.

Mĩnax arcus. Hor.3.Car.Ode 27.2.

Sinuosus arcus. Ouid.1.Amorum, eleg.1.6. Et 8. Metamor.77. Sinuatus arcus.

Sonans arcus. Virg.5.Aen.104.

Trux arcus. Stat.3.Sylu.1.7.

Vastus arcus. Senec.in Herc.furente, 11.20.

Adducere arcum. Virg.5.Aen.100.

Ceruos arcu cohibere. Hor.4.Car.Ode 6.7.

Compescere arcum, id est, continere ne iaculetur. Claud.de Raptu Proserp.2.47.

Contentus arcus, id est, Tensus. Ouid.6.Metam.58. Et lib.2.de Arte, 39.

Corripere manu arcum. Virg.1.Aen.39.

Curuare arcum. Stat.1.Achil.98.

Curuatus in arcum portus. Virg.3.Aen.107.

Arcu tela dirigere. Hor.4.Carm.Ode 9.4.

Dirigere arcum in aliquem. Pers.Saty.3.6.

Expedire alimenta arcu. Tacitus, libro 5, Illinie obsitum & alimenta arcu expediens. Significat illum uenatu toleraſſe uitam.

Expellere sagittam arcu: Oui.8.Met.77.

Fallit arcus dexteram. Senec.Herc.Oetheo,13.10.

Flectere arcum coactis cornibus. Senec.Herc.furente,11.20.

Fugam dat sagittis arcus. Senec.in Herc,Oetheo,13.10.

Intendere

Digitized by Google

Intendere arcum. Senec. Herc. Oetheo, 4.40. Vide Intendo.
Intentus arcus. Cic. pro Sestio, 11.
Lentare arcum, pro curuare. Stat. 1. Achil. 88.
Librat telum arcus. Senec. Herc. Oetheo, 13.10.
Lunare arcū, id est, in Lunæ speciem cornua cōtrahere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 6.
Minatur arcus, & ferit. Horat. in Arte poetica, 71,
Non semper feriet quodcunq; minabitur arcus.
Obuertere arcum in aliquem. Ouid. 12. Metam. 122.
Petere aliquem arcu. Stat. 5. Thebaid. 76.
Porrigere arcū, Fauri se uictū. Ouid. 2. Fast. 46. de Armenio.
Protendere arcum ab alto. Sil. lib. 13. 42.
Remissus arcus, pro non tenso. Horat. 3. Car. ode 27. 14.
Retendere arcum lentum. Ouid. 2. Metam. 84.
Retendere arcum, pro Tensum laxare. Stat. 4. Sylu. 4. 6.
Retentus arcus. Ouid. 3. Metam. 16.
Sinuare patulos arcus. Ouid. 8. Metam. 16.
Stringere aliquem arcu. Stat. 1. Sylu. 16.
Sumere manu arcum. Ouid. 2. Metam. 71.
Suspendere arcum humeris. Virgil. 1. Aeneid. 65.
Temperare neruis arcum. Ouid. 10. Metam. 22.
Tendere arcum. Horat. 2. Car. ode 10. 4.
Tendere acres arcus. Virg. 7. Aeneid. 33.
Tendere aliquò arcum. Pers. Saty. 3. 6.
Tensus arcus. Stat. 3. Sylu. 1. 11.
Arcus dicitur in nubibus, quam Irim poetæ appellant: & tam secundæ, quàm quartæ declinationis est. Cic. 3. de Natu. deorum, 69, Cur autem arcus species non in deorum numero reponatur?
Bibit ingens arcus. Virg. 1. Georg. 76. Ouid. 1. Metam. 55,
Concipit iris aquas, alimentaq; nubibus affert.
Cœlestis arcus. Vide Cœlum.
Coloratus quodāmodo arcus ex nubib.. Cic. 3. de Natu. deo. 69.
Colores uarios trahit arcus. Virg. 5. Aeneid. 18.
Imbrifer arcus. Tibullus, li. 1. eleg. 4. 9.
Ingens arcus sub nubibus. Virgil. 9. Aeneid 3.
Pluuius arcus. Horat. in Arte poetica, 4.
Arcus uariata luce rubens. Claudian. epigram. 6. 1.
Arcuo, arcuas, arcuare, (καμπυλιάζω) In modum arcus curuare. Plinius li. ro 29. cap. 6. 27, illam autem quæ non arcuatur, sepa Græci uocant, alij scolopendram. De multipedis terræ uermibus loquitur.
Arcuatus, a, um, penul. cor. (καμπύλος) Curuatus in modum arcus, dicitur & Arquatus. Vide Arquatus. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 87, Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato uehi iussit. Plin. epist. 254.
Arcuatus, est etiam ictero correptus: à nomine arcus, pro Iri in nubibus: unde Arcuatum pecus, quod morbo icterico, id est, regio laborat: quòd arcus celestis ei concolor est. Colu. lib. 7. cap. 5. 15, Bilis æstiuo tempore nō minima pernicies, potione depellitur humanæ ueteris urinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arcuato. Vide Arquatus.
Arcatus, penult. prod. pro Arcuatus, apud Ouidium legitur, 11. Metamorphoseos.
Arcuatim, pen. prod. aduerbium, In modum arcus. Plin. lib. 29. cap. 6. 27, Millepeda, ab alijs cētipeda aut multipeda dicta: animal est è uermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tractuq; contrahens sese.
Ardacha] ἀρδάχη, herba est quæ nascitur in Gallia, locis humidis, circa calamos, quibus adhæret. De hac uide latius apud Gal. num, li. de Simpl.
Ardalides] musæ cognominatæ sunt ab Ardalo Vulcani filio, qui cum ad Trœzenios tibiam & musas detulisset, eas ita appellant. Plutar. in Symp. & Steph.
Ardanium] ἀρδάνιον, uas figlinum est (inquit Pausanias) unde potant bruti, quod ante ianuam proponebatur: ab ἄρδω, quod est, Rigo. Sed & uas, unde aspergimur aqua templum ingressi, dici Ardanium potest. Hæc Cæl. lib. 5. cap. 2.
Ardea] ἀρδέα, Nomē urbis in Latio: à feruore regiōis sic dicta, quæ decē & octo miliaria ab urbe est posita. Martialis,
Ardea solstitio, Pestanaq; rura petantur,
Quiq; Cleōeo sydere fruet ager. Dicta quoq; Daunia, à Danae Perfei matre. Vel à Dauno Pilumni filio, qui eam condidit, ut quidam existimant. Vide Fabulam apud Ouidium, lib. 14. Metam. 115.
Ardeas, Ardeatis, penul. prod. uel Ardeatinus, adiectiuū, (ἀρδεάτης) Cic. 3. de Natu. deo. 63, Cui in agro Ardeati rem diuinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.
Ardea] ἐρῳδιός, uulgò Airone, ut quidam putant. Auis est, sic dicta quasi ardua, inquit Seruius: quæ quum altius uolauerit, significat tempestatem. Virg. 1. Georg. 73,
Atq; altam supra uolat ardea nubem.
Ardelio] ardelionis, m. g (πολυπράγμων) Ab ardeola deducitur, sicut à stella stellio, à tabella tabellio. Est autem Ardelio, homo inquietus, & huc atq; illuc semper uolitans, saliēs, manus iactans, togam modò deijciens, modò reponens, & omnibus negotijs sese immiscens, qualem fuisse Attalum legimus, ad quem sic scribit Martialis, lib. 2. 7,
Nil bene quum facias, facis attamen omnia bellè:
Vis dicam qui sis? magnus es ardelio. Sipontinus.
Ardeo] ardes, arsi, arsum, (πυρίσσω, καίομαι, αἴθαλόω) ardere, ut autor est Nonius, igneſcere, & concremari. Virgilius, 2. Aeneid. 63,
— iam proximus ardet Vcalegon. Pl. li. 12. cap. 14. 13. Thus probatur carbone, ut statim ardeat.
Arsi, præteritū. Hor. 1. Serm. Sat. 8. 9, Largior arserit ignis.
Ardere in immensum. Ouid. 2. Metam. 44.
Ardere, actiua significatiōe, pro Adurere. Virg. 4. Georg. 85.
Ardebat Sirius Indos. Horat. 1. Serm. Saty. 5.
Ardent altaria, impositis fibris. Virg. 3. Georg. 96.
Incēdere, & ardere. Cic. 2. de Orato. 101, Tanta uis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, uultu, gestu, & cætu mihi nō solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere uidearis.
Ardere incendio: per translationem. Cice. in Orato. 18, Omnibus terris, una Gallia communi non ardet incendio. Quod conflagrare alio loco dicit.
Ardere, Fulgorem & splendorē emittere. Virg. 4. Aeneid. 53,
— Tyrioq; ardebat murice lana. Columel. li. 9. ca. 3. de apibus, Virgilius maximè probat parunlas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, & paribus lita corpore guttis. Virg. 11. Aeneid. 120,
Campiq; armis sublimibus ardent. Idem, 7. Aenei. Quibus arserit armis. Vbi Seruius, Aut splenduerit, aut amore flagrauerit.
Ardent oculi Cic. 6. Ver. 130.
Ardere, Festinare ueluti cum ardore quodam. Virg. 12. Aeneid. Ardet in arma magis. Nonius. Idem, 1. Aeneid. Instat ardentes Tyrij. Vbi Seruius, Ardentes, multum festinantes.
Ardeo te uidere. Plin. in epistu. Virgil. 4. Aeneid. 57,
Ardet abire fuga.
Amidi coniungere dextras Ardebant. Virg. 1. Aeneid. 104.
Ardere aliquem, pro Impatienter amare, ut ait Seruius. Virg. in Alexi, Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.
Ardere aliquo, siue aliqua. Horat. Epod. 13. 2.
Ex æquo ardere, pro Se inuicem amore complecti. Ouid. de Pyramo & Tysbe, 4. Metam. 13,
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Ardet in illa. Ouid. 8. Metam. 10. Et libro 9. 146,

Digitized by Google

Ardere in uirgine.
Feliciter ardere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 3,
Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet.
Ardebat amore illius hospitæ. Cic. 4. Verr. 80. Terent. Eunuc. 1. 1. 27, Et tædet, & amore ardeo.
Ardere, furere, uel irasci. Virg. lib. 10. Aeneid. 102. Et libr. 1. Aeneid. 99. de Pentbesilea.
Ardere, Accensum esse. Virg. 9. Aeneid. 133,
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum. Vbi Seruius, Ardentem desiderio dimicandi.
Ardet animus mihi. Cicero, 2. de Finib. 22. & pro Cælio, 29,
Nunc enim demum mihi animus ardet: nunc meum cor cumulatur ira.
Ardet ad ulciscendum animus. Cæsar, 6. bel. Gal. 124.
Ardere in arma. Virg. 12. Aeneid. 14. de Turno.
Ardere bello, pro Accensum esse & oppressum. Cice. Attic. lib. 6. 116. 4, Quum arderet Syria bello.
Auaritia. Cic. 3. de Finib. 57. & pro Rosc. Amerino, 53.
Cupiditate. Cic. de Claris Oratorib. 167, Ardebat autem cupiditate sic, ut in nullo unquam flagrantius studium uiderim. Hoc est uehementer cupiebat. Et 2. de Legib. 70.
Cura. Varro de re Rust. lib. 3. cap. 17. 8.
Curis flagrantius. Silius, li. 16. 119.
Dolore. Cice. Attico, libro 2. 34. 9, Ardet dolore & ira noster Pompeius.
Podagræ doloribus. Cicero, 5. de Finib. 162. Hoc est consumi arthritide.
Flagitio. Plaut. Casina, 25. 1.
Iracundia. Terent. And. 3. 2. 12.
Ardet inuidia, cui inuidetur. Liu. 5. ab Vrbe, 50.
Res ardet inuidia. Cic. ad Quin. Fratrem, lib. 2. 16. 10.
Odio. Cic. 4. Philipp. 154, Ardens odio uestro, cruentus sanguine ciuium Romanorum.
Odia ardent in illum. Cic. pro Milone, 30.
Studio belli, Cic. pro Deiotaro, 20, Ardere studio historiæ, Cic. Attico, lib. 16. 337. 4, Ardere studio & amore alicuius, Cic. ad Quin fratrem, lib. 2. 16. 10. Sic Ardere studio ueri reperiendi, Cicero, 4. Acad. 118. Idem, 3. de Orato. 72, Ardentes studijs Græcis.
Studio equorum ardere. Horat. 2. Epist. 1. 19.
Ardesco, ardescis. (φλέγομαι, αἴθω) ardescere. Idem quod ardere. Virg. 1. Aeneid. 144. de Didone,
Experimentem nequit, ardescitq; tuendo. Plin. lib. 33. cap. 3. 19, Primum autem bonitatis auri argumentum est, quàm difficillimè accendi. Præterea mirum: prunæ uiolentissimæ igni indomitum, palea citissimè ardescere.
Ardescere in iras. Ouid. 5. Metam. 9.
Ardescunt cæde. Ouid. 12. Metamorpho. 48. de Centauris & Lapithis.
Ardescere facilè, id est, facilè flammam concipere. Lucretius, libro 6. 180.
Ardescere Lyæo, id est, incalescere mero. Silius, lib. 11. 61.
Ardescit dira cupidine pectus. Lucret. lib. 4. 220.
Ardescere in incestas nuptias. Tacit. lib. 11.
Ardescere mucronem iussit. Tacit. lib. 15.
Ardens, participium, (αἴθων) Quod ardet.
Ardens febris. Plinius, lib. 20. cap. 20. 3, Ardentibus febribus imponitur cum polenta.
Ardentes equi. Virgil. 1. Aeneid. 96. Vbi Seruius. Ardentes, & candidos significat & uolucres.
Ardens nubes. Virg. 7. Aeneid. 29. Vbi Seruius, Ardentem nubem, alij fulmen, nubem ardentem dicunt. Vt Lucanus, Atque ardens aere solo, quos hoc loco secutus est. Alij fulmen dicunt aeris scissione ardentem rimam, quos alibi sequitur dicens, Ignea rima micans percurrit lumine nymbos. Hæc Seruius.
Ardentes papulæ: id est, carbunculi, ut ait Seruius: uel furunculi ex adusta bile inflammati. Virg. 3. Georg. 111.
Ardentes literæ. Cic. Attic. lib. 14. 306. 4, Ardentes in eũ literas ad me misit. Idem, in Orat. 72, Nec unquã is qui audiret incenderetur, nisi ardens ad eum perueniret oratio.
Ardens uirtus, Excellens & maxima. Virgil. 6. Aeneid. 26.
Ardens in cupiditatibus. Sallust.
Ardens, Multum festinus. Vide Ardeo. Virgil. 6. Aeneid. 1, Iuuenum manus emicat ardens.
Ardens, Qui amat. Ouid. 14. Metamor. 139.
Ardentes auro apes, id est, aureo colore elucentes. Virgilius, 4. Georgic. 20.
Ardentes clypei, Fulgentes. Virg. 2. Aeneid. 146.
Ardentum, genitiuus pluralis. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 38.
Ardens, (αἰθαλόεις) nomen ex participio: ut, Ardentißimæ dici horæ. Plin. lib. 31. cap. 3. 15.
Amore ardẽs, cõfirmabat quòd desideriũ &c. Ci. 2. Philip. 62.
Ardentißimus color. Plin. lib. 21. cap. 4. 2. De rosa in coronis.
Ardenti quidem studio hoc fortasse efficiam. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3.
Ardentiore studio petere, pro uehementiore. Cicero, 2. de Finibus, 99.
Ardentes & erectos uos ad libertatem recuperandam adhortabor. Cic. 5. Philipp. 159.
Ardenter, ardentius, ardentißimè, Aduerbiũ, (καυσαρῶς) Plin. lib. 12. cap. 19. 7, Austros ibi tam ardenter flare, ut æstatibus syluæ accendant, inuenimus apud authores.
Ardenter cupere, id est, uehementer. Cic. 4. Tuscul. 59, Sic Ardentius appetere. Cic. 4. de Finib. 6.
Arsurus, pen. prod. participium futurũ, (καυσόμενος) Ouidius, 14. Metamorpho. 150,
Luridaq; arsuro portabat membra pheretro.
Ardor, ardoris, m. g. (καύσων) Vehemens calor & incendium. Cic. 4. Acad. 214, Fore tamẽ aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16. 2, Singulare remedium habent ad refrigerandũ in morbis corporũ ardores.
Ardor flammæ feruidus. Lucret. lib. 5. 221.
Ardor flãmeus exederat syluas ab radicibus. Lucret. li. 5. 252.
Ardore flammæ conflagrare. Cic. Antequam iret in exilium, 1.
Ardore stellarum micare. Cic. 1. de Diuinat. 32.
Solis ardore torreri. Cic. in Somnio Scipionis, 22.
Sol ardorem dißipat in omnes partes. Lucret. lib. 2. 43.
Nimios Solis ardores defendere. Cic. de Senect. 48.
Ardor cœli ut fulminum iactus. Cic. 3. in Catil. 63.
Ardore terra debiscit. Virgil. 3. Georg. 85.
Oculorum ardor. Cic. pro Corn. Balbo, 39.
Ardor nubium conflictu expressus. Cic. 2. de Diuinat. 64.
Vultuũ atq; motuum ardor. Cic. 1. de Diuinat. 137.
Studium & ardor amoris. Cic. 1. de Orat. 66.
Ardor animi consedit. Cic. in Orat. 47, Ardor animi non semper adest: isq; quum consedit, omnis illa uis, & quasi flamma extinguitur.
Reflincto ardore cupiditatum omnium. Cic. 1. de Finib. 68.
Ardorem exercitus intendebant. Tacitus, li. 12.
Iniit eum magnus laudis ardor. Stat. 12. Thebaid. 15.
Idem ardor omnes habet. Virg. 4. Aeneid. 117.
Inijcere ardorem. Vide Injicio.
Insatiatus ardor. Stat. 6. Thebaid. 11.
Generosus ardor. Seneca in Octauia. 2. 5.
Ardor edendi. Ouid. 8. Metam. 167. De Erisichthone.
Ardorem uetitum de corde fugare. Ouid. 9. Metam. 102.
Ardorem dissimulare. Tibul. lib. 4. eleg. 3. 8.

Digitized by Google

Ardeſco] Vide Ardeo.

Ardettus] ἄρδηττος, nomen loci Athenis, ſic dicti ab Ardetto heroe, ubi ſacramento ſe obſtringebat populo. Etym.

Ardiæi] ἀρδιαῖοι, Illyriæ populi, de quibus ſic Strabo, lib. 7, Poſteritas autem Ardiæos uocauere Varalios: uerùm reiecerunt illos Romani in interiora terræ, longius à mari, quum latrocinijs cuncta uaſtarent, & agris incumbere colendis coegêre. Plura uide apud eundem.

Ardices] ἄρδικος, Corinthius pictor fuit, cuius meminit Plinius, lib. 35. cap. 3.

Ardiſcos] ἄρδισκος, teſte Ariſtarcho, fluuius Scythiæ, cuius meminit & Herodotus, li. 4.

Arduenna] Galliæ maxima ſylua, (ἀρδουέννα ὕλη) Cæſar, li. 6. Comment. 103, Ipſe quum matureſcere frumenta incipe rẽt, ad bellum Ambiorigis profectus per Arduennam ſyluã, quæ eſt totius Galliæ maxima, atq; ab ripis Rheni, finibusq; Treuerorum, ad Neruios pertinet, millibusq; amplius quingentis in longitudinem patet, L. Minutiũ Baſilium cum omni equitatu præmittit. Idem, lib. 5. iii.

Ardus] Vide Aridus.

Arduus] ardua, arduum, (ἀνάντης, ἀνωφερής) deriuatum nomen ab Ardeo, ardes, ut nonnullis placet, ſignificat difficile & moleſtum. Salluſt. in Catil. At mihi quidem, tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & autorẽ rerum: tamen in primis arduum uidetur, res geſtas ſcribere. Quod uerbum exponens Gellius, lib. 4. cap. 15. inquit, Sed arduum Salluſtius non pro difficili tantum, ſed pro eo quoq; ponit, quod Græci ἀνσχερὲς aut χαλεπὸν appellant: quod eſt cùm difficile, tum moleſtum quoq; & incommodum & intractabile.

Arduus mundus. Virg. 1. Georg. Vbi Seruius, Arduus, excelſus, & ſummo uertice artatus.

Arduus æther. Ouid. 1. Metam. 31. & Virg. 1. Georg. 65.

Cedrus ardua. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 3.

Cliuus arduus in ualles. Ouid. 1. Faſt. 53. de profunditate, ad quam uia ſit difficilis.

Ardua ceruix equi. Virg. 3. Georg. 16. Horat. 1. Ser. Saty. 2. 18.

Amantes ardua dumi, id eſt, colles. Virg. 3. Georg. 62.

Arduus collis & deruptus. Tacitus, li. 2.

Arduus aſcenſus. Cice. 1. de Orato. 144. & Cæſar, 2. bel. Gallici, 346.

Difficili aſcenſu & arduo erat oppidum. Cic. 6. Ver. 45.

Arduus aditus. Liu. 4. bel. Pun. 157, Eadem cauſa ad ſubeundũ arduum aditum, inſtabilemq; ingreſſum præbebat.

Per arduum ſcandere. Horat. 2. Carm. ode 19. 5.

Solum opere arduum pro eo, quod ad colendum difficile eſt. Plin. lib. 17. cap. 4.

Ardua uia. Cic. 1. Tuſcul. 56.

Ardua, & Ardua terrarum, pro ſublimibus locis. Virg. 5. Aen. 138. Vbi Seruius, Ardua terrarum, periphraſis montiũ. Liu. 2. ab Vrbe, 174, Fixis in terram pilis, quo leuiores ardua euaderent, curſu ſubeunt.

Ardua caſtellorum excindere. Tacitus, lib. 11.

Res arduæ ac difficiles. Cic. 2. de Inuent. 242.

Magnum opus omnino & arduum Brute conamur: ſed nihil difficile amanti putato. Cic. in Orat. 18.

Res arduæ, pro Rebus aduerſis. Horat. 2. Carm. ode 3. 1,

Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem.

Ardui operis erat, id eſt, maximi laboris. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus.

Ardua res, pro Arduo negotio. Ouid. Ardua res uiciſſe alios.

Ardua molimur: ſed nulla niſi ardua uincunt. Ouid. 2. de Arte amand. 108.

Ardua promiſſa. Claud. in Eutrop. 2. 64. Id eſt, immenſa & magnifica.

Arduum pro Ardenti & animoſo. Virg. li. 9. 11.

Arduitas, penult. cor. arduitatis, Altitudo, (τὸ ἀναντες) Varr. 2. de re Ruſt. cap. 10. 2, Neq; enim ſenes, neq; pueri collium difficultatem, aut montium arduitatem, atq; aſperitatẽ facilè ferunt.

Ardys] ἄρδυς, filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno ſucceſſit. Herod. lib. 1.

Area] areæ, penult. cor. (ἀλών) propriè dicitur (authore Feſto) locus uacuus, quaſi exaruerit, & non poſſit quicquam generare. Varro, 4. de Ling. Lat. Loca in urbe pura, areæ. Florus Iuriſconſultus de Verb. ſignificatione, Sine ædificio in urbe, area: in rure autẽ ager appellatur. Vitruuius, lib. 1. ca. 7, Diuiſis angiportis, & plateis cõſtitutis, areariũ electio ad opportunitatem & uſum communem ciuitatis eſt explicanda, ædibus ſacris, foro, reliquisq; locis communibus. Et ſi erunt mœnia ſecundum mare, area ubi fórum conſtituatur, eligenda proximè portum.

Area in ædibus urbanis dicitur medium ſpacium uacuum inter parietes. Liu. 5. bel. Pun. 15, Cuius certandæ quum dies aduenisſet, conciliumq; tam frequens plebis adeſſet, ut multitudinem area Capitolij uix caperet. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 8. 4, A puero ut diſceſſi, in aream tuam ueni. De ædificatione domus Plinius ſolet addere genitiuum Domus, ut Epiſt. 106. Item Epiſt. 147.

Area, ubi frumẽta triturantur & excutiũtur. Colum. li. 2. c. 20. Area quoq; ſi terrena erit, ut ſit ad triturã ſatis habilis, primùm radatur, deinde conſodiatur, permiſtis q; paleis cum amurca quæ ſalem non accepit, extergatur, nam ea res à populatione murium, formicarumq; frumenta defendit. tum æquata pauiculis uel molari lapide condenſetur, & rurſus ſubiectis paleis inculcetur, atq; ita ſolibus ſiccanda relinquatur. Virgil. 1. Georg.

Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro.

Cic. 5. Ver. 28, Ne quis frumentum de area tolleret.

Frumentum terit area, pro frumentum teritur in area. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 9.

Nunc maior noſtris area teritur equis. Id eſt, nunc maius opus aggredimur. Ouid. 4. Faſt. 2.

Areæ in hortis, quadrata quædã ſpacia, probè ſubacta & coæquata, in quæ mox ſemina iaciantur. Colum. lib. 11. cap. 3, Igitur ſolum quod conſerere Vere deſtinauerimus, poſt Autumnũ patiemur effoſſum iacere brumæ frigoribus & pruinis iurendum. Quippe è contrario ſicut calor æſtatis, ita uis frigoris excoquit terram, fermentatamq; ſoluit: quare peracta bruma tum demum ſtercus injcitur, & circa Idus Ianuarias humus refoſſa in areas diuiditur: quæ tamẽ ſic informandæ ſunt, ut facilè runcantium manus ad dimidiã partem latitudinis earum perueniant: ne qui perſequuntur herbas, ſemina proculcare cogantur, ſed potius per ſemitas ingrediantur, & alterna uice dimidias areas eruncent. Cic. in Parad. 65, Prata & areas quaſdam magno æſtimant.

Informare areas. Colum. lib. 11. cap. 3. 11.

Area ſcelerum per translationem. Cic. ad Atticũ, lib. 9. 190. §, Reliqua, ô dij, qui comitatus: quæ, ut tu ſoles dicere, ῥυπία, in aqua erat area ſcelerum.

Area, ulceris genus in capite, cũ capillorũ profluuio. Vide Celſum arearum genera abundè tractantem, lib. 6. cap. 4. a.

Areola, pen. cor. diminutiuum ab area hortorum (ἀλώνιον) Columel. Quum terram bene ſubegeris, areolas facito.

Areola domus. Plin. Epiſt. lib. 5.

Arecomici] pen. cor. (ἀρεκόμικοι) populi in Gallia Narbonenſi, qui & Volſcæ dicuntur, teſte Strabone, lib. 4. quorum portus & nauium receptaculum, Narbo dicitur. Vide Plinium, li.

Digitized by Google

nium,lib.3.cap.4.6.Legitur apud Strabonem Aricosmici. Nos nunc Auinionem dicimus.

Arefacio] Vide Areo.

Aregon] tis(ἀρήγων)Pictoris nomen:de quo Strabo, lib. 8. In Alpheoniæ Dianæ templo, Cleanthis & Aregontis picturæ uisuntur,hominum Corinthiorum. Alterius quidem Troiæ captiuitas, & Mineruæ natalia: alterius est Dianæ in cunis deportatio:opera laude plurima celebrata.

Arelas] Vide Arelate urbs Galliæ.

Arelate] pen.prod.(ἀρελάτη)ciuitas in Norico,teste Ptolemæo.Vulgò Lintz,ditionis est principum Austriæ.

Arelate,pen.pro.Galliæ Narbonensis urbs inter Salyes. Plinio Colonia Sextanorum dicta,quòd è sexta legione milites coloni eò deducti sint.Strabo Arelatem iuxta Rhodanum sitã, ampliſſimo emporio insignẽ esse scribit.Vulgò Arles. Dicitur & Arelas,pen.cor.huius Arelatis,fœm.gen.Ausonius in urbium catalogo,

Prode duplex Arelas,quam Narbo Martius,& quam
Accolit Alpianis opulenta Vienna colonis.

Arellius] celebris Romæ pictor, paulò ante diuum Augustum,nisi flagitio insigni corrupisset artem,semper alicuius fœminæ amore flagrans,& ob id deas pingens,sed dilectarum imagine.Hæc Plin.lib.35.cap.10.

Aremorica] ἀρεμόρικα,Galliæ regio, quæ Aquitania nunc dicitur,teste Plinio,lib.4.cap.17.1. Cæsar,7.bel.Gal.Vniuersis ciuitatibus quæ Oceanum attingunt,quæq; eorum cõsuetudine Aremoricæ appellantur,quo sunt in numero, Curiosolites,Redones,Ambibarij,Cadetes,Osiſimi, Lemouices, Vnelli,Sena.Legitur & Armorica.

Arena] arenæ,pe.pro.(ἄμμος,ψάμαθος,ψάμμος, ἄμαθος) puluis minutiſsimus aridus.Virg.1.Aeneid.35.

—optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius,Arena: quæritur habeat,necne,nomen hoc aſpirationem,& Varro sic diffinit:Si ab ariditate dicitur,non habet:si ab hærendo,ut in fabricis uidemus,habet:melior tamen est superior etymologia.Gellius,lib.19.cap.8, Eandem quoq; de arena rationem habendam,& in specie dispari.Nam quum arena singulari numero dicta,multitudinem tamen & copiam significet minimarum ex quib.constat, partium, indoctè & insciteè arenæ diti uidentur,tanquam id uocabulum indigeat numeri amplitudine,quũ ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo.Hæc Gellius.Virg.plurali numero usus,est 3.Georg.

Arena numero carens.Horat.1.Car.Ode 28.1.
Arenæ arentes.Horat.3.Car.Ode 4.7.
Bibula arena.Virg.1.Georg.23.Ouid.18.Epist. 41.
Molles arenæ.Ouid.2.Amorum,eleg.11.10.
Sicca arena.Virgil.1.Georg.78.
Flauentes arenæ.Virgil.3.Georg.70.Ouid.in Ibin,10.
Fulua arena.Virgil.5.Aeneid.79.
Sterilis arena.Virg.1.Georg.14.
Tenuis arena.Claud.de bello Gildonico,80.
Eructare arenam dicitur gurges æstuans.Virg.6.Aeneid.70.
Acta uentis arena.Ouid.in Ibin,63.
Aestu miscentur arenæ.Virgil.3.Aeneid.111.
Torquent arenas fluuij.Virg.3.Georg.70.
Turbantur Zephyro arenæ.Virg.2.Georg.22.
Electare arenam dicitur Typhœus.Ouid.5.Metam.71.
Nigram subiectat arenam unda exæstuans.Virg.3.Georg.47.
Spargere arenam pedibus.Virgil.3.eclog.17.
Arenam libare pedibus,celeriter adeò per arenam decurrere, ut illam pedibus uix leuiter tangas,nullis uestigiorum notis impreſsis.Oui.10.Metam.130. de Hippomene & Atalanta.
Arenas sulcare dicuntur pisces,quum in imo fluuiorum arenas supernatant.Claud.de Nupt.Honorij & Mariæ,30.
Potiri arena optata,pro Littore potiri.Virgil.1.Aeneid.35.
Aduerti arenæ.Virg.5.Aeneid.7,

Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.

Classis arena potitur,pro,ad littus deuenit.Oui.13.Met.156.
Impingere aliquem arenæ dicitur fortuna,aut uentus.Lucanus, lib.5.140.
Arcere arena aliquem,à littore prohibere.Virg.6.Aeneid.63.
Arenas in littus fundere,prouerbialiter dictum.Ouid.5.Trist. eleg.7.9,

His qui contentus non est,in littus arenas,
In segetem spicas,in mare fundat aquas.

Arena interdũ terrã aridã significat,quæ est sicut arena, autore Seruio.Virg.1.Geor.

Exiguus sterilem nec deferat humor arenam. Cic.de lege Agraria,72,Vt uerò quũ omnes urbes agros,uectigalia,regna uendiderit,tum arenã aliquam,aut paludes emat,id nos potesſis,quæso concedere?

Arena,Amphitheatrum:contentum pro continente. Arena enim spargi amphitheatrum solebat,ne uel pugnantes fœdarentur cruore occisorum,uel cruor sparsus spectantibus esset horrori,præsertim in gladiatorum dimicatione. Martialis,lib.1.4,

Tradita Getulis,nec cepit arena nocentes.

Id est,non sunt puniti delatores in amphitheatro,sed acti in exilium.Sipontinus.Horat.1.Epist.1.1.

Arenam meam dicit Plinius iunior Epist.98.pro Mea functione sic enim scribit Fabato,Itaque Betitio Prisco quantum plurimum potuero,præstabo:præsertim in arena mea.Hoc est, in loco in quo exerceri soleo, nempe apud Centumuiros. Budæus.

Arenaceus(ἀμαθινὸς)adiectiuum,ex materia arenæ.
Arenacea duritia.Plin.li.30.cap.15.3,Inueniuntur in cornicinis cochlearum arenaceæ duritiæ.
Arenacea terra. Plin.lib.17.cap.7.1,Est enim alba,russa,columbina,argillacea,tophacea,arenaceæ:id est,in qua est admista arena.
Arenarius(ἀμαθινὸς)aliud adiect.quod ad arenã pertinet.
Arenarius(ψαμματικὸς)substant. qui arenam extrahit.Callistratus,Hac si meretrix manumissa fuerit,eadem operas patrono præstare debeat:neq; arenarius manumissus tales operas:quia istæ sine periculo uitæ præstari non possunt.
Arenariæ,arenariarum(ψαμαθεῖαι)Fodinæ in quibus foditur arena.Cic.pro Cluent.28,In arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur.
Arenatum,substantiuè(ἀμμοδλωτὸν)quod fit ex calce & arena.Vitruuius,Quæ autẽ tectoria fundata arenati,& marmorati soliditate sunt,quum sint politionibus crebris subacta,non modò fiunt nitentia, sed etiam imagines expressas aspicientibus ex eo spere remittunt.Cato,de re Rust. ca.18.5,Vbi braueris,de glarea,& calce,arenatum primo corio facito.Alij legunt,arenato primũ corium facito. Arenatum hodie mortarium uocamus.Budæus in primis Annot.
Arenosus,penul.prod.(ἀμμώδης)adiectiuum,quod arena abundat.Plin.Littus non arenosum, sed algæ, & fluuiorum sordibus plenum.Virgilius,4.Aeneid.52,Littus arenosum Libyæ.Ouid.14.Metam.17,Arenosa terra.
Arenula,pen.cor.diminutiuum(ψαμάθιον) Plin.lib.30.cap.3.5.Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ,statim liberant dolore.
Areo] ares, arui (σηλέω,ξηραίνομαι) arere, aridum & siccum esse,ub Ara deducitur,in qua quæ dijs immolabantur, torreri solebant, ait Sipontinus. Plaut. Vtinam fortuna nunc anatina uterer,ut quum exijssem ex aqua, arerem tamen.

Digitized by Google

men Plin.libr.13.capit. 4. 16, In totum arentes Thebaides. Virg.eclog.7.12. Aret ager. Idem, lib.12.

Arentem in syluam. Vbi Seruius, Arentem: pro aridam.

Arere siti. Seneca, de Benefic. lib.3.cap.8, Beneficium est, arentibus siti monstrare fontem.

Arente fauce pocula trahere. Horat. Epod.14.1.

Arere pro sitire dixisse uidetur Ouidius, lib.2. de Remedio amoris, 122,

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Aret succis ademptis tellus. Ouid.2. Metamor.43.

Fauces arent. Ouid.6. Metamorph.72.

Arenti ore haurire. Ouid.14. Metam.56.

Arentem sitim leuare. Ouid.4. Epistu.35.

Plaga arens, id est, regio calidior. Seneca, in Herc. furent. 5.3. Africam intelligit.

Arefacio, arefacis, arefeci, arefactum (ξηραίνω, ἀναίνω, συιλεπτύνω) arefacere, Aridum facere. Cato, ca.69, Postea amurcam eximito, & arefacito. Plin.lib.13.cap.22.6.

Arefco, arefcis (ἀναίνομαι) arefcere, Inchoatiuum, significat aridum fieri, exiccari. Plaut. Rud.14.18,

— da mihi uestimenti aliquid aridi,
Dum mea arescunt. Cic. in Part.31, Citò arescit lacryma, præsertim in alienis malis.

Arescit in gemmas, hoc est, concrescit. Plin.lib.8.cap. 38, Lymcum humor ita redditus glaciatur, arescitúe in gemmas carbunculis similes.

Aridus, penult. correp. (ἀνος, ξηρὸς, κατάξηρος) adiectiuum, dicitur propriè, ut ait Festus, quod naturalem humorem amisit: ut, Fons aridus.

Inter aridum & siccum. Plin.lib.12.cap.12.5, Arida sint potius, quàm ficca folia.

Aridum & siccum, idem. Catull. ad Furium, 20.3.

Exiccatus atq; aridus, pituitosus & quasi redundans, contraria. Cic. de Fato, 11, Inter locorum naturas quantum interfit uideamus: alios esse salubres: alios pestilentes: in alijs esse pituitosos, & quasi redundantes, in alijs exiccatos atq; aridos: multaq; sunt alia quæ inter locum & locum plurimum differant.

Aridum, pro ficco. Plin. lib. 12. cap.17.5, Ipsum usu aridum statim tactu molliscere. Virgil. 1. Aeneid.

— atque arida circum
Nutrimenta dedit.

Cornu magis aridum. Catul. ad Furium, 20.3.

Genus sermonis aridū. Cic. 2. de Orat.87, Nos Stoicus iste nihil adiuuat: & genus sermonis affert, nō liquidū, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum.

Aridum fieri. Ouid.5. epist.22.

Aridus anhelitus. Ouid.10. Metamorph.132.

Argentum aridum, purum, lucidum. Plaut. Rud.18.19.

Ariste aridæ. Catul. ad Iuuencium, 45.1.

Aspectu aridus. Plin.lib.12.cap.16. & 17.

Aridus usu. Plin. lib.12.cap.17.

Arua arida, infrugifera, contrarium est enim pingui, quod fertilium est epitheton. Ouid.14. Metamorph.3. Sic Virgilius, Arida sola, 1. Georg.16.

Calor aridus. Lucret. lib.4.176.

Canities arida. Horat.2. Carm. Ode 11.2.

Cinis aridus. Horat. Epod.17.7.

Color aridus. Plin.lib.12.cap.26.2.

Crura arida, id est, tenuia nimis, & gracilia. Ouid.3. de Arte amandi, 55.

Febris arida, quæ arida efficit corpora. Virg.3. Georgic.90,

Quum sicit, atq; artus depascitur arida febris. Seruius, Sciendum tamen, febrem licet à feruore dicta sit, esse etiã frigidam: unde modò ad diastolen ait aridam.

Aridæ ficus, quæ conditæ seruantur in usum totius anni. Plaut. Rud.18.56.

Fragor aridus, sonitus, qualis solet fieri ex aridis, quum franguntur, arboribus. Virg.1. Georg.72. Seruius. Nonius autem horridum & horrificum interpretatur.

Frondes aridæ. Horat.1. Carm.25.4.

Guttur aridum. Ouid. ad Liuiam, 85.

Herba arida. Tibul. lib.1. eleg.7.6.

Homo aridus, per metaphoram, pro eo qui miserè auaritia deperit. Terent. Heaut.3.2.15, Sed habet patrem quendam aridum, miserum, atq; aridum.

Iecur aridum. Horat. Epod.5.8.

Magister aridus. Quintilianus, lib.2.cap.4.6, Quapropter in primis euitandus, & in pueris præcipuè, magister aridus, non minus quàm teneris adhuc plantis siccum, & sine ullo humore solum.

Narratio arida & ieiuna. Quintil. lib.2 cap.4.3. (quens.

Nubila arida, sine pluuijs. Virg.3. Georg.39. de Aquilone lo-

Nutrimenta ignis arida, ligna sicciora intelliguntur, aut quodcunque aliud humore carens aptumq; recipiendæ flammæ. Virg.1. Aeneid.36.

Ora arida. Virgil.5. Aeneid.40.

Prata arida, iam matura. Virg.1. Georg.58. Seruius.

Puluis aridus. Propert.2. eleg.14.7.

Pumex aridus. Catul. in primo epigram.1.

Sitis arida. Ouid.11. Metamorph.26.

Sonus aridus, idem quod Virgil. dicit Aridus fragor. Lucret. li.6.24. ubi de tonitru agit.

Vestimentum aridum. Plaut. Rud.14.16.

Viator aridus: id est, ob æstum, assiduosq; peregrinandi labores omni humore exhaustus, ideoq; etiam siticulosus. Virg.4. Georg.20.

Victus aridus: id est, admodum parcus, durus, asper, austerus. Cic. pro Rosc. Amer. 45, In rusticis moribus, in uictu arido, in hac horrida inculta q; uita.

Vita arida, eodem modo dicta, ut Victus aridus. Cicero, pro Quintio, 63.

Ardus pro Arido, ueteribus dicebatur, teste Nonio. Lucil. li.27, Ardum, miserrimū, atq; infelix lignum sambucum uocant.

Aridítas, pen. corr. ariditatis, fœm. ge. (ἀνανσις, ξηρότης) Siccitas. Plin. lib.11.cap.35.1, Sitit enim araneus, & omnem humorem absorbens ariditatem ampliat.

Aritudo, pen. prod. aritudinis, fœm. gen. (ξηρασία) pro Ariditate ponitur. Varro, de re Rustica, lib.1.cap.12.3. Quòd & bestiolæ si quæ prope nascuntur, & inseruntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

Aritudo pro parsimonia. Plaut. Rud.13.40,

— laudo fortunas tuas
Qui semper seruas gloriam aritudinis.

Areola] Vide Area.

Areopagus] penul. prod. (ἄρειος πάγος) Vicus erat Athenis, à templo Martis sic cognominatus: ubi primū iudicū capitis actum fuisse scripsit Plin. lib. 7. cap. 56. Cicer. ad Atticum, lib.1.9.6, Vicum Martium uocat Senatum, quum ait, Romanæ res, sic se habent, Senatus ἄρειος πάγος, nihil constantius, nihil seuerius, nihil fortius. Inde dicti sunt Areopagitæ, iudices seuerissimi, qui in templo Martis iudicabant, quod iudicium exquisitissimum habebatur. Nam quū Mars qui Græcè dicitur ἄρης, homicidij insimularetur, iudicantibus duodecim dijs, in eo pago sex sententijs absolutus est, ut Stephanus Byzātius docet & multi alij Græci. Verum quid ageretur in Areopago, Iulius Pollux, lib. 8. scribit, de Magistratibus Athenienſiū, & eorū locis. Cic. pro Cornelio Balbo, 23.

Digitized by Google

bo,23,Vidi egomet nonnullos imperitos homines noſtros ciues Athenis in numero iudicum atq; Areopagitarũ, certa tribu,certo numero. Idem,1.de Diuin.96.

Areopagites(ἀρειοπαγίτης)nõ debet eodem tempore Romæ et Athenis res iudicare.Cic.5.Philipp.173.

eopagitæ,pen.prod.(ἀρειοπαγῖται)Iudices erant Athenis, qui de capitalibus cauſis pronunciabant tanta integritate, ut noctu atq; in tenebris,non interdiu,neq; luci cauſas cognoſcerent,quo non dicentes,ſed duntaxat quæ dicerentur ſpectarent,de quibus prouerbium, Areopagita taciturnior de eo,qui commiſſum arcanum optimè contineat. Eraſmus in Adagijs.

Areopagitæ,pro ſeueris & incorruptis.Cicero ad Atticum,libro 1.Epiſtu.11.8,Clamare præclari Areopagitæ ſe non eſſe uenturos:niſi præſidio conſtituto.Ironicõs de Iudicibus Clodij inceſtus.

Areopolitæ]ἀρειοπολῖται,Qui habitant Areopolim. Areopolis autem ciuitas eſt Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab:de qua in dictione Moab.

Arepenna]lingua Gallica menſura eſt dimidij iugeri.Columella,li.5.cap.1.

Areſco]Vide Areo.

Areſcon]ἄρεσκον,Virga eſt quam ferebant ij qui in comœdijs lenonum partes agebant, in ſcenam progreſſuri, amiculo florido induti.Cæl.lib.7.cap.29.

Areſcon]tis(ἀρέσκων)Viri nomen,quem Licinius Mutianus prodidit uiſum à ſe Argis,cui nomen Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam,mox barbam produxiſſe,& ad uirilitatem proueniſſe,uxoremq; duxiſſe.Plin.lib.7.cap.4.

Areſcuſa]Mulier in marem uerſa,de qua in Areſcon.

Areta]penult.corr.(ἀρέτη)Ariſtippi Philoſophi filia, quæ ei ſucceßit in ſchola,ſummum bonum in uoluptate, quæ maximè ſenſum moueret,poſuit.

Aretalogus]aretalogi,pen.corr.(ἀρετάλογος)Porphyrione teſte,Garrulus & loquax dicitur in oſtentatione uirtutis: unde nomen deducitur,ἀρετὴ enim uirtus,& λόγος,ſermo. Suet.in Auguſto,cap.74, Nam & ad communionem ſermonis tacentes,uel ſubmißim fabulantes prouocabat,& aut acroamata,& hiſtriones,aut etiam triuiales è circo ludios interponebat,ac frequentißimè aretalogos.

Aretas]æ(ἀρέτας)cuiuſdam regionis Arabiæ rex,qui Obodæ affinitate coniunctus erat.Is Gallum Aelij Auguſti Cæſaris ducem,cùm Arabiam pertentaret,amicè ſuſcepit,& dona obtulit.Author Strabo,lib.16.

Arete]pen.cor.(ἀρέτη)ut in Odyſſea ſcribit Homerus,quam Alcinous Phæacum rex duxit uxorem,& ex ea Nauſicaam filiã,& tres filios ſuſcepit.Ad hanc Vlyſſes ductu & conſilio Palladis transformatæ in effigiem Calpis uirginis,à Caliſtona nympha ueniens naufragus acceßit,& multa illi interrogatus expoſuit,& tandem honorificè ab ea ſuſceptus eſt.Ex Bocatio.

Arethuſa]penul.prod.(ἀρέθουσα)fons in Chalcide. Strabo, lib.1.& Plin.lib.4.cap.12. Eſt & fons in Bœotia,eodem Plin.teſte,li.4.cap.7.

Arethuſa,fons in inſula parte quarta urbis Syracuſarum. Cice. 6.Verr.105.

Arethuſa,oppidum in Græcia.Plin.libr.6. capit. 28. Virgil. 10.eclog.1,

Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.

Arethuſa,uirgo uenatrix Dianæ comes,ſecundum fabulas, quæ dum ſe in Alphæo poſt laborem lauaret,ab eo adamata eſt:& diu fugiens,deorum miſeratione in fontem mutata,per ſecretos meatus in Siciliam uenit.Quod etiam Virgilius oſtendit,

Et tandem poſitis uelox Arethuſa ſagittis. Hæc ex Seruio. Eſt item Arethuſa urbs una Eubœæ,altera Syriæ.Author Volaterranus.De Arethuſa uide Bocatium,li.7.cap.18.

Arethuſis,pen.prod.arethuſidos,pen.corr.(ἀρεθουσὶς) Ouid. 4.Faſt.176,Arethuſidas Syracuſas uocat ab Arethuſa fonte,quæ eſt in inſula parte quarta urbis Siracuſarum.

Arethuſæus,adiect.iuũ(ἀρεθούσιος)ut Arethuſæi latices. Clau. de rap.Proſerpinæ,lib.2.12.

Aretinus]na,num,adiect.antiquum, ſignificans aliquid teſtæum uel argillaceũ.Antidamus,in Moralibus,Quis euerruncaßit tam aretinas hominum mentes? Aretinas (inquit Nonius)Teſtæas,uel argillaceas.

Aretium]ἀρήτιον, ciuitas Tuſciæ,mille ac ducentis à Roma diſtans ſtadijs.Strabo,libr. 5. Itali nunc uulgò uocant Arezo.

Areua]Fluuius eſt citerioris Hiſpaniæ,à quo nomen ceperunt Areuaci populi.Plin.li.3.cap.3.

Arferia]æ,Aqua quæ inferis libabatur,ſeu uas uini quod adhibebatur ſacris:& à Fero deducitur.Feſtus.Arferia(inquit Turnebus)aqua,ab adferendo nomen habet. Nam priſci præpoſitionem AD in AR ſæpenumerò mutabant:unde & Arceſſo & Aruebo apud Catonem.Eſt igitur Arferia ueluti Adferia.

Argeus]ἀργαῖος,Pelopis fuit filius,& Alectoris pater. Alius fuit Lycimnij,qui ab Hercule abductus,ui morbi peregrè perijt,cuius crematos cineres Hercules retulit, ut iuſurandum quod dederat ſe illum reducturum,ſeruaret. Hunc dicunt primum fuiſſe qui crematus ſit,& ab eo deinde morem ſeruatum. Eſt item Argæus Cappadociæ mons arduus,& perpetuis pruinis rigens,cui Mazaca ciuitas, Cappadocum Metropolis,ſubiacet.Author Strabo,lib.12.

Argæus, a, um (ἀργαῖος) denominatiuum deductum ab Argis Peloponneſi urbe, idem ſignificans quod Argiuus.Horat. lib.4.Car.

Tybur Argæo Poſitum colono.

Argæi quoq; (teſte Varrone) dicebantur ſcirpeæ effigies,quæ per uirgines Veſtales iaciebantur ſingulis annis in Tyberim per pontem ſublicium.

Argantonius]ἀργανθώνιος,rex fuit, ut teſtatur Herodotus,in Arna ciuitate Bœotiæ.Fuit item Argantonius,rex in Hiſpania,quem Plinius ait uixiſſe CXX. annos: Silius autem CCC.qui eius meminit,lib.3.83,

Argantoniacos armat Carteia nepotes,
Rex prouaui fuit humani ditißimus æui:
Ter denos decies emenſus belliger annos.

Argas]per contumeliam dictus eſt prouecta ætate Demoſthenes,ſiue quòd hoc nomine fuerit quiſpiam malarum author legum:ſiue quòd(ut exiſtimat Suidas)ſerpentis genus ſit Argas.

Argathon]ἀργάθων,Mons in Myſia, ubi raptus fuit Hylas.Dictus ab Argathone Rhœſi coniuge, cui & Argathon, ut monti quoq;,nomen fuit.

Argatilis]author Plinio,auis eſt,cui nidus ex ligno ita abſoluta intexitur pila,ut inuenitri non poßit aditus.Vide plura apud eundem,lib.10.cap.33.

Argema]argemæ,pen.corr.(ἄργεμα):eſt,ut ait Siponius, morbus oculorum, dictus quum ulcus circulum oculi infeſtat:quem Græci trim dicunt.Plin.lib.20,cap.5.9,Succo & cicatrices oculorum,& albugines & argemas inunxere. Iidem,cap.19.2,Folia trita cum oleo,argemas iumentorum ſanant. Quidam legunt Argemata,neut.gen.

Argema,pen.cor.argematis,idem quod argema,argemæ. Plin. lib.25.cap.13,Vtriuſq; ſuccus oculorum caliginem diſcutit cum melle,& exiciu cruorem & argemas rubens.

Argemonl

Digitized by Google

Argemon] penul. prod & Argemone, Argemones, penult. cor. (ἀργεμόνη) herba, quæ canaria lappa dicitur. Vide Pli. lib. 24. cap. 19.

Argemonia] ἀργεμόνη, Herba. Vide Plin. lib. 25. cap. 9. & Dioscor. lib. 2.

Argennon] Argentum percandidum. Festus, ἀργεννός enim candidum significat.

Argenon] gemma est ex lapidum genere. Plin. li. 37. ca. 9.

Argentangina] Vide Argentum.

Argenteus] Amnis est in colonia Octauanorum quæ Pacensis appellatur, & Classica, in prouincia Narbon. Pl. li. 3. c. 4.

Argentinus] deus. Vide Argentum.

Argentoratum] ἀργεντόρατον, urbs Galliæ, authore Ptolemæo, li. 2, Alio nomine Argentina: uulgò Strasburg.

Argentum] argenti (ἄργυρος, ἀργύριον) propriè est ipsum metallum. Vide Plin. lib. 33. cap. 6.

Argenti uenas sequi. Lucret. lib. 6. 162.

Argenti riui. Virgil. 2. Georg. 33.

Spumæ argenti. Virg. 3. Georg. 88.

Argenti splendor. Horat. 1. Ser. Saty. 4. 6.

Argentum, pro nummo argenteo. Plaut. Mil. 14. 72, Tum argenti montes, non massus habent. Terent. Phorm.

Argentum pastillatum, in pastillos formatum, cuiusmodi hodie argentum Germani promercale afferunt, quas cendreas appellant. Ac nihilo secius tamen pustulatum legendum contenderim ex Tranquillo in Nerone, his uerbis: Exegitq; argenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentū pustulatum, aurum obrizum, ut plerisq; omnē occasionem palam recusarent. Vbi pustulatum argentum, pro purgatissimo & excoctissimo posuit. Hæc Budæus.

Argenti nummus. Plaut. Pseud. 5. 66, Nimis sum miser, nummum nusquam reperire argenti queo.

Aridum argentum. Vide Aridus in Areo.

Argentum mutuum. Vide Mutuus.

Argentum suspicere: id est, admirari diuitias. Horat. 1. Epistol. 6. Ibidem Epist. 19. 5, Argenti sitis & fames.

Argenti pallet amore. Hor. 2. Serm. Sat. 3. 16.

Argenti pondus immensum. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 9.

Ingens argentum, idem quod immensum argenti pondus. Virgil. 3. Georg. 43.

Ignotum argenti pondus. Virgil. 1. Aeneid. 73.

Celata argento bipennis. Virg. 5. Aeneid. 61. & Ouid. 8. Metam. 135. Vide Celo.

Argento perfecta pocula, ex argento facta. Virg. 9. Aenei. 55.

Argentum auro circundare. Virgil. 1. Aeneid. 120.

Concisum argentum in titulos faciesq; minutas. Iuuenal. Saty. 14. 24, eleganti periphrasi dixit pecuniam, quæ uarijs titulis & imaginibus signari solet.

Absumere argentum. Vide Absumo.

Circunuertere aliquem argento. Vide Circunuerto.

Comparare argentum. Vide Comparo.

Conficere argentum. Vide Conficio.

Cudere argentum. Vide Cudo.

Decoquere argentum. Vide Decoquo.

Inuadere argentum. Vide Inuado.

Inuenire argentum. Vide Inuenio.

Locare argentum, & argentum fœnori. Vide Locus.

Imponere argentum in stipendium. Vide Impono.

Pensare argentum. Vide Penso.

Argentum pro supellectili argentea, scyphis scilicet, cochlearibus, & alijs. Cic. 6. Ver. 29.

Argentum factum, atq; signatum. Cic. 7. Ver. 51.

Argentum factum, uocatur paratum, non rude, sed elaboratū, cælatumq; Distinguitur tamen à signato, quod ex Seneca cognoscimus de Beneficijs primo: Libentius donabo argentum factum, quàm signatum. Liu. li. 4. bel. Maced. 30, Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argenti & æris, domi haberemus. Apud eundem ærario illatum infectum argentum legimus. Apud Paulum Octauenus ita definit: Infectæ materiæ pondus: signatæ uerò numerum, factæ autem speciem dici oportet.

Argentarius, substantiuum (ἀργυρογνώμων, ἀργυραμοιβός) Argentarij numularij dicuntur, & mensarij mensularijq;, & Græcis uerbis trapezitæ, & collybistæ, qui & ipsi rursus duorum sunt generum. Nam minutuli illi numularij, id est, campsores uulgò dicti, quos Græci argyrognomonas uocant, quasi pecuniæ spectatores & collybistas, & ἀργυραμοιβούς, publicam causam habere non uidentur, nec rationem accepti, expensiq; facere, ut argentarij illi & mensularij: qui non tam pecuniarum permutationem, quàm maiorem negociationem exercent: quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, fœneratò interdum, interdum gratuitò. Hos Demosthenes trapezitas uocat. Hæc Budæus. Plaut. Persa, 12. 29,

Mirum quin tibi ego crederem, ut idem faceres mihi,
Quod partim nostri faciunt argentarij.

De argentarijs uide plura lib. 2. Digest. tit. de edendo.

Argentarij Romæ etiam auctionibus interueniebant. Cic. pro Cecin. 11, Ebutio negocium datur: adest ad tabulam: licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cecinæ, partim precio: fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario promittit Ebutius.

Argentarius, adiectiuum, quod est argenti, aut ad argētum pertinet, ut Argentaria metalla, & ratio argentaria. Plin. lib. 33. cap. 5. 1, Laudatiorem eādem in ærarijs metallis, & proximam in argentarijs fieri compertū est. Cato, cap. 2. 3, Rationem putare argentariam, & frumentariam familiæ.

Argentarium auxilium: id est, auxilium ex pecunia argentea. Plaut. Pseud. 3. 103.

Argentarius commeatus, Argentum pro commeatu. Plautus Pseud. 7. 9.

Argentaria cura. Id est, curæ habendi argenti. Terentius, Phorm. 5. 7. 3.

Meretrices omnes illecebræ argentariæ. Plautus, Menæch. 9. 2.

Argentaria inopia, penuria argenti. Plaut. Pseud. 5. 67.

Argentariæ tabernæ, quas argentarij in foro publico conductas habebant. Liu. 6. bel. Pun. 54, Vt exemplo uocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tūc essent, iusserit uenire.

Argentaria creta. Plin. li. 35. cap. 17. 4, Alia creta, argentaria appellatur, nitorem argento reddens.

Argentariæ mensæ exercitores. Vlpian. in l. 4. tit. de edendo.

Argentaria, argentariæ, Mensa tabernáue argētariorum. Plaut. Epid. 5. 16, Per myropolia, & lanienas, circūq; argētarias.

Argentaria, functio officiumúe argentarij. Vlpia. tit. de edendo, Sed & quod solui constituit argentarius, edere debet: nā & hoc ex argentaria uenit. Sic

Argentariam facere, siue exercere. Idem Vlpianus, eodem titul. Is etiam qui desijt argentariam facere, ad editionem compellitur ubi argentariam exercuit. Cice. 3. Offic. 75. Idem, pro Cecina, 8.

Argentariam dissoluere. Cic. pro Cecina, 8.

Argentaria, subaudi fodina, locus ex quo effoditur argentum. Liu. 4. bel. Maced. 81.

Argentatus, pen. prod. (ἀργυρικὸς, ἐπάργυρος) adiectiuū, quod argento tectum est.

Argentati milites. Liu. 9. ab Vrbe, 209.

Argenteus, adiectiuum (ἀργυροῦς) quod est ex argento, ut argenteus

Digitized by Google

genteus denarius. Plin. lib. 16. cap. 3. 2, Item Phaleræ argenteæ. Idem, lib. 8. cap. 5.

Color argenteus. Ouid. 10. Metam. 43.

Argenteum folium, argenti ſplendorem referens. Plin. lib. 16. capit. 18. 4. Sic apud eundem, libro 2. cap. 25. 3, Argenteus crinis.

Pons argẽteus, puriſſimus & nitidiſſimus. Oui. 3. Metam. 82.

Argentea amica, quæ argento uendita eſt. Plautus, Pſeud 5. 112, Quid ego ex te audio? C. amicam tuam eſſe factam argenteam.

Argentoſus, pen prod. (ἀργυρώδης) Cui immiſtum eſt argentum. Plinius, libro 33. cap. 5. 7, Ita ferrum matur aurum, quod argentoſum uocant, ſignumq; eſt, ſi addita ſanterna niteſcit.

Argentifodina, argentifodinæ, pen. prod. (ἀργυρεῖον) Vbi fodi-tur argentum: quam argenti minam uocamus. Plinius, lib. 33. cap. 6. 3, Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maximè canibus.

Argentum uiuum (ὑδράργυρος) Duæ dictiones ſunt: alij unicam eſſe contendunt. Plin. li. 33. ca. 6, Eſt lapis in his uenis, cuius uomica liquoris æterni, argentum uiuum appellatur, uenenum rerum omnium. Exeſt ac perrumpit uaſa permanans tabe dira. Omnia ei innatant, præter aurum: id unum ad ſe trahit.

Argentangina, argentanginæ, penult. productæ (ἀργυράγχη) pro Argyranche. Eraſmus in Chiliadibus, in prouerbio Argentanginam pati.

Argentinus] deus colebatur ab antiquis, ſicut et Aeſculanus, quem patrem illi poſuerunt, quia prius ære ea pecunia in uſu eſſe cœpit, pòſt argentea. Auguſtinus.

Argentum] i, Straboni, lib. 3. ἀργύρα mons, ita dictus, quòd in eo ſint argentariæ.

Argenuſa] ἀργινοῦσα Stephano, inſula eſt Leſbo adiacens, iuxta Argemon promontorium, in qua Alcibiades extinctus eſt. Plin. lib. 5 cap. 31, Arginuſam uocat.

Argeſtes] argeſtæ, maſc. gen (ἀργέστης) Ventus ab occaſu ſolſtitiali flans. Plin. lib. 2. cap. 47, Ab occaſu æquinoctiali Faonius: ab occaſu ſolſtitiali Corus: Zephyrum & Argeſtem uocant.

Argea] pen. prod. (ἀργεῖα) loca Romæ appellantur, quòd in his ſepulti eſſent quidam Argiuorum illuſtres uiri. Hæc Feſtus. & Varro, lib. 4. de Ling. Lat. & Liu. 1. ab Vrbe, 45, Multa alia ſacrificia, locaq; ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices uocant, dedicauit.

Argeus] Vide Argæus. (pa.

Argi] ciuitas in Italia, quã condidit Diomedes. Vide Argiri-

Argia] penult. producta (ἀργεία) fuit filia Adraſti regis Argiuorum, & uxor Polynicis: quæ quum uiri ſui in bello cæſi funus curaret, à Creonte tyranno necata fuit: cuius meminit Statius, lib. 2.

Argiæ] pen. prod. (ἀργεῖαι) Inſulæ ſunt numero uiginti, Cariæ adiacentes, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 31.

Argiletum] pe. pro. (ἀργιλῆτον) ab Argo dictum, quòd is eò uenerit, ibiq; ſepultus ſit. Virgil.

—& lethum docet hoſpitis Argi. Quamuis aliqui ab argilla deductum potius uelint, quòd id genus cretæ ibi eſſet. Hæc ferè ex Varrone, lib. 4. de Ling. Lat. Erat autem Argiletum locus in Vrbe prope Palatium, ubi tabernæ opificum erant, præſertimq; bibliopolarum, à quo Argiletanæ dicebantur. Martialis,

Argiletanas mauis habitare tabernas. Vide Seruium in 8. Aeneid. 28.

Argilla] argillæ (ἄργιλος) terra tenax, qua figuli utuntur. Virg. 2. Georg. 36,

Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus aruis. Cicer. in Piſonem, 46, Quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus? Cæſ. 5. bel. Gal. 157.

Argilla uda aliquid imitari. Horat. 2. Epiſt. 2. 2.

Argillaceus, adiectiuum (ἀργίλιος) Plin. lib. 17. cap. 7. 1, Eſt enim alba terra, ruffa, columbina, argillacea.

Argilloſus, penult. prod. adiectiuum (ἀργιλώδης) quod abundat argilla. Colum. de arboribus, 17. 1, Olea maximè collibus ſiccis & argilloſis gaudet.

Argilus] pen. cor. (ἄργιλος) urbs Aemathiæ, non procul ab oſtijs Strymonis fluuij uerſus Occidentem. Herod. lib. 7.

Arginuſa] Vide Argenuſa.

Argiphontes] huius Argiphontæ (ἀργειφόντης) dictus eſt Mercurius, quòd Argum interemerit. Sipontinus.

Argippęi] orum (ἀργιππαῖοι) Populi ſunt Scythiæ iuxta Sarmatas et Thuſſagetas, ab ipſa natiuitate calui, ſimis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris ſono, ex arborum uictitantes. Hi cum arma nulla habeant, à nemine tamẽ afficiuntur iniuria, propterea quòd ſacri putentur. Iidem finitimorum controuerſias dirimunt, & ad ſe confugientes tuentur ab iniuria. Plura de his Herod. lib. 4.

Argiripa] penul. cor. (ἀργυρίπα) urbs in Italia, quam Diomedes cõdidit: quæ primo dicta eſt Argi, pòſt Argiripa, pòſt Arpi. Seruius, in 7. Aeneid. 58. & in 11. 50. Virg. 11. Aeneid. 50. de Diomede.

Argiſſa] ἄργισσα, Theſſaliæ ciuitas eſt prope Penenm, condita à filijs Lariſſæ, deinde Argiſa uocitata. Strab. lib. 9.

Argius] ἄργιος, Nobilis ſtatuarius fuit, Polycleti diſcipulus, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Argiuus] Vide Argos.

Argo] fœ. g. (ἀργώ) nauis longa, qua Iaſon cum LIIII. heroibus nauigauit in Colchum ad auferendum uellus aureum. Dicta eſt autem argo, uel ab artificis nomine, uel à ſua uelocitate (ἀργὸς enim uelocem ſignificat) uel ab Argiuis. Vnde Cicero, 1. Tuſcul. 72, Etenim ſi nunc alij quid aſſequi ſe putant, qui oſtium Ponti uiderunt, & eas anguſtias, per quas penetrauit ea, quæ eſt nominata

Argo, qua necti Argiui delecti uiri
Petebãt illam pellem inauratam arietis. Sunt Ennij uerſus in Medea. Vide Diodorum, li. 5. c. 3. & Hyginũ, Fab. 14.

Argo accuſatiuus Atticus. Ouid. 12. Epiſt. 2.

Argo nauis (ἀργώ) Signum cœleſte, oritur pridie Idus Martias. Colum. li. 11. ca. 2. 18.

Argonautæ (ἀργοναῦται) dicti ſunt uiri illi, qui in Argo nauigauerunt in Colchum, Iaſon uidelicet, Caſtor, Pollux, Mercules, & cæteri. Horat. Epod. 3. 2,

Vt Argonautas præter omnes, candidum
Medea mirata eſt ducem.

Argos] Argi (ἄργος, τὸ) Vetus & nobilis urbs Achaiæ. Seruius, in 1. Aen 176, Argos in ſingulari numero generis neutri eſt, in plurali uerò maſculini, ut hi Argi. Cæterùm derivatio nominis, Argiuos facit, non Argeos. Virg. 1. Aeneid. 6,

Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.

Argos, ciuitas Theſſaliæ. Lucanus,

—ubi nobile quondam,
Nunc ſuper Argos erat. Seruius.

Argos, alia eſt ciuitas, non longè à Mycenis. Vide multa apud Strab. lib. 8.

Argos ciuitas haud longè ab Athenis, quod à ſiti, Argos Dipſon dictum eſt: in quo erat magna ſocietas inter eos, qui uno puteo utebantur. Seruius, in 7. Aeneid. 58.

Argos, Canis Vlyſſis apud Homerum. Fuit item equus Agenori hoc nomine.

Argis, ablatiuus ponitur pro aduerbio in loco apud Virgilium, Omnia

Digitized by Google

Omnia ni repetant Argis. Seruius.

Argiuus, penult. product. adiectiuum (ἀργεῖος) id est, Græcus. Virgil. 2. Aeneid. 79, Argius phalanx. Cic. de Orato. 24. Argiuus orator.

Argolicus, penult. correp. adiectiuum (ἀργολικὸς) ut, Gens Argolica. Virgil. 2. Aeneid. 16. & 36,

Argolicis excindi pergama telis.

Argous, pen. prod. adiect. (ἀργεώων) idē quod Argolicus. Hor. Epod. 16. 12, Non huc Argoo contendit remige pinus.

Argoa auxilia, id est, Argonautarū. Val. Fla. lib. 6. Argo. 46.

Argolis, Argolidis, penul. cor. fœm. gen. (ἀργολὶς) Id est, Argiua. Ouid. 9. Metam. 56,

— at longis anxia curis
Argolis Alcmene. Stat. 4. Thebaid. 151.

Argous] argoi, pen. prod. (ἀργώος) Portus est in Aethalia ab Argo naui dictus, ut perhibent. Illò enim Iasonem adnauigasse ferunt, ut Circes domicilia quæreret, quam Medea uisere concupiscebat. Strab. lib. 5.

Argumentum] Vide pòst Arguo.

Arguo] arguis, argui, argutum, penult. prod. (ἐλέγχω) arguere, propriè est ostendere, ut ait Perottus. Virgil. 4. Aeneid. 3, Degeneres animos timor arguit. Vbi Seruius, Arguit, improbat, & impugnat.

Non ex audito arguere. Plaut. Bacch. Quin ego quum peribat uidi, non ex audito arguo.

Vultu genus arguitur. O. id. 2. Fast. 80.

Languor arguit amantem, id est, prodit. Horat. Epo. 11. 2.

Arguitur uirtus malis: id est, declaratur rebus aduersis. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 16.

Arguere, reprehendere, accusare: & ut ait Budæus, conuincere & coarguere. Plaut. Amph. 10. 4, Quæ neq; sunt facta, neq; ego in me admisi, arguit. Cic. pro Cecin. 18, Non modo Ebutium, sed etiam seipsum arguit. Suet. de claris Grammaticis, In aduocatione quadam solœcismum ab aduersario factum usq; adeò arguere perseuerauit, quoad, &c. Cic. pro Rosc. Am. 34, Sin aūt sic agetis ut arguatis aliquē patrē occidisse, neq; dicere poßitis antè quare, aut quomodo, &c.

Argui confeßione. Tacit. lib. 1, Rursum Gallus non idcirco interrogatum ait, ut diuideret, quæ separari nequirent: sed & suæ confeßione argueretur, unum esse Reipub. corpus, atq; unius animo regendum.

Id quod tu arguis, id est, obijcis. Cic. pro Sylla.

Arguere, & purgare contraria. Cic. pro Sex. Rosc. 71.

Verbo arguere de re aliqua, cui opponitur negare. Cicero, pro Roscio Amerino, 50, De quibus quoniam uerbo arguit, uerbo satis est negare.

Ex moribus arguere aliquem. Cicero pro Sylla, 51, Omnibus in rebus, Iudices, quid quisque uoluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderandum.

Arguere reum, est demonstrare, & argumentis probare ab eo cōmissum crimen. Vlpianus de uerb. signif. Indicasse reum, est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse.

Arguere aliquo crimine. Cic. 7. Ver. 37, Nunc non modò te hoc crimine arguo, sed ne illa quidem communi uituperatione reprehendo.

Argui de crimine. Cic. 2. de Inuent 147.

Arguere, genitiuo iunctum: ut, Arguere furti, &c. Cic. pro Rabirio, 59, An non intelligis, primùm quos homines, & quales uiros mortuos summi sceleris arguas?

Argui repetundarum. Tacit lib. 3.

Arguere regem culpæ. Liu. 1. Decad. 5.

Facinoris reum argui. Cic. pro Cælio, 1.

Arguitur patrē occidisse Sex. Roscius. Cic. pro Sex. Roscio, 21,

Quòd autor iniuriæ illius fuisse argueretur. Cic. 3. Ver. 60.

Arguor immeritò, iniustè accusor. Ouid. 2. Trist. 66.

Arguere, cum solo accusatiuo, pro ultiosum demonstrare. Liu. lib. 5. Decad. 5, Leges Macedoniæ dedit, cum tanta cura, ut non hostibus uictis, sed socijs bene meritis dare uideretur, & quas ne usus quidem longo tempore, qui unus est legum corrector argueret.

Arguere pro uetare, & prohibere. Ouid. 15. Metamorph. 15. de Pythagora,

— primusq; animalia mensis Arguit imponi.

Argutum iri, in discrimen uocari. Festus.

Arguens (ἐλέγχων) participium. Plin. lib. 2. cap. 12, Quo in metu fuisse Stesichori & Pindari uatum sublimia ora palàm est deliquio Solis, & in Luna ueneficia arguente mortalitate.

Argutus, penult. prod. participium (ἐλεγχθεὶς) id est, accusatus. Plaut. Pseud. 11. 56, Ecquid argutus es? CH. malorum facinorum sæpißimè.

Argutus, adiectiuum nomen (ἀγχίνοος) qui est acuta quadam & accurata solertia: quasi acutè arguens & uestigans, non autem ab altero acutè intellectus & uestigatus. Hæc Valla, lib. 1. Plaut. Sine uirtute argutum ciuem mihi habeam pro uenefica. Plin. epistò. 110. n, Vitassem iamdudum, ne uiderer argutior. Cic. 2. de Orato. 138, Ex ambiguo dicta, uel argutißima putantur.

In sententijs argutior. Cic. de Claris Orat. 32, Quis Catone grauior in laudando, acerbior in uituperando, in sententijs argutior, in docendo edisserendóq; subtilior.

Acumen argutum. Horat. in Arte poetica, 74.

Blanditiæ argutæ. Propertius, lib. 1. 15. 3.

Arguta diuisio. Plin. Epist. 119. c.

Dolore arguto queri. Propert lib. 1. eleg. 17. 6.

Argutus libellus, id est, salsus & acumen habens. Martialis, libro 1. 31.

Literæ quàm argutißimæ. Cic. ad Att. lib. 6. 116. 1.

Manus arguta. Cic. 3. de Orat. 122.

Meretrix arguta. Hor. 1. Serm. Saty 10. 8.

Oculi arguti. Cic. 1. de Legib. 39, Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur.

Poetæ arguti. Horat. 2. Epist. 2. 16.

Sedulitas arguta. Cælius, ad Ciceronem, lib. 8. 1. 2.

Thaliæ argutæ doctor: id est, præceptor artis muſicæ. Horat. 4. Carm. 6. 5. (inuenit.

Arguta uirtus. Plaut. Facilè sibi facunditatem uirtus arguta

Argutus, stridulus, sonorus, ut ait Seruius.

Aes argutum. Silius Italicus, lib. 17. 4.

Calami arguti, id est, sonora fistula. Sil. Ital. lib. 1. 13. 69.

Calo argutus. Horat. 1. Epist. 14. 9.

Canes arguti. Seneca, in Hippol. 1. 14.

Fistula arguta. Virgil. eclog. 7. 5.

Forum argutum: id est, obstreperū. Ouid. 1. de Arte, aman. 16.

Argutam historiam, pro loquaci dixisse uidetur Propertius, & quæ in ore sit omni populo, li. 1. eleg. 20. 6.

Ilex arguta, apud Virgil. eclog. 7. 1. Vbi Seruius: Arguta, modò canora, stridula.

Nemus argutum, garrulum, stridulum, ait Seruius in Virgilij eclog. 8. 5.

Olor argutus. Virgil. 9. eclog. 8,

Argutos inter strepere anser olores. Id est, cygnos canoros. Sic Argutus passer, Martialis, lib. 5. 114. & li. 9. 57.

Ora arguta. Stat. 2. Syl 18.

Pecten argutus. Virgil. 1. Georg. 59.

Serra arguta. Virg. 1. Georg. 29.

Valles argutæ: id est, resonantes. Columel lib. 2. cap. 5. 7 Nec

Digitized by Google

minus uitentur cauæ rupes, aut ualles argutè, quas Græci ἀχοῦς uocant.

Arguta exta, quæ maximè declarant & ostendunt quid futurum sit. Cic. 2. de Diuin. 43, Sunt enim qui uel argutissima hæc exta esse dicant: sed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quo declarari possit, quid futurum sit? De felle gallinaceo loquitur.

Argutus, exilis, breuis, & quasi acutus. Virgil. 3. Georg. 16. De equis.

Argutulus, penult. correp. diminutiuum. Cic. Attico, libro 13. 27 5. 1, Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem.

Argutè, aduerbium (ἀγχινοϊκῶς.)

Acutè & argutè conijcere. Cic. de claris Orat. 26.

Acutè arguteq; respondere. Cic. pro Cælio, 14.

Breuiter & argutè iudicum animos laxare. Cicero, de claris Orato. 179.

Callidè, arguteq; dicere. Cic. in Orat. 52.

Argutiæ, argutiarum (ἀγχινοήματα) acutè dicta & subtiliter. Plaut. Mostell. 2. 2, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cic. 1. de Legib. 10, Nam quid Accium memorem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum?

Multum argutiarum & urbanitatis. Cic. de claris Orato. 86, C. Tityi orationes tantum argutiarum, tantum exemplorũ, tantum urbanitatis habent, ut penè Attico stylo scriptæ esse uideantur.

Argutiæ & acumen. Cic. in Orato. 59, Demosthenes nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutijs & acumine Hyperidi, nihil lenitate Aeschini & splendore uerborum.

Persequi argutijs. Cic. de Amicitia, 42.

Digitorum argutiæ. Cic. in Orat. 33.

Argutiola, pen. cor. diminutiuum. Gell. lib. 2. cap. 7, Argutiola quippe hæc friuola & inanis est.

Argutor, penult. prod. argutaris, penult. prod. (σοφιστέυομαι) argutari deponens, Loquaciter proloqui, ut ait Nonius. Plaut. Amph. 4. 1 9 5, Pergin' argutari? Næuius Exodio, Quã do ad ludos uenit, alij quum tacerent, totum diem argutatur quasi cicada.

Argutari pedibus. Exilire. Titinnius Fullonibus, Terra hæc est noua, qua ubi tu solitus argutari pedibus, cretam dum compescis, uestimenta laua. Nonius.

Arguto, argutas, penult. prod. (σοφιστέυω) argutare. Propertius, lib. 1. eleg. 6. 2,

Illa mihi totis argutat noctibus ignes.

Id est, argutè obijcit, aut, ut ait Budæus, imputat.

Argutatio (λιγυφωνία) Verbale, pro strepitu, & stridulo sonitu. Vt, Argutatio quassa lecti tremuli. Id est, sonitus ex concussione lecti. Catul. ad Flauium, 6.

Argutator, uerbale (σοφιστὴς) Gellius, libro 17. cap. 5, Proecessisset autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorẽ pro Sophista argutulo, uel argumentatore accipit, id est, artificiali, inquit Budæus.

Argumentum, argumenti (ἐπιχείρημα, πίστις, ἔλεγχος) Verbale. Est (autore Quintil. li. 5. ca. 10.) ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud: & quæ, quod est dubiũ, per id quod dubium non est, confirmat. Cic. in Topicis, 5, Argumentum est ratio, quæ rei dubiæ facit fidem.

Argumentis & rationibus docere, nõ euentis. Ci. 2. de Diu. 41.

Argumenta criminis alicuius, id est, rationes quibus crimen illud patratũ ab aliquo fuisse cõtẽdimus. Quint. li. 4. ca. 2. 8.

Affers omnia argumenta cur dij sint: remq; mea sententia minimè dubiã argumentando dubiam facis. Ci. 3. de Nat. deor. 13.

Agere argumentis. Ci. pro Cælio, 16, Argumentis agemus, signis omni luce clarioribus crimina refellemus.

Astringere breuiter argumenta Stoicorum more. Cicero, 3. Tuscul. 23.

Argumenta commemorare. Lucret. lib. 1. 81.

Argumenta utriusque partis inter se comparare. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17.

Aduersarij argumenta cum nostris componere. Quintilianus, lib. 7. cap. 3. 17.

Argumentum confirmat ratio. Cic. 2. de Orat. 118.

Argumento confirmare aliquid. Cic. 1. Offic. 213.

Argumentis colligere, id est, ratiocinando comprobare. Quintil. li. 3 ca. 6. 73.

Argumenta sparsa colligere, id est, argumenta plura & diuersa coaceruare. Quint. lib. 5. cap. 7. 12.

Argumenta cõgerere, & argumenta dissoluere, uidetur Quintilianus ueluti contraria inuicẽ opposuisse, li. 5. ca. 13. 12.

Argumentis causam uiriliter defendere. Quint. li. 6. ca. 1. 6.

Argumenta dicere, id est, argumenta proferre. Quintil. li. 2. ca. 20. 8. Idem, li. 5. ca. 14. 26.

Dilatare argumentum. Cic. in Parad. 3.

Docere multis argumentis Deum unum esse. Cicero, 3. de Nat. deorum, 12.

Ducere argumenta ex re aliqua. Cicero, 2. de Orator. 90, Ex coniunctis sic argumenta ducuntur. Si pietati summa tribuenda laus est, &c.

Argumentum ex aduersario ducere, id est, à persona aduersarij. Quint. li. 6. cap. 1. 3.

In argumentum ducere rem aliquam: id est, argumenti loco sumere. Quint. lib. 5. cap. 10.

Excogitare argumenta firma ad probandum. Cicero, de claris Orator. 148.

Argumentis niti: id est, conari probare aliquid. Quintilianus, lib. 5. cap. 12. 6.

In argumentum obijcere: id est, ad confirmandam causam suam opponere aliquid. Quint. li. 6. ca. 3. 34.

Argumentis onerare iudicem. Quintil. lib. 5. cap. 12. 6.

Inter argumẽta ponere: id est, inter probationes referre. Quintil. li. 4. ca. 8.

Refellere argumentis. Cic. 1. de Orat. 44.

Argumentis resistere. Quint. li. 4. ca. 2. 10.

Argumentum à se positum soluere. Quintil. li. 2. ca. 17. 21.

Argumenta tractare. Quint. li. 5. ca, 10. 11.

Argumenta ex causa trahere. Quint. lib, 5. cap. 5. 2.

Vti argumentis ad probandum id quod explanari uolumus. Ci 1. Acad. 46.

Argumenta distincta ac perspicua. Quint. li. 5. ca. 14. 26.

Argumentum frigidum: id est, infirmum, & non urgens. Quintilianus, lib. 5. cap. 10. 22.

Argumentum graue: id est, urgens, & quod firmis rationibus nititur. Quint. li. 5. ca. 12. 3.

Grauissimũ & firmissimũ argumentũ. Cic. pro Q. Roscio, 24

Argumenta horrida & confragosa. Quint. li. 5. ca. 8. 1.

Argumenta parua: id est, leuia. Quint. li. 2. ca. 1. 8.

Argumenta persuasibilia. Quint. li. 2. ca. 21. 2.

Argumentum simplex & breue: id est, absq; magno uerborum & elocutionum apparatu. Quint. li. 4. ca. 2. 39.

Argumentum uanum: id est, friuolum, & quod nihil probat. Quint. li. 7. ca. 3. 28.

Sine argumento. Cic. pro Cælio, 5.

Iudicaram antea iam istud plurimis argumentis. Cicero, ad Appium, lib. 3. 4. 3.

Quod argumẽtum, aut rationem habuit res, quamobrem &c. Cic. 4. Verr. 79.

Argumenta atq; indicia sceleris. Cic. 3. in Catil. 57.

Patefacere argumento & indicio pertenui. Cic. 2. Verr. 11.

Argumen-

Digitized by Google

Argumentis & oculis deprehendere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 3.
Argumento oculorum atq; coniectura animi scrutari amplitudinem Solis. Plin. li. 2. cap. 11. 1.
Accipere argumentum certißimum ut aliquid intelligamus. Cicero, 4. Ver. 12.
Argumento graui aliquid comperire. Cic. pro Cluentio.
Argumenta alicui rei dicere. Plaut. Trinum. 8. 92.
Argumentis rem aliquam exquirere. Plaut. Rud. 24. 136.
Satis est argumenti, nihil, &c. Cic. pro Quintio, 23.
Argumento esse. Cic. pro Cluentio, 91, Quanquam satis magno argumento esse debet, quòd ex tam multis iudicibus, absoluto Falcula, nemo reus factus est. Idem 1. de Diuin. 194.
Ei rei argumento adest. Plin. lib. 3. ca. 16. 6, Ligurũ quidem lingua amnem ipsum Bodincum uocari, quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidũ iuxtà Industria, uetusto nomine Bodincomagũ, ubi præcipua altitudo incipit.
Maximo argumento esse ad. Cic. pro Sex. Ros. 45.
Magno argumento sit. Cic. 2. Philipp.
Argumenta instituere. Plaut. Mostel. 3. 1,
Recordatus sum, & diu cogitaui, argumentáq; multa
In pectus institui ego, atq; in corde meo.
Argumenta loqui. Plaut. Capt. 18. 14.
Argumentum morũ: id est, indicium. Quint. lib. 5. cap. 10. 22.
Argumento patet, id est, ratione euidens est. Quintilianus, libro 1. cap. 12. 7.
Pro argumento esse. Liuius, 5. bel. Pun. 45.
Quo argumento? Plaut. Casin 19. 14.
Quid argumenti habet, &c. Cic. pro Cælio, 55.
Argumento, ablatiuus elegans. Plinius, lib. 10. cap. 36. de passeribus, Mares negantur anno diutius uiuere: argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit.
Argumentum (ὑπόθεσις) interdum rem fictam significat, quæ tamen secũdum naturam sit, hoc est, uerisimilis: qualia sunt argumẽta comœdiarum. Vnde per metaphoram argumentum aliquando pro materia ponimus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 7, Argumentum plura significat. Nam fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis uelut thema ipse exponens Pædianus, Argumentum, inquit, tale est. Et ipse Cicero ad Brutum ita scribit: Veritus fortasse ne nos in Catonem nostrum trãsferamus illinc mali quid, etsi argumentum simile non erat. Quo apparet omnem ad scribendum destinatam materiam ita appellari: nec mirum, quum id inter opifices quoq; uulgatum sit. Vnde Virgil. Argumentum ingens. Vulgóq; paulo numerosius opus, dicitur argumẽtosum. Hactenus Quintilianus. Terẽt. in prologo Andriæ. de Andria & Perinthia,
Non ita dißimili sunt argumento. Cic. 2. Offic. 123, Tabulæ uerò nouæ quid habent argumenti, niśi ut, &c.
Argumentum & sententia alicuius concionis. Cicero de Aruspic. respon. 6.
Absque argumento & sententia epistola. Cicero, ad Atticum, lib. 1. 13. 1.
Explicare argumentum. Cicero, 1. de Nat. deorum, 74, Tragici poetæ, quum explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad deos.
In mo argumento uersari. Ci. ad L. Luceium, lib. 5. 12. 8.
Componere argumentum. Cice. ad Att. libr. 16. 323. 8, At inquis, ἐφαπλάσιον aliquod. Non recuso id quidem, sed & componendum argumẽtum est, & scribendi expectandum tempus maturius.
Argumentum epistolæ. Cic. ad Att. li. 13. 283. 2.
Argumentum ad scribendum deest. Cic. ad Att. lib. 9. 154.
Ad scribendum aliquid argumenti dare. Cicero, ad Quint. fratrem, lib. 2. 13. 1.
Dare argumentum epistolæ. Cic. ad Att. lib. 10. 205. 3.
Egere argumento epistolarum. Cic. ad Att. lib 9. 172. 3.
Habere scribendi argumentum. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 14. 1.
Est etiam argumentum scripturæ, picturæq;. Cic. 6. Verr. 110, Ex ebore diligentißimè perfecta argumenta erãt in ualuis. Sueton. in Nerone, de spectaculis ab eo editis, cap. 12. Virg. 7. Aeneid. 158. Turni arma describens:
At leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum, ingens, & custos uirginis Argus.
Vbi Seruius: Argumentum aut fabula: ut Cicero, Argumenta erant in ualuis. Aut re uera argumentum, quo se Græcũ comprobare cupiebat. Ouid. 6. Metamorph. 14,
Et uetus in tela deducitur argumentum: Id est, antiqua fabula.
Argumentum esse alicui erroris: id est, materia ad scribendum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 5.
Nummorum argumenta. Cicero, pro Rab. Posth. 22, Alexandriam nunc cognoscimus: illinc omnes præstigiæ, illinc inquam omnes fallaciæ, omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt.
Argumentum, pro historia & gestis alicuius dixisse uidetur Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 2,
Vt cecidi, perago subiti præconia casus,
Sumq; argumenti conditor ipse mei.
Argumentor, argumentaris (ἐπιχειρέω) argumentari, Est, ut ait Asconius, argumentis uti ad rem probandã. Cic. 3. Verr. 109, Nónne argumentamur quò ista pecunia peruenerit?
Argumentari, & coniectura prosequi. Autor ad Herenniũ, lib. 4, Quæsitoris est unũquenq; in officio suo continere. Quare L. Cassi, si in causa testem præterquam quod sciat, aut audierit, argumentari & coniectura prosequi patieris, ius ac cusatoris cum iure testimonij commiscebis.
Argumentari & disputare. Cic. pro Mil. 33, Sed quid ego argumentor? quid plura disputo?
Argumentari & disserere. Cic. 1. de Finibus, 48.
Argumentari aliquid. Cic. pro Cluent. 50. & 3. de Finibus, 4.
Argumentari de. Cic. 4. Ver. 82, De quo crimine quid ego disputem, quum totum positum sit in testibus? quid porrò argumenter, qua de re dubitare nemo poßit?
Argumentari de uoluntate alicuius. Cic. 2. de Inuent. 217.
Sed quid argumentor? elegans correptio. Cicer. Attic. libr. 13. 284. 3, Ita malè autem audio ipsum esse tractatum, ut mihi ille emptor non esse uideatur. Quid enim pateretur? Sed quid argumentor?
Argumentatio (ἐπιχείρησις) Verbale, Ipsa argumentorum explicatio. Cicer. 2. de Orat. 63, Altera est quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Rursum Cicero, 1. de Inuent. 88.
Argumentatio, nomine res duas significat: ideo quòd & inuentum aliquam in rem probabile, aut necessarium, argumentatio uocatur, & eius inuenti artificiosa expolitio.
Argumentatione firmare, id est, argumentis & rationibus comprobare. Quintil. li. 4, ca. 2. 73.
Argumentatio firmißima. Quintil. li. 3. ca. 11. 7.
Argumentatio subtilis & crebra. Quintil. li. 2. cap. 5. 6.
Argumentatio suspecta. Quint. li. 5. ca. 14. 27.
Argumentosus, penultima product. adiectiuum (ἐλεγχώδης) Quintilianus, lib. 5. cap. 10. 8, Vulgóque paulò numerosius opus, dicitur argumentosum: id est, quod multam materiam continet.
Argus] Ἄργος, filius Aristoris, de quo ait Ouidius, lib. 1. Metamorph. 126,

Digitized by Google

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inq; suis uicibus capiebant bina quietem:
Cetera feruabant, atq; in statione manebant.

Huic Iuno custodiendam dedit Io Inachi filiam mutatam in uaccam. Sed Mercurius à Ioue missus dulcedine cantus illum sopitum occidit. Oculos tamen Argi Iuno indidit caudæ Pauonis, quæ dicitur auis Iunonia. Virg. 7. Aeneid. 158,

—— & custos uirginis Argus. Cic. 3. de Natur. deorum, 77, Mercurius argentum inuenisse, & Argum dicitur interemisse.

Argus Aristorides: id est, Aristoris filius. Ouid. 1. Metam. 126.

Argus stellatus. Ouid. 1. Metamorph. 134,

Talia dicenti stellatus summouet Argus. Stellatum uocat ab oculorum multitudine, instar stellarum circa caput totum micantium. Statius, 6. Thebaid. 56.

Argutè, Argutię, Argutor, Argutus] Vide Arguo.

Argyna] ἄργυνα, oppidum est Locrorum, qui cognominantur Ozolæ. Plin. li. 4 cap. 3.

Argynnis] Argynnidis (ἀργυννὶς) Venus cognominata est, ab Argynno pueri nomine, qui (ut Athenæus li. 13. inquit) ab Agamemnone rege amatus, quum frequentius nataret in flumine Cephisso, perijt: quo in loco eum sepeliuit Agamemnon, ibidemque Veneris Argynnidos templum constituit. Hinc illud Propertij sanius intelligitur,

Sunt Agamemnonias testantia littora curas,
Quæ notat Argynni pœna natantis aquæ. Alij aliter narrant, sed falsò: & in posteriori carmine Minantis legunt, loco Natantis.

Argyra] ἄργυρα, Ciuitas Siciliæ, unde se Diodorus Siculus oriundum facit, à qua Argyrini. Est & Argyra, Taprobanæ insulæ metropolis, cuius incolæ dicuntur Argyritæ, Steph.

Argyra] ἀργύρα, nomen nymphæ fuit, cuius amore quum Selemnus torqueretur, obijt eius nimio desiderio, & à Venere in cognominem fluuium mutatus est: cuius aquam amantibus prodesse ad amoris remedia, fuit opinio. In ipso enim amantes flumine abluti, desiderij obliuionem concipere putabantur. At uerò Argyram ipsam & fonti & urbi nomen dedisse Pausanias tradit.

Argyranche] Vide Argentangina.

Argyraspides] ἀργυράσπιδες, Dicuntur qui argentea scuta ferunt. Sic Chrysaspides, ab aureis clypeis nominati. Lamprid. & Plutarch. in Eumene.

Argyritis] huius argyritis, pen. prod. f. g. (ἀργυρῖτις) Spuma argenti, uulgò Lithargirio. Plin. li. 33. cap. 6. 10, Fit & ijsdem metallis & quæ uocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin uocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin.

Argyrodamas] ἀργυροδάμας, Lapillus argenti nitorem habens, ut Adamas, de quo Plin. lib. 37. ca. 10, ad dubitat sitne idem cũ eo quem Androdomanta uocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones] pen. cor. (ἀργυρογνώμονες) Minutuli illi nummularij, id est, campsores uulgò dicti, quasi pecuniæ spectatores. Budæus.

Argyrologus] ἀργυρολόγος, à Græcis uocatur quem Latini quæstorem appellant, cuius officium est ut argẽtum, hoc est, pecuniam colligat, & in ærarium siue fiscum redigat.

Argyropratę] οἱ ἀργυροπράτοι, dicuntur argentarij illi, qui auctionibus interueniebant. Sic dicti ab exigendis uenditarũ rerũ precijs. Huius rei exemplum inuenies in l. filiæ. D. de solution. Et pecunias ibi à licitantibus stipulantes, auctionantibus repræsentabant. Cice. pro Cecina, Ebutio nego ẽ ũ datur: adest ad tabulam. Licetur Ebutius: deterrentur emptores multi, partim gratia Cecinæ, partim etiam precio: fundus adijcitur Ebutio, pecuniam argentario promittit Ebutius. Ex Budæo.

Argyrotoxos] ἀργυρότοξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Aria] ἀρία, regio quam Turquestam regnum Haytonus & Marcus Venetus appellant: regia horum Ocerra. Terminatur, inquit Ptolemæus lib. 6. cap. 17, à Septẽtrionibus Margiana & parte Bactrianæ, iuxta exposita ipsarum meridionalia latera. Ab occasu Parthia & Carmania deserta: à meridie Drangianæ: ab oriente, Paropanisidis, iuxta meridionalem lineam, iungentem fines expositos per occidentales partes Paropanisi. Item insula est in Ponto, Marti sacra, in qua Volucres cum aduenis pugnasse, pinnarum ictu Græci dixerunt. Author Plin. li. 6. ca. 12.

Aria] ἀρία, arbor est apud Theophrastum, hyemis initio fructificans, materie tam dura, ut necesse sit, priusquam terebretur, aqua eam macerare.

Ariabignes] ἀριαβίγνης, Fuit Darij filius ex filia Gobrię, qui unà cum Prexaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herodot. lib. 7.

Ariadne] Ariadnes, uel Ariadna Ariadnæ (ἀριάδνη) filia Minois regis Cretæ, forma eleganti, quæ Theseum ingressurum Labyrinthum adiuuit, & redeuntem in patriam secuta est. Catullus de ea & Theseo in Argonautica, 17. Eam deinde Bacchus uxorem duxit, eiusq; coronam stellis ornatam in astra retulit: unde est cæleste sydus, quod Corona Gnosia dicitur. Propertius, li. 3. eleg. 17. 2,

Te quoq; enim non esse rudem testatur in astris
Lucibus in cœlum uecta Ariadna tuis. Bacchum alloquitur.

Ariadnæus, adiect. (ἀριαδναῖος) ut, Ariadnæum sydus. Ouid. 5. Fast. 69,

Bacchus amat flores, Baccho placuisse coronam,
Ex Ariadnæo sydere nosse potes. Vide Hyginum in Astronom. poet. lib. 2.

Arianis] ἀριανὶς, herba ignei coloris, cuius tactu magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos, quæ est Scythica gens, Gedrosijs finitima, à quibus & nomen accepit. Plin. lib. 24. ca. 18.

Ariarathes] Cappadociæ rex, sub quo Cappadoces primùm petierunt Pop. Rom. societatem, cuius deficiẽte stirpe, lectus rex Ariobarzanes, & à Mithridate sæpè pulsus, Romanorũ armis restitutus est. Autor Volaterranus.

Aricandus] ἀρίκανδος, Fluuius Milyadis (quæ est minoris Asiæ regiuncula, in confinio Pamphyliæ, Cariæ, & Lycaoniæ sita) qui in Limyrum amnem influit. A' fluuij huius nomine uicinum oppidum Aricanda appellatur. Vtrumq; meminit Plin. li. 5. cap. 27.

Aricia] ἀρικία, puella fuit Attica, Hippolyti uxor, postquam ille à Diana in Italiam fuisset translatus, ut testatur Virgil. lib. 7. Aeneid. 152.

Aricia (ἀρικία) item oppidum est ab Hippolyto constructum, à nomine Ariciæ uxoris, quod ad decimũ lapidem abest ab urbe Roma, ut testatur Lucan. li. 6. 15,

Parua Mycenææ quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsa, nemoralis Aricia Roma. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 1. Huius meminit Ptolemæus, li. 3. cap. 1. Hodie Ricia castellum dicitur. In hac Orestes oraculo monitus, fictum simulacrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica regione transtulerat, prius quàm Argos peteret consecrauit. Erat ad huius templum nemus quod uocabatur Aricinũ. Ouid lib. 3. Fast. 53. Est item Aricinus lacus, quod Speculum Dianæ uocabatur, in quo nunc quoq; insulæ cum proceris arboribus conspiciuntur. Ouid. 6. Fast. 151.

Nemoralis

Nemoralis Aricia. Ouid. 6. Fast. 12. & Lucan. lib. 6. 15.

Aricinus, pe. pr. adie. (ἀρικινὸς) ut Aricinũ aruum. Hor. 2. Epi.

Vallis Aricina. Ouid. 15. Metam. 98. (2. 34.

Aricomisci] ἀρικόμισκοι, Volscæ populi sunt Galliæ, de quibus Strabo, li. 4. Apud Pomponium tamen & reliquos, Arecomici legitur, & rectius. Vide Arecomici.

Arida] ἔχιον, Herba est, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur: Dioscorides, lib. 4.

Aridices] philosophi nomen. Macrob. li. 7. Saturn. c. 3, Quũ regis libertus ad nouas diuitias nuper erectus, Philosophos ad conuiuiũ congregasset, & irridendo eorum minutulas quæstiones, scire se uelle dixisset, cur ex nigra & alba faba pulmentum unius coloris edatur. Aridices philosophus indignè ferẽs, Tu nobis (inquit) absolue, cur de albis & nigris loris similes maculæ gignantur.

Aridítas, Aridus] Vide Areo.

Ariena] arienæ, pomi nomen, ex arbore pala, quo sapientes Indorum uiuunt. Plura apud Plin. li. 12. ca. 6.

Aries] arietis, pen. cor. m. g. (κριός, πτίλος) hoc differt à uerruece, quod cantherius ab equo. Verues ab inuersis testiculis dicitur: est enim mas inter oues, cui inuersi uel adempti sunt testiculi. nam qui ad generandã sobolẽ integer tenetur, dicitur aries. Virg. in Buc. —ipse aries etiam nunc uellera sictat. Mutilus aries. Vide Mutilus.

Aries, bellica machina, De qua sic Veget. li. 4. c. 14, Materia ac tabulatis testudo contexitur: quæ ne exuratur incẽdio corio uel cilicijs centonibusq; uestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro quod falx uocatur ab eo, quòd incuruata est, ut de muro lapides extrahat. Aut certè ipsius caput ferro uestitur, & aries appellatur: uel quòd habet durißimam frontem qua subruat muros: uel quòd more arietum retrò cedit, ut cum impetu uehementius feriat. Hactenus Vegetius: Cæsar, 7. bel. Gal. 89, Quod ab incendio lapis, & ab arietẽ materia defendit. Liu. 1. ab Vrbe, 127. Virg. 2. Aeneid. —labat ariete crebro Ianua. Id est, crebris ictibus arietis. Hæc machina prius dicebatur equus. Plin. li. 7. ca. 56, Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt inuenisse.

Aries præceps. Claudian. 7. Paneg. 48.

Testudo feriat. De his uide Vitruuium, li. 10.

Ariete muros pulsare. Virg. 12. Aeneid. 142.

Aries murum percutit. Cic. 1. Offic. 54.

Aries, unum è XII. signis Zodiaci circuli. Plin. li. 18. ca. 25. 123. Omnesq; hæ differentiæ fiunt in octauis partibus signorũ. Bruma Capricorni, ab VIII. Cal. Ianuarij fit; è, æquinoctiũ uernum Arietis: solstitium, Cancri.

Aries, Piscis. Plin. li. 9. ca. 44, Grassatur aries ut latro: & nunc grandium nauium in salo stantium occultatus umbra siquẽ nandi uoluptas inuitet, expectat: nũc elato extra aquam capite, piscãtiũ cymbas speculatur, occultusq; adnatãs mergit.

Trux aries. Claud. in epith. Honorij & Mariæ, 33.

Arietarius, adiectiuum, quod ad arietem pertinet.

Arietaria machina Vitruuius, li. 10. cap. 19, Constituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè προβόλη dicitur: in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries.

Arietinus, adiectiuum, penul. prod. quod est ex ariete. Plinius, Arietinum iecur ad id utile est.

Arietinum cicer, quod arietino capiti simile est: unde ita appellatur. Columel li. 2. cap. 10. 16.

Arieto, arietas, penult. cor. (κρούπτω, πρατίζω) arietare dicitur aries, quum capite & cornibus aliquem impetit. Accius in Bruto, apud Ci. 1. de Diuin. 80.

Arietare, per translationem, in morem arietis percutere, & de ijcere. Curtius, li. 9, Macedo gladium cæperat stringere: quẽ occupatum complexu pedibus repentè subductis, Dioxippus arietauit in terram.

Arietat in primos, obijcitq; immania membra. Silius, li. 4. 30.

Arietare ædes, pro uehementer pulsare, quasi in modum arietis bellici. Plaut. Trucul. 6. 1.

Arietare in portam. Virgil. lib. 12. Aeneid. 178, Vbi Seruius: Quæ in clausas portas more arietis ruebat, id est, bellici machinamenti.

Arietare, neutrum, pro labascere. Seneca, de Vita beata, Nihil praui, nihil subiti supereſt, nihil in quo arietet aut labet.

Arietare inter se dicuntur, quæ concutiuntur mutuo ictu. Seneca, lib. 2. de Ira, Magno Imperatori, antequam acies inter se arietarent, cor exiluit. Sic dentes inter se arietatos dicit, li. 3. de Ira. Plin. lib. 2. cap. 82.

Arij] ἄριοι, Sunt Asiæ Scythicæ populi, Herod. li. 4.

Arilator] qui etiam Cocio appellatur, dictus uidetur à uocè Græca quæ est ἄρε, id est Tolle: quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Hæc Festus.

Arimanius] ἀριμάνιος, Pluton. cognomẽ apud Persas. Cal.

Arimaspi] ἀριμάσποι, populi sunt in Scythia Asiæ, uersus Septentrionem, unicum tantummodo oculum in fronte habentes, quos Dionysius Arimaneas, uel Arimannos uocat, Aeschylus uerò, μόνωπας γραῦς: id est, unoculum exercitum: quòd sagittarij quum sint, optimi, alterum inflectunt oculũ ut à paruis assueti, altero melius cernant. Vnde etiam nomen adepti sunt Herodoto. Nam Ari Scythicè, unum significat: & maspos oculum. Item dicit idem Herodotus supra Arimaspos gryphes esse aurum seruantes: hos prope, Riphæi sunt montes. Vide Plin. li. 7. cap. 2. 2.

Ariminum] penult. corrept. (ἀρίμινον) urbs uetus in Flaminia iuxta Rubiconem. Liuius coloniam dicit in Picenum cũ Beneuento deductam. Rursus li. 14, Sempronio Prætori Ariminum prouincia obuenit. Hæc prius à Cæsare occupata, initium ciuilis belli dedit. Hodie uulgò Rimino. Strabo, lib. 5, Ariminum, Colonia Vmbrorum, sicut & Rauenna. Verum utraq; Romanos accepit inquilinos. Habet autem Ariminum portum, & eiusdem nominis amnem. E Placentia Ariminum stadia sunt mille & c c c. Hactenus Strabo. Lucanus, lib. 1. 47.

Ariminensis, adiectiuum (ἀριμινεὺς) Incola Arimini. Horatius, epod. 5. 9.

Arimphæi] ἀριμφαῖοι, sunt populi Asiæ septẽtrionalis, prope Riphæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ quam mares comam tondẽt. De his Ammianus sic habet, Vbi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iusti homines, & morum placiditate cogniti.

Arimus] ἄριμος, Rex Mysiæ, seu Meoniæ. Author Strabo, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arinca] arincæ (ὄλυραι) genus frumenti. Dioſc. Vide Olyra.

Ariobarzanes] ἀριοβαρζάνης, fuit Cappadociæ rex, qui Pompeio in Pharsalico bello fauit. Is Pop. Romani amicus fuit, & à Cicerone cum toto regno seruatus, ut ipse Cicero scribit, lib. 9. Epistõ. ad Atticum.

Áriolus] Vide Hariolus. Et quæ ab eo deriuantur.

Arion] penult. prod. huius Arionis, penult. corr. (ἄριον) Methymnæus citharœdus, & poeta Lyricus: emicuit Olympia de XXXVIII. Scripsit cantica circiter uersuum duo millia. Dicitur & Tragici carminis primus inuentor fuisse, & chorum instituisse, ac Dithyrambicum carmen cecinisse. Author Suid Huius Arionis historiã refertur Ouid. in Fastis 2. & Gellius, lib. 16. cap. 19. Vide Plinium, lib. 9. ca. 8. 9. Seruius, Arion Lesbius à Lesbo, citharœdus optimus fuit, qui quum

Digitized by Google

Tarento Corinthum cum multis opibus peteret: & uideret sibi in mari tendi à nautis insidias: petijt ut cithara paulum caneret: ad cuius sonum quum Delphini conuenissent, excußit se supra unum: & ita imminens uitauit periculum. Hactenus Seruius in hunc Virgilij locum,

Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion. eclog. 8. 12.

Arionа, accusatiuus. Ouid. 2. Fast. 17.

Arion uocalis. Ouid. 2. Fast. 19.

Arion, equus iugalis Adrasti Argiuorum regis, ferox & indomitus. Statius, 6. Thebaid. 89.

Arion flauus. Statius, 6. Thebaid. 101.

Arion præsagus. Statius, 6. Thebaid. 85.

Arion Adrasteus, equus Adrasti. Stat. 4. Theb. 9.

Velox Arion. Claudian. epigram. 18. 4.

Arionius, adiectiuum (ἀρίονιος) ut Arionia lyra. Propertius, li. 2. eleg. 27. 4.

Arionium nomen, id est, fama Arionis. Ouid. 2. Fast. 19.

Aris] ἄρις, Herba. Pl. li. 24. c. 16, Est & Aris, quæ in eadē Aegypto nascitur, similis Aro, minor tantùm minoribus q; foliis, & utiq; radice, quæ tamen oliuæ grandis magnitudinem implet. Alba geminum caulem, altera unum tantùm emittēs.

Arisaron] ἀρίσαρον, Herba est exigua, radicem habēs oliuæ magnitudine, maiore acrimonia quàm Aron. A Plinio Aris appellatur. Gal. lib. 6. de Simpl. medic. facult.

Arisbe] ἄρισβη, Troiæ ciuitas. Virg. 9 Aeneidos,

Pocula deuicta genitor quæ cepit Arisba. Vbi Seruius, Arisba (inquit) secundum Homerum misit auxilium Troianis, & ab Achille subuersa est. Strabo, lib. 13, Arisba Troiæ ciuitas est. & paulò antè, In Lesbo ciuitas fuit Arisba, cuius agrum Methymnæi habent.

Est etiam fluuius quidam Arisbus in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitant.

Arista] aristæ (ἀθερίνη, ἀθέρις) Varro, de re Rust. lib. I. capit. 48. 1, Granum dictum, quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quæ ut acus tenuis, longa eminet è gluma, proinde ut grani theca sit gluma, & apex arista. Et paulò pòst, Arista dicta, quòd aresci prima. Cicero, de Senect. 47, E quibus quum emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium morsus munitur uallo aristarum.

Aristæ graciles Zephyro uibrantur. Ouid. 14. epist. 8.

Aristis grauidis canet ager. Ouid. 1. Metamorph. 23.

Arista ieiuna. Claud. 1. in Eutrop. 23.

Molli arista campus flauescit. Virg. 4. eclog. 6.

Aristas teneras lædere. Virg. 7. Aeneid. 162.

Aristæ uirides, id est, seges matures cens. Iuuenal. Saty. 14. 15.

Aristis maturis albescit messis. Ouid. 5. Fast. 72.

Ignis populatur aristas. Claudian. 2. in Ruff. 9.

Arista, pro spica. Virgil. 1. Georg. 23, Ne grauidis procumbat culmus aristis. Vbi Seruius, Grauidas aristas periphrasticōs pro spicis posuit.

Arista, pro frumento. Seruius, in Virg. 1. Georg. 2.

Arista, seges inculta, quæ à nullo colitur. Seruius, in Vir. Pollio.

Post aliquot aristas. Virg. in Tityro, 14,

Post aliquot, mea regna uidens, mirabor, aristas. Vbi Seruius, Gradatim dictum ex tropo metalepsi: ut per aristas messes: per messes, æstates: per æstates, annos numeret.

Aristas æstu numerare, est operam inanem sumere, & rem aggredi, quam perficere non possis. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 12.

Aristæ pondus, pro re leuissima. Ouid. 5. epist. 23.

Aristæ nardi, id est, spicæ nardi. Ouid. 15. Metam. 80.

Aristas odoratas, nardi spicas intelligit. Stat. 5. Sylu. 3,

Odoratas nec Arabs decerpsit aristas. Plin. li. 12. ca. 11.

Aristas Persius pro pilis mirè posuit, quòd quoties inhorrescimus, erigantur instar aristarum. Sic enim ait Saty. 3. 12,

Alges quum excußit membris tremor albus aristas.

Aristæus] ἀρισταῖος, fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei regis Arcadiæ filius: hic deinde in Arcadia regnauit, & primus apum & mellis usum lactisq; coagulum demonstrauit, usumq; olei, & alia quamplurima admuenisse refert Iustinus, lib. 14. Hic quum Eurydicen nympham uxorem Orphei uitiare uoluisset, & illa fugiens à serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus, & cunctis apibus, matris auxilium petijt. Hæc Seruius in quartum Georg. Virg. 64,

Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe, &c.

Aristalthea] Vide in Althea.

Aristarcha] aristarchæ (ἀριστάρχη) Ephesina quædam matrona, quæ Dianæ iussu, unà cum Phocēsibus nauigationem subijt, atq; in Maßilia, templi Dianæ constructi sacerdos est designata. Strab. lib. 4.

Aristarchus] ἀρίσταρχος, Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus è Samothracia, patre item Aristarcho: floruit Olymp. CLVI. sub Ptolemæo Philometore, cuius etiam filium erudijt. Scripsit commentarios supra mille. Fuit discipulus Aristophanis grammatici. Decessit in Cypro, seipsum cibi abstinentia necās morbo hydropiseos, ætatis anno LXXII. filios reliquit Aristarchum, & Aristagoram, ambos stultos. Author Suidas. Aelianus tradit hunc tam castigato fuisse iudicio, ut Homeri uersus non putaretur, quem ipse non probaret. Horatius, in Arte poet. 90,

Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus. De hoc & Cice. lib. 1. ad Attic. epist. 9. 4, Ego uaria meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere. Idem de hoc apertius in Pisonem, 57.

Aristarchus Tegeates poeta Tragicus, Aesculapio, à quo ex morbo fuit liberatus, pro recepta sanitate fabulam uouit. Eamicuit tempore Euripidis. Docuit tragœdias LXX. uicit duabus. Fuit & alius Aristarchus Ephesi tyrannus. Vtriusq; autor Suidas.

Aristareta] ἀριστάρετη, Nearchi filia, & pictrix sui temporis inter nobiles. Vide Plin. li. 35. ca. 11.

Aristeas] ἀριστέας, Patria Proconnesus, nobilis poeta fuit, qui Crœsi & Cyri tēporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum quæ Arimaspea dicuntur. Suidas. Meminit & Gell. li. 9. ca. 4.

Aristereon] ἀριστερεών, Verbenaca herba. Sic citat ex Pausania Eustathius, Odyss. 2,

Ἀριστερεών, φυτὸν ἐπιτήδειον εἰς καθάρσιος. atque ita scribitur apud Plutarchum, li. 1. Sympoſiacōn. Dicitur & περιστερεών.

Aristides] penult. prod. (ἀριστείδης) cognomento δίκαιος, id est, iustus, Athenis cum Themistocle in administranda Rep. dissensit, quum esset diuersis moribus: Catoni alter, Cesari Themistocles comparādus. Autor Plutarch. Aristidem alium inter sophistas Philostratus ponit è ciuitate Adrianorum Mysiæ, qui Smyrnæ docebat, & aduenienti fortè M. Antonio principi, unus omnium non processit obuiam, eoq; modo in cognitionem, & amicitiam uenit Imperatoris. Aristides item Thebanus pictor fuit Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & sensus expreßit omnes, quos Græci uocant ἤθη: item perturbationes, durior paulò in coloribus. Huius pictura illa præcipuè laudatur, infans adrepens ad mammam matris ex uulnere morientis, ac manu prohibentis: sentire mater & timere uidetur, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transtulit Pellam in patriam suam. Ex Plinio, libro 35. cap. 10. 31. Fuit præterea Aristides statuarius, Polycleti discipulus

Digitized by Google

discipulus, de quo Pli. li. 34. cap. 8. Aristides alius fuit orator Athenienſis inter x. ſecundus: cuius multæ extãt orationes, inſuper & declamationes. Aristides præterea fuit Athenienſis philoſophus Chriſtianus eloquentiſsimus ſub priſtino habitu. Volumen noſtri dogmatis rationem continens, Adriano principi tradidit. Author Hieronymus.

Aristidia] Herba eſt, quæ ariſtas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum reſtibile. Pli li. 27. cap. 10.

Aristippus] ἀρίστιππος, Cyrenæus, Socratis auditor, primus Socraticorum mercedem docendi exegit, ac quæſtu philoſophatus eſt. Cum Xenophonte ſimultatem geſsit: ſummũ bonum in uoluptate corporis poſuit. Quapropter à Diogene canis regius eſt appellatus, quòd diutius eſſet aſſecla. Iactatum inter eos ſcomma Horatius perpulchrè uerſibus includit, l. Epiſt. 18. 3,

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus uti,
Faſtidiret olus, qui me notat. Alius fuit Aristippus, quẽ ſummum diuitiarum contemptorem depingit idem Hor. 2. Serm. Saty. 3. 20.

Aristippeus, adiect. (ἀριστίππειος) Cic. 2. de Finib. 31.

Aristium] ἄριστεῖον, Præmium quod dari ſolet iis qui ſe optimè geſſerunt in bello. Cæl. li. 9. cap. 25.

Aristo] Aristonis, pe. pro. (ἄριστων) fuit philoſophus, Zenonis auditor, cuius meminit Ci. 4. Acad. quæſt. 25. & 235.

Aristoneus, adiectiuum (ἀριστώνειος) Cicero, 4. de Finib. 66, Si omnino nos negligimus, in Aristonea uitia & peccata incidemus, &c.

Aristobula] Diana, id eſt, Optimè cõſulens, nũcupata. Scribit Plutarchus in uita Themiſtoclis, q. cum in eum inuidia quadam Athenienſis populus inuectus eſſet, ipſe ut eum ad ſaniorem animum mentemq; conuerteret, magis incitaſſe, quum Dianæ templum dedicauit, quam Aristobulã appellauit, ut quæ optimè ciuitatis Græcorumq; ſaluti conſuluiſſet. In Dianæ tamẽ templo poſtea Themiſtoclis ſtatua poſita eſt, quæ ad noſtram uſq; permanſit ætatem.

Aristobulus] pe. pro. (ἀριστόβουλος) Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi diſcipulus, unus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui miſsi fuere ad Ptolemæum, tunc Iudææ dominum, ut libros ſacros in Græcum ſermonem cõuerterent. Qui multa ex præceptis Moſeos proponenti regi, percontantiq; reſpondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. autor Euſebius. Aristobolus alter hiſtoricus item Iudæus, qui res geſtas Alexandri Magni conſcripſit, comesq; peregrinationis fuit. Autor Volaterranus.

Aristocles] ἀριστοκλῆς, Philoſophus fuit Meſſanenſis, Peripateticus. Scripſit de philoſophia libros decẽ, uter eſſet ſtudio & doctrina prior, Homerúsne an Plato: in quibus philoſophorũ omniũ catalogũ contexit, opinionesq; recenſet. Fuit item Aristocles Lampſacenus philoſophus. Itẽ alius Megarenſis ſophiſta, ſub Traiano & Adriano. Scripſit de Rhetorica epiſtolas, et declamatiões ad Imperatorẽ. Suidas.

Aristoclia] aristocliæ (ἀριστόκλεια) Formoſissima puella, quæ rem diuinam factura, nuda eſt à Strabone uiſa, qui in eã exarſit, antè etiam à Calliſthene amata. Hæc uerò nuptiarum die in amantum manibus diſcerpta eſt, quorum poſtea alter ſibi manus conſciuit, alter aufugit, nec unquam amplius uiſus eſt. Ex Girald. in li. De dijs Gent.

Aristoclides] ἀριστοκλείδης, Orchomeni tyrannus. Fuit & pictor quidam Plinio, li. 35. cap. 11.

Aristocrates] ἀριστοκράτης, Ciuis quidã Rhodius fuit, qui, quòd plurimum dignitatis ſtrenuitatisq; præ ſe ferret, ciuiũ omnium conſenſu, belli dux delectus eſt. In quo ſpẽ ſuorum egregiè ſefellit, utpote qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne, degener planè aparuerit. Suidas.

Aristocratia] aristocratiæ, penult. product. (ἀριστοκρατία) Eſt Reſpublica, optimatum imperio adminiſtrata, in qua uulgi nullum eſt arbitrium. Hæc Budæus. Huic opponitur Democratia.

Aristodemus] pen. prod. (ἀριστόδημος) ſculptoris eximij proprium nomen, apud Pli. l. 34. c. 8. Fuit & alius, Niſæus, filius Menecratis Ariſtarchi diſcipuli, quem Strabo dicit ſe iuuenẽ uidiſſe ſenem. Alter Aristodemus, qui Magni Pompeij filios erudijt: manè Rhetoricam, meridie Grammaticã docebat. Author Strabo. Eſt & actor fabularum apud Gell. lib. 11. cap. 9.

Aristogenes] ἀριστογένης, Medici Thaſij nomen, qui uarios de re medica libros conſcripſit ad Antigonum Macedoniæ regem. Aristogenes alter Cindius item medicus, ſeruus Chryſippi, Famam adeptus eſt ex curatione Antigoni Gonatæ. Author utriusq; Suidas.

Aristogiton] & Harmodius liberatores tyrannidis Piſiſtrati, quibus ſtatuæ in foro ab Athenienſibus poſitæ fuerunt. Suidas.

Aristolaus] penult. prod. pictor, Pauſiæ diſcipulus, è ſeueriſsimis pictoribus fuit, eius opera nonnulla commemorat Pli. li. 35. cap. 11.

Aristolochia] penul. prod. (ἀριστολοχία) herba, cuius (inquit Ruellius, lib. 3. cap. 4.) Græci faciũt tria genera: unum tuberibus radicum orbiculatis, quæ fœmina dicitur, multis à radice germinibus, longioribusq; utriculis fruticoſa. Hæc omnibus officinis rotunda Ariſtolochia cognominatur. Alterum maſculæ, radice longa, procerioribus foliis, exilibus ramulis dodrãtalibusq;, flore purpureo graue uirus olente. Vtraq; fert bacculas uelut cappares, colore intus buxeo, amaro guſtu, odore uiroſo. Tertium aſsignatur ariſtolochiæ longæ genus, quæ clematitis, quaſi ſarmentaria cognominatur, tenuiſsimos fundens ramulos, frondoſosq;, &c. Inter nobiliſsimas ariſtolochiæ nomen grauidæ dederũt, quòd puerperis optimæ crederentur. Latini malum terræ uocant. Hactenus ex Ruellio. Huius herbæ meminit Cic. lib. 1. de Diuin. 27. & lib. 2. 68.

Aristomache] Aristomaches, pe, cor. uxor Dionyſij tyranni. Item Dionis uxor hoc nomine uocabatur.

Aristomachus] pe. cor. proprium uiri Solenſis, qui ſic amore apum flagrauit, ut duo de ſexaginta annis nihil aliud fecerit. Fuit item Aristomachus, qui de arte uini ſcripſit. Autor utriuſq; Pli. li. 14. c. 19. & li. 11. ca. 9.

Aristomenes] ἀριστομένης, uir fuit Meſſenius iuſtiſsimus, ut Hieronymus ſcribit, dux tanta calliditate fuiſſe fertur, ut ſæpè Lacedæmonios deciperet. Quorum ſæpe urbẽ ingreſſus eſt, & aliquando captus atq; in uincula coniectus, calliditate ſua aufugit. Quod quum ſemel atq; iterũ & tertiò feciſſet, tandẽ occiſus eſt à Lacedæmonijs, & execto corpore inuentum eſt cor eius piloſum eſſe. Vide Pli. li. 11. ca. 37.

Ariston] Aristonis, pe. cor. ſculptor: cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & 12. Eſt item Iureconſultus quidam doctiſsimus apud Gell. li. 11. ca. 18.

Aristonicus] ἀριστόνικος, Grãmaticus Alexãdrinus, ſcripſit librũ in Theogoniam Heſiodi, & de nominibus ſiue cõſtructione apud Homerũ. Aristonicus item eunuchus Ptolemæi, qui animũ ſupra eunuchũ gerebat. Dux fuit belli fortiſsimus: præterea liberalis in omnes. Author utriusq; Suidas.

Aristonidas] penult. correp. ſtatuarius, cuius meminit Pli. lib. 34. cap. 14.

Aristonides] pe. cor. pictor, de quo Pli. li. 35. ca. 11.

Aristonymus] pen. corr. poeta comicus ſub Philadelpho is præfuit regiæ bibliothecæ poſt Apollonium, ueniens poſtremò

ſtremò in ſuſpicionẽ quod ad Eumenẽ transfugere cuperet, in cuſtodia per aliquot annos fuit: tandẽ liberatus, mortẽ nõ multo pòſt obijt. Autor Atheneus in Dipnoſophiſtis.

Ariſtopàtra] pe. cor. mater Crateri cuiuſdã qui ſub Alexandro militauit, ut autor eſt Strabo.

Ariſtophanes] pe. cor. (ἀριστοφάνης) poeta comicus Rhodius, ſiue Lydius genere, lege uerò Athenienſis, patre Philippo, inuentor tetrametri & octometri uerſus, filios habuit Ararota, Philippum, Philæterum, comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas: Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpolluit, ut Dionyſio roganti Athenienſes aliquem eius ſermonis eruditum authorẽ, hunc miſerint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & inſectatur in Nubibus. Huius meminit Hora. li. 1. Ser. Sat. 4. 1. Eupolis, &c.

Ariſtophaneus, adiect. (ἀριστοφάνειος) ut Ariſtophaneus uerſus, qui anapeſticus factus eſt. Cic. in Orat. 110.

Ariſtophon] ἀριστοφῶν, Pictoris nomen apud Plinium, libro 35. cap. 11.

Ariſtophorum] ἀριστόφορον, Vas in quo prandium defertur. ut diſcus. Feſtus.

Ariſtorides] ἀριστορίδης, Argus dictus eſt, ab Ariſtore patre ſuo. Oui. 1. Met. 126. Vide Argus.

Ariſtoteles] pe. cor. (ἀριστοτέλης) Stagirites philoſophus, Platonis auditor, patre Nicomacho medico, Alexandro diſcipulo uel præcipuè charus, id beneuolentiæ ſignũ uel maximum, quòd Stagiram eius patriam ab ſe dirutam ipſius cauſa reſtituerit. Exceſſit annorũ LXIII. eodem quo Demoſthenes anno: hic in Apulia, ille in Euboea ambo profugi, perſequente Antipatro. Autor Plutarchus in Sylla. Vide plura apud Volaterr. Matrem habuit Phæſtiadem, ut ſcribunt nonnulli, paruus, gibboſus, & deformis, balbutiẽsq; uerũ dicues, ut qui ſocius, præceptor, & ſecretarius Alexãdri eſſet.

Flumen orationis aureũ fundẽs Ariſtoteles. Cic. 4. Acad. 214.

Admirabili quadã ſcientia & copia Ariſtoteles. Cic. in Orat. 3.

Neruoſus Ariſtoteles in dicendo. Cic. de claris Orat. 62.

Ariſtoteles is quem maximè ego admiror, ait Cicero, 2. de Orato. 82.

Ariſtotelicus, pen. cor. adiectiuum (ἀριστοτελικὸς) ut, Ariſtotelica pigmenta. Cic. Att. li. 2. 16. 3.

Ariſtotelius (ἀριστοτέλιος) aliud adiectiuum, ut Ariſtotelia uis. Cic. 3. de Orat. 41.

Ariſtoxenus] pe. cor. (ἀριστόξενος) Tarẽtinus philoſophus & Ariſtotelis auditor, qui mórienti conuitium dixit, quòd Theophraſtum ei in ſcholæ ſucceſſione præponeret. Scripſit in omni genere libros, in muſica præſertim. Suidas: Hic Dicæarchi æqualis & condiſcipulus animam dixit harmoniam eſſe, ut tradit Cicero, in Tuſcul. libro 1. 64. Ariſtoxeni muſici meminit Quint. lib. 1. cap. 10. Ariſtoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuiſſe dicitur, in hortorum cura, ut ueſperi lactucas mulſo irrigaret, ut luxurioſius ſuccreſcerent, & ſaporis eſſent præſtantioris. Author Suidas.

Ariſtratus] ἀρίστρατος, Sicyoniorum tyrannus fuit, cuius meminit Pli. li. 35. ca. 10.

Ariſtyllus] ἀρίστυλλος, Poeta fuit quidam deformis, ore semper hiante, quem taxat Ariſtophanes in Pluto, & eiuſdem meminit in ἐπιλυσιαζούσαις. Alijs tamẽ magis taxatus uidetur Ariſtyllus, quòd ore paululum diducto loqueretur, ut uox magna ex parte prodiret per nares, ſtridula, qualis eſt porcorum: quod uitium in quorundam pronunciatione cantuq; uidemus. (metica.

Arithmos] ἀριθμὸς, Latinè dicitur numerus: unde Arith-

Arithmetice, arithmetices: uel arithmetica, arithmeticæ, penul. cor. (ἀριθμητική) ars numerandi. Pli. li. 35. cap. 10. 11. Pamphilus Macedo natione, ſed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè arithmetice & geometrice. Ci. Att. li. 13. 208. 4. In arithmeticis ſatis exercitatum.

Aritudo] Vide Areo.

Arius] pe. pro. fluuius Ariæ regionis, quæ Bactrianis conterminia eſt, monti ſubiectæ, qui Bactrianam continet, ut eſt apud Strabonem, lib. 11. Lucan. lib. 3. 57.

Arma] armorum (ὅπλα, ἔντια, σκεύη, τεύχεα) pluraliter tantum, & ſunt propriè, teſte Seruio, quæ armos tegũt. Varro, 4. de Lin. Lat. Arma ab arcendo, quòd his arcemus hoſtem. Feſtus: Arma propriè dicuntur ab armis, id eſt, humeris dependentia, ut ſcutum, gladius, pugio, ſica: ut ea quibus procul præliamur, tela. Caius in l. armorum. ff. de uerborũ ſignific. Armorum appellatio non utiq; tantum ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat: ſed & fuſtes & lapides.

Arma alia ad tegendum, alia ad nocendũ. Cic. pro Cecin. 45.

Fulgor armorum fugaces terret equos. Hor. 2. Carm. 1. 4.

Armorum fulgura. Stat. li. 5. 2.

Arma antiqua. i. arma apud antiquos uſitata. Lucr. lib. 5. 258.

Crepitantia arma. Oui. 1. Met. 29.

Arma fulgentia. Virg. 11. Aen. 2.

Arma inania, nulli uſui apta. Stat. 4. Theb. 14.

Arma lucida. Stat. 11. Theb. 81. (Theb. 140.

Arma perfoſſa crebro utilnere, id eſt, crebris ictibus. Stat. li. 2.

Arma trunca: id eſt, fracta. Stat. 10. Theb. 166.

Arma uerſicoloria. Virg. 10. Aen. 56,

Aſtur equo fidens & uerſicoloribus armis. Verſicoloribus ait Seruius, Depictis: per quod bellicoſus oſtẽditur.

Victricia arma. Virg. Aen. 3.

Armorum officina, ubi arma fiunt. Cic. in Piſonem, 69.

Arma dicuntur cunctarum artium inſtrumenta, ut arma ruſticorum. Virg. 1. Georg. 32,

Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma. Seruius.

Coquinaria. Plautus.

Arma Cerealia. Virg. 1. Aen. 37. Id eſt, inſtrumenta quibus ad piſtorium opus utimur, ut pilis, mola, uanno, cribro, &c.

Belli. Ter. Heau. 1. 1. 60, Simul rẽ & gloriã armis bellicis reperi.

Studioſorum. Plin. in Epiſtol.

Nautarum. Virg. 5. Aeneid.

Piſtorum. Virgil. 1. Aene.

— Cerealiaq; arma Expediunt.

Tonſoria. Mart. li. 14. 36.

Arma ſenectutis, artes, exercitationesq; uirtutum. Cicero, de Senectute, 8.

Arma facundiæ. Quint. li. 2. cap. 16. 7.

Campeſtria arma. Hor. in Arte poet. 77.

Arma pro prælio. Virg. 2. Aen. 131, Rurſus in arma feror.

Arma, pro uiribus. Virg. 12. Aen.

Tum demum mouet arma leo. Vbi Seruius, Monet arma, uires ſuas experitur. nã arma ſunt uniuſcuiuſq; rei poſſibilitas. Vnde eſt, Et quærere cõſcius arma: id eſt, dolos.

Arma per metonymiam, pro bello. Virg. 1. Aen.

Arma uirumq; cano. Idem in 8, (Seruius.

Qui genus? unde domo? pacémne huc fertis, an arma?

Arma pro gladio, abuſiuè. Virg. 4. Aen. 10,

Et arma uiri thalamo, quæ fixa reliquit. Seruius, Arma gladũ dixit abuſiuè: nũ & paulò poſt: Enſemq; relictũ.

Arma pro partibus uel imperio. Seruius, in Virg. 3. Aen. 32.

Arma Vulcania, à Vulcano fabricata. Virg. 8. Aen. 105.

Arma Vulcania, pro fortitudine. Cic. 2. Tuſc. 58.

Armis fœta machina: id eſt, plena armatis, & ueluti prægnãs. Virg. 2. Aen. 48.

Armorum arbiter, epitheton Martis. Oui. 3. Faſt. 15.

Armorum denunciatio. Liu. 5. Decad. Græcas urbes alias obſideret, alias denunciatione armorum terreret.

Armorum

Armorum dulces furiæ: id est, libido pugnandi, & amor cædis. Stat. 1. Achil. 80.
Armorum furijs flammatus: id est, accensus cupidine belli. Statius, 1. Achil. 80.
Armorum habitus. Silius, lib. 17.
Hæres armorum & belli, qui imperatori mortuo succedit. Silius, lib. 4. 165.
Armorum horror. Virg. 2. Aene. 61.
Rabies armorum. Lucan. li. 1. 133.
Armorum tonitru, armorum ingens strepitus. Statius, 3. Thebaid. 85.
Arma, Res bellicæ. Virg. 1. Aeneid.
Acerrimus armis. Virg. 9. Aen. 37.
Pietate & armis egregius. Virg. 6. Aen. 154.
Armis equisq; exercitus, hoc est, exercitatus. Tacit. li. 11.
Bello & armis expertus. Virg. 7. Aen. 47.
Impenetrabilis armis. Stat. 3. Theb. 3.
Armis inclytus. Virg. 6. Aen. 96.
Inscius armorum. Quint. li. 2. ca. 12. 2.
Pietate & armis insignis. Virg. 6. Aen. 81.
Inuictus armis Annibal. Vide Inuictus.
Magnus armis: id est, potens. Virg. 1. Aen. 110.
Maturus ad arma. Silius, li. 16. 132.
Mitis armis. Stat. 1. Sylu. 5.
Potens armis terra. Virg 3. Aen. 33.
Præclarus armis. Stat. 3. Theb. 57.
Promptus ad arma. Oui. 1. Met. 16.
Rudis armorum. Stat. 4. Theba. 50.
Armorum uiribus uti. Oui. 13. Met. 143.
Circunfusa militum arma. Quint. li. 2. ca. 20. 7.
Arma discordia. Virg. 2. Georg 92. Stat. 11. Theb. 20.
Arma feralia. Lucan. 2. 52.
Arma flagrantia. Silius, li. 3. 24.
Arma fortia. Oui. 7. Met. in fine.
Fraterna arma, arma fratrum. Seneca, in Theb. 2. 1.
Arma furialia. Stat. 9. Theb. 18. Oui. 6. Met. 118.
Arma honesta, id est, iustum bellum. Oui. 3. Amor. eleg. 14. 2.
Arma hostilia. Virg. 9. Aen. 17.
Arma ignota, pro nouis & inconsuetis, ut docet Seruius. Virg. 9. Aeneid. 136.
Infesta arma. Oui. epist. 5. 19.
Arma mortalia, ut Seruius ait, mortalis posibilitas. Virgilius, 1. Aeneid. 110.
Nefanda arma. Vide Nefandus.
Parua arma. Vide Paruus.
Potentia arma. Oui. 3. Amor. eleg. 2. 11.
Arma rigida. Stat. 6. Theb. 156.
Arma socia, confœderatorum arma. Sil. li. 15. 112.
Arma terrestria: quibus opponuntur naualia. Ouidius, 14. Metam. 96.
Abijcere arma. Vide Abiscio.
Abstinere armis. Hor. in Arte poetica, 77.
Accingi armis. Virg. 6. Aen. 37.
Armis uirtutem affirmare. Tac. li. 20, Nec ego unquam facundiam armis exercui, & Pop. Rom. uirtutē armis affirmaui.
Amissis armis fugere. Virg. 1. Aen. 96.
Armis aptari. i. armis indui. Stat. 11. Theb. 20. de Tisiphone.
Sub armis cadere. Oui. epist. 1. 4.
Arma canere. Virg. 1. Aen. 1. Arma uirumq; cano.
Capere arma. Cic. pro C. Rabirio, 14. Virg. 2. Aen. 63.
Capere arma pro salute communi. Cic. pro C. Rabirio, 15.
Capessere arma. Virg. 3. Aen. 47.
Certare armis. Virg. 12. Aen. 127.
Armis cingi. Virg. 2. Aen. 144.
Capere arma. Tacit. lib. 12.
Concutere arma. Oui. 7. Met. 26.
Coire ad arma, conglomerari ad pugnam & cædem. Ouidius, 11. Meta. 76.
Contendere armis. Stat. 1. Achil. 95,
Consilijs armisq; uigil contendat Vlysses.
Dare arma alicui, ut cum bene armato pugnet. Cic. Attico, libro 7. 126. 2.
Decertare armis. Cic. Atti. li. 7. 126. 2.
Deponere arma. Quint. li. 3. cap. 8. 12.
Arma detrahere alicui, id est, spoliare armis. Seneca, in Oed. 5. 15.
Arma direpta militibus. Hor. 3. Carm. Ode 5. 4.
Disponere arma contra aliquem. Quint. lib. 4. cap. 1. 14.
Arma ducum dirimere. Lucan. lib. 1. 21.
Discedere ab armis. Cic. 8. Philip. 255.
Esse in armis. Cic. pro Domo sua, 62. Vide In.
Armis urbem excindere. Sta. 1. Theb. 52.
Arma iuuentus exercet. Virg. 4. Aeneid. 18. Id est, armis exercetur iuuentus.
Expedire arma. Tac. li. 20.
Armis exuere aliquem. Virg. 8. Aen. 111. Id est, spoliare.
Arma obuia ferre, in aciem progredi. Virg. 9. Aen. 11.
Ferre arma in medios globos: id est, irruere in exercitū mediū, & ubi densissimus est militum ordo. Sil. li. 11. 1.
Vrbes arma inter se ferunt: id est, inuicem digladiantur. Virg. 1. Georg. 102.
Armis fundere agmina: id est, sternere & profligare. Ouid. 6. Metam. 85.
Arma gerere, id est, gestare. Virg. 5. Aen. 82.
Incessus in armis: id est, armati incessus. Horat. 2. Serm. Satyra 3. 62.
Imperare arma. Vide Impero.
Armis densis incurrere. Virg. 2. Aen. 52.
Induere arma. Oui. 14. Met. 180. Vide Induo.
Arma funesta induere: id est, armis accingi, quæ mox futura sint tibi causa funeris. Oui. 1. Fast. 104.
Iustè arma induere: id est, non temerè ad bellum accingi. Lucanus, lib. 1. 26.
Armis hostilibus indutus. Virg. 9. Aen. 17.
Inferre arma. Vide Infero. Silius, lib. 15. 104.
Imparibus armis se immiscere. Virg. 4. Georg. 49.
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Id est (ut Seruius interpretatur) inæquali consilio. Licebit etiā propiore significatione uti, quum uiribus maiorem aliquē contra minus fortem contendere indicabimus.
Inijcere arma regnis. Id est, regnis bellum inferre. Statius, 2. Thebaid. 48.
Inspicere arma militis, ut probemus armatum. Cice. pro Cæcin. 45.
Armis aliquem instruere. Virg. 8. Aen. 16.
Instructus omnibus armis. Stat. 3. Theb. 3.
Intentare arma alicui. Vide Intento.
Iungere arma, coniungere copias. Senec. in Medea, 7. 19.
Creon Acastusq; arma si iungant sua? Vide Iungo.
Lazare arma alicuius, id est, dispare exercitum. Lucanus, libro 6. 15.
In armis mori. Id est, in bello occumbere. Virg. 2. Aen. 64.
Mouere arma pestifera, bellum exitiale ciere. Senec. in Hercu. furente, 11. 17.
In arma mouere aliquem. Id est, incitare ad capessenda arma. Virg. 6. Aen. 163.
In arma aliquem mittere: id est, militatum aliquò ablegare. Virgil. 6. Aen. 18.
Arma negare alicui. Id est, negare auxilia. Oui. 14. Met. 105.

Digitized by Google

Immotis armis pasci. Id est, quiete, & sine tumultu rebus suis frui. Lucanus, lib. 1. 35.

Arma perdere, id est, uinci. Horat. 1. epistol. 17. 14, Metaphoricōs etiam de illo dicit, qui uitijs se opprimi passus est. Id est, qui rationes amiserit, quibus uirtutem tueatur. Satyr. 17. 14.

Polire arma. Statius, 4. Sylu, 10.

Armis faciendis præesse. Cic. in Pisonem, 69.

Proijcere arma. Stat. 2. Theb. 132.

Protegere aliquem armis. Oui. 8. Met. 79.

Pugnare armis. Hora. 1. Serm. Saty. 3. 21.

Quærere arma. Virg. 2. Aeneid. 20. Vbi Seruius, Arma, modò fraudes uel dolos. nam arma sunt instrumenta cuiuslibet rei. Vnde & insidiantis fraudes arma nominauit.

Colligere arma. Valer. 6. Argon. 85.

Instaurata arma remoliri, id est, bellum redintegrare. Sillius, libro 1. 8.

Reposcere armis aliquid. Oui. epist. 5. 19.

Ab armis reuocare aliquem, id est, à bello. Statius, 10. Thebaid. 166.

Ruere in arma media. Virg. 2. Aen. 71.

Arma sequi. Tibul. 1. eleg. 2. 14.

Arma impia sequi. Virg. 6. Aen. 123.

Armis spoliata nauis. Virg. 6. Aen. 71.

Sumere arma ciuilia. Tacit. li. 20. Cic. 2. Tusc. 98.

Arma impia sumere. Virg. 12. Aen. 7.

Professi arma sumere. Id est, quibus exercitatus sis. Oui. 2. Fast. 40. de Fabijs.

Stat in armis acies. Seneca, in Thebai. 2. 14.

Armis sterni. Sil. li. 10. 62.

Sumpsit arma impartus. Vide Imparatus.

Arma tenere. Cic. 1. de Orat. 17, Quid tam necessarium, quàm tenere semper arma quibus uel tectus ipse esse possis, uel prouocare improbos, uel te ulcisci lacessitus?

Tractare arma. Senec. in Troa. 8. 8,

Non arma tenera parua tractabis manu.

Armis prudētiæ causas tueri atq; defendere. Cic. 1. de Orat. 84.

Valere armis. Oui. 8. Met. 12.

Venire in arma. Stat. 2. Achil. 66.

Arma tenere. Senec. in Herc. furente, 6. 6,

Sed arma felix teneat, infelix paret.

Venire ad arma propter es alienum. Cic. 6. Philip. 211, O fides? quæ potest esse maior fides, quàm fraudare creditores? domo profugere? propter es alienum uenire ad arma?

Vocare ad arma ex S. C. Cic. C. Rabirio, 14, De teipso inquam, Labiene, quæro, quum ad arma Consules ex S. C. uocauissent, quum armatus, &c. Sic 2. de Orat. 72. Vel, in arma. Virg. 9. Aen. 5. Vti armis. Quint. li. 2. cap. 1. 9.

Armatura, armaturæ, pe. pro. (ὁπλισμὸς, πανοπλία) Cic. Atti. li. 6. 111. 24, Habet autem cohortes quadragenarias, nostra armatura xxx. Id est, ijsdem & similibus, quibus nos, armati armis. Vegetius, li. 3. ca. 14, Tertius ordo disponitur de armaturis uelocissimis, de sagittarijs iuuenibus.

Armaturæ duplices, quæ binas consequebantur annonas. Simplices, quæ singulas, inquit Vegetius, lib. 2. cap. 7. Armaturam autem, pro hominibus armatis, accipit.

Armatura leuis. Vegetius, lib. 3. cap. 14, Quartus itē ordo construitur de scutatis expeditissimis, de sagittarijs iunioribus, de ijs qui acriter uerutis, uel martiobarbulis, quas plumbatas nominant, dimicant, qui dicebantur leuis armatura. Cic. 10. Philip. 278, Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, maximeq; noster est Brutus.

Varia armatura. Cic. ad Marium, li. 7. 1. 8.

Leuis armaturæ oratio, per translationem. Cic. 2. de Diuinat. 38, Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis amaturæ primo rationis excursio.

Armifer, penul. corrept. (ὁπλοφόρος) adiectiuum, arma ferens. Sil. lib. 16. 16.

Armifera dea, Periphrasis Mineruæ. Oui. ad Liuiam, 5.

Armiferæ Amyclæ, bellicosæ. Oui. 2. de Arte aman. 1.

Armiferi labores. Stat. 1. Syl. 2. 20,

—— armiferos poterat memorare labores,
Claraq; facta uirūm. Id est, labores bello exhaustos.

Armiferum aruum, Senec. in Med. 7. 8. dixit, quòd armatos tulisset satos ab Iasone. Stat. lib. 9. Theb. 167. Campus armifer, ubi armati congrediuntur.

Armiger, pen. cor, armigeri (ὁπλίτης) Est (ut ait Valla) qui in prælio gerit tela domini sui, ut scutum, ut arcum, lanceam, & cætera huiusmodi. Imperiti armigerum dicunt, pro aurato equite. Virgilius, 2. Aeneid. 96. Cice. pro Domo sua, 11, Quid est Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis.

Armiger teli. Pli. li. 2. ca. 55, Quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec è uolucribus aquilam, quæ ob hoc armiger teli fingitur. De fulmine loquitur.

Armiger, adiectiuum: ut, Armigera cohors, quæ fert arma. Sil. libro 10. 20.

Armigera Iouis, Aquila. Pli. li. 10. cap. 3.

Armigera, quæ arma gerit domina. Ouidius, 3. Metamor. 33. de Diana.

Armiger deus. Id est, deus armatus. Periphrasis Martis. Silius, libro, 7. 18.

Armiger equus, Indutus armis. Prop. li. 3. eleg. 4. 2.

Iras armigeras dixit Statius, quòd facilè nobis arma suppeditent, sintq; uelut armigeræ nostræ. Vt Virgilius, 1. Aeneid. 31,

Furor arma ministrat. Et Ouid. in Metamor. Telum ira dabat. Stat. 6. Theb. 66.

Armipotens, pen. cor. adiectiuum (ὁπλοπράτως) Qui armis ualet. Vnde & Pallas (siue Bellona) dicitur armipotens. Cic. Antequā iret in exiliū, 15, Nunc ego te Iuppiter Opt. Max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernātur: teq; particeps cōnubij, socia regni, regina Iuno, teq; Tritonia, Armipotens, Gorgophora Pallas Minerua. Virgi. 2. Aeneid. 85.

Armipotens Ausonia. Stat. 3. Syl. 2. 4.

Armisonus, penul. cor. (ὁπλόξυπος) Palladis epitheton. Virgil. 3. Aeneid. 109.

Armisonum antrum. Clau. de Rap. Proserp. 3. 14.

Armo, armas (ὁπλίζω, παθοπλίζω, θορύσσω, πορύνω) armare, Armis instruere. Virg. 8. Aen. 78,

Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuisset. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 9, Qui quidem quum in fraudem se deductum uideret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est.

Armari contra Rempub. Cic. pro Milone, 50.

Armabantur serui in dominos. Cic. pro Plancio, 70.

Armare temeritatem concitatæ multitudinis autoritate publica. Cic. pro Milone, 1.

Armare religione deorum perditos magistratus. Cicero pro Domo sua, 1.

Ausoniam armabat Fabius. Sillius, li. 7. 1.

Ad omnia te summum atq; excellens tuum armauit ingenium. Cæcina Ciceroni, lib. 6. 7. 12.

Armauit eum spes. Hoc est, commouit, ad accipienda arma. Liuius, 2. ab Vrb. 192.

Armare aliquem, pro potestatem facere. Ci. Att. li. 2. 37. 2.

Armare accusatorem re aliqua. Cic. pro Cluentio, 151.

Armare aliquem in Remp. Cic. Att. li. 8. 147. 4.

Digitized by Google

Armare se spolijs. Virg. 2. Aen. 79.
Armat se eloquentia. Cic. 1. de Inuent. 2.
Armantur equi bello, pro, ad bellum. Virg. 3. Aen. 108.
Armare naues. Id est, ad bellum instruere. Cæsar, 6. bel. Gal. 3.
Armare ueneno ferrum, pro eo, quod est ueneno ferrum tingere, imbuere, ut præsentius uulneret. Virg. 9. Aen. 157.
Armandus (ὁπλοτέος) Oui. 13. Met. 43.
Armatus, pen. prod. Participiũ (ὡπλισμένος) Armis indutus. Cice. pro Cecina, 44, Armatos, si Latinè loqui uolumus, quos appellare uerè possumus? opinor eos, qui scutis telisq; parati ornatiq; sunt.
Armata dicebatur uirgo sacrificans, cui lacinia toga in humerum erat reiecta. Festus.
Incredibili armatus audacia. Cic. pro Domo sua, 109.
Armata dolis mens. Sil. lib. 1. 38.
Armatum fide pectus. Sil. li. 11. 41.
Armati animis. Cice. 7. Philipp. 233, Quid legati egerint, nondum scimus: at uerò erecti, citati, parati, armati animis iam esse debemus.
Vrbs armata muris. Cic. contra Rullum. 85.
Armatos, Virgilius substantiuè dixisse uidetur, pro Militibus 2. Aeneid. 66,

Arduus armatos medijs in mœnibus astans
Fundit equus.

Armatus, huius armatus (ὁπλισμός) Verbale, idem quod armatura. Liu. 7. bel. Maced. 166, Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Id est, paribus & similibus armis induti.
Armamenta, armamentorum (ὁργαλῖα, σκευάσματα) dicuntur (autore Sipontino) quæ ad instruendũ aliquid pertinẽt: ut in nauibus armamenta sunt non solum arma, sed remi, uela, antennæ, rudentes, claues, & alia eiusmodi. Plaut. Merc. 4. 60, —salua est nauis, ne time. C. Quid alia armamenta? A. Salua & sana sunt. Colum. lib. 4. ca. 3. 1, Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec cõsummata perinde instruũt armamentis, ministrisq;. Barbari utensilia uocant.
Nauium armamenta. Plin. lib. 19. cap. 2. 4. Cice. in Arato, 23. Ouid. 11. Metamor. 92, Vimearum armamenta. Plin. lib. 17. capite 21.
Armamentarium (ὁπλοθήκη) Vbi reponuntur armamenta & arma, ait Valla, lib. 1. Liu. 6. bel. Pun. 227, Hæc illis arx, hæc horreum, ærarium, armamentarium, hæc omniũ rerum receptaculum est. Cic. 1. de Orato. 32, Philo architectus Athenienſibus armamentarium fecit. Iuuen. Saty. 13. 9,

Addit & Herculeos arcus, hastamq; Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cæli.

Armarium, armarij (σκευοθήκη) Vbi reponuntur libri, cæteraq; huiusmodi, teste Valla, lib. 1. Item cibaria & pecuniæ. Plautus, Capt. 15. 10,

Coquũ percontabatur, poscéntne seri aulæ referuescere.
Cellas refregit omnes intus, recluſitq; armarium. Cic. pro Cælio, 49, Tũne aurum ex armario tuo promere ausa es? Idem, pro Cluent. 142, Parieti eius in bibliothecæ specie armarium insertum est.

Armariũ promptuariũ, pro Armario, apud Catonem, ca. 11. 3.
Armarium, Machina ferro munita. Gellius, lib. 6. cap. 4. Idq; ubi Romæ cognitum est, nobilißimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo destitutos, eadẽq; insomnia cruciatos interijsse.
Armariolum, penul. cor. diminutiuum (σκευοθήκιον) Parum armarium. Plaut. Truc. 3. 24, Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.
Armalchar] Fluuius Euphrates, sic ab Assyrijs appellatus: & significat regium flumen. Pli. li. 6. ca. 26.
Armenia] ἀρμενία, Regio Asiæ, inter Taurum et Caucasum monteis sita, & à Cappadocia ad Caspium mare usq; protensa, ab Armenio Thessalo Iasonis comite, inquit Strabo, dicta. Et, ut Plin. li. 6. autor est, duplex est, maior scilicet, & minor. Maior post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea, ut ait Ptolemæus, à Septentrione Colchiden habet, Iberiam & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, minorem Armeniam, & Syriam Comagenam relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, quà montes Caspij adsurgunt: à Meridie Mesopotamiam atq; Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Parriedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuij: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus, & Mediam percurrẽs, postremo Albus appellatur: Cordica ex quo Tigris oritur: Taurus ac Niphates, qui Mesopotamiam atq; Assyriam ab Armenijs disterminant: Caspij; qui uergunt ad Medos: & Caucasij, qui Septentrionalia Iberiam uersus Albaniamq; concludunt. Flumina quatuor: Cyrus qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam Albaniamq; dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, & Lycus, Tigris, Euphratesq;. In Armenia precioſum inter reliqua aromata nascitur amomum. Armeniam Hebræi Arab uocant. In ea ciuitas Artaxata insignis.
Armenius, adiectiuum (ἀρμένιος) aliquis ex Armenia. Horat. 1. Epist. 12. 6.
Armenius fugax. Oui. ad Liuiam, 78.
Armenias eurru subiungere tigres. Virg. 5. eclog. 6.
Armeniacus, pe. cor. adiect. (ἀρμένιος) ut, Armeniaca mala, Ex Armenis aducta. Colum. li. 5. ca. 10. 13. Et lib. 11. cap. 2.
Armentum] armenti (ἀγέλη) Festus, Armentum, id genus pecoris appellatur, quod est idoneum ad opus armorum. Inuenies tamen fœminei generis armentas, apud Ennium positum. Hactenus Festus. Armorum uocat, quorumuis instrumentorum.
Inter armentum & Gregem quid interſit, Valla explicat his uerbis: Ipſi cameli, boues, muli, lupi armenta faciunt: licet quidam uelint tantum esse boum, quaſi ab arando aramenta dicta: deinde sublata tertia litera, Armenta. Præterea, ouis quæ marem fœminamq; significat: capra, cum qua caper, siue hircus: porcus, cum quo porca intelligitur: unde fiunt greges: ut grex ouium, grex caprarum, grex porcorũ. Ouid. 4. Metam. 127,

Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas
Pascebant. Virg. 3. Georg.
Hæc satis armentis: superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas. Idem tamen de ceruis primo Aene. dixit,
—hos tota armenta sequuntur
A tergo. Vt non sit mirandum, si de bobus gregẽ dixerit, ibi, Aut aliquam in magno sequitur grege: tamen ad distinctionem addidit Magno, sicut Horatius adiecit Mugientium, in Epodis,

Aut in reducta ualle mugientium
Prospectat errantes greges. Quaſi grex sit generalius nomen, armentum uero specialius: & illud sine appoſito de pecoribus minutis intelligatur, cum appoſito poßit etiam ad maiora transferri, ut Cic. in Philpp. 3. 146, Cædit greges armentorum. Hactenus Valla, li. 4. Ci. Att. lib. 7. 127. 8, Quid ergo, inquis, acturus es? Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges: ut bos armenta, sic ego bonos uiros.
Armenta boum. Virg. 2. Georg. 103.
Armenta immania. Virg. 4. Georg. 79. de monstris marinis.

Armentã

Digitized by Google

Armenta læta. Virg. 2. Georg. 28.

Armenta muta. Stat. 5. Theb. 67.

Armentum regale, Armentum regis. Oui. 2. Meta. 169.

Mugitus armentorum. Ouid. 5. Meta. 33. de bobus tantum intelligi potest.

Stabulis armenta tenere. Virg. 1. Georg. 71.

Sortiri armento sobolem. Virg. 3. Georg. 14. Id est, substituere & subministrare. Verbumq; est iudiciorum. Nam subsortiti dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio. Seruius.

Armenta à gregibus separauit significatione Statius, 10. Theb. 164, Eunt præter secura armenta gregesq;.

Pascuntur uirides armenta per herbas, Virg. 3. Georg. 32.

Armentis incurrunt ursi. Oui. 7. Met. 12.

Armenti dux pro tauro. Oui. 8. Met. 178.

Armenti custos. Oui. 11. Met. 70.

Armentorum ministri. Id est, bubulci. Oui. 3. Fast. 13.

Armenta agere dicitur pastor. Oui. 5. epist. 16.

Montana armenta, In montibus errantia. Ouidius, 1. de Arte amandi, 61.

Armenti greges. Varro, de re Rust. libro 2. cap. 5. 16, Qui gregem armentorum emere uult, obseruare debet, primùm ut sint eæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ.

Armenti reges uocantur tauri, tanquam rectores, Statius, libro 1. Achil. 94,

— septemq; Aiax umbone coruscet
Armenti reges.

Vbi perperam legitur, greges. Accipit autem armenti reges, siue tauros, pro taurorum tergoribus, ex quibus confectus erat Aiacis clypeus.

Armentalis, & hoc armentale, pen. pro. (ἀγελήτης) Quod est ex armento. Virg. 11. Aene. 114,

Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra
Armentalis equæ mammis & lacte ferino, &c.

Armentarius (ἀγελαρχης) Armenti, siue pecudum, siue boum custos. Virg. 3. Georg. 68,

— omnia secum
Armentarius Afer agit.

Varro, 2. de re Rustica, cap. 5. ad finem, de bobus & uaccis, Armentarium meum crebro, ut aliquid legat curo.

Armentosus, adiectiuum, penul. prod. (ἀγελώδης) Armentis abundans, apud Plin. Gel. lib. 11. cap. 1, Quòd Italia tunc esset armentosissima.

Armentinus, pe. pro. adiectiuum (ἀγελαῖος) Quod est ex armento. Pli. li. 28. cap. 17. 3, Fimi ceruini maximè subulonis, sed & bubuli (de armentinis loquor) cinis cochlearium trium in mulsi hemina, &c.

Armentitius, adiectiuum (ἀγελαῖος) ut, Armentitium pecus, & Armentitius grex. Varro, 2. de re Rust. ca. 10. 2, Qui greges sequuntur, præsertim armentitios ac caprinos.

Armgier] Vide Arma, armorum.

Armilausa] Vulgo uocata est uestis, quæ antè & retrò diuisa atq; aperta est: in armos tamē clausa, quasi armiclausa, c litera ablata. Hæc Isidorus. Vtitur Paulinus.

Armilla] armillæ (βραχιονιστήρ, φέλλιον) Festus, Armillas ex auro, quas uiri militares ab imperatoribus donati gerũt, dictas esse existimant, quòd antiqui humeros cũ brachijs armos uocabant: unde arma ab his dependentia sunt uocata. Hactenus Festus. Plin. lib. 28. cap. 4. 9, Pueri qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, inclusus in armillam, & assiduè in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet. Nostrates caduceatores, inquit Budæus, spintere hodie utuntur, quæ armilla etiam dici potest, blasonum lingua uernacula uocat.

Armillæ, Ornamenta fœminarum in brachijs, & etiam uirorum. Plaut. Menæch. 12. 13, Vbi hercle armillæ sunt, quas unà dedi.

Armillatus, pen. prod. (φελλιοδωτός) adiectiuum, Propriè dicitur armillis ornatus: ut, Miles armillatus. Propertius abusiuè ad canes transtulit, libro 4. eleg. 8. 5,

Atq; armillatos colla molossa canes.

Armillatos cursores Budæus uocat, quos Postas dicimus: uidelicet quia id insigne gerunt, quod (ut ipse sentit) potest armilla aut spinter dici.

Armille] neut. gen. Instrumentum & apparatus uersutiarum, ab Armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius, lib. 6, Ad armille redit.

Armillum] armilli (ut ait Festus) Vas erat uinarium in sacris, dictum, quòd armo, id est humero, deportaretur. Nonius, Armillum, Vrceoli genus, Varro, de uita Pop. Rom. libro 1, Etiam nunc pocula, quæ uocant Capulas & Capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est urceoli genus uinarij. Et alio loco, Armillum, Lucilius, libro 28, Hinc ad me, hinc licet anus rursus ad armillum.

Armilustrum] ὁπλάγισμα, ut ait Varro, ab ambitu lustri. lib. 5. de Ling. Lat. Legitur & Armilustrium. Ibidem, Armilustriũ, ab eo quòd in armilustrio armati sacra faciũt: nisi locus potius dictus ab his. Festus, Armilustrium festum erat apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant: ac dum sacrificarent, tubis canebant.

Armipotēs, Armisonus, Armo, armas] Vide Arma.

Armon] Raphani genus syluestre. Plin. lib. 19. cap. 5. Ruel. Officinæ Rapistrum uocant.

Armoracia] Raphani genus syluestre, quod armon Pontici uocant. Plinius, libro 19. capite 5. Apud Columellam, libro 6. capite 17. 6, Armoracea per secundam uocalem legitur.

Armoracium] uocat Colum. lib. 12. cap. 9, Raphani genus syluestre, quod Plinius armoraciam uocat.

Armoraciæ] Ciuitates, à Cæsare appellantur ciuitates Galliæ, ad Oceanum occidentalem sitæ, quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Osisiini, Cadetes, & Vnelli. Vide Aremorica.

Armus] armi, m. g. (ὦμος) Festus, Antiqui humeros cum brachijs armos uocabant. Vnde arma ab ijs dependentia sunt uocata. Seruius, Armi propriè sunt quadrupedum. Pli. libro 11. capite 39. 3, Pili equis in iuba largi: in armis leoni. Hor. 2. Ser. Saty. 4. 9,

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

Inter armum & humerũ. Humeri propriè eorum qui recti in cœlum spectant: unde soli homini humeros esse dicimus. Armi uerò propriè sunt brutorum: quamuis & de hominibus aliquando dicantur. Sipontinus.

Armos equi calcaribus fodere. Virg. 6. Aen. 176.

Hasta per armos acta. Virg. 11. Aen. 124.

Armos ulcerare. Hor. 1. Ser. Sat. 6. 22, — nunc mihi curto
Ire licet mulo, uel si libet, usq; Tarentum,
Mantica cui lumbos onere ulceret, atq; eques armos.

Armos ulceret, calcaribus scilicet, aut corporis grauitate: ut priorem dorsi partem intelligamus.

Armuzia] Regio in ora Carmaniæ, in qua uineæ & arua coluntur ad Andanim fluuium. XXV. M. spatio. Plinius, libro 6. cap. 23.

Arnacis] arnacidis (ἀρνακὶς) Genus uestium puellarum. Varr. De liber. educand. Vt puellæ habeant potius in uestitu chlamydas, encombomata, acarnacidas, quàm togas. Nonius. Ἀρνακίδ& meminit & in Symposio Plato, ut è genere coactilium, quo pedes includantur.

Arnæ

Digitized by Google

Arnę caput] Agni caput. Festus.

Arnarion] ἀρναῖον, Achæis commune concilium dicebatur, quod unam in curiam cogebant, in quo de Repub. senatusconsulta edebantur. Strab. li. 8.

Arnates] pe. pro. Populi sunt in Italia, ab Arna Vmbrorum. Pli. li. 3. cap. 14.

Arne] es (ἄρνη) Ciuitas est iuxta sinum Maliacum, primum à Bœotijs inhabitata deinde à Thessalis occupata, ut est Author Thucydides, lib. 1. bell. Pelopon. Sunt & aliæ eiusdem nominis ciuitates, quæ recensentur à Stephano.

Arnoba] ut habet Plinius: Abnoba, ut Ptolemæus: Arbona, ut Cornelius Tacitus, Mons est ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plinium, libro 4. cap. 11.

Arnodi] ἀρνῳδοί, Qui carmina apud antiquos recitabant, ita dicti, quòd victori præmium contribueretur agnus. Cæl. lib. 7. cap. 29.

Arnoglossa] arnoglossæ (ἀρνόγλωσσον) Latinè Plantago. Vide Plantago.

Arnus] ἄρνος, Fluius est rapidissimus Hetruriæ, Florentiam alluens. Autor Pli. uulgò Arno.

Aro] aras (ἀρόω, ἀροτριάω) arare, Est terram aratro quouis modo uertere & proscindere. Plin. li. 18. cap. 19, In arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare.

Arare, Fossione colere: ut, Arare oliuetum. Columel. lib. 5. cap. 9. 13, Nam ueteris prouerbij meminisse conuenit, Eum qui aret oliuetum, rogare fructum: qui stercoret, exorare: qui cædat, cogere.

Arare ex, pro percipere ex aratione. Cice. 5. Verr. 93, Quod si fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex iugere ararent.

Arare in singulis iugis. Cic. 5. Ver. 21, Quid, qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Videtur iuga pro iugera posuisse. ut sit, Qui arant singula iugera. Nisi fortè per singula iuga intelligat singula boum paria.

Arat Falerni mille fundi iugera. Hor. Epo. 4. 3.

Aratur, impersonale. Pli. li. 18. ca. 3. 1, Actus uocabatur in quo boues agerentur, quum aratur uno impetu usto.

Aratur personale passiuum: ut,

Tenuis mihi campus aratur. Oui. 2. Trist. 66.

Mille iugis Campania pinguis aratur. Prop. li. 3. eleg. 5. 1.

Arare æquor, Nauigare significat apud poetas. Vir. 3. Ae. 99,

Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum.

Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 16,

Latum mutandis mercibus æquor aro.

Arare aquas, pro eodem. Oui. 3. Trist. ele. 12. 5.

Littus arare, Terram uicinam mari uel infertilem, Serui. Virg. 4. Aene. 43.

Arare littora, pro inanem operam sumere. Oui. 5. epist. 23.

Terram arare & sulcum altius imprimere. Cic. 2. de Diui. 74.

Arare, aut colere agrum. Ci. pro Lege Agraria, 69.

Arandi præceptor. Oui. 6. Fast. 3. Hesiodum intelligit.

Arando mansuescit tellus. id est, dum aratur. Vir. 2. Georg. 48.

Arando enectus bos: id est, dum arat, Vel præ nimio arandi labore. Hor. 1. epist. 7. 18.

Aratus, participium (προαροτριασθείς) ut Arati agri. Ouidi. 7. Metam. 25.

Arata terra. Ouid. 1. Fast. 141. Araturus. Tibull. 1. eleg. 10. 9,

Interea pax arua colat, pax candida primùm
Duxit araturos sub iuga curua boues.

Aratio, Verbale (ἄρωσις) Valla, Nomina quæ positionẽ habẽt in io, latius significare solent, nec actionem modò, sed rem etiam, ac corpus. Cic. 2. Philipp. 100, Hæ quondam arationes Campani & Leontini agri in Popu. Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur. Id est, agri ad arandum idonei. Hactenus Valla, li. 4. Cic. 5. Ver. 21, Quum dederint Apronio quod poposcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum? Plin. lib. 27. cap. 8. 4. Nascitur in arationibus.

Arationes desertæ, ac relictæ à dominis. Cice. 5. Ver. 196.

Aratio fructuosa. Cic. 5. Tusc. 124.

Aratiuncula, huius aratiunculæ, pen. cor. diminutiuum (ἀροτρίδιον) Plau. Trucul. 4. 45, —malè uortit

Res pecuaria mihi apud uos: nunc uicissim uolo habere
Aratiunculam pro copia apud uos.

Arator, pen. prod. (ἀροτῆρες) Qui terram arat. Cice. 7. Ver. 78, Siculósne milites, aratorúmne liberos? quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, ut Popu. Romano, totiq; Italiæ suppeditare possent. Pli. li. 18. cap. 19, Arator, nisi incuruus, præuaricatur.

Arator curuus. Virg. eclog. 3. 9.

Durus arator. Virg. 4. Georg. 102.

Perornatus arator. Persius, Saty. 5. 11.

Robustus arator. Virg. 4. eclog. 9.

Taurus arator. Oui. 1. Fast. 140,

—cedebat taurus arator equo.

Ex aratore orator factus. Cic. 3. Philip. 139.

Arabilis, pen. corr. & hoc arabile, Verbale (ἀρότος) Quod arari potest. Pli. li. 17. ca. 5, Contrà, in Byzacio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum siccus est, arabilem tauris.

Aratro, aratras, penul. prod. (ἀροτριάω) aratrare, Quasi arando iterare: quod est, segetes iam natas rursus arando proscindere. Pli. li. 18. cap. 20. 2, At illæ messes duplicatæ docuere quod nunc uocant artrare, id est, aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit uel incipiente calamo, uel tum si autumna, ternáue emiserit folia.

Aratrum, huius aratri, pen. pro. (ἄροτρον) Instrumentum quo aratur. Virg 7. Aen. Et terram centum uertebat aratris. Cice. 5. Ver. 109, Quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit.

Aduncum aratrum. Oui. 2. Met. 58.

Assiduo satiatus aratro agricola. Tib. 2. eleg. 1. 11.

Curuum. Virg. 1. Geor. 34. & lib. 2. 38.

Depressum. Virg. 1. Geor. 9. Oui. 15. Met. 124.

Durum. Horat. 1. Ser. Saty. 1. 6.

Circunducere aratrum. Cic. 2. Philip. 101.

Emeritum palo suspendere aratrum. Oui. 1. Fast. 133.

Graue aratrum. Hor. in Arte Poetica, 1. 14.

Incuruo aratro terram moliri. Virg. 1. Georg. 99.

Inflexum aratrum. Vir. 1. Georg. 33.

Patiens aratrum. Id est, durum, & quod labores assiduos ferre possit. Oui. 1. Amor. eleg. 15. 7.

Vertentia glebas aratra. Oui. 5. Met. 96.

Ruricola aratrum. Oui. 4. Trist. eleg. 5. 7.

Vncũ aratrũ. Virg. 1. Geor. 4, Vnciq; puer monstrator aratri.

Ab aratro arcessebantur qui Consules fierent. Cicero pro Rosc. Comœdo, 29,

Aratra defixa in medio opere relinquere. Virg. 3. Geor. 103.

Detrecta: aratra taurus. Proper. 2. eleg. 3. 10.

Extrahere aratrum. Ci. 3. de Nat. deo. 237. de bobus.

Imprimere aratrum muris dicitur hostis. Hor. 1. Car. Od. 16. 5.

Incumbere aratris. Virg. 1 Georg. 43.

Terram mollire aratro. Virg. 1. Georg. 98.

Pressis terram proscindere aratris. Lucr. lib. 5. 42.

Scindere terram aratro. Sillius, li. 15. 106.

Rustica

Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit. Ouid. 2. de Arte amandi, 37.

Aroma] pe.cor. (ἄρωμα) Lydiæ ſiue Mæoniæ oppidum eſt, cuius meminit Strabo, li. 14.

Aromata] ἀρώματα, in plurali (nam aroma non dicitur) quarundam herbarum fructus, odoris & ſaporis admodũ grati, quibus utimur uel ad excalfaciendum uentriculũ, uel ad appetentiã prouocandã, ut ſunt zinziber, piper, ſaccharum, & huiuſcemodi, quæ uulgus Species uocat. Columel. lib. 12. cap. 20, Deinde quum uidebitur mediocriter calere defrutũ, reliqua aromata cõtuſa, & cribrata paulatim inſperges, et iubebis rutabulo ligneo agitari: quod decoxeris, eouſq; dum defrigeſcit. Quòd ſi non ita ut præcipimus, permiſcueris, ſubſident aromata, & adurentur.

Aromaticus, pe.cor. adiectiuum (ἀρωματώδης) Quod odorem aromatum habet. Pli. li. 14. cap. 13. 3, Ideo quidem aromaticis delectatos maxime credunt.

Aromaties, aromatiæ, pen. prod. m.g. (ἀρωματίτης) Gemma quæ in Arabia gignitur: ita dicta quòd myrrhæ odorem habeat. Pli. li. 37. ca. 10. 7.

Aromatites, uinum, cum dicitur, maſculinũ figuratè neutro genere iungitur, uinumq; ſignificat factitium, cinnamomo & ſaccharo conditum. Pli. li. 14. ca. 16.

Aron] uel aros, ari (ἄρον) Bulbi genus, uulgò per totã Heturiam uocatur Gigaro: ex cuius radice mulieres aquam faciunt, ad faciem illuſtrandam. Plin. lib. 19. cap. 5. de Aro loquitur.

Arpandes] ἁρπάνδης, Fuit Aegypti pro Cambyſe præfectus, qui poſtea à Dario interfectus eſt. Author Herodot. lib. 3.

Arpi] orum (ἄρποι) Vrbs Apuliæ, à Diomede condita, quæ primò Argyrohippium, deinde Argyripa, porrò nunc Arpi uocata eſt. Strabo, li. 6.

Arpinum] pen. pro. (ἀρπῖνον) oppidum Volſcorum in Latio, quod M. Ciceronis & C. Marij natalibus gloriatur: ex quo Arpinates hodie ob honorem tanti municipis tres literas, M. T. C. pro ſigno publico conſcribunt.

Arpinas, Arpinatis, penult. product. adiectiuum (ἀρπινάτης) Cice. de Lege Agrar. 106, Meus paternus auitusq; fundus Arpinas.

Arquatus] pe. pro. (ἰκτερὸς) adiectiuum, dicitur quicquid ſpeciem arcus gerit. Oui. 11. Met. 119,

Dixit & arquato cœlum curuamine ſignans.

Arquatus, morbus eſt, quem regium nominant: ſic dictus à calore cœleſtis arcus, quem poetæ irim uocant. Nam antiqui per Q. arquus ſcribebant, quod nos per C. arcus. Celſus, libro 3. capite 14, Aequè notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Plinius, libro 22. capite 24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulſo. Regius autem dicitur, ut ait Ouidius,

Molliter excelſa, quoniam curetur in aula.

Arquati (inquit Nonius) quibus color & oculi uirent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Varro Eudæmonibus, Nam ut arquatis & ueternoſis quæ lutea non ſunt, æquè ut lutea uidentur: ſic inſanis ſani, & furioſis uidentur eſſe inſani. Hactenus Nonius. Pli. li. 27. cap. 12, Radicum decoctum potum, ſanat arquatos.

Arquites] τοξόται, Arcu præliantes, qui nunc dicuntur ſagittarij. Feſtus.

Arquus] arqui. Vide Arcus.

Arrectarius] Vide Arrigo.

Arrhenogona] ἀρρενόγονα, Medicamenta ſunt ad mares concipiendos, ſicut Thelygona ad fœminas, conducentia Budæus.

Arrepo] Vide Adrepo. A quo

Arrepto, arreptas (προσέρπω) arreptare, Frequentatiuum. Plin. lib. 35. cap. 35. cap. 10. 41, Et item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.

Arrha] ἄρρα, Oppidum Arabiæ felicis, apud Ptolemæum.

Arrha] arrhæ (ἀρραβών) Pars ſponſionis, quæ fidem facit totius ſummæ perſoluendæ. Plin. lib. 33. cap. 1. 22, At ſponſiones etiamnum annulo exiliente, ab eo tempore quo nondum erat arrha uelocior: ut planè affirmare poßimus, nummos antè apud nos cœpiſſe, mox annulos.

Arrhabo, penul. product. arrhabonis, maſc. gen. (ἀρραβών) Idem quod arrha. Verbum eſt Græcum ἀρραβών, quo tanquam Latino Plautus & Terentius utuntur. Plautus Rud. 2. 4. 6,

Minis triginta ſibi puellam deſtinat,
Datq; arrhabonem, & iureiurando alligat. Idem, in Milite,

Hunc arrhabònem amoris à me accipe. Hæc dictio uidetur potius eſſe Hebræa, quàm Græca. Hebræi enim Erabon, per Ain, dicunt pignus, à uerbo Arab, per Ain ſimiliter, id eſt, oppignerauit.

Arrhabo, pro Obſidibus. Gell. li. 17. cap. 2, M. Cato in L. Veturium, Quum tantus, inquit, arrhabo penes Samnites Popu. Romani eſſet: Arrhabonem dixit, D C. obſides: & id maluit quàm pignus dicere: quoniam uis huius uocabuli in ea ſententia grauior, acriorq; eſt. Sed nunc arrhabo in ſordidis uerbis haberi cœptus: ac multò rectius uidetur arrha: quãquam arrham quoq; ueteres ſæpè dixerint.

Arrhabo, pro pignore. Teren Heaut. 3. 3. 42,

Ea relicta huic arrhaboni eſt pro illo argento.

Arrhenicum] ſiue Arrhenico ἀρρενικὸν, Quid ſignificet docet Galen. lib. de Simpl. medic. facul, Arrhenicum (inquit) facultatis eſt cauſticæ, ſiue urentis, idq; tam combuſtiũ quàm uſtionis expers, &c.

Arria] Romana fuit mulier, licet alij Patauinam faciant, quæ damnato Pæto marito ſuo, corpus gladio fodit, quem uulnere educens, ipſi Pæto quærenti dedit, ut idem faceret. Martialis,

Caſta ſuo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de uiſceribus traxerat ipſa ſuis.

Arrianus] ἀρριάνος, Poeta, cuius carminibus Tiberium principem delectatum fuiſſe Tranquillus ſcribit. Eius autem opera Suidas commemorat. Metaphraſin Georgicorum Virgilij, Alexandriada poema, uidelicet de rebus geſtis Alexandri Macedoniæ, libris 24. & alia multa opera. Arrianus item alius è Nicomedia hiſtoricus, Xenophontis minor cognominatus: ſicut ille de Cyro, ita hic de Epicteto philoſopho eiusq; diſſertationibus opus edidit tribus uoluminibus. Scripſit quoq; hiſtoriam Alexandri Magni octo libris. Vtrunq; opus habetur in bibliotheca Vaticana. Emicuit Romæ ſub Adriano & M. Antonio principibus, à quibus ob literas honoribus uſq; conſularibus euectus eſt. Author Heliconius ex Volater.

Arrideo] arrides, pen. pro. arriſi, arriſum (προσγελάω) arridere, Ex ad, & rideo, ſignificat applaudere, & lætitiam animi ridendo oſtendere. Ouid.

Arriſit paries adueniente dea. Terent. Eunuc. 2. 2. 19,
——hiſce ego non paro me ut rideant,
Sed ijs ultrò arrideo. Vbi Donatus, Quid eſt, ijs arrideo? Aut ueluti pareo, id eſt, obſequor, aut ueluti dictis delector.

Arridere ridentibus. Id eſt, ſimul ridere. Horatius in Arte poetica, 21.

Leniter arridere. Cic. de Somnio Scip. 8, Leniter arridens Scipio, Quæ-

Digitized by Google

pio, Quæſo, inquit, ne me è ſomno excitetis, et pax ſit rebus.

Arridere res dicitur, quæ placet. Cic. Atti. lib. 13. 27 8. 2, Inhibere illud tuum quod ualde mihi arriſerat, uehementer diſplicet.

Arrideri, & Derideri contraria. Cic. de Opt. gen. Orat. 146, Quoniam nonnullorum ſermo iã increbuit, partim ſe ipſos Atticè dicere, partim neminem noſtrũ dicere: alteros negligamus, ſatis enim his res ipſa reſpondet, quum aut non adhibeantur ad cauſas, aut adhibiti derideantur: nam ſi arrideantur, eſſet idipſum Atticorum.

Arriſor] oris, penult. prod. Verbale, Qui alicui ſubridet, aut arridet. Seneca, epiſt. 27.

Arrigo] arrigis, pen. corr. arrexi, arrectum (ἴγνυμι, ὀρθόω) arrigere, Ex ad & rego compoſitum, ſignificat erigere. Virgil. 10. Aeneid. Comaſq; arrexit.

Arrigere aliquem, ſiue alicuius animum, per metaphoram. Salluſt. Eos non paulum oratione ſua Marius arrexerat. Id eſt, erexerat, excitauerat.

Arrigere aures. Terent. And. 5. 4. 31, Arrige aures Pamphile. Vbi Donatus, Arrige aures, Translatio à pecudibus, quibus uerbis intendit accipiendam eſſe uocẽ. Virg. 1. Aeneid. 32, Arrectisq; auribus aſtant. Sic. 2. Aeneid. 62.

Arrigere aures alicui ſermone aliquo. Plaut. Rud. 30. 6.

Arrectus, Participium, (ὀρθογατὸς) Virg. 4. Aene. 75. Arrectæq; horrore comæ. Sic. 9. Aeneid. 66, Arrecta haſta.

Arrectum pectus. Virg. 11. Aeneid. 128.

In digitos arrectus uterq;. Virg. 5. Aeneid. 85.

Lumina arrecta. Virgil. 2. Aeneid. 35.

Arrectæ mentes, ſtupefactaq; corda. Virg. 5. Aeneid. 128.

Laudum arrecta cupido. Virg. 5. Aeneid. 28.

Arrecti animum dictis. Virg. 1. Aeneid. 17.

Arrectior, Comparatiuum. Liu. 1. bel. Punici, Vt pleraq; Alpiũ ab Italia, ſicut breuiora, ita arrectiora ſunt.

Arrectus animus ad bellandum. Liu. 8. ab Vrbe, 187.

Arrectarius, adiectiuum à participio arrectus, (ὀρθογάσιος) Quod eſt arrectum: ut, Aſſer arrectarius in cratitio pariete, qui arrectus eſt, ſicut tranſuerſarius, qui in transuerſum ponitur. Vitruuius, lib. 2. cap. 8, Etiam qui ſunt in tectorijs operibus, rimas in ijs faciunt arrectariorũ & tranſuerſariorum diſpoſitione. Vide Cratitius in Crates.

Arripio] arripis, pen. corr. arripui, arreptũ, (προσαρπάζω) arripere, Cum impetu quodam & uiolentia accipere. Cic. in Piſonem, 67, Familias arripuerunt, pecus abegerunt. Terent. Adel. 2. 1. 27, Iam intrò arripere.

Ex circulo arripere. Cic. 1. de Orat. 77, Si quemcunq; patrem familias arripuiſſetis, ex aliquo circulo, eadẽ uobis percontantibus reſpondiſſet.

Arripit dolor. Cic. 2. de Finib. 148.

Arripit animus. Cic. 2. de Diuin. 39.

Arripere ad, uel in quæſtionem. Cic. pro Milone, 44, Subitò arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur. Idẽ pro Cluent. 72, Eo tempore ipſe ad quæſtionem arreptus eſt.

Arripere uelis, Inuadere. Virg. 3. Aeneid. Seruius.

Arripere, Raptum tenere. Virg. 11. Aencid.

Arripere aliquid ad reprehendendum. Cicero, 2. de Natura deorum, 3. 41.

Arripere cauſam ad incẽdia, cædes, &c. Ci. pro Domo ſua, 10.

Cauſam & tempus arripere. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 8.

Arripere occaſionem. Liu. 5. bel. Maced. 45.

Arripere auxilium & opem ad rem aliquam. Plau. Mil. 5. 65.

Arripere facultatem lædendi. Cic. pro Flacco, 14.

Cognomen arripere ex aliorum imaginibus. Cic pro Seſtio, 59.

Arripere maledictum ex triuio. Cic. pro Murena, 11. Id eſt, uti uerbis maledicis, quæ uulgo in triuijs dicuntur.

Arripere uerba de foro. Cic. 3. de Finib. 6. Id eſt, uti uerbis quibus in foro contenditur.

Arripere ſimilitudinem alicuius, pro ſtudere illi ſimilem eſſe. Cicero, 1. Tuſcul. 178. de Fabricijs, Scipionibus, & ſimilibus loquens.

Arripere ſermonem. Cic. Att. lib. 7. 132. 7. Vide Abutor.

Arripere quod alter ſummonuit. Terent. Eunu. 3. 5. 23,

——ſubmonuit me Parmeno
Ibi ſeruus: quod ego arripui.

Arripere aliquid ex reſponſione alterius. Cic. 3. de Finib. 21.

Arripere ſeſe foras. Plaut. Curcul. 13. 8.

Medium arripere aliquem. Vide Medius.

Arripere celeriter, & Tardè percipere, contraria. Cic. pro Roſcio Comœdo, 18, Iam quo quiſq; eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius. quòd enim ipſe celeriter arripuit, id quũ tardè percipi uidet, diſcruciatur. Diſcere, & Arripere, contraria. Cice. in Ora. 94, Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex: quã non didicimus, accepimus, legimus: uerũ ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreßimus.

Auidè arripere literas. Cic. de Senect. 24.

Arriſor] Vide Arrideo.

Arrius] pen. corr, (ἄρριος) familiaris fuit Ciceronis, cuius epulũ lautißimum cõmemorat Cicero ipſe in Vatinium. Horat. quoq; lib. 2. Serm. Saty. 3. 18, Atq; epulũ (ait) arbitrio Arri. Fuit & Arrius philoſophus Alexandrinus, qui Auguſto uenienti Alexandriam, poſt uictoriã Actiacam ſe obtulit: tantoq; in honore fuit apud eum, ut Auguſtus ipſe palàm ſit faſſus Alexandrinos tribus de cauſis ab ſe conſeruatos eſſe: ob Alexandri primùm memoriam: deinde ob urbis pulchritudinem, poſtremò propter Arrium philoſophum. Autor Plutarchus in Antonio.

Arrius item Alexandrinus Arrianæ ſectæ autor, ut ſcribit Ruffi. lib. 10.

Arrodo] arrodis, pen. prod. arroſi, arroſum, (ἐπιβιβρώσκω) arrodere, Idem quod rodere, uel circunrodere ſignificat. Plin. lib. 11. cap. 30. 1, Semina arroſa condunt formicæ, ne rurſus in fruges exeant è terra.

Arrodere Rempublicam per translationem. Cic. pro Seſtio, 61, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.

Arroſor, penult. prod. arroſoris, Verbale. Seneca, epiſt. 27, Suaſit illi Satellinus Quadratus, ſtultorum diuitũ arroſor, & (quod ſequitur) arriſor, & (quod duobus his adiunctum eſt) deriſor, ut Grammaticos haberet analectas.

Arrogo] arrogas, pen. corr. arrogaui (ἀποδιδόω, ἀποτίμω, ἐλαφρονόμαι) arrogare, Ex Ad & Rogo cõpoſitum, ſignificat aliquid temere ſibi tribuere. Cice. de claris Oratoribus 161, Eſt enim & minimè inepti hominis, & eiuſdem etiã faceti, quum de ſapientia diſceptetur, hanc ſibi ipſum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam ſibi arrogant.

Arrogare, & Derogare, contraria. Cice. pro Sex. Roſcio, 54.

Arrogare ſibi nomen inſolentißimũ. Quint. in proœm. 1. 50.

Sumere & arrogare ſibi. Cic. pro Plancio, 1.

Tribuere alteri & ſibi arrogare aliquid. Cicero, ad Sulpitium, lib. 4. 110.

Arrogauit tibi fortuna laudem. Horat. 4. Carm. ode 14. 8.

Artem ſibi arrogare. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 7.

Nihil non arrogat armis. Horat. in Arte poetica, 25.

Arrogare precium rei. Horat. 2. Epiſt.

Arrogare, (διαποιεῖσθαι) In filium ac familiam ſibi aſciſcere. A quo arrogatio, de qua ſic Gellius, lib. 5. cap. 19, Quum in alienam familiam, inq; liberorum locum extranei ſumuntur: aut per Prætorem fit, aut per populum. Quod per Prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio.

Digitized by Google

Adoptantur autem, quum à parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure cedũtur: atq; ab eo qui adoptat, apud eum apud quem legis actio est, uindicantur. Arrogantur ij qui quum sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiusq; rei ipsi autores fiunt. Et paulò pòst, Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus, per populi rogationem fit, &c. Plura apud eundẽ uideto.

Arrogare dictatorem Consuli. Liu. 7. ab Vrbe, 113.

Arrogans (ἀλαζών) Participium, siue Nomen ex participio, Qui sibi aliquid temere atq; insolenter & falsò tribuit. Cæsar, 3. Bel. Ciuil. 5, Ne aut ingratus in ferenda gratia: aut arrogans in præripiendo populi beneficio uideretur. Cic. 3. Verr. 110, Tantum dicam, homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse. Alio uerbo Temerarius dicitur.

Arrogãs minoribus. Id est, erga inferiores. Tacitus, lib. 11, Aduersus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis.

Minax & arrogans. Cic. pro M. Fonteio, 21.

Non grata potius, quàm arrogans beneficiorum prædicatio. Cic. de Arusp. respon. 14.

Arroganter, arrogantius, arrogantissimè, Aduerbium, (ἀλαζονικῶς) Cic. 2. de Orat. 184, Si asperè, si arroganter, si turpiter, sordidè, si quoquo animi uitio dictũ esse aliqd uideatur.

Nec uerò arrogãter hoc dictũ existimari uelim. Cic. 1. Offic. 4.

Audite consulem Iudices: nihil dicam arrogantius. Cicero, pro Muræn. 71.

Temere atq; arroganter assentiri alicui rei. Ci. 2. de Inuẽt. 128.

Arroganter peto, si nemo impetrauit. Cic. pro Ligario, 19.

Contumaciter & arroganter scribere. Cic. Att. lib. 6. 111. 15.

Arrogantia (ἀλαζονεία, ἀκόνοια, παράσημα) Verbale, Per quam temeritas atq; impudentia uanam sibi comparat autoritatem. Cæsar, 1. bell. Ciuil. 324, Accidisse igitur his, quod plerunq; hominibus nimia pertinacia atq; arrogantia accidere soleat, uti eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulò antè contempserint.

Superbia & arrogantia. Cic. 1. de Inuent. 116.

Arrogantiæ crimen extimescere. Cic. in Orat. 72.

Arrogantiæ opinione laborare. Quintil. lib. 4. cap. 1. 22.

Sermo plenus arrogantiæ. Cic. pro Murena, 47. de Catilina.

Grauis atq; intolerabilis arrogantia. Cic. pro Cluent. 87.

Exuere arrogantiam & auaritiam. Tacitus in uita Agricolæ.

Minuere arrogantiam. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 22. 1, Et illud γνῶθι σεαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, uerùm ut bona nostra norimus.

Arroſor] Vide Arrodo.

Arrhoſtema] penul. prod. (ἀῤῥώστημα) arrhostematis, Latinè uertitur à Cicerone ægrotatio, 4. Tuscul. 35, Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisq; item oppositæ contrariæ offensiones.

Arruci] ἄῤῥυκι, Bæticæ oppidum, in conuentu Hispalensi. Plin. lib. 3. cap. 1.

Arrugia] arrugiæ, pen. corr. (ἀῤῥυγία) Cuniculus subterraneus quo extrahitur aurum. Plin. lib. 33. cap. 4 5, Cuniculis per magna spacia actis, cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura uigiliarum est, multisq; mẽsibus non cernitur dies. arrugias id genus uocant. Et ibidem, 11, Aurũ arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ.

Ars] artis, f. g. (τέχνη) Artẽ definiunt (inquit Sipontinus) esse facultatem quæ præceptis quibusdam, ac regulis continetur. Cic. 4. Acad. 45, Ars uerò quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? Idem, 1. de Orat. 46, Memedemus artem negabat esse ullam, nisi quæ cognitis, penitusq; perspectis, & in unum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur. Terent. And. 1. 1. 3, —quid est

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

s 1. Nihil istac opus est arte ad hãc rem quam paro. Plin. lib. 18. cap. 24, Artis quoq; cuiusdam est, æqualiter spargere. Terent. Adelph. 4. 7. 23.

Ratio, siue ars. Cic. lib. 2. de Orat. 81, Ad inueniendũ in dicendo hæc tria sunt, acumen, deinde ratio, quam licet (si uolumus) appellemus artem, tertium diligentia.

Ars dux certior, quàm natura. Cic. 4. de Finib. 17.

Ars (inquit Seruius) τὸν μεσῶν est. Vnde sine epitheto malè ponitur: ut bonas artes, malasq; artes dicamus. Virg. 1. Aen.

Ars ordinata præceptis, id est, redacta in præcepta. Liuius.

Ars, fraus, dolus. Virg. 2. Aeneid. 31,

——Ille dolis instructus, & arte Pelasga.

Terentius, Nẽpe tua arte uiginti minæ pro psaltria periere.

Ars parasitica. Plaut. Capt. 8. 9.

Ars nugatoria. Plaut. Trinum. 13. 2.

Dolosæ artes. Ouid. 15. Metam. 95.

Ambitiosa ars. Vide Ambitio.

Audax ars, quæ animum audacem postulat. Ouidius, 2. de Arte aman. 15.

Opus artis, quod artem & industriam requirit. Ouid. 2. de Arte amandi, 3,

Nec minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus.

Armorum ars. Quintil. lib. 2. cap. 7. 21.

Vestibulum artis initium. Quintil. lib. 1. cap. 5. 5.

Clarus arte medicinæ. Quintil. lib. 3. cap. 6. 46.

Humili arte præditus. Cic. pro Archia, 7. &c.

Laboratæ uestes arte. Virg. 1. Aeneid. 123.

Nulla reparabilis arte Læsa pudicitia est, deperit illa semel. Ouid. Epist. 5. 21.

Prudens ars. Ouid. Epist. 5. 30.

Bonæ artes. Vide Bonus.

Ieiuna ars. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.

Ignorata ars. Horat. in Arte poetica, 53.

Imperatoria ars. Quintil. lib. 2. cap. 17. 21.

Indotata ars. Vide Indotatus.

Iners ars, Inutilis. Ouid. 3. de Arte amandi, 42.

Inopi miserabilis arte. Iuuenalis, Saty. 12. 7.

Ingenuæ artes. Vide Ingenuus. Cic. ad Sulpit. lib. 4. 3. 16. & Ouid. 3. Fast. 2.

Ingenuis artibus instructus. Vide Instruo.

Liberales artes. Vide Liber, liberi.

Ludicra ars. Vide Ludus.

Magica ars. Virgil. 4. Aeneid. 99. Et apud Ouid. 7. Metam. 39, Magorum artes.

Artes magistræ. Ouid. Epist. 21. 17.

Opus magnæ artis, magno factũ artificio. Ouid. 13. Metam. 58.

Medentium ars, Medicina. Statius, 5. Sylu. 1. 32.

Medicæ artes. Ouid. Epist. 5. 29.

Mediæ artes quæ dicantur. Vide Medius.

Mediocris ars. Vide Mediocris.

Monstrificæ artes. Valer. 6. Argonaut. 31. periphrasis magiæ.

Mutæ artes. Vide Mutus.

Nouas artes, noua pectore uersat Cõsilia. Virg. 1. Aeneid. 133.

Nudæ artes. Quintil. in Procem. lib. 1. 18.

Operosa ars. Vide Operosus. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 32.

Præcipuæ artis opus. Ouid. 1. de Arte amandi, 53.

Oratoria ars. Quintil. lib. 3. cap. 1. 18.

Palæstrica. Quintil. lib. 2. cap. 21. 7.

Pecuniosa ars. Vide Pecuniosus.

Pulcherrima

Digitized by Google

Pulcherrima ars. Quintil. lib. 1. cap. 10 15.
Raras dotata per artes. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. 4.
Secretæ artes, Magicæ dicuntur. Ouid. 7. Metam. 28.
Sopitæ artes. Claud. 8. Paneg. 54.
Summa ars. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3.
Tenuis ars. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.
Vulgatæ artes. Horat. 4. Carm. Ode 9. 1.
Accingi ad artes magicas. Vide Accingo.
Accipere artes à magistris. Vide Accipio. Ouid. 9. Met. 144.
Actiua ars. Vide Ago.
Artes addocet ebrietas. Horat. 1. Epist. 5. 4.
Adhibere artem. Vide Adhibeo.
Adiuuare artes. Vide Adiuuo.
Admiscere artem precio, & metallum per se precioſum artificio, & cælatura precioſius reddere. Claudianus de Nupt. Honorij & Mariæ, 18.
Plus artis adijcere. Id est, doctiorẽ reddere. Horat. 2. Epist. 2. 9.
Adipisci aliquid studijs & artibus. Ci. ad Qu. fratrẽ, li. 1. 1. 42.
Sic has deus adiuuet artes. Ouid. 8. Metam. 175.
Aduocare artem. Vide Aduoco.
Assumere artem. Vide Assumo.
Artibus aliquid attribuere. Cic. 4. de Finib. 124.
Bibere arte. Ouid. 2. de Arte amandi, 102.
Arte canere. Ouid. 2. de Arte amandi, 102.
Artes bibunt succum ingenij. Quintil. in Proœm. 1. lib. 18.
Combibere artes. Vide Combibo.
Commendare se arte. Horatius 2. Epiſto. 1. 53. Id est, oſtentare se ob artem.
Concedere alicui artem. Vide Concedo.
Arte confidere. Cic. 5. Tuſcul. 12.
Conticeſcunt artes. Vide Conticeſco.
Continentur inter se artes. Vide Contineo.
Conſummata ars. Vide Conſummo.
Artibus liberales diſciplinæ continentur. Cic. 3. de Orat. 70.
Molli arte feros animos contudit. Ouid. 1. de Arte amandi, 3. de Chirone.
Decipere aliqua arte. Ouid. Epist. 12. 10.
Artem deſinere. Vide Deſino.
Deſpicere artes. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. in Præfat. 5.
Deſtitui ab arte ſua. Ouid. Epist. 5. 30.
Animũ in artes ignotas dimittere. Ouid. 8. Metam. 38. de Dædalo.
Diſce bonas artes. Ouid. 1. de Arte amandi, 92.
Diuerti ad artes. Ouid 9. Metam. 13. de Acheloo.
Paternas artes ediſcere. Ouid. 2. Metam. 128.
Efficere artem, idem quod Redigere ad artẽ. Vide Inſtituere artem. Cic. 1. de Orat. 92.
Artes efficiuntur ex cognitionibus & comprehenſionibus rerum. Cic. 3. de Finib. 76.
Artem efficere ex obſeruatione. Quintil lib. 3. cap. 2. 3.
Excolere uitam per artes. Virg. 6. Aeneid. 33.
Excutere artes, Idem quod extundere. Ouid. 1. de Arte amandi, 48.
Exercere artem. Horat. 1. Epist. 14. 9.
Exercere artem ludicram. Quint. lib. 3. cap. 6. 14.
Medicas artes exercere. Ouid. 2. Metam. 61.
Pierijs artibus exercere arma, Eſt bellicis rebus humanitatis ſtudia coniungere. Claud. in Præfat. Paneg. 3.
Ars ea extitit illi. Cic. pro Archia, 18.
Extundere artes. Virg. 1. Georg. 27.
Facere arte. Virg. 9. Aeneid. 63.
Artem facilitare. Cic. in Oratore, 82.
Habere artium ſcientiam. Cic. ad Marium, lib. 7. 3. 14.
Inficere artibus. Vide Inficio.
Artem inſtituere, & artem efficere. Cic. 1. de Oratore, 92. Nihil eſt quod ad artem redigi poßit, niſi ille prius qui illa tenet, quorum artem inſtituere uult, habeat illam ſcientiam, ut ex ijs rebus quarum ars nondum ſit, artem efficere poßit.
Inſtruere aliquem arte. Ouid. Epist. 15. 74.
Inſtructus & armatus plurimis & grauiſſimis artibus. Vide Inſtruo.
Inſtrui & ornari artibus. Vide Orno.
Latere ars dicitur, quum artificis opus non fictum, ſed ab ipſa natura expreſſum uidetur. Ouid. 10. Metam. 50.
Latet ars, & Ars deprehenditur, contraria. Ouid. 2. de Arte amandi, 3. Si latet ars, prodeſt: affert deprenſa pudorem.
Latè patet, & ad multos pertinet hæc ars. Vide Latus adiect.
Ludere aliquem arte, Decipere. Ouid. epiſt. 16. 29.
Tacita arte nocere dolis. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2. 2.
Obterere artem. Vide Obtero.
Obtinere artem. Vide Obtineo.
Omittere artem, Renunciare arti. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 6.
Peperit artẽ notatio naturæ & animaduerſio. Ci. in Orat. 106.
Artem percipere. Cic. ad Trebat. lib. 7. 20. 3, Sin tibi quædã uidebũtur obſcuriora, cogitare debebis, nullã artẽ literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe.
Multa arte inſignem reddere aliquem. Virg. 5. Aeneid. 140.
Redigere ad artem, & Efficere artem, Idem. Cic. 1. de Orat. 92.
Artem reponere. Id est, uſum artis. Virg. 5. Aeneid. 96, Hîc uictor cæſtus, artemq; repono. Vbi Seruius, Et arma depoſuit, & arti renunciauit. Id est, catalyſin fecit.
Artem requirere. Cic. 2. de Orat. 65, Artem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur.
Reuocare ad artem & ad præcepta. Cic. 2. de Orat. 25.
Tendere ad artes aſſuetas. Ouid. 1. de Remed. amoris, 58.
Tradere artem. Cic. 2. de Orat. 86.
Tradere artes alicui, Docere. Ouid. Epist. 5. 29.
Artes ualere. Quintil. in proœm. Illud tamẽ in primis teſtandũ nihil præcepta atq; artes ualere, niſi adiuuante natura.
Vtendum artibus, Opus eſt arte ad hanc rem. Senec. in Hippoly. 4. 14. Intelligit hoc loco artes magicas.
Vacare artibus ingenuis. Ouid. 3. Faſt. 2.
Valere arte, Noſſe artem aliquam. Lucret. lib. 4. 160.
Verſari in ſordida arte, id est, exercere. Cic. 1. Offic. 209.
Verſantur artes in aliqua ſcientia. Cic. 5. de Finib. 44, Omniũ artium rectè dici poteſt commune eſſe, ut in aliqua ſcientia uerſentur, ſcientiam autem ſuam cuiuſq; artis eſſe.
Ars uicta malo. Celſus lib. 5. cap. 26.
Artifex, artificis, penult. corr. (τεχνίτης, δημιουργός) Qui, quæuis artem aliquam exercet. Quint. lib. 2. cap. 14. 4, Artifex eſt qui percipit artem. Feſtus, Artifices dicti, quòd ſcientiam ſuã per artus exerceant: ſiue quòd aptè opera inter ſe artent: qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt. Hactenus ille. Plin. lib. 22. cap. 24. 10.
O artificem probũ. Terent. Phorm. 2. 1. 29. Vbi Donatus, Ironia. nam non eſt artifex, cuius deprehenditur iocus.
Artifex mundi, Deus. Cic. de Vniuerſit. 7.
Artifex & Inſcius, contraria. Cic. 4. Acad. 45, Quam ſi ſubtraxeris, quî diſtingues artificem ab inſcio?
Politus ſcriptor atq; artifex. Cic. in Orat. 99.
Artifex alicuius negocij. Salluſt. Bomilcar maturè regis mandata exequitur, & per homines talis negocij artifices, itinera, greſſuſq; eius, poſtremò loca atq; tempora cuncta explorat. Sic, Artifex ſuadendi, apud Quintilianum lib. 2. cap. 16. Itẽ, Artifex ſtatuarum, apud eundem, lib. 5. cap. 12.
Dicendi artifices & doctores, Græci. Cic. 1. de Orat. 13.
Suuitatis artifex conſuetudo. Cic. in Oratore, 92.
Artifex ad corrumpendum iudicium. Cic. 7. Verr. 144.

Digitized by Google

Artifex comparandæ uoluptatis. Cicero 1. de Finibus, 67. & lib. 2. 184.

Artifex monstrorum. Plin. lib. 28. cap. 1. 6, Tecum enim res erit, euersor iuris humani, mõstrorumq; artifex, qui primus ea condidisti.

Sceleris infandi artifex. Id est, autor sceleris. Seneca in Agamem. 13. 7.

Scenici artifices, pro histrionibus. Cic. pro Archia, 7.

Morbi artifex, pro Medico. Propert. 2. eleg. 1. 12.

Manus artificum. Virg. 1. Aeneid. 92.

Artifex, adiect. (τεχνικός) Quod arte factũ est, quasi artificiosum dicas. Plin. lib. 10. cap. 29. 9, Sed ea tantæ, tamq; artifices argutiæ, à x v. diebus paulatim definiũt. Sic Artifex dimicatio, apud eundem, lib. 8. cap. 40. Et apud Quintil. lib. 9. cap. 4, Artifex motus.

Artificium, artificij (τέχνη) Ars & scientia ipsa arte aliquid faciendi.

Artificium & scientia. Cæsar 7. bel. Gal. 119, Neq; acie uicisse Romanos, sed artificio quodam & scientia oppugnationis.

Simulacrum singulari opere artificioq; perfectum. Cicero 6. Verr. 64.

Antiquo opere, & summo artificio facta. Cic. 6. Verr. 41.

Componere artificium de iure ciuili. Cic. 2. de Orat. 46.

Excogitare artificium. Cic. ad Papirium, lib. 9. 16. 3.

Artificio fabricare aliquid. Cic. 4. Acad. 59.

Artificij aliquid habere. Cic. 7. Verr. 57, Iste quòd omnes qui artificij aliquid habuerant, aut formæ, remouerat, atq; abduxerat. Id est, utcunq; peritos & formosos.

Sine magno artificio. Cic. 4. Acad.

Obliuisci artificium Cic. pro Sex. Roscio, 29.

Præesse alicui artificio. Cic. 4. de Finib. 124.

Præstare artificium. Cic. pro Cluentio, 44. Nisi fortè hæc causa est, quòd medici nihil præter artificium: Oratores etiam autoritatem præstare debent.

Artificia tollere. Cic. 4. Acad. 258.

Tradere artificium. Cic. 4. Acad. 204.

Tueri artificia. Cic. 3. de Finib. 6.

Artificiũ, pro re quæ arte facta est: ut, Artificij cupidus Verres, Apud Ciceronem, 6. Verr. 40, Vt intelligatis, in homine intelligentiã esse, nõ auaritiã: artificij cupidũ, nõ argẽti fuisse.

Artificium dicendi. Cic. 1. de Orat. 46. & lib. 2. 85.

Artificium accusatorium. Cic. pro Rosc. Amer. 29.

Artificium intimum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 28.

Artificio simulationis eruditus. Cice. pro Cn. Plancio, 18, Laudanda est, uel etiam amanda uicinitas retinens ueterem illũ officij morẽ, non infuscata maleuolentia, non assueta mendacijs, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis, uel suburbano, uel etiam urbano.

Artificium coquorum. Quintil. lib. 2. cap. 15. 17.

Artificium, Fraus, dolus. Cic. Attico, lib. 9. 177. 3, Quorum artificijs effectum est, ut Respub. in hunc statum peruenire. Idem 4. Verr. 24.

Rem opponit artificio. Seneca Epist. 112, Talis est uerus, & rebus, non artificijs philosophus.

Artificiosus, pen. prod. (ἔντεχνος, τεχνικὸς) Qui aliquid uia quadam & arte facit. Cic. 2. de Nat. deor. 81, Zeno igitur naturam ua definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum progredientẽ uia. Censet enim artis maximè proprium esse creare & gignere, &c. Paulò pòst, 82.

Artificiosum, Artificio plenum. Cic. 2. de Finib. 24, Epicurus autem (ut opinor) nec non uult, si posit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, ut Physici: aut artificiosa, ut mathematici, &c.

Artificiosum opus, & diuinum. Cic. 2. de Nat. deor. 208.

Artificiosè, aduerb. (ἐντέχνως, τεχνικῶς) Cice. 1. de Orat. 90, Nulli fuerunt qui illa artificiosè digesta, generatim cõponerent. Id est, arte quadam disposita. Idem 2. de Nat. deor. 81, Id multo artificiosius naturam efficere.

Artificiosè ambulare. Cic. 3. de Nat. deor. 37, Naturæ ista sunt, Balbe, naturæ non artificiosè ambulantis.

Artificialis, & hoc artificiale, pen. prod. (τεχνικός) Quod arte factũ est. Quintil. lib. 5. cap. 5, Alijs probationibus eqùe inartificialibus soluitur.

Artificialiter, pen. corr. Aduerbium (τεχνικῶς) Quintil. lib. 2. cap. 17. 27, Sed nec illa omittenda sunt, quæ in re alium se inartificialiter, alius artificialiter generat, &c.

Arsaces] pen. corr. (ἀρσάκης) Arsacidis, fuit postremus Persarũ ex Parthis rex, á quo omnes Persidis reges postea Arsacidæ dicti sunt. Nam, ut ait Seruius in 6. Aeneid. omnes reges Albani ab Syluio filio Aeneæ & Lauiniæ, Syluij sunt dicti: sicut Romani Imperatores, Augusti uocantur: Aegyptij, Ptolemæi: Persæ, Arsacidæ. Hactenus Seruius. Apud Strabonem, lib. 11, legitur Arsacæ. Lucan. lib. 1. 22.

Arsacius, adiect. (ἀρσάκιος) Martialis lib. 9. in Philomasum, Scis quid in Arsacia Pacorus deliberet aula. Fuit autem Pacorus Parthorum rex.

Arsacia] ἀρσακία, prius uocata Aropus, Vrbs est in Media, sic à Parthis appellata. Author Volater.

Arsagalitæ] Populi ad Indum fluuium, Caucaso monti contermini. Plin. lib. 6. cap. 20.

Arsamote] ἀρσαμώτη, oppidum maioris Armeniæ, Euphrati proximum, de quo Plin. lib. 6. cap. 9.

Arsanca] ἀρσάγκη, Vrbs Germaniæ Ptolemæo, uulgò Cleppern.

Arsanias] ἀρσανίας, Fluuius est Armeniæ, qui cum Tigri citer quatuor passuum millia fluit: deinde diuisus in Euphratem illabitur. Meminit huius fluuij Plinius lib. 4. cap. 24.

Arsenaria] ἀρσεναρία, Mauritaniæ Cæsariensis colonia Ptolemæo, Arze uulgò. Mela eam ascribit Numidiæ. Oliuarius dicit eam nunc uulgò Vocari Arsen.

Arsenicum] pen. corr. (ἀρσενικὸν) Genus est coloris lutei, Plinio, lib. 34. cap. 18. 12. Matthiolus Senensis ait Arsenicũ uerum non fieri arte, ut quidam putant, sed nasci in eisdem cauernis ubi oritur auripigmentum.

Arsenogonon] ἀρσενόγονον, Herba ferens semẽ testib. simile, ita dicta, quòd uino in quo macerata est epoto, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono, fœminæ. Plinius lib. 26. cap. ult.

Arsenotheleas] ἀρσενοθήλεις, Deos antiqui esse dixerunt, utriusq; sexus participatione, quasi masculo fœminos, quo nomine quædam quoq; animalia ab Aristotele nominantur, semetipsa ineuntia.

Arsenus] ἀρσήνη, Lacus est in Armenia, quem etiam Theotin uocant, nitrosus plurimum, unde uestes dilacerat ac rumpit, & propterea eius aqua nõ bibitur. Plura Strabo, lib. 11.

Arseuerse] Auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua Arse, Auerte: Verse, ignem constat appellari. Vnde Affrenius ait, Inscribat aliquis in ostio Arseuerse. Festus.

Arsia] Hetruscorum sylua fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

Arsias] Italiæ fluuius, Campaniam præterfluens, cuius latitudinem ab uno latere disterminat, Varo fluuio alterum occupante. Plin. lib. 3. cap. 6.

Arsicina] ἀρσινία, urbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Brunna, uulgo Brump.

Arsicoras] Sardorũ rex tẽpore Annibalis, ut scribit Liuius.

Arsineum] Ornamentum capitis muliebris. Festus.

Arsinoe] pen. corr. (ἀρσίνοη) fuit filia Ptolemæi Lagi filij, qui Aegyptum

Digitized by Google

Aegyptum post Alexandrum tenuit, & fuit uxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantißima: quæ ex uiro duos peperit filios, Lysimachum scilicet, & Philippum, formæ præstantia similes. Huius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater, teste Plinio, lib. 5. urbem cõdidit in Cyrenaica regione, quæ & similiter Arsinoe dicta est, & fluuium qui eã præterfluit, Ptolemæum uocauit. Vadianus Pomponij interpres sic ait, Arsinoe duæ sunt huius nominis, in hoc littore sinus Arabici, quibus à regnis Aegyptijs data sunt nomina, Philoteris et Epiterias, à uenationis studio sortita uocabula. Arsinoe Cyrenes, Trochara uulgò.

Arsis] huius arsis, f. g. (ἄρσις) Latinè dicitur eleuatio. Diomedes lib. 3, Pes est poeticæ dictionis duarum ampliusue syllabarum, cum certa temporum obseruatione modus: recipiẽs arsin et thesin id est, qui incipit sublatione, finitur positiõe.

Arsonium] ἀρσόνιον, urbs Germaniæ Ptolemæo: uulgò Primsintza.

Artaba, æ] siue Artabe, es (ἀρτάβη) Mensura est apud Persas, capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Author Herodotus lib. 1.

Artabanus] pen. prod. ultimus Arsacidarũ fuit, quem Artaxerxes Persa eius miles interfecit, regnumq; Persis restituit annis ab ultimo Dario, qui uictus fuit ab Alexandro, DXXXVIII: regesq; deinceps Persarũ, nõ Parthorũ dicti.

Fuit & alius Artabanus, illum alterum tempore longo præcedens, Xerxis, qui ingentes illas copias in Græciam adduxit, patruus. Vir summa integritate & prudentia. Vide Herodot. lib. 7.

Artabasdes] ἀρταβάσδης, Tigranis filius, & Armeniæ rex, cuius meminit Strabo lib. 11.

Artabazus] ἀρταβάζης, Armeniæ rex, filius Mithridatis: quanquam barbarus, planè doctißimus fuisse scribitur, Appiano in Parthico, & Plutarcho in Crasso. Is quandiu mansit in amicitia populi Romani, tandiu fortunatus fuit. Postquam autem Antonium in Parthico bello Parthis prodidisset, perfidiæ pœnas dedit. Nam uinctus ab eo Alexandriam ductus, & contumelioſè perurbem circumlatus, ac primum custodiæ traditus, deinde interemptus est. Hæc Strabo lib. 11. ad finẽ. Fuit & alter hoc nomine ex ducibus Xerxis, qui re infeliciter aduersus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit. De hoc Herod. lib. 9. Alij Artabazen uocant.

Artabicia] ἀρταβικία. Inter insulas Propontidis Stephano numeratur Artabicia, Balcea, Harpagia, ἀπὸ τοῦ ἁρπάσαι, unde raptus Ganymedes. Ex Volaterr.

Artabri] pen. corrept. (ἄρταβροι) populi Hispaniæ: & Artabrum eius loci promontorium, apud Plinũ lib. 2. cap. 108. & lib. 4. cap. 21.

Artacæon] ἀρτάκαιον, Insula est in Propontide: cum oppido eiusdem nominis. Plin. lib. 5. cap. 32.

Artacana] ἀρτακαύη, Oppidum est Ariæ regionis, à conditore sic dicta. Hæc autem tota regio optimi uini ferax est, quod in uasis non picatis, ad generationes tres perdurat. Strabo lib. 11.

Artace] ἀρτάκη, Vrbs, Milesiorũ colonia in Asia. Hic locus in Cyzicenorum insula situs aduersus Priapum consurgit. Author Strabo, libro 13. Est & Artace castellum Bithyniæ, authore Ptolemæo: uulgò hodie Car, i.

Artacena] regio est Syriæ, ut scribit Strabo lib. 16.

Artachęas] fuit dux in exercitu Xerxis, teste Herodoto li. 7.

Artageras] proprium Syri hominis, apud Strabonẽ, in descriptione Syriæ.

Artanes] Sophenus rex Armeniæ, qui Australes partes habuit, eas maximè quæ uergunt ad Occidentẽ. Hic à Tigrane deletus est. Author Strabo lib. 11. Est & Artanes fluuius in Histrum defluens, teste Herodoto, lib. 4.

Artapherries] fuit unus è ducibus Darij, & primus Sardiũ præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit, ut scribit Herodotus lib. Historiarum 7.

Artaunum] ἄρταυνον, urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Herbipolis: uulgò Vuirtzburg.

Artaxata] Artaxatorum, n. g. plur. nu. metropolis Armeniæ, sic ab Artaxia rege dicta. Strabo lib. 11.

Artaxerxes] ἀρταξέρξης, filius Xerxis, rex Persarũ, qui ex pellicibus habuit filios CXV. & ex iusto matrimonio tres, Dariũ, Ochum, & Ariarathen: quorũ Darius à patre rex factus, contra patrem leui de causa cum quinquaginta fratribus coniurauit. Qui omnes cum uxoribus & filijs à rege sunt occisi. Autor Iustinus post Trogum.

Artaxia] ἀρταξίας, Rex Armeniæ, à quo ducebat originem Tigranes. Strabo libro 11.

Artayctes] ἀρταΰκτης, Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui quum multa nefariè in Græcos perpetrasset, tandem à Xantippo Athenienſium duce captus, uiuus palo suffixus est. Herodot. lib. 7.

Arteatæ] ἀρτεᾶται, Gens fuit Persicæ, ita dicta ab Arteæ Persidis regione, de qua Stephan. & Herodot. lib. 1.

Artembares] ἀρτεμβάρης, Vir in primis clarus inter Medos, cuius filius quũ à Cyro adhuc puero, & incognito iniuria affectus esset, Artembares eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit ut regius puer, & Astyagis nepos cognosceretur. Herodot. lib. 1.

Artemia] æ (ἀρτεμία) Inter Echinadas insulas fuerat antea, nunc in continenti est. Author Strabo. lib. 1.

Artemidorus] pen. prod. (ἀρτεμίδωρος) Gnidius philosophus, Romæ, Græcæ disciplinæ præceptor fuit, Bruti familiaris. Libellũ de cõiuratione obtulit Cæsari extremo die ingredienti in Senatũ, ut statim legeret: quod ille minimè fecit. Autor Plutarch. Fuit & alter Artemidorus Daldianus (Daldis aũt ciuitas Lydiæ est) philosophus, scripsit de interpretatiõe somniorũ, de auspicijs, & de chiromãtia. Autor Suidas.

Artemis] pen. corr. huius Artemidis (ἄρτεμις) Diana sic dicta, quasi ἀειροτομὶς, id est, aerem secans, ut nonnulli uolũt: uel quòd integros faciat, ut autor est Strabo lib. 14.

Artemisia] ἀρτεμισία, regina Halicarnaßi, in auxiliũ Xerxis contra Græcos uenit. Inter primores duces bellũ acerrimè ciebat, quippe ut in uiro muliebrem tunc rẽ, ita in muliere uirilem audaciam cerneres. Hæc extincto uiro Mausolo, sepulchrum fecit, inter septem orbis miracula connumeratum à Græcis poetis: ad funus quoq; ornandũ primos Græciæ oratores accersiuit. Autores Gellius lib. 10. cap. 18. & Suidas, & Vitruuius lib. 2.

Artemisia] artemisiæ (ἀρτεμισίαι) Herba, de qua sic Plin. lib. 25. cap. 7. 3, Sunt qui ab Artemide Ilithyia artemisiam cognominatam putent, quoniam priuatim medeatur fœminarum malis: uulgò Arcemiso.

Artemisium] ἀρτεμίσιον, Promontorium est Eubœæ, cuius Demosthenes meminit in Orat. pro Ctesiphonte, ut tradit Suidas. Est & Artemisium, uel Artemisius, Dianæ simulachrum. Item apud Macedones Maium mensem significat, ut tradit Suidas. Præterea est mons Arcadiæ, Plin. lib. 4. ca. 6.

Artemita] Insula est Epiri, quam Achelous fluuius, assiduo terræ inuectu continenti adnectit. Plin. lib. 4. cap. 1.

Artemite] ἀρτεμίτη, Insignis ciuitas est, quingentis stadijs à Seleucia distans, plurimum ad orientem exposita. Verba sunt Strabonis lib. 15.

Artemius] ἀρτεμιος, Romæ fuit præfectus carceris, qui unà cum uxore Candida, & Paulina filia iacent in uia Aurelia, martyres sub Adriano principe. Author Volaterr.

Digitized by Google

Artemius] ἀρτέμιος, Vnus ex undecim montibus qui à Plinio enumerantur in sinu Argolico, regionis Achaiæ, libro 4. cap. 5.

Artemon] artemonis, pen. corr. m. g. (ἀρτέμων) Velum est additicium, dirigendæ nauis causa: cuius Iulius Pollux meminit. Deducitur à Græco ἀρτάω, quod suspendere significat, & assuere. Vnde et ἄρτυμα locus paruus, cui crumena assuitur. Est & hac similitudine artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα uocant ea ingentis oneris lapides tollunt. quum enim cæteræ huiusmodi machinæ duas tantummodo trochleas habeant, ea quæ πολύσπαστος, appellatur, etiã tertiam requirit, quæ additicia est, & ideo artemon, epagonq; dicitur, ut Vitruuius scribit. Hæc Alciatus. Iabolenus de uerb. significatione, Malum, nauis esse partem, artemonem autem non esse, Labeo ait: & uerius est, quia plerũq; naues sine malo mutiles essent. Ideoq; pars nauis habetur: artemon autem magis additamentũ, quàm pars nauis est.

Artemon] Medicus, quem Plin. lib. 28. cap. 13. ex hominis cremati calua aquam propinasse scribit aduersus morbum comitialem. Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat idem Plin. lib. 35. cap. 11. Artemon præterea Syrus quidam fuit, ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis, ut Laodice, necato Antiocho, regni successionem per eum fuerit adepta. Plin. lib. 7. ca. 12. Est & Artemon machinarij fabri nomen, qui è paupere diues factus, uoluptariã uitam agere cœpit, ut est apud Athenæum. Hic, quòd lectica circunferretur, περιφόρητος, id est Circumlatitius cognominatus est.

Artemona] ἀρτεμώνη, Apud Plautum dicta est mulier quædam: ab ἀρτίζω, Perficio, quòd perficeret quæ uellet, quia esset egregiè dotata.

Arteria] arteriæ (ἀρτηρία) quid significet, Plinius docet libro 11. cap. 37. 84. & 85. his uerbis: Vbi sunt nerui, interiores conducunt membra, superiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. His innatant uenæ, id est, sanguinis riui. Arteriarũ pulsus, in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum in modulos certos leges q; metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo medicinæ uate, miranda arte, nimiam propter sublimitatem desertus. Obseruatione tamẽ crebri, aut languidi ictus, gubernacula uitæ temperat. Arteriæ carent sensu: nam & sanguine. nec omnes uitalem continẽt spiritum, præcisis q; torpescit tantum pars ea corporis. Gellius lib. 18. cap. 10, Arteria, est conceptaculum spiritus naturalis, misti, cõfusiq; cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis. Arteriæ autem à corde originem habent, quemadmodũ uenæ ab hepate, & nerui à cerebro: quamuis aliter sentire uideatur Aristoteles, in lib. de Animalibus.

Vena aliquando confusè pro arteria ponitur. Persius Saty. 3. Propterea quòd medici aliqui, ut autor est Galenus, uenas & arterias confundere solebant.

Arteriæ micant. Cic. 2. de Natura deorum, 35, Venæ & arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu.

Aspera arteria. Cic. 2. de Natura deor. 203, Sed quum aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) ostiũ habeat adiunctum linguæ radicibus, paulò suprà, quàm ad linguã stomachus annectitur, eaq; ad pulmones usq; pertineat, excipiatq; animam, eam quæ ducta sit spiritu, eandemq; à pulmonibus respiret & reddat, tegitur quodam quasi operculo.

Genere neutro Lucretius lib. 4. 108. usus est, ubi an uox corporea sit, latius perquirit.

Arteriace, arteriaces, pen. corr. f. g. (ἀρτηριακή) Medicamentum, quod & Diacodion uocatur. Plin. 20. cap. 19.

Arthabatitæ] Vide Artabatitæ.

Arthanes] Vide Artanes.

Arthricus] Vide Arthriticus.

Arthritis] pen. prod. huius Arthritidis, pen. corr. f. g. Id est articularis morbus, uelut genus quoddam est omnium morborum articulos ac neruos occupantium: estq; nihil quam debilitas articulorum, cum longa fluxione, quæ uicinos neruos tendit aut laxat, ac dolore affligit. Quando enim in multis articulis hic affectus hæret, Arthritis appellatur: quando uerò in una aliqua coarticulatione siue corporis parte, ab illa ferè nomenclaturam sortitur. Sic chiragra in manibus, podagra in pedibus, & in coxendicibus Ischias siue Coxendicum morbus appellatur. Cornarius in Galenum. Dicitur ἀπὸ τοῦ ἄρθρου, id est ab articulo, siue iunctura.

Arthriticus (ἀρθριτικός) Qui laborat morbo articulari. Cicad Pætum lib. 9. 23. 2, Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Quem, articulorum dolorem appellat ipse Cic. Attic. 1. 3. 6.

Artialum] ἀρτίαλον, apud Aeoles ornamentum est muliebre, quod Dares σίτλαν uocant, ut tradit Pollux lib. 5. cap. 16. Vide infrà Sitlæ.

Articulus, Articulatim, &c.] Vide Artus.

Artifex, Artificium, &c.] Vide Ars.

Artigis] ἄρτιγις, Ptolemæo, Hispaniæ ciuitas in tractu Betico, alio nomine Alchama dicta.

Artigula] ἀρτιγύλα, Insula in Aethiopia, in qua primùm uisum est animal sphingion. Author Plinius lib. 6. cap. 29.

Artini] Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10, Apud Epidaurios centum octoginta Remp. administrabant, ex quibus nobilissimos populariũ deligebant senatores, quos Artinos uocabant, & Conipodes.

Artinia] Stagnũ est iuxta Miletopolin, ex quo oritur Rhyndacus fluuius, antè Lycus uocatus. Plin. lib. 5. cap. 32.

Artio] artis, artiui, pro Arcto, arctas, dixere ueteres, teste Nonio.

Artitus, Bonis instructus artibus. Festus. Plaut. Rud. 1, Vbi sæpe causam dixeris pendens aduersus octo artitos uiros, ualentes uirgatores. Sic enim in optimo libro reperisse se scribit Turnebus: quod sic intelligas licet, quasi se in iudicio defenderit aduersus disertos & eloquentes uiros.

Artochmes] ἀρτόχμης, Vnus fuit è Xerxis ducibus, qui Darij filiam uxorem duxit. Herodot. lib. 7.

Artocopus] artocopi, pen. corr. (ἀρτοκόπος, ἀρτοκόος) Latinè Pistor dicitur. Iuuenalis Saty. 5. 8,

—dextram cohibere memento,
Salua sit artocopi reuerentia.

Artocreas] artocreatis (ἀρτόκρεας) Græca dictio, Cibus est pane & carne constans. Persius Saty. 6. 6,

—oleum, artocreasq; popello
Largior: an prohibes?

Artolaganus] artolagani, m. g. pen. corr. (ἀρτολάγανος) Genus cibi à delicijs appellati, ab ἄρτος panis, et λάγανον, placenta. Fiebat autem ex simila in oleo cocta in patella. Cicero Pæto, lib. 9. 20. 5, Dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. Plin. lib. 18. cap. 11. 3, Panis ipsius uaria genera persequi superuacuum uidetur: aliàs ab obsonijs appellati, ut ostrearij: ailàs à delitijs, ut artolagani. Athenæus scribit in artolagano poni parum uini cum pipere, lacte, & modico oleo, aut adipe.

Artopta] artoptæ (ἀρτόπται) Quidam dicunt uas esse in quo panis componitur: alij, uas in quo farina subigitur: alij uerò, mulierem panem conficientem: cui postremæ sententiæ affipulari uidetur Plin. lib. 18. cap. 11, Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usq; bellum, annis ab urbe condita super DLXXX. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumq; id opus

Digitized by Google

opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptã Plautus appellat, in fabula quam Aululariam ſcripſit, magna ob id concertatione eruditorũ, an is uerſus poetæ ſit illius: certumq; ſit Attei Capitonis ſententia, toſtum panem lautioribus coquere ſolitos, piſtoresq; tantum eos qui ſiligine pinſebant, nominatos. Nec coquos uerò habebant in ſeruitijs, eosq; ex macello conducebant. Hactenus Plin. Plaut. Aulul. 14. 3.

Artoptitius (ἀρτοπτικός) Panis artoptitius, toſtus in artopta uaſe. Plin. lib. 18. cap. 9. 3, Siliginea farinæ modius Gallicæ, x x ii. libras panis reddit: Italicæ duabus tribuúe amplius in artoptitio pane. nam furnaceis binas adijciunt libras in quocunq; genere. Ibidem, cap. 11.

Artotrogus] Artotrogi, penul. product. Paraſiti nomen apud Plautum, ab ἄρτος, Panis, & τρώγω, comedo.

Artro] artrus. Vide Aro aras.

Artuo, Artuatus, Artuatim] Vide pòſt in Artus.

Artus] artuum, artubus, m. g. pluralis tãtum numeri (μέλος) Plautus neutro genere protulit, Menæb. 17. 94, Ita mihi imperas, ut ego huius membra, atque oſſa atque artua Comminuam.

Artus, Partes ſunt corporis inter iuncturas connexæ: dictæ quòd inter ſe arctentur. Feſtus, Artus ex Græco appellantur, quos illi artra dicunt: ſiue artus dicti, quòd membra membris artentur. Virgilius 5. Aeneid. Et magni membrorum artus.

Artuum dolorem, uocat Cicerò articularium morbum, de claris Orat. 114, Et multis medicamentis propter artuum dolorem delibutus.

Artus frigidus. Tacitus lib. 13, Accuſatiuus eſt caſus Artus, ea figura qua Albus dentes dicimus.

Adulti artus, Id eſt, ætate iam robuſtiores. Stat. 3. Sylu. 4. 18. Vide Adoleo.

Collapſi, Ouid. 10. Metam. 38. Exanimes, Ouid. 2. Metam. 68.

Extinctos ferrum demittere in artus. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 16. 11.

Gelidi. Ouid. 4. Metam. 50.

Graciles. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 5.

Infirmi. Lucret. lib. 15. 2. Laceri. Ouid. 9. Metam. 34.

Putres. Stat. 12. Thebaid. 28.

Semianimes. Ouid. 14. Metam. 42.

Semineces. Ouid. 1. Metam. 46.

Spirantes. Lucan. lib. 3. 146. Tumidi. Lucret. lib. 3. 145.

Sitis miſeros adduxerat artus. Virgilius 3. Georgic. 95. Id eſt, contraxerat.

Ardent artus. Cic. 2. de Finib. 149. de Cn. Octauio.

Sopor feſſos complectitur artus. Virg. 2. Aeneid. 51.

Contremiſcere tota mente atque omnibus artubus. Cicero 1. de Orat. 60.

Sanguine defecti artus. Ouid. 5. Metam. 20.

Dilacerare artus ſuos. Seneca in Herc. Oeth. 7. 17.

Denudare artus, Pellem detrahere. Seneca in Thyeſte, 8. 29.

Miſeros depaſcitur artus. Virg. 2. Aeneid. 43. de Serpente qui Laocoontem cum filijs amplexos tenebat.

Eneruare artus. Ouid. 4 Metam. 58.

Mortales exuit artus. Ouidius 9. Metamorpho. 54. de Herculis apotheoſi.

Fraudare artus anima, E uita auferre aliquẽ. Ouid. 7. Metam. 50.

Feſſos ſopor irrigat artus. Virg. 3. Aeneid. 102.

Inualidos laſſare artus. Ouid. Epiſt. 20. 49.

Tepidos nudare artus Sil. lib. 15. 138.

Macies obduxit artus. Ouid. Epiſt. 11. 6.

Attonitos tremor occupat artus. Ouid. 3. Metam. 8.

Anhelitus quatit artus. Virg. 5 Aeneid. 40.

In artus redire natando dicuntur corpora luxata. Plin. lib. 31. cap. 6. Id eſt, in ſuas iuncturas.

Spiritus regit artus. Virg. 4. Aeneid. 68.

Remittere artus dicitur corpus. Seneca in Thyeſte, 83.

Remollire artus, Imbecilliores reddere. Ouid. 4. Metam. 58.

Nexos artus reſoluere. Virg. 4. Aeneid. 139.

Seducere artus ab anima. Virg. 4. Aeneid. 78.

Suffulcire artus. Lucret. lib. 4. 192.

Titubantes ſuſtinere artus. Ouid. 4. Metam. 6.

Torrentur febribus artus. Ouid. Epiſt. 20. 34.

Tremit artus, pro Artubus tremit, figuratè dictũ, Seru. in illud Virgilij 3. Georg. 17,

Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.

Accuſatiuus eſt.

Articulus, articuli, pen. corr. diminutiuum. (ἄρθρον) Artus autem (inquit Sipontinus) partes ſunt corporis inter iuncturas connexæ: dictæ quod inter ſe arctentur. Vnde minores partes per diminutionem articulos uocamus: quales ſunt digitorum. Cic. Attico, lib. 1. 3. 6, Terentia tua magnos articulorum dolores habet. Plin. articulis membra diſtinxit, lib. 11. cap. 37, Nodosq; corporum, qui uocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi tranſitu ligantes, hìc teretes, illic lati, ut in unoquoq; poſcit figuratio. Iuncturas uulgò appellamus.

Molli articulo aliquem excipere. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Articuli ſegetum. Plinius lib. 18. cap. 17, Si in articulum ſeges ire cœperit.

Articuli ſarmentorum, per translationem. Cicero de Senectute 48, Itaq; ineunte Vere in his quæ relicta ſunt, exiſtit tanquã ad articulos ſarmentorum, ea quæ gemma dicitur. Columel. lib. 2. cap. 12.

Articuli montium. Plin. lib. 37. cap. 13. 4. Per metaphoram dixit articulos montium, crebros colliculos, quibus, tanquam gradibus, montes aſcenſu faciliores fiunt.

Articulus pro momento, & tempeſtiua rerum faciendarũ hora, ſiue puncto, ſeu alicuius rei aut temporis particula. Terent. Adel. 2. 2. 21,

——ô ſcelera, illuc uide

Vt in ipſo articulo oppreſſit. Plaut. Menæb. 4. 29,

——commoditatis omnes articulos ſcio.

Articulus temporum. Cic. pro Quin. 10, Vt eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringeret.

Oratio ſine neruis & articulis, quæ fluctuat huc & illuc. Autor ad Heren. lib. 4. 34.

Articulis membrisq; diſtincta oratio: cui opponitur Continuata, ac producta. Cice. 3. de Oratore, 103. & in Orat. 33.

Articulus, Grammaticis, non qui in grammatica tantum declinatione, caſus aut genera indicat, ſed quo in ſermone etiam certam rẽ ſignificamus. Latinum exemplum proponi nullũ poteſt: nam Latinus ſermo in uniuerſum caret articulis.

Articularis, & hoc articulare, pen. prod. (ἀρθριτικός) Quod ad articulum pertinet: ut, Articularis morbus. Plin. lib. 21. cap. 21. 5.

Articularius, adiect. (ἀρθριτικός) Quod ad articulos pertinet: ut, Articularius morbus, Plin. lib. 21. cap. 20. 12, Articularios morbos ſedat, canisq; morſus. Idem lib. 20. cap. 9. 3.

Articularius, ſubſtãtiuum (ἀρθριτικός) Qui articulari morbo laborat. Plautus Merc. 19. 17, Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducunt pedes.

Articulatim, pen. prod. aduerbium (κατ' ἄρθρους) Per ſingulos articulos. Cic. 3. de Natu. deor. 81, Puerum interea obtruncat, membraq; articulatim diuidit.

Articulatim & diſtinctè dicere. Cicero 1. de Legib. 53, Quæ fuſè olim diſputabantur, ac liberè, ea nunc articulatim, diſtinctéq;

Digitized by Google

distinctéq; dicuntur. Lucret. libro 4. 113.

Articulatè, aduerbium, (κατ' ἄρθρον) Idem.

Articulatè salutem dicere, pro Clarè & apertè. Cicero Attico, lib. 6. 116. 6.

Articulatio (ἄρθρωσις) Plin. 16. cap. 25. 7. de germinatione & partu arborum loquens, Tertia est earundem ad solstitium breuissima, nec diutius septenis diebus. Clareq; & tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. Id est, quum excrescunt ueluti per nodos: eo modo quo Cic. dixit Articulos sarmentorum.

Articulatio, Morbus uitium. Plin. lib. 17. cap. 24. 10, Vitibus præter uermiculationem & syderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de causis una, ui tempestatum germinibus ablatis: altera, ut notauit Theophrastus, in supinum excisis: tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur.

Articulosus, penult. prod. (ἀρθρώδης) Plenus articulis. Plin. lib. 24. cap. 16. 7, Alij radice longa, ueluti signata, articulosaq; monstrauere tribus omnino cauliculis.

Articulosa partitio. Quint. li. 4. cap. 5. Hoc est, quæ nimiũ multis distinctionib. separata est, & breuiores habet periodos.

Artuo, as, ab Artus fit (θιαρθρόω) à quo Deartuo, quod est Per artus diuido. Hinc etiam

Artuatus, pen. prod. Adiectiuum, Per artus discerptus & laceratus. Firmicus lib. 6. cap. 31, Intra matris uiscera impedito partu laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur, ut sic artuatis uiscerib partibus, membra omnia crudelis artificij præsidio proferantur.

Artuatim, penult. prod. Aduerbium. Per singulos artus. Firmicus lib. 7. cap. 1, Pecus intra uiscera matris artuatim concisum à medicis profertur. Paulo post rem eandẽ alijs uerbis sic effert, Conciso infante particulatim prolato, mater ex mortis periculo liberatur.

Artynia] Stagnum est minoris Asiæ, Olympo monti propinquum, & iuxta Miletopolin ciuitatẽ, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus, effluit, Asiam & Bithyniã disterminans. Plin. lib. 5. cap. 32.

Aruales] ἀρυάλιοι, fratres, dicti sacerdotes quos Romulus primus instituit, seq; inter illos duodecim fratrem appellauit, ut arua fruges ferrent. Eiq; sacerdotio Acca Laurentia (quæ postea Populum Romanum hæredẽ instituit) Romuli nutrix, tribuit insulas albas, & spiceam coronam, pro religiosissimo insigni: quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non nisi uita finitur, exulesq; & captos comitatur. Dicti ab aruo. Vide Gellium lib. 6. cap. 7.

Aruerni] ἀρύερνοι, Galliæ populi super Ligerim sti, qui multis hominum millibus cum Vercingetorige contra Cæsarem profecti sunt, quum prius aduersus Maximum Aemilianum & Domitium Aenobarbum etiam c c. hominum millibus cõflixissent. Verba sunt Strabonis lib. 4. uulgò hodie, il Ducato di Borbone.

Aruiges] hostiæ (ut ait Varro) dicebantur, quæ cornua habebant, & quorum exta coquebantur.

Aruina] aruinæ, pen. prod. (λίπος) Durum pinque inter cutem & uiscus, secundũ Suetonium in libro de Vuijs corporalibus. Virg. 7. Aeneidos,

—& spicula lucida tergent
Aruina pingui. Seruius.

Aruina, Cognomen fuit Corneliorum Maluginensium, à pinguedine impositum, ut scribit Alexand. ab Alexand. lib. 1, cap. 9. Quemadmodũ Nasica ab adunco naso, & Columella à proceritate: & cætera id genus.

Aruisium] ἀρυσίας χέρσος, Strab. promontorium est insulæ Chij, in quo (teste Plinio lib. 14.) optima uina proueniunt. Virgilius in Daphni, 5. 14. Hæc nostra ætate adiectiõe unius literæ, Maruisia dicimus, quæ prius è Chio, nunc è Creta optima ueniunt. Volaterranus.

Aruncus] arunci, m. g. (ἀρύγκος) Villus mento capraũ dependens. Plin. lib. 8. cap. 50. de capris loquens.

Arundo] arũdinis, f. g. (κάλαμος, δόναξ) Aquaticus frutex, omnib. notus. Liu. 7. bel. Pun. 12, Erãt aũt pleraq; ex cratib. aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento inuecta.

Arundinẽ, & calamũ, pro eodem accipit Plin. lib. 10. cap. 37.

Arundinem, à canna separat Ouid. lib. 8. Metam. 68.

Fluuialis arundo, Virgil. 2. Georg. 83.

Glauca. Virgil. 10. Aeneid. 41.

Procera. Ouid. 13. Metam. 189.

Viua arundo. Ouid. 13. Metam. 189.

Tenera arundo. Virgil. eclog. 7. 3.

Surgit arundo, pro Crescit. Ouid. 13. Metam. 189.

Arundo, pro sagitta. Virg. lib. 7. Aeneid, 190. Quia ex arundine fiebant tela. Et lib. 5. 108, Volucris arundo.

Distrinxit arundine pectus. Ouid. 10. Meta. 104. de Cupidine.

Arundo pro pertica, qua solent pueri exerceri. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 50,

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Arundine captare pisces, id est linea. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 5.

Tremula arundine pisces captare. Ouid. 2. de Arte amandi, 16.

Tenui meditabor arundine musam: id est, carmen rusticum humili stylo scribam. Virg. 6. eclog. 2.

Inæquali modulatur arundine carmẽ. Ouid. 1. de Remed. amor. 37. Id est, inæqualibus arundinibus. erant enim plures, & pro tonorum diuersitate, una erat longior alia.

Cerata modulatur arundine carmẽ, Ouid. 11. Metam. 31. Id est, arundinibus cera cõpactis. erant enim fere è septem canne.

Arũdineus, adiectiuũ (καλάμινος) Quod est ex arũdine. Plin. lib. 10. cap. 29. 8, Addita in transuersas labias fronde arundinea. Virg. 4. Georg. 53, Arundinei canales.

Arundinaceus (καλαμώδης) Similis arundini: ut, Foliũ arundinaceum. Plin. lib. 18. cap. 7. 9, Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum & magnæ leguminum parti.

Arundinetum, pen. prod. (καλαμῶν) Locus cõsitus arundinibus. Plin. lib. 10. cap. 32. 1, Mimores halcyones in arundinetis canunt. Cato cap. 6. 3, Ibi cacumina populorum serito, & arundinetum.

Arundinosus, pen. prod. adiectiuum (καλαμώδης) ut, Locus arundinosus, arundinibus abundans. Catullus, 34. 3,

Quæq; Ancona, Cnidumq; arundinosam Colis.

Arundifer, penul. corr. adiectiuum (δονακοφόρος) Arundines ferens. Ouid. 5. Fast. 127.

Arungus deus] Gell. lib. 5. ca. 12, In his aũt Dijs, quos placari oportet, uti mala à nobis, uel à frugib. amoueantur, Arungus quoq; habetur & Rubigus.

Aruns] Vates Tuscus fuit, diuinãdi scientia insignis. Luca. li. 1,

Acciri uates, quorum qui maximus euo
Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c.

Est itẽ nomen uiri, qui Camillã occidit: de quo Virg. lib. 11. Aeneid. Fuit etiã hoc nomine Tarquinij superbi filius natu maximus, qui in ea pugna quæ ad Regillum lacũ facta est, Iunium Brutum interemit, & ab illo uicissim hasta traiectus est. Liu. lib. 2. ab Vrbe cond.

Aruo, aruas] Vide Aruum.

Arupenum] Iapodum oppidum in confinio Istriæ & Illyrici, cuius meminit Strabo lib. 4. & 7.

Arupinus] ἀρούπινος, Est Pannoniæ urbs, cuius meminit Strabo lib. 7.

Arura] arura, f. g. (ἄρουρα) mensura est apud Græcos, quinquaginta pedes capiens (ut inquit Suidas) id est, octo ul-

Digitized by Google

& trientem,uel passus decem: ita ut ulnã pro senis pedibus, et passum pro quinis accipiamus. Ioseph. li. 1. cõtra Apionẽ.

Aruspex] Vide Haruspex. Vnde Aruspicium, Plin. lib. 7. cap. 56. 12.

Aruum] arui, uel Aruus, arui, m. g (ἄρουρα) Ab arando dicitur. Festus, Aruum dicimus agrum necdum satum. Var. 1. de Re rust. cap. 29. 1, Aruum, quod aratum, nec satũ est. Plaut. Trucul. 4. 4 4, Colum. lib. 2. cap. 9.

Cultus aruorum. Virg. 4. Georg. 112.

Ingenia aruorum, Natura. Virg. 2. Georg. 36.

Amicius aruum, Benignius. Ouid. 15. Metam. 89.

Arida arua, Infrugifera Ouid. 14. Metam. 102.

Attonsa arua. Lucanus lib. 6. 17. Id est, demessa.

Decliue aruũ, In mõtis decliuitate situm. Hora. 3. Car. ode 29. 2.

Dumosa arua, Dumis obsita. Luca lib. 6. 3.

Fallacia arua, Quòd spem agricolæ fallant, & plus in herba polliceantur, quàm præstent in messe. Ouid. 1. de Arte, 81.

Florentia arua. Ouid. 2. Metam. 78.

Hiulca arua siti, Fissa nimia siccitate. Virg. 2. Georg. 71.

Arua læta, Probè culta & florentia. Virg. 6. Aeneid. 149. De campo Elysio.

Odorifera Arabum arua. Statius 1. Sylu. 4. 21.

Oliuifera arua, Quæ oliuam ferunt. Ouid. 3. Fast. 31.

Operosa arua, Quòd multum operis et laboris exigunt. Ouid. 1. de Arte amandi, 80.

Optima pingui arua solo. Virg. 2. Georg. 53. Id est, arua pinguia, optima.

Pingue aruum. Horat. 3. Carm. ode 4. 3. Virgil. 5. eclog. 7.

Arua uasta Seneca in Her. furente, 6. 6.

Vitifera arua. Silius lib. 7. 42.

Credenda Ceres aruis. Ouid. 1. de Arte aman. 81,

Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis. Per Cererem semina intelligenda arbitror.

Diducta arua iugis. Silius lib. 1. 40.

Laxant arua sinus Zephyriq; tepẽtibus auris. Virg. 2. Georg. 67. Id est, Vere aduentante resoluuntur, quæ hyeme concreta frigoribus rigebant.

Imperare aruis, Est ita arua colere, ut fruges ferant quantas ipse desiderat agricola. Virg. 1. Georg. 20,

Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis.

Flauis aruis messorem inducere: id est, maturis. Virg. 1. Georg.

Insequi arua iacto semine. Virg. 1. Georg. 21, (64. Seruius.

Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur? Comminus, id est statim, sine intermissione. Insequitur, prosequitur, & non sinit quiescere. Seruius.

Iuuare arua, Prodesse aruis. Virg. 1. Georg. 19.

Parêre arua colono dicuntur, quum æquum laboribus fructum exhibent. Virgil. 1. Aeneid. 1. Respondet illi quod 1. Georg. 20. scribit idem, Imperare aruis.

Pruo aliquem pascere, id est, frumento, & ijs quæ in aruo nascuntur. Horat. 1. Epist. 17. 1.

Marte populata arua, Vastata bellorum tumultibus. Horatius 3. Carm. 5,

Aliena arua iugo premere, Arare alienos agros. Virgilius 10. Aeneid. 15.

Florentia proterit arua, exuritq; herbas. Ouid. 2. Metamorph. 159. de Inuidia.

Eurus arua radit imbribus. Horat. Epod. 16. 12.

Renouare aruum. Ouid. 15. Metam. 25.

Mutatis requiescunt fœtibus arua. Virg. 1. Georg. 17.

Ab aruis arua reuellere. Ouid. 6. Meta. 118. Achelous fluuius de Lato spaciari aruo. Ouid 4. Metam. 18. (seipso.

Squalẽt abductis arua colonis: quia nemo colit ea. Virg. 1. Georg. 101.

Subigere arua, Colere. Virg. 1. Georg. 25.

Vrit arua Sol. Ouid. 6. Metam. 68.

Aruo, aruas, apud Columel. legitur Aruentur, pro Eruentur, ab Eruo, is. quare corrigendus locus est.

Arx] arcis, f. g. (ἀκρόπολις, ἄκρα) Dicta est autore Varrone, lib. 5. de Ling. Lat. ab arcendo, quòd is sit locus munitissimus urbis, à quo facillimè possit arceri hostis. Asconius, Arx est editus in ciuitate, & munitus ad salutem omnium locus. Virgil. 2. Aeneid. 65,

Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Ergo prima spes in muris est, secunda in arce, si in muros hostis irruperit. Hactenus Asconius. Seruius, Arx est in ciuitate munitus locus: ab arcano, id est secreto, dicta.

Arx, ut ait Asconius, interdum sedes tyranni, id est regis, dicitur, ut sæpe apud Ciceronem. Virg. 4. Aeneid. 82,

Prospicere arce ex summa. Vbi Seruius, Regũ enim fuit habitare in arcibus propter tutelã. Plin. lib. 4. cap. 11. 9, Intus Byzia arx regum Thraciæ.

Aeriæ arces, Altissimæ. Virg. 3. Aeneid. 53.

Celsa arx. Virg. 1. Aeneid. 12.

Edita arx, Alta. Seneca in Octau. 7. 1.

Festæ Pallidis arces, id est, templa. Ouid. 2. Metam. 143.

Laceræ arces. Ouid. 11. Metam. 102.

Igneas arces cælum uocat Horat. 3. Carm. 3. 2.

Inuictissima arx Capitolij. Tacit. lib. 19.

Munitissima arx. Vide Munio.

Potens opibus arx. Seneca in Troade, 6. 14.

Præcipites arces, Altæ & in præcipitio uelut positæ. Lucan. 3.

Prærupta arx. Senec. Agam. 6. 39. (17.

Præclustris arx. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 2.

Sacræ arces, Templa. Horat. 1. Carm. 2. 1.

Summa arx. Virg. 2. Aeneid. 54.

Superbæ arces. Horat. Epod. 3. 2.

Tuta arx. Virg. 10. Aeneid. 159.

Attollere arcem tectis. Virg. 3. Aeneid. 27. Id est, domos ædificare. Seruius.

Concutere arces. Ouid. 11. Metam. 102.

Condere arces. Virg. eclog. 2. 13.

Constructæ arces. Silius lib. 8. 29.

Erigere arces. Stat. 3. Sylu. 1. 4.

Euertere arces. Silius lib. 17. 76.

Fugere in arcem. Cic. de Senect. 10.

Fundere arces. Virg. 4. Aeneid. 52.

Impositæ montibus arces. Horat. 2. Epist. 1. 51.

Inuadere in arcem causæ. Vide Inuado.

Liberare arcem. Cic. Antequam iret in exilium, 5.

Moliri arcem. Vide Molior.

Moliri arcem, id est, factis molibus extollere. Virgilius 2. Aeneid. 86. Seruius.

Munire arcem. Cic. in L. Pisonem, 67. & pro Sylla, 59.

Poni in arce. Cic. in Parad. 6, Hoc opus in apertũ ut proferas, nihil postulo: non enim est tale, ut in arce poni possit quasi illa Minerua Phidiæ: sed tantum ut ex eadem officina exisse appareat.

Retinere arcem. Cic. 2. de Orat. 151.

Subruere arces. Ouid. 3. Trist eleg. 11. 5.

Tradere arcẽ. Tacit. lib. 19, Vacuam arcẽ furtim tradi futurũ.

Arxata] ἀρξάτα, urbs est Armeniæ, prope Araxem fluuiũ, & iuxta fines Atropatiæ. Strabo lib. 11.

Aryandes] ἀρυανδής, Aegypti prætor fuit, à Cambyse constitutus, qui aliquanto post tempore, quum æmulari Darũ uellet, ab eo est interfectus. Herodot. lib. 4.

Arytenam] siue Artenam, uas ab hauriendo sic appellabant. Festus.

Digitized by Google

As] uel *aßis*, huius, *aßis*, m.g. (ἀσσάριον) Varro lib. 1. de Lingua Latina, *aſſem* ab ære dictum eſſe putat: *as* enim et libra, & pondo idem ſignificant. Budæus.

As, libralis nummus erat, quaternos denariolos noſtros ualẽs, paulò pluris. Plin. lib. 21. cap. 3. de Scipione cognomento Serapione loquens, Nec ei fuit in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocauit. Sueton. in Auguſto, cap. 91, Ex nocturno uiſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum aſſes porrigentibus præbẽs. Hæc Budæus. Cic. 2. Offic. 86, Ne Marco quidem Seio uitio datum eſt, quòd in caritate annonæ aſſe modium populo dedit.

Aſſem appellare poſſumus quem duodenarium uocamus, et ita in partes diuidere, ut antiquii ſuum aſſem diuidebant, in ſui generis partes, quadrantes, ſextantesq; dicentes. Budæus.

Ad aſſem impendiun reddere. Vide Ad præpoſitionem.

In aſſem. Vide In.

In aſſem, pro In ſumma, apud Columellam, teſte Budæo.

As etiam pro integra quacunque re accipitur. Veteres enim uolentes aliquid diuidere in partes æquales, ut hereditatem, & quiduis ſimile, id aſſem appellauerunt, & partes uncias. Cice. pro Cecina, 13, Teſtamento facto, mulier moritur: facit hæc hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertũ ſuperioris uiri, Ebutio ſextulam aſpergit. Hæreditatem, id eſt, aſſem, his uerbis Cicero in deuncem, ſemuncium, & tres ſextulas diuiſit. Columella lib. 13, Ad prædictum autem modum muſti adijci debent hi odores, myrrhæ quicunx, calami pondo libra, caßiæ ſelibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx. Plin. lib. 13. cap. 15, de cedrinis menſis, Qua in re non omittendum uidetur, Tyberio principi menſam quatuor pedes ſextante & ſicilico excedentem: tota uerò craßitudinis ſeſcunciali, operimento lamine ueſtitam fuiſſe. Quibus uerbis Plinius menſam eã quatuor pedes longitudinis habuiſſe ſignificauit, & duos præterea pollices, & pollicis quadrantem: craßitudine uerò ſeſquipollicem æquauiſſe. Idem ibidem, Magnitudo amplißima adhuc fuit unius commiſſæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolemæo, quatuor pedum & ſemipedis per medium ambitum, craßitudine quadrantali. Plin. craßitudinem quadrantalem dixit, quæ quatuor eſſet digitorum. Liu. 5. ab Vrbe, Terna iugera & ſeptunces uiritim diuiſerunt. Septunces dixit pro dimidiato iugero & duodecima parte iugeri Hactenus ex Budæo. Iuſtinianus de hæredibus inſtituendis, lib. 2, Hæreditas plerunq; diuiditur in XII uncias, quæ aßis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia uſque ad aſſem, utputa hæc, ſeſcunx, ſextãs, quadrans, triens, quincũx, ſemis, ſextunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.

Ex aſſe hæres dicitur, qui ſolus eſt hæres.

In triuijs fixum quum ſe dimittat ob aſſem. Horat. 1. Epiſto. 17. 13.

Licere precio unius aßis. Horat. 1. Serm. 6. 3.

Aſſem negat ſeſe daturum. Cic. pro Quintio, 10.

Ad aſſem omnia perdere. Horat. 2. Epiſt. 2. 6. Id eſt, Vſq; ad aſſem, ſiue omnia. Porphyr.

Redigere ad aſſem. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 9.

Venditare aſſe. Catul. 31. 2.

Aſa] Aſa fœtida, uel ut alij præferunt, Aſſa putrida: Vulgò à medicis & pharmacopolis dicitur, quod Latinè Laſer nuncupatur, Græcè σιλφιον, Matthiol. in lib. 3. Dioſcor ca. 79.

Aſachæ] Populi ſunt in montibus Aethiopiæ, qui abeſſe à mari dicuntur dierum quinq; itinere, uiuentes Elephantorum uenatu. Plin. lib. 8. & lib. 6. cap. 30.

Aſacus] fluuius eſt alluens Heracleam ciuitatem, ſitam ad radices montis Oetæ, teſte Liu. lib. 5. de bello Macedonico.

Aſæ] ἀσαί, uicus eſt Peloponneſi, in agro Corinthio, nõ procul à Genea ciuitate, ut author eſt Stephanus.

Aſæa] ἀσαία, nomen eſt proprium montis. Author Suidas.

Aſæus] ἀσαῖος, unus fuit ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Author Homer, lib. 11. Iliados.

Aſampatæ] populi ſunt circa Mæotin, teſte Plinio libro 6. cap. 7.

Aſana] Flumen eſt in Mauritania, ab Sala C L. mill. paſſ. marino hauſtu, ſed portu ſpectabile. Plin. lib. 5. cap. 11.

Aſander] ἄσανδρος, uiri proprium apud Strab. lib. 7, qui Tauricã Cherſoneſum à cõtinente ſeparauit, ducto per eius Iſthmũ muro, à ſinu Carcinitico, uſq; ad Mæotin paludem.

Aſaroton] aſaroti, n g. pen. prod. (ἀσάρωτον) genus pauimenti, de quo ſic Plin. lib. 36. cap. 25. 1, Pauimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithoſtrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Soſus, qui Pergami ſtrauit, quẽ uocant aſaroton œcon, quoniam purgamenta cœnæ in pauimento, quæq; euerri ſolent, ueluti relicta fecerat paruis è teſtulis, tinctis q; in uarios colores. Statius lib. 1. Sylu. 3. 12.

Aſarum] aſari, pe. corr. (ἄσαρον) herba, de qua ſic Plin. lib. 12. cap. 13, Nardi uim habet & aſarum, quod & ipſum aliqui ſylueſtre nardum appellant. Eſt aũt hederæ fõlijs, rotundioribus tantum, mollioribusq;, flore purpureo, radice Gallici: ſemen acinoſum, ſaporis calidi ac uinoſi. Dioſc. lib. 1. ca. 9, Aſarum, quod & ipſum aliqui ſylueſtre nardũ appellant, Magi ſanguinem Martis, Latini perpẽſam, alij baccar. Matthiolus Senenſis ait Aſarum eſſe eam herbam, quam nunc officinæ uocant baccaram, quamuis Baccara apud Dioſcoridem uerè ſit alia herba, ab Aſaro longè diuerſa.

Asbeſtinum] pe. prod. (ἀσβεστινόν) genus eſt lini, quod ignibus non abſumitur. Viuum id uocant, ardentesq; in focis conuiuiorũ ex eo uidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis, quàm poſſent aquis. Vocatur autem à Græcis asbeſtinum ex argumento naturæ. Hæc Plin. lib. 19. ca. 1. 12. Asbeſtinum Latinè dicitur quod non comburitur.

Asbeſtos] ἄσβεστος, Gemma quæ in Arcadiæ mõtibus naſcitur, coloris ferrei: Plin. lib. 37. cap. 10. Vide infrà Aſueſtus.

Asbolus] ἄσβολος, penultima correp. nomẽ canis. Ouidius 3. Metamorphoſeos,

Et niueis Leucon, & uillis Asbolus atris. Id eſt, Pilis nigris. Nam ἄσβολος, dicitur Fuligo Latinè.

Asbotus] ἄσβοτος, Vrbs Theſſaliæ, Stephano.

Asbylus] Crotoniata, cuius meminit Pauſanias & Plato in libris de Repub.

Aſca] Siciliæ ciuitas, quã Elymus princeps Troianorum dicitur condidiſſe. Seruius in 5. Aeneid.

Aſcalabotes] ἀσκαλαβώτης, animal uenenatum, ex genere ſtellionum, lentigine plenum, acerbi ſtridoris, diuerſum ab eo quod Itali Tarantulum ſua lingua uocant. Vide Plin. lib. 29. cap. 4.

Aſcalabotium, Catul. Dij magni aſcalabotium diſertũ. Hoc uocabulum repoſuit Turnebus, quod antea fortaſſe ruſticus diminuerat, & deprauarat malè pronunciando, & Salaputium dixerat.

Aſcalaphus] pen. corr. (ἀσκάλαφος) Martis & Aſtyoches filius, cuius meminit Homerus lib. 2.

Aſcalaphus, Acherontis filius & Orphnes nymphæ Auernalis: poſtea in bubonem mutatus. Fabulam uide apud Ouid. 5. Metamorpho. 108.

Aſcalingium] ἀσκαλίγγιον, Ptolemæo urbs Germaniæ, hodie Hildezheim.

Aſcalon]

Digitized by Google

Aſcalon] Aſcalonis, pen. prod. (ἀσκάλων) Paleſtinæ ciuitas Idumæorum. Autor Strabo. De Aſcalone plura Diodorus lib. 3. Hodie Eſcalona dicitur.

Aſcalonita, Aſcalonitæ, pen. prod. (ἀσκαλονίτης) Qui eſt de Aſcalone. Teſtimonium frequēs apud Ioſephum, lib. 6. ca. 1.

Aſcalonia] Genus cepæ, ab Aſcalone oppido Iudææ nominata. Plin. lib. 19. cap. 6. 3.

Aſcalus] ἄσκαλος, Tantali frater fuit, Hymenæi filius, ut ſcribit Xanthus.

Aſcania] ἀσκανία, Inſula eſt una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Aſtypalæa, de qua Plin. lib. 4. cap. 11. Eſt & Aſcania Phrygiæ locus, de quo Plin. lib. 5. cap. ult. Item alius in ſuperiori Myſia, ſiue Bithynia, iuxta Aſtranium lacum: quam Myſiacam uocat Strabo, ad differentiam ſuperioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipſum lib. 12. & 14.

Aſcanius] ἀσκάνιος, nō ſolum Aeneæ filius ex Creuſa regis Priami filia: ſed fugæ laborumq; in quærendo regno ſocius, teſte Virgilio. Liu. lib. 1. ab Vrbe cōdita, dubitat utrius fuerit filius, Creuſæ an Lauiniæ: ſed hiſtorici cæteri omnes, & poetæ cum Virgilio, Creuſæ filium fuiſſe affirmant. Eſt & Aſcanius Phrygiæ fluuius, à quo Aſcanius Aeneæ filius dictus eſt. Huius fluuij meminit Virgil. lib. Georg. 3.

Aſcantici] ἀσκαυτικοὶ, populi circa Mæotin, ad montes Ceraunios, de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

Aſcaulæ] ἀσκαῦλαι, Tibicines, quorum armamentum muſicum imitatur utriculum: Latinè Vtricularios diceres. Memini Vopiſcus in Carino: ubi tamē hactenus Camptaulæ inemendatè lectum eſt. Turnebus.

Aſcendo] aſcēdis, aſcendi, aſcenſum, ἀναβαίνω, ἄνειμι, ἀνέρχομαι) aſcendere, ex Ad, & Scando compoſitum, ſignificat ad al quid ſcandere.

Aſcendere iugum. Cæſar 1. bel. Gal. 85.

Aduerſam aſcendere ripam. Cic. 1. de Diuinat. 103.

Cælum aſcendere. Cicero de Amic. 74. &, In cælum, Idem pro Milone, 74.

Aſcendere equum. Liu. 3. bel. Pun. 58. Sueton. in Cæſare.

Aſcendere in equum. Liu. 10. bel. Pun. 84. Cic. de Senect. 30.

Aſcendere nauem. Terent. Adel. 4. 5. 70. Et, Aſcendere in nauem, Hirtius de bello Alexandrino, 28.

Aſcendere in ærarium. Liu. 9. bel. Pun. 189. Item, in Capitoliū. Plin. lib. 29. cap. 3. 17.

Veſtram aſcendiſſet in urbem. Virg. 2. Aeneid. 39.

Scalis muros aſcendere. Virg. 9. Aeneid. 105.

In Amanum aſcendit. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 24.

Aſcendere in concionem, pro orationem habere ad populum. Cic. Att. lib. 4. 71. 3, Tum ſubitò ille in concionem aſcendit, quam Appius ei dedit.

Aſcendere in Roſtra, Idem. Liu. 10. bel. Pun. 202.

Aſcendere in tribunal. Cic. in Vatinium, 26.

Aſcendere altiorem gradum. Cic. 2. Offic. 90.

Aſcendere gradum dignitatis. Cic. pro Murena, 51.

Aſcendens gradibus magiſtratuum. Cic. de claris Orat. 154.

Aſcendere altiſſimum gradum. Plin. Epiſt. 2. lib. 3.

Aſcendere ad honores. Cic. de Claris Ora. 130.

Aſcendere in honorem, Idem. Cic. in Ora. 68.

Aſcendere gradatim dicitur uox. Cic. 3. de Orat. 125.

A' minoribus ad maiora aſcendimus. Cic. in Partit. 8.

Aſcenſurus, pen. prod. Particip. (ἀναβησόμενος) Tibullus 4. eleg. 4. 3, Quinetiani Alcides deus aſcenſurus Olympum.

Aſcenſus, huius aſcenſus (ἀναβάσις) Verbale, Ipſe aſcendendi actus. Cæſar. 5. bel. Gal. 122, Nouiſſimosq; premere, & primos prohibere aſcenſu.

Aditus & aſcenſus. Cic. pro Domo ſua, 43, Homines audaces, ab eius templi aditu atq; aſcenſu prohibuiſti.

Gradus, aditus, aſcenſus. Cic. de Aruſp. reſp. 39, Atq; hic ei gradus ad Remp. hic primus eſt aditus ad popularem iactationem, atq; aſcenſus.

Primus gradus ad amplioris honoris gradum, is eſt. Cice. 3. de Legibus, 9.

Difficili aſcenſu atq; arduo oppidum. Cic. 6. Verr. 45.

Aſcenſu arduo ingredi. Cic. 2. de Orat. 137.

Iniquus aſcenſus. Vide Iniquus.

Aſcenſu ſuperare faſtigia. Virg. 2. Aeneid. 59.

Mollis aſcenſus. Vide Mollis.

Aſcenſio, onis: aliud uerbale, Idem. Cicero de clar. Orat. Quorum quidem quæ fuerit aſcenſio, & quàm in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque abſolutio, ex eo quod dicam exiſtimari poteſt. Quæ fuerat aſcenſio, id eſt. Quo pacto, & per quos quaſi gradus aſcēderint oratores.

Aſceteria] ἀσκητήρια, uocantur monaſteria in codice Iuſtiniani, à uerbo ἀσκῶ, quod eſt mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.

Aſcia] teſte Plinio, appellantur loca Indiæ, in quibus umbræ non ſunt, Septentrioq; non conſpicitur, nec horæ dinumerantur. Hæc ille lib. 2. cap. 73.

Aſcia] aſciæ (ἀξίνη) Inſtrumentum fabrorum, quo ligna dolantur. Cice. 2. de Legibus, 93, Ne facito rogum, aſcia ne polito. Plin. lib. 16. cap. 40, Molliſſima tilia, eadem uidetur & calidiſſima: argumentum afferunt, quòd citiſſimè aſcias retundat.

Aſcio, aſcias (ἀξινίζω) aſciare. Vitruuius lib. 7. cap. 2, Sumatur aſcia: & quemadmoduni materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſcietur.

Aſciburgium] Ptolemæo urbs Germaniæ. Vulgò Emerich.

Aſciſco] aſciſcis, aſciui, aſcitum (ἐπάγομαι, προσάγομαι, προσαλέομαι) aſciſcere, Eſt remotū aliquid, quaſi ſcitè uocatum capere. Cic. 1. in Orat. 13, Itaq; Caria, & Phrygia, & Myſia, quòd minimè politæ, minimeq; elegantes ſunt, aſciuerunt aptum ſuis auribus opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Hæc Valla lib. 5. Feſtus, Aſciſcere, adiungere, & aſſumere.

Aſciui, præteritum. Virg. 12. Aeneid. 124.

Segregare, & aſciſcere, contraria. Cic. pro Archia, 2, Perficiā profectò, ut hunc A. Licinium non modò non ſegregandū, quum ſit ciuis, à numero ciuium, uerumetiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe.

Aſciſcitur, & fugitur, contraria. Cice. 1. de Leg. 49, Id enim ut ſuauitate delectans, ſic ab errore mentis tanquam ſalutare aliquid aſciſcitur, ſimiliq; inſcitia mors fugitur, quaſi diſſolutio naturæ.

Aſciſcere & reprobare, contraria. Cic. 1. de Finib. 33, Confirmat autem illud uel maximè, quòd ipſa natura, ut ait ille, aſciſcat & reprobet: id eſt, uoluptatem & dolorem. Locus mancus eſt.

Aſciſcere ſibi laudem. Cic. pro Domo ſua, 73.

Aſciſcere ſibi nomen regium, Liu. 3. bel. Maced. 20. Nomē Tyranni, Cic. ad Brutum, 16. 11.

Aſciſcere ſibi ſocios. Cæſ. Receptos ad ſe ſocios ſibi aſciſcunt.

Aſciſcere ſibi oppidum. Cic. 6. Verr. 19.

Aſciſcere ſibi quaſi propinquitate coniunctos atq; natura. Cic. de Amicitia, 46.

Aſciſcere ad. Cic. 2. in Catil. 31, Nemo non modò Romæ, ſed nullo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit.

Aſciſcere conſuetudinem, Cic. de claris Orato. 110. Ritus, Liuius 1. ab Vrbe, 84. Leges, Cice. pro Corn. Balbo, 15. Sacra, Idem de Aruſp. reſpon. 24.

Aſciſcere & accipere à Græcis ſacra. Cic. 7. Verr. 147.

Aſciſcere

Digitized by Google

Aſciſcere generum. Virg. 12. Aeneid. 124.

Aſciſci in ciuitatem, donari ciuitate. Liu. 6. ab Vrbe, 167, Nos ex quo aſciti ſumus ſimul in ciuitatem, &c.

Aſciſcere, & ciuitate donare. Cic. pro Corn. Balbo, 23.

Aſciſcere, appetere. Cic. 3. de Finib. Eas ipſas cognitiones per ſe aſciſcendas arbitramur, quòd habeant quiddam complexũ & continens ueritatem. Budæus.

Aſcitus, penult. prod. participium (ἐπαχθεὶς) Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 26.

Aſcitum cognomen. Silius lib. 1. 31.

Natiuus & Aſcitus, contraria. Cornelius Nepos in uita Attici, Atticus Græcè loquebatur, ut Athenis natus uideretur. Tanta autem erat ſuauitas ſermonis Latini, ut appareret in eo natiuum quendam leporem eſſe, non aſcitum.

Aſcitus, pro longè accerſito. Ouid. 6. Faſt. 35,

Nec petit aſcitas luxurioſa dapes.

Aſcititius, a, um (ἐπιβληματικὸς) apud Plaut. & Ouid. 6. Faſtorum. Id eſt, Adiectitius.

Aſclepiades] pen. corr. (ἀσκληπιάδης) hiſtoricus Cyprius, quo tempore Pygmalion in Oriente regnabat.

Aſclepiades, philoſophus cæcus, de quo Cic. lib. 5. Tuſc. 59.

Aſclepiades, genere Pruſienſis, medicorum eloquentiſſimus, Cn. Pompeio familiaris, quum in arte Rhetorica facultates decoxiſſet, medicinam ſectatus eſt, aliam à cæteris uiam ingreſſus. Dicebat ſalutem conſtare cibi potuś; abſtinentia: præterea geſtatione, ambulatione, frictione. Ipſe cõdita noua ſecta, ſpretis legatis, & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione, qua uinum ægris medetur, relato è funere homine & ſeruato: ſed maximè ſpõſione facta cũ fortuna, ne medicus crederetur, ſi unquam inualidus ullo modo fuiſſet ipſe: & uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Hæc Plin. li. 7. ca. 37. De eo quoq; multa refert Apul. li. 4. Aſclepiades alius fuit Antiochenus martyr.

Aſclepias] adis (ἀσκληπιὰς) herba eſt, oblongos ramos, & hederæ ſolia habẽs, & radices numeroſas: ita dicta ab Aſclepio inuentore. Dioſcor. lib. 3. & Plin. lib. 26. cap. 5. & Gal. lib. 6. de Simpl. medicam. facult.

Aſclepiodorus] pen. prod. (ἀσκληπιόδωρος) pictor ætate Apellis, Olympiade CXII. quẽ in ſymmetria mirabatur ipſe Apelles. Huic Mnaſon tyrannus pro XII. dijs dedit in ſingulos mnas tricenas, ut ait Plin. lib. 35. cap. 10. Aſclepiodorus item fuit Alexandrinus, ſingulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquiſitionem cognitionemq; herbarum & lapidum. Author Suidas.

Aſclepion] Genus herbæ, quam Panacẽ uocamus: ſic dictũ, quoniam is filiam Panaceam uocauit. Plin. lib. 25. cap. 4.

Aſcletarion] ἀσκλητάριων, Mathematicus fuit, temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat ſe diſcerptum iri à canibus. Ea propter à Domitiano iuſſus eſt interfici, & accuratiſſimè ſepeliri, ut uanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempeſtate diſiecto funere, ſemiuſtum canes diſcerpſere. Sueton. in Domitian. cap. 15.

Aſcolia] num. plur. (ἀσκωλία, τὰ) Feſta erant apud Atticos, quibus inter utres ſaltantes bachabantur: Vnde & ab utribus nomina ſumpſere. Meminit Virg. in Georgicis,

Vnctos ſaliere per utres.

Aſconius] ἀσκώνιος & Pædianus hiſtoricus circa Neronis tempora, anno uitæ LXXIII. captus luminibus, XII. poſtea ſummo cum honore & hominum gratia uixit annos. Autor Euſebius. Hic etiã in Ciceronis orationes cõmẽtarios edidit.

Aſcopera] aſcoperæ, pen. prod. (ἀσκοπήρα) Latinè dicitur marſupium, aut ſacculus pelliceus. Compoſitum ex ἀσκὸς, quod utrem, et πήρα, quod peram ſiue ſaculum ſignificat. Sueton. in Claudio Nerone, cap. 45, Alterius collo & aſcopera deligata, ſimulq; titulus, Ego quid potui? ſed tu culeum meruiſti. Sacculus iſte alligatus collo Neronianæ ſtatuæ, ſignificabat Neronem matricidam culei ſupplicium mereri.

Aſcra] ἄσκρη Bœotiæ uicus ad radices montis Heliconis, Heſiodi poetæ clariſſimi patria, teſte Ouidio lib. 4. de Ponto, eleg. 14. 7,

Intumuit uati non tamen Aſcra ſuo. Inde Aſcræus nomen adiectiuum. Virg. 2. Georg. 36,

Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen.

Et Ouid. 6. Faſt. 3, Aſcrææ oues.

Aſcribo] aſcribis, pen. pro. aſcripſi, aſcriptum (προσγράφω) aſcribere, ex ad & ſcribo compoſitum, ſignificat adſcriptũ aliquod, nomen, uel ſententiã alicuius, uel etiam diem ſubiungere. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 17. 11, In qua primum erat quòd antiquior dies in tuis fuiſſet aſcripta literis, quàm in Cæſaris.

Aſcribere, adiungere, uel etiam addere ſine ſcripto, & quouis modo. Plinius lib. 13. cap. 22. 3, Et ferulam inter externas dixiſſe conueniet, arborumq; generi aſcripſiſſe. Cic. de Optimo gen. orat. 149, Qui Thucydidẽ laudauit, aſcribat ſuæ noſtram ſententiam.

Aſcribere ad. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 23, Hunc ad tuum numerũ libenter aſcribito. Idem 2. de Orat. 147.

Aſcribere in legibus. Cic. pro Cecina, 69.

Aſcribere in legem. Cice. pro Cecina, 69, Hoc tibi reſpondeo, aſcripſiſſe eundem Syllam in eandem legem, ſi quid ius non eſſet rogari, eius ea lege nihilum rogatum.

Aſcribi in ciuitatem, in ciuitate, & ciuitati, Recipi in ciuẽ. Cic. pro Archia, 5, Quæ quum eſſet ciuitas æquiſſimo iure ac fœdere, aſcribi ſe in eam ciuitatem uoluit. Ibidem 7, Præſertim quum alijs quoq; in ciuitatibus fuerit aſcriptus. Ibidem 5, Qui fœderatis ciuitatibus aſcripti fuiſſent.

Aſcribere in numerum, ad amicitiam. Cice. 3. Offic. 59, Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut ſe ad amicitiam tertium aſcriberent.

Aſcribi numinibus, pro accenſeri & annumerari, & ut uulgò loquuntur, canonizari. Plinius libro 2. cap. 7. 5. Horatius 1. Epiſtol. 20. 1.

Aſcribi facto, pro adiungi. Plin. epiſt. 190.

Aſcribere pœnam. Cic. pro Corn. Balbo 14.

Aſcribere aliquem alteri. Cic. pro lege Manilia, 40, Mea quidem ſententia, Quirites, unus A. Gabinius, belli maritimi, rerumq; geſtarum author, comes Cn. Pompeio aſcribitur. Idem Attico, lib. 14. 315. 1.

Aſcribere aliquem tutorem liberis ſuis. Cic. pro Cluentio, 25.

Aſcribere alicui ſalutem. Cicero Attico libro 1. 3. 7, Et te ſororemq; tuam, & matrem maximè diligit, ſalutemq; tibi plurimam aſcribit.

Aſcribere ſibi, pro tribuere & imputare. Cicero, Neq; enim mihi negligentiam uelim aſcribas.

Aſcribere & attribuere. Cic. 3. de Nat. deor. 128.

Aſcriptus, particip. (προσγεγραμμένος) ut, Aſcripta dies literis. Cic. ad Quint. frat. 3. 17. 11.

Aſcriptus Heraclienſis. Cic. pro Archia, 5.

Aſcriptio, Verbale, (προσγραφὴ) Cic. pro Cecina, 69. Vt ne longius abeam, declarat iſta aſcriptio eſſe aliquid.

Aſcriptitius (προσεγγραπτὸς) Qui, ut ait Valla, ad aliquam rẽ aſcriptus eſt, & qui ex numero eorum eſt, qui ſe in alterius imperium dediderunt, ut aſcriptitius ciuis. Cicero 3. de Natu. deorum 52, Quos, quaſi nouos & aſcriptitios ciues in cœlum receptos putant.

Aſcriptitij dicuntur illi, quos uillanos uocamus, quòd uillæ, unde uillici dicti, aſcripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipſi ſint, aut eorum maiores fuerint. quarum rerum ueſtigia

gia non obscura multis in locis extant, quod tamen nomen loquētium inscitia in contumeliam iam uertit. Villanum enim & uilem uernacula simplicitas cōfundit. Hæc Budæus. Rursus idem alio loco, Ascriptitius nō multum à seruo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus uendi poterat, ut seruus cum peculio. l. ne diutius. de agricolis & censitis. lib. 10. C.

Ascriptitij uocari possunt Latinè in collegijs magistratuū, qui uulgò creati & extraordinarij uocitantur, ut nonnulli sunt hodie inter senatores Venetijs, uulgò, Lagionta de pregadi: & eodem modo in alijs magistratibus.

Ascriptor (προσγραφεύς) uerbale, uidetur idem significare quod subscriptor: est autē subscriptor, ut ait Pædianus, causidicus, qui adiuuare causam poterat. Ci. pro Domo sua, 39, Deniq; ille nouitius Ligur, uenalis ascriptor & subscriptor tuus, quum M. Papirij sui fratris esset testamento & iudicio improbatus, mortem eius se uelle persequi dixit.

Ascriptor, ut subscriptor pro fautore & astipulatore. Cic. Post reditum, 23, Itaq; extitit non modò salutis defensor, qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus, uerùm etiam ascriptor dignitatis meæ. Budæus.

Autor & ascriptor in restituendo. Cic. Post reditum, 7, Quod si Q. Metellus illo tempore consul fuisset unicus, dubitatis quo animo fuerit in me conseruando futurus, quum in restituendo autorem fuisse, ascriptoremq; uideatis?

Ascriptiuus, pen. prod. (προσέγγραπτος) Idem quod ascriptitius. Plaut. Menæch. Idem istuc alijs ascriptiuis ad legionem solet. Inusitatum.

Ascruium] ἀσκρόνιον, urbs Liburniæ Ptole. hodie Ascriuiū.

Asculum] penult. corrept. (ἄσκλον) oppidum est Apuliæ memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabritio Romanis consulibus, ut latè ostendit Plutarc. in uita Pyrrhi. Ab hoc Asculanus, adiect. penult. prod. Cice. de Claris Orato. 87, Barrus Asculanus, cuius sunt aliquot orationes Asculi habitæ.

Ascyron] ἄσκυρον, herba eadem est, quæ Androsæmon. Vide suprà in dictione Androsæmon.

Asdatæ] Populi sunt Caucasi mōtis incolæ, apud quos Calais gemma nascitur. Author Plin. lib. 37. cap. 8.

Asdrubal] penult. corr. (Ἀσδρούβας) gener Amilcaris, patris Annibalis: post eius mortē septem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina: demum à seruo Barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus est in medio suorum. Comprehensus deinde à circunstantibus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridētis præbuit. Author Liuius, lib. 21.

Asdrubal item, Giscōnis filius, cuius mentinit Plutarchus in uita Scipionis.

Asdrubal item alius fuit Annibalis frater, de quo uide Plutarchum in Annibale.

Preterea Asdrubal, cui Caluo cognomē erat, is tēpore quo Annibal in Italia erat, in Sardiniā dux classis mittitur: sed tempestate reiectus ad Insulas Baleares, ibi tātisper quo ad quassas reficeret naues, resedit. de quo plura apud Liuium.

Asdrubal præter hos alius fuit, dux tertio bello Punico à Scipione Aemyliano uictus, facta deditione. Eius uxor quum paucis antè diebus à uiro impetrare non potuisset, ut ad uictorem transfugeret, in medias urbis flammas sese cum filijs iecit. Autor Liuius, lib. 51. Ouid. 6. Fastorum, 154,

Et cecidit telis Asdrubal ipse suis.

Aselli] Duæ stellæ appellātur in signo cancri, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellāt. Plura Plinius lib. 18. cap. 35.

Asellius] Sempronius historicus, & tribunus militaris sub Scipione Aemyliano, apud Numantiam fuit, idq; bellum literis mādauit. Citatur sæpe testis à Gellio. Asellius itē Claudius, eques Romanus, Tribunus militum sub Claudio Nerone, apud Lucanos memoranda fortitudine. Huius meminit Volaterr.

Asellus] Vide Asinus.

Asia] ἀσία, tertia pars est orbis, tametsi magnitudine, Europæ & Africæ par sit. Sic autem dictam uolunt ab Asia Iapeti coniuge, quæ Oceani & Tethyos filia fuit: uel, ut Herodoto placuit, à Promethei matre. Lydis uerò, ab Asiæo Atyis filio, unde & gens quædā Sardis Asia dicitur, ut tradit Eustathius. Est autem Asia duplex: maior, & minor, quæ in se continet Phrygiam, Cariam, Lyciam, Lydiam, Lycaoniam, ut est apud Strabonem & Pomponium. Cicero pro Flacco 51, Nanq; ut opinor, Asia uestra constat ex Phrygia, Mysiaca, Caria, Lydia. Huius uocis prima corripitur. Virg. 1. Aeneid. 78. Horat. 1. Serm. Saty. 7. 4,

——Bruto prætore tenente Ditem Asiam.

Amœna Asiæ. Tacitus lib. 3. Per Amœna Asiæ atq; Achaiæ.

Asia opima. Vide Opimus.

Asiam curare. Tacitus lib. 4. Qui proconsul Asiam curauerat.

Asia, Asiæ, fœm. gen. prima produ. (ἄσιος λειμών) Stephanus est Mysiæ, Caystro fluuio cohærens. Asia uerò quum prouinciam significat, primam corripit. Hæc ex Seruio in illud 7. Aeneid. 141,

——sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus. & in illud 1. Georg. 77,

——& quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimātur prata Caystri. Quo in loco adiectiuum est Asia: ut sit, Asia prata. Sunt tamen, qui Seruio non subscribant, negantes usquam esse paludem, quæ uocetur Asia: dicentesq; in utroq; Virgilij uersu, Asia adiectiuum esse pro Asiatica, seu Asiæ regionis: nā Mysia & Caystер in Asia sunt. Adde quod ἄσιος Græcis pratum significat: ἄσις, ἄσιος, limum & cœnum.

Asiacus, penult. corre. (ἀσιακός) id est, Asiaticus. Ouid. 12. Metamorph. 118.

Asius (ἄσιος) adiectiuum. Virgil. 4. Georg. 69.

——atq; Asia Deiopea.

Asiaticus, adiect. penul. correp. (ἄσιος) ut, Asiaticum orationis genus. Cic. de Claris Orato. 181.

Asianus, aliud adiect. penult. prod. (ἀσιανὸς) Qui est ex Asia. Quintil. lib. 8. cap. 1. & lib. 12. cap. 10.

Asis, asidis, penult. corre. (ἄσις) ut, Asis terra, pro Asia. Ouid. 9. Metam. 90.

Asida, æ] Oppidum Mediterraneum in Bætica Hispaniæ regione. Plin. lib. 3. cap. 1.

Asilas] ἀσίλας, Auguris nomen, qui Aeneæ in auxilium uenit contra Turnum. Virg. lib. 10,

Tertius ille hominum diuūmq; interpres Asilas.

Asilus] asili, m. gen. pen. prod. (οἶστρος) insecti genus, quod horrisonum strepitum facit. Virg. 3. Georg. 29,

Est lucos Silari circa, ilicibusq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen asilo
Romanum est, œstron Graij uertere uocantes.

Græci itaq; οἶστρον, uocant à sono uocis: unde poetæ diuino correpti furore, œstro conciti dicuntur. Vide Chiliadas Erasmi. Seruius ait uulgò Tabanum appellari.

Asine] es (ἀσίνη) uel (ut est apud Strabonem) Asina, pen. corr. Vrbs est Peloponnesi, iuxta Messeniam, unde sinus Asinus. Author Strabo lib. 8. & Pompon. lib. 2. Lucan. lib. 8,

——utq; secaret
Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat undæ,
Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.

Asine

Asine item, insula est una ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli uocãt, in mari Adriatico, cuius meminit Põponius lib. 2. & eius interpres Vadianus.

Asinius] Pollio (ἀσίνιος πολλίων) celebris in primis orator fuit Romæ, Augustiq; amicus. Is primus omnium Romanorum, aduocatis hominibus, scripta sua recitauit. A Quintiliano autem his uerbis taxatur, Multa in Asinio Pollione inuentio, summa diligentia: adeò ut quibusdam etiam nimia uideatur: & consilij & animi satis à nitore & iucunditate Ciceronis ita lõgè abest, ut uideri possit seculo prior. Hactenus Quintil. lib. 10. ca. 1. Asinius Gallus, eius filius, uir etiã doctissimus, ut Seneca testatur in Declamationib. libros edidit de cõparatione patris Pollionis & Ciceronis, in quibus patrẽ Ciceroni prætulit. Autor Cæcilius. Plin. lib. 11. Epistol. Contra quos Claudius Cæsar postea Ciceronis edidit defensionem, ut autor est Trãquillus in Claudio. Præterea alius fuit Asinius cognomẽto Capito, doctissimus artis grãmaticæ: librum reliquit epistolarũ, in primaq; ad Pacuuium Labeonem scripta, erat titulus: Pluria & non plura scribi oportere: rationesq; addit. author Gellius. Præter hos Asinius Pollio fuit Trallianus genere, docuit Romæ tempore Pompeij Magni, successit scholæ Timagenis, scripsit bellum ciuile Cæsaris & Pompeij. Autor Suidas.

Asinus] penul. corr. (ὄνος) animal notum, cuius fœmininum, Asina. Varro 2. de Re rust. cap. 8. 1, Ex equa enim & asino fit mulus. Contrà, ex equo & asina hinnus.

Ab asinis ad boues transcendere, prouerbium, pro eo quod est ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Plautus Aul. 7. 58. Erasmus.

Asini homines, pro stupidis & stolidis. Plaut. Pseud. 4. 4. Cicero in Pisonem, 57, Quid nunc te asine literas doceã? non opus est uerbis, sed fustibus.

Asellus (ὀνάριον) diminutiuum. Martial. lib. 6. 39. Plinius lib. 17. cap. 5, Campum nullis quum siccus est, arabilem tauris: post imbres, uli asello.

Auritus asellus. Ouid. 2 Amor. eleg. 7. 3.

Miserandæ sortis asellas. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 3.

Lentè gradiens asellus. Ouid. 11. Metam. 36. de Mida.

Pandus asellus: id est, curuus. Ouid. 4. Metam. 6. de Sileno.

Rudens asellus. Ouid. 1. Fastorum, 87.

Tardus asellus. Virg. 1. Georg. 55.

Agitator aselli: id est, agaso. Idem Ibidem,

Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus,
Quũ grauius dorso subijt onus. Hora. 1. Serm. Sat. 9. 4.

Onustus auro asellus. Cic. Att. lib. 1. 11. 20.

Fabulam narrare surdo asello, prouerb. Horat. 2. epist. 2. 40.

Asellus, piscis, dictus, quòd sit colore cinericio: quẽadmodum et asini: uulgò Merlusium uocamus. Plin. lib. 9. cap. 17. 2.

Aselli, Stellæ duæ in signo Cancri. Plin. lib. 18. cap. 35. 11.

Asinarius, adiect. (ὀνικός) Quod pertinet ad asinum: ut, Mola Asinaria, quam circumagit asinus. Et Plauti Asinaria dicta est comœdia, quòd de asinorum uenditione tractet.

Asinarius, substantiuum (ὀνηλάτης) qui pascit asinos, uel qui asinos ducit. Cato ca. 10. 1. Operarios quinq;, bubulcos tres, subulcũ unum, asinariũ unum Sueton. in Augusto, cap. 96.

Asininus, penul. prod. aliud adiectiuũ (ὄνειος, ὀνικὸς) quod est asini: ut, Asininus pullus, Varro 2. de Re rust. cap. 8. 2. Ossa asinina, Plin. lib. 16. cap. 36. 13. Asinina pruna, Idem lib. 15. cap. 13. 1.

Asina] Cognomen fuit Corneliorum, quod à Cn. Cornelio Scipione ad posteros est propagatum. Hic enim quum sponsores ab eo poscerentur, asinã produxit in forũ cũ pecuniæ onere, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Eamq; ob causam Asina postea dictus est, ut scribit Macrob. li. 1. Saturna.

Asio] onis (ὠτὶς) Auis est ex genere noctuarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. lib. 10. cap. 23, Otis bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminẽtibus, unde & nomẽ illi. Quidã Latinè Asionẽ uocãt.

Asium] ἄσιον oppidum, cui mons imminet: & Asiastes pen. prod. eius oppidi incolæ, Plinio & Ptolemæo.

Asius] ἄσιος, filius fuit Dymantis, ut in Iliade scribit Homerus. Hic aduersus Græcos Priamo fauit. Fuerunt & alij Asij, quorum passim meminit Homerus. Est & Asius Ptolemæo Senonum fluuius in Italia, Aesium hodie, uulgò Esino.

Asius lapis] λίθος ἄσιος ἢ ἄσιος, Est pumicis instar leuis, fungosus, friabilis, lutei coloris, intercursantib. uernis. Hoc, quòd carnes absumat, utebatur antiquitas ad defunctorum sepulcra, ut author est Plin. lib. 36. cap. 17, In Asso (inquit) Troadis lapis sarcophagus fissili uena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimũ diẽ, exceptis dentib. Hæc ille. Plura uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 199. Et Galen. lib. 9. Simpl.

Asomatos] ἀσώματος, Latinè dicitur sine corpore. Cicero 1. de Nat. deor. 45, Quòd uerò sine corpore ullo deum uult esse, ut Græci dicunt ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi non potest.

Asopæi] ἀσωπαῖοι, Populi sunt gentis Epiroticæ, qui Acarnaniam inhabitant. Strab. lib. 7.

Asophis] Vide Asopis.

Asopiades] patronymicum masc. (ἀσωπιάδης) quod apud poetas accipitur pro Aeaco Asopi nepote, q pater fuit Aeginæ, matris Aeaci. Ouid. 7. Metam.

Huic Asopiades, Petis irrita, dixit, &c.

Asopis] pen. prod. (ἀσωπὶς) Asopidos. Danae Asopi fluuij filia. Ouid. 6. Metam.

Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis.

Asopis] idis (ἀσωπὶς) Regiuncula est Peloponnesi, in tractu Achaiæ propriè dictæ, circa Phliuntem: ita dicta ab Asopo fluuio, cui adiacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teste Plinio, lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. etiam Asopiam appellat.

Asopus] penult. produ. (ἄσωπος) amnis Sicyoniorũ, ut ait Strabo. Propertius lib. 3. eleg. 15. 6,

Sæpe uago Asopi sonitu permota fluentis.

Est item Asopus alius fluuius Thebas præterfluens. Item alius in Heraclea Trachinia, latens apud Prigum, quẽ Prasopios nominant. Est item hoc nomine fluuius in Paro Insula. Horum omnium meminit Strabo lib. 8.

Asorus] fluuius est, teste Liuio lib. 6. belli Maced. alluens Heracleam ciuitatem, sitã in radicibus mõtis Oetæ. Hunc esse conijci potest, de quo Plinius lib. 4. cap. 10, In ora Heraclea, flumen Apilas. Hic à Bocatio Asassus, ab alijs Asurus uocatur.

Asotus] asoti, pen. prod. (ἄσωτος) Asoti, inquit Budæus, dicuntur uerbo Græco, qui luxu & ganeæ studio sunt perditi, & Latinè Nequam, uerbo significantissimo: eorumq; uitium asotia, quam Gellius luxum & popinationẽ interpretatur, de quibus Cic. in 2. de Fin. 38. loquens, ita inquit: Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam uomant, & de cõuiuijs auferantur, crudiq; postridie se rursus ingurgitent, qui Solem, ut aiunt, nec occidentem unquam uiderint, nec orientem, qui consumptis patrimonijs egeanti nemo nostrum istius generis asotos iucundè putat uiuere.

Asotos, aduerbium Græcum, ἀσώτως, incontinenter, prodigaliter. Martial. lib. 4. epigram. 9, ἔχει ἀσώτως.

Aspagones] Populi Indiæ, regionẽ uitijs, & lauri, & buxi, pomoriiq; omniũ in Græcia nascentiũ fertilem incolentes. Horum meminit Plin. lib. 6. cap. 21.

Aspalathus] ἀσπάλαθος, Frutex est surculosus, multis spinis horrens,

Digitized by Google

horrens, cuius meminit Galen. lib. 8. Simpl. sic in quibus, Aspalathus gustu quidem acris simul & astringens est: facultate uerò ex dissimili b. constat, nempe partibus suis acrib. excalfaciens, partib. uerò alijs, austeris scilicet refrigerans. Hactenus Galenus. Vide & Dioscorid. lib. 1. cap. 19. Aspalathus, Spina est candida, (teste Plin. lib. 12. cap. 24) magnitudine arboris modicæ, flore roseo, cuius radix unguentis expetitur. Putatur idem esse quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellant. Vide Ruel. lib. 1. cap. 38.

Asparagus] asparagi, masc. gen. pen. corr. (ἀσπάραγος) Herba dicta, ut ait Festus, quòd in aspero uirgulto nascatur. Varro, 4. de Lingua Lat. Asparagi, quòd ex asperis uirgultis leguntur, & ipsi scapi asperi sunt, non læues. Martialis, lib. 13. 21,

Mollis in æquorea quæ creuit spina Rauenna,
Non erit inculti gratior asparagis.

Hinc prouerbiũ de re quæ celeriter fit, dicitur, Citius quàm asparagi coquantur. Vide Chiliadas Erasmi.

Aspargo] ginis, pe. corr. (ὑδραγὼ) Vitiũ ex fluuia, undáue contractum. Callist. in l. 4. §. 2. D. ad l. Rhod. de iact.

Aspasia] ἀσπασία, mulier Milesia fuit magna doctrinæ fama, sophistria & rhetorices magistra: Periclem docuit, simul & amauit, ab eóq; in matrimonium accepta quum esset captiua, causa fuit & ipsa duorum bellorum, Samij scilicet, & Peloponnesiaci. Autor Plutarchus in Pericle, & Aristophanes in fabula, quæ inscribitur ἀχαρνῆς.

Aspasius] ἀσπάσιος, Sophista fuit Rauennas, Demetriani filius: sub Alexandro Romæ profitebatur, auditor Pausaniæ, & Hippodromi. Scripsit contra Aristonem & maledicos diuersas orationes. Hæc Suidas. De hoc multa Philostratus. Fuit item Aspasius, cognomẽto Byblus, quoniam de byblo, id est, de papyro librum condidit. Scripsit & artem Rhetoricam, & Panegyricum in Adrianum principem, cuius temporibus floruit. Author Suidas. Præterea Aspasius fuit Tyrius quidam historicus, qui de Continente uariam historiam scripsit, ut idem Suidas Author est.

Aspathines] ἀσπαθίνης, Ex Persis unus, qui cum Dario in Smerdim magum coniurarunt. Herodot. lib. Musarum, 3.

Aspectabilis] Aspecto, Aspectus. Vide Aspicio.

Aspella] Vnum ex Cypri insulæ nominibus, apud Plin. li. 5. cap. 31.

Aspello] aspellis, aspuli, aspulsum (ἀπωθῶ) aspellere, pellere à se. Plaut. Capt. 10. 4, Neq; exitium exitio est, neq; adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cic. 2. Tusc. 45, Sed longè à læto numine aspellor Iouis.

Aspendios] Vuæ genus, damnatum aris, quod nec ab ulla alite etiam attingitur, ut author est Plin. lib. 14. cap. 18.

Aspendius] citharœdus fuit, à quo prouerbium: Aspendij citharistæ. Vide in Cano, Canere intus.

Aspendus] ἄσπενδος, Pamphyliæ urbs, Argiuorũ ædificiũ, Hic Veneri suibus sacrificabant: eo quòd author eius generis Mopsus ex Argis huc proficiscens, primum obuium sacrificare uouerat: occurrit autem sus. Author Stephanus, & Pomponius, lib. 1.

Asper] aspera, asperum, pen. corr. (τραχὺς) à uerbo Græco deduci uidetur, ἄσπορον. Propriè autem uocamus asperum, quod uel uisu, uel gustu, uel tactu, aut alio sensu insuaue est, ut ait Sipontinus. Hinc asperam arteriam uocat Plinius, atque adeò medici omnes, quã Græci τραχεῖαν, propter multorum semicirculorum asperitatem.

Asperum & lene contraria. Cic. 2. de Finib. 63.

Leuis & asper contraria. Cic. in Part. Orat 21.

Aspera signis pocula, pro sculpta, anaglypha. Virgilius, 5. Aeneid. 53. Seruius.

Nummus asper, recenter cusus & signatus. Sueton. in Nerone. Persius, Satyra 3, ——quid asper
Vtile nummus habet?

Maris aspera. Tacit. lib. 4.

Asper sitii, siticulosus, admodum sitiens, et nimia sitios asperum habens. Virgil. 3. Georgic. 85. de serpente.

Aequore quouis asperior. Ouid. 3. Fastorum, 46.

Asperrimo hyemis Ticinum usq; progressum. Tacit. lib. 3.

Asper iniquus. Virg. 1. Aeneid. 57, Quin aspera Iuno. Seruius.

Asper natura & omnibus iniquus. Cic. pro Cn. Plancio, 32.

Asper, aspernator, fastidiosus, ingratus. Virg. 8. Aeneid. 73,
——rebusq; ueni non asper egenis. Seruius.

Monitoribus asper. Horatius, in Arte, 33.

Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. Tacit. lib. 1.

Asper animus. Liuius, 9. bel. Maced. 170, Asperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immodicè liberæ fuit: sed innocui à cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ.

Asi us asper. Vide Asilus.

Bella aspera. Horat. 2. Epistol. 1. 2.

Cornu aspera bos, quæ cornibus ferire solet. Virg. 3. Georg. 11.

Cœna aspera. Plautus Casina: Redibo huc ad senem, ad cœnam asperam.

Horret capillis asperis. Horat. Epod. 5. 6.

Crabro asper. Virgil. 4. Georg. 49.

Asperior & durior doctrina. Cicero pro Murænd. 55. de Catonis uirtutibus.

Facetiæ asperæ. Tacit. lib. 15, Ille ferociam amici metuit, sæpe asperis facetijs illusus.

Gens cultu aspera. Virgil. 5. Aeneid. 145.

Leuare cultu aspera. Horat. 2 Epist. 2. 25. id est, leuigare.

Glacies aspera. Virg. 10. eclog. 10.

Homo asper & durus oratione & moribus. Ci. 4. de Fin. 126.

Aspera crescit hyems. Ouid. 11. Metamorph. 99.

Iugum, asperum. Cæsar, 2. bel. Ciuil. 101.

Lapis asper. Ouid. 3. de Arte, 45.

Leo asper. Horat. 3. Carm. 2. 2.

Lingua aspera. Virg. 3. Georg. 100,
Et obsessas fauces premit aspera lingua. Obsessas fauces: id est, clausas. Aspera, nimia siccitate. Seruius.

Litera aspera. Ouid. 5. Fast. 96, De Lemurijs loquitur, quæ Remuria dicta fuerant, r in l mutata.

Aspera loca. Cæsar, 3. bel. Ciuil. 169.

Lupus dulcedine sanguinis asper. Ouid. 11. Metam. 81.

Odia aspera. Virgil. 2. Aeneid. 20. 2.

Aspera & horrida oratio. Cic. in Orat. 10.

Asper & maledicus patronus. Cic. de claris Orat. 66.

Pelles asperæ. Horat. 2. Carm. 20.

Pugna aspera. Virgil. 12. Aeneid. 25.

Rubus asper. Virgil. 3. eclog. 18.

Sapor asper. Virgil. 4. Georg. 26. de flore amello.

Saporis asperrimi frutex. Plin. lib. 12. ca. 12. 1. & li. 14. ca. 2. 2.

Aspera saxa. Cic. 1. Tusc. 57. Ouid. 6. Metam. 16.

Secula aspera. Virg. 1. Aeneid. 59.

Sentes asperi. Virgil. 2. Aeneid. 76.

Studijs asperioribus formare mentem. Horat. 3. Carm. Ode 24. 11.

Sylua aspera. Virgil. 1. Georg. 31,
——intereunt segetes, subit aspera sylua. Sylua autem hoc loco de herbis intelligendum, ut Seruius adnotat.

Sylua aspera & densa. Cic. Attico, lib. 12 241. 5.

Tempora aspera. Cicero pro Corn. Balbo, 16, Summa utilitate ac maximo sæpe præsidio in periculis atq; asperis temporibus carendum erit.

Aspera tractatu terra. Plin. lib. 17. cap. 7. 2.

Digitized by Google

Piper aſperum. Plin. lib. 12. cap. 7. 2.
Verba aſpera. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 2.
Aſpera nubila. Lucret. lib. 6. 27.
Aſper uictus. Plaut. Capt. 4. 85.
Studijs belli aſperrima urbs. Virg. 1. Aeneid. 4.
Vinum aſperum. Terent. Heaut. 3. 1. 48.
Virtus aſpera. Silius, lib. 7. 11.
Aſpri pro Aſperi, Synæreſis uſitata apud poetas. Virgil. ſecundo Aeneid. 76.
Aſperitas, penul. corr. (τραχύτης, πλώμαξ, τραχυσμὸς) contraria eſt lenitati, autore Donato. Cic. 4. de Fin. 127, Quã illorum triſtitiam atq; aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probauit.
Aſperitas aceti. Plin. lib. 9. cap. 35. 17.
Loci iniqua aſperitas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 5.
Aſperitas animi. Plin. lib. 22. cap. 24. 5, de aſperitate meatuũ ſpiritus ſeu uocis, Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur.
Aſperitas imbricata. Vide Imbrex.
Aſperitatem contentionis, humanitate condire. Cicero. de Oratore, 117.
Verborum aſperitas. Ouid. 14. Metamorph. 105. Et apud Liuium, 2. ab Vrbe, 263, Aſperitas orationis.
Aſperitas uiarum. Cic. 9. Philipp. 256. & Liu. lib. 8. bel. Pun. 3.
Vocis aſperitas. Lucret. lib. 4. 122.
Aſperitatis & inuidiæ corrector. Horat. 2. Epiſt. 2. 26,
Aſperitas agreſtis, & inconcinna. Horat. 1. Epiſt. 19. 2.
Aſperè, aduerbium (τραχέως) pro durè & inſolenter. Cicero. Lentulo, lib. 1. 5. 10, Poſteaquam Pompeius apud populum ad VIII Idus Februa. quũ pro Milone diceret, clamore cõuitioq; iactatus eſt, in Senatuq; à Catone aſperè & acerbè nimium magno ſilentio eſt accuſatus.
Inſigniter atq; aſperè uituperare. Cic. 2. de Orat. 190.
Aſperè & uehementer loqui. Cic. 1. de Orato. 115.
Nimis aſperè tractare aliquem. Cic. Quint. frat. lib. 2. 10. 7.
Dicta in aliquem aſperè & ferociter & liberè. Cic. pro Plancio, 27, Publicanorum in Qu. Scæuolam uirum omnibus ingenio, iuſtitia, integritate præſtantem, aſperè & ferociter, & liberè dicta commemorem?
Scribere aſperius, quàm mores patiantur. Cicero Attico, libro 9. 188. 6.
Acceptum aſperè. Tacitus, lib. 3.
Aſpero, aſperas, penul. correp (τραχύνω) aſperare, aſperum facere. Columel. lib. 8. cap. 3. 5, Aſcenſus deinde auibus, ad tabulata per utranq; cellam datur iunctis parieti modicis aſſeculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint aduolantibus lubrici.
Aſperatæ alopeciæ. Plin. lib. 29. cap. 6. 1.
Aſperantur muſcæ. Varro, de Reruſt. lib. 3. cap. 16. 16, Minus ualentium ſigna, ſi ſunt piloſæ & horridæ, ut puluerulentæ, niſi opificij eas urget tempus, tum enim propter laborẽ aſperantur & maceſcunt.
Aſperare undas dicuntur Aquilones à Virgil. lib. 3. Aeneid. 57.
Præceps diſcordia fratres aſperat. Stat. 1. Thebaid. 27.
Crimina aſperare. Tacitus, lib. 2, Ita moderans ne lenire, neue aſperare crimina uideretur.
Iram aſperare. Tacit. lib. 18.
Sagittas oſſibus aſperare: id eſt, cuſpidare. Tacitus in libro de Germanis.
Saxo aſperare pugionem. Tacit. lib. 15.
Aſpredo, penul. prod. (τραχύτης) id eſt, aſperitas, quæ contraria eſt læuitati. Celſus, lib. 5. cap. 27, Interdũ ſimile his quæ uocant Græci κονδυλώματα, aſpredine quadam & magnitudine ſua. De carcinomate loquitur.

Aſpritudo, penul. prod. aſpritudinis (πλώμαξ) identidem legitur apud Celſum, ut lib. ſeptimo, cap. 23, Linguæ aſpritudo: & cap. 26, Calculi aſpritudo. Et lib. 6. cap. 6, de imbecillitate oculorum, Licet tamen etiam iiſdem medicamentis nõ inutiliter uti, quæ uel cicatrices, uel aſpritudinem extenuant. Budæus.
Aſpretum, aſpreti, penult. prod. locus aſper & abruptus. Liu. 5. bel. Maced. 105, Tabernacula ſtatuere in aſpretis & inæquabili ſolo difficile erat.
Aſpergillum] Vide Aſpergo.
Aſpergo] aſpergis, aſperſi, aſperſum, (ἀίσσω, ῥαίνω, ῥαντίζω, αὐονίω) aſpergere. Ex Ad & Spargo compoſitum, aliquantum madefacere ſignificat. Propert. lib. 1. eleg. 11. 10,
Nonnihil aſperſis gaudet amor lacrymis.
Aram ſanguine aſpergere. Cic. 3. de Nat. deor. 127.
Aſpergere aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mutuo ſumptum ab ijs qui in deliquio, quam Græci λειποθυμίαν appellant, aſperſa in faciẽ aqua, ad ſui ſenſum reuocantur. Plaut. Trucul. Aſperſiſti aquam, iam rediit animus. Quod Terentius ſimpliciter, Reddidiſti animum. Eraſmus in Chiliad.
Aſpergere ſalem carnibus. Plin. lib. 8. cap. 38. Et, Aſpergere ſale carnes. Idem, lib. 15. cap. 6. 1. Cicero pro Cluentio, 56, Guttam aſpergit huic Balbo.
Aſpergere è fonte. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 19, Eodẽ fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus.
Aſperſit ſemina artis. Plin. lib. 30. cap. 1. 8, Primus extat (ut equidem inuenio) commentatus de arte magica Oſthanes, Xerxem regem Perſarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac uelut ſemina artis portentoſæ aſperſit, obiter infecto, quacunq; commeauerat, mundo. In ſcriptis uetuſtioribus codicibus legitur, ſparſiſſe.
Aſpergere moleſtiam, per translationem. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 12. 2, Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiæ, &c.
Aſpergere grauitati comitatem. Cic. pro Murena, 61.
Mendaciunculis aſpergere. Cic. 2. de Orat. 133.
Labeculam aſpergere alicui aſperſione ſua. Cic. in Vatinũ, 32.
Labem aſpergere dignitati alterius. Cic. in Vatinium, 11.
Lingua aſpergere. Autor ad Herenn. 4. 49.
Maculis aſpergere uitæ ſplendorem. Cic. pro Plancio, 24.
Suſpicione, uel infamia aſpergi. Cic. pro Cælio, 17.
Sales orationi aſpergere. Cic. in Orato. 47.
Summa arte aſpergi. Cic. pro Corn. Balbo, 45.
Aſpergere aliquid in epiſtolis dicimus, quum pauca de re alia quæ ſcribimus. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 19.
Sextulam Ebutio aſpergit. Cic. pro Cæcin. 13. Vide Sextula.
Aſpergo, aſperginis, fœm. ge. (ῥαντισμός) Ipſe aſpergẽdi actus. Plin. lib. 36. cap. 22. 10, Aſpergine & gelu pruinis q; rumpuntur in teſtas, nec contra humores & auram maris robuſti. Ouid. 3. Metam. 137. de Delphinis. Videtur in Plinij exemplo accipi debere pro guttis aquarum ex humiditate parietis aut lapidum defluentibus.
Aſpergines parietum, guttæ illæ aquarum, quæ ex humiditate parietum ſolent decidere. Plin. lib. 22. cap. 21. 12. Vir. 3. Aeneid. 107, Salſa ſpumant aſpergine cautes.
Aſperſus, ſa, ſum (ῥαντός) Participiũ: ut, Aſperſus oculis liquor. Plin. lib. 12. cap. 8. 2. & Horat. 1. epiſt. 11. 3, Aſperſus luto.
Leuiter aſperſus laudibus. Vide Leuis.
Aſperſus, huius aſperſus (ῥαίπσις) Verbale. Plinius, libro 11. cap. 53. 3, Quæ inſecta appellauimus, omnia olei aſperſu necantur.
Aſperſio, Aliud uerbale (ῥανίς) Cicero. 2. de Legibus, 40, Nam illud uel aſperſione aquæ, uel dierum numero tollitur.

Aſperitas]

Digitized by Google

Aſperitas] Vide Aſper.

Aſpernor] *aſpernaris* (καταφρονέω) *aſpernari. deponens, Eſt auerti non ſolum corpore, ſed etiam animo. Aſpernari, recuſare, auertere, non agnoſcere. Eſt autem dictum à Sperno. Teren. Phorm. 2.3.24, Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. Hæc Donatus. Virg. 1. Georg. 46,*

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. Vbi Seruius, *Aſpernabere, Contemnes. Cic. 4. Acad. 266, Habeo, inquam, ſententiam tuam, neq; eam admodum aſpernor.*

Aſpernari crudelitatem alicuius ab aris ſuis dicitur Deus. Cic. pro Cluent. 153.

Minimè aſpernandus. Cic. ad Catonem, li. 15. 6. 5.

Aſpernari, contemnere ac negligere. Cic. 6. Verr. 101.

Aſpernari ac reſpuere. Cic. 3. de Oat. 55.

Aſpernari literas alicuius. Cic. ad Att. li. 7. 135. 7.

Reijcere & aſpernari. Cice. pro Sex. Roſ. 91, Hanc uerò quæ ad eorum liberos atq; ad infantium puerorum incunabula pertinet, niſi hoc iudicio à uobis reijcitis & aſpernamini, uidete per deos immortales, quem in locum Rempub. peruenturam putetis?

Auribus reſpuere, animo aſpernari. Cic. in Piſonem.

Appetere, & Aſpernari, ueluti contraria. Cice. 2. de Finib. 35, Simul atq; natum animal eſt, gaudet uoluptate, & eam appetit ut bonum, aſpernatur dolorem ut malum.

Aſpernabilis, penultima correpta (καταφρονητός) *Verbale. Gell. Nonnunquam apud me ipſum ſileo res eiuſmodi paruas quidem minutaſq;, & hominibus non bene eruditis aſpernabiles.*

Aſpernatus, penultim. prod. participium (καταπεφρονημένος) *Virg. 3. Georg. 78,*

In nemora alta uocans, nec tu aſpernata uocantem.

Aſpernatio (καταφρόνησις) *Contemptus, Verbale. Cic. 4. Tuſ. 48, Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt.*

Aſpero, *aſperas*] Vide Aſper.

Aſperſio, Aſperſus] Vide Aſpergo.

Aſperugo] *Herba eſt, Lappaginis ſpecies, ſimilis illi quæ Mollugo dicitur, ſed ſolijs aſperioribus. Plinius, libro 26. capite 10.*

Aſphaltion] ἀσφάλτιον, *Trifolij ſpecies eſt Dioſcorid. lib. 3. Plin. lib. 21. cap. 9, Folio coronat & trifolium. Tria eius genera, minyanthes uocant, alij aſphaltion, maiore folio, quo utuntur coronarij. Alterum acutum, oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutiſſimum. Plura apud eundem.*

Aſphaltites] *pen. prod.* (ἀσφαλτίτης) *Lacus Syriæ, de quo Pli. li. 5. ca. 16, Aſphaltites nihil præter bitumen gignit: unde & nomen. Nullum corpus animalium recipit, tauri cadauera; fluitant: inde fama nihil in eo mergi. De hoc multa Solinus & Iuſtinus, lib. 36.*

Aſphodelus] *aſphedeli, penul. corr. m. gen.* (ἀσφόδελος) *herba de qua ſic Plinius, libro 21. capite 17. 5, Aſphodelus manditur & ſemine toſto & bulbo. Paulò póſt, Aſphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix eius napis modicis ſimilis eſt. Neque alia numeroſior, LXXX. ſimul aceruatis ſæpe bulbis. Theophraſtus, & ferè Græci, primicepsq; Pythagoras, caulem eius cubitalem, & ſæpe duûm cubitorum. ſolijs porri ſylueſtris, anthericon uocauere: radicem uerò, id eſt, bulbos, aſphodelon. Noſtri illud albucum uocant, & aſphodelum haſtulam regiam. Hactenus Plinius. Noſtri autem pharmacopolæ corrupto uocabulo uocant Aphrodilorum.*

Aſpicio] *aſpicis, penultim. corrept. aſpexi, aſpectum* (προσαθλέπω, ἐφοράω) *aſpicere, Ex Ad, & Specio, antiquo uerbo, compoſitum: ſignificat intueri, ad aliquid oculos intendere.*

Ouid. 6. Met. 121, *Corpus ut aſpexit, lacrymis, &c. Terent. And. 1. 1. 91,*

—— interea inter mulieres
Quæ ibi aderant, fortè unam aſpicio adoleſcentulam.

Vix aſpiciendi poteſtas fuit. Cic. 1. de Orat. 78.

Molli uultu aſpicere. Oui. 10. Met. 121.

Me huc aſpice. Plaut. Amphit. 8. 117.

Reſpicere & aſpicere. Cic. 1. de Diuin. 126.

Aſpicere & contueri. Cic. pro Sylla, 56, Aſpicite ipſum, contuemini os, conferte crimen cum uita uſq; ad hoc tempus explicata, tum crimen recognoſcite.

Aſpicere ad. Cic. de Aruſp. reſpon. 2, Et ſimul ad Cn. Lentulum Cos. aſpexit.

Ad faciem eorum quum aſpicies, haud uidentur mali. Plautus Pſeud. 4. 8.

Aſpicere è. Pli. li. 17. ca. 4. 1. Oui. 2. Met. 22,

Tum uerò Phaethon cunctis è partibus orbem Aſpicit. Seneca in Herc. fur. 8. 2, Ex alto aſpicit.

Aſpicere in. Plinius, libro 11. cap. 37. 27, Cancri in obliquum aſpiciunt.

Aſpiciunt inter ſe: id eſt, mutuò. Cic. 3. in Catilinam, 57.

Aſpicere lucem, pro Edi in lucem, & naſci: cui opponitur, Luce priuari. Cice. pro Sext. Roſcio, 38, Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias uicerit, ut propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce priuarit.

Aſpicere aliquem, pro Iuuare. Virg. 2. Aen.

Iuppiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,
Aſpice nos. Vbi Seruius, *Aſpice nos, quia intuentes dij adiuuant.*

Aſpicitur. Ouid. 6. Faſt. 6,

Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem
Feci, Saturni ſors ego prima fui. Et *Sil. lib. 3. 24,*
Sin ſolo aſpicimur ſexu, &c.

Aſpiciendus (προσβλεπτέος) *Oui. 6. Faſt. 51,*

Tu dea non fueras aſpicienda uiro.

Aſpectu, ſupinum paſſiuum: ut, Horrendus aſpectu, qui faciem habet horrendam. Virg. 6. Aen. 93,

Teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro.

Aſpectus, huius aſpectus (ὄραμα) *effigies cuiuſcunq; animalis.*

Aſpectum amittere. Cic. 1. Tuſc. 115.

Aſpectus miſerabilis. Cicero 2. Philipp. 81, Auctionis aſpectus miſerabilis.

Aſpectus (πρόσοψις, βλέμμα) *intuitus. Cice. 6. Verr. 122, In qua inauratam C. Verris ſtatuam uiderem. Quod poſtea quam dixi, tantus eſt gemitus factus aſpectu ſtatuæ & commemoratione, ut, &c.*

Aſpectus mitis. Silius, lib. 8. 112.

Aſpectus rancidus. Plin. li. 22. cap. 25.

Aſpectus ſcaber. Plin. lib. 12. cap. 25.

Aſpectus uirilis. Cic. de Aruſp. reſpon. 7.

In aſpectu urbis. Cic. 6. Verr. 104, Et portus habet prope in ædificatione aſpectuq; urbis incluſos.

Ad aſpectum. Cice. 6. Verr. 104, Nam & ſitu eſt communito, tum ex omni aditu uel terra uel mari præclaro ad aſpectum.

Primo aſpectu, deinde. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 1, Ad VIII. Id. Decemb. Tuſculanum ueni, & ibi tuas literas legi, è quibus hanc primo aſpectu uoluptatem cepi, quòd erant à te ipſo ſcriptæ: deinde.

Primo quaſi aſpectu. Ci. 4. Acad. 68, Nam ſi quod cuiq; occurrit, & primo quaſi aſpectu probabile uidetur, id confirmatur, quid eo leuius?

Digitized by Google

In aſpectum adducere. Plancus Cic. li. 10. 23. 4. &c.
Sub aſpectum & tactum cadere. Cic. de Vniuerſit. 19.
Carere aſpectu ciuium. Ci. 1. in Catil. 12.
Contorquere aſpectum. Cic. 2. de Natura deorum, 213, Oculi aſpectum quò uolunt, facilè contorquent. Legitur & Conuerterent.
Aſpectum conuertere dicuntur oculi. Cice. 2. de Natura deorum, 213, Natura lubricos oculos fecit & mobiles, ut & declinarent, ſiquid noceret: & aſpectum quò uellent, facilè conuerterent.
Definire aſpectum. Cic. 2. de Diuin. 138, Illi orbes qui cœlum quaſi medium diuidunt, & aſpectum noſtrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectiſſimè nominari poſſunt.
Exuere rei alicuius aſpectum. Tac. li. 16.
Fugere aſpectum alicuius. Seneca in Hippoly. 5. 29.
Grauari aſpectum. Tacit. lib. 3. Sanè grauaretur aſpectum ciuium ſenex Imperator.
Vno aſpectu iudicare. Cic. de Claris Orat. 104.
Obmutu r aſpectu. Virg. 4. Aen. 56.
P iuare aſpectu. Cic. ad Marcellum, li. 4. 9. 12.
In aſpectum lucemq; proferre. Cic. pro Archia, 9.
Poni ſub uno aſpectu. Qu. Ci. de Petit. Conſul. 1, Non ut aliquid ex ijs noui adijcerem, ſed u: ea, quæ in te diſperſa atq; infinita uiderentur eſſe, ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur.
Referre aſpectum aliquò. Cic. de Prouin. Conſul. 31.
Aſpectu ſentiri. Cic. 1. Offi. 23.
Sub aſpectum uenire. Cic. 2. de Orat. 194.
In aſpectu ueſci. Tacit. li. 13.
Aſpectum hominum lucemq; uitare. Cic. pro Sylla, 55.
Aſpectum & præſentiam hominum uitare. Cic. 1. in Catil. 12.
Aſpectus, Pulchritudo. Virg. 1. Aen. 124,
Obſtupu t primò aſpectu Sidonia Dido,
Caſu deinde uiri tanto. Seruius.
Aſpectus morum. Plin. lib. 11. cap. 52, Addidit morum aſpectum ſimili modo apud nos Trogus: hoc eſt, iudicium de hominis moribus ex ipſius aſpectu.
Aſpecto, aſpectas (ἐπιβλέπομαι) aſpectare. Frequentatiuum, Frequenter aſpicere & fixè intueri. Terent. Eunu. 3. 5. 12,
—quid me aſpectas? quid taces? Cice. pro Plancio, 82, Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis? Plaut. Epid. 13. 16, Omni exuta æqualitate iuſſa principis aſpectare. Tac. lib. 1.
Aſpectare aliquid, de inanimis dicitur, pro Ex aduerſo poſitũ eſſe. Virg. 1. Aen. 85.
Aſpectari, paßiuum. Lucr. li. 3. 16, —illum eſſe potentem,
Illum aſpectari claro qui incedit honore.
Aſpectans (ἐπιβλέπων) Stat. 3. Theb. 17. Virg. 3. Georg. 45, Stabula aſpectans.
Aſpectabilis, & hoc aſpectabile, pen. corr. (ὁρατός) Verbale, Dignum quod aſpiciatur. Cic. de Vniuerſitate, 14, Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia contineretur, effecit.
Corporeum & aſpectabile. Cice. de Vniuerſ. 16, Corporeum autem & aſpectabile, itemq; tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt.
Anſpidiſci] ἀσπιδίσκοι, Breuia ſunt ſcuta, & in ſcutimodum orbicularia ornamenta. Cæl. li. 13. cap. 16.
Aſpilates] ἀσπιλάτης, Gemma eſt ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in auium quarundam nido inueniri: traditq; eam ex cameli pilo ſpleneticis alligatam, malo illorum mederi. Eſt & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis utilis. Vtriuſq; meminit Plin. lib. 37. cap. 10.
Aſpiro] aſpiras, pen. prod. (ἐπιπνέω, ἐπουριάζω) aſpirare, Ex Ad & Spiro compoſitum, Eſt afflare. Virg. 7. Aenei. 2, Aſpirant auræ in noctem. Idem 1. Aen. 140.
Lenius aſpirans aura ſecunda uenit. Catullus ad Mallium, 63. 13.
Aſpirare ad. Varro de re Ruſt. Ad quæ granaria nulla aura humida propinquis locis aſpiret.
Aſpirare uocem. Quint. li. 1. cap. 6.
Aſpirare, Accedere, Colum. lib. 8. cap. 14. 9, Ne coluber, ne uipera, feliſq;, aut etiam muſtela poſſit aſpirare.
Aſpirare ad aliquem. Cic. 5. Tuſcul. 40, Omnesq; aditus tuos intercluſi, ut ad me aſpirare non poſſes. Idem ad Trebatiũ, lib. 7. 10. 2. Hoc eſt, peruenire.
Aſpirare ad aliquem ex bellica laude. Cic. de Claris Orat. 42.
Aſpirat equis, pro Ad equos. Virg. li. 12. Aen. 71,
—nec equis aſpirat Achillis. Vbi Seruius, Aſpirat, apud maiores accedit ſignificat.
Aſpirare rei deos dicimus, pro auxilium aliquod præbere. Virgil. 2. Aeneid. 77, Aſpirat primo fortuna labori. Valla in Rauden. Idem 9. Aen. 108,
Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.
Aſpirat felicitas alicui. Curtius.
Aſpirare in curiam. Cic 4. Verr. 54.
Aſpirare in campum alicuius. Cic. pro Sylla, 38.
Aſpirare, inſpirare, uel impertire. Metaphora ab aromatibus à quibus odorem aſpiramus. Quint. in præf. lib. 4, Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenij aſpiret, dexteraq; ac uolens adſit. Budæus.
Aſpirare ad rem, Eſt uehementi conatu in aliquam rem contendere: quia qui ſic enituntur, ſpirant, id eſt, anhelant. Cic. Verr. 190.
Accedere, aut aſpirare. Cic. 1. Verr. 11, In eiuſmodi re quiſquam tam impudens reperiretur, qui ad alienã cauſam inuitis ijs, quorum negotiũ eſt, accedere, aut aſpirare audeat? Vbi Aſconius, Aſpirare, eſt in eam partem qua quid quæſitum eſt, uultum & oculos ac ſpiritum oris aduertere.
Aſpirare aliquò, Idem. Cic. 7. Verr.
Ad eam laudem quam uolumus, aſpirare non poſſunt. Cicer. de Claris Orat. 77.
Aſpirans, aſpirantis, Participium. Cic. 2. de Natur. deor. 205, Pulmones tum ſe contrahunt aſpirantes, tum ſe ſpiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè deluntur animantes.
Aſpiratio, Verbale (ἐπίπνοησις) Actus ipſe aſpirandi: hoc eſt, inſpirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus. Ci. 2. de Natur. deor. 118, Animantes autem Aſpiratione aeris ſuſtinentur. Quint. lib. 1. cap. 6, Quin & Fordeum & Fordus pro aſpiratione dicebant.
Aſpiratio pro eo quod influentia dicitur. Cic. 1. de Diuin. 211, Nam ſi obſcurior, qualiq; caliginoſa ſtella exiterit: pingue & concretum eſſe cœlum, ut eius aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit. Budæus.
Aſpiratio terrarum diſparilis, pro exhalatione. Cice. 1. de Diuinat. 135, Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa: quæ omnia fiunt ex cœli uarietate & ex diſparili aſpiratione terrarum.
Aſpis] aſpidis, pen. corr. f. g. (ἀσπίς) Serpens eſt paruus uenenoſiſſimus, cuius naturam multis uerbis deſcribit Plinius, lib. 29. cap. 4. Cic pro Rab. Poſthu. Aſpide ad corpus admota uita eſt priuatus.
Aſpis] dis (ἄσπις) Inſula eſt, quam nonnulli Arconneſum uocãt. Strab. li. 14. Eſt & hoc nomine collis quidã, in Taphitide promõtorio, à ſimilitudine appellatus, quẽ Agathocles

Sicilia

Digitized by Google

Siciliæ tyrannus habitauit, quo tempore Carthaginem nauigasset. Vide Strab. li. 17. Est item Aspis locus & portus optimus omnium qui sunt in Syrte. Ibidem.

Aspledon] pen. prod. (ἀσπληδών) Phocensium urbs, ut tradit Pausanias. Hanc Eustathius uocatam Apricam dicit, quòd hybernationi locus amœnus sit, tum ad differentiam alterius cuius meminit Homerus in Catalogo, libro 2. Ilia.

Asplenum] aspleni, pen. prod. à Græco ἄσπληνον, quòd lienem imminuat, Herba, de qua sic Plin. lib. 27. cap. 5. 2, Asplenum, sunt qui hemionion uocant, foliis trientalibus multis, radice limosa, cauernosa, sicut filicis candida, hirsuta: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Nascitur in petris, parietibus opacis, humidis. Interpres tamen Dioscoridis, libro 3. cap. 152, uertit asplenion. Est autem quam alij Scolopendrion uel Scolopendram uocant, Arabes Ceterach, Itali Citrach. Quam autem herbam falsò pharmacopolæ uocãt Scolopendram, est ea quam Dioscorides Phyllitim appellat.

Asporenus] ἄσπορνος, Mons est Asiæ, Pergamo proximus, sic dictus, quòd asper & sterilis sit: & templum quod ibi est Martis deorum, Asporenum dictum: dea quoq; ipsa Asporena dicta est. Strabo li. 13.

Asporto] asportas (ἐκφορῶ) asportare. Aliò portare. Terent. Phor. 3. 3. 18, Quoquò hinc asportabitur terrarũ, certum est persequi. Cic. in Parad. 9, Multa de suis rebus secum asportarent.

Asportare ad aliquem. Liu. 4. bel. Pun. 119, Et asportari Alexandriam iuberent, ad uirum uxorem, ad patrem filias.

Asportare aliquem secum. Cic. 6. Verr. 96.

Asportare in. Liu. 7. bel. Pun. 175, In Macedoniam asportata fuerat.

Asportatus, Participium (ἐξηνεγμένος) Cic. 3. Verr 36, Omnia ex fanis, ex locis publicis, palàm, spectantibus omnibus, plostris euecta asportataq;.

Asportandus (ἐξενεκτέος) Cic. 6. Verr. 71. & 98, Simulacrũ auellendum, asportandumq; curauit.

Asportatio, Verbale (ἐξαγωγὴ) Actus ipse asportandi. Cice. 6. Verr. 98, His pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit: quòd eorum demolitio atq; asportatio perdifficilis uidebatur.

Aspredo, Aspretum, Asprítudo] Vide Asper.

Assa fœtida] Vide Laser.

Assa] assorum, cella in balnearijs, in qua tantùm sudant, non etiam lauant. Seneca Sudatoria uocat. Cic. Q. fr. li. 3, In Balnearijs assa in alterum apodyterij angulum promoui. Idem ad Atticum.

Assa] inquit Festus, dicebatur cantus tibiarum. Nonius, Assa uoce, sola uoce linguæ tantummodo, aut uocis humanæ, nõ admistis alijs uocibus esse uoluerunt. Varro de Vita Pop. Romani, lib. 2, In conuiuijs pueri modesti, ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & assa uoce, & cum tibicine. Idem Cato, uel De liberis educandis, Melos alterum in cantibus est bipartitum: unum quod est in assa uoce, alterum quod uocant organicon. Assum autem existimandum est, ut in obsonijs, sine pigmento saporis alieni, quemadmodum merum dicitur solum. Hactenus Nonius. Asconius in Diuinationẽ Ciceronis, Cani remigibus celeusma per symphoniacos solebat, & per assam uocem. Id est, ore prolatam.

Assa, Nutrix antiquis. Nonius, Assas nutrices difficilis multi existimant intellectus. At uerò acri intentione potuimus indagare, ob eam proprietatem officij eo nomine nuncupari, quòd assint ijs quos nutriant, nec uel exiguò diuellantur. Vnde assecla ab eo quòd assint, & omnibus iussis dominorum præstò sint, esse uocitatos. Hactenus ille.

Assabinus] Deus apud Aethiopas, qui uulgò Iupiter. Plin. lib. 22. cap. 19.

Assacani] Indiæ regio est, in qua est Magosa ciuitas, regionis illius caput. Strab. li. 15.

Assamenta] assamentorum, n. gen. plu. nu. (σανιδώματα) Tabulæ sunt sectiles, quæ axes siue asses aliàs dicuntur. Plin. lib 16. cap. 4, Rigorem fortissimè seruat ulmus, ob id cardinibus assamentisq; portarum utilissima, quoniam minimè torquetur. Ex Budæo.

Assaracus] pe. cor. (Ἀσσάρακος) Trois filius, auus Anchisæ, & pater Capys. Virg. 12. Aen. 26, Et genus Assaraci.

Assaratum] apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis, ex uino & sanguine temperatum: quòd Latini prisci sanguinem, Assir uocabant. Festus.

Assarius] Vide Asso, assis.

Assarum] Vide Asarum.

Assecla] assecle, pe. cor. m. g. (ἀκόλουθος) Seruus, sic dictus (ut ait Nonius) quòd assit, & omnibus iussis dom inorũ præstò sit. Ci. 3. Verr. 24, Etenim quod est iudiciũ, quum è Verris turpissimo, flagitiosissimoq; comitatu, tres Recuperatorum nomine assedissent, assecle istius non à patre ei traditi, sed à meretricula cõmendati? Idem, De assecla quodam seruo suo quæsiit.

Assecle patritiorum. Liu. lib. 3.

Assecle legatorum. Cic. 3. Verr. 44.

Assecla mensarum, per metaphoram. Cic. in Sallustium, 13, Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in eta te pellex, & idem postea adulter.

Assector] Vide Assequor.

Assentio] assentis, assensi, assensum (συγκατατίθεμαι, συνανεύω, ὁμολογέω) assentire, & Assentior, assentiris, assensus sum, assentiri, Deponens, significat Consentire. Plaut. Rud. 23. 36, Mare quidem commune certò est omnibus esse. T. assentio. Ci. 5. Ver. 178, Vt ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo. Idem 4. Acad. 182, Qui hoc quidem certè falsi esse aliquid in sensibus tibi assentior. Cui assensi sunt ad unum. Cic. ad Plancum, li. 10. 16. 4.

Assentiri aliquid alicui. Cic. 3. de Orat. 102, Nanq; ego illud assentior Theophrasto, qui, &c. Item Attico, Timet multa, assentitur omnia.

Assentiri alicui de. Cic. Att. li. 7. 132. 1, De Vennonianis rebus tibi assentior. Idem 1. De Orat. 108, Quũ sæpissimè tibi Senatus breuiter impoliteq; dicẽti maximis sit de reb. assensus.

Assensum est, Impersonale. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2. 4, Quatenus de religione dicebat, eiq; rei iam obsisti non poterat, Bibulo assensum est.

Assensus, Participium (ὁμολογηθείς) Cic. 4. Acad. 177, Etenim is quoq; qui à uobis sapiens inducitur, multa sequitur probabilia, nec comprehensa, nec præcepta, neq; assensa, sed similia ueri: quæ nisi probet, omnis uita tollatur.

Assensus, huius assensus (συγκατάθεσις, ὁμολογία) Verbale, idem quod Assensio. Cic. 4. Acad. 74, Quare qui aut uisum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è uita.

Assensu omnium aliquid dicere. Cic. 2. de Nat. deor. 5.

Vulgi assensu, & populari approbatione iudicari solet. Cic. de claris Orat. 96.

Vario assensu fremere. Virg. 10. Aen. 19.

Mereri assensum deliberantis. Quint. li. 3. ca. 8. 41.

Obsistere uisis, assensuq; suos firmè sustinere. Cicero 3. de Fin. 47.

Assensio (συγκατάθεσις) Verbale, Consensus. Cice. Acad. lib. 1. 57, Sed ad hæc quæ uisa sunt, & quasi accepta sensibus, assensionem adiungit animorum, quam esse uult in nobis positam & uoluntatariam.

Digitized by Google

Simulata assensio. Quint. lib. 6. cap. 3. 50.
Assensio & approbatio. Cic. 4. Acad. 71.
Assensionis retentio. Cic. 4. Acad. 167.
Assensor, assensoris, Verbale (συγκαταθετής) Qui assentitur. Cic. Torano, li. 6. 21. 2, Quotidie commemorabam te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi.
Assentor, assentaris, assentatus sum (κολακεύω) assentari, Frequentatiuum. Valla, Assentari, adulari, blandiri, ita differunt, quòd assentari est insidiosè & conciliandæ alicuius utilitatis gratia, effusius, & plerunq; falsò quempiam laudare. Adulari uerò, inseruire, & captare, ut fauorem emereamur quoquo modo, uel uoce uel gestu: estq; tractum ἀπὸ τοῦ Ἄουλου, quod est seruus. Et sanè adulari, seruile est, non liberale & ingenuum. Blãdiri propriè ad tactum pertinet, & per abusionem ad alios sensus transfertur, & nonnunquam etiam ad animum. Quint. Tu non cogitas quemadmodum suspensa manu sonãtem blandè cardinem flectas. Idem, Blãdiar paulisper, iudices, calamitatibus meis, & sic agam, tanquam inuenerim utrunq; sanum. Ideoq; idem quodam loco penè pro eodem posuit hæc duo posteriora uerba, Trãseo oblatam nolenti munerum uacationem, & blandius, quàm militiæ disciplina postulet, adulatum milite tribunum. Adulatum blandius dixit, ne aut blanditius blanditum, aut adulantius adulatum diceret, si tamen adulantius reperitur. Hactenus Valla, li. 5. ca. 66. Terent. Adel. 2. 4. 6, Ne id assentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere existimes. Vbi Donatus, Assentandi, adulandi. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 12. 1, Nisi fortè te amant, & tibi assentantur.
Assentatio, Verbale, Ipse assentãdi actus (κολακία) Liu. 4. bel. Pun. 27, Inflatus assentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, &c. Ci. de Amicit. 81, Semper aget assentatio id quod is, cuius ad uoluntatem dicitur, uult esse magnum.
Benenolentiam blanditijs & assentationibus colligere, turpe est. Cic. de Amicitia, 55.
Blanditijs & assentationibus se in alicuius consuetudinem immergere. Cic. pro Cluent. 26.
Eruditus ad assentationem. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 24,
Assentatiuncula, pen. corr. diminutiuum (κολακιάδιον) Cic. ad L. Luceium, lib. 5. 12. 2, Vereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear.
Assentatorie, aduerb. (κολακικῶς) Cum assentatione. Cicer. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 8, Dubitare non assentatoriè, sed fraternè ueto.
Assentator, pen. pro. (κόλαξ) Verbale, Qui assentatur. Cice. 1. Offi. 66, Non benefici, neq; liberales, sed pernicioſi atq; assentatores iudicandi sunt.
Assentatores mulierum. Cic. pro Cecinna, 10.
Assequor] pen. corr. assequeris, assecutus sum (ἀκολουθέω, ἐπιπαταλαμβάνω, παράκολουθῶ) assequi, Peruenire ad eum quem sequimur. Terent. Phorm. 5. 8. 89, Assequere, ac retine. Cic. Attico, lib. 3. 45. 1, Si enim es Romæ, iam me assequi non potes.
Insequi, & assequi. Cic. 1. Tusculan. 150, Quæ uerò ætas longa est? aut quid omnino homini longum? nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes assequuta est senectus?
Assequi (τυγχάνω) Adipisci, & quod uulgus lucrari appellat. Cic. pro Rosc. Amerino, 58, Qua in re nihil aliud assequeris, nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur & impudentia.
Propositum assequi. Cic. 3. de Finib. 35.
Honores assequi & magistratus. Cic. Post reditum, 4. Et in Pisonem, 1, Omnes magistratus sine repulsa assecutus.
Maturitatem assequi, Maturum fieri. Cicer. 2. de Natura deor. 73, Alantur, augescantq;, & pubescant, maturitatemq; assequantur.
Merita alicuius assequi, Par pari referre. Cicer. Lentulo, lib. 1. 4. 7, Quid enim aut me ostentem, qui si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum meritorum esse assecutus? Id est, nullam partem tuorum meritorum uidear æquasse.
Ingenium alterius assequi, Parem ingenio esse alteri. Plin. epistol. 73. 4.
Nomen assequi. Pli. in Paneg. 145, Assequutus est nomen, quod ad alium transire non posit.
Coniectura assequi, Est coniectando intelligere. Cice. 5. Verr. 173, Credo uos ex uestris rebus rusticis coniectura assequi posse.
Literis assequi, Est literis rem explicare, quomodo uerbis & dictis. Cicer. ad Brutum, 15. 1, Quibus igitur literis tam accuratè scriptis assequi possum subtilius, ut explicem quæ gerantur.
Suspicione assequi non potui consilium. Cicer. Attico, libro 8. 159. 7.
Apertis obscura assequi. Cic. 3. de Nat. deo. 50.
Cogitationem alterius assequi. Ci. 2. de Inuent. 225, Sed qui cogitationem assequi possent & uoluntatem interpretari.
Assector, assectaris, assectatus sum (παρακολουθοῦμαι) assectari, Quasi comitatum præstare non tantum in itinere, aut nauigatione, aut militia, sed ferè per urbẽ, ut Cicero de Ora. lib. 2, Quum ædilitatem Crassus peteret, eumq; maior natu & consularis Sergius Galba assectaretur, quòd Crassi filiam Cn. filio suo desponsisset. Hæc Valla, li. 5.
Assectari aliquem, pro se insinuare in gratiam eius, uel captare amicitiam. Trãquillus in Iulio, Qua iniuria instinctus, Cn. Pompeium assectatus est, assensum tunc patribus. Id est, Pompeio se adiunxit.
Assectari prætextatum aut prætextatam, à Iustiniano, lib. Insti. dictum est, pro eo, quod est pudorẽ pueri ingenui, aut puellæ fugillare, & notam infamiæ, tãquam scorto masculo fœminamq; inurere. Budæus.
Assectatio (ἀκολούθησις) Verbale, Ipse assectandi actus. Plin. libro 33. capite 12. 2, Vidimus & ipsi Arellium Fuscum motum equestri ordine ob insignem cum celebritate assectationem adulescentium scholæ, ex argento annulos habentem. Cic. pro Murena, 64, Hanc in nostris petitionibus operam atq; assectationem.
Assectatio cœli. Plin. li. 2. cap. 20. 1, Latet plerosq;, magna cœli assectatione compertum à principibus doctrinæ uiris, supernorum trium syderum ignes esse. Id est, obseruatione.
Assectator, Verbale (ἀκόλουθος) Qui assiduè comitatum præstat. Cic. pro Corn. Balbo, 50, Cum ducibus ipsis, non cum comitatu, assectatoribusq; confligant. Conqueritur Cice. quod æmuli, qui magnis uiris inuidebant, non audebant eos aggredi ob potentiam: sed minores eorum amicos & quasi comites uexabant.
Assectator dapis cancer. Pli. li. 9. ca. 42. 1.
Assectator, Qui alicuius doctrinam & eloquentiam imitatur. Plin. lib. 24. cap. 17, Adiecit his Apollodorus assectator eius. Idem, li. 20. ca. 14. in fine.
Assectator eloquentiæ. Plin. lib. 29. cap. 1. 8, Exortus deinde est Vectius Valens, adulterio Messalinæ Claudij Cæsaris nobilitatus, pariterq; eloquentiæ assectator. Sic apud eundem, li. 8 ca. 17, Assectator sapientiæ.
Asser] asseris, pen. cor. uel aßis, huius aßis, m. g. (σανίς) Budæus, Asses quæ & axes dicuntur, tabulæ sunt sectiles, non absimiles scandulis, quibus tecta, tegularum uice, in quibusdam locis teguntur. Plin. assamenta etiam appellat, lib. 16.

Hactenus

Digitized by Google

Hactenus Budæus. Festus, Asseres dicti, quòd assideant parieti, trabibusq; Plaut. Aulul.

Ligna hic apud nos nulla sunt. STR. sunt asseres?
STA. Sunt pol. STR. sunt igitur ligna, ne quæras foris.

Asseres ab assibus differunt. Sunt enim asseres oblongi trientali circiter materia, latitudine ferè ac crassitudine æquales, iuxtà membraturæ dicuntur. Hæc Pudæus. Cæsar, 2. bel. Ciuil. 5, Asseres enim pedum duodecim cuspidibus præfixi atque bi maximis balistis missi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Liu. 10. bel. Pun. 42, Postremò asseres ferreo unco præfigi (harpagones uocãt milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti. Col. lib. 6. cap. 19. 1, Roboreis assibus compingitur solum, quod habet, &c. Legitur & Axibus, in quibusdam exemplaribus. Plin. li. 36. cap. 25. 3, Quernisq; assibus contabulare. Varro, 1. de re Rust. capite 52. 1.

Asserculus, pe. cor. diminutiuum (σανίδιον) Cato de re Rust. cap. 152, Scopas uirgeas, ulmeas, aridas, eas in asserculo alligato. Colum. lib. 12. cap. 50. 4.

Asserculi modici. Columel. libro 8. cap. 3. 5, Ascensus deinde auibus ad tabulata per utranque sellam datur, iunctis parieti modicis asserculis. Assercula neutro genere dixit Cato. cap. 12.

Assiculus (σανιδάριον) diminutinum ab assis, huius assis, pro asse, Calepinus citat locum Columellæ ex lib. 7. qui, li. 6. legitur, ca. 19. ubi nunc legitur Axiculus.

Asso, assas (σανιδόω) assare, Contabulare. Vitruuius, Quũ assatum fuerit, super altera coassatio struatur: clauisq; fixa, duplicem præbent contignationi loricationem.

Assero] asseris, pen. corr. assui, assitum (προσφυτσύω) asserere. Iuxtà serere, uel plantare. Cato de re Rust. cap. 32, Arbores facito uti bene maritæ sint, uitesq; uti satis multæ asserantur.

Assitus, penultim. corrept. Participium (προσφυτσυτέος) ut, Assitæ arbores, id est, iuxtà satæ. Catul. in Epithalamio Iuliæ & Mallij, 56. 22,

Lenta qui uelut assitas. Vitis implicat arbores.

Assero] asseris, penult. correp. asserui, assertum (διαβεβαιῶσαι) asserere, Affirmare. Cicer. 3. Offic. 71, Quòd si qui proscribunt uillam bonam (ut ipsi asserunt) beneq; ædificatam. Quædam exemplaria hic non habent uerba illa, Vt ipsi asserunt. Quintil. lib. 4. 71. b, Et absolutum tanquam filium suum asserit.

Neruose asserere. Vide Neruus.

Asserere manum, Admouere est, quòd ea quoq; quæ in terram dimittuntur, seri dicuntur: inquit Festus.

Asserere manu, pro Manu cõprehendere & liberare, siue libertate donare. Terent. Adel. 2. 1. 40, Nam ego illam liberali asséro causa manu. Vbi Donatus, Ordo est, Ego liberali causa, manu assero. Et sunt iuris uerba: à quibus etiam assertores dicuntur, uindices alienæ libertatis. Nam & causa ipsa, liberalis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. Plaut. Curc. 10. 4. Cicer. pro Flacco, 32, Quum in causa liberali, eum qui asserebatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt.

Asserere se, Ex seruo liberum facere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 10. 1.

Asserere in seruitutem, Et uelut subiugare in seruitutem. Liui. 3. ab Vrbe, 182, M. Clodio clienti negotium dedit, ut uirginem in seruitutem assereret: id est, uindiciarum iudicio pro serua uendicaret.

Asserere, Vendicare. Quint. lib. 12. de Cicerone, Nec sapientis sibi nomen, minimè sui contemptor, asseruit. Curtius Alexandrum Iouem patrem sibi asseruisse ait. Budæus.

Asserere sibi maiestatem diuinam, pro Assumere & arrogare. Tranquillus, Verùm admonitus regum se excessisse fastigium, ex eo diuinam maiestatem sibi asserere cœpit. Budæus.

Asserere sibi cognomen aliquod. Pli. li. 7. cap. 43. 3.

Asserere se ab iniuria oblitionis, id est, uindicare. Plin. ad Macrum, lib. 3. Epist. 5.

Asserere se à mortalitate. Pli. li. 2. epist. 10.

Asserere se studijs, Totum se studijs tradere, relictis alijs negotijs. Plin. Iunior, Humiles & sordidas curas alijs mandas, et ipse te in alto isto, pinguiq; secessu studijs asseris?

Asserere gaudia utraq; manu, complexuq; toto. Mart. lib. 99.

Asserere aliquem cœlo, id est, ascribere. Oui. 1. Met. 153.

Asserere, pro adhibita ope uindicare. Quintil. 5. declamat. Voluit ille mortalitatis artifex Deus nos in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum uices quenquam in alterum, quod pro se timeret, asserere. Quint. lib. 1. in proœ. Hæc autem quæ uelut propria philosophiæ asseruntur, tractamus omnes.

Assertio, Verbale (διαβεβαίωσις) Affirmatio: uel ut uult Budæus, demonstratio & documentum. Cic. 1. Acad. 65, Quibus de causis nihil oportere neq; profiteri, neq; affirmare quenquam, neq; assertione approbare.

Assertio pro uindicijs in libertatem. Fabius, lib. 3. cap. 8, Sitne liber qui in assertione est. Assertio prima erat, quum quis aliquem liberum esse asserebat: qui si prima assertione liber non fieret, secundò asserebatur, ac item tertiò, si secundò uictus esset. & hæc dicebatur secunda & tertia assertio. Nam assertiones, bis, terq; apud Priscos fiebant.

Secunda assertio. Quint. li. 5. cap. 2. 2.

Assertor, Verbale (ἐκδικητής) Est, ut ait Donatus, uindex alienæ libertatis: qui aliquem ex seruitute in libertatẽ uindicabat. Item qui in seruitutem uendicat. Liu. 3. ab Vrbe, 182, Iam à ui tuta erat, quum assertor nihil opus multitudine concitata ait, se iure grassari, non ui. Mart. li. 1. 48,

Assertor uenias, satisq; præstes. Oui. 1. de Reme. amor. 15,
Publicus assertor uitijs supressa leuabo Pectora.

Accommodare se assertorem ueritati. Vide Accommodo.

Asseruio] asseruis, asseruiui, asseruitum (ἐπιδουλόω) asseruire, Idem quod simplex Seruio. Cicer. 2. Tusc. 96, Toto corpore atque omnibus ungulis ut dicitur, contentioni uocis asseruiunt.

Asseruo] asseruas (προσφυλάττω) asseruare, Diligenter custodire. Cic. 5. Verr. 45, Dum res iudicaretur, hominem ut asseruarent. Cæs. 1. bel. Ciuil. 80, Muros asseruari iubet.

Asseruare magna diligentia. Plau. Capt. 4. 6.

Asseruare in carcerem. Liu. 5. ab Vrbe, 102.

Asseruare aliquem domi suæ. Cic. 1. in Catilinam, 14.

Asseruari custodijs. Cice. Attic. lib. 10. 208. 4. Et 5. Verr. 26. Item 7. 62.

Sale, uel in sale asseruare carnes. Pli. li. 9. cap. 25.

Asseruare ignem in ferula. Pli. li. 7. cap. 56. 8.

Asseruare, pro obseruare, id est, oculis aliquid custodire, animoq; in modum speculatoris, ne nos silentio, tacitoq; prætereat. Terent. Heaut. 3. 3. 32, Atqui nunc here, hic tibi asseruandus est.

Assesiates] Populi Illyriæ, in conuentu Scardonitano, inter eos qui eo conuentu ius habent Italicum, immuneq; dicuntur. Pli. li. 3. cap. 21.

Assessor, Assessio, Assestrix] Vide Assideo.

Asseuero] asseueras, pe. prod. (διαβεβαιοῦμαι, διαχυρίζω, ἰσχυρίζω) asseuerare, Est inter ipsa argumenta, probationeq; admiscere uim animi, motumq;: quod declarat Quintilianus, quum inquit, Altera ex asseueratione probatio est, Ego hoc feci, Tu hoc mihi dixisti: &, O facinus indignũ.

Digitized by Google

Hæc Valla,lib.5.Ci.4.Verr.43, Asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum.

Asseuerare firmissimè.Cic.Att.li.10.205.7.

Asseuerare de re aliqua. Cic.de claris Orat.109.

Asseuerare grauitatem,Constanter præ se ferre.Tac.lib.13.

Asseueror,passiuum (διισχυρίζομαι) Cic.4. Verr.16, Quæ est ista defensio?utrum asseueratur in hoc,aut tentatur?

Asseueranter , Aduerbium , asseuerantius, asseuerantissimè, (διισχυριζομένως) Cum asseueratione. Cicer. Attico, libro 15.329. 9. Idem 4. Academ.110, Multo etiam asseuerantius in Syria, quum esset mecum , & Paulo antequam esset mortuus.

Asseueratè , aduerbium (διισχυρισμένως) Idem Gell. libro 7. cap.5,Tragœdias poetarum nobilium scitè atque asseueratè actitauit.

Asseueratio,uerbale (διισχυρισμὸς) Affirmatio.Quint.lib.4. cap.2, Quum præsertim quorundam probatio sola sit in asseueratione,& perseuerantia,ut ille parasitus,&c.

Asseuerationeaffirmare.Cic. Atti.lib.13.281.3, Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas uelim.

Asicco] asiccas (ἐπιξηραίνω) asiccare, Siccare, uel Diligenter siccare.Colum.lib.12.cap.15.5,Tum rursum in sole asiccauit.Idem lib.12.cap.50.

Asicceſco,asicceſcis (ἐπιξηραίνομαι) asicceſcere, Siccum fieri.Columel. lib.12.cap.9.1, Expressos in cratibus pandere, dum asicceſcant.

Asiculus] Vide Asser.

Asidelæ] Mense uocantur,ad quas sedentes Flamines sacra faciunt.Festus.

Asideo] asides,assedi,assessum (προσεδρεύω,παρεδρεύω, πάρημαι) asidere,Asistere,iuxtà sedere:sine aliquo motu. Ouid.5.Fast.11,

Asidet inde Ioui,Iouis est fidissima custos. Cicer.pro Plancio,22,Huic asident: pro Hoc laborant.

Asidat eò.Cato,Vbi in chutra feruefeceris id lotium,sub sellam supponitur pertusam:eò mulier asidat.

Asidere apud.Plau.Rud.13.47, Qui apud carbones asident.

Asidere in.Cic.7.Verr.88, Quum lacrymans in carcere mater noctes,diesq; asideret.

Asidere gubernaculis,asidere literis,pro asiduum esse. Plin. in Paneg.134. dem epist.49.8.

Asidere in sano,pro Ad insaniam proximè accedere. Horat.1. Epist.5.3, Parcus ob heredis curam,nimiumq; seuerus, Asidet insano.

Asideri,pro Obsideri.Sallust.Amissumq; oppidum asideri sine prælio audiebat.

Asidens,participium (παρεδρεύων) Horat.5.Epod.20, Inquietis asidens præcordijs.

Assessio,Verbale (παρέδρευσις) Ipse asidendi actus.Cic.Matio,lib.11.27.9,Quæ tua fuerit assessio,oratio,confirmatio animi mei,&c.

Assessor,assessoris,m.g.(σύνεδρος,παρέδρος) Aliud Verbale,cuius officium est asidere præsidi,atq; consulere.Cic.1.de Diuin.156,Nanq; & Athenienses omnibus semper publicis consilijs diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes uocant,adhibuerunt, & Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt.Vide pro Cluentio,84.

Assessura,assessuræ,penultima producta (παρεδρία) Vlpianus,De proxenetis,Facilius quod Græci ἐξμυνσυτικὸν,appellant , peti apud eos poterit , siquis fortè conditionis uel amicitiæ, uel assessuræ,uel alicuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit.

Assestrix (παρεδρεύτρις) Fœminimum ab Assessor. Afranius, Dimittit iam assestricem,me ad sese uocat.

Asido] asidis,pen.prod.præteritum & supinum habet ab Asideo,assedi,assessum(καθέζομαι) asidere,Cum moueſt, & ferè de loco ad locum. Est autem (authore Val.lib.5.) apud aliquem officij gratia sedere : ut puta ægrotum, aut regem,aut præsidem.Teren.Heau.1.1.72,Asido, accurrite serui,soccos detrahunt.

Asidere in.Plaut.Aulul.16.20, In ara hic asidam sacra.Cice. 2.de Diuinat. 11, Tum in bibliotheca,quæ in Lycio est,assedimus.

Asidere super.Ci.2.de Finib.96,Si scieris, inquit Carneades, aspidem occultè latere uspiam , & uelle imprudentem aliquem super eam asidere,cuius mors tibi emolumentum futura sit,improbè feceris,nisi monueris ne asidat.

Et simul asidamus,inquam,si uidetur.Cic.1.Acad.20.

Asidere,cum accusatiuo. Sallust. Atherbalem dextra assedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret.

Asiduus,asidua,asiduum,Adiectiuū (ἀδιάλειπτος, ἀπαύστου,προσκαρτερῶν) Iugis,cõtinuus.Festus,Asiduus dicitur qui in ea re, quam frequenter agit , quasi consedisse uideatur. Liui.5.bell.Macedon.32, Accedebat , quòd alter decimum iam propè annum asiduus in oculis hominum fuerat.

Asiduus bella gerit,pro Asiduè.Proper.li.2.eleg.13.4.

Asiduus mecum fuit.Cic.pro Cælio,7.

Asiduus est in prædijs.Cic.pro Roscio Amerino,10.

Febricula asidua.Plancus Cic.lib.10.21.14.

Labor asiduus & quotidianus.Cic.3.de Orat.33.

Noctes asiduæ.Hora.Epod.15.3.

Venatus asiduus.Virg.9.Aen.51.

Ver asiduum.Virg.2.Georg.30.

Frigore asiduo ustus.Oui.3.Trist.eleg.2.2.

Asidua recordatione lætetur.Cic.1.de Finib.63.

Operam asiduam dare ludis.Lucr.li.4.197.

Igne lucet asiduo focus.Tib.1.eleg.1.2.

Asidua rapitur uertigine cælum. Oui.2.Met.14.

Fletu alicuius asiduo augetur alterius molestia. Cicero pro Cluent.11.

Asiduo labuntur tempora motu.Oui.15.Met.36.

Cantu asiduo resonat.Virg.7.Aen.3.

Fructibus asiduis lassa senescit humus. Ouidius, 1.de Ponto, eleg.5.3.

Asiduus,Qui diligens est in re domestica curanda. Ci.de Sene. 52,Semper boni,asiduiq; domini referta cella uinaria,olearia,& penaria est,nullaq; tota locuples est.

Asidua ac diligens scriptura. Cicer. 1. de Orator.73,Si subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facilè uincit, hanc ipsam profectò asidua ac diligens scriptura superabit.

Asiduus,Locuples.Gel.lib.16.cap.10,Asiduus in XII.Tab. pro locuplete,& facilè munus faciente, dictus ab asibus, id est,ære dando,quum id tempora Reip.postularēt:aut à muneris pro familiari copia faciendi asiduitate. Cic.in Topicis,7,Ex uerbi ui argumentum sumitur, hoc modo, Quum lex asiduò asiduū uindicem esse iubeat, locupletem iubet. Locuples,asiduus,ut ait Aelius,appellatus est, ab asse dando.Festus, Alij asiduum,locupletē,quasi multorum asium, dictū putarunt. Alij eum qui sumptu proprio militabat,ab asse dando uocatum existimarunt. Quintilianus libro 5. cap.10.38.

Asiduus scriptor,pro Locuplete, & probatissimo authore,cuius sit tanta in literis authoritas , ut fidem eius sequi debeamus,quasi idonei sponsoris alicuius uerbi. Gellius, lib.18, Ite ergo nunc,& quando fortè erit ocium,quærite an quadrigam

drigam & arenas duxerit è cohorte illa antiquiore, uel oratorum aliquis, uel poetarum, id est, classicus, assiduusq; aliquis scriptor, non proletarius. Budæus.

Assiduior, Comparatiuum apud Varronem de re Rust. li. 2. ca. 9. 13, Villatico uerò gregi in fundum satis esse duos, & id marem, & fœminam: ita enim sunt assiduiores.

Assiduitas, pen. corr. (ἐπιμονή) Diligentia. Cic. 1. Academ. 30, Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant.

Assiduitas & diligentia. Cic. Attico, lib. 2. 30. 4.

Assiduitas bellorum. Cic. 2. Off. 109.

Assiduitates & uigiliæ. Cic. 1. de Finib. 74.

Assiduitas orationis. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 13.

Assiduitas quotidiana. Cicer. 2. de Natu. deor. 140, Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi, neq; admirantur, neq; requirunt rationes earum rerũ, quas semper uident.

Summa assiduitate quotidiana aliquem tractare. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 1. 3. 12.

Assiduitatis & operarum harum quotidianarum putat esse Cõsulatum. Cic. pro Murena, 18.

Assiduitas, pro Iugi officio comitandi. Cic. pro Sext. Roscio, Vt uos facillimè potestis ex hac assiduitate eius uel solicitudine & molestia iudicare. Budæus.

Assiduè, Aduerbium (ἀδιαλείπτως, διὰ τέλους) Iugiter, Continuè. Cicer. Attico, libr. 12. 258. 2, Neque enim ista maior admonitio, quàm quibus assiduè conficior & dies & nocles. Terent. Heaut. 3. 1. 53.

Assiduè, Sæpius. Virg. 2. eclog. 1. Assiduè ueniebat. Seruius.

Assiduissimè aũt mecũ fuit Dionysius. Cic. de claris Ora. 175.

Assiduò (ἐπιπαντός) Idẽ quod Assiduè. Plaut. Mil. 35. 2,

Dum tale facies quale adhuc, assiduò edes.

Assigno] assignas (γράφω, περιτίθημι, διανέμω) assignare, Dare & distribuere: ut, Assignare agros, Liu. 2. ab Vrbe, 176. Cic. 2. Philipp. 60, Duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio Rhetori assignasti, & quidem immunia.

Agros assignare, pro In colonias deducere. Hor. 2. Epist. 1. 2.

——aspera bella
Componunt, agros assignant. Porphyrio.

Assignare colonis agros. Cic. contra Rullum, 10.

Assignari sorte. Brutus Cic. lib. 11. 20. 9, Aequaliter aut sorte, agros legionibus assignari puto oportere.

Mihi ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest. Cic. Attico, li. 3. 60. 4.

Agri assignati per eum. Cic. in L. Pis. 69, Quid? Centuriatus palàm uenditos? quid? per tuum seruulum ordines assignatos?

Assignati à Prætore apparitores. Cic. 5. Verr. 50.

Natura auibus cœlum assignauit. Plin. lib. 10. cap. 50. 3.

Assignare aliquid suo loco. Col. lib. 12. cap. 2. 5, Nam & unumquodq; facilius consideratur, quũ est assignatum suo loco.

Assignare bonos iuuenes famæ. Plin. Epist. 23. lib. 6.

Assignare alicui dignationem principis. Tacitus in libello Germanorum, Insignis nobilitas, aut magna patrũ merita, principis dignationem etiam adolescentibus assignant.

Assignare morbos certis partibus. Celsus lib. 3. cap. 18.

Assignatum tempus implere. Plin. Epist. 126. c.

Assignatum à deo munus humanum defugere. Cicer. in Somnio Scip. 12.

Assignare libertum (ut ait Modestinus, de uerb. signif.) est hoc testari, cuius ex liberis libertum eum esse uelit.

Assignare, Imputare, Attribuere culpam. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 4. 1, Amabo te mi frater, ne quòd uno meo fato, & tu, et oẽs mei corruistis, improbitati, & sceleri meo potius, quàm imprudentiæ, immisericordiæq; assignes. Sic assignare ciuitati unius amentiam, Liu. 6. bel. Maced. 120.

Assignare infirmitatem deo. Plin. li. 2. ca. 1. 3.

Assignare culpam fortunæ. Cic. 7. Ver. 102. Sic apud Plin. li. 2. cap. 7. 8, Astroq; suo euentus assignat, & nascendi legib.

Assignatio, Verbale (προσαπόδοσις) Attributio. Cice. Rutilio, lib. 13. 9. 4, Quum Cæsar Syllanas uenditiones & assignationes ratas esse uelit, quo firmiores existimentur suæ. Sic Assignatio agrorum apud eundem, 4. Philipp. 158. Et pro Lege Agraria, 83.

Assilio] assilis, assilui, pen. corr. & assiliui, assultum (ἐπιπηδάω) assilire, Ex ad & salio compositum, significat ad aliquid salire, aggredi. Plin. lib. 9. cap. 42. 2, Eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos pertrahens, donec tam propè accedant, ut assiliat. Ouid. 11. Metam. 106, Quum sæpe assilijt defensæ mœnibus urbis.

Assilire in ferrum. Sil. lib. 10. 1,

Assilit in ferrum, & per uulnera colligit hostem.

Assilire à tergo. Sil. lib. 7. 141.

Assilire ad aliquod genus orationis. Cic. 2. de Orat. 118.

Assilire, dicitur de maribus brutis, quum fœminas ineunt. Col. lib. 6. cap. 37. 7, Nam nisi prius ea marem cognouit, assilientem admissarium calcibus proturbat.

Assiliens, assilientis, Participium: ut, Assilientia æquora. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 2. Et lib. 6. Metam. 22, Assiliens aqua.

Assultus, huius assultus, Verbale (ἐπιπήδησις) Ipse assiliendi actus. Virg. 5. Aeneid. 88,

Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat
Arte locum, & uarijs assultibus irritus urget.

Assulto, assultas (ἐπιπηδῶμαι) assultare, Frequẽtatiuum. Plin. libr. 8. capit. 40. 9, Mox ingruit assultans, contraq; belluam exurgens, &c. Idem lib. 9. ca. 42.

Assultare cum datiuo. Sil. lib. 7. 81,

Iam cernes Libycum huic uallo assultare leonem.

Assultare cum accusatiuo. Stat. 11. Theb. 49,

Portarumq; moras frænis assultat & hastis.

Assultim, aduerb. (ἐπιπηδωμένως) Assiliendo. Plin. lib. 11. cap. 24. 1, Phalangia ex his appellantur, quorum noxij morsus, corpus exiguum, uariũ, acuminatum, assultim ingredientiũ.

Assimilis] & hoc assimile, pen. cor. (προσόμοιος) Ex Ad, & Similis, Prorsus similis. Cic. 2. de Nat. deor. 205, In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongijs mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Plau. Merc 23. 12. Plin. lib. 24. cap. 8. 10. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 17, Fratribus assimilis.

Assimilemq; sui longa assuetudine facit. Ouid. de Trist. eleg. 5.

Assimile hoc est, quasi. Plaut. Truc. 11. 10,

——nam hoc assimile est
Quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi.

Assimiliter, pen. corr. (προσομοίως) Aduerbiũ, Similiter. Plau. Bacch. 20. 27, Assimiliter mihi hodie obtigit.

Assimilo, assimilas, pen. corr. (ἀφομοιόομαι, ἀπεικάζω, ὁμοιόω, εἰκάζω) assimilare, Comparare. Ouid. 1. de Trist. eleg. 5. 6,

Grandia si paruis assimilare licet. Id est, comparare. Virgil. dixit, Si parua licet componere magnis.

Os porcum assimilat. Claud. de histrice, epig. 37. 1. Id est, figura oris porcum refert.

Assimilata folio querno. Plin. lib. 3, ca. 5. 5. De Italia loquitur.

Assimilare, Similem esse. Ouid. 15. Meta. 83. De Chameleonte.

Assimilandus, Participium (ὁμοιωθησόμενος) Cic. 1. de Inuent. 58, Simile autem ex specie comparabili aut ex confrenda, aut assimilanda natura iudicatur.

Assimulo] assimulas, penul. corr. (ὑποκρίνομαι, προσποιοῦμαι) Assimulare dicimur, quum quod nõ est, fingimus. Terent. And. 1. 1. 141, Nunc tuum est officium, has bene ut assimules

Digitized by Google

ſimules nuptias.Cic.3.Off.132,Vlyſſes furere aſsimulauit, ne quò iret.

Aſsimulare,quaſi.Terent.Eunu.3.2.8,Adibo,atq; aſsimulabo quaſi nunc exeam.

Aſsimulare aliquem, Eſt *ſe ſimilem alicui reddere.* Ouid.14. Metam.131.de Vertumno.

Aſsimulare pro Adumbrare,& repræſentare.Quin.lib.7.ca. 11,Pictor accepta ſemel imitandi ratione, facilè aſsimulabit quicquid acceperit.

Aſs mulare aliquem alicui.Tacitus in uita Agricolæ.

Aſsimulare literas,pro Adulterare & cõfingere, apud Tacitũ.

Aſsimulari paſsiuum.Terent.Eun.3.5.57,Tum pol ego is eſſem uerè qui aſsimulabar.

Aſsimulatio(πρὸσποίησις)Verbale.Plin.lib.11.cap.49.2,Contrà mulierum paucis prodigioſa aſsimulatio.

Aſsimulatus,pen.prod.Participium(προσποιηθεὶς) Cicer.pro Cælio,9,Tum etiã multos fortes uiros & bonos,ſpecie quadam uirtutis aſsimulatæ tenebat,hoc eſt, fictæ. Familiaritas aſsimulata.Cic.pro Cluent.27.

Aſsimulata externis miraculis.Tacit.lib.11,Fauor plebis acrior in Domitium, loco præſagij acceptus eſt:uulgabaturq; aſſiduiſſe infantiæ eius dracones in modum cuſtodum, fabuloſa & externis miraculis aſsimulata.Quint. lib. 9, Sed aſsimulata & arte compoſita proculdubio ſchemata ſunt.

Aſsis]*huius aſsis,maſcul.gener.(σαὶς)idem quod aſſer.* Vide Aſſer.

Aſſula,aſſulæ,pen.cor. (σανδαλμός) Diminutiuum. Plautus Merc.4.20,At etiã ceſſo foribus facere his aſſulas? Feſtus, Aſſulæ,quæ ſunt ſecuribus excuſſæ.

Aſſulatim,pe.prod.Aduerb.(κατὰ σανδαλμούς) Minutim, et *in aſſulas.Plaut.Capt.13.63,Prius quàm pultando aſſulatim foris uitium affero.*

Aſſulosè,pen.prod.Aduerb.(σανδαλμωδῶς) Idem ſignificat. *Plin.lib.12.cap.22.3,Calamus melior,qui aſſulosè potius, quàm raphani modo frangitur.*

Aſsis]*ἀσσάριον,pro libra.* Vide As.Donatus, *Aſsis, libra erat:eiuſq; partes,unciæ.*

Aſsis ab antiquis dicebatur,nunc As.nam Aſsis genitiuus eſt.

Aſsipondium,aſsipondij,pen.cor.(μνᾶ)ſignificat unum pondo.Varro de Lingua Latina,lib.4, Quod unum pondus, aſsipondium dicebatur:id ideo quòd as erat libræ pondus.

Aſsilia]*apud Mileſios Pallas uocabatur Sipontin.*

Aſsiſto]*aſsiſtis,aſsiti,aſsitum,pen.corr.(παρίσημι)* aſsiſtere, *Aſtare eſt,hoc eſt ſtando præſentẽ & iuxtà eſſe.Plaut.Merc. 24.16,Ego aſsiſtam hinc altrinſecus.*

Aſsiſtere,Quieſcere,non moueri.Plin.lib.36. cap. 16. 2, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur nanq; à magnete lapide:domitrixq; illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid currit, atq; ut propius uenit, aſsiſtit,teneturq; & complexu hæret.

Aſsiſtit rectus.Cic.3.de Fin.83,Ita iacere talũ,ut rectus aſsiſtat. Ouid.7.Met.130,Ac ſe tollere humo,rectoq; aſsiſtere trũco.

Aſsiſtere propter aliquem.Terent.Adelph.2.1.15, Hîc *propter hunc aſsiſte.*

Aſsiſtere ad fores.Cic.3.Verr.46.

Diuinis aſsiſtere.Horat.1.Serm.Saty.6.23.

Aſsiſtere in armis.Virgil.11.Aeneid.142.

Aſsiſte precanti.Ouid.1.Faſt.126.

Aſsiſtere contra aliquem.Cic.2.de Leg.16,Nec quia nuſquam erat ſcriptum,ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſsiſteret,à tergoq;,&c.

Aſsiſtens,Participium(παρισὰς)Quint.lib.11.capit.1, Vel iudici,uel etiam aſsiſtentibus ratio noſtræ moderationis probari debet. Gellius lib. 2. cap. 2,Et cum aſsiſtentibus nobis ſermocinabatur.

Aſſo]*aſſas(σανιδῶμαι)* Vide Aſſer.

Aſſo]*aſſas(ὀπτάω)aſſare,uidetur latinum eſſe:* unde Aſſatus, *à quo Inaſſatus.Plin.libr.30.capit.10,Alij in cibo,in ligneis uerubus maſſatum.*

Aſſa & elixa.Celſ.lib.7.ca.4,Tranſeundum paulatim ad aſſa ab elixis. Vide Aſſus.

Aſſarius,adiectiuum(ὀπτὸς)Quod aſſatum eſt:antiquum uocabulum.Cato de re Ruſt.ca.132,Veſtæ ſi uoles dato,daps Ioui aſſaria pecuina,urna uini Ioui caſtè.

Aſſocio]*aſſocias(συναγελάζω)aſſociare,Sociũ ſe adiũgere.*

Aſſociare paſſus,Simul iter facere.Stat.3.Theb.91.

Aſſociare,pro adaptare et cõiungere.Clau.de bello Gildõ. 97,

— cornua ſummis Aſſociant malis.

Aſſolet]*pen.cor.(ἐώθε,φιλεῖ)ferè impersonale legitur, idq; etiam in hac tantum perſona,pro fieri ſolet:compoſitum ex Ad,& Solet.Cic.2.de Leg.36,Néue inuitantor:niſi,ut aſſolet,Cereri Græco ſacro.Liu.1.ab Vrbe,120,Vbi illuxit, paratis omnibus,ut aſſolet,uocari ad concionem utrunq; exercitum iubet.*

Aſſolent.Terent.And.3.2.1,

Adhuc Archillis quæ aſſolent,quæq; oportet,
Signa ad ſalutem eſſe,omnia huic eſſe uideo. Vbi Donatus, *Aſſolent,conſuetudinis eſt:Oportet,rationis.Cice.2. de Inuent.213,Si mihi filius genitus fuerit unus, pluresúe, is mihi hæres eſto.Deinde quæ aſſolent, Poſtea,&c.Liu.lib.9.*

Aſſoleret.Cic.2.de Nat.deor.15,Gracchus ad Senatũ retulit.Senatus ad quos aſſoleret,referendum cenſuit.

Aſſono]*aſſonas,pen.corr.aſſonui,aſſonitum(παρηχέω)* aſsonare, *Reſonare, ſiue ſimul ſonare.Perſius Saty.1.11,Euyon ingeminat,reparabilis aſſonat Echo.*

Aſſono,datiuo iunctum.Ouid.3.Metam.51,

Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo. Hoc *eſt,uelut reſpondet.*

Aſſos]Vide Aſſus.

Aſſudeſco]*aſſudeſcis,Verbum antiquum.Var.4. de Ling. Lat.Dictum aſſum,quod ab igne aſſudeſcit.*

Aſſuerus]*ut teſtatur Ioſephus,fuit Cyrus Xerxis filius, qui poſt Darium patruum,Perſidis rexit Imperium.Hunc Cyrum dixit Artaxerxem apud Græcos uocari,qui Longimanus cognominatus regnauit quadraginta annis.*

Aſſueſco]*aſſueſcis,aſſueui,aſſuetum,pe.prod.(ἐθίζομαι)aſſueſcere.uerbum neutrum,Ex Ad,& Sueſco.Sueſco à uerbo antiquo Sueo,ſues,ſueui,Eniti,lõga conſuetudine aliquid facere.Cic.4.Acad.105,Vt mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum:ſic internoſces,ſi aſſueueris.*

Aſſueſcere à teneris.Virg.in Georg.

Aſſueſcere aſsiduitate.Cic.2.de Nat.deor.140.

Imperio aſſueſcere.Claud.4.Paneg.16.

Aquis aſſueſcere.Ouid.3.Triſt.eleg.3.2,

Nec cœlum patior,nec aquis aſſuenimus iſtis.

Aſſueſcere legibus.Liu.1.ab Vrbe,78.

In hoc aſſueſcat,huius rei ſibi naturã faciat.Quin.li.2.c.4.13.

Aſſueſcere,cum infinitiuo.Ci.5.de Finib.8,Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret uoce uincere.Virg.8.Aeneid.102,

— tua cernere facta Aſſueſcat.

Prodeſſe aſſueuit fortibus.Ouid.3.de Pont.eleg.1.18.

Votis iam nunc aſſueſce uocari.Virg.1.Georg.9.

Pluribus mentem aſſueſcere.Horat.2.Serm.Saty.2.22.

Aſſueſcere os uetuſtæ ſedi.Celſus lib.8.cap.10,Atq; ita deligando,aſſueſcere iterum uetuſtæ ſedi cogit.Loquitur de oſſe repoſito in ſedem ſuam.

Aſſueſcere bella animis.Virg.6.Aeneid.167.

Digitized by Google

— nec tanta animis assuescite bella. Vbi Seruius, Mirè dixit: ab ipsis enim quasi consuetudinẽ fecit Pop. Romanus bellorum ciuilium.

Assuescitur, pe. cor. imperf. Liu. 2. ab Vrbe, 3, Charitasq; ipsius soli, cui longo tẽpore assuescitur, animos eorũ consociasset.

Assuetus, pen. prod. (συνήθης, σώτροφος, ἐθάς) Participiũ ab Assuescor, Qui longo usu doctus est. Pli li. 15. cap. 30. 6.

Assuetus labore assiduo. Cic. 3. de Orat. 33, Homines labore assiduo & quotidiano assueti, quũ tẽpestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt.

Amore prædæ assuetus. Ouid. 13. Metam. 112.

Bellis assuetus Opheltes. Virg. 9. Aen. 43.

Assuetus mendacijs. Cic. pro Plancio, 17.

Assuetæ ripis uolucres, & fluminis alueo. Virg. 7. Aen. 7.

Studijs mollibus assuetus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 15.

Assueti longo muros defendere bello. Virg. 9. Aen. 106.

Græcari assuetum Romana fatigat militia. Horat. 2. Serm. Sat. 2. 3. Græcari, id est, luxuriari, pergræcari.

Tecto succedere assuetus coluber. Virg. 3. Georg. 82.

Nõ assuetis ad sceptra manus Post terga dabit. Sen. in Troa. 2.

Assuetus in iura familiaria à puero. Liu. 4. bel. Pun. 22. (17.

Paruo assueta iuuentus. Virg. 2. Georg. 9. 5.

In arte assueta tempus ponere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 8.

De more assueto belli, Vt bello fieri consueuit. Sil. lib. 7. 53.

Gestamen assuetum dextræ. Stat. 6. Theb. 142.

Seruitium assuetum. Propert. 1. eleg. 4. 1.

Longius assueto lumina nostra uident. Ouid. epist. 6. 15.

Assuetior, cõparatiũ. Liu. 2. bel. Pun. 78, Ea assuetior mõtib. & ad concursandum inter saxa, rupesq; aptior ac leuior.

Assuetus, cum genitiuo. Liu. 8. bel Maced. Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam uanitates notæ sunt.

Assuetudo, pen. prod. (συνήθεια) Verbale, Consuetudo. Ouid. lib. 2. de Arte amandi, 69, Nihil assuetudine maius. Liui. 5. bel. Pun. 152.

Assuetudo uoluptatum. Tacit. lib 18, Degenerabat à labore ac uirtute miles assuetudine uoluptatum & contemptu ducis.

Assuefacio, assuefacis, penult. cor. assuefeci, assuefactum (ἐθίζω) assuefacere: Ex ad præpositione, & duobus uerbis, nempe Sueo, sues obsoleto uerbo, & Facio compositum, Est (authore Sipontino) usu docere. Cic. de Prouincijs Cõsul. 26, Imperio Pop. Romani parcere assuefecit.

Assuefacere alicui rei. Plin. lib. 10. cap. 43. 1, Pullus maturè sermoni assuefactus.

Discere & assuefacere se. Cic. de claris Orat. 4.

Assuefacere aliquem alicui rei. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 8.

Assuefacere aliquem ad supplicia. Liu. 3. ab Vrbe, 220, Nec suo sanguine ad supplicia patrum plebem assuefaciant.

Assuefactus, Participiũ (ἐθισθείς) Ci. 2. in Cat. 31, Idem stuprorũ & scelerũ exercitatione assuefactus, frigore & fame & siti ac uigilijs pferẽdis, fortis ab ijs istis suis socijs prædicabatur.

Assuefactus cum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 171, Cum Lusitanis, reliquisq; barbaris genere quodam pugnæ assuefacti.

Assula] Vide Asses.

Assulto, Assultus] Vide Asilio.

Assum] ades, affui (πάρειμι) adesse. Vide Adsum. Cic. pro Quint. 3. Seneca in Herc. furente, 9. 6,

Votũ secũdet, qui potest, nostrũ deus, Rebusq; lassis assit.

Assumo] assumis, penul. prod. assumpsi, assumptum (παραλέχομαι, προσλαμβάνω, προσλέχομαι) assumere, significat accipere.

Artem assumere. Cic. 3. de Fin. 28, Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus.

Assumere aliquid authoritatis. Cic. Bruto.

Copiam assumere dicendi. Cic. 1. de Orat. 83.

Generum, uel uxorem assumere. Plin. in Paneg. Aut incõsultius uxor assumpta, aut retenta patientius. Idem de Viris Illust. Qui quum adoleuisset, gener à Tarquinio assumptus est.

Genus orationis assumere ad causam aliquam. Cic. in Ora. 121.

Foris, uel Extrinsecus assumere. Cic. 2. de Orat. 89. Idem in Topicis, 5, Ex his locis, in quibus argumẽta inclusa sunt, alij in eo ipso de quo agitur, hærent, alij assumuntur extrinsecus.

Inuidiam assumere. Cic. Attic. lib. 2. 34. 8, Ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam assumpsissem.

Noctis assumere aliquantum. Cic. ad Gallum, li. 7. 26. 4, Atq; equidem aliquantum iam etiam noctis assumo.

Nonnihil sibi nitoris assumere. Quint. lib. 2. cap. 10. 9.

Robur assumere. Ouid. 15. Metam. 85.

Sacra assumere de. Cic. pro Corn. Balbo, 44.

Spem assumere. Tacit in Vita Agricolæ, Nec spem modò ac non tum securitas publica, sed ipsius uoti fiduciam ac robur assumpserit.

Vires assumere. Ouid 13. Metam. 188.

Voluptatem assumere. Cic. 1. de Finib. 52, Omnis uoluptas assumenda est, omnis dolor depellendus.

Assumere aliquem. Horat. 1. Epist. 5. 6.

Assumere aliquem in consilium, Petere ab eo consilium. Plin. Iunior.

Assumere in societatem. Liu. 2. ab Vrbe, 92.

Assumere aliquem in nomen: pro Cooptare in familiam & in nominis. Plin. Epist. 171, Quinetiam Domitius Afer, qui illos in nomen assumpsit, reliquit testamentum, ante octo, & decem annos nuncupatum.

In exemplum operis aliquem sibi assumere. Quintil. lib. 5. cap. 12. 16, Id est præponere aliquem sibi quem in opere suo imitetur & exprimat.

Assumere ex. Plin. ad Iulium Genitorem, lib. 3. Epist. 11, Vt à C. Musonio ex omnibus omnium ordinum affectatoribus assumeretur.

Assumere oratores dicuntur, quum quid afferunt quod faciat ad ostendendam propositionem. Cic. 2. de Diuinat. 158. Sic 4. de Finib. 84.

Authoritati assumere. Ci. pro Sylla, 64, Dico illud quod in his causis cõiurationis nõ authoritati assumo, sed pudori meo.

Assumere (σφετερίζεσθαι) Est multum, & penè nimium sibi tribuere. Cic. 2. Offic. 4, Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare. Idem pro Sylla, 64.

Assumere suæ laudi. Cic. 3. de Natu. deor. 126, Tum dijs gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur.

Assumere sibi, & Detrahere alteri, contraria. Cic. 3. Offi. 29.

Laudem assumere. Cic. pro Mur. 29.

Assumere, pro Esitare & cibum sumere. Celsus, Iuuenũ minus interest, quæ assumant, & quo modo curentur.

Assumere semel die epulas, Est semel in die comedere. Celsus, libro 1. cap. 3.

Assumere cibum & potionem. Cor. Cels. lib. 1. in procœmio.

Assumptus, Participium: ut, Assumpta lyra. Ouid. 3. de Arte amandi, 29.

Extrinsecus auxilijs assumptis factum tueri. Quin. li. 7. c. 5. 6.

Ratione argumentandi à Dialecticis assumpta. Quintil. lib. 2. cap. 4. 29.

In hoc assumpta à nobis subtilitas, &c. Quin. li. 3. ca. 11. 14.

Viribus assumptis pleno iam aluco fluit. Quint. li. 2. ca. 1. 4.

Assumptio, Verbale (πρόσληψις) Acceptio. Cic. 3. de Fin. 28, Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tũ quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.

Assumptio, particula orationis (ut ait Cic. lib. 1. de Inuent. 81.) per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Idem 2. de Diuin. 163, Iam assumptione nõ

Digitized by Google

concessa,nulla conclusio est.

Assumptionem et assumptum Dialectici uocant primam partẽ syllogismi imperfecti:nempe quum duas tantum habet partes,& est enthymema oratorium.Assumptio est Fabio, Minor propositio syllogismi,lib.5.cap.ultimo: sicut Propositionem usurpat pro Maiore.

Assumptiuus,pe.prod.(αὐτίθεσις)Herm.Verbale,Quod assumit.Ci.1.de Inuẽ.21,Assumptiua est,quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationẽ,foris aũt aliquid defensionis assumit.

Assuo]assuis,pen.corr.assui,assutum,pen. prod. (προσράπτω)assuere,Suendo annectere.Hor.in Arte poet.

Purpureus latè qui splẽdeat unus & alter Assuitur pãnus.

Assura]assurę,Assiduitas est & diligentia in nutricando,curando,babendo.Nam assæ nutrices dicuntur,quòd ferè semper assunt ijs quos nutriunt.Sic assa uox humana est,non organica,quæ non est nobis semper præstò.Varro cap.de Gallinis,Axius,egoq; requiro,farsurę,assurę membra de palumbis,de Gallinis, dic sodes Merula.Quorum uerborum hic sensus est,Dic sodes Merula de palumbis & gallinis mẽbra illa & partes quas requiro,farsurę,assurę.Vide Turneb.

Assurgo]assurgis,assurrexi,assurrectum(προσανίσημι,προσεγείρομαι)assurgere,Ferè idem quod surgere. Cicero pro Cluentio,155,Quæ dum laudatio recitatur,uos quæso qui eam detulistis,assurgite.

Assurgere ex morbo.Liu.3.ab Vrbe,102,Ex quo semel fuerit æger,unquam non modo uisum in publico,sed ne assurrexisse quidem ex morbo.Tacit.lib.18.

Assurgere ex uoraginibus. Liu.Galli neq; sustinere se prolapsi, neq; assurgere ex uoraginibus poterant.

Mollibus assurgit stratis.Claud.in Nupt.Palladij & Serenæ,6.

Assurgunt sani ut stent,aut ut obuiam eant:assurgunt ægroti ut sedeant,aut ut cubito innitantur:utroq; modo in alterius honorem,aut officij,aut beneuolentiæ causa hoc agẽtes.Ideoq; ferè adiungitur datiuus. Hæc Valla,lib.5. Virg.in Sileno, eclog.6.14,

Vtq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis. Vbi Seruius, Assurrexerit, honorem præbuerit.Cicero in Pisonem, 20,An uerò reliquo tempore Consulem te quisquam duxit? quisquam tibi paruit ? quisquam tibi in curiam uenienti assurrexit?

Honori alicuius assurgere.Stat.2.Theb.12.

Assurgere in arborem,id est,crescere in altitudinẽ arboris.Plin. lib.24.cap.4.4,Maior,in arborem,salicis modo assurgit.

Assurgit L.millibus passuum.Plin.lib.2.cap.65.3,Mihi incerta hæc coniectatio uidetur,haud ignaro quosdã Alpium uertices lõgo tractu nec breuiore L.millibus passuũ assurgere.

Assurgit in septem ulnas,& in altitudinem. Virg.3.Georg. 71. Vbi Seruius,Septem assurgit in ulnas,Crescit in septem ulnas.Plin.libr.13.capit.22.4, Duo ferulæ genera: narthecа Græci uocant,assurgentem in altitudinem:narthecіam uerò semper humilem.

Assurgit insula monte.Plin.li.4.ca.12.17.

Mons assurgens.Colum. li. 2.c.2,Collem clementer & molliter assurgentem.

Turres assurgunt,id est,extruuntur.Virg.4.Aeneid.18.

Tumor assurgit.Cels.libr.2.capit.8, Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur,deinde desinunt,deinde rursus assurgunt.

Animus assurgit.Quint.Interim & sublimitati heroici carminis animus assurgat,& ex magnitudine rerũ spiritũ ducat.

Assurgere animo.Stat.10.Theb. 44,

Gaudet in aduersis, animoq; assurgit Adrastus.

Iræ assurgunt,Virg.12.Aeneid.100.

Querelis assurgere.Virg.10.Aeneid.19.

Assurgere dicitur Orion.Virg.1.Aeneid.108.

Assurgere dicitur Orator,qui sublimiter loquitur,ut ait Budæus.Quint.Raro assurgit Hesiodus.

Assurgi,passiuum,siue impersonale.Cic.de Sene.58,Hæc enim ipsa sunt honorabilia,quæ uidentur leuia, atq; communia, salutari,appeti,decedi,assurgi,deduci,reduci,consuli.

Assurrectum est, & assurgitur. Sueton.in Octa.Augusto.cap. 56,Eisdem prætextatis adhuc assurrectum ab uniuersis in Theatro,& astãtibus plausum grauissimè questus est.Ci.1.de Inuent.64,Vt maioribus natu assurgatur.

Assus]ἄσσος,Vrbs est Troadis,teste Strab.lib. 13. & natura & arte munita,ab ea parte qua mare spectat,arduum & erectum ascensum habens: unde factus est locus uulgatissimæ illi Stratonici sententiæ,Qui celeri passu Assum it, magnum uitæ periculum adit.Circa banc urbem Sarcophagus dictus lapis(id est carnes exedens)effodiebatur,à quo cadauera omnia in eo condita,intra quadragesimum diem,solis dentibus exceptis,absumebatur.Vide Plin.li.36.ca.17.

Assus]assa,assum(ὀπτός)ab areo,ares,uel ardeo,ardes:hoc est,ad ignem torrefactus.Plaut.Mostel.15.65,Ne faxis: nam elixus esse,quàm assus soleo suauior.Cicer.Papirio Peto,li. 9.20.3,Integram famem ad ouum affero:itaq; usq; ad assum uitulinum opera perducitur.

Assa & elixa.Cels.lib.7.cap.3,Transeundum paulatim ad assa ab elixis.

Assa in balnearijs.Cic.ad Qu.frat.lib.3.17.3.

Assa uox.Vide Assa.

Assus sol.Cicer.Attico,lib.12.236.2,Et pro isto asso sole,quo tu abusus es in nostro pratulo,à te nitidum solem,unctumq; repetimus.

Assyria]ἀσσυρία,Regio Asiæ maioris,quæ nunc Syria dicitur,habens ab Ortu Indiam,ab Occasu Tygrim fluuium,à Meridie Mediam,à Septentrione Caucasum: unde Assyrij, qui postea Syrij,& Syri.Hinc Porphyrio & Acron uolunt prius dictam Syriam,postea una addita syllaba,Assyriã uocitatã.Alij quadripartitã faciunt diuisionẽ,in Syrios, Assyrios,Leucosyrios,& Cœlesyrios.Plin.duplicem Syriã assignat:unã Palestinam, alterã Antiochiam.Dicta est aũt Assyria(teste Augustino,li.15.de Ciui.)ab Assur filio Sem.

Dines Assyria.Tibul.3.eleg. 2.5.

Assyrius,adiectiuũ(ἀσσύριος)Qui est ex Assyria:ut,Amomum Assyrium.Virg.4.eclog.5.Et Lucan.li.4.61,Assyrij seruator pallidus auri. Assyrij, inquit Ci. lib. 2. de Diuinat. 3. Propter planitiem,magnitudinemq; regionum quas incolebant,quum cœlum ex omni parte patens atq; apertũ intuerentur,traiectiones,motusq; stellarum obseruauerunt: quibus notatis,quid cuiq; significaretur,memoriæ prodiderũt.

Assyria malus (ἀσσυρία μηλέα) quam alij Medicam uocant, Arbor est,cuius folium est unedonis,inter currentibus spinis. Pomum ipsum aliàs non manditur:odore præcellit foliorũ quoq;,qui transit in uestes unà conditus, arcetq; animalium noxia.Vide plura apud Plin.li.12.ca.3.

Ast]ἀλλὰ,coniunctio est discretiua, qua poetæ utuntur pro At,syllabam illam breuem,interiectione s,longam facientes, authore Valla,li.2. Festus,Ast,significat At,sed, aũt.Plaut. Neq; eos antiquos seruas,ast captas nouos.Virg.1.Aeneid. 10,Ast ego quæ diuũm incedo regina.

Ast coniunctione etiam Oratores usi sunt,pro particula Sed. Cic.Attico,li.3.55.10,Quid enim uides agi posse, aut quomodo:per Senatũne?ast tute scripsisti ad me,quoddã,etc. Liu.10.ab Vrbe,89,Bellona si hodie nobis uictoriam duis, ast hic ego templum tibi uoueo.Hoc loco uidetur accipi Ast pro tum,uel certè oppidum Liguriæ antiquum, nomen adhuc retinens.Auth.Plin.

Asta]

Digitized by Google

Asta] Oppidum Liguriæ antiquum, nomen adhuc retinens, Authore Plinio. Item ciuitas est Bæticæ, inter Sacrum promontorium & Herculeas columnas, de qua idem Plin. li. 2. ca. 1. & Pomponius lib. 3. Est & Asta, Insubriæ urbs, non longè à Nouaria distans. De hac Claud.

—nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausonijs, aut mœnia
Vindicis Astæ. Meminit & Plin. li. 35. ca. 12.

Astaboras] siue Astabores, pen. corr. teste Plin. lib. 5. cap. 9. alter est ex alueis Nili, qui Meroen insulam à sinistra alluit: ille uerò qui à dextra parte est Astusapes appellatur. Strabo uerò Astaboram fluuium esse docet, diuersum à Nilo circa Meroen insulam, in Nilum influentem.

Astaces] ἀστάκης, Fluuius est in Ponto, Asiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues pascunt, nigro lacte accolas alentes. Plin. li. 2. ca. 103.

Astaci] ἀστακοὶ, Ex genere sunt cancrorum, apud Plinium, li. 6. cap. 31. Vidè & horum descriptionem apud Gal. lib. 3. de Alim. facult. ca. 34.

Astacœni] ἀστακοινοὶ, Populi Indiæ, qui mediam regionem inter Cophen atque Indum habitant. Strabo libro decimoquinto.

Astacum] Plinio, siue Astacus (ἄστακος Stephano & Straboni) Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Astaco quodam, Neptuni & Olbiæ nymphæ filio, à quo uicinus sinus, Astacenus appellatus est. Plinius lib. 5. cap. ult. & Strabo lib. 12. Fuit & altera eiusdem nominis urbs, in Acarnania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit, teste Strabone libro decimo.

Astapas] ἀστάπας, Fluuius Asiæ, de quo Strabo libr. 16. sic scribit, Circa Meroen Astaboras & Astabas influunt. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui etiam Elij uocãtur, propterea quòd ex adiacente palude, euulsis radicibus massulas conficiunt, & ad solem coctis uescuntur. Hæc loca leones aluunt, qui sub Canis exortum à maximis culicibus hinc expelluntur. Hactenus Strabo. Meminit & Astapi fluuij idem author, quem Astosabam à nonnullis nominari ait mitio libri 17. in descriptione Aegypti.

Astaphis] pen. corr. astaphidis f. g. (ἀσταφὶς) Vua passa dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1, Vua passa, quam astaphida uocant, stomachum, uentrem, interanea tentaret.

Astaphis agria, siue staphis, quam uuam taminiam aliqui uocant falsò (suum enim genus habet) cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ, fert folliculos uerius, quàm acinos, uirides, similes ciceri. Hæc Plin. lib. 23. cap 1. Ruellius lib. 3. cap. 141, Staphis agria Romanis herba pedicularis dicitur: folium habet labruscæ, diuisuriséq; scissum, cauliculis rectis, &c. paulò pòst, Pituitaria quoque dicitur, officinis hodie Staphis agria.

Astaphylinos] Pastinaca sylueſtris, quæ & Staphylinos dicitur. Ruell li. 3. cap. 41.

Astapus] pi, Fluuius. Plin. tamen lib. 5. cap. 9. de Astapo sic scribit, Nilus Astapus cognominatus est, quòd illarum gentium lingua significat aquam è tenebris profluentem.

Astaroth] Antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitarunt gigantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses, regionis Bethaniæ. Sunt duo castella in Bethania hoc uocabulo, nouem inter se millibus separata, inter Aderam & Abelam urbes.

Astarte] ἀστάρτη, Dea fuit Syrorum, ut Aelianus author est. Sunt qui putent eam esse, quæ & Derceto dicitur, & Atergatis. Sed eam esse Venerem quartam, quæ Adonidi nupserit, Cic. manifestum facit lib. de Nat. deor. 3.

Asteismos] fœ. g. (ἀστειϊσμός) Latinè dicitur urbanitas & ciuilitas. Tropus est Grammaticis. De qua Diomedes, lib. 2. cap. de Orationis uirtutibus & tropis.

Aster] astri, Græcè ἀστὴρ, ἀστέρος, mascul. gener. Latinè dicitur stella.

Aster] Atticus (ἀστὴρ ἀττικὸς) Herba est Plinio, quæ, quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & uulgò Inguinalis. Vide Plin. lib. 26. cap. 5. Meminit & Gal. li. 6. Simplic.

Aster Samius (ἀστὴρ σάμιος) Species est terræ cuiusdam, ad multos medicinæ usus conducentis, quæ in Samo Insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine, quæ illi imprimi sigillo consueuit. Huius terræ meminit Galen. lib. 9. Simplic.

Aster] ἀστὴρ, Puer Platonis carminibus celebratus, in quem etiam extant epigrammata libro tertio Epigrammatõn Græcorum.

Asteria] æ, (ἀστερία) Deli & Rhodi insularum nomen.

Asteria] ἀστερία, Gemma inclusam lucem pupillæ modo quandam continens. Plinius, li. 37. cap. 9.

Asteria] ἀστερία, filia fuit Cei Titanis filij, ut Theodontio placet. Hæc autem, ut ait Fulgentius, post uitiatam Latonam à Ioue dilecta est, à quo in aquilam uerso oppressa fuit: eiqúe ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, ut quibusdam placet, aduersus Iouem sentiens, & eius fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem uersa est, quæ Græcè uocatur ὄρτυξ: nomenqúe dedit insulæ, in quam aufugerat, ubi à Ioue in lapidem mutata est, undisqúe demersa, & ab eisdem huc illuc agitata, quæ tandem ob susceptam Latonam firmata est. Ex Bocatio. De hac Cicero 1. de Natur. deor. 56. Fabulam multo fusius narrat Seruius in illud Virg. 3. Aeneid. 15, Sacra mari colitur medio, &c.

Asteriace] es, penult. corrept. fœmin. gener. (ἀστεριακὴ) Genus medicamenti. Plinius, lib. 20. cap. 19, Medicamento, quod diacodion & asteriace uocatur, utilissimum. Vetustiora exemplа legunt hoc loco Arteriace.

Asterias] ἀστερίας, Auis ex genere ardeolarum, à uulgore astrorum. Plin. lib. 10. cap. 60.

Astericum] ici, penult. corrept. (ἀστερικὸν) Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, & urceolaris herba, eo quòd uitreis urceolis detergendis imprimis sit idonea. Nascitur in tegulis, parietibúsq;, unde & Parietaria, & muralis uulgò dicitur. Plinius lib. 22. cap. 17.

Asterion] ij (ἀστέριον) Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, ut tradit Plin. lib. 29. cap. 4. Est & Asterion herba, quæ & Spondylium dicitur, quòd semen habeat Asterij animalculi figura. Dioscorides, libr. 3. in descriptione Spondylij.

Asterion] ἀστέριον, ciuitas Thessaliæ, sic dicta, quòd in alto sita monte, uelut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere uideatur, ut tradit Stephanus, qui eam sua ætate Pyresiam uocatam asserit.

Est & altera urbs eius nominis in Syria. Est & fluuius Achaiæ in Nemeæa sylua, leniter fluens, & fruticum iuxta ripam abundantissimus, ut testis est Lactantius. Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum: de quo Plinius lib. 4. capit. 4.

Est & herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argiuo nascens, ad ripam fluuij eiusdem nominis: cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt.

Asterion item Cometæ filius, qui Iasonem Colchos nauigantem sequutus est, ut habet Apollonius. Valer. Argonaut. libro 1,

— celer Asterion, quem matre carentem,
Clenaus genino fouit pater amne Cometes.

Asteris]

Digitized by Google

Asteris] pen.corr.(ἀστερίς) insula est in medio Sami & Ithacæ sita. Author Strabo.

Asteriscus] ἀστερίσκος, stellulam significat. Diminutiuum ab Aster.

Asteriscus, Signum ad stellæ similitudinem paruæ: quo utimur quum aliquid in scribendo omissum esse, hoc modo demonstramus *: qua nota usi sunt ueteres scriptores.

Asterno] asternis, astraui, astratum (παρασφορνύω) asternere, iuxtà sternere: cuius passiuum protulit Ouid. lib. 2. Metam. 69. de sororibus Phaethontis loquens.

Asterusia] ἀστερουσία, Mons Cretæ, ad Meridiem mare aspiciens, à quo & Asterusia Indiæ urbs nomen habet, quòd illic Cretenses coloniam collocarint. Huius incolæ Asterusiani uocantur, & Asterusij. Stephan.

Asthmaticus] asthmatici, pen. corr. (ἀσθματικός) Id est, suspirioſus, anhelus, qui difficilem habet respirationem. Nã ἄσθμα difficultatem spirandi significat, & anhelationẽ siue anhelitum: quem Celsus atq; adeò omnes ferè medici alio uocabulo ἀνάπνοιαν uocant: anxietatem idem Celsus uocat.

Astice] ἀστικὴ, Regio est Thraciæ, supra Bosphorum, Ponto Euxino imminens, cuius urbes sunt, Apollonia, Thynnias, Almedessus, Deuelton & Phinopolis. De hac Plin. li. 4. c. 11.

Astici] ludi (de quibus Suetonius in Caligula) qui sint, quæritur: ac pleriq; Actiacos legunt, & Ludos ab Augusto intelligunt institutos in honorem Actiacæ uictoriæ, sed sine librorum astipulatione, in quibus omnibus partim Attici, partim Astici exaratum reperias. Turnebus Asticos ludos interpretatur, urbanos (quòd sint etiam ludi rustici) uel potius Athenienſium ludos, quorum urbs Astu dicebatur. Producitur ab Athenæo Charicles πρὸς ἀστικὸν ἀγῶνος. Quod si quis ludos Atticos malit, è consuetudine Athenienſium explicabit, qui Liberalibus, Lenæis, Chytris, & Panathenæis, id est quinquatribus ludos scenicos dabant. Hæc ille.

Astigi] ciuitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager. Plin. li. 3. cap. 1. Ecija nunc uocatur. teste Oliuario.

Astiochia] Vide Astyochia.

Astipulor] pen. corr. astipularis, astipulatus sum, (συναπατίθεμαι, συνατανῶ, προσίθεμαι) astipulari, Assentiri. Plin. lib. 7. ca. 48. 2, Cui astipulatur Damiates, memorans, &c. Liui. 9. bel. Maced. 15.

Astipulatio (συναπάθεσις) Verbale, Assensus. Plin. lib. 29. ca. 1. 10, Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatio, pro affirmatione. Quint. lib. 11. cap. ultimo, Accedit enim uis & proprietas rebus tali astipulatione, quæ nisi adsit, aliud uox, aliud animus ostendat. quanquam propriè denotat illam gestus cum uerbis consensionem.

Astipulatus, huius astipulatus, pe. prod. (συναπάνεσις) Verbale, id est, assensus uel attestatio. Plin. lib. 7. ca. 47. 1, Consecratus est uiuus, sentiensq;, oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu, Euthymus.

Astipulator, pen. prod. (συναπάτωρ, συνέπαινος) Verbale, Qui assentitur. Cic. 4. Acad. 122, Falsum esse & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus Idem, in Pisonem, 13. Et lib. 3. ad Qu. fratrem, 25. 14.

Astituo] astituis, astitui, pe. cor. astitutum, astituere, ex Ad & Statuo compositũ, significat in loco colocare. Plau. Capt. 13. 77, Iuben' an non iubes astitui aulas, pitimas eluis?

Asto] astas, astiti, astitum, & astatum (παρίστημι) astare: Idem significat quod stare. Virg. lib. 2. Aeneid. 61,

—arrectisq; auribus asto.

Hic patrem astare aiebas? Terent. Heaut. 52. 7.

Accessi, astiti. Terent. Phorm. 5. 6. 27.

Asta, atq; audi. Plaut. Cistel. 7. 54. Sic in Casina, 16. 12, Mane, atq; asta.

Asta, cum accusatiuo posuit Plautus in Truculento, 4. 26, Asta te amabo.

Astare in genua. Plaut. Casin. 23. 25.

In latus obliquum tamen astitit. Ouid. 3. Metam. 8.

Finis uitæ mortalibus astat. Lucret. li. 3. 219.

Astare ad. Cic. pro Archia, 18, Quũ in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset. Et Lucret. lib. 3. 195, Mors ad caput astitit.

Ante oculos astare. Virg. 3. Aeneid. 30. Ouid. 8. Metam. 97.

Astare in conspectu. Cic. 4. in Catil. 75.

Astitit in ripa. Ouid. epist. 14. 18.

Limine diuæ astitit. Id est, in limine. Stat. 9. Theb. 122.

Portis sublimibus astant. Virg. 12. Aeneid. 27.

Iuxta præsides astat deos. Sene. in Hercule furente, 6. 5.

Præsens astare uiritim creditur Iupiter. Id est, singulis & primum unicuiq; præsens esse. Sil. lib. 17. 97.

Supra caput astitit imber. Virg. 4. Aeneid. 142.

Asto aduocatus cuidam. Plaut. Casin. 13. 5.

Astare mensæ domini. Mart. lib. 8. 50.

Astare contrà alicui, pro resistere. Plaut. Capt. 12. 6, At ut confidenter mihi contrà astitit.

Astans, astantis, Participium (παρεστάς) Silius, lib. 17. 131. de Annibale.

Astante atq; audiente Italia tota. Cic. Post reditum, 23.

Astãte illo. Plaut. Amph. 8. 114, Tute istic etiã astãte hoc Sosia.

Squammæ astantes, id est, erectæ. Virg. 3. Georg. 107.

Astomi] pen. corr. (ἄστομοι) Indiæ sunt populi. De quibus Plinius, lib. 7. cap. 2. 16, Ad extremos fines Indiæ ab Oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem sine ore, corpore toto hirtam, uestiri frondium lanugine, halitu tantum uiuentem, & odore quem naribus trahant. Nullum illis cibũ, nullumq; potum: tantum radicum florumq; uarios odores, & syluestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: grauiore paulò odore haud difficulter exanimari. Hæc Plinius.

Astræa] ἀστραία, Filia Astræi gigantis & Auroræ. Alij dicũt fuisse filiam Iouis & Themidis. Hæc pro Iustitia sumitur. sin gitur q; uitijs crescentibus indignata in cœlum euolasse, tandem in signum cœleste, cui Libræ nomen est, conuersa. Ouidius 1. Metam. 31.

—& uirgo cæde madentes,
Vltima cœlestum terras Astræa reliquit. Seneca, in Octa. 7. 10.

Astrẽum] ἀστρᾶον, Oppidum Macedoniæ: & Astræi, populi sunt eius urbis incolæ, teste Ptolemæo.

Astræus] ἀστραῖος, Vnus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma sumpserant. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea uentos genera sse, qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ouid. Metam. 14,

Aeraq;, & tumidum subitis concursibus æquor
Astræi turbant, & eunt in prælia fratres.

Astragalus] astragali, pen. corr. f. g. (ἀστράγαλος) Latinè dicitur talus, tesserarum ludus.

Astragalos Homerus etiam appellat septem uertebras spinæ, quibus collum incumbit.

Astragali uocantur partes quædam in columnarum spiris. Vitruuius, li. 3. cap. 3, Astragali faciendæ sunt octauæ partis trochili, proiectura erit spiræ pars octaua, et sextadecima crassitudinis columnæ.

Astragalus, Herba est Plin. lib. 26. ca. 8. 4. Astragalus (inquit) folia habet lõga, incisuris multis, obliqua circa radices, caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices uillosas, implicatas, rubras, præduras. Nascitur in petrosis, apricis, & ijsdem niualibus. Ruellius, lib. 3. cap. 104.

Quæ

Digitized by Google

Quæ à Dioſcoride depingitur, fólia non habet crebris inciſuris laciniosa, nec radices hirſutas perplexasq; : natalibus tamen conueniunt Galenus & Paulus, in Phæneo Arcadiæ plurimam naſci teſtantur. Aſtragalus, qui à Dioſcoride deſcribitur, frequens eſt apud nos. Rura noſtra Montanum uel ruſticum cicer nominant, fruticem fólio & ramis ciceri ſimilem flore purpureo, paruo, tereti radice, raphani modo grandi, quæ uelut adnatas habet appendices præduras, ueluti cornua inter ſeſe implicatas, guſtu aſtringentes. Inuenitur in petroſis & locis uento perflatis, cicerculam eſſe diceres, niſi radix tanta ſubeſſet. Vulgus nonnuſquam Syluestres cerras uocat. hoc eſt, cicercula. Hactenus Ruellius.

Aſtrapias] ἀστραπίας, Gemma eſt, colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens diſcurrentes, unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. ult. cap. 11.

Aſtrepo] aſtrepis, pen. cor. aſtrepui, aſtrepitum (ἐπικτυπέω, ψοφέω) aſtrepere. Simul ſtrepere.

Aſtrepere aures alicuius. Plinius in Paneg. 42, Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures aſtrepebant. Tac. libro 20, Obuios, & ſubitæ rei miraculo attonitos, ut eadem aſtreperent hortari.

Aſtrepere apud Tacitum cum datiuo, pro Strepitu aſſentire. Aſtrepebat, inquit, huic alacre uulgus: id eſt, applaudebat. Budæus.

Aſtreus] ἀστρεύς, per eu, uel per æ diphthongon, Vnus ex Titanibus, qui contra deos arma ſumpſit. Cuius meminit Oui.

Aſtrifer] Vide Aſtrum.

Aſtringo] aſtringis, aſtrinxi, aſtrictum (προσέλλω, ἐπισφίγγω) aſtringere, nihil ferè amplius ſignificat interdum, quàm ſtringere.

Aſtringere, & relaxare, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 204, Eaq; tum aſtringitur, tum relaxatur. De aluo loquitur. idē Attic. lib. 10. 196. 2.

Aſtringere, Simul aut ad aliquid ſtringere. Col. lib. 5. ca. 6. 15.

Aſtringere ad Cic. 6. Verr. 82, Quis eſt hic qui ad ſtatuam aſtrictus eſt? (teſt.

Arctè aſtringere. Cic. de Fato 47, Hoc arctius aſtringi non po

Aluum & uentrem aſtringere. Corn. Celſ. lib. 1. cap. 3, Labor aluum aſtringit. Id eſt, contrahit, ut parum reddat.

Venas agrorum hiantes aſtringere. Virg. 1. Georg. 19.

Vincula aſtringere. Ouid. 11. Metam. 16.

Aſtringere per translationem, pro Obligare & quaſi confirmare, ut Aſtringere ſeruitutem. Cic. pro Planco, 61.

Aſtringi neceſſitate, pro cogi. Cic. 1. de Nat. deor. 27. Idem pro Cluentio, Aſtringi lege, uel quæſtione, 125.

Orationem numeris aſtringere. Cic. 3. de Orat. 95. Et libro 1. 132, Aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.

Contracta & aſtricta eloquentia. Cicer. de Claris Orator. 171. In dialectica.

Breuiter aſtringere argumenta Stoicorū more. Cic. 3. Tuſc. 23.

Lingua aſtricta mercede. Cic. in Piſonem, 23.

Vinculis ſempiternis totam Galliam aſtringere, Cicer. 4. Acad. 112. Et, Aſtringere aliquem conditionibus ſuis, Cic. pro Quintio, 10.

Aſtringere ſe ſacris. Cic. 2. de Leg. 77.

Aſtringere ſuam fidem. Terent. Eunuch. 1. 2. 21,

Verum heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem. Vbi Donatus, Aſtringo fidem, fidem promitto: quia uincula fidei dicuntur.

Ad certa uerba ſe aſtringere. Quint. lib. 7. cap. 4. 12.

Ad ſeruitutem alicuius ſe aſtringere. Quint. lib. 2. ca. 16. 6.

Aſtringi ad temperantiam. Pli. Epiſt. 121, Deinde ut in poſterum ipſe ad eandem temperantiam aſtringerer, &c.

In iura ſacra ſe aſtringere. Ouid. 15. Epiſt. 65.

Aſtringere frontem, pro Corrugare. Senec. Epiſt. 107.

Aſtringere mores. Fabius lib. 2. ca. 2. 2, Neq; uerò ſatis eſt ſummam præſtare abſtinentiam, niſi diſciplinæ ſeueritate conuenientium ad ſe mores aſtrinxerit.

Aſtringere ſe furti: Subaudi ſcelere, aut ſimile aliquod uerbū. Plaut. Pœn. 10. 26, Homo furti ſe aſtringet.

Aſtringere ſe ſcelere. Cic. 4. Philipp. 157, Quē ſi conſulem illa prouincia putaret, neq; eum reciperet, magno ſcelere ſe aſtringeret.

Aſtringi frigore. Plin. Epi. 101. g, Si natare latius, aut tepidius uelis, in proximo puteus, ex quo poſsis rurſus aſtringi, ſi pœniteat teporis.

Aſtrictus, participium (προσαλθείς) Contrarium eſt relaxato. Plin. in Paneg. 151, Ita uerſemur in Repub. ut credamus eſſe Rempublicam: non conſilium noſtrum, non operam ſubtrahamus: nec diſiunctos nos & quaſi dimiſſos Conſulatu, ſed quaſi aſtrictos & deuictos putemus.

Aſtrictus neceſsitate. Vide Neceſſe.

Voluptatibus aſtricti. Id eſt, alligati. Cic. in Parad. 7.

Arcta & aſtricta laxare. Cic. in Orat. 128.

Aſtricta frons, pro Contracta. Martial. lib. 11. 34.

Aſtrictum gelido frigore pectus erat. Ouid. 21. Epiſt. 23.

Dolore aſtrictum pectus. Ouid. 1. de Arte amandi, 73.

Gelu aſtrictum. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 10.

Glacies aſtricta. Ouid. 1. Metam. 25.

Aſtrictus guſtus. Plin. lib. 27. cap. 12. 16.

Poeta numeris aſtrictior. Cic. 1. de Orat. 63, Eſt finitimus oratori poeta, numeris aſtrictior paulò, uerborum autem licentia liberior.

Aquis aſtrictis coit Iſter. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 6.

Aſtricti in amore. Lucret. lib. 4. 239.

Aſtrictè, aduerbium (προσαλμενῶς) Arctè.

Aſtrictè facta oratio, cui opponitur Remiſsè. Ci. 3. de Ora. 102.

Aſtrictio, Verbale (πίλησις) Plin. lib. 27. cap. 10. 1, Guſtus amari cum aſtrictione.

Aſtrictorius, adiect. (προσαλτικός) Quod aſtringit. Plin. lib. 24. cap. 13. 3, Paliuri fólia aſtrictoriam uim habent.

Aſtrios] aſtrioth, fœm. gener. Gemma cryſtallo propinqua, quæ ſi aſtris opponitur, fulgorem eorum rapit, & regerit. Plin. lib. 37. cap. 9.

Aſtroboliſmus] ἀστροβολισμός, Arborū uitiū eſt, quū caniculæ æſtu (quam Theophraſtus peculiariter ἄστρον appellat) humore abſumpto areſcunt. Latinorum nonnulli ſideration interpretantur. Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipſis etiam oſsib. exareſcit. quod mali genus σφακελισμὸς à Galeno appellatur.

Aſtroites] fœ. ge. (ἀστροείτης) Gemma, quæ oculis piſcium ſimilis eſſe perhibetur. Author Plin. lib. 37. cap. 9.

Aſtrolabium] Inſtrumentum ex quo aſtrorum motus colliguntur. Spontinus.

Aſtrologia] aſtrologiæ, pe. cor. (ἀστρολογία) ſcientia de ſyderibus, ſiue quæ de curſu aſtrorum tractat. Cic. de Orat. lib. 1. 34, Etenim ſi conſtat inter doctos, hominem ignarū aſtrologiæ, ornatiſsimis atq; optimis uerſibus Aratum de cœlo ſtellisq; dixiſſe. Plin. lib. 18. cap. 25. 6.

Aſtrologus, pen. cor. (ἀστρόλογος) Qui aſtrorū ſcientiā profitetur. Cic. 4. Verr. 90, Nouus aſtrologus, qui non tam cæli rationem, quàm cælati argenti duceret.

Aſtromela] Vrbs Narbonenſis prouinciæ, maritima Auaticorum, cuius meminit Plin. lib. 2. cap. 4.

Aſtromyos] Stella eſt quæ cæteris dominatur, nūc plenior exoriens, nunc deſectior, quandoq; ſplendida, quandoq; minus. Vide Cæl. lib. 5. cap. 12.

Digitized by Google

Astronomia] *astronomiæ, penult. cor.* (ἀστρονομία) Scientia est, quæ de iudicijs ad uitam fortunamq; pertinentibus loquitur. Valla in Raud.

Astrophe] Astrophes, pen.cor. Vna ex Pleiadibus.

Astrum] Græcum uocabulum est, ἄστρον, quod à Latinis sydus dicitur. Cic. 7. Verr. 22, Quum autem Ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, &c.

Astrorum dominus, pro Sole. Seneca in Troade 5.4.

Ignes astrorum. Virg. 3. Aeneid. 117.

Vices astrorum. Id est, astra uicissim nunc orientia, nunc occidentia. Stat. 3. Thebaid. 112.

Aeterna astra. Seneca in Hercul. furente, 11. 7.

Aetherea astra. Virg. 5. Aeneid. 167.

Ardua pennis astra sequi, Ad cælum subuolare. Virgilius 12. Aeneid. 177.

Ignea astra. Lucanus lib. 1. 16.

Lycaonia astra sunt maior Vrsa, et Arctophylax. Cla. Pă. 8. 61.

Prodigiosa astra. Stat. 3. Thebaid. 105.

Radiantia astra. Ouid. 9. Metam. 55.

Roscida astra. Stat. 6. Thebaid. 48.

Vaga astra. Seneca in Octau. 7. 3.

Duodena astra, Duodecim signa Zodiaci. Virg. 1. Georg. 47.

Cadentibus primis astris. Id est, ut primùm lucescere cœperit. Virg. 8. Aeneid. 12.

Noctem ducentibus astris. Virg. 3. Georg. 31.

Ortus inclinat astra. Stat. 12. Theb. 1. Id est, oriente Sole, astra occidunt.

Inoffensos agant astra cursus. Seneca in Herc. furente, 11. 7.

Efferre se ad astra. Sil. lib. 3. 120.

Tollere ad astra. Virg. 5. eclog. 10.

Surgentibus astris, pro Accedente nocte. Virg. 1. Georg. 87.

Suscipere astra. Cic. 1. Tuscul. 97.

Astrifer, penul. correp. adiectiuum (ἀστροφόρος) Ferens astrum. Martial. lib. 8. 29,

An tua multifidum numerauit lana Timauum,
Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit? Et apud Statium li. 8. Thebaid. 17, Axes astriferi.

Astruo] astruis, astruxi, astructum (κατασκευάζω) astruere, Iuxtà struere. Colum. li. 1. cap. 5. 9, Nam nouum quum ueteri astruitur, rimosoq; recens, ædificium quasi surgenti relu ctans oneri, cedit. Plin. Epist. 184.

Astruere aliquid magnificentiæ & dignitati, per metaphoram, pro Superaddere. Plin. lib. 9. cap. 35, Quærente eo, quid astrui magnificentiæ posset, respondit, una se cœna, &c. Pli. Iunior, Epist. 46. h. Itaq; magni æstimo dignitati eius aliquid astruere.

Astruere sibi aliquid. Qu. li. 8. ca. 3, Nõ sollũ ipsum os intueri uidetur, & locũ, & habitũ: sed quædã etiã ex ijs, quæ dicta nõ sunt, sibi ipsa astruit. Id est, superaddit, uel affingit de suo.

Astruere laudem. Plin. in Paneg. 75.

Astruere, Affirmare. Plin. li. 12. cap. 18. 1, Periti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c. In emendatioribus codicibus legitur, Asseuerant.

Astruitur his. Pli. Epist. 159. c, Additur, ut Pallas, cui se omnes pro uirili parte obligatos fateretur, singularis fidei, singularis industriæ fructum meritissimo ferat: prolatos imperij fines, redditos exercitus Reip. credas. Astruitur his, quũ Senatui Populoq; Romano, &c. Id est, præterea.

Astruere auditis: id est, augere audita, & plura affingere. Sil. lib. 4. 2.

Astu] ἄστυ, Nomen est indeclinabile, ut Cornu, Authore Prisciano. lib. 15, Ciuitas est Athenienſium. Terent. Eunuc. 5. 6. 17, Hem, quid? amat? an scit iam ille, quid meretrix sit? An in Astu uenit? Vbi Donatus, In Astu, in urbem de Piræo. Sic enim Athenienses uocabant urbem suam: unde ipsi incolæ ἄστοι, uocantur.

Astus (ἀστραλαλέος) adiectiuum uidetur finxisse Plautus Trucul. 18. 38.

——si uenerit, Ne istum ecastor hodie astis confertum fallacijs.

Astu] apud poetas astutiam significat, cuius origo ex Græco oppido ἄστυ deducitur: in quo qui conuersati assiduè sunt, cauti atq; acuti esse uidentur. Hæc Festus. Terent. Eunuch. Quod si astu rem tractauit. Vbi Donatus, Astu, pro Astutè, modò aduerbium est: aliàs nomen. Vt, An in Astu uenit? Vide Astu pro Vrbe. Vide etiã paulò pòst, Astus, huius astus.

Astupeo] astupes, pen. corr. astupui (ἐκπλαγῶμαι, ἐκπλήσσω) astupere, Est ad rem uel auditã uel uisam obstupescere. Stat. 2. Theb. 3. ubi Mercurius umbram Laij ad superos educit,

Tum steriles luci, possessaq; manibus arua,
Et ferrugineum nemus astupet: ipsaq; tellus
Miratur. Idem lib. 3. 81, Astupet oranti.

Astur] huius asturis, pen. corr. masc. gen. Auis prædatitia, uulgo nota. Vide Falco.

Astur] siue Asturia (ἀστουρία) Ciuitas Hispaniæ, in qua Asturcones equi gignuntur. Sunt & in ea aurifodinæ multæ. Vide Ptolemæum li. 2. cap. 6.

Astur, huius Asturis, pen. corr. (ἄστουρος) adiectiuum: ut, Astur equus, qui est de Asture oppido. Mart. lib. 14. 204. Sil. lib. 3. 68. dicit Astures Callæcis proximos, originem habuisse ab Astyre Memnonis armigero, post domini mortem eò profecto.

Auarus Astur. Sil. lib. 1. 47.

Astur belliger. Sil lib. 12. 150.

Pallidus Astur. Claudian. epigram. 22. 15.

Asturicus, pen. corr. aliud adiectiuum (ἀστουρικὸς) ut, Asturica gens. Sil. lib. 16. 117.

Astura] ἄστυρα, Flumen Latij, & insula in fluuij ostio. Plin. lib. 3. cap. 5, Antium colonia, flumen Astura & insula. Et li. 33, Tenuit & nostra memoria nauem Caij principis ab Astura Antium nauigãtis. Ab aliquibus Stura dicitur: unde Festus, Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam uocant.

Asturica] Augusta (ἀστόυρικα αὐγοῦστα) Hispaniæ Tarraconẽsis urbs Ptolemæo. Astorga uulgò. Olim Roma.

Asturco] asturconis (ἀσυδρομος) Equus ab Asturia oppido Hispaniæ. Plin. lib. 8. cap. 42. 12, In eadẽ Hispania, Gallaica gens & Asturica, equini generis, quos thieldones uocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt: quibus nõ uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurũ explicatu glomeratio: unde equis tolutim carpere incursus traditur arte.

Astus] huius Astus, masc. gener. (πανουργία) Idem quod astu siue astutia. Ab ἄστυ, oppido: ut dictum est in Astu.

Astus belli. Sil. lib. 16. 7,

Non ars, aut astus belli, uel dextera deerat.

Prouidus astu. Stat. 1. Achil. 210.

Acris astus. Valer. 2. Argonaut. 111.

Callidi astus. Seneca in Troad. 6. 23.

Astu carere. Quint. lib. 9.

Exuberans astu. Sil. lib. 1. 12. de Hannibale.

Astus adiungere ferro, Est arte dimicare. Sil. lib. 6. 62.

Exuere astus. Sil. lib. 7. 150,

Tuq; dolos Pœne, atq; astus tandem exue nos.

Versare dolos astu. Virg. 11. Aeneid. 141. Astu, id est, malitia ait Seruius.

Astutus, adiect. pen. prod. (πανοῦργος) Callidus, uersutus. Seruius, Propriè astutos malitiosos uocamus. Cicer. 3. Off. 74.

Certè

Digitized by Google

Certè nõ aperti, non simplicis, non ingenui, nõ iusti, non uiri boni: sed uersuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uasri. Hor. 2. Serm. Saty. 3. 13.

—— bene sano
Ac nõ incauto, fictũ, astutũq; uocamus. Ci. pro Muren. 7, Hominis esset & astuti & ingrati.

Astutior fallacia. Plaut. Cas. 21. 6, Nec fallaciam astutiorem ullus fecit poeta.

Astuta uulpes. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 37.

Astutia (πανουργία, περιδεισύνη) Calliditas, malitia. Cicer. 3. Off. 89, Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Terẽt. Eunuc. 4. 4. 2,

—— nunc opus est tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atq; astutia. Vbi Donatus, Astutia, ad agendum strenuè quæ imperet.

Hem astutias. Terent. And. 3. 4. 25. Vbi Donatus, Bona ironia, pluraliter dixit astutias, quasi is qui abundat astutijs, ut ei una non sufficeret.

Instituere astutiam. Vide Instituo.

Astutè, aduerb. (πανούργως) Callidè, uersutè. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2. 4, Nihil tamen nec temere dicere, nec astutè reticere debeo. Terent. And. 1. 2. 12. Astutè.

Astusapes] Alter ex Nili alueis, qui à dextra parte est. Vide de Astaboras.

Astyages] penult. corr. (ἀστυάγης) Cyaxaris Medorum regis filius & Mandanæ pater, ultimus Assyriorum & Medorũ rex. De quo apud Græcos Herod. li. 1. & Iustinus scripsere.

Astyages item alius, unus ex illis qui à Perseo uisa Gorgone in marmora mutati fuerunt. Ouid. 5. Metam.

Dum stupet Astyages, naturam traxit eandem,
Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.

Astyalus] ἀστύαλος, Vir fuit Troianus, à Neoptolemo interemptus, ut scribit Homer. lib. 6. Iliad.

Astyanassa] ἀστιάνασσα, Helenes Menelai uxoris ancilla lasciuissima, dominamq; prorsus se dignam nacta, quæ prima de uarijs concubitus modis librũ conscripsit: cuius exemplũ postea imitatæ Philenis & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Author Suidas.

Astyanax] pen. cor. huius Astyanactis (ἀστυάναξ) quasi urbis princeps, appellatus autem proprio nomine Scamandrus, Hectoris filius ex Andromacha: qui à matre absonditus, ab Vlysse repertus, ac de alta turri præceps est datus. Ouid. 13. Metam. 84, Mittitur Astyanax illis de turribus, &c.

Astyanacta, accusatiuus. Virg. 2. Aeneid. 41.

Astyanactis genitiuus. Virg. 3. Aeneid 43,

O mihi sola mei super Astyanactis imago?

Astycratia] ἀστυκράτεια, Filia Aeoli, teste Hom. Odyss. lib. 10.

Astydamas] ἀστυδάμας, Athenienſis, & filius eiusdem nominis, ambo Tragici poetæ fuerunt: pater etiam summus philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

Astydamia] ἀστυδάμεια, Ormeni filia, quam Hercules patre prius occiso rapuit. Ouidius,

Nec referam partus Ormeni nympha tuos.

Astylis] astylidis (ἀστυλὶς) lactucæ latioris genus sine caule, quæ ob insignem frigiditatem Veneri maximè creditur resistere: unde & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis est appellatum. Ruell. lib. 1. cap. 20.

Astylus] ἄστυλος, unus fuit ex Centauris: & quoniam augurio ualebat, futura prænoscens, fratres monuerat ne bellum aduersus Lapithas assumerent: sed exorto in nuptijs bello, ipse sibi timens, unà cum Nesso Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ouid. 12. Metam.

Astylus ille etiam metuenti uulnera Nesso,
Ne fuge, ad Herculeos, inquit, seruaberis arcus.

Astylus (ἄστυλος) Crotoniata, tribus Olympicis continuis uicit, stadio, diaulo, & dolicho.

Astymedusa] ἀστυμέδουσα, Oedipi fuit uxor (hanc enim repudiata matre, quã prius matrimonio sibi coniunxerat, sed incognitam, in uxorem duxit) quæ ut liberis prioris cõiugis infensum parentem faceret, apud patrem eos accusauit, tanquam qui se de stupro appellassent. Quapropter Oedipus iratus, regnum cruentum reliquit.

Astynome] pen. cor. Filia fuit Chryſæ, quam Homerus Chryseida nuncupat: sicuti Briseida idem author uocat, quæ fuerit Hippodamia. Erant uerò Bryses & Chryses fratres, ex quibus Brises Pedasum incoluit, Chrysam uerò Chryses, quorum pater fuit Ardys. Cæl. lib. 24. cap. 5.

Astynomici] ἀστυνομικοὶ, dicuntur Papiniano ædiles, quòd curam urbis, uiarum & ædificiorum gererent. l. unica. D. de uia public. & si quid in ea factum esse dicat.

Astynous] ἀστύνοος, Princeps quidam Troianus, quem Diomedes in bello Troiano interfecit, ut scribit Homerus, libro 5. Iliad.

Astyochia] pen. prod. (ἀστυόχεια) Actoris filia fuit: quæ quũ sola in cœnaculum ascendisset, à Marte compressa creditur. Fuit & altera eiusdem nominis, quàm Hercules rapuit. de qua Homerus in Catalogo nauium.

Astypalæa] ἀστυπάλαια, insula est una è Cycladibus, Plinio lib. 4 ca. 12. 22. Ouid. 2. de Arte amandi, 17,

Dextra Lebynthos erat, syluisq; umbrosa Pachynne,
Cinctaq; piscosis Astypalæa uadis.

Astypalæa, Coorum fuit urbs antiquitus. Strabo lib. 14.

Astypalæius (ἀστυπαλαιεύς) adiect. sex syllabarum. Oui. 7. Metam. 97, Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypalæia regna.

Astypalienses] ἀστυπολιεῖς, Populi, de quibus sic Strabo libro 13, Astypalienses itaque qui Rhætium tenuerunt, primi oppidum iuxta Simoentem habitauere, quod nunc Polisma nominatur, in loco non ualde idoneo: quapropter citò euersum est. Hæc ille.

Astyr] Vide Astur.

Astyra] ἄστυρα, Vicus fuit in regione Troiana, & lucus ipsius Dianæ. Strabo lib. 13, Fuit & uicus proximus Adramyttio, ut ait idem. Fuit & urbs Phœnices circa Rhodum, in qua colebatur Minerua & Astyris. Est & Bœotiæ ad Potnias, ut Charax scribit in secundo. Est & regio Italiæ, cuius gentile Astyrenus, à qua Dianæ Astyrenes templum.

Astyrena Diana] ἀστυρηνὶν, ἄρτεμις, Nuncupata fuit, ab Astyra uico in regione Troiana, ut Straboni placet, li. 13. Stephan. tamen uidetur ab Astyro Italiæ deducere: & Minerua Astyrida, à Phœniciæ ciuitate circa Rhodum.

Astuestus] ἀσβέστος, Latinè Inextinguibilis: & nomen lapidis est ferrei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, ut non possit extingui. De hoc Plin. lib. 37. cap. 10.

Astuestinum] lignum. Vide Asbestinum.

Asura] ἄσυρα, Oppidum est proxime Philiscum, ad Euphratem, à quo Seleuciam decem dierum est nauigatio. Plin. lib. 5. cap. 26.

Asus] ἄσος Stephano, siue (ut apud Plin. legitur) Asum, oppidum est Cretæ insulæ Mediterraneum, de quo Plin. libro 4. cap. 12.

Asychis] ἀσυχὶς, Aegyptiorum rex post Mycerinum, cuius opus fuit lateritia pyramis apud Memphim. Herod. li. 2.

Asyla] pen. prod. herba est, qua sibi pecora medentur, si quando anagallidem fœminã imprudẽter gustauerint. Latini Ferum oculum appellant. Plin. lib. 26. cap. 13.

Asylas] pen. prod. (ἀσύλας) Troprium uatis cuiusdam nomẽ apud Virg. Aen. 10,

Digitized by Google

Tertius ille hominum, diuûmq; interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent,
Et linguæ uolucrum, & præsagi fulminis ignes.

Asylum] asyli, pen. prod. (ἄσυλον) Seruius, Postquam Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorũ, quos auus afflixerat Athenis, sibi primi asylum, hoc est, templum misericordiæ collocauerunt: unde nullus posset abduci: quod etiam Statius dicit: ut, Herculeos fama est fundasse nepotes. Cic. 3. Verr. 59, Nuper M. Aurelio Scauro postulãte, quod is Ephesi se quæstorem ui prohibitum esse dicebat, quo minus è fano Dianæ seruum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Pericles Ephesius, &c. Strabo lib. 5. de Collatinis, Antennis, Fidenatibus, & Lauinienſibus, Orta igitur inter eos seditione, inter ædificanda mœnia, Remum occisum fuisse traditur. Vrbe deinde condita, Romulus mortales conuenas aggregat, sacrum quendam locum aperiens, inter collem & Capitolium, quò perfugientes finitimos ciuitate donatos designat. Liu. 5. bel. Maced. 196, Templum est Apollinis Delium imminens mari: quinq; millia passuum à Tanagra abest, minus quatuor millium inde in proxima Euboeæ est mari traiectus. Vbi & in fano lucoq;, ea religione & eo iure sancto quo sunt templa, quæ asyla Græci appellant: & nondum aut indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinem usquam factum audissent: quũ per magnum otium milites, alij ad spectaculũ templi lucique uersi, alij in littore inermes uagarentur, &c. Virgil. 8. Aeneid. 28,

Hinc lucũ ingentẽ, quem Romulus acer asylũ Rettulit.

Asylus, Statua ad quam confugientibus ius erat asyliæ. Eiusmodi statuam scribit Philostratus fuisse Tyberij. Budæus.

Asylum, intemeratum interpretatur, quòd locus esset, à quo neminem per uim extrahere licebat.

Asyli ius firmare. Tacitus lib. 4, Vetustum asyli ius, ut firmarentur petentibus.

Asylia, pen. corr. (ἀσυλία) ab asylo dicta, dicitur pro eo iure libertatis & ueniæ, quod quis apud aras consequitur: quam Impunitatem ecclesiæ uulgò uocant. Aedem igitur asy ã, uel ut Græci loquuntur, asylon dicere possumus: & simulacrũ asylon, id est, in qua, uel ad quod ius est asyliæ confugientibus. Budæus in Annot. prioribus.

Asymbolus] pen. cor. (ἀσύμβολος) adiectiuum, Qui immunis abit è conuiuio, hoc est, non persoluto symbolo: quem scotum uulgò dicimus, uel partem conuiuij. Terent. Phor. 2. 2. 25, Tène asymbolum uenire unctum atq; lautum è balneis, &c Vbi Donatus, Hoc nomen constat inter parasitos confictum, atque compositum esse: contrà illud in Andria, Symbolum dedit, cœnauit.

Asyndeton] siue Asyntheton, pen. corr. (ἀσύνδετον) Figura orationis, qua Poetæ & Oratores nonnunquam utuntur. Latinè dici potest incompositum. Diomedes lib. 2, Asyntheton est, quum aliqua incompositè & simpliciter proferuntur: ut, Veni, uidi, uici. Hæc ab alijs dialyton dicitur. Iulius Rufinianus, Asyntheton est, uel dialyton quum oratio nulla coniunctione connexa, uelut solutæ sententiæ regulã seruat: ut, Consiliunt, partim galea clypeoq; resultant. Latinè dicitur dissolutio uel inconnexio. Asyntheton autem modò per singula uerba fit. Teren. Adel. 3. 4. 24, Persuasit nox, amor, uinum, adolescentia. Vbi donatus, Hæc inferuntur ἀσυνθέτως, ut multa uideantur. Modò per plura uerba, & per ea quæ Græci uocant cola. Terent. Phorm. 1. 2. 85, Persuasit homini, factum est, uentum est, uincimur, Duxit.

Asystaton] pen corr. (ἀσύστατον) Inconsistens, uel parum sibi constãs. Refertur inter uitia orationis, simile ei quod appellant ὑσυλόμενον. Fit autem quoties eiusmodi res proponitur, ut ne possit quidem esse quod fingitur. Erasmus.

A T

At] ἀλλὰ, Coniunctio discretiua. Terent. And. 5. 4. 38, At mihi unus scrupulus etiã restat, qui me malè habet. Vbi Donatus, At, discretiuum est superiorum dictorum.

At, principium increpationi aptum. Terent. And. 4. 1. 42, At, tibi dignum factis exitium diunt. Cic. 7. Verr. 59, At quem admodum se induit priore actione.

At, Sed. Cic. 4. Acad. 103, Non cognoscebantur foris, at domi non ab alienis, at à suis.

At, differentiam rerum significat: ut quum dicimus, Scipio est bellator, at Marcus Cato Orator. Festus.

At, Tamen, uerùm tamen. Terent. And. 4. 1. 55. Parum succedit quod ago, at facio sedulò. Plaut. Persa, 5. 4.

At, utimur quando cum admiratione laudamus, uel uituperamus interrogantes. Terent. Eun. 3. 5. 41,

Per impudentem fucum factum mulieri,
At quem deũ? qui, &c. Ci. Pæto, 9. 20. 2, Habuisses enim nõ hospitem, sed contubernalem: at quẽ uirum? non eum quẽ tu es solitus promulside conficere.

At, Quum quid oramus. Ci. pro Domo sua, 88, At uidete hominis intolerabilem audaciam.

At, Quum simpliciter interrogamus. Cic. in Verrem, At per deos immortales quid est quod de hoc dici possit?

At, Quum quid obijcimus, statimq; obiectioni respondemus. Cicer. 4. Verr. 139, At mores cõmodi. quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hæc sine cuiusquã malo. q acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam fuit?

At, pro saltem. Cato de re Rust. Si non eodem die, at postridie. Idem 2. de Orat. 37.

At, pro At uerò. Cic. 1. Off. 51, Parta autem uictoria conseruandi sunt ij qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt, ut maiores nostri Tusculanos, Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatem etiam acceperunt: at Carthaginẽ, & Numantiam funditus sustulerunt.

At certè, interpositis alijs uerbis inter At & Certè. Ci. pro Marcello, 14, Itaq; illam tuam præclarissimam & sapientissimã uocem inultus audiui, satis te diu uel naturæ uixisse, uel gloriæ. Satis, si ita uis, naturæ fortasse: addo etiam si placet, gloriæ. at quod maximum est, patriæ certè parum.

At enim. Plaut Pseud. 7. 125, At enim scin' quid mihi in mentem uenit? Terent. Heau. 4. 3. 21, At enim istuc nihil est magis Syre meis nuptijs aduersum. Cic. pro Lege Manilia, 35, At enim uir clarissimus Reip. & uestris beneficijs amplissimis affectus, Quin. Catulus, &c. Idem 2. de Fin. 125. Liu. 8. bel. Maced. 209, At enim sunt hæc ita? uerum etiam Delphos quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliauerunt, &c.

At etiam, Indignantis. Terent. Eun. 5. 7. 10, At etiã primo callidum & disertum credidi hominem. Cic. in Philipp. At etiam misericordiam captabas.

At iam. Plaut. Trin. 17. 61, At iam posthac temperabo. CH. dicis, si facies modò. Terent. And. 4. 1. 58, Faciam. PAM. at iam hoc opus est.

At ita. Terent. Adel. 2. 1. 7, Leno ego sum. AE. scio. s. at ita ut usquam fuit fide quisquam optima.

At hercule. Plin. lib. 12. cap. 14. 7, At hercule Alexandriæ ubi thura interpollantur. Liu. At hercule in ea controuersia quæ de Argis est.

At nunc. Terent. And. 1. 2. 7,

Nunquam cuiquam nostrum uerbum fecit, neq; id egrè tulit. s. At nunc faciet: neq;, ut opinor, sine tuo magno malo.
— at postquam id euenit, cedò,
Nunquid circunspexti? Terent. Adelph. 4. 5. 54.

At nos

Digitized by Google

At nos quemadmodum est complexus? Cassium sibi legauit, etc. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 23.

At tamen, duæ dictiones, uel Attamen, unica dictio. Terēt. And. 5. 3. 22,

— ego audiam? quid ego audiam,
Chreme? CH. *at tamē dicat sine.* Et 4. 1. 12, *At tamē ubi fides est, Si roges, nihil pudet.* Pro, *Sed tamē, uel, Sed si tamen.* Cicer. 3. de Fin. 75, *Sed quanquam negent nec uirtutes, nec uitia crescere, attamen utrunq; eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant.* Legitur in quibusdam exemplaribus Et tamen.

At tamen, interpositis aliquot dictionib. Terent. Eun. 5. 2. 72,

— nam si ego digna hac contumelia
Sū maximè, *at tu indignus qui faceres tamē.* Ci. de Senec. 60, *At morositas tamen, & ea quæ dixi uitia, habent aliquid excusationis.* Cic. 3. de Orat. 9.

At uerò, pro autem. Cic. 1. de Orat. 20, *At uerò filij eius diserti, &c.* Idem ad Pætum, libr. 9. 22. 6, *At uerò Piso ille frugi in Annalibus suis queritur, &c.*

At ut Terent. Adelph. 2. 4. 16,

— reddetur, ne time.
SA. *At ut omne reddat.* Idem Heaut. 4. 1. 4.

Atat] Interiectio ex improuiso aliquid deprehendentis, authore Linacro. Terent. And. 1. 1. 98,

— atat, hoc illud est,
Hinc illæ lachrymæ, hæc illa est misericordia.

Atat, admirantis, conterriti item & conturbati Interiectio, authore Donato. Terent. Eun. 2. 1. 22,

Atat hic quidem est parasitus Gnato
Militis: ducit secum unà uirginem huic dono.

Atat, interiectio paulatim percepti atq; intellecti mali. Terent. Eun. 4. 5. 1, Atat data hercle uerba mihi sunt: uicit uirum

Atat, interiectio formidantis. Terēt. Eun. 4. 6. 17, (*quod bibi.*
C. Militem secum ad te quantas copias adduceres?
Atat. T. *num formidolosus obsecro es, mi homo?*

Ata] *atæ, siue* Ate, Ates (ἄτη) Latinè dici potest noxa, detrimētum, nocumentum. Hanc existimauit Homerus esse dæmonē humano generi noxium. In libro siquidem Iliados 9. Grassatur (inquit) Ate per uniuersam terram hominibus infesta. Hanc eandem author est Suidas dæmonem esse humano generi infensum, et aduersarium, qui diabolus dicitur. *sic enim ait,* ἄτη ὁ διάβολος ὁ αὐτιπέμενος. Eius lapsum è cœlo Homerus li. 19. Iliados describit. De ea Bessario sic meminit, li. 3. *in calumniatorem* Platonis, Luciferum uerò (inquit) *sua culpa eiectum in terram, execrandumq;, illi quoq; didicerāt ab* Homero *suo Theologo, qui siue beneficio quodā naturæ, siue* Moysis *prophetæ scriptis carmine suo exposuerat lapsum Luciferi, quam ille Aten appellat.* Budæus.

Atabuli] ἀταβῦλοι, Aethiopiæ populi, quorum meminit Pl. lib. 6. cap. 30.

Atabulus] pen. cor. uentus in Apulia feruentissimus. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 16,

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus. Plin. lib. 17. ca. 24. 1, *Vel flatus alicuius regionis proprius, ut est in Apulia* Atabulus, ἀτάβυλος.

Atabyria] Atabyriæ (ἀταβυρία) unū ex uetustis insulæ Rhodi nominib. ductū ab Atabyro rege, ut Plin. placet, li. 5. c. 31. *siue (ut alij malūt) ab* Atabyri, *editissimo totius insulæ mōte.*

Atabyris] ἀτάβυρις, Mons est editissimus totius Rhodi insulæ, Ioui Atabyrio sacer. Strab. lib. 14.

Atabyrius Iupiter (ἀταβύριος Ζεύς) uocatus à monte Rhodi Atabyro, ut ait Stephanus: uel Atabyri, ut Strabo. Lactantius Firmian. lib. 1, non à monte Ioue Atabyrium nuncupatum prodit, sed ab Atabyrio hospite, & adiutore bellorum, sicut & Labradæus.

Atacini] pen. prod. (ἀτακῖνοι) Populi Narbonensis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonē Martium fluit, à quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pomponius lib. 2. & Hermol. in Plinium.

Atagen] Vide Attagen.

Atalanta] Atalantæ (ἀταλαύλη) Fons est in portu Cyphantarum: dictus quòd ibi uenatrix fœmina siti & æstu languida consederit, & petra uenabulo eius percussa lutice præbuerit. Pausan. in Pelopon.

Atalanta] ἀταλάντη, uirgo uenatrix in Arcadia, filia Iasij. Hæc cum proceribus uenit ad occidendum aprum deuastantem Aetolium, quem etiam ipsa prima uulnerauit. Quare à Meleagro filio regis Aetoliæ ardenter est adamata, ut tradit Ouid. lib. 4. Epistolarū. Fuit & altera Atalāta, filia Cenei regis, in Scyro insula, cursu nobilis, & poetis cantatissima, cuius omnem fabulam Ouid. refert lib. Metam. 10.

Atalanta Mænalia. Ouid. 4. Epist. 20,

Arsit & Oenides in Mænalia Atalanta. Oenidem uocat Meleagrum.

Atalanteus, adiectiuum (ἀταλαντεῖος) Stat. 4. Theb. 62,

Iamq; Atalanteas implerat nuncius aures.

Atalante] Atalantes (ἀταλάντη) exigua est insula Eubœæ aduacēs, è regione Opuntiorū, cuius meminit Thucydid. li. 2.

Atanuuium] uel Atauium, Est poculi fictilis genus, quo in sacrificijs Romani utebantur sacerdotes Potitij. Festus.

Atargata] apud Strabonem li. 16, deæ cuiusdam nomen est, quæ apud Assyrios colebatur. Ab alijs Atergatis dicitur.

Atarna] ἄταρνα, Stephano, urbs fuit in ora Mysiæ, è regione Lesbi.

Atarnes] ἀταρνὸς, Darij Persarum regis frater, filius Hystaspis, cuius filiam unicam nomine Phratagunam, Darius uxorem duxit. Hero. li. 7.

Atarnites] Atarnæ tyrannus, de quo Ouid. in Ibin,

Aut ut Atarnites insutus pelle iuuenci,
Turpiter ad dominum præda ferare tuum. Quidam Acharnides legunt, sed Turnebus sic emendat, & de Atarnæ tyranno intelligit, Aristotelis necessario & perbaro.

Atarnus] ἀταρνὸς, fluuius est Italiæ, in ora Pherentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plinius lib. 3. cap. 12. & 13.

Atat] Vide At.

Ataulphus] Gothorum rex fuit, qui Roma debellata, eò uesaniæ processit, ut, quemadmodum Cæsares, sic in posterum Romanos principes Ataulphos cognominari destinarit: à quo instituto, sicut à plurib. alijs, postea desitum est. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2.

Atauri] Boues uocabantur in Epiro, intactæ uenere, ut incrementum ampliter caperent, quasi Setauras dicas. Cæl. lib. 6. capit. 7.

Atauus] ataui, pen. cor. m. g. (Ἀτταττᾶ) Abaui uel abauiæ pater. Sic enim maiores gradatim ascendēdo enumeramus, Auus, proauus, abauus, atauus, tritauus. Festus, Atauus, quia ata (uel tata) est aui, id est, pater, ut pueri usurpare solēt. Terent. Phorm. 2. 3. 47,

— primus esses memoriter
Progeniem uestram usq; ab auo, atque atauo proferens.
Cic. pro Celio, 25, Non patrem tuum uideras? nō patruum, non auum, proauum, atauum audieras Consules fuisse?

Auis atauisq; potens. Virg. 7. Aeneid. 12. de Turno.

Ataui, proauiq; Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 4,

Euocat antiquis proauos, atauosq; sepulcris.

Atax] huius Atacis, pen. cor. (ἄταξ) Iarus fluuius prouinciæ Narbo-

Digitized by Google

Narbonenſis. Lucan. lib. 1,

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

Atax pro ipſis populis Atacem accolentibus accipitur à Tibullo, li. 1. eleg. 7. 1, Quẽ tremeret fortì milite uictus Atax,

Ate] Vide Ata.

Ateas] ἀτέας, Nomadum regis nomen, qui aduerſus Philippum Amyntæ filium bellum geſſit. Strabo lib. 7.

Atechnia] pen. corr. (ἀτεχνία) Ruditas, imperitia. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Atella] Vide Attella.

Ater] Mons in regione Cyrenaica. Plin. lib. 5. cap. 5. Item Cydamum è regione Sabratæ. Ab his mons longo ſpacio in occaſum ab ortu tendit, Ater noſtris dictus à natura, adusto ſimilis, aut ſolis repercuſſu accenſo.

Ater] adiectiuum (μέλας, αὐθρακίας) Quod refert colorem carbonũ. Plin. li. 30. cap. 2. 3, Pecudes uerò, quibus non niſi ater colos eſſet. Idem li. 11. ca. 37. 43. Terent. Adel. 5. 3. 64,

Tam excoctam reddam, atq; atram, quàm carbo eſt.

Albus an ater ſis neſcio. Vide Albus.

Alba & atra diſcernere non poterat Democritus, laminibus amiſſis. Cic. 5. Tuſcul. 159.

Atrum agmen, Pulueris nube coopertum. Virg. 12. Aeneid.

Atra bilis. Ci. 3. Tuſcul. 18, Hanc enim inſaniam, quæ iuncta ſtultitiæ patet latius, à furore diſiungimus. Græci uolũt illi quidem, ſed parum ualent uerbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi uocant. Quaſi uerò atra bili ſolum mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore uel dolore mouea-tur. Feſtus, Atra bilis, ab atro, id eſt, animi uitio dicta. Eſt enim atrum, nigrum: id eſt, à candore remotum.

Caligo atra. Virg. 11. Aeneid. 176.

Ater calculus. Ouid. 15. Metam. 9.

Lapilli atri, quibus Niuei opponuntur. Ouid. 15. Metam. 9,

Mos erat antiquis, niueis atriſq; lapillis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.

Color ater. Ouid. 4. Metam. 33.

Cruor ater. Horat. Epod. 17. 7.

Cupreſſus atra. Virg. 3. Aeneid. 13. Id eſt nigra, funeſta. nam inferis conſecrata eſt, quia cæſa nunquã reuireſcit. Hæc Serui.

Curæ atræ. Horat. 3. Carm. 14. 3.

Dies atra. Funeſta. Virg. 6. Aeneid. 86.

Atri dies. Gell. lib. 5. ca. 17, Verrius Flaccus in quarto de Verborum ſignificatione, dies qui ſunt poſtridie Calendas, Nonas, Idus, quos uulgus imperitè nefaſtos dicit, propter hanc cauſam atros dictos habitosq; eſſe ſcribit. Hinc ater lapillus, quo nefaſti dies ſignabantur. Ouid.

Vltima neq; dies atro ſignanda lapillo. Et atrati dicti, quos pullatos Cic. uocat.

Erinnyes atræ. Ouid. epiſt. 11. 21.

Fames atra. Claud. 4. Paneg. 65.

Fila Parcarum atra. Horat. 2. Carm. ode 3. 3.

Fluctus atri. Virg. 5. Aeneid. 1.

Formido atra. Virg. li. 12. Aeneid. 68.

Atrum olus. Colum. li. 12. cap. 7. 1.

Homo ater. Catul. 88. 1.

Hyems atra. Virg. 7. Aeneid. 43.

Ingluuies atra, Fœda. Virg. 3. Georg. 85.

Luctus ater. Seneca in Hercul. fur. 9. 16.

Mare atrum, id eſt, Turbidum. Horat. 1. Epiſt. 7. 2.

Atrum nemus. Virg. 1. Aeneid. 18,

Horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Vbi Seruius, Tropus eſt, per atrum, nigrum oſtendit: per nigrum, umbroſum: per umbroſum, denſum: id eſt, frondibus plenum.

Nox atra. Virg. 1. Aeneid. 19.

Atræ nubes, Altæ. Virg. 10. Aeneid. 19. Seruius. Niſi potius atras nubes pro prægnantibus & ſpiſſis ac denſis accipias.

Ater odor. Virg. 3. Aeneid. Voluitur ater odor. Vbi Seruius, Ater odor, nouè: nam in odore quis color eſt? ſed hoc dicit, Odor ater, fumi ſcilicet. Ater odor, id eſt, Peſſimus: ut, Fumoq; impleuit amaro.

Ater panis. Terent. Eun. 5. 4. 17, Quo pacto ex iure heſterno panem atrum uorent. Vbi Donatus, Panem atrum, hoc eſt, ut quidam uolunt, ex antiquitate mucidum. quaſi dicat, Panem mucidum heſterno iure accipientes deglutiunt.

Ater ſanguis, pro ſanie. Virg. 3. Aeneid.

Viſceribus miſerorum, & ſanguine ueſcitur atro. Seruius. Cic. 1. Tuſcul. 172.

Atra ſeges, Fertilis. Virg. 7. Aeneid. 45.

Signa atra, Indicium triſte futuri mali. Stat. 1. Achil. 1.

Atræ ſpeluncæ. Virg. 1. Aeneid. 15.

Tempeſtas atra. Virg. 5. Aeneid. 138.

Tigris atra, Sæua. Virg. 4. Georg. 82. Seruius.

Atrum uenenum. Virg. 2. Aeneid. 24. Vbi Seruius, Atrum uenenum, ut pallida mors, triſtis ſenectus.

Atrum uinũ. Plau. Menæch. 20. 17. Albũ an atrum uinũ potat

Atratus, pen. prod. adiect. (μελανείμων) ut, Atratus fluuius, atro colore tinctus. Cic. 4. de Diuin. 159, Quid, quòd fluuius atratus ſanguine fluxit?

Atratus, Veſte lugubri indutus. Cic. in Vatinium, 23.

Atricolor atricoloris adiectiuum, quod atrum habet colorem. Plin. lib. 7. cap. 2, Alios iuuenes atq; pueros, atricolores, aligeros, claudos, &c.

Atritas, pen. corr. atritatis, Denominatiuũ. Plaut. Pœn. 19. 10,

Ita replebo atritate, ut atrior multo ſiet
Quàm Aegyptij. Feſtus, Atritas, Atri coloris. Inuſitatum.

Atror, atroris (μελανία) pro Atritate. Gel. lib. 2. cap. 26, Rubidus autem eſt, ruſus, atrore nigroreq; multo miſtus.

Atramẽtum (μελανηρία) Ab atro colore deducitur: cuius duo genera ſunt: atramentum ſcriptorium, quod & librarium dicitur, & à tectorijs, tectorium, quo in ſcribendo ac pingendo utimur: & atramentum ſutorium, quod inficiendis pellibus ſutores uſurpant. Hæc Sipontinus.

Atramentum ſcriptorium, ſiue librarium (μέλαν) Ci. ad Quin. fratrem, li. 2. 16. 6, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Vitruuius lib. 7. ca. 10, Quæ circa parietem & cameræ curuaturam adhæreſcit, inde collecta partim componitur ex gummi ſubacto ad uſum atramenti librarij: reliqua tectores glutinum admiſcentes in parietibus utuntur. Horat. 2. Epiſt. 1. 48.

Atramentum ſutorium (χάλκανθον) Plin. lib. 20. cap. 12. 5, Verrucas miſto atramento ſutorio tollit. Celſ. lib. 6. capit. 8. Cic. ad Pætum, lib. 9. epiſt. 21. 10, Iam pater eius accuſatus à M. Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur. Id eſt, iudicium corruptela, non citra infamiam. Eſt enim eiuſmodi ſutorium atramentum, ut neq; magnopere atram imprimat notam, neq; nullam tamen illinat maculam. Plin. lib. 34. ca. 12. 8, Græci cognationem eius fecerunt nomine & atramento ſutorio. appellant enim Chalcanthum.

Atramentum pro ſanguine ex ſepijs. Plinius lib. 9. capit. 19. 1, Cicer. 2. de Natur. deorum, 190, Atramenti effuſione ſepiæ ſe tutantur.

Atramentarium (μελαν. δοχεῖον) Vaſculum quod atramentum continet. Valla.

Ateramna] ἀτέραμνα, A Theophraſto appellantur legumina coctu contumacia: cuiuſmodi Plato ea eſſe tradidit, quæ per boum cornua ſerendo in terram ceciderũt. Græcis enim ἀτέραμνος idẽ eſt, quod Incoctilis & indomitus. Vide Ruel. li. 2. ca. 38. & Gal. li. De cib. bon. & mal. ſuc.

Ateramnos] ἀτέραμνος, Herba. Plin. lib. 17. cap. 17, Circa Philippos

Digitized by Google

Philippos ateramnon nominãt, in pingui ſolo herbam, qua ſuba necatur: teramnon, qua in macro, quum udam quidam uentus afflauit.

Atergatis] pen.corr. (ἀτεργατὶς) Dea eſt Sidoniorum, quæ & Athara, & Derceto, & Dagon appellata eſt. Vide in dictione Derceto.

Aterina] lex, qua conſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris centeni: quo tempore mulcta dicebatur à magiſtratibus pecoris & armenti. Gell. li. 11. cap. 1. Alij Ateriã uocant. Vide Hotoman.

Aterius] orator. Vide Acherius.

Aternus] Fluuius Italiæ inter Ferentanos. Author Plin. Nũc uulgò dicitur Peſcaria fluuius. Oliuar. in Melam.

Ateſis] Vide Atheſis.

Ateſte] ἀτέſτη, ciuitas regionis Venetæ, ut tradit Plin.

Athamanes] pen.pro. (ἀθάμανες) Populi ſunt Aetoliæ, de quibus Plin. li. 4. ca. 2.

Athamas] penu.cor. Athamantis (ἀθάμας) Aeoli filius, pater Phryxi & Helles, poetarum carminibus notiſsimus. Vide infrà, in dictione Ino.

Athamas, Mons in Phthiotide. Plin. li. 4. cap. 8.

Athamantis, genitiuus. Ouid. 4. Metam. 84.

Athamanta, accuſatiuus. Ouid. 4. Metam. 94,

—— Athamanta ſuperbum
Regia diues habet.

Athamas infelix. Stat. 1. Theb. 3.

Toruus Athamas. Stat. 2. Sylu. 1. 29.

Athamanteus, adiectiuum (ἀθαμάντειος) Oui. 4. Met. 100.

Athamanticum Meu. Plin. lib. 20. cap. 23.

Athamantis, Athamantidos, fœmininum (ἀθαμαντὶς) Ino, uel Leucothea. Propert. 1. eleg. 19. 4,

Et iam præteritis labentem Athamantidos undis
Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem.

De Argo naui intelligit. Vndas autem Athamantidos, Ionium mare intelligit, quoniam in illud Ino cum Melicerta puero ex altiſsimo ſcopulo præcipitem ſe dedit, & à Neptuno in deos mutati, hic Palæmon, illa Leucothea appellata poſtmodum fuit.

Athanaſius] ἀθανάſιος, præſul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis præſule, olim diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpeſſus inſidias, ad Conſtantem Galliarum principem aufugit. De quo plura apud Volaterranum.

Athanatos] ἀθανάτος, Latinè dicitur Immortalis, quod nomen Deo Opt. Max. conuenit.

Athanatus] uir prodigioſæ fortitudinis, de quo ſic Plin. li. 7. capit. 20, Nos quoq; uidimus Athanatum nomine, prodigioſæ oſtentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurniſq; quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi.

Athara] Vide Atergatis.

Athara] ἄθαρα, Medicamentum ex olyra, ſiue ſiligine, infantibus utiliſsimum, quo tamen & adultos illinunt. Vide Plinium lib. 22. cap. 25. Dioſcor. ἄθηραν uocat, lib. 2. cap. 85. Vocat & Galen lib. 1. de Alim. facult.

Atharrhabite] præfectura (ἀθαρραβίτης) una eſt ex Aegypti præfecturis: de qua uide Plin. li. 5. cap. 9.

Athena] ἀθήνη, ης, ἡ, Vt nonnulli putant, dicta eſt Minerua, quaſi Athrena, ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, quod uidere ſignificat. Palladem enim intelligunt prudentiam, quæ omnia proſpiciat, et intellectualem prouidentiam. Mythici tamen ſic dictam tradunt, quòd de Iouis capite proſilierit integræ puellæ ætatis, nec ubera ſugere fuerit neceſſe (quod θηλάζειν dicunt Græci) ut ſcribit Euſtathius: ut dicta ſit ἀθήνη, Athena, quaſi Athela, ἀθήλη, quòd lactata non ſit. Cæl. lib. 14. ca. 18.

Athenæ] pen.prod. Athenarum (ἀθῆναι) ciuitas Græciæ inter Achaiam & Macedoniam: quæ nomen accepit à Pallade dea ſapientiæ, quæ Græcè dicitur ἀθήνη. Varro de Lin. Latina, Quum trinæ fuerunt Athenæ, ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienſes, à tertia Atheneopolitæ.

Bonæ Athenæ. Horat. 2. Epiſt. 2. 9,

Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ.

Claræ Athenæ. Ouid. 5. Metam. 131.

Doctæ Athenæ. Ouid. 2. epiſt. 17. Propert. 3, eleg. 21. 1.

Inuentrices Athenæ. Cic. 1. de Orat. 7. omnium doctrinarum.

Inuictæ Athenæ. Stat. 12. Theb. 118.

Palladiæ Athenæ. Ouid. 7. Metam. 147.

Pandioniæ Athenæ, id eſt, ocio literarum deditæ. Horatius 2. Epiſt. 2. 17.

Athenienſis, adiectiuũ (ἀθηναῖος) Cic. pro Flacco, 48, Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras diſtributæ putantur.

Athenæum] ἀθήναιον, Locus erat Mineruæ dicatus, ubi profeſſores ſua ſtudia profitebantur. Iulius Capitolinus, Poſtea uerò ubi adoleuit in Athenæo, &c.

Athenæum (ἀθήναιον) Campaniæ promontorium. Strabo, Pompeis contiguum eſt Campanorum Syreum: unde Athenæum (id eſt, Mineruium) imminet, quod quidã Prenuſſum nominant promontorium. Hæc ille lib. 5.

Athenæus] ἀθηναῖος, E Seleucia Ciliciæ philoſophus peripateticus doctiſsimus, Auguſtini tempore, princeps aliquandiu patriæ ſuæ: deinde contracta amicitia cum Muræna, qui contra Auguſtum conſpirauerat, cum illo aufugit, captuſq; ac dimiſſus, quum inſons reperiretur. Reuertens autem Romam, multis cum ſalutantibus, & interrogantibus, illud Euripidis in Hecuba reſpondit,

ἥκω νιφηρῶν πουθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών: id eſt,
Aduenio ab imis atq; cæcis inferũm Tenebris. Sed breue tẽpus ſuperuixit, à ruina domus, ubi habitabat, per noctem oppreſſus. Hæc Strabo li. 14.

Athenæus (ἀθήναιος) Naucratita grammaticus fuit, M. Antonini principis tempore. Librum Dipnoſophiſtarũ compoſuit, uariũ opus, & eruditum, ut Plin. alter Græcus ferè dici poſſit: quod ad nos ſanè haud quaquam integrũ peruenit, eius epitome ab Hermolao Byzãtio tantum relicta. Author Suidas. Fuit præterea hoc nomine quidã ſtatuarius, Olympiade CLV. de quo Plinius lib. 34. cap. 8.

Athenais] ἀθηναὶς, Ex Erythris mulier quædam diuinatrix, Alexandri temporibus, ut ſcribit Strabo, li. 14.

Athenio] Siculus fuit, qui Drepanetis deficientib. çuum capita factionis aſſumeret, interempto domino, & ex ergaſtulis coacta ſeruorum manu, & comitibus uoluntarijs, regnũ ſibi aſciuit. Hinc pro ſtigno defectionis uſurpari ſolitum eſt, Athenionem uocare. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2.

Athenion] ἀθηνίων, Pictor inſignis fuit, Glaucionis Corinthij diſcipulus, cuius opera numerantur à Plin. li. 35. cap. 11.

Athenodorus] ἀθηνόδωρος, Athenienſis philoſophus Stoicus, præceptor Dionyſij Areopagitæ. Compoſuit opus uarium, quod διάφορα inſcripſit. Emicuit Auguſti temporibus, Author Suidas. Fuit itẽ Athenodorus, ſculptor eximius. Author Plin. lib. 36. cap. 5.

Athenopolis] ἀθηνόπολις, oppidum Maſilienſium, Plin. lib. 3. cap. 4.

Atheos] pen.cor.m.g. (ἄθεος) ſine Deo, impius, qui nullum credit eſſe deum, atq; à Deo omnem uim diuinã tollit: quod conuitium in Epicurum & Lucianum iactabatur.

Ather] ris (ἄθηρ) In hordeo dicitur ſumma ſpicæ cuſpis, ut ex Galeni authoritate docet Ruell. li. 1. cap. 2.

Atheroma] pen.prod. (ἀθέρωμα) huius atheromatis, tubercu-

Digitized by Google

culum quod & in ceruice, & in alis, & in lateribus oriri solet. Celsus lib. 7. cap. 6.

Athesinus] ἄθεσινός, pen. prod. Fluuius effluens è lacu qui in Apennino est, supra Carnos incumbente, & labitur in Istrum. Author Strabo li. 4.

Athesis] pen. corr. (ἄθεσις) Fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam diuidit. Plin. lib. 3. ca. 16. Virg. 9. Aeneid. 138,

Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum
Consurgunt geminæ quercus. Apud Claudianum 4. Paneg. 40, legitur, Atheſis uelox.

Athleta] pen. prod. (ἀθλητής) Latinè Luctator & certator dicitur, à uerbo ἀθλέω deductum. Latini hac dictione tanquam natiua utuntur: nisi quòd uocatiuum Græcum nominatiui loco usurpant, Macedonum ac Thessalorum consuetudine. Plin. li. 11. cap. 53. 6, Ideo Athletas malunt cibos ambulatione perficere. Cicer. 2. Tuscu 95, Faciunt idem quum exercentur athletæ. Idem de Senect. 24.

Athleta erat, qui non lucri, sed uirtutis causa in publicum certamen cum bestijs, aut alijs pugnaturus descendebat. Vlpian. in Athletas. ff. de his qui notantur infamia, Athletas autem Sabinus & Cassius responderũt omnino artem ludicram nõ facere. Virtutis enim gratia hoc eos facere. Hi licet lucri causa non certarent: tamen si ter uictores extitissent, & tribus coronis de publico donabãtur, & ciuiliũ munerũ uacatione cõsequebantur. Vide librũ decimũ Codicis, de Athletis.

Athletæ certo quodam uictu utebantur, & necessario ad comparandas uires firmitatemq; corporis. Vnde athletica habitudo, pro corpulenta & firma. Budæus.

Subduc cibum unum diem athletæ, &c. Cic. 2. Tusc. 69. Et lib. 1. 95, Athletarum studia. Horat. 2. Epist. 1. 19.

Athleticus, pen. cor. (ἀθλητικὸς) adiectiuum: ut, Athletica certamina, & uictus athleticus.

Athletica, absolutè positum pro arte certandi usurpatur à iurisconsultis. Plinius li. 7. cap. 56. 15, Hercules Olympiæ athleticam inuenit.

Athleticus uictus, id est, admodum plenus, quali athletæ uti solent. Celsus lib. 4. cap. 6.

Athleticè, aduerbiũ (ἀθλητικῶς) ut, Athleticè ualere, pro optimè et firmissimè, authore Budæo. Plau. Epid. 2. 18, Quid herilis noster filius ualet? T. pugilicè, atq; athleticè ualet. Idem Bacc. 5. 14, Benène usq; ualuit? C. pancraticè, atq; athleticè.

Athlotheta, athlothetæ, m. g. pe. cor. (ἀθλοθέτης, βραβευτὴς, ἀγωνοθέτης) Qui ludos præbet, & præmiũ certantib. proponit. Athlothetæ, in gymnicis ludis erant, hoc est, curatores, constitutoresq; certaminum, idem qui βραβευταὶ, & agonothetæ. Horum erant lictores mastigophori. i. flagriferi, ad summouendã turbã, & cohibendas seditiones. Budæus.

Athochari] ἀθωχάροι, Populi sunt Scythici in Asia, apud Herodotum.

Athos] uel Athon (ἄθως) mons est Thraciæ, adiacens Lemno insulæ. Virg. 12. Aeneid.

Quantus Athon, aut quantus Eryx. Vbi Seruius, Si Athos legeris, Os breuis est, & uersus non stat. Athon autem dici accusatiuus indicat. nam hunc Athona facit, sicut Apollon Apollona.

Athos glacialis, Claud. in bello Gigant. 14. Præruptus, Senec. Herc. Oeth. 2. 9. Profundus niuibus, Claud. 1. Pane. 25. Vastus, Claud. in bell. Get. 36.

Atho, accusat. Atticus, apud Virg. 1. Georg. 67,

—ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopẽ, aut alta Ceraunia telo Deijcit.

Athrax] Vide Atrax.

Athrulla] ἄθρυλλα, oppidi Arabiæ nomen, cuius meminit Strabo libro 16.

Athymbrus] ἄθυμβρος, nomen uiri proprium, quem Strabo scribit li. 14. unà cum fratribus Athymbrado & Hydrelo Lacedæmone profectum, & quemadmodum fratres, urbem quoque de suo nomine condidisse.

Athyr] ἄθυρ, Mensis est, qui in nostrum Nouembrem fermè cadit: sic dictus à Venere, quam Athor (ἄθωρ) Aegyptij uocant. Hesychius.

Atilia] gens fuit plebea, sed nobilis tamen & antiqua, ex qua nonnulli egregij uiri prodierunt. Fuerunt alij Atilij Reguli dicti, alij Calatini. Inter Regulos præcipuè celebratur ab historicis M. Atilius Regulus, qui bellum cum Salentinis gessit, deq; eis triumphauit. Florus lib. 1. cap. 20. Qui consul II. Amilcare Carthaginensium duce nauali prælio uicto, in Aphricam traiecit, duos Astrubales & Amilcarem acie uicit. Proconsul à Carthaginensibus, Xantippo Lacedæmonio duce, ultima pernicie uictus, captus est. Ab ijs de captiuis permutandis iuratus ad Senatum missus, reddi captiuos negauit utile esse. Ipse cum Carthaginem redijsset, uigilando crudelißimè est necatus. Epit. Liu. 18. Polyb. 1. Appian. in Punicis. Florus lib. 12. cap. 2. Gel. lib. 6. cap. 4, & lib. 9. cap. 2. Liu. lib. 28. & 30. Ex Calatinis præcipuè celebratur A. Atilius Calatinus, qui primus exercitum extra Italiam Dictator duxit, authore Dione, lib. 36. In huius sepulcro Cato apud Ciceronem hoc elogium incisum fuisse refert: VNICVM PLVRIMAE CONSENTIVNT GENTES POPVLI PRIMARIVM FVISSE VIRVM. Meminit de Nat. deor. 2.

Atimetus] pen. prod. ἀτίμητος, Libertus Cæsaris, ut ipse testatur in marmore dicato cineribus uxoris Homonoeæ, cum epitaphio pulcherrimo, quod se legisse Romæ Tortellius testatur.

Atina] pen. prod. (ἀτῖνα) Ciuitas Latinorum mediterranea, iuxta Pontinas paludes.

Atina, oppidum Lucanorum in Italia: à quo Atinates populi. Cic. pro Plancio, 25, Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, &c. Multa de Atinatibus in hac oratione. Campus Atinas, Cic. 1. de Diuinat. 140.

Atinas] Nomen uiri proprium apud Virgilium,

Fugit acer Atinas.

Atinia] ἀ (πτελέα) Genus ulmi, rarissimam ferens sameram, (ita enim ulmi semen uocant) eamq; inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Colum. lib. 5. capit. 15. Vide Plin. lib. 16. cap. 17. Nonnihil enim dißentit à Columella.

Atizoes] ἀτιζόης, Gemmæ species, argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Atlantides] Africæ populi sunt, cùm pietate & religione insignes habiti, tum & erga aduenas, & peregrinos hospitalitate commẽdati. Hi ab se deorum genus manasse asserebãt, idq; credi uolebant. Primum uerò deum ὀρανὸν, id est Cœlũ, apud se regnasse prædicabant, & plures duxisse uxores, ex quib. XLV. liberos sustulit, præcipueq; ex Titea XVII, qui à matre Titanes uocati sunt. De his uide plura apud Diodorum & Eusebium, de Præparat. Euangelica.

Atlantis] Insula contra montem Atlantem, sic appellata ab ipso monte. Ab ea quinque dierum nauigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios, & promontorium, quod uocamus Hesperionceras, inde primùm circumagente se terrarum fronte in occasum ac mare Atlanticum. Plinius libro 6. capite 31.

Athantius] nodus, Primus spinæ articulus uocatur à Plinio libro uigesimooctauo, cap. 8. Sic enim ait, Quinimò totius do-

Digitized by Google

tius domus concordiam, eodem genitali et articulo ſpinæ cũ adhærẽte corio adſeruatis, conſtare: quem ſpinæ articulum, ſiue nodum atlantion uocant. Loquitur Plinius de eo articulo, qui primus eſt in ſpina Hyænæ: qui fortè ob id Atlantius dicitur, quia reliquam ſpinam uidetur ſuſtinere, quemadmodum Atlas fingitur ſuſtinere cælum.

Atlas] Atlantis (ἄτλας) Rex Muritaniæ, qui Aſtronomiã dicitur inueniſſe. Quapropter à poetis cælicam machinã humeris geſtaſſe fingitur. Martial. in Xenijs, in detractorem. De hoc Cice. 5. Tuſc. 11, Nec uerò Atlas ſuſtinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaſo, &c.

Atla, uocatiuus. Oui. 4. Met. 129.

Cæliſer Atlas, Virg. 6. Aen. 159. Durus, Virg. 4. Aen. 50. Ferreus, id eſt, durus & fortis, Valer. 5. Argon. 82. Iapetionides, Iapeti filius, Ouid. 4. Metam. 127. Mauriſius, Claud. 4. Paneg. 21. Maximus, Virg. 1. Aeneid. 150. Validus, Ouid. 15. Metam. 30.

Atlantis nepos, Mercurius: eſt enim ex Maia Atlantis filia natus. Oui. 5. Faſt. 133.

Atlantiades, Atlantiadæ, pe. cor. ut, Caduciſer Atlantiades, Mercurius. Oui. 8. Met. 126. & li. 2. 7.

Atlantis, Atlantidos, uel Atlantidis, penul. corr. Patronymicum fœminimum ab Atlas. Tibull. 4. eleg. 1. 16.

—fœcunda Atlantidos arua
Calypſus. Vterq; genitiuus Græcus eſt.

Atlantides, Vergiliæ. fuerunt autem (ut fabulantur poetæ) ſeptẽ filiæ Atlantis, uel heſperi fratris eius: unde & Heſperides uocantur & Pleiades.

Eoæ Atlantides. Virg. 1. Georg. 45.

Atlanteus, pen. pro. adiectiuum. Hor. 1. Carm. 34. 3.

Pleiades Atlanteæ, Filiæ Atlantis. Oui. 3. Faſt. 21.

Atlanticus, pe. cor. adiectiuum: ut, Atlanticum mare. Cicer. de Som. Scip. 22, Omnis terra quæ colitur à uobis, parua quædam inſula eſt circunfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.

Atlanticum æquor. Hor. 1. Car. 31. 3.

Atlantias, Atlantiadis, pen. cor. ut, Sorores Atlantiades. Silius, li. 16. 28. Id eſt, Pleiades.

Atlas] mõs eſt Mauritanæ ab Atlante rege ſic cognominatus, qui Aſtrologiæ inuentor dicitur, ut tradit Plinius. Sed duo montes eius nominis ſunt in Mauritania, authore Herodoto, & alijs nonnullis hiſtoricis. Vnus quidem proximus columnis Herculis: alter uerò in interiore Libya remotior. Cuius ſummitas nunquam uideri poteſt, quia nubes abſillo, nec æſtate, nec hyeme diuelluntur. Quẽ incolæ (ut idẽ Herodotus author eſt) cæli columnam eſſe aſſerunt. Et ut poetæ tradunt, fuit in illum Atlas Mauritaniæ rex conuerſus. Cui etiã Virgilius formam uiri tribuit, lib. 4. Aen. 50. Eſt itẽ Atlas, magnus quidã fluuius uerſus Septentrionẽ in Iſtrum fluuium labens, ſic ab Atlante Arcadiæ rege cognominatus, authore Herodoto. Tres enim fuerũt Atlãtes. Vnus rex Italiæ, et pater Electræ. Alius Arcadiæ, et pater Maiæ, ex qua Mercurius natus eſt. Tertius Maurus, qui maximus dictus eſt. Author Seru. Virgilij interpres. A poſtremo, Atlantes populi Eubœæ dicti ſunt, & mare Atlanticum dictũ, & Atlãtides.

Atnepos] atnepotis, Filius abnepotis, uel abneptis.

Atneptis] Filia abnepotis, uel abneptis.

Atocion] uel Atocium (ἀτόκιον) Medicamentum quod ſterilitatem affert, & conceptum adimit, hoc eſt, uim concipiendi. Pli. li. 29. cap. 4. 26, Vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali uenia indiget.

Atomus] atomi, pen. corr. f. g. (ἄτομος) Latinè dicitur individuus, inſecabilis, minutus. Seruius in ſextam eclogã Virgilij, Corpus uolũt eſſe atomos, id eſt, quaſdam minutiſſimas partes, quæ τομὴν, id eſt, ſectionem non recipiunt. Vnde & atomi dictæ ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis, quæ infuſis per feneſtram radijs Solis uidemus: dicit enim illis nec uiſum poſſe accidere. Cic. 1. Academ. 5. Idem 1. de Finib. 25, Ille atomos quas appellat, id eſt, corpora indiuidua propter ſoliditatem, cenſet in infinito inani, in quo, &c. ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant, ex quo, efficiuntur ea quæ fiunt, quæq; cernantur omnia, eumq; motum atomorum nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi conuenire.

Atomorum author Democritus. Cic. 4. de Fato, 53.

Innumerabiles atomi uolitant. Cic. 1. de Nat. deor. 75.

Atoſſa] Filia fuit Cyri, quæ primum Cambyſi, & poſt eius mortem Dario nupſit. Herodot. lib. 3.

Atque] κἀι, ut ait Gel. libro 10. capite 29. particula, Grammaticis coniunctio eſſe dicitur connexiua: & plerunq; ſanè coniungit uerba & connectit. Terent. And. 4. 4. 3. Idem Adel. 3. 1. 10, Talem tali genere, atq; animo, natum ex tanta familia.

Atque, pro Tamen. Terent. And. 1. 3. 18, Mihi quidem hercle non ſit ueriſimile: atq; ipſis commentum placet. Donatus.

Atque, Statim. Virg. 1. Georg.

Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Seruius. & Gel. li. 10. cap. 29.

Atque, mitijs ſententiarum competit. Cic. Atque cæteri imperatores qui de illo triumpharunt. Idem in Partitionibus, 42, Atque ij ſunt quidem ferè quaſi quidam habitus animi ſic affecti & cõſtituti, ut ſint ſinguli inter ſe proprio uirtutis genere diſtincti. Idem 1. de Orat. 94, Atque interea tamen ad hæc quæ diſperſa ſint, coguntur: uel paſim, licet carpentem & colligentem undiq;, &c. Ex Valla, li. 2. & Budæo.

Atque, pro Sed. Cic. ad Terent. lib. 14. epiſt. 4, Sed ſi hoc fuit liberis noſtris grauius nos uiuere, cætera quanquam ferenda non ſunt, feramus. Atque ego qui te confirmo, ipſe me non poſſum. Correptio eſt, quaſi dicat, ſed ego qui te confirmo, &c.

Atque, pro Iſq;, uel Idemq;. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Tum quod ex totis ripis in unum, atque anguſtum locũ tela iaciebãtur. Id eſt, in unum, eumq; uel eundemq; anguſtum locum.

Atque uides? Plau. Merc. 22. 38, Aſpice nunc ad ſiniſtram huc: atque uides?

Atque audin'? Teren. And. 1. 5. 64,

—propera. Atque audin'? uerbum unum caue de nuptijs.

Atque hoc confiteor iure obtigiſſe. Teren. And. 3. 5. 1.

Atque id. Terent. Heaut. 4. 1. 24, Atque id omitto, miſericordia, animus maternus, ſino. Cic. ad Atticum, lib. 5. 99, 1, Negotium magnum eſt nauigare, atque id menſe Quintil.

Atque iſtuc ipſum. Terent. And. 2. 2. 13,

—rem tenes.

P. Iſtuc ipſum. D. atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt, me uide.

Atque aliquis dicat. Teren. And. 4. 1. 16.

Bellus eſt atque, &c. Plaut Bacchid. 15. 75, Euax, nimis bellus, atque eſſe maximè optabam, locus.

Atque adeò: uarijs modis accipitur. Plau. Amphit. 16. 35,

Pernego, quando Thebis præter me nemo eſt alter Amphitruo. 1. Immo præter me nemo: atque adeò tu Blepharo iudex ſies.

Atque adeò. Plaut. Curcul. 7. 54, Reſpondit mihi paucis uerbis, atque adeò fideliter. Cic. pro Roſcio Amerino, 17, Hoc conſilio, atque adeò hac amentia impulſi.

Atque adeò habebis. Cic. ad Atti. li. 7. 140. 2, Cum Philotimo loquere: atque adeò Terentiam habebis Idib.

Atque adeò potius. Cic. 5. Verr. 97, Quid uerò iſte ſibi quin-

Digitized by Google

quageſimæ? quid porrò nummorum acceßiones uolũt? quo id iure, atq; adeò quo id potius ore feciſti?

Emigrat, atq; adeò exit. Cic. 4. Verr. 62.

Atq; adeò autem. Teren. Eunu. 5. 5. 22,
Atque adeò autem cur non egomet introeo?

Atque adeò nihil largiatur princeps, dum nihil auferat: non alat, dum non occidat. Pli. in Paneg. 44.

Atque adeò, ornatus gratia poſitum. Pli. epiſt. 101. a, lib. 5. Cic. 4. Verr. 2, Atque adeò antequam de incommodis Siciliæ di co, pauca mihi uidentur eſſe de prouinciæ dignitate, uetuſtate, utilitate dicenda. Idem, Antequam iret in exilium, 6.

Atque eccum. Teren. Eunu. 3. 2. 2,
— audire uocem uiſa ſum modò militis, Atque eccum.

Atque ædepol. Teren. And. 4. 2. 9, — atque ædepol
Ea res eſt: propterea q; nunc miſera in mœrore eſt.

Atque equidem. Teren. Eunu. 5. 5. 14,
— colligauit primùm eum miſeris modis. P. hem,
Colligauit? P. atq; equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.

Atque etiam. Teren. Adelph. 2. 2. 1,
Tace, egomet conueniam iam ipſum, cupidè accipiat ſaxo, atque etiam Bene dicat ſecum eſſe actum. Idem Adel. 4. 5. 29.

Atque etiam, in principio ſententiæ. Cicer. 2. de Nat. deo. 47. Atque etiam ſi à primis, inchoatiſq; naturis ad ultimas perfectas q; uolumus procedere.

Atque ita, pro Atque ea conditione, uel eo nomine. Plautus Epid. 10. 33.

Atque ita, pro Atque ſic. Teren. Eunu. 4. 6. 19,
Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui uiuat, minus.
T. Atque ita opus eſt.

Atque uerò. Plaut. Aulul. 3. 18,
Atque ille uerò minus impendio
Curare, minusq; me impartiri honoribus.

Pro eo atque. Vlpianus, Pro eo habendum eſt, atq; ſi nullo iure factum eſſet. Id eſt, ita ut, uel Perinde ut.

Ad eundem modum atque. Cato de re Ruſt. Pomarium ſeminarium ad eundem modum atque oleaginum facito. Hoc eſt, quemadmodum oleaginum.

Vnum & idem uidetur eſſe atque id, quod de me ipſo nominatim tuliſti. Cic. pro Domo ſua, 41.

Ex ijſdem atque. Cic. 2. de Inuen. 174. Argumentationes ex ijſdem locis ſumendæ ſunt, atque in cauſam negotialem.

Atque, uarijs particulis, pro uarijs ſignificatis ſuccedit. Nam et comparatiuis. Plau. Merc. Amicior mihi nullus uiuit, atq; is eſt. Hoc eſt, quàm is eſt.

Alius atque. Teren. And. Alium cenſes nunc me, atque olim quũ dabam? Cic. 2. de Legib. 28, Quid in alijs rebus, alijſq; ſententijs uerſaris atque ille.

Secus atque. Cic. de Orat. lib. 3. 65, Sed paulò ſecus à me atque ab illo partita atque diſtributa.

Aliter atque. Cic. 3. Verr. 84, Quòd iſte aliter atque ut edixerat, decreuiſſet. Hic ſignandum, particulam Atque, etiam Vt ſecum accipere. Sic 3. Tuſcul. 125. Terent. Adelph. 4. 3. 6,
Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum.

Contrà atque antè. Cic. 3. in Catil. 64, Aruſpices iuſſerunt ſimulacrum Iouis facere maius, & in excelſum collocare, & contra atque antè fuerat, ad Orientem conuertere.

Contrario motu atque. Cic. de Somnio Scip. 14, Septem planetæ uerſantur retro contrario motu atque cælum.

Similiter atque. Cic. in Philipp. Neq; enim illum ſimiliter atque ipſe eram, commotum uidi. Id eſt, Vt, uel Sicut eram.

Aequè atque. Teren. And. Miſer æquè atque ego. Cic. 3. de Nat. deor. 66, At hi quidem coluntur æquè atque illi.

Item atque. Varro de Lin. Lat. Analogia non item ea definienda, quæ dirigitur ad naturam uerborum, atque illa quæ ad uſum loquendi.

Pariter atque. Plau. Menæh. Pariter hoc atque alias res ſoles.

Iuxta atque. Liu. Trucidant inermes iuxta atque armatos.

Potius atque. Plau. Amph. 4. 2. 26, Ita di faciant, ut tu potius ſis atque ego, te ut uerberem.

Atque poſt cõparatiuum, pro Quàm. Hora. Sat. 7, Qui peccas minus atque ego?

Non magis uerum atque. Teren. And. 4. 2. 15, Non Apollinis magis uerum, atque hoc reſponſum eſt.

Haud eſt mollis atque. Plau. Caſina, 2. 0. 21.

Non diſſimile atque. Cicer. Attic. lib. 2. 18. 3, Aut quieſcendum: quod eſt non diſſimile atque ire in Solonium aut Antium.

Similis atque. Terent. in prolog. Phorm. 32,
Ne ſimili utamur fortuna, atque uſi ſumus.

Talis atque. Terent. Phorm. ſcena ultima.

Atque, ſi gemina fiat, auget, intenditq; rem de qua agitur: ut animaduertimus in Qu. Ennij annalibus, niſi memoria in hoc uerſu labor, Atque atque accedit muros Romana iuuentus. Hæc Gell. li. 10. cap. 29.

Atque geminatum, ut Et. Cic. 5. Verr. 164, Ex huiuſmodi principio atq; ex liberalitate atq; accõmodatione magiſtratuũ, conſuetudo æſtimationis introducta eſt.

Atque hæc quidem atque eiuſmodi ex uetere Græciæ fama collecta ſunt. Cicer. 3. de Natur. deor. 81. Legitur etiam, Et eiuſmodi.

Atqui] ἀμέλει, ἀλλά μὴν, καὶ μὴν, ὀνητόν, γὲ μὴν, ἀλλά, Coniunctio eſt diſcretiua, ſignificans Sed tamen. Teren. Eunuch. 5. 5. 11, Neſcio. PY. Atqui ſic inuenta eſt. Cic. 4. Acad. 204, Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam. Atqui ita dicas neceſſe eſt.

Atqui, pro Certè, profectò. Teren. Eun. 4. 6. 2, Atqui ſi illam digito attigerit uno, oculi ilico effodientur.

Atqui certè. Cic. 2. de Nat. deor. 28, Atqui certè nihil omnium rerum melius eſt mundo.

Atqui pro Imò. Teren. Hecyra, 1. 2. 85,
— atqui ea res multo maximè
Diſiunxit illum ab illa: poſtquam, &c. Donatus, Legitur & Atq;.

Atqui, abundat nonnunquam, authore Donato. Terent. Adel. 5. 5. 6, — tibi
Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre
Hoc uerum eſt.

Atqui pro At, & Veruntamen, ſiue Attamen. Cic. in Tuſculan. lib. 5. 80, Dionyſius quũ quinq; & uiginti natus annos dominatum occupauiſſet, qua pulchritudine urbẽ, quibus autem opibus præditam, ſeruitute oppreſſam tenuit ciuitatẽ? Atqui de hoc homine à bonis authoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe eius in uictu temperantiam.

Atractylis] huius atractylidis, pe. cor. (ἀτρακτυλὶς) Spinæ ſpecies aculeata, quam Dioſcorides, lib. 3. ca. 106, Cnecum ſyluestre & Præſepium à Romanis dici aſſerit: uocatur & Fuſus agreſtis, quòd caulis eius fuſum mulierib. præſtet. A Theophraſto uocatur Phonos, id eſt, cædes: quòd ſuccum ſanguineũ habeat. Matthiolus Senenſis ait ſe nondum potuiſſe in Italia reperire hanc herbam, & Ruellij opinionem de Atractylide refutat.

Atramentum, Atratus] Vide Ater.

Atramitæ] Populi Arabiæ felicis. Pli. li. 6. cap. 28.

Atrani] Populi Hirpinorum in Italia, apud Pli. li. 3. cap. 11.

Atraphaxis] herba. Vide Atriplex.

Atratinus] accuſator Cælij, ut in oratione Cic. apparet, qui malè à quibuſdam Atracinus ſcribitur, ut tradit Volaterranus.

Atrax]

Digitized by Google

Atrax] ἄτραξ, Fluuius Aetoliæ, à quo Atraces quidam populi cognominati sunt. Plin. li. 4. cap. 2. Est item Atrax Thessaliæ oppidum.

Atracius, adiectiuum (ἀτράκιος) ut, Atraciæ oræ. Proper. 1. eleg. 8. 5. Thessalia.

Ars Atracia, Magica. Stat. 1. Theb. 21.

Atracinum uenenum. Valer. Flac. 4. Argon. 89.

Atracia uirgo, Hippodamia, seu Hippodame, Atracis regis filia, à quo & fluuius, & populus, & regio nomen sumpserunt. Val. Flac. Argon. li. 1.

Atrebates] pe. pro. (ἀτρεβάτιοι) Populi inter Belgas, finitimi Ambianis, Tornacensibus, & Morinis. Strabo. Vulgò Artois. Vide Commentaria Cæsaris.

Atrebaticæ uestes (χιτῶνες ἀτρεβατικοὶ) uestes erant coloris Xerampelini, hoc est, Siccatis uitium frondibus similes, quæ apud Atrebates optimè fiebant. Suidas Atrabaticas uocat. Alij Atrabapticas: à coloris scilicet nigredine. Vide Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 10.

Atreplexum] Herba quæ nunc Atriplex dicitur. Festus. Vide Atriplex.

Atreus] dissyllabum (ἄτρεύς) filius Pelopis & Hippodamiæ, rex Mycenarũ, frater Thyestis: qui quũ dissensione inuicem sibi nocere non possent, in simulatã gratiã redierũt: qua occasione Thyestes cũ fratris uxore concubuit. Atreus uerò ei filiũ epulandũ apposuit. Quæ Sol abominatus ne polluerentur, aufugit. Sed ueritas hæc est: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipsim inuenisse: cui inuidens frater ex urbe discesserit tempore, quo eius probata sunt dicta. Hæc Seruius.

Atrea accusatiuus. Senec. in Thyeste, 5. 17,

—— uos factis mihi Atrea timendum.

Nefarius Atreus. Senec. in Thyeste, 7. 1.

Atreus, trium syllabarum, adiectiuum est (ἀτρεύς) Statius, 8. Thebaid. 145,

I precor Atrei si quid tibi sanguinis unquam
Hippomedon. Hippomedon uocatiuus est.

Atrides, Atridæ. penultim. product. pluraliter Atridæ, Atridarum (ἀτρεΐδης) Id est, Atrei filij, Agamemnon & Menelaus, Virgil. 1. Aeneid. 43,

Atridas, Priamumq; , & sæuum ambobus Achillem.

Atridæ gemini. Virg. 2. Aen. 83.

Atridæ superbi. Hor. 1. Car. Ode 10. 3.

Atrides minor & maior. Oui. 12. Met. 125.

Atrides, quum sine adiectiuo ponitur, Agamemnonem intelligimus. Hor. 2. Car. Ode 4. 3,

Arsit Atrides medio in triumpho Virgine rapta.

Troiæ populator Atrides, Agamemnon. Oui. 13. Met. 143.

Atri dies] Dicũtur quos nunc Nefastos uel Posteros uocant. Nonius. Vide Ater.

Atria] ἄτρια. Oppidum Venetiæ. Plin. lib. 3. cap. 16. 4, Omnia ea flumina, fossasq; , primi à Sagi fecere Tusci, egesto amnis impetu per transuersum Atrianorũ paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu oppidi Tuscorum Atriæ, à quo Atriaticum mare antè appellabatur, quod nunc Adriaticum.

Atriarius] Vide Atrium.

Atricapilla] μελαγκόρυφος, Auis est. Festus, Melancoryphi, genus auium, quæ Latinè uocãtur Atricapillæ, eo quòd summa earum capita nigra sint.

Atrici, Atriensis, Atriolum] Vide Atrium.

Atrides] Vide Atreus.

Atriplex] pe. corr. atriplicis, pen. corr. n. g. (ἀτράφαξις) Herba, quæ ab atro dicta putatur, quòd homines pallidos faciat. Pli. li. 20. c. 20. 8, Atriplex & syluestre est satiuum, accusatum à Pythagora, tanquam faceret hydropicos, morbosq; regios, & pallorẽ. Coquitur difficillimè, ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquã, nisi languidum culpauit. Addidere Dionysius & Diocles, plurimos gigni ex eo morbos: nec nisi mutata sæpius aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Hactenus Plinius. Apud Italos, uulgò appellatur Treppese ouer Reppese.

Atritas] Vide Ater.

Atrium] atrij (μέλαθρον, πρόδομος, προαύλιον) Festus, Atrium proprie est genus ædificij ante ædem, cõtimens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit. Varro de Ling. Lat. Atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis. illinc enim exemplum sumptum. Gell. lib. 16. cap. 5, Animaduerti enim quosdam haud quaquam indoctos uiros opinari ueslibulum esse partem domus primorem, quã uulgus atrium uocat. Virg. 1. Aen. 77,

Fit strepitus tectis, uocemq; per ampla uolutant
Atria. Vbi Seruius, Tangit Romanã historiã: nam ut ait Cato, & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui. Vnde ait Iuuenalis Saty. 1. 10,

—— quis fercula septem Secretò cœnauit auus? Ibi & pecunias habebant. unde qui honoratiores erant, liminum custodes adhibebantur: ut,

—— qui Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fiduscq; ad limina custos. Ibi & culina erat: unde & atrium dictum est. atrum enim erat ex fumo. Cic. pro Quintio, 13.

Alta atria, Virg. 4. Aen. 133. Ampla, Idem 1. Aen. 147. Regalia, Oui. 5. Met. 1. Sublimia, Hor. 2. Car. 1. 5. (lum, 4.

Atrium auctionarium. Vide Auctionarius. Cic. contra Rul-

Atrium, genus ædificij ante ædes sacras, ut atrium Libertatis. Cic. pro Milone, Quæstiones urgent Milonem quæ sunt habitæ in atrio Libertatis.

Atriolum, pen. corr. Diminutiuum (προαυλίδριον) Cicer. ad Quint. fratrem, li. 3. 17. 3.

Atrici (πρόδομοι) à Iurisconsultis dicuntur, qui excubant ad atrium: & ad limina etiam uocantur, & limenarchæ.

Atriensis, huius atriensis (προαυλιάρχης) Seruus est, præcipuus in familia. Cic. in Parad. 45, Atq; ut in magna familia stultorum, sunt alij lautiores (ut sibi uidentur) serui, sed tamen serui, atriensis ac topiarij Colum lib. 12. cap. 3. 8, Tum insistere atriensibus ut suppellectilem exponant. & Plin. epist. 19. lib. 3.

Atriarius] Vlp. in l. 1. ff. nautæ, caupones, &c. Cæterùm si quis opera mediastini fungitur, non contimetur: ut puta atriarij, & focarij, & his similes. Dicitur autem Atriarius siue Atriensis, seruus, cui atrij cura est commissa.

Atrocitas] Vide Atrox.

Atropatia] ἀτροπατία, Altera est ex partibus Mediæ: ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedonum ui tutatus est. Media enim in duas distributa est partes, quarum altera Media maior appellatur, cuius metropolis sunt Ecbatana: altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Strab. li. 11.

Atropatus] Dux Medorum, qui Mediam minorem ab impetu Macedonum defendit. Strab. li. 11.

Atrophia] atrophiæ, pe. pro. (ἀτροφία) Vna est ex speciebus tabis: de qua sic Cels. li. 3. c. 22, Atrophia est qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis uerò in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur: & nisi occurritur, tollit.

Atrophi, pe. cor. (ἄτροφοι) Qui cibum non sentiunt. Pli. li. 26. cap. 11. 5, Eadem datur ijs quos atrophos uocant, interpositis diebus. Idem lib. 28. ca. 9. 6. Idem li. 27. ca. 8, Explent sinus ulcerum, & atrophia carnosiora faciunt.

Atropha

Digitized by Google

Atropha appellantur, quæ cibum non sentiunt. Plinius lib. 22. cap. 25. 31.

Atropos] pe. cor. (ἄτροπος) una ex Parcis, quæ finem uitæ in potestate habere putatur. Dictam uolunt ab α & τρέπω, quòd sit inexorabilis, nec ad cuiusdam preces uertatur.

Atropos alba. Stat. 4. Sylu. 8. 4,

His senium, longæq; decus uirtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promisit Apollo.

Atror] Vide Ater.

Atrox] atrocis, pen. prod. om. g. (ἀτενής) Asper, crudelis: quòd qui atro uultu sunt, asperitatem ac sæuitiam præ se ferunt. Alij atrocem à Græco potius appellatum cẽsent, quòd Græci atrocia appellant quæ cruda sunt: uel ab eo quòd atroces nihil de se timent. τρέμω, enim timere est. Hæc ex Festo. Virg. 1. Georg. 82.

Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus. Vbi Seruius, Atrox, crudelis & immitis. Teren. Hecy. 3. 3. 17, Me inde lachrumans, incredibili re atq; atroci percitus.

Atrox & mitis contraria.

Atroces res & miserabiles. Quin. li. 6. ca. 1. 40.

Atrocissimum certamen. Liu. 8. bel. Pun. 26.

Aestas atrox. Clau. 2. Paneg. 93.

Anguis atrox. Stat. 6. Theb. 32.

Facinus atrox. Seneca, in Troade, 4. 18.

Fama atrocior. Tac. lib. 4.

Flagrantis atrox hora Caniculæ. Hor. 3. Car. Ode 3. 2.

Ingenium atrox. Clau. 4. Paneg. 46.

Iniuria atrox. Clau. de bello Getico, 79.

Atrocem iniuriam quasi contumeliosiorem, & maiorem accipimus. Vlp. de iniurijs.

Atroces literæ. Cic. ad Patum, lib. 9. 25. 5, Repentè perculsus est atrocissimis literis.

Nefas atrox. Seneca, in Thyeste, 3. 4.

Suspicio atrocissima. Cic. pro Marcello, 12.

Tempestas atrox. Clau. de bello Getico, 23.

Atrox & difficile tempus Reip. Cic. 6. Verr. 97.

Virtus atrox, Fortitudo quædam immensa, nullos hostes, nulla uincula, nullum mortis genus perhorrescens. Sil. li. 13. 74.

Res scelesta, atrox, nefaria. Cic. pro Sex. Roscio, 38.

Vehemens & atrox genus orationis: cui Lene & mansuetum opponitur. Cic. 2. de Orat. 110.

Atrox animal ad conficiendum hominem. Pli. de Polypo.

Atrox odij. Tacit. li. 12, Iisdem consulibus atrox odij Agrippina ac Lolliæ infensa, quòd secum, &c.

Atrox, Crudum. Næuius bel. Pun. lib. 4, Simul atrocia proiecerunt exta ministratores. Nonius.

Atrox animus Catonis, pro Constanti. Hor. 2. Car. Ode 1. 5.

Atrocitas, pen. cor. (ἀπήνεια) Denominatiuum, pro Crudelitate. Cic. 6. Verr. 78, Neq; tamen finis huic iniuriæ, crudelitatiq; fiebat, donec populus atq; uniuersa multitudo atrocitate rei, misericordiaq; commota, Senatum clamore coegit, ut, &c. Sic 7. Verr. 134.

Atrocitate animi moueri. Cic. 4. in Catil. 83.

Leuare atrocitatem alicuius rei. Vide Leuis.

Augere atrocitatem. Author ad Heren. li. 2. 11.

Atrocitas verborum inuidiosa. Cicer. ad Qu. fratrem, li. 1. 2. 10.

Atrociter. pen. corr. Aduerbium (ἀπηνῶς) ut, Atrociter minitari. Cic. 7. Verr. 125.

Atrocius accipi. Tacit. lib. 17, Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperij, atrocius accipiebantur.

Atrociter omnib. horis aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer. 92.

Atrocius paulò, Cic. 4. Verr. 42. Atrociter inuehi, Liuius 3. (ab Vrbe, 38.

Atrum] Vide Ater.

Atta] ἄτται, Ciuitas Arabiæ fœlicis, Authore Ptol. li. 6. ca. 8.

Atta item cognomen fuit Quintij poetæ, à uitio crurum illi impositum. Attæ enim sunt, qui propter uitium crurum aut pedum plantis insistunt, & attingunt magis terram, quàm ambulant: ut scribit Festus. Meminit. Hor. 2. Epist. 1,

Rectè nec ne crocũ, floresq; perambulant Attæ Fabulæ.

In quem locum scribit Acron, Atta esse nomen proprium poetæ cuiusdam Tragici, uel scriptoris Comœdiarum.

Attabas] & Numenius, latrones fuerunt famosissimi, adeò ut prouerbio locum fecerint, Conuenerunt Attabas & Numenius.

Attactus] Vide Attingo.

Attacum] ἄτταικον, Hispaniæ oppidum, in tractu Celtiberorum. Ptol. li. 2. cap. 6.

Attagen] pen. cor. huius attagenis, pen. prod. masc. gene. (ἀττακήν) Auis est Aſſatica, quam Francolinum dicimus, inquit Valla in Raudensem. Plin. lib. 10. cap. 48. 1, Attagen maximè Ionius celebratur, uocalis aliàs, captus uerò obmutescens, quondam existimatus inter raras aues. Iam & in Gallia Hispaniaq; capitur, & per Alpes etiam, ubi & Phlacrocoraces aues, Balearium insularum peculiares, sicut Alpium Pyrocorax.

Attagena] attagenæ, pe. pro. (ἀττακήνη) Idem Mar. li. 13. 61,

Inter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenarum. Pli. li. 8. ca. 58. 5, Item apros & attagenas, herinaceos.

Attalia] attaliæ, ἀτταλία, Stephano opppidum est Aeolidis, apud Plinium, libro 5. cap. 30. Item alterum in Pamphylia, cuius memimerunt Ptolemæus, lib. 5. cap. 5. & Strab. li. 14. Vulgò Satalia.

Attalus] pen. corr. (ἄτταλος) Rex Asiæ, uel Pergami, qui à Pop. Romano donatus eo regno, quũ liberos non haberet, Populum Romanum hæredem fecit. Fuit & Attalus quidam medicus, de quo Pli. li. 32. cap. 8.

Attalicus, pen. cor. Adiectiuum (ἀττάλικος) ut, Attalica toga. Plin. lib. 8. cap. 48. 5, Aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalus rex: unde nomen Attalicis. Propert. li. 3. eleg. 18. 4, Vestes Attalicæ. Quapropter etiam Attalicæ conditiones dictæ sunt Hora. 1. Carm. Ode 1. 3. hoc est, opes. Cicer. 6. Verr. 23, Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus est?

Attalicus thorus. Prop. li. 2. eleg. 14. 15.

Attam] pro reuerentia seni cuilibet dicimus, quasi cum aui nomine appellemus. Festus.

Attamen] Vide At.

Attegiæ] attegiarum (καλύβαι) Id est mapalia, & tuguria. Iuuen. Saty. 14. 20,

Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum:
Vt locupletẽ aquilã tibi sexagesimus annus Afferat.

Attegrare] Est uinum in sacrificijs augere. Integrare enim & attegrare mimus factum, est in statutum redigere. Festus.

Atteius] Philologus, libertinus Athenis natus. Hunc capito Atteius Iurisconsultus, eius patronus, inter Grammaticos Rhetorem, & inter Rhetores Grammaticum fuisse ait. Eum iuuisse scripta Sallustij in componendo, author est Pollio. Coluit familiarissimè Sallustium, eoq; mortuo Pollionem. Author Tranquillus.

Attelabus] attelabi, pe. cor. m. g. Minima locustarum, sine pennis. Pli. li. 29. ca. 4. (5. c. 13.

Attelebussa] insula est in Lycio mari, cuius meminit Pli. li.

Attella] ἄτταλλα, Ptol. & Steph. Oppidum Oscorũ, ubi grande & egregium amphitheatrum erat. Sunt qui præcipiãt scribi per τ simplex: & ita legitur in emẽdatiorib. codicib.

Attellanus, adiectiuũ (ἀτταλλανός) ut, Fabulæ Attellanæ, Donatum.

Digitized by Google

natus, in uita Terentij, Attellanas à ciuitate Campaniæ. ubi actitatæ sunt plurimæ. Idem, Attellanæ fabulæ & iocis compositæ, quæ in se non habent nisi uetustam elegantiam. Liu. 7. ab Vrbe, 8, Postquam lege hac fabularum ab risu ac solutioco res auocabatur, & ludus in artem paulatim uerterat, iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersib. iactare cœpit: quæ inde exodia postea appellata, consertaq; fabellis potißimum Attellanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est. Cic. ad Pætum, lib. 9. 16. 19, Nunc uenio ad iocationes tuas, quando tu secundum Oenomaum Accij, non ut olim solebat, Attellanum: sed ut nunc fit, mimum introduxisti.

Attellanius, adiectiuum aliud (ἀτελλᾶνος) Cic. 2. de Diuin. 38, Totum omnino fatum etiam Attellanio uersu iure mihi esse irrisum uidetur.

Attempero] attemperas, pen. cor. (συγκεράννυμι) attemperare: ut, Attemperare gladium iugulo, pro Aptare, & quasi dirigere ad iugulum. Senec. epist. 30, Sic gladiator, tota pugna timidißimus, iugulũ aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.

Attemperatè, pe. pro. (συγκεκραμένως) Aduerbium, ab Attemperatus. Terent. And. 5. 4. 13, Itáne attemperatè uenit hodie in ipsis nuptijs, Vt ueniret antehac nunquam?

Attendo] attendis, attendi, attentum (προσέχω) attendere, ex Ad & Tendo, significat cogitare, & quasi animum intendere. Verbum est non plenum, sed nudum: attendi enim, oculos aut animum subauditur. Ter. Hecyra, 2. 2. 23,

—— nam postquam attendi
Magis, & ui cœpi cogere ut rediret. Plau. Amph. 16. 45.

Audi, atq; attende Laterensis, ut scias, &c. Ci. pro Plancio, 80, Si paulò diligẽtius Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Cic. Appio Pulchro, li. 3. 7. 15.

Diligenter attendere. Cic. 3. de Finib. 10.

Admodum attendere. Cic. 3. de Orat. 28.

Magnopere attendere. Cic. 3. Verr. 18.

Bene attendisti, nimis callidè agebatur. Ci. Att. li. 15. 329. 24.

Attendere, cum datiuo. Sueton. in Galba, Inter liberales disciplinas attendit & iuri. Id est studuit, siue operam dedit iuri. In hoc exemplo datiuus est rei. Iungitur etiam datiuo personæ. Pli. in. Paneg. Iurat in legem, attendentibus dijs. nam cui magis, quàm Cæsari, attendant?

Attendebat ijs, &c. Pli. li. 7. epist. 33.

Attendere, cum accusatiuo. Cic. 2. Philipp. 50. Et 4. Acad. 98, Illud attendimus in hoc omni genere quàm inconstanter loquamur, 3. de Finib. 62, Quare attendo te studiosè: &c.

Attendere & aucupari uerba oportebit: in quo ut ea quæ sint frigidiora uitemus. Cic. 2. de Orat. 142.

Non attẽdimus neq; exaudimus nosmetipsos. Cic. in Orat. 109.

Attendere atq; intelligere. Cic. 7. Verr. 116.

Attendere ad. Quint. li. 11. cap. 2, Hinc est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos qui exciderunt sensus.

Attendere de. Cic. 12. Philipp. 37, Animus tamen erit solicitus, ut nihil posßit de officijs legationis attendere.

Attendere animum, Aduertere. Teren. Phorm. 5. 6. 28,

Animam compressi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere, Hoc modo sermonem captans. Cic. 3. Offic. 44, Sed si quum animum attenderis, turpitudinem uideas ei rei adiunctam, &c.

Attendere animos ad ea quæ dicũtur, &c. Ci. pro Lege Agraria, 47.

Attendere animo æquo. Terent. in prolog. Hecyræ, 28.

Erigere mentes, aures q; , & dicentem attendere. Cicer. pro Syl. 24.

Attendens, attendentis, Participium (προσέχων) Sil. lib. 8. 118.

— nullo attendente deorum
Votis tunc uestris, casura ruistis in arma.

Attentus (προσεκτικός) Participium. Terent. And. 2. 14,

— ut animus in Spe atq; in timore usq; antehac attentus fuit.

Diligens & attentus in re aliqua. Cic. 3. Ver. 90.

Attento animo intueri. Cic. 1. de Fmib. 87. Et in Orator. 114, Eaq; dum animis attentis admirantes excipiunt.

Auditorem benevolum sibi facere & attentum & docilem. Ci. 2. de Ora. 45. & 176.

Præbere se attentum auditorem. Cic. 3. de Nat. deor. 2.

Tenere auditorem attentum. Author ad Heren. li. 4. 158, Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffluit enim totus.

Facere auditores atttentos. Author ad Heren. lib. 1.

Auris attenta. Hor. 2. Serm. Saty. 1. 4.

Attentus (προσεκτικὸς) Nomen ex participio: ut, Attentior ad rem. Terent. Adelph. 5. 3. 48, Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est.

Attentior circa aliquid. Quint. li. 5. ca 4. 15.

Attentißimis animis audire. Cic. pro Sestio, 24.

Attenta uita. Curiosa & diligens, quam uulgus subiectam dicit. Cic. pro Rosc. Amer. 25.

Attentus rerum paterfamiliâs. Cic. pro Quintio, 6, Quintius fuit P. Quintij huius frater, sanè cæterarum rerum paterfamiliâs & prudens & attentus, una in re paulo minus consideratus, qui, &c.

Attentus, pro Attentus ad rem, auarus, nimium q; solicitus. Horat. 1. Epist. 7. 18,

Durus ait Vultei nimis, attentus q; uideris Esse mihi.

Asper, & attentus quæsitis. Hor. 2. Ser. Sat. 6. 17.

Attentio (προσοχὴ, φιλοπονία) Verbale. Cicer. 2. de Ora. 28, Reliqua sunt in cura, attẽtione animi, cogitatiõe, uigilãtia, etc.

Attentè (προσεκτικῶς) aduerbium: ut, Attentè audire. Cic. pro Domo sua, 62. Teren. Heaut. 1. 1. 14, Ita attentè illorum officia fungere.

Attentè legere. Cic. ad Trebat. li. 7. 20. 4.

Attentius agere. Cic. Att. li. 16. 340. 1.

Attentius cogitare. Cic. 5. de Finib. 7.

Attentißimè audire. Cic. 1. de Orat, 142, Idem ad Catonem, li. 15. 4. 43, Scis enim quàm attentè te audire soleam.

Spectare attentius. Hor. 2. Epist. 1. 40.

Attento] attentas (πειράομαι) attentare, ex Ad & Tento, Idem quod tentare. Columel. lib. 1. cap. 4. 4, Simul attentando possessor efficit ut in id formetur, quod maximè præstare posit.

Attentare, Manu inuadere, uel insidijs adoriri. Cicer. de Aruisp. respon. 14, Quum ea attententur eius lingua, cuius antea manu euersa uos mihi & liberis meis manibus uestris reddidistis. Colum. lib. 7. cap. 12. 7, Primum est enim non attẽtari: secundum est lacessitum fortiter & perseueranter uindicari. Cic. 4. Verr. 93, Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare.

Attentari sententia dicitur, quum per appellationem an iusta fuerit discutitur. Vlpianus in l. eleganter. §. tunc enim. ff. de condict. indeb. Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, transigitur.

Vrbem attentare. Cic. pro Sestio, 6, Capuam propter plurimas belli importunitates ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur.

Attentari pudicitia dicitur, quum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. Paulus iurisc. de iniurijs. Vlpianus in l. apud Labeo-

Digitized by Google

Labronem, de iniurijs, Appellare, est blanda oratione alterius pudicitiam attentare.
Fidem alicuius attentare. Cic. in Orat. 121.
Attentare tempus prosperum. Tacit. lib. 12.
Attentare aliquem bello, Belli fortunam in aliquo experiri. Stat. 4. Theb. 14.
Lacrymis attentare aliquem. Valer. 4. Argon. 3.
Precibus attentare aliquem. Valer. 4. Argon. 3.

Attenuo] attenuas (λεπτύνω) attenuare, ex Ad, & Tenuo compositum, Comminuere, detrahere, exilius facere. Pli. lib. 11. cap. 37. 44, Lingua leonibus ac pardis, omnibusq; generis eius, etiam felibus, imbricatæ asperitatis ac limæ similis, attenuansq; lambendo cutem hominis.
Attenuari. Lucretius lib. 1. 64,
— tum portas propter ahena
Signa, manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu.
Attenuatum bellum atq; imminutum. Cic. pro lege Manilia, 21.
Attenuatæ prælijs legiones, Cæsar 3. bel. Ciuil. 350.
Attenuatum dicendi genus. Cic. 3. de Orat. 120.
Curas attenuare, Id est, minuere. Oui. 4. Trist. ele. 5. 11.
Attenuant iuuenum uigilatæ corpora noctes. Ouid. 1. de Arte, 148.
Luctus attenuare. Oui. ad Liuiam, 70.
Manus attenuare. Tibullus, 1. eleg. 4. 10.
Opes attenuare, Absumere. Oui. 8. Met. 170. de Erisichthone.
Arboris umbram attenuare. Catullus in Argona. 9. pro Frondibus, quæ umbram præbent.
Attenuans uictus à medicis uocatur, quo corpus nostrum gracilescit, & fit tenuius.
Attenuatus (λεπτυνθείς) Participium: ut, Attenuatus amore. Oui. 3. Met 98.
Attenuatè, Aduerb. (λελεπτυμμένως) ut, Attenuatè pressèq; dicere. Cicer. de claris Orat. 105, Oratorum bonorum duo sunt genera, unum attenuatè, pressèq;: alterum sublatè, ampleq; dicentium. Hîc oppositum aduerbio Attenuatè, aliud aduerbium Amplè.
Attenuatio, attenuationis (λέπτωσις) Verbale, Ipse attenuandi actus.
Attenuatio suspicionis. Author ad Herennium, lib. 2. 33, Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis.

Attero] atteris, pen. corr. attriui, attritum (παρατρίβω) atterere, Est rem aliquam cum alia, ui quadam coniungere, et quodammodo confricare: ut, Atterere gladium coti, quod barbari acutiare dicunt. Plin. lib. 9. cap. 51, Anguillæ atterunt se scopulis.
Attrita inter se ligna. Pli. li. 2. cap. 107. 1.
Asinus atterens se spinetis. Pli. li. 10. c. 74. id est, attricans.
Atterere, comminuere, frangere, consumere. Colum. lib. 5. cap. 6. 10. Virg. 4. Georg. 3,
— aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas. Celsi. in Prooem. lib. 1, Et duce alij Erasistrato atteri cibum in uentre contendunt.
Atterere alueum, pro Terere, seu calcare. Pli. li. 8. cap. 5. 1. De elephantibus.
Attrita toga. Martialis,
Attrita ueniet sportula sæpe toga. Hoc est, lacera.
Imbelles atterit hasta manus. Proper. li. 4. eleg. 3. 5.
Attritus uomer. Virg. 1. Georg. 10.
Attrita ansa. Virg. in Sileno, 6. 4,
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Vbi Seruius, Attrita ansa, frequenti potu.
— attritos uersans alit unda lapillos. Ouidius.
Atterere aures alicui, per translationem. Plaut. Persa, 11. 11, Cuiquam mortali libero aures atteram?
Atterere item per translationem: ut, Attrita bellis Aethiopia. Pli. li. 6. cap. 29. 19.
Atterere famam alicuius. Sallust. Post ubi eorum famam attriuerat, maiora alia impendebãt. Id est, Postquam ad infamiam & impudicitiam eos adegerat.
Attritus, pen. prod. (παράτριψ & Nomen ex participio. Cic. 6. Verr. 84, Herculis templum est apud Agrigentinos, non longè à foro, sanè sanctum apud illos & religiosum. Ibi est ex ære simulacrum ipsius Herculis, quo non facilè quicquã dixerim me uidisse pulchrius, tametsi nõ tam multũ in istis rebus intelligo, quàm multa uidi: usq; eò Iudices, ut rictus eius ac mentum paulò sit attritius, quòd in precibus & gratulationib. nõ solũ id uenerari, uerũetiam id osculari solent.
Attritæ opes, sæpius apud Liuium, pro Imminutæ.
Attritus, huius attritus, pen. prod. (παράτριψις) Verbale. Pli. lib. 9. cap. 45, Contactos pisces, attritúq; petræ scalpentes pruritum, inuadit.
Ex attritu facta. Pli. li. 33. ca. 6. 10.
Attritus arborum. Pli. li. 8. 32. 7.
Attritus calceamentorum. Pli. li. 28. ca. 16. 4.

Attes] Calai Phrygis filius fuit, impotens generandi à matre genitus: qui quum adoleuisset, in Lydiã demigrauit, & Matris deũm orgia apud Lydos peregit. Quare quum ob id in honore esset, Iupiter inuidit. Suemq; immisit, qui Lydorum labores & opera diripiebat: & cum alios plures, tũ ipsum Atten interemit, &c. Plura de his apud Pausan. in Achaicis.

Attestor] attestaris (μαρτύρομαι) attestari, Est, ut ait Sipontinus, in testimonium adducere. Ci. pro Milone, 51, Is qui ita natus est, & ita consuevit, te Magne tamen attestaretur.
Attestari, Est absenti denunciare, authore Paulo iurisc.
Attestari, pro simplici Testari accipitur. Pli. in Præf. lib. 4, Hoc attestabatur uel inimico iudici se approbari posse.
Attestãs, Participiũ (μαρτυρόμενος) Qui testimoniũ reddit. Cic. pro Sylla, 62, Sed quia sunt descripti Cõsulares, de his tantũ mihi dicendũ putaui, q, satis esset attestante memoria omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non, &c.
Attestante Artemidoro. Pli. li. 2. cap. 108. 5.
Attestator (ἐπιμάρτυς) Pli. epist. 18. li. 6, Quanquam quis uno te reuerentior huius operis, quis benignior attestator.
Attestatus, Participium (μεμαρτυρημένος) Testimonio comprobatus. Plin. lib. 10. ca. 43. 1, Reddatur & coruis sua gratia, indignatione quoq; Pop. Romani attestata, non solum conscientia.
Attestata dicebantur fulgura, quæ iteratò fiebant, uidelicet significationem priorum attestantia. Festus.

Attexo] attexis, attexui, attextum, attexere (προσυφαίνω) Addere, adiungere. Cicer. de Vniuersit. 59, Vos autem ad id quod erit immortale, partẽ attexite mortalem. Varro de re Rust. li. 2. ca. 5. 2.

Attica] pe. cor. (ἀττθὶς, ἀττική) Regio inter Achaiam & Macedoniam, quæ Acte, siue Actica antiquitus dicebatur, ab Acteone. Strabo. Pli. li. 4. cap. 7.
Atticus, Adiectiuum (ἀττικὸς) ut, Attici homines. Plaut. Amphit. 15. 3. Ouid. 4. Fast. 101.
Atticæ eloquentia. Terent. Eunuch. 5. 9. 63. Cicer. in Orat. 16. & de clar. Orat. 33.
Atticæ eloquentiæ candidatus. Quint. in Procem. li. 6. 11.
Atticè, Aduerb. (ἀττικῶς) ut, Atticè loqui, hoc est, Lingua Attica. Cic. de claris Orat. 156, Nam si quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere: is rectè ni si Atticum probat neminem.

Atticismus,

Digitized by Google

Atticiſmus (ἀτθισμός) Phraſis Attica, uel Attica locutio, & dicendi genus Atticum. Cic. Attico, lib. 4. 86. 2. Quint. lib. 6. cap. 3. 75.

Atticiſſo, atticiſſas (ἀτθιζω) atticiſſare, Curioſius Atticè loqui. Plaut. Menæb. 2. 12.

Attidiates] Populi ſunt in ſexta regione Italiæ, quorum meminit Pli. li. 3. cap. 14.

Attigo] ſine N, à ueteribus fuiſſe uſurpatum probat Nonius, pro Attingo. Plau. in Muſtel. Abſcedite telis, ne attigant.

Attigas, pro Contingas. Turpil. Leucad. Ne me attigas, atq; aufer manum. Accius Erigonis: Age, age, amolire, amitte, ea ne ueſtem attigas.

Attiguus, ab Attigo antiquo uerbo (προσαφής) Quod ita uicinum eſt, ut attingat. Apuleius lib. 4, Contra procliue montis attigui fuga me liberaui. Quod & Contiguus dicitur.

Attilius] Vide Regulus.

Attilus] pe. pro. piſcis in Pado, inertia pinguescens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec niſi boum iugis extractus. Pli. li. 9. ca. 15. 1.

Attineo] attines, attinui (κατέχω) attinere, ex Ad & Teneo: idem ſignificat quod tenere. Plau. Capt. 6. 61, Nunc iam cultros attinet. Tacit. lib. 1, Ni proximi prehenſam dextram ui attinuiſſent.

Attinere aliquem, pro Retinere. Tacit. libro 18, Deletæ omnes copiæ forent, ni uictorem exercitum attinuiſſet obſcurum noctis.

Attineri publica cuſtodia. Tacit. lib. 3, Precabantur Druſum, daret ultionis exemplum, donec accitam, conuictamq; attineri publica cuſtodia iuſſit.

Attineri uinculo ſeruitutis. Tacit. lib. 13, Quos uindicta patronus non liberauerit, uelut uinculo ſeruitutis attineri.

Defectione attineri. Taci. li. 13, Vologeſen defectione Hyrcaniæ attineri, ſuadet Tyridati precibus Cæſarem aggredi.

Diſcordijs attineri. Tacitus li. 1, Ob amiſſum Auguſtum diſcordijs attinemur.

Domi attineri ſtudijs. Tac. li. 14, Seneca rarus per urbem, quaſi ualetudine infenſa, aut ſapientiæ ſtudijs domi attineretur.

Attinet, pen. corr. (προσήκει) ferè impersonaliter legitur, pro pertinet, decet, conuenit. Cic. 4. Acad. 73, Nihil attinet de aſſenſione omnino loqui. Idem 7. Verr. 72, Quid me attinet dicere?

Nec quæ nihil attinent. Hor. 1. Carm. Ode 19. 2.

Attinet ad uitem colendam. Cic. 4. de Fin. 63, Si igitur illa cultura uitium in uite inſit, ipſa cætera credo. uelit quæ ad colẽdam uitẽ attinebant, ſicut antea, &c. Hoc eſt, ſpectabãt.

Attinet ad me. Terent. Adel. 2. 1. 32, Iámne me uis dicere quod ad te attinet? Vbi Donat. Quod tibi prodeſt, & commodum eſt? Hoc ad me attinet, Nihil ad me attinet. Plaut. Bacchid. 4. 51, Negotium ad me attinet aurarium. Ter. And. 1. 2. 16, Nihil ad me attinet. Idem Adelph. 3. 3. 82, Illum' curo unum, ille ad me attinet.

Quid iſthuc ad me attinet? Plaut. Epid. 2. 71.

Quod ad me attinet. Cic. pro Roſc. Amerino, 71, Seruos ipſos, quod ad me attinet, neq; arguo, neq; purgo. Idem 4. Verr. 10. Plau. Aſin. 1. 8, Quod ad argentum attinet.

Quam ad rem dicam hoc attinere ſomnium? Plaut. Rud. 5. 19,

Quid attinet tot ora nauium graui
Roſtrata duci pondere Contra latrones? Hor. 4. Epod. 3.

Attingo] attingis, attigi, pen. corr. attactum (ἅπτομαι, ἐφάπτομαι, ἐπιψαύω) attingere, Leuiter tangere, Virg. 5. eclo. 5, —nec graminis attigit herbam. Ter. Adel. 2. 1. 24, Tetigin' tui aliquid? c. ſi attigiſſes, ferres infortunium. Vbi Donatus, Plus dixit attigiſſes, quàm tetigiſſes. Eſt enim multò minus attingere, quàm tãgere. Idem Eun. 4. 6. 2, Atqui ſi illam digito attigerit uno, oculi ilico effodientur. Vbi Donatus, Digito uno, Moris cõminantium eſt, ad exiguum reuocare commiſſa quæ ſe ulturos prædicent. Cic. 1. Tuſcul. 16, Mento ſummam aquam attingens. Idem ad Quint. fratrem, li. 1. 1. 26, De his rebus nequid attingat.

Nihil attingit ad rem, pro Nihil attinet. Plaut. Merc. 3. 31,

—hoc ideo fit, quia
Quæ nihil attingunt ad rem, nec ſumptus uidet,
Tum amator profert ſæpe aduerſo tempore.

Attingit te hæc res. Cic. 2. de Legib. 4, Sed nimirum me alia quoq; cauſa delectat, quæ te non attingit ita.

Attingit humanam naturam. Cicer. 1. Offic. 28, Ex quatuor locis in quos honeſti naturam uimq; diuiſimus, primus ille, qui in ueri cognitione conſiſtit, maximè naturam attingit humanam.

Pertinet ad, & attingit. Cic. 5. de Fin. 41, Quum animal proceſſit paulum, & quatenus quicquid ſe attingat, ad ſeq; pertineat, perſpicere cœpit, tum ſenſim incipit progredi, ſeq; agnoſcere & intelligere.

Attingere nomen legis. Cic. 2. de Legib. 21, Quid quòd multa pernicioſè, multa peſtiferè ſciſcuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quàm ſi latores aliqua conceſſu ſuo ſanxerunt? Id eſt, non magis ſunt leges, &c.

Attingit me ſanguine, cognatione, ſumma neceſſitudine. Plin. epiſt. 144. a, Nec ijs tantùm quos ſanguine attingit, interpropinquos amandum. Ci. 4. Verr. 17, Quo quiſq; te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat. Idem ad Quin fratrem, li. 1. 1. 9, Deinde ex omni genere ciuium, qui aut quòd publicani ſunt, nos ſumma neceſſitudine attingunt: aut quòd, &c.

Attingere rem aliquam ſuſpicione. Ci. 3. de Nat. deo. 88.

Attingit eum infamia. Liu. 7. bel. Pun. 64, Sed erant perpauci quos ea infamia attingeret.

Attingere ſenectutem. Colum. lib. 1, Nec dum ſenectutem attigerit. Hoc eſt, nondum conſenuerit.

Attingere leuiter ſtudia, Sueton. de claris Grammat. 9. Literas, Cic. 1. de Orat. 39.

Aliquid leuiter in tranſitu attingere. Quint. 7. cap. 4. 20.

Attingere aliquid doctrinæ. Cic. 2. de Orato. 1, Opinio fuit L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ, quàm quantam prima illa puerili inſtitutione potuiſſet.

Strictim attingere librum aliquem. Cic. ad Atti. li. 2. 1. 3.

Attingere Rempublicam. Cic. ad Attic. li. 2. 37. 4, Reipublicæ nulla ex parte attingimus in cauſis: atq; in illa opera noſtra forenſi ſumma induſtria uerſamur.

Attingere fórum. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 7, De me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas uehementer uelim, me non, &c. ſed, ut primũ fórum attigerim, ſpectaſſe ſemper, ut tibi poſſem quàm maximè eſſe coniunctus.

Attingere rem aliquam, pro Tractare. Cic. 4. de Fin. 16, Priorem autem illi egregiè tradiderunt, hi omnino ne attigerũt quidem. Id eſt, nullam prorſus mentionem de ea fecerunt. Plin. in præfatione operis, 11, Iam omnia attingenda quæ Græci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας, uocant.

Voce tantũ attingere legis initiũ. Cic. de Aruſp. Reſp. 6, Heſterno die quum mihi ſtanti tacens minaretur, uoce tantũ attigi legum initium & iudicij. conſedit ille. Clodium intelligit.

Attingere quippiam uerſibus & inchoare. Cic. pro Arch. 20.

Perquã breuiter perſtringere atq; attingere. Cic. de Ora 110.

Attingere partem aliquam ſceleris alicuius. Cic. pro Seſt. 57, Quiſquis erat, qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet, quocunq; uenerat, &c.

Ad uerbum rem attingere. Cic. pro Cecin. 36, Poteſtne detrudi quiſquam, qui non attingitur? nónne, ſi uerbum ſequi nolumus,

Digitized by Google

mus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi, cui manus afferantur? necesse est inquam, si ad uerbum rem uolumus attingere, neminem statu detrusum, qui non adhibita ui, manu demotus & actus præceps intelligatur.

Singulatim unamquamq; rem attingere. Cic. 1. de Inuent. 110.

Attingere oram aliquam, siue regionem, pro Vicinum esse. Cæsar 1. bel. Gal. 5, Attingit etiam à Sequanis & Heluetijs flumen Rhenum: uergit ad septentriones. Cice. Atti. lib. 5. 108. 3, Perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam quæ Ciliciam attingit.

Vox attigit aures. Valerius 2. Argon. 92.

Attigit Britanniam, pro Peruenit. Cæs. 4. bell. Gal. 549, Ipse hora circiter diei quarta, cum primis nauibus Britanniam attigit.

Si qua te attingit cura. Cic. Attico, lib. 9. 183. 2, Si qua de Pompeio nostro tuendo, & tibi ac Reip. reconciliãdo cura te attingit. Vel, ut ait Virg. Quando hæc te cura remordet.

Digito cælum attingere dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac dijs proximi esse uidentur. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 14, Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si muli barbati in Piscinis sunt, qui ad manũ accedant. Erasmus.

Attingere aliquem, pro Nominare. Ci. pro Rosc. Amerino, 36, Vsq; eò animaduerti, Iudices, eum iocari, atq; alias res agere, antè quàm Chrysogonum nominaui: quem simul atq; attigi, statim homo se erexit.

Attingere extremis digitis aliquod genus uitæ, prouerbialiter dictum. Cic. pro Cælio, 20, Et audiui non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam uoluptatibus dedissent.

Primoribus labris aliquid attingere. Cic. 1. de Orat. 44.

Attingere aliquid, aut sensu gustare. Cice. pro Archia, Quòd si ipsi hæc neq; attingere, neq; sensu nostro gustare possumus, tamen ea mirari deberemus.

Attingere hæreditatem. Cicer. ad Attic. lib. 6. 120. 3, Procura, quantulacunq; est, Pretianam hæreditatem, prorsus illam ne attingas.

Attingi dolore. Cic. 3. de Fin. 25, Id ita esse se probant, quod antequam uoluptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parui, aspernenturq;, &c.

Attingit eum inuidia. Cic. ad Appium Pulchrum, li. 3. 10. 35.

Attactus, participium: ut, Attactus telis. Silius, li. 11. 30.

Attactus, huius Attactus (ἐπαφή) Verbale. Virg. 7. Aen. 70, de serpente quem Alecto in sinum Amatæ coniecerat,

Ille inter uestes, & læuia pectora lapsus
Voluitur attactu nullo. Vbi Seruius, Sine morsu, sine sensu. Varro de re Rust. lib. 2. cap. 5. 7.

Atthis] Atthidis (ἀτθίς) Cranai filia, à qua regio Attica, ut quidam existimant, dicta est, quum prius Actica ab Acteone diceretur: siue ab Acteo rege, ut Fauorino & Licophroni placet. Siue ab ἀκτὴ, quod littus significat: quum ea regio, ut Strabo in principio libri noni scribit, magna ex parte littoralis sit. Virg. 5. Aen. 123. In hac sunt Athenæ, & Marathon campus, cum oppido eiusdem nominis.

Attis] Attidis, Attica regio Lucr. li. 6,

Attide tentantur gressus, oculiq; in Achæis Finibus.
Hoc est, Athenienses podagra magna ex parte laborant.

Attis, attidis, f. g. (ἄττις) Luscinia dicitur, quasi Attica. Mart. lib. 1. 49, Sic ubi multisona feruet sacer attide lucus.

Attius] Pigmentarius quidam fuit. Cic. 15. Fam. Fuerunt & alij eiusdem nominis, de quibus Cicero, in lib. de Diuin. & 2. de legibus.

Attius, Poeta eximius fuit, multis annis Pacuuio minor, qui dicebatur plus habere magnitudinis & grandiloquentiæ, ut ita dicã: Pacuuius plus doctrinæ. Cic. in Brut. Attius ijsdem ædibus ait se & Pacuuium docuisse fabulam, quum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. Idem Cice. in Orat. pro P. Sextio, multos Attij uersus profert, eumq; disertissimum poetam appellat.

Attollo] attollis (ἐπαίρω, αἰωρέω, μετεωρίζω) attollere, ex At & Tollo cõpositum, Erigere significat. Plau. Casina. Sensim super attolle limen pedes noua nupta.

Attollere & leuare. Liuius, Quumq; se quisq; attollere ac leuare uellet.

Attollere aliquem triuijs. Hor. 1. Epist. 18. 12,

Nec semel irrisus triuijs attollere curat
Fracto crure planum.

Attollere se à graui casu. Liui. 8. ab Vrbe, 32, Quem cuspide, parmaq; innixum, attollentem se à graui casu, Manlius ab iugulo ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit.

Attollere se à terra. Plinius lib. 24. cap. 10. 9, Item chamæcissos appellant hederam non attollentem se à terra: id est, serpentem humi.

Oculos attollere, Suspicere. Virg. 4. Aen. 138.

Immensum attollere. Tacit. lib. 5, Nunciauere accolæ, Euphratem nulla imbrium ui sponte & immensum attolli.

Attollere oculos aduersus. Liui. 6. ab Vrbe, 72, Nec aduersus Dictatoriam uim, aut Trib. ple. aut ipsa plebs attollere oculos, aut hiscere audebant.

Attollere in cœlum. Pli. li. 21. cap. 7. 7.

Attollere signa. Plaut. Casina. 8. 5, Quid si propius attollamus signa, eamusq; obuiam?

Attolle pallium. Teren. Eunu. 4. 6. 31.

Attollit se mundus. Plin. lib. 2. cap. 70, Neq; enim (ut dixere aliqui) mundus hoc polo excelsiore se attollit: aut undiq; cernerentur hæc sydera.

Attollere humeris. Virg. 4. Georg. Et sæpe attollunt humeris.

Attollere se urbes, ac montes dicuntur, quòd è longinquo accedentibus paulatim assurgere uideantur. Virg. 3. Aen. 110,

Hinc sinus Herculei (si uera est fama) Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contra. Seruius.

Attollere sermones. Quintil. lib. 1.

Attollere se uenæ dicuntur: cui opponitur Submittere. Cels. lib. 1. in Proœm. Quum dilatant sese in cordis diastole, tum requirunt etiam (inquit) quare uenæ nostræ modò submittãt se, modò attollant.

Nomen alicuius attollitur ad sydera. Lucan. li. 7. 3.

Iras attollere. Virg. 2. Aen. 76.

Gloria se attollit. Virg. 4. Aen. 10.

Attolluntur colles alti. Hoc est, assurgunt & eleuantur. Pli. lib. 12. cap. 14. 2.

Attollitur Arcadia in montes sex atq; LXX. Plinius libro 4. cap. 6. 4.

Attollere arcem tectis. Virg. 3. Aeneid. 27. Vbi Seruius, id est, domos ædificare.

Attollens minas serpens. Colum. lib. 8. cap. 2. 8, Quin attollentem minas serpentem, uel aliud noxium animal interficere.

Muros attollere. Silius lib. 15. 101.

Attollere rem paruam. Celsus lib. 5. cap. 26, Histrionis est paruam rem attollere.

Attollere, Auferre. Pacuuius Medo, Custodite istum uos ne eum quis attollat, néue quis attingat. Nonius.

Attollere, pro Educare: ut, Attollere partum. Pli. li. 11. c. 39. 6.

Attollens, participium (ἐπαίρων) ut, Crura attollens, altiore gradu incedens. Sil. lib. 16. 89. De equo Panchetis,

—tum mollia crura superbi
Attollens gressus, magno clamore triumphat.

Attondeo]

Digitized by Google

Attondeo] attondes, attondi, attonsum (ἐπικείρω) attondere, Omnino tondere. Plaut. Casin. 6. 18,

Sed utrum, strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem, Nescio.

Attondere ulmos. Plau. Epid. 6. 6. Virgulta, Virg. 10. eclo. 2.

Attondere aliquem auro, per metaphoram. Plau. Bacc. 22. 9,

— is me scelus Auro usq; attondit doctis indoctũ dolis.

Attondens, Participium (ἐπικείρων) Virg. 2. Georg. 82,

— curui Saturni dente relictam
Persequitur uitem attondens.

Attonsus, Participium (ἐπικειρόμενος) Celsus, lib. 4. capite 3. Neq; inutile erit caput attonsum habere.

Attonsa arma. Lucan. lib. 6. 17.

Attonsa laus. Cic. 5. Tusc. 70. ut Epaminondæ,

Consilijs nostris laus est attonsa Laconum.

Attonitus] pe. cor. (ἀπόπληκτος, ἐμβροντητός, ἐκφανιτός) Participium: cuius uerbum non reperitur. Virgil. 3. Aeneid. 16.

Talibus attonitus uisis, ac uoce, deorum. Vbi Seruius Hoc est, talibus deorum uisibus: unde sequitur, Ac uoce deorum: nam & uoce se ducit attonitum, & uisis. Attonitus uerò est stupefactus. Nam proprie Attonitus dicitur, cui casus uicini fulminis & sonitus tonitruum dant stuporem.

Attonitus nouitate ac miraculo. Liu. 1. ab Vrbe, 208.

Nouitate attoniti pauent. Ouid. 8. Met. 137.

Attonitos quoq; (inquit Cels. lib. 3. ca. 26) rarò uidemus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant.

Aures attonitæ. Seneca, in Hercule Oet. eo, 8. 20.

Cor attonitum. Ouid. 11. Met. 142.

Gressu attonito fertur. Seneca in Octauia, 7. 12.

Mentis attonitæ stupor. Seneca in Troade, 6.

Attonitis hæsere animis. Virg. 5. Aen. 105.

Oculis attonitis uidere aliquid. id est, continuo intuitu, nusquã alio uersa acie. Claud. 3. Paneg. 14.

Pectus attonitum. Seneca in Hercule furente, 13. 17.

Attonita persuasio. Plin. lib. 29. cap. 1. 26, Simul contra attonitas quorundam persuasiones, qui prodesse nisi preciosa non putant.

Vates attonitus, Raptus Bacchi numine & Apollinis. Horat. 3. Carm. 19. 3, Ternos ter cyathos attonitus petet Vates.

Attonitæ domus. Virg. 6. Aen. 7, — nec enim antè debiscẽt
Attonitæ magna ora domus. Vbi Seruius, Attonitæ domus, Stupidæ, non stupentis. Ergo attonitæ, facientis attonitos: ut, mors pallida, tristis senectus.

Attonitè, Aduerbium (ἐκφανιτικῶς) Plin. lib. 30. ca. 1. 13, Britannia hodieq; eam attonitè celebrat tantis cæremonijs, ut dedisse Persis uideri possit. De magia loquitur.

Attono] attonas, pen. corr. attonui, attonitum (ἐκπλήσσω) attonare. Verbum rarissimè lectum: quod stupefacere uidetur significare. Ouid. Epist. 4,

Aut quas semideæ Dryades, Fauniq; bicornes
Numine contactas attonuere suo.

Attractylis] Vide Atractylis.

Attraho] attrahis, attraxi, attractum (ἑφέλκω, ἐπισπάω) attrahere, Ad se trahere. Cic. 5. Verr. 50, Adducitur à Venereis, atq; adeò attrahitur Lollius commodè.

Attrahere ad se. Liu. 9. bell. Pun. 47, Tribunos attrahi ad se iussit. Cic. in Sallustium, 9, Bis ad iudicis subsellia attractus.

Attrahere hominem ad aliquod negotium. Cic. 4. Verr. 1.

Attrahere & allicere. Cic. de Amicitia, 46, Quòd si etiam illud addimus, quod rectè addi potest, nihil esse quod ad se rẽ ullam tam alliciat, tam attrahat, quàm ad amicitiam similitudo, concedatur, &c.

Attrahere in se. Plin. li. 37. cap. 3. 6, Cæterùm attritu digitorum accepta ui caloris, attrahunt in se paleas, & folia arida, ut magnes lapis ferrum.

Attrahere, & reddere animam, pro Inspirare & expirare. Plinius li. 11. cã. 37. 58.

Accersere & attrahere. Brutus Attico in Epistolis ad Brutum, 17. 6, O magnam stultitiam timoris, id ipsum quod uereare, ita cauere, ut quum uitare fortàsse potueris, ultrò accersas & attrahas.

Attrahere lora. Ouid. 2. de Reme. amoris, 1.

Attractus, Partic. (ἑφελκυσθείς) ut, Attractus spiritus. Virg. 3. Georg. 99, Tum uerò ardentes oculi, atq; attractus ab alto,
Spiritus, interdum gemitu grauis. Intelligit difficilem respirationem.

Attractio, Verbale (ἑλκυσμός.)

Attractionẽ apud Quintilianum legimus pro eo positã, quod Donatus aduerbia congregandi uocat, qualia sunt, Summatim, Viritim, Ostiatim, & hoc genus similia. Eius uerba sunt hæc, lib. 1. cap. 4. 16, Nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc uocabulum ab Appellatione diducerent: ut esset uocabulũ, corpus uisu tractuq; manifestũ; Domus, lectus: Appellatio, cui uel alterum deest, uel utrunq;, Ventus, cœlum, deus, uirtus. Adijciebant & Assеuerationem, ut heu: & Attractionẽ, ut fascеatim: quæ mihi non approbantur.

Attrecto] attrectas (ψηλαφάω, μεταχείρω) attrectare, ex Ad & Tracto, significat proprie frequenter tango. Liuius, 5. ab Vrbe, 103, Quòd id signum more Hetrusco, nisi certæ gentis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic attrectare contaminatis manibus, Cicе. de Arusp. resp. 24. Virg. lib. 2. Aen. 143, Attrectare sacra.

Attrectare uxorem alicuius. Cic. pro Cælio, 14, Est enim dictũ ab illis, fore qui dicerent uxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse à Cælio.

Attrectatus, huius attrectatus, Verbale (ψηλάφησις) Ci. 2. Tuscul. 87, Nã attrectatu, & quassu sauũ amplificatis dolorẽ.

Attremo] attremis, pen. corr. attremui (ἐπιτρομέω) attremere: ut, Attremere oranti, Ad uocem alicuius contremiscere. Stat. 8. Theb. 16,

Dixerat, atq; illi iam dudum regia tristis
Attremit oranti, suaq;, & quæ desuper urget,
Nutabat tellus. De Plutone.

Attribuo] attribuis, attribui, attributum, pe. pro. (προσάπτω, προσνέμω, ἀνατίθημι) attribuere. Verbum notæ significationis. Cic. 3. de Nat. deo. 128. Et ad Caninium, lib. 2. 16. 15, Nam ad Senatum Bibulus quas literas misit, quod in ijs mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit.

Attribuere causam calamitatis alicui. Cic. 7. Verr. 83, Fit clamor & admiratio populi, tantã esse in homine impudentiã atq; audaciã, ut aut alijs causam calamitatis attribueret, etc.

Culpam attribuere. Cic. Aut si uni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse.

Attribuas illi quòd. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 17, Quòd Sicyonij te lædunt, Catoni & eius æmulatori attribuas Seruilio.

Ascribere & attribuere. Cic. 3. de Nat. deo. 128, Nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem ascribimus attribuimusq; sine ulla ratione dijs immortalibus.

Attribuere pro dare. Cic. pro Sex. Rosc. 6, Huc accedit summum timor, quem mihi natura pudorq; meus attribuit.

Curam attribuere. Liu. 6. bel. Pun. 252.

Enumerationem aut orationem alicui rei attribuere, pro inducere loquentem. Cicе. 111, Res autem inducetur, si alicui rei huiusmodi, legi, loco, urbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem.

Attribuere alicui equum, mancipium, naues, &c. Cæsar 1. b.

Digitized by Google

Ciuil.93,Copias undiq; omnes ex nouis delectibus ad se cogi iubet:seruos pastores armat,his equos attribuit. Cic. ad Attic.libro 12.24.5,Lentulum puerum uisu,eiq; de mancipijs,quæ tibi uidebitur,attribuas.Cæsar 7.bell.Gal.40 5, Neq; satis Bruto, qui classi præerat, nec Tribunis militum. Centurionibusq;,quibus singulæ naues erant attributæ,satis constabat quid agerent.

Attribuere,Assignare.Cæsar libro ultimo,Nostri,sicut superioribus diebus,ut cuiq; erat locus attributus, ad munitionem accedunt.Cic.2.in Catil.29,Video cui Apulia sit attributa.

Attribuere locum tertium alicui in re aliqua. Pli.li.16.ca.37. 3,Tertium locum ei in æstimatione ruris Cato attribuit.

Attributi finitimis municipijs.Pli.li.3.cap.20.2; Deinde Camuni,complures q; similes finitimis attributi municipijs.

Attributa sydera singulis nobis.Pli.li.2.ca.8.1.

Destinare,attribuere,atq; describere. Cic. pro Sestio, 55,Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus?cuius negotij publici cogitari, optari, fingiq; procuratio potuit,quæ non esset attributa,atq; descripta?

Attributæ pecuniæ,ab antiquis dicebãtur, quas nũc assignationes Latino uerbo dicimus.Varro lib. 1. de Lingua Latina, Tributum(inquit)dictũ à tribubus,quòd ea pecunia, quæ è populo imperata erat tributim à singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, Attributũ dictum.Ab eo quoq; quib.attributa erat pecunia ut militi redderet,Tribuni erarij dicti.Id quod attributũ erat,æs militare.Cic.3.Verr.23,Ne diutius teneam,pecunia attributa numerata est:profectus est Quæstor in prouinciã. Quæ uerba exponens Asconius,Pecunia,inquit, attributa est quæ in stipendium militum de erario à Tribunis erarijs adnumerari Quæstori solet.Cic.in Pisonem,68,Nónne sestertiũm centies & octogies , quod quasi uasarij nomine in uenditione mei capitis ascripseras,ex erario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? Erat igitur propriè attributa pecunia ea, quæ Imperatoribus ad prouincias euntibus assignabatur. Sed in quodcunq; negotium assignetur, attributum hodie uocari potest.Tribuni igitur erarij secundum Asconium,ea munera obibant, quæ nũc generales Receptores obeunt,attributam pecuniam Quæstoribus prouincialibus adnumerantes ex erario promptam.Secundum Varronem ij erãt, qui militibus ipsis protinus adnumerabant,quæ nunc Thesaurarij sunt bellici.Hæc igitur, diuersis temporibus uariè constituta fuerunt.Hæc Budæus.

Soluere & attribuere pecuniam.Cic.10.Phil.268, Quantiq; locarint,tantam pecuniam redemptori soluendam,attribuendamq; curent.

Attributio,Verbale.Cic.ad Atticum,lib. 15.327.5, Tamen ad me ex Phormiano scripsit:quas literas,quum è balineo exissem,accepi,sese de attributione omnia summa fecisse. Idem ad Tironem,li.16.24.3.De attributione conficies, de repræsentatione uidebis.

Attritus] Vide Attero.

Attropatria] Vide Atropatria.

Attuli] Præteritum ab Affero. Vide Affero.

Attyla] pe.cor.(ἀττίλας)ex Scytharum genere fuit,qui subacta Pannonia Italiam ingressus,Aquileiam subuertit,& in Germaniam transiens,plurima uastauit.

Atuacutum] ἀτουάκουτον,Galliæ Belgicæ urbs Ptolemæo, hodie Antuerpia,uulgò Anuers,Andorff.

Atura] ἄτουρα,oppidum est Galliæ Aquitanicæ.

Aturia] æ (ἀτουία) Assyriæ pars,haud procul à Babylone, cuius meminit Strabo,li.16.

Aturius] Galliæ fluuius,teste Ptolemæo,uulgò le Dou.

Atypus] atypi,pe.cor.(ἄτυπος) Dicitur qui nõ satis expedito plectro linguæ utitur , quasi aerem non feriens,uel quasi non satis uerba exprimens,conformansue.Gell.lib.4. cap.2,Balbus autem inquit, & atypus, uitiosi magis quàm morbosi sunt.

Atyras] siue Pidaras(ἄτυρας) Asiæ regiõis,quæ est in Thracia,fluuius,haud procul à Propontide. Vide Pli.li. 4. ca.11.

Atyrus] Nobilis in Aquitania fluuius,è Pyrenæis montibus labens, hodie penè nomen antiquum retinens. Aturus ab Ausonio appellatur in Mosella,

Tarbellicus ibit Aturus.

Atys] ἄττυς,eximia pulchritudine puer à Cybele deorum matre casto dilectus amore,iussus fuit ut pudicitiam integram conseruaret,eiusq; sacris præesset. Quod quum ille parum obseruans,cum nympha Sangaritide rem habuisset,in furias actus primum se castrauit:deinde quum mortẽ inferre sibi ipsi nellet,mutatus fuit in pinum arborẽ. Hæc Raphael Regius in hunc locum Oui.10.Met.21,

Et succincta comæ,hirsutaq; uertice pinus
Grata deũm matri:siquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem,truncoq; induruit illo.

Atys Syluius,Albæ Syluij filius,quem Eusebius Aegyptum Syluium uocat.Hic quum uiginti nouem annis regnasset,Capy filio relicto,diem clausit.

Atys alius quidã,filius Limniaces nymphæ,Gangis filiæ,à Perseo in tumultu nuptiarũ Andromedes occisus. Ouid.5.Met.

Atys item, Lydorũ,ex prognatis Herculis & Omphales unus. De quo plurib. Strabo scribit lib. 5, Est & Sic ilie fluuius apud Plin.li.3.cap.8.

A V

AVG. Augustus,uel Augur. AVG.LIBER.Augusti libertus, uel libertus. AVGG.Duo uel plures Augusti. AVR. Aurelius,uel Aurum. AVREL.Aurelius.

Au] ἀὺ, Interiectio consternatæ mulieris. Teren. Au!4.5. 12,Dicturáne quod rogo? M.au. C.concede ad dextram.

Au interiectionem esse silentium iniungentis docet Linacer ex Terent.Eun.4.4.15, —— au

Ne comparandus hic quidem ad illum est. Exemplaria quotquot uiderim,Hau habent,aspiratione præposita: quod & rectius uidetur.

Auantici] ἀυαντικοὶ,Populi sunt Galliæ,sic ab Auantico in Alpibus oppido dicti.De quibus Plin.lib.3.& Ptolem .lib.3. ca.5, Qui eos inter Sequanos collocat.

Auares] Populi putantur esse, qui hodie Hungari dicuntur.

Auaricum] αὐάρικον,Oppidum Celtarum in finibus Biturigum,flumine & palude perpetua circundatum:nunc Bourges Chasteau neuf,siue Viarron en Berri.

Auarè,Auariter,Auaritia] Vide Auarus.

Auarus] pen.prod. (φιλάργυρος,φιλοκτεανός,φιλοχρήματος) Adiectiuum ab Aueo uerbo deductum,dicitur qui nimium cupidus est pecuniæ.Hora.1.Epist. 2. 12, Semper auarus eget.Teren.Eunuc.5.4.4,Ab meretrice auara.Vide Gelliũ,lib.10.ca.5.Cic.2.de Orat.149, Auarus & furax.

Auarum & auidũ ita discernuntur:Auarũ enim sensu per in rem prehensione est:Auidum autem ab auendo,quod est etiã honestè cupiendo,& à delectatione intelligi potest ,ac per hoc aliquando malis,aliquãdo bonis adiungitur cas isis:aut Virg. Georg.lib.2.Pascũtur oues,auidæq; iuuencæ.Sallust.de bello Catilinæ,Laudis auidi,pecuniæ liberales erant. Nonius.

Auarior.Cicer.5.Verr.165,Secuti sunt auariores magistratus qui tamen in auaritia sua non solũ,& c. Hora.2.Epi.2.32, Viueret in terris te si quis auarior uno.

Auaræ adulationes. Pli. in Paneg. 67, Sed ad tu ne auares,cum cæteris omnibus,tum uel maximè auaris adulationibus obstructus est aditus.Figuratè, pro auarorum adulationibus.

Auarus

Auarum agricola. Virg. 1. Georg. 10.
Animus auarus. Horat. 2. Epist. 1. 25.
Cædis auarus miles. Claud. de bello Getico, 122.
Ignis auarus. Proper. 2. eleg. 29. 12. quòd omnia corripit.
Inuitus auarus, Inexplebilis cupiditas uidēdæ rei alicuius. Claudianus 1. in Ruff. 33,

Illecebris capitur, nimiumq; elatus auaro
Pascitur intuitu. Aut auaro intuitu, id est, intuitu rerum preciosarum.

Manus auaræ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 8.
Mare auarum quod expleri nō potest. Hor. 3. Car. Ode 19. 13.
Opes auaræ, quòd auaros reddāt. Claud. 1. de Raptu Proser. 5.
Spes auaræ. Quum nimis magna & ardua consequi nos posse speramus. Hor. 4. Car. Ode 11. 5.
Venter auarus. Hor. 1. Epist. 16. 2.
Vigil auarus. Claud. in Præf. 4. Paneg. 2,

Et uigil elapsas quærit auarus opes.

Auarus laudis. Hor. in Arte, Præter laudem nullius auaris.
Auarè, aduerbium (φιλαργύρως) Tenaciter. Terent. in prolo. Heaut. 48, Si nunquam auarè precium statui arti meæ. Cic. 3. Off. 48, Nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.
Acerbè atq; auarè imperare. Liu. 3. bel. Pun. 151.
Auariter, pe. cor. aliud aduerbiū (φιλοπτωχῶς) Plaut. Curc. 3. 32, Hoc uide ut ingurgitat impura in se merum auariter, Plenis faucibus. Idem Rud. 27. 12, Siquis auidus poscit escam auariter.
Auarius exigere opus. Colum. li. 1. cap. 7. 1, Comiter agat cum colonis, facilemq; se præbeat: & auarius opus exigat, quàm pensiones.
Auaritia (φιλαργυρία, φιλοχρημοσύνη) Habendi cupiditas. Cic. 4. Tuscul. 39, Auaritia, est opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit, inhærens & penitus insita. Teren. Phorm. 2. 3. 10,

Quia egens relicta est misera: ignoratur parens:
Negligitur ipsa: uide, auaritia quid facit. Sallust. Auaritia, pecuniæ studium habet, quam nemo sapiēs cōcupiuit.

Ob auaritiam laborare. Hor. 1. Ser. Saty. 4. 6.
Ex luxuria auaritia existit. Cicer. pro Sexto Roscio, 45, In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.
Auaritia alterius bona deuorare. Cic. pro Domo sua, 48.
Fœdus & maculosus auaritia. Tacitus lib. 17, Fuere qui crederent Capitonem, ut auaritia & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum nouarum abstimuisse.
Ardens auaritia. Cic. 3. de Fin. 57, Quis est enim, aut quis unquam fuit, aut auaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, ut eandem ipsam rem, &c.
Cæca auaritia. Vide Cæcus.
Cruenta auaritia, quòd cædium & bellorum præcipua omniū, ut plurimum causa est. Clau. 1. in Eutrop. 39,

—uis nulla cruentam Castrat auaritiam.

Auaritia biante homo. Cic. 4. Verr. 93, Nam ipsum Verrem, tantum semper auaritia biante, atq; imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla.
Implicata criminibus auaritia. Vide Implico.
Intolerabilis auaritia. Vide Intolerabilis.
Profunda auaritia. Clau. de bello Gildon. 33.
Appetere per auaritiam. Vide Appeto.
Ardere auaritia. Vide Ardeo.
Auaritiæ coarguere. Vide Coarguo.
Auaritia & luxuria in remp. immigrauit. Vide Immigro.
Auaritiæ insimulare aliquem. Vide Insimulo.
Tollere auaritiam. Cic. 2. de Ora. 92, Auaritiam si tollere uultis, mater eius est tollenda luxuries.
Exuere auaritiam. Tacitus in Vita Agricolæ, Et arrogantiam & auaritiam exuerat.
Auaritia gloriæ, pro Cupiditate. Curt. li. 9.
Auarities, auaritiei (πλεονεξία) Idem quod Auaritia. Lucret. lib. 3. 12,

Deniq; auarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miseros homines cogūt transcēdere fines Iuris.

Auceps] *aucupis, pe. corr. com. ge.* (ὀρνιθοθήρας) Qui, uel quæ aues captat. Columel. libro 8. cap. 10. 1, Qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captiuorum. Terent. Eunuch. 2. 2. 26, Coqui, fartores, piscatores, aucupes.
Auceps syllabarum: per translationem dictum à Cicerone, 1. de Orat. 121, Nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cautor formularum, auceps syllabarum.
Auceps auribus aut sermoni altertus. Plaut. Sticho. 3. 45, Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus? Idem Milite, 13. 8, Circunspicito dum ne quis nostro auceps sermoni siet.
Aucupibus noti frutices. Ouid. 1. de Arte, 10.
Aucupium (ὀρνιθοθήρα, θήραθρον) Auium captio. Plaut. Asina. 5. 63. Cic. 2. de Fin. 40, Nemo nostrūm istius generis asotos iucundè putat uiuere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, uenatione.
Aucupium sagittarum, quum sagitta figuntur aues. Cic. 5. de Finib. 56, Qui quū cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen uitam aucupio sagittarum.
Omne genus aucupium. Catullus epigram. 109. 1, Id est, omne aucupij genus, Nominatiuo pro genitiuo, nisi quis malit genitiuum pluralem esse, pro aucupiorum.
Plumosum aucupium. Propert. 4. eleg. 2. 7.
Aucupia, pro captis auibus. Seneca de Prouidentia.
Aucupium nouum, dixit parasitus Terentianus, qui omnibus omnia assentabatur, ut lautè uiueret alienis sumptibus, in Eunuch. 2. 2. 16, Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seculum prius,

Hoc nomen est aucupium: ego adeò hanc primus inueni uiam.

Aucupium delectationis. Cic. in Orat. 46, Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifestò deprehensum appareat.
Aucupium auribus facere. Plaut. Milite, 13. 43, Viden' tu illam oculis maturè facere, atq; aucupium auribus?
Aucupium uerborum & literarum. Cicer. pro Cecinna, 48, Tum aucupio uerborum & literarum tendiculis in inuidiam uocant.
Aucupor, penultim. correp. aucuparis (ὀρνιθοθηρῶ) aucupari, Deponens, Aues capere.
Aucupari, per translationem, est artificio quodam & solertia quærere: ut, Aucupari famam. Pli. li. 33. cap. 2. 2.
Colligere & aucupari omnia. Cic. 2. Verr. 6.
Delectationem aliquam dicendo aucupari. Cic. in Orat. 34.
Orationem aucupari ex. Cicero pro Sestio, 193, Non sum tam ignarus, Iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper.
Aucupari errantem aliorum opinionem. Cic. 2. de Finib. 14, Ita quod certiss: mum est, pro uera certaq; iustitia simulationem nobis iustitiæ traditis, præcipitisq; quodam modo, ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.
Aucupari errores. Cic. 2. de Orat. 18.
Aucupari sibi famam obtrectatione alienæ scientiæ. Plinius in

Digitized by Google

Præfatione totius operis,24.
Gratiam alicuius aucupari assentatiuncula.Cic.ad L.Luceium, lib.5.12.21.
Imbecillitatem alicuius aucupari epistolis.Cic.pro Flacco,71, Cur Albanum uenire iubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis & sororis & matris imbecillitatē aucupatur?
Aucupari manem rumorem.Cic.in Pisonem,44.
Aucupari rumusculos imperitorum hominum. Cicero pro Cluent.84.
Similitudinem quandam aucupari. Author ad Herennium,1.
Obseruare & aucupari tempus.Cic.pro Rosc.Amer.13.
Aucupari tranquillitates.Cic.Att. lib. 6. 119.3,Nos Rhodiorum aphractis,ceteriscq; longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus.
Aucupari uerba, aut uim uerborum. Cic. pro Cecin.38,Sermo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit,si uerba inter nos aucupabimur. Ibidem,64, Vim uerborum necessariò similitudine rerum aucupamur.
Attendere & aucupari uerba oportebit. Cic. 2. de Orat.142.
Verba alicuius aucupari.Seneca in Thebaide,2.9.
Vtilitatem aucupari. Cicer.2.de Orat.32,Atqui Catule,inquit Antonius,non ego utilitatem aliquam ad dicendum aucupans,horum libros,et nonnullos alios,sed delectationis causa,quum est ocium,legere soleo.
Aucupo,pas (ὀρνιθοθηρῶ) in actiua uoce usus est Plaut. Mostel.7.42,
— circunspice dum,nunquis est
Sermonem nostrum qui aucupet?
Aucupare ex insidijs quid agatur.Plau. Asin.16.31.
Aucupatio,Verbale (ὀρνιθοθήρησις) Actus ipse capiendi aues. Venatio,aucupatio.Quint.in Apibus.
Aucupatio,teste Budæo de Asse,quandoq; significat lucrū. Vnde apud Plinium lib.9.cap.35.legit, Vidi ipsam confestim paratam aucupationem tabulis probare. Alij autem nuncupationem legunt.
Aucupatorius,Adiectiuum (ὀρνιθοθέρᾳ) Quod ad aucupium pertinet.Plinius, lib.16.cap 36.11, Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoq; amplitudinem.De calamis aquaticis loquitur. Id est, quæ possint esse usui aucupio.
Auceta] sæpe aucta.Festus.
Auchetæ] αὐχῆται,Populi ad os Bosphori,Pli.li.4.cap.12. A Taphris per continentem introrsus tenēt Auchetæ,apud quos Hypanis fluuius oritur,&c.
Auctarium, Auctio, Auctionarij, Aucto] Vide Augeo.
Auctolicus] pen.cor.(αὐκτόλικῳ) Quidam fur fuit,qui se uarias formabat in species.Hic habuit liberos,Sisyphum,unde natus est Simon:& Auctoliam, unde Vlysses. Seruius in 2.Aeneid.16.
Auctonus] ἄυκτονῳ, filius Appollinis, & Cyrenes Penei filiæ.
Auctor,Auctus] Vide Augeo.
Aucula] Vrbs Tuscorum Ptolemæo,alijs Aquula:uulgò Aquapendens.
Aucupiū,Aucupor,Aucupatorius] Vide Auceps.
Audacia,Audacter,Audax,Audētia] Vide Audeo.
Audanij] αὐδαλιοι, Iapygiæ, quam & Massapiam Græci uocant,populi,quorum meminit Strabo,li.6.
Audeo] audes,ausus sum (τολμάω,θαρσώω) audere,Fidentem esse.Teren.And.3.2.25,
Nihil iam mutire audeo. Idem Eun.55.17,
— qua audacia
Tantum facimus audet? Virg.li.1.Aen.110,
— audetq; uiris concurrere uirgo.
Audere,Temerè præsumere.Virg.12.Aen.73.
Audeo confiteri.Cic.pro Q.Ligario,5, Vide quæso Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere,de Ligarij non audeam confiteri.
Audere cum accusatiuo,pro non uereri.Virg.3.Eclog.4, Quid domini faciant,audent quum talia fures?
Aciem audere.Tacitus,lib.12,Vastati agri,prædæ passim actæ, non ausis aciem hostibus. Hoc est,non ausis in aciem descendere,seu confligere.
Capitalia audere.Liu.6.bel.Pun.208.
Facinus.Liu.10.bel.Pun.112.
Feliciter audere aliquid.Hor.2.Epist.1.34. Id est, non sine successu prospero.
Hostilia audere.Tacit.li.20.
Longius audere.Tacit.li.21.
Maiora uiribus audere.Virg.10.Aen.160.
Nihil ultra fremitum & minas ausus.Tacit.li.17.
Oppugnationem audere.Tacit.li.2,Ausurosq; nocturnam castrorum oppugnationem.
Pœnam audere. Tacitus lib.2,Nec Tiberius pœnam eius palàm ausus.
Periculum audere.Tacitus libro 19,Neq; periculum in aperto audebant.
Pugnam audere Tacitus lib.4,Si Barbari successu noctis alacres,prælium auderent.
Audere scelus aliquod.Ouid.Epist.142.
Vltima.Liuius tertio ab Vbe,Et Aequos conscientia contracti culpa periculi,& desperatio futuræ sibi postea fidei,ultima audere & experiri cogebat.
Vltionem ausus dubijs rebus.Tacit.li.2.
Vim in aliquem audere.Tacit.li.12,Vim cultoribus ac oppidanis,ac plerunq; in mercatores & nauicularios audebant.
Licentius aliquid aut letius audere. Quint.li.2.ca.4.10.
Audens,Participium,Minimè timidus. Virgil.10.Aeneid.56, Audentes fortuna iuuat.
Audentes forsq; Venusq; iuuat.Ouid.2.Fast.157.
Audens,Nomen ex participio.Virg.6.Aen.19,
Tu ne cede malis,sed contra audentior ito.
Audendum est,fortes adiuuat ipsa Venus.Tibull.1.eleg.2.4.
Audendum dextra.Virg.9.Aeneid.68,Quia audemus & cursu.Seruius.
Author audendi. Qui ad perpetrandam facinus aliquod hortatur alios.Virg.12.Aen.32.
Audendi maiora fidem fecere immensæ uires. Luca.li.1.93.
Quidlubet audendi potestas.Hor.in Arte poet. 2.
Audendus adiectiuū (τολμητῷ) Liu.de Annibale,Nulla re, quæ agenda audendaq; magno futuro duci esset,prætermissa.Et Quint.li.4.
Audenter,Aduerbium (θαρσαλέως) Tacit.lib.4,Quidam audentius apertis in collibus uisebantur.
Ausus,sa,sum,Particip.(τετολμηκὼς) Liu.Exules, oberati,aut si capitalia pleriq;.
Ausis in aciem. Tacitus lib.12, Obuio hosti & in aciem ausо plus cladis faciunt.
Ausa atq; ausura multa nefanda manu. Ouid.3.Trist.eleg.9.4.
Ausus rogare.Cic.ad Att.li.6.113.13.
Codicilli ausi.Tacit.li.3,Ausis ad Cæsarem codicillis.
Ausum,ausi,Substantiuum (τόλμημα)ut,Memorāda ausa.Sil. lib.6.64.
Concordia ausa.Silius lib.5.43.
Ausa crudelia,Ouid.epist.14.11.
Fortia ausa.Virg.9.Aen.59.
Furalia ausa.Ouid.11.Metam.3.

Immania

Immania ausa. Stat. 3. Theb. 47.
Magna ausa. Oui. 2. Metam. 66.
Excidere ausis dicimur, quum conatus nostri in rebus nimium arduis successu carent. Ouidius 2. Metamorph. 66. de Phaethonte.
Indulgere ausis. Oui. 1. de Arte aman. 76.
Potitus auso. Oui. 11. Met. 49. Virg. 6. Aen. 125.
Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Ausurus grandia. Oui. 2. Amorum, eleg. 18. 1.
Et tener ausuros grandia frangit amor.
Audacia (τόλμα, θράσος, θρασύτης) est fiducia & securitas, qua quis aliquid audet, etiam cum periculo. Cic. 1. Offic. 91. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quàm fortitudinis.
Titubans audacia. id est, ut sic dicam, audacia timida, Vbi magnum quiddam aggredimur, sed uereri cogimur interim ne malè res cedat. Claud. in Nupt. Honorij & Mariæ, 17.
Audacia & audentia hoc differūt: quòd Audentia fortitudinis sit, Audacia temeritatis: ut Sallust. in Catilinam, Audacia pro muro habetur. Et apud ueteres sæpe sic. Nonius.
Audaciam ab Auidè, id est, cupidè agendo, dictam esse tradit Festus.
Audacia ad colendum. Plin. in Præf. li. 2, Nobis ad colendum te familiarius audacia sola superest.
Fretus impudentia atq; audacia. Ci pro Flacco, 27.
Temeritas & audacia stultorum & improborum. Cicero 1. de Inuent. 7.
Licentia & audacia. Cic. pro Q Ligario, 14 Vide quid Licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, uel potius audaciæ.
In uultu est audacia mista pudori. Ouid. 9. Metamorph. 106. De Byblide.
Abundare audacia. Vide Abundo.
Audacia creuit. Oui. 8. Met. 17.
Adhibere audaciam. Vide Adhibeo.
Armatus audacia. Vide Armatus.
Cedere audaciæ alicuius. Cic. pro Cecinna, 1.
Comprimere audaciam. Vide Comprimo.
Contundere audaciam. Vide Contundo.
Expertæ audaciæ homo. Liuius 4. Decad. libro 8. 109, Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegarunt equites.
Frangere audaciam alicuius. Quint. li. 2. ca. 16.
Increscit audacia. Vide Incresco.
Audacia fortitudinem imitatur. Cic. in Partit. 43.
Sumere audaciam. Stat. 10. Theb. 165.
Callida audacia. Cic. pro Cluentio, 145.
Felix audacia. Oui. Epist. 17. 40.
Fortis audacia. Tibullus li. 1. eleg. 4. 3.
Immanis audacia ad omne facinus. Cice. 13. Philip. 350.
Impudens audacia. Vide Impudens.
Ingens audacia. Oui. 3. Trist. eleg. 9. 4.
Muliebris audacia. Vide Mulier.
Noua atq; integra audacia. Vide Integer.
Petulans audacia, libido quædam temere audendi. Claud. in Epig. 7. 2.
Ceco præceps audacia uultu. Clau. 1. in Ruff. 7.
Audacia prouectus. Quintilian. lib. 1. cap. 3. 3, Hi sunt qui parua facilè faciunt, & audacia prouecti, quicquid illi possunt, statim ostendunt.
Audacia singulari homo Cæsar 6. bel. Ciuil. 411.
Audaciæ pluraliter Catonem dixisse testatur Festus. Cic. 2. in Catil. 32, Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non inhumanæ audaciæ ac tolerandæ.

Audax, audacis, pen. prod. (τολμητὸς, τολμητίας, σὺν τολμῷ, θρασὺς) Adiectiuum, Fidentem significat, aut temerarium. Terentius Eunucho, 4. 4. 42, 2, O scelestum atque audacem hominem?
Audax & confidens. Plaut. Amphit. 4. 1, Qui me alter est audacior? aut qui me confidentior?
Audax, amens, impudens. Cicero, Verùm etiam quòd nemo quenquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur.
Petulans & audax homo. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2. 8. 3.
Temerarius & audax. Cic. 1. de Inuent. 6.
Audaces & proterui. Cic. 1. de Fin. 93, Alij petulantes, alij audaces, proterui, ijdem intemperantes & ignaui, nunquam in sententia permanentes.
Animi audax Clau. 2. de Raptu Proserp. 1.
Audax animis Spartana iuuentus. Stat. 10. Thebaid. 98.
Audax ingenij. Stat. 3. Sylu. 2. 13.
Audax uiribus. Virg. 5. Aeneid. 14, Quiq; pedum cursu ualet, & qui uiribus audax.
Audax omnia perpeti. Hor. 1. Carm. Ode 3. 5.
Caput audax. Seneca in Agamem. 13. 1, Hostis parentis, impium atq; audax caput. Clytemnestræ uerba filiam obiurganitis.
Cœpta audacia. Virg. 1. Georg. 8,
Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis.
Audax facinus. Terent. Eunuch. 4. 3. 2, Hoccine tam audax facinus facere esse ausum?
Factum audax. Virg. 11. Aen. 162.
Fiducia audax. Stat. 6. Theb. 168.
Homo audax uenali lingua. Lucan. li. 1. 55.
Industria audax. Claud. epig. 27. 3.
Manus audaces. Oui. 2. Trist. 5. 4.
Mars audax. Tib. 4. eleg. 1. 20.
Orator audax. Oui. 13. Met. 40.
Paupertas audax Hor. 2. Epist. 2. 11.
Audax spes. Plin. li. 28. cap. 4. 3.
Facere audacem, Addere animum. Oui. 4. Met. 26.
Audacior ad facinus. Cic. 2. in Catilinam, 32.
Audacissimus, pen. corr. Cic. ad Atticum, lib. 3. 48. 8, Quòd & Achaia propè est, & plena audacissimorum inimicorum. Id est temerariorum.
Audaculus, penult. correp. (τολμηρικός) Adiectiuum diminutiuum, authore Festo. Gellius, Aderat reprehensor audaculus uerborum.
Audaciter, Aduerbium, pe. corr (τολμηρῶς) à quo Audacter, detractione literæ.
Audacter, Aduerb. (θρασέως) Plaut. Milite, 10. 138, Et minus audacter scelesta facerent facta. Sic Audacter ledere. Teren. in prol. Phor. 11.
Blandiri audacter. Oui. 20. epist. 39.
Magis audacter quàm paratè ueniebat ad dicendum. Cice. de claris Orat. 130.
Minus multò audacter. Vide Minor.
Defendere audacter sua decreta. Cic. 2. de Finib. 49.
Audacter quod scimus deferre ad aliquem. Cice. ad Senatum, lib. 15. 2. 15.
Audacter & liberè dicere. Cic. pro Roscio Amerino, 18.
Audacter & apertè dicere. Cic. pro Roscio Amerino, 8.
Iurare audacter. Plautus Amphit. 8. 205.
Loqui audacter aut respondere. Plautus Capt. 6. 60. Cicer. 4. Acad. 143.
Audacter monere, & familiariter. Terent. Heau. 1. 1. 6.
Exultat audacius. Cic. in Orat. 14.
Audacius trans ferunt uerba poetæ. Cic. in Orat. 117.

Digitized by Google

Audaciſſimè prorumpere. Cæſar 5. bel. Gal. 99.

Audio] audis, audiui, & audij, auditum, pen. prod. (ἀκούω, εἰκροάω, κλυθάνομαι) audire, Auribus accipere. Varro de Lin. Lat. lib. 5, Ab auribus uidentur dicta uerba Audio & Auſculto. Audio ab Aueo, quòd auribus auemus diſcere ſemper: quod Ennius uidetur etymon oſtendere uelle in Alexandro, quum ait, Iandudum ab ludis animus atq; aures auent auidè expectantes nuncium. Propter hanc aurium auiditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam Auſcultare declinamus: quòd hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent: à quo dictum poetæ audio, aut auſculto, litera commutatione dicitur. Hactenus Varro. Teren. And. 5. 4. 17, Si mihi pergit, quæ uult, dicere, ea quæ non uult, audiet.

Attentè, bonáq; cum uenia audire uerba alicuius. Cic. pro Sex. Roſc. 6.

Audire paucis. Teren. Eunuch. 5. 9. 37.

Breuiter audire. Virg. 2. Aeneid. 3.

Audiri in maius. Tacit. lib. 4. Miſſis leuibus copijs, quæ ex longinquo in maius audiebantur.

Latius audiri. Tacitus lib. 19.

Liquidus audiunt talpæ. Pli. li. 19. cap. 69. 1.

Libenter audire. Quint. lib. 2. cap. 9. 1. Libentius, Idem lib. 2. cap. 6. 3. Libentiſſimè, Idem lib. 4. cap. 1. 7.

Parum auribus audire. Cato de re Ruſt. cap. 157. 12.

Audire toties. Terent. Adelph. 1. 2. 48, An ego toties de eadem re audiam?

Molliter audire aliquem. Stat. 6. Theb. 11.

Aullire aure non auerſa. Tib: 3. eleg. 3. 6.

Audiente me, ablatiuus. Cic. ad Acilium, li. 13. 37. 2.

Audias, pro audire poteris. Cic. 4. Acad. 142.

Audieris, pro Vbi audieris. Mart. li. 5. 95.

Audieris, dices eſſe Maronis opus. Martialis libro 5. 95, Vbi audieris.

Audire Socratem, aut Platonem: pro diſcipulum eſſe Socratis. Cicero 1. Acad. 50, Iam Polemonem audiuerant aſſiduè Zeno & Archeſilas.

Audire, pro Intelligere, uel accipere ex auditu. Terent. And. 1. 4. 1, Audiui Archillis: iamdudum Leſbiam adduci iubes.

Audin' tu illam? Terent. And. 2. 2. 5. Et in Eunuch. 5. 9. 3.

Audiui dicere. Terent. Eunuch. 4. 4. 32, Nec quis eſſet, unquã audieram dicier. Cic. pro Muræna, Sæpe hoc maiores natu audiui dicere.

Audiui dici. Cicero in Piſonem, Audiſtis profectò dici, Philoſophos Epicureos omnes res, quæ ſunt homini expetendæ, noluptate metiri.

Audire, ſine addito, idem ſignificat. Terentius And. 3. 2. 31, Audiui, & credo. Cicero pro Roſc. Amerin. 60, Audio præterea non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri.

Audire, Sentire, intelligere. Terent. Hecyr. 1. 2. 3, Audin' quid dicam Scirte?

Clariſſimè audire. Pli. li. 10. cap. 70.

Audio à, è, ex, & de. Valla, Audiui à patre meo, & audiui ex patre meo, audiui de patre meo, idem ſignificare inueniet, qui bonos libros euoluet. Cicero tamen ſic præcipuè locutus eſt. Hactenus Valla, li. 3.

Audiui à uel ab. Cicero de Senect. Sæpe à maioribus natu audiui, &c.

Audiui de. Cicer. pro Corn. Balbo, 7. Idem 1. Offic. 131, Audiui hoc de parente meo puer, quum, &c. Hoc eſt, pater meus hoc recenſebat.

Audire de, aliter acceptum. Terent. Adelph. 3. 4. 5, De pſaltria hæc audiuit, id illi nunc dolet. Cicero 3. Verr. 36, Atque etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſæpe audiſtis id quod, &c.

Audire alterum de re aliqua. Cic. Trebatio, li. 7. 17. 9.

Audire è. Terent. Eunuch. 1. 2. 35,

Mercator hoc addebat, è prædonibus,
Vnde emerat, ſe audiſſe abreptam è Sunio. Cicero 1. de Finibus 60, At etiam Athenis, ut è patre audiebã, faciè.

Audire ex. Terent. And. 5. 4. 24, Ibi ego audiui ex illo ſeſe eſſe Atticum. Cicer. 3. Verr. 122, Multos ex te uiros primarios audiſſe, &c. Attico, lib. 5. 10 5. 1, Hoc te ex alijs audire malo.

Audire aliquem ex re aliqua. Plau. Milit. 18. 50.

Audire de capite, pro Cognoſcere. Senec. lib. 2. de Benef. de ambitu. Cic. pro Flacco, 76.

Audire nuncium. Cicero pro Roſc. Amerin. 78, Qui in Salentinis, aut in Brutijs habent: unde uix ter in anno audire nuncium poſſunt.

Audio & Exaudio, indifferenter aliquando ponuntur pro duplici ſignificatione: una, pro eo quod eſt Auribus accipio: altera, pro eo quod eſt Audita petenti concedo: ut, Viſa ſum audire uocem militis. Et,

Vox quoq; per lucos uulgò exaudita ſilentes. Item,
Audiit, & cæli genitor de parte ſiniſtra
Intonuit leuum. Et,
— nulli exaudita deorum
Vota, precesq; meæ. Hæc Valla lib. 5. c. 29. Cic. in Piſ. 33, In quo dij immortales meas preces audiuerunt. Cæſar 2. bel. Ciuil. 180, Neq; cohortationes ſuas, neq; preces audiri intelligit. Liuius 1. ab Vrbe, 51, Hæc precatus, uelut ſenſiſſet auditas preces, Hinc, inquit, Romane, &c.

Precantem placidus audi. Oui. 8. Met. 120.

Non audio. Ci. 5. Ver. 67, Negabant illi ſibi quicquã eſſe mãdatum, non audio: numerate H S. X V I. quid facerent miſeri?

Audio, ironicè, pro Non audio. Terentius Phorm. 1. 3. 8, At non quotidiana cura hæc angeret animum. P H. audio. Vbi Donatus, Audio per εἰρωνείαν dicitur, pro Non audio: hoc eſt, nihil dicis.

Audio, Conſentio. Teren. Eunuch. 2. 3. 77,

— capias tu illi ueſtem. C H. ueſtem? quid tum poſtea?
P. Pro illo te ducam. C H. audito. Vbi Donatus, Audio, id eſt, libenter hoc admitto & conſentio, ut in Phormione, Audio, & fateor. Et contrà non audio, Valla lib. 5. cap. 29.

Audio frequẽter accipitur pro eo quod eſt Credo, accedo, parco præcipienti, ſed ferè cum negatione, & frequentius per participium quod tranſit in nomen, quod eſt audiendus: ut apud Quintilianum, Nec audiendi quidem, quorum eſt Albutius, qui tres modo primas eſſe partes uolunt. Sine participio: Cicero Tuſcul. lib. 1. 100, Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum propter formam. Sine negatione: Idem in eodem 147, Endymion uerò (ſi fabulas audire uelimus) neſcio quando in Latmo obdormiuit. Sed nonnunquam ſine negatione aptè dicitur, ut apud Liuium, Ciuem tuum non audiſti arma capere, ac ſequi ſe iubentem Hannibalem. Paulò pòſt, Audiſti caſtra prodi, & arma tradi iubentem. Hæc Valla lib. 5. Cic. de Amicit. 48, Non erunt homines diuitijs affluentes audiendi.

Non ſum auditurus, Non eram Romæ, uel occupatior eram. Illud enim, &c. Plin. in Epiſt.

Audiri, pro Credi. Cic. audiretur à Pop. Romano uir primarius Eques Romanus L. Flauius.

Audire ſe uel alium. Cic. ad Curionem, li. 2. 6. 4, Tecũ loquere, te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera. Et 1. de Nat. deor. 77, Si uos audire uellemus. Et lib. 2. 248.

Audire bene, Eſt, ut ait Donatus, benedici, & laudari. Terent. in prol. Phor. 21, Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Cicer. 3. de Finib. 87, Eſſéq; hominis ingenui & liberaliter educati, nelle

Digitized by Google

ti, uelle bene audire à parentibus.

Bene audire, & rumorem bonum colligere. Cicero 1. de Legibus, 74.

Audire malè, pro uituperari. Teren. Phorm. 2.3.12, Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Cic. Att. li. 6. 111. 5, Hunc nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire uelle, ut ille malè audiat.

Minus commodè audire, pro Non integræ esse famæ. Cicer. 5. Verr. 114. Budæus.

Audire, subintellecto aduerbio Malè. Cic. pro Cluent. 8, Neq; unquam illa ita de suo scelere & immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat.

Audit arbor arborem: hoc est, admittit, & cum ea quasi obediens conglutinatur. Pli. li. 16. 43.

Audibo, pro Audiam, more antiquo. Plaut. Pœnu. 4. 55, Nunquam audibis uerba tot, tam suauia.

Auditur. Cic. ad Atti. li. 8. 166. 2, Propterea quòd neq; Romæ quicquam auditur noui.

Sic auditur. Id est, intelligitur. Quint. li. 8. Budæus.

Auditus est magno silentio. Cic. ad Qu. fratrem, li. 2. 5. 2.

Audita re ex utraq; parte. Cic. 1. de Finib. 36.

Audiendi (τῦ ἀκύειν) audiendo, audiendum. Gerundium. Cic. de Somnio Scip. 9, Audiendi sensu carere.

Audiendi insolẽs. Tacit. li. 15, Vt faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quæ faceret, insolens erat.

Audiendum. Cicero pro Flacco, 76, Nemo illorum iudicum charissimis uiris accusantibus, audiendum sibi de ambitu putauit.

Audiens, Participium (ἀκύων) Qui audit. Cic. de claris Orat. 45, Ad animos audientium permouendos. Ibid. 152.

Audiens dicto, Qui obedit dictis. Plaut. Trin. 14. 53, Sed si non dicto audiens es, quid ago? Cicer. 6. Verr. 23, Quæstui an misisset: respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætori.

Vt audiens dicto esset huic ordini. Cic. pro Deiotaro.

Audiens dicto atq; obediens. Liu. lib. 5.

Audiens edicto. Cic. 3. Verr. 80.

Audiens nomen: ut, Audiens imperij. Plaut. Truculen. 4. 24, Tibi seruio, atq; audiens sum imperij.

Audientia, audientiæ (ἀκρόασις) Ipsa, ut ita dicam, auditio. Plaut. Pœn. 2. 11, Exurge præco, fac populo audientiam. Hoc est, fac ut populus præstet aures.

Audientiam sibi facit improbitas eius. Cic. 1. Verr. 23.

Audientiam sibi fieri uelle. Cic. 2. de Orat. 177.

Audientiam facere præconem iussit. Liu. 5. Dec. a. li. 3. 60.

Audientiam sibi facit senis oratio. Cic. de Senect. 25.

Auditio, nerbale (ἀκρόασις, ἀκρόαμα) Actus ipse audiendi. Cic. 5. de Finibus, 76, Dantq; se ad ludendum, fabellarumq; auditione ducuntur.

Rumor atq; auditio. Cæsar 4. bell. Gal. 481, Et his rumoribus atq; auditionibus permoti. Sic stylo facultas continget, auditioni iudicium. Quint. li. 2.

Fama & auditione accipere. Vide Accipio.

Fictæ auditiones. Cic. pro Plancio, 46.

Falsas auditiones depellere. Tacit. li. 4.

Auditione, ablatiuus: pro Ex auditu. Ci. 6. Verr. 91, Hoc solum auditione expetere cœpit, quum id ipse non uidisset.

Auditio tenuis, Celius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 6. Lenis, Cæsar 7. bel. Gal. 170.

Auditioni occupatum sedere in scholis. Plin. lib. 26. capit. 2. 2, In uetusto codice legitur non Occupatum, sed Operatos.

Auditiuncula, pen. corr. diminutiuum (ἀκροαμάτιον) Gellius libro 13. cap. 18, Auditiuncula quadam de Catonis familia aspersus est.

Auditor, pen. prod. Verbale (ἀκροατὴς) Qui audit. Cic. Attic. lib. 16. 332. 7, De Gloria misi tibi, custodies igitur, ut soles: sed notentur Eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat.

Auditor, pro discipulo: ut, Auditor Platonis Strato, &c. 1. Academ. 49. & 4. 210.

Auditorius, ia, iũ (ἀκροαματικὸς) Quint. Vide Auditoriũ.

Auditorium (ἀκροατήριον) Locus in quo quis auditur uel orans uel legens. Quint. lib. 2. cap. 11. 3, Sed cuius rei gratia plenum sit auditorium. Sic li. 5. cap. 12.

Auditorium, Multitudo ipsa audientium. Pli. Epist. 72. a, Ipse uerò & nuper adhibito ingenti auditorio, librum de uita eius recitauit. Sic Quint. li. 5. ca. 12. 15.

Auditorium ponitur etiam pro foro & tribunali. Paulus in l. contra. ff. de re iudicata, Is qui ad maius auditorium uocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non uidetur.

Auditorium, scholam propriè significat: atq; ita opponitur foro. Quin. li. 10. ca. 1, Sed alia ratio est litium & disputationum, fori & auditorij, præceptorum & periculorum.

Auditus, penultim. producta. Participium (ἀκουσθεὶς) Cicero 1. de Finibus, 36, Req; ex utraque parte audita. Virgilius, 1. Aeneid. 66.

Audita eius uirtus dubitationi locum non dat. Cice. pro Corn. Balbo, 12.

Auditus à summis montibus Euan. Stat. 5. Thebai. 19, Romæ cuncta in deterius audita Mutianum angebant. Tacitus libro 20.

Audita recordari. Virg. 3. Aen. 22.

Audita repetere. Ouid. 19. Epist. 35.

Audito, ablatiuus absolutè positus. Tacit. li. 2, Audito castellum Luppiæ flumini appositum obsideri, sex legiones eò duxit. Id est, postquam audiuit.

Auditum, auditi, pe. pro. Substantiuum. Plaut. Merc. Vidistin', an tu audito nuncias?

Auditus, huius auditus, pen. prod. Verbale (ἀκοὴ) Idem quod auditio, & sensus ipse audiendi. Plinius libro 10. cap. 69. 1, Auditus cui hominum primo negatus est, huic & sermonis usus ablatus.

Auditus solers. Plinius lib. 8. cap. 28, Vulpes animal alioqui solerti auditu.

Transitum auditus aperit acetum scylliticum. Plinius libro 2. capite 2.

Granitatem auditus discutit oleum amygdalinum. Plinius lib. 2. cap. 4.

Auditum auferre. Vide Aufero.

Auditu intelligi. Cic. pro Marcello 7, Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atq; ego ipse cogitans sentio.

Auditus semper patet: eius enim sensu etiã dormientes egemus: à quo quum sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. Cic. 2. de Nat. deor. 215.

Breui auditu quamuis magna transibat grauioribus curis impar. Tacit. lib. 18.

Nihil præter auditum habeo. Cic. 1. Offic. 49.

Auditurus, pe. pro. Partic. (ἀκούσων) Oui. ad Pisonem, 17, Huc etiã tota cõcurrit ab urbe iuuentus, Auditura uirũ.

Aue] χαῖρε, Verbum defectiuum, in secunda persona singulari Aue: & plurali, Auete. In infinitiuo Auere, teste Diomede, li. 1. Mart. li. 5. 52,

Exprimere Ruffe, fidiculæ licet cogant,
Aue Latinum, χαῖρε non potest Græcũ. Idem li. 4. 34.

Aue matutinum. Mart. lib. 1. 51,

Et matutinum portat ineptus aue.

Aueto, pen. prod. in fine epistolæ, pro Gaudeto. Sallust. in Con-

Digitized by Google

iur. Catil. Nunc Oreſtillam tibi cõmendo, tuæq; fidei trado eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus. aueto.

Auere, Saluere. Martialis lib. 9. 9,

Iam ſatis eſt, non uis Afer auere, uale.

Aueho] auebis, pen. corr. auexi, auectum (ἀπάγω) auehere, Ex loco aliquo ad alium uehere. Terent. Adelph. 4. 5. 191, Is uenit ut ſecum auehat. Sueton. in Ceſare, Et mox ex præfectura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium faceſq; lictorum lectica ſua auexit.

Auehere, ſine prepoſitione. Liu. 1. ab. Vrbe, 4, Equites mercede conductos Aegyptum auexit. Id eſt, in Aegyptum.

Auchere à. Plautus Menæb. 2 4. 58, Quot eras annos natus, quum te pater à patria auehit?

Auella] ἀβέλλα, uel Auellinum, & antiquè Abellinum, oppidum Campaniæ: à quo Auellanæ nuces. Seruius. Silius lib. 8. 108, Et pauper ſulci cerealis Auella. Vide Strab. li. 5.

Auellana] pen. prod. (λεπτοκάρυον) Adiectiuum, & ſubauditur nux: ea eſt ex arbore quæ corylus dicitur. Plin. lib. 15. ca. 21. 3, Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt: ut in auellanis, et ipſo nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine uocabant. Pli. li. 15. cap. 2, In Aſiam Græciamq; è Ponto uenere, & ideo Ponticæ nuces uocantur.

Auello] auellis, auelli, & auulſi, auulſum (ἀποσπάω, ἀποτίλλω) auellere. A loco et p uim uellere. Virg. 2. Aen. 23,

Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium. Vbi Seruius, Auellere, oſtendit inuitum.

Pli. li. 2. cap. 78. 2.

Cohærẽs et Auulſus, cõtraria. Pli. li. 3. c. 8. 1, Quondã Brutio agro cohærẽs, mox interfuſo mari auulſa. De Sicilia loqtur.

Auellere ui. Ci. de Senect. 65, Quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſint, ui auelluntur: ſi matura & cocta, decidunt.

Auellere & abſtrahere. Cic. pro Font. 30, Num etiam de matris ſinu hunc complexu, lectiſſimæ miſerrimæq; fœminæ, uobis inſpectantibus, auellet atq; abſtrahet?

Auulſus à ſuis. Cic. pro Domo ſua, 112.

E ſigno Cereris hoc auellendum, aſportandumq; curauit. Cice. 6. Verr. 98.

Auulſus his. Pli. li. 5. cap. 2. 1, Et horum pars quondam Veſuni, qui auulſi his, propriam fecere gentem uerſi ad Aethiopes. Id eſt, ſeparati.

Frondes auellere. Oui. 2. Met. 70.

Auellere rus ab aliquo, pro Vi eripere. Terentius Eunuch. 3. 3. 14, Credo ei placere hoc: ſperat ſe à me auellere. Vbi Donatus, Bono uſus eſt uerbo Auellere: tanquam à pertinaciter retinente.

Auellere ſe à meretrice, uel auelli. Terent. Hecyra, 4. 1. 40, Auelli, id eſt, abduci, &c. Idem And. 3. 3. 22.

Auulſio, Verbale (ἀποσπασις) Plin. libro 17. cap. 10. 1, Aut enim ſemine prouenium, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulſione.

Auulſor, Verbale (ἀποσπαστὴς) Pli. li. 9. ca. 45, Vbi auulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur.

Auena] pe. pro. (βρῶμος) Genus eſt frumenti, quod à Græcis βρῶμος appellatur. Pli. li. 18. cap. 17. 1, Primum omnium frumenti uitium auena eſt, & hordeum in eam degenerat, ſicut ipſa frumenti fit inſtar, quippe quum Germaniæ populi edant eam, neq; alia pulte uiuant. Vide plura ibidem. Cic. 5. de Finib. 156, Vulgò, Auena, ouer uena.

Auenæ ſteriles. Virg. 5. eclog. 7. & 1. Georg. 31,

Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ. Quo loco Seruius, Steriles dici à Virgilio ait, ad diſcretionem earũ, quæ ſeruntur. Atqui ego putarim potius intelligere de uitio, quod in frumẽtis et auenis creſcere ſolet: Græci αἰγίλωπας uocant: ſpicam habent barbatam in ſpeciem auenæ, ſed multo maiores ſunt. Itali Squalam uulgò appellãt, quæ eſt ſimilis auenæ. Matthiolus Senenſis. Steriles aũt uocat Virgilius, quoniam meti non poſſunt, eo quòd grana quæ in ſummo ſunt, cmẽ ſint matura, quàm quæ in imo. Dicit autem dominari, quia quum non metantur, ſemen uel granum in terrã cadens, iterum ſemper renaſcitur.

Vanæ auenæ, id eſt, uacuæ, inquit Seruius. Virg. 1. Georg. 46.

Auena per metaphoram, pro culmo & fiſtula. Virg. 1. Eclog. 1,

Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. Vbi Seruius, Auenæ, culmo, ſtipula: unde ruſtici pleruncq; cantare conſueuerunt: ut alibi,

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Dicẽdo aũt Tenui auena, humilis ſtyli genus lauẽter oſtẽdit.

Anguſta auena cantare. Mart. li. 8. ad Muſam, epig. 3,

Sed perlucenti cantus meditabor auena. Tibul. lib. 3. el. 1.

Structis auenis cantare. Oui. 1. Met. 136.

Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis. Oui. 8. Metam. 39.

Auenaceus, Adiectiuum (βρόμιος) Ex auena factum: ut, Auenacea farina. Pli. lib. 29. cap. 6. 34, Vel cum farina hordeacea, uel auenacea.

Auenarius (βρομικὸς) Adiect. ut, Auenaria cicada, quæ apparet frumentis arescentibus. Pli. li. 11. ca. 26. 3.

Auenio] ἀβηνίων, urbs Galliæ Narbonenſis, in quam Pontifices Romani ius habent. Eam enim Pontifici Clementi uendidit Iohanna Siciliæ regina. Author Volaterranus. Vulgò Auignon.

Auentinus] penul. prod. (ἀβεντῖνος ὄρος) inquit Seruius, mons urbis Romæ eſt, quem conſtat ab auibus eſſe nominatum, quæ de Tyberi aſcendentes illic ſedebant: ut in 8. Aeneidos legimus,

Duraq; nidis domus opportuna uolucrum. Quidam etiam rex Aboriginum Auẽtinus nomine, illic & occiſus & ſepultus eſt: ſicut etiã Albanorum rex Auentinus, cui ſucceſſit Procas. Varro tamẽ dicit in gente populi Romani Sabinos à Romulo ſuſceptos, iſtum accepiſſe montem, quem ab Auente fluuio Prouinciæ ſuæ appellauerunt Auentinum. Conſtat ergo uarias has opiniones poſtea ſecutas. Nam à principio Auentinus dictus eſt ab auibus, uel à rege Aboriginum. Vnde hũc Herculis filium conſtat nomẽ à monte accepiſſe, non ei præſtitiſſe. Hactenus Seruius: illud Virgilius cum enarrans, lib. Aen. 7. 132,

—— ſatus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus.

Auentinus, adiectiuum: ut, Auentina ſylua. Ouid. 3. Faſt. 66. Et 6. Faſt. 146, Arx Auentina. Item libro 3. uerſu ultimo, Auentinum iugum.

Aueo aues] γλίχομαι, auere, Verbum eſt defectiuum, & conſuetum ſignificat. Feſtus, Auere nihil aliud eſt, quàm cupere, argumento eſt Auidum, & Auiditatem: ex quibus præcipua cupiditas intelligitur, quum ſignificet & gaudere. Hor. 1. Ser. Saty. 4. 18,

E quib. unus auet quauis aſpergere cũctos. Ci. 1. Offi. 21, Itaq; quum ſumus negotijs, curisq; uacui, tum auemus aliquid audire & diſcere.

Aueus, Participium (γλιχόμενος) Hor. 2. Serm. Saty. 4. 1,

—— non eſt mihi tempus aueuti
Ponere ſigna nouis præceptis.

Auernus] m. gen. (ἄορνος) In plurali Auerna, Auernorũ, n. ge. Lacus Campaniæ prope Baias: quem Plutoni dicatum opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere dicebatur. Vide Seruium in 2. Georg. Item in 3. Aene. 42.

Auerna alta. Virg. 5. Aene. 145. Id eſt profunda.

Aeſtus Auerni. Lucr. li. 6. 40.

Graue oleus Auernus. Virg. 6. Aen. 40.

Latices

Latices Auerni. Virgil. 4. Aeneid. 103.
Nigri sulcator Auerni. Id est Charon, Stat. 11. Thebaid. 118.
Pallens Auernus. Stat. 5. Sylu. 1. 6.
Pestiferi limen Auerni. Claud. 2. de Raptu Proserp. 70.
Auerna sonantia syluis, Virgil. 3. Aeneid. 88,

Huc ubi delatus Cumeam accesseris urbem,
Diuinosq; lacus, & Auerna sonantia syluis, &c. Vbi Seruius, Diuinos lacus, id est consecratos, Auernum & Lucrinum. Et mox de Auerno solo loquēs, Sanè hic lacus, inquit, syluarum densitate sic ambiebatur antè, ut exhalans inde per angustias aquæ sulfureæ odor grauissimus superuolantes aues necaret. Vnde & Auernus dictus est, quasi ἄορνος. Quam rem Augustus Cæsar intelligens, deiectis syluis, ex pestilentibus amœna reddidit loca. Hactenus Seruius.

Tartareus Auernus. Stat. 3. Thebaid. 22.
Vacuus Auernus. Inferi in quibus habitant defunctorum umbræ tenues & incorporeæ, proindeq; locum non occupantes. Claudianus 1. de Raptu Proserpinæ, 5.
Vmbrosus Auernus. Claud. 1. de Raptu Proserp. 23.
Auernus, Adiectiuum (ἀόρνιος) Ouid. 10. Metam. 11,

——donec Auernas Exierit ualles. Auernas, Auerna (les.

Freta Auerna. Virgil. 2. Georg. 33.
Valles Auernæ. Ouid. 10. Metam. 11.
Auernalis, pen. pro. aliud adiectiuum (ἀόρνειος) ut, Aquæ Auernales. Horat. 5. Epod. 6.
Aucrnales Nymphæ. Ouid. 5. Metam. 108.
Auerrunco] auerruncas, auerruncare (ἀποκόπτω) Antiquū uerbum rusticum, quasi runca uitium sarmenta auertere & amputare, uel in uitibus, quod nimium succreuit, runca expurgare. Verbum apud Catonem frequentißimum extra compositionem.
Auerrūcare (ἀποτρέπειν) Auertere & depellere per metaphoram. Liuius 8. ab Vrbe, 27, Placuit auerruncandæ deūm iræ, uictimas cædi. Cato de re Rustica, cap. 141. 3, Mars pater, te precor quæsoq; uti calamitates, intemperiasq; prohibeßis, defendas, auerruncesq;. Cicero Attic. lib. 9. 171. 3, Dij, inquis, auerruncent. Inde fit Auerruncasse, pro eodem. Lucilius lib. 26, Dij malucrint meliora, atq; amentiam auerruncaßint tuam. Hæc ipsa uerba sunt apud Ciceronem in libris de Finib. Ex Nonio.
Auerruncare dictum ab auertendo, teste Varrone.
Auerruncus deus (ἀποτρόπαιος) qui mala auerruncaret, id est auerteret. Pacuuius apud Varronem, lib. 6. de Ling. Lat.
Auersio, Auersor, auersaris, & Auersor, auersoris, & Auersus] Vide Auerto.
Auerta] auertæ, dicitur ex eo quòd auersa sit: est enim hypomaschalon. Sunt autem Auertæ lora latiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt sub alis eius succincta. In l. quoniam. in tractat. de cursu publico, Sella cum frenis, sexaginta libras: totidem auerta non transeat. Hæc Budæus ex interprete Græco. Alciatus Accursio accedens, equorum pectorale esse putat, ut postilenam Plautus dixit, pro eo quod Gallis Croperia dicitur. Idem sic ait, Sed quid si capitis ornamentum, quo habenæ figuntur, intellexerimus? ab auertendo, quòd equi per eam uertantur prout sessori uisum est.
Auerto] auertis, auerti, auersum (ἀποτρέπω) auertere, Aliunde conuertere, siue aliunde remouere. Cicero 5. Philip. 191, Lepidus Antonio diadema Cæsari imponenti se auertit. Sic, Oculos auertere, Ouid. 2. Metam. 155. Et lib. 5. 36, Vultum auertere.
Remouere oculos, & se totum auertere. Ci. pro Corn. Balb. 8.
Auertere se ab aliquo. Plautus Milit. 14. 81.
Ex oculis alicuius se auertere, & auferre. Virg. 4. Aeneid. 78.
Equos auertit in castra. Virgil. 1. Aeneid. 96.
Auerti, ab impudicis dictus, pro Abstinere, & defuescere. Plautus Amphit. 46.
Auertere hostem à portis. Cæsar 6. bel. Gal. 153.
Auertere Italia, pro, arcere ab, &c. Virg. 1. Aeneid. 9.
Ab urbe. Cic. ad Brut. 3. 2.
Armis repellere, fugare, auertere aliquem. Cicero pro Cecinna, 24.
Auertere hostem à cernicibus populi. Cic. ad Brutum, 15. 9.
Casum aliquem auertere. Virg. 3. Aeneid. 53.
Conatus alicuius auertere à Rep. Cic. 6. Philipp. 216.
Auertere falces laqueis. Cæsar 7. bel. Gal. 83.
Furorem alicuius auertere à pernicie Reipub. Cicero 4. Philippica, 154.
Auertit hic casus uaginam. Cæsar 5. bel. Gal. 165.
Sitim auertere fluuio. Silius lib. 8. 114.
Morbos auertere. Horat. 2. Epist. 1. 28.
Auertere rem à suspicione. Liuius 2. bel. Maced. 40.
Opinionē populi à spe adipiscendi auertere. Cic. pro Mur. 41.
Auertere orationem. Cicero 3. de Natura deorum, 24, Equidem attuliße rationes mihi uideor: sed eas tu ita refellis, ut quū me interrogaturus esse uideare, & ego me ad respondendum compararim, repentè auertas orationem, nec des respondendi locum.
Pestem ab Aegyptijs auertunt ibes. Cicero 1. de Natura deorum, 141.
Stimulos cæci amoris auertere. Virg. 3. Georg. 41.
Auertere se à sermone alicuius. Cic. ad Attic. lib. 8. 168. 2, Qui si passus esset nos secum, ut consueueramus, loqui, & non se totum etiam ab sermone nostro auertisset, minus miser, quàm sum, essem.
Auertere se ab amicitia alicuius. Cæsar 1. bel. Ciuil. 15. Ab amore. Cic. Attic. lib. 9. 181. 3.
Mentem alicuius auertere à defensione alterius. Cicero pro Sestio, 56.
Auertere se in mercatum. Id est, ab illecebris auertere se, & ad mercaturam sese conferre. Plaut. Most. 8. 120.
Auertere regem in cogitationem belli. Liuius 6. belli Macedonici, 24.
Auertere aliquem uel seipsum ab infamia. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334. 8, Ego uerò Austro gratias miras ago, qui me à tanta infamia auerterit. Liu. 3. bel. Maced. 43.
Auertere culpam in alterum, id est transferre. Liuius 1. bel. Macedon. 42.
Auertere ab oculis, & amandare procul. Cicero 2. de Natura deorum, 212, Atq; ut in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribusq; dominorum ea quæ profluentia necessariò tetri essent aliquid habituri: sic natura res similes procul amandauit à sensibus.
Auertere animum ab aliquo. Id est se ab illo alienare. Cæsar 1. bel. Gal. 81.
Auertere animum ab aliquo, pro Non cogitare de illo. Cic. de Amicit. 5, Tu uelim à me animum parumper auertas, Lælium loqui ipsum putes.
Auertere animum ab assiduo mœrore. Liu. 5. bel. Pun. 220.
Auertere cogitationem à miserijs. Cic. Torquato, 5. 1. 3.
Curas dictis auertere. Virg. 5. Aeneid. 79.
Auertit id certamen animos omnium, & oculos. Liuius 8. bel. Punici, 27.
Auertere oculos omnium in se. Liuius 2. ab Vrbe, 21.
Auertere in fugam. Liuius 2. bel. Pun. 86, In fugam auerterunt classem. Idem 1. ab Vrbe, 167.
Auertere rem aliquam, pro furari & rapere ad se. Cicero Sulpit. lib. 13. 29. 6, Deinde quum ferè consistat hæreditas in

Digitized by Google

his rebus, quas auertit Oppia, quæ, &c. Idem 5. Verr. 39.

Auertere prædam. Liuius 1. ab Vrbe, 26. Et Virgilius 10. Aeneid. 15. Item, Auertere prædam domum, Cæsar 3. bel. Ciuil. 228.

Auertere pecuniam. Cic. 3. Verr. 7.

Auertere hæreditatem. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 19, Ne patiare Eroten Turium, Q. Turij libertũ (ut adhuc fecit) hæreditatem Turianã auertere. Id est, auferre, eripere, detorquere.

Auertere fontem, flumen, aut iter. Cæsar, Omnia enim flumina atq; omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut auerterat, aut magnis operibus obstruxerat. Id est, aliò deriuarat. Cic. 2. de Natura deorum, 229, Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus.

Auertere sanguinem, uel sanguinis profusionem. Est ei ceu aliud iter dare, & aliò eum conuertere. Celsus li. 2. cap. 11.

Materiæ locus auertẽdus per cataplasmata. Celsus li. 5. ca. 27.

Quod omen dij auertant, Precatio est ne id accidat quod imminere uidetur. Cic. ad Brutum, 10. 8, Velim deinceps meliora sint: sin aliter fuerit (quod dij omen auertant) Reipub. uicem doleo. Item 11. Philipp. 296, Quid Bestiam qui se Consulem in Bruti locum petere profitetur? atq; hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter.

Auertere sensus magicis artibus. Virg. eclog. 8. 14. Vbi Seruius, Auertere, A' sanitate mutare: aut, Auertere ait, pro conuertere, ut sit mutata præpositio.

Surda aure auerti. Id est nolle audire. Stat. 2. Sylu. 2.

Auersus, Participium, Qui terga ostendit, ut ait Valla: cui opponitur Aduersus. Cic. 2. de Orat. 142.

Auersa pars, pro parte posteriori. Pli. lib. 11. ca. 37. 10, Canities homini semper à priore parte capitis, tũ deinde ab auersa.

Auersum collum lynx circumagit. Plin. lib. 11. cap. 47. 1. Vetustiora exemplaria legunt, In auersum.

Auersis pedibus pilas uolutare. Pl. li. 11. ca. 28. 2, Lucani è simo ingentes pilas auersis pedibus uolutãt. Idem lib. 7. ca. 2. 3, In qua syluestres uiuunt homines auersis post crura plantis.

Auersis à Sole cornibus, Plin. lib. 2. ca. 14. 1. de Luna.

In auersa charta scribere. Martial. lib. 8. 56. De Picente,

Scribit in auersa, Picens epigrammata charta:
Et dolet, auerso quòd facit illa Deo.

Hoc est, tam multa scribit epigrammata, ut utranq; pagimã chartæ impleat: sed repugnante & nõ aspirante Apolline: itaq; nihili facienda.

Auersa pecunia publica. Cic. 3. Verr. 23.

Auersus, pro Conuersus. Galba Ciceroni, lib. 10. 30. 7, Ne auersos nostros equites aggrederentur.

Auersi à prælio. Cæsar 2. bel. Ciuil. 47, Militesq; auersi à prælio, ad studium audiendi & cognoscendi feruntur.

Auersus à proposito. Liuius 2. ab Vrbe, 37.

Auersus à uero. Cic. 3. in Catil. 65.

Auersus à suis. Cic. Att. lib. 10. 202. 5, Nihil ego uidi tam αὐτοῦ πειτου, tam auersum à suis.

Auersus mercaturis, Qui mercaturam odit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 22.

Auersus à Musis. Cicer. pro Archia, 15, Auersus conturbernio, pro, A' conturbenio. Colum. de Villico, li. 12. ca. 1. 1.

Auersus, Iratus. Virg. 4. Aeneid. 73,

Talia dicentem iamdudum auersa tuetur.

Amicos auersos componere. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 6.

Auersi dij à salute Pop. Rom. Cicer. ad Brutum 16. 3. Virgil. 12. Aeneid. 130, — uos ô mihi manes
Este boni, quoniam superis auersa uoluntas.

Auersus (ἀπότριπ&) Nomen ex participio, Contrarius. Quint. lib. 7. cap. 2, Ne illum spectans iudex, reliquorum defensioni sit auersior.

Auersissimus animus. Cic. ad Attic. li. 11. 213. 4, Q. auersissimo à me animo Patris fuit.

Auersor, auersaris, auersatus sum (ἀποστρέφομαι, ἀποτροπιάζομαι) auersari. Valla, Aduersor tibi, & auersor te. De primo nihil est dubij: secundum sumit significationem à gestu, quoties ab aliqua re quam detestamur, uultũ auertimus. Quint. lib. 11, Aspectus enim eodem semper uertitur, quò gestus, exceptis quæ damnare aut concedere, aut à nobis remouere oportebit, ut idem illud uideamur uultu auersari, manu repellere. Hactenus Valla lib. 5. Cicer. 4. Verr. 136, Querere incœpimus de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius, qui tum tantæ pecuniæ rationem haberet: hærere homo, auersari, rubere.

Auersari aliquem, pro detestari, atq; abominari, & à quo præ odio uultum auertimus. Liu. 8. ab Vrbe, 33.

Auersari preces alicuius. Liu. 3. ab Vrbe, 55.

Auersari honorem, pro aspernari. Ouid. in Fastis.

Auersatio (ἀποστροπίασις) Verbale. Quint. lib. 8. ca. 3, Ego certè mihi cernere uideor eorum, qui aderant, tacitam auersationem, ac timidam uerecundiam.

Auersor, auersoris, Verbale (ἀποστρεπτὴς) ut, Auersor pecuniæ. Cic. 7. Verr. 118, Verres ille uetus proditor Consulis, translator quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ.

Auersio, auersionis, Verbale (ἀποστροπὴ) Ipse auertendi, siue fugiendi actus. In auersione, uel per auersionem emere, siue uendere. Vide Aduersio in Aduerto. Quint. lib. 9, Sed ille quoq; uocatur auersio.

Auerni] Vide Aruerni.

Auertor] *eris, pen. corr. (ἀποστρέφομαι) Deponens. Idẽ quod Auersor, hoc est Contemno uel Sperno. Boethius,*

Heu, heu, quàm surda miseros auertitur aure. Id est, *spernit, dedignatur.*

Aufeia] *aqua, Olim dicta fuit, quæ postea Martia dici cœpit, omnium aquarum toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris salubritatisq; laude cæteris prælata. Oritur in ultimis montibus Pelignorum. Vide plura apud Plin. lib. 31. cap. 3.*

Aufero] *pen. corr. aufers, abstuli, ablatum (ἀφαιρέω, ἐξαίνυμαι, περιαιρέω) auferre, ex Ab, & Fero compositum, teste Cicerone in Oratore: significat tollere. Cicero 3. de Finibus, 15, Commentarios quosdam, inquam Aristotelicos, quos hic sciebam esse, ueni ut auferrem, Terentius Adelph. 2. 2. 13,*

— uerum ego nunquam adeò astutus fui,
Quin quicquid possẽ, mallẽ auferre potius in præsentia.

Quanti uellet, auferret. Cicero 6. Verr. 9, Fore, uti quod quisque uellet, siue esset uenale, siue non esset, quanti uellet, auferret.

Auferre & abducere. Cic. pro Quintio, 557.

Detrahere, auferre & tollere. Cic. in Orat. 121.

Auferre ab ianua stercus. Plaut. Asin. 9. 18.

Ab aspectu auferre. Lucanus li. 9. 115.

Auferri de conuiuio, ut solent asoti. Cic. 2. de Finib. 39.

Auferre è conspectu. Plin. lib. 31. ca. 2. 14.

Auferre uberibus fœtum, pro ab uberibus. Plin. lib. 8. cap. 55.

Auferri inter manus. Cic. 7. Verr. 24, Itaq; erat exitus eiusmodi, ut alius inter manus è conuiuio, tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. Id est asportaretur aliorum manibus.

In uentrem abstulit. Cic. 2. de Orat. 147.

Auferre, pro Furari & rapere. Plaut. Auhul. 20. 7. & Terent. Eunuch. 4. 3. 19,

— etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeuntem abstulisse.

Auferre pecuniam de ærario. Cic. ad Attic. lib. 7. 139. 3.

Digitized by Google

Auferre per uim & metum. Cicero libro 1. ad Quint. fratrem 1.31.

Auferre per iudicem, est iudicis authoritate & sententia rem assequi. Vlpian. in l. apud Celsum. §. quod si is. ff. de doli mali & metus exceptione.

Fœtus ablatus uberibus. Plin. lib. 8. cap. 55.

Auferre ex aliquo triginta minas per fallaciam. Terent. Phor. 5.9.49. Cic. 6. Verr. 30, *Ab hoc, abaci uasa omnia, ut expositi fuerant, abstulit.*

Auferre aliquid domum suam. Cic. pro Sext. Roscio, 14.

Auferre, Impetrare. Terent. Adelph. 5.8.15,

—sine te exorem, mi pater. M. *Insanis? aufer.*

Auferre opem, dies, &c. Ci. pro Quintio, 17, *In altera spes esset ad talẽ tamen uirum iudicem ueniendi, unde eò plus opis auferret, quo minus attulisset gratiæ. Id est reportaret.* Ibidem, 11, *Quintius à Scapulis paucos dies aufert. Id est, Impetrat. Et ad Atticum, lib. 16. 341. 3, Liberalissimum decretum abstulimus. Hæc Budæus. Idem ad Atticum, libr. 14. 138. 7, Per eum igitur ut uolemus, facilè auferemus.*

Auferre ab aliquo id quod petimus. Plaut. Curcul.

Auferre impetratum. Plaut. Aulul. 23. 14.

Auferre litem. Plaut. Rud. 2. 20.

Auferre iudicio. Cic. pro Quint. 26, *Mibi si quid deberetur, peterem, atq; iudicio iam pridem abstulissem. Id est, Vicissim.* Ex Budæo.

Aufer, pro Define. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 9, *—aufer Me uultu terrere.*

Academiam auferre. Cicero ad Atticum, lib. 13. 271. 1, *Commotus tuis literis, quòd ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuliq; ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor.*

Aequitati multum aufert fraus impiorum. Quint. lib. 12. *Id est, Nocet.*

Amorem auferre ab aliquo. Cicero ad Atticum, libro 15. 330. 4.

Animam auferre. Silius lib. 15. 115.

Animum aufert ad contemplationem. Plin. lib. 9. cap. 17. 7.

Auditum auferre. Plinius libro 6. cap. 29. 19, *Vbi Nilus præcipitans se fragore auditum accolis aufert. Id est, surdos facit accolas.*

Auriculam mordicus auferre. Cicero ad Quintum fratrem, libro 3. 20. 3.

Caput alicui auferre, Liuius 8. bel. Pun. 210. *Vitam*, Plinius libro 24. cap. 5. 4.

Caullam aufer, non ego nunc nugas ago. Plaut. Aulul. 20. 10.

Dies quindecim auferent hi ludi. Cic. 2. Verr. 19. *Id est, In ludis edendis quindecim dies consumentur.*

Dolorem auferre. Tibullus 3. eleg. 6. 1.

Dubitationem auferre, Hirtius de bell. Alexandrino, 22.

Equum calcaribus auferre. Silius lib. 10. 56.

Fastidium auferre. Plin. l. b. 23. cap. 1. 2.

Formam alicui auferre cum nomine. Plaut. Amphit. 7. 4. 2.

Fructum uoluptatum aufert solitudo. Cic. de Amicitia, 73.

Gloriam auferre. Plin. lib. 13. cap. 1. 3. Lucan. lib. 3. 56.

Gloriam sempiternam auferre secum. Cicero pro Milone, 46, *Non dubitaturum fortem uirum quin quum suo periculo salutem Reipub. attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. Id est, asportaret secum in exilium.*

Inultum auferre aliquid, pro non puniri. Terent. And. 3. 5. 4, *Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.* Terent. And. 3. 4. 8.

Iudicia auferre à Senatu per ignominiam turpitudinemq;. Cic. 3. Verr. 15.

Iurgium auferas hinc si sapias. Plaut. Persa, 13. 22.

Ius eripere atq; auferre alicui. Cic. 1. Verr. 10.

Aufer ab hinc lachrymas barathro, & compesce querelas. Lucre. lib. 3. 194.

Laudem ex aliqua re auferre. Hoc est reportare. Cicero 3. Verr. 14.

Lumbifragium auferre. Plaut. Amphit. 4. 300, *Hodie lumbifragium hinc auferes.* Plautino ioco fictum est *Lumbifragium* ueluti, *Naufragium.*

Mensam auferre. Plaut. Amphit. 8. 173, *Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.*

Metus auferre. Virg. 12. Aeneid, 64.

Noctes auferre. Ouid. 2. de Rem. amor. 29.

Nomen auferre alijs, & fulgore claritatis tenebras obducere. Quint. lib. 10.

Nugas aufer. Plaut. Trucul. 18. 8.

Obliuio illud abstulit. Sallust. Id est, *Penitus obliti estis?*

Opes auferre. Ouid. epistu. 20. 30.

Auferre pecuniam edicto. Cic. ad Attic. lib. 6. 111. 14.

Pignora auferre, est quod nunc dicimus Captionem bonorum. Cicero 3. de Orato. *Hic quum homini & uehementi & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam uerborum faces admouisset, non tulit ille, & graniter exarsit, pignoribusq; ablatis, Crassum instituit coercere.* Budæus.

Pollicitationes aufer. Terent. Phorm. 5. 6. 16.

Præmium auferre. Plaut. Pseud. 20. 115,

§. *De improbis uiris auferri præmium & prædam decet.*

Responsum ab aliquo auferre. Cic. 1. de Orat. 123.

Reliquias uitæ membris ex omnibus aufert. Luca. lib. 6. 166.

Se auferre. Plaut. Asin. 9. 64, *Aufer te domum, ascende hinc.* Terent. Phorm. 3. 3. 27, *Aufer te hinc.* Virg. 4. Aeneid. 78,

—seq; ex oculis auertit & aufert.

Somnum auferre. Celsus li. 1. cap. 9.

Somnos aufert timor. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.

Spem auferre. Cic. 3. Offic. 13, *Oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitandi spem auferebat.*

Spiritum alicui auferre. Cic. 7. Verr. 92.

Studium auferre. Horat. 3. Carm. ode 12. 2.

Tacitum aliquid auferre. Plautus Asina. 14. 7, *Suspendas potius me, quàm tacita hæc auferas. Id est, quàm taceam de hac re.*

Transuersos auferre. Plin. lib. 28. cap. 1. 1, *Dictæ erant omnium rerum naturæ, inter cælum ac terram nascentium, restabantq; quæ ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent transuersos, ex ipsis animalibus quæ sanantur reperta maiore medicina.*

Vitam auferre. Ouid. epist. 20. 38.

Voluntatem auferre. Cic. 3. Verr. 13, *Vt alter dies amicis ipsum & defensoribus, non modo spem uictoriæ, sed etiam uoluntatem defensionis auferret.*

Abstulerunt me uelut de spacio, Græciæ res immistæ Romanis: non quia ipsas operæprecium esset perscribere, sed quia, &c. Liuius 5. bel. Maced. 155.

Ne te auferant aliorum consilia. Cic. ad Curionem, lib. 2. 6. 2. Id est, *Ne transuersum rapiant.* Budæus.

Medios aufertur in hostes. Id est, irruit. Silius lib. 10. 15.

Ablatus, Participium. Valer. 6. Argonaut. 137,

—nec ablatam sequitur, quæritue sororem.

Fœtus ablatus uberibus. Plin. li. 8. ca. 55.

Aufidena] ἀφιδλῶα, Ptolemæo authore, urbs Italiæ, Caracenorum, qui sub Ferentanis sunt. Hodie durat oppidum.

Aufidenates] populi, quorum Plin. inter Samnites meminit, lib. 3. cap. 12.

Aufidius]

Digitized by Google

Aufidius] *cognomento Lurco, qui primus pauones ſagina re aggreſſus eſt, ex eo quæſtu reditum ſexagenorum ſeſtertiorum percipiens. Author Plin. lib. 19. cap. 20. Aufidius Bajjus, nobilis hiſtoricus fuit, Quinliliani ætate, qui de rebus Germanicis hiſtoriam conſcripſit.*

Aufidius, *Viri nomen proprium apud Horatium, qui mella Falerno uino miſcere ſolebat. Horat. 2. Serm. Satyr. 4,*

Aufidius fortì miſcebat mella Falerno.

Aufidus] *penult. corrept. (αὔφιδος) Apuliæ fluuius, quem cruentum ex Cannenſi Romanorum clade aliquandiu fuiſſe Florus ſcribit. Vide Strabonem lib. 5. In Hirpinis ortus iugis, Canuſium urbem præterfluit. Author Plinius. Vulgo nunc dicitur Lo ſante. Lucan. lib. 2. 82.*

Acer Auſidus. Horat. 1. Sermo. Saty. 1. 12.

Anhelans Aufidus. Silius lib. 8. 126.

Longè ſonans Aufidus. Horat. 4. Carm. ode 9. 1.

Tauriformis Aufidus. Id eſt, habens formam tauri. Horat. 4. Carm. ode 14. 5. Acron & Porphyr. omnia flumina tauri no uultu & cornibus pinguntur, propter impetus & mugitus aquarum: ut,

Cornuger Heſperidum fluuius regnator aquarum.

Violens Auſidus. Horat. 3. Carm. ode 30. 2.

Auſinates] *Populi in quarta regione Italiæ, quorum Plinius inter Veſtinos meminit, lib. 3. ca. 12.*

Aufugio] *aufugis, aufugi, pen. prod. aufugitum, penult. corr. (ἀποφεύγω) aufugere, ex Ab, & Fugio compoſitum, idem ſignificat quod ſimplex Fugere. Terentius Hecy. 3. 4. 10,*

— denique hercle aufugerim Potius, quàm redeam, ſi eò mihi redeundum ſiet. Cic. ad Qu. fratrem, li. 1. 2. 22, Præterea Aeſopi Tragœdi noſtri familiaris, Licinius ſeruus tibi notus aufugit.

Aufugere aſpectum alicuius. Cic. 2. de Natura deor. 162.

Aß duas blanditias aufugere. Propert. 1. eleg. 9. 6.

Aufugere ex. Liu. 1. ab Vrbe, 104, Iam aliquantum ſpacij ex eo loco ubi pugnatum eſt, aufugerat.

Aufugit aqua. Plautus Aulul. 5. 16, Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.

Auga] *αὔγη, Telephi ſoror, quam Euripides dicit ab Aleo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impoſitam, & in mari demerſam eſſe: ſed Palladis prouidentia urnã ad Caici oſtia transmiſſam euaſiſſe. Verba ſunt Strab. lib. 13.*

Augaſij] *αὐγάσιοι, Populi ſunt intra Maſſagetas, apud Stephanum.*

Auge] *ſiue Augea (αὔγη) mater Telephi, filij Herculis. Scribit Diodorus libro 5, banc à patre Aleo cuidam nauclero ut mergeretur datam, quòd non crederet ab Hercule compreſſam: quæ quum duceretur ad mare, in itinere Telephũ peperit, & inter uirgulta abditum reliquit, quem poſtea paſtores inuentum Corytho regi tradidere, qui illum Telephũ, eo quòd à cerua nutritus fuerat, uocauit. Ipſa uerò Auge in Cariam abducta à mercatoribus, quibus illam nauclerus demergere nolens, dono dederat, & regi Teuthranti donata eſt. quam quum poſtea Telephus quæſiſſet, ueniſſetq; ad Teuthrantem in Myſiam, ab eo eſt honorificè exceptus. Vide Diodorum lib. 5.*

Auge, Demetrij liberta, ſiue potius Pompeij, inter præpotentes libertas enumeratur à Plinio lib. 35. ca. 18.

Augeas] *αὐγέας, Athenienſis comicus fuit, ut eſt Author Athenæus. Fuit & Augeas Eleorũ rex, quem Hercules ſuſtulit. Vide* Augias.

Augeo] *auges, auxi, auctũ (αὔξω, ὀφέλλω, ἐπιλαμβάνω) augere, Notæ ſignificationis, Maius facere.*

Augere & amplificare. Cic. 1. de Finib. 59, Omnia autem priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam uoluptatem, ut poſtea uariari uoluptas, diſtinguiq; poſſit: augeri, amplificariq; non poſſit.

Per gradus augere. Quintilianus libro 2. ca. 4. 25, Nam & genera ſunt tria, Sacri, publici, priuati iuris. Quæ diuiſio ad laudẽ magis ſpectat, ſi quis eã per gradus augeat, quòd lex, quòd publica, quòd in religionem deũm comparata ſit.

Animum inimicorum augere. Plautus Aſin. 7. 13. Sic Cicer. ad Att. lib. 10. 205. 8.

Animos augere, Aſſumere animum & fiduciam. Statius 10. Thebaid. 5.

Aliquem augere, pro Opibus auctum reddere, apud Tacitum legitur.

Augere, atq; honeſtare aliquem. Cic. 2. Offic. 28.

Augere & ornare aliquem. Cic. ad Trebatium lib. 7. 17. 5. Sic 1. de Orat. 47.

Auxilia augere. Plaut. Ciſtel.

Augere aliquid in infinitum. Plin. lib. 2. ca. 21.

Articulos auxerat macies. Ouid. 8. Metam. 163. de Fama dea, Id eſt maiores & eminentiores fecerat.

Beneficium magnum magno cumulo augere. Ci. Silio, 13. 63. 2.

Beneuolentiam auxit conſuetudo. Cic. de Amicitia, 30.

Ciuitatem augere procreatione liberorum. Plaut. Perſa, 15. 7.

Cognomento augeri. Tacitus lib. 12, Agrippina cognomento Auguſtæ augetur.

Commodis augere. Cic 11. Philipp. 316.

Culpam ſuam augere. Plin. in Epiſt.

Augetur remis curſus euntis aquæ. Id eſt, citatior fit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 6.

Dignitatem augere & nomen alicuius. Cicero ad Brutum, libro 11. 6. 6.

Diuitijs augere aliquem. Cicero de Lege Agraria contra Rullum, 71.

Dona precibus augere. Id eſt ultra oblatum munus etiam ſupplicare. Ouid. 3. epiſt. 6.

Exercitationes animi augere. Cic. 1. Offic. 172.

Facta alicuius augere. Tibul. 1. eleg. 7. 12.

Fortius augere aliquid. Plin. lib. 22. cap. 2.

Gratiam augere. Plin. lib. 11. ca. 42. 2.

Gratulatione populi dies me auxit. Cic. 14. Philipp. 396.

Honore augeri. Cic. de Aruſp. reſp. 53.

Induſtriam alicuius augere. Terent. in prologo Adelph. 25.

Inuidiam augere. Tacit. lib. 12.

Iracundiam alterius augere. Terent. Adelph. 1. 2. 65.

Lætitia augeri. Cic. 2. de Finib. 22.

Largitione augere. Tacit. lib. 13.

Liberalitate augere quempiam. Tacit. lib. 3.

Linguam Latinam augere. Cic. de Fato, 1.

Linguam augere copia uerborum. Cic. 1. Acad. 38.

Memoriam immortalem poſteritatis augere. Cic.

Moleſtiam augere. Cic. pro Flacco, 21.

Munificè augere. Vide Munus.

Munus uerbis augere. Cic. 2. Offic. 103, Neq; uerò uerbis auget ſuum munus, ſi quo fortè fungitur, ſed etiam extenuat. Hic augere & extenuare oppoſuit.

Largitatem muneris augere. Cic. de claris Orato. 8.

Cumulatius augere aliquod munus. Cic. in Orato. 30.

Nominibus imperatorijs augere aliquem. Tacit. lib. 7.

Numerum augere. Plaut. Amphit. 4. 153. Liu. de Hercule.

Numerum diuorum altaribus augere. Virgil. 7. Aeneid. 42.

Opes augere. Cic. de Amic. 61. Sic augere peculium. Plautus Moſtel. 12. 5.

Opes augere per ſcelus. Ouid. 2. Faſt. 126.

Opinionem augere. Cæſar 5. bel. Gal. 216.

Digitized by Google

Precia rerum commentis augere. Pli. lib. 12. cap. 19. 1.
Religione merces augere. Plin. lib. 12. cap. 14. 3.
Rem augere. Horat. 1. Epist. 7. 14. Cic. 2. Off. 81.
In augenda re festinare & obrui. Horat. 1. Epist. 17. 14.
Rem augere laudando, & Vituperando rursus affligere, cõtraria. Cic. de clar. Orat. 23.
Rempublicam & imperium augere. Cic. pro Sext. Rosc. 30.
Robur florentibus auximus annis. Sil. 16. 134. Verba sunt Scipionis.
Scientia augere aliquem. Cic. 1. Offic. 1.
Spem augere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 128.
Spiritu cæleſti augeri. Cic. de Arusp. respons. 53.
Suspicionem augere rei alicuius. Cic. 6. Verr. 29, Eius ipsius cupiditatis cuius insimularetur, suspicionem augeret.
Terram augere imbribus dicitur aer. Cicero 2. de Natura deorum, 146.
Terrorem augere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 248.
Vectigalia belli augere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 140.
Vias fortunæ augere, Augere uias, rationesq; excogitare ad diuitias opesq; acquirendas. Propert. 3. eleg. 7. 7.
Vires augentur. Ouid. 9. Metam. 158.
Vires auxit fortuna nocendi. Stat. 6. Thebaid. 188.
Augesco, augescis (αὐξάνω) augescere, idem quod passiuum Augeri, nisi quòd uim quandam habet paulo maiorẽ, & magis efficacem. Terent. Heaut. 3. 1. 14.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo. Ci. 2. de Nat. deor. 38.
Augescere incrementis. Liuius 7. belli Punic. 99, Asdrubal quum hostium res tacitis augescere incrementis cerneret, suas, &c.
Augescunt & pubescunt animantes. Cic. 2. de Nat. deor. 73.
Augescunt corpora, uuæ, & similia: pro, Crescunt & maiora fiunt. Plin. lib. 11. cap. 54. 1. Cic. de Senect. 48.
Augens, augentis, Particip. (αὔξω) Cic. de Fato, 1, Quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi uocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem Linguam Latinam nominare moralem.
Musæ augentes omnia. Claudian. 4. Paneg. 95,
Quorum (si qua fides augentibus omnia Musis)
Impetus exceßit Zephyros, candorq; pruinas. Id est, Si poetis credendum est, qui ueris semper aliquid addere consueuerunt.
Augendus (αὐξητέος) Participium, siue nomen ex participio. Tacitus lib. 2, Augendæ dominationi certatur.
Ad augendas fruges morigera. Lucret. 5. 17. de Luna.
Auctus, participium (αὐξηθείς) ut, Aucta numero acies. Liu. 8. ab Vrbe, 41.
Pecunia aucta. Cic. pro Cluen. 34.
Animo auctus. Tacitus libro 18, Titus aucto animo ad patrem peruectus.
Auxilio auctus. Tacitus lib. 5.
Beneficio auctus. Cic. ad Brut. 1. 3.
Damno auctus. Terent. Heauton. 4. 1. 15.
Diuitijs & bonoribus auctus. Ouid. 2. Triſt. 9.
Filia auctus. Tacit. in uita Iulij Agric. Cic. Attic. lib. 1. 1. 11, Auctus filiolo.
Fortunæ auctæ, & exaggeratæ. Cic. 4. in Catilinam, 91.
Honoribus auctus. Cic. 3. de Nat. deor. 125.
Labore aucta pabula grandescunt. Lucret. lib. 2. 233.
Lætitia auctus. Cic. de Fin. 22.
Liberis aucta domus. Seneca in Oedipo. 10. 8. Tacit. lib. 3, Auctus liberis.
Creuit mora & aucta est. Id est, in longum producta. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 5. 13.
Omine auctus. Tacitus libro 1.
Pecunia auctus. Tacitus lib. 11.
Præda auctus. Cicero 7. Verr. 64.
Societate auctus. Tacit. lib. 20, Ciuili societate Agrippinensium auctus.
Spolijs auctus. Cic. pro Sex. Roscio, 6.
In falsum aucta. Tacit. lib. 3, Modica de moribus adulescentis, neq; in falsum aucta, retulit.
Auctus (αὐξητὸς) Nomen ex participio. Plaut. Capt. 13. 15, Aegritudo auctior est in animo.
Re, fortunisq; auctior. Liuius 3. ab Vrbe, 288.
Auctior adiecto fulgebat sydere mundus. Claudianus 2. in Rufinum, 1.
Auctior animi uis. Lucretius lib. 3. 91.
Auctus, huius auctus (αὔξησις) Verbale. Liu. 4. ab Vrbe, 4, Cuius rei præmium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere. Plin. libro 4. cap. 12. 33, Auctu immenso aquarum.
Auctus dierum. Plin. lib. 2. cap. 19. 1.
Auctus infinitus corporis. Lucret. lib. 2. 97.
Hilarem grandescere ad auctum. Lucret. 2. 225.
Auctio (Δημιοπρασία) Verbale, Est, ut ait Valla lib. 4, uendlatio quædã in publico ac celebri loco. Plaut. Menæ. 24. 96, Vis conclamari auctionem fore quidem? MEN. die septimi Auctio fiet. Cic. Attic. lib. 4. 81. 1, Idibus enim auctionem Larini uideo.
Auctio hastæ. Sueton. in Cæsare.
Hæreditaria auctio. Cic. pro Cecinna, 8.
Auctio regia. Plin. lib. 29. cap. 4. 36.
Auctionem facere. Plaut. Menæh. 24. 92, Auctionem hic faciam, & uendam quicquid id est mihi. Cic. 6. Verr. 9, Quærendum est credo, Heius iste num æs alienum habuerit? num auctionem fecerit?
Facturum se auctionem, proscribere. Cicero pro Quint. 8.
Proponere auctionem. Quint. li. 6. ca. 3. 68.
Vendere auctionem, est præconis. Cic. pro Quintio, 11.
Bona alicuius constituta auctione uendere. Cic. pro Sext. Rosc. 14. Idem pro Cecin. 8, Quum esset hæc auctio hæreditaria constituta.
Auctionor, penult. product. auctionaris (κρύπτω, Δημιοπράτω) auctionari, deponens. Publicè & ferè sub hasta uendere, non ea quæ ad esum spectant, sed ea quæ ad supellectilem, atq; ad alios usus: nec ferè nisi quæ penes alium in usu fuerunt. Hæc Valla libro 4. Vulgò Vendere allo incanto. quasi sub hasta uendere, antiquo illo Romanorum more. Cicero pro Quintio, 8, Næuius hominem multis uerbis deterret ne auctionetur. Ibidem 12, Ait se auctionatum esse in Gallia.
Auctionarius, Adiectiuum (Δημιοπράσιος) ut, Auctionaria tabulæ, in quibus auctio fiebat. Cic. de Lege Agraria, 4.
Auctionariæ tabulæ. Cic. in Catil. 38.
Auctionãs, pen. prod. Participium (Δημιοπρατῶν) Cic. pro Lege Agraria, 58, Ponite ante oculos uobis Rullum in Ponto, inter uestra atq; hostium castra, hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionantem.
Aucto, auctas (αὔξομαι) auctare, Frequentatiuum. Plautus Amph. 3. 6,
Bonoq; atq; amplo auctare perpetuo lucro.
Auctare & alere. Lucret. lib. 1. 10, Vnde omnes natura creet res, auctet, alatq;.
Auctare aliquem ope. Catul. 62. 1.
Auctito, auctitas, pen. corr. (ἐπαύξομαι) auctitare, Frequentatiuum à frequentatiuo Auctor ut, Auctitare pecunias fœnore, 1.

Digitized by Google

nore, apud Tacitum.

Auctarium (προσθήκη, ἐπίμετρον) dicebant antiqui quod super mensuram uel pondus iustum adijciebatur, ut cumulus uocatur in modio. Hæc Festus. Plaut. Merc. 8.23,

Tanti quanti posßit, uin' tanti emi illam? c. auctarium
Adijcito uel mille nummûm plus quàm posset.

Auctor, auctoris (αὐξητὴς) Verbale, cuius fœminimum est,

Auctrix, teste Seruio, lib. 12. Aeneid. ut, Auctor diuitiarum, auctrix patrimonij. Sic Priscianus lib. 5.

Auctoratus (ἀμισθοφορητὸς) Id est, ut seruus aut gladiator auctione uenditus, ut ait Acron. Horatius 2. Sermo. Satyr. 7.12.

Auctificus, penult. corr. adiectiuum (αὐξητικὸς) ut, Motus auctificus, incrementum corporis quotidiana humorum acceßione. Lucret. lib. 2. 115,

Nec porrò rerum genitales, auctificiq;
Motus, perpetuò possunt seruare creata.

Augificare, dixit Ennius, ἀύξειν.

Et tabes numeros augificabit suos. obsoletum.

Augmen, augminis, n. g. (αὔξημα) Idem quod Auctus substantiuum. Lucret. lib. 3. 54, Perfectum corporis augmen.

Augmine donare, pro Auzere. Lucret. lib. 2. 15.

Augia] siue Augea, pen. prod. (αὐγεία Stephano) Nomen est duarum urbium, quarum altera in Locride est, cuius in Catalogo nauium meminit Homerus. Altera in Laconia.

Augias] αὐγίας, Solis nomine, re autem ipsa Phorbantis filius ex Hyrmine Nelei, seu ut alij, Nyctei, aut Epochi filius, ex cuius oculis aiunt radios tanquam solares micuisse. Hic igitur quum Herculi stabulum illud pacta mercede collocasset, isq; purgasset, de mercede tergiuersatus est. Quapròpter Phyleus Augiæ filius arbiter assumptus, secundum Herculem pronunciat, quod pater ægrè ferens illum eiecit, eiectusq; Dulychium uenit. Hæc ex commentarijs in Homerum. Sunt qui fabulam sic narrent, Augias Epitorum siue Elidensium rex fuit. qui cum Heleo rege Piliorum bellum gesßit, multa etiam armenta habuit, quorum stabula quum multo stercore essent plena, ad ea uacuanda Herculem misit Eurystheus. Seneca in Hercule furente, 4. 10,

Nec ad omne clarum facinus audaces manus,
Stabuli fugauit turpis Augiæ labor.

Augificare] Vide Augeo.

Augilę] αὐγύλαι, Africæ sunt populi, qui nullos deos putauerunt præter defunctorum manes, à quibus respõsa petere solebant sepulcris incubantes, ut Mela alijq; prodiderunt.

Augites] αὐγίτης, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Augites non multis alia uidetur esse quàm quæ Gallais.

Augur] auguris, penult. correp. com. gen. (οἰωνοσκόπος, οἰωνοπόλος) Qui ex auium garritu futura prædicit. Festus, Augur ab auibus, gerendoq; ductus: quia per eum auium gestus edicitur. siue ab auium garritu: inde & Augurium. Seruius, Solebant augures dum diuinabant, ita agere: primùm designabant lituo spacia, & eis nomina dabant, ut prima pars diceretur Antica, posterior Postica, item dextra & sinistra, atq; ita secundum hæc spacia diuinabant. Cicero 13. Philipp. 352, Augur Iouis interpres, & & internuncius.

In auibus erant tria diuinationis genera: nam aliæ quidem uolatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem prapetes, hæ oscines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum gustatu, quum pullis gallinaceis è cauea depromptis esca porrigebatur, ut tripudium solistimũ inde esset, perniciemq; portendebatur, si escam non caperent. De quibus uideto multa exempla apud Valerium Max. Cicero ad A. Cecinnam, lib. 6. 6. 18.

Apollo Augur. Horat. 1. Carm. ode 2. 7.

Phœbeius augur, pro Amphiarao. Stat. 6. Thebaid. 89.

Aquæ augur cornix. Horat. 3. Carm. ode 17. 3.

Augur publicus prædicit. Cic. ad Cecin. lib. 6. 6. 14.

Veri prouidus augur. Ouid. 12. Metam. 4.

Augures obseruant. Vide Obseruo.

Augures auspicijs præsunt. Cic. 1. de Nat. deor. 169. Et pro Domo sua, 33.

Auguralis, & hoc Augurale, pen. prod. (οἰωνοσκοπικὸς, οἰωνοσκοπικὸν) quod ad Augures pertinet, ut Auguralis cœna, quæ & Adijcialis dicitur. Varro 3. de Re rust. cap. 6. 4, Primus hos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur. Cicer. ad Gallum, lib. 7. 27. 5.

Augurales libri. Cic. 1. de Diuin. 124.

Auguralia insignia. Liu. 10. ab Vrbe, 29.

Porta auguralis. Tacitus lib. 2.

Augurale (οἰωνοσκοπεῖον) insigne Augurum, pro lituo accipi arbitror. Sen. de Tranquill. uitæ, ca. 11, Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, & c.

Vir Auguralis, ut uir Consularis. Cic. de clar. Orat. 145.

Augurium (οἰωνισμὸς, οἰωνοσκοπία) Ipsa diuinatio. Virgilius 5. Aeneid.

—magnoq; futurum Augurio monstrum. Vbi Seruius, Augurium dictum, quasi auigerium: quod aues gerunt. Plinius 7. ca. 56. 12, Auguria ex auibus inuenit Car, à quo Caria appellata: adiecit ex cæteris animalibus Orpheus.

Augurium, pro oraculo. Virg. 3. Aeneid.

Da pater augurium, atq; animis illabere nostris. Seruius.

Auguriam in piscibus. Plin. lib. 9. cap. 16.

Augurium quoddam futurorum in mentibus inhæret. Cicer. 1. Tusc. 52. 2.

Augurium & diuinatio mea. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 14.

Authoritas augurio continetur. Cic. de Aruſp. 16, Ego uerò primum habeo authores maiores nostros, qui statas solennesq; cæremonias, Pontificatu: rerum bene gerendarum authoritates, Augurio: fatorum ueteres prædictiones, Apollinis Vatum libris: portentorum explanationes, Hetruscorum disciplina contineri putauerunt.

Augurium salutis. Cic. 1. de Diuin. 169, P. Claudius Augur Cõsuli nunciauit, addubitato salutis augurio, bellum domesticũ, triste, ac turbulentum fore.

Fatale augurium. Claud. lib. 2. de Raptu Proserp. 29.

Insane augurium. Valer. 6. Argonaut. 146.

Magnum augurium. Virg. 5. Aen. 104.

Triste augurium. Virg. 5. Aen. 2.

Accipere augurium. Valer. 1. Argonaut. 33.

Agere auguriũ. Cic. 3. Off. 85, Quũ in arce augurium Augures acturi essent, iußissentq; T. Clodium Centimalum, qui, & c.

Constituere apud aliquem authoritatem sui augurij. Cicer. Cecinnæ, lib. 6. 6. 17.

Dare Augurium. Virg. 3. Aen. 18.

Augura, pro Auguria, dixisse ueteres probat Nonius ex Accio.

Auguro, auguras, penul. cor. (οἰωνοσκοπέομαι, οἰωνίζομαι) & Auguror, augurari, augurari, Diuinare. Virg. 7. Aeneid.

Et si quid ueri mens augurat opto. Vbi Seruius, Auguro dicimus secundũ Plinium, quum præsagio mentis futura colligimus. Auguror uerò tunc, quum futura ueris captamus augurijs. Cicer. 2. de Natur. deor. 239, Augurandarum rerum causa. Plaut. Ciſtel. 10. 25, Aſpice, oculis inuestiga, astutè augura.

Augurare & diuinare. Cic. 1. de Diuin. 149.

Auguror bis tua numina flecti. Ouid. 4. de Ponto, 27.

Augurari cõiectura. Cic. 1. de Orato. 47, Ego enim quantum

auguror

auguror coniectura, quantaq; ingenia in nostris hominibus esse uideo, non despero, &c.

Augurari opinione. Cic. pro Murena, 59.

Augurari de. Cic. in Orato. 23, Sed quid de illo augurer, libet dicere.

Augurari ex auis uolatu. Cic. Cecinnæ, li. 6. 6. 18.

Augurari futura. Cic. 1. de Diuinat. 113.

Mortem suam augurari. Cic. 1. Tuscul. 154.

Augurare sibi annos. Valer. 3. Argon. 71.

Sacerdotesq; uineta uirgetaq; & salutem populi auguranto. Cic. 2. de Legib. 34.

Auguratus, Participiũ (οἰωνισθείς) Cic. in Vatinium, 18, In illo augurato templo ac loco.

Auguratò, ut auspicatò (οἰωνισμένως) Liuius 1. Decad. li. 1, Accitus Numa, sicut Romulus auguratò in urbe condenda regnum adeptus est, de se quoq; Deos consuli iussit. Alibi inaugurato dixit.

Auguratus, huius auguratus, pen. pro. aliud Verbale (οἰωνισμὸς) Augurandi dignitas. Cicero 1. de Diuinatione, 60, Cuius quum tentaret scientiã auguratus, dixit ei cogitare se quidquam. Ibidem 58.

Auguratio, Verbale (οἰώνισις) Ci. 2. de Diuin. 99, Quæ tandem ista auguratio est, ex passeribus, annorum potius, quàm ant mensium, aut dierum?

Augusta] Cæsarea (καισάρεια σεβαστή) Vulgò Saragoza, Vrbs est Hispaniæ citerioris. Est & Augusta Treuerorũ, urbs Galliæ Belgicæ, uulgò Treues, Trier. Itẽ Augusta Emerita ciuitas Hispaniæ in Lusitania. Præterea Augusta Gemella in Hispania. Authores Strabo & Plin. Est postremò Augusta Vindelicorum, uulgò Augspurg.

Augustæ] σεβαστή, Coniuges dicebantur Imperatorum: Diuæ autem, post mortem tantum. Augustarum nomina hæc sunt, Liuia Augusti, Agrippina Agrippæ, Lepida Galbæ: Põpeia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquæ, quas enumerat Volaterranus lib. 14.

Augustalis] Vide Augustus.

Augustodunum] pen. pro. (σεβαστόδουνον) Heduorũ urbs in Gallia. Cæsar & Pomponius authores. Vulgò Austun.

Augustoritum] σεβαστόριτον, Pictonum urbs, Ptolemæo, uulgò Poictiers.

Augustus] σεβαστός, primus dictus est Octauius Romanorum Imperator: à quo alij dicti sunt postea Augusti, quasi augurio consecrati. Suetonius in Augusto, cap. 7, Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi: alterum Munatij Planci sententia, quum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, præualuisset, ut Augustus potius uocaretur, non tantum nouo, sed etiam ampliore cognomine, quòd loca quoque religiosa, & in quibus auguratò quid consecratur, Augusta dicantur, ab auctu, uel ab auium gustu gestúue: sicut etiam Ennius docet scribens,

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Belliger Augustus trepidas laxauerat Alpes. Clau. 5. Pane. 15.

Augustus Cæsar diuũm genus. Virgil. 6. Aeneid. 159.

Adde, Augustum & Cæsarem id habere discriminis, author est Ammianus Marcellinus, ut Augusti hi dicantur, qui nunc regnant, & ab Senatu Imperatoris nomine honestati sunt. At Cæsares dicuntur, qui ab ipso Augusto electi sunt ad regẽ dam aliquam prouinciam cum Cæsaris honore tantum, donec Augustus uixerit, post eius mortẽ successuri in imperio.

Augustius, Adiectiuum (σεβάσμιος) ut, Sedes Augusta. Virgilius 4. Georg.

Siquando sedem augustam, seruatáq; mella

Thesauris relines. Vbi Seruius, Sedem augustam, id est aluearia. Et propriè augustum, est tectum augurio consecratum. Abusiuè, nobile, quasi maiestatis plenum. Statius 4. Sylu. 2. 4. Ouid. 1. Fasto. 122,

Sancta uocant augusta patres: augusta uocantur
Templa sacerdotum ritè dicata manu.

Caput augustum. Ouidius 15. Metamorph. 174. de Cæsare Augusto.

Fons sanctus & Augustus. Cic. 5. Tusc. 52.

Forma uiri augustior. Liuius in primo, de Euandro & Hercule loquens, Formam uiri intuens aliquantum ampliorem, augustioremq; humana. Id est, maiestatis plenã, ad similitudinem diuinitatis habens.

Grauitas augusta. Ouid. 6. Metam. 15.

Augustus mensis, dictus est ab Augusto imperatore, quum prius Sextilis uocaretur: quemadmodum Iulius mensis prius Quintilis dicebatur.

Augusta mœnia. Virgil. 7. Aeneid.

Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet. Vbi Seruius, Augusta mœnia, augurio consecrata. Hinc paulò pòst illud est, tectum augustum ingens. Et nisi in augusto loco Senatus haberi non poterat. Vnde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conueniret Senatus, ubi erant uirgines.

Augusta papyrus, ab Augusto cognominata. Vide Plinium lib. 13. cap. 12. 1. & 4.

Sacra augusta. Ouid. 1. Fastorum, 122.

Templa augusta. Ouid. 1. Fastorum, 122.

Augustissimus. Statius 4. Sylu. 8. 4,

Ergo quòd Ausoniæ pater augustissimus urbis,
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, &c.

Augustè, Aduerbium (σεβασμίως) ut, Augustè factum, id est cum augurio siue captato augurio factum.

Augustè & sanctè consecratus. Cic. 2. de Natur. deor. 89.

Augustè & sanctè uenerari. Cic. 3. de Natur. deor. 72.

Dicere de religione augustius. Cic. de claris Oratorib. 41.

Augustalis, penul. prod (σεβαστέιος) Adiectiuum.

Augustales Vegetius Rei militaris lib. 2, nuncupatos testatur eos, qui primos ordines in bella ducebant, quòd ab Augusto ad id munus essent adiuncti.

Augustalis Claudius apud Columellam, li. 11. cap. 1. 1.

Augustale, augustalis (σεβαστεῖον) Est, ut ait Quintil. li. 8. cap. 2. tabernaculum ducis Augustale.

Auia] Vide Auus.

Auia] uel potius Liuia, urbs Hispaniæ Ptolem. uulgò Villalõ.

Auia fluuij nomẽ circa Phœneum campum, de quo Strab. lib. 9.

Auiarium, Auicula, Auicularius] Vide Auis.

Auidus] pe. prod. (πλεονέκτης, ἐπιθυμητικὸς) Adiectiuum. Festus, Auidus, à non uidendo, propter nimiam cupiditatem appellatur: sicut Amens, qui mentem suã non habet. Terẽt. Heaut. 3. 2. 15, Sed habet patrem quendam auidum, miserũ, atq; aridum.

Auidus & Liberalis contraria. Cic. pro Ros. Com. 12, Quid est hoc? probus improbum, pudens impudentẽ, periurũ castus, callidum imperitus, liberalis auidum. Subaudi, fraudauit.

Auidior ad rem aliquantum. Terent. Eunuch, 12. 51.

Auidus in pecunijs locupletum. Cic. 5. Philip. 180.

Nimis auidus. Vide Nimis.

Mens belli auida. Ouid. epistu. 7. 31.

Cædis auidissima propago. Ouid. 1. Metam. 33.

Auidus cibi. Terent. Eunuch. 1. 4. 14.

Auidior gloriæ. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 5. Sic pro Marcello 15, Auidissimus gloriæ.

Auidus nouitatis. Plin. lib. 12. cap. 1. 8, Vt est natura hominum

nouitatis

nouitatis auida.
Auidus interficiendi alicuius. Tacitus lib. 13.
Parandi diuitias auidus. Ouid. 1. Epist. eleg. 2. 15.
Voluptatis auidæ libidines. Cic. de Senectute, 36.
Amor auidus. Catullus epigram. 63. 17.
Animus appetens & auidus. Cic. 2. de Ora. 98.
Amplexus auidi. Ouid. 7. Metam. 29.
Aures auidæ & capaces. Cicer. in Orat. 56, Ipse Demosthenes, qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum, infinitumque desiderant.
Canes auidi. Ouid. in Ibin, 35, Et scindent auidi perfida corda canes.
Charybdis auida. Ouid. 14. Metam. 15. Auida, quoniam naues deuorat.
Conuiuæ auidi. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 15.
Corde auido ferre gaudia. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 12.
Dente auido conuellere dentes. Ouid. 11. Metam. 25.
Auidus deus. Id est, Pluto. Ouid. ad Liuiam, 88,
Mutarunt auidi tristia iura dei.
Flammæ auidæ. Ouid. 9. Metam. 35.
Hæres auidus. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 25.
Ignis auidus. Ouid. Epist. 4. 3.
Leones auidi. Ouid. Epist. 9. 8.
Lupus auidus. Ouid. 2. Fastorum, 18.
Manus hæredis auidæ. Horat. 4. Carm. ode 7. 5.
Manus subitis auidæ. Tacit. li. 17, Seruorũ manus subitis auidæ.
Mare auidum. Horat. Carm. ode 28. 4.
Miles auidus eruendæ ciuitatis. Tacitus li. 20.
Auidi mores. Plaut. Trinum. 12. 6.
Pectus auidum. Ouid. 9. Epist. 33.
Porca auida. Hora. 3. Carm. ode 23. 1.
Rapina auida. Ouid 1. Trist. eleg. 10. 7.
Auida sitis. Martialis li. 1. 46. ad Licianũ de Hispaniæ locis.
Spiritus auidus. Horat. 2. Carm. ode 2. 2,
Latius regnes auidum domando Spiritum.
Tigris auida. Lucan. li. 6. 97. Auida, scilicet sanguinis.
Vulcanus auidus. Horat. 3. Carm. ode 4. 12. Auidus, id est, incensus ad pugnam. Porphyrius, Auidum Vulcanum dixit, propter ignis auiditatem.
Captare auidis auribus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 4.
Cognoscere auidus. Id est, auidus ad cognoscendum, aut ut cognoscat. Ouid. 10. Metam. 94.
Videndi auidus. Ouid. 10. Metam. 12.
Auiditas, penult. correp. (πλεονεξία, ἐπιθυμία, ἐπιθυμητικόν) Denominatiuum. Cic. 3. de Finib. 11, Erat enim, ut scis in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. De Catone loquitur. Sic apud Plinium libro 12. capite 14. 9, Auiditas diripiendi.
Auiditas ad aliquid faciendum. Plin. lib. 17. ca. 18. 9.
Auiditas ad cibos Plin. li. 20. ca. 16.
Ieiuna auiditas. Vide Ieiunus.
Infinita auiditas gloriæ. Ci. ad Quin. fratrem, li. 1. 1. 66.
Auiditates fœminarum. Plin. li. 20. ca. 21.
Auiditate inflammatus. Ci. 2. Officior. 54.
Auiditatem incitare. Vide Incito.
Inhibere auiditatem. Vide Inhibeo.
Auidè, Aduerb. (ἐπιθυμητικῶς) Cic. de Senec. 24, Græcas literas senex didici: quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Verba sunt Catonis.
Auidè appetere. Cic. de Senect. 66.
Edere auidè. Ouid. de Arte Amandi, 3. 51.
Auidissimè apprehendere palmam. Plin. li. 14. ca. 22. 9.
Auidè expectare literas amici. Cic. ad Caßium, li. 12. 4. 6.
Prandere auidè. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 26.
Auidè sum affectus de fano. Cic. ad Atticum, li. 12. 256. 1.
Auidè se certamini offerre. Liu. 2. ab Vrbe, 27.
Auillas] Agnas recentis partus dicimus. Festus.
Auinense] Oppidum liberum in Africa, de quo Plinius lib. 5. cap. 4.
Auiola] uiri proprium nomen, de quo sic Plin. li. 7. cap. 52, Auiola Consularis in rogo reuixit, & quoniam subuenire non potuerat prævalente flamma, uiuus crematus est.
Auis] huius auis, f. g. (ὄρνεον, ὄρνις) Est quæ ouа parit, pennisq; est prædita, præter unum uespertilionem, qui utroque caret: quatuor enim pedes habet, & semimus est. Hæc Valla li. 4. Plin. lib. 10. cap. 1, Sequitur natura auium: quarum grãdissimi & penè bestiarum generis struthiocameli Africi.
Cantus auium. Horat. 3. Carm. 1. 4.
Concentus auium. Quintil. li. 5. cap. 9. 10.
Domus auium frondiferæ. Lucret. li. 1. 4.
Auium dulcedo ducit ad auũ. Autor ad Herennii, li. 4. 177.
Magna fides auium est. Ouid. 4. Fast. 164. Per aues auguria intelligit.
Grex auium. Horat. 1. Epist. 3. 4.
Aues solatia ruris, Assuetum syluis, innocuumq; genus. Ouid. 1. Fast. 88.
Voces auium liquidæ. Lucret. li. 5. 77.
Voce auis moneri. Id est, augurio. Ouid. 1. de Arte amandi, 6.
Aeria auis. Ouid. 1. de Arte amandi, 6.
Auis alba. Cic. Curioni, li. 7. 29. 4, Quadrabit in rem admodũ raram & inusitatam, quòd aues perpaucæ sint hoc colore. Ita Iuuenalis, Coruo quoq; rarior albo.
Candida auis. Virg. 2. Georg. 64. de Ciconia.
Deuia auis. Ouid. epist. 2. 24. Id est, bubo, qui in transuersum uolans auertur.
Fluminea auis. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 5. De cygno, in quem mutatus Iupiter, Ledam compressit.
Generosæ aues. Iuuenal. Saty. 14. 9. Hoc est, aquilæ.
Incestæ aues. Stat 9. Thebaid. 6.
Iunonis auis, Pauo. Ouid. 1. de Arte amandi, 126.
Littoreæ aues Vide Littus.
Peregrina auis. Vide Peregrinus.
Querula auis. Senec. Hip. 4. 81, —hîc aues querulæ fremũt.
Syderea Iunonis aues, Pauones. Claudian. 2. in Eutrop. 66.
Solus auis, Phœnix. Claudian. 2. Paneg. 85.
Toruæ aues, Vultures sunt, aut aquilæ apud Statium, 6. Thebaid. 151.
Vagæ aues. Horat. 4. Carm. ode 4. 1.
Varia auis, Versicoloris plumæ. Propert. 3. eleg. 13. 7.
Ali auibus, Auibus uesci Ouid. 13. Metam. 11.
Syluæ canunt auibus. Lucret. lib. 1. 52.
Glomerantur aues. Virg. 6. Aeneid. 62.
Insidias auibus moliri. Vide Molior.
Mouent aues per aera pennas. Ouid. 15. Metam. 20.
Tectæ fronde queruntur aues Ouid epist. 10. 2.
Auis. pro auspicio & omine. Liu. 6. ab Vrbe, Veniat in mentẽ unicuiq; deos esse, qui secundis auibus Romanos in prælis miserint. Budæus.
Bonis auibus uisus. Ouid. 1. Fast. 101.
Aduersa aui soluere, pro omine aduerso. Cic. 1. de Diuina. 55.
Dira auis. Claudian. 2. in Eutrop. 46.
Obscœnæ aues, Turpes, mali ominis. Ouid. 2. Amorũ, ele. 6. 11.
Auicula, penul. correp. Diminutiuum (ὀρνιθάριον) Parua auis. Gellius li. 2. cap. 29, Auicula est parua, nomen est caßita, nidulaturq; in segetibus.
Auiarium, auiarij (ὀρνιθών) Locus in quo aues domi educantur. Cice. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 2, Sed tamen nihil ei rei stabat præ-

Digitized by Google

bat præter balnearia, & ambulationem, & auiariũ. Colum. li. 8. cap. 1. 4, Similiter appellamus apum cubilia, apiaria: uel nantium uolucrum, quæ ſtagnis piſcinisq; lætantur, auiaria: uel etiam pecudum ſylueſtrium, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, uiuaria. Plin. lib. 8. cap. 16.

Auiaria, Secreta nemora, quæ aues frequẽtant. Virg. 2. Georg. Sanguineiſq; inculta rubent auiaria baccis. Seruius.

Auiarius (ὀρνιθονόμος) Qui auiario præeſt. Colum. li. 8. capit. 3. 3, Auiarius ſubinde debet ſpeculari aut incubãtis, aut parturientis fœtus.

Auitus] Vide Auus.

Auius] Adiectiuum (ἀδιέξοδος, ἀνέμβατος) Per quod iri nõ poteſt. Plaut. Aulul. 22. 8, Syluani lucus extra murum eſt auius. Virg. 3. Georg. 66,

Auia tum reſonant auibus uirgulta canoris.

Auius, A uia & ratione remotus. Lucret. li. 2. 17.

Animus errat auius. Lucret. li. 3. 94.

Montes auij. Horat. 1. Carm. ode 23. 1.

Nemora auia. Lucret. li. 2. 70.

Nubila auia. Claudian. 1. de Rapt. Proſerp. 37.

Saxa auia. Silius li. 4. 76.

Valles auiæ. Stat. 4. Sylu. 3. 15.

Auia, ſubſtantiuè. Tacit. li. 5, Corpore ualido per auia ac derupta (nam ſaxis domus imminet) præibat eum, cuius artem experiri Tiberius ſtatuiſſet.

Horrenda auia. Valer. 5. Argonaut. 95.

Ignota auia. Claudian. 7. Panegy. 97.

Auium ciuitas] ὀρνίθων πόλις, Dicebatur quædam inter Tyrum & Sidonem: de qua Strab. li. 16.

Aula] aulæ (αὐλὴ, αὐλεῖον, βασίλειον) principis domus, hoc eſt, Regia.

Aula propriè locus eſt qui perflatum habeat. Nam hoc nomine apud Homerum hypæthra, id eſt, ſubdialia ſemper intelliguntur, ubi eſſet Hercei Iouis ara. Aula uerò dicitur tibia, per quã item cõmeat ſpiritus. Aulas nunc pro Regijs uſurpamus, quòd ante ſe loca habeant ſubdialia & ampla. Cælius li. 12. ca. 5. Ci. ad Catonẽ, li. 15. 4. 16, Perfeci ut è regno ille diſcederet, rexq; ſine tumultu ac ſine armis, omni autoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret.

Infida aula, id eſt, in qua fides non obſeruatur, cuiũ non eſt fidendum. Valer. 7. Argonaut. 21.

Prædiues aula. Claud. in Ruf. 2. 29.

Regalis aula. Seneca Troade 8. 8.

Sublimis aula. Seneca Hippol. 9. 5.

Alta aula. Seneca in Octauia, 4. 24.

Aulam ſanctiorem uocare nidetur Martialis, aulã Domitiani, in quam petit ſuam chartam admitti à Parthenio, li. 5. epigrammate 6. ad Parthenium.

Refugere aulas dicuntur apes Virgilio, li. 4. Georg. 41,

Aulasq;, & cerea regna refugunt. Id eſt, fugiunt. Seruius.

Aulæi, genitiuus apud Virgilium, 3. Aeneid. 71.

Aulas (χύτρας) antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas: quia nullam literam geminabant. Itaq; Aulicocia exta, quæ in aulis coquebantur, dicebant, id eſt, elixa. Hæc Feſtus. Plautus Aulul. 18. 3,

Aedepol næ illic pulchrã prædã agat, ſi quis illã inuenerit Aulam onuſtam auri.

Aulula, pen. corr. (χυτρίδιον) Diminutiuum ab Aula, pro olla. Vnde Aululari a, Plauti fabula. Plin. li. 18. cap. 11, Artioptam Plautus appellat in fabula, quam Aululariam ſcripſit.

Aulicus, pen. cor. (αὐλικὸς) Adiectiuum. Apparatus aulicus, qualis ſolet fieri in domibus regum: apud Suetonium in Domitiano.

Aulicus. Subſtantiuũ, Qui aulæ ſectator eſt aſſiduus. Suetonius in Nerone, Nã fortè accidit, ut in publica fame, Alexandrina nauis nunciaretur, puluerẽ luctatoribus aulicis aduexiſſe.

Aulæa] aulæorum (αὐλαῖα) ferè in plurali legitur, & neutro genere: ab aula aũt deriuatur, ſignificatq; ornamẽta, quibus parietes & aulæ teguntur. Virg. 3. Georg. 5,

——utq;

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vbi Seruius, Hoc ſecundum hiſtoriam eſt locutus. nam Auguſtus poſtquã uicit Britanniã, plurimos de captiuis, quos adduxerat, donauit ad officia theatralia. Dedit etiã aulæa, id eſt uelamina, in quibus depinxerant uictorias ſuas. Et paulò pòſt, Aulæa autem dicta ſunt ab aula Attali regis Aſiæ, in qua primùm inuenta ſunt uela ingentia. Varro tamen dicit, aulæa ſuſpendi ſolere ad excipiendum puluerem, quia uſus cameræ ignorabatur. Vnde Horat. 2. Serm. Saty. 8. 11,

Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas

In patinam fecere trahentis pulueris atri.

Aulæum, in ſingulari. Cic. pro Cælio, 52, Mimi ergo eſt iã exitus, non fabulæ: in quo quum clauſula non inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde ſcabella cõcrepant, aulæũ tollitur.

Aulæa in ſcena in terra ſternũtur, quòd pictus ornatus erat ex Attalica regia Romã uſq; perlatus: pro quibus ſiparia etas poſterior accepit. Donatus in præfatione commentariorum ſuorum in Terentium, de tragœdia & comœdia.

Aulæum, fœminino genere dixit Curtius, lib. 7, ſi locus mendo uacet. Nec quicquam (inquit) eorũ quæ inuicẽ iactata erant, rex ignorabat: quũ poſt aulæã, qua lectos obduxerat, ſtaret.

Superba aulæa. Virg. 1. Aeneid. 141.

Aulanius] Euander (αὐλάνιος ἐναύδης) Sculptor apud Plinium, qui ſigno Dianæ Timothei manu effictæ, quæ erat in Apollinis delubro Romæ, caput reposuit. Vide Plinium lib. 36. cap. 5.

Aulanus] M. Aulanus Trib. militum, à P. Sextio Capua pulſus. Cic. pro Sextio.

Aulerci] αὐλέρκοι, populi Galliæ Lugdunenſis apud Cæſarem. Rouan.

Auletes] a (αὐλητὴς) Aegypti rex fuit, & Cleopatræ pater, qui præter alia flagitia, etiam choraulam exercuit, & adeò in eã gloriabatur, ut non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad quæ & ipſe cum alijs concertaturus prodibat. Atq; hic eſt quem Alexandrini exegerunt. de quo plura apud Strab. lib. 17.

Auletes] penul. prod. ma. gen. (αὐλητὴς) Latinè dicitur tibicẽ. Cic. pro Murena, 26, Poſt quum id aſſequi non potuiſſent, iſtuc potiſſimum ſunt delapſi, ut aiunt in Græcis artificibus, eos auletas eſſe qui citharœdi fieri non potuerint.

Auletris, penult. product. auletridos, penult. corrept. fœm. gen. (αὐλητρὶς) Tibicina.

Auleticus, pen. corr. (αὐλητικὸς) Adiectiuum: ut, Auleticus calamus. Plin. lib. 16. cap. 36, Orchomenius eſt continuo ſtramine peruius, quem Auleticon uocant. Hic tibijs utilior, fiſtulis ille.

Auli] qui dijs alentibus naſcuntur. Probus in Epitome.

Aulicocia] exta. Vide Aula.

Aulicos] Vide Aula.

Aulis] Oppidum. Cic. in Tuſcul.

Aulis] huius Aulis, uel Aulidis. pen. cor. (αὐλὶς) Portus Bœotiæ uel Euboeæ inſulæ, quò conuenerunt naues Græcorum ad Troiam proficiſcentium. Strabo li. 9, Aulis lapidoſa ſanè ora, & Anagreorum uicus. Portus ſanè eſt quinquaginta capiens naues. quocirca Græcorũ claſſem magno in portu conſcendiſſe ſimile ueri dixerim. Seruius, Aulis inſula eſt, in qua coniurarunt Græci ſe non antè reuerſuros quàm Troia caperetur. Virg. 4. Aeneid. 86.

Digitized by Google

Piſcoſa Aulis. Ouid. 12. Metam. 2.

Aulocrenc] es, pen. prod. (αὐλοκρήνη) Regiuncula nimoris Aſiæ, in conuentu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygium itur. Ibi platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſya uictus ab Apolline. Plin. lib. 16. cap. 14. & li. 15. cap. 29.

Auloedus] aulœdi, m. gen. (αὐλωδός) Latinè dicitur cantor. Valla in Rudenſem, Aulos Græcè, tibia Latinè dicitur: unde apud nos uſitatum nomen pro Latino Aulœdus. In Ciceronis exemplo pro Murena, 26, ex antiquioribus exemplaribus legimus Auletas eſſe, non Aulœdos. Idcireo expunximus. Tametſi Eraſmus in Chiliadibus legat Aulœdos.

Aulon] αὔλων, Mons Calabriæ contra Tarentinam regionẽ, ferax boni uini. Horat. 2. Carm. ode 6. 5,

—— & amicus Aulon
Fertilis Baccho minimum Falernis Invidet uuis.

Aulon] uel Aulona, Corinthiorũ colonia in Macedonia, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 5. Vulgò la Vallona.

Auluia] Vide Aula.

Aulus] αὖλος, Prænomẽ erat Romanis olim familiare, quod ſola litera ſcribebant, hoc pacto, A.

Aumariũ] dicitur locus ſecretus publicus, ſicut in theatris, aut in circo. Petron. Arbiter, In aumarium memetipſum conieci. Sunt qui legant Aumatium, alij armarium, quod malim. Vide Nonium.

Aunios] Inſula eſt in Hiſpania citeriori, cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 20.

Auo] Pomponio, Auus Ptolemæo, Fluuius eſt Hiſpaniæ citerioris, qui Celerinorum populorum ſupra Bracaras & Gronios agrũ alluit. Vide Melam. li. 3. & Ptolem. li. 2. c. 6.

Auoco] auocas, pen. corr. (ἀποκαλέω, ἀπευχέω) auocare, Alienare, Remouere, & quaſi retrahere atq; auertere. Cic. pro Roſc. Amerino, 54, Non neceſſe eſt omnes commemorare Curtios, Marios deniq; Mamercos, quos iã ætas à prælijs auocabat.

Abſtrahere, Auocare, Retardare. Cic. pro Archia, 9.

Deterrere atq; auocare à religione. Cic. de Aruſp. 16.

Allicere ad rectè faciendum, & Auocare à, contraria. Cicero 2. Philipp. 120.

Auocare animum à rebus quibuſdam ad cogitationem. Sulpitius Ciceroni, li. 4. 5. 15.

Auocat à rebus gerendis ſenectus. Cic. de Senect. 14.

Auocare milites à ſignis. Plin. Epiſt. 179.

Auocare à contuendis malis. Cic. 3. Tuſcul. 62.

Auocare ſe à corpore, & ad, & c. Cic. 1. de Diuinat: 181, Rarum eſt quoddam genus eorũ, qui ſe à corpore auocent, & ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudioq; rapiãtur.

Auocare à peccatis. Cic. 2. de Legib. 16. Sic, Auocare à uitijs, Cicer. de Fato, 17.

Auocant omnino à philoſophia. Cic. 1. de Finib. 5.

Auocare intentos Conſules à bello. Liu. 5. bel. Pun. 7.

Auocare philoſophiam à rebus occultis. Cic. 1. Acad. 22.

Auocare concionem, Impedire ne habeatur concio. Gellius lib. 13. cap. 14, Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatiũ & concionem auocare poteſt.

Auocatio, Verbale (ἀποτροπὴ, ἀπόλυσις) Cic. 3. Tuſc. 58, Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: auocatione à cogitanda moleſtia, & reuocatione ad contemplandas uoluptates.

Auocamentum (ἀπόλυμα) aliud uerbale. Budæus, Auocamenta ſunt negotis iucundiora, ſiue ſolatia, animum à mœrore auocantia, id eſt, reuocantia. Plin. Epiſt. 158, Ero ergo ſuſpẽſus pro homine amiciſſimo, dum admittere auocamenta & cicatricem pati poſſit.

Auolo] auolas, pen. corr. (ἀφίπταμαι) auolare, Celeriter diſcedere. Cic. ad Atticum, li. 9. 181. 7, Experiar certè ut hinc auolem. Idem 1. Tuſcu. 165, Critoni enim noſtro non perſuaſi me hinc auolaturum.

Auolat uoluptas. Cic. 2. de Finib. 170.

Auphidus] Vide Aufidus.

Aura] aura (ἀὔρα, πνοὴ) Leuis quidam uentorum flatus & ſpiritus dulcior, ut Zephyri. Virg. 4. Georg. 85, —at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.

Aurarum leues animæ. Lucret. lib. 5. 48.

Iucundæ auræ. Catullus epigram. 43. 71.

Leues auræ. Claudianus 2. de Raptu Proſerp. 6.

Aura modica. Iuuenalis Saty. 12. 7.

Roriferæ aura. Seneca in Hippol. 1. 3.

Aura dat capillos retro. Ouid. li. 1. Metam. 52.

Teneræ auræ. Lucret. li. 1. 42.

Tepentes auræ. Ouid. li. 1. Metam. 10.

Diuinæ auræ particulam eleganti periphraſi animum ſignificauit Horat. quoniam illum è cælo demiſſum cæleſtis ignis particulam credebant ueteres. unde Virg. Igneus eſt ollis uigor. & quæ præterea annotarunt huius poetæ interpretes. Verſus ſunt iſti 2. Serm. Saty. 2. 16,

—— quin corpus onuſtum
Heſternis uitijs, animum quoq; prægrauat unà,
Atq; adfigit humo diuinæ particulam auræ.

Aura, Ventus. Virg. Et auræ uela uocant. Ouid. 3. Metam. 21,
—— rapida uelocius aura.

Aequatæ ſpirant auræ. Virgil. 5. Aeneid. 168. Aequatæ, id eſt, proſperæ, inquit Seruius.

Facilis aura. Ouid. Epiſt. 17. 9.

Frigida aura. Lucret. li. 3. 59.

Gelida aura. Lucret. li. 3. 61.

Genitabilis aura Fauonij. Lucret. li. 1. 3.

Grandior aura. Ouid. 2. de Remedio amoris, 83.

Aura læua & dextera. Catul. epigram. 4. 6.

Languida aura. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 1.

Aura lenis. Catullus Argonaut. 59. 17.

Aura leuis. Ouid. li. 1. Metam. 49.

Auræ niuales. Horat. 1. Epiſt. 11. 4.

Petulantes auræ. Lucret. lib. 6. 23.

Rapida aura. Ouid. lib. 3. Metam. 21.

Stridentes auræ. Valer. 2. Argonaut. 118.

Tumens aura. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6. 6.

Ventoſa aura. Ouid. de Medicamine faciei, 12.

Verna incertior aura. Ouid. Epiſt. 6. 22.

Cæli uiolentior aura. Stat. 6. Thebaid. 32.

Volucri fugacior aura. Ouid. 13. Metam. 173.

Accipere auras follibus. Virg. 4. Geor. 34. Huius contrariũ eſt, Reddere auras follibus, apud eundem poetam:

—— alij taurinis follibus auras Accipiunt redduntq;.

Aſpirant auræ in noctem. Virg. 7. Aeneid. 2.

Curſum dat aura. Ouid. Epiſt. 21. 43.

Leuis effluit aura. Ouid. 6. Metam. 47.

Glaciantes auræ Boreæ. Valer. 4. Argonaut. 145.

Impelli auris nauigia dicuntur, aut quæcunq; etiam alia uentis agitata. Lucret. li. 6. 77.

Mouere auram. Ouid. Epiſt. 17. 9. Verba Leandri ad Borean.

Reſpuit auras. Id eſt, contemnit uentos. de Delo inſula ait Seneca, quæ ante Latonæ partum mobilis fuiſſe memoriq; tradita eſt. Seneca in Agamem. 5. 13.

Aequor ſtringitur aura. Ouid. 4. Metam. 28.

Aura, Aer. Virg. 1. Aeneid.

Quippe ferant rapidi ſecum, uerrantq; per auras.

Aeria aura. Ouid. 10. Metam. 36.

Aetheria aura. Virg. 5. Aeneid. 103.

Celeres

Celeres aurę. Virg. 4. Aeneid. 46. ibidem, 55.
Cereales aurę. Plin. lib. 15. cap. 19.
Communes aurę. Ouid. 7. Metam. 26.
Dulcis aura, Chara, quòd omnes illa frui quam diutißimè cupi mus. Valer. 6. Argonaut. 112.
Feruentes aurę. Ouid. lib. 2. Metam. 23.
Fœda aura. Stat. lib. 2. Thebaid. 1.
Liquidæ aurę. Lucret. lib. 5. 43. Silius lib. 13. 47.
Mota aura. Ouid. 8. Metam. 41.
Aura nocturna. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 11.
Pingues aurę. Valer. 8. Argonaut. 50.
Sonantes aurę. Virg. 11. Aeneid. 173.
Suaues aurę. Lucret. lib. 3. 45.
Vacuę aurę. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 13.
Vagæ aura. Ouid. 8. Metam. 40.
Vanę aurę, Claudian. 1. de Raptu Proserp. 20.
Attollere se in auras. Virg. 4. Aeneid. 36.
Captare naribus auras. Senec. in Hip. 1. 8. de Venaticis. Virg. 1.
Auras uitales carpere. Virg. 1. Aeneid. 79, (Geor. 76.

Quisquis es (haud credo inuisus cœlestibus, auras
Vitales carpis, Tyriam qui aduèneris urbem)
Perge modo. Vbi Seruius, Auras uitales carpis, Quibus uiuimus. nihil est enim aliud uita, nisi reciprocus spiritus: unde Iupiter, quo constant omnia, uocatur Ζεὺς, ἀπὸ τῆς ζωῆς, id est, uita.

Circinare auras. Ouid. 2. Metam. 145.
Auras ferre. Virg. 2. Georg. Vbi Seruius, Ferre auras, propriè est assuescere aeris uarietati, quæ obest rebus teneris nimiũ.
Fugere in auras. Seneca in Agamem. 9. 10.
Haurire auram communem. Quintil. in Procem. lib. 6. 11.
Implere ululatibus auras. Valer. 8. Argonaut. 29.
Præteruolare auras. Sil. lib. 10. 23. de hasta in aerem uibrata.
Crebras reducere naribus auras. Lucret. lib. 4. 201.
Scindere auras. Silius lib. 13. 48.
Trahere auras. Seneca in Hercul. furente, 13. 1.
Terebrare auram. Ouid. 6. Metam. 52.
Aura ætherea uesci, pro Viuere & superstitem esse. Virgilius 1. Aeneid. 111.
Vitiare auras. Ouid. 7. Metam. 111, Vitiantur odoribus aurę. Per odores fœtorem intelligit ex cadaueribus.
Aura, pro die. Virg. in Tityro,

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. Seruius.

Aura, Splẽdor. Virg. 6. Aeneid. Discolor unde auri per ramos aura refulsit. Vbi Seruius, Auri aura, splendor auri. Horat. 2. Carm. ode 8. 5, — tua ne retardet Aura maritos. Id est, splendor. Videtur potius esse metaphora, in hũc sensum, Timent nouæ nuptæ ne tu aspirando, suos maritos aliò abstrahas. Hinc & aurũ dicitur à splẽdore, qui est in eo metallo. Hinc & aurati dicti, quorum fauor splendidos reddit.
Aura, pro fauore: ut, Aura popularis. Cic. de Arusp. Resp. 40, Lõgius quàm uoluit popularis aura prouexit. Virg. 6. Aeneid. 163, — quem iuxta sequitur iactantior Ancus

Nũc quoq; iam nimiũ gaudẽs popularibus auris. Auris, id est, fauoribus. ait Seruius: unde & Aurarij fautores dicũtur.

Aurę popularis homo qui studet populo placere. Liu. quinta Decade, lib. 2. 109.
Fallax aura. Horat. 1. Carm. ode 5. 3. Id est, fauor.
Mollior aura, Melior fortuna. Ouid. epist. 3. 9.
Aura bonoris. Cic. pro Sest. 88.
Aura rumoris. Cic. pro Murena, 34.
Libertatis auram captare. Vide Capto.
Auras, genitiuus Græcus, pro Aurę. Virg. 11. Aeneid.

—— nihil ipsa nec auras,
Nec sonitus memor. Item etiam Aurai, pro Aurę. Virgilius 6. Aeneid.

Auramentum, Aurarius] Vide Aurum.
Aurantia] mala (μῆλα χρυσομηλίδα) Poma sunt ab auri colore sic dicta. Horum autem tria obseruantur genera, Dulcia, acida, & uimolenta, siue mista: de quibus omnibus uide Matthiol. in lib. 1. Dioscor. cap. 131.
Auraria] uox ab Alciato obseruata in Codice Theodosiano, functionis nomen est, quæ collatione lustrali exigebatur de rebus promercalibus & uenalitiarijs. Eam sustulit Iustinian. lib. 11. Cod.
Auras] ἄυρας, Fluuius ab Hæmo in Istrum defluẽs. Her. li. 4.
Aurata] auratæ pen. prod. (χρυσόφρυς) Piscis est coloris aurei. Martial. lib. 13. 90,

Non omnis laudem preciumq; Aurata meretur,
Sed cui solus erit concha lucrina cibus. Plin. lib. 32. ca. 5. 1, Auxilio est piscis Aurata in cibo. Vulgus Italorum adhuc uocat Vna orada.

Auratilis, Auratura, Auratus] Vide Aurum.
Aurea] Prænum, quod ad aures equorum religabatur. Fest. Item Aurea siue Aureola legitur apud Vlp. in l. quid tamẽ. ff. de contrab. empt.
Aureax] Auriga. Festus.
Aurelia] Familia apud Romanos. Festus, Aureliam familiam ex Sabinis oriundam à Sole dictam putant, quòd ei publicè à Populo Romano datus sit locus, in quo sacra faceret Soli, qui ex hoc Auselij dicebantur, ut Valesij, Papisij, pro eo quod est Valerij, Papirij.
Aureolus, Aureus] Vide Aurum.
Aurichalcum] ὀρείχαλκον, ab auro & ære dictum est, χαλκὸς enim, æs dicitur. Festus, Aurichalcum uel orichalcũ quidam putant compositum ex ære & auro: siue quòd colorem habeat aureum. Orichalcum sanè dicitur quòd in montuosis locis inuenitur. mons etenim Græcè ὄρος appellatur. Plin. li. 34. cap. 2. 1, Mox utilitas præcipua, reperto in alijs terris præstantiore maximè aurichalco, quòd præcipuam bonitatem, admirationemq; diu obtinuit.
Aurichalcum. pro nummo ex aurichalco facto posuisse uidetur Plaut. Mil. 10. 64, Cedo tres mihi homines cõtrà aurichalco emptos istis moribus.
Auricomus] Vide Aurum.
Auricornu] Promontorium. Plin. lib. 9. cap. 15. de Thynnis loquens: Est (inquit) in Euripo Thracij Bosphori, quo Proponis Euxino iungitur, in ipsis Asiam Europamq; separantis freti angustijs, saxum miri candoris, à uado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Asiæ. Huius aspectu repentè territi, semper aduersum Byzantij promontorium, ex ea causa appellatũ Auricornu, præcipiti petunt agmine.
Auricula, Auricularis] Vide Auris.
Auricula] muris (μυὸς ὠτίον) Herba est caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus ab imo rubentibus, & concauis, quæ passim mense Maio floribus ornata uisitur, nimirum in pratis, campis, hortis, secus uias, & ubiq; locorum. De hac Galen. li. 7. Simpl. & Dioscor. li. 2. cap. 179.
Aurifer, Aurifex, Aurifodina, &c.] Vide Aurum.
Auriga] aurigæ, pen. prod. com. gen. (ἡνίοχος) propriè dicitur, ut ait Seruius, qui currum regit. Ouid. 2. Metam. 66,

Hic situs est Phaethon, currus auriga paterni.

Auriga, pro agasone apud Virgilium 12. Aencid. 17. Seruius.
Aurigam, pro nauta dixit Ouid. 1. Trist. eleg. 3 24.
Auriga in fœminino genere apud Virgilium, 12. Aencid. 182.
Auriga, signũ cœleste super Tauri cornua: hunc cũ Tauro una clara stella coniungit. Retinet aũt Auriga stellas duas in manu, quæ Hœdi uocantur: quorum & ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Oriuntur autẽ cum Scorpio, mense Octo-

Digitized by Google

se Octobri. Hæc Seruius. Cic. 2. de Natu. deor. 159, Auriga Sub læua Geminorum obductus parte feretur.

Aurigo, aurigæ, pen. prod. (ἡνιοχέω) aurigare, Currum regere. Sueton. in Caligula, cap. 18, Nec ullis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Plin. lib. 33. cap. 5. 4, Quam ipse concolori panno aurigaturus esset.

Aurigatur (inquit Nonius) honestè positum, pro moderatur ac regit. Varro Modio, Asse uinum, asse pulmentarium: sed eas, quò natura aurigatur, non necessitudo.

Aurigatio, Verbale (ἡνιοχεία) Gellius lib. 7. cap. 8, Quibus uerbis delphini amantis, & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert. Sueton. in Nerone, cap. 35.

Aurigarius (ἡνιοχεύς) uidetur usurpari à Suetonio in Nerone, ca. 5. pro eo qui curã habet instruendi aurigas in spectaculis. Perfidiæ uerò (inquit) tantæ, ut non modò argentarios precijs rerum coemptarum, sed & in Praetura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

Aurigda] ἄυριγδα, Ptolemæo urbs Cyrenes. uulgò Zadra.

Auriger] Adiectiuum. Vide Aurum.

Aurigo] pen. prod. auriginis, pen. cor. f. g. (ἰκτερος) Morbus regius, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa repræsentat. Sipont. Vide & authorem finit. medic. apud Gaden. Scribon. Larg. 109, Hoc medicamentum facit ad auriginem, quam quidam regium, quidam arquatum morbum uocant.

Auriginosus, a, um, penul. produ. (ἰκτερικὸς) Qui eum morbum patitur. Sipontinus.

Auripigmentum] ἀρσενικὸν, quid significet, declarat Plinius, lib. 33. cap. 4. 12. his uerbis, Aurum faciendi est etiam una ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus, in summa tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modo.

Auris] huius auris, f. gen. (ὖς, ὠός) ab hauriendo dicitur, aspiratione detracta, quòd uocem accipiat, & quasi haurire uideatur. Hinc Virgil. 4. Aeneid. Vocemq; his auribus hausi. Hoc est, intellexi. Terent. Phorm. 5. 6. 27, Astiti, animã compressi, aurem admoui.

Auris etiam in animalibus: ut, Auribus lupum tenere: pro in dubio esse. Terent. Phorm. 3. 2. 21. Vide Lupus.

Aurium ædes uacuæ, ioco dixit Plaut. Pseud. 7. 54. pro surdo.

Voluptas aurium. Quint. lib. 1. cap. 10. 3.

Acutæ aures Satyrorum. Horat. 2. Carm. ode 19. 2.

Aures applicatæ. Vide Applico.

Arrectæ aures. Virg. 1. Aeneid. 32.

Attenta auris. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 4.

Rumoribus auida auris. Claud. 2. Paneg. 10.

Bibulæ aures Persius Saty. 4. 5.

Bimæ aures. Virg. 1. Georg. 36.

Calens auris. Iuuenalis Saty. 11. 19.

Capaces aures. Vide Capax.

Castæ aures. Claud. Paneg. 2. 62.

Clementes aures. Claud. Paneg. 6. 33.

Vocibus ambiguis decepta auris. Ouid. 7. Metam. 167.

Demisse aures. Virg. 3. Georg. 98.

Aures decisæ. Tacitus lib. 12.

Dextra auris, contrarium Læuæ. Ouid. 12. Metam. 68.

Docilis auris. Claudianus epigram. 10. 2.

Duræ aures. Virg. 4. Aeneid. 86.

Festæ aures. Claudianus de bello Getico, 42.

Fidæ aures. Ouid. 10. Metam. 77.

Fissa auris. Persius Saty. 6. 8.

Geminæ aures. Ouid. 14. Metam. 24.

Gratæ aures. Claud. in Præfat. belli Getici, 4.

Hebetes aures. Vide Habet aures hebetes.

Stant hispidæ aures, id est, erectæ sunt. Senec in Hippo. 10. 18. de Tauro Marino loquitur.

Humana auris. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 19.

Ima auris. Vide Imus.

Inuitæ aures. Ouid. 2. de Arte amandi, 90.

Lassæ aures, Id est, audiẽdo defessæ. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 2.

Memor auris. Ouid. 3. de Arte amandi, 139.

Misera auris. Iuuenal. Saty. 9. 12.

Mutilatæ aures. Vide Mutilus.

Obseratis auribus fundere preces. Id est, rogare non audituri. Horat. Epod. 17. 13.

Odiosæ aures. Ouid. 1. de Arte amandi, 98.

Patiens culturæ auris. Horat. 1. Epist. 1. 8. Id est, quæ sinat se coli eiectis uitijs.

Patulæ aures. Horat. 1. Epist. 19. 14.

Placidæ aures. Virg. 4. Aeneid. 89. Statius 5. Thebaid. 47.

Pronæ aures. Claud. de bello Gild. 86.

Rimosa auris. Id est, quæ nihil secretorum tenet. Horat. 2. Ser. Saty. 6. 16.

Secreta auris. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 16.

Securæ auris. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 11.

Aures sitientes, pro audiendi cupidis. Cic. ad Atticũ, li. 2. Epig.

Solicitæ, plenæq; sonoribus aures. Lucret. li. 6. 239. (29. 1.

Stolidæ aures. Id est, quæ carent iudicio. Ouid. 11. Metam. 35.

Surdæ aures. Tibullus 4. eleg. 13. 1.

Atticorum aures teretes & religiosæ. Cic. in Orat. 15, Ad Atticorum aures teretes & religiosas qui se accõmodant, ij sunt existimandi Atticè dicere.

Timidæ aures. Ouid. 1. Fast. 36. Et 3. de Arte amandi, 39.

Tritæ aures. Cic. de claris Oratoribus, 64.

Vacuæ aures. Ouid. 12. Metam. 12.

Vaporata auris. Persius Saty. 1. 13.

Aures uerberatæ sermonibus. Tacitus in Vita Iulij Agricolæ.

Abhorret à nobis auris deorũ, atq; animus. Cic. ad Octauiũ, 4

Abuti auribus. Vide Abutor.

Accidit auribus, & ad aures. Vide Accido.

Ad aurem alicui accedere. Vide Accedo.

Ad aures alicuius accedere. Vide Accedo.

Accipere auribus. Quintil. lib. 2. cap. 6. 2. Vide Accipio.

Auribus accipere mandata. Cic. 8. Philipp. 252.

Multa auribus accipere, oratoris est. Cic. 1. de Orat. 110.

Audire miserorum uocem, & auribus accipere. Quintil. libro 6. cap. 1. 20.

Auribus primis accipi. Tacitus lib. 17.

Accommodare aures pronas. Claud. de bello Gil. 86.

Aures alicuius adire. Tacitus lib. 11.

Admittere auribus. Vide Admitto.

Admonere ad aurem. Vide Admoneo.

Admouere ad aurem. Vide Admoueo.

Tardas aures monitis aduertere. Propert. 1. eleg. 1. 8.

Tarditas aurium. Celsus libro 6. cap. 4. & ibi, Transitum additus aperire.

Afferre aures uerbis, Id est, audire. Ouid. 1. de Arte amãdi, 98.

Agnoscere auribus. Vide Agnosco

Facili aure annuere. Propert. 1. eleg. 1. 7. (go.

Aures arrigere, quod oratores patefacere dicunt. Vide Attio

Astare arrectis auribus. Virg. 1. Aeneid. 32. Metaphora ab animalibus sumpta.

Auersa aure non audire. Tibullus 3. eleg. 3. 6.

Auribus parum audire. Vide Audio.

Aure bibere. Vide Bibo.

Aures calent illius criminibus. Cic. in Sallust. Id est plus nimio assuefactæ, et quasi attritæ. Metaphora à calore qui generatur ex

Digitized by Google

tur ex frequẽti colliſione & attritu duorum corporum.
Auribus ſurdis canere. Vide Cano.
Auribus capere ſpolia. Plaut. Mil. 10. 3,
— nam opus eſt nunc tuto loco,
Inimicus ne quis noſtris ſpolia capiat conſilijs,
Atq; unde inimicus, ne quis ſpolia capiat auribus. Id eſt, noſtra audiendo conſilia, ne ſibi conſilium capiat, unde poſſit eſſe ſuperior. Locus Plautinus. Vnde prouerbiũ Perſicũ, Alienis auriculis colligere eſcas.
Factũ mirabile ceperat aures: Id eſt, attentas fecerat. Ouid. 4. (Metam. 35.
Captare auribus aera. Virg. 3. Aeneid. 103.
Circuit ſonus aures. Statius 4. Sylu. eleg. 4. 6.
Aures uocibus circunſonant. Vide Circunſono.
Aures claudere ad uoces doctiſſimas. Vide Claudo.
Claudere aures ueritati. Cic. de Amicitia, 76.
Commodare aures alicui. Seneca in Hipp. 5. 3. & Ouidius 5. Triſt. eleg. 13. 11.
Auribus cõpetere dicitur res aliqua. Tacitus lib. 3.
Aures complere. Vide Compleo.
Conciliare ſibi aures. Claud. in Præfat. belli Get. 4.
Concipere aure ſonos. Claudian. epigram. 10. 2.
Pauidas aures contingere dicitur ſcelus. Ouid. epiſt. 3. 12.
Aures dare alicui. Cic. ad Atti. lib. 1. 3. 4.
Faciles dare aures. Seneca in Hippol. 4. 12. Eſt libenter audire aliquid.
Iuſtas dare nocibus aures. Valer. 7. Argonaut. 84. Significat uerba rectè accipere & perpendere.
Auribus dare, pro aſſentari & blandiri. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 3, Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil, &c.
Aures ſuas poetis dedere. Cic. pro Archia, 19.
Niueus lapis deducit aures: id eſt, Gemma depẽdet ab auribus: Seneca in Hippoly. 4. 7.
Dicere aliquid dignum ſtudijs atq; auribus. Cic. pro Cluent. 52.
In aurem dicere. Vide In.
Aures diuidere aliò. Catul. in Carmine nuptiali,
Nos aliò mentes, aliò diuiſimus aures.
In aurem utramuis dormire. Vide Dormio.
In alteram aurem. Sub. dormire. Cic. ad Atticum lib. 13. 28. 2, Sed quoniam ſuſcipis in alteram aurem de retentione, reſcripſi ad tuas accuratè literas ſcriptas. Ita quoq; dicitur in Vtramuis aurem dormire, pro eo qui ſecurus uiuit, nec q; aliquid timet.
Efficere dignum auribus hominum. Cic. 1. de Orat. 59, Qui nihil poteſt dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atq; edere, is mihi etiam ſi commouetur, in dicendo tamen impudens uidetur.
Erigere aures & animum attendere. Cic. 3. Verr. 19.
Exigi aure. Quint. li. 1. cap. 5. 13, Illa uerò non niſi aure exiguntur, quæ fiunt per ſonos.
Ferire aures. Cic. 2. de Orat. 188.
Ferit ſonus trepidas aures. Seneca in Here. Oetheo, 16. 1.
Ferre uocem ad aures, id eſt, rem aliquam alicui nunciare. Virg. 3. Aeneid. 19.
Faciles aures habere. Quintil. lib. 6. cap. 5. 6.
Habere teretes aures. Cic. de Opt. genere Orat. 146.
Aures hebetes habet, qui negligenter audit, uel non curat audire quæ audienda ſunt. Cic. pro C. Plancio, 54. Sumpta metaphora ab ipſa ratione naturali, atq; adeò phyſionomia ipſius capitis: quibus enim oblongæ ſunt aures, ij quidem optimè audiunt: qui autẽ hebetes habent & minus cauernoſas, ij deteriorem audiendi facultatem habent.
Imbuere aures ſermonibus. Tacit. lib. 20.
Inculcare ſe auribus alicuius. Vide Inculco.
Influere in aures populi. Vide Influo.
Impellere aures. Virg. 4. Georg. 70.
Implere aures auditoris. Vide Impleo.
Implere aures ſermonibus. Ouid. 12. Metam. 12.
Iuuare aures cãtu. Lucret. 5. 77. Id eſt, delectare, ſeu oblectare.
Voces aures laceſſant. Lucret. 4. 121.
Micare auribus. Virg. 3. Georg. 16.
Mouet fragor attonitas aures. Seneca in Herc. Oetheo, 8, 20.
Mulcere aures. Ouid. 5. Metam. 113.
Ad aurem obgannire, pro moleſtè inſuſurrare & obtundere. Vide Obgannio.
Obſtruere aures. Virg. 4. Aeneid. 89.
Offendere aures. Cic. in Orat. 84.
Onerare aures odio. Vide Onero.
Parcere auribus alicuius, eſt non ſæpius inculcare illud, quod inuitus quis audiat. Seneca in Oedipo, 14. 5.
Aures patefacere aſſentatoribus. Cic. 1. Offic. 129.
Patent aures querelis omnium. Vide Pateo.
Aures præceptis omniũ monitiſq; patẽt. Ci. 14. Philipp. 398.
Aures patent ad diſputationẽ. Cic. Appio Pulchro, li. 3. 36. 11.
Fremitus aures pepulit meas. Seneca in Hipp. 7. 4.
Percuſſit aures murmur. Seneca in Agamem. 7. 9.
Aures peregrinantur, quum non uerſantur in peruagato ciuitatis ſermone: quum ſoli ignoramus quæ omnes norunt in urbe fieri. Cic. pro Milone, 24.
Perfluunt aures dicta. Quintil. li. 2. ca. 5. 9.
Permouere aures precibus. Claud. 4. Paneg. 74.
Permulcere aßiſtentium aures. Quint. lib. 2. ca. 12. 5.
Perſonare aures alicuius. Vide Perſono.
Perſtringere aures. Id eſt, ſtrictim penetrare. Horat. 2. Carm. ode 1. 4.
Peruenire ad aures, pro audire. Virg. 2. Aeneid. 16.
Peruenit ad aures crimen. Ouid. 2. de Arte amandi, 90.
Ad aures uix peruenit iſtius ſuſpicionis fama. Cic. pro Sylla, 9.
Præbere aurem. Ouid. 7. Metam. 167.
Aures non obtuſas præbere. Cic. Antequam iret in exil. 8.
Præcludi aures alicui. Quint. lib. 7. ca. 2. 21.
Aurem prouellere. Seneca, Aurem mihi prouellam. Id eſt, me ipſum admonebo & reprehendam. Budæus.
Pulſat aures ululatus. Claud. de bello Getico, 126.
Radere aures delicatas. Quintil. lib. 3. cap. 1. 4.
Recipere auribus, pro audire. Stat. Thebaid. 10. 153
Recipere ſonum aures dicuntur. Cic. 2. de Nat. deor. 211.
Reſpirant aures à. Quintil. li. 1. ca. 8. 8, Quum poeticis uoluptatibus aures à forenſi aſperitate reſpirent.
Sonant aures. Cel. lib. 1. cap. 3, Cui ſonant aures.
Sonant aures intra ſe ipſas. Cel. lib. 6. cap. 6.
Subſtringere aurem loquaci. Hor. 2. Serm. Saty. 5. 20.
Suſurrat aure. Id eſt, in aurem. Ouid. 3. Metam. 129.
Aurem tangere. Plin. lib. 11. cap. 45. 4.
Sonus terget aures. Lucret. lib. 6. 24.
Tinniunt aures. Catullus epigram. 48. 77.
Torquere aurem. Horat. 2. Epiſt. 1. 26.
Aurem uellere. Virgil. in Sileno, Eclog. 6. 1,
Quum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit paſtorem. Vbi Seruius, Vellit, id eſt, mouit: ut alibi, Poſtesq; à cardine uellit. Tractũ à more præceptorum, qui dum pueros ſuos admonent alicuius rei, aurẽ uellunt ac trahunt, ut in mentem reuocent.
Venit ad aures fama. Seneca in Octauia, 6. 1.
Apud aures. Tacit. lib. 4.
Auricula, Cartilago illa eſt circum aurium concauitatem, non autem parua auris. Hæc Valla lib. 1. Martial. lib. 5. 85,
Auriculam Mario prauiter miraris olere:

Digitized by Google

Tu facis hoc, garris Nestor in auriculam.
Auriculæ albæ. Persius Saty. 1.
Auricula infima mollior, Hyperbole prouerbialis, in homines minimè iracũdos, leniq; ingenio præditos. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 5, Tu quemadmodum me censes oportere esse & in Repub. & in nostris inimicitijs, ita & esse & fore auricula infima scito molliorem. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius, lentiusq;, ut quæ nec osse rigeat, neq; cartilagine durescat, neq; neruis intendatur. Erasmus.
Auriculas Asini habere. Persius Saty. 1. 13.
Auriculas teneras radere. Persius Saty. 1. 11.
Auferre auriculam. Vide Aufero.
Demittere auriculas. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 4.
Opponere auriculam. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 16.
Auricularis, & hoc auriculare, pen. prod. (ὠτικὸς) Item Auricularius, adiectiuum: unde Auricularium specillũ dicimus, quod Celsus lib. 5. & 6, Oricularium uocat: & Vermination auricularis uocatur, quum putridæ aures uermibus scatent. Et Auricularis digitus, paruus quo aures mundantur.
Auritus, pen. prod. (ὠτώης) Adiectiuum, à magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum & leporũ: aliàs ab audiendi facultate. Hæc Festus. Virg. 1. Georg. Auritosq; sequi lepores. Vbi Seruius, Auritos lepores, maiores aures habentes.
Aurita aduncitas rostri. Plin. li. 10. cap. 49.
Auritæ quercus, Sensum audiendi habẽtes, ut interpretatur Seruius in primum Georg. Virgilij. Horat. 1. Carm. ode 12. 2,
Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.
Auritus populus, qui attentè audit. Plaut. in prol. Asin. 4.
Auriti testes. Plaut. Trucul. 10. 8.
Auriscalpium (ὠτεγλυχὶς) instrumentum quo mundantur aures, de quo sic Martialis in Apophoretis, lib. 14. 23,
Si tibi morosa prurigine uerminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.
Auritus] Vide Auris.
Auro] Auras. Vide Aurum.
Aurora] pen. prod. (ἠὼς) Filia fuit Titani, & Terræ: quam si mulierem uolumus arbitrari, eo quòd eã Tithoni fratris Laomedontis dicat Ouidius fuisse coniugem, possumus eã existimare aliquã ingentis potentiæ & admirandi decoris fuisse fœminam. Sed uerisimile est, de ea intellexisse poetas, quam oẽs dicunt Auroram: eum scilicet matutinũ splẽdorem, quo cernimus ante Solem eleuatũ cælum albescere: quam ideo Titani dicũt filiã, nõ quia ex Titano natã credant, sed ex Sole, quẽ sæpissimè ex nomine aui Titanũ uocãt. Nam ex Sole procedit illa claritas cæli, quã aurorã dicimus. Terræ autem ideo dicitur filia, quia uidetur intuentibus è terra prodire. Ex Bocatio. Cic. 1. de Diuinat. 24,
Quũ primùm gelidos rores Aurora remittet. Idẽ in Arat. 7.
Aurora, auroræ (ἠὼς) diluculum. Varro de Ling. Lat. li. 6, Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo quòd ab igne Solis tum aureo aer aurescit. Iuuen. Saty. 10. 1. Ouid. li. 1. Metam. 6,
Eurus ad Auroram, Nabatheaq; regna recessit.
Ab Aurora. Vide Ab.
Prima aurora, uel Crastina aurora. Virgil. 4. Aeneid.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile. Vbi Seruius, Prima aurora, designatio temporis est, non diei descriptio. Vnde infert, —— ut primùm albescere lucem Vidit.
Lutea aurora. Virgil. 7. Aeneid. 6.
Pallida aurora. Virg. 1, Georg. 89.
Purpurea aurora. Ouid. 3. Metam. 37.
Roscida aurora. Ouid. ad Liuiam, 57.
Vigil aurora. Ouid. 2, Metam. 23.
Dimouet aurora humentem umbram polo. Virg. 4. Aeneid. 2.
Euocat aurorã cantibus ales cristati oris. Ouid. 11. Met. 120.
Aurora fulget. Ouid. li. 2. Metam. 14.
Fulget in roseis bigis aurora. Virg. 7. Aeneid. 6.
Lustrat Phœbæa lampade terras aurora. Virg. 4. Aeneid. 2.
Patefacit ab ortu purpureas aurora fores. Oui. 2. Metam. 23.
Portat aurora diem croceis equis. Ouid. ad Liuiam, 57.
Remouet aurora nocturnos ignes. Ouid. 4. Metam. 17.
Rubescit stellis aurora fugatis. Virg. 3. Aeneid. 104.
Surgens aurora relinquit Oceanum. Virg. 11. Aeneid. 1.
Vehunt auroram Phaethontis equi. Virg. 5. Aeneid. 21.
Sub aurora, circa diluculum. Ouid. Epist. 18. 39.
Aurum] huius auri (χρυσὸς, χρυσίον) Festus, Aurum dictum quia præcipuè custoditur. Græcè enim ὠρέειν custodire dicuntur: unde & thesaurum. Hippocrates medicus de nomine inuentoris, id dictum putat, quem uocitatum ait Aurigyon. Quidam ad similitudinem auroræ coloris nomen translatum esse existimant: nonnulli quia mentes hominum auertat: alii à Sabinis translatum putant, quod illi ausum dicebant. Cic. de Senect. 51, Non enim aurum habere præclarum sibi uideri ducit, sed eis qui haberent aurum, imperare.
Aurum quandoq; sumitur pro ipso metallo.
Aurum & opes præcipuæ bellorum causæ. Tacit. 1 i. 20.
Aurum & argentum factum. Vlpian. Si aurũ fact um legatum est, omne ad eum pertinet cui legatum est, ex quo aliquid est effectum. Virg. 10. Aeneid. 105,
—— sunt auri pondera facti,
Infectiq; mihi. Seruius iurisc. ita existimat, aurum uel argentum factum id uideri, quo commodè uti possimus.
Aurum ferro nocentius. Ouid. 1. Metam. 14.
Aurũ pro aureis nummis aliquãdo accipitur. Ci. pro Flacc. 54.
Aurum, pro uestimentis aureis, maximè muliebribus. Plau. Mostel. Agedum contempla aurum & pallam. Terent. Eunuch. 4. 1. 13, Interea aurũ sibi clàm mulier demit, dat mihi ut aufe (ram.
Acerruus auri. Horat. 1. Epist. 2 10.
Amore auri cæcus. Virg 1. Aeneid. 71.
Diuitis auri imperiosa fames. Ouid. ad Pisonem, 44.
Fulgor ab auro fusus. Valer. 5. Argonaut. 49.
Pondus auri. Tibul. 1. eleg. 9. 7.
Auri sanie interpretatur Plin. quod Græci chrysocollã dicũt, li. 33. Nat. hist. procem. 4, Eruitur aurũ & chrysocolla iuxtà, ut preciosior uideatur nomẽ ex auro custodiẽs: parũ enim erat unã uitæ inuenisse pestẽ, nisi in precio esset auri etiã sa (nies.
Concolor auro: id est, Pallidus. Silius li. 1. 47.
Coruscí auro iuuenes, aureis induti uestibus. Virg. 9. Aen. 34.
Insignis auro & purpura. Vide Insignis.
Preciosior auro. Ouid. 8. Metam. 17.
Aurum argentosum. Vide Argentosus.
Aurum barbaricum. Vide Barbaricus.
Aurum cælatum. Vide Cælo.
Aurum coronarium. Gellius lib. 5. cap. 6, Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur: id uulgò dicitur Aurum coronarium. Cic. 1. de lege Agraria, 7, Ex auro coronario, quod neq; consumptũ in monumento, neq; in ærarium relatum sit, id ad Decemuiros referri iubet. Vide Seruium li. 8. Aeneid.
Coronatum aurum, Corona ex auro. Stat. 3. Sylu. 4. 1.
Distinctum aurum, Seneca in Hippol. 3. 10.
Fusile aurum, liquidum. Ouid. 11. Metam. 26.
Gemmatum aurum, Gemmæ auro incluse. Stat. 3. Sylu. 4. 19.
Implexum crinibus aurum. Plin. lib. 33. ca. 1. 8.
Intextum uestibus aurum. Ouid. 6. Metam. 34.
Læue aurum. Valer. 1. Argonaut. 59.
Latum aurum. Iuuen. Saty. 10. 3.

Lentum

Digitized by Google

Lentum aurum. Oui. 3. de Arte amand. 25.
Micans. Oui. 2. Metamorph. 1.
Nitidum aurum. Oui. 9. Metam. 138.
Obrizum aurum. Vide Obrizum.
Philippeum aurum. Plau. Curcul. 8. 69.
Aurum pingue. Persius Saty. 2. 6.
Rutulum aurum. Claud. de Rap. Proserp. 37.
Subæratum. Persius Saty. 5. 11.
Solidum aurum. Oui. 3. Amor. eleg. 7 11.
Tholosanum aurum, Prouerbium in eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoq; ac miserando exitio perit. Cic. 3. de Nat. deor. 106, Cognosce alias quæstiones, auri Tholosani, coniurationis lugurthinæ.
Aurum textile. Pli. li. 33. cap. 3.
Figuris aurum terribile. Id est, cælatum aurum figuris horrendis. Stat. 6. Theb. 107.
Aurum abdicare. Vide Abdico.
Aurum appendere. Vide Appendo.
Ardet auro clypeus. Stat. 2. Achil. 10.
Auro aliquem attondere. Vide Attondeo.
Solicito bibunt auro superbi. Seneca in Hippolyt. 4. 33, quia qui auro bibunt, soliciti sunt propter uenem suspicionem.
Auri sacra fames. Virg. 3. Aeneid. 12.
Dines aurum. Oui. ad Pisonem, 44.
Captus auro. Hora. 2. Carm. 18. 8.
Auro cludere. Vide Cludo.
Commodare aurum. Quint. lib. 5. cap. 13. 24.
Aurum in ludos consumere. Vide Consumo.
Aurum fluit ignibus. Oui. 2. Met. 25.
Defosso incubare auro. Virg. 2. Georg. 102.
Effingere in auro, aureis figuris exprimere. Virg. 6. Aen. 7.
Effulgere auro. Virg. 5. Aeneid. 27. Auro: id est, auratus uestibus aut armis.
Eruere aurum terra. Oui. 3. Amor. eleg. 7. 11.
Flauentes auro spicæ. Id est, aureo colore. Ouidius 9. Metamorph. 138.
Illitum aurum uestibus. Hor. 4. Carm. 9. 3.
Incenditur auro purpura. Id est, auro intexitur, quòd ex purpura ueluti flamma eluceat. Stat. 10. Theb. 12.
Includuntur auro smaragdi. Lucr. li. 4. 227.
Induitur pedibus aurum. Vide Induo.
Micante auro clara regia. Ouid. 2. Metamorph. 1. Clara, id est, refulgens.
Radiante auro nitens. Oui. 4. Metam. 128.
Renidens auro domus. Lucr. li. 2. 6.
Rigentes auro exuuiæ. Silius li. 15. 137.
Venas auri sequi. Lucr. li. 6. 162.
Subducitur aurum terræ. Oui. 3. de Arte amand. 25.
Vacuare aurum mero: id est, aureas patcras. Stat. 5. Theb. 38.
Venire auro, auro uendi. Hor. 2. Ser. Sat. 2. 5.
Ab auro fulgorem reuereri. Vide Aut uel Ab præpositiones.
Auratus, pen. prod. (Λελάχυσθ) Adiectiuum. Auro tectus: ut, Aurata tecta. Cic. in Parad. 62.
Auratus aries Colchorum. Cic. in Ora. 93.
Cassis aurata. Stat. 7. Theb. 184.
Auratus currus. Cic. post Reditum in Senatu, 25.
Imbres aurati. Clau. 3. Paneg. 46.
Milites aurati, Liu. 9. ab Vrbe, 209.
Monilia aurata. Oui. 5. Met. 11.
Aurati. Vide Aura, pro fauore, ex Seruio.
Auratura, pe. pro. (χρύσωσις) Quint. li. 8. ca. 6. de hypallage, Sed nomen immuto, ut quum aurata tecta, aurea: pusillum à uero discedo, quia non est nisi pars auratura.
Auramentum, uidetur instrumentum esse effodiendo, aut purgando auro accommodatum. Plin. li. 33. cap. 3. 21, Hispanie strigiles uocat auri paruulas massas, quòd super omnia solum in massa auramento capitur, quum cætera in metallis reperta igne perficiantur. Emendatoria exemplaria legunt: In massa aut ramento capitur.
Aurarius, adiectiuum: ut, Auraria metalla. Pli. li. 37. ca. 12. 1.
Aurarium negotium. Plau. Bacchid. 4. 51.
Aurarij, pro fauoribus. Vide Aura, pro fauore.
Aurariũ etiã fabrũ dicere possumus, qui auro aliquid obducit.
Auraria, Substant. (χρυσουχεῖον) locus ubi aurum effoditur, siue Aurifodina. Tacit. lib. 3, Auarias sibimet Tiberius seposuit. Fodinas intelligit.
Aurea ætas. Ouid. 1. Metam. 8.
Aureus, adiect. (χρυσοῦς, χρυσέος) quod est ex auro: ut, Aureæ literæ, Pli. li. 7. ca. 32. Et aurea bulla, Plaut. Rud. 24, 127.
Cæsaries aurea. Virg. 8. Aen. 130.
Aureus color, auri colorem referens. Pli. li. 11. cap. 15 1.
Color aureus barbæ. Ouid. 12. Met. 79.
Coma aurea, Flaua. Idem, ibidem.
Copia aurea, diues & abundans. Horat. 1. Epist. 12. 6, Copia hoc in loco significat deam ubertatis.
Dicta aurea elegantißima & maximæ utilitatis. Lucre. li. 3. 3.
Aurea coniunx. Virg. 7. Aeneid. 39. Sed est hoc loco ironia, in diuersamq; partem accipiendum, pro turpi & inamabili.
Gens aurea. Virg. 4. eclog. 2.
Horæ aureæ. Catul. epigram. 58. 8, Aureas uocat, uel ob dieì claritatem, uel quia preciosißima res sit tempus, utpote cuius sit iactura irreparabilis.
Imago aurea. Oui. Epist. 19. 47.
Luna aurea, Oui. 10. Meta. 80.
Aureum malum. Virg. eclog. 3. 11.
Aurea mala dece missi, cras altera mittã. Vide Malum aureũ.
Mores aurei, elegantes & amabiles. Hor. 4. Car. 2. 5.
Munera aurea. Tib. lib. 1. eleg. 4. 13.
Aureũ nomen. Cic. pro Sex. Ros. 73, Venio nunc ad illud nomẽ aureũ Chrysogoni, sub quo nomine tota societas stauitur. Hoc dicit, quia Chrysos Græcè, aurum significat Latinè.
Nox aurea cingitur astris. Valer. 5. Argonaut. 113. pro, Nox cingitur aureis astris.
Aureus partus. Cic. Octauio, 9.
Aureum potorium. Pli. li. 33. ca. 10. & 12.
Aureus ramus oliuæ. Virg. 6. Aen.
Aurea secula. Virg. 6. Aeneid. 159,
Augustus Cæsar, diuûm genus, aurea condet Secula.
Sella aurea. Cic. 2. Philip. 89.
Sol aureus. Virg. 1. Georg 47.
Aurea sponda. Virg. 1. Aen. 141.
Sydus aureum. Hora. Epo. 37. 9.
Venus aurea. Virg. 10. Aen. 4.
Aurea uestis, pro barba aurea. Virg. 8. Aen. 130,
Aurea Cæsaries ollis, atq; aurea uestis. Seruius.
Velari aureo amictu. Oui. 14. Met. 53.
Aureus, tanquam substantiuum, & subauditur nummus: Nummum aureum significat. Plin. immane tabulæ precium, accepit aureos mensura, non numero. De aureo nummo uide Budæum li. 3. de Asse, in ipso principio. Alciatus: Aureus nummus sestertios æris centum ualebat, quod in disputationibus annotaui, hoc est, denarios argẽteos x x v. Sed deinde minoris æstimationis aureus fieri cœpit, & in Cæsarum constitutionibus solidus appellari: quorum L x x II. auri libram conficiunt. Cice. 12. Philip. 332.
Aureolus, pen. corr. (χρυσοειδὴς) Adiectiuum diminutiuum.
Aureolum collum, quod propè colorem auri refert. Varr. 3 de re Rust. cap. 9. 3. de gallis gallinaceis loquens, Rostro breui, acu-

Digitized by Google

ui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra, subalbicanti, colle uario, aut aureolo.

Aureolus libellus. Cic. 4. Acad. 245.

Malum aureolum. Catul. 23.

Aureola oratiuncula. Cic. 3. de Nat. deor. 57.

Pedes aureoli. Catul. 56. 34.

Aureolus, diminutiuum ab Aureo, pro numno aureo. Mart. lib. 5. 20, Qui crepat aureolos, forsitan unus erit.

Auratilis puluisculus. Solinus cap. 25.

Auricomus, pe. cor. (χρυσόκομος) adiectiuum, auream comam habens. Sipontinus.

Batauus auricomus. Silius 3. 123.

Sol auricomus. Valer. 4. Argon. 19.

Aurifer, pen. cor. (χρυσοφόρος) adiectiuum, quod fert aurum: ut Aurifera arbor. Cic. 2. Tusc. 39.

Amnis aurifer Tagus. Catull. 27. 4.

Aqua aurifera. Oui. in Ibin, 61.

Arenis aurifer is pallet Tagus. Silius li. 16. 112.

Arua aurifera Phœnicum. Silius li. 16. 5.

Fons aurifer Pactoli. Clau. 3. Paneg. 13.

Auriferum nemus. Pli. 5. ca. 1. 3.

Aurifera terra. Mart. li. 10. 20. & 78. & Silius li. 2. 81.

Aurifex, aurificis, pen. corr. m. g. (χρυσοχόος) Faber auarius. Plaut. Menæh. 15. 8. e, Tibi equidem illam, ad Phrygionem ut ferres paulò prius. Et spimter, ut ad aurificem ferres, ut fieret nouum. Plin. Velut aurificũ arte alternis inter folia cãdicantibus margaritis. Cic. 6. Verr. 49, Quum uellet sibi annulum facere, aurificem iussit uocari in foro, ad sellam Cordubæ, & ei palam appendit aurum.

Aurificina, pen. prod. aurificis taberna.

Aurifodina, penul. product. Locus unde effoditur aurum. Plin. 33. cap. 4. 12.

Aurifur, pen. cor. aurifuris, pen. prod. com. g. Qui furatur aurum. Plaut. Pœnu. 19. 55, Et mihi hic aurifur est.

Auriger, penul. corr. adiectiuum ut, Auriger taurus. Cicero de Diuination. 95.

Arbor aurigera. Val. 8. Argon. 22.

Auro, auras, aurare, à quo Inauro, & Deauro composita. Varro de Lin. Lat. li. 6, Aurescit aer, dixit. Vide Aurora.

Aurunca] æ, Latij ciuitas fuit, ab Ausone Vlyssis & Calypsus filio condita: à qua Aruunci dicti fuerunt, uetustissimi Latij populi: quorum meminit Pli. li. 3. ca. 5.

Ausa] ἄωσα, Ciuitas est Hispaniæ Ptolemæo.

Auscaripedam] pro uermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus, dixerunt ueteres, teste Varr. lib. 6. de Ling. Lat.

Auſci] ἄυσκοι, populi sunt Aquitaniæ in Gallia Plinio. Vulgò Aux. Archiepiscopatus in Vasconia.

Auſcular i] καταφιλέω, dicebant antiqui pro Osculari, quod est os cum ore conserere. Festus.

Auſculto] auscultas (ἀκροάομαι) auscultare, audire. Plau. Stich. Ausculto atque animum aduorto sedulò. Terentius. And. 3. 3. 6, Auscultò, loquere quid uelis.

Auscultare ab ostio. Plau. Mercat. 8. 9.

Auscultare ad fores. Plau. Trucul. 4. 1.

Auscultemus hinc quid agat. Plaut. Curcul. 6. 29.

Auscultat paucis. Teren. Adel. 5. 3. 20.

Iamdudum auscultò. Hor. 2. Ser. Sat. 1.

Auscultare aliquem. Plautus Pseud. 7. 109, Te auscultabo lubens. Terent. Heaut. 4. 5. 23, Auscultà quod superest fallaciæ.

Populum auscultare. Catull. epig. 62. 8.

Auscultare (πείθεσθαι, προσέχειν) cum dativo, pro Obedire ponitur. Varro lib. 5. de Ling. Lat. Ab audiendo etiam auscultare declinamus, quòd hi auscultare dicuntur, qui auditis parent. Terent. And. 1. 3. 4, Nec quid agam, certum est, Pamphilúmne adiutem, an auscultem seni. Ea ratione qua & audire dicitur cum dativo, pro Obedire. Cicero pro Rosc. Ame. 62, Mihi auscultà, uide ne tibi desis.

Auscultare minus est, quàm audire. Pacuuius apud Ciceronem lib. 1. de Diuin. 213,

Nam istis qui linguam auium intelligunt,
Plusq; ex alieno iecore sapiunt, quàm ex suo,
Magis audiendum, quàm auscultandum censeo.

Auscultabitur, Impersonale. Plau. Merc. 7. 120,

— excusato me feciſſe sedulò
Ad portum ne ires, dico iam tibi. c. auscultabitur.

Auscultatio (ἀκρόασις) Verbale, Auditio.

Auscultatio, Obeditio. Plaut. Rudent. Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio? quidúe hinc abitio?

Auscultator, pen. prod. (ἀκροατὴς) uerbale. Ci. in Partition. 7, Nam aut auscultator est qui audit, aut disceptator.

Auſelliſ] dicebantur qui nunc Aureliſ. Festus.

Auſer] ἄυσορ, uel ἄυσερ, uel Auseris, fluuius Italiæ prope Lucam, cuius olim pars riuus ille qui iuxta Pisas nunc labitur, fuit. Strabo pro Auseri, Aesarem ponit.

Auſim] τολμάω, Verbum defectiuum. Indicatiuo uel optatiuo futuri temporis, Ausim, ausis, ausit. Et plaraliter ausint. Cæteris caret. Id est, audebo, uel utinam audeam. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Nec si sciam, dicere ausim. Virg. 2. Georg.

Ausim uel tenui uitem committere sulco. Id est, ausus sum, uel audebo, teste Seruio. Festus: Ausis, id est, audeas.

Ausim confirmare. Lucre. li. 5. 40.

Auſonia] αὐσονία, ea duntaxat pars Italiæ dicta est primò, in qua sunt urbes Beneuentum, & Cales, ab Ausone Vlyssis & Calypsonis filio: postea tota Italia, quæ Apennino finitur, Ausonia uocitata est ab eodem duce. Inde etiam Ausonij Itali dicti sunt.

Armipotens Ausonia. Stat. 3. Syl. eleg. 2. 4.

Auſon, & Auſonius (αὐσόνιος) Qui ex Ausonia est: ut, Gens Ausonia, Mare Ausonium, pars maris Tyrrheni, à Campania Siciliam uersus.

Lingua Ausonia, id est, Latina. Oui. 5. Trist. eleg. 8. 13.

Terra Ausonia. Virg. 4. Aen. 70.

Tybris Ausonius. Virg. 5. Aen. 17.

Auſonius] αὐσόνιος, sophista, scripsit epistolas, & alia quædam ad Nonnum, ut ait Suidas.

Fuit & Ausonius, patria Gallus, Burdegalensis poeta, cuius extant epigrammata.

Auſpex] auspicis, pen. cor. m. g. (οἰωνοσκόλος, οἰωνοσκόπος, οἰωνομαντις) Valla, Auspex qui præerat nuptijs celebrandis: quia Auspicium pro nuptijs capere solebat, adhibebatúrq; hic pro parte mariti. Hæc Valla lib. 6. Dictus est autem ab auibus aspiciendis, quemadmodum & Aruspex.

Auspex legis. Cic. ad Att. li. 2. 22. 3, Quid quæris? accueram me ad exagitandam hanc eius legationem: quam si ille contemnit, & si, ut scribis, bilem id commouet, & latoribus & auspicibus legis Curiatæ spectaculum egregium.

Auspices uictoriarum. Plin. Victoriarum omnium toto orbe auspices.

Musa auspice: id est, duce. Hor. 1. Epist. 3. 3.

Phœbo auspice. Stat. 2. Sylu. 2. 8.

Prouidus auspex. Hor. 3. Car. Ode 27. 2.

Auſpicalis, & hoc auspicale, pe. pro. (οἰωνοσκοπικὸς) Quod ad auspicium pertinet, ut Auspicalis pisciculus, qui aliquid portendit, aut significat futurum. Plin. lib. 32. cap. 1. 3, Tenuit & nostra memoria Caij principis ab Astura Antium remigantis, ut res est etiam auspicalis pisciculus, siquidem

Digitized by Google

nonißimè tum in urbem reuerſus Imperator, ſuis telis confoſſus eſt. De echeneide piſce loquitur.

Auſpicium (οἰωνισμὸς, οἰώνισμα) inquit Feſtus, ab aue ſpecien da, nam quod nos cum præpoſitione dicimus Aſpicio, apud ueteres Specio dicebatur. Valla lib. 6, Auſpicium eſt uel à paſtu auiũ, uel ab inſpectione auium. Sed quia Conſul antequam iret in expeditionem, capiebat auſpicium: hinc factũ eſt, ut dicamus auſpicia ducum atq; principum, quæ à ſolo duce capiuntur. Hæc Valla. Ci. 2. de Diuin. 117, Quid eſt aliud nolle moneri à Ioue, niſi efficere, ut aut ne fieri poſſit auſpicium, aut ſi fiat, uideri? Aues, euentus ſignificant aut ad ueſtros, aut ſecundos. Plautus Amphit. 8. 56, Ante auſpicium commoratum eſt?

Funeris auſpicium. Stat. 6. Thebaid. 45.

Auſpicia nuptiarum. Cic. 1. de Diuin. 54.

Vrbs auſpicijs condita. Cic. in Vatin. 10.

Addicentia auſpicia. Tacit. lib. 2.

Auſpicium bonum. Catull. epig. 42. 70.

Bono auſpicio promulgare legem. Cic. ad Att. li. 111. 21.

Conſulare auſpicium. Cic. pro Muræna, 1.

Ferale auſpicium. Clau. 2. in Eutrop. 47.

Grande auſpicium. Oui. 2. Triſt. 35.

Infelix auſpicium. Stat. 11. Thebai. 68.

Iuge auſpicium. Feſtus, Iuge auſpicium eſt, quum iunctum iumentum ſtercus fecit. Ci. 2. de Diuin. 117.

Auſpicium liquidum. Vide Liquidus in Liquor.

Auſpicium malum. Plaut. Aulul. 12. 33.

Auſpicio meliore. Plaut. Menæb. 24. 90.

Auſpicium militare. Ci. 2. de Diuin. 116.

Mollia auſpicia. Claud. in Eutrop. 99.

Auſpicium optimum. Cic. 2. de Diuin. 112, Fulmen ſiniſtrum, auſpicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comitia.

Auſpicijs optimis. Cic. de Senect. 11, Augurq; quum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro Reip. ſalute gererentur: quæ contra Remp. fierent, contra auſpicia fieri.

Regalia auſpicia. Clau. in Paneg. 1.

Secunda auſpicia. Hor. 4. Carm. Ode 14. 4.

Saluis auſpicijs. Cic. de Prouinc. Conſul. 37, Iidem illam proſcriptionem capitis mei contra ſalutem Reip. ſed ſaluis auſpicijs rogatam eſſe dicebant. Id eſt, non contra auſpicia. Budæus.

Solennia auſpicia. Clau. 2. Paneg. 73.

Siniſtrum auſpicium. Vide optimum Auſpicium.

Vtile auſpicium. Oui. 1. Faſt. 44.

Auſpicium, pro ductu atq; diſpoſitione. Virg. 4. Aen.

Me ſi fata meis paterentur ducere uitam
Auſpicijs, & ſponte mea componere curas.

Vbi Seru. Meis auſpicijs, argumentum à neceſſitate. Et auſpicijs ideo, quia maiores omnia auſpicatò gerebant. Ergo auſpicijs, diſpoſitionibus. Liu. Vos auſpicium, imperiumq; ad Calenum detuliſtis. Pli. lib. 7. ca. 43. 5.

Imperio atq; auſpicio alicuius, aliquid agere. Plau. Amp. 4. 38.

Ductu, imperio, auſpicio. Plau. Amph. 4. 42, Vt geſſerit Remp. ductu, imperio, auſpicio ſuo.

Virtute atq; auſpicio alicuius. Plau. Epid. 8. 45.

Auſpicium, pro poteſtate etiam ſumma. Liu. Quoniam in prouincia Liuij res geſta eſſet, & eo fortè die quo pugnatum eſſet, auſpicium eius fuiſſet. Et alibi itidem. Budæus. Virgil. 4. Aeneid.

Communem ergo nunc populum, paribuſq; regamus
Auſpicijs. Vbi Seruius, Paribus auſpicijs, æquali poteſtate. Et ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Et dictum eſt à comitijs, in quibus ijſdem auſpicijs creati, licet ſimul nõ crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auſpicia, unde & Conſules pares ſunt: quum neceſſe eſſet, ut unus prior crearetur.

Auſpicia maiora, maiores honores & magiſtratus ſignificant: nullus enim magiſtratus inauſpicatò creabatur. Budæus.

Dare auſpicium. Silius lib. 13. 31.

Signum & auſpicium alicui dare. Silius lib. 7. 47.

Auſpicia dirimere. Pli. li. 7. ca. 57.

Diſſoluere auſpicia. Cic. in Vatinium, 15.

Ementiri auſpicia. Cic. 1. de Diuin. 55.

Auſpicia euenerunt ſecunda. Cic. 1. de Diuin. 52.

Auſpicium facere. Liui. 1. ab Vrbe, 155.

Facere ratum auſpicium. Cic. 2. de Diuin. 121.

Auſpicia mittere. Liu. 1. ab Vrbe, 78, Tum pergit uerbis auſpicia quæ mitti uellet.

Præmonere auſpicium. Cic. 2. de Leg. 34.

Vetat auſpicium. Oui. 6. Faſt. 135.

Auſpicor, pen. cor. auſpicaris (οἰωνοσκοπῶ, κατεύχομαι) auſpicari, auſpicium capere. Cic. 2. de Diuin. 109, Illi autem qui in auſpicium adhibetur, quum ita imperauit is qui auſpicatur, dicito.

Auſpicari tripudio. Cic. 1. de Diuin. 130.

Auſpicari, incipere. Pli. li. 7. in proœm. 4, Itaq; feliciter natus iacet, manibus, pedibuſq; deuinctis flens, animal cæteris imperaturum, & à ſupplicijs uitam auſpicatur, unam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Colum. li. 3. cap. 1. 1.

Auſpico, cas (οἰωνοσκοπῶ) dixit Plaut. Perſa: Ego auſpicatus in hunc diem.

Auſpicare auem. Plau. Stichо, 8. 46.

Auſpicare alicui rei. Plaut. Rud. 18. 16, Non hodie iſti auſpicatus rei, ut cum furcifero fabuler.

Auſpicatus, pen. prod. (κατευχθείς) participium.

Impetus non auſpicatus. Hor. 3. Carm. Ode 6. 2.

Auſpicatus locus. Cic. pro C. Rab. 7, Quamobrem uter noſtrũ tandem Labiene popularis eſt? túne, qui in campo Martio comitijs centuriatis, auſpicato in loco, crucem ad ciuium ſupplicium defigi & conſtitui iubes? an ego, &c.

Auſpicatus (αὔσιος) nomen ex participio. Quintil. lib. 10. cap. 1, Itaq; ut apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium: hoc eſt, feliciſſimũ. Pli. lib. 16. ca. 18. 3. Catul. 42. 5,

Quis illos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auſpicatiorem?

Auſpicatò, aduerbium (οἰωνιδίως) id eſt, auſpicio capto. Cic. 2. de Nat. deor. 16, Itáne uerò ego non iuſtus, qui & Conſul rogans, & augur, & auſpicatò?

Auſpicatò, feliciter, ut ait Valla, quaſi auſpicijs non repugnantibus. Terent. And. 4. 6. 12, Haud auſpicatò huc me appuli. Vbi Donatus, Haud auſpicatò, id eſt, inauſpicatus, quòd non eſſet auſpicatus. Et uſitatum ueteribus ſic dicere, ſiquid aliquando aliter eueniſſet, quàm uellent. Cic. 2. de Diuinat. 116, Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri, niſi auſpicatò noluerunt.

Auſpicatò renunciare Conſulem. Cic. pro Murena, 1.

Auſrania] inſula Oceani Septentrionalis, à Barbaris ſic appellata: à Romanis uerò Gleſſaria, dum ſcilicet Germanicus Cæſar ibi res claßibus gereret. Author Pli. li. 37. cap. 3. Idem tamen Pli. li. 4. cap. 13, hanc uocat Auſtraniam: & ita legit Hermolaus.

Auſter] Auſtri (νότος) Ventus meridionalis, Auſter Græcè νότος dicitur ab humore & nebula, quòd νοτὶς Græcè, humor Latina interpretatione dicatur, ac ſit is uentus ſudoris effector. Hactenus Nonius. Virg. 4. Georg.

Frigidus ut quondã ſyluis immurmurat Auſter. Cæſar 3. bell. Ciuil.

Digitized by Google

bell.Ciuil. to 2, Nacti *auſtrum* naues ſoluunt. Colum.lib.11. cap.2.27.

Sibilus Auſtri. Virg.5.Eclo.16.

Ducere ætatem aduerſis Auſtris. Hor.2.Epiſt.2.41,

Non agimur tumidis uelis Aquilone ſecundo,
Non tamen aduerſis ætatē ducimus Auſtris. Hoc eſt,
Nec in ſumma proſperitate ſumus, nec in ſumma calamitate.

Aquaticus. Oui.2.Meta.171.

Aſpirans. Virg.5.Aen.152.

Calidus. Clau.de bello Getico,12.

Aeſtibus ſpirans. Oui.7.Meta.109.

Crepitans. Virg.3.Aeneid.14.

Denſus. Virgil.5.Aene.134.

Furens. Virg.1. Aene.11.

Gelidus. Claudian.7.Paneg.86.

Humidus. Virg.1.Georg.92.Clau.2.Paneg.72.

Hybernus. Tibull.1.eleg.1.10.

Inexorabilis. Silius lib.16.20.

Lenis. Virg.3.Aen.14. Vide Lenis.

Leuis. Valer.6.Argon.132.

Madens. Seneca Herc.Oeth.1.15.

Madidus. Claudian.3.Paneg 21.

Nebuloſus. Seneca Medea,8.1.

Nigerrimus. Virg.3.Georg.55.Stat.5.Theb.141.

Nocens corporibus. Hora. 2. Carm.ode 14.4.

Nubilus. Ouid.11.Metam.133.

Plumbeus. Hora.2.Serm.Saty.6.3.

Pluuius. Ouid.1.Metam.14.

Tepidus. Seneca Hippol.1.4.

Turbidus. Claud.22.epigram.41.

Validus. Horat.1.Epiſtol.11.3.

Vehemens. Cic.Atti.16.334.1.

Cadunt Auſtri. Vide Cado.

Immurmurat ſyluis Auſter. Virg.3.Georg.53.

Increbruit Auſter. Vide Increbreſco.

Ingeminant Auſtri, id eſt, repetunt ſuos flatus uenti. Virgil.1. Georg 67.

Auſtri pro uentis, figura apud Virgilium celebrata, & eſt ſpecies pro genere. Virg.1.Aen.11.

Auſtralis, & hoc Auſtrale, pe.pro. (νότιος) *ut, Auſtralis ora.* Cic.2.de Nat.deo.73, Et *Auſtrales morbos uocāt medici, qui Auſtro flante generantur: eſt enim uentus admodū peſtifer.*

Auſtralis annus. Claudian.Eutrop.1.81.

Auſtralis cingulus. i. Meridionalis zona. Ci.de Som.Scip.22.

Auſtrale latus. Claud.in Eutrop.2.49.

Nimbi Auſtrales. Oui.4.de Ponto,eleg.4.1.

Polus Auſtralis, id eſt, Antarcticus. Sen.Herc.Oeth.8.15.

Auſtrinus, pen prod. (νότιος) *aliud adiectiuum: ut, Auſtrini flatus, qui flant ab Auſtro.* Colum.li.7.ca.3.11.

Auſtrinum cælum. Pli.li.16.cap.26.5, *Pirus & amygdala, etiam ſi non pluat, ſed fiat Auſtrinum cælum atq; nubilū, florem amittunt. Auſter enim dum flat, innumeras nubes attrahit: hinc prouerbium (quia & Cæcias dicitur) Attrahit ad ſe mala, ut Cæcias nubes. De homine infelice.*

Calores Auſtrini. Virg.2. Georg.54.

Auſtrinus dies. Colum.lib.11.cap.2.27.

Auſtrinus polus. Plin.lib.5.cap.19. (ſedent.

Auſtro, auſtras, auſtrare, humectare. Plaut. *Auſtrati ad ignem*

Auſterus] *auſtera, auſterum, pen.prod.* (ἀυσηρὸς) *contrarium eſt ſuauui: ſumptum à Græcis, apud quos* ἀυσηρὸς *Auſterus dicitur, ut Auſteri homines.* Cic.3.de Orat.55, *Quanto molliores ſunt & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ uoculæ, quàm certæ & ſeueræ? quibus tamen non modò auſteri, ſed ſi ſæpius fiunt, multitudo ipſa reclamat.*

Curatio auſtera. Pli.li.24.cap.7.7.

Color auſterus. Plinius libro 35.cap.6.1, *Sunt autem colores auſteri aut floridi. Vtrunque natura, aut miſtura euenit. Floridi ſunt quos dominus pingenti præſtat, minium, armenium, cinnabaris, chryſocolla, indicum, purpuriſſim. Cæteri auſteri.*

Guſtus auſterior. Colum.lib.12.cap.12.1.

Homo auſterus. Proper.li.3.eleg.3.10.

Auſterus & grauis. Cic.in Piſonem,56.

Labor auſterus. Hor.2.Ser.Sat.2.3.

More auſtero cum aliquo agere. Cic.pro Cælio,24.

Auſtera in lacu muſta, Quint.li.2.ca.7.

Poemata auſtera. Hor.in Arte poetica,69.

Suauitas auſtera, cui dulcis opponitur. Cic.3.de Ora.57.

Vinum auſterius. Colum.li.3.cap.2.5.

Auſteritas, penult. correp. auſteritatis (ἀυσηρότης) *Contraria eſt Suauitati.* Quintil. lib. 2.cap.2.4, *Non auſteritas enim triſtis, non diſſoluta ſit comitas. Loquitur de præceptore pueris tradendo.*

Auſteritas, & Frontis remiſſio, opponuntur. Pli.epiſt.5.li.11.

Auſteritas colorum. Pli.li.35.cap.10.31, *Et eadem res numis floridis coloribus auſteritatem occultè daret.*

Auſterè, Aduerbium (ἀυσηρῶς) Cic.pro Muræna,67, *At enim agit mecum auſterè & Stoicè Cato.*

Auſtralis Auſtrinus, Auſtro, *auſtras*] Vide Auſter.

Auſtria] *παννονίας ἄνω χώρα, Pannoniæ ſuperioris regio, ab Auſtro uento Meridionali dicta, quòd ad Auſtrum ſita ſit.* Andræas Althamerus author.

Auſtri cornu] τὸ νότιον κέρας, *Promontorij nomen eſt in Aethiopia, cuius meminit Strabo li.16.*

Auſtrum] Vide Hauſtrum.

Auſus] Vide Audeo.

Aut] *v, diſiunctiua coniunctio eſt.* Cic.5.Tuſ.166, *Aut bibat, aut abeat.* Teren.And.1.1.29, —— *aut equos*
Alere, aut canes ad uenandum, aut ad philoſophos.

Aut, ſæpius repetitum. Cic.in Piſonem,75, *Res ipſa & Reipu. tempus, aut me ipſum, quod nolim: aut alium quempiā: aut inuitabit, aut dehortabitur.* Idem 1.de Orat.18, *Cætera, inquit, aſſentior Craſſo, ne aut de C.Lælij ſoceri mei, aut de huius generi, aut arte, aut gloria detrahamus.*

Aut uerò, pro Aut etiam. Ci.5.Verr.69, *Quem tibi aut hominem inuitis dijs immortalibus, aut uerò deum tantis eorum religionibus uiolatis auxilio futurum putas?*

Aut etiam, aut uerò. Cicer.1.de Orat.38, *Sed ſi quis eſſet, aut ſi etiam unquam fuiſſet, aut uerò ſi eſſe poſſet, tu eſſes unus profectò.*

Aut quia, geminatum. Hor.2.Serm.

Aut quia non ſentis, quod clamas rectius eſſe:
Aut quia non firmum rectum defendis.

Aut certè. Cic.in Bruto, 137, *Quo enim uno uincebamur à uicta Græcia, id aut ereptum illi eſt, aut certè nobis cum illis communicatum.*

Aut, cum interrogatione poſitum. Terentius Eunuch.1.2.75, *Aut ego neſciebam quorſum tu ires? ita Græci ſuo ſit in interrogando utuntur.*

De Aut ſic Diomedes, li.1, Aut coniunctio dubitatiua, ſi geminetur, habet poteſtatem, quæ dicit: Aut librum uolo, aut precium, utrunq; ex æquo deſiderare ſignificat. Aut ſi ſemel pronuncietur, diminutiua eſt, & gradum habet ad inferiora tendentem: ut dicimus, Eum librum uolo, aut precium, ut ſi liber, quem potiſſimum uolo, minimè reddatur: tu quod ſecundum precium.

Aut, modò coniunctiua eſt, quum dicimus, Aut da mihi, aut repio. Modò hortatiua eſt. Ita Virg.9.Aen.103,

Aut tu

Digitized by Google

Aut tu magne pater diuûm miserere.

Modò coniunctiua, pro Et: *ut* Virg. 1. Aen. 84,

Moliriue moram, aut ueniendi poscere causas.

Et pro Que: *ut* Virg. 1. Georg 82,

Tum liquidas corui presso ter gutture uoces

Aut quater ingeminant. pro Quaterq;

Modò pro separatiua: *ut* Virg. 1. Aen. 88,

Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto.

Idem 4. Aen. 13, —*media inter cornua fundit,*

Aut ante ora deûm, pingues spaciatur ad aras. Id est, *modò funditur, modò spaciatur.* Hæc ex Diomede, ferè ad uerbum.

Autapodia] αὐταπόδια, Calceamenti genus, idem cũ ijs quæ ἀναξυρίδας alio nomine appellant, *ut* author est Pollux, li. 7. cap. 222.

Autariatæ] αὐταριάται Stephano, Populi in Illyrico belli cosissimi, qui quum Triballos, & Ardiæos uicinos suos debellassent, postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti sunt. Author Strabo li. 7.

Autei] αὐτεῖοι, Arabiæ populi. Pli. li. 6. ca. 29.

Autem] δὲ, discretiua coniunctio, qua ea quæ discreta intelligi uolumus, connectimus. Valla, Verò & Autem, idem significant, & eodem in loco poni possunt, antecedente utique aliqua dictione: nunquam enim ab his sententia incipit. Collocantur autem frequenter, *ut* nusquam referantur, sed tantum distinguant sententiam à sententia. Hactenus Valla libro 2. Terent. Adelph. 4. 2. 50, Aeschinus odioſ cessat, prandium corrumpitur, Ctesipho autem in amore est totus. Cice. ad Brutum lib. 11. 15. 2, Quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia.

Quid autem? Terent. Adelph. 3. 4. 16, Salue Demea. D. Quid autem? Idem Eunuch. 5. 2. 10, Ab quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi, &c. Cicer. 5. Tuscul. 79, Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus prædita, seruitute oppressam tenuit ciuitatem? De Dionysio Syracusano.

Autem, pro etiam. Plau. Truc 17. 61, Agite, abite: tu domum, et tu autem domum. Ter. Eun. 3. 2. 22, —quid tu ais Gnato? Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraso? Tacent: satis laudant.

Adeò autem. Terent. Eunuc. 5. 5. 22, Atq; adeò autem cur non egomet intrò eo?

Ecce autem. Terent. Phor. 2. 1. 34, Ecce autem similia omnia: omnes congruunt. Vbi Donatus, Ecce autem, uox est apta his quæ noua & improuisa animo accidunt. Sic Virg. 2. Aen. 41, Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta.

Autem enim. Plau. Pseu. 7. 21, Vetus nolo faciat. C. autem enim nequicquam uis. Id est, profectò: uerùm inusitatum est.

Neque enim, neque autem. Cic. L. Luceio, lib. 5. 12. 22, Neque enim tu is es, qui sis nescias: & qui nõ eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quàm eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neq; autem ego sum ita demens.

Pridie autem, in principio orationis. Cic. ad Attic. lib. 9. 18. 2, Pridie autem apud me Crassipes fuerat.

Porrò autem. Terent. Adel. 3. 3. 64, Hoc uitio datur. S. Probissimè. D. Porrò autem. Vbi Donatus, Porrò autem, At uerò, & huiusmodi principia narrationum sunt, quibus superiora sequentibus connectuntur. Idem Eunu. 3. 5. 61,

—nunc metuo fratrem,

Ne intus sit: porrò autem, pater ne rure redierit iam.

Tum autem, pro propterea. Teren. Eunu. 5. 9. 7,

—scis sponsam mihi?

P A. Bene, ita me dij ament factum. C. audin' tu illum quid ait? C. tum autem Phædriæ

Meo fratri gaudeo amorem esse omnium in tranquillo.

Tum autem, pro Et. Teren. Eunu. 2. 3. 11,

Vt illum dij deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est, Meq; adeò qui restiterim: tum autem qui illum non floccifecerim. Donatus.

Tum obsonium autem? Plaut. Id est, Et præterea quale mihi obsonium misisti? Budæus.

Autem uerò. Cic. 1. de Ora. 36, Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulò, uerborum autem licentia liberior, multis uerò ornandis generibus socius ac penè par in hoc quidem certè propè idem nullis ut terminis circumscribat, aut definiat ius suum.

Vix autem. Ci. 2. Verr. 8, Vt ea restitui in antiquum statum nullo modò possit, uix autem per multos annos.

Autem, inter multas copulatiuas ponitur, quasi respirationis causa. Cic. 2. de Nat. deor. 73, Tum autem rursus aperiantur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius mouentur, tam tardius.

Autem utimur, quum uerbum iam dictum repetimus tũ interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictũ uidebatur. Cic. Attico, Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? fecissent autem? imò quid ante aduentũ meum non fecerunt? Idem pro Rabirio 7, Nunq; is testis Posthumũ appellauit? testis autem? num accusator? Budæus.

Autem, serui præcipuè repetitis interrogationibus cum indignatione. Cic. pro Cluentio, Quod aũt tempus uenenidandi illo die in illa frequentia? per quem porrò datum? Teren. Eunuch. 4. 7. 28, Ego non tangam meam?

C H. Tuam autem furcifer? Ex Budæo.

Autem tertio & quarto loco positum. Gel. lib. 19. cap. 1, Nescitandæ probationes autem, & c. Virg. 2. Aen. 21,

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?

Authe] Αὐθώ, Alcyonei gigantis, qui Herculis telis confossus est, filia. Is enim filias habuit septem, quæ ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones mutatæ sunt, *ut* quibusdam placet. Harum nomina Hegesander ponit hæc, Phosonim, Authen, Methonen, Alcippen, Pallenen, Asterien, & Drymo. Hæc Ianus Parrhasius in Claudi.

Authentes] αὐθέντης, ait Budæus in Commentarijs, etiam αὐτόχειρα significat. Paulò post, Theodorus Gaza in libro περὶ μηνῶν, ait hoc uocabulum olim tantum significasse τὸν αὐτόχειρα: postea uerò et supra mille annos αὐθέντην, Græcè hoc significare cœpisse, quod apud Latinos Author significat. Id quod ideo dicit factum, *ut* Græci unam dictionem haberent, quæ planè responderet dictioni Latinæ: hoc est, huic nomini Author. Inde αὐθεντία, Authoritas: quod uerbum in Pandectis sæpe legitur, & ipse Gaza usus est in Catone. Nam quod ibi Cicero dixit, Tenebat authoritatem in suos, Gaza uertit αὐθεντίαν. Sed contra Gazam pugnat Ciceronis authoritas, qui lib. 9. ad Att. epist. 17, ita scribit, Vbi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se? ecquid acerbius? ecquid crudelius? Atq; eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrabant. Et lib. 10. epist. 9, Etiam illud erat persuasum, Pompeium cum magnis copijs iter in Germaniam per Illyricum fecisse: id enim αὐθεντικῶς nuntiabatur. Virobiq; αὐθεντικῶς significat, Non sine certo authore. Hæc ex Budæo. Alij sic exponunt, Cum authoritate, Certo authore, pro Certo. Alcia. us li. 2. Παρεργῶν, ca 46, Authentico pro re certa fidei poni constat, non solùm apud Iulianum Paulumq; iurisconsultos, sed etiam apud Cicerone. epist. ad Attic. lib. 9. & lib. 10. Tametsi Gaza libello De mensibus hanc uocem apud Veteres hoc sensu non reperiri scribat, sed eos qui citra mille annos scripsere, hac dictione αὐθέντης uti cœpisse, *ut* eum exprimerent quem Latini

authorem

authorē dicunt: olim enim idem significabat quod αὐτόχειρ, id est propria manu aliquid patrans. Hæc ille. Charisius lib. 1, Auctor siquidem dicitur, quòd augeret & generaret: & auctricem dicemus, quòd pariter augere posßit: quum uerò ad auctoritatem refertur, pro communi accipiendum. Seruius in illud. 12. Aeneid. Author ego audendi: Nomina, inquit, in tor desinentia, fœminina ex se faciunt quæ in trix terminātur, si tamē à uerbo ueniāt. Vt ab Lego & lector & lectrix facit, Doceo doctor & doctrix. Si autem à uerbo non uenerint, cōmunia sunt: nā similiter & masculina & fœminina in tor exeūt: Vt hic et hæc senator, hic & hæc balneator: licet Petronius usurpauerit Balneatricem dicens. Tale est hic & hæc author: sed tunc quum ab Authoritate descēdit, ut hoc loco. Quum autem ab eo uenit quod est augeo, & Auctor & Auctrix facit: ut si dicas, Auctor diuitiarum, uel auctrix patrimonij. Ab Augeo deduci contendit F. Philelphus li. 7. epist.

Authenticus] pen. corr. (αὐθεντικός) Adiectiuum, Quod factum est ab eo, qui authoritate ualet. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod comprobatū est ab ijs, qui authoritate pollent.

Authenticum, Ex quo exemplum describitur. Vlpianus in l. cætera. quæ est quarta lex. famil. hercis. Hæredem enim exemplum debere dare, tabulas uerò authenticas ipsum retinere, aut in ædem deponere. Itidem in l. Pomponius, eodem titulo. Budæus.

Authepsa] authepsæ (αὐθέψ) Genus ollæ, cuius meminit Cic. pro Rosc. Ameri. 79, his uerbis, Domus referta uasis Corinthijs, & Deliacis, in quibus est authepsa illa, quā tanto precio nuper mercatus est, ut qui prætereuntes precium enumerari audiebant, fundum uenire arbitrarentur. Hæc olla uidetur fuisse ex ære Corinthio facta tanto artificio, ut paucissimo & ferè nullo igni supposito elixaret quæ imponebantur, dicta quasi per se elixans.

Author] authoris, penu. prod. (αὐθέντης, ἀρχηγός, αἴτιος) Priscianus author quādo αὐθέντωρ significat, cōmune est, quādo αὐξήτωρ, Autrix facit fœmininum, sicut omnia uerbalia in or desinentia. Hactenus Priscianus lib. 5. Virg. 12. Aen. 32, Author ego audēdi: sic exhortata reliquit Incertam. Quo loco uide Seruium. Valla, Author est, ut sic dicam factor: nam factor in usu non est, nisi in quibusdam è Græco translatis. Et paulò pòst, At nos poetas, cæterosq; operum conditores, authores uocamus, & illum qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, egit pacem, authorem operis, authorem belli, authorem pacis dicimus, nūquam actorem. Item paulò pòst, Sciendum est quòd author à se nascitur. Nam illud quod est augeo, non nos seducat, quòd inde ueniat: aliud enim est Augere, aliud Authorem esse. Idem lib. 4, Authores sententiæ alicuius aut consilij uocantur ij, quorum sententiam consiliumq; secuti sumus, & duces militum authores uocabantur. Hactenus Valla.

Author alicuius operis. Cic. 3. de Orat. 118.

Hortator atq; author. Ci. in Parti. Ora. 52, Non enim supplex, ut ad iudicem uenit orator, sed hortator atq; author.

Consiliario & authore aliquo imire aliquid. Cice. ad Atticum lib. 14. 305. 4.

Authores & magistri religionum. Cicer. de Aruſp. 16. Sic pro Plancio, 26, Vt postea princeps inter suos plurimarum rerum sanctißimus & iustißimus iudex, maximarum societatum author, plurimarum magister.

Præclarus author suæ ciuitatis. Ci. pro Flacco, 28, Nam ut signum publicum inspexit, præclarus iste author suæ ciuitatis, solere suos ciues cæterosq; Græcos ex tempore, quod opus sit, obsignare dixit.

Author publici consilij. Cic 1. de Orat. 106.

Grauißimus author dicendi & magister. Cic. in Orat. 5.

Prædicator & author alieni facti apud iudices. Ci. pro Cornelio Balbo, 2.

Suasor & author deditionis. Cic. 3. Offi. 147.

Carminis author. Tib. li. 2. cleg. 4. 3. & Hor. in Arte, 9.

Author doloris alicuius. Cic. pro Flacco, 42.

Author alicuius interficiendi. Cic. Caßio, lib. 12. 2. 2.

Author legum, aut dissuasor, contraria. Cic. de Clar. Ora. 54.

Nobilitatis tuæ author. Cic. 4. Tusc. 3.

Author pacis semper fui Reip. Cic. ad Att. li. 9. 183. 2.

Author suæ personæ. Cic. 2. de Ora. 105.

Author Reipub. ac dux. Cic. ad Att. li. 8. 146. 3.

Author fuit profectionis. Cæsar 5. bel. Gal. 124.

Author huius sermonis est Valer. Cic. ad Att. li. 1. 7. 7.

Sanguinis author. Virgil. 7. Aeneid. 10. Idem 4. Aeneid. 74. Generis author.

Viæ author, qui uiam monstrat, aut qui ire iubet. Ouidius 3. Metam. 4.

Veri author, qui uera docet. Horatius 1. Carm. Ode 28. 3. de Pythagora.

Author ferendis legibus. Cic. Att. li. 8. 147. 4.

Author his rebus quis est? Terent. Adelph. 4. 5. 37.

Author ad aliquid. Cic. 2. Philip. 47, Etenim si authores ad liberandam patriam desiderarentur.

Author cæteris ad te iuuandum. Cic. ad Att. li. 9. 183. 3.

Author & adscriptor in restituendo. Cicero Post reditum in Senatu, 7.

Author tibi sum profugere. Cic. ad Att. li. 9. 181. 10.

Author id tibi sum. Teren. Adelph. 5. 8. 17, Idne estis authores mihi? Vbi Donatus, Authores, hoc est, persuasores. Ci. Cecinæ lib. 6. 8. 4, A me consilium petis, quid sim tibi author, in Siciliáne subsidat, an ut ad reliquias, &c.

Author tibi sum, ut. Plaut. Sticho, 3. 71, Mihi authores ita sunt amici, ut uos abducam hinc domum. Cic. Att. li. 15. 326. 2, Sed author non sum ut te urbi committas.

Author illi sum de hac re, ut hoc faciat. Plaut. Mil. 15. 1.

Magnopere authorem esse alicui. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brutum, 11. 3.

Authore me, authore te. Teren. Eunuc. 5. 7. 12.

An pœnitebat fiagitij, te authore quod fecisset
Adolescens? Liu. 2. ab Vrbe, 9, Res tuas tibi nō solū reddāt ciues tui, authore me, sed si quid deest, munificè augebūt: id est, me suadente, consulente, instigante, impellente. Cice. 1. Academ. 39, Audebimus ergo, inquit, nouis uerbis uti te authore, si necesse est.

Authore Clitomacho. Cic. 4. Acad. 183, ex sententia Clitomachi.

Authoribus plurimis. Liu. 1. ab Vrbe, 201. Id est, secundum opinionem plurium.

Iisdem authoribus cognitum est, Aequos, Volscosq; summa ui bellum apparare. Liuius.

Certis authoribus aliquid comperire. Cic. Att. li. 14. 305. 1.

Ingeniosus poeta, & author ualde bonus. Ci. pro Murena, 28.

Celeberrimi authores. Pli. li. 33. ca. 1. 1.

Certißimus author. Virg. 1. Georg. 87.

Clarißimi authores. Quint. li. 1. cap. 8. 12.

Authores claßici. Budæus. Metaphoricōs Gellius authores classicos appellat, quasi testes idoneos Latinæ puritatis, & primæ notæ scriptores: quales sunt, Cicero, Quintilianus, Liuius, Cæsar, Plinius, Virgilius, Horatius, Catullus.

Dubij authores. Oui. 5. Fast. 120,

Tunc mihi non dubijs authoribus incipit æstas. Authores æstatis uocat ortus & occasus quorundam syderum.

Eminentißimi authores. Quint. lib. 1. cap. 10. 11. & cap. 2. 2.

Eiusdem

Euidentißimi authores. Vide Euidens.
Authoribus eruditißimis induci. Cic. pro Murena, 56.
Grauior author. Tacitus lib. 19.
Idoneus author. Vide Idoneus. Quintil. lib. 1. cap. 4. 15.
Latini authores. Quintil. lib. 1. cap. 8. 6.
Leuis author. Vide Leuis.
Locuples author. Vide Locuples.
Luculentus author. Vide Luculentus.
Malus author. Cic. ad Att. lib. 7. 123. 14, Cæcilius malus author Latinitatis est.
Maximos authores in diuersa fuisse opinione uideo. Quintil. lib. 1. cap. 5. 25. Iuuenal. Saty. 14. 4, —citius nos
Corrumpunt uitiorum exempla domestica, magnis
Quum subeant animos authoribus.
Pessimus author futuri. Senec. in Herc. furente, 14. 4.
Priuatus author. Cic. ad Brutum, 10. 4.
Reticentissimus author. Cice. de claris Orat. 21. Loquitur de Coriolano.
Sordidus author, ignobilis. Vnde, Non sordidus author: id est, clarus & celebris. Horat. 1. Carm. ode 28. 3.
Summi authores. Quintil. lib. 1. cap. 6. 6.
Validissimus author. Tacit. lib. 5.
Appellare authorem. Plin. lib. 28. cap. 1.
Citare authorem. Vide Cito.
Criminari authores, quos prælegimus. Quin. lib. 1. cap. 5. 8.
Authorem dare rem. Plaut. Trin. 4. 53. id est, re ipsa ostendere.
Enarrare authores. Quintil. lib. 1. cap. 9. 1.
Author est Missurius, bis in triumpho ductum: Id est, dicit aut scribit. Plin. lib. 7. cap. 43. 1.
Authores sunt, omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues: id est, sunt qui dicant, aut scribant. Plin. lib. 10. cap. 26. 1. Item Liu. 4. ab Vrbe, 111, Sunt qui malè pugnatũ ab his Consulibus in Algido, authores sint.
Authorẽ habere aliquẽ. Terentius in Prolog Andr. 19. Id est, imitari. Cic. 2. de Orat. 85, Quos quũ tu haberes authores, Antoni miror cur philosophiæ, sicut Ille Paccuuianus, propè bellũ indixeris. Loquitur de Carneade Critolao, et Dioge
Habere authorem idoneum. Cic. 5. Verr. 186. (ne.
Rumorem authorem habere. Cic. 5. Verr.
In incerto est author, de authore dubitatur. Oui. 12. Meta. 84.
Interpretari authores. Vide Interpretor.
Authorem laudare. Vide Laudo.
Inuenire apud authores. Vide Inuenio.
Lectitare authores. Cic. Attic. lib. 12. 241. 9.
Authore mutato. Cic. 3. de Orat. 118, Qui orationẽ eandem aliam esse putaret, authore mutato.
Placet author, Ci. ad Atticũ li 6. 113. 4, Quũ mihi author placeret (etenim erat ἰσοπολίτης, & uixerat in Pelopõneso) admirabar tamẽ, et uix aggrediẽs cõmunicaui cũ Dionysio.
Præbere se authorẽ & principẽ bonis omnib. Cic. Plãco li. 10.
Prælegere authores, Quintil. lib. 1. cap. 5. 8. (6. 7.
Proferre authores. Cic. 2. de Orat. 160.
Redigere authores alios in ordinem, alios omnino eximere numero. Quintil. lib. 1. cap. 4. 2.
Referri ad authorem. Celsus lib. 5. cap. 18.
Authorem aliquem sequi. Plin. epist. 98. b.
Author, Homo in quo est uis, potestas, & dignitas: unde Authoritas dicta est. Liu. li. 1. ab Vrbe, 72. Decreuerũt enim, ut quũ populus regẽ iussisset, id sic ratũ esset, si patres authores fierẽt. Hoc est, authoritatẽ (ut aiunt) suã, & decretũ interponerent, cũq; ratũ haberẽt ac cõprobarent. Et alibi, Maiores nostri nullã ne priuatã quidem rẽ agere fœminas sine authore uoluerunt. Hæc Valla, lib. 4 Liuius: Authores sumus tutã ibi maiestatem Romani nominis fo e. Idem l. b. 3.
Impero, authorq; sum, ut me cui is c. strãdũ loces. Plaut. Aul. 7. 73. Idẽ Pœnul. 3. 17, Suspẽde, uinci, uerbera, author sum, fino.
Author eum significat, à quo quis ius in re cõparauit, aut aliàs quæsiuit, siue à quo quis emit. Cic. 7. Verr. 45, Tũ illi intellexerũt, se id quod à malo authore emissent, diutius obtinere nõ posse. Vlpianus de Euictionibus: Illud quæritur, an is qui mãcipiũ uẽdidit, debeat fideiussorẽ ob euictionẽ dare, quem uulgò authorẽ secũdũ uocãt. Idẽ in lege prima, §. si petitor. quarum rerum actio non datur. Hæc Budæus. Plaut. Curcul. 10. 12. Lenonem alloquens:
Nec uobis author ullus est, nec uosmet estis ulli.
Author fundi. Cic. pro, Cecinna 20.
Authores pupillorũ uocãtur, in quorũ administratiõe infirma ætas, resq; eorũ sunt. Ideoq; filios regũ pupillos sub autorib. fuisse legimus. Vnde Paulus Iurisconsultus in lege tertia, ff. de authoritate tutorũ, Etiã si nõ interrogatus tutor, author fiat, ualet authoritas eius, quũ se probare dicit id qd agitur. hoc est enim authorẽ fieri. Et Põponius in lege sequẽte: Etsi pluribus datis tutoribus unius authoritas sufficiat, tametsi tutor authoretur. Valla.
Sine tutore authore soluere mulieri. Cicero in Topic. 23, Nõ quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore authore soluas: ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas, rectè posis eodem modo soluere. Sic pro Cecin. 52.
Bonus author in Senatu. Cic. de clar. Orat. 66.
Authoritas, pe. corr. (αὐθεντία, ἀξίωμα, ἀξιωματικὸν) uis ipsa, potestas & dignitas. Cic. 3. Philipp. Tantus autem consensus municipiorum coloniarumq; prouinciæ Galliæ, ut omnes ad authoritatẽ huius ordinis, maiestatemq; popul. Rom. defendendam conspirasse uideantur.
Authoritas alterius, æstimatio & reputatio. Cice. pro leg. Manilia, 30, Et quoniam authoritas multum quoq; in bellis administrandis atq; imperio militari ualet, certè, &c.
Authoritas & amplitudo. Cic. pro Sext. Rosc. 2.
Vis. authoritas, pondus. Cice. pro Flacco, 7, Totius huiusce rei quæ sit uis, quæ authoritas, quod pondus, ignorant
Acies authoritatis. Vide Acies.
Adulta authoritas. Vide Adoleo.
Aduersus hostem æterna authoritas. Cic. 1. Offic. 57.
Fluxa authoritas. Tacit. lib. 17.
Gratißima authoruas. Cic. 1. de Inuent. 113.
Authoritate grauior. Cic. 2. de Orato. 84, Certè non tulit ullos hæc ciuitas, aut gloria clariores, aut authoritate grauiores, aut humanitate politiores, P. Aphricano, &c.
Languida authoritas patrum facta est. Vide Languor.
Proiecta authoritas. Tacitus lib. 1.
Homo tenui authoritate. Cic. contra Rullum, 52.
Id authoritatis, pro Eius authoritatis. Tacit. lib. 12.
Authoritas est ebori. Plin. lib. 12. ca. 4. 2, Tanta ebori authoritas erat, urbis nostræ trecentesimo anno: Id est, tanti fiebat, tanto in honore erat.
Citra authoritatem Senatus. Vide Citra.
Authoritas senectutis. Cic. de Senect. 57, Habet senectus, bono rata præsertim, tantam authoritatem, ut ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ uoluptates.
Tributorum authoritas. Plin. lib. 12. cap. 4. 3.
Authoritas testimonij. Cic. L. Luceio, lib. 5. 12. 3.
Authoritate nutuq; legũ domitas habere libidines. Cic. 1. de Orat. 96.
Abijcere authoritatem. Vide Abijcio.
Adducere ad authoritatem Vide Adduco.
Adhibere authoritatem. Vide Adhibeo.
Adijcere authoritatem. Vide Adijcio.
Authoritatẽ & fidem rebus adiungere. Cic. 2. de Diuin. 169.
Adiungere se ad authoritatem Senatus. Vide Adiungo.
Adolescit authoritas. Vide Adoleo.
Afferre authoritatem. Vide Affero.

Digitized by Google

Amittere authoritatem, Vide Amitto.
Amplificare authoritatem. Vide Amplifico.
Amplexari authoritatem. Vide Amplexor.
Auferre authoritatem ijs qui profuerũt. Quint. lib. 5. ca. 7. 22.
Attribuere alicui authoritatem. Cic. pro Fonteio, 11.
Cedere authoritati. Vide Cedo.
Conferre se ad alicuius authoritatem. Vide Confero.
Communire authoritatem. Vide Communio.
Comparare authoritatem. Vide Comparo.
Comprobare alicuius rei authoritatem. Cic. 1. de Diuin. 62.
Adulta authoritate comprimi. Tacit. lib. 1.
Authoritates cõtẽnere, ratione pugnare. Cic. 3. de Nat. deor. 13.
Consistit authoritas. Vide Consisto.
Contingere aliquam authoritatem. Vide Contingo.
Dare authoritatẽ. Cic. 3. de Nat. deor. 131, Vtrũ poetæ Stoicos deprauarint: an Stoici poetis dederint authoritatẽ, nõ facilè
Authoritatem defugere. Plaut. Pœnulo, 3. 18. (dixerim.
M. Si authoritatem post ea defugeris, ubi
Dissolutus tu sies, ego pẽdeam. Id est, si negaueris postea factum fuisse à me te authore, suadente & impellente.
Authoritatẽ defugere, aliter acceptũ. Terent. Eunuch. 2. 3 98.
—iubẽsne? C H. iubeo, cogo, oro, atq; impero.
P. Nunquam defugiam authoritatẽ: sequere. Id est, faciã maximè quum ita tu uelis & iubeas.
Authoritatem defugere, aliter item acceptum. Cic. pro P. Sylla, 24, Ita attende iam Torquate, quàm ego non defugiam authoritatẽ Cõsulatus mei. Id est, nolim & recusem ea uti potestate, quæ possem ratione mei officij.
Detrahere authoritatẽ alicui Quint. li. 6 ca 5 8. & li. 7. ca. 2.
Maiore authoritate aliquid dicere. Ci. 2. de Diuin. 205. (25
Eligere authores. Quint. lib. 1 cap. 8 4.
In authoritate esse. Plin. lib. 34. cap. 6. 5. id est, in precio.
In authoritate esse alicuius, est ei obtemperare. Liu. 9. ab Vrbe 70, Samnites quũ instructos repẽtè ad pugnã Romanos cõspexissent, uociferari se in authoritate Tarẽtinorũ manere.
Est in authoritatem scientiæ. Vide In.
Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Cice. pro Cor. Bal 24.
Authoritas eorũ mecũ facit. Cic. pro A. Cecinna, 75.
Facere authoritatem. Vide Facio.
Ex authoritate alicuius gerere magistratũ. Cic. Marcel. li. 4. 9.
Gliscit authoritas. Tacit. lib. 4. (7.
Habere authoritatem apud aliquem. Cic. pro Flacco, 48.
Parum authoritatis habere. Cic. de claris Orato. 183.
Habere plus authoritatis in suadendo. Cic. Att. lib. 8. 153 2.
Satis habere authoritatis. Ci. 2. Offi. 47, Ad fidẽ faciendã iustitia plus pollet: quippe quũ ea sine prudẽtia satis habeat authoritatis: prudẽtia sine iustitia nihil ualet ad faciendã fidẽ.
Habere eandem uim & authoritatem. Cic. pro Rosc. Comœ. 3.
Imminuere suam authoritatem. Vide Imminuo.
Induere authoritatẽ Quint lib. 4. ca. 1. 32, Nam se quoq; moneri interim fingit, ut pro Rab. Post humo, dum additum sibi ad aur. s facit, & authoritatem induit uera sentẽtijs, quo magis credatur uel defendenti eadem, uel neganti.
Interponere authoritatem. Vide Interpono.
Existimatio & authoritas imminuta. Cic. 6. Verr. 53.
Senatus grauissima authoritas intercessit. Cic. Lent. lib. 1. 2. 12.
Intercessum est authoritati. Vide Intercedo.
Authoritatem laudare, est in iudicio dicere titulum suæ possessionis, & est antiquus sermo Iurisconsultorum Budæus.
Leuare authoritatem suam inconstantia. Vide Leuis.
Mereri narrantis authoritas Quintil. lib. 4. cap. 2. 89.
Minuere authoritatem. Vide Minuo.
Authoritas mouet. Cic. ad Att. lib. 8. 153 5.
Niti authoritate. Quin. li. 5. ca. 11, 1. Idẽ li. 2. ca. 4. 30, Sed ne hi quidẽ, qui hoc fortissimè affirmãt, ullo satis idoneo authore (nituntur.
Obtinere authoritatem. Cic. pro Archia, 6.
Perdere authoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 67.
Homo perdita authoritate. Cic. Antequam iret in exilium, 11.
Perscribere authoritatem. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 27, Siquis huic Senatusconsulto interceßisset, authoritas pscriberetur.
Petere authoritatem. Quintil. lib. 1. cap. 6. 1, Petijt olet authoritas ab oratoribus uel historicis.
Ponere authoritatem in aliquo. Cic. pro domo sua, 90.
Pœnitere authoritatis. Cic. de Arusp. resp. 42, Et eo fecisse authore se diceret, cuius authoritatis neminẽ posset pœnitere.
Premit authoritas. Quintil. lib. 6. cap. 5. 7.
Remouere & prætermittere authoritatem è causa. Cicero pro Muræna, 61.
Residet authoritas in nutu præclarorum uirorũ. Cic. de Senect.
Authoritatẽ alicuius sequi. Cic. pro A. Cluentio, 111. (57.
Superauit authoritatem consuetudo. Quintil. lib. 1 cap. 5. 40.
Tenere authoritatem in aliquem. Cic. de Senect. 33, Tenebat nõ modò authoritatem, sed etiam imperium in suos.
Authoritatem tribuere. Cic. 1. de Diuin. 9, Quũq; huic rei magnam authoritatem Pythagoras iam antè tribuisset.
Tribuere defensioni authoritatem. Cic. pro Sylla, 7.
Valere authoritate. Cic. Antequam iret in exilium, 10.
Etiam sine ratione ualet authoritas. Cic. 1. de Nat. deor. 16.
Authoritas eius multũ apud me ualet. Cic. ad Att. lib. 9. 18. 16.
Plurimum ualet in consilijs authoritas. Quint. lib. 3. cap. 8. 9.
Authoritate uincere. Cic. 1. de Diuin. 110.
Authoritas eius mihi uiuit. Cic. Att. lib. 10 1. 2.
Authoritates publicæ, pro literis publicis: id est, scriptis instrumentis ad aliquid probandum. Cic. 2. Verr. 5, Legationes cũ publicis authoritatibus ac testimonijs conuenisse.
Authoritas, opinio, & iudicium, & consilium. Cic. pro A. Cluentio, 110, Et illa oratio potius temporis mei, quàm iudicij & authoritatis fuit. Idem 2. Philipp. Ab uobis peto, ut si sequi minus uidebitis orationem meam, atq; authoritatẽ meã, benignè me tamen, ut feciſtis, audiatis.
Authoritas & sententia alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 11.
Authoritas, pro autore, id est, eo qui primus rumorem aliquẽ sparsit. Plaut. Trinum. 4. 133,
—quòd si exquiratur usq; ab stirpe authoritas, &c.
Authoritas, pro testimonio authentico, probationeq; authentica. Cice. pro Cælio, Sed cur diutius uos Iudices, teneo? Ipsius iurati religionem, authoritatemq; percipite.
Vsus & authoritas. Cic. pro Cecinna, 39, Lex usum & authoritatem fundi iubet esse biennium: at utimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellãtur. Vsum & authoritatem uocauit usucapiendi conditionem, quæ olim erat biennij in rebus soli: author est Iustinianus in secundo Institutionum. Et Cic. in Topicis, 10. Budæus.
Authoritas. Venulcius in lege ultima, de euictionibus, Si aliquam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti authoritatẽ (id est, actionẽ pro euictione) placet.
Authoritatis iure. Cice. de Arusp. responſ. 12, Multæ sunt domus in hac urbe, P. C. atq; haud scio an penè cunctæ: iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure authoritatis, iure mancipij, iure nexi. Budæus, Authoritas, nomen est unum ex ijs, quæ dominium rerum perficiunt. Illud Ciceronis, Iure authoritatis, significat Iure usucapionis, quã præscriptionẽ uocãt, quæsito ab authore, cuius causam sequitur, qui ab eo rem quæsiuit quouis modo legitimo & ciuili.
Authoro, authoras, penul. prod. (αὐθέω) authorare, obligare est: unde authorati milites, sacramẽto astricti, & quasi obærati: hoc est, ære stipendiario obstricti, ac iam non sui arbitrij. Hæc Budæus. Liu li. 46, Signo dato suo impressa tabellas misit. Eo uerò pignore uelut authoratũ sibi proditorem

Digitized by Google

rem ratus est. Id est, obligatum & subiectum, ut ait Valla.

Authoramentum (ὁμολόγημα) est uel quasi obligatio, nexusq;: uel quasi stipendium quoddam, & quasi precium cuiusdam militiæ ac pugnæ, actionisq;: ut Quintilianus, Nec difficilè sanè sub illo præsertim authoramento, habuisset missionem: sed noluit gladiator uiuere. Cic. 1. Offic. 209, Illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur: est enim in illis ipsa merces, authoramentum seruitutis. Valla lib. 4.

Authoratus, a, um. Horat. 2. Serm. Saty. 7,

Authoratus est an turpi clausus in arcâ. Hoc est, ut inquit Acron, addictus et cõdẽnatus: nã qui se uendunt ludo authorati dicũtur, & authoratio dicitur uenditio gladiatorũ.

Autini] αὐτῖνοι, Hyberniæ populi sunt, Ptolemæo.

Autobulus] αὐτόβουλος, Pictoris nomen, apud Plin. lib. 35. cap. 11.

Autocanes] αὐτοκάνης, Mõs ponitur ab Homero in Hym.

Autochthones] pen. corr. (αὐτόχθονες) populi quidã, qui non aliò referunt originem suam, uerùm ex ipso solo nati uideri uolunt. Latini Indigenas uocant.

Autographum] penul. corr. (αὐτόγραφον) scriptum manu propria, inquit Sipontinus.

Autololes] penult. producta (αὐτόλολες) Populi sunt Aphricæ ad Atlantem montem. Vide Plin. lib. 5. cap. 1. & 2. & Silium lib. 3,

Nec non Autololes lenibus, gens ignea plantis,
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis, Tãta fuga est.

Autolycus] pen. corr. (αὐτόλυκος) Mercurij seu Deucalionis filius, & maternus Vlyßis auus, furtorum nomine insignis, ut Homerus, & Plato in libro de Republica testantur. Colum. lib. 1. cap. 3. 6. Alius fuit conditor Sinopis, & comes Iasonis, apud Strabonẽ. Tertius, athleta nobilis pancratiastes, cuius statuam in foro fuisse author est Pausanias. Meminit & Plin. huius artificis, lib. 34. cap. 8.

Automalax] præsidiũ (αὐτόμαλαξ φρούριον) Ptolemæo, urbs Cyrenes, quæ alio nomine Pentapolis dicitur, à quinq; eius præclaris urbibus, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene. Automala Straboni dicta. uulgò Estam.

Automataria] Vide Automaton.

Automate] αὐτομάτη, Insula una inter Cyclades, Hiera etiã dicta: de qua Plin. lib. 2. cap. 87.

Automaton] αὐτόματον, quod per se mouetur. Vitruuius lib. 9. cap. 9. de horologijs, Ergo Ctesibius quum animaduertisset ex tactu cæli & expreßionibus, spiritus, uocesq; nasci, his principijs usus, hydraulicas machinas primus instituit, item aquarum expreßiones αὐτομάτους porrecti, rotundationisq; machinas.

Automataria, orum, idem quod automata, fictũ ab Vlpiano in l. 41. §. 7. ff. de legat. et fideicom. Sed automataria (inquit) aut si qui canibari, per quos aquæ saliunt, poterunt legari.

Automatia fortuna (αὐτομάτια τύχη) id est, Spontanea, uel ultronea fortuna appellata, et culta à Siculis. Nã cùm Timoleon ex Sicilia tyrãnos eiecisset, ideoq; ipsi multi inuiderẽt, quòd scilicet ab omnibus laudaretur, ipse, ut inuidiã uitaret, Fortunæ, quã αὐτομάτιαν uocant, templũ erexit: fassus neq; ui, neq; prudentia sua, sed fortunæ auxilio illa se perfeciße. Authores Plutarchi & Aemil. Prob.

Automedon] pen. corr. huius Automedontis (αὐτομέδων) auriga Achillis. Virg. 2. Aeneid. 96.

—& equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. Et Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 2.

Autonoe] huius Autonoes, pen. corr. (αὐτονόη) filia Cadmi & Hermiones, ut ße Hesiodo, uxor Aristhei, ex qua natus Acteon, qui Autonoeius ab Ouid. uocatur, 3. Metam. 40,

—fugit Autonoeius heros, & c.

Autophoros] penul. prod. (αὐτόφωρος) Latinè dicitur fur manifestus. Budæus.

Autophyes] αὐτοφυὲς, Natiuũ, non aduentitium, aut artificiosum, Vlp. l. 70. ff. de leg. & fideic. lib. 32.

Autopyros] αὐτόπυρος, Celsus ait esse panẽ, cui nihil furfuris ademptum est. Cic. 5. Tusc. 138, Cibarium panẽ uocat. Budæus. Galenus lib. 1. de Alimentis, panem αὐτόπυρον dici uult, quòd ὅλος αὐτὸς ὄπυρος, id est, totum ipsum triticũ nulla sui parte adempta in panificũ cedit. hùc etiam uocat συγκόμιστον: quoniam in eum συγκομίζεται, hoc est, conuehitur seu confertur simul omnis indiscreta farina. Itaq; medius, autopyros, & syncomistus panis idem erunt.

Autricum] urbs Carnutum, Ptolemæo. uulgò Chartres.

Autumedon] Nomen uiri. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. Non adest iste T. Roscius, &c. non suis manib. in curru collocat Autumedontem illum sui sceleris acerbißimi nefariiq; uictoriæ nuntium?

Autumnus] ὀπώρα, φθινόπωρον, quarta pars anni, quæ estatẽ sequitur. Festus, Autumnũ quidã dictũ existimant, quòd tũc maximè augeantur hominũ opes, coactis agrorũ fructibus. Cicero in Partitione, 21. Virgil. 1. Georg.

Quid tẽpestates Autumni & sydera dicã? Et quia medici morbos Autũno ingrauescere autumãt propter putrefactionem, ideo Iuuenal. Saty. 4. 6. lethiferũ uocat. Pampineũ Autumnum Virgil. uocauit initio 2. Georg. hoc est, pampinosum, ut quo tempore, uites fõlijs & fructibus plenæ sint.

Æstus Autumni. Virgil. 3. Georg. 94. Id est, calor.

Flexus Autumni. Tacit lib. 21. Id est, quum Autumnus uergere incipit & inclinari.

Frigora Autumni. Virgil. 2. Georg. 64.

Tempestates Autumni. Virgil. 1. Georg. 63.

Adultus Autumnus. Vide Adoleo.

Dives Autumnus. Stat. 4. Sylu. eleg. 1. 10.

Grauis autumnus. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 4.

Inæquales Autumni. Ouid. 1. Metam. 11,

Perq; hymes, rusq;, & inæquales Autumnos.

Maturus Autumnus. Ouid. 15. Metam. 42.

Pomifer Autumnus. Horat. 4. Carm. Ode 7. 3.

Siccatus frigore Autumnus. Iuuenal. Saty. 11. 8.

Sordidus Autumnus. Ouid. 2. Metamorph. 6.

Distinguit Autumnus racemos Purpureo uarius colore, Horatius 2. Carm. Ode 5. 3.

Autumnus, a, um: ut, Aequinoctiũ autumnũ. Plin. lib. 19. ca. 6.

Autumnitas, pen. corr. (ὀπώρα) Idem significat. Cato cap. 5. 5, Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem cap. 155.

Autumnalis & hoc autũnale, pen. prod. (ὀπωρινὸς) Autũnale æquinoctiũ. Plin. lib. 2. ca. 41. 1. Varro lib. 1. ca. 39, Nõne uidemus alia florere Verno tẽpore, alia Æstiuo, neq; eadem Autumnali quæ Hyberno?

Corna Autumnalia. Ouid. 8. Metamorph. 134.

Autumnale lumen. Cic. in Arato, 33.

Autũnalia pyra, acidulo sapore iucũda, Tiberiana appellãtur, quæ maximè Tiberio principi placuere. Plin. li. 15. ca. 15. 2.

Autumo] autumas, pen. corr (ὑπολαμβάνω) autumare quid significet, docet Gellius his uerbis, Autumo nõ solũ significat totũ æstimo, sed & Dico, & opinor, & censeo. Et paulò pòst: Illud magis quæri, inspiciq; dignum est, uersáne sit, & mutata Ab præpositio in Au syllabã, propter lenitatẽ uocis: an potius Au particula sua sit propria origine: & proinde ut ferq; aliæ præpositiones à Græcis, ita hæc quoq; inde accepta sit. Hactenus Gellius lib. 15. cap. 3. Cic. in Topicis 28. Bene quam meritam esse autumas, ducis malè mereri. Terent. in prolog. Heaut. 9,

— factum hic esse id non negat,
Neq; se id pigere: & deinde facturum autumat.

Digitized by Google

Horat.2.Serm.Saty.3.9.
Insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.
Autumare,pro dicere.Plau.Epod.13.37, Di me ex perdita seruatam uolunt,si uera autumas.
Auulsus & Auulsor.] Vide Auello.
Auunculus] Vide Auus.
Auus] aui,πάππος, patris & matris pater, inquit Paulus Iurisconsul.Festus, Auus patris,matrisq; pater, dictus à Græco uocabulo,quod est apud eos πάππος,mutatis quibusdã literis.Alij uolũt,q; ex ea uoce appelletur, qd apud eosdẽ Græcos τάτας appellatur:significatq; magnũ,quoniã ueluti magnus pater sit auus.alij putant auũ dictum esse,quia ad duos attineat,quasi Adduũ, uel qa ad patrẽ sit additus. Hactenus Festus.Cice.pro Murena,17,Proauus L.Murenæ,& auus (Prætores fuerunt.
Ab auo.Vide Ab.
Maternus auus. Hora.1.Sermo.Saty.6.1.Paternus auus,ibid.
Aui penatibus reddi.Tacitus lib.1.
Transcendere auum ætate.Seneca in Troade, 6.59.
Nomen clarum auorum. Ouid.1.de Ponto,eleg.10.8.
Nobiles aui. Seneca in Hercule furente, 6.1.
Aui numerantur.Virg.4.Georg.42.
Despectis ortus auis.Ouid.epist.19.44.
Auunculus,pen.corr.(μητράδελφος,θεῖος,πρὸς μητρὸς)Matris meæ frater. Traxit appellationẽ ab eo, quòd æquè tertius à me ut auus est,sed nõ eiusdẽ iuris: ideoq; uocabuli facta diminutio est. Siue auunculus appellatur, quòd aui locũ obtineat,& proximitate tueatur sororis filiam. Hæc festus. Paulus iurisconsul.Auunculus is matris est frater.Cic.3.de Finib.10,Attẽdes igitur, ut soles, diligẽter,eamq; cõtrouersiã dijudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo diuino ac singulari uiro.
Auunculus maior,is est proaui frater,patris uel matris auunculus magnus.Paulus Iurisconsul.de Grad.affin.Persius Maior auunculus exit.Vide Magnus. Cic.de claris Oratorib.117.
Auia,auiæ (μάμμη) Patris uel matris meæ mater.Cice.de Aruspic.resp.19,Tete Cn.Lentule, cuius ab auia manibus esset accepta,spectatorem esse uoluit.
Veteres auiæ, pro delirijs. Persius Saty.5. 10. Budæus. Solent enim anus & uetulæ delirare.
De auia nihil superest,id est,de bonis auiæ.Persius Saty.6.7.
Auitus,Adiectiuum,pen.prod. (προγονικὸς) Quod est auitus, Auita bona,Cic.pro Cælio 26. Auitũ regnũ, Cic.pro Lege Manilia,14.& Liuius 1.ab Vrbe,9.Auitæ opes, Plin.lib.9. cap.35.14.
Auita & patria res. Cic.2.Verr.8. Horat. 1. Serm.Saty.6.16.
Patria & auita Philosophia.Cic.1.Tuscul.71.
Fundus auitus.Horat.1.Carm.ode 12.9.
Cella auita.Horat.1.Carm,ode 37.2.
Auitum hospitium.Cic.Acilio,lib.13.35.1.
Auitæ laudis honores.Ouid.ad Pisonem,7.
Merum auitum.Ouid.2.de Arte amandi,139.Id est,uetus.
Nomen auitum.Ouid. 6.Metam.48.
Sanguine auito nobilis. Propert.lib.2.eleg.25.
Auitæ umbræ.Ouid.1.Fast.9.
Tumulus auitus,Sepulcrum aui.Ouid.4.Trist.eleg.3.9.
Auxaria] σύνδενδρος τόπος, secreta nemoris dicta sunt, q; ibi frequentãt aues,secundũ Isidor. 17. Etymol.cap.6. Inde uenit impensatio auxaria. C. de fund. patrimon.l.2.lib.41.
Auxelia]& Damia deæ fuerũt, quas peculiari religione Epidaurij coluerũt, de quibus legimus in 5.lib.Herod. q; quum infructuosa esset Epidaurus,in calamitate ciues oraculũ Delphicũ consuluerũt,quibus Pythia respondit,eis tum demum bene futurum, si Damiæ & Auxesiæ simulacra erigerent, &c. Reliquum historiæ uide apud ipsum Herodotum.
Auxilium] Auxilij(βοήθεια,συμμαχία) Adiumentum. Varro 4.de Lingua Latina, Auxilium appellatũ ab auctu, quũ accesserant qui adiumento essent,alienigenæ.
Auxilium aduersæ ualetudinis.Corn.Celsus lib.1.in Proœm.
Auxilium in re aliqua aduersus. Celsus lib.5.cap.26.
Auxilia nautica,Gubernaculum. Ouid.3. de Arte amandi,52.
Viæ auxilium,id est,uiaticum. Virg.1.Aeneid.73.
Tutus auxilio. Virg.1. Aeneid.115.
Auxilium & numen.Cic. Antequam iret in exilium,16.
Argentarium auxilium. Vide Argentum.
Inualidum auxilium. Tacit.lib.1.
Auxilium emortuum. Plaut.Epid.3.14.
Magica auxilia. Tibul.lib.1.eleg.8.5.
Mutuo auxilio sustinentur. Quintil.lib.5.cap.12.4.
Mutuis auxilijs stant omnia. Quintil.lib.3.cap.4.10.
Præsens auxilium. Virg.2.Georg.26.
Vitale auxilium,Ad conseruandam uitã idoneũ. Lucret.lib.5.
Valentissimum auxilium.Cels.lib.4.cap.22. (45.
Validius auxilium. Cels.lib.3.cap.22.
Voluntaria auxilia comparare. Vide Comparo.
Accersere auxilia. Vide Accerso.
Accita auxilia. Vide Accio.
Adhibere auxilium. Vide Adhibeo.
Auxilium sibi adiungere. Vide Adiungo.
Afferre auxilium alicui malo. Vide Affero.
Arripere auxilium ad. Vide Arripio.
Cogere auxilia,Colligere auxiliares copias. Virg.8. Aeneid.2.
Collocare auxilia in mediam aciem. Vide Colloco.
Concidit auxilium. Ouid.4.de Ponto,eleg.6.3.Id est perijt.
Auxilium in perniciem conuertere. Vide Conuerto.
Dare auxilium, Iuuare. Virg.2. Aeneid.137.
Deesse, uel parcere auxilio, Non uti, uel parcere auxilio quod nobis offertur ab amico. Cic.pro Cn. Plancio,69.
Numine atq; auxilio defendere. Cic.2.in Catil. 47.
Egere auxilio. Ouid.13. Metam.15.
Eripere auxilium alicui. Virg. 9. Aeneid. 27.
Auxilia facere. Tacit.lib.5.
Ferre auxilium. Vide Fero.
Opem atq; auxilium ferre. Cic.4.Verr.6.
Ope & auxilio deorum gubernatur Respub. Cic.pro C.Rab.3.
Habere auxilium ex re aliqua. Cic.11. Philipp.309.
Auxilia libertati inuocare. Tacit.lib.15, Dum auxilia libertati inuocat.
Implorare auxilium. Virg. 4. Aeneid.124. Vide Imploro.
Iuuare auxilio. Vide Iuuo.
Leuare aliquem auxilio. Virg. 2. Aeneid.91.
Auxilium mittere alicui. Cic,pro Deiot.15.
Mutuari auxilia. Vide Mutuum.
Negare auxilium. Ouid. 15. Metam.130.
Obstare auxilio, Impedire auxiliũ. Claud.2.de Rapt. Pros.47.
Orbari auxilio. Cic.pro Murena, 75. Vide Orbo.
Ostendere auxilium. Cic. Antequam iret in exilium,16.
Parce e auxilio. Vide Parco.
Perierunt auxilij tempora,id est,nulla amplius restat auxiliandi occasio. Ouid.1.de Remed.amoris,22.
Petere auxilium. Iuuenal. Saty.15.15. Virg. 8. Aeneid.2.
Auxilium petere ab aliquo. Cic.in Orato.79.
Auxilium petere capiti & fortunis suis. Cic.pro Cluent. 53.
Promittere auxilium. Ouid.13. Metam.65.
Pugnare auxilijs. Quintil.lib. 2. cap.13.3.
Quærere auxilium. Ouid.1.Metam.75.
Rapere auxilia etiam cum temeritate. Cels.lib.3.cap.7.
Rogare auxilium. Ouid. 7. Metam.102.
Sperare auxilium alicuius. Silius lib. 7.119.
Subire auxilio, Opem ferre. Virgil.2. Aeneid.44.
Submittere auxilia. Silius li.8.5.Idẽ, Auxilia submissa, li.12.138

Sumere

Digitized by Google

Sumere auxilium.Ouid.7.Metamor.103.
Sustinere auxilium aliquod non posse.Cels.lib.2.cap.16.
Est opus auxilio.Ouid.2.de Remedio amoris,38.
Auxilium est mihi in patre.Plaut.Amphit.4.5.
Auxilio adiutores mihi sunt, & mecũ militant.Plaut.Epid.14.
Auxilio mihi & suppetiæ sunt domi.Plaut.Epid.14.12. (11.
Auxilio esse alicui, Adiuuare aliquem.Plaut.Aulul.25.4.
Tentare auxilium alicunde.Virg.3.Aeneid.30.
Auxilio in paterna iniuria solẽt esse matres filijs.Terẽt.Heaut.
Vocare auxilio aliquem.Virg.5.Aeneid.136. (5.2.39.
Legis auxilio uti.Quintil.lib.6.cap.5.7.
Auxili, Genitiuus, pro Auxilij.Horat.Epod.1.5.
Auxilior, auxiliaris (βοηθέω, συναίρομαι) auxiliari, adiuuare, opem ferre.Terẽt.Adel.2.4.9. Vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliari.Ouid.1.de Ponto, eleg.4.5,

Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis. Formidatas aquas hy
Auxiliari cõtra aliquid.Plin.li.24.ca.12.1. (*drope appellat.*
Auxiliari morbis.Plin.lib.13.cap.22.6.
Auxiliator, pen.prod.(βοηθὸς) uerbale, Qui auxiliatur.Quintil.12.ca.3, Et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.
Auxiliaris, & hoc auxiliare, pen.prod.(σύμμαχος) qui auxilio est, siue auxilium affert: ut, Auxiliaris amicus.
Dea auxiliaris, Lucina.Ouid.9.Metam.140.
Auxiliaris auis.Plin.lib.23.cap.1.5.
Auxiliares copiæ.Festus, auxiliares dicuntur in bello socij Romanorũ exterarum nationũ, dicti ex Græco uocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerũ crescentiũ auctionẽ. Vegetius de Re milit ari, lib.2, Auxiliares cõducũtur ad prælium ex diuersis locis, ex diuersis muneribus uenientes: nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentiunt.
Arma auxiliaria.Ouid.6.Metam.85.
Auxiliares cohortes.Cæsar 1.bel.Ciuil.232.
Auxiliares duces.Liuius 1.bel.Pun.94.
Auxiliarius, adiectiuum (συμμαχικὸς) idem: ut, auxiliaria cohors.Cic.de Prouincijs Consularibus, 12. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib.10.32.14, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi.
Auxiliatus, pe.prod. participiũ (βεβοηθηκὸς) Stat.Sylu.32,

Nil famuli cœtus, nil ars operosa medẽtiũ Auxiliata ma:
Auxilla]*olla parunla.Festus.* (*lis.*
Auximum]*αὔξιμον, Picẽtum oppidum in Italia, quod belli ciuilis tempore in potestatẽ Cæsaris uenit: à quo Auximates populi dicti sunt, teste Strabone. uulgò Osimum dicuur.*

A X

Axamenta]*dicebantur carmina Saliaria, quæ à Salijs sacerdotibus componebantur in uniuersos homines.Festus.*
Axantos] *Insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam.Plin.lib.4.cap.16.*
Axare]*Nominare.Festus.*
Axatiara]*Oppidum in conuentu Hispalensi, cuius meminit Plin.lib.3.cap.3.*
Axe, agglomerati]*uniuersi stantes, id est, cohortibus aut legionibus.Festus.*
Axenum]*mare (ἄξενον πόντον) Olim dicebatur, quod hodie Ponticũ & Euxinum dicitur, sic à truci accolarũ barbarie appellatũ. Nã (ut Strabo lib.7.tradit) solebant Scythæ, maris huius incolæ, hospites immolare, eorumq; carnibus uesci, & cranijs uti loco poculorum.Ouid.de Ponto,*

Frigida me cobibent Euxini littora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Axiacæ] *ἀξιάκαι, Populi sunt Sarmatiæ Europeæ, inter Tyram & Borysthenẽ amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluuio, ex Peucinis iugis nascente, q Car-*

patho mõti adhæret. Hos aũt populos iustissimos fuisse tradit Pomponius, lib.2. Meminit horũ Plin.lib.4.cap.12. & Ptolem.lib.3.cap.5.
Axiaces]*ἀξιάκης, fluuius est, qui alio nomine dicitur Hypanis.Vide* **Hypanis.**
Axiaces hodie Nester uocatur. Apud Melam lib.2.cap.1, Hypanis & Axiaces duo sunt fluuij diuersi, sed uicini.
Axicula]*Vide* **Axis.**
Axiculus]*pen.corr.diminutiuũ (σανίδιον) paruus asser, siue asser.Colum.lib.6.cap.19.2, Ita ut à posteriore parte, quæ latior est, uelut in caueã quadrupes posit induci, nec exire alia parte, phibentib.aduersis axiculis.Vitruuius li.10.ca.2.*
Axilla]*μασχάλη, Valla in Raudensem, Poetæ appellãt locũ illũ concauum subter brachium, alam: quia in eo pili, quasi pennæ nascuntur. Propriè tamen uocatur axilla, nõ ascella, ut ait Cicero in Oratore, 85. diminutiuum faciens ab ala, ut maxilla à mala, & paxillus à palus.Vide* **Maxilla.**
Axim]*πρᾶξω, pro Egerim. Pacuuius Peribœa, Vt quæ egi, ago, uel axim, auerruncent bene.Nonius.*
Axinomantia]*pen.prod.(ἀξινομαντία) genus magicæ diuinationis per secures, quas Græci axinas uocant. Plin.lib.36. cap.19.5, Hoc dicuntur uti magi in ea, quam uocant axinomantiam.*
Axiochus]*ἀξίοχος, Nomen philosophi, cui Plato librum de Morte scripsit, & dicauit.*
Axioma]*pen.prod.(ἀξίωμα) axiomatis, dignitas & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum: uel etiã authoritas, quàm δύναμιν Græci uocant.*
Axiomata, dicuntur disciplinarũ principia, & propositiones quædam demonstrabiles, quæ in cõmuni sensu conceptuq; uersantur. Ex Budæo. Gellius lib.16.cap.8, Et omnino quicquid ita dicitur plena atq; perfecta uerborum sententia, ut id necesse sit aut uerum aut falsum esse, id à dialecticis ἀξίωμα, id est, oratio uerum aut falsum plenè significãs, appellatũ est: à Marco Varrone, sicuti dixi, proloquium: à Marco aũt Cicerone, pronunciatum: quo ille tamen uocabulo tantisper uti se attestatus est, quoad melius, inquit, inuenero. Sed quod Græci συνημμένον ἀξίωμα dicunt, id alij nostrorum, adiunctum: alij connexum dixerunt.
Id connexum tale est, Si Plato ambulat, Plato mouetur: Si dies est, sol super terras est. Plura apud eundem Gellium eodem capite. Item lib.15.cap.8. Cic.1.Tuscul.23. & de Fato 1, *Explicãdaq; uis est ratioq; enunciationũ, quæ Græci ἀξιώματα uocant, quæ, &c. Itẽ 4.Acad.169, Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuncietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut uerum esse aut falsum. Axioma, inquit Donatus in Andria, sententia est, uel enunciatio uno uerbo continens nexam & perfectam intelligentiam, ut, Quin tu uno uerbo dic: id est, inquit, ἀξίωμα.*
Axion]*ἄξιος, frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, uel ut sentire uidetur Ouid. à filijs Callirrhoës.*
Axis]*huius axis, m.g. (ἄξων) plures habet significationes. nã & pars cæli Septentrionalis, & stipes teres circa quẽ rota uertitur, & tabula sectilis, axis appellatur.Festus.*
Axis, pars Septentrionalis: quem polum siue uerticem quidam appellant.Cic.1.Tusc.107, Tum globũ terræ eminentẽ è mari, fixum in medio mundi uniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum. Quarũ altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde

Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues:
Altera Australis ignota nobis, quã uocat Græci ἀντίξονα.
Idem de Vniuersitate, 46, Iam uerò terram altricẽ nostrum quæ traiecto axi sustinetur dici, noctisq; esse fabricem.

Digitized by Google

Axis,pro Cælo.Claudian.1.de rapt.Proſer.24.
Axis ætheris.Virg.2.Aeneid.
—nudoq; ſub ætheris axe
Ingẽs ara fuit. *Vbi Seruius,Sub ætheris axe,hoc eſt,ſub diuo,quod impluuiũ dicitur. Axis autem eſt aut plauſtrum Septentrionale,aut pars Septẽtrionis,aut ſpiritus quo mundus mouetur,ſicut docet Lucanus. Idem lib.8, Gelidiq; ſub ætheris axe.ubi idẽ Seruius,Sub ætheris axe,id eſt,ſub aere.*
Cæli axis.Stat.12. Thebaid.112.
Aethereus axis.Ouid.6.Metam.35.
Aſtriferi.Lucanus lib.9.1.
Aſtrigeri.Stat.10.Thebaid.165.
Aureus.Ouid.2.Metamorph.10.
Calidus.Claudian.5.Panegy.8.
Candens.Ouid.2.Metamorph.29.
Heſperius.Ouid.4.Metamorph.43.
Horriferi.Valer.5.Argonaut.104.
Igniferi.Claudian.8.Panegy.56.
Niualis.Valer.5.Argonaut.41.
Noctiuagi.Claudian.5.Panegy.48.
Scythicus.Seneca Herc.Oeth.9.11.
Serenatus.Silius lib.12.128.
Serenus.Stat.5.Thebaid.18.
Stelliger.Stat.5. Sylu.eleg.3.16.
Torrentiſſimus.Statius 3.Sylu.eleg.1.11.
Ardeſcit axis.Ouid.1.Metamorph.25.
Cludere axem.Id eſt,occultare aſtra.Sen.Herc.Oetheo,11.5.
Axis,pro regione ſub axe poſita.Sil.lib.17.100.
Axis,lignum teres,circa quem rota uertitur.Virg.3.Georg.
Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis. *Plin.lib.15.cap.8.2,Lora etiam,ac coria omnia, axesq; decocta amurca ungi. Martialis lib.2.76,*
Vtilis ungendis axibus eſſe potes. *Perſius Satyr.5.8,*
Quum rota poſterior curras:& in axe ſecundo.
Axis temone reuulſus.Ouid.2.Metamorph.64,
—illic temone reuulſus Axis.
Axis,pro toto curru.Iuuenal.Saty.5.12.
Citus axis:id eſt,celer.De Solis curru.Ouid.2.Metam.15.
Euerſus axis.Silius lib.16.83.
Falcati axes.Id eſt,currus in quib. erãt affixæ falces,ad obuios armatos diſſecandos, quibus etiam Galli aduerſus Cæſarem uſi ſunt.Valer.6.Argonaut.37.
Feruens axis:id eſt,currus celer.Silius lib.1.45.
Feruidus axis.Virgil.3.Georg.21.Id eſt,currus.Nam tam rotæ, quàm axis curſu caleſcunt.Seruius.
Igniſer axis.Ouid.2.Metamorph.6.
Igneus axis.Statius 6. Thebaid.106.
Phœbeus axis:id eſt,currus Solis.Scne.Hercu.Oetheo.11.5.
Pigri axes.Claudian.epig.3.13.
Purpureus axis,currus Solis.Ouid.epiſt.4.32.
Pruinoſus axis,id eſt,currus Auroræ.Ouid.1.Amo.eleg.13.1.
Rapidus axis.Stat.6.Thebaid.65.De curru Solis.
Propellere axem:id eſt,currum.Silius lib.16.82.
Simuare axem:id eſt,in gyrum uertere.Silius lib.16.73.
Vellere axem emoto à cardine.Stat.1. Thebaid.70. Axis, hoc eſt,ferrum illud circa quod cardo ianuæ uertitur.
Axes, pro aſſerib. Vide Aſſis,*uel* Aſſer. *Gellius lib.2.ca.12, In legibus Solonis illis antiquiſſimis, quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt.*
Axis]fera eſt in India,hinnuli pelle, pluribus cãdidioribusq; maculis,ſacra Liberi patris. Vide *Plin.lib.8.cap.21.*
Axiioſi]factioſi dicebantur, quum plures unà quid agerent facerentq;. Axit aũt antiquos dixiſſe,pro Egerit, manifeſtũ eſt:unde Axies mulieres,ſiue dij diccbãtur,unà agẽtes. Feſt.

Axium]ἄξιόπολις,Ptolemæo cap.10.lib.3,ciuitas Myſiæ inferioris:uulgò Chilia.
Axius]Fluuius Mygdoniæ, quæ pars eſt Macedoniæ, dicitur Homero lib.2.Iliad.ὃ κάλλιστον ὕδωρ, id eſt, cuius pulcherrima eſt aqua. Vide Herodotum lib.7. Et Ptolemæum lib.3.cap.11.
Axon]ἄξον,Ionũ fluuius in minore Aſia.Plin.lib.5.cap.27.
Axona]pen.corr.(ἄξονα)fluuius in extremis Rhemorum finibus,teſte Cæſare 2.belli Gallici. Lediſne. Auſonius in Moſella non ita procul à fine,
Non tibi ſe Liger anteferet,non Axona præceps.
Axones]pen.prod.(ἄξωνες) Galliæ populi in finibus Rhemorum, Axonæ fluuij accolæ. Lucan.lib.1,
Et Biturix,longisq; leues Axones in armis.
Axos]ἄξος,Vrbs Cherroneſi Thraciæ.
Axungia]ἀξύγγιον, adẽps ſuillus inueteratus aut cum ſale, aut ſyncerus:qui quãto uetuſtior,tanto utilior eſt. Plin.lib.28. cap.9.18, Et per ſe axungiam medici antiqui maximè probabant renibus detractam, & exemptis uenis aqua cæleſti fricabant crebrò,decoquebantq; fictili nouo ſæpius, iũdemum aſſeruantes.
Axylus]ἄξυλος,Phrygis cuiuſdam nomen eſt,ſingulari beneuolentia & humanitate erga hoſpites, quem Diomedes apud Troiam interemit.Hom.Iliad.6.

A Z

*Aza]*Aza (ἄζα) *Oppidum eſt Armeniæ minoris.Plin.lib.6. cap.9.*
Azadaracht]Arboris nomen eſt,cuius folia & lignum animalia necant.Huius Auicenna meminit lib.4. & Matthiol. apud Dioſcoridem lib.2.cap.12.
Azan]Azanis (ἄζανις) Mons Arcadiæ,ubi Cybele mater deorum colebatur.Statius,
Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan.
Azana]ἀζανή,Aethiopiæ regio,quæ ſinum Rubri maris Arabicum appellatum obtinet. A qua Azanium mare. Plin. lib.6.cap.24.
Azanes]ἄζανες Arcadiæ populi, qui inter Græcam nationẽ uetuſtate præſtare creduntur.Strabo lib.8.
Azani]ἄζανοὶ, Stephano, oppidum eſt in ea parte Phrygiæ quæ Epictetica cognominatur,de quo Strabo lib.12.
Azania]ſiue Azanium (ἀζανία) Vrbs Aſiæ minoris, quæ Herodoto Aezanum dicitur. Stephanus de nominibus Vrbium complures refert Azanias. Vnam quæ ſit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam eſſe cuius aquam qui guſtarit, hunc uſqueadeò à uino abhorrere, ut nec odorem ferat. Alteram Maßiliæ. Tertiam Phrygiæ, cuius etiam mentionẽ fecit Strabo lib.12, Azani uocans. Vide plura apud Stephanum.
Azarolus]azaroli,arbor eſt è meſpilorum genere, Neapoli frequens,mediocris proceritatis, cortice ac materia pruno haud abſimilis:ſpinis horrida, non tamen admodum acutis: foliis laciniatis, apij æmulis. Hæc Matthiol. apud Dioſcor. lib.1.cap.133.
Azaritius]ἀζαριτία, fons eſt in Phrygia, quæ Epictetus dicitur, paulùm ſupra mare, qui paruos crocodilos nutrit. Strab.lib.12.
*Azelia]*Vide Amæa.
Aziris]ἄζιρις, ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptolem.
Azonax]Azonacis, Viri nomen proprium, à quo in magicis inſtitutus eſt Zoroaſtes.Plin.lib.3.cap.17.
Azotios]ἄζωτιοι, nationes quaſdam eſſe Phœnicibus immixtas in Syria ſcribit Strabo lib.16.
Azotus]ἄζωτος, Vrbs Syriæ inter Aſcalonem & Ioppen, quam (ut ait Stephanus) condidit quidam è Mari rubro profugus,

Digitized by Google

profugus, ex nomine uxoris suæ Azæ. Hæc est una è quinq; Philistinorum urbibus quondam clarissima. Est & Azotus, urbs Achaiæ, cuius meminit idem Stephanus.

Azuritanum] oppidum in Africa, de quo Plinius lib. 5. cap. 4.

Azymus] ἄζυμος, Latinè dicitur infermentatus, ut Panis azymus. Galenus lib. 1. Alimentorum: Quòd si, inquit, caseus addatur, ceu rura nostra festis diebus facere consueuerunt, quem ἄζυμον nuncupant, præsto quibus uis etiam robustissimi corporis noxa erit. Hic uidetur intelligere per panem azymum, quas uulgò flaminicas & placentas appellare solemus.

B

LITERA secunda in ordine alphabeti, in aliarum literarũ locum, teste Quintiliano, lib. 1. cap. 4. 12. data est aliquando: unde proprium Byrrhus pro Pyrrhus, & Bruges pro Fruges, & Belena, p Helena: fecit quoque ex Duello Bellũ, unde Duellios quidam dicere Bellios ausi.

B. Bonus, uel Brutus, uel Balbius. B̄. uel B. Bonæ memoriæ. B. A. Bonam actionem. B. A V. Bonis auspicijs, uel Bonis auibus. B. C. Bonus cesit. B. D. Bonum datum. B. F. Bona fide, uel fortuna, uel Bona filia, uel fœmina, uel Bene fecit. B. F. C. Bona fide contractum. B. F. P. Bonæ fidei possessor. B. G. Bona gratia. B. H. Bonus homo, uel Bona hæreditaria. B. I. Bonum iudicium.. B. I. I. Bonum iudicis iudicium. B. L. Bona lex. B. M. Bonæ memoriæ, uel Bene merenti. B. M. F. Bene merenti fecit. B. M. P. Bene merenti posuit. B. N. Bonum nomen, uel Bona nostra. B. O. Bene optimè. B. P. Bona possessio, Bonum publicum, Bona paterna. B. Q. Bona quæsita. B. R. Bonorum rector. B. R. P. N. Bono reipubl. nato. B. S. F. Bene satisfecit. B. T. Bonorum tutor. B. V. Bene uixit, uel Bonus uir.

Baal] βαὰλ, idolum quod colebatur à Samaritanis.

Baba] Plinio (βαβὰ Stephano) Africæ oppidum est ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia translata est, & à nomine auunculi Iulia campestris appellata. Plin. lib. 5. cap. 1.

Babactes] βαβάκτης, unum ex nominibus Bacchi.

Babæ] Græca admirantis uox (βαβαὶ) pro qua Papæ Latini uerterunt. Plautus Pseud. 18. 1, Babæ, nunc demum mihi animus in tuto est loco. Ibidem 5. 130. Hæc uox frequentissima est apud Aristophanem comicum Græcum.

Babanenses] populi sunt Hispaniæ citerioris, in conuentu Carthaginensi, quos inter celeberrimos stipendiariorum collocat Plin. lib. 3. cap. 3.

Babilius] homo Romanus, quem Plin. lib. 19. in proœm. scribit, à freto Siciliæ, sexta die, adminiculo herbæ cuiusdam Alexandriam peruenisse: quod & quibusdam alijs accidisse commemorat, ibidem.

Babylas] βαβύλας, præsul Antiochenus, quẽ & uita & doctrina præstantissimum Eusebius sæpe in historia commemorat.

Babylo] Terent. Dinumeret Babylo illi uiginti minas. Quem locum interpretans Turnebus, Babylonem (inquit) ex urbis magnitudine & opibus, & Babyloniorum regum & Persicorum magnificentia & liberalitate hominem nimium liberalem & profusum uocat, idque ex Atticorum consuetudine, qui Babylonios interdum Barbaros uocabant, id est Medos & Persas. Antiquus interpres uerbo hoc transigit, nec satis explicat.

Babylon] penult. corre. huius Babylonis, penult. prod. (βαβυλὼν) Mesopotamiæ urbs est, Chaldaicarum gentium caput, quæ summam claritatem obtinuit in toto orbe: propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæq;, Babylonia appellata est. Muri ambitum habet trecentorum & octogintaquinq; stadiorum: quorum altitudo, pedes ducenti: latitudo, quinquageni: in singulos pedes, ternis digitis mensura ampliore, quàm nostra. Via in mœnibus ipsis tam lata, ut quadrigæ sibijnuicem occurrentes, facilè pertransire possent. Quapropter inter septem orbis miracula numeratur. Hanc urbem Semiramis condidit. Author Plinius, & Strabo libro 25. Est & Babylon, Aegypti castellum, ut ait Strabo, natura munitum, à Babylonijs illuc commigrantibus conditum. Vna illic è tribus erat legionibus, quæ Aegyptum custodiebant, ut idem Strabo author est. Ptolemæus hanc quoq; Babyloniam uocat: hodie uerò Cairum uel Alcairum appellant, quæ non castellum est, sed urbs maxima, complures complexa populos, ut frequentes inde redeuntes Christiani indicant. Volaterranus. Vide in dictione Memphis. Cic. 1. de Diuinat. 86.

Acus Babylonis. Vide Acus.

Opes Babylonis. Stat. 3. Sylu. 2. 28.

Antiqua Babylon. Stat. lib. 3. Sylu. 2. 28.

Superba Babylon. Lucanus lib. 1. 2.

Babylona, accusatiuus. Propert. 3. eleg. 11. 5.

Babylonius (βαβυλώνιος) adiectiuum. Cicero 2. de Diuinat. 145, Quicunque essent nati, Babylonios posuisse fallunt.

Mœnia Babylonia. Lucanus 6. lib. 10.

Babylonicus, penult. corr. (βαβυλώνιος) aliud adiect. ut, Babylonica uestis, quæ uarijs coloribus intexta est. Plinius lib. 8. cap. 48. 6. & Stragulum Babylonicum, quod Plutarch. in Catone uocauit ἐπίβλημα τὴν περίλωρ βαβυλώνιον. Hæc Baysius. Quinetiam Plin. lib. 8. Triclinia Babylonica dixit, de Metello loquens.

Babylonia] βαβυλωνία, regio est maioris Asiæ, à septentrione Mesopotamiæ partem spectans, ab ortu Susianam, à meridie sinus Persici partem, & ab occasu Arabiam desertam: ita dicta à Babylone urbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldæa totius caput.

Babyrsa] βαβύρσα, castellum munitissimum, Atropatiæ regionis Mediæ, prope Artaxatam urbem. Strab. lib. 11.

Babys] βάβυς, frater fuit Marsyæ, qui non ueritus est ipsum Apollinem ad canendi certamen euocare. A quo quum esset uictus, ab eodem supinus de pinu suspensus excoriatus est. Deinde quum Apollo pararet Babyra quoque perdere, interceßit Pallas, admonens hunc usqueadeo infeliciter & indoctè tibijs canere, ut omnino negligendus uideretur, πάνιον, inquiens, βάβυς αὐλεῖ, id est, Deterius Babys tibijs canit. quod & abijt in prouerbium, de ijs quorum exercitatio semper uergit in peius. Vsurpabitur etiam per comparationem, ut mentione facta de præceptore indocto si quis de discipulo percontanti, hoc pacto respondeat, πάνιον βάβυς αὐλεῖ. Erasm.

Babytace] βαβυτάκη, oppidum est, de quo sic Plinius lib. 6. cap. 27, In Septentrionali Tigris alueo oppidum est Babytace. Abest à Susis CXXXV. M. pass. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in usu. Hæc ille.

Digitized by Google

Bacales] populi sunt in Libya iuxta mare habitantes, ut scribit Herodotus lib. histor. 4.

Bacar] Vas uinarium, simile Bacrioni. Festus.

Bacascami] βακασκαμοὶ populi sunt in Arabia, quorum oppidũ Riphearma uocatur, quo nomine hordeum appellant. Horum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Bacca] baccæ (ἀκρόδρυον) non à Baccho deducitur, sed primogenitũ est, & significat minutiores arborum fructus, ut sunt lauri & oliuæ. Plin. lib. 15. cap. 24. 5, Magna & baccis differentia. aliæ nanq; sunt oliuis, lauris: & alio modo loto, cornis, alio myrtis, lentisco. A quifolio enim ac spinæ, siue succo: medioq; etiamnum genere inter baccas acinosq; cerasis. Pomum his primò candidũ, & ferè omnibus baccis: mox alijs uirescit, ut oliuis, lauris: rubet uerò moris, cerasis, cornis: deinde nigrescit moris, cerasis, oliuis. Cice. 1. Tusc. 49, Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam.

Fruges & baccæ. Cic. 1. de Leg. 37, Nec solũ ea quæ frugib. atq; baccis, terræ fœtu profunduntur, sed etiam pecudes, &c.

Bicolor syncera bacca Mineruæ. Ouid. 8. Metam. 134. Periphrasis oliuæ, quæ & uiridis est & nigra.

Bacca cærulea. Vide Cæruleus.

Candentes baccæ. Claudian. 4. Paneg. 106.

Felicibus baccis floret arbor: id est, copiosis & elegantibus. Sil. lib. 15. 105.

Sanguineæ ebuli baccæ. Virg. 10. eclog. 6.

Lauri baccæ. Virgil. 1. Georg. 62.

Oliuæ bacca. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 14.

Syluestres baccæ. Virgil. 2. Georg.

Baccæ à similitudine, dicuntur etiam gemmæ & lapilli. Virgil. in Culice, Conchea bacca maris precio est à pectore puro. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 48. Idem Epod. 8. 3,

Nec sic marita quæ rotundioribus
Onusta baccis ambulet.

Baccifer, pe. corr. adiect. (ἀκροδρυοφόρος) ferens baccas. Plin. lib. 16. cap. 10. 11, Ex omnibus sola baccifera.

Hedera baccifera. Seneca in Oedipo, 5. 3.

Baccula, pen. corr. diminutiuũ (ἀκροδρυάριον) parua bacca. Plin. lib. 25. ca. 8. 16, Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, ut capparis.

Baccatus, pen. prod. (διάλιθος) Adiectiuum, Baccis ornatus. Virgil. 1. Aeneid. 132,

—colloq; monile Baccatum. Silius lib. 8. 27.

Baccalia] baccaliæ, f. g. Lauri species est, à baccarum fertilitate dicta, de qua uide Plin. lib. 15. cap. 30.

Baccanum] est semen, uel nucleus, uel mucro raphani, ut ex Pauli Sylua medicinali obseruauit Cæl. lib. Antiq. lect. 27. cap. 28.

Baccha] uinum in Hispania. Varro de Ling. Lat. lib. 6.

Bacchæ, Bacchanalia] Vide Bacchus.

Bacchar] baccharis, siue Baccharis huius baccharis, penult. correp. fœm. gen. (βάκχαρις) Herba de qua sic Plin. lib. 21. cap. 6, Bacchar quoq; radicis tantum odoratæ est, à quibusdam Nardum rusticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes priscæ comœdiæ poeta, testis est. Vnde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est ei cinnamomo proximus: gracili solo nec humido prouenit. Nonnulli putant esse eam, quæ uulgò Caryophillos dicitur. Quinetiã uidetur ad hoc accedere Dioscoridis interpretatio, cap. 49. libro 3. Virgilius in Pollione,

Errantes hederas passim cum bacchare tellus.

Vbi Seruius, Bacchar herba est, quæ fascinum depellit.

Bacchemon] Lactantio teste, Persei fuit filius et Andromedæ: & (ut ipse idem dicit) apud quosdã populos Orientales imperauit. Ex Bocatio.

Bacchiadæ] penult. corr. (βακχιάδαι) Populi qui è Corintho exules, in Siciliam deuenerunt, & urbem inter Pachinũ & Pelorum ædificantes, Siculi facti sunt. Ouid. 5. Metam.

Bacchidas] βακχίδας, Proprium uiri nomen, qui (ut Athenæus refert) Sardanapalo fuit consimilis, eiusq; tumulo ita inscriptum fuisse testatur: πιὲν, φάγεν, καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν· κ' ἀγὼ γὰρ ἕσταν αὐτὶ Βακχίδας λίθος. Hinc autem emendandus est Fabij locus lib. 5, ubi inquit, At uerò statuarum artifices pictoresq; clarißimi, quũ corpora quàm speciosißima fingendo pingendoq; effingere cuperent, nunquã tamen in hunc inciderunt errorem, ut Bacchiam, aut Megabyzum, &c. Nam Bacchidam legi debere, ex Athenæo clarum est.

Bacchides] penult. corr. Ducis cuiusdam proprium, qui Sinopen urbẽ Lucullo prodidit, ut author est Strabo, lib. 12.

Bacchis] βάκχις, Taurus est, qui Soli consecratus colitur hoc nomine in oppido Herminthij, cuius color in horas mutatus euariat: hirsutie mira in primis, in diuersum setis abeuntibus, quàm sit animantium cæterarum natura. Vide Cælium lib. 7. cap. 13.

Bacchium] siue Baccheum, penult. prod. (βακχεῖον) Genus uasis uinarij, quo in sacrificijs Bacchi utebãtur. Quin ipsum etiam Bacchi templum, à Græcis hoc nomine appellabatur.

Bacchius] βάκχιος, gladiatoris nomen. de quo Horat. 1. Serm. Saty. 7. 4,

—Bruto Prætore tenente
Ditem Asiam, Rupili & Persi par pugnat: uti non
Compositus melius cum Bitho Bacchius: in ius
Acres concurrunt.

Vbi Acron, Bithus, & Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto. qui (ut ait Porphyr.) quũ multos interemissent, commißi inter se mutuis uulneribus conciderunt. Fuit & hoc nomine medicus quidam empiricus, qui aphorismos Hippocratis exposuit, Galen. teste. li. 7. in Aphorism.

Bacchus] βάκχος, Iouis ex Semele filius: qui fortaßis quòd uitem primus excoluisse uisus est: ideo ab antiquis putatus est deus uini, & pro ipso uino poni consueuit. Hic multi nominis fuit. nã primum Dionysius, deinde Liber pater, postmodum quum bellasset in India, & multas secum habuisset fœminas, quæ Bacchæ dicebantur, Bacchus. Idem Osiris, quandoq; Priapus, quandoq; Bromius, quandoq; Brotinus dictus fuit, et Lenæus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit, multas nationes domuit, Indos debellauit, & primus omniũ triumphauit, uectus Indico elephanto, ut scribit Diodorus: primus emere ac uendere instituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus Bacchus ἀπὸ τ͂ βακχεῖν: id est, ebriũ esse & clamare, quòd in Bacchanalibus clamores fierent: uel ut scribit Diodorus, à mulieribus quæ illum Bacchantes, id est, furentes sequebantur: uel ab incondito ululatu, quem lymphatæ mulieres in eius Orgijs edebant, adiecta clitera, quo uastior ille Mænadum sonus in ipso dei nomine redderetur, inquit Eustathius. Cice. pro Flacco, 47, Mithridatem demum, illum patrem, illum cõseruatorem Asiæ, illum Dionysium Bacchum, Liberum nominabant.

Clientes Bacchi, Poetæ dicuntur. Horat. 2. Epist. 2. 16. Porphyr. In Bacchi enim tutela poetæ omnes sunt constituti.

Digiti Baccho digni, pro formosis dixit Ouid. 3. Metamorph. 85. De Narcisso puero.

Humor Bacchi, pro uino. Virgilius 2. Georgic. 29. Et Munus Bacchi. Ouid. 2. de Remed. amor. 82. Item, Sapor Bacchi. Virgil. 4. Georg. 21.

Ferax Bacchi tellus. Id est, uini. Senec. in Hercule furẽte, 9. 16.

Digitized by Google

Audax Bacchus. Valer. 5. Argonaut. 100, ab effectu.
Consitor uuæ Bacchus. Tibul. 2. eleg. 3. 14.
Corymbifer Bacchus. Ouid. 1. Fast. 79. eò quòd hedera delecta retur, eaq; sacerdotes eius in Orgijs coronarentur.
Generoso Baccho madeant pocula. Tibul. 3. eleg. 6. 1.
Cornu insignis Bacchus. Ouid. 3. de Arte amandi, 70. Siquidē uinum petulantes facit, & uiolētos atq; truces. Vel quia primus boues ad iugum iunxit, ideo illum cum cornibus finxerunt. Author Diodorus lib. 5.
Lætitiæ Bacchus dator. Virg. 1. Aeneid. 148.
Liquidus Bacchus. Ouid. 13. Metam. 139. Pro uino.
Odoratus Bacchus. Virg. 4. Georg. 56.
Racemifer Bacchus. Ouid. 5. Metam. 83.
Sacer Bacchus. Id est, uinum quod in sacrificijs libatur. Valer. 5. Argonaut. 39.
Somno & umbra gaudens Bacchus. Horat. 2. Epist. 16.
Furijs Bacchi agi. Ouid. Epist. 4. 10.
Peruigili Baccho noctem ducere: id est, noctem insomnem potando transigere. Seneca in Thyeste, 5. 13.
Hilarare conuiuia multo Baccho. Virg. eclog. 5. 14.
Restituere corpora parco Baccho. Valer. 2. Argonaut. 14.
Bacchum & Cererem salutare. Plaut. Amphit. 15. 62.
Bacchæ (βάκχαι) Mulieres, quæ Baccho sacrificia faciebant. Liu. 9. bel. Maced. 49. Cic. Fabio, lib. 7. 24. 6, Bacchis uerò ubi est apud me locus?
Sæuæ Bacchæ. Propert. lib. 3. eleg. 22. 7.
Bacchæ bacchanti aduersari. Plaut. Amphit. 8. 69.
Bacchanal, uel Bacchanale, pen. prod. (διονύσιον) locus in quo Bacchi festa celebrātur. Plaut. Aulul. 11. 3, Nunquid ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas ueni in bacchanal coquinatū?
Bacchanal, pro festo quod in Bacchi honorem fieri solebat. Inde Bacchanal facere. Plaut. Mil. 11. 43.
Bacchanal exercere. Plaut. 14. 26.
Bacchanalia, bacchanaliorū, plurale, n. g. (διονύσια, βακχεύματα) Bacchi festa, quæ & Dionysia dicuntur, in quibus uiri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miscebantur per dolum. Cic. 2. de Legi. 59, Quo in genere seueritatem maiorum Senatus uetus autoritas de Bacchanalibus & Consulum exercitu adhibito, quæstio, animaduersioq; declarat.
Bacchanalia uiuere. Iuuenal. Saty. 2,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia uiuunt. Id est, tanquam Bacchanalia celebrent, quotidie ebrij cernuntur.
Bacchor, baccharis (βακχεύω) bacchari, Bacchanalia exercere. Colum. lib. 10. cap. 20,
Nunc amor ad coitus properat, nunc spiritus orbis
Bacchatur Veneri.
Bacchari, per metaphoram, pro furere. Virgilius 4. Aeneidos, 134,
—totamq; incensa per urbem Bacchatur. Quod idē & Debacchari dicitur.
Furere & bacchari dicuntur oratores, quorum est actio ardentior. Cic. de claris Orat. 151.
Bacchari cum aliquo. Plin. lib. 3. cap. 1. 6.
Bacchari in uoluptate. Cice. in Catil. 18, Quanta in uoluptate bacchabere? Hoc est furiabere.
Ferro bacchari. Claud. de bel. Get. 31.
Bacchari in aliquem. Terent. Adelph. 2. 1. 31.
Bacchari uenti dicuntur, dum flant impetuosius. Horatius 1. Carm. 25. 5.
Boreas bacchatur ab Arcto. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 6.
Bacchans, bacchantis (βακχεύων) Participium. Cic. 4. in Catil. 83, Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi & furor in uestra cæde bacchantis.
Ritu bacchantum. Ouid. 7. Metam. 52.
Bacchantum uoce sonare. Ouid. 3. Metam. 141.
Bacchata loca, in quibus est debacchatum. Virgilius 2. Georgic. Nonius.
Turba bacchata. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 17.
Bacchatio, Verbale (βάκχευσις) ut, Bacchationes nocturnæ. Cic. 3. Verr. 22.
Bacchatim, penult. prod. Aduerbium (βεβακχευμένως) More bacchantium. Apuleius, Quin igitur, soror, hunc primū bacchatim discerpimus? Hoc est, furiosè & iracundè.
Baccheis, pen. prod. baccheidos, pen. corr. fœmininū (βακχῆις) Quæ ad Bacchum pertinet. Statius. 2. Sylu. 2. 7,
Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert semita tecta Lechæo.
Baccheius (βάκχειος) Adiectiuum possessiuum quadrisyllabum. Virgil. 2. Georgic. 41,
Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt.
Bacchæus, pen. prod. aliud adiectiuum: ut, bella Bacchæa. Stat. 12. Thebaid. 169.
Cornua Bacchæa: Stat. 9. Thebaid. 87.
Vlulatus Bacchæi. Ouid. 11. Metam. 4.
Bacchicus, pen. corr. (βακχικός) Idem quod Baccheius, possessiuum. Hinc Serta Bacchica, Serta ex hederis. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 1.
Bacchius pes (βακχεῖος) constat prima breui, & reliquis longis: ut, Quirino. Hoc pedis genere utebantur in carminibus sacrorum Bacchi: cui contrarius est Antibacchius.
Bacchus] Piscis nomen est apud Grammaticos, quem Chellarem uocant et Oniscum, ut author est Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 13.
Baccifer, Baccula] Vide Bacca.
Bacelus] pen. prod. (βάκκελος) pro stulto ponitur. Tranq. in Augusto, cap. 87. ponit assiduè & pro stulto bacelū, & pro pullo pulleiaceū, &c. Quædā exemplaria legūt Blaceolū.
Bachilitæ] βαχιλῖται, Populi in Arabia, mediterraneā regionem incolentes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 28.
Bachina] βαχίνη, Insula iuxta Smyrnam commemoratur à Plinio lib. 5. cap. 31.
Bacillus, uel Bacillum] Vide Baculus.
Bacrionem] χειρόνιπτρον, dicebant genus uasis longioris manubrij. hoc alij trullam appellant. Hæc Festus, Vas quo manus perluuntur.
Bactes] βάκτης, Bachi nomen, quemadmodum & Babactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id est clamo, uociferor. Solent enim Baccho hoc est uino, madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam & incondito clamore replere.
Bactra] siue Bactrum (ut apud Plinium legitur lib. 6. cap. 16) oppidum est eiusdē regionis, Bactrianorum regum regia, & totius regni caput: ita dictum à Bactro fluuio, cum antea Ariaspe appellaretur. De Bactrenorum moribus memoriæ proditum est ab Onesicrito, canes apud illos alij, quos sepulcrales uocant, quibus parentes morbo ætateue confectos, obijciunt dilacerandos. Mulieres autem eorum splendido cultu & unguentis uti, à seruis & ancillis multo magis quàm uiros coli, nec nisi equo insidentes, magnoq; & auri & gemmarum apparatu excultas, in publicū prodire. Matrimonij autem castitatem non seruare, sed tam seruis quàm aduenis promiscuè sese commiscere, nec à uiris eo nomine accusari, quibus ipsæ dominari uidentur.
Bactra, bactrorum (βάκτρα) Scythiæ prouincia ultra Assyriam, à flumine Bactro cognominata, ut dictum est. Virgilius libro Georg. 2.
Regia Bactra. Stat. 3. Sylu. 28.

Digitized by Google

Bactri, siue Bactriani (βακτριανοὶ) Populi Bactra incolentes, qui sunt, teste Herodoto, libro 7, Scythis proximi: de quibus propriè omnia notiora sunt, quàm ut referri debeant. multarum rerum enim copia diuites, & smaragdi cũ primis apud eos reperti nobilitate.

Bactriasmus] βακτριασμὸς, Lasciua quædam saltationis species apud Græcos, per lumborum circumuolutionem: & uolubilis. Cuius memit Iul. Pollux lib. 4. cap. 14. & Cæl. lib. 5. cap. 4.

Bactros] βάκτρος, fluuius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio, & Bactrum urbs nomen sumpsit. Lucan. lib. 3.

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, &c.

Baculus] m. g. & Baculum, neut. g. penul. corr. (βακτηρία, βάκτρον) Ouid. lib. 15. Metam.

Esse solet, baculumq; tenens agreste sinistra.

Incumbere baculo. Ouid. 1. Fasto. 36.

Inniti baculo. Ouid. 14. Metam. 131.

Leuare membra baculo. Ouid. 8. Metam. 140.

Baculus tortus. Ouid. 2. Metam. 78.

Bacillus, masc. gen. & bacillum, n. g. Diminutiuũ (βακτρίδιον) Cic. 2. de Finib. 57, Vt bacillum aliud est inflexum, & incuruatum de industria, aliud ita natum, &c. Idem de Lege Agraria, 91.

Leuiter inflexum à summo bacillum, Lituus est. Cicero 1. de Diuinat. 58.

Bacillo alicuius oculos tundere. Cic. 7. Verr. 111.

Bacuntius] βακόντιον, Panoniæ fluuius est, in Saum influens. Author Plin. lib. 3. cap. 25.

Badacum] βάδλανον, ciuitas est Noricorum, siue Bauarorũ, hodie Salezaburgensis dicta, à flumine quod Salezan uocant. Author Volaterranus.

Badanatha] oppidum est Thamudeorum, qui sunt populi in Arabiæ locis mediterraneis degentes. Plin. lib. 6. cap. 28.

Badas] Syriæ fluuius est, Memnonis sepulchro nobilitatus. Strabo lib. 15.

Badius] color (φοινίκεος) id est, Phœniceus, siue spadiceus. Inde Equus badius, qui & baius, & balius dicitur, &c. Varro ὅτι πρὸς λύραν: Item nati hic badius, iste giluus, ille murinus. Ex Nonio.

Badius color uulgò dicitur Baio, nam Græci palmarum termitem cum fructu suo uocant βαῖον. Hermol. in Plin.

Badizo] badizas (βαδίζω) badizare. Significat ire. Plaut. Asin. 12. 116, Demam hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas. Græca dictio Latinè declinata.

Bænacus] Vide Benacus.

Bæbro] Oppidum est Hispaniæ Baticæ, inter Bætim fluuium & Oceani oram in mediterraneo situm, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Bænis] βαῖνις, fluuius Lusitaniæ, de quo sic Strabo lib. 3, inquit, Postea Bænis, uel (ut alij aiunt) Minius, omnes Lusitaniæ fluuios magnitudine superans. Et hic ipse ad stadia CCC. nauigabilis.

Bæon] bæonis (βαίων) Piscis quidam Epicharmo sic dictus, ut refert Athenæus libro 7. à quo & apud Atticos fuisse prouerbium narrat huiusmodi, μή μοι βαιὼν κακὸς ἰχθύς. id est, Ne mihi bæon: malus piscis. Nomen inditum uidetur à breuitate. Laudantur enim magni pisces. Dicetur in hospitem ingratum ac molestum.

Bætarreni] Populi sunt in Cœlesyria, non longè ab Ituræorum gente, à quibus & oriundi dicuntur. Author Plinius lib. 5. cap. 23.

Bætica] penult. corr. (βαιτικὴ) tertia pars Hispaniæ, sic à Bæti flumine dicta, ab incolis autem Turdetania. Author Strabo, lib. 3.

Bæticus (βαιτικὸς) Adiectiuum: ut, Bæticus, siue Hispanus color Obscurus & natiuus, qui & pullus nominatur: quòd natiuus color in Hispania, subnigrior est, idcoq; minus uilis.

Bæticatus (βαιτικοτός) aliud adiecti. Pullat. Martial. lib. 1. 91.

Bætiræ] βαιτίραι, urbs Galliæ Narbonensis Ptolemæo. uulgò Besiers. Proponius Mela, lib. 2. cap. 5. & Strabo, lib. 4.

Bætis] βαῖτις, fluuius Hispaniæ, ex ijsdem locis nascens ex quibus Anas & Tagus: mediæ inter utrunque magnitudinis existens: ab sui primordio, sicut Anas, in Occasum fluitans, inde in Austrum deflectens, in idem littus excurrit. Regio ipsa, à flumine Bætica uocitatur. Verba sunt Strabonis libro 2. De hoc meminit & libro 2. Ptolemæus, cap. 4.

Bæticola, bæticolæ, penult. corr. (πρόσοικος τῷ βαίτῃ) Accola Bætis fluuij. Silius lib. 1. 30,

——& uulgus Iberum,
Bæticolasq; uiros spacijs agitabat iniquis.

Bætulon] βαιτυλὸν, Ptolemæo libro 2. cap. 6, Hispaniæ Tarraconensis fluuius, alio nomine Bætholon: Beson uulgò.

Bætylus] βαίτυλος, dicitur saxum illud fascijs obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, ut testatur Hesychius. Hinc factum est prouerbium, Etiam Bætylum deuorares. In uoracem & omnia concoquentem.

Bagadania] βαγαδανίαι, campus est ingens, inter Argeũ montem ac Taurum intercidens, in quo perrarò fructuosa enascitur arbor: quanquam ad Austrum magis quàm mare Ponticum tribus millibus stadiorum tendat. Hæc Strabo lib. 2.

Baganum] βάγανον, Authore Ptolemæo lib. 2. cap. 9, Neruiorum ciuitas: alio nomine Tornacum, uulgò Tornay.

Bagistanus] βαγίσανος, mons est in Media, apud quem Semiramis, quũ & lapis deficeret, & maius aliquid concupisceret quàm quod ære posset assequi, in petra stadiorum septem & decem suam insculpsit effigiem, quam uiri centum donis uenerarentur. Author Cæl. Antiq. libro 29. cap. 25.

Bagoas] βαγώας, teste Curtio, Eunuchus fuit, ab Alexandro Magno turpiter adamatus. Hunc Orsines satrapes inter Persas nobilissimus, quum Regis amicos omnes muneribus affeciisset, solum præterijt, admonituſq; à quodam, eum regi esse charissimũ, respondit, se amicos regis, non scorta colere.

Bagoe] es, Nympha fuit, quæ Tuscis artem fulguritatum scripsit, quam quidam Sibyllam putant Erythræam, cui nomen esset Herophila. Alij post Herophilam uixisse contendunt, quam Alexandri temporibus mulierum prima oracula cecinisse arbitrantur. Vide Alex. ab Alex. libro 3. cap. 16.

Bagous] penult. prod. Lingua Persica spado dicitur. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2,

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoe, &c.

Bagradas] uel Bangrada, penult. corr. (βαγράδας, Numidiæ fluuius ex Libycis montibus longè ductus, prope Carthaginem fluit, ubi serpentem Regulus CXX. pedum adhibito exercitu interfecit. Authores sunt Plinius lib. 8. cap. 14. Sil. Ital. lib. 1,

Flumineaq; urna celatus Bagrada parmam. Legitur & Bragada. Luca. lib. 4. 118.

Bahal] Vide Baal.

Baiæ] Baiarũ (βαῖαι) Campaniæ oppidũ est, iuxta Lucrinũ sinum, inter Puteolos et Misenum montem, dictæ ab Vlyssis socio,

Digitized by Google

socio, Baia nomine, ut inquit Strabo lib. 5. In huius oppidi agro, aquæ calidæ sunt, ut idem ibidem inquit, & ad uoluptatem, & ad sanandos morbos accommodatißimæ, quæ quidem reliquas aquarum calidarum nobilitate antecellunt. Fuitq; olim hæc urbs, temperie aeris, & Romanorum frequentia, atque ornamentis ædificiorum celeberrima. Horat. 1. Epist. 17,

Nullus in orbe sinus, Baijs prælucet amœnis.

Cic. ad Atticum, lib. 13. 298. 5, Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum ad Baias. Loquitur de hospite quodam. Idem pro locis amœnis & uoluptarijs accipere uidetur, pro Cælio, quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos, domũ, Baias, iure suo libidines omnium cõmearent.

Proper. 1. eleg. 11. 6, Baias corruptas uocat ob iuuenum & puellarum turbam, qui quum illuc ocij causa concederent, interim parum consulebant pudicitiæ & famæ.

Defides Baiæ dicuntur, quòd commodatißima essent loca illa agentibus ocium. Stat. 4. Sylu. 7. 4.

Liquidæ Baiæ. Horat. 3. Carm. 4. 5,

—seu Tybur supinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.

Vaporiferæ Baiæ. Stat. 3. Sylu. 20,

Siue uaporiferas blandißima littora Baias.

Baianus, Adiectiuum, pen. prod. (βαϊανὸς) ut, Baiana littora. Stat. 5. Sylu. 3. 34. & Oræ Baianæ. Ibidem, 5. 12.

Baion] Medicis compositio est, cui resina inseritur Zygia, id est, acerna. Vide Cæl. Rhodi. lib. 24. cap. 22.

Baiulo] baiulas, pe. corr. (βαστάζω) baiulare, Portare significat. Plaut. Asin. 12. 70, Eho baiulabo: tu, ut decet dominũ, an te me ito manis. Quin. li. 6. 1. 35, Ego te baiulare nõ possum.

Baiulus, baiuli, pen. corr. (φορτηγὸς) Qui mercedis gratia onera ferre consueuit.

Baiulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios. Hæc Festus. Cic. in Parad. 27, Vtrum potius de bonis est quærendum quid baiuli, atque operarij, an quid homines doctißimi senserint.

Baiulus orator. Cic. 2. de Orat. 23.

Baius] color, Idem est cum spadiceo, siue badio, in equis imprimis laudatus. Ita autem dictus est παρὰ τὸ βάιον, quo nomine Græci appellant palmæ termitem unà cum fructu adulsum, qui huius est coloris.

Bal] idem quod & Baal, lingua Punica Deus dicitur, ut inquit Serulius in 1. Aeneidos. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione Saturnus & Sol.

Bala] βάλα, Nomen uiri proprium, qui (ut inquit Strabo lib. 15) Alexandro pugna superato, ex uulnere obijt.

Balæna] φάλαινα, Festus, Balænam, belluam marinam ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse & cetum. Iuuenal. Saty. 10. 2, Quanto delphinis balæna Britannica maior. Vide Plinium lib. 9. cap. 6.

Balanea] Plinio (βαλανῖαι) Stephano, Oppidum est in confinio Syriæ & Phœnices, cuius meminit Plinius libro 5. cap. 20.

Balanites] huius balanitæ (βαλανίτης) Gemma subuiridis, & Corinthio similis æri, secante mediã flammea uena. Author Plin. lib. 37 cap. 10.

Balanitis] idis (βαλανίτις) Genus castaneæ rotundius & maximè purgabile, & sponte prosiliens, à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin. lib. 5. cap. 23.

Balantium] βαλάντιον, Marsupium significat: unde & balantiotomi apud Aristophanem, qui de zona propendentes crumenas præcidunt. Author Cæl. lib. 10. cap. 2. Est item Balantium, pondus quoddam, phollis nuncupatum, donos continens ducentos quinquaginta. Habet uerò donus libram unam, uncias duodecim. Vide eundem Cæl. lib. 10. cap. 6.

Balanus] balani, f. g. penult. corr. (βάλανος) Glandem generali nomine significat. Plin. lib. 17. cap. 20. 7, In quacunq; terra scritur è balano. De esculo loquitur. Specialiter tamen de palmulis, quas uulgò dactylos uocamus, accipitur. Vlpianus de uerb. signif. Idem etiam de nucleis oliuarum, sed & de balanis idem est, uel siqui alij nuclei sunt. Plin. lib. 13. ca. 4. 18, Nam in alia parte Phœnices, Ciliciæq;, populari etiam nomine à nobis appellantur balani. De dactylis palmarum fructu.

Ex balano exprimebatur unguentum odoratum, quo ab antiquis tingebantur capilli. Martialis in Apophoretis,

Quod nec Virgil. nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat & ex balano. Mirobalanum intelligit poeta, quæ uox ingredi non potest uersum heroicum, quales sunt Homerici, & Virgiliani. Plin. lib. 13. cap. 1. 8, Constat oleum ex cilijs, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aspalatho. De unguentis.

Balanus myrepsice. Vulgò appellatur Ben (inquit Ruellius libro 1. cap. 56.) hoc est glans unguentaria, fructus est arboris myricæ similis, magnitudine auellanarum nucum, qua expressa, quemadmodum ex amygdalis amaris, excipitur liquor, quo in precioſa unguenta uice olei utuntur. Nascitur in Aethiopia, Thebaide, Arabia, & quæ secus Iudæam Petra dicitur. Vide plura ibidem. Hinc myrobalanum dicitur.

Balanus, Piscis marinus, Plinius lib. 32. cap. 11. 4. Plaut. Rud. 8. 8, Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam.

Balani, sunt glandes, & id quod glandis forma ad subducendam aluum in podicem manu inditur, apud authores medicinæ. Budæus. Vulgus Suppositorium uocat.

Balani, Castanearum genus excellens. Plin. libro 15. cap. 23. 2, Sardibus eæ prouenere primum. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. nam diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit, excellentioribus satu factis. Hic balanus, aut est etiam masculinum, aut Sardianas legendum est.

Balanum etiam uocant Græci uirgam uirilem cum glande.

Balanatus, pen. prod. (βαλανωτὸς) Adiectiuum, Balanino oleo perfusus. Persius. Saty. 4. 4.

Balaninus, Adiectiuum, pen. corr. (βαλανινὸς) Ex balano factum, ut Balaninum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 12, Balaninũ oleum repurgat uaros.

Balari] βαλάροι, populi Montanorum qui speluncas inhabitant, ut inquit Strabo lib. 5.

Balari] Cyrnijs exules dicuntur, teste Pausania: quod nomen Sardiniæ montana incolentibus adhæsit, cum illuc secessissent à Carthaginensibus deficientes. Vide Cæl. lib. 19. cap. 22.

Balatrones] βδελνοὶ, & blateas, bullas luti ex itineribus, aut quod calceamentorum soleis eraditur, apellabant. Festus.

Balatrones, pro nihili hominibus, & nullius precij uidetur accepisse Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5. 1. quum inquit, Videbo iam uos inquit, balatrones, & huc afferam meum corium & flagra. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 1.

Balatro, etiam propriũ uiri apud Horatiũ, 2. Serm. Saty. 8. 5,

—cum Serulio Balatrone
Vibidius, quos Mecœnas adduxerat umbras.

Balatus] Vide Balo, balas.

Balaustium] βαλαύστιον, Flos mali punici. Plin. lib. 23. cap. 6. 12, In hoc ipso cytino floſculi sunt, antè quàm scilicet malum ipsum prodeat, crumpentes, quos balaustiũ uocari dixi mus.

Digitized by Google

mus. Idem lib. 13. cap. 19, Flos balaustium uocatur, & medicinis idoneus, & tingendis uestibus, quarum color nomen inde accepit. De punico malo loquitur. Dioſc. & Galenus cytinon appellant.

Balauſtinus, Adiectiuum (βαλαυϛινὸς) ut, Balauſtinus color, ſimilis flori mali punici.

Balbina] pen. prod. (βαλβῖνα) Virgo Romana & martyr, Quirini filia, liberata à ſtrumæ uitio per Alexandrũ põtificem, ſepulta in uia Appia iuxta patrem, qui ambo ſub Troiano ſunt paßi. Author Volater.

Balbus] ψελλὸς, βλαισὸς, Qui lingua impeditus eſt. Cic. 1. de Orat. 136, Quumq; ita balbus eſſet, ut eius ipſius artis cui ſtuderet, primã literã nõ poſſet dicere, perfecit meditãdo, ut nemo planius eo locutus putaretur. De Demoſthene loquitur. Idẽ Cælio, 2. 9, Balbi non ſumus, ad rem redeamus.

Os balbum. Horat. 2. Epiſt. 1. 26.

Senectus balba. Horat. 1. Epiſt. 21. 4.

Verba balba. Horat. 2. Serm. Saty 3. 55.

Erat etiam familia Romæ, quæ Balborum dicebatur, è qua fuit Cornelius ille Balbus, uir ſatis notus ex antiquis hiſtorijs: cuius domus nunc adhuc integra uidetur Romæ.

Balbè, Aduerbium (βλαισῶς) Obſcurè. Nonius citat exemplũ ex Varrone Rerum humanarum lib. 20. in quo dictio ipſa Balbè, non legitur: unde puto locum eſſe corruptum.

Balbutio, balbutis, pen. prod. (ψελλίζομαι) balbutire, Eſt cum quadam linguæ hæſitatione & cõfuſione trepidare. Cic. lib. 5. Tuſcul. 110, Me quidem autore etiam Peripatetici, uetereſq; Academici balbutire deſinant aliquãdo. Item 1. de Diuinat. 9, Reliqui uerò omnes præter Epicurum balbutientẽ, de Natura deorum, diuinationem probauerunt.

Balbutit & auis, cui Canere opponitur. Plin. lib. 10. cap. 29. 4.

Balbutire Scaurum, id eſt, balbutiẽdo appellare actiuè poſitum cum accuſatiuo. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 10.

Baldraca] βαλδρέκα, Puella generis obſcuri, peregrinæq; cõditionis, quæ quãuis multarũ rerũ ob paupertatẽ eſſet indiga, noluit tamen corporis ſui facere copiã Othoni Imperatori, quãuis multa promittẽti, ut ſcribit Volaterranus Geograph. lib. 3. ubi de Comitibus Guidis loquitur.

Baleares] pen. pro. (γυμνασίαι νῆσοι βλιαρίδες) Inſulæ duæ in Hiſpanico mari ſunda bellicoſæ, ut ſcribit Diodorus Siculus in libro περὶ νήσων, Græci Gymneſias dixerunt, autore Plinio lib. 3. cap. 5. Nunc Maioricã & Minoricam nominãt à diſpari quãtitate. Dictas eſſe conſtat à βάλλω, quod mitto ſiue ſagitto ſignificat. Gymneſiæ uerò dictæ, quòd incolæ nudi ætatis tempore iactu fundarum ſeſe exercent. Silius lib. 5, Et torta Balearis ſæuus habena.

Balearis, Adiectiuum (γυμνησιωτ) ut, Balearis funda. Virg. 1. Georg. 62, Stupea torquentem Balearis uerbera fundæ.

Tortor Balearis habenæ. Lucan. lib. 3. 141.

Baleare telum. Sil. lib. 7. 56.

Balearicus, pen. corr. (γυμνησιακὸς) ſimiliter adiectiuum: ut Balearicæ grues. Plin. lib. 11. cap. 37. 2.

Balearica funda. Ouid. 2. Metam. 146.

Balearicum mare. Plin. lib. 3. cap. 4. 5, Hiſpanum quatenus Hiſpanias alluit: ab alijs Ibericum aut Balearicum.

Balearica uina. Plin. lib. 14. cap. 7.

Baleſium] authore Plinio, Apuliæ oppidum eſt maritimum, non procul à Brunduſio. Plin. lib. 3. cap. 11.

Baliardus] Philoſophus quidã Gallicus et Peripateticus, Pariſijs prodijt uir doctiſsimus, ab orthodoxis tamen in quibuſdã aberrans, à quib. nec per ſynodũ iuſſu regis Ludouici huius gratia coactã auelli potuit: ſed in quodã loco deſerto, cũ ſocijs nõnullis, omne euũ abſtinẽdo exegit. Volater. li. 22.

Balias] ſiue Balius (nã in Græcis quibuſdã codicibus βαλίας legitur, in alijs βάλιος) unus fuit ex equis Achillis, à balio colore ita dictus. Commemorat aũt Homer. lib. 16. Iliad. tres Achillis equos, quorũ duos Baliã & Xanthum immortales fingit ex Zephyro uento & Podarge harpyia prognatos. tertium autem mortalem, nomine Pedaſmum.

Baliemus] Auunculus Catilinæ, Lucretium Aſellã, Conſulatum cõtra uoluntatẽ Syllæ ad perturbandũ ciuitatis ſtatum petentem, occidit iuſſu Syllæ tunc Dictatoris: accuſatus poſtea, ac damnatus. Pædianus. Alij ſcribunt Ballienus.

Balimenſes] Populi in Latio, qui aliàs Trebulani dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 5. Quidam Balinienſes legunt.

Balineum] pen. corr. & Balineæ, balinearum (βαλανεῖον) à ueteribus dicebantur, quas nunc balneas dicimus. Plaut. Pœnulo, 16. 15, Numnam ita balineis circũductus pallio? Plin. Epiſt. 3. 4, Quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, & circumit. Idẽ lib. 9. cap. 54. 1, Balineæ penſiles. Cic. Attico, lib. 2. 18. 5, Balineũ caleſieri iubebo. Intereſt tamẽ inter Balineum, & Balineas: quòd illud priuatũ, hæ publicæ. Varro lib. 8. de ling. Lat. Idẽ reprehendũt analogias, quòd dicantur multitudinis nomine publicæ balineæ, non balineæ: cõtra quod priuati dicunt unũ balineum, quod plura, balineas dicant: quibus reſponderi poteſt, non eſſe reprehendenda, quod ita in uſum uenerunt.

Balis] Herba, de qua Plin. Xanthus (inquit) hiſtoriarũ ſcriptor, in prima earũ tradit, occiſum draconis catulũ reuocatũ ad uitã à parẽte, herba, quã balin nominat: eadẽq; Thylonẽ, quẽ draco occiderat, reſtitutũ ſalutti. Hæc ille lib. 25. ca. 2.

Baliſta] Militare tormentũ, quo muri cõcutiuntur: à βάλλω, iacio, uulnero. Liu. 4. bel. Pun. 185, Catapultas, baliſtas, tormentaq; alia quæ oppugnãdæ urbi comparata erãt. Cic. 2. Tuſcul. 97, Vt enim baliſtæ lapidũ & reliqua tormẽta telorũ eo grauiores emiſſiones habẽt, quò ſunt cõtenta atq; adducta uehemẽtius: ſic, &c. Videtur potius geminoll ſcribi debere, Balliſta, quã à Græco uerbo βάλλω deducatur.

De baliſtarum rationibus uide Vitruuium, lib. 10. cap. 16. & Vegetium lib. 4. cap. 22.

Baliſtis ingentia etiã ſaxa iaciebantur: unde apud Siſennã lib. 4, hiſtoriarum legimus baliſtas talẽtarias, quibus ſaxa pondo talenti iaci poſſent. & apud Lucilium, Baliſtas cẽtenarias. Ex Nonio.

Alciatus in Taciti locũ lib. 19. ait, ſe in commẽtarijs Theodoſij ſchema baliſtæ quadrirotis uidiſſe, cũ interpretatione qua oſtenditur, ſagittas ex ea cœptum fuiſſe iaculari.

Torta ualidis baliſta lacertis. Lucan. lib. 2. 136.

Tenſus baliſtæ turbo. Lucan. lib. 3. 93.

Baliſta imfortunij. Plaut. Pœnulo, 3. 73.

Baliſtarium, Locus ubi ſita eſt baliſta. Plaut. Pœnulo, 3. 74, Quam ego haud multò pòſt mittã è baliſtario. Videtur hic Plaut. baliſtam pro ipſo telo accepiſſe: baliſtarium autẽ pro ipſo tormento quo iaciuntur tela, ſiue ſaxa ingentia.

Balito] balitas. Vide Balo, balas.

Balius] βάλιος, color, ab Euripide uidetur accipi pro uario.

Balius (βάλιος) Achillis equus, apud Homerum lib. Iliad. eius carmina Græca expreſſit Politianus in Ambra,

——Balium, Xanthumq; iugales
Quos Zephyro peperit geminos Harpyia Podarge.

Ballaria] æ, à Romanis appellata eſt herba, quæ à Dioſcoride λυχνὶς ſτεφανωματικὴ, hoc eſt Lychnis coronaria, et à Gallorũ uulgo Candelaria dicitur. Vide Ruell. lib. 3. cap. 57.

Balliones] dicũtur lenones, à Ballione Plautino lenone. Cic. pro Roſcio Comœdo, 12, Ballionem illum improbiſsimum & periuriſsimum lenonem.

Balliſmus] βαλλισμὸς, Saltatio quædam erat, tympanis crepitantibus, uel etiam Cymbalis: cuiuſmodi Parilibus

Romæ

Romæ fiebat, quæ mox Romæa dici cœpere, ciuitatis fortunæ templum struente Adriano. Vide Rhodig. lib. 5. cap. 4.

Ballonoti] βαλλονότοι, siue Bellonoti, penult. corr. Sunt Burgundiones, Hesi, Basternæq; in Scythia Europæa, ut in Asiatica pleriq; eodē nomine. Valer. 6. Argonauticōn,

Ibant & geminis æquantes cornibus alas Ballonoti.

Ballote] ballotes, pen. prod. (βαλλωτὴ) Latinè marrubiū dicitur. uulgò Marrubiastro, ouer Marrubio bastardo. Dioscorides, Balloten nomine alio nigrum marrubium, aut magnum uocat. Vide Plinium lib. 27. cap. 8. 1.

Balneum] balnei (βαλανεῖον, λετρόν) Locus in domibus, in quo ad lauandum aquæ calidæ & frigidæ disponuntur. Cic. Terentiæ, lib. 14. 20. 1, Labrum si in balneo non est, ut sit. Mart. lib. 2. 48, Cauponem, laniumq;, balneumq;. Erant aūt balneæ publicæ Romæ, in quib. cuiq; lasso licebat introire: uel ut mundaretur, uel ut medicamento purgaretur: quemadmodū in nostris hypocaustis nūc licet. Sed & balneæ Romanorū tres habebant regiones siue domos. Superior aeris erat calidi, et Laconicum appellabatur: media erat aquæ calidæ: infima aūt aquæ frigidæ. Quod superest de structura et ædificio ac cōpositione balneorū uideto apud Vitruuium.

Ambulare in balneum. Cic. ad Atticum, lib. 13. 29 8. 3.

Ducere aliquem ex balneo. Cic. pro Deiot. 11.

Balneæ, balnearum (ἀμφιβαλανεῖον) Idem significat, sed magis publicæ sunt, quàm priuatæ. Cic. pro Cælio, 49, Mulier ingeniosa constituit locum iussit balneas Xenias, ut eò mitteret amicos, qui delitescerent.

Balneæ autem aquarum natura calidarum adhuc uidentur apud Viterbum circa Romam. Sunt & non longè à Patauio balneæ Neronis, & apud Germanos & Hispanos aliæ sunt balneæ, quarum aqua medicamentosa est propter qualitatem, quam accepit in uenis terræ per sulfurea loca, aut chalcantode, aut aluminosa manantibus.

Balneæ Palatinæ. Cic. pro Sex. Rosc. 11.

Exire de balneis. Cic. 2. de Orat. 123.

Experiri balneum. Cel. lib. 3. cap. 15.

Tentare balneum. Cel. lib. 3. cap. 15.

Balneolū. pe. cor. Diminutiuū est (βαλανίδιον) Iuue. Saty. 7. 1,

—quum iam celebres, notiq; poetæ
Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos Tentarēt.

Balnearium, balnearij (βαλανεῖον) Pars uillæ. Cic. ad Atticum, lib. 13. 284. 2, Video nihil aut pauca mutata, balneariū tamen laudat, &c. Columel. lib. 1. cap. 6. 2, Balneariū occidenti æstiuo aduertātur, ut sint post meridiem, & usq; in uesperum illustria.

Balnearius, Adiectiuum, quod ad balnearia pertinet. Vnde scribit Vlpianus fures balnearios extra ordinē esse puniendos. Hoc est, qui in balneis uersantur.

Balneator, balneatoris (βαλανεύς, λετροχόος) Communis generis, licet, (ut ait Seruius) Petronius usurpauerit balneatricem. Dicitur autem is qui curam habet balnearū. Vlpianus in l. 1. ff. depositi, Si uestimenta seruanda balneatori data perierint. Sic Firmicus, ut ait Budæus. Cic. pro Cælio, 49, Mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.

Balneatorius, Adiect. quod balneis usui est et accōmodatū. Martianus Iurisc. in l. Pictoris. ff. de fund. instruc. & instrum. leg. Instrumento balneatorio legato, balneatores continentur: quoniam sine his balneæ usum suum præbere non possunt.

Balo] balas (βληχάομαι) balare, Factitium uerbum est, proprium ouiū. Festius, Barrire elephanti dicuntur, sicut oues dicimus balare, utiq; à sono ipso uocis. Cic. 1. de Diuin. 76,

Rex ipse Priamus somnio mentis metu
Perculsus, curis sumptis suspirantibus
Exsacrificabat hostijs balātibus. Ouid. 4. Fastorū, 149,
Tactáq; fumanti sulfure balet ouis.

Balare, ad hominem translatum. Varro. 2. de Re rust. cap. 3. 1, Cui Cossinius, Quoniam satis balasti. Id est, tractasti & docuisti de ouibus, quarum proprium est balare.

Grex Balantum. Virg. 1. Georg. 55.

Balito, balitas, pen. corr. (βληχάω) balitare, Frequentatiuum. Plautus Bacch. 23. 4,

—pastor harū dormit, quū eæ eunt Sic à pecu balitātes.

Balatus, huius balatus, pen. pro. (βληχασμός) Plin. lib. 20. cap. 14. 10, Gustatum à pecore, capriscq; balatū cōcitat. De pulegio loquitur.

Tener balatus. Ouid. 7. Metam. 64, Id est, exiguus, qualis est agni adhuc tenelli.

Tremens balatus. Stat. 10. Thebaid. 10.

Dare balatus, id est, balare. Ouid. 7. Metam. 100.

Exercent balatum agni. Virg. 9. Aeneid. 13.

Pecorum balatu sonant ripæ. Virg. 4. Georg. 109.

Balsa] βάλσα, A Plinio lib. 5. cap. 5. numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. Est etiā hoc nomine urbs Lusitaniæ, non procul à sacro promontorio, & Ane fluuij ostijs, quæ uulgò nūc Tauilla dici creditur. Cōmemoratur à Plin. lib. 4. cap. 22, & Ptolem. lib. 2. cap. 5. Meminit & Pomponius Mela.

Balsamelæon] βαλσαμέλαιον, Succus est oleo persimilis, qui ineunte Autumno, ex imis balsami fruticis partib. scarificatis profluit, ut post Aetiū refert Ruellius, lib. 1. cap. 35.

Balsamina] quæ à nōnullis Viticella dicitur, planta est quæ prælongis tenuibusq; uiticulis ultrò citroq; reptantibus, proximas tū herbas, tū arbusculas cōprehēdit, foliis uitis albæ, aut uiniferæ similibus, sed longè minoribus, magisq; per ambitum laciniatis: capreolis tenuibus ex alarū sinu prodeuntibus, quibus sese implicat appositis adminiculis. Florem promit cucumeri similē, colore subluteū: fructū utrinq; turbinatū, oui ferè facie repræsentat, cute carnosa, quibusdam acutis bullis rigente dipsaci modo. Hæc ex Matthiolo, apud quem plura uide in lib. 4. Dioscor. cap. 177.

Balsamum] balsami, pen. corr. (βάλσαμον) Arbusculæ est odoratissima, in Iudæa solum nascens. Virg. 2. Georg.

Balsamaq;, & baccas semper frondentis acanthi
Vbi Seruius, Sanè balsamum est arbor ipse: opobalsamum succus collectus ex arbore. De balsamo copiosissimè Plinius lib. 12. cap. 25.

Tarda balsama. Claud. de Nupt. Hon. 20.

Balsaminus, Adiectiuum, pen. corr. (βαλσαμινὸς) ut, Balsaminum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 13.

Balteus] & balteum dicimus: licet in singulari magis sit in usu balteus, in plurali uerò baltea (ζωστὴς) Est aūt, teste Varrone de Ling. Lat. lib. 4, cingulum è corio, bullis ornatum. Quintil. lib. 11, Sinus ille qui ab humero dextro ad sinistrū obliquè ducitur, uelut balteus, nec strangulet nec fluat.

Auratus balteus, Seneca in Hercul. furent. 7. 4. Insignis, Valerius 6. Argonaut.

Baltea lenta. Propert. 4. eleg. 11. 5.

Balteus, dicitur non tantum quo cinguntur, sed etiam à quo arma dependent. Virg. 5. Aenei. 62. Seruius. Cæsar. 5. bel. Gal. 165; Et uerutū in balteo defigitur. Liu. Auratæ uaginæ, aurata baltea illis erant. Accius, διαδεσμαλικῶν, lib. 8, Actoribus manuleos, baltea, machæras. Ex Nonio.

Balteus corticis. Plin. lib. 16. cap. 37. De salicibus loquitur.

Baltia] Insula in mari Germanico. Volaterranus, lib. 7. Geographiæ, ex Plinio lib. 4. cap. 13. 6.

Baluca] balucæ, pen. prod. (χρύσαμμος) id est, Arena aurea. Iustinianus lib. 11. Codicis, tit. de metallarijs. Lingua nostra uernacula paleolas appellat auri ramēta, quæ alluuione riuorum

uorum deferuntur, cuiusmodi hodie circa Pyrenen inueniuntur. Vide Bud. de Asse.

Balux] cis, Minutior auri particula ab Hispanis dicitur, cuius modi in arrugijs, aut puteis penè purè inueniũtur, nullaq; opus habẽtes coctione. Plin. li. 33. ca. 4, Aurũ arrugia quæsitum nõ coquitur, sed statim suũ est. Inueniuntur ita massæ: necnõ in puteis denas excedẽtes libras. Palacras Hispani, alij Palacranas: iidem quod minutum est, Balucem uocant.

Balyra] æ (βάλυρα) Fluuius est Peloponnesi, sic dictus quòd in calamitate illuc lyrã abiecerit Thamyris, qui Philamonis fuit filius, et nymphæ Argiopes, quæ ad Parnasum incoluit. Plura uide apud. Cæl. lib. 18. cap. 7.

Bambacion] βαμβάκιον ὴ βαμβακὶς Suidæ, Lanæ genus candidißimũ, in exiguo nascens frutice, quẽ nonnulli Goßipion, plures Xylon appellant, teste Plin. lib. 19. cap. 1. Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non dißimilem, quæ dehiscens uelut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde uestes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellantur. A' peritioribus Xylinæ uel Goßipinæ. Vulgus Cotonum uocat, à similitudine fortasse illius lanuginis quæ foris in malo cotoneo gignitur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 150.

Bambalio] uocabulum est ignominiosæ appellationis. Cic. Philipp. 3. 135.

Bambatæ] In aceti scillitici cõfectione iubet Columella decẽ bambatas in mustũ mitti, eo nomine intelliguntur scillæ quæ aliquo intinctu conditæ sunt. Romani autem quùm Syracusanorum sermone hac in re (ut & in multis alijs) uterentur, potius Bambatas, quàm bammatas nominabant, quod Siculi βάμβα pro βάμμα dicere solerent. Id eò moneo, ne quis uerbum adulterinum putet. Turnebus.

Bambotum] Flumen Mauritaniæ, crocodilis & hippopotamis refertum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 1.

Bambycatij] βαμβυκάτιοι, Populi sunt ad Tigrim fluuium, de quibus memoriæ proditum est, eos omnẽ auri & argenti materiam ita execrari, ut omnia metalli genera coementes, illa in profunda terrarum et abditas solitudines suffodiant, ne pecuniæ cõmercio eneruaretur animi indoles ingeniq;. Hæc ex Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 15.

Bambyce] βαμβύκη Straboni, Mesopotamiæ ciuitas est, siue (ut Plinio placet) Syriæ Cœlesin qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc est sacra ciuitas, appellatur, & Edessa.

Banacura] Vide Baracura.

Banasa] apud Plinium lib. 3. cap. 1, Romanorũ colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

Banchus] Piscis, asselli genus alterum, in cuius cerebro lapilli molari forma contineri Plin. scribit, l. b. 32. cap. 9. 9. Vulgò Scarmo, ouer Merluzzo. Ionius.

Banda] Vide Alabanda.

Bandobena] βανδοβένη, Oppidum est in India, quam Cophes & Choaspes flumina præterfluunt. Author Strabo lib. 15.

Bandum] σημεῖον, Procopius signum dici militare ab Romanis interpretatur: unde factum cõiectamus, ut uulgus insitum Banderias nuncupet. Nam quod in C. de episc. & cleric. scriptum inuenias, Banno subiaceant imperiali, aliud est: siquidem eo nomine recentioribus appellatur exilij species, quam proscriptionem dicebant ueteres, qui usu togæ carent, quando est illis aqua interdictum & igni. Verba sunt Rhodigini lib. 15. cap. 17.

Bannomanna] Insula ante Scythiam. Plin. lib. 4. cap. 13, Ex quibus ante Scythiam quæ appellatur Bannomanna abesse à Scythia diei cursu, in quam Veris temperie fluctibus electrum ejicitur, Timæus prodit.

Bannum] ni, n. g. (ἐξορία) Nouum & nuper inuentum uocabulum est, inquit Oldend. sed res antiquißima. Est autem bannum, quo omnia humanitatis iura uicißitudinesq; officiorum & commercia interdicuntur rebellibus. Ideoq; soli Cæsari, qui generalem ubiq; iurisdictionem habet, iure bannum interdicere licet: cæteri magistratus non banno, sed relegationibus alijsq; pœnis utuntur. Sumptus est banni usus ab instituto Romanorum. Romani enim Draconis Atheniensis durißimam legem imitati sunt, similitudine quadam: quia igni & aqua interdicere solebant: quòd ei nihil esset reliquum, cui hæc elementa denegarentur.

Bantini] βαντῖνοι, Populi sunt mediterranei Lucanorum, in tertia regione Italiæ, de quibus Plin. lib. 3. cap. 11.

Banurri] Getuli sunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 2.

Bapheus] βαφεύς, tinctor, & Baphe, tinctura, utrunque à βάπτω, quod est tingo, coloro, inficio. Iustinian. lib. 11. C. tit. de murileg. Baphei, inquit, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynecij conficiæ corrumpuntur, &c.

Baphia] pen. corr. Taberna est tinctoria, βαφεῖον. Hinc Lampridius in Alexandro, Purpura Alexandrina uulgò Probiana dicitur: Idcirco quòd Aurelius Prob. præpositus baphijs id genus muricis reperisset.

Baphicus, pen. corr. (βαφικὸς) Adiectiuũ. Hoc est tinctorium: ut, Coccus baphicus, granum tinctorium. Vide Dioscoridem & Galenum.

Baptæ] βάπται, Athenis erant sacerdotes Cotyttûs, impudiciæ deæ, cui nocturna sacra peragebant, saltationibus, & omni uoluptatũ genere indulgentes. Dicti aũt sunt Baptæ, ἀπὸ τ῀ βάπτειν, quòd qui sacris illis initiabãtur, aqua calida tingerentur. Iuuenal. Satyr. 2,

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.

In hos Epolis comœdiã cõscripsit, quã ab illorũ nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem eorũ & libidinẽ depinxit: quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. Vide plura de his apud Suidã, et Polit. Miscel. ca. 10.

Baptes] Gẽma est mollis, sed præstãtißimi odoris. Plin. li. 37. cap. 10.

Baptismus] baptismi (βαπτισμὸς) Latinè immersio uel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo.

Baptisterium] βαπτιστήριον, Sipontinus, Baptisteria in domibus sunt, hoc est, ueluti lacus quidã ex ligno, aut marmore, alioue genere lapidibus ædificati, in quib. lauãdi gratia mergimur: dicta ἀπὸ τ῀ βαπτίζειν, quod mergere est. Hæc in cellis ædificari solẽt: hoc est, secretioribus locis in hũc usum factis. quarũ aliæ caldariæ sunt, in quib. calida lauamur: aliæ frigidariæ, in quib. lauamur frigida. Plin. Epistol. 41. cap. ad Apollinarem, Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atq; opacum.

Baptizo, baptizas (βαπτίζω) Baptizare, Lauare et immergere.

Bara] Insula non longè à Brundusio. Festus.

Baracum] Oppidum Africæ in tractu Cyrenaico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 5.

Baracura] βαράκουρα, Indiæ emporium extra Gangem, autore Ptolemæo, hodie Bangella ciuitas fœcundißima, & regnum latißimum.

Baragasa] Aethiopiæ oppidum, de quo Plin. lib. 6. cap. 29, Aliqui unum Aethiopiæ oppidum ultra ponunt in littore Baragasa.

Baramalacum] Nabathæorum oppidum non spernẽdum, in ea parte Arabiæ, quæ est contermina Syriæ, ut author est Plin. lib. 6. cap. 28.

Baraomatæ] βαραωμάται, Populi sunt, qui Indum aduersum accolũt, Gũbrotis proximi, quorũ duodecim sunt nationes, singulisq; binæ urbes. Author Plin. lib. 6. cap. 21.

Barathrum]

Barathrum] pen.corr. (βάραθρον) Græci (inquit Festus) appellant locum præcipitem, unde emergi non possit: dictum ab eo quod est βαθύς, id est, profundus. Virg. 3. Aeneid.

——itq; imo barathri ter gurgite uastos
Sorbet in abruptũ fluctus. Vbi Seruius, Barathrũ est immensæ altitudinis nomẽ. Vnde sequitur, Sorbet in abruptũ, quod Græcè βάραθρον dicitur. Abyssum quidam uocant.

Barathrum, inquit Diomedes lib. 1. locus apud inferos: propriè autem apud Athenienses, in quem noxij præcipitantur.

Barathrum transfertur ad alia: ut ad meretricem, quæ omnia absorbet. Plaut. Bacch. 2. 41.

Barathrum. Stomachi siue uentriculi imus hiatus. Mart.

Extremo ructus si uenit à barathro. Plau. Curcu. 3. 26,

Age effunde hoc citò in barathrum.

Barathrum, pro homine maiorem in modum edace. Horat. de Lurcone quodam 1. Epist. 16. 2.

Candẽs barathrũ, Claud. de bel. Getico. 70. de faucib. Alpium.

Ferale barathrum. Claud. de Raptu Pros. 1. 8.

Infernum barathrum. Valer. 2. Argonaut. 39.

Barba] barbæ (παρὰ τὸ γωνᾶν, ὑπάρχειν) Valla. Non est barba tantum hominum, neq; barbæ tantum quadrupedum: quin & barba quadrupedum, & barbæ hominum, utiq; multorum dicuntur. Horatius 1. Serm. Saty. 8. 9,

Veq; lupi barbam uariæ cum dente colubræ.
Abdiderit furtim terris. Plin. lib. 28. ca. 13. 3, Rabiem horum si mulceatur barba, mitigari: eadem præcisa, non abire eos in alienum gregem. Virg. 3. Georg. 62,

Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Cyniphij tondent hirci. Ad multos hircos refertur: perinde ac si diceremus caudas: quũ tamen singulæ singulis hircis sint, ita & barbæ. Sunt etiã & barbæ aliorũ, quàm quadrupedum: ut Plin. 30. cap. 11, Quum Geminos transit Sol, cristis, & auribus & unguibus gallinaceorum: si Lunæ, radijs barbisq; eorum. Hactenus Valla lib. 6.

Barba tenus philosophum dixit Cic. pro eo qui nihil habet philosophi, præter barbam.

Barba hominis. Cic. 3. de Finib. 29, Viris mammæ atq; barba. Virg. 2. Aenei. Squallẽtẽ barbã, et cõcretos sanguine crines.

Capræ barbarum ullus. Plin. 12. cap. 17. 2.

Cæsaries barbæ. Ouid. 15. Metam. 132.

Barba uirgultorum tonsilis. Plin. lib. 17. cap. 23.

Aureus barbæ color. Ouid. 12. Metam. 79.

Ardens barba. Iuuenal. Saty. 10. 26.

Aurea barba. Pers. Saty. 2. 6, sitiq; illis aurea barba.

Candidior barba. Virg. 1. eclog. 1. 3.

Grauis barba. Iuuenal. Saty. 10. 23. & Ouid. 1. Metam. 26.

Hirsuta barba. Ouid. 13. Metam. 165.

Immissa barba. Virg. 3. Aeneid. 118.

Impexæ barbæ. Virgil. 3. Georg. 73,

Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Seruius de barbis pecudũ intelligit, aut de guttis quæ ex arboribus & tectis dependentes induruerunt in modum barbarum.

Incipiens barba. Ouid. 12. Metam. 79.

Ingens barba. Virg. 12. Aeneid. 61.

Longa barba. Ouid. 15. Metam. 132.

Madida barba. Ouid. 1. Metam. 33.

Firma barba. Id est, tenuis lanugo. Seneca Hippol. 5. 12.

Prolixa barba. Id est, demissa. Virg. 8. ecloga, 8. 7. Seruius.

Propexa in pectore barba. Virg. 10. Aeneid. 166. In pectore, pro in pectus, Archaismus est. Seruius.

Resecta barba. Ouid. 1. de Arte amandi, 104.

Sapientem pascere barbam. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 7. Id est, Sapientiæ indicem. Agit enim de Stoico.

Stolidam barbã uellere. Pers. Saty. 2. 3. Prouerbialiter dicitur, quum summum contemptum ac ludibrium significamus.

Subnixa barba capillis. Id est, subiecta, supposita. Ouidius 6. (Metam. 143.

Torta barba. Stat. 6. Thebaid. 108.

Vda barba. Iuuenal. Saty. 9. 1.

Abradere barbam. Plin. lib. 6. cap. 28. 28.

Cadit barba tondenti. Virg. 1. Eclog. 6.

Canet barba gelu. Silius lib. 1. 41.

Crescit barba. Lucret. lib. 6. 190.

Deducere barbæ cæsariem, id est, quod alibi mulcere barbã dicit. Ouid. Vide Cæsaries barbæ.

Demere barbam. Cic. 3. de Nat. deor. 110.

Increscit barba genis. Lucan. lib. 2. 76.

Mulcere barbam manu. Ouid. 1. Fast. 52.

Ponere barbam, Deponere, resecare. Hora. in Arte poetica, 61. Vide Pono & Depono.

Promittere barbam, pro summittere. Tacitus lib. 2. Vnde Promissa barba Liuio, lib. 2. 1. Decadis, Ad hoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris.

Recidere hirsutam barbam. Ouid. 13. Metam. 165.

Riget glacie horrida barba. Virg. 4. Aeneid. 51.

Tondere barbam. Cic. 5. Tusc. 81.

Vellere barbam alicui. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 27.

Barbula, pen.corr. Diminutiuum (παρὰ τὸ γωνᾶν) Cic. pro Cælio 24, Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis: non hac barbula qua ista delectatur: sed, &c.

Barbulæ florum, apud Plinium lib. 21. cap. 8. 5.

Barbatus (παρὰ τὸ γωνίας, ὁ ἔχων γωνάς) Adiectiuum, pen. prod. Qui barbam habet. Vide Ciceronem in oratione pro Sestio, 14. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 50.

Imberbis, & Bene barbatus, contraria. Cic. 2. in Cat. 42.

Delectare barbatum. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 50.

Barbato imponere regi. Iuuenal. Saty. 4. 11.

Apud barbatos ridicula uidebantur. Cic. pro Murena, 23.

Barbati muli in piscinis sunt. Cic. ad Atti. lib. 2. 16. 14.

Barbatulus, Dimin. pen.corr. (παρὰ τὸ γωνιάσιον) ut, Barbatuli iuuenes. Cic. ad Att. lib. 1. 9. 6.

Barbatulos mulos exceptare de piscinis. Cic. in Parad. 48.

Barbiger, Adiect. pen.corr. (παρὰ τὸ γωνοφορῶ) ut, Barbigeræ pecudes. Lucret. lib. 5. 180.

Barba] Iouis (Διὸς γωνᾶν) Arbor est Plinio, in opere topiario tonsilis, & in rotunditatem spissa, argenteo folio: quam etiam odisse aquas idem Plin. scribit, lib. 16. cap. 18.

Barbagioras] Nomen est proprium uiri. Tacit. lib. 21. Castigator in eum legendum putat Bargioras, esseq; uocabulum Hebraicum, significans Filium Gioræ.

Barbaralexis] βαρβαρολέξις, Figura, quãdo dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiscemus orationi, ut Gazi, & Magalia apud Virgil.

Barbarium] βαρβάριον, Apud Strabonem lib. 3. promontorium est Lusitaniæ, inter Tagi & Chalybis ostia.

Barbarius] Philippus, de quo Vlpianus in l. 3. D. de offi. Prætor. unus è sodalibus & cõpotorib. Antonij triumuiri fuit, quod uerba declarant nescio cuius antiqui scriptoris, à Suida relata. Turnebus.

Barbarus] penult. corr. (βάρβαρος) quid significet declarat Strabo lib. 14. his uerbis, Ego arbitror, ab initio conficto nomine eos Barbaros appellatos, qui difficulter, asperè, ac duriter loquerẽtur, ut blæsos, balbosq; dicimus. Sumus enim ad cõfingẽda cognata rebus nomina ingeniosi, qualia apud nos pmulta sunt, ut πελάργυξις, πλαγγὴ, ψόφος, βοή, πρέτος, id est, murmur, clangor, strepitus, uox, crepitus: quorũ plurima iam propriè proferuntur. Omnes itaq; qui crassè loquuntur, Barbari dicũtur, quales sunt nationes omnes, præter Græcos. Quare illos propriè Barbaros appellauit, ac in initio quidem per conuitium, quasi duriloquos, & crassilingues: postea uerò eo nomine abusi sumus, tanquam cõmuni ac

Digitized by Google

ni ac gentili, distinguentes eos à Græcis. Nondum enim multa consuetudo & commercium erat cum Barbaris: quod ex crassitudine linguæ, & quadam uocalium instrumentorum ineptitudine, & nõ ex linguarum uernaculis proueniebat. Festus, Barbari dicebãtur antiquitus omnes populi, exceptis Græcis: unde Plautus Nœuium poëtam Latimũ, Barbarum dixit. Hactenus Festus. Plautus in prologo Asin. 10,

——huic nomen Græcè Onagros est fabulæ:

Demophilus scripsit, Marius uertit barbarè: id est, ineptè.

Auxilia barbara. Cic. 11. ad Atti. 225. 5.

Mare barbarum, pro Indico. Horat. 2. Carm. 19. ode 4.

Barbari nunc dicuntur, qui alia lingua utuntur quàm Latina, quòd ea mitior sit, & cultior: aut qui ea Latina loquuntur quidem, sed contra ornatum linguæ, & deprauatè.

Barbarus, Agrestis, durus, sæuus. Plaut. Bacchi. 2. 13,

——ò Lyde, es barbarus.

Immanitate barbaræ gentes. Cic. pro Marcello, 4.

Agrestes ac barbari serui. Cic. pro Milone, 19.

Inhumanus & barbarus: cui Commodus & Disertus opponuntur. Cic. 5. Verr. 18.

Immanis ac barbara gens: cui opponitur Humana, atq; Docta. Cic. 2. de Diuinatione, 3.

Lingua & natione barbarus. Cic. 6. Verr. 100.

Natura & moribus barbarus. Cic. 6. Verr. 100.

Sermõe barbarus, aut barbara. Oui. 1. de Remedio amoris, 68.

Sordida & barbara myrrhæ species. Plin. lib. 12. cap. 16.

Consuetudo hominum immanis ac barbara immolandorũ hominum. Cic. pro Fonteio, 18.

Cordà barbara. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 2. 20.

Mos barbarus. Horat. 1. Carm. ode 27. 1.

Barbaram patriam dixit Virgil. 1. Aeneid. 109.

Tellus barbara. Ouid. 7. Metam. 11.

In barbarum corrupta. Tacitus lib. 5.

Augere in barbarum. Tacit. lib. 21.

Barbarior, et Barbarius cõparatiui. Ouid. 3. de Põt. eleg. 2. 16.

Barbarè (βαρβαρεῖ) Aduerbium: ut, Barbarè loqui, non rectè proferre. Cic. 2. Tuscu. 18, Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: aut si, &c.

Barbarè, Rusticè. Horat. 1. Carm. ode 13. 3.

Barbaricus, pen. corr. (βαρβαρικός) Adiect. eiusdem penè significationis cum Barbaro. Apuleius, Feris ac barbaricis moribus. Hoc est, asperis & incultis.

Barbaricum aurum dixit Virgilius, pro multo, uel ex Barbaria aduecto, 2. Aeneid. 101. Seruius.

Çor barbaricum. Silius lib. 15. 138.

Barbarica lege ius suũ psequi, id est, Romana. Plaut. Capt. 8. 32.

Barbarica pauimenta, siue subtegulanea, primò facta apud ueteres ex testis tusis, rudere & calce. Plin. lib. 36. cap. 252.

Barbarica supellex. Liu. 1. bel. Pun. 239.

Barbarica sylua, Columel. lib. 11. cap. 2. 63. Tum etiam syluam siquis barbaricam, id est, cõsemineam uelut sacere, rectè conseret glandibus, & cæteris seminibus.

Vestes barbaricæ, id est, pretiosæ. Lucret. lib. 2. 101.

Vita barbarica. Claud. 2. in Eutrop. 46.

Barbaricum, Substantiuum (βαρβαρικόν) appellatur clamor exercitus, uidelicet quòd eo genere barbari utantur. Festus.

Barbaria, Barbarorum regio. Cic. 3. in Catilinã, 69. Quale bellum nulla unquam Barbaria cum sua gente gesit.

Barbaria, cui opponitur Græcia & Italia. Cic. 2. de Finib. 79, Philosophus nobilis, à quo non solum Græcia, & Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est.

Nulla in Barbaria. Cic. in Pisonem, 12.

Barbaria, Rusticitas, duritia, sæuitia.

Barbaria forensis. Cic. 1. de Orat. 57.

Grandis barbaria. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 1,

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nũc barbaria est grãdis, habere nihil. Id est, hic agrestis & rudis habetur, qui pauper est.

Inhumana barbaria. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 1.

Barbariam inueteratam delere ex moribus & disciplina. Cic. pro Cornelio, 34.

Resistere immani atq; intolerandæ barbariæ alicuius. Cic. pro Fonteio, 28. Vide Intolerabilis.

Barbaries (βαρβαρεία) Inciuilitas, ineptia, ruditas: ut, Barbaries domestica. Cic. de Clar. Orat. 139.

In ipsa barbarie, pro Inter ipsos barbaros. Cic. 2. de Nat. deor. De Scythis & Britannis.

Colligere barbariem. Claud. de bel. Gild. 87.

Barbarismus (βαρβαρισμός) Vitium in communi sermone: in poemate uerò Metaplasmus. Item barbarismus in nostra loquela: in peregrina Barbaralexis dicitur: ut siquis dicat, Mastruga, Cateia, Magalia, Acinaces.

Barbarismus autem fit duobus modis: scripto, et pronunciatione. His bipertitis, quatuor species supponuntur: additio, detractio, immutatio, transmutatio literæ, syllabæ, temporis, toni, aspirationis.

Per additionẽ literæ, fiunt barbarismi: ut, Relliquias Danaũm: quum reliquias per unũ l, dicere debeamus. Syllabæ: ut, Nos abisse rati, pro Abijsse. Tẽporis: ut, Italiã fato: quum Italiã, correpta prima syllaba dicere debeamus.

Per detractionem literæ: ut, Infantibu' paruis, pro Infantibus. Syllabæ: ut, Salmentum, pro Salsamẽtum. Tẽporis: ut, Vnius ob noxam, correptè: pro Vnius, productè.

Per immutationem literæ: ut Olli, pro Illi. Syllabæ: ut, Pernices, pro Pernicies. Temporis: ut, Feruere Leucaten, quũ Feruere sit secundæ coniugationis, & productè dici debeat.

Per transmutationem literæ: ut, Euandre, pro Euãder. Syllabæ: ut, Disciplina, pro Disciplina. Tẽporis: ut, Siquis Deos, producta priori syllaba, & correpta posteriori pronunciet.

Toni quoq; similiter, per has quatuor species commutantur. nã & ipsi adijciuntur, detrahuntur, mutantur, & transmutantur: quorum exempla ultro se offerunt, siquis inquirat.

Totidem etiam modis per aspirationem deprehenditur barbarismus: quam quidam scripto, quidam pronunciationi indicant ascribendam, propter H scilicet, quam alij literam, alij aspirationis notam deputant.

Fiunt autem barbarismi per hiatus, & collisiones.

Sunt etiã malè pronunciationis uitia, quæ nõnulli barbarismos esse putant, in quibus sunt metacismi, labdacismi, iotacismi, hiatus, collisiones, & omnia quæ plus æquo, minusue sonantia ab eruditis auribus respuuntur. Nos cauenda hic omnia uitia prælocuti, controuersiam de nomine pertinacibus relinquamus. Hæc Donatus. Martial. lib. 6. 17,

Cinnam Cinna me te iubes uocari:
Nõ est hic, rogo, Cinna barbarismus? De barbarismo uideto multa apud Quintilia. lib. 1. cap. 5. & cap. 10.

Barbata] à Plinio numeratur inter aquilæ genera: quã etiam Tuscis Ossifragam uocari scribit. Vide lib. 10. cap. 3.

Barbatia] βαρβατία, oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. ca. 28, Quidã (inquit) & alia duo oppida lõgis interuallis Tigris prænauigari tradunt, Barbatiam, mox Thumatam, &c.

Barbatus, Barbiger] Vide Barba.

Barbesula] Hispaniæ Bæticæ oppidũ est, in cõuentu Gaditano: & fluuius, qui urbi nomen fecit. Vide Plin. lib. 3. cap. 1.

Barbilos] βαρβιλῶν, dicitur arbor enata de Persici osse, ut scribit Cæl. Antiq. lib. 9. cap. 4.

Barbitos] pen. corr. (βαρβιτῶν) non à barbaro deducitur, licet barbarum, hoc est, peregrinum uocabulũ sit. Significat autem maiorem lyram, organo similem sono. quidam latiorem partem lyræ esse existimant, & tam mascul. & fœm. genere,

Digitized by Google

genere quàm neutro reperitur.

Masculino. Horat. 1. Carm. ode 32. 1,
—Age dic Latinum barbite carmen.

Fœminino, Ouidius 21. Epist. 2,
Non facit ad lachrymas barbitos ulla meas.

Neutro, Ausonius, Hoc genere, & chordas, & plectra, & barbita conde.

Lesboum barbiton Horatius uocat propter Alcæum Lesbium poetam lyricum, & Sappho poetriam ex eadem Lesbo, eodemq; tempore celebrem. Horat. 1. Carm. Ode 1. 7,
—nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Barbo] genus piscis, à Venetis ita dictum, quòd gemina barba insigniatur inferiore labro. Alio nomine mullus dicitur: à Græcis autem Trygla. Ex Sipontino. Cic. in Paradoxis, & Columella 3. de Re rustica, mullum barbatulum uocant. Quod si ita est, fortasis is est piscis, quem aliqui capum marinum, Galenus cytharum, nostri Galli rossetam dicũt: quidam etiam Vngiau. Mullum autẽ imberbem Plinius alutarium uocat. Massarius in lib. 9, Plinij subscribit Sipontino. Volaterranus quoq; lib. 25. sic ait, Cice. barbatulos mullos uocat, libro de Paradoxis. Quapropter eum existimauerim, quem hodie Barbum appellant.

Barce] Βάρκη, urbs Africæ in Cyrenaica regione, alio nomine dicta Ptolemais. Author Strabo. De hac sic Seruius, Barce ciuitas est Pentapoleos, quæ hodie Ptolemais dicitur. Nã Cyrene & Barce reginæ fuerunt: quæ singulis dederunt ciuitatibus nomina. Silius lib. 3. 51.

Barce promontorium, Plin. lib. 5. cap. 1. 9.

Barcino] pen. cor. (βαρκίνων) Colonia Fauentia dicta, ciuitas est Hispaniæ Tarraconensis celebratissima, cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 3, in descriptione Hispaniæ citerioris. Barcelona uulgò. Ausonius in tertia Epistola ad Paulinum.
Tarraco, & Ostrifero superaddita Barcino ponto.

Bardi] Βάρδοι, erãt uates, aut magi, aut Philosophi in Gallia, de quibus Lucanus lib. 1. 89.
Strab. lib. 4, Apud Gallos eximio in honore sunt Bardi, Vates Druidæ. Bardi quidem laudationibus rebusq; poeticis studeant, Vates autem sacrificiorum naturaliumq; causarum curæ dediti. Druidæ præter causarum naturaliũ studia, moralem disciplinam exercent. Diodorus Siculus lib. 6. cap. 9, Sunt & apud Gallos melodiarum poetæ, quos appellant Bardos. Hi cum organis ueluti cum lyra cantant, hos laudãtes, alios uituperantes.

Bardiacus] pen. corr. (βαρδιακὸς) Genus uestis quod cucullum nõ habet. Martialis lib. 4. 4, Lasi bardiaci os quod euocati. Versus est Phaleucius. Habet nomen à Bardijs Galliæ gente, quòd hæc eo uestis genere præcipuè uteretur.

Bardocucullus] Penulæ Gallicæ genus, quæ cucullum habet. Martialis lib. 14. 133,
Gallia Santonico uestit te bardocucullo:
Cercopitecorum penula nuper erat.

Bardus] βλάξ, Stupidus, à tarditate ingenij appellatur. Cæcilius, Nimis audacem, nimisq; bardum, barbarum. Trahitur autem à Græco, quod illi βάρδιστον dicunt. Bardus, Gallicè cantor appellatur, qui uirorum fortium laudes canit, à gente Bardorum. Hæc Festus. Nonius, Bardus est ui præpostera, & ingenio tardus. Nam Græci βραδεῖς tardos dicebant. Plaut. Epid. 9. 36, Ego illic me autem aßimulabã quasi stolidum, quum bardum me faciebam. Cicero de Fato 16, Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obstructas eas partes obturatas esse dicebat.

Baria] inquit Porphyrion, locus est in Sabinis celeberrimus. Horat. 1. Epist. 14. 1, ad Villicum de agello suo.

Baris] baridis, pen. cor. f. g. (βάρις) lingua Aegyptia significat cymbam, qua uehebantur cadauera ad sepulchra. Propert. lib. 3. 11. 9,
Baridos & contis rostra Liburna sequi.

Barium] Βάριον, Apuliæ oppidum, quod Plin. dicit antea Iapygem uocatum, à Dædali filio Iapyge. uulgò Barri.

Barium, rij, (βάριον) urbs Apuliæ. Horat. Satyr. 5. 20, Bari mœnia piscosi: pro Barij.

Barones] pro uiris fortibus, quidam putant esse Latinum: citantq; locum Ciceronis ad Atticum, li. 5. 98. 5, Apud Patronem, & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Quum tamen uariet lectio: sintq; qui legãt Patrones, id est, Epicureos: alij Varrones.

Barrus] barri, Lingua Sabina, Elephas dicitur. A cuius ossis similitudine dentes barri dicuntur. Horat. Epod. 1. 2. 1, Quid tibi uis mulier nigris dignißima barris? Hinc ebur dictum putat Seruius. Barrire elephantes dicuntur. Festus.

Barritus, huius barritus, pen. prod. Vox elephanti.

Barritus, Romanorum militum clamor. Vegetius lib. 3. ca. 18, Clamor autem, quem quidam barritum uocant, non prius debet attolli, quàm acies utraq; se iunxerit.

Bascauda] Βασκαῦδα, Vas Britannicũ. Mart. li. 14. 104,
Barbara depictis uenit Bascauda Britannis:
Sed me iam mauult dicere Roma suam.

Basiatio, basiator] Vide Basium.

Basilea] pen. prod. (αὐγάρ ἀπὸ τῶν Ῥαυρικῶν) Rauricorum Augusta. Germaniæ nobilis urbs, ad Rhenum flumen sita, nõ procul ab Argentorato, uel Argentina. Volaterranus.

Basilica] pen. cor. (βασιλικὴ) Locus amplius, in quo & cõsilia priuata & iudicia, & arbitria conficiũtur, in qua expectant aliquando salutatores, & conuiuia maxima fiunt, & saltationes, & ludi: dicta quasi regia. Nam Græci βασιλικὸν, hoc est basilicã, regiam dicunt: quã uocem nos quoq; in eadem significatione frequentißimè usurpamus. Hicetanus Sipontinus. Cic. Attico, libro 2. 29. 2, Basilicam habeo, non uillam frequentia Formianorum, at quam partem basilicæ tribum Aemiliam. Idem 6. Verr. 5, Qui forum ac basilicas, non spolijs prouinciarum, sed ornamentis amicorũ, cõmodis hospitum, non furtis nocentium, ornarent. Nos autem ex Hieronymo & antiquis authoribus pro sacris ædib. assumimus: quas quidam Ecclesiam uocant.

Spacio basilicæ honestari, Cic. pro Murena, 64.

Basilicam tegere, Cic. 4. ad Atticum, 86. 4.

Basilicus, (βασιλικὸς) Adiectiuum. Festus, Basilicum, regale: nam βασιλεύω est regno.

Basilicæ edictiones, Plaut. Capt. 13. 42.

Basilica facinora. Plaut. Trin. 14. 22, id est magnifica.

Basilica nux dicitur iuglans, teste Plinio, lib. 15. 22. 2.

Basilicus status, Plaut. Pseud. 7. 43.

Basilicus uictus magnificus & planè regius, Plaut. Persa.

Basilica uitis. Plin. lib. 14. cap. 2. 8, Basilicam Dyrrachini celebrant, Hispaniæ cocolobin uocant. Rarior uua, æstus, Austrosq; tolerat, capiti inimica, copia larga.

Basilicè (βασιλικῶς) Aduerbium, Regiè: ut, Basilicè uiuere uel saluere, & basilicè ornatus, Plaut. Pœnulo 7. 74.

Basilicè eleuthexia agere. Plaut. Persa 2. 30. id est magnificè, prouerbiali figura dictum.

Basilicè interij. Plaut. Epid. 2. 54, id est uehementer.

Basilicum, uestimenti genus, Plaut. Epid. 5. 49.

Basilicum, uitis genus, apud Columellam lib. 3. cap. 9. 1.

Basiliscus] βασιλίσκος, genus serpentis: dictus (ut ait Festus) uel quòd in capite habeat album quiddam instar diadematis: uel quòd reliqua serpentũ genera uim eius fugiãt.

Digitized by Google

Vide Plinium lib.8.cap.21.6, Latinè dicitur Regulus.

Basilius Cæsariensis] βασίλιος, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporib. floruit. is Cæsareæ Cappadocum præsul factus, iussus est à Valente, qui Arrianis fauebat, deserere officium, atq; in exilium abire. Quumq; ille minimè obtemperaret, atque uti contumax, tribunali præsecti adhiberetur, ac minis parêre principi diu frustra tentaretur, nox ei spacij ad deliberandum datur. Basilius, Nequaquam ego, ait: tu potius in hoc spacio ab incæpto desistes. Itaq; in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper parnula extincta, Valens rogatum misit ad Basilium, ut precibus ad Deum fusis ipse saltem seruaretur. Sic itaq; accidit, ut Basilius seruaretur. Hæc ex historia Ruffini.

Basis] huius basis, f.g. (βάσις) Sustentaculum & inferior columnæ pars: sicut epistylium superior, authore Sipontino. Cic.5. Tuscul. 92, Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. Et Paulò pòst 93, Quò quum patefactus esset aditus, ad aduersam basim acceßimus.

Bases structiles, sunt uelut sedimenta columnarũ, non solido lapide cæsa, sed opere cæmentitio, lateritióue coagmentata: quibus columnæ βεβήκασιν, id est nituntur, ipsæ quidem solido lapide constantes. Pomponius Iuriscons. Statuæ affixæ basibus structilibus. Budæus.

Basis pro fundamento & sede alicuius rei: ut Basis statuæ. Cic. 4. Verr. 115, Hi tamen istius euertere statuam non dubitarunt: qua ablata, basin tamen in foro manere uoluerunt. Idẽ lib 2. de Natura deorum 187, Basis autem trianguli quam efficiunt grues, &c.

Basis pro ipsa columna uidetur etiam accipi. Plin. lib. 17. c. 25. 4, Simili modo Trallibus palma in basi Cæsaris dictatoris.

Basis & statua Cic. Philip. 267.

Basis trophæorum. Cic. in Pisonem, 73.

Basis uillæ. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 9.

Basium] basij (φίλημα) Donatus in Eunuchum Terentij 3. 2. 3, Tria sunt oscula ndi genera, oscu lum scilicet, basium, & suauium. Oscula, officiorũ sunt: Basia, pudicorum affectuũ: Suauia, libidinum uel amorum. Martial. lib. 2. 10,

Basia dimidio quòd das mihi, Posthume, labro,
Laudo, licet demas hinc quoq; dimidiam.

Basiorum multa millia. Catul. epigram. 16. 3.

Conturbare basia, Catul. epigram. 5. 8.

Da mihi basia mille, deinde centum. Catul. epigram. 5. 2. & 8,

Basia mala fascinare lingua. Catul. epigram. 7. 11,

Basio, basias (φιλέω) basiare. Mart. li. 7. 94, Et totum Line basiare Romam.

Basiare basia. Catul. epigram. 7. 2.

Vsq; ad millia basiare. Catul. epigram. 45. 1, Sub. basia.

Bastatio, Verbale. Mart lib. 7. 94. Hybernas Line bastationes.

Bassareus] pen. cor. per eu diphthongõ (βασσαρεύς) Dictus est Bacchus, ἀπὸ τῦ βάσσω, quod est declamo, uociferor, ob bacchantium tumultuarium clamorem. Quamuis Bassareũ aliqui nominatum uelint à genere uestis baccharum: unde & Bacchæ ipsæ Bassarides dictæ, à Bassara ueste, quæ usque ad pedes demissa est, dicta à bassara loco Lydiæ, in quo fit. tali enim numina uti uolunt. Hæc Sipontinus.

Horatius 1. Carm. Ode 18. 3,

——non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam Vide Acronem in eum locum.

Bassaricus, Adiectiuum (βασσάρος) Proper. 3. eleg. 17. 6,

Candida laxatis onerato colla corymbis,
Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. id est Bacchicas, hoc est tuas. scribit enim ad Bacchũ, qui & Bassareus uocatur.

Bassaris] huius bassaridis (βάσσαρις) Agaue, Bacchi sacerdos. Persius Sat. 1. 10, Et sectum uitulo caput ablatura super bo Bassaris.

Saleius Bassus] poeta Epicus, cuius fuit, teste Quint. li. 10. cap. 1, uehemens, ac poeticum ingeniũ: nec ipsum senectute maturum, præueniente fato, quemadmodũ & Valerio Flacco contigit. Item Ausidius Bassus historicus Quintiliani temporibus bellum Germanicum scripsit. Vide Quint. lib. 10. cap. 1. Cæsius Bassus inter Lyricos ab eodẽ ponitur. de quo sic scribit Probus, Cæsium Bassum Poetam Lyricum fuisse in prædijs suis ardente Vesuio & latè uagantibus ignib. cum uilla sua flagrasse. Quintilianus quoq; se eum uidisse ait. Bassus item, & Sextius Niger Romani homines, de medicina Græcè scripserũt. Author Volaterranus. Præter hos fuit Bassus martyr, sub Decio clauis ferreis confixus.

Bastarnæ, siue Basternæ] βαστάρναι, populi Europæ in Sarmatia: de quibus Strabo lib. 7, Truces Bastarnæ: & Tumentes Basternæ, apud Claudianum.

Bat] βάτ, Vox est qua uti solemus, quum quempiam corripimus, iubemusq; eum tacere, Plaut. Pœnu. 5. 7,

Potin' aliam rem ut cures? C. at. P. bat. crucior. P.

Bata] Asiæ uicus, & portus, ubi Sinope urbs Austrum uersus huic oræ plurimũ uidetur opponi. Verba sunt Strabo. li. 11.

Batala] antiquißimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum alijs eorum oppidis à Liuio commemoratum.

Batalus] odiosus quidã & turpis, autore Suida. Virg. in Diris, Batale, cygneas repetamus carmine uoces. Quædã exẽplaria legunt, Battare, cycneas, &c. Vide Battalus.

Batalus] Cognomen Demosthenis.

Batauus] βάταβος, Adiectiuum, pen. indifferenti. Lucan. libro 1. 87, Vangiones, Batauiq; truces, quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ. Silius lib. 3. 123, Iam puer auricomo perfomidate Batauo. Corn. Tacit. lib. 20, Batani, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ oræ uicua cultoribus, simulq; insulã inter uada sitam occupauere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circunluit.

Batauus auris, pro agresti, & ineleganti, tetricaq;, Mart. lib. 6. Vide Eras. in Chiliad.

Bathyllus] βάθυλλος, adolescens Samius, quẽ Anacreon poeta Teius ardenter amauit. Horat. in Epodis, ode 14. 2,

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium. Alius fuit Bathyllus pantomimus, iocularator, & saltator: unde Iuuen. Molli saltante Bathyllo. Tacit. lib. 1, Indulserat ei ludicro Augustus, dum Mecœnati obtemperat effuso in amorem Bathylli.

Batillum] Ferreum instrumentum, quo pruna colligitur, ad similitudinem palæ. Id est batulum, quasi patulum primò uocatum: deinde batillum, per diminutionem dictum. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 33. cap. 8. 4, Batillis ferreis cadentibus ramento impositio, quod candidum permaneat, probatur. Varro 3. de Re rust. cap. 6. 4, Itaq; pastorẽ earum cum batillo circumire oportet, ac stercus tollere, ac conseruare: quod & ad agriculturam idoneum est. Horatius 1. Serm. Satyr. 5. 8.

Batillum aliud esse instrumẽtum declarat Varro 1. de Rerust. cap. 50. 2. his uerbis, Altero (inquit) modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneum habent incuruum batillum, in quo fit extremo serrula ferrea: hac quũ comprehendit fascẽ spicarũ desecat, & stramenta stantia in segete relinquit, ut postea subsecentur.

Batina] pen. prod. (βάτινα) oppidum Apuliæ. unde Horat. 3. Carm. Ode 4. 3,

——saltusq; Batinos, & arum

Pingue

Digitized by Google

Pingue tenent humilis Ferenti.

Batiocus] Genus uasis, à quo uinũ è cado hausturn ad mensam fertur. Plaut. Sticho 14.11. uulgò il boccale.

Batis] fœ. ge. (πρίθμον) Genus herbæ aculeatæ, sponte nascentis, quæ & hortensis & marina est. Plin. lib. 21. cap. 15.1. & Colum. lib. 12. cap. 7. 1, ubi duplici it batis scribitur. uulgò, Finocchio marino Herba di san Petro. Matth. Senen. Ruellius lib. 2. cap. 61, Batim duplicem ueteres prodiderunt: unam marinam, quam Græci crethmon, siue potius crithmon dicunt. Hæc fruticosa est herbula, cubitum unum alta, nascitur in maritimis, petrosis, folio copioso, pingui, albicante ueluti portulacæ, sed crassiore, latiuscula & salso gustu, floribus candidis. Semen ceu libanotidis odoratum, molle, siccatum rumpitur. Habet intus tritici modo candidum, radices digiti crassitudine tres aut quatuor, odorati saporis, & iucundi. Hanc officinæ simul cum uulgò cretham uocant marinã. Defertur ad nos sale & aceto condita. Altera batis hortensiana, quam Plinius asparagum Gallicum quibusdam dici tradit, Columella holus cordum, caule palmum erecto, folio pingui, &c. Paulò pòst, Hæc apud nos abolitoribus ad quotidianos usus consita nonnusquam spectatur comprehendisse. Vulgus nostrum bacilas, quasi baticulas ab Italis appellare didicit.

Batis, inter pisces numeratur à Plinio lib. 32. cap. 11. 4.

Batrachium] βατράχιον, Coloris species, quo ante inuentas personas faciem obungebant. Est & genus herbæ. Plin. lib. 25. cap. 13. 25. Ranunculum uocamus, quem Græci batrachium. uulgò pie coruino, pie di gallo, Herba sardonia, Apium risus, Matthiolus Senensis.

Batrachos] pen. corr. (βάτραχος) apud Græcos rana est. hinc Comœdia est apud Aristophanem quæ βάτραχοι, hoc est Ranæ inscribitur, quòd in ea ranas loquẽtes introducat.

Batrachomyomachia, pen. corr. (βατραχομυμαχία) Ranarum & murium pugna: de qua elegantem Homerus conscripsit libellum.

Battalus] pen. corr. (βάτταλος) fuit tibicẽ, qui lasciua, & uinolenta carmine complexus est, fecitq; adagio locum, Battali similis. Cœlius ait hunc primum omnium calceis fœmineis in scena usum fuisse, artemq; tibiarum omnium mollitie deprauasse, à quo fluxos & parum uiros, Battalos uocant, ut idem Cœlius author est.

Battiades] pen. corr. (βαττιάδης) Callimachus dictus est, id est Cyrenaicus, ut quidam uolunt, à Batto, qui Cyrenen condidit. Alij dicunt á patre suo, cui Batto nomen fuisse, nescio qua coniectura ducti existimant. Stat. lib. 5. Sylu. 3. 32,

—tu pandere doctus
Carmina Battiadæ.

Ab illo autem Batto, quem prius diximus, omnes Cyrenenses Battiadæ dicti sunt. Silius lib. 3. 51,

Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis
Battiadas prauos fidei stimulauit in arma.

Battologia] pen. corr. (βαττολογία) Multiloquium Latinè dicitur: cui opponitur Laconismos. Sumptũ à Batto quo piam inepto poeta, qui in hymnis suis eadem crebrius itera bat. Copiosius in Chiliad. & in Annotationibus Erasmi in nouum Testamentum.

Battus] propriũ illius qui Cyrenen condidit, ut author est Strabo lib. 17. Ab hoc & Cyrenenses Battiadæ dicti sunt. Vide Battiades. Catullus epigram. 7. 1.

Solinus cap. 40. Lacedæmonium hunc fuisse scribit. Plura habet Herodotus lib. 4.

Batuo] batuis (ἀλλοάω) batuere, Percutere, uerberare. Plaut. Casina 11. 60,

—qui quæso potius, quàm sculponeas?
Quibus batuatur tibi os, senex nequissime? Plin. lib. 31. cap. 9. 7. Cic. Peto, 9. 22. 13, Batuit, inquit, impudẽter, depressit multo impudentius.

Batuere, Pugnare. Sueton. in Caligula, cap. 54.

Batuere cum aliquo. Sueton. in Caligula, cap. 32.

Batus] βάτος, genus mensuræ liquidorum, apud Hebræos, quæ sextarios septuaginta duos capit. auth. Ioseph. lib. 3. circa finem.

Baubor] baubaris, βαύζω, baubari Deponens, Latrare. Factitium uerbum à uoce canum quum latrant. Lucretius lib. 5,

Et quum deserti baubantur in ædibus.

Baucis] βαυκίς, anus pauper, quæ cum uiro suo Philemone, Iouem & Mercurium hospitio susceperit. De quibus Ouid. li. 8. Metam. 127.

Hi uersi fuerunt in arbores.

Panuncia Baucis, Persius Sat. 4. 2.

Bauius & Meuius] βαύιος καὶ μεύιος, ineptissimi poetæ fuerunt, qui Virgilio suam gloriam inuiderunt. De quibus ipse 3. Eclog. 16,

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

Bauli] βαῦλοι, uicus inter Baias & Missenũ, ubi boues quondam Herculis, dum iuxta Cumas hospitatus esset, stabulati esse dicũtur. Hinc Boalia primùm locus appellatus est: deinde uetustate corrupto uocabulo Bauli. Symmachus,

—corrupta Boalia Baulos
Nuncupat hæc ætas.

Corn. Tacit. Nero matrem elicit ad Baias, ubi quinquatrium celebrabat, excepitq; manu, & complexu, ducitq; Baulos. Id uillæ nomen est inter Missenum promontorium, & Baianum locum, flexo mari abluitur.

Baxeæ] κρηπίδες, Crepidæ & calceamenta, propriè philosophorum. Apul. de Asino, Nec quid pallio, baculoq; & baxeis & hircino barbitio philosophum fingeret, Plautus Menæh. 9. 34.

B D

Bdellium] βδέλλιον, arboris genus, de qua sic Plin. lib. 12. cap. 9, Vicina est, inquit, Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. Arbor nigra est magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaq;. Huius arboris Gummi est id, quod Aromatarij Bdellium uocant.

B E

Beatus] pen. prod. (μακαρίος, ὄλβιος, εὐδαίμων) Felix, qui rebus omnibus ad uitæ usum, ornatumq; spectantibus abundat. Ideoq; locupletes sanè omnes beatos uocamus: ut apud Iuuenalem, Vetulæ uesica beatæ. Vnde apud inferos, in Elysiis campis beati uocantur, & à nobis, qui apud superos uiuunt: ut penè idem sint felices & beati, felicitas, & beatitudo. Sunt & aliæ res pro sua quæq; natura beatæ felicesq;: ueluti de uoce apud Quintil. lib. 11. cap. 3, Ornata est pronũciatio, cui suffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis. Beata dixit, pro eo quod est plena & perfecta. Hæc Valla, lib. 4. Cic. 5. Tusc. 42, Neq; ulla alia, huic uerbo, quũ beatũ dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio.

Beatus, pro diuite & opulento. Cic. in Salust. 12. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 5, Scis here te, mea lux, iuueni placuisse beato.

Felix & beata, Plin. lib. 12. cap. 13. 4.

Ab omni parte beatum, Beatissimũ, Horat. 2. Carm. Ode 16. 6.

Auro beatius omni. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 1.

Diuitijs beatus. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 15.

Laudum omni cumulo beatus. Stat. lib. 4. Sylu. 3. 32.

Persarum rege beatior. Horat. 3. Carm. Ode 9. 1.

Terq; quaterq; beati. Id est, ut Seruius ait, sæpius. Finitus numerus pro infinito. Aut potius, Beatissimi, sic enim & Graeci poetæ

Digitized by Google

ci poetæ τριόλβιον, uocant à numero ternario, Virgil. 1. Aeneid. 20.

Virtute beatus, Horat. 2. Serm. Sat. 6. 15.

Longè beatior, Ouid. 4. Metam. 65.

Palam beatus. Vide Palam.

Arces beatæ, Horat 2. Carm. Ode 6. 5.

Arua beata, Fertilia, Horat. Epod. 16. 9.

Beata & libera ciuitas. Cicero Messenio 6. 21. 11.

Ciuitas beatissima & opulentissima, Cic. 3. de Nat. deor. 117.

Commoda beata. Catul. epig. 20. 5. ad Furium.

Homines beatiores. Catul. epig. 9. 2, ad Verannium.

Mors beata, Cic. de Amic. 22.

Nox beata, Claud. 6. Paneg. 31.

Opes beatæ. Statius lib. 1. Sylu. 5. 9, Ora beatior, Ouidius Epist. 15. 36.

Rebus beatis mitior, Senec. Hypp. 5. 16.

Beata & florens Respublica, Liu. 4. bel. Maced. 22.

Rus beatum, Fertile & amœnum, Horat. 1. Epist. 10. 3.

Sedes beatæ, Virg. 6. Aeneid. 128.

Terra beata, Ouid. epist. 15. 38.

Beatæ thermæ, Martial ib. 9. 79.

Vita beata, Horat. 2. Serm. saty. 4. 19. Cicer. 2. de Finibus, 98, Nos beatam uitam nō depulsione mali, sed adoptione boni iudicemus.

Dici beatus. Ouid. 3. Metam. 28, ——ultima semper
Expectanda dies homini est: dicíq; beatus
Ante obitum nemo, supremáq; funera debet.

Vrbes beatæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 7.

Fruantur beati æuo sempiterno, Cic. de Somnio Scip. 8.

Numero beatorum eximere aliquem. Id est, non iudicare beatum, Horat. 2. Carm. Ode 2. 4.

Vnum beatiorum se facere alicui, Catul. epig. 10. 4.

Beatulus, pen. cor. Diminutiuum. Persius Sat. 3. 11,
——tandemq; beatulus alio Compositus lecto.

Beatè, Aduerbium, Feliciter: ut Beatè uiuere. Cic. 1. Acad. 49, Spoliauit enim uirtutem suo decore, imbecillamq; reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè uiuere.

Bene beateq; uiuere, Cic. in Parad. 17.

Sit tibi benè ac beatè, Catul. epig. 20. 3.

Beatitas, pen. cor. & Beatitudo, pen. prod. (μακαριότης, ὄλβος) Cic. 1. de Natur. deorum 132, At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda est, &c. Prius autem minus est in usu. Quintilianus citat eadem lib. 8. ca. 3. Vtitur & Macrobius 12. Budæus.

Beo, beas, beare, Beatum facere (ὀλβιόω) Plaut. cap. 4. 34. Foris aliquantulum etiam quod gusto, id beat. Terent. Eunuch. 2. 2. 48, Ecquid beo te?

Cœlo aliquem beare. Id est, donare cœlo, Horatius 4. Carm. Ode 8. 6.

Munere aliquem beare. Horat. 1. Epist. 19. 15.

Semet beare, est indulgere animo, phrasi quadam Epicurea, qui summum bonum uoluptatem aiebant esse. Horatius 2. Carm. Ode 3. 2.

Bebryces] pen. indifferenti (βέβρυκες) Populi Asiæ iuxta Pō tum, Stephan. Item populi, apud Iberos in Europa, Silius lib. 3. 85.

Bebrycius (βεβρύκιος) Adiectiuum, & Bebryx, Bebrycis, pen. indifferente. Valerius Flaccus, & Silius lib. 3.

Arena Bebrycia, Stat. lib. 4. Silu. 5. 6.

Fretum Bebrycium. Valer. 4. Argonaut. 44.

Nemus Bebrycium, Stat. 3. Thebaid. 71.

Bebryacum] βεβρύακον, Vicus est inter Cremonam & Veronam, qui uulgò dicitur Labina, clarum duabus cladibus Romanorum. Corn. Tacit.

Bebryacenses, βεβρυακήσιοι, qui est ex Bebryaco uico.

Bebryacum palatium, Iuuen. Sat. 2. 11, Bebryaci in campo spolium affectare palati, &c. Vbi palatium Bebryacum uocatur campus belli ciuilis in Bebryaco uico facti, quòd in eo mollissime uelut in palatio, Otho Imperator à militibus Vitellij fraude uictus est.

Bechion] Herba (βηχίον) Plinius libro 26. capite 6. 2, Tussim sedat bechion, quæ & tussilago dicitur. Vide Tussilago. uulgò dicitur, Farfara, siue farfarella, siue Vngula Caballina.

Beda] βήδας, natione Anglicus, ob uitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus. Claruit sub Ioanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa soluentes, Hispaniam inuaserunt: ex quo Bedæ literis principes ad eam recuperandam solicitauit. Græcè Latinèq; eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum, in Lucam. Volaterranus.

Beduini] ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt, quapropter hæretici sunt appellati. ut nulla ratione, inermesq; unà cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem uitari non posse, fatoq; omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volaterranus.

Bee] βέε, Vox ouium. Varro 2. de re Rust. cap. 1. 7, Non enim me, sed bee sonare uidentur oues uocem efferentes.

Bela] μῆλα, Oues nominauerunt antiqui Latini: unde belare. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 7. Vnde aurea mala, id est secundum antiquam consuetudinem capras & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim sua uoce Græci appellarunt μῆλα. Nec multò secius nostri ab eadem uoce, sed ab alia litera bela uocauerunt. Non enim me, sed bee sonare uidentur oues uocem efferentes: à quo post belare, dicunt, extrita e litera, ut fit in multis.

Bela, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis uectigalibus immunes fecit. Primus Bizantios nummos, argenteamq; monetam percussit. Decessit tandem equo lapsus, fractusq; membra, post annos regni tres, sepultus in cœnobio S. Seruatoris ab eo constituto. Fuere quatuor huius nominis Pannoniæ reges, ut author est Volaterranus lib. 8.

Belgæ, Belgarum] βελγαι, Galliæ populi multarum ciuitatum, oppidorum, ac locorum, mari Oceano, Rheno, Matrona, & Sequana fluminibus inclusi. In his sunt Metropoles Treuerensis, Colonienſis, Maguntina, Rhemensis: cum earum suffraganeis, intra Oceanum mare ac earum tria flumina constitutis. Item Brabantia, Flandria, Hollandia, Gheldriæ ac Phrysiæ pars, tota Picardia, Hannonia, Iuliacum, Virtutum comitatus, ac Campaniæ maxima portio, Sylua Arduenna uniuersa.

Belga, βέλγης, singularis numerus, unus ex Belgis. Lucanus li. 1. 86, Et docilis tector monstrati Belga couini.

Belgicus, pen. cor. βελγικός, Adiectiuum, ut Esseda Belgica. Virgil. 3. Georg. Belgica uel molli melius feret esseda collo. Vbi Seruius, Belgica esseda, Gallicana uehicula.

Belgium, erat Bellouacorum ciuitas magna, & inter Belgas authoritate atq; hominum multitudine præstans. Belgij mentionem facit semel & iterum Cæsar, Belli Gallici lib. 5. Hircius quoq; lib. 8.

Belides] Vide Belus.

Bellizarius] βελισαρίος, Iustiniani Principis dux, Græcus, Persas in Oriente uicit: Vandalos uerò in Africa, ducto in triumphum Gilismere: Gothorum in Italia gentem, capto Victige, rege superauit. Post hæc Africam repetens, Vandalos redintegratis uiribus, bella renouantes, Reipublicæ subdidit, interfecto eorū rege Guntarit sub pacis dolo. Victor

inde

Digitized by Google

inde Romam *reuersus, crucem aureã, ubi res eius gestæ cælatæ fuerant, Petri basilicæ obtulit.* Plura Volaterranus.

Bellaria] *bellariorum* (ἐπιδορπισμὸς, πραγήματα, πέμματα) *dicuntur cibi ad irritandam gulam compositi, authore* Donato. Gellius lib. 12. cap. 11, *Vocabulum bellaria, significat omne mensæ secundæ genus: nam quæ πραγήματα, Græci, aut πέμματα, dixerunt, ea ueteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc nomine appellata dictaq; esse Liberi bellaria.* Hactenus Gellius. Plautus Truculen. 9. 27, *Fer huc uerbenam mihi, thus & bellarias.*

Bellarium & Bellaria, *res bellis aptas appellabant.* Festus.

Bellator] *bellatrix.* Vide Bellum.

Bellatulus] *belle,* Vide Bellus in Bonus.

Bellerophon] *pen. cor. uel* Bellerophõtes (βελλεροφόντης) Glauci regis filius, & qui ipse regnum apud Ephyram tenuit, quo priuatus à Præto Argiuorum rege, ab eodemq; seruus domi habitus, ac de stupro ab eius uxore Sthenobœa, quæ Anthea Homero dicitur, solicitatus est. Qui tale facinus quum auersaretur, ab eadem apud uirum falso accusatus, cum literis ad Ariobatum socerũ missus est: quibus scribebatur uti ille occideretur. Ariobatus itaq; eum contra Chimeram monstrum misit, qui equo Pegaso assumpto, illam è uestigio superauit. Posthæc ad Solymorum bellum, postremò ad Amazonas missus, uictor pariter redijt: pro quibus meritis Ariobati filiam duxit Archimenen, ex qua filios suscepit Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam. Author Homerus Iliad. 6.

Bellerophontes literas affert, Prouerbiũ, quum quis literas ueluti commendatitias perfert, quæ cõtra ipsum sint descriptæ. Vide Erasmi Chiliadas.

Eques ipso melior Bellerophonte, Horat. 3. Carm. Ode 12. 2.

Bellerophon castus, Horat. 3. Carm. Ode 7. 3.

Bellerophonteus, pen. prod. Adiectiuũ (βελλεροφόντης) Propert. lib. 3. eleg. 3. 1,

Visus eram molli recubans Heliconis in umbrâ,
Bellerophontei quâ fuit humor equi.

Bellerophontei equi, id est Pegasi. Intelligit autem Hippocrenen fontem, quem Pegasus ungula aperuerat.

Bellerus] Corinthiorum primas quidem, à quo interfecto, Bellerophontes dictus est, quum antè Hipponous diceretur. Ex commentarijs in Bocatium.

Bellica] Columella erat ante Bellonæ templum super quam hastam iaciebant, quum bellum inducebatur. Festus.

Bellicus] *belliger, belligero.* Vide Bellum.

Bellior] Vide Bellus in Bonus.

Bellipotens] Vide bellum.

Bellitudinem] *sicut magnitudinem Verrius dixit.* Festus.

Bello] *bellas.* Vide Bellum.

Bellona] *pen. prod.* (σὺν ὰ) Dea belli, sororq; Martis, dicitur alio nomine Pallas, Virg. 9. Aeneid.

Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

Gaudens Bellona cruentis. Horat. 2. Sermo. satyr. 3. 45.

Bellona uindex. Claudian. in Eutrop. lib. 1. 63.

Hasta Bellona. Stat. 2. Thebaid. 144.

Agitata motu Bellonæ, *de sacerdote quadam inquit Tibullus lib. 1. eleg. 6. 9.*

Bellonarij (σὺν ὀνεοι) sacerdotes Bellonæ, qui lacertos, humerosq; concidebant. Acron.

Bellouacum] pen. cor. (βελλάκαοι) Ciuitas est in prouincia Rhemensi ac Francorum regno sita. Cuius populi Bellouaci uocantur, inter Belgas, olim belli gloria eximij, quos Cæsar eorum duce interfecto, in potestatem accepit. Apud Cæsarem in Commentarijs, lib. 8.

Bellouesus] Vide Ambigatus.

Bellua] θηρίον, Immanis fera, quasi bellum gerens. Terent. Eunuch. 3. 1. 25, Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas? Cic. Mario lib. 7. 1. 13, Qumetiam misericordia quædã consequuta est atq; opinio eiusmodi, esse quandam illi belluæ cum genere humano societatem. De elephãto loquitur.

Fera bellua, Ouid. 13. Metam. 194.

Fera & immanis bellua, Cic. 4. Acad. 194.

Fluitantes & innantes belluæ, partim ad saxa natiuis testis inhærentes, Cic. 2. de Nat. deo. 145.

Ingens bellua, Horat. 2. Serm. sat. 3. 64.

Sæua bellua, Horat. 1. Carm. Ode 12. 5.

Squamosa bellua, Seneca Hippoly. 10. 12.

Bellua tetra, Claudianus in Eutrop. lib. 1. 27.

Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo; Cicero 4. Tusc. 68.

Belluarum nomine appellare singulas stellas, ut capram, ut lupam, ut taurum, ut leonem, Cic. 3. de Nat. deor. 53.

Bellua, per conuicium dicitur in hominem. Terent. Phorm. 4. 2. 11, Sed quid pertimui autem, bellua? Cic. 8. Philip. 242. Quin etiam de illo homine queri solebas; Quid te facturum de bellua putas?

Fera & immanis bellua, homo, Cic. 7. Verr. 85.

Feritas & immanitas belluæ in figura hominis, Cic. 3. Offi. 40.

Belluatus, θηριώδης, adiect. pen. prod. ut Belluata tapetia, in quib. belluæ pictæ sunt, Plautus Pseud. 4. 14.

Belluinus, pen. prod. (θηριώδης) aliud adiectiuum, ut Belluina rabies, belluinus furor.

Belluosus, Adiect. pen. prod. (θηριώδης) Belluis plenum. Hora. 4. Carm. Ode 14. 10,

Te belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis, &c.

Bellum] *belli* (πόλεμος, μάχη, ἔρις) Est tum ipsa pugna, tum totum tempus quo in militia sumus: quam illiterati guerram uocant. Prælium, ipsum tantummodo armorum certamẽ. Nam & pugna, certamenq; etiã citra arma fit, interdum etiam fit nudis uerbis. Hæc Valla libro 4. Plautus Amphit. 3. 101, Nam cum Thelebois est bellum Thebano populo.

Bellum & pax, contraria, Terent. Eunucho 1. 1. 16.

Tumultus & bellum, Cic. 8. Philip. 136, Potest enim esse bellũ sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest.

Bellum à belluis dicitur: quia belluarum sit pernicioſa dissensio. Hæc Festus. Seruius autem bellum dici uult quòd minimè bellum sit.

Bellum à prælio differt. Liu. 9. ab Vrbe, Populus Roman. etsi nullo bello, multis tamen prælijs uictus est.

Bellum pro prælio, aliquando ponitur. Salluſt. In eo bello trecenti milites desiderati.

Belli, genitiuus, qui aliquando ponitur pro aduerbio in loco. Cic. 2. Offic. Præterea quibuscunq; rebus uel domi uel belli poterunt, Rempub. augeant imperio, agris, uectigalibus. Liuius 3. ab Vrbe, 178.

Belli uocábulo, bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinent, omnia complexus est Ouid. 11. Metamor. 5. Sic Silius lib. 7. 95,

Sed uictæ fera bella deæ uexere per æquor,
Atq; excisa suo pariter cum iudice Troia est.

Bellum sine hoste, Ciuile bellum uocauit Lucanus lib. 1. 136.

Acta belli domusq;, Ouid. 12. Metam. 37.

Adiutor belli. Vide Adiutor.

Altrix bellorum tellus. Silius lib. 1. 44, de Numidia.

Apex bellorum, id est caput & dux. Statius 5. Sylu. 2. 10, Ille secundus apex bellorum. De Bolano.

Digitized by Google

Asperrima studijs belli gens, Virg. 1. Aeneid. 4.
Auida mens belli. Ouid. Epist. 7. 31.
Author temerarius belli, Ouid. 5. Metam. 2.
Caligo belli. Stat. 8 Thebaid. 101. Caliginem uocat illum belli tumultum, quo quid agendum cuiq; sit, nemo uidet, nec amicus amicum, nec frater frater agnoscit.
Causæ bellorum, Tacit. lib. 20.
Celeritas belli, Cic. 5 Philipp. 182.
Certamina belli, Lucretius lib. 2. 1.
Communis belli Mars. Vide communis.
Concitores belli, Tacit. lib. 4.
Confector belli, Cicero Plancio, 10. 20. 6.
Contentione belli magna superare, Cic. pro Sestio, 49.
Durus bello, id est, fortis & infractus, Virg. 2. Georg. 34.
Egregia bello gens. Virg 1. Aeneid. 90.
Euentus belli uarij, Virg. 10. Aeneid. 32.
Exanimata bello pectora. Stat. 4. Thebaid. 152. Bello, id est, timore belli.
Secundi belli exitus, Horat. 4. Carm. Ode 14 8.
Expers belli. Ouid. 5. Metamor. 19, Immunis à bello.
Expertus belli, cui opponitur subitus, Tacitus lib. 20.
Expertus bello & armis. Virg. 7. Aeneid. 47.
Expertus bellis, Tacit. in Vita Agricolæ.
Extinctor belli, Cic. de Aruſp. reſpon. 45.
Ferox bello, & ad uim paratus, Ouid. 11. Metam. 59.
Fessus bellis, Stat. 1. Syl. 1. 5.
Fracti bello duces Danaûm, Virg. 2. Aeneid. 3.
Fremens bello Italia, Virg. 4. Aen. 46.
Frons bellorum, Acies exercitus, Stat. 12. Thebaid. 151.
Grauida bellis urbs, Virg. 10. Aeneid. 17.
Habilis bello ætas. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 1.
Immunis belli. Virg. 12. Aen. 113. Id est sine officio dimicandi.
Incendia belli. Virg. 1. Aeneid. 114. Seruius, Incendia uim interpretatur. Semper enim, inquit, diluuio aut incendio cõparatur bellũ.
Incerta belli metuere, Tacit. li. 4.
Inclyta bello mœnia, Virg. 2. Aeneid. 49.
Inexpertus belli, Tacit. lib. 17.
Insolens bellorum, Tacit lib 17.
Insuperabiles bello Getuli, Virg. 4. Aeneid. 8.
Intractabile bello genus, de Carthaginensibus ait Virg. 1. Aen. 69. id est insuperabile, asperum, sæuum. Seruius.
Iura belli. Cic. pro Corn. Balbo, 37.
Lecta bello iuuentus. Virg 8. Aen. 119. Id est ad bellum.
Magnus bello, Virg. 1. Aen. 110.
Modo belli, Liuius Decad. 4. lib. 8, Id est ritu seu more belli.
Nobile bellum. Vide Nobilis.
Offerticies belli. Vide bellum.
Pericula belli tentare, Lucret. lib. 5. 261.
Præda belli, Stat. lib. 4. Thebaid. 153.
Mars bellorum præses. Quint. lib. 3. cap. 7. 4.
Præstans bellis, Virtute bellica, Silius lib. 5. 19.
Regina bellorũ uirago, periphrasis Mineruæ Stat. 4. Syl. 5. 5.
Reliquiæ belli, Quicquid post bellum peractum superest, & non totum perijt, Silius lib. 15. 106.
Rudis belli, Ignarus belli, Horat. 2. Epist. 2. 10.
Spectatus bello, Tacit lib. 1.
Studium ad bella, Virg. 3. Georg. 35.
Subita belli. Tacit. lib. 21, Quando impetum & subita belli locus admoneret.
Summa belli, Liu. 4. Decad lib. 1.
Superbus bello populus, Virg. 1. Aen. 5.
Superstes bellorum. Tacit. lib. 2, de moribus Germanorum, Multiq; superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.
Trepidantia bello corda. Virg. 4. Georg. 14. Seruius interpretatur alacritate pugnandi, non timore.
Tumultus belli, Lucan. lib. 6. 11.
Vnius uteri bellũ, eleganter dictum à Stat. lib. 11. Thebai. 82.
Vexatus bello, Virg. 4. Aen. 123.
Belli uices, Stat. lib. 9. Thebaid. 16.
Victoria belli, Stat. lib. 12. Thebaid. 2.
Victoribus bello ducibus maximus honor datus, Quint. li. 2. cap. 16. 5.
Virtus bello uiuida, Virg. 5. Aen. 150.
Acre bellum. Vide Acer. Ouid. in Ibin, uersu ultimo.
Acutum bellum. Vide Acutus. Horat. 4. Carm. Ode 4. 15.
Aduersum bellum, Horat. 1. Serm. satyr. 7. 3.
Aeterna bella gerere. Seneca in Hercule furente, 1. 6.
Aspera bella, Horat. 2. Epist. 1. 2. Ouid. 8. Epist. 6.
Illustre bellum, Ouid. 2. Amorum, eleg. 12. 2.
Ciuile bellum, quod inter ciues geritur. Lucan. lib. 2. 11.
Clausum pectore bellum. Sil. li. 1. 28. Bellum, id est amor belli.
Communem Martem belliq; casum metuens. Cic. pro Sestio 9.
Creperum bellum, id est dubium. Lucret. lib. 5. 261.
Crudele & exitiosum bellum, Cic. Attico, lib. 9. 173. 14.
Bella domestica & externa, Cic. de Senect. 11.
Durissimum bellum. Cic. pro Corn. Balbo, 3.
Exhausta bella, id est, finita, Virg. 4 Aeneid. 3. Seruius.
Exitiabile ciuibus, & calamitosum, Cic. Att. lib. 10. 195. 4.
Fera bella, Silius lib. 7. 95.
Finita bella triumphis, Ouid 15. Metam. 150.
Funebre bellum, Horat. 1. Epist. 20. 10.
Furiosa bello Thrace, Horat. 3. Carm. Ode 16. 1.
Genialia bella, Bella quæ geruntur inter conuiuia. Sic centaurorum & Lapitharum bella uocat, Stat. lib. 1. Achil. 23.
Horrida bella, Virg. 6. Aen. 18. Iuuen. Satyr. 14. 25.
Horrificum, nefarium, omni imbutum odio bellum inferre. Cic. pro Domo sua, 47.
Impia bella ciere. Stat. 11. Thebaid. 70.
Inania bella gerere, Silius lib. 1. 14.
Indomitum bellum, Seneca in Agamem. 7. 3.
Inexpertum bellum, Tacit. lib. 18.
Inexpiabile bellum. Vide Inexpiabilis.
Inexpiabilia bella excitare, Quint. lib. 2. cap. 16. 2.
Infandum bellum, Stat. 3. Thebaid. 14.
Infaustum bellum, Stat. 6. Theb. 18.
Ingens bellum, Virgil. 1. Aen. 54.
Intestum bellum, Ouid. 5. Metam. 42.
Internecinum bellum. Vide Interneco.
Bellum intestinum pro domestico. Cic. in Catil. 46.
Iuratum bellum, Silius lib 11 29.
Lachrymabile bellum, Ouid. 8. Metam 9.
Lachrymosum bellum, Horat. 1. Carm Ode 21. 3.
Latrantia bella, Claud. an. 2. in Eutrop. 98.
Longinquum bellum, Sil. lib. 13. 72.
Longinquis bellis obrui. Vide Longus.
Longum bellum, Diu durans. Ouid. 12. Metam. 1.
Luctuosum bellum. Vide Lugeo.
Lugubre bellum, Horat. 2. Carm. ode 1. 7.
Magnum bellum, Virg. 2. Aencid. 39.
Magnum & periculosum bellũ, Cic. ad Quin. frat. lib. 1. 1. 7.
Martia bella, Horat. in Arte Poetica 81.
Miserabile bellum, Ouid. Epist. 13. 11.
Mollius bellum gerere. Vide Mollis.
Mortiferum bellum, Virg. 6 Aeneid 56.
Muliebre bellum gerere. Vide Mulier.
Quasi naturale bellum est milvo cum coruo, Cic. 2. de Natur. deorum 185.

Digitized by Google

Bellum nauale & maritimum, Quod nauibus fit, & iuxta mare. Cic. pro Lege Manilia, 8. & 10. Ouid. 1. de Arte, 35.
Nefandum bellum. Silius lib. 17. 101.
Nobile bellum, Celebre & notum omnibus. Horatius in Arte Poetica 28.
Operta bella, Clandestina. Virg. 1. Georg. 92.
Pererans bellum, Fœdifragum. Stat. 4. Sylu. 3. 1. de Annibale.
Pendula bella. Claudian. de Bello Gildon. 95.
Perfida bella, Silius lib. 15. 151.
Pestiferum bellum, Cic. Attic. lib. 8. 4.
Pigmæa bella, Claud. epigram. 17. 3.
Ploranda bella, Statius 1. Thebaid. 9, Puerile bellum, Statius 6. Thebaid. 2.
Rapida bella, Claudian. Panegyr. 1. 38.
Rediuiua bella. Silius lib. 10. 55.
Sæuum bellum, Stat. 12. Thebaid. 2.
Sanguineum bellum, Stat. 5. Thebaid. 1.
Spatiosam bellum, Ouid. 13. Metamorph. 42.
Terrimum & periculosissimum bellum, Cic. Plane. 10. 19. 5.
Tristia bella. Virg. eclog. 8. 2. Senec. in Octau. 6. 6.
Trux bellum, Valer. Flac. 3. Argonaut. 51.
Violenta bella, Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 1.
Virgineum bellum, id est, ab Amazonibus uirginibus gestum, Valer. Argonaut. lib. 5. 27.
Absistere bello. Liu. 4. Decad. lib. 2. 31. Horat. 1. Serm. satyr. 3. 21. Vide Absisto.
Absoluere bellum. Lucan. lib. 2. 50. Vide Absoluo.
Absoluere bello. Tacit. lib. 4.
Abstinere bellum ab aliquo. Vide Abstineo.
Abesse à bello. Vide Absum.
Accendendo bello acer, Tacit. lib. 20.
Acceptum bellum pro uno milite. Lucã li. 1. 80. Id est, susceptũ milite propenso ad ea quæ imperator uolebat.
Administrare bellum. Cic. pro lege Manilia 42, Idẽ cùm Theutonis bellum administraret, &c. Vide Administro.
Adornare bellum. Vide Adorno.
Admotum bellum. Vide Admoueo.
Affectum bellum. Cic. de Prouin. Consular. 16, Bellum affectũ uidemus, & uerè ut dicam penè confectum.
Agere bellum. Vide Ago.
Agitare bella, Silius lib. 10. 62.
Alere bellum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 3. Vide Alo.
Apparare bellum. Vide Apparo.
Ardet Syria bello. Cic. Attico, lib. 6. 16. 4. Vide Ardeo.
Assuescere bella animis. Virg. 6. Aeneid. 167. Vide Assuesco.
Attenuatum & imminutum bellum. Vide Attenuo.
Cadere in bello. Seneca in Hercule furente, 6. 14.
Capere bellum. Video Capio.
Capessere bella. Silius lib. 7. 66.
Cauponari bellum. Vide Cauponari.
Cedere bellis, Lucanus lib. 5 149.
Certare bello. Vide Certo.
Ciere bella. Virg. 1. 5. Aeneid. 134. Vide Cieo.
Simulacra belli ciere. Virg. 5. Aen. 134, Vocãt belli simulacra, belli ueluti imaginem quandam, ubi non pro focis & larib. sed exercitij tantum causa pugnatur.
Coire ad bella, Ouid. 9. Metamor. 9.
Committere bellum. Vide Committo.
Commouere bellum. Vide Commouco.
Commotum, & confirmatum bellum. Cic. Dolabellæ 9. 13. 3.
Concidit bellum, Tacit. lib. 18.
Concipere bella, Est meditari de bello alicui inferendo. Silius lib. 1. 22.
Concitare bellum. Vide Concito.
Concurrere bello alicui, id est cõtrà, Virg. 10. Aeneid. 2. Ser.
Concedere bella, apud Virg. eclog. 6. 2, bella describere, & historiam bellorum componere significat.
Conficere bellum. Tacit. lib. 2. Vide conficio.
Conflare bellum. Vide Conflo.
Consurgere ad bellum. Vide Consurgo.
Consurgit nouum bellum, Virg. 8. Aeneid. 125.
Contendere bello cum aliquo. Virg. 4. Aen. 22. Vide contẽdo.
Contrahere bellum temeritate. Vide Contraho.
Coortum bellum, & Coortus ad bellum. Vide Coorior.
Contractum bellum ex infinito tempore. Lucret. lib. 2. 116.
Coquere bellum. Vide Coquo.
Bellum crescens in segetem. Claud. de bello Getico, 5.
Dare bellum, Occasionem belli. Stat. 12. Thebaid. 68.
Dare bellum alicui, pro illum bello præficere. Cic. 11.
Operam dare bellis. Ouid. 1. de Remedio Amoris, 33.
Decernere bellum alicui. Vide Decerno.
Decertant agmina bello, Stat. 4. Thebaid. 185.
Defendere muros bello, Virg. 9. Aen. 106.
Deponere bellum. Ouid. 8. Metam. 10.
Dimittere bellum. Stat. lib. 6. Thebaid. 103.
Dirimere bellum, Virg. 12. Aen. 16.
Ducere bellum cum aliquo, id est, gerere, aut in longum ducere, Virg. 8. Aen. 11.
Ducere bellum, pro extrahere. Tacitus lib. 12, Cicero Mario 7. 3. 7.
Duplicare bellum, Tacit. lib. 26.
Eleuare bellum, id est, minuere & extenuare. Liuius Decad. 4. libro 2.
Ire in bella, Ouid. 3. de Arte 1.
Erunt bella, Gerentur bella, Virg. ecloga 4. 7.
Inuitis aut cupientibus esse bellum. Tacit. lib. 1. Hoc sermonis genus Græcis familiare, dicunt enim ἀχθομένοις, aut ἡδομένοις εἶναι. Id est inuitis aut lubentibus esse, quum significant molestum existere quicquam aut gratum.
Expediri ad bellum, Tacitus lib. 18.
Extendere bellum, Silius lib. 17. 73. Producere significat.
Facere bellum patriæ. Tacit. lib. 3. Vide Facio.
Fatigare bella, id est, agitare. Sil. li. 7. 99. De Scipione Africano.
Ferre bella, Mouere, aut inferre, Ouid. epist. 8. 6.
Fraudari bellum sanguine dicitur, quum sine hominum cladè & cruento exitu perficitur, Lucan. lib. 2. 61.
Fugere bellum, Seneca in Troade 4. 3.
Fulminat bello, inquit Virg. 4. Georg. 112, de Cæsare.
Gerere bellum, Virg. 1. Aeneid. 54.
Gerere & conficere bellum, Cic. pro Corn. Balbo, 37.
Gesta & consummata bella. Vide Consummo.
Glomerare manum bello, Virg. 3. Aen. 63.
Gubernare bellum, Cic. 5. Philipp. 182.
Habere bellum susceptũ cũ aliquo, Cic. pro Lege Agrar. 19.
Imbutum bellum. Vide Imbuo.
Imminet bellum ab Tarquinijs. Vide Immineo.
Finem bello imponere, Ouid. 8. Metam. 14.
Impulsum bellum. Vide Impello.
Incendere aliquem bello, id est belli cupidine inflammare, aut ad bellum incitare, Stat. 3. Thebaid. 47.
Incidit illis bellum, Bellum inter eos obortum est. Horat. 1. Ser: Satyr. 7. 3.
Incumbere ad, uel in bellum. Vide Incumbo.
Incutere bellum, Horat. 2. Serm. Sat. 1. 8.
Indicere bellum alicui, Ouid. 6. Metam. 19.
Indicere bellum philosophiæ, Cic. 2. de Orat. 85.
Indicere bellum nefarium, Cic pro Deiotaro, 21.
Indicere atq; inferre, Cic. 3. Verr. 55.

Digitized by Google

Ventri bellum indicere, leiunare significat apud Horat. 1. Sermo. satyr. 5. 2.
Indicere bellum uoluptatibus, aut sibi. Vide Indico.
Inferre bellum. Vide infero, Virg. 3. Aeneid. 50.
Insistit in bellum totus & mente & animo. Vide Insisto.
Instans bellum. Vide Insto.
Instaurare bellum. Vide Instauro.
Instruere bellum, Cic. pro lege Agraria, 77.
Integrare bellum, Statius 8. Thebaid. 128.
Intendere bellum in aliquem. Vide Intendo.
Inuadere bellum. Vide Inuado.
Inuolutum bellum. Vide Inuoluo.
Minari bellum, Virg. 3. Aenei. 108.
Mmitari bellum, Quint. lib. 3. cap. 8. 13.
Moliri bellum. Vide Molior.
Mouere bellum. Virgilius 1. Georg. 101. Vide Moueo. Horat. 4. Carm. 1. 1.
Mutare bellum pro pace. Vide Muto.
Nata gens bellis, & ad bella. Vide Nascor.
Nauare bellum alicui, Tacit. lib. 21.
Obire bellum. Tacit. lib. 3. Vide Obeo.
Obiectare bello corpora, Ad arma congredi, Virgil. 4. Georgic. 44.
Obortum bellum. Vide Oborior.
Opprimere bello. Vide Opprimo.
Ortum & patratum bellum, Tacit. lib. 3.
Ostendere bellum. Vide Ostendo.
Parare bellum, Ouid. 7. Metam. 92. Vide Paro.
Parta bello, Quint. lib. 5. cap. 10. 80.
Patrare bellum, id est conficere & debellare, Tacit. lib. 2.
Paueſcere bellum, Tacit. lib. 1.
Pendet belli fortuna, Ouid. 8. Metam. 3.
Pendet ex una origine bellum, Ouid. 1. Metam. 18.
Perpetrato bello. Vide Perpetro.
Perrumpere bellum, id est, uincere, Seneca in Agamem. 7. 3.
Persequi aliquem bello. Vide Persequor.
Petere bella, Aggredi bella, Silius lib. 15. 97.
Petere aliquem bello, Virg. 3. Aeneid. 120.
Ponere bellum, Positum bellum, Virg. 1. Aeneid. 59.
Portare bellum, Virg. 3. Aeneid. 108.
Prodit bellum. Ouid. 1. Metam. 14.
Profligare bellum, Tacit. lib. 18.
Prolatare bellum, Tacit. lib. 13.
Promittere bellum, Stat. 3. Thebaid. 79.
Pugnata bella. Horat. 3. Carm. Ode 19. 1. & 1. Epist. 17. 5.
Repellere bella, Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 2.
Repens bellum, Liuius 1. Decad. lib. 10.
Resedit bellum, id est acquieuit, Horat. 3. Carm. Ode 3. 6.
Ruere in bella, Virg. 7. Aeneid. 156.
Serere bellum. Tacitus, Ex bellis bella seruntur.
Suadere bellum, Ouid. 6. Fast. 18.
Subigere bello, Liu. 5. Decad. lib. 2.
Subacti bello Troiugenæ, Lucret. lib. 1. 94.
Sumere bellum, Tacit. lib. 19.
Sumere bellum pro aliquo, Ouid. Epist. 15. 75.
Surgunt bella, Surgentia bella, Virg. 4. Aeneid. 9.
Suscipere bellum cum aliquo, Ouid. 14. Metam. 90.
Susceptum bellum æternum cum, &c. Cic. pro Sylla, 21.
Tentare irrita bella. Seneca in Herc. furente, 9. 41.
Tentari bellis, Ouid. Epist. 7. 24.
Tractare bellum, Tacit. lib. 5.
Bellum aliquem ad letum trahere. Virg. 5. Aeneid. 124.
Tument bella, Ouid. Epist. 7. 24.
Venire bello ad mœnia alicuius, Virg. 2. Aeneid. 39.
Versatur bellum in his terris, Cic. 5. Verr. 37.
Vincere bello, Lucan. lib. 1. 29.
Vndantem bello Nilum uocat. Virg. 3. Georg. 5. tanquam non undas, sed bella portantem: ut adnotat Seruius.
Bellicus, πολεμικὸς, Adiectiuum, pen. cor. ut Bellica disciplina, Cic. 2. de Nat. deor. 240. Horat. 4. Carm. Ode 3. 2.
Bellica corona, quæ bellatoribus uictoribus dabatur. Plin. lib. 16. cap. 4. 4.
Bellicus Deus, Romulus. Ouid. 2. Fast. 97. Et lib. 3. 163, Dea bellica, Pallas.
Bellica uirtus, Cic. 1. Tusc. 177.
Insigne uirtutis bellicæ, annulus, Plin. lib. 33. cap. 1. 3.
Laus bellica. Seneca in Troadæ, 8. 7. Cic. in Bruto, 42.
Manus bellica, Ouid. ad Pisonem, 5.
Equus bellicus, Propert. 4. eleg. 4. 3.
Hasta bellica, Ouid. 2. Amorum, eleg. 3. 2.
Nauis bellica, Propert. lib. 2. eleg. 18. 9.
Bellicum, Substantiuum, soni nomen, ut ait Seruius. Vnde Bellicum canere, est sono tubæ ad prælium milites excitare, & accendere ut prælium ineant. Liuius, A Macedonia Philippum ubi primum bellicum cani audiuisset, arma capturum: nosse se spiritus eius, nosse animum. Cic. in Orato. 22, Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.
Bellicum canere, per metaphoram, pro eo quod est animare siue excitare dissidium. Cicero 7. Philipp. 219, Itaq; ijdem quasi prouidi ciues, & Senatores diligentes, bellicum mecciniſſe dicunt.
Bellicosus. pen. prod. (ἀρῆϊος, ἀρήϊατος, πολεμιστής) Ferox. Salluſt. in Iugurtha, Libyes quàm Getuli minus bellicosi erant. Sic. Bellicosus rex, Liu. 1. ab Vrbe, 136.
Bellicosior annus. Vide annus.
Bellicosa ciuitas, Liu. 1. ab Vrbe, 81.
Bellicosissima natio, Cic. pro lege Manilia 19.
Bellicosè, bellicosius, bellicosissimè (πολεμικῶς) Liuius 9. ab Vrbe, 31, Cepisse enim eos non Romam, sicut antè Gallos: sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam uirtutem ferociamq;.
cBllicrepa, pen. cor. (πολεμόβρομος) Festus, Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant: quod à Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, quum à ludis Sabinorum uirgines rapuit.
Bellifer, penul. corr. bellifera, bellifera, pen. cor. (λαιφός) Qui bellum infert. Claud. in Eutrop. lib. 1. 86,
—quid belliferam communibus urunt Italiam maculis?
Belliger, Adiectiuum, pen. cor. (πολεμοφόρος) A bello gerendo dicitur, ut Belliger Mars. Stat. 1. Achill. 102, Belligerum ceu numen amant.
Acies belligeræ. Stat. 12. Thebaid. 144. Vide Acies.
Belligera hasta, Mart. lib. 15. 25.
Belligeri labores, Valer. Argonaut. lib. 5. 124.
Manus belligeræ, Ouid. 2. de Arte, 135.
Mens belligera, Silius lib. 3. 33.
Degener belligeri ritus, qui belli mores, aut laborem & asperitatem militiæ ferre non consueuit, Silius lib. 7. 59.
Belligeris trophæis annumerare, Stat. Thebaid. lib. 10. 6.
Belligero, belligeras, pen. cor. (πολεμέω) belligerare, Bellare. Ennius apud Ciceronem, lib. 1. Offic. 59,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes.
Belligerant Aetoli cum Aulide, Plaut. Capt. 3. 25.
Belligerare cum genio suo. Plaut. Truc. 4. 76. Cic. post reditũ ad Quirites 16, Non solum cum his, qui hæc delere uoluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit.
Par alicui in belligerando, Cic. pro Fonteio, 21.

Digitized by Google

Bellipotens, adiectiuum, penult. corr. (πολεμοκράτωρ) Qui bello pollet. Ennius apud Cicer. 2. de Diuinat. 174, Aeacidæ bellipotentes sunt magis, quàm sapienti potentes.

Diua bellipotens, Pallas. Stat. 2. Thebaid. 144.

Magnus Bellipotens. Virg. 11. Aeneid. 2. Bellipotens, id est Mars: estq; hoc loco substantiuè positum.

Bello, bellas, πολεμίζω, bellare, bellum gerere. Cic. pro lege Manilia, 22, Fuit proprium Pop. Ro. longè à domo bellare. Plin. lib. 5. cap. 1. 20.

Bellare cum dijs. Cic. de Senect. 6, Quid enim est aliud gigantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare?

Bellare alicui, id est contra aliquem, Stat. lib. 8. Thebaid. 101.

Bellare de re aliqua. Tacit.

Bellare cæstu, Stat. lib. 6. Thebaid. 166.

Ense bellare, Silius lib. 3. 48.

Manu bellare, Silius lib. 8. 99.

Acies bellant. Vide Acies.

Æstu bellandum est, Silius lib. 5. 20.

Bellantur pro bellant, dixit Virg. 11. Aen. 136. Seruius, nam solent uerba pro uerbis poni. Vnde nunc passiuam declinationem sub actiua posuit significatione.

Bellator, πολεμιστὴς, μάχιμος, Verbale, pen. prod. Qui bellum gerit, uel longa belli exercitatione præstat & excellit. Virg. 12. Aeneid. Interea extremo bellator in æquore Turnus. Cicero 4. Tuscul. 65, Nec uerò de bellatoribus solum disputant, &c.

Bellator bellet, Ouid. 3. de Arte Amandi, 72.

Bellator ensis, Silius lib. 13. 75.

Bellator equus, Per quem bellum geritur, ut ait Seruius, Virg. 2. Geor. 29. & 10. Aeneid.

Bellator felix. Claud. Panegyr. lib. 3. 3.

Meri bellatores. Vide Merus.

Bellatores seueri, Claudianus Paneg. lib. 4. 85.

Bellatorius, a, um, πολεμιστικὸς. Plin. Epist. 9. lib. 7. Et quasi bellatorium stylum suaserim.

Bellatrix, pen. prod. (πολεμιστὶς) Verbale fœmininum. Virgil. 1 Aeneid. 100,

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ

Bellatrix. De Penthesilea Amazonum regina loquitur.

Bellatrix cohors, Stat. lib. 6. Thebaid. 53.

Diua bellatrix, Pallas. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 16.

Bellatrix iracundia, Cic. 4. Tusc. 84.

Bellatrix triremis, Claudian. Panegyr. lib. 4. 27.

Bellus] Vide bonus.

Bellone] pen. cor. f. g. (βελόνη) Piscis, qui alio nomine dicitur acus. Plin. li. 9. ca. 51. 8. Acus, siue belone unus piscium, &c. Idem lib. 32. cap. 11. 4, Belonæ quos aculeatos uocamus.

Belos] βέλος, Latinè dicitur telum. Cælius de Verb. signif. Quod nos telum appellamus, illi βέλος, appellant: eoq; nomine uulgò quidem id significatur quod ab arcu mittitur.

Belua] Vide bellua.

Belunum] oppidum Venetiæ. Græcè βελῶνον.

Belus] βῆλος, Rex Assyriorum, & pater Nini, qui primus ibi regnauit.

Beli plures fuerunt, quorum primus Epapho natus est Aegyptio regi, Iouis & Isidis filio: siue, ut placet Eusebio, Isidis & Telegoni cuiusdam: cui post Apidis mortem Isis nupsit regnante Cecrope, anno mundi M. DCCX. Is Priscus dicitur, ad differentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Nini regis, cui templum Babyloniæ ædificatum est. Ex Belo Prisco, Danaus & Aegyptus, unde regio nomen accepit, & Agenor genitus. Danaus quum essent ei quinquaginta filiæ, & Aegypto totidem mares, responsum accepit, se à genero interfectum iri, quapropter ut nuptias recusaret fratris, secessit Argos. Tandem quum ad hoc cogeretur, filiæ monitis patris, coniuges noctu omnes interfecerunt, præterquam Hypermnestra, quæ Lynceo uiro pepercit: à quo Danaus postquam annos regnasset L. interfectus est. Coniuges uerò, quæ & Danaides & Belices uocantur, dare criminis pœnas ad inferos ponuntur, aquis implere fracta dolia coactæ. de quibus plura Volaterranus & Lucianus.

Belides, penultima lõga (βηλίδης) Patronymicum masculinũ. Virg. 2. Aeneid. 17, ——si fortè tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis. Id est, septimo gradu originem ducentis à Belo. Seruius.

Belis, belidis, βηλὶς, Patronymicum fœmininum: unde Belides, pen. cor. Beli neptes dicũtur, quæ & Danaides à patre Danao. Vide Belus. Ouid. 4. Metam. 93,

Molirique; suis letum patruelibus ausæ,
Assiduè repetunt quas perdant Belides undas.

Bembinadia] Plinio cap. 6. li. 4. nomen quo regio Nemæa uocitata est. Hoc aũt in loco contendit Hermolaus, Bembinalia, non Bembina legendum. Cuius uerba hæc sunt, Legendum est Bembinalia. Fuit enim uicus Nemææ Bembina, unde Nemæus leo à poetis Bambinites dictus. Sed & in Plauti no Milite dicitur, Bombamatides elutum instar. Cogitent legentes an emendãdum sit, Bembinatidis beluæ instar, hoc est Nemæi leonis instar.

Benacus] pen. prod. (βήνακος) Lacus est Venetiæ, è quo fluuius nascitur Mincius, ut ait Seruius in hunc Virgilij locũ, 10. Aeneid. 41,

Hinc quoq; quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco uelatus arundine glauca,
Mincius infesta ducebat in æquora pinu. Idem 2. Geor. 32. Vbi idem Seruius, Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui, tempestates efficit marinas. Vide Strabonem li. 4. & Plinium lib. 9. cap. 22.

Bene] benedico, benefacio, beneficiarius, beneficium. Vide Bene in Bonus.

Beneuentum] βενέβεντον, Strabo, βενέβεντος, Steph. Oppidum est Samnitum in Italia, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 11. Antea Maleuentum uocabatur. Hæc urbs à Diomede condita fertur: apud quã XXX. millia Samnitum cæsa fuerunt, Sulpitio & Petilio COS. Horat. 1. Serm. Sat. 5. 15,

Tendimus hinc rectà Beneuentum.

Festus: Beneuẽtum, Campaniæ urbs, quũ eò Colonia deduceretur, boni ominis gratia uocari cœptum. Nam antea Malæuentum nuncupabatur.

Beneuolens] benignus. Vide Bene in Bonus.

Benna] βεννὰ, Lingua Gallica genus uehiculi appellatur: unde uocantur combennones, in eadem benna sedentes. Hæc Festus. Cato cap. 23. 1, Bennæ emantur: oleæ caducæ saliantur.

Berecynthus] βερέκυνθος, Mons Phrygiæ est, & nomen oppidi, in quo mater deũm Cybele priscorum ritu colebatur: unde Berecynthia dicta est, Plin. lib. 16.

Berecynthius, βερεκυνθιὸς, Adiectiuum: ut Cornu Berecynthium, Horat. 1. Carm. 18. 3. Id est quo excitantur ad furorẽ Cybeles Berecynthiæ sacerdotes.

Tibia Berecynthia. Horat. 3. Carm. Ode 19. 4. Hoc est Phrygia, & quæ in sacris Berecynthiæ Cybeles adhibebatur. Vel fortè Buxea. In Berecynthio enim tractu plurima est buxus. testis Plin. lib. 16. cap. 16. 3.

Berecynthia (inquit Seruius) Mater deũm, dicta à monte Phrygiæ Berecyntho, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quã addimus quoties montem Deli Cynthum dicimus. Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat

beat aſpiratio. Nam ecce, Ripæi montes Arcadiæ, non ſcribuntur cum aſpiratione: quã addimus quũ Riphæos mõtes Scythiæ ſignificamus. Hæc Ser. apud Virg. lib. 9. Aen. 17, Ipſa Deum fertur genitrix Berecinthia magnum. Vocib. his affata louem. Quicquid tamen dicat Seruius, uideo ab omnibus aſpirari Berecynthus.

Mater Berecynthia, Virg. 6. Aeneid. 157.

Genitrix Berecynthia, Virg. 9. Aeneid. 17.

Berenice, Berenices] pen. prod. uel Beronice (Βερενίκη) uxor Ptolemæi Lagi, mater Philadelphi, rara mulier formæ, & uiro dilectiſſimæ: de qua apud Theocritum. Berenice item altera, Philadelphi filia, quæ deinde Ptolemæo Euergeti fratri nupſit: cuius crines in cœlum relati putantur perſuaſione Cononis mathematici. De quibus elegiam compoſuit Callimachus, conuerſam deinde à Catullo.

Alia præterea fuit Berenice Herodis Aſcalonitæ filia, quæ nupſit etiam Agrippæ fratri. Strabo ſic ait, Cæſar Auguſtus magno honore proſecutus eſt Herodis liberos, ſimiliter ſororem Salomen, eiuſq; filiam Berenicen. Alia item ex eadẽ progenie Berenice fuit, quæ Salomes Herodis ſororis filia fuit: nupſit Ariſtobulo Herodis eiuſdem filio, quẽ pater poſtea interfecit. Author Ioſephus. Berenice quoq; quam Græci Pherenicẽ appellãt, fama celeberrima, & filia, & mater, & ſoror Olympionicarũ fuit, ut ait Plin. lib. 7. ca. 40. Pauſanias quoq; hanc dicit cognominãtã Callipatrã, ac habitu uirum diſſimulantem ludis interfuiſſe: ubi Piſithodam filiũ coronatum uidit: cognitaq;, ac quæſtione habita, quòd ad ludos mulieribus interdictos ueniſſet, meritis ſuorum abſolutam fuiſſe. Author Aelianus de uaria hiſtoria. Valer. item lib. 8. cap. ult. Berenicæ (inquit) contigit, quod nulli alij mulieri, ut Gymnico ſpectaculo intereſſe contigerit. Ex Volaterrano. Quint. lib. 4. cap. 1. 13, Et ego pro Regina Beronice apud ipſam, cauſam dixi.

Berenices crines, ſeptem ſunt ſtellæ ad Leonis caudam ueluti in triãgulo collocatæ. Vide Sipontinum.

Berenicæus, pen. pro. (Βερενίκειος) Adiect. Catullus epigram. 61. 8, E Bereniceo uertice cæſariem. Vide totum hoc Catulli carmen.

Berenice. ſiue Beronice, uel Berenicis, huius Berenicidis, Βερενίκη, Βερονίκη, Βερενικίς, Ciuitas eſt Africæ, prope Syrtes, iuxta lacum Tritonidem, unde undoſa uocatur Silio lib. 3. 51. Plin. lib. 5. cap. 5, Berenice in Syrtis extimo cornu eſt, quondam uocata Heſperidum ſupradictarum, uagantibus Græciæ fabulis, &c.

Berenicida, accuſatiuus à nominatiuo Berenicis. Lu. li. 9. 106.

Bergidũ] Βέργιδον, urbs Hiſpaniæ Ptolemæo, uulgò Vrgel.

Bergomum] Βέργομον, oppidum Italiæ tranſpadanæ, quæ regio eſt undecima: & Bergomates, eius oppidi incolæ, ut ſcribit Plin. cap. 13. lib. 3. uulgò Pergomo.

Bernaba] Βέρναβα, urbs Hiſpaniæ Ptole. Hodie Benauari.

Bero, beronis] Saccus quaſi pero, à pera dictus. Vide Priores Budæi annotationes. Plin. li. 36. ca. 14. 3, de templo Epheſiæ Dianæ, Id conſecutus eſt architectus ille beronibus arena plenis. In emendatiorib. codicibus legitur peronibus.

Beroa] Βέροια, oppidum in Theſſalia. Cic. in Piſonem, 71, Qui quum concurſum plorantium ac tempeſtatem querelarum ferre non poſſes, in oppidum demum Beroam perfugiſti. Fortaſſe legendum Berœa.

Beroe] pe. cor. (Βερόη) Semeles matris Bacchi nutrix, teſte Ouidio li. Meta, 3, Ipſaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Beroe coniux Dorycli apud Virg. 5. Aen. 123.

Beroe, nympha Penei, filia Oceani, ſoror Clius. Virg. 4. Geor.

Beronice] Vide Berenice. (68.

Beroſus] Βέρωσος, Chaldæus in Aſtrologia clarus, cui ob diuinas prædictiones, Athenienſes in Gymnaſio ſtatuã inaurata lingua ſtatuerunt, uti Plin. refert lib. 7. cap. 37.

Beryllus] m. & f. g. (Βήρυλλος) Lapis pallidus tranſparens. Plin. lib. 37. cap. 5. 14, Eandem multis naturam, aut certè ſimilem habere berylli uidentur, in India origines habentes, rarò alibi reperti. Poliuntur omnes ſexangula figura artificum ingenijs: quoniam hebeſcunt, ni color ſurdus percuſſu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatiſſimi ſunt ex ijs, qui uiriditatẽ puri maris imitantur. Proximi qui uocantur chryſoberylli, & ſunt paulò pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Iuuenal. Satyr. 5. 4.

Berytos] pen. prod. (Βήρυτος) ciuitas eſt Phœniciæ clariſſima, quæ uulgò hodie dicitur Barutus, uel Barutum. Author Strabo. De qua uide Volaterranũ lib. 6. Priſcianus in Periegeſi, Antiquamq; Tyron, Beryti & mœnia gratæ.

Beſ] ſiue beſſis, huius beſſis, m. g. (Διμοίριον) Vnciæ octo: ab aſſe. Feſtus, Bes appellatus eſt, quòd bis triẽs ſit: quamuis dura compoſitio fiat beſſis ex triente. Beſſis, unciæ octo: triẽs, quatuor. Hactenus Feſtus. Cic. ad Attic. lib. 4. 8 4. 6, Fœnus ex triente id. Quint. factum erat beſſibus. Plin. lib. 18. cap. 11. 1, Græci in binos ſemodios farinæ, ſatis eſſe beſſes fermẽti conſtituere. Vnde opinor Venetos traxiſſe nomen ſuæ monetæ, quam uocant Vmbezo.

Beſ in dimenſione agrorum quid ſignificet, uide Columellam lib. 5. cap. 1, ubi docet Beſſem eſſe octo partes iugeri in duodecim partes æquales diuiſi.

Beſſalis, & hoc Beſſale, Adiectiuum, pen. prod. (Διμοιριαῖος) ut Beſſales laterculi, Vitruuius lib. 5. cap. 10. Supraq; laterculis beſſalibus pilæ ſtruantur, ita diſpoſitæ, ut bipedales tegulæ poſſint ſuprà eſſe collocatæ. Idem lib. 7. cap. 4, beſſales dixit laterculos, qui octo pollicum longitudinem habẽt. Budæus lib. 1, de Aſſe.

Beſſi] Βέσσοι, populi ſunt Thraciæ ad Strymonem, magna ex parte Hæmum incolentes montem, latrocinijs inſignes, ut ait Strabo lib. 7. Cic. in Piſonem 66, Tibi magna præſidia & auxilia à Beſſis, peditum, equitumq; polliceretur.

Beſſi immanes. Valer. Flac. lib. 2. Argonaut. 47.

Beſſus pallens, Claud. Paneg. 8. 9.

Beſſicus (Βεσσικὸς) Adiect. pen. corr. ut Beſſica gens. Cic. in Piſonem 66, Idemq; tu Rabocentum Beſſicæ gentis principem, quum de trecentis talentis regi Cotto uendidiſſes, ſecuri percuſſiſti.

Beſtias] beſtiæ, θηρίον, crudelitatẽ exprimit. Belua magnitudinẽ & quaſi mõſtroſitatẽ: Fera opponitur cicuri. Hæc Vl.

Beſtiæ, à Cicerone etiam piſces & uolucres dicuntur, 5. Tuſc. 54. Nanq; alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe uoluit: alias uolucres cœlo frui libero: ſerpentes quaſdam eſſe gradientes. Idem 2. de Nat. deor. 184.

Incerta beſtia. Vide Incertus.

Manſuetæ beſtiæ. Vide Manſuetus.

Mutæ beſtiæ penè loquuntur magiſtra ac duce naturâ. Cic. 1. de Finib. 108. Vide Mutus.

Laniari à beſtia, & Venabulo beſtiam tranſuerberare, Cic. Mario 7. 1. 12.

Ad beſtias damnari & feris obijci ſolebant parricidæ apud Romanos, & alij. Vide Budæũ in Poſteriorib. annotationib.

Mittere ad beſtias, Cic. in Piſonem 70.

Beſtiola, pen. cor. Diminutiuum (Θηρίδιον) Plin. lib. 11. cap. 6. 2, Apes alueum illinunt amarioribus ſuccis, contra aliarum beſtiolarum auiditates. Sic Varro lib. 1. cap. 12. 3.

Beſtiarius (Θηριόμαχος) Beſtiarij dicebantur, qui ludis publicis in amphitheatro cum beſtijs depugnabant, ut cum tauris & leonibus. Cicero pro Seſtio 118, Preclara ædilitas, unus

Digitized by Google

unus leo, ducenti bestiarij.

Beta] betæ (τεῦτλον) Herba quæ in hortis seritur. Plin. libro 19. cap. 8. 7, Beta hortensiorũ leuissima est. Eius quoq; à colore duo genera Græci faciunt, nigrum & candidum, quod præferũt, parcissimi seminis, appellantq; Siculum, candoris sanè discrimine præferentes & lactucæ. Nostri betæ genera faciunt Vernum & Autumnale, à temporibus satiuis, quanquam & Iunio seritur. Transferuntur aũt in plantaquoq;, & oblini fimo radices suas, locumq; similiter madidum amant. Plautus Pseud. 13. 26. Martial. lib. 13, Fatuas betas dixit, quia sunt insipidæ: unde prouerbium, Beta insipidior.

Plebeia beta, Pers. Saty. 3. 12.

Betica, betis, beticus, beticola. Vide Bætica, & Bætis.

Beto] betis (ἰκμὰς) betere, Verbum obsoletum, pro Ire. Varro de Lingua Lat. Mulierem, quòd parere ea non poterat, foras betere iussit. Plaut. Curcul. 3. 48, Si illam ad me betet?

Betonica] κέστρον, herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula: teste Plinio lib. 25. cap. 8. 5. Vbi in emendatioribus codicibus legitur Vetonica. Vide Ruellium lib. 3 cap. 76.

Betulo] βαιτυλὼν, Hispaniæ oppidum, & Betulo fluuius, cuius irrigatione ager Barcinonensis lætissimus est. Author Pomponius, lib. 2. in descriptione Hispaniæ. Oppidum hodie dicitur Beson uulgo.

B I.

Bianor] pen. prod. huius Bianoris, pen. corr. (βιάνωρ) tognomẽto Ocnus, Tyberis & Mantus fatidicæ filius, dicitur Mantuam condidisse, ut est author Seruius. Fuit item unus ex Troianis principibus, qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homero, libro Iliad. 11. Virgilius 9. eclog. 12,

Hinc adeò media est nobis uia, nanq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris.

Bias] huius Biantis (βίας) Prieneus, unus è septem sapientibus Græciæ, fertur in causis orãdis acutissimus fuisse. Quũ patriã captam fugeret, nihilq;, uti cæteri, exportaret, roganti causam, illud uulgatum apud Cicero. in Parado. 9, respondit, Omnia mea mecum porto.

Biatia] βιατία, Hispaniæ urbs apud Ptolemæũ: hodie Baeza.

Bibacitas] bibaculus, bibax, biboſus, bibulus. Vide Bibo.

Biblion] biblij, n. g. (βιβλίον) Volumen, libellus. In plurali. bibliorum, Libri: quo nomine appellantur libri sacri per excellentiam.

Bibliopola, bibliopolæ, m. g. pen. prod. (βιβλιοπώλης) Qui libros uendit: Martial. lib. 4. 28,

Exigis ut donem nostros tibi Quinte libellos:
Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon.

Bibliotheca, pen. prod. (βιβλιοθήκη) Festus, Bibliothecæ, & apud Græcos, & apud nos tam librorum magnus per se numerus, quàm locus ipse in quo libri collocati sunt appellantur. Cicero ad Curium lib. 7. 29. 4, Abdo me in bibliothecam. Idem ad Sulpitium lib. 13. 78. 5, Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quum multos libros surripuisset, &c.

Biblio: becam, Gellius librariam uocat.

Bibliothecam inscripsit Diodorus historiam suam, teste Plinio in præfatione totius operis.

Supplere bibliothecam, Cice. ad Quint. fratrem, lib. 3. 20. 6. De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, ualde uelim ista confici.

Assidere in Bibliotheca, Cic. 2. de Diuin. 11.

Bibliothecalis, Adiectiuum, pen. prod. ut Bibliothecalis copia, apud Martianum.

Biblos] fœmininum (βίβλος) iuncũ significat, & codicẽ, quibus ueteres in scribendo uti consueuerant. Lucan. lib. 3. 45. Nondũ flumineas Memphis cõtexere biblos Nouerat.

Biblis] huius Biblidis, pen. corr. (βίβλις) Filia Mileti, nefando sui fratris Cauni amore exarsit. Quẽ propter hoc è patria profectum sequens, tandem contabuit, ut ait Ouidius 9. Metamorph. 90. uel etiam se suspendit, ut ait idem de Arte, Biblida quid referam, uetito quæ fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter ulta nefas?

Bibo] bibis, bibi, bibitum, pen. cor. (πίνω) bibere. Verbum notæ significationis. Martial. lib. 11. 37,

Quincunces, & sex cyathos, besseméq; bibamus:
Caius ut fiat, Iulius, & Proculus. Quincunces, id est quinq; cyathos: Besses, hoc est octo cyathos. Quinq; enim sunt literæ in Caius, sex in Iulius, Octo in Proculus. Solebant autẽ in amicorum gratiam tot cyathos bibere, quot erant literæ in eorum nominibus.

Ab octaua bibere. Iuuen. Sat. 1. 5, Exul ab octaua Marius bibit.

Aquam turbidam & inquinatam bibere, Cic. 5. Tusc. 137.

Sitiens bibit, Cic. 5. Tusc. 137.

Arte bibere, Ouid. 2. de Arte amandi, 2.

Bibere haustibus exiguis, Ouid. 3. Fast. 55.

Bibere ad numerum, Ouid. 3. Fast. 107.

Bibere Nilum à fonte. Lucanus lib. 10. 8.

Bibuntur gratius aquæ ex ipso fonte, Ouid. 3. de Põto, ele. 5. 4.

Ex aqua bibere. Propert. lib. 2. eleg. 27. 7. Ex fonte bibere, idẽ lib. 4 eleg. 43.

In auro bibere, id est poculis aureis, Seneca in Thyeste, 5. 10.

Bibere per obscœnitates. Plin. in Proœm. lib. 33. 5, In poculis libidines cælare iuuit, ac per obscœnitates bibere. Huc pertinet illud apud Iuue. Sat. 2. 10, Vitreo bibit ille Priapo.

Pocula bibere, id est potum bibere. Tibullus lib. 1. eleg. 5. 10.

Bibere gemma dixit Virg. pro gemmeo poculo, 2. Georg. 102.

Bibit puer lac ore tenero, Ouid. 3. Amo. eleg. 9. 5.

Vuam bibere. Horatius 1. Carm. Ode 20. 2, id est uinum expressum ab uuis.

Damnosè bibere, est usq; ad ægritudinem, aut egestatem. Hora. 2. Carm. Ode 87.

Plus bibere, Cic. in Pisonem, 17.

Bibere more Græco. Cic. 3. Verr. 45, Maturè ueniunt, discumbitur, fit sermo inter eos & inuitatio, ut Græco more biberetur. Hospes hortatur: poscunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone lætitiaq; conuiuium.

Aut bibat, aut abeat. Cic. 5. Tusc. 166. Hoc adagio (inquit Erasmus) monemur, ut aut tempori, locoq; nos accommodemus: aut ab hominum consuetudine nos subducamus.

Pagus bibit, per metonymiam dictum ab Horatio 1. Epist. 19. 22. pro eo quod est, pagani bibunt.

Bibere morsu dicuntur quædam aues. Plin. lib. 10. cap. 46. 1, Porphyrio solus morsu bibit, bibunt aues suctu.

Bibere rectè dicuntur ea omnia, quæ haustus habent, ut animalia & terræ. Virgil. 3. eclog. 22, Claudite iam riuos pueri, sat prata bibere. Verum authoritate literata etiam arida aut sicca, & quibus haustus non sit, bibere positum inuenimus. Virgil. lib. 11,

Hasta sub exertam donec per lata papillam
Hæsit, uirgineumq; altè bibit acta cruorem. Nonius.

Bibit aquas hortus sitiens. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 9. 12.

Bibunt uiolaria fontem irriguum, Virg. 4. Georg. 7.

Bibit ingens arcus. Virg. 4. Georg. 76. Irim intelligit, siue arcum cœlestem, quem putat uulgus aquam è fluminibus ad se trahere.

Bibere candorem. Plin. lib. 31. cap. ult. de spongijs, id est imbibere & contrahere candorem.

Lana colorem bibit, Plin. lib. 8. cap. 48.

Digitized by Google

Bibere colorem dicitur ex à Plinio lib.34.cap.9.2.
Amorem bibere. Virg.1.Aeneid.151.
Bibere nouum ignem toris ossibus, Stat. Achil.1.61.
Bibere mores maternos, Claud.de Nupt. Hon. & Mariæ 47.
Sanguinem alicuius bibere, Cic.11.Philipp.296.
Bibere aure, pro studiosè audire. Horat.2.Carm.ode 13.7, Virgilius Haurire auribus dixit.
Bibere mandata, hoc est, præ nimio potu obliuisci quod mandatum fuerat, ioco dixit Plautus, Persa 5.4.
Bibitur, impersonale. Cic.2.Philip.102,
Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.
Bibebatur, Passiuè, Ouid.15.Metamorpho.57.
Nulla aconita bibuntur fictilibus, Iuuen.Sat.10.3.
Fons bibitur mihi. Ouid. 4.de Ponto, eleg.2.19.
Bibitur palus mista cũ sale æquoreo. Oui.2. de Põto, ele.7.15.
Bibendum est. Horat.1.Carm.Ode 37.1.
Mensura certa bibendi. Ouid.1.de Arte amandi 119.
Bibendum dare aliquid alicui, Ouid.4.Fast.110.
Arbitrum bibendi ab Horatio illũ dici credo, qui Græcis συμποσιάρχος, id est compotationis & conuiuij princeps dicitur, 2.Carm.Ode 7.5,
—quem Venus arbitrum Dicet bibendi.
Bibax, bibacis, pen. prod. (πολυπότης) Gellius lib.3. cap.12, Bibendi auidum. P. Nigidius in Commentarijs grammaticis bibacem & biboſum dicit. Bibacem ego, ut edacem, à pleriſq; alijs dictum lego: Biboſum, dictum etiam nuſquam reperi, niſi apud Laberiũ. Neq; aliud eſt quod ſimili inclinatu dicatur. non enim ſimile eſt ut uinoſus aut uitioſus, cæteraq; quæ hoc modo dicuntur: quoniam à uocabulis, non à uerbis inclinata ſunt. Laberius in Mimo, lib. 1, qui Salinator inſcriptus eſt, uerbo hoc ita utitur, Non mammoſa, non annoſa, non biboſa, non procax.
Bibaculus, pen.cor. (φιλοπότης) Diminutiuum adiectiuum. ut Bibacula anus.
Bibacitas, pen.cor. (πολυποσία) Denominatiuum.
Bibulus (πότης) Adiectiuum, pen.corr. Qui facilè ſorbet. ut Bibulus iuncus, Plin.lib.13.cap.12.6.
Fotores bibuli. Horat.1.Epiſt.19.19.
Bibulus Falerni, id eſt, bibax Falerni. Horat.1.Epiſt.19.19.
Alæ bibulæ. Ouid.1.de Arte Amandi, 47. de Cupidine.
Bibula arena, Virg.1.Georg.23.
Bibula charta. Plin.lib.8.Epiſt.15, ad Iuniorem.
Bibula flauilla. Virg.6.Aeneid.46.
Lacunæ bibulæ, quæ multũ in ſe recipiunt aquæ, Stat.4.Syl.3.
Lanæ bibulæ. Ouid.6.Metam.2.
Bibulus lapis, pro Pumice, qui & arenarius lapis dicitur. Virgil.2.Georgic.7.70.
Littus bibulum. Ouid.Epiſt.16.28.
Nubes bibulæ. Ouid.14.Metamorph.74.
Bibulæ ollæ, Colum.lib.12.cap.43.11.
Papyrus bibula, Lucan.lib.4.28.
Radix bibula. Ouid.14.Metamorph.126.
Bibulæ ueſtes. Valer.1.Argonaut.58.
Bibulus] βίβυλος, collega Cæſaris in Conſulatu in quem Tranquilli diſtichon cauillatur, cap.20,
Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.
Cæſar enim in ſuo Conſulatu ſolus omnia & ad arbitrium adminiſtrauit. Idem Ciceroni proximam prouinciam in Aſia tenebat. Autor Plutarchus.
Bibulorum familia fuit quædam Romæ, quorum meminit Horatius. 1.Serm.ſatyr.10.18,
Vos Bibuli & Serui, ſimul his te candide Furni, &c.
Bibracte] βίβρακτα, Heduorum oppidum in Gallia, ut eſt apud Cæſarem in commentarijs. uulgo Beaulne.
Biceps] Biclinium, bicolor, bicornis, bicorporis, bicubitalis. Vide Bis.
Biclinium] διπλίνιον, Quint.lib.15, Aut ex noſtro & peregrino, ut biclinium: aut cõtra, ut epitogium & Anticato.
Bicurginm] βικύργιον, urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Erfordia, Erfort.
Bidens] Bidental. Vide Bis.
Biduum] Vide Bis.
Biennis] biennium. Vide Bis.
Bifariam] biferus, bifidus, biforis, biformatus, biformis, bifrons, bifurcus. Vide Bis.
Biga] bigæ, bigamus, bigatus. Vide Bis.
Bigemis] bigenus, bignæ. Vide Bis.
Bigerra] βίγερρα, Hiſpaniæ ciuitas eſt Ptolemæo, cui uicina eſt Setabis urbs, lino tenuiſſimo nobilitata: unde ſudaria Setaba à Catullo commemorata. Vulgo Beiar.
Bijugus] bilanx. Vide Bis.
Bilbilis] βίλβιλις, ciuitas eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis ferri gloria nobilitata, dicente Plinio lib.34.cap.14, Hæc alibi atq; alibi utilior, nobilitauit loca gloria ferri, ſicut Bilbilin in Hiſpania, & Turiaſſonem. Comum in Italia, quum ferraria metalla in his locis non ſint.
Bilibris] Bilinguis. Vide Bis.
Bilis] huius bilis (χολὴ) dicitur à Græcis cholera. Cic.1.Tuſc.88. Plaut. Amph.17.41,
—uetus eſt adagium, Fames & mora
Bilem in naſum conciunt.
Acri bile tumet, Perſ.Satyr.2.2.
Bilis atra, dicitur melancholia. Plaut. Amphit.8.9.3. Atra bili percita eſt. Ita quoq; flaua bilis, humor cholericus dicitur. Vide Ater.
Difficilis bilis. Horat.1.Carm.Ode 13.1.
Libera bilis, Horat.Epod.11.4.
Mediocri bile ferre aliquid, Iuuenal.Satyr.13.15.
Redundante bile morbi naſcuntur, Cic.4.Tuſcul.34.
Splendida bilis. Horat.2.Serm.Sat. 3.29. Id eſt quæ omnia in lucẽ profert. Vel ſplendida, lucida: quia nemo poteſt iraſcita, ut non appareat eius iracundia. Acron.
Vitrea bilis turgeſcit. Perſ.Sat.3.1.
Commota bile feruere. Perſ.Sat.4.1. Vide Commoueo.
Effundere bilem, Iuuenal Sat.5.16.
Expellere bilem helleboro. Horat.2.Epiſt. 2.28.
Inæſtuat bilis præcordijs. Horat.Epod.11.4.
Intumuit maſcula bilis. Perſ.Satyr.5.15.
Maſcula, id eſt magna, ualida, qualis maſculo ſexui cõuenit.
Bilem alicui mouere, Martialis lib.5.27.
Purgare bilem. Horat.in arte 61.
Superans bilis, Lucret.lib.4.134.
Tumet bile iecur. Horat. 1.Carm. Ode 13.1.
Vrit bilis iecur. Horat.1.Serm.Sat.9.14.
Bilioſus (χολώδης) Adiectiuum, pen.prod. Cholericus. Celſus, Aut liuidum, aut biliosum. Idem, Sputum etiam biliosum aut purulentum.
Bilix] huius bilicis, pen.prod. Adiectiuum, (λίμμος) ut Bilix lorica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in ſummitate haberet ad ornatum, lib.12.75, Rumpitq; infixa bilicẽ Loricam.
Biluſtris] Vide Bis.
Bilutes] Veteres dixerunt beſtijs ſimiles, quaſi belutos. Ex Feſto.
Bimaris] bimater, bimatus. Vide Bis.
Bimembris] bimenſis, bimeſtris. Vide Bis.
Bimus] Vide Bis. Binominis] binominis. Vide Bis.
Binus] binarius. Vide Bis.

Bion]

Digitized by Google

Bion] *βίων*, Borysthenites, Crateis auditor, ad Cynicã prius sectam transijt, sumpto pallio & pera: deinde ad Theodorea instituta se conuertit. Reliquit commentarios plures qui non extant. Apophthegmata item plura. Author Suidas.

Bioneos sermones prouerbiali figura dictos esse ab Horatio, in Chiliadibus suis annotauit Erasmus, ubi prouerbium explicat, Dente Theonino rodi. Ait enim ex Acrone, Bionem philosophum fuisse, qui mordacißimis dialogis lacerauerit poetas, sic, ut nec Homero parceret. Porphyrion autumat Aristophanis comici patrem fuisse. Versus apud Horatium lib. 2. Epistol. 2. 12. sunt isti,

Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro.

Bipaliu m] Bipalmis, Bipartio, Bipatens. Vide Bis.

Bipennis] Bipennifer. Vide Bis.

Bipes] Bipedalis, &c. Vide Bis.

Bipinnella] Vide Bis.

Biracellum] urbs Tuscorum Ptolemæo, hodie Vicarellum.

Biremis] Vide Bis.

Bis] *Δίς*, aduerb. numerandi, significat id quod Græcis *Δίς*. Cic. de Amicitia 37, Bis unà Consules. Idẽ Pæto, lib. 9. 16. 1.

Bis anno absumuntur umbræ, Plin. lib. 2. cap. 73. 2.

Bis estas, bisq; cucurrit hyẽs. Ouid. Epist. 6. 12, id est, duo abierunt anni.

Bis ad decies centum, Plin. lib. 4. cap. 12. 36.

Bis bima, Cic. 2. de Nat. deorum 69.

Bis centum anni, Ducenti, Ouid. 12. Metam. 38.

Bis denæ naues, Virg. 1. Aen. 77.

Bis deni anni. Martial. lib. 7. 13. Propert. lib. 2. eleg. 10. 1.

Bis die pariunt, Plin. lib. 10. cap. 53. 1.

Bis mille equi, Duo millia equorum, Horat. Epod. 9. 10.

Bis quinquagenis domus est tibi millib. empta, Mart. li. 12. 63.

Bis quinq; uiri, Decem uiri, Horat. 2. Epist. 1. 5.

Bis quinos silet ille dies, Virg. 2. Aen. 26.

Bis quina sestertia, Martial. lib. 10. 75.

Bis quinus mensis, pro bis quintus, hoc est, decimus, Ouid. 3. fasto. 25.

Bis seni dies, Duodecim. Virg. eclog. 1. 9. Stat. 12. Thebai. 163,

O mihi bissenos multum uigilata per annos.

Bissenus labor, Duodecim labores, Seneca in Agamem. 9. 1.

Bis septeni. Plin. lib. 8. cap. 36. 2, Primis diebus bis septenis tam graui somno premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant. De Vrsis loquitur.

Bis sex locis thoraca petitum, dixit Virg. 11. Aeneid.

Bis stultè facere, Terent. Hecyra 3. 2. 8.

Bis tanto. Plaut. Merc. 6. 26, Bis tanto ualeo, quàm ualui prius.

Bis tantum, quantum. Virg. 6. Aeneid. 116,

Tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum, tendit q; sub umbras,
Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.

Bis ter, id est, sex, Horat. Epod. 4. 2.

Bis terq;, Mart. lib. 4. 37.

Bis terq; expertus frustra. Horat. in Arte poetica 89.

Bis terue, Horat. Epod. 5. 7.

Bis terni nati, Filij duodecim, Silius lib. 10. 19.

Falli bis, Cic. 8. Philipp. 2. 242.

Bis grauidæ pecudes, Virg. 2. Georg. 30.

Bis improbus, Cic. 7. Verr. 47.

Bis perire. Plautus Trucul. 3. 19, Bis perijt amator, ab re atque animo simul.

Biceps] huius bicipitis, pen. cor. (*Δικέφαλος*) Adiectiuũ, à bis & caput compositum. Quod habet duo capita. Plin. libro 10. cap. 62. 1, Serpentes coeunt complexu, adeò circumuolutæ sibi, ut una existimari biceps posßit. Cic. 1. de Diuinatione 197, Et si puella nata biceps esset.

Ianus biceps, Ouid. 1. Fast. 13.

Biceps, de rebus incorporeis: ut Ciuitas biceps. Varro de Vitâ Pop. Rom. lib. 4, Iniquus equestri ordini iudicia tradit, ac bicipitẽ ciuitatẽ fecit discordiarũ ciuiliũ fontẽ. Nonius.

Parnassus biceps. Oui. 2. Met. 45. Impropriè dixit, pro bijugo.

Bicalnium (*Δικλινον*) Locus ubi duo lecti sunt, Plautus Bacchi. 15. 106.

Bicolor, pen. corr. huius bicoloris, pen. prod. (*Δίχροος*) Adiectiuum, Duorum colorum. Plin. lib. 10. cap. 52. 2, Intus omne ouum uolucrum bicolor.

Myrtus bicolor, Ouid. 10 Metam. 20.

Bacca bicolor, Ouid. 11. Me am. 47.

Bicornis, & hoc bicorne (*Δικερως*) Quod habet duo cornua, ut Bicorne ferramentũ. Colu. lib. 10. cap. 15. Plin. lib. 11. cap. 46. 1, cui unicorne opponit. Bicornes furcæ. Virg. 1. Georgic. 53, Exacuunt alij uallos furcasq; bicornes.

Caper bicornis, Ouid. 15. Metam. 61.

Faunî bicornes, Ouid. Epist. 4. 10.

Iugum bicorne. Stat. 1. Thebaid. 13. de Parnasso.

Luna bicornis. Horat. in Carmine secul. 7.

Rhenus bicornis, Virg. 8. Aen. 144.

Bicorpor (*Δίσωμος*) omnis generis. Duorum corporũ. Cic. 2. Tusc. 38. Hæc bicorporem efflixit manum.

Bicubitalis, & hoc bicubitale. pen. prod. (*Δικύητος*) Quod duorum est cubitorum: ut bicubitalis caulis, apud Plinium, lib. 20. cap. 23. 1.

Bidens] bidentis, f. g. (*Δισδύς*) Festus, Bidẽtes sunt oues, duos dentes longiores cæteris habentes. Virg. 6. Aeneid. 8, Totidem lectas de more bidẽtes. Vbi Seruius, Bidentes, oues sunt circa bimatum habentes duos dentes eminẽtiores, quæ erãt aptæ sacrificijs. Nonius, Bidentes qui existimant ob eam causam oues à Virgilio dictas, quòd duos dentes habeant, peßime ac uitiosè intelligunt. Nam nec duos dentes habent, & hoc quidem & genus monstri est, & melius intelligi potest, si biennes dixerit autoritate Pomponij in Attelana, Mars tibi uoueo facturum, si unquam redierit, bidenti uerre. Laberius Pauperate, Visus ac nocte bidentes propter uiam facere. Et Nigidius Figulus bidental, quòd binæ pecudes immolentur. Hactenus ex Nonio. Vide multa de hoc apud Gellũ, lib 16. ap. 6.

Bidens pro oue, Ouid. 2. Fast. 14.

Cædes bidentium, Horat. 3. Carm. ode 23. 3.

Intonsa bidens. Virg. 12. Aeneid. 34. Id est, parua, aut ut Seruius interpretatur, breuis.

Lanigeræ bidentes, Virg. 7. Aeneid. 19.

Bidentes, masc. gen. (*σμινύη*) Instrumentũ fossorium rusticum, quòd duos dentes habeat. Iuue. Vide bidentis amans, & culti uillicus horti. Colum. lib. 4. cap. 14. 1. Insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim soli terga conuertat.

Durus bidens, Virg. 2. Georg. 71. Ouid. 4. Fast. 187.

Ruris opes niteant. Tibullus lib. 2. eleg. 3. 2.

Pace, bidens uomerq; uigent, Tibullus 1. eleg. 10. 10.

Frangere glebam bidentibus, Virg. 2. Georg. 80.

Iactare bidentes, Virg. 2. Georg. 71.

Versare solum bidente, Tibul. 2. eleg. 3. 2.

Bidental (*Δισδοντεῖον*) dicebant antiqui quoddam templum, quòd in eo bidentibus hostijs sacrificaretur. Hæc Festus. Horat. in Arte poetica 95.

—utrum Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Mouerit incestus. Hoc loco Ianus Parrhasius, Loca tacta fulmine, inquit, ácri studio procurabant maiores nostri: sacerdotem adhibebant, colligebantq; dispersa fulminis uestigia,

Digitized by Google

terræq; sacris ritè peractis, constructa ara, cæsaq; bidente, eum locũ Bidental appellabant: quẽ uiolare piaculũ erat.
Euitandum bidental. Persius Sat. 2. 3.
Biduũ, bidui (δύο ἡμέραι) Spaciũ duorũ dierũ. Terent. 4. 2. 8,
——hem biduum hîc
Manendum est soli sine illa?
Illo biduo, Cic. 4. Verr. 45.
Biduo mensem longiorem facere, Cic. 4. Verr. 90.
Biduum ex mense eximere, Cic. 4. Verr. 90.
Bidui aut tridui solicitudo, Terent. And. 2. 6. 9.
Bidui nauigatio, Plin. lib. 6. cap. 28. 21.
Bidui aberant castra. Id est, duorum dierum spacio, Cic. ad Attic. lib. 5. 14. 4.
Biduũ contimẽs, pro perpetuũ biduũ. Suet. in Caligula, cap. 19.
Per biduum, Cic. 2. de Nat. deor. 139.
Propius quàm biduum. Cic. Attic. lib. 8. 166. 2. Propterea quòd neq; Romæ quicquam auditur noui, nec in his locis, quæ à Brundusio absunt, propius quàm tu biduum aut triduum.
Biennis, & hoc bienne (διετής) Duorum annorum.
Bienne spacium. Plin. lib. 2. cap. 82, Vtpote cum quidã annuo & bienni spacio durauerint.
Biennium, biennij (διετία) Spaciũ duorum annorum. Cicer. 5. Philipp. 168, Tribuni plebis tulerunt de prouincijs contra acta Cæsaris, ille biennij, iste sexennij.
Bifariam (διχῶς) Aduerbium, In duas partes, aut duobus modis. Cic. 3. Tusc. 41, Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt. Nam duæ, &c. Varro 2. de Re rust. ca. 4. 13, Natura diuisus est eius annus bifariam.
Bifer (δίφορος, δίκαρπος) Adiectiuum, ut Bifera arbor, quæ bis fert fructum, Plin. lib. 13. cap. 22. 3.
Bifera ficus, Colum. lib. 5. cap. 10. 8.
Biferi Pæsti rosaria, inquit Virg. 4. Georg. 42. Quòd uno anno bis illic nascerentur rosæ, ut docet Seruius.
Bifidus (δίχηλος) Adiect. pen. corr. Quod in duas partes fissũ est. Plin. li. 11. ca. 37. 43, Lacertis bifida & pilosa lingua.
Bifidi pedes, Ouid. 14. Metam. 61.
Bifidum iter, Valer. 1. Argonaut. 115.
Bifidatus adiect. pen. prod. (διχηλωτός) Idẽ Plin. lib. 13. cap. 4. 4, Folia cultrato mucrone, laterib. in sese bifidatis, bellas primũ demonstrauere gemmas. De palmis loquitur.
Bifores, & hoc bifore, pe. corr. (δίθυρος) Duplices ianuæ habens.
Bifores fenestræ. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 3. 1.
Valuæ bifores, Ouid. 2. Metam. 1.
Biforis cantus. Virg. 9. Aeneid. Vbi Seru. Biforem, bisonum, imparem. Et seruauit eis tibiarum suarum ordinem: tibiæ aut Serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas: aut Phrygiæ, quæ & impares sunt, & inæquales habẽt cauernas. Ergo biforem, dissimilem, dissonum, nõ enim sunt pari modulatione compositæ.
Biformatus, Adiect. pen. prod. (διμορφωτός) Cic. 2. Tusc. 33,
——non biformato impetu
Centaurus ictus corpori insixit meo.
Biformis, & hoc biforme (δίμορφος) Quod duas formas habet. Colum. lib. 10. 41, Inter lasciuos Satyros, Panasq; biformes. Quo loco quidam legunt bicornes.
Biformis natura Centaurorum, Claudian. in Ruff. 1. 66.
Ianus biformis, Ouid. 5. Fast. 8.
Monstrũ biforme. Ouid. 8. Metam. 32, de Minotauro loquitur.
Populus biformis, Centauri, Ouid. 2. Amorum, eleg. 12. 4.
Bifrons (διμέτωπος) Adiect. Quod geminam frontem ac faciem habet. Virgil. 12. Aeneid. 13, Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem. Idem lib. 7. 36.
Bifurcus, Adiect. (δίχηλος) Geminas furcas habens, ut Bifurcũ ferramentum, Columel. lib. 3. cap. 18. 1. Bifurci ramusculi, Columel. libro 5. capite 11. 3.
Biga, bigæ: & Bigæ, bigarum (συνωρίς, ζεῦγος) Currus duorũ equorum iugo actus. Virg. 5. Aeneid. Et nox atra polum bigis subuecta tenebat. Budæus, Bigæ, trigæ, quadrigæ ad curule certamẽ & sacra certamina pertinebant. His enim uerbis non tam uehiculum, quàm equi bijuges, trijuges, quadrijuges significantur.
Bigæ anhelantes, Stat. Thebaid. lib. 6. 138.
Citæ bigæ, Catul. epigram. 51. 6.
Lunares bigæ, Quibus Luna uehitur, Stat. 12. Thebaid. 60.
Nocturnæ bigæ, Lunæ. Senec. in Hippoly. 3. 8.
Olorina biga, Veneris, Stat. 3. Sylu. 4. 10.
Rorifera biga, Auroræ, Stat. lib. 1. Thebaid. 68.
Rosæ bigæ, Aurorę. Virg. 7. Aeneid. 6. de Aurora.
Bigæ soporiferæ, Dianæ, Valer. 2. Argonaut. 59.
Agitare bigas, Lucan. lib. 1. 16.
Raptari bigis, Virg. 2. Aeneid. 55.
Remeant bigæ, Seneca in Agamem. 9. 3.
Bigatus, pen. prod. Adiectiuum. ut, Argentum bigatum, quod bigas impressas habet. Et. plin. lib. 33. cap. 3. 7, Nota argẽti fuere bigæ atq; quadrigæ: & inde bigati, quadrigatiq; dicti.
Bigati equi. Liu. 3. bel. Pun. 69.
Bigamus (δίγαμος) Qui duxit duas uxores. Inde Bigamia, ipsa conditio. Sipontinus.
Bigemmis (δίλιθος) Vitis quæ habet duas gemmas. Colum. lib. 5. cap. 5. 9, Pro materijs longioribus pollices quaternum aut quinùm gemmarum relinquuntur: pro custodibus autẽ bigemmes reseces fiunt.
Bigenus, bigeneris: & bigeneris, & hoc bigenere (διγενής) Festus, Bigenera animalia dicuntur ex diuerso genere nata, ut leopardalis ex leone & panthera, cicursus ex apro & scropha domestica, mulus ex equa & asino. Varro li. 2. de Re rust. cap. 8. 1, Nam muli & hinni bigeneri atq; insitij, non suopte genere ab radicibus. ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Quædam exemplaria legunt, Bigeneres atq; insitiij.
Bijugus, bijugi (δίζυγος) & Bijugis, & hoc bijuge, huius bijugis. Adiecti. pen. corr. Bijuges equi dicuntur, quòd bini ad unum iugum alligati sint. Mart. lib. 1. 42,
Gestatus bijugis regulus esset equis.
Albi bijugi. Virg. 10. Aeneid. 115, de Leucago.
Bijuges fasces, Claudian. Paneg. lib. 5. 46.
Leones bijugi. Lucret. lib. 2. 122, De curru Cybeles.
Lynces bijugi, Ouid. 4 Metam. 5. Hi trahunt currum Bacchi.
Bijugi serpentes, Valer. Argonaut. lib. 7. 44.
Temo bijugus, Stat. 2. Thebaid. 145.
Certamen bijugum. Virg. 5. Aeneid. 29.
Bijugi, interdũ substãtiuè pro ipsis currib. capiuntur. Virg. 10. Aen. 90, Desilijt Turnus bijugis, pedes apparat ire Comminus.
Bilanx, bilancis, f. g. (ζυγός) Instrumentum quo res cũ lancibus ponderantur. Libra alio nomine dicitur. Perottus.
Bilibris, & hoc bilibre, Adiectiuum, pen. cor. (δίλιτρος) Duarum librarum. Martial. lib. 11. 43, Nunc ut emam grandem lupum, mullúmue bilibrem. Plin. lib. 18. cap. 11. 2, Ex aqua hordeoq; bilibres offæ.
Bilibra, bilibræ, pen. corr. (δίλιτρον) Duarum librarum pondus. Liu. 4. ab Vrbe, 69, Sp. Melium, cui tribunatus plebis magis optandus, quàm sperandus fuerit, frumentarium dimittem, bilibra farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse. Legitur & Bilibre.
Bilinguis, & hoc bilingue (δίγλωσσος) Festus, Bilingues Brutaces Ennius dixit, quòd Brutij, & Osce & Græce loquiscoliti sint. Sunt autem Italiæ populi uicini Lucanis.
Bilinguis, Fallax. Virg. 1. Aeneid. 134, Quippe domum timet ambiguam

Digitized by Google

ambiguã, Tyriosq; bilingues. Vbi Seruius, Bilingues, fallaces, nec enim ad linguam retulit, sed ad mentem.

Bilingues insidiæ, Claud. de bello Gildonico, 57.

Bilinguis Canusinus, Qui callet duas linguas. Horat. lib. 1. Ser. Sat. 10. 6. Curtius lib. 7, de Branchidis, Mores patrij nondum exoleuerant: sed iam bilingues erant, paulatim à domestico, externoq; sermone degeneres.

Biluſtris, & biluſtre (δικαετὴς) ut Bellũ biluſtre, quod duo lustra, id est, decem annos durauit. Ouid. 2. Amorũ, eleg. 12. 2.

Bimaris, & bimare, Adiect. pen. corr. (διθάλασσος) Quod est inter duo maria, ut Corinthus bimaris, Horat. 1. Carm. Od. Isthmus bimaris, Ouid 6. Metam. 84. (7. 1.

Bimater, pen. prod. (διμήτωρ) Qui duas habet matres. Sic Ouidius Bacchum uocat, quoniam ille bis natus dicebatur: primò quidem ex Semele. Sed quum partus ille crudus & præmaturus esset, Iupiter assutũ femori suo, & ad iustum puerperij tempus conseruatũ, rursum edidit. Ouid. 4. Meta. 3,

Ignigenamq;, satumq; iterum, solumq; bimatrem.

Bimatus, huius bimatus, m. g. pen. prod. (διετία) Spacium duorum annorum. Varro 2. de Re rustica, 5. 15; Castrare non oportet ante bimatum. Plin. lib. 9. cap. 30. 6, Neq; his bima tu longior uita. De loligine loquitur.

Bimembris, & bimembre (δίμωλος) Quod gemina habet mẽbra, ut Forma bimembris. Ouid. Epist. 9. 20,

Et malè confisum pedibus, formaq; bimembri.

Bimẽbres, subſtãtiuè (δίμωλοι) pro Cẽtauris. Ouid. 12. 99,

Ecce ruũt, uasto trepidi clamore Bimẽbres. Stat. 12. The. 111,

Oſſæi bello cecidere Bimembres. Oſſæi, Oſſam incolentes montem. Virg. 8. Aeneid. 58. de Centauro Ixione,

——tu Nubigenas inuicte Bimembres, &c.

Bimenſis, huius bimenſis (δίμηνος) Liuius Dec. 5. lib. 5. 60, Et ad opera quæ locassent probanda, anni & bimenſis tempus prorogaretur.

Bimeſtris, & bimeſtre (διμηνιαῖος) Duorum menſium: ut Bimeſtre ſtipendium. Plin. lib. 18. cap. 7. 20. Est & bimeſtre frumentum, Horat. 3. Carm. 17. 3.

Conſulatus bimeſtris. Plancus Ciceroni, 10. 24. 15.

Bimus, Adiectiuum (διετὴς) Duorum annorum: ut Bimæ nuces, Cato cap. 17. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. 11, Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices LXX. duo, unum anniculum, alterum bimum.

Bima dies, Tempus biennij, Valla lib. 4. cap. 80.

Merum bimum, Horat. 1. Carm. Ode. 19. 3.

Anniculum, bimum, trimum. Plinius lib. 18. cap. 24. 1, Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peßimum, ultra ſterile.

Bima ſententia. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 34, De hac quoq; ſententia bima decedat. Id est, qua cẽſuit ut per duos annos remanerem in prouincia.

Legio bima. Plancus Ciceroni, 10. 24. 8.

Bimulus, adiect. pen. cor. (διετήδιος) Idem Catul. epig. 17. 3,

——nec ſapit pueri inſtar Bimuli.

Binomius, διώνυμος, Cui geminum nomen: ut Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius. Feſtus.

Binominis, & binomine, pen. cor. (διώνυμος) Idẽ. Ouid. 14. Met. 122, Inde ſub Aſcanij ditione binominis; Alba

Resq; Latina fuit. Hic Aſcanius, uocabatur & Iulus.

Irus binominis. Ouid. in Ibin. 84, Nam ante Arneus dictus.

Iſter binominis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 3, Dicitur enim & Danubius.

Bini, binæ (σύο δυο) numerus diſtributiuus, idẽ ſignificat quod duo. Siſenna li. 3, Ad binum millium numero, ſaucijs utrinq; factis. Hæc Nonius. Pli. li. 12, Ergo in utraq; gẽte bina laudatiſſima genera, terrenum & factitiũ, idẽ li. 7. ca. 16. 8, Bini cubiti:

Bini, ſignificat ſingulis duo, ut Creabantur olim bini Conſules. Id est, p ſingulos annos duo. Ex Valla li. 3. Terẽ. Phor. 5. 3. 6,

——nã ex his prædijs talẽta argẽti bina Statim capiebat.

Binis annis conuertuntur, Plin. lib. 2. cap. 8. 5.

Terna, bina, ſingula uerba, Cic. 3. de Orat. 110.

Bini aeres, legimus apud Lucretium, lib. 4. 59.

Amicas binas habere, Ouid. 2. de Remedio amoris 9.

Aures binæ, Virg. 1. Georg. 35.

Capita bina boum, Virg. 5. Aeneid. 13.

Inter bina caſtra cũ Vectio collocatus est. Cic. 12. Philip. 338.

Cẽſores binos in ſingulas ciuitates deſcribebat; Cic. 4. Ver. 92.

Centeſimis binis fœnerari, Cic. 5. Verr. 141.

Corpus binum, Lucret. lib. 5. 176.

Damna bina, Ouid. 3. Triſt. eleg. 8. 7.

Facies binæ, Virg. 4. Georg. 19.

Fœtus binos alit ubere, Virg. 3. Georg. 6.

Freta bina, Ouid. 6. Fast. 99.

Binos gladiatores ſingulis patribus familiarum diſtribuit. Cic. Attico lib. 7. 133. 2.

Honor binus, Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 13, Sic uocat duplicem Conſulatum.

Iuga bina, Ouid. 12. Metam. 87.

Binas à te accepi literas, Cic. Attico, lib. 6. 111. 18.

Ludi bini, Cic. 4. Verr. 91.

Lumina bina lucernarum, Lucret. lib. 4. 92.

Bini oratores uix ſingulis ætatibus conſiterunt, Cic. in Bruto 187.

Supellex bina, Lucret. lib. 4. 92;

Per binos tabellarios miſi Romã literas. Cic. Attic. li. 6. 111. 19.

Binis tabellarijs & tibi & Octauiano ſcripſi. Pollio Ciceroni, lib. 10. 33. 7.

Bina die ſiccant ouis ubera, Virg. 2. eclog. 4.

In bina findere, Lucret. lib. 1. 110.

Bipalmis, & hoc bipalme (δίδωρον) Duorum palmorum. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. 4, Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus ſub ordines ſingulos tabulæ fixæ, ut ſint bipalmes, quo utantur ueſtibulo, ac prodeant.

Bipalium, bipalij (διμάκελλα) Inſtrumentum ad fodiendum. Plin. lib. 18. cap. 36. 14, Bipalio ſubacto prius ſolo. Liu. 3. ab Vrbe, 113, Columel. lib. 3. cap. 5. 3. & Cato cap. 6. 3. & cap. 45.

Bipartior, ſiue bipertior, bipertiris, bipertiri, pen. prod. (διχομοίζω) In duas partes diuidere. Colum. lib. 11. cap. 2. 27.

XI. Cal. Maias Ver bipartitur, pluuia, & nõnunquã grãdo.

Bipartitò (διχῶς) Aduerb. pen. prod. Cic. 2. de Inuent. 186, Id fit bipartitò. Id est, duobus modis. Cæſar 1. bell. Gall. 99. Romani conuerſa ſigne bipertitò intulerunt. Hoc est, duobus locis.

Bipatens, Adiectiuum, pen. cor. (διανοικτὸς) ut Bipatentes portæ, pro geminis. Virg. 2. Aeneid. 66,

Portis alij bipatentibus adsunt.

Idem etiam Bipatẽtia tecta dixit, pro aperta, ſtatim in principio lib. 10,

Confidunt tectis bipatentibus. Vbi Seruius ait ſermonem esse Ennianum tractum ab oſtijs, quæ ab utraq; parte aperiuntur. Bipatentibus: Apertis.

Bipedalis, & bipedale, penult. prod. (διπόδιαῖος) Quod habet longitudinem duorum pedum. Cæſar 4. bell. Gall. 525, Inſuper bipedalibus trabibus immißis.

Bipedalis latitudo, Colum. lib. 8. cap. 3. 6.

Bipedali hiatu aperiri, Plin. lib. 16. cap. 12. 1.

Bipedalis moduli homines, pro tenuib. & humilis fortunæ homunculis dixit. Horat. teſte Eraſmo, lib. 2. Serm. Sat. 3. 62.

Bipedanus, Adiectiuum, pen. prod. (διπόδιαῖος) Idem. Colu.

Digitized by Google

libro 2. cap. 2. 17. Frumentis autem sat erit, si æque bona fuberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedũ abundè est.

Bipedaneus (διποδιαῖος) aliud adiectiuum idem significans, ut bipedanea altitudo, Colum. lib. 4. cap. 1. 1. Quippe seminibus uineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam, quam &c. Idem lib. 17. cap. 20. Bipedaneo pastinatu.

Bipennis, huius bipennis, f. g. (πέλεκυς) Securis quæ utrinq; aciem habet: à pinna deriuatum nomen, quod acutum ueteres dicebant. Plin. lib. 8. cap. 8. 3. Ita pendens alterum poplitem dextra cædit: ac præacuta bipenni hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit. Virgil. 2. Aeneid Correpta dura bipenni.

Duræ bipennes, Horat. 4. Carm. Ode 4. 12.

Cælata argento bipennis, Virg. 5. Aeneid. 61.

Crebris bipennibus instant, Virg. 2. Aen. 26.

Perrumpit limina bipenni. Virg. 2. Aeneid. 96. De Pyrrho.

Sæuam inhibere bipennem, Ouid. 8. Metam. 155.

Tonsa bipennibus ilex. Horat. 4. Carm. Ode 4. 12.

Valida bipennis, Virg. 11. Aeneid. 130.

Bipennis, & hoc bipenne (διπτερος) Quod duabus pennis uolat. Plin. lib. 11. cap. 28. 1, Nullum, cui telum in ore, plurib. quàm binis aduolat pennis. Illis enim ultionis causa datum est, his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsæ. Nullum cui aculeus in aluo, bipennæ est. Quibusdam pennarum tutelæ crusta superuenit, ut scarabeis.

Bipennifer (πελεκυφόρος) Adiectiuum, pen. corr. Bipennem ferens. Ouid. 8. Metam. 79,

Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas.

Bipes, bipedis, pen. cor. (δίπους) Adiectiuũ, Quod habet duos pedes. Cic. pro domo sua 38. Hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo.

Equos bipedes uocat Virgilius equos Protei, quoniam priore tantum corporis parte equos, posteriore pisces referebant. Virg. 4. Georg. 78.

Bipennella, Herba hortẽsis, dicta quod in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat, hanc corrupto uocabulo quidam pimpinellam uocant.

Biremis, huius biremis, f. g. pen. prod. (δίκροτος) Nauis quæ duplici remorum ordine agitur. Cicer. 7. Verr. 41. Ne hæc biremis ascribi erctur. Virg. lib. 1. 38, ——si quem Iactatum bello uideat, Phrygiasq; biremes.

Leues biremes, Ex Appiano.

Fert me biremis, Horat. 3. Carm. Ode 29. 13.

Parua biremis, Lucanus lib. 10. 12.

Remigio biremes aptare. Virg. 8 Aeneid. 16.

Bisellium] διφρεῖον, Sella in qua duo tantum sedere possũt. Ex Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Bissextus, siue **bisextus**] Alciatus (ἐμβολισμός) Habuere ueteres Romani institutum à Romulo annum X. mẽsiũ, qui erat dierum CCCIIII. Incipiebatq; Martio mense, quæ ratio quum neq; Solis, neq; Lunæ cursui conueniret, Numa duos menses addidit, Ianuarium, & Februarium: atq; ita dies distribuit, ut omnino CCCLV. essent. Sed quia hæc quoq; constitutio non quadrabat: necessario Intercalaris mensis cõstitutus est, id est, mensis interposititius arbitratu Pontificũ, qui alternis annis nunc XXII. dies, nunc XXIII. intercalabant. Is mensis additicius erat, & prope finẽ Februarij, quia is ultimus anni inserebatur. Sed hunc quoq; modum cursui Solis non conuenire, quum C. Iul. Cæsar animaduertisset, decem dies addidit, intercalarium q; mensem sustulit. Et quoniã Solis cursus annuus quadrãtem quoq;, id est, sex horas occupat, singulis quibusq; quadriennijs diem inserit, qui bisextus dicitur. Intercalatur enim, id est, uocato populo inseritur, is dies post eum, qui sextus Calendarũ Martij est: & duo loco unius habentur. Hactenus Alciatus. Celsus de Verborum significatione, Quum bisextus Calendis est, nihil refert, priore an posteriore die quis natus sit: & deinceps sexto Calendas eius natalis dies est. Nam id biduum pro uno die habebatur, sed posterior dies intercalatur, nõ prior. Ideo quo anno intercalatũ non est, sexto Calendas natus: quum bissextus Calendis est, priorem diem natalem habet.

Bissextus dicitur, quod bissexto Calendas dicamus. Sipontinus.

Bisulcus, adiectiuum (δίχηλος) Vngulas non solidas, sed scissas habens. Plin. lib. 10. ca. 1. 2. Vngulæ ijs ceruinis similes, quibus dimicant bisulcæ, comprehendẽdis lapidibus utiles. De struthiocamelis. Idem lib. eodem, cap. 73. 1.

Bisulca cauda, Scissa in duas partes. Plin. lib. 9. cap. 29. 2.

Lingua bisulca. Ouid. 9. Meta. 13. de Acheloo in anguẽ mutato.

Bisulcus pes. Ouid. 7. Metam. 23. De tauris qui uellus aureum cum dracone custodiebant.

Bisulci furculi arborum. Colum. de arboribus, cap. 26. 3.

Bisulcor, διστόμαινομαι, Mars dictus fuit, à bis ulciscendo, cui hoc nomine templum consecrauit Augustus. Primo quòd adiutus ab ipso fuerat quum Iulium Cæsarem à coniuratis interfectum ulciscceretur. Deinde quòd signa Romana à Parthis erepta uictor eiusdem beneficio recepisset, Crassiq; manes ultus esset. Hanc historiam enarrat Ouid. 5. Fast. 104. & in hos uersus desinit,

Rite Deo templumq; datum, nomenq; Bisultor,
Emeritus uoti debita soluit honor.

Biuium (ἄμφοδον) Quod duas uias habet. Virg. 9. Aen. 49.

——locum insidijs conspeximus ipsi:
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Biuius, Adiectiuum (ἄμφοδος) ut Biuiæ fauces. Virg. 11. Aenei. 103. Vt biuias armato obsidam milite fauces. Id est, quæ ad duo loca ducunt.

Biuius agrorum cultus, per metaphoram. Varro 1. de Re rust. cap. 18. 6.

Bisaltæ] Βισάλται, Macedoniæ gens libera, intra Strymonẽ & Edonicum sinum, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 10. Stephanus Bisanthem uocat, coloniamq; eam Græcã à Samijs deductam. Virg. 3. Georg. 91, de morbis ouium. Vbi Seruius, Bisaltæ populi Scytharum, qui fugientes, equorum sanguine aluntur lacte permisto.

Bisaltica, Βισαλτία, regio. Tacitus lib. 5. Trans Strymonem autem uergentia ad occasum, Bisalticam omnem cum Heraclea quam Sinticem appellant.

Bisaltis] aut Bisalpis (utrunq; enim inuenio) βισάλτις, nomẽ est puellæ cuiusdam, quam Neptunus in arietem conuersus compressit, authore Ouidio 6. Metam. 24,

——tu uisus Enipeus
Gignis & Aloidas, aries Bisaltida fallis. Bocatius li. 11. cap. 11. ubi de Iarba rege loquitur, natum illum ait, teste Paulo Perusino, ex filia Bisalpis regis, quam Iupiter in forma arietis uitiauerit. Si huius igitur sententiæ stabimus, Bisalpis non proprium erit puellæ, sed patronymicum.

Bisanthræ] es (βισάνθη Stephan.) oppidum est Thraciæ, nõ procul à Melane fluuio, eoq; oppido, cui μάκρον τεῖχος, id est Longus murus, nomen est. Plin. lib. 4. cap. 1.

Bisarges] Βισάργις, oppidum Hispaniæ, in Tractu Tarraconensi, cuius meminit Ptolemæus lib. 7. cap. 6.

Bisellium] Biseta Vide Bis.

Bislingua] ὑπόγλωσσος (sic enim Hetrusci uocant, alijue rò Bonifaciam) herba est folia habens ruscì tenuis figura, & spinosam comã, & in summo ceu linguas è fõlijs exeuntes. Nascitur frequentissima in Liguriæ Alpibus. Vide Matthiolum

violam apud Dioſc. lib. 4. cap. 127.

Biſon] biſontis, m. g. (βίσων) Animal eſt è boum ſylueſtrium genere, cerui figura, media fronte inter aures unum cornu habens excelſius, magisq; directum ijs, quæ nota ſunt, cornibus. Ab eius ſummo ſicut palmæ rami latè diffunduntur. Eadem eſt fœminæ, marisq; natura, utriq; ſunt iubæ, eadem utriq; eſt forma, magnitudoq; cornuum. Hæc Sipõtinus. Martial. lib. 1. 175,

Turpes eſſeda quòd trahunt biſontes. Vide Plinium libro 7. cap. 15. 1.

Villoſi biſontes. Seneca in Hippoly. 1. 12. Martial. lib. 1. de Car

Ille tulit gemmos facili ceruice iuuencos, (pophoro,
Illi ceßit atrox bubalus, atq; biſon.

Biſpellio] onis. pen. prod. (πολύτροπος) Idem eſt qui Verſipellis: id eſt ueterator, Plaut. Marcell. lib. 72. 9. 4. D. de Ser.

Biſſextus] Vide Bis.

Biſton] Biſtonis (βίθων) Martis & Callirhoes filius, qui Biſtoniam Thraciæ urbem condidit. unde omnes Thraces, Biſtonios dixere poetæ: ipſamq; Thraciam, Biſtoniam, aut terrã Biſtonis.

Biſtonis, pen. cor. (βιστονία) Steph. Ciuitas & ſtagnum in Thracia, Abderæ urbi propinquum, à Biſtone (ut dictum eſt) conditum.

Biſtonis ora. Ouid. in Epiſt.

Biſtonis terra. Ouid. 2. de Pont. eleg. 9. 11.

Biſtones, Biſtonũ, pen. cor. (βίστονες) Populi ſunt in Thracia teſte Plinio, lib. 4. ca. 11. 3. Valerius Flaccus 1. Argonaut. 146,

Biſtonas ad meritos quum cornua ſæua Thyoneus Torſit.

Ideò hoc dicit Valerius, quòd Lycurgus Thracum rex Liberum contemnens, uites amputaturus, ſibi crura ſecuit, ut ait Seruius in illud 4. Aeneid.

Acri quondam regnata Lycurgo, &c.

Vltimi Biſtones, id eſt, Vltimi Thraciæ populi. Sene. in Herc. Oeth. 8. 3.

Biſtonius, Adiectiuum (βιστόνιος) Thrax. Ouid. 13. Metam. 87,

Eſt ubi Troia fuit, Phrygiæ contermina tellus,
Biſtonijs habitata uiris.

Niues Biſtoniæ, Stat. 11. Thebaid. 39.

Biſtorta] herba eſt rumicis ſõlijs, lenibus, ſupernè rubeſcentibus, & à terra quadantenus cæſijs. Radicẽ uerò habet craſſam, ſerpentis iacentis modo cõtractam, intortamq; (unde & nomen habet) colore rubro, non (ut Plinius inquit) nigro. Sunt qui eandem eſſe cum Britannica contendant. Vide Mathiol. in Dioſc. lib. 4. cap. 2.

Biſulcus, Biſultor] Vide Bis.

Biſurgis] Straboni lib. 7. Germaniæ eſt fluuius, ſexcentis à Rheno ſtadijs diſtans. Pomponius Viſurgin appellat, lib. 3. Hodie dicitur uernacula lingua, die Vueſer.

Bithia] βιθία, Pharaonis filia quæ Moſem adoptauit.

Bithon] βίθων, Viri nomen proprĩu, qui tanta corporis fortitudine excelluit, ut, Pauſania teſte, taurum humeris geſtaret: qua admiratione, ſtatua apud Argos dignus eſt habitus. Vide Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 13.

Bithus] thi, Nomen gladiatoris. Vide Bachius.

Bithyæ] βιθύαι, Fœminæ quædam uocantur in Scythia, quæ pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Ineſt aũt his uis ea naturalis, ut uiſu effuſcinent, interminantq; quos diutius intueantur, iratis præſertim oculis. Hæc ex Plin. lib. 7. cap. 2. Bithyæ Populi ſunt Thraciæ apud Stephanum, quorum author fuit Bithys, Martis & Setæ ſororis Rheſi filius.

Bithymum] pen. cor. (βίθυμον) Mel dicitur, quod ex utriusq; thymi floribus collectum eſt. Duo enim ſunt thymi genera, candidum, & nigrum. Hoc genus mellis album non fit, ſed eſt oculis & ulceribus aptißimum. Plinius libro undecimo, capite 16. 4.

Bithynia] βιθωνία, Regio minoris Aſiæ, aduerſa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ, ut Solinus, & Seruius ſcribunt, primum Bebrycia, poſtea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. Hæc etiam, Autore Euſebio, Pontus eſt dicta. In Bithynia Libyſſa eſt, ubi Annibal ſepultus eſt. Sunt qui ſcribant Thynos populos tranſijſſe ex Europa, à quibus Bithynè dicuntur, & Bithynia. Claud. lib. 2. in Eutropium,

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Bithynus, pen. prod. (βιθωνός) aliud adiect. Iuuenalis Satyr. 7,

Quanquam & Capadoces faciant equitesq; Bithyni.

Negotia Bithyna. Horat. 1. Epiſt. 6. 7.

Carina Bithyna. Horat. 1. Carm. ode 35. 2.

Bitias] βίτιας, Fuit unus ex Carthaginenſium principibus. Seruius in illud Virg. 1. Aeneid.

Tum Bitiæ dedit increpitans, &c. ait Bitiam fuiſſe præfectum claßis Punicæ. Meminit etiam Bitiæ cuiuſdam Virg. li. 9, qui frater Pandari fuit, ex Alcanore Troiano & Hiera, qui cum Aerea poſt Troiæ excidium in Italiam uenerunt, & quum, apertis etiam portis, auſi eſſent Rutulos abſente Aenea laceſſere, ab ijſdem ſunt trucidati.

Bitienſes] dicuntur qui peregrinantur aßiduè. Feſtus.

Biton] Vide infrà in dictione Cleobis.

Bitumen] pen. prod. Bituminis (ἄσφαλτος) Genus Cretæ, quod ſi quando accenditur, extingui non poteſt: & illa, natura eſt ſulphuris. Plinius libro 35. capit. 15. 5, Fulmina & fulgura quoq; ſulphuris odorem habent, ac lux ipſa eorum ſulphurea eſt. Et bituminis uicina eſt natura, alibi limus, alibi terra. limus è Iudææ lacu, ut diximus, emergens: terra in Syria circa Sydonem oppidum maritimum. Spiſſantur hæc utraque, & in denſitatem coeunt. Eſt uerò liquidum bitumen, ſicut Zacynthium, & quod à Babylone muehitur. Gignitur & pingue liquoriſq; oleacei in Sicilia, Agragantino fonte inficiens riuum. Incolæ id arundinum panniculis colligunt, citißimè ſic adhæreſcens. Vtuntur eo ad lucernarum lumina olei uice. Paulò pòſt, Calcis quoq; uſum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Ibidẽ plura. Virg. 8. eclo.

Et fragiles incende bitumine lauros.

Vbi Seruius, Incende bitumine lauros, id eſt, lauros diuino igne conſume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundat: adeò ut inde fabricaſſe muros Semiramis dicatur.

Flagrat bitumen ignibus. Horat. Epod. 5. 18.

Fumans bitumen. Ouid. 14. Metam. 159.

Nigrum bitumen. Virg. 3. Georg. 89.

Pingue bitumen. Valer. lib. 3. Argonaut. 25.

Tenax bitumen. Ouid. 9. Metam. 133.

Tetro odore bitumen. Lucret. lib. 6. 162.

Incendunt bitumine uenas. Ouid. 14. Metam. 159.

Bituminatus (ἀσφαλτώδης) Participium ſine uerbo.

Aqua bituminata, Cui eſt admiſtum bitumẽ: uel quæ per uenas terræ bituminoſas tranſit. Plin. lib. 31. ca. 6. 3.

Bitumineus, Adiect. (ἀσφάλτεος) ut Bitumineæ ulmi. Ouid. 15. Metam. 70. Siue bitumineæ rapiunt incendia uires.

Biturgia] βιτυργία, urbs Tuſcorum Ptolemæo teſte. hodie Borgo diſan ſepulcro.

Biturix] Biturigines (βιτύριξ) Bituriges, Galliæ Aquitaniæ populi liberi, ut ſcribit, Pli. li. 4. cap. 19. Hi uno die uiginti urbes incenderũt, ut Cæſarẽ cõmeatu & pabulatione prohiberent, Horũ oppidũ Auaricũ, cuius Cæſar in Cõmentarijs meminit. uulgò hodie Bourges en Berri. Lucan. li. 1. 85.

Biuira] διάνηρα, Nonius, Biuiras quaſi uſus uiduas appellat. Varrõ lege Minia: Ad biuiram uenio.

Digitized by Google

Biuium] Vide Bis.

Biumbres] ἀμφίσκιοι, Populi sunt quicunq; intra tropicos Cancri habitant ad meridiem. Quandoq; enim incidentes habent umbras, quum à meridie sol ad gnomonem accedit rectum, ad subiacens planum: quãdoq; autem in aduersum, quum sol in aduersum consistit. Verba sunt interpretis Strabonis lib. 2.

Bizen] Ciuitas Thraciæ, Stephan. Plin. lib. 4. cap. 11. Biziam uocauit: Bizia (inquit) arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus.

Bizon] Βίζων, Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & & Calatidem situm, magna ex parte terræ motibus haustum. Plin. lib. 4. cap. 11. & Strabo 7.

B L

Blaberura] βλαβερόρεγα, Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Pyrenæis montibus, cuius meminit Stephanus in uoce ἰνδιγὲς.

Blaceolus] Vide Blacelus.

Blacterare] βλαχᾶσθαι, uocem esse arietis, ait ille quicunq; est autor carminis quod inter Ouidij opera legitur inscriptum de Philomela, Blacterat hinc aries, & pia balat ouis.

Bladum] pro frumento, inter ea uocabula quæ usu quodam, sed nimiũ quam corrupto, ex Italica lingua sunt desumpta, habenturq; uulgò pro Latinis: ut Allodium, pro hereditate, aut possessionib. Appretiari, pro æstimare: Mediare, pro cõponere: Appropriare, pro uendicare: Campus pro exercitu: Liga, pro fœdere: Partialitas, pro factione & studio partium, & cætera id genus, quorum aliquod apud interpretes iuris reperiuntur, purè loquuturo omnino uitanda. Monuit id eruditißimus Insulanus.

Blaena] uox trisyllaba, Ponti regio satis ferax, per quã Amnias flumen illabitur. Hoc in loco Mithridates Eupator Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præsens, sed per imperatores: unde ille cum paucis domum fugiens seruatus est, & inde in Italiam nauigauit. Verba sunt Strabonis lib. 12.

Blæsus] παιλός, βλαισός Adiectiuum, Qui linguæ impeditus est. Mart. lib. 10. 64.

Os blæsum tibi, debilisq; lingua est. Vide Balbus.

Lingua blæsa. Ouid. 3. de Arte Amandi 59.

Sonus blæsus. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5.

Blæsus] cognomen fuit Semproniorum à uitio linguæ impositum, quemadmodum & Balbus. Memmit cuiusdam Blæsi Stat. 2. Syluarum,

Nouerat effigiẽ, generosiq; ardua Blæsi Ora puer, &c.

Blanda] Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul à Bato flumine & Parthenio portu. Plin. lib. 3. cap. 5. Est & Blanda, siue Blande, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta Larnum flumen. Vulgò Blanes, teste Oliuario in Melam.

Blande] Fluuius est Hispaniæ Tarroconensis, in agro Barriconensi, iuxta oppidum sui nominis. Author. Plin. li. 3. ca. 3.

Blãdenona] Locus nõ longè à Placẽtia. Cic. ad Quint. Frat.

Blandior] blandiris (ἀρεσκεύομαι, κοέζομαι) blandiri, pen. prod. Propriè ad tactum pertinet: per abusionem autẽ nonnunquam ad alios sensus transfertur: ut ait Valla lib. 5. Cic. de Amic. 82. Qui etiam aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans blandiatur. De adulatore loquitur. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 3. —tibi blandior uni.

Blandimur quoquo modo, dum placere studemus magis, quàm uera dicere quanquam & facto blãdimur: ueluti qui pinxerat Venerem deformem, dicitur blanditus Mineruæ. Dicimur & blandiri uitijs nostris, dũ ea excusamus aut attenuamus. Blãdimur calamitatibus, dum eas eleuamus. Erasmus.

Blandiri etiã dicuntur animalia. Plin. de Panthera, lib. 8. ca. 17.

Fortuna fallaci blandita uultu. Senec. in Octau. 7. 1.

Precibus alicui blandiri. Ouid. 2. de Arte. 106.

Audacter blandiri. Ouid. Epist. 20. 39.

Mirificè blandiri. Cic. ad Qu. frat. 2. 14. 1.

Suauiter blandiri. Cic. 4. Acad. 251.

Subdolè blandiri Plaut. Trinum. 5. 12.

Blandiri suppliciter. Cic. 1. de Oratore 45.

Blandiri, de animatis dictum. Quintil. lib. 4. cap. 2. Quædã partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt.

Vmbra blãditur Populus. Oui. 10. Met. 110. De Populo arbore

Blandiendo dulce nutriuit malum. Seneca in Hippol. 2. 10.

Blanditus, pen. prod. (κοιδέις) Participium.

Blandita peregrinatio. Plin. lib. 10. cap. 23. 8. Blanditus tepor. Idem lib. 9. cap. 10. 1.

Blanditus, huius blanditus, pen. prod. (ἐπαγωγὸ) Verbale, pro blanditijs. Lucret. lib. 2. 35. Vt res per Veneris blanditum secla propagent.

Blandus, adiect. (ἥρεμος, ἥπιος, ἐπαγωγός, μείλιχος) Placitus & comis in sermõe, & hilaris. Teren. Hecyra 5. 4. 20. Vt unus hominũ homo te uinat nunquam quisquã blãdior.

Blanda legentibus. Plin. in præfatione naturalis historiæ 8.

Precatu blandus. Stat. 11. Thebaid. 22. in precando.

Precum blandus. Stat. 2. Achil. 48.

Large blandus. Vide largior.

Minus blandus. Cic. Attico, lib. 12. 233. 1.

Blandus amicus, cui opponitur Verus. Cic. de Amicit. 78.

Blandus filius & gratiosus. Cic. 2. Verr. 16.

Blanda aspiramina. Valer. lib. 6. Argonaut. 93.

Alea blanda. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.

Amator blandus. Propert. 2. eleg. 3. 4.

Blãdus amor. Claud. in Præfat. lib. 2 in Eutrop. 13. Lucan. 1. 4

Patriæ blandus amor. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 10.

Anni blandi. Propert. 4 eleg. 1. 28.

Aquarum blandarum temperies. Ouid. 4. Metam. 69.

Arte blanda pectora subit Venus. Ouid. 1. de Arte 73.

Canes blandi. Virg. 1. Georg. 98.

Carmina blandißima. Ouid. Epist. 21. 6.

Clamor blandus. Ouid. 3. Fastorum 45.

Blandus Lunæ color. Plin. lib. 2. cap. 18. 2.

Columba blanda. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6.

Doctores blandi. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 5.

Doli blandi. Seneca in Octauia, 4. 12.

Blandi fluctus. Claud. Paneg. 26.

Blandum frigus. Claud. in Epith. Palladi. & Serenæ 1.

Gaudia blanda. Virg. 5. Aeneid. 164.

Blandus Iason. Stat. Thebaid. lib. 5. 92.

Blandi ignes. Valer. lib. 4. Argonaut. 71. Id est, amores.

Blandæ superũm mortalibus iræ. Stat. 10. Thebaid. 166.

Labor blandus apud Virgilium 3. Georg. 25.

Lacertis blandis tenere colla alicuius. Ouid. 2. Metam. 20.

Laudes blandæ. Virg. 3. Georg. 36.

Blandi leones. Claud. lib. 1. de Raptu. Proserp. 43.

Blanda lingua. Valer. lib. 8. Argonaut. 13.

Linguæ blandæ mendacia. Ouid. Epist. 21. 11.

Liquor blandus amaracini. Lucret. lib. 2. 170.

Littora blandißima. Stat. 3. Sylu. 5. 20.

Manu blanda seducere aliquem, id est, seorsum ducere. Ouid. 2. Metam. 139.

Meretrix blanda. Ouid. 1. Amorum, eleg. ult. 4.

Modi blandi, tucundi cantus. Epistol. 1. illarum quæ Ouidianis respondet 8.

Obsequium blandum. Senec. in Octau. 3. 6.

Blanda oratione falli. Cic. 7. Philipp. 237.

Blandus

Blandum os. Valer.lib.8.Argonaut.8.
Os blandum, pro sermone blando. Ouid.5.Trist.eleg.1.4.
Otia blanda. Claud.lib.1.Paneg.19.
Pestis blanda, luxuria. Seneca in Octau.7.11.
Pocula blanda. Valer.lib.2.Argonaut.84.
Prece blanda aliquem ducere. Horat.in Arte 80.
Catulorum blanda propago. Lucret.lib.4.202.
Puella blanda. Ouid.2.Amorum, eleg.2.7.
Puer blandus. Ouid.1.de Remed.amoris 3. Sic cupidinē uocat.
Querelæ blandæ. Tibullus 3.eleg.4.15.
Quies blanda. Stat.lib.2.Sylu.2.28.
Sedulitas blanda. Ouid.2.de Arte 67.
Sermo blandus. Cic.2.Offic.68.
Sinu blando foues nepotē. Seneca in Troade, 2.4.de Priamo.
Soles blandi. Ouid.1.Fast.32.de tempore ueris.
Somis blandis precari. Ouid.1.de Remed.amoris, 67.
Blandior succus. Plin.lib.1.2.
Tabellas blandas uocat Ouid. quibus uerba ad amicam scripta mittebantur lib.14.Metam.142.
Thura blanda. Tibullus lib.3.eleg.3.1.
Venenum blandum desidiæ. Silius. lib.3.117.
Verba blanda. Ouid.1.de Arte, 133.
Voluptas blanda. Lucret.lib.4.219. Ouid.2.de Arte, 96.
Blāda lassorū uox, submissa & quieta, molliorq;. Lucre.li.6. (251.
Voces blandæ. Virg.1.Aeneid.135.
Blandior hæret parentibus: Valerius lib.7.Argonaut.25.
Solito blandiorem esse. Ouid.2.de Arte 83.
Blandè, Aduerb. (χρησυομένως) ut Blandè alloqui. Terent. Phorm.2.1.22. Item Blandè compellare. Plaut.Poen.9.72. Cic.ad Attic.lib.16.332.3. Sed amabo temi Attice, uidesne quàm blande.
Blandè appellare. Plaut.Trucul.5.58. Cic.pro Cluētio 57, Tū appellat hilari uultu hominem Bulbus ut blandissimè pōt.
Blandè ac benignè hospitio accipere. Liu.1.ab Vrbe 89.
Terram blandè colere. Lucret.lib.5.275.
Blandè dicere. Terent.Adelph.5.24.
Blandè palpari. Plaut.Amph.6.9.
Blandè & concinnè rogare. Cic.pro Qu.Roscio 28.
Tentare aliquem blandè. Ouid.1.de Arte 55.
Blandius, Comparatiuus. Horat.1.Carm. Ode 24.3. Cic.1.de Orat.55, Id erat petere blandius.
Blanditer, pen.cor. Aliud aduerbium (προσλωῶς) Idem quod blandè. Plaut.Pseud.23.4. Magis cogito, seuiter, blanditer ne alloquar.
Blandidicus, pen.cor.) χρησολόγος) Qui blandis uerbis utitur. Plaut.Pœnulo 3.10, Nunc mihi blandidicus es. Obsoletum.
Blandiloquus, pen.cor. (χρησολόγος) Qui blanda uerba loquitur.
Vox blandiloqua. Seneca in Agamem.4.13.
Blandiloquens apud Macrobium lib.2.Saturnalium, cap.7.ex Laberio. Sic Suauiloquens apud Laurentium, & similia, libro 1.cap.10. Budæus.
Blandiloquentulus (χρησολογῶν) Diminutium. Plaut.Trinum 5.13.
Blandiloquentia (χρησολογία) Cic.3.de Nat.deor.89, Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.
Blandimentum, θελκτήριον, Idem quod blanditia. Cic.pro Cœlio 32, Multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit.
Blandimento radices impetrare dicuntur homines Plinio libr.17.cap.13.4, Atq; hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipsa & cacumina, &c. Hic blanditur homo rei inanimæ.
Blandimēta fortunæ pollicētur dētes canini. Pli.li.7.ca.16.4.
Abrumpere blandimenta. Tacit.lib.18.
Blandimenta multa plebi ab Senatu data: annonæ in primis habita cura, &c. Liu.2.ab Vrbe 40.
Blandimenta excogitare. Plin.lib.26.cap.3.3.
Blanditia, blanditiæ (κολακεία) Cic.pro Plancio 24. Facilis est illis óccursatio & blanditia popularis, &c.
Blanditiæ, blanditiarum, pluraliter (χρησιόμματα) Idem. Cic. de Amicitia 76, Sic habendum est, nullam in amicitijs pestē esse maiorē, quàm adulationem, blanditias, assentationem.
Adulatio, blanditiæ, assentatio. Cic.de Amicitia 76.
Blanditijs præsentium uoluptatum deliniti atq; corrupti. Cic. 1.de Finib.51.
Inconditæ blanditiæ. Vide Inconditus.
Malitiosæ blanditiæ. Cic.3.Offic.97.
Molles blanditiæ. Ouid.de Arte amandi 32.
Pueriles blanditiæ. Ouid.6.Metam.125.
Tutæ blanditiæ. Ouid.4.Metam.14, Id est, uerba blanda & amatori ab auditoribus tuta.
Addere blanditias. Ouid.7.Metam.166.
Adhibere blanditias. Vide Adhibeo.
Admouere blanditias. Ouid.6.Metam.127. Vide Admoueo.
Agere blanditijs. Ouid.6.Metam.137.
Aufugere blanditias. Propert.lib.1.eleg.9.6.
Corrumpere blanditijs. Vide Corrumpo.
Dicere blanditias. Ouid.3.Amorum, eleg.6.3.
Elicere & conquirere aliquem blanditijs ad iudicium. Cic.1.ad Quin.frat.2.8.
Emere blanditijs oscula. Proper.3.13.7.
Exprimere nummulos ab aliquo blanditijs. Cicer. 2.ad Attic. 14.12.
Flecti & capi blanditijs. Ouid.16.Epist.19.
Immergere se blanditijs in alicuius consuetudinem. Cicer.pro Cluentio 26.
Legere blanditias. Ouid.de Arte amandi 1.97.
Parare blanditias. Ouid.2.Amor.19.4.
Vendere blanditias dicitur, quisque muneris alicui blanditur, aut ut donum aliquod eliciat. Tibul.1.eleg.9.16.
Blandusia] βλανδυσία, Sabiniēsis agri regio, in qua fuit ager Horatij poetæ. Sipont. Horat.3.Carm. Ode 13.1,
O fons Blandusiæ splendidior uitro
Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis hœdo.
Blapsigonia] pen.cor. (βλαψιγονία) Latinè dicitur prolis detrimentum, ἀπὸ τοῦ βλάπτω, quod noceo est, & γόνος, fœtus. Est morbus apum, quum deficit alicuius aluei fœtus. Plin.lib.11.cap.19.1. Sunt & operis morbi, quum fauos nō explent, cleron uocant. Idem blapsigoniam, si fœtum non peragant.
Blasphemia] pen.cor. (βλασφημία) execratio, maledictio, uituperatio, conuicium, & quasi nocens dictum, sacrilega infamatio, uel obtrectatio nefaria. Budæus.
Blasphemo, blasphemas, pen.prod. (βλασφημέω) blasphemare maledicere, bonoriq;, & dignitati alterius derogare: Execrari, uituperare, conuicijs incessere.
Blasta] βλάστα, à Comicis ponuntur inter ornamenta auriū muliebrium, referente Polluce, lib.5.ca.16. Gualtherus uertit Germina.
Blaterò] blateras. penul.corr. (ψελλο, ψελλίζω) blaterare, Est fatuè, & præcipidè loqui: quod à Græco βλάξ origine ducit. Sed & camelos quum uoces edunt, blaterare dicimus. Hæc Festus. Nonius, Blatis, & Blateras confingis: aut inconditè & maniter loqueris: ut à balatu. Idem alio loco, Blaterare, est confingere per mendacia. Item alio loco, Blaterare quasi uerba trepidantia metu balbutire dixerunt. Hactenus ex Nonio. Gellius libro 1. capite 15, De hominibus quoque posse dici, stulta & immodica blaterantibus, quorum lin-

Digitized by Google

gua tam prodiga, infrænisq; sit, ut fluat semper, & æstuet colluuione uerborum teterrima.

Blaterare cum clamore. Horat. 2. Serm. Sat. 7. 7.

Blatero, blateronis (φωμύλος, ψελλίζων) Gellius lib. 1. cap. 15. Nec minus insigniter ueteres quoq; nostri, hoc genus homines in uerba prouectos, locululeios, & blateromes & linguaces dixerunt.

Scribunt nonnulli duplici tt, blattero, à blatta uermiculo, sed fortasse ineptè.

Blatio, blatis (ψέλλομαι) blatire. Idem quod blaterare. Plautus Amph. 7. 68. Qui (malum) intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis.

Blatheas] antiqui bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis eraditur, appellabant. Festus.

Blattæ] blattæ (σίλφη) uermiculus exiguus est, lucè fugiens, & tenebrarum alumnus, in balneis maximè humido uapore prognatus. Plin. lib. 29. cap. 6. 31, multa de blattis loquens, Plura earum genera fecerunt. molles: quas in oleo decoctas, uerrucis efficaciter illini experti sunt. Alterum genus, mylœcon appellauere, circa molas ferè nascens. Tertium genus est odoris tædio inuisum.

Lucifugæ blattæ. Virg. 4. Georg. 94.

Blattæ libris, & uestimentis inimicæ. Martial. lib. 14. Scrinii loquitur. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 24.

Blattarum ac tinearū epulæ, putrescat in arca. Inde prouerbiū de re quæ cōputruit, Cum blattis, & timeis rixari dicitur.

Blatta, pro purpura ponitur. Sidonius in Paneg.

Pontus castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus.

Blattæ, scarabeorum genus sunt. Plin. lib. 11. cap. 28.

Blax] βλαξ, uox est, quæ bardum & stupidum significat. ut ait Festus in dictione Blitum.

Blayrum] βλαῦρον, oppidum est Phrygiæ, cuius meminit Strabo lib. 12.

Blechnon] βλῆχνον, Dioscoridi, herba est notissima, quam Græci πλεγιόλα, Latini Filicem uocant. Plin. 27. cap. 9.

Blechon] βλῆχον, Plinio syluestre est pulegium, simile origano, minoxib. foliis quàm satiuum, quod à pecore gustatū balatum excitat. Vnde etiam literæ unius commutatione βλῆχον appellatum, αἴτιτὸ γλῆχον: sic enim Græci pulegium uocant. Plin lib. 20. cap. 14.

Blemmyes] βλέμμυες, seu Blemmiæ, utrunq; enim legitur, populi sunt in Aethiopia, Austrum uersus, capitibus carentes, ore, & oculis pectori affixis, ut ait. Plin. li. 5. ca. 8. 4.

Blennæ feri. Claud. epigram. 6. 4. de Nilo loquens.

Blennos] σὺφός, stultos esse Plautus indicat in Bacchid. 2. 2. qui ait, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Festus.

Blepharo] onis, βλεφαρώδης, dicitur supercilioſus homo, qui habet supercilia magna. Plaut. in Amphit. Raptant pro mœchis: blepharo captus arbiter. Quidam proprium nomen esse putāt & à supercilijs effictū, quæ opinio uerior est.

Blepte] βλέπται, populi Africani, quos Blemyas uocat Pomponius lib. 1. Vide Blemmyes.

Blerani] Italiæ populi in tractu Hetruriæ, Cortonensibus & Capenatib. uicini. Plin. lib. 3. cap. 5.

Blesinon] Castellum est Corsycæ insulæ, de quo Strab. lib. 5.

Bliteræ] oppidū prouinciæ Narbonensis, de quo Pli. li. 3. c. 5.

Blitum] bliti (βλίτον) genus oleris, à saporis stupore appellatum esse ex Græco putatur: quod ab his βλαξ dicitur stupidus. Hæc Festus. Pli. li. 20. ca. 22. 15. Blitū ineptissimum uidetur ac sine sapore, aut acrimonia ulla: Vnde cōuiciū fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Plaut. Pseud. 13. 26,

Apponunt rumicem, braßicam, betam, blitum.

Gemino tt, à Suida scribitur, βλίττον ἐδώδιμον βοτάνης.

Bliteus, adiectiuum (βλίτλος) inutilis, insulsus, & uecors, à blitto herba nullius usus. Plaut. Truc. 18. 1, Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in uino ad rem suam. Fieri non potest, inquit Erasmus, ut Gallica quoq; uox hinc manarit, quæ nunc uulgò contemptissimos, extremæq; notæ homines cōpellant bliteros, addita literula blitres.

Blucium] βλύκιον, Castellum est Toliſtobogorum qui Bithynis sunt finitimi, in quo Deiotarus Thesauros habebat. Strabo lib. 12.

B O

Boa] boæ, serpens est aquatilis, quam Græci ὕδρον uocant, à qua icti obturgescunt. Crurum quoq; tumor, uiæ labore collectus, boa appellatur. Hæc Festus. Sipontinus aūt, Boa, inquit, siue boua, utroq; enim modo dicitur, serpētis genus, ad quòd primo bubuli lactis succo alatur, uel quòd instar bouis turgeat. In tantam enim aliquando magnitudinē excrescit, ut D. Claudio principe, occisæ Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Hæc Sipontinus ex Plin. lib. 8. cap. 14.

Boa etiam, siue boua, morbi genus est, quum corpora papularum multitudine rubent ad similitudinem eorum, qui boa serpente icti obturgescunt. Ignorauit hoc Festus Pompeium, qui boam scripsit esse crurum tumorē uiæ labore collectū. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 24. ca. 8. 9. Boa appellatur morbus papularum, quum rubent corpora: sambuci ramo uerberatur. Idem lib. 26. cap. 14. 15. Ebuli folia contrita, & ueratere uino imposita etiam boam sanant, id est, rubentes papulas. Opinor morbum esse hactenus incognitum, qui uulgò rubella dicitur.

Boagrius] βοάγριος, Locrensiū amnis, qui Thronion urbē præterfluit, authore Strab. lib. 9. Huius etiā meminit Hom.

Boare boalia, boarius] Vide Bos.

Boaria lappa] Herba nota, cuius radix è uino pota, articulis mirificè prodest. Plin. lib. 26. cap. 11. 2.

Boarmia, æ] βοαρμία, Minerua à Bœotis colitur, & cognominatur à coaptatione boum ad aratrū. Cæl. lib. 14. ca. 18.

Bobiō] βόβιον, oppidum ad Apœnini iuga situm, ubi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum extructum, quo in loco nuper huiusce modi libri reperti sunt, Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitij carmen, LXX. epigrammata, Terentianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnis generis, Cæsius Bassus, Velius Longus de Orthographia, Adamantius Martyrius de b litera & muta, & uocali, Probi catholica, Cornelij Frontonis elegantiæ Latinæ, Seruius grammaticus de litera, liber Persimilis Iulio Polluci de uocabulis rerum, Paraphrasis super sex Virgilij libris, Trium eclogarum Virgilij enarrationes, & alia præterea multa quæ Volaterranus enumerat.

Bocalia] βωκαλίας, Fluuius est in Salamine insula, qui prius Bocarus est appellatus. Vide Strabo. lib. 9.

Bocalium] Arcadiæ oppidū est, iuxta Megalopolim & Catinam, teste Plinio lib. 4. cap. 6.

Bocas] inquit Festus, Genus piscis, à boando, id est clamando appellatū. Hæc ille. βῶνος (ut ex Speusippo annotauit Hermolaus) sunt Leucomanides: hoc est mœnæ cādidiores, quas nos Girros, siue Girrulos uocamus.

Bocatius] βοκάτιος, genealogiam Deorum scripsit, de fluminibus & montibus: præterea fabulas, plura q; alia uernaculo sermone. Author Volaterranus.

Bocchus] Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurthum Syllæ tradidit. Vide Sallust. in Iugurth. & Strab. li. 17. Fuit & alter Bocchus historicus, cuius meminit. Pli. li. 16. c. 40.

Bocchyris] pen. prod. Nomen uiri, qui in Aegypto iuste sy cereq; iudicasse fertur adeo ut eius nomen in prouerbium uenerit, iustissimè indicantium. Refertur à Suida.

Boccori]

Digitized by Google

Boccori] *qui & Concordienſes, Populi ſunt Luſitaniæ, teſte Plin.lib.4.cap.22.*

Bocenſes] *Sardiniæ populi, teſte Plinio lib.3.cap.7.*

Bochiana] *Oppidi nomen Trogodytarum, apud Plin.li.6. cap.29, in deſcriptione ſinus Maris rubri Troglodytici & Aethiopici.*

Bochiri] *Oppidum fuit Romanis fœderatum, in Balearibus inſulis ſitum, ut author eſt Plin.lib.3.cap.5.*

Boderia] *Ptolemæo eſtuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum, in uita Agricolæ.*

Bodincomagum] *βοδιγκόμαγον, Oppidum eſt ad Padũ, alio nomine Induſtria: ita dictũ à Pado, qui Ligurũ lingua Bodincus fuit appellatus, quaſi fundo carẽs. Plin.lib.3.ca.16.*

Bodones] *ſiue Botones, Lapides illi ſunt, ſiue aliud quid, qui uicem terminorum præſtant. Iul. Paulus Recept. Sentẽt.lib.5.tit.22.de ſeditioſis. Qui terminos effodiunt uel exarant, arboresúe terminales euertunt, uel qui conuellunt bodones, ſiquidem id ſerui ſua ſponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores in opus publicum, honeſtiores in inſulam amiſſa tertia parte bonorũ relegantur. Vox eſt mẽ ſorũ, uel eorũ qui de agrorũ & limitũ cõditionib ſcripſerũt.*

Bœa] *Oppidum eſt Peloponneſi in ſinu Argolico, nõ procul ab Epidauro, ut ſcribit. Plin.lib. 4. cap. 5. in deſcriptione Achaiæ.*

Bœbe] *es (βοίβοι) Oppidum eſt Cretæ, non procul à Gorthyne. Stephan. Eſt & Bœbe Theſſaliæ oppidum, lacui adiacẽs, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strabo lib.9.*

Bœbeis] *pen.prod. (βοιβηὶς) Bœbeidos, lacus eſt Pheris urbi Theſſaliæ uicinus, ut teſtis eſt Strab.lib.9.& Plin.lib.4.ca. 8. Præterea locus eſt lacui proximus à Bœbo Glaphyri filio dictus. Propert.2.eleg.2.3,*

Mercurioq; Sais fertur Bœbeidos undis.

Bœdromia] *βοηδρόμια, Suidas Athenienſium feſtum ſcribit, quo die Xuthus ſumma feſtinatione Athenienſibus opẽ tulit, quum ab Eumolpo Neptuni urgerentur, Athenis regnante Erechtheo. Plutarchus uerò in Theſeum retulit, quũ uictoriam de Amazonibus reportaſſet.*

Bœdromius] *βοηδρόμιος, Apollo ab Athenienſibus cultus fuit. Nam quum bellum inter Atheniẽſes comparatum eſſet, Ion Eleuſinius eis opem tulit, ob cognationem. Inde victores facti Athenienſes, de uoce currentis exercitus ad urbem, Apollinem Bœdromium dixerunt, & menſam βοηδρομιῶνα.*

Bœrebiſtas] *βοιρεβίσας, uir natione Geta, quum gentis eius præfecturæ inſiſteret, homines frequentia bellorum & cladibus afflictos, eò magnitudinis extulit, nunc exercitatione corporum, nunc uictus ſobrietate, nunc eductorum obediẽtia, ut intra paucos annos latum adeptus ſit imperium, plurimosq; finitimorũ, Getarum ditioni ſubdiderit: traiectoq; audacter Iſtro, Thraciam diripiens uſq; in Macedoniam & Illyricũ, magnũ Romanis terrorem incuſſerit. Ingentis aũt obedientiæ argumẽtum eſt, quod eius ſuaſione inducti, uites excidere, & ſine ijs uitam agere conſenſere. Perijt uerò inſurgentibus in eum nonnullis, priuſquã Romanus populus aduerſus eum mitteret exercitum. Ex Strab.lib.7,*

Virgineum primò compoſuiſſe latus.

Boemia] *βοημία, Myſiæ Europeæ regio ultra Danubium ſita: ſic dicta à Bemis, quos Ptolemæus in ea parte gentẽ maximã eſſe dicit. Huius regionis latitudo, lõgitudine pariũ ſortiẽ dierum iter, ſylua Hercynia undiq; cingitur. Albi fluuio media irrigatur, ab Oriẽte Moranos, ab Arcto Saxões, ab Occidente Noricũ, à Meridie Auſtriã & Bauariã habet. Regionis metropolis, Praga. Plura Aeneas Syluius qui Boemorũ hiſtoriã ſcripſit. Apud Taciti de Morib. Germanorũ ſcribitur Boiemia. De huius regionis nomine, ſitu, & habitatoribus, plurima tradit Andreas Althamerus in Tacitum, docens Boiohemiam, ſeu corruptè Bohemiam dici, quaſi Boiorum patriam, ſeu domicilium.*

Boethi] *βοηθοὶ, dicuntur ab Imperatore, adiutores ſcribarũ: quos alij ſubadiuuas, alij Adiutorios appellãt, ut in l. Vnicique, C. de proximo ſacr. ſcrin. βοηθεῖν enim idẽ ualet, quod adiuuo. Inde Seuerinus Boethius dictus, quem alij falſa uoce Boetiũ uocant. Quorũ errorẽ cõfutat antiquum marmor, quod adhuc Derthonæ extat in Diui Martiani cœnobio: ubi tumulus eſt, quem antiqua inſcriptio Boethio & Euthario Conſulibus factum oſtendit. Hæc Alciatus in illud 10.li. Codicis Iuſtiniani, tit. de Tabularijs, ſcribis, & c. Boethos, logiſtas, medogrammateos, &c.*

Bœotia] *βοιωτία, Græciæ regio, tria reſpicit maria, Peloponneſiacũ, Siculũ, & Adriaticũ: totidemq; in partib. colonos habet. Caſtor & Muſæus antiquiſſimi ſcriptores ſcribunt (ut tradit Euſtathius) à Cadmo cõditore Cadmeæ, id eſt, Thebarum, originem habuiſſe, qui ex oraculo bouem in ſedib. mutãdis habuerit ducẽ. Sunt etiã qui ex ingenij pinguedine ſic uocatos putẽt Bœotos, unde ſus Bœotica apud Pindarũ, prouerbiũ: & apud Plinium Hyantis, ob eandẽ cauſam appellata. Vocabatur porrò & Aonia, & Meſapia, & Ogygia ab Ogyge antiquiſſimo rege ei regioni primùm dominãte: & Cadmeis, ut ſcribit Thucydides & Hyantis ab Hyãte rege. Authores Pindarus & Plin.lib.4.ca.7. qui etiã Bœotos antiquitus Hyantas ſcribit eſſe dictos. Bœotorũ res copioſè Pauſanias & Diodo.li.5. tradiderunt. Ouid.2.Metam.48,*

—quærit Bœotia Dircen.

Bœotius (*βοιώτιος*) *adiect. Cic.1.de Diuin.63. Ouid.3. Metam. 3, Mœnia fac condas, Bœotiaq; illa uocato.*

Bœotus, *pen prod. (βοιωτὸς) aliud adiect. ut, Tellus Bœota, id eſt, Bœotia. Ouid.12.Metam.2. Vide Bœotica auris, in Chiliadibus Eraſmi.*

Bœthus] *ſtoicus quidam fuit, qui conatus eſt earũ rerũ rationem explicare, quæ in mari cæloue fierẽt. Cice. 1. de Diuin. Fuit & alter hoc nomine aurifex, de quo idem Cic. 6. Verr. Fuit & ſculptor optimus, cuius opera uiſebantur apud Lyndiam Mineruam, ut teſtis eſt Plin.lib.33.cap. penult.*

Boetius] *βοήτιος, Zenone imperante ob affectatæ libertatis ſuſpicionem à Theodorico rege exilio damnatur: deinde cuſtodiæ traditus plura conſcripſit. Tandem ſimul cum Symmacho Senatore ſocero ſuo, alijſq; præſtantibus uiris interficitur, ut eſt author Euſebius.*

Boetus] *Ineptus quidẽ poeta fuit Tarſenſis, qui Philippẽſem Antonij uictoriam carmine conſcripſit, quo nomine præter alios ſummos honores, quibus ab illo eſt affectus, gymnaſij etiam Tarſenſis præfecturã eſt aſſecutus. Vide Strab.li.14.*

Boetus (*ut inquit Strabo*) *Hiſpaniæ fluuius, ex eiſdem naſcens locis ex quibus Anas & Tagus.*

Bogadiũ] *βογάδιον, urbs Germaniæ Ptol. uulgò Forſt leiſz.*

Boges] *uir Perſa, ab Atheniẽſib. obſeſſus, ubi nihil habuit cõmeatus in caſtris, liberos cum uxorè primùm, demum ſeipſum interfecit. Author Herodotus lib.7.*

Bogud] *dis, pen. gen. cor. Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogundiana uocata eſt, teſte Plin.li.5.ca.2. Fuerunt aũt plures eiuſdem nominis, ex quibus poſtremus fuit, qui in Actiaco bello Antonij partes ſequutus, ab Agrippa ſupplicio affectus eſt. A Strab. Bogus dicitur lib. 8.*

Bogũdiana] *pars Tingitanæ prouinciæ in Africa. Author Plin.lib.5.cap.2.*

Bogus] *Vide* Bogud.

Bohemia] *Vide* Boemia.

Bohilla] *oppidum in Italia ſic dictũ, quòd eò bos inteſtina uulnere trahens aduenerit. Nonius.*

Boię]

Digitized by Google

Boiæ] *boiarum (βοΐλαι) genus uinculorum, tam lineæ, quàm ferreæ. Hæc Festus. Plaut. Asin. 11. 5, Carcores, numellas, pedicas, boias, tortoresq; acerrimos.*

Boianum] *βοϊάνον, Samnitũ urbs Ptolem. hodie Bouianũ.*

Boij] *βοῖοι, Populi qui Norici uel Bauari, ut testis est Strabo, & i lin. lib. 3. cap. 17. Sunt item Boij, Lugdunensis Galliæ populi, ut idem Plin. autor est, lib. 4. cap. 18. Quidã Borbonenses esse dicunt. Sil. lib. 4. 32.*

——spissèq; ruunt conferta per arma
Vnde Boiorum.

Boicus] *ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quæ togata dicitur. Festus.*

Boin] *Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin. lib. 5. capite 5.*

Boion] *βοῖον, Stephano, Doridis oppidum in Græcia, teste Plin. lib. 4. cap. 7, Doris (inquit) in qua Sperdiõs, Erineon, Boion, Pindus, Cytinam.*

Bola] *siue Bolæ, Oppidum agri Campani in Italia, cuius meminit T. Liu. Vnde Bolani, Coriolanis, & Fidenatibus uicini: apud Plin. lib. 3. cap. 5.*

Bolani, *incolæ urbis Bolæ, de qua paulo antè.*

Bolanus] *pen. prod. (βωλανός) Proprium uiri, de quo Horatius 1. Sermon. Sat. 9.*

—ô te Bolane Corebri
Felicem aiebam tacitus.

Bolbitinum] *βολβίτινον, à Plin. lib. 5. ca. 10. numeratur inter ostia Nili. Strabo Bolbiticum appellat, lib. 17.*

Bolbitum] *τὸ βόλβιτον, Græcis simũ significat, & propriè habitum, unde imbulbitare dictũ putat Festus, pro eo quod est, Puerili stercore inquinare. Plin. lib. 28. cap. 17, Fimi cer uini, maximè sabulonis, sed & bubuli, de armentinis loquor (quidam Bolbiton uocant) cinis, cochleariorum trium in mulsi hemina bonis faminæ in mulieribus efficax, & ex altero sexu in uiris.*

Bolbulæ] *βολβῦλαι, Insulæ nomen in mari Aegæo, non procul à Teo, ut refert Plin. in descripsione insularum ante Asiam, lib. 5. cap. 31.*

Bolenia] *Gemma quæ nimbo inuenitur glebæ similitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.*

Bolētium] *βωλοέντιον, Pãnoniæ urbs superioris, Ptolemæo. Vulgò Rachelspurg.*

Boletarium] *boletarij (βωλιτήριον) Vasis nomen, quod & alijs obscenijs quàm boletis seruiebat. Martialis,*

Quam mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis (pudet heu) seruio colliculis. Boletare etiam in Apicio legitur, ut lib. 2. Et eximanies in boletari legendũ censet: quod & uerius est.

Boletus] *boleti, pen. prod. (βωλίτης) Genus fungi inter omnes optimi: de quo abundè, Plin. lib. 22. cap. 22. 25. Iuuen. Satyr. 5. 15,*

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino, sed qualem Claudius edit.

Boletum condire. *Iuuenal. Satyr. 14. 1.*

Bolina] *βολίνη, Nomen nymphæ uirginis, quam Apollo amauit: illa autem amantem deum auersata, se in mare proiecisse fertur. Verùm Apollinis beneficio immortalis est reddita. Ab hac & urbs, & fluminis nomina sortiti sunt in Achaia, ut Pausan. & Stephan. testantur. quos uide.*

Boline] *uitis est in Bithynia, fructu admodum præcoci, racemis tantùm non cubitalib. acinis albis ac pellucidis. Cæl. lib. 11. cap. 16.*

Bolinge] *Populi sunt Asiæ, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 19.*

Bolis] *bolidis, pen. cor. f. g (βολὶς) Iaculum, pondus funiculo affixum, quo demisso nautæ explorant altitudinem maris: uocatur perpendiculum nauticum: dictum ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est, mittendo.*

Bolides, *Græcis dicuntur hastæ missiles.*

Bolides, *faces in aere. Plin. lib. 2. cap. 26. 2, Emicant & faces, nonnisi quum decidunt uisæ: qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridiano transcurrit. Duo genera earum: Lampades uocant planè faces, alterum bolidas, quale Mutinensibus malis uisum est. Distant, quòd faces uestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis uerò perpetua ardens, longiorem trahit limitem.*

Bolites] *æ, βωλίτης, Radix herbæ. Lychnidis uocatur ab Asianis, qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur. Plin. lib. 21. cap. 26.*

Bolitus] *βωλιτὸς, Asellorum excrementum propriè dicitur, ut quibusdã placet: licet & boum superfluitates ita uocentur. Vide Bolbiton, & Rhodig. lib. 11. cap. 7.*

Boliti pœnam, *Prouerbiali figura dicunt, ubi quis de re friuola nihiliq; plectitur. Erasmus.*

Bolones] *Tabernæ cetariorum, à bolis piscium. Donatus in Terent. Cetarij (inquit) sunt qui cete, id est magnos pisces uenditant, & bolonas exercent. Reperi & in antiquo lexico, bolonas diserte explicari μεταφάτους & παλιγκαπήλους, id est propolas. Verba sunt Turnebi.*

Bolus] *boli, priore breui (βόλος) Latinè iactum significat.*

Bolus, *aleæ iactus etiam dicitur. Plaut. 10. 27. Curcul. 14. 13, Si uis tribus bolis βαλεῖν chlamydem. M. quin tu is malam in crucem Cum bolis, cum bullis. Id est, si uis tribus iactibus mittere uel opponere chlamydem. Budæus.*

Bolus, *boli (βῶλος) priore producta, cuiuscũq; rei fructum significat.*

Bolus *è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subitò præripitur. Terent. Heaut. 4. 26, Crucior bolum tantũ mihi ereptum tam subitò è faucibus. Erasmus. Hinc nostri medici bolum appellarunt, unã pharmaci dosim, quòd ceu uno frusto assumpta sumatur.*

Bolus *per metaphoram. Plaut. Trucul. 17. 67. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 12, Sed ut ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius.*

Bomarij] *Asiæ populi sunt, à Caspijs montib. Orientem uersus incolentes. Plin. lib. 6.*

Bombax] *Aduerbium negligentis (βόμβαξ) Plaut. Pseud 5. 130. Fur. B. babæ. P. Fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planissume.*

Bombilo] *bombilas, pen. cor. (βομβέω) bombilare, dicuntur apes. Autor Philomelæ,*

Bombilat ore legens munera mellis apes.

Legitur hoc uerbum & apud Theocritum, teste Budæo.

Bombos] *βόμβος, Ciliciæ fluuius. Plin. lib. 5. cap. 27, Prætrea intus flumina, Liparis, Bombos, Paradisus.*

Bombus] *βόμβος, Sonus tubarum raucus, nec malè acutus. Pers. Satyr. 1. 10.*

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Tractum à Græco βόμβος, quod crepitum significat, uel ab ipso sonitu.

Bombus apum. *Varro 3. de Re rust. cap. 16. 25. ex apibus conflecturam capiunt, si intus faciunt bombum.*

Raucus bombus, *Lucret. lib. 4. 111.*

Rauci*sonus bombus. Catul. in Argonaut. 59. 53.*

Bombizatio, *βομβισμὸς, est sonus apum, ab ipso sonitu dictus: ut mugitus, boum: hinnitus, equorum. Festus.*

Bombylis] *Vide in Bombyx.*

Bombyx] *bombycis, penul. prod. m. g. (βόμβυξ) Animal ex insectorum*

Digitized by Google

insectorum genere. Plin.lib.11.cap. 22. *Quartũ inter hæc genus est bombycum, in Assyria proueniens, maius quàm suprà dicta. Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, ut spiculis perforari uix possint. In ijs & ceras largius, quàm apes faciunt, deinde maiorem uermiculũ. Et alia horum origo è grandiore uermiculo, gemina protẽdens sui generis cornua. Hi eruca sunt. Fit deinde quod uocatur bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus bõbyx. Telas araneorum modo texunt ad uestem luxumq; fœminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas redordiri rursusq; texere inuenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminas uestis.* Mart.lib.8, *in Paulum de Phiala.*

Bombyx, *pro materia illa unde fiunt uestes bombycinæ, generis est fœminini. Vnde apud Plinium lib. 11. cap. 23, titulus est. De bombyce Coa. Et ibidem ad finem capitis, Assyria tamen bombycæ adhuc fœminis cedimus. Quòd si pro materia reperiatur in genere masculino, uel pro ueste ex ea materia, respicitur ad uermiculum.*

Arabius bombyx. Propert.lib.2.eleg.3.3.

Bombycinus, pen.cor. Adiect, (*βομβυκινὸς*) *ut uestis bombycina apud Plinium.* Iuuenal.Satyr.6.26. —*quarum*
Delicias & panniculus bombycinus urit.

Bomilcar] *Filius Amilcaris ducis Pœnorum, & ipse dux, ueniens in suspicionem Carthaginensibus ne & ipse cum Agathocle conspiraret, in medio foro patibulo suffixus est: unde ille magno animo de cruce in Pœnos clamitãdo, eorum ingratitudinem, atq; crudelitatem tam in patrem suum Amilcarem, quàm reliquos duces exprobrando, expirauit,* Trogo Pompeio *authore lib.* 33.

Bomitæ] *Oppidi nomen est in Amano monte, qui Syriam à Cilicia dirimit.* Plin.lib.5, cap 22.

Bona dea] *ἀγαθὴ θεὸς, γυναικεία θεὸς, quam ueteres Faunam siue Fatuam, siue Sentam dixere. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nullus illã dum uixit, præter uirum mas uiderit, nec nomen eius audierit: propter quod illi in operto sacrificabant mulieres, & Bonam deam appellabant. Huius Bonæ deæ meminit Cicero pro Milonæ 65. & de Aruspic.resp.10. & 33. item pro Domo sua 81.*

Bonasus] pen.prod. (*βόνασος*) *Fera est, quæ (ut scribit Aristoteles) in monte Mesapo, qui Pæoniæ ac Mœsiæ limes est, inuenitur: cuius meminit & Plinius libro octauo, capite 15.*

Bonianum] *oppidum est in Samnio, cuius meminit. Cicer. pro Cluentio.*

Bonifacia] *Vide* Bislingua.

Bonitas] *Vide* Bonus.

Bononia] *βωνωνία, Galliæ togatæ princeps colonia, Felsina uocitata, in octaua Italiæ regione, ut tradit. Plin. lib. 3. cap. 15.*

Bononiensis, & Bononiense (*βωνωνήσιος*) Cic.de Claris Oratoribus 87. C. *Rusticellus Bononiensis, is quidem & exercitatus, & natura uolubilis.*

Bonosus] *Romanorum tyrannus miræ bibacitatis, de quo Aureliani illud celebratur,* Nõ *ut uiueret illum esse natum, sed ut biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non uino prudentior, & quãtum bibisset, tantundẽ reddebat uesica ad æquilibriũ. Hunc ad laqueum quum coegissent Probus Imperator, iactatũ est militari ioco, Amphoram pendere nõ hominem. Vide Cel. Rhodig.lib.29.cap.1.*

Bonus] *ἀγαθὸς, καλὸς, Adiect. contrarium est Malo, cõparatiuum habet melior, & superlatiuum, optimus.* Teren.And. 5.4.12. *Bonus hic est uir.* Idem Adel.5.7.24, *Nihil enim uidi melius, mi pater.*

Animus bonus, Plaut.Pseud.7.37.

Bono animo es, uel Bono animo esto. Terent. Eunuch. 1.2.4. *Vide* Animus.

Bono animo transeamus ad oppugnandam Carthaginem. Liuius 6.bel.Pun 228.

Bono animo esse iubere. Liu.5.bel.Pun.49. Sic.Cic. 1. de Diuin.105. *Bono animo te iussisse esse, &c.*

Bono animo aliquid facere aut dicere, est quod uulgò dicimus: Facere aut dicere bona intentione.

Animo meliore aliquid ferre, Ouid.9.Metam.87.

Accusator melior, Cic.3.Verr.68.

Aedes bonæ pro nouis, & integris. Plaut.Mostel.3.17. Idem *Boni postes, Ibidem* 10.42.

Aetas bona. Varro 2.de Re rust.cap. 6. 1. *Primum uidendum, ut mares, fœminasq; bona ætate sumat, utiq; ut quàm diutissimè fructum ferre possit, &c.*

Melior ager. Terent.Heaut.1.1.12.

Anima melior Virg.5.Aeneid.96. *Id est, aptior. Seruius.*

Ars bona, Horat.2.Epist.2.9.

Artes bonæ Tacitus lib.1. Idem lib.15, *Animum bonis artibus non induerat.* Plin.epist.7.lib.2, *Acuent ad bonas artes iuuentutem: id est, ad bonas disciplinas.*

Bonis auibus, aut malis ciere mus, quum rem feliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. Ouid,15.Metamorph.128,
Ite bonis auibus, prolemq; accersite nostram.

Cœlum bonum. Cato cap.1.1.

Canor melior. Lucret.lib.4.184.

Causa bona. Cic.3.de Legib. 49. *Vi opprimi in bona causa est melius, quàm malè cedere.*

Causa melior. Ouid.5.Metamorph.44.

Dux causæ melioris eris. Lucanus lib.4.53. Et Ouidius 24. Epistol.2.

In causa meliore esse. Cic.3.Offic.136.

Chorus melior, Ouid.11.Metamorph.18.

Color bonus. Varro 3. de Re rust.cap.7.8. *Parentes eorũ Romæ si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula uulgò uæneũt ducenis nummis. De columbis loquitur.* Plin.lib.7.cap.6.1.

Valde bona conditio, Cic.ad Quint.frat.lib.2.6.3.

Conditione meliore, Brutus ad Cic.17.3.

Conscientia bona. Tacit.in Vita Agricolæ.

Consilium melius. Terent.Eunuch.2.3.84.

Consilio bono aliquid facere. Cic.1.Offic.169.

Boni consulere, pro bonum iudicare. Quintil.lib.1.cap.6. 21, *Sitne Consul à consulendo, an à iudicando: nam & hoc consulere ueteres uocauerunt: unde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas. Id est, bonum iudices.*
Quæ quanquam misisse pudet, quia parua uidentur:
Tu tamen hæc queso consule missa boni.
Colum.in præfat.sui horti 5.

Boni consulere, cum genitiuo. Vlpianus, *Vt qui clementiorem sententiam passus est, ob id quòd ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatis sententiæ, nec decurionatum accipiat. Per genitiuum quasi Græco more dixit: id est, existimare clementer secum à iudicibus actum esse in animaduersione criminis.* Budæus.

Copia librorum bona. Horat.1.Epist.19.23.

Dentibus bonis lenam probam esse oportet. Plaut. Truculen. 5.13.

Dictum melius. Plaut.Sticho.6.75.

Optima quæq; dies miseris mortalib. æui Prima fugit. Virg. 3.Georg.13.

Exitus

Digitized by Google

Exitus bonus, Horat. 4. Carm. Ode 87.
Bonum factum. Sueton. in Iul. Cæsare cap. 80.
Fama bona. Cic. ad Att. lib. 7. 144. 1,
Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est.
Famam bonam deperdere, Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 13.
Famæ melioris obitus. Virg. 4. Aeneid. 45.
Bonæ felicitates. Terent. Eunuch. 2. 3. 32. Vbi Donatus, Bonæ, Magnæ, nimiæ, uel nouæ.
Fidei bonæ emptor. Modestinus de Verb. significat. Bonæ fidei emptor esse uidetur, qui aut ignorauit eam rem alienã esse, aut eum qui uendidit, ius putauit uendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.
Fide bona uel optima dicere: hoc est, citra ullum figmentum. Terent. Heaut. 45. 13. De illo quod dudum? dictum ac factũ reddidi. C. Bonáne fide? S. bona hercle. Plin. lib. 7. ca. 25. ad finem, Optima fide dixit, pro Citra omnem prorsus simulationem, remissionemq; de Cæsare loquens.
Fide meliore, Ouid. de Remed. Amoris 2. 51.
Forma bona. Terent. Heaut. 3. 2. 13.
Genere bono natus. Id est, bona familia, uel ut uulgus dicit bona domo. Plaut. Persa 16. 175.
Gladiator melior, Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 14.
Bona gratia, Plaut. Trucul. 11. 13.
Gubernator bonus, Cic. 4. Acad. 179.
Bonas horas malè collocare, Martial. lib. 1. 184.
Imperium bonum, Tacit. lib. 20.
Ingenio bono esse. Terent. And. 3. 2. 7. Ibidem 3. 1. 8, Bonum ingenium narras adolescentis.
Initijs bonis orsus Tribunatus, Cic. in Bruto 66.
Iter melius. Horat. de Arte 14.
Iudex optimus. Cic. 4. de Finibus 99.
Optimo iure, pro iustè. Cic. 1. Offic. 156. Ne, ut quidam, Græca uerba inculcantes, iure optimo irrideamur.
Optimo iure prædia, Dicuntur quæ immunia prorsus sunt, id est, ut nunc loquimur, alaudialia. Cic. 3. de lege Agraria 6. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima cõditione sunt. Budæus.
Lex melior, Horat. 1. Epist. 1. 13.
Liber bonus, Plin. epist. 20. b.
Locus melior, Plaut. Menæh. 14. 95.
Loco meliore esse, Cic. ad Brutum 3. 1.
Nostræ res meliore loco uidebantur.
Loco meliore, & deteriore statu, cõtraria. Cic. de Arusp. resp.
Lucrum bonum. Plaut. Amphit. 3. 6. (56.
Memoria bona, Cic. ad Atticum lib. 8. 148. 3.
Memoria meliore esse, Cic. 1. Tusc. 21.
Mens melior, pro bona & tolerabili, inquit Donatus. Terent. Adel. 3. 3. 78. Nunquid uis? D. mentẽ uobis meliorem dari.
Bono modo. Cic. ad Atticum lib. 13. 281. 4. Idem ad Quint. fra. lib. 2. 10. 3. ἀμφιλαφίαν autem illam quam tu soles dicere, bono modo desidero, &c.
Optimus modulator, Horat. 1. Serm. Sat. 3. 26.
Mores boni, Seneca in Agamemnone 4. 4.
Nam fera nunquam est ad bonos mores uia.
Mors bona, pro laudabili & cita. Vide Mors.
Optima mors, parca, quæ uenit apta die. Proper. li. 3. eleg. 5. 4.
Natura bona. Terent. Eunuch. 2. 3. 24.
Vbi Donatus: Bona, id est, plena, magna & pinguis.
Bonum nomen. Cic. 1. de Diuin. 166, Itemq; in lustranda colonia, ab eo qui eam deduceret, & quum imperator exercitũ, Censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu, Consules obseruant, ut primus miles fiat bono nomine.
Notæ bonæ uinum. Columel. de Arboribus, cap. 4. 2.

De meliore nota. Catullus epigram. 63. 6.
Nummus bonus: cui cõtrarium est Adulterinus. Cic. 3. Offi. 122.
Nuncius bonus. Plaut. Amphit. 3. 8.
Operam bonam nauare, Plin. de Viris illustr. 4.
Parca meliore. Ouid. 11. epist. 21.
Id est, meliore fato, seu felicius.
Bona pars, Cic. 2. de Orato. 9, Aiebat bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Ouid. in Fastis, Pars bona mõtis erat. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 1. 13, At bona pars hominũ decepta cupidine falso.
Melior pars diei, pro maiore & prima. Virg. 9. Aen. 33, Serv
Optimus pater patriæ Cæsar, Ouid. 2. Fast. 128. (uius.
Paces bonæ, Horat. 2. Epist. 1. 21.
Poeta bonus. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 68.
Ratio bona, cui opponitur Perdita. Cic. 2. in Catil. 44.
Rebus bonis agere conuiuam. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 22, Id est, epulari lautè.
Bonis rebus, id est, prosperis. Cicero ad Atticum libro 12. 242. 5.
Bona re copiosus, Gellius lib. 16. cap. 19.
Sanguis melior, Virg. 5. Aen. 82.
Optima Græcorum scripta, Horat. lib. 2. Epist. 1. 6.
Sententia melior. Virg. 2. Aeneid. 7.
Somno meliore frui, Ouid. in Ibin. 127.
Spes bona. Ouid. 11. epist. 13. Horat. in Carmine seculari 15. Spem bonam, certamq; domum reporto.
Spem bonam habere de aliquo, Cic. ad Att. lib. 15. 321. 3.
Spes bona in adolescente, Cic. 2. de Finib. 184.
Succus melior, Horat. 2. Serm. Sat. 4. 3.
Sutor bonus, Horat. 1. Serm. Sat. 3. 25.
Tempestas bona. Vide Tempestas.
Tempus melius, Horat. 1. Serm. Sat. 9. 14.
Tempora optima. Cic. ad Att. lib. 3. 49. 4. Quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet.
Bona terra ad hanc uel illam rem, Varro primo de Re rustica cap. 9. 1.
Testis optimus. Cic. in Topicis 3. Sed dum fuimus unà, tu optimus es testis quàm fuerim occupatus.
Valetudo bona. Vide Valetudo.
Bona uenia aliquid expetere. Terent. Phorm. 2. 3. 31. Vbi Donatus, Bona uenia, Sine ira, sine discordia.
Bona tua uenia dixerim. Cic. 3. de Legib. 49. Quare frater, bona tua uenia dixerim, ista sententia, &c.
Bona uenia audire. Vide Venia.
Bona uenia uestra liceat ex his rogationibus legere quas salubres nobis censemus esse, antiquare alias. Liu. 6. ab ur. 170.
Bona uerba quæso, ridẽtis & subsannãtis. Terent. And. 1. 2 33. Vbiuis facilius passus sim, quàm in hac re me deludier. D. Bona uerba quæso. S. irrides, nihil me fallis. Vbi Donatus, Hic in εἰρωνείᾳ est ὑφημισμὸς: quasi dicat, meliora loquere rogo te. Ergo cum admonitione, bona uerba, inquit, rogo. Budæus dicit esse reprehendentis minantem, & contumelias dicentem.
Verba bona dicere, Tibullus lib. 2. eleg. 2. 1.
Vicinus bonus, Horat. 2. Epist. 2. 27.
Vina meliora. Horat. 2. Epist. 1. 7.
Vir bonus & prudens uersus reprehẽdet inertes, Hor. in Arte
Vir sanè bonus, Cic. Att. lib. 7. 127. 2. (90.
Viribus bonis esse. Cic. de Senect. 27.
Vita meliore aliquid parare, Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 3.
Voce bona esse. Plaut. Mostel. Scio te bona esse uoce, ne clama.
Vultus bonus, Ouid. 8. Metamor. 137.
Vultus melior Iberis, Ouid. 5. Metamor. 101.
Meliore uultu me respexit fortuna imperij, inquit Plin. in epist.

Digitized by Google

Bone uir, per ironiam dictum. Terent. Andr. 3.5.10, Ehodum bone uir, quid ais?
Accusator bone. Cic. pro Sexto Roscio 34. Quid mihi ad defendendum dedisti bone accusator?
Bone custos, defensorq; prouinciæ, Cic. 7. Verr. 10.
Bonus in. Cato cap. 157. 1, Sed quæ uocatur σιλλογιστικὴ, hæc septem habet bona in comestura.
Bonus ad. Liuius decimo belli Punici 2, Bello quoq; bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur.
Optimus bello, Lucan. lib. 7.44.
Cornus bona bello, Virg. 2. Georg. 90.
Iaculo melior, Virg. 5. Aen. 14.
Militia bonus, Tacit. lib. 1.
Moribus hic, meliorq; fama, Horat. 3. Carm. Ode. 1. 3.
Motu pedum melior, Virg. 5. Aeneid. 85.
Pedibus melior, Virgil. 9. Aeneid. 115.
Sagittis melior, Horat. 3. Carm. Ode 6. 4.
Bono esse alicui, Cic. pro Roscio Amerino 9, Accusant ij, quibus occidi patrem Sexti Roscij bono fuit.
In spe bona agere, Tacit. lib. 12.
In bonis rebus aut expetendis ducere pecunias. Cic. in Parad. 7.
Facere meliorem, Cic. ad Attic. lib. 14. 318. 5.
Fieri melior & lenior, Horat. 2. epist. 2. 43.
In melius consilia referre, Virg. 1. Aeneid. 57.
Regnet melior, Virg. 4 Georg. 18.
Optimum est, uel Optimum factu. Plaut. Asin. 13. 41,
——optimū est, ita. Scilicet facturam. Cic. 3. Verr. 96, Statuunt id sibi optimum esse factu.
Multum bonus uir, Cic. 3, pro lege Agraria 8. Et ad Attic. lib. 2. 14. 15, Valde bonus homo.
Boni absolutè, pro existimatis & uirtute præditis. Cic. Etsi pro pediem uideo bonorum: id est, lautorum ac locupletū urbē refertam fore. Budæus.
Optimus ille est, qui minimis urgetur, Hor. 1. Serm. Sat. 3. 14.
Bonus & benignus, Horat. 1. Serm. Sat. 2. 11.
Optimus & Deterrimus, contraria. Cic. pro Cluentio, 29, Iam hoc quoq; prope inimquissimè cōparatum est, quòd in morbis corporis, ut quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quæritur: in periculis capitis, ut quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusq; patronus adhibetur.
Optimus quisq; ita loquebatur Ci. 2. Ver. 13. Idē pro Sestio. 83, Vt sua consilia optimo cuiq; probarentur.
Dignum bono, Horat. 1. Epist. 4. 1.
Oderunt peccare boni uirtutis amore, Horat. 1. Epist. 17. 11.
In bonis, Inter bonos. Vide In.
Insultare bonos. Vide Insilio.
Bonus, Doctus, Virg. 5. Ecloga,
——boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueis, ego dicere uersus.
Vbi Seruius, Boni, docti: & figuratè ait, boni ambo.
Homerus bonus. Horat. in Arte poetica, 73,
Quandoq; bonus dormitat Homerus,
Sic Optimus Virgil. apud eundem, lib. 1. Serm. Sat. 6. 11.
Bonus pro propitio. Virg. 1. Aeneid. Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. Vbi Seruius, Bona, aut propitia: id est, nō irata Troianis: ut 5. eclog. 6, Sis bonus ô, felixq; tuis. Aut magis bona: cœlestis est enim, & inferna: ut Iunoni infernæ dictus sacer.
Bonum & æquum, Plaut. Persa 10.71. Vide Aequus.
Quod erit bonum atq; commodum, Terent. Phorm. 1.2.81.
Natura boni, Horat. 2. Serm. Sat. 6. 16.
Amici bona, quibus incōmoda opponūtur. Cic. de Amicit. 45.

Optima corporis. Horat. 1. Serm. Sat. 2. 18, Id est, optima quæ sunt in corpore.
Bona ingenij, Quint. in proœm. lib. 1. 20.
Bono literarum uti. Cic. ad Cassium lib. 15. 14. 5, Id quum non accidit, utemur bono literarum: & eadem ferè absentes, quæ si coràm essemus, consequemur.
Morum bona, Stat. 5. Sylu. 11.
Bona studij. Quint. proœm. lib. 1. 20.
Commune bonum, Lucret. lib. 5. 192.
Excellens bonum, Cic. pro Marcello, 11.
Facile bonum aulæ, Seneca in Octau. 2. 1.
Fortuitum bonum, Cic. 3. de Nat. deor. 126.
Fragile bonum, Ouid. 2. de Arte amandi, 23.
Bonum ingenitum augendum, Quint. lib. 2. cap. 8. 6.
Magna & diuina bona, Cic. 1. Offic. 206.
Maximum bonum, Seneca in Thyeste, 3. 6.
Nata bona. Catul. epigram. 63. 32, ——à quo
Sunt primo nobis omnia nata bona.
Naturale bonum, Cic. in Bruto, 67.
Priuata bona, Seneca in Thyeste 3. 9.
Vera bona. Iuuenalis Sat. 10. 1.
Accidunt bona. Vide Accido.
Apportare bonum. Vide Apporto.
Optimis assuescere. Quint. lib. 2. ca. 7. 3.
Capere bonum cibo. Vide Capio.
Certare melioribus, Horat. 2. Serm. Sat. 5. 4.
Compensare bona, Horat. 1. Serm. Sat. 3. 14.
icere bona. Terent. And. 1. 70,
Quum id mihi placebat, ūm uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas.
Facere bonū, cui opponitur Facere malū, Cic. ad Brutū 15. 14.
Aequi boni facere. Vide Aequus.
Publico bono facere. Liu. Accipe quoties id fecerint, & quidē semper bono publico. Sic alibi, Meliorem facere, Quint. lib. 1. cap. 2. 5. (li. 1. 12.
Optima facere, quàm promittere maluerūt. Quint. in proœm.
Plagis meliorem fieri. Cic. pro Flacco, 51. Hoc uetus proverbium, Phrygem plagis fieri meliorem.
Optimis imbui. Quint. lib. 1. cap. 8. 4.
Bona nostra permistis malis inquinātur. Quin. li. 4. ca. 2. 72.
Manet te bonum. Vide Maneo.
Monere meliora, Horat. 1. Serm. Sat. 2. 15.
Bona facilè mutantur in peius, Quint. lib. 1. cap. 1. 4.
Numerare in bonis. Vide Numero.
Nunciare meliora, Cic. ad Att. lib. 14. 304. 1.
Optima præcipienda sunt, Quint. lib. 1. cap. 1. 8.
Recusare bona, Ouid. 13. Metam. 28.
Meliora sequamur, Virgil. 3. Aeneid. 38.
Miseros meliora sequentur, Virg. 12. Aen. 31.
Sperare mliora, Cic. ad Att. lib. 14. 213. 2.
Circa bonorum adeptionem uersatur ratio faciendi, Quint. i. 5. cap. 10. 24.
Bonis eloquentiæ malè ui. Quint. in proœm. lib. 1. 10.
Bono naturæ bene uti licet, Quint. lib. 2. cap. 10. 3.
Bona, Substant. pluraliter tantū, pro fortunis. Vlpian. de Verb. signific. Bonorum appellatione hæ res cōprehensæ uidebūtur, quarum proprietas ad hæredem pertinet. Idem in l. Bonorum, Bonorū appellatio aut ciuilis, aut naturalis est. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est, quòd beatos faciunt. Beare est prodesse. In bonis aūt nostris computari sciendum est, non solum quæ dominij nostri sunt, sed & si bona fide à nobis poßideātur, uel si superficiaria sint. Aequè bonis annumerabitur, etiā si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. Nā hæc omnia in bonis esse uidē

Digitized by Google

tur. Africanus de Verb. signific. Bonorũ appellatio, sicut hæreditatis, uniuersitatem quandam ac ius successionis, & nõ singulares res demonstrat. Quint. lib. 6. cap. 4, Post mortẽ eius bona uæniebant. Cic. pro Cæcina, 28.

Pauperrimus bonorum. Horat. 1. Serm. Sat. 1. 16.

Caduca bona. Stat. 2. Syl. 26.

Humana bona. Ouid. 3. Amorum, eleg. 9. 2.

Inuidiosa bona. Ouid. ad Liuiam, 12.

Paterna bona lancinata. Catul. epigram. 27. 45.

Bona paterna consumere. Quint. lib. 3. cap. 11. 9.

Bona patria. Terent. Eunuch. 2. 2. 4.

Bonorum possessionem ita rectè definiemus, Ius persequendi, retinendiq; patrimonij, siue rei quæ cuiusq;, quum moritur, fuit. Vlpian. de bonorum possessionibus.

Bona prædia. Cic. 3. Ver. 100. de sartis tectis loquens. Quæ uerba enarrãs Asconius: Bona, inquit, prædia dicũtur bona satisdationib. obnoxia, siue sint in mãcipijs, siue in pecunia numerata. Idẽ paulò pòst, Prædes igitur boũes sunt fideiussores, quorũ res bona prædia nũc uno nomine dicũtur. Ex Budæo.

Aucta bona. Tacitus lib. 14.

Adedere bona. Tacit. lib. 17.

Addicere bona alicuius. Vide Addico.

Adimere bona. Horatius 1. Epistõ. 17. 15.

Bona adiudicare. Quint. lib. 5. cap. 14. 14.

Aggerere bona ad aliquem. Vide Aggero.

Bonis cedere. Quint. lib. 6. cap. 1. 15. Vide Cedo.

Comedere bona. Horat. 1. Epist. 16. 3.

Deseruire bonis caducis. Stat. 2. Syl. 2. 6.

Patria bona alicui eripere. Cic. 3. Verr. 79.

Exuere bonis. Tacit. lib. 4.

Legare usumfructum bonorum suorum uxori. Cic. in Topi. 8.

Oppugnare bona alicui. Vide Oppugno.

Perdere bona. Seneca in Hippol. 4. 17,

—Perdere est dignus bona Queis nescit uti.

Bona publicè possidere, aut ex edicto. Vide possideo.

Publicatis bonis calamitatem subire. Cic. ad Brutum, 12. 4.

Optimus maximus, Iouis titulus. Cic. 2, de Nat. deo. 92, & 93, Sed ipse Iupiter, id est, iuuans pater, quem conuersis casib. appellamus à iuuando Iouem, à poetis pater diuũmq; hominumq; dicitur, à maioribus autem nostris optimus maximus: & quidem antè optimus: id est, beneficẽtissimus, quàm maximus: quia maius est, certeq; gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere.

Optimus maximusq; fundus. Vide Magnus.

Bonus & assiduus dominus. Cic. de Senect. 52.

Optime & dulcissime frater. Cic. 3. de Legib. 36.

Melior] ἀμείνων, & hoc melius, Comparatiuum à bonus. Vide in præcedentibus.

Melius, aduerbium (ἀμείνων) Vide post Bene.

Meliusculus. pen. cor. diminutiuum. Colum. lib. 9. cap. 3. 1, Alias magis exiguas, nec tam rotundas, sed obesas tamen & latas coloris meliusculi. De apibus. Plaut. Cap. 17. 6, Rem tuam facies ex mala meliusculam. Celsus, Qui meliusculus esse cœpit, adijcere debet exercitationes, frictiones, cibos. Id est, qui meliusculè habere cœpit.

Meliusculè, aduerb. Cic. ad Tironem lib. 16. 1. 2, Volebam ad te Marionem remittere: quem quum meliusculè tibi esset ad me mitteres.

Melioresco, melioresis (βελτιῶμαι) melioresce re, meliorem fieri. Columel. lib. 2. cap. 10, Napus deuexam amat & siccam, tenuiq; propiorem terram. Itaq; glareosis sabulosisq; aruis melioresc it.

Melioro, melioras, penult. prod. (βελτιόω) meliorare, melius reddere. Vlpian. in lege, Si cuius rei. §. Inde quæsitum. ff. de Vsufruct. & quemadmodum quis utatur, &c. Forsitan etiam hæc deijcere poterit, siquidem ei permittitur meliorare proprietatem.

Secunda bonitas. Plin. lib. 12. cap. 13. 2. de Amomo.

Summa bonitatis, natione constat, Plin libro 11. capite 14. 1, de Melle.

Præcipua bonitas uirgultorum tenuissimis partibus, Plin. lib. 2. cap. 19. 5.

Optimus, pen. cor. superlatiuũ à bonus. Vide exẽpla in bonus.

Optimitas, optimitatis (βελτιότης) utilitas, cõmodum Plaut. Asi. 7. 16, Maximas optimitates, gaudicq; offertissimas, Suis heris ille unà mecum pariet.

Optimas, huius optimatis, pen. prod. comm. gen. (ἄριστος) Optimates dicuntur, ut ait Perottus, qui primum in ciuitate loũ tenent: uel quòd opulentiores sunt, & in maiori censu, uel quòd in primis opem ferre possunt oppressis. Cicero pro Sestio 83, sic dicit: Duo genera semper in hac ciuitate fuerũt eorum, qui uersari in Repub. atq; in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse uoluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæq; dicebant, multitudini iucunda uolebant esse, populares. Qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuiq; probarentur, optimates habebantur. Priscianus lib. 5, Optimates sunt, qui defendunt Senatores: populares, qui defendunt populum. Cic. Attico lib. 10. 201. 4, Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parũ diligenter quod optimum sit, eligas.

Optimates matronæ. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 6. 2.

Orba ab optimatibus concio. Cic. pro Flacco, 43.

Bellus (κομψὸς) adiectiuum, diminutiuũ. Idem significat quod bonus. Varro Bimargo, Socius ex hostibus, fecisti bellũ ita geris, ut bella omnia domum feras. Nonius.

Bellus homo, quem urbanum & ciuilem dicimus. Martial. libro 1. 39.

Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est. Cic. Attico libro 1. 1. 9. Idem Attic. lib. 6. 115. 4. Pyliæ & puellæ Ceciliæ bellissimæ salutem dicas. Idem Terentiæ lib. 14. 7. 6. Cicero bellissimus.

Bellus & humanus homo. Cic. 2. de Finib. 162.

Bellus & urbanus. Catul. epigr. 19. 2.

Gratissimæ & bellæ literæ. Cic. lib. 15. Epist. 321. 5.

Fronte ac uultu bellis al quid ferre. Cic. Att. lib. 5. 97. 3.

Theatrum bellum. Cic. Attic. lib. 13. 277. 2.

Quàm bellum. Cic. 1. de Orat. 128, Quàm sit bellum, cauere malum, scire possumus.

Ciuitas bella. Cic. Attic. lib. 1. 85. 13.

Bellissimum & taciturnissimum ostium. Plaut. Curcul. 2. 20.

Bellissimum subsidium. Cic. 1. de Orat. 140.

Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ. Mart. lib. 2. 7.

Bellus, Pulcher. Martialis, Bella es nouimus, & puella, uerum est.

Bellus locus. Plau. Bacchid. Euax, nimis bellus atq; esse maximè optabam, locus. Cic. Attic. lib. 5. 105. 2.

Puella bella. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 2.

Bellissimus, penult. corrept. Terent. Adelph. 4. 2. 52. Ego iam prospiciam mihi: atq; unumquodq; quod erit bellissimum Carpam.

Bellior, Comparatiuum: id est, melior. Varro Testamento πρὸς Διαθηκῶν, Venio nunc ad alterum genus testamenti, quod dicitur physicon: in quo Græci belliores, quàm nostri. Nonius.

Bellatulus, penult. corrept. Blandientis uocabulum: idem significans quod bellulus. Plautus, Cur ergo non imus subitum bella bellatula?

Bellulus,

Bellulus, pen.cor. Diminut. Plaut. Mil. 13.42, Aedepol equidē bellula es.

Belliatus, pen.prod. Adiect. Plaut. Rud. 12.6, Hem tibi aquam mea tu belliata.

Bellè (καλῶς, κομψῶς) Aduerb. idem quod bene. Plaut. Truc. 6.34, Qui istas buccas tam bellè purpurissatas habes.

Bellè aliquem attendere, Cic. 5. de Finib. 11.

Cecidit bellè. Cic. Attic. lib. 13.288.3.

Sumus enim ambo bellè curiosi, Cic. ad Att. lib. 6.112.6.

Belliſsimè uel mecum uel in nostris prælijs esse poteris, Cic. Terentiæ lib. 14.14.4.

Bellè ferre aliquid. Cic. Att. lib. 4.85.13.

Aqua nō lōgè à uilla bellè sanè fluens. Ci. ad Qu. frat. li. 3.17.1.

Bellè habere. Cic. ad Qu. fra. lib. 3.24.3, Plura ad te uacuo animo scribam, quum ut spero, se Cicero meus bellè habebit.

Bellè narras, ironia prouerbialis passim in comœdijs obuia: de re dictu uehementer absurda. Erasmus.

Bellißimè nauigare: id est, sine infortunio, & uentis secundis, Cic. Tironi, lib. 16.19.2.

Non bellè respondent. Quint. lib. 6. cap. 3.33.

Cætera bellè: Supple, se habent. Cic. Trebatio, lib. 7.18.4.

Bellè & festiuè. Cic. 3. de Orat. 56, Bene & præclarè quamuis nobis sæpè dicatur, bellè & festiuè nimium sæpè nolo.

Bonitas, pen.cor. bonitatis (ἀγαθότης, ἀγαθοσύνη) uirtus omnibus nota. Cic. 1. de Natu. deor. 166, Quid enim melius, aut quid præstantius bonitate & beneficentia? Valla, Bonū generale nomen est, honesta pariter atq; utilia complectens ut bonum animi, bonum corporis, bonum fortunæ. Bonitas uerò non, ut multi opinantur, idem utiq; quod bonum, honestum, sed idem quod benignitas. A primo fit bonus uir, bonus seruus, bonus iudex, id est, iustus, & exequēs officij sui debitū: ab hoc bonus pater, bonus dominus, bonus deus, bonus Aeneas: hoc est, benignus & clemens, quam alteram iustitiæ partem esse constituunt, uocantes eandem beneficentiam. Nam iustitiam partiūtur in duas partes: Iustitiam, quæ est seueritas, & beneficentiam, quā ego uoco bonitatem. Ergo qui planè bonus esse uult, planeq; iustus bis bonus sit necesse est, & hoc quidem ad uirtutem pertinet. Est aūt & alia bonitas, nō ex industria, sed ex natura, tam homini, quàm quibusdā alijs rebus attributa. Cic. 3. Offic. 17, Quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. Id est, excellentia & dote naturæ. Quint. lib. 2. cap. 19.2, At in solo fœcūdo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. Nō dixit plus bonitas cultoris, quàm bonitas soli: quia excellens cultor industria fit, non natura. Nonnunquā tamē bonitas pro iustitia, siue pro honesto accipitur. Cic. 3. Offic. 102, Quum enim fidem alicuius bonitatēq; laudant, dignū esse dicunt, qui cum in tenebris mices. Nonnunquam etiam bonum accedit ad naturam uirtutis & bonitatis. Nā quum dicimus de æquo & bono, nō de rigore iustitiæ, & de summo iure loquimur, sed quasi de bona æquitate. hæc Valla.

Bonitas ac moderatio. Cic. 2. de Orator. 187, Vt opes & copiæ non superbiæ uideantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dedisse.

Bonitas ac simplicitas uxoris. Plinius.

Bonitas in herbis. Plin. lib. 12. cap. 13.2.

Agrorū bonitas & omniū rerū copia. Cic. 2. de lege Agra. 50.

Prædiorū bonitas. Cic. pro Sexto Roscio Amer. 29.

Causæ bonitas. Cic. pro Domo sua 45.

Dei bonitas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7.10,

Quamuis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Diuina bonitas. Cic. 2. de Nat. deor. 86.

Bonitas ingenij. Cic. 3. Offic. 17.

Naturæ bonitas. Cic. 1. Offic. 166, Nihil tamen sine felicitate quadam, sine bonitate naturæ, sine parentum disciplina, rectam uitæ secuti sunt uiam.

Præcipua bonitas. Plin. lib. 2. cap. 19.

Bonitas soli, pro fœcunditate. Quint. lib. 2. cap. 19.3.

Summi cuiusq; bonitas. Cic. 2. Offic. 91.

Summa bonitas, natione bonitas. Plin. lib. 11. cap. 14.

Secunda bonitas. Plin. lib. 12. cap. 13.

Terræ bonitas. Lucret. lib. 5.251.

Verborū Latinorū bonitas. Cic. in Ora. 93, Quare bonitate potius nostrorū uerborū utamur, quàm splendore Græcorū.

Vocis bonitas. Cic. in Orat. 32.

Perennis bonitas. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5.6.

Singulari bonitate præditus. Cic. pro Domo sua, 85.

Vera bonitas. Cic. post Reditum in Sen. 22.

Affluere bonitate. Cic. pro Quint. Rosc. Comœd. 16.

Amittere aliquid bonitate. Cic. pro Qu. Rosc. Comœ. 12.

Bonitatem cognoscere. Vide Cognosco.

Locum non esse bonitati. Cic. 3. de Finib. 102.

Ad bonitatem proficere. Vide ad.

Bene (εὖ, καλῶς) Aduerbium: cuius comparatiuum est Melius, & superlatiuum Optimè. Plaut. Bacchid.

Quid in consilio consuluistis? B. bene pol.

Bene accipere aliquem. Plaut. Perſa, 12.8. Vide Accipio.

O factum bene. Terent. And. 5.6.11.

Non æquè bene quàm. Colum. lib 5. cap. 5.

Bene, nonnunquam accipitur pro ualde, ut Cicero, Habetis orationem bene longam. Valla lib. 2, Ita quoq; & bene longā disputationem dixit, idem Cic. lib. 5. de Finib. 133.

Melius, Comparatiuū. Teren. And. 3.5.11, At iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile. P. Nempe ut modo. D. imò melius spero. Vbi Donatus, Melius, bene melius comparatiuo est usus, quasi hoc bonum sit, illud melius.

Melius adhuc. Plautus Bacch. 10.28, Probè ita res succeſsit, meliusq; adhuc.

Melius æquius. Cic. 3. Offic. 80, Reliquorum autem iudiciorū hæc uerba maximè excellunt: In arbitrio rei uxoriæ Melius æquius: in fiducia, ut Inter bonos bene agier.

Melius, peius, prosit, obsit: nihil uident nisi quod lubet. Terēt. Heaut. 4.1.30.

Nil melius turdo. Horat. 1. epiſt. 16.4. Ibidem 1.18.

Quo melius. Cic. 3. de Orat. 122, In eo autem ipso dominatus est omnis oculorum, quo melius nostri illi senes qui personatum, ne Roscium quidem magnopere laudabant.

Optimè (κάλλιστα) Superlatiuum. Terent. And. 3. 4.14, Hem quid dixit? D. optimè inquam factum. Cicer. ad Quin. frat. lib. 2.10.3, Si perficiunt optimè: sin minus, ad nostrum louem reuertamur. (frater.

Optimè, opportunè. Terent. Eunu. 5.2.66, Adest optimè ipse

Optimè in tempore aduenire. Plaut. Cap. 13.67.

Optimè omnium. Cic. ad Nigidium Figulum, lib. 4.13.21, Sed hæc tu melius, uel optimè omnium.

Melius nemo accipit, id est, nemo lautius tractat. Terent. Eunuch. 5.9.52, —præterea hoc etiam, quod ego uel primum puto, Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius. Vbi Donatus, Horum alterum, apparatum: alterum, copiam.

Villa bene & ratione ædificata. Cic. 3. Offic. 71. & 72.

Bene agis. Cic. pro Quintio, 53.

Bene agitur. Plaut. Milit. 22.23.

Bene actum cum eo. Terent. Adelph. 2.2.1, Tace, egomet conueniam iam ipsum, cupidè accipiat faxo, atq; etiam Bene dicat secum esse actum.

Bene ambula & redambula. Plaut. Capt. 13.131.

Digitized by Google

Bene ambulato. Plaut. Merc. 6. 54.
Ita me dij bene ament, Iusiurandum apud comicos. Terent. Eunuc. 5. 2. 43, Te quoq; iã Thais, ita me dij bene ament, amo.
Bene ante lucem. Cic. 2. de Orato. 144.
Bene aßimulare. Id eſt, rectè. Terent. And. 1. 1. 141,
Nunc tuum eſt officium, has bene ut aßimules nuptias.
Bene audire. Terent. in prolo. Phorm. 21. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Vbi Donatus, Bene audire, eſt benedici & laudari. Sic. Cicero 3. de Finibus 87, Eſſéq; hominis ingenui & liberaliter educati, uel bene audire à parẽtib. à propinquis, à bonis etiam uiris, idq; propter rem ipſam, non propter uſum.
Canere melius. Virg. 9. eclog. 14.
Bene coctus & conditus ſermo, bonus. Cic. Att. li. 13. 298. 4.
Bene cogitare de aliquo. Plin. Iunior.
Bene cognitus alicui. Cic. Attic. lib. 9. 189. 2.
Bene comitatus Romam uenit. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 17.
Bene conuenit inter eos. Terent. Hecyr. 1. 2. 103.
Bene curare ætatem ſuã, edere, bibere. Id eſt, lautè uiuere. Plautus Pſeud. 20. 27.
Bene curata cute nitidus. Horat. 1. Epiſt. 4. 2.
Bene hercle denuntias. Plaut. Trinum. 4. 15.
Melius dicere. Terent. Adelph. 3. 2. 52,
Quid iſtuc? accedo ut melius dicas.
Dicere melius & plenius. Horat. 1. Epiſtol. 2. 1.
Bene diſſimulatus amor. Id eſt, multũ. Terent. And. 1. 1. 105.
Bene doctus. Plaut. Moſtel. 4. 29.
Dormire melius. Horat. 2. Epiſt. 2. 11.
Incipit res melius ire, quàm putaram. Cic. ad Attic. li. 14. 313. 2.
Bene eſt. Vide in Bene ſum.
Bene ac feliciter euenit. Liu. 1. bel. Maced. 16. & Pli. in Paneg.
Bene facis. Terent. Eunuc. 1. 2. 206, Faciundum eſt quod uis. T. Meritò te amo. PH. Bene facis. Vbi Donatus, in conſuetudinem uenit, bene facis, & bene feciſti, non indicantis eſſe ſed gratias agentis.
Bene ſanè facis, id eſt, rectè. Cic. 1. Acad. 37.
Auctius & melius fecere Di. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 1.
Bene factum. Terent. And. 5. 6. 11.
Bene ferre gratiam bene merenti. Plaut. Rud. 31. 35.
Bene fidum pectus. Horat. 2. Carm. Ode 12. 3.
Bene firmum. Cic. 6. Philipp. 216.
Fuit melius. Vide Bene ſum.
Bene gerere ſuum negotium. Cic. pro Qu. Roſ. 19.
Bene re geſta. Terent. Adelph. 5. 1. 13.
Potaſti ſcelus quaſi Re bene geſta.
Bene gerens ſui negotij. Cic. pro Quintio, 42.
Bene geſtæ res. Virg. 9. Aeneid. 33.
Bene & feliciter geſta Reſpublica. Cic. 5. Philip. 193.
Bene habere, incolumem eſſe. Plaut. Aulul. 13. 2.
Bene habere, lautè uiuere. Plautus Milite, 10. 128, Qui ægre ferunt: & qui bene habet.
Bene hoc habet. Plaut. Epid. 14. 31, Quod barbarè dicitur, Hoc benè uadit.
Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis. Subaudi ſe, & res. Cic. pro Murena.
Bene habent tibi principia. Terent. Phorm. 2. 3. 82.
Hoc melius ſe habent, quòd, &c. Cic. ad Att. 11. 215. 6.
Quàm optimè ſe habere. Cic. 4. de Fin. 63, Optimè ſe habeat.
Ire melius dicitur res. Cic. Att. lib. 14. 213. 2, Incipit res melius ire quàm putaram.
Bene aliquem iuuare. Plaut. Moſtel. 14. 42.
Dijs bene iuuantib. Liu. 6. ab Vrbe 89, Collegæ imperiũ ſe nõ poſſe impedire: dijs bene iuuãtib. ageret quod è Repu. duce
Bene lõginquus dolor, qui diu durat. Ci. 2. de Finib. 150. Cret.
Bene longus ſermo, id eſt, ualde longa diſputatio. Cicero 2. de Orator. 196.
Bene longæ literæ. Cic. Att. lib. 14. 304. 4.
Bene loqui lingua. Plaut. Truc. 5. 15.
Lugebitis melius ambo. Ouid. 8. Metamorph. 98.
Bene magna caterua. Cic. pro Murena, 63.
Bene mane dedi literas. Cic ad Att. lib. 4. 79. 3.
Bene mereri. Vide Mereo. Liu. 10. Pun. 32. Cic. 3. de Fin. 108.
De Repub. bene mereri. Cic. Plancio, lib. 10. 5. 5, Nec quicquã ex omnibus rebus humanis eſt præclarius aut præſtantius, quàm de Rep. bene mereri.
Merere bene de aliquo. Virg. 4. Aeneid. 64, Si bene quid de te merui.
Colere debemus benemeritos de Repub. Cic. 1. Offic. 207.
Bene merentes ciues. Cic. pro Plancio, 65.
Bene multi. Pollio ad Cicer. lib. 10. 33. 12. Id eſt, ualde multi.
Bene munita templa. Lucr. lib. 2. 2.
Bene edepol narras. Terent. Eunuch. 5. 3. 7. Id eſt, læta narras & quæ ego libentur audio.
Bene nata, id eſt, honeſto loco nata. Horat. Carm. Ode 4. 7.
Bene & nauiter impudẽs. Cic. Luceio, 5. 12. 10, Sed tamen qui ſemel fines uerecundiæ trãſierit, eum bene, & nauiter oportet eſſe impudentem.
Bene noui. Cic. 1. de Finib. 24.
Bene nummatus, Qui multas habet pecunias. Cic. pro lege Agraria, 62.
Bene nummatum marſupium. Plaut. Amph. 16. 40.
Bene olens. Virg. eclog. 2. 10.
Orabunt cauſas melius. Virg. 6. Aen. 170.
Bene penitus ſe dare in familiaritatẽ alicuius. Cic. 4. Ver. 122.
Bene peritus. Cic. de Claris Orat. 41, Et unà Ser. Fabius Pictor, & iuris & literarum & antiquitatis bene peritus.
Bene perſpectum à te. Terent. Heaut. 4. 1. 25. Ironia eſt: quaſi dicat, Malè perſpexiſti.
Planè bene. Cic. Attic. lib. 13. 264. 2.
Bene planè magnus dolor. Cic. 2. Tuſc. 77.
Bene poteris uti. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 7. 5.
Bene præcipere. Terent. Adelph. 3. 3. 80.
Bene promeruit. Terent. Adelph. 2. 1. 47.
Bene promittere. Cic. 2. de Diuin. 56.
Bene promittis, multa ex multis, omnia in caſſum cadunt. Plautus Pœn. 4. 138.
Bene putas. Terent. Eunuch. 4. 7. 43, Noui ingenium mulierũ, Nolunt ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultrò. THR. bene putas. Vbi donatus, Bene putas, hoc eſt rectè putas, ſapis uel intelligis.
Bene robuſtus in clamando. Cic. 1. Verr. 26.
Sanè bene. Terent. Adelph. 4. 2. 47, D. quid ibi facit? S. Lectulos in ſole ligneis pedibus faciundos dedit, Vbi poteris uos. D. ſanè bene. Vbi Donatus, Hic ironia eſt, non approbatio. Alij legunt Rectè ſanè.
Bene ſanus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 13.
Bene ſanæ mentis homo. Hora. 1. Serm. Satyr. 9. 9.
Scribere melius. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 10.
Optimè ſentire de Repub. Cic. 14. Philip. 397.
Bene ſperare. Plin. lib. 17. cap. 9. 3.
Sperare melius. Ouid. 2. Epiſt. 13.
Suadere melius. Horat. 1. Epiſt. 1. 13.
Bene ſucceßit. Terent. Adelph. 2. 4. 23.
Bene eſſe alicui. Horat. 3. Carm. Ode, 16. 9.
——Bene eſt cui Deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.
Bene eſſe alicui re aliqua. Plaut. Caſin. 5. 39, —rogant
Super ancilla Caſina ut detur nuptum noſtro uillico,

Seruo

Digitized by Google

Seruo frugi: ubi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo. Id est, ubi erit ei copia lignorum unde calefiat.

Bene esse paruo dispendio. Plaut. Mæneh. 2 4.33.

Bene hercle est illam tibi bene ualere & uiuere. Plaut. Trinum. Hoc est, gaudeo illam rectè ualere.

Melius est eum adire. Plaut. Mæneh. 2 4.33.

Optimè est, Bene habet. Terent. Adel. 5.5.3,

——quid fit? quid agitur? S. Rectè. D. optimè est. Quasi dicat, Gaudeo te rectè ualere.

Bene tibi est. Terent. Adelph. 1.1.9, Et tibi bene esse soli, quum sibi sit malè. Idem And. 2.5.16,

Verum illud uerbum est, uulgò quòd dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quàm alteri.

Melius esse homini nihil potest. Cic. 1. de Finib. 87.

Melius est homini factum, pro Conualuit. Cicero primo Tusc. 135. Budæus.

Melius erit isti morbo. Plaut. Cistel. 2.64, Bono animo es, erit isti morbo melius. Id est, inuenietur morbo isti aliquod remedium. Idem Trucul. 4.81, ——imò
Aedepol melius iam credo fore, ubi te uidebit.

Bene sit tibi. Plautus Merc. 6.55,

Bene ambulato. L. bene ualeto. D. bene sit tibi. Hoc est, quod quidam dicunt, prosit.

Fuit melius ire. Horat. 3. Carm. Ode, 27.9.

Fuit melius nescisse. Ouid. 2. de Arte amandi, 112.

Transcurrere ad melius. Horat. 2. Serm. Sat. 2.17.

Bene uale. Plaut. Pœnulo, Bene uale. AG. & tu bene uale. Sic quoq; apud Ciceronẽ in fine epistolarũ multis in locis.

Bene ualere. Plaut. Trin. Bene sanus. Cic. 1. de Finib. 81, Bene ualens. Cic. ad Att. li. 15.32 1.6. Ouid. 3. Trist. 8. eleg. 7,

Nec melius ualeo, quàm corpore, mente.

Optimè ualere. Cicer. 2. de Finibus, 69. & 71, Vt inter optimè ualere & grauissimè ægrotare nihil prorsus interesse.

Bene uelle alicui ex animo. Terent. Heaut. 5.2.6.

Bene uenire uelim quòd illud feceris: id est, prosperè succedere. Cic. Sestio.

Bene uerò, quòd mens, pietas, uirtus, fides consecratur manu. Cic. 2. de Legibus, 45.

Optimè uerò. Ci. 1. de Diuin. 14. Optimè uerò, inquam, etenim ipse Cotta sic disputat, &c.

Bene uertat. Virgil. eclog. 9.2, Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos Id est, Quæ res in eius perniciem uertatur, hoc est, ut malo omine hoc munus accipiat. Tractum hoc est, ab Hectore & Aiace. Nam Hector Aiaci gladiũ dedit, quo se Aiax postea interemit. Ipse uerò balteum accepit ab Aiace, quo circa muros patrios tractus est. Postea inde illud comicum ortum est, Dij bene uertant quod agas. Plerũque enim bona in peius: mala mutantur in melius. Hæc Seruius Liuius 3. Decad. lib. 4, Bene uertat, inquit, obsideamus Lacedæmonem.

Dij uertant bene. Terent. Eunuch. 2.3.98. Hoc est, faxint dij ut omnia prospere cedant.

Bene uertere comœdias. Teren. in prolo. Eunuchi, 7.

Bene uiuere, atq; fortunatè. Plau. Milite, 10.111.

Bene uiuitur. Horat. 2. Carm. Ode, 16.3, Viuitur paruo bene.

Viuere melius. Horat. 1. Serm. Sat) r. 4.68.

Benedico, benedicis, pen. prod. (εὐλογέω, εὐφημέω) benedicere. Valla, Benedicus autem non inueni: quia nec benedico inuenitur, licet eo Priscianus utatur, & hoc tempore utamur, more Græcorum, quorũ autoritate dedimus huic uerbo accusatiuum præter naturam suam, quum postulet dativum sicut Maledico, quod & ipsum nunc ad imitationem Græcorum habet etiam aliquando accusatiuum. De Benedico unius uocis loquor, non duarum. nam tũc & aliud significat, & aliud regit. Plaut. Asin. 12.155, Benedicite, ite intrò citò. ualete.

Benedicere, interdum diuisim legitur, interposita una aut altera dictione, interdum pluribus. Plautus Milite, Bene quæso inter uos dicite, & mi absenti tamen.

Benedicere Deo, est laudare Deũ. Deus dicitur benedicere hominibus, uel hominibus, quum dat illis prospera, auget bona, & fauet.

Benedicere alicui. Cic. pro Sestio, 96, Cui benedixit unquã bonos? benedixit? imò quem, &c. Horat. 2. Epist. 1.32,

——uertere modum formidine fustis
Ad benedicendum delectandumq; redacti.

Bene dicere, bone loqui. Terent. Eunuch. 3.1. 61, Bene dixti: at mihi istuc non in mentem uenerat.

Benedictum, benedicti (εὐλόγημα, εὐφημία) Terent. in prol. Phorm. 21, Benedictis si certasset, audisset bene.

Mater benedictorum & benefactorũ, Philosophia. Cic. in Bruto, 179.

Certare benedictis. Vide Certo.

Benedicè, pen. cor. (εὐφήμως) aduerbium. Plaut. Asin. 5.54, Aliam atq; olim quum illiciebas blandè ad te, benedicè. Id est, laudando me.

Benefacio, benefacis, pen. cor. (εὐποιέω, ἀγαθύω) benefacere. Terentius, Eunuch. 5. 9. 61, Bene fecisti: gratiam habeo maximam.

Benefacere aliquid. Horat. 4. Carm. Ode, 5, ——neq;
Si chartæ sileant, quod benefeceris.

Benefecit qui. Cic. Attico lib. 12.24 4.2, Benefecit A. Silius qui transeq; erit.

Benefacit quòd. Cic. ad Attic. lib. 7.123. 4, De animo aũt meo erga Rempub. benefacis quòd non dubitas.

Absistere benefacere. Tacit. lib. 6.

Benefacere erga aliquem. Plaut. Trinum. 17.4.

Benefit, pen. corr. (εὐποιεῖται) Impersonale, cuius nullum exẽplum reperi.

Benefit beneficium. Plaut. Capt. 6.108, Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida est bonis.

Benefactum (ἀγαθοποιὸν) Substantiuũ, pro beneficio. Ennius apud Ciceronem, li. 2. Offic. 90, Bene facta malè locata, malefacta arbitror. Virg. 3. Georg. 103,

Quid labor, aut benefacta iuuant?

Adornare uerbis benefacta. Vide Adorno.

Benefacta in luce collocare. Vide Colloco.

Benefacta cumulare. Vide Cumulo.

Benefacta referre. Claudian. Paneg. lib. 3.37.

Benefacta tenere. Claudian. Panegyr. lib. 2.9.

Beneficus, pen. cor. (εὐεργέτης, εὐποιὸς, εὐεργὸς) Adiectiuũ, Qui beneficium præstat. Cic. 1. de Legib. 73, Vbi enim beneficus, si nemo alterius causa benignè facit?

Beneficus in amicum. Cic. 1. Offic. 67.

Benefici & liberales. Cic. de Amicitia, 30, Vt enim benefici liberalesq; sumus, non ut exigamus gratiam, &c.

Beneficentissimus. Cic. 2. de Natur. deor. 93. Idem de Amicitia, 47, Liberalissimi sint & beneficentissimi.

Dij benefici. Cic. 1. de Diuin. 140. & lib. 2. 152.

Ciuis beneficus & salutaris. Cic. pro Milone, 15.

Benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiam si res fortè nõ suppetat. Cic. 2. Offic. 44.

Oratione beneficus. Vide Oratio.

Beneficiarius (εὐεργετούμενος) Qui beneficium accepit. Valla lib. 1. cap. 6.

Beneficiarius. Festus, Beneficiarij dicebantur milites qui uacabant muneris beneficio. E cõtrario munifices uocabantur,

Digitized by Google

qui non uacabant, sed munus Reip. faciebant. Vegetius lib. 2.ca.7, Beneficiarij, ab eo appellati, quòd promouētur beneficio Tribunorum. Cæsar 1.bel.Ciuil. 278, Petreius uerò non deserit sese, armat familiam: cum hac & Prætoria cohorte Cetratorum, Barbarisq; equitibus paucis, beneficiarijs suis, quos suæ custodiæ causa habere consueuerat. Vulgus nostrum Vassalos uocat.

Beneficium (σύνεργετημα, σύνοια, ἀγαθοποιία) Meritū. Terē. Eunu.1.2.6.9, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Accipere beneficium. Terent. Adelph.2.3.1, Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas.

Afficere beneficio. Cic. Plancio, lib.10. 14. 2, Quod si erit factum, & Rempub. diuino beneficio afficeris, & ipse eternā gloriam consequere.

Alligari beneficio. Cic. pro Plancio, 66.

Beneficium augere. Vide Augeo.

Beneficium collocare. Cic. ad Sulpitium, lib.13.29.7.

Beneficia comedere. Vide Comedo.

Complecti beneficio. Cic. pro Plancio, 66, Petamq; à uobis, Iudices, ut eum beneficio complectamini, quem, &c.

Per beneficium & gratiam concedere. Cic. 5. Ver. 165.

Causa beneficij gratiæq; concedere. Cic. 5. Verr. 166.

Beneficium conduplicare. Vide Conduplico.

Beneficium dare, pro cōferre. Cic. ad Rutilium, lib.13.9.7, Mauis mihi dare beneficium nullum potes.

Beneficium dare & reddere. Cic. 1. Offic. 73.

Dare & accipere beneficium. Cic. Att. lib.14.311.2.

Pro beneficio dare. Cæl. Ciceroni, lib.8.8.4, Quemadmodum tibi pro beneficio dederit.

Deferre beneficia. Cic. 1. Offic. 74.

In loco beneficij deferre. Cic. 4. Verr. 19.

Beneficium facere. Gellius, lib.7.cap.20.

Habere pro beneficio. Brutus Ciceroni, 16.4.

Impetrare in summo beneficio. Cic. 5. Verr. 165.

Manet beneficium in aliquo. Vide Maneo.

Beneficium in acta mittere. Seneca de Beneficijs, lib.2. cap.10, Si quod præstamus, offendit nisi absconditur, beneficium in acta non mitto.

Mutare beneficium. Vide Muto.

Obligari beneficio. Cic. 4. in Catil. 93.

Ornare beneficijs. Cic. post Reditum ad Quirites 9, Atq; eo die cōfecta res esset, nisi is Tribunus plebis, quem ego maximis beneficijs Quæstorem Consul ornaram, &c.

Parere sibi beneficium solidum. Terent. Eunuc. 5.2.32.

Loco beneficij petitum. Cic. 5. Verr. 94.

Placare beneficio inimicum. Cic. 4 in Catil. 94.

Beneficium ponere. Cic. Seruio Sulp. 13.27.8, Scriberem quàm id beneficium bene apud Mescinium posturus esses, nisi & te scire confiderem, & mihi peterem. Vide Pono. Idem pro Sylla, 19.

Proijcere beneficium. Seneca de Beneficijs, lib.1. cap.1, Beneficia sine ullo delectu magis proijcimus, quàm & damus.

Promerere & proferre beneficium. Cic. pro Murena, 64.

Remunerare beneficium. Cic. post reditum in Sena. 18.

Non sustinere beneficia. Cic. Curioni, lib.2.5.5, Neq; enim sum ueritus ne sustinere tua in me uel innumerabilia nō possem.

Meo beneficio, id est, propter me. Cic. ad Acilium, lib.13.36.1.

Beneficio longissimæ ætatis. Quintil. lib.3. cap.1.7. de Gorgia Leontino loquens.

Ingenij beneficio præstantes. Quint. lib.2.cap.11.2.

Memoria beneficij. Cic. pro Plancio, 1.

Tabula beneficij. Cic. 2. Philip. 93.

Indignus, aut uictus beneficio. Cic. pro Plancio, 66, Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm cōmittere ut beneficio, non dicam indignus, sed uictus esse uideare.

Gratus & memor beneficij. Cic. pro lege Agraria, 34.

Immortalia beneficia. Cic. Plan. lib.4.14.8.

Beneficētia (σύνεργετία) est benignitas, uel liberalitas. Vide Benignitas. Cic. 1. de Nat. deo. 166, Quid enim melius aut præstantius bonitate & beneficentia?

Beneuolens, pen. corr. (σύνοων) Participium à bene uolo, quod unica uoce non dicitur: Qui bene uult alicui, id est, amicus. Plaut. Merc. 17.23,

Non sum molesta, sed beneuolens.

Beneuolentes dij. Plaut. Milite, 20.41.

Beneuolentissimi officio fungi. Cic. Titio, lib.16.14.

Beneuolus, pen. cor. (σύνοικος, σύνο&, σύνεσις) Idē Teren. Hec. Facilem, beneuolumq; lingua tua iam tibi me reddidit.

Beneuolus erga aliquem. Plaut. Cap. 6.100.

Beneuolus domino seruus. Cic. pro Cluentio, 140. Sic lib.2. de Inuent. 141, Patriæ beneuoli.

Beneuolus animus. Cic. 2. Verr. 15.

Iudices beneuolos efficere. Cic. 2. de Orat. 174.

Facere beneuolum auditorem. Cic. 1. de Inuent. 29.

Beneuolè (σύνοικως) Aduerbium. Cicer. 1. de Finib. 53, Quos tu paulo antè cùm memoriter, tum etiam erga nos amicè & beneuolè collegisti.

Fideliter, beneuolè, præsto esse alicui molestissimis temporibus. Cic. Octauio, lib.13.22.5.

Facere aliquid beneuolè. Cic. de Amicitia, 75.

Beneuolētia (σύνοια, σύγκαμοσύνη, φιλοφροσύνη) Amor, quasi bona uoluntas. Cic. 1. de Nat. deor. 167. Et Lentulo, lib.1.9. 1, Quid enim dicam beneuolentiam, quum illud ipsum grauissimum & sanctissimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur?

Beneuolentiam acquirere. Vide Acquiro. Quint. lib.3.ca.8.5.

Non admittit mors beneuolentiam. Cic. pro Sestio, 4.

Beneuolentiam adiungere. Vide Adiungo.

Beneuolentiam allicere. Vide Allicio.

Allicere ad beneuolentiam animos. Cic. 2. Offic. 68.

Beneuolentiam captare. Vide Capio.

Beneuolentiam colligere. Vide Colligo.

Beneuolentia aliquem complecti. Vide Complector.

Beneuolentiam conciliare. Vide Concilio.

Conciliare animos ad beneuolentiam. Cic. 2. de Orat. 97.

Beneuolentiam consectari largitione. Vide Consector.

Consentiens ad beneuolentiam erga nos, exercitus. Cicero, lib. ad Atticum, 106.4.

Susceptam conseruare beneuolentiā. Cic. Appio, li.3.7.17.

Deportare beneuolentiam alicuius ex loco aliquo. Cic. Attico, lib.6.111.15.

Fidem & beneuolentiam alicuius erga se experiri. Cicero Lentulo, lib.1.5.1.

Habere beneuolentiam erga aliquē. Cic. 1. Offic. 71. & de Opt. gen. Orat. 151.

Nauare beneuolentiam. Vide Nauo.

Perspicere beneuolentiam alicuius erga se. Cicero Lentulo, lib. 1.7.1.

Beneuolentiam iudicis petere. Quint. lib.4.cap.1.17.

Præstare beneuolentiam alicui. Marcellus Ciceroni, li.4.11.4.

Gratia beneuolentiæ aliquid facere. Cic. 2. Offic. 28.

Fidelis beneuolentia. Cicero 2. Offic. 32, Malus enim est custos diuturnitatis metus: contrāq; beneuolentia fidelis, uel ad perpetuitatem.

Impar beneuolentia. Vide Impar.

Sempiterna beneuolentia colere memoriam beneficij alicuius. Cic. Post Reditum, ad Quirites 19.

Benignus (χρηστὸς, σύντιος, ἐλευθέριος) Adiectiuum dicitur liberalis,

Digitized by Google

liberalis, beneficus, clemens. Festus, Benignus propriè dicitur is qui bonis & dignis aliquid largitur. Est aũt compositum ex bono & gignendo. Hactenus Festus. Cic. ad Brutum, Sed nescio quomodo facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur. Plaut. Rud. 31.33.

Beneficus, & benignus. Cic. 2. de Nat. deor. 157.

Ager benignus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10.12.

Dies benignus, felix. Stat. 5. Sylu. 1.22.

Diui benigni. Horat. lib. 4. Carm. Ode 2.11.

Nox benigna. Stat. Thebaid. lib. 10.42.

Numen benignum. Horat. 4. Carm. Ode 4.15.

Oratio benigna. Cic. 2. Offic. 68.

Præda benigna. Ouid. 5 Fast. 35.

Sermo benignus, iucundus. Horat. 1. Epist. 5.3.

Benigna tellus: id est, ferax. Plin. de Aegypto.

Benigna mentis temperies. Claud. Epigram. 46.13.

Terra benigna, frugifera. Tibul. 3. eleg. 3.2,

Et magnas messes terra benigna daret.

Sub benigno teste uiuere. Claud. Paneg. 2.24.

Vena ingenij benigna. Horat. 2. Carm. Ode 18.2.

Verba benigna. Propert. 1. eleg. 10.5, Idem 3. eleg. 13.9.

Benigno uultu ac sermone. Liu. 8. bel. Pun. 136.

Vultum seruat fortuna benignum. Horat. 1. Epist. 11.4.

Vini somniq; benignus. Horat. 2. Serm. Sat. 3.1, Id est, Largus uini, & somni, siue uino & somno largè indulgens.

Benignè (φιλοφρόνως, ἐλευθερίως) Liberaliter, siue largè, & abundè. Terent. Hecyr. 5.2.2,

Nihil apud me tibi deficiri partiar, quin quod opus sit,

Benignè præbeatur. Vbi Donatus. Benignè, largè hoc enim est gratius non solum præbere, sed benignè præbere.

Benigne præbet octo portus. Plin. lib. 5. cap. 31.7.

Benignè, Clementer: ut benignè, attenteq; aliquem audire. Cic. pro A. Cluentio, 5.

Benigne audire legationem alicuius. Liu. 1. ab Vrbe, 36.

Benignius. Horat. 1. Carm. ode 9.2,

——atq; benignius

Deprome quadrinum Sabina

O Thaliarche merum diota.

Benignius, id est, liberalius.

Benignius dare operam. Plaut. Merc. 19.28.

Communicare benignissime cum aliquo. Ci. 4. Verr. 18. & 19.

Defendere benignè. Cic. pro Flacco, 43.

Benignè mõstrare uiã: cui Grauatè opponitur. Cic. pro Corn. Balbo, 29.

Benignè dicis. Terent. Phorm. 5.9.62,

—at ego ecastor posthac tibi quod potero, & quæ uoles

Faciamq; & dicam. P. benignè dicis. N. pol. meritum est tuũ.

Benignè facere. Et Terent. Adel. 5.4.24, Age age, nunc experiamur contra hæc quid ego possiem

Blandè dicere, aut benignè facere quãdo eò prouocat. Ci. 2. Offi. 74. Nam aut opera benignè fit indigẽtib. aut pecunia.

Inuitari benignè. Cic. Att. lib. 3. 44.2.

Benignissimè promittere. Cic. 4. Verr. 8.

Benignius omnes me salutant. Plaut. Aulul. 5.36.

Beniguiter, pe. cor. (φιλοφρόνῶ) pro benignè. Titinnius Gemina. Nimium te patrocinari censeo beniguiter. Nonius.

Benignitas, pen. cor. (χρηστότης, ἐλευθεριότης) Liberalitas & beneficentia. Terent. Eun. 1.2.84,

——num solus dona dat? nuncubi meam

Benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus, Intelligit se & dona obtulisse, & id benignè sæpe feciss: nã plerunq; ingrata dona sunt in quibus benignitas non apparet: quæ aut in quantitate rerum est, aut in facilitate præstantis. Cic. 1. Offic. 65, Ne maior benignitas sit, quàm facultas.

Inter liberalitatem, benignitatem, & comitatem uidetur nescio quid interesse, ut ex uerbis Ciceronis apparet, lib. 5. de Fin. 117, Iustitia (inquit) dicitur, cui sunt adiunctæ pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quæq; sunt generis eiusdem.

Benignitas, Clementia. Plaut. Merc. 10.104,

Vt simplicius dicam, si opera est auribus,

Atq; ad uertendum huc animum adest benignitas.

Benignitate adduci. Vide Adduco.

Audire summa cum benignitate. Cic. pro Sestio, 24.

Benignitas in audiendo. Cic. pro Domo sua.

Conferre benignitatem in aliquem. Vide Confero.

Dei benignitate. Cic. pro Qu. Rosc. Comœdo, 20, Nunc deũm immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ.

Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit præter dedecus. Cic. Attic. lib. 4. 71. 11.

Naturæ benignitas. Cic. 2. de Nat. deor. 197, Sed illa quãta benignitas naturæ, quod tam multa ad uescendum, tam uaria, & tam iucunda gignit?

Boo] boas, & bois. Vide Bos.

Booscœte] βοὸς κοίτη, Hellespontiurbs est quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Author Pli. li. 5. ca. ult.

Boosura] βοὸς ὀρά, Latinè bouis cauda, urbs est Cypri insulæ, cui uicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquũ Veneris templum habet. Author Strabo, lib. 14.

Bootes] bootis, & boote: siue Bootus, booti, pen. prod. (βοώτης) A' boue deductũ nomen, Lat. dicere possumus bubulcũ. Est aũt cœleste sydus, quod Arctophylax uocatur, & more bubulci, sequi plaustrum uidetur. Iuuen. Satyr. 5,

Frigida circumagũt pigri sarraca Bootæ. Cic. 2. de Nat. deor 158, Septentriones autem sequitur

Arctophylax uulgò qui dicitur esse Bootes,

Quod quasi temone adiunctum præ se quatit Arctum.

Aratus, Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.

Bootes Actæus. Valer. lib. 2. Argonaut. 14.

Cadens Bootes. Virg. Georg. 46. Cadens, occidens. Verno scilicet tempore. tunc enim Bootes occidit. Seruius.

Bootes iratus. Claud. lib. 3. de Rapt Proser. 45,

Verna nec iratum timeãt uirgulta Booten. Hoc est, infestum & noxium. Plin. lib. 18. cap. 18. 17, Tempestates, grandines, procellæ, cæteraq; similia ab horridis syderib. exeũt, ueluti Arcturo, Orione, Hœdis.

Bootes piger. Claud. lib. 2. de Rapt. Proserp. 38.

Tardus Bootes. Ouid. 2. Met. 36.

Auferre Bootẽ dicitur Aurora, quãdo diescit. Oui. 5. Fast. 147.

Bopgyrus] piscis nomen est, in Ponto nascens, & in scopulis uiuens, ut ex Ouid. refert Plin. lib. 32. cap. 11.

Borama] Phœniciæ urbs est non procul à Berito, & Byblo, ut author est Strabo, lib. 16

Borcani] populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, ut Author est Plin. lib. 3. cap. 11.

Borcobæ] Thraciæ oppidum Eumeniæ & Parthenopoli uicinum, ut Author est Plin. lib. 4. cap. 11.

Borea] Gemma est è Iaspidum genere. Plin. lib. 37. cap. 8.

Borea, Oppidi nomen, quod à Sex. Pompeio captum est, ut scribit Cic. 16. ad Atticum.

Boreas] nomen fuit Thracis cuiusdam, Strymonis filij.

Boreas] Boreæ, pen. cor. (βορέας) uentus Aquilo Nonius, Boream hoc est Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quòd sonorus sit & procellosus. Virg 1. Georg.

Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Boreæ Alpini. Id est, flantes de Alpibus. Virg. 4. Aeneid. 89.

Arctous. Senec. in Troade, 5.5, Arctoi Boreæ dissipat impetus.

Frigus Boreæ. Virg. 1. Georg. 19.

Furiæ Boreæ. Stat. 9. Thebaid. 107.

Digitized by Google

Gelidus. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 2.
Grauis. Claud. 1. de Rapt. Proser. 14.
Hemonius. Silius, lib. 10. 3.
Hispidus glacie niuali. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 14.
Horrifer. Ouid. 1. Metam. 6.
Hybernus. Stat. lib. 5. Sylu. 17.
Præceps. Ouid. lib. 2. Metam. 37.
Sæuus. Catul. epigram. 23. 41.
Sarmaticus. Seneca in Thyeste, 2. 2.
Scythicus. Stat. 5. Thebaid. 70.
Siccus. Seneca in Hercule Oeth. 8. 16.
Spirans. Virg. 2. Georg. 94.
Trux. Virg. 1. Georg. 74.
Excludere Boream. Lucan. lib. 4. 13.
Expellere Boream. Senec. in Herc. Oeth. 2. 2. Quum Boream expulit Africus.

Boreus, pen. prod. uel Boræus (βόρεας) Adiect. ut Polus Boreus, id est, Septentrionalis, siue Arcticus.
Axis Boreus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 9.

Boreostoma] pen. cor. huius Boreostomatis, pen. etiã cor. n. g. Danubij fluminis unum ex ostijs. Ex eodẽ enim alueo & super Istropolin lacus gignitur LXIII. M. passuum ambitu, Halmyrin uocant. Secundum ostiũ, Naracustoma appellatur. Tertiũ, Calostoma iuxta insulam Sarmaticam. Quartũ, Pseudostoma, & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula aũt ora tãta sunt, ut prodatur in XL. M. passuũ longitudinis uinci mare, dulcẽq; intelligi haustum. Verba sunt Plinij de Danubij ostijs, lib. 4. cap. 12.

Borgodi] Asiæ populi in insula Asgilia, teste Plinio, li. 6. ca. 28. in descriptione Arabiæ.

Boria] siue borea, Iaspidis genus, cœlo Autumnali matutino similis: & hæc erit illa quæ uocatur aerizusa. Plin. lib. 37. cap. 8. non procul à fine.

Borion] βόριον, Africæ promontorium est quod maiorẽ Syrtim includit, dicente Plinio, lib. 5. cap. 4.

Bormannico] Oppidum est Narbonensis prouinciæ, in agro Caucasum situm, de quo Plin. lib. 3. cap. 4.

Boron, est Troglodytarum oppidũ, ut tradit. Plin. li. 6. c. 29.

Borru] Arianæ regionis flumen est, teste Plin. lib. 6. cap. 23.

Borsippa, est Babyloniæ, quæ Mesopotamiæ coniuncta est inter Euphratis conuersiones, urbs, Dianæ & Apollini sacra, in qua maximũ lanificiũ est, & maxima uespertilionũ multitudo, qui longè maiores sunt, quàm qui in cæteris locis capiuntur, & in esum condiuntur. Ex Strabonis lib. 16. Huius urbis artificiosi lanificij meminisse uidetur Martialis dum scribit carmen illud, Texta Semiramia quæ uariantur acu.

Borsycites] Plin. lib. 37. cap. 11, Gemma est, in nigro ramosa, candidis aut sanguineis frondibus.

Boryptes] Gemma nigra, sanguineis & albis nodis. Plin. libro 37. cap. 10.

Borysthenes] Oppidum est, quod Borysthene amne alluitur: unde & nomen accepit. Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. lib. 7. & Ptolem. lib. 3. ca. 5. Pomp. Mela Borysthenidem appellat, lib. 2. Est & Insula eiusdem nominis, ante fluuij huius ostia sita, cuius etiam meminit Ptol. loco iam citato. Lacus quoq; est eiusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Borysthenes, pen. corr. (βορυσθένης) Quartus Scythiæ fluuius secundum Istrum omnium maximus: & non modo Scythicorum fluuiorum longè uberrimus, sed etiã cæteris uberior præter Aegyptium Nilum, cum quo non licet alium comparare. Cæterum uberrimus est Borysthenes pascua præbens amœnissima & accommodatissima pecoribus, necnon optimorum ac singularium affatim piscium. Idem ad potandum suauissimus, liquidus inter turbidos fluens. In cuius quoque ostio ingens uis salis sua sponte concrescit: præbet idem ingentia cete spinis carentia. Verba sunt Herodoti in Melpomene. De Borysthene Plinius, Strabo, Solinus: sed omnium diligentissimè Herodotus, lib. 4, Nunc uulgò uocatur Neper à Turcis.

Borysthenidæ, Populi ad Borysthenem amnem, authore Põponio, Tum Borysthenes (inquit) gentem sui nominis abluit.
Hyberni Borysthenidæ. Propert. lib. 2. eleg. 8. 2.

Borysthenius (βορυσθενίης) Adiect. Ouid. lib. 4. de Põto. eleg. 10. 11. Cumq; Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes.

Bos] bouis, com. g. (βῶς) datiuum & ablatiuum plurales bobus per syncopam facit, & more ueterum bubus. Colum. li. 2. Nihil dubium quin equis melius, quàm bubus res conficiatur. Cicer. de Senect. 29, Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem uiuum.
Bos & ô bos producitur: sicut his bobus & ab his bobus: nam reliqui omnes casus breuem habent syllabam primam. Seruius in octauam eclogam Virgilij.

Bos, taurum, uaccamq; comprehendit, præter suum proprium significatum. Valla, lib. 4. cap. 42.

Bos, nummum aliquãdo significat, quòd antiqua pecunia quædam boues signatos haberet, quædam etiam pecudes, unde nomen pecuniæ tractum. Plin. lib. 18. cap. 3. 4, Seruius rex, ouium boumq; effigie primus æs signauit. Vlau. Persa, 9. 16, Boues bini hic sunt in crumena. Vnde tractũ prouerbium, Bos in lingua. In eos qui non audent libere quod sentiunt dicere. Translatũ uel à robore animantis, quasi linguã opprimens, non sinat eã loqui: uel hinc quòd Atheniẽsium numisma quondam bouis obtinuit figuram. Vide Erasmi Chiliadas.

Lucæ boues uocantur elephanti. Plin. lib. 8. cap. 6. 1, Elephantes Italia primum uidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis uisos, anno Vrbis, 472.

Luci boues, id est, syluestres, quales sunt uri aut bisontes. Seneca in Hippoly. 3. 16, ——amat insani
Bellua Ponti, lucíq; boues
Vendicat omnes natura sibi.

Armenta boum. Virg. 2. Georg. 103.
Cædes boum. Ouid. 11. Metam. 75.
Capita boum, pro ipsis bobus. Virg. 5. Aeneid. 13.
Corpora boum. Virg. 4. Georg. 109.
Cura boum. Virg. 1. Georg. 1.
Custos boum. Ouid. 1. epist. 21.
Labores boum experiri. Virg. 1. Georg. 24.
Labores boum dilucre. Virg. 1. Georg. 65.
Trahere labores boum. Virg. 2. Aeneid. 62. De uentis.
Mos bouis. Ouid. in Ibin, 89.
Mugitus boum. Virg. 2. Georg. 94.
Pestis acerba boum. Virg. 3. Georg. 83.
Terga boum. Virg. 5. Aeneid. 80.
Vsus boum. Virg. 3. Georg. 42.
Aeripes bos. Ouid. 6. Epist. 7.
Agenoreæ boues. Ouid. 24. epist. 9.
Albis bobus uenerari. Horat. in carmine seculari, 10.
Bos cerebrosus. Vide Cerebrum.
Contumaces boues. Vide Contumax.
Cruda bos. Horat. Epod. 8. 2.
Bouem disiunctum curare. Horat. 1. Epist. 14. 6.
Erithreides boues. Ouid. 1. Fast. 109, de Hercule, qui Geryoni in Erythrea Hispaniæ insula iuxta Gades regnãti, boues abstulit. Vide Strab. lib. 3. Plin. lib. 4. cap. 22. Melã, lib. 3.
Fessi boues. Horat. Epod. 2. 13.
Forda bos. Oui. 4. Fast. 126, Pontifices forda sacra litate boue.
Formosæ boues. Ouid. 1. de Arte Am. 59.

Digitized by Google

Iberus bos. Ouid. 15. Metam. 3. de Hercule, qui Geryoni in Iberia, id est, Hispania regnanti, boues abstulit.
Immunis bos aratri. Ouid. 3. Metam. 2.
Incustoditæ boues. Ouid. 1. Fast. 109. —— uagantur Incustoditæ lata per arua boues. Idem 2. Metam. 137.
Indigena bos. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 1.
Bos indomita. Valer. lib. 4. Argonaut. 73.
Insana bos. Ouid. 14. Epist. 22, Exuit insanæ pellicis ora bouis. Io Inachi filiam intelligit, quæ ab Ioue compressa, subitoq; Iunonis interuētu in uaccam mutata, tandem furijs agitata in Aegyptum peruenit: ubi pristinæ formæ reddita, & mentis compos facta, Isis dea uocata est.
Intacta bos. Horat. 9. Epod. 5. Id est, quæ iugum non est passa, & indomita.
Lectus bos. Ouid. 6. Metam. 66.
Macri boues. Iuuenalis, Satyr. 14. 15.
Mactatus bos. Ouid. 39. Epist. 36,
Non boue mactato cœlestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.
Minaces boues. Ouid. 11. Metam. 8.
Bos misera. Valer. 4. Argonaut. 79. De Io Inachi filia loquens.
Mutili boues. Vide Mutilus.
Omniuoræ boues. Vide Omniuorus.
Opimi boues. Vide Opimus.
Ociosus bos. Horat. 3. Carm. ode 3.
Passi iugum bos. Ouid. 2. Metam. 2.
Pasti boues. Virg. eclog. 5. 5.
Boues patuli. Vide Patulus.
Boues pauidi. Claud. Paneg. 3. 67.
Perdomiti boues. Vide Perdomo.
Piger bos. Horat. 1. Fast. 14. 9.
Boues profugæ. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.
Ruricolæ boues. Ouid. 1. Fast. 77.
Triumphatus bos. Ouid. 3. Fast. 147. Hoc est, in triūphi sacrificio occisus.
Sacri boues. Ouid. 4. Fastorum, 96.
Sarmatici boues. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 7.
Tardi boues. Ouid. 1. Amorum, eleg. 134.
Torua bos. Virg. 3. Georg. 10.
Tutus bos. Horat. 4. Carm. ode 5. 4.
Vetulus bos. Iuuenal. Satyr. 10. 27.
Vincti boues. Ouid. 7. Metam. 86.
Amouere boues per dolum. Horat. 1. Carm. ode, 10. 2.
Arare bobus. Ouid. 5. Epist. 25,
Non profecturis littora bobus aras. Hoc est, operam perdis & frustra laboras.
Arat bos. Ouid. 15. Metam. 94.
Cædere boues. Ouid. 13. Metam. 139. Et lib. 15. 29.
Cōterere boues. Lucr. li. 2. 233. Id est, assiduo labore uexare.
Boues curare. Vide Curo.
Boues disiungere. Iuuenalis Satyr. 5. 12.
Domitare boues. Virg 1. Georg. 57.
Enecare bouem arando. Horat. 1. Epist. 7. 18.
Errant boues. Virg. 1. Eclog. 2.
Fatigare boues. Horat. 3. Carm. ode 6. 9.
Pascere boues. Virg. 1. eclog. 9.
Dente non petit bos. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 11.
Placare deos boue. Horat. 1. Epist. 17. 12.
Quærere boues. Virg. 3. Georg. 105.
Subijcere boues aratro. Ouid. 15. Metam. 124.
Firmius boue. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 3.
Boalia (βοφόνια) Ludi dijs inferis consecrati. Sipontinus. Fiebant autem cum bubus, quemadmodum nunc quoque fieri solet apud Italos, septuagesimæ tempore, quod tempus quidam Carnipriuium uocant.
Boarius, adiect. (βοικός) Quod ad bouem pertinet. ut Boarium forum. Festus, Boarium forum Romæ dicebatur, quod ibi uē derentur boues. Huius fori boarij meminit Plin. lib. 28. cap. 2. 3. & lib. 34. cap. 2. 8.
Arua boaria, in quibus Boarium forum Romæ fuit. Propert. li. 4. eleg. 10. 4.
Boaria lappa, apud Plin. lib. 26. cap. 11. 2.
Boo, boas (βοάω) boare, Est clamare: & boum est proprium, etiam ab ipsa uoce, quemadmodum baubare canum. ficticia enim sunt uocabula. Boo autem à Græco descendit βοάω, quod est clamo. Plaut. Amphit. 4. 78,
—tela frangunt, boat cœlum, Fremitu uirūm.
Boo, bois (βοάομαι) boire, Idem. Pacuuius Medea, Clamore & sonitu resonantes bount. Varro de Parmenone, Exeunt citi, strepunt, bount. Nonius. Antiquum est & inusitatum.
Vox bouis. Ouid. 3. de Arte amandi, 90.
Bouare (βοίω) dicuntur boues, quum uocem emittunt, teste Varrone, lib. 6. de Lingua Latina. Boare autem magis est in usu.
Bouillus (βοϊνός) Adiectiuum à boue, ut Bouilla caro. Plinius, Bouillæ carnis iure facilè curatur. Hunc locum non potuimus apud Plinium reperire, nec putamus reperiri, sed bubulus frequentissimè.
Bubalus, pen. cor. (βουβαλὶς) à boue dicitur syluestris bos, colore niger, quo nunc passim ducendo currui & uehendis onerib. ac etiam terræ arandæ utuntur. Apud ueteres non erat in usu. Ex Africa primum id animal allatū proditur. Imperitum uulgus uros quoq; bubalos uocat, à Bouis quadam similitudine, excellēti & ui, & uelocitate animal. Hæc Sipōtimus ex Plinij libro octauo, capite 15. 1. Martial. libro 1. 23,
Illi ceßit atrox bubalus, atq; b son.
Visuntur Romæ permulti bubali. uulgus Italorū adhuc uocat bufalū, immutata tantū una litera: nos vn buffle.
Bubalina stragula (βουβαλινὰ ῥήγη) à Iurecōsulto dicta sunt, quæ equis insterni solebant. ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus stragula ad equos. Hæc Brysius. Eadē quoq; ratione nos thoracem bubalinum dicere possumus, qui ex corio bubalino factus est, Vn colet de buffle.
Bubetiæ, siue bubetij ludi, quos ueteres à bobus pecoreq; appellarunt, qui & boalia, boum gratia instituti. In eo enim festo solennis boū & taurorum uenatio fieri solebat, quemadmodum nunc quoq; Venetijs & ferè per totam Italiam fieri solet eo die qui quadragesimæ proximus est.
Bubile, bubilis, pen. prod. n. g (βουσθμὸν, βουσία) Locus ubi boues morantur. Plaut. Persa. 9. 18,
——enim metuo ne posim
In bubile reijcere, ne uagētur. Quædā exemplaria hic legunt bubilem masculino genere. Col. lib. 1. cap. 6. 3, Domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna, atq; æstiua. Cato, cap. 4, Bubilia bona, beneq; ædificata, bonas præsepes, fālisicas habeant clatratas.
Bubulcus (βουκόλος βότης) Qui uel bobus arat, uel boues fundi aratorios pascit. Cicer. 2. de Diuinat. 75, Eius aspectu quum obstupuisset bubulcus, clamoremq;, &c. Iuuenal. Satyr. 11. 16.
Ferox bubulcus. Ouid. 4. de Pon. eleg. 7. 2.
Sauromates bubulcus. Ouid. 3. Trist. 12. eleg. 6.
Tardus bubulcus. Virg. eclog. 104.
Bubulcitari (βουκολεῖν) Bubulci officium facere. Plaut. Mostel. 2. 50, Decet me amare, & te bubulcitarier.
Bubulus (βοϊνός) Adiectiuum, penul. cor. Idem significat quod bouinus, quod est bouis: ut, Lac bubulum. Plinius, lib. 28.

Digitized by Google

cap.13.1,Stomachum exulceratum lactis asinini potus reficit:itẽ bubuli. Sic bubulum pecus. Varro 2. de Re rustic. cap.5.2.

Bubulum corium.Plaut.Pœn.3.11.

Bubuli cottabi.Plaut.Trinum.14.4.

Bubulum monumentum ioco dixit.Plaut.Stich.3.6.

Bubula,absolutè:& subauditur caro.Plaut.Aulul.13.4,Agninam caram,caram bubulam.

Buceriæ(βουκολεῖα)Boum greges. Lucret.lib.2,

Lanigeræ pecudes,& equorum duellica proles:
Buceriæq; greges. Nonius.

Bucerus,bucera,bucerum,pen.cor.(βοϊνός)Adiect.ut Armenta bucera.Ouid.6.Metam.79,

—armentaq; bucera pauit.

Id est boues ipsos ualde cornutos:βῦ nanq; particula est intensiua,κέρας autem dicitur cornu.

Secla bucera. Lucret. lib.5.173, Lanigeræq; simul pecudes, & bucera secla. Hoc est, boues.

Bucolicus,pen.cor.(βουκολικὸς) adiect. ut Carmen bucolicum, dictum à custodia boum,id est,ἀπὸ τῶν βουκόλων,præcipua enim sunt animalia apud rusticos,boues.Seruius.

Nodi bucolici.Ouid.2.Trist.108.

Bucolica,bucolicorum,plu.num.n.g. pro carmine bucolico.

Bucolicon,Species panacis herbæ,quæ panax agrestis dici potest:de qua sic Plin.lib.25.cap. 4.5, Id quod è Macedonia affertur,bucolicon uocant,armentarijs sponte erumpentem succum excipientibus: hoc celerrimè euanescit. De panacis speciebus loquitur.

Bucula,pen.cor.(βοΐδιον)Diminut.Virg.1.Georg.75,

—aut bucula cœlum
Suspiciens patulis captauit naribus auras. Plin.li.34. cap.8.9,Myronem Eleutheris natum, & ipsum Ageladis discipulum,bucula maximè nobilitauit,&c. Et Cic.6.Ver. 119,Aut ex ære Myronis buculam?

Errans bucula.Virg.1.Georg.4.

Perdita bucula.Virgilius.8.eclog.18, Id est amore consumpta. Seruius.

Buculus,buculi,in mascul. gen.(βοϊδιάχριος) Col.lib.6.ca.2.3, Quum deinde buculos comprehenderis,extra stabulũ producito.Id est,nouellos boues & tyrunculos.

Bos]piscis plani genus est, quod pro spina cartilaginem habet,ueluti raiæ,pastinacæ,torpedo,& similes.Author Plin. lib.9.cap.24.

Boschis] boschidis,f.g. Volucris est quæ clausa pascitur,ut anas,querquedula,& c.Col.lib.8.cap.15.1.

Bosenses]populi sunt ciuium Romanorum, in Sardinia insula,quorum meminit Plin lib.3.cap.7.

Bosgœdarisa]Locus est in confinibus maioris Armeniæ situs.Author Strabo,lib.12.

Bosmorus]βόσμορος,testæ Strab.lib.15, Frumenti religiosi genus est,tritico minus,apud Indos inter amnes proueniẽs, quod excussum protinus torretur: iuramentoq; adiguntur messores,non asportaturos prius quàm coxerint, ne semen in alias terras transferri possit. Apud Diodorum Bosporũ uocatum legimus,corruptis,ut uidetur,exemplaribus.

Bosphorus] pen.cor. (βόσπορος) Mare angustiũ significat: Dictus à bouis meabili transitu, propter angustiam freti. Duo autem bosphori sunt: alter iuxta Byzantium, qui Bosphorus Thracius dicitur:alter in introitu Mæotidos paludis:de quo Ouidius,

Bosphorus,& Tanais superat,Scythiæq; paludes.

Bosphorum Cimmerium quidam ex eo dictũ putant,quod Cimmerios populos habeat,qui eius frigidissimam partem incolant.Plin.lib.4.cap.12.30.

Gemens Bosphorus.Horat.2.Carm. ode 20.5,

Visam gementis littora Bosphori.

Id est,perstrepentis & sonantis. Porphyr.

Insaniẽs Bosphorus.Horat.3.Carm. ode 4.6, Id est, aquarum æstu furens.

Perhorrescere Bosphorum.Horat.2.Carm.ode 3.

Bosphoranus (βοσπορανός) bosphorana, bosphoranũ, Adiect. pen.prod.ut Mithridates Bosphoranus.Tacit.lib.12.

Bosphoranus,Accola Bosphori. Cic.pro Lege Manilia,5,Bosphoranus finitimis suis bellum inferre simulasset.

Bosphorius,aliud adiect. (βοσπόριος) ut mare Bosphorium. Ouid.2.Trist.60, Egerit Ionio,Bosphorioq; mari.

Bostar]Viri proprium,de quo Silius Italicus, lib.3.131,

Interea uoces Iouis,atq; oracula portans
Emensis aderat Garamentum lætus arenis
Bostar,& ut uiso stimulabat corda tonante.

Bostra] Phœniciæ urbs ad mare sita, Byblo uicina, tradit Strabo,lib.16.

Bostrychites] pen. prod. Gemma crinibus mulierum similis.Plin.lib.37.cap.10.11.

Bostryx.] bostrycis,pen.cor.m.g. Muliebris capillus, cæsaries,plexi mulierum crines.Hinc Bostrychus,adiect.Firmicus,lib.4.cap.12,spissis capillis,aut molliter flexis, uel gradata pulchritudinis uenustate compositis:crispos quoq;,aut crinib.bostrychis comatos,& c. βοστρυχίζομαι,calamistror, cincinnatus sum.βοστρυχίζω,comam alo.Memimit & Cælius lib.16.cap.15.

Botanismus] βοτάνισμος, Aegyptiorũ arandi modus, de quo sic Pli. ubi quod antiquitus inter arãdũ facilitatiũ esset, prosequutus est,Nunc quoq;,inquit,nõ multo grauiore opera,sed tamen inarari certum est abiecta prius semina in limo digressi amnis,hoc est,Nouembris mense incipiente: postea pauci runcant,quod Botanismõ uocant. Hæc ille 9.li. 18.cap.eod.

Botanomantia]βοτανομαντία,Magiæ species,quæ fit per herbas, qua Circẽ & Medeã excelluisse poetæ prodiderũt.

Botellus]Vide Botulus.

Bothria]βόθρια, ossa sunt, quæ subeunt dentium foramina, ut testis est Galen.lib.de Ossibus.

Botiæi]Thraciæ populi,quorum meminit Plin.lib.4.ca.11. in descriptione Thraciæ.

Botieum]βοτίειον,Stephano, Oppidũ Phrygiæ, Atticam habens paludem sale fœcundam.

Botrodius]βοτρώδιος,Vicus non longè à Segobria:quẽ dã oppidũ,sed à Tiber.Graccho dirutũ, ut refert Polybius.

Botrus] tri, Vua, racemus: à Græco βότρυς, quod παρὰ τὸ βῶ, τὸ φατῶ Moschopulus deduci arbitratur.

Botryon] huius botryonis,pen.prod.masc.g.(βοτρύων) Diminut.Græcum,Idem quod botrus.Mart.lib.11.28,

Nec dignam toto te botryone putat. Vide Artemisia.

Botryon] Medicamentum. Pli.li.28.ca.4.11, Aeschines Atheniẽsis ex crematorũ cinere anginis medebatur & tõsilis, uuisq; & carcinomatis. Hoc medicamẽtũ uocabat botryõ.

Botrychus]βότρυχος,Acinorum radix est,quæ ex palmite enascitur,unde acini ipsi pendent. Ex Galen. lib.2. de alim. facult.

Botrys]oppidũ est Syriæ Phœniciæ, cuius mentionem facit Plin.lib.5.cap.20.in descriptione montis Libani.

Botrys]βότρυς, Dioscoridi herbæ genus quod alio nomine Ambrosia,& à quibusdã Artemisia uocatur:ita dictũ,quod circa imum caulem semen habeat in ramulis uuarũ modo dependens,odore uinoso (βότρυν) enim Græci racemũ uocant.Vide Plin.lib.26.cap.4.

Botrys]βότρυς,siue Botrydion, Genus ornamenti muliebris apud

Digitized by Google

apud Pollucem lib.5.cap.16.& lib.7.cap.22. quod quale sit, non recordor alicubi declaratum. Gualtherus aũt utrobiq; reliquit uocem Græcam.

Botrytes] pen.prod.(βοτρύτης) Gemma. Plin.libro 37. cap. 10.11, Botrytes alia nigra est, alia pampinea, incipienti uuæ similis.

Botrytis] βότρυτις, Cadmiæ species, quæ testudini erariarũ fabricatarum uuæ modo adhæret, unde & nomen habet. Vide Galen.lib.9.Simplic.& Plin lib.34.cap.10.

Botulus] pen. corr. siue botellus, Farciminis genus è carne suilla: à bolis, id est, frustulis carnis, ut quidam putant, appellatus. Festus, Botulus, genus farciminis, propter cõnexionẽ, à bolis sic appellatur. Martialis lib.14.77,

Qui uenit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem uenerat ante dies.

Botularius, Botulorum uẽditor confectorq;. Botuli, teste Festo, farcimina erant. de his ita scribit Apicius, Botulũ sic facies, ex oui uitellis coctis, nucleis pineis concisis. Cepam addes, porrum concisum, thus crudum. Miscebis piper minutum, & sic intestinũ farcies. Adijcies liquamen & uinum, sicq; coquas. Erat quidem Botulus mensis omnibus gratus, sed in Saturnalibus celebrabatur præcipuè, dum ex eo corona fieret pulti. Martial.lib.5,

Et pultem niueam premens botellis.

Botellus enim est paruus botulus. Si diligenter omnia perpẽderis, tibi fortè persuadebis, botulum seu botellum id esse farcimen, quod Galli uulgò Bodinum uocant, luxato ut opinor uocabulo.

Boua] Vide Boa.

Boua, Vas uinarium longum, turgidum & amplũ, bouaeq; serpenti simile. Lucilius. Aes defraudasse caponem, bouã luto obleuisse, tũ portitores terram duxisse. Explicatur & in antiquo lexico boua, γόσσος βοῶν. Hæc Turnebus.

Bouare] Vide Bos.

Bouianum] βουίανον, Samnitium colonia uetus, dicente Plinio, lib.3.cap 1.3, Samnitium, quos Sabellos, & Græci Sauinitas dixere, colonia Bouianum uetus, &c.

Bouianus, Adiect. (βουιάνος) ut lustrũ Bouianũ. Sil.lib.8.113,

Qui Batulum, Mucrasq; colunt, Bouiana quiq;
Exercent lustra.

Bouile, Bouillus] Vide Bos.

Bouillæ] Bouillarum (βουίλλαι) Oppidũ in Latio haud procul ab Vrbe, uia quæ ducit Ariciam, ut ait Asconius. Pli.lib. 3.cap.5. Persius, Satyr.67, —accedo Bouillas
Cliuumq; ad Virbi.

Suburbanæ Bouillæ. Propert.lib.4.1.

Bouinor] Bouinaris (κοιλογέω) bouinari, Festus pro conuitiari interpretatur.

Bouinator (κοιλογητής) Verbale, qui conuitiatur. Lucilius,

Hic strigosus bouinatorq; ore improbus duro. Gell.li. 11.ca.7, Atq; id uoce magna ter quatérue inclamauit bouinator.

Box] bocis (βοῦς) Genus piscis marini, à boando, ut putatur, dictum, cuius meminit Plin.lib.32.cap.ult.

B R

Br] Bonorum, BRT. aliàs BRITANNIC. Britãnicus.

Brabastenes] pen.cor.mons, quem Liuius li.4.de bello Macedonico decem millibus passuum à Lacedæmonia propinquum dixit.

Brabeutes] Brabeutæ, m.g. (βραβευτὴς) Dispensator, præfectus gymnicis agonibus: designator Latinè dicitur. Sueton. de Nerone, Nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, quàm brabeutarum more, in stadio humi assidens.

Brabium] pen.prod. (βραβεῖον) Latinè dicitur uictoria, & uictoriæ præmium. Brabium dicendum esse Latinis admonet Erasmus, non brauium: hoc est per B secundam literam, non per V. deinde penultima acuta, aut circumflexa, quemadmodum apud Græcos βραβεῖον, id est, brabium siue brabeum. Qui de Græcarum uocũ etymologijs conscripserunt, existimant βραβεῖον, dictum à ῥάβδος, mutatis ac transpositis literulis aliquot, quod est uirga, siue sceptrũ. Vnde qui regalia sceptra gestant, brabeutæ dicti sunt, quòd horum partes essent in certaminibus præmium addicere ei qui uicisset, nequis inter certantes oriretur tumultus.

Brabyla] βράβυλα, Herba est, de qua Pli.lib.27.cap.8, Brabyla, inquit, spissandi uim habet, cotonei mali modo, nec amplius de ea tradunt authores.

Bracarum] conuentus unus è septem Hispaniæ. Vniuersa enim prouincia Hispaniæ diuiditur in conuentus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Verba sunt Plinij, cap.3.lib.3.

Bracca] braccæ (βράκκα) Vestis fluxa, intonsaq;, ac uarij coloris: qua utebantur frigidioris plagæ homines, ut inquit Diodorus, lib.6. Et à qua Braccata Gallia uocata est, quòd Galli uestes ferant intonsas & uarij coloris. Alij scribũt bracchæ per h sed sine ratione: fit enim à Græco ῥάκκος, & per additionem βρακκος, unde braccæ quasi ῥάκκαι. Bracchis usos fuisse Scythas docet Ouidius, quum ait, Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis. Et Pomponius Mela, Brachati sunt (inquit) totum corpus Sarmatæ, & nisi qua uident etiam ora uestiti. Suet. in Cæsare, Iidem in curia Galli brachas deposuerunt, latũ clauum sumpserunt. Vide Bayfium in libello De re uestiaria.

Laxæ braccæ. Lucan lib.1.86.

Persica bracca. Ouid.5.Trist.eleg.11.7.

Braccæ Sarmaticæ. Valer.lib.5.Argonaut.85.

Braccatus, siue brachatus, pen.prod. Adiectiuum, Bracha indutus. Cic.pro Fonteio, 19, Sic existimatis eos hic sagatos, brachatosq; uersari animo demisso atq; humili, ut, &c.

Miles braccatus. Propert.lib.3.eleg.4.4.

Braccata Gallia, Prouincia Narbonensis dicente Plinio, Narbonensis prouincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Braccata antè dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiũq; saluberrimis Romano imperio lugis. Hæc Pli.li.3.ca.3. Constat aũt Braccatam dictã esse à uestium habitu, quum reliqua à nutriendi capilli studio Comata dicerẽtur. quanquã sunt qui toti id nomen Galliæ falso tribuant, illo Lucani uersu moniti. Crinibus effusis toti prælate Comate. Constat enim ex lib.11. Cornelij Taciti, Comatã à Narbonensi aliam esse omnino. Vide Plinium, lib.4.cap.17.

Braccarius, Braccarum uestium confector. Lampridius scribit quod Alexander imperator uectigal instituit braccariorũ, limeonum, & pallionum.

Brachara] siue Bracara (βράκαρ ἀγῦσα) apud Ptolemæũ uulgò hodie Braga: cuius præsul metropoliticus, simul & primas regni Lusitaniæ appellatur. Autor Volaterranus.

Brachium] brachij (βραχίων) Os ulnæ à Celso dicitur, & pro toto brachio accipitur, quod est ab ulna ad cubitũ. Virgil.5.Aen.72, Et euinctis attollit brachia palmis.

Leui brachio & molli brachio dicimus, quũ indiligentẽ operã significamus. Cic.ad Attic.lib.2.16.11. Vide Mollis.

Brachia de piscibus. Plin.li.9.ca.29, de nautilo, Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua uelificante in ouira cæteris subremigãs brachijs, media cauda ut gubernaculo se regit.

Brachium, de mari & fluminib. dictũ. Liu.2.bel. Pun.219.

Brachia

Brachia portuum. Suet. in Claud.cap.20.
Brachia montium.Plin.lib.5.cap.27 8.
Brachia in uitibus sunt,ut flagella,palmites,duramenta. Colu. lib.6, Nec debemus cõmittere ut brachia pleniora trunco sint.Budæus.
Brachium equo,uel potius Centauro.Ouid.3.Metam.66.
Contractio brachij.Cic.in Orat.33,Brachij proiectione in cõtentionibus,contractione in remißis.
Porrectio brachij.Autor ad Heren.lib.3.102.
Proiectio brachij.Cic.in Orat.33.
Venæ brachiorum.Tacit.lib.15.
Brachia abrupta Pindi, id est, arbores in monte Pindo crescentes.Claud.Paneg.lib.3.61.
Adducta brachia soluere.Ouid.9.Metam.11.
Alterna brachia iactare.Virg.5.Aeneid.75.
Annosa brachia arboris.Virg.6.Aeneid.57.
Brachia arduæ insulæ.Claud.epigram.33. De cuiusdam insulæ descriptione loquens.
Cerea brachia.Horat.1.Carm.ode,13.1.Id est, mollia, aut ceræ similia.Acron.
Candida brachia.Stat.lib.3.Sylu.5.14.
Captantia collum brachia.Ouid.3.Metam.86.
Captiua brachia.Seneca in Hercule Oetheo, 2.2.
Celeri brachio uti.Autor ad Heren.lib.3.120.
Concaua brachia Cancri.Ouid.10.Metam.26.
Brachia consumpta ferro.Stat.lib.10.Thebaid.33.
Brachia curua.Statius lib.6.Thebaid.170.
Defessa brachia.Seneca in Hercule Oetheo, 14.21.
Excussa brachia.Ouid.5.Metam.120.
Ferrea brachia.Ouid.8.Metam.50.
Fluentia brachia.Ouid.9.Metam.12.
Fortia brachia.Stat.1.Achilleid.66.
Inertia brachia.Ouid.5.Metam.110.
Lenta brachia.Seneca in Octauia,6.16.
Libera brachia.Ouid.13.Metam.145.
Liuentia brachia.Ouid.6.Metam.56.
Liuida brachia.Horat.1.Carm.Ode, 8.2.
Mollia brachia.Lucret.lib.4.159.
Brachia nemorosa Taxus fundit.Silius Ital.lib.13.120.
Nigra brachia.Iuuenal.Satyr.13.5.
Brachia nuda.Claud.lib.2.de Raptu Proserp.6.
Obliqua brachia.Ouid.5.Metam.43.
Onerata brachia telis.Ouid.3.Metam.22.
Operosa brachia.Stat.1.Thebaid.44.
Pallentia brachia.Ouid.7.Metam.69.
Non profectura brachia.A proficio.Ouid.6.Metam.53.Id est, quibus nil efficere queas.
Recta brachia.Quintil.lib.2.cap.11.9.
Retorta brachia.Horat.3.Carm.ode,5.5.
Sæua brachia.Ouid.2.Metam.17.
Saucia brachia.Ouid.1.Amorum,eleg.14.4.
Sospita brachia.Ouid.14.Epist.14.
Spaciantia brachia.Ouid.14.Metam.126.
Subiuncta brachia lacertis.Ouid.14.Metam.91.
Temeraria brachia.Ouid.1.Amorum,eleg.7.1.
Circundare brachia collo.Ouid.9.Metam.93.
Cohibere brachium.Cic.pro Cœlio,7, Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga cõstitutus, & ut exercitatione ludoq; campestri tunicari uteremur.
Compescere brachia.Ouid.14.Metam.126.
Concauare brachia.Ouid.2.Metam.39.
Contrahere brachia.Virg.1.Georg.7.
Curuare brachia.Ouid.2.Metam.7.Horat.3.Carm.ode,9.1, Nec quisquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat.
Demittere brachia.Virg.3.Aeneid.107.
Demissa brachia.Quint.lib.2.cap.13.6.
Diducere brachia.Statius 3.Sylu.5.14.
Efferre brachia.Virg.5.Aeneid.85.
Exerere brachia.Ouid.2.Metam.54.
Exoluere brachia ferro. Tacit.lib.15. Id est, aperta, siue secta uena mortem sibi asciscere.
Extentum brachium.Cic.2.de Orat.134.
Extruere brachia.Lucan.lib.3.78, crudaq; extruxit brachia terra.Id est,aggeres,siue extrema ualli cornua.
Fatiscere brachia.Stat.lib.1.Thebaid.44.
Ferire brachia.Seneca in Med.10.14.
Ferre brachia humida.Ouid.18.Epist.12.
Fidere brachijs.Horat.3.Carm.ode, 4.10.
Frangere brachium.Cic.2.de Orat.140.
Gerere brachia.Ouid.15.Metam.91.
Iactare brachia.Virg.5.Aeneid.75.
Iactare brachium in latus.Quint.lib.4.cap.2.29.
Im plicuit brachia collo materno.Ouid.1.Metam.76.
Inijcere brachia collo captiuo.Ouid.1.Metam.18.
Intendere brachia remis.Virg.5.Aeneid.165.
Laxare brachia.Stat.1.Achil.66.
Mittere brachia.Lucret.lib.4.159.
Mouere brachia. Ouid.2.Metam.164.
Nectere brachia.Stat lib.1.Achil.64.
Opponere brachia.Ouid.9.Metam.7.
Pandit brachia ulmus.Virg.6.Aen.57.
Porrigere brachia. Ouid.1.Metam.2.
Porrecta brachia. Iuuenal.Satyr.12.8.
Præbere brachia sceleri. Ouid.7.Epist.25.
Procurrunt brachia.Ouid.11.Metam.47.
Pulsare brachia.Senec.in Herc.Oeth.15.3.
Remittere brachia.Virg.1.Georg.41.
Sufferre brachia.Ouid.6.Metam.53.
Tendere brachia.Ouid.3.Metam.89.
Tendere brachia,dicitur arbor.Virg.2. Georg.60.
Tollere brachia in numerum.Virg.4.Georg.35.
Tondere brachia arborum.Virg.2.Georg.74.
Brachiolum,Diminut.pen.cor. (βραχίδιον) Catul.in Epithalamio Iuliæ epig.56.37,
Mitte brachiolum teres
Prætextatæ puellulæ.
Brachialis,& hoc brachiale,pen.prod.(βραχιαῖος)Quod est Brachiorum.Plaut.Pœnulo,18.98,
——condamus alter alterum In neruum brachialem.
Brachialis crassitudo. Plin.lib.13.cap.11.5.
Brachiale,Substantiuum (βραχιόνιον) Ornamentum brachiorũ.Plin.li.28.ca. 7, Lais & Salpe,canum rabiosorum morsus,& tertianas,quartanasq; febres, mẽstruo in lana arietis nigri,argenteo brachiali incluso. Armillas etiam uocamus.
Brachiatus,penul.prod.Adiectiuum (βραχιωτός)ut Brachiata uinea. Col.li.5.ca.5.8, Alij capitatas uineas,alij brachiatas magis probant: quibus cordi est in brachia uitẽ cõponere.
Brachmanes]pen.prod.(βραγμανάι)Indiæ populi,& philosophi,quorum philosophandi genus, ut indicat Strabo li. 15.non adeò à Pythagoricis præceptis alienum est. Adnotauit Porphyrius Platonicus,sapientes Indorum nominatos fuisse gymnosophistas: qui quidem si generis successione in studio religionis & sapientiæ procederent,Brachmanes dicti sint:qui uerò idem electione tantum profiterẽtur,Samaneos dictos ait quorum uitam scripsit Bardesanes Babylonius. Habent igitur suos Indi sapientes, quorum potissimi Brachmanes, quos Apollonius in cœlo esse, & non in terra dixit,

Digitized by Google

ta dixit, sicut Philostratus scribit lib. 3. ob perpetuam scili cet rerum cœlestium contemplationem. Hi mundum dixere creatum, corruptibilemq;, & sphæricum, quem uniuersum conditor & administrator omnium Deus peruadat. Nostrã autem uitam nihil esse aliud, quàm uiuidum quendam homi nis conceptum: mortem uerò natiuitatem ad ueram illam et felicem uitam his qui rectè philosophati sunt. Ex Strabone lib. 15. Horum etiam meminit Plin. lib. 6. cap. 17. Dicuntur & Brachmanæ.

Brachodes] extrema (βραχώδης ἄκρα) urbs Africæ minoris Ptoleméo. Vulgò Monexi.

Brachibij] βραχύβιοι, à Dionysio uocantur Aethyopes à uitæ breuitate. Siquidem quadragesimum annum non excedunt.

Brachycatalecton] βραχυκατάληκτον, Breuis terminatio uersus, cui desunt in fine syllabæ. nam in eo ut perfectus sit, deest integer pes. Et dicitur metrum brachycatalecticon.

Brachylogia] pen. cor. (βραχυλογία) Latinè breuiloquium dicitur. Quin. lib. 9. cap. 3, Dissolutio, figura uocatur apta, quum quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt. Ideoq; utimur hac figura non in singu lis modò uerbis, sed sententijs etiam: ut Cicero dicit contra concionem Metelli. Qui indicabantur, eos uocari, custodiri, ad Senatum adduci iussi, in Senatu sunt positi. Et totus hic locus talis. Hoc genus βραχυλογίαν uocant, quæ potest esse copulata dissolutio.

Bractea] bracteæ (ἐλασμός) Valla lib. 4. cap. 74, Laminam tam ferream, æream, plumbeam, stanneam, quàm auream, argenteam, electream, aurichalceam dicimus. Bracteam po tius ex his posteriorib. Aut certè bractea tenuis est, & sua sponte plicabilis: lamina uerò crassior, ex qua armatura conficitur, & qua incensa olim homines torquebantur, nec crepitat ut bractea præ tenuitate. Virg. 6. Aeneid.

Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea uento.

Veruntamen ita tenuis nonnunquam bractea est, ut crepita re non possit, ut illa ex qua fit auratura & argentatura. Pli. lib. 21. cap. 3. 1.

Bracteæ ligni. Plin. lib. 16. cap. 43. 5.

Tenuis bractea. Ouid. de Arte amandi, 3. 47.

Bracteatius (ἐλασμοποιός) qui aurũ malleis tusum, & in quã uis tenuitatem ductile rebus inaurandis inducit. Budæus.

Bracteator, pen. prod. Idem. Firmicus, quicunq; habuerit ho roscopum in XVII. parte Scorpij, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

Bracteola, bracteolæ. pen. cor. (ἐλασμίδιον) Dimin. Iuuen. Satyr. 13. 16,

——qui bracteolam de Castore ducat.

Bractia] insula est una Illyrici. Insulas autem Illyrici amplius mille frequentatas Plinius est autor.

Bradeas] præcipuæ nobilitatis uir, Rhelligæ uxoris Hero dis Sophistæ frater, argumẽtum generis gestabat in calceis. Id autem erat episphyrion Menoides eburneum, quod signi ficat fabulam cornicantem, qualis fermè figura in luna est, quum paulum crassescit. Ab hoc fertur prouerbium, Nobi litatem in astragalis gestare: quod in eos rectè dicitur, qui generis præstantia tumentes, nulla ipsi uirtute nituntur. Cæ terum huius prouerbij ex historia rationem, uide apud Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 27.

Bragada] Fluuius qui iuxta Vticam labitur. Alijs Bagrada uocatur. Vide suo loco.

Bragæ] Insulæ quædam sunt desertæ, ut tradit Plinius lib. 6. cap. 28.

Brana] Turdulorum oppidum est in Hispania, & conuentus Cordubensis. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Branca ursina] ἄκανθος, herba est foliis lactucæ latioribus longioribusq; erucæ modo laciniatis, nigricantibus, ac mol li quodam læuore pinguibus, eadem prorsus cum Acantho, ut uidere est apud Mathiol. in Dioscoridem, libro tertio, cap. 17.

Brance] Galliæ far est, dicente Plin. Galliæ quoque suum ge nus farris dedere: quod illic Brance uocant, apud nos Sandalium, nitidissimi grani. Et alia differentia est, quòd ferè quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. Hæc ille lib. 18. cap. 7.

Branchidæ] Apollinis Didymæi sacerdotes, apud Posi deum oppidum & promontorium Ioniæ, qui locus (inquit Plin. lib. 5. capite 29.) prius Branchidarum oraculum dicebatur, nunc Didymæi Apollinis. quo in loco de Brancho, & Apollinis amore conficta fabula est. Autor Strabo, li bro 14.

Branchiæ] branchiarum (βραγχίαι) Dicuntur in piscibus, secundum ceruicem follium more hiantes partes, quibus an helitum reddere, ac per uices recipere existimantur. Plin. lib. 9. cap. 18. 2, Piscium alij branchias multiplices habent, alij simplices, alij duplices. His aquam acceptam ore re mittunt.

Branchus] ut scribit Lactantius, filius fuit Apollinis ex filia Iaucis & Sucronis coniuge susceptus, qui quum Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & uirgam accepit, capitéq; uaticinari, & subitò nusquã apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod Branchiadon nominarunt. Idem author alibi dicit Branchum quendam Thessalum fuisse, ab Apolline maximè dilectũ, cui post mor tem in suo templo sacra fieri idem iussit. Hinc Apollo Bran chiades dictus est, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi sacerdotes. Branchi meminit Stat. lib. 3. Thebaid. & Strabo lib. 14.

Brãchus (βράγχος) Raucedo, & asperæ arteriæ passio, quum humor ad guttur descendit, ita ut madente interiore pelli cula uox rauescat? unde & arteriarum hoc uitium appellãt, quod asperam arteriam peculiariter infestet. Contingit etiã interdum citra humoris defluxum, nimia uocis ſratione, uel frigidi aeris inspiratione, ut & Aegineta asserit, & experiẽ tia ipsa confirmat.

Brancosi] Populi sunt Asiæ, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 20.

Brasidas] dux Lacedæmonius, circa Amphipolim ab Athe niensium multitudine impar deprehensus, claudendum se præstitit, ut per longum coronæ ambitum extenuaret ho stium frequentiam: quaq; rarissimi obstabant, erupit. Autor Frontinus.

Brassica] pen. cor. (πράμβη) à præsecando est dicta, Autore Festo. Brassica: (inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat.) ut præ seca: quòd ex huius scapo minutatim præsecatur. Cato de Re rust. cap. 146. 1. Brassica est quæ omnibus oleribus an tistat. Cicer. 2. de Natur deorum 179, Iam uerò uites sic cla uiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt, atq e se ita eriguni ut animantes: quinetiam à caulibus brassicis si propter fati sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere. Cato capite 157. 1, de brassicæ generib. Nunc uti cognoscas genera earũ, pri ma est lævis, quæ nominatur λεία, grãdib. & latis foliis, cau le magno: ualidã hæc naturã, & uim magnã habet. Altera est crispa, quæ à similitudine apij σέλινον dicebãs uocatur. Hæc est & aspectu & natura bona ad curationẽ ualidiorũq; est, quã quæ supra scripta est. Itẽ est tertia, quæ πράμβη uo catur, minutis caulib. tenuiorib. foliis, & acerrima omnium

est

Digitized by Google

est istarum, tenui succo uehementissima. Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior. Plaut. Pseud. 13. 26. *Brassicam uulgus uocat*, Caolo & uerza, & capuccio.

Macerare brassicam in aquam. Vide Macero.

Vincire brassicam. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9.

Brathy] βράθυ, Herba Sabina aliter dicta, duorum generū est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. Quare quidam Creticam cupressum dixerunt. A' multis in suffitus pro thure assumitur. In medicamentis uerò duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Verba sunt Plin. lib. 24. cap. 11.

Brattia] Mœsiæ prouinciæ, quæ Pannonijs iungitur, insula est, ut scribit. Plin. cap. ult. lib. 3.

Brauron] Atticæ oppidum, ubi Dianæ Brauroniæ sacellum est. Autor Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

Brauronia (βραυρώνια) Festa erant in honorem Dianæ Athenis celebrari solita, in quibus de capra sacra fiebant, ubi & Rhapsodi primum Homeri Iliada concinuere. Author Hesichius.

Brauronia. Diana cognominata, à Brauronę populo, ut scribit Steph. Brauron uerò heros fuit, unde loco nomen. Brauroniæ Dianæ fanum Athenis fuit in arce, cuius simulacrum. Praxitelis opus fuit, ut ait Pausan. Brauroniæ Strabo meminit, & Herodotus.

Brauum] βραῦον, Vrbs Hispaniæ Ptolemæo, uulgò Burgos, olim Masburgi, alijs Auca.

Brechmasis] Vitium est in piperis arborib. ex cœli intemperie, quo carbunculātur fiuntq; semina cassa & inania sic Indorum lingua significante abortum. Ex Plin. lib. 12. ca. 7.

Bregi & Breges, & Phryges] isdē sunt. Strab. lib. 12.

Bregma] tis (βρέγμα) A' medicis proprie pars anterior appellatur capitis, supra frontem capillis tecta, quæ & sinciput à Latinis dicitur: quanquā etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum inuenitur.

Bregmēteni] Asiæ populi in Troade. Author Pli. li. 5. c. 30.

Brenda] à pontis breuitatis causa appellatur Apuliæ urbs Brundisium. Festus.

Breno] Dux Gallorum, qui Brenonam Venetorū urbem ædificauit: quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Nonnulli scribunt duplici nn.

Brennus] Βρέννος, Senonum Gallorum regulus, & dux: in cuius mentione occupatissimus est Liuius, lib. 5.

Brennus sacrilegus. Propert. lib. 3. eleg. 13. 11.

Veloces Brenni Horat. 4. Carm. Ode 14. 3.

Brephotrophium] βρεφοτροφεῖον, Latinè paruulorum hospitium dicitur.

Brepium] Promontorium est Achaiæ, teste Plinio, libro quarto.

Bretena] βρέτεννα, Vrbs Italiæ sub Venetia Ptolemæo. Plinius Brintium uocat: hodie Brignano.

Bretolæum] Ptol. Lusitaniæ oppidum est, quod hodie Britium dicitur.

Breuci] teste Plinio lib. 4. cap. 35, sunt Pannoniæ populi, ad Saum fluuium. De his uide & Strab. lib. 7.

Breuis] & hoc breue (βραχύς, βαιός, σύντομος) Proprie quod longo opponitur. Cic. 4. Acad. 164, Multa pauca, magna parua, longa breuia, lata angusta.

Breuis & Longa, contraria. Ouid 2. Amorum, eleg. 4. 7.

Aliquid contractione breuius fieri, aut productione longius. Cicero 3. de Orat. 108.

Contractus & breuis uerborum ambitus. Cicero de Claris Oratore. 84.

Exiguum & breue uitæ curriculum. Cic. pro Archia 21.

Cursu breuissimus, qui non lōgè decurrit. Ouid. 14. Meta. 66. de Almone fluuio.

Breue uitæ reliquum. Plaut. Mer. 10. 4. Decurso in spacio breue quod uitæ reliquum est.

Breuis atq; concisa actio. Quint. lib. 6. cap. 4. 2.

Aeuum breue. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.

Aeuum breue & fragile. Plin. in Paneg. 130.

Aluus breuis. Virg. 3. Georg. 16.

Annus breuis. Horat. 4. Carm. ode 13. 5.

Aqua breuis. Ouid. 17. Epist. 36.

Auditu breui. Tacit. lib. 18.

Caput breue. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 18.

Casus breuis. Seneca in Troade, 4. 15.

Census breuis. Horat. 2. Carm. ode, 15. 3.

Cœna breuis iuuat. Horat. 1. Epist. 14. 7.

Coluber breuis. Ouid. 2. Epist. 24.

Coma breuior. Seneca in Hippol. 6. 14.

Commendatio breuis. Plin. lib. 11. cap. 42. 1.

Cura breuis. Horat. 2. Epist. 1. 44.

Cursus breuissimus. Virg. 3. Aeneid. 101.

Dies breuior. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 3.

Dominus breuis. Horat. 2. Carm. Ode, 14. 5. Id est, paruitemporis: ut ait Acron, uel breuis uitæ, ut Porphyrio interpretatur.

Donum breue, Non durabile. Seneca in Hippolyto 6. 6.

Excursus breues. Virg. 4. Georg. 39.

Fila breuiora. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 10.

Flores breues. Horat. 2. Carm. ode 3. 3.

Folijs breuioribus ornare. Horat. 1. Epistol. 20. 6. Id est, parcius laudare.

Forma breuis. Ouid. 5. Metam. 92.

Frons breuis. Martial. lib. 1. 148.

Fructus breuis. Lucret. lib. 3. 187.

Furor breuis. Horat. 1. Epist. 2. 13.

Gaudium breue. Seneca in Octa. 4. 21.

Gyro breuiore flecti. Seneca in Hippol. 3. 8.

Herba lapathi breuis. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 6.

Ilex breuior. Seneca in Hercule Oetheo, 13. 7.

Iter breuius. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 7.

Latus breue. Horat. 1. Serm. Sat. 2. 10.

Lilium breue. Horat. 2. Carm. ode, 36. 4.

Littus breue. Tacit. lib. 14.

Mensa breuis. Horat. de Arte Poet. 41.

Mensura breuior. Ouid. 9. Metam. 158.

Mora breuis. Seneca in Troad. 8. 5.

Mus breuis. Ouid. 2. Fast. 115.

Breuia pro consectatorijs. Cicer. 4. de Finib. 79, Venio ad illa tua breuia, quæ consectatoria esse dicebas: & primum illud quo nihil potest esse breuius. Budæus.

Occasio breuis. Terent. Eunuch. 3. 5. 57,

——an ego occasionem
Mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam amitterem?

Opus breue. Ouid. Epist. 21. 1.

Ora breuis. Lucret. lib. 4. 36.

Pœnæ breues. Seneca in Oedipo, 12. 5.

Pondus breue. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 8.

Præcepta breuia. Cic. 1. de Orat. 70.

Sermo breuis. Plaut. Milite, 14. 29.

Sigillis breuibus distincta. Ouid. 6. Metamor. 18. Id est, paruis signis.

Solamen breue. Seneca in Octa. 3. 3.

Somnus breuis. Seneca in Troade 6. 7.

Spacium breue. Lucret. lib. 4. 33.

Stultitia

Stultitiæ breuis. Horat. 4. Carm. 12. ode 6,
Miſce ſtultitiam conſilijs breuem:
Dulce eſt deſipere in loco.

Summa breuis. Martial. lib. 12. 63.

Syllaba ſiue litera breuis, cui contrarium Longa uel producta. Cic. 3. de Orat. 101. Et in Oratore 90, Inclytus dicimus breui prima litera, Inſanus producta.

Tempus breue. Virg. 10. Aeneid. Ouid. 6. Metam. 10,
——breue & irreparabile tẽpus Omnibus eſt uitæ:

Terra breuiſſima 1. Plin. Epiſt. 282.

Breui tempore. Cic. 2. Tuſc. 7, Atq; Oratorum quidem laus ita ducta ab humili uenit ad ſummum: ut iam (quod natura ſert in omnibus ferè rebus) ſeneſcat: breuiq; tempore ad nihilũ uentura uideatur.

Ver breue. Ouid. 1. Metam. 24.

Via breuis. Virg. 9. Eclog. 5.

Via breuior mortis. Tibul. 1. eleg. 10. 1.

Via breuiſſima. Ouid. 5. Metam. 51.

Vipera breuis. Horat. Epod. 5. 3.

Vita breuis. Ouid. 3. Metam. 25.

Breuem uitam colere. Plaut. Pſeud. 13. 33.

Spe breuius, Citius quam putaras. Ouidius 2. de Remed. amor. 82.

Breue facere aliquid. Cic. in Salluſt. 2.

Breuis eſſe laboro, Obſcurus fio. Horat. de Arte poet. 5.

In breue cogi. Horat. 1. Epiſt. 21. 2.

Breuis etiam & breue, pro eo quòd uulgò borderellum dicimus, accipitur in L. ultima. De conueniendis fiſci debitoribus, lib. 10. C. Inter chartulas confiſcati, breuis quidam aſſeueraretur inuẽtus, qui nomina debitorũ cõtineret. Lãpridius de Alexandro, Milites ſuos ſic ubiq; ſciuit, ut in cubiculo haberet breues, & numerum & tempora militãtium. Flauius in Aurel. Breue inquit nominum conſcripſit. Budæus.

Breuia, breuium, Vadoſa, per quæ poſſumus uadere. Virgilius 1. Aeneid. 23,
In breuia & Syrtes urget. Id eſt, in breuia Syrtium. Seruius.

Breuia littorum nudantur. Tacit. lib. 5.

Breuia profundis opponit Tacit. lib. 1, Neq; inquit, diſcerni poterant incerta ab ſolidis, breuia à profundis.

Vada breuia. Senec. in Herc. furente 5. 3.

Deprehenſus hæſit Syrtiũ breuibus uadis. Virg. 5 Aen 45.

Breui, Ablatiuus, & ſubauditur Tempore. Cic. 7. Verr. 111, Breui poſtea eſt mortuus. Plautus Rudente, 2. 55,
Poteſſe ibi eum breui fieri diuitem.
Liu. 2. Bel. Pun. Deinde breui effecit. Idem, Breui apparuit. Budæus.

Adeſſe breui. Ouid. 3. de Pont. 4. eleg. 20. Cic. Att. lib. 8. 163,
Quum maiores breui habiturus ſit.

In breui. Cic. ad Octauium 10, O miſeram & in breui tam celerem & tam uanam Reip. commutationem?

Breui, Aduerbium, ſiue ablatiuus pro aduerbio, idem ſignificãs quod paucis uerbis, ſiue breuiter. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 2, Faciendum mihi putaui ut tuis literis breui reſponderẽ. Idem pro Cæcin. 68, Tametſi extra cauſam eſt, percurram tamen breui.

Circunſcribi & definiri breui. Cic. pro Seſtio 84.

Complecti breui. Cic. 1. de Orat. 93.

Breuibus aliquid dicere, & breuibus agere, dixit Cicer. pro eo quod alij dicunt uno uerbo.

Breuius dicere, cui opponitur Plurib. uerbis. Ci. 4. de Fini. 43, Quodq; ego pluribus uerbis, illi breuius, &c.

Proponere breui. Autor ad Herennium 4. 186.

Reſpondere breui. Cic. Pulchro 3. 8. 2.

Breui, aliter acceptum. Gel. lib. 13. cap. 17, Fuit autem Aeſchylus non breui antiquior Euripide, Hoc eſt, Longè antiquior.

Breuio, breuias (ἐπιτέμνω, συντέμνω,) breuiare, Quintil. de paraphraſi loquens, lib. 1. cap. 9. 2, Qua & breuiare quædam, & exornare ſaluo modò poetæ ſenſu permittitur.

Breuiarium, breuiarij (ἐπιτομή) Opus conciſum. Gr. ecè epitome, fœminino genere. Trãquillus in Auguſto, Fecit & breuiarium totius imperij, quantum militum ſub ſignis ubique eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis & uectigalium reſiduis. Sic Plinius, Vt pariter (inquit) totius culturæ breuiarium quoddam peragatur. Pro eo accepit quod uulgò borderellum dicimus. Hæc ex Budæo. Vide Plinium lib. 7. cap. 26. 4.

Breuiloquens, pen. cor. (βραχύλογος) Adiectiuum, Qui paucis aliquid ſcribit, aut dicit. Cic. ad Attic. lib. 7. 138. 1, Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.

Breuiloquentia (βραχυλογία) Idem quod breuiloquium. Cicero in libris de Rep. Breuiloquentiam in dicendo colat. Ex Gellio lib. 12. cap. 2.

Breuitas, pen. cor. breuitatis (βραχύτης, συντομία) Cic. 3. Ver. 72, Multa autem propter rationem breuitatis ac temporis prætermittenda exiſtimem. Idem in Bruto 24, Breuitas autem, laus eſt in aliqua parte dicendi, in uniuerſa eloquentia laudem non habet.

Contractio & breuitas. Cic. in Orat. 112.

Breuitatis imitatio. Cic. 1. de Inuent. 41. 100, Iudicium longitudinum & breuitatum in ſonis. Cic. in Orat. 100.

Habilis breuitate ob breuitatem. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. 7.

Breuitas ambitus, & Longitudo ambitus, contraria. Cic. in Orat. 129.

Breuitas arboris. Plin. lib. 12. cap. 2.

Breuitas diei, & longitudo noctis. Cic. 7. Verr. 21.

Horæ breuitas. Sil. lib. 3. 29.

Breuitas pedum, & Proceritas pedum, contraria. Cic. in Orator. 123.

Breuitas pili. Plin. lib. 8. cap. 55. 3.

Senatoris & oratoris breuitas. Cic. 3. de Legib. 58.

Temporis breuitas. Cic. 1. ad Attic. 6. 3.

Breuitas acutior atq; uelocior in urbanitate. Quintilian. lib. 6. cap. 3. 31.

Conciſa breuitas. Cic. 3. de Orat. 112.

Nuda & inornata breuitas. Vide Inornatus.

Breuitas non inornata eſſe debet, alioqui ſit indocta. Quintil. lib. 4. cap. 2. 34.

Breuitas Salluſtiana uitanda eſt. Quint. lib. 4. cap. 2. 33.

Breuitatis cauſa, familia contenti erimus una. Cicero 2. Officior. 61.

Breuitate & celeritate ſyllabarum uerba procliuius labuntur. Cic. in Oratore 111.

Breuitate ſententiæ non ſatis apertæ. Cic. in Bruto 33.

Conſequi cum breuitate. Cic. 2. de Leg. 30.

Breuiter, pen. cor. (ἐν ἐπιτομῇ, συντόμως) Aduerbium, Idem quod breui. Cic. de Amicicia, 1, Itaq; multa ab eo prudenter diſputata, multa etiam breuiter & commode dicta memoriæ mandabam.

Affari breuiter aliquem. Virg. 4. Aeneid. 127.

Curſim & breuiter aliquid attingere. Plin. epiſt. 20. 4.

Audire breuiter. Virg. 2. Aeneid. 3.

Breuiter & abſolute complecti aliquid. Autor ad Herennium lib. 4. 185.

Breuiter, ſummulatimq; deſcribere aliquid. Cic. in Orat. 28.

Breuiter dicere uel exponere. Cic. 4. Ver. 53. Et 92.

Breuiter & in tranſcurſu aliquid dicere. Plin. lib. 3. cap. 5.

Breuiſſimè,

Digitized by Google

Breuiſſimè, βραχύτατα, Cicer. 7. Ver. 109, Tantum breuiſſimè dico, Iudices.

Firi breuiter. Virg. 6. Aeneid. 80.

Breuni] Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sic enim ſcribit lib. 3. cap. 20, Gentes Alpinæ deuictæ, atq; ſub imperiũ Pop. Rom. redactæ, Triumpilmi, Canuni, Vennotes, Venonetes, Hiſarci, Breuni, &c.

Bria] Vide infrà in dictione Menebria.

Briareus] pen. corr. trium ſyllabarum (βριαρέως) Gigas Cœli & Terræ filius fuit, alio nomine Aegæon dictus, quẽ peruulgatè his uerſibus depinxit Virg. lib. 10,

Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq; manus: quinquaginta oribus ignem
Pectoribusq; arſiſſe: Iouis quum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes.

Centum gemmus Briareus. Virg. 6. Aeneid. 58.

Vaſtus Briareus. Seneca in Hercule Oetheo, 2. 13.

Brias] Briadis, Vrbs eſt Piſidiæ regionis in Aſia. Autor Strabo, Artemidorum antiquum ſcriptorem teſtem citans.

Brigantes] βρίγαντες, Hyberniæ populi Ptolemæo, hodie Ganaſorda ciuitas.

Brigantinus] Lacus Rhætiæ inter Alpes, qui muſtelas marinis æmulas generat, teſte Plin. lib. 9. cap. 17.

Brigantium] βριγάντιον, Hiſpaniæ ciuitas: uulgò hodie Cõpoſtella, oppidum Sancti Iacobi uocatur. Ptolemæo Flauiũ Brigantiũ dicitur. Eſt & Brigantium, urbs Cenomanorum Ptolemæo, uulgò Brianſon.

Brigiani] populi inter Alpinas gentes Plinio numerantur, cap. 20. lib. 13.

Brileſſus] Aegialeus dictus, Atticæ mons eſt. Autor Plin. lib. 4. cap. 7.

Briletum] Mons eſt Atticæ regionis prope Tharnon. Vtriuſq; meminit Plin. lib. 11. cap. 37.

Brimo] βριμῶ, Vnum eſt ex Hecates, ſiue Proſerpinæ nominibus, ἀπὸ τοῦ βριμᾶν, hoc eſt à terrendo impoſitũ, eò quod nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur, ut ex Apollonij interpretationibus annotauit Cæl. Rhodig. li. 11. cap. 16. Propertius,

Mercurio ſanctius fertur Bœbeidos undis
Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.

Briſa] Briſæ (βρίσα) Promontorium Lesbi, in quo Dionyſius colitur, qui ab eo Briſæus appellatur. Stephan.

Briſa] briſæ, Vua Latinè dicitur, quũ pedibus ad exprimẽdũ uinũ calcatur. Colum. lib. 12. cap. 39. 2, Tum permiſcere & ſubactam briſam prælo ſubijcere, paſſumq; ſecundariũ, ſtatim uaſis oblinitis includere, ne fiat auſterius.

Briſabritæ] Aſiæ populi, quorum mentionem facit. Plin. lib. 6. cap. 20. in deſcriptione Indi fluminis.

Briſeis] pen. prod. huius Briſeidis, pen. cor. (βρησηΐς) Hom. Ilia. 1. Phrygia puella, forma nobilis, quæ capta ex Lyrneſſo regia Minetis, Achilli in ſortẽ ceſſerat. Verùm quia Chryſeis filia Chryſæ ſacerdotis Apollinis, quæ Agamemnoni cõtigerat, à patre repetita fuit communi conſilio reſtituta eſt, ut exercitus à peſtilentia liberaretur, quã Apollinẽ intuliſſe putabant. Quare Agamemnon Briſeida Achilli eripuit, quã rẽ grauiter ferens, amplius pugnare noluit. Nec unquã potuit precibus aut donis, aut minis induci ut pugnaret, donec Patroclum chariſſimum ſocium in armis ſuis ab Hectore occiſum audiuit. Huius Horat. 2. Carm. ode 4. meminit,

——prius inſolentem
Serua Briſeis niueo colore
Mouit Achillem.

Formoſa Briſeis. Propert. 2. eleg. 9. 7.

Briſeida, Accuſatiuus. Propert. lib. 2. eleg. 9. 7.

Briſei, Vocatiuus. Ouid. 2. de Arte amandi 143.

Briſeide, Ablatiuus. Ouid. 2. de Remed. Amoris, 77.

Britannia] per duplex N (βρεττανικὴ) Inſula in Oceano Septentrionali, quæ nũc Anglia dicitur: & à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad ea nauigantibus primò apparent. Hæc ab ortu Germanico Oceano, ab occaſu Hybernico alluitur, ab omni continente diuiſa, ut Ptolemæus lib. 2. refert. Porrigitur in longum octingentis millibus paſſuum, in latum CCC. millib. Plin. lib. 4. cap. 16, In ea Gargates lapis, qui ardet in aqua, oleo reſtinguitur. Ibi Londinum oppidum nunc Londra, copia negociatorum celebre. Inter Septentrionem & Occidẽtem, ut celebres Geographi tradunt, duæ ſitæ ſunt inſulæ: Britannia, & Hybernia paulò minor Britannia: ultra quas ſunt quadraginta inſulæ Orcades appellatæ, modicis ſpacijs inter ſe diſtinctæ. Apud Britannos longiſſimus dies XVII. horarum deprehenditur, & æſtate lucidæ ſunt noctes, authore Plinio. Et à poetis dicitur alter orbis. Ci. 2. ad Qu. fra. 16. 13, O iucundas mihi tuas de Britannis literas. Idem ad Trebatium, 7. 6. 5, In Britannia ne ab eſſedarijs accipiaris cæteto.

Britannia noſtro diducta mundo. Claud. Paneg. 8. 11.

Britannia dira. Claud. de bel. Getico, 114.

Britannia ſæua. Claud. Paneg. 7. 15.

Britannia ſecura. Claud. in Eutrop. lib. 1. 79.

Vltima Britannia. Catull. epigram. 27. 43.

Britannus, Britanni (βρεττανὸς) Incola Britanniæ.

Aequorei Britanni, Ouid. 15. Metam. 51.

Caledonij Britanni, qui Cãledonem ſyluam Britanniæ inhabitant. Lucan. lib. 6. 14.

Cauſidici Britanni. Iuuenal. Sat. 15. 12.

Diuiſi toto orbe Britanni. Virg. eclog. 1. 13.

Feri hoſpitibus Britanni. Horat. 3. Carm. ode 4. 7.

Horribiles & ultimi Britanni. Catul. epigram. 11. 19.

Remoti Britanni, quaſi à toto orbe ſeparati. Horat. 4. Carmin. Ode 10.

Vltimi orbis Britanni. Horat. 1. Carm. ode 35. 6.

Britannis, prima producta apud Lucretium lib. 6. 223,

Nam quid Britannis cœlum differre putamus?

Britannicus, pen. cor. (βρεττανικὸς) Adiectiuum: ut eſſeda Britannica. Propert. lib. 2. eleg. 1. 16.

Aeſtus Britannici. Cic. 3. de Nat. deor. 32.

Balæna Britannica. Iuuen.

Literæ Britannicæ. Cic. ad Trebatium, 7. 8. 4.

Britannicus] βρεττανικὸς, Nomen uiri. Tabit. lib. 13. Quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat.

Britannica] Plin. lib. 25. cap. 3. herba eſt foliis oblongis & nigris, radice item nigra, neruis & dentibus ſalutaris, & cõtra anginas & ſerpentum morſus efficax remedium habẽs. Huius flores Vibones uocantur, quibus ante tonitrua deguſtatis milites aduerſus fulminum ictus, prorſus ſecuri reddebantur. Scribit Plin. loco iam citato, promotis à Germanico trans Rhenum caſtris, in maritimo tractu fontem fuiſſe, inuentum aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderent, compageſq; in genibus ſolueretur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuiſſe, à Friſijs Romanomiliti commonſtratam.

Britium] Luſitania oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

Britomartis] βριτόμαρτις, Puella fuit ex Gortyne Cretæ ciuitate, Iouis & Charmes filia, Dianæ inprimis chara, alio nomine Dictynna appellata, ἀπὸ τῶν δικτίων, hoc eſt à retibus, quorum uſum in uenatione traditur inueniſſe. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamaſſe, cuius uim quum alioqui effugere non poſſet, ex alta ſeſe rupe in mare precipitauit.

Digitized by Google

pitauit. Vide Virg. in Ciri, & Diodor. lib. 5. Dicitur Diodoro, lib. 6. Britona.

Britona] Nympha Cretẽsis formosa, quæ quũ ppetuo uirginitatis uoto, uenationi uacaret, ad uim & stuprũ Minois regis declinandũ, se in aquas præcipitẽ dedit. Alijs Britomartis dicitur, ut Diodo. lib. 6. Vide Commentarios in Bocatiũ.

Britones] Vulgò Bretoni, populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio ad mare Oceanum sita, Normannis, ac Picta uis contermina. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, indeq; ab Angelis Saxoniæ populis expulsi, in aduerso littore sedes fixisse. Iuuenalis, Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Briuates] Lugdunensis Galliæ portus, apud Ptol. libro 2. cap. 8.

Brixellum, li (βρίξελλον) oppidum in ripa padi fluminis situm ab urbe Parma decem millibus passuum distans.

Brixia] βριξία, Vrbs est Trãspadanæ regionis, quã Cenomani ædificauerunt, qui post Insubres in Italiam uenerunt: Liuio, Polybioq; testib. Est & Asiæ fluuius. Plin. lib. 6. ca. 27.

Brixentes] Populi Alpini, Lepontijs finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

Briza] βρίζα, Planta est tiphæ simillima, in Thraciæ & Macedoniæ agris nascens, ex cuius semine panis fit grauis odoris & ater, membranosam substantiam habens. Vide plura apud Gal. lib. 1. de alim facult.

Brizo] βρίζω, dea apud Græcos existimata, quæ uaticinijs p somnia præesse credebatur: in primis uerò Deli culta, cui scaphas offerre consueuerant omnium rerum refertas, piscibus duntaxat exceptis. Quidam eam dictam existimant ἀπὸ τοῦ βρίζω, dormio. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27 cap. 10.

Brochon] Arbor est nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malachram, alij Maldacon appellant. Author Plinius, libro 12. cap. 9.

Brochus] Adiectiuum (προόλων) Idem significare uidetur quod Bronchus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7. 3, His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præter quàm quum dentes facti sunt brochi, & supercilia caua. Ibidem, cap. 9. 3, de canibus loquens, Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra & sinistra paulo eminulis superioribus, directis potius quàm brochis & acutis.

Brochitas, pen. cor. Brochitatis (προοδοντία) Plin. lib. 11. ca. 37. 42, Absumpta hac obseruatione, senectus in equis, & cæteris ueterinis, intelligitur dentium brochitate, superciliorum canicie.

Brochus] βρόχος, Vas est uinarium fundendo uino accõmodatum, implendis deplendisq; culeis & uasis conditorijs, & uino quocunq; modo transuasando. Dicitur à uerbo Græco βρέχω, quod fundo significat. Hoc Græci œnophorũ ex eo appellant, quod comportando uino aptum sit. Gallica lingua nomen adhuc seruat integrum.

Bromius] βρόμιος, Bacchi nomen, ἀπὸ τοῦ βρόμειν, id est, à fremendo. Ouid. 4. Metam. 3,

Thuraq; dant, Bicchũq; uocãt, Bromiumq;, Lyæumq;.

Sacer Bromio Parnassus. Lucan. lib. 5. 15.

Bromos] βρόμος, Semen est spicam ferentis herbæ: nascitur inter uitia segetis auenæ generè, folio & stipula triticũ imitatur, in cacuminibus dependentes paruulas uelut locustas habet. Hæc Plinius, libro 21. capite 25. in fine. Vulgo Vena saluatica.

Bromus] βρόμος, Centaurorum unus, à Cæneo interfectus. Ouid. 12. Metam.

Bronchocele] pen. pro. (βρογχοκήλη) Celso morb. est, qui tumor gutturis & ceruicis, inter cutẽ & asperã arteriã est.

Bronchus] πρόοδων, uel ut alij scribũt Broncus, Adiectiuũ. Nonius, Bronci sunt producto ore, & dentibus prominentibus. Plinius, lib. 11 capite 37. 32, Labra, à quibus bronci labeones dicti, & os probum duriusue, animal generantibus. In emendatioribus codicibus legitur Broci. Bronchũ autem appellant medici cum Galeno, guttur ipsum & caput trachiæ arteriæ.

Broncia] Vide Brontia.

Brongus] Brongi (βρόγγοι) fluuius in Illyrico Boream uersus fluens, & excepto Augeo, in Istrum influens. Herod. libro quarto.

Brontæus] βροντᾶος, Iupiter dictus est ab Orpheo, & itẽ Phurnuto, quem Tonitrualẽ Apuleius, ut solet, licenter interpretatus est.

Brontes] βρόντης, dicitur unus Cyclopum, & minister Vulcani: interpretaturq; tonitrus. Alter Steropes, id est, fulgur Tertius dicitur Pyracmon, quasi ignita incus. Virgil. lib. 8. Aeneid. 89,

Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro,
Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

Hic ab Ouidio uocatur Acmonides, lib. 4. Fastorum.

Solidus Brontes, id est, fortis. Stat. 4. Sylu. 6. 10.

Bronteum] pen. prod. (βροντεῖον) Machina erat sub scena, æneum habens uas in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui sonum imitabantur: quod genus Claudiana tonitrua appellauit Festus, à Claudio Pulchro inuentore. Vide Rhodig. lib. 8. cap. 8.

Brontia] brontiæ (βρόντιαι) Gemma Plin. lib. 37. cap. 10. 12, Brontia capitibus testudinum similis, & cum tonitruis cadit (ut putant) & fulmine tacta restinguit, si credimus.

Broteas] Lapitharum unus, ab Gryneo Centauro intecta aera oppressus. Ouid. 12. Metam.

Broteas & Ammon] Gemini fratres fuerunt cæstibus clari, qui à Phineo occisi sunt, in aula regis Cephenioru. Ouid. 5. Metamorph.

Hinc gemini fratres Broteasq; & cæstibus Ammon
Inuicti, uinci si possent cæstibus enses,
Phinica cecidere manu.

Brotheus] βροθεύς, Vulcani filius, propter oris deformitatem illusus, sese in ignem iniecit, uitamq; incendio finiuit. Ouid. in Ibin,

Quodq; ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis,
Des tua succense membra cremanda pyre.

Bruchus] κάμπη, Vermiculus haud dissimilis locustæ, herbas erodens, sine alis tamen Sipontinus.

Bructeri] βρουκτέροι, Populi sunt in Germania, quos Drusus nauali prælio in Amasia flumine superauit. Hæc Strabo, libro 7.

Brucum] antiqui grauem dicebant. Festus. Quidam legunt Brutum.

Brullitę] Populi, Epheso tribuuntur à Plinio, lib. 5. cap. 29. Ephesum (inquit) alterum lumen Asiæ, remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani, inferiores & superiores Mysomacedones, Mastaurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dios hieritæ.

Bruma] bruma (τροπὴ χαμερινή) propriè dicitur dies solstitij hyemalis, qui est post Idus Decembris. Festus, Bruma, à breuitate dierum dicta, quasi, βραχὺ ἦμαρ. Cic. 2. de Diuin. 49, Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum florescere brumali ipso die.

Bruma, pro mense Decembri. Mart. lib. 1,

At quum December canus, & bruma impotens,
Aquilone rauco mugiet. Iuuenal. Sat. 6. 16.

Bruma, pro hyeme. Virg. lib. 2. Aeneid.

Digitized by Google

Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat.
Canæ brumæ frigora. Seneca *in* Hippol. 9.2.
Horrida cano bruma gelu. Virg. 3. Georg. 87.
Intractabilis bruma. Virg. 1. Georg. 43.
Hybernæ tempora brumæ. Propert. lib. 1. eleg. 8.2.
Iners bruma, id eſt, quæ inertes & pigros reddit. Horat. 4. Carmin. ode 7.2.
Innoxia bruma. Claud. lib. 3. de Raptu Proſerp. 45.
Mitior bruma. Claud. in Eutrop. lib. 2. 19.
Nimboſa bruma. Stat. 1. Sylu. 3.18.
Perenni bruma fœdare. Claud. de Raptu Proſerp. lib. 1. 53.
Riphæa bruma. Valer. lib. 5. Argonaut. 121.
Sæua bruma. Seneca *in* Hercule Oetheo, 4.30.
Spirans bruma. Iuuenal. Satyr. 9.7. *pro* Borea, *aut alio quolibet uento frigido per brumam aſpirante.*
Brumæ, in plurali. Cic. 2. de Nat. deor. 29, *Poſſetne uno tempore florere, deinde uicißim horrere terra, aut tot rebus ipſis ſe immutãtibus, Solis acceſſus diſceſſuſq;, ſolſtitijs, brumiſq; cognoſci.*
Brumæ ter denæ, pro triginta annis. Martial. lib. 1. 46.
Brumalis, & hoc brumale, pen. prod. (χειμερινὸς) Brumale tẽpus. Cic. 2. de Nat. deor. 166.
Brumale frigus. Martial. lib. 13.16.
Brumalis meridies. Colum. lib. 9. cap. 5.1.
Menſis hyemis brumalis. Plin. lib. 10. cap. 53.1.
Brumalis dies. Cic. de Fato, 8.
Frigus brumale. Virg. 6. Aen. 41.
Grando brumalis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7.7.
Brumalis hirundo. Claud. in Eutrop. lib. 1. 24.
Horæ brumales. Ouid. 4. Metam. 40.
Lux brumalis, Tempus brumale. Ouid. 1. Triſt. eleg 10.8.
Nix brumalis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5.1.
Brumalis orbis. Cic. 3. de Nat. deor. 48.
Brumalis reuocatio. Cic. de Vniuerſitate, 43.
Signum brumale. Cic. 3. de Orat. 98.
Brumale tempus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5.19.

Brumalia] *Διονύσια*, A Romanis dicebantur Bacchi ſacra, *quæ & liberalia uocabantur: quæ bis quotannis celebrabãtur, ſemel* XL. Calend. Martij, atq; iterum XVIII. Calend. Septemb. Pli. Priora & poſteriora Vinalia appellat. *Brumalia autem à* Brumo dicebãtur *quo nomine* Romani Bacchũ *appellabant.* Vide Rhodig. lib. 28. cap. 25.

Brumbeſtini] Populi *in ſecunda regione Italiæ, quorũ mẽtionem facit* Plin. lib. 3. cap. 11.

Brumus] *Vide* Brumalia.

Brundulum] Portus *quem Atheſis amnis ex* Tridẽtinis Alpibus *fluens, facit.* Author Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò Brundolo.

Brunduſium] *ſiue* Brundiſium (βρεντέσιον) *urbs & portus* Calabriæ, *quam Græci* Meſapiam *uocant, & antè* Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre, *authore* Plinio lib. 3. cap. 11. Brunduſium à fórma *ceruini capitis, quod* Meſſapij uernacula lingua ita nominant. *Clariſſima eſt hæc urbs, nobili portu, quo tuta iam olim* Romanis *in* Græciã uia fuit, *tum & fuga* Pompeij à Cæſare obſeſſi, *& fama* Appiæ uiæ hucuſq; ſtratæ nobilis. Hæc Vadian. ex optimis quibuſq; ſcriptoribus uulgò Brunditio.

Arces Brunduſij. Lucan. lib. 2. 122, Brunduſij *tutas conſcendit* Magnus *in arces.*

Bruſa] βρῦσα, Vrbs eſt Bithyniæ, *ab* Annibale *condita ſub* Olympo *monte, teſte* Plin. lib. 5.

Bruſcum] *bruſci, Tuber in acere arbore: de quo ſic* Plinius *lib. 16. cap. 16. 1, Pulcherrimum uerò eſt bruſcum, multoq; excellentius etiamnum molluſcum. Tuber utrunq; arboris eius. Sed bruſcum intortius criſpum: molluſcum ſimpliciùs ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubiè præferretur cedro.* Nũc intra pugillares lectorumq; filicios aut laminas raro uſu ſpectatur. E bruſco fiunt & menſæ nigreſcentes.

Bruta] Arbor *eſt ſoli Orienti cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis, albicantibus ramis, odore cedri, circa* Piſitigrin naſcens in Zagro *monte.* Vide Plin. lib. 12. cap. 17. *Sunt qui hanc arborem hodie in* Europa naſci *exiſtiment, eandemq; eſſe cum ſecundo ſabinæ genere.* Vide Ruell. lib. 1. cap. 59.

Brutidius] Nomen *eſt cuiuſdam uiri qui tempore Iuuenalis poetæ, tractus eſt ad iudicium tanquã fautor & amicus Seiani apud imperatorem accuſati. De quo idem Iuuenalis Sat.* 10.9. *ſic ait,*

——pallidulus mi
Brutidius meus *ad Martis ſuit obuius aram.*

Brutij] βρέττιοι, βρύττιοι, Italiæ populi, *tractum quem nunc* Calabriam *uocant, occupant, poſt Laum fluuium incipientes, & in fretum Siculum modo peninſulæ excurrentes. Lucanorum hi paſtores, & transfugæ fuere. Lingua enim Lucanorum* Brutij rebelles fugitiuoſq; ſignificant. Author Strabo, lib. 6.

Brutius, a, um, Adiectiuum (βρέττιος) à Brutijs populis Italiæ, *ut* Pontus Brutius. Seneca *in* Thyeſte, 7. 7, Brutium Pontũ feriente Coro. *Id eſt, quod alluit* Brutiorum *in* Italia oram.

Brutia pix. Plin. lib. 24. cap. 7.1, Spiſſarum utiliſſima medicinæ *eſt* Brutia, *quoniam pinguiſſima & reſinoſiſſima utraſque præbet utilitates.*

Tellus Brutia. Sil. lib. 16.1.

Brutiani *dicebantur, qui officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant, eo quòd hi primum ſe* Annibali *tradiderãt, & cum eo perſeuerauerant, uſquedum recederet de* Italia. Feſtus.

Brutium] βρέττιον, Promontorium Italiæ *extimum, ubi* Sicilia *olim agro* Brutio *adhæſit.* Plin. lib. 3. Primus Europæ *ſinus à* Calpe *extimo* Hiſpaniæ *monte, ad* Brutiũ uſq; promontorium *immenſo ambitu flectitur.* Ptol. Scyllæum oppid. lat. Vulgò Burſano *in calabria.* Olimarius in Metam. dicit nunc uocari uulgò labo de Sciglio.

Brutobria] βρεττόβριε, Stephano, Oppidum *eſt* Hiſpaniæ *in tractu Bætico, quod & Brutina appellatur.* Dicta Brutobria, *quaſi Bruti ciuitas, ea fórma qua* Scylymbria & Polyobria, *in quibus* Bria ciuitatem *ſignificat.*

Brutus] Adiectiuum (αἰχίδατος, ἄκρατος) A terra deductum *eſt, cuius epitheto eſt bruta: hoc eſt, ſine ſenſu, & quaſi obruta.* Dicitur autem brutum quod tardum, ſtolidum, & ſine ſenſu *eſt. Sipontinus quod nomen integrum adhuc retinet uulgus Italorum.*

Bruta, tellus dicitur ab Horat. 1. Carm. ode 34.2.

Bruta animalia Plin. lib. 11. cap. 37. 53, *Bruta exiſtimantur animalium, quibus cor durum riget: audacia, quibus parum eſt: pauida, quibus prægrande.*

Bruta arbor. Plin. lib. 12. cap. 17.7.

Bruta fortuna. Author ad Herennium, lib. 2. 71. *quia dignum atq; indignum nequeat internoſcere.*

Bruta fulmina. Plin. lib. 2. cap. 43. 3. *ut quæ nulla uetuiant ratione naturæ.*

Brutæ gentilitatis pira. Plin. lib. 15. cap. 15.3.

Brutorum genus] βρέτων γένος, Iunijs nominibus adſcitum legimus: quorum primus L. Iunius Brutus *è ſorore Tarquinij Superbi genitus: qui quoã ſimilitiam finxiſſet ab auunculo occideretur, inde* Brutus *appellatus eſt, ut inquit* Cornelius nepos. Plura de hoc & aliis Decio, Lucio, Marco Brutis lege apud Liuium, Plinium, Plutarchum, & reliquos.

Digitized by Google

Brutus Prætorius, cuius meminit Cic. 2. de Orat. qui tres de iure ciuili libellos conscripsit. Author Pomponius.

Brutus, qui Marianas partes sequebatur, ac Galliam Cisalpinã tenebat, à Pompeio interfectus est. Cuius filius fuit Brutus Cæsaris interfector, Catonis è filia Seruilia nepos. Huius meminit Liuius.

Brutus item ad quem libellum scripsit Cicero, quẽ Oratorem inscripsit.

Dux militiæ Brutus. Horat. 2. Carm. ode 7. 1.

Sapiens imitator stulti Brutus. Ouid. 2. Fast. 144.

Prætor Brutus. Horat. 1. Serm. saty. 7. 4.

Sol Asiæ Brutus. Horat. 1. Serm. saty. 7. 5.

Vltor Brutus. Virg. 6. Aeneid. 194.

Brutius, a, um, (βρέττιος,) Adiectiuum à Brutus, ut Signa Brutia. Sil. lib. 7. 88,

Sæuior his Latios ueſtabat brutia ſigna
Lælius increpitans.

Brya,] brya, (βρυὰ,) Fruticis ſpecies, gallæ ſimilem fructum ferens. Plin lib. 13. cap. 21.

Bryaxis] ſculptor fuit marmorarius. De quo Plin. lib. 36. cap. 5. 18. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum, & Leocharem, de quibus ſimul dicendum eſt, quoniam pariter cælauere Mauſoleum, &c.

Bryazon] amnis Aſiæ in Bithynia. Author Plin. libro 5. cap. 32.

Bryges] βρύγες, Populi Thraciæ fuerunt, qui poſtea Phryges dicti ſunt, à quibus Phryges Aſiæ populi originẽ traxerunt. Author Strabo, lib. 7. Steph. Brygas in Macedonia collocat.

Brygion] inter urbes Macedoniæ Plinio ponitur, li. 4. c. 10.

Bryllion] Oppidum eſt in Myſia, non longè ab Aſcanio flumine, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 32.

Bryllium] βρύλλιον, Propontidis oppidum, Stephano.

Bryon,] βρύον θαλάσσιον, Vulgò herba Corallina. Herba marina lactucæ foliis ſimilis, rugoſa ueluti contracta, ſine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Naſcitur in ſcopulis maximè, teſtiſq; terra comprehenſis. Plin. lib. 27. cap. 8.

Eſt & Bryon muſcus in arboribus naſcens, & odoratus, Arabes & uulgus Aromatariorum yſneam uocant. Dioſc. lib. 1. cap. 20. & Plin. lib. 24. cap. 6.

Bryon, item Herba eſt quædam, quam Plin. Lupum ſalictariũ, officinæ Lupulum appellant, cuius flore Galliæ aliquot & Germaniæ populi, ceruiſiæ ſuæ ſaporem commendant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 141.

Bryonia] ἄμπελος λευκὴ, βρυωνία, Herba quæ & uitis alba, & bryonia nigra dicitur. nam uitis nigra, lupulus uocatur. Plin. lib. 23. cap. 1, Eſt ergo & nigra, quam propriè etiam bryoniam uocant, alij chironiam, alij gynecanthen, aut aproniam. Dioſcor. lib. 4. cap. 176, Ampelon nigram ſunt qui bryoniam nigram, qui chironiam uitem, qui peregrinam appellant. Romani uitẽ albam dicunt: folia clauiculaq; ſatiuæ uiti ſimilia habet, piloſiora tamẽ omnia. Vulgò Brionia ouerzuccha ſaluatica.

Bryſæ] Thraciæ populi, apud Plinium lib. 4. cap. 11. in deſcriptione Thraciæ.

Bryſani,] Ciconum uicini, inter Scythicas gentes Plinio referuntur, lib. 6. cap. 17.

Bryſea] ciuitas Laconiæ, ut ſcribit Porphyrius apud Homerum, libro Iliados 2.

Bryſeus] penult. produ. (βρυσεὺς,) Dictus eſt Bacchus ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod eſt inundare, madefacere: uel à Bryſea urbe Laconiæ, in qua præcipuè colebatur.

Bryſiæ] βρυσιαὶ, Vrbs Elidis, Stephano.

Brytia] βρύτια τὰ, Græcis dicuntur uuarum partes ſolidæ, quæ muſto expreſſo ſuperſunt, ut ſcribit Gal. lib. 2. de alim. facult. cap. 8.

Bryton] βρύτλον, Vinum quoddam eſt hordeaceum, quo temulenti retrorſum modo decumbũt, ac ſupini, quod in alijs haud quaquam fit. Vinum hoc Ariſtoteles in libro De ebrietate pinon appellat. Vide plura apud Cæl. lect. antiq. lib. 7. cap. 26.

B V

Bu] (βῦ,) Particulam ſolebant ueteres magnis & amplis rebus præponere: à magnitudine ſcilicet bouis. Hinc bupædas, magnos pueros: bupodas, magnos pedes: bulimiam, magnã famem dixere. Ex Feſto Pompeio.

Bua] buæ, Potio eſt puerorum infantium. Varro de Liberis educãdis, Quum cibum ac potionem buas, ac papas docent, & matrem mammam, patrem tatam. Lucilius, lib. 8, Quum uinulentas diſceret uini, buas deſignauit. Nonius.

Bubalia] βουβάλια, Ornamenta mulierum, quæ circa manus feruntur, ex Polluce, lib. 5. cap. 16. Horũ enim meminit Nicoſtratus comicus, & poſt eum clemens Alexandrinus, Pædag. lib. 2. ubi Gentianus Heruetus uertit Armillas.

Bubalus, Bubalinus] Vide Bos.

Bubalus uel Bupalus] Vide Hipponax.

Bubalus] pictor fuit apud Clazomenas ciuitatem Aſiæ: hic Hipponactẽ quendã poetã deformẽ pro riſu pinxit: quo ille furore cõmotus tali eũ carmine perculit, ut ſe laqueo ſuſpenderet. Hæc Acron in illud Horatij Epod. 6. 3. Aut acer hoſtis Bubalo. Quo loco quidã legũt Bupalo. Vide Bupalus.

Bubaſtia] ſacra Gratius in poemate de uenatione memorat, de lino agens, ubi inquit,

Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino,
Velatur ſonipes æſtiui turba Canopi.

Bubaſtis] βούβαστος, Aegypti urbs, in qua Dianæ, quam Bubaſtim nominant, clariſſimum fuit templum, & inter cætera maximè ſpectabile, ut in Euterpe ſcribit Herodotus. Hæc Straboni, Ptolemæoq; uocata eſt Heroum ciuitas: quibus etiam Bubaſtus ſcribitur.

Sancta Bubaſtis. Ouid. 9. Metam. 139. Id eſt, ſancta Diana. Alii qui de iſide intelligũt, quæ etiã hoc nomine appellari ſolet.

Bubaſtites] inter præfecturas regionis illius Aegypti, quæ iuxta Peluſium eſt, numeratur à Plinio, lib. 5. cap. 9.

Bubaſus, pen. cor. alij Bubaſſus, regio eſt Cariæ, ut quidã dicunt, author Plin. lib. 5. cap. 28. qui poſt deſcriptionem Cariæ, quam priore capite fecerat, Bubaſſum regionem ponit.

Bubaſis, bubaſidis, nomen gentile. Ouid. 9 Metam. 129,

Byblida, non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides uidere nurus. Id eſt, è Bubaſo regione.

Bubbatio] Plin. lib. 34. ca. 14. 9, Lapis hic & in Cantabria naſcitur: non ille magnes uerus caute continua, ſed ſparſa bubbatione: ita appellant, neſcio an uitro ſundẽdo perinde ut illis. nondum enim expertus eſt quiſquam. ferri utiq; inficit aciem, ut magnes.

Bubeium] Natio eſt, uel oppidum Cyrenes, Plin. lib. 5. ca. 5.

Bubeſſus] ſinus eſt Cariæ, authore Pomponio Mela, lib. 1. in deſcriptione Cariæ, Tres ſunt, inquit, ex ordine ſinus, Thymnias, Schenus, Bubeſſus. Thymniæ promontorium Aphrodiſium eſt, Schenus ambit Hylam, Bubeſſus Cynotum.

Bubeum] eſt genus quoddam uini. Feſtus.

Bubiaſmum] βουβίασμον, Oppidum eſt in Hercinia ſylua, Marobudi cuiuſdam, qui Suæuis imperitauit, regia. Huius meminit Strabo, lib. 7.

Bubile] Vide Bos.

Bubinda (βούβινδα) Fluuius Hyberniæ Ptolemæo hodie uulgò Slayne.

Bubino] Bubinat (βουλβίζω) bubinari è. Eſt menſtruo mulierum

Digitized by Google

rum ſanguine inquinare. Hæc inquit, te imbubinat: at contra te imbulbitat. Imbulbitare, eſt puerili ſtercore inquinare. Dictum ex ſimo, quod Græci appellant βόλβιτον, Feſtus.

Bubo, *bubonis, m. g.* & fœm. (βύας) Auis ſeralis & ſacra. Maſcul. Ouid. 5. Metam. 110,

Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Fœm. Virg. 4. Aeneid. 93,

Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri. Vbi Seruius, Sola bubo, contra genus poſuit. Ouid. Infandus bubo. Et hoc eſt in uſu. Sed Virg. mutauit, referens ad auem. Plerumq; enim genus, relicta ſpeciali tate, à generali ſumimus: ut ſi dicas bona turdus, referendo ad auem. Item ſi dicamus prima eſt A, id eſt, litera: quum A ſit neutri generis. Hactenus Seruius.

Bubo, à bouis quodam mugitu: quem non uocali cantu, ſed gemitu potius reddit, funebris auis, & maximè abominata. Plin. lib. 10. cap. 12. 4, Bubo funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè auſpicijs, deſerta incolit: nec tantum deſolata, ſed dira etiam, & inacceſſa: noctis monſtrum, nec cantu aliquo uocalis, ſed gemitu.

Funereus bubo. Ouid. 10. Metam. 90.

Ignauus bubo. Ouid. 5. Metam. 110.

Infeſtus bubo. Claud. in Eutrop. lib. 2. 82.

Luctifer bubo. Senec. in Herc. fur. 9. 14.

Bubo, omen dirum mortalibus. Ouid. 5. Metam. 110.

Raucus bubo. Ouid. 1. Triſt. 12. eleg. 4.

Stygius bubo. Ouid. 15. Metam. 159.

Bubulo, as, (βυάζω) Bubulat bubo. Author carminis de Philomela apud Ouidium, Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubo, bubis, bubere, Verbum eſt ſignificãs actum canendi quẽ reddit butio auis paluſtris. Ouidius aut quiuis alius in libello de Philomela, 9, Inq; paludiferis butio bubit aquis.

Bubo uel Bubon] ut eſt apud Plinium, Lydorum urbs eſt, in mediterraneis, quorum urbes ſunt tres, Bubon, Balbura, & Oenoandros. Author Str. lib. 3.

Bubones] βουβῶνες, Abſceſſus ſunt circa inguen maximè, à quo & nomen uitio. Nam & inguina ipſa, Græci bubones uocant. Vulgò quoq; noſtri collectiones & inflammationes eius partis inguinarias appellant. Hermolaus in Plinium.

Bubonium] βουβώνιον, Herba, quæ & Aſter alio nomine appellatur. Plin. lib. 27. cap. 5. 4, Aſter ab aliquib. Bubonium appellatur: quoniam inguinum præſentaneum remedium eſt. Cauliculus ſolijs oblongis, duobus aut tribus, in cacumine cacumula ſtellæ modo radiata.

Bubonocele] pen. prod (βουβωνοκήλη) Morbus dicitur quãdo inteſtinum uſq; ad inguen duntaxat eruperit, aut decubuerit. Sipontinus.

Bubſequa] pen. cor. (βουβόλος) Bubulcus qui boues ſequitur. Sidon. ad Eutro. Si relinquare inter bubſequas ruſticanos, bubulcoſq; runcantes, tunc eſt tibi ſumma uotorum (beatitudo.

Bubulcus, Bubulcitare.] Vide Bos.

Bubulum femur] Plinio herba eſt neruis utilis, recens in aceto ac ſale trita. Sic enim ſcribit, lib. 27. cap. 9.

Bubulus] Vide Bos.

Buca] oppidum eſt Frentanorum, in quarta Italiæ regione. Author Plin. lib. 3. cap. 12, & Strabo, lib. 5.

Bucar] genus uaſis. Feſtus.

Bucardia] βουκάρδια, Lapillus bubullo cordi ſimilis, in Babylone tantùm naſcens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bucca] buccæ (γνάθος) Os eſt. Cic. ad Atticum, li. 1. 7. 9. Si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit ſcribito. Martial. lib. 12. 25,

—quicquid In buccam tibi uenerit loquaris.

In quo notandum quòd os & bucca, ſiue in plurali buccæ, non exteriorem partem, hoc eſt labia, ſignificant, ut uulgus exiſtimat, ſed interiorem. Eſt ergo bucca interior illa concauitas, unde uox prodit, & qua concipitur flatus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1. 5,

Quid cauſæ eſt merito quin illis Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet?

Ambas buccas, inquit, hoc eſt, utrunq; latus oris. Plin. lib. 11. cap. 37. 31, Infra oculos malæ, hominì tantum, quas priſci genas uocabant, XII. tabularum interdicto radi à fœminis, eas uetantes. Pudoris hæc ſedes. Ibi maximè oſtenditur rubor. Infra eas, hilaritatem riſumq; indicantes, buccæ. Hæc Sipontinus ex Valla, lib. 4. cap. 52.

Buccæ fluentes. Cic. poſt reditum in Senatu, 11, Primùm proceſſit, qua authoritate uir? uini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma compoſito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, preſſa uoce & temulenta.

Buccas tumidas rumpere. Perſius, Satyr. 5. 2.

Bucca uetula. Iuuenalis, Satyr. 10. 20.

Buccæ noſcenda eſt menſura. Iuuenalis, Satyr. 11. 4.

Quod in buccam uenerit. Vide in principio huius dictionis.

Buccas, pro tibicinibus dixit Iuuenalis, Satyr. 3. 4,

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notaq; per oppida buccæ.

Buccula, *bucculæ, pen. cor.* Diminu. (γνάθιον) Apuleius, lib. 6, de Aſino, Tũc Iupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manuq; ad os ſuum relata combaſtauit.

Buccula, pars caſſidis, per quam mittitur ſpiritus, quæ buccã tegit. Nã caſſis caput: buccula uerò barbatas partes armat. Vel in qua defiguntur criſtæ in ſummo galeæ cono, quòd buccæ paruæ habeat ſimilitudinem. Iuuenalis,

Lorica & fracta de caſſide buccula pendens. Vnde in Commentarijs Cæſaris legitur buccarum tegmen.

Buccea, *bucceæ* (σύνθεσις, ψωμός) Fruſtulum alicuius rei eſui aptæ, quantum ſcilicet bucca commodè capit. Auguſtus in epiſtola ad Tiberium, Ne Iudæus quidem mi Tiberi, tam diligenter ſabbathis ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui, qui in balneo demum poſt horam primam noctis, duas buccas manducaui prius, quàm ungi inciperem. Hæc apud Suetonium in Octauio Auguſto, cap. 76. Sipontinus.

Buccella, Diminut. à buccea (ψώμιον.)

Buccellarius (βουκελλάριος) Suidas buccellarios Gallogræcos dictos fuiſſe ſcribit: & buccellariorum regionẽ, Gallo graciam. Is qui ſub Theodoſio iuniore militiam Roman. deſcripſit, author eſt, Bucellarios equites fuiſſe in exercitu Romano, quibus magiſter militum per Orientem præerat, aliosq; iuniores dictos, alijs ſeniorum nomen fuiſſe: ut exiſtimare liceat, milites hoſce, quum miſſionem accepiſſent, latrocinari, & rapto uiuere ſolitos. Sed & fortaſſe gentis uitium hoc fuit. Iſauri enim Gallogræcis proximi, cum huiuſmodi ſocijs latrocinia exercebant. Alciatus.

Buccellatum, dicitur à Buccea. Quid autem ſit buccellatum, effundit Amianus Narc. lib. 17. Firmatoq; conſilio triginta dierum frumentum ex eo quod erat in ſedib. conſumendũ, ad uſus diuturnitatem excoctum, buccellatum uocant, humeris militum impoſuit. Alciatus.

Bucculentus, Adiect. (πόστομος) ut homo bucculentus, id eſt, grandiore uel malis plenioribus, ut inquit Budæus. Plaut. Merc. 12. 53,

——Ego dicam tibi
Canum, uarum, uentrioſum, bucculentum, breuicrum,
Subnigris oculis, longis malis, panſum aliquantulum.

Buccina] penul. cor. (σάλπιγξ) Quidam à bucca, buccinam deductam exiſtimant: inſtrumentum quo ſignum datur in hoſtis

hostris ad pugnam. Ouid.1.Metam.68,

——caua buccina sumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo:
Buccina, quæ in medio concepit ubi aera ponto,
Littora uoce replet sub utroq; iacentia Phœbo.

Cic.pro Mureena,19, Te Gallorum, illum buccinarum cantus excusitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit.

Inflata buccina. Ouid.1.Metam.34.

Turmalis buccina. Claudian.de bello Gildonico, 91.

Buccina, Pastorale instrumentum, quo oues uel porcos appellare uidentur, ut sequantur & sese in gregem recipiant. Columlib.6.ca.23, Nam id quoq; semper crepusculo fieri debet, ut ad sonum buccinæ pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consueseat. Varro 2. de Re rusti. cap. 4.18, Subulcus debet consuefacere omnia ut faciant ad buccinam.

Pastoris buccina cantat. Propert.lib.4.eleg.11.6.

Surda nihil gemeret graue buccina. Iuuen. Satyr.7.

Buccinum neutro genere dixit Plin.lib.11. cap. 10.1, Donec una omnes excitat gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo. De apibus loquitur.

Buccinum, Genus conchæ, Plinius, libro 9.cap.36.4, Conchārum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamēto. Duo sunt genera: Buccinum minor concha, ad similitudinem eius buccini quo sonus editur. Vnde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa: Alterum, uulgus Italorum præsertim apud Venetos uocat capas longas.

Buccino, buccinas, pen.cor. (σαλπίζω) buccinare. Varro, 2. de Re rust.cap.4.18, Primo quum incluserunt, quum buccinatum est, aperiunt, ut exire possint, &c.

Buccinator, pen.prod. Verbale (σαλπικτής) Cæsar.2.bell. Ciuil.155, Quæ re animaduersa, Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia uigilia silentio exercitum in oppidum reducit.

Buccinator, per metaphoram. ut buccinator laudum alicuius. Cic. filius ad Tironem, lib.16.21.4, Quare quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ: firmo id constantiq; animo facias licet.

Buccones] Homines uocantur tardi. Apul. Si cum hac una Rufi fallacia contendantur, macci prorsus & buccones uidebuntur. Legi tamē in Lexico Latinogræco buccones esse παρίασιτους. Turnebus.

Bucconiatis] Genus quoddam uuæ, in Thurinis collibus nascens, quam non ante demetuntur, quam gelauerit, autore Plinio, lib.14.cap.3.

Buccula] Vide Bucca.

Bucea] per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est.

Bucentaurus] βουκένταυρος, Nauis magna Venetorum, dicta quasi magnus centaurus. Veteres enim solebant magnis rebus βου syllabam præponere, à magnitudine scilicet bouis. Sipontin.

Bucentes] Græcè βουκέντης, dicitur, hoc est, stimulator boum.

Bucentrum] βούκεντρον, Stimulus quo boues agitātur. Cæl. lib.7.cap.129.

Bucephalus] Herba est eadem cum tribulo, ita dicta, quod bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu. Vide Marcellum. Virg. in Dioscor.

Bucephalus, pen.cor. (βουκέφαλος) Equus Alexandri Magni, sic à latitudine frontis dictus, quo semper Alexander in certaminibus utebatur. Erat enim bellator optimus. A quo Bucephalia, urbs Indiæ dicta, quā Alexander condidit, dixitq; ex nomine sui equi Bucephali, eo ipso in loco sepulti. Author Strabo, lib.15. & Plin.lib.6. cap.20. Idem Plin.lib.8. cap.42.1, Eidem Alexandro & equi magna raritas contigit: Bucephalon eum uocarūt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi. Sedecim talentis ferūt ex Philonici Pharsalij grege emptum. Neminē hic aliū, quā Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem. Idem in prælijs memoratæ cuiusdam perhibetur operæ, Thebarū oppugnatione uulneratus in alium transire Alexandrū nō passus. Multa præteres eiusdem modi: propter quæ rex defuncto ei duxit exequias. Vrbem tumulo circundedit nomine eius. Hactenus Plinius. Est item Bucephalus, Achaiæ portus, ut idem Plinius scribit, cap.5.lib.4.

Buceras] pen.cor. huius buceratos, n.g. Herba: de qua sic Plinius, lib.24.cap.19.12, Nec fœno græco minor authoritas, quod telin uocant, alij carphos, aliqui buceras, alij ægoceras: quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam. Galli (inquit Ruellius lib.2.cap.32.) primū nomen usurpant: uulgus Senegrem.

Buceriæ, Bucerus] Vide Bos.

Bucheis] idis, Herba est, quæ in Syria reperitur, tantæ uehementiæ, ut eius contactu ad septuagesimum coitum libido producatur. Hanc & Indiam Satyrion nuncupant. Vide Cæl.Rhodig.lib.14.cap.9.

Buchetium] βοχάτιον, Pusilla ciuitas est, non longè Cychiro, ad sinum Ambracium sita: proxima uerò mari, Elatriæ, Pandosiæ, & Battiæ in mediterranea. Verba sunt Strab. libro 7.

Buchia] βοχία, Ioniæ locus. Steph. de Vrbibus, Buchia, inquit, Glaucia, Sillon, parua Ioniæ loca.

Buchianos] Festus, Buccinam, quam nos appellamus, Græci buchianon à similitudine soni dicunt.

Bucia] Extrema Siciliæ urbs, authore Ptol. Hodie Butera.

Bucinna] Inter paruas insulas maris Siculi Plin. ponitur, li. 3. cap.8.

Bucolon] filius Laomedontis, teste Homero in Iliade.

Bucolus, Bucolicus, Bucula, Buculus]. Vide Bos.

Bucra] Siciliæ promōtorium (βοῦρα ἄκρα) Ptol.hodie Butera, è Capo Longobardo.

Bucranium] βουκράνιον, Herba est Galeno, alio nomine Antirrhinum appellata. Vide Ruell.lib.3.cap.131.

Buculę] quarum structores Paternus uocationem munerum habere scribit in l.ult. D. de iur. immunit. instrumentum illud est, cuius meminit Vitruuius, lib.10.cap.15. in quo fucula inditur catapultis exercendis parata.

Buda] πόρτα, Vngariæ metropolis, quæ thermas habet subter urbis mœnia, inter Occasum & Septentrionem, haud ita longè à Danubij ripa, ex humili colle fonte duplici, scaturiente: quorum alter frigidissimus odore sulfureo: alter ita calidus, ut digitum immersum tenere nequeas, utriusq; uberrimo effluxu. Calidus autem, pisces ferè palmares alit nō paucos, in feruentibus undis oberrantes: quorum tamen dum coquuntur, sapor nullus extet. Hæc Vadianus Pomponij interpres. Buda uulgò hodie Offen, Curta Ptolemæo dicitur.

Budda] Gymnosophistarū apud Indos princeps extitit, quē illi ex uirginis latere latum fuisse credi uoluerunt. Cæl.Rhodig.lib.14.cap.1.

Budea] media producta, Ciuitas Magnesiæ, à Budæo condito re: unde & Budea Minerua in honore apud Thessalos. Homerus autem Budeion protulit. Est & Budea ciuitas Phrygiæ, & Budei Medorum, & Budini Scythiæ populi. Horum meminit Plinius, lib.4.cap.12.

Digitized by Google

Budini] *Βυδῖνοι, populi sunt Thussagetis uicini, à Taphris per continentem introrsus habitãtes, quorum meminit Pli. lib. 4. cap. 12.*

Budoræ] *Insulæ duæ prope Cretam insulam, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 12.*

Budorgis] *Βυδόργις, Vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Vratislauia, uulgò Breszlau.*

Budoris] *Βυδωρίς, Vrbs Germaniæ Ptolemæo authore: uulgò Heidelberg, sub ditione comitis Palatini.*

Budorum] *Βύδωρον, Promontorium est apud Salaminem. Stephan.*

Bufo] *bufonis, m. g. (μύξων) Rana terrestris, nimiæ magnitudinis. Virg. 1. Georg.*

Aut oculis capti, fodere cubilia talpæ:
Inuentusq; cauis bufo. Seruius.

Bugei] *Βυγαῖοι, Populi à Parthenijs oriundi, qui quum ab his expulsi ad Cretam appulissent, & unà cum Mmoe in Siciliam nauigassent, post eius obitum, quidam ex his pedestri itinere sinum Adriaticum usq; in Macedoniam peragrantes, Bugei sunt appellati. Ex Strab. lib. 6.*

Bugenes] *Βυγενὴς, Vnum ex nominibus Bacchi, sub quo ab Argiuis colebatur. Hinc & Tauriformem & Tauricipitẽ Bacchum pleriq; Græcorum effingebant & appellabant. Euseb. in 2. Præparat. Euang. Quin & Taurus dictus est & cornua illi attributa: unde Ouid.*

Accedant capiti cornua. Bacchus eris.

Vide Diodorum, li. 5. Phurnutem & Porphyrionem, in 2. Carm Horat. super ea uerba, Aureo Cornu decorum.

Buges] *Amnis est Scithiæ Europeæ, qui flexum Mæotidis secat, ut author est Pomponius Mela. Supra Bugẽ uerò amnes sunt Agarus, quẽ Sagarim Ouidius nominat: & Lycus, clarissimi Ptolemæo.*

Bugloſſos] *f. g. uel Bugloſſum, n. g. (βύγλωσσον) Herba quæ bouis lingua, siue bubula lingua Romanis dicitur, ab ipsa forma fõlij. Plin. lib. 25. ca. 8. 2, Iungitur huic bugloſſos, boum linguæ similis: cui præcipuum, quòd in uinum delecta, animi uoluptates auget, & uocatur euphrosinum. Dioscorides, lib. 4. cap. 132, Nascitur fabulosis & exæquatis in planitiem locis. Colligitur Iulio mense. Et paulò post, Verbasco similia fõlia habet, & in terram decidua, aspera, nigrioraq;, bubulæ linguæ similia.*

Bugones] *Βυγόνες, quid significet, declarat Varro, 2. de Re rust. cap. 5. 5. his uerbis, de bobus & uaccis loquens, Deniq; ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres, à quo eas Græci βυγόνας, appellant.*

Bugonia] *etsi uerbum Græcum sit, tamen id in Latina posuit oratione Plautus, qui & bugoniam scribere dixit, qua forma Iliadem Homerum scripsisse dicimus.*

Bulapathum] *pen. corr. (βουλάπαθον) Herba: de qua Plin. lib. 20. cap. 21. 12.*

Bularchus] *Βούλαρχος, Pictor fuit præstantissimus cuius picturam Magnetum exitij, mediocris spatij Candaules rex pari rependit auro. Vide Plin. lib. 7. cap. 38.*

Bulbine] *es, pen. prod. fœ. g. (βολβίνη) Herba. Plin. lib 20. cap. 9. 23.*

Bulbito] *as, pen. cor, (βολβιτίζω) Puerili stercore fœdo. Vide in dictione Bulbino.*

Bulbus] *bulbi, mascul. gen. (βολβὸς) Bulbus quid sit hodie ignoratur. Matthiolus Senensis in commentarijs suis in Dioscorid. Cato Megaricos, bulbos potissimum, serendos præcipit. Damnauit Ouidius ob uenerem, ut puto, quam mirum in modum stimulant, his numeris 2. de Remedio Amoris.*

Daunius an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An ueniat Negaris, noxius omnis erit.

At quam commendauit Martialis in Xenijs, libro decimo tertio, 34,

Quum sit anus cõiunx, quum sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quàm satur esse potes. Radice seritur hortensis. Col. lib. 10. 11.

Theophrastus author est, esse bulbi genus circa ripas amniam nascens, cuius inter summum corticem camq; partem qua uescuntur, esse laneam naturam, ex qua mapalia, uestesq; quædam conficiantur. Hæc Plin. lib. 19. cap. 2. 4.

Bulbi, apud idoneos authores sunt radices rotundæ, tunicatæ, quales sunt lilij, croci, narcissi, colocasiæ, squillæ, & arundinum. Palladius, libro 3. capite 21, Nunc & liliorum bulbos ponemus, uel lilia antè habita sarriemus summa diligentia: ne oculos circa radices nascẽtes, & minores bulbulos sauciemus: qui à matre subtracti, atque in alios digesti ordines, noua lilieta formabunt. Plinius de lilio, libro 21. capite 5. 3, Nihilq; est fœcundius, una radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Ibidem de Asphodelo, capite 17. 6, Radix eius napis modicis similis est neq; alia numerosior, LXXX. simul aceruatis sæpe bulbis. Idem libro 17, capite 20. 3. de arundine loquens, Seritur bulbo radicis, quem alij oculum appellant, dodrantali scrobe, interuallo duum pedum & semipedis.

Tunicæ bulborum. Stat. 4. Syl. 9. 6.

Bulbaceus, adiect. Plin. lib. 21. cap. 26, Radix est bulbacea, de hyacintho loquitur.

Bulboſus, pen prod. Adiect. ut Radix bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. lib. 27. ca. 8. 9. Radice bulbosa, oblonga.

Buleuta] *buleutæ (βουλευτὴς) Latinè dicitur Consiliarius, Senator, Decurio. Plin. epist. 256, Claudiopolitani quoque in depresso loco imminente etiam monte ingens balineum defodiunt magis, quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ addunt beneficio tuo. Budæus, βουλή, in ciuitatibus Græciæ & Asiæ dicebatur Senatus & consilium. Vnde βουλευτὰι, Senatores & decuriones. Quæ dictio frequentissima est apud Demosthenem.*

Buleuterion] *βουλευτήριον, Cyrici ædificium amplum uocant sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fulturis, ac reponantur. quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum est, postea quàm Cocles Horatio defendente ægre reuulsus est. Hæc Plin. libro 36. cap. 15. 2.*

Buleuticus] *βουλευτικὸς, Dicitur theatri pars senioribus ad spectandum assignata, sicuti Ephebicus, ubi spectant ephebi. Ex Cæl. lib. 8. cap. 8.*

Bulga] *bulgæ, (τυύρα) Festus. Bulgas Galli sacculos scorteos appellant. Nonius, Bulga est folliculus omnis, quem & crumenam ueteres appellarunt, & est sacculus ad brachium pendens. Lucil. Satyr. lib. 6,*

Cui neq; tumentum est, nec seruus, nec comes ullus,
Bulgam & quicquid habet nummorum, secũ habet ipse.
Cum bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in una
Spes hominis bulga, huc deiuncta est cætera uita.

Bulgari] *Europæ populi in parte Mœsiæ ad Danubiũ, gens ferox, ut quæ multas in Europa clades uicinis intulit. Nonnullus placet non indigenas, sed aduenas esse è Scythia egressos. Author Volaterranus.*

Bulgaria] *βουλγαρία, à recentioribus appellatur Europæ regio supra Thraciam, inter Danubium, & pontum Euxinũ sita, Daciæ & Mœsiæ contermina.*

Bulimia] *βουλιμία, dicitur magna fames. Gellius uim famis intolerabilem interpretatur. Bulimiam Medici caninum appetitum uocant.*

Bulis]

Digitized by Google

Bulis] βῦλις, Phicidis oppidum inter Parnassum & Eliconē situm: ita dictum à Bulone conditore. Hinc Bulij & Bulienses. Cic. in Pison. Parthenij & Bulienses illusi.

Bulla] bullæ (βῦλλαι) Insigne erat triumphantiū, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remedijs, quæ crederent aduersus inuidiam ualentissima. Festus, Bulla aurea insigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore: ut significaretur eam ætatem alterius regendam cōsilio. Dicta est autem bulla è Græco sermone βουλὴ, quod consilium dicitur Latinè: uel quia eam partē corporis bulla contingat, id est, pectus, in quo naturale manet consilium. Hactenus Festus. Plin. lib. 33. cap. 1. 4; Sed à Prisco Tarquinio omnium primo filium, quum in prætextæ annis occidisset hostem, bulla aurea donatum constat: unde mos bullæ durauit, ut eorum qui equo meruissent filij, id insigne haberent, cæteri lorum. Cic. 3. Verr. 108, Neq; te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla uenerat. Asconius, Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi communiens pectus puerile. Sipontinus, Bullam esse amulam manifestum est: dictam à similitudine eius bullæ, quæ spiritu in aqua excitatur, præcipuè dum bullit, figura rotundæ. Nam quod aliqui bullam, ἀπὸ τῆς βουλῆς, hoc est, à consilio deductam uolunt, plenum insaniæ est. De bulla fusissimè disserit Macrobius, lib. 1. Saturn. cap. 6.

Argentea bulla. Ouid. 10. Metam. 23.

Aurea bulla. Propert. lib. 4. eleg. 1. 27.

Perlucida bulla. Ouid. 10. Metam. 46.

Demittere bullam collo. Propert. 4. eleg. 1. 27.

Fulgere bullis. Virg. 12. Aen. 287.

Bulla] πομφόλυξ, tumor ille inanis, quisitur in aquis momẽto temporis enascens, simul & euanescens. Vnde prouerbiū, Homo bulla: quod nos admonet, humana uita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Varro in præfatione quā scripsit in libros de Agricultura, Cogitans, inquit, esse properandum: quòd (ut dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam, antè quàm proficiscar è uita.

Bullam pro capite clauorum, qui in ualuis magnarum ædium honoris gratia affigi solent, accepit Plautus in Asinaria, 9. 20, Iubsine in splendorem dari bullas has foribus nostris? Cicero tradit Verrem, bullas aureas ex ualuis templi magnificentissimis abstulisse.

Bullatus, pen. prod. Bullis ornatus. Iuuen. Satyra, 14. 1,

Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus. Id est, puer.

Bullatæ nugæ. Persius, Sat. 5.

Bullio, bullis (ζέω, φλύω, βράσσω) bullire, Feruere significat. Celsus, lib. 5. cap. 19, Aut spumæ argenti selibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire desierit, cui paulum ceræ sit adiectum.

Bullo, bullas (πομφολυγέω) bullare, Bullas facere: hoc est, tumorem illum excrescẽtem, qui spiritu in aqua uel urina excitatur. Plin. lib. 28. cap. ult. 16, Item maris ipsius tranquillus sonitus, spumæue dispersæ, aut aquæ bullantes. Idem, lib. 28. cap. 6. non procul à fine, Magna signa sunt urinæ bullantis & crassæ.

Bullula, pen. cor. (πομφολύγιον) Diminutiuum, parua bulla. Celsus, lib. 2. ca. 5. de Vrina, Aut si quasdam maculas repræsentat, aut si bullulas excitat.

Bulla regia] Liberum oppidum Numidiæ in Africa, authore Plin. lib. 5. cap. 3.

Bullæum] βυλαῖον, Vrbs insulæ Britanniæ Ptolemæo. Vulgò Vuitlam.

Bullatius] Virl proprium, ad quem scribit Horat. 11. Epist. 1. Epistolarum libri, Quid tibi uisa Chios, Bullati.

Bullenses] Oppidum, & populi Locrorum, apud Plin. lib. 4. cap. 3.

Bullidensis] Macedoniæ colonia est. Author Plinius, libro 4. cap. 10.

Bullio] *bullis.* Vide Bulla.

Bulliones] Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Plinio, libro tertio, capite uigesimotertio, Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, VII. M. passuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt Barbari, Amantes & Bulliones.

Bullis] idis, βυλλίς, Oppidū in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico adiacet, nō procul ab Apollonia, teste Ptol. lib. 3. cap. 13. Plin. Bullidensem coloniam uocat, lib. 4. ca. 10. & populos ipsos Bulliones, lib. 3. cap. 23.

Bullo, bullas, Bullula] Vide Bulla.

Bulua] βῦλυα, Vulgo Bodoua, Oppidum Liburniæ, non procul à Britone fluuio. Ptolm. lib. 2. cap. 17.

Buluba] βῦλυβα, Lybiæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 5.

Bumamma] βύμαμμα, uua eadem quæ & Bumástos dicitur. Varro de Re rustica, libro secundo, capite 5. 4. Macrobius, libro tertio Saturnal. cap. ultimo, Bumammiam appellat.

Bumastos] *siue* Bumastus, fœmin. gener. (βυμαστός) Magna mamma. Quo nomine dictum est genus quoddam uuæ grandioris: quòd tumeat ad similitudinem mammarum bouis. Plinius, lib. 14. cap. 1. 6, Tument uerò mammarum modo bumasti.

Bumelia] Fraxini species in Macedonia amplissima & lentissima. Plin. lib. 16. cap. 13. 1.

Bunæa Iuno] Vide Buneus.

Bunas] βῦνας, Vir quidam Athenienſis: quum autem esset cõtrouersia inter Calydonios & Eleos, utriq; rem ad arbitriū Bunæ detulerūt. Conuenerat autem ut à manibus temperarent, donec ille de negotio pronunciasset. Quod ubi sensisset Bunas, de industria quidem audiebat utranq; partem: cæterum per fictas occasiones rem in longum distulit, nec unquam de lite noluit pronũciare. Hinc natum prouerbiū, Bunas iudicat: ubi lis in longum profertur, nec unquā explicatur. Author Mnaseas apud Zenodotum.

Buneus] βῦνεύς, Mercurij filius fuit, qui in Acrocorintho Iunoni sacellum ædificauit, unde Buneæ Iunonis cognomen propagatum. Vide Pausan. in Corinth. & Rhodig. lib. 15. cap. 17.

Bunias] huius buniadis, pen. corr. fœ. ge. Genus napi. Vide

Bunion] bunij (βούνιον) Napi genus. Plinius, libro 20. capite 4. 1.

Bunitium] βουνίτιον, Vrbs Germaniæ apud Ptolem. Vulgò Sund.

Bunnus] βόννος, Illyridis oppidum est: cuius gẽtilis est Bunnius (βόννιος) Stepha.

Bupædas] βόπαις, Magnos pueros Græci dicunt, qui fecerunt finem excrescendi. Festus.

Bupalus] uel Bubalus. Vide Hipponax. Clarissimi sculptores fuere. Hi quia Hipponacti poetæ notabilis ultus fœditas erat, imaginem eius lasciuia iocorum proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum: ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse. Vnde Horatius in Epod. Ode sexta, 3,

Qualis Lycambe spretus infido gener,
Aut acer hostis Bubalo.

Digitized by Google

Buphagus] Fluuius est in Arcadia, ab heroe Bufago nomine adoptato, qui Iapeti fuit filius & Thornacis, quemq; honesta parum affectantem in monte pholoe peremit Diana. Vide Cæl. Rhodig. lib. 26. cap. 2.

Bupharus] βύφαρος, Terra dicitur quæ arari facilè potest. Nam pharos aratio est, sed & bouis epitheton. Author. Cæl. lib. 12. cap. 6.

Buphthalmos] fœmin. gener. (βύφθαλμος) Herba similis boum oculis, folio fœniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus qui & manduntur decocti. Hæc Plinius, libro 25. cap. 8. 3.

Buphonia] Festa erant apud antiquos, quæ post mysteria celebrabantur pro bouis immolatione, unde & nomenclatura. Ex Cælio, lib. 12. cap. 6.

Buphonum] Herba, quam alij Chamæleontem, alij Ixium uocant. Dicitur autẽ ἀπὸ τοῦ φόνος, quod est mors, & βῦς, bos, quòd à bobus deuorata anginam procreet, eosq; necet. Sipontinus.

Buplanoctistæ] βουπλανωκτίσται, Tumuli erant apud Ilium: sic dicti, quod ex Mysia bouem insequutus, Ilus ibi demum urbem condiderit Ilium, ubi interquieuisset ea. Meminit Lycophron in Alexandra, & Cæl. lib. 26. cap. 2.

Bupleuros] fœm. gen. (βύπλευρος) Herba. Plinius, lib. 22. cap. 22. 10.

Buprasium] Ciuitas & fluuius & regio Elidis, à Buprasio conditore, cuius meminit Homerus. Buprasium iam ciuitas non est. Proinde à Plin. cap. 5. lib. 4. inter Achaiæ loca ponitur.

Bupreſtis] huius bupreſtis, fœmin. gener. (βουπρῆστις) Animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. Fallit inter Herbas bouem maximè: unde & nomen inuenit: deuoratumq; tacto fellè ita inflammat, ut rumpat. Hæc Plinius, libro trigesimo, capite 4. 3. Apud Iurisconsultum, titulo ad Legem Corneliam scribitur, Sicui temerè pigmentarij dederint pytio campas, aut bupreſtes, quæ ambo uenenata sunt, teneri pœna legis Corneliæ de sicarijs & ueneficis.

Bura] Vrbs in sinu Corinthio, hausta à mari: dicente Plinio, lib. 2. cap. 92, Pyrrham & Antissam circa Mæotim pontus abstulit, Helicem & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto uestigia apparent.

Bura] buræ, siue buris huius buris, fœmin. gene. (βῦρα) quasi bouis cauda, Dicitur pars aratri posterior, decuruata. Virgil. 1. Georg. 34,

Continuo in syluis magna ui inflexa domatur
In burim. Vbi Seruius, In burim, in curuaturam. nam buris est curuamentum aratri, dictum quasi βοὸς οὐρά, quòd sit in similitudinem caudæ bouis. Varro, primo de Re rustica, capite 19. 1, Terram duram proscindere, nisi boues magnis uiribus non possunt, & sæpe fracta bura relinquunt uomeres in aruo. Varro, de Ling. Lat. libro 4, Bura à bubus. Alij hoc à curuo, curuum appellant sub iugo medio conum, quod bura extrema appellatur, uocatur couum à cauo.

Buraicus] βυραϊκός, Herculis cognomentum, ab Achaiæ urbe Bura, ubi & specus & fluuius eodem nomine extitêre: quo in loco tabella, & talis seu taxillis uaticinia dabantur. Nam qui Deum consulebant, primum ante simulacrum Dei preces effundebant: deinde quatuor talos, qui multi erant apud Deum, super mensam iaciebant, In singulis autem talis figuræ notatæ inerant: in tabella uerò figurarum interpretationes inueniebantur: itaque uaticinium babebatur.

Burchana] Ponti insula nobilissima, Plinio authore. Sic eam scribit ille libro 4, cap. 13. 7, Inde insulæ Romanorum armis cognitæ. Earum nobilissima Burchana. Fabaria à nostris dicta, à frugis similitudine sponte prouenientis. Item Gleſſaria, &c.

Burdegala] pen. corr. uel Burdigala, ut scribit Suidas (βουρδίγαλα) Strabo autem Burdigalianos dicit: ciuitas est Galliæ, Aquitanorum nobilissimum emporium, cuidam marino incumbens lacui, quem eruptiones faciunt. uulgò Bordeaux. Author. Strabo.

Burdo] burdonis, Vlpian. de leg. 3. Leg. Item legato. Sipontinus ait esse quod ex equo & asina nascitur, sed diuinat. nõ enim satis constat quid intelligat Vlpian.

Burgi] in leg. 2. §. in Sardinia C. de offic. Præf. Prætor. Afr. leg. pen. de fund. rei priuat. lib. 10. C. Luitprandus, lib. 3. de rebus per Europam gestis, cap. 12. de Burgundionibus agens: Et quoniam, ait, ipsi domorum congregationem, quæ muro non clauditur, burgum uocant, Burgundiones quod est burgo excluſi, à Romanis appellati sunt. Isidorus, lib. 9. cap. 4, Burgundorum habitacula, burgos dicunt. Vnde & Burgundionum gentem per castra disposuerunt.

Burgundi] & Burgundiones dicuntur, illi qui eam regionem incolunt, quam olim Hedui & Sequani tenebant. Hi uicini Cimbris supra Rostochium Germaniæ urbem olim habitarunt. Vnde trans Rhenum profecti quemadmodum sæpe Germanæ gentes fecerunt, ea loca occuparunt quæ iam tenent, certè Plin. lib. 4, inter Germanos numerat. Genera, inquit, Germanorum sunt quinq;, Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones.

Burgundia] Galliæ Celticæ prouincia, à Burgundis, qui eam expulsis ueteribus colonis occuparunt, ita dicta. Hodie in Ducatũ & Comitatũ diuiditur fluuio Arari siue Saona, quorum ille ad regẽ Galliæ, hic ad Hiſpaniæ regẽ pertinet.

Buris] pars posterior aratri. Vide Bura

Burniſtæ] Plinio ponitur inter ciuitates Illyrici Liburnorũ, lib. 4. cap. 21.

Burnum] βῦρνον, Castellum est in tractu Dalmatiæ, nobilitatum populi Romani prælijs. Huius meminit Plinius, lib. 3. cap. 22.

Burrhum] πυῤῥόν, Dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum. Festus.

Burrhanicum] Genus uasis. Fest.

Burſaonenſes] Hiſpaniæ citerioris populi, Calaguritanis & Complutenſibus uicini, ut testis est Plin. lib. 3. cap. 3. in descriptione citerioris Hiſpaniæ.

Burtina] βυρτίνα, urbs Hiſpaniæ Ptol. uulgo Barbastro.

Burſa paſtoris] Herba est uulgò notissima, ex refrigerantium, exiccantium & adstringentium genere: de qua plura apud Mathiol. in Dioscorid. lib. 2 cap. 150.

Buſę] βύσαι, Herodoto, lib. 1, populi sunt Medorũ quos subegit Dioces.

Buſelinum] βύσελινον, Herba est satiuo apio similis, solaq; caulis breuitate, & rufa radice ab eo differens. Author Plin. lib. 20. cap. 12.

Buſiris] pen. prod. huius Buſiris uel Buſiridis (βυσῖρις) Neptuni filius ex Libya Epaphi filia susceptus, ut in libro Temporum scribit Eusebius. Hic autem, ut ait Augustinus in lib. de Ciuitate Dei, regnante Danao Argiuis, rex, uel potius tyrannus, suis diis hospites immolabat, & ab Hercule interemptus est, quum etiam eum uoluisset occidere. Huius laudes scripsit Isocrates. Illaudatus autem dictus est Virgilio: non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit, ut ait Seruius. Virgil. 3. Georgic. 1,

——quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Buſiridis aras? Ouid. 9. Met. 37.

Digitized by Google

Bustar] *Idem quod* Bustum. *Charisius, lib.* 1.

Bustum] *busti,* (τύμβος) *propriè dicitur locus, in quo mortuus est combustus & sepultus, diciturq; combustum, quasi bene ustum. Hæc Festus. Seruius uerò in duodecimum Aeneidos, Pyra inquit, est lignorum cõgeries. Rogus, quum ardere cœperit, dicitur. Bustum uerò iam exustum uocatur. Quem ordinem seruat poeta, dicens,* Constituere pyras. *Item,* Subiectisq; ignibus atris, Ter circum accensos decurrere rogos. *Item postea,* Semustaq; seruant busta. Cicero, *secundo de Legibus,* 97, Nam quod rogum bustumue nouum uetat propius sexaginta pedes adijci, ædes alienas inuito domino, incendium ueretur acerbum. Quòd autem, ἠρῶον, *id est, uestibulum sepulchri, bustumue usucapi uetat, tuetur ius sepulchrorum.* Iuuen. *Satyr.* 3. 4.

Bustum, Sepulchrum. Cicero *ad Atticum, lib.* 7. 128. 6, Vnas uideo mihi à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basilij uulneratus & deflo liatus est.

Bustum aut tymbon uiolare. Cicero, 2. *de Legib.* 101.

Cana busta. Ouid. 3. *Amorum, eleg.* 8. 8.

Coacernatum bustum excelso aggere. Catullus *in Argonaut.* 73.

Ingens bustum terreno ex aggere. Virgilius, *undecimo Aeneidos,* 170.

Fumantia busta. Stat. *libro* 5. *Syl.* 1. 46.

Horrifico cinefactus busto. Lucret. *lib.* 3. 186, Id est, *in cinerem redactus.*

Iniusta busta. Ouid. 2. *Metam.* 62.

Busta inania. Stat. 6. *Thebaid.* 34.

Miserabile bustum. Ouid. 6. *Metam.* 33. De Tereo, *qui insciùs appositum sibi ab uxore filium comederat: unde seipsum filij sepulturam uocat.*

Bustum memorabile. Claud. *de bell. Get.* 128.

Busta sacra. Claud. *in Eutrop.* 1. 91.

Suprema busta. Stat. *lib.* 9. *Thebaid.* 104.

Teres bustum. Catul. *in Argonaut.* 73.

Eruere busta. Seneca *in Troade,* 6. 52.

Facere bustum. Cic. 1. *Philip.* 3.

Incidere in busto. Cic. 5. *Tuscul.* 143.

Mactatus essem in Catilinæ busto, uobis ducibus. Cicero *in Pisonem,* 11.

Peragere busta. Ouid. 2. *Metam.* 62.

Piare busta alicuius. Ouid. 13. *Metam.* 105.

Piacula busto pendere, id est, persoluere. Lucretius, 2. 36. De Mario.

Vertere busta, pro euertere, & deuastare. Lucan. *libro septimo,* 173.

Violare bustum compositum. Lucan. *lib.* 8. 147.

Bustum omnium legum. Cic. *in Pisonem,* 7.

Busta Gallica, Locus iuxta Aequimelium, ubi Galli defunctorum ex pestilentia corpora usserant. Vide Liuium, *libro* 2. *bel. Pun.* 65.

Bustuarius, Adiectiuum. Sipontinus, *Bustuarij à busto dicti sunt gladiatores. nam quum mos esset in sepulchris uirorum fortium captiuos necari: idq; postea crudele uisum foret: placuit ut eo more sublato, introducerentur gladiatores, qui ante sepulchra dimicarent: à quo bustuarij sunt appellati.* Cic. *in Pison.* 14. *Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset.*

Busycon] *Ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine mariscа dicitur.* Fest.

Butadæ] βουτάδαι, *Populi Attici ex Aegide tribu, apud Stephan.*

Buteo] *buteonis, pen. prod. m. g.* (τριόρχης) *accipitris genus.* Plin. *libro* 10. *cap.* 8, Triorchem à numero testium, *cui principatum in augurijs Phœmonoe dedit: Buteonem hunc appellant Romani.*

Buteo] *item cognomen fuit Fabij cuiusdam, inde illi impositum, quòd insidens in naui buteo auis, bono auspicio eius temporis duci fuit.* Plin. *lib.* 10. *cap.* 8.

Butes] βούτης, *Filius fuit Amyci Bebryciorum regis, qui ob sæuitiam patris ab Argonautis cæsi, regno pulsus, paruo nauigio Drepanũ in Siciliã cõfugit, ubi à Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est: à qua quũ ob formæ, morumq; & ætatis elegantiam diligeretur, eius concubitu usus, Erycem filium ex ea suscepit: & quoniam Lycaste ob eximiam pulchritudinem Venus uocabatur, datus est locus fabulæ, Butem ex Venere filium Erycem suscepisse. Contrà Virgil. lib.* 5. *Aeneid. Buten à Darete iuxta tumulum Hectoris occisum tradit, inquiens,*

Idemq; ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore (qui se
Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat)
Perculit, & fulua moribundum extendit arenâ.

Alius fuit Butes Troianus, à Camillo occisus, ut est idem author, lib. 11. *Commentarius Apollonij, alterius quoq; Butæ meminit, filij Cecropis cuiusdam. Est & Butes, Scytharum fluuius, cui propinqui sunt Agathyrsi & Sarmatæ.*

Celerius quàm Butes. Hoc adagio *significabant aliquid quàm primum absolui, compendioq; explicari: quemadmodum solent ij qui paucis uerbis longam sententiam significant. Author* Zenodotus. Vide Erasmi Chiliad.

Buthia] βύθια, *Ioniæ oppidum, teste Stephano, aut certè regiuncula, ut idem refert ex sententia Theopompi.*

Buthrotum] *penultima producta, siue* Buthrotium (βύθρωτον) *Epiri colonia est non longè ab Ambracio sinu. Author* Plin. *lib.* 4. *cap.* 1. Virgil 3. *Aeneid.* 59,

——portuq; subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem. *Id est,* Buthrotium. *Seruius.*

Buthus] *Athleta quidam fuit, qui uicerat in Pithijs ludis, à cuius uita & moribus tractum est prouerbium,* Buthus obambulat, *de leuibus ac stolidis dictum. Huius meminit Cratinus, teste Zenodoto, & Hesychius, Indicans & Aristotelem ulicubi de huius uictoria meminisse.*

Buthyreus Lycius] *insignis statuarius fuit, Myronis discipulus, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes, & Argonautas. Author* Plinius, *libro* 34. *capite octauo.*

Buthysia] βουθυσία, *Magnum sacrificium, quale est Hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum.* Sueton. *in Nerone, Gymnicą inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit.*

Butio] *butionis, Est auis circa paludes uersans. Author Philomelæ,* 9,

Inque paludiferis butio bubit aquis. Vn Butor.

Butomum] βούτομον, *Frutex est in paludibus nascens, folia ferens iridis proxima, ex una radice non singulos capos, sed plures ueluti uirgas emittens, ad uitilium nexus utiles. Frondibus autem boues maximè oblectantur, unde nomen accepit. Vulgus hodie Iuncum cabacinum appellat, quod ex foliis eius spartulæ texantur, quibus ficus & uuæ passæ ad nos asseruntur. Vide Ruel. lib.* 2. *cap.* 127.

Butos] βύτος, *Oppidum est Aegypti, apud Ptolem. libro* 4. *cap.* 5. *& Plin. lib.* 5. *cap.* 10. *Stephan. alterum eiusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.*

Digitized by Google

Butra] Insula est maris mediterranei prope Cretam insulam. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Butrium] βύτριον, Oppidum Italiæ, non procul à Rauenna, cuius meminit Strab. lib. 5.

Buttubata] Nauium pro nugatorijs posuit, hoc est, nullius dignationis. Nonius.

Butua] Plinio inter oppida Liburniæ recensetur, libro 4. cap. 22.

Butuntinenses] Populi sunt Calabriæ in Italia, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Butyrum] butyri, pen. interdum prod. interdum corr. (βούτυρον) quid sit, declarat Plinius, libro 28. capite 9. 10, his uerbis, E lacte fit & butyrum, barbararum gẽtium laudatissimus cibus, & qui diuites à plebe discernat. Plurimum è bubulo, & inde nomen: pinguissimum ex ouibus. Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantum, crebro iactatu in longis uasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ ut aceſcat, &c. Deinde uerò addit, Naturam eius esse astringere, mollire, replere, purgare: Sidonius ad Catulinum,

Infundens acido cõmam butyro. Phaleucium est.

Egnatius,

——molliq; subacta butyro. Nestor quoq; testatur à Græcis produci. Valgius,

——ac niueum butyrumq; nouum cum melle comedit.

Hunc secuti sunt Macer & Serenus.

Buxentum] oppidum quod Græci Pyxonta uocant, in sinu Posidoniæ, à buxo arbore quæ copiosa illic prouenit. Plin. lib. 3. cap. 5.

Buxus] fœm. gen. & Buxum (πυξὸς) tam pro arbore, quàm pro ipso ligno. Virg. 9. Aeneid.

Tympana uos buxusq; uocat Berecynthia.

Vbi Seruius, Dicitur & hæc buxus & hoc buxum: ut, Et torno rasile buxum. Vnde superfluò quidam arborem generis fœminini esse uolũt quum hoc loco etiam de ligno generis fœminini habeamus exemplum.

Buxus Græca uox est, πυξός quippe dicunt Græci. Arbor est exigua, natura solida, & quadam ligni duritia, ac frondium pallore commendabilis, fructu facilis, & ad topiaria opera commodissima, uirens semper, ac tonsilis. Semen eius cunctis animantibus propter amaritudinem inuisum, mel in Corsi a amarum reddit: amat frigida quæ sint aprica. In igne duritia ei est, quæ ferro, nec flamma, nec carbone utili. Hæc Siponti nus ex Plinio, libro decimosexto, capite 16.

Crispata buxus cacumine denso. Claud. de Raptu Proserpin. 2. 22.

Densum foliijs buxum. Ouid. 3 de Arte Amandi, 138.

Horrida buxus. Claud. de Raptu Proserp. 2. 54.

Horrisona buxus. Valer. lib. 2. Argonaut. 117.

Idæa buxus. Stat. lib. 5. Thebaid. 19. Valer. Flac. libro 1. Argonaut. 64.

Multi fori tibia buxi. Ouid 12. Metam. 32.

Pallidius buxo. Ouid. 4. Metam. 27.

Simillimus buxo pallor. Ouid. 11. Metam. 84.

Rasile buxum. Virg. 2. Georg. 90.

Terebratum buxum. Ouid. 6. Fast. 140.

Perpetuo uirens buxus. Ouid. 10. Metam. 20.

Vndans buxo Cytorus. Virg. 2. Aeneid. 88.

Detonso crines depectere buxo. Ouid. 6. Fast. 46.

Torquere flagello buxum Persius, Satyr. 3. 6.

Buxus pro tuba uel tibia buxea sæpe legitur apud poetas, iuxta eam figuram qua materia ponitur pro re confecta. Stat. 2. Thebaid. 16,

——tum plurima buxus,
Aeraq; taurinos sonitu uincentia pulsus. Ibidem 34,
Fœda Celenæa committere prælia buxo: Idem, 9. Thebaid. 96,

——quum Bacchica mugit Buxus.

Buxos inflare. Claud. de Rap. Proserp. 3. 26, Id est. tibias inspirare.

Premere buxos tacitas. Claud. in Eutrop. 2. 58.

Ferire buxum rauco pectore. Seneca in Agamem. 7. 20, Id est, tibiam inflare.

Inflati murmur buxi. Ouid. 14. Metam. 107.

Buxeus, Adiect. (πυξινὸς) Quod ex buxo est aut buxi colorẽ refert. Martial. lib. 2. 41,

Et tres sunt tibi Maximina dentes:
Sed planè piceiq; buxeiq;. Sic buxea forma, Col. lib. 7. cap. 86.

Buxeus color. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.

Buxeus frutex. Col. lib. 8. cap. 15. 4.

Buxetum, pen. prod. (πυξεὼν) Locus buxis consitus. Martial. lib. 5. 114,

Non ocioſis ordinata myrtetis,
Viduaq; platano, tonsiliq; buxeto
Ingrata lati spacia detinet campi.

Buxosus, penultima producta (πυξοειδὴς) Adiectiuum, significare uidetur quod maximè buxum refert, buxoq; est simile: ut lignum balsami buxosum. Plinius, libro duodecimo, capite 25. 6, Ex hoc buxosum est optimum, quòd est odoratissimum.

Buxifer, pen. cor. (πυξοφόρος) Adiectiuum, ut Buxifer Cytorus. Catul. epig. 4. 3.

Buze] Plinio inter Indicas gentes ponuntur, libro 6. capite 20.

Buzeri] Gens Themiscyræ regionis in Asia. Plin. li. 6. ca. 4 Apud Valer. Flac. lib. 5. Argona. 31, Byzeres scribitur, quos appellat uagos, his uerbis,

Byzeresq; uagi, philyraq; à nomine dicta Littora.

Buziges] Heros quidam Athenis fuit, qui omnium primus iunctis bobus arasse terram creditur, sacerdotioq; præfuit: unde & ab eo Buzygia familia, sacerdotio prædita, posita dicta est. Author Cæl. Antiq. lect. lib. 28. cap. 23.

Buzygeus, Mons est Thessaliæ Plinio, libro quarto, capite octauo.

B Y

Bybassus] βυβάσος, Cariæ Oppidũ Stephano, ita appellatum à Bybasso pastore, qui Aesculapium maris tempestate in Cariam delatum seruauit.

Bybe] βύβη, Thraciæ Oppidum, apud Stephanum, cuius incolæ Bybi appellantur ab eodem.

Byblesia] Vrbs Asiæ, de qua Herodotus, libro primo, Nam quum initium Byblesiæ ex peninsula auspicetur, sintq; Cnidij propemodum circunflui: eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem uerò Symanum Rhodiumq; mare.

Byblia] Venus nuncupata, de qua Lucianus, in Dialogo, qui est de Dea Syria, ita meminit: Vidi (inquit) in urbe Byblis templum ingens deæ Veneris, cognomine Byblæ, in quo & ritus & cæremonias in Adonim peragunt. ubi & fabulas reliquum exequitur. Tu illum consule.

Byblis] Parua maris mediterranei insula est cũ oppido, alio nomine Melos dicta. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Myrmallida, Heraclides Siphnum & Acyton uocant.

Hæc

Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plinij, lib. 4. cap. 12.

Byblis] huius Byblidis, pen. cor. (βύβλις) Filia fuit Mileti ex Cyane nympha filia Meandri, quæ fratris Cauni amore capta, & ab eo repulsam passa, tandē lacrymis, ob impatientiā amoris cōsumpta, miseratione deorum in fontem sui nominis uersa est. Ouid. 9. Metam. 133,

Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, &c.

Byblus] βύβλος, Est Syriæ Phœniciæ urbs, Berytо uicina, in qua Adonidis templa sunt. Strabo, lib. decimosexto, Hodie Gaeta.

Bycus] βύκος, Fluuius Sarmatiæ in Europa, Ptolemæo authore. Hodie Buges uocatur.

Byllliones] βυλλίονες, Populi sunt Illyrici, super Epidamnum (siue Pyrrachium) & Apoloniam sedes habentes. Horum meminit Strab. lib. 7.

Byllis] Vide Bullis.

Bymazus] βύμαζος, Vrbs Pæoniæ Stephano.

Byrsa] βύρσα, Strab. li. 17. Arx fuit in media urbe Carthaginē sum, in cuius uertice Aesculapij templum erat, quod Asdrubalis uxor capta urbe secum concremauit. Huius autem nominis origo cum ex Seruio, tum ex alijs talis est: Appulsa ad Libyam Dido, quum ab Hiarba pelleretur, petijt callide ut emeret tantum terræ, quantum posset bubulo corio occupare, quod quum permisisset, corium in tenuissima frustra secari iussit, occupauitq; stadia XXII. itaq; ostensis thesauris suis socijs, etiq; animatis, ciuitatem construxit, quam postea uocauere Carthaginem, Arcem uerò à bubulo corio, quod sic uocitant, Byrsam nuncupauit. Quod & tangit Virg. lib. Aeneid. 1. 75,

Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

Byrus] siue Byrrhus, Latro fuit, de quo Horat. 1. Sermon. satyr. 4,

Vt sis tu similis Cœli, Byriq; latronum.

Byssus] fœ. g. (βύσσος) Genus lini subtilissimi: & preciosi: cuius meminit Plinius, lib. 19. cap. 1. 13.

Byssinus (βύσσινος) adiect. ut Byssinum linum, Plin. lib. 19. capite 1. 13.

Bystones] Vide Bistones.

Byzacium] Libyphœnicum regio est in Aphrica, Plin. lib. 5. cap. 4.

Byzantium] βυζάντιον, Thraciæ ciuitas, à Pausania Spartano condita, ut Iustinus, lib. 4, author est. Eustathius à Byze Megarensium classis præfecto, liberæ olim conditionis, & Ligos antè dicta. Author Plin. lib. 4. cap. 11. Hodie à Cōstantino Magno Constantinopolis, & antea quoq; noua Roma, mox temporibus Seueri, & filij eius Antonij, Antonia uocitata. Expugnata à Mahumete Turca anno salutis nostræ M. CCCCLIII. Magna Christianæ pietatis iactura: proximis uerò annis ingenti terræ motu multis in locis concussa, multis in locis corruit. Meminit Situs, originis, & potentiæ ueteris Corn. Tacit. lib. 12.

Byzantius (βυζάντιος) Adiect. ut Littora Byzantia. Ouidius 1. Trist. eleg 9. 7.

Orca Byzantia. Horat. 2. Sermo saty. 4. 14,

Non alia quàm quæ Byzantia putruit orca.

Byzantij exules. Cic. pro Domo sua, 42. & 98, Item in Pisonē 68, & in Oratore, 22.

Byzantiacus, pen. cor. aliud adiect. (βυζαντιακὸς) Stat. 4. Sylu. 9. 3, Aut Byzantiacos colunt lacertos. Lacerti genus piscium hoc loco.

Byzenus] βύζηνος, Neptuni quidā filius fuit, cui mos fuit mira in dicendo libertate uti. Hinc paræmia, Byzeni libertas, ubi quis audacius liberiusq; loquitur. Stephanus commemorat βυζήνην, Scythiæ ciuitatem, unde Byzeni. Eius gentis peculiare est intrepidè loqui.

Byzeres] pen. prod. (βύζηρες) Gens in ponto. Steph.

Byzia] βυζία, Arx regum est Thraciæ, à Terei nefasto crimine hirundinibus inuisa. Author Plinius, libro quarto, capite 11.

Byzon] βύζων, Ciuitas quondam fuit Thraciæ, altero latere à Pontico latere incipientis, ubi Ister amnis immergitur. Sed hæc terræ hiatu rapta est, ut refert Plinius, libro quarto, capite undecimo.

C



LITERA Tertia in ordine, ad omnes uocales uim suam perfert. Quintilian. lib. 1. cap. 7. 6.

C. Caius notat, p. inuersa Caia: quia tam Caias esse uocitatas quā Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Quintilian. libro 1. cap. 7. 14.

Cabala] Scientia est, ut Iudæi fabulantur, Hebræorum, omnium uetustissima, & uerax in primis, quando ab optimo maximo Deo Moysi insinuatam constans opinio est: alijs mox ipsum Moysem, idoneis maximè, patefecisse. Ex Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 1.

Cabalia] Asiæ minoris regio in qua sunt urbes Oenoanda, (quam Strabo Oenoandron uocat) Balbirra, Bubon. Populi porrò huius regionis incolæ, Cabalij dicuntur, teste Herodoto, lib. 3.

Caballus] caballi (ἵππος) Id est, equus. Lucilius, lib. 2,

—Succussatoris tetri, tardiq; caballi.

Varro, Parmenone, Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Hæc Nonius.

Immeriti caballi. Iuuenal. Satyr. 10. 6.

Satureianus caballus. Horat. 1. Serm. satyr. 6. 12, Id est, Satureianis agris natus qui sunt in Apuleia fertiles, & equorum nobilium genitores. Acron.

Agere caballum. Horat. lib. 1. Epist. 19. 8.

Pascere caballos. Horat. 1. Serm. sat. 6. 21.

Caballinus, pen. prod. adiect. (ἱππάσιος) ut Caballina caro. Plin. lib. 28. cap. 20. 3.

Caballinus fons, in monte Helycone Bœotiæ. Vulgatum est enim fontem erupisse, dum subiectam ibi rupem Pegasus feriret ungula. Author Strabo. Vide infrà in dictione Helicon.

Cabalsus] καβάσος, uel Cabessus, καβησός Homero, Oppidum est Cappadociæ: quod tamen alij trans Hæmum mōtem collocant. Appion uerò uicum esse ait inter Tarsum & Mizacam. Vide Stephan.

Cabellio] καβαλλιών, Narbonensis prouinciæ oppidum, cui uicina sunt Carcasso, & Carpentoracte oppida. Author Plin. lib. 3. cap. 4. Straboni scribitur Caballio. Vulgò Cauaillon.

Cabera] pen. prod. (καβείρα) Prothei filia ex Vulcano Cabeiros tres genuit, totidēq; nymphas Caberidas: quibus omnib. templa esse dicata, author est Strabo, lib. 10. Hos alij Cabiros uocant pen. prod. traduntq; eosdem esse Curetas, & Corybantes,

Digitized by Google

rybantes, & Caberos, & Idæos dactylos, & Telchinas. Alij cognatos inter se paruo utiq; discrimine. Omnes tamen cõsentiunt esse quosdam spiritibus afflatos, & Bacchicos, qui armorum agitatione tumultuosa, cum strepitu ac fragore, cymbalisq; ac tympanis, tibijs quoque & uociferationibus publica sacra faciant. Vide Strabonem, lib. 10.

Cabira] καβίρα, Vrbs Rhodi insulæ, una ex his quæ conuentum apud Rhodios efficiebant, cuius suffragijs omnia gerebantur. Erat autem conuentus hic tetrapolis, id est quatuor urbium, Cabiræ, Bubonis, Bulburæ, & Oenoandri, quarum singulæ singulis suffragijs ualent, Cabira duobus. Author Alexan. ab Alex. lib. 4. cap. 28.

Cabiri] Vide Cabera.

Cabrus] Deus Phaselitarum, quæ urbs Pamphyliæ fuit: Suidas etiam insulam facit: quanquam Suidas nomen Dei Calabrum pro Cabro legat, & Erasmus Caprum.

Cabullinũ] καβύλλινον. urbs Galliæ Ptolemæo, Catalaunũ alio nomine dicitur. Vulgò Chaalon sus la Sone.

Cabura] ræ, Fons Mesopotamiæ, præter aquarum omnium naturam egregiè odoratus: cuius fabulosam rationem reddunt, quod Iuno eo aliquando fuerit perfusa. Vide Plin. lib. 31 cap. 3.

Cabus] κάβος, Frumentaria est mensura: unde Cabasos dicimus, qui expleri nequeunt. Cæl. lib. 17. ca. 20. Vide & Lexicon Spiegel.

Caca] soror fuit Caci, quam quidam uolunt fratris furtũ Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidem diu ara, sacrisq; uenerari. Sed longè aliter Virgil. lib. 8. & Ouid. lib. 5. Fastor. sentiu[illegible].

Cacabo] cacabas, pen. corr. (κακκάβίζω) cacabare, Proprium est uocis perdicum. Author carminis Philomelæ, quod Ouidio tribuitur, 4,

Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser.

Cacabus] pen. cor. (κάκκαβος) Vas est in quo pulmentarium coquitur. Paulus Iurisconsultus de Instructo & instrumento legato, Nec multũ refert inter cacabos & ahenum quod supra focum pendet: hic aqua ad potandum calefit: in illis, pulmentarium coquitur. Dicitur autem à sono quem facit dum feruet. Col. lib. 12. cap. 41. 2.

Synt[illegible]is cacaborum. Stat. lib. 4. Sylu. 9. 9.

Cacalia] κακαλία, siue leontice uocatur, Semen margaritis minutis simile, dependens inter folia grandia, in montibus fe[illegible]i lin. lib. 25. cap. 11. 3. Officinis carui agreste dicitur.

Cacaturio] Vide Caco.

Caccabe] es, κακκαβὴ, Olim appellata fuit urbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide Steph. in dictione καρχηδὼν.

Cacemphaton] penult. corr. (κακέμφατον) Est obscœna pronunciatio uel in composita dictione, uel in uno uerbo: ut numerum cum nauibus æquet. Et, Arrige aures Pamphile. Donatus.

Cachectus] ctι (κάχεκτος) qui malo est corporis habitu, & cui macie corpus confectum est. Plin. lib. 32. cap. 10, Cachectis, quorum corpus macie cõficitur, tetheæ utiles sunt cum ruta ac n[illegible]elle.

Cachinnus] κάχλασμός, Solutus risus: à sono factum uocabu[illegible]um.

Dulces cachinni. Lucret. lib. 5. 281.

Peruersus cachinnus. Ouid. 3. de Arte Amandi, 58.

E[illegible]t quæ peruerso distorqueat ora cachinno Quum risit.

Rigidus cachinnus. Iuuenal. Satyr. 10. 4.

Tremulus cachinnus. Persius, Satyr. 3. 9.

Afferre cachinnos omnes. Catu. epig. 13. 1.

Commouere cachinnos. Cic. de Claris Oratorib. 114, Reliqua duo sunt, agere, & meminisse: in utroq; cachinnos irridentium commouebat.

Concuti cachinno. Iuuenal. Satyr. 3. 10.

Distorquere ora cachinno. Ouid. 3. de Arte Amandi, 58.

Ridere quicquid est domi cachinnorum. Catul. epig. 29. 3.

Sustollere cachinnum. Cic. de Fato, 16.

Tollere cachinnum. Horat. de Arte Poetica, 23.

Cachinno, cachinnas (καγχάζω, καγχαλόω) cachinnare & Cachinnor, Deponens, Immoderatè ridere. Cic. 5. Verr. 51, Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius. Suetonius in Vesp. Augusto, Quare patrem Sabinum ferunt aruspicio insuper confirmatum, renunciasse matri, nepotem ei Cæsarem genitum: nec illam quicquam aliud, quàm cachinnasse, mirantem quòd adhuc se mentis compote, deliraret iam filius suus.

Furtim cachinnare. Lucret. lib. 4. 237.

Tremulo cachinnare risu. Lucr. lib. 2. 196.

Cachinnatio (καγχασμός) Verbale. Cicero quarto Tusculan. 107, Vt si ridere concessum sit, uituperetur tamen cachinnatio.

Cachla] Plin. libro 25. cap. 8. Herba est, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. Vide suprà suo loco.

Cachryes] κάχρυες, sunt ob longa punicularum modo nucamenta, quæ squammatim compacta propendent è ramis, crescunt hyeme. Verè debiscunt inflauentes squammulas, sed folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete picea, cæterisq; id genus arboribus conspiciuntur. Vide Plin. libro 16. cap. 28.

Cacidiri] Inter celeberrimas Scytharum gentes Plinio pon[illegible]tur, lib. 6. cap. 17.

Cacirini] Siculiæ populi, Latinæ conditionis, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 8.

Caco] cacas (χέζω, ἀφοδεύω) cacare, Ventris onus deponere. Mart. lib. 1, 94. in Bassum,

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro:
Basse bibis uitro: carius ergo cacas.

Nec toto decies cacas in anno. Catullus epigrammate, 20. 4.

Venire cacatum. Horat. 1. Serm. saty. 8. 8.

Cacatus, pen prod. adiect (κεχεσμένος) ut charta cacata. Catul. epigr. 34. 1. & 4,

Annales Volusi cacata charta.

Cacaturio, cacaturis, penultim. corr. (χεζητιάω) cacaturire, Desideratiuum uerbum à caco, cacas. Martial. libro 11. in Vacerram,

Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cacodæmon] huius cacodæmonis, penultima correpta (κακοδαίμων) Latinè noxius dæmon interpretatur. Malum genium dicunt Latini. De Cacodæmone meminit Valerius Maximus, libro primo, de Somnijs, Cassij somnũ enarrans.

Cacoethes] pen. prod. neut. ge. (κακοήθης) Malus mos Latinè dicitur. Iuuen. satyr. 7. 6,

——laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali, tenet insanabile multos
Scribendi cacoethes, & ægro in corde senescit.

Cacoethes, Vlceris uel carcinomatis genus curatu difficillimum. Plinius libro uigesimosecundo, capite 25. 12, Stellionum morsibus resistit: item ulceribus quæ cacoethe uocant. Celsus de carcinomate, libro 5. capite 28, Nanque pessimũ id genus est, fereq; id primum fit, quod κακοήθες, à Græcis nominatur.

Cacophaton] Vide Cacemphaton. Verti potest, Deformitas uocis.

Cacostoma-

Digitized by Google

Cacoſtomachos] pen. cor. (κακοστόμαχος) Qui malum ac debilitatum ſtomachum habet, hoc eſt, uentriculum. os enim uentriculi (qui ſtomachus dicitur) pro ipſo uentriculo ſumi ſolet. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6. 2, De medico & tu bene exiſtimari ſcribis: & ego ſic audio: ſed planè curationes eius non probo ius enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος eſſes.

Cacoſyntheton] pen. cor. (κακοσύνθετον) Mala, ſeu deformis compoſitio: ut apud Virgilium, lib. 9. Aen. 125,

——uerſaq; iuuencum
Terga fatigamus haſta. Quint. lib. 8. ca. 3, Quod malè collocatum, id cacoſyntheton uocant.

Cacotechnia] κακοτεχνία, Mala ars dicitur. Quint. lib. 2. cap. 20. 2. & cap. 15. 2, Cacotechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Cacozelia] κακοζηλία, dicitur Latinè mala affectatio, peruerſa imitatio, quoties inſcitè affectantes uirtutem aliquã, in uitium labimur. Veluti ſiquis malè affectans Atticiſmum, ieiunus euadat & aridus: ſiquis copiam, in futilè incidat loquacitatè. Quint. in ſecũdo, & in fine octaui, Sed tũ quoq; rei ſeruetur menſura quædam. Quamuis eſt enim omnis hyperbolæ ultra fidem, non tamè eſſe debet ultra modum, nec alia magis uia in cacozeliam itur.

Cacozeliæ genere peccare. Quint. lib. 2. cap. 3. 7.

Cactos] κάκτος, Herba eſt teſte Plinio, lib. 21. cap. 16, in ſola Sicilia naſcens, quæ caules habet è radice emiſſos, & in terra ſerpentes, quos etiam cactos uocant. Athenæus eam eſſe credit, quæ Latinis carduus, Græcis cinara uocatur.

Cacubalum] Herba eſt acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis στρύχνος, à Latinis uerò, quod ſtrumis medeatur, ab effectu, Strumum appellatur. Author Plin. lib. 27. cap. 8.

Cacula] pen. corr. (κάκουλος) Seruus militis. Plautus Trinum. 10. 93,

——uideo Caculam militarem
Me futurum, aut longius, aut aliquid ad regem.

Cacumen] pen. prod. (ἄκρος, κορυφή, κόρυμβος) Vertex, ſiue ſummitas cuiuſcunq; rei. ut cacumina montium. Plin. li. 6. cap. 7. 3. Et cacumina arborum. Cæſar 7, bell. Gall. 290, Itaq; truncis arborum aut admodum firmis ramis abſciſſis, atq; horũ delibratis atq; præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur. Virg. 6. Aen. 136, Dehinc ſumma cacumina linquunt.

Cacumen oui. Plin. lib. 10. cap. 52. 3.

Cacumen pilorum capitis. Hirtius de bello Africano, libro 5. 184.

Acutum per cacumen uadere. Ouid. 1. de Arte amandi, 77.

Aerium cacumen. Catul. epig. 59. 48.

Altum cacumen. Virg. 2. Georg. 62.

Creſcens cacumen. Ouid. 8. Metam. 145.

Fracta cacumina fagi. Virg. 9. eclog. 2.

Frondens cacumen. Ouid. 8. Metam. 153.

Matina cacumina. Horat. Epod. 16. 6. Id eſt, Matini montis Calabriæ.

Nudata cacumina. Ouid. Metam. 79.

Montana cacumina. Ouid. 1. Metam. 63.

Nimboſa cacumina aperire. Virg. 3. Aeneid. 55.

Procera cacumina. Sil. Ital. lib. 7. 36.

Sublime cacumen. Ouid. 1. Metam. 66.

Summum cacumen. Seneca in Hippol. 10. 8.

Vmbroſa cacumina. Virg. 2. eclog. 1.

Comprimere cacumina. Sil. Ital. lib. 5. 10.

Mandare cacumen terræ. Virg. 2. Georgic. 6, De cacumine uirgulti amputati.

Motare cacumina. Virg. 6. eclog. 4.

Nectere cacumina. Sil. Ital. lib. 5. 10.

Rorat cacumen. Senec. Hippol. 10. 8.

Surgere gemino cacumine. Lucan. lib. 1. 110.

Tangere ſummum cacumen. Lucre. lib. 2. 226, Hoc eſt, ad metam ſeu finem creſcendi peruenire.

Tectum cacumen nubibus. Lucan. lib. 3. 2.

Tremulum cacumen. Silius Ital. lib. 5. 101.

Venire ad ſummum cacumen. Lucre. lib. 5. 292, Id eſt, Ad ſummam abſolutionem & conſummationem.

Cacuminare (ἀκπίζειν) Acutum reddere. Ouid. 3. Met 49,

Dat ſpacium collo, ſummaſq; cacuminat aures.

De Acteone in ceruum mutato.

Cacuminatus, Adiect. (ἀκπιόεις) ut Oua cacuminata. Plin. lib. 10. cap. 52. 3, Aquatilium oua rotunda: reliqua ferè faſtigio cacuminata.

Cacus] κάκος, Secundum fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum uomens, qui uicina omnia populabatur. Veritas tamen ſecundum philologos & hiſtoricos hoc habet, Hunc fuiſſe Euandri nequiſſimum ſeruum, ac furem. Nouimus autem malum à Græcis κακὸν, dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant, poſtea translato accentu Cacus dictus eſt, ut Helene, Helena. Ignem autem dictus eſt nomere, quòd agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacellũ meruit, in quo ei per uirgines Veſtæ ſacrificabatur. Hæc Seruius enarrans cum Virgilij locum ib. Aeneid. 8. 38,

Hic ſpelunca fuit uaſto ſubmota receſſu,
Semihominis Caci: facies. Et deinde ſequitur,
Huic monſtro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore uomens ignes, magna ſe mole ferebat. De hoc Caco à ſorore Caca prodito, & ab Hercule, cuius boues furto abegerat, occiſo in Auentino monte, Vide Liuium Decad. 1. lib. 1. Dionyſium, lib. 1. Solinum, cap. 2.

Cadara] appellatur rubri maris peninſula ingẽs. Huius obiectu uaſtus efficitur ſinus, x 11. Dierum & noctũ remigio enauigatus Ptolemæo regi, quando nullius auræ recipit afflatum. Hæc Plin. lib. 9. cap. 3.

Cadauer] penult. product. neut. gener. (νεκρός, πτῶμα) Corpus quodcunq; mortuum. A cadendo deriuatur, uel à cedendo. Cæſar. 7. belli Gallici, 311, Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, conſanguineiſq; noſtris animi ſore exiſtimatis, ſi penè in ipſis cadaueribus prælio decertare cogentur? Plinius libro decimo, capite 70. 2.

Cadauera oppidorum, Per translationem dictum. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5. 12, Quum uno loco, tot oppidũm cadauera proiecta iaceant?

Abiectum cadauer. Cic. in Piſonem, 65.

Congeſta cadauera. Lucan. lib. 2. 42.

Conſerta cadauera. Lucan. libro 3. 114, Id eſt, Denſa & interpoſita.

Crudum cadauer. Iuuenal. Satyr. 15. 9.

Cruentum cadauer. Cic. pro Milone, 25.

Defunctum cadauer. Lucan. lib. 3. 144.

Denſa cadauera. Iuuenal. Satyr. 10. 19.

Dilapſa tabo cadauera. Virg. 3. Georg. 111.

Iectum cadauer. Cic. in Piſonem, 4.

Informe cadauer. Vide Informis.

Lacerum cadauer. Lucan. lib. 5. 234.

Rigidum cadauer. Claud. de bel. Gigant. 21.

Tetra cadauera. Lucret. lib. 2. 84.

Torum cadauer. Stat. lib. 9. 28.

Tremebundum cadauer. Seneca in Herc. Oetheo, 7. 15.

Expirant

Digitized by Google

Expirant cadauera uermes. Lucret.lib.3.145. Id est, emittunt seu exhalant uermes.
Lustrare cadauera. Lucan.lib.2.35. Id est, circunspicere.
Mordere cadauer. Iuuenalis Satyr.15.9.
Spoliare cadauera. Lucan.lib.3.134.
Torrere cadauera. Lucret.lib.2.84.
Cadaueroſus, pen.prod. (νεκρώδης) Adiect. ut Cadaueroſa facies, Terent. Hecyra 3.4.27. Vbi donatus, Cadaueroſa, ſubliuida, ac perſonata, rubore & liuore. Rubicundi enim & craſſam faciem ſæpe habent, quod eſt proprium cadaueris. Poteſt & pulpoſa intelligi, & craſſa, quaſi cadaueroſa. Atqui ego cadaueroſam faciem intelligerem, quã Hippocraticam uocamus, nempe homini morienti & penè demortuo ſimilem. eſt autem talis, quæ habet concauos oculos, nares amplas, collapſa tempora, labra demiſſa, prominentes aures: quæ omnia, uno uerbo elegantiſsime explicauit Terẽt.
Caddusíj] Aſiæ populi ſunt Mediæ regionis prope Albanos & Caſpios. Author Strabo, lib.11.
Cadena] Regia, fuit in urbis modum inſtructa in montibus Lycaoniæ, ut Author eſt Strabo, li. 12.
Cadi] Cadorum, Phrygiæ urbs eſt: quamuis nonnulli ad Myſiam dicant pertinere. Hæc Strabo, lib.12.
Cadiſcus] Dimin. à Cadus. Vide Cadus.
Cadiſcus] Inter montes Cretæ Plinio, lib.4.cap.12. numerãtur, Mõte. Cretæ (inquit) Cadiſcus, Idæus, Dictæus, Corycus.
Cadiuus] Vide Cado.
Cadmea] Pro Thebis ipſis antiqui uſurpare ſoliti, ut Author eſt Strabo, lib.9. quum interim Cadmea, arx Thebana eſſet, ut ſcribit Plutarchus in uita Pelopidæ.
Cadmeis] Cadmeidis, pen.prod. (καδμηὶς) Regio eſt Achaiæ, è regione Eubœæ ſita, quæ poſtea dicta eſt Bœotia. Author Thucyd. lib.1.
Cadmeis] pen.prod. & Cadmeius. Vide Cadmus.
Cadmía] cadmiæ (καδμείας) Lapis eſt æroſus, id eſt, multum æris habens, & ex quo fuſo fit æs. Plinius, lib.34.cap.10.5, Nanq; ipſe lapis ex quo fit æs, cadmia uocatur.
Cadmus] Carnificis crudeliſsimi nomen eſt apud Horat. ubi inquit,

Tũne Syri Damæ, aut Dionyſi filius audes
Deijcere è ſaxo ciues, aut tradere Cadmo? Porphyr.

Cadmus, montis nomen in Aſia ad Laodiceam celeberrimam ciuitatem, ex quo monte Lycus amnis fluit. Strab. lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 29.
Cadmus] κάδμος, Mileſius paulo poſt Orpheum, primus ſcripſit hiſtoriam de Mileto, ac totius Ioniæ regione, libris quatuor. Author Suidas. De Cadmo Mileſio ſic ſcribit Plin. lib. 5. cap. 29, Miletus Ioniæ caput, Lelegeis antè & Pityuſa & Anactoria nominata, ſuper LXXX. urbium per cuncta maria genitrix: nec fraudanda ciue Cadmo, qui primus proſam orationem condere inſtituit.
Cadmus alter Agenoris filius, miſſus à patre ad inquirendã Europam à Ioue rapt.m, iuſſusq; ſine illa non redire, ex reſpõſo ſecutus bouem, Bœotiam ubi cõſtitit, regionem uocauit: Thebasq; ex nomine Aegyptiarum Thebarum, unde originem habuit, ciuitatem condidit. Socios inſuper quum uidiſſet à dracone abſumptos, eius interfecti dentes ſeuit, ex quibus orti ſe mutuis uulneribus conſõderunt. Ipſe tandem ab Amphione & Zeto pulſus in Illyricum ſeceſſit.
Soror Cadmi. Ouid. 4. de Pon. 11. Id eſt, Europa.
Nobilis Cadmus. Seneca in Hercule furente, 4.11.
Cadmeius, Adiect. ut Aemon Cadmeius. Stat. Theb. lib. 8. 104,

——leuius Cadmeius Aemon Tela rotat.

Cadmeides, fœm.gener. Nomen Patronymicum à Cadmo deductum. Ouid. 4. Metam. 113,

Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis.

Impiæ Cadmeides. Seneca in Hercule furente, 9.29.
Domus Cadmeis. Ouid. 4. Metam. 109, Id eſt, Cadmea, aut Cadmeia Patronymicum nomen pro poſſeſſiuo.
Cadmeus, pen.pro. aliud Adiect. (καδμεῖος) ut Ciſta Cadmea. Seneca in Herc. Oetheo, 5.3,

Nos Cadmeis orgia ferre,
Tecum ſolitæ cõdita ciſtis. Id eſt, Thebanis: Thebæ enim à Cadmo conditæ fuerunt, ut dictum eſt.

Circe Cadmea. Lucan. lib. 3.35.
Iuuentus Cadmea. Stat. lib. 8. Thebaid. 120.
Limen Cadmeum. Stat. 1. Thebaid. 25.
Mater Cadmea. Seneca in Oedip. 14.2. Agauen intelligit, quæ Pentheo filio caput amputauit.
Thebæ Cadmeæ. Propert. lib. 1. eleg. 7.1.
Cado] cadis, cecidi, pen. corr. caſum (πίπτω, ἐρέπω, κάμνω) cadere Propriè ruere eſt. Teren. Adelph. 1.1.12, Aut uſquam ceciderit.
Cadere, & Conſiſtere, contraria. Cic. in Orat. 52.
Grauatim cadere. Lucret. lib. 3.79.
Cadere à. Ouid. lib. 3. Faſt. 4,

Et cadit à mento languida facta manus.

Cadere ab alto. Plin. lib. 10. cap. 38.2.
Cadere de uel ex equo. Cic. pro Cluentio, 139, Cecidiſſe ex equo dicitur. Mart. lib. 5.36,

Cecidit repentè magna de ſinu clauis. Stat. 11. Thebaid. 54, De turre cadere.

In claſſem cadit omne nemus. Lucan. lib. 1.63. Hoc eſt, cædũtur nemora quibus conſtruatur claſſis.
In pectus cadit pronus. Ouid. 4. Metam. 116.
In pedes alicuius cadere. Ouid. 2. Faſt. 167.
In plagas cadere dicitur ceruus. Ouid. de Arte amãdi, 86, Id eſt, (in retia.
In plano cadere. Ouid. 3. Triſt. 4. eleg. 4.
In pontum cadunt flumina. Seneca in Medea, 6.6.
In terram cadere. Lucret. lib. 2.42.
In uulnus cadere. Lucret. lib. 4.211, Id eſt, quod uulgò dicimus, ut plurimum offendi partem iam læſam.
In uultus cadere. Ouid. 5. Metam. 59.
Inter pericula cadere. Horat. 1. Serm. ſatyr. 2.8.
Inter uerba cadere dicitur lingua. Horat. 4. Carm. ode 1.8. Id eſt, obmuteſcit.
Per aquas cadere. Lucret. lib. 2.47.
Poſt terga cadere. Lucan. lib. 3.96.
Deorſum cadere. Lucret. lib. 2.47.
Mora lenta cadere. Seneca in Hercule Oetheo, 13.5.
Sine ruina cadere. Luca. li. 7.24. i. ſic cadere ne magnã ſecum (ruinã trahat.
Barba cadit. Virg. 1. eclog. 6.
Excipere cadentem. Stat. 1. Sylu. 2.22.
Supponere aliquid cadenti. Ouid. 21. epiſt. 36.
Suſtinere cadentem. Ouid. 8. Metam. 30.
Cadunt dentes Plaut. Menæh. 24.59.
Cadunt folia arborum, uel ex arboribus. Plaut. Menæh. 9.1.9.
Cadunt arbori folia. Plin. lib. 16. cap. 22.
Cadunt ex arbore folia. Plin. lib. 17. cap. 20.6.
Guttæ cadunt. Lucret. lib. 2.45.
Guttæ cadentes in ſaxa. Lucret. lib. 4.259.
Imbres cadunt. Virg. 6. eclog. 8.
Per genas cadunt imbres. Ouid. 1. Triſt. 3. eleg. 4.
Cadunt lacrymæ. Terent. Adelph. 4.1.20.
Lacrymæ cadunt ubertim. Claudian. epig. 22.43.
Genis cadunt lacrymæ. Lucan. lib. 3.146.
In ora cadunt lacrymæ. Ouid. 3. Triſt. 3. eleg. 9.
Lacrymæ cadunt per ora. Seneca in Hippol. 4.5.
In uerba ſinguli cadunt lacrymæ. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5.3.

Non ſpon-

Digitized by Google

Non ſponte cadentes lacrymæ. Lucan. lib. 9. 209.
Sponte cadit lana. Ouid. 7. Metam. 111.
Lingua cadente murmurare. Stat. 2. Sylu. 1. 30.
Victa graui ſomno cadunt lumina. Valer. lib. 1. Argonaut. 60.
Membra cadunt corpore. Lucret. lib. 3. 120.
Palpebræ cadunt. Lucret. lib. 4. 193.
Vela cadant. Virg. 3. Aen. 42.
Via fluminis cadens. Seneca, in Thyeſte, 4. 5.
Cadunt umbræ. Virg. eclog. 1.
Vrbes cadunt. Lucret. lib. 5. 249.
Cadit illi animus. Ci. de Amicitia, 22, Nec debilitari animos, aut cadere patitur.
Cadere animis. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1. 11, Non debemus ita cadere animis, quaſi aliquid euenerit quod fieri poßit nunquam putarimus.
Sed tibi tñ oculi, uultus, uerba cecidiſſent. Cic. pro Domo ſua,
Animi cadunt. Ouid. 11. Metam. 108. (102.
Cadunt arma, quando ceſſatur à prælio uel concertatione. Cic. 14. Philipp. 398.
Ceciderunt arma delapſa de manibus. Cic. 1. Offic. 110.
Cadunt Auſtri, quando deſinunt flare, authore Seruio. Virg. 1. Georg. 71.
Authoritas principum cecidit. Cic. de Aruſp. reſp. 56.
Cadere fabula dicitur, cui Stare opponitur. Hor. 2. Epiſt. 1. 36, Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo. Id eſt, diſplicet, an placeat fabula, nõ curat: ſed tantũ quod nummos acceperit gaudet: magis enim lucrum, quàm laudem adipiſci geſtit. Ex Acrone & Porphyrione.
Fides cadere dicitur, cui Stare opponitur. Ouid. 2. de Ponto, e-
Impetus amens cadit. Lucan. lib. 4. 57. (leg 3. 2.
Cecidit tibi ira. Liu. 2. ab Vrbe, 170.
Paulatim cadit ira. Lucan. lib. 4. 58.
Metu cadit ira. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 1.
Spes cadit. Ouid. 2. Triſt. 30.
Ad irritum cadit ſpes. Liu. 2. ab Vrbe, 23.
Timor cadit. Ouid. 9. Epiſt. 9.
Incaſſum cadunt omnia tua promiſſa. Plaut. Pœn. 4. 138.
Verba cadunt ſingultu. Propert. lib. 1 eleg. 5. 3.
Zephyro uerba cadunt mea. Propert. lib. 1. eleg. 15. 7.
Cadere cauſa, dicebant eum qui plus petebat. Cic. 1. de Oratore 81, Ridens & ſtomachans Scæuola, quum Hypſeus maxima uoce plurimis uerbis à M. Craſſo Prætore contenderet, ut ei quem defendebat, cauſa cadere liceret: Cn. autem Octauius homo Conſularis non minus longa oratione recuſaret, ne aduerſarius cauſa caderet. Quibus uerbis inſcitia duorũ oratorum reprehenditur, qui iuris ciuilis ignorantia nõ intelligebant quid eſſet cauſa cadere. Quin. lib. 3. ca. 4. 12, Eſt enim ſeruitus, ad certa ſe uerba aſtringendi, idq; faciendum in lib. Cic. de Orat. uetat M. Antonius. nam eſt etiam periculoſum, quum ſi uno in uerbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe uideamur. Hæc Budæus.
Cauſa ſimili cadere. Lucan. lib. 2. 110.
Cadere formula. Dicuntur patroni in iudicio, quum rem ipſam ſeu proceſſum, quem uocant, per ſuas formulas non poſſunt rectè explicare, ut interdum quod magis ad rem ſuam pertinet, negligentius omittant. Budæus. uide Quintilian. lib. 3. cap. 6. 50.
Cadere in iudicio. Cic. pro Murena, 54.
Aptè cecidit uerbũ ad id quod agis, &c. Ci. 2. de Diuin. 126.
Non cadit in alium tã abſolutũ opus. Plin. lib. 35. ca. 10. 16, Id eſt, non poteſt ab alio tam abſolutum opus perfici.
In eum cadit iſtud. Cic. pro Cœlio, 55.
In eum cadit hoc ſcelus. Virg. 9. eclog. 4.
Cadit ſuſpicio in eum. Cic. ad Attic. lib. 13. 268. 3.
In eum cadit hoc uerbum maximè, qui, &c. Cicer. de Aruſp. reſpon. 52.
Cadere non uidetur in eundem & contemptus pecuniæ, & cupiditas. Quint. lib. 7. cap. 3. 25.
Cadit in fœminas. Quintil. in proœm. lib. 6. 5.
Cadunt in malos omnia ſcelera. Quint. lib. 7. cap. 3. 26.
Cadit de his aliquid in omnes. Quint. lib. 7. cap. 3. 39.
Si cadit in ſapientem animi dolor: qui profectò cadit. Cicer. de Amic. 44.
Non cadit in uirum bonũ mentiri. Cic. 3. Off. 108. Ibidẽ 107.
Non cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc uitam, nõ in hunc hominem iſta ſuſpicio. Cic. pro Sylla, 56.
Cadit frequenter in cauſas ipſa linearis ratio, ſi de terminis mẽſuriſq; ſunt lites. Quint. lib. 1. cap. 10. 28.
Quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum quum tempus eſſet. Cic. 1. de Nat. deor. 32.
Non cadit in conſuetudinem id uerbũ. Cic. 3. Tuſc. 12.
Cadere in deliberationem. Cic. 1. Offic. 15.
Cadit ſolutio in diem Calend. id eſt, redit dies, & uenit ſolutionis. Cic. Attic. li. 15. 329. 14. Ibidem 15, Sed id ex prædijs ut cadet, ita ſoluetur. Budæus.
Quæcunq; in diſceptationem cadere poſſunt. Cic. 2. de Ora. 4.
Neq; in unam formam cadunt omnia. Cic. in Orat. 20.
Quod in noſtram intelligentiam cadit. Cic. 3. Offi. 21.
Cadere in legem. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7.
Cadere in morbum. Cic. 1. Tuſc. 124.
Cadere non abruptè in narrationem, optimum eſt. Quint. lib. 4. cap. 1. 54.
Cadit in rerum naturam, ut duos ſapientes aliquando iuſtæ cauſæ in diuerſum trahant. Quint. lib. 2. cap. 17. 20.
Cadere in offenſionem alicuius. Cic. 1. de Nat. deor. 116.
Cadere in poteſtatem alicuius. Cic. ad Attic. lib. 8. 147. 2.
Cadit in rem. Cic. 1. Acad. 60.
In rem apte cadere. Cic. 1. de Diuin. 64.
Cadit in ſenſum cernendi. Cic. de uniuerſitate, 11.
Cadere in ſpeciem ſolœciſmi. Quint. lib. 1. cap. 5. 26.
Cadere in ſuſpicionem. Cic. pro Milone, 38.
Cadere in uituperationem. Cic. ad Attic. lib. 14. 309. 1.
Cadere poſſunt plures quæſtiones in unam, quæ uelut ſubiacentes ad illud, quo iudicium continetur, referuntur. Quint. li. 3. cap. 6. 65.
Ne cadat aduentus tuus in alienißimum tempus. Cic. ad Caßiũ lib. 15. 14. 9. Id eſt, ne aduenias, quũ minime erit opus.
Quæ cadunt ſub aſpectum, & ſub oculos. Cic. de Vniuerſitate, 14. Idem in Orat. 5.
Cadere ſub imperium & ditionem alicuius. Cic. pro Fõteio, 2.
Illa cadunt ſub iudicium ſapientis. Cic. de Finib. 93.
Sub aurium menſuram cadere. Cic. in Orat. 36.
Sub rationem eandem cadere. Cic. 1. de Inuent. 62.
Cadere ſub regulam. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 11.
Cadere ſub ſenſum. Cic. 4. Acad. 188.
Cadere, pro euenire. Cic. ad Attic. lib. 3. 47. 2, Sanè ita cadebat ut uellem.
Quod cecidit ſorte, id arte ut corrigas. Terent. Adel. 4. 7. 22.
Nihil mihi optatius cadere potuit. Cic. Attic. lib. 3. 41. 1.
Cecidit gratum alicui. Cic. pro Milone 62.
Vt cadet ita, &c. Cic. Attic. lib. 15. 329.
Incommodi aliquid cecidit ei. Cic. pro Quintio, 29.
Cadere irritũ. Tacit. li. 15. 238. 27. Subauditur præpoſitio In.
Honeſta & iucunda ceciderũt mihi à te. Cic. ad. Quin. frat. lib. 1. 3. 2. (Leg. 54.
Augurũ prædictis multa incredibiliter uera cecidiſſe. Cic. 2. de
Quò cadant promiſſa, non curat. Hor. 2. Epiſt. 1. 11.
Quoquo modo res cecidit. Cic. 8. ad Attic. 147. 10.

Quocunq;

Digitized by Google

Quocunq; res cadent. Virg. 2. Aeneid. 141.
Bellè cecidit. Cic. Attic. lib. 13. 288. 3.
Feliciter cecidit alea. Prouerbium de re optatò àdueniente, tractum ab aleatoribus. Vide Chiliadas Erasmi.
Fortuitò cecidit. Cic. 2. de Diuin. 160.
Malè cadere. Vide Malus.
Verum hoc adhuc pertommodè cadit. Cic. 2. Verr. 3.
Peropportunè cecidit mihi hoc. Cic. 2. de Orat. 9.
Valde optanti cecidit, ut, &c. Cic. 1. de Orat. 48.
Quod melius caderet, nihil uidi. Cœlius ad Cic. lib. 8. 12. 7.
Vt qui maximè cadant in orationem, id est, conueniant. Cicer. in Orat. 110.
Aliæ sunt geminæ, quibus hi tres heroi pedes in principia continuandorum uerborum satis decorè cadunt. Id est, conueniunt. Cic. 3. de Orat. 100.
Cadere, pro Desinere & terminari. Cic. in Orat. 113, Quòd uerba melius in syllabas longiores cadunt. Id est, finiuntur. Ibidem 134, Et in uersum cadit. Id est, terminatur.
Verba cadentia. Horat. 1. Epist. 19. 3.
Cadere similiter. Quint. lib. 1. cap. de Orthographia 12, Similiter cadentia uocat, quæ sunt eiusdem terminationis, ut dicam, faciam.
Non ad numerum articulus cadens. Cic. in Orat. 33.
Fonte Græco cadunt uerba quædam. Horat. in Arte Poet. 11. Hoc est, à Græco in Latinum deriuata. Porphyrius.
Cadere, Mori. Cæsar 3. bel. Ciuil. 207. Ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus. Plaut. Amph. 4. 81. Crebri hostes cadunt.
Hostia cadere dicitur ante aras. Virg. 1. Aeneid. 68. Id est, occiditur, mactatur, immolatur.
Ouis cadit deo Somno. Ouid. 4. Fast. 131, Id est, immolatur.
Ante diem cadere. Virg. 4. Aeneid. 124, Id est, ante fati necessitatem, ait Seruius.
Fataliter cadere. Ouid. 12. Metam. 14.
In media arma cadere. Stat. 11. Thebaid. 35.
Acie cadere. Ouid. 7. Metamorph. 29.
Bipenni cadere. Ouid. 12. Metam. 123.
Ense cadere. Valer. lib. 1. Argonaut. 164.
Cadere fraude muliebri. Tacit. lib. 2. 49. 34.
Iaculo cadere. Ouid. 3. Metam. 24.
Manu cadere. Seneca in Agamem. 6. 25.
Cadere sua manu. Tacit. lib. 15.
Marte fœmineo cadere. Ouid. 12. Metam. 122.
Marte suo cadere Ouid. 3. Metam. 25.
Cadere pleno anno. Horat. 3. Carm. ode 18. 1,
Si tener pleno cadit hœdus anno, id est, anno cõpletò
mactatur, seu immolatur.
Cadere per acies. Vide Acies.
Cadere pro patria. Quint. lib. 2. cap. 15. 20.
Vt tanta ciuitas si cadet (quod dij omen obruant) à uiro tamen conficta uideatur. Cic. de Arusp. respon. 38.
Oculi cadentes. Stat. 11. Thebaid. 124.
Morte cadentes oculi. Stat. 3. Sylu. 5. 8.
Oriri & cadere stellæ dicuntur. Ouid. 1. Fast. 59.
Orion cadit. Horat. Epod. 10. 2.
Arcturus cadens. Horat. 3. Carm. 1. 6. Sic Virg. 1. Georg. 46,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.
Astra cadentia. Virg. 8. Aeneid. 12.
Dies cadens. Ouid. 4. Metam. 126.
Phœbus oriens, medius, & cadens. Ouid. 11. Metam. 119.
Sol cadens. Virg. 4. Aeneid. 97.
Lapsa cadunt sydera. Propert. lib. 4. eleg. 4. 13.
Sydera cadentia. Virg. 4. Aenid. 17.
Mundus cadens. Lucan. lib. 2. 58, Id est, corruens.
Grauiter cadere in aduersis. Cic. 1. Offic. 104.
Altè cadere. Cic. in Orat. 53.
Atq; ea quidem tua laus pariter cum Republ. cecidit. Cicer. 2. Offic. 65.
Cadens (ἐρέπτων) Participium. Cuius plura sunt exempla in ipso uerbo.
Casus, huius casus, mascul. gen. (σύμπτωμα, αὐτοματία, πτῶσις) dicitur quod fortuitò hominibus accidit. Cicer. de Amicitia 39, Vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, &c.
Casum uictoriæ inuenire. Sallust. in Iugurtha.
Leuamen casus. Virg. 3. Aeneid. 141.
Casuum maris ignarus. Tacit. li. 2. 34. 17.
Mortis casus. Virg. 10. Aeneid. 165.
Casum pugnæ præbere. Tacit. lib. 11. 157. 3.
Felix casu quodam. Horat. 1. Serm. satyr. 6. 11.
Acerbus casus. Virg. 5. Aeneid. 159.
Casus admirabilis. Quint. lib. 2. cap. 17. 20.
Anceps casus belli. Lucan. lib. 3. 158.
Breuis casus. Seneca in Troade, 4. 15.
Cæcus casus. Cic. 2. de Diuin. 23.
Durus casus. Virg. 6. Aeneid. 76.
Fatalem casum ferre. Cic. 6. Philipp. 217.
Fortuiti casus. Vide Oriundus in Orior.
Opitulari casibus grauissimis. Cels. lib. 5. cap. 23.
Grauis & miserabilis casus. Cicer. 2. de Orator. 107. Et Sulpitio, 4. 6. 1.
Horrendos casus fari. Senec. in Hercu. Furen. 9. 8.
Incertò casu pendere res dicitur, cuius exitus in dubio est. Seneca in Troade, 10. 12.
Infandus casus. Virg. 8. Aeneid. 114.
Infestus casus. Cic. pro Sylla, 1.
Marini casus. Virg. 2. Georg. 14.
Nefandus casus. Seneca in Hippol. 10. 1.
Noui casus. Cic. pro Lege Manilia, 41.
Rariores casus habet hæc fortuna. Cic. 2. Offi. 26.
Sinister casus. Stat. lib. 6. Thebaid. 145.
Subitus casus. Iuuen. Sat. 3. 27. Ouid. Epist. 13. 27.
Varij casus. Virg. 1. Aen. 42.
Varij casus fefellerunt. Cic. 1. de Orat. 2.
Varios tremere casus. Seneca in Troade, 4. 13.
Voluntarius casus. Cic. 6. Philip. 217.
Accipere grauiter casum aliquem. Cic. 2. de Orat. 117.
Adesse casu. Cicer. pro Cluentio, 58, Atq; etiam tum casu, quòd illud repentè erat factum, Stalenus non aderat.
Adesse in casu alicuius. Cic. Sulpitio, 4. 6. 1.
Attulit ipse uiris optatum casus honorem. Virg. 5. Aencid. 41.
Afflictus casus. Cic. pro Sylla, 46.
Agi casibus. Virg. 1. Aeneid. 49.
Auertere casum dicitur Deus. Virg. 3. Aen. 53.
Concuti casu acerbo. Virg. 5. Aen. 139.
Concussus animum casu amici. Virg. 5. Aen. 173, Id est, propter ruinam. Seruius. (de Diuin. 208.
Casu fortè temerè nonnunquam concurrunt somnia. Cicer. 2.
Tempus locũq; dat casus. Id est, fortuna. Senec. in Hipp. 4. 14.
In casum dare. Tacit. lib. 1. 16. 38, Fixũ Tiberio fuit non omittere caput rerum, neq; se Remq; publicam in casum dare.
Demisit me in eum casum fortuna. Planc. ad Senatũ, 10. 8. 3.
Casu deterritus. Quint. lib. 1. cap. 10. 35.
Euadere casus. Virg. 4. Georg. 97.
Euenire casu. Cic. 2. de Diuinat. 71.
Temerè & casu euenire. Cic. 2. de Nat. deor. 8.
Exhaustus casibus. Virg. 1. Aen. 121.
Expendere casus. Virg. 12. Aeneid. 5.

iudicio,

Digitized by Google

Incidio, & Casu aliquid facere, contraria. Cicero ad Curionem, 2.6.3.
Factum casu. Cic. 1. de Nat. deorum, 125.
Casu fieri, aut forte fortuna. Cic. 2. de Diuin. 26.
Ferre casus alicuius. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12. 1.
Ferre sapienter casus aduersos. Cic. 2. de Orat. 189.
Casus apibus quoq; nostros uita tulit. Virg. lib. 4. Georg. 51.
Gerere aliquid casu: cui opponitur Virtute & consilio gerere. Cic. 3. in Catil. 72, Curentq; ut ea, uirtute, non casu gesta esse uideantur. Idem pro Sylla, 63, Ego committam, ut ea quæ pro salute omnium gessi, casu magis & felicitate à me, quam uirtute & consilio gesta esse uideantur?
Habere uarios casus. Cic. de Senect. 61.
Casu aliquo, atq; fortuna habere causam celebritatis & nominis. Cic. 2. Offic. 63.
Variis casibus iactatus. Quintil. lib. 7. cap. 3. 22.
Imitatur casus ueritatem. Cic. 2. de Diuin. 72.
Impeditus casu aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 18. 3.
Si quis casus inciderit. Vide Incido.
Si inciderit casus. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 13.
Indignari casum amici. Virg. 2. Aeneid. 19.
Insequitur te casus. Virg. 1. Aeneid. 124.
Insultare casibus alicuius. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 1.
Inuenire casu. Quintil. lib. 5. cap. 10. 16.
Intercedit casus, aut dissensio. Vide intercedo.
Mirificus casus interuenit. Cic. Cæsari, lib. 7. 5. 4.
Inuehere casum. Vide Inuebo.
Leuare casum communem. Cic. ad Qu. Frat. lib. 4. 1. 4.
Lugere casum alicuius. Cic. pro Sest. 44.
Manent eos casus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14.
Minari casum dicitur fortuna. Virg. 8. Aeneid. 114.
Miserari casum amici. Virg. 5. Aeneid. 69.
Mœrere casus alicuius. Stat. lib. 16. 1.
Casu quodam in syluis natus. Liu. 1. ab Vrbe, 12. & Cicero, 2. Verr. 12, Casu fieri obuiam alteri. Idem ad Lent. lib. 1. 2. 7, Eo die casu apud Pompeium cœnaui. hoc est, Quum ego nihil tale cogitarem.
Casu inopinatæ rei obmutuit. Quintil. lib. 6. cap. 1. 30.
Onerare casus suos, Augere mala sua. Seneca in Thebaid. 1. 39.
Pandere suos casus. Ouid. 14. Metam. 45.
Perpeti casus. Valer. lib. 3. Argonaut. 64.
Percussus casu iniquo. Virg. 6. Aeneid. 95.
Quanti casus humana rotant? id est, uoluunt & agitant res humanas. Seneca in Hippol. 11. 1.
Renouare casus. Virgil. 2. Aeneid. 144.
Reuoluere casus. Virgil. 10. Aeneid. 12.
Ars casum simulet. Ouid. 3. de Arte, 31. id est, quod ex compositio deditaq; opera factum à nobis est, id casu accidisse simulemus.
In casu nullum crimen est. Cic. pro Plancio, 29.
In casu esse. Cic. 2. de Fin. 143.
Fortem esse casu. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2. 23.
Timere casum aliquem. Lucret. lib. 3. 200.
Præli casum timere. Cic. 2. de Diuin. 170.
Casum ulcisci. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14.
Casus, pro morbo, uel pro symptomate. Celsus, lib. 4. cap. 20, Deinde ubi ad se redit, circuncidendum unum est in totum annum, etiam si casus idem non reuertitur.
Casus, pro periculo. Celsus de Gangrena, Præcipueq; in hoc casu, petendum, non à medicamentis solum, sed etiam à uictus ratione præsidium est. Budæus.
Mortis casus habet illa ætas. Cic. de Senect. 61.
Magnum casum habet hæc res. Plancus Ciceroni, 10. 187.
Sub casu aliquo ducere somnos, pro sub periculo. Virg. 4. Aeneid. 112
Hyemis casus. Virg. 1. Georg. 68.
Id est, circa finem hyemis, antequam uer incipiat. Seruius.
Casus urbis, Ruina. Virg. 1. Aeneid.
Altior casus. Iuuenal. Saty. 10. 11.
—Grauiore casu Celsæ decidũt turres. Hora. 2. Car. 10. 2.
Iniquissimis casibus. Cic. pro Domo sua 65.
Casibus Saturnini atq; Gracchorum expiata. Id est, morte. Cæsar 1. bel. Ciuil. 30.
Casus, quo infantium corpora toties in terra deferuntur, non eos grauiter affligit, Quintil. lib. 1. cap. 12. 8.
Celerare casus. Lucret. lib. 2. 47.
Dari ad casum. Cic. 1. de Diuinat. 80.
Insistere & ingredi uijs adolescẽtiæ sine casu. Cic. pro Cælio 32.
Casu, id est, ex inopinato. Horat. 1. Serm. Saty. 9. 8,
—& casu tunc respondere uadato Debebat.
Casus dicimus non modò ea, quæ fortuita hominibus accidunt, sed etiam uocabulorum formas: quia in aliam atq; aliam cadunt effigiem, Festus. Vide Priscianum de casibus abundè tractantem.
Casurus, pen. pro. Participiũ à Cado. Cic. ad Senatũ, li. 15. 1. 61, Quid casurum sit, interim est: id est, euenturum.
Arces casuræ. Ouid. 12. Metam. 118.
Fontes casuri in æquora. Lucan. lib. 2. 84.
Mœnia casura. Ouid. 3. Metam. 75.
Nomen casurum nullo tempore: id est, perpetuum nomẽ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 15. 4.
Ruina casura. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 12.
Restat adhuc humeris fulta ruina tuis. Lucan. lib. 7. 49.
Caso, casas, (πίπτομαι) casare, Frequentatiuum: à quo & aliud frequentatiuum Casito, casitas, casitare. Paulus De seruit. urb. prædi. l. seruitutes. Si seruitus stillicidij imposita sit, non licet domino seruientis aræ ibi ædificare, ubi casitare cœpit stillicidium. Si antea ex tegula casitauerit stillicidium: postea ex tabulato, uel ex alia materia casitare non potest.
Caducus, pen. prod. (πτώσιμος, ἀπόβλητος) adiectiuum; Quod in ruinam procliue est, & casum minatur. Cic. de Senect. 6, Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis, terræq; frugibus, maturitate tempestiua, quasi uietũ & caducũ: quod ferendum est molliter sapienti.
Fragile & caducum. Cic. 2. de Fin. 138.
Fragilia & caduca. Cic. 1. de Leg. 35.
Caduca & incerta sunt, diuitiæ, bona ualetudo, honores, Cicero de Amic. 19. Breuia fugacia, & caduca, Cicero ad Plancum, lib. 10. 12. 13.
Caducum & infirmum corpus. Cic. 1. de Nat. Deor. 136.
Mortale & caducum. Cic. de Somnio Scipionis, 16.
Bello caducus. Virg. 6. Aeneid. 96. id est, mortuus. Seruius.
Omnia caduca præter uirtutem. Cic. 4. Philipp. 161.
Caduca aqua Frontino dicitur, inquit Budæus, quæ de lacu abundat. Sic Varro, Caduca aqua, quæ de canalibus defluit: hoc est quæ superfluit: & non continetur, hoc est abundat: Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8. —utq; caducis
Percussu crebro saxa cauantur aquis. Id est, cadentibus.
Fama caduca. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 10.
Folia caduca. Ouid. 2. Amorum 16. eleg. 9.
Frondes caducæ. Ouid. 3. Trist. 1. eleg. 9.
Fulmen caducum. Horat. 3. Carm. 4. ode 9.
Glandes caducæ. Lucret. lib. 5. 274.
Lacrymæ caducæ. Ouid. 6. Metam. 80.
Caducæ literæ à Plinio alia ratione dicuntur, quasi γράμματα ἀπαπτώτα, Scabritia (inquit, lib. 13. ca. 12. 5.) leuigatur dente, concháue: sed literæ caducæ fiunt: id est, fugaces & fugientes, ut Cic. loquitur, διόρυκτα. Budæus.
Caducus morbus, qui & comitialis dicitur, quòd hominem cadere faciat.

Digitized by Google

Quidam morbum S. Ioannis & S. Lupi uocant.

Preces caducæ. Ouid. 1. Fast. 37, —nec lingua caducæ
Conticuit ulla preces, dictaq; pondus habent. hoc est, non frustrà precantur.

Res humanæ caducæ, & fragiles. Cic. de amicitia, 84.

Spes caduca. Ouid. 9. Metam. 120.

Tela caduca. Propert. lib. 4. eleg. 2. 11.

Caduci tituli. Plin. in Paneg. 92.

Verba caduca. Ouid. 21. epist. 42.

Vitis caduca. Cic. de Senect. 48.

Caducũ legatũ dicitur, quod uel ad fiscũ defertur, uelut legatario de medio sublato: uel ad substitutũ: ut si is, cui relictum legatũ est, capere legatũ non possit, uel quia ante mortẽ testatoris mortuus est, uel alia de causa, tunc legatũ ad substitutũ legatariũ defertur: uel ad eum qui in legato coniunctus erat, si fortè duobus simul legatum erat factum. Similiter etiam caduca hæreditas eadem ratione dicitur. Cic. 10. Philipp. 276. de Antonio loquens, Quẽ nisi in uia caducæ hæreditates retardassent, uolasse eum, nõ iter fecisse diceres. Sic etiã caduca bona dicuntur. Marcellus De ijs quæ in test. delentur, Proximè in cognitione principis, quum quidam nomina hæredũ induxissent, & bona eius ut caduca è fisco uendicarentur, dim de legatis dubitatum est. Quoniã uerò iucundum erat, substituto legatum caducum accipere, quasi rem minimè sperata: ideo Iuuenalis dixit Saty. 9. 9, —propter me scriberis hæres, Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. Cicero translationis autor fuit in tertio de Oratore, 67. Nostra est enim, inquit ille, omnis ista prudentiæ doctrinæq; possessio, in quam homines quasi caducam atq; uacuã, abundantes ocio nobis occupatis inuolauerunt. Sic Iustinus, Quã prædam possessione uacua fortuitis dominorum mortibus sicuti caducam occupauerunt. Budæus. Caducum ex lege Papia legatum erat, sub aliqua conditione relictum: qua deficiente, cadebat, & redibat uel ad testatorẽ uiuũ, uel ad substitutum, eo mortuo. Vnde est titulus apud Iustin. in C. De caducis tollendis.

Caduciter, pen. corr. Aduerbiũ antiquũ, pro præcipitanter. Varro Etratione, Aut frigidos nimbos, aqua ista caduciter ruentes pertinuerunt aquatile querquetulæ natantes. Nonius.

Cadiuus, (πτώσιμος) Adiectiuum, pen. prod. Quod per se cecidit. unde cadiua poma appellamus. Plin. lib. 15. cap. 16. 1, Colligi mala post æquinoctium Autumnale, neq; ante XV. lunam, neq; ante primam horam. Cadiua separari, stramentis ostreis paleisue substerni.

Caduceum] caducei, (κηρυκεῖον,) Mercurij sceptrum dicitur, ut quidam putant, quòd cadere faciat contentiones atq; certamina. Est autem uirga, qua bellum dirimitur. Nam quia Mercurius orationis Deus est, & deorum nuncius, meritò à dijs mittebatur, ut dissidentium animos oratione sedaret. Hinc legati pacis, caduceatores dicti. Sicut enim per fetiales bella indicebantur, ita per caduceatores finiebantur. Caduceum Aegyptij in speciem draconum, maris ac fœminæ coniunctorum figurauerunt, & Mercurio consecrarunt. Hi dracones parte media uoluminis sui nodo, quẽ uocant Herculis, inuicem obligantur, primæq; partes eorum reflexæ in circulum pressis osculis ambitum circuli iungunt. Et post nodum caudæ reuocantur ad capulum caducei. Causam autem cur exteræ gentes caduceum in pace tractanda, circundata anguium effigie fecerint, quidam hanc esse tradunt. Quum Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septicordem ad Atlantidum numerum instituisset, quòd Maia mater eius ex illarum numero esset, ac non multò pòst deprehensus ab Apolline fuisset boues suas abigere, quo facilius ueniã ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram à se primo inuentam prædicaret. Propter quod Apollinẽ ferunt uirgam quandã Mercurio dono dedisse, quam quũ manu tenẽs in Arcadiam proficisceretur, inuentos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes. Quo uiso, uirgam interposuisse, & dicto citius prælium diremisse. Eo facto huiusmodi uirgam pacis gratia dixit esse constitutam.

Sed hæc fabulosa sunt. Veritas aũt historiæ hoc habet: Oui genus est in magna fama Magorũ, angues enim numerosi, eorum cõuoluti salinis, fauciũ corporumq; spumis artifici complexu glomerantur. Id ouũ anguinum appellatur. Magi dicunt sagulis in sublime iactari oportere, sagoq; intercipi, ita ut terram non attingat, raptorem equo profugere, serpentes enim insequi, donec interuẽtu alicuius amnis arceantur. Experimentum eius esse si contra aquas fluitet, uel auro cinctum. Certa quoq; luna capiendũ censent. Ad uictorias litiũ, ac regum aditus maximè laudatur. A` diuo Claudio principe interemptus est quidam eques Romanus, non ob aliam causam, quam ut eam uanitatẽ Cæsar experiretur. Hanc igitur Caducei causam esse affirmãt: ideo eristatos angues in caduceo non esse. Vide Plin. lib. 29. cap. 3, alijs tamen uerbis. Liuius 8. ab Vrbe 101. Ipsos se in deditionem Consulis caduceum præferentes permisisse. Cic. 1. de Oratore 100, Deinde qui non posit tam caduceo, quam nomine oratoris ornatus, incolumis, uel inter hostium tela uersari.

Caduceator (κήρυξ) Festus, Caduceatores, Legati pacem petentes. Cato, Caduceatori, inquit, nemo homo nocet. Hactenus Festus. Liuius 6. bel. Pun. 89, Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, qui promitteret si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturũ. Idem 1. bel. Maced. 151.

Caduciser, pen. corr. (κηρυκοφόρος) Nomen quo Mercurius uocatus est, propter donatã ei ab Apolline uirgã, qua duorum draconum inter se dimicantium prælium, quum in Arcadiam proficisceretur, diremisse fertur. ut uidebis paulò antè in dictione Caduceum. Ouid 1. Metam. 70. & 142, Hinc se sustulerat paribus caduciser alis.

Atlantiades caduciser. Ouid. 8. Metam. 126.

Caduciter, Caducus.] Vide Cado.

Cadurci] καδοῦρκοι, Narbonensis prouinciæ populi in Aquitania. Autor Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò Cahors.

Cadurcum, Velũ seu culcitra ex lino candidissimo facta, in quo, ut ait Plin. lib. 19. cap. 1, Cadurci Galliæ populi præcipuam gloriã obtinẽt. Nam nullũ linũ est candidius lanæue similius. Iuuena. Saty. 7. 23, Institor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci.

Cadurcũ. Vas illud numerosum quod ex piscina ac puteo aquã haurit, iumento rotam uersante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdã urbibus, per quos aquæ pluuiæ cisternas impleant. Hæc Valla in Raudensem.

Cadus κάδος] genus uasis uinarij, decem congios continens, sicut & metreta Dioscoridi lib. 5. licet alij cadũ duodecim congios continuisse referant. Colum. lib. 12. cap. 28. 3, Si in uetustatem seruare uoles, in cado duarum urnarum quàm optimi uini sextarium, aut facis generosæ recentis sextarios tres addito. Plin. lib. 19. cap. 5, de Cucurbitis, Nuper in balinearum usum uenere urceorum uice: iampridem etiã cadorum ad uina condenda.

Cadi formam turbinatam, id est, coni & strobyli, hoc est, nucis pineæ similem fuisse ex Plinio intelligimus, qui lib. 17. 27. cap. 3, de aloe loquens turbines cadorum dixit, Laudatissima, inquit, ex India affertur, sed nascitur & in India: non tamen ea utuntur, nisi ad uulnera recentibus fòlijs. mirificè enim conglutinat uel succo. Ob id in turbinibus cadorũ eam serunt, ut aizoũ maius. Hactenus Plinius. Vtebantur autem antiqui

Digitized by Google

Cuiusq; etiam ad falsamenta condenda. Idem Plin. lib. 32. Quin & testis cadi falsamentarij tusis cum axungia uetere ad parotidas ungutur. Budæus.

Chij falerni cadus. Horat. 2. Serm. Saty. 24.

Temeti cadus. Horat. 2. Epist. 2. 33.

Albanus cadus. Virg. 6. Aeneid. 46.

Chius cadus. Horat. 3. Carm. 19. ode 1.

Fragiles cadi. Ouid. 12. Metam. 49.

Fumosus cadus. Ouid. 5. Fast. 104.

Potus cadus. Horat. 3. Carm. 15. ode 3.

Siccati cadi. Horat. 1. Carm. 35. ode 6. Id est, ad fæcē usq; ex-

Versus cadus. Horat. 3. Carm. 29. ode 1. (hausti.

Elicere cadum. Horat. 4. Carm. 12. ode 4.

Onerare uina cadis. Virgil. 1. Aeneid. 40.

Parcere cadis. Horat. 2. Carm. 7. ode 4.

Cadiscus diminutiuum, (καδίσκος) uasculum quo suffragia colliguntur. Sipontinus.

Cæa] siue Cæos, utrunq; enim scribitur, (κάια) Ptolem. uulgò Zea. Plinius lib. 4. cap. 12. Insula est iuxta Euboeam, à Cæo Titani filio sic dicta: de qua Ouid. Transit & antiquæ Cartea mœnia Cææ. A' qua Cææ uestes. nam ex hac quoq; profectam delectationi fœminis uestem, autor est Varro, ut Plinius tradit. Propertius, Et tenues Cææ uestē mouere sinus. Quo in loco parum doctè aliquos Coa, pro Cæa legere Hermolaus tradit. Ab hac Cæus Herasistratus, clarus medicus dictus. Fuit eadem & Simonidis & Bachyllide clarissimorum poetarū alumna. Ciam Ptolemæus nominat, ut hodie quoq; uulgus nautarum. Autor Hermolaus. Vide infrà, in dictione Cos & Chios. Scribitur & sine dipthongo. Vide Cea. A' nonnullis per œ.

Cæus, adiect. (καῖος) ut Nænia Cæa. Horat. 2. Carm. 1. ode 8,

Sed ne relictis Musa procax iocis,
Cæa retractes munera næniæ.

Dumeta Cæa. Virg. 1. Georg. 3.

Cæcias] Cæciæ. (καικίας) Ventus flans inter Aquilonem & exortum Aequinoctialem: quē Aristoteles (ut docet Gell. lib. 2. cap. 22.) ita flare dicit, ut nubes nō procul propellat, sed ut ad sese uocet. Plin. lib. 2. cap. 47. Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes.

Mala attrahens ad se, ut Cæcias nubes. Prouerbium in eos qui sibi ipsis litiū ac negaciorū materiā pariunt, accersuntq;. Vi

Cæcigena] Vide Cæcus. (de Eras. Chil.

Cæcilia] Genus serpentis. Colum. lib. 6. cap. 17. 1, Est etiam mortifer ijs serpentis ictus, est & magnorum animalium noxiū uirus: nam & uipera, & cæcilia sæpe quū in pascua bos improuidè supercubuit, lacessita onere, morsum imprimit.

Cæcilius] (καικίλιος), Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludū grammaticæ, Romæ aperuit. Primus dicitur Virgiliū, & alios poetas nouos prælegere cœpisse: quod etiam Domitij Marsi uersiculus indicat, Epirota tenellorum nutricula uatum. Ex tranquillo. Huius etiā meminit Macrobius.

Cæcilius Gallus in disciplina iuris atq; legibus Populi Romani noscendis, interpretandisq; scientia, usu, autoritateq; illustris fuit tempore Gellij: cuius etiam ipse meminit, dicitq; librum scripsisse de uerborum significatione, quæ ad ius Ciuile pertinent. Vide Gellium, lib. 16. cap. 5. & Macrobium Saturn. lib. 6. cap. 8.

Cæcilius itē Claudius Isidorus. C. Asinio Gallo, & Martio Censorino Coss. ad V I. Calen. Feb. testamento suo edixit: Quāuis multa ciuili bello perdidisset, tamē relinquere seruorū 4. milia C X V I. iuga boū 3. milia D C. reliqui pecoris C C L V I I. milia: in numerato H-S. D C. Autor Plin. lib. 33. cap. 10. 3.

Fuit & Cæcilius Callantianus (Callantis autem, ciuitas Siciliæ est) Iudæorum religionis sectator, Romæ docuit sub Augusto usq; ad Adrianum. Scripsit librum contra Phrygas, Dictionarium ex ordine literarum, Comparationē Demosthenis ac Ciceronis, & alia. Autor Suidas.

Præter hos Cæcilius Argiuus, uersificator, scripsit de piscibus. Autor Suid.

Cæcilius Statius poeta Comicus, quem Cicero ad Atticum, lib. 7. 123. 14, Malum Latinitatis autorem uocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit: fuit natione Gallus, & Ennij contubernalis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Enniū: sepultus in Ianiculo. Autor Eusebius. Horat. 2. Epist. 12, Vincere Cæcilius grauitate, Terent. arte.

C Cæcilia] uxor Tarquinij Prisci, mulier morū integritate laudatissima: ut scribit Volaterranus.

Cæcinos] (καικῖνος), Montis nomen in Sicilia. Autor Plin. lib. 3. cap. 10.

Cæcinnos, amnis qui Rheginum agrum à Locrensi diuidit.

Cæcitas] Cæco, cæcus. Vide Cæcus.

Cæcubum] pen. prod. (κέκυβον) Oppidum est Campaniæ in Italia, quod licet paludibus adiaceat, uineta tamen uini feracissima præcipuis enutrit arboribus. Hæc Strabo lib. 5.

Cæcubus, Adiectiuum, (κέκυβος) ut Vinum Cæcubum, sic dictū à Cæcubo Campaniæ oppido. Martialis lib. 13, non ita procul à fine, Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis. Plin. lib. 16. cap. 37. 1, Licet populi uitibus placeant, & Cæcubum educent. Populū arborē intelligit. Horat. Epod. 8. 9,

Vel quod fluentem nauseam coerceat,
Metire nobis Cæcubum. Subauditur, uinum.

Cæculus] Cæculto, Vide Cæcus.

Cæculus] pen. corr. (καίκυλος) inquit Seruius, filius Vulcani: sic dictus, quòd minoribus oculis fuerit: quam rem frequenter efficit fumus. Hic collecta multitudine postquā diu latrocinatus esset, Præneſtinam ciuitatē in montibus cōdidit: & quū ad ludos, uicinos populos inuitasset, cœpit eos hortari, ut secum habitarent: pro gloria iactare se filium Vulcani. Quod quum illi non crederēt, inuocato Vulcano, ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circundatus. Quo facto, commoti omnes simul habitauerunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hactenus ille, apud Virgilium lib. 7. Aeneid. 238.

Cæcus] τυφλὸς, ἀλαὸς, μυωπὸς, Adiectiuum, à cædo cædis, quòd sit oculis concisus, quamuis alij cæcum quasi oculis captum: alij quasi carentem oculis appellatum uelint. Est autem cæcus, qui caret lumine.

Obscurum & cæcum. Cic. pro Lege Agraria, 46.

Futuri cæcus, id est, futuri nescius. Claud. 1. de Raptu Proserp.

—pro cæca futuri Gaudia. 28. de Cerere. Sic idē 2. in Eu

Amore auri cæcus. 1. Aeneid. 71. Ouid. 109.

Cæcus animi. Quintil. lib. 1. cap. 10. 23.

Cæcus animo. Cic. 4. de Finib. 106.

Cæca auaritia. Cic. 2. Philip. 97.

Cæcus cupiditate & auaritia. Cic. pro Quintio, 56.

Cæcus fraude & ira. Liu. 8. ab Vrbe, 138.

Cæcus atq; amens furore. Cic. pro Sestio, 13.

Furore amenti cæcus. Catul. 59. 40.

Cæcus metu. Plin. lib. 10. cap. 33. 10.

Acerulus cæcus, Ouid. 1. Metam. 5, confusus. De Chao loquitur.

Aditus cæcus. Seneca in Herc. fur. 10. 1.

Amor sui cæcus. Horat. 1. Carm. 18. ode 3.

Amator cæcus. Horat. 1. Serm. 3. Saty. 8.

Amictu cæco terra condit nox. Sil. lib. 12. 123, id est nigro.

Caligo cæca. Virg. 3. Aeneid. 41.

Carcere cæco clausus. Virg. 6. Aeneid. 147, id est, obscuro.

Cæcus casis. Cic. 2. de Diuinat. 23.

Cauernæ cæcæ. Ouid. 5. Metam. 128.

Digitized by Google

Cause cæcæ. Lucret. lib. 64, id est, incognitæ, incertæ.
Chaos cæcum. Seneca in Med. 10. 1.
Comæ cæcæ. Ouid. ad Liuiam, 20.
Cæca & temeraria cupiditas. Cic. 1. de Inuent. 3.
Cæca cupiditate rapi. Cic. in Pisonem, 45.
Cupido cæca. Ouid. 3. Metam. 124.
Cursus cæcus. Lucan. lib. 2. 114.
Domus cæca. Ouid. in Ibin, 76. De Labyrintho.
Ensis cæcus. Stat. 9. Theb. 40.
Error cæcus quo cœpit eat. Seneca in Herc. fur. 12. 9.
Euentus cæcus. Virg. 6. Aeneid. 32, id est, incertus.
Cæca expectatio. Cic. pro Lege Agrar. 68.
Fata cæca. Horat. 2. Carm. 13. ode 4, id est, improuisa, & quæ uideri non possunt.
Fores cæcæ. Virg. 2. Aeneid. 91, id est, non omnibus notæ. Seruius.
Fortuna cæca. Cic. de Amicitia, 49. Vide Fortuna.
Cæcæ fossæ. Id est, non patentes. Apud Columellam.
Furor cæcus. Horat. Epod. 73. id est, excæcans.
Historia cæca. Ouid. in Ibin, 12.
Homines cupidine cæci. Lucret. lib. 4. 232.
Cæcus ictus. Liu. 4. bel. Maced. 152.
Ignis cæcus. Virg. 4. Aeneid. 42, id est, cuius origo non appareret. Seruius.
Cæco impetu animi in alios incurrere. Cic. 1. de Finib. 69.
Cæca inuidia & ira. Liuius 8. bell. Maced. 71. & 217.
Cæcum iter explorat. Ouid. 10. Metam. 92.
Limites cæci. Ouid. 4. Metam. 74.
Lituræ cæcæ. Ouid. 11. epist. 1.
Loca cæca. Propert. lib. 1. eleg. 18. 2.
Manus cæca. Lucan. lib. 3. 144.
Manu cæca spargit munera. Sene. in Hippol. y. 9. 5, de Fortuna.
Mars cæcus. Virg. 2. Aeneid. 67, id est, nocturnũ prælium. Seruius.
Mens cæca. Ouid. Metam. 101.
Metus cæcus. Ouid. 2. Fast. 165.
Cæcus morbus, Obscurus, & cognitu difficilis. Colum. lib. 1. c. 5.
Motus cæci. Horat. 3. Carm. 27. ode 5.
Mugitus terræ cæcus. Seneca in Troade 3. 2.
Murmur cæcum. Virg. 12. Aeneid. 119.
Nox cæca. Cic. pro Milone, 38.
Cæcum me, & præcipitem ferri confiteor in causa, si, &c. Cic. pro Plancio, 4. Virg. 3. Georg. 51.
Parietes cæci. Virg. 5. Aeneid. 117.
Pauores cæci. Valer. 7. Argonaut. 30.
Pectora cæca. Lucret. lib. 2. 3.
Pericula cæca. Propert. lib. 2. eleg. 28. 2.
Plagæ cæcæ. Lucret. lib. 2. 26.
Pugna cæca. Valer. 5. Argonaut. 133.
Puluis cæcus. Virg. 12. Aeneid. 90.
Cæcus ramus. Plin. lib. 16. cap. 30. 4.
Ratio cæca. Lucret. lib. 5. 201.
Res cæcæ & ab aspectus iudicio remotæ. Cic. 2. de Orat. 194.
Saxa cæca. Virg. 5. Aeneid. 33, id est, latentia.
Scelus cæcum retegere. Virg. 1. Aeneid. 72.
Sonus cæcus. Senec. in Troade, 3. 2.
Sors cæca. Horat. 2. Serm. 3. Saty. 54.
Spicula cæca. Virg. 4. Georg. 48, id est, breuia, quæ possunt latere. Seruius.
Stimulus cæcus. Lucret. lib. 3. 179.
Cæca suspicio. Cæcinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 12.
Tabes cæca. Ouid. 9. Metam. 35.
Tecta cæca. Ouid. 8. Metam. 32.
Cæcum tempus. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. 7.
Tenebræ cæcæ. Lucret. lib. 2. 150.
Timor cæcus. Ouid. 1. Amorum, 4. eleg. 9.
Vada cæca. Virgilius 1. Aeneid. 108, id est, incognita, latentia. Seruius.
Cæcum uallum dicitur, in quo præacuti pali terræ affixi, herbis uel frondibus occultantur. Festus.
Venenum cæcum. Lucret. lib. 6. 165.
Cæca uestigia, latentia, quæ non possunt uideri. Virgil. 6. Aeneid. 6, de Labyrintho & Dædalo, Cæca regens filo uestigia. Idem 2. Aeneid 72, —inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba uentris
Exegit cæcos rabies.
Vis cæca. Ouid. 2. Amorum, 11. eleg. 4.
Vndæ cæcæ. Virg. 3. Aeneid. 40, id est, incertæ, quia sydera nõ apparebant. Seruius.
Vulnus cæcum. Virg. 10. Aeneid. 146.
Cæcum crudelitate ferri. Cic. pro Cluent. 157.
Cæco die emere aliquid. Plautus Pseud. 5. 68, Eme die cæca hercle oliuum, id uendito oculata die: id est, eme non præsente pecunia, sed in diem pacta, reuende pecunia præsente. Vocant & Iurisconsulti cæcam diem, & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus. nam cæca sunt non tantum quæ non uident, sed quæ non uidentur & absunt. Erasmus in Chiliad.
Cæco reluxit dies. Tacit. lib. 20. 407. 16, Hypsea cæcior. Horat. 1. Sermo. 2. Saty. 193,
Hypsea matrona fuit uitiosis oculis. Acron.
Cæculus, Diminutiuum. Plaut. Persa. 8. 12, Tua cæcule causa? Quidam cucule, legunt hoc loco.
Cæcitas, pen. correp. cæcitatis, pen. prod. (τυφλότης, ἀβλεψία, ἀορασία, πήρωσις) Facultatis uisus orbitas: & est propriè corporis, ad animum uerò sæpe transfertur. Cic. 5. de Finib. 145, Bonum in columis acies: misera cæcitas. Plin. lib. 10. cap. 40. 1, Caprisq; cæcitas.
Cæcitas libidinis. Cic. de Arusp. resp. 34.
Cæcitas mentis. Cic. pro domo sua, 82.
Cæcitatem inferre. Vide Infero.
Horribilis cæcitas. Cic. 5. Tuscul. 156.
Cæcigenus, Adiectiuum, pen. corr. (τυφλογενὴς) significat illum qui cæcus natus est. Lucret. lib. 2. 149,
Nam quum cæcigeni, solis qui lumina nunquam
Aspexere, tamen cognoscant corpora tactu,
Ex ineunte æuo nullo contincta colore.
Cæco, cæcas, (τυφλόω, πηρόω) cæcare, Luminibus priuare. Plin. de Viris illustribus, 34, Potitios Herculis sacerdotes precio corrupit, ut sacra Herculea seruos publicos edocerent: unde cæcatus est.
Cæcare animos, per translationem. Cic. 4. Philipp. 158, Legitur & occæcat.
Cæcare mentes largitione. Cic. pro Sestio, 122.
Cæcari erroribus, aut cupiditate. Cic. 5. Tuscul. 56, Et pro domo sua 48. Argenti & suppellectilis meæ cupiditate effocatum. Item 1. Tuscul. 113, Cæcitas uitijs.
Cæcata celeritate oratio. Cic. de Claris Oratorib. 143.
Cæculto, cæcultas, (παραβλίπομαι) cæcultare, Cæcis proximum esse acie obtusa: ut ait Festus. Idem alio loco dicit, Cæcultare, est cæcos imitari. Plaut. Numnam mihi oculi cæculiant? Estne hic noster Hermio?
Cæcutio, cæcutis, pen. prod. (ἀμβλυώπω, παραβλέπω) cæcutire, propriè significat parum uidere. Et cæcutientes dicuntur, quasi semicæci. Varro, Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego uidi seruos in armis contra dominos? Ex Nonio.
Cædes] Vide Cæco.
Cædicus] pen. corr. Vir ditissimus, cuius meminit Virg. lib. 9. Aeneid. 76. his uerbis,
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula,

Digitized by Google

Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona hospitio, quùm iungeret absens
Cæticus: ille suo moriens dat habere nepoti. Vbi Seruius, Cædicus quidam Tyburti Remulo, quum eum sibi absens hospitio uellet adiungere, misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc est clauis insignita. Remulus moriens nepoti suo cognomini hæc reliquit, qui postea uictus à Rutulis est, & occisus: post cuius mortem apud Rhamnetem Rutulum ab Euryalo reperta sunt hæc munera. Huius meminit & Virgilius 10. Aeneid. 149.

Cædiciæ] tabernæ, non à cædendo dictæ sunt, sed à domini nomine, qui Cædicius uocabatur: à quo in uia Appia ædificatæ sunt. Sipontinus ex Festo.

Cædo] cædis, cecidi, penul. prod. cæsum, (κόπτω, λάρνω) cædere propriè significat flagellare. Terent. And. 1. 2. 28, Verberibus cæsum te in pistrinum Dáue dedam. Iuuenal. Saty. 3. 27, Ebrius ac petulãs, qui nullum fortè cæcidit, Dat pœnas.

Flagellis cædere. Horat. 1. Serm. 2. Satyr. 9.

Cædi discipulos deforme ac seruile est, quanquam id receptum sit, & Chrysippus non improbet, Quintil. lib. 1. cap. 3. 8.

Cædere aliquem uirgis ad necem. Cic. 5. Verr. 57. Item Cædere loris, Cic. 8. Philipp. 250.

Cædere, Percutere, ut Cædere aliquẽ calcibus, Plaut. Pœn. 9. 71.

Ense cædere. Ouid. 3. de Ponto, 2. eleg. 12,
Aduena uirgineo cæsus ut ense cadat.

Ferro cædere. Lucret. lib. 6. 34.

Ancipiti uideas ferro. Seneca in Oct. 1. 17. 14.

Ferula cædere. Horat. 1. Serm. 3. Saty. 24.

Marmor cædere. Papinian. in l. Diuortio. si uir in fundo. ff. Soluto matrimonio, Si uir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuosiorem fecerit: marmor quod cæsum, neq; exportatum est, mariti esse, & impensam non esse ei præstandam.

Cædere pugnis. Plaut. Curcul. 4. 44. Horat. 1. Serm. Sat. 2. 14.

Cædere femur, pectus, frontem, mire ad pullatum circulum facit, Quintil. lib. 2. cap. 12. 6.

Cædere ianuam saxis, Cic. 3. Verr. 4. Ouid. 9. Metamor. 75, Cædere pluteum. Pers. Saty. 1. 11, (sa securibus urar.
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.

Saxis cædere populum. Horat. 2. Serm. 3. Saty. 26.

Cædere, pro excindere: ut Cædere arbores, Cic. 2. de Diuinat.

Falce comam cædere. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7, (50.
Hic uiridem dura cædere falce comam.

Cædendus lapis aliquis, & asportandus. Cic. 3. Verr. 104.

Cædere montes. Plin. lib. 36. cap. 1. 2.

Robora cædere. Ouid. 8. Metam. 156.

Cædere syluas. Cæsar 3. belli Gal. 459.

Vineta cædere. Horat. 2. Epist. 1. 45.

Cædere, Occidere. Cic. 3. Philipp. 146, Cædit greges armentorum, reliquiq; pecoris quodcunq; nactus est.

Exercitus cæsus & fusus. Cic. 14. Philipp. 1.

Cædere bidẽtes, Immolare, per metaphorã. Virg. 5. Aeneid. 20, Victimas. Liui. 10. ab Vrbe 30. & lib. 8. 27, Hostias. Cic. pro Cluent. 153.

Cædere testibus, pro urgere & premere. Cic. ad Quint. fratrẽ, lib. 3. 19. 4, Quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum, maximè testibus cæditur, accusatoribus frigidissimis utitur. Hoc est, testium multitudine conuincitur.

Cæsus, (πεπομφώς) Participium à cædo: ut Cæsis copijs. Cic. ad Brutum, lib. 10. 2.

Cæsis uictimis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. 2.

Cæsæ arbores. Plin. lib. 16. cap. 12. 5.

Heliades cæsæ pectora. Ouid. 2. Metam. 34.

Inter cæsa & porrecta: Adagium. Cic. ad Atticum, lib. 5. 106, 2. Et multa, imò omnia, quorum περάλειψιν, nequid inter cæsa & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem, & ancipitem hæsitationem, ac uelut interuallum illud inter omittendum illud quod cœptum est, & incipiendum quod nouari oportet. Plura apud Erasmum in Chiliadibus. Legitur in emendatioribus codicibus Cæsa & proiecta.

Cæsum, cæsi, (κόμμα) Pars orationis nondum ex duobus, aut ex pluribus uerbis quicquam absolutè significans: hoc modo, Etsi uereor Iudices, ne turpe sit. Interdum tamen cæsam dicimus orationem, quũ non efficiuntur membra ex connexione uerborũ, sed singula uerba aliquid significantia proferuntur: hoc modo, Quis est iste Gellius armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori, depopulator curiæ? Sipontinus.

Cæsura, cæsuræ, pen. prod. (τμῆμα) Incisura. Plin. lib. 15. cap. 43. 4, Maior ad firmitatem causa tempestiuæ cæsuræ. Lucretius lib. 4. 131,
—& generatim Extima membrorum circũ cæsura coercet.

Cæsura, in oratione, à cædenda uoce: quæ definitur, decora terminatio uocum, in medio uersuum notata: ut quando post duos primatos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictionem terminet. Cæsura est quæ penthemimeris dicitur: ut Arma, uirumq; cano. Quum uerò id post tres pedes fit, est cæsura hephthemimeris: ut, Arma, uirumq; cano, Troiæ. Hic enim uersus utranq; cæsuram habet.

Cæsuratim, pen. pro. Aduerbium, (κατὰ τμήματα) Succinctè, breuiter, per cæsuræ cõmata. Sidonius Claudiano, Tota de illo dicto sic cæsuratim succincta quàm profluens. Calepinus.

Cæsio, Verbale, (τμῆσις) pro cæsura. Columel. lib. 4. cap. 33. Et post quinquennium cæsa, more sulcti recreatur, atq; in palum formata ferè usq; in alteram cæsionem perennat.

Cæsim aduerbium, (τμηδὸν) significat Cædendo. Valla lib. 6. Cæsim, per intisiones gladij. Liu. 7. bel. Pun. 39, Proiecto læua scuto in aduenientis arma hostis, uanũ cæsim cum ingenti sonitu ensem delecit.

Cæsim ac punctim. Liu. 2. bel. Pun. 192.

Cæsim operari in uinea. Colum. lib. 4. cap. 25. 3, Maior autem pars operis in uineã ductim potius, quàm cæsim faciẽda est.

Cæsim dicere. Cic. in Oratore 131, Membratim adhuc, deinde cæsim diximus. Paulò antè Cicero incisim dixerat.

Cædes, cædis, (φόνος, αὐθεντασία, σφαγή,) Festus, Cædem putant ex Græco, dici, quod apud illos κτείνειν, significat interficere. Valla in Raudensem, Cædes mors non fatalis, sed ferro, aut ligno, aut saxo, similibusq; illata, præsertim occidere, aut ferire, aut percutere uolentis. Inde dicimus aliquem commisisse cædem, & Milo de cæde accusatus est. Plin. lib. 14. cap. 13. 1.

Occisio & cædes. Cic. pro Cæcinna, 31 (

Amor cædis. Ouid. 13. Metam. 165.

Imago cædis. Ouid. 8. Metam. 102.

Auidissimus cædis. Ouid. 1. Metam. 33.

Instructus ad cædem. Vide Instruo.

Molitor cædis. Tacit. lib. 11.

Acerba cædes. Stat. 6. Thebaid. 30.

Aeris cædes. Ouid. 11. Metam. 81.

Cruenta cædes. Lucanus, lib. 7. 168.

Dira cædes. Ouid. 3. Metam. 125.

Fera cædes. Seneca in Octauia 8. 8.

Ferales cædes. Claudian. de bello Gildon. 25.

Furialis cædes. Ouid. 6. Metam. 132.

Hostilis cædes. Seneca in Herc. furen. 11. 5.

Impia cædes. Horat. Carm. ode 24. 6.

Indignissimæ cædes & maximæ. Cic. p Sex. Roscio Amerino 7.

Inexhausta cædes. Stat. 10. Thebaid. 53.

Digitized by Google

Letifera cædes. Claudian. 5. Paneg. 24.
Manifesta cædes. Vide Manifestus.
Miserrima cædes. Virg. 11. Aeneid. 177.
Nefanda cædes. Ouid. 5. Metam. 35.
Notabilior cædes. Tacitus lib. 19. 349. 30.
Patrata cædes. Tacitus lib. 4.
Profunda cædes. Stat. 10. Thebaid. 167.
Sæua cædes. Ouid. 1. Metam. 16. & 33.
Sanguinea cædes. Ouid. 13. Metam. 17.
Accumulare cædem cæde. Lucret. lib. 3. 15.
Ardescere cæde. Ouid. 12. Metam. 48.
Conducere aliquē ad cædem faciendā. Cic. de Prouinc. Cōsul. 7.
Committere cædem. Ouid. 14. epist. 12.
Deterrere cædibus. Horat. de Arte poetica, 79.
Efficere cædes. Cic. pro Milone, 67.
Facere cædem. Cic. pro Milone, 20.
Facere cædes. Cic. in Bruto, 42.
Festinare cædes. Tacitus lib. 14.
Furere cæde. Virg. 2. Aeneid. 100.
Instaurare cædem. Vide Instauro.
In cædes ire. Tacitus lib. 13.
Madefieri cæde. Ouid. 15. Metam. 165.
Madere cæde. Ouid. 1. Metam. 13.
Cæde occidi. Cic. pro Milone, 8.
Ostentare cædem. Cic. ad Plancum, lib. 4. 14. 4.
Perimere cæde una. Virg. 9. Aeneid. 94.
Perpetrare cædem. Vide Perpetro.
Quærere cædem. Cic. ad Cæsium, lib. 12 2. 4.
Spectat rès ad cædem. Cic. Attico, lib. 15. 329. 7.
Sternere cæde uiros. Virg. 10. Aeneid. 23.
Suscitare cædem. Virg. 12. Aeneid. 101.
Tepere è cæde. Ouid. 4. Metam. 33.
Vasta cædes. Seneca in Troade, 6. 8.
In cæde, atq; ex cæde uiuere. Cic. pro Sex. Roscio 47.
Cædes, pro sanguine. Ouid. 4. Metam. 35.
Arborei fœtus aspergine cædis, in atram
Vertuntur faciem. Id est, sanguinis aspersione.
Cæduus, Adiectiuum, (κοπήιος) ut Cædua syluа, quæ habetur in eum usum, ut materia cædatur ex ea. Plin. lib. 13. cap. 4. 10, Cæduæ palmarum syluæ. Colum. lib. 3. cap. 3. 2.
Arbores cæduæ. Papinianus in l. Diuortio. §. si fundum. ff. Soluto matrimonio. Puto autem si arbores cæduæ fuerint uel germinales, dici oportere in fructum cædere.
Sylua cædua quæ dicatur, docet Paulus in l. Sylua cædua. ff. de Verborū & rerū significatione. Sylua, inquit, cædua est (ut quidā putāt) quæ in hoc habetur ut cæderetur. Seruius eam esse quæ succisa, rursus ex stirpib. aut radicibus renascatur.
Cæduæ naturæ frutex. Plin. lib. 12. cap. 19. 4, Siccitate gaudēs, sterilior imbre, cæduæ naturæ. De frutice cinnamomi.
Cæix] Vide Cæyx.
Cælasis] Antiquum uocabulum, pro cælaueris. Festus.
Cælatura] Vide cælo.
Cælebs] huius cælibis, pen. corr. (ἄγαμος, ἄπόσος) Dicitur tam qui caruit semper uxore, quàm qui nunc caret. Et inde Cælibatus. Hæc Valla lib. 4. Cic. 3. de Legib. 10, Cælibes esse prohibento.
Maritus & cælebs, contraria. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Cælebs muliere. Plaut. Casina. 6. 11.
Cælebs arbor. Plin. lib. 17. cap. 23. 6.
Lectus cælebs. Catullus, 63. 2.
Platanus cælebs. Horat. 2. Carm. ode 15. 1, Cælibem uocat quòd uites ei, non ut uxoris, quasi matrimonio iungantur.
Cælebs sine palmite truncus. Ouid. 14. Metamorph. 133.
Cælebs uita. Ouid.
Cælibem dictū existimant, quòd dignū cælo uitam agat. Festus.
Cælibatus, huius cælibatus, pen. prod. (ἀγάμιον) Felix Capella in libro de Nuptijs Mercurij & Philologiæ, Placuit Mineruæ pellere cælibatum.
Cælibari hasta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris stetisset abiecti, occisiq; ut quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum uiro sit: uel quòd nuptiali iure imperio uiri subiicitur nubens, quia hasta, summa armorum & imperij est. Quam ab causam uiri sortes ea donantur, & captiui sub eadem uenеunt, quos Græci δορυαλώτους ἢ δορυκτήτους uocant. Festus.
Cælestini] Vmbriæ populi in sexta regione Italiæ. Autor Plinius lib. 3. cap. 14.
Cælestis, Cælicola, Celites.] Vide Cælum.
Cæliculum] Cæliculi, pen. corr. Nomen loci, cuius meminit Cic. de Aruisp. resp. 29, L. Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum & sanctissimum Dianæ sacellum in Celiculo sustulisse?
Cælimontanus] Vide Cælius.
Cælius] Orator, acri turbulentoq; ingenio, discipulus Ciceronis, decessit admodum iuuenis. Proinde Quintil. lib. 10. cap. 1. eum dignum longiore uita & meliore mente dicit. Cic. de Claris Oratorib. 148, Cælius quādiu paruit autoritati meæ, talis Trib. pleb. fuit, ut nemo contra ciuiū perditorum popularem turbulentamq; dementiam à Senatu, & à bonorum causa steterit cōstantius. Tandem ab Adratino quodam accusatus, quòd cum Catilina conspirasset in perniciem Reipublicæ, quodq; aurum à Clodia Clodij sorore extorsisset, eiq; uenenum propinasset, defensus à Cicerone est elegantissima illa pro Cælio oratione, quæ hodie quoq; habetur in manibus.
Cælius Pontius, Prætor urbanus, quū ei ius dicenti picus supra caput insedisset, & auruspices respondissent, dimissa auе, hostium uictoriam fore: sed necata, Reipublicæ: moriturum tamen qui oppresserit, ipsam statim auem exanimauit: ex quo accidit, ut ipse cum XL. alijs Cælijs interficeretur. Valerius hanc historiā paulo aliter narrat, lib. 5. ca. 6. Sunt præterea qui hunc non Cælium, sed Aelium uocent.
T. Cælius, Tarracinæ splendido loco natus, quum in cubiculo quiescens, filijs altero cubantibus lecto, in lectulo peremptus esset: nec essent alij ad quos suspicio cædis peruenire posset: duo fratres causam dixere parricidij. Postquā uerò constitit eos inuentos esse dormientes, aperto ostio, absoluti sunt: quoniam in tanto facinore uerisimile non fuisset, eos quietem capere potuisse. Autor Valerius, lib. 8. cap. 1.
Cælius mons, unus è septem muro à Romulo inclusis. Seruius apud Virgilium, Aeneidos 6.
Cælimontanus, adiectiuum, (κελιμοντανός) ut Cælimontana porta. Cicero in Pisonem, 43, Quū ego Cælimontana porta introisse dixissem, &c.
Cælo] cælo, (γλύφω, διαγλύφω) cælare, cum diphthongo, significat insculpere.
Cælare argento, & in argento. Cic. 1. de Diuinat. 134, Hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & noster expressit Archias uersibus. Virg. 1. Aeneid. 129,
—cælataq; in auro Fortia facta patrum.
Libidines in poculis cælare. Plin. in Procœmio libri 33. 5.
Cælare æquora, flumina, bestias, & alia in uasis. Ouid. 2. Metamorph. Idem 5. Metam. 38.
Cælare argentum. Pomponius in l. & si non sunt clani. quid ergo. ff. de auro & argento legato. Quid ergo si cœptum sit argentum fabricari, &c. Certè si iam erat factum, sed cælabatur, facti appellatione continebitur. An & cælati appellatione continebitur, quod cælari cœpit? Et puto contineri, sicui fortè cælatum sit argentum legatum.

Inclaruit

Digitized by Google

Inclaruit in auro cælando. Vide Inclareo.
Craterem cælare longo argumento. Ouid. 13. Metam. 148.
Cælatus scyphus sestertijs centum. Plin. lib. 33. cap. 11. 8.
Precio cælata uasa. Cic. 2. de Natu Deor. 209.
Cælare scuta auro. Liu. 9. ab Vrbe, 208. Virgil. 5. Aeneid. 61,
—cælatamq; argento ferre bipennem.
Cælatum aurum & argentum, pro usus aureis & argenteis cælatis. Cic. 5. Tuscul. 86, Abacosq; complures ornauit argento, auroq; cælato.
Cælata tecta & laqueata. Cic. 1. Tuscul. 133.
Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio. Cic. 6. Verr. 87.
Velamina cælata multa arte. Valer. 5. Argonaut. 2.
Opus cælare metaphoricè, pro cõponere, Hora. 2. Epist. 2. 19,
Carmina compono, hic elogos, mirabile uisu
Cælatumq; nouem Musis opus. Vbi Porphyrio, Cælatum, uariatum, & quasi pictum.
Cælatura, penult. prod. (γλυφὴ) Est, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit, inquit Quintilianus lib. 2. ca. 21. 6. Plin. lib. 19. cap. 4. Superq; pistrinarum operibus & cælaturis utuere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 6, In cælatura clypei Achillis & lites sunt & actores.
Existimatio cælaturæ, Paulus in l. ex argento. ff. de condictione furtiua. Ex argento surrepto pocula facta condici posse, Fulcinius ait: ergo in condictione poculorum etiam cælaturæ æstimatio fiet.
Cælatura etiam rupit tenuem laminam. Quint. lib. 2. cap. 4. 6.
Cælator, pen. prod. uerbale (γλυπτὴς) Plin. lib. 34. cap. 8. 35.
Argenti cælatores. Cic. 6. Verr. 48. & 55.
Cælator cælum desiderat, & pictor penicilla. Quintilianus lib. 2. cap. 21. 15.
Cælator curuus. Iuuenal. Saty. 10. 15.
Cælamen, penult. prod. cælaminis, neut. gen. idem quod cælatura. Ouid. 13. Metamorph. 59,
—neque enim clypei cælamina nouit,
Oceanum & terras, cumq; alto sydera cælo, &c.
Cælum] cæli (ἰγνοπίνς, γλυπτήριον, γλυφεῖον) instrumẽtũ quò utuntur argentarij, authore Seruio in primum Aeneid. Quintil. lib. 2. cap. 11. 15. Stat. lib. 4. Sylu. 6. 6,
Hic tibi quæ dicto multum uigilata Myroni
Aera, laborifieri uiuant qua marmora cælo Praxi elis.
Cælum (οὐρανός, βυλὸς) significat etiam mundũ. Varro de Ling. Lat. lib. 4, Cælum dictum scribit Aelius, quòd est cælatũ: aut à contrario nomine cælatum, quòd apertũ est. Et paulò pòst, Ego magis puto à chao cauum, & hinc cælum: quoniam ut dixi, hoc circum, supraq;, quod complexu continet terram, cauum cælum. Itaq; dicit Andromacha, Noctiq; caua cæli signi tenentibus conficis bigis. Sipontinus, Cælum quod alio modo dicitur mundus, cuius circunflexu cuncta teguntur, quòd cælatũ, hoc est, signatum syderibus sit. Nam quòd Varro à cauo dictum existimat, nimis durum est. A Græco uerò, hoc est ἀπὸ τῦ κοίλυ, quod significat concauum, deduci non est putandum: siquidem per œ scriberetur, quod nusquã animaduertimus. Plin. lib. 2. cap. 4, Equidem & consensu gentium moueor. nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, eum & nos à perfecta absolutaq; elegantia, mundũ. Cælũ quidẽ haud dubiè cælati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro. Virg. Cælum qui uertice fulcit.
Cælum, aer etiam dicitur. Virgil. 1. Georg. Et uarium cæli prædiscere morem. Vbi Seruius. Cæli, id est, aeris. Cic. 1. Tuscul. 69, Vt penetret cælum hoc, in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.
Cælo, hoc est spiritu carere. Cic. pro C. Rabirio 10.
A cælo ad terram. Vide A præpositio.
Calamitosum cælo uectigal, ac loco. Cicero secundo de Lege Agraria, 80.
Grauis cælo ac terris, id est, dijs & hominibus molestus, Seneca in Hippol. 2. 22. de Cupidine.
Abrupta cæli. Stat. Thebaid. 3. 53.
Cæli aspiratio. Cic. 1. de Diuin. 211.
Aperta cæli. Lucret. lib. 6. 164.
Ars cæli. Virgil. 1. Aeneid. 51.
Axis cæli. Virgil. 6. Aeneid. 158. Id est, cælum. Intellig t autem per cælum diuinos honores, ut Seruio placet.
Bona cæli. Ouid. 2. Metamorph. 2.
Commercia cæli. Ouid. 3. Amor. 109.
Conuersio cæli. Cic. de Somnio Scipionis 17.
Conuexa cæli: idem conuexum cælum, hoc est, ciruatum. Virg. quarto Aeneid. 91.
Cursus cæli. Cic. de Somnio Scipionis, 17.
Decus cæli. Horat. in Carmine Seculari, 1.
Extremum & ultimum mundi cælum. Cic. 2. de Diuin. 137.
Faces noctiuagæ cæli. Lucret. lib. 5. 2. 240.
Fulmen cæli. Lucret. 5. 250.
Grauitas cæli. Cic. ad Atticum. lib. 11. 228. 3.
Hiatus cæli à terris, Distantia quæ est inter cælum & terram. Lucret. lib. 4. 84.
Honor cæli. Ouid. 1. Metamorph. 46.
Humor cæli mobilis. Virgil. 1. Georg. 84.
Videtur nubes intelligere.
Lumen spirabile cæli. Virgil. 3. Aeneid. 120.
Spirabile, id est, uitale, quo spiramus. Seruius.
Meatus cæli. Virgil. 6. Aeneid. 176.
Menses cæli & sydera. Virg. 1. Georg. 67. Id est, duodecim signa, quibus menses cognoscimus. Seruius.
Meta cæli media. Virgil. 5. Aeneid. 166.
Minæ cæli pelagiq;. Virgil. 6. Aeneid. 23.
Morbus cæli, corruptus & pestilens aer. Virg. 3. Georg. 94.
Mos cæli uarius. Virgil. 1. Georg. 11.
Nubila cæli. Virgil. 4. Georg. 34.
Olympus cæli, id est, cælum, & est pleonasmus, quum alterutrũ sufficeret, aut olympus, aut cælum. Virg. 6. Aeneid. 116.
Palatia cæli. Ouid. 1. Metamorph. 37.
Particulæ cæli. Cic. 1. de Orato. 87.
Plaga cæli. Lucret. li. 1. 220. Plaga, priore longa, id est, percussio, & intelligit tonitrua.
Templa cæli, pro cælo ipso. Lucret. lib. 6. 247.
Regia cæli. Virgil. 1. Georg. 100.
Regio cæli. Virgil. 2. Georg. 54.
Rex cæli. Virg. 4. Georg. 31. Id est, Iupiter. de apibus loquitur.
Rabies cæli marisq;, id est, tẽpestas sæuissima. Virg. 5. Aen. 159.
Ruina cæli. Virg. 1. Aeneid. 27. Id est, tonitribus, quorum sonus similis est ruinis, Seruius.
Spacium cæli. Virgil. eclog. 3. 21.
Spiritus cæli. Cic. 1. in Catil. 10.
Stellantis regia cæli. Virgil. 7. Aeneid. 42.
Sublima cæli, pro sublimum cælum. Lucret. lib. 1. 69.
Tectum cæli, Cælum. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 21.
Tempestas cæli liquidissima. Lucret. 4. 35.
Cæli cærula templa. Cic. 1. de Diuin. 75.
Tractus cæli. Virgil. 3. Aeneid. 28.
Vertex cæli, altissima cæli pars. Virgil. 2. Aeneid. 46.
Viæ cæli. Virgilius secundo Georgic. 96. Cæli uias intelligit, aut artes, aut certè circulos, quibus sydera continentur. Seruius.
Altum cælum. Virgil. quinto Aeneid. 144.
Apertum cælum. Virg. 8. Aeneid. 102. Vide Aperio.
Australe cælum. Vide Auster.

Digitized by Google

Bonum cælum. Vide Bonus.
Calamitosum cælum. Vide Calamitosus.
Caliginosum cælum. Vide Caligo.
Cælum capitis, pro parte suprema hominis, in qua est cerebrũ. Plin. lib. 11. cap. 37.
Captiuum cælum. Ouid. 1. Metam. 38. De gigantibus.
Coloratum cælum. Ouid. 2. Amorum eleg. 5. 7.
Conuexum cælum. Ouid. 1. Metamorph. 6.
Cælum crassum, & Tenue, contraria. Cic. de Fato 12.
Dubium cælum. Virgil. 1. Georg. 51, quòd nunc prospera, nunc aduersa ingerit. Seruius.
Eoum cælum, Regio cæli quæ ad Orientem uergit. Ouidius 4. Metamorph. 40. De Sole.
Fulgentis imago cæli. Ouid. 2. Metamorph. 4.
Gratissimus cælo amnis. Virg. 8. Aeneid. 13. De Tybri.
Illustre cælum, Clarum & serenum. Valer. 6. Argonaut. 106.
Immensum cælum. Ouid. 2. Metamorph. 32.
Cælum immite & turbidum. Vide immitis.
Inclinatio cæli. Vide Inclino.
Italum cælum, Italiæ regio. Horat. 2. Carm. 7. 1.
Liberum cælum. Vide Liber.
Cælo libero permittere. Quintil. lib. 2. cap. 6. 5.
Liquidum cælum, id est, purum. Virgil. 1. Metamorph. 5.
Magni palatia cæli. Ouid. 1. Metamorph. 37.
Nigrius cælum pice. Ouid. epist. 17. 2.
Niuale cælum. Vide Nix.
Obscurum cælum. Virgil. 3. Aeneid. 117.
Pacatum nitet cælum. Lucret. lib. 1. 2. id est, Serenum.
Cælum ex omni parte patens atq; apertum intueri. Cic. 1. de Diuinat. 3.
Pendens cælum. Ouid. 7. Metamorph. 118.
Piceum cælum. Valerius 1. Argonaut. 124. id est, nigrum & tenebrosum.
Placidum cælum, Tranquillum. Silius lib. 12. 134.
Prælati regia cæli. Lucan. lib. 1. 10. Valde lati.
Prærupti uertex cæli. Valer. 2. Argonaut. 18.
Profundum cælum: id est, sublime. Virgil. eclog. 4. 11.
Porta cæli. Virgil. 3. Georg. 52.
Prompta cæli. Lucret. lib. 6. 164.
Purum cælum. Cic. 1. de Diuinat. 214.
Repurgatum cælum. Ouid. 5. Metamorph. 58.
Rotundum cælum. Cic. 3. Offic. 98.
Salubre cælum. Cic. 1. de Diuinat. 211.
Serenum cælum. Virg. 1. Georg. 47.
Stellans cælum, Stellis fulgens. Lucret. lib. 4. 43.
Stelliferum cælum. Cic. de Somnio Scip. 17.
Sublime cælum. Ouid. 5. Fast. 143.
Sydereum cælum. Ouid. 10. Metamorph. 28.
Tacito cælo labentia sydera. Virgil. 3. Aeneid. 193.
Tacta de cælo quercus. Virgil. eclog. 1. 4. id est, afflata, & leuiter fulminata. Seruius.
Cælum tenue & purum, salubre. Cic. 1. de Diuinat. 211.
Non tractabile cælum. Virgil. 4. Aeneid. 11. id est, cuius tempestati resistere nullo pacto possumus.
Vacuum cælum, pro aere. Virgil. 5. Aeneid. 102.
Varium cælum, id est, uarie depictum, uarijsq; ornatum sydеribus. Ouid. 2. Metamorph. 39.
Varians cælum. Plin. lib. 14. cap. 2. 7.
Accipere cælo aliquem, id est, in deorũ concilium recipere. Virg. 1. Aeneid. 59. de Iulio Cæsare ad Venerem uerba Iouis:
Hunc tu olim cælo spolijs Orientis onustum
Accipies secura. Ouid. 14. Metamorph. 165.
—quem si modò posse uidere
Fata semel dederint, cælum accepisse uidebor.
Aequare cælo. Virgil. 4. Aeneid. 18.
Aequare cælum. Ouid. 11. Metamorph. 100.
Allegere cælo. Seneca in Agamemn. 9. 2.
Aperitur cælum. Vide Aperio.
Arcem cæli annuere alicui. Virgil. 1. Aeneid. 51.
Asserere aliquem cælo. Vide Assero.
Digito cælum attingere, est uehementer laudari, & felicem esse uel, ut uult Budæus, magnum esse utrum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 14, Nostri autem principes digito se cælum putent attingere, si mulli barbati, &c.
In cælum attollere. Vide Attollo.
Auferre cælum, dicitur nox. Virgil. 3. Aeneid. 40.
Beare cælo. Horat. 4. Carm. 8. ode 6.
Ceciderunt cælo fulgura. Virgil. 1. Georg. 47.
Ciere cælum tonitru. Virgil. 4. Aeneid. 25.
Circumtegit omnia cælum. Lucretius lib. 1. 217.
Comprimere cælum. Lucretius 1. 14.
Condere cælum umbra, dicitur Deus. Virgil. 6. Aeneid. 54.
Contristare cælũ pluuio frigore, dicitur Auster. Virgilius tertio Aeneid. 55.
Conuertere cælos. Lucretius lib. 2. 220.
Corrumpere cælum. Vlpianus in l. Si cuius inde quæsitum. ff. de Vsufruct. & quemadmodum quis utatur & fruatur. Si tamen quæ instituit usufructuarius aut cælum corrumpant, agri, &c. non uidetur boni uiri arbitratu frui.
Credere se cælo. Id est, committere. Virgil. 6. Aeneid. 3. quasi alienis sedibus. Seruius.
Decedere cælo dicitur umbra. Virgil. 8. eclog. 3.
Deducere Lunam cælo. Virgil. eclog. 8. 14.
Delapsus cælo. Virgil. 5. Aeneid. 142.
Nimbos demittere cælo. Ouid. 1. Metamorph. 53.
Imbres cælo demittere. Ouid. 2. Metamorph. 62.
Meatus cæli radio describere. Virgil. 6. Aeneid. 170.
Detrahere de cælo. Cic. 2. Philipp. 104. id est, ex magna gloria deturbare, inquit Budæus.
Honore cæli dignari aliquem. Ouid. 1. Metamorph. 40. Iupiter de Satyris & Faunis.
Discedere cælum dicitur. Cic. 1. de Diuin. 161, Et deorum simulacra sudauisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum: hoc est scissum fuisse & apertum, & uelut hiatum, fecisse.
Dare sonitum cælo. Virgil. 2. Georg. 62.
Ducere de cælo animam. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 43, Ita uiuunt dum possunt, ut ducere animam de cælo non queant.
Educere molem cælo, id est, usq; ad cælum. Virgil. 2. Aeneid. 38. De equo Troiano.
Ad cælum efferre aliquem rumore. Horat. 1. Epist. 10. 2.
It clamor cælo, in cælum. Virgil. 5. Aeneid. 90.
Eripiunt cælum nubes, id est, lucem, Virgil. 1. Aeneid. 19.
Exæquare cælo aliquem. Lucretius, lib. 1. 16.
Exijt ad cælum ramis felicibus arbos, id est, excreuit altissimè. Virgil. 2. Georg. 17.
In cælum ferre, pro ualde laudare, & quod Virgil. dicit, Fama super æthera ferre, & notum facere. Cic. ad Atticum libro 4. 85. 3, Nosti genus dialogorum meorum, ut in oratorijs, quos tu in cælum fers, &c.
Per cælum ferri. Virgil. 1. Georg. 80.
Funditur cælum aratro. Ouidius primo Trist. eleg. 7. 1. Prouerbialis est poetarum locutio de rebus non uerisimilibus, aut quæ fieri nequeunt.
De cælo aeris crassitudo. Cic. 1. de Diuin. 153.
Fugere cælum, id est, lucem. Virgil. 3. Georg. 83.
Immissa cælo sydera. Virg. 2. Ge. 69. Cælo, datiuus, pro In cælũ.
Implere cælum questibus. Virgil. 9. Aeneid. 100.

Inficere

Digitized by Google

Inficere cælum Iris dicitur, id est, pingere & colorare. Ouid. 6. Metamorph. 13.

Inuadere cælum, pro adire cælum, quasi uadere in cælum. Seneca in Hercule Oeth. 1. 15. De animalibus in sydera mutatis.

Irrigat cælum candore Sol. Lucret. lib. 5. 57.

Labuntur cælo stellæ. Virgil. 1. Georg. 74.

Ludunt examina cælo. Virg. 4. Georg. 21. de apibus.

Minari in cælum, pro eminere ad cælum usq;. Virgilius primo Aeneid. 34. Seruius.

Miscere cælum terramq;. Virgil. 1. Aeneid. 28.

Miscere cælo maria. Virgil. 5. Aeneid. 157. Id est, mare usq; ad cælum fluctibus attollere.

Miscetur murmure cælum. Virgilius quarto, Aeneid. 32. Periphrasis est tonitrus.

Mutare cælum. Horat. 1. Epist. 11. 6,

Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Sufferre manus ad cælum, id est, extollere. Horatius secundo Serm. Saty. 20.

Negatur cælum mihi. Seneca in Hercule Oeth. 1. 2.

Morem cæli uarium prædiscere. Virgil. 1. Georg. 11. Hoc est, ut Seruius exponit, Debes cæli, id est, aeris qualitatem nosse, utrum pluuijs gaudeat, an tepore, uel frigore.

Patet tibi cælum: id est, in cælum admitteris. Ouid. 6. Fast. 143.

Penetrare in cælum. Vide Penetro.

Petere cælum stultitia. Horat. 1. Carm. ode 3. 8.

Potens cælo Ereboq;. Virg. 6. Aeneid. 50. Sic uocat Hecaten.

Recludit cælum æstiua luce, de Sole inquit Virg. Georg. 1.

Rigare cælum sol dicitur, quasi flammis cælum conspergere. Lucretius libro 4. 41.

Soluere cælum in tartara. Virg. l. 12. Aeneid. 41.

Spectare cælum. Ouid. 10. Metamorph. 28.

Serenare cælum. De Ioue dicitur. Virgil. 1. Aeneid. 52.

Seruare de cælo. Vide Seruo.

Sperare cælum, honores cælestes. Virg. 4. Georg. 65.

Subrubere cælum dicitur. Ouid. 2. Amor. 5. eleg. 7.

Succedere cælo, subire cælum. Virg. 4. Georg. 46.

In cælo esse, pro gloriari, & ex aliorum laudibus aut præconijs ac beneficijs maximam sibi comparare gloriam. Cic. Attic. lib. 2. 34. 3, Bibulus in cælo est, nec quare scio: sed ita laudatur, quasi unus homo nobis cunctando restituit rem.

Suspicere cælum. Virgil. 1. Georg. 75.

Tendere ad cælum lumina, Suspicere in cælum. Virgilius secundo Aeneid. 61.

Tendere cælo palmas, ad cælum. Virg. 2. Aeneid. 137.

Tenere cælum, pro esse in cælo. Ouid. lib. 2. Metam: 50.

Porta tonat cæli. Virgil. 2. Georg. 52. Porta cæli: id est, aer nubibus plenus, per quem iter in cælum est. Seruius.

Torquere cælum apud poetas soliut est Iouis. Virg. 4. Aen. 54,

Cælum & terras qui numine torquet.

Torquet: id est, regit. sustinet. Seruius. Dicitur & de Atlante, à quo fabulantur poetæ cælum sustineri. Virgilius sexto Aeneid. 160.

Vertitur cælum. Virgil. 2. Aeneid. 50,

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox.

Vertitur, id est, in alium faciem commutatur. Alias enim hoc epitheton cæli perpetuum est. Ideoq; subiungit, Ruit Oceano nox. Hæc fere Seruius.

Medio cæli uolat. Virgil. 4. Aeneid. 37.

Teste cælo uiuere. Id est, in aperto, ita ut nihil clam esse uelis eorum quæ agas. Seneca in Hippol. 4. 34.

Cælestis, & hoc cæleste, (οὐράνιον) quod ex cælo est: ut Cælestis arcus. Plin. lib. 12. cap. 24. 2.

Cælestes dij. Liuius lib. 1. ab Vrbe 143.

Animi cælestes. Virgil. lib. 1. Aeneid. 3. Tantæne animis cælestibus iræ? Id est, dijs superis. Seruius.

Cælestes aquæ. Liu. lib. 4. ab Vrbe, 129.

Aula cælestis. Ouid. 1. Fast. 28.

Dona cælestia. Virgil. lib. 4. Georg. 1.

Flammæ cælestes. Lucret. lib. 5. 220.

Cælestis fulminis ignis. Lucret. lib. 2. 77.

Cælestis ira, pro Dei ira. Liuius lib. 2. ab Vrbe, 156. Seneca in Hercule Oeth. 4. 42.

Mens cælestis, Diuina, Ouid. 1. Fast. 107.

Monitis cælestibus aliquid agere, id est, diuorum iussu. Ouid. 14. Metamorph. 99. De Vlysse.

Nectar cæleste. Ouid. 4. Metamorph. 51.

Origo cælestis. Virgil. 6. Aeneid. 146.

Cælestis ortus. Quintil. lib. 3. cap. 7. 4.

Pabula cælestia. Ouid. 4. Metamorph. 44. Sic ambrosiam uocat, pabulum equorum Solis.

Plagæ cælestes, regio cælestis. Ouid. 12. Metamorph. 8.

Prodigia cælestia, E cælo nata, aut cælestium ira. Virgilius sexto Aeneid. 76.

Regnum cæleste. Ouid. 1. Metamorph. 31.

Cælestes religiones. Tacit. lib. 1. 5. 25.

Sapientia cælestis. Horatius 1. Epist. 3. 6. Quæ à cælestibus originem duxit.

Semine cæleste oriundus. Lucretius, lib. 2. 198.

Solum cæleste. Ouid. 1. Metamorph. 15.

Stirpe cælesti creatus. Ouid. 1. Metamorph. 153.

Vir cælestis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 8. Sic uocat Augustum.

Cælestem in dicendo uirum uocat Ciceronem Quintilianus, libro 10. cap. 2.

Vis cælestis. Cic. 2. de Diuinat. 139.

Inuisus cælestibus, quem superi oderunt. Virg. 1. Aeneid. 79.

Mater cælestum, Cybele mater deorum. Ouid. 4. Fast. 56.

Munus cælestum, id est, deorum. Cælestum, pro cælestium. Statius lib. 1. Sylu. 2. 42.

Templa cælestum. Lucret. lib. 6. 256.

Voluntas cælestium. Cic. 4. Philipp. 159.

Iniquos cælestes facere, id est, iratos reddere. Ouid. epist. 8. 18.

Colere cælestes. Cic. 2. de Legib. 31. Diuos, & eos qui cælestes semper habiti colunto.

Tentare cælestia, id est, aggredi res honore cælesti, & immortalitate dignas. Horat. 1. Epist. 18. 7.

Cælicola. pen. corr. com. gen. (ὑραν[illegible]) habitator cæli. Virg. 2. Aeneid Me si cælicolæ uoluissent ducere uitam.

Omnes cælicolæ, omnes supera astra tenentes. Virgil. 6. Aeneid. 158.

Genitrix cælicolûm, pro Cælicolarum, Cybele. Silius lib. 17. 8.

Maxima cælicolûm Iuno. Catull. 63. 28.

Rex cælicolûm Iupiter. Virgil. 3. Aeneid. 5.

Cælifer, penult. corr. dicitur Atlas, quem poetæ fingunt cælum sustinere. Virgilius 6. Aeneid. 159,

—ubi cælifer Atlas

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Manus cælifera de Hercule. Seneca in Herc. furente, 7. 1.

Cælites, cælitum, penult. corr. (ὑράνιοι) qui cælum habitant. Ennius apud Ciceronem, 2. de Diuinat. 156, Ego Deûm genus esse semper dixi, & dicam cælitum. Idem in Somnio Scipionis 2. Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq; reliqui cælites.

Creator cælitum, epitheton Iouis. Seneca in Hippol. 8. 5.

Gratiam reddere cælitibus. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 8.

Cælite, singulari numero, casu auferendi, legitur apud Ouidium 4. de Ponto, eleg. 6. 4,

Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti

Vestra procul posito carmen in ora dedi.

Cælitem

Digitized by Google

Cœlitem, uocat Augustum.

Regnis cœlitibus pulsus, id est, cœlestibus. Ouid. 1. Fast. 8. Huius nominatiuus Cœlitia esset, si usquam inuentretur.

Cælus] pater Saturni.

Cæmentum] χάλικες. Budæus, Sunt alterius generis lapides rudes & informes, quæ cæmenta uocantur, quibus ad structuras operum utuntur inter pilares uel quadratas eductiones, quas artifices gambas appellant. Vtuntur & his lapidibus ad parietes uillaticos extruendos. Hoc genus structuræ incertum est, & sine uenustate, quasi lapide temerè inuento constructum. Hactenus Budæus. Liuius 1. bel. Pun. 43, Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. 24. 13, Quid si cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium?

Cæmentum, opus ipsum constructū cæmentis. Plin. lib. 36. cap. 22. 12, E reliquis pallidus, in cæmento rarò utilis.

Cæmentum molle. Vitruuius lib. 2. Vide Ordinarius.

Cæmenta, fœminino genere. Ennius, Labat, labuntur saxa, cæmenta cadit. Nonius.

Cæmentitius, adiect. (χαλίνεος) quod cæmento constructum est. Vitruuius lib. 2. cap. 8, Itaq; pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitijs, altitudines extructæ.

Cæmentitia fundamenta. Iabolenus in l. qui domum. ff. locati. Vicinus quum ædificaret in suo, terrā in eam aream, amplius quàm fundamenta cæmentitia erant, congessit, &c.

Cæmētitius riuus. Vlpianus in l. Seruius. ff. de riuis. Seruius & Labeo scribunt, si riuum qui ab initio terrenus fuerit, aquā non continebat, cæmentitium uelit facere: audiendum esse.

Cæne] καίνη, urbs circa sinum Laconiæ, Tenaron ante uocata. Hinc Cænites portus apud Plinium, lib. 4. cap. 5. Et Cæneus dictus est Iupiter ab Ouidio.

Cæne, parua quæ dā insula in mari Siculo, in Africam uersa, cui uicina est Gaulos & Melite, Plinio scribitur lib. 3. cap. 8.

Cæneus] duarum syllabarum (καινεὺς) Vide Cænis.

Cænica] Thraciæ regio, Plinio authore lib. 4. cap. 11. Intus Byzia arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine inusta dirundinibus: regio Cænica, colonia Flauiopolis, &c.

Cęnina] inter clara Latij oppida Plinio numeratur, li. 3. c. 5.

Cænites] pen. prod. Achaiæ portus est, sinus Saronicus, olim querno nemore redimitus, ut author est Plinius lib. 4. ca. 5.

Cænis] Italiæ promontorium est, quòd aduersum habet & oppositum Pelorum in Sicilia, 12. stadiorum interuallo. Author Plinius lib. 3. cap. 6.

Cænis (καινὶς) Elathei Lapithæ fuit filia, quæ à Neptuno cōpressa hoc præmij petijt, ut in uirum mutaretur: quod adeò non ægrè à deo impetrauit, ut etiam inuulnerabilem esse uoluerit, uocataq; fuit Cæneus. Tundem in tumultu Lapitharum contra Centauros, quum ferro occidi non posse, arborum congestu aggere oppressa & suffocata, Neptuni beneficio in auem mutata est. Fabulam habet Ouidius lib. 12. Metamorph. 35. Virgil. lib. 6. 90,

—& iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in ueterem fato reuoluta figuram.

Cæni, uocandi casus, à nominatiuo Cænis. Ouid. 12. Metam. 95.

Et te Cæni feram?

Cæpe.] Vide Cepe.

Cæpi] εἴληφα, præteritum à Capio, capis. Scribitur & sine diphthongo.

Cæra] cære. Vide Cera.

Cære] neu. ge. (καιρέα, Strabo, καῖρε, Stephanus, in ἀγύλλα, καιρή,) Indeclinabile, ut apud Liuium 5. ab Vrbe, 183. uel Cæres, cæritis, penul. corr. apud Virgil. oppidum fuit Tusciæ, non longè à Tarquinijs, quondā Agylla nominabatur, quæ à Pelasgis è Thessalia profectis condita fertur. Testis Plinius li. 3. ca. 5. 14. Liuius Decad. 1. lib. 5. L. Albinus uirgines sacraq; in plaustrum imposuit: & Cære, quò iter sacerdotibus erat, peruexit. Virgil. 8. Aeneid. 120, Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem Religione patrum late sacer. Verùm tum splendida, tamq; gloriosa quondam ciuitas, uix dum hac ætate urbis uestigia seruat. Vicina sanè magis fulgens balnea, quæ uulgò Cæretana uocantur, propter eos, qui ad ea curandæ ualetudinis gratia proficiscuntur. Hæc ex Strabonis lib. 5. Dictum est autem Cære, quòd quum Galli illam urbem oppugnarent, missiq; fuissent à principe exercitus, quidam milites, qui nomen urbis ex primo quoq; incolæ sciscitarentur: isq;, qui factus illis esset obuiam, non intelligens quod quærerent, optata illis felicitate, ut solent salutantes, dixisset Græcam uocem χαῖρε: statim occurrentes Galli responderunt tale urbi esse nomen. Valerius Max. Historia tamen paulo aliter narratur à Seruio, in lib. 8. Aeneid. 120. Vide Agylla. Dicitur & Cærete, Cæretis neu. gen. pen. prod. pro eodē. Virg. 10. Aeneid. 3. 6, Qui Cærete domo, quæ sunt Minionis in aruis. Ac si diceret, Qui sunt domo Carthaginē. Seruius. Valer. Maximus lib. 1. cap. 1, Virgines & sacra imposita Cærete oppidum peruexit.

Cæretanus amnis, ad Cære urbem, autore Plin. lib. 3. cap. 5. 14.

Cærites (καιρεῖται οἱ) Strabo, qui ex oppido Cære erant. Gellius lib. 16. cap. 13, Primos autem municipes sine suffragij iure, Cærites esse factos accepimus: concessumq; illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negocijs tamen atq; oneribus uacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq;. Hinc tabulæ Cærites appellatæ uersa uice, in quas Censs. referri iubebant quos notæ causa suffragijs priuabāt. Liu. 1. Decad. li. 7, Cæritem populum Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat.

Cæremonia] cæremoniæ (θρησκεία) & Cæremoniæ, cæremoniarum, dicuntur ritus sacri. Festus, Cæremoniarū causam alij ab oppido Cære dictam existimant; alij à caritate dictam iudicant. Liu. lib. 5. ab Vrbe, 183. de L. Albino quodam de plebe Romana homine loquitur, qui uirgines sacraq; Cære plaustro peruexit: unde quidam cæremonias dictas existimant. Sabinus apud Gellium lib. 4. cap. 9. à carendo deducit. Cic. 1. Tusc. 43, Tum è pontificio iure, & cæremonijs sepulchrorum intelligi licet.

Prōptus animus ad capessendas cæremonias. Tacit. lib. 4. 83. 9.

Scientiæ cæremoniarumq; uetus. Tacit. lib. 5.

Cæremoniæ religionesq; in deos. Cic. 1. de Legib. 64. & 2. 86.

Cæremoniæ denariæ & tricenariæ dicebantur, quibus sacra addituris, decem continuis rebus, uel triginta certis quibusdā rebus carendum erat. Festus.

Facere ludos maximā cum cæremonia. Cic. 7. in Verrem, 29.

Polluere cæremoniam. Tacit. lib. 4.

Cæremoniā legationis, quasi sanctitatē & religionē, Cic. Metaphoricè dixit, de mādati iudicio loquēs, pro Rosc. Ame. 67.

Cæres] cæritis. Vide Cære.

Cæretanus amnis] Vide Cære.

Cærete] cæretis. Vide Cære.

Cæretum] Vmbriæ oppidum est, inter Spoletum & Nursiam, à quo Cæretani appellantur: totum orbem uano quodam ac turpi superstitionis genere ludificātes, ob quam causam ferè continuè peregrinantur, familia atq; uxoribus domi relictis. Quod nomen nunc quoq; apud Italos inualuit, ut Cæretani uulgò uocentur, qui lyra & uersibus quibusdā ac nugis confictis populo imponunt.

Cæruleus] γλαυκὸς, κυάνεος, adiect. quasi cæluleus: unde cæruleum mare à cæli colore nominatū est. Dicitur etiā cumatilis color, quòd Græci κύματα, fluxus uocāt. Propert.

Cæruleus

Digitized by Google

Cæruleus cucumis, tumidoq; cucurbita uentre.
Anguis cærulei. Virgil. 4. Georg. 96.
Aqua cærulea. Ouid. 8. Metamorph. 46.
Cærulea bacca. Plin. lib. 15. cap. 30. 2.
Color cæruleus. Virgil. 1. Georg. 90.
Cæruleus color, & aquæ marinæ non idem est, ut patet ex Celso, lib. 7. ubi de suffusione loquitur. Budæus.
Dei cærulei. Ouid. 2. Metamorph. 2.
Draco cæruleus. Ouid. 12. Metamorph. 3.
Fratrem cæruleum Iouis, Neptunum uocat Ouid. 1. Met. 56.
Glacies cærulea. Virgil. 1. Georg. 48.
Guttæ cæruleæ, notæ siue maculæ. Ouid. 4. Metam. 116.
Imber cæruleus. Virg. 5. Aeneid. 2. Stat. 5. Thebaid. 78.
Mare cæruleum. Seneca in Hippol. 12. 1.
Mors cærulea. Ouidius ad Liuiam, 19.
Cærulea nauis. Virgil. 5. Aeneid. 25. Vbi Seruius, Cærulea, aut nigra, aut alta carina.
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor. Vbi Seruius, Cæruleæ notæ, & fulgor auro uariatus incendebat, id est, illustrabat. Virgil. 5. Aeneid. 16.
Nubes cærulea Cic. in Arato, 24.
Cærulei oculi Neptuni. Cic. 1. de Natu. deor. 112.
Cærulea pistrix. Cic. in Arato, 32.
Pontus cæruleus. Virgil. 12. Aeneid. 37.
Pubes cærulea Germaniæ. Horatius Epod. 16. 2. Cæruleam uocari dicunt interpretes, ob cæruleum oculorũ colorem, omnibus ferè Germanis communem. Bonfinis de Glasto intelligi mauult. Vide ipsos in Horatium annotationes.
Serpens Cæruleus. Ouid. 3. Metamorph. 8.
Cæruleus Tybris, pro alto siue profundo. Virgil. 8. Aeneid. 13. Ita enim natura comparatum est, ut quæ aqua pauca est & maximè fluens, albescat magis, quæ autem alta & profunda ac tranquilla, magis ad glaucum & cæruleum colorem transeat, qui ex densitate albi ac nigri fieri solet, & ueluti multa reuerberatione lucida coloris albi.
Vittæ cæruleæ. Virg. 3. Aeneid. 13.
Cæruleus, pen. correp. Adiectiuum (κυάνεος) Idem quod Cæruleus. Catul. Cærula uerrentes abienis æquora palmis. Et apud Virgil. Cærula freta, lib. 10. Aeneid. 15.
Ore cærulus, Cæruleum habens os. Ouid. 13. Metamor. 190.
Amnis cærulus. Stat. lib. 1. Sylu. 5. 11.
Cærula astra. Cic. in Arato. 17.
Colla cærula. Virgil. 2. Aeneid. 76. de Angue loquitur.
Coma cærula. Ouid. 11. Metam. 32. de Tmolo monte.
Ficus baccis cærula. Ouid. 10. Metamorph. 20.
Forma cærula maris. Ouid. 2. Amorum eleg. 11. 3.
Freta cærula. Virgil. 10. Aeneid. 42.
Grex cæruleus Nereidum. Seneca in Hippol. 3. 13.
Lacus cæruleus. Claudian. epigram. 5. 6.
Nota cærula. Seneca in Hippol. 10. 11.
Olearum cærula plaga. Lucret. lib. 5. 276. Plagam priore breui, regionem quandam, aut tractum oleis insitum intelligit, quarum fructus cæruleo sunt colore.
Ad cæli cærula templa. Cic. 1. de Diuinat. 75. (ria. Seruius.
Spumabant cærula, apud Virg. 8. Aen. 132. Cærula, id est, ma-
Verrunt cærula, apud Virgilium, 3. Aeneid. 42. Subaudiendũ freta, aut huiusmodi aliud.

Cæsa] cæsæ, Gallicum telum. Varr. Qui gladijs cincti sine scutis, cum binis cesis essent. Hæc & Gallorum lingua, gæsa dicuntur. Vnde & uiros fortes Galli Gæsos uocant. Virgil. 8. Aeneid. 130, —alpina coruscant gæsa manu. Id est hastæ uiriles. Seruius, Alij tamẽ sine diphthõgo scribũt Gæsa.

Cæsar] καῖσαρ, Cæsarum familia Iulijs adscita est, qui ex Iulo Ascanio descenderunt, authore Virgil. lib. Aeneid. 6. 59, Iulius, à magno demissum nomen Iulo. Cæsar autem à cæso matris utero, quos auspicatius dicit Plin. lib. 7. cap. 9. nasci, quàm eos qui in pedes nascuntur. eaq; de causa Scipionem Africanum maiorem Cæsarem cognominatum esse. Spartianus uerò, & item Seruius grammaticus dicunt uocatum primum hoc nomine Cæsaris auum, qui in Africa elephantum interfecit, Cæsarem appellatum lingua Punica. Certè Iulius Cæsar, à quo familia Cæsarum postea propagata est, non est natus cæso utero materno, qui matrẽ Aureliam habuit, quã amisit quum in Gallia bellum gereret: cuius etiam pater Cæsar est nuncupatus, qui prætura functus Pisis obijt. Hic Iulius Cæsar omnem Galliam, quæ à saltu Pyreneo alpibusq; & monte Gebenna fluminibusq; Rhodano & Rheno continentur, nouem annis in prouinciæ formam redegit. Hic Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorũ ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus est & Britannos, ignotos antea, superatisq; pecunias & obsides imperauit. In Italia, Picenũ, Vmbriã, Hetruriam occupauit. Appellatis de Repub. patribus, ualidissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio & L. Affranio & M. Var. in Hispania erant, inuasit. In Macedonia deuicit Põpeium cum Ptolemæo rege. In Ponto deuicit Mithridatem. In Aphrica deuicit Scipionem & Iubam. In Hispania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies, primùm de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Ponto, de Aphrica, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos, de quibus Suetonius.
Cæsar quid ab Augusto differat. Vide in dictione Cæsar.
Cæsares, plurale. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 21. —pro quo Cæsare thura pia, Cæsaribusq; dedi.
Altus Cæsar, insignis, excellens. Horat. 4. Carm. ode 4. 8.
Custos rerum Cæsar. Horat. 4. Carm. 15. 4.
Egregij Cæsaris laudes. Horat. 1. Carm. 6. 3.
Inuicti Cæsaris res, id est, gesta. Horat. 1. Serm. saty. 1. 3.
Principe Cæsare, id est, regnante Cæsare. Hor. 1. Car. ode 21. 3.
Magnus Cæsar. Virgil. 4. Georg. 112. Catul. epigram. 11. 19.
Maximus Cæsar. Virgil. 2. Georg. 34.
Cæsares item duo fratres, Dictatoris pater & patruus, eodem ferè tempore nullis euidentibus causis extincti: alter pater Pisis dum calciaretur, matutino moritur: alter Romæ. Plin. lib. 7. cap. 53. 2. Cæsares alij duo: C. & L. Ex ijs Caius poeta tragicus fuit & orator, ut testatur Pædianus, frater uterinus Catulli oratoris, uterq; in lib. 2. de Orato. à Cicerone introducitur. Cic. etiam in Bruto 92, C. Cæsaris meminit his uerbis, C. Iulius L. F. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit, oratorq; fuit minimè ille quidem uehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepôre, nemo suauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdẽ tragœdijs, lenitas eius sine neruis perspici potest. Hactenus Cic. Lucius uerò & Consul, & Prætor fuit: ambo Sylla secuti, iussu Marij interfecti sunt: quo tempore M. item Antonius orator, Crassi æqualis, ut ait Pædianus. Lucius Cæsar alter, Marci Antonij Triumuiri auunculus, Pompeianarum partium, missusq; ab utraq; parte quandoq; orator de pace. Postremò inter proscriptos ab Octauio interfectus fuit, in cuius locum obtinuit Marcus Antonius, ut Cicero Octauij amicus proscriberetur. Author Plutarchus. Fuit præter hos Cæsar Vopiscus, qui (ut ait Varro de Re rustica, lib. 1. cap. 7. ad finem) quum causam ageret apud Censores, dixit campos Rosæ in Reatino sumen esse Italiæ.
Cæsareus, adiect. (καισάρειος) ut domus Cæsarea. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 14.
Numen Cæsareum. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 10.
Vultus Cæsarei, uultus Cæsaris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 3.

Cæsarianus

Digitized by Google

Cæsarianus, pen. prod. aliud adiectiuum (καισαρειος) ut Cæsariana celeritas. Cic. Attico, lib. 16. 335. 7, Facilè me ille essset assecutus: aiunt enim eum Cæsariana uti celeritate. Martial. lib. 9. 80. ad Domitianum.

Cæsarensis] καισαρεύνσιος, ut Mauritania Cæsarensis, μαυρετανία ἡ καισαρευνσία, Ptol.

Cæsarauguſta] καισάρεια σεβαστή, Tarraconensis Hispaniæ clarissima ciuitas est, antè Numantia dicta, authore Pomponio. Augusta Cæsarea Ptolemæo dicitur & Strabóni, lib. 3. Hodie uulgò uocatur Saragossa.

Cæsarea] Mauritaniæ ciuitas est, antè Iol uocata, quam quũ Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine, Cæsareã uocauit. Ea portum habet, & insidiam ante portum. Hæc sunt ex Strabonis lib. 17. Est & Cæsarea Cappadociæ, sic à Tyberio nominata pulso Archelao, quum antè Mazaca diceretur. Autor Eusebius. Est præterea Cæsarea Apamiæ: & Cæsarea Palestinæ, antè Stratonis turris dicta, nõ procul à monte Carmelo, author Strabo lib. 16.

Cæsarienses] Ioniæ populi, Ephesum conuenientes. Plin. lib. 5. cap. 29, Ephesum uerò alterum Asiæ lumen, remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani, &c.

Cæsarium] Aegypti emporium est, & secessus quidã. Strabo libro 17.

Cæsarobricenses] Lusitaniæ Hispaniæ populi, ut est apud Plinium, lib. 4 cap. 22.

Cæsaries] cæsariei (κεραὰ, βόστρυχος) à cædo, cædis: comam significat, quæ cædi solet. Virorum enim duntaxat cæsaries est, non mulierum. Ex Seruio. Plaut. Milit. 8. 65, Vide cæsaries quàm decet. Apud Liuium, 8. bell. Pun. 185, Cæsaries promissa: id est, longa.

Densum cæsarie caput. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 7.
Decora cæsaries. Lucan. lib. 8. 132.
Flaua cæsaries. Iuuen. Saty. 13. 17. Valer. 6. Argonaut. 46.
Horrida cæsaries. Ouid. 10. Metamorph. 28.
Horrifica cæsaries. Lucan. lib. 2. 75.
Intonsa cæsaries. Claud. in Epithal. Palladij 9.
Lacera cæsaries. Lucan. lib. 1. 38.
Repexa cæsaries. Claud. epig. 4. 2.
Terrifica cæsaries. Ouid. 1. Metamorph. 38.
Terrificam capitis cæsariem concutere. Ouid. 1. Metam. 18.
Comprimere cæsariem manu. Lucan. lib. 8, 132.
Dimouere cæsariem ab ore. Lucan. lib. 2. 75.
Mouere cæsariem. Ouid. 1. Metamorph. 38.
Pectere cæsariem. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.

Cæsariatus, penul. prod. adiectiuum (βοστρυχωτὸς) Comatus. Plaut. Mil. 10. 172, Qui miles admutiletur cæsariatus.

Cæsenna] καίσεννα, urbs Flaminiæ prouinciæ: quæ nunc quoq; nomen retinet. Hinc Cæsennates dicti sunt Cæsennam habitantes, & Cæsennetia uina, quæ inter generosa numerabantur, teste Plinio, lib. 14. cap. 6. 7.

Cæsim] Cæsio. Vide Cædo.

Cæsitium] cæsitij. Plaut. Epid. 5. 47. Linteolum cæsitium.

Cæsius] γλαυκὸς, Adiectiuum. Cæsius color, qui cœli speciem habet, dictus quasi cælius. Terent. Hecy. 3. 4. 26, Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Vbi Donatus, Cæsius, Glaucis oculis, quasi felis oculos habens. Vnde Cæsares dictos quidam putant. Cic. 1. de Nat. deorum, 113, Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Mineruæ, cæruleos Neptuni.

Cæsones] penult. prod. (καισῶνες) appellantur ex utero matris execti. Festus. Plinius libro 7. cap. 9. Primusq; Cæsarum, à cæso matris utero dictus: qua de causa & Cæsones appellati.

Cæspes] cæspitis, penult. correp. masc. gen. (βῶλος, βώλαξ, βάμνος, λοχμὴ) à cædo fit, & est terra cum herba in modu lateris cæsa, uel frutex recisus, ac truncatus, autore Festo. Dictus est autem, quòd pedem cædat. Lucan. lib. 1. 103, Et subitus rapti munimine cæspitis agger. Cic. pro Cæcina, 43, Non esse arma, cæspites, neque glebas. Ouidius Epist. 14. 20.

Congestum cæspite culmen. Virg. eclog. 1. 14. id est, terra cum propria herba euulsa. Seruius.
Cæspitis herbæ. Ouid. epist. 21. 31.
Festus cæspes: id est, ara ex cæspitibus cõfecta, quàm quis fustam facit. Iuuenal. Saty. 12. 1.
Fragilis cæspes. Lucan. lib. 6. 7.
Gramineus madidam cæspes obumbrat humum, Ouidius, 2. Amorum, eleg. 16. 2.
Imus cæspes. Virgil. 4. Georg. 55.
Mollis cæspes. Seneca in Herc. Oetheo, 5. 12.
Nudo proiectus cæspite. Stat. 12. Thebaid. 66.
Tener cæspes. Ouid. epist. 21. 32.
Viridis cæspes, Virgil. 3. Aeneid. 61. id est herbosus. Seru.
Viuus cæspes: id est, uiridis. Horat. 3. Carm. ode 8. 1. Valer. lib. 5. Argonaut. 13.
Aggerebatur cæspes. Tacit. lib. 1. 8. 13.

Cæspititius, adiect. (βωλακινὸς) quod fit ex cæspitibus. Vnde cæspititium tribunal, uocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flauius Vopiscus, Deinde concursus ad cæspititium tribunal: id est, castrense. Sic Plinius in Paneg.

Aræ cæspititiæ. Iulius Capitolinus.

Cæspito, cæspitas, penult. corrept. cæspitare, dicimur, quum pede aliquid percutientes, quasi ruere cogimur. Dictum cæspitare, quasi cæspitem offendere, uel in cæspitem ferri. Sipontinus.

Cæspitatores equi, qui sæpe in cæspitem, aut lapidem, aut aliud offendiculum impingunt.

Cæstrum] instrumentum, quo ebur cauatur. Plin. lib. 35. cap. 11. 27, Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cæstro, id est, uerriculo, donec classes pingi cœpere.

Cæstus] huius cæstus, fœm. gen. (πυγμὴ) genus clauæ pilæ plumbeas loris bubulis appensas habens: quo Darethen & Entellum pugnasse legimus. Virgil. 5. Aeneid. 14,
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu.
Vbi Seruius: Crudo cæstu, aut crudeli, aut duro. Cæstus autem per diphthongon, pugilum arma significat. Habet etiã pluralem numerum, & est quartæ formæ. Nam Cestus, cesti, numeri tantum singularis, sine diphthongo, balthcum Veneris significat. Cic. 2. Tusc. 70. Inde pugiles cæstibus contusi, ne ingemiscunt quidem.
Cestus sine diphthongo, quid significet, uide suo loco.
Aptus cæstibus. Seneca in Medea, 2. 7.
Infesti cæstus. Stat. 6. Thebaid. 146.
Tragicus cæstus. Ouid. ad Pisonem, 48,
Mœcenas Tragico quatientem pulpita cæsto
Erexit Varum. Id est, Varum poetam Tragicum.
Bellare cæstu. Stat. 6. Thebaid. 166.
Dare brachia experienda cæstibus. Ouid. 2. Fasto. 74.
Valido decernere cæstu. Claudian. 5. Paneg. 47.
Explorare cæstus. Stat. 6. Thebaid. 153.
Exuere cæstus, & manibus inducere cæstus, contraria. Virgil. 5. Aeneid. 83. Exuere, proijcere, soluere. Seruius.
Inducere manibus cæstus: id est, induere manibus. Virgilius 5. Aeneid. 75.
Induere cæstus. Valer. 4. Argonaut. 50.
Librare cæstus in aliquem. Virgil. 5. Aeneid. 95.

Cæsuliæ] dicti sunt, qui cæsios oculos habent. Festus.

Digitized by Google

Cæſum] Cæſi. Vide, Cædo.

Cæſura] Cæſuratim Cæſus. Vide Cædo.

Cætera] fœm. gen. (ἕτερα) Cæterum, pen. corr. neut. gen. à Græco deducitur καὶ ἕτερος, quod significat & alius, ut ait Sipontinus. Terent. Hecyra 4.2.25. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus. Cicero 4. Acad. 43. Cætera ſeries deinde ſequetur. Idem 6. Verr. 43. Argentum illi cæterum purum appoſuerat.

Quid cæterim? Plaut. Pœnul. 2.91.

Cæterus in nominatiuo legimus apud Catonem, cap. 22.2. Cæterus ornatus domi, Pompeijs emptus eſt. Idem apud Gellũ lib. 3. cap. 7, Illoq; facto quod milites ſubduxit, exercitum cæterum ſeruauit.

Paucula cætera. Lucret. lib. 2.21.

Cæterum pro reliquo. Salluſt. Videlicet cætera uita earum, huic ſceleri obſtat. Id eſt, huius ſceleris pœnam deprecatur: uel ſuſpicione amolitur. Budæus. Cic. de Petit. Conſulat. 12.

Cæterũ omne. Liu. 2. bel. Pun. 88, Quod ſatis in uſum fuit, ſublato cæterum omne incenſum eſt.

Ætas cætera. Virg. 3. Georg. 12.

Diligentia cætera. Cic. 2. de inuent. 188.

Iuriſdictio cætera. Cic. ad Att. lib. 6. 113. 8.

Turba cætera. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 6. Ouid. 3. Metam. 23.

Cætera mitte loqui. Horat. Epod. 14. 2.

Cætera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis. Martialis lib. 13. de Scaro, Viſceribus bonus eſt, cætera uile ſapit. pro, quantum ad cætera. Liu. 1. ab Vrbe, 159. Ergo uirum cætera egregium, ſecuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio eſt.

Lætus cætera. Horat. 1. Epiſt. 10. 10, Excepto quòd non ſimul eſſes, cætera lætus. Idem 4. Carm. ode 2. 12, Quà notam duxit niueus uideri, Cætera Fuluus.

Ad cætera, id eſt, quod ad reliqua attinet. Horat. 1. Epiſt. 10. 1.

Lacere gradum ad cætera. Cic. 2. de Lege Agraria, 47.

Perge ad cætera. Vide Pergo.

De cætero. Cic. 1. de Finib. 39.

Et cætera, abſolutè poſitum. Cic. 2. de Orat. 77. Si mihi filius gignitur, iſq; prius moritur, & cætera, tũ ut mihi ille ſit hæres. Idẽ in Topic. 13. In partitione quaſi membra ſunt, ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, &c.

Et cætera generis eiuſdem. Cic. in Topic. 24, Vt dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, & cætera generis eiuſdem.

Itemq; cætera. Cicero ad Atticum lib. 2. 34. 4, Eandem uirtutẽ iſtam ueniet tempus quum grauiter gemes, totus theatri clamore dixit, itemq;, &c.

Cæteri & cætera eiuſmodi, ut &c. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 18; De reliquis nihil melius ipſo eſt, cæteri & cætera eiuſmodi ut ſi alterutrum neceſſe ſit, audire ea malis quàm ridere.

Cæterum etiam à Iuriſconſultis, præſertim ab Vlpiano, pro alioquin accipitur, ut in l. Si finita. §. poſtea. de Damno infecto. & l. Iam tamen, in principio. iudic. ſolui. Budæus.

Cætera (τὰ λοιπὰ) aduerbium. Virgil. 9. Aeneid. 134.

Cætera parce puer bello, cætera, deinceps. Seruius. Curtius,

Cætera opinam prædam fore: id eſt, in poſterum, ut ait Budæus.

Cæterò (τὸ λοιπὸν) aduerbium. Plinius lib. 10. cap. 58. 1. Palumbes fœmina incubat poſt meridiana in matutinum, cæterò mas. Hoc eſt, quod reliquum eſt temporis. Dictio hæc Plinio eſt admodum familiaris ut lib. 19. cap. 6. 8. lib. 10. cap. 1. 1. & cap. 63. 7. lib. 11. cap. 19. 3. & cap. 37. 36. lib. 13. cap. 4. 7. & cap. 42. 4. Et alibi frequenter.

Cæteroquin, ſiue Cæteroqui (τἄλλα) aduerbium pro alioquin. Cic. in Orat. 46, Adhibet quidem hic ſubtilis, quẽ, niſi quòd ſolum, cæteroquin rectè quidam uocant Atticum. Hoc eſt, alioqui. Idem 1. de Natu. Deorum 81, Non enim poeta ſuauis, uerum etiam cæteroqui doctus, ſapiensq; traditur.

Cæterum (ἀλλὰ, μέντοι) aduerb. ſignificat ſed: ſiue id quod ſolemus dicere, quod reliquum eſt. Plaut. Pœn. 2. 125,

—dehinc cæterum Valete.

Cæterùm, ſed præterea. Salluſt. Aliam rem aggreditur non eadẽ aſperitate, cæterũ haud ſecus difficilem. Terẽt. Eunu. 3. 1. 62,

Ridiculum non enim cogitaras, cæterum
Idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo.

Cæterum, alioquin. Cic. 2. ad Qu. frat. 15. 50. Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quòd ſine te, cæterùm ſatis commodè oblectabar. Budæus.

Cæyx] Cæycis, pen. prod. (καίυξ) Genus auis. Plin. lib. 32. cap. 8. 1, Fit in mari & halcyoneum appellatum, ex nidis, ut aliqui exiſtimant, halcyonum & cæycum: ut alij è ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus, alij è limo uel quadam maris lanugine.

Cæyx, uiri nomen. Vide Halcyon.

Cata] & Caianus, Adiectiuum. Vide Caius.

Caici] κάϊκοι, Strabo, penult. prod. ſunt Germaniæ populi, accolæ Rheni. Lucan. lib. 1. 92,

Et uos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppoſiti petitis Romam, Rhenique; feroces
Deſeritis ripas. Puto Lucanũ diſſolutione diphthongi facta pro caucos feciſſe Caicos, & fortè per y ſcribi debet.

Caicus] pen. prod. (καΐκος) Phrygiæ fluuius eſt ex Myſia ueniens. author Plin. lib. 5. cap. 30. Virg. 4. Aen. 74, Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſuſq; Caicus. Cic. pro Flacco 56.

Gelidus Caicus. Lucan. lib. 3. 41.

Teuthranthæus Caicus à Theuthrania oppido Myſiæ. Ouidius ſecundo Metamorph. 49.

Caicus, ſociorum Aeneæ unus. Virgil. 1. Aeneid. 38,

Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.

Caieta] καϊέτα, urbs & portus Campaniæ, ſic à Caieta nutrice Aeneæ dictus, ut Lauiniam ab uxore Lauinia. Author Solinus, quod etiam teſtatur Virgilius in ipſo ſtatim principio libri ſeptimi,

Tu quoq; littoribus noſtris Aeneta nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dediſti, &c.

In quem locum ſic ait Seruius, Hanc alij Aeneæ, alij Creuſæ, alij Aſcanij nutricem uolunt. Lectum tamen eſt in Philologis, in hoc loco claſſem Troianorum caſu concrematam. Vn de Caieta dicta eſt ἀπὸ τῦ καίειν. Hactenus ille. Sanè καίω idem ſignificat quod Accendo, aduro. Idem quoq; Seruius explicans carmen illud Aeneid. 10. Quid repetam exuſtas Erycino in littore claſſes: Secundum, inquit, opinionem ſuã dixit. Nam alij apud Caietam dicũt exuſta nauigia: unde & Caieta dicta eſt. Strabo lib. 5. Caietam Laconico uocabulo à curuitate dictam innuit, eò quòd Lacones curua omnia Caiattas appellent. Cic. pro leg. Manilia 23. An uerò ignoratis portum Caietæ celeberrimum, atque pleniſſimum nauium, inſpectante Prætore à prædonibus eſſe direptum?

Caius) καῖος, cognomen fuit apud Romanos, à parentũ gaudio ſumptum. Eſt autem triſyllabum. Martial. lib. 9. 93. ad Condilum, Caius à prima tremebundus luce ſalutat. Auſonius diſſyllabum fecit, ſectione 1. de Eunomo.

Quis tu? Caius ait. Profertur per G. & notatur per C, quæ inuerſa Ↄ, mulierem declarat. Author Quintil. lib. 1. cap. 13. Apud Priſcos autem pro domino ponebatur: ſicut & Caia pro domina. Vide Plutarchum.

Cai, uocatiuus. Mart. li. 2. Quod peto da, Cai, nõ peto conſiliũ.

Caium tradunt Græci appellatum ab Italis, & Tarentinis mercenarium, aut etiam rudem hominem, ac planè brutũ, quia à γέα, quæ terra eſt, deriuetur γεῖος, &, γαῖος. Nam à γαῖα inflectitur γαῦος. unde bos γαὺς dicitur uelut colonus. quod

Digitized by Google

si uerũ est, per G scribi debet et proferri. Cælius li. 24. ca. 5.

Caia, Caiæ. Cic. pro Muræna 24, *Vt quia in alicuius libris exẽpli causa id nomen inuenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari.*

Caianus, pen. prod. (καϊανός) *adiectiuum. Statius lib. 4. Sylu. 9. 5, Emptum plus minus asse Caiano.*

Cala] *calæ* (κάλλα, καλὸν) *Seruius, Calas dicebant maiores nostri fustes quos portabant serui sequentes dominos ad prælium. Vnde etiam calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & uallum. Vallum autem dicebant calas. sic Lucilius, Scinde calam ut caleas. Id est, ô puer, frange fustes, & fac focum.*

Calàbra] κάλαβρα, *Curia dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Hæc Festus. Macrobius Saturn. li. 1. cap. 15, Itaq; sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idẽ pontifex calata, id est, uocata in Capitolium plebe iuxta curiam calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas supereſſent, pronunciabat. Et paulò post, Hinc & ipsi curiæ, ad quam uocabantur, Calabræ nomen datum est, & classi, quòd omnis in eam populus uocaretur.*

Calabria] *pen. corre.* (καλαβρία) *insula quã ueteres Mesapiam à duce Mesapo: Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre dixere. Estq; ora Italiæ proxima Siciliæ: à qua breui maris tractu disiungitur. Vulgò adhuc nomẽ retinet apud Italos. Vide Plinium lib. 3. cap. 11. & Strabonem lib. 6.*

Aestuosa Calabria. Horat. 1. Carm. ode 31. 1.

Calaber, Calabri (καλαβρὸς) *qui ex Calabria est, & Calabriam incolit.*

Calabri hospitis Xenia, prouerbium esse indicat Erasmus, quo usus sit Horat. 1. Epist. 7. 3, Non quo more pyris uesci Calaber iubet hospes, &c. Dictum est autem, eodem interprete, de muneribus rusticanis leuibusq;, & quæ magis onerẽt accipientem, quàm iuuent. Vide ipsius Chiliadas.

Calaber, pen. corr. (καλαβρὸς) *adiect. Hinc Calabræ oues, pro eximijs accipiuntur à Columella, lib. 7. ca. 2. 3. Calabri montes. Ouid. 3. de Arte poet. Et Apes Calabræ, apud Horat. 3. Carm. ode 16. 7. Item, Calabrum uellus, Persius, Saty. 2. 7.*

Calabricus, pen. corr. (καλαβρικὸς) *adiectiuum, ut Calabrica olea. Colum. lib. 12. cap. 49. 3, Veruntamen habetur præcipua in hos usus olea Calabrica: quam quidam propter similitudinem oleastellum uocant.*

Calænum] *Vide Calenum.*

Calagurium] *ciuitas Hispaniæ in Vasconibus collocata. Hinc Caliguritani, qui in ea habitant: quorum alij Subulacenses cognominantur: alij Nasaci. Author Plin. lib. 3. cap. 3.*

Calais] *pen. corr.* (κάλαϊς) *Boreæ & Orithyiæ filius, Zethæ frater, quos ambos alatos fuisse poetæ fingũt. Vide Ouidiũ, 6. Metam. 136. Propert. li. 1. eleg. 19. 6. de Hyla puero,*

Hunc duo sectati fratres Aquilonia proles,
Hunc super & Zethes, hunc super & Calais.

Est etiam Calais nomen pueri, aut adolescentuli cuiusdam alterius apud Horatium, 3. Carm. ode 9. 3.

Me torret face mutua
Turini Calais filius Ornithi, &c.

Calametum] *pen. prod.* (καλαμὼν) *Colum. lib. 4. ca. 27, Sic deinde ordinata uineta festinabimus emendare, sarmentisq; & calametis liberare.*

Calamintha] *calaminthæ, uel calaminthe, calaminthes* (καλαμίνθη) *Species menthæ uel pulegij, quam Cætam quoq; à Græcis dictam scribit Strabo, quum inquit Lacedæmonem ab Homero dictam Cætressam, à Calaminthæ copia, de qua sic Dioscorides lib. 3. cap. 41. Altera, inquit, calaminthe pulegio similis est, sed maior, quam syluestre pulegium ideo appellarunt, quòd odore ipsum æmuletur, Nepetam Latini uocant, &c. Nepetam etiam uocat Plinius, cap. 14. lib. 20. quam Galenus lib. 7. Simplicium, cap. 2. calaminthen appellat, uulgò Nepita, ouer Nepitella.*

Calamistrum] καλαμὶς, κάλλυντρον, *Acus maior, quæ calefacta & fronti adhibita intorquet capillos, ut ait Seruius. Varro, Calamistrum, quo calfacto in cinere, capillus ornatur. Cic. Post reditum in Senatu, 14, Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, non frons calamistri notata ue stigijs, in eam cognitionem adducebat?*

Calamistris inurere, per metaphoram Cicero de Claris Oratoribus, 142.

Calamistrum in masculino genere dixisse uidetur Cicero in Oratore, 43. Remouebitur, inquit, omnis insignis ornatus, quasi margaritarum, nec calamistri quidem adhibebuntur. Ita legit Nonius.

Calamistratus, pen. prod. (καλαμιστρωτὸς) *adiect. Cic. Post reditum in Senatu, 11. Cur in helluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia uirtus tandiu cessauit?*

Calamistrata coma. Cic. pro Sestio 13, Alter unguentis affluens, calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum, ac ueteres uexatores ætatulæ suæ, &c.

Calamitas] *Calamitosus. Vide Calamus.*

Calamochnus] *Vide Adarca.*

Calamos, Asiæ oppidum in ora subiecta Libano monti. Plinius lib. 5. ca. 20, At in ora, inquit, Libano subiecta, fluuius Magoras: Berytus colonia, quæ felix Iulia appellatur. Leontos oppidum, flumen Lycos, Palæbyblos, flumen Adonis. Oppida Byblos, Botrys, Gigarta, Trueris, Calamos, &c.

Calamus] *Calami, pen. corr.* (κάλαμος, δόναξ) *frutex aquaticus: qui & arundo dicitur: quamuis arũdo propriè sit quæ crassior ac longior est, seriturq; ad usum præcipuè uinearum: calamus, gracilis, tenuisq;, & tibijs ferè ac scriptu ræ aptus. Canna maior calamo, sed minor arundine: & semper ferè sua sponte proueniens. Ex Sipontino. Plin. lib. 16. cap. 36, Nostratibus calamis fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cauo corpore intus supernè tenui inare scit ligno: fissilis, præacuta semper acie, geniculata. Cætero gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculo coma, neque hac superuacua, &c. Calamis Orientis populi bella conficiunt. Plura ibidem de Calamis, toto capite.*

Fragiles calami, Virgil. 1. Georg. 16.

Lentus in frangendo calamus. Vide Lentus.

Palustres calami. Ouid. 1. Metamorph. 70. & 142.

Calamus auenæ. Plin. lib. 6. cap. 30. 2.

Calamus, pro fistula quam pastores ex culmis frumentorum cõponere solent. Virgil. in Bucol. eclog. 5. 1,

Tu calamos inflare leueis, ego dicere uersus.
Alio loco tenuem auenam & arundinem uocat.

Arguti calami. Sil. lib. 13. 70.

Dispares calami ceræ cõpagine inter se iuncti. Ouid. 1. Metam. 143, Hiantes calamos labro percurrere. Lucret. lib. 4. 119.

Impari tauros calamo uocauit. Seneca in Hippol. 3. 5. de Apolline pastore.

Leues calamos inflare. Virgil. eclog. 5. 1.

Sibila calamorum. Lucret. lib. 5. 278.

Rudis calamus scriptorius. Cel. lib. 7. cap. 11. de Ozena.

Aequiparare calamis aliquem: id est, fistulandi arte parem esse. Virgil. eclog. 5. 5.

Coniungere cera calamos Virgil. eclog. 2. 3.

Ludere agresti calamo. Virgil. eclog. 1. 2. Seruius exponit, Scribere carmina stilo rustico.

Terere calamo labellum. Virgil. eclog. 2. 3.

Curuum

Digitized by Google

Curuum calamum legimus apud Catullum carmine quinquagesimo octauo, de Berecynthia.

Calamus, uirga ad decipiendas aues uisco illita. Martial. lib. 13. 68, Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

Volucrem calamo sequi, Sil. lib. 7. 236. de calamo uiscato.

Calamus, surculus qui ramo inseritur: tessera etiã dicitur. Plin. lib. 13. cap. 14, Quòd si longius afferantur pomorum calami, ramo infixos optimè custodire succum arbitrantur. Idem eodem capite plus decies.

Calami pro telis & spiculis aut sagittis. Ouid. 8. Metam. 6, Impositis calamis patulos sinuauerat arcus.

Calamus, pro instrumento quo scribimus, quod ex arundinum culmis fieri solebat. Martial. lib. 7. 10,
Cogis me calamo, manuq; nostra
Emendare meos, Pudens, libellos. Cic. ad Att. lib. 7. 110. 1,
Quibus instituissem ad te scribere, calamũq; sumpsissem, &c.

Transuerso calamo signum allinere. Horat. in Arte poet. 90. Transuerso, id est, in obliquum ducto.

Calamum intingere. Vide Intingo.

Calamus, pro stylo (allegoricῶς) Virgil. 1. Eclog. 1,
Ludere quæ uellem calamo permisit agresti.

Calamus, arbor aromatica. Plin. lib. 12. cap. 22.

Calamitas, penu. corr. calamĭtatis, pen. prod. (ὀυμφορὰ, λύμη, οἰζὺς) Propriè calamitatem rustici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc est, culmum ac segetem. Terent. Eunuch. 1. 1. 34, Ipsa egreditur, nostri fundi calamitas. Hæc Donatus. Plaut. Casina. 2. 4. 13,
Profectò hercle non fuit quicquam olerum,
Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam.

Calamitas dicebatur etiam in scenicis ludis, quum fabula exigebatur. Terent. in Prologo Hecyræ 29,
Hecyram ad uos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem uestra intelligentia
Sedabit. A Græcis πτοῆσμα dicitur. Budæus.

Calamitas, miseria & ærumna. Cic. 3. Verr. 30, Quacunq; iter fecit, eiusmodi fuit, non ut legatus Pop. Romani, sed ut quædam calamitas peruadere uideretur. Non potuit Cicero significantius Verris Prætoris furta ac rapinas & iniurias exprimere. Quo uerbo uocari potest nostro tempore militum improbitas, pagatim grassantium, qui quacunque iter faciunt, impotentissimæ petulantiæ uestigia ad finem anni uertentis impressa relinquere solent: usqueadeò omnia diuexata, omnia exhausta, omnia disiecta, quasiq; grandine ac procella proculcata obtritaq; digressis illis uisuntur. Ex Budæo.

Calamitas in amore. Terent. Heaut. 2. 4. 15.

Ictu aliquo calamitatis pulsa fides de foro. Vide Ico.

Communis calamitas. Vide Communis.

Accipere calamitatem. Vide Accipio.

Afferre calamitatem. Vide Affero.

Afficere calamitate. Vide Afficio.

Afflixit hunc calamitas. Vide Affligo.

Capere calamitatem. Vide Capio.

Importare calamitatem conseruatoribus suis. Vide Importo.

Incidit amori nostro calamitas. Vide Incido.

Inferre calamitatem ciuitati. Vide Infero.

Leuare calamitatem innocentem. Vide Leuis.

Calamitosus, penul. prod. adiectiuum (οἰζυρὸς) Quod calamitate lædi solet. Plin. lib. 18. cap. 7. 28, Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tollitur antequam triticũ occupet rubigo.

Calamitosus ager, apud Catonem: & calamitosum cælum, cap. primo, & cap. 35.

Calamitosus ager cælo & loco. Cic. 2. pro Lege Agraria, 89.

Calamitosus, ærumnosus est, malis, calamitatibusq; prægrauatus, inquit Nonius. Cic. 1. Verr. 38, Honoris amplissimi putò esse, accusare improbos: et miseros, calamitososq; defendere.

Calamitosum ocium. Cic. 5. de Finib. 97.

Calamitosa fama. Cic. pro Cluentio, 2.

Calamitosa patriæ fuga, nobis gloriosa. Cic. 1. de Diuinat. 104.

Hora calamitosior. Cic. ad Octauium, 5.

Calamitosa prætura Verris. Cic. 6. Verr. 126.

Tempestas calamitosa. Cic. 3. Verr. 68.

Calamitosè, penult. prod. Aduerbium (οἰζυρῶς) Miserè. Cic. 3. Offic. 143, Nam quòd aiunt, minima de malis, id est, ut turpiter potius, quàm calamitosè: an est ullum maius malũ turpitudine?

Calantica] calanticæ (καυνία) tegmen muliebre, quod capiti innectitur. Cic. in Clodium, Tùne, quum uincirentur pedes fascijs, quum calanticam capiti accommodares? Nonius.

Calănus] Gymnosophista Indicus, cum Alexandro Magno collocutus, eumq; secutus, sese uiuum constructa pyra comburi iussit. Huius disputationem apud Alexandrum, & interitum multis persecutus est Strabo lib. 15.

Calapis] Pannoniæ memorandus amnis, in Saum influens iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficiens, quæ Segestica appellatur. Hæc Plin. li. 3. ca. 25. in descriptione Pannoniæ.

Calaris] pen. corr. Sardiniæ oppidũ apud Plin. li. 2. ca. 103. Cuius etiam meminit Claud. in bello Gildonico, in fine,
Vrbs Lybiam contra, Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Calaris, tenuemq; per undas
Obuia dimittit fracturum flamina collem.

Calasastri] pueri dicebantur canoram uocem habentes, inquit Vitruuius, qui à regibus ad hoc munus quæri solebant. Ex Calepino.

Calasis] tunicæ genus, quod Græci καλλίστιον dicunt.

Calata] Vide Calo.

Calathus] Penul. corr. (κάλαθος) Festus, Calathos Græci, nos dicimus quasillos. Iuxta Porphyrionem, uas uimineum, in quo mulieres pensa uel tramam reuoluunt. Virg. in Alexi. 2. 5, —tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis. Sic. 7. Aeneid. 161, Calathus Mineruæ. Ouid. 4. Fastorum,
Hæc implet calathos lento uimine nexos.

Rasiles calathi. Ouid. 9, Epist. 16. id est, polit i, quasi rasi, quibus puellæ & unguenta & lanas recondunt.

Calathus. Vas æreum, in quo lac uel recens caseus in urbe distrahitur. Virg. 3. Georg. 80,
Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis. Hæc Seruius. Columel. lib. 7. cap. 8. 2. Liquor in fiscellas, aut in calathos, uel formas transferendus est.

Calathus, Calix ad sacrificium aptus. Virg. eclog. 5. 6,
Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Calathum Hermolaus turbinem rectum uocat: cui opponitur Meta, id est, turbo inuersus. Plin. lib. 21. cap. 5, Candor eius eximius, foliis foris striatis, & ab angustijs in latitudinẽ passim latim sese laxantibus, effigie calathi.

Calathiscus, Diminutiuum (καλαθισκὸς) Catullus 59. 63,
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera uirgati custodibant calathisci.

Calathusa] insula est inter Chersonesum & Samothracen deserta, dicente Plinio lib. 4. cap. 11, Desertis quoq; reddantur in hoc sinu, quarum modò inueniri potuerunt nomina, Desticos, Laruos, Cyßiros, Carbrusa, Calathusa, &c.

Calatię] Italiæ ciuitas, prope Caßinũ et Bouillas. Plin. li. 3. ca. 5

Digitized by Google

Calatis] Thraciæ ciuitas est apud Plinium, lib. 4. cap. 11. quæ antea Aceruetis uocabatur.

Calator] Vide Calo.

Calaurea] pen. prod. siue Calauria, pen. corr. (καλαυρία) Est insula maris mediterranei, in sinu Argolico, cõtra Træzenium. Plin. lib. 4. cap. 12. De qua insula prouerbio datus locus, pro Delo Calauria: in mutui beneficij memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunũ cũ Latona permutationẽ fecisse, & data Delo, Calauriã habitasse. Vide Erasmi Chiliadas. Ouid. 7. Metam. 77. Inde Calaureæ Latoidos aspicit arua.

Calcaneus] Calcar. Vide Calx.

Calcarius] Calcatorium, calcatus. Vide Calx, lapis coctus.

Calce] apud Strabonem Campaniæ ciuitas. Sic enim scribit libro 5, Vltra iam dictas, sunt hæ quoque Campaniæ ciuitates, quarum mentionem superius fecimus, Calce & Teanum, Sidicinum.

Calcearium] Calceamen, Calceamentum.

Calceatus] Vide Calx, pro posteriore parte pedis.

Calcedonia] Vide Chalcedonia.

Calceo] calceas, Calceolus, Calceus. Vide Calx, pro posteriore parte pedis.

Calchas] huius calchantis (κάλχας) fuit Testoris Troiani filius, augur maximus, qui quum initio belli à Troianis ad Apollinem Delphicum cum muneribus mitteretur, & respõsum habuerat, ut dimissis Troianis, Græcorum sequeretur felicitatem, ab illis gratissimè exceptus est, Author Dictys Cre-
Calchanta, Accusatiuus. Virgil. 2. Aeneid. 25, (tensis.
Hic Ithacus uatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios.

Callioli] καρσίολοι, Ptolemæo: Carseoli Plinio, Vrbs Sabinis proxima. Vulgò Taliacozo.

Calcitro.] Calco. Vide Calx.

Calculus] calculi, pen. corr. masc. g. (ψῆφις, ψῆφος) Lapis breuis terræ admistus, sic dictus, quod sine molestia sui breuitate calcetur. Virgil. 2. Georg.
Tenais ubi argilla, & dumosis calculus aruis. Seruius.
Calculi è rupibus. Plin. lib. 12. cap. 17. 6, Præterea syncero calculi potius rupibus inhærent quàm puluis. Cic. 1. de Orat. 136, Qui etiam coniectis in os calculis summa uoce, &c.
Calculus, lapillus in corpore, ex quo maximus cruciatus gignitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 76.
Calculi, quos latrones seu latrunculos appellarunt ueteres: iuniores scachum uocant, sunt orbiculi quibus ludutur in fritillo. Martialis,
Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto,
Calculus hic gemino discolor hoste perit.
Vide Gellium lib. 14. cap. 1.
Spinosi calculi. Cel. lib. 7. cap. 26, Sunt enim quidam non asperi tantummodo, sed spinosi quoq; calculi, qui per se quidem delapsi in ceruicem sine periculo eximuntur.
Calculi, etiam pro rationibus accipiuntur: quòd lapillis antiqui rationem subducere soleret.
Adijcere ad calculum. Vide Adijcio.
Calculum reducere, Est immutare factum cuius te pœniteat, aut uertere consilium rei non satis commodè institutæ. Nonius citat Ciceronem in Hortensio, Itaque tibi concedo, quod in duodecim scrupis olim, ut calculum reducas, si te alicuius dati pœniteat. Erasmus.
Ad calculos uocare amicitiam. Cic. de Amicitia 52, Hoc quidẽ est nimis exiguè & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum, & datorum.
Imponere calculum. Vide Impono.
Calculum ponere. Colum. lib. 3. cap. 3, Diligens ratiocinator calculo posito uidet id genus agricolationis maximè rei familiari conducere. Idem lib. 5. cap. 1, Imposito calculo, perfecti operis ratiocinationem computant.
Calculum ponere cum aliquo. Plinius in Panegyr. 33, Assuescat Imperator cũ imperio calculũ ponere: sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus, & dicat quid absumpserit.
Ponere utrimque calculos, pro Vtrimque rationes expendere. Erasmus.
Ponere calculos in utraq; parte, & eligere, & cætera. Plinius libro 2. Epist. 19.
Calculum parem ponere. Plin. Epist. 97. lib. 5.
Ad calculos reuerti. Cic. Attico lib. 8. 160. 5, Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, ut, &c. Id est, etiam nunc rationem habeamus earum rerũ, quarum habendam tum non duximus. Budæus.
Subducere calculos. Cic. 2. de Finib. 97.
Calculos, Columella pro sumptu & reditu accipit, quam præcipit ne maiorem agrum, quàm ratio calculorum patitur, emere uelimus. Sic enim ait lib. 1. cap. 3, Sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem quàm ratio calculorũ patiatur, emere uelint.
Calculi, pro difficultatibus. Plinius Iunior lib. 2. Epist. 19. Vide Moueo.
Calculo candido notare diem. Solebant Thraces prosperos dies & lætos, si qui contigissent eis, calculo albo in urnam coniecto, notare: infelices autem, in quibus infeliciter aliquid euenisset, atro calculo: ut scirent anno elapso, quot prosperi, & quot infelices contigissent. Vnde apud Plinium. Iuniorem, Epist. 97. lib. 6, O diem lætum, notandumq; mihi candidissimo calculo.
Calculum album adijcere errori alterius. Plin. Epist. 2. b. Hoc est, probare. Mos erat antiquis, per album calculum in urnam coniectum, probare aliquid, uel suffragari. Per atrum uerò, siue nigrum, condemnare. Ouidius decimoquinto Metamorph. 9, —& omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.
Calculum de se permittere. Plin. in Paneg. Eundem autem ferè modum habent hi loquendi modi, Mittere in consilium, Censendi potestatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculum proponere. Ex Budæo.
Calculosus, pen. prod. adiect. Plenus calculis: ut Calculosa loca. Colum. de arboribus, cap. 21. 1, Ficum frigoribus ne serito, loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Sic apud Plin. lib. 35. cap. 14. 2, Calculosum solum.
Calculosus ager. Colum. lib. 3. cap. 11. 6.
Calculosus homo, qui laborat calculo. Plin. lib. 21. cap. 18. 5, Quanquam professus efficacissimũ esse aduersus calculosos.
Calculator, pen. prod. (ψηφιστής) Verbale à calculo, calculas, quo uerbo usus est Vegetius. Martial. lib. 10. 62,
Nec calculator, nec notarius uelox
Maiore quisquam circulo coronetur.

Caldarium] Caldor, Caldus. Vide Calor.

Cale] Cales (κάλη) ciuitas est Campaniæ. Nam est in Flaminia, quæ Cale dicitur. Est & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius captam à Perpenna commemorat. Hæc Seruius in 7. Aeneid. 146.

Calefacio] Calefacto, Calesco. Vide Calor.

Calegia] καλαυγία, Germaniæ urbs Ptol. Vulgò, Vitemberg.

Calendæ] calendarum, plur. num. (καλάνδαι, ἱστορικῶς) dicuntur primi dies mensium. Nonius, Calendarum uocabulum proprium Varro complexus est, de uita Pop. Rom. lib. 1. Itaque calendis calabantur, id est, uocabantur, & ab eo calendæ appellatæ, quod est tractum à Græcis, qui καλεῖν uocare dixerunt. Sipontinus, Primus omnium mensium dies calendæ uocantur, ἀπὸ τῦ καλῶ, quod est uoco. nam priscis

priscis temporibus antequam facti à Cn. Flauio scriba multis Patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegebatur, ut nouæ Lunæ primũ obseruaret aspectum: ussumq; regi sacrificulo nunciaret. Itaq; sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, uocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabrã, quæ case Romuli proxima erat, quot numero dies à calendis ad nonas supereſſent, pronũciabat: & quintanas quidem dicto quinquies uerbo καλῶ, septimanas uerò septies repetito prædicabat. Hunc ergo diem, qui ex ijs diebus qui calarentur, primus esset, placuit calendas uocari. Ex Macrobij lib. 1. Saturn. cap. 15.

Ausoniæ Calendæ. Ouid. 1. Fastor. 11. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 15, Vt autem Idus omnes Ioui, ita omnes Calendas Iunoni tributas, & Varronis & pontificalis confirmat authoritas. Ausonias autem calendas uocat poeta, id est, Latinas, quia Latinorum sunt propriæ. Calendis enim carent Græci. Vnde manauit prouerbium, Ad Calendas Græcas, id est, Nunquam.

Iani Calendæ. Stat. 1. Sylu. 6. 1. id est, mensis Ianuarij.

Intercalares calendæ. Vide intercalo.

Iuleæ calendæ. Ouid. 6. Fast. 160. Id est, mensis Iulij.

Calendæ Martiæ, fœminis solennes erant. Vnde fœmineæ calendæ à Iuuenal. Satyra 9. 6. dicuntur,

Munera fœmineis tractas secreta calendis.

Ita enim calendæ Martiæ fœminis dicatæ erant, ut Saturnalia uiris, quæ mense Decembri agitabantur. Tranquillus in Vespasiano. Sicut Saturnalibus dabat uiris apophoreta, ita & calendis Martijs fœminis. Et tamen ne sic quidem pristinæ cupiditatis infamia caruit. Macrobius lib. 1. Saturnaliorum, cap. 12. de calendis Martijs loquens, Hoc mense seruis cœnas apponebat matrona, ut domini Saturnalibus. Illæ, ut principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exoluerent. Quo in loco Macrobius de tempore priscorum Romanorum loquitur, qui decem tantum menses habebant. Budæus. Horat. 3. Carm. 8. ode 1,

Martijs cælebs quid agam calendis?

Ponere pecuniam calendis. Horat. Epod. 2. 14.

Tristes calendæ. Horat. 1. Sermo. 3. Saty. 28. Id est, quæ debitorem tristem reddunt, quòd debitam pecuniam soluere tunc fœneratori debeat.

Calendaris Iuno (καλανδάρις ὥρα) Sic Laurentes hanc deam appellarunt: quòd sicut Idus omnes Ioui, ita omnes calendæ Iunoni dicatæ essent: propter quod omnibus calendis, à mense Martio ad Decembrem, huic deæ supplicabant in curia Calabra, et regina sacrorũ, id est, regis uxor porcã uel agnã in regia Iunoni immolabat. Sipontinus ex Macrobio, lib. 1. Saturnal. cap. 15.

Calendaria dicebantur tabulæ ab obseruatione singulorũ mensium: ut diaria, à singulorum dierum ratione obseruata: cuius exempla sunt tam apud Iurisconsultos, quàm apud alios. Quoniam uerò fœneratores diligentius faciebant huiusmodi tabulas, ideo factum est, ut calendarium in iure pro negociatione nominum faciendorum accipiatur. Vlpianus, Calendarij quoq; curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, Itaq; ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est, nominibus faciendis, destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Budæus.

Calenum] pen. prod. (καλανὸν) urbs Campaniæ, 14. passuum millibus à Capua distans, in cuius agro uinum optimũ & dulce nascitur. Plin. lib. 3. cap. 5. 27. Bouille, Calatiæ, Casinum, Calenum. Sic Strabo lib. 5.

Caleni (καλανοὶ) Campaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 5. 23. Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt uitiferi colles, & temulentia nobilis, succo per omnes terras inclyto, atque (ut ueteres dixere) summũ Liberi patris cum Cerere certamẽ. Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Deinde consurgunt Maßici, Gaurani, Surrentiniq; montes. Porrò in agro Caleno, aqua est, quæ uini modo temulentos facit, ut in Paphlagonia. Idẽ Plinio authore lib. 2. cap. 103. Horat. 1. Carm. 20. 2,

Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes uuam.

Quidam scribunt Cælenum, per œ diphthongum: dictumq; uolunt à Græco καλὸς, bonum: & οἶνος uinum. Horatius 1. Carm. 31. 2.

Caleo] Vide Calor.

Cales] καλινὸν, populi uel urbs Campaniæ, ubi Calenum uinum optimum. Horat. 4. Carm. 12. Ode 3. Sed pressum Calibus ducere Liberum, Si gestis: id est, uinum Calenum bibere. Acron. Virgil. 7. Aeneid. 146.

Cales, ait Seruius, ciuitas est Campaniæ.

Calesco] Vide Calor.

Caleti] καλετοὶ, Straboni inter Galliæ Belgicæ urbes ponuntur. Sic enim scribit lib. 4, Cæterum Menapijs, ad mare proximi sunt Morini & Bellouaci, & Ambiani, & Sueßiones, & Caleti, usq; ad Sequanæ amnis exitum. Hactenus Strabo. Horum quoq; meminit Cæsar belli Gall. lib. 2. Caleti porrò linea uela texunt, Authore Plinio libro 19. cap. 1. Ptolem. libro 2. cap. 9. Gesoriacum nauale uocat urbem eorum. Vulgò Caletz.

Caliculus] Vide Calis.

Calidus] Vide Calor.

Caliendrum] κάλυντρον, dicitur ornatus capitis mulierum, siue suppositus crinis, quem pro naturalibus accipiebant, ut ait Acron in illud Horatij, 1. Serm. 8. Saty. 10,

—altum Saganæ caliendrum

Excidere, atq; herbas, atq;, &c.

Caliga] caligæ, penult. corr. (σπελιὰ) Tegumentum tibiarum militare, cuius diminutiuum est caligula. A quo militari calceamento Germanici filius Caius, Rom. Imperator cognomen sortitus est, quoniam in exercitu natus sit. Ausonius in Monostichis de ordine Imperatorum, Cæsar, cognomen Caligæ cui castra dederunt. Sueton. in Caligula, cap. 9, Caligulæ cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Plinius lib. 7. ca. 43. 2, Quãquam Massurius Author est, bis in triumpho ductum: Ciceronem, mulionem castrensem suffarraneum fuisse: plurimi, iuuentam inopem in caliga militari tolerasse. Cic. 2. Philip. 84, Cum caligis & lacerna cucurristi.

Caliga speculatoria. Suet. in Cæsare Caligula, cap. 52. Quo in loco antiquißima exemplaria scriptum habẽt, spiculatoria. Cui lectioni astipulari uidetur doctorum omnium opinio, ut sit spiculatoria caliga, qua utebantur olim spiculatorij milites. Erat autem ad mediam usq; tibiam, ut antiqua marmora adhuc testantur, atque ita facta, ut superior pars caput quoddam leonis appareret.

Caligæ Epicratis oratoris lasciui, uidetur Cicero accipere pro oratione lasciuiuscula, quum ad Atticum lib. 2. 18. 1. sic scribit, Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id iudicium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem suspicor, ut scribis, lasciuum fuisse. Etenim mihi eius caligæ, ut fasciæ crectatæ, non placebant. Ita interpres Bapt. Pius.

Caliga Maximini, Prouerbium de homine alto & oblongo corpore prædito. Erasmus in Chiliad.

Caligatus, pen. prod. (σπελεωτὸς) Caligis indutus. Iuuen. Saty. 3. 32, Veniam caligatus in agros.

Caligatus miles, pro manipulari & gregario. Venuleius in l.

Digitized by Google

De militibus. de custod. & exhib. reo. Is autem qui exercitum acceperit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Vlpianus, De his qui notantur infamia, l. 2. quod ait Prætor, qui ab exercitu dimissus erit: dimissum accipere debemus militem caligatum, uel, &c. Budæus.

Caligarius, adiect. ut caligarius clauus. Plin. lib. 34. cap. 14. 6.

Caligaris, & hoc caligare, penult. prod. Plin. lib. 9. cap. 18. 2. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarũ ortu existunt squamis conspicui, crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie.

Caligo] pen. prod. caligínis. pen. corr. fœ. g. (γνόφος, ζόφος) umbra ex spissitudine aeris procreata. Virgil. 9. Aeneid.

Quis globus, ô ciues, caligine uoluitur atra?

Caligo ac tenebræ. Cic. 5. Verr. 152.

Tetris tenebris & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt? Cic. 2. de Lege Agraria, 51

Atra caligo. Virgil. 11. Aeneid. 175.

Cæca caligo. Virgil. 3. Aeneid. 41.

Densa caligo. Virgil. 12. Aeneid. 94.

Nigrans caligo. Sil. lib. 4. 62.

Opaca densus caligine. Ouid. 10. Metamorph. 11. de tramite, ab inferis ad superos.

Picea caligo. Virgil. 2. Georg. 62.

Spissa caligo. Ouid. 7. Metamorph. 107.

Subita caligo. Stat. lib. 10. Thebaid. 28.

Caliginem temporum illorum uide. Cic. pro Plancio, 28.

Caligo & tenebræ superioris anni, quã respicere cœpistis, &c. Cic. post Reditum in Senatu, 4.

Terribilis caligo. Lucretius lib. 6. 171.

Quasi per caliginem: hoc est, quasi per nebulam, & obscuram quandã rem. Idem 12. Philip. 320. Quod uidebã equidẽ, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus.

Abundare caligine. Ouid. 2. Metamorph. 153.

Discussa est illa caligo, quam, &c. Cic. 12. Philip. 321.

Inducere caliginem dicitur Deus. Ouid. 1. Metamorph. 59,

Caligine mersus. Virgil. 6. Aeneid. 54.

Tegere terras caligine nox dicitur: ut apud Lucret. lib. 6. 171.

Caligo oculorum. Plin. lib. 18. cap. 13. 4.

Maris caligo. Statius lib. 4. Thebaid. 6.

Cæca mentis caligo. Catul. epigr. 54. 42.

Noctis cæca caligo. Lucret. lib. 4. 93.

Plenus caligine. Statius lib. 2. Thebaid. 137.

Caliginosus, penult. prod. (ζοφώδης, ζοφοειδής) Adiectiuum. ut Caliginosum cælum. Cic. 1. Tuscul. 69, Vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres uentiq; coguntur, quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Nebulosum & caliginosum cælum. Cic. 1. Tuscul. 94,

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit deus: id est, Celat nos deus & ignorare uult futuri temporis exitum. Horat. 3. Carm. ode, 29. 6.

Caliginosa stella. Cic. 1 de Diuin. 211.

Caligo, caligas, pen. prod. (ἀμβλυώττω, παραβλέπω) caligare, Cæcutire. Plin. lib. 20. cap. 22. 4, Inungũt quoq; scabras genas, aut caligantes oculos cum melle.

Nubes caligat. Virgil. 2. Aeneid. 121.

Caligant oculi ex somno. Celsus lib. 21. cap. 6.

Caligante animo. Plin. lib. 11. cap. 37. 22.

Caligare dicuntur amnes. Columel. lib. 1. cap. 5.

Caligare in sole, id est, in re clarissima cæcutire: apud Quintil. lib. 1. cap. 2. 14. Vide Chiliadas Erasmi.

Caligat ad eas res humanum genus. Plin. lib. 30. cap. 1. 2. de origine magicæ artis loquens, Ita blandissimis, desideratissimisq; promissis addidisse uires religionis ad quas maximè etiamnum caligat humanum genus.

Caligans, Participium (ἀμβλυώττων) Virg. 4. Georg. 94, Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus.

Campi caligantes. Stat. lib. 1. Thebaid. 19,

Fenestræ caligantes, Apud Iuuenalem,

Caligatio, Verbale (ἀμβλωπία) Plin. lib. 29. cap. 6. 15. Aquile misto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, ad caligationes, suffusionesq; oculorum.

Caligula] pen. corr. (καλιγύλας) Dictus fuit Caius Imperator. Vide Caliga.

Calingæ] gentes Indicæ ad mare. Plin. lib. 6. cap. 17. & 19. De quibus rursum lib. 7. cap. 2. sic scribit, In Calingis eiusdẽ Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum uitæ annum non excedere.

Calingij] Asiæ populi, quibus uicina est Ampesone Milesiorum colonia. Author Plin. lib. 6. cap. 28.

Calingon] Indiæ promontorii, ut tradit Plin. lib. 6. ca. 20.

Calinipaxa] Scytharum oppidũ, authore Plin. lib. 6. ca. 17.

Calinus] Statuarius, cuius meminit Quintilianus. Calamis legitur apud Quintilianum, lib. 12. cap. 10.

Calipolis] seu Callipolis, penul. corr. (καλλίπολις) Steph. καλλίπολις, Ptol. Europæ urbs est ad Hellespontum urbibus Asiæ opposita. Plin. lib. 4. cap. 11. 11. Hellespontus septem stadijs Europam ab Asia diuidens, quatuor illic inter se contrarias urbes habet, in Europa Calipolin & Sestum: in Asia Lampsacum, & Abydon. Hæc porrò Calipolis non adeò celebris est atque illa Macedonica, cuius Liuius meminit Decad. 4.

Calisto] Calistus, (καλλιστώ) Lycaonis regis Arcadiæ filia, sese Dianæ comitem addixit. Compressa deinde ab Ioue, uetero in balneis apparente, dum simul lauaret, ab ea repulsa, Arcadem in syluis peperit, de qua antè diximus in dictione Arctos. (nie.

Calisto Lycaonis. Catull. 61. 14, Lumina Calisto iuncta Lycaonie

Calisto, Sydus. Columel. lib. 11. cap. 2. 11. VII. Idus Feb. Calisto sydus occidit, Fauonij spirare incipiunt.

Calix] calicis, penul. corr. masc. gen. (κύλιξ) genus pocali quo bibimus. Varro 4. de Lingua Latina, Calix, à caldo: quòd in eo calda puls apponebatur, & caldum eo bibebant. Festus, Calix, quòd in eo calidũ bibitur. Cic. in Pisonem, 53. Toreuma nullum, maximi calices.

Auratus calix. Propert. lib. 2.

Calices ex terra facti. Vitruuius, lib. 6. cap. 1.

Calix uitreus. Martialis in Xenijs, lib. 14. 120. Bayfius, Illi antè qui ab eodem calices uitrei dicuntur, à Græcis κύλικες, ὑάλινοι, uerbum è uerbo, scilicet nuncupantur, authore Iulio Polluce.

Coronatus calix. Tibul. 2. eleg. 6. 12.

Calices diatreti, cæli & tornatiles, qui toreumata Græco uocabulo dicuntur. Sallustio, Ciceroni, Tranquillo, Budæus.

Calix fœcundus. Horat. 1. Epist. 5. 4. Fœcundi calices quem nõ fecere disertum?

Inæquales calices. Horat. 2. Serm. 6. Saty. 14.

Plebei calices. Iuuenal. Saty. 11. 15.

Impingere alicui calicem. Cic. 3. Tuscul. 75.

Siccare calices. Horat. secundo Serm. 6. Saty. 14. Id est, ut ait Acron, ebibere.

Texere calices smaragdis. Plin. in proœ. lib. 33. 6.

Tractare calicem. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 16.

Amarior calix. Catull. epigram. 24. 41.

De calicibus Martial. in Apophoretis, lib. 14. 93, &c.

Calix, uas, in quo legumina & olera coquuntur. Ouid. quinto Fasto. 102, Stant calices, minor inde faba, olus alter habebat. Vide Crater.

Calix,

Calix, non ſolum pro uaſe à doctiſſimis ponitur, ſed etiam pro ea tantum uaſis parte quæ humoris capax eſt. Plin. lib. 37. cap. 2. 6, ubi de murrhini precio agit, Excreſcit in dies eius rei luxus, murrhino LXXX. ſeſtertijs empto, capaci plane ad ſextarios tres calice. Vides ut calicem murrhini dixerit, eam partem quæ humorem continere queat? Bayſius.

Calix cochleæ. Plin. lib. 9. cap. 56, Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta eſt, ut LXXX. quadrantes caperent ſingularum calices. De cochleis loquitur.

Caliculus, pen. corr. (κυλικιον) Diminutiuum. Plin. lib. 9. cap. 30. 5, Cato cap. 108. Vinum ſi uoles experiri duraturum ſit, nécne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum indito. Celſus de cucurbitulis loquens lib. 2. At ſi cætera defecerunt, caliculus quoq; aut pulcarius oris compreſſioris, ei rei commodè aptatur.

Callaici] pen corr. (καλλαικοι) Luſitaniæ populi, Gallis finitimi, dicti quaſi Gallaici, quos ut bellicoſos maximè commendat Strabo, lib. 3. Sil. lib. 16. 68, Eſtolat ante omnes, rapidoq; per æra curſu Callaicus Lampon fugit.

Callaicus, A dilectiuum, (καλλαϊκὸς) Martialis, Nec quæ Callaico limuntur auro. Brutus Callaicus, ab hoſte Callaico dictus. Ouid. 6. Faſt. 93, Tum ſibi Callaico Brutus cognomẽ ab hoſte Fecit, & Hiſpanam ſanguine tinxit humum.

Calleo] callens. Vide Callum.

Callet] Hiſpaniæ oppidum, ſtipendiarium, non liberum. dicente Plinio lib. 3. cap. 1, Stipendiaria, Callet, Callucula, Caſtra gemina, Illipula minor, &c.

Callias] Athenienſis Comicus, filius Lyſimachi, qui cognominatus eſt Schœnion; quòd funes ob paupertatem torqueret. Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Athenienſium nobilis, contra Artaxerxem miſſus. Autor utriuſq; Suidas. Callias item Methymnæus grammaticus, quem Strabo dicit Alcæum Saphonq; poetas enarraſſe.

Calliblepharum] καλλιβλέφαρον, Medicamen accommodatum uitijs oculorum, præſertim cum palpebræ cohærent, & ulcera oculorum malè curata ſunt. Medicamentum eſt quo fucantur ornanturq; palpebræ. Plin. lib. 23. cap. 4, Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere loto, ſpodij uicem efficiunt, miſcenturq; collyrijs, & calliblephara faciunt addito nardo.

Callicles] pen. corr. Statuarius nobilis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8, Alterius Calliclis meminit Quint. lib. 2. ca. 16.

Callicrates] pen. cor. Artifex, ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, ut partes earum cerni non poſſent. Autor Plin. lib. 36. cap. 5. ad finem.

Callidromus] pen. corr. Mons eſt iuxta Thermopylas. Plin.

Callidus] Callide, Calliditas. Vide Callum. (lib. 4. cap. 8.

Calligonon] pen. corr. Herba quæ & Polygonon dicitur. Vulgus ſanguinariam uocat. Plin. lib. 27. cap. 12. 8. appellarique à multitudine ſeminis, aut denſitate fruticis calligonon.

Callimachus] pen. corr. (καλλίμαχος) Poeta Cyrenæus, filius Batti, diſcipulus Hermocratis Iaſei grammatici, uixit apud Ptolemæum Philadelphum uſq; ad Euergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poematis genus attigit. In aduerſarium poema acerbiſſimum, quem ficto nomine Ibim appellat: unde Ouidius poeta nomen & argumentũ mutuatus eſt: edidit elegias quoq; & epigrammata, & hymnos, aliaq; complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam unam in lauacrum Palladis, & quoſdam hymnos in deos.

Romanũ Callimachũ ſeipſum uocat Propertius li. 4. eleg. 1. 13, Vt noſtris tumefacta ſuperbiat Vmbria libris.

Vmbria Romani patria Callimachi. Innuere uult tantum ſe eſſe apud Latinos in ſcribendis elegis, quantus apud Græcos fuerit Callimachus.

Callimachus alter ſculptor ſe τιτιτυπον nominari ſtuduit, quaſi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem exquiſitionemq; diſciplinam reduxit: τύπος enim liquefacere conflareq; eſt. Nam ipſe prius lapidem perforauit, minutatimq; tractauit. Autor Pauſanias.

Callinicus] pen. prod. Sophiſta Syrius, uel Arabs, profitebatur Athenis. Scripſit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatrã, de rebus geſtis Alexandri, & alia quædã. Autor Suidas.

Callionymus] pen. corr. Genus piſcis, cuius fel cicatrices ſanat. Plin. lib. 32. cap. 7. 3.

Calliope] pen. corr. (καλλιόπη) Vna Muſarũ, & quidẽ præſtantiſſima, ut dixit Heſiodus, quæ etiã Calliopea pen. prod. dicitur. Ouid. 5. Faſtorum. Prima ſui cœpit Calliopea chori.

Mater Orphei Calliopea. Virgil. 4. eclog. 12,
Orphei Calliopea Lino formoſus Apollo.

Muſa callida Calliope. Lucret. lib. 6. 19.

Calliope requies hominũ, diuumq; uoluptas. Lucret. lib. 6. 19.

Calliope Muſa, quæ cantus ſuauitate cæteras antecedens, magni ab auditoribus æſtimatur, ait Diodorus lib. 5. cap. 1. ad finem. Vnde & à bona uoce, hoc eſt ἀπὸ τῆς καλῆς ὄπος denominatur. Vnde & Homerus eam uocat deam clamantem, & Heſiodus alt eam ſequi fortia facta ducum. Pharnutus ipſum rhetoricæ præeſſe exiſtimat, quæ uim perſuadendi obtinet & impellendi populos. Verùm alij Græcorum grammatici poeticæ præfectam eſſe aiunt: unde & frequentius à poetis inuocari ſolet. Literas quoq; huic attribuunt. Qui in Heſiodum commentaria compoſuerunt, Calliopen ideò præſtantiſſimam & Muſarum maximam dictam uolunt, quòd omnibus carmina & uerſus præſtare dicatur. Ex Calliope, teſte Aſclepiade, Apollo natos treis ſuſtulit, Ialemũ, Orpheã & Hymenæum: & propterea Martianus Capella, & Claudianus Hymenæũ Muſa geniũ canunt, licet Catullus Vraniæ genus illũ fuiſſe ſcribat. Sunt qui non Apollinis Hymenæum, ſed magnetis filium fuiſſe tradunt, ipſumq; Hymenæũ amatum à Thamyra, qui impudicæ ueneris autor fuerit. Orpheũ quoq; alij non Apollinis: ſed Oeagri filium ſcripſere: quod & ipſe Orpheus teſtatur. Sed & Cymothona ex ijſdẽ Oeagro & Calliope progenitum legimus in Græcis commentarijs. Scribit Hygimus Calliopen ab Ioue iudicem electam inter Venerem & Proſerpinam, quum utraq; Adonin ſibi optaret. At illa ita iudicauit, ut dimidium anni partem utraq; uicißim eum poßideret. qua re Venus indignata, Orpheum Calliopes filium Threßis mulieribus obiecit, quæ illum diſcerpſerunt. De Ialemo uerò Suidas refert, eum fuiſſe infelicem, unde etiam prouerbium factũ, Ialemo frigidior, de re admodum frigidiori & miſerabili, ac flebili: nam & fletum Ialemum dicimus. Quidã præterea Sirenas tradidere fuiſſe filias Calliopes, non Melpomenes.

Callipidæ] pen. corr. Scythiæ Europeæ populi ad Hypanim fluuium: Solinus Callipodas uocat: Pomponius Mela Callipidas: eoſdẽ Herodotus Græcoſcythas nominat, quòd ex Græcis Scythæ facti ſint.

Callipides] Callipidis, Tragœdiarum hiſtrio fuit. Cic. Attico, lib. 13. 269. 2, Biennium præteriit, quum ille Callipides aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit.

Callipo] Philoſophus, qui honeſtati uoluptatem adiunxit.

Callipus] Athenienſis Platonis auditor, interfectus à Syracuſanis quòd tyrannidem poſt Dionyſium aggrederetur: Dionemq; patriæ liberatorem per proditionẽ interfeciſſet. Autor Plutarchus in Dione.

Calliroe] καλλιρόη, Fons Atticæ. Plin. lib. 4. cap. 7. In Attica fontes, Cephiſia, Larine, Calliroe enneacrunos. Hactenus Plinius. Eſt igitur Calliroe εὐπεκήρυν & dictus, id eſt, cuius aquæ ductus, uel ſcaturigines ſint nouem. Statius libro 12.

Digitized by Google

Thebaid.12.6.id eleganter expreßit,
Et quos Calliroe nouies errantibus undis Implicat.

Callíscere] Vide Callum.

Callísthenes] pen.corr. καλλισθένης Olynthius discipulus & propinquus Aristotelis, unus è comitibus Alexandri, uir ingenio doctrinaq; præstans: scripsit historiã philosophorũ, secundus à Xenophonte, in qua res Alexandri gestæ continentur. Tandẽ quasi author coniurationis Hermolai, ab Alexandro indignis modis interficitur. Suspectus quoq; quòd non uti cæteri adorandum eum putauerit. Trogus lib. 24.

Callístratus] pen.corr. Nomen statuarij cuiusdam, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Callístrúthię] Ficorum genus omnium frigidißimum. Vide Plin. lib. 18. cap. 11. 2.

Callístus] Vnus inter comites Iuliani principis expeditionis. heroico uersu eius historiã cõscripsit. Author Volaterranus.

Callístrichon] Herba, ex qua fit sternutamentum. Folia sunt lenticulæ similia, caules iuncis tenuißimis, radice minima. Nascitur in opacis & humidis, gustatu feruens. Plinius lib. 25. cap. 11. 3, Dioscorides callitrichon ait appellari, quod nunc polystrichon uocamus: hoc quidem quia multos, illud uerò quia pulchros capillos faciat. Species est capillorum Veneris. Ruellius lib. 3. cap. 133.

Callitrix] Herba, quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodest, Plin. lib. 26. cap. 14. 8.

Callus] m. g. & callum, calli, utroq; modo dicitur, (τύλη, τύλος) & est cutis labore uiæ pedibus, aut alio opere in manibus, partéue alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, ceruice bouis, animalium plantis pedum. Plin. lib. 9. cap. 35. 5, Sani quidem partus multiplici constant cute, non impropriè callum, ut existimari corporis posit. Cicero 5. Tusc. 130, Mihi amictui est Scythicum tegmen, calcia mentum solorum callum, &c.

Callũ fungorũ. Plin. lib. 19. cap. 4. ad finem, Fungorũ enim callum in ligni arborũq; natura diximus. Idẽ lib. 17. ca. 24. 10.

Callum, per metaphoram ponitur. unde Callum obducere. Ci. 3. Tusc. 90, Quorum animis diuturna cogitatio callum uetustatis obduxerat. Ibidem lib. 2. 62, Et ipse labor quasi callũ quoddam obducit dolori.

Excedere callum. Cel. lib. 5. cap. ult.

Callosus, pen.prod. (τυλόδης) Adiectiuum, ut Callosus acinus. Col. lib. 3. cap. 1. 5, Humido loco sciet non rectè mandari fructus, teneri, & amplioris acini, sed callosi & angusti.

Dextra callosa. Ouid. ad Pisonem 4.

Oræ callosæ, in ulceribus sunt quæ uulgò labra dura dicimus. Cel. lib. 5. cap. 28.

Oua callosa. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 3.

Tectæ res callo. Lucret. lib. 4. 189.

Callosa tunica, siue membrana oculi. Plin. lib. 11. cap. 37. 23.

Callosa ulcera. Plin. lib. 26. cap. 14. 5.

Calleo, calles, callui, (τυλλόω) callere, Callis obductum esse. Plin. lib. 11. cap. 37. 79, Antiqui abdomen uocabant, priusquam calleret id, scientes occidere non assueti. Hoc est, in callum durescæret.

Callere, (δολοφρονεῖν, εἰδέναι) Scire, hoc est, calliditate, quæ est urbana scientia: ut ait Nonius. Horatius, Legitimumq; sonum digitis callemus & aure. Callemus (inquit Siponti-nus) hoc est, scimus, nouimus: quòd sicut pes ex longo uiæ labore callum facit, ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum in quibus uersatur. Terent. Heaut. 3. 2. 37. Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo. Seruius Ciceroni 4. 5. 6.

Calleo hanc rem, pro hac re, autore Nonio. Persius, Dicenda, tacendaq; calles. Terent. Adelph. 4. 1. 18. Quin tu ocioſus es, ego illius sensum pulchrè calleo.

Callere iura. Cic. pro Cornelio Balbo, 25.

Callere ad suum quæstum. Plaut. Trucul. 19. 38.

Callere, cum infinitiuo. Horat. 4. Carm. 9, ode 10, —qui deorũ Muneribus sapienter uti, Duramq; callet pauperiem pati, id est, ingeniose nouit. Acron.

Callens, (εἰδώς) Nomen. ut Callens uaticinandi. Plinius lib. 21. cap. 31. 5. Halicacabi radicem bibunt, qui sunt uaticinandi callentes.

Callidus, pen.corr. (πανοῦργος) Adiectiuum, Dicitur qui callũ sibi usu artis induxerit, Autore Donato Cic. 4. Acad. 165, Ego enim, ut agitator callidus, prius quàm ad finem ueniam, equos sustinebo.

Stultus & Callidus, contraria. Ouid. 2. de Tristibus, 100.

Inter uersutum & callidum. Cic. 3. de Natura Deorum, 33, Homo sine dubio uersutus & callidus. Versutos esse appello, quorum celeriter mens uersatur. Callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit.

Callidus rerum iudex, pro prudenti & intelligenti rerum æstimatore. Horat. 2. Serm. 7.

Callidißimus rerum rusticarum. Col. lib. 2. cap. 2. 1.

Callidus temporum. Tacitus lib. 4. 88. 4.

Callidus & tegendis sceleribus obscurus. Tacitus lib. 5.

Callidus amicus accendendis offensionibus. Tacitus lib. 2.

Callidus ad quæstum, Plaut. Trucul. 8. 45. Ad rem, Idem Epid. 9. 44. Ad fraudem, Cic. pro Cluentio, 145.

Vsu callidus. Ouid. 19 Epist. 4.

Adulter callidus. Ouid. 1. Amor. 10. eleg. 1.

Callidum artificium. Cic. 1. Tusc. 75.

Astus callidi. Seneca in Troade, 6. 23.

Auceps callidus. Ouid. 11. Metam. 15.

Consilium callidum, Cic. ad Att. lib. 15. 325. 2. Nonnulli scribendum esse censent Calidum, cum unico l. Nonius lib. 1. Offic. 115, legit, Periculosa & calida consilia.

Fraudes callidæ. Seneca in Hippoly. 4. 29.

Iudex callidus. Horat. 1. Serm. Saty. 7. 21.

Iunctura callida. Arguta compositio. Horat. in Arte 2.

Lena callida. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 10.

Callidum mendacium. Plaut. Mostel. 8. 146.

Modo callidiore. Ouid. ad Pisonem, 39.

Nauitæ callidi. Horat. 3. Carm. ode 24. 8.

Callidus cum infinitiuo. Horat. 3. Carm. ode 11. 1, Tuq; testudo resonare septem Callida neruis.

Callidè. Aduerbium, (πανούργως, ἀστῶς) Cic. 2. de Finib. 86, Sed omnia callidè refrentem ad utilitatem. Terentius And. 1. 2. 30. & Adel. 3. 3. 63.

Accesit callidè. Cic. pro Flac. 17.

Callidè dicere. Cic. in Orat. 52.

Callidè & peritè. Cic. 1. de Orat. 25.

Calliditas, pen. cor. (πανούργημα) Astutia. Teren. Heau. 5. 1. 14, —serui uenire in mentem Syri calliditates.

Calliditas. Cic. 1. Offic. 91, Scientia quæ est remota ab iustitia, calliditas potius, quàm sapientia est appellanda.

O mira calliditate uirum? Ouid. in epistolis.

Occulta calliditas. Quintil. lib. 2. cap. 5. 5.

Stulta calliditas. Cic. 3. Offic. 156.

Lædi calliditate. Ouid. 19. epist. 25.

Superare calliditate. Cic. de Arusp. Resp. 17.

Callis, huius callis, m.g. (τρίβος) significat semitã, ueluti callo pedum præduratam. Virg. 4. Aeneid.
—prædam per herbas
Conuectant calle angusto. Vbi Seruius, Callis est semita tenuior, callo pecorum prædurata. Cic. pro Sestio 9, Italiæ callis, & pastorum stabula prædari cœpisse, &c.

Angustus

Digitized by Google

Angustus callis. Virg. 4. Aeneid. 82.
Occulti calles. Virg. Aeneid. 80.
Secreti calles. Virg. 6. Aeneid. 89.
Callis surgens. Persius Saty. 3. 6.
Callíscere, (τυλῶσθαι) Callum facere. Cato, Aures nobis callíscerunt ad iniurias. Id est, occalluerunt. Nonius.
Calo] calas. (καλῶ) calare, à uerbo Græco καλέω, siue καλῶ deducitur. & significat Voco.
Calata comitia uocabantur, quæ prò collegio pontificum haberi solebant, aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa: Gellius lib. 15. cap. 27, Dicta autem sunt calata, quòd calarentur, hoc est, uocarentur classes per ordinem. equites enim uocabantur primi: octoginta deinde primæ classis centuriæ peditũ uocabantur, atq; ita ad infimos ordines perueniebant. Budæus.
Calator. pen. prod. (κλητὴς) Festus, Calatores, serui, ἀπὸ τῦ καλεῖν, quia semper ob necessitatem seruitutis uocari possent. Fortasse legendum, Vocare, in actiua significatione.
Calones, (καλοπόδια) Calcei ex ligno facti. Festus.
Calones, penul. prod. (σκευοφόροι) Militum serui, dicti quia lignea clauas gerebant, quæ Græci κάλα uocant. Hæc Festus. Seruius, Calones dicuntur, qui militibus ligna portant. Vide Cala. Liu. 3. bel. Punici 72, Impedimenta subsequi iussit calones, lixasq;, & inualidos milites uallum ferre. Cic. 3. de Natu. deorum 15, Eos tu canterijs albis nullis calonibus obuiam Vatieno uenisse existimas, &c. Porphyrio in illud Horatij 1. Serm. Saty. 2. 9, Hunc perminxerunt calones: Calones, inquit, dicuntur à calando, & hoc est quòd uocent ad ministerium. Nonnulli à Calendis putant, quòd ea die cibaria accipiant. Hactenus Porphyrio. apud quem fortasse legendum, quòd uocentur ad ministerium.
Calon] statuarius, cuius meminere Quint. cap. 10. lib. 12, & Plin. cap. 8. lib. 34.
Calophanta] καλοφάντης, Derisor. Plaut. Curcul. Calophantam ac sycophantam.
Calopodium] καλοπόδιον, Calceamenti genus ex ligno: quod uulgò Soccum, & per diminutionem Socculum uocãt. Sipontinus. Hinc prouerbium, Calciare omnes uno calopodio: in ineptos & ignaros, qui unam & eandem rem multis accommodant. Vide Erasmum in Chiliadibus.
Calor] caloris, pen. prod. m. g. (θέρμη, ἀλέα, θερμότης, θάλπος) primitiuum est, & ab eo deriuatur Caleo uerbum. Varro tamen Andabatis sic ait, apud Nonium, Aperiendam putat, idq; alterum appellamus à calendo calorem, alterum à feruore febrim. Plaut. Mil. 11. 21,

—nam mihi nimius calor Comburebat gutturem.

Calor à Sole. Cic. 2. de Nat. deorum, 195.
Solis calor. Cic. de Senect. 49.
Aequi calores. Ouid. 2. Metam. 27.
Alienus calor. Quintil. lib. 6. cap. 2. 13.
Aridus calor. Lucret. lib. 4. 176.
Effœta calore tellus. Lucret. lib. 6. 169.
Feruidi calores. Horat. 3. carm. ode 24. 8.
Fluidus calor. Ouid. 15. Metam. 73.
Horrifici calores. Claud. 2. Pæneg. 5, Calores uocat iracundiam & bilem.
Iuuenili calore Polus inconsideratior. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Magnus calor. Virg. 1. Georg.
Maximis caloribus, & anni tempore grauissimo. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 2. 16. 11.
Occultus calor. Stat. 2. Achil. 43.
Viuus calor. Claudian. de bel. Get. 88.
In uiuum calorem reuocare. Ouid. 4. Metam. 50.
Decedere calori. Virg. 4. Georg. 5, Vicina inuitet decedere ripa calori. Vt æstus possint aquarũ uicinitate uitare. Seruius.
Dilapsus calor. Virg. 4. Aeneid. 141.
Euocare calorem in cutem, Celsus lib. 2. cap. 14.
Excitare calorem alicuius. Lucan. lib. 2. cap. 66.
Frangit se calor. Cic. 1. de Orato. 138, Nunc & Scæuola, quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum requieset, dum se calor frangat.
Incidit calor menti. Statius lib. 1. Thebaid. 1.
Inclusus calor. Cic. 2. de Nat. deorum, 36, Omne igitur quod uiuit, siue animal, siue terra editum, id uiuit propter inclusum in eo calorem.
Largitur Sol idem caloris omnibus. Quint. lib. 1. cap. 2. 11.
Liquefieri calore. Lucret. lib. 2. 254.
Meet in pectus, uenasq; calor. Senec. in Medea, 10. 20.
Redit calor ossibus. Virgil. 3. Georg. 54.
Reliquit ossa calor. Virg. lib. 3. Aeneid. 62.
Cogere mella dicitur frigus: & calor remittere. Virg. 4. Georg. 8, Id est, resoluere.
Extinctũ reuocare calorẽ. Seneca in Hippol. 3. 4. de Cupidine.
Sustinere calorem. Celsus lib. 7. cap. 7.
Molestias calorum sedare. Cic. 2. Offic. 17.
Temperare calores dicuntur uenti. Cic. 2. de Nat. deor. 197.
Trahere pariter calorem. Ouid. 11. Metam. 62. Id est, una incipere amare.
Vim caloris in se continent & quæ aluntur. Cic. 2. de Natura deorum 34.
Vitandi enim caloris causa Lauinij tres horas acquieuerã. Cic. Attico, lib. 13. 288. 5.
Impatiens caloris cera. Ouid. 2. de Arte Amandi, 12.
Calor pro festinatione operis. Virg. 1. Georg. 38,

Magnaq; cum magno ueniet tritura calore.

Vbi Seruius, per calorem festinationem operis significat: ut alibi, Feruet opus ut ostendat eo anno, pro copia frugũ festinatã & studiosam triturã futurã. Hactenus ille: potest tamẽ aliter interpretari.
Caldor, caldoris, pen. pro. m. g. (θέρμη) Idẽ quod Calor. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 9. 12, Euitare item caldorem & frigus oportet. Gell. lib. 19. cap. 4.
Calidus, pen. corr. (θερμὸς, ἀλεινός) Adiectiuum. Cic. 2. de Natu. deo. 34, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo.
Aestus calidi. Seneca in Hippol. 6. 6.
Frigida & Calida, contraria. Ouid. 1. Metam. 4.
Calida consilia. Cic. 1. Offic. 115. Id est, præcipitata, & inconsulta. Nonius.
Calidi pedes, Veloces, citati. Varro, Quum dixisset Vitulus, ecce calidis pedibus quidam nauicularius semiustulatus irrupit se in curiam. Nonius.
Calidum prandium prandere. Plaut. Pœnul. 11. 14. Et in Milite 11. 19. Id est, facere quod sibi sit magno malo futurum: Erasmo interprete.
Rixa calida. Horat. 3. Carm. 27. 14.
Sanguis calidus. Virgil. 9. Aeneid. 87.
Calidus sapor, ac uinosus. Plin. lib. 12. cap. 13. 1.
Sulfur calidum. Ouid. 1. de Arte, 51.
Syderis calidi æstus. Tibull. 2. eleg. 1. 10.
Vapor calidus. Lucret. lib. 6. 175.
Calidus, Feruens. Virgil. 9. Aeneid. Nonius.
Animis calidus iuuenis. Virg. 3. Georg. 23.
Calidior, siue ardentior animus. Cic. 1. Tusc. 67.
Iuuenta calidus, id est, præcipitis animi propter iuuentutem, Horatius. 3. Carm. 14. 6.
Caldus, pro Calidus ueteres dixerũt: ut, Caldus Sol. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 1, Comitijs Aedilitijs quũ sole caldo ego atq; Appius Senator tribulis suffragiũ tulissemus. Cato cap. 6. 1.

Caldi

Digitized by Google

Calda, pro aqua calida. Iuuenal. Saty. 57. Martil. lib. 1. 12,
Iam defeciſſet portantes calda miniſtros,
Si non portares, Sextiliane, merum.
Calda aqua. Martialis lib. 8. 61.
Caldam poſcis aquam, ſed nondum frigida uenit,
Alget adhuc nudo clauſa culina foco.
Caldior, pro calidior. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 11,
Caldior eſt, acres inter numeretur opinor.
Caldarius, adiectiuum: ut Caldaria cella. Plin. lib. 5. epiſt. 101. g,
Frigidariæ cellæ connectitur media, cui ſol benigniſſimè præſto eſt: caldariæ magis, prominet enim.
Caldarium æs. Plin. lib. 34. cap. 8. 43, Regulare & in alijs fit metallis, itemq; caldarium. Differentia, quòd caldarium funditur tantum, malleis fragile: quibus regulare obſequitur.
Caleo, cales, calui, (θέρομαι) calere. Eſt feruere. Ouid. 2. Metamorph. 41, —& accepti caluere ſub oſſibus ignes.
Thure calent aræ. Virg. 1. Aeneid. 85.
Calere & Tepere eadem poſita ſignificatione uidentur apud Horatium, 1. Carm. ode 4. 4,
Nec tenerum Lycidam mirabere: quod calet iuuentus
Nunc omnis: & mox uirgines tepebunt.
Calere, per translationem res dicitur, dum adhuc recès eſt, eaq; adhuc fit. Plaut. Pœnulo, 14. 93, At enim nihil eſt, niſi dum calet, hoc agitur.
Calere res dicitur aliter. Cic. 3. Ver. 45, Poſtea quam ſatis calere res Rubrio uiſa eſt, quæſo, inquit, Philodame, cur, &c. Hoc eſt, Vbi uidit eos inflãmatos & accenſos multa cõpotatione.
Calentes adhuc ab recenti pugna Romani, ferocesq; uictoria, prælium ineunt. Liu. 5. bel. Pun. 220.
Bella calent Veneris. Tibullus lib. 1. eleg. 10. 11.
Caluit crimen re recenti. Cic. pro Cn. Plancio, 45.
Laudis cupidine calere. Ouid. 8. Metam. 60,
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Dolor calet. Stat. 3. Thebaid. 77.
Calere iudicia dixit, Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 16, id eſt, exercentur iudicia magna diligentia.
Morbo mentis aliquo calere. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 16.
Rabie ora calent. Valer. 3. Argonaut. 43.
Calere dicuntur etiam rumores. Cælius Ciceroni, 8. 1. 6, id eſt, crebri audiuntur.
Studio ſcribendi calere. Horat. 2. epiſt. 1. 22.
Sudor per membra calet. Claudian. 5. Paneg. 24.
Sudore belli calere. Stat. 8. Thebaid. 2.
Mero calet uirtus. Horat. 3. Carm. ode 21. 3.
Calere, pro deſiderare. Stat. 4. Thebaid. 53.
Fœmina aliqua, ſiue puella calere. Horat. 4. Carm. ode 11. 7.
Caletur, pen. prod. Impersonale. Plaut. Trucul. 3. 34, Quum caletur maximè.
Calens, calentis, (θερόμενος) Participiũ, ut Iuuenile calens: qui iuuenũ more animo eſt paulo ardentiore. Stat. 2. Syl. 1. 28.
Fauilla calens. Horat. 2. Carm. ode 6. 5.
Foci calentes. Ouid. 8. Metam. 135.
Sulfur calens. Ouid. 14. Metam. 18.
Terræ calentes ſole. Horat. 2. Carm. ode 16. 4.
Amore calentes. Ouid. 3. de Arte, 114.
Caliturus, pen. prod. Participium, (ἐγκαυσόμενος) Ouidius 13. Metamorph. 120, —dieſq;
Des mihi ſacrificos, caliturasq; ignibus aras.
Calefacio, calefacis, (θερμαίνω, θέρω) calefacere, uel calfacere, Calidum reddere. Cic. 2. de Nat. deor. 227, Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito.
Igne ſocum calfacere. Ouid. 4. Faſt. 140.
Sanguine calefecit amnes. Claud. de Bello Getico, 104.
Calefacere ad animum transfertur: ut calefacere aliquem. Cic. ad Q. fratrẽ. lib. 3. 8. 1, Eodem die Gabinum ad populum laculente calefecerat Memmius. Id eſt, uexarat, exagitarat.
Calface hominem. Cic. ad Tironem, lib. 16. 18. 4.
Calfactus, Participiũ, (θερμανθεὶς) Ouid. in Ibim 10, Nondũ calfacti uelitis haſta ſolũ. Id eſt, nondũ furentis, & omnino irati.
Vino calefacta Venus. Claudianus de bello Gildonico, 37.
Calfactus, huius calfactus, (θέρμανσις) Plin. lib. 29. cap. 3. 9, Cibo quot modis iuuent, notum eſt, quũ tranſmeent faucium tumorem, calfactuq; obiter foueant. De ouis loquutur.
Calefacto, calefactas, (θερμαίνω) calefactare. Horat. 2. epiſt. 2. 34, Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
Calefio, calefis (θερμαίνομαι) calefieri, Calidũ fieri. Cic. ad Att. lib. 2. 18. 6, Balneum calefieri iubebo. Plin. lib. 26. cap. 6. 3.
Calefco, calefcis, (ἐγκαίομαι) calefcere, Calidum fieri. Terent. Eunuch. 123, Accede ad ignem hunc, iam calefces plus ſatis. Ouid. 6. Faſt. 1, Eſt Deus in nobis, agitante calefcimus illo.
Vnda calefcit. Ouid. 15. Metam. 62.
Flamma propriore calefco. Ouid. epiſt. 17. 36.
Καλὸς λιμήν] id eſt, Bonus portus, ita Græci nominarunt, à re ſcilicet, ut ſolent frequentiſſimè: Scythiæ Europeæ portus eſt in Euxino ſuper Tauricos. Autor Pomponius Mela, lib. 2.
Caloſtoma] pen. corr. Plinio cõmemoratur inter Danubij fluuij oſtia, ut antè uiſum eſt in dictione Boreoſtoma.
Calpar] κάλπις, genus uaſis fictilis. Feſtus.
Calpar, nomine antiquo dolium. Varro de uita Pop. Rom. lib. 2. Quòd antè quàm nomen dolij prolatũ, quũ etiã id genus uaſorum calpar diceretur, id uinum calpar appellatũ. Nonius.
Calpar, Vinum nouum, quod ex dolio demitur ſacrificij cauſa antè quàm geſtetur. Ioui enim prius ſua uina libabant, quæ appellabant Feſta uinalia.
Calpas] Bithyniæ portus eſt prope Rhœſum fluuiũ, & Sangarium. Autor Plin. lib. 6. ca. 1. Straboni tamen amnis eſt: ſic enim ſcribit lib. 12, Inter Chalcedonẽ & Heracliam multa amnes fluunt, è quibus eſt Pſillis, & Calpas, & Sangarius.
Calpe] κάλπη, Hiſpaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppoſitus Abylæ monti Africæ. Vide Abyla.
Vaſta calpe. Seneca in Hercule Oetheo, 7. 13.
Caltha] caltha, (κάλθη) Eſt uiola coloris albi. Plin. lib. 21. cap. 6. 2, Proxima ei caltha eſt, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, quinq; folia non excedentem eadem odore ſuperatur. Eſt enim grauis caltha. Colum. lib. 10. 29, Preſſáq; flãmeola rumpatur fiſcina caltha. Ruellius lib. 2. cap. 129, Caltha, autumnalis uiola eſt amplitudine calathianæ, colore luteo, folio multiplici, odore graui, nec ea quam appellant ſcopam regiam, leuiore. Virgilius eam luteolo cecinit colore tinctam, nec Plinius ab eo diſſentit. Porrò à caltha calthulæ ueſtis genus dicitur, ut à croci ſimilitudine, crocotula. Facilè putauerim eam eſſe, quã uocãt officinæ calendam, uel calendulam: quaſi dicant caltham, uel calthulam. nam ea Autumno fuſius emicat colore luteo, folio multiplici, odore ſuauiter graui. Flos item colore luteo non ineleganti inficit, aut crocato. Verùm certò ſtatui non poteſt, quum alijs ſcorpionides, ab ſimilitudine ſeminis, alijs leontopodium eſſe putetur. Scio tamen calendulam, quæ uulgò dicitur Solſtia, non eſſe Dioſcoridis heliotropium, nec magnũ, nec paruum. Hactenus Ruellius. Virgil. 2. æclog. 5, Mollia luteola pingit uacinia caltha.
Calthula, calthulæ, pen. corr. (κάλθιον) Veſtis, à caltha uiola coloris albi. Plaut. Epid. 5. 48,
Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium,
Induſiatam, patagiatam, calthulam, aut crocotulam.
Calthulam Varro de Vita Populi Rõ. lib. 1, palliolum breue uoluit haberi. Nonius.
Calua] calua, (κρανίον) Superior pars capitis. Plinius libro

Digitized by Google

lib. 28. cap. 1. 7, Artemon calua interfecti, neq; cremati, prò pinauit aquam è fonte noctu comitialibus morbis. Liuius 3. bel. Pun. 13.

Caluaria, caluariæ, (βρέγμα) Moles illa oßium capitis, in qua continetur cerebrum. Celsus lib. 8. cap. 1, Caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, utrinq; læuis, & qua cerebri membranam contegit, & qua cute capillum gignente contegitur. Eaq; simplex ab occipitio & temporibus, duplex usq; in uerticem à fronte est. Ossaq; eius ab exterioribus dura, ab interioribus quibus inter se connectuntur, molliora sunt. Interq; ea uenæ discurrunt, quas his alimentum subministrare credibile est: rarò autem caluaria solida sine suturis est.

Caluaster, (αὐαφαλαντίας) à calueo, siue à caluus.

Caluata uinea. Cato cap. 33. 2. Plin. lib. 17. cap. 22. 26, Caluatam uineam uocant, in qua uites quidem sint, uerùm paucæ, raræq;, ut in caluitio capilli.

Caluitium, (φαλάκρωμα, φαλακρότης) Vitium illud quo quis caluam crinibus nudam habet. Cicero 3. Tuscul. 105, Proinde stultißimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur.

Caluitium loci. Col. lib. 4. Cap. 29. 9.

Calueo, calues, calui, duabus syllabis, (φαλακρός εἰμι) caluere, Caluum esse. Plin. lib. 11. cap. 37. 9, Et quædam animalium naturaliter caluent, sicut struthiocameli, & corui aquatici.

Calueſco, calueſcis, (φαλακρόομαι) calueſcere, Caluum fieri: quum capilli ultrò decidunt, tam de hominibus, quàm de brutis, & inanimatis dicitur, Colum. lib. 4. cap. 33. 3, Propter quæ sæpe nouella castaneta calueſcunt. Plin. lib. 10. cap. 29. 3, Proprium his calueſcere omnibus annis, quum feruntur rapa. De picis loquitur.

Calueſcit in colla. Colum. lib. 6.

Caluefio, caluefis, (φαλακρόομαι) caluefieri, Caluum fieri. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 37. 2, Ego ista etiã, inquit Agraſius, non ſolam in ouibus tondendis, ſed in meo capillo à patre acceptum ſeruo, ne decreſcente luna tondens caluefiam.

Caluo, caluis, calui, caluere, (κραταίω) Priſcian. lib. 10. In uo, u loco cõſonantis poſita, in l quidẽ deſinente penultima, o extremam in i conuertunt, & faciunt præteritum, ut ſoluo ſolui, uoluo uolui, caluo calui. Vnde Salluſt. in 3. hiſtoriarum infinitiuum paßiuum protulit, Contrà ille calui ratus. Calui, pro decipi.

Caluor, calueris, calui, (ἐκπορδακίζω) deponens, Fruſtrari. Tractũ à caluis mimis, (ſiue ut alia habent exemplaria, militibus) quòd ſint omnibus fruſtratui. Pacuuius Medio, Sentio pater te uocis calui ſimilitudine, ſed quid conſpicio? num me iactãs caluitur ætas? Hæc Nonius. Caius, de Significat. uerb. Si caluitur, reuocetur, & fruſtretur. Inde & calumniatores appellati ſunt, qui per fraudem, & fruſtrationem, alios uexarent litibus. Inde & cauillatio dicta eſt. Hactenus Caius, interpretans uerſum illum ex XII. Tab. Si caluitur, pedemue ſtruit, manum endo iacito. Qui locus corruptè legitur apud Feſtum Pompeium.

Caluus, calui, (φαλακρὸς, αὐάσιλος) Propriè qui caluam crinibus nudam habet. Suetonius in Cæſare, cap. 51, Vrbani ſeruate uxores, mœchum caluum adducimus.

Calumnia] διαβολὴ, Eſt propriè alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationẽ uexatio. Nonius, Calumnia eſt malitioſa & mendax infamatio. Cic. 1. offic. 49, Exiſtunt etiam ſæpe iniuriæ calumnia quadam, &c.

Calumnia ſignificet. Videtur Cicero declarare his uerbis in Salluſtiũ, 1. Sed eſt quædã calumniã, quã unuſquiſq; noſtrũ teſtate animo ſuo fert de eo qui falſum crimen bonis obiectat.

Litium calumniæ. Cic. pro Milone, 55.

Religionis calumnia. Cic. ad Lentulum, 1. 1. 3.

Ignominia calumniæ. Cic. pro Cluent. 69.

Proximus calumniæ. Salluſt. in Ciceronem, 2, Qui uerò nil poterat, is erat calumniæ proximus.

Calumnia ieiuna. Vide Ieiunum.

Manifeſtæ calumniæ eſt. Quintil. lib. 1. cap. 5. 22.

Acerbißima miniſtra auaritiæ calũnia. Ci. 1 ad Quin. fratrẽ, 37.

Adhibere calumniam. Cic. pro domo ſua, 29, Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fruas, ne quis dolus adhibeatur.

Coercetur calumnia. Cic. 4. Acad. 117.

Calumniã contundere. Vide Contundo.

Effugere calumniam. Cic. 2. de Nat. deorum, 30.

Eximere tempus calumnia. Cic. Attico, lib. 4. 72. 6.

Extrahere rem calumnijs. Cic. ad Lentulum, 1. 4. 1.

Ferre calumniam. Cælius Ciceroni, 8. 8. 1.

Calumniæ perſonam imponere alicui. Vide Impono.

Iurare calumniam in aliquem, Eſt accuſatorũ, quos priùs quàm audirentur, iurare oportebat ſe calumniæ cauſa ad accuſandum non uenisſe. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 11, Nam de diuinatione, Appius quum calumniam iuraſſet, contendere ausus non eſt, Pilioq; ceßit. Liu. 3. bel. Maced. 110.

Obterere calumniam. Vide Obtero.

Per calumniã, malitiãq; aliquid petere. Cic. in Verrẽ, lib. 4. 46.

Calumnia, Calliditas. Cicero de Rep. lib. 2. 145, Vt Carneadi reſpondeatis, qui sæpe optimas cauſas ingenij calumnia ludificari ſolet.

Calumnior, calumniaris, (διαβάλλω) calumniari, Falſum crimen ſcienter intendere: uel per fraudem & rationem dolosam, uincendi gratia alium litibus uexare. Cic. pro Sex. Roſcio, 33, Quũ enim aliquid habeat, quod poßit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, apertè ludificari ac calumniari ſciens non uideatur. pro Quintio, 45.

Calumniator, pen. pro. (διάβολος) Verbale, Qui per fraudem & fruſtrationem alium uexat litibus, aut qui malitioſè aliquid interpretatur. Cic. pro Cluentio, 131, Eſt hic Ennius egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici, &c.

Calumniator & improbus. Cic. pro Quintio, 59.

Apponere calumniatorem. Vide Appono.

Quærere calumniatorem. Cic. 4. Ver. 14.

Caluo] caluus, & Caluus. Vide Calua.

Caluus] κάλλος, Antiquus quidam poeta, de quo meminit Horat. 1. Serm. 10. Saty. 4. Nil præter Caluum, & doctus cantare Catullum. Is erat & æqualis Catulli & amicus, nam ad eum his uerbis ſcripſit 14. epigrammate 1,

Ni te plus oculis meis amarem
Iucundißime Calue.

Calx] calcis, m. g. & fœ. g. (πτέρνα) Poſterior pars pedis. Terent. Eunucho, 2. 45, Ne tu iſtas ſaxo calcibus ſæpe inſulta bis fruſtra. Virgilius, 5. Aeneid. Calcemq; terit iam calce Diores. Vbi Seruius, Calcem dicimus, unde terram calcamus: Ergo non propriè dixit, Calcem calce terit. Planta enim calcem non potuit terere. Vnde à parte totum accipiendum, id eſt, calce pedem terebat. Cic. 5. in Verrem, 46. Ibi quum pugnis & calcibus conciſus eſſet, qui D CC. medimnis decidere noluiſſet, mille promiſit.

A' capite uſq; ad calcem. Vide A' Præpoſitionem.

A' calce ad carceres, id eſt, à fine ad principium. Vide A' Præpoſitionem.

Curuata calx. Silius, lib. 16. 76.

Ferrata calx. Silius, lib. 13. 34

Incuſſæ calces. Silius, lib. 4. 49.

Calces rigidi. Perſius Saty. 3. 11.

Cædere calcibus. Vide Cædo.

Calce quenquam contingere. Vide Contingo.

Cruentare calce. Silius, lib. 17. 110.

Ferũ

Ferire calce. Quintil. lib. 2. cap. 8. 8, Ille exercendi corpora peritus, non ſi docendum Pancratiaſtem ſuſceperit, pugno ferire uel calce tantum, aut &c. Ouid. 3. Faſt. 191, Ille cadit præceps, & calce feritur aſelli.

Petere calce. Horat. 2. Serm. 1. Saty. 11.

Premere calce. Autor ad Herennium, lib. 4. 241.

Pulſare calce. Silius lib. 16. 76.

Verberare auras calcibus. Virg. 10. Aeneid. 177.

Calces, pro percuſſionibus pedũ. Terẽtius Phormione, 1. 2. 28, —nam quæ inſcitia eſt aduorſum ſtimulum calces? Vbi donatus, Modò calces, non partes plantæ, ſed percuſſiones pedum, plagaſq; ſignificat. Iuuenal. Saty. 3. 29, Nil mihi reſpondes? aut dic, aut accipe calcem.

Calx, pro fine & extremitate alicuius rei, per metaphorã. Cic. Quoniam ſumus ab ipſo calce eius interpellatione reuocati. Idem de Senect. 76, Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpacio à calce ad carceres reuocari.

Calcaneus, & calcaneum, (πτέρνη) utroq; modo dicitur pro parte poſteriore pedis: qui talus aliàs dicitur. Virgil. in Moreto, Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

Calcar, calcaris, pen. prod. neu. gen. (πτέρνηρ) Equorum ac iumentorum ſtimulus: quòd ad calcem alligetur. Plaut. Aſinaria, 12. 118, Calcari quadrupedem agitabo.

Calcar currenti addere, pro cupiditatem ac ſtudium alicuius augere, atq; acuere. Plin. epiſt. 8. 4. Vide Eraſmi Chiliadas. Horat. 2. epiſt. 1. 44, —& uatibus addere calcar.

Admouere calcar. Vide Admoueo.

Adhibere calcaria. Vide adhibeo.

Auferre calcaribus equum, Silius lib. 10. 54.

Concitare calcaribus equum. Liuius 2. ab Vrbe, 27.

Calcaribus egere, & Frænis egere, contraria. Cic. Attico, lib. 6. 111. 21, Ciceroues pueri amant inter ſe, dicunt, exercentur: ſed alter, uti dixit Iſocrates in Ephoro, & Theopompo, frænis eget, alter calcaribus.

Immenſum calcar habet gloria. Ouid. 4. de Ponto, 2. eleg. 8.

Subdere calcaria equo. Ouid. 2. de Ponto, 6. eleg. 8.

Calcaria in gallinis. Colum. lib. 8. cap. 2. 6, Generoſiſimæq; creduntur quæ quinos habent digitos, ſed ita, ne cruribus emineant tranſuerſa calcaria.

Calcar, pro impetu. Varro, Seſquiulyſſe, Ventus ſuo caſu uehementius ſufflare, & calcar admouere. Nonius.

Calceus, ὑπόδημα, βλαύτης, Indumentum pedis quod fit ex pellibus animalium: & à calce deducitur. Cic. lib. 1. de Inuentione, 63, Si multus erat in calceis puluis, ex itinere eum uenire oportebat.

Laxus calceus. Horatius, 1. Serm. Saty. 3. 7.

Calcei Sicyonij. Cicero, 1. de Orato. 118, Calceos ueteres uendere. Quintilianus lib. 6.

Calceus pede maior, ſubuertit. Horatius, 1. epiſt. 10. 9, Subaudi euntem.

Inducere calceum alicui præpoſtero uel perperã. Vide Induco.

Induere calceum. Vide Induo.

Mutare calceos, Eſt Senatorem fieri. Cic. 13. Philipp. 366, Eſt etiam Aſinius quidã Senator uoluntarius, lectus ipſe à ſe apertam curiam uidit poſt Cæſaris mortem, mutauit calceos: repentè Pater conſcriptus factus eſt. Budæus.

Calceolus. pen. corr. (καλτίνιον) Diminutiuum. Cic. 1. de Nat. deorum, 111, Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

Calceolarius, (ὑποδηματότοκος) Qui calceos conficit. Plaut. Aulul. 15. 40, Propolæ, linteones, calceolarij.

Calcearium, ὑπόδημα, pro calceo, aut alio quouis, quo pes tegitur. Vlpianus, de Alimentis legatis, Diarijs uel cibarijs relictis, neq; habitationem neq; ueſtiarium, neq; calcearium deberi palàm eſt.

Calceamen, pen. prod. (καρβατίνη) Idem. Plin. lib. 19. cap. 2. 2, Hinc calcéamina, & paſtorum ueſtis. Idem lib. 15. cap. 8.

Calceamentum, (σύμαρις) Idem. Plin. lib. 28. cap. 16. 4, Attritus calceamentorum. Cic. 5. Tuſcula. 130, Mihi amictui eſt Scythicũ tegmen, calceamentũ ſolorum callum, cubile terra.

Calceamenta humiliora. Celſius lib. 8. cap. 22, Vbi de talo loqui

Inducere calceamentum. Plin. lib. 28. cap. 4. (tur.

Calceatus, huius calceatus, pen. pro. (ὑπόδησις) Idem. Plin. lib. 11. cap. 45. 7, Pes imus ueſtigio carnoſo: qua de causa in longiore itinere ſine calceatu fatiſcunt.

Calceo, calceas, (ὑποδέω) calceare, uel calciare per tertiam uocalem. Plin. lib. 8. cap. 54. 1, Cic. pro Cœliò 49, Nec ſatis commodè calceati & ueſtiti id facere poſſent.

Calceare aliquem ſoccis. Plin. lib. 36. cap. 5. 28, Archeſilaum quoq; magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeroſq; ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent ſoccis, omnes ex uno lapide.

Calceatus cothurnis. Plin. lib. 7. cap. 20. 3.

Calceari, Paſſiuum, ὑποδέομαι. Plin. lib. 7. cap. 53. 2, Nullis euidentib. cauſis obiere, dum calceãtur matutino duo Cæſares.

Calceare mulas. Sueton. in Veſp. Auguſto, cap. 23.

Calceati dentes, à Plauto Captiuis, 4. 84, ioco dicuntur.

Calcitro, calcitras, pen. corr. (λακτίζω) calcitrare, Calce percutere. Plin. lib. 30. cap. 16. 2, Mulas non calcitrare quum uinũ biberint. Ouid. 5. Metam. 8.

Calcitrare, per metaphoram. Cic. pro Cælio 28, Illum filium familias patre parco & tenaci habere tuis copijs deuinctum non potes: calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti.

Calcitratus, huius calcitratus, pen. prod. (λακτισμὸς) Verbale. Plin. lib. 8. cap. 44. 3, Mulæ calcitratus inhibetur uini creebriore potu.

Calcitro, pen. corr. calcitronis, pen. prod. (λακτιστὴς) Qui calcibus infeſtat. Plaut. Aſinaria. 8. 11,

Ite hæc morata ianua eſt, exemplo ianitorem
Clamat, procul ſiquem uidet ire ad ſe calcitronem. Gellius,

Equus mordax, & calcitro.

Calcitroſus, pen. prod. Adiectiuum, (λακτιστώδης) Qui ſolet calcibus impetere. Colum. lib. 2. cap. 2. 22, Nunquam ſtimulo laceſſat iuuencũ: quòd retractãtẽ, calcitroſumq; eũ reddit.

Calco, calcas, (πατέω, πίβω, πιβέω, πιβίζω) calcare, Proprie ſignificat pede comprimere. Plin. lib. 36. cap. 23. 1, Ita ferratis uectibus calcari ſolum, parieteſq; ſimiliter.

Ad plenum calcari. Virg. 2. Georg. 49.

In pectora calcare. Stat. lib. 8. Thebaid. 109.

Pede aliquid calcare. Seneca in Hippoly. 2. 31.

Impoſito pede calcare. Ouid. 5. Triſt. 9. eleg. 2.

Aequor calcare. Ouid. 3. Triſt. 10. eleg. 8.

Amorem calcare pedibus. Ouid. 3. Amorum, 10. eleg. 1.

Clientem calcare. Ouid. ad Piſonem, 24.

Honores magnos calcare. Claud. 3. Paneg. 22.

Ius Calcatũ, id eſt, proculcatũ & deletum propè. Clau. 2. in Eu- Terra calcatur. Plin. in procem. lib. 33. (trop. 25.

Via leti ſemel calcanda. Horat. 1. Carm. ode 28. 4.

Vuæ calcatæ. Ouid. 4. Faſt. 181.

Calcare uuas. Cato de re ruſt.

Calcare ponitur etiam ſimpliciter pro Comprimere. Plin. lib. 25. cap. 11. 5, Oſſa fracta è capite extrahit, aut ſiquid in corpore ſuppurat, uel ſi calcata ſunt oſſa: Hoc eſt confracta. Sic Colum. lib. 2. cap. 2. 8.

Calx] calcis, fœminini tantum generis, (πολία, ἄσβεστος, τίτανος) Lapis coctus: dictus quòd in ædificijs calcetur. Plin. lib. 36. cap. 23. 1, Calcem è uario lapide Cato Cenſorius improbat.

Digitized by Google

improbat. Ex albo melior, quàm ex duro, & ſtructura & utilior. Quæ ex fiſtuloſo, tectorijs. Ad utrunq; damnatur ex ſilice. Cic. pro Milone, 55, *Repentè lintribus in eam inſulam materiam calcem, cæmenta atq; arma conuexit.*

Calcarius, adiectiuum: *ut* Calcaria fornax, *in qua calx decoquitur.* Plin. lib. 17. cap. 9. 5, *Nuper repertum, oleas gaudere maximè cinere è calcarijs fornacibus.*

Calcarius, Subſtantiuum. *Qui calcem coquit.* Cato cap. 16, *Calcem partiario coquendam qui dant ita dant. Calcarius perficit & coquit.*

Calcatorium, Locus ubi calx coquitur. Palladius, *Quòd ſi cupis, locum ſuũ deputabimus: is locus ad calcatorij ſimilitudinem, podijs breuibus, & teſtaceo pauimento ſolidetur.*

Calcatus, pen. prod. Adiectiuum, (πατητὸς, πτανωτὸς) Calcata ædificia dicuntur calcè polita. Sipontinus.

Calyba, Thraciæ urbs, teſte Strabone, lib. 7, Supra Byzantium (inquit) gens Aſtorum, id eſt ciuium licet, in qua Calyba ciuitas eſt: eam Philippus Amynthæ filius, collectis de exercitu ignauißimis habitandam conſtituit.

Calycadnus, Ciliciæ fluuius, ad quem Seleucia ciuitas ſita eſt, iuxta Sarpedonem promontorium, Straboni lib. 14.

Calydium, Italiæ oppidum in Appia uia, Brunduſium ducens. Strabo lib. 5.

Calydne, uel Calydna, (κάλυδνα) Cariæ oppidũ, autore Plinio lib. 5. cap. 27. Ouid. 8. Metam. 45,

Dextra Lebynthos erat, fœcundaq; melle Calydne.

Calydon, (καλυδὼν) Aetoliæ oppidum eſt ſeptem millium quingentorum paſſuum à mari iuxta Euenum amnem. Plinij uerba cap. 2. lib. 4, Ipſa Calydon Oenei patris Meleagri regia fuit, quæ ſyluæ agroq; & apro cognomen impoſuit, de quibus multa mentio eſt apud Ouidium lib. Metam. 8. *Non tacendum & in Britannia Calydoniam ſyluam eſſe: uerũ uocabula ſyllabis dignoſci. Nam Calydon pro Aetoliæ oppido, penultimam corripit.* Lucan. lib. 6. Euenus Calydona ſecat. *pro Brytanniæ ſylua producit, o litera correpta.* Martialis, libro 1. 7,

Nuda Calydonio ſic uiſcera præbuit urſo. *Sunt qui ſcribunt Caledonia, per ſecundam uocalem.*

Alta Calydon. Ouid. 8. Metam. 160.

Heros Calydonius. Ouid. 8. Metam. 65, *Sic uocat Meleagrum filium Oenei, regis Calydoniæ.*

Amnis Calydonius, Achelous. Ouid. 9. Metam. 1.

Calydonis, pen. prod. huius calydonis, pen. corr. fœmininum, (καλυδωνὶς) Ouid. 8. Metam. 106, Plangunt ora ſimul matres Calydonides.

Calypſo huius Calypſus, (καλυψὼ) Eſt nympha Oceani & Tethyos filia: uel, ut aliquibus placet, Atlantis. Regnauit in Ogygia inſula, & Vlyſſem naufragum hoſpitaliter ſuſcepit. Ouidius, Ah quoties illum doluit properare Calypſo. De ea Homerus in Odyſſea. Hæc de ſuo nomine inſulam in Ionico mari cognominatam tenuit, propinquam promontorio Lacinio, ut ſentire uidetur Plin. lib. 3. Nat. hiſtoriæ, cap. 10, uel ut alijs placet, in mari Africo, Cic. 1. Offic. 158.

Calypſo Atlantis. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 16, —fœcunda Atlantidos arua Calypſus. Genitiui Græci ſunt, Atlantidos & Calypſus, id eſt, Atlantis filia. Quintil. lib. 1, Neq; enim tam Calypſonem dixerim ut Iunonem.

Calyptra καλύπτρα, Genus ueſtimenti, quo mulieres capita operiebant. Feſtus.

Calyx calycis, pen. corr. (κύλιξ, ποτήριον) ſignificat folliculum quo fructus arborum cooperitur, à καλύπτω, cooperio. Plin. lib. 12. cap. 6. 2, Sed unde ueſtes lineas faciunt, foliis moro ſimiles, calyce pomi cynorhodo. De pali arbore loquitur. Idem lib. 15. cap. 22. 1, de nuce iuglande, Necnon & honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, puluinati primum calycis, mox lignei putaminis.

Calyculus, penult. corr. Diminutiuum, (κυλίκιον) Plin. lib. 16. cap. 44. 10, Quòd uerò in ſpina fullonia gignitur hypophæſton uocat: calyculis inanibus, foliis paruis. Idem lib. 20. cap. 19. 1.

Camacæ, Populi inter Scythicas gentes, Plinio lib. 6. cap. 17.

Camæ, Populi, inter Scythicas gentes, Plinio lib. 3. cap. 17.

Camalodunum, pen. prod. Brytanniæ oppidum. Plinio libro 2. cap. 75.

Camara, penul. corr. (καμάρα) Vrbs Cretæ inſulæ Ptolemæo. Vulgò Camera.

Camarina pen. prod. (κάμαρίνα) Quibuſdam eſt frutex: cuius ramos ſi quis commoueat, quatiatq;, tetrum quendam odorem edit. Vnde Camarinam mouere, prouerbium, quod ſignificat ſibijpſi malum accerſere. Seruius Grammaticus aliunde natum adagium dicit, enarrans locum illum in tertio Aeneidos 14, —& fatis nunquã conceſſa moueri Appareat Camarina procul. Camarina, inquit, palus eſt iuxta oppidum eiuſdem nominis: quæ quum olim ſiccata peſtilentiam creaſſet, conſuluerunt Apollinis oraculum, an penitus eam deficcare præſtaret. Vetuit deus Camarinam moueri. Quo contempto, exiccauerunt paludem: & carentes peſtilentia, per eam partem ingreſſis hoſtibus pœnas dederunt. Vide Eraſmi Chiliadas. Sil. lib. 14, Maronem imitatus dixit, Et cui non licitum fatis Camerina moueri.

Cambala Cambalorũ, Aſiæ locus eſt in Cyſpiretide regione, ubi auri metalla effodiuntur. Autor Strabo, lib. 11.

Cambalib. Mõs, Caucaſi ramus in Suſianis. Pl. li. 6. cã. 27.

Cambiõ *cambis*, Priſcian. lib. 10. Cambio, ἀμείβομαι ponit Chariſius, & eius præteritũ Campſi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα Græco eſſe uidetur. Vnde & Campſo, campſas ſolebant uetuſtiſſimi dicere. Ennius in decimo, Leucatẽ cãpſant.

Cambodunũ καμβόδουνον Vindeliciæ urbs, Ptolemæo, hodie Monacum, uulgo Munchen.

Cambolecri Populi inter Galliæ Narbonenſis gentes Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19.

Cambyſes pen. pro. (καμβύσης) Perſarũ rex, Cyri filius patrijs rebus Aegyptum adiecit, ſed offenſus illorum ſuperſtitionibus, Apis cæterorumq; deorum ædes dirui iußit. Ad Ammonis quoq; templum expugnandum exercitum miſit, qui tempeſtatibus & arenarum motibus oppreſſus interijt, ut ſcribit Trogus Pompeius. Huius meminit etiam Seneca lib. 7. Cambyſes (inquit) fertur in Aethiopas iugum detrectantes: quumq; explorato per arentia exercitum duceret, deficientibus cæteris alimentis, decimũ quenq; inter ſe in cibum ſortiti ſunt: durauitq; adeò talis ſeueritas, donec & ipſe, ne reuocaretur ad ſortẽ, pertimuit, receptuiq; ſignum dedit. Lucan. lib. 10. 56.

Camelani Italiæ populi in ſexta regione, Narnienſibus & Nucerinis uicini. Autor Plin. lib. 3. cap. 14.

Camelidę Inſulæ duæ ſunt in ora Ioniæ regionis apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Camella Genus uaſis, cuius meminit Ouidius, 4. Faſto. 157. his uerbis,

Dum licet appoſitæ ueluti cratere camellæ
Lac niueum potes, purpureamq; ſapam.

Camelus cameli, pen. prod. (κάμηλος) Notum eſt animal, de quo multa apud Plinium lib. 8. cap. 18. Liu. 7. bel. Macedo. 165. Horat. 2. Epiſt. 1. 40. Diuerſum confuſa genus panthera camelo. Cic. 2. de Nat. deor. 182, Cameli adiumentantur proceritate collorum.

Sitiens camelus Perſio dicitur, quòd ſitim quatriduo toleret, ut docet Plinius libro 8. cap. 18, Impleturq; quum bibendi occaſio

Digitized by Google

[illegible] in pistrinum, & in furnum, obturbata con[illegible]atione prius agri. Persij uersus sic habet, Saty. 5.14,
Tolle recens primus piper e sitiente camelo.

Camelinus, pen. prod. Adiectiuum, (καμήλινος) ut Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9.1, Dulcißimum ab hominis camelinum, efficacißimum ex asinis. Camelinus color uulgò dicitur pullus. Sipontinus.

Camera] cameræ, pen. corr. (καμάρα, κύρτωμα) Tectum in curuitatem formatum, autore Nonio. Dicitur aliàs testudo, aliàs fornix, aliàs arcus. Secundum Seruiũ Camera dicitur, quasi canura, id est, curua. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17.3, Cameras quasdam non probaui, mutariq; iußi. Varro, 3. de Re rust. cap. 7.2, Peristereon fit, ut testudo magna camera tectus uno ostio angusto. Alij legunt Camara.

Percutere camerã semine pomorum. Horat. 2. Serm. Saty. 3.55. Solent amantes semina ex pomis orbiculatis duobus primis compressare digitis, eaq; mittere in cameram amicæ, augurium captantes, ut si cameram contigerint, posse sperari ad effectum duci quod animo conceperunt. Hæc Porphyrio.

Camera genus nauis. Tacit. lib. 19.

Camerarius, Adiectiuum, (καμαρικὸς) ut Cameraria cucurbita. Plin. lib. 19. cap. 5. 5, Vires sine adminiculo standi non sunt, uelocitas pernix, leui umbra cameras ac pergulas operiens. Inde hæc duo prima genera. Camerariũ & Plebeium, quod humi repit. Camerarium genus cucurbitæ uocat Plin. quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi serpit.

Camero, cameras, (καμαρόω) camerare, Fornicem & testudinem facere. A quo compositum concamerare. Plin. lib. 34. cap. 14. ad finem, Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat.

Camerata uehicula, quæ Græci camarota uocant, qualia sunt pensilia, quibus matronæ gestantur: qualia etiam hodie fiunt corio cõtecta. Vlpianus, Si inquilinus arcã cameratã in ædes cõtulerit, & ædium aditũ dominus coangustauerit. Budæus.

Cameracũ] Cameraci, pen. pro. Vrbs in prouincia Galliarũ, quam Picardiam uocant.

Camerinũ] pe. pro. (καμαρῖνον) Piceni urbs præclara, à curuitate situs ita appellata. Apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1, legitur Camarinum. Vulgò Camarino.

Camerinus] pen. pro. Poeta, cuius meminit Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 16. 4, Quiq; canit domito Camerinus ab Hectore Troiam.

Cameriũ] Italiæ oppidũ iuxta Collatiã apud Plin. lib. 3. ca. 5.

Cameropis] Ciuitas est Indiæ, Straboni.

Camertes] καμέρτες, Populi sunt Vmbriæ in montibus, qui Vmbros à Picenis diuidunt. Silius lib. 8.92, —& armis Vel castris laudande Camers. Singularis numerus pro plurali. Horum meminit Strabo lib. 5. Et Plin. lib. 3. cap. 14. Cic. pro Corn. Balbo 37, Neq; Fulginatium, neq; Camertium fœdere esse exceptum.

Camers, (κάμερς) Adiectiuum. Cic. pro Sylla, 40, In agro Camerti, Piceno, uel Gallico.

Camertinus, penult. prod. Aliud adiectiuum, (καμερτῖνος) ut Camertinum fœdus. Cic. pro Corn. Balbo, 36, Is igitur M. Annium Appium fortißimum uirum, uirtute præditum ciuitate donauit, quum Camertinum fœdus sanctißimum atq; æquißimum sciret esse.

Cameses] Cõsors Iani. De quo sic Perottus, de Iano loquens, Hunc regionem istam, quæ nunc uocatur Italia, regno obtinuisse, & cum Camese, qui simili modo indigena erat, ita participata potentia possedisse, ut regio Camescene: oppidum Ianiculum uocaretur.

Camilla] καμίλλα, Volsca uenit auxilio Turno contra Latinos & Aeneã, in quo bello etiam interfecta est. Eam Virgil. describit lib. 7.161,
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla, &c.

Pharetrata Camilla. Virg. 11. Aeneid. 130.

Dia Camilla. Virg. 11. Aeneid. 132.

Camillos] κάμιλλοι καὶ κάμιλλαι, & camillas in sacris uocabant ministros & ministras impuberes. Hinc & Camilla dicta. Hæc Seruius. Alij dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura præciperet, hyberno puluere uerno luto grandia farra Camille metes.

Camillus] κάμιλλος, Romanus, Veios decẽnali obsidione domuit, deq; his triumphauit. Postea crimini datũ quòd albis equis triumphasset, & prædam iniquè diuisisset: die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis damnatus, Ardeam concesit. Mox quum Galli Senones urbem diripuissent, absens Dictator factus, collectis reliquijs Gallos adortus incautos oppreßit. Populum Roman migrare Veios uolentẽ eleganti apud Liuium concione retinuit, in qua omnes urbis dotes, laudesq; licet agnoscere. Adijcit quoq; Liuius, quòd tertiùm Dictator dictus, contra Latinos ad Satricum contendit, ut sociam urbem Popu. Roma. à Latinis oppugnatam tueretur. Quartùm Dictator ad sedandam populi seditionem factus, ualetudinem excusauit, ex quo alter ei subrogatus est. Quintùm dictator, Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superauit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interijt. Autores Liuius & Plutarchus. Virg. 6. Aeneid. 165.

Caminus] camini, pen. pro. (κάμινος) Græcum uocabulum est. Latinè fornax dicitur, autore Seruio. Virgil. 3. Aeneid.
—ruptis flammam expirare caminis. Iuuen. Saty. 10.7.

Caminus, Structura quæ fumum excipit. Sueto. in Vitel. Nec antè in Prætorium redijt, quàm flagrante triclinio ex conceptu camini. Cic. ad Trebat. lib. 7. 100, Luculento camino utendum censeo.

Addere oleum camino. Horat. 2. Serm. Saty. 3.65, id est, addere maioris insaniæ materiã. Prouerbialis locutio, de qua abundè Erasmus in Chiliad.

Lentis caminis dare uiscera. Seneca in Thyeste, 8.29.

Perpetuus caminus. Statius, 3. Thebaid. 56.

Caminus anhelans. Persius Satyra 5.2.

Caminus ardens. Iuuenalis Satyra 14.12.

Vrens caminus. Horat. 1. Serm. Saty. 5.17, pro igne urente.

Camino, caminas, pen. prod. (καμινόω) caminare, In modum fornacis facere. Plin. lib. 16. cap. 6, Acerui confertis taleis recentibus luto caminantur. Idem lib. 17. cap. 11. 5.

Cammarus] pen. corr. (κάμμαρος) Piscis marinus, ex specie malacostracorum, hoc est, qui molliorem testam pro cute habent. Colum. lib. 8. cap. 15. 5, Aquatilibus autem cibis, si sit facultas, datur cammarus, & riualis alecula. Plin. lib. 31. cap. 8.3. Varro 3. de Re rust. cap. 11.2, de Anatibus loquens. Frequens est piscis in mari Adriatico. est autem uelut quædam cancrorum species.

Camirus] I producta, una ex urbibus Rhodi insulæ. Strabo, Quas urbes Homerus cõmemorat, Lindon, Ialyson, Camiron.

Camœnæ] camœnarum, (μοῦσαι) Musæ: quibus à cantu inditum est nomen. Virg. in Palæm. 8, Alternis dicetis, amant alterna camœnæ. Seruius.

Camœnæ, Musæ: à carminibus sunt dictæ, uel quòd canunt antiquorum laudes, uel quòd sint castæ mentis præsides. Hæc Festus. Plin. li. 34. ca. 5. 2, Actiũ poetã in Camœnarũ æde maxima forma statuã sibi posuisse, quum breuis admodũ fuisset.

Camœna, etiam numero singulari dicimus. Persius Saty. 5.3,
—tibi nunc hortante camœna
Excutienda damus præcordia.

Digitized by Google

Dulces camœnæ, Horat. 1. Epist. 20. 1.
Gaudentes rure camœnæ. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 5.
Graia camœna. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.
Spiritus camœnæ. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.
Inhumana camœna. Horat. 1. Epist. 19. 10.
Senium camœnæ deponere. Horat. 1. Epist. 19. 10, id est, seueri-
Insignis camœna. Horat. 1. Carm. ode 12. 8. (tatem senilem.
Tragica camœna. Horat. de Arte poetica, 56.
Vocalis camœna. Seneca in Med. 8. 10, id est, Calliope dulciter canens.

Campania] καμπανία, Italiæ regio, de qua sic Plin. li. 3. ca. 5, Qualiter Campaniæ ora per se, felixq; illa ac beata amœnitas narrari debet? ut palàm sit, uno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam uerò tota ea uitalis, ac perennis salubritatis cœli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, &c.
Pinguis Campania. Propert. lib. eleg. 5. 1.
Terra Campania. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 7.
Campanus, pen. prod. (καμπανὸς) Adiect. ut Vrbs Campana. Virg. 10. Aeneid. 29. Affuit & Mnestheus, quem pulsi, &c. Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Vbi Seruius, Iste quidem dicit à Capy dictam esse Campaniam. Sed Liuius uult à locis campestribus dictam, in quibus sita est. Sed constat eam à Tuscis conditam uiso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur. unde est nominata Campania. Tuscos autem omnem penè Italiam subiugasse manifestum est.
Littus Campanum. Stat. 3. Sylu. 3. 33.
Morbus Campanus. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 13, id est, oris fœditas aut arrogantia. nam Campani qui Osci dicebantur, ore immundi & arrogantes habiti sunt: unde Oscos dictos putant, quasi obscœnos: aut uerò dixit Campanum morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur. Ex Acrone & Porphyrione.
Supellex Campana. Horat. 1, Serm. Saty. 6. 24, id est (ut exponit Acron) fictilis, uel uiminea, uel Aenea. quia in Campania dicebantur Aeneæ res optimè fabricari.

Camparius] Vide Campus.

Campe] campes, uel campa, campæ (κάμπη) eruca Latinè. Vermiculus hortenses maximè herbas, & arborum frondes rodens. Colum. lib. 10. 31.

Nec solum teneras audens erodere frondes,
Implicitus cõchæ limax, hirsutaq; campe. Plau. Trinũ. 8. 110.

Campe Græcis à flexu dicta est, quia in aream arrependo curuatur. Budæus.
Campas, marinos equos Græci à flexu posteriorum partium appellant. Festus.

Campester] Vide Campus.

Camphasus] pen. corr. Proprium nomen equi, de quo Silius Italicus, lib. 16. 72.

Camphasus ipse asper, nec qui ceruicis amaret
Applausæ blandos sonitus, clausumq; cruento
Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.

Campi Diomedis] dicti sunt qui in diuisione regni cũ Daunio Italiæ rege, cesserunt ipsi Diomedi.

Camponi] Populi inter Aquitanicas gentes Plinio cõmemorantur, lib. 4. cap. 19.

Campsiani] Germaniæ populi, indigẽtia laborantes, cõmemorantur Straboni his uerbis, Sunt alij Germaniæ populi, indigentia magis laborantes, Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani, cæteriq; complures. Hactenus ille lib. 7.

Campsor] pecuniarum, à nostris Argentarius dicitur, à Græcis Trapezita. Sipontinus.

Campus] campi, (πεδίον, λάπεδον, ἄλωὰ) dicti postea quàm proxima superiora loca colere cœperunt, autore Varrone de Ling. Latina.

Campus, inquit Valla lib. 4, Est planities terræ ampla & grandis: ideoq; spatiosæ plateæ areæue, campi nomen acceperũt. Vnde Romæ campus Martius. Cæsar. 3. Bel. Ciuil. 144, Sed quum esset inter bina castra campus, circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit.

Vmbrarũ cãpi. Lucan. lib. 7. 175, id est, in quibus errant animæ
Accola campi. Ouid. ad Liuiam 47. (insepultorum.
Aequor campi. Virg. 7. Aeneid. 156.
Aequora camporum patentium. Cic. 1. de Diuinat. 152.
Ager campi. Virg. 2. Georgic. 55.
Ager camporum. Stat. 2. Thebaid. 42.
Area campi, Ouid. 10. Metam. 18.
Fundamina campi. Claudian. 2. de Raptu Proserp. 33.
Immensitates camporum. Cic. 2. de Nat. deor. 143.
Limes camporum. Lucanus lib. 7. 60.
Campi medio. Tacit. lib. 1.
Media campi complere. Tacit. in uita Agricolæ.
In medium campi procedere. Liu. lib. 7. Decad. 4.
Pabula campi. Ouid. in Ibin, 28.
Puluis camporum. Virg. 11. Aeneid. 173.
Spacia campi. Virg. 3. Georg. 46.
Immensa camporum spacia. Cic. 2. de Nat. deor. 239.
Aequo campi se dare. Virg. 9. Aeneid. 12.
Aestiferi campi. Silius Ital. lib. 17. 91.
Anhelans sulfure campus. Stat. 11. Thebaid. 4.
Apertus campus. Ouid. 1. Metam. 28. Vide Aperio.
Apricus campus. Horat. 1. Carm. ode 8. 1. Vide Apricus.
Armiger campus. Stat. lib. 9. Thebaid. 167.
Caligantes campi. Stat. lib. 1. Thebaid. 19.
Elysius campus. Virg. 1. Georg. 8.
Euersus campus, id est, aratus. Valer. 7. Argonaut. 15.
Campus operi facilis. Liu. lib. 2. Decad. 4.
Fertilis ubere campus. Virg. 2. Georg. 37.
Frequens herbis campus. Virg. 2. Georg. 37.
Frondens campus. Lucan. lib. 6. 17.
Gramineus campus. Virg. lib. 5. Aeneid. 57.
Herbosus campus. Horat. 3. Carm. ode 18. 2.
Horrens campus. Virg. 3. Georg. 32.
In immenso campo uagari. Cic. 3. de Orato. 68.
Iners campus, Putridus & infructifer. Silius lib. 13. 107, Sic nocat campum inferni.
Ingẽs & immensus cãpus. Cic. 3. de Orato. 41. Vide Immensus.
Irriguus campus, Lucanus lib. 4. 61.
Lati campi. Virg. 1. Georg. 98.
Latus campus aeris. Virg. 6. Aeneid. 178.
Latus campus aquarum. Ouid. 1. Metam. 31.
Latis currere in campis. Ouid. 2. Metam. 66.
Liberiore campo natare. Ouid. 4. Fastorum 59. Vide Liber.
Liquentes campi, pro mari. Virg. 6. Aeneid. 145.
Martius campus. Horat. 4. Carm. ode 1. 8.
Mersus campus cruore. Silius Ital. lib. 1. 11.
Natantes campi. Virg. 3. Georg. 39.
Nigrantes puluere campi. Silius Ital. lib. 3. 82.
Nitentes campi. Virg. 6. Aeneid. 136.
Nudi campi. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 15.
Optimi & uberes campi. Cic. 2. pro Lege Agraria, 94.
Patentes campi. Virg. 4. Aeneid. 31. idem 5. Aeneid. 110.
Patuli campi. Claudian. 1. de Raptu. Proserp. 45.
Pigri campi. Horat. 1. Carm. ode 22. 4, id est, frigidi, & frigore pigritiem inducentes. Acron.
Pinguis campus. Virg. 2. Georg. 55.
Planus campus, Lucret. lib. 3. 104.

Digitized by Google

Pulsatus campus assiduis equis. Ouid. 6. Metam. 44.
Putris campus. Virg. 11. Aeneid. 175.
Rudis campus. Virg. 2. Georg. 43.
Sanguineus campus. Stat. 3. Thebaid. 63.
Segnis campus. Virg. 1. Georg. 15.
Silentes campi. Seneca in Herc. furente, 10. 4.
Spectabilis campus undiq;. Ouid. 3. Metam. 142.
Spirans tabo campus. Stat. 12. Thebaid. 114.
Squalentes campi. Sil. Ital. lib. 3. 133, Claudian. 2. de Raptu Proserp. 68.
Stagnantes campi. Sil. Ital. lib. 3. 10.
Tauriferi campi. Lucanus, lib. 1. 94.
Tenuis campus. Ouid. 2. Trist. 66.
Torrentes sanguine campi. Stat. 1. Sylu. 2. 20.
Turpis sine gramine campus. Ouid. 3. de Arte amandi, 50.
Vasti campi. Virg. 3. Aeneid. 3, id est, uastati, aut magni, inquit Vdi campi. Silius Ital. lib. 8. 101. (Seruius.
Venalis campus. Lucanus, lib. 1. 36, Venalem appellat campum Martium, in quo suffragia uendebantur.
Virentes campi. Horat. 2. Carm. ode 5. 2.
Viridis campus. Virg. 3. Georg. 3.
Arare campum. Ouid. 2. Trist. 66.
Aspirare in campum. Vide Aspiro.
Attollere campum puluere. Stat. 4. Thebaid. 28.
Circumferre campo lumina. Silius Ital. lib. 17. 105.
Circumuolare campum iaculo. Silius Ital. lib. 17. 84.
Campum colligere. Vegetius lib. 3. de Re militari, Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, & (quod ipsi dicunt) colligat campum. Budæus.
Loca camporum cursu complere. Lucret. lib. 2. 65.
Conferre se in campum. Vide Confero.
Consternere campos milite. Silius Ital. lib. 1. 25.
Corripere campum. Virg. 3. Georg. 20.
Credere campo aciem. Virg. 9. Aeneid. 9.
Currere in campum. Horat. 1. Serm. Sat. 1. 19.
Dare se campo. Silius, lib. 13. 31. Videtur posse non incommodè pro eo accipi, quod dicere solemus, In arenam descendere.
Decedere campis. Virg. 4. Georg. 38.
Diffugere campis. Virg. 10. Aeneid. 159.
Durescit campus situ. Virg. 1. Georg. 15.
Errare campis. Virg. 3. Georg. 49.
Explicat campos tellus effusa. Lucan. lib. 4. 4.
Extendere campos. Ouid. 1. Metam. 9.
Campis exutus Mithridates. Tacitus lib. 12.
Campis ferri. Quintil. lib. 5. cap. 14. 24.
Flauescit campus aristis. Virg. 4. ecloga 6.
Fuscare corpora campo. Ouid. 1. de Arte Amandi, 203.
Hiscunt campi. Statius 9. Thebaid. 5.
Campus iacet in medio. Vide Iaceo.
Iacere toto campo. Seneca in Troade, 6. 52.
Iacet tantũ campi. Virg. 3. Georg. 69. id est, inultum remanet.
Incedere campis. Silius, lib. 17. 32.
Indulgere campo. Persius Satyra 5. 6,
Hic cãpo indulget, hunc alea decoquit, ille In Venerẽ putris.
Inferre se campo. Virg. 9. Aeneid. 11. Idem 2. Georg. 29.
Inire campum. Statius, 11. Thebaid. 119.
Instruere per campos certamina belli. Lucret. lib. 2. 2.
Insurgunt campis tenebræ. Virg. 9. Aeneid. 7.
Inundare campos dicitur exercitus. Silius Ital. 15. 109.
Lacessere campum. Stat. 12. Thebaid. 121.
Liquantur campi. Catullus epigram. 43. 71.
Lustrare oculis campos. Lucan. lib. 7. 161.
Miscere campum puluere. Virg. 12. Aeneid. 9.
Obstruere campos. Lucanus, lib. 2. 100.
Parare campum ad certamen, Virg. 12. Aeneid. 23.
Partiri campum limite. Virg. 1. Georg. 26.
Per campos pascuntur equi. Virg. 6. Aeneid. 131.
Peragrare campos. Cic. 1. de Diuinat. 154.
Perlabi campum. Sil. lib. 16. 79.
Perlustrare campos oculis. Silius lib. 7. 108.
Persultat campos exercitus. Tacitus lib. 11. 136. 24.
Pinguescunt campi. Virg. 1. Georg. 98.
Proscindere campum ferro. Ouid. 7. Metam. 24.
Prosternitur campus & materia tuis laudibus. Vide Prosterno.
Quatere campum. Virg. 11. Aeneid. 175, & lib. 8. 117.
Rapere campum. Stat. 5. Thebaid. 1.
Recumbere campo. Virg. 1. Georg. 81.
Redeunt campis gramina. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
Redundare campis. Lucret. lib. 6. 143.
Refluit campis Nilus. Virg. Aeneid. 7.
Relaxare campum. Silius Ital. lib. 7. 144.
Renouare campum aratris. Ouid. 1. Amorum, eleg. 3. 2.
Serere hordea campis. Virg. Georg. 42.
Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Aeneid. 142.
Tenere latè campos. Virg. 2. Georg. 3.
Tondere campum dicuntur equi. Virg. 3. Aeneid. 108.
Transmittere campos cursu. Virg. 4. Aeneid. 31.
Tremiscunt campi tonitru. Virg. 5. Aeneid. 138.
Vestiri campos lumine dicitur æther. Virg. 6. Aeneid. 128.
Vestiti gramine campi. Claud. 3. de Raptu Proserp. 47.
Campus, pro comitijs. Cic. 3. de Orat. 92, Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumẽdus, ex quo genere hæc sunt, Martem belli esse communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro uino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitijs, togam pro pace, arma ac tela pro bello.
Campus, res quælibet in qua quis studiũ habet: ut Campus rhetorum. Cic. 1. Offic. 89, Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, &c. Idem latissimum dicendi campum alio loco dixit, pro hubertate materiæ quam uocant.
Expositionis campum nancisci. Quintil. lib. 4. cap. 2. 29.
Magnus campus ad laudem. Cic. 14. Philipp. 196, Magnus est in Rep. campus, ut sapienter dicere solebat Crassus, multis apertus cursus ad laudem.
Magnum campum habet cursus animi. Cic. Attico lib. 5. 103. 1.
Dare campum. Cic. pro Muræna, 16, Nullum enim uobis fors campum dedit, in quo excurrere uirtus, cognosciq; posset.
Exultare in campo, & in angustias compelli dicitur oratio. Cic. 4. Acad. 199.
Campester, campestris, & hoc campestre, & hic & hæc campestris, & hoc campestre, (παιδικὸς) Quod ad campos attinet, uel in medijs campis iacet: ut locus campestris. Cæsar 7. bel. Gal. 287. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 5, ad finem, Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem uergit, quàm is qui est ad libellam æquus.
Campestris ager. Liu. 4. ab Vrbe, 159, Vulturnum Hetruscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuamq; ab dnee eorum Capye, uel (quod propius uero est) à campestri agro appellatam.
Arma campestria. Horat. de Arte poetica, 77.
Campestris fraxinus, quæ in campo crescit, non in montibus. Plin. lib. 16. cap. 13. 2.
Campestre iter. Cæsar 1. bel. Ciuil. 246.
Campestris ludus, qui in campo fit. Cic. pro Cælio, 7.
Prælia campestria. Horat. 1. Epist. 19. 11.
Scythæ campestres, qui in campis sine tectis sub tentoriis uiuunt. Horat. 3. Carm. ode 24. 2.
Campestre, campestris, Substantiuum, (παίγνιον) Genitalium succinctorũ, quo in gymnasijs & palæstris, hoc est, in cãpis utebantur

Digitized by Google

utebantur. Horat. lib. 1. Epist. 11. 4.

Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre niualibus auris.

Camparius custos exercitorue camporum. Valla, lib. 1.

Camurus] Adiectiuū, (καμπύλος) Festus, Camura, & camuri boues, à curuatione, ex Græco καμπὴ dicuntur. Virg. 3. Georg. 11, Et camuris hirtæ sub cornibus aures.

Camus] cami, (κῦμος) Genus uinculi apud Græcos. Plaut. Casin. 8. 36, Deos quæso, ut quidem hodie camum & furcam feras.

Cana] Straboni lib. 13, Promontoriū quod contra Lectū cōsurgēs, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. Sunt & Canæ eidē, Locrorū oppidulū, sitū in agro Canæo.

Cana] κανᾶ, dicunt Græci, nos canistra, & per diminutionem Canistella. Festus.

Canace] pe. cor. (κανάκη) Macarei soror, Aeoli filia: de qua Ouid. scribit in epistolis, 11. epist.

Canalis] huius canalis, penult. prod. m. & fœm. gen. (σωλὴν) Festus, Canales per quos aqua confluit in uijs lapide stratis.

Canales structiles, Structura & fabrica constantes, quales hodie Romæ semiruti uisuntur. Vitruuius, lib. 8. cap. 7, Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus. Aqueductus uocabant Romani, hinc præfecti aquæductuum. Vlpianus, Siquis nouum canalem uel fistulam in riuo uelit collocare, utile ei hoc interdictum futurum Labeo ait.

Canalis, à canna fit, una detracta litera, Lignum ad cannæ similitudinem cauatum, per quod aqua deducitur. Colum. lib. 12. cap. 50. 5, Oleo autem cōficiendo molæ utiliores sunt, quàm trapetum: trapetum quàm canalis & solea. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 1.

Arundinei canales. Virg. 4. Georg. 53.

Demersus canalis. Stat. 1. Syl. 2, 41.

Iligni canales. Virgilius 3. Georg. 65, id est, facti ex ilice, inquit Seruius.

Canalis, quo crura & femora continentur fracta. Quo pacto autem constituatur, uide apud Cels. lib. 8. cap. 10. de crurum & femorum curatione.

Canaliculus, pen. corr. Diminutiuum, (σωλήνιον) Colum. lib. 8. cap. 10. 4, Nam largiore cibo celerius pinguescit, semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur, quæ est fir mißima esca. Varr. 3. de Re rust. cap. 5. 12, Quibus aqua ministratur per canaliculum.

Canaliculus columnarum. Vitruuius, lib. 7.

Canaliculus. Celso lib. 8. cap. 24, quo digitus fractus continetur, ut canalis in maiore membro fracto.

Canalicula, canaliculæ, Idē, (σωληνίδιον) Gell. lib. 17. cap. 11, Ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam uel fistulas, easq; ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumq; alteram deduci delabiq; in stomachum esculenta omnia & poculenta.

Canaliculæ, Forenses homines pauperes dicti, quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Canaliculatus, pen. pro. (σωληνοειδὴς) Adiectiuum, In modum canalis factus: uel qui canalis formā habet: ut Semina canaliculata, folium canaliculatum. Plin. lib. 27. cap. 9. 7, Est autem singularis atq; non fruticosa, breuior molliorq;, & densior, foliis ad radicem canaliculata.

Canalitius, Adiectiuum, (σωλὴν) ut Canalitium aurum, quod puteis foditur, quòd uenarij canales per saxa uagentur huc atq; illuc, & per latera puteorum. Plinius, lib. 33. cap. 4. 3. Quod puteis foditur, canalitium uocant: alij canalicnse, marmoris glareæ inhærens.

Canaria] κανάρια, Vna ex insulis fortunatis, ita uocitata à canū multitudine ingentis magnitudinis. Plin. lib. 6. cap. 32.

Canarius] Vide Canis.

Canas] Oppidū Lyciæ regionis Asiaticæ. Lycia quondā (inquit Plin. li. 5. ca. 27.) LX. oppida habuit, nūc XXXVI. habet: ex his celeberrima præter supradicta, Canas, &c.

Canastræum] Macedoniæ promontorium, in Thermaico sinu: dicente Plinio, lib. 4. ca. 10, in Thermaico sinu oppida Dicæa, Pydna, Derra, Scione, promontorium Canastræum.

Canatha] Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

Cancelli] cancellorum, (κιγκλίδες, ἐξύφασται) per diminutionem uocantur, hoc est, opus subtili materia in transuersum compacta, ad similitudinem retis factum: quòd frequentia foramina habeat, qualia sunt quæ in corpore efficit cancer morbus. Hæc Sipontinus. Cic. pro Sestio 108, Tantus est ex omnibus spectaculis usq; à Capitolio; tantus ex fori cancellis plausus excitatus, &c. Varro, 3. de Re rust. cap. 5. 3, Præterea & pertica inclinatas ex humo ad parietem, & in eis transuersus alias gradatim modicis interuallis annexas ad speciem cancellorum scenicorum. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 13.

Circundati cancelli homini improbo. Cic. 5. Verr. 115.

Cancellis circumscripta scientia. Cic. 1. de Orat. 28.

Cancellos sibi circumdare. Cic. pro Quintio, 19.

Cancello, cancellus, cancellare. Colum. lib. 4. cap. 2. 2. de uite loquens; Hæc autem quæ toto prostrata corpore quum inferius solum quasi cancellauit atq; irretiuit, cratem facit; & pluribus radicibus inter se cōnexis angitur, nec aliter quàm si multis palmitibus grauata, deficit.

Cancellata cutis elephantorum. Plin. lib. 8. cap. 10. 3.

Cancellatus brachiorum implexus. Plin. lib. 9. cap. 51. 6, Polypus fœmina, modò in ouis sedet, modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit.

Cancellare testamentum, pro delere. Vlpianus, De ijs quæ in testamento delentur. l. 2, Cancellauerat quis testamentum, uel induxerat, & hoc se propter unum hæredem facere dixerat, & id postea testamentum signatum est. Quærebatur de uiribus testamenti, deq; portione eius propter quam se cancellasse dixerat. Ibidem Marcellus, Quod sanè sequendum aiebant, si omnem scripturam testamenti cancellasset.

Cancellatim, pen. prod. Aduerbium, Ad speciem cancellorum. Plin. lib. 7. cap. 20. 1, Filiumq; eius militem magni Pompeij, & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuisse neruos, in brachijs etiam, manibusq;. Autor est Varro.

Cancellatim reticulata. Plin. lib. 9. cap. 33. 2.

Cancellatim. Plin. lib. 11. cap. 37. 70, Terrestrium alijs uenter denticulatæ asperitatis, alijs cancellatim mordacis. Dicitur uentriculus cancellatim mordax: quòd uillos habet obliquos, rectos & transuersos, quibus ceu per cancellos quosdam cibum attrahit, retinet & conficit.

Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem cancelli. Festus.

Cancer] cancri, m. g. (καρκίνος) Genus piscis, quod à Græcis, & Galeno, inter ostracoderma numeratur, hoc est, quæ leuiori testa includuntur. Cancrorum autem genera, uide apud Plin. lib. 9. cap. 31.

Littoreus cancer. Ouid. 15. Metam. 74.

Rubentes cancri. Virg. 4. Georg. 10. Rubentes autem quum uruntur: non quia per naturam sint huius coloris. Seruius.

Cancer, Signum cœleste. Plin. lib. 18. cap. 25. 12, Solstitiū cancri.

Brachia Cancri. Ouid. 4. Metam. 125.

Octipes Cancer. Ouid. 1. Fast. 63.

Sydus Cancri. Virg. 10. eclog. 14.

Digitized by Google

Calens cancer. Claud. 6. Epigram. 2.
Collucens cancer. Cic. in Arat. 30.
Curuans brachia cancer. Ouid. 2. Metam. 17.
Rapidus cancer. Stat. 4. Thebaid. 155.
Sydus Libyæ cancer. Senec. in Herc. Oeth. 14.
Torrens cancer. Lucan. lib. 8. 167.
Rubescunt signa cancri. Ouid. 6. Fast. 146.
Cancer, canceris, tertiæ Declinationis, pro signo cœlesti. Lucre. lib. 5, Canceris ut uertat metas ad solstitiales.
Cancer, m. g. (καρκίνωδες) pro quodam morbi genere. Ouid. lib. 2. Metam. 166,

Vtq; malum latè solet immedicabile cancer
Serpere, & illæsas uitiatis addere partes. Quo in loco Malū immedicabile per appositionē intelligendum sit. Nascitur hic morbus ex humore melancholico inflammato ferè in omnibus corporis partibus: sed maximè in mammillis mulierum, quæ non purgantur menstruo naturali. Cato cap. 157, de Brassica, 3.

Obsistere cancro & occupari cancro. Cel. lib. 8. cap. 10.
Canchlei] Arabiæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 10.
Candace] penul. corr. Aethiopū regina, de qua sic Strabo, Candace per nostra tempora Aethiopibus imperauit, uirilis sanè mulier, sed altero oculo capta. Hæc ille lib. 17, & Plin. lib. 6. cap. 29. Dicitur & Candax.
Candaria] Promōtoriū est in Coo insula. Autor Strab. li. 14.
Candaules] καυδαύλης, quem Græci Myrsilum nomināt: Herodoto circa initium libri primi, Sardium fuit tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriundus. Is uxorem adeò amabat, ut eam præ amore arbitraretur omnium fœminarum esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadens, apud Gygem Dascyli filium sibi acceptissimum, speciem uxoris supra modum extollebat: tandemq; nudam eam Gygi conspiciendam proposuit. Quare ab uxore & Gyge interemptus. Vide Iustinum, lib. 1.
Candauiæ] Montes sunt in Macedonia, de quibus Plin. lib. 4. cap. 23. Straboni tamen lib. 7, Candauia mons est Illyrici, qui Macedoniam Illyricumq; disterminat.
Candax] candacis, pen. corr. Regina Aethiopum. Dicitur & Candace.
Candeboea] Palus est in radicibus Carmeli montis: de qua sic Plinius scribit lib. 36. cap. 26, Pars est Syriæ, quæ Phœnice uocatur, finitima Iudææ, intra montes Carmeli radices paludem habens, quæ uocatur Candeboea. Ex ea creditur nasci Belus amnis, &c.
Candefacio] Vide Candeo.
Candei] Arabici sinus populi, quos Ophiophagos ob id uocant, quòd serpentibus uesci sint soliti. Author Plin. lib. 6. ca. 29. & Pomponius Mela lib. 3. in descriptione sinus Arabici.
Candela] candelæ, penult. pro. (κηρὸς) à candore luminis. Plinius lib. 13. 2, Lapidem fuisse quadratum circiter in medio, arctè uinctum candelis quoquò uersus. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. Iuuen. Saty. 3. 28.

—uel breue lumen
Candelæ, cuius dispensо & tempero filum.

Hermolaus, Candelæ, inquit, sunt quæcunq; constant materia, scirpis, tæda, seuo, cera: uti mirum ne sit, libros Numæ candelis inuolutos tradi.
Candelam apponere ualuis. Iuuenal. Saty. 9. 10.
Candelas sebare. Col. lib. 2. cap. 22. 2, Ferijs autem ritus maiorū etiā illa permittit, far pinsere, facies incidere, cādelas sebare.
Candelabrū, pen. pro. (λυχνίον, κηροπήγιον) dicitur quòd in eo candelæ figantur, autore Festo. Varr. 4. de Lingua Latina, candelabrū à candela: in his enim funiculi ardentes figebantur. Martialis de candelabro Corinthio, 14. 43,

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt,
Non norat parcos uncta lucerna patres. Cic. 4. Verr. 132, Vndequinquaginta triclimiorū lectos, unde tot candelabras
Aenea candelabra. Cic. 6. Verr. 52.
Humile candelabrum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 68.
Candeo] candes, candui, (λευκαίνομαι) candere est propriè candidum esse. Virg. lib. 4. Aeneid. 13,

Candentis uaccæ media inter cornua fundit.

Atrum & candens opponuntur. Ouid. 11. Metam. 64,

Candida de nigris, & de candentibus atra.

Candens color. Plin. lib. 2. cap. 18. 2.
Corpus candens. Virg. 9. Aeneid. 116.
Ebur candet. Catul. 59. 9, Ouid. 3. de Ponto, 3. eleg. 20.
Elephantus candens. Virg. 6. Aeneid. 179.
Candentes equi. Claud. 2. Paneg. 75.
Lana candens. Catul. 59. 64.
Marmor candens. Lucret. lib. 2. 154.
Taurus candens. Virg. 5. Aeneid. 48.
Candere, (πυραυτᾶσθαι) ignitum esse. Nam tunc nerè ignita dicitur quæcunq; materia, quum non rubet, sed iam candet. Cic. 2. Offic. 34, de Dionysio tyranno, Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum. Apud Varronem de Re rust. lib. 3. cap. 9. 2. Candens ferrum.
Aer candet. Ouid. 1. Metam. 25.
Aestus candet. Lucan. lib. 1. 43.
Axis candens. Ouid. 2. Metam. 60.
Chalybs candens. Sil. lib. 1. 35.
Cinis candet. Ouid. 2. de Arte amandi, 88.
Faulla candens. Virg. 3. Aeneid. 114.
Ferrum candens. Lucret. lib. 6. 30, & Ouid. 4. Fast. 58.
Lamina candens. Ouid. 9. Metam. 34, Horat. 1. Epist. 16. 3.
Lilia candentia. Claud. epig. 22. 18.
Lumen Solis candens. Lucret. lib. 6. 241.
Candentior Phœbus, Sol ardentior. Valer. lib. 3. 96.
Pruinæ candentes. Claud. de Nupt. Honorij, 11.
Vestis tincta candet. Horat. 2. Serm. 6. Saty. 21, id est, splendet.
Virgo candens. Cic. in Arat. 41. De sydere.
Felle candent uiscera. Claud. 8. Paneg. 49.
Candesco, candescis, (πυραυτᾶμαι) candescere, Ignescere. Ouid. 2. Metam, 23. —currusq; suos candescere sentit.
Candescere, (λευκαίνεσθαι) Album fieri. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 9.
Aer candescit. Ouid. 6. Metam. 10.
Candor, candoris, pen. pro. (λεύκωσις, λεύκασμα & σ) splendor. Plaut. Menæh. O, Solem uides: statim ut occæcatus est præ huius corporis candoribus. Plinius, lib. 22. cap. 14. 13, Thus probatur candore.
Notabilis candore. Ouid. 1. Metam. 35, De uia Lactea.
Fucati medicamenta candoris & ruboris. Cic. in Orat. 43.
Candor cæli. Cic. 1. Tuscul. 105.
Formæ candor. Ouid. 1. Metam. 150.
Solis cādor illustrior, quàm ullius ignis. Cic. 2. de Nat. deo. 56.
Aestiuus candor, Candens æstus, Claud. 5. Paneg. 43.
Candor carnosus. Vide Caro.
Clarus candor. Lucret. lib. 4. 47.
Languidus candor. Senec. in Hippo. 6. 20.
Marmoreus candor. Lucret. lib. 2. 153.
Mistus candore. Cic. 1. de Nat. deor. 101.
Nimius candor. Cic. in Arato, 29.
Niualis candor. Virg. 3. Aeneid. 108.
Niueus candor. Ouid. 3. Metam. 85.
Puellaris candor. Ouid. 10. Metam. 118.
Recens candor. Lucret. lib. 5. 57.
Rubens candor. Ouid. 4. Metam. 67.
Simplex candor lanarum. Quintil. lib. 1. cap. 1. 4.

Splendidiss-

Digitized by Google

Splendidissimus candor. Cic. de Somnio Scip. 12.
Suffusus sanguine candor. Stat. lib. 2. Syl. 1. 8.
Anteire niues candore. Virgil. 12. Aeneid. 17.
Candor huius te purpulit. Cic. pro Cælio 28.
Dicitur & candor animi à Cicerone multis in locis, pro synceritate & puritate animi. Ouid. 3. Trist. 6. eleg. 2,

Quique est in charis animi tibi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colis ipse, uiro.

Titulus candoris. Quid. in Ibin, 2.
Merere candore fauorem. Ouid. 5. Trist. 4. eleg. 11.
Candefacio, candefacis (λευκαίνω) candefacere, Candidum facere. Plaut. Mostell. 4. 101. Vna opera ebur atramento cãdefacere possules.
Candefacere (πυρακτῶν) ignitum facere. Plin. lib. 34. cap. 8. 44, Vbi inter lapides candefactos funditur.
Candico, candicas, peri. corr. (ὑπολευκαίνομαι) candicare, cãdidum esse. Plin. lib. 8. cap. 46. 1, Insigne ei, in dextro latere candicans macula. de Api bone loquitur.
Candicans uadum. Plin. in Præfat. libri tertij, 5, Prequẽter quippe teniæ candicantis uadi, carinas territant.
Candicantia, candicantiæ (λευκοχροΐα) Plin. lib. 37. cap. 13. 2, Factitiæ scarificationis candicantiam fugiunt.
Candidus, pen. corr. (ἀλευκὸς, ἀργὸς, ἄργεστὸς) Albus. Seruius in tertium Georgicorum Virgilij, Aliud est candidũ esse: id est, quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse uicinum.
Cycnis candidior. Virgil. 7. eclog. 8.
Niue candidum Horat. 1. Carm. 9. ode 1.
Niuibus candidior. Ouid. in Fragmento 3. & 8. Metam. 75.
Aries candidus. Virgil. 3. Georg. 77.
Auis candida. Virgil. 2. Georg. 64. De Ciconia.
Barba candida. Ouid. 3. Trist. 10. eleg. 5.
Brachia candidiora niue. Ouid. 3. Amor. 6. eleg. 2.
Candidum caput. Plaut. Mostell. 16. 27.
Ceruix candida. Horat. 3. Carm. 9. ode 1.
Colla candida. Virgil. 4. Georg. 63. & Ouid. 9. Metam. 78.
Candidus color. Plin. lib. 2. cap. 18. 2.
Crinis candidus. Valer. 6. Argonaut. 13.
Candida cutis. Plin. lib. 2. cap. 78. 1.
Dies candidus. Ouid. 2. Trist. 29.
Flamma candida, lucida & clara. Valer. 8. Argon. 50.
Fontes candidi. Seneca in Oedip. 18.
Lilia candida. Virgil. 6. Aeneid. 142.
Luna candida Virgil. 7. Aeneid. 2.
Ora candida. Ouid. de Medicamine faciei, 11.
Pectora niuibus, lacteq; candidiora. Ouid. 15. Epist. 51.
Candidum piper. Plin. lib. 12. cap. 7. 1.
Populus candida. Virgil. 9. eclog. 9, Populum arborem intelligit.
Puella candida. Ouid. 2. Amor. 4. eleg. 8.
Sententia candida. Ouid. 15. Metam. 10, Propter calculum candidum, qui demissus in urnam more antiquo absolutionem à culpa significabat, ut paulò antè descripserat Ouidius.
Sol candidus. Ouid. 15. Metamorph. 6.
Somnia candidiora. Ouid. 21. Epist. 25.
Stellæ candidæ. Horat. 3. Carm. 51. ode 2.
Sydera candida. Lucret. lib. 5. 143.
Taurus candidus. Virgil. 1. Georg. 44.
Turba candida, à uestimentis. Ouid. 4. Fast. 182.
Velamina candida. Ouid. 10. Epist. 9.
Vox candida. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Facere candida de nigris. Ouid. 12. Metamorph. 64, Hoc de adstutis & uersutis dici solet.
Lapide candidiore diem notare. Catullus 63. 30, Quo lapide illa diem candidiore notet. Prouerbialis locutio, dicta à ueterum superstitione, qui unumquenq; diem anni, missis totidẽ in urnam, aut ut apud Scythas, pharetram, calculis signabant, quem arbitrabantur prosperum abisse, candido calculo aut lapillo: quem egregiè felicem unione: contra, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. De hoc & similibus uide amplissimè Erasmum in Chiliadibus.
Candidum ouum. Plin. lib. 29. cap. 3, Candido ouorum facies illita, sole non aduritur, & ibi. 3.
Candidum ex ouo. Plin. lib. 29. cap. 3. 1, Non opus est eis in hoc usu radicula esse curatas: neq; aliud quàm candidum ex ouo infundi, ac pollinem thuris.
Candidus transsumitur ad animum, & significat purum, synceru, nulloq; inuidiæ aut maleuolentiæ macula labefactatũ: ut Candidum amicum dicimus, & candidum lectorẽ. Ouid. lib. 4. Trist. ad finem, Iure tibi grates candide lector ago. Horat. 1. Epist. 4. 1,

Albi nostrorum sermonum candide iudex.

Pectore candidus. Ouid. 4. de Ponto. 14. eleg. 9,

Tam felix utinam, quam pectore candidus essem.

Animæ candidiores. Horat. 1. Serm. 5. Saty. 9.
Annus candidus & felix. Ouid. 4. de Ponto, 4. eleg. 4.
Purum & candidum genus dicendi. Cic. in Orat. 30.
Ingenium candidum. Horat. Epod. 11. 3.
Iudicio candidiore legere. Ouid. 2. Trist. 16.
Lector candidus. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 27.
Pectora candida. Virgil. 9. Aeneid. 90.
Scriptor candidus, in quo non est obscuritas uel macula. Bud.
Candida uita. Cic. Att. lib. 9. 173. 5, Hoc est, irreprehensibilis.
Candidus, pro amico beneuolo, integro. Horat. 1. Epist. 6. 14.

—si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

Fato candidiore frui. Ouid. 3. Trist. 4. ode 7.
Fauonij candidi. Horat. 3. Carm. 7. ode 1. Id est, benigni, fauorabiles, sereni, & prosperi. Iste enim uentus uerno tempore frequentius flat. Acron.
Hora candida. Ouid. 3. de Pont. 5. eleg. 11. Id est, felix & iusta.
Nota candidior. Catul. 102. 2.
Candidè, Aduerbium (ἀφθόνως) hoc est, benignè, sine inuidia. Cælius ad Ciceronem, 8. 6. 3, Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias uidearis.
Candidè uestitus. Plaut. Casina. 17. 9. Hoc est, decenter & ornatè amictus.
Candidulus, pen. corr. diminutiuum, ut Candiduli dentes. Cic. 5. Tusc. 66, Candiduli dentes, uenusti oculi, color suauis.
Candido, candidas, pen. corr. (λευκαίνω) candidare, dealbare. Pomponius, Vestem lixiuio candidans.
Candidatus, penultima producta (λευκατὸς) Alba uestitus. Plautus Rud. 7. 8, Ergo uos æquius erat candidatas uenire hostiatasq;.
Candidati, (λευκείμονες) qui magistratum petebant. Budæus, A toga candida, quod gestamen erat petitorum, candidatos uocabant: quum ad comitia se contulissent cum amicis, tribus circuirent, singulosq; prensantes, id est, δεξιώμενοι, gratiam & suffragia precibus, temporariaq; obseruantia emererentur, unoquoq; popularium plebeiorumq; benignè appellato & nominatim. Quam ad rem facilius transigendam nomenclatores inuenti sunt, qui nomina singulorum tenebant, candidatisq; suggerebant, ut quisq; obuius erat, quanquam id postea lege uetitum esse, author est Plutarchus, in Catone minore. Hactenus Budæus, Cic. in Paradoxis, 58, Qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs intercisas, pecuniarum in coitionibus candidatorum, dimissiones libertorum, &c. Sic Tribunitij candidati. Cic. ad Qu. frat. li. 2. 6. 2.

Digitized by Google

Candidati omnibus iniquitatibus, exercitati. Cic. Att. lib. 1. 7. 3.
Candidatus firmior. Cic. ad Att. lib. 1. 1. 5.
Candidati principis aut Cæsaris. Sueton. in Augusto. Candidatos Augusti Tranquillus appellat eos petitores, quos ipse populo cõmendabat, & quibuscum singulos ex more ambientium prensabat, ciuilem se Romanis præbens, tanquã princeps non esset. Budæus.
Candidatus Prætorius, qui prætură petit. Cic. pro Murena, 51.
Candidatus Cõsulatus, qui consulatũ petit. Plin. in Paneg. 107.
Candidati, aliarum quoque rerum petitores dicuntur: sicut à Quintiliano, Candidatus eloquentiæ. Et apud Plin. in Paneg. 107, Candidatus gloriæ & immortalitatis, pro eo qui gloriam & immortalitatem appetit.
Candidati milites, inquit Vegetius lib. 2. Hi sunt principales, qui priuilegijs muniuntur. Reliqui, munifices appellantur, quia munera facere coguntur.
Candidatorius, adiectiuum (λευκοειμονικὸς) ut Candidatorium munus. Cic. ad Att. lib. 1. 1. 5. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam.
Candificare, candidum facere. Næuius, Poliens sese, & succis herbarum candificans cutem.
Candidũ] Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa dicitur, promontoriũ. Plin. lib. 5. ca. 4. Sunt enim Africæ minoris tria promontoria. Candidum, mox Apollinis aduersum Sardiniæ, Mercurij aduersum Siciliæ, quæ procurrentia in altũ duos grandes sinus efficiunt. De hoc & Pomponius Mela, lib. 1. ubi licet animaduertere errorem Solini ex Vadiano.
Candosoccus] Columel. lib. 5. cap. 5. 14, Nonnullos tamẽ in uineis characatis animaduerti, & maximè eluenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobruere, deinde rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricolæ mergos, Galli Candosoccos uocant.
Candyba] Lyciæ regionis ciuitas est, ubi laudatur Oenium uinum. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.
Canè] oppidum est Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.
Caneo] Vide Canus.
Canephora] pen. corr. (κανηφόρος) mulier appellatur, quæ fert canũ, id est, qualũ, quod est cistæ genus. Hæc Festus. Cic. 6. Ver. 4, Erant ænea præterea duo signa non maxima, uerùm eximia uenustate, uirginali habitu atq; uestitu, quæ manib. sublatis sacra quædã more Atheniensium uirginũ re posita in capitibus sustinebãt: Canephoræ ipsæ uocabantur.
Canesco] Vide Canus.
Cangræna] Vide Gangræna.
Cani] canorum. Vide Canus.
Cania] Vrticæ syluestris genus. Plinius lib. 21. cap. 15. 7. Et in syluestri quæ dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci fimbriatis foliis.
Canicæ] πίθυρα, Furfures de farre, à cibo canum uocitatæ. Hæc Festus. Vnde canicaceũ panẽ dixit Pacuuius, pro furfureo. Qui, inquit, apud te quasi seruus est canicaceũ panem.
Canicula] Vide Canis.
Canidia] κανίδια, Neapolitana unguentaria, quam semper ut ueneficam carpit Horat. 1. Serm. Saty. 8. 5.
Caninius] κανίνιος, horarum septem Consul, ex quo Cicero ad Curium lib. 7. 31. 4, Caninio Consule scito neminẽ prandisse. Nihil tamẽ eo Consule mali factũ est. Fuit enim mirifica uigilantia, qui sub toto Consulatu somnũ non uiderit.
Caninus] Vide Canis.
Canis] huius canis, comm. generis (κύων) latrabile animal. Dicitur à canendo, authore Varrone, quòd latratu signa dare solet. Terent. Phorm. 4. 4. 25, Introijt in ædes ater alienus canis. Plaut. Capt. 8. 25,

Nec canem quidem irritatam uoluit quisquam imitarier.

De genere canum & natura, uide Plin. lib. 10. cap. 63.
Corda canum leuissima. Lucret. lib. 5. 173.
Canum fida custodia. Cic. 2. de Nat. deor. 237.
Exsubiæ canum. Horat. 3. Carm. ode 16. 1.
Genus acre luporum atq; canum. Virgil. 3. Georg. 53.
Latratus canum. Virgil. 5. Aeneid. 52.
Ora proterua canum. Ouid. 14. Metamorph. 13.
Rabies sæua canum. Propert. lib. 3. eleg. 16. 4.
Vis fida canum. Lucret. lib. 6. 246.
Vis odora canum. Virgil. 4. Aeneid. 27.
Acer canis. Horat. Epod. 12. 2. Cic. pro Rosc. Amer. 34.
Arguti canes. Seneca in Hippol. 1. 14. id est, sonantes.
Armillati canes. Propert. 4. eleg. 8. 5.
Scindent auidi perfida corda canes. Ouid. in Ibin, 35.
Blandi canes. Virg. 3. Geor. 98, Hinc canib. blãdis rabies uenit.
Cærulei canes à Virgilio dicuntur canes Scyllæ, 3. Aeneid. 56.
Celeres canes. Ouid. epist. 4. 8.
Citi canes, celeres. Ouid. epist. 5. 8.
Emeriti canes. Stat. 3. Sylu. 1. 12.
Ieiuna canis. Horat. Epod. 5. 5.
Melitæi canes. Vide Melite.
Molossi canes. Horat. 2. Serm. 6. Saty. 23, —simul domi alta Molossis Personuit canibus. Id est, canibus Cretæis è Molossia ciuitate Cretæ. Acron.
Obesus lacte canis. Claud. 1. in Europ. 27.
Obsceni canes. Virgil. 1. Georg. 44.
Odori canes. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 30.
Pernix canis pecuarius. Vide Pernix.
Peruigil canis. Seneca in Hercul. fur. 9. 39.
Rabidi canes. Seneca in Oedipo, 12. 4.
Rabiosa canis. Horat. 2. Epist. 2. 15.
Rapidi canes. Lucret. 5. 178.
Soliciti canes. Ouid. 11. Metamorph. 120, quòd rem domini diligenter custodiant.
Vigiles canes. Horat. 3. Carm. ode 16. 1.
Addicere aliquem canibus. Horat. Epod. 17. 3.
Agere canes. Ouid. epist. 5, 8,
Sæpe citos egi per iuga summa canes.
Circundare canibus saltus. Virgil. 10. eclog. 12.
Dissipare canes: ictu, dicitur aper. Ouid. 8. Metamorph. 69. Vide Spargere canes.
Hortari canes. Ouid. epist. 4. 8. Idem 10. Metam. 108.
Immittere canes. Virgil. 3. Georg. 74.
Intonuit ingenti latratu canis. Vide Intono.
Latrat canis. Horat. 1. Serm. 2. Saty. 26.
Maritantur canes. Vide Maritus.
Pascere canem fero. Vide Pasco.
Spargere canes. Ouid. 8. Metam. 69. de Apro Calydonio.
Cursu superare canem. Horat. 1. Epist. 19. 11. Poterit usurpari prouerbij uice, de admodum celeri.
Venari canibus leporem. Virgil. 3. Georg. 82.
Vlulare, dicuntur canes, quum lamentantibus similes lugubrẽ quandam & querulam edunt uocem. Hoc proprio magis uocabulo baubari uocauit Lucretius, sed nescio an æque receptо. Ouid. 15 Metamorph. 160,
Inque foro, circumq; domos, & templa deorum
Nocturnos ululasse canes.
Canes, pro furijs. Virgil. 6. Aeneid 52,
—uisæq; canes ululare per umbram, Aduentante dea.
Vbi Seruius, Canes furias dicit.
Infernæ canes. Horat. 1. Serm. 8. Saty. 7.
Semidei canes. Lucan. lib. 8. 164,
Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,

Semideos-

Digitized by Google

Semideosq; canes. Videlicet Mercurium, quem Anubin uocant. Nam colitur apud Aegyptios in forma canis: et lingua Aegyptia Anubis canis dicitur.

Tergeminus canis, de Cerbero dicitur. Ouid. 3. de Arte, 65.

Triformis canis. Seneca in Hercul. Oeth. 9.15.

Tartareus canis. Senec. in Herc. fur. 9.7.

Vipereus canis. Ouid. 3. Amorum, 11. eleg. 6.

Canis, signum cœleste. Plin. lib. 18. cap. 28. 10, Dein postridie, ferè ubiq; confessum inter omnes sydus indicans, quod Canis ortum uocamus, sole primam partem leonis ingresso.

Aestiuus canis. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.

Acer Autumni canis. Valer. Flac. Argonaut. lib. 6. 122. Id est, in Autumno feruentissimus.

Aestifer canis. Virgil. 2. Georg. 71.

Brigonius canis, Canicula sydus. Ouid. 5. Fast. 146.

Icarius canis, Canicula. Ouid. de Nuce, 24.

Canis sydus inuisum agricolis. Horat. 1. Serm. 7. Saty. 6.

Occidit canis. Virgil. 1. Georg. 44.

Canis, uerbū est, quo impudentibus inimicis conuicium fieri solet: nam militare dictum est in hostem, canis: & apud Homerum pro graui contumelia in aduersarium dicitur. Terent. Eunuch. 4. 7. 33, Diminuā ego caput tuum hodie, nisi abis. G. Ain' uerò canis? Donatus.

Cane peius & angue. Dictum ab Horatio, prouerbiali figura, ut refert in Adagijs Erasmus. Horat. 1. Epist. 18. 6, Alter Mitelli textam cane peius & angue Vitabit chlamydem.

Marini canes. Virgil. 6. eclog. 16. De Scylla.

Canis, Facies una talorum, quæ unum duntaxat punctum continebat, ideo damnosa. Dicitur & Canicula, & Chius Græcè. Erasmus in prouerbio, Chius ad Coum, tradit Chium eundē esse cum cane: Coi præterea iactum fuisse felicem, canis uerò infelicem, teste Persio, Saty. 3. 5,

—quid dexter sentio ferret,
Scire erat in uotis, damnosa canicula quantum
Raderet. Itidē Propertius, Semper damnosi subsiluere canes: Addit ex Martiale, Senionem uideri per se felicem: cæterum infelicem fieri, si accedat canis. Sic enim loquitur lib. 13. 1, Senio nec nostrum cum cane cassat ebur. Iam Veneris factum esse, ut rarū, ita felicissimum indicat idem Martialis in Apophoretis,

Quum steterit uultu nullus tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi. Tot autem talis ludebatur, quot quisq; habet latera. Nā tesseris nō plus tribus ludi solet: sed propius ad ludēdi rationē facit, quod scribit Suetonius in Octauio Augusto, cap. 71, recitans ex illius quadā ad Tiberium epistola hæc: Cœnaui, ait, mi Tiberi, cum ijsdē. Accesserunt conuiuæ Vinitius & Syluius pater: Inter cœnā lusimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis enim iactatis, ut quisque canem, aut Senionē miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat uniuersos, qui Venerem iecerat.

Canicula, caniculæ, pen. corr. (σείριος) Diminutiuum. Cic. 3. de Nat. Deor. 35, At illud non modò non arrogantis, sed potius prudētis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere.

Canicula, stella quæ & Sirius dicitur, in medio centro cœli: ad quam quum Sol peruenerit, duplicatur æstus, & nimio calore languent mortalium corpora. Vide Plin. lib. 18. ca. 28. Cic. 1. de Diuin. 210, Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturāq; capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futurus sit. Vnde ab Astronomis nostris uocantur dies Caniculares ab ortu ad occasum Caniculæ, quos periculosos esse aiunt. Sunt autem maximè circa triginta dies post solstitium æstiuum. Ibidem lib. 2. 139.

Aestus caniculæ. Horat. 1. Carm. ode 17. 4.

Flagrans canicula. Horat. 3. Carm. ode 13. 2.

Insana canicula. Pers. Saty. 3. 1.

Rubra canicula. Horat. 2. Serm. 5. Saty. 8.

Sitiens canicula. Ouid. 2. de Arte amandi, 47.

Caninus, pen. prod. (κυνικὸς) Adiectiuum.

Canina eloquentia. Quintil. lib. 12. cap. 9.

Lac caninū. Ouid. in Ibin, 47. Verba canina latrare. Idē ibid.

Caninum prandium, uocatur abstemium, in quo nihil uini potatur: quoniam canis uinum odio habet. Plaut. Casin. 25. 4.

Caninus appetitus (κυνόδορξις) apud medicos, cum more canum, aut nihil omnino, aut malos affectant cibos mulieres.

Canarius, Adiect. ut Canarium sacrificium, quod fiebat pro fructibus deprecandæ sæuitiæ causa syderis Caniculæ. Ex Festo.

Canatim (κυνηδὸν) Aduerbium obsoletum apud Nigidium grammaticum. Ex Nonio.

Canistrum] canistri, non autem canister (κάνεστρον) Fiscella, cista uiminea. Virgil. 1. Aeneid. 142, —Cereremq; canistris Expediunt. Cic. ad Att. lib. 6. 111. 23, Lancibus, & splendidissimis canistris, non oluisculis nos soles pascere.

Canistros dixit Palladius, quum inquit, Salignis canistros fieri debere uirgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare.

Coronata canistra. Ouid. 2. Metamorph. 143.

Cumulata flore canistra. Ouid. 4. Fast. 91.

Lata canistra. Ouid. 2. Fastor. 130.

Patula canistra. Ouid. 8. Metamorph. 136.

Plenis canistris opponere pabula. Virgil. 4. Georg. 56.

Canities] Canitudo. Vide Canus.

Canius] Poeta fuit tēporibus Martialis, elq; familiaris, qui natura erat ita hilaris, ut semper rideret: de quo idē Martialis lib. 1. epigram. ad Maximum, 37.

Canna] cannæ (κάννα, δόναξ) Vide Calamus. Columella lib. 7. cap. 9. 6, Namq; & id fecisse maximè per æstatē profuit, & dulces eruisse radiculas aquatilis syluæ, tanquā syrpi, iunciq;, & degeneris arundinis, quam uulgus cannā uocant. Idem lib. 4. cap. 32. 2, de arundineto: Ea est autem senectius, quum uel exaruit situ, & inertia plurium annorum, uel ita densatū est, ut gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. Ouid.

Et pigram uelabat canna paludem.

Arundo cannæ. Ouid. 8. Metamorph. 68.

Crassa canna. Ouid. 6. Fast. 82.

Longa canna. Ouid. 8. Metamorph. 68.

Palustris canna. Ouid. 1. de Remed. amor. 29.

Tremulæ cannæ. Ouid. 6. Metamorph. 66.

Canna fiebat fistula: unde, Arguta canna. Sil. lib. 7. 89.

Septenæ cannæ. Ouid. 2. Metamorph. 137.

Percoquere cannas. Stat. lib. 1. Sylu. 63,

Et quas percoquit Eboſita cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.

Haud dubiè cannas intelligit, ex quibus saccharum exprimitur uel coquitur. Et fortasse cānas pro ipso saccharo posuit. Sed qui sint Ebositæ illi, hactenus apud neminē inuenimus. Populi fortasse sunt Indiæ. In illa enim regione saccharū potissimum nascitur.

Canneus Adiect. (καλάμινος) Colum. lib. 12. cap. 50. 7, Conchæ ferreæ quib. depletur oleū: opercula, quibus uasa olearia conteguntur: spongiæ maiores & minores, urceī quibus oleum progeritur, canneæ tegetes, quibus oliua excipitur.

Cannetum, pen. pro. (τὰ καλαμῶνα) Vbi cannæ cōsitæ sunt. Palladius, Lil. ea, canneta ponenda sunt.

Cannitius, Adiect. Titulus est apud Palladium, lib. 1. titu. 13, de Cameris cannitijs: de quibus sic ait, Cameras in agrestibus ædificijs,

Digitized by Google

ædificijs, ex materia utilius erit formare, quæ facilè inuenjetur in uilla. Itaq; aut tabulis faciemus, aut cānis, hoc genere.

Cannæ, carnarum, tantum pluraliter (κάννα) uicus in Apulia, Romanorum clade clarus.

Succensæ cannæ. Lucan. lib. 7. 162. Succensas uocat, quia omnia corpora Romanorum cæsa apud Cannas secundum Liuium (quæ quinquaginta millia fuisse dicuntur) iussit comburi, & sepulturæ mandari Annibal.

Cannenses, populi Cannas inhabitantes, Corinensibus & Collatinis uicini, Romana clade insignes. Plin. lib. 3. cap. 11.

Pugna Cannensis, Propert. lib. 3. eleg. 3. 2. Et apud Cic. de Claris Orat. 6. Cannensis calamitas.

Cannabis] huius cannabis, pen. corr. (κάννα&βδ) herba est, ex cuius cortice funes intorquentur: & fœ. generis est, tam pro ipsa herba, quàm pro ipso semine. Varro 1. de Re rust. cap. 23. 4. Sic ubi cannabim, limum, iuncum, spartum: unde nectas bubus paleas, lineas, restes, funus. Plin. lib. 19. ca. 9. Deinde utilißima funibus cānabis seritur à Fauonio. Quo densior est, eo tenerior. Semen eius quum est maturum, ab æquinoctio Autumni distringitur, & sole, aut uento, aut fumo siccatur. Ipsa cannabis uellitur post uindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur.

Torta cannabis. Pers. Saty. 5. 15.

Cannabum neutro genere dixit Palladius, quū inquit, Hoc tempore cannabum seris.

Cannabaceus, & cannabinus, penult. producta (κάννα&βιν&) quod est ex cannabe, ut Funis cannabinus. Columella lib. 6. cap. 2. 2. Cannabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato. Idem lib. 12. cap. 57.

Cano] canis, cecini, penul. corr. cantum (ἄδω, ψάλλω, κρέκω) canere, Est uoce modulari. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Merula canit æstate, hyeme balbutit. Cic. 4. Acad. 231, Quum cornix cecinerit.

Ranæ canere dicuntur. Virgil. 1. Georg. 76.

Canunt tubæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 32, Si ex oliua modulante canentes tibiæ nascerentur, nū dubitares quin ineſſet in oliua tibicinis quæda scientia? Idem 5. Verr. 86, Quū in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisq; poculis ministraretur, &c.

Canere solent victores galli. Cic. 2. de Diuin. 83.

Absurdè canere. Cic. 2. Tuscul. 18.

Bene canere. Plin. epist. 62.

Canere emerendi fauoris gratia. Quintil. lib. 4. cap. 1. 2.

Ad auras canere. Virgil. eclog. 1. 12.

Canere ad citharam laudes alicuius. Quint. lib. 1. cap. 10. 11.

Canere ad Tibiam. Cic. 4. Tusc. 6. Idem 3. de Nat. deor. 37, Ad harmoniam canere mundum Pythagoras existimat.

Ad certos modos canere. Ouid. 3. Fast. 78.

Canere fidibus. Cic. 1. Tusc. 7. Igitur & Epaminōdas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur.

Lituo canere. Cic. 1. de Diuinat. 58.

Canere numeros in cantu. Cic. 1. de Legib. 16.

Sacra canere, id est, hymnos dicere. Virg. 2. Aen. 48. Seruius.

Inclinata, ululātiq; uoce more Asiatico canere. Cic. in Orat. 15.

Tibijs canere. Cic. 2. de Orat. 184, Habet enim multitudo uim quandā talem, ut quemadmodū tibicen sine tibijs canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non poßit.

Voce magna canere. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 16.

Ars canendi. Ouid. 14. Metamorph. 67.

Foro medio scripta canenda. Ouid. 1. de Ponto, 8. eleg. 6.

Celebrare festum canendo. Ouid. 5. Metamorph. 23.

Imitari aliquem canendo. Virgil. eclog. 2. 5.

Mouere aliquem canendo. Horat. 3. Carm. ode 11. 1.

Canere aliquem, aut laudes alicuius, pro celebrare, & laudare. Virgil. 7. Aeneid. 140. Ibant æquati numero regemq; canebant. Plin. lib. 19. cap. 8, 10, Cato brassicæ mirus canit laudes. Ouid. 2. Trist. 15, —tuasq; Ingenio laudes huberiore canunt.

Laude canendus. Stat. 8. Thebaid. 111.

Nomen meum canitur. Ouid. epist. 21. 6.

Canere dicuntur poetæ, quum quid uersibus describunt. Virg. 1. Aeneid. Arma uirumq; cano. Lucanus, lib. 1. 1, Iusq; datum sceleri canimus.

Canuntur hæc apud Homerum. Cic. 2. de Orat. 191.

Canere sibi & Musis, scribere aut dicere quod docti soli intelligant, aut ipse cantor, non autem uulgus. Cic. de Claris Orato. 97, Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo saepe frigenti ad populum, Mihi cane, & Musis: ego huic Bruto dicenti, ut solet, apud multitudinem, Mihi cane & populo, mi Brute, dixerim: ut qui audient quid efficiatur, ego etiam cur ita efficiatur, intelligam.

Canere super aliquo, id est, de aliquo. Virg. 4. Georg. 112.

Canere bella. Ouid. 2. Trist. 72.

Canere carmen. Cic. 2. de Orat. 191.

Canere carmina. Virgil. eclog. 9. 6.

Carmina canere per oppida. Virgil. 2. Georg. 36.

Melius canere carmina. Virgil. 9. eclog. 14.

Dies totum canenda per æuum. Ouid. ad Pisonem, 32.

Dignum sermone canere. Horat. 2. Serm. 3. Saty. 1.

Dira canere, Ouid. 10. Metamorph. 60.

Canere grandia elatè, iucunda dulciter, & moderata lenitèr. Quintil. lib. 1. cap. 10. 20.

Maiora canere. Virgil. eclog. 4. 1.

Poemata canere. Horat. in Arte poetica 56.

Prælia canere. Virgil. eclog. 6. 1.

Pugnas & uiros canere. Stat. lib. 8. Thebaid. 11.

Reges canere. Virgil. eclog. 6. 1.

Facta regum canere. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 9.

Syluas canere. Virgil. eclog. 4. 1.

Aspirare canenti dicuntur Musæ. Virgil. 9. Aeneid. 108.

Cantilenam eandem canere. De eo dicitur qui molestus est, sæpius eadem inculcans. Nihil enim odiosius, quàm quod semper idem est. Terent. Phorm. 3. 2. 10, Cantilenam eandem canis. Vbi Donatus, Ita dicit, ut uetus & uulgata cantio. Familiare est poetis, nuncium, cantilenam appellare. Sumptum est autem à cantoribus, qui si quando diutius eandem occinant cantionem, tædium afferunt auribus. Proinde periti subinde uariant carminis genus, quo satietatem deuitent. ex Chiliad. Erasmi.

Canere, dicere, prædiuinare. Virgil. 8. Aeneid. —Gallos in Limine adesse canebat. Seruius.

Canere dij dicuntur, pro uaticinari. Cic. 3. in Catil. 65.

Acerba canere. Valer. 3. Argonaut. 61.

Ambages canere. Virgil. 6. Aeneid. 20. De Sibylla.

Fata canere. Virgil. 3. Aeneid. 98.

Obscura canere. Horat. 2. Serm. 5. Saty. 12. Id est, diuinare.

Oracula canere. Lucan. lib. 1. 119.

Ex ore diuino canere. Virgil. 3. Aeneid. 75.

Prodigium canere. Virgil. 3. Aeneid. 73.

Canit fama. Martial. lib. 1. 5.

Intus canere, qui priuati cōmodi impendio studiosi essent, & scirè quicquid rerum agerent, id omne ad domesticā referrent utilitatem, ij prouerbio intus canere, ijdem apud Græcos ἐσπένδιος κιθαρῳδὸς, dicebantur. Cic. 3. Verr. 36, Atq; etiā illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quē omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, ut etiā illum ipsum artificio suo superasse uideatur. Facetißimè innuxit Cicero Verris rapacitatē, qui intus canentē, in intimis ædibus

Digitized by Google

ædibus collocarit, hoc est, plus quàm intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus Legem Agrariam 70, Atque hoc carmen hic Tribunus plebis, non uobis, sed sibi intus canit. Nã ostendit Tullius in ea oratione, legem tametsi popularis uideretur, haud tamen populi, sed decemuirûm utilitati repertam. Porrò de Aspendio citharœdo Asconius Pædianus ad hanc fermè sententiam enarrat: Vulgares citharœdi quũ canunt, utriusque manus funguntur officio, ita ut dextra plectrum teneant, id quod foris canere appellant: sinistra digitis cordas carpant, quòd quidem intus canere uocant. Vide Chiliadas Erasmi.

Bellicum canere. Cic. in Orato. 22.

Classicum canere. Cæsar. 3. bell. Ciuil. 297, Classicumq; apud eũ cani, & alterum illi iubet Prætorium tendi. Deductum à classibus exercitus, quas quum euocabat Princeps, & à pugna distrahebat, classicum canere dicebatur.

Receptui canere, dicitur dux exercitus, quum iubet suos milites cessare à persequendo hoste. Liu. 3. ab Vrbe, 96. Inde signum obseruare iußit, ut pariter & socij rem inciperent, referentq; pedem, si receptui cecinisset.

Receptui canere per translationem, pro finire, uel reuocare animum alicuius à re aliqua gerenda. Cice. 12. Philip. 324. Quis enim reuocante & receptui canente Senatu, properet dimicare?

Canere recessus, dicitur buccina. Ouid. 1. Metamorph. 69.

Signa canere dicuntur in bello, quum congrediuntur milites: et collatis signis depugnant. Liu. 1. ab Vrbe, 4.

Cecinit quartæ uigiliæ signum, Liu. 4. bel. Pun. 208.

Surdis auribus canere. Liu. 10. Bel. Maced. 29.

Cantio, cantionis (μελοποιΐα) Verbale. Idem quod cantus. Plautus Sticho 15. 19, Lepidam & suauem cantionem aliquam occipio.

Cantio, pro incantatione. Cicero de Claris Orato. 11. 4, Subitò totam causam oblitus est, idq; ueneficijs & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat.

Cantiuncula, pen. corr. (ἀσμάτιον) Diminutiuũ à cantio. Cic. 5. de Finib. 91, Vidit Homerus probari fabulam nõ posse, si cantiunculis tantus uir irretitus tenetur.

Canor, canoris, pen. prod. m. g. (μελῳδία, λιγυφωνία) Proprie significat consonantiam. Ouid. 5. Metamorph. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.

Canor res est blanda. Ouid. de Arte 63.

Cycni canor. Lucret. lib. 4. 37.

Martius canor æris. Virg. 4. Georg. 15, Ideo Martius dicitur, quòd acriores ad pugnam reddit. Id est, bellicus.

Canorus. pen. prod. (λιγύφωνος, ἡδυπνόος, λιγυφθόγγος) Adiectiuum, quasi sonorus. Cic. de Senect. 25. Omnino canorum illud in uoce splendescit, etiã nescio quo pacto in senectute.

Aes canorum. Virgil. 9. Aeneid. 104.

Ales canorus. Horat. 2. Carm. 20. 3. Cycnum intelligit.

Gallus animal canorum. Cic. 2. de Diuinat. 85.

Aues canoræ. Virgil. 2. Georg. 66.

Chelys canora. Seneca in Troade 4. 24.

Fides canoræ. Virg. 6. Aeneid. 24. Id est, bene sonantes cordæ.

Fluuius canorus. Plin. lib. 4. cap. 8. (Seruius.

Fila lyræ canora. Claud. in procem. 2. de Rapt. Proserp. 3.

Canori latratus canum. Columella lib. 8. de Villatico cane, Vasti latratus, canoriq;.

Lyra canora. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 52.

Modulatus canorus. Senec. in Herc. furent. 4. 12.

Nugæ canoræ, Horat. in Arte poet. 65.

Canorus orator & uolubilis. Cic. de Claris Orat. 54.

Sonitus Curetum canori. Virgil. 4. Georg. 30.

Tuba canora. Ouid. 3. Fast. 170.

Turba canora. Ouid. 6. Fast. 135.

Versus canori. Horat. 2. Epist. 2. 16.

Volucres canoræ. Ouid. 3. Fast. 4.

Vox canora. Ouid. 3. de Arte amandi 63.

Vox suauis & canora. Cic. in Bruto, 126.

Canorum uocis genus. Cic. 2. de Nat. Deor. 219.

Canticum. pen. corr. (ἄσμα) Proprie significat elegantem cantum, atq; lasciuum. Plin. Epist. 14. lib. 2, Plausus tantum, ac potius sola cymbala & tympana illis canticis desunt. Cice. Pæto lib. 9. 22. 3, Fortè nosti canticum. Et in Orato. 32. & Quintilianus libro primo, Lectio in canticum dissoluta, & psalmate effœminata.

Cantica obscœna. Quintil. lib. 1. cap. 2. 7.

Cantica excipere notis musicis. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10.

Cantilena, cantilenæ, pen. prod. (μολπή) Cic. 1. de Orato. 51. Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine usu, neq; ex scholis cantilenam requirunt.

Cantilenam illam suam crebrò mihi insusurrat Epicharmus. Cic. ad Attic. lib. 1. 14. 11. Vide Insusurro.

Cantilenam eandem canere. Vide Cano.

Cantilena, pro iactatione uerborum, denunciatione & rumore. Brutus ad Ciceronem lib. 11. 22. 5, Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione uerborum & denunciatione periculi, sperare eos te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totã istam cantilenam ex hoc pendere, ut quàmplurimum lucrifaciant.

Cantor, & Cantrix, uerbalia (ἀοιδός, μουσαγὸς, μελῳδὸς, ψάλτης) qui, uel quæ cantus exercet. Plaut. Trinum. 5. 23. Cantrices: cistellatrices, nuncij, raptores panis & peni. Cantrices aues Varroni, luscimiolæ & merulæ.

Cantor formularum, pro iurisperito. Cic. 1. de Orato. 121. Ita et tibi iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, aucepsq; syllabarum.

Cantus, huius cantus (ἄσμα, ᾠδή, μέλος, ψαλμὸς, Est inflexio uocis, & pro cantione cuiuscunq; rei dicitur. Martialis lib. 14. 173, Iste trochus pueris, at mihi cantus erit.

Cantus & numeri. Cic. 5. Tuscul. 147.

Cantus & symphoniæ. Cic. pro Cælio 27.

Modi & cantus. Cic. 1. de Orat. 122.

Nerui atq; cantus. Cic. de Somnio Scipionis, 18.

Aulum cantus. Horat. 3. Carm. 1. 4.

Buccinarum cantum, & gallorum. Cic. pro Murena, 19.

Dulcior cantus. Cic. 2. de Orat. 19.

Citharæ cantus. Horat. 3. Carm. ode. 1. 4.

Galli cantus. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 2.

Mutare musicorum cantus. Cic. 3. de Legib. 46.

Neruorum cantus. Cic. pro Sext. Rosc. 79.

Symphoniæ cantus. Cic. 7. Verr. 26.

Tibiæ cantus. Horat. 3. Carm. 7. 6. Cic. pro Sext. Rosc. 79.

Cantus uocis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 86.

Vocum quotidianus cantus. Cic. pro Rosc. 79.

In cantu flexiones & uocule. Cic. 3. de Orato. 55.

Insignis cantu. Valer. 3. Argonaut. 32.

Aemonij cantus, Magici, ab Aemoniæ, id est, Thraciæ mulieribus, quæ his olim artibus insignes erant. Valer. 6. Argo. 90.

Apollinei cantus. Ouid. 11. Metamorph. 32.

Clarus cantus. Valer. 8. Argon. 31.

Feralis cantus. Sil. lib. 5. 45.

Festiui cantus. Claud. 1. Paneg. 1.

Flebilis cantus. Senec. in Hercul. Oeth. 2. 6.

Fluens cãtus, Metaphoricũs dictiũ, pro suaui & dulci. Valer. 3.

Felices cantus dare. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 8. (Argon. 32.

Garrulus

Garrulus cantus. Plin. lib. 10. cap. 29. 5.
Insoliti cantus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 66.
Lugubres cantus. Horat. 1. Carm. ode 24. 1.
Lustrifici cantus, Expiatorij. Valer, 3. Argonau. 90. Atque ita lustrifico cantu uocat, Ite perempti.
Obscurior cantus. Cic. in Orato. 32.
Pius cantus. Stat. 5. Sylu. 3. 41.
Raucus cantus. Virgil. 8. Aeneid. 1.
Cantus Siculi apud iuuenalem, dicuntur cantus Sirenum, quæ iuxta Siciliam habitarunt, ab Vlysse & eius socijs euitati, idq; auribus cera obturatis, Saty. 9. 15.
Sirenum cantus. Claud. 22. epigram. 5.
Supplex cantus. Claud. 3. epigram. 10.
Tener cantus. Claud. 1. de Rap. Proserp. 50.
Tremulus cantus. Horat. 3. Carm. 13. 1.
Accendere Martem cantu. Virg. 6. Aeneid. 33.
Accersere cantus lacrymis. Proper. 4. eleg. 1. 15.
Circonsonare aliquem cantu. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 66.
Cominouere cantu. Virgil. 4. Georg. 94.
Concelebrare cantum carmine. Lucret. lib. 5. 277.
Dare cantus. Virgil. 1. Aeneid. 81.
Cantu deliniri. Quintil. lib. 5. cap. 8. 2.
Euehere cantu ad sydera. Sil. lib. 8. 119.
Exercere cantus. Virgil. 1. Georg. 81.
Flectere cantus. Lucret. lib. 5. 282.
Flectuntur cantu atque consistunt sæpè immanes bestiæ. Cicero pro Archia 41.
Flere cantu incendia. Stat. 5. Sylu. 3. 41.
Fundere cantus gutture. Cic. 1. de Diuin. 23.
Cantus hortatur remigem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 15.
Imitari aliquid neruis atq; cantibus. Cic. de Som. Scipionis, 18.
Incitari sono quodam uocum, & Phrygijs cantibus. Cicero primo de Diuinat. 185.
Leuare malum cantu. Horat. Epod. 13. 4.
Rauci sono minantur cornua cantu. Lucret. lib. 2. 125.
Modulari aliquem cantu. Claud. 1. Panegyr. 37.
Mollire aliquē cantu, id est, placare. Ouidius ad inanimata trāstulit, 11. Metamorph. 3,
Cunctaq; tela forent cantu mollita.
Mouere cantus. Virgil. 10. Aeneid. 32.
Mulcere domum cantu. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 50.
Mulcere cantu æthera. Virgil. 7. Aeneid. 7. Id est, lenire, corporalia enim sunt elementa: non enim mulcetur, nisi quod corporale est. Seruius.
Pellūtur animi uocū grauitate & cātibus. Cic. 1. de Diuin. 136.
Percrepat lucus cantu symphoniæ. Cic. 7. Verr. 26.
Personabat uicinitas cantu uocum. Cic. pro Sext. Rosc. 79.
Personat tibia cantu. Ouid. 3. Amorum eleg. 12. 3.
Præbere aures cantibus. Ouid. 5. Metamorph. 67.
Resonare lucos assiduo cantu. Virgil. 7. Aeneid. 3.
Rumpere cantu arbusta. Virgil. 3. Georgic. 65. Id est, nimio clamore. Seruius.
Rumpunt cantus silentia. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 66.
Solari cantu laborem. Virgil. 1. Georg. 59.
Solicitare cantu Cupidinem. Horat. 4. Carm. ode 13. 1.
Sopire cantus. Claud. 1. Paneg. 1.
Stimulare cantus alicuius, Est calcar alicui addere, & excitare ad canendum. Stat. 5. Sylu. 3. 47.
Strepere cantu rauco. Virgil. 8. Aeneid. 1.
Cantu uocat in certamina duos. Virgil. 6. Aeneid. 35.
Cantus, pro carminibus magicis, siue incantatione. Ouidius septimo Metamorph. 41.
Componere cantus. Tibul. 1. eleg. 2. 11.
Soluere amores cantibus. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 13.
Taciti cantus, secreta incantamenta. Valer. 7. Argonaut. 98.
Canto, cantas (ᾄδω, μέλπω, ψάλλω, μελίζω, μελῳδέω) cantare, Frequentatiuum. Terentius Eunuch. 3. 1. 53. Cantatum prouocemus.
Pares cantare parati. Virgilius septimo eclog. 1,
Et cantare pares, & respondere parati.
Hoc est, qui possent continuum carmen dicere. Seruius.
Aues cantantes. Propert. 4. eleg. 10. 6.
Cycni cantantes. Virg. 9. eclog. 6.
Puellæ cantantes. Ouid. 4, de Ponto eleg. 10. 4.
Inuicem cantare. Horat. 3. Carm. ode 28. 2.
Auena sterili cantare. Ouid. ad Pisonem, 47.
Auenis structis cantare. Ouid. 1. Metamorph. 136.
Pede certo cantare. Tibul. 2. eleg. 1. 11.
Amicam cantare. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 3.
Ad limen amicæ cantare. Ouid. 5. Fast. 68.
Flebile cantare. Ouid. 1. de Remedio amor. 8.
Cantare alicui aliquid, pro sæpius dicere, admonere, inculcare Terent. Qui harum mores cantabat mihi.
Obscœna cantare. Ouidius tertio Fastor. 135. Subaudiendum Verba, aut carmina.
Rustica uerba cantare. Tibul. 2. eleg. 1. 11.
Cantare fidibus alicui. Plaut. Epid. 10. 64. Conducta ueni ut cantarem fidibus seni. De fidicina loquitur.
Cantare. cum datiuo rei inanimatæ. Ouid. 6. Fast. 132.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus. Videntur hi datiui per ablatiuos exponi posse addita præpositione In.
Surdo cantare. Propert. 4. eleg. 9. 4.
Vinci cantando. Virg. 3. eclog. 5.
Signum cantandi dare. Cic. 2. de Diuin. 85.
Cantare, pro celebrare, tollere laudibus. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 2. 15. 1. Nam ut scis, iampridem istum canto Cæsarem. Id est, summis laudibus celebro.
Amores cantare. Ouid. epist. 15. 52.
Carmina cantare. Horat. 3. Carm. 1. 1.
Conuiuia cantare. Horat. 1. Carm. 6. 4.
Laudes cantare alicuius. Ouid. 2. Fast. 132.
Dignus cantari. Virgil. 5. eclog. 11.
Cantari uersu. Ouid. ad Pisonem, 50.
Cantant literæ. Plaut. Bacchid. 20. 60. Sed metuo ne idem cantent quod priores. Id est, ne eadem uerba contineant.
Cantare, pro incantare & fascinare. Virgil. eclog. 8. 15. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dum ei incantatur. nam gerundiuus modus ab omni uerbo similiter procreatur, unde modo cantando à passiuo ait, quum idem alibi ab actiuo dixerit: ut eclog. 3. 6. Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio, Quum ipse ad imperandum Tisidium uocaretur. Id est, ut ei imperaretur.
Cantatus (ἀσθείς, ἐπᾳσθείς) Participium. Stat. 1. Sylu. 2. 40, Asteris & Vatis totam cantata per urbem.
Aquæ cantatæ. Ouid. epistu. 24. 18.
Carmine cantato cælum densatur. Ouid. 14. Metam. 74.
Herbæ cantatæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 8.
Cantatæ leges imponere lunæ. Propert. lib. 4. eleg. 3. 3.
Vua cantata. Ouid. 3. Amorum 6. eleg. 7.
Cantamen, n. g. (ἐπῳδὴ) pro incantatione dicitur. Propert. 4. eleg. 4. 11. O utinam magicæ nossem cantamina Musæ.
Cantator, & cantatrix, alia uerbalia (μουσουργὸς, ἀοιδὸς, ψάλτης) qui uel quæ consueuit canere, & crebro cantus exercere. Varro 3. de Re rustica cap. 5. 12. Intra rete sunt aues omne genus maximè cantatrices, ut lusciniolæ ac merulæ. Martial. lib. 13. 77,
Dulcia defecta modulatur carmina lingua.

Cantator

Digitized by Google

Cantator cycnus funeris ipse sui.
Choreæ cantatrices. Claud. de bel. Gildon. 90.
Cantito, cantitas, pen. corr. (τερτίσω) cantitare, Frequentatiuum à Canto frequentatiuo. Terent. And. 47. 33, Facturum credo, ut habeas qui cũ cantites. Cic. de Claris Orat. 37: Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum uirorum laudibus in Originibus scriptum reliquit Cato.
Canobus] Vide Canopus.
Canobita] pen. prod. (κανωβίτης,) Nomen gentile ductum, à Canobo, quam Canopum alij, Stephanus de Vrbibus Canobosam uocat, si non fallunt exemplaria.
Littora Canobita. Catullus epig. 61. 12.
Canon,] canonis, pen. corr. Latinè regula dicitur, κανών, κανόνος. Cic. ad Tironem 16. 17. 1. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄνευρον, uale tudini fideliter inseruiendo? Plin. lib. 34. cap. 8. 8, de Polycleto, Fecit & quem canona artifices uocant, lyneamenta artis ex eo petentes uelut à lege quadam.
Canon, in re nummaria quid sit, docet Asconius. Tria enim pensitationum genera fuisse dicit apud antiquos: canonem, oblationem, indictionem: ut sit hodie canon, quod domanium dicitur: ut portoria, uectigalia, & huiusmodi. Oblatio, quæ auxilia nunc dicimus: ut octaua uini heminatim diuenditi, & uicesima eius quod cuppatim culeatimq; uænit, reliquarũq; mercium quæ à solidarijs negociatoribus uenduntur, quos grossarios appellant: quæq; à minutarijs & uenditatorib. qui & propolæ dicuntur: hoc est, non sua uendentes, sed à negociatoribus emptitata, pluris postea uendentes. Indictio est quam taleam uocamus: antiqui collationem uocabant. Cicero etiam Collectam dicit. Græci ἔρανον. appellant, & συμβολήν. Hodie igitur coactores, id est, receptores canonarios, oblationales, indictionales, fiscarios, & erarios, alijsq; nominibus appellare licet Latinè loquentibus. Budæus.
Canonicus, pen. cor. (κανονικὸς.) Adiectiuũ, Regularis dicitur.
Canonici uocantur à Pythagoreis harmonici, qui primas in iudicando partes, longeq; ratas maximè rationi ascribunt.
Canonizo, canonizas, κανονίζω, canonizare, Regulare, Ad regulam redigere.
Canor, Canorus,] Vide Cano.
Canopicum] pen. corr. Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa & minor Africa Plinio dicitur; oppidum est, eodem authore lib. 5. cap. 4, Est & Canopicũ Nili fluminis ostiũ quod cum cæteris commemoratur Straboni, lib. ultimo, Plinio lib. 5. cap. 10. Ammiano lib. 22. & Pomponio lib. 1.
Canopitanum] pen. corr. Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, siue Africæ minoris Plinio lib. 5. cap. 4.
Canopus] pen, prod. (κανώβος,) Parua insula est mediterranei maris, Nili ostio, quod Canopicum uocant, obuia. Menelai gubernator Canobus ibi fortè moriens nomen insulæ, illi ostio dedit. Hæc Pomponius Mela. Proinde quum à Canobo dicta sit, ideò b litera scriptum aliquando uocabulum, teste Quintiliano lib. 1. cap. 9. Canopi porrò his uerbis meminit Tacit. lib. 2. historiarum, Condidere (inquit) id Spartani ob sepultum illic rectorem nauis Canobum, qua tempestate Menelaus Græciã petens, diuersum ad mare terramq; Libyam delatus. Noti sunt Menelai post Helenam raptam, ad Syrium littus errores, ex Homero. Iuuenalis Saty. 6. 9.
Famosus Canopus. Iuuenal. Saty. 15. 5.
Pellæi Canopi gens fortunata. Virg. 4. Georg. 58.
Est item Canopus, syderis nomen, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 22, in descriptione Taprobanæ insulæ.
Canopus, deus cultus ab Aegyptijs, cuius originem Suidas & Rufin. lib. 11. Eccles. hist. commemorant.
Canopitanus, pen. prod. Adiectiuum. Solinus cap. 44. Quod ab Atlante ad usq; Canopitanum ostium panditur.
Canta] pro Cantata ueteres usi sunt.
Cantabra] fluuius in Indum erumpens cũ tribus alijs quos secum trahit fluuijs Plin. lib. 6. cap. 20.
Cantabri] pen. corr. (κάνταβροι,) Populi sunt in Hispania Tarraconensi ad Oceanũ, ut docet Ptolemæus lib. 2. cap. 2. Hodie Biscaini, Et Plinius lib. 4. cap. 20. finitimi his qui tractum trans Duriam seruant. Hi ab Augusto fuerunt subacti, ut inquit Strabo lib. 3. Et Suetonius in Vita Augusti, cap. 20. & 21, ante Augustum nemo eos subegerat, quod uidetur innuere Horatius 2. Carm. ode, 1,

Cantabrum indoctum iuga ferre nostra.

Efferi sunt, & sine armis nullam esse uitam existimãt. De quibus Silius lib. 3. & 5.
Bellicosus Cantaber. Horat. 2. Carm. ode, 11. 1.
Cantaber Stoicus. Iuuenal. Saty. 15. 11.
Cantabricus, pen. corr. (κανταβρικός,) Adiect. ut Bellum Cantabricum. Horat. 1. epist. 19. 11.

Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti.

Cantabrica] κανταβρίκη, herba est ubiq; nascens, caule iunceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi, uelut calathi, in his semen perquam minutum. Plin. 25. cap. 8.
Cantabrum] Cantabri. Arnobius, Nã & signa ipsa, & cantabra, & uexilla castrorum quid aliud quàm inauratæ truces sunt & ornatæ?
Cantarus] κάνταρος, poeta Comicus Athenienſis, cuius feruntur fabulæ nonnullæ positæ à Suida.
Cantator, Cantatrix, Cantatio,] Vide Cano.
Cantharias] Gemmæ species, quæ scarabeorũ effigiem habet: quippe Græci κανθάρους, uocant scarabeos. Plin. lib. 37. cap. 11.
Cantharis,] pen. corr. cantharidis: uel Cantharida, cantharidæ. pen. corr. (κανθαρὶς.) Vermis uiridis, in summitate ramorũ fraxini & oliuæ nascens: cuius succus in uenas ingressus, ut uenenum interimit: & humano corpori applicitus, uesicas plenas humore facit. Ouid. in Ibin, 62,

Cantharidum succos dante parente bibas. Plin. lib. 29. cap. 4. 33. In cantharidibus magna quæstio: quoniã ipsæ uenena sunt potæ ueficæ cum cruciatu præcipuo.

Cantharis, prouenenata potione. Cic. ad Pætum, lib. 9. 21. 9.
Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Budæus. Cic. 5. Tuscul. 105.
Cantharites] æ, Vini transmarini genus. Plin. li. 14. ca. 7.
Cantharium] κανθάριον, promontorium est in Samo insula. Strabo lib. 14.
Cantharolethros] κανθαρόλεθρος. Locus Thraciæ exiguus, cantharis exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere necetur cantharus.
Cantharus,] pen. corr. (κάνθαρος,) Poculum, quo usus est pater Liber. Plin. lib. 33. ca. 11. 11. C. Marius post uictoriã Cimbricam cantharis potasse liberi patris exemplo traditur. Virg. in Bucc. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Paruulus cantharus. Iuuenalis Saty. 3. 21.
Cantharus, Genus piscis authore Plin. li. 32. ca. 11. 5. Col. lib. 8. Nã et alecida modo capta, et cãtharus, exiguusq; gobio, etc.
Cantharis, per quos aquæ saliunt, inquit Africanus Iureconsl.
Cantharus, Scarabeus paruus, frumenta erodans. Plinius lib. 18. cap. 17. 3.
Cantharus, Nodus sub lingua Apis bouis, quem Aegyptij colebant numinis uice. Plin. lib. 8. cap. 46. 1.
Cantharus ex generationis ratione nomen inuenit. Canthona Græci asinum uocant, id est, κάνθωνα: Oron autem semen, & quidem scarabei propriè. Sic uerò progigni animal tra-

Digitized by Google

dunt, quod nec tacuit Aristoteles, Vbi Cantharus, asini retrimenta seu stercora, quæ onidas nuncupant, & orbiculari ferè uisuntur figura, offenderit, insistit: ac pedib. prouoluens, interim genitalem urinam effundit. unde enascitur uermiculus qui mox sit cantharus. Cœlius lib. 8. cap. 5.

Cantharus pilulam. Adagium est in eos qui castigati sæpius, nihil proficiũt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prorsum arte uiceris. Ductum adagium à pilularum, id est, orbicularium stercorum illa uolutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cœlius lib. 8. cap. 5.

Cantherius,] κανθήριος, Genus iugi in uinea. Colum. lib. 4. ca. 12. 1. itaq; aut ueteres (ne nouæ radicem agãt) arundines binas singulis uitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, uetera deponemus hastilia, quibus annectũtur singulæ transuersæ perticæ in imam partẽ ordinis: quod genus iugi, cantherium uocant rustici. Plin. lib. 17. cap. 21. 11. Simplici iugo constat porrecto ordine, quẽ cantheriũ appellant. Et apud Colum. lib. 11. cap. 3. 52. Pedamentum Cato uocat.

Cantherius, Equus castratus. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 13. Propter quod discrimen maximè institutum ut castrentur equi. Demptis enim testiculis fiunt quietiores: & ideo quòd semine carent, ij cantherij appellati, ut in suibus maiãtẽ, in gallis gallinaceis capi. Cic. ad Pætum, lib. 9. 18. 8. Et lib. 3. de Nat. deor. 13. Et apud Senec. lib. epist. 13. Cantherio uehebatur, hippoperis quidem impositis, ut secum utilia portaret.

Cantherij, Tigna. Vitruuius lib. 5. Et cantherij prominentes ad extremam suggrundationem, supra cantherios templa.

Cantheriolus, pen. corr. Diminutiuum, pro paruo pedamento. Colum. lib. 11. cap. 3. 48, Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis rigorem stylorum conseruato. nam nisi arundines transuersas in modum iugatæ uineæ crebras disposueris, &c.

Cantherioli apud Columellam sunt in cepinis, id est, ceparũ locis munimenta quædam ceparũ, ne thalli earum à uẽtis prosternãtur. Sicut in rapinis etiam cantherij, quum operiũtur rapæ, ut à pruinis semina defendantur. Cœlius lib. 8. cap. 4.

Cantherinus. pen. prod. Adiect. ut Cantherino ritu somniare. Plau. Menæh. 9. 38. Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Solent enim equi stantes somniare, authore Plin. li. 10. cap. ult.

Cantherinum hordeum. Colum. lib. 2. cap. 9. 12.

Cantheriatus, pen. prod. Adiectiuum, quod cantherijs subnixũ est. Colum. lib. 5. cap. 4. 1, Deinde quæ pedaminibus adnixæ singulis iugis imponũtur, eas rustici cantheriatas appellant.

Canthus] Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio ponitur, itemq; ab Orpheo. Apollonius dicit eum in Libya periisse: Flaccus autem noster in Aea.

Canthus] canthi, (κάνθος) Ferrum quo rotæ extremitates uinciuntur. Persius Saty. 5. 8.

—quamuis temone sub uno
Vertentem sese frustra sectabere canthum.

Canthos oculi uocat Galenus lib. De usu partium quos angulos dicimus: facit autem maiorem & minorem canthum.

Canticum, Cantilena, Cantio,] Vide Cano.

Cantiœbis] καντιοβὶς, Vrbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Amberga, uulgò Amberg.

Cantito, Cantilenicula] Vide Cano.

Cantium] κάντιον, Britanniæ promõtoriũ, Ptolemæo Cantia regio uulgò Kent: ubi ciuitas Cãtuaria, uulgò Cãterburi.

Canto, Cantor, Cantus] Vide Cano.

Canucha] Fluuius est nauigabilis in Gangẽ influens. Plin. lib. 6. cap. 18.

C. Canulcus] Tribunus plebis, cuius orationem aduersus consules, uide apud Liuium, lib. 4.

Canum, ní] inter simplicia medicamenta refertur à Galeno, lib. de Simplic. medicamin.

Canus] πολιὸς, λευκάνθης, Adiectiuum, Cui candent siue albent capilli præ senectute. Plaut. Bacch. 22. 15,

Cano capite atq; alba barba. Martial. lib. 1. 142,
Cana est barba tibi, nigra est coma.

Absynthium canum. Ouid. 5. Trist. 14. eleg. 5.
Amator canus. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 6.
Anilitas cana. Catul. epig. 56. 33.
Capilli cani. Horat. 2. Carm. ode 11. 3.
Caput canum. Ouid. 5. Fasto. 12.
Coma cana. Seneca in Troade, 3. 5.
Crines cani. Catul. epigram. 59. 70.
December canus. Martial. lib. 1. 63.
Fauilla cana. Ouid. 8. Metam. 106.
Cana fides. Virg. 1. Aeneid. 60. Cana fides, & Vesta. Vbi Seruius, Canam fidem dixit, uel quòd in canis hominibus inuenitur: uel quòd ei albo pãno inuoluta manu sacrificatur: per quod ostenditur, fidem debere esse secretam. Nonius autem, Canam fidem, ueterem & antiquam interpretatur.
Fila cana. Ouid. 15. Metam. 75.
Fluctus cani. Cic. in Arato, 8.
Flumina cana. Virg. 4. Georg. 86.
Gelu canum. Virgil. 3. Georg. 87.
Laurea cana. Ouid. 3. Fasto. 29.
Lupi cani. Ouid. 7. Metam. 11.
Mala cana. Virg. 2. eclog. 9.
Cani montes, Albi ex niue. Virg. 1. Georg. 9.
Nix cana. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 9.
Plumæ canæ. Ouid. 2. Metam. 75. Sic uocat plumas cycni.
Pruina cana. Virg. 2. Georg. 76.
Puella cana. Propert. 2. eleg. 17. 5.
Canus puluis. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 38.
Salicta cana. Ouid. 5. Metam. 118.
Segetes canæ. Ouid. 10. Metam. 130.
Senectus cana. Ouid. epist. 14. 22.
Cano situ obductus color. Plin. lib. 12. cap. 25. 10.
Cana ueritas. Varro Eudæmonibus, Et ecce de improuiso ad nos accedit cana ueritas Atticæ philosophiæ alumna.
Vesta cana. Virg. 9. Aeneid. 53. Id est uenerabilis, antiquissima. (Seruius.
Cani nulli arborum. Plin. lib. 12. cap. 23. 2.
Cani, canorum, tantum pluraliter, (αἰπολιαί) Capilli albi in capitibus senum. Cic. de Senect. 58. Non cani, non rugæ repẽte authoritatem afferre possunt.
Honorati cani. Ouid. 8. Metam. 2.
Cani miseri. Persius Saty. 5. 7.
Rari cani. Ouid. 8. Metam. 114.
Venerandi cani pijs. Seneca in Hercule furente 13 23.

Caneo, canes, canui, (πολιῶμαι) canere, Canum fieri & albũ: ut canent herbæ, hoc est, albescunt matutino rore aspersæ. Virgil. 3. Georg. 6. 5.

Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouũ, dum gramina canent. Idẽ 2. Georg. 3. —& glauca canentia fronde salicta.

Aetas canet. Claud. de bello. Get. 7.
Barba canet gelu. Silius, lib. 1. 41.
Gramina canent. Virg. 3. Georg. 6.
Herbæ canent. Ouid. 3. Fast. 176.
Lana canent nemora. Virg. 2. Georg. 24.
Senectus canet. Virg. 5. Aeneid. 83.
Canens, (πολιῶν,) Participium. Valer. lib. 6. Argonaut. 24.

Neurus, & expertes canentis laziges æui.

Gelu canens. Ouid. 5. Trist. 3. eleg. 5.

Olius

Digitized by Google

Olina canens. Ouid. 6. Metam. 17.
Lilia canentia. Ouid. 12. Metam. 83.
Pruina canens. Silius lib. 3. 108.
Salicta canentia. Virg. 2. Georg. 3. Locum salicum pro ipsis arboribus posuit. Bene autem ait glauca & canentia: nam salix ab una parte alba est, ab altera uiridis. Seruius.
Senecta canens. Virg. 10. Aeneid. 38.
Canesco, canescis, (πολιόω) canescere, Canum fieri, & senescere ac defloreſcere. Oui. 9. Met. 85,
—quæritur canescere mitis Iasiona Ceres.
Canescit arbor. Cic. 1. de Legibus, 2.
Canescit flos. Plin. lib. 26. cap. 2. 10.
Canescit oratio. Cic. de Claris. Orat. 4. Quumq; ipsa oratio iã nostra canesceret, habereteq; suam quandam maturitatem et quasi senectutem.
Pabula canescunt. Ouid. 2. Metam. 43.
Situ canescunt tecta. Ouid. 1. Amorum, 8. eleg. 11.
Canities, canitiei, πολιότης, πολιά,) Color ipse hominis cani, uel etiam ipsa senectus. Plin. lib. 11. cap. 37. 10. Canities homini tantum & equis, Et paulò pòst 42. Senectus in equis intelligitur superciliorum canitie.
Canities inguinis ægri. Iuuenal. Saty. 10. 21.
Alba canities. Ouid. 10. Metam. 84.
Arida canities. Horat. 2. Carm. ode 11. 2, —arida
Pellente lasciuos amores
Canitie, facilemq; somnũ. Id est, ficca: hoc est, aut nihil se impendente per nimiam parsimoniam, ut sunt senes. aut arida minus iuuene calens. Acron. Aut quia ea ætate succus exhauritur, & pellis arescit, & cõtrahitur in rugas. Badius.
Pestina canities. Claud. de Nupt. Honorij, 65.
Hirta canities. Ouid. 10. Metam. 84.
Impexa canities. Stat. lib. 3. Thebaid. 28.
Inculta canities. Virg. 6. Aeneid. 60.
Morosa canities. Horat. 1. Carm. ode 9. 4.
Propexa canities. Stat. lib. 2. Thebaid. 20.
Reuerenda canities. Claud. 3. de Raptu Proserp. 3.
Seuera canities. Claud. 1. de Raptu Proserp. 10.
Deformare canitiem. Virg. 10. Aeneid. 167. (tingere.
Inficere canitiẽ. Ouid. 3. de Arte Amat. 33. Id est, capillos canos
Ponere canitiem. Ouid. 7. Metam. 58. Id est, deponere.
Canitudo, pen. prod. (πολιότης) Idem. Plaut. Stultus est aduersus ætatem & capitis canitudinem. Varro Aborigimum. Sed neq; uetulus cantherius, quàm nouellus melior, nec canitudini comes utrius. Ex Festo & Nonio.
Cantilenæ] sunt musarum filiæ. Vide Musis etiam rem sacram facere, &c. in Musa.
Canusium] κανύσιον Vrbs est Appuliæ maxima, quã præterfluit Aufidus amnis, teste Plinio lib. 3. cap. 11. quondam à Diomede condita, ut habet Strabo lib. 6. Cui conuenit Horatius, 1. Serm. Saty. 5. 19. ubi de pane Canusino loquitur,
Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior urna,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim,
Canusi, pro Canusij. In hoc oppido lana laudatissima fit: quæ Canusina dicitur, cuius color est rutilus.
Canusinarum fuscarum, & rufarũ meminit Mart. lib. 14. 127,
Hæc tibi turbato Canusina simillima musto
Munus erit: gaude, nam citò fiet anus. (nusij.
Canusinus, pe. pro. (κανύσιος, κανυσίτης) Adiect. Incola Canusij. Bilingues uocat Canusios Horatius, quòd utranq; noscent linguam & Latinam & Græcam. Fuit enim situm Canusium ea parte Italiæ quæ ab antiquis magna Græcia dicta fuit. Hora. 1. Serm. Saty. 10. 6. —patrijs intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis.
Videtur autem non tam significare uoluisse duarum linguarum doctos fuisse illos, quàm unius, sed mistæ ex duabus, Sic ut nec Latinam nec Græcam posses dicere, quod uitio magis, quàm laudi dicendum est.
Canusinatus, pen. prod. (κανυσίωτ&) Canusina uestis indutus. Martialis, Vt Canusinatus nostro Syrus assere sudet.
Capane, nes] καπάνη, currus est sic Thessalis dictus, & uirga item in curru eodem nomine. Hinc Capania Minerua, cius simulachrum uisebatur in gymnasio Cylabare apud Argos, de Stheneli filio sic nuncupato, ut author est Pausanias, Cæl. Antiq. lect. lib. 9. cap. 22.
Capaneus] trium syllabarum, pen. corr, (καπανέυς) Maritus Euadnes, unus è septem ducibus qui Thebas obsederũt, ut author Statius lib. 3. Thebaidos, superbus atq; deorum cõtemptor: qui non cõtentus uicisse homines, medijs Capaneus auditur in astris. Is à Ioue, fulmine percussus in bello Thebano fabulis dicitur, quoniam quum scalis admotis Thebanos muros uellet conscendere, ictu lapidum ab inimicis oppressus est. Vegetius lib. 4. de Re militari, Qui scalis (inquit) in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent exemplo Capanei, à quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.
Capaneus, quatuor syllabarũ, pen. prod. Adiect. (καπανεύς&) ut Capanea pinus, apud Stat. 8. Theb. 129.
—Capaneaq; pinus
Iam procul Aonijs uolet agnoscenda cateruis. Idem lib. 12. 153. Capaneaq; misimus umbris Pectora.
Capaneius, (καπανείδ&) aliud adiectiuum, quinq; syllabarum, ut Capaneia coniux apud Statium 12. Thebaid. 109.
—ausa ante alias Capaneia coniux, &c.
Capara) κάπαρα, Ptolemæo, alio nomine Capera, Hispaniæ Lusitaniæ urbs, Vulgò Caparea.
Caparania] Virgo fuit Vescalis, quæ incesti damnata supplicium prænenit. Alex. ab Alex.
Capastite] inter Aegypti præfecturas, quas Nomos uocant, numeratur à Plin. lib. 5. cap. 9.
Capax] Vide Capio.
Capedo] pen. prod. capedinis, f. g. Vas erat sacrificijs aptũ. Cicer. in Parad. 12, Minúsue gratas dijs immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur?
Capeduncula, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 3. de Nat. deor. 57, Docebo meliora me didicisse de colendis dijs immortalib. in re pontificio & more maiorũ, capedunculis quas Numa nõ
Capella] Vide Caper, pro mare capraru. (bis reliquit.
Capena] pen. prod. (καπήνη) Oppidum uicinum Romæ iuxta fontem Aegeriæ. Hinc Capenates, pen. prod. Italiæ populi, Clusinis uicini authore Plin. lib. 3. cap. 5. Est & Capena, porta Romæ, à Capena urbe, quã Italus rex ædificauit. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam, Capuam itur. Iuuenalis, Substitit ad ueteres arcus, madidamq; Capenã. Liuius, Censores uiam sternendam à porta Capena ad Martis ædem locauerunt. Ouid. 4. Fast. 69.
Ad portam Capenam est aqua Mercurio sacra, qua uariæ fiebant ablutiones ad expianda peccata, ea etiam lauro spargebãtur omnia quæ dominos nouos essent habitura. Vide Ouidium lib. 5. Fastorum, 135.
Capenas] pen. prod. Fluuius qui Feroniam præterlabitur. Silius lib. 13. 17.
Caper] Straboni lib. 12. fluuius est qui Laodiceam Cariæ urbem cum Lyto & Asepo alluit. Plinio Captus dicitur.
Caper] piscis genus, in Acheloo amne nascens, & grunniens more porcorum. Plin. lib. 12. cap. 51.
Caper] capri, (τράγ&) Mas caprarũ castratus. Martialis,

Dum iugulat hircum, factus es ipse caper.
Caprum, pro hirco impropriè posuit Virgilius, eclog. 7.2, Vir gregis ipse caper.
Albus caper. Horat. 3. Carm. ode 8.2.
Bicornis caper. Ouid. 15. Metam. 61.
Libidinosus caper. Horat. Epod. 10, 5.
Setigeri capri. Silius lib. 3. 56.
Cæditur caper Baccho. Virg. 2. Georg. 76.
Capra, caprę, (αἴξ) A' carpēdis uirgultis, authore Nonio. Pli. lib. 8. cap. 50. Caprę pariunt & quaternos. Varro de Lingua Latina, Capra, carpa: à quo scriptū, omnicarpę caprę. Varro 2. de Re rust. cap. 3. 5. Studiosè enim de agresti lib. fruti cibus pascuntur, atq; in locis cultis uirgulta carpunt: itaq; à carpendo caprę nominatę. Cic. de Natu. deor. 189. Et de Amicitia 55.
Sufficere capris arbusta. Virg. 3. Georg. 59.
Ferę caprę, pro Capreis. Virg. 4. Aeneid. 31.
Olida capra. Horat. 1. Epist. 5. 6. Sed nimis arcta premunt olidę conuiuia caprę. Intelligitur hoc loco de fœtore qui sub alis excitatur arctè nimis discumbentium. Hunc & Caprū, & Hircum appellare consueuerunt poetę.
Capra, Signū cęleste. Col. lib. 11. cap. 2. 72. x. Calend. Ianuarijs Capra occidit mane, tempestatem significat. Cic. 2. de Natu. deor. 160.
Capra sydus insanum. Horat. 3. Carm. ode 7. 2. Hędos uidetur significare, quorum ortus & occasus concitat tempestates, de quibus Virg. 1. Georg. 41. Hędorumq; dies seruādi. Vbi Seruius: Aurigę signum est haud longè à Septentrione, cuius pedem cum cornu Tauri una stella coniungit. Hic in manu sinistra fert Hędos, in huxeris Capram, quę pluisse dicitur Iouem. Oriuntur cum Scorpio mense Octobri. Et Seruio in illud Virgilij 9. Aeneid. 136,
Quantus ab occasu ueniens pluuialibus Hędis.
Capella, (χίμαιρα) Diminut. Col. lib. 7. cap. 6. 7. Anniculę uel bimę capellę (nam utraq; ętas parum edit) submitti hœdum non oportet. Cic. 4. Verr. 6. Virg. 3. eclog. 18. Tityre pascentes à flumine reice capellas.
Fœtus capellę. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 7.
Capellę felix pecus. Virg. eclog. 1. 6.
Antantes saxa capellę. Ouid. epist. 15. 11.
Distentę lacte capellę. Virg. 7. eclog. 1.
Graciles gramen carpsere capellę. Ouid. 1. Metam. 61.
Hirsuta capella. Iuuenalis Saty. 5. 16.
Hirtę capellę. Virg. 3. Georg. 57. Ouid. 13. Metam. 198.
Lasciua capella. Virg. 2. eclog. 6. Vide Lasciuus.
Olenia capella. Vide Olenius.
Simę capellę. Virg. 10. eclog. 2.
Vrentes culta capellę. Virg. 2. Georg. 40.
Omne enim quod momorderint, urunt, ut ait Seruius.
Agere capellas. Virg. 1. eclog. 3.
Agitare capellas. Virg. 3. Georg. 57.
Attondent uirgulta tenera capellę. Virg. 10. eclog. 2.
Carpunt gramen capellę. Ouid. 1. Metam. 29.
Pascere capellas. Virg. 9. Georg. 5.
Domum referunt ubera distenta lacte capellę. Virg. eclog. 4. 3.
Saturantur fronde capellę. Virg. 9. eclog. 6.
Iniussę ueniunt ad mulctra capellę. Horat. Epod. 16. 10.
Capella. Stella. Plin. lib. 18. cap. 31. 2, Quinto Idus Septembris Cęsari Capella oritur uesperi.
Caprarius, (αἰπόλος) Custos, exercitorq; caprarum. Varro 2. de Re Rust. cap. 3. 8. Is enim quum in suburbano haberet agrum iugerum mille & à caprario quodam qui adduxit capellas ad urbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, &c. Colum. lib. 3. cap. 10. 15.
Caprea, caprę, (ἄγραγρος, ἀγραὶς) dicta quòd quandam (ut ait Varro) caprę similitudinem habeat. sunt enim syluestres caprę: unde capreoli dicti. Martialis lib. 13. 100,
Pendentem summa capream de rupe uidebis:
Cassuram speres, decipit illa canes. Caprearū genera uide apud Plinium.
Pascuis intenta caprea. Horat. 4. Carm. ode 4. 3.
Edules capreę. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 9.
Fugaces capreę. Ouid. 1. Metam. 44. & 89.
Imbelles capreę. Ouid. 5. Fast. 75.
Lasciuę similem ludere capreę. Horat. 3. Carm. ode 15. 3.
Sequaces capreę. Vir. 2. Geor. 75, Id est, persecutrices. Seruius.
Capreę prius iungentur lupis: De re dicitur incredibili. Horat. 1. Carm. ode 33. 2.
Caprea uitis. Vide Capreolus.
Capreolus, pen. corr. (ἀγραύλιος) Diminutiuum à capreus, Animal syluestre. Col. lib. 9. cap. 1. 1. Ferę pecudes, ut capreoli, damęq; Virg. 2. eclog. 7. Prętera duo, nec tuta mihi uale reperti Capreoli.
Capreolus, Genus ferramenti. Col. lib. 11. cap. 3. 37. Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti est, terra commouetur.
Capreolus, dictio tectonica. Cęsar. 2. bel. Ciuil. 39. Duę primū trabes in solo æquè longę, distantes inter se pedes IIII. collocantur: inq; eis columnellę pedum in altitudinem V. defiguntur. has inter se capreolis molli fastigio coniungunt.
Capreoli uitium, ueluti cincinni, Varro 1. de Re rust. cap. 31. 3. Ex altera parte caprea dicta, quòd parit capreolum. Is est coliculus uiteus intortus, ut cincinnus. is enim uites ut tenat, serpit ad locum capiundum. ex quo à capiendo capreolus dictus. Plin. lib. 17. cap. 23. 10.
Capralia, appellatur ager qui uulgò Ad caprę paludes dicitur. Liu. lib. 1. (let. Festus.
Caprigenus, pen. corr. (αἰγογενὴς) Adiectiuum. Quod ex caprarum genere est. Plaut. Epid. 2. 16. Caprigenum hominū non placet mihi, neq; pantherinum genus.
Caprile, caprilis, pen. prod. neut. gen. (αἰγύφ) Locus ubi caprę seruantur. Plin. lib. 28. cap. 10. 3. Atq; in totum difficilius se recolligentes à serpentum ictu, in caprilibus optimè conualescunt. Col. lib. 7. cap. 6. 4.
Capripes, pen. corr. capripedis, pen. corr. Qui pedes caprinos habet. Propert. lib. 3. eleg. 17. 7. Capripedes calamo Panes hiante canent.
Satyri capripedes. Lucretius lib. 4. 117.
Caprinus. pen. prod. (αἴγειος) Adiectiuum. ut Caprinus grex Liu. 2. bel. Pun. 42. Et Varro lib. 2. de Re rust. cap. 10, 2. Item Caprina pellis, Cic. 1. de Nat. deor. 111.
Lana caprina. Horat. 1. epist. 19. 3. Alter rixatur de lana sępe caprina. Prouerbium, uide apud Erasmum.
Caperlata] Possessionis cuiusdam nomen cuius meminit Modestinus in l. Astelio. D. de liberat. legat.
Capero] caperas, pen. corr. (ῥυσάω) caperare: ut Caperare frontem, hoc est, frontem rugis contrahere, & asperitatem uultus ostendere: quod à crispis caprorum frontibus authore Varrone, lib. 3. de Lingua Latina: uel à cornuum caprinorū similitudine, teste Festo, tractum est. Vnde & caperatum: rugosum dicitur: Vsus est in passiua significatione Plaut. Epid. 13. 3, Quid illuc est, quòd illi caperat frōs seueritudine?
Capesso] Vide Capio.
Capeus] Sinus in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 28.
Caphareus, trisyllabum, pen. prod. (καφηρεύς) Eubœæ mons altissimus uersus Hellespontum: apud quem plurimum Græcorum classis afflicta est propter Palamedis necem. Vnde & Caphareum mare dictum est. Vide Plinium lib. 4. cap. 12. Fallax Caphareus. Seneca in Agamem. 634.
Fallax Caphareus. de Caphareo promontorio Eubœæ, Vide Pomponium Melam lib. 2.

Importunus

Importunus Caphareus. Ouid. 14. Metam. 96. Importunũ autem uocat appositè, quasi nã bonum portum, quòd ad illius radices Græcorum classis maximum fecerit naufragium.

Caphareus, pen. corr. (καφήρεύς) Adiectiuum quadrisyllabũ. ut Saxa Caphárea. Propert. lib. 3. eleg. 7. 8.

Saxa triumphales fregere Caphárea puppes,
Naufraga quum uasto Græcia tracta salo est.

Caphornaum] *siue potius Capernaum (καπέρναυμ) totius Galilææ Metropolis fuit, multis Christi seruatoris miraculis nobilitata.*

Capheris] *inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracem sunt, numeratur à Plinio lib. 4. cap. 12.*

Caphura] *καφοῦρα, Aetio & Actuario Indiæ arbor est tantæ magnitudinis, ut sub singulis hominum centuriæ posint quiescere.*

Capidulum] *Genus uestimẽti quo caput tegebatur. Festus.*

Capilati. pen. prod. Populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. ca. 20, Capillatorũ plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capillus Veneris] *Herba, quæ Plinio Adiantum. Polytrichon & Callittrichon dicitur.*

Capillus] *capilli, (θρίξ, φόβη, πλόκαμος,) Quasi capitis pilus: quamuis & pro omni pilo ponatur. Plin. lib. 7. cap. 2. 3, Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusq; cum capillo pro mantilibus ante pectora uti.*

Capillus in hœdis. Gel. lib. 12. ca. 1, In hœdis capillum gigni teneriorem. Capillorum defluuium uel profluuium, appellant medici Latini eum morbum qui à Græcis alopecia dicitur, quòd eo uulpes ferẽ quotannis laborare soleant.

Albescens capillus. Horat. 3. Carm. ode 14. 6.

Asperi capilli. Horat. 5. Epod. 6.

Cani capilli. Ouid. 2. de Arte amandi 27. & 1. Metam. 54.

Capillus compositus. Plaut. Mostel. 4. 96.

Cæruleo Capillo Agathyrsi. Plin. lib. 4. cap. 12. 45.

Compti capilli. Cic. in Pisonem 19.

Coronati capilli, Corona uincti. Ouid. epist. 20. 33.

Demissi capilli. Ouid. epist. 10. 28. Id est, non in nodum collecti.

Erecti capilli. Iuuenal. Saty. 11. 15.

Flaui capilli. Ouid. epist. 12. 3.

Flexi capilli crimen punire. Iuuenal. Saty. 6. 50.

Hirsuti capilli. Ouid. epist. 9. 13. de Hercule.

Capillus horrens. Plin. epist. 147. b. lib. 7. ad Suram, Mox apparebat idolum, senex macie & squallore confectus, promissa barba, horrenti capillo. Quem incomptum, & asperum, ac impexum dicit Cicero.

Horridus capillus. Cic. pro Sestio 14.

Humens capillus, Madidus. Ouid. 11. Metam. 139.

Immissi per humerum utrunq; capilli. Ouid. 6. Metam. 34.

Impulsos capillos aura dat retro. Ouid. 1. Metam. 52.

Incompti capilli. Ouid. 9. Metam. 158.

Inculti capilli. Ouid. epist. 9. 25.

Incincti capilli Philyra. Ouid. 5. Fast. 68.

Inflati capilli. Ouid. 3. de Arte 29. subaudi à uentis.

Inornati capilli collo pendent. Ouid. 1. Metam. 49.

Intonsi capilli. Horat. Epod. 15. 2.

Intonsis capillis caput iuuenile. Ouid. 1. Metam. 29.

Intorti capilli. Vide **Intorqueo.**

Laceratis capillis crimen componere. Iuuenal. Saty. 6. 49.

Madidi capilli. Ouid. 5. Metam. 11.

Molles capilli. Horat. de Arte poet. 7.

Neglecti capilli. Ouid. 2. Metam. 41.

Nigri capilli. Horat. 1. epist. 7. 6.

Nitentes capilli malobathro. Horat. 2. Carm. ode 7. 2.

Nitidi capilli decent aliquem. Horat. 1. epist. 14. 7.

Odorati capilli. Horat. 3. Carm. 20. ode 3.

Capillus passus. Terent. Phorm. 1. 2. 56, Capillus passus, inuidus pes ipsa horrida.

Pexi capilli propter conuiuia tantum. Iuuenal. Saty. 11. 15.

Positi sine lege capilli. Ouid. epist. 21. 15.

Positos capillos sine lege uitta coercebat. Ouid. 1. Metam. 47.

Præcincti flore capilli. Ouid. epist. 4. 15.

Promissus capillus. Liuius lib. 4. Decad. 5.

Pulli capilli. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 9.

Purpureus capillus. Virg. 1. Georg. 81. de Scylla.

Capilli rari & cedentes. Plin. epist. 50. a.

Rigidi capilli. Ouid. 10. Metam. 84.

Rudibus dare legem capillis. Seneca in Hippoly. 3. 10. Id est, in cultos & sparsos capillos comere, & concinnare.

Rutili capilli. Ouid. 2. Metam. 64.

Scissi capilli. Ouid. 4. Metam. 110.

Secti capilli. Ouid. 3. Metam. 102.

Auro similes capilli. Ouid. 15. Metam. 64. Id est, flaui.

Electro similes capilli, id est, flaui. Ouid. 15. Metam. 64.

Sparsi per colla capilli. Ouid. 3. Metam. 34.

Sparsi rore capilli, Conspersi. Ouid. 11. Metam. 12.

Vdi capilli. Ouid. 5. Metam. 88.

Virides capillos siccant natæ Doridos. Ouid. 2. Met. 2. & 3.

Vittati capilli. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 4. Id est, uitta tecti.

Agitat aura capillos intonsos. Horat. Epod. 15. 2.

Comere capillos. Ouid. lib. 2. Amor. eleg. 8. 1. ad Cypassim ancillam Corinnæ loquens.

Comantur capilli. Ouid. 1. Metam. 49.

Capillo conscindere mulierem. Terent. Eunuc. 4. 3. 4.

Coronare capillos. Horat. 2. Carm. ode 7. 2.

Disiicere capillos, id est, turbare. Ouid. 11. Metam. 78.

Ducere capillis aliquem. Tibul. 1. eleg. 6. 15.

Germinare capillum. Vide Germino in Germen.

In capillum iuolare. Terent. Eunuch. 5. 2. 20.

Lacerare capillos. Ouid. 14. Metam. 84.

Laniare capillos. Ouid. 9. Metam. 71.

Medicare capillos. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 1. Id est, inficere, seu tingere.

Olet Arabo rore capillus. Ouid. epist. 21. 16. (Corinnæ.

Ornandis operosa capillis. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 5. de ancilla

Pectere capillos matutinos, id est, matutino tempore poeticum est. Ouid. de Arte 1. 4. Et lib. 13. Metam. 165.

Pendent capilli. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 9.

Petere capillos unguibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 2.

Resecare capillos. Ouid. 11. Metam. 37.

Resoluta capillos. Ouid. 2. Amorum, eleg. 14. 8. Pro resolutis

Rigent capilli metu. Ouid. 1. Fast. 20 (capillis.

Rumpere capillos. Ouid. 10. Metam. 144.

Siccare capillos. Ouid. 2. Metam. 3.

Spargere humerum capillis. Horat. 3. Carm. ode 20. 3.

Turbare capillos. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 15.

Vincire capillos uitta. Seneca in Med. 10. 13.

Vngere capillos. Horat. 1. Carm. ode 29. 2.

Capillorum animalia. Plin. lib. 35. cap. 15. 17.

Capillus, pro cæsarie. Cic. pro Sext. Rosc. 79. Composito ac delibuto capillo passim per forum uolitet.

Capillus, pro barba. Cic. 2. Offic. 34. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

Capillaceus, Adiectiuum, (τριχοειδής) Plin. lib. 12. cap. 25. 3, Balsamũ tenui & capillacea coma, quod uocãt eutheriston.

Capillo, capillas, (τριχόω) capillare. Plin. lib. 37. cap. 11. 5. de gemmis, quæ à mẽbris hominũ cognominãtur, Polytrix, inquit, in utridi capillatur. Hoc est, capillos habere uidetur.

Capillatus, pen. prod. (τριχωτός,) Adiectiuũ, Qui crines longiores habet. Cic. de Lege Agrar. 62. Nõ minus bene nummatus

Digitized by Google

natus, quàm bene capillatus. Capillata folia sant pino & cedro. Plin. lib. 16. cap. 24. 2.

Capillamentũ, (τρίχωμα) ipsi capitis capilli. Pli. li. 21. ca. 6. 6, Herba croci est folio angusto, penè in capillamenti modum.

Capillamentum, quod uulgus falsam perruquam uocat. Sueton. in Calig. cap. 11, Naturam tamen sæuam atq; probrosam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animaduersionibus, pœnisq; ad supplicium datorũ cupidissimè interesset, & ganeas atq; adulteria capillamento celatus & ueste longa noctibus ambularet. Galericulum aliàs Latini dicunt, Græcè φινάκη, uel πιλίδιον appellatur. Ex Budæo.

Capillamenta seminum, Colum. lib. 4. cap. 11. Radicum. Plin. lib. 16. cap. 2. 6.

Capillamenta setarum. Plin. lib. 11. cap. 37. 76.

Capillamentũ in crystallo, rimæ simile, pro eo, quod gemmarij stellaturam uocant, accepit. Plin. lib. 37. cap. 2. teste Budæo.

Capillare, capillaris, pen. prod. n. g. (τριχεῖον,) Reticulum muliebre, quo capillos inuoluunt. Martial. lib. 3. 40,

Non erubescit murice autco nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare.

Capillaris, Arbor appellatur, in qua tonsum capillum adolescẽtes suspendebant, quando deponebant comam, deo eam sacrantes. Eadem & capillata dicebatur. Erat & in urbe Roma arbor antiquissima, quam supra trecentos & septuaginta annos durasse compertum est, quæ Capillata appellabatur: quòd uirginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat. Ex Festo. Meminit & Plin. lib. 16. cap. 44. 2.

Capio] capis, cepi, uel cum diphthongo cæpi, captũ. (λαμβάνω, αἱρέω, ἁλίσκω, δέχομαι, χαρόω,) capere, Notæ significationis est, Terent. Eunuch. 3. 5. 47, Cape hoc flabellum.

Ab hamis capiuntur pisces. Ouid. 1. de Arte 153,

Hîc iaculo pisces, illic capiuntur ab hamis.

Capiũtur hamis, hic esset instrumentũ capiendi, sed hoc loco capiẽtẽ significat. Sic rectè dixeris Capiũtur ab hominibus.

Capere è. Terent. Heaut. 3. 3. 47, Dicam hãc esse captã è Caria.

Capere ex, aliter acceptum. Terent. Phorm. 1. 3. 15,

—tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nũc capiã, et quid tu ex istac copia.

Ex æstu, frigore, nouitate cibi, labe corporis capi. Luc. li. 5. 186.

Capere sacra manu. Virg. 2, Aeneid. addidit manu, ad maiorem expressionem.

Capere in manum. Plaut. Aulul. 4. 9.

Nihil interest inter has significationes, Capio hostem, capio generum, capio saxum. Duæ autem proprietates in hoc uerbo notandæ sunt, Vna quòd habet reciprocum quendam usum. ut idem sit, Cepi uoluptatem, & Cepit me uoluptas. Cic. Magnam cepi ex literis tuis uoluptatem. Quint. in Apibus paueris, Nec me tanta capiebat uoluptas, quòd fluentia ceris mella conderem. Plinius ad Caluisium, lib. 8. Capio aliquã uoluptatem, quòd ulla uoluptate non capiar. Cepi somnum, Captus sum somno, uix dicitur, sed dici posset, ut oppressus: qui enim opprimitur somno, capitur somno. Cepi delectationem: uix unquam delectatio cepit me: sed in passiuo potius, captus sum delectatione. Et itè in cæteris quæ ad delectationem pertinent, Captus sum amœnitate loci, dulcedine uocis, specie mulieris, amore pecuniarum, spe bonorum, magnitudine sublimitateq; materiæ. Ista enim omnia delectãt, ideoq; subintelligi solet delectatio: quale ipsum illud M. Tullij 3. Offi. 19, Quòd insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, id est, delectet. Ergo probitati ineſt delectatio: ut sit ita exponendum, Cuius probi delectatio capiat ignaros, siue ignari capiãtur delectatione. Habet. (inquit Terentius And. 1. 1. 55.) Captus est. subintellige amore, siue pulchritudine fœminæ, id est, delectatione. Hæc Valla lib. 6.

Capi ac deliniri re aliqua. Cic. pro Cluent. 9.

Falli, capi. Cic. 4. Acad. 120, Sapientis autem hanc censet Arcesilas uim esse maximam, Zenoni assentiens, cauere ne capiatur, ne fallatur uidere.

Capi aliquo, id est amore alicuius capi. Ouid. epist. 4. 13.

Capi assentatione, amore. Cic. de Amicitia 81, Vt animaduertant ne callida assentatione capiantur.

Dolis capere aliquem. Virg. 1. Aeneid. 136. Id est, decipere.

Capi dolis, Decipi. Virg. 2. Aeneid. Captiq; dolis.

Donis capi. Seneca in Medea 12. 1.

Formidine capi. Virg. 2. Aeneid. 77.

Fraude capi. Seneca in Medea. 12. 1.

Insidijs noctis capiere serenæ. Virg. 1. Georg. 86. Id est, decipiẽris.

Capi munditijs. Ouid. 3. de Arte Amandi 27. (ris.

Muneribus capi Tibul. lib. 1. eleg. 9. 3.

Precio capiuntur auari. Tibullus lib. 3. eleg. 1. 2.

Spe inani capi. Virg. 11. Aeneid. 10.

Capi specie. Quint. lib. 2. cap. 5. 8.

Capere. Delectare, uel allicere. Horat. de Arte poetica 73,

Vt pictura, poesis erit: quæ si propius stes,
Te capiet magis & quædam si longius abstes.

Hunc capit argenti splendor. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 6.

Ocellis aliquem capere dicitur puella. Propert. lib. 1. eleg. 11.

Capere, pro continere. Terent. Heaut. 2. 3. 13. Dij boni, quid tu hæc ædes nostræ uix capient, scio. Cicer. 6. Verr. 7. Tot domus locupletissimas, domus istius una capiet?

Cælo capi. Cic. 2. Philipp. 120. Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ uix cælo capi posse uideatur.

Amentiam eius capere non poterant ciuitas, Italia, prouincia & regna. Cic. pro Milone 67.

Vna domo capi. Cic. 1. Offic. 81.

Iram capere. Ouid. 6. Metam. 122.

Cepit te uacuum uillula. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 2.

Capere, Recipere. Terent. Phorm. 5. 3. 6,

—nam ex his prædijs talenta argenti bina
Statim capiebat. Cic. in Parad. 62.
Capit ille ex suis prædijs sexcenta sestertia.

Moram non capit ira. Ouid. de Nuce 1.

Capere bello. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 4. Ex insidijs. Cic. in Offic.

Inuitè capere. Cic. Attico, lib. 8. 147. 6.

Ab hoste capi. Ouid. 2. Trist. 41.

Capi nocte. Ouid. 3. epist. 4.

Arte capi. Ouid. 2. Amorum, eleg. 12. 1.

Cepit eum admiratio. Liu. 8. bel. Punic. 185.

Capere acrimoniam alicuius ad resistendum. Cic. 2. in Verr. 31.

Aduersarium. Cic. de Claris Oratoribus 93.

Aequitatẽ rei uerbi laqueo capi nõ oportet. Cic. pro Cæcin. 60.

Aetatem. Colum. lib. 4. cap. 41. 1. Donec uineæ iusti sint roboris, quum aliquot deinde annis quasi iuuenilem ætatem ceperint, quot palmites relinqui debeant incertum est.

Capere alimentum humoris dicitur radix. Col. lib. 2. cap. 2. 20.

Cepit me amor. Cic. 2. de Finib. 125.

Angorem pro amico. Cic. de Amicitia. 45.

Animum patrium. Cic. 3. Philipp. 144.

Capere animos alicuius. Vide Animus.

Animo capere aliquid. Lucan. lib. 1. 37.

Annus alter ab undecimo ceperat me. Virg. eclog. 8. 8.

Arbitrum. Terent. Heaut. 3. 1. 89,

Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum.

Arma. Cic. 7. Verr. 75. 3.

Capere arma, aliter. Cæsar, Hortatur ut communis libertatis causa arma capiant. Hoc est, bellum suscipiant.

Capere

Digitized by Google

Capere arma contra patriam. Cic. ad Brutum, epist. 3. 4.
Augurium. Vide Augurium.
Aures. Cic. in Orat. 97, Nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi uidetur.
Capere bonum cibo, potione, auriū delectatione. Cic. de Fin. 11.
Bellum. Sallust. Rursus tamen bellum cepi.
Capere calamitatem. Cic. 1. de Diuinat. 56.
Causam. Terent. And. 1. 3. 8,
Si senserit, perij. aut si libitum fuerit, causam ceperit.
Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in pristinum dabit.
Cibum. Terent. Eunuch. 2. 3. 76. Cibum nōnunquam capiet cum ea. Lucret. lib. 4. 175.
Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus.
Capere cibum digitis alienis dicitur qui manibus est impotens. Iuuen. Sat. 10. 23.
Commodum ex re aliqua. Terent. Eunuch. 3. 5. 25. & 5. 6. 1.
Coniecturam an. Cic. 1. de Diuinat. 211.
Conditionem. Plaut. Stich. 3. 81.
In conditionem parem. Cæsar 1. bel. Gal. 111.
Coniectura capitur ex eo ut inueniatur. Plin. lib. 33. cap. 4. 2.
Coniecturam capere, & signum sumere ex re aliqua. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 25.
Coniecturam de. Cic. pro Murena, 8.
Coniecturam ex. Cæsar 7. bel. Gal. 142. Terent.
Quantum ex ipsa re coniecturam capimus.
Consilium. Cæsar 4. bel. Gal. 479. Infirmitatem Gallorum ueritus, quòd sunt in consilijs capiundis mobiles.
Capere consilium de sententia alicuius. Cic. 3. ad Atticum 41. 2.
Consilium pro tempore, & pro re. Cæsar 5. bel. Gal. 31.
Consilium sibi. Cæsar. 2. bel. Ciuil.
Consilium agendi, & non agendi. Cic. 4. Acad. 179.
Belli renouandi. Cæsar 3. bel. Gal. 359.
Corde consilium. Plaut. Merc. 7. 10. —nec quid corde nunc
Consilij capere possim, scio.
Consuetudinem & exercitationem. Cic. 1. Offic. 86.
Consulatum. Cic. in Pisonem 2.
Coronam capere cum laude. Lucret. lib. 6. 20.
Cepit cura animum. Liu. 7. bel. Pun. 43.
Dementia cepit animum. Virg. lib. 5. Aeneid. 92.
Dementia cepit incautum. Virg. lib. 4. Georg. 97.
Capere desiderium ex aliquo. Cic. de Senect. 50. Terent. Hecy. 1. 2. 12. Aedepol te desiderium Athenarum arbitror Philotion cepisse sepe.
Detrimentum uel damnum. Cic. in Catil. 2.
Detrimentum in re aliqua. Colum. lib. 1. cap. 8. 1.
Dicta capere alicuius, Audire uerba. Virg. 6. Aeneid. 76.
Disciplinam, ex re aliqua. Plin. in Paneg. 74. Documentum. Cic. 11. Philip. 292.
Dolorem ex aliquo. Terent. And. 4. 3. 4.
Dolorē corde. Plau. Trucu. 9. 5. Animo. Cic. de Claris Orat. 15.
Dona capere. Virg. 3. Aeneid. 98.
Duces belli capere: Cic. 3. in Catil. 60.
Capere exemplum de aliquo. Terent. And. 4. 1. 27. Quid istuc tam mirum est, si de te exemplum capit? Vbi Donatus, De te exemplum capit. Vtrum, si te imitatur: an si de te exigit pœnas? ut ipse alibi, Vterq; exempla in te edent. Sed melius, te imitatur accipimus.
Exemplum capere ex re aliqua. Cic. de Amic. 33.
Exemplum in re aliqua. Colum. lib. 4. cap. 1. 4.
Exordium à re aliqua. Cic. 1. de Legib. 12.
Experimentum. Plin. lib. 13. cap. 2. 3.
Finem capit discordia. Virg. 10. Aeneid. 21.
Fluctus irarum capere in corde. Lucret. lib. 3. 60.
Capere formam alicuius. Plaut. Amph. 4. 112. Cic. eodem modo capere personam dicit.
Fructum. Terent. Eunuch. 3. 1. 59.
Fructum alicuius rei. Cic. de Senect. 58.
Fructum amoris capere. Lucan. lib. 7. 7.
Fructum ex re aliqua. Cic. 2. de Diuinat. 7.
Fugam. Cæsar 7. bel. Gal. 110.
Gaudium. Plin. epist. 97. lib. 6.
Gaudium ex re aliqua. Liu. 7. bel. Pun. 219.
Gaudium animis. Liu. 7. bel. Pun. 275.
Generum, id est, eligere, authore Donato. Terent. Eun. 4. 1. 23.
Gloriam ob amicitiā seruatam, id est, laudari. Cic. de Amic. 25.
Gratiam capere dicitur animus. Cic. Curiont. lib. 2. 5. 6.
Capere populi suffragio honorem. Plaut. Bacch. 8. 34.
Honores primos capere. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 7.
Incommodum. Cic. 5. Verr. 90.
Incrementum. Colum. lib. 2. cap. 10. 9.
Inimicos omnes homines. Vulgus, ponere se in mala gratia, dicit. Terentius And. 4. 2. 12.
Inimicitias in se ob aliquem. Terent. Phorm. 2. 3. 23.
Initium à re aliqua. Quint. lib. 10.
Initium capere ex arte solent, qui priora omiserunt. Quint. lib. 2. cap. 11. 1.
Insulam. Cæsar. bel. Gal. lib. 4.
De Britannorum fuga.
Inuidiam apud aliquos, aut iram militum. Liu. 5. ab Vrbe 91.
Iudicem. Liu. 3. ab Vrbe 305.
Iudicem de re aliqua. Plaut. Merc. 15. 34.
Capere laborem. Cic. pro Rosc. Comœdo. 29.
Laborem ob. Terent. And. 5. 2. 29. Tantum laborem capere ob talem filium?
Laborem inanem. Terent. Hecyra, 3. 2. 9.
Laborem animo. Plaut. Trinum. 5. 53.
Lætitiam ex re aliqua. Cic. ad Atticum, lib. 4. 87. 5.
Lætitiam oculis. Cic. ad Atticum, lib. 14. 312. 5.
Laudem. Terent. Eunuch. 5. 4. 3.
Laudem ex re aliqua. Cic. 2. Offic. 37.
Legatum capere. Iuuenal. Saty. 9. 9.
Oculis locum capere. Virg. 2. Georg. 46. id est, eligere. Seruius.
Loca. Cæsar 3. bel. Gal. 443.
Cepit luctus ciuitatem. Liu. 5. bel. Pun. 117.
Cepit eā Luxuria præfectos. Liu. 6. bel. Maced. 47.
Tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum. Terentius And. 1. 2. 21.
Magistratum, id est, adipisci. Cic. pro lege Manilia 44.
Magnitudinem mensarum non capit bruscum. Plinius lib. 15. cap. 16. 1. id est, si tam magnum non est lignum, ut ex eo fieri possent mensæ.
Maturitatem. Colum. lib. 4. cap. 23. 1.
Mente. Liu. 7. bel. Pun. 270.
Metum. Liu. 3. bel. Maced. 41.
Miseriam, cui capere uoluptates opponitur. Plaut. Amp. 10. 58.
Terent. Adelph. 5. 4. 20.
—miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Misericordiam. Cic. pro Quintio 65.
Moderamina capere. Ouid. 3. Metam. 129.
Intelligit gubernaculi moderamen hoc loco.
Modum. Plaut. Aulul. 15. 14.
Mortem. Cic. Antequam iret in exilium 14. Neq; enim mors misseranda est, quæ ob Rempub. capitur.
Capere nomen ex re aliqua. Cæsar 1. bel. Gal. 52.
Noxam. Colum. lib. 11. cap. 1. 16.
Capere obliuionem. Plin. lib. 7. cap. 24. 2.
Obliuia nostri te ceperunt. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 3.
Cepit animos eorum, uel pectora obliuio. Liu. 7. bel. Pun. 73.

Digitized by Google

Idem 8.bel. Maced. 202. Cic. 3. Philipp. 129.
Capere odium alicuius. Terent. Hecy. 2.1.22. Cic. 2. Philip. 94.
Odorem. Plin lib. 13. cap. 1. 10.
Officium capere alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 9.
Omen. Cic. 1. de Diuinat. 167.
Opinionem uirtutis. Cæsar 8. bel. Gal. 30
Oppida. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 9.
Capere pallorem. Colum. lib. 12. cap. 50. 15.
Cepit ciuitatem pauor. Liu. 5. bel. Pun. 116.
Pecuniam: ubi agitur de rapina. Cic. 3. Verr. 62.
Pecuniam ob rem iudicandam. Cic. 2. de Finib. 87.
Pignus. Plaut. Amph. 3. 68.
Pignora, uel auferre pignora, Est quod nũc dicimus captionem bonorum. Budæus.
Capere pœnam de aliquo. Liu. 2. ab Vrbe. 20.
Pœnas criminis capere. Lucan. lib. 2. 38.
Portum. Cæsar bel. Gal. lib. 4. non ita procul à fine.
Prædam de prædonibus. Plaut. Trucul. 4. 12.
Præmia. Virg. 5. Aeneid. 47.
Præmia ab aliquo. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 9.
Præsagia. Plin. lib. 18. cap. 35. 2.
Primordia à re aliqua. Cic. 3. de Legib. 13.
Prouinciam. Terent. Phorm. 1. 2. 23. —ô Geta prouinciam
Cepisti duram.
Pugnas capere. Stat. 1. Syl. 6. 11. Significat pugnare.
Capere quietẽ. Cic. ad Att. li. 9. 182. 2. Et tamẽ omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo, nec partẽ ullã capio quietis.
Sicut erat positum cæspite fulta caput. Ouid 1. Metam. 126.
Radicem. Plin. lib. 17. cap. 17. 1.
Capere rationem, Inuenire modum. Terent. Heaut. 5. 2. 11.
Rationem aliter. Teren. Heaut. 5. 2. 6. Nec rationem capio, nisi quòd tibi ex animo bene uolo, id est ignoro causam.
Rationem oculis. Plaut. Pseud. 9. 1.
Cepit quosdam religio. Liu. 8. bel. Pun. 81.
Rimam non capit cedrus. Plin. lib. 19. cap. 40. 11.
Robur. Plin. lib. 17. cap. 17. 3.
Capere satietatem. Plaut. Amph. 5. 5.
Cepit eum satietas huius rei. Terent. Eun. 3. 1. 14.
Capere sedem. Liu. 8. bel. Maced. 69.
Socium consilijs capere. Virg. 5. Aeneid. 141.
Somnum. Cic. 4. Tusc. 66. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset.
Sonitum non posse capere auribus. Cic. de Somnio Scip. 19.
Specimen. Cic. 1. Tusc. 50.
Spem. Colum. lib. 3. cap. 9. 5. Ita ferocissimarum animæarum seminibus electis, largæ uindemiæ spem capiamus.
Spolia è laude alicuius. Cic. 2. Tusc. 39.
Stipendium. Cæsar 1. bel. Gal. 187.
Cepit eum tædium belli. Liu. 8. ab Vrbe 5. Oui. 9. Metam. 124.
—nec tædia cœpti
Vita mei capiam.
Tædia laudis te capiunt. Virg. 4. Georg. 67.
Capere tempus, pro obseruare. Cic. ad Brutum, lib. 11. 16. 3.
Terram capere, pro eligere terram. Virg. 1. Aeneid. 80.
Terror cepit eum. Liu. 1. bel. Maced. 135.
Timorem pro aliquo. Virg. Aeneid. 6. 71.
Vectigal ex agro aliquo. Liu. 8. bel. Pun. 206.
Verecundia eum cepit. Liu. 4. bel. Pun. 193.
Versoriam, Mutare consilium. Plaut. Trinum. 14. 19.
Vetustatem. Colum. lib. 4. cap. 1. 6.
Viam animo. Liu. 2. bel. Pun. 212.
Vires. Plin. lib. 17. cap. 21. 9.
Capere uirtutem animo, & corde expellere desidiam. Plautus Trinum. 10. 24.

Vitiũ. Col. lib. 3. ca. 18. 2. Nam fragilis est ea parte materia, qua torta, & recuruata, quum deponeretur ceperat uitium.
Voluptatem. Cic. 7. Verr. 30.
Voluptatem malis alienis. Cic. 4. Tusc. 108.
Voluptatem animo. Cic. pro Plancio 1.
Voluptatem ex abitu alterius. Plaut. Amph. 8. 10.
Voluptatem cum aliquo. Plaut. Amph. 3. 114.
Voluptas mihi capitur, Voluptatem capio. Ouid. 4. de Ponto eleg. 9. 8.
Vsuram corporis alterius uxoris, pro adulterum esse. Plautus Amph. 3. 108.
Vtilitates ex amicitia. Cic. de Amicit. 31.
Capere uultum & gestum. Terent. Phorm. 5. 77. Nunc gestus mihi, uoltusq; est capiendus nouus.
Capiendus. Virg. 4. Georg. 79,
Hic tibi nate prius uinclis capiendus. De Protheo.
Captus, (ἀφθείς, ἁλούς) Participium. ut Intercluſus & captus. Cic. Attico, lib. 10. 173. 8
Capti conatus frustra. Liu. 3. ab Vrbe 19.
Vi captus & armis. Claud. lib. 4. Paneg. 77.
Agri de hostibus capti. Cic. pro Domo sua 98.
Arx capta, Expugnata. Ouid. de Nuce 31.
Locus captus. Ouid. 1. de Arte aman. 47.
Mentes captæ. Ouid. 4. Metam. 13.
Oppida capta. Propert. lib. 3. eleg. 4. 4.
Pectus captum. Ouid. 1. de Rem. amor. 22.
Captum tempus ad aliquam rem. Liu. 3. bel. Maced. 41.
Captus est: Subaudi, amore. Terent. And. 1. 1. 55. Egomet continuò mecum, certè captus est. Vbi Donatus, Captus est, Tenetur. Ex translatione ferarum atq; uenatus.
Captus amore. Cic. pro Cluentio, 9. Virg. 6. eclog. 12. —hæc quoq; siquis Captus amore leget. Seruius interpretatur, Siqs legere ista fuerit dignatus: Aut. ut ego interpretor, Siqs amabit legere mea carmina. Sic utitur tertio quoq; Georg. 56.
Auro captus. Horat. 2. Carm. ode 18. 8.
Carmine captus, Delectatus. Virg. 4. Georg. 70.
Captus turpi cupidine. Virg. 4. Aeneid. 39.
Diuitijs captus, Diuitiarũ amore uictus. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 4.
Dolis capti. Virg. 2. Aeneid. 40.
Captus dulcedine pecuniæ. Matius ad Cic. lib. 11. 28. 6.
Dulcedine uocis captus. Ouid. 1. Metam. 143.
Forma capta uiri. Ouid. 10. Metam. 105. Forma, ob formam.
Fulgore aulæ captus. Senec. in Octa. 2. 1. id est, regni.
Insidijs capta puella. Ouid. epist. 19. 14.
Somnijs captus. Horat. 4. Carm. 1. ode 8.
Captus splendore nominis. Cic. 1. de Finib. 66.
Captus quadam superstitione animi. Liu. 6. bel. Pun. 99.
Verbis capta puella. Ouid. 1. de Arte 91.
Capti uoluptate imperiti, facilè ijs quibus delectantur, consentiunt. Quint. lib. 5. cap. 11. 15.
Captus & fraudatus. Cic. 9. Offic. 91.
Animo captus, Insanus. Senec. in Herc. furent. 1. 22.
Captus auribus & oculis. Cic. 5. Tusc. 164. Hoc est, usu & aditu priuatus.
Captus corde amans, id est, parum cordatus, uel insanus. Plaut. Trinum. 10. 51. Nisi potius exanguem & pene de mortuum intelligamus, quod qui amant, cibum & potum fastidiant, ui talem autem facultatem in corde residere certum est.
Errore captus. Cic. 21. Philipp. 322.
Fraude capti, Senec. in Agamemn. 7. 9.
Captus furore, Est qui furit. Liu. 4. bel. Pun. 120.
Captus membris dicitur qui officio membrorum priuatus est. Cic. pro Rabirio 15, Confectus senectute, præpeditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis.

Digitized by Google

Captus mente, Qui nõ est sanæ mẽtis. Cic. 1. Offi 134. Falli, errare, labi, decipi tã dedecet, quàm delirare & mẽte capũ esse.

Captus oculis à Cicerone dicitur. 6. Verr. 90. de eo qui uisam rem concupiscit, Tametsi (inquit) ne oculis quidem captus in hanc fraudem, tam sceleratam ac tam nefariam decidisti. Nam id concupisti quod nunquam uideras, &c. auribus tu tantam cupiditatem concepisti, ut eam non metus, &c.

Talpæ capti oculis Virgil. 1. Georg. 37. Hoc est, oculis debiles. Quum enim talpæ cæci nascantur, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando uiderunt. Seruius.

Captus, huius captus, m. g. (κατάληψις) Terent. Adel. 3. 4. 34. Præterea ut captus est seruulorum, non malus. Vbi Donatus, An quantũ capit animus seruilis, tantũ non malus, neq; iners Getæ? An, ut captus est seruulorũ, quemadmodũ sæpe aucupium in seruis habendis bonũ euenit? ut in captu auiũ, uel piscium, uel ferarum plurimũ fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia seruum euentre bonũ, non ratio est, aut natura, sed casus est: utpote in re rarissima. Vt sit, ut captus est seruulorum, id est euentus est in seruis. Vt captus, &c. Id est, Vt se habet conditio seruorũ. Africanus in Simulante, Is, ut seruorum captus est facillimè domo atq; nostra familia prouenditur. Ergo Captus, sortem intelligo. Hactenus Donatus. Cic. 2. Tusc. 110. Græci autem homines nõ satis animosi, sed prudentes, ut est captus hominum, satis hostem aspicere non possunt.

Captus aliter. Plin. lib. 24. cap. 10. 6. Flos cuiuscunq; generis trium digitorum captu, dysentericos & aluum citam emendat, in uino austero, bis die potus. Trium digitorum captum uocat, quantum tribus digitis capi potest.

Capturus, pen. pro. λαμβάνων, Part. futurum. Cic. de Amic. 67, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos.

Captura, capturæ, pen. prod. (ἄγρα) Idem quod captio. Plin. lib. 19. cap. 1. 4. ad piscium & alitum capturam. Sic. Capturæ interesse. uide Interesse.

Captura, pro re capta. Plin. lib. 10. cap. 40. 1. Platea capita capturarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat.

Captura, pro quæsticulo, inquit Budæus. Suetonius in Caligula, cap. 40. Ex gerulorũ diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis prostitutarũ quantum quæq; uno concubitu mereret.

Captura, pro Præda. Plin. li. 11. ca. 24. 5. Quũ uerò captura incidit, quàm uigilãs & paratus ad cursum! De araneo uenãte.

Captio, (λῆψις, λῆμμα) Aliud uerbale, Ipse actus capiendi: ut Honorum captio, quæ & captatio dicitur.

Captio, (ὑπαγωγὴ, ἀπάτη, σόφισμα) Deceptio. Plaud. Epid. 5. 109. Verùm si plus dederis, referam: nulla in ea re captio est.

Captiones dialecticæ. Cic. 2. de Finib. 28.

Præstigiæ & captiones. Cic. 4. Acad. 84.

Captio in uerbis. Cic. de Claris Orat. 102.

Explicare captiones. Cic. 2. de Diuinat. 60.

Captiones habet hæc sententia. Cic. in Partitionibus 73.

Inducere se in captiones. Cic. 2. de Diuin. 60.

Refellere captiones. Cic. de Fato 46.

Captiuncula, pen. corr. (ἀπάτιον) Diminut. Cic. ad Atticũ, lib. 15. 325. 4. Seruius uerò pacificato cum liberiolo suo uidentur obijsse legationem, & omnes captiunculas pertimescere.

Captiosus, pen. prod. (ἀπατηλὸς, σοφιστικὸς) Adiectiuum, Captionibus siue deceptionibus plenus. Cic. pro Qu. Rosc. 30. Quo nihil captiosius, neq; indignius dici potest.

O' societatem captiosam & indignã, ubi alter HSIↃↃↃ, alter CCCIↃↃↃ quod sit in societatem affert?

Captiosa probabilitas te fallit. Cic. de Finib. 109.

Captiosissimum genus interrogationis. Cic. 4. Acad. 90.

Fallax & captiosa interrogatio. Cic. 4. Acad. 86.

Captiosa soluere. Cic. 1. de Finib. 33.

Captiosum pro damnoso. Cic. de Claris Orat. 101. Captiosum, esse populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione quæri uoluntates. Vlpianus in L. Si cum ff. Quod metus causa, Ne metus quem passus sum, mihi captiosus sit.

Captiosè, Aduerb. (ἀπατηλῶς) Cic. 4. Acad. 167. Sic me, inquit, antè sustineo, nec diutius captiosè interrogãti respõdeo.

Captiuus, pen. prod. (αἰχμάλωτος, δορύλητος) Adiect. dicitur uinctus: quòd nõ sui iuris sit, sed in potestatẽ alterius redactus. Cic. 3. Tusc. 91. Nec si aliquot annis post idẽ ille liber captiuus missus esset, uulneribus mederetur, sed cicatricibus.

Captiuus, absolute. Virg. 9. Aeneid. 57,

—captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma.

Captiui & dediticij. Cic. ad Brutum, 3. 5.

Frugi & diligentes captiui. Cic. 8. Philipp. 254.

Reddere captiuos. Cic. 1. Offic. 59.

Tristis captiuus. Iuuenal. Saty. 10. 14.

Armenta captiua. Claud. 1. in Eutrop. 80.

Dare captiua brachia uinculis. Senec. in Herc. Oetb. 2. 2.

Mens captiua. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2. 6.

Miles captiuus. Claud. 2. in Eutrop. 117.

Pisces captiui. Ouid. 3. Metam. 198.

Res captiuæ, Ab hostibus captæ dicuntur. Plin. Nat. Histor. lib. 33. cap. 1.

Captiuus sanguis, pro captiuorum. Virg. 10. Aeneid. Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammas. Et ciuitatem captiuam dicit Cic. quæ nefariorum & sceleratorũ coniurationibus subdita est.

Vestis captiua. Virgil. 2. Aeneid. 152. Pro captiuorum, captiua ponitur: & est nota locutio. Seruius.

Captiuum, aut captiuam ducere alicui. Claud. 2. de Rapt. Proser. 93.

Ducere aliquem captiuum in triumpho. Cic. Vatinio, li. 5. 11. 5.

Redimere captiuos ab hostibus. Author ad Herennũ. lib. 3. 92.

Captiuos necare. Cic. 3. de Nat. deor. 117.

Captiuitas, pen. cor. captiuitatis, (αἰχμαλωσία) Ipsa uendicatio. Tacit. Quocunq; oculos Romanus intenderet, captiuitatem clademq;, & dira omnia obuersari. Plin. lib. 8. cap. 37. Vt fermè antè captiuitas occupet.

Capto, captas, (μάρπτω, ἁρπάζω, δόρατίω, ἁρπάσμα) captare, Frequentatiuum. Ouid. 8. Metam. 40,

—modò quas uaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modò pollice ceram Mollibat.

Colla captare lacertis. Ouid. Epist. 8. 19.

Fontem captare manu nuda, Haurire. Seneca in Hippol. 4. 33.

Aduentum alicuius captare. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 5.

Aera auribus captare. Virgil. 3. Aeneid. Naturale enim est, ut à quâ parte flaturus est uentus, ad eam auris admota frigidior fiat. Seruius.

Assensionem. Cic. 1. de Inuent. 66.

Captare auram libertatis. Liu. 3. ab Vrbe 151.

Auras captare naribus. Virg. 1. Georg. 76.

Auras captare dicuntur uenatici canes, quum odorando uestigia sequuntur ferarum. Seneca in Hippol. 1. 8.

Nunc dimissi nare sagaci Captent auras.

Basia. Martialis lib. 1. 32.

Beneuolentiam. Cic. 1. de Inuent. 31.

Cœnam captare. Martial. lib. 7. 28.

Compendium captare. Tranquillus, Ex senio mortem, ex morte compendium captantes.

Consilium. Teren. And. 2. 4. 1.

Captare dominationem. Tacit. lib. 4.

Fauorem captare ex præstantia animi. Quint. lib. 6. cap. 1. 19.

Feras captare laqueis. Virg. 1. Georg. 28.

Prigus captare inter flumina & fontes. Virg. 1. eclog. 11.

Captatur

Digitized by Google

Captatur gloria. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 15.
Gratiam. Plin. in Paneg.
Misericordiam. Cic. de Inuent. 156. Et 2. Philipp. 90.
Mores nouos. Plaut. Trinum. 4. 29.
Muscas, pro uenari, insidiari. Tranquil. in Domit.
Nomen, Cic. ad Brutum, lib. 11. 4. 1.
Nubes & inania captare. Horat. in Arte, Hoc est, nimis ardua & sublimia moliri.
Obsonia captare. Horat. 2. Serm. saty. 7. ode 22.
Occasionem. Cic. de Arusp. resp. 51.
Occasiones maiorum operum captare dicuntur phrenetici quidam qui etsi desipiunt, summa tamen specie sanitatis præbent, dum ea moliuntur, quæ à sanæ mentis homine aliena non sint. Celsus lib. 3. cap. 18. Eius autem plura genera sunt: siquidem ex phreneticis alij hilares, alij tristes sunt, alij facilius continentur, & intra uerba desipiunt, alij consurgunt, & uiolenter quædam manu faciunt: atq; ex his ipsis alij nihil nisi impetu peccant, alij etiam artes adhibent, summamq; speciem sanitatis in captandis maiorum operum occasionibus præbent. sed exitu deprehenduntur.
Pisces arundine captare. Ouid. 8. Metam. 44.
Plausus. Cic. in Pisonem 47. Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum: captare plausus, uehi per urbem, conspici uelle.
Puellas captare. Ouid. 1. de Arte 81.
Risus. Cic. 2. Tuscul. 25.
Sermonem alicuius. Terent. Phorm. 5. 6. 29.
Solitudines. Cic. 3. Tuscul. 106.
Somnos, Dormire. Colum. lib. 7. cap. 10. 3.
Sonitum aure admota. Liu. 8. bel. Maced. 28.
Suffragia captare populi. Horat. 2. Epist. 2. 21.
Tempestates. Liu. 5. ab Vrbe, 24.
Tempus. Liu. 6. bel. Pun. 61. Vt inde tempore captato abirent.
Temporum momenta captare. Tranquil. Martial. Omnes temporum captabat articulos.
Captare umbras arborum, fonticulorum amœnitatem, uel auræ refrigerationem. Colum. lib. 1. cap. 11. 14. Et apud Virg. Frigus captabis opacum.
Voces captare auribus. Curtius lib. 10.
Voluntates hominum. Cic. 2. de Orat. 18. Legitur & Excipere. Voluptatem. Cic. 1. de Finib. 37.
Captare uoluptatem ex aliqua re. Plin. epist. 161.
Captare aliquē, id est, tentare & conari ut aliquem uel decipiamus, uel illectamentis pertrahamus ad nos: Insidiari. Terent. Hecy. 1. 1. 16. Iniurium est autem ulcisci aduersarios?
Aut qua uia captent te illi, eadem ipsos capi? Mart. lib. 9. 93.
Dum me captares, mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi Rufe. nihil.
Doctè atq; astutè captare aliquem. Plaut. Mostel. 15. 21.
Captare aliquem emolumento aliquo. Cic. 2. de Inuent. 238.
Captans, captantis, (μάρπων) Participium. ut
Collum captantis brachia. Ouid. 3. Metam. 86.
Tempus captatum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 25.
Captatio, Verbale, (θήρασις) Est uenatio, & ueluti honorum captio, quam prehensionē Cicero uocat. Plin. lib. 20. cap. 14. 14. Et paulo antè, Iulium Vindicem assertorem illum à Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum.
Captatio uerborum. Cic. in Partitionibus, 43.
Captatio geminata. Quint. lib. 5. cap. 13. 42.
Captator, pen. prod. (θηρατὴς) Qui uenatur & ambit aliquid quouis modo. ut Captator auræ popularis. Liu. 3. ab Vrbe 137, Adeoq; nouum sibi ingenium induerat, ut plebicola repentè, omnisq; auræ popularis captator, &c.
Captator, pro hæredipeta & inescatore senum orborum, quibus blanditur ut sibi hæreditas aut quidnis aliud relinquatur. Iuuen. Saty. 10. 21.
Vq; adeò grauis uxori, natisq;, sibiq;,
Vt captatori moueat fastidia Cosso.
Captatorius, (θηρατικὸς) Adiectiuum, ut captatoriæ scripturæ, & captatoriæ institutiones, id est, adulatoriæ, ut interpretantur Papinianus & Caius iurisconsulti.
Capesso, capessis, capessi, capessum, secundum Diomedem uel capessiui, capessitum, pen. prod. secundum Priscianum, (ἐφάπτομαι, ἐπιβάλλομαι) uerbum est actiuum. nam dicimus capesso, capessor. Significat autem capere. ut, Capessere fugam. Plaut. Aulul. 17. 4. In herum matura, in se sera condecet capessere.
Capessere cibum hiatu oris & dentibus ipsis. Cic. 2. de Natura deor. 182.
Capessere de itinere dictū. Plaut. Rud. 4. 89, Si ad saxum quod capessit, ea deorsum cadit, &c.
Quò nūc capessis tu te hinc aduorsa uia? Plau. Bacchid. 2. 5.
Capessere se domum. Plaut. Amphit. 4. 108,
Montem capessere, Ascendere montem. Valer. libro 4. Argona. 64.
Capessere se in alta maris, Pro immittere. Plaut. Asin.
Capessere se præcipitem ad malos mores. Plaut. Bacch. 21. 1.
Capessere arma uel bellū. Liu. 4. ab Vrbe 228. Vir. 3. Aen. 47.
—socijs, tunc arma capessant Edico.
Consilium. Plaut. Rud. 5. 14.
Curas imperij, & inuigilare publicis utilitatibus. Plin. in Panegy. 111.
Capessere cursum ad aliquem. Plaut. Cap. 13. 9.
Capessere fugam, Fugere. Liu. 1. ab Vrbe 104. & lib. 9. 207.
Capessere iussa alicuius, id est, perficere. Virg. 1. Aeneid. 17. Imperia. Plaut. Trinum. 6. 19.
Capessere honorem. Tacit. lib. 13. 182. 12.
Capessere libertatem. Cic. 10. Philipp. 283.
Locum capessere, pro affectare, & urgere. Cic. 2. de Nat. deor. 173. de Sphæra, Omnes enim partes eius undiq; medium locum capessentes nituntur æqualiter. Budæus.
Capessere munia. Colum. lib. 12. cap. 1. 3.
Capessere obsidia. Tacit. lib. 12. 154. 9.
Capessere aliquid oculis, Contemplari, intueri. Liuius 7. bel. Maced. 99.
Capessere partem curarum. Tacit. lib. 12. 156. 19.
Pastum capessere. Cic. 2. de Nat. deor. 180. & 181.
Capessere facinoris principium. Tacit. lib. 15. 237. 37.
Capessere pugnam. Liu. 3. ab Vrbe 27. Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus. Lucan. lib. 3. 110.
Recta capessere, Rectam uiam ingredi, id est, honestum sequi. Horatius 2. Serm. Saty. 7. 2.
Pars hominum uitijs gaudet constanter, & urget
Propositum: pars multa natat, modò recta capessens,
Interdum prauis obnoxia.
Capessere Rempublicam, id est, administrare, gubernare defendere. Sallust. Expergiscimini aliquando, & capessite Rempublicam, id est, defendite. Idem. Cic. ad Lentulum. lib. 1. 8. 8. Dignitas in sentētijs dicendis, libertas in Republica capessenda.
Capessere solennia regni. Tacit. lib. 5.
Superiora capessere. Cic. 1. Tusc. 67.
Capessere urbem aliquam, pro conferre se ad eam. Cic. ad Attic. lib. 10. 200. 2.
Ad capessendas cæremonias promptior animus. Tacit. lib. 4. 83. 9.
Capessendis inimicitijs facilis. Tacit. lib. 5.
Capax, capacis, pen. prod. om. gen. (δεκτικός, φωρητικός, ὑποδοχὴν χωρῶν) Quod capit seu cōtinet, aut cōtinere potest. Plin. lib. 10. cap.

Digitized by Google

10.cap.33.2.Hirundines utero capaci. Plin.lib. 11.cap. 37. 68.A quibus capaciora inteſtina ad aluum.
Capax calix ad ſextarios tres.Plin.lib.37.cap.2.6.
Circus capax populi.Ouid.1. de Arte aman. 28.
Domus capax.Ouid.ad Liuiam,53.
Regnum capax.Seneca in Herc.furent.9.9.
Capacibus ripis effuſus amnis.Ouid.3.Amor.eleg.5.4.
Scyphi capaciores.Horat.Epod.9.7.
Vrna capax.Horat.3.Carm.1.ode 4.
Capaces aures.Cic.in Orat.56.
Ad præcepta capax animus.Ouid.8.Metam.49.
Animo capaci concipere.Ouid.15.Metam.1.
Ingenium capax.Ouid.8.Metam.107.
Capax amicitiæ.Plin.Epiſt.37.c.
Animæ capax pulmo.Senec.in Oedip.4.16,id eſt,flatus.
Inuidiæ capax.Senec.in Troad.6.15,id eſt, quod inuidias ſuſtinere poteſt.
Scelerum capax iuuenis.Seneca in Octau.4.11.
Officij capax.Claud.1.in Eutropium,16.
Capaciſſima omnis ſecreti uxor.Plin.epiſt.12.lib.1.
Capacitas,pen.corr.capacitatis,(χώρησις,σύρυχωρία)Amplitudo loci,quæ capere & continere poteſt. Colum.lib.12.ca. 43.10, Et quum paulum ſub umbra refrixerint, ternæ aut etiam quaternæ pro capacitate uaſorum in ollas demittuntur. Cic.1.Tuſc.94, Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus eſſe, quo tanquam in aliquod uas, ea quæ meminimus,infundantur.
Capis] capidis,pen.cor.f.g. (κάπις) Genus poculi à capiendo dictum. Feſtus.Plin.lib.37.cap.2.8.Liu.10,ab Vrbe,30, Cum capide ac lituo,capite uelato uictimam cædat.
Capiſterium] capiſterij,(λυμιτήριον) Genus inſtrumenti expurgandis ſeminibus apti. Colum.lib.2. cap.9.9, Quicquid exteretur,capiſterio expurgandũ erit: & ſemper quod propter magnitudinẽ ac pondus in imo ſubſederit, ad ſemen reſeruandum.Quidam hoc loco legunt caphiſterium.
Capiſtrum,Capiſtro] capiſtras.Vide Caput.
Capitarium æs] quod capi poteſt.Feſtus.
Capitatus,Capitellũ,Capitiũ,Capito.Vide Caput.
Capitha] καπίθη, Menſuræ genus eſt,duas continens chœnicas,more Attico.Xenophon lib.1.ἀνάβ. Farinæ Capithã, inquit, ſiglis comparabat quatuor. Cæl.lib.10.cap.2.
Capito] pen.corr.cognomẽ eius qui magno capite fuit:à quo poſtea tota familia eodem nomine uſa eſt. Sipontinus.
Capito Lycius compoſuit hiſtoriam Iſauricam libris octo. Epitomas Liuij & Eutropij in Græcum uertit ſermonẽ.Scripſit & res Lyciæ & Pamphiliæ. Author Volaterranus lib.14.
Ponteius Capito.Horat.1.Serm.Saty.5.7.
Capitolĩ,(καπιτώλιον)Prægrandis arx Romæ,in monte Saturnio, ex præda Apiolarum, Latinorum urbis, à Tarquinio Superbo extructa. Author Plinius lib.3.cap.5.34,Varro de Ling.Lat. Capitolium dictum, quòd hic quũm fundamenta foderentur ædis Iouis, caput hominis inuentum dicitur.Liu.1. Decad.lib.5, ad finem. Hic mons antè Tarpeius dictus à uirgine Veſtali Tarpeia, ibi à Sabinis necata armis, uel (ut alij) armillis; & ſepulta. eius nominis monimentum relictum, quòd etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur ſaxum. Vide hiſtoriam apud Liuium 1. Decad.lib.1.55. Cic. Antequam iret in exilium,15.
Alta Capitolia.Virg.6.Aeneid.167.
Celſa Capitolia.Virg.8.Aeneid.128.
Fulgens Capitolium.Horat.3.Carm.ode 3.9.
In Capitolium perfugere.Tacit.lib.2.
Capitolinus,pen.prod.Adiectiuum,(καπιτωλῖνος)ut Capitolinus Iupiter.Cic.pro Domo ſua 111.
Iouis Capitolini laudes uel perpetua ſacri certaminis materia non dubiæ ſunt,uel oratorio genere tractantur. Quintilianus libro 3.capite 7.3.
Cliuus Capitolinus.Cic.pro Rabirio,24.
Sedes Capitolinæ.Stat.lib.5.Syl.1.38.
Capitolinus fuit cognomen eius qui caput inuenit quum Capitolium extrueretur. Quo nomine dictus fuit author quidã qui de Cæſaribus ſcripſit.
Capitulatum,Capitulatim,Capitulũ] Vide Caput.
Capnias] καπνίας, gemma eſt ex Iaſpidum generibus quodam ueluti fumo infecta, unde & nomen accepit. Plin. lib. 37.cap.9.
Capnites] gemma eſt pluribus ſpiris fumida, in Cappadocia & in Phrygia naſcens, ebori ſimilis. Plinius libro 37. capite 10.
Capnitis] καπνίτης, herba eſt eadem cum fumo terræ. Eſt item Capnitis, Cadmiæ ſpecies tenuiſſima, quæ è fornacibus flamma atq; flatu egeſta, cameris lateribusq; formarum adhæret Plin.lib.34.cap.10.
Capnobatę] penult.corr. Populi,qui Myſi dicuntur:Strabo libro 7.Scribit autem Poſidonius Myſos religioni indulgentes, ab animantibus abſtinere, & eam ob cauſam pecus omne uitare,melle uerò & lacte & caſeo ueſci. Quumq; tranquillam exagitent uitam, ob deorum culturam, deicolæ & Capnobatæ,id eſt,fumi conſcenſores nominantur.
Capnos] capni, Herba, cuius meminit Plinius lib. 23.cap. 13. 11. & lib. 16. cap. 7, Capnon herbam qui edere, bilem per urinam reddunt. Ruellius libro 3. cap. 124. Capnos, Romanis fumaria, herba eſt Plinio fruticoſa,coriandro ſimilis, prætenera, folio albiore, cineracei coloris, undiq; numeroſo flore purpureo. Succus claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemq; ceu fumus, inde nomen accepit. Gallis hæc Fumus terræ uocatur. Eſt & alia capnos, Plinio, quam pedes gallinaceos uocant, naſcens in parietinis & ſepibus, ramis tenuiſſimis, ſparſisq;, flore purpureo, uiridis, ſucco caliginem diſcutit: itaq; in medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu alia, quam paulò antè diximus.
Capnomantia, καπνομαντία, diuinationis genus, quòd fiebat ex fumi diſſectione,qui è thure in ara accenſo emanabat. Inde Capnomantes dicti. Alexan. ab Alexand. libro 4. capite 17.
Capnũmargos] Argilla eſt ruſa, intermiſſo lapide terræ minutæ arenoſæ, qua uelut adipe terræ, arua pinguescunt in Gallia & Britannia. Inſpergitur aut rara, ſaleq; eam miſceri putant,ſemel uerò iniecta in quinquaginta annos ualet & frugum & pabuli ubertate. Author Plin. lib.5.cap.24.
Capote] Aſiæ mons eſt,ex quo aliqui Euphratem oriri credi derunt.Plin.lib.5.cap.24.
Capo,onis.Vide Capus.
Cappa] κάππα, Nomen literæ Græcæ: pro qua Latini utuntur C. Quo nomine Græci(ut Suidas docet)quum hominem malum uolunt prouerbio ſignare, unum cappa: quum peiorem duo cappa: quum peßimum,tria habere cappa dixerunt: uolentes eum intelligi eſſe Cretenſem, Cilica,Cappadoca: qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur. Vide Eraſmi Chiliadas.
Cappadocia, καππαδονία, Regio eſt in Aſia, Euxinum uerſus quam Macedones in duas Satrapias à Perſis diuiſam accipientes, ex Satrapijs in regna redegerunt, atq; maiorem Cappadociã quæ Taurũ uerſus eſt,propriè Cappadociã uocauerẽt:alterã Pontũ.Eius aũt latitudo eſt à Ponto Taurũ uerſus,mille ferè & octingentorũ ſtadiorũ:longitudo uerò à Lycaonia atq; Phrygia uſq; ad Euphratẽ,ad Aurorã & Armeniam

Digitized by Google

niã ad tria millia ſtadiorum. Ea frugibus abundat, præſertim frumẽto & pecore omnis generis, tota ferè lignis carẽs, quæ quum Ponto ſit Auſtralior, frigidior tamen eſt. Hæc Strabo lib. ſuæ Geographiæ 12. in principio. Cappadociam Ptoleꝛmæus tabula Aſiæ prima deſcribit. & Plin. lib. 6. ca. 2. & 3.

Cappadociæ regio. Cic. Catoni, lib. 15. 49, Itaq; exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem putaui.

Cappadox, pen. corr. (καππάδοξ) Cappadocis, pen. corr. &

Cappadocus, Qui eſt ex Cappadocia. Cic. poſt Reditum in Senatu 12. Cappadocem modò abreptum de grege uenalium diceres.

Cappadocum montana cohors. Lucan. lib. 7. 45.

Cappadocum nobilitas. Tacit. lib. 14.

Mancipijs locuples, eget æris Cappadocum rex. Horat. 1. Epiſtu 6. 8.

Feroces Cappadoces. Lucan. lib. 3. 49.

Pingues Cappadocas paſcere. Perſius Saty. 6. 9. De ſeruis intelligit, qui ex Cappadocia multi aduehebantur.

Cappagum] κάππαγον, Hiſpaniæ oppidum eſt in Bœtica prouincia, Gaditani conuentus. Plin. lib. 3. cap. 1.

Capparis] huius Capparis, pen. corr. f. g. (κάππαρεις) Fruticis genus. Plin. lib. 13. cap. 23. Ibi & capparis firmioris ligni frutex, ſeminisq; & cibi uulgati, caule quoq; unà plerunq; decerpto. Colum. lib. 11. in fine, Capparis plurimis prouincijs ſua ſponte noualibus naſcitur. ſed quibus locis eius inopia eſt, ſi ſerenda fuerit, ſiccum locum deſiderabit. Isq; debebit antè circundari foſſula, quæ repleatur lapidibus, & calce, uel punico luto, ut ſit quaſi quædam lorica, ne poſſint eam perrumpere prædicti ſeminis frutices: qui ferè per tòtũ agrum uagantur, niſi munimẽto aliquo prohibiti ſint. quod tamen non tantum incommodum eſt (ſubinde enim poſſunt extirpari) quantum quòd noxium uirus habent. ſuccoq; ſuo ſterile ſolum reddunt. Cultu aut nullo, aut leuiſſimo contenta eſt: quippe quæ res etiam in deſertis agris citra ruſtici operam conualeſcit. Colum. lib. 10. 24.

Capparis & triſtes Inulæ, ferulæq; minaces.

Cappar etiam dicitur. Palladius, Hoc menſe menta & paſtinaca, thymum & origanum & cappar.

Cappas] marinos equos Græci à flexione poſteriorum partium appellant. Feſtus.

Capra, Caprea] Vide Caper.

Capraria] Inſula in mari Thuſco ſeu Liguſtico, capris abundans, quam Græci Aegilon dicunt. Plin. lib. 3. cap. 6. Vulgò Iſcla de Capri.

Caprarij cognomen C. Metellus ex contumelia traxit. Cic. lib. 3. de Orat. Itaq; Scipio de eo dixit, matrem eius, ſi quintum pareret, aſinum fuiſſe pariturã.

Capraſia] Vnum eſt ex oſtijs Padi fluuij apud Plin. lib. 3. cap. 18.

Capreæ] καπρέαι, Inſulæ proximæ Neapoli, Tiberij principis arce nobiles. Plin. lib. 3. cap. 6. Huius arcis meminit in Tiberio Suetonius.

Dites Capreæ. Stat. lib. 3. Sylu. 1. 26.

Aquæ Capreæ. Oui. 5. Faſt. 33. Id eſt, mare quod Capreas alluit.

Capreæ palus. Ouid. 2. Faſt. 99.

Capretæ] Aſiæ populi, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam & Armeniam, ubi fuit poſtea condita Apamia à Seleuco rege, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

Capria] lacus eſt apud Strabonem in deſcriptione Pamphiliæ, lib. 14.

Capricornus] αἰγόκερως, Cœleſte ſignum, quod Pana fuiſſe exiſtimant, quòd poſteriorem partem in effigiem piſcis priorem uerò in formam hirci commutauit: cuius ingenium admiratum Iouem, ferunt hanc figurã in cœlum tranſtuliſſe. Stellam habet in naſo, in pectore duas, in pede duas, Inter ſcapulas ſeptem, in uentre ſex, in cauda duas. Cic. 2. de Natura deor. 165.

Tum gelidum ualido de pectore frigus anhelans
Corpore ſemiſero magno Capricornus in orbe. Eadem lege in Arato 7.

Lotus Heſperia Capricornus aqua. Prop. lib. 4. eleg. 1. 18.

Tyrannus Heſperiæ Capricornus undæ. Hor. 2. Car. ode 17. 4.

Caprificus] Caprifici, pen. pro. f. g. (ἐρινεὸς) Picus ſylueſtris. Plin. lib. 15. cap. 19. Caprificus uocatur è ſylueſtrium genere ficus nunquam matureſcens: ſed quod ipſa non habet, alijs tribuens: quoniam eſt naturalis cauſarum tranſitus, atq; è pertreſcentibus identidem generatur aliquid. Teren. in Adelph. 4. 2. 39. Illic ubi etiã caprificus magna eſt. Martia. lib. 10. 2,

Marmora Meſſalæ findit caprificus. Perſius Saty. 1. 3.

Caprifici, plurali numero. Horat. Epod. 5. 4,

Iubet ſepulcris caprificos erutas Flammis aduri Colchicis.

Caprificor, caprificaris, (ὀρινάζω) caprificari Palladius, Menſe Iunio circa ſolſtitium caprificandæ ſunt arbores fici, id eſt, ſuſpendi groſſi ex caprifico, lino uelut ferro pertuſi ſi hoc deſit, abroteni uirga ſuſpenditur, aut callũ quod in ulmeis ſolijs inuenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur, uel truncus arboris quo loco turget, ſcarificandus eſt, ut poſſit humor effluere. Plin. lib. 16. cap. 27. 1, Sunt & biferæ in eiſdem. In Cea inſula caprifici triferæ ſunt. Primo fœtu ſequens euocatur, ſequenti tertius. hoc fici caprificantur. Vide plura lib. 15. cap. 19.

Caprificari (inquit Sipontinus) eſt adhibita caprifico, ne fructus propinquæ ficus ante maturitatem decidant, prouidere.

Caprificato, (ὀρινασμὸς) Verbale. Vide Plin. lib. 15. cap. 19. & lib 16. cap. 27.

Caprificialis, pen. prod. Adiect. ut Caprificiales dies, id eſt, canculares: quòd eo ferè tempore mulieres Romanæ liberæ ſimul, atq; ancillæ ſub arbore caprifico ſacra faciebant. Erat autem initium caprificorum poſt exortum Canis, qui dies Vulcano ſacer erat. Plin. lib. 11. ca. 15. 2, Huic uindemiæ Attici ſignũ dedere initium caprificialem diem Vulcano ſacrum.

Capria] Lacus eſt apud Strabonem in deſcriptione Pamphiliæ lib. 14.

Caprigenus, Caprile] Vide Caper.

Caprimulgus] αἰγοβόλος, dicitur qui capras emulget. Catul. epig. 19. 2.

Hæc quum legas, tum bellus ille, & urbanus
Suffenus unus caprimulgus, aut foſſor Rurſus uidetur.

Eſt & Caprimulgus, genus auis: de qua ſic ait Plin. lib. 10. cap. 40, Caprimulgi appellantur grandioris merulæ aſſectu fures nocturni: interdiu enim uiſu carent. Intrant paſtorum ſtabula, caprarumq; uberibus aduolant ſuctum propter lactis: qua iniuria uber emoritur, caprisq; cæcitas, quas ita mulſere, oboritur.

Caprinus] Vide Caper.

Caprius] Viri nomen de quo Horat. 1. Serm. 4. Saty. 14. Sulcius acer Ambulat, & Caprius raucus malè, cumq; libellis Magnus uterq; timor latronibus. Vbi Acron, Sulcius & Caprius nomina fuerunt delatorum. Alij Actores uolunt fuiſſe cauſarum: inde etiam rauci traduntur aſſiduitate agendi.

Capronæ] capronarum, (προνόμιον) Nonius, Comæ quæ ante frontem ſunt, quaſi à capite pronæ. Feſtus, Caprona, equorum iubæ in frontem deuexæ: dictæ quaſi è capite pronæ. Nonius. Lucil. Saty. lib. 7. Aptari caput atq; comas fluitare capronas Altas frontibus immiſſus, ut mos fuit illis.

Capros] fluuius eſt latera urbis Laodicææ alluens. Plin. lib. 5. cap. 29.

Caprotina] pen. pro. (καπροτίνη) dicta eſt Iuno, quòd libere pariter,

Digitized by Google

pariter, ancillæq; ſacrificabant illi ſub arbore carpifico, in memoriam uirtutis, quæ in ancillarum animis pro conſeruatione publicæ dignitatis olim apparuit. Macrobius lib. 1. Satyr. 10. cap. 11. ubi & de Nonis Caprotinis.

Caprunculum] Vas fictile, ſic dictũ, quòd capax ſit. Feſtus.

Capſa] capſæ (κάψαι, κιβωτοὶ, θύλακες) dicta eſt quòd res in ea conditas capiat. Plin. lib. 15. cap. 17. 5. Idem lib 8. cap. 30. 3. Capſarum modo includitur.

Capſa. Cic. 1. Verr. 27, Cuſtodem inquit, Tullio me apponite. quid? mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas miſero?

Anguſta capſa. Iuuen. Saty. 10. 12.

Operta capſa. Horat. 2. Epiſt. 154.

Capſæ à Græco appellantur: has illi κιβώτια, dicunt. Feſtus.

Capſula, pen. corr. (κιβώτιον) Diminut. Plin. lib. 30. cap. 11. 8. Catul. Epig. 63. 8,

Huc una è multis capſula me ſequitur.

Capſarius, Qui portat libros, inquit Vlpianus.

Capſarij ſunt qui nobiliorum ciuium filijs ad ſcholas euntibus libros deferunt in capſula. Iuuen. Saty. 10,

Quem ſequitur, cuſtos anguſtæ uernula capſæ. id eſt, ſeruus capſarius. Suet. in Nerone c. 36. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſarijs uno prandio pariter necatos.

Capſis] λάμβανε ἐαὶ βύλη, Cicero dicit compoſitum eſſe ex Capeſi uis. Quintil. lib. 1. cap. 5. 41.

Capſitani] καψιταῖοι, populi Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Captatio, Captator, Captatorius] Vide Capio.

Captio, Captiuncula, Captioſus] Vide Capio.

Captiuus, Captiuitas] Vide Capio.

Capto, Captura, Captus] Vide Capio.

Captus] locus dicitur ad ſacrificandum legitimè conſtitutus. Feſtus.

Capua] κάπυα Stephan. καπύη Ptol. Clariſſima Campaniæ urbs, quæ Annibalem uictorijs fatigatũ, luxu atq; ocio perdidit. Eam Seruius grãmaticus à Tuſcis, qui omnem penè Italiã ſubiugarint, conditam ſcribit, apud Virgilium lib Aeneid. 8. quum hunc uerſum exponit, Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi Sueton. in Dictatore, cap. 81, Capys conditoris ſepulcrum Capuæ fuiſſe indicat, in quo à colonis deductis tabula reperta fuit, quæ Cæſari mortem denunciarit. Ad id & Lucanus accedit lib. 2,

Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni. Plin. cap. 5. lib. 3. Capua (inquit) ab undecimo campo dicta. Quod quomodo intelligendum ſit, inibi Hermolaus adnotauit. De laudibus urbis Capuæ multa apud Ciceronem in Oratione contra Rullum.

Capua altera Roma. Cic. 12. Philipp. 323.

Dines Capua. Virg. 2. Georg. 45.

Capuanus, (καπυανὸς) Stephanus.

Capula] capulæ, (οἰνόχυμα) Vas uinarium, quo ueteres utebantur, quòd facilè capi poſſet. Varro de Lingua Latina, Capis, & minores capulæ, à capiendo nominantur, quòd anſatæ ſint, & prehendi poſſint, id eſt, capi.

Capulator, pen. prod. Qui capulis oleum deplet. Columel. lib. 12. cap. 50. 9. Quod deinde primũ defluxerit in rotundum labrum (nam id melius eſt quàm plumbeum quadratum, uel ſtructibile gemellar) protinus capulator depleat, & fictilia labra huic uſui præparata defundat. Cato cap. 66. capulatoris officia deſcribit.

Capulo, capulas, pen. corr. capulare. Cato cap. 67, Ligna in torcularia ne cædat. Oleum frequenter capulet.

Capulus] uel capulum, capuli, pen. corr. (λαβὴ, κώπη) A'capiendo dictum, Eſt manubrium gladij. Virg. 2. Aeneid. 111.

Capulo tenus abdidit enſem. Cic. de Fato 9, Philippus haſce in capulo quadrigulas uitare monebatur, quaſi uerò capulo ſit occiſus.

Eburnus capulus gladij. Ouid. 7. Metam. 85.

Capulum dicitur quicquid intra ſe aliquid capit. nam ſarcophagum, id eſt, ſepulcrum, capulum ueteres dici uolunt, quòd corpora capiat. Plaut. Capulo proximus. Hæc Nonius. Plautus Aſina. 16. 42,

Perij miſera, ut oſculatur carnufex, capuli decus.

Capularis, pen. prod. (τυμβογόρων) Adiectiuum. Capularem dici uoluerunt ſenem morti contiguum. Sed & reos dicebant capulares, qui capulo digni fuerant. Hæc Sipontinus. Plaut. Mil. 10. 34,

Tam capulari ſtamine tibi diu uideor uiuere?

Capulica] genus nauis, apud Aulum Gellium lib. 10. cap. 25.

Capus] capi. Sipontinus, Galli quibus teſtes auelluntur, libidinis abolendæ cauſa, ut magis pingueſcant, capi uocantur: quum meritò galli à ſimilitudine ſacerdotum Matris deûm dici poſſe uiderentur: itaq; à contrario ſenſu gallos appellatos quidã exiſtimãt. Varro 3. de Re ruſt. ca. 9. 2, Gallinæ, mares Galli, capi ſemimares, quod ſunt caſtrati. Gallos caſtrãt, ut ſint capi, candenti ferro, imurentes ad infima crura, uſq; dum rumpatur. at quod extat ulcus, oblimunt figlina creta.

Capo, caponis, Idem. Martialis lib. 13. 63.

Caput,] capitis, penult. corr. (κεφαλὴ, κεφάλαιον, κάρα, κάρηνον) dicitur (ut Varro inquit) quòd inde initium capiant ſenſus & nerui. Terent. Adelph. 2. 2. 37. Colaphis tuber eſt totum caput. Feſtus, Caput, ex Græco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt.

Cæſaries capitis. Ouid. 1. Metam. 37.

Dolor capitis. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 6.

Exuuiæ capitis. Seneca in Hippol. 12. 6.

Labore animi & capitis deuitare mala. Horat. 1. Epiſt. 1. 9.

Motu capitis furens. Quint. lib. 2. cap. 12. 6.

Niues capitis, Capilli cani. Horat. 4. Carm. ode 13. 3.

Obductio capitis. Vide Obduco.

Tegmina capitum. Ouid. 3. Metam. 22.

Vertex capitis. Ouid. 3. Faſt. 169.

Volubilitas capitis, id eſt, rotunditas. Ouid. 2. Metam. 87.

Hærens capiti corona. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 10.

Altum caput. Virg. 5. Aeneid. 74.

Anile caput. Ouid. Epiſt. 18. 10.

Ardua capita. Virg. 5. Aeneid. 85, id eſt, alta, & procera.

Argutum caput. Virg. 3. Georg. 16, id eſt, breue. Seruius.

Breue caput. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 18. de equis,

Quòd pulcræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix.

Candidum caput. Vide Candidus.

Caput canum. Ouid. 6. Faſt. 12,

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inq; ſuo precio ruga ſenilis erat.

Celſum caput. Seneca in Hippol. 5. 14.

Collo caput confine. Ouid. 1. Metam. 71.

Cornigerum caput Fauni. Ouid. Epiſt. 5. 28.

Decorum caput. Horat. Epod. 2. 4.

Denſum cæſarie caput. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 7.

Dirum caput. Seneca in Octauia. 5. 2.

Dulce caput. Virg. 4. Aeneid. 99.

Feſſum caput. Lucan. lib. 6. 20.

Flauum caput efferre. Virg. 4. Georg. 71.

Fultum caput. Virg. 11. Aeneid. 8.

Furiale caput. Horat. lib. 3. Carm. ode 11. 4.

Grauatum demittere caput. Ouid. 10. Metam. 39.

Honeſtum caput. Virg. 2. Georg. 79, id eſt, pulchrum. Seruius.

Humanum caput. Horat. in Arte. 1.

Digitized by Google

Ignauum caput Propert.lib.3.eleg.11.1.
Illisum caput populis. Seneca in Hipp.10.21.
Illustre caput. Ouid.2.Metam.10.
Incomptum caput. Horat.Epod.5.4.
Indutum caput. Pers.Saty.3.11.
Infirmum caput. Horat.1.Epist.17.3.
Insanabile caput. Horat.in Arte 61.
Intactum caput. Iuuenal. Saty.14.20.
Intonsis capillis caput. Ouid.1.Metam.114.
Lacerum caput. Seneca in Oedipo 11.13. De Oedipo cui effossi erant oculi.
Iuuenile caput. Ouid.2.Metam.114.
Lanigerum caput. Silius lib.3.139.
Lassum caput. Seneca in Here.furent.12.7.
Laxum caput. Pers.Saty.3.6.
Leue caput. Iuuenal.Saty.10.20.
Magnum caput. Vide Magnus.
Mite caput, id est, molle. Ouid.1.Amorum 4.8.
Caput Obstipum. Vide Obstipus.
Pmiferum caput Atlantis. Virg.4.Aeneid.50.
Pinigerum caput Fauni. Ouid.3.Fast.17.
Purpureum caput, Regium, & quod purpura tegi soleat. Seneca in Thyest.8.13.
Semifcrum caput. Lucret.lib.4.119.
Sordidum caput. Senec.in Herc.fur.9.34.
Sublime caput. Claud.4.Paneg.34.
Suffixum caput. Lucan.lib.8.133.
Summissum caput. Seneca in Here.furent.11.31.
Summum caput. Lucret.lib.2.123. De Cybele.
Timidum caput fuga abdere dicitur serpens. Virg.3.Georg.83.
Turpe caput. Virgil.3. Georg.10, id est, magnum. Vt idem 4. Georg.97. —turpes pascit sub gurgite phocas. Seruius.
Vacuum caput, Caluariam intelligit. Silius lib.13.98.
Velatum ex parte caput. Quint.lib.6.cap.1.36.
Venerandum caput. Seneca in Thyeste 6.11.
Vile caput aselli coronati. Iuuenal.Saty.21.10.
Virgineum caput. Ouid.Metam.4.
Abdere caput casside, Induere cassidem seu galeam capiti. Ouid.8.Metam.5,

Seu caput abdiderat cristata casside pennis,
In galea formosus erat.

Abducere caput ab ictu. Vide Abduco.
Abscindere caput ceruicibus. Cic.11.Philipp.192.
Agitare caput. Ouid.1.Metam.114. Vide Agito.
Alligare caput. Vide Alligo.
Amputatum caput. Seneca in Agamem.10.8.
Aperire caput. Vide Aperio.
Attollere caput. Ouid.5.Metam.101.
Auertere caput. Seneca in Oedipo 14.3.
Auferre caput alicui. Seneca in Oedipo 14.2. Vide Aufero.
Auulsum humeris caput. Virg.2.Aeneid.112.
Cinctum caput centum luminibus. Ouid.1.Metam.62. de Argo.
Caput commitigare. Vide Commitigo.
Comptum caput. Vide Como.
Concutere caput. Ouid.1.Metam.5.& 2.10.
Concutere caput sono. Seneca in Herc.fur.9.34.
Contegere caput amictu. Virg.12.Aeneid.176.
Decutere caput alicui. Ouid.5.Metam.21.
Deducere de capite. Vide Deduco.
Demetere caput ferro. Seneca in Agamem.13.7.
Demittere caput. Virg.9.Aeneid.91.
Demulcere caput alicui. Vide Demulceo.
Deponere caput strato. Ouid.11.Metam.130.
Caput diminuere. Vide Diminuo.
Discutere caput. Silius lib.6.56.
Distinguere caput acu. Claud.de Nup. Hono. & Mariæ 57, id est, crinem aut capillos.
Efferre caput inter. Virg.1.eclog.5. De Roma.
Effundere caput. Celsus lib.7.cap.7. de Pterygio.
Erigere caput. Stat.6.Thebaid.103.
Euincire caput foliis. Virg.5.Aeneid.154.
Exornare caput. Ouid.2.Amorum, eleg.7.4.
Expedire caput laqueis. Horat.3.Carm.ode 24.2.
Expergefactum erigere caput. Lucret.lib.5.243.
Extollere caput. Cicero pro Planco.
Iactare caput utroq; Virg.5.Aeneid.93, id est, in utranq; partem. Seruius.
Ictum caput. Horat.2.Serm.Saty.1.5. Ictum autem intelligitur à uino. Vide Ico.
Imminuere caput alteri. Vide Imminuo.
Impedire caput myrto, Cingere corona myrtea. Hor.1.Carm. ode 4.2.
Impingere caput parieti. Vide Impingo.
Inuolutum caput. Vide Inuoluo.
Læditur in nobis caput. Lucret.lib.3.30.
Ligare caput uitta. Seneca in Thyeste 8.13.
Limare caput cum altero. Vide Lima.
Obiectare caput fretis dicuntur aues, quæ his gestibus pluuiam mox futuram præsagiunt. Virg.1.Georg.78.
Obnubere caput, Velare & tegere. Stat.11.Thebaid.117.
Obterere caput saxo. Lucan.lib.6.36.
Occulere caput. Ouid.2.Metam.51. De Nilo.
Offendit caput ad fornicem Fabij Memmius. Quint.lib.6.cap.3.46.
Opertum caput. Horat.2.Serm.Saty.3.8.
Operto capite esse. Cic.de Senect.30.
Ornare caput foliis oliuæ. Virg.3.Georg.5.
Caput fulmen percussit. Lucan.lib.1.107.
Permulcere caput alicui. Silius lib.1.21.
Præcinctus caput pinu Pan. Ouid.1.Metam.143.
Præfigere capita in hastis. Virg.9.Aeneid.96.
Protegere caput ramo. Seneca, in Agamemn.12.4.
Pulsare caput dextera. Senec.in Troad.2.11.
Quassare caput. Senec.in Oedip.11.7. Lucret.lib.3.119.
Recidere caput. Lucan.lib.2.35.
Redimire caput coronis. Lucret.lib.5.281.
Reflectere caput. Catullus, epig.42.2.
Retorquere caput. Ouid.3.Metam.14. De serpente Cadmeo.
Reuulsum caput à ceruice. Virg.4.Georg.105.
Rotare caput ense. Luca.lib.8.131, id est, rotato ense amputare uno ictu.
Ruptum caput. Seneca in Troad.12.13.
Scabere caput in faciendo uersu, & uiuos ungues rodere. Horat.1.Serm.10.Saty.15. Prouerbialis locutio ducta ab his gestibus: hominis enim sunt cogitabundi, & de mutando, quum pœniteat, secum agitantis, moramq; stylo, & iudicium adhibentis.
Summittere caput. Seneca in Herc.fur.9.38.
Superare aliquem capite. Virg.2.Aeneid.44.
Supponere aliquid capiti. Quint.lib.1.cap.10.16.
Tegere caput. Ouid.9.Metam.72.
Testor utrunq; caput. Virg.4.Aeneid.72.
Velare caput. Ouid.1.Metam.39.
Velare capita amictu. Virg.3.Aeneid.109.
Vnctum caput. Catullus epig.10.3.
Caput pro ipso homine. Plaut.Mostell.4.143, Triginta minas pro capite tuo dedi. Sic & lepidum caput dixit Terentius, pro homine bellulo, per ironiam.

Agreste

Digitized by Google

Agreſte caput. Virg. 10. Eclog. 4.
Audax caput, Homo audax. Senec. in Agamemn. 13 1.
Charum caput, pro chara (ut ita dicam) perſona. Virg. 4. Aeneid. 71. de Aſcanio.
Dilectum caput. Valer. lib. 4. Argon. 8. De iis quos plurimum amamus.
Impium caput. Senec. in Agamemn. 13. 1.
Inſeſtum caput. Seneca in Oedip. 10. 6.
Ingratum caput. Seneca in Medea 7. 7. Sic Medea Iaſonem appellat.
Inſuperabile bello caput. Ouid. 12. Metam. 123. de Achille.
Noxium caput. Seneca in Medea 12. 26.
Periurum caput. Iuuenal. Saty. 10. 18.
Quot capitum uiuunt, totidem ſtudiorum Millia. Horatius 2. Serm. Saty. 1. 6.
Exerere caput altius uitijs. Ouid. 1. Faſt. 60. id eſt, eſſe ſupra humanam naturam, quæ uitijs & uoluptatibus gaudet.
Inſultare capiti. Virg. 8. Aeneid. 112.
Obligare uotis caput. Horat. 2. Carm. ode 8. 2. Significat dijs ſemet uoto obſtringere, ita ut niſi quod pollicitus ſis præſtiteris, liceat illis quocunq; uelint modo in te ſæuire.
Siquidem hoc uiuet caput: pro ſi uixero. Plaut. Pſeud. 11. 33.
Caput fluminis, Quo flumen exoneratur in mare. Cæſ. lib. 4. Bel. Gall. Multisq; capitibus in Oceanum influit de Rheno.
Capite cenſi, A cenſione capitum appellati ſunt, quod ſolis capitibus cenſerentur, non bonis ſiue pecunia, quibus carebant. Salluſt. Ipſe interea milites ſcribere, non more maiorum, neq; ex claſsibus, ſed uti cuiuſq; libido erat capite cenſos pleroſq;. Gell. lib. 15.
Capitis diminutio (inquit Caius Iuriſc.) eſt ſtatus mutatio. Paulus Iuriſc. Capitis diminutionis tria ſunt genera: maxima, media, minima. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, hoc eſt, libertatem, & ciuitatem, & familiam: maximam capitis diminutionem. Quum uerò amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam eſſe capitis diminutionem: Quum autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tum mutatur: minimam eſſe capitis diminutionem conſtat.
Detrahere de capite ciuis. Cic. pro Domo ſua 27.
Caput, Sors. Liu. 6. ab Vrbe, Creati Tribuni C. Licinius, & L. Sextius promulgauere leges omnes aduerſus opes patritiorum & pro cõmodis plebis, unam de ære alieno: ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolueretur. Liuius eodem libro paulò poſt, Sortem creditam ſoluere dicit.
Caput, pro uita. ut, Capitis res eſt: Id eſt, De uita periculum eſt. Plaut. Trinum. 13. 117.
Cauſam capitis orare. Cic. in Bruto 23.
Capitis & famæ certamen habere cum altero. Cic. 1. Offic. 58.
Dimicatio capitis. Cic. de Prouin. Conſul. 18.
Capitis iudicium. Cic. 1. Tuſc. 1. Tuſcul. 112.
Periculũ capitis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1. 13.
In ipſa capitis pericula aut fortunarum irrupit uoluptas. Quintil. lib. 4. cap. 2. 86.
Pœnas capitis pendere. Ouid. 3. Faſt. 169.
Accuſare capitis. Vide Accuſo.
Agitur de capite. Vide Ago.
Anquirere capite. Vide Anquiro.
Condemnare capitis. Cic. 1. de Orat. 119.
Dabitur caput unum pro multis. Virg. 5. Aeneid. 162.
Capite damnatus. Cic. 1. Tuſcul. 79.
Damnatos capite morte multare. Cic. 1. Tuſcul. 79.
Caput & famam alterius defendere. Cic. pro Quintio 4.
Dependere caput. Luca. lib. 8. 21. —mallem felicibus armis Dependiſſe caput. Id eſt, morti dediſſe. à dependo enim, non dependeo infinitiuus eſt, quod ſoluere ſignificat.
Deuouere caput alicuius. Ouid. 13. Metam. 66.
Capite pœnas expendere. Tacit. lib. 12.
Caput inſidijs laceſſere. Catul. epig. 15. 4.
Capite luere. Vide Luo.
Obiectare periclis caput. Virg. 2. Aeneid. 144.
Caput leto offerre. Lucret. lib. 3. 212.
Paciſci pro capite. Cic. 3. Offic. 145.
Perſoluere pœnas capite. Seneca in Agamemn. 13. 10.
Petere caput alicuius. Quint. lib. 6. cap. 3. 19.
In caput noxiorum uertere. Tacit. lib. 5.
Capita ſua uouere pro patria. Cic. 5. de Finib. 114.
Capitis centuriata habere comitia, Animare populum in mortem alterius. Plaut. Pſeud. 20. 122, Pſeudolus mihi centuriata habuit capitis comitia.
Caput ſuũ offerre utilitati pro capite alterius. Plaut. Capt. 5. 37.
Caput pro periculo. Liu. 2. ab Vrbe, Vt in ſingulas horas capite dimices tuo. Id eſt, periculo decertes.
Capite ſuo decernere aliquid. Cic. ad Atticum, lib. 10. 200. 2.
Caput legis aut alicuius rei huiuſmodi. Cic. de Lege Agrar. 29. Atq; ego à primo capite legis, uſq; ad extremum reperio. Quirites, &c.
Caput Epicuri hoc eſt. Cic. 4. Acad. 182. Ita nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero ueſtro, perceptio & comprehenſio tollitur. Quod eſt caput Epicuri? &c.
Caput, pro ſumma. Cic. 2. Phil. 84. Caput aũt literarũ, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurũ. Idem ad Seruiũ. lib. 3. 20. 7.
Rerum caput, pro ſumma rerum. Horat. Epiſt. 18. 9.
Capita in libris dicuntur, quibus diſtinguuntur res uariæ. Gellius, Quod in capite ſuperiore à Critolao ſcriptum eſſe diximus. Dicitur & capitulum à Cicerone.
Generale caput. Quint. lib. 3. cap. 6. 3.
Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda ſunt. Cic. Appio, lib. 3. 8. 3. Et ſecundo pro Lege Agraria 38. Qui quid ſecundo capite ſcriptum eſt non meminit in tertio.
Expoſita & explicata capita. Cic. in Bruto 85.
Capita rerum, Quæ ualgò principalia puncta alicuius materiæ dicuntur. Cic. in Bruto 85, Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius.
Contraria capita conferre. Cic. 2. de Orat. 123. Vide Confero.
Caput pro Exiſtimatione, fama, uel ſalute. Cic. 1. de Orat. 89. Omitto iam plura exempla cauſarum ampliſsimarum, quæ ſunt innumerabilia: capitiis noſtri ſæpe poteſt accidere, ut cauſæ uerſentur in iure. Idem 4. Verr. 68.
Caput & exiſtimatio. Cic. 4. Verr. 40. Qua in re ipſius Prætoris caput, exiſtimatioq; ageretur, &c.
A capite arceſſere. Vide Arceſſo.
A capite ducere diſputationem. Cic. 5. de Finib. Id eſt, ab origine eruere.
A capite ordiri. Vide Ordior.
In capita. Vide In.
Caput, pro fonte & ſcaturigine, ut Caput Rheni, apud Horatium 1. Serm. Saty. 10. 8.
Indomitum caput Rheni. Lucan. lib. 2. 11. Quia bellicoſiſsimi ſunt populi qui ad Rhenum ſunt.
Sacrum caput. Virg. 4. Georg. 64.
Caput ſceleriũ. Id eſt, author. Plau. Curcu. 5. 19. 83. Ci. p Flac. 33.
Summa & caput belli. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1. 10.
Caput proſcriptionis. Cic. poſt reditum in Senatu 3. Id eſt, ſumma proſcriptionis.
Fons & caput Socrates. Cic. de Orat. 22.

Digitized by Google

Expugnare ipſum caput. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 15,
—ſed uincit longè prius ipſum
Expugnare caput. Id eſt, longè melius eſt ipſum dominum ædium beneuolum ſibi reddere.

Caput eſſe alicui rei. Terent. Adel. 4. 2. 30, Idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.

Caput eſt. Cic. 2. de Orat. 183, Ad conſilium autem de Repub. dandum caput eſt, noſſe Rempub. ad dicendum uerò probabiliter, noſſe mores ciuitatis.

Quod caput eſt. Cic. ad Appium, lib. 3. 7. 11, Deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde, quot caput eſt, amico? Idem Attico, lib. 1. 12. 6. &c.

Caput illud eſt ſi, uel ut. Cic. 2. de Inuent. 137, In hoc autē loco caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit, &c. Idem 1. de Orat. 43, Caput enim eſſe arbitrabatur oratoris, ut & ipſis apud quos ageret, talis, qualē ſe ipſe optaret, uideretur.

Caput eſt ad bene uiuendum ſecuritas. Cic. de Amic. 42.

Nec caput, nec pes ſermonis apparet: Id eſt, nec principium, nec finis eſt uerbis tuis. Plaut. Aſin. 12. 139.

Nec caput, nec pedes. Cic. Curio, lib. 7. 32. 3, Sulpitij tibi opera intelligo ex tuis literis non multum opus fuiſſe, propter tuas res ita cōtractas, ut, quemadmodū ſcribis, nec caput, nec pedes. Equidem uellē uti pedes haberent, ut aliquando redires.

Sine capite manare dicitur res, & ſine auth. Cic. pro Plan. 47.

Sine capite aliquid audire, & ſine authore. Cic. ad Caſſium, lib. 12. 10. 3.

Caput Bithyniæ, &c. Plin. epiſt. 298.

Caput regni. Plin. lib. 12. cap. 14. 1.

Caput frumenti, uectigalium, &c. Cic. 3. Verr. 7. In eundem 5. 70. Vulgò dicimus L'article.

Caput facere dicitur apoſtema uel furunculus aut abſceſſus, dum humor uel bilioſus uel melancholicus totus in aliquam partē congreſſus eſt, & cutem diſtendit, atq; extuberantiam facit. Plin. lib. 26. cap. 12. 3. de Furunculis, Remedio ſunt pycnocomi folia trita cum polenta, ſi nondū caput fecerint. Idem lib. 22. cap. 25. 39, item furunculos, prius quàm capita faciant.

Capita, pro ſummitatibus arborum. Seneca in Troade 3. 3,
Mouere ſyluæ capita.

Inuiolata capita cupreſſi. Claud. 3. de Raptu Proſerp. 74. Id eſt, florentia, & non antè cæſa.

Capita tignorum. Cæſar 2. bel. Ciuil. 30.

Caput uitis. Colum. lib. 3. cap. 10. 1.

Capita habenæ. Celſ. lib. 8. cap. 7.

Capital pen. corr. capitalis, pen. pro. Quod ſacerdotulæ etiam nunc in capite ſolent habere. Hæc Varro de Lin. Lat. Feſt. autem Capital, inquit, linteum quoddam quo in ſacrif. utebantur.

Capital, Adiect. (θανάλιος) ut capital facinus, quod pœna luitur. Feſt.

Capital, Subſtantiuum, dictum eſt capitis periculum. Plaut. Menæ. 3. 16. Nunquam ædepol fugiet, tametſi capital fecerit.

Capitalis, & hoc capitale, pen. pro. (φονικὸς θανάλιος,) Quod capitis ſupplicium meretur, uel ciuitatis amiſſionem. Cic. 4. Verr. 123, Hoc erat etiam capitalior, quòd idem pecuniam ijs, qui ab iſto aliquid mercabantur, fœnori dabat. Idem 5. Philipp. 188. capitalis homo.

Capitale crimen, uel facinus dicitur. non quod petat alterius caput, ſed propter quod cōmittentis caput peti debeat ad pœnam. Cic. 1. de Nat. deor. 21, Nō leuiſſima de re, ut queritur ille, in ciuitate fieri facinora capitalia. Idē 7. Verr. 18, Primū inſimulatio eſt repentina, capitalis atq; inuidioſi criminis. Teren. Adelph. 4. 7. 5. Sic Capitalis res, Capitalis noxa, Cic. pro Cæcinna 18. Idem 4. Verr. 65, Stenū rei capitalis reum facere uellet. Liu. Neue ea cædes capitali noxæ haberetur.

Capitalis locus, Vbi ſiquid uiolatum eſt, caput uiolatoris expiatur. Feſtus.

Capitalis ædis, In qua capitale commiſſum eſt. Plautus Moſtel. 7. 44.

Capit. aduerſ. Qui caput et mortē alterius petit. Cic. 4. de F. 51.

Capitalē fraudē admittere. Eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. Vlpianus de Aedilitio edicto.

Capitalis iniuſtitia. Cic. 1. Offi. 64.

Capitalis inſcitia. Plin. lib. 29. cap. 1. 17.

Ira capitalis. Horat. 1. Ser. Saty. 7. 3. Id eſt, uſq; ad capitis & uitæ ablationem.

Capitalia iudicia. Quint. lib. 4. cap. 1. 40.

Capitalis morbus, id eſt, grauiſſimus: in quo quis de capite, hoc eſt de uita, periclitatur. Gellius lib. 16. cap. 13.

Nefas capitale, Quod capite puniri meretur. Ouid. ad Piſonē 9.

Odium capitale. Cic. de Amicitia 2.

Capitalis oratio. Cic. 2. Offic. 108.

Capitale periculum. Plaut. Trinum. 14. 77.

Capitalis peſtis uoluptas corporis. Cic. de Senect. 36.

Reditus capitalis & peſtifer. Cic. 4. Phil. 154.

Rei capitalis quæſtiones. Cic. 4. Verr. 47. Rei capitalis accuſare, Cic. 4. Verr. 47. Rei capitalis damnare, ſiue condemnare, Cic. pro Cluentio 24. & pro domo ſua 21. Liu. 3. ab Vrbe 57, Cui rei capitalis dies dicta ſit.

Capitales Treuiri. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 13. 6.

Capitales Triumuiri, Ad quos capitaliū cauſarum animaduerſio ſpectabat. Liuius, Triumuiris capitalitibus mandatum, ut uigilias diſponerent per urbem. Hæc Budæus.

Capitale eſt. Cic. 2. de Leg. 35, Quiq; nō paruerit, capitale eſto.

Capitale ingenium, Ingenium ſolers exponit. Ouid. lib. 3. Faſtorum 168. ubi de templo loquitur Captæ Mineruæ,
Nominis in dubio cauſa eſt, capitale uocamus
Ingenium ſolers, ingenioſa dea eſt.
Cauſam inueſtigat cur Capta uocata ſit Minerua. uideturq; & caput & Capta ab eodem fonte defluxiſſe, ſignificare.

Capitaliter, penult. corr. (φονικῶς) Aduerbium. Plin. epiſt. 5. b, Præterea reminiſcebatur, quàm capitaliter meipſum apud Centumuiros laceſſiſſet.

Capiſtrum, (καπίστριον) Capitis uinculum, quod mulis, iumentis, bobus, & cuicūq; animali adhibetur ne fugiāt. Varro 2. de Re ruſt. cap. 6. 4, Proximo anno noctibus patiuntur eſſe cum his, & leuiter capiſtris, aliáue quæ habent uinctos.

Ferratis capiſtris ora præfigere. Virg. 3. Georg. 80. Id eſt, duris, Seruius.

Maritale capiſtrū. Iuuen. Saty. 6. 5, id eſt, coniugale uinculum.

Mollia capiſtra. Virg. 3. Georg. 38. purpureis capiſtris. Mart. lib. 1.

Prenare ora capiſtris. Ouid. 10. Metam. 25.

Capiſtrum, uinculum quo ligantur uites. & ſimilia. Colum. lib. 4. cap. 20. 2, Quare quum ad ſummum palum recta uitis extenta eſt capiſtro conſtringitur.

Capiſtro, capiſtras, (καπιστρώω) capiſtrare, Capiſtro ligare, ſiue uincire. Plin. lib. 18. cap. 19. 3. piſcellis capiſtrari boues oportet. Colum. lib. 11. cap. 2. 74. Vt iuga uineis imponantur, & capiſtrentur.

Capiſtratus, (καπιστρωτὸς) Ouid. epiſt. 2. 26,
Inq; capiſtratis Tygribus alta ſedet.

Capitatio, Tributum quod in capita ita conſtitutum erat, ut ingatio in iuga boum. in L. Immunitates. & in Leg. ſequenti, De Agricol. & cenſo. lib. XI. C. Idem Capitatio pro annona in Titul. de Annonis & capitatione. Cod. Budæus.

Capitatus, ta, tum, pen. prod. (κεφαλωτὸς) Adiectiuum, Dicitur quod caput habet: ut Capitatum porrum dicimus, quod in caput latius creſcit. Martial. lib. 13. 19. Item Plin. lib. 20. cap. 6. Capitato

Digitized by Google

6, Capitato porro maior est ad eadem effectum.
Capitatus clauus. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 12.
Capitata uinea. Colum. lib. 5. cap. 5. 8.
Capitellum, capitelli, (κεφάλιον) Diminutiuum ab alio diminutiuo Capitulum, Paruum caput: hoc est, crassiorem summitatem cuiuscunq; rei significat. Plin. lib. 24. cap. 19. 4, Inde alij ramuli assurgunt sua capitella gerentes.
Capitellum, significat etiam caput columnarũ. Plin. lib. 36. cap. 29. 6, Quinetiam recentiores medici capitellum sumunt pro illo uase duplici in quo reponũtur herbæ, aromata, uel quid dam simile, ut igni suppositio ex eis aqua exprimatur.
Capitũ, capitij, Capitis tegmẽ. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4, Tunicas, neq; capitia, neq; strophia, neq; zonas. Nonius.
Capito, capitonis, masc. gen. Qui magnum habet caput. Cic. 1. de Natur. deor. 107, Redeo ad deos, ecquos strabones, ac petulos esse arbitramur, ecquos næuum habere, ecquos silos, fluccos, frontones, capitones.
Duri capitones dicuntur, qui nunquam de sua sententia immutantur. Plautus Persa, 3. 6.
Capito, Piscis genus, apud Catonem, cap. 158. 1.
Capitulatus, Adiectiuum, (κεφαλιωτὸς) ut Capitulatæ costæ. Celsus lib. 8. ca. 1, Hæq; primis partibus rotundæ, ac leuiter quasi capitulatæ, uertebrarum transuersis processibus ibi quoq; paulum insinuatis inhærent.
Capitulata folia. Quæ ueluti capitulum quoddam in summo habent. Plin. Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitulata. Ita Calepinus habet. At nunc apud Plin. lib. 27. cap. 8. 6. pro capitulata, leginus capitula purpurea.
Capitulatim, Aduerbium, (κατὰ κεφάλαιον) Plin. epist. 22. lib. 6, Per capita. Plin. lib. 2. cap. 12. 4, Nunc confessa de ijsdem breuiter atq; capitulatim attingam.
Capitulum, pen. corr. (κεφαλίδιον) Diminutiuum, Paruum caput. Plaut. Curc. 7. 14, Vbi quid surripuere, operto capitulo caldum bibunt.
Capitulum pro initijs rerum diuersarum, quibus libri solent distingui. Cic. 1. de Legib. 31, Nisi capitulum accipiat pro particula, quam quidam propositionem & propositum in oratione appellant. In emendatioribus codicibus legitur, primũ caput libri optimi prodidisse.
Capitulum, Vox blandientis. Terent. Eunuch. 3. 3. 25, O capitulum lepidissimum.
Capitulum, in columnis & similibus etiam dicitur: nempe summitas & culmen. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 9, Inter quas locus qui est ornithonis, patet in latitudinẽ pedum XLVIII. deformatus ad tabulæ literariæ speciem cum capitulo. Cato cap. 18. 3. Vitruuius lib. 3. cap. 3, Scapis columnarum statutis, capitulorum ratio, si puluinata erunt, his symmetrijs conformabuntur.
Capys] Capyos, (κάπυς) Filius Assaraci, & pater Anchisæ: à quo dicit Virg. conditã Capuam. Vide Capua. Virg. 10. Aen. 28, Et Capys: hinc nomẽ Campanæ ducitur urbi. Seruius ait, Liuium malle à locis campestribus sic denominatam esse.
Cara] Radix est herbæ eiusdem nominis, qua lacti admixta Hircius scribit Cæsaris exercitum diu cibi inopiam leuasse.
Carabi] Scythæ flumen est apud Plinium lib. 6. cap. 17.
Carabus] penult. corr. (κάραβος) genus cancri. Plin. lib. 9. cap. 31.
Caracalla] æ. Indumenti genus, ab Antonino Imp. populo datũ: unde & Caracallæ agnomen inuenit. Sextus Aurel. in Antonino.
Caracra] oppidum Hispaniæ, uulgo Guadalaira dicitur.
Caralitanum] καραλίτανον, Promontorium Sardiniæ, Plin. lib. 3. cap. 7.

Caramanges] Dicebantur magistratus apud Persas, qui loco Prætoris erant, & pacis belliq; temporibus ius dicebant. Alex. ab. Alex. lib. 3. cap. 3.
Carambis] κάραμβις, Promontorium magnum ad Septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam: quod longo spacio pelago incumbens, Scythicæ obiectũ peninsulæ, Euxinũ pontum bimarem uidetur efficere. Vide Plinium lib. 4. cap. 12. & lib. 6. 2. Strabonem item, lib. 7.
Carambis alta. Valer. 5. Argonaut. 22.
Nubifera Carambis. Valer. 8. Argonaut. 43.
Carambucis] Scythiæ fluuius, ad montes Riphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.
Carana] Ponti oppidũ, à quo Caranensia regio dicitur. Strabo lib. 12.
Caranitis] Præfectura est Armeniæ maioris. Plinius lib. 5. cap. 24.
Caranus] pen. corr. Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur Iustinus lib. 7. Eius etiam meminit Solinus cap. 12. Est item Caramus Aradiorum portus in Phœnicia prope Paltum urbem. Vide Strabonem lib. 16. Est & Aradiorum portus in Phœnicia. Vide Strabonem lib. 16.
Caras] Proprium uiri nomen, qui Caribus imperauit, illisq; primus ex auibus auspicium dedit. Alexan. ab Alexan. lib. 5. cap. 13.
Carasẽni] Populi Tauriæ regionis, Plin. lib. 4. cap. 12.
Carastasci] Plinio lib 6. cap. 7. Populi sunt circa Mæotim.
Caraxus] Frater fuit Sapphus, & amasius meretricis, quam Sappho Doricam appellat, alij Rhodopen. Perottus.
Carbania] Pomponio Melæ lib. 2. commemoratur inter paruas insulas Italiæ adiacentes.
Carbas] κάρβας, Ventus Africus dicitur à Vitruuio: nautæ Carbinum nominant, quem Libycum hodie uocant.
Carbasus] carbasi, pen. cor. fœm. gen. (ἀρμόδιον) secundum Priscianum, & gen. masc. secundum Phocam: Probus uerò & Caper dicunt esse masculini & fœminini in singulari, in plurali uerò neutri. Est autem genus lini miræ tenuitatis, in Hispania primùm repertum, teste Plin. lib. 19. cap. 1.
Carbasus, Velum ex carbaso factum. Virg. 3. Aeneid. 72,
——et auræ Vela uocãt, tumidoq; inflatur carbasus Austro.
Vbi Seruius, Carbasus genus lini est quod abusiuè pro uelo ponitur. Sanè in numero singulari, hæc carbasus dicimus: in plurali, hæc carbasa. Lucret. lib. 6. 22,
Carbasus ut quondam magnis intenta theatris, &c.
Deducere carbasa. Ouid. 11. Metam. 96.
Mota secundo flatu sonant carbasa. Ouid. 13. Metam. 14.
Præbere uentis carbasa. Ouid. epist. 7. 34.
Torto subducere carbasa lino. Ouid. 3. Fasto. 118.
Aura uentilantur carbasa. Stat. 4. Syl. 3. 22.
Vocat iam carbasus auras. Virg. 4. Aeneid. 84. Locutio poetica, tempus abeundi esse significans.
Carbasus, Pallium quo quis amicitur, opulentiæ causa, ut ex serico aut tenui lino. Virg lib. 8. Aeneid. 7,
——cum tenuis glauco uelabat amictu
Carbasus. Curtius de Indis loquẽs, Corpora usq; pedes carbasa uelant. Idem, Distincta sunt auro & argento carbasa.
Carbasa, pro ea tunicæ parte quæ sinus fluentes habet in modum carbasi ueli. Lucanus lib. 3. 48,
Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis.
Carbaseus, Adiect. (ἀρμόδινος) Ex carbaso factus. Cic. 7. Verr. 25, Tabernacula carbaseis intenta uelis collocabat.
Sinus carbasei crepantes. Virg. 11. Aeneid. 155.
Carbasei uenti. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 5.
Carbasinus, pen. corr. (ἀρμόδινος) Idem: ut Carbasina uela. Plinius lib. 19. cap. 1. 14.

Digitized by Google

Carbaſineus, Idem. Varro de Vita pop. Ro. lib. 4, Eadem poſtea carbaſineo magis, ut pellibus tegerentur togæ. Ex Nonio.

Carbatina] καρβατίνη, Calceamenti genus eſt ruſtici, ut habet Pollux lib. 7. Onomaſt. cap. 22. uocatum ſic à Caris populis. Catul. in epigrammatis uocat crepidas carbatinas, 39. ad Victium.

Carbilius] cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Huius autem patronus Carbilius cognomento Rugæ primus uxorem, quòd ſterilis eſſet, repudiauit, præſtito antè iuramento, ſe uxorem liberorum cauſa quærere. Gell. & Plutarch. in Apoph.

Carbo] κάρβων, Orator Romæ, cuius meminit Cicero in Bruto, 53. Ibidẽ 117, In eodem igitur numero eiuſdem ætatis C. Carbo fuit, illius eloquentiſſimi utri filius, non ſatis acutus orator, ſed tamẽ orator numeratus eſt. Valerius lib. 9. cap. 7, Cn. Carbo præterea, huius frater ſumma fuit authoritate in Rep. partes Marianas ſecutus. In tertio Conſulatu ſuo in Sicilia, iuſſu Pompeij dum uentrem apud latrinam exoneraret, trucidatus eſt. Author idem Valer. lib. 9. cap. 13.

Carbo] carbonis, m. g. (ἄνθραξ) Pruna extincta. Terent. Adel. 5. 3. 63, Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo eſt.

Carbo etiam dicitur quum eſt ignitus. Plin. lib. 18, Et quum cinis in foco concreſcit, & quum carbo uehementer perlucet.

Candens carbo. Cic. 2. Offi. 33.

Lentis urere carbonibus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 10.

Vis carbonum grauis. Lucret. lib. 6. 161.

Carbone notare, id eſt, damnare: cui contrarium eſt, Creta notare: propterea quòd Pythagoras aiebat, id quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Perſius in quinta Satyra, 11,

Quæq; ſequenda ſorent, & quæ uitanda uiciſſim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti. Horat. 2. Ser. 3. Saty. 49, —creta an carbone notandi?

Picta carbone prælia. Hor. 2. Ser. Sat. 7. 20.

Carbunculus, pen. corr. (ἄνθραξ) Diminutiuum. Author ad Herennium lib. 4. 148, Ipſe à uicinis cum teſta ambulans carbunculos corrogaret.

Carbunculus, Genus terræ, ut ait Varro de Agricultura, lib. 1. cap. 9. 2. quæ ſole perferuet, ita ut radices ſatorum comburat. Plin. lib. 17. cap. 4. 5, Et carbunculus, terra quæ ita uocatur, emendari uite macra putatur.

Carbunculus, in arboribus ea eſt corruptio quæ flores adurit. Vide Carbunculatio.

Carbunculus, Gemma. Plin. lib. 37. ca. 7. 1, Principatum habent carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id à quibuſdam apyroti uocati.

Carbunculus, etiam furunculum ignitum & ex bile aduſta inflammatum ſignificat apud medicos. Plin. lib. 23. cap. 4. 3, Nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

Carbunculoſus, pen. prod. (ἀνθρακώδης) Adiectiuum: ut Carbunculoſus ager. Col. lib. 3. cap. 11. 8, Nam carbunculoſum agrum, niſi ſtercore iuues, macras uineas efficere dixerunt.

Carbunculoſa arena, hoc eſt, rubra & lapillis quibuſdam rubris ceu carbunculis plena. Plin. lib. 31. cap. 3. 17.

Carbunculo, carbunculas, pen. corr. (ἀνθρακῶμαι) carbunculare, uerbum ex eorum numero quæ ſub actiua uoce paſſiuè ſignificant: uel Carbunculor, carbuncularis, carbunculari, Deponens, Inflammatum eſſe uelut carbo. Plin. lib. 23. cap. 3. 1, Succus eorum carbunculantibus circa oculos ulceribus, & puſtulis, procedentiq; pupillæ efficax.

Carbunculantur ſemina. Plin. lib. 12. cap. 7. 2, id eſt, cõtrahunt uitium illud quod dicitur carbunculus.

Carbunculare etiam dicuntur uites. Plin. lib. 18. cap. 28. 12.

Carbunculatio, (ἀνθράκωσις) & carbunculus, in arboribus eſt eiuſmodi corruptio, quam uulgari ſermone pruinam appellamus, quæ uerno tempore adurit lacteſcentes germinum oculos: & quum flores aduſſerit, carbunculus tum uocatur. Plin. lib. 17. cap. 24. 6, Syderatio tota cœlo conſtat: quapropter & grando in his cauſis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarum iniuria euenit. Budæus.

Carbunculatio in uitibus, quæ circa Idus Auguſti in Italia accidit, uitiũ eſt, quum uuæ non ſatis ſolijs tectæ, præſeruidis ſolibus interdum retorridæ fiunt, & exuſtæ, ex quo tandem accenſcunt, ut quodam uredinis carbone exuſtæ, acinijq; tunc præcoquuntur in callum, ut Plin. ait, lib. 18. cap. 29. 7. quod ſit ad Canis ortũ interlunio accidente. Hæc Budæus. cui nõ conuenit cũ Plinio in hac dictionis ſignificatione. uide prolixam eius diſputationem in Annotationibus in Pandectas.

Carbonarius, (ἀνθρακεύς) Qui carbones conficit. Plaut. Caſi. 10. 2, Sine modò rus eueniat, remittam ad te uirum
Cum furca in urbem tanquam carbonarium.

Carbonarius, (ἀνθρακικός) Adiect. ut Fornax carbonaria.

Carbonarium negotium exercere. Plin. de Viris illuſtribus, 72.

Carcaſes] Populi ſunt Galliæ Narbonenſis. Plin. lib. 3. cap. 4.

Carcaſum] κάρκασον, Narbon. Galliæ urbs. Author Plin. lib. 3. cap. 4. in deſcriptione Narbo. prouinciæ. Hodiernùmq; Carcaſona.

Carcer] carceris, penult. corr. m. g. (δεσμωτήριον, φυλακὴ, εἱρκτὴ) Locus, inquit Seruius, in quo ſeruantur noxij: uel unde quis exire prohibetur: à coercendo dictus, ut ait Varro de Lingua Latina, lib. 4. quòd exire prohibentur. Liuius 1. ab Vrbe, 150, Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ media urbe imminens foro ædificatur. Cic. 7. Verr. 18, Cur carcer ædificatus? cur tot ſupplicia ſint in improbos more maiorum conſtituta?

Scelerum uindex carcer. Cic. 2. in Catil. 46.

Ianitor carceris. Cic. 7. Verr. 92.

Inferorum carcer. Seneca in Hercule furente, 13. 17.

Vincula carceris rumpere. Cic. 1. Tuſc. 116.

Aedificatus ad illius pœnam carcer. Cic. pro Sylla, 52.

Aeolius carcer, id eſt, uentorum carcer, quibus Rex præeſt Aeolus. Ouidius 2. Faſto. 92.

Ater carcer. Seneca in Hercule Oetheo, 9. 3.

Cæcus carcer. Virg. 6. Aeneid. 147, id eſt, tenebroſus. 15.

Dirus carcer. Seneca in Thyeſte, 1. 4.

Carcerem in aliquem effundere. Cic. in Piſonem, 12, Quòd omnes undiq; perditos collegiſtis: quòd in me carcerem effudiſtis: quòd coniuratos armaſtis, &c.

Mœſtus carcer, ab effectu, quia mœſtos facit. Oui. ad Liuiã, 56.

Niger carcer. Iuuen. Saty. 13. 26.

Reuulſus carcer, Apertus. Claud. 1. de Raptu Proſerp. 9.

Ruſticus carcer, id eſt, carcer ruri ſeruos ad glebam aſtrictos continens. Iuuenalis Saty. 14. 3.

Sollicitus carcer. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 13.

Squallidus carcer. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 9.

Tenebroſus carcer. Lucan. lib. 2. 16.

Vno carcere contenta Roma. Iuuen. Saty. 3. 31.

Aſſeruare in carcere. Vide Aſſeruo.

Carcere attineri. Tacit. lib. 5. 111. 10.

Condi in carcerem. Cic. 7. Verr. 61.

Conijci in carcerem. Cic. 1. Tuſcul. 153. Vide Conijcio.

Cubare in carcere. Vide Cubo.

Deducere aliquem in carcerem. Vide Deduco.

Duci in carcerem illos iubet. Cic. 7. Verr. 62.

Emiſſus è carcere rogatu hominis optimi. Cic. pro Plancio, 25.

Carcere frænare. Virg. 1. Aeneid. 12.

Includere in carcerem. Vide Includo.

Laxari

Laxari carcere, Liberari. Claud. 2. de Raptu Proserp. 35.
Mittere in carcerem. Cic. 4. in Catil. 85.
Carcer, homo, per metaphoram. Terent. Phorm. 23. 26, Ain' tandem carcer? Vbi Donatus, Non carcerariũ, sed carcerẽ asperius appellauit. Sic Lucilius, Carcer, uir carcere dignus.
Carceres, tantum pluraliter, (ἀφετηρίαι) Locus in circo, unde emittuntur equi in spectaculis. Seruius in 1. Aeneid. 14, Carcer est undecunq; prohibemur exire. Dictus quasi arcer, ab arcendo. Locum autem in quo seruantur noxij, carcerem dicimus numero tantum singulari: unde uerò erumpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tãtum plurali. licet plerũq; usurpet poeta, ut est 3. Aen. 20, Ruunt q; effusi carcere currus. Cic. de Claris Orat. 90, Nec enim in quadrigis eũ secundum numerauerim, aut tertium, qui uix è carceribus exierit, quũ palmam iam primus acceperit: nec in Orationibus, qui tantum absit à primo, uix ut in eodem curriculo esse uideatur. In illa tamen significatione nonnunquã etiam apud idoneos authores, frequenter apud poetas singulariter profertur. Author ad Herennĩ, li. 4. 141, Impudentesq; illos dicit esse qui currere cœperint, ipse intra carcerẽ stet, etc. Oui. 10. Met. 130, Signa tubæ dederant, quum carcere pronus uterq; Emicat, & summam celeri pede libat arenam.
Soluti carceres. Stat. 6. Thebaid. 105.
Dimitti carceribus. Stat. 6. Thebaid. 105.
Effundere sese carceribus. Virg. 1. Georg. 102.
Exire è carceribus. Cic. de Claris Oratoribus, 90.
A' carceribus ad calcẽ, id est, à principio ad finem. Cic. de Amicitia, 84, Maximè quidem optandum est, ut cum æqualibus posis uiuere: quibuscum tanquam è carceribus emissus sis, cum ijsdem ad calcem, ut dicitur, peruenire posis.
A' carceribus ad metas. Varro 1. de Re rust. cap. 3.
Carcerarius, (εἱρκτικός) Adiectiuum: ut Carcerarius quæstus, qui ad carcerem pertinet. Plaut. Capt. 4. 26.
Carchedon] pen. prod. (καρχηδών) Carchedonis, Cartha go dicitur. Inde Carthaginẽses Carchedonij dicti. Plaut. Carchedonius uocatur hæc comœdia, Latinè Pœnulus. Et carbũculos authore Plin. li. 37. cap. 7. uocauere Carchedonios, propter opulentiam Carthaginis magnæ. Vide sequentem dictionem.
Carchedonius] Carbunculi genus, inter metalla æris repertum, uilißimum, minimumq;: idem fragile, & colore incertum: ac uirentium in caudis pauonum, columbarumq; collo plumis simile. Vide Plinium lib. 37. cap. 7. & cap. 5. 10.
Carchesium] καρχήσιον, Poculi genus. Virg. 5. Aeneid. 16, Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho. Idẽ 4. Geo. 76, Et mater, cape Mæonij carchesia Bacchi. Marti. lib. 8. 50.
Libare carchesia. Stat. 2. Achil. 2.
Inuergere, uel Superinucrgere carchesia. Ouid. 7. Metam. 50.
Carchesia, Summa pars mali, id est, foramina quæ à summo mali funes recipiunt. Lucilius, Tertius hic mali superat carchesia summa. Hæc Nonius. Catullus, Lucida quæ splendent summi carchesia mali.
Carchesium, poculi genus. Est autẽ carchesium, ait Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 21. poculum Græcis tantumodo notum. Meminit eius Pherecydes in libris Historiarum: aitq; Iouem Alcumenæ precium concubitus carchesium aureum dono dedisse. Sed Plautus insuetum nomen reliquit, aitq; in fabula Amphitryone, pateram datam: quum longè utriusq; poculi figura diuersa sit. Patera enim, ut & ipsum nomen indicio est, uas planum ac patens est: carchesium uerò procerum, & circa mediam partem compressum, ansatũ mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus. Asclepiades autẽ uir inter Græcos apprimè doctus ac diligens, carchesia, à nauali re existimat dicta. Ait enim nauales mali (sunt qui legant, ueli) partem inferiorem, pateram uocari: at circa mediam fermè partem τράχηλον dici: summam uerò partem carchesium nominari: & inde diffundi in utrunq; ueli latus ea quæ cornua uocantur.
Carcina] Ciuitas est mediterranea, à qua sinus Carcinites.
Carcinetron] Herbæ genus, Græci Polygonon uocant: cuius succus naribus infusus, supprimit sanguinem: & cum uino potus, cuiuslibet partis profluuiũ, excreationesq; cruentas inhibet. Plin. lib. 27. cap. 12. 8. Ruellius lib. 3. cap. 79, dicit à Latinis appellari sanguinariã: Officinis autem nostris & herbarijs corigiolam & centinodiam marem.
Carcinias] Gemma uarini cancri colore. Plinius lib. 37. cap. 11. i.
Carcinites] pen. prod: Sinus est Scythiæ Europeæ apud Plinium lib. 4. ca. 12. & Pomponium lib. 2. In eodem sinu urbs est, nomine Carcine, eodem Pomponio authore. Est & Carcinitus fluuius oppidum præterfluens, Ptolemæo.
Carcinodes] Vide Carcinus.
Carcinoma] pen. prod. Carcinomatis, pen. corr. n. g. (καρκίνωμα) Cancer morbus. Plin. lib. 20. cap. 9. 3, Aqua quoq; eius decocta, neruos, articulosq; mirè iuuari: si foueantur uulnera & recẽtia & uetera, etiam carcinomata, quæ nullis alijs medicamentis sanari posint. Cato cap. 157. 4.
Carcinus] pen. corr. Id est, cancer animal, καρκίνος & à Græcis dicitur. Lucan. lib. 9. 108, Carcinus ardens. Hic pro Cancro sydere accipitur.
Carcinodes, pen. prod. carcinodes, n. g. (καρκινώδης) A' carcino dicitur, hoc est, cancro, quando uitium seu morbus cancri naturam imitatur, & serpit quasi cancer. Plin. li. 20. ca. 17. 11, Narium quoq; carcinodes consumit illitum ex aqua.
Carduces] Persis dicebantur, qui ex rapto uiuebant. Strabò lib. 15.
Cardamyla] καρδαμύλη, urbs Peloponnesi propinqua Pylo. Homer. lib. 9. Iliad.
Cardamine] καρδαμίνη, Sisyrabrij genus est, quod officinæ Nasturtium aquaticum uocant. Dioscorid. lib. 2. cap. 117. Ruell. lib. 2. cap. 60.
Cardamon] pen. corr. n. g. (κάρδαμον) Herba quæ syluestre nasturtium dicitur Dioscoridi & Galeno, unde prouerbium Græcum, ἐδὲ κάρδαμον, Ede Nasturtium. Vide Chiliad. Erasm. Vulgo appellatur Agretto.
Cardamomum] pen. prod. (καρδάμωμον) Genus herbæ odoriferæ. Plin. lib. 12. ca. 13. de azaro, amomo, amomide, Simile his (inquit) & nomine & frutice cardamomum, semine oblongo, metitur eodem modo & in Arabia. Quatuor eius genera. Viridißimum ac pingue, acutis angulis, cõtumax fricanti, quod maximè laudatur. Proximum è ruso candicans. Tertium breuius atq; nigrius. Peius tamen uariũ, & facile tritu, odoriq; parui: qui uerius, costo uicinus esse debet. Verum cardamomum hodie non affertur ad nos.
Cardax] κάρδαξ, Saltatio obscœna & comica. Bud. in l. athletas. D. de his qui not. infam.
Cardia] καρδία, Thraciæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 11. Est & urbs Chersonesi Thraciæ, quæ ab alijs Cardiopolis, deinde Lysimachia dicta est. Inde adiect. Cardianus: ut Eumenes Cardianus, apud Aemil. Prob.
Cardia, Latinè Cor. Vnde adiectiuum Cardiacus: ut
Cardiacus morbus, (καρδιακὸς) oris uentriculi affectus: cor enim pro uentriculi ore sumebant ueteres: de quo sic Celsus lib. 3. cap. 19, Huic morbo præcipuè contrarium est id genus, quod καρδιακὸν, à Græcis nominatur: quãuis sæpe ad eum phrenetici transeant, siquidẽ mens in illis labat, in hoc cõstat. Id autẽ nihil aliud est, quàm nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente, immodico sudore digeritur.

Digitized by Google

Licetq; protinus ſcire id eſſe, ubi uenarũ exigui, imbecilliq; pulſus ſunt. Sudor autẽ ſupra cõſuetudinẽ, et modo, & tẽpore, ex toto thorace & ceruicib. atq; etiã capite prorũpit: pedibus tantũmodo & cruribus ſiccioribus atq; frigentibus.

Cardiacus, pen. corr. pro illo qui Cardiaco morbo tentatur. Horatius 2. Serm. Saty. 3. 33,

Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger. Cic. 1. de Diuin. 139, Ego autem haud ſcio an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis.

Cardinea dea] quæ cardinibus præerat. Vide Carna.

Cardialgia] καρδιαλγία, Dolor cordis, & mentis triſtitia: item uentriculi eroſio, quæ & Cardiogmos dicitur. Vide infrà.

Cardinalis] & Cardineus, in Cardo.

Cardiogmus] mi, (καρδιογμὸς) Morbus eſt uentriculi.

Cardiſce] es, (καρδίσκη) Gemma eſt quæ fit ex draconis cerebro, uiuẽti abſciſſo, alio nomine Dracontias dicta. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cardo] cardinis, pen. corr. m. g. (φόφυξ, φροφσὺς, γίγλυμος) Dicitur quaſi cor ianuæ, quo ſcilicet illa mouetur: ut ait Seruius. Virg. Aeneid. 91,

—foribus cardo ſtridebat ahenis.

Celer cardo. Seneca in Hippol. 9. 1.
Facilis cardo. Iuuenal. Saty. 4. 7.
Horriſonus cardo. Virg. 6. Aeneid. 115.
Emouere à cardine. Virg. 2. Aeneid. 99.
Emotus cardo. Stat. 1. Thebaid. 69.
Stridet cardo. Virg. 1. Aeneid. 91.
Vellere à cardine poſtes. Virg. 2. Aeneid. 96.
Verſare cardinem. Ouid. 4. Metam. 19.
Verſus cardo. Virg. 3. Aeneid. 90,

Verum eadem, uerſo tenuis cum cardine uetus
Impulit. Id eſt, aperta ianua, per Periphraſin. Seruius

Cardines appellantur à Vitruuio, lib. 6. cap. 1. & lib. 9. cap. 4. duo cœli uertices, alter Septentrionalis, alter Meridionalis, Græcè πόλοι, dicuntur. Lucan. lib. 4. 15,

—& ſummus olympi Cardo tenet Tethyn.

Mundi cardo qui ſemper liquidis altior extat aquis. Periphraſis eſt Septentrionalis plagæ apud Ouidium, lib. 2. de Ponto, eleg. 10. 9.

Eous cardo, Vnus è quatuor mũdi cardinibus, Orientalis. Stat. 1. Thebaid. 32.

Cardo, pro opportunitate. Virg. 1. Aen. Haud tanto ceſſabit cardine rerũ. Vbi Seruius, Aut λεπτικῶς, dixit, ne in tantum quidem: hoc eſt breui occaſione ceſſabit. Aut ſimpliciter intelligendum eſt, Non poterit in tanta rerum opportunitate ceſſare: ut ſit de prouerbio tractum, de quo dicitur, Res in cardine eſt, hoc eſt, in articulo.

In eo cardo rei uertitur, dixit Cicero, pro eo quod eſt, ex hoc tota res pendet. Egregia tanslatio.

Cardinem cauſæ in aliquo ponere dicebant antiqui, quod nunc dicimus, Accipere ius per hoc uel illud. Quint. lib. 5. cap. 12. 3, Cædes à te facta eſt: cruentam enim ueſtem habuiſti. Nõ eſt tam graue argumentum, ſi fatetur, quàm ſi conuincitur. Nã ſi fatetur, multis ex cauſis potuit cruenta eſſe ueſtis: ſi negat, hic cauſæ cardinem ponit. in quo ſi uictus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Budæus.

Cardo litium, Idem quod cardo cauſæ, ſiue ſumma totius litis. Quint. lib. 12. cap. 8. 1. Budæus.

Cardo, ſumma pars eſt iugamenti, quod in cauum inditur. Budæus de Aſſamentis loquens.

Cardines temporum à Plinio dicuntur Ver, Aeſtas, Autumnus, & Hyems, lib. 18. cap. 25.

Extremus æui cardo. Seneca in Troade, 1. 11. Id eſt, exitus.

Cardo, eſt forma agri: quam exponit Plinius lib. 18. his uerbis, Solis ortu, quocunq; libeat die ſtantibus hora diei ſexta, ſic ut ortum eum à ſiniſtro humero habeant, contra mediam faciem meridies, à uertice ſeptentrio erit: qui ita limes per agrũ currit, cardo appellatur. Et Liu. 7. bel. Maced. 233, Tantum montem à mari Euxino ad Cyprum excurrentem. Liuius cardinem à forma uocauit: quaſi dicat, limitem imperij Romani à Septentrione ad Meridiem. Budæus.

Cardinatus, pen. prod. Adiectiuum, (κεκωμένος) ut Tignũ cardinatum: uulgus enclauatum uocat. Vitruuius li. 10. cap. 21, Coniuncta capitibus tranſuerſario cardinato tigno, & altero mediano inter duos ſcapos cardinato.

Cardopos] καρδοπος, ſignificat arcam Panariam. Nonnullis tamen pro mactra accipitur, quam & magida dicunt. Author Cælius libro 9. cap. 17.

Carduchi] καρδόχοι Stephano, Parthorum populi, ad Tigrum fluuium, quorum meminit Strabo. lib. 16.

Carduelis] huius carduelis, (ἀκανθὶς) Auis dicta, quòd carduorum ſemine paſcatur. Plin. lib. 10. cap. 42. 1. Minimæ auium cardueles, imperata faciunt, nec uoce tantũ, ſed pedibus & ore pro manibus. Dicitur Carduelus à Seruio.

Carduus] cardui, maſc. gen. (σκόλυμος) Herba eſt uulgò nota. Virg. 1. Georg.

Mox & frumentis labor additus: ut mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſq; horreret in aruis Carduus.

Col. lib. 7. cap. 8. 1. Vide & Plinũ de hoc abundè tractantẽ.

Care] Vide Carus.

Carectum] Vide Carex.

Carenſes] Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt, Complutenſibus uicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

Carentani] Italiæ populi ſunt, in quarta regione à Plinio lib. 3. cap. 12. locati, prope Frentanos.

Carenum] Genus uini dulcis: atq; ita uocatur, quum muſti una parte decocta deperditaq; relinquuntur duæ.

Careo] cares, carui, caritum, pen. corr. & contra regulam caſſum, (ἀποστερέομαι, στέρομαι, ὑστερέω) Priſcianus cenſet dictionem Caſſus, nomẽ eſſe potius, quàm participium, ut uacuus. Virg. 2. Aeneid. 17,

—nunc caſſum lumine lugent. Id eſt, priuatum, uacuum. Seruius.

Carere quid ſignificet, declarat Cic. 1. Tuſcul. 137. his uerbis, Triſte enim eſt nomen ipſum carẽdi: quia ſubijcitur hæc uis, Habuit, non habet, deſiderat, requirit, indiget. Et paulò poſt 139, Carere igitur hoc ſignificat, egere eò quod habere uelis. Plura ibidem.

Careo, cum genitiuo. Terent. Heaut. 2. 4. 19,

Nã dũ abs te abſum, omnes mihi labores fuere quos cepi, ſeces.
Præterquàm tui carendum quòd erat.

Cum accuſatiuo. Plaut. Curc. 3. 43, Quia id quod amo careo.

Cum ablatiuo. Terent. Eunuch. 2. 1. 17, Ego non illa carebam, ſi ſit opus, uel totum triduum?

Caruitne febris te heri uel nudiſtertius? Plaut. Curc. 2. 17.

Aditu carentia ſaxa. Ouid. 3. Metam. 46.

Ambitione caret pectus. Horat. 2. Epiſt. 2. 42.

Anima carere. Quint. lib. 3. cap. 7. 5.

Bono carere. Cic. 1. Tuſcul. 140.

Bonis morũ carere. Id eſt, carere bonis moribus. Stat. 5. Syl. 1. 11.

Commodis carere. Cic. pro Roſcio Amerino 25.

Crimine carere. Cic. pro Ligario.

Culpa carere. Terent. Hecyra 4. 4. 40,

Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem
Quæ careat culpa? an quia nõ delinquũt uiri? Hic uidetur
Terẽt. ponere Carere culpa, pro eo quod eſt, nõ delinquere.

Cura carens opera. Horat. de Arte Poetica 53.

Dolore

Digitized by Google

Dolore carere. Cic. de Amicitia 21. Carere febri. Idem ad Tyronem lib. 16. cap. 13. 1.
Carere sensu doloris. Cic. ad Brutum.
Dolis carere. Virg. 2. Aencid. 9.
Carere domo. Cic. 7. Verr. 31. Patria. Terent. Heaut. 1. 1. 85. Foro, publico, senatu. Cicer. pro Milone 14.
Exemplo carere nefas dicitur, quod ab alio nemine cõmissum est. Seneca in Hippoly. 4. 4.
Fide carere dicitur res. Plin. lib. 7. cap. 1. 2. Naturæ uerò rerum uis atq; maiestas, in omnibus momentis fide caret.
Fide carent uerba. Ouid. epist. 2. 6.
Fine carere. Ouid. 14. Metam. 27.
Frigoribus carere. Horat. 3. Carm. ode 19. 2.
Grauitate carens, Non ponderosus. Ouid. 1. Metam. 14.
Honore carere. Ouid. 3. de Arte Amandi 96.
Honore mortis carere. Virg. 6. Aen. 67. Id est sepultura. Seru.
Inuidia carere. Ouid. 13. Metam. 28.
Labe uita carens. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 9.
Lacrymis carnere genæ. Virg. 5. Aeneid. 35.
Laude sua carere. Quint. lib. 2. cap. 20. 9.
Libertate carere, Non liberum esse. Hora. 1. Epist. 10. 8.
Carere hac luce. Cic. 1. Tusc. 20. Miserum Cn. Pompeium, qui tanta gloria, dignitate tanta sit orbatus: omnes deniq; miseros qui hac luce careant. Hoc est, his honoribus priuentur.
Carere forensi luce. Cic. de claris Orat. 16. Id est causas nõ agere.
Luce carere. Id est, mortuum esse. Ouid. 14. Met. 45. (re.
Luxu carentes delitiæ. Stat. 1. Sylu. 3. 19.
Malis carere. Lucret. lib. 2. 1.
Malo caret mors. Cic. 1. Tusc. 42.
Mente carere bona. Ouid. 2. Amorum, eleg. 8. 2.
Metu alicuius carere. Seneca in Hippol. 2. 32.
Morte carentes diui. Horat. 2. Carm. ode 8. 3.
Munere carere. Virg. 5. Aeneid. 130.
Niuibus caritura Rhodope. Ouid. 2. Metam. 45.
Caret Crissa nota. Horat. 3. Carm. ode 36. 2.
Oculis carere. Ouid. in Ibin 54.
Perturbatione animi carere. Cic. 1. Offic. 142.
Peste carere. Virg. 9. Aeneid. 111. Id est, incendio. Seruius.
Iura carentia pompa. Lucan. lib. 2. 71.
Rebus urbanis carere. Cic. 4. Acad. 1.
Reditu uela carent. Id est, non redeunt. Ouid. epist. 2. 6.
Rubigine dentes careant. Ouid. 1. de Arte Amandi 104.
Sensu caret mors. Ouid. 12. Metam. 65.
Sensu & uita carere. Cic. pro Caio Rabirio 21.
Sensu carentia semina. Lucret. lib. 2. 197.
Carere sepulcro patrio. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 39.
Sole carens domus. Ouid. 2. Metam. 153.
Stultitia carere. Horat. 1. epist. 1. 9,
Virtus est uitiũ fugere: & sapientia prima, Stultitia caruisse.
Successu carent doli. Ouid. epist. 1. 4.
Suspicione carere. Cic. pro Ros. Amer. 33.
Terrore mortis carere. Iuuen. Saty. 10. 36.
Venia carere. Horat. in Arte 72.
Vino carere, Non bibere uinum. Hæc multa ei esto, uino uiginti dies ut careat. Plaut. Asin. 13. 57.
Virginitate carens. Ouid. 9. Metam. 67.
Virtute carentia uerba. Horat. 2. epist. 2. 25.
Vitijs carens. Horat. 3. Carm. ode 27. 8.
Voluptatibus carere. Cic. de Senect. 7.
Non caret qui non desiderat. Cic. de Senect. 44. Cupidis enim talium rerum, odiosum fortasse, & molestum carere. Satiatis uerò & expletis iucundius est carere, quanquam non caret is qui non desiderat.
Carendo, Gerundium. Cic. post Reditum in Senatu 2, Amicitiæ, consuetudines, uicinitates, clientelæ, ludi deniq;, & dies festi quid haberẽt uoluptatis, carẽdo magis intellexi, quàm fruendo. Sic in Orat. 88.
Cares] κᾶρες populi Cariæ. Vide Caria. Virg. lib. 8, Hic legas, Carasq; sagittiferosq; Gelonos.
Careſus] κάρυστος, Fluius est Troadis, Homero 12. Iliad. celebratus, cuius Plinius ait nulla sua ætate extitisse uestigia, lib. 5. cap. 30.
Caretha] Insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Author Plin. lib. 5. cap. 30.
Careum] siue Carium Plinio, καρῷ Dioscoridi, Herbæ genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens eiusdem nominis. Vide Ruell. lib. 3. cap. 43.
Carex] caricis, pen. corr. f. g. Herba acuta & durissima, similis spartho. Virg. 3. Georg. 46, Et carice pastus acuta. Hæc Seruius. Colum. lib. 11. cap. 2. 46, Filix quoq; aut carex ubicunq; nascitur, Augusto mense rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculæ exortum.
Carectum, carecti, Locus caricibus plenus. Virgil. 3. eclog. 4, Tu post carecta latebas. Colum. lib. 6. cap. 22. 2. Melius nemoribus herbidis, & frutectis, & carectis, quam lapidosis locis durantur ungulæ.
Caria] καρία, Eius Asiæ quæ minor dicitur, prima regio est. Minorem autem Asiam Plin. lib. 3. cap. 27. ab ortu Lycaonia, & Phrygia illa quæ Galatin, & Pisidas attingit, ab occasu toto Aegæi maris excursu, à meridie Aegyptio pelago, à septentrione Paphlagonia terminat. Huius Cariæ memimit Cic. in Oratione pro Flacco 51, Quid de tota Caria? nonne hoc uestra uoce uulgatum est, Siquid cum periculo experiri uelis, in Caria id potissimum esse faciendum.
Caricus, pen. corr. (καρικός) Adiectiuum. ut Charta Carica. Stat. 4. Sylu. 9. 6, Chartæ Thebaicæue, Caricæue.
Carius, (κάριος) aliud adiectiuũ ut Diana Caria. Stat. 4. Thebaid. 45. Plaudentiq; habiles Cariæ resonare Dianæ.
Cariatas] καριάτας, Vrbs fuit in Bacdriana quam Alexander subuertit. Strabo. lib. 11.
Carica] caricæ, pen. corr. (ἰσχάς) Genus fici, à loco sic dictum. Plin. lib. 13. cap. 5, Syria præter hanc peculiares habet arbores. In ficorum genere caricas: & minores eius generis quæ coctana uocant. Cic. 2. de Diuin. 126, Quum, M. Crassus exercitũ Brundusij imponeret, quidam in portu carricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat.
Carica propriè est ficus sicca. Ouid. 1. Fast. 37,
Quid uult palma sibi, rugosaq; carica?
Caricon] καρικὸν, locus est in Memphide, à reliquis separatus in quo Cares habitarunt, qui affinitate cũ Memphitis cõtracta, Caromemphitæ appellati sunt. Author. Steph.
Caridemũ] Promontoriũ in Hispania. nunc dicitur Capo de Carbomero. Oliuarius in Mela li. 2. c. 6. Idẽ tamẽ Oliuarius dicit ibidẽ, Caridemũ promontortiũ uocari, caput de Gata.
Carides] Pisces sunt, qui tenui testa concluduntur, duritieq; testaceis sunt similes: sed minus quàm illi salsi humoris continent, quanquam eum habent satis multum. Ex Galeno lib. 3. de aliment. facult.
Caries] cariei, f. g. (σῆψις) Est uetustas uel putrilago: authore Nonio. Lucilius Satyr. lib. 7,
Ne auriculam obsidat caries, ne uermiculiq;.
Tenera caries, Mollis. Ouid. 5. Trist. 6.
Infestari carie. Colum. lib. 11. cap. 2. 10.
Sentire cariem. Plin. lib. 16. cap. 39. 9, Cedrioleo peruncta materies, nec tineam nec cariem sentit.
Trahere cariem. Plin. lib. 23. cap. 1. 26.
Cariem uetustatis recipere. Colum. lib. 3. cap. 2. 10.
Carie pruna rugosa. Mart. lib. 13. 29.

Digitized by Google

Caries uini. Plin. lib. 15. ca. 2. 1. de uino. Quinimmo inuitat ad seruandum blanda inueterati caries.

Carioſus, pen. prod. (ἐυρώδης) Adiectiuum, Quod carie infectum eſt. Colum. lib. 4. ca. 26. 2. Hæc, eorumq; ſimilia pedamenta poſt putationē retractanda ſunt, partesq; eorū putres dedolandæ: atq; alia cōuertēda, quæ ſynceritatē habent: alia ſummouenda, quæ uel carioſa, uel iuſto breuiora ſunt.

Carioſa oſſa Celſo dicuntur, teſte Budæo.

Senectus carioſa. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12. 6. in tabellas.

Carioſa terra. Colum lib. 2. cap. 4. 4. Obſeruabimus ne lutoſius ager tractetur: nēue exiguis nimbis ſeminadidus, quam terram ruſtici uariam carioſamq; appellant.

Carillæ] *παρίλλαι Carillarum Picentum, quod Annibal dele uit. Sil. lib. 8. 116,*

—— & exhauſtæ mox Pœno Marte Carillæ

Carina] *carinæ, pen. prod. (τρόπις, τάρσος) infima pars nauis, authore Feſto Pompeio: ſiue ea trabes qua nauis fundatur. Cæſar 1. bel. Ciuil. 206, Carinæ primum, ac ſtatumina ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium uimimibus cō textum corijs integebatur. Liu. 2. bel. Pun. 87, Inſecuti trepidam hoſtium claſſem, naues omnes, quæ non aut perfregerāt proras littore illiſas, aut carinas fixerāt uadis, religatas puppibus in altum extraxere. Ouid. 14. Metam. 111,*

—Medijſq; carina
Subdita nauigijs. Cic. 3. dē Orat. 99. Quid tam in nauigio neceſſarium quam latera, quàm carinæ, quàm prora, quàm puppis, &c.

Fida carinis ſtatio. Virg. 2. Aeneid. 5.

Audaces carinæ. Iuuen. Saty. 10. 27.

Celeri carina metiri aquas. Ouid. 9. Metam. 90. Sic 16. epiſt. 21, Tunc ego te uellem celeri ueniſſe carina.

Curuæ carinæ. Virg. 1. Georg. 72.

Feſſa carina. Ouid. 2. de Remed. Amor. 83.

Firma carina. Ouid. epiſt. 2. 10.

Impulſæ tonſis carinæ. Lucan. lib. 3. 106.

Incurua carina. Ouid. 15. Metam. 129.

Longæ carinæ. Virg. 5. Aeneid. 32.

Merſa carina. Lucan. lib. 3. 126.

Panda carina. Virg. 2. Georg. 89. Id eſt, curua. Seruius.

Pictæ carinæ innant fluuio: Virg. 8. Aeneid. 19.

Preſſæ carinæ, pro onerarijs ut ait Seruius. Virgil. 1. Georg. 61.

Sicca carina. Horat. 1. Carm. ode 4. Id eſt, in littus propter intermiſſam ob temporis iniuriam, nauigationem, ſubducta.

Turrigera carina. Lucan. lib. 3. 103.

Veliſera carina. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 14.

Facilis carina. Sil. lib. 17. 8.

Diſtectare carinas. Lucret. lib. 2. 112.

Carinæ ſine funibus uix durare poſſunt æquor. Horat. 1. Car. ode 14. 2.

Emittere carinas. Lucan. lib. 3. 10.

Ferre carinas. Lucan. lib. 1. 81.

Luctare carinas dicitur Neptunus. Ouid. 18. epiſt. 23.

Inſultant carinæ fluctibus. Ouid. lib. 1. Metam. 27.

Metiri aquas carina. Ouid. 9. Metam. 90.

Rapiunt carinas uenti. Lucan. lib. 3. 10.

Rapi fugiente carina. Lucan. lib. 8. 129.

Rumpere carinam. Horat. Epod. 10. 4.

Sulcant uada carinæ. Virg. 5. Aeneid. 32.

Tetigere portum carinæ. Virg. 1. Georg. 61.

Texitur carina ſuis coſtis. Ouid. epiſt. 15. 22.

Carinæ putaminum bifidæ. Plin. lib. 15. cap. 22. 3. Solum hoc pomum natura compactili operimēto clauſit. nanq; ſunt bifidæ putaminum carinæ.

Carinæ, Aedificia facta in carinarum modum, quæ erant intra templum Telluris. Virg. 8. Aeneid. Romanoq; foro, & lautis mugire Carinis. Seruius. Cic. de Aruſp. reſp. 46. Quū in concionibus diceret uelle ſe in carinis ædificare alteram porticum, quæ palatio reſponderet. Idem in Parad. 64.

Carino, carinas, pen. prod. (τροπίζω) carinare. Plin. lib. 9. cap. 33. 3. Saliunt pectines, & extrà uolitant, ſeq; & ipſi carināt. Id eſt, Sua ſibi concha inſtrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex teſta effingunt.

Carinare, Probra obijcere. Feſtus. Obſoletum.

Carinatus pen. prod. Participium, (τραχωειδής) Concauus, & in modum carinæ formatus. Plin. lib. 11. cap. 37. 75. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum.

Carini] *Germaniæ populi apud Plin. lib. 4. cap. 14.*

Carioſuelites] *Galliæ Lugdunenſis populi ſunt apud Plin. lib. 4. cap. 18.*

Cariota] *Vide* **Caryota.**

Cariſa] *cognomine Aurelia, ciuitas Hiſpaniæ ad Bætni fluuium in Gaditano conuentu. Plin. lib. 3. cap. 1.*

Cariſſa] *apud Lucilium uafran ſignificat. Feſtus.*

Cariſſanum] *caſtellum quoddā in Italia. Plin. lib. 2. ca. 56, L. autem Paulo, C. Marcello Coſ. lana pluit circa caſtellum Cariſſanū, iuxta quod poſt annū T. Annius Milo occiſus eſt.*

Caritas] *Vide* **Carus.**

Carius] *κάριος, Iouis filius & Danaes, qui diuinos honores in Lydia aſſecutus eſt.*

Carmadas] *Viti nomen, qui, ut à Plin. traditur, tā felici memoria fuit, ut libros bibliothecarum propè legentis modò, quos quis requireret, repræſentaret.*

Carmania] *καρμανία, ut Stephanus & Strabo tradunt, Regio Indiæ. Carmania autem duplex eſt, culta una, deſerta altera habitantes, ut docet Plin. lib. 7. ca. 34. Ii Ichthyophagi cognominati ſunt, quod ſolis piſcibus ueſcantur, de quibus Pomponius lib. 3. ſcribit, Carmani ſine ueſte ac fruge, ſine pecore, ac ſedibus: piſcium cute ſe uelant, carne ueſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti. Hæc Pomponius, unde Carmani Populi. Lucan. lib. 3. 50.*

Carmanites] *Pictor fuit haud ignobilis, Euphranoris diſcipulus, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 11.*

Carmelum] *uel Carmelus pen. prod. (κάρμηλος) Promontorium eſt Phœnices, & oppidum in monte ſitum. Author Plin. lib. 5. cap. 19.*

Carmen] *carminis, pen. corr. n. g. (ἀπὸ τοῦ ἄειδω) à Cano appellatum, quaſi canimen. Dicitur autem quicquid certa lege & menſuris, ſiue dimenſionibus compoſitum eſt: cuiuſmodi ſunt opera Virgilij: quæ magis cantui accōmoda ſunt, quàm quæ proſa oratione ſcribuntur. Virgil. 8. eclog. 2. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Cic. 2. de Diuinatione 166. Non autem eſſe carmen illud furentis, ipſum poema declarat.*

Arma carminis. Id eſt, inſtrumenta & adminicula ad ſcribendum carmen. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13. 12,

Hic mihi præbebit carminis arma locus.

Ars carminis. Horat. 1. epiſt. 20. 6.

Scriptores carminum. Quint. lib. 1. cap. 5. 8.

Carmen & cantus. Cic. 3. de Orat. 109.

Carmen uirtutis. Id eſt, concentus. Cic. 5. de Fin. 77. Sunt enim prima elementa naturæ, quibus auctis, uirtutis quaſi carmē efficitur. Idem pro Rabirio 8, cruciatus carmina.

Abſurdum carmen. Cic. pro Murena 23.

Aeolium carmen. Horat. 3. Carm. ode 30. 3,

—Aeolium carmē ad Italos
Deduxiſſe modos. Aeolide dialecto Alcæus lyricus poeta uſus eſt. Porrò Alcæum imitatus eſt Horatius. Teſtatur ergo ſe Græci carminis modulationē primum in Latinam linguam contuliſſe. Porphyrius.

Alterna carmina, duo ſunt uerſuum genera quæ inuicem & alternis ſibi ſuccedunt. Sic uocantur elegi. Ouid. epiſt. 21. 1.

Forſitan

Digitized by Google

Forsitan & quare mea sint alterna requiris Carmina.
Amabile carmen. Horat. 1. epist. 3. 5.
Aptum carmen artificiosa uerborum conclusione. Cice. 2. de Orat. 19.
Blandissima carmina. Ouid. epist. 21. 6.
Connubiale carmen, Carmen nuptiale. Claud. 7. Paneg. 130.
Carmina iã moriens canit exequiala Cycnus. Oui. 14. Met. 86.
Exorabile carmen, Quo aliquid exoramus. Valer. 1. Argonaut. 157.
Famosum carmen. Horat. 1. epist. 20. 7.
Festum carmen. Claud. 3. Paneg. 5.
Ficto carmine tenere aliquem. Virg. 2. Georg. 9,
—non hic te carmine ficto
Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo. Id est, simpliciter uniuersa describam: neq; ut in Aeneide, aliquibus figmentis, aut ullis utar ambagibus. Seruius.
Flebile carmen. Ouid. epist. 21. 2.
Fœdum carmen. Horat. 2. epist. 1. 48.
Felicia carmina, felici profecta ingenio & uena. Ouid. 2. Amorum, elegia. 17. 6.
Grata fœminis carmina. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.
Graue plenumq; carmen. Cic. 1 Tuscul. 98.
Honorum carmen, quod honorem meretur & famam. Valer. 4. Argonaut. 69.
Ignobile carmen. Virg. 9. eclog. 8.
Illaudabile carmen. Stat. 5. Sylu. 5. 7.
Imbelle carmen. Stat. 10. Thebaid. 174.
Incondita carmina. Vide Incondltus.
Inerme carmen. Ouid. in Ibin 1.
Lacrymosum carmen. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 7.
Leta carmina. Virg. 2. Georg. 78.
Lamentabile carmen. Stat. 5. Sylu. 3. 1.
Laudabile carmen. Horat. in Arte 83.
Lucida carmina. Lucret. lib. 4. 2.
Malefida carmina. Ouid. in Ibin 17.
Mansurum carmen. Stat. 4. Sylu. 2. 1.
Medicabile carmen. Id est, dolores & curas auferens. Valer. 4. Argon. 18.
Miserum carmen. Vide Miser.
Molle carmen. Seneca in Agamemn. 5. 8.
Mordax carmen. Ouid. 2. Trist. 113.
Mortale carmen, Non perpetuò duraturum. Ouid. 2. de Ponto. eleg. 6. 7.
Nuptiale carmen. Catul. in epithalamio Iuliæ.
Obliquũ carmẽ, id est, oblique detortũ in aliquẽ. Stat. 1. Syl. 2. 6
Operosa carmina, id est, multa opera & labore cõposita, non poetica quadã & diuina ingenij facultate. Horat. 4. Carm. ode 2. 7.
Oppressa carmina. Lucret. lib. 2. 102.
Pangere carmina. Lucret. lib. 4. 2.
Paruum carmen. Horat. 2. epist. 1. 52.
Perpetuum carmen dicitur quod ubiq; cohæret, argumento nõ interrupto. Ouid. 1. Met. 1. —primáq; ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Pierium carmen. Lucret. lib. 1. 190.
Plenum carmen. Cic. 1. Tuscul. 98.
Carmina probrosa factitare. Tacit. lib. 16.
Puerilia carmina. Stat. 1. Achill. 48.
Resonantia carmina chordis. Ouid. ad Pisonem 49.
Robustum carmen. Persius Saty. 5. 1.
Socialia carmina. Ouid. epist. 12. 28. Tibiáq; effudit socialia carmina uobis. Id est, Hymenæum cecinit.
Solenne carmen. Stat. 4. Sylu. 6. 20.
Sublimia carmina. Iuuenal. Saty. 7. 3.
Tragicum carmen. Horat. in Arte poetica 45.
Triuiale carmen ferire. Iuuen. Saty. 7. 6.
Vocale carmen, Sonorum. Ouid. 11. Metam. 64.
Carmina incertis authoribus uulgata. Tacit. lib. 1.
Assignare carmen allectationi. Quint. lib. 1. cap. 10. 25.
Canere carmen. Cic. de Claris Orat. 35. Virg. 1. eclog. 16.
Sibi intus canere carmen. Cic. pro Lege Agrar. 70.
Cantare carmina uirginibus & pueris. Horat. 3. Carm. ode 11.
Cantitare carmina. Cic. de Claris Oratoribus 37.
Capi Carmine, pro delectari. Virg. 4. Georg. 70.
Celebrare carminibus laudes alicuius. Cic. pro Rab. Posthu. 26.
Certare carminibus. Ouid. ad Pisonem 45.
Componere carmẽ alicui. Cic. pro Muræna 23, Prætor inserea, ne pulcrũ se ac beatũ putaret, atq; aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; carmen compositum est cum cæteris rebus absurdum, tum uerò nulli usui, utriusq; superstitibus præsentibus, istam uiam dico. inite uiam. Horat. 2. epist. 2. 19.
Componere carmina ad lyram. Quint. lib. 1. cap. 10. 23.
Concordant carmina neruis. Ouid. lib. 1. Metam. 51.
Condere carmen. Cic. 4. Tuscul. 7. Horat. 1. epist. 3. 5. Virg. 10. eclog. 10.
Contexere carmen. Cic. pro Cœlio 13.
Contingere carmina Musæo lepore. Lucret. lib. 1. 191.
Dare carmina pleno ore. Ouid. 1. Fastorum 95.
Deducere carmen. Ouid. lib. 1. Metam. 1.
Deductum dicere carmen. Virg. 6. eclog. 1. Id est, tenue. Translatio à lana, quæ deducitur in tenuitatem. Seruius.
Delenda carmina. Horat. 2. epist. 1. 14.
Delinire aliquem carmine. Ouid. 11. Metam. 33.
Describere carmina in folijs. Virg. 3. Aeneid. 89.
Describere carmina in cortice fagi. Virg. 5. eclog. 3.
Dicere carmina. Virgil. 6. Aeneid. 129, Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Id est, cantiones.
Dicere aliquem carmine. Virg. 2. Georg. 19.
Dictare carmina. Horat. 2. epist. 1. 22.
Disponere carmina. Lucret. lib. 2. 86.
Distringere aliquem carmine. Ouid. 2. Trist. 113.
Exornare carminib. tẽplorũ aditus. Cic. pro Archia poeta. 20.
Explicare carmina. Catul. epig. 50. 78.
Facere carmen. Cic. 4. Tuscul. 7.
Facere noua carmina. Virg. eclog. 3. 15.
Fingere carmina, Componere. Horat. 4. Carm. ode 2. 7.
Fingere carmina linenda cedro, & seruanda cupresso. Horatius de Art. poet. 67.
Flectere carmen. Seneca in Agamm. 5. 4.
Fundere carmina. Sil. lib. 13. 109. Luca. li. 1. 89. Cic. 1. Tusc. 98.
Gaudere carminibus. Hora. 4. Car. ode 10. 3. Et 2. epist. 2. 12.
Habent carmen uersus Saliorum. Quint. lib. 1. cap. 10. 18.
Inserere carminibus. Quint. lib. 1. cap. 7. 10.
Intendere carmen alicui. Id est, carmen in aliquem scribere. Claudianus 7. Panegyr. 130.
Ludere carmina. Virg. 4. Georg. 113.
Mandare carmina folijs. Hoc est, In folijs describere uelut in charta. Virg. 6. Aeneid. 15.
Modulari carmen. Virg. 1. Aeneid. 10. Vide Modulor.
Mulcere aliquem carmine. Ouid. 2. Fastorum 24.
Grato carmine mulcere aliquem. Horat. 3. Carm. ode 11. 5.
Nectere carmina. Stat. 2. Sylu. 2. 23.
Sancire alicui carmina. Stat. 3. Sylu. 3. 43.
Scribere carmen in aliquem. Cic. 2. de Orat. 191.
Scribere mala carmina. Hora. 2. Serm. Saty. 6. 15.
Sonare carmina dicuntur ripæ. Virg. 5. eclog. 13.
Modum carminis statuere. Ouid. 1. Trist. eleg. 10. 9.
Tradere carminibus res gestas. Lucret. lib. 5. 290.
Tradita carmine & fabulosa. Quint. lib. 2. cap. 4. 14.

Vaticinari

Digitized by Google

Vaticinari carminibus. Cic. de Amicitia 23.
Vincere aliquem carminibus. Virg. 4. eclog. 11.
Carmen, Oratio conceptis uerbis facta: cuiusmodi ea quæ ad Deum fit. Plin. lib. 18. cap. 2. 3, Duratq; immenso exemplo, Deciorum, patris filijq;, quo se deuouere, carmẽ. Extat Tuciæ Vestalis incestæ precatio, qua usa, aquam in cribro tulit. Liu. 1. ab Vrbe 142. Deinde iurare cogebantur diro quodã carmine in execrationem capitis ac stirpis composito.
Carmine longo aliquid effari. Liu. 1. ab Vrbe 99.
Carmẽ meditatum. Plinius in Panegy. 6, Animaduerto enim etiam deos ipsos nõ tam accuratis adorantium precibus, quã innocentia & sanctitate lætari: gratioremq; existimari, qui delubris eorum puram, castamq; mentem, quàm qui meditatum carmen intulerit.
Purgans nefas carmen. Id est, expiatorium. Ouid. 14. Met. 202.
Placantur carmine dei superi. Horat. 2. epist. 1. 28.
Carmen, pro cantu bubonis auis. Virg. 4. Aeneid. 93,
Solaq; culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri.
Lethale carmen. Ouid. 10. Metam. 90.
Miserabile carmen. Virg. 4. Georg. 103.
Mœstum carmen. Ouid. epist. 2. 24.
Carmen, pro uaticinio. Virg. eclog. 4. 1,
Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas.
Fatidicum carmen. Claud. de bello Getico 47.
Immota carmina Sibyllæ, id est, rata. Claud. de bello Gildon. 6.
Diuino carmine dicere. Virgil. eclog. 14, Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor Dixerit. Diuino carmine, Vaticinans. Seruius.
Mouere carmen ore. Ouid. 14. Metam. 5.
Carmen, pro incantatione, (ἐπῳδὴ) Virg. eclog. 8. 14.
Carmina uel cælo possunt deducere Lunam.
Incantamenta carminum. Plin. lib. 28. cap. 2. 1, Ex homine remediorum primum maximæ quæstionis, & semper incertæ est, ualeántne aliquid uerba & incantamenta carminum.
Magorum carmina. Quint. lib. 7. cap. 4. 5.
Auxiliare carmen. Ouid. 7. Metam. 28.
Magicum carmen. Vide Magus. Ouid. 2. Fast. 86.
Obscurum carmen. Ouid. 14. Metam. 12. Sic uocat carmen magicum.
Sacrum carmen. Ouid. 1. de Remed. Amoris 51.
Mouere carmine fila. Seneca in Agamemn. 5. 8.
Mutare carminibus, id est, incantatione. Virg. 8. eclog. 14.
Soluere mentes carminibus. Virg. 4. Aeneid. 98.

Carmenta] & carmentis, (καρμέντα) Euandri mater: à carminibus quibus dabat responsa, quum propriè Nicostrata uocaretur. Author Seruius in 8. Aeneid. 13, Erat hæc rerũ futurarum admonitrix: quæ Phœbo dedicata, carminibus oracula dabat. Hinc Carmentalis porta. Virg. 8. Aeneid. 68, Et Carmentalem Romano nomine portam. Postea uerò Scelerata dicta est, quòd per eam sex & trecenti Fabij cũ clientum quinq; millibus egressi, aduersus Hetruscos ad amnem Cremeram omnes interfecti sunt. Ouid. 2. Fast. 41.
Carmenti portæ dextra est uia proxima Iano, &c. De hac Strabo li. 5. multis uerbis. Et Solinus in descriptiõe Romæ.

Carmino] carminas, pen. corr. (διαξαίνω, κτενίζω,) carminare, Est quasi pectinare. Varro de Lingua Latina, Carminari lana tum dicitur, quum caret eo quod in ea hæret. Plin. lib. 9. cap. 38. 2. Quinis lana potat horis, rursusq; mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem.
Carminatio, Verbale, (διάξανσις) Plin. lib. 11. cap. 23. 1. Hanc ab his cogi, subigiq; unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

Carmylesus] καρμυλησὸς, locus est in Anticrago mõte Lyciæ. Strabo. lib. 14.

Carna, (κάρνα) siue Cardinea, Dea quæ uitalib. humanis præesse existimabatur: ab eademq; petebatur ut iecinora & corda & cetera quæ sunt intrinsecus uiscera, salua conseruaret. Huic pulte fabacia & lardo sacrificabatur, quòd uires maximè his rebus corporis roborentur. Ex Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 12. Vnde. Ouid. lib. 6. Fast. 21,
Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est:
Numine clausa aperit, claudit aperta suo. Hæc striges nocturnas puerorum, ut dicebant, cunas infestantes, à limine summouebat.

Carnabas] filius Triopæ, Perrhæborum regis, efferæ & immanis crudelitatis. Cel. Rhod. lib. 11. cap. 17.

Carnapæ] Populi sunt circa Mœotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificum, Carniuora, Carnosus] Vide Caro.

Carne] κάρνη, Phœnices est oppidum, ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum. Plin. lib. 6. cap. 20. Est itẽ Carne Steph. Aeolidis ciuitas, à qua fit Carnæus, à superiori uerò Carnites.

Carneades] pen. corr. (καρνεάδης) Cyreneus, nouæ Academiæ princeps, Chrysippi maximè studiosus, de quo Gellius, itemq; Plin. ait, quod scripturus aduersus Zenonis Stoici libros, superiora capitis helleboro candido purgauit, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilium usq; animi redundaret, & constantiam uigoremq; mentis labefactaret: tanta cura, tantoq; apparatu, uir ingenio præstans ad confutanda ea quæ scripsisset Zeno, aggressus est. Hunc præterea memoriæ arte usum fuisse Cic. de Orat. scribit. Gell. uerò lib. 16. & Quint. lib. 12. cap. 1. de eo referunt quod missus Romam legatus ab Athenientibus unà cũ Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico, suspectam fecit Romanis legationem, dicente M. Catone in Senatu, ab hoc uiro cauendum esse, qui ob eloquentiam & disserendi facultatem facilè quæcunq; uelit impetrare posset.

Carni] κάρνοι, Populi, Plinio ponuntur in decima regione Italiæ, noti nomine adhuc durante. Hodie tractũ à se cognominatũ inhabitant, Carnithiam & in Meridiem supra Tergestum regionem, quæ uulgò Carniola dicitur.

Carnodunum] καρνόδουνον, Oppidum est Vindeliciæ ad Danubium. Ptolem. lib. 2. cap. 13.

Carnunti] Populi Germaniæ inter Danubium & syluam Hercinium, in confinio Pannoniæ. Plin. lib. 4. cap. 13.

Carnutes, pen. prod. (καρνῦτες) Populi inter Celtas, Andegauensibus Turonibusq; finitimi, ac Oceano proximi. uulgò Chartres. Horum meminit Cæsar in suis Commentarijs.

Caro] carnis, fœ. gen. (σάρξ, κρέας) Propriè mortuorum dicitur: dicta quod careat anima, authore Donato. Plinius lib. 6. cap. 30. Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maximè uiuentes: Pamphagi, omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne uescentes.
Artus carne spoliati. Quint. lib. 5. cap. 12. 5.
Emortua caro & nigra. Cels. lib. 7. cap. 16.
Exedere carnem supercrescentem. Cels. lib. 5. 22.
Humana caro. Iuuen. Saty. 14. 10.
Inanima caro. Vide Inanimus.
Iners caro. Id est, insipida. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 8.
Mutua carne inter se uescuntur. Vide Mutuum.
Putida caro. Cic. in Pisonem 14.
Caro subrancida. Cic. in Pisonem 54.
Tosta caro. Ouid. 12. Metam. 32.
Viperææ carnes. Ouid. 2. Metam. 154. Id est, carnes uiperarũ.
Edere carnes. Ouid. 2. Metam. 154.
Replere corpora carne. Ouid. 12. Metam. 32.
Vesci carnibus. Iuuen. Saty. 15. 2.

Digitized by Google

Viua caro. Ouid. 15. Metam. 77.

Caro piſcium. Plinius lib. 9. cap. 17, de mulis piſcibus, & aliorũ piſcium carne.

Caro arborum quæ ſit, docet Plinius lib. 16. cap. 38. Atq; in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, ſanguis, caro, nerui, uenæ, oſſa, medullæ. Et paulò pòſt, Proximi plerisq; adipes. Ii uocantur à colore alburnum: mollis ac peſſima pars ligni, etiã in robore facilè putreſcens, teredini obnoxia, quare ſemper amputabitur. Subeſt huic caro: cui oſſa: id eſt, materiæ optimum.

Carnarius, (κρεωπώλης) Qui carnem uendit.

Carnarius, qui in edenda carne delectatur. Martial. lib. 11. 101. ad Flaccum, Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

Carnarium, carnarij (κρεωφυλάκιον) Propriè dicitur locus, ubi ſalitæ carnes domi reponuntur. Colum. lib. 12. cap. 53. 3. A duodecima die ad lacum ſalſuram deferri oportebit, & ſalem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui, nec ubi ſal inhæreat & paululum aßiccatam in carnario ſuſpendi. Plaut. Capt. 15. 6. Aduenies modò deturbauit totum cũ carne carnarium. Plin. lib. 19. cap. 4. 8. Quippe è carnario, aut macello uiuendum eſſe.

Carnarium, (κρεωπώλιον) Locus ubi carnes tantummodo uenduntur. Plautus, Cœnam è carnario emit, iam factus ſatur. Varro tabernam carnariam uocat.

Carnarium accipitur etiam pro ipſa carne, ſicut cibarium pro cibo. Plautus, Qui mihi carnarium parauit, ridiculus ad iendum.

Carneus, (σαρκικός) Adiectiuum, Quod ex carne eſt.

Carnifex, pen. corr. huius carnificis. pen. corr. ma. ge. (δήμιος, βασανιστής,) Qui iuſſu magiſtratus hominem occidit: ideo dictus, ut ait Donatus, quòd carnes ex hominibus faciat. Cic. 7. Verr. 12. & 92. Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorq; ſociorum, & ciuium lictor.

Inter carnifices inuentus. Iuuen. Saty. 8. 18.

Carnifex atrocior erat lictore. Cicer. pro Rabio 7, Portia lex libertatem ciuium lictori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit.

Carnificis loco habetur is qui ſe uulnerãſſet, ut moreretur. Feſt.

Carnifex, authore Donato, ex carnificans dominũ: aut ipſe dignus carnifice, ut caro fiat, id eſt, ut lanietur. Terẽt. And. 4. 1. 27, Quantasq; hic ſuis cõſilijs mihi confecit ſolicitudines, Meus carnifex. Vide Meus.

Carnifex, per metaphoram. Cicer. 3. Verr. 5. Non ſiccarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium. Idẽ pro Quintio 29, Sed bonorũ emptores, ut carnifices ad reliquias uitæ lacerãdas.

Carnifex & tortor. Cic. 11. Philipp. 293.

Epulæ carnifices, aut quæ comeſtæ aliquem affligunt, utpote uenenо conditæ, aut à carnifice miniſtratæ & appoſitæ. Claudian. in Bel. Gild. 36,

Fixus quiſq; thoro tacita formidine libat
Carnifices epulas.

Manus carnifices. Silius lib. 1. 35.

Carnifices pedes, apud Martialem, lib. 12. 44.

Carnifices ad reliquias uitæ lacerandas ac diſtrahẽdas. Cic. pro Quint. 29.

Carnificium cribrum legitur apud Plautum. Moſtel. 2. 52.

Carnificina, pen. pro. (κολαστήριον, βασανιστήριον) Locus publicus, in quo iuſſu magiſtratus homines occiduntur. Plaut. Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petãt? Liu. 2. ab Vrbe 97, Ductum ſe ab creditore, nõ in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe. (28.

Carnificinam facere, Pro carnificis officio fungi. Plaut. Capt. 4.

Carnificinam ſubire. Cic. 5. Tuſcul. 115, Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius ſubierint, quàm ibim aut aſpidem, aut ſelam, aut cancm, aut crocodilum uiolent.

Carnificinas dixit Cato plurali numero pro tormentis & crudelitatibus. Vbi ſocietas, inquit, ubi fides maiorum inſignitas iniurias, plagas, uerbera, uibices, eos dolores, atq; carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere auſum eſſe? Plaut. in Ciſtellaria, ſingulari eſt uſus, Credo ego amorẽ primum apud homines carnificinam commentum.

Carnificina & crudelitas. Cic. pro Seſtio 119, Non ea eſt medicina quum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina eſt iſta, & crudelitas.

Carnificina ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 47, Nam quum omnis perturbatio miſeria eſt. tum carnificina eſt ægritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animũ, ex carnificatumq; conficit.

Carnificor, pen. corr. carnificaris (κρεμαγῶμαι) carnificari, Pati ea quæ carnifices facere ſolent. Liu. 4. bel. Pun. 65, Quod ubi Tribuni militum Graccho nunciauerunt, neminẽ ſtantem iam uulnerari hoſtem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladijs humana capita eſſe, ſignum dari properè iußit. Paßiue hic accipitur, teſte Budæo.

Carniuorus, pen. corr. (σαρκοφάγος) Adiectiuum, Quod carne ueſcitur: ut Animalia carniuora. Plin. lib. 10. cap. 73. 1, Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

Carnoſus, pen. prod. (σαρκώδης, πολύσαρκος) Pinguis: ut Carnoſus uenter. Plin. lib. 11. cap. 37. 71, Carnoſum palatum, Ibidem, cap. 37. 44.

Carnoſum ueſtigium. Plin. lib. 11. cap. 45. 7, Eſt enim biſulcus diſcrimine exiguo pes imus, ueſtigio carnoſo, ut urſi. Ibidem, cap. 52. 4, Qui carnoſos à naribus angulos habent, &c.

Carnoſus candor. Plin. li. 11. ca. 37. 20, Claudio Cæſari ab angulis carnoſo cãdore, ſanguineisq; uenis ſubinde ſuffuſi oculi.

Carnoſum fõlium. Plin. lib. 16. cap. 24. 2.

Carnoſiſſimis oliuis, exiguum olei. Plin. lib. 15. cap. 3. 7.

Carnoſa radix. Plin. lib. 21. cap. 6. de uiolis.

Carnulentus, Adiectiuum, Idem quod carnoſus. Solinus ca. 62, Sunt enim illis reciprocis quibuſdam pulmunculis ueſtigia carnulenta. De camelis.

Caruncula, pen. corr. (σάρκιον, σαρκίδιον, κρεάδιον) Diminut. Cic. 2. de Diuinat. 78, An tu, inquit, caruncula uitulinæ mauis quàm Imperatori ueteri credere, &c. Celſ. Si urina crãſſa carunculas quaſdam exiguas quaſi capillos habet.

Carodunum] pen. prod. (καρρόδουνον) Ptolemæo Germaniæ urbs, hodie Cracouia, Vulgò Gracauu, Poloniæ regia.

Carœnum] Carœni, n. gen. Genus eſt uini factitij. Pallad. in Octob. Cap. 18, Nunc defrutum, carœnum, ſapam conficies. Vide Carenum.

Caronium] καρώνιον Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs Ptolemæo. Valgò Cheroga.

Caros] κάρος, Dioſcoridi lib. 3, ſemen eſt exiguum, aniſo proportione reſpondens, cuius radix paſtinacæ modo eſtur. Plinio Careum, ſiue Carium dicitur. Officinis Carui. Vide Careum.

Eſt etiam Caros, crapularis redundantia, à καρόω. Apud Medicos eſt ſomnus iuſto profundior. Galen, li. 4. De loc. aff. c. 2.

Caroticæ] appellantur uenæ in collo, quæ ſi comprimãtur, corruit homo dormienti ſimilis. Vide Gal. lib. de Iuuament. anhelitus. & Ariſtot. lib. de Animalibus.

Carpea] κάρπαια, Armata fuit ſaltationis ſpecies. Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 4.

Carpanetum] Locus in Attica regione, ut exponunt interpretes in Senecam in Hippol.

Quæ ſaxa ſolo Carpaneto Subiecta iacent.

Carpaſium] καρπάσιον, Cypri inſulæ oppidum eſt. Plin.

Digitized by Google

libro quinto, cap. 31.

Carpasinum] Planta est Dioscoridi, cuius succus soporem citamq; strangulationem adducit. Vide Dioscor. lib. 6. cap. 13. Medicis ad hoc usq; tempus ignota est.

Carpathos] siue Carpatus, pen. corr. (κάρπαθος) Insula est inter Aegyptum & Rhodum sita, ducentorum stadiorum circuitum habens: quatuor olim insignis urbibus, à qua mare ipsum Carpathium dictum. Colum. lib. 8. cap. 16. 8, Sola ex precioſis piſcibus muræna, quamuis Tarſenſis, Carpathijq; pelagij. Horat. 1. Carm. ode 35. 2, Pelagus Carpathiũ. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

Carpatus] κάρπατος, Mons Sarmatiæ in Europa Ptolemæo. Vulgò Crapalz.

Carpentoracte] Galliæ Narbonenſis ciuitas, apud Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgò Carpentras.

Carpentum] carpenti, (ἅρμα) Genus uehiculi, dictũ quaſi carmentum, à carmenta Euandri matre. Ouid. 1. Faſt. 124,

Nam prius Auſonias matres carpenta uehebant,
Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor. Plin. de Viris Illuſt. 7. b, A qua iuſſa turba recedere, quum domum rediret, uiſo patris corpore, mulionem euitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit. Liu. 1. ab Vrbe 213.

Serica carpenta, Serico panno ornata. Propert. li. 4. eleg. 8. 5.

Voluere carpentum. Iuuenal. Saty. 8. 15.

Carpentarius. (ἁρματοπηνὸς) Adiectiuum. ut Carpentarius equus, qui carpentum ducit. & Carpentarius faber. qui carpenta facit. Sipontinus.

Carpeſium] Herba est, de qua Galen. lib. 1. de Antidot.

Carpetani] Populi Hiſpaniæ ad Tagum fluuiũ, iuxta Vaccæos. Plin. lib. 3. cap. 3.

Carpheotum] Thuris genus puriſſimũ & candidum, quod autumno legitur ex partu æſtiuo. Plin. lib. 12. cap. 14.

Carphos] Herbæ genus, quæ alio nomine Buceras, à ſimilitudine cornuum bouis, nonnulli ægoceras, quòd ſemen eius caprarum cornibus ſimile ſit, Græci τῦλον nominant. Plin. lib. 24. ca. 19. 12, Nec fœno Græco minor authoritas, quod Telin uocant, alij Carphos, Galli (inquit Ruel.) Senegrenum uocant.

Carpi] Populi ſunt Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa dicitur. Author Plinius lib. 5.

Carpias] inquit Menander Rhetor, apud Cæl. lib. 4. ciuitates dicebant, in præripijs fluminum ab Romanis ad Barbarorum impetum reprimendum conditas.

Carpineites] καρπινήτης, Sinus est non procul à promontorio, quod Tamyracem appellant, magnitudinis non modicæ, tendens in aquilonem ſtadia circiter mille. Strab. lib. 7.

Carpinus] carpini pen. prod. f. g. Genus arboris notæ de acerum genere, ex quo fiunt faces. Col. lib. 5. cap. 7. 1, Quin etiam cornus & carpinus & ornus, nonnunquam & ſalix à plerisq; in hoc ipſum diſponitur. Plin. lib. 16. cap. 18, Deſcendunt etiam in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Idem lib. 28. cap. 12. 8.

Carpineus, Ex carpino factus. Plin. lib. 16. ca. 43. 4, Hyginus manubria ruſticis carpinea fieri iubet. Col. lib. 11. cap. 2. 71.

Carpio] carpionis, pen. prod. m. g. καρπίων, Piſcis notus, qui capitur in Benaco lacu. Sipontinus.

Carpis] Fluuius est Scytharum, ut ſcribit Herodotus lib. 4.

Carpo] carpis, carpſi, carptum, ἁρπάσμαι, carpere, Proprie est molliter decerpere, & leniter auferre nulla uiolentia adhibita. Virg. 9. eclog. 10,

Inſere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes. Col. lib. 5. cap. 6. 6, Vbi deinde prorepſerint plantæ, ſtramenta colligemus, & manibus herbas carpemus. Plin. Herbasq; cũ ſemine & radicibus carpunt.

Floſculos orationis carpere ac delibare. Cic. pro Seſtio, 103.

Flores ab arbore carpere. Ouid. 9. Metam. 78.

Frumenta ſata carpere manu. Virg. 3. Georg. 35.

Poma carpere autumno. Virg. 4. Georg. 27.

Pomaria carpere. Ouid. epiſt. 4. 6.

Roſam uere carpere. Virg. 4. Georg.

Vindemiam carpere de palmite. Virg. 2. Georg. 18.

Carpere, Accipere. Virg.

Et placidam carpebant membra quietem.

Carpere & Colligere. Cic. 1. de Orat. 94, Vel paſſim licet carpentem & colligentem undique, repleri iuſta iuris ciuilis ſcientia.

Aera carpere. Virg. 4. Georg. 62.

Aera carpere alis. Ouid. 4. Metam. 124. de Mercurio.

Aetas carpitur. Catul. epig. 63. 7. Id est, uita agitur.

Aquam de mari carpere. Ouid. in Ibin 40. Prouerbij ſignificationem habet, pro eo quod Horatius ait, Ex magno tollere aceruo. Aut inde unde ſemper magna ſuppellectura ſit copia.

Carpere auras uitales, id est, uiuere. Poeticum. Virg. 1. Aen. 79.

Cibum carpere. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 39.

Cibos digitis carpere. Ouid. 3. de Arte, 150.

Cœnam carpere è rogo. Catull. Epig. 55. 1.

Dente carpere uiſcera alicuius. Ouid. in Ibin, 93.

Carpere herbã oues dicũtur, id est, paſcere. Virg. 3. Georg. 59.

Ignauius carpere herbas. Virg. 3. Geor. 91, Id est, negligentius, ſine auiditate. Seruius.

Gramina carpunt armenta. Virg. 2. Georg. 41.

Gramen carpſere capellæ. Ouid. 1. Metam. 61.

Rabula carpſit ouis. Ouid. 4. Faſt. 151. Et 4. Metam. 44.

Thyma carpens apis. Horat. 4. Carm. ode 2. 6.

Carpere, Celeriter præterire. Virg. 3. Georg. 38,

Carpere mox ægrum incipiat. Valla lib. 6.

Aethera carpere equis, In æthere obequitare. Ouid. 3. Faſt. 84. de Phœbo.

Pede carpere campos. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 5.

Fugam carpere. Sil. lib. 10. 13.

Carpere prata fuga. Virg. 3. Georg. 28. Hic celeritas intelligitur, inquit Valla lib. 6. per hoc quod dixit fuga, qui eſt celer curſus.

Iter, Ambulare. Martial. lib. 2. 14,

Siquis ibi ſerum carpat amicus iter.

Iter pede carpere. Ouid. 3. Faſt. 121.

Iter longum carpentes. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 19.

Iter ſupremum carpere. Horat. 2. Carm. ode 17. 3,

Vtcunq; præcedes, ſupremum
Carpere iter comites parati. Id est, ſeu ætate ſeu ſorte præcedet, in ſupremo mortis die comitari ſe aſſerit Mecœnatem. Acron.

Viam, Ambulare. Virg. 6. Aeneid. 126.

Volatum carpere, Volare. Stat. 1. Theb. 62.

Lanam, linum, &c. Valla lib. 6, Vt carpimus linum uirens ex humo, quum uellimus: ita puellæ ſiniſtra manu de colo penſum trahentes, ſenſimq; uellentes, carpunt. Et ut decerpimus roſam primis digitis, ſic puellæ primis & ipſæ digitis decerpunt particulatim linum lanamue. Celſ. lib. 6. cap. 6, Vbi ſecta unitas eſt, demitti debet lana mollis bene carpta.

Noctes carpere ſecuras. Valer. 5. Argonaut. 10.

Oſcula carpere. Ouid. epiſt. 11. 24.

Pecus carpere. Propert. lib. 2. eleg. 17. 2.

Penſum carpere. Horat. 3. Carm. ode 27. 13.

Rura frigida. Virg. 3. Georg. 64,

Luciferi primo cum ſydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent.

Vbi Seruius, Rura carpamus, id est, carpere cogamus animalia.

Digitized by Google

malia. Donatus autem in Terentium, fruamur agris, interpretatur. Neuter uerò satis propriè: hìc enim Virgilius significat, Agamus oues in pascua: ut satis ostendit Columella hunc locum interpretatus lib. 7. cap. 3. 20.

Carpere soporẽ, dormire. Virg. 4. Aeneid. 105. Somnos, Virg. 4. Aeneid. 111. Poetica sunt.

Carpere agmen, & similia. Hoc est, aliquos ab agmine segregatos intercipere & occidere, & uelut agminis particulas decerpere. Liu. 7. bel. Pun. 253, Qui quum fessum agmen carperent ab omni parte, incursarentq; & iam omisso itinere, quod fugæ simile erat, castrametari Pœnus in tumulo super fluminis ripam uellet, aduenit Liuius, &c.

Carpere exercitum in multas partes, id est, separare. Liuius 6. bel. Pun. 189, Multorum Annibal Italiæ populorum animos auerterat, quos neque omnes tenere præsidijs, nisi uellet in multas, paruasq; partes carpere exercitum, quod minimè tũ expediebat, poterat.

Carpere orationem membris minutioribus. Cic. 3. de Orat. 105.

Carpere, Eligere. Terent. Adelph. 4. 2. 53,

Nam iam adibo: atq; unum quicquid, quod quidem erit bellissimum, Carpam: & cyathos sorbillans, paulatim hũc producam diem. Donatus.

Carpere, Lædere. Virg. 3. Georg. 42,

Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo
Fœmina. Donatus in Terentium, Alij, attenuat, & diminuit interpretantur. Colum. lib. 6. ca. 7. 2, Aluus, corpus, ac uires carpit, operiq; inutilem reddit.

Forma carpitur suo spacio, id est, quò longius durat, hoc magis corrumpitur. Ouid. 2. de Arte 23.

Carpere faciem, Laniare, lacerare. Seruius in illud. 12. Aeneid. 122, Et roseas laniata genas, Moris (inquit) fuerat, ut ante rogos humanus sanguis effunderetur uel captiuorũ uel gladiatorum: quorum si forte copia non fuisset, laniantes genas suum effundebãt cruorem, ut rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum, cautum Lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem, his uerbis, Mulier faciẽ ne carpito.

Carpere aliquem, pro Despoliare aliquẽ, et ut uocat Terentius, Emungere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 19,

Et soror, & mater, nutrix quoq; carpat amantem.

Opes alicuius carpere, Auferre. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 7.

Vitam carpere. Seneca in Hercule furente, 9.

Æstu mens carpitur. Valer. lib. 3. Argonaut. 73,

—fiducia mœstis
Nulla uiris, ægro assiduè mens carpitur æstu.
Aestu scilicet curarum.

Auro pectus carpitur, id est, auaritia uexatur. Prop. 3. eleg. 5. 1.

Cura alicuius carpi, Affici, consumi. Ouid. 3. de Arte, 136.

Igni cæco carpi. Virg. 4. Aeneid. 1. Alludit ad Cupidinis tela, nã sagittarum uulnus est facis incendium. Seruius.

Carpere atq; Reprehendere, accusare, & quasi dentibus lacerare, (διασύρειν.) Martialis,

Carpere uel noli nostra, uel ede tua.

Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 5, Aut in Pompeio defendendo: nam is carpebatur à Bibulo, Curione, &c.

Carpere maledico dente. Cic. pro Cor. Balbo 47, More hominum inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant, non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt.

Facta alicuius carpere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 13.

Libellos alicuius carpere. Ouid. 1. de Remed. amor. 73.

Impune carpere. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.

Carpere, Frui Pers. Sat. 5. 16,

Indulge genio, carpamus dulcia.
Id est, fruamur rebus dulcibus. Ita interpretatur Donatus in Terentium.

Gaudia carpere. Ouid. 3. de Arte 132.

Honores uirtutis carpere. Valer. lib. 1. Argonaut. 36.

Iuuenta perpetua carpi. Virg. 4. Aeneid. 7.

Carptim, Aduer. (διεσπασμένως) Hinc atq; illinc siue aliquo ordine decerpendo. Sall. in Catil. Statui res gestas Pop. Romani carptim, ut quæq; memoria digna uidebãtur, perscribere.

Carptim, breuiterq; perstringere aliquid. Plin. in Paneg. 40.

Carptim dicere. Plin. Epist. 167. b.

Carptim, & κατὰ περιφάλειαν agere. Plin. lib. 6. epist. 26.

Carptim, & Vniuersi, opposita. Liu. 8. bel. Pun. 133, Edictũ deinde propositum, ut ad stipendium petendum conuenirent Carthaginem, seu carptim partes, seu uniuersi mallent.

Carptim & singuli. Tac. Dimissi nõnulli ob culpã, seu carptim ac singuli, quo tutiss. remedio cõsensus multitud. extenuatur.

Carptura, pen. prod. (ἁρπάγη) Varro. 3. de Re rust. cap. 16. 20, Nec non etiã aliud discrimen sequãtur in carptura, &c.
De apibus flares carpentibus.

Carptus, Participium, (διαρπαγείς) ut Carpta lana.

Flos Carptus. Ouid. 3. de Arte 16.

Carptus, huius carptus, (ἅρπαγμα) Idem quod carptura. Plin. lib. 24. cap. 10. 6, Flos cuiusq; generis trium digitorum carptu. Hoc est, quantum tres digiti decerpere possunt.

Carptor, Verbale, (διασυρτής) Qui reprehendit. Gellius lib. 19. cap. 7, Quale illud est, quod uituperones suos subducti supercilij carptores appellauit.

Carpobalsamũ] καρποβάλσαμον, Balsami fructus. Plin. lib. 12. cap. 25.

Carpocrates] καρποκράτης, Nomen cuiusdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carpophyllon, li] καρπόφυλλον, Genus lauri. Plin. lib. 15. cap. 3, Est & chamædaphne syluestris frutex, est & Alexandrina quam aliqui Ideam, alij hippoglottion, alij daphnitin, alij carpophyllon, alij hypelaten uocant. Ruellius lib. 3. cap. 136, Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti. Nec nisi in montosis uidimus hac effigie, folio paulo ruscimaiore, molli, nec rigido, semine inter folia rubro, ramulis in terram sparsis, dodrantalibus, radice myrto syluestri proxima, molli.

Carraca] κάρρακα Italiæ urbs sub Venetia Ptolemæo. Vulgò dicitur Caranaggio.

Carræ] carrarum (κάρραι) Mesopotamiæ urbs, Crassi clade nobilis. Author Plin. lib. 5. cap. 24. & Caracallæ Imperatoris etiam necẽ. Hic enim ut Rufus Consularis scribit, intra Euphratem apud ciuitatem Edessam perijt, quum leuandæ uesicæ gratia ex equo descendisset. Lucan. lib. 1. 21,

Arma ducum dirimens miserando funere Crassus,
Assyrias Latio maculauit sanguine Carras.

Dicuntur autem Carræ, ut inquit Stephanus, à Carra fluuio Syriæ. Huius incolæ Carreni aut Carrei uocantur. Est & urbs eodem nomine ad mare Erythræum.

Carræ, Plinio cap. 7. lib. 31, Arabiæ oppidum, ubi muros domosq; massis salis faciunt, aqua ferruminantes.

Est & urbs eodem nomine ad mare Erythræum.

Carrago] σιδηροφόρον apud Pollionem in Claudium, pro impedimento accipi uidetur, ut uulgò nostri Carriagium uocant. Budæus.

Carrus] & Carrum, utroq; modo dicitur (ἅρμα, ἅμαξα) A cardine quatuor rotarum, uel quòd currendo sonet. Hirtius lib. 6. 23, Ea die per uiarum angustias, carra complura multosq; laniatus retraxit. Cæsar bel. Gall. lib. 1, Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. Ibidem, Pro uallo carros obiecerant. Idem, Vix qua singuli carri ducerent. Liuius 10. ab Vrbe 137.

Carruca, pen. prod. (ἅμαξις) uidetur diminutiuum à carrus.

Digitized by Google

Plinius lib.33.cap. 11.2, At nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Martialis lib.5.104,

Nec feriatus ibat ante carrucam.

Paulus Iurisconsultus in l. In commodato. §. duabus. ff. Commodati. Nam eum qui carrucam, puta uel lecticam commodauit, &c.

Carrucarius (ἁμαξηλάτης) qui carrucam legit. Vlpianus Iurisc. in l. Itē quæritur, in princ. ff. Locati. Sicißiarius, id est, carrucarius, dum cæteros trāsire contendit, cißium euertit.

Carrucarius, Adiectiuū (ἁμάξειος) ut mula carrucaria. Vlpianus in l. Aediles aiunt. §. Iumētorum. ff. de Aedilitio edicto, ubi de mulis loquitur, Pleraſq; deniq; carrucarias tales eſſe, ut non poßint tranſiungi.

Carſeoli] pen.corr. (καρσίολοι) oppidum eſt in uia Valeria non longè à Pelignis, cuius meminit Strabo, lib.5. Vide Plinium lib.3.cap.12. Ouid.4.Faſt.137,

Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ferendis,
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

Videtur hic Carſeolos populos intelligere, non oppidū. Niſi quis putet ablatiuum eſſe loci, poſitum pro In Carſeolis, ut Venetijs, Pariſijs, & ſimilia. Poteſt etiam datiuus caſus eſſe.

Carſeolanus, pen. prod. Adiectiuum (καρσιολινὸς) ut Carſeolana lex apud Ouidium, 4.Faſt.142,

Factum abijt, monimenta manent, nam dicere certam
Nunc quoq; lex uulpem Carſeolana uetat.

Cartadulorum] regio, in Subſolanis Indorum montibus, in qua ſatyri reperiuntur. Plin. lib.7.cap.2.

Cartalo] pen.corr. Viri proprium de quo Sillius lib.15,

—cadit obuius acri
Cartabo Vaſidio Libycæ regnator arenæ.

Carteia] καρτάια Stephan. ciuitas Hiſpaniæ ad Calpen. Author Plinius lib.3.cap.1. Carteia à Græcis Tarteſſos appellata, eodem authore.

Cartenea] Auguſti colonia in Mauritania Tingitana. Plin. lib.5, cap 2.

Carthęa] καρθαία urbs eſt in inſula Ceo, ut uult Strab. li.10.

Carthæus (καρθαῖος) Adiectiuum, ut Arua Carthæa. Ouid. 10. Metamorph.22,

Nataq; ſacer Nymphis Carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat.

Carthæius, aliud adiect. (καρθαίος) ut Carthæia mœnia. Ouid. 7. Metam.74, Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Cæe.

Carthago, pen. prod. huius Carthaginis (καρχηδὼν) urbs Aphricæ, celebris, quæ poſt Troianum bellum à Didone condita fuit, de qua rectè Salluſtius ait, ſatius eſſe ſilere, quàm pauca dicere. tanta enim eius potentia fuit, ut authore Polybio, & Strabone, tota Africa cultiore potiretur: in Hiſpania uerò ab Herculis columnis aduſq; Pyrenæos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Variante tandem fortuna, adeò defecit, ut ea diruta, circumiacens regio prouincia facta fuerit, & Maſiniſſæ, qui ob uirtutem & amicitiam plurimùm Romanis curæ fuit, commiſſa à Pop. Rom. Græci eam Carchedonem nominarunt: Adrianus autem Imp. Adrianopolim, & ridiculè perditißimus Imperator Commodus, quemadmodum ſcribit Lampridius, Alexandriam Cōmodianam Togatam. Meminit huius urbis multis Iuſtinus lib.18. & in Floridis Apuleius. Eſt & Carthago noua, quam dux Pœnorum Haſdrubal condidit in Hiſpania Bætica Author Pomponius Mela lib.2. Hæc à Scipione expugnata eſt, Hannone non ſine ſuorum clade ſe dedente. Liu. lib. 6. Decad.3, Ad Carthaginem, inquit, nouam expugnandam, totis uiribus, & bono animo tranſeamus. Hæc ille. Fuit & alia Carthago, uetus cognominata, eodem in littore. Cic. de Lege Agraria, 56, Poſt autem agros, inquit, in Hiſpania apud Carthaginē nouam, duorum Scipionum eximia uirtute poſſeſſos, tum ipſam ueterem Carthaginem uendunt. Meminit & Cic.2.de Lege Agraria, 85. & 3. Tuſc.91. Sita fuit haud procul Tarracone, & à Teucris condita, de qua Silius lib.3,

Dat Carthago uiros, Teucro fundata uetuſto.

Carthago filia Herculis. Cic.3.de Nat.Deor.56, Quartus Hercules Iouis eſt, Aſteriæ Latonæ ſororis, qui Tyri maximè colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt.

Terror imperij Carthago. Cicero pro Muræna, 53, Bis conſul fuerat P. Africanus: & duos terrores huius imperij, Carthaginem, Numantiamq; deleuerat, &c.

Alma Carthago. Sil.lib.13.3.

Alta Carthago. Virgil.4.Aeneid.20.

Antiqua Carthago. Claud. de bel. Gildon.104.

Dues opum Carthago. Virgil.1.Aeneid.4.

Impia Carthago. Horat.4.Carm.8.ode,4.

Inuida Carthago. Horat.Epod.7.1.

Magna Carthago. Horat.3.Carm.5. ode, 8.

Noua Carthago. Virgil.1.Aeneid.74.

Perfida Carthago. Sil.lib.13.20.

Tyria Carthago. Virgil.4.Aeneid.45.

Carthaginienſis, & hoc Carthaginienſe (καρχηδόνιος) dictio ſex ſyllabarum, ut docet Priſcianus libro 4. Dicitur qui eſt ex Carthagine.

Carthaginienſes multi Romæ ſeruierunt. Cic.3.Tuſc.89.

Carthaginienſes fraudulenti & mendaces. Cic. pro Lege Agraria 92, Carthaginienſes fraudulenti & mendaces, non genere, ſed natura loci, quòd propter portus ſuos, multis & uarijs mercatorū ſermonibus, ad ſtudium fallendi, ſtudio quæſtus uocabantur.

Carthegon] Buxi granum eſt, Plin.lib.16.cap.30.

Cartheia] Alio nomine Iulis, parua circa Delon inſula, chara ingenijs uiriſq;. Alex. Genial. dier. lib.6.cap.5.

Cartibulum] Menſæ genus unum, quod in cœnaculis ponebatur. Varro.

Cartilago] pen. prod. fœ. ge. (χόνδρος) pars ſimilaris corporis ex ſpermate genita, quæ tamen neque os eſt, neq; caro, ſed quoddam intermedium, qualis eſt tota auris, & extremæ partes oßium motoriorum. Plin. lib.11. cap.4.1, Inſecta non uidentur habere cartilaginem. Idem lib.9.cap.24.1.

Cartilago mori. Plin. lib.15.cap.28.7, Callo placēt pyra & mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano.

Cartilagineus (χονδρότης) Adiectiuum. Plin. lib. 11. cap. 37.14, Sed auriculæ omnibus exceptis quæ cartilaginea appellauimus. Hoc eſt, ex cartilagine compoſita: ut neq; oſſea, neq; carnea dici poſſint.

Cartilagineſus, pen. prod. Adiectiuum (χονδρώδης) hoc eſt, mediam conſiſtentiam habens inter durum & molle. ut Cartilagineſum galbanū. Plin. lib.12.cap.25.11, Dat & galbanum Syria in eodem Amano monte è ferula, quam eiuſdem nominis reſinæ modo ſtagonitim appellant. Quod maximè laudant, cartilagineſum, purum ad ſimilitudinem ammoniaci, minimeq; lignoſum.

Cartris] κάρτρις, Cymbrorum peninſula. Plin. lib.4.cap.13.

Caruilius] Spur. Iouem qui eſt in Capitolio, ex Samnitium Victorum ocreis & galeis, fecit, amplitudine tanta, ut conſpiciatur à Latiario Ioue. Plin. lib.34.cap.7.

Caruidius] Pollio, eques Rom. triclinijs quibuſdam argentum addidiſſe primus traditur à Plinio, lib.33.cap.11.

Caruncula] Vide Caro.

Carus] τιμὴν, τίμιος, πολύτιμος) Adiect. propriè dicitur quod uili contrariū eſt, ut cara annona. Et Terent. And. 4.5.7. Cic.2. de Diuin. 88, Putarem annonam in macello cariorem fore. Idem pro Domo ſua 12, Subitò illo ipſo die cariſſimam

Digitized by Google

tarißimam annonam, nec opinata ullitas conſequuta eſt.
Carius facere aurum cælando. Plin. in proœ. 33. lib. Acceßit ars picturæ, & aurum argentumq; cælando carius fecimus.
Non eſt trecentis minis cara. Plaut. Perſa. 16. 197.
Carè, Aduerbium (τιμίως) ut Carè æſtimare, carè uenire. Cicero ad Brutum, 16. 12, Valde carè æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit.
Caritas, pen. corr. (ὑφέρωσις, σιτοδεία) caritatis, f. g. Penuria. Deriuatur autem à Careo, quod ſignificat non habeo, defitio. Valla lib. 4. Caritatem pro penuria accipimus. Sed frumenti quidem, & annonæ caritatem dicimus: Penuriam uerò, uini, aquæ, pabuli, pecorum, pecuniæ, uirorum, cæterarumq; huiuſmodi rerũ. Vel penuria eſt, ut ſic dicã, carentia omnium rerũ. Caritas uerò quæ cõtraria eſt uilitati. Ideoq; Plin. Iunior ait acceßiſſe agris ſuburbanis caritatẽ. Et Quintilianus quum ait, itaq; caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorũ. Idem eſt, ac ſi dixiſſet, caritas annonæ, penuria frumenti. Hactenus Valla. Cic. 5. Verr. 185, Caritas enim annonæ faciebat, ut iſtud quod re parum uidebatur, tempore magnum uideretur.
Vilitas & Caritas, contraria. Cicero quinta. Verr. 186, Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in uilitate, alter in ſumma caritate fuerit.
In caritate, aſſe modium populo dedit M. Seius. Cic. 2. Offic. 85.
In Rhodiorum inopia & fame, ſummaq; annonæ caritate, magnum frumenti numerum aduexit Alexandria Rhodum. Cicero 3. Offic. 66.
Præſens caritas erat, & futura fames. Cic. pro Domo ſua, 9.
Diuturna caritas. Cic. pro Domo ſua. 10.
Huberiora cibaria facta ſunt caritate. Cic. 5. Verr. 186.
Inferre caritatem annonæ. Vide Infero.
Caritas nummorum. Cic. ad Atticum lib. 9. 180. 12.
Caruſij] καρσοῖοι, populi ſunt Troglodytis finitimi, pariter & Aethiopibus, in finibus Africæ, ad latus meridiem ſpectans inhabitantes. Sipontin.
Carya] κάρυα, Ciuitas Peloponneſi, quæ cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit: undè poſtea à Græcis deleta fuit. Vitruu. lib. 1.
Caryatis, Caryatidis (καρυατὶς) Quæ eſt ex Caryâ. Vitruu. lib. 1. cap. 1.
Caryanda] καρύανδα, Lacus eſt & inſula eodem nomine Caryæ regionis, non procul à Myndo. Strabo Geog. li. 14.
Caryca] Vide Carica.
Carynia] Ciuitas in Achaia, circa quam abigi partum uino, atque etiam ſi uuam edant grauidæ, refert Plin. libro 14. cap. 18.
Caryon] caryi, neut. ge. (κάρυον) Nucis iuglandis genus: de qua ſic Plin. lib. 15. cap. 22. 2, Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum.
Carynus] pen. corr. (κάρυνος) Adiectiuum, ut Carinũ oleum. Plin. lib. 23. ca. 4. 11, E nuce iuglande quod carynũ appellauimus, alopecijs utile eſt, & tarditati auriũm infuſum.
Caryophyllata] Planta eſt non uulgaris, neq; uiribus ineficax, argumento quòd eius radices manifeſtum caryophylli ſpirent odorem. Mathiol. apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 17.
Caryophyllon] καρυόφυλλον, Arbor eſt in Orientali plaga proueniens, quibuſdam Indici Pelagi inſulis, non longè à Badan. Plin. lib. 12. cap. 7, Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, quod uocant Caryophyllon, grandius fragiliuſq;. Tradunt in Indico luco id gigni. Aduehitur odoris gratiâ.
Eſt & Caryophyllus floris ſpecies, Groſoli uulgò dicta: cuius duo genera facit Mathiol. in lib. 2. Dioſcorid. cap. 153.
Caryopon] caryopi, penult. corr. Genus cinnami quod in Syria gignitur. Plinius libro 12. cap. 28. 3, In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum à ſurculo ueri cinnami differens, uicina tamen gratia.
Caryota] caryotæ. pen. prod. (καρυωτὸς) Palmæ fructus. Plin. lib. 13. cap. 4. 14. de palmis, Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem: ſed & ſucco uberrimæ. Ex quibus præcipua uina Orienti, iniqua capiti, unde pomonomẽ. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1, Non ſcitis palmulas, caryotas in Syria parere in Iudæa, in Italiâ non poſſe? Martial. lib. 13. 27, Aurea porrigitur Iani caryotâ calendis.
Caryotæ optimæ quæ nunc cum ficis & boletis certamen habent. Plin. epiſt. 8. lib. 1.
Caryotis, pen. prod. huius caryotidis, pen. corr. f. g. Stat. 1. Syl. 1. 64, —& latente palma
Prægnantes caryotides cadebant.
Martial. lib. 11. 32. de cucurbitis Cæciliani.
Caryſte] Caryſtes, uel Caryſtos, Caryſti (κάρυστος) inſula una ex Cycladib. ſita in Eboico mari: uarij marmoris ferax. Strabo lib. 10. Lucan. lib. 5. de inſula Eubœa loquens, Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. In hac teſte Solino ca. 17, Titanes regnauerunt. Briareo enim (inquit) Caryſtij rẽ diuinam faciunt, ſicut Aegæoni Chalcidenſes, Nam omnis ferè Eubœa Titanum fuit regnum.
Ferax lapidis uarij Caryſtos. Seneca in Troade, 9. 5,
An ferax uarij lapidis Caryſtos?
Id eſt, maculoſi & uelut picturati marmoris.
Vndoſa Caryſtos. Stat. 1. Sylu. 5. 7.
Caryſtæus, Adiectiuum (καρύστιος)
Vada Caryſtæa. Ouid. 4. Faſt. 57.
Caryſtius (καρύστιος) aliud adiectiuum, ut Vinum Caryſtium apud Strabonem, lib. 10. Plin. epiſt. 101. lib. 5. ad Apollinarem, Vitem quatuor columellæ Caryſtiæ ſubeunt.
Carytis] huius carytis, pen. prod. f. g. Plin. lib. 26. cap. 8. 22. Alterum genus tithymalli, myſiniten uocant, alij caryten, foliis myrti acutis, & pungentibus, ſed mollioribus, & ipſum etiam in aſperis naſcens. Vide Ruellium lib. 1. cap. 11.
Caſa] caſæ (καλύβη, στέγη, σκηνὴ) à cauatione dicta, authore Feſto: quòd antiqui cauatas rupes inhabitarent. Alij à facilè cadendo dictam uolunt: quòd à Cado fiat Caſo caſas frequentatiuum. Varro 2. de Re ruſt. cap. 10. 5, Qui autẽ ſunt in ſaltibus, & ſyluestribus locis paſcunt, & non uilla, ſed caſis repentinis imbres uitant. Virgil. in Buc. humiles caſas appellat tuguria. Cic. ad Tironem, 16. 18. 4, Helico nequiſſimus H.—S C C dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. Sic 5. Tuſc. 138, Nec eſuriens Ptolemæus ederat: cui quum peragranti Aegyptum, comitibus non cõſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihiluiſum eſt illo pane iucundius.
Tectum paſtorale caſæ. Stat. 12. Thebaid. 54.
Anguſta caſa. Claud. 1. in Ruffin. 41.
Candida caſa. Iuuenal. Saty. 6. 16.
Exigua caſa. Ouid. 4. Faſt. 106.
Frondea caſa. Ouid. 3. Faſt. 106.
Humiles caſas habitare. Virgil. 2. eclog. 6.
Sparſæ caſæ. Ouid. 1. Faſt. 100.
Stramineæ caſæ. Ouid. 2. Amor. 9. eleg. 4. Et Proper. lib. 2. eleg. 17. 4.
Aedificare caſas. Horat. 2. Serm. 3. Saty. 50.
Contecta ſtramine caſa. Ouid. 5. Metamorph. 90.
Delitere in parua caſa. Ouid. 2. de Arte amandi, 48.
Facere caſas ſine arte. Quintil. lib. 2. cap. 17. 7.
Iacere caſa. Lucret. lib. 6. 252. Id eſt. in caſa.
Integere habitabiles caſas. Vide Intego.

Digitized by Google

Parare casas. Lucret. lib. 5. 202.

Ita fugias, ne præter casam. Venustum adagium quo admonemur, ne sic aliquod uitiũ fugiamus, ut in aliud maius incauti deuoluamur. Terent. Phorm. 5. 2. 3, Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt. Vbi Donatus, Prouerbiũ, Ita fugito, ne præter casum: hoc est, ne præteeas casam tuam, quæ tibi sit tutissimũ receptaculum. Aut ita fugias, ne præter casam: ubi custodiri magis, & prehendi fur, & mulctari uerberib. potest.

Casabundus (πτώσιμος) Adiectiuum, Crebrò cadens. Festus. A uerbo antiquo Caso, casas, deducitur.

Casula, pen. corr. (καλυβίδιον) Dimin. Plin. lib. 35. cap. 10. 50, Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo.

Rusticus infans cum casulis. Iuuenal. Saty. 9. 7.

Contentus casulis. Iuuenal. Saty. 14. 18.

Desiderare casulam. Iuuenal. Saty. 11. 16.

Casaluades] Meritriculæ olim sic cognominatæ sunt. Cæli. lib. 14. cap. 8.

Casaluium] Locus Athenis, ubi prostabant meretriculæ, quæ inde Casaluades dicebantur. Alexan. ab Alexan. libro 4. cap. 18.

Casandra] κάσανδρα, Insula in Oceano meridionali, contra Persidem. Plin. lib. 6. cap. 25, Contra Persidem (inquit) insulæ, Philos, Casandra, Aracia, &c.

Casca] Viri proprum, is fuit Bruti armiger, de quo Silius libro 7. 131,

Nec damnata manus, medio sed (flebile) mento
Armigeri Cascæ penetrabilis hæsit arundo. Quædam exemplaria legunt Casæ.

Cascatenses] Populi Hispaniæ citerioris, in conuentu Cæsaraugustano, quos Plinius Latinorũ esse ueterũ ait li. 3. ca. 3.

Cascum] πρόσιον antiquitus dicebatur, quod nos uetus appellamus. idq; ut author est Varro, lingua Sabinorum, quæ in Oscam usq; linguam radices egerit, qua Casnar senex dicitur: eoq; Ennium, ut Oscæ linguæ peritũ, scripsisse, Quã primum Casci populi genuere Latini. Cascos Latinos priscos appellat M. Tull. Tusc. quæst. lib. 1. 43. Citat autem Varro adagium, Cascus cascam ducit, tanquam à Manilio quodam profectum, qui dixerit non esse mirum, si cascum casca duxisset, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur esse iocus in anum uetulo nuptam, alluſumq; ad uocẽ Casci, perinde quasi deducatur à canendo. Refertur ibidem epigramma Papinij cuiusdam, quod scripsit in adolescentem nomine Cascam, Ridiculum est, quum te Cascam tua casca dicit. Opinor adolescentem duxisse uetulam, proinde absurdum uideri quoties casca, id est, uetula, maritum iuuenem ueluti suo ipsius nomine cascam uocaret. Dicitur hoc prouerbiũ quoties similis similem delectat, uetulus uetulam, deformis deformem, barbarus barbarum, improbus improbũ. Hæc Erasmius in Chiliad.

Cascale] Vide Casus.

Casellæ] sunt granaria, in quibus fructus componuntur. l. 1. D. de iudic. Dicitur quasi Cellula granorum.

Casellius] Vindex (κασέλλιος) optimus habitus cõsultus iuris. De cuius erroribus dicitur scripsisse Terentius Scaurus Adriani temporibus. Hæc Ianus Parrhasius in illud Horatij de Arte poet. 75,

—nescit quantum Casellius Aulus,
Sed tamen in precio est.

Caseus] casei (τυρὸς) à coeundo dictus est, ut ait Festus. Virgil. in Bucol.

Pinguis & ingratæ premeretur caseus urbi.

Cic. de Senect. 52, Villa quæ tota locuples est, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle.

Caseus Gallicus. Colum. lib. 12. cap. 57. 2.

Caseus Lunensis, &c. Marti. libro, 13. epigram. 30. 31. 32. 33. Vide Luna.

Caseum, neutro ge. Næuius Macro, Pecunia quid bonum, quid bonum respondi Sardis: uæniens caseum. Plaut. Medico, Parasito eum uirgis caseum radi potest. Nonius.

Caseus mustus. Plin. lib. 11. cap. 42. Vide Mustum.

Caseus recens aut mollis. Plin. lib. 28. cap. 9. 8, Caseus recens cũ melle, sugillata emendat, mollis aluum sistit, &c.

Candidus caseus. Ouid. 4. Fast. 75.

Ingrati saporis caseus. Vide Ingratus.

Figurare caseum. Plin. lib. 16. cap. 38, Ficis humor lacteus: huic ad caseos figurandos coaguli uis.

Caseale, casealis. pen. prod. n. g. (τυροχεῖον) Locus in quo et fiunt & reconduntur casei. Colum. lib. 2. cap. 15. de generibus stercoris, Quædam quotidie, ut culina, & caseale: quædam pluuijs diebus, ut bubilia & ouilia debent emundari.

Casearius, casearia, caseārium (τυροχνικὸς) Adiectiuum à caseus: ut Taberna caseaꝛia. Vlpianus Iurisconsultus in l. Sicuti. §. Arist. ff. Si seruitus uendicetur, Aristo Cerelio Vitali respondit non putare se ex taberna caseaꝛia fumum in superiora ædificia iure immitti posse: nisi eius rei seruitutem talem admittat.

Casia] casiæ (κασίαι, κασία) frutex est, ut scribit Plin. lib. 12. cap. 19. 9. Iuxtaq; Cinnami campos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute uerius quàm cortice. Columel. lib. 3. cap. 8. 4. Plautus Curcul. 3. 6.

Humiles casias ministrare apibus. Virgil. 2. Georg. 43.

Recentes casiæ. Virgil. 4. Georg. 61. Id est, statim carptæ.

Virides casiæ. Virgil. 4. Georg. 6.

Intexere casia. Virgil. 2. eclog. 10,

Tum casia, atq; alijs intexens suauibus herbis.

Casia, inquit Seruius, herba est suauissimi odoris: ut sequentia indicant: quam Græci casiam dicunt.

Pasci casiam. Virgil. 4. Georg. 37.

Casiaca] κασιάκη, Genus uestis erat militibus propriæ. quã Athenienses reges sæpissimè induebant. Alexan. Genial. lib. 5. cap. 18.

Casignete] κασιγνήτη, Herbæ genus est, apud Plin. lib. 24. cap. 17. ita dictum, quòd cum sui generis herbis tantùm nascatur. Eandem ex Dionysio nymphadem appellant, quòd uino mirè conueniat.

Casilam] antiqui pro capside ponebant. Festus.

Casilini] pen. prod. Populi, qui inclusi à Pœnis, famem nucibus sustentarunt: uel quòd in eorum regione plurima nux minuta nascitur. Festus.

Casilinum] pen. prod. (κασίλινον) Italiæ oppidum in Campania, authore Plin. lib. 3. cap. 5. In Campano agro, inquit, Stabiæ oppidum fuere: intercidit ibi, & Taurania: sunt & morientis Casilini reliquiæ. Hæc ille, de euersis & interdentibus urbibus intelligens. Cic. 2. Philipp. 103, Casilino salutatum ueniebant, Aquino, Interamna, admissus est nemo.

Casina] Casinæ, pen. corr. (κασῖνα) fabula Plauti. Vide Casina. Scribendum tamen est Casina, quia primam corripit. Plautus in argumento eius comœdiæ,

Adolescens ducit ciuem Casinam cognitam.

Versus est Iambicus trimeter.

Casinum] κασῖνον, Campaniæ oppidum in Italia. Plin. lib. 5. cap. 5. Casinum nebulosum. Silius lib. 4. 46.

Casiotis] κασιοτὶς Ptolemæo, Regiuncula est Arabiæ Petreæ, Peluſio ostio ab Aegypto diuisa, in qua Casius mõs est, Pompeij magni tumulo insignis, à quo & regio ipsa nomen accepit.

Casiri] Populi. Plin. lib. 6. cap. 17, Ab Attacoris gentes Thyri & Thocari, & iam Indorum Casiri: introrsus à Scythis uersi,

Digitized by Google

uersi, humanis corporibus uescuntur.

Casius] κάσιον Arabiæ mons est, iuxta quem delubrũ est Casij Iouis, quod Romanorum ambitio illustre fecit, & Pompeij tumulus multis pòst annis ab Hadriano instauratus, ut Capitolinus tradit. Nostri, Sinai montẽ esse asserũt, ob illic à Deo datis per Moysen populo Israelitico decalogi tabulas nobilem, & clarum. Plin. lib. 5. cap. 11, Arabiam hanc sterilem, & præter Casium montem nihil insigne habentem indicat. At notandum obiter, alium supra Seleuciam Casium esse Plinio lib. 5. cap. 22, cuius altitudo in directum quatuor millium passuum est. Cuius, inquit, excelsa altitudo quarta uigilia orientẽ per tenebras solem aspicit: breui circumactu corporis, diem noctemq; pariter ostendens. Hæc ille. Huius meminit Ammianus de Iulio Cæsare, lib. 22.

Casmœnas] dixerunt ueteres, pro camœnis. Sipont.

Casmillus] nominatur in Samothrace mysterijs, dius quidã administer dijs magnis. Varro de Ling. Lat. lib. 6.

Casnar] senex, Oscorum lingua. Fest. & Quintil. lib. 1.

Casninum] oppidi nomen unum ex illis in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam Resp. neq; tamen magistratus suos habebant, in quæ legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. Festus.

Caso] casas, casare, Frequentatium à Cado. Vide Cado.

Cos] insula iuxta mare Carpathium, ambitu 80. stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, colonis eò deductis. Huius nominis prima breuis est, ab hac & Casius mons in Syria. Sunt autem multæ Casorum insulæ per ambitum, à quibus uestimenti nomen Casiaca, quod & nũc quoq; durat, uulgare Græcis militibus. Eustathius Casianam appellat, à monte Casio.

Cos, Insula una ex Cycladibus quæ & Astrabe dicitur, Plin. lib. 4. cap. 12.

Casperia, æ] Rhœti regis Marrubiorum uxor, quæ cum Anchemolo priuigno corpus cõmiscuit. Vide Anchemolus.

Casperia (κασπερία) nomen urbis in Italia. Virg. lib. 7. 143, Casperiamq; colunt, Forulosq;, & flumen Himellæ.

Casperula] pen. corr. (κασπόρυλα) oppidum est Sabinorũ, quod Silius Italicus à Caspijs portis quæ in Oriente sunt, ubi Bactriana est regio, accepisse nomen fingit, lib. 8. 83,

Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens
Casperula.

Caspiæ portæ] κάσπιαι πύλαι, Angustiæ sunt circa mare Caspium, quòd alio nomine Hyrcanũ dicitur, ad millia passuum, teste Solino in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, ut uix plaustro sint peruiæ. Ptol. Plinius, Strabo.

Caspij] κάσπιοι, populi Scythiæ ad Caspium mare, ut author est Pomp. Mela, lib. 3. apud quos sæuissimi sunt canes, ut scribit Val. Flac. lib. 6.

Caspius, adiectiuum (κάσπιος)

Caspium mare dicitur, quod inter Caspios & Hyrcanos montes est: à quibus nomen accepit, & immensum occupat spacium. De hoc inter scriptores parum conuenit, ut diligentissimè adnotauit doctissimus Vadianus apud Pomponium Melam. Horat. 2. Carm. 9. 1.

Regna Caspia. Virg. 6. Aeneid. 160. Id est, fines Assyriorum in quibus sunt πύλαι Caspiæ. Seruius.

Rupes Caspiæ. Seneca in Herc. fur. 13. 14.

Tigris caspia. Stat. lib. 10. Thebaid. 4.

Vada Caspia. Claud. 6. Paneg. 15.

Caspiacus, penul. corr. (κασπιακὸς) Aliud adiectiuum, ut Porta Caspiaca. Statius 4. Sylu. 4. 13. Aut Istrum seruare latus metuendaq; portæ, Limina Caspiacæ.

Caspirus] κάσπιρος, Vrbs Parthorũ, finitima Indiæ, cuius incolæ cursu uelocissimi sunt: ut ex Dionysij Bassaricis anno tauit Stephanus.

Cassabundus] Vide Cassus.

Cassandanæ] κασσανδαναί, Filia fuit Pharnaspi, uxor Cyri, & mater Cambysæ. Herod. lib. 2.

Cassandra] κασσάνδρα, filia fuit Priami regis, quam ab Agamemnone in Græciam abductã Clytemnestra interemit. Author Homerus in Odyssea.

Vates Cassandra. Virgil. 3. Aeneid. 38.

Virgo Priameia Cassandra. Virg. 2. Aeneid. 81.

Aperit ora fatis futuris Cassandra. Virg. 2. Aeneid. 50.

Cassia uia] κασσία ὁδὸς, à Cassio strata. Fest. Vide Cassius.

Cassida] cassidæ, penult. corr. (κόρυς) Galea. Propert. Aurea cui post quam nudauit cassida frontem.

Aurea Cassida. Virg. 11. Aeneid. 155,

Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uasti Cassida.

Cassida pro cassis; nã accusatiuũ ponit pro nominatiuo. Seruius, Hoc est, ex accusatiuo Græco facit nominatiuũ Latinũ.

Cassidile] nisi mendosum est posuit Hieronym. pro perula uel burga, Tobiæ 8. Budæus.

Cassiodorus] pen. prod. Rauennas, præceptor Theodorici Gotthorũ regis, primùm Senator, deinde Monachus factus, nonnullos scripsit psalmorum locos apertius. Extant & eius ad Theodoricum epistolæ. Volaterr. lib. 13.

Cassiope] pen. corr. siue Cassiopea, pen. prod. (κασσιόπη) Cephi regis Aethiopũ uxor, & Andromedes mater, quæ cum Nereidibus de pulchritudine certauit. Vnde & inter sydera constituta fertur. Columel. lib. 11. cap. 2. 59. Dicitur & Cassiopea. Cic. 2. de Nat. Deor. 162, Obscura specie stellarum Cassiopea. Idem in Arato. 43, Est aut sydus ita figuratum, ut in sella sedeat. Constat stellis tredecim, occidens cum Scorpione, capite cum sedili resupina ferri prospicitur, exoriri autem cum Sagittario. Perottus.

Cassiope, oppidum Epiri mediterraneum, unde Cassiopei populi dicti sunt, quorum meminit Plinius in procem. libro. 4. Stephanus Cassopam appellat. Est item oppidi nomẽ in Corcyra insula, apud eundem libro 4. cap. 12. quod Ptolemæo Cassiopolis dicitur.

Cassios] Flumen Scythiæ, quòd per Abaniam in mare decurrit. Plin. lib. 6. cap. 13.

Cassis] huius cassis, m. g. (ἄρκυς) rete: quod uacuas habeat maculas: unde & à raritate, rete dictũ est. Ouid. 2. de Arte, 1,

Decidit in casses præda petita meos. Plin. li. 19. ca. 1. 4, Cu manæ plagæ cõcidũt apros, & hæ cassẽsue ferri acie uincũt.

Laxi casses. Virgil. 4. Georg. 50. de Aranea,

Cassibus inpositis uenor, sed arundine sumpta
Faunus, plumoso sum deus aucupio.

Propert. lib. 4. eleg. 2. 7. de Vertumno.

Cassiculus, & Cassiculum, diminut. Festus.

Cassis] huius Cassidis, pen. corr. f. g. (κόρυς, κόρυθος, κυνέη, κυνοκεφαλαία) galea dicta, quòd uacua sit ad caput recipiendum. Cæsar 7. bel. Gal. 180, Mulionesq; cum cassidibus equitum, specie ac simulatione collibus circumuehi iubet.

Apex toruæ cassidis. Stat. 8. Thebaid. 138.

Ahena cassis. Stat. 6. Thebaid. 78.

Aurata cassis. Stat. 7. Thebaid. 184.

Cælata cassis. Iuuenal. Saty. 11. 11.

Cristata pennis cassis. Ouid. 8. Metamorph. 5.

De casside fracta buccula pendet. Iuuenal. Satyra 10. 14.

Fulmínea cassis. Claud. 6. Paneg. 39.

Languida cassis. Vide Languor.

Laxata cassis, Aperta. Claud. de bello Gildon. 5.

Minax cassis. Stat. 4. Thebaid. 41.

Torua cassis. Stat. 8. Thebaid. 138.

Abdere caput casside. Ouid. 8. Metam. 5.

Digitized by Google

Claudi caßide. Stat. 4. Thebaid. 41.
Crinitur caßis frondenti oliua. Stat. 4. Thebaid. 44.

Caſita] Caſitæ, pen. prod. (κορύδαλος) auis, quæ & galerita, & alauda dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 1, At quæ ab illo galerita appellata quondam, poſtea Gallico uocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Docet Plinius, galeritam ab apice, quem uelut galerum habet in capite, nomen ſortitam. Quemadmodum igitur à galero galerita, ſic à caßide caßita nuncupatur. De Caßitâ, uide apologum feſtiuiſſimum apud Gellium, lib. 2. cap. 29.

Caſiterides] pen. corr. (κασσιτερίδες) inſulæ maris Atlantici de quibus Plin. lib. 4. cap. penul. ſic ſcribit, Ex aduerſo, inquit, Celtiberiæ complures ſunt inſulæ Caſiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi. Vide Cattiterides.

Caſiteros] pen. corr. (κασσίτερος) Latinè plumbum album dicitur. Plin. lib. 34. cap. 16, Plumbi duo genera, nigrum atq; candidum. Precioſiſſimum candidum, à Græcis appellatum Caſiteron.

Caſitias] Viſci genus, in Abiete & Larice naſcens. Sipontin.

Caſius] κάσιος & uiri proprium qui magiſter equitũ fuit. Sp. Caßius regni affectati crimine damnatus, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerũt. Senatus enim Populusq; Rom. non contentus capitali eum ſupplicio affecere, interempto domum ſuperiecit. In ſolo autẽ ædem Telluris fecit. Author Valerius lib. 6. cap. 3. Caßius Cos. à Tigurinis Gallis pago Heluetiorũ, qui à ciuitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæſus eſt: milites qui ex ea clade ſupererant, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes demitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt, tempore quo Iugurtha pulſus eſt à Mario, Liu. lib. 25. Cæſ bel. Gall lib. 1. L. item Caßius Trib. pl. C. Mario, L. Flacco Coß. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, ut quem Pop. Rom. damnaſſet, cuiue imperium abrogaſſet, in Senatu non eſſet. Fuit & inter competitores Ciceronis in Conſulatu. Author Pædianus. Cic. pro Roſc. Amer. L. Caßius ille, quem Pop. Rom. ueriſſimum & ſapientiſſimum iudicẽ putabat, &c. L. Caßius, dux Pompeianus, cum decem nauibus ardente bello ciuili, tranſit ad Cæſarem. Caßius item Longinus Iuriſc. quòd C. Caßij percuſſoris Cæſaris nomen ac ſtemmata haberet, iuſſus eſt à Nerone mori: pronepos fuit Seruij Sulpitij, ac eques Romanus, ut ſcribunt Tranquillus & Pomponius. Fuit & Caßius Seuerus, de quo Quintilianus ſic ſcribit lib. 10. cap. 1, Caßius Seuerus, ſi cæteris uirtutibus colorem & grauitatẽ orationis adieciſſet, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum in eo, & acerbitas in ira, & urbanitas, & uis ſumma, ſed plus ſtomacho, quàm conſilio dedit. Hæc ille. Huius Caßij ſcripta ex Senatuſcõſulto abolita ſunt, ut autor eſt Tranquil. M. Auidius Caßius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum imperator ipſe res in Germania gerit contra Marcomannos, defecit. Itaq; relicto bello, imperator eum cum exercitu petit ac ſuperat. Caput ei ablatum uidere noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. Caßius præſul Narnienſis tempore Totilæ regis Gotthorũ, cui occurrens, animum placauit, ne ciuitati noceret. Meminit huius Gregorius 3. Dialogorum Caßius poeta Parmenſis, Hic aliquot generibus ſtylum exercuit, inter quæ opera elegiaca & epigrammata eius laudantur. Hic eſt qui in partibus Caßij & Bruti Tribunus militum militauit, quibus uictis Athenas ſe contulit. Quintus Varrus ab Auguſto miſſus, ut eum interficeret, ſtudentem reperit, & peremptо eo ſcrinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thyeſtem Caßij Parmenſis fuiſſe. Scripſerat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Horatij 1. Epiſtol. 4. 1,

Scribere quod Caßi Parmenſis opuſcula uincat.

De Caßio Horat. 1. Serm. Saty. 10.

Caſſianus, pen. prod. (κασσιανὸς) adiect. Cic. pro Mil. 25, Itaq; illud Caßianum, Cui bono fuerit in his perſonis ualeat, & ſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudẽ, improbi ſæpè paruo. Idem 2. Philipp. 54.

Iudex Caßianus. Cic. 5. Verr. 117. Idem 2. in Verr. 122, Nõ quæro iudices Caßianos, ueterem iudiciorum ſeueritatem non requiro.

Caßius (κάσιος) adiectiuum, ut

Caßia uia. Cic. 12. Philipp. 334, Tres ergo, ut dixi, uiæ: à ſupero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Caßia.

Caſſo, as] Vide Quaſſo.

Caſſopa, æ] κασσόπη, oppidũ Moloſſorũ. Vide Caſsiope.

Caſſopæi] κασσοπαῖοι, Populi ſunt ad intima ſinus Ambracij habitantes, nec procul à Nicopoli. Strabo lib. 7.

Caſſotis] Fons fuit apud Delphos, à nympha ſic dictus Parnaſia. Cæl. Rhod. lib. 19. cap. 10.

Caſſus] φρόδ & Adiectiuum dicitur inane, uacuum, quaſi omni re carens. Nonius, Caſſum ueteres inane poſuerunt. Virgil. lib. 11. Aeneid.

Nullum cum uictis certamen & æthere caßis. Caſſis pro uacuo, inquit Seruius. Arbitrandum eſt eius uerbi proprietatem magis ab aranearum caßibus dictam, quòd ſimile uis ac nullius ponderis.

Anima caſſum corpus. Lucret. lib. 3. 113.
Augur caſſa futuri. Id eſt, mendax. Stat. 9. Thebaid. 126.
Caſſa dote uirgo, atq; illocabilis. Plaut. Aulul. 7. 14.
Caſſus lumine, Vacuus, priuatus. Virgil. 2. Aeneid. Seruius.
Lumine caſſus aer. Lucret. lib. 4. 75.
Caſſa ſanguine cochlea. Cic. 2. de Diuinat. 197.
Senſu caſſa ſimulacra. Lucret. lib. 4. 26.
Conſilia caſſa, pro uanis. Seneca in Troade, 33.
Verborum caſſa copia. Lucret. lib. 4. 104.
Formido caſſa. Lucret. lib. 3. 213.
Caſſa fraus. Lucan. Caſſa fraude parat. Id eſt, irrita. Budæus.
Ira caſſa. Valer. 6. Argo. 111.
Caſſus labor, Fruſtra ſumptus. Plin. epiſt. 176. b.
Nunquam caſſa manus, nullum ſine uulnere fugit Miſſile. Nunquam caſſa, id eſt, nunquam aberrans. Stat. 9. Thebaid. 154.
Nox caſſa. Valer. 4. Argon. 85.
Caſſa nux. Plaut. Pſeud. 5. 136, Te amatorem inuentum eſſe inanem quaſi caſſam nucem. Sic apud eundem, Rud. 30. 36, Caſſa glans.
Nuce caſſa pauperare. Horat. 2. Serm. 5. Saty. 8. id eſt, fracta. Acron.
Omen caſſum. Stat. 5. Theb. 64.
Præſidia caſſa. Seneca in Troad. 8. 12. Id eſt, uana & inania.
Via caſſa, id eſt, fruſtra ingreſſa. Stat. 11. Thebaid. 90.
Virtus caſſa. Stat. 5. Thebaid. 113.
Vota caſſa. Virgil. 12. Aeneid. 156.
Caſſum & inane. Plin. lib. 12. cap. 7. 2, Fiuntq; ſemina caſſa & inania. Cic. 5. Tuſcul. 167, Omne quod honeſtum nos & laudabile eſſe dicimus, id illi caſſum quiddam, & inani uocis ſono decoratum eſſe dicant.
Caſſum granum & inane. Plin. lib. 18. cap. 17.
In caſſum it uirtus. Lucan. lib. 2. 53.
Caſſum, caßi, n. g. Fragmentum. Solinus cap. 65, Aut palearum caſſa, aut cartarum fila ad ſe rapit. De lychnite gemma.

Caſſutha] Herba, uulgò Cuſcutha dicta. Mathiol.

Caſta mola] dicebatur ſacrificij genus, quod Veſtales uirgines faciebant, ἀγνὸν θῦμα. Sipontin.

Caſtaldus] Seruus cui caſæ ſeu domus cura eſt demandata: id eſt,

Digitized by Google

id est, œconomus. Alciatus l. lecta. D. de reb. cred. & l. pen. D. de testib. l. quum unus. in prin. D. de alim.

Castalius] καστάλια, fons Caballinus & Libethris dicitur. Est autem in radicibus Parnassi, Musis sacer, à uirgine Castalia quæ Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontem uersa est: cuius aquam dicuntur bibere poetæ. Hunc fontem dicit Acron fuisse in Lycia, ubi armenta Apollo fertur pauisse. Virgil. Castaliam uocat, lib. 3. Georg. 58,

—iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Aqua Castalia. Ouid. 1. Amorum, eleg. 15. 8.

Arbor Castalia, quæ est ad Castalium fontem. Propertius lib. 3. eleg. 3. 3.

Castalia gutta, apud Columellam, lib. 10. 25.

Gurges Castalius. Claud. epigr. 31. 2.

Vmbra Castalia. Tibull. lib. 3. eleg. 1. 4.

Vndæ uocales Castaliæ. Statius 5. Sylu. 5. 1. Vocales uocat, propter Musarum illic habitantium perpetuos cantus.

Castalides Musæ nominatæ sunt à Parnassi fonte Castalio, cuius aqua potu dulcis fuisse traditur: quanquam apud Stephanũ Castalia est ciuitas Ciliciæ. Nicephorus in interpretatione Synesij, fontẽ esse prope Antiochiam Syriæ, ubi oracula redderentur, testatum reliquit. Idem scribit multò ante Nicephorum Clemens, & alij. Mythologi tradunt Castaliam uirginem quampiam fuisse, quam quum ardentius Apollo deperiret, eiq; uim inferre studeret, sese in fontem ipsam præcipitasse: à cuius nomine Castalius fons cognominatus est. Idem scribit Lactantius grammaticus. At uerò Probus, Castalius, inquit, fons est Delphis in Apollinis oraculo, qui abluit ipsam Aram dei: dictus à Castalio Delphici Apollinis filio. Alij à Castalio patre Thyiæ, unde Thyiades Bacchæ Nymphæ uocatæ sunt. Panyasis poeta Castaliam hoc uersu Acheloida uocat, Castaliæ aduenit diuinam Acheloidos undam. quo fit ut nonnulli Castaliam Acheloi filiam existimarint.

Castanea] castaneæ (ἀὸς ἡ ἔλατος, κάρυα) è nucum genere, & tam fructum quàm ipsam arborem significat. Plin. lib. 7. cap. 20, Castaneæ pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia. Varro 3. de Re rustica, cap. 15.

Nuces castaneæ. Virg. 2. eclog. 11,

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasq; nuces. Bene speciem addidit: dicens Castaneas. Nam nuces generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore, ut auellanæ, amygdalæ, iuglandes, castaneæ: sicut contra dicuntur poma, omnia molliora. Seruius.

Hirsutæ castaneæ. Virgil. 7. eclog. 11. Adhuc intra suos echinos locatæ. Seruius.

Molles castaneæ, Virg. 1. eclog. 16. Id est maturæ. Seruius.

Gerunt castaneæ fagos. Virg. 2. Georg. 15,

Et steriles platani malos gessere ualentes,
Castaneæ fagos. Dicit quid in quã arborem debeamus inserere, in fago castaneam, non enim in castanea fertili insæcunda fagus inseritur. Vnde aut hypallage est, ut castaneæ fagos sit, pro fagi castaneas gessere, aut mutãda distinctio, ut sit,

Et steriles platani malos gessere ualentes
Castaneæ. Hoc est, Infœcundæ arbores platani fortes ramos castaneæ portauerunt. Seruius.

Legere castaneas. Virgil. 2. eclog. 11.

Castanetum, pen. prod. (καρυών) Locus castaneis consitus. Columel. lib. 4. cap. 33, Propter quæ sæpè nouella castaneta æstuescunt.

Castaon] καστάων, Locus Hispaniæ, non procul à noua Carthagine, in quo peculiare est plumbum effodi. Strabo, lib. 3.

Caste] Vide Castus.

Castellum. Castellanus, Castellatim.] Vide Castrũ.

Casteria] casteriæ (καστορίαι) locus est, inquit Nonius, ubi quũ nauigatio conquieſcit, remi & gubernacula conquiescunt. Plaut. Asin. 10. 16,

Quin pol si reposui remum, sola ego in casteria
Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

Castianira] καστιάνειρα, Vxor Priami pulcherrima. Homer. lib. Iliad. 8.

Castigo] castigas, pen. pro. (παιδεύω, κολάζω, ἐπανορθόω,) castigare, increpare, uel reprehendere, authoribus Nonio. & Valla in Pogium. Terent. Heauton. 3. 3. 31, Nisi eum, quantum dij dant tibi opis, seruas, castigas, mones? Cæsar 1. bel. Ciuil. 9, Laudat Pompeius, atq; in posterum confirmat, segniores castigat, atq; incitat.

Ad unguem castigare carmen. Horat. in Arte, 60.

Castigare literis. Cæsar 3. bel. Ciuil. 99.

Castigare dictis. Virg. 5. Aeneid.

Hic grauis Entellum dictis castigat Aceſtes. Id est, increpat, obiurgat, inquit Seruius.

Punire, aut uerbis castigare aliquem. Cic. 1. Offic. 125.

Castigare segnitiem atq; inertiam alicuius. Cicero primo de Oratore 91.

Dolorem immodicum castigare. Lucan. lib. 8. 15.

Castigatus animi dolor. Cic. 2. Tusc. 87, id est, leuior factus.

Frons castigata. Stat. 2. Sylu. 1. 9.

Libertas iubarum castigata. id est, iubæ non luxuriantes. Stat. 9. Thebaid. 138. De equo quodam.

Pectus castigatum. Ouid. 1. Amorum eleg. 5. 5.

Metus castigare. Valerius 6. Argon. 132.

Castigare moras. Virg. 4. Aeneid. Martial. lib. 10. 104,

—iam tumidus uocat magister,
Castigatq; moras. Id est, obiurgat quòd nimis moretur.

Castigare se in aliqua re. Cic. 5. Tusc. 5.

Rarius castigare. Quint. lib. 2. cap. 2. 4.

Castigandi genus. Cic. 1. Offic. 190, Ad hoc genus castigandi raro inuitiq; ueniemus.

Castigare, punire, uendicare, authore Nonio. Plaut. Mostel. 12. 22, Mane castigabit eos exuuijs bubulis. Virgil. 6. Aeneid.

Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri.
Cæsar 3. belli Ciuil. 22, Illos secretò castigauit.

Castigare uerberibus. Cic. 3. Tuscul. 108.

Castigare dolos. Virg. 6. Aeneid. 114.

Castigare improbos. Cic. 2. de Legib. 93.

Castigator, (παιδευτὴς, σωφρονιστὴς) Verbale, qui reprehendit, & obiurgat. Plautus Trinum. 9. 10, Ibo ad meum castigatorem.

Castigator lacrymarum, atq; inertium querelarum. Liu. 1. ab Vrbe, 259.

Minorum castigator. Hora. in Arte, 36. de senibus.

Castigator seruus. Colum. lib. 8. cap. 19. 5, Nos quoq; ne uideamur tot iam seculorum seri castigatores.

Castigatio (σωφρονισμὸς) Verbale. Cic. 4. Tuscul. 68, Vt omnes castigationibus, reprehensionibus ignominijs affici se in delicto dolerent.

Castigatio uerborum, ob errorem præteritum. Liuius 7. bel. Pun. 84.

Animaduersio & castigatio omnis contumelia uacare debet. Cicero 1. Offic. 125.

Castigabilis, & hoc castigabile, pen. corr. (σωφρονιστὸς) quod castigari debet. Plaut. Trin. 4. 5, —qui admisit
In se culpam castigabilem.

Castitas Castimonia] Vide Castus.

Castinensis] Venus cognominata est. Alexan. Genial. lib. 7. cap. 12.

Castolus

Digitized by Google

Castolus] pen. prod. (κάστωλος) Lydiæ urbs: ita dicta à Doribus cõditoribus quos Lydi καστώλους appellant. Hinc Castoli campi, apud Xenophont. Vide Stephan.

Castor] castoris, pen. corr. masc. gen. (κάστωρ) Animal ex eorum genere, quæ Græci amphibia uocant, quòd tam in terra, quam in aquis uiuant. Plin. lib. 32. cap. 3. 1, Spectabilis naturæ potentiæ in his quoq; quibus & in terris & in aqua uictus est, sicut & fibris, quos castores uocant, & castorea, testes eorum.

Castoreus (καστόρεος) Adiectiuũ, ut Castoreus odor. Plin. li. 12. cap. 42. 2, Aspalati probatio est in colore rufo, uel igneo, tactuq; spisso, & odore castoreo. Hoc est, fœtido & putri, uel acuto.

Castoreum (κάστωρ & ὄρχις) substantiuum. Castorea, authore Plinio lib. 32. cap. 3. 1, uocantur testes castoris. Idem lib. 26. cap. 11. 2, Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo, uerbenaca ex uino. Pharmacopolæ illud quoq; uocant castoreũ quod unguentũ cõpositũ est ex castoris testibus auulsis.

Graue castoreum. Lucret. lib. 6. 160.

Virosa castorea. Virgil. 1. Georg. 12,

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum, uirosaq; Pontus
Castorea. Seruius, Fibri, canes sunt Pontici, quorum testes apti sunt medicaminibus, propter quos ubi se requiri senserunt, eos secant: de his Cicero, Redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur. Castores autem à castrando dicti sunt. Virosa autem, uenenata: nam licet sint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abijciunt & egerunt partum, & uirosa dicta ab eo quod est uirus. alij fortia accipiunt, à uiribus. Hactenus Seruius.

Castor] κάστωρ, frater Pollucis, qui ambo post mortem inter sydera relati sunt, quorum signum Gemini dicitur: & à gentibus pro dijs habiti, atq; in prouerbium semper adducti pro constantißima & inuiolabili amicitiæ nota.

Arbitri & testes legum & iudiciorum Castor & Pollux. Cic. 7. Verr. 146, Castor, & Pollux, &c.

Gemellus castor. Catull. epigram. 4. 6.

Magnus Castor. Horat. Epod. 17. 9.

Castor in templa deorum receptus. Horat. 2. Epist. 1. 1.

Currere ad Castoris. Cic. pro Milone 70, id est, ad ædẽ seu templum Castoris.

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem Pugnis. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 6. Fabulantur Iouem in specie cygni cum Læda Tyndari uxore concubuisse. Vnde illa ouum concepit, sicut ex uiro alterum ouum. Secundum tamen hunc Horatij locum ex ouo eodem geniti sunt & Castor & Pollux: secundum alios, ex ouo Iouis, Helena & Pollux immortales: & ex ouo Tyndari, Castor & Hermione mortales. Sed Pollux mortuo Castore impetrauit, ut diuinitatem suam illi communicaret & uicißim morerentur. Vnde Virg. 6. Aen. 25,

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; uiã toties. Quod ideo fingitur, ait in hunc locum Seruius, quia horum stellæ ita se habent, ut occidente una oriatur altera. Fuit autem Castor egregius equorum domitor. Pollux uerò pugil.

Castor] medicus antiquißimus, docuit piperitim herbam, quã alio nomine siliquastrum nominant, bibi contra morbos comitiales. Author Plin. lib. 20. cap. 17.

Castoreus (καστόρεος) Adiectiuum, à nomine proprio Castor, ut Manus Castorea, Seneca in Hippol. 6. 15, Frænis Castorea mobilior manu. Id est, ipsius Castoris, qui optimus domitor equorum erat.

Castra gemina] Oppidum Hispaniæ Bæticæ. stipendiariũ. Plin. lib. 3. cap. 1.

Castrata] Siliginis genus est apud Plinĩ, lib. 18. cap. 9. quod in Campania proueniebat, Pisano magis ruffum.

Castritius] quum tempore Syllanæ dissensionis Placentiæ gereret magistratum, & Cn. Carbo Cos. Marianarum partium peteret obsides Placentinos, ne Placentia ad Syllam deficeret, neganti Castritio dixit multos se habere gladios. At ego annos, inquit Castritius. Author Valerius. T. Castritius alter, Rhetoricæ doctor Romæ, de quo Gell. lib. 13. cap. 20. sic scribit: T. Castritius, inquit, rhetoricæ disciplinæ doctor qui habuit Romæ locũ principem declamandi & docendi, summa uir authoritate, grauitateq;, & à D. Hadriano ob mores, atq; literas spectatus, &c. Hactenus ille.

Castro] castras, castrare (ἐντέμνω, σὺν χίζω, ὀρχοτομῶ) proprie est uirilia amputare. Plin. lib. 18. cap. 32, Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. Vlpian. in l. Aediles aiunt. §. Iumentorum. ff. de Aedilitio edicto. Idem in l. Si serua. §. Si spadoni. ff. de Iure dotium.

Castrare arbores, in imo perforare. Plin. lib. 24. cap. 8. 6.

Castrare uites. Cato cap. 33. 1, Vites teneras quam primum propagato, ueteres quammiminum castrato: potius, si opus erit deijcito, biennioq; pòst præcidito.

Castrare uina saccis. Plin. lib. 19. cap. 4. 4.

Castrare in sterilitatem. Plin. lib. 18. cap. 14. 4.

Auaritiam castrare, id est, auferre uel coercere. Claudianus 1. in Eutrop. 39.

Castratus, (ἐντομίας) Participium, ut castratus hæres. Claud. 2. in Eutrop. 110. —castratus prosilit hæres.

Castrata Resp. Cic. 3. de Orat. 89.

Castratæ uires. Plin. lib. 11. cap. 18. de fucis, id est, ademptæ.

Castrandus, (ἐντμητός) Aliud participium. Claudianus 1. in Eutrop. 9,

—rapitur castrandus ab ipso Vbere.

Castratio (ἐντομή) Verbale, uirilium amputatio. Columella lib. 6. cap. 26. 1, Id optimum genus castrationum, quod adhibetur teneræ ætati.

Castratio arborum. Plin. lib. 16. cap. 40. 6, Ramis sæpè deputatis, castratio illa est. Colum. lib. 4. cap. 32. 2, de Arundinetis, Sed illud de integro resodi debet, hoc potest intercidi & difrarari: quod opus rustici castrationem uocant.

Castratura, castraturæ, pen. prod. (ὀρχοτομία) idem quod castratio. Plin. lib. 18. cap. 9. 1, de pistorijs & molitura, & farina loquens. Iustum est è grano Campanæ, quam uocant castratã, è medio redire sextarios quatuor siliginis, uel è gregali sine castratura sextarios quinq;.

Castrum nouum] Italiæ oppidum est, non procul ab ostijs Tiberis, apud Pomp. lib. 2, & Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Corneto, ut scribit Oliuarius in Melam.

Castrum] castri (πόλισμα) locus muris munitus, castello maius, & minus oppido. Cic. ad Catonem lib. 15. 4. 25, Vallo & fossa circundedi: sex castellis, castrisq; maximis sepsi. Calistratus Iurisconsultus in l. Non tantum inquilini. ff. de Excusat. tutorum, Inquilini castrorum à tutelis excusari solent, nisi eorum qui & ipsi inquilini sunt, & in eodem castro, eademq; conditione sunt.

Castra, castrorum, pluraliter tantũ (στρατόπεδον, παρεμβολή) Locus est, ubi milites tentoria figunt, à castri similitudine, quòd fossa ualloq;, quasi muro, circundari solent, Græci τὸ στρατόπεδον, tam pro exercitu, quàm pro castris. Cic. 7. Verr. Iste nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracusarum loco statuas sibi castra faciebat.

Metator castrorum. Cic. 11. Philipp. 297, Accedit Saxa nescio quis, quem nobis Cæsar ex ultima Celtiberia Tribunũ pleb. dedit, castrorum antea metator, nunc ut sperat urbis.

Castrorum obsidium. Tacit. lib. 20. 384. 36.

Castris

Castris promptus. Tacitus lib. 1.
Confusa frementunt castra. Lucan. lib. 7. 26.
Domestica castra. Iuuenal. Saty. 10. 10.
Fulgentia signis castra. Horat. 1. Carm. ode 7. 4.
Horrida castra. Virg. 10. eclog. 5.
Iniqua t.stra. Horat. 1. Carm. ode 10. 4.
Martia castra. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 14.
Mollia castra, castra Cupidinis uocat. Ouid. lib. 2. de Arte amandi 48.
Castra naualia. Cæsar. 5. bel. Gal. 80.
Profuga castra. Claud. de bello Get. 60.
Prospera castra. Iuuenal. Saty. 16. 1.
Statiua castra. Cic. 7. Verr. 24.
Sæua castra. Silius lib. 8. 69.
Trepidantia castra inuadere. Virg. 9. Aeneid. 31.
Turbata castra arripere. Virg. 9. Aeneid. 3.
Victricia castra. Claud. 5. Paneg. 28.
Vigilata castra. Stat. 10. Thebaid. 77.
Castris adequitare. Tacit. lib. 5. 116. 17.
Adpugnare castra. Tacit. lib. 4. 93. 30, Alij castra Romana adpugnarent, non spe capiendi, sed ut clamore, telis, suo quisq; periculo intentus, honorem alterius prælij non acciperet.
Adsultare castris. Tacit. lib. 2. 31. 36, Tertia fermè uigilia adsultatum est castris sine coniectu teli.
In castris stationem agere. Tacit. lib. 17. 275. 3.
Castra cingere uallo. Vide Cingo.
In morem castrorum cingere. Virg. 7. Aeneid. 32.
Collocare inter castra. Cic. 13. Philipp. 338.
Conferre castra castris. Vide Confero.
Conferre castra: collata castra. Silius lib. 4. 12.
Conijcere in castra. Cic. Peto 9. 20. 4.
Contrahere castra. Vide Contraho.
Castra castris conuertere. Vide Conuerto.
Dedita castra. Silius lib. 10. 75.
Differre castra. Tacit. lib. 21, Castraq; in plano sita, ui fluminis differebantur. Hoc est, Iactabantur. Sic enim illic legendum pro deferebantur. Hæc beatus Rhenanus in Tacitum.
Extructa castra. Tacit. lib. 4. 80. 3.
Euellere castra obsessa. Silius lib. 7. 68.
Exutus castris dux dicitur, cuius castra direpta sunt. Sil. li. 16. 6.
Facere castra. Cn. Magnus ad Domitiũ Procons. lib. Epist. ad Atticum, 8. 163. 4, Nam neq; castra propter anni tempus & militum animos, facere possum.
Firmare robore castra. Silius lib. 8. 89. Robore, id est, mlite forti & robusto. Sic enim hoc loco accipiendum est.
Habere castra. Cic. ad Catonem 15. 4. 27, His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum.
In castris & procinctu habiti. Tacit. lib. 19.
Imponere castra. Silius lib. 5. 33.
Insistere castris, pro esse, & uersari in castris. Ouid. 8. Meta. 11.
Locare castra aliquò. Lucan. lib. 4. 34.
Mouere castra. Virg. 3. Aeneid. 104. Vide Moueo.
Mouere castra in hostem. Silius lib. 7. 1
Munire castra. Vide Munio.
Nudare castra. Vide Nudus.
Pellere castra. Ouid. Epist. 6. 11.
Perrumpere castra. Vide Perrumpo.
Ponere castra. Cn. Magnus ad Domitium Proconsl. lib. 8. ad Atticum, 164. 1, Literæ mihi ad te redditæ sunt ad XIII. Calend. Mart. in quibus scribis Cæsarem apud Corfinum castra posuisse.
Campo castra præiacere. Tacit. lib. 12.
Relinquere castra. Silius lib. 7. 82.
Castris residere. Silius lib. 15. 100.
Seducere castra. Ouid. 13. Metam. 134.
Subire castra. Stat. 4. Thebaid. 2, Mox & castra subit.
In usum castrorum tondere setas hirci. Virg. 3. Georg. 62. In usum castrorum dixit, & quia de cilicijs poliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis posit adhærere. Seruius.
Vellere castris signa. Virg. 4. Georg. 22.
Castellum, castelli, (ὄρυμα, ἐπιτείχισμα, φρούριον, κώμη) Diminutiuum, Paruum castrum, uel paruum oppidum significat. Cic. pro Cæcinna 15, Ecce ipse Ebutius in castellũ uenit. Idem Philipp. 17, Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur.
Castellorum ardua. Tacitus lib. 11.
Castellum forensis latrocinij. Cic. in Pisonem 7, Cui templum illud fiat, te Consule arx ciuium perditorum receptaculum uterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij.
Castella philosophiæ. Cic. 2. de Diuinat. 55.
Montana castella. Virg. 5. Aeneid. 87.
Turrita castella. Lucanus lib. 6. 8.
Castellum adsidere. Tacit. lib. 5. 119. 19, Adsidendò castellum, in quod pecuniam & pellices Artabanus contulerat, dedit spacium exuendi pacta.
Capere, & uastare castellum. Brutus Cicoroni 11. 4. 3.
Disponere castella iugis. Lucanus lib. 6. 8.
Euertere castellum. Horat. 2. Epist. 2. 7.
Expugnare omnia castella. Cic. Attico, lib. 1. 11. 20.
Immunita castella. Vide Immunitus.
Munitum castellum. Cic. Cælio, 2. 9. 7.
Castella, etiã sunt deriuacula quædã laxiora certis spacijs emodulata, ex quibus aqua per fistulas in uaria loca distribuitur, id est, in uillas & prætoria nobilium, indultu principali: ut docet Frontinus in lib. de Aquæductibus. Paulus Iurisconsultus in L. Fistulam. ff. de Seruitutibus urbanorũ prædiorũ. Fistulam iniunctam parieti communi, quæ aut ex castello, aut ex cælo aquam capit, non iure habeo, Proculus ait. Et Celsus in L. Si uenditor. §. Firmius. ff. de Actionibus empti. Firmius à Proculo quæsiuit, si de plumbeo castello fistulæ sub terram missæ, aquam ducerent in specum constructum: an ædium essent. Vitruuius lib. 8. cap. 7, Ductus aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus, quorum hæ rationes sunt. Si canalibus, ut structura fiat quàm solidissima, solumq; riui libramenta habeat fastigiata ne minus in centenos pedes semipede eaq; structuræ cõfornicentur, ut minimè sol aquã tangat, quumq; uenerit ad mœnia, efficiatur castellum, & castello coniunctũ ad recipiendum aquam triplex immissarium, collocenturq; in castello tres fistulæ æqualiter diuisæ intra receptacula coniuncta: uti quum abundauerit, ab extremis in medium receptaculum redundet. Budæus.
Castellanus, pen. prod. (φρούριος) Qui castellum habitat. Liu. 4. bel. Macedon. 102, Decem milla popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Idem lib. 8. 197, Stipem à tyrannis castellanisq; deuijs colligens.
Castellanus triumphus. Id est, de castello capto actus. Cic. de Claris Oratoribus 138.
Castellatim, pen. prod. (κατὰ φρούρια) Aduerbium, quasi turmatim per castella. Liu. 7. ab Vrbe 174, Perpulit Consulem, ut hostes & nocturno pauore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos aggrederetur.
Castellarium serere. Plin. lib. 19. cap. 6. 13.
Castrametor, pen. prod. castrametaris (στρατοπεδεύω, κατασκήνωμα) castrametari, Castra locare siue ponere. Liu. 4. bel. Macedon. 106, Vbi castrametantes Romanos, Quintiumq; ipsum

Digitized by Google

ipsum cum equitibus atq; expeditis, prægressum auxiliares tyranni adorti.

Castrametator, (στρατοπεδευτὴς) Vitruuius lib. 8. cap. 5. & lib. 10. cap. 7.

Castrensis, & hoc castrense, (στρατιωτικὸς) Quod ad castra pertinet: ut Castrensis labor, Castrense latrocinium. Cic. 3. in Catil. 61. Castrensia stipendia, Plin. epist. 167. b.

Arma castrensia Propertius lib. 3. eleg. 9. 4.

Castrensis corona, qua donabatur is qui primus hostium castra pugnando introiisset: cui insigne erat ex auro uallū. Festus.

Castrense peculium. Est quod à parentibus uel cognatis in militia agenti donatum est: uel quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset. Nam quod erat, & sine militia acquisiturus, id peculium eius castrense non est. Pomponius Iurisconsul.

Pensa castrensia. Propert. lib. 4. eleg. 3. 7, Noctibus hybernis castrensia pensa laboro. Verba sunt Aretusæ, quæ uestes conficiebat & nebat marito suo, ut illis uteretur in castris noctibus hybernis.

Castrensis ratio, & militaris. Cic. pro Cælio 7.

Castrensis triumphus. Liu. 7. ab Vrbe 173.

Castrense uerbum. Plin. in Præfat. libri primi, Namq; tu solebas meas esse aliquid putare nugas, ut obiter emolliam Cattullū conterraneum meum agnoscis & hoc castrense uerbum.

Castula] castulæ, (περιζώνιον) Palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro, Castulā mulier sumpserat pro succula. Ex Nonio. Hæc & perizonium, & præcinctorium dicitur.

Castulonenses] κασταλωνῖται, Populi sunt Hispaniæ Bæticæ apud Plinium lib. 3. cap. 3, Ex colonia (inquit) Salariense oppidani Latij ueteris Castulonenses, qui Cæsari uenales appellantur. Hæc ille in descriptione Hispaniæ, Castulon, Vulgò Caslona.

Castus] ἁγνὸς, σώφρων, Adiectiuum, dicitur sine libidinis & turpitudinis nota, ut ait Nonius. Virg. 2. Georg. Casta pudicitiam seruat domus. Cic. pro Roscio Comœdo 12, Considera Piso, quis, quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? quid est hoc? Probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis auidum?

Castus à rebus Venerijs sit, néue temulentus. Col. li. 9. ca. 14. 2.

Castus moribus, integer pudore. Martialis lib. 10. 28.

Castus à culpa. Plaut. Pœnulo 18. 13,

—eo sumus gnatæ genere, ut deceat à culpa esse nos Castas.

Parum castus. Horat. 1. Carm. ode 12. 12.

Adolescens castus. Cic. 3. Philipp. 133.

Aduersarius castus & integer. Autor ad Herennium 2. 35.

Agmen castum. Claudian. 2. de Raptu Proserp. 65.

Amnis bibendus castior. Stat. 4. Sylu. 7. 3.

Amor castus. Ouid. epist. 1. 5. Intelligit amorem coniugalem.

Animus castus & purus. Cic. 1. de Diuin. 198, Castus animus purusq; uigilantis, & ad astrorum, & ad auium, reliquorumq; signorum, & ad extorum ueritatem est paratior.

Ardor castissimus. Stat. 5. Sylu. 1. 9, —quòd diligis umbrā, Et colis exequias, hic est castissimus ardor.

Aures castæ. Claudian. 2. Paneg. 62. Castas uocat, quæ obscœnis sermonibus offenduntur.

Concio casta. Cic. pro C. Rabirio 7, Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum, integrum ius libertatis defendo seruari oportere?

Coniux casta. Senecæ in Octauia 4. 19.

Corpus castum. Autor ad Herenn. 4. 168.

Cruor castus. Ouid. 12. Metam. 6.

Cubile castum. Claudian. 3. de Raptu Proserp. 56.

Domus casta. Cic. pro Cælio 6.

Domus casta seruat pudicitiam. Virg. 2. Georg. 105.

Donum castum. Cic. 2. de Leg. 72.

Ferrum castum. Claudian. 1. in Eutrop. 90.

Festa casta. Ouid. 3. Amorum, eleg. 12. 1.

Fide casta thorum seruare. Seneca in Hercule furente, 5. 1.

Fidem castam seruare. Silius lib. 13. 57.

Flumen castum. Claudian. 3. Paneg. 52, Castum uocat propter Nymphas, quæ fluuium incolunt.

Fœmina castissima. Cic. de Arusp. Respon. 24.

Fræna casta iuuentuti dare. Id est, ludos illos iuuenibus concedere, qui bonis moribus & pudicitiæ non obsint, Claudian. 3. Paneg. 25.

Homo castissimus. Cic. 2. de Inuent. 148, Hoc est innocentissimus.

Iura casta thori legitimi. Ouid. epist. 15. 58.

Iuuenis castus. Seneca in Hippoly. 12. 8.

Laurus casta. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 5.

Lectulus castus. Catul. in Argonaut. 18.

Luci casti. Horat. 1. Carm. ode 12. 12.

Ludus castus. Claud. 3. de Raptu Proser. 42. Cic. de Arusp. Respon. 24, Quo minus castissimos ludos omni flagitio polluere.

Manus castæ. Ouid. epist. 19. 2.

Maritæ castæ, Castæ coniuges. Ouid. 2. Fast. 28.

Matres castæ. Virg. 8. Aen. 131.

Mens casta & integra. Cic. pro Fonteio 18.

Minerua casta. Horat. 1. Carm. ode 13. 12.

Mores casti. Claud. in lib. Epigram. 22. 6.

Pectus castum. Senec. in Hipp. 2. 10.

Preces castæ. Claud. de Nup. Hon. & Mar. 5.

Præmia casta. Cic. 2. de Inuent. 207.

Pudor castus. Ouid. 1. de Arte amandi 20.

Puellæ castæ. Ouid. 2. Metam. 143.

Sacris castis accedere. Stat. 1. Achil. 74.

Signa casta, Id est, signa castitatis. Ouid. 7. Metam. 147.

Castis tædis adolere altaria. Virg. 7. Aeneid. 14.

Tempora casta sacerdotum. Ouid. 2. Fast. 6.

Thorus castus. Claud. 1. Paneg. 7.

Turtur castus. Autor carminis de Philomela 4.

Venus non casta. Senec. in Hipp. 2. 31.

Verbenis castis uincta ara. Horat. 4. Carm. ode 11. 2.

Vestes castæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 2.

Vir integer & castus & grauis. Cic. ad Attic. lib. 11. 114. 6.

Vita casta. Cic. pro Roscio Com. 9.

Vultus castus. Ouid. 4. Metam. 160.

Castum & integellum aliquid expetere. Catull. epig. 15. 1.

Seruare se integrum & castum. Cic. 1. Tuscul. 114.

Castus, Religiosus, pius. Virg. 6. Aeneid. 133,

Quiq; sacerdotes casti, dum uita maneret. Vbi Seruius, Casti dum uita maneret, id est, qui fuerunt casti dum in communione uitæ uersarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renunciabant omnibus rebus, nec ulla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur: unde iam coire nō poterant. Hactenus Seruius. Idem Virgilius lib. 3. Aeneid.

Hac casti maneant in religione nepotes Et lib. 6,

Nulli fas casto sceleratum insistere limen.

Sacer, religiosus, castus. Varro, Ergo tum sacræ, religiosæ, castæq; fuerunt res omnes. Nonius.

Castus, Suauis, iucundus. Varro Parmenone, Demittis acreis pectore luctus, cantu, castaq; poesi. Nonius.

Castus, huius castus, (ἁγνότης) Idem quod castitas. Varro, Et religiones, & castus, id possunt, ut ex periculo eripiant nostro.

Castitudo, (ἁγνότης) Idem similiter quod castitas. Accius, Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem. Nonius.

Castè

Caſtè, (ἁγνῶς,) Aduerbium, Pudicè, honeſtè. Cic. 1. de Natu. deor. 5, Hæc enim omnia purè atq; caſtè tribuenda deorum numini ita ſunt.

Caſtè, & integrè uiuere. Cic. 4. de Finibus, 104.

Caſtè integreq; uerſatus eſt labor meus in priuatorum periculis. Cic. pro Lege Manilia, 1.

Radix caſtè pureq; collecta, diſcutit ſtrumas. Plin. li. 22. c. 10. 2.

Adire caſtè ad diuos. Cic. 2. de Leg. 30.

Caſtè perficere. Cic. pro Domo ſua, 103, Certè nihil ritè, nihil caſtè, nihil more inſtitutoq; perfecit.

Tueri caſtè. Cic. de Claris Orat. 185, Nos autẽ Brute, quoniam poſt Hortenſij clariſſimi oratoris mortem orbæ eloquentiæ, quaſi tutores relicti ſumus, domi teneamus, &c. tueamurq; ut adultam uirginẽ caſtè, & ab armatorum impetu quantũ poſſumus prohibeamus. Idem, de Aruſp. Reſp. 25.

Caſtitas, pen. corr. caſtitatis, (ἁγνότης, σωφροσύνη) Sipontinus, Caſtitas & pudicitia paria putantur: quum ſit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera: Caſtitas & ab his continens & remota præterea & religioſa munditia & puritas. Cic. 2. de Leg. 49.

Metuens alterius uiri certo fœdere caſtitas. Ho. 3. Car. od. 24. 5.

Caſtimonia, (ἁγνότης) Idem quod caſtitas. Cic. 6. Verrinarum 91, Per ſummam caſtimoniam uirorum atq; mulierum. Liuius 9. bel. Macedon. 33, Damnatam uoti deũm benignitate exoluere id uelle, decem dierum caſtimonia opus eſſe. Cic. pro Cælio, 7.

Superſtitio caſtimoniarum. Plin. lib. 31. cap. 8. 3, Aliud uerò ad caſtimoniarum ſuperſtitionem, etiam ſacris Iudæis dicatum: quod ſit è piſcibus ſquama carentibus.

Caſtificus, pen. corr. Adiectiuum: ut Mens caſtifica. Sene. in Hipol. 2. 17, Expelle facinus mente caſtifica horridum. Id eſt, quæ te caſtum faciat.

Caſuentum] Fluuius eſt in ſinu Tarentino, apud Plinium lib. 3. cap. 11.

Caſuentilani] Italiæ populi in ſexta regione, apud Plinium lib. 3. cap. 14.

Caſurgis] κασσργὶς, Ptolemæo dicitur Praga regia Boemiæ.

Caſula] Vide Caſa.

Caſurus, Caſus] Vide Cado.

Caſyrus] Mons Elimaidis, cui Selecucia & Soſirate urbes appoſitæ ſunt teſte Plin. lib. 6. cap. 27.

Catabaſis] κατάβασις, Inferior Solis meatus, uel deſcenſus. Sipontinus.

Catabathmus] (καταβαθμός,) Oppidũ & Vallis repentè conuexa ad finem Cyrenaicæ regionis, ut ait Plin. li. 5. ca. 5. Salluſt. in Iugurtha, In diuiſione orbis terræ, pleriq; in parte tertia Africam poſuere: pauci tantummodo Aſiam, & Europam eſſe, ſed Africam in Europa. Ea fines habet ab Occidente, fretum noſtri maris, & Oceani: ab ortu Solis decliuem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant. Et paulò pòſt, Nam de Carthagine ſilere melius puto, quàm parum dicere, quoniam aliò properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, ſecundo mari prima Cyrene eſt, Colonia Thereon, ac deinceps duæ Syrtes, interq; eas Leptis, deinde Aræ Philenon, quem locum Aegyptum uerſus, finem imperij habuere Carthaginienſes. Hactenus Salluſtius. Tortellius docet ſcribendũ eſſe catbabathynon, ſed falſò.

Catacecaumene] κατακεκαυμένη, Mæoniæ regio, nõ procul ab Epheſo, arboribus carens, uite excepta, quæ generoſiſsimum fert uinũ, quod κατακεκαυμένιτλν appellant. Strabo lib. 13.

Cataceti] Aſiæ populi circa Mæotim, ut docet Plinius libro 6. cap. 7. 2.

Catachreſis] penult. prod. (κατάχρησις) Eſt uſurpatio nõminis alieni: ut cum parricidam dicimus, qui occidit fratrem: & piſcinam, quæ piſces non habet. Hæc enim niſi extrinſecus ſumerent, ſuum uocabulum non haberent. Hæc Donatus. Virgil. 7. Aeneid. Aut acres tendunt arcus. Vbi Seruius, Acres, fortes, & eſt Catachreſis: nam acrimonia mentis eſt. Feſtus, Catachreſis, tropus eſt, nos abuſionem dicimus: quum alienis abutimur perinde ac proprijs, quum propria deficiunt. Cic. in Orato. 50, Ariſtoteles autem translationi hæc ipſa ſubiungit, & abuſionem, quam catachreſin uocant: ut quum minutum dicimus animum pro paruo.

Catacliſta] κατακλεῖσὸς, Veſtis undiq; clauſa: dicta à uerbo κατακλείω, Id eſt undiq; claudo.

Cataclitum] cataclíti, neut. gen. (κατάκλιτον) Turnebus, Cataclita, accubita ſunt, quibus ad accumbendũ ueteres utebantur: ea molli pluma implebantur; ut ex Heliogabali uita notum eſt. Hac dictione utitur & Septimius Florens, in lib. qui inſcribitur De pallio.

Cataclyſmata] Medicamenta ſunt, quæ uentris & inteſtinõrum pituitam abluunt. Hippocrat. de ſalub. diæta.

Cataclyſmos] ſiue cataclyſmus, (κατακλυσμὸς,) dicitur diluuium, ſiue inundatio. Varro 3. de Re ruſt. cap. 1. 2, Thebæ quæ ante cataclyſmon Ogygi conditæ dicuntur: eæ tamẽ citer duo millia annorum & centum ſunt.

Catadromus] pen. corr. (κατάδρομος) Latinè decurſoriũ ad uerbum transferri poteſt, dromos enim curſum ſignificat. Trãquillus in Neroẽ, Nobiliſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromũ decurrit. Id eſt, per ſtadiũ in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio, ut fit ſæpe in Gallia, principe ſpectante, licias uocãt. Hæc Budæus. Labeo in l. ſi ſeruus tuus. ff. de Actionibus empti & uenditi. Nã etſi periculoſam rem ante uenditionẽ facere ſolitus eſt, culpá id tua factum eſſe uidebitur. Puta enim eum fuiſſe ſeruum qui per κατάδρομον γοβαίαν deſcendere, aut in cloacam demitti ſolitus eſſet. Hic deſcenſum ſignificat per gruem Machinam ex alto in imum.

Catadupa] Nomen loci. Cic. in Somn. Scip. 19, Nec eſt ullus hebetior ſenſus in uobis, ſicut, ubi Nilus ad illa quæ Catadupa nominantur præcipitat ex altiſſimis montibus.

Catadupi] Plinio lib. 5. cap. 9, locus eſt Aethiopum, & gens Arabiæ eodem autore lib. 6. cap. 29.

Catagogis] κατωγὶς, poſita inter ueſtes muliebres Polluci, lib. 7. cap. 13.

Catagrapha] pen. corr. catagraphorum, (κατάγραφα) quid ſignificent declarat Plin. lib. 35. cap. 8. 4, his uerbis: Hic Cimon Clioneus catagrapha inuenit, hoc eſt, obliquas imagines & uariè formare uultus, reſpicientes, ſuſpicientésue, & deſpicientes. Catul. epigram. 22. 2,

Remitte pallium mihi meum quod inuolaſti,
Sudariumq; ſetabum, catagraphoſq; thynos,
Inepte, quæ palàm ſoles habere tanquam auita.

Cataguſa] Simulacrũ quoddam ex ære à Praxitele effictũ, de quo ſic Plin. lib. 34. cap. 8, Praxiteles quoq; marmore felicior: ideo & clarior fuit. Fecit tamẽ ex ære pulcherrima opera: Proſerpinæ raptum, item Cataguſam & Ebrietatem, & Liberum patrem, &c. Sed quæ eſt, obſecro, iſta Cataguſa: utrum quæ lunã ueneficijs & cantionibus deducit: an potius quæ penſa deducit, unde & κατάγμαι? hoc poſterius equidẽ ad ueritatem propenſius crediderim. Turneb.

Catalecticum] κατάληκτικὸν, Metrum dicitur cui una tantum deeſt ſyllaba, ut apud Horatium 2. Carm. ode 18,

Mea renidet in domo lacunar. Eſt enim ſenariũ iambi cum perfectum una ſyllaba minus.

Catalepſis] huius catalepſis, (κατάληψις,) Cognitio, perceptio,

Digitized by Google

ptio, comprehensio. Cic. 4. Acad. 260. Et lib. 3. de Finibus, 27, Cognitiones autem, uel si hæc uerba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις, appellemus licet.

Cataleptum, Idem. Cic 1. Acad. 58, Visis non omnibus adiungebat fidem, sed his solum, quæ proprium quandam haberent declarationem earum rerum, quæ uiderentur. Id autē uisum quum ipsum per se cerneretur cōprehensibile. Feretis hæc? Nos uerò, inquit. Quonam enim modo κατάληπτον diceres? sed quum acceptum iam, & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem ijs rebus quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat.

Catalogus] catalogi, pen. corr. (κατάλογος,) Oratio siue sermo alicuius rei ordinē ac dispositionē continēs. Plau. Milite 10. 7, Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectū siet.

Catalogi (κατάλογοι) dicti sunt à Romanis milites, qui militari sacramento & muneri addicti, in iuniorum tabulis adscribebantur: quasi delectos dicas. Alex. Genial. lib. 1. cap. 20.

Catalysis] Latine dissolutio dicitur.

Catamidiare] καταμειδιᾶν Græca dictio, quæ deridere significat. Spartianus de constitutionibus Hadriani loquens, Decoctores bonorū suorum, si suæ autoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iussit. Id est, deridendos omnibus per theatrum præberi. A' uerbo Græco Catamidio, quod deridere, & ludibrio habere significat: ut id propemodum ludibrij genus esse suspicer, quo polygami afficiuntur, id est, qui multis uxoribus abutuntur, quū mithellati in scalario suggestu lasciuiētis plebeculæ scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas cogūtur. mithrare id appellāt. Cui nō dissimile est illud qd' Traducere Latinè dicitur. Bud.

Catamitus] pen. prod. (Γάνυμος) Puer meritorius, quo quis abutitur. Cic. 2. Philip. 84, O' hominem nequam? quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere. Ergo ut te catamitū neq; opinato quum ostendisses præter spem mulier aspiceret, idcirco, &c. Ausonius in Epigram. de Glauci immatura morte præuento, Aut Iouis Elysij tu catamitus eris.

Catamitum dixerunt pro Ganymide, qui fuit Iouis concubinus. Festus.

Catampo] Genus est lusus, authore Festo.

Catana] pen. corr. (κατάνη) Siciliæ oppidum est apud Plin. lib. 3. cap. 5. Est & Catina in Sicilia. Ab hac Catinenses: ab illa Catanæi & Catanenses dicti. Hermolaus apud Plinium unam intelligit, quæ Græcis quidem frequentius Catana, Latinis ferè Catina dicitur. Catinæ simulachrum fuit Cereris, ut Cicero in actione contra Verrem septima scribit, quod à uiro non modò tangi, sed nec aspici quidem fas fuit. Vide infrà in dictione Catina. Vulgò Catania dicitur.

Catanance] pen. cor. καταγάνη Dioscoridi, Herba est, qua ad amorum ueneficia Thessalæ mulieres utebantur: unde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt.

Cataonia] καταονία, Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Plin. lib. 6. cap. 2. 3.

Catapetasma] καταπέτασμα, Velum quod arcet aspectum, quo nunc mulieres nationum quarundam utuntur. Ponit & hoc inter ornamenta muliebria Pollux lib. 7. cap. 22.

Cataphractus] κατάφρακτος, Circunquaq; munitus. φράττειν enim munire est. Vnde cataphracti equites (autore Seruio) dicuntur qui ferro circumquaq; muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Sallustius, & sequebantur milites cataphracti. Liu. 5. bel. Maced. 182, Equitum innumerabilem uim traijci Hellespontо in Europam, partim loricatos, quos cataphractos uocant: partim sagittis ex equo utentes.

Cataphractus, huius cataphractus, Substantiuum legitur apud Propertiū lib. 3. eleg. 12. 3, (nisi locus mēdosus sit) his uerbis,

Neue tua Medæ limentur cæde sagittæ,
Ferreus auratо neu cataphractus equo. Nisi fortè adiectiuum esse malis, & subaudias miles.

Cataphracta, lorica, siue thorax militaris. Vnde Vegetius scribit Romanum exercitum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum.

Cataphractarij, (κατάφρακτοι,) Cataphracta muniti. Lampridius de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios uocant, decem millia in bello interemimus.

Cataphrygæ] κατάφρυγαι, Hæretici qui in Phrygia fuerūt, ut Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant. Cataphryges Cælius appellat, Antiq. lect. lib. 23. cap.

Cataphysis] κατάφυσις Herba est pulicaris, quæ Psyllion Dioscoridi dicitur.

Catapirates] κατάπειρος, Latinis dicitur, quæ Græcis κατάπειρατήρια uocatur, à pertentandis uadis, perpendiculum scilicet funiculo aptum ad explorandam altitudinem maris. Lucilius in bolidis descriptione,

Hunc catapiratem puer eodem deferet unctum,
Plumbi pauxillū rodus, liniq; mataxam. Hæc Turnebus.

Cataplasma] cataplasmatis, pen. corr. neut. gen. (κατάπλασμα,) Emplastrum, siue malagma dicitur uarijs rebus compositum in usum medicinæ. Plin. lib. 20. cap. 17. 14, Dalion herbarius parturiētibus ex eo cataplasma imposuit cū opio.

Cataplus] κατάπλους Portus ad quem plurimum appelli solet. Vlpian. l. 4. §. 4. ff. de offic. proconsul.

Catapodas] κατὰ πόδας, Iisdē uestigijs subsequendis: quasi dicas, ad pedes eorumq; uestigia. Iustin. de composit. digest. §. 17.] Cicero autem Ad uerbum hoc appellat.

Catapotia] catapotiorum, n. g. plu. nu. (καταπότια,) Sunt quæ uulgò dicuntur pilulæ, quòd sint ueluti exiguæ pilæ: ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est deuorare: quoniam neq; esitur, neq; lingitur id genus, sed deuoratur. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 26. cap. 8. 20, Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia, soluendæ alui gratia.

Catapulta] καταπέλτης, καταπάλτης, A' depellendo, Genus bellicæ machinæ, qua iaculum longius torquebatur. Hirtius, lib. 5. 120, Scorpiorum, catapultarū, cæterorumq; telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Liuius, 4. bel. Punici, 185, Casti is direptis, Apolloniatæ catapultas, balistas, tormentaq; alia, quæ oppugnandæ urbi comparata erant, ad tuenda mœnia, siquando similis fortuna uenisset, Apolloniam deuexere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33.

Catapultarium pilum, (καταπελτικὸς φίλος,) hoc est, sagitta siue iaculum quod catapulta emittitur. Plaut. Curcul. 15. 11,

Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

Cataputia] officinis, à doctioribus Lathyris, planta est uulgaris notitiæ. Vide Lathyris.

Cataracta] cataractæ, fœ. ge. & hic Cataractes masculino genere, (καταράκτης,) Cataractæ autem dicuntur fores pendulæ ex ligno ferróue, quæ demitti ac tolli pro uoluntate custodum possint. Liu. 7. bel. Pun. 159, Porta cataracta deiecta clausa erat. Eam partim uectibus leuant: partim funibus subducunt in tantum altitudinis ut subire recti possint. Dictæ cataractæ, quòd ex alto defluere uideantur, Græci enim καταῤῥάττειν defluere dicunt. Vnde cataractæ etiam appellantur è terra exeuntes aquæ, & ita ex alto defluentes, ut ruere potius, quàm defluere uideantur, qualē Tyburi cernimus Anienem, & quales esse in Aegypto Nili cataractas legimus, apud Plinium lib. 5. cap. 9. 10. Item loca ipsa è quibus exeunt, cataractæ dicuntur. Vnde in maximis imbribus apertas esse cæli cataractas dicere solemus. Hæc Sipontinus.

Cataractæ Nili. Strabo lib. ultimo.

Cataractes

Cataractæ etiam uocantur obices, quibus aquæ cursus temperatur, ut ait Budæus.

Cataractæ aues quæ Diomedeæ uocantur. Plin. lib. 10. ca. 44, Nec Diomedeas præteribo aues: luba cataractas uocat, & eis esse dentes, oculosq; igneo colore, cætero candidis tradēs.

Cataractes] Pamphiliæ fluuius, sic ab impetu dictus, quia se præcipitat. Autor Pomponius Mela, lib. 1. in descriptione Pamphiliæ.

Catari] Pannoniæ populi sunt apud Plinium, lib. 4. cap. 25.

Catarnia] Asiæ regio est, cuius meminit Plin. li. 6. ca. 2. & 3. in descriptione Cappadociæ.

Catarrhus] Distillatio. nam ῥέω fluo significat.

Catarrhytus] pen. corr. (καταῤῥυτος,) Latinè irriguus à uerbo Græco καταῤῥέω. Vnde etiam Plin. lib. 5. cap. 4, Hipponem Africæ oppidum, Catarrhytum fuisse uocatū tradit, propter aquarum irrigua.

Cataſcopium] κατασκόπιον, Nauiculæ genus exploratoriæ, quòd circumquaq; speculetur, σκοπεῖν enim speculari est. Cicero Att. lib. 5. 98. 3, ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mytilenæorum habebam, & aliud cataſcopium. Emendatiores codices habent, & aliquid ἐπίκωπον. Et re uera ita legendum esse arbitror.

Cataſcopus, pen. corr. Hirtius de bello Africano, Literisq; celeriter in Siciliam ad Allienum & Rabirium Posthumium conscriptis, & per cataſcopum missis, ut sine mora, &c. Hoc est per exploratorem.

Cataſta] cataſtæ, Locus ubi uenales serui exponebantur. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 13,

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit,
Barbara gypsatos ferre cataſta pedes. Plin. li. 35. c. 18. 1,
Talem in cataſta uidere Chysogonum Syllæ.

Rigida cataſta. Persius, Saty. 6. 9.

Auara cataſta. Martialis lib. 6. 29.

Barbarica cataſta. Statius 2. Sylu. 1. 15.

Cappadocæ cataſtæ. Martialis lib. 10. 76.

Cataſtictos] καταστικτος, Tunica figuris animalium, aut floribus intexta, cuiusmodi tapetia, quæ hinc Belluata dicuntur apud Plautum in Pseud.

Neq; Alexandrina belluata, consutaq; tapetia.

Hinq; baliam ceruā καταστικτον dicimus, id est, maculosam, interstinctam, picturatam. Hanc uestem, ut propriam fœminarum ponit Pollux lib. 7. cap. 13.

Cataſtroma] pen. prod. huius cataſtromatis, pen. corr. neu. gen. Locus in nauè quo homines armati propugnare solent & certare. Sic enim interpretatur ex Polybio Bayfius: hoc amplus addens, in locum cataſtromatum succeßisse, des baleſtrieres: sic enim uocāt Veneti: non quòd hæ sint ea quæ καταστρώματα, dicuntur, sed eorū usum præstant. Et fortasse, ait, non ineptè dixerimus caſtromata, quæ uulgò dicuntur garides. Cœlius, lib. 5. ca. 11, In nauibus quæ cataphractæ uocantur, & cataſtromata habent, id est, pauimenta superiora uel tabulata, ligna quibus tabulæ incumbūt, canonia nuncupantur, & ſtathmides.

Cataſtrophe] caſtrophes, penult. corr. (καταστροφή) Latinè dicitur subuersio, deuastatio. Cataſtrophen aūt cuiuslibet rei exitū, prouerbiali figura uocamus, quinetiam fabula omnis, ut ostendit Donatus, in tres partes distribuitur, in protaſin, epitaſin, & cataſtrophen. Protaſis, est primus ille tumultus iam quasi gliscens. Epitaſis, turba seruidißima. Cataſtrophe, subita rerū cōmutatio. Vnde Lucianus eleganter exitū euentumq; negocij caſtrophen appellat, cùm aliàs, tum in commentario de Mercede seruientibus. Ex Erasmo. Cataſtrophe (inquit Budæus) Est tertia pars Comœdiæ. Id est, cōuersio rerum ad iucūdos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorū.

Cataſtus] Cataſti. Martial. lib. 12. epig. 75,

Quum tibi Nilliacus portet cryſtalla cataſtus,
Accipe de circo pocula Flaminio.

Catatypoſis] κατατύπωσις, Quum aliquid ad typum, hoc est formam alterius describitur, ut apud Virg. lib. 4. Aeneid.

Omnia Mercurio similis, uocemq; coloremq;,
Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Catax] à ueteribus dictus est, teste Festo, qui hodie tlaudus. Nonius, Catax dicitur quem caxonem uocant. Lucil. Satyr. 2,

Pestem, perniciemq; catax quam & Manlius nobis.

Cataxa] Vide Metaxa.

Catecheſis] huius catecheſis, pe. pro. (κατήχησις) Latinè instructio dicitur, à uerbo κατηχέω, quod est audio, erudio, instruo, eáq; doceo uoce, quæ scriptis tradere nolim. Si quidem olim qui baptismatis essent candidati, ijs tradebantur fidei Christianæ mysteria, sed uiua uoce, citraq; scripta. Quēadmodum priscis theologis mos erat apud Aegyptios, ut mysteria uoce duntaxat, ac ueluti per manus posteris relinquerent, non etiam scriptis. Id erat initiari mysterijs: quod S. Paulus, & S. Lucas uocant κατηχεῖν, quasi dicas sono atq; uoce instruere. ἠχεῖν enim sonare est.

Catechizare, (κατηχίζειν,) Est docere quocunq; modo, ut ait Erasmus.

Catechumenus, pen. corr. (κατηχούμενος) Hoc est, nondum initiatus, sed qui adhuc imbuitur elementis religionis, nondum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei, uiuæ uocis ministerio concredebantur. Budæus.

Categoria] κατηγορία, Latinè prædicamentum dicitur. Significat etiam accusationem & crimen.

Categoremata, pen. cor. (κατηγορήματα) Prædicamenta. Cic. 4. Tuscul. 33, Distinguitur illud etiam, ut libido sit earum rerum quæ dicuntur de quodam aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: ut habere diuitias, capere honores.

Cateia] Cateiæ. Genus teli, quo utebantur Teutones & Galli. Virg. Aeneid. 7,

Teutonico ritu soliti torquere cateias. Meminit Gell. lib. 10. cap. 25.

Catella] Diminutiuum à Catena. Vide Catena.

Catellus.] Vide Catulus.

Catena] catenæ, pen. prod. (σειραί, ἅλυσις,) Vinculum ferreū quo uel seruos uel captiuos uel animalia irretimus ne effugiant. Virg. 6. Aeneid. 112,

—tum ſtridor ferri, tractæq; catenæ.

Arcta seruari catena. Silius, lib. 7. 15.

Auratæ catenæ. Silius, lib. 17. 128.

Ferratæ catenæ. Claud. 2. Paneg. 76.

Graciles ex ære catenæ. Ouid. 4. Metam. 36.

Graues catenæ. Ouid. 15. Metam. 121.

Multisonæ catenæ. Stat. 8. Thebaid. 5.

Teretes catenæ. Lucan. lib. 3. 112.

Plena catenarum quæstio. Cic. pro Murena, 39, Quid tua sors? tristis, atrox, quæstio peculatus, ex altera parte lacrymarum & squaloris, ex altera plena catenarum atq; indicum.

Compescere catena aliquem. Horat. 1. Epist. 2. 13.

Constrictus catenis. Cic. pro Sestio, 12.

Domitus catena Cantaber. Horat. 3. Carm. ode, 8. 5.

Excussæ catenæ. Seneca in Thyeste, 8. 10.

Indere catenas captiuis. Vide Indo.

Injcere catenas alicui. Liu. 1. ab Vrbe, 226. Cic. 7. Verr. 83, Iste hominibus miseris innocentibusq; injici catenas imperat.

Insertare colla uel manus catenis. Stat. 12. Thebaid. 92.

Inabrupta iungi catena. Stat. 5. Sylu. 1. 9.

Laxare catenas, Dissoluere. Lucan. lib. 10. 12.

Digitized by Google

Nectere catenas alicui. Horat. 1. Carm. ode, 29. 1.
Significat aliquem catenis annectere.
Nexæ per colla catenæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 9.
Perferre catenas. Silius lib. 17. 75.
Vastas catenas quassare. Seneca in Hercule furente, 9. 40.
Religari catena. Ouid. epist. 10. 18.
Ruptæ catenæ. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 15.
Soluere ex catenis. Autor ad Herennium, lib. 4. 10.
Valida teneri catena. Tibul. lib. 4. eleg. 5. 3.
Vincire aliquem catenis. Ouid. 15. Metam. 121.
Cateno, catenas, pen. prod. (ἁλυσιδῶ) catenare, Catenis uincire. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 15. 7, Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in uestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit.
Catenatus ianitor, Portæ adiacens canis. Col. in præfat. lib. 1. 9.
Catenata lagena. Martia. lib. 7. 60.
Catenati labores per translationem. Martialis lib. 1. 99,
Expectant curæq; catenatiq; labores. Hoc est, sese mutuò & uicißim subsequentes, quasi uerò concatenati essent.
Catenatus hamus, In modū catenæ factus. Plin. lib. 9. cap. 15. 1.
Versus catenati. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
Britannus catenatus. Horat. Epod. 7. 2.
Catenatio, (ἁλυσίδωσις,) pro coniunctione & arctatione strictis trabium uel aliarum rerum inter se. Vitruuius, lib. 2. cap. 9, Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.
Catenula, catenulæ, pen. cor. (ἁλύσιον) Diminutiuum à catena.
Catenarius, Adiectiuum, (ἁλύσιος) ut Canis Catenarius, qui ad fores domus alligatur custodiæ causa. Seneca lib. 3. de ira, Iraseris catenario cani, & hic, quum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit.
Catella, uel catellum, aliud diminutiuū, (ἁλυσίδιον) Plaut. Curcul. 15. 13, Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes Ferreo. Horat. 1. Epist. 18. 11,
Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe perisce lidem raptam sibi flentis.
Catenates] Vindelicorum populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20. in descriptione Alpium, & Alpinorum populorū.
Caterua] cateruæ, (σίφος, ἴλη,) Veget. lib. 2. cap. 2, Macedones, Græci, Dardani phalanges habuerunt, ut in una phalange armatorū octo millia censerentur. Galli atq; Celtiberi, plurésq; barbaricæ nationes cateruis utebantur in prælio: in quibus erant sena millia armatorum.
Quid cateruæ à turmis differant, uno uersiculo apertè docet Horatius 2. Epistō. 1. 39, Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; cateruæ.
Æquales cateruæ. Virg. 10. Aeneid. 38, Filius æquales comitatus classe cateruas. Id est, per naueis habens distributas æqualiter cateruas, ait Seruius.
Armata cæterua. Cic. pro Domo sua, 85.
Armiferæ cateruæ. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 14.
Fulgentes ære cateruæ. Virg. 8. Aeneid. 117.
Populatrices cateruæ. Claudian. 3. de Raptu Proserp. 34.
Victrices cateruæ. Horat. lib. 4. Carm. ode, 4. 5.
Agere cateruas, id est, impellere, urgere, & infectari. Senec. in Hipp. 4. 9.
Infernas ciere cateruas. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 10.
Densare cateruas. Virg. 12. Aeneid. 53.
Glomerare cateruas. Claudian. 1. de Raptu Proserp. 35.
Magnas implere cateruas. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 7.
Infestare cateruas. Stat. 9. Thebaid. 163.
Per obstantes ire cateruas. Horat. 3. Carm. ode, 20. 5.
Proripere in cateruas. Horat. 1. Carm. ode, 8. 4.
Caterua, pro multitudine, & maximo numero: ut, Cateruæ conuicentium. Cic. 1. Tuscul. 120.
Cateruæ testium. Cic. 7. Verr. 89.
Iuuenum caterua. Virg. 1. Aeneid. 101.
Cateruæ, atq; conuentus. Cicero 3. de Orato. 108, Quid hoc, non idem fit in uocibus? ut à multitudie & populo, non modo cateruæ atq; conuentus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eijciantur.
Anguinea caterua. Id est, anguium siue serpentum multitudo. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 18.
Cui tres sunt linguæ, tergeminumq; caput. Cerberum intelligit.
Comitum caterua. Lucret. lib. 2. 127.
Magna caterua. Cic. pro Murena, 63, Posthumius obuiam cum bene magna caterua sua uenit. Idem 1. de Orato. 91, Vagari magna cum caterua.
Magna comitante caterua. Virg. 2. Aeneid. 8. & 74.
Cateruatim, pen. prod. (ἰλαδόν,) Aduerbium, Per diuersas cateruas. Virg. 3. Georg. 110, Iamq; cateruatim dat stragem. Liu. 3. bel. Pun. 124.
Cateruatim uolare dicuntur sturni. Plin. lib. 10. cap. 24. 3.
Cōfusæ & missæ cateruatim. Col. lib 3. ca. 19. 3. Et lib. 7. c. 9. 7.
Cateruarius. Adiectiuum, (ἰλαῖος,) Tranquil. in Augusto, Spectauit studiosißimè pugiles, non ordinarios modò & legitimos: sed cateruarios oppidanos inter angustias uicorum temerè ac sine arte pugnantes. Cateruarios appellat uulgares & non dispositos.
Catharmata] pen. corr. (καθάρματα,) Erant homines, qui pro peste, alióue morbo expiando immolabantur dijs: quiritus expiationis à Romanis usurpabatur. Budæus.
Catharmon] Genus fuit expiationis apud Græcos in pestilentia, aut fame aliáue calamitate, maioréue aliquo discrimine. Meminit Isaacius apud Lycophronem: item Hipponax in Iambis.
Catharsia] Veteres porculos nuncupabāt minutulos, quibus cōciones & theatra lustrabantur. Cæl. Antiq. lect. li. 6. c. 12.
Catharsium (καθάρσιον) In Græcorum doctrina uidetur purificatio quædam dici.
Catharticus, pen. corr. (καθαρτικός) Adiectiuum. ut, Cathartica medicamentum, quod purgat. Celsus, lib. 20, Sed medicamenta stomachum ferè lædunt: ideoq; omnibus catharticis aloe miscenda est.
Cathea] καθέα, Regio est in India, Sopithis, qui unus fuit ex Nomarchis, dominationi subiecta, quam quidam inter Hydaspen, & Acesinem fluuios locant: alij inter Acesinem & Hyarotidem finitimam terræ Pori, consobrini alterius Pori, qui ab Alexandro captus est. Strabo. lib. 15.
Cathedra] cathedræ, pen. corr. (καθέδρα) Id est, sedes. Græca enim uox est, ἀπὸ τοῦ κατὰ, καὶ ἕδρας, ἕδρα autem sedes est. Martial. lib. 11. 93, De cathedra quoties surgis &c. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 19, Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.
Strata & longa cathedra. Iuuenalis, Saty. 9. 6.
Molles cathedræ. Iuuenalis, Saty. 6. 10.
Cathedralitius, Adiectiuum, (καθεδρᾶος,) ut Cathedralitius seruus, qui cathedra herum defert. Martialis, lib. 10. 13,
Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros,
Et Libys in longo puluere sudet eques, &c. Hic pro mollibus & desidibus accipitur, teste Budæo.
Cathedrarios Philosophos uocat Seneca umbratiles illos quibus satis est de uirtute in cathedris garrire: Fabianus, inquit nō ex his cathedrarijs philosophis, sed ex ueris & antiquis. De breuitate uitæ.
Cathema] κάθημα, Ornamentum demissum ad pectus, quod & καθετὸν dicitur Polluci, lib. 5. cap. 16. ex Antiphane.
Cathiari] καθιάροι, Populi sunt Galliæ, Strabonis, in ulteriore ripa

ripa Rhodani, ut inquit, habitantes, Salyis finitimi. Sic ille lib. 4.

Cathmæa] Terra quæ in æs cõijcitur, ut fiat orichalcũ. Fest.

Catholicus] pen.corr. (καθολικὸς,) Vniuersalis, quasi circa omnia uersetur. Inde etiã catholicũ medicamentũ, qd'omnib. humoribus simul uacuãdis utile est. Itẽ Præcepta uniuersalia uel perpetualia, catholica uocãt, ait Quint. li.2.ca.13.9.

Cathon] insula à Pomponio inter Cyclades numerata, à Plinio tamen præterita: nisi quis Cathon, quam Plinius in Laconico sinu esse ait, intelligere uelit. Ex Vadiano.

Cathones] appellantur portus in mari interiores, arte & manu facti. Festus.

Cati] Fons, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluit, dictus quòd in agro cuiusdam fuerit Cati. Festus.

Catienus] Philosophus, uiri proprium, qui patronum suum adeò dilexisse fertur, ut hæres omnibus bonis institutus in rogum eius se iaceret. Plin. lib. 7. cap. 36.

Catilina] pen.pro. (κατιλίνας,) Ciuis Romanus nobilis seditiosus, ingenio malo prauoq;, cui eloquentiæ satis sapientiæ parum fuit. Ex Sallustio notissimus est. Iuuen. Saty. 10. 29,

—& iacuit Catilina cadauere toto.

Catilinianus, pe.pro. Adiectiuũ. Plin. li. 2. c. 51. In Catilinanis pro

Catillus] Vide Catinus. (digijs, &c.

Catillus] κάτλλος, Filius fuit Amphiarai, frater Coracis & Tyburti. Hic Tybur condidit, & à fratris nomine sic appellauit. Silius lib. 8. 73, Et Tybur Catille tuum. Horat. lib. 1. Carm. ode 18. 1. ablata cõsonante Catilũ media breui extulit,

Nullam Vare sacra uite prius seueris arborem
Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili.

Catina] catinæ, uel Catine, catines, pe.cor. (κάτινα) Vrbs Siciliæ. Silius, lib. 13,

Tum Catine nimium ardenti uicina Typhœo. Strabo tamen Diodorus, & Ptolemæus, non Catinam, sed Catanam scribunt: unde Catanæus Charundas.

Catinensis Ceres dicta, ab oppido Siciliæ Aetnæ propinquo, ut ostendit Lactantius, ad cuius templum uiris accedere non licebat. Alexander.

Catinenses, Lentulus mimographus, à Catina urbe Siciliæ appellat homines molles, qui se pumice leues & glabros redderẽt. Iuuenalis Sat. 8,

Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara
Natus in Herculeo Fabius lare? si cupidus, si
Vanus, & Euganea quantumuis mollior agna?
Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
Squallentes traducit auos?

Catinus] & Catinum, neutro gen. pen.pro. (κατύλιον) Vas immensum escarium, ubi pultem, aut iurulenti quid ponebant: à capiendo nominauerunt antiqui, nisi quòd Siculi dicunt κάτινον, ubi assa ponebãt. Hæc Varro de Ling. Lat. lib. 4. Plin. lib. 33. cap. 4. 4, Quæ è catino iactatur spurcitia, in omni metallo uocatur scoria. Varro 1. de Re rust. cap. 63.

Magnus catinus. Horat. 2. Serm. Sat. 2. 10.

Algens catinus Persius, Saty. 3. 12.

Angusto pisces urgere catino. Horat. 2. Serm. Sat. 4. 16.

Niger catinus. Iuuenalis, Saty. 6. 35.

Ruber catinus. Persius, Saty. 5. 19.

Catillus, siue Catillum, (κατυλλίδιον) Diminutiuũ, Paruum uas escarium. Col. lib. 12. cap. 57. 1, Hanc mistura quum in catillo composueris, oleum superfundito. Plin. lib. 30. cap. 6. 10, Verum terrenũ catillo ligneo antè fisso & ferro uincto impositum aqua excepta perfundere, & defodere unde effoderis magi iubent: mox aquã bibere catillo, mirè id prodesse Ischia dicis affirmantes. Vide Bayfium in libello de Vasculis.

Catillus, Est superior pars molæ molendinariæ, ut inquit Paulus in L. Quum de lanionis. §. Idem consultus. ff. de fundo instructo & instrumento legato. Est autẽ meta inferior pars molæ: catillus superior.

Catillones, pen.prod. (λιχνοὶ,) Gulosos dicebant antiqui, autore Festo, A catinus, diminutiua forma. Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 16, ad finem, Propriè Catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi quũ uenirent, catillos liguribant.

Catillo, catillas, (λιχμάω) catillare, Catinos lingere. Plaut. Casina 12. 22,

—operam uxoris polliceor foras,
Quasi catillatum.

Catillatio, (λιχνεία) Graue opprobrium obijciebatur hominibus generosis, siqui prouincias amicas Populi Rom. expoliassent, quòd eorum bona liguriisse uiderentur. Festus.

Catius] deus antiquorum, qui catos, id est acutos homines faceret. Meminit Augustinus in 4. Sunt qui libentius Cautium legant, quòd scilicet cautos homines faceret.

Catizi] Pygmæorum gens à Barbaris dicuntur, quos credunt à gruibus fugatos. Plin. lib. 4. cap. 11.

Catlaster] quasi catulaster, ut Græci dicunt κάτλον pro Catulo, πρόκλον pro Proculo. Catulaster autem explicatur grandior catulus, & grandior puer. Charisius, Puer pueri, Catlaster catlastri. Ex quo Vitruuij locus emendatur, ubi sic legendum est, ideoq; semper transmarinos translastros emere formosos, & puellas maturas, eosq; coniungere, ut qui nascerentur ex ijs, non solum egregia uoce, sed etiam forma nõ essent inuenusta. Catastos, scriptum erat. Hermolaus uerò Calastros legit, Iucundus Callastos: Gulielmus autem Pellisserius germanam lectionem restituit, teste Turnebo.

Catlitio] pro Catulitione in antiquis Plinij exemplaribus reperitur, ut lib. 16. cap. 25, Catlitionem rustici uocant, gestiente natura semina accipere, &c. Vide Catulitio.

Catoblepas] Catoplepæ, pen.corr. (κατοβλέπας) Genus feræ est modicæ, cuius qui oculos uidere, statim expirant. Plin. lib. 8. cap. 21. κατόβλεψ sanè dicitur, qui capite est in terrã demisso, ἀπὸ τ κάτω βλέπω.

Catochites] κατοχίτης, Gemma Corsicæ insulæ, impositam manum uelut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 30.

Catochus] κάτοχος, Morbus est cùm sensu priuatur anima, corpusq; omne uelut gelu obrigescit. Galen. lib. fin. medic.

Catogeum] κατωγείον, Domicilium subterraneum.

Catomũ] Vinculum & catenã significat, ut legitur in quodã in Iuuenalem scholio. Cic. ad Gall. lib. 7. epist. 26, Veror ne in catomum Catonos. Vsurpatur & à Laberio apud Gelliũ in uersu catalectico,

Tollet bona fide uos orcus nudas in catomum.

Alij Catonium legunt. Vide Catonium.

Catones] κάτωνες, ex oppido Tusculo originẽ habuere, unde primum profectus M. Porcius Cato senex, persuasione atq; amicitia Valerij Flacci solicitatus. Hic Trib. mil. in Sicilia fuit. Prætor Sardiniã subegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis institutus ætate iam grandis. Consul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorẽ Hispaniam sortitus est, ubi rebus feliter gestis, omniũ urbiũ muros quæ intra Bætim sunt uno die solo æquari iussit. Autor Polybius. Plin. lib. 7. cap. 27. tribus eum laudibus cumulat, perfectum & Imperatorẽ & Senatorem, & Oratorẽ nominãdo. Cuius ingenij etiã meminit Cic. de Claris Oratoribus, 163. his uerbis, Orationes eius ut illis tẽporibus, ualde laudo, significant enim formã quandã ingenij, sed admodũ impolitã & planè rudẽ, &c. Scripsit Origines & paruũ de Agricultura librũ, de quo plura apud Ciceronem, Gelliũ, Plinium, Plutarchũ. Catones item duo fuerunt superioris filij, quorũ alter in bello contra Perseũ sub Aemilio Paulo magna cũ laude militauit. Alter Saloninus ex matre cognominatus, patre superstite ac Prætore designato extinctus

Digitized by Google

tinctus est, & egregios in iuris disciplina libros composuit. Autor Gell ca.14.lib.2. Præterea, M. Cato Senioris nepos, cognomine Vticensis, seueritate ac doctrina Stoica auum referebat: nudis interdũ pedibus breuiq; toga in publicũ prodibat, sese assuefaciens nihilo, nisi obscœnis rebus ac detestabilibus erubescere. Consulatũ frustrà petijt. Martiam coniugẽ roganti Hortensio amico cõcessit, eandemq; postea Hortensij hæredem recepit. Id quod ei Cæsar auaritiæ causa factum obijcit. Dimisit (inquit) ut locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tẽpore intonsus fuit. Post pugnã Pharsalicã, Vticam cũ Scipione se recepit: ubi quum mori statuisset, nocte de Stoica philosophia disseruit, ac Phædone Platonis de animi immortalitate perlecto libro, gladio incubuit. Ex Plutarcho. Fuit & Valerius Cato grammaticus Romæ, qui multos & nobiles docuit tempore Syllæ: cuius famam hi uersus indicant,

Cato Grammaticus Latina Siren,
Qui solus legit, & facit poetas. Huius meminit Trãquil. Clc. de Amicitia, 6, Cato, quia multarũ rerum usum habebat, multa eius & in Senatu & in foro uel prouisa prudenter, uel acta constanter, uel responsa acutè ferebantur, propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Hæc Cic. de Catone Vticense.

In Catone perfectißimo Stoico summam eloquentiam non desiderat Cic. de Claris Oratoribus, 61.

Annos quinq; & LXXX. natus Cato excessit è uita. Cic. de Claris Orat. 39.

Marcus Cato nullam adulteram non eandem esse ueneficam dixit. Quintilianus, lib. 5. cap. 11. 30.

Dat iura pijs Cato apud inferos. Virg. 8. Aeneid. 132,

Secretosq; pios his dantem iura Catonẽ. Vbi Seruius, Censoriũ (inquit) significat, nõ Vticensem, qui cõtra Cæsarẽ bella susceperit. Et supergressus est hoc loco Homeri dispositionem: siquidẽ ille Minoem, Rhadamantũ, Aeacũ de impijs iudicare dicit, hic Romanũ ducem innocentibus dare iura com (memorat.

Durus Cato. Iuuenalis, Saty. 11. 9.

Grandia Catonis morituri uerba. Persius, Satyra 3. 5.

Intonsus Cato. Horat. 2. Carm. ode 15. 3.

Prisci Catones. Horat. 2. Epist. 2. 24.

Rigidi Catones. Claudian. 2. Paneg. 78.

Tertius Cato è cælo cecidit. Iuuen. Saty. 2. 4. (21. 3.

Catonis uirtus narratur sæpe mero caluisse. Horat. 3. Car. ode

Virtutem moresq; Catonis repræsentare. Horat. 1. Epist. 20. 3.

Catonianus, pen. prod. (κατώνειος) Adiectiuum: ut Catoniana familia. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 10. 5, Racilius qui unus est hoc tempore Trib. pleb. rem patefecit, eosq; homines sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulam proscripsit, se familiam Catonianam uenditurum.

Catonium] Catonij, n. g. Cic. ad Gall. lib. 7. epist. 26, Vereor ne in Catoniũ Cato nos: hoc est, Vereor ne nimia libertas, & Catonis imitatio, cuius laudes & tu & ego scripsimus (erat aũt hoc Cæsari molestißimũ, unde & Anticatones posita scripsit) subaudi, præcipitet nos in Catoniũ, id est orcum, aut inferni baratrũ: hoc est, sit nobis causa mortis. Cel. li. 12. c. 17, Siquidem Catonium pro inferis rectè poni, ex Laberio comprobauit Gellius, etiamsi inter sordida obsoletáq; ac maculantia, id esse uocabulum putat. Vide Catomum.

Catopterius] κατοπτήριος, Locus quidã præceps est, à Parnaso proueniens, qui uentosas in Anemoream (unde & nomen habet) trudit procellas. Strab. lib. 9.

Catoptron] κατόπτρον, Speculum inter ornamenta muliebria posuit Pollux, lib. 7. cap. 22. & lib. 10. cap. 28.

Catoptromantia] κατοπτρομαντία, Diuinatio quæ fit per speculum. Vide Magia.

Catopyrites] κατωπυρίτης, Gemma quæ ex Cappadocia uenit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catorthoma] pe. pro. catorthomatis, pe. cor. (κατόρθωμα) Rectè factũ interpretatur Cic. 2. de Fin. 70, Quemadmodũ opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν,) non fit maior productione tẽporis (habẽt enim suũ modũ quæq; opportuna dicũtur) sic recta effectio: κατόρθωσιν enim ita appello: quoniã rectũ factũ κατόρθωμα recta igitur effectio, ut cõuenientia, deniq; ipsum bonũ quod in eo positum est ut naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. Ibidem, 38, Quæ nos aut recta, aut recte facta dicamus si placet, illi autẽ appellant κατορθώματα, omnes numeros uirtutis continẽt. Itẽ lib. Offic. 1. 14, Vbi de recto & æquo disputat, Perfectum officium, rectum opinor uocemus, quod Græci κατόρθωμα.

Catorthosis] pen. prod. Vide in Catorthoma.

Catoterica] κατωτέρικα, Pharmaca uocantur quæ purgãt per infernũ uentrẽ. Gale. lib. 13. Therap. Vide Anoterica.

Cattæ] Naues quædam sic dictæ. Gell. lib. 10. cap. 25.

Catti] κάττοι, Germaniæ populi. Vide Catti.

Cattiterides] κατλτιτερίδες, Ptolemæo, lib. 2. ca. 6, Decẽ sunt insulæ in occidẽtali Oceano. Cassiterides cæteri uocãt à plũbi stanniq; copia, quod κασσίτερος, dicitur. Plin. li. 5. ca. 22, Ex aduerso Celtiberiæ cõplures sunt insulæ, Cassiterides dictæ Græcis, à fertilitate plũbi. Herodot. lib. 3, Ne Cassiteridas qdẽ noui insulas, hoc est stãnarias, unde ad nos uenit stannũ.

Cattus] à nonnullis accipitur pro fele: sed abs q; authoritate.

Catularia] Porta dicta Romæ est, quia nõ longe ab ea ad plãcandũ Caniculæ sydus frugib. inimicũ, rufæ canes immolabantur, ut fruges matureſcẽtes, ad maturitatẽ perducerẽtur. Fest.

Catullus] κάτυλλος, Poeta Veronensis, natus anno ante Sallustiũ, Syllæ, Mariq; tẽporibus, in Poematis cũ Lasciuus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc uiro minimè pepercit, Iambis eum criminatur: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, teste Tranquillo.

Doctus Catullus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8. 13.

Lasciuus Catullus. Ouid. 2. Trist. 85.

Vrbanus Catullus. Iuuenalis, Saty. 13. 12.

Vesanus Catullus. Catul. epig. 7. 11.

Cantare Catullũ. Id est, opera Catulli. Horat. 1. Serm. Sat. 10. 4.

Catulus] κάτλος, Simplici L etiã scribitur, corripiq; penultimã. Fuit aũt hoc nomen multis. Q. Luctatius Catulus primo bello Punico, CCC nauibus aduersus Pœnos profectus, sexcentas eorũ naues commeatibus impeditas duce Amilcare apud Aegades insulas inter Siciliam & Africam depressit, si nemq; bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, ut Sicilia, Sardinia, cæterisq; insulis inter Italiam, Africamq; decederẽt, & Hispania citra Iberum abstinerent. Liu.

Catulus item orator Consul cum C. Mario quarto eius consulatu Cimbros fudit: ab eodem postea urbe occupata per dissensionem mori iussus est, frustrà precantibus pro eo ciuibus. Itaq; in cubiculo inclusus, candentium carbonum uapore suffocatus est, teste Valerio, lib. 9. Cuius manes ultus est posita Sylla interfecto Mario Iuniore. Lucanus lib. 2. 35,

—quid sanguine manes
Placatos Catuli referam? De hoc Catulo Cic. de Claris Orat. 68. & 69. multa scribit.

Catulus, alius sororius Catilinæ, uir eques Romanus, partium nullarum, tantumq; quieti studens, à Catilina iussu Syllæ interfectus est. Autor Pædianus.

Catulus] pen. corr. (σκύλαξ,) Propriè significat canis filiolum: dictus (ut ait Varro lib. 4. de Lingua Latina) à sagaci sensu & acuto. Virg. 1. eclog. 5,

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos, &c. Cic. 3. de Finib. 74. & 2. de Nat. deor. 54, Bene igitur idẽ Chrysippus qui similitudines adiungẽs, omnia in perfectis & maturis

Digitized by Google

turis docet esse meliora, ut in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in uiro quàm in puero.
Acer catulus Molossus. Virg. 3. Georg. 81.
Fideles catuli. Horatius, 1. Carm. ode 1. 6,
Seu uisa est catulis cerua fidelibus. Id est, *sagacibus, uel silentium inuestigando seruantibus, ut ait* Acron.
Militat in syluis catulus. Horat. 1. epist. 2. 14.
Sagax catulus. Ouid. 1. de Remedio amoris, 41.
Veloces catuli. Virg. 3. Georg. 81.
Pascere catulos fero. Virg. 3. Georg. 81. Id est, *aqua lactis, quæ pingues efficit canes.* Seruius.
Catuli, (σκύμνοι) *non solum canum fœtus diminutiue, uerum omnium animalium appellantur.* Nonius.
Catuli aspidis. Plin. li. 11. ca. 74. *ad finem capitis semel et iterũ.*
Catuli canum. Plin. lib. 29. cap. 4.
Catuli murium. Plin. *Murium quoq; catuli ostentum faciunt.*
Catuli serpentis. Virg. 3. Georg. 86.
Catuli delphinorum. Plin. lib. 9. cap. 8. 2. *Delphini agunt ferè coniugia, pariunt catulos decimo mense æstiuo tempore.*
Catuli draconum. Plin. lib. 10. cap. 72. 1.
Catuli lacertarum. Plin. lib. 10. cap. 45. 3.
Leonis catuli. Claudian. *de bello Get.* 65.
Lena catulorum oblita. Virg. 3. Georg. 48.
Catuli simiæ. Plin. lib. 8. cap. 54. 1.
Catuli tigridis. Plin. lib. 18. cap. 18. 1.
Catuli uiperarum. Plin. lib. 10. cap. 62. 1.
Catuli uulpium. Plin. lib. 10. cap. 74. 3.
Catellus, (σκυλάκιον) Martial. lib. 1. 79,
Os & labra tibi lingit Manuella catellus. Cic. 1. de Diuinat. 167, *Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia, erat autẽ mortuus catellus eo nomine.*
Rimari exta catelli. Iuuenal. Saty. 6. 55.
Catulinus, pen. prod. Adiect. (σκυλακινός) *Quod est ex catulo. ut Catulina caro.* Plin. lib. 29. ca. 4. 1, *Genito mane catulo res diuina fit: et in cœnis deũm etiamnũ ponitur catulina.*
Catulio, catulis, (σκυλάω) *catulire,* Dicitur de canibus, *quando uenerem appetunt.* Varro, 2. de Re rust. cap. 9. 9, de canibus loquens, De fœtura, *principium admittendi faciunt ueris principio: tunc enim dicuntur catulire, id est, ostendere se uelle maritari.* Plau. *Quum meã uxorem uidi catulientẽ. Laberius scripsit catulientem lupã, id est, coitus appetentem.*
Catulitio, (σκύλευσις) Verbale. Plin. lib. 16. ca. 25. 1, *Catulitionẽ rustici uocant, gestiente natura semina accipere, eoq; animam inferente omnibus satis.* (appellatur.
Catulus] Festo, *genus quoddã uinculi, qui interdum canis*
Caturactonium] κατερράκτονιον, Britanniæ insulæ oppidum, Ptolemæo. Vulgò Cardeil, à Cardelia.
Caturiges] Italiæ populi sunt, trans Padum à Plinio, lib. 3. cap. 16, *in undecima Italiæ regione collocati.*
Catus] *pro homine cauto.* Vide **Cautus** *in* **Caueo.**
Cauædium] *cauædij,* (κοιλόδαμον) Erat intra parietes locus tectus ac patulus ad communem omnium usum, maximè salutarium relictus, nam & non inuitati illuc commeare poterant. Hæc Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina. Plinius, lib. 2. epist. 17, ad Gallum, A tergo cauædium, porticum, aream &c. Cauædium, disiunctum protulere Vitruuius & Varro de Ling. Lat.
Cauamen] *inis,* n. gen. Solin. cap. 14, *Nam in latebrosis ruptam cauaminibus, &c.*
Cauares] καύαρες Narbonẽsis Galliæ populi, *in quorũ agro Auenio ciuitas sita est.* Autor Pomponius Mela, lib. 2, *Cauares autem* Strabo *Cataros nominat,* Ptolemæus *Cauaros, iuxta Druentium, & Isaram amnes sitos.*
Cauaticus, Cauator, Cauatus.] Vide **Cauus.**
Cauca] κάυκα, Ptolemæo urbs Hispaniæ, alio nomine Conca, Vulgò Quenca.
Caucadæ] Gentes sunt Lagoum amnem, quo in illũ influit Opharus, circa Mæotin à Plinio, lib. 6. cap. 7. collocati.
Caucalis] *huius caucalis, uel caucalidis, f. g.* (καύκαλις) Genus herbæ fœniculo similis, breui caule, flore cãdido, Plin. lib. 22. cap. 22. 16. Vulgò il pitorsello saluatico.
Caucasus] *pen. corr.* (καύκασος) Asiæ mons supra Iberiam ac Albaniam in Septentriones, Ptolemæo. Estq; pars Tauri montis: & totus Taurus Caucasi nomine intelligi potest, ut persæpe partis uocabulum toti figuratè tribuimus. Philostratus, lib. 2, Caucasius (inquit) Mediam atq; Indiam terminans, in mare rubrum altero cubito descẽdit, &c. Vbi multa de Prometheo ad Caucasum ligato. Caucasi montes, etiam multitudinis numero dicuntur, autore Pomponio, lib. 1. Idem aliubi (inquit) Taurici, Moschi, Amazonici, Caspij, Coraxinci, Caucasi, ut alijs alijsue appositis gentibus, ita ab alijs alijsq; dicti nominibus.
Vrgetur arboribus Caucasus. Propert. lib. 1. eleg. 13.
Horrens cautibus Caucasus. Virg. 4. Aeneid. 74.
Ingens Caucasus. Seneca in Hippol. 11. 3.
Inhospitalis Caucasus. Horat. 1. Carm. 22. ode, 2.
Caucaseus, Adiec. (καυκάσιος) *ut Caucasea rupes,* Propert. *Antra Caucasea.* Ouid. 4. Metam. 67. (li. 2. eleg. 1. 14.
Pruinæ Caucaseæ. Claudian. 1. in Eutrop. 50.
Iuga Caucasea. Claudian. de bello Get. 12.
Rupes Caucasea. Ouid. lib. 3. de Arte Amandi, 39.
Vertex Caucaseus. Virg. 2. Georg. 88.
Caucasiæ] *portæ, inquit* Pli. li. 6. ca. 11, *magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus, montibus interruptis repentè, ubi fores obditæ ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluẽte, citraq; in rupe castello (quod uocatur Cumania) cõmunito ad arcendas transitu gẽtes innumeras.*
Caucenses] Hispaniæ citerioris populi, *in conuentu Cluniensi, de quibus* Plin. lib. 3. cap. item 3.
Cauchi] Populi sunt quidã in Septentrione, qui maiores minoresq; appellãtur. Vasto ibi mœstu, bis dierũ noctiumq; singularum interuallis, effusus in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerũ naturæ cõtrouersiã: dubiumq; terræ sit, an parte in maris, Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manib. ad experimẽta altissimi æstus, casis ita impositis, nauigantibus similes, quũ integant aquæ circumdata: naufragis uerò, quum recesserunt fugientesq; cum mari pisces circa tuguria uenantur. Non pecudẽ his habere, non lacte ali, ut finitimis, ne cũ feris quidẽ dimicare cõtingit, omni procul abacto frutice. Verba sunt Pli. li. 2. ca. 1.
Cauchi] Populi, qui sub secundo Germanorũ genere, Ingæmones appellato, collocantur à Plin. lib. 4. cap. 14.
Caucon] κάυκων, Herba est, quæ etiã Ephedra & Anabasis appellatur. Nascitur uentoso ferè tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, fõlio nullo, cirris numerosis, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Hæc. Plin. lib. 26. ca. 7. Vulgò prelam appellat: qua mulierculæ utiũtur ad purganda uasa culinaria. Est etiam Caucon, Triphyliæ fluuius à quo uicini populi Caucanes appellati sunt. Strabo, li. 8.
Cauda] *caudæ,* (ὀρά, πρωκτός) Pẽdens posterior pars, quæ omnibus animalibus est præterquam hominibus & simijs. Plin. lib. 11. cap. 50, *Caudæ præter hominẽ ac simias, omnibus ferè animalibus, & ouis gignentibus, pro desiderio corporum: nudæ hirtis, ut apris: paruæ uillosis, ut ursis: prælongis ut equis.* Cic. 3. de Orat. 123, *Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni sic caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit.* Idem 2. de Finibus, 29.
Acumen caudæ scorpij. Ouid. 4. Fasto. 33.

Digitized by Google

Acuta cauda. Plin. lib. 9. cap. 19.
Biſulca cauda. Plin. lib. 9. cap. 29.
Pauonis cauda. Lucret. lib. 2. 16.
Serpentis cauda. Ouid. 9. Metam. 130.
Equina cauda. Horat. 2. epiſt. 1. 9.
Extrema cauda. Virg. 3. Georg. 84. De ſerpente.
Falcata cauda. Ouid. 3. Metam. 137.
Ima cauda. Virg. 3. Georg. 11.
Intorta cauda ſuum. Vide Intorqueo. (fiſſa.
Lunata cauda delphini. Seneca in Oedip. 5. 13. Id eſt, in cornua
Nouiſſima cauda. Ouid. 3. Metam. 137. Id eſt, extrema pars cau
dæ inflexa eſt.
Picta cauda pauonis. Horat. 2. Ser. Sat. 2. 6.
Salax cauda. Horat. 1. Sermo Saty. 2. 9.
Summa cauda. Cic. in Arato, 42.
Torta cauda. Seneca in Hercul. furen. 9. 35.
Turgens cauda. Horat. 2. Sermo. Saty. 7. 10.
Vnca cauda ſcorpionis. Ouid. 15. Metam. 75.
Demetere caudam ferro. Horat. 1. Sermo. Saty. 2. 9.
Iactare caudam, pro Adulari, ſeu ſe oſtentare blandiendo, quod à canibus tractum uidetur. Perſ. Saty. 4. 2.
Blandas mouere per aera caudas. Ouid. 14. Metam. 52. De lu
pis, urſis, & leænis, qui aduenientibus blandiebantur.
Retorquere caudam. Claudian. 3. Panegy. 72.
Cauda, pro membro uirili. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 9,
—quinetiam illud.
Accidit, ut quidam teſtes caudamq; ſalacem
Demeteret ferro. Hoc eſt, Virgam uirilis membri libi
dinoſam abſcinderet. Acron.
Caudam trahere, prouerbium inquit eſſe Acron, de illis dici ſo
litũ qui pro deridiculo habentur. Solent enim (ut addit Por
Phyrio) pueri deridentes neſcientibus à tergo caudã ſuſpen
dere, ut uelut pecus caudam trahat. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 11,
—hoc te Crede modo inſanum, nihilo ut ſapientior ille
Qui te deridet, caudam trahat.
Equinæ caudæ pilos uellere, prouerbium de illo dicitur, qui quod uiribus atq; impetu fieri nequit, id tempore atq; aſſi
duitate conficit. Vſus eſt Horat. 2. epiſt. 1. 9. his uerbis,
Vtor permiſſo, caudæq; pilos equinæ
Paulatim uello, & demo unum, demo etiam unum, &c.
Verrunt æquora caudis Delphines. Virg. 8. Aeneid.
Verrere ueſtigia cauda. Virg. 3. Georg. 11. De uacca.
Caudam Verris dixit Cicero, per translationem ab animalibus, 4. Verr. 138, Videtis extremam partem nominis caudam illam Verris, tanquam in luto demerſam eſſe in litura.
Caudecæ] Ciſtellæ appellatæ ſunt ex iunco ad ſimilitudinẽ caudæ equæ factæ. Feſtus.
Caudex] caudicis, pen. corr. maſc. gen. (κορμός, σέλεχος) Ex quo cortex extrahitur. Virg. 2. Georgicorum, 6,
Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur è ſicco radix oleagina ligno.
Vbi Seruius, Caudicibus: poſuit pro codicibus: ſicut caulem pro colem: ſauricem pro ſoricem dicimus. Plin. lib. 12. cap. 14. 5, Iuba tradit arborẽ thuris, contorti eſſe caudicis. Gel. lib. 5. cap. 3.
Caudex, Stirps arboris. Plin. lib. 16, Quædam arbores ſimpli
ces, quibus à radice caudex unus, ut oliuæ, fico, uiti. Quædã fruticoſi generis: ut nux auellana, myrtus, &c. Budæus.
Intortus caudex. Vide Intorqueo.
Caudex, Plurium tabularum contextus. Vnde tabulæ caudices dicuntur: & naues quibus cõmeatus ſubuehuntur, caudica
riæ ſiuæ codicariæ appellantur. Vnde Appius Claudius, Cau
dex cognominatus eſt, quoniam primus perſuaſit Romanis nauẽ conſcendere. Seneca de breuitate uitæ, Claudius is Cau
dex fuit ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos uocabatur. Vnde tabulæ codices dicuntur: & naues nunc quoq;, quæ ex antiqua con
ſuetudine commeatum ſubuehunt, caudicæ uocantur. Sic le
git Bayſius.
Caudex, per metaphorã pro homine ſtulto. Terẽ. Heau. 5. 1. 4. Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.
Caudeus, adiect. (σελέχινος) Quod eſt ex caudice. Plaut. Rud. 24. 65, Ciſtellam iſtic meſſe oportet caudeam in iſto uidulo.
Caudicalis, & caudicale, pen. pro. (σελέχιος) Quod pertinet ad caudicem. Plautus Pſeud. 4. 25, Te cum ſecuri, caudicali præficio prouinciæ. Id eſt, tua erit prouincia, ut caudi
ces ſecuri findas.
Caudicarum nauium mentio eſt apud Gellium, lib. 10. cap. 25. Loquitur autẽ Seneca de Quin. Appio Claudio, Caudex co
gnomẽto, qui cũ Quin. Fuluio Flacco Cõſul fuit. Hermolaus & Celius non caudicæ legũt apud Senecam, ſed caudicariæ.
Caudicarius, Adiectiuum, (κορμινός) ut.
Caudicariæ naues, ex tabulis craßioribus factæ. Feſtus.
Caudicatus, pen. pro. aliud adiectiuũ, (κορμωτός) ut Caudicatæ naues. Seneca de Breuitate uitæ, Nũc quoq; naues, quæ ex an
tiqua cõſuetudine cõmeatus ſubuehũt, caudicatæ uocantur.
Caudis] κάυδιον ſiue Caudium, Oppidum Samnij. Vnde Caudinæ furcæ, & Caudinæ fauces nobilitatæ inſigni clade & ignominia, quam Romani exercitus ſub Sp. Poſthumio à Samnitibus acceperunt.
Caudinus, pen. prod. Adiect. (καυδῖνος) ut Caudinæ furcæ. Lu
canus lib. 2. 28, Vltra Caudinas ſperauit uulnera furcas.
Fauces caudinæ. Sil. lib. 8. 113, —aut caudinis faucib. hærent.
Cauea] Vide Cauus.
Caueo] caues, caui, cautum, (ἐυλαβῆμαι, ἐξευλαβῆμαι) ca
uere, ſignificat uitare & ſibi prouidere ne aliquid præter ſpem accidat.
Caue in modo imperandi poſteriorem habet productam. Ouid. Metam. 18, Nate caue: dum reſq; ſinit, tua corrige uota.
Horatius uerò præter naturã corripuit, li. 2. Serm. Saty. 3. 8,
—dexter ſtetit, & caue faxis
Te quicquam indignum.
Cauere cum datiuo: ut Cauere malo, Plau. Bacch. 2. 39, Omitte Lyde, ac caue malo. L. quid caue malo.
Cauere alicui. Cauere ſibi: Id eſt, prouidere. Cic. ad Appiũ, li. 3. 1. 8, Melius enim ei cauere uolo, quàm ipſe alijs ſolet.
Cauere aliquid. Terent. Eunuch. 4. 6. 23, Quod cauere poſſis, ſtultum eſt admittere. Cic. ad Brutum, lib. 11. 21. 7, Quamob rem nec metuam quicquam, & cauebo omnia.
Frigora cauere. Ouid. 2. de Arte, 61.
Iurgia caueto. Ouid. 1. de Arte, 119.
Malum cauere. Cic. 1. de Oratore, 128.
Cauere omnia. Cic. ad Brutum, 11. 21. 7.
Cauere pietatem, pro fugere. Cic. 2. de Fin. lib. 113, Nemo pius eſt, qui pietatem cauet. Caue quicquam putes eſſe uerius.
Tela cauere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 12.
Ventos cauere. Ouid. 2. de Arte, 13.
Acriter cauere aliquid. Horat. 2. Serm. 3. 19.
Cura cauere aliquid dicitur. Ouid. 2. Faſt. 12.
Cauere aliquem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 32, Vt conſideraret in omni reliqua uita quibus crederes, quos caueres.
Cauere aliquem facere aliquid. Plaut. Epid. 8. 23, Is apud forum manet me, quaſi qui Amare te caueat.
Cauere aliquid alteri. Plaut. Bacch. 1. 8,
Id (amabo te) huic caueãs. P. quid iſti caueã? Cato. ca. 5. 5, Scabiem pecori & iumẽtis caueto: id ex fame, & ſi impluit, fieri ſolet. Id eſt, prouideto ne ſcabie corripiãtur. Plin. lib. 18. cap. 33. 3. de uentorum ratione loquens.

Digitized by Google

Cauere ſibi ab aliquo. Terent. Heaut. 5,2.44, Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo. Cic. 5. de finib. 114, Monuerunt, à ueneno ut caueret. Idē 12. Philipp. 336, Quòd ab homine impuro non cauerit.

Cauere in iure. Cic. 2. Offic. 95. & 96, Nam in iure cauere, cōſilio iuuare, atq; hoc ſcientiæ genere prodeſſe quampluribus, uehementer & ad opes augendas pertinet, &c.

Cauere alicui, Iuriſprudentis hominis eſt, qui conſultori ſuo rationem præſcribit, formulamq; dictat paciſcendi aut contrahendi: & monitis conſilioq; inſtruit, ne conditionem ſuam deteriorem faciat: ut apud Ciceronem in præfatione Topic. 3. qui ad Trebatium ſcribit Iuriſconſultum, Etenim quum tu mihi meisq; multa ſæpe cauiſſes, ueritus ſum ne ſi ego grauarer, aut ingratum id, aut ſuperbum uideretur. Budæus.

Cauere & ſancire. Cic. 2. de Finib. 161, Quæro autem quid ſit, quod quum, &c. tam accuratè, tamq; diligenter caueat & ſanciat ut Amynomachus & Timocrates hæredes ſui de Hermachi ſententia dent, &c.

Cauere conſulte. Vide Conſulo.

Melius cauere alicui. Cic. Appio, lib. 3. 1. 8.

Cauere ædificijs & ſepulchris. Cic. 2. de Legibus, 96.

Hæredi cauere. Cic. 2. de Inuent. 212.

Cauere ſibi. Cic. pro Roſcio Comœdo, 21, Quid ita? Flauio ſibi cauere non uenit in mentem?

Cauere ſibi ab aliquo, Eſt ſatis accipere. Cic. in Bruto, 9. At uerò inquam, tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum. Id eſt, niſi à te ſpondente ſatis accepero. Idem 4. Verr. 39, Rogant eum ut id quod ab ipſis abiiſſet pecuniæ, curet: ab ſeſe caueat quemadmodum uelit, de illa hæreditate cum Epicrate neminem eſſe acturum. Id eſt, arbitrio ſuo ab ſe cautionem exigat. Budæus.

Cauere obſidibus de pecunia. Cæſar. 6. bel. Gal. Id eſt, dare obſides, quoad pecuniam diſſoluant. Budæus, Obſidibus, caſus eſt ablatiuus.

Cauere ſibi obſidibus ab aliquo, pro obſides exigere: & Cauere alicui obſidibus, pro obſides dare. Cæſar 7. bel. Gal. 6, Et quoniā in præſentia obſidibus cauere inter ſe nō poſſent, ne res efferretur, ut iureiurando ac fide ſanciatur, petunt. Bud.

Per aliquem ſibi cauere. Cæcinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 11.

Pecuniam alicui cauere. Scæuola in L. Si ex pluribus. ff. de Solutionibus, Si ex pluribus cauſis & chirographis creditor ita cauis, T. Meuius dico me accepiſſe, & habere, & accepto tuliſſe C. Titio reliquum omne poſt rationem eius pecuniæ quam mihi Stichus C. Titij ſeruus cauerat. Quæſitum, &c.

Summam cauere. Scæuola in L. Quæ neptis. ff. de Acquirenda hæreditate, Condemnatiq; pro portionibus hæreditarijs ſinguli hæredes Sempronio cauerunt ſummam qua quiſq; condemnatus erat, cum uſuris, &c.

Cauere capite, Eſt capitis periculo ſe obſtringere, & alium ſibi eodem uinculo obligare. Plin. lib. 34. cap. 7. 5, Aetas noſtra uidit in Capitolio, prius quàm id nouiſſimè conflagrauit à Vitellianis incenſum, in cella Iunonis, canem ex ære, uulnus ſuum lambentem, cuius eximium miraculum, & indiſcreta ueri ſimilitudo, non eo ſolum intelligitur, quòd ibi dicata fuerat: uerùm ex noua ſatisdatione: nam ſumma nulla par uidebatur, capite tutelarios cauere pro ea inſtituti publici fuit. Budæus.

Scriptis aut tacitis exceptionibus cauere. Cic. 2. de Inuent. 226.

Cauere teſtamento. Cic. 2. de Finib. 163. Ibidem, 165, Tantum dico magis fuiſſe uerum agere Epicuri diem natalem, quàm illum teſtamento cauere ut ageretur.

De euictione cauere. Vlpianus in L. Si duo. §. Siquis iurauerit. ff. de iureiurando, Si quis iurauerit me ei uendidiſſe rem cum tum: ex empto agere poterit, ut ei cætera præſtentur, id eſt, ut ei res traditur, & de euictione caueatur.

Defenſum iri aduerſus aliū cauere. Vlpianus in L. Siquis à multis. ff. de Noxalibus actionibus, Si quidem unus occupauerit, an melior ſit eius conditio, ut ipſi ſoli dedatur. an uerò uel omnibus dedi debeat, uel cauere debeat defenſum iri aduerſus cæteros?

Cauere, pro cautionem exigere. Vlpianus in L. Quod ad hæredem. ff. de Magiſtratibus conueniendis, Nam magiſtratus ſi tanta fuit negligentia ut omnem cautionem omitteret, æquū eſt haberi eum loco fideiuſſoris, ut & hæres eius teneatur. Si uerò cauit: & tunc idonei fuerunt, & poſtea deſierunt, ſicut ipſe magiſtratus probè recuſaret hanc actionem, ita & hæres multo iuſtius.

Caue facias, faxis, reſponderis, & ſimilia, pro caue ne feceris ſiue facias aut reſpondeas. Horat. 2. Serm. Saty. 3, 8, Caue faxis. Terent. Heaut. 5. 4. 8, Caue poſthac, ſi me amas, unquā iſthuc uerbum ex te audiam. Cic. de Amic. 8, Caue Catoni anteponas, &c. Idem ad Atticum, lib. 13. 28 8. 3, Caue facias, inquit: nam iſta lex perferetur. Idem Pæto, lib. 9. 14. 10, Sed caue, ſi me amas, exiſtimes me, quòd, &c.

Cauere ne. Terent. Heaut. 2. 2. 6, Etiam caues ne uideat fortè. Cic. 4. Acad. 242, Nónne caueam ne ſcelus faciam? Idem ad Atticum, lib. 3. 12. 12, Vt cauerem ne cui ſuſpicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. Horat. 2. Serm. Sat. 1. 16,

Sed tamen ut monitus caueas, ne fortè negoti
Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.

Cauere ut. Plautus Bacch. 1. 10. Quid iſti caueam? B. ut reuehat domum.

Nunquam caui quid facerem: uix uiuus ſum miſer. Plaut. Merc. 23. 14, Quod Barbari dicunt reſpicere. & Cic. præcauere & conſiderare dicit. Virg. 9. eclog. 3,

—& inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.

Cōmiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret. Horat. de Arte, 34.

Caueri paſſiuè. Cic. ad Atticū, lib. 10. 207. 3, Cætera quæ quidē cōſilio prouideri poterūt, caueantur. Idē pro Cæcinna, 59.

Cauetur Pagana lege in plerisq; Italiæ prædijs, ne, &c. Plin. li. 28. cap. 2. 18, Cic. de Lege Agra. 9, Cauetur ne Ianiculo coloniam conſtituatis.

Caueri etiam ualt ijs qui ſecum ſunt, quicquid contra legē commiſerunt. Cic. 8. Philipp. 151.

Cautum eſt. Cic. 3. Verr. 101. Idem 4. Acad. 165, At uitioſi ſunt Soritæ. Frangite igitur eos ſi poteſtis, ne moleſti ſint: erunt enim, niſi caueatis. Cautum eſt, inquit.

Vt cautum ſit mihi. Cic. Salluſtio, 2. 16. 7.

Cautum eſt de. Cic. pro Lege Agraria, 6, Excipit in uectigali imponendo agrum & Recentoricum Sicilienſem: in uendendis agris eos agros, de quibus cautum ſit fœdere.

Cautum eſt lege XII. Tabularum. Plin. lib. 16. cap. 5. 1. Cic. 2. de Inuent. 211.

Verbis ſatis hoc cautum erat? minimè. Cic. pro Cecinna, 29.

Cautum eſt illi. Cic. Attico, li. 5. 95. 2. Vlpianus de Verb. ſignif. Cautum intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

Cauto eſt opus, ut ſobriè, ſineq; arbitris accurate hoc agatur. Id eſt, cautè cauendum & prouidendum. Plaut. Capt. 5. 33.

Cauendus (ἐυλαβητέος) Participium. Cic. ad Sulpitiū, lib. 4. 3. 4, Quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cauendo & prædicendo ſententia.

Pœna cauenda. Propert. lib. 3. eleg. 14. 5.

Vitare malum cauendo. Ouid. 3. Triſt. eleg. 6. 4.

Cauendum & prouidendum. Cic. 2. de Orat. 162.

Cautio cautionis, (ἐυλάβεια, ῥᾳδιουργία, γρέμμα) Verbale. Præcautio, ſiue prouidentia quædam, qua auertimus & uitamus

Digitized by Google

tamus aliqd ne nobis accidat. Cic. 4. Tusc. 22, Quoniamq; ut bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus: quæ declinatio, si cum ratione fiet, cautio appelletur, eaq; intelligatur in solo esse sapiente. Idem 2. de Oratore, 166.

Cautio & prouisio. Cic. de Amic. 67, Omnino omnium horum uitiorum, atq; incommodorum una cautio est, atq; una prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiamus, neue non dignos.

Cautionem & diligentiam adhibere. Cic. ad Att. lib. 1. 14. 11.

Adiungere cautionem. Cic. 2. de Diuinat. 81.

Habere cautionem. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 5, Quæ cautionẽ non habebunt, de his non ita ualde laboro.

Defendendi cautio facilis. Cic. pro Flacco, 24.

Cautio est, id est, cautione est opus, autore Donato. Terentius And. 2. 3. 26, Puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa, cautio est. Plaut. Pseud. 4. 37.

Mea cautio est chartam tibi deesse. Cic. ad Attic. lib. 5. 91. 5.

Tua enim cautio, nostra cautio est. Cic. pro Marcello, 12.

Cautio chirographi. Cic. ad Trebatium, 7. 18. 4, Itaq; quũ uestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei, Id est, ut existimo, cõmendaui te Cæsari literis Græcè scriptis.

Pecuniarum cautiones. Cic. pro Domo sua, 99.

Infirmæ cautiones. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 18. 3.

Cautio, pro formula testamentorum, aut aliarum rerum, & cõceptionibus uerborum. Vlpianus in L. Ita autem. §. Iulianus. ff. de Administratione tutorũ, Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus. Cic. pro Fonteio, 1, Videte quo descendam Iudices, quàm longè uidear à consuetudine mea, & cautione ac diligentia discedere.

Cautio, pro instrumento obligationis. Seneca de Benef. 7, Video istic diplomata & syngraphas, & cautiones, uacua habendi simulacra.

Proferre cautiones. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 7.

Cautionalis, & hoc cautionale, pen. prod. (ἐυλαβητικὸς) ut Cautionales stipulationes Prætoriæ, apud Vlpianũ in l. prima, de Prætorijs stipulationibus, lib. 46. digestorũ, Prætoriarũ stipulationũ tres uidẽtur esse species, Iudiciales, Cautionales, Cõmunes. Et paulò pòst, Cautionales autẽ sunt quæ instar actionis habent, & ut fiat nouatio, intercedunt.

Cautus, Adiectiuum, (ἐυλαβὴς, ἀπαραλόγιστος) Prudens & qui sibi probè & negocijs suis scit cauere. Terent. Phorm. 4. 5. 3, Vt cautus est, ubi nihil opus est.

Cautus & Tardus, contraria. Cic. 4. Acad. 173.

Diligens & cautus. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 25.

Cauti ac diligentes prohibent. Quint. lib. 4. cap. 1. 48.

Cautus & prouidus. Cic. pro Roscio Amer. 69, Itaq; nunc illi homines honestißimi propter istius insidias parum putantur cauti, prouidiq; fuisse.

Verbis ferendis cautus. Horat. de arte poet. 10.

Cautus in credendo. Cic. Attico, lib. 10. 200. 4.

In scribendo cautus. Cic. 3. ad Qu. frat. 24. 10.

In periculis cautus. Cic. 1. de Lege Agraria, 17, Sequentur auctoritatem Consulis soluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.

Intra spem ueniæ cautus. Horat. in Arte poet. 54.

Ars cauta. Ouid. 2. de Arte amandi, 40.

Bellum cautum. Sil. lib. 8. 65.

Parum cauta dextra. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 1.

Dolus cautus. Seneca in Herc. Oeth. 5.

Formido cauta. Sil. lib. 16. 120.

Manus cautas præferre. Ouid. 2. Fastorum, 68, de Fauno qui noctu ad Herculis cubiculum accedebat.

Nauita cautus. Ouid. 2. de Remed. amoris, 69.

Nummos cautos exponere, id est, nummos cautè exponere. Horat. 2. Epist. 1. 21.

Pectus parum cautum. Propert. lib. 3. eleg. 5. 2.

Timor cautus. Ouid. 3. Trist. 4. eleg. 13.

Viator cautus. Ouid. 2. Trist. 54.

Vulpes cauta. Horat. 1. Epist. 1. 15.

Cautior & moderatior liberalitas. Cic. ad Brutum, 4. 6.

Nemo cautior. Cic. 12. Philipp. 336.

Consilijs cautioribus uti. Cic. 13. Philipp. 346.

Iudices cautiores facere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 15.

Cautior labor. Claud. epigram. 42. 4.

Pars cautior. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 33.

Cautior res. Cic. pro Cæcina, 8.

Ad laqueos cautior. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 10.

Cautè, (ἐυλαβῶς) Aduerbium, Prudenter, callide. Plautus Curcul. 2. 32, Cautè ut incedas uia.

Cautè & cogitatè suam rem tractare. Plaut. Trinum. 6. 45.

Diligenter et cautè excogitare quid dicamus. Cic. 6. Verr. 129.

Cautè & diligenter facere iter. Cæsar 5. bel. Gal. 182.

Occultatè conari, & cautius efficere aliquid. Cicero pro Deiotaro, 12.

Cautißimè aliquid tractare. Cic. 2. de Oratore, 134. Et apud Plinium, lib. 15. cap. 3. 3, Cautißimè agere.

Cautè & pedetentim dicere. Cic. pro Cluentio, 93.

Abducere cautè. Cic. 2. de Diuinatione, 19.

Amare cautè. Ouid. 2. de Arte, 34.

Pugnare cautè. Ouid. Epist. 13. 30.

Transire limen cautius. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12.

Scriptum cautè, ut centum nummi deducerentur. Cic. 2. de Legibus, 83.

Cautim, (ἀπαραλογίστως) Id est, cautè. Terẽt. Heaut. 4. 8. 30,

Sed hæc ita ut sunt, cautim & paulatim dabis,
Si sapies. Actius Alphesibœa,
Sed tibi cautim est adeundum ad uirum.

Idem Philocteta,

Contrà est eundum cautim, & captandum mihi.

Catus, (ἐμφρων, συνέχων) Antiquum uocabulum, Idem quod cautus. Cic. 2. Tuscul. 78, Sed homo catus nunquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum. Legitur & cautus. Plaut. Di istam perdant, ita cata est & callida.

Catus Mercurius. Horat. 1. Carm. ode, 10. 1.

Catum consilium. Plaut. Epid. 5. 74.

Prudens & catus. Cic. 1. de Legib. 67, Quis igitur prudentem, & (ut ita dicam) catum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet?

Iaculari catus. Horat. 3. Carm. ode, 12. 2.

Catè (συνετῶς) idẽ significat quod cautè. Plaut. Menæ. 4. 20,

Sic decet dari facetè uerba, custodi catè. Catum enim ueteres, acutum dicebant, teste Varrone de Lingua Latina.

Cautor, (ἐυλαβητὴς, ἐγγυητὴς,) Verbale. Qui cauet & prouidet. Plautus Capt. 6. 6,

Qui cauet ne decipiatur, uix cauet, quem etiam cauet:
Etiam quam cauisse ratus est, sæpe is cautor captus est.

Cautor alieni periculi, Qui solicitus est & prouidet ne quis incidat in periculum. Cic. pro Sestio, 12.

Cautor formularũ, Iurisperitus dicitur apud Ciceronem in tertio de Oratore. Budæus.

Cautela, cautelæ, pen. prod. (ῥαδιεργία) pro cautione. Paulus in L. Si defunctus. §. Qui ad cõmuni. ff. de Procuratoribus, Qui ad communi diuidundo iudicium datus est, ad agendũ idem, & defendendum uidebitur datus, duplici cautela interponenda. Pomponius in L. Quamuis conuenerit. ff. de Pignorat. actione, Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.

Cauerna] Vide **Cauus.**

Cauiares

Digitized by Google

Cauiares] hostiæ, quæ & Cauæ, erant partes hostiæ cauda tenus, quæ in sacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur. Festus.

Cauilla] cauillæ, & cauillum, cauilli, (σκωμμάτιον) Cauillatio est, & irrisio, Autore festo, siue iocus. Plaut. Aulul. 20.10, Pone hoc sis: aufer cauillum, nõ ego nunc nugas ago.

Cauillatio, cauillationis, (σκῶμμα, σόφισμα, παραλογισμός) Iocosa criminatio, inquit Festus, siue ut Cicero ait, genus facetiæ, quod fit mentiendo. Cic. 2. de Orat. 120, Etenim quum duo genera sunt facetiarum: alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue: illa à ueteribus superior, cauillatio: hæc altera, dicacitas nominata est.

Per cauillationem perduci. Liu. 8. bel. Maced. 57.

Cauillatio, est (inquit Valla lib. 6.) subdola ratio, quam conscij nobis mendacij, uincendi tamen causa proferimus. Vlpianus in L. Natura. ff. de Verborum & rerum signifi. Natura cauillationis, quam Græci σωρίτην appellauerunt, hæc est: ut ab euidenter ueris, per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.

Verborum cauillationes. Quintil. lib. 2. cap. 17. 9.

Ineptæ cauillationes. Quintil. lib. 1 cap. 7. 16.

Effugere omnem cauillationem. Quintil. lib. 1. cap. 5. 24.

Cauillor, cauillaris, (σκώπτω, σοφίσομαι, παραλογίζω) Cauillari, Iocari, inquit Nonius, siue etiã irridere. Cic. 3. de Orat. 67, Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Liuius 2. ab Vrbe, 254. A Centurionibus corruptũ exercitum dicere, Tribunos plebeios cauillans, interdum & Volerones uocare.

Cauillari cum aliquo & iocari. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 10.

Cauillari in aliquo aliquid. Cic. 3. de Nat. deorum, 120.

Verba patrum cauillari. Tacitus lib. 1. Quintil. lib. 1, Qui hãc artem ut ieiunam & tenuem cauillantur.

Cauillatio, onis, (σκῶμμα) Quintil. lib. 1, atq; ut omnem effugiam cauillationẽ, sit aliquãdo, &c. & alibi ter uel quater.

Cauillator, Verbale, (σκώπτης) Cic. ad Atticũ. lib. 1. 8. 4, Cos. autem ipse paruo animo, & prauo, tamen cauillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis, quàm facetijs ridiculus.

Cauillatus, huius cauillatus, aliud uerbale. Apuleius in Asino, lib. 8. Sed ille cognito cauillatu, similis indignanti, At te inquit, &c.

Caula] caulæ (ἔπαυλις) à Cauum dicta, Stabulum in quo pecudes reconduntur: quòd antiquitus anteusum tectorum, oues antris teneri solebant. Virg. 9. Aneid. 12,

Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili,
Quum fremit ad caulas.

Vbi Seruius, Caulas, Munimenta & septa ouium. est enim Græcum nomẽ, c detracto. nam Græci aulas uocant animalium receptacula.

Caulas consitat pro quocunq; receptaculo siue conceptaculo à ueteribus dictas fuisse. ut apud Lucretium, lib. 3. 52,

Vsq; adeò uitæ defit locus, atq; animati
Diffugiunt partes per caulas corporis omnes.

Idẽ lib. 4. 133, palati caulas dixit, id est, meatus & foramina.

Caulias] æ (καυλίας) Succus ex caule laserpitij, qui in uas coniectus, admisto furfure, subinde concutiendo ad maturitatem perducebatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

Caulinum] uinum, iuxta Capuam proueniens, ab agro ita nominatũ. Plin. lib. 14. ca. 6. Campania excitauit nuper nouis nominibus authoritatem sine cura, sine casu, ad quartũ à Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, & in suo agro Trebulanis.

Caulis] huius caulis, masc. g. (καυλός.) In herbis dicitur ipsum robur, siue stipes: id est, ea herbæ pars, unde se producunt folia aut ramusculi. Plin. lib. 18. cap. 7. 8, Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodijs. Et paulò post, Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisorum.

Caules brassici. Cic. 2. de Nat. deor. 179.

Teneri Caules. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 23.

Caulis palmeus. Colum. lib. 16. cap. 10. 2. Vide Orchis.

Caulis uitis. Virg. lib. 12, Puberibus caulem foliis. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 31. 1, Pampinare est ex sarmento caules qui nati sunt, de ijs qui plurimum ualent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.

Caulis, pro brassica. Plin. lib. 17. cap. 24. circa finem, Odit & caulem uitis & omne olus.

Vngere caules oleo. Horat. 2. Ser. Saty. 3. 26. Persius, Sat. 6. 8.

Frangere caules. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 23.

Caulis suburbanus. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 3.

Caules pennarum auium. Plin. lib. 11. cap. 39. 3, Pennarum caules omnium auium præcisi non crescunt, uulsi autẽ renascuntur. Quidam hic legunt præcisæ & auulsæ, fœminino genere: &, ut opinor, corruptè: quum alijs locis legatur in masculino genere apud eundem.

Caulis caudæ. Plin. lib. 11. cap. 50. Boum caudis longissimus caulis, atq; in ima parte hirtus.

Cauliculus, pen. corr. (καυλόω) Diminutiuum. Plin. Ipsorum caulium delicatior, teneriorq; cauliculus. Idem lib. 24. cap. 6. paruulus cauliculus.

Caulesco, caulescis, (καυλῶμαι) caulescere, Folia producere. A quo Decaulesco, Vide suo loco.

Caulodes] καυλώδης, Brassicæ species est, lata habens folia à caule exeuntia, unde & nomen accepit: Author Plin. libro 20. cap. 9.

Caulum] siue Caulon (καυλωνία) Oppidum quod à Plinio libro 3. cap. 10. collocatur in prima regione Italiæ. Virgil. 3. Aeneid.

Caulonisq; arces & nauifragum Scyllacæum.

Hanc Strabo lib. 6. uocat Caulonium, dicens, Post Sagram Caulonia extat, prius Aulonia, quasi Valonia, à uicina cõuallenominata, ab Achiuis ædificata, nunc autẽ uacua est. Horat. 2. Carm. ode 6. 4, —et amicus Caulon fertilis Baccho.

Caunius] Cupido uocatus, quod in Cauno urbe coleretur, ut ait Hesychius. Possumus & ab æstu deriuare, qui fit ex amore: unde & illi ardentes faces attribuebant antiqui: uel quod amor καυνὸς homines reddat, id est difficiles et malos.

Caunus] καῦνος, Cariæ oppidum ad Calbim fluuiũ. Meminit Calbis Strabo, lib. 14, Et adiuncti oppidi Cauni æstate & autumno, ut ipse ait, ad inhabitandum grauis, ob calorẽ & pomorum copiam. Ob id Caunij pestilenti cœlo esse dicũtur. Hos quum intuitus esset Stratonicus citharœdus, homo salibus plenus, illum ex. 6. Iliados uersiculum in eos protulit. Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Liuorẽ uidelicet, quo omnes pallebant, fugillans. Caunij uerò quum hominem inceßissent acrius, quòd urbem ut morbidam carperet, Ego (inquit) eam morbidam dicere ausim, ubi mortui ambulant? Vrbanius multo acriusq; quàm prius illidens. Hactenus Strabo.

Cauneæ fici, à loco sic dictæ. Cic. 2. de Diuinat. Quum M. Crassus exercitum Brunduſij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat. Plin. lib. 15. cap. 19, Ex hoc genere sunt, ut diximus, coctana, & caricæ, quæq; conscendenti nauim aduersus Parthos omen fecerè M. Crasso, uenales prædicantis uoce Cauneæ.

Cauo, Cauas, Cauatus] Vide Cauus.

Caupo] cauponis, pen. prod. (κάπηλος, οἰνοπώλης) Dicitur ipse tabernarius. Vlpianus in L. prima. §. Caupones autem. ff. Nautæ, caupones, stabularij, ut recepta restituãt. Cau-

pones

pones autem & ſtabularios æquè eos accipiemus, qui caponam uel ſtabulum exercent, inſtitoréſue eorum. Cic. 1. de Diuinat. 101, Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter unà facerent, & Megaram uenissent, alterum ad caponem diuertisse, ad hoſpitem alterum, &c. Martial. lib. 1. 52, Non potes, ut cuperes, uendere caupo merum.

Perfidus caupo. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 6.

Maligni caupones. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 1.

Reperitur & Copo ſcriptum apud antiquos: ut apud Ciceronẽ pro Cluentio 131. ex antiquis codicibus, Atq; etiam, ut nobis renunciatur, hominem multorum hoſpitum, A. Biennium quendã coponem de uia Latina, qui ſibi à Cluentio, ſeruisq; eius in taberna ſua manus allatas eſſe dicat.

Caupõna. pen. prod. (καπηλεῖον) ipſa taberna uinaria. Cic. in Pſonem 41, Nonne tibi nox erat pro die? non ſolitudo pro frequentia? caupona pro oppido? Plin. lib. 16. cap. 36. 2.

Viuere in caupona. Horat. 1. Epiſt. 11. 3.

Cauponula, pen. corr. (καπηλεῖον) Diminutiuũ. Cic. 2. Philipp. 84, Delituit in quadã cauponula: atq; ibi ſe occultans, perpotauit ad ueſperum.

Cauponius, καπηλικός Adiect. Plau. Pœnulo, 19. 19, Quis hic homo eſt cum tunicis longis, quaſi puer cauponius? Iuſtinus lib. 1, Iuſſitq; cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere. Martianus de Fundo inſtructo, & inſtrumento legato. L. Pictoris, Et inſtrumento cauponio inſtitorem.

Cauponor, pen. prod. cauponaris, (καπηλεύω) cauponari, Eſt lucri cauſa, ceu caupones ſolent, aliquid uenditare.

Cauponari bellum, per metaphoram, Lucri cauſſa bellũ gerere. Ennius apud Ciceronem, lib. 1. Offi. 59,

Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.

Caurio] cauris, Verbum pantheribus proprium, ut latrare canibus, ut uult is qui conſcripſit librum Philomelæ, qui uulgò Ouidio tribuitur. 10, Panther caurit amans, pardus hiando felit.

Caurium] κάυριον Luſitaniæ oppidum Ptolemæo: alio nomine Caura. Vulgò Corra.

Cauros] καῦρος, Inſula erat, quæ poſtea dicta eſt Andros, deinde Aura. Vulgò Corra.

Caurus] ἀργέστης Ventus ab occaſu flans, qui & Corus dicitur & Euronothus. Virg. 3. Georg. 71,

Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

Cauſa] αἰτία, αἴτιον, αἰνη, λαβή, ſiue cauſſa (ut ſcripſerũt Virg. & Cicero, teſte Quintiliano) Dicitur id ex quo, uel per quod, uel à quo, uel propter quod aliquid fit. Differtq; cauſa à ratione: quòd cauſa eſt impulſus ipſe ad aliquid agendum: Ratio uerò ordo gerẽdorum ex cauſa uenientiũ. Quidam cauſam a chaos detracta aſpiratione dictam eſſe exiſtimant: quòd confuſa illa materia prima omnium rerum cauſa fuerit. Alij à Græco κάυσις, quod ardorem, ſiue incendium ſignificat: quòd cauſa ſit quæ nos accendit atq; inflammat ad aliquid agendum. Nonnulli à cauendo: quòd ea ſit quæ cauet ut aliquid agatur, aut non agatur. Quidam à caſu: quòd initia & origines rerum quæ cauſæ ſunt, caſu eueniant.

Cauſa ea eſt, quæ id efficit cuius eſt cauſa: ut uulnus, mortis: crudítas, morbi: ignis, ardoris. Cic. de Fato, 50, Et paulò pòſt 5. Nulla igitur earum eſt cauſa, nulla earum rerum ſua ui efficit id cuius dicitur cauſa.

Nihil fieri ſine cauſa poteſt. Cic. 2. de Diuinat. 89.

Cauſa & ratio. Cicer. 1. Offi. 96. Cauſa autem, & ratio efficiens magnos uiros, in priore eſt.

Semen & cauſa bellorum. Cic. 2. Offi. 40.

Principium & cauſa Philoſophiæ eſt ſcientia. Cicer. 1. de Natura deorum, 2.

Ad eam cauſam ſcripta interpretari. Cic. 1. de inuent. 83, Quãobrem igitur leges ſeruari oportet, ad eam cauſam ſcripta interpretari conuenit. &c. Hoc eſt, quoniam Reipub. ſeruimus: ex Reipub. cõmodo atq; utilitate leges interpretamur.

Cauſa eſt faciendi. Cic. 1. de Aruſp. reſp. 40.

Cauſa eſt cur. Cic. 4. de fin. 35, Qua expoſita, ſcire cupio quæ cauſa ſit, cur Zeno ab antiqua inſtitutione deſciuerit.

Erit cauſa qua, pro cur, uel quamobrem. Cic. pro Domo ſua, 1, Erit cauſa, qua conſilium maiorum in ampliſſimis uiris ad ſacerdotia deligendis iure ac meritò laudare poſſimus.

Cauſa eſt quo. Plaut. Aulul. 5. 14,

Ne cauſæ quid ſit, quo te quiſquam quæritet.

Hæc cauſa eſt, quòd ſic ſtatuo, &c. Cic. de Aruſp. reſp. 32.

Id erit cauſæ quòd. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 2.

Ea cauſa. Terentius Hecyra 3. 2. 13, Iam ea te cauſa maximè hoc nunc introire nolo.

Ea cauſa eſt ut. Cic. Att. lib. 8. 160. 1.

His de cauſis credere. Cic. Attico, lib. 6. 111, 127.

In cauſa damnationis fuiſti: multos offenderas, &c. Quintilianus lib. 7. cap. 2. 37.

Non eſt cauſa cur. Cic. pro Roſcio Amer. 86, Quòd ſi tibi cauſa nulla eſt, cur hũc miſerũ tanta calamitate affici uelis, &c.

Non ſine cauſa exquirere. Cic. Attico, lib. 13. 280. 1.

Nulla cauſa, uel Nunquid cauſæ quin, &c. Plautus Milit. Nunquid cauſæ eſt ilico quin te in piſtrinum dedam? Id eſt, recuſásne, aut renuisne? Cic. 2. de Orat. 102, De me autem cauſa nulla eſt cur apud homines prudentiſſimos, atq; amiciſſimos mentiar. Idem pro Cœlio, Cauſa nulla eſt quin ad ducem decedam ſublato metu Parthico.

Ob eam ipſam cauſam. Cic. de Claris Orat. 14, Grandes erant uerbis, crebri ſententijs, compreſſione rerum breues, & ob eam ipſam cauſam ſubobſcuri.

Per cauſam, id eſt, prætextu. Suetonius in Othone, cap. 3. Quare diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniam, &c.

Per cauſam inopum atq; imperitorum. Cic. pro Domo ſua, 11.

Pro cauſa. Cæſar, At Cæſar biduum in iis locis cõmoratus, pro cauſa ſupplementi, ab exercitu diſcedit.

Pro magnis cauſis. Cic. pro Sylla, 17.

Qua de cauſa quis quid ſentiat. Cic. 1. Offic. 205.

Quidnam cauſæ eſt. Cic. 3. Tuſc. 1.

Quid cauſæ eſt, quin. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 5,

Quid cauſæ eſt, meritò, quin illis Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet.

Satis cauſæ. Cic. 2. de Inuent. 165, Iudicatio, Atrocitas iniuriarum ſatiſne cauſæ ſit, quare dum, &c.

Sine cauſa. Cic. pro Sext. Roſc. Amer. 41, Qui intelligunt neminem ne minimum quidem malefecium ſine cauſa admittere. Sine multis cauſis. Cic pro Sext. Roſc. Amer. 23.

Cauſa arborum eſt in ſeminibus. Cic. 2. Philip. 69.

Libertatis cauſa fuit ciuitati. Cic. 2. de Fin. 106, Hic dolor Pop. Rom. duce & autore Bruto, cauſa ciuitati libertatis fuit.

Malorum cauſa fuit adoleſcenti. Cic. pro Cœlio, 13.

Mortis cauſa fuit. Cic. 9. Philipp. 261. Idem 2. Philipp. 69, Cauſa belli, cauſa peſtis atq; exitij fuit.

Ruinæ cauſa nota. Ouid. 4 Triſt. eleg. 9. 20. de ſeipſo loquens.

Adipiſcendarum uoluptatum cauſa. Cic. 1. de Finibus 55.

Breuitatis cauſa. Cic. Attico lib. 8. 165. 1.

Contumeliæ cauſa. Terent. in Eunuch. 52. 38. Cic. in Piſonẽ 53, Non me hercule contumeliæ cauſa deſcribam quenquam, præſertim ingenioſum hominem atq; eruditum, &c.

Decoris cauſa. Quintil. lib. 3. cap. 8. 24

Honoris cauſa facere. Cic. de Claris Orat. 43.

Cauſa mea, quod ad me attinet. Plaut. Rud. 4. 51, Mea quidem hercle cauſa ſaluos ſis licet.

Digitized by Google

Causa mea, causa tua, causa uestra, quod uulgus dicit, Amore mei, tui, uestri. Terent. in prologo Hecyræ, 28, —mea causa æquo animo attendite. Cic. ad Atticum, Si uellent nostra causa, nihil posse illis inuitis. Idem ad Titium, 13.76.1, Cuius causa omnia tum cupio, tum me hercule etiam debeo. Idē de Amicitia, 51, Quàm multa enim, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum.

Abesse te mea causa molestè fero, tua gaudeo. Cicero ad Cassiū, lib. 15.18.3.

Mei causa dare. Papinianus in l. Si rem. §. Secundum hæc. ff. de Præscrip. uerb. Si uerò mei duntaxat causa datum est, dolum solum: quia prope depositum hoc accedit.

Sui causa accipere. Vlpianus in l. Eum qui. §. Sed & si. ff. Commodati. Si uerò ipse cui uoluit commisit, æquè mihi culpam præstabit, si sui causa accepit.

Alicuius causa cupere. Cic. Attico, lib. 15.323.3, Modò reddite literæ sunt, eius causa & cupio & debeo.

Tua causa uelim. Cic. ad Appium Pulchrum, 3.6.18.

Sua aut Reipub. causa. Cic. Att. lib. 8.145.3.

Causa nummorū, causa temporis. Plaut. Mostel. 6.10, —quia trium nummorum causa subeunt sub hasta. Cic. de Amicit. 26, Nam utilitates quidem etiam ab ijs percipiuntur sæpè, qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruantur causa tēporis. Pro hoc alibi idem dicit, Vt ut tempus est.

Salutis omnium causa decedere. Cic. Antequā iret in exiliū, 12.

Inter causas timoris dicitur esse quippiam. Vide Inter.

Verbi causa. Cicero de Fato, 18, Id est, exempli gratia. Vide Verbum.

Viæ causa. Ouid. lib. 2. Metamorph. 150.

Videndi causa. Virgil. eclog. 1.6,

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi?

Plin. lib. 11. cā. 37.56, Causa uidendi dissecuere.

Vtendi causa. Lucret. lib. 4.170.

Vtilitatis causa. Lucret. lib. 5.174.

Abdita causa. Vide Abditum.

Apparentes causæ. Ouid. epist. 20.20.

Certis de causis aliter existimare. Cic. 1. de Orat. 91.

Consimili causa moueri. Lucret. lib. 4.47.

Dubiæ causæ. Ouid. 6. Fastor. 1.

Fallaces causæ. Claud. 1. in Ruffin. 48.

Fortuita causa. Vlpianus in l. 1. §. Meritò. ff. Depositi, Meritò has causas deponendi separauit Prætor, quæ continent fortuitam causam depositionis ex necessitate descendentem, nō ex uoluntate proficiscentem.

Graui de causa. Cic. Attico, lib. 7.127.2.

Honesta causa. Cic. 2. Offic. 38, Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta uictoria.

Inepta causa. Vide Ineptus.

Inualida causa. Lucan. lib. 7.14.

Iusta causa nulla cuiquam esse potest contra patriam arma capiendi. Cic. 2. Philipp. 68. Vide Iustus.

Iustis de causis rationes deferre. Cic. ad Rufum, lib. 5.20.8.

Latens causa, ignota. Ouid. epist. 20.39.

Leuis causa. Vide Leuis.

Leuissimæ & infirmissimæ causæ. Vide Infirmus.

Causa leuis impulit me. Terent. Hecy. 3.4.12.

In ea causa res est, id est, talis & huiusmodi. Vlpianus in l. 2. ff. de except. rei iudicatæ, At si non in ea causa sint tabulæ testamenti, ut contra eas bonorum possessio dari possit.

Memorabili causa, sed euentu misero. Vide Memor.

Mutabilibus causis hostis non est, sed natura. Vide Muto.

Nocens causa. Ouid. 7. Metamorph. 107.

Occultæ rerum causæ. Stat. lib. 6. Thebaid. 187.

Optima causa. Ouid. epist. 20.5.

Paruula causa. Lucret. lib. 4.39.

Peracuta causa. Vide Peracutus.

Pia causa coegit. Ouid. 6. Metamorph. 100.

Plurimis iustissimisq; de causis. Cic. 4. Verr. 2.

Pudenda causa, Non honesta. Ouid. epist. 5.20.

Recens accedit causa. Ouid. 3. Metam. 15.

Repens causa, pro repentina. Tacit. lib. 15.244.27.

Speciosas causas habere. Cic. Attico, lib. 16.334.8.

Tenuis, inops, nec scriptione digna causa. Cicero ad Dolabellam, lib. 9.12.2.

Teterrima belli causa. Horat. 1. Serm. Saty. 3.22.

Valentes causæ. Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 7.6.

Victrix, & uicta causa. Lucan. lib. 1.26.

Accipere causam quæsiti. Ouid. 4. Metam. 159.

Accumulare causas. Ouid. 23. epist. 13. Vide Accumulo.

Adijcere causam. Ouid. 1. Fast. 38.

Probabilem causam afferre. Cic. 1. Acad. quæst. 15.

Afferre causam consilij. Cic. 2. Philipp. 68, Quam causam dementissimi sui consilij & facti afferebat.

Afferre causam faciendi aliquid dicitur res aliqua. Cicero secundo de Diuinat. 8.

Aperire causas. Propert. lib. 4. eleg. 11.1.

Attribuere causam calamitatis. Vide Attribuo.

Valetudinis causas sæpè attulerunt cibi. Quint. lib. 2. ca. 16.4.

Augere causas lacrymarum. Idem in proœ. lib. 6.6.

Causa cadere. Idem lib. 5.

Cognoscere causas. Pers. Saty. 3.7.

Cognoscere causas rerum. Virgil. 2. Georg. 98.

Conferre causas. Cic. 2. de Diuinat. 223.

Congerere causas in aliquem. Vide Congero.

Conijcere causam in aliquem. Vide Conijcio.

Constat causa belli huius in tua persona. Cic. 2. Philipp. 68.

Contrahere sibi causam mortis. Vide Contraho.

Dare causas ad culpam. Virgil. lib. 2. Georg. 91.

Causa data, causa non secuta, id est, proposita, non effectum sortita. Vnde titulus est lib. 12. Digest. De condictione causa data, causa non secuta.

Deficiunt causæ. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 8.

Dicere causas alicuius rei, id est, rationes adferre, cur ita se res habeat. Lucret. lib. 6.142.

Dicere cum causa aliquid. Cic. 2. de Orat. 136.

Luctus causam esse alicui. Ouid. 3. Metamorph. 28.

Exigere causam rei alicuius. Seneca in Thyeste, 5.7.

Hortandi causas eximere. Tacit. lib. 3.

Expedire causam morbi. Virgil. 4. Georg 80.

Explicandæ causæ. Cic. ad Luceium, lib. 5.12.13.

Explorare causas, inquirere. Stat. 12. Thebaid. 109.

Exponere causam. Horat. 1. Serm. Saty. 7.5.

Cæcas causas exponere, est causas occultas, obscuras q; explicare. Lucret. lib. 3.64.

Expromere ueras causas. Lucan. lib. 1.73.

Cum causa facere. Cic. ad Quint. frat. lib. 1.2.9. Vide Cum.

Fieri causam dolendi alicui. Ouid. 11. Metamorph. 70.

Fluunt causæ. Quintil. lib. 5. cap. 10. 17, Nam similes parentibus, ac maioribus suis filij plerunq; creduntur: & nonnunquam ad honestè turpiterq; uiuendum inde causæ fluunt.

Celebritatis, aut nominis causam habere. Cic. 2. Offic. 62.

Iudicij corrumpendi causas habere. Cic. pro Cluentio, 66.

Veram & bonam causam habere. Cic. 9. ad Att. 188.7.

Naturales causas habere. Cic. 2. de Diuin. 212.

Habere causam à natura. Cic. 2. de Diuin. 88.

Non habent causam. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14.11.

Impellit causa aliquem ut, &c. Cic. 1. de Natu. Deorum, 12, Sin autem quis requirit quæ causa nos impulerit, ut hæc tam

Digitized by Google

ſerò literis mandaremus, &c.
Incidunt cauſæ. Vide Incido.
Inire cauſam alicuius rei. Vide Ineo.
Intelligere cauſam. Lucret. lib. 6. 4.
Inuenire cauſas. Cic. 1. de Orat. 61.
Quicquam aliud cauſæ inuenire. Cic. pro Sext. Roſc. Amer. 5.
Latet cauſa. Virgil. lib. 5. Aeneid. 1. Vide Lateo.
Retrò cauſas legere. Quint. lib. 5. cap. 10. 60.
Manent cauſæ. Vide Maneo.
Memorare cauſas alicui. Virgil. lib. 1. Aeneid. 3.
Nactus cauſam moriendi. Cic. 1. Tuſc. 116.
Grauior cauſa obſtat. Cic. 2. de Diuin. 6.
Patent cauſæ. Ouid. 4. Faſtorum, 4.
Percipere cauſam. Ouid. 1. Faſt. 34. & lib. 4. 189.
Perſtare in cauſam damni. Ouid. lib. 2. de Arte amandi, 113.
Probare cauſam. Ouid. 11. Metamor. 90.
Quærere cauſam. Cic. 1. de Orat. 61.
Reddere cauſas alicui. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 4. 24.
Remota cauſa. Cic. de Vniuerſitate, 4, Nullius enim rei, cauſa remota reperiri origo poteſt.
Requirere cauſas. Virgil. lib. 6. Aeneid. 142.
Cauſas ſequi. Lucanus, lib. 3. 61.
Stetere cauſæ cur, &c. Horat. lib. 1. Carm. 16. ode 4.
Subijcere cauſam. Cic. 7. Verr. 114.
Subeſſe nullam grauem cauſam uideo. Cic. Att. lib. 1. 6. 4.
Hoc cauſæ ſumpſi. Cic. 1. ad Att. 327. 8, Hoc cauſæ ſumpſi, quòd ex te ipſo coràm antea nihil potuiſſem cognoſcere.
Suſtollere cauſas rerum efficientium. Cic. 1. Acad. 9.
Tegere cauſam alicuius rei. Ouid. lib. 13. Metam. 161.
Tentare cauſas, hoc eſt, perquirere. Virgil. lib. 3. Aeneid. 7.
Ex qualitate cœli cauſas trahere. Quint. lib. 5. cap. 10. 9.
Videre cauſas, id eſt, cognoſcere. Lucret. lib. 1. 31.
Cauſa, translatiuè dicitur omnis actio, quam in Senatu, ſiue in foro, & apud iudices, populúmue habemus. Vnde tria eſſe cauſarum genera dicimus, Demõſtratiuum, Deliberatiuum, quod & Concionale à quibuſdam uocitatur, & Iudiciale. Ex ijs tamen propriè Cauſa dicitur, quæ iudicialis eſt, unde cauſam pro lite & cõtrouerſia ponimus: quamuis nõnulli ita diſtinguant, ut Controuerſiam ſeu litem dici uelint poſtquam conſtatum eſt: Cauſam autem, & ante, & poſt conteſtationem. Hæc Sipontinus. Cic. M. Catoni, li. 15. 4. 35. Cuius etiam interitum, ut facilè intelligerem mihi quantum tribueres, Milonis cauſa in Senatu defendenda, approbaris.
Cauſa & contentio. Cic. 1. de Orato. 89, Quam poſſumus repe rire ex omnibus rebus ciuilibus cauſam contentionemq; maiorem, quàm de ordine, &c.
Cauſæ & diſceptationes. Cic. 2. de Orat. 24.
Defenſio & cauſa. Cic. 2. de Orat. 110.
Actor cauſæ. Quint. lib. 4. cap. 2. 4.
Cardo cauſæ. Quint. lib. 5. cap. 12. 3.
Conformatio, & inclinatio totius cauſæ. Quint. li. 5. ca. 13. 45.
Prima conflictio cauſarum. Quint. lib. 3. cap. 6. 8.
Congreſſus cauſæ. Quint. lib. 3. cap. 6. 3.
Fides cauſarum. Quint. lib. 1. cap. 8. 7.
Frons cauſæ. Quint. lib. 4. cap. 1. 29, Inſinuatio ſurrepat animis, maximè ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt.
Pars cauſæ. Quint. lib. 3. cap. 5. 4.
Status cauſæ. Quint. lib. 3. cap. 6. 7.
Varietas cauſarum, & multitudo litium. Cic. 1. de Orat. 5.
Varia ac noua cauſarũ ſemper eſt facies. Quint. lib. 2. ca. 4. 21.
Abſoluta & perfecta cauſa. Cic. in partition. 50. Vlpianus abſolutam cauſam uocat, nihil difficultatis habentem in l. Carbonianũ. ff. de Carbon. edicto. Cui opponitur ambigua cauſa. Et ſi quidem, inquit, abſolutam cauſam inueniret, euidenterq; probetur filium non eſſe, negare ei debet bonorũ poſſeſſionem Carbonianam: ſi uerò ambiguam, &c. Idem in l. 1. ff. Vti poſſidetis. Quoties inter litigatores eſt proprietatis controuerſia: aut conuenit uter poſſeſſor ſit, uter petitor: aut non conuenit. Si conuenit, abſolutum eſt, &c.
Anceps cauſa & grauis. Cic. 2. de Orato. 100.
Aſſumptiua cauſa. Quint. lib. 7. cap. 5. 6.
Cauſa bona. Vide Bonus.
Coniecturales cauſæ. Quint. lib. 3. cap. 6. 12. & lib. 2. ca. 4. 19.
Dubia cauſa. Cic. pro Ligario, 12.
Faciles cauſæ ad diluendum. Quint. lib. 4. cap. 2. 19.
Forenſes cauſæ. Quint. lib. 2. cap. 10. 5.
Grauis cauſa. Idem lib. 1. cap. 2. 3.
Interuenientes cauſæ extrinſecus. Idem lib. 3. cap. 8. 13.
Inuidioſa cauſa. Ouid. epiſt. 2. 29.
Cauſæ iudiciales. Vide Iudico.
Lepida cauſa. Vide Lepidus.
Liberali cauſa manu aſſerere. Vide Liber.
Lucratiua cauſa. Triphonius in l. In bello. §. Si natum ex Pamphilæ. ff. de Captiuis & poſtliminio reuerſis, Non uidetur te partum ex cauſa lucratiua habere.
Mala cauſa. Iuuenal. Saty. 13. 11.
Naturales cauſæ. Quint. in proœ. primi lib. 13.
Obſcuræ cauſæ ac multiplices. Idem lib. 4. cap. 4. 3.
Par cauſa. Cic. pro Sylla, 38.
Poſitas in affectibus cauſas proprijs perſonis debet induere declamaturus. Quint. lib. 4. cap. 1. 32.
Simplices, perplexæ, ſuſpectæ, & infames cauſæ. Idem li. 4. ca.
Parum uerecunda cauſa. Idem lib. 4. ca. 5. 14. (1. 43.
Prior cauſa, qui inter duos meliorem cauſam obtinet. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 6.
Accedere ad cauſam. Vide Accedo.
Cauſam accipere dicitur patronus. Vide Accipio.
Cauſam aliquã accipere. Terent. in prol. Hecy. 55. metaphorã cõs uſus eſt, mea cauſa cauſam hãc accipite, & date ſilentiũ.
Acuere linguam cauſis, id eſt, agendis cauſis ſe exercere. Horatius, 1. epiſt. 3. 5.
Ad cauſam adductus. Cic. in Piſonem, 62, Nõ ſum ego propter iniam fortaſſe conſtantiæ cupiditatẽ adductus ad cauſam. Pro, in eandem ſententiam, idemq; ſtudium rei defendendæ perfectus. Budæus.
Probationes cauſæ adhibere. Quint. lib. 2. cap. 10. 6.
Admiſſus ad cauſam. Vide Admitto.
Adeſſe cauſæ. Quint. lib. 4. cap. 13. 2.
Agere cauſam. Quint. lib. 1. cap. 10. 2. Cicero, 2. de Orat. 109. Vide Ago.
Amittere cauſam. Vide Amitto.
Cadere cauſa. Cic. 1. de Finib. 8 4. Idem 2. de Inuent. 163, Ita ius ciuile habemus conſtitutum, ut cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit.
Capere cauſam. Vide Capio.
Cognoſcere cauſam alicuius ab altero. Cic. ad Brutum, 3. 5.
Cognoſcere cauſam. Cic. 1. Verr. 1. Vide Cognoſco.
Communita cauſa. Vide Communio.
Complecti cauſam. Cic. 5. Philipp. 199, Eam complexus eſt cauſam, quæ eſſet Senatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ, quæ dijs omnibus gratiſſima.
Componere cauſam cum cauſa. Quint. lib. 7. cap. 3. 17.
Conferre cauſam. Vide Confero.
Cauſæ confidere. Vide Confido.
Conflictio cauſarum. Quint. lib. 3. cap. 6. 9.
Coniungere cum cauſa. Cic. pro Cluentio, 82.
Conſiſtit cauſa. Vide Conſiſto.
Cauſa cum cauſa contendit. Vide Contendo.

Digitized by Google

Contendere causam contra aliquem. Lucret. lib. 4. 96.
Causa pecuniæ publicæ cõtempta et abiecta. Cic. pro Cluẽt. 75.
Contineri causis. Quint. lib. 3. cap. 5. 8.
Ad causam animos iudicum conuertere. Cic. 2. de Orato. 110.
Credere causam alicui. Lucan. lib. 7. 16. id est, Committere.
Damnare causam. Lucan. lib. 5. 50.
In causam deducere. Vide Deduco.
Defendere causas. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 7.
Causas defensitare. Vide Defensito.
Deferre causam ad. Cic. de Claris Orat. 43. Vide Defero.
Demittere se in causam. Cic. ad Att. lib. 7. 131. 3.
Descendere in causam. Cic. Att. lib. 8. 145. 4. Vide Descẽdo.
Deserere causam amici. Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 8. 13.
Causam dicere, Est defendere uel per se uel per patronum. Curtius, lib. 6, Amyntas uinculis exemptus ut defensionem ordiretur, ita inquit, Sine præiudicio causam dicimus. Id est, liberati tantisper uinculis, respõdemus crimínibus obiectis. Hæc Budæus. Cicero in Vatinium, Nemo appellare poterat ne causam diceret.
Causam dixisse quis dicitur, qui inter reos receptus est. Plin. lib. 7. cap. 27. Cic. pro. A. Cluent. 79, Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet, quàm illa quæ cõmemorata sunt ab accusatore, duo iudicia, P. Popilij, & T. Guttæ, qui causam de ambitu dixerunt. Budæus.
Publicam causam dicere. Cic. pro Rosc. Amer. 35.
Veneficij causam dicere. Quint. lib. 5. cap. 11. 30.
Dicere causam accuratè & eleganter. Cic. de Clar. Orat. 43.
Dicere causam apud aliquem. Quint. lib. 4. cap. 1. 13.
De capite suo causam dicere. Cic. pro Quintio, 16.
De ambitu causam dicere. Cic. pro Sestio, 14.
Causam dicere ex uinculis. Liu. Decad. 3. lib. 9. 98, Sententiam deinde trucem orationi adiecit, Pleminium legatum uinctũ Romam deportari placere, & ex uinculis causam dicere. id est, interim dum quæstio criminis peragitur, in carcere uinctum esse. Ex Budæo. Papinianus in l. 2. de Custodia & exhibitione reorum, & Caius in l. Cornelia. ff. de Senatusc. Syllaniano, Præterea cauetur, ut de ijs qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inueniantur, lege de siccarijs iudicium fiat, ita ut ex uinciis causam dicant.
Causæ dictio, Apologia Græcè dicitur. Cæs. 1. bel. Gal. 16, Die constituta causæ dictionis, Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam ad hominum millia decem undiq; coegit: per eos ne causam diceret, se eripuit. Budæus.
Causam nullam dicere, pro renuere, recusare, repugnare. Cic. pro Quintio, 40, Nonis Febr. Romæ fui: causæ nihil dicimus quin tibi uadimonium promiserit. Terent. Phorm. 2. 1. 42, Non causam dico quin quod meritus est, ferat.
Dissidere cum causa. Cic. 11. Philip. 300.
In meliore causa esse. Vide Melior in Bonus.
Excutere causas. Quint. lib. 5. cap. 10, 25.
Exordiri causam. Quint. lib. 4. cap. 1. 2.
Expendere causam meritis. Ouid. 13. Metam. 30. Hoc est, secundum merita causam iudicare.
Explicare totam causam. Quint. lib. 4.
Exponere causas. Quint. lib. 5. cap. 7. 16, Idem lib. 2. cap. 5. 5.
Exudare causas, ridiculè dictũ ab Horatio de causidicis, qui nimia uerborum contentione, & inquieta gesticulatione sudorem sibi prouocant, ita ut causas suas non orare, sed sudare uideantur. Horatij hæc sunt uerba, lib. 1. Serm. Saty. 10. 6,
Quum Pedius causas exudet Publicola, atq;
Coruinus, &c.
Partium causam peiorem facere. Quint. lib. 3. cap. 8. 39.
Peiorem causam meliorem facere. Quint. lib. 2. cap. 16. 2.
Suspectam causam facere. Quint. lib. 5. cap. 13. 40.
Fidere causæ. Cic. pro Ligario, 8.
Habere causam. Quint. lib. 7. cap. 3. 29.
Causa impugnans meritum & fidem, id est, suscepta causa contra fidem & meritum. Ouid. 5. Metam. 31.
Incumbere in causam. Cic. ad Att. 55. 5. Vide Incumbo.
Indicta causa damnari. Vide Indico, & Damno.
Indicta causa profugere. Cic. pro Sylla, 15.
In integra causa quispiam esse dicitur, cui dubia opponitur. Vide Integer.
Indormire causæ. Vide Indormio.
Inedita causa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 8,
Essent & iuuenes, quorum, quòd inedita causa est,
Appellandorum nil mihi iuris adest. Id est, sunt & alij iuuenes qui præclara poemata conscripserunt: sed quoniam edita nõdũ sunt, nihil est cur uobis illa magnopere cõmendẽ.
Ingredi in causam, idem quod in causam descendere, & ad partes transire. Cic. ad Torquatum, lib. 5. Epist. 1. 11.
Insinuare se in causam. Vide Insinuo.
Inuoluta obscuritate causa. Vide Inuoluo.
Iuuat facundia causam. Ouid. 7. Metam. 102.
Causa laborare. Quint. lib. 4. cap. 1. 30.
Ex causa causa nascitur. Quint. lib. 3. cap. 11. 5.
Obtinere causam, uincere in causa. Cic. ad Lentul. lib. 1. 4. 2. Vide Obtineo.
Orare causas. Virg. 6. Aeneid. 170. Terent. Phorm. 2. 1. 62, Seruum hominem causam orare leges non sinunt.
Adire ad causas orandas. Vide Adeo.
Ostendere causam lucidissimè. Quint. lib. 4. cap. 5. 10.
Peragere causam rei. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 6.
Perdere causam. Vide Perdo.
Periclitari causa. Quint. lib. 7. cap. 3. 10.
Perorare causam. Vide Peroro.
Pertinet ad causam. Quint. lib. 4. cap. 1. 8.
Totam causam ponere ante oculos. Quint. lib. 6. cap. 1. 1.
Officium causæ ponendæ. Quint. lib. 4. cap. 2. 62.
Postulat causa. Cic. pro Quint. 39.
Pugnare pro causa. Ouid. 5. Metam. 31. & 15. epist. 33.
Recipere causam. Cic. pro Sylla, 15.
Remittere causam ad Senatum. Tacit. lib. 3. 56. 40.
Remouere à causa aliquem. Cic. pro Muræna, 8.
Ab ultimo causas repetere. Quint. lib. 5. 10. 59.
Plurimas lites causæ subiacere. Quint. lib. 3. cap. 6. 20.
Separare causas. Vlpian. in l. 1. §. Merito. ff. Depositi, Meritò has causas deponendi separauit Prætor.
In eadem causa sistere. Vlpianus in l. 1. ff. Si ex noxali causa agatur, In eadem causa sistere quid sit uideamus, & puto uerius esse, in eadem causa eum uideri sistere, qui ad experiendum non facit ius actoris deterius. Idem in l. Si quis quenquam. ff. Siquis cautionibus, Siquis quenquam in iudicio sisti promiserit, in eadem causa eum debet sistere, hoc est, ita sistere, ut actori persecutio loco deteriori non sit.
Superior causa & inferior. Budæus, Superiorem causam dicebant pro eo quod nunc dicimus causam iure communi fundatam, uel ius apparentius: cuius contrarium inferiorem causam uocabãt. Ci. pro Quintio, 40, At si in causa pari Quintius discedere inferior uideretur, tamen esset non mediocriter conquerendum: nunc in causa superiore, ne ut par quidẽ sit postulat: inferiorem esse patitur, duntaxat usq; eò, ne cum bonis, fama, fortunisq; omnibus Neuij cupiditati crudelitatiq; dedatur. Itẽ in Bruto, de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, alijsq; sophistis loquens, Hi (inquit) alijq; multi tẽporibus eisdem docere se profitebantur arrogantibus sanè uerbis, quemadmodum causa inferior, ita enim loquebãtur,

Digitized by Google

dicendo fieri ſuperior poſſit.

Suſcepta cauſa contrà aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 9.

Suſcipere cauſam. Cic. pro Domo ſua, 9.

Suſtinere cauſam, Græcè (αἰτίαν ὑπέχειν) ad uerbum Cicero expreßit à Græcis, Suſpectum eſſe, crimine premi. Cic. ad Att. lib. 13. 268. 3, Nunc uerò quũ de Magio conſtet, nónne fieri eius omnem cauſam ſuſtinet?

Tenere cauſam, uincere iudicio. Tranquillus in Domitiano, Eaq; conditione permiſit, ut accuſatori, qui cauſam non teneret, exilium pœna eſſet. Liu. lib. 9. Decad. 4. Cic. pro Cæcina, 49, Et hoc loco Scæuolam dixiſti cauſam apud Centumuiros non tenuiſſe.

Tractata cauſa. Cicero ſecundo de Orat. 111, Omnis eſt à me illa cauſa tractata.

Tradere cauſam aduerſarijs. Terent. Phorm. 2. 1. 7.

Valere cauſa dicitur, quæ eſt ſuperior. Ouid. 8. Metam. 13.

Verſare cauſas in iudicijs. Cicero in Orat. 17, Non ut in iudicijs uerſaret cauſas, ſed ut in hiſtorijs bella narraret.

Vincere cauſam. Ouid. 15. epiſt. 16.

Cauſa, negocium, onus, prouincia. Plaut. Aſin. 10. 17,
—omnis familiæ cauſa conſiſtit tibi.

Mandata alicui cauſa, id eſt, commiſſa. Ouid. 7. Metam. 102.

Publica cauſa, id eſt, negocium publicum. Ouid. 12. Metam. 6.

Ex cauſa exire. Cœlius Ciceroni, li. 8. 6. 6, Sed expectes quemadmodum exeat ex hac cauſa.

Integra cauſſa. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 11. Vide Integer.

Depoſita cauſa. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5. 11.

Si tibi eadem cauſa eſt. Cic. Attico, lib. 8. 145. 6, Tu ſi tibi eadẽ cauſa eſt, me remunerere ſanè uelim.

Agere eandem cauſam, id eſt, rem eandem tractare. Cicero, 2. de Natu. deorum, 249.

Cauſa, pro excuſationibus, ut accipere cauſam, quod uulgus dicit Habere pro excuſato. Cic. ad Tironem, lib. 16. 19.

Afferre cauſam. Vide Affero.

Cauſas colligere. Vide Colligo.

Cauſas fingere. Terent. Eunuch. 1. 2. 58.

Inferre cauſam. Vide Infero.

Cauſas nectere, Idem. Virg. lib. 9. Aeneid. Vide Necto.

Morandi cauſas innectere. Virg. 4. Aeneid. 11.

Meditari cauſam. Vide Meditor.

Cauſa eſt tibi de hac re. Terent. Hecy. 4. 4. 3. id eſt, habes quo te excuſes. In hunc locum Donatus dicit, Cauſam more ſuo pro defenſione poſuit.

Fugæ cauſas obtendere. Tacit. lib. 15. 227. 2.

Cauſa, occaſio, ut cauſa adempta. Terent. And. 5. 1. 18. Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt erit adempta his, deſinent.

Arripere cauſam ad. Vide Arripio.

Arripere cauſam & tempus. Cic. ad Luceium, lib. 5. 12. 8.

Capere cauſam. Terent. And. 1. 3. 8.

Dare cauſam. Cic. 2. de Ora. 129, Vt ſi defugerim, tibi cauſam idem recuſandi. Idem de Amicit. 74.

Dare cauſas. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 7

Auaritiæ cauſas dare. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 6.

Cauſa fit. Plaut. Merc. 20. 6.

Inuenire cauſam. Terent. Heaut. 5. 2. 37. Vide Inuenio.

Quærere cauſam. Terent. Eunuch. 5. 6. 30.

Quærere cauſam incendiorum & cædis. Cic. 3. Philipp. 143.

Quærere cauſas nouarum perturbationum. Cic. de Fato, 3.

Struere cauſas, pro inſtruere. Tacit. lib. 2.

Cauſa, ſtatus & conditio. Cic. pro Marcel. 1, Vehementer angebar quum uiderem uirum talem, qui in eadem cauſa, in qua ego fuiſſet, non in eadem eſſet fortuna. Idem. 7. Verr. 91, Paulus in l. in executione. ff. de uerb. oblig. In executione obligationis ſciendum eſt quatuor cauſas eſſe, id eſt, quadrifariã eſſe uerborum obligationem. Idem in l. græcè. §. illud commune. ff. de fideiuſſoribus, Illud cõmune eſt in uniuerſis qui pro alijs obligantur quod ſi fuerint in duriorẽ cauſam adhibiti, placuit eos non obligari, in leuiorem planè cauſam accipere poſſunt.

In cauſam ſuam recidere. Pomponius in l. mulier. ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis, Mulier in opus ſalinarum ob maleficium data, & deinde à latrunculis exteræ gentis capta, & iure commercij uendita ac redempta, in cauſam ſuam recidit. Id eſt, ſtatum, & conditionem in qua prius erat.

In eam cauſam uenire. Triphonius in l. in bello. §. ſi deportatus. ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis, Si deportatum ab inſula hoſtes ceperunt: redemptus is, quibus caſibus redit, in eã cauſam ueniet, in qua futurus eſſet ſi captus non fuiſſet: deportabitur igitur.

Cauſa, pro partibus. Cic. pro Ligar. Vnà eſt profectus cum ijs, quorum erat una cauſa, id eſt, unum ſtudium, uel eiuſdem partis ſtudium, & eadem conditio. Budæus.

Inimicus huic cauſæ, pro huic parti. Cic. pro Ligario, 15.

Cauſa, pro acceßione. Vlpianus in l ſed & partus. ff. quod metus cauſa, Sed & partus ancillarum, & fœtus pecorũ, & fructus reſtitui, & omnem cauſam oportet. Idem in l. 1. §. hanc actionem. ff. depoſiti. Hanc actionem bonæ fidei eſſe dubitari non oportet: & ideo & fructus in hanc actionem uenire, & omnem cauſam & partum dicendum eſt, ne nuda res ueniat.

Cauſarius (ἀπόμαχος) adiect. ut Cauſarij milites, morbo aut debilitate affecti, ob idq; ceſſare coacti. Liu. 6. ab Vrbe, 29.

Tertius exercitus ex cauſarijs ſenioribusq; à L. Quintio ſcribitur, qui urbi mœnibusq; præſidio ſit. Ex Budæo.

Cauſaria miſſio. Vlpian. in l. 2. §. ignominiæ cauſa. ff. de ijs, qui infamia notantur, Eſt enim honeſta miſſio, quæ emeritis ſtipẽdijs, uel antè ab imperatore indulgetur. Eſt cauſaria, quæ propter ualetudines à laboribus militiæ ſoluit. Martianus in l. milites agrum. §. miſſionem. ff. de re militari. Cauſaria miſſio, quũ quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renunciatur.

Cauſarij, metaphoricõs, pro ualetudinarijs. Plin. lib. 25. cap. 5. 22, Datur ſanguinem excreantibus, cauſarijs uel latere, uel faucibus. Seneca, epiſt. 69, Cauſariæ ſunt in animo noſtro partes, quibus adhibenda curatio eſt.

Cauſariè, Aduerbium (ἀπομάχως) Martianus in l. milites agrum. §. is etiam. ff. de re militari. Ideo & ad eum qui cauſariè miſſus eſt, poteſt dici pertinere, quum huic quoque præmium præſtetur.

Cauſula, pen. corr. Diminutiuum (διμινυτικὸν) pro parua cauſa. Cicero in Orato. 145, Sed quia & priuatas ille pleraſq;, & eas ipſas alijs, & paruarum rerum cauſulas ſcripſit, uidetur eſſe ieiunior.

Cauſula paruula. Cæſar, 5. bell. Ciui. 207, Paruulam modo cauſulam nactus Cæſar.

Cauſor, cauſaris (προφασίζομαι, προσποιέομαι) cauſari, deponens, cauſam dicere uel defendere, autore Nonio. Valla, lib. 5, Cauſari eſt cauſam rei geſtæ afferre. Sueton. Cauſatus in utroq;, quòd hic ſe ingreſſum turbatius mare non eſſet ſecutus. Gellius, Negocium ſibi eſſe cauſabatur. Papinianus, Si hæres cauſabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. Id eſt, ſi impedimenta prætendet. Virg. eclog. 9. 12,
Cauſando noſtros in longum ducis amores. Id eſt, impedimenti cauſas afferendo. Vlpian. in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere palam. ff. de inſtitor. actione, Ne quis cauſari poſſit ignorantiam literarum. & in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautionibus, Cauſari tempeſtatem & uim fluminum. Vbi liceat dicere, excuſare ignorantiam literarum, & excuſare

Digitized by Google

ſare tempeſtatem ac uim fluminum. Hæc Valla, lib. 5. Martial. lib. 4. 7,

Sed iam cauſaris barbamq́;, annosq́;, pilosq́;.

Cauſari, Accuſationē intendere. *Quintil. lib. 11. cap. 1*, Nec cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur unquam, ut non remaneant amoris ueſtigia.

Cauſari, Renuere, detrectare. *Cice. pro Roſcio Amerino, 24*, Nunquid cauſare, quin ab iudicio abeas turpiſſimè uictus? Id eſt, nunquid cauſam dicis.

Cauſificor, pen. corr. cauſificaris (προφασίζω) *cauſificari*, idē quòd *cauſari. Plaut. Aulul. 26. 25*,

Ergo quia ſum tangere auſus, haud cauſificor, quin eam
Ego habeam potiſſimum. Hoc eſt, non obſto.

Cauſidicus, pen. corr. (ῥήτωρ, συνήγορος) Subſtantiuum, Qui cauſas agit, uel patronus: quòd in cauſis iudicijſq; uerſetur. *Cic. 1. de Orat. 100*, Non enim cauſidicum neſcio quem, neq; proclamatorem, &c. *Martial. lib. 4. 8*, Raucus cauſidicus. Et *lib. 14. 225*, Pauper cauſidicus.

Amplus, grandis, ſubtilis, elegans cauſidicus. Cic. in Orat. 16.

Puſillus cauſidicus. Iuuenal. Saty. 10. 13.

Cauſia] καυσία *cauſiæ*, Eſt pileus expaſſos margines habēs, ad arcendū æſtum, quo meſſores utūtur. *Plau. Mili. 16. 40*,

Facito ut uenias ornatu huc naucleriaco, cauſiam
Habeas ferrugineam. Fuit etiam regum Macedonum inſigne. *Valerius Maximus, lib. 5*, Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia, qua uelatum caput more Macedonum habebat.

Cauſon] καῦσος Aeſtus ſeu ardor. Vnde ab Hippocrate cauſon febris appellatur, quam ardentem & tertianam exquiſitam uocamus.

Cauſodes, febris ardens. Celſus, lib. 2. cap. 8, Febrem autem ardentē, quā Græci καυσώδη uocant, ſubitus horror exoluit.

Cauſtum] *cauſti* (καυστὸν) Latinè dicitur uſtile, quod exuri poteſt.

Cauſticus, pen. cor. Adiect. (καυστικὸς) ut cauſtica medicamenta, quæ cauſticam uim habent, id eſt, uſtiuam. *Plin. lib. 20. ca. 9. 11*, Stirpium braſſicæ aridorum cinis, inter cauſtica intelligitur. *Idem, lib. 25. cap. 11. 6*, Perungunt & radice eius ſuoris cauſa eliciendi, quoniam cauſtica uis ei eſt. *Martialis, lib. 14. 26.*

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Curari cauſticis. Plinius, libro 26. cap. 1. 4, Cauſticis nanque curabatur: niſi, &c.

Cauſus] καῦσος, Latinè ardor. Febris eſt, ut lib. finit. medicar. habetur, quæ cum inflammatione multa ſit, nullamq; requiem corpori præbet, linguam aſſiccat, denigrat, frigidæ deſideri um affert.

Cautela] Vide Caueo.

Cauteres] καυτῆρες, Idem cum cauterijs, quos Palladius habendos eſſe in inſtrumento ruſtico præcipit.

Cauterium] *cauterij*, (καυτήριον) inſtrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi aliqui inſanabiles inuri ſolent. *Plinius, libro 22. cap. 23. 7*, Tempeſtiuè enim datum, cauterij uim obtinet.

Cauterium in pictorum inſtrumentis continetur: ut colligere eſt ex Martiano Iuriſconſulto in tractatu de Fundo inſtructo, lib. 33. ff. l. pictoris, Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliaq; horū legatu cedunt. Item penicilli, & cauteria, & chonchæ.

Cautes] *cautis, f. g. ſiue cotes, aut cos* (ῥαχία, πέτρα) proprie ſaxum dicitur aſperum atque abruptum. *Plin. lib. 2. ca. 96*, Iuxta Harpaſa oppidum Aſiæ, cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis. *Cæſar. 3. bel. Gal. 403*, Nihil ſaxa & cautes timerent. *Virgil. 6. Aeneid.*

Quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes. Qui uerſus in prouerbium aſſumitur de homine pertinacis ſententiæ. Vide Chiliadas Eraſmi.

Abrupta cautes. Seneca in Hercule Oetheo, 7. 25.

Altæ cautes. Virgil. 3. Aeneid. 139.

Ardua cautes. Valerius, lib. 4. Argonaut. 34.

Dura cautes. Virgil. 4. Aeneid. 74.

Intractabilis cautes. Seneca in Hippol. 4. 45.

Niuoſæ cautes. Silius, lib. 4. 14.

Obiectæ cautes. Silius, lib. 7. 85.

Sæua cautes. Seneca in Troade, 12. 5.

Strictæ cautes. Valerius, lib. 2. Argon. 91.

Terribiles cautes. Lucan. lib. 6. 6.

Concurrere cautes dicuntur, quum inter duos eminentes ſcopulos anguſta relinquitur uia, quæ nauigantes tranſmittit. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 1.

Cautes. Vide Cos, Cotis.

Cautio, Cautim, Cautor, Cautus] Vide Caueo.

Cauus] κοῖλος Adiect. propriè concauū & uacuum ſignificat, à chao, & eius manitate dictum, autore Feſto: quòd quaſi uorago quædam erat inanis & uacua.

Aedes cauæ. Virg. 2. Aen. 98. Seruius exponit tecta camerata.

Aes cauum, pro tuba. Virg. 3. Aeneid. 48.

Aes cauum, pro æreo lebete. Ouid. 4. Metamorph. 111.

Ahena caua. Ouid. 6. Metamorph. 129.

Alueus cauus. Ouid. 2. Faſt. 82.

Antrum cauum. Virgil. 3. Aeneid. 126.

Aures cauæ. Ouid. 12. Metamorph. 9.

Buccina caua. Ouid. 1. Metamorph. 68.

Buſta caua. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 8.

Cauernæ cauæ. Virg. 2. Aeneid. 11. Cauus per pleonaſmum addidit. Inde enim cauernæ dictæ ſunt, quòd cauæ eſſent. Seruius ait Græcam eſſe figuram, ut uitam uiuere, mortē mori.

Ciſtæ cauæ. Catullus in Argonaut. 52.

Colles caui. Virgil. 8. Aeneid. 117.

Conca caua. Virgil. 6. Aeneid. 34.

Conuallis caua. Virgil. 2. Georg. 38.

Cortices caui. Virgil. 2. Georg. 41.

Dolia caua. Tibullus, lib. 1. eleg. 3. 16.

Feneſtræ cauæ, id eſt, patulæ. Virg. 9. Aeneid. 110. Seruius.

Flumina caua. Virg. 1. Georg. 66. Seruius interpretatur Profunda & alta.

Fornaces cauæ. Lucretius, lib. 6. 41.

Ilex caua. Horatius. Epod. 16. 10.

Mella caua manant ex ilice. Virgil. eclog. 9. 3.

Imago caua. Virgilius ſexto Aeneidos, 59. quaſi inanis & corpore uacua.

Lacunæ cauæ. Virg. 1. Georg. 24.

Lacus caui. Ouid. 3. Faſtor. 112.

Latebræ cauæ. Virgil. 2. Aeneid. 8.

Latus cauum. Virgil. 5. Aeneid. 86.

Lintea caua. Valerius. 4. Argonaut. 17. Lintea, id eſt, uela. Caua autem propter uentum, qui quum uelis incumbit, ſinum quendam efficit concauum.

Lumina caua, id eſt, oculi propter maciem cōcaui. Ouid. 8. Metamorph. 162. in deſcriptione Famis.

Luna caua. Plin. lib. 8. cap. 54.

Machina caua. Ouid. 6. Faſtor. 77.

Manibus cauis plaudere. Virgil. 12. Aeneid. 18.

Mare cauum. Ouid. 3. de Arte, 19.

Mons cauus. Ouid. 11. Metamorph. 119. Virg. 1. Aeneid. 17.

Naris caua. Ouid. 1. de Arte amandi, 105.

Nubes caua. Virgil. 5. Aeneid. 161.

Nubila caua. Ouid. 5. Metamorph. 125.

Digitized by Google

Orbes caui. Senec. in Oedip. 12. 12. Orbes uocat sinum illum in quo oculi latẽt: cauos uerò inquit, quoniã euulsi erant oculi.
Palmæ cauæ. Virgil. 8. Aeneid. 14. id est, manus.
Palus caua. Ouid. 6. Metamorph. 75.
Parma caua. Ouid. 12. Metamorph. 18.
Pinus caua. Virgil. 5. Aeneid. 89.
Pinus caua, pro naui. Valerius 1. Argon. 128.
Pumices caui. Virgil. 4. Georg. 9.
Rates cauæ. Ouid. epist. 17. 2. Per rates autem naues intelligit, alioqui epitheton non quadrabit.
Recessus luminum caui. Seneca in Oedipo, 12. 11. Id est, concauitates oculorum.
Robur concauum. Ouid. in Ibin, 98.
Rupes cauæ. Virgilius, 3. Georg. 50.
Saxum cauum. Virgil. 3. Aeneid. 90.
Caua specus. Plin. lib. 12. cap. 1. 6.
Caua rupes. Liuius, 9. ab Vrbe, 7.
Tempora caua equi bellatoris. Virg. 11. Aeneid. 176.
Terra caua aliquẽ cõdere. Virg. 12. Aen. 177. id est, sepulcro.
Testudo caua. Virgil. 4. Georg. 93. Periphrasis est citharæ, secundum Seruium.
Tibia caua. Lucret. lib. 2. 125.
Trabs caua. Virgil. 3. Aeneid. 39. Periphrasis optima nauium. Seruius.
Trunci caui. Horat. 2. Carm. ode 19. 3.
Turres cauæ. Virgil. 9. Aeneid. 10.
Valles cauæ. Virgil. 2. Georg. 79.
Caua uena. Cicer. 2. de Nat. deor. 208, In quem sanguis à iecore per uenam illam cauam influit. A` practicis concaua & chilis appellatur.
Vndæ cauæ. Catul. epigram. 90. 1.
Cauus substantiuum, siue Cauum (κοίλωμα, ὀπὴ, τρύγλη) pro loco cauato. Horat. 1. Epist. 7. 7,
Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti. Plin. lib. 20. cap. 6. 8, Addaturq; ipsum in caua dentium. Colum. lib. 12, Deinde, cauum quem feceris, furculo obturato.
Inuentus cauis bufo. Virgil. 1. Georg. 37.
Abscondere cauis aliquid, id est, locis concauis. Horatius secundo Serũ. Saty. 3. 35.
Cauaticus, pen. corr. (ὀπαῖος) adiectiuum ut Cauaticæ cochleæ. Plin. lib. 30. cap. 6. 2, Sunt balearicæ, quas cauaticas uocant: quoniam in speluncis nascuntur.
Cauo, cauas (κοιλόω, κοιλαίνω) cauare, fodere, euacuare. Plinius, lib. 36. cap. 22. 3, In Siphno lapis est qui cauatur, tornaturq; in uasa coquendis cibis utilia. Liu. 1. bel. Pun. 96, Itaq; ingens coacta uis nauium est, lintriumq; temere ad uicinalẽ usum paratarũ, nouasq; alias primum Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus.
Ferro acuto cauare. Virgil. 2. Georg. 90.
Alni cauatæ. Virgil. 1. Georg. 28.
Cortices cauati. Virgil. 2. Georg. 78.
Lapidem gutta cauat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 2.
Oculi cauati. Lucret. lib. 6. 240.
Parmam gladio cauare, id est, transfodere. Ouid. 12. Met. 26.
Rupes cauata. Virgil. 1. Aeneid. 63.
Saxa cauantur aqua. Ouid. 1. de Arte, 96.
Tellurem cauare. Virgil. 3. Georg. 17. De equis.
Cauare Luna dicitur cornua, quando decrescit. Plin. lib. 8. cap. 17. 4.
Cauamen, nis. Vide Confligium.
Cauator, pen. prod. cauatoris (κοιλωτὴς) Verbale: ut Cauator arborum picus Martius. Plin. lib. 10. cap. 18. 1.
Cauea, caueæ, (κύστις) propriè significat locum sub terra uacuum atq; obscurum.

Caueam, pro ferarum receptaculo frequenter usurpamus, quòd in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarum cubilia. Apul. Bestiam immittimus caueæ. Sueton. Bestiarum more, quadrupedes cauea coercuit.
Cauea (ὀμίσιον) septũ ex ligno, siue ex ebore, aut aliquo metallo factum, in quo auiculas tenemus. Martialis de cauea eburnea, lib. 14. 82. Cicer. 2. de Natu. deorum, 11, Qui etiam per iocum irrideus, quum cauea liberati pulli non pascerentur, &c. Idem 2. de Diuinat. 120.
Inclusus cauea. Ouid. in Ibin, 104.
Emittere caueis. Virg. 4. Georg. 12. id est, alueatibus. de apibus enim loquitur.
Clatri cauea. Horat. de Arte poet. 96.
Cauea (θεωρητήριον) Area in medio theatri, è qua populus in dos spectare solebat. Plaut. Amphit. 3. 68,
Vt conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caueam, &c. Cicero de Amicitia, 24, Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacuuij fuerunt noua fabula, quum ignorante rege uter eorum, &c.
Consessum cauea implere clamoribus. Virg. 4. Aeneid. 68. Per caueam, plebem significat. nam cauea, consessus est populi, ut ait Seruius.
Subire per caueas. Stat. lib. 1. Syln. 6. 6.
Prima & ultima cauea. Cic. de Senec. 44, Vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat: delectatur tamen etiam qui in ultima.
Cauea, pro quocunq; loco interdũ accipitur ab accessu undiq; munito. Statius circum sic appellauit, & campum in quo equorũ cursu certabatur. Carmina eius sunt, li. 1. Thebai. 85,
—at hinc teneros caueæ dissensus ephœbos
Concitat, exclusæq; expectant præmia matres.
Caueai legitur, pro cauea apud Lucretium, lib. 4. 16,
Nanq; ibi consessum caueai subter.
Cauerna, cauernæ, (κρύπτη, ἄντρον) Concauitas quædam terræ, uacua atque obscura. Cic. 2. de Natu. deorum, 37, Quòd magna uis terræ cauernis contineatur caloris, eáq; hyeme sit densior.
Cauernæ, pro auribus. Plin. lib. 11. cap. 37. 14. de uitulo marino & delphino, Hæc cauernas tantum habent aurũ loco.
Aetheriæ cauernæ. Lucret. lib. 4. 79.
Cæcæ cauernæ. Lucan. lib. 5. 18. id est, obscuræ.
Cæli cauernæ. Lucret. lib. 4. 35.
Curuæ cauernæ. Virgil. 3. Aeneid. 134.
Ingentes cauernæ. Virgil. 2. Aeneid. 4.
Elicere ex cauernis terræ ferrum. Cic. 2. de Natu. Deor. 226.
Cauernosus, pen. prod. (ἀντρώδης) adiectiuum, Locus multis caueis plenus, aut uacuus.
Cauernosa radix. Plin. lib. 26. cap. 8. 15, Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa ceu polyporum cirri, subdulcis, & in petris nascens.
Cauernula, pen. corr. Diminutiuum (κρυπτήριον) Plin. lib. 17. cap. 11. 5, Ipsi quà pediculis adhæreant, cauernulas habent & intus semen.
Caxo] Id est catax, quod significat claudum, ex Nonio.
Caycus] fluuius Phrygiæ. Vide Caicus, per I enim scribi debet,
Cayster] siue Caystrus (καύστρος) Asiæ fluuius. Ouid. 2. Metam. 51, Fluminea uolucres medio caluere Caystro. Virgil. 1. Georg. 77,
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.
Caystrius (καυστριὸς) Adiectiuum, ut Ales Caystrius, id est, cycnus. Ouid. 5. Trist. eleg. 1. 3.

Caystros

Digitized by Google

Cayſtros] Ioniæ amnis celebratiſsimus iuxta urbem Ephesum. Author Pompon. Mela, lib. 1.

C E

Ce] Syllabica adiectio eſt, ſed cum ijs ferè iungitur, quæ in c, uel s, deſinunt: ut Hicce, ſiue hiccine, ſicce, ſiue ſiccine: Hiſce, boſce, hæccine, & ſimilia.

Cea. Vide Cæa.

Ceas] ſiue Ceades, ſpelunca apud Lacedæmonios erat, tetræ Caliginis & diri aſpectus, quâ ſic quaſi pallorem & lachrymas appellabant, in qua damnatos mortem oppetere cogebant. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5.

Cebes] huius Cebetis, pen. prod. (Κέβης) Thebanus fuit philoſophus, ſcripſit dialogos tres, qui inſcribuntur Pinax, id eſt tabula, Septima, Phrynichus. Author eſt Diogenes Laertius, libro 2.

Cebrenia] Κεβρηνία, locus eſt Troadis regionis, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30. Strabo lib. 13, Cebriniam ſcribit pro regione ab urbe. Et Cebrinij populi, regionis & urbis incolæ. Sunt Cebrenij & in Thracia, dicēte eodem Strabone, Eſt fluuius quidam Arisbris in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitāt. Cebrenia uel à Cebreno amne, uel à Cebrenio Priami filio nuncupata eſt. Hermolaus in Plinium, Herodianum citans & Didymum.

Cebrenis, pen. prod. huius Cebrenidis, pen. corr. (Κεβρηνίς) fœminium patronymicum. Ouid. lib. 11. Metam. 154,

Aſpicit Heſperien patriæ Cebrenida ripæ. Statius in Syl.
—uiduæ Cebrenidos aridâ luctu Flumina.

Cebrenus, pen. prod. (Κεβρηνός) Auſonius, 3. Sectione, Ad amicum ut quamprimùm ad ſe ueniat,

Sic qui uenalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem, ſit tibi pro precio. Eſt & nomen fluuij. Vide Cebrenia.

Cebriones] pen. corr. Troianus Priami regis filius nothus, apud Homerum Iliad. π, Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγαυλῶ πριάμοιο. Id eſt, Crebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

Cecina] Fluuius eſt ad Volaterras, authore Pomponio, lib. 2. & Plinio, lib. 3. cap. 5.

A. Cecina] A. Κικίνας Volaterranus equeſtris ordinis, Quadrigariorum magiſter, Pompeianarū partium tempore belli ciuilis hirundines paruas è nidis Romæ comprehenſas nutriebat, quas poſtea nuncias belli mittebat amicis, uti Plinius refert, lib. 10. cap. 24. 1, Scripſit librum contra Cæſarem. Fuit Ciceroni familiaris, & cliens defenſus ab eo in quadam hæreditatis cauſa. Extant & inter eos epiſtolæ conſcriptæ. Scripſit & librum de Procurandis fulguribus, quem Seneca ſe fatetur imitari, dicitq; eum uirum facundum, niſi à Ciceronis rebus primò receſsiſſet.

Cecina alius, Octauiani Cæſaris ſcriba legitur in epiſtolis ad Atticum.

Cecinna alius uir Conſularis, ob coniurationis ſuſpicionem à Tito ad cœnam uocatus, ac per proditionem interfectus. Apud Tranquillum in Tito, cap. 6. Cecina, dux Vitellianus cum exercitu è Gallia profectus, ad Bebriacum cum Othonianis congreſſus feliciter dimicauit. Tacitus, lib. 8.

Cecropia] oppidum à Cecrope conditore: nunc eſt Arx Athenis. Plin. lib. 7. cap. 56, Oppidum Cecrops à ſe appellauit Cecropiam, quæ nunc eſt arx Athenis.

Cecrops] huius cecropis, pen. corr. (Κέκροψ) conditor Athenarum: qui omnem eius regionis multitudinem in duodecim urbes digeſsit. A quo Cecropidæ Athenienſes: & cecropium mel. Ouid. 2. Metamorph. 157,

Infice tubæ tuæ naturam Cecropis unam.

Cecrops Athenienſis. Tacitus, libro 11. 138. 8, Quidam Cecropem Athenienſem, uel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorāt, ſexdecim literarum formas, mox alios ac præcipuum Simonidem cæteras reperiſſe.

Cecropius, Adiectiuum (Κεκροπίδης) ut Thymus Cecropius. Virgilius 4. Georg. 54.

Arx Cecropia. Ouid. 6. Metam. 14.

Minerua Cecropia. Lucan. lib. 3. 62.

Cecropis, Cecropidis, penult. correp. (Κεκροπίς) fœminium patronymicum.

Cecryphalus] Κεκρύφαλος, Genus ornamenti muliebris, reticulum aliàs, uitta, flammeum diſcriminale dictum, παρὰ τὸ κρύπτεσθαι. Homerus, 2. Iliados. Xenophon, autem in lib. de Venatione, Κεκρύφαλον uocat ſinuoſum illum macularum contextum, in quē ſe inſinuāt animalia urgentibus canibus.

Cecryphalea] Κεκρυφάλεια, Promontorium ſeu inſula Peloponneſi, iuxta quam Athenienſes ab Aeginetis prælio ſuperati fuerunt. Stephanus.

Cecubum] Vide Cæcubum.

Cecurri] Veteres dixerunt, pro Cucurri. Sipontinus.

Cedar] Κήδαρ, Regio Arabiæ, ut apud Iſaiam, Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (ut inquit Hieronymus) ex Iſmaele Cedar & Agareni, qui peruerſo nomine Saraceni uocātur, generati dicuntur.

Ceditius] &c. Tribunus militū fortiſsimus fuit, cuius audax, fidum, atq; prouidens conſilium, egregiumq; factum uide apud Gellium, lib. Noct. Attic. 3. cap. 7.

Cedo] cedis, ceſsi, ceſsum, (ἔκω, ὑπείκω, ὑποχωρέω, ἀναχάζω) cedere, proprie ſignificat abire, & locum dare. Cæſar 2. bel. Ciuil. 173, Subura copias equitum peditumq; inſtruit, atq; ijs imperat ut ſimulatione timoris paulatim cedant, ac pedem referant. Horat. 1. Serm. Sat. 1. 24,

Inde fit, ut raro, qui ſe uixiſſe beatum
Dicat, & exacto contentus tempore uitæ
Cedat uti conuiua ſatur, reperire queamus.

Introrſum cedere. Lucret. lib. 4. 191.

Cedere locum. Cic. de Claris Orator. 160. Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco.

Locum dare & cedere. Cic. 2. de Nat. deor. 119.

Cedam, atq; abibo. Cic. pro Milone, 72.

Cedere loco, patria, urbe, domo. Cæſar 3. bel. Ciuil. 201. Italia. Cic. ad Atticum, lib. 7. 131. 4. Iuuenalis, Cedamus patria. Id eſt, migremus Roma. Vrbe. Cic. ad Octauium, 3. Domo. Idem ad Atticum, lib. 13. 290. 8.

Campis cedere. Horatius, 3. Carm. ode 8. 5.

Tellure cedere. Horatius 2. Carm. ode 1. 6.

Cedere à coniuge. Ouid. 2. de remedio Amor. 12.

A gladiatore cedere. Cic. pro Sext. Roſcio Amerino, 70.

Ab oppido cedere. Cic. Attico, lib. 5. 108. 5.

Ab ordine cedere. Virgil. 3. Aeneid. 89.

Cedendum de oppidis ijs. Cic. Ad Atticum, lib. 7. 140. 2.

Cedere de Republica. Cic. Ante quàm iret in exilium, 4, Cedo inuitus de Repub. cedo oppreſſus de fortuna, de dignitate, di ſcedo à Repub. uictus audacia malorum.

De ſede cedere. Horatius, in Arte poet. 52.

E corpore ceſsit anima. Lucretius, lib. 3. 44.

Ex ciuitate cedere. Cic. pro Milone, 62.

Cedere retro. Liuius 5. bel. Punic. 185, Retrò, quantum poſſet, cedere ſtatuit.

Quod aliàs uno uerbo retrocedere dicitur. Sil. lib. 4. 55, Vt iuſſæ ceſſere retro, ſpaciumq; dederunt, &c.

Ad locum aliquem cedere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 15.

Quoquam cedere. Lucretius, lib. 5. 169.

Cæſar ab humana ceſsit in aſtra uia. Propert. lib. 3. eleg. 18. 7.

Digitized by Google

In auras cedere. Ouid. 14. Metamorph. 170.

In nubila ceßit ſimulacrum. Silius, lib. 17. 111. Id eſt, euanuit, in nubila conuerſum eſt.

Cedere uita. Cic. ad Octauium, 3, Cedam uita, honeſtè dictum, pro eo quod eſt, ultrò ad mortem accedam, mortẽ mihi conſciſſam. Budæus.

Cedere è uita. Cic. de Claris Orato. 3. Idem 1. Tuſcul. 54, Quod ad eos pertineat, qui è uita ceſſerint.

Cedere fato, idem ſignificat quod mori. Liuius, 6. bel. Punic. 71, Itaq; quibus ueſtrum ante fato cedere, quàm hæc tot & tam acerba uideant, in animo eſt, &c. Quod & fato concedere dicitur.

Cedere alicui, Non repugnare, & ei obedire. Virg. 5. Aeneid. 93. Cede deo. Idem 3. Aeneid. 38,

Cedamus Phœbo, & moniti meliora ſequamur.

Tibi ætas noſtra iam cederet, faſceſq; ſummitteret, &c. Cicero de Claris Oratoribus, 11.

Minori cedere. Cic. de Claris Oratoribus, 121.

Cedere alicui inferiorem eo, neq; tanti eſſe. Virg. 4. eclog. 5.

Cedere alicui in aliqua re, uel in agendo aliquid. Cic. pro Cecinna, 1, Non minus in cauſa cederet A Cecinna Sexti Ebutij impudentiæ, quàm tum in ui facienda ceßit audaciæ.

Vltrò alicui cedere. Statius, 3. Sylu. 4. 8.

Cedo tibi in laude. Gell. lib. 20. cap. ult. Tantum cæteris omnibus in ipſius quoq; ſcriptionis laude cedentes, quantum ceßimus in cura & elegantia ſcriptionis.

Cedere alicui. Eſt uictum abire. Cic. 2. Offic. 157, Cui quidem etiam exercitus noſtri, imperatoreſq; ceſſerunt. Idem 2. de Finib. 77.

Nihil cedere alicui. Cic. 1. de Legib. 7.

Actionibus cedere alicui. Paulus in l. ſi à bonæ fidei. ff. de rei uendicatione, Vt tamen ſi interim uſu ceperit, actionibus ſuis cedat petitori.

Actionibus cedere alicui aduerſus debitorem. Papinianus in l. ſi chum. §. ſi mandato meo. ff. de ſolutionibus & liberationibus. Quinetiam dici ſolet, tutelæ contraria actione agendum eſſe, ut ei pupillus aduerſus debitorem actionibus cedat.

Actiones cedere. Vlpia. in l. quòd ſi ſeruus. §. idem Labeo ait. ff. de in rem uerſo, Si non putet ſibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actiones procuratoremq; eum faciat.

Hereditas alicui cedit. Virg. 3. Aeneid. 67.

Ius cedere. Scæuola in l. mulier. ff. qui potiores in pignore habeantur. Quæro an ſi ei iuſtus poſſeſſor offerat, compellendus ſit ius nominis cedere.

Ius ſuum cedere alteri, id eſt, dare. Virgil. 11. Aeneid. 71.

De iure cedere. Cic. 2. Offic. 93, Conuenit autem cum in dando munificum eſſe, &c. multa multis de iure ſuo cedentem.

Litem cedere aduerſario. Marcell. in l. ſi de cõmuni. ff. ſi ſeruitus uendicetur, Sed ſi per colluſionẽ ceßit litem aduerſario, cæteris quoq; dandam eſſe actionem de dolo Celſus ſcribit.

Marito uxorem cedere. Virg. 3. Aeneid. 59. Secundum ius locutus eſt, ait Seruius, quia uxor uiri domicilium ſequitur. Nam & ceßiſſe de iure eſt. Cedi enim hæreditas dicitur.

Aquæductum & uiam per locum cedere. Pomponius l. per quẽ locum. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, Per quem locum uiam alij ceſſero, per eundem alij aquæductum cedere non potero.

Amori turpi cedere, fœdæ libidini inſeruire. Valer. lib. 7. 64.

Authoritati cedere. Plinius, lib. 15. cap. 22. de ſorbis loquens, & nuce iuglande, Ab his locum amplitudine uindicauerunt, quæ ceſſere authoritati, nuces iuglandes: quanquam & ipſe nuptialium Feſcenniorum comites, multum pineis minores. Id eſt, quum amplitudine præſtant, gratia tamen inferiores ſunt. Budæus.

Cœleſtibus, niſi immortalitate, non cedens. Cicero 2. de Natura deorum, 130.

Conſilijs cedere. Ouid. 13. Metamorph. 73.

Famæ cedere. Cic. ad Marium, lib. 7. 3. 4, Pudori tamen malui, famæq; cedere, quàm ſalutis meæ rationẽ ducere, Id eſt, obſiſtere nolui, paſſus ſum me uinci. Veritus enim ſum, ſi ad Pompeium non tranſiſſem, ne exiſtimationem mei læderem & minuerem. Budæus.

Fortunæ cedere. Cic. 3. Tuſcul. 63.

Non cedere gratiæ alicuius rei. Plin. Iunior, Non cedit gratiæ marmoris ramos, inſidentesq; ramis aues imitata pictura. Id eſt, non minor eſt gratia picturæ. Budæus.

Non cedere honori. Virgil. 3. Aeneid. 97,

Fert picturatas auri ſub tegmine ueſtes
Et Phrygiam Aſcanio clamydem, nec cedit honori. Vbi Seruius, Tanta dat munera, quanta merebatur Aſcanius: hoc eſt enim honori non cedere, parem eſſe meritis accipientis.

Cedere honore & nomine ſuo alteri. Plin. in Paneg. 152.

Hoſti cedere. Sil. lib. 15. 147.

Inſolentiæ alicuius cedere. Horat. Epod. 17. 17.

Interceßioni cedere, id eſt, non ultra procedere: & quod uulgari lingua dicitur, deſiſtere ab oppoſitione. Sicut Cedere prouocationi, id eſt, relinquere appellationem. Item ſublata interceßione, quod nunc dicimus, Non obſtante oppoſitione. Ex Budæo.

Cedere legibus. Cic. pro Milone, 46, Cederet æquo animo legibus, ſecum auferret gloriam ſempiternam. Cederet legibus, id eſt, quamuis commendabili facinore edito, exilium tamen ſibi conſciſceret, ne leges uiolare uelle uideretur ſi in urbe maneret. Budæus.

Malis cedere, uinci malis, frangi rebus aduerſis. Virgil. 6. Aen. 19, Tu ne cede malis: ſed contrà audentior ito.

Malis alterius cedere. Alcmena miſeriarum ſuarum comparatione beatas eſſe alias miſeras matres oſtendit apud Senecam in Hercule Oetheo, 14. 20, his uerbis:

Cedite his cunctæ malis. His malis, id eſt, meis.

Oneri, uel ponderi cedere, id eſt, ſuccumbere, nõ perferre. Plin. lib. 16. cap. 42. 1, Robur, olea incuruantur ceduntq; ponderi. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Operæ cedere. Quint. lib. 2. cap. 1, Quæ dum operæ cedit, iam penè poſſeßione depulſa eſt, id eſt, dum munus ſuum & officium detrectat. Budæus.

Periculo cedere. Plin. epiſt. 136. b, Poſtremò nullã uocẽ cedentẽ periculo emiſit, id eſt, qua uideretur uelle periculum uitare.

Precibus cedere alicuius. Cic. ad Brutum, 12. 2. Hoc eſt, obtemperare.

Religioni cedere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 7.

Remedijs cedere morbus dicitur à Celſo, quando uincitur & percuratur. Budæus.

Repugnanti cedere. Ouid. 2. de Arte amandi, 40.

Spacijs cedere, ſignificat locũ alicui dare iuxta te uel eunti uel accũbenti, quod honoris gratia fieri ſolet. Clau. 1. Paneg. 10.

Tempori cedere. Cic. 3. de Legib. 37, Quod barbari dicunt, Facere ſecundum tempus. Silius, lib. 8. 1.

Timori cedere, Timidum eſſe, affici metu. Valer. Flac. lib. 8. 88.

Cedo tibi conductione, ſignificat, per me licet, ut quod faciendũ ſuſcepi, tu faciendum ſuſcipias: quia iam conditionem locatori operis renunciaui. Ex Budæo.

Bonis cedere, diſcedere à bonis, & quicquid noſtrum erat, tradere creditori. Sipontinus. Quin. lib. 6. cap. 1. 15.

Cedere uilla creditoribus. Sueton. de Claris grammat.

Credere alicui foro & curia. Cic. ad Octauium, 2.

Cedere foro, uulgus, Fallire, ouer ſerrar il banco: quod & ſolum uertere dicitur. Iuuenal. Satyr. 11. 5.

Cedere

Cedere nanq; foro iam non tibi deterius, quàm
Esquilias à feruenti migrare Suburra. Vlpianus in l. si
hominẽ. §. quoties. ff. depositi. Quoties foro cedunt nummu
larij, solet ritio loco ratio haberi depositariorum. Iulian-
nus in l. fin. ff. de curatore bonis dando, Si debitor foro cesse
rit, & creditores priuato consilio conuenerint, &c.

Possessione cedere. Liu. 4. bel. Pun. 100. Facile esse momento
quo quis uelit, cedere possessione magnæ fortunæ. Cic. pro
Milone, 56, Quorum utriq; mortem est minitatus, nisi sibi
hortorum possessione cessissset.

Nescit amor priscis cedere imaginibus, Proper. lib. 1. eleg. 5. 5.
id est, amor omnes superat, sine ulla exceptione nobilitatis.

Consilium cessit malis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 10, id est, maio
ra erant mala, quàm ut consilio euitari potuissent.

Cedere dicitur dies quando incipit deberi pecunia, Authore
Vlpiano.

Cedunt dies. Cic. de Senect. 63, Horæ quidem cedunt & dies,
menses, & anni: nec præteritum tempus unquam reuertitur:
nec quid sequatur sciri potest. Id est, licet mors non uenerit,
tamen dies mortis cedit, etiam quacunq; hora & mense ho-
mo mori potest, & tempus fati semper procedit & instat.
Ex Budæo.

Curæ cedunt. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 6.

Non cessit illi fiducia. Virgil. 9. Aeneid. 27.

Cedit fortuna sapienti. Cic. in Parad. 43.

Animo fiducia cessit. Stat. lib. 8. Thebaid. 107.

Furor cessit & quieuit. Virgil. 6. Aeneid. 21.

Furor non cedat ex animo. Seneca Hercule furente, 6. 6.

Imperfectus deorum honos cessit. Silius, lib. 15. 87.

Lumina cedunt somno, id est, à somno oculi uincuntur. Claud.
epigr. 22. 19.

Lux candida cessit nubibus. Stat. lib. 3. Sylu. 1. 15.

Mens duro nunquam cessura labori. Claud. 1. in Ruffi. 66.

Mores rebus cessere secundis. Id est, cũ fortuna boni mores i n-
mutati sunt. Lucan. lib. 1. 33.

Natura cessit, mutata est. Seneca Hercul. Oetheo, 1. 10,
Intraq; nostras substitit metas dies,
Natura cessit, terra defecit gradum.

Potestas alicui cedere dicitur, quum est sorte aut hæreditate da-
ta. Ouid. 4. Metam. 7.

Potestas cedebat uicta. Id est, superabantur uires & conatus il-
lorum magnitudine operis. Lucret. lib. 5. 256.

Præda alicui cedit. Horat. 3. Carm. ode 20. 2.

Pudor ab ore cessit. Id est, impudens factus est, caret uerecun-
dia. Valer. Flac. lib. 7. 93.

Quæstus alicui cedit. Cic. 4. in Verrem, 113.

Res alicui cedere dicitur. Id est, feliciter procedere. Virgil. 12.
Aeneid. 30. Seruius.

Syluæ cedunt. Ouid. 5. Fast. 75.

Tempus cedit. Vlpianus in l. si maritus. ff. ad legem Iuliam de
adulterijs, Si maritus præuenerit, accusareq; instituerit: tem-
pora non cedunt patri.

Vsumfructum cedere alicui. Vlpianus l. si mulier. §. sed si ha-
benti. ff. de legatis tertio, Sed si habenti tibi proprietatem,
usumfructum mortis caussa cessero, potest dici fideicommit-
tere me posse.

Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ. Ouid. 1. Metam. 16.

Feliciter cedit. Ouid. in Ibin, 113.

Malè cedere res dicitur, quæ infelicem exitum sortitur, & uo-
to nostro non respondentem. Horatius secundo Sermon. Sa-
ty. 1. 7. de Lucilio.

Male cedere alicui. Ouid. 10. Metam. 16.

Voto res cedere dicitur, quæ uoto respondet. Ouid. 2. de Reme
dio amor. 34.

Lucro ei cedit ea res. Pompo. in l. uel inutilium. ff. de usufructu,
& quemadmodũ quis utatur & fruatur: Vt post substituta
fiant propria usufructuarij, ne lucro ea res cedat domino.

E pectore cedere dicitur res aliqua, quando illius obliuiscimur.
Valerius Flaccus, lib. 4. 18,
Et labor & dulces cedunt è pectore nati.

Sensus cesserunt pectore. Lucan. lib. 5. 152.

Cedere loco dicitur mutata sententia. Virg. 9. Aeneid. 46.

Cessit illi uictoria. Virg. 12. Aeneid.

Annis cedere dicuntur uina, quæ ætatem ferre non possunt, id
est, fugientia. Budæus.

Vultus cessere, id est, perierunt, perdita forma est. Seneca Her-
cul. Oeth. 4. 32.

Cessit in prouerbium. Plin. lib. 23. cap. 1. 8, Sic quoq; in prouer-
bium cessit, Sapientiam uino obumbrari: id est, In prouer-
bium abijt.

Cedere ad factum res dicitur. Plaut. Cap. 6. 102, Quàm citissi-
mè potest, tam hoc cedere ad factum uolo. Id est, uolo rem sta
tim fieri.

In locum exemplorum cedere. Quint. lib. 5. cap. 11. 28.

In partem cedere. Quint. lib. 3. cap. 8. 37.

Pœna cedit in uicem fidei. Liu. 6. ab Vrbe, 135, Itaq; quum ex re
iam nihil dari posset, fame & corpore iudicati atq; addicti
creditoribus satisfaciebant, pœnaq; in uicem fidei cesserat.
Id est, pro fide habebatur.

In usum alicui cedere res dicitur, quæ conceditur nobis non
tanquam propria, sed utenda solummodo. Horat. 2. Serm.
Saty. 2. 27.

In uulgus spolia cedere. Tacit. lib. 19.

Cedere pro. Colum. lib. 12, Nam pro pulmentario cedit. Id est,
uice pulmentarij habetur.

Cedere in iure. Boetius in Top. Ciceronis.

Cesserit parum gratus. Plin. in Paneg. 69, Donauit pater tuus
multa & ipse donasti, cesserit parum gratus: maneni tamen
ij qui bonis eius fruantur, id est, fac parum fuisse gratũ quod
dederit.

Cedere, pro incedere. Plaut. Pseud. 14. 50, Non prorsus uerum
ex transuerso cedit, quasi cancer solet. Horat. 2. Serm. Saty.
1. 13.

Cedere, pro censeri. Paulus in l. penul. ff. de fluml. Secundum ri-
pam fluminũ loca non omnia publica sunt, quũ ripæ cedũt,
ex quo primum à plano uergere incipiunt usq; ad aquam, id
est, pertinent ad ripam, & eius conditionis sunt.

Legato cedere, pro comprehendi. Paulus in l. nam quod. §. item
si quis. ff. de penu legata, Quod si promiscuè uti solebat, tunc
quantũ ad annuum usum ei sufficeret, familiæq; eius, cætero-
rumq; qui circa eum sunt, legato cedet.

Ceditur, Impersonale. Cic. 1. Tusc. 9, Post uerò Lepidum, Carbo
nem Gracchos: deinde ita magnos nostram ad ætatem, ut
non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.

Cedetur tibi ab omnibus, id est, oẽs tibi locũ dabunt. Luc. li. 1. 11.

Cedendum est bellis. Lucanus, lib. 5. 149.

Cedendum est malis. Seneca in Troade, 6. 20.

Cedendo uictor abibis. Ouid. 2. de Arte, 40.

Cedens (ὑπείκων) Particip. ut causa non cedens priori, id est,
similis æque efficax, æque bona ac probanda. Ouid. 4. de
Ponto, eleg. 9. 12,
Altera lætitia est, nec cedens causa priori, &c.

Cedentes capilli. Plin. epistol. 50. 4. Hoc est, cedentes, & abeun-
tes ac defluentes.

Cedentes in arcem Romani, pro eo quod est se recipientes. Liu.
5. bell. Pun. Vide Adire omnem fortunam in Adeo.

Veli cedentia, discedentia. Lucan. lib. 3. 1.

Arua cedentia retro, id est, quæ uidentur recedere nobis abeun
tibus.

Digitized by Google

tibuit. Virgilius 3. Aeneid. 99.

Cessurus (ὑπαξων) Participium. Ouid. ad Pisonem 31,
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & undis.

Cessio, cessionis (ὑποχώρησις) uerbale. Cic. in Topicis 13, Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Cessim, Aduerb. significat regrediendo, & retrocedendo. Iustinus lib. 2. Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Interim superius plaustrum cessim ire cepit.

Redire cessim. Alphenus in l. si ex plagis. §. quod si neq; mulæ. ff. ad leg. Aquiliam, Quod si neq; mulæ, neq; homines in ea causa essent, sed mulæ retinere onus nequissent: aut cum conarentur, lapsæ concidissent, & ideo plaustrum cessim redisset, atq; id conuersum fuisset, &c.

Cesso, cessas (παύομαι, ἀναπαύομαι, διαλείπω, ποπάζω, λοφέω) cessare. Frequentatiuum, ab opere uacare. Virg. 7. eclog.
Et siquid cessare potes, requiesce sub umbra. Id est, inquit Seruius, si potes breue ocium tibi persuadere. Cic. 1. de Nat. deor. 142, At ipsi tamen pueri, etiã quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur.

Dies cessauit. Lucan. lib. 4. 5.

Officium cessat. Ouid. epist. 6. 4.

Opus cessat, id est, labores intermittuntur. Ouid. 6. Fasto. 70.

Pietas cessat. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 1. Pietas, officium pietatis.

Voluntas cessat. Horat. 1. Carm. ode 27. 3.

Nunquam cessauit hodie dicere. Terent. Phorm. 2. 3. 30, Hoc est, Toto die nihil aliud quàm locutus est.

Non cessare apud aliquem. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 20.

In pœnas furor cessat, id est, desinit pœnas amplius inferre. Seneca in Medea, 6. 6.

Cessare in. Cic. de Senec. 12, Nunquam in suo studio atq; opere cessauit. Hoc est, nunquam studium intermisit.

Cessare à prælijs. Liu. ab Vrbe, 116.

Cessare cum alterius uerbi infinitiuo, ut cessare certare. Horat. 1. Epistol. 20. 2, —non cessauêre poetæ
Nocturno certare mero, putere diurno.

Non cessat de nobis detrahere. Cic. Attico, lib. 11. 219. 3. Idem Quinto fratri lib. 2. 6. 3, De ædificatione tua Cyrum urgere non cesso.

Cessare & nihil agere. Cic. 3. de Nat. deor. 135, Cur tam multos deos nihil agere & cessare patitur?

Cessando. Lucretius, lib. 2. 17,
Si cessare putas rerum primordia posse,
Cessandoq; nouos rerum progignere motus.

Cessare, consistere in loco. Plaut. Merc. 19. 2, Tarda nimiũ, aut lapis obriguit, aut angue demorsa cessauit turgida.

Cessare (βραδύω) tardare. Terent. And. 2. 2. 6. & 5. 2. 4. Cessas alloqui? Idem Eunuch. 4. 4. 5,
—paululum si cessassem Pythia, Domi non offendissem.

Cessare in uota. Virgil. 6. Aeneid. —cessat in uota precesq; Tros, ait, Aeneas? Hoc est, tardus es in uota facienda? Seru.

Nunquid in principio cessauit uerbum doctè dicere? Plautus Persa, 16. 85.

Cessare, Diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Terent. Adelph. 4. 2. 50, Aeschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur.

Multum cessare. Horatius in Arte, 72.

Cessare (ἀργέω) otiosum esse. Cic. de Senectute, 16. Nisi fortè ego uobis qui, &c. cessare nunc uideor, quum bella non gero. Ouid. 5. Metamorph. 69.
Illam non udis ueniens Aurora capillis,
Cessantem uidit, non Hesperus. Id est, nunquam quieuit. de Cerere loquitur filiam amissam quærente.

Cessare, & strenuum esse, contraria sunt. Horat. 1. epist. 2. 14,
—quod si cessas, aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

Cessare & laborem fugere. Cic. 1. de Nat. deor. 32.

Planè cessare. Cic. Attico, lib. 2. 22. 1.

Hoc cessat ex reditu. Plin. epist. 28. 6, Sed quod cessat ex reditu frugalitate suppletur, id est, quod minus est, quod deest mihi ex annuis reditibus.

Cessatum est, impersonaliter. Terent. Adel. 4. 4. 22, Cessatum usq; adhuc est, nunc iam Aeschine expergiscere, id est, negligens & ocioſus fuisti. Virgil. 11. Aeneid.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ. Id est, tardatum est, inquit Seruius.

Cessans, Participium (παυόμενος) pro eo quod est immorans. Virgil. 3. Aeneid. 86,
Præstat Trinacrij metus lustrare Pachyni
Cessantem, longos & circunflectere cursus.

Vento cessante, id est, non flante. Senec. Herc. Oeth. 4. 45.

Amphora cessans, qua nemo utitur. Horat. 3. Carm. ode 28. 2.

Austri cessantes, id est, non spirantes. Lucan. lib. 3. 14.

Cessantia fata. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. 6. Id est, cessans mors.

Morbus cessans is dicitur, qui medicis cõmuni uocabulo chronicus uocatur. Horat. 1. Epist. 15. 2.

Solum cessans (ἀργὸς γῆ) dicitur aruum aut ager qui non exercetur aut colitur. Lucan. lib. 3. 91.

Concitare cessantes. Horat. 1. Carm. ode 35. 3.

Ceßaturus particip. ut Cessatura casa apud Ouid. 4. Fast. 162,
Mutantesq; domum, tectis aggrestibus ignem,
Et cessaturæ supposuisse casæ.

Cessator (ἀργὸς, ὀκνηρὸς) aliud uerbale, Otioſus, qui cessat, & nihil agit. Gellius, Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Columell. lib. 11. cap. 1. 15, In agresti negocio uix dici potest quid gnauus operarius ignauo & cessatore præstet. Horat. 2. Sermo. Saty. 7. 20,
Nequam & cessator Dauus.

Cessator in literis. Cic. Pæto, lib. 9. 17. 7.

Cessatio (ἀργία, παύσις, ἀνάπαυσις) uerbale. Plaut. Pœnulo, 14. 104, Id negocium institutum: non datur cessatio.

Fœnus cessationis. Colum. lib. 2. cap. 1, At è contrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.

Furtum ceßationis. Cic. Tironi, lib. 16. 26. 3, Scribito tamen, ne furtum cessationis quæsiuisse uidearis.

Cessatio, Otium. Cic. 1. de Natu. deor. 142, Profectò Epicurus quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat.

Cessatio pugnæ pactitia. Vide Paciscor.

Cessatio aut legatio. Cic. 1. de Legib. 14.

Libera & otiosa cessatio. Cic. 1. de Legib. 14.

Cessatus. Adiectiuum (διαλελειμμένος) ut cessata arua, id est, neglecta & non culta. Ouid. 4. Fastor. 124,
Largaq; prouenit cessatis meßis in aruis.

Cedo] εἰπέ Verbum defectiuum, prima breui, accentum in ultima habens: in imperatiuo tantum legitur, Cedo, id est, dic, uel da. Terent. Eunuch. 5. 5. 8, Aut quid factum est, cedo. Cic. 2. de Diuinat. 216, Cedo tandem qui sit ordo, aut quæ concursatio somniorum. Et 6. Verr. 38, Tabulas cedo. Sic de Claris Oratoribus, 163, Cedo quæso orationes, sunt enim, & dic hunc, quem, &c.

Cedo plurali etiam numero iunctum. Cic. de Senect. 18, Cedo qui uestram Rempub. tantam amisistis tam citò?

Cedo aquam manibus. Plaut. Most. 4. 150.

Cedo mihi pateram. Plaut. Amphit. 8. 144.

Cedo manum, uel dexteram. Plaut. Capt. 13. 90.

Cedo, dic mihi. Terent. And. 4. 4. 24, Cedo cuium puerum hic apposuisti, dic mihi. Cic. ad Attic. lib. 9. 190. 6, Ingemuisti? certè

Digitized by Google

certè, cedo reliqua. Id est, ascribe.

Cedo alios, ubi centurio est Sanga & manipulus fiurum. Terentius Eunuch. 4. 7. 6.

Cedo quemuis arbitrum. Terent. Adel. 1. 2. 43, Postremò aut desine, aut cedo quemuis arbitrum. Id est, dic: ac si diceret, Vincam quocunq; iudice eorum qui harum rerum consultißimi fuerunt. Budæus.

Cedo coram ipso. Terent. Adelph. 3. 4. 38, Postremò non negabit, coram ipso cedo.

Cedo, pro date in plurali, uel quæro & expostulo à uobis. Cic. pro Sestio, 93, Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem, &c.

Cedræi] κεδρεῖοι, Arabiæ populi sunt, Canchleis & Nabathæis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 11.

Cedreatis] Diana ab Orchomenijs ideò sic uocata fuit, quod eius simulacrum in ingenti esset cedro erectum. author Pausanias.

Cedrelæon] Olei factitij species, ex malis cedri confecta, de qua Plin. lib. 15. cap. 7. Hac autem peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit, ut idem ait, lib. 16. cap. 39.

Cedratus] Vide Cedrus.

Cedrelate] cedrelates, f. g. (κεδρελάτη) genus cedri. Plin lib. 24. cap. 5. 3, Cedrus magna, quam cedrelaten uocant, dat picen quæ cedria uocatur dentium doloribus utilißimam.

Cedria] κεδρία, Pix est quæ ex cedrelate defluit, ut uides in cedrelate. Plin. lib. 29. cap. 3. 8, Scabiem corporum ac pruritum oleo, & cedria mistis tollunt. Ruellius, lib. 1. cap. 62, Cedria modò cedri pix, modò cedri resina nominatur, è cedro magna quæ cedrelate dicitur emanans: ita ut si propriè sit loquendum, nihil aliud sit quàm cruda cedri lacryma.

Cedris] Vide Cedrus.

Cedrium] Pix liquida, & primaria, quæ ex tæda excoquitur. Plin. lib. 16. cap. 11, Pix liquida in Europa è tæda coquitur nauibus muniendis, multosq; ad alios usus. Lignum eius conciſum, furnis undiq; igni extrà circundato, feruet: primus sudor aquæ modo fluat in canali: hoc in Syria Cedrium uocatur: cui tanta uis est, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur.

Cedros] Insula in Germaniæ littoribus, cedri genere syluosa. Inde electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrostis] huius cedrostris, fœm. gen. Vitis alba dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. 11, Vitis alba est quam Græci ampeloleucen, alij ophiostaphylon, alij melothron, alij psilothron, alij archezostin, alij cedrostin, alij madon appellant. Hæc & bryonia à Dioscoride appellatur.

Cedrus] cedri, fœmin. generis (κέδρος) arbor notißima. Vide Plinium copiosè de ea tractantem, lib. 13. cap. 5, & alijs locis.

Ardua cedrus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 3.

Enodes cedri. Claud. de Raptu Proserp. 3. 72.

Odorata cedrus. Virg. 3. Georg. 82.

Cedrum incendere. Cic. 3. Tusc. 79, Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus, &c. In emendatioribus codicibus legitur, Hedychrum incendamus. Vide Hedychrum.

Cedro digna dicuntur, quæ promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudicantur, ut posteritati consecrari debeant. Persius, Saty. 1. 9, Et cedro digna locutus. Sumptum à cedri natura, cuius succo illita, non sentiunt caricm.

Carmina cedro linenda. Horat. in Arte, 67.

Liber Flauus cedro. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 3.

Ex antiqua cedro effigies: Quæ cariem non sentiunt. Virgilius, 7. Aeneid. 37.

Cedratus, pen. prod. Adiect. Plin. lib. 13. cap. 13. 2, Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrarier timeas non tetigisse. Id est, cedri succo, uel cedrino unguento illitos.

Cedrinus, pen. corr. (κέδρινος) aliud adiectiuum, quod est ex cedro. Plin. lib. 3. cap. 5, Cedrinus est Romæ, in delubro Apollo Sosianus, Seleucia aductus. Idem lib. 32. cap. 7. 9, Cum oleo cedrino peruncti pilis.

Cedris, cedridis, pen. corr. (κέδρις) Fructus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. 6, Cedrides, hoc est, fructus cedri tußim sanant, urinam ciunt, &c.

Celadon] pen. corr. proprium uiri, ex illis qui in Perſei & Andromedes nuptijs perempti fuerũt. Dictus Celadon quasi multum clamans, à uerbo κελαδέω, quod resono interpretatur. Ouidius, 5. Metamorph. 29, Occidit & Celadon Mindesius.

Celadon, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens: apud Strabonem, lib. 8.

Celadusa] parua maris Adriatici insula authoribus Pomponio Mela, lib. 2. & Plinio, lib. 4. cap. 26.

Celæna] Vide Celena.

Celæno] cum diphthongo in secunda (κελαινώ) una ex Harpyis. Sipontinus, Celæno unà fuit è septem filiabus Lycurgi ex Naxo insula: quæ quoniam Liberum educauerunt, à Ioue inter sydera fuerunt relatæ.

Dira Celæno. Virg. 3. Aeneid. 43.

Celæno infelix uates, id est, nuncia infelicitatis. Virgilius, 3. Aeneid. 40.

Celastrus] Theophrasto arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardißimè fructus suos perficiens. Vsus eius ad baculos, & scipiones accommodatus. Vide Ruell. lib. 1. cap. 63. & 138.

Celatim] Celatus. Vide Celo.

Celebothras] Rex Musiris, quod primum est Indiæ emporium, teste Plinio, lib. 6. cap. 23.

Celebris] & hoc celebre, uel celeber, celebris, celebre, pen. corr. (θαμινὸς, θάμιος, ἀοιδίμος, κλυτὸς, περιβόητος, πολύφημος) semper paßiuè positum, tam ad rem, quàm ad personam relatum. Locus celebris, quòd celebratur. Homo celebris, quòd cum honore celebratur & colitur. Hæc Valla lib. 4. Plin. epist. 159. f. Delectus est celeberrimus locus, in quo legenda præsentibus, legenda futuris proderentur. Cic. Att. lib. 12. 24. 1, In Ostiensi Cotta celeberrimo loco.

Certamen celebre. Ouid. 1. Metam. 90.

Circus pompa celebris. Ouid. 4. Fastorum, 79.

Conciones celeberrimæ & gratißimæ. Cic. in Pisonem, 27.

Conuentus celeberrimus. Cic. 6. Verr. 96. Hoc est, maxima frequentia populi.

Forum celeberrimum. Cic. 5. Verr. 114.

Fori celeberrimum. Tacit. lib. 4.

Ludi celebres. Ouid. 1. de Arte, 20.

Partes urbis celeberrimæ. Cic. pro domo sua, 113.

Portus celeberrimus. Cic. pro lege Manilia, 23.

Via celebris. Cato, cap. 1. 2. Quam frequentatã barbari dicunt.

Vrbs celebris & copiosa. Cic. pro Arch. poeta, 3.

Oraculum celebre & clarum. Cic. 1. de Diuinat. 69.

Celeberrimus arte grammatica, & in arte grammatica (πολυφωνότατος) quod à barbaris diceretur, bene renominatus. Plin. lib. 24. cap. 17. 11. Et lib. 8. cap. 5. 4.

Nomine quàm precio celebratior. Ouid. 6. Fastor. 70.

Deus celebris, id est, quem omnes colunt. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 17.

Dies celeberrimus, id est honoratißimus. Cic. de Amic. 11.

Fide celeberrimus, cuius fides & integritas omnibus in ore est. Statius 2. Achil. 13.

Gratulatio populi celeberrima. Cic. 14. Philip. 396.

Lux alicui celeberrima. Ouid. 3. Fast. 143.

Monimentum

Monimentum illius celeberrimum in foro. Cic. pro Sestio, 123.
Nomina celeberrima bello, id est, quorum ingens est fama ob res in bello præclarè gestas. Sil. lib. 4. 38.
Vox celeberrima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 5.
Celeberrimus uir, pro multorum sermone comprobato. Hermogenianus in l. si res pupillaris. ff. de administratione tutorum, Si res pupillaris incursu latronum pereat: uel argentarius cui tutor pecuniam dederit quum fuisset celeberrimus, solidum reddere non posit: nihil eo nomine tutor præstare cogitur.
Ciuitas celebris est, quæ uulgò frequentata dicitur. Vlpian. in l. si in aliquam. ff. de officio Proconsulis & legati, Si in aliquã celebrem ciuitatem, uel prouinciæ caput aduenerit, pati debet commendari sibi ciuitatem, laudesq; suas non grauatè audire quum honori suo prouinciales id uendicent.
Frons tumuli celebris dicitur, quæ uiam spectat. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 6.
Rumor celebris. Liuius 7. bel. Maced. 196.
Celebre nomen laudibus. Liu. 4. ab Vrbe, 232. de Menemo.
Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate. Plin.
Celebritas, pen. corr. celebritatis (ἑορτὴ, πανήγυεις) tum hominum cœtum honoratiorum declarat, tum dignationẽ ipsam atq; honorem. Cic. 3. Offic. 4, Ita qui in maxima celebritate, in oculis ciuium quondam uiximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum licet, & sæpè soli sumus.
Solitudo & celebritas contraria. Cic. ad Attic. lib. 12. 240. 1.
Audientium celebritate instinctus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 20.
Loci celebritas. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1, 13.
Ludorum celebritas. Cic. 3. de Orat. 69.
Viæ celebritas. Cic. Att. lib. 3. 54. 2.
Refertißimum celebritate theatrum. Cic. ad Qu. fra. lib. 1. 1. 62.
Habere maximam celebritatem dicitur locus aliquis. Cic. Attic. lib. 13. 284. 2.
Odi celebritatẽ, fugio homines. Cic. ad Att. lib. 3. 47. 1. & 60. 1.
Celebritas & nomen. Cic. 2. Offic. 62, Nam siquis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis aut à patre acceptam, &c.
Diei supremi celebritas. Cic. pro Milone, 66. id est, exequiæ.
Iudiciorum multitudo & celebritas. Cic. ad Marium, lib. 7. 2. 8.
Sermonibus hominum celebritatem consequi. Cicero in Som. Scip. 20.
Celebritas uirorum ac mulierum. Cic. 2. de Leg. 102. Plin. epist. 67. a, Conuenitur ad eum mira celebritate.
Domestica celebritas. Cic. in L. Pisonem, 50.
Floret hominum celebritate locus ille. Cic. pro domo sua, 58.
Honestare sua celebritate aliquem dicitur populus. Cicero pro Domo sua, 59.
In maxima celebritate uiuere. Cic. 3. Offic. 4.
Famæ celebritas. Cic. 1. Tusc. 45.
Celebritas sententiarũ pristina manebat. Cic. de Clar. Orat. 182.
Celebritatem addere ludis. Liu. 10. bel. Pun. 182, Ludis celebritatem addidit sedes sua solenni spectaculo reddita. Hoc est, celebriores & honoratiores ludi uisi sunt propter propriã sedem ludis Apollinaribus redditam.
Celebro, celebras, pen. corr. (ἐπιφοιτάω, ἑορτάζω, πανηγυρίζω, θρησκεύω) celebrare, est frequentare. Varro, cui nõ tam cura erat ut templa deorum, quàm ut popinas celebraret.
Celebrare locum conuentu. Cic. pro Flacco, 73.
Cœtus celebrare hominum. Cic. 1. Offic. 20.
Conuentus celebrantur. Cic. Attico, lib. 1. 14. 12.
Domum alicuius celebrare. Cic. pro. Muræna, 64.
Fretum celebrant Naiades æquoreæ, id est, in æquore uiuunt. Ouid. 14. Metamorph. 112.
Frequentia maxima ciuium, & splendore hominum summarum celebrare locum aliquem. Cic. 1. de Orato. 99.
Locum aliquem ludis celebrare. Virg. 3. Aeneid. 56.
Mißile celebratum, id est, frequenter coniectum in hostes. Silius, lib. 3. 65.
Syluas celebrare, In syluis uersari. Ouid. 10. Metam. 140.
Templa celebrare. Plin. ad Traianum, lib. 10. epist. 100.
Celebrantur uiæ multitudine legatorum. Cic. pro Sestio, 114.
Celebrare conuiuium sermone & lætitia omnium. Cic. 3. Verr. 45. Liu. 5. bel. Pun. 128, Et quia alia in obsidione desint, uino largius epulas celebrari. Sil. lib. 11. 55.
Certamina celebrare, ludos & ficta prælia solenniter obseruare. Virgil. 5. Aeneid. 120.
Connubium celebrare. Claud. epigram. 4. 6.
Dapes celebrare canendo. Ouid. 5. Metamorph. 23.
Celebrare dies, ferias, ludos, &c. quod uulgus dicit, Facere festum, ferias & ludos. Cic. in Catilinam, 67, Idem in Pisonem, 40. Liu. 1. ab Vrbe, 17. Plin. lib. 18 cap. 3. 3.
Diem mero celebrare. Ouid. 3. Fasto. 132.
Religione debita diem celebrare. Plinius ad Traianum, lib. 10. Epist. 223.
Epulas celebrare uino. Liu. 5. bel. Pun. 128.
Exequias celebrare. Liu. 5. bell. Pun. 97. Funera, Ennius apud Ciceronem lib. 1. Tusc. 192,
Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicis
Mœrorem: ut celebrent funera cum gemitu.
Honorem lætum celebrare. Virg. 5. Aeneid. 12.
Limina celebrare. Propert. lib. 1. eleg. 15,
Cuius inaurati celebrarunt limina currus.
Ludos celebrare. Ouid. 5. Fastor. 70.
Memoriam nominis alicuius celebrare. Cic. 2. de Fin. 164.
Mortem alicui celebrare. Cic. pro Muræna, 69.
Natalem alicuius celebrare. Plin. epist. 234, Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 13,
Ille repotia, natales, aliosq; dierum
Festos albatus celebret.
Ludis natalem celebrare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 24.
Natalis per multos annos celebrandus. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 13.
Nuptias celebrare, pro facere. Liu. 6. bel. Maced. 46.
Solennia nuptiarum celebrare. Tacit. lib. 12.
Sacra celebrare. Ouid. 6. Metamorph. 118.
Maledictis & uocibus celebrare. Cic. pro Cœlio, 4.
Celebrare, (ἐπιφημίζειν,) Summo honore prosequi, laudare, habere in precio. Plin. lib. 12. cap. 41, Vnam è peculiaribus Indiæ Virgilius celebrauit ebenum. Ibidem, cap. 12. 2, Gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.
Iudicium eius innocentis celebratur & ornatur studio & dignitate summorum uirorum & clarißimorum ciuium. Cic. pro Sylla, 3.
Publicè priuatimq; celebrare aliquid. Cic. 1. de Diuin. 5.
Celebrari & ornari. Cic. pro Sylla, 3.
Egressum alicuius frequentia ornare & celebrare. Cic. in Pisonem, 24.
Senectutem celebrare & ornare. Cic. 1. de Orat. 98.
Carminibus aliquem celebrare. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 4.
Fama per orbem celebratus. Ouid. 2. de Arte, 100.
Frequentia & plausus me usq; ad Capitolium celebrauit. Cic. Attic. lib. 4. 70. 7.
Honoribus celebrari. Ouid. 1. Fast. 121.
Honore aliquem celebrare, & donis. Virg. 8. Aeneid. 15.
Lyra uel tibia celebrare uirum aut heroem aliquem. Horat. 1. Carm. ode 12. 1.
Seipsum celebrare mero. Ouid. 3. Fast. 132.
Carminibus & annalium monimentis celebratur laus alicuius, & ex-

Digitized by Google

& extenditur. Cic. pro C. Rab. Posth. 26.
Celebrare carmine ripas. Ouid. 2. Metam. 25.
Ingenio alicuius poetæ celebrari. Cic. pro Arch. poeta, 15.
Laudibus celebrare. Plin. lib. 14. cap. 6. 2. Idem, lib. 5. cap. 1. 16, Miris laudibus celebrat. Hoc est, suo sermone celebrem facit.
Vir celebratus, (ἀνὴρ περιβόητος) laude illustri. Cic. pro Murena, 14.
Laudes alicuius celebrare. Cic. pro. M. Marcello, 5.
Iudicijs amplissimis laudes celebratæ. Cic. pro Plancio, 76.
Celebrata Latinis literis. Hoc est, commemorata & honorificè descripta. Cic. 4. Acad. 8.
Literis & memoria celebrare aliquem. Cic. pro Sestio, 125.
Nomine alterius celebrari. Quint. lib. 5. cap. 11. 15.
In prouerbium celebrari. Quint. lib. 1. cap. 10. 18.
Scriptis celebrari. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 12. 2.
Sermone celebrari. Cic. pro Milone, 75.
Celebrata res omnium sermone. Cic. pro Cluentio, 26. Hoc est, Ita omnibus cognita, ut omnes de ea colloquerentur. Liuius, 4. bel. Maced. 220, Et primò in circulis, conuiuijsq;, sermonibus celebrata res est. Plin. epist. 153. b, Quæ uox & statim excepta, & postea multo sermone celebrata est.
Vt primum Asiam attigisti, constante fama, atq; omnium sermone celebratum est. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 35.
Nuncij, literæq; celebrant eum factum Consulem. Cic. pro Murena, 81.
Tritum atq; celebratum sermone. Cic. pro. Flac. 51.
Titulis celebrari. Sil. lib. 3. 30.
Artes celebrare & inter se recolere. Cic. 1. de Orat. 2.
Famam celebrare. Cic. pro Arch. poeta, 16.
Famam alicuius celebrare omnibus in locis. Catull. epig. 63. 10.
Constantiam, fidem, grauitatem, præstantiam curami alicuius omnium fama celebrare. Cic. 9. Philip. 263.
Gloriã laudemq; alicuius celebrare. Cic. pro Archia poeta, 15.
Gloriam celebrari in longo æuo. Sil. lib. 3. 30.
Nomen alicuius celebrari scriptis. Cic. ad Luccium, lib. 5. 12. 2.
Nomen celebratum in foro. Cic. de Claris Orat. 174.
Celebrare se & Rempub, Sallust. in Iugurtha, Id est, laudem sibi & reipub. comparare.
Studium agriculturæ celebrare. Colum. lib. 8. cap. 16. 1. Hoc est, probare, laudare, excrcere.
Vatem celebrare. Ouid. lib. 2. de Arte amandi, 148.
Celebratio, uerbale, (ἑόρτωσις,) ut celebratio ludorum. Cic. ad Attic. lib. 15. 330. 5.
Celebrationem habere. Plin. lib. 34. cap. 5. 2. Hoc est, in honore & precio esse.
Celebratio, pro frequentia hominũ, ut ait Budæus. Cicero pro Sylla, 54, Quæ domus, quæ celebratio quotidiana, quæ familiaris dignitas, quæ studia amicorum, quæ ex quoq; ordine multitudo?
Celebratus, pen. prod. Nomen ex participio. unde superlatiuus Celebratissimus, (περιβοητότατος) Cic. 2. Philip. 76, Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium uersari.
Celebrãdus (πανηγυρικός) Participiũ. Claud. de bel. Get. 128, O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis.
Celebranda uirtus. Cic. 2. de Inuent. 173.
Celeia] κίλεια, Noricorũ oppidum: autor Plin. lib. 4. ca. 24. in Noricorum descriptione. Vulgò Cilia.
Celena] Celenæ, pe. pro. (κελαιναὶ Strabo.) Locus Cãpaniæ Iunoni sacer. Virg. lib. 7. —atq; aruꝛ Celenæ. Celenæ Celenarũ (inquit Liuius, lib. 8. bel. Maced.) urbs caput quondã Phrygiæ fuit. Lucan. lib. 3. 42,
Lugent damnatæ Phœbo uictore Celenæ.
Celenæ altæ. Ouid. 4. Fast. 73.
Celendris] Samiorum colonia, in Cilicia, autore Pomponio Mela, lib. 1. in descriptione Ciliciæ. Celendræ etiam multitudinis numero dicimus, ut est apud Lucanum, lib. 8. 52,
Ad profugum collecta ducem, paruisq; Celendris.
Celer] celeris, & hoc celere, pen. corr. (ταχύς, ὠκύς) ab alis quidam dictum existimant, & significat uelocem: ut Celeri gradu ire. Plaut. Trinum. 9. 21.
Celerem sedato opponit Horat. lib. 1, Epist. 19. 19,
Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celerem, agilem gnauumq; remissi.
Celer Hebrus, Hoc est magno impetu fluens & rapidus. Virg. 1. Aeneid. 65.
Multum celer. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 36.
Appulsu celerrimum. Tacit. lib. 3. 54. 10.
Luculo celer, id est, optimus iaculator. Virg. 9. Aen. 37. de Niso.
Metu celer. Ouid. 11. Metam. 155.
Pedibus celeres. Claud. 3. Paneg. 60. de canib. Virg. 4. Aen. 36.
Agmen remorum celere. Virg. 5. Aeneid. 43.
Alas celeres commouere. Virg. 5. Aeneid. 44.
Animus celer. Virg. 4. Aeneid. 58.
Auræ celeres. Virg. 4. Aeneid. 40.
Brachio celeri contendere. Autor ad Heren. lib. 3. 120, Sin contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili uultu, acri aspectu utemur. Canes celeres. Ouid. epist. 4. 8.
Cardo cæli celer. Seneca Hippoly. 9. 1.
Carina celeris. Ouid. 12. Metam. 90.
Commutatio Reipublicæ celeris & uaria. Cic. ad Octauium, 11.
Consilium celere. Terent. Phorm. 1. 4. 1.
Copia celeris. Plaut. Merc. 22. 9, Date di quæso conueniendi mihi eius celerem copiam. Id est, ut citò eum conueniam
Currus celeres, dicti quòd celeriter mouentur. Sen. Agam. 11. 1.
Cursus celer. Seneca Hippol. 10. 3.
Deæ celeres uocantur Horæ ab Ouid. 2. Metam. 24.
Fata celerrima, Mors quæ celerius cbitur. Virg. 12. Aen. 102.
Fide celeri probare aliquid. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 23.
Flamma celeris. Lucret. lib. 2. 39.
Flammæ celeres. Tibul. lib. 4. eleg. 6. 4.
Fuga celeris. Virg. 3. Aeneid. 49.
Gressus celeres. Seneca Medea, 10. 22.
Ictu celeri præcidere aliquid. Lucret. lib. 3. 128.
Ignis celer. Horat, 3. Carm. ode 4. 16.
Lapsus celer. Valer. lib. 1. Argonaut. 19.
Diuersas petiere uias. Ouid. 6. Metam. 44.
Letho celeri aliquem mittere. Claud. 1. in Ruff. 47.
Lingua celeri uti ad negandum. Plaut. Trucul. 2. 6.
Lunæ celeres. Horat. 4. Carm. ode 7. 3.
Manu celeri aliquid agere. Ouid. 3. de Arte, 115.
Mente celeri circunspicere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 18.
Mergi celeres. Virg. 1. Georg. 73.
Ministri celeres. Claud. 1. in Ruff. 69.
Mors celeris, Præmatura. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 3.
Operæ nimium celeris, & curæ carentis uersus. Id est, carmen nulla cura, & opera compositum. Horat. in Arte, 53.
Oratio celeris & concitata. Cic. 2. de Orat. 49.
Penna celer. Ouid. 8. Metam. 138.
Pennæ celeres. Horat. 3. Carm. ode 29. 11.
Pes celer. Seneca in Medea, 6. 1.
Pede celeri. Senec. Hippol. 8. 66. Vt celeri uelox pede laberis. Id est, breui momento.
Plantæ celeres. Virg. 7. Aeneid. 162.
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas. Senec. Hippol. 1. 1.
Puppe celeri auferre aliquem. Ouid. epist. 18. 36.
Facilis & celeris ratio, id est, prompta. Lucret. lib. 4. 29.
Ratione celeri res geritur. Lucret. lib. 4. 29.

Digitized by Google

Recurſus celer. Ouid. 6. Metam. 90.
Reditus celer. Cic. pro domo ſua, 50.
Riui celeres. Horat. 3. Carm. ode 11. 3.
Rotæ celeres. Senec. Hippol. 10. 22.
Sagittæ celeres. Virg. 1. Aeneid. 39.
Sagitta celeri certare. Virg. 5. Aeneid. 96.
Senſu celeri dolis occurrere. Claud. 4. Paneg. 48.
Somnus celer, Leuis, breuis. Senec. Hippol. 4. 33.
Telum celere. Valer. lib. 3. Argonaut. 37.
Turbo celer. Virg. 12. Aeneid. 170.
Venti celeres. Horat. 1. Carm. ode 12. 2.
Viæ celeres, id eſt, curſus ueloces. Senec. Hippol. 6. 12.
Virtus celeris. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 16.
Volumine celeri ſydera torquentur. Ouid. 2. Metam. 15. Id eſt, præcipiti motu circumaguntur.
Nihil celerius mente. Cic. in Orat. 116.
Facere celer: id eſt, celer ad faciendum. Et, Celer excipere aprũ, apud Horatium, 3. Car. ode 12. 3. Forma loquendi hæc Græcorum eſt. Idem 4. Carm. ode 6. 8,

—celeremq; pronos Voluere menſes.

Iraſci celer. Horat. 1. Epiſt. 21. 5.
Tollunt ſe celeres. Virg. 6. Aeneid. 41. De auibus.
Venire celer dicitur aliquis, pro uenire celeriter. Ouid. 9. Metamorpho. 159.
Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere Interfectore Remi qui initio à Romulo ijs præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curijs deni: ideoq; omnino trecenti fuere. Hæc Feſtus. Plin. lib. 33. cap. 2, Quin etiam ipſum equitum nomen ſæpe uariatum eſt, in his quoq; qui ad equitatũ trahebantur. Celeres ſub Romulo, regibusq; appellati ſunt, deinde flexumines, poſtea troſſuli.
Latini celeres. Virg. 11. Aeneid. 121. Vbi Seruius, Alludit ad militiam Romanam: namq; & equites habuit Romulus, ut illo diximus loco, Tercentum ſcutati omnes Volſcente magiſtro: quos celeres appellauit: uel à celeritate, uel à duce Celere, qui dicitur Remum occidiſſe, in cuius gratiæ uicem à Romulo fieri Tribunus equitum meruit.
Celero, celeras, penult. corr. (ταχύνω,) celerare, Celeriter aliquid facere. Cicero de Vniuerſitate, 45, Dedit autẽ diuinis duo genera motus: unum genus motus, quod ſemper eſſet in eodem æquè, & idem in omnibus, atq; uno modo celeraret. De natura loquitur.
Aliquid celerare, id eſt, ut celeriter fiat meditari. Virgilius 1. Aeneid. 133,

Hæc celerans, iter ad naues tendebat Achates. Id eſt, celeriter facere cupiens. Seruius.

Caſum celerare, id eſt celeriter cadere. Lucret. lib. 2. 47.
Fugam celerare. Virg. 9. Aeneid. 73.
Gradum celerare. Sil. lib. 16. 16. Et Virg. 4. Aeneid. 129.
Iter incœptum celerare. Virg. 8. Aeneid. 18.
Quàm maximis itineribus celerare. Tacit. lib. 20. 384. 38.
Opem celerare, pro celeriter auxilium ferre. Valer. lib. 3. 50.
Viam celerans. Virgil. 5. Aeneid. 121.
Celeritas, pen. corr. (τάχος, ταχύτης) Velocitas. Cic. 7. Verr. 70, Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate uelis. Idem 1. Acad. 29, In pedibus celeritatem, uim in manibus. Subaudi, ponebant.
Celeritas ad diſcendum. Cic. 1. Acad. 30.
Celeritas in capiendis caſtris, in agendo. Cæſar 7. bel. Gal. 187.
Velocitas corporis celeritas appellatur. Cic. 4. Tuſc. 47.
Breuitas & celeritas ſyllabarum. Cic. in Orat. 111.
Celeritas & feſtinatio. Cic. pro Roſc. Amerino, 59.
Actionum coniungendarum celeritas. Vlpian. in l. hæc ratio. §. ſed ſi debitorem. ff. de donationibus inter uirum & uxorem.
Celeritate coniungendarum inter ſe actionum unam actionem occultari.
Percipiendi celeritas. Quintil. lib. 1. cap. 10. 26.
Belli celeritatem morari. Cic. 5. Philipp. 182.
Verborum celeritas. Cic. 1. de Orat. 63.
Admirabilis celeritas. Cic. 2. de Nat. deor. 72.
Celeritas Cæſariana, in prouerbium abijt, quòd quum ſemel de expeditione quadam triumpharet, pro inſignibus haberet dictum illud, Veni, uidi, uici. Cicero 16. ad Atticum, 336. 7. Aiunt enim eum Cæſariana uti celeritate. De Antonio.
Expedita et profluẽs celeritas uerborũ. Cic. de Claris Ora. 116.
Incredibilis celeritas. Vide Incredibilis.
Maxima celeritas. Cic. 2. de Nat. deor. 114.
Præceps celeritas dicendi. Cic. pro Flacco, 38.
Adhibere celeritatem. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 21. 4.
Deſiderat celeritatem res. Vlpianus in l. prima. ff. de damno infecto, Quum res damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa dilatio Prætori uidetur ex hac cauſa ſibi iuriſdictionem reſeruare, &c.
Incitare celeritatem eloquendi dicitur cõſuetudo, exercitatioq;. Cic. 1. de Orat. 45.
Incitatus celeritate & ſtudio. Vide Incito.
Indigere celeritatis. Vide Indigeo.
Opus eſt celeritate: qua ſi eſſemus uſi, bellum, ut ſæpe dixi, nullum haberemus. Cic. 5. Philipp. 203.
Suſcipere nimias celeritates. Cic. 1. Offic. 182.
Celeritudo, pen. prod. (ταχύτης) Idem quod celeritas. Varro 3. de Reruſt. cap. 12. 5, Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.
Celeripes, pen. corr. huius celeripedis, pen. cor. (ταχύπους) Qui leuis eſt pedibus. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175. 1, Venit autem eo ipſo die ille Celeripes, quẽ Saluius dixerat. Hoc loco proprium nomen eſt.
Celeriter, celerius, celerrime, penult. corr. (ταχέως, ὠκέως) Aduerbium, Velociter. Cæſar 5. bel. Gal. 76, Illi imperata celeriter fecerunt. Cic. 2. de Finib. 75, Celerrimeq; multa ſimul agitantem.
Facere aliquid celeriter. Cic. ad Appium, 3. 1. 7.
Celeriter & ſine cauſa agere aliquid. Paulus in l. nequis. ff. de cuſtodia & exhibitione reorum, Si quos ex ijs qui in carceribus ſunt, celeriter & ſine cauſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris, eos uinciri iubebis: & ijs qui ſoluerint, multam dices.
Futuri ſumus celeriter unà. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 11. 5.
Mittam celeriter tibi librum. Cic. Attico, lib. 15. 330. 2.
Nunciare celeriter. Cic. 1. de Diuinat. 106.
Proficiſci celeriter. Cic. Attico, lib. 15. 330. 2.
Succurrere celeriter. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 21. 6.
Celerius tranſigere. Cic. 5. Verr. 49.
Celeriter, pro breui, ſiue, intra breue tempus. Cicero ad Appũ Pulchrum, lib. 3. 11. 10, Lætor uirtute & officio cùm tuorum neceſſariorum, meorum amiciſſimorum: tum alterius omnium ſeclorum & gentium principis: alterius, iampridem in uentutis, celeriter, ut ſpero, ciuitatis. De Pompeio & Bruto loquitur.
Celerius intelligere. Plin. Epiſt. 88. b. lib. 6.
Celeranter, (κατὰ τάχος) Aduerb. pro celeriter. Accius, Sed quis hic eſt qui matutinum curſum huc celeranter rapit? Nouius. Antiquum eſt.
Celeratim, pen. prod. pro celeriter: Aduerbium ſimiliter antiquum. Siſenna, hiſt. lib. 5, Quo magis celeratim poterant, in inſidijs ſuos diſponit.
Celer] κέλης, Romuli præfectus. Ouid. 4. Faſt. 169,

Hoc Celer urget opus, quem Romulus ipſe uocarat,

Sintq;

Digitized by Google

Sintq; Celer curæ dixerat ista tuæ. Budæus.

Celerini] Citerioris Hispaniæ populi sunt supra Braccaras & Grontos, quorum ager Anò fluuio irrigatur, ut indicat Ptolemæus, lib. 2. cap. 6. & Pompon. lib. 3.

Celes] Equus celes, qui ab uno sessore agitur & regitur. Vide paulo antè Celes, genus nauigij, &c.

Celes] celetis, pen. pro. (κέλης) Equus celes, qui ab uno sessore agitatur & regitur. Lexicon Græcum. Gellius libro 10. cap. 25, Celoces, uel ut Græci dicunt, κέλητες. Dictum celetem putant per metaphoram equi celetis, quòd unico tantũ per transtra remo agatur. κέλης enim equus dicitur qui ab uno sessore agitatur & regitur. Palæphatus de Centauris, Iuuenes quidam è radice montis profecti à uico quodam uocato Nebula, excogitant equos celetas condocefacere, in ijsq; sedere. Nam ante id tempus nesciebãt in equis sedere, sed solùm curribus utebantur. Quibus uerbis fit planum, quid sit κέλης equus: ex quo κέλης dictus, quòd uno remo, & non binis, aut ternis per sedilia ageretur: quum tamen plures remiges haberet. Ex Bayfio.

Celetæ] populi Thraciæ, maiores Hæmo, minores Rhodopæ subditi. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

Celetes] Dicti sunt à Græcis equites non bigis aut quadrigis in certamine utentes, sed equo uno insidentes, cuiusmodi certàmen hodie quoq; nonnullis in locis celebratur. Hæc Budæus. Plinius, libro 34. cap. 5. 2, Græci celetas tantum dicabant in sacris uictores. Apud Homerum uerò celes equus dicitur, qui solus agitatur, quasi monampix: quod tàm de agitatore, quàm de equo ipso fortasse non ineptè dici posset.

Celetizontes] κελητίζοντες, Participium Græcum, iuuenes dicebantur qui frequenti equorũ singularium certamine delectarentur. Plin. lib. 34. cap. 8. 28, Hegiæ Minerua, Pyrrhusq; rex laudatur, & celetizontes pueri.

Celeus] duarum syllabarum, (κελσὸς) Viri proprium. Virg. 2. Georg. 33,

Virgea præterea Celei, uilisq; supellex. Vbi Seruius, Virgea Celei, supellex, id est, uasa de uimine facta, qualia Ceres Celeo aliquando monstrauit, ut qualos, corbes, &c.

Celeusma] celeusmatis, penult. prod. (κέλευσμα,) uel celeuma, celeumatis, neut. gen. Clamor est nautarum, quum uno aliquid iubente, omnes uniformiter respondent, quasi sibi inuicem iubentes, ἀπὸ τοῦ κελεύειν, quod est iubere. Hæc Sipontinus. Hoc uerò celeusma, in nauibus classiarijs assa uoce interdum, interdum tibia canebatur, ita ut remiges pro modulorum atq; harmoniæ ratione uel concitarent uel iuberent remos. Pædianus autor est, cani remigibus celeusma per symphoniacos seruos solitum olim esse, & per assam uocem, id est, ore prolatam, & (ut in Argo nauí) interdum per citharam. Ex Budæo. Martialis li. 3. 25,

Quorum per uada tarda nauigantes
Lentos figitis ad celeuma remos.

Celeustes] celeustæ, mascul. generis (κελευστὴς) Qui remiges hortatur quasi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ uerbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Cella] cellæ, (ταμεῖον, ἀποθήκη,) dicta à celando, autore Seruio: quòd in ea celentur quæ esse uolumus occulta. Græci apothecam dicunt, in qua res esculentæ & poculentæ reponuntur, quamuis propriè apotheca, cella uinaria sit. Capit autem cella significationem ut illi adiectiua iunguntur: ut cella uinaria, penaria, &c. Cicero de Senect. 52, Semper enim boni assiduiq; domini referta cella uinaria, olearia, mellaria, & penaria. Terentius Adelph. 4. 2. 14. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Vbi Donatus, Et cella & cellarium, à reponendis, celandisq; rebus esculentis & poculentis dicitur. Martialis, lib. 5. 87,

Vnde tibi togula est, & fuscæ pensio cellæ?

Cellam atq; horreum Campani agri, Cicero Capuam appellauit, pro Lege Agraria, 87.

Cella uini & olei. Paulus in l. nam quod. §. item siquis. ff. de penu legata, Quod ferè (inquit Sabinus) euenit in personis mercatorum, aut quoties cella est olei & uini, quæ uenire solebant in hæreditate relicta.

Cella olearia. Vide **Olearius**.

Cella uinaria. Cic. in Topic. 8, Cellis uinarijs, & olearijs plenis relictis. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 5, Nec uindemiam in cella neq; in granario messem.

Cella penaria, In qua penus reponitur. Cic. 4. Verr. 4.

Cellam promptuariam uocauit Plautus carcerem, ex qua promerentur uincti. In Amph. 4. 4, Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum.

Cellæ angustæ. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 2.

In cellam dare. Cic. 5. Verr. 175.

In cellam emere frumentum. Cic. 5. Verr. 175.

In cellam imperare frumentum. Cic. 1. Verr. 17.

In cellam sumere frumentum. Cic. 5. Verr. 163. Idem paulo antè, Nam quum ex Sicilia, & ex legibus frumentum ei in cellam sumere liceret, &c.

Cella, pro cubiculo aliquo secreto. Cicero ad Atticum, libro 14. 317. 6, Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam uillam, cellamq; tradidi.

Strati in cellis lecti. Cic. 2. Philipp. 77.

Cella, (ἄδυτον) Pars templi erat sacratior, in quam ingredi fas non erat, Vnde apud Gellium legitur Scipionem in Capitolium uenisse: iussisseq; cellam Iouis aperiri, ibiq; solum demoratum fuisse. Liu. 5. bel. Maced. 161, De multa damnatorum quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ in cella Iouis supra fastigium ædiculæ. Cic. 2. Philipp. 42. In hac cella Concordiæ.

Cellas, Abusiuè fauorum cauernas uocauit Virgil. lib. 1. Æneid. 88. Seruius.

Cellula, cellulæ, penult. corr. Diminutiuum. Terent. Eunuch. 2. 3. 18, Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Cellulæ columbarum cauatæ. Colum. lib. 8. cap. 9. 2, Receptacula non tanquam columbis loculamenta, uel cellulæ cauatæ efficiuntur, sed, &c.

Cellaria, (ταμία,) Quæ præest cellæ. Plaut. Mil. 10. 101, Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset cellaria. Plaut. in Mil. Ego ejiciar cellaria. Id est, cella.

Cellarius, cellarij, (ταμίας,) Qui præest cellæ. Plautus Capt. 13. 126, Sume, posce, prome quid uis, te facio cellarium. Colum. lib. 11. cap. 1. 17, Non minor habenda erit ratio, ut cibus & potio sine fraude à cellarijs præbeatur.

Cellarius, cellarij, &c. Vlpianus in l. quæsitum. §. cellarium. ff. de fundo instructo & instrumento legato, Cellarium quoq; id est, qui ideo præpositus est, ut rationes saluæ sint: item ostiarium, mulionemq; instrumenti esse constat.

Cellarium, cellarij, (ταμεῖον) Idem quod cella. Seruius, Inter penum, & cellarium hoc interest: quòd cellarium est, paucorum dierum: unde & in cellam dicitur imperatum frumentum. Penus uerò est temporis longi. Plinius, libro 36. cap. 15. 12, Quorum agri quoq; minorem modum obtinuere, quàm cellaria istorum. Sic idem lib. 19. cap. 12. 5.

Cellaris, & hoc cellare, pen. pro. (οἰκηματικῶς) Adiectiuũ ut Columbi cellares. Colum. lib. 8. cap. 8. 1, Hæc eadẽ ratione palumbos

Digitized by Google

palumbos, columbosq; cellares pinguißimos facere cõtingit.

Cello] cellis, quo ueteres utebantur pro cedo: nunc compositis tantum utimur, Excello, Præcello.

Celmus] κέλμος, Nutritius fuit Iouis, quẽ & paruulus adhuc Iupiter plurimũ amauit. Cæterum quum aliquando mortalem essẽ Iouẽ dixisset, Iupiter iniuriæ memor, quũ expulso Saturno rerum iam potiretur, in adamantẽ lapidem commutauit illum. Fabulã breuiter innuit Ouid. 4. Metam. 57,

Te quoq; nũc adamas, quondã fidißime paruo Celme Ioui.

Celo] celas, (ἀποκρύπτω,) celare, Abscondere, tegere. Ouid. 2. de Arte, 82,

Quæ bene celaris, siqua tamen acta patebunt,
Illa licet pateant, tu tamen usq; nega.

Secreti calles celant. Virg. lib. 6. Aeneid. 89.

Celare & occultare. Cic. 3. Offic. 48, Atq; etiam ex omni delibe ratione celandi & occultandi spes opinioq; remouenda est.

Celare, eũ accusatiuo personæ uel rei. Cic. 1. de Nat. deor. 100, Neq; tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos. Terent. Heaut. 4. 3. 27, —ut celet Senem. Cic. 1. Acad. 4, Nec ta mẽ istũ cessare, sed celare quæ scribat existimo. Idẽ 3. Off. 48, Si omnes deos hominesq; celare posßimus.

Celare, cũ duobus accusatiuis, personæ & rei. Teren. Adelph. 1. 1. 29, Ea ne me celet, consueßeci filium. Idem. And. Idq; adeò metuens uos celaui, quod nunc dicam. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 9, Non enim te celaui sermonẽ. Idem in Orat. 135, Qui nos nihil celat.

Celare aliquem de re aliqua. Cic. pro Deiotaro, De armis, de ferro, de insidijs celare te uoluit. Idem ad Metellum, lib. 5. 2. 24, Debes existimare te maximis de reb. à fratre esse celatũ.

Celare aliquid alicui. Terent. Phor. Si hoc celetur patri, in metu sum. Aemil. Prob. Id Alcibiadi celari diutius nõ potuit. Hirtius de bel. Alex. lib. 4. 23.

Celare ne. Plautus Aulul. 5. 35, Nam nunc, quum celo sedulo, omnes nesciant, &c.

Celare se tenebris, id est, omnino se occultare, nec in medium proferre sese. Virg. 9. Aeneid. 89. de Niso.

Amorem celare. Ouid. 12. Epist. 8. ubi Medea Iasonem sic alloquitur, Perfide sensisti: quis enim bene celat amorem.

Autorẽ celare, Tacere nomẽ autoris. Hora. 2. Serm. 2. Sat. 4. 3.

Culpam celare sub imagine falsa. Ouid. 2. Metam. 8. Idẽ 2. de Arte amandi, 78, Ludite, sed furto celetur culpa modesto.

Damnum celare. Ouid. 9. Metam. 20.

Crimina sua celare. Ouid. 2. de Arte, 86.

Diem celare Sol dicitur, quum occidit: cui Promere diem, opponitur. Horat. in Carmine seculari, 2.

Fugitiuum celare. Vlpianus in l. prima. ff. de seruis fugitiuis, Is qui fugitiuum celauerit, fur est.

Furorem celare. Ouid. 15. Epist. 48.

Granum sub cortice celant mala punica. Ouid. 10. Meta. 146.

Hamos celare cibis, id est, hamum in esca abscondere. Ouid. 15. Metam. 96.

Ignem celare. Ouid. 6, Fast. 60.

Inane celare. Lucret. lib. 1. 107.

Ingeniũ celare, & Nudare, cõtraria. Horat. 2. Serm. Sat. 8. 15.

Numen Iouis celare non potest. Cic. pro Deiotaro, 12, Si ueneno Iouis illius quidem hospitalis numen nunquam celare potuisset, homines fortasse celasset.

Celare orata alicuius. Terentius, Hecy. 4. 1. 61. Vide **Oratum** in Oro.

Celare pudorem. Ouid. 2. Metam. 59.

Sententiam celare. Cic. 4. Acad. 109.

Vlcera incurata celare. Horat. 1. Epist. 17. 5.

Turpia celare. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 17.

Vultus timorem celans. Lucan. lib. 10. 3.

Vlnam celare. Ouid. 5. Fast. 104.

Vultum celare manibus. Ouid. 4. Metam. 137.

Vultum prodentem gaudia celare. Horat. 2. Serm. Sat. 5. 21.

Venditorem celare accipiemus (inquit Vlpianus in l. prima. §. uenditor. ff. de actionibus empti & uenditi) non solùm si nõ admonuit, sed etiam si negauit seruitutẽ istam deberi, quum esset ab eo quæsitũ. Et paulò pòst, Et si id egit, ne agnosceret emptor aliquam seruitutem deberi. Et iterum, Hæc ita uera sunt, si emptor ignorauerit seruitutes, quia nõ uidetur esse ea latus qui scit, nec certiorari debuit qui non ignorauit.

Celor, Paßiuum. Terent. Eunuch. 2. 3. 3, Vbi ubi est, diu celari non potest. Cæsar 7. bel. Gal. 326, Neq; rectè aut turpiter factum celari poterat. Cic. ad Qu. fratrem, libro 2. 16. 14, Sed heus tu celari uideor à te.

Celari & excludi. Cic. de Lege Agr. 26.

Foribus opertis celari. Ouid. 2. Fast. 113.

Fossæ celãtur arundine, id est, operiũtur. Oui. 5. Trist. eleg. 7. 8.

Celatus, pe. pro. (ἀποκεκρυμμένως) Particip. Cic. pro Cluentio, 150, Nõ est profectò de illo ueneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatũ. Idẽ 7. Verr. 54.

De aliquo celatus. Cic. pro Sylla, 29.

Non gratam inuito seruat celata salutem. Silius, libro 17. 118, ubi loquitur de Iunone, quæ in pastoris formam conuersa, Hannibalem ab exercitu abduxerat, ne hostes illum interficerent.

Anni celati. Propert. lib. 3. eleg. 24. 7.

Fores celatæ. Ouid. 2. Metam. 164.

Ignes celati, Ignoti amores. Ouid. 9. Metam. 104.

Peccata celata. Lucret. lib. 5. 134.

Virtus celata. Horat. 4. Carm. 9. ode, 6.

Celatim, (ἀποκεκρυμμένως) Aduerbium, pro Occultè. Sisenna, libro 6. Historiarum, Quammaximè celatim poterat, in insidijs duo disponit. Ex Gellio, lib. 12. cap. 15.

Celox] celocis, pen. prod. fœ. gen. (κέλης,) Nauigium breue dictum à celeritate, autore Nonio. Plaut. Capt. 13. 105, Vidi in publica celoce. Liu. 1. bel. Pun. 59, Naues ducentæ triginti, quinqueremes, celoces triginti deductæ. Varro in Marco apud Marcellum, Nautæ remiuagam mouent celocem. Phaleucius est uersus.

Celsus] Plagiarius carmine Horatij notißimus, 1. Epist. 3. 3,

Quid mihi Celsus agit monitus, multumq; monendus, etc.

Alter fuit Cornelius Celsus, cuius medicinam habemus. Huius meminit Quintilianus.

Celsus] ὑψηλὸς, Adiectiuum, Altus, sublimis, excellens: à Cello antiquo uerbo: unde compositum Excello. Festus, Celsus ex Græco κέλης dictus. Plin. libro 13. cap. 24. 3, Firmiores, celsioresq; infantes fore. Cic. 2. de Nat. deor. 210, Quæ primùm eos homo excitatos, celsos & rectos constituit.

Celsus & erectus. Cic. 5. Tusc. 60, Qui autem poterit esse celsus, & erectus, & ea quæ homini accidere possunt, omnia parua ducens, &c.

Status celsus & erectus. Cic. in Orat. 33. De gestibus oratoris.

Celsior armis, Superior & potentior. Valerius, lib. 2. 110.

Cunctis celsior. Claud. de bel. Get. 87.

Celsus corpore. Liu. 10. bel. Pun. 153.

Celsa cristis auis. Plin. lib. 10. cap. 21. 2.

Honore celsus. Ouid. epist. 10. 26.

Vertice celsior. Claud. de bello Get. 16.

Arx celsa. Virg. 1. Aeneid. 12.

Caput celsum, Altißima pars corporis. Senec. Hippol. 5. 14.

Colles celsi. Seneca Agamemnone, 2. 8.

Collum celsum. Ouid. 11. Metam. 72.

Corpus celsum, id est, magnum. Silius, lib. 3. 47.

Eques celsus. Statius lib. 1, Sylu. 4. 9.

Os celsum

Digitized by Google

Os celsum dicitur respectu totius corporis, quasi in alto positum. Claud. de raptu Proserpinæ, 1.17,

—tum talia celso Ore tonat. Id est, clara uoce: quod irato maximè conuenit, uel ex alto loco. Parrhasius. Idem in Paneg. 9.

Puppis celsa. Virg. 3. Aeneid. 105. Idem, lib. 4. 80,

—littore celsas Deducunt scopulo naues.

Regia celsa. Ouid. epist. 1.7.

Celsissima sedes honoris & dignitatis. Cic. pro Sylla, 3.

Sonipes celsus. Seneca Hippol. 10.3.

Sylua celsa. Valer. lib. 6.16.

Turres celsæ. Horat. 2. Carm. ode 10.2.

Vertex montis celsus. Cic. 1. de Diuinat. 21.

Vrbs celsa. Virg. 3. Aeneid. 59.

Gradi celsa. Seneca Agamemn. 7.26,

Graduráq; celsa. Hoc est incedit erecta.

Celtæ] κελτοί, Populi sunt Galliæ inter Sequanam & Garumnam amnes, sic à Celto Polyphemi filio dicti, ut scribit Appianus. Celtarum autem clarissimi sunt Hedui, ut Aquitanorum Ausci, & Belgarum Treueri. Pomponius, lib. 2. Vide Commentaria Cæsaris.

Celtiaca] Oppidum est Hispaniæ Bœticæ, in conuentu Hispalensi. Plin. lib. 3. cap. 1.

Celtiberi] κελτίβηρες, Populi Hispaniæ, qui à Celtis originẽ ducunt. Nam Celtæ Gallorum populi, relicta quondam prouincia, Iberiam Hispaniæ regionem habitauere. Vide compósito ex utraq; gente nomine, Celtiberi appellati sunt. Horum meminit Strabo, lib. 3. & Plin. lib. 3. cap. 3. Luca. li. 4. 2.

—profugiq; à gente uetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis. Silius, lib. 3,

Venere & Celtæ sociati nomen Iberis. Martial. lib. 1.17.

Celtiberia, (κελτιβηρία,) Regio Celtiberorum: & est propriè ea pars quæ intra Iberum continetur. Plin. lib. 4. cap. 22.

Celtiberia cuniculosa. Catul. epig. 37.3.

Celtibericus, pen. corr. (κελτιβηρικὸς,) Adiectiuum à Celtiberia deductum, unde Celtibericum bellum, & Celtibericam cladem dicimus. Vide Plinium, lib. 33. cap. 3. 2.

Celtiberius, aliud Adiectiuum. ut Celtiberia terra. Catul. epig. 37.5.

Celtica] pen. corr. (κελτική,) Tertia Galliæ pars. Plin. lib. 4. cap. 17, Gallia (inquit) Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta. A Scalde, ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademq; Lugdunensis: Inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica antè dicta.

Celticus, (κελτικὸς,) Adiectiuum: ut Celticus cruor. Silius, lib. 5. 29. Et lib. 1.10. Rura Celtica. Et lib. 4.38. Furor Celticus.

Celticum] κελτικὸν, Promontorium est Hispaniæ citerioris, in Gallicorum tractu in Oceanum, Occidentem uersus longissimè excurrẽs. Idem cum eo quod Ptolemæus Nerium, & uulgus nautarum hodie finem terræ appellat. Vide Pompo. Melam, lib. 3.

Celtis] Genus est eximiæ testudinis, sed rarè, quam Troglodytæ, ad quos adnatat, ut sacram adorant. Cornigera est, ut in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuuat. Ex Plin. lib. 9. cap. 10.

Celtis] λώτος, Est arbor insignis, magnitudine pyri, in Aphrica, & potissimum circa Syrtes nascens, quæ alio nomine Lotos appellatur. Incisuræ in fólijs crebriores faciũt ne ilices uideantur: fructui magnitudo fabæ, color croci: tam dulcis ibi cibus est, ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. lib. 13. cap. 17.

Celydrus] Chelydrus lege.

Cema] Narbonensis prouinciæ fluuius ex Alpium monte Cemeno profusus. Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemelion] Oppidum Liguriæ, non procul à portu Herculis Monœci: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Quidam Cemelleo scribunt, alij Cemellio.

Cemeneleum] κεμενέλεον, Vrbs in Alpibus littoreis, autore Ptolemæo. Vulgò Cemellio.

Cementum] Vide Cæmentum.

Cemenus] Mons Narbonensis Galliæ non procul à Varo fluuio ex quo Cema amnis profluit, unde & monti nomen factum uidetur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemus] κεμὸς, Herba est apud Plin. lib. 27. cap. 8, cuius descriptionem se idcirco prætermittere ait, quòd solis in amatorijs usum habeat. Dioscorides, lib. 4, eandẽ esse ostendit cum Leontopodio. Cemũs autem uidetur appellata ex floris siue calycis figura: quoniã pixidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in sublectum uasculum, quod Cadiscum uocabant, demitti consueuerant. Vide Ruellĩu, lib. 3. cap. 130.

CEN. AR. uel CEN. A. Censoris arbitratu. CENT. Centenariũ, uel Centurio. CENTN. Centuriones. CENS. uel CENS. P. Censor perpetuus uel peregrinus.

Cenæum] κηναῖον, Eubœæ promontoriũ autore Strabone, lib. 10. Vbi Hercules à deuicta Oechalia reuersus, Ioui aram extruxit. Hinc

Cenæus Iuppiter. Ouid. 9. Metam. 28. de Hercule.

Cenchramides] κεγχραμίδες, Ficorũ grana, ita dicta à milij similitudine, quod Græci κέγχρον uocant. Plin. lib. 15. cap. 19, frumenta appellat, Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

Cenchreæ] κεγχρέαι, Peloponnesi oppidum est prope Corinthum in Isthmo ipso, iuxta fanum Neptuni, quem Strabo ob id Isthmium appellat. Autor Pomponius, lib. 2. & Plin. lib. 4. cap. 4. & 5.

Cenchreus, pen. prod. (κεγχρεὺς) Adiectiuum: ut Cenchreæ manus apud Statium, 4. Thebaid. 12.

Cenchrias] κεγχριὰς, Herpetis genus est, qui morbus à medicis finiri solet, Membri mortificatio, ac cum putredine & mollificatione dissipatio. Dicitur autem cenchrias, quoniam pustulæ succrescunt milij similitudine, quod cenchrum uocant. Vide Cel. lib. 30. cap. 15.

Cendeuia] Palus in Phœnice, intra montis Carmeli radices, ex qua creditur nasci Belus amnis, 5. M. pass. spatio in mare perfluẽs iuxta Ptolemaidẽ coloniã. Ex Plinio, lib. 36. ca. 26.

Cenchris] huius cenchris, Genus serpentis uenenosi. Plin. lib. 20. cap. 22. 10, Aduersus serpẽtes efficax, maximè cenchrim & scolopendras terrestres ac marinas.

Cenchris, huius cenchridis, fœ. g. Genus accipitris. Plin. lib. 29. cap. 6. 20. Turturis fimum albugines extenuat: item cochlearum cinis fimum cenchridis: accipitrũ generis hanc Græci faciunt.

Cenchrites] pen. prod. cenchritæ, masc. ge. Gemmæ species, quæ ueluti sparsa milij grana habere uidetur. Vide Plin. lib. 37. cap. 11.3.

Cenchrius] κεγχρεύς, Ioniæ amnis est ad Ephesum, Caystro proximus. Tacitus, lib. 3.

Cenchron] Adamantis genus est, quod fit milij magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. lib. 37. cap. 4.3.

Ceneia] κηνηὶς, Filia Cenei, quæ ad Atalanta dicitur: Ouid.

Talia dicentem molli Ceneia uultu Aspicit.

Ceneus] Vide Cenæus.

Cenina] Vrbs quæ fuit uicina Romæ, à Cenite cõditore. Fest.

Cenis] Vide Cænis.

Cenites] Viri propriũ, qui Ceninam urbem condidit. Festus.

Cenomanni] κηνομανοὶ, Galliæ Geltice siue Lugdunensis populi uulgò notissimi. Horum meminit Plin. lib. 4. cap. 18.

Digitized by Google

fuerunt & Cenomanni Italiæ populi, in quorum agro Cremona fuit & Brixia, eodem Plinio autore, lib. 3. cap. 19. Cenomanni Galliæ, uulgò Le Maine.

Cenotaphium] cenotaphij, (κενοτάφιον,) Imaginarium sepulchrum: quale Virgilius describit, lib. 3. Aeneid. Solennes tum fortè dapes & tristia dona, &c. Quo loco Seruius tumulum inanẽ, cenotaphium esse dicit. Græcè κενὸς inanis dicitur: & τάφος sepulchrum: unde nomen compositum. Suetonius honorariũ tumulũ appellat in Claud. Cæterum (inquit) exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps statо die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publicè supplicarent. Quibus uerbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic uocari possunt hodie, quas representationes in anniuersarijs exequijs uocamus. Hæc ex Budæo Florentinus Iurisconsultus in l. monumentum. ff. de religiosis & sumptibus funerum, Monumentũ generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus, uel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum. Si uerò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum: quod Græci cenotaphium appellãt. Vlpianus eodem titulo l. Vel quæ, idem uidetur innuere, Si adhuc monumentum purum est, poterit quis hoc & uendere & donare: si cenotaphium sit. posse hoc uenire dicendum est. nec enim hoc esse religiosum Diui fratres rescripserunt.

Censeo] censes, censui, censum (οἶομαι, νομίζω, ἀξιόω,) censere, Putare significat, autore Festo: siue arbitrari, ut uult Donatus. Terent. Adel. 4. 2. 4. 1, Censen' hominem me esse? Ibidem 4. 5. 23, Quid istas censes?

Censere, (ἀποφαίνεσθαι,) Est quod uulgò opinari uocant. Id est, sententiam suam explicata ratione approbare audientibus. Plinius in epistolis, Iam censendi tempus dixit Domitius Consul designatus. Hæc Budæus. Iabolenus de Verb. signifi. Censere, est constituere & præcipere. Vnde etiam dicere solemus, Censeo ut hoc facias. Et Senatum aliquid censuisse. unde Censoris nomen uidetur esse tractum. Hactenus Iabolenus & Modestinus in l. censere. ff. de uerb. & rerum signif. Cic. 7. Verr. 137, Magnopere censeo desistas. Idem Lentulo, lib. 1. 1. 8, Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex ijs qui cum imperio sunt: Bibulus tres legatos ex ijs qui priuati sunt.

Magnopere censeo. Vide Magnus.

Sentire & censere. Cic. ad Brutum, 15. 17.

Censeo ut. Cæsar, 1. bel. Ciuil. 5, M. Calidius censebat ut Pompeius in suas prouincias proficisceretur. Cic. 4. Acad. 114, Illud uerò non censuerim, ut eius autoritate moueare. Idem, 3. Philipp. 150.

Censere dicitur Senatus, & populus iubere. Liuius, 7. bel. Macedo. Senatus eam pacem seruandam censuit: & paucos post dies populus iussit. Cic. in Catil. 58, Quid senatus censuerit exponam.

Censere, Decernere, inquit Festus: & est iudicum in consessu sententiam dicentium.

Pellendunt censuerunt armis à suis mœnibus. Cic. pro Flac. 46.

Censere pro Sententiam dicere, & opinari, inquit Budæus. In l. ultima. ff. de senatoribus.

Territorium censere, pro Imperare territorio censum. l. 1. C. in quibus causis pignus uel hypotheca tacitè contrahitur.

Censere, Dicere. Plaut. Stich. 8. 22, Non edepol possum. G. quid grauare? censeas.

Censeri, (τιμᾶσθαι) In censum ascribi à Censoribus. Cic. 4. Verr. 67, Quinto quoq; anno Sicilia tota censetur. erat censa Prætore Peduceo: quintus annus quum te Prætore incidisset, censa denuo est.

Ne absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 11.

Sub lustrum censeri. Cic. 1. ad Atticum, 13. 11.

Prædia censeri. Cic. pro Flacco, 62.

Modum agri censeri. Cic. pro Flacco, 62.

Censeor, censeris, census sum, censeri, Verbum deponens, idem quod Censere, profiteri, siue deferre in censum apud Censores. Cic. pro Flacco, 62, Verùm esto, glorioſus fiusti, uoluisti magnum agri modum censeri & illius agri qui diuidi plebi Romanæ non potest. Census es præterea numeratæ pecuniæ c x x x. eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census est mancipia Amyntæ: neq; huic ullam in eo feciſti iniuriã: possidet enim ea mancipia Amyntas. ac primò quidẽ pertimuit, quũ te audisset seruos suos esse censum.

Censendi causæ. Cic. 2. Verr. 32, Quæ conuenit uno tempore undiq;, comitiorum, iudiciorum censendiq; causa.

Censere, pro non assentiri. Suetonius in Augusto, cap. 35, Vt perinde quisq; animum intenderet, ac si censendum magis, quàm assentiendum esset. Budæus.

Censeri, (ἀποδέχεσθαι) Aestimationem, autoritatemq; assequi, in precio haberi. Cic. pro Archia poeta, 10, Atq; hoc ideo mihi concedendum est magis, quòd ex his studijs hæc quoq; censetur oratio & facultas, &c. Id est, precium & æstimationem meretur, & in primis laudatur. A Græcis ἀποδέχεσθαι dicitur. Hæc Budæus. Legitur in emendatioribus codicibus, crescit oratio. Plin. lib. 8, Animalia igitur quædã bruta naturali quadam intelligentia prædita propter ea censentur.

Censere atq; æstimare. Cic. in Paradoxo ultimo, 61.

Laude alicuius censeri, id est, probari. Claud. epig. 22. 14. De Serena regina.

Aetatẽ in censendo significare necesse est. Vlpianus in Lætatem. ff. de censibus.

Censere, Irasci. Varro, Ne uobis censeam, si ad me referetis.

Census, Adiect. ut Censui agri, à censendo propriè dicti, qui emi & uenire iure ciuili poterant. Ex Festo.

Censio, Verbale, (τίμησις) Aestimatio: unde Censores. Festus, Censionem facere dicebatur censor, quum multam equiti irrogabat. Plaut. Rud. 28. 9, Assume quidem, ne censionem semper facias.

Censio hastaria dicebatur, dum militi multæ nomine ob delictũ militare indicebatur, quòd hastas daret. Festus.

Censitor, pen. prod. censitoris, (τιμητής,) Verbale ab antiquo uerbo Censio quarti ordinis, Idem quod censor. Vlpianus in l. forma. §. illam æquitatem. ff. de censibus, Illam æquitatem debet admittere Censitor, ut officio eius congruat. Pomponius in l. ergo. §. alluuio. ff. de acquir. rer. domi. Flumina enim censitorum uice funguntur: ut ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum.

Censor, censoris, (τιμητίας,) à censendo dictus est. Festus, Censores dicti, quòd rem suam quisq; tanti æstimare solitus sit, quantum illi censuerint. Varro de Lingua Latina, Censor, ad cuius censionem, id est arbitrium censeretur populus. Asconius in Diuinationem Ciceronis de notis censorijs loquens, ita inquit, Regendis moribus ciuitatis censores quinto quoq; anno creari solebãt. Hi prorsus ciues sic notabant, ut qui Senator esset, ejiceretur Senatu: qui eques Romanus equum publicum perderet, qui plebeius in Ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret. Hactenus Asconius. Cic. 3. de Legibus 10, Censores, populi æuitates, soboles, familias, pecuniasq; censento, &c. Idem eodem lib. 67, Græci hoc diligentius apud quos νομοφύλακες creantur, nec ij solùm literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesq; reuocabant. Hæc detur cura censoribus: quandoquidem eos in Repub. semper

ſemper uolamus eſſe. Apud eoſdē, qui magiſtratu abierint, edant & exponant quid in magiſtratu geſſerint: deq; iis Cēſores præiudicent. Vide Liuium, 1. Decad. lib. 4. ubi docet, Cenſores ab agendo populi cenſu nomen fuiſſe ſortitos.

Cenſor & caſtigator. Horat. in Arte, 36.

Morum cenſor. Horat. in Arte, 36.

Magiſter diſciplinæ, & ſeueritatis Cenſor. Cic. pro Cluent. 102.

Magiſter morum Cenſor. Cic. ad Appium Pulchrum, li. 3. 1. 3. 7.

Præfectus moribus Cenſor. Cic. pro Cluentio, 102.

Rigidus Cenſor. Iuuenal. Saty. 11. 10.

Sanctiſſimus Cenſor. Quintil. lib. 4. in procœmio, 3.

Cenſoribus uectigalia locare niſi in conſpectu Populi Rom. nō licet. Cic. 1. Verr. 4.

Animum cenſoris ſumere. Horat. 2. Epiſt. 2. 22.

Cenſorius, (τιμητικὸς) Adiect. Quod ad Cenſorem pertinet.

Cenſoria animaduerſio & autoritas. Cic. pro Cluentio, 92. Cenſoria caſtigatio. Plin. lib. 18. cap. 6. 1. Et paulò pòſt, 94.

Grauitas cenſoria. Cic. pro Cælia, 26.

Homo cenſorius, Qui cenſuram geſſit. Valla, lib. 4. ca. 84. Cic. 2. de Oratore, 198, Quid enim poterit dicere? Conſularem ſe eſſe hominem & Cenſorium?

Iudicium rationemq; cenſoriam tenere. Cic. in Piſonem, 7.

Nota cenſoria. Quintil. lib. 5. cap. 11. 11.

Lex cenſoria. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 52.

Ratio cenſoria. Cic. in Piſonem, 7.

Seueritas cenſoria. Cic. in Piſonem, 6. Et pro Cluentio, 102.

Subſcriptio cenſoria. Quintil. lib. 5. cap. 13. 26.

Cenſoriæ tabulæ. Cic. pro Cluentio, 31.

Virgula cenſoria. Quintil. lib. 1. cap. 2, Veteres grammatici nō uerſus modò cenſoria quadam uirgula notare, &c.

Cenſorium non eſt. Cic. pro Cluentio, 102, Hominum delictum, fortunæ iudicio committere, minimè cenſorium eſt.

Cenſura, ræ, pen. prod. (τιμητία) Cenſoris officium, ad quem iura morum ſpectant. Plin. lib. 14. cap. 4. 1, Catonum ille primus, triumpho & cenſura ſuper cætera inſignis.

Annua & ſemeſtris cenſura. Liu. lib. 4. ab Vrbe, 102.

Quinquennalis cenſura. Liu. lib. 4. ab Vrbe, 101.

Agere cenſuram. Ouid. 6. Faſt. 130.

Peragere cenſuram. Vide Perago.

Cenſuræ lex. Propert. lib. 4. eleg. 12. 9.

Cenſuram uiui facere. Plin. lib. 14. cap. 6. 11.

Cenſura, Reprehenſio, correctio. Plin. Paneg. 73, Nā uita principis, cenſura eſt, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur.

Cachinni cenſura. Iuuenal. Saty. 10. 4.

Vexat cenſura columbas. Iuuenal. Saty. 2. 7.

Cenſus, (τιμώμενος) Participium, ſiue Nomen ex participio, pro diuite, ut ait Aſconius. Cic. 3. Verr. 73, Is quum haberet unicam filiam, neque cenſus eſſet, quod eum natura hortabatur, lex una prohibebat, fecit ut filiam bonis ſuis hæredem inſtitueret. Ibidem 78, In his nuper Annia ea de multorum propinquorum ſententia, pecuniosa mulier, quòd cenſa non erat, teſtamento fecit hæredem filium. Id eſt, neq; centū millia ſeſtertium poſſideret. nam more ueterum Cenſi dicebantur, qui centum millia in profeſſione detuliſſent, huiuſmodi adeò facultates Cenſus uocabantur. Aſconius.

Cenſus, huius cenſus, (τίμημα, οὐσία, ἐπιγραφὴ) dicebatur eſtimatio rerum ac bonorum facta: ſecundum quam tributa pendebantur, unde cenſum agere, eſt recenſere hominum facultates. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 185, Cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio. Valla in Raudenſem, Cenſus, eſt id quod principi per capita ſoluitur, ſiue per focos: unde quis dicitur ſoluiſſe aut non ſoluiſſe cenſum.

Cenſui cenſendo eſſe. Cic. pro Flacco, 61, illud quæro, ſunt ne iſta prædia cenſui cenſendo?

Vitia cenſuum. Vlpianus in l. uitia. ff. de cenſibus, Vitia priorū cenſuum nouis profeſſionibus euaneſcunt.

Impudens locupletum cenſus. Cic. ad Brutum, 18. 6. Idem pro Cluentio, 112.

Habere cenſum. Cicero, 4. Verr. 91, In cenſu habendo poteſtas omnis eſtimationis habendæ, ſummæq; faciundæ Cenſori permittitur.

Impendere cenſum. Cic. ad Att. lib. 4. 79. 1.

Liberari cenſu. Cic. pro Cecinna, 71.

Seruare cenſus. Cic. Verr. 44, Cenſus, qui iſto Prætore ſunt habiti, non ſeruaturum ſe Metellus oſtenderat.

Cenſus, Quicquid fortunarum quis habet. Iuuenalis,

Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet Quæſtio.

Cic. 2. de Leg. 106, A quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, &c.

Cenſus & fortunæ. Vlpianus in l. cogi. ff. ad Trebellianum, Si patrimonium fuerit rogatus, & ſi facultates, & ſi quicquid habeo, & ſi cenſum meum, & ſi fortunas meas, & ſi ſubſtantiam meam, & ſi peculium meum teſtator dixerit, &c.

Aeſtimatio cenſus. Cic. in Parad. 64.

Breuis cenſus, id eſt, tenuis. Horat. 2. Carm. ode 15. 3.

Exiguus cenſus. Horat. 1. Epiſt. 1. 9.

Exuperans cenſus cuncta patrimonia. Iuuenal. Saty. 10. 21.

Indomitus cenſus. Iuuenal. Saty. 14. 18.

Intactus cenſus. Lucan. lib. 3. 32.

Magnus cenſus. Iuuenal. Saty. 14. 21.

Miſera eſt magni cuſtodia cenſus. Iuuenal. Saty. 14. 31.

Priuatus cenſus. Horat. 2. Carm. ode 15. 3.

Tenuis cenſus, & homo tenui cenſu. Horat. 1. epiſt. 7, 11.

Diues antiquo cenſu. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 34.

Sine cenſu homo. Cic. pro Flacco, 41, Nunc uerò quid putem, Trallianos Meandrio cauſam commiſiſſe, homini egenti, ſordido, ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu?

Germanicus agendo Galliarum cenſu intentus. Tacit. lib. 1.

Nobilitate cenſus nō maior. Ouid. 9. Metam. 135. Id eſt, tam nobilis quàm diues.

Cultus maior cenſu. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 65.

Augere cenſus reditu quodam. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 9.

Omni cenſu maiorum carere. Iuuenal. Saty. 1. 7.

Ex cenſu tributa conferre. Cic. 4. Verr. 91.

Honores dat cenſus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 11,

Ianua pauperib. clauſa eſt, dat cēſus honores. Idē. 1. Faſt. 44.

In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores:
Cenſus amicitias: pauper ubiq; iacet.

In cenſu dedicauit prædia. Cic. pro Flacco, 61.

In cenſum deferre. Vlpianus in l. forma. §. lacus. ff. de cenſibus, Lacus quoque piſcarios, & portus in cenſum dominus debet deferre.

Demittere cenſum in uiſcera, Eſt abligurire bona. Ouidius, 8. Metam. 171.

Eruitur cenſus. Lucanus, lib. 3. 32.

In cenſum irrepſiſſe. Cic. pro Cor. Balbo, 3, Non enim furatus eſſe ciuitatem, non genus ſuum mentitus, non in aliquo imprudenti mendacio delituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur.

Partus per uulnera cenſus. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 2, Id eſt diuitiæ bello partæ.

Requirere cenſus. Cic. pro Archia poeta, 7.

Cenſualis, & cenſuale, pen. prod. (τιμητικὸς) Vlpianus in l. Forma. ff. de cenſibus, forma cenſuali cauetur, ut agri ſic in cenſum referantur.

Lex cenſualis. Alciatus in librum primum Tacti; Quæ regiones uis ciuitatis Romanæ non habebant, grauioribus tributis uexabantur: cenſuali enim lege profiteri cogebātur quot

Digitized by Google

capita essent in qualibet familia, quot iugera terræ, quot seruos quis haberet. sed & de lacubus piscatorijs census soluendus erat Vlpiano Paulóq; iureconsulto.

Vincula censualia. Vlpianus in l. forma. §. siquis inquilinum. ff. de censibus, Siquis inquilinum uel colonum non fuerit professus, uinculis censualibus tenetur.

Centauretus] Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiso equo eius potitus, eum ouans conscendit. Quod ille indignè ferens, præceps in abrupta desilijt, unáq; cum sessore est examinatus, ut ex Philarchi sententia refert Plinius, libro 8. cap. 42.

Centauri] qui & Hippocentauri, (κένταυροι) Thessaliæ populi, habitantes secundum Pelium montem. Author Plin. lib. 7. ca. 56. Fabulæ aiunt Centauros esse semiferos, hoc est, superiore parte homines, inferiore autem equos, ita ut Centaurus nihil aliud sit quàm homo sine pedibus, & equus sine capite. Quidam ioco dixit in natura Centauri equum eructare hominem, & hominem cacare equum. Veritas historiæ hoc habet. Centauri, populi sunt Thessaliæ, secundum Peliũ montem habitantes, dura sanè & agrestis natio. Hi primi ex equis pugnare inuenerunt: quum antè equis uehi Bellerophon, frænis & ephippijs uti Pelotronius inuenissent. Hinc igitur datus fabulæ locus, & à stimulando calcaribus equo, Centaurus appellatus est: propter quod et Hippocentaurus, hoc est, equi stimulator est dictus. Centaurorum nomina qui magis insignes fuerunt, hæc sunt, Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros, Pholus, qui suscepisse Herculem hospitio dititur. Luca. lib. 6. 78, Hospes & Alcidæ magni Phole.

Bimembres Centauri. Gellius, lib. 3. 9.

Feri Centauri. Lucret. lib. 2. 81.

Furentes Centauri. Virg. 2. Georg. 92.

Nubigenæ, & Bimembres Centauri. Virg. 8. Aeneid. 59.

Ixionidæ Centauri, Hoc est, Ixionis filij. Ixion enim amatam Iunonẽ de stupro interpellauit. Illa conscissa Ioui est, & ex eius uoluntate nubem in suam formam conuersam Ixioni obtulit. Vnde feruntur nati esse Centauri. Seruius in illud 6. Aeneid. Centauri in foribus stabulant.

Sæuus Centaurus. Ouid. 12. Metam. 44.

Semiferi Centauri, id est, semiequi. Lucan. lib. 6. 78.

Semihomines Centauri. Ouid. 12. Metam. 109.

Truces centauri. Seneca Hercule furente, 9. 33.

Centaurus, Nomen nauis, apud Virg. lib. 5. Aeneid. 25.

Centaureus, (κενταύρειος) Adiectiuum: ut Centaurea rixa. Horat. 1. Carm. ode 18. 2.

Centauricus, (κενταυρικὸς) aliud adiect. ut Lustra Centaurica, apud Stat. 1. Ach. 54.

Centauria] siue Cẽtaurion, (κενταύριον τὸ μέγα, κενταύριον τὸ μικρόν) Genus herbæ. Est autẽ centaurion minus & maius. Plin. lib. 25. cap. 6. 3. Centauria dicitur curatus Chiron, quum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedẽ: quare aliqui chironion uocant. Centauria maior est illa radix quæ à Pharmacopolis appellatur Reuponticum, Centaurea autem minor à Senensibus uocatur Biondella, Matthiolus Senensis. Ruell. lib. 3. cap. 6. & 7, dicit Centaurium maius, esse eam herbam, quæ ab officinis (quanquam falsò) reuponticum nominatur. Centaurium autẽ minus (inquit) cognomine, quòd aliqui Libadion uocãt, quoniam secundũ fontes nascitur: alij Limnesion, quòd propter lacus in riguis ubertim prosiliat: officinis hodie Centauria minor, Latinis fel terræ propter amaritudinem summã, nonnullis febrifragia uocitatur, &c. Vide illis locis plura.

Centaurea, per secundam uocalem e, in penultima legitur apud Virgilium, lib. 4. Georg. 54,

Cecropiumq; thymum, & graueolentia centaurea. Lucret. 4. 25,

Abrotaniq; graues, & triftia centaurea.

Centaurides] κενταυρίδες, Genus ornamenti muliebris, apud Pollucem, lib. 5. cap. 16.

Centaurium] Medicamentum à Chirone Centauro inuentum, ut ait Festus. Vide Centauria.

Centaurus] ἔυηνος, Fluuius Aetoliæ est, qui prius Euenus dicebatur, post Nessi centauri mortem ab Hercule interfecti, à poetis Centaurus uocitatus.

Centenarius, Centenus, Centesimus, Centies] Vide Centum.

Centifolia] ἑκατόφυλλον, Rosa, de qua Plinius, lib. 21. cap. 4. 3.

Centigranum] penult. prod. Genus tritici. Plin. libro 18. cap. 10. 5.

Centimanus] ἑκατόγχειρ, pen. corr. Qui centum manus habet: cuiusmodi fuisse Briareum gigantem refert Virgil. 6. Aeneid. Ouid. 3. Metam. 30,

Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa.

Centimanus Gyges. Horat. 3. Carm. ode 4. 14.

Centinodia] Herba quæ & genicularis à Latinis, à multis nodis & geniculis dicta, & eadem ratione à Græcis polygonon appellata est, & polygonaton. Sunt & qui sanguinariam appellent. Plin. libro 27. capite 12.

Centinum] κέντινον, Vrbs Vmbrorum in Italia, Ptolem. hodie Sentium.

Centipeda] pen. corr. Vermis, de quo sic Plin. lib. 29. cap. 6. 27, Millepeda, ab alijs centipeda, aut multipeda dicta, Animal est è uermiculis terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúq; contrahens se. Quidam eum uermẽ esse autumant, quem nos uulgò Clauiportam appellamus. Sed fallũtur: pilosus enim non est. Rectius igitur Campen intellexeris: uulgò Chenile

Centipellio] centipellionis. Plin. lib. 28. cap. 9. 25, de hircis. Testes quoq; eius inuetẽrati, uel genitale maris salutariter dantur in uino: Item uentres quicentipelliones uocantur.

Centipes] ἑκατόμπους, Piscis est alio nomine Scolopendra dictus. Dicitur à terrestris Scolopendræ similitudine. Hic hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum egerat, deinde resorbet. Author Plin. Lib. 9. cap. 43.

Cento] centonis, m. g. (κέντρων) Sipontinus, Centones à uillorum multitudine: quoniam finitus numerus pro infinito ponitur. Sunt enim stragula crassiora uillis passim pendẽtibus, quibus & lecti utilissimarum personarum sternuntur, & tabernacula, omniśq; castrensis supellex pluuioso tempore uelatur. Sisenna, lib. 3. histor. Aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtegũtur. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33, Centonesq; insuper iniecerũt. ne aut tela tormentis missa contabulationem perfringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterent.

Cento, Genus uestimenti rustici. Colum. lib. 1. cap. 8. 6, Cultam uestitamq; familiã magis utiliter, quàm delicatè habeat, munitamq; diligenter à uento, frigore, pluuiáq; quæ cũcta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, uel sagis cucullis. Cato, cap. 2. 2.

Centones, Vestes è uarijs panniculis, ac diuersis etiam interdum coloribus consarcinatæ. Iuuen. Saty. 6. 13, Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Ad harum similitudinem centonẽ uocant carminis genus, ex diuersis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atque illinc accersitis, contexium, quasiq; consutum: Græci κέντρωνας, appellant addita litera, quam abijciunt Latini. Extant adhuc Homerocentones & Virgiliocentones Probæ mulieris. Ex Erasmi Chiliadibus.

Centones

Digitized by Google

Centones farcire alicui, Prouerbiũ in Epid. 10.19, Plaut. Quin tu, alium quæras, cui centones farcias. Id est, quem tu glorioſis mendacijs & conſarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines glorioſi mendacium aliud ex alio connectere: nullum facientes, neque finem, neque modum. Eraſmus in Chiliadibus.

Centunculus, pen. corr. Diminutiuum, (κεντρώνιον) Liu. 7. ab Vrbe, 62, Mulis ſtrata detrahi iubet: biniſq; tantum centunculis relictis, &c.

Centunculus, Herba, de qua Plin. li. 24. c. 15. 8, Itali centunculum uocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in armis: Græci autem clematidem.

Centrines] genus culicum. Plin. lib. 17. ca. 27, Eſt & aliud genus culicũ quos uocant centrinas, fucis apum ſimiles ignauia malitiáq;, cum pernicie uerorum & utilium. Interimunt enim illos, atq; iſti moriuntur.

Centrones] Fures dicebantur manifeſtarij, quoniam dum in quæſtione haberentur, ſtimulos, quæ uocant centra, illis admouere mos fuit: unde Centrotypi uocantur, aurigæ, qui ſtimulis equos exagitant. Hæc Cæl. lib. 10. cap. 3.

Centrones] Alpini populi, Octodurẽſibus finitimi, in quorum tractu Salluſtianum æs repertum eſt, quod aliquandiu maximo fuit in pretio. Vide Plin. libro 3. cap. 20. & libro 34. cap. 2.

Centrum] centri, (κέντρον) Punctus in medio circuli, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, ſunt inter ſe æquales, ἀπὸ τῦ κεντεῖν. Cic. 1. Tuſcul. 62, Perſuadent enim Mathematici terram in medio mundo ſitam ad uniuerſi cæli complexum, quaſi puncti inſtar obtinere, quod κέντρον illi uocant.

Centrum ſolis Plin. lib. 18. cap. 29. 2.

Centra, in arboribus & in marmore quæ dicantur, declarat Plin. lib. 16. cap. 39. 10. Inueniuntur (inquit) in quibuſdam, ſicut in marmore, centra, id eſt, duritia clauo ſimilis, inimica ſerris.

Centralis, & hoc centrale, pen. prod. (κέντρι&) ut Terra centralis, quæ eſt in medio mundi. Plin. lib. 2. cap. 23. 3, Quoniã terra centralis interueniat.

Centroſus, penult. prod. Adiectiuum. (κεντρώδης,) ut Centroſa ſcobs, id eſt, limatura admodum dura, ueluti centrum, quod in marmore uel iunipero inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 7. 6, Adulterantur uitro ſimillimæ, ſed cote deprehenduntur, ſicut aliæ gemmæ factitiæ. mollior enim materia & fragilis, & centroſa ſcobe deprehenduntur: & pondere, quod minus eſt uitreis, & aliquando puſtulis argenti modo relucentibus.

Centum] ἑκατόν. Nomen numerale indeclinabile.

Centum dies. Cic. pro Milone, 45.

Centum, indefinitè pro pluribus nonnunquam à poetis accipitur. Sic centum greges, apud Horat. 2. Carm. ode 16. 7. & centum iuuenci, apud eundem lib. Epod. 17. 8. & Centum puer artium, 4. Carm. ode 1. 3.

Centies, (ἑκατοντάκις) Aduerbium: ut Centies circunſpicere prius, quàm, &c. Plaut. Rudente, 24. 124.

Centies dicere. Plaut. Pſeud. 20. 117. Terent. Heaut. 5. 1. 8.

Centies facta ſyngrapha. Cic. 2. Philip. 96.

Centies H S. reliquit. Cic. ad Atticum, lib. 2. 35. 5.

Centies uicies prælatus. Plin. lib. 7. cap. 28. 1.

Centies & octogies, uel Centies & tricies. Cic. in Piſonem, 68. & 5. Verr. 140.

Centenarius, (ἑκατόντε&) & ſimilia in arius, denotant non multiplicationem ſui, ſed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ut Lapis centenarius, non quòd centuplus ſit, ſed centum librarum. Homo centenarius, non quòd ſit centũ geminus, ſed quòd habeat centum annos. Sipontinus. Centenaria pondera. Plin. lib. 7. cap. 20. 2.

Centenarius numerus gregum. Varro de Re ruſtic. libro 2. cap. 5. 17.

Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſſibus præter terræ nata impendebantur, id eſt, centum aſſibus: qui erant brebes nummi ex ære. Feſtus.

Centenus, pen. prod. Adiectiuum, (ἑκατόν,) Plin. lib. 11. cap. 37. 65, Iecur maximè uetuſtatis patiens centenis durare annis, obſidionum exempla prodidere. Id eſt, centum. Centena ſeſtertia pendere, uel capere ex prædijs. Cic. ad Atticum, lib. 6. 112. 5. & in Parad. 62.

Centena pondo dicebant antiqui referentes ad libram. Feſtus.

Centeni uiceni quini homines. Plin. lib. 7. cap. 49. 5.

Centena uicies LXXXIII. M. hominũ. Plin. lib. 7. cap. 26. 3.

Decies centena. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 3.

Decies centena milia. Plin. lib. 33. cap. 10. 1, Nõ erat apud antiquos numerus ultra centum milia, itaq; & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena milia, ut ſæpius dicantur.

Centenos annos excedere. Plin. lib. 7. cap. 2. 19.

Arbore centena fluctus uerberare. Virg. 10. Aeneid. 41. Id eſt centum ingentibus remis. Eſt autem auxeſis ad amplificandam exprimendamq; nauis magnitudinem quæ plures habuit remorum ordines, ut ait Seruius.

Aſſes centenos uicenos quinos diuidere. Liu. 6. bel. Mac. 156.

Eques centenus. Sta. 6. Thebaid. 43.

Iudex centenus. Ouidius ad Piſonem, 9. Id eſt, iudicium centum uirorum.

Centenæ manus, pro centum manus apud Stat. li. 10. Theb. 58.

Seſtertia centena. Cic. in Parad. 62.

Centeſimus, pen. corr. (ἑκατοστὸς) Adiectiuum: ut Centeſimum fructum ager attulit: hoc eſt, centies tantum, quantum ſemẽtis acceperat. Centeſima fruges, idem. Plin. lib. 5. cap. 4, Ita appellatur regio CCL. M. paſſuum fertilitatis eximiæ, cũ centeſima fruge, agricolis fœnus reddente terra.

Centeſima pars. Plaut. Capt. 7. 64.

Centeſimus dies. Plin. lib. 5. cap. 9. 14.

Centeſima, (ἑκατοστή, ἑκατοστεῖ& τόκ&) Genus uſuræ, de qua ſic Budæus. Atqui quũ hæc ratio centeſimæ duodenos nummos annuos, in ſingulos centenarios pariat, & menſtruos ſingulos: facilè patet ideo centeſimam dictam, quòd centeſimo menſe ſortem æquet. Vſurarum enim dies olim in ſingulos menſes cedere exiſtimabantur, ut hodie moribus huius urbis tertio quoq; menſe cedũt earum penſitationum dies, quæ precio legitimo accepto prædijs imponuntur, & mancipio dantur, & citra uitium, fœnoris inſtar habent. Dicitur etiam centeſima uſura, ideo (ni fallor) quia centeſimus nummus pro fœnore ſtatuitur. Centum enim nummi ſortis, pariunt ſingulos nummos menſtruos. Plin. ad Traianum, Pecuniæ publicæ domine prouidentia tua, & miniſterio noſtro & iam exactæ ſunt, & exiguntur: quæ uereor ne ocioſæ iaceant: nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt: nec inueniũtur qui uelint debere Reip. præſertim duodenis aſſibus, quanti à priuatis inueniantur. Diſpice ergo domine nunquid minuendam uſuram, ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes. Duodenos aſſes appellat plenam centeſimam, eo modo loquendi, quo nunc in ea re utimur, duodecimum denarium uel decimumquintum dicentes. Cicero in Frumentaria, 5. Verr. 141. obiicit Verri, quòd pecuniam ſibi attributam ad coemptionem frumenti publici, apud publicanos relictam, unde erat attributa, duabus centeſimis fœneratus ſit: duas cẽteſimas Cicero quatuor & uiginti aſſes in centenarios ſingulos dixit: Hactenus Budæus. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 5, Nam à Cæcilio, propinqui minore

minore centesimis nummum mouere non possunt.
Centesimæ usuræ. Plin. Epist. 205.
Obseruare centesimas. Cic. Attic. lib. 5. ep. 12.
Ducere centesimas perpetuo fœnore. Cic. Attico, lib 5. ep. 17.
Centiceps, pen. cor. huius centicipitis. pen. corr. (ἑκατογκέφαλος) dicitur qui cētum habet capita. Hor. 2. Car. ode 13. 7.

—illis carminibus stupens
Demittit atras bellua centiceps Aures.

Centumgeminus (ἑκατομπλασίων) Briareus, id est, centies duplex: secundum fabulas ipse est Aegœon. Seruius. Virg. Aeneidos, 58.
Centumuiri, pluraliter. Quum essent Romæ xxxv. tribus, quas & curiæ sunt dictæ. terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati sunt. & licet quinq; amplius quàm centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centūuiri sunt dicti. Festus. Cicero pro Cecinna, 49, Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Cētumuiros non tenuisse: quem ego antea non commemoraui.
Ad Centumuiros delata res. Cic. 1. de Orat. 85.
Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumuiri iudicarunt? Cic. 1. de Orat. 86.
Centumuiralis, & hoc centumuirale, pen. prod. (τῶν ἑκατὸν) Quod pertinet ad Centumuiros: ut Centumuirale iudicium. Cic. pro Cecinna, 39. Et 1. de Orat. 86, Quid quod item in Centumuirali iudicio certatum accepimus.
Centumuiralis hasta, dicta quòd Centumuiri, hasta in foro posita iudicarent. Vnde Tranquillus in Augusto, cap. 36. Author & aliarum rerum fuit, in queis ne acta Senatus publicarētur, &c. ut à cura erarij à Quæstoribus urbanis ad Prætorios Prætoresue trāsiret, ut Centūuiralem hastam quā Quæstura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogerēt. Valer. lib. 7, Notæ insaniæ Tuditanus testamento filium instituit hæredem. Quod T. Longus sanguine ei proximus, hastæ iudicio subuertere frustra conatus est. magis enim Centumuiri quid scriptum esset in tabulis, quàm quis eas scripsisset, considerandum existimauerunt. Budæus.
Centumuiralium partes. Quint. lib. 5. cap. 2. 2.
Centuplex, pen. corr. centuplicis, pen. corr. (ἑκατομπλασίων) ut Murus centuplex. Plautus Persa, 16. 8, Hæc nisi unde aberunt, centuplex murus rebus seruandis paruus est.
Centuplicatò, pen. prod. Aduerb. (ἑκατομπλασίως) ut Centuplicatò uæneunt. Plin. lib. 6. cap. 23. 11, Digna res, nullo anno imperij nostri minus HS. quingenties exhaurente India, & merces remittente quæ apud nos centuplicatò uæneant.
Centussis, huius centussis. Nummi species ad centum assium ualorem, qui erant nummi breues ex ære: ut Centusse licetur, id est centum assibus uenditur. Persius, Saty. 5,

Et centum Græcos curto centusse licetur.

Centussis, inquit Budæus, apud Lucilium, quadraginta sestertij erant, qui legem sumptuariam centussem uocitant, ob centum assium taxationem: ut author est Macrobius, in 3. Saturnalium. Idem Budæus alio loco, Centussem dicere possumus pro ea summa, quam alterniis propè uerbis negociatores cētum solidos appellant, ut decussem pro decem.
Centumcapita] pen. corr. Herba quam Græci heatonce phalon nominant, ex aculeatarum genere, & alio nomine eryngе alba, siue eryngium dicitur, caule & radice in cibos à Græcis recepta, siue coquere libeat, siue crudam sumere. Vide Plinium abundè de ea tractantem, lib. 22. cap. 8. 1.
Centumperanea] Insula, Paruum Italiæ oppidum, ab aquis undiq; circunfluentibus sic nominatum. A' quo & familia Perottorum traxit cognomen. Sipontinus.
Centumpondium] ἑκατονλίτρον, pro immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. Asin. 7. 37, Ad pedes quando alligatus es, æquum centumpondium. Cato, cap. 13, Cellas duas, tratinam unam, centumpondium incertū. Significare uidetur prægrande pondus incerti modi à centenario denominatum. Budæus.
Centumuiri] Vide Centum.
Centunculus.] Vide Cento.
Centuplex] Vide Centum.
Centuria] centuriæ, (λόχος) in agris significat ducenta iugera: in re militari centum homines. Hæc Festus. Cic. 2. de Diuinat. 113, Primùm uide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset.
Modica centuria. Vide Modus.
Auspicia centuriarum augusta Cic. pro Milone, 32.
Vox una centuriarum. Cic. pro Domo sua, 110.
Equitum centuriæ. Cic. 7. Philipp. 227.
Seniorum & iuniorū centurijs honore affici. Cic. 7. in Verr. 31.
Ei paucæ centuriæ ad Consulatum defuerunt. Cic. de Claris Orator. 128.
Ornare centurijs. Cic. pro Lege Agraria, 43, Deinde ornat apparitoribus, scribis, librarijs, præconibus, architectis: preterea mulis, tabernaculis, centurijs, suppellectili.
Renunciatus Prætor centurijs cunctis. Cic. pro Lege Manilia, 1.
Centurio, centurionis, (ἑκατόνταρχος, λοχαγός, τάξιαρχος) A' numero cui in militia præerat, dicebatur. Ab antiquis dicebatur Centurionus, teste Festo, qui centuriæ præerat: quasi ductor & primipilus. Cæsar, 1. bel. Gal. 158, Horum uocibus ac timore, paulatim etiam hi qui magnum in castris usum habebant, milites, centurionesq;, quiq; equitatui præerant, perturbabantur. Cic. pro Marcello, 4, Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.
Hircosa gens Centurionum. Persius, Saty. 3. 8.
Magni Centuriones. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 13.
Centuriones uaricosi. Persius, Saty. 5. 19, Quo in loco uaricosos ponit pro duris & laboriosis.
In Centuriones inuadere. Tacit. lib. 1.
Centuriones, uite milites cædebant. Iuuenal. de Mario. Plinius, lib. 14. cap. 1. 9, Centurionum in manu uitis, & optimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atq; etiam in delictis pœnam ipsam honorat.
Centurio, cēturias, (κατατάττομαι, κατάγραφω, κατατίμω) centuriare, in centurias distribuere. Cic. ad Quirites post reditum, 10, Ego quum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarīq; uidissem. Liu. 5. bel. Pun. 82, Eam iuuentutem ex industria centuriauerat, armaueratq; ad tales casus. Idem 6. ab Vrbe, 8.
Centuriatus, pen. prod. (κατάταντος) Participium, in centuriam distributus. Cic. in Pisonem, 69, Quid centuriatos palàm uenditos? Liu. 2. bel. Pun. 159, Sua uoluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant.
Centuriata comitia dicebantur, quum populus per centurias ex censu & ætate diuisus, suffragia ferebat: per centenos enim ordines diuisus erat Populus Romanus in comitijs. Cic. 3. de Legibus, 64. Idem Post reditum, 24, Quo die nos comitijs centuriatis quæ maximè iusta dici, haberiq; uoluerunt maiores, accersiuit in patriam, ut eædem centuriæ, quæ me Consulem fecerant, Consulatum meum comprobarent. Festus, Cēturiata comitia dicebantur, quia Populus Romanus per centenas turmas diuisus erat.
Centuriata capitis comitia. Vide Caput.
Centuriatæ Leges, à centuriatis comitijs, id est, centuriatim ex censu & ætate distributis dicebantur. Erant autem cēturiatæ Leges maioris authoritatis, quasi plenis, iustisq; comitijs perlatæ. Ideoq; gloriatur Cicero ceturiata se lege ab exilio

exilio reuocatum esse. Ex Budæo.

Lex centuriata, & curiata. Cicer. de Lege Agraria, 39, Nam cẽ turiata lex Censoribus ferebatur, quam curiata cæteris patritijs magistratibus.

Centuriatus ager in ducenta iugera definitus: quia Romulus centenis ciuibus, centena iugera tribuit. Festus.

Centuriati manipulares. Plaut. Milite, 11.3.

Centuriatus, huius centuriatus, pen. prod. m. g. (λοχαγίας) Dignitas & officium centurionis. Cic. pro Lege Manilia, 26, Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu uæneant centuriatus atq; uænierint? Liuius, 2. bel. Pun. 159, Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent.

Venditi centuriatus. Cicer. in Pisonem, 69.

Centuriatim, pen. prod. (κατὰ λόχους) Aduerbium, Per centurias. Cic. pro Flacco, 12, Distributis partibus tributim, & cẽturiatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, & c. Liu. 6. ab Vrbe, 73. Cæsar, 1. bel. Ciuil. 281, Subsequũtur Tribuni militum, Centurionesq; centuriatim.

Centuriatim dictum est abundanter & copiose, à centurijs quæ suffragium in comitijs ferebant. Pomponius Prostibulo, Cõtinuo ad te centurtatim current qui panem petent. Nonius.

Centurionatus, huius centurionatus, (ἑκατονταρχία) idẽ quod Centuriatus, ut Agere centurionatum. Tacit. lib. 1. 16. 17.

Centuripe] pen. cor. (κεντορίπη) Dicitur Sicilia. Sil. li. 13,

—nec non è uertice largo Centuripe. Nonnulli scribunt Centurupe.

Centuripe] es, siue Centuripæ arum (κεντορίπαι) Ptolemæo) oppidum est Siciliæ, sub Aetna mõte, Symetho fluuio, & Catanæ Vrbi proximum, ut tradit Strabo, lib. 6.

Centuripini, pen. prod. Siciliæ populi, Latinæ conditionis apud Plinium, lib. 3. ca. 8. Et Centuripinum, eorum oppidum apud Pomponium, lib. 2.

Centusis] Vide Centum.

Ceon] κέως, Vna ex Cycladibus insulis, Helenæ propinquissima, ut Strabo author est, lib. 10.

Ceos] insula. Vide Cea.

Cepe] n. g. (κρόμμυον) Indeclinabile: quod capitis similitudinem habeat, uel quod in caput crescat. Plin. lib. 19. cap. 6. 3, Ergo omnibus annis separatim cepe semẽ causa seritur, separatim cepe seminis.

Tunicatum cepe. Pers. Sat. 4. 37.

Cepa, cepæ, (κρόμμυον) Idem. Plin. lib. 19. cap. 6. 8, Cætero cepas ter fosso solo seri iubent. Ouid.

Cædenda est hortis eruta cepa meis. Mart. lib. 3. 35,

—putri cepas alece natantes. Col. li. 10. 13, Atq; oleris pulli radix, lacrymosaq; cepa Ponitur.

Cepas edere dicebantur loco prouerbiali, qui lacrymari uiderentur. natũ à Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ sibi per per nuncium missum denunciauit, ut quamprimum ad se ueniret, respondit ad hunc modum, ἐγὼ ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, Ego iubeo Alyattæ cepas edere, hoc est flere & eiulare, quibus uerbis extremum regis cõtemptum indicabat. Ductum est hinc prouerbium, quòd ceparum odor, ut est acris, consueuerit lacrymas oculis excutere. Simili figura neq; diuersa sententia dicta sunt cepas odorari uel olfacere, qui flerent. Erasmus in Chiliadibus.

Cepetum, pen. prod. (κρομμυών) Gellius, lib. 20. ca. 7, Cepetum reuiuiscit, & congerminat decedente Luna. Quo loco legitur & cepitium, id est, teste Prisciano, cepe.

Cepina, pen. prod. Est locus cepis consitus, uel ipsarum ceparũ uno in loco consitarum multitudo. Columella, Sed cepina uel sæpius, certè non minus debet quàm quater sarriri. Paulò post, Thalli ceparum uentis prosternentur.

Cepæa] Plin. Herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus arenosis, gustu amara. Vide Ruellium, lib. 3. cap. 73.

Cephalalgia] κεφαλαλγία, Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continetq; sub se Hemicraniam, Cephaleam, & similes.

Cephalas] κεφάλας, Promontorium altum & syluosum, maioris syrtis initium. Strabo, lib. ult.

Cephalatomi] pen. corr. Colchicæ regionis populi. Author Plin. lib. 6. cap. 5. in descriptione regionis Colchicæ.

Cephale] siue cephalis, pen. corr. significat Caput.

Cephalea, (κεφάλαια) Morbi quibus totum caput infestatur. Plin. lib. 20. cap. 13. 10, Lenit autem capitis dolores pota cum uino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si uerò sit cephalea, cum farina hordeacea uel aceto.

Cephalenia] κεφαλληνία Insula est Ionij maris apud Pomponium, li. 2. Plinius tradit eam quondam dictam fuisse Melænam, lib. 4. cap. 12. Dicta Cephalenia, à Cephalo Amphitryonis socio: uel à Cephalo Deionei filio: De hac sic Strabo, lib. 10. Non dubitauere pleriq; Cephaleniam eandem & Dulychiũ appellare & Taphium. Alij Taphios & Cephalenios eosdẽ dixere Teleboas, & aduersus illos Amphitryonem exercitum ductasse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphytrionem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eoq; nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, pen. prod. ut apud Homerum in Catalogo. Silius, lib. 15. Saxa Cephalenum, & scopulosis Neriton aruis. Vulgus adhuc hodie uocat, la Cephalonia.

Cephalodesmus] κεφαλόδεσμος sine Cephalodesmiũ, idem quod frontale, de quo postea suo loco.

Cephalœdis] κεφαλοιδὶς, Siciliæ fluuius, cuius meminit Plinius, libro 3. cap. 8. in descriptione Siciliæ. Hodie Cephalodum.

Cephalus] pen. corr. (κέφαλος) Aeoli filius, Auroræ dilectus. Ouidius de Arte,

Latmius Endymion non est tibi Luna pudori,
Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ. Idem 7. Metam. 99.

Cephalus] κέφαλος, Piscis à Græcis dicitur, quem Latini mugilem uocant: eo quòd caput in metu occultet existimans totum se absconditum. A quo,

Cephaleus, Adiectiuum (κεφαλινὸς) ut Cephalea caro. Luci. lib. 1. Satyr. Ex Gellio, lib. 10. cap. 20.

Cephenes] pen. prod. m. sf. ge. (κηφῆνες) Imperfectæ apes sunt, & inutiles operi, nisi quòd multitudine, quæ ad calorem multum confert, fœtus adiuuant. Hæc Sipontinus. Harum meminit Plinius, lib. 11. cap. 16. & cap. 11. Sunt enim qui & Fuci dicuntur.

Cepheus] κηφεὺς, duarum syllabarum, teste Euripide: rex Aethiopum Phœnicis filius, & Andromedæ pater, socerq; Persei. Vide Ouidium, lib. 4 Metam.

—conanti mittere Cepheus
Quid facis, exclamat. Ab eo autem Cepheni Aethiopes populi dicti sunt, ut idem testatur, lib. 4. Metam. 134.

Cepheius, (κηφήιος) Adiectiuum: ut Arua Cepheia, apud eundem, 4. Metam. 134.

Cephis] Statuarius nobilis, cuius meminit Plin. li. 34. ca. 8.

Cephisia] Atticæ regionis fons, dicente Plinio, lib. 6. cap. 7, In Attica fontes, Cephisia, Larine, Callirhoe enneacrunos.

Cephisia, (κηφισία) Attica regio, Nam Cecrops Athenarum cõditor, omnem eius regionis multitudinẽ in duodecim Vrbes digessit. Sed Theseus postea has omnes in unã Atheniensium ciuitatem cõgregauit. Dicta Cephisia à Cephiso amne.

Cephisis] pen. prod. Lacus est iuxta Atlanticum mare, quẽ Mauri

Mauri electrum uocant, quòd ſole calefactum, electrum è limo dare uideatur. Plin. lib. 37. cap. 2.

Cephiſodorus] *pen. prod. Athenienſis tragicus antiquæ tragœdiæ ſcriptor, cuius fabulas enumerat Suidas. Cephiſodorus item ſtatuarius, Praxitelis filius. Alius præterea inter præcipuos pictores Plinio numeratur, lib. 35. cap. 9.*

Cephiſodotus] *pen. corr. Statuarius apud Plinium, li. 34. Fuit item Cephiſodotus Athenienſium dux, qui rei malè geſtæ damnatus, in obſidione Alopeconneſi quinq; talẽtis multatus eſt. Author Suidas.*

Cephiſus] *pen. prod. (κηφισός) Fluuius Bœotiæ. ortũ habet in radicibus Parnaſſi montis. In eius ripa fuit olim templum Themidis, ad quod acceſſerunt Deucalion & Pyrrha deam conſulturi ſuper humani generis reparatione: unde ab oraculo uocatur fluuius ille Fatidicus. Lucan. li. 3. 35. Huius etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 3. Ouid. 3. Metam. 4,*

Iam uada Cephiſi, Panopesq; euaſerat arua.

Hinc patronymicum fœmininum finxit idem poeta, 1. Metamorph. 75,

Nulla mora eſt, adeunt pariter Cephiſidas undas. Singulare eſt Cephiſis.

Cephiſias, Cephiſiadis, *pen. corr. Patronymicum fœm. Ouid. 7. Metamorph. 88,*

Vidit & immitem Cephiſias ora Procuſten.

Cephus] *κῆφος, Animal eſt, quod apud Aethiopes reperitur. Plinius, lib. 8. cap. 19.*

Cepidines] *ſaxa prominentia. Feſtus.*

Cepio] *Conſul Romanus, Hiſpaniam duce Viriato rebellantem pacauit. Proconſul capta Tolоſa in terra Gallia, è templo aurum ſuſtulit. Vnde & ipſe, & quicunq; ex ea direptione aurum attigiſſent, miſero cruciabiliq; exitu perierunt. Nã Poſtea conſul cum Cn. Manlio contra Cimbros in Italiã ruentes miſſus, apud Rhodanum uictus, profligatusq; eſt. Iuſſu igitur Pop. Romani, Cepionis, cuius temeritate id acciderat, bona publicata, eiq; imperium primo poſt Tarquinium abrogatum: ipſe in publicis uinculis extinctus, inde tractus diſcerptusq; eſt ad ſcalas Gemonias. Ex Liuio.*

Fuerunt plures Cepiones. Nam fuit Cepio Frater Catonis Vticenſis. Fuit & alius Cepio, qui cum Druſo inimicitias habuit: unde origo ſocialis belli, et exitia rerum, ut Plin. inquit lib. 33. cap. 1. 17. & lib. 28. cap. 9. 23. Meminit & Cepionis ſcriptoris tempore Tiberij Cæſaris, lib. 21. cap. 4. 4.

Cepionides] *cepionidæ, Gemma cryſtallini nitoris, quæ imagines reddit ut ſpeculum. Plin. lib. 37. cap. 10. 17.*

Cepites] *ſiue cepocapites, Gemma candida, uenarum nodis coeuntibus candore imaginem referens. Plinius, lib. 37. cap. 10. 13.*

Cepœ] *Oppidum eſt Boſphori Cimmerici, dicente Plinio, lib. 6. cap. 6, Oppida in aditu Boſphori primò Hermonaſſa, dein Cæpœ Mileſiorum. Mox Stratoclia & Phanagoria. Meminit & iiſdem penè uerbis Pom. lib. 1.*

Cepos] *Latinè hortus dicitur. Eſt & urbs iuxta Boſphorum, authore Suida.*

Cepphos] *auis eſt ita leuis, ut quancunq; in partem uentus flauerit, in eã auferatur, (Vne Monette) Vnde cepphicus adiectiuum pro leui. Cic. Att. lib. 13. de epiſtola ad Cæſarem, Non rectè, inquit, iſti meam ad Cæſarem epiſtolam reprehendunt, & ea quæ dicunt, minimi ſunt ponderis planè cepphica. Vide etiam Cælium, lib. 10. cap. 6. Lexicon Græcum dicit, Cepphon metaphoricè pro ſtulto accipi. Eraſmus putat & larum uocari. Vide* **Larus**, *& Chiliades.*

Cepurica] *Græci appellant olera, quæ in hortis ſeruntur. Vnde Sabinus Tyrus, librum Cepuricõn inſcripſit, hoc eſt hortenſium.*

Cepus] *κῆπος Animal eſt in extrema Aethiopia naſcens, facie leonis, corpore reliquo pantheræ, magnitudine damam repræſentans, huius meminit Strabo, lib. 16.*

Cera] *ceræ, (κηρός, κήρωσις) Eſt quæ fit expreſſis fauis. Plinius, lib. 21. cap. 14. 4, Cera fit expreſſis fauis, ſed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili.*

Cera nomen à Græco habet, κηρίον enim Græci fauum uocant, κήρινον cereum. Tamen, Apuleio teſte, conſuetudo conuertit η, in æ diphthongum.

Ceræ etiam uocantur tabellæ pictæ. Ouid. Perlege diſpoſitas generoſa per atria ceras. Sipontinus. Sed nimis ieiune. Intelligit enim poeta cereas imagines in atrijs nobiliſſimi cuiuſq; per armaria diſpoſitas: quales ferè ſunt picturæ illæ, in quibus per uarios uelut ramorum ductus & orbiculos multiplices, utcunq; nobis exprimitur regum noſtrorum & eorum, qui ab ipſis prognati ſunt ſeries & genealogia, ſi pro orbiculis illis tibi fingas armaria in atrij parietibus excauata. Vnde eſt illud Iuuen. Saty. 8,

Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atq; unica uirtus.

Vide Suetonium in Galba, cap. 2. Plinium quoq; fuſiſſimè hac de re diſſerentem, lib. 35. cap. 2. 3.

E` cera etiam illinebantur & obducebantur pugillares, in quibus ſcribere mos erat. Vnde ceras aliquando pro libellis ſuæ epiſtolis capimus. Iuuenalis,

Nónne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio? Plin. Iunior, lib. 1. Epiſt. Erat in proximo, non uenabulum aut lancea, ſed ſtylus & pugillares: meditabar aliqua, enotabamq;: ut ſi manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem.

Primæ & ſecundæ ceræ teſtamenti, pro primis & ſecundis tabellis ſiue foliis teſtamenti. Suetonius in Nerone, Cautum ut in teſtamentis primæ duæ ceræ teſtamentorum modò nomine inſcripto uacuæ ſignaturis oſtenderentur. Hæc Budæus. Sueton. in Cæſare, Pedum ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cera. Id eſt, in ultima parte tabulæ teſtamentariæ. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 11.

Parieti quoq; depicto, & armis, cera Punica cum oleo liquefacta, candens ſetis inducebatur, iterumq; admotis gallæ carbonibus adurebatur ad ſudorem uſq;: poſtea candelis ſubigebatur, deinde linteis puris, ut ſicut marmora niteſcerent. Hæc Sipontinus ex Vitruuio, lib. 7. cap. 9. de minij temperatura. Plin. lib. 21. cap. 14. 7, Nigreſcit cera addito chartarum cinere, ſicut anchuſa admixta rubet. Variosq; in colores pigmentis trahitur, ad reddendas ſimilitudines, & innumeros mortaliũ uſus, parietumq; etiam, & marmorũ tutelã.

Codicis cera extrema. Cic. 3. Verr. 65, Deinde codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit.

Cera & creta. Cicero pro Flacco, 29, Noſtra igitur laudatio, &c. datam quidem confitetur, conſignata creta eſt: in illo autem teſtimonio, quod accuſatori dicitur datum, ceram eſſe uidemus.

Cærite cera dignus, Homo nullius precij. Horat. 1. epiſt. 6. 13,

—Cærite cera
Digni remigium uitioſum Itacenſis Vlyſſei. Vnde natum ſit prouerbiũ docebunt te interpretes poetæ, & in Chiliadibus ſuis Eraſmus.

Alba cera. Plin. lib. 22. cap. 24. 10.
Commutabilis cera. Cic. 3. de Nat. deor. 39.
Flaua cera. Ouid. 8. Metam. 40.
Flauens cera. Ouid. 8. Metam. 135.
Fragilis cera. Iuuen. Saty. 12. 9.
Impatiens caloris cera. Ouid. 2. de Arte, 12.

Digitized by Google

Infamis ac nefaria cera. Vide Infamis.
Laboratæ ceræ. Stat. 10. Theb. 115. de apibus.
Legitima cera. Cic. 1. in Verrem, 13.
Cera miniatula. Vide Minium.
Odoratæ ceræ. Ouid. 8. Metam. 46.
Pusilla cera. Iuuen. Saty. 14. 13.
Ceræ sexangulæ dicuntur alueoli apium ab Ouid. 15. Met. 77.
Solutæ igne ceræ. Ouid. 2. de Arte, 10.
Tenax cera, quæ mel retinet. Virg. 4. Georg. 33. Seruius.
Tenues ceræ. Valer. lib. 1. Argonaut. 26.
Circumlinire cera. Cic. 1. Tuscul. 174, Condiunt Aegyptij mortuos, & eos domi seruant. Persæ etiam cera circunlitos condiunt, ut quam maximè permaneant diuturna corpora.
Cerâ credere. Vide Credo.
Calamos cera coniungere plures. Virg. eclog. 2. 3.
Nomen alicuius cera defigere, id est, in cera scribere. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 6.
Fingere in ceris aut fictilibus figuris. Cic. 1. de Natu. deor. 96. Quædam exemplaria legunt cereis.
Molliſsimam ceram ad arbitrium formare & fingere. Cic. 3. de Orat. 97.
Illita ceris pocula. Ouid. 8. Metam. 135.
Liquescit cera. Virg. 8. eclog. 16.
Mollire ceram digitis. Ouid. 8. Metam. 40.
Tabescere ceræ dicuntur, quum liquefiunt. Ouid. 8. Met. 46.
Cerula, cerulæ, pen. corr. (κηρίδιον) Diminut. Cic. ad Att. lib. 16. 336. 1, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.
Miniata cerula notare. Cic. ad Dolobellam, lib. 15. in Epistolis, ad Attic. 328. 4, His literis scriptis me ad συνταξεις dedi: quæ quidem uereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint.
Cero, ceras, (κηρόω) cerare, Cera tegere. Colum. lib. 12. cap. 50. 14, Nã ferè sexta quaq; oliuitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt, &c.
Ceratus, pen. prod. Participium. (κηρωτὸς) ut Tabella cerata. Cic. 1. Verr. 13, Ceratam unicuiq; tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Plaut. Asinaria, 13. 18, Nec cerata adeò tabula.
Puppes cerata, Cera illitæ. Ouid. 2. de Remedio amoris, 11.
Rates, Idem epist. 5. 9.
Tedæ cerata. Ouid. epist. 7. 5.
Cerifico, cerificas (κηροποιῶ) cerficare, Ceram facere: & de apibus dicitur. Plin. lib. 9. cap. 38. 1, Quum cerificauere fluxos habent succos. Quædam exemplaria hoc loco legunt fœtificauere.
Ceratura, ceraturæ, pen. prod. (κηρωσις) Ipsa ceratio. Colum. lib. 12. cap. 50. 15, Nam quemadmodum noua uasa si calefiant, liquidam ceram facilè recipiunt: sic uetera non credidérim propter olei succum, ceraturam pati.
Ceratum, siue cerotum, (κηρωτὸν) nec emplastrũ est propriè, nec pastillus, sed plerunq; ex pastillis fit. Constat ex rebus sicciorib⁹: & igni appositum molescit: postea applicatum corpori durescit, ac pertinacius hæret. dictum à cera, quæ ferè ceratis omnibus adhiberi solet. Quidam hoc non ceratum, sed cerotum appellant, à Græco, quod est κηρωτὸν. Plin. lib. 13. cap. 22. 6, Faciemq; inuadunt ignes sacri, ob id cerato prius illinunt. Martial. lib. 11. 92,

Labra, pingui delibuta cerato. Celsus, lib. 4. cap. 4. de difficultate spirandi.

Factum ex rosa ceratum. Celsus, lib. 4. cap. 24.
Cerata, malagmata, emplastra, collyria, antidota, non fecit parens diuina illa ac artifex rerum. Plin. lib. 22. ca. 24. 10.
Cerarius, (κηρὸργος) Qui ceras tractat, & ex cera aliquid cõficit. Cic. 5. Verr. 135, Ex omni pecunia, quam aratoribus

soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione & collybo, deinde pro nescio quo cerario. Colum. lib. 12. cap. 44. 1.
Cereus, (κηρινὸς) Adiect. Quod ex cera factum est: ut Candela cerea, ad differentiã eius, quæ ex sebo fit. Cic. 3. de Nat. deor. 39, Vt enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esse cereum quod commutari non posset.
Brachia cerea, Mollia. Horat. 1. Carm. ode 13. 1.
Castra cerea. Claud. 2. de Raptu Pros. 25. Aluearia intelligit.
Cereus color, Plin. lib. 37. cap. 2. 20.
Effigies cerea. Horat. 1. Serm. saty. 8. 6.
Imago cerea. Horat. 1. Serm. saty. 8. 9.
Persona cera. Luc. lib. 4. 60. Intelligit imagunculam hominis ceream.
Cerea pruna. Virgilius, eclog. 2. Vbi Seruius, aut cerei coloris, aut mollia.
Regna cerea, Alueolos & cellulas apũ uocat Virg. 4. Geo. 41.
Cereus, Mollem aliquando significat, ac facilem & tanquam cera tractabilem. Horatius,

Cerea Telephi laudat brachia.

Cereus ille dicitur, qui parum animo constat, & cui nunc hæc, nunc illa sententia potior uidetur. item ille qui aliorum consilijs instigatus, quos antè laudabat, nunc uituperat, quos amore summo prosequebatur, nunc peßimè odit. Horat. in Arte, 33, Cereus in uitium flecti. Idem Cereum uocat illum de quo uarius est rumor, & quem nunc bonum, nunc malum fama fingit, lib. 2. epist. 1. 53. Sumpta metaphora à cera, quæ manibus tractata, quancunq; formam facillimè recipit.
Cereus, Pinguis. Accius, Pinguem turturem, cereamq; ficedulam. Nonius.
Cereus, Vnctus. Martial. lib. 1. 88,

Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna.

Cereus, Substantiuum, (κηρινὸς) Festus, Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus: quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur. Martialis, lib. 14. 42.

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes. Cic. 3. Offic. 126, Et ea res (si quæris) ei magno honori fuit: omnibus uicis statuæ, ad eas thus & cerei.

Cerinus, pen. corr. Adiectiuum (κηρόεις) Quod ceræ simile est: ut Cerinus color. Plinius, Sunt & nigra ac laudatiora, cerina atque purpurea. Plaut. Epid. 5. 50, Cumatile aut plumatile, aut cerinum? Sub. uestimentum: quod & melinum ab eodem dicitur, à mellis colore.
Cerosus, pen. corr. Adiectiuum, (κηρώδης) Ceram habens admistam: unde Mel cerosum, nondum despumatum & adhuc cera commistum. Sipontinus.
Cerachates] κηραχάτης, gemma est ex Achatæ generibus, ceræ colorem præ se ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.
Ceraitis] idis (κεραῖτις) A quibusdam appellatur herba, quæ Græcis βύλας, Latinis fœnogræcum dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis similem.
Ceramicus] pen. corr. (κεραμεικὸς) Cariæ sinus est non longè ab Halicarnasso nobiliſsima urbe. Authores Pomponius, lib. 1. in Cariæ descriptione: & Plinius lib. 5. cap. 29. Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his uerbis, Athenis Ceramici, loci duo erant: unus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebriq; oratione ornabantur. Superior fuit locus & certa constitutaq; sedes meretricibus. Cicer. 1. de Finib. 60, At etiam Athenis, ut è patre audiebã, facetè & urbanè Stoicos arridente, statua est in Ceramico Chrysippi sedentis, porrecta manu. Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida Authore, in quo Lampadum certamina peragebãtur, de quibus, inde

Digitized by Google

Erasmum in prouerbio, Lampadem tibi cursu trado. Ceramici etiam meminit Plin. cuius ex lib. 36. cap. 1. uerba hæc sunt, Opera Praxitilis sunt Atemis in Caramico.

Ceramienses] κεραμιῆται Populi sunt qui de conuentu Carum, quem Chrysacreum uocant, participant, licet Carici generis non sint, ut Author est Strabo, lib. 14.

Ceramites] κεραμίτης, Gemma est testæ colorem habens, unde & nomen accipit: nam κέραμος testam uel tegulam sonat: Meminit huius gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceramium] κεράμιον, Mensuræ genus idem prorsus cum amphora, quo uerbo usus est Demosthenes in Orat. quæ πρὸς τὴν λαγρίτου παραγραφὴν inscribitur, & Athenæus in quinto. Ex Budæo.

Ceramium] κεράμιον Locus Romæ, in quo Cic. & Milo domum habebant. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 5.

Ceramus] κέραμος Ciprijs carcerem significat. Id & Homerus uidetur testari Iliados quinto, ubi Martem scribit ab Oto & Ephialte in uincula coniectum. Cæl. lib. 17. cap. 9.

Ceramyntes] κεραμύντης, à Græcis Hercules cognominatus, quasi fata reijciens, ut idem sit fermè cum Alexicaco. Authore Cæl. lib. 6. cap. 7.

Cerarius] Vide Cera.

Ceras amaltheas] κέρας ἀμαλθέης, Id est, copiæ cornu. Festus. Vide Copiæ cornu, in Copia.

Cerasbola] κεράσβολα, Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea ueteres crediderunt neq; igni consumi, neque facilè coqui, unde & ἀτέραμνα nominat Plutarchus in Symposiacis, quasi incoctilia. Hinc homines duri & contumaces, non inuenusta metaphora κερασοίλοι appellantur.

Cerastæ] κεράσται, Insulæ sunt in latere Arabiæ, prope Syenen, quæ in fine est Aethiopiæ. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.

Cerastes] cerastæ, uel cerastis, huius cerastis, masc. gen. (κεράστης) Genus serpentis. Plin. li. 8. ca. 23. Stat. 1. Theb. 21,

Centum illi astantes umbrabant ora cerastæ.

De Tisiphone loquitur, cuius capillos serpentes esse poetæ fingunt. Vnde lib. 11. 13. crinalem uocat cerasten, ubi de Megæra loquitur,

Crinalem attollit magno stridore cerasten.

Cerastis] Dicta est Cyprus insula in Carpathio mari, ab ortu, occasúq; Ciliciæ ac Syriæ obiecta, quondã nouem regnorum sedes. Sipontinus. Plin. lib. 5. cap. 31.

Cerasus] pen. corr. huius Cerasuntis, (κερασοῦς,) Oppidum est Themiscyræ regionis in Cappadocia. Plin. lib. 16. & Cerasus uulgò Zefano.

Cerasus] f. g. pen. corr. (κέρασος) Arbor satis nota, à Cerasunte Ponti ciuitate sic dicta: quam quũ Lucullus deleuisset, inde illum transtulit, & à ciuitate Cerarum appellauit. Plin. lib. 15. cap. 25, Cerasi ante uictoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Ouid. de Nuce, 7,

Audiat hæc cerasus, stipes inanis eram.

Dulces cerasi. Propert. lib. 4. eleg. 2. 3.

Cerasum, n. g. (κέρασιον) Fructus cerasi. Plin. lib. 15. cap. 25, Cerasorum Aproniana maximè rubent, nigerrima sunt ut Actia, Cecilliana uerò & rotunda. Cerasum à Seruio dicitur, & Galeno, lib. 2. de Alimentis.

Cerasa peccant casiæ. Persius, Saty. 6. 4.

Cerathus] κέρας Fluuius Cretæ, Gnossium urbem præterlabens, à quo & Gnossus ipsa aliquando Cerathus uocata fuit, teste Strabone, lib. 10. Quidam scribunt Cerathus.

Ceratheus, a, um. Adiect. Virg. in Cyri,

Carpathium fugiens, & flumina Cerathea.

Ceratia] stella dicitur, ἀπὸ τῦ κέρατος: hoc est, à cornu, quæ speciem cornu habet. Sipontinus. Apud Plinium, lib. 2. cap. 25. 2. sic legitur, Ceratias cornu speciem habet, quæ lis fuit quum Græcia apud Salamina depugnauit. De Cometis loquitur.

Ceratia] æ, Genus herbæ, de qua Plin. lib. 26. cap. 8, Ceratia uno folio, radice nodosa & magna, in cibo cæliacis & dysentericis medetur.

Ceratinæ] penult. prod. (κερατῖναι) Ceratinarum, species est rationationis implicitæ: dicta à cornibus, id est à materia ipsa, qua utuntur, qui hoc genere argumenti delectantur. Nihil enim quàm cornua aut crocodilos loquuntur, unde ceratinæ & crocodilinæ dictæ eorum argumentationes. Quintil. libro 1. cap. 10. 4, Sed per quædam parua sanè si ipsa demum existimes, ducunt, sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia ceratinæ aut crocodilinæ posint facere sapientem: sed quia illum ne in minimis quidem oportet falli. Vbi Raphael eiusdem interpres, Ambiguitates, inquit, quædam ideo Ceratinæ uocantur, quia in illis multa de cornibus mentio habetur, κέρατα, nanque cornua dicuntur. Seneca, lib. 5. Epist. Sederem ocioſus, & eiusmodi quæstiunculas ponerem, Quod non perdidisti habes: cornua non perdidisti: cornua ergo habes. Vide Politianum, libro Miscellaneorum, cap. 54.

Ceratitis] pen. prod. Herba syluestris. Plinius, lib. 20. cap. 19. 1, Syluestrium unum genus, ceratitin uocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo inflexo ut cornicula. Folia minora & tenuiora quàm cæteris syluestribus, &c.

Ceratium] Græce κεράτιον, Siliqua est Græca. Colum. in libro de Arboribus, cap. 25, Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον uocant, deinde perficum ante brumam per Autumnum serito. Est etiam pondus minimum, ut ait Politianus ad Franciotum Vrsinum, lib. 10. Epist. 13, Minimum pondus est, qui Latinè Scrupulus, & idem Græcè dictus Obolus: pendere is putatur siliquas omnino sex, quæ Ceratia Græcè nominantur, hoc est, quantum lentis octo semina.

Ceratoides, æ] κερατοειδὴς, Tunica secunda oculi est, quàm corneã uulgò appellant, quia pelluceat ut cornu attenuatum: quo sit speciebus peruia. Sunt & aliæ duæ tunicæ, quibus uniuersa oculi constitutio cõsouetur & à læsione defenditur, de quibus per Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 1.

Ceratonia] κερατόνια, Galeno arbor est quæ Latinis silicia dicitur, cuius fructus etiam græco nomine κεράτιον appellatur, propterea quod corniculorũ similitudinẽ referat.

Ceratum] Vide Cera.

Ceratus] κέρατος, Vrbis nomen in insula Creta, sic dicta à prælabẽtis fluminis nomine, quæ alio nomine dicitur Gnossus, à Minoe condita, è regione Peloponensi. Author Strabo, libro 10.

Ceraunia] Gemma est candida. Plin. lib. 37. cap. 9. 14, Est inter candidas & quæ ceraunia uocatur, fulgorem syderum rapiens. Ibidem cap. 10. 34. Ombria, quam aliqui notiam uocant, sicut ceraunia & brontia, cadere cum imbribus & fulminibus dicitur.

Ceraunia, etiam siliqua est. Plinius, lib. 13. cap. 8. 1, Similis his siliqua, quam Iones Ceraunian uocant: trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliquæ.

Cerauni] qui & Ceraunii, (κεραύνιοι) Epiri montes ad Ambraciam clariſsimam urbem: ideo sic dicti: quòd fulminibus infestentur Seruio. Virgilius,

Prouehimur pelago, uicina Ceraunia iuxta.

Horum rursus meminit Plin. lib. 6. cap. 9. & 10. Alio nomine dicuntur Acroceraunia Horatio.

Alta Ceraunia. Virg. 1. Georg. 67.

Scopulosa Ceraunia. Lucan. lib. 5. 131.

Summa

Summa Ceraunia. Valer. lib. 3. 93.
Violenta Ceraunia. Ouid. 2. Amor. eleg. 11. 4.

Ceraunium] Genus est tuberis. Plinius, lib. 19, cap. 3. 1, Simile est quod in Cyrenaica prouincia uocant misy, præcipuum suauitate, odore ac sapore, sed carnosius: & quod in Thracia ceraunium.

Ceraunobolos] pen. corrup. Tabula Apellis, in qua tonitrua pinxerat. Plin. lib. 35. cap. 10. 30, Pinxit & quæ pingi non possunt tonitrua, fulgetra, fulguraq; : Bronten, Astrapen, Ceraunobolon appellant. De Apelle.

Ceraunus] Cognomen cuiusdam Ptolemæi. Quo nomine significatur etiam fulmen, Græcis dictum κεραυνός. Est & Ceraunus amnis clarus Cappadociæ. Plin. lib. 6. in descriptione Cappadociæ.

Cerbalus] Apuliæ amnis, Plin. lib. 11.

Cerberastri] Vide Serperastri.

Cerberion] oppidum in ultimo ostio Bosphori, quod posita Cimmerium est appellatum, teste Plin. lib. 6. cap. item. 6.

Cerberus] pen. corr. (κέρβερος) Canis triceps apud inferos fingitur, stupendæ immanitatis. Dictus Cerberus, quasi κρεοβορος, hoc est, carnem uorans. Vide eius descriptionem, lib. 6. Aeneid. 84.

Ater Cerberus. Seneca Hercul. Oetheo, 1. 5.
Custos, & lumen obsidens Cerberus. Seneca Troade, 5. 8.
Ianitor Orci Cerberus. Virg. 8. Aeneid. 60.
Immanis ianitor aulæ Cerberus. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.
Ingens Cerberus. Virg. 6. Aeneid. 84.
Inhians Cerberus. Virg. 4. Georg. 97.
Latitans antro Cerberus. Senec. Herc. fur. 12. 11.
Triceps cerberus. Cic. 1. Tusc. 16.

Cerbereus, Adiec. (κερβέριος) ut Cerbereus latratus apud Stat. 5. Sylu. 1. 50.

Os Cerbereum. Ouid. 4. Metam. 100.
Portæ Cerbereæ. Stat. 8. Thebaid. 12.
Rictus Cerbereus. Ouid. 14. Metam. 13.

Cerbesia] κερβήσιος, Fossa quæda dicitur in Phrygia, quæ pernicioſas habet exhalationes, hodieq; ostenditur: homines uerò non amplius Cerbesij dicuntur, inquit Strabo, lib. 13.

Cercaphus] Viri propriũ: de quo Strabo, lib. 14, Post Telchinas, inquit, dicunt Heliadas insulam hanc habitasse, ex quorũ uno Cercapho scilicet ac Cydippe filij procreati sunt, qui urbes de suis nominibus condidere. De Rhodo insula loquitur.

Cercasorum] Oppidum in Aegypto, iuxta quod scinditur Nilus in Pelusium fluens & Canobũ. Author Herod. lib. 2.

Cerceis] Proprium nymphæ nomen, à texendo sic dictæ: Oceani & Tethyos filiæ.

Cercesura] κερκέσουρα Ciuitas est in Libya ad Eudoxi specula sita. Nam ante Heliopolim specula quædam ostenditur, quemadmodum & ante Gnidum, ad quam ille cœlestiũ motus adnotabat, atque præfectura hæc Litopolitana nominatur. Ex Strabone, lib. 11.

Cercetæ] Populi sunt minoris Armeniæ Plinio. Pomponio uocantur Cercetici, lib. 1.

Cerceti] Montes Thessaliæ, dicente Plinio, lib. 4. cap. 8, In Thessalia sunt quatuor atq; triginta montes, quorũ nobiliſsimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa: cuius ex aduerso Pindus & Othrys, Lapitharum sedes, ad occasum uergentes, &c.

Cercina] Insula est maris Mediterranei, cum urbe eiusdem nominis, ex aduerso Africæ ad promontorium minoris Syrtis sita. Author Pomponius, & Plinius lib. 5. cap. 7.

Cercinitis] Perparua insula, Cercinæ superiori Carthaginem uersus ponte iungitur. Hæc Plinius, lib. 5. in descriptione insularum, quæ sunt ex aduerso Africæ.

Cercion] Rex fuit Thessaliæ, qui filiam habuit Alopen, à qua ciuitatem cognominauit.

Cercitam] κερκίτλω, Pausanias grammaticus ait uocari temonis genus, à populis inuentoribus, qui Cercitæ appellabantur in terra India.

Cercius] ἰάπυξ, Ventus. Gellius, lib. 2. cap. 22, Sed quod Phauorinus ait uentum, qui ex terra Gallia flaret, Circium appellari, M. Cato in libro Originum eum uentum Cercium dicit, non Circium. Nam quũ de Hispanis Alpinis scriberet, qui citra Hiberum colunt, uerba hæc posuit, Vĕtus Cercius, quum loquare, buccam implet. Hactenus Gellius. Ventus est autem in Narbonensi prouincia frequenter sæuiens, nulli uiolentia inferior: & ob id à turbine ac uertigine ita appellatus. Plin. hunc uentum appellat Circum, lib. 17. cap. 2.

Cercolopis] genus simiæ, quæ ultimam partem caudæ uilloſam habet. Festus. Alij Cercalopex legunt.

Cercopa] Græci appellant lucri undiq; cupientem, quasi κέρδωνα, quem nos quoq; lucrionem uocamus. Festus.

Cercopes] κερκώπες, Populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitij genere abstinerent, à Ioue in Simias mutati sunt, ut fabulatur Ouid. 14. Metam. Cercopes item fratres duo fuerunt, Passalus & Achemon, siue ut apud Suidã legitur, Acmon, de quibus uide suprà in dictione Achemon.

Cercopithecus] pen prod. (κερκοπίθηκος) Compositum nomẽ ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος, simia: quasi simia caudata, quam Cattum Marmonem uulgò dicimus. Plin. lib. 8. cap. 21, Cercopithecos nigris capitibus, pilo asinino, & dißimiles cæteris uocè. Martial. lib. 14. 207,

Callidus emiſſas eludere simius haſtas:
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Cercopitheci sacri effigies. Iuuen. Saty. 15. 1.

Cercos] Auis. Lege Circos, & uide suo loco.

Cercurus] siue cercuron, (κέρκουρος) Nauis Asiana prægrandis, authore Nonio, Plautus, & Plin. huius meminerũt.

Cercyon] κερκύων, Arcas fuit quidam, latro insignis, qui omnem Atticam regionem latrocinijs infestabat immani ferocia, & membrorum robore curuans trabes, & altiſsimas pinus ad terram trahens. Is à Theseo iuxta Eleusinem Cererem interemptus est. Ouid. 7. Metam. 88,

Cercyonis lethum uidit Cerealis Eleusis. Hinc

Cercyoneus, penult. prod. (κερκυόνεος) Adiectiuum: ut Corpora Cercyonea. Ouid. in Ibin, 83.

Cercyra] κέρκυρα, insula est maris Ionij, quæ à Latinis, litera una mutata, Corcyra dicitur. Vulgò Corphu.

Cerdo] cerdonis. m. g. (βαύαυσος) Quicunq; lucrum quærit ex re aliqua, & artes illiberales exercet, quæstus gratia, qui Græcè κέρδος, dicitur. Nonnulli cerdonem uocant sutorem ueterum calceorum, qui à Suetonio ueteramentarius appellatur. Martial. lib. 3. 16,

Ebrius es: nec enim faceres id sobrius unquam,
Vt uelles corio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Natu. deor. 49, Orpheũ poetam docet Aristoteles nunquã fuisse, & hoc Orphicũ carmen Pythagorei ferunt cuiusdã fuisse cerdonis.

Cerdoni turpia, Brutos decent. Iuuen. Saty. 8. 19.
Cerdonibus timendus. Iuuen. Saty. 4. 16. de Domitiano.

Cerdo etiam fuit nomen hæretici, à quo Cerdoniarij, qui Christum nec natũ à fœmina, neq; carnẽ habuisse, nec uerè mortuum, uel quicquam passum, sed simulasse passionẽ dicebat.

Cerdous] κερδῶος, Id est lucrio, Apollo dictus est, quòd oracula ad lucrum daret. Certè legimus etiam Pythiam pecunia corruptam oracula reddidisse Philippo & alijs, Cælius Cerdoum cognominatum tradit, quia oraculis traditis ad lucrum conferre insigniter crederetur. Cæterum cognomen id Mercurio adaptant alij, ut qui negotijs præsit ac lucro: qua

Digitized by Google

ratione marsupium illi contribuunt, ac angelum uocant. Ex Cæl lib.16.cap.19.

Cere] In Care.

Cerealis] Vide Ceres.

Cerealis] Oppidum in Hispania,nõ longè ab Oceani ora in Mediterraneo.Plin.lib.3.cap.1.7,Celeberrima inter hũc & Oceani orã in Mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quæ Fidentia, Virgilio quæ Alba, Ebura quæ Cerealis, &c.

Cerebrum] cerebri, pen. corr, (ἐγκέφαλος) Plin. lib.11. ca.37.11,Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinẽ: etiã in mari quæ mollia appellauimus,quamuis careant sanguine,ut polypi.Sed homo portione maximum & humidissimum, omniumq; uiscerum frigidissimũ, duabus supra subterq; membranis uelatum, quarum alterutram rumpi mortiferũ est. Cætero uiri quẽm fœminæ minus. Hominibus hoc sine sanguine, sine uenis, & reliquis sine pingui. Aliud esse quàm medullam,eruditi docent, quoniã coquendo durescat. Plura ibidem. Quod autem dicit Plinius cerebrum sine uenis & sangnine esse, id manifestè falsum est ex anatome, ne quis putet: nam & uenas & arterias numerosissimas habet in plexu quẽ retiformem practici uocant. Cic.1. Tuscul.30, Alijs pars quædam cerebri uisa est animi principatum tenere: alijs nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum:sed alij in corde,alij in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum.

Felix cerebri.Horat.1.Serm.Saty.9.3.Interpretes hoc loco Felicem cerebri illum intelligi uolunt, quem cerebrosum alibi appellant, id est, iracundum aliquantulum, & qui quod de unoquoq; sentiat liberè pronunciet.

Sanies nigri cerebri.Stat.5.Thebaid.115.

Cerebrum arboris.Plin.lib.13.cap.4.8.

Effractum cerebrum.Stat.6.Thebaid.162.

Putidum cerebrum, pro insano dictum est ab Horat. 2. Serm. Saty. 3. 15.

Cerebrum palpitat. Vide Palpito.

Cerebro laborare. Vide Labor.

Cerebellum, (ἐγκεφάλιον) Diminutiuum. Plin.lib.29.cap. 5. 3,Cerebello gallinaceo occurritur.

Cerebrosus, pen. prod. (κυθάδης) Adiectiuum,Capitosus,& qui habet dam̃ & pertinax cerebrum. Plaut. Mostel. 13. 14,Senex hic cerebrosus est certè.Horat.1.Serm.Saty.5.6,

—donec cerebrosus prosilit unus.

Cerebrosus bos.Colum.lib.2.cap.11.9,Eruum pecori noxium, & præcipuè bubus, q, pabulo suo cerebrosos reddit. Id est, ad insaniã faciles,& unde ipsis crebrò cerebrum moueatur.

Ceremonia] In Cæremonia.

Ceres] Cereris,pen.corr. (Δημήτης, Δήμητρα, Δηώ, κυρήβα) Saturni atq; Opis filia, quæ genuit ex Ioue Proserpinã. Hæc,dea frugum putabatur.Cic.2.de Nat.deor. 97, Mater autem est à gerendis frugibus, Ceres tanquam geres, casuq; prima litera itidem immutata, ut à Græcis: nã ab illis quoq; Δημήτης,quasi γημήτης nominata est.Cererẽ Virgilius pro Luna posuit,sicut Liberum pro Sole in primo Georgicorũ,

—Vos ô clarissima mundi
Lumina,labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. De Cereris templo in Sicilia,infrà in dictione Enna.

Terra Ceres.Cic.1.de Nat.deor.58,Idemq; disputat æthera esse eum, quem homines Iouem appellarent: quiq; aer per maria manaret, eum esse Neptunum:terramq; eam esse quæ Ceres diceretur.

Accola Cereris. Vide Accola. (Erasmi.

Ceres Amæa. Vide Amæa Azesiam reperit, In Chiliadib.

Antiqua Ceres.Virg.2.Aeneid.147.

Ennea Ceres, quæ colebatur in Enna urbe Atticæ.Sil.lib.1.43.

Frugifera Ceres.Seneca,1.Thebaid.44.

Legifera Ceres.Leges enim ipsa dicitur inuenisse.Nam & sacra ipsius Thesmophoria uocantur. Sed ideo hoc fingitur,quia ante inuentum frumentum à Cerere,passim homines sine lege uagabantur: quæ feritas interrupta est, inuento usu frumentorum,postquàm ex agrorum diuisione nata sunt iura. Hæc Seruius.Virg.4.Aeneid.12.

Magna Ceres.Virg.1.Georg.68.

Secreta Ceres, dicebatur Eleusina, cuius sacra nemini fas erat publicare, nec ijs interesse, qui non essent initiati. Seneca, Hercule furente,10.4.

Annua sacra referre Cereri,Ambarualia sacrificia facere.Virg. 1.Georg.68.

Ceres, pro ipso pane aliquando ponitur. Terent. Eun. 4.5.6, Sine Cerere & Libero friget Venus. Virg.1. Aeneid.142.

Cereri nuptias facere,uel sacrificare.Plaut.Aulul.11.5,

Cererin' Strobile has facturi nuptias?
Str. Qui? Sta.quia temeti nihil allatũ intelligo. Quẽadmodum Græci dicunt ἱερεῖα θύουσιν,id est,lari sacrificant: ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant,si quando in conuiuio uinum deesset:propterea quòd in huius sacris nefas esset inferre uinum, sicut apud Græcos in quarundam dearum sacrificijs.

Ceres,pro frumento.Virg.1.Aeneid.37,

Tum Cererem corruptam undis,Cerealiaq; arma
Expediunt,&c.

Larga Ceres, Magna frumenti copia.Lucan.lib. 3.70.

Vocare clamore Cererem in tecta, est inuocare dari copiã frumentorum,ut inquit Seruius. Virg.1.Georg.70.

Fruges Cererem appellamus, uinum autem Liberum. Cic.2.de Nat.deor.86.

Rubicunda Ceres.Virg.1.Georg.60.

Flaua Ceres.Virg.1.Georg.20.

Læsa ceres sterilẽ uanescit in herbã. Ouid.3.Amor.eleg.6.7.

Cererem celebrare.Iuuen.Saty.9.3.

Nutrit rura Ceres.Horat.4.Carm.ode 5.4.

Facere uota Cereri.Virg.eclog.5.16.

Cererem coquere dicitur æstiuus Leo.Senec.Hippol.9.3.

Terram densam magis Cereri fauere dicit Virg.2. Georg.46. in qua frumentũ felicius & melius nascitur.Sic enim inquit,

Densa magis Cereri,rarissima quæq; Lyæo.

Iugera Cererem ferunt.Horat.3.Carm.ode 24.3.

Intercipere Cererem in spicis, id est,iam maturã. Ouid.8. Metam.59.

Tellus Cererem reddit.Horat.Epod.16.9. (pertinet.

Cerealis,et Cereale.pen.prod.(Δημητρεῖος) Quod ad Cererẽ

Arma Cerealia, Instrumenta ad molendum frumentum conficiẽdosq; panes.Virg.1.Aeneid.37.

Auræ Cereales.Plin.lib.15.cap.19.1.

Cœna Cerealis. Plaut. Menæ.3. 26. Prouerbialis loquutio, de qua Erasmus in Chiliadibus,

Culmi Cerealis mergites, manipulos spicarum uocamus. Virg. 2.Georg.104.

Dona Cerealia,Panes dicuntur.Sil.lib.7.37.

Herbæ Cereales.Ouid.4.Fast.183.

Cereales ludi,In honorem Cereris facti.Liu.10.bel.Pun.185.

Munera Cerealia.Ouid.11.Metam.25.

Cereale papauer. Virg.1. Georg. Vbi Seruius, Cereale papauer, uel quòd est esui, sicut frumentum:uel quia eo Ceres usa est ad obliuionem doloris.Colum.lib.10.30,

Allia cum cepis,cereale papauer anetho iungite.

Sacrum Cereale.Ouid.3.Amor.eleg.9.1.

Cerealis

Cerealis ſapor. Plin.lib.19.cap.8.35, Papaueris ſatiui tria genera: candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos dabatur. hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur effuſo ouo inhærens, ubi inferiorẽ cruſtam apiũ, githeq; Cereali ſapore condiunt.

Semina Cerealia. Ouid.1.Metam.25.

Solum Cereale uocat Virg.Aeneid.7.23.

Sulci Cereales. Ouid.3.Triſt.eleg.12.3.

Cerealia, cerealiorum, plur.num.n.gen. (δημήτρια) Dicuntur ſacra Cereris à Triptolemo inſtituta, quæ Plinius etiam lib.24.Theſmophoria uocat, à Cerere Theſmophora, hoc eſt, legum latrice. Plutarch.quoq; Adonia uocat. Cic. ad Atticum, lib.2.27.2, Emerſam commodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas, ipſis Cerealibus, quum in me incurrit Roma ueniens Curio meus, ibidem ilico puer abs te cũ epiſtolis.

Ceretani] pen.prod. (κερρίτανοι, Ptol.) Populi Hiſpaniæ, apud quos generoſa uina naſcebantur, quæ Ceretana dicebantur. Martialis,

Ceretana Nepos ponat, Setina putabis.

Cerete] oppidũ in Italia, quo ab Romanis ſolo æquato, inopes inde Ceretani per Italiam diſiecti, ut ſibi uitæ neceſſaria corraderent, multarũ ſcientiam rerũ cõmenti, ac pleraq; conſarcinantes, quibus apud inſcitã plebem & pullatum circulum facilè ſibi fidem doctrinæ multifariæ facerent, omnibus qui eadem graſſarentur uia, celebre ad poſteros dedere nomen, ijq; ſunt quos paſſim modò Ceretanos nucupamus. Vulgo Charletans. Ex Cæl.lib.11.cap.8.

Ceria] huius ceriæ, (κηρία) Genus potionis, quo utuntur Hiſpani. Plin.lib.22.cap.25.42, Ex ijſdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, celia & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura genera cum melle.

Cerinthe] cerinthes, f.g. (κηρίνθη) Genus herbæ. Plinius, lib.21.cap.12.1, Eſt autem cerinthe folio candido, incuruo, cubitali, capite cõcauo, mellis ſuccum habente. Ea autẽ apes maximè delectantur, ut idem author docet eodẽ loco. Virg.

—& cerinthæ ignobile gramen.

Cerinthus] quam alij Sandaracham, alij Erithacen uocãt, cibus apum eſt, diũ operantur, qui ſæpe inuenitur in fauorũ inanitatibus ſepoſitus, & amari ſaporis. Gignitur autem rore Verno & arborũ ſucco, gummi modo, plurimus in Græcis nucibus. Vide Plinium, lib.11.cap.8.

Cerinthus] κέρινθος, oppidum in Eubæa inſula, Plin.li.4.cap.13. Fuit & hoc nomine Cerinthus quidam hæreticus, cuius meminit Dionyſius, quũ de Ioannis reuelatione diſſereret. Cerinthus, inquit, affirmabat futurũ regnũ Chriſti uoluptariũ, mores ſuos faſſus, quòd gulæ luxuriæq; deditus eſſet. Irenæus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Ex Euſebij lib.3.

Cerinus] Vide Cera.

Cerion] quaſi ſuaue & iucundum. Græci enim κηρίον, uocant ſauum. Plin.lib.20.cap.2.3.

Cerites] pen.cor. Populi ſunt, quos quũ uiciſſent Romani, ſtatuerunt ut nunquam leges ederent, nec leges haberent, quod multum ignominioſum fuit. Hæc Acron in illud Horatij 1.epiſt.6.13,

—Cerite cera Digni. Prouerbialis ſententia. Id eſt, ſine lege, & ſuffragio nullo, inquit Budæus. De ijs ſic ſcribit Aulus Gellius, li.16.ca.13, Primos autẽ municipes ſine ſuffragij iure, Cerites eſſe factos accepimus, conceſſumq; illis, ut ciuitatis Romanæ honorẽ quidẽ caperent, ſed negocijs tamẽ atq; onerib.uacarent, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditisq;. Hinc tabulæ Cerites appellatæ, uerſa uice, in quas Cẽſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragijs priuabãt.

Ceritus] huius ceriti, pen.pro.m.g. (νυμφόλεπτος) Ceris ira & indignatione uexatus. Nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. Plaut.Rud.23,66, Elleboroſus ſum. G. at ego ceritus. Horat.2.Serm.ſat.3.58,

Ceritus fuit? an commotæ crimine mentis, &c.

Ceriũ] huius cerij, (κηρίον) Genus ulceris. Pli.li.20.c.2.3.

Cermalus] Locus in urbe ſic nominatus. Feſtus.

Cermorum] Oppidum Macedoniæ apud Plinium, lib.4.cap.10.in deſcriptione Macedoniæ.

Cerna] uel Cerne, Inſula eſt Aethiopici maris, de qua ſic Plinius ſcribit, cap.31.lib.6, Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula aduerſa Aethiopiæ, cuius neq; magnitudo, neq; interuallum à continente conſtat. Aethiopas tantũ populos habere traditur. Hæc Plinius.

Cernetum] oppidum Cernetanorum in Italia. Plinius, lib.3.cap.5. Vulgò Corneto.

Cerno] cernis, creui, cretum, (βλέπω, ὀπτέυω) cernere, Videre. Virg. Cernimus aſtantes nequicquã lumine toruo. Idem 4.Aeneid.82,

Quis tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus?

Cernere ad Capitolia. Ouid.1.Triſt.eleg.30.6.

E loco aliquo procul cernere. Virg.Aeneid.3.111.

Cerno, cum infinitiuo. Virg.5.Aeneid.6,

—fruſtra cerno te tendere contrà.

Cernere & uidere. Cic.3.de Orat.88.

Cernis & uides. Lucret.lib.2.108.

Ante oculos cernere. Lucret.lib.2.147.

Acutè cernere. Lucret.lib.4.163.

Acutùm cernere, Idem quod acute. Horat.1.Serm.ſat.3.6,

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum?

Clariſſimè cernere. Plin.lib.11.cap.37.18.

Singillatim cernere aliquid. Lucret.lib.4.21.

Oculis cernere. Cic.pro Cluentio, 52, Quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea cernere oculis uideamini. Idem pro Roſcio Amerino, 63.

Oculis cernere ea, quæ uidemus. Cic.1.Tuſcul.73.

Cernere obliquis oculis. Plin.lib.11.cap.37.27.

Nati coram me cernere letbum Feciſti. Virg.2.Aeneid.108.

Cauſa cernendi in imaginibus eſt. Lucret.lib.4.48.

Cernere, Animaduertere, intelligere. Cic.4.Academ.29, Nihil eos ſentire, nihil cernere, nihil omnino quale ſit poſſe reperire. Idem, de Oratore, Neq; tanta tamẽ in rebus obſcuritas, ut eas nõ penitus acri uir ingenio cernat, ſi modò aſperexerit.

Cernitur magnus animus duabus rebus. Cic.Offic.95. Et apud eundem, 3.de Finib.44, Cernitur honeſtate beata uita.

Cernere uerum. Cic.4.Acad.134.

Vltima cernere, Intelligere ſe uerſari in extremo periculo. Virgil.2.Aeneid.89.

Cerneres, pro quiuis poſſet cernere. Terent.And.1.1.108, Tum illa, ut conſuetum facilè amorem cerneres. Virg.4. Aeneid.

Migrantes cernas, totaq; ex urbe ruentes. Id eſt, quiuis cernere potuiſſet.

Iam cernam, mene, an illum potiorem putes. Cic.2.Tuſcul.34. Hoc eſt, nunc experiar & uidebo. Vulgus barbarorum dicit, Ego bene uidebo nunc.

Quis eſt quin cernat quãta uis eſt in ſenſibus. Cic.4.Acad.41.

Cernit animus, id eſt, præuidet. Cic.de Senect.77, Animus uerò non me deſerens, ſed reſpectans, in ea profectò loca diſceſſit, quò mihi ipſe cernebat eſſe ueniendum.

Cernere animo. Cic. in Catil.83, Cerno animo ſepultam patriã, Idem, 1.de Finibus, 97, Quicquid porrò animo cernimus, id omne oritur à ſenſibus.

Cernere animo atq; intelligere. Cic. in Topic.12.

Animo uidere, Cernere mente. Cic.1.de Natu.deor.69.

Digitized by Google

Cernere de uarijs rebus, pro colloqui. Plaut. Trinum. 8. 61,
—uerecundari neminem
Apud mensam decet: nam ibi de diuinis atq; humanis cernitur.

Cernere, Decernere, constituere, deliberare. Cic. 3. de Leg. 11, Quotcunq; Senatus creuerit, populusue iusserit, tot sunto. Regio imperio duo sunto. Lucilius, Postquam præsidium castris educere creuit.

Diuis cernere. Ci. 2. de Legib. 35, Quibus diuis creuerint, procuranto.

Cernere, pro dirimere, separare, & secernere, ut ait Budæus. Cic. Topic. 42, Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negocijs cernitur, aut in omnibus, aut in plerisq; eorũ. Et 5. Tusc. 34, Deinde ex maiore parte pleraq; res nominari etiã siqua pars abesset, ut uires, ut ualetudinẽ, ut diuitias, ut honorẽ, ut gloriã, quæ genere, nõ numero cernerẽtur

Cernere, Pugnare. Plaut. Amphit. 2. 3, Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus.

Cernere armis cum altero. Accius Epinausimache, Primores procerũ reuocarint nomina, nisi esset qui armis secum uellet cernere. Ex Nonio.

Cernere ferro. Idem. Virg. 12. Aeneid. 142.

Cernere uitam, De uita certare. Ennius, apud Cic. 1. Offi. 59, Ferro, non auro, uitam cernamus utriq;.

Cernere falsam hæreditatem alienæ gloriæ. Id est, usurpare sibi gloriam alterius. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 9, A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Budæus.

Cernere hæreditatem, pro adire, authore Festo. Cic. ad Atticũ, lib. 11. 210. 1, Literas tuas accepi pridie Non. Feb. ecq; ipso die ex testamento creui hæreditatem. Id est, adiui. Vtitur & Liu. 3. bel. Pun. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 20. eleganti metaphora est usus, Quare adiunges Ausium nostrum hominẽ semper amantẽ mei, nunc credo eo magis quòd debet etiam fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuisse. Budæus.

Iussu alicuius cernere. Cic. ad Atticũ, lib. 13. 294. 2, Nunc mittendum est, ut meo iussu cernat. subaudi hæreditatem.

Cernere, Secernere, cribrare, quod & incernere dicitur. Plin. lib. 18. ca. 11, Postea quam gypsi pars insp argitur, atq; ut cohæserit, farinario cribro subcernunt: quæ in eo remansit exceptitia appellatur, & grandissima est. Rursus quæ transit, arctiore cernitur, & secundaria uocatur.

Cerni, Passiuum. Cic. in Topic. 12, Ea esse dico, quæ cerni tangiue possunt, ut fundam, ædes, parietem, &c.

In turba cerni. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 9.

Nulli cernendus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 10.

Cretio, Verbale, Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cicero ad Atticum, lib. 11. 220. 6, Galeonis hæreditatem creui. Duco enim cretionem fuisse simplicẽ, quoniam ad me nulla missa est. Eidem, lib. 13. 204. 2, Ex eo cognoui cretionem Cluuio, Vestorium negligentem, liberã cretionem testibus præsentibus sexaginta duobus: metuebam ne ille arcessendus esset. Theodosius Imperator, lib. 6. Cod. Tit. de iure deliberandi, Cretionum scrupulosam solennitatem hac lege penitus amputare decreuimus.

Cernuus, (κερνύς) Adiectiuũ dicitur propriè inclinatus, quasi quòd terrã cernat, authore Nonio. Lucilius, Saty. lib. 3,
Cernuus extẽplo plantas cõuellit honestas. Vir. 10. Aen. 177, —ciectoq; incumbit cernuus armo. Vbi Seruius, Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem: quasi in eã partẽ quam cernimus. Vnde et pueri quos in ludis uidemus, ea parte qua cernunt stantes, cernui uocantur: ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.

Cernuus, Calceamenti genus. Festus.

Cernuatus: penult. prod. Adiectiuum. Inclinatus. Solinus, cap. 57. Vide Lupatus codice sequenti proximum. Aliqui tamen legunt Curuatus.

Ceroma] pen. prod. ceromatis. pen. corr. neut. gen. (κήρωμα) Dicebatur quo athletæ ungebantur dum certaturi erãt. Hoc uerò ex oleo terraq; constabat: nec ex omni quidem terra, sed ex quibusdam eius generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus atq; algores firmiora arbitrabantur: ut erat albida quædam terra pertenuis ex Albano agro, & rubrica, ut Baianus puluis, & qui iuxta montẽ Vesuuium colligebatur, aliæq; huiusmodi terræ complures. Martial. lib. 14. 19, Seu lentum ceroma teris, tepidumue trigona. Plin. lib. 28. cap. 4. 17, Nam illa quæ sunt è ceromate permisto cœno, articulos tantum molliunt, calefaciunt, &c.

Ceroma, Locus ubi palæstritæ ungebantur. Plinius, Idem palæstras athletarum imaginibus & ceromata sua exornant.

Fœmineum ceroma. Iuuen. Saty. 6. 25, Dicitur autẽ fœmineũ, quòd & mulieres eo, sicut uiri, ungerẽtur palæstrã inituræ.

Collum ceromaticũ. Iuuen. Sat. 3. 7. Id est, ceromate perunctũ.

Ceron] fontis nomen, de quo sic Plinius, lib. 31. cap. 2, Eudicus, inquit, in Hestiæotide fontes duos tradit esse, Ceronem, ex quo bibentes oues nigras fieri: Melan, ex quo albas: ex utroq; autem Varias.

Ceroplastæ] κηροπλάσται, Comæ ornatores uocantur, quoniam κῆρας, etiam sit coma, quod ante Plutarchum indicat Homerus, dum Parim κὴρ ἀγλαὸν dicit: sed & apud Sophoclem ὀρθόκηρ & φρίκη nuncupatur, Id est horror pilos surrigens. Sunt & Ceroplastæ, qui ceram exercent: sed nunc Græcè κηροπλάσται scribuntur. Vide Cæl. Rhod. li. 7. ca. 23.

Cerostrotum] pen. prod. (κηρόστρωτον) Compositum ex duobus Græcis nominibus κῆρας, id est, cornu, & στρωτὸς, stratus: & est picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur uarijs coloribus, deinde uermiculatim ligno inseruntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum: sed non satis hoc fuit, cœpere pingi animalium cornua, dentes elephantorum secari, lignumq; ebore distingui, mox totum operiri. Plin. lib. 11. cap. 37. 6, de cornibus urorum, Apud nos in laminas secta translucent, atq; etiam lumẽ inclusum latius fundunt, multasq; alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ cerostrota picturæ genere dicuntur.

Cerotes (κηρώτης) Inter ornamenta muliebria numeratur Pol luci, libro 7. cap. 22.

Cerotum] Vide Ceratum.

Cerreta] quam rusticis Corneolam uocari Ruellius ait, caules profert, & folia lino maiora, non autem salicis, florem luteum, semen folliculis genistæ effigie inclusum: Nascitur in pratis, nullaq; est, quod gustu percipi possit, adstrictione prædita. Ex Mathiol. Senens. apud Dioscorid.

Cerritus] In Ceritus.

Cerrones] leues & inepti, à cratibus dicti, quod Siculi aduersus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi, quas Græci γέρρας appellant. Author Festus.

Cerrus] cerri, f. gen. (ἄσπρις) Arboris species ex glandium genere. Plin. lib. 24. cap. 4. 5.

Cerrinus, pen. corr. Adiectiuum, (ἀσπρινὸς) ut Cerrinus calix. Plinius, lib. 30. cap. 10. 10, Quidam pectus eius bibendũ censent, & in cerrino calice.

Cerreus, aliud Adiect. (ἀσπρινὸς) ut Cerrea glans. Legitur aũt sine suo substantiuo. Plin. lib. 16. ca. 6. 8. de glande fugima loquens, Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorẽ carnem, sed duram. Col. lib. 9. cap. 1. 5, Nam ut grauminibus, ita frugibus roburneis opus habent, maximeq; laudantur qui sunt feraciſsimi, quærneæ glandis, & ilignea, nec minus cerreæ. Alia exemplaria pro cerreæ, habent acernæ:

Certè

Certè] Vide Certus.

Certo] certas, (ἀγωνίζομαι, ἀμιλλῶμαι, ἀθλέω,) certare, Atercari, contendere. Varijs nominibus iungitur, conſtruiturq; ut plurimum cum præpoſitionibus Inter & Cum.

Certare clare. Vide Clare.

Acies certant. Vide Acies.

Ambiguè certare. Tacit. lib. 21. 415. 30.

Aequore certare, id eſt, in curſu & ſpacio currentium. Sil. lib. 16. 78,

Tene Aſtur certãte feret quiſquã æquore palmã Erepto? Verba ſunt Iberi ad Panchaten equũ, qui uenerat ex Aſturia.

Certare bello de re aliqua. Liu. 3. ab Vrbe, 305.

Sic certare pugnis, calcibus unguibus, &c. Cic. 5. Tuſcul. 112. Sil. lib. 8. 118. (8. 71.

Plus uno Marte certare, Diuerſis prælijs hoſtem aggredi. Sil. li.

Animis iniquis certare, pro malignè diſſidere & aduerſari, apud Virg. 10. Aeneid. 2. ubi Iupiter deos alloquitur.

Augendæ dominationi certare, Ad Augendam dominationem certare. Tacitus, lib. 2.

Benedictis uel maledictis certare. Terent. in prol. Phorm. 21. Liu. 5, ab Vrbe, 41. Sic certare minacijs cum aliquo. Plaut. Trucul. 19. 54.

Carmine certare. Horat. in Arte, 45.

Damnis certare. Plaut. Trucul. 19. 56. in Perſa, 6. 58. Malitia certare tecum, miſeria eſt.

Dicacitate certare. Cic. de Claris Orat. 89.

Dolis certare. Sil. lib. 5. 20.

Iocis certare. Horat. 2. Carm. ode 12. 4.

Legibus ſuis certare domi. Cic. 4. Verr. 21, Siculi hoc iure ſunt, ut quod ciuis cum ciue agat, domi certet ſuis legibus.

Manu certare. Valer. lib. 6. 63.

Mero certare. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.

Multam certare. Vide Multam dicere, in Dico, dicis.

Muneribus certare, Contendere de munerum præſtantia. Virg. 2. eclog. 12,

Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas.

Obſequijs certare. Claud. epig. 20. 3.

Certare officijs inter ſe. Cic. Curio. lib. 7. 32. 1.

Priorem officio certare. Virg. 1. Aeneid. 111,

— officio nec te certaſſe priorem Pœniteat. Vbi Seruius, Nec tibi parum uideatur prima beneficia præſtitiſſe, quum poſtis maiora recipere.

Pietate certare. Claud. 4. Paneg. 20.

Pignore certare. Virg. 3. eclog. 7.

Sagitta celeri certare. Virg. 5. Aeneid. 96.

Omni ſcelere certare. Senec. Thyeſte, 1. 5.

Titulis alicuius certare. Claud. epig. 22. 7. Id eſt, cum titulis.

Vigilijs ac labore cum altero certare. Liu. 4. bel. Maced. 72.

Certare Virgiliana uirtute. Plin. in præfatione lib. 9.

Vitijs certare cum aliquo. Cic. 10. Philipp. 276.

Secum certare. Plin. epiſt. 119. a.

Certare cum alterius improbitate. Cic. 7. Verr. 90.

Certat Aegyptus cum feraciſſimis terris. Plin. in Panegy. 48, Tantis ſegetibus induebatur, ut cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura, certaret.

Cum uſuris & fructibus prædiorum certare. Cic. 2. in Cat. 38.

Imparibus certare, id eſt, contra uel maiores ſe uel minores. Horat. Epod. 11. 4.

Forma certare deis, pro Cum deis: id eſt, non minus quàm deos formoſum eſſe. Sil. lib. 5. 4.

Melioribus certare, id eſt, cum nobilioribus & potentioribus. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 4.

Certare de. Liu. 4. ab Vrbe, 160, Aut ijs, cum quibus de imperio certetur, nec uirtute, nec patientia, nec diſciplina rei militaris cedendum eſſe.

De imperio certare. Cic. 2. de Orat. 42.

Pugnaciter certare de re aliqua. Cic. 4. Academ. 17.

In decus & famam lethi cum aliquo certare. Sil. lib. 11. 43. Id eſt quo mors glorioſior ſit.

In omne facinus certare, id eſt, ruere in omnem turpitudinem, proiectum eſſe ad omne ſcelus. Seneca, Thebaid. 1. 60.

Foro certare, id eſt, in foro. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 6.

Certare, Inter ſe ſumma cura deliberare. Virg. 6. Aeneid. 36,

Haud mora, feſtinant flentes, aramq; ſepulcri Congerere arboribus, cæloq; educere certant. Id eſt, (ait Seruius) ut hoc faciant, mente pertractant. Nam adhuc ituri ſunt ad ſyluas.

Iure certare inter ſe. Cic. 4. Verr. 27.

Certare ob. Horat. in Arte, 45,

Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.

Sub lege aliqua certare, id eſt, propoſita conditione. Claud. epig. 22. 29.

Certare agere quidpiam, Eſt certatim aliquid conari. Virgil. 2. Aeneid. 13, Certantq; illudere capto.

Non certare cum aliquo quidpiam facere. Virg. 2. Georg. 20.

Certo ſuperare, id eſt, ſtudeo & conor. Virg. 5. eclog. 2.

Certo uincere. Virg. 5. Aeneid. 39.

Honorem certare. Stat. lib. 6. Thebaid. 2.

Certare aliquid, id eſt, certando conari. Hor. 2. Ser. Saty. 3. 63.

Certare, cum datiuo uſurpatiuè. Virg. 5. Eclog.

Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. Vbi Seru. Vſurpatum eſt: nam hodie Certo tecum dicimus.

Laudibus alicuius certare. Virg. 2. Georg 28.

Donaria alicui certare, id eſt, alicui dona certatim offerre. Valerius, lib. 5. 129.

Certatur, Impersonale. Liu. 1. ab Vrbe, 69, Inter ordines certabatur. Idem 8. bel. Pun. 135. certabaturq; ſententijs.

Certatũ eſt. Lucan. lib. 2. 30. Idem lib. 1. 1,

—& rupto fœdere regni Certatum. Hîc ſubauditur uerbum ſubſtantiuum.

Certatum eſt in iudicio. Cic. 1. de Orat. 86.

Certans, (ἀγωνιζόμενος,) Participium. ut crines auro certantes, id eſt, auro intorti ac inter ſe ferentes. Sil. lib. 4. 41,

Cæſariem, crinemq; tibi Gradiue uouebat Auro certantem, & rutilum ſub uertice nodum.

Animam ſuam certantem in hoſtis dextra ponere, Eſt ab hoſtis forti dextra interfici. Sil. lib. 10. 61, de Paulo loquens.

Animis certantibus, id eſt, ſumma animorum contentione. Virgil. 12. Aeneid. 116.

Remis certantibus æquora uerrere, Vehementer agitatis remis, nauem impellere. Virg. 3. Aeneid. 133.

Certamen, pe. pro. huius certaminis, pen. cor. (ἀγών, ἆθλος, ἄμιλλα, ἀμίλλημα,) Eſt res ipſa de qua certatur, uter columbam ſagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Vnde Virg. 2. Georg. 106,

Velocis iaculis certamina ponit in ulmo. Donatus in Adelphos Terentij, Certamen etiam ipſa eſt certatio.

Lex certaminis. Ouid. 10. Metam. 114. de Atlanta,

Præmia uelocì coniux, thalamiq; dabuntur. Mors precium tardis: ea lex certaminis eſto.

Precium certaminis ferre. Ouid. 13. Metam. 4.

Ludorum certamina. Ouid. 1. Metam. 90.

Certamen diſci. Ouid. 10. Metam. 36.

Iaculi certamina ponere in ulmo, Eſt ictus ſagittarũ ad ſcopum aut columbam ulmo affixam (quod genus eſt ludicri certaminis) dirigere. Virg. 2. Georg. 106.

Veneris certamina mutua. Ouid. 2. Amorum, eleg. 10. 6.

Vini certamen, Compotatio. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 3.

Digitized by Google

Bijugum certamen, Concursum celerem currruum significat. Virgilius, 5. Aeneid. 29.
Celebre certamen. Ouid. 1. Metam. 90.
Festa certamina. Stat. lib. 6. Thebaid. 185.
Impar certamen. Ouid. 11. Metam. 32. De Mida.
Ludicrum certamen, loculare & puerile. Seneca, Agam. 12. 4.
Perpetua sacri certaminis materia. Quint. lib. 3. cap. 7. 3.
Quadrijugum certamen. Stat. lib. 6. Thebaid. 74.
Sacra certamina. Plin. lib. 21. cap. 2. 1.
Valida certamina. Stat. lib. 6. Thebaidos, 141.
Celebrare certamina, id est, ludos certaminũ. Virg. 5. Aen. 120.
In certamen descendere. Cic. 2. Tusc. 105.
Inire certamina prima. Virg. 5. Aeneid. 23.
Missum certamen, id est, peractũ & finitũ. Virg. 5. Aeneid. 108.
Præmia certamen mouent. Ouid. epist. 15. 75.
Certamina referre. Id est, innouare. Virgilius, 5. Aeneid. 118. de Ascanio.
Tollere dona certamine. Virg. 5 Aeneid. 77.
Certamen, pro tumultu siue strepitu. Virg. 5. Aeneid. 26,
Nauticus exoritur uario certamine clamor.
Certamen, Contentionem, etiam significat. Sallust. Diu magnũ inter mortales certamen fuit, uine corporis, an uirtute animi res militaris magis procederet. Cicero, pro Rosc. Amer. 81,
Quo in certamine perditi ciuis erat, nõ se ad eos iũgere, etc.
Summum certamen, Summus conatus. Virg. 5. Aeneid. 40.
Contentio & certamen. Cæsar, 5. bel. Gal. 168.
Honestum certamen, & disputatio splendida. Cic. 2. de Finibus, 109, Pugnant Stoici cum Peripateticis, &c. Et certamen honestum & disputatio splendida: omnis est enim de uirtutis dignitate contentio.
Diuitiarum certamina, id est, labores in cumulandis opibus, Horat. 1. epist. 5. 2.
Aequo certamine bellum geritur. Luc. lib. 2. 116.
Alacre certamen. Sil. lib. 1. 37.
Grande certamen. Horat. 3. Carm. ode 20. 2.
Magnum certamen. Virg. 7. eclog. 4.
Verum fictumq; certamen. Quint. lib. 2. cap. 4. 26.
Certamen cum. Cic. 3. de Legib. 37, Neq; nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum grauissimo Reipub. tempore cui si cessissem, &c.
In certamen uenire cum aliquo. Cic. de Claris Orat. 177.
Adducere in certamen rem aliquam. Vide Adduco.
Instituere sibi certamen cum aliquo. Cic. 1. Acad. 63.
Certamen inter. Sallust. Sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat. Plin. lib. 15. cap. 2. 2, Reliquum certamen inter Istriæ terram & Bæticæ par est.
Inter quosdam certamen de. Cic. pro Flac. 49, Adsunt Athenienses, unde humanitas, &c. De quorũ urbis positione, propter pulchritudinẽ etiam inter deos certamẽ fuisse proditum est.
Pro re aliqua certamen esse. Cic. 3. de Nat. deor. 137, Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atq; delubris, proq; urbis muris, &c.
Honoris & dignitatis certamen esse aliquo. Cic. 1. Offic. 58.
Certamen & discrimen salutis. Cic. 1. de Diuin. 155.
In certamẽ & discrimen rerũ omniũ deuenire. Cic. 1. de Orat. 2.
Certamen, prælium. Virg. 11. Aeneid.
Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt. Cicero, 4. de Finibus, 51, Sed ut magnum & difficile certamen iniens, &c.
Belli certamen. Plin. Cic. lib. 10. 18. 6. Lucret. lib. 1. 97,
Clara accendissent sæui certamina belli.
Conferre belli certamina. Vide Confero.
Pugnæ certamen. Sil. lib. 17. 111.
Gladiatorium uitæ certamen. Cic. 2. de Orat. 173.
Aeterno certamine prælia edere. Lucret. lib. 2. 24.
Certamen atrocissimum. Vide Atrox.
Dispar certamen inire, Est cum maiore contendere. Ouidius, 2. Amorum, eleg. 2. 13.
Exacto lætus certamine uictor. Claud. 5. Paneg. 23.
Graue certamen. Sil. lib. 16. 166.
Lethiferum certamen. Catull. epig. 59. 79.
Longum certamen. Horat. 1. Epist. 10. 7.
Martium certamen. Horat. 4. Carm. ode 14. 4.
Miserandum certamen. Sil. lib. 5. 104.
Nauale certamen, Quod è nauibus in mari committitur. Virg. 5. Aeneid. 98.
Rabidum certamen. Sil. lib. 16. 82.
Sacra certamina fuerunt quatuor apud Græcos: Nemea dicata Archemoro, Pythia Apollini, Isthmia Palæmoni seu Melicertæ, Olympia Ioui. Lactantius tamen in principio sexti libri Thebaidos tradit Olympia in honorem Pelopis fuisse instituta. cui subscribit Solinus, ca. 2. his uerbis, Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, intermissum Iphiclus filius eius instaurauit post excidium Troiæ anno quadragesimooctauo. Stat. quoq; in principio lib. 6. Thebaid. 2,
Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem,
Pulueremq; fera crinẽ detorsit oliua. In Nemeis uictores apio coronabantur. Plin. lib. 19. cap. 8. 28, Honos ipsi in Achaia, coronare uictores sacri certaminis Nemeæ. De apio loquitur. In Pythijs lauro, utpote quæ dicata est Apollini. Testis Plin. lib. 2. cap. 1. 1. Testis & Lactantius loco suprà citato. In Olympijs oleastro. Plin. lib. 13. cap. 4. ad finem, Athenæ quoq; uictores olea coronãt, Græci uerò oleastro Olympiæ. In Isthmijs pinu. Plin. lib. 15. cap. 10, ad finem, Pineæ corona uictores apud Isthmum coronantur. Extat super hac re Græcum epigramma Archiæ poetæ, quod sic Latinitate donauit Volaterranus,
Græcia concelebrat duo bis certamina sacra:
Quorum, hominum duo sunt, & duo cœlicolũm:
Sacra Iouis, Phœbiq;, Palæmonis, Archemoriq;.
Dona oleaster erunt, mala, selina, pitys. Hoc est, oleaster, poma, apium, pinus. Primum (ait Volaterranus) Hercules, in Iouis honorem constituit in Olympia: ubi stadium fecit tanto cæteris maius, quanto eius mensura pedis præpolleret: ubi primus Olympionica fuit Coræbus Athenienſis, ut author Eusebius. Vide Plinium, lib. 7. cap. 56. 15. & Diodorum Siculum, lib. 5. cap. 2. Secundum Phœbo dicatum Delphis, ob pythonem serpentem ab eo interfectum, ubi certamen erat musicæ, in quo Chrysothemis primus uicit hymnorum cantu, deinde Thamyras, ut author Pausanias. Coronabantur lauro, quæ Delphis adeo magnas fert baccas, ut mala uideri possint. Tertium Palæmonis Athemantis filij, ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptuno apud Isthmũ. Quarta Nemea sacra, ob Archemorũ puerum Lycurgi filium, ab Hypsipyle nutrice educatũ, & in sylua Nemea defunctum. Erat aũt consuetudo hieronicarũ (sic enim uocabantur qui in sacris certaminibus uicissent) ut domum redeuntes, diruptis de industria mœnibus à patria exciperentur, tanquam uiri fortissimi & ui superantes. Coronas præterea donabant patriæ. Hæc & multo plura apud Volaterr. in Philologia, libro 29. Vide Cælium, lib. 13. cap. 17. Cic. 2. Tusc. 70. & pro Flacco, 24. Plin. lib. 34. cap. 4. 2, Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatẽ merentium, primò sacrorũ certaminum uictorũ maximeq; Olympiæ: ubi omnium qui uicissent statuas dicari mos erat. Eorũ uerò, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorũ similitudine expressa, quas iconicas uocant. Meminit

Digitized by Google

minit & horum agonum Alciatus non paucis uerbis in tres posteriores libros Codicis. Plin. lib. 16. cap. 4. 3. de coronis loquens, Nouissimè & in sacris certaminibus usurpatæ: in quibus hodieq; non uictori datur, sed patriam ab eo coronari pronunciatur.

Sæuum certamen. Sil. lib. 1. 29.

Sublime certamen. Claud. Ruff. 1. 66.

Trepidum certamen. Horat. 1. Epist. 20. 10.

Vastum certamen. Virg. 12. Aeneid. 111.

Minor in certamine, id est, uiribus inferior. Hor. 1. Epist. 10. 7.

Studio certaminis in litem ire. Ouid. 6. Fast. 18.

Accendere certamina. Luc. lib. 1. 97, Significat causam præbere litium.

Certamina impensius accendi. Vide Accendo.

Multam certare. Vide Multam dicere, in Dico, dicis.

Celebrare certamina sub nomine alicuius, Scæuola, in l. liberto. §. l. Titius. ff. de annuis legatis.

Conferre manu certamina. Lucret. lib. 4. 170.

Certamen conserere. Vide Consero.

Contrahere certamen. Vide Contraho.

Duro certamine cadere. Claud. 4. Paneg. 63.

Differre certamina. Ouid. 6. Metam. 11.

Dirimere certamina. Ouid. 5. Metam. 63.

Excludere certamina, Remittere prælii, atq; interponere quietem bello. Sil. lib. 15. 162.

Certamen animis imbibere. Vide Imbibo.

Incessit certamen, pro subijt. Tacit. lib. 2.

Increscere dicitur certamen. Vide Incresco.

Inferre certamen alicui. Vide Infero.

Injcere certamen aliquibus. Vide Injcio.

Inire certamen. Ouid. 10. Metam. 36.

Inire certamina cum aliquo. Sil. lib. 13. 31.

Instituere sibi certamen cum aliquo. Vide Instituo.

Inuadere certamina. Sil. lib. 17. 96. Id est, in certamina uadere.

Miscere certamina. Vide Misceo.

Moliri certamen. Sil. lib. 16. 2.

Mouere certamen. Lucan. lib. 3. 25.

Occumbere certamine. Sil. lib. 1. 29.

Certamini auidè se offerre. Vide Auidus.

Ponere certamen. Id est, finire. Virg. 8. Aeneid. 116.

Ponere militibus certamina, Collocare aciem, instruere ordines militum. Virg. 5. Aeneid. 14.

Præparandus certamini. Quint. lib. 2. cap. 8. 3.

Victus certamine. Ouid. 6. Metam. 19.

Equus primus certamine, id est, uictor in certamine curuli. Horatius de Arte Poetica, 17.

Certatio, (ἀγώνισις,) Verbale, Ipse actus, contentioq; certantium. Cic. 3. de Nat. deor. 89, Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio. Liu. 5. bel. Pun. 19, Confestim Caruilij Tribuni plebis omissa multæ certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt.

Corporum certatio. Cic. 2. de Legib. 36.

Multæ certatio. Liu. 5. bel. Pun. 19.

Pœnæ certatio. Cic. 3. de Legib. 8.

Certatio iniquè comparata. Vide Iniquus.

Iniqua certatio. Cic. pro Quintio, 49.

Certatio cum. Cic. 2. de Finib. 73, Nec mihi cum Torquato, sed uirtuti cum uoluptate certatio.

Parem certationem cum aliquo esse. Cic. pro Quintio, 46.

Certatio inter. Cic. de Amicitia, 31, Atq; hæc inter eos sit honesta certatio.

Certatim, pen. prod. (ἀγωνιστί) Aduerbium, Cum contentione: quando alius, alium præire conatur in re aliqua. Plinius, epist. 33. b, Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant. Liuius, 6. bel. Pun. 231, Itaq; in uulnera ac tela ruunt neq; illos muri, neq; superstites armati arcere queunt, quin certatim ascendant.

Certatim alter alteri obstrepere. Liu. 1. ab Vrbe, 178.

Cantare certatim. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 3.

Constant inter nos certatim summa studia. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 34. 6.

Certatim credere. Liu. 1. ab Vrbe, 235, Certatim summi, infimiq; Gabinorum Sext. Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere.

Certatim ad opus currere. Cic. 2. Philipp. 122. Hoc est, summa cum diligentia.

Certatim de salute alicuius dicere. Cic. pro Sestio, 63. Virgil. 3. Aeneid. 58,

Certatim socij feriunt mare, & æquora uerrunt. Idem 7. Aeneid. 30,

Certatim instaurant epulas, &c. Et 7. Aeneid. 117,

Certatim regis circunstant tecta Latini. Idē 4. Geor. 8,

Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt.

Loqui certatim. Ouid. 12. Metam. 49.

Certatim de his tradunt authores. Plin. lib. 32. cap. 5. 7.

Hoc Cicero atq; Asinius certatim usi sunt. Quint. li. 6. ca. 1. 17.

Certatus, (ἀγωνιδέις,) Adiectiuum. Tacitus, lib. 11, Et huic contra itum ad amnem Erindem, in cuius transgressu multum certato, peruicit Bardanes. Certato, id est, quum certasset. Passiuum pro actiuo.

Certatus, huius certatus, pen. prod. (ἀγώνισμα,) Idem quod certamen. Stat. lib. 3. Sylu. 13. 1, —rideq; benigna
Parthenope Gentile sacrum, nudosq; uirorum
Certatus, & parua suæ simulacra coronæ.

Certus] ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος, ὁμολογούμενος, Adiectiuū à Cerno, ut ait Sipontinus, quando significat uideo: & est Clarus, indubitatus: quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt.

Certus sum ex hoc metu. Plaut. Merc. 4. 19, —ex hoc ut sim certus metu. Id est, ne quid ultra timeam de hac re.

Incertus & certus, contraria. Terent. Eunuch. 1. 1. 17,

—incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere nihilo plus agas, etc. Plau. Pseu. 10. 19.
Certa amittimus, dum incerta petimus.

Amor certus, id est, non simulatus. Ouid. 2. de Arte, 50.

Amor certior. Ouid. 3. de Arte, 114.

Animo certo & confirmato posse consistere in causa. Cic. pro Quintio, 51.

Arboribus certis grauis umbra tributa est, id est, peculiariter priuatæ cuidam arborum speciei. Lucret. lib. 6. 157.

Author certus. Vide Author.

Auhor certissimus, id est, probatissimus & uerissimus. Virgil. 1. Georg. 87.

Auxilium certum. Cic. pro Quintio, 15, Appellantur Tribuni, à quibus quum esset certum auxilium petitum, ita tamen discedebatur, &c.

Certis de causis aliter existimare. Cic. 1. de Orat. 91.

Consul certissimus, pro Non dubiè futuro. Cic. pro Milone, 19.

Crimen certum. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 50.

Certa crux. Cic. pro Milone, 44, Clodius insidijs fecit Milonis fecit, certa crux: nullus fecit, sperata libertas.

Certos & constantes cursus habere. Cic. 3. de Nat. deor. 31.

Accipere damnum certum. Horat. 1. Epist. 10. 6.

Deus certissimus. Cic. 1. de Nat. deor. 54, Cleantes autem qui, &c. tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturæ mentem atq; animum tribuit hoc nomen, tum ultimum & altissimum atq; undiq; circumfusum & extremum, omnia tingentem

Digitized by Google

gentem, atq; complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat.

Dextera certa, Certa manus, non aberrans, ut ait Budæus. Martial. lib. 13, de sue quæ ex uulnere peperit,

O quàm certa fuit librato dextera telo.

Dies certa. Cic. Attic. lib. 6. 113. 15, Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certum diem decederent. Liu. ab Vrbe condita, Quum in diem certam ut ad lucum Ferentinæ conueniant, edicit. Id est, ad tempus constitutum.

Die certa promittere. Vlpianus in l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de uerborũ obligationibus, Inter certam incertamq; diem discrimẽ esse ex eo quoq; apparet, quòd certa die promissum uel statim dari potest: totum enim medium tempus ad soluendum, liberum promissori relinquitur.

Diebus certis aliquid facere, id est, statutis. Virg. 2. Georg. 56,

Et uenerem certis repetunt armenta diebus. Seruius certis exponit statutis, legitimis, à natura arcana quadam ratione dispositis.

Diebus ac sacrificijs certis libare. Cic. 2. de Legib. 32.

Dolor certus, Constans & obdurans. Horat. Epod. 15. 4.

Domus certa, Propria habitio. Virg. 6. Aeneid. 135.

Familias certas duas habere. Cic. 1. de Diuin. 150.

Fidès animis certa, id est, fiducia constans minimeq; anceps. Valer. lib. 4. Argonaut. 149.

Facti certa fides est, id est, certum est hoc sic cõtigisse. Ouidius, 6. Fast. 122.

Fides certa segetis. Horat. 3. Carm. ode 16. 6. Significat certum agri prouentum.

Fidei certæ res. Plin. Epist. 286.

Finis certa. Lucret. lib. 2. 103.

Fines certi, conditio certa, exercitus certus. Cicero 10. Philipp. 276, Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certus erat illius exercitus.

Finem uoto petere certũ. subaudi, Habendi. Hor. 1. Epist. 2. 12.

Fines certi in rebus. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 21,

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Fines certos, terminosq; sibi constituere. Cic. pro. Qu. 19.

Fluitantia reddere certa. Id est, incerta certa reddere. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 54.

Fœdere certo, Certa lege, certo pacto. Virg. 1. Aeneid. 14.

Fructus certos ac deformatos ostendere. Qu. lib. 6. 8. in proœ.

Genus quæstionum certum. Cic. 2. de Orat. 240.

Genere aliquo certo, cursuq; uiuendi implicari. Cic. 1. Off. 164.

Hæres certus, Legitimus. Senec. Hippol. 10. 25.

Hastam certam quatere, id est, ineuitabilem. Virg. 11. Aen. 153.

Certi homines, Notissimi, quasi qui possint nominatim referri. Cic. ad Pontifices pro Domo sua, 23, Hanc iucundissimã uitæ atq; officiorũ omnium societatẽ, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt. Et paulò pòst, Neq; tot ille suspicionibus certorum hominũ, & scelere exulceratus.

Ictus certus, Rectus, non fallax. Virg. 12. Aeneid. 99.

Inimicus certus, Quasi ex professo inimicus. Plau. Perf. 16. 114.

Certa & definita lex in carminibus. Cic. in Orat. 115.

Lege certa aliquid facere. Ouid. 5. Metam. 107.

Legem certam dicere testamento. Paulus in l. qui in domini testamento. ff. de testamentis, Nam qui incertus est de statu suo, certam legem testamento dicere non potest.

Lege tamen certa, si nullos contigit illic Ore cibos. Id est, certa conditione.

Liberi certi. Cic. 1. de Inuent. 3, Nondum diuinæ religionis non humani officij ratio colebatur: nemo legitimas uiderat nuptias: non certos quisquam inspexerat liberos: non ius æquabile quid utilitatis haberet, acceperat.

Loca certa, Distincta & determinata. Virg. 1. Georg. 12.

Certus & definitus locus. Cic. de Somnio Scipionis, 8, Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruentur.

Loco certo cædere silicem. Cic. 2. de Diuinat. 128.

Loco certo dicere. Cicero, 4. Verr. 9. Hoc est, suo loco apto & commodo.

Luminibus dicendi certis ornare. Cic. 2. de Orat. 65.

Magistratum certum præficere procurationi alicui. Cic. 2. de Legibus, 104.

Manus certa, id est, non aberrans. Quintil. lib. 4. cap. 5. 11, Vt certa manus uno telo posset esse cõtenta, incertæ plura spargenda sunt, ut sit & fortunæ locus.

Manu certa telum missum librare, Manu rectè percutiente mittere. Seneca Hercule furente, 12. 15.

Matricida certissimus. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 1. 2. 5.

Mente certa aliquid agere, id est, obstinatè. Ouid. epist. 17. 8.

Mensis certus. Cic. 4. Verr. 89

Certa quadam moderatione. Cic. 1. de Orat. 132.

Matrimonij certa mulier. Tacit. lib. 12. de Agrippina.

Motus cæli certi. Cic. 2. de Nat. deor. 140.

Nebulo certior nullus illo. Cic. Attico, lib. 15. 329. 16, Scribit autem Statius illum cum patre habitare uelle: hoc uerò mirum, & id gaudet: quem tu illo certiorem nebulonem?

Certo nomine maleficij uocabitur in iudicium. Cic. 2. de Inu. 176.

Nomimibus certis cautos expendere nummos: id est, certa de causa. Horat. 2. Epist. 1. 21.

Habere nomen certius. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 5.

Opes certæ. Plaut. Pœnulo, 17. 44.

Oratio certa. Plaut. Pœnulo, 16. 7. Id est, uerax.

Ordo certus. Lucret. lib. 2. 51.

Certas in partes diuidere. Cic. pro Quintio, 19.

Patris familiâs certi officia nosse. Cic. pro Quintio, 6.

Patre certo nasci. Cic. pro Sexto Roscio Amerino, 26, Si tibi fortuna non dedit ut nascerere certo patre. Vnde certi liberi.

Pabibus non certis errare. Ouid. 3. Metam. 35.

Pectora certa, Fortia & firma. Virg. 9. Aeneid. 51.

Pede certo signare humum. Horat. in Arte, 32.

Penates certi, Propria alicui destinata domus aut habitatio. Virgil. 8. Aen. 8, Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates.

Certæ destinatæq; personæ. Quint. lib. 3.

Certas personas interpretatur Asconius, eos qui iudices fieri poterant.

Pœnæ certissimæ in impios constitutæ. Cic. in Pisonem, 36.

Progenies certa, id est, legitima. Seneca Troad. 6. 11.

Proles certissima. Virg. 6. Aeneid. 65.

Regio certa loci. Lucret. lib. 2. 59.

Requies certa laborum. Virg. 3. Aeneid. 79.

Res certas nunciare. Cic. Cassio, lib. 12. 4. 3.

Rebus certis signa certa præcurrere. Cic. 1. de Diuinat. 192.

Sagitta certa, Quæ non aberrat à scopo. Hor. 1. Car. ode 12. 5.

Signum amoris certissimum. Cic. pro Sestio, 41.

Signis certis aliquid cognoscere. Virg. 1. Georg. 79. & 88.

Signis certis discere. Virg. 1. Georg. 71.

Spes certa magis. Ouid. 3. de Arte, 95.

Spes certissima. Cic. ad Brutum, epist. 10. 4.

Stipulatio certa quando dicatur cõstat ex Paulo in l. stipulationum quædam sunt. ff. de uerborum obligationibus, stipulationum, inquit, quædam certæ sunt, quædam incertæ. Certum est quod ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale, quantumq; sit. Et Vlpianus in l. ubi autem, eodem titulo.

Studiosi certi alicuius. Cic. de Claris orat. 32, Sed ille Græcus ab omni laude felicior. habet enim certos sui studiosos, &c.

Digitized by Google

Bona & certa tempestas. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 6. 5.
Certum anni tempus. Plin. lib. 7. cap. 15. 3.
Certum, dimensumq; tempus. Plin. epist. 213.
Tempore cœli certo. Virg. 4. Georg. 20.
Tempore certo accidere. Cic de Somnio Scip. 42.
Tempore certo conuenire. Cic. 2. de Inuent. 120.
Testis certissimus. Sil. lib. 7. 91.
De tramite certo pelli. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 10.
Certior transitus. Plin. lib. 3. cap. 11. 6.
Tribu certa, numero certo. Cic. pro Corn. Balbo, 22.
Vectigalia certissima. Cic. pro Lege Manilia, 3.
Certis uerbis. Cic. 2. de Nat. deor. 14.
Verbis quibusdam certis fieri diuortium. Cic. 1. de Orat. 91.
Vitia certa uocis. Cic. 3. de Orat. 23.
Voluntatem alicuius alteri certam esse, Alteri consentire. Virg. 4. Aeneid. 25, ubi Iuno Venerem alloquitur,

—adero: & tua si mihi certa uoluntas,
Connubio iungam stabili. Id est, si tuum etiam officium subsequatur.

Voluptas certa & pura magis. Lucret. lib. 4. 217.
Certa res est, cui opponitur Opinor. Terent. And. 1. 2. 31,
Non opinor Dane. D. opinor narrasti non rectè accipis: Certa res est.
Certa res est, pro deliberatum & constitutum est. Plaut. Capt. 13. 11, Nunc certa res est, eodĕ pacto, &c. Idem Amph. 8. 71.
Itaq; eum placaui: & quidem c c c c. certa reliqua in ſ ℔. Cic. Attico, lib. 15. 329. 16.
Certus, pro ueloci aut fideli. Virg. 6. Aeneid. 116,

—equidem per littora certos
Dimittã, & Libyæ lustrare extrema iubebo. Vbi Seruius certos interpretatur, aut ueloces, aut fideles. Vtrunq; enim, inquit, hoc loco significat. Aliquando & firmos: ut Sallust. Apud latera certos locauerat. Aliquando & deliberati iudicij.

Amici certi. Plaut. Pseud. 5. 155. Ennius apud Cic. in Lelio, 57, Amicus certus in re incerta cernitur.
Amores certi, id est, fideles. Propert. lib. 1. eleg. 8. 9.
Homines certi, id est, fidissimi nuncij. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 3, Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. Idem 4. Verr. 67.
Homines certos habere. Cic. Attico, lib. 5. 105. 1.
Certus, cum præpositione In, uel Erga, interdum idem est quod prosper, & de quo melius confidas. Valer. lib. 1. Argon. 4,

—neq; enim in Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Graijs Elice seruanda magistris.

Dubium & certum, contraria. Lucret. lib. 4. 97,

Notitiam ueri quæ res falsiq; crearit:
Et dubium certo quæ res differre probarit.

Statos æstiuis flatibus dies & certa maris opperiebatur. Tacitus, lib. 20.
Certum quiddam & breue exempli causa ponamus. Cic. 2. de Inuent. 80.
Certiora sunt quàm quæ apud Sagram. Prouerbialis locutio, cuius meminit Cic. 3. de Nat. deor. 17, Nam de Sagra, Græcorũ etiã est uulgare prouerbium: qui quæ affirmãt, certiora esse dicunt, quàm illa quæ apud Sagram. Vide Eras. in Chiliadib.
Certum est, id est, manifestum. Terent. Eunu. 4. 4. 37, Iam satis certum est uirginem uitiatam esse?
Certum est deliberatum ſ. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 18.
Parum certum est mihi de hoc. Planc. Cic. lib. 10. 23. 10.
Certum est de iure. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 106.
Certum est de aliquo. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. 2. 8, Quem enim impedimento futurum putas, quàm de nobis certum sit nos quieturos.
Certum est, (Δῆλον, Δέδοκται) non modò accipitur pro manifestum est, ut apud Quintilianum, Nempe legem esse certum est: sed etiam pro deliberatum & constitutum est. In quo secundo plerunq; adiungitur datiuus cum infinitiuo: ut, Certum est mihi ire in Hispaniam (Δέδοκταί μοι,) Nonnunquã datiuus subintelligitur, ut apud Virg. 10. ecl. 11,

Certum est in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati. Hæc Valla, lib. 5. Virg. 9. Aeneid. 32,
Luce palàm certum est igni circundare muros. Cic. Attico, lib. 1. 5. 3, Mihi autem abiurare certius est, quàm dependere. Eidem, lib. 15. 329. 9, Certum sibi esse ad Brutum & Cassium transire.

Certum est facere. Plaut. Amph. 4. 111, Certum est hominem eludere. Terent. Eunuch. 2. 3. 96, Si certum est facere, facias. Cic. pro Cecina, 17, Itaq; mihi certum est Recuperatores, antè quàm ad meam defensionem, meosq; testes uenio, illustri confessione & testimonijs. Idem pro Sex. Rosc. Amer. 50, Certum est non facere.
Non certum est mihi quid agam. Terent. And. 1. 3. 4.
Mihi certum est ab. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123. 15, Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam.
Certum est tibi ut. Terent. Eunuch. 3. 3. 30,

—si istuc ita certum est tibi,
Amabo, ut illuc transeas, ubi illa est, &c.

Certum est, Pro tutum est. Cic. Attico, lib. 13. 265. 1, Venisse à Cesare narrabat literas. hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere, &c.
Certum atq; obstinatum. Liu. 2. ab Vrbe, 68.
Certum est istuc. Terentius, Hecyra.
Parum certum est. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 10, Sed tamen de hoc parum mihi certum est.
Definitum aut certum esse. Cic. Pulcro, lib. 3. 8, Nihil enim habent, quod definitum sit, aut certum.
Audire certum, pro certò audire. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 21,

Et certum uigilans, quartæ sit partis Vlysses
Audieris hæres. Potest etiam exponi Certum uigilans eadem ratione, pro Certò uigilans.

Clarè & certum loqui, id est, apertè & distinctè ut ab omnibus intelligatur. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 6.
Certum alicui facere. Plaut. Pseud. 9. 4,

—nimis uelim qui certum mihi
Faciat, Ballion hic leno ubi habitet.

Certius alicui facere. Plaut. Menæh. 17. 9, —nec quid
Id sit, mihi certius facit, quid uelit, quid me accersit.
Certum facere aliquem. Plaut. Pseud. 3. 16, Fac me certum quid tibi sit. Virg. 3. Aeneid. 36,

Anchisen facio certum, remq; ordine promo.

Certum habere aliquid. Cic. ad Attic. lib. 1. 8. 2, Neque tamen id ipsum certum habeo. Colum. in Præf. primi lib. 2, Quas ego causas Publi Siluine procul à ueritate abesse, certum habeo. Cic. Attico, lib. 9. 180. 10, Qui transierint Senatores scribant ad te, quum certum habebo. Lucceius Cic. lib. 5. 14. 1.
Habere certum de aliquo quid agat. Cic. ad. Cassiũ, lib. 12. 5. 1.
Quid certi de quaq; re habere. Cic. 1. de Nat. deor. 10, Multum autem fluxisse uidèo de libris nostris, quos plures breui tempore edidimus, uariumq; sermonem partim admirantiũ unde hoc philosophandi nobis subitò studiũ extitisset, partim, quid quaq; de re certi haberemus, scire cupientium.
Nihil certi de aliquo habere. Cic. Attico, lib. 6. 116. 6.
Mittere certa ad aliquem. Cic. Attico, lib. 16. 337. 4.
Inuenire certum. Vide Inuenio.
Ponere certum in aliquo. Cic. de Fato, 19, Quoniam certum in Fabio ponitur, natum esse eum in Canicula oriente, &c.
Certa, clara scribere. Cic. Att. lib. 16. 337. 5.

Nescire

Digitized by Google

Neſcire certum. Cic. pro Sylla, 28, Sed tamen quid reſpondit de Sylla Caßius? ſe neſcire certum. Idem Attico, lib. 12. 24 3. 3.

Certum ſcire. Terent. Phorm. 1. 2. 98, Non certum ſcio. Idem Eunuch. 5. 3. 12. Cic ad Atticum, lib. 7. 13 2. 8. Idem 1. de Legib. 77, Certum ſciri nullo modo poteſt.

Certum non ſcimus. Terent. Eunuch. 1. 2. 31. Cic. Pæto, lib. 5. 23. 1, Sed quum certum ſciam, faciam te paulò antè certiorem.

Certo certius, Pro uerißimo. Iuriſconſulti utuntur. Vlpianus in l. ait Prætor. §. ſi quum mulier. ff. quæ in fraudem creditorũ, Neq; enim dos in fraudem creditorum conſtituenda eſt. & hoc certo certius eſt, & ſæpißimè conſtitutum. Idem in l. ſtipulatio iſta. §. ſicut autem. ff. de uerborum obligationibus, Cæterum ſi alij habere nõ licuerit: certo certius eſt non committi ſtipulationem.

Pro certo creditur. Salluſt.

Pro certo dicere. Cic. 2. de Nat. deor. 69, Nec enim hunc ipſum mundum pro certo rotundum eſſe dicitis. Idem de Claris Orat. 6.

Pro certo habere. Cic. Bruto, 5. 2, Neq; nunciabatur quicquam, quod pro certo haberemus. Idem Attic. lib. 10. 19 6. 2. Cælius Ciceroni, lib. 8. 4. 15.

Pro certo habere de re aliqua. Cic. Attico, lib. 9. 18 8. 8.

Pro certo negare. Cic. Attico, lib. 5. 11 0. 3, Sed poſthac omnia quæ certa non erunt, pro certo negato.

Pro certo polliceri atq; confirmare aliquid. Cic. 2. pro Lege Agrar. 100.

Pro certo putare aliquid. Cic. Att. lib. 9. 18 8. 8.

Pro certóne. Terent. Adel. 3. 4. 32, Pro certóne tu iſtæc dicis?

Certior, Comparat. (εἰδήμων ἑστέρος,) Peritior. Senec. Hippol. 2. 22, de Cupidine loquens,

Ipſum Phœbum tela qui neruo regi
Figit ſagitta certior miſſa puer.

Vtinam tui conſilij certior factus eſſem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 5 8. 5, Faciam te conſilij noſtri certiorem. Idem ad Cn. Magnum in Epiſt. ad Atticum, lib. 8. 15 9. 1, Certior tui conſilij factus. Qu. lib. 4. cap. 2, Iudex quamprimum certus eſſe ſententiæ cupit.

Certiorem facere aliquem (παρεγγυᾶν, ἀναλῦσαι, πληροφορεῖσθαι,) Cic. 6. Verr. 71, Adſunt Segeſtani clientes tui, ſocij Populi Romani, atq; amici, certiorem te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta, &c. Idem 2. de Diuin. 69. Cæſar 1. bel. Gal. 84, Ab exploratoribus certior factus. Terent. Phorm. 4. 3. 69, Quantum potes, me certiorem, inquit, face. Africanus in l. eum qui. §. primo. ff. de acquirenda hæreditate, Filius familiàs hæres inſtitutus patrem ſuum certiorem fecerat uideri ſibi ſoluendo eſſe hæreditatem.

Quam diligentißimè facere aliquem certiorem. Cic. Attic. lib. 1. 9. 11.

Per literas certiorem facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 10 3, Tu me de tuis rebus omnibus, & Lentuli tui, noſtriſq; ſtudijs & exercitationibus uelim quamfamiliariſſimè certiorem, & quam ſæpißimè facias.

Per notas certiorem facere. Cic. 2 de Diuinat. 69.

Fieri certiorem aduentu alicuius. Cic. 5. Verr. 15 8.

Certiorem fieri ſcripto alicuius. Ouid. epiſt. 6. 1.

Certioro, certioras, pen. prod. certioraui, certioratum, penult. prod. certiorare, pro Præmonere. Vlpianus in l. prima. §. ſed utrum. ff. de eo qui pro tutore uel curatore negocia geßit, Sed ſi cognito quòd tutor non fuit, abſtinuit ſe ab adminiſtratione, uideamus an teneatur ſi neceſſarios pupilli non certiorauerit ut ei tutorem peterent. quod uerius eſt. Idem in l. ſi fideiuſſor. ff. mandati, Potuit enim, atq; debuit reus promittendi certiorare fideiuſſorem ſuum, ne fortè ignarus ſoluat debitum.

Certioror, certioraris, (παρεγγυᾶσθαι,) Certiorem fieri. Vlpian. in l. prima. §. uenditor. ff. de actionibus empti & uenditi, Hæc ita uera ſunt, ſi emptor ignorauerit ſeruitutes: quia non uidetur eſſe celatus qui ſcit, nec certiorari debuit qui non ignorauit.

Certus cum genitiuo, & in nonnullis ablatiuo: ut Certus eundi, Indubitabiliter profecturus. Sic exponit Seru. in illud Virg. 4. Aeneid. 111,

Aeneas celſa in puppi, iam certus eundi.

Deſciſcendi certus. Tacit. lib. 20.

Deſtinationis certus. Tacit. lib. 12.

Diſſidij certus. Tacit. lib. 20.

Exitij certus. Tacit. lib. 1. de Cn. Lentulo.

Futuri certus. Senec. in Hercule fur. 12. 4.

Matrimonij certa. Tacit. lib. 12. 150. 25. De Agrippina.

Mori certus. Virg. 4. Aeneid. 113.

Relinquendæ uitæ certus. Tacit. lib. 4.

Spei certus. Tacit. lib. 20.

Iaculis certus, Optimus iaculator. Valer. lib. 1. 75.

Laudis certus, Laudem ſperans. Sil. lib. 16. 89.

Necis certus, Certus mori. Sil. lib. 4. 40.

Sceleris certa mulier. Tacit. lib. 12. ad finem. Id eſt, quæ omnino decreuit patrare ſcelus. Budæus.

Certus cum infinitiuo: ut, Certus ſuccurrere, id eſt, paratus. Valer. Flac. lib. 2. 93,

Acrius hoc inſtare uiri, ſuccurrere certi.

Certus mori. Stat. 3. Thebaid. 76. Virg. 4. Aeneid. 113.

At Romana ratis ſtabilem præbere carinã Certior. Lucanus, lib. 3. 111.

Certè, (ἀμέλει, νὴ Δία,) Aduerbium confirmantis. Terent. Adelph. 3. 4. 42, Num nam illa quæſo parturit? G. certè Hegio. Cic. 3. de Fin. 42, Satiſne hoc cõcluſum uidetur? certè.

Certè, Ironicè dictum. Terent. And. 5. 6. 2, Neſcis quid mihi obtigerit. D. certè: ſed quid mihi obtigerit ſcio.

Certè captus eſt, id eſt, ſine dubio, ut ait Donatus. Terentius, Andr. 1. 1. 55.

Certè is eſt. Plautus Trinum. 14. 63,

—eſtne ipſus, an non eſt? is eſt.

Certè is eſt, is profectò. Terent. And. 5. 4. 31.

Eueniet certè. Cic. 2. de Diuinat. 27.

Neſcio certè. Horat. 1. Serm. 9. 14.

Nam certè neq; tum peccaui, quum, &c. Cic. Attic. lib. 8. 16 0. 2.

Res fortaſſe uerè, certè graues. Cic. 4. de Finib. 13.

Regum certè genus. Horat. 2. Carm. ode 4. 3.

Quanti certè facis. Cic. Attico, lib. 12. 25 1. 4.

Profectò certe. Cic. 1. de Nat. deor. 9, Quorum opiniones quum tam uariæ ſint, tamq; inter ſe diſſidentes: alterum profectò fieri poteſt, ut earum nulla: alterum certè non poteſt, ut plus una uera ſit.

Vel certè. Cic. 1. Tuſc. 191, Homines mortem optare incipiant, uel certè timere deſiſtant.

Certè, Concedentis. Græcè νὴ, ut uult Budæus. Cic in Oratore 80, At dignitatem docere non habet. Certè, ſi quaſi in ludo. Cic. de Finib. 145, Naturales diuitias dixit parabiles eſſe, quòd paruo eſſet natura contenta. certè, niſi uoluptatem tanti æſtimaretis.

Et certe. Cic. pro M. Marcello, 3, Et certè in armis, militum uirtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, cõmeatus, multum iuuant.

Certè, pro etiam, uel ſimili quadam particula, teſte Budæo. Cic. 3. de Finib 15, Erat enim, ſi cuiuſquam, certè tuum, nihil præter uirtutem in bonis ducere.

Certè, pro ſaltem, uel utcunq;. Cic. 4. de Finib. 11, Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui ſunt, aut non potuerunt, aut noluerunt

Digitized by Google

noluerunt, certè reliquerunt. Cicero Marcello, lib. 4. 7. 5, Victi sumus igitur: aut si uinci dignitas nõ potest, certè fracti atq; abiecti.

Certè, pro tamen. Cic. Attico, lib. 16. 334. 3, Et si quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

Certè enim. Cic. 1. Acad. 19, Certè enim recentissima quæq; sunt correcta & emendata maximè. In hoc genere loquendi abundat Enim. Idem, de Claris Orat. 63, Certè enim & boni aliquid attulimus iuuentuti.

Certè si. Terentius, Andr. 3. 2. 14, Saltem accuratè, ut metui uidear. certè si resciuerim.

Certè hercle. Terent. And. 3. 2. 15, Certè hercule nunc hic seipsus fallit, haud ego.

Tam hercle certe. Plaut. Merc. 4. 72, Certen' uidit? A. tam hercle certè, quàm ego nunc te, ac tu me uides. Hic ornatiuum quoq; est Hercle.

Certè quidem pol. Terent. Eunuch. 4. 5. 5, Certè tu quidem pol, multò hilarior. Enim, ædepol, hercle, quidem & pol, quum post Certe ponuntur, sunt ornatiuæ tantum particulæ.

Certè equidem. Virg. eclog. 9. 2.

Quidem certè. Cicero Attico, libro 16. 333. 20, Sed ita, si ante Kal. Ianua. redeam. quod quidem certè enitar. Idem quinto Tusc. 36.

Certè igitur. Cic. 2. de Diuinat. 35, Certè igitur ignoratio futurorum malorum utilior est, quàm scientia.

Certè scio. Terent. Adelph. 2. 3. 3, Satis certè scio. Cic. 12. Philipp. 340, Nam Martiam & Quartam nihil præter dignitatem & decus comprobaturas esse certè scio. Idem Attico, lib. 1. 7. 8.

Certè ædepol scio. Plaut. Amphit. 4. 117.

Atqui certè. Cic. Att. li. 7. 127. 1, Atq certè ille agere debuit: etc.

Et certè. Terent. Eunuch. 5. 6. 4, Sed éstne ille noster Parmeno? & certè ipsus est. Idem, Adelph. 1. 1. 53. Cic. Et certè contra Cæsarem est ingressus armatus. Valla, lib. 2, Certè coniuncta cum coniunctione Et, semper affirmat.

At certè. Balbus & Oppius Ciceroni in Epistolis ad Atticũ, lib. 9. 179. 1, De eo quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiscitur.

Certò, Aduerbium confirmantis. Plautus, Menæh. 23. 9, Liberum ego te iussi abire? M E. certò.

Certò, (ἀναμφιλόγως) Aduerbium similiter affirmandi, quod etiam, pro certo, dicimus. Plaut. Amph. 4. 215, At mentiris etiam, certò pedibus non tunicis uenis. Cic. 5. Tuscul. 117, Nihil ita expectare quasi certò futurum: nihil quum accidit admirari.

Certò enim ego uocem hic loquentis modò me audire uisus sum. Plaut. Aulul. 27. 4.

Quidem certò. Plaut. Epid. 8. 43, Me quidem certò seruauit cum filijs suis.

Quidem hercle certò. Terent. Phorm. 1. 3. 12, Nam tua quidem hercle certò uita hæc expetenda, optandaq; est.

Certò scire. Cic. pro Cecinna, 40, Veniunt in mentem mihi permulta, uobis plura certò scio. Idem de Claris Orat. 83.

Et ea est certò. Plaut. Pœnu. 19. 21.

Certò perij. Plaut. Pœnu. 11. 42.

Certò comperi. Terent. Eunuch. 5. 1. 9.

Satin' hoc certò? G. certè hisce oculis egomet uidi. Terent. Adelph. 3. 2. 31.

Futurum certò. Cic. 5. Tusc. 117.

Scire certò. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4. 2, Et ad Quint. frat. lib. 1. 2. 9. Idem ad Torquatum, lib. 6. 1. 7.

Videntur certò hæc erumpere aliquò. Cic. Attic. lib. 2. 37. 6.

Cerua, Ceruarium] *Vide* Ceruus.

Ceruaria] *Locus ad templum Veneris, Galliæ Aquitanicæ finis. Author Pomponius, lib. 2.*

Ceruchus] *pen. prod. (κρόχος) Latinè dicitur Cornutus: ponituríq; pro cornibus naualibus, id est, extremis antennis, quæ in utrunq; ueli latus diffunduntur: de quibus Virgilius,*

Cornua uelatarum obuertimus antennarũ. Quidam ceruchos accipiunt pro cauea illa, quæ in fastigio nauigij sustollitur, effigie corniculata. Valer. Flac. lib. 1. Argona.

Temperet ut tremulos Zetes, fraterq; ceruchos. Lucã. lib. 8. 35,

Surget & instabit summis minor Vrsa ceruchis, De Polo Arctico loquitur, quo reguntur naues.

Ceruical] *Vide* Ceruix.

Ceruisia] *Genus potus. Plin. lib. 22. cap. 25. 42, Ex ijsdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, cælia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia. Quo loco quidam cereuisiam legunt. Vlpianus in l. siquis. §. 1. ff. de tritico, uino, &c. Certè zythum, quod in quibusdam prouincijs ex tritico, uel hordeo, uel pane conficitur, non continebitur. Simili modo nec curmi, nec ceruisia continebitur.*

Ceruix] *huius ceruicis, penult. product. fœmin. gen. (αὐχήν,) Est posterior colli pars, unde origo est omnibus neruis. Iugulus anterior, unde uox halitusq; procedit. Collum omnes partes in solidum complectitur. Hæc Valla, libro 4. Plinius, libro 11. cap. 37. 48, Ceruix nulli, nisi quibus utraq; hæc cæteris collum quibus tantum gula. Sed quibus ceruix, è multis uertebratisq; orbiculatim oßibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur. Idem, lib. 14. cap. 22. 3, Ac pectorosa cernicis repandæ ostentatio. Et quoniam nerui qui corpus erectum, rigidumq; faciunt, in ceruice sunt collocati: idcirco dicimus hominem duræ ceruicis, quasi indomabilem more ferocium boum: uel qui ceruice erecta & rigida, contumaciam quandam & rigorem mentis præsefert, tanquam nemini caput inclinare uolens. Hæc Valla, lib. 4.*

Ceruices etiam dicimus pro ceruice: imò singulari numero neminem ante Hortensium dixisse Quintilianus est Author. Hæc Valla, præscripto loco. Cicero 2. Phil. 66, Ceruicesq; suas ei obiecit securi, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. Idẽ in Vatiniũ, 2, Inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. Cato, Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito.

Ceruicum mollitia. Cic. in Orat. 33.

Redundare ceruicibus. Cic. 1. de Nat. deor. 137.

Tantis ceruicibus homo, qui. Cic. 5. Verr. 115.

Altæ ceruices. Virg. 2. Aeneid. 44.

Anguina ceruix. Pacuuius apud Cic. 2. de Diuin. 198, Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci. De testudine loquitur.

Candida ceruix. Horat. 2. Carm. ode 9. 1. Iuuenal. Sat. 10. 35.

Captiua ceruix, Quæ uinculis coercetur. Ouidius, 4. Trist. eleg. 2. 5.

Dubia ceruice labare, Vacillanti neq; erecta ceruice esse. Seneca, Agamemn. 8. 2.

Eburnea ceruix. Ouid. Epist. 19. 12.

Fortissima ceruix, id est, ceruix uiri fortissimi. Sil. lib. 13. 75.

Riget horrida ceruix. Ouid. 8. Metam. 57.

Intacta ceruix, quæ nondũ iugum passa est. Virg. 4. Geor. 110.

Lactea ceruix, Alba. Virg. 10. Aeneid. 27.

Languida ceruix. Stat. 10. Thebaid. 69.

Mollis ceruix, pro Defessa & lassa. Lucret. lib. 6. 150.

Marmorea ceruix, id est, pulcra. Virg. 4. Georg. 105.

Niueæ ceruices. Claud. epig. 22. 24.

Plurima ceruix. Virg. 3. Georg. 10.

Prona ceruix. Seneca, Herc. fur. 11. 30.

Rebellis ceruix. Claud. de Rapt. Proserp. lib. 1. 32.

Digitized by Google

Rosea ceruix. Horat. 1. Carm. ode 13. 1. Virg. 1. Aeneid. 82.
Teres ceruix. Lucret. lib. 1. 7.
Torosa ceruix. Catul. de Berecynthia & Atys, 58. 17.
Abrupta cruor è ceruice profunditur. Ouid. 8. Metam. 155.
Abscindere ceruicibus caput. Cic. 11. Phil. 292. De Trebonio.
Sub iuga ceruices adigere. Claud. epig. 22. 24.
Applausæ ceruicis sonitum amare. De equis propriè dicitur. Silius, lib. 16. 72.
Astricta ceruix. Subau. ad catenam aut funem. Iuuen. Sat. 10. 9.
Auulsa ceruix. Lucan. lib. 8. 3.
A' ceruicibus auertere aliquem. Cic. Bruto, 15. 9, De Octauio Cæsare loquitur.
Ingenio manus est, & ceruix cæsa. Iuuen. Saty. 10. 12, De Ciceronе loquitur, cui ob ingenium ac summam eloquentiam Popilius Lenas manum & collum amputauit iussu M. Antonij.
In ceruicibus populi legiones collocare. Cic. Cornificio, lib. 12. 23. 5. De Antonio loquitur.
Contenta ceruice boues plaustra trahere dicuntur, id est, constanti & firma ceruice. Virg. 3. Georg. 106.
Coronant ceruicem plumæ. Lucret. lib. 2. 161.
Curuata ceruix. Claud. de Nupt. Hono. & Mariæ, 18. 59.
Brachia ceruici dare. Horat. 2. Carm. ode 9. 1.
Dare ceruices alicui. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 18. Idem, 5. Philipp. 195, Nullum erat consilium publicum, nulla libertas: dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ.
Demittere à ceruicibus corpus. Author ad Herennium, lib. 3. 120.
A' ceruicibus depellere aliquem. Cic. 3. Verr. 128. Idem, 3. in Catil. 62. Tacit. lib. 17.
Detorquere ceruicem ad aliquid. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.
Rebelli ceruice onus detrectare. Claud. de Rapt. Pros. lib. 1. 22.
Fluit ceruix, quæ fessa uacillat & inclinatur deorsum. Virgilius, 3. Georg. 103.
Frangere ceruicem. Cic. 7. Verr. 87, Prætorem tu accusas? frange ceruicem.
Impendet ceruici gladius. Cic. 5. Tusc. 87, De Dionysio tyranno & Damocle loquitur.
Ceruici imponere, id est, quasi iugum seruitutis iniungere. Curtius, lib. 6, Ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse ceruicibus. Idem, Defecere Bactriani, in quorum ceruicibus stamus. Budæus.
In ceruicibus imponere dominum. Cic. 1. de Nat. deor. 76.
Inclinare ceruicem ad aliquem. Stat. 6. Thebaid. 162.
Inclinata ceruix. Quint. lib. 1. cap. 11. 5.
Inflexam ceruicem ponere. Virg. 3. Aeneid. 126.
Intenta ceruix. Seneca, in Agamem. 13. 5. Sub. ad ictum.
Iuncta est humero ceruix. Ouid. 12. Metam. 60.
Locata ceruix. Iuue. Saty. 9. 15, De seruis Mœsiæ regionis, quæ est Pannoniæ finitima, loquitur, qui ut fortissimi ad lecticam ferendam Romæ locabantur.
Natæ ad iugum boum ceruices. Cic. 2. de Nat. deor. 237.
Terram ceruice petere, In terram ceruicem inclinare. Seneca, Hercule furente, 9. 42.
Portant funus ceruices. Iuuen. Saty. 10. 26.
Præbere ceruices. Cic. antequam iret in exilium, 13.
Receßit caput ceruice, id est, auulsum aut abscissum est. Ouid. epist. 15. 31.
Reflectere ceruicem. Stat. lib. 1. Achil. 78.
Reflexa ceruix. Virg. 10. Aeneid. 107.
A' ceruicibus repellere. Cic. pro Milone, 57.
Reponere ceruicem. Quint. lib. 4. cap. 2. 29.
In capite & ceruicibus alicuius restare. Cic. pro Murena, 72, non enim deseruerunt, sed ab illo in speculis atq; insidijs relicti, in capite atq; in ceruicibus nostris restiterunt.
Rotare ceruicem, rotata ceruix. Quid. ad Pisonem, 11.
Soluta ceruix, Rupta. Seneca, Herc. fur. 12. 12.
Subacta ceruice iugum ferre. Horat. 2. Carm. ode 5. 2.
Sustinere collo & ceruicibus pœnam auaritiæ alicuius. Cicero 7. Verr. 85.
Sustinere ceruicibus Remp. Cic. pro Domo sua, 120. Idem pro Sestio, 121.
Securim ceruice tingere dicitur, cui ceruix securi amputatur. Horatius, 3. Carm. ode 23. 3,

Victima pontificum secures Ceruice tinget.

Tollere ceruicibus. Quint. lib. 4. cap. 2. 87, Quæ tamen examinatæ terrore, hostium aduentu percepto excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, uehementius etiam nonulla feriebat.
Tutari ceruices. Cic. pro Sestio, 78, An qui sua tecta defendit, &c. monetur ut aliquo præsidio caput & ceruices, & iugulum, ac latera tutetur: hunc de ui accusandum putas?
In ceruicibus bellum esse, pro Vicinum esse. Liuius.
In ceruicibus aliquos esse, pro In uicino. Iustinus, lib. 29.
Plumæ sitæ circum ceruicem. Lucret. lib. 2. 161.
Ceruix uitis. Colum. lib. 4. cap. 7.
Ceruicem de arbore dixit Stat. lib. 6. Thebaid. 171.
Ceruices ligneæ, per metaphoram. Vitruuius, lib. 10. cap. 13, E' modiolis autem fistulæ sunt continenter cõiunctæ ligneis ceruicibus, pertingentesq; ad nares quæ sunt in arcula, in quibus axes sunt ex torno subacti, & ibi collocati.
Ceruical, pen. prod. uel ceruicale, ceruicalis, pen. prod. neu. ge. (προσκεφάλαιον,) Denominatiuum à ceruicibus: significat ceruicis sustentamentum. Iuuen. Saty. 6. 26,

Conducit comites, sellam, ceruical, amicas. Martialis, lib. 14. 151,

Tinge caput nardi folio, ceruical olebit. Plinius, lib. 20. cap. 20. 6, Sunt qui ante solis ortum ceruicalibus subijci efficaciter putent.

Ceruicula, pen. corr. (αὐχένιον) Diminutiuum à ceruix. Cic. 5. Ver. 40, Tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum?

Cerula] Vide Cera.

Cerulanus] lacus, κυανεαίνη λίμνη, Mantianus aliter dictus: in Armenia est. Is post Mœotim maximus, ut ferũt aquæ salsæ, progreditur us. in Atropatiã, & salis fontes habet. Author Strabo, lib. 11.

Cerusmanus] Creator bonus intelligitur. Festus.

Cerussa] cerussa, (ψιμμύθιον) Genus unguenti ex ramentis plumbi compositi: quod alio nomine Psimmythium uocatur. Plin. lib. 34. cap. 18. 9, Psimmythium, hoc est, cerussam plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis super uas aceti aspersum, impositis, atq; ista distillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur & cribratur, iterumq; aceto mixto in pastillos diuiditur, & in sole siccatur æstate. Et paulò pòst, Vis eius eadem quæ supradictis, leuissima tantum ex omnibus: præterq; ad candorem fœminarum. Est autem lethalis potus, sicut spuma argenti: postea cerussa ipsa si coquatur, rubescit. Plaut. Mostel. 4. 100,

Cedo cerussam. S. quid cerussa opus est? Phile. nam qui malas oblinam? S. Vna opera ebur atramento candefacere postules. Ea enim utuntur mulieres ad faciem dealbandam & illiniendam.

Cerussatus, pen. prod. Adiectiuum, (ψιμυθιωτός) ut Cerussatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa utuntur. Mart. lib. 2. 41, Cerussata timet Sabella solem.
Cerussata cutis, cerussatæ buccæ. Mart. lib. 7. 24. Cic. in Pis. 19.
Ceruus] cerui, (ἔλαφος,) Animal notum dictũ quòd τὰ κέρατα,

Digitized by Google

ρατα, id est, cornua gerat, authore Festo. Varro de Lingua Latina, Cerui quòd magna cornua gerunt: Cerui, mutata g in c, ut in multis, quasi geruli. Plin. lib. 8. ca. 32, Ceruis quoq; est sua malignitas, quanquam placidißimo animalium.

Cerua, fœmininũ. Plin. li. 25. ca. 8. 11, Simplicius ceruæ monstra uere elaphoboscon, de qua diximus. Itẽ seseli enixæ à partu.

Ventosa ceruorum mens, id est, instabilis, trepida, & timida. Lucret. lib. 3. 61.

Aeripes cerua. Virg. 6. Aeneid. 161.

Alatus ceruus. Ouid. 1. Metam. 62. Id est, uelociter currens.

Alba cerua Sertorius quidam uir acer, & egregius dux ad barbarorum militum suorum animos continendos conciliandosq; utebatur. Siquidem hanc quæ à Lusitano quodam sibi dono data esset, oblatam diuinitus, & instinctam Dianæ numine, colloqui secum monereq; & docere quæ utilia factu essent, mentiebatur. Ac siquid durius uidebatur, quod imperandum militibus foret, à cerua sese monitum prædicabat. Vide Gellium, lib. 15. cap. 22.

Alipedes cerui. Lucret. lib. 6. 154.

Celeres cerui. Stat. lib. 6. Thebaid. 120.

Corniger cerui. Lucret. lib. 3. 151.

Cretæa cerua, Cretensis. nam Creta abundat ceruis. Seneca Hip (pol. 1. 11.

Errantes cerui. Virg. 5. Aeneid. 38.

Formidantes cerui. Ouid. 15. Metam. 95.

Fugax ceruus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 3. Virg. 5. Georg. 106.

Imbelles cerui. Virg. 3. Georg. 52.

Inermes ceruæ. Stat. 6. Thebaid. 114.

Ingentem ceruum ad retia premere clamore. Virg. 3. Geor. 82.

Iugales cerui. Claud. 3. Paneg. 58. Sic illos uocat qui Dianæ currum trahunt.

Leues cerui. Virg. eclog 1. 12.

Ocyor ceruis. Horat. 2. Carm. ode 16. 6.

Pauidi formidine cerui. Ouid. 5. Fast. 35.

Syluicultrix cerua. Catull. epig. 58. 15.

Timidi cerui. Seneca, Hipp. 3. 14.

Tragica cerua, quæ in tragœdia Sophoclis dicitur pro Iphigenia suppositа & mactata. Iuuen. Saty. 12. 12.

Veloces cerui. Virg. 5. Aeneid. 51.

Vinax ceruus. Virg. 7. eclog. 6.

Glocitare ceruorum esse uocem ait ille qui Philomelæ carmen composuit, inter Ouidij opera repositum,

Et barrus barrit, cerui glocitant, & onagri. Tu uide an fides adhibenda sit authori.

Cerui etiam in ædibus rusticis dicuntur, ubi singula extrema bacilla forcillata, habent figuram literæ u, è similitudine cornuum cerui. Hæc Varro de Lingua Latina. Virg. 2. eclog. 4,

Atq; humiles habitare casas & figere ceruos. Vbi Seruius, aut furcas quæ figuntur ad casæ sustentationem: quæ dictæ sint cerui, ad similitudinem cornuum ceruinorum: Aut (quod melius est) figere ceruos, id est, uenari & iaculari, intelligamus: ut magis ad uoluptatem eum, quàm ad laborem inuitare uideatur.

Ceruarius, (ἐλαφος,) Adiectiuum: ut, Ceruarium uenenum. Plin. lib. 27. cap. 11, 7, Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in uenatu tingunt medicamento, quod uenenum ceruarium uocant.

Ceruarius lupus, Animal ex cerua & lupo, aut lupa & ceruo genitum ac mistum: de quo sic Plin. lib. 8. cap. 22, de lupis, Sunt in eo genere qui ceruarij uocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni arena spectatum diximus. Huic quamuis in fame mandenti, si respexit, obliuionem cibi surrepere aiunt, digressumq; quærere aliud.

Ceruinus, pen. prod. (ἐλαφος,) Adiect. aliud: ut, Ceruinũ cornu, quod pertinet ad ceruum. Varro, 3. de re rusti. cap. 9. 11. Plin. li. 28. c. 9, Sanguine quoq; ceruino, si unà urantur, etc.

Ceruinus color, qualis est pellis cerui, uel castaneæ. Palladius, lib. 4. cap. 13, Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, ceruinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidißimus, niger, pressus.

Pellis ceruina. Horat. 1. epist. 2. 14.

Vellera ceruina. Ouid. 6. Metam. 119.

Cerycium] cerycij (κήρυκειον) lignũ erat rectũ, utrinq; duos continens serpentes implexos, ita ut se mutuò & ex aduerso intuerentur, quales Græci uocant ἀντιπροσώπους. Ferunt id caduceatores, & inde illis iniuriã intulisse, maximũ habebatur nefas. Et rectum quidem lignũ σύμβολικῶς orationis rectitudinem significat: serpentes uerò impliciti, castra castris iuncta nobis innuunt occultius, quibus se, dißidentes cõciliatura uolũtates, orationis inserit uirtus. Ex Cœlio, li. 21. c. 16.

Ceryx] κήρυξ, Latinè præco & caduceator. Vnde Eusebius scribit à Nerone cerycas fuisse certamine superatos. Seneca apud Serenum, Non uis nisi Consul, aut prytanis, aut ceryx, aut suffes administrare Rempub.

Cesale] cesalis, gen. neut. Dicitur locus in quo uentrẽ perpurgamus, reliquijs ciborum deiectis. Sellam familiarem uocauit M. Varro. Ex Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. ult.

Cesena] κεσεννα, Oppidum in Italia Plinio, lib. 3. cap. 15. 2. Huius etiam & Cicero meminit ad Tironem, lib. 16. 27. 4, Nam isti uix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. quo loco Manutius in Scholijs putat legendum Cesennia.

Cessero] κεσσρών, Narbonensis Galliæ oppidum ad Carpentoractem. Plin. lib. 3. ca. 4. in descriptione Narbonensis prouinciæ. Vulgò Castres.

Cespes] Vide Cæspes.

Cespius] unus ex septẽ collibus urbis Romæ, sic dictus quòd sexticeps esset, quem postea Seruius Tullius Exquilias cognominauit, ex eo quòd ab eo excultæ fuissent, quum, ut loco dignitas foret, regiam ibi sumpsisset: tametsi ab excubijs dictas nonnulli credant. Alex. ab. Alex. lib. 6. cap. 11.

Cessa] κέσσα, Oppidum in Iberia. Vnde fit,

Cessæus, (κεσσαῖος) Adiectiuum. Valer. lib. 6. Argonaut. 26.

Cesśicus] a, um, Adiectiuum. Vide in Cedo.

Cesśim, Cesśo] Vide Cedo.

Cesticillus] appellatur circulus quem superponit capiti, qui aliquid est laturus. Festus.

Cestreus] duabus tantùm syllabis (κεστρεύς,) piscis genus, qui et Cephalus et Mugil uocatur, publicis adulteriorũ supplicijs destinatus apud Athenienses. Vide Cœl. Rhodig. lib. 27. c. 4.

Cestron] siue cestros, (κέστρον,) Herba quæ betonica à Gallis dicitur. Plin. lib. 25. cap. 8. 5, Vetones in Hispania eam quæ betonica dicitur in Gallia, in Italia autem serratula, à Græcis cestron, aut psychotrophon, ante cunctas laudatißima.

Cestrosphendona] κεστροσφενδόνη, Teli genus. Liuius, 5. Decad. lib. 2.

Cestrum] κέστρον, Instrumẽtũ quo cauatur ebur. Plin. Suidas putat esse genus teli Persico bello inuenti. Latinè Viriculum appellant. Iulius Pollux pro stimulo siue stylo accipit.

Cestrus] κέστρος, Græcis uerutum significat, cuius teli etiam apud Liuium mentio est. Hinc quod in Gellio legitur Ruminestor, Turnebus emendandum censet Rumæ cestri.

Cestus] huius cesti, m. g. sine diphthongo, (κεστός,) Cingulum quo uxor à marito cingebatur in fide maritali: à uarijs punctis sic dictum: κεντεῖν enim pungere est, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris quo ipsa Martem, & Iuno Iouem conciliabant, à poetis cestus dicitur. Martialis,

Vt Martis reuocetur amor, summiq; tonantis,
A te Iuno peto cestos, & ipsa Venus.

Digitized by Google

Lorum item, aut opus interpunctum, acíue pictum, & Veneris item ornamentum, & in commune fœminarum, ceſton Græci uocant. Mart. lib. 14. 211,

Collo necte puer meros amores,
Ceſton de Veneris ſinu calentem.

Spirãs blãdo numine ceſtus. Clau. de Nupt. Hon. & Mariæ, 25.

Soluere ceſton. Stat. 5. Thebaid. 13.

Ceſtus, pro alio quouis cingulo, & ligamẽto, ut uinearũ. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 8. 5, Sub eam, ubi naſcitur uua, ſubijciuntur circiter bipedales è furculis furcillæ, ne uindemia pereat, & uindemiæ factæ deniq; diſcat pendere in palmã, aut funiculo, aut uinctu, quod antiqui uocabant ceſtum.

Ceſtus item lora erant, quibus pugilũ brachia & manus innectebantur, ut ſi qui hoc tẽpore pugillatu decertare uellet, chirothecis manus muniret, quo & firmiorẽ ictum inferrent, neq; manũ læderent, & ſine noxa ſuſtinerẽt aduerſarij petitionẽ. Ceſtus ex eo uocatus, quòd, ut opinor, lora illa ſuta eſſent, quaſi ſit κεστὸς ἱμὰς, id eſt, ſutile lorum, ut Græci loquuntur, unde & nomen etiam cingulo Veneris, quod ſutile ſit. Ceſtus ſignificat Virgilius quum dicit,

Et paribus palmas amborum innexuit armis. Iterum,
—duroq; intendere brachia tergo. Ex Turnebo.

Cetarij, Cete] Vide Cetus.

Cetegus] pen. prod. (κέθηγος,) Conſul fuit, Cicerone teſte, cũ P. Tuditano bello Punico ſecundo, de quo ſic ſcribit ipſe in Bruto: M. Cornelius Cethegus (inquit) cuius eloquentiæ eſt author, & idoneus quidem, mea ſententia Q. Ennius, præſertim quum & ipſe eum audierit, & ſcribat de mortuo: ex quo nulla ſuſpicio eſt, amicitiæ cauſa eſſe mentitum. Eſt igitur ſic apud illum in nono (ut opinor) annali,

Additur Orator Cornelius ſuauiloquente
Ore Cethegus. Fuit & Cethegus, qui in Catilinæ cõiuratione Salluſtio cõmemoratur. Cuius etiã Cicero ſæpe meminit oratiõe in Catilinã tertia. Atq; interea (inquit) ſtatim admonitu Allobrogũ C. Sulpitium fortẽ uirum miſi, qui ex ædibus Cethegi, ſiquid telorũ eſſet, efferret: ex quibus ille maximum ſicarũ numerũ, & gladiorum extulit. Hæc ille. Iuuenal.

Clodius accuſat mœchos: Catilina Cethegum.

Ennius M. Cethegũ Suadai medullam uocat. Quin. li. 2. c. 15. 4.

Cinctuti Cethegi. Horat. in Arte, 10.

Cethegus audax. Sil. lib. 8. 115.

Integer Cethegus cecidit. Iuuen. Saty. 10. 29, De Caio Cethego Romano ciue intelligit, qui cum Lentulo Prætore & Catilina coniurauerat: dictus integer, quòd corpore integro & non mutilato in bello mortuus eſt.

Priſci Cethegi. Horat. 2. Epiſt. 2. 24.

Cetij] Populi ſunt inter Cilices & Pelaſgos, authore Strab. li. 13. Horũ meminit Homerus in Odyſſea. Sic dictos putat Strabo à Cetio fluuiolo quodam in eorum agro. Cuius etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Cetitizis] κητίειζις, Promontorium in littore Apolloniæ regionis, locus munimine ualidus, quo aliquando Lyſimachus opũ ſuarũ theſauro & ærario uſus eſt. Author Strabo, li. 7.

Cetius] κῆτος, Norici mons Ptolemæo, hodie Calemberg uulgò dicitur.

Cetra] huius cetræ, (πέλτης) Scutũ breue loreum, quo authore Seruio, utuntur Afri & Hiſpani. Virgilius, Læuas cetra tegit. Liu. 8. bel. Pun. 23, Pelta cetræ haud diſſimilis eſt. Idẽ, lib. 1. 98, Hiſpani ſine ulla mole in utres ueſtimentis coniectis, ipſi cetris ſuperpoſitis incubantes, flumẽ tranſnatauere.

Cetræ crepitantes. Sil. lib. 16. 6.

Reſona cetra. Sil. lib. 3. 70.

Verſicolor cetra. Sil. lib. 3. 56.

Cetræ reddere ſpeciem. Curtius non procul ab initio libri tertij, Barcanorum equitum duo millia fuere, armati bipennibus, leuibusq; ſcutis cetræ maximè ſpeciem reddentibus.

Cetratus, pen. prod. Adiectiuum, (πελταστὴς,) Qui cetra utitur. Liu. 1. bel. Maced. 140, Nocte cetratos (quos peltaſtas uocant) loco opportuno inter bina caſtra in inſidijs abdiderat. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Erant, ut ſuprà demonſtratũ eſt, legiones Afranij tres, Petreij duæ, prætereà ſcutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes circiter 80.

Cetus] ceti, m. g. (κῆτος) Belua marina. Feſtus, Balænam beluam marinam ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe & cetum. Plin. lib. 32. cap. 1. 9, Cetos ſexcentorum pedum longitudinis & trecentorum ſexaginta latitudinis, in flumen Arabiæ intraſſe tradit Iuba: pinguiq; eius negociatores, & omnium piſcium adipe camelos perungi, in eo ſitu ut aſylos ab his fugent odore. Plaut. Aulul. 13. 5, Et Capt. 13. 82.

—pernam atq; ophthalmiam
Horæum, ſcombrũ, & trygona, & cetũ, & mollẽ caſeũ.

Celſus cetos in recto dixit. Budæus.

Cete immania, apud Virgilium, 5. Aeneid. 163,

Tum uariæ comitum facies, immania cete. Vbi Seruius, Græca declinatio τὸ κῆτος, κήτη, βυλὸς, βύλη. Nam Latinè ſic declinari non poteſt.

Scopuloſa cete. Stat. 1. Achil. 11.

Coeunt cete. Plin. lib. 9. cap. 50. 1, Piſces attritu uentriũ coeunt.

Cetarius, Adiectiuum: ut Cetarij fines, ubi capiuntur cete. Plin. lib. 31. cap. 8. 1, Nunc è ſcombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis ſpartariæ cetarijs: ſociorum id appellatur.

Cetariæ, cetariarum, (κητοτροφεῖα,) Loca iuxta mare, ſtagnate lacu, in quibus thynni, & alij huiuſmodi piſces capiuntur & iuxta ſaliuntur. Plin. lib. 37. cap. 5. 5, Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis. Idem, lib. 9. cap. 30. 3.

Cetaria in neutro. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 9,

Plures annabunt thunni & cetaria creſcent.

Cetarius, cetarij, (κητοπῶλαι,) Qui cete, id eſt, magnos piſces uenditat, & bolonas exercet, authore Donato. Teren. Eunu. 2. 2. 26, Cetarij, lanij, coqui, ſartores. Cic. 1. Offic. 209, Nec enim quicquã ingenuum habere poteſt opificina, minimeq; artes eæ probandæ, quæ miniſtræ ſunt uoluptatum, cetarij, lanij, coqui, & c. Colum. lib. 8. cap. 11. 11.

Cette] ἔπειτε ἢ δότε, ſignificat Dicite uel date: ab eo quod eſt cedo. Næuius Lycurgo, Pro induſtria ne te regẽ prognatum patre Lycurgum cette. Ennius Medea, Saluete optima corpora, cette manus ueſtras, meaſq; accipite. Noni. Antiquũ eſt.

Ceu] ὅτε, ὡσανεί, ὥσπερ, Aduerbium ſimilitudinis, magis eſt poetarum, quàm oratorum: ſed quo multi, & præſertim Plinius, utuntur. Virg. 2. Aeneid.

Aduerſi rupto ceu quondam turbine uenti Conſligunt.

Ceu, pro uelut. Plin. lib. 9. cap. 7. 2, Argumento animalium quæ ſemper defoſſa uiuunt, ceu talpæ.

Ceu, pro quaſi. Plin. lib. 8. cap. 16, Incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur.

Ceu uerò, pro quaſi uerò, frequentiſſimè uſus eſt Plinius, ut in Præfatione ſui operis, 12, Ceu uerò neſciam aduerſus Theophraſtũ ſcripſiſſe etiã fœminã. Idẽ, lib. 7. cap. 55. 2, Ceu uerò ullo modo ſpirandi ratio homini à ceteris animalibus diſtet.

Ceua] ceuæ, (κέβα,) Genus uaccæ. Colum. lib. 6. cap. 24. 4.

Ceueo] ceues (σαλακωνίζω,) ceuere, Clunes mouere: quod proprie eſt marium obſcœnè ſe motantium.

Ceuere, (σαλακωνίζωμ) per translationem pro adulari accipitur: quòd quum adulantur canes, clunes mouent & caudam. Perſius, Saty. 1, An Romule ceues?

Ceuens, Participium, (σαλακωνίζωμ) Iuuenal. Saty. 2. 3,

—ego te ceuentem Sexte uerebor.

Digitized by Google

Ceyx] Ceycis, pe.ge.pro. (κύξ) Suidæ, rex fuit Thraciniæ, Luciferi filius, et maritus Alcyones filiæ Aeoli, q quũ ob causam fratris in accipitrẽ mutati, ad Clariũ oraculũ consulendũ nauigaret, tẽpestate deprehensus est & submersus. Quare quũ statuto tẽpore non rediret, Alcyone multa quotidie uota pro uiri salute suscipiebat. Tandẽ in somnis monita, naufragio eũ periisse, quũ ad deflendũ miserabilẽ uiri casum manè ad litus uenisset, unde ille soluerat, cadauer quoddã fluctibus ad litus uidit expelli: quod quũ uiri sui esse cognouisset, ac per undas ad illud exilire uellet, Deorũ miseratione in Alcyonẽ conuersa ad os mariti aduolauit: qui & ipsa oscula uxoris sentiens, in Alcyonẽ mutatus est. Fabulã hanc refert. Oui. 11. Metam.

C H

Chaa] inquit Strabo lib. 8, Peloponnesi urbs, Lepræo uicina, ubi Ephasius campus iacet. Huius Chaæ causa, bellum inter Arcades & Pylios conflatum pleriq; aiunt.

Chaala] uicus est Aegypti. Strabo, lib. 16.

Chabareni] χαβαρηνοί, Populi Scythici, ad Chalybẽ fluuiũ habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nanciscì poterant, mammas crudas edebant, & pueros deuorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

Chabria] uicus est Aegypti prope Arabiam. Strabo, lib. 17.

Chabrias] Athenienſium philosophus, dux clarissimus. Author Suidas. Huius Demosthenes cũ sæpe in orationib. meminit, tũ in oratione ad Leptinẽ, plurib. res gestas persequitur, & in eius laudes digreditur. Hic dicere solebat terribiliorẽ esse exercitũ ceruorum duce leone, quàm leonũ duce ceruo.

Chadisia] χαδισία, Fluuius est & oppidum eiusdem nominis in Cappadocia, siue Leucosyria, in finibus Themiscyriæ, non procul à Lycaosto. Author Plin. lib. 6. cap. 3.

Chæanitæ] χαιανοῖται Populi sunt ad Caucasi mõtis radices, Septentrionẽ uersus, post Troglodytas, de quib. Strab. li. 11.

Chære] χαῖρε, id est, salue. Martial. lib. 5. 52,

Exprimere Ruffe, fidiculæ licet cogant,
Aue Latinũ, χαῖρε nõ potest Græcũ. Persius in Proœm.
Quis expediuit psittaco suum χαῖρε?

Chæreas] Statuarius nobilis, Alexandrũ magnũ & Philippũ patrẽ eius fecit, teste Plin. lib. 34. ca. 8. Fuit & alter Chæreas, Athenienſis medicus, de quo idẽ Plin. meminit, li. 20. ca. pen.

Chæremon] Comicus poeta Græcus. Fuit item alter, qui scripsit ἱστορογλυφικά. Author utriusq; Suidas.

Chærephon] Athenienſis philosophus, Socratis auditor. Huius nihil traditur scriptum. Ab hoc natum prouerbium, ἀπὸ Διοίσας χαιρεφῶντος: Id est, nihil à Chærephonte differs. In macilentos pallentes, apud Aristophanẽ in Nubibus. Erat enim Chærephon pallidus, ut qui magno studio philosophiæ operam daret, & in literas incumberet. Suidas.

Chærephyllon] χαιροφύλλου, Herbæ genus. Colum. lib. 11. cap. 3. Vulgo Cerfoglio.

Chæris] citharœdus ineptus fuit, cuius meminit Aristophanes in Comœdia quæ inscribitur ἀχαρνεῖς. Author Suidas.

Chæronea] χαιρώνεια, Bœotiæ uicus, Plutarchi Chæronei patria, clade Athenienſium memorabilis. Chæroneæ meminit Plinius, lib. 4. cap. 7.

Chalacantha] apud Nicolaũ Myrepsum, quando quidẽ ambigi uideo quid eo nomine intelligendũ sit, nõ aliud quicquã est, quàm atramentũ sutorium, quod chalcanthũ alij uocant: etiam chalacanthen interpres Nicandri appellat. Turnebus.

Chalæon] Locrorum portus, à quo VII. M. passuũ introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso clarissimi in terris oraculi Apollinis. Plin. lib. 4. cap. 3.

Chalame] Ciuitas Persidis, quæ nũc appellatur Aetisiphon.

Chalasis] χάλασις, à medicis appellatur laxatio articulor, quũ scilicet ex lassitudine, nimióue labore, aliáue ex causa euenit, ut laxatis uinculis membrorum excidat: Vt si radius in brachio à cubito submoueatur, ita ut locus quidam in medio uacuus relinquatur.

Chalasis] Tunicæ genus erat, ut quidam putant, quod Græci χαλάσαι uocant, à laxitate. Alij dicunt nodum esse muliebris tunicæ, quo connexa circa ceruicem tunica submittitur. Sipontinus.

Chalastica] χαλαστικαὶ, Medicis dicuntur medicamenta relaxantia: inde nimirum, sicut & nomen ipsum indicat, quòd tensas laxent particulas. Author Galenus, lib. 7. de Compositione medicament. secund. gener.

Chalastra] Vrbs ad Termeum sinum, ut ait Strabo: à Chalastra proximo portu dicta. Hinc Chalastricus, Adiectiuum.

Chalastricum] nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. 2, Optimum copiosumq; in Letis Macedoniæ, quod uocant chalastricum, candidum, purumq;, proximum sali.

Chalazias] chalaziæ, Gemma quæ grandinũ colorem habet & figuram, adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11. 3.

Chalazion] χάλαζιον, Tuberculum est in oculorum palpebris, non dissimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur, diuersæ tamen figuræ, & mobile, si huc atq; illuc pellatur. De hoc meminit Galen. lib. 14. Method. & lib. 4. de Compositione pharmac. secund. locos, & in finit. medic.

Chalcæa] χαλκεῖα, Festa quædã erãt, quæ nõnulli uocãt Athenæa. Alij etiã Pandemũ, quoniã ab omnibus celebrarentur, quanquã mox à cerdonibus tantùm, aut operarijs, & fabris præsertim, ut refert Harpocratio & Apollonius Acharneus. Quo argumento prodidere quidam Athenienses primũ æraria fabricã excuisse, quod scribit Eustath. Fuit & Menandri fabula, titulo Chalcea, ut annotauit Cœl. Rhodg. lib. 19. c. 9.

Chalcanthos] χάλκανθος, Medicamentũ quoddam est constringens, desiccans, atq; contrahens in se totius substantiã carnis, quòd in Cypro defodi tradit Galen. lib. 9. de Simpl. medic. facult. Vbi de hoc uide plura.

Chalcanthum] χάλκανθον, Atramẽti genus à similitudine æris sic dictũ: quippe Græci æs χαλκὸν. Vulgò hoc à uitri similitudine uitriolũ nominant. Fit multis in locis, præcipueq; in Hispaniâ è puteis stagnisue habẽtib. id genus aquæ. Decoquitur ea admista pari mẽsura dulcis aquæ, et in piscinas ligneas funditur. Immobilib. super has trãstris dependẽt restes, lapillis extentæ, quib. adhærescens limus uitreis acinis, imaginem quãdã uuæ reddit, exemptũ ita triginta dieb. siccatur. Color est cæruleus spectabili nitore, uitrũq; esse creditur. Diluendo fit atramentũ tingẽdis aptũ corijs, et hoc factitiũ uocãt. Hæc Sipont. ex Plin. li. 34. c. 12. 9. Cels. li. 5. c. 1, Sanguinẽ suppriműt, inqt, atramentũ sutoriũ, qd Græci χάλκανθον appellãt.

Chalce] Insula est cũ oppido, circa Rhodũ. Auth. Pli. li. 5. c. 31.

Chalcedon] pen. pro. (χαλκηδών,) Oppidum est Thraciæ ad Bosphorũ Thracium, non procul à Byzantio. Plin. lib. 5. cap. ult. Chalcedonis meminit Pomponius, lib. 1, Europam (inqt) ab Asia stadijs quinq; disterminat Thracius (ut dictũ est) Bosphorus. Ipsis in faucibus oppidum in ore templum est, oppidi nomen Chalcedon: author Argias Megarensium princeps: templi numen, Iupiter, cõditore Iasone. Hæc Mela.

Chalceos] Genus herbæ. Plin. lib. 21. ca. 16. 1, Carduus & folio & caule spinosas lanugines habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnidos, &c.

Chalceritis] pen. prod. Insula est in Ponto, alio nomine Aria appellata, Marti sacra. Ex Plinio, lib. 6. cap. 12.

Chalcetum] Herbæ genus. Plin. lib. 26. cap. 7. 81, Item herba chalcetum è uineis contrita imponitur.

Chalceutice] pe. cor. (χαλκευτική,) Aeraria fabrica dicitur.

Chalceus] χάλκεος, Adiect. id est, æreus. Mart. lib. 9. 99,

Digitized by Google

Tam ſtupidus nunquam nec tu puto, Glauce fuiſti,
Chalcea donanti chryſea qui dederas. Id eſt, quũ dares aurea ei, qui tibi ærea dediſſet.

Chalcia] Inſula, quã inter Cycladas Plin. enumerat, li. 4. c. 12.

Chalcidene] Fertiliſima regio, ut ſcribit Plinius in deſcriptione Cœles Syriæ, lib. 5.

Chalcidica] huius chalcidicæ, pe. cor. Genus terræ eſſe uidetur, quæ aſſriata triticũ cõſeruat. Var. 1. de Reruſt. c. 57. 1. de tritico cõdendo, Quidã ipſum triticũ conſpergũt, cũ addãt in circiter mille modiũ quadrãtal amurcæ. Itẽ alius aliud affriat, aut aſpergit, ut chalcidicã, aut caricam cretã, aut abſynthium.

Chalcidicũ] Genus ædificij, ab urbe Chalcidica dictũ. Feſtus.

Chalcidiũ] χαλκίδιον, Medicamentũ, de quo ſic Gale. lib. 2, de Dinamidijs, Chalcidiũ ſic fac, Aeris florem in aceto uehementiſſimè ſubigito, ſicca ad ſolem, fac puluerem, & utere.

Chalcidix] huius chalcidicis, uel chalcides, chalcidæ, Genus lacertæ. Plin. lib. 29. cap. 5. 6, Lacerta quam hi ſepa, alij chalcidicen uocant, in uino pota, morſus ſuos ſanat.

Chalcioecus] χαλκιοίκος, Minerua à Lacedæmonijs cognominata, cuius ut Pauſan. in Lacon. ait, ſimulachrũ Gitiadas uir indigena confecit, ſimulq; in eandẽ uerſus edidit. Suidas, Chalcioecũ Mineruam à Spartanis appellatã ait, quòd οἶκος χαλκῦς, hoc eſt, quòd ædẽ æreã haberet: uel quòd Chalcidenſes ex Eubœa exules eam conſtruxerant. Templi eo nomine poſt Thucydidẽ, lib. 1. meminit Aemilius Probus. In id Pauſaniã confugiſſe memorant, atq; inibi interijſſe, matre etiamnũ principe, audito filij ſcelere, ad occludendũ illi egreſſum lapides ingerente. Meminit & in Parallelis Plutarchus, in hiſtoriæ eiuſdem explicatione. Proinde mirum eſt adhuc eſſe aliquos qui apud Liuiũ Chalcionẽ legenãũ putent, & Chalcioniam apud Thucydidem Latinum. Fuit & Minerua Chalcidica in urbe Roma, in noua regione, ſi uera P. Victor tradit. meminit, ni fallor, & Dion in hiſtor. lib. 51.

Chalciope] pen. corr. (χαλκιόπη,) Phryxi uxor, ſoror Medeæ. Valer. lib. 6. Argon. 96,

Cingitur arcanis Saturnia læta uenenis,
Atq; hinc uirgineæ uenit ad penetralia ſedis,
Chalciopen imitata ſono formaq; ſororem.

Chalcis] chalcidis (χαλκὶς) Serpentis uenenoſi genus eſt è genere lacertarũ, quaſdã ærei coloris lineas in tergo habẽs: unde & nomen habet. Plin. lib. 32. ca. 3, Quippe aduerſus ſcorpiones ex uino bibuntur, aduerſus phalangia, & araneos ex mulſo, aduerſus Chalcidas cum myrtite. Eſt & Chalcis Homero auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum interneci num cum aquila gerens. Plin. lib. 10. cap. 8, cymindim uocat.

Chalcis] huius Chalcidis, pen. corr. (χαλκὶς,) Eubœæ inſulæ urbs. Eſt & alia Chalcis, agri Corinthij oppidũ. Tertia Aetoliæ, Acheloo fluuio irrigata. Quarta Syriæ, à Monicho Arabe condita. Sunt & aliæ eiuſdem nominis urbes, quæ enumerantur à Stephano.

Chalcidicus, pen. corr. (χαλκιδικὸς,) Adiectiuũ, qui eſt ex Chalcide urbe, uel Chalcidia regione. Virg. Aeneid. 6,

Chalcidicaq; leuis tãdẽ ſuperaſtitit arce. Idẽ in Bucolicis,
Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi cõdita uerſu Carmina, &c. Hoc eſt, ut interpretatur Seruius, Theocritio ſtylo.

Littora Chalcidica. Stat. 4. Sylu. 4. 16.

Turres Chalcidicæ. Stat. 2. Sylu. 2. 19.

Chalcis] Piſcis genus. Plin. lib. 32. cap. 11. 4, Chromborũ genera, cyprinus, chalcis, cobio. Eſt item Chalcis fluuij & pagi nomen, apud Strab. lib. 8.

Chalcites] pe. pro. Gemma æreí coloris. Plin. lib. 37. ca. 11. 6.

Chalcitis] huius calcitis, pen. prod. fœm. gen. (χαλκῖτις,) Lapis ex quo ipſum æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12. 2.

Chalcitis] Inſula eſt contra fauces Rhindaci fluuij in Aſia. Plinius, lib. 5. cap. ultimo.

Chalcophonos] Gemma nigra, quæ illiſa, æris tinnitũ reddit. Plin. lib. 37. cap. 10. 15.

Chalcoſmaragdos] Gemma è Cypro, turbida æneis uenis. Plin. lib. 37. cap. 5. 12.

Chalcus] χαλκοῦς, Genus numiſmatis, quod denariolum uocabat. Plin. lib. 21. cap. 34. 1, Eadem ſex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos.

Chaldæa] regio ad Orientẽ Iudææ, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua eſt Babylon ciuitas magna. Vide Interpretationes nominum Hebraicorum.

Chaldæi] χαλδαῖοι, (inquit Plin. lib. 6. c. 28.) intra conſluentem Euphratis & Tigris habitant, de quibus Strabo, lib. 17. ſic ſcribit, Conſtituta eſt habitatio quædam in Babylonia philoſophis indigenis plurimũ circa philoſophiam uerſantibus, qui Chaldæi appellantur. Horum magna in ſacris literis memoria eſt. Conſtat autem nuſquam diligentius ſeueriuſq; Mathematica ſtudia excolta fuiſſe quàm apud Chaldæos.

Chaldæi, Aſſyriorum Magi ex gentis uocabulo dicuntur, qui diuturna obſeruatione ſyderum ſcientiã putantur effeciſſe, ut prædici poſſet quid cuiq; euenturum, & ex quo quiſq; fato natus eſſet. Vnde Chaldæũ pro aſtronomo uel ariolo accepit Cato, quum inquit cap. 5. 3, Augurem, aruſpicem, ariolum, Chaldæum ne quem conſuluiſſe uelit.

Vnde dicti ſint Chaldæi, & quã ſcientiã profiteantur ſcribit Cic. 1. de Diuinat. 3. quũ Aſſyrijs loquitur, Qua in natione, inqt, Chaldæi nõ ex artis, ſed ex gentis uocabulo nominati, diuturna obſeruatiõe ſyderũ, ſcientiã putantur effeciſſe, ut prædici poſſet qd cuiq; euẽturũ, et quo quiſq; fato natus eſſet. Idẽ pro Murena, 22, A' quib. etiã dies tanq; à Chaldæis petebantur.

Carmina Chaldæa. Claud. 4. Paneg. 70.

Gens Chaldæa. Claud. 1. in Ruff. 30.

Monſtra Chaldæorum. Cic. 2. de Diuinat. 132.

Promiſſa Chaldæorum. Cic. 1. Tuſc. 152.

Ritus Chaldæus. Claud. 1. Paneg. 13.

Multos promiſsis ſuis ut fefellerint Chaldæi Cic. oſtendit, 2. de Diuinat. 148.

Quid polliceantur Chaldæi, Colum. lib. 11. cap. 1. aperit.

Chaldaicus, pe. cor. (χαλδαϊκὸς,) Adiect. ut, Genus Chaldaicũ. Cic. 2. de Diuin. 132, Scylax Halycarnaſſeus familiaris Patætij, excellẽs in aſtrologia, idemq; in regenda ſua ciuitate principes, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

Ratio Chaldaica. Cic. 2. de Diuin. 147.

Chalepi uerſus] χαλεπὰ μέτρα, dicuntur duri, aſperi, ac prolatu difficiles, qualis eſt uerſus Virgilianus,

Quatrupetante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Chaleſtra] in Caleſtra.

Chalo] chalas, chalare, laxare & dimittere. Vegetius, Aliquanti centones & culcitas funibus chalant. à Græco χαλᾶν deducitur. Atq; hoc etiã uerbum hodiè nautis familiare eſt, qui chalare uelum dicunt. Turnebus.

Chalybes] pen. corr. (χάλυβες,) Populi in Ponto iuxta Thermodoontem fluuium Straboni & Plinio: qui ferro cæteris præſtare dicuntur. Virg. 1. Georg. 12,

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum.

Chalybs] chalybis, pen. corr. m. g. (χάλυψ,) Genus ferri durißimi, à Chalybibus populis, ut ante dictum eſt.

Candens chalybs. Silius, lib. 1. 35.

Chalybs, aliquando accipitur pro ipſo opere ex huiuſmodi ferro facto. Lucan. Chalybẽ, frenoſq; momordit. Virg. Vulnificusq; chalybs. Vbi Chalybem, pro chalybeo enſe poſuit.

Lethifer chalybs, Enſis. Valer. lib. 6. Argonaut. 69.

Strictus chalybs, id eſt, enſis. Seneca, Thyeſte, 4. 6.

Chalutorius

Chalatorius] Adiectiuũ. Hinc *chalatorij funes apud Vegetiũ, libro ultimo rei militaris, quib. antenna & attollitur & demittitur. In editis, colatorij legitur, quã scripturam Turnebus non prorsus improbat, etsi priorem magis amplectatur.*

Chamæ] χάμαι, *inter cætera conchyliorum genera longa descriptione ab Athenæo referuntur. Cæterũm id sibi peculiare asciuere, quòd plerunq; in litore hiantes inueniuntur: Idcircoq; eas rectè chamas dici posse putauerim, quæ in marinis oris, pandentes sese læui testa contectæ reperiuntur. Ex Matthiolo Senens. Vide Galen. lib. de Cib. bon. & mal. succ.*

Chamæacte] *Chamæactes*, (χαμαιάκτη,) *Ruellius, lib. 1. cap. 139, Chamæacte sambucus pumila est, Latinis ebulũ dicitur: læto gaudet solo, ut testatur suo carmine Columella,*

Atq; habilis natura soli, quæ gramine læto
Parturit, et rutilas ebuli creat uuida baccas. Vulgo Ebolo.

Chamæcerasus] *pen. cor. Frutex est Plin. lib. 15. cap. 25. 2, Sunt & Macedonica, paruæ arboris raroq; tria cubita excedentis, & mimore etiamnum frutice chamæcerasi. Ruellius, lib. 1. cap. 64, Chamæcelasus ut apud Athenæum Asclepiades Myrleanus depinxit, pumila est, Bithynorum agro frequẽs, radice parua: neq; arbos est, nec arbusculis cerasorum impar, baccis cætera omnia cõsimilibus. Copiosè uescẽtib. caput uini modo grauant, et dolores cient. Hactenus Ruellius.*

Chamęcissos] *Genus hederæ nõ attollentis se à terra, teste Plin. lib. 24. cap. 10. 9. Vide uulgò hedera terrestris dicitur. Matthiolus Senensis ait hoc hederæ genus hodie in Italia non cognosci.*

Chamæcyparissos] *Herba, quæ ex uino pota, contra uenena serpentium omnium, scorpionumq; pollet. Plin. li. 24. cap. 15. 6, Nonnulli eum esse putant, qui uulgò dicitur, cypres de iardins: quod quidam abrotonum mas esse credunt. Ruellius, lib. 3. cap. 23, Qui chamæ cyparissum existimãt esse, quem uulgus ab odore formaq; foliorum eiusdem nomenclaturæ arboris cypressum appellat, falluntur: nam etsi coactæ sit breuitatis, & ueint arboris cuiusdam abortus, non tamen in genere pumilionum sedem inuenit, nec in arborum, sed fruticum censu constat haberi. Huc facit quod nihil apud classicum authorem de chamæcypresso leges.*

Chamædaphne] *chamædaphnes*, (χαμαιδάφνη,) *Genus herbæ, quæ uinca peruinca dicitur Plin. lib. 21. cap. 11. 8.*

Chamædrys] χαμαίδρυς, *Herba quæ Latinè Trissago dicitur. Plin. lib. 24. ca. 15. 1, Dicitur autem chamædrys quasi humilis & terrestris quercus. Vulgò appellatur Querciola aut Calamandrina.*

Chamælæa] *pen. prod.* (χαμαιλαία,) *Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 24. cap. 15. 3. Vulgus uocat, peuer montano. Matthiolus.*

Chamæleon] *pen. corr.* χαμαιλέων,) *Chamæleonis, m. g. Cardui species. Plin. 22. cap. 18, Chamæleonem aliqui Ixiam uocant: duo eius genera, &c. Idem, lib. 21. cap. 16. & lib. 28. cap. 8. Carlinam uulgus uocat.*

Chamæleon] *pen. cor.* (χαμαιλέων,) *Chamæleontis, ma. gen. quasi paruus leo. Animal est in India nascens, figura & magnitudine lacertæ: coloris natura mirabilis: mutat nanq; eum subinde & oculis, & cauda, & toto corpore: redditq; semper quem proximè attingit præter rubrum cãdidumq;.* Vide Plinium, *lib. 8. cap. 33.*

Chamæleos] *inter cancrorum genera numeratur à Plinio, ut uidere est ex eius lib. 33. cap. ult.*

Chamæleuce] *chamæleuces*, (χαμαιλεύκη,) *Herba quæ tussilago dicitur: nascitur secus fluuios, folio populi, sed ampliore. Plin. lib. 24. cap. 15. 5. Matth. Senen. ait hanc herbã hodie esse ignotam.*

Chamæmelon] *pen. prod.* (χαμαιμῆλον,) *Herba uulgò nota, ab odore mali sic dicta, Leucanthemũ alij uocant. Vide Plin. lib. 22. cap. 21. 3. Camomilla barbarè uocatur.*

Chamæmyrsine] χαμαιμυρσίνη, *siue Oximyrsine, Frutex ex quo scopæ fiunt apud Italos: aliàs ruscus: nonnulli syluestrem myrtum uocant. Vide Plin. lib. 23. cap. 9. 6.*

Chamæpeuce] es (χαμαιπίτυη,) *Herba est, folia habens laricis foliis similia, lumborum & spinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.*

Chamæpitys] *pen. corr. huius chamæpityos* (χαμαιπίτυος,) *Herba quæ Latinè Ajuga dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 6. 7. Iuam pharmacopolæ uocant.*

Chamæpus] χαμαίπους, *Apud Græcos dicebatur sponsa quæ curru non subuehebatur, sed pedib. mariti domũ petebat. Moris enim erat apud eos, ut Pausanias ait, ut sponsa locaretur in nuptiali curru, sponso & necessario affini iuxtà comitante, quem parochum uocãt: cuius axem pro foribus incendebant, ut signarẽt illã ibi perpetuò mansurã, neq; ullà tempestate inde recessurã. Author Alex. ab Alex. lib. 2. ca. 5.*

Chamæripes] χαμαίριπις, *Arbores sunt ex specie Dactylorum quæ & in Creta, & in Sicilia nascuntur, folio latiore ac molli, ad uitilia utilissima. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.*

Chamærops] *Herba est de qua Plin. lib. 26. ca. 7. 10. Eosdem effectus lateris doloribus habet chamærops myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus Græculæ roseæ, ex uino pota. Ibidẽ, cap. 13. 6, Erisithales est flore luteo, foliis acanthi: bibitur è uino: item chamærops.*

Chamæsice] χαμαισίκη, *Herba est lentis folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosisq; nascens. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.*

Chamæzelon] *Herba quæ Latinè quinquefolium dicitur: Plin. li. 25. ca. 9. 7, Est & aliud Chamæzeli genus, quòd & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefolium appellatur: cuius meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9.*

Chamæcera] *chameceræ*, (χαμαικεράι,) *parua socia. Plin. lib. 36. ca. 5. 14, Is fecit Venerem & Pothon & Phaetontẽ, qui Samothraciæ sanctissimis cæremonijs coluntur. Itẽ Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duasq; chamecerai circa eam, quarum pares in Asinij monumẽtis sunt, ubi & Canephorus eiusdem. inde Cephisodoro Praxitelis filio loquitur. Budæus.*

Chamulcus] *à Marcellino dicitur humile plostellum quod trahitur, sclodia, ut reperio in antiquo lexico Latinographæo,* χαμαλκὴς: *haud scio an nostrã Chaminium inde nomẽ inuenerit, & certè inuenisse probabile est. Hæc Turneb.*

Chamus] *Chami*, (χάμος,) *Genus freni, 4. Reg. 19. Est enim Chamos idolum, quod alio nomine Beelphegor dicitur, ut inquit Hieronymus.*

Chanes] χάνης, *Fluuius est inter Albaniam & Armeniam à Cyro flumine exceptus, mox quum est factus nauigabilis, in mare Caspium erumpens. Author Strab. lib. 11.*

Chaones] *pen. corr.* χάονες,) *Populi Epiri, à quibus Chaonia regio dicta. Plin lib. 4. Virg. lib. 3. Aeneid. 59,*

Littoraq; Epiri leginius, portuq; subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.

Chaonia] χαονία, *Pars alpestris Epiri, licet quãdoq; sumatur pro tota Epiro. Plinius in proœmio, lib. 4, Epiros in uniuersum appellata, Acroceraunijs incipit montibus. In ea primi Chaones, à quibus Chaonia.*

Chaonius, (χάονιος,) *Adiectiuum.*

Campi Chaonij. Virg. 3. Aeneid. 67.

Columbæ Chaoniæ dictæ ab Epiri parte, in qua (ut poetæ fabulantur) columbæ olim reddebant oracula in Dodona syluæ, Virg. eclog. 9. 3,

—carmina tantum

Digitized by Google

Noſtra ualent, Lycida, tela inter Martia, quantum Chaonias dicunt aquila ueniente columbas. Quod autem in Epiri illo nemore columbæ dare reſponſa dicuntur, Seruius ideo fingi putat, quia lingua Theſſala Peliades & Columbæ uaticinatrices uocantur.

Frondes Chaoniæ. Stat. 3. Thebaid. 95.

Glans Chaonia. Virg. 1. Georg. 2.

Iupiter Chaonius. Valer. lib. 1. Argonaut. 62.

Nemus Chaonium. Stat. 6. Thebaid. 20.

Patris Chaonij glandes, id eſt, Iouis Epirotici, ut ait Seruius. Virgilius, 2. Georg. 14.

Sinus Chaonij. Ouid. 13. Metamorpho. 155.

Victus Chaonius, id eſt, glandium cibus. Claudian. de Raptu Proſerp. lib. 3. 10.

Chaonis] χάονις, chaonidis, Fœmininum à Chao, id eſt, lupo ceruario. Vide Chaus.

Chaos] n. ge. Indeclinabile, (χάος) Feſtus, Chaos appellat Heſiodus confuſam quandam ab initio unitatem, hiantem, patentemq; in profundum. Ex eo & χαίειν Græci, id nos hiare dicimus. Ouid. 1. Metam.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigeſtaq; moles. Virg. 4. Aeneid. 102,

Tercentum tonat ore deos, Herebumq;, chaosq;. Idem 4. Georg. 70,

Atq; chao denſos diuum numerabat amores. Vbi Seruius. Id eſt, à chao narrabat crebros amores deorum.

Aeternæ noctis chaos. Seneca Medea, 1. 2.

Atrum chaos rebus induci, ſignificat ſummam confuſionem & perturbationem rerum. Seneca, Agamem. 6. 20.

Auidum chaos. Seneca, Herc. fur. 9. 12.

Cæcum chaos. Seneca Octauia, 7. 3. & Medea, 10. 1.

Cimmerium chaos. Stat. 3. Sylu. 2. 18.

Deforme chaos. Seneca, Thyeſt. 9. 9.

Denſum chaos. Id eſt, profundum. Seneca, Herc. fur. 10. 7.

Horrendum chaos. Valer. lib. 2. Argonaut. 18.

Imum chaos. Sil. lib. 13. 88.

Extimuit natura chaos. Lucan. lib. 5. 127.

Chaos, pro inferno. Virg. 6. Aeneid. 53,

Dij quibus imperium eſt animarum, umbræq; ſilentes,
Et chaos, & Phlegeton, loca nocte ſilentia late.

Durum chaos. Claud. 2. de Raptu Proſerp. 3.

Tartareum chaos. Stat. 12. Thebaid. 5. 5. & 5. Syl. 1. 42.

Chara] χάρα, Genus radicis. Cæſ. 3. bel. ciuil. Eſt etiã genus radicis inuentum ab ijs qui fuerant cũ Valerio, quod appellatur chara, quod admiſtum lacte multum inopiam leuat: id ſimilitudinem panis efficiebat: eius copia erat magna.

Characeni] Tauricæ regionis populi, ab oppido Charace ſic dicti, quod inter huius regionis urbes commemorat Ptolemæus. Vide Plin. lib. 6. cap. 27 & 28.

Characias] huius characiæ, Genus tithymali. Plin. lib. 26. cap. 8. 19, enarrans tithymali genera, Primus cognominatur characias, qui & maſculus exiſtimatur, ramis digitali craſſitudine, rubris, rugoſis. Ruellius, lib. 3. 145, Characias Gallis nunc magna ex parte expurgia nominatur, Ruſticis euigilium matutinum, aut quia repurget, aut antelucano moliens deiectionem, expergiſcere ſumentem cogat.

Character] huius characteris, pen. pro. maſc. gen. (χαρακτήρ) Latinè dicitur ſignum, inſigne, ſiue figura & forma. Colum. lib. 11. cap. 2, Nec minus maiora quadrupedia characterе ſignari debent.

Character, Genus & figura dicendi. Gellius, lib. 7. cap. 14, Et in carmine & in ſoluta oratione, genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας uocant. Cic. In Orat. 73, Sed iam ipſa forma reſtat, & character ille qui dicitur: quæ, qualis eſſe debeat, ex ipſis quæ ſupradicta ſunt, intelligi poteſt. Idem ad Qu. fratrem, lib. 3. 16. 15, Dic mihi uerum, num aut res eum, aut χαρακτὴρ, non delectat.

Character alicuius. Varro, 3. de Re ruſt. cap. 2. 13, Nónne item L. Albutius, homo, ut ſcitis, apprimè doctus, cuius Luciliano characterе ſunt libelli, dicebat in Albano fundum ſuum paſtionibus ſemper uinci à uillis? Vlpianus in l. ad teſtium. §. ſignum autem. ff. de teſtamentis. Et magis eſt, ut tantum annulo quis poſſit ſignare: dum tamen habeat characteres.

Characteriſmos, (χαρακτηρισμός,) Latinè deſignatio: ut eſt apud Iuuenalem,

Et caluo ſeruiret Roma Neroni. Id eſt Domitiano. Figura qua orator uitas eorum de quibus loquitur, deformat.

Charadrus] χάραδρος, Lacus eſt, & nauium ſtatio propè Ciliciam, contermina Aſiæ, iuxta quam Charadrus eſt fluuius. Hæc Steph. De Vrbibus Charadrij fluuij meminit Stat. lib. 4. 10,

Quæq; pauet longa ſpumantẽ ualle Charadron. Neris.

Charandro] Troglodicæ ſinus, in quo Ptolemæus Philadelphus de nomine ſororis Arſinoem urbem condidit, ut refert Plin. lib. 6. cap. 29.

Charax] χάραξ, Strabo inter caſtella Corſicæ inſulæ habitabilia numerat, quæ ſunt quatuor, Bleſini, Charax, Eniconiæ, Vapanes. Reliquum uerò eius inſulæ ferè incultum eſt, aſperum, & plurimis in partibus prorſus inacceſsibile, adeò ut qui eius montes habitant ex latrocinijs uitam degentes ſuperent ipſas immanitate belluas. Hæc ille, libro 5.

Charax] χάραξ, Straboni, lib. 17, locus eſt, quo Chartaginenſes emporio utebantur, aduehentes uinum, & inde ſuccũ & ſilphium reportantes ab ijs, qui id ex Cyrene clã exportabant. Plin. lib. 6. cap. 27, Charax oppidum Perſici ſinus intimum, à quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes dextra Tigrim, læua Eulæum trium millium paſſuum laxitate. Conditum eſt primũ ab Alexandro Magno, qui colonis ex urbe regia Durine (quæ tum interijt) deductis, militumq; inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari iuſſerat: pagumq; Pellæum, à patria ſua, quem propriè Macedonũ fecerat. Flumina id oppidum expugnauere. Poſtea Antiochus reſtituit, quintus regum, & ſuo nomine appellauit. Iterumq; infeſtatum Paſines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quẽ Iuba ſatrapẽ Antiochi fuiſſe falsò tradit, oppoſitis molibus reſtituit, nomenq; ſuum de emunito ſitu iuxta in longitudinem triũ milium paſſuum, in latitudinem paulo minus.

Charax, huius characis, pen. pro. Latinè dicitur uallum. Significat & pedamentum uitis, ſiue ridicam: unde apud Columellam uites characatæ. Meminit Cælius.

Characatus, pen. prod. (χαρακωτὸς) Adiectiuum, deriuatũ ſeu formatum à χάραξ, χάρακος, uallum, pedamentum: ut Characatæ uineæ. Colum. lib. 5. cap. 4. 1.

Charaxes] χαράξης, Fuit teſte Herodoto, lib. 2, Mitylenæus patria, & frater Sapphus. De quo ſic ipſa in epiſtola ad Phaonem apud Ouid.

Gaudet, & è noſtro ſurgit mœrore Charaxes
Frater, & ante oculos itq; reditq; meos.

Chares] Charetis, pen. prod. χάρης, Athenienſium dux, ad promittendũ facilis & promptus. Vnde prouerbium natũ, χάριτος ὑποχέσεις, id eſt, Charetis pollicitationes. Suidas.

Fuit & Chares Lyndius ſtatuarius, Lyſippi diſcipulus, qui Rhodi ſolis coloſſum fecit. Plin. lib. 34. 7.

Charibæa] & Porcis, Dracones duo erant, qui olim equo ligneo à Troianis in urbem admiſſo, ab Calydnis inſulis, in quas

Digitized by Google

quæ se coniecerant Græci, enatantes, Lacoontis filios peremere, ob coniectum in equum ligneum hastile. De his uide Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 13.

Charidemus] pen. prod. Dux Cersobleptæ Thraciæ regis militum, cuius multam mentionem facit Demosthenes in oratione contra Timocratem.

Charien] Fluuius est Themiscyrenæ, in Surium urbi cuidam cognominem fluuium influens. de quo Plin. lib. 6. cap. 4, in descriptione Themiscyrenæ regionis.

Charientismos] χαριεντισμός, Vrbanitas, lepos & uenustas sermonis. Figura est, qua dura dictu, gratius proferuntur, ut si interrogantibus nobis nunquis nos quæsierit, respõsum detur, bona fortuna: eximde intelligitur, neminem nos quæsisse. Hæc Donatus in libello de Barbarismo.

Charillus] Dux Lacedæmoniorũ, quem Tegeates superauit. Author Pausanias apud Volaterranum. Arbitror scribẽdum Carilaus, cuius meminit Strab. lib. 12. & Plutarchus in uita Lycurgi.

Charini] olim dicti sunt nummi, uel stateres aurei, à Charino imperatore signati. Nam ut Philippi nomen habebant solidi aurei à Philippo percussi, sic cõsentaneum est qui forma Charini signati sunt, ut Charini nomen haberent. Ausonius,

Ergo aut prædictos iam nunc rescribe Charinos.

Quanquam Turnebus aliter hunc locum legit.

Charis] huius charitos, pen. corr. Latinè dicitur festiuitas, beneficium, munus, gratia, remuneratio, uoluptas.

Charisma] huius charismatis, pen. cor. n. g. Gratia. munus.

Charisius] Atticus orator, cuius meminit Cic. in Bruto, 157. Et quidem (inquit) duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen: quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat alijs, quum cupere uideretur imitari Lysiam: Democharis autem, qui fuit Demosthenis sororis filius, & orationes scripsit aliquot: & earum rerum historiam, quæ erant Athenis ipsius ætate gestæ, non tam historico, quam oratorio genere perscripsit. At Charisii uult Hegesias esse similis, &c. Fuit & grammaticus quidam eo nomine, ut uult Priscianus.

Charistia] χαρίστια, apud ueteres festa erant, ad quæ simul conueniebant omnes qui uel sanguine, uel cognationis quocunq; gradu, inuicem unctiores erant, & defunctis iam amicis, ut auis, atauis, abauis, sacra faciebant, eosq; thure & honoribus diuinis uenerabantur, qui & ipsi quoq; egressi sepulchris, sacris interesse credebantur. Meminit horum Ouidius, 2. Fastorum, 124,

Proxima cognati dixere Charistia chari,
Et uenit ad socios turba propinqua deos.

Charitas] In Charus.

Charites] χάριτες, seu Gratiæ, quidam ex Venere & Ioue genitas scripserunt, alij ex Venere & Libero. Cicero ex Erebo & nocte ortas existimat. Lactantius in primũ Thebaid. Iouis et Autonoes filias putat. Hesiodus Iouis & Eurymones Oceani filiæ, filias scribit. Tres sunt, Aglaia, quæ alio nomine Pasythea dicitur, Thalia, Euphrosyne. Tot autẽ ideo esse prodiderũt, quia & benefici esse in alios debemus, & aliorum beneficia suscipere: & ijs qui in nos fuerunt liberales, retribuere. Dare autem, & accipere, & referre, tres actus sunt inter se distincti. Alij ideo dicunt tres Gratias esse, quia acceptum beneficium cum fœnore reddi debet. Quapropter solebant ueteres ita Gratias pingere, ut una earum auersam faciem teneret, quasi à nobis profectæ: duæ uerò nos aspicerent, ut duplex nobis beneficium rependi debere ostenderẽt. Nudæ etiam pingebãtur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo uelamine obtegi. Item cõnexæ, quia insolubiles esse Gratias decet: & beneficium, aliud semper beneficium pare re, perpetuumq; esse amicitiæ fœdus. Qui Veneris et Liberi filius esse arbitrantur (è quibus est Seruius) hac mouẽtur ratione: quòd horũ præcipuè deorũ muneribus gratiæ concilientur. Tradunt etiam eas in Acidalio fonte, qui est Orchomeni Bœotiæ urbe, lauari, quoniam pura esse beneficia oportet: & nihil sordidum, nullam spem retributionis habere.

Charitoblepharon] χαριτοβλέφαρον, Frutex est circà Troglodytarum insulas nascens efficax in amatorijs, de quo Plin. ex Iuba scribit, spathalia eo facere et monilia fœminas. Sentire eum se capi, durariq; cornus modo, & hebetare aciẽ ferri. Quod si fefellerint insidiæ in lapidem transfigurari. Vide Plin. lib. 13. cap. ult.

Charitonius] χαριτώνιος, Adiectiuũ. Lucret. lib. 4. 234,

Paruula, pumilio: charitonia, tota, merum sal. Epitheton est mulieris. Quia uoce significatur gratia uenalis: quòd hæc puella se uendat gratia uerborum, quibus uelut pedicis animos amatorum illigat: χάρις gratia dicitur, ώνιος, uenalis. Charitonia tota, quæ nihil festiuitatis, aut gratiæ non habet uenale.

Charmande] χαρμάνδη, Vrbs est trans Euphratem iuxta portas Babylonias. Gentilia sunt, Charmandæus & Charmadites. Stephanus.

Charmeis] oppidũ Minoeiorum in Arabia qui à rege Cretæ Minoe originem trahere existimantur, ut inquit Plin. lib. 6. cap. 28.

Charmione] Cleopatræ ancilla, spontaneam dominæ mortem imitata. Plutarchus.

Charmis] dis (χάρμις) Medicus, qui ex Massilia Romam profectus, damnatis non solum prioribus medicis, uerùm & balneis, frigida etiam hybernis algoribus lauari persuasit. Quidere etiam extat Annæi Senecæ stipulatio, ut uidere est apud Plin. lib. 29. cap. 1. (dicta.

Charmonia] Hispaniæ urbs Ptolemæo, Carmo Straboni

Charmothas] χάρμοθας, portus est in Arabia, centum ferè stadiorum ambitu, ingressu angusto, & omni scaphæ periculoso, emittit in eam flumen. Sic Strabo, lib. 16.

Charon] tis, (χάρων) Lampsacenus historicus, qui tempore primi Darij floruit. Scripsit Aethiopica libris duobus: itẽ Cretensia, Græcanica, & alia. Charon item Carthaginensis historicus, qui tyrannorum quotquot in Asia Europaq; fuerunt, item illustrium uirorum & mulierum uitas cõscripsit. Tertius eiusdem nominis, Naucratita fuit, historicus, qui de sacerdotibus regibus, & gestis Aegyptiorum historiam scripsit. Charontem quoq; porthmea fingunt poetæ triente animas defunctorum per Stygem & Acherontem transuehentem ad inferos. Author Suidas. Vide Virgilium, 6. Aen. 60.

Dicitur per antiphrasim Acheron. Plerisq; Charontem, aiunt significare aerem infernũ, quòd (ut uolunt) animæ sunt acriæ, ideo confictum ipsum à poetis portiorem animarum.

Dirus Charon. Seneca, Hercule fur. 9. 31.

Portitor Charon. Virg. 6. Aen. 60. & 65.

Charoneum] siue Charonia, porta erat Athenis in nomophylacio, per quam damnati ad ultimum ducebantur supplicium. Fuerunt & Charoniæ scalæ, ex quibus idola seu simulacra destinabant in theatris. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 8.

Charonia] Regio est, ut scribit Strabo, lib. 12, ad finẽ. Eiusmodi, inquit, habitus regionis à campis incipiens usq; in Charonia pertẽdit. Ea est regio circa Hierapolim & Characa Nesaidis & Magnesiam & Myantem.

Charonium] antrum, (χαρώνιον ἄντρον) Strab. li. 14, in uia inter Tralles atq; Nyssam uicus est Nyssaensiũ nõ procul ab urbe nomine Acharaca, ubi Platonis est, loco sumptuoso circundatũ. Itẽ Platonis ac Iunonis delubrũ, & antrum Charonium natura admirabile, quod luco imminet.

Charondas

Charondas] χαρώνδας, Thurius legem tulit, ne quis cum ferro in concionem ueniret, alioqui continuò interficeretur. Quumq; postea ipse è rure ueniens, ex improuiso, ut erat gladio accinctus, in concionem uenisset, admonitus legis ab ab eo qui proximè sedebat, eidem gladio incubuit, quum liceret culpam dissimulare, uel defendere. Ex lib. 6. cap. 5. Valerij. Aristoteles autem, li. 2. Politicôn, hunc Charondam dicit patria Catinensem, qui ciuibus suis leges conscripsit. Cic. 3. de Legib. 7, Nec uerò solum ut obtemperent obediantq; magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantq;, præscribimus: ut Charondas in suis facit legibus.

Charopes] Homero, lib. Iliad. 11. Vir Troianus, Hippasi filius, & Soci frater, quos ambos uno die Vlysses interemit. Est & nomen cuiusdam inter Epirotas primarij, qui Tito Quintio Flaminio Consuli Romano contra Philippum bellum gerenti fauit. Plutarchus in uita eiusdem Flaminij.

Charta] Vrbs Thyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine à se conditâ urbẽ, Carthaginẽ appellasse.

Charta] huius chartæ, (χάρτου) Papyrus est appellata, quòd scilicet ex papyro fieret. Postea uerò id genus chartæ inuentum est, quo nunc passim utimur, fitq; ex linteolis contritis. Martial. lib. 6. 64, Miseras & perdere chartas. Pli. lib. 13. cap. 11. 2, Chartæ usu maximè humanitas uitæ constat & memoria. Et hanc Alexandri Magni uictoria repertam, author est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: antè non fuisse chartarum usum. In palmarum foliis primò scriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. uide Plinium, lib. 13. cap. 12.

Chartas codicis explicare. Quint.

Inopia chartæ minus scribitur. Cic. Attico, lib. 5. 91. 5.

Fragilis sonitus chartarum. Lucret. lib. 6. 23.

Anus charta, Non uictura diu, breui petitura. Cat. epig. 63. 10.

Charta bibula. Vide Bibo.

Dentata charta rem agere. Cic. ad Qu. frat. li. 2. 16. 6, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Dentata dicuntur mordacia, ut ait Erasmus in Chiliadibus. Seneca etiam dentatos sales esse non uult rursus edẽtula, quæ morsu careant.

Doctæ & laboriosæ chartæ. Catul. epig. 1. 2.

Chartæ epistolares. Martial. lib. 14. 11.

Chartis ineptis amicire aliquid. Horat. 2. Epist. 1.

Charta plumbea. Sueton. in Nerone.

Puræ chartæ. Vlpianus in l. librorum appellatione. §. quod tamen. ff. de legatis tertio, Nam nec chartæ puræ debentur libris legatis, nec chartis legatis libri debebuntur.

Ad chartas parare papyrum. Vlpianus in l. librorum appellatione. §. chartis legatis. ff. de legatis tertio, Chartis legatis, neq; papyrum ad chartas paratum, neq; chartæ nondũ perfectæ continebuntur.

Chartæ quoq; quæ illam priſtinam seueritatem continebant, ob soleuerunt. Cic. pro Cælio, 21.

Delatæ chartis merces. Cic. pro C. Rab. Posth. 24.

Explicare chartis. Catul. epig. 1. 2.

Illinere chartis aliquid. Horat. 1. Serm. saty. 4. 8. Est autem per contemptum dictum Illinere, quasi dicat non scribere, sed chartas commaculare tantummodo.

Impallescere nocturnis chartis. Persius, Saty. 5. 7.

Notata charta digitis, id est, scripta. Ouid. epist. 1. 13.

Ne nos prodat charta. Cic. Att. lib. 2. 35. 2, De Repub. breuiter ad te scribam: iã enim charta ipsa ne nos prodat pertimesco.

Promere chartis Hetruscis. Cic. 1. de Diuinatio. 39.

Silere chartæ dicuntur, quũ nemo scribit. Hor. 4. Car. ode 8. 5.

Sileri chartis. i. nullius scriptis celebrari. Hor. 4. Car. ode. 9. 7.

In charta auersa scribere. Vide Auersus. Martial. lib. 8. 56.

Ponere thura charta soluta. Iuuen. Saty. 13. 12.

Charta, pro libro. Ouid. 3. de Tristibus.

Chartula, chartulæ, pen. corr. (χαρτίον) Diminutiuum. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 18. 5, Miror quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quàm hæc scribere. Alibi chartula, pro scheda uel cõmentariolo ponitur. Inter chartulas confiscati inuentus est breuis debitorum nomina continens. Bud.

Chartularius, Officij nomen erat, cuius fit mentio in l. 3. de canone largit. lib. 10. Cod. Budæus.

Chartaceus, Adiectiuum, (χάρτινος) ut Codices chartacei. Vlpianus. ff. de legatis tertio, Quòd si in codicib. sint membraneis, uel chartaceis, uel etiam eboreis, uel alterius materiæ.

Chartarius, similiter adiectiuum: ut, Chartariæ officinæ. Plin. li. 18. cap. 10. 1, Hoc erariæ officinæ, chartariæq; utuntur.

Chartophylacium, (χαρτοφυλάκιον) Græci uocant scrinium in quo libri & scripturæ reponuntur.

Charus] ἀγαπητὸς, προσφιλὴς, χαρίεις, θυμήρης, Adiect. Gratus & amore deuinctus. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 14, Quem tibi charum esse gaudeo.

Amicis charus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 14.

Charior, (προσφιλέστερος) Cõparatiuũ. Valer. lib. 8. Argon. 3.

Ne crede patrem non charior ille est Quem sequimur.

Charus animo meo. Terent. Andr. 1. 5. 38, Quam ego animo egregiè charam pro uxore habuerim. Idem, Eunuch. 1. 2. 121,

—neq; meo
Cordi esse quenquam chariorem hoc Phædria.

Charissimus, (προσφιλέστατος) Superlatiuum: ut, Pignorũ suorum charissima. Tacit. lib. 13.

Dis charus ipsis. Horat. 1. Carm. ode 31. 3.

Mihi me charior. Ouid. 5. Trist. eleg. 15. 1.

Nec te mihi charior alter. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 1.

Vita charior. Cic. ad Quirites, Post reditum, 1.

Aequè charus. Horat. 2. Carm. ode 17. 2.

Auro charior iuuenis. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 7.

Luce charior. Claudian. de bello Get. 62.

Oculis charius. Catul. epig. 77. 1.

Charissimus & amantissimus. Cic. 4. in Catil. 7.

Charissimus & amicissimus. Cic. 2. de Orat. 9.

Charus comes atq; iucundus. Cic. 4. in Catil. 8.

Charus & iucundus uir. Cic. pro Cluent. 160.

Amici chari. Horat. 4. Carm. ode 9. 11.

Amplexus charus. Ouid. 9. Metam. 151.

Caput charum. Virg. 4. Aeneid. 71.

Coniux charissima. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 11.

Corpus charum. Senec. Hippol. 12. 19.

Corpora charissima. Ouid. in Ibin, 63.

Dignitas & gloria liberorum nobis chara. Cic. 1. de Orat. 11.

Fratres chari. Senec. Hippol. 5. 9.

Genitor charus. Virg. 10. Aeneid. 156.

Genitrix chara. Virg. 10. Aeneid. 139.

Iuuenis charus. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 1.

Labores uteri chari. Claud. 1. de Rapt. Pros. 40. Ceres de sua filia.

Lux hæc charissima uenit. Ouid. ad Liuiam, 29.

Mater charissima. Ouid. 4. Fast. 90.

Natus charus magis. Virg. 5. Aeneid. 144.

Nepotes chari. Virg. 6. Aeneid. 137.

Nutrix chara. Virg. 4. Aeneid. 127.

Parens chara. Sil. lib. 13. 126.

Parentes chari. Lucret. lib. 3. 17.

Parentes charissimos habere. Cic. Post reditum in Senatu, 1.

Pater charus. Virg. 1. Aeneid. 140.

Pignora chara. Ouid. 3. Fast. 44.

Propinqui chari. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 17.

Digitized by Google

Res Chara. Ouid. 2. Triſt. 97.
Societatum charior nulla, quàm. Cicer. 1. Offi. 82, Omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla charior, quàm ea quæ cum Repub. eſt unicuiq; noſtrum.
Sodales chari. Horat. 1. Carm. ode 36. 1.
Patrij Lares chara terra. Seneca, Agamem. 8. 1.
Thorus charus. Ouid. epiſt. 8. 6.
Vbera chara. Seneca, Hippol. 2. 33.
Vita chara. Ouid. 10. Metam. 122.
Charum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. Cic. 1. de Nat. deor. 167.
Charum habere. Balbus Cic. in Epiſt. ad Atticum, lib. 9. 178. 4, Te tanti facio, ut paucos æquè ac te charos habeam.
Habere chariorem aliquem ſeipſo. Cic. Attic. lib. 10. 203. 2.
Amare, & charum habere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 37.
Diligere & charum habere. Cic. pro Cornelio Balbo, 48.
Charum eſſe & diligi. Cic. 3. de Finib. 102.
Sibi charum eſſe, ſeſeq; diligere. Cic. 5. de Finib. 50.
Solum, id eſt, charum mihi. Terent. Adelph. 1. 1. 24.
Nobis uiuere chari uolumus. Horat. 1. Epiſt. 3. 6.
Charitas. pen. corr. huius charitatis, (ἀγάπη) Dicitur amor, ſed tantum hominum in homines, & quidem ſecũdum perſonarum dignitatem. Cic. de Amicitia, 27, Primũ ex ea charitate quæ eſt inter natos & parentes: quæ dirimi, niſi detestabili ſcelere non poteſt. Idem. 4. Acad. 253.
Charitas beneuolentiæ. Cic. de Amicitia, 31.
Parcendum charitati hominum. Cic. 2. de Orat. 132.
Liberorum charitas. Cic. Bruto, 12. 3.
Patriæ charitas. Cic. pro Seſtio, 44.
Reipublicæ charitate facere. Cic. 12. Phil. 333.
Aptiſſima ad quiete uiuendum charitas. Cic. 1. de Fin. 81.
Mercedem charitatis exigere. Cic. de Amicitia, 68.
Mutuæ charitatis pignus. Quint. lib. 1. in proœm. 6.
Charitas & amicitia. Cic. 1. de Nat. deor. 167, hominũ charitas & amicitia gratuita eſt.
Charitas & amor. Cic. in Partitionibus, 30, Nam aut charitate mouentur homines, ut deorum, ut patriæ, ut parentum: aut amore, ut fratrum, ut coniugum, ut liberorum, ut familiarium.
Charitatem & beneuolentiam adimere. Cic. pro Seſtio, 4.
Promptior filiæ, charitate. Tacit. lib. 12.
Charitate complecti. Vide Complector.
Complectitur charitates omnes omniũ patria. Cic. 1. Offic. 83.
Conciliare charitatem. Cic. 2. de Orat. 114.
Ciuium charitatem concupere. Cic. 1. Philipp. 21.
Exuere charitatem. Tacit. lib. 16.
Charitas iuncta inter paucos. Vide Iungo.
Præſtare charitate officium alicui. Trebonius, Cic. lib. 12. 16. 6.
Retinere charitatem in aliquos. Cic. de Amic. 61.

Charybdis] χάρυβδις, Locus maris periculoſus nautis inter Calabriam & Siciliam quòd contrarios fluctuum curſus facit, & rapta quæq; abſorbet, & reijcit: aqua enim nũc abſorbetur & tendit in profundum, nunc eleuatur in altum. Ouidius, Et uomit epotas ſæua Charybdis aquas. Fuit autem Charybdis, fœmina uoraciſſima, quæ quia boues Herculis rapuit, à Ioue fulminata eſt, et in mare præcipitata. Vnde naturam priſtinam ſeruat: nã ſorbet uniuerſa. Author Seruius. Plin. lib. 3. & 8, In eo freto eſt ſcopulus Scylla, item Charybdis, mare uorticoſum, ambo clara ſæuitia. Inde inter Scyllam & Charybdin nauigare dictum eſt, pro In periculo eſſe. Virgil. 3. Aeneid. 111.
Auida Charybdis. Id eſt, rapax. Ouid. 14. Metam. 15.
Bonorum Charybdis. Cic. 3. de Orat. 89, Deinde uidendum eſt, ne longè ſimile ſit ductum, Syrtim patrimonij, ſcopulum libentius dixerim: Charybdin bonorum, uoraginem potius: facilius enim ad ea, quæ uiſa, quàm ad illa quæ audita ſunt, mentis oculi feruntur.
Immanis Charybdis. Cic. de Aruſp. reſp. 55.
Infeſta nautis Charybdis. Cic. 7. Verr. 114.
Irrequieta Charybdis. Ouid. 13. Metam. 158.
Panchæa Charybdis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 3. 6.
Rapax Charybdis. Senec. Thyeſt. 7. 8.
Seua Charybdis. Iuuenal. Saty. 15. 2.
Vaſta Charybdis. Catul. Argonaut. 31.
Vorax Charybdis. Cic. 2. Philipp. 76.
Zanclea Charybdis. Ouid. 4. Faſt. 106.
Deuoret me Charybdis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 3. 6.
Euitata Charybdi, in Scyllam incidi: id eſt, dũ uitо grauiũ malum, in aliud rurſus incidi. Vide Eraſini Chiliadas.
Sciſſa alternas Charybdis aquas. Propert. lib. 3. eleg. 12. 6.
Charybdis, pro malorum & curarum congerie, apud Horat. 1. Carm. ode 27. 4, —ah miſer
Quanta laboras in Charybdi.

Chaſma] chaſmatis, pen. corr. n. g. (χάσμα) Latinè hiatus dicitur, fiſſura, rictus, uaſta uorago. Vlpianus titulo de cenſibus. l. forma. §. quare ſi, Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari.
Chaſma, Eſt etiam ſubita aeris diruptio, & quidam receſſus cæli ipſius. Plin. lib. 2. ca. 26. 3, Sit et cæli ipſius hiatus, quod uocant Chaſma. Seneca, Sunt & Chaſmata, quum aliquod cæli ſpaciũ deſcẽdit, & flãmã uelut dehiſcens in abdito oſtentat.
Chaſma & uaſti hiatus. Senec. lib. 6. Nat. quæſt. cap. 9.
Perire chaſmate. Vlpianus in l. quum res. §. item ſi fundus. ff. de legatis primo, Item ſi fundus chaſmate perierit, Labeo ait utiq; æſtimationem non deberi.
Chaſmaticus, (χασματικὸς) terræ motus dictus, quum mouente ſe terra huiuſmodi hiatus exiſtunt. Apud Ammianum.

Chatti] χάττοι, Germaniæ populi, ait Strabo, lib. 7. ferè à principio. Hos iuxta Rhenum collocat Plin. lib. 4. ca. 14. 2. Catti alijs dicuntur. Hos ampliſimè deſcribit Tacitus, in lib. de moribus Germanorum.

Chaubi] χαῦβοι, Germaniæ populi ſunt, ad Oceanum pertinentes, de quibus Strab. lib. 7.

Chaus] chai, (λύγξ) Ceruarius lupus. Plin. lib. 8. cap. 19. 1, Pompeij Magni primum ludi oſtenderunt chaum, quẽ Galli raphium uocant, effigie lupi, pardorum maculis.
Chaonis, chaonidis, fœm. gen. Hermolaus in Plinium, lib. 8. cap. 19, Ex hoc luporum genere cõceptas canes fortaſſe quis intelligat, quæ chaonides, quaſi à chao nominãtur: etiam ſi Iulius Pollux altiorem fabulam recenſuit.

Chedropa] ut Galen. de attenuante uictus rat. ſcribit, uocantur ſpeciatim omnia ea legumina, quæ manu carpuntur: alia cuncta quæ falce putantur, frumenta. Hæc ille.

Chelæ] chelarum, (χηλαὶ) Scorpij brachia ſunt: id eſt, anterior pars Scorpij ſigni cæleſtis. Virg. 1. Georg. 3,
Qui locus Frigonẽ inter, Chelaſq; ſequẽtes Panditur.
Cic. in Arato, 33, Et paucæ Chelis ſtellæ ſimul anguitenentis Sunt genua.
Scorpij Chelæ. Lucan. lib. 1. 131,
Scorpion incendis cauda, Chelaſq; peruris. Intelligit ſydus Scorpij.
Præcedere Chelas. Luc. lib 2. 137,
—iam cœperat ultima Virgo
Phœbum laturas ortu præcedere Chelas.
Quibus uerbis dicit Autumnale fuiſſe æquinoctium: quod ſit octauo calendas Octobris, Sole in Libra poſito. Et ideo per Chelas Libram intelligit, quia occidente Virgine, oritur Libra.

Cheles] nuncupantur, marinis obiecti fluctibus, ne undarum impetu

Digitized by Google

impetu uiolentiores perpetim assultante, conuellantur aggerum munimenta, uel id genus cæterorum. Dicũtur autem sic, quod boum ungulis ferè sint assimiles. Cæl. Rhod. lib. 5. ca. 2.

Chelidon] pen. prod. huius chelidonis, pen. corr. (χελιδών) Latinè dicitur hirundo.

Chelidonia] χελιδόνια inter ficorum genera recensetur Plinio, lib. 15. cap. 18. 3. à Chelidonijs populis in Britannia. Meminit & Colum. lib. 10. uersu 22. à fine,

—purpureæq; chelidoniæ, pinguesq; mariscæ.

Chelidonia, (χελιδώνιον) Herbæ genus. Plin. li. 8. ca. 27, Chelidoniã uisui salaberrimam hirundines mõstrauere, uexatis pullorum oculis illa medentes. Vide item lib. 25. cap. 8. 9.

Chelidoniæ] Insulæ contra Tauri promontorium pestiferæ nauigantibus, duæ sunt: quarum una Corydela, altera Menalipea dicitur Stephano. Dionysius trium meminit, & ità Strabo, lib. 14.

Chelidonium] Est Tauri montis promontorium. Plin. lib. 5. cap. 27, Taurus mons ab Eois ueniens littoribus, Chelidonio promontorio disterminatur. Priscianus in Perihegesi,

Partibus extremis Pamphilia clauditur Istro,
Atq; Chelidoniæ rupes clauduntur eodem.

Chelonates] Promontorium est Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonita dicitur.

Chelonia] Oculus est Indicæ testudinis, uel portentosissima magorum mendacijs. Plin. lib. 37. cap. 10. 15.

Chelonitides] Gemmæ testudinũ similes: ex quibus ad tempestates sedandas multa uaticinantur. Plin. lib. 37. ca. 10. 16.

Chelonium] Tegumentum est testudinis animalis, quã tortuam uulgò uocant. Eius autem integumenti similitudinẽ habent chelonia, id est, retinacula quibus intra tigna sucula retinetur. Budæus.

Chelonophagi] pen. corr. (inquit Plin. lib. 6. cap. 25.) in Carmaniæ angulo sunt, testudinum superficie casas tegentes, carne uescentes. Nam χελώνη Græcè testudinem significat. Hæc (ut inquit idem lib. 9.) adeò in Indico mari magnæ sunt, ut singularum superficies habitabiles casas integant. Strabo, lib. 16. adeò magnas alio in loco reperiri scribit, ut Chelonophagi in eis nauigent.

Chelydrus] penult. prod. (χέλυδρος) Serpens non multũ aspectu distans à chersydro serpente, fumũ quà serpit emittens. Lucanus, lib. 9. 142,

Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua
Chersydros, tractiq; uia fumante chelydri.

Chelydri dicti sunt Seruio, quasi chersydri, quia in aquis & in terris morantur. Naus χέρσον, dicimus terram, ὕδωρ autem aquã. sunt autẽ de genere serpentiũ. Virg. 3. Georg. 83,

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore Chelydros.

Medusæi chelydri, Dicti à Medusa, cuius crines serpentes erant. Sil. lib. 7. 64.

Nigri chelydri. Virg. 2. Georg. 43.

Nigri (ait Seruius) id est nocentes,

Chelyne] Labrum superius dicitur, ut nonnulli existimant: quanquam alij in ambitu positam partem, eo uocabulo intelligere malunt. Vnde Chelynidæ nuncupantur, quibus ea grandior portio est. Vide Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 31.

Chelys] χέλυς Testudo: capitur & pro cithara, quòd Mercurius citharam primus ex testudine fecerit: quam Nilo decrescente in littore repererat.

Canora chelys. Senec. Troad. 4. 24.

Exuere chelyn, id est, deponere. Stat. 4. Sylu. 6. 6.

Fatiscit chelys. Stat. 4. Sylu. 4. 7.

Intendere chelyn. Stat. 1. Sylu. 5. 3.

Laxare chelyn. Stat. 4. Sylu. 47. Contrarium est illius quod alibi dicit, Intendere chelyn.

Pulsatur manibus Phœbea chelys. Ouid. ad Pisonem, 35.

Verberare chelyn plectro. Senec. Troad. 4. 24.

Chemnys] Insula in quodam lacu Aegypti, quæ lucos syluasq; & Apollinis grande sustinens templum natat, & quocunq; uenti agunt, pellitur. Verba Pomponij Melæ, ex lib. 2. De hac Herodotus lib. 2. scribit, quam Echemmin nominat.

Chemosis] χήμωσις, Elatio est ambientis oculum membranæ, quæ album quoq; appellatur: affectus albæ carnis persimilis. Ex lib. finit. medic. apud Galen.

Chenalopeces] χηναλώπηκες, Ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni. Vide Plin. lib. 10. cap. 22. Est autem nomen ἀπὸ τοῦ χηνὸς καὶ ἀλώπηκος & compositum, hoc est ex uulpe & anserе. Vnde & Vulpanserem Aeliani interpres transtulit. Anserem enim specie, uulpem calliditate refert. Aquilæ & felis imiurià facilè propulsat. Aucupi ad nidum accedẽti obuiam prodit, ut interim pullis elabendi spaciũ præbeat. Vide Aelianum, li. 15. ca. 51.

Chenisscus] χήνισκος, Latinis anserculus est, unde & puppis extremum, quod ornatus gratia, ad anseris similitudinẽ affictũ erat, chenisciũ appellarunt. Apuleius, Puppis intorta chenisco. De forma chenisci, uide apud Bayfiũ de re nauali.

Chenoboscia] χηνοβοσκία, Vrbs Aegypti, è regione Diospolis, ab anserum, ut uidetur, pascuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. Huius incolæ dicuntur Chenoboscitæ, qui circa Crocodiles occupantur.

Chenoboscium] χηνοβοσκεῖον, Locus ubi anseres aluntur. Columella, lib. 8. cap. 14. 1, Qui uerò greges nantium possidere studeant, chenoboscia constituant.

Chenomychon] Herba ad cuius aspectum expauescunt anseres. Plin. lib. 21. cap. 11. 2.

Chenopus] χηνόπους Latinè Anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quæ habet effigiẽ anserini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8, Ceras ex omnium arborum satorumq; floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode.

Cheopes] siue Cheops, Aegypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus est maxima totius Aegypti pyramis, ad quam faciẽdam denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cæpa et allio, mille sexcenta talenta expendisse. Author Herodot. lib. 2.

Cheopina] æ, pen. prod. Mensura est liquidorum, dimidiæ pintæ capax. Tantum enim capit, quantum haustu uno sitibundus homo absumere posset. Ex Bud. de asse. lib. 5. χέω, fundo: πίνω, bibo.

Cheops] Aegypti rex, teste Herodoto, lib. 2.

Chephren] Cheopis frater, Aegypti & ipse rex post fratrem, Authore Herodoto lib. 2.

Cheramydes] Lapidis genus pretiosi. Plin. lib. 37. ca. 10. 12, Cheramydes eadem esset, quam ostracitem uocant, nisi quòd hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cheremocrates] χειρισοφράτης, Insignis quidam artifex fuit, cuius opus Ephesiæ Dianæ templum Strabo fuisse ait, pollicitumq; Alexandro sese montem Atho in eius formã fabricaturum, ut tanquam ex gutto quodam aqua in phialam effunderetur. Hæc ille lib. Georg. 14.

Cheria] A quibusdam appellatur raphanus syluestris, quẽ Latini Armoraciam appellant. Vide Ruel. lib. 2. cap. 123.

Cherilus] pen. corr. (χηρίλος) Malus poeta temporibus Alexandri Magni. Horat. 2. Epist. 1. 47,

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cherilus incultis qui uersibus, & male natis,
Retulit acceptos regale numisma Philippos. Idem in Arte Poetica, 72. Dicitur enim hic omnẽ Alexandri historiã conscripsisse: sed septem, nec plures uersus in toto poemate qui

Digitized by Google

te qui probari possent, inuentos fuisse. Habuit pro bono uersu numisma aureum, colaphum pro malo. Vnde sunt qui eũ colaphis enectum tradant. Vide Chœrilus.

Cherinthus] χάριν θος, Puer admodum insignis facie & cãdore, qui seipsum prostituit. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 17,

(Sit licet hoc Cherinte tuum) tenerũ est femur, aut crus Rectius.

Chernips] Aqua apud ueteres dicebatur, qua expurgari adeuntes ad sacra soliti erant, in qua nimirum terrem ex altari, ubi rem diuinam fecissent, prius extinxissent. Scribit autem Seruius in 4. Aeneid. quòd qui superis sacrificabant, abluebantur: qui uerò deis inferis, aspergebantur: unde illud, Spargens rore leui, &c.

Chernites] Genus lapidis ebori simillimi, in quo condebantur corpora. Plin. lib. 36. cap. 17. 2, Mitior est autem seruandis corporibus nec absumendis chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt.

Cherronesus] siue Chersonesus, pen. prod. χερρόνησος (nihil enim differũt) peninsula est. Græcis enim χέρσος, terra rũσος autem insula dicitur. Quatuor insignes passim Chersonesi memorantur: Taurica in Euxino & Mæotide: Thracia: aurea tertia, supra Gangem in ortum, iuxta sinum qui Magnus Ptolemæo dicitur: Et Cimbrica Septẽtrionalis, quæ Daciam habet, quam Daniam Saxo grammaticus uocat. Peloponnesus uerò maior celebriorq; est, quàm ut Chersonesi nomen admittat, quanquam & ipsam, nominis etymo fretus, Chersonesum Strabo nominat: & minoris Asiæ in nostrum mare procursus Cherronesus dictus, bonis autoribus, ut scribit Vadianus.

Chersidamas] pen. cor. Vir Troianus, quem Vlysses in bello interemit, ut scribit Homerus lib. Iliad. 11.

Chersina] æ, Genus est testudinis terrestris, in aridissimis Africæ desertis, roscido humore uiuens. Plin. lib. 9. cap. 10.

Chersiphron] χερσίφρων, Architecton quidam fuit eximius, qui Dianæ Ephesiæ templum prius mirè fabricatus est, postea aliud fecit maius illo. Strab. lib. 14.

Chersos] siue cherson (χέρσος) Propriè terra inculta dicitur. Mart. lib. 14. 93.

Chersydros] pen. prod. (χέρσυδρος) Serpens qui tam in aquis quàm in terris moratur. Vide Chelydrus.

Cherusci] χερῦσκοι, Populi Germaniæ circa fluuium Albim. Claud. 7. Paneg. 91, Et ingentes Albim liquere Cherusci.

Chia ficus] siue Chia, absolute, Fici species est, grato quodã sapore palatum pungens, uiniq; ueteris, salisq; saporem referens. Mart. lib. 7,

Infanti melimela dato, fatuasq; marisca,
Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia placet. Idem,
Chia seni similis Baccho, quem Seria misit,
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Chia terra (χία γῆ) Terra est albida, siue cinericia, Samiæ similis, quæ cutem erugat, totumq; corpus amabili coloris bonitate commendat. Dioscor. lib. 5. cap. 101.

Chidmæi] Orpheo teste in Argonauticis, Populi iuxta Pontum.

Chidorus] Fluuius est Macedoniæ, qui per Mygdoniam fluens in Axium Mygdoniæ fluuium intrat. Herodotus, libro 7.

Chilias] chiliadis, pen. cor. (χιλιὰς) Numerus qui mille connet. Gel. lib. 1. cap. 16, Mille enim non pro eo ponitur quod Græcè χίλιοι dicitur, sed quod chilias: & sicuti una chilias, & duæ chiliades, ita unum mille, & duo milia, certa atque directa ratione dicitur.

Chiliarchus, qui præest mille militibus.

Chiliastę] χιλιάσται, Hæretici quidam fuerunt, sic dicti propter illud ex sacra pagina, Vna dies apud Dominum ut mille anni, & mille anni, ut una dies. Hosce milliarios interpretatur Augustinus, ut refert Cæl. Rhodig. lib. 1. cap. 14. Vide Augustinum, libro 20. cap. 7.

Chiliodynamis] χιλιοδυνάμις Dioscoridi, Chiliodyname Plinio, herba est quæ alio nomine Polemonia dicitur, à regum certamine, qui eius inuentionem sibi certatim uendi cauerunt. Chiliodynamis autem à Cappadocibus nominata est, propter uarios in medicina usus. Plinius, libro 25. capite sexto.

Chiliophyllon] χιλιόφυλλον, Herba est quæ notiorib. nominib. Achillea, & Militaris herba dicitur. Chiliophylli nomẽ accepit à multitudine foliorum.

Chilo] χίλων, Philosophus Lacedæmonius, unus ex septem sapientibus Græciæ. Eius, Plinio teste, lib. 7. ca. 32. tria dicta fuerunt Delphis in templo Apollinis consecrata: Nosce te ipsum, Nihil nimium cupias. Comes æris alieni atq; litis, est miseria. Quin & funus eius, quum, uictore Olympiæ filio, gaudio expirasset, tota Græcia prosecuta est.

Chilo] Dicitur cognomẽto, à magnitudine labrorum. Festus. χεῖλος enim labrum significat.

Chimæra] χίμαιρα, Homero animal est indomabile, inexpugnabile, neq; humano, sed diuino genere ortum. Chimæram monstrum triforme describit Hesiod. in Theog. his uersib.

Huic tria sunt capita, & fertur primum esse leonis,
Pulchri oculi, capræq; simul, fortisq; draconis:
Antè leo, retroq; draco, mediumq; capella est:
Pegasus hanc uicit, & magnus Bellerophontes.

Inde elegans illa Horatij metaphora ad puerũ obsoleti scorti amore captum, lib. 1. Carminum,

Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra.

Seruius explicans illum Virgilij locum 6. Aenei. Flammisq; armata Chimæra: Reuera (inquit) mons est Lyciæ, cuius hodie ardet cacumen, iuxta quod sunt leones: media autem pascua sunt: ima uerò montis, serpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, unde Chimæram dicitur occidisse. Plinius, lib. 2. capite 106, Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui uerò terra, aut fœno Gnidius Ctesias tradit. Cicero, libro primo de Natura deorum, 149, Quid quod earum rerum quæ nunquam omnino fuerant, neque esse poterant, ut Scyllæ, ut Chimeræ?

Ingens Chimæra. Virg. 5. Aen. 24.
Ingenti mole Chimæra. Virg. 5. Aen. 45.
Flammis armata Chimæra. Virg. 6. Aeneid. 58.
Flammam spirantes ore Chimæræ. Lucret. lib. 2. 141.
Tremendæ flamma Chimæræ. Horat. 4. Carm. Ode 2. 4.
Aetnæos efflans faucibus ignes Chimæra. Virgilius, 7. Aeneid. 157.
Igneæ spiritus Chimæræ. Horat. 2. Carm. ode 17. 3.
Chimæriferæ Lycia. Ouid. 6. Metam. 68.

Chimærij] Populi Asiæ Amazonibus proximi. Dicuntur etiam Chimærij, quicunque occupatas frigoribus incolunt terras.

Chimastrum] χείμαστρον, Vestis est rusticorum, qua hyeme utuntur, ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod nobis sonat hyemare. Pollux, lib. 7. cap. 13, ex Homeri & Aeschyli authoritate.

Chimerinus] pen. cor. (χειμερινὸς) non à Chimæra deducitur, sed Græca uox est. χειμερινὸς enim hybernus dicitur. Est autem hyemalis circulus cœli qui Capricornum contingit, in quo quum Sol est, breuissimi sunt dies. Mart. lib. 9. 13, de Earino,

Digitized by Google

Si daret Autumnus mihi nomen, Oporinos essem:
Horrida si Brumæ sydera, Chimerinos.

Chimetla] χίμετλα, Vlceroſæ affectiones ſunt in manuum digitis ac pedum, hyemali tempore prouenientes. De quib. Paulus, lib. Medicinæ 3. & Cæl. lib. 4. cap. 11.

China] quam quidam Cinam uocant, radix eſt fungoſa, perinde ac arundinacea, leuis, colore ruſeſcente, Rhodiæ radicis admodum æmula. præfertur recens, firma, & quæ neq; teredinem neq; cariem ſenſerit, & quæ magis rubeſcat. Huius radicis iandudum apud Hiſpanos inualuit uſus contra podagras, maximeq; apud imperatorẽ Carolum V. cui meritò præclaram laudem acceptam referre debet. Aduehitur hæc tam à Luſitanis, quàm ab Hiſpanis ex regionibus æquinoctiali proximis, legiturq; in litoribus maris è terra euulſa. nam in paludibus exorta, ac inde mari fluctibus rapta, in littus reijcitur. Author Matthiol. Sene. in Dioſcor.

Chinea] ſpecula. Catullus,

Brixia Chineæ ſuppoſita ſpeculæ.

Chione] Chiones, pen. cor. (χιόνη) Nobile ſcortum fuit, nomen habens à candore niuis, quæ Græcè χιῶν dicitur: quum tamen fuſca eſſet. Martial. lib. 5. 80,

Digna tuo cur ſis, indignaq; nomine, dicam:
Frigida es, & nigra es, & es Chione.

Chios] χίος, Inſula eſt maris Mediterranei, ad oram Ioniæ cum oppido, poſita inter Samum & Lesbum, ex aduerſo maximè Erythrarum, quam Aethaliam Ephorus priſco nomine appellat. Metrodorus & Cleobulus Chiam, à Chione nympha: aliqui à niue: & Macrin, & Pityuſam. Verba ſunt Plinij, cap. 31. lib. 5. In hac templum Apollinis, unde Chius Apollo, & Chij in ea habitantes. Et promontorium Aruiſium, à quo Aruiſia uina: & penultimam correptam habet. Lucan. lib. 8. 39,

Quas Aſinæ cautes, & quas Chios aſperat undas.

Sunt qui quadrigeminam Chium eſſe putant: ut prima ſit Chios inſula: ſecunda Cariæ urbs, ſub monte Pelleno: tertia in Eubœa: quarta in Cherroneſo Rhodiorũ iuxta Triopiã. Horat. 1. Epiſt. 11. 5,

Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.

Chius (χίος, χιακὸς) Adiect. priorem producit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 23, Si poſitis intus Chij, ueteriſq; Falerni,

Mille cadis, &c.

Ariſto Chius. Cic. de Senect. 3, Omnem autem ſermonem tribuimus non Tithono, ut Ariſto Chius, ne parum eſſet autoritatis in fabula.

Cadus Chius. Horat. 3. Carm. Ode 19. 1.

Chiræ] χίραι, Vocantur ruptura illæ, qua fiunt in pedib. Vnde ita affecti Chiropodes appellati, uelut rhagopodes. Author Cæl. lib. 4. cap. 12.

Chiragra] huius chiragræ, pen. corr. (χειράγρα) Dolor manuum ipſos articulos frigido & lento quodam humore afficiens. Plin. lib. 24. cap. 19. 16, Item parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, &c. Mart. lib. 1. 93,

Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt.

Lapidoſa chiragra. Perſius, Satyr. 5. 6.

Nodoſa chiragra. Horat. 1. Epiſt. 7.

Contundit articulos chiragra. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 3.

Chirembolon] χειρέμβολον, Vox Græca, qua utitur Vlpianus in l. prima §. qui ſunt igitur. ff. naute, caupones, ſtabularij, & ſunt quidam qui in nauibus cuſtodiæ gratia præponuntur, ut ναυφύλακες. Siquis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is, qui eos huiuſmodi officio præponit, committi eis permittit. quanquam ipſe uel nauicularius, uel magiſter id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat autem, ut Alciato placet in Paragis, hæc uox manus immiſſionem. Hic uerò dici ſignum, quod magiſter in prora ſedens dat, quum nautis imperat ut aliquid faciant, ſeu aliquem recipiant, uel non.

Chiridota] pen. prod. (χειριδώτη) Veſtis dicitur quæ manicas habet longiores, & propè uſq; ad digitos. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiectat, quòd cum chiridota tunica accubuerit. Has ueſtes Plautus uocat manuleatas. Vide Gellium, lib. 7. cap. 12.

Chirocrates] pen. corr. Nomẽ architecti celebris, qui à quibuſdam Dinocrates dici ſolet. Plin. lib. 34.

Chirographus] & Chirographũ, pen. cor. (χειρόγραφον) Eſt cautio manu alicuius ſubſcripta, anulóue obſignata, quã ipſe inficiari nequit. Iuuenal. Satyr. 13. 14,

Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni.

Officina chirographorum. Vide Officina.

Chirographi appellatione uti nos pro ipſis actionibus palàm eſt, quum uenditis chirographis intelligamus nomẽ ueniſſe. Hæc Iulianus Iuriſconſultus.

Commentarioli, chirographi, & libelli. Cic. 1. Philipp. 12.

Cautio chirographi. Cic. Trebatio, lib. 7. 18. 4, Itaq; quum ueſtræ cautiones infirmæ ſunt Græculam tibi miſi cautionem chirographi mei.

Exemplar chirographi. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 7.

Tributorum ſolutorum chirographa. Scæuola in l. creditor. ff. de Action. empti, Cuius chirographa tributorum à debitore retroſolutorum apud ſe depoſita habebat.

Inane chirographum factum ſolutione. Vlpian. in l. ſolutione. ff. ad exhibendum, Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis: nihilominus creditor ut inſtrumenta ad eum contractum pertinentia, tam ab alio, quàm à debitore exhibeantur, agere poteſt.

Ligni ſuperuacui uana chirographa, Tabellæ lignea manu propria ſcriptæ nihil utilitatis afferentes. Iuuenal. Satyra 13. 14.

Conuincere chirographo. Cic. 2. Philipp. 35.

Credere, & fidem habere chirographis. Planc. Ciceroni, libro 10. 21. 7.

Defendere chirographa. Cic. Caſſio, lib. 12. 1. 8.

Deferre chirographa. Cic. de Claris Oratorib. 151, Seſeq; chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones, manifeſtam rẽ deferre diceret, &c.

In tabulis eſt chirographus. Quint. lib. 6. cap. 3. 69.

Chirographum imitari. Cic. 3. de Nat. deor. 105, Suetonius in Tito, Per ludum, iocumq; certantem imitari chirographa quæcunq; uidiſſet.

Legare chirographum. Africanus in l. ſeruum §. eum qui. ff. de legat. 1, Eum qui chirographum legat, debitum legare, non ſolum tabulas, argumento eſt uenditio.

Mittere chirographo ſuo literas. Plancus Ciceroni, libro 10. 21. 6.

Pungere chirographo aliquem. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 8.

Vænire chirographa. Africanus in l. ſeruum. §. eum qui. ff. de legatis 1, Si chirographa uæneunt, nomen ſiue corpus uæniſſe uidetur.

Vti chirographo & ſigno. Cic. Attico, lib. 2. 35. 5.

Inter chirographum & ſyngraphas. Aſconius, Inter ſyngraphas & cætera chirographa hoc intereſt, quòd in cæteris tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſolent: In ſyngraphis etiam cõtra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata, pro temperaria uoluntate homini num ſcribi ſolent, more inſtitutoq; Græcorum: & cætera tabulæ ab una parte ſeruari ſolẽt: Syngraphæ ſignatæ utriuſq; manu, utriq; parti ſeruandæ traduntur. Hæc ille.

Chiromactron] χειρόμακτρον, Capitis ornamentum, aut (ut

(ut alij dicunt) mantile. Vide Budæum de re uestiaria.

Chirographarius, adiect. ut Debitor chirographarius. Vlpianus in l. si ut certo. §. idem denique ff. commodati, Si tibi eo dicem commodauero, & in eo chirographarium debitorẽ tuum cauere feceris, &c.

Creditor chirographarius. Paulus in l. bonis uenditis. ff. de priuilegijs creditorum, Respublica creditrix omnibus chirographarijs creditoribus præfertur. Dicitur autem chirographarius creditor, ad differentiam hypothecarij creditoris. Vlpian. in l. 1. §. sciẽdum est autem. ff. de separationibus, Attamen, inquit, si hæreditaria fuerit, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum qui separationem imperauerit. etiam si chirographarius est, inquit Accursius in l. inciuile. C. de bonis authoritate iudicis possidendis, Inciuile est quod postulas, ut unus ex chirographarijs creditoribus bona compellatur suscipere. Et l. sequente, ibidem. Est & Chirographaria pecunia: & chirographarium debitũ, l. unica. C. Etiam ob chirographariam pecuniam pignori teneri. Bud.

Chirogylium] Insula Plin. 2. lib. 5. ca. 31. 5, Sed contra Chimæram Dolichiste, Chirogylium, Crambussa, Rhoge, Enagora. De insulis ante Asiam.

Chiromantia] penult. product. (χειρομαντία) Dicitur diuinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet.

Chiromantis (χειρομάντις) qui lineis manuum inspectis futura noscere se profitetur.

Chiron] huius chironis, pen. prod. (χείρων) Saturni & Phillyræ filius. Lactantius tamen dicit eum ex Pelopæa conceptum. Dum enim (ut autor est Seruius in 3. Georgic. 19) cũ amica Phillyra Saturnus coiret, Ops uxor eius aduenit, cuius præsentiam ueritus, se in equum conuertit: exinde natus est Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus. Qui quum excreuisset, in syluas abijt, easq; coluit. Huic autem à Thetide Achilles puer commendatus, quem ipse, simul & Aesculapium nutriuit & docuit. Hic enim (ut autor est Plin. lib. 7. capite 56) herbarum uires atq; medicamenta reperit. Postremò quũ eum uisitasset Hercules, casu factum est, ut una sagittarum eius Lernæo ueneno perlita, super pedem eius caderet. Attamen quum à parentibus fuisset genitus immortalis, ut Ocyroes uaticinium impleretur, quo prædixerat eum optaturum esse mortalẽ, graui uexatus morbo mori cupiens, orauit superos ut illi mori concederent. Quo cõcesso, ab eisdem in cælum translatus est, & in Zodiaco locatus. & Sagittarius appellatus. Ex Bocatio.

Geminus Chiron. Ouid. 2. Metam. 127.

Phillyrides Chiron, Phillyræ ex Saturno filius, medicinæ inuẽtor Virg. 3. Georg. 109.

Semifer Chiron. Stat. 2. Syl. 1. 18.

Chironeon] uel chironion herba est, tertium genus panaces. Plin. lib. 25. cap. 4. 5, Tertium, panaces, chironeon cognominatur ab inuentore: folium eius lapatho simile, maius tamen & hirsutius: flos aureus, radix parua: nascitur in pinguibus locis. Ibidem, cap. 6. 5, Centaurea curatus dicitur Chiron, quum Herculis excepti hospitio pertractanti arma sagitta excidisset in pedem: quare aliqui chironion uocant. Vide Ruellium, lib. 3. cap. 6.

Chironia] Genus uitis quæ ampelos dicitur: à Chirone inuẽta. Plin. lib. 25. cap. 4. 7.

Chironomus] pen. cor. (χειρονόμος) Qui manibus gesticulatur, & ludit. Budæus, Chironomi sunt gesticulatores: & Chironomia, saltatio gesticulatrix: qualis est quam Moresca uocamus. Iuuen. Satyr. 6. 7,

Chironomon Ledam molli saltante Batillo,

Tuscia uesicæ non imperat. Leda autem chironomica erat saltatio. Alioqui Chironomia, lex gestus à Quintiliano dicitur in primo, ab heroicis ipsa temporibus orta, & à summis Græciæ uiris atq; ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoq; in numero ciuilium posita uirtutum, à Chrysippo in præceptis de Liberorum educatione compositis nõ omissa. Quam artem oratori necessariam esse idem latè in undecimo docet. Hæc etiam palæstra uocatur: & qui eam docent, palæstrici dicti sunt. Ab his enim præceptoribus motus, gestusq; formantur, ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæue manus, ne status indecorus, nequa in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculiq; ab alia corporis parte dissideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimauerunt. Nostras uulgus uno uerbo continentiæ hæc omnia significat. Hæc Budæus propè ad uerbum ex Quintiliani lib. 1. cap. 11. Iuuenal. Satyr, 5. 13, Saltantem spectas, & chironomonta uolanti

Cultello.

Chiroteca] chirothecæ, penul. prod. (χειροθήκη) Manuum tegmen, quod & dactylothecam Græci uocant.

Chirurgus] χειρουργός, Medicus uulnerarius, à manuum operatione ita uocatur. Martial. lib. 1. 114,

Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus.

Chirurgia (χειρουργία) ipsa ars quæ à Græcis chirurgice dicitur. Cic. ad Attic. lib. 4. 72. 4, Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Chirydra] χειρύδρα, propriè terræ ruina, siue fissura, quam aqua pluuia torrens, aut terræ motus efficit. Spieg.

Chisiatosagi] populi Scythiæ, in montibus Emodis, quorũ promontorium Imaus uocatur, degentes, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 17.

Chitis] χίτις, Arabiæ insula, in qua Troglodytæ prædones, quum diutius fame & tempestate pressi, herbas radicesq; effoderent, eruerunt topazion gemmam, ut ex Archelai sententia refert Plin. lib 37. cap. 8.

Chiton] huius chitonis, pen. prod. m. g. dicitur Latinè tunica, sagulum: & chitonium, chitonij, neut. gen, tunicula. Hinc Galli præposito articulo Græco ὁ χιτὼν finxerunt suum Hoqueton.

Chitoniscus] χιτωνίσκος, Diminutiuè, Camisia, indusium. Hoc autem genus uestimenti Pollux lib. 7. cap. 13, dicit commune esse uirorum & mulierum.

Chitram] Medicamentum. Gal. lib. de simpl. medicam. Chitram, lactucinium est quam plurimarum arborum. omnibus notum est, cuius quasi optimum eliquimus quod est candidum & mundum, & glutinosum. Plura ibidem.

Chlæna] χλαῖνα, Vestimenti genus, quod pallijs hyberno præsertim tempore superinduebantur, Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos prouerbium, σὺ ὄψει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, hoc est Aestatem lænam deteris. In eos dici solitum, qui alieno tempore rebus necessarijs abutũtur. Dicta est autem χλαῖνα, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλαίνειν, hoc est à calfaciendo, propterea quòd densitate sua, & ponderegestantes calefaceret.

Chlamydia] iæ (χλαμυδία) Vulgò Sdiles, Insula est maris Aegæi, una Cycladum, quæ notiore nominè Delos appellatur. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Chlamys] chlamydis, pen. cor. (χλαμὺς) Propriè uestis militaris, quæ & paludamentum dicitur, autore Nonio. Virgil. 8. Aeneid. 115,

——ipse aurea Pallas
In medio chlamyde & pictis conspectus in armis.

Similis chlamydi terra habitabilis. Macrobius, Veteres, inquit, omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem esse dixerunt.

Digitized by Google

dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem eius arctam esse. Budæus.

Statua Scipionis cum chlamyde. Cicero pro C. Rab. Posth. 16.

Aurata chlamys. Virg. 5. Aen. 50.

Crocea chlamys. Virg. 11. Aen. 155.

Purpurea & uarijs coloribus intexta chlamys. Author. ad Heren. lib. 4. 226.

Color purpureus chlamydis. Ouid. 14. Metam. 79.

Phrygia chlamys, dicta quòd Phrygiones acu pingendi periti sunt: in Phrygia enim (ait Seruius) ipsa inuenta est ars. Virgil. 3. Aen. 97.

Sidonia chlamys, Purpurea. Virg. 4. Aen. 28.

Spartana chlamys. Vestis militaris ex purpura Laconica tincta. Iuuenal. Satyr. 8. 10.

Chlamys circundata limbo. Virg. 4. Aen. 28.

Collocare chlamydem ut aptè pendeat. Ouid. 2. Met. 147.

Diffibulare chlamydem. Id est, fibulis suis soluere. Stat. 6. The-

Indutus chlamydem Tyriam. Ouid. 5. Metam. 11. (baid. 114.

It tergo demissa chlamys. Statius, 1. Sylu. 1. 9. It, id est, recedit ab humeris.

Sinuatam implere chlamydem re aliqua. Stat. 10. Thebaid. 27.

Texere chlamydes. Claud. epigram. 20. 2.

Chlamys, inter puerilia uestimenta numeratur ab Vlpiano in l. uestis. ff. de auro & argento legatis, Puerilia sunt quæ ad nullum aliũ usum pertinent, nisi ad puerilem: ueluti togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia quæ filijs nostris cõparamus.

Chlamydatus, penul. prod. (χλαμυδωτὸς) adiect. Chlamydem indutus. Cicero pro Rab. Posth. 16, Sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella sæpe uidemus chlamydatum L. Syllam imperatorem.

Chlamydula, pen. cor. (χλαμύδιον) Diminutiuum. Plaut. Tu sume chlamydulam.

Chlidones] χλιδώνες, Brachialia, ut exponit Suidas, quibus maximè utuntur Samij, autore Athenæo: & à Polluce ponuntur inter ornamenta manuum & pedum, lib. 5. cap. 16. & simpliciter inter ornamẽta muliebria, lib. 7. ca. 22.

Chlorion] Genus auis, Pl. li. 10. ca. 29. 10, Chlorion quoq; qui totus est luteus, hyeme non uisus, circa solstitia procedit.

Chloris] χλωρὶς, Filia Amphionis, Nelei uxor, cui peperit Nestorem & alios filios: ut in Odyssea testatur Homerus. Altera ab Ouidio dea florum ponitur: quæ quum nympha esset non ignobilis, & Zephyro nuberet, quasi dotis loco id muneris à marito accepit, ut florum omnium potestatem haberet: unde inquit ipsa apud Ouidium, lib. 5. Fastorum,

Chloris eram, quæ Flora uocor, corrupta Latino
Nominis est nostri litera Græca sono.

Chlorites] penultima product. Gemma herbacei coloris, quàm dicunt magi inueniri in scyllæ auis uentre. Plin. libro 37. cap. 10. 16. (loco.

Choa] χόα, Nomen mẽsuræ est: eadẽ dicitur & Chus. Vide suo

Choa in triclinio. Quint. lib. 8. cap. 6. Aenigma meo quidem iudicio, est uitium: quo tamen oratores nonnunquam utuntur: ut Cæcilius, Quadrataria Clytemnestram: & in triclinio Choam: & in cubiculo Nolam. Quas quidem allegorias intellectu sanè quàm difficiles tribus diuersis locis pro uiribus explicans Ludouicus Cælius, lib. 29. cap. 1. de Choa sic dicit, Aenigma in bibacem concinnatum arbitramur, cuius in hauriendo auiditas, uel spiritu uno choam persiccaret. De hac re fusius Quintiliani interpres ibidem.

Choarina] χοαρίνη, Regio est ex omnibus quæ sub Parthis sunt, Indiæ proxima, quã Craterus omnem permeauit, subi gens eos qui parere recusabant, ut cum Alexandro iungerẽtur. Author Strabo, lib. 15.

Choaspis] χόασπις, Medorum fluuius, ad fines Persidis in Tigrum defluens, cuius aquæ tam sunt suaues, ut finitimi reges non alia aqua ad pocula utantur. Tibull. lib. 4,

Nec qua uel Nilus, uel regia lympha Choaspis
Profluit.

Choaspites] penult. prod. Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 17. Choaspites à flumine dicta est uiridis, fulgoris aurei.

Choatræ] χοάτραι, Inter gentes quæ circa Mæotim habitãt, Plinio numerantur, cap. 7. lib. 6.

Diri magico terrore Choatræ. Valer. lib. 6. Argonaut. 30.

Chœnicion] Græcè, Modiolus est Latinè, & ferramentum medicinale est. Celsus, lib. 8. cap. 3, Exciditur uerò os duobus modis. Si paruulum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci uocant: si spacioſum, terebris.

Chœnix] chœnicis, pen. prod. f. g. (χοῖνιξ) Demensum & cibus diurnus. eo pacto Laertius & Suidas interpretantur. Porrò seruis olim cibus diurnus chœnice distribuebatur, ut illi uicißim operis pensum persoluerent.

Chœnix, ut uideri potest apud Budæũ de Asse, Semodius erat: modius autem Romanus non dispar erat ei mensuræ, quam Bœotium nostrates uocant.

Chœnici ne insideas, Pithagoricum est symbolum, quo significatur non oportere per inertiam, ocium & cibum alienum sectari, sed sua quenq; industria sibi parare facultates, quib. munditiem uitæ sustineat. Parasiticum enim ac fœdum aliena uiuere quadra, nec ullam artem callere qua possis ὁμίσεν τὸν, uiuere. Ex Chiliadibus Erasmi.

Chœrades] χοιράδες, Nihil aliud sunt, quam indurati adenes, in collo præcipuè, in alis & inguinibus nascentes, Latino uocabulo strumæ appellatæ. Chœrades autẽ dictæ uidentur ἀπὸ τῆν χοίρων, hoc est à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

Chœrilus] χοίριλος, Poeta fuit Samius, seruili cõditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto historico exceptus est & institutus. Scripsit Atheniensium uictoriam contra Xerxem: cuius carminis nomine in singulos uersus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis, cuius in expeditione comes erat, ut in uita illius tradit Plutarchus. Fuit & alter Chœrilus poeta tragicus. Vtriusq; meminit Suidas.

Choes] festũ Athenis celebrabatur, Antheſterionis duodecimo, quem interpretantur Nouembrem: quo tempore à præceptoribus familiares hospitaliter accipiebantur, ut apud Athenæum scribit Eubulides.

Cholades] χολάδες, Medicis dicuntur inteſtina quoniam in ea corriuetur χόλη, id est bilis, quam uocant Xanthen, id est flauam, quæ excalfaciens, acrimoniaq; irritans, uelut pruritu ad superfluitatum excitet egestionem, ut ipsi interpretantur. Hæc Cæl. lib. 4. cap. 4.

Choledochus] χολήδοχος, à Græcis dicitur folliculus felis, quòd flauum contineat humorem, palleſcentem quãdoque ab Galeno uisum, uel coloris cyanei, uel ſatis herbei. Est uerò aliud nihil, quàm purgamẽtum peßimi sanguinis, ut tradit Cælius Antiqu. Lect. lib. 4. cap. 17.

Cholera] choleræ, penult. corrept. (χόλερα) Commune ſtomachi atq; inteſtinorum uitium & morbus uideri potest. nam simul & deiectio & uomitus est, præterq; hæc inflatio est: inteſtina torquentur: bilis suprà infraq; erumpit: primùm aquæ similis, deinde ut in ea recens caro lota esse uideatur, interdum alba, nonnunquam nigra & uaria. Ergo eo nomine morbum hunc χόλεραν Græci nominarunt. Præter ea uerò quæ suprà comprehensa sunt, sæpe etiam crura, manusq; contrahuntur, urget sitis, anima deficit: quibus concurrentibus, non mirum est ſi subitò quis moritur. Hæc Celsus, libro 4. capite 11.

Morbus

Digitized by Google

Morbus acutus cholera. Celſus, lib. 2. cap. 13.
Laborare cholera. Celſus, lib. 2. cap. 13.
Sedare choleram clyſteribus. Plin. lib. 31. cap. 6. 10.
Cholericus, pe. cor. (χολερικὸς) Adiect. q cholera affect⁹ eſt. Plin. li. 20. c. 14. 3, Mentaſtrũ torminib. cholericis efficaciſſimũ.
Choliambus] χωλίαμβος, Verſus claudicãs, aliàs Scazõ.
Cholobetene] χολοβητηνή, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit, Cholobetenus gentile eſt. Stephanus.
Cholos] Lapis eſt ex genere ſmaragdorũ, quẽ Iuba tradit in Arabia ædificiorũ ornamẽtis includi, referẽte Plin. li. 37. c. 5.
Choma] chomatis, penultima corrept. neut. gener. (χῶμα) Budæus, Chomata, ſunt aggeres, qui terra aggeſta, facti ſunt: quibuſq; Nili aqua coercetur. Vlpianus. ff. de extraordinarijs criminib. l. ſaccularij, In Aegypto qui chomata rũpit.
Chon] Hercules Aegyptiorũ lingua nũcupatus, qui cũ Oſiri de Italiã liberauit à tyrãnide, & ab hoc Chone Hercule Aegyptio Italiã antiquitus uocatã prodidit Antiochus, & Chones Italiæ populos, & Chonem Vrbẽ, cuius et Strabo meminit, & Stephanus.
Chondrilla] Chondrillæ, ſiue Chondrillon, χονδρίλλη, quã aliqui cichorion, alij ſerin appellant, flores & folia habet cichorio ſimilia: qua ex cauſa nonnulli ſylueſtris intybi ſpeciẽ eſſe pronũciarũt, uerùm tenuior tota eſt. In cuius ramulis, gummi maſtiches ſimillimũ, magnitudine fabæ inueniri ſolet, quod cũ Myrrha triũ, & limteo appoſitiũ, inſtar oliuæ fœminarum menſes trahit. Verba ſunt Dioſc. lib. 2. cã. 126. Vide & Plin. lib. 22. cap. etiam 22.
Chondris] χονδρὶς, Quã Pſeudodictamnum nõnulli uocãt, herba eſt foliis dictamno ſimilibus, ramulis minoribus, ſed & minoris effectus, ut tradit Plin. lib. 25. cap. 8.
Chondros] Xiphoides (χόνδρος ξιφοειδὴς) à medicis appellatur corpus quoddã cartilagineũ, quod ab extremo pectoris oſſe depẽdet, uẽtriculi orificio ſuperiori reſpõdẽs. Ita dictum, quòd acuminatũ ſit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.
Chondros] χόνδρος, Græcis pars eſt ſimilaris in corpore animali, ex ſemine generata, mediam inter oſſa & carnẽ duritiẽ obtinẽs, q̃ Latini Cartilaginẽ uocãt. Vide Cæl. li. 3. c. 18.
Chondrus] χόνδρος, Seminis quoddam genus eſt, nutrimẽti optimi, ſicut & triticũ, de quo latiſſimè Galen. lib. 5. de ſimpl. medic. facult.
Chophe] Fluuij nomẽ & oppidi in Arachoſia regione, quod Semiramis condidiſſe fertur, Authore Plin. lib. 6. cap. 23.
Choragium, Choragus, Choraula] Vide Chorus.
Choraliſtria, Choraules] Vide Chorus.
Choramnei] χοραμναῖοι, Genus quoddã hominũ ſylueſtre in Perſide, tãtæ uelocitatis, ut ceruos cõprehẽdãt curſu. Ste.
Choraſmie]es (χοραςμίη) Vrbs Parthorũ, Orientẽ uerſus, cuius incolæ Choraſmij nominantur ab Herodoto, lib. 3. in Catalogo Xerxani exercitus.
Choraſmuſini] χοράσμιοι, Populi ſunt ex Maſſagetarũ & Bacarũ gente, ad quos Spitamenes, unus ex Perſis, qui ab Alexandro aufugerunt, ex Bactrianis ac Sagdianis ſeceſſit, ut ait Strabo lib 11.
Chorda] Membrum eſt ab extremitatibus muſculi ortũ habens, ad ſimilitudinem chordæ arcus effecta. Quemadmodũ enim chorda arcus incuruata incuruatur arcus, & relaxata relaxatur: ſic muſculo relaxato chorda impellitur à muſculo, & relaxatur, quare membrũ extenditur: muſculo uerò contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur. Ex Galen. lib. de anatom. Viuor.
Chorda] huius chordæ (χορδὴ) alio uocabulo dicitur fides fidis Ci. 3. de Ora. 119, Nã uoces ut chordæ ſunt intẽtæ, quæ ad quẽq; tactũ reſpõdeãt, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua Querelæ dulces chorearum. Lucret. lib. 4. 118. Soni chordarum. Lucret. lib. 4. 111.
Magicæ chordæ. Iuuenal. Satyr. 15. 1.
Querulæ chordæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. 6.
Tinnulæ chordæ. Seneca, Troad. 9. 4.
Experiri chordas, id eſt, tentare ſonum chordarũ. Stat. 1. Achil. 38. de Chirone.
Impulſæ chordæ. Ouid. 10. Metam. 29.
Prætentare chordas, Eſt chordarũ conſonantiã explorare leui quodã proœmio, priuſquã carmẽ ſubijcias. Oui. 5. Met. 68.
Alio loco tentare uocat eadem ratione, lib. 10. Metam. 29.
Oberrare eadẽ chorda. Hora in Arte, 72. Accipitur loco prouerbij, pro rem eandẽ identidẽ repetere: cui cõuenit Terentianũ illud, Cãtilenã eandẽ canere. Vide prouerbia Eraſ.
Sonum chorda reddit. Horat. in Arte, 71.
Verba ſocianda chordis, id eſt, cantanda ad ſonũ citharæ. Horat. 4. Carm. 9. 1. (rũ, 68.
Tãgere chordas, pro Pulſare chordas. Oui. 1. de Remedio amo
Chordapſõ] χόρδαψον, Morbus tenuioris inteſtini, quẽ iuniores Iliacũ nominãt. Cel. li. 4. c. 13, Diocles Caryſtius tenuioris inteſtini morbũ χόρδαψον, plenioris ἔλεον nominauit.
Chordi] χόρδοι, agni qui dicantur declarat Varro, li. 2. de Re ruſt. cap. 1. 19. his uerbis, Dicuntur agni chordi qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in uoluis intimis: uocãt χόρδιον: à quo chordi appellati.
Chorda, n. g. Var. 2. de Re ruſt. c. 1. 19, Quæ nata ſunt matura, & chorda, ut purè & molliter ſtẽt uidẽdũ & ne obterãtur.
Chordus] a, um (ὀψίγονος) Quod ſerotina ſœtura natum eſt: ut Agni Chordi. Vide Chordi. Dicitur & de hominib. unde pleriq; ſerius nati Chordorũ cognomẽ traxerunt: & Chordi cutuſdã Cremerij meminit Suetonius: itẽ alterius, Iulius Capitolinus in uita Gordianorũ. Quintil. quoq; lib. 1. à diligẽti præceptore exigit, ut nominũ origines curioſè ſcrutetur: cuiuſmodi ſunt Agrippa, Opiter, Chordus, & Poſthumus. Transfertur & ad inanimata: Vnde Chordũ fœnũ dicitur, quod autumno ſecatur. Colu. lib. 7. ca. 3, Aluntur Autũnali fœno, quod Chordũ uocatur. Sic & Chorda frumẽta dicuntur, quæ ſero matureſcunt. Apud pleroſq; animaduertimus Cordũ ſcribi ſine aſpiratione, quæ tamen ſcriptura repugnat etymo, quod paulo antè à Varrone adduximus.
Choreę] Chorearum, Choreuma. Vide Chorus.
Choreus] χορεῖος, Pes eſt duabus ſyllabis cõſtans, prima lõga, breui altera: qui & trocheus, & chorius dicitur. Cic. in Orat. 123, Dichoreus eſt, quã duo extremi chorei ſunt. i. è ſingulis longis & breuibus. Ibidem, 112, Trocheum autem qui eſt eodem ſpacio quo choreus, cordacẽ appellat: quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.
Choriambus] χοριάμβος, pes ex prima & ultima productis, duabus medijs breuibus: ut filiolis. Dictus choriambus, quòd iambicam deſinentiã habeat, & in choris apud ueteres celebratiſſimus fuerit.
Chorineus] pen. prod. Peritus iaculator apud Virgil. lib. 9, Aemathiona Liger, Chorineum ſternit Aſylas:
Hic iaculo bonus, hic longè fallente ſagitta.
Chorion] χώριον, Medicis multarum uenarũ & arteriarũ cõtextus quidam eſt, mtcruallis membranis obductis habẽs. Cæterũ uuluæ adhæreſcit membranis duabus fœtum inuoluentibus proximus. Vide Galen. lib. de diſſect. uuluæ.
Chorobates] chorobate, pe. cor. (χωροβάτης) Organũ libradis aquis accõmodatũ. Vitruu. li. 8. ca. 6, Libratur autẽ dioptris aut libris aquarijs, aut chorobate, ſed diligẽtius efficitur per chorobatem, quòd dioptræ libræq; fallũt. Chorobates aũt eſt regula lõga circiter pedũ uiginti. ea habet anconas in capitib. extremis æquali modo perfectos, inq; regulæ capitib. ad normã coagmẽt tos: & inter regulã & anconas, à cardinib. cõpacta tranſuerſaria, quæ habent lineas ad perpendicu-

Digitized by Google

perpendiculũ rectè descriptas, pendentiaq; ex regula perpendicula in singulis partib. singula. Hactenus Vitruuius.

Chorocitharistæ] Vide Chorus.

Chorodidascalus] Vide Chorus.

Choræbus] χόροιβος, Athenienſis, qui figlinã primus inuenit. Autor Plin. lib. 7. cap. 56, Fuit & adoleſcens apud Virg. 2. Aeneid. Iuuenisq; Choræbus.

Chorographus] pen. prod. (χωρόγραφος) Locorum deſcriptor. Vitru. li. 8. ca. 2, Hæc aũt poſſunt eſſe capita fluminum, quæ orbe terrarũ chorographis picta, itemq; ſcripta plurima, maximaq; inueniuntur egreſſa ab Septentrione.

Choromandi] gens ſyluestris, dicente Plin. li. 7. ca. 2, Choromandarũ gentem uocat Tauron ſyluestrem ſine uoce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Hæc ille, quo loco de Scythis agit.

Choroſtates] Vide Chorus.

Chors] Chortis, f. g. (ἑπαυλις) Villarũ intra maceriã ſpaciũ. Authore Nonio. Var. 1. de Re ruſt. c. 13, Chortes in fundo magno duæ aptiores: una, ut interius cõpluuiũ habeat lacũ, ubi aqua ſaliat. Et paulò pòſt, Chors exterior crebrò operta ſtramẽtis ac palea, occulcata pedib. pecudũ, ſit miniſtra fundo, ex ea quod euehatur. In emendatis ex uetuſto exemplari codicibus legitur ubiq; cohors.

Chortis aues. Mart. lib. epigram. 53,

Et chortis ſaturas atq; paludis aues.

Dicitur & Cohors. Ouid. 4. Faſtorum,

Abſtulerat multas illa cohortis aues. De Vulpe.

Chortalis, & hoc Chortale, pen. prod. (ἑπαύλιος) ut Gallina chortalis, in chorte nutrita. Col. in præfatione, Et ut à pecoribus recedam, quorum in parte auiũ chortaliũ & apium cura poſita eſt.

Chortinon] oleum dicitur, quòd fit in Aegypto è raphani ſemine, aut gramine herba. Author Plin. lib. 15. cap. 7.

Chorus] χορὸς, Propriè cõuentus & ueluti corona eorũ, qui ad ludos cõueniunt, ſiue ſaltantiũ, ſiue canentiũ. nã multorũ uocib. & cõcentu cõſtat, ut Sene. & Macrob. tradũt. Vir. 6. Aen. Illa chorũ ſimulans, Euantes orgia circum

Ducebat Phrygias. Vbi Seruius. Chorum ait multitudinem in ſacra collectam. Idem 1. Georg.

Omnis quã chorus, & ſocij comitãtur ouãtes. Vbi Seruius, Chorus, propriè eſt coæuorũ cãtus atq; ſaltatio. Sueto. in Caligula, ca. 37, Fabricauit & de cedris liburnicas, &c. quibus diſcũbens de die inter choros ac ſymphonias littora Cãpaniæ peragraret. Col. lib. 12. ca. 2. 3, Nã ubi chorus canẽtiũ non ad certos modos, neq; numeris præeuntis magiſtri cõſenſit, diſſonũ quiddã, ac tumultuoſum audientib. canere uidetur. Vulgò Capellam uel copulam uocant. Budæus.

Senior Glauci chorus, id eſt, dij marini. Glaucus piſcator fuit, qui quũ captos piſces ſupra herbam abieciſſet, & eos recepiſſe uidiſſet quã amiſerant uitã: intellecta herbarũ potentia decerptam herbã guſtauit, & ſe præcipitauit in maria, & in deum marinum cõmutatus eſt. Cuius chorum, ſenẽ Virg. 5. Aeneid. 164. ideo dixit, aut quod ipſe etiam ſenex fuerat, aut quòd ſenes penè omnes dij finguntur marini, ſortaſſis propter ſpumarum colorem. Hæc Seruius.

Iuuenturis choro ſtipari. Cic. pro Murena, 46.

Philoſophorum è choro aliquem tollere. Cic. 1. de Fin. lib. 40.

Phœbi chorus, p antonamaſiã, Muſæ dicũtur. Virg. 6. eclo. 14.

Scriptorũ chorus omnis amat nemus, & fugit urbes. Horat 2.

Virtutum chorus. Cic. 3. Offic. 158. (Epi. 2. 16.

Amicus choris. Horat. 3. Carm. ode 4. 5, ad Muſas loquens.

Aequalis chorus, Aequalium chorus. Virg. 4. Georg. 92.

Canorus. Iuuenal. Satyr. 11 17.

Chori circulares dicuntur, qui in orbem ſaltantes canunt, qui reſtim ducere dicuntur. huiuſmodi choros ſcenicos fuiſſe apparet ex Luciano. Budæus.

Fœminei chori. Ouid. 3. Faſt. 153.

Idæi chori, per antonomaſiam uocantur Galli Cybeles ſacerdotes. Virg. 9. Aeneid. 23.

Leues Nympharum cũ Satyris chori. Horat. 1. Carm. od. 1. 6.

Plaudens chorus. Stat. 1. Sylu. 2. 51.

Plebeius chorus. Ouid. 5. Faſt. 71.

Sacer chorus. Ouid. 2. Faſt. 32.

Semiuiri chori, Dicuntur Galli ſacrifici Cybeles, qui oẽs ſunt caſtrati. Silius. lib. 17. 4.

Virgineus chorus. Ouid. 2. de Arte, 34.

Votiui chori, Chorus ſeu numerus illorũ, qui uota faciũt. Stat.

Agitare choros. Virg. 4. Georg. 107. (4. Thebai. 42.

Celebrare choros. Senec. Herc. Oeth 5. 3.

Ducere choros. Horat. 4. Carm. Ode 7. 2.

Exercere choros. Virg. 1. Aen. 101. (Carm. ode 12. 4.

Pedẽ ferre choris, pro Saltare uel accedere ad choros. Hora. 2.

Indicere choros Bacchi. Virg. 11. Aeneid. 148.

Inſerere aliquem choro alicui. Horat. 2. Carm. ode 5. 5.

Inſtaurare choros. Virg. 4. Aen. 29.

Laſciuit chorus, Petulanter ſalit. Senec. Agam. 6. 13.

Ludere in ſpeciem chori. Ouid. 3. Metam. 137. De Delphinis.

Oſtentare choros. Stat. 2. Achil. 30.

Ponere aliquẽ inter choros quorundã. Hora. 4. Carm. ode 3. 3.

Chorus, aliter. Cic. Attic. li. 14. 305. 2, Ego, ut poſtulas, Baiana negocia, chorumq; illum, de quo ſcire uis, quũ perſpexero, tum ſcribam, ne quid ignores.

Venit chorus. Africanus in l. quũ eiuſdẽ. ff. de ædilitio edicto, Quũ eiuſdẽ generis plures res ſimul uenẽãt: ueluti comœdi, uel chorus: referre ait, in uniuerſos, an in ſingulos precium cõſtituatur: ut ſcilicet interdũ una, interdũ plures uẽditiões cõ

Chori, pro aciebus. Virg. 5. Aen. 115, (tractæ intelligãtur.

Olli diſcurrere pares: atq; agmina terni

Diductis ſoluere choris. Seruius.

Choragium (χορήγιον) Scenicũ inſtrumentũ, quo ſcena inſtruitur & apparatur: cuius præfectus dicitur Choragus. Hæc Feſtus. Vitruu. li. 5, Poſt ſcenam porticus ſunt cõſtituẽdæ, ut quum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò ſe recipiat ex theatro, choragiaq; laxamentũ habeant ad comparandũ. Choragia, pro inſtrumento ludorũ poſuit, ſimul & pro ipſis choragis: ut ſit choragium locus, ubi omnia promuntur ad ludos neceſſaria. Ex Budæo. Plin. lib. 36 cap. 15. 15. Valerius Max. lib. 2. cap. 1.

Fragile choragium. Autor ad Herennium, lib. 4. 231.

Choragus, pen. prod. (χορηγὸς) Ad uerbum eſt dux chori, & ſuppeditator inſtrumenti ludicri, & expenſarũ, inquit Budæus. Plaut. Perſa, 4. 77, Sed κόθορνον ornamẽta. T. abs choragio ſumito. Sucton. in Auguſto, cap. 70, de cœna Auguſti.

Choraula, uel choraules, huius choraulæ, uel choraulis (χοραύλης) Qui in choro tibia canit. Plin. li. 37. ca. 1. 3, Præterquã Iſmeniã choraulẽ, multis fulgẽtibusq; uti ſolitũ. Mar. li. 5. 57.

Fac diſcat citharœdos aut coraulas. Iuuen. Satyr. 6. 8,

Aut Glaphyrus fiat pater, Ambroſiuſq; choraules.

Choraliſtria (χορηγιστρια) Phyllis, Amica Propertij, ab eo ſic dicta, ob ſaltandi in choris, ſiue canendi peritiam. Propert. lib. 4. eleg. 9 3, Nile tuus tibicẽ erat choraliſtria Phyllis.

Chorea, huius choreæ (χορεία) Vſurpatur pro ipſa ſaltatione. Vir. 5. Aen. Pars pedib. plaudũt choreas, & carmina dicũt.

Aptus choreis, & iocis. Horat. 2. Carm. ode 19. 5.

Cantatrices choreæ. Claud. de bello Gildon. 90.

Duras choreas ruſticorũ & plebis, uocat Ouid. 3. Faſt. 108, ut opinor, quòd à ciuilitate morũ alieni, motus quoſdã & ſaltus impotentes exercent, magnoq; impetu terrã feriunt, illum nimirum uiciſſe exiſtimantes, qui quã maximum puluerẽ excuſarit. Ouid. 3. Faſt. 108.

Feſtæ

Digitized by Google

Festæ choreæ. Ouid. 8. Metam. 117.
Nocturnæ choreæ. Propert. lib. 3. eleg. 10. 5.
Pernix choreis. Lucret. lib. 2. 128.
Ducere choreas. Ouid. 8. Metam. 117.
Choreis indulgere. Vide Indulgeo.
Plaudere pedibus choreas. Virg. Aeneid. 6. 129.
Choreutes (χορευτὴς) Quilibet ex choro uocatur. Budæus.
Chorocitharistæ (χοροκιθαριστὰι) Qui in choro citharizãt: sicut psallocitharistæ, q psallũt. i. canũt ad citharã. Sueto. in Domitiano, certabatur etiã & psa oratione, Græcè Latinéq;: ac præter citharœdos chorocitharistæ quoq; & psallocitharistæ
Chorodidascalus, Magister est chori Platõi, & Aristoteli. Bud.
Chorostates, Præceptor est Chori, & ut Columella ait, lib. 12. cap. 2. 3. præiens magister. Budæus.
Chosroes] Persarũ rex, maximo in honore habitus, nõ apud Persas modò, sed etiã Romanis ipsis: ut qui literarũ studiosissimus fuerit, & ad summũ Græcæ Philosophiæ peruenerit, Græcorũ libris usus, à quodã in linguã Persicã cõuersis. Atq; adeò dicitur Aristot. ipsum magis imbibisse, exactiusq; tenuisse, q̃ Demosth. Thucydidẽ. Platõis etiã scriptis animũ exple uit atq; excoluit. Huius uitã & studia plurib. persequtur Suid.
Chreocopia] χρεωκοπία, Latinè debitorum abscissio, uidelicet quũ debitores onere soluẽdi leuãtur, ut per Sisachtheiã, quã Solon olim tulisse fertur, Athenis aliquãdo cõtigit. Hinc Chreocopidæ Solonis amici quidã ex debiti retẽtione sunt appellati. Quũ enim ij Solonis mentẽ percepissent, præoccupãtes multas pecunias fœnori acceperũt, agrũq; ex ijs maximum astutè compararunt. Ex quo & Solon non minima est aspersus infamia, uelut iniuriæ particeps. Hodie Banquerõ tiers dici possent. Ex Cælio Rhodig. lib. 12. cap. 20.
Chresis] χρῆσις, Latinè, Vsus Iurisc̃. in l. si habitatio. §. 1. D. de usu & habit. In legato eius dubitat usum ne, an fructũ significet. Et ex ui dictionis magis credit usum esse: quoniã, ut Suidas inquit, nil sit χρῆσις, q̃ utilis sibi rei χρεία. i. p necessitate indigentiáue pceptio: fructũ uerò potius uidẽtur Græci dixisse ἀπόλαυσιν. Ex Alciato, lib. 2. Parerg. ca. 14.
Chremes] χρέμης, nomẽ senis apud Terent.
Auarus Chremes. Horat. epod. 1. 7.
Iratus Chremes. Horat. in Arte, 20.
Chremeta, Accusatiuus. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 8.
Chreston] cichorium herba ab aliquibus uocatur. Pli. li. 20. ca. 8. 5. Quod quidẽ ppter singularẽ salubritatẽ aliqui chreston appellant, alij pancratium. De cichorio.
Chrestus] Byzantius inter sophistas extitit, auditor Herodis Attici, Hadriani tẽpore, qui uino quãquã deditus, cæteris in rebus cõtinenter uixit, ac in primis uigilãter. Nã quũ ad galli cantũ sæpe bibere solitus esset, non prius tamẽ somno se, q̃ studio dabat. Autor Philostratus. Memimit & Columella.
Chria] χρεία, est dictũ breue, cõcinnũ, & opportunũ, ad autorem relatum, hoc est, cum autoris allegatione. Isocrates ex discipulis ingenio præstantes, deorũ filios esse prædicabat. Diogenes diuitẽ conspicatus imperitũ, Hic est, inquit, equus undiq; argento litus. Chriæ sunt. Sententia est idẽ omnino quod Chria, sed sine autoris allegatiõe. Graue quidẽ est, pauertate premi, grauius aũt ditari nõ bene. Cuiusmodi sunt principes, & subditi ferè tales esse solent. Sententiæ sunt.
Chrisis] Latinè unctio dicitur: unde Christus, unctus.
Christodorus] pe. prod. è Copto Aegypti urbe poeta Anastasij Cæsaris tẽpore, scripsit Isaurica, ubi describit Isauricã ab Anastasio captã. Fuit alter Thebanus scriptor haud ignobilis, q̃ de Cosmo & Damiano scripsit. Autor utriusq; Suid.
Chromata] χρώματα, præter uulgatã significationẽ, qua colores denotãt, etiã accipiũtur pro ornamẽtis & luminib. artiũ, qui & colores à Latinis appellantur. Vnde Chromaticũ melos ab antiquis dicebatur, una ex tribus Musicæ partib. quæ ob nimiã mollitiem infamiæ nota nõ caruit: quãtamen Agathon tibicẽ in primis amplexus fuisse traditur. Budæus.
Chromaticus] pen. cor. Qui nulla uerecundia colorẽ mutat, ad uerbũ coloratus dici potest.
Chrombus] Genus piscis. Plin. lib. 22. cap. 11. 4.
Chromios] χρώμιος, Filius Nelei, & Chloridos, q̃ in ea pugna quã Pylij & Messenij aduersus Herculẽ gesserunt, cum decẽ fratrib. occisus est. Alius fuit Priami filius, in bello Troiano à Diomede interfectus. Fuit & Chromius quidã Argiuus, qui in ea pugna, quæ ob Thyreorũ agrũ inter trecentos Lacedæmonios, totidemq; Argiuos cõmissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis euasit. Autor Herodot. lib. 1.
Chromis] Piscis nidificãs in aquis, Plin. lib. 32. cap. 11. 11.
Chromis] χρώμις, Herculis filius, ut Lactãtius testatur dicẽs, Cõstat Chromin Herculis fuisse filiũ, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat, humanis carnibus uesci consuetos. Huius meminit & Statius dum ait,

It Chromis Hippodamusq; alter fatus Hercule magno.

Est & puer Satyrus apud Virgil. ecloga 6.
Chromius] Vir Argiuus. Herod. lib. 1.
Chronisso] Chronissas (χρονίσω) Græcum uerbum est, idem significans quod moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo uerbo usus est Lucret. lib. 2. 65;

Et satiati agni ludunt, blandeq; chronissant.

Sunt qui Chronisc̃ant, uel conisc̃ant legant. Vide suo loco.
Chronos] χρόνος, Latinè tẽpus dicitur. Ci. 2. de Na. deo. 92, Saturnũ aũt eũ esse uoluerũt, qui cursum & cõuersionẽ spaciorũ ac tẽporũ cõtineret: q̃ Deus Græcè idipsum nomẽ habet. χρόνος enim dicitur, q̃ est idẽ χρόνος. i. spaciũ tẽporis.
Chronica, chronicorum (χρονικά) Dicũtur ea quæ de tẽporib. scribuntur. Plin. lib. 35. cap. 9. 1, Quod & ipsius Timagoræ carmine uetusto apparet, chronicorũ errore non dubio.
Chronicus, pen. cor. (χρονικὸς) Adiect. Gel. li. 17. ca. 21, Excerpebamus ex libris, qui chronici appellãtur, quibus temporibus floruissent Græci simul atq; Romani uiri.
Chrysa] Ciuitas Phrygiæ. Est & insula Indiæ, quã aureũ solũ habere proditũ est, & in qua Apollinis Sminthei delubrũ fuit Strab. lib. 13. & Plin. lib. 5. ca. 30, Est & Chrysa, fluuius agri Syracusani.
Chrysalis] Vermis, qui ab Aristotele xylotrophos uocatur. Sipontinus.
Chrysammos] χρυσάμμος, Latinè arena aurea dicitur, cuius uerbi fit mentio lib. 11. Cod. Iustin. Ex Budæo.
Chrysantas] Viri propriũ, quem inter milites Cyrus ualde collaudauit, quòd hostẽ interfecturus iam elatũ in cædẽ gladium reuocasset, quia εὐαπλαστικὸν, id est receptui cani interim inaudisset. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 18.
Chrysanthemon] χρυσάνθεμον, Genus est anthemidis, siue chamæmeli, luteis per ambitum foliis à Leucãthemo distinctum, de quo separatim agit Dioscor. li. 4. Meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.
Chrysantus] Alexandrinus, Romæ, quò iuuenis uenerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra saxisq; obrutus fuit. Volaterr.
Chrysaor] Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, ut & Pegasum, natum scribit Hesiodus in Theogonia.
Chrysaoreus] Iupiter (χρυσάορεὺς ζεὺς) cognominatus, ut Strab. in 14. notat, in Caria. In agro Strabonicensium duo fuerunt tẽpla, alterũ Hecate apud Laginos: alterũ prope urbẽ, Iouis Chrysaorei, Carib. omnib. cõmune, quo illi sacrificaturi, & de cõmunib. rebus deliberaturi cõueniebãt, qui cõuẽtus Chrysoaureus uocabatur, ex uicis cõstãs. Porrò, ut rẽ planius teneas, Stephanus Chrysaorida urbẽ fuisse ait Cariæ, quæ mox Adria nũcupata est. Appollonius urbẽ hãc primũ à Lycijs conditã scribit, unde fiat gẽtile nomẽ Chrysaoreus.

Digitized by Google

Epaphroditus uerò totã Cariã Chryſaorida uocitatã, pdidit.

Chryſaoris] χρυσαορὶς, Cariæ ciuitas à Lycijs condita, quæ poſtea Adrias nominata eſt: ut ex Apollonij ſentẽtia refert Stephanus. Vide paulo antè Chryſaoreus Iupiter.

Chryſas] Fluuius eſt. Cic. 6. Verr. 86, Chryſas, eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit: is apud illos habetur deus, & religione maxima colitur. Fanum eius eſt in agro propter ipſam uiam, qua Aſſoro itur Ennam: in eo Chryſe eſt ſimulacrum præclarè factum è marmore.

Chryſe] χρύσα, Inſula eſt extra oſtia Indi. Plin. lib. 6. cap. 21, Extra oſtiũ Indi Chryſe, & Argyre fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum, argenteumq; ijs ſolum eſſe, haud facilè crediderim.

Chryſe, urbs eſt Apollinis prope Lemnũ. Ouid. 13. Metam. 35,

—me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chryſenq;, & Cillan Apollinis urbes,
Et Syron cepiſſe. Verba ſunt Vlyßis.

Chryſeis] penul. prod. Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia fuit, Chryſeis à nomine patris cognominata. Vide in dictiõe Chry

Chryſelectrum.] Vide Chryſolectrum (ſes.

Chryſendeta] χρυσόδετον, Adiectiuum, pen. corr. dici poſſunt auro ligata. Martial. lib. 14. 102,

Grãdia ne uiola paruo chryſendeta mulſo. Idẽ, li. 11. 30,
Accipe uina, domum, pueros, chryſendeta, menſas.

Chryſes] χρύσης, Sacerdos Apollinis apud Homerum, lib. 1. Iliad. Pater fuit Antinomes, à quo etiã Chryſeis dicta eſt. De hac & Briſeide apud Homerum, lib. 1. Iliad.

Chryſippea] Chryſippeæ, Herba à Chryſippo inuentore dicta, cuius meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

Chryſippus] Pelopis fuit filius, quẽ cũ pater ualde amaret, nouerca eius Hippodamia id indignè ferens, liberos ſuos Atreũ et Thyeſtẽ impulit, q illũ interfecerũt: ob q rẽ à Pelope pulſi, in exilio uitã degerunt, donec pater è uiuis excederet.

Chryſippus] χρύσιππος, Philoſophus Aſianus, Stoicorũ cũ Zenone princeps. Hic Zenonis diſcipulus fuit, acutus ſanè, ut qui multis præceptorib. repugnauerit. Statuã habuit Athenis in Ceramico poſitã. In dialectica clariſſimus fuit: ita, ut nõ illepidè dicerẽt quidã: Si apud deos dialectica haberetur, nõ temerè alia eſſet, q quæ à Chryſippo inuẽta fuit. Scripſit librorũ uolumina ſupra quinq; & ſeptuaginta. Ferunt Carneadẽ philoſophũ Cyreneũ, plectis Chriſippi libris, ita dixiſſe, Niſi Chryſippus eſſet, ego nõ eſſem. Apollonide filiũ fuiſſe, Solẽſem uel Tharſenſem philoſophũ, diſcipulũ Cleanthis, Stoicæ ſcholæ principẽ poſt Cleanthẽ. Hora. 2. Ser. Sat.

Quem mala ſtultitia, & quemcunq; inſcitia ueri (3. 9,
Cæcũ agit, inſanũ Chryſippi porticus et grex Autumat.

Chryſippus fulcire putatur porticũ Stoicorũ. Ci. 4. Acad. 134. Cædi diſcipulos nõ improbat Chryſippus. Quintil. li. 1. ca. 3. 8. Sapientes nutrices optabat Chryſippus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3. Nullũ tẽpus uacare cura uoluit Chryſippus. Quint. li. 1. c. 1. 12.

Chryſites] pen. prod. Gẽma oſtreæ Atticæ aßimulata. Plin. lib. 37. cap. 10. 37.

Chryſitis] huius chryſitis, pen. prod. Auri ſpuma. Pli. li. 33. c. 6. 10. Vide Pſegma. Eſt & herba. Vide Chryſocome.

Chryſoaſpides] χρυσοάσπιδες, Milites dicebantur aureis clypeis utẽtes, quo nomine Alexander Seuerus Imperator illos nũcupaſſe fertur, ſicut Alexander Macedo Argyroaſpidas ab argenteis clypeis. Author Alex. ab Alex. li. 6. ca. 22.

Chryſobalanus] χρυσοβάλανος, à Galeno Aſclepiadis authoritate cõmendata eſt, lib. 8. & 9. de cõpoſitione medic. ſecund. loc. digerens & roborans Indicæ nardi modo, ad colicos affectus, uentriculi ardores, & ſingultus: Ex Matthiolo Senenſi in Dioſc. lib. 4.

Chryſoberillus] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 5. 14, Probatiſſimi ſunt ex ijs, qui uiriditatem puri maris imitantur. Proximi qui uocantur Chryſoberylli, & ſunt paulo pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore.

Chryſocalis] χρυσοκαλὶς, à quibuſdã uocatur herba, quæ notiore nomine Partheniũ appellatur. Eſt autem ex his nomẽclaturis, quæ inter notha Dioſcoridis à doctiorib. reijcitur.

Chryſocarpum] χρυσόκαρπον, Hederæ ſpecies eſt, ab aureo acinorum colore ita appellata. Author Plin. li. 16. c. 34.

Chryſoceras] pen. cor. Thraciæ promontoriũ eſt ad Bryzãtiũ liberæ conditionis oppidum. Ex cap. 11. lib. 4. Plinij.

Chryſocolla] χρυσοκόλλα, quaſi auri glutinũ. Humor eſt (ut ait Plin. lib. 33. ca. 5.) in aurarijs puteis per uenã auri deſluens, craſſeſcente limo rigorib. hybernis uſq; in duritiã pumicis. Laudatiorẽ eãdẽ in ærarijs metallis, & proximã in argẽtarijs fieri cõpertum eſt. Inuenitur & in plumbarijs, uilior etiam auraria. Ibidem plura. Vulgò appellatur, Borace.

Chryſocolla duplex eſt: foßitia, & factitia. Eſt autem auri glutinum. Vulgò Boracem appellant aurifices. Plin. li. 33. ca. 5. 7. Chryſocollam & aurifices ſibi uendicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam ſimiliter utentes dicunt.

Chryſocome] chryſocomes, pen. cor. Herba. Plin. lib. 21. ca. 8. 5, Chryſocome, ſiue chryſitis, non habet Latinã appellationem. Palmi altitudine eſt, comantib. fulgore auricomis, radice nigra, ex auſtero dulci in petroſis opaciſq; naſcẽs. Ruell. lib. 3. cap. 101, Proximè ad eam accedit quam herbarij noſtri Pulegium montanum uocitant.

Chryſogonum] χρύσογονον, Herba eſt ſolio querno, flore coronarij uerbaſci, radice rapi, uehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & impoſita cum aceto, muris aranei morſibus auxiliatur. Author Dioſcor. lib. 4. ca. 46. Nomẽ autem accipit ab aurei ſeminis colore.

Chryſogonus] ut refert Duris Samius apud Cælium modulator quidã fuit in Alcibiadis naui ab exilio redeuntis, qui tanta arte remigum manus dirigebat, ut quum illi remoriũ pulſum cum Chryſogoni cantu coniungerent, iucundam audientibus redderent harmoniam. Vide Rhodig. lib. 9. ca. 10.

Chryſogonus] pe. co. Syllæ libertus, ſector Roſcij Amerini, ut eſt apud Ciceronẽ in oratione pro Roſcio Amerino. Fuit & Chryſogonus martyr, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec Cõſulatus, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide auerti potuit, iugulatus eſt ad ſcalas Gemonias. Volaterranus.

Chryſolachanon] χρυσολάχανον, Dioſcoridi, Herba eſt eadẽ cum attriplice. Pli. uerò li. 27. cap. 8, duo facit Chryſolachani genera: Vnum in pinetis naſcens, lactucæ ſimile: alterum flore aureo, & ſolijs oleris.

Chryſolampis] Gemma in Aethiopia naſcens, quæ pallidi eſt coloris die, noctu ignei. Plin. lib. 37. cap. 10. 17.

Chryſolectrum] Gemma in colorem electri declinans, cui matutinus aſpectus iucundior. Plin. lib. 37. cap. 9. 9.

Chryſolithus] pe. cor. (χρυσόλιθος) Iaſpidis genus, de quo Pli. li. 37. ca. 9. 29, Hyacinthos Aethiopia mittit chryſolithos & aureo colore trãslucẽtes. Oui. 2. Met. 22, de curru Solis,

Per iuga chryſolithi, poſitæq; ex ordine gẽmæ.

Chryſomallon] χρυσόμαλλον, Græci appellant arietem illum, qui, ut eſt in fabulis, lanam auream habuit.

Chryſomela] pen. prod. (χρυσομῆλα.) Poma aurea, quæ Armeniaca alio nomine dicuntur. Col. lib. 5. cap. 10. 13.

Chryſomelolonthion] Paruulũ eſt animal flaui coloris, canthari referens ſimilitudinem quandam. Id pueri innexo pede mittunt in ſublimè. Ex Ariſtophan. interpretib. in comædia, cui titulus σφῆκες.

Chryſophis] Gemma eſt Plinio, quæ aurũ uidetur eſſe, ut ipſe indicat, lib. 37. cap. 10.

Chryſon] Piſcis genus, apud ſolũ Ouidiũ lectũ, teſte Pli. l. 32. ca. 11. 10. Fortaßis is eſt. quẽ Auratã Romani nunc appellãt.

Chryſoply-

Digitized by Google

Chrysoplysium] Est auri lauandi officina. Huius est id artificium, ut ui aquæ medicatæ quam chrysulcam appellant, quantulacunq; auri partem argento aut cuiuis metallo illitam aut confusam, nullo dispendio abstrahat, ita ut inauraturis nihil iã depereat, nisi quod usu interteritur. Chrysoplytes autem est qui huiusmodi artificium exercet. Budæus in libro de Asse.

Chrysopolis] pen.corr, teste Plinio, lib. 5. cap. ult. oppidum est Bithyniæ prope Chalcedonem: ita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ ciuitatibus. Est & altera Chrysopolis in Cilicia, teste Stephano.

Chrysoprasus] pen.corr. Gemma est ex auro & porraceo colore lumẽ mistum trahens: nã πράσον porrum significat. Fortassis is est, qui uulgò Chrysolithos dicitur. Budæus.

Chrysopteros] χρυσόπτερος, Gẽma est Chrysopraso haud ualde dissimilis, è genere topazij, amplissima gemmarũ, inquit Plinius, eadem solam nobiliũ limã sentit: cæteræ Naxijs cotibus poliuntur. Hæc & usu atteritur. Vide eũ, li. 37. c. 8.

Chrysorrhoæ] χρυσορρόαι, Populi dicti ad Phasim fluuiũ, quod in his locis, ut inquit Strabo, auriferi torrẽtes sint, unde fabulis ocasio de uellere apud Colchos aureo.

Chrysorrhoas] Syriæ fluuius est in Decapolitana regione Damascum urbem præterfluens. Author Plin. lib. 5. cap. 18. Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas. Plin. lib. 5. cap. 29.

Chrysospermon] χρυσόσπερμον, à quibusdam appellatur herba, quæ notiore nomine Semperuiuũ maius appellatur.

Chrysostomus] pen.cor. (χρυσόστομος) Vir sanctus, ita dictus propter eximiam doctrinã: quasi os aureum haberet.

Chrysothales] χρυσοθάλης, Herba est, quem Aeizoum minus Medici uocant, diuersis insignis nominib. ut uidere est apud Plinium, lib. 25. cap. 13.

Chrysothemis] Filia Agamẽnonis, ut scribit Hom. li. 9. Iliad.

Chrysulca] Aqua est medicata, cuius ui quantulacunq; auri pars argento aut cuiuis metallo illita aut confusa, nullo propemodum dispendio adimitur, ita ut inauraturis nihil iam fermè depereat, nisi quod usu interteritur. Ex Budæo de Asse, Vulgò Eaufort. Eius uim ignorasse ueteres colligit Alciatus ex Vlpiani uerbis, in l. Idem Pomponius scribit. Versic. sed si deduci. D. de rei uindicat.

Chryxus] Dux Boiorum fuit, nepos Brenni, quo duce olim Galli Romam ceperant. Silius, lib. 4. 30,

Ipse tumens, ataui Brenni se stirpe ferebat
Chryxus, & in titulos Capitolia capta trahebat.

Chus] siue choa (χῦς) Genus mensuræ humidorum apud Atticos Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, siue cotylas Atticas duodecim. Budæus.

Chus, siue choa, ἀπὸ τοῦ χέειν, quod est fundere, Vasis genus quo aqua hausta fundebatur.

Chutra] χύτρα, Idem significat quod chytra, y in u conuerso. Cato, cap. 157. 10, Vbi in chutra ferueficeris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

Chydeæ] palmæ maturæ, quarum medio in aquæ congijs tribus macerato, exprimituruinũ, quo Parthi & Indi utuntur, & Oriens ferè totus. De hoc Plin. lib. 14. cap. 16.

Chydorus] Fluuius est in Bæotia, qui à tot millib. Persarum, quot Xerxes Græciam inuasit, epotus, non sufficit, ut tradit Alex. Genial. lib. 6. cap. 25.

Chymus] χύμος, Quamuis apud Græcos quenuis succum significet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate, ex chylo è uentriculo per mesenteriũ attracto: quæ deinde exactius in uenis excocta, ac per earũ orificia ad uniuersas corporis partes delapsa, uertitur in illarum alimentum, instauratq; quod à calore naturali fuerat dissipatum.

Chytra] & chytrõ. (χύτρα) Latinè olla dicitur. Inde chytrapus, pen.cor. chytrapodis, pe.cor. Instrumentũ ferreũ supra quod chytra apud ignẽ collocatur, ut in ea cibi coquãtur.

Chytrinda] χύτρινδα, Conuiualis ludus fuit, ut tradit Hesychius, qui puerorum lusum esse ait. Ex his quispiam sedet in medio, quem circumcirca pueri concursantes, illum eo usq; uersant, donec ille aliquẽ apprehẽderit ex ijs, qui demde sedere cogatur. Meminit Pollux & Suidas.

C I

Cia] κία Ptolemæo, uulgò Zea, Insula est sub Eubœa, nõ procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos & Cea appellatur. Tres habet præcipuas ciuitates: Iulidẽ, Carthæam, & Caressum. Hinc deducitur adiectiuum Cius, Cia, Cium.

Ciaxares] Vide Cyaraxes.

Cibale, Cibarium, Cibo] Vide Cibus.

Cibdela] κίβδηλα, Græcis dicuntur numismata oblæsa & adulterata, quasi ὑπὸ τῆς χίωρ ἀλλήλων, id est, à Chijs corrupta, uitiataq;, per literæ sonis pignioribus demutationem in exilem. Cibdeliã etiã argenti sordes nuncupãt: figuratè uerò etiã impostura, sicut κιβδηλεύειν, impostura facere. Ex Cæl. lib. 10. cap. 2.

Cibilitani] Inter stipendiarios Bæticæ populos commemorantur à Plinio, lib. 4. cap. ult.

Cibilla] cibillæ, teste Varrone, li. 4. de Ling. Lat. Mensa erat escaria, à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotunda. Festus item Cibillã interpretatur mensæ rotundæ genus, apud quẽ tñ Cillibã corruptè legi puto, pro Cibillã.

Ciboria] κιβώρια, Folia dicuntur colocasiæ. Horat. 2. Carm. 7. 5. pocula quædam ciboria uocat,

Obliuioso læuia Massico Ciboria exple.

Quo loco Porphyrio pocula fuisse dicit in foliorum illorũ similitudinem facta. Sed satius erit Plinij nos opinionem sequi, apud quem, libro 21. ca. 14. hæc uerba leguntur, In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui uocant. Hanc è Nilo metunt, caute quum coctus est araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spectabili, foliis latissimis, etiam si arboreis comparentur ad similitudinem eorum, quæ personata in nostris amnibus uocamus. Adeoq; Nili sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiæ foliis in uariam speciem uasorum potare gratiss. mum habeant. Secũdum igitur hanc opinionem ciboria non sunt pocula ad foliorum colocasiæ similitudinem facta: sed folia ad poculorum speciem complicata. Legimus tamen apud Athenæum à principio libri 3, ciborium poculorum genus esse. Dioscorides uerò, libro secundo, capite 97, ciborium longè aliter interpretatur: sic enim inquit quo loco de faba Aegyptia agit, Caulem cubitalem, crassitudine digitali, florem roseo colore dupla ad papaueris florem magnitudine: qui quum defloruit, uesparum fauis similes urticulos profert, in quibus fabæ sunt paululum bullarum modo supra operculum emergentes. Vocatur id ciborium, ab aliquibus autem cibotium, quasi scrimiolum: propterea quòd seritur faba hæc indito in madente gleba semine eius, sicq; in aquam proiecto. Meminit & Cæl. lib. 9. cap. 12.

Ciboton] Vrbs quæ postea Celænas, nunc Apamia uocatur, tertius eorum, qui circa Indum fluuium accolunt, conuentus, teste Plinio, lib. 5. cap. 29.

Cibus] cibi (σιτίον, ἔδεσμα, ἐδωδὴ, βρῶμα, βοῖνη) quid significet notum est. Cibum à uictu sic separat Donatus, ut Cibus sit qui etiam delicatis præbetur, Victus uerò in paruis, aridisq; alimonijs sit constitutus. Festus, Cibus appellatur ex Græco, quòd illi peram, in qua cibum recundunt, κιβώτιον, appellant.

Fames

Digitized by Google

Fames uetitorum ciborum. Ouid. 15. Metam. 28.
Non eadem uini atque cibi gaudia torpente palato. Iuuenal. Satyr. 10. 21.
Hora cibi, id est, edendi tempus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 2.
Nouitate cibi capi, id est, delectari nouo aliquo ciborum genere. Lucret. lib. 5. 186.
Penuria cibi. Lucret. lib. 5. 202.
Satias cibi. Lucret. lib. 5. 279.
Cibi uarietas & copia. Cic. 2. de Nat. Deor. 225.
Disciplinæ cibo satiari. Quint. lib. 2. cap. 4. 4.
Mali cibus, id est, nutrimenta & fomenta malorum. Ouid. 1. de Remedio amoris, 28.
Cibi auidus. Vide Auidus. Terent. Eunuch. 5. 4. 16.
Contenti cibis nullo cogente creatis. Ouid. 1. Metam. 21.
Expers cibi, Qui non comedit. Ouid. 4. Metam. 53.
Cibi acres. Vide Acer.
Cibi acuti. Vide Acuo.
Cibus alienus. Terent. Eunuch. 2. 2. 34. Viden' ocium, & cibus quid faciat alienus.
Anceps cibus. Vide Anceps.
Aridus cibus, & tener humor. Lucret. lib. 1. 166, Per cibum aridum panem intelligi potissimum crediderim. Ponitur autẽ & panis non rarò pro cibo indifferenter. Cibus aridus, & tener humor, Hoc est cibus & potus.
Cibus conditiuus. Vide Condo.
Cibus crudus. Vide Crudus.
Diurnos cibos, apud Claudianum de bello Gildon. 15. illos intelligimus, qui dies singulos apponuntur, & ex quibus in sequentem nihil reseruare liceat.
Dulcis cibus. Virg. 2. Georg. 44.
Exiguus cibus sufficit rate mersa. Iuuenal. ostendit dementiam auarorum, qui præuisa pericula non euitarent, Satyr. 14. 30.
Faciles cibi. Senec. Hippol. 4. 32.
Fallaces cibi. Ouidius, 15. Metamorpho. 96, esca qua pisces capiuntur.
Frigidi & repositi cibi fastidium mouent. Quintil. libro 2. capite 4. 22.
Grauis cibus. Cic. 2. de Nat. deor. 35.
Idonei conseruandis uiribus cibi. Quint. lib. 2. cap. 10. 5.
Cibus illiberalis. Vide Illiberalis.
Inanes cibos uocat Claudianus, qui magis oculos quàm uentrẽ pascunt, luxus tantum & nimiæ uoluptatis causa comparati, lib. 1. In Ruff. 42.
Indiscretus cibus. Vide Indiscretus.
Inuisus cibus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 2.
Lautus cibus. Vide Lautus.
Lenes cibi. Vide Lenis.
Lentus cibus. Ouid. Epist. 15. 46.
Leues cibi. Celsus, lib. 3. cap. 7.
Operosus cibus. Plin. lib. 15. cap. 23. 2. De castaneis.
Optimus cibus. Plin. lib. 22. cap. 22. 24.
Perpetuus cibus. Vide Perpetuus.
Solitus cibus, Quo quis uti consueuit. Ouid. 1. de Arte, 19.
Robustus cibus. Celsus, lib. 2. cap. 18.
Summus cibus, Extremus. Plin. lib. 20. cap. 4. 7.
Suauissimus & facillimus ad concoquendum cibus. Cicer. 2. de Finibus, 103.
Tetri cibi. Claudianus, 4. Paneg. 49.
Vilis cibus, Qui non magno constat. Horat. 2. Serm. Sat. 2. 3.
Vtilis ægro cibus. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 2.
Ad cibos. Vide Ad.
Abdicare cibum aliquem. Vide Abdico.
Abigere à cibo. Vide Abigo.
Cibo abstinere. Vide Abstineo.
Accedit stomacho cibus. Horat. 2. Serm. satyr. 3. 31.
Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, nõ opprimantur. Cic. de Senect. 32.
Adijcere cibo. Vide Adijcio.
In cibos admitti. Vide Admitto.
Admouere cibum. Vide Admoueo.
Cibus adustus. Vide Aduro.
Afferre ad os cibum. Vide Affero.
Allicere beneuolentiam cibo. Cic. pro Muræna, 67.
Cibis aliquid apponere. Vide Appono.
Aspernari cibos. Quint. lib. 2. cap. 16. 4.
Capere cibum. Cic. Tironi. 2. Vide Capio.
Cibum capere cum aliquo. Terent. Eunu. 2. 3. 76.
Digitis alienis cibum capere. Iuuenal. Satyr. 10. 23.
Cibum capessere. Vide Capesso.
Capessere, arripere, fugere, carpere, uorare, & mandere cibũ. Cic. 2. de Nat. deor. 182.
Carpere cibos digitis. Ouid. 3. de Arte, 151.
Concoquere cibum. Cic. 2. de Nat. deor. 35.
Cibos conficere. Vide Conficio.
Coquere cibum. Lucret. lib. 5. 222. Vide Coquo.
Inter molares difficilis crescit cibus. Iuuenal. Satyr. 13. 23.
Tecta cibumq; dare. Ouid. 2. de Arte, 125.
Cibum deducere. Vide Deduco.
Deficiente cibo perire, id est fame & inedia. Ouid. in Ibin, 105.
Defectus cibo. Quint. lib. 3. cap. 8. 16.
Depulsus cibus de pectore. Cic. 2. de Diuinat. 84.
Depulsa fames cibo. Cic. 1. de Finib. 57.
Diuisus cibus in omne corpus. Cic. 2. de Diuinat. 84.
Diditur cibus in uenas. Lucret. lib. 2. 225, pro Diuiditur, id est digeritur.
Exercere guttur cibo. Ouid. 8. Metam. 167, de dormiente.
Exprimere cibum mandendo. Lucret. lib. 4. 125.
Cibum facere, pro Cibos parare. Plaut. Truc. 10. 11.
Ferre cibum liberis suis parentes prohibentur. Cicero, septima Verr. 91.
Fulcire cibis corpora, id est corroborare. Lucret. lib. 2. 230.
Habet magnam inflationem cibus. De faba loquitur. Cicero, 1. de Diuinat. 111.
Imperfectus cibus. Id est, indigestus. Iuuenal. Satyr. 3. 23.
Ingerere cibum ægroto. Vide Ingero.
Ingurgitare se cibis. Vide Ingurgito.
Interminatus cibus. Horat. Epod. 5. 8.
Introferre cibum alicui. Cic. 7. Verr. 92.
Iuuare cibo. Iuuenal. Satyr. 2. 21.
Cibos lambere. Vide Lambo.
Libare cibum digitis. Ouid. 1. de Arte, 116.
Libare cibos ore. Ouid. 1. Amorum, eleg. 4. 7.
Mandere cibum. Celsus, lib. 4. cap. 3.
Minuere cibum. Celsus, lib. 5. cap. 29.
Mendicato cibo pasci. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 3.
Ministrare cibos. Seneca, Hippoly. 4. 32.
Mitificare cibum. Vide Mitis.
Mitigare cibum. Vide Mitigo.
Odorari cibum. Horad. Epod. 6. 2.
Onustus cibo. Cic. 1. de Diuinat. 107.
Languorem parit cibus imperfectus. Iuuenalis, Satyr. 3. 23. id est, indigestus.
Aues teneris infirmisq; fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur. Quint. lib. 2. cap. 6. 5.
Peragere cibo. Vide Perago.
Perficere cibum. Vide Perficio.
Cibum petere è flamma. Terent. Eunuch. 3. 2. 37.

Digitized by Google

Præbere cibum de proprio corpore. Lucret. lib. 3. 202.
Præguſtare cibos. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 7.
Proijcere cibum. Horat. Epod. 6. 2.
Quærere cibum. Lucret. lib. 4. 178.
Natura corporis cibum quærit. Lucret. lib. 4. 173.
Ad quærendum cibum fames ducit canes. Varro de Re ruſtica, lib. 2. cap. 9. 8.
Redire ad ſimilem cibum. Celſus, lib. 3. cap. 7.
Recuperatæ cibo ſomnoq; uires. Tacit. lib. 19.
Cibi repoſiti. Quint. lib. 2.
Secretus cibo, id eſt à cibo ſecretus, quòd eſt ſeiunctus & ſemotus à cibo & qui non edit. Lucret. lib. 1. 39.
Cibo ſuo ſeruire. Id eſt, quod uulgò dicitur pro impenſis ſuis. Plaut. Rud. 7. 18.
Simplex cibus. Plin. lib. 11. cap. 53. 5.
Suffulcit cibus artus. Lucret. 4. lib. 175.
Suggere cibos alicui. Stat. 9. Theb. 149.
Sumere cibum. Plin. epiſt. 5. lib. 3.
Sumere minimum cibum. Ouid. Epiſt. 11. 6.
Suppeditat cibos terra. Cic. 2. de Legib. 105.
Cibus cibis ſuſtentat, aut fulcit corpus. Lucret. lib. 2. 230.
Præcluſæ cibum fauces tenere dicuntur quæ non demittunt in aluum. Seneca, Thyeſt. 8. 32.
Vacare cibo. Celſus, libro 3. capite 15, Poſtero die, quo cibo uacat, & ab exercitatione, unctioneq;, aqua tantum contentus conquieſcat.
Vincuntur cibi præcipuè peruigilio. Plin. li. 11. ca. 53. ad finẽ.
Vti cibis. Claud. 7. Paneg. 69.
In cibo eſt homini. Plin. lib. 18. cap. 14. 4, Maceratum calida aqua, homini in cibo eſt. Id eſt homo utitur eo pro cibo.
Cibus humanitatis. Cic. 5. de Fin. 97, Sed animi cultus ille erat ei quaſi quidam humanitatis cibus. Per metaphoram.
Cibo, cibas (σιτίζω) cibare, Alere, ſiue nutrire. Columel. libro 9, Atque ea genera quæ intra ſepta uillæ cibantur, ferè perſecuti ſumus.
Cibaria, cibariorum, plu. nu. n. g. Subſtantiuum, pro alimentis. Cic. ad Atticum, lib. 6. 114. 10, Vnde, inquit, me iubes petere cibaria. Coll. lib. 8. cap. 17, in fine.
Cibaria menſtrua. Cic. 5. Verr. 60. Vide Menſis.
Inopia cibariorum. Cæſar, 6. bel. Gal. 37.
Boum cibaria. Cato, 6, de Re ruſt. cap. 60.
Congeſta cibaria. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 7.
Dare cibaria alicui. Cic. ad Attic. lib. 6. 114. 11.
Facta ſunt huberiora cibaria caritate. Cic. 5. Verr. 186.
Militum cibaria detrahere. Quint. lib. 5. cap. 13. 14.
Cibaria publicè locare. Cic. pro Roſc. Amer. 33.
Prebere cibaria alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 34.
Quærere ex agris cibaria. Varr. de Re ruſt. lib. 2. cap. 9. 6.
Reportare ex cibarijs permagnam pecuniam. Cic. 5. Ver. 187.
Tractatus liberaliter ex cibarijs alicuius. Cic. 4. Verr. 8.
Cibarius (ἐδωδιμαῖος, προέδιμος, ἐδώδιμος) Adiect. Quod pertinet ad cibũ. Plaut. Capt. 14. 1, Mihi rem ſummã credidit cibariam.
Cibarius alicuius. Varro, ὃν & πρὸς λύχαν. Tuus aũt ipſe frater cibarius fuit Ariſtoxenis. Ex Nonio.
Lex cibaria. Macrobius, 3. Saturn. cap. 17, Sylla mortuo Lepidus Cõſul legem tulit & ipſe cibariam. Cato enim ſumptuarias leges, cibarias appellat.
Cibarium oleum. Col. lib. 12. cap. 50. 17.
Cibarius panis. Cic. 5. Tuſc. 138. Vide Panis.
Cibarium ſaporem habere. Col. lib. 12. cap. 11. 2.
Cibarium uinum. Varro Modio, In cubiculo dormire mallem ſcilicet, potius uinum meum cibarium, quàm ego dominus cubarem. Ex Nonio.
Vtilitæ cibaria. Plin. lib. 14. cap. 2. 13.
Vua cibaria. Plin. lib. 14. cap. 3. 2.
Cibarium, ſiue ſecundarium. Plin. lib. 18. cap. 9, uocat farinam poſt pollinem uel florem excuſſam, quam furfures ſequũtur. Iuſtum eſt, inquit, è grano Campanæ quã uocat caſtratam, è modio redire ſextarios quatuor ſiligimis, uel è gregali, ſiue caſtratura ſextarios quinq;, præterea floris ſemodium & cibarij, quod ſecundarium uocant, ſextarios quatuor, furfuris ſextarios totidem. Et paulò pòſt, Si uerò pollinem facere libeat, 16. pondo panis redeũt, & cibarij tria, furfurum ſemodium. Et ibidem cap. 10. Budæus.
Cibatus, huius cibatus, pen. prod. (τροφὴ) idem ferè quod cibus. Varr. 2. de Ruſtica, cap. 9. 7, Cibatus canis propior hominis quàm ouis: paſcitur enim è culina & oſſibus, non herbis, aut frondibus. Lucret. lib. 1. 217,

—niſi à terris paulatim cuiq; cibatum Terra det.

Cibatus & commeatus. Plaut. Milit. 5. 69.
Cibatus gratiſſimus. Plin. lib. 8. cap. 10. 2.
Cibatu lõgiore ſuſtẽtare ſues. Varr. 2, de Re ruſt. cap. 4. 14.
Ad uſus cibatus expedire & promere far. Varro, de Re ruſtic. lib. 1. cap. 63.
Obijcere cibatui triticum. Varr. 3, de Re ruſtic. capite 8. de turturibus.
Cibyra] κίβυρα, Ptolemæo, Oppidum Aſiæ propriè dictæ, nõ procul à Meandro fluuio. Cic. 6. Verr. Hoſce, opinor, Cibyræ, quũ in ſuſpicionem ueniſſent ciuib. fanũ expilaſſe Apollinis. Et paulò pòſt, Cibyrã cũ inanib. ſyngraphis uenerat.
Cibyrates, uel Cibyrata, nomen gentile. Cic. ibidẽ, Eò quum uenio, Prætor quieſcebat: fratres illi Cibyratæ mambulabant.
Cibyraticus, a, um, nomen poſſeßiuũ. Cic. 6. Verr. Immittebantur ilicò Cibyratici illi canes, qui inueſtigabant, & perſcrutabantur omnia. De his populis Vide Strabo. lib. 13.
Cicada] cicadæ, pen. prod. (τέττιξ) Plin. lib. 11. cap. 26, Cicadarum duo genera: minores quæ primæ proueniunt, & noxiſſimæ percunt: Sunt autem multæ. Sequens eſt uolatu rara. Quæ canunt uocantur achetæ, & quæ minores ex eis ſunt, tettigoniæ: ſed illæ magis canoræ. Mares canunt in utroq; genere, fœminæ ſilent. Gentes ueſcuntur ijs ad Orientem, etiam Parthi opibus abundantibus. Vide plura ibidem, & capite ſequenti.
Cicada auenaria. Vide Auena.
Quærulæ cicadæ. Virg. 3. Georg. 65.
Raucæ cicadæ. Virg. 2. eclog. 3.
Fritinire dicuntur cicadæ cantantes, authore illo cuius de Philomela carmen extat, 7.
Rore paſcuntur cicadæ. Virgil. eclog. 5. 15.
Tunicas ponunt Cicadæ. Lucret. lib. 4. 12.
Cicadæ prius eſtate taceant. De re quæ fieri non ſolet. Ouid. 1. de Arte, 54.
Cicadas Philoſtratus in Apollonij Tyranei uita, & Plato in Phædro, à Muſis cantum habuiſſe ſcribunt, dicẽte ſic Socrate, Fertur autem olim cicadas homines fuiſſe ante Muſas: natis deinde Muſis, cantuq; monſtrato, illorum nonnullos uoluptate cantus uſq; adeò delinitos fuiſſe, ut canentes cibum potumq; negligerent, imprudenterq; perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus ſit natum, cui Muſæ hoc munus dederunt, ut alimonia non indigeat, ſed abſq; cibo potuq; quandiu uixerit cantet: poſtea uerò ad Muſas proficiſcatur, quãquis hominum Muſam hic colat renunciaturum: illasq; gratas reddit mortalibus, prout huius uel illius fuerint ſtudio mancipati. ſicut amantes Erato, ſaltatores Terpſichoræ, philoſophos Vraniæ, & ſic deinceps. Meminit Cœlius, lib. 17. cap. 6.
Cicatrix] pen. prod. cicatricis, pen. etiam prod. fœm. gener.

(ὐλὴ,

Digitized by Google

(ἐλή, ὠτελή, μώλωψ) dicta quasi circa cutem sit: Estq; signum quod ex uulnere siue ulcere remanet. Terent. Eunuc. 3 2.29, Neque pugnas narrat, neq; cicatrices suas Ostentat. Cicero, 7. Philip. 228, Luculentam ipse plagam accepit ut docet cicatrix.

Vestigia pugnæ cicatrices. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7.4.

Aduersus cicatrices ostendere. Cic. 2. de Orato. 67.

Cicatrix corporea. Vide Corpus.

Fœda cicatrix. Horat. 1. Serm. Satyr. 5.12.

Non una cicatrix, id est, multiplex. Iuuenal. Satyr. 3.16.

Male sana cicatrix, id est, nondum curata probè. Ouidius, 2, de Remed amoris, 46.

Marcidæ cicatrices. Plin. lib. 23. in Proœmio, 8.

Numerosa cicatrix. Claud. de bello Get. 96.

Coit cicatrix. Vide Coeo.

Cicatrices contrahere. Vide Contraho.

Declarat cicatrix. Cic. 7 Philipp. 28, Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix.

Ducitur cicatrix. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 43.

Exceptæ aduerso corpore cicatrices. Cic. 7. Ver. 3.

Fallit cicatrix, non apparet. Plin. lib. 26. cap. 12. 6.

Indere cicatrices in scapulas alicuius. Vide Indo.

Mederi cicatricibus. Cic. 3. Tusc. 92.

Obducta cicatrix. Cic. 3. de leg. Agrar. 3.

In uulnus redijt cicatrix. Ouid. 2. de Remed. amoris, 46.

Recipere cicatricem. Celsus, lib. 4. cap. 9.

Refricare cicatricem. Cic. 3. de lege Agrar. 3.

Suscipere cicatrices. Quint. lib. 2. cap. 15. 5.

Susceptæ bello cicatrices. Quint. lib. 6. cap. 1. 16.

Tendere ad Cicatricem. Celsus, libro 7. cap. 27, Ergo quum iam ad cicatricem uulnus tendit, extentis iacere feminibus, & cruribus oportet.

Cicatrix in arbores quoq; cadit. Virg. 2. Georg. 76,

—admorso signata in stirpe cicatrix.

Pati cicatricem. Quintil. lib. 2. cap. 4. 8.

Cicatricula (ἐλίδιον) Diminutiuum.

Valens cicatricula. Celsus, libro 2. cap. 10, Ideoq; protinus brachium deligandũ. habendumq; ita est, donec ualens cicatricula sit, quæ celerrimè in uena confirmatur.

Cicatrico, cicatricas, pen. prod. (ἐλόω) cicatricare, cicatricem ducere Festus.

Cicatricosus, pen. prod. (ἐλώδης) Adiect. plenus cicatricibus. Plaut. Amphit. 4.292.

Facies cicatricosa. Quint. lib. 4. cap. 1. 43.

Cicatricosa uitis. Colum. de Arboribus, cap. 11. Vide eundem, lib. 4. cap. 27. 3.

Ciccum] μυίγγιον) dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est, ut in malo punico discrimen. Festus.

Cicer] ciceris, pen. corr. neut. gen. (ἐρέβινθος) leguminis genus. Plin. lib. 18. cap. 12. 6, de leguminib. Ciceris natura est igni cum salsilagine, ideo solum urit. Nec nisi madefactum pridie, seri debet. Vide ibidem ciceris plura genera.

Cicer maddidum. Martial. lib. 1. 125.

Cicer tepidum. Mart. lib. 1. 98.

Cicer Arietinum. Vide Aries.

Sepositum cicer. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 17.

Catinus ciceris. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 24.

Grana ciceris. Quint. lib. 2. cap. 20. 3.

Cicera] pen. cor. (ὠχρὰς) genus pabuli apud Columel lib. 2. cap. 7. quam & cicerculam appellat ibidem, cap. 13. 4.

Cicercula, pen. corr. Diminutiuum (λάθυρος) quasi minutum. Cic. lib. 18. cap. 12, Est & Cicercula minuti ciceris, inæqualis anguloſi, ueluti pisum. Columel. lib. 2. cap. 10. 15, Cicercula, quæ piso est simulis, mense Ianuario aut Februario seri debet, læto loco, cœlo humido.

Cicerculum, neutro genere, genus sinopidis. Plin. lib. 35. ca. 6. 3, Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Precium optimæ in libras 13. denarij. Vsus ad pernicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius quæ ex Africa uenit, octoni asses, cicerculum appellant.

Cicero] pen. cor. (κικέρων) cuius uitam Tiro Tullius eius libertus tribus uoluminibus scripsit, teste Pædiano: præceptores se habuisse fatetur, in philosophia quidem Philonẽ Academicum tunc Romæ commorantem, in iure ciuili Scæuolã, in dialectica Diodorum Stoicum, in dicendo Apollonium Molonem. S. Roscium Amerinum parricidij reum, natus annos 23, ut tradit Nepos, ut alij 27, defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abijt, Asiamq;, simulata ualetudinis causa adijt, ubi se, ut ipse ait, recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclemq; Adramytinum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carem, Rhodium Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit: ferunq; Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamãtem audiuisse, ac protinus exclamasse, quòd solã Græcis dicendi relictam gloriam, uideret ad Latinos per eum transferri. Postaquam multis muneribus in Repub. functus esset, Consul coniurationem Catilinæ repressit, legem Agrariam repulit, Murænam defendit. Cuius uitam omnem, & uitæ studia uide apud Plutarchum. Eius laudes uide apud Plin. lib. 7. cap. 30. 6. Cicero eius filius inter eos, qui à parentibus degenerauerunt, ponitur Valerio. Binos eũ cosgios haurire solitum, scribit lib. 14. cap 22.8. Plinius, per temulentiãq; M. Agrippæ scyphum impegisse. Quintus Cicero, frater Ciceronis, legatus Cæsaris in Gallia primùm, deinde ad regendam Asiam Proconsul missus, admonetur à fratre per epistolam totius Officij. Duxit uxorem Põponij Attici sororem. Miserãdus demum eius exitus: proscriptus enim unà cum filio, quando & Cicero frater rogauit percussorem, se ante filium interfici: filius contrà, se ante patrẽ. Vterq; igitur simul interfectus. Author Appianus.

Cicero primo tempore ætatis studuit iuri ciuili, ut recenset Atticus, quem ipse introduxit in Dialogo, lib. 1. de Legib. 18.

Primus homo suorum & nouus Consul. Cicero, 2, de lege Agraria, 19.

Cicero equestri loco natum se dicit, 1, pro lege Agraria, 17.

Ciceronès à ciceribus optimè serendis nuncupatos putat Plin. lib. 18. cap. 3. 2.

A' Demosthene desciuit Cic. Quint. lib. 9. cap. ult. in fine.

Ciceronianus, penult. prod. (κικερωνιανὸς) quod est Ciceronis, uel accedit ad Ciceronem, ut Ciceroniana simplicitas. Plin. in præfat. totius operis.

Cichelas] Syracusani uocant turdos, quos Græcorum alij cichlas, unde Epicichlides carmen dictum, quod in Homerum refertur authorem à quibusdam, quoniam dum id pueris præcineret, turdis donabatur. Ex Cæl. Antiq. Lect. libro 10. capite 2.

Cichorea] & cichoreum, neut. gen. (κιχώριον) herba satis nota. Horat. 1. Carm. Ode 31. 4,

—me pascunt oliuæ
Me cichorea, leuesq; maluæ. Quidam scribunt cicoria.

Cichoreum, alio nomine etiam intubus siue intybus dicitur. Plin. lib. 20. cap. 8. 4, Intubi quoq; non extra remedia sunt Et paulò pòst, Erraticum apud nos quidam ambugiam appellauere. In Aegypto cichorium uocant, quod syluestre sit. Virgil. 1. Georg.

—& amaris intyba fibris, id est cichorea, ut Serius interpretatur.

Cici] κίκι, ἡ πρότωρ, Frutex est paruæ fici magnitudine, folia ha-

Digitized by Google

lia habens Platano similia, maiora tamẽ, nigrioraq́;, & maiore Læuore mollia, semẽ aũt in racemis asperis, quod cortice nudatũ, ricino uermi simile est: ex quo colligitur id, quod Ricininum oleum uocant, lucernarũ luminibus, & emplastris utile. Ab huius seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Ricinum appellant, quemadmodũ & Græci κρότωνα. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 145. & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie Catoputiam maiorem uocant.

Cicilendrum] *Plaut. in Pseudolo, 13.*

Cicimeni] *κιμμένοι, Populi ex Iaxamatarũ genere, à Medis oriundi, Tanaim fluuium accolentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.*

Cicindela] *pen. prod. (λαμπουρὶς) genus mucarũ, quod noctu lucet, uidelicet à candela. Hæc Festus. Plin. lib. 18. cap. 26. 18. de milij satione, Estq́; signum illius maturitatis, & horum sationis commune, lucentes uespere per arua cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes uolatus, Græci uerò lampyridas, incredibili benignitate naturæ.*

Cicinum] *oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 6. Ex ricini herbæ baccis factum.*

Cicones] *pen. corr. (κίκονες) populi Thraciæ ad Hebrum fluuium habitantes, de quibus Ouid. 15. Metamorph.*

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus. *Illius populi mulieres ab Orpheo spretas eum discerpsisse per Liberi sacra simulata Virgilius ostendit, 4. Georg. 104,*

—spretæ Ciconum quo munere matres,
Inter sacra deũm nocturnaq́; orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.

Ciconia] *πέλαργος, Auis quæ serpentibus pullos nutrit. Vide Plin. lib. 10. cap. 23. Iuuenalis, Satyra 14,*

—serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuẽta per deuia rura lacerta. *Vbi Iuuenalis Romanos arguens, quorum liberi tales euadebant, quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ eiusq́; pullorũ: Hi enim à teneris assuefacti colubris uescũtur*

Candida pennis ciconia. Ouid. 6. Metamorph. 20.

Unum nulla ciconia pinsit à tergo. Id est, nemo digitis dextræ manus in unum collectis ad instar rostri ciconiarum, ridet. Persius, Satyra 1. 6.

Ciconia] *genus mensuræ apud Columel. lib. 3. ca. 13. 9, Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricauerunt: in cuius latere uirgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ ciconiam uocant rustici.*

Cicorium] *Herba. Vide* Cichorea.

Cicuma] *æ, Auis est nocturna, teste Festo. Cæl. lib. 17. ca. 11, nycticoracem interpretatur.*

Cicur] *cicuris, pen. prod. om. g. (τιθασὸς) quòd à fero discretum est, ut ait Varro de Lingua Latina, proprie dicitur animal feram, sed mansuefactum. Cic. 5. Tuscul. 54, Earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terraq́; tectas. Idem, 2. de Nat. deo. 142, Quæ uerò & quàm uaria genera bestiarum, uel cicurum uel ferarum.*

Cicur ingenium, mansuetum. Varro de Ling. Lat. lib. 6.

Cicur sus, ex apro & scropha domestica. Festus.

Cicuro, cicuras, pen. prod. (τιθασεύω) *cicurare, mansuefacere, ut ait Varo de Lingua Latina.*

Cicuta] *huius cicutæ, pen. prod. (κώνιον) herba uenenosa, caule uiridi & geniculato. Plin. lib. 25. cap. 13. 7, Cicuta quoq; uenenum est, publica Athenienſium pœna inuisa, ad multa tamen usus non omittendi. Semen habet noxium. Cauis autem & uiridis estur à plerisq; & in patinis. Leuis hic & geniculatus, ut calami nigricans, altior sæpè binis cubitis, in cacuminibus ramosus: folia coriãdri tẽuiora, graui odoratu: semen anisо crassius, radix concaua, nullius usus.*

Fragilis cicuta. Virg. eclog. 5. 8.

Gelida cicuta, Venenũ ex cicuta factum. Iuuenalis, Saty. 7. 21. Huiusmodi autem uenenum gelidum appellatur, quòd qui eo necantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis.

Mala cicuta, id est, noxia. Horat. 2. Sermon. Saty. 1. 12.

Tritis cicutis mista aconita. Ouid. 3. de Arte, 92.

Viridis cicuta. Ouid. 4. Metamorph. 101.

Accepta inter uincla cicuta. Iuuenal. Saty. 13. 19, De Socrate, qui hausto cicutæ poculo interijt.

Cicutam Horatius pro helleboro posuit, ut interpretes exponunt, lib. 2. Epist. 2. 11.

Cicuta, etiam dicitur illud spacium, quod inter cannarum nodos est. Virg. 2. eclog. 7,

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. *Seruius.*

Cicuta] *κικούτας, Nomen proprium fœneratoris cuiusdam maximè auari. Hora. 2. Serm. Saty. 3. 14,* *—adde Cicutæ*
Nodosi tabulas centum, mille adde catenas, &c.

Cidaris] *huius cidaris, uel etiam citaris ex Polluce, sg. pen. corr. Tegumentum capitis regum insigne, quod quidam regum Persarum, alij regum Armeniæ esse dicunt. Hæc Bayfius. Budæus, Cidaris non multum differt à Tiara. Curtius, lib. 3, Cidarim regium capitis uocant insigne. Plutarchus in Antonio. quidam scribunt cum y.*

Cidarum] *Genus quoddam nauis, antiquis, teste Gellio, lib. 10. cap. 25.*

Cieo] *cies, ciui, citum, (σείω, κίνημι) ciere, testibus Diomede & Phoca: item cio, cis, ciui, citum, cire, idem sunt. Sed in hoc differunt tantum, quòd Citum à Cieo priorem corripit, hinc frequentatiua excito, concito, recito. Citum à cio, producit. unde accitus, & excitus, pen. pro. Composita utriusq́; semper sunt quartæ, ut accio, cõcio, excio. Diomedes per secundam accio etiam dicendum credit. Est autem prouocare, & quasi cis, hoc est, citrà mouere. Seruius. Ciere proprie est alteri aut dolorem aut lacrymas commouere: interdum tamen significat dare.*

Aequora cies Nereus imo fundo. Virg. 2. Aeneid. 84.

Aura ciet horrorem membris. Lucret. lib. 3. 59.

Fontes, & stagna ciere dicuntur ranæ. Cic. 1. de Diuin. 25.

Ciere ad coitum fœminas. Plin. lib. 11. cap. 37. 45.

Ad arma ciere. Silius, lib. 7. 9.

Acies stragemq́; ciere. Virg. 6. Aeneid. 166.

Ciere bellum. Virg. 1. Aeneid. 10. Prælium. Liu. 2. ab Vrbe, 83. Pugnam. Ibidem, lib. 1. 49. Virg. lib. 6. Aeneid.

Aere ciere uiros, Martemq́; accendere cantu.

Stragem ciere. Virg. 6. Aeneid. 166.

Vulgus æquoreum ciere. Senec. Hippol. 8. 20.

Belli simulacra ciere, bellum fingere, speciem belli præbere. Virg. 5. Aeneid. 134.

Ciere cruciatus. Cic. 2. de Finib. 151. Et apud Plautum in Amphit. Turbas uxori ciet Amphitruo.

Fletus ciere. Virg. 3. Aeneid. 69.

Ciere gemitus & lacrymas. Virg. 3. Georg. 102,

Extremosq́; ciet gemitus. *Ideſt, ultimũ gemuit, inquit Seruius. De tauro moribundo loquitur. Idem, 3. Aeneid.*

—lacrymasq́; ciebant.

Ciere motus. Cic. 1. Tuscul. 32.

Ciere aliquid motibus, & mutationibus. Cic. 3. de Nat. deor. 37.

Mugitus ciere. Virg. 12. Aeneid. 21.

Vnda murumur ciet. Virg. 1. Georg. 22.

Digitized by Google

Terrores ciere. Seneca, Oedip. 4.12.
Tonitru cœlum ciere dicitur Iuno. Nam est aeris Dea. Virg. 4. Aeneid. 25.
Ciere aliquem, pro commouere, & irritare. Plaut. Bacc. 8.11, Quid negotij hoc est, Pistoclerũ Lydus quòd herum tã ciet?
Ciere aluum. Columel. lib. 6. cap. 5.1.
Ciere urinam. Plin. lib. 20. cap. 5.4.
Menses ciere, hoc est, menstrua. Plin. lib. 21. cap. 20.
Frigus ciere. Lucret. lib. 5.164.
Singultus ore ciere. Catul. epigram. 59.26.
Cietur. Cicero, 1. Tusc. 86, Quod autem est animantium, id motu cietur interiore & suo.
Cietur & agitur. Cic. 2. de Nat. deor. 34.
Modo eodem cieri. Cic. de Vniuersit. 32.
Ciere, pro remouere & repellere. Valer. Flac. lib. 7.116,
Quassat, & errantem dextra ciet obuius ignem.
Ciere, Nominare. Festus.
Numina ciere, inuocare. Valer. Flacc. lib. 4.110.
Verba ciere, proferre. Valer. lib. 3. Argonaut. 31.
Ciere, uocare. Valer. lib. 1. Argon. 151,
—iam te in lucos pia turba silentum,
Secretisq; ciet uolitans pater Aeolus aruis.
Nomen alicuius ciere, id est, uocare aliquem. Ouid. 4. Fast. 97.
Ciere nomina singulorum. Tacit. li. 1.8. Hoc est, singulos nomine proprio uocare.
Nocturnos manes carminibus ciere. Virg. 4. Aeneid. 98.
Vox remos ciet. Stat. lib. 6. Thebaid. 160.
Magna supremum uoce ciere, solenni more extremum uale dicere, ut Seruius exponit. Virg. 3. Aeneid. 14.
Agmen ciere ab aliqua natione. Virg. 10. Aeneid. 39.
Auxilia ciere. Flacc. lib. 3 113.
Ciens (σείων) participium. Liu. 5. ab Vrbe, 166, Terrarumq; ultimis oris bellum ciente. Idem lib. 4.143.
Citus, particip. (σεσυμένος) prouocatus, incitatus, cõmotus.
Citus (ταχὺς, ὠκὺς) Adiectiuum, Celer Cic. 1. de Diuinat. 118,
Iam mari magno classis cita texitur. Virg. 4. Aeneid. 115,
Soluite uela citi.
Cita aluus, Cornelio Celso, lib. 2. cap. 3, est liquida aluus: cui contraria est coacta aluus apud eundem eodem loco.
Axis citus. Ouid. 2. Metamorph. 15.
Bigæ citæ, Celeriter motæ. Catul. epig. 51.6.
Canes citi. Ouid. epist. 5.4.
Classis cita. Horat. 1. Carm. ode 37.5.
Currus citi. Seneca Hippol. 10.17.
Cursibus citis. Seneca, Hippol. 4.8.
Incessus citus & tardus, contraria. Sallust. in Catilina.
Mercurius citus dicitur, quòd quum alia signa tardè ad ortus suos recurrãt, Mercurius decimo octauo die in ortu suo inuenitur. Seruius Virg. 1. Aeneid. 61.
Mors cita. Horat. 1. Serm. Saty. 1.2.
Mũdus citus, citò motus, uolutus, acceleratus. Sene. Hippol. 9.1.
Nauis cita Ouid. 15. Metamorph. 147.
Passu cito aliquem petere. Ouid. 2. Fast. 149.
Pede cito labitur ætas. Ouid. 3. de Arte, 13.
Quadrigæ citæ. Virg. 8. Aeneid. 126.
Ratis cita. Ouid. epist. 5.14.
Tramite cito decurrere. Virg. 5. Aeneid. 121.
Venator citus. Horat. 1. Carm. ode 37.4.
Vox acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. Cic. 1. de Orat. 19.
Citus ad scribendum. Plaut. Bacchid. 15.88.
Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor. Afranius, Citior abijt ancilla, citissima omnium redijt.
Dies citior brumali tempore. Ouid. 2. de Ponto, 4.5.
Citissimum factum. Quintil. lib. 6. cap. 4.11.
Citò (ταχέως) aduerbium. Terent. And. 1.5.20, Abi citò. Idem Eunuch. 3.3.32, Citò hunc deduce ad militem.
Citò & cursim aliquid agere. Plaut. Pœnul. 7.64.
Tam citò. Terentius, And. 5.4.25, CH. eius nomen? CR. nomẽ tam citò tibi? Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè, Idem, Adel. 3.3.89.
Non citò dixerim. Cic. de Clar. Orat. 144, Quem tu non tam citò Rhetorem dixisses, etsi non deerat oratio, quàm ut Graeci dicunt πολιτικὸν. Citò, id est facilè, inquit Budæus.
Citò nimis. Vide Nimis.
Citius. Terent. Hecy. 3.3.4.
Noto uolucriq; sagitta citius. Virg. 5. Aeneid. 49.
Citius suprema die, id est ante diem supremam. Horat. 1. Carm. ode 13. 4.
Citius dicto. Virgilius.
Citissimè ascias retundit. Plin. lib. 16. cap. 40.7.
Cito, citas, citare, (καλέω) propriè est uocare. Plin. epist. 190. g, Hæc illi quo quisq; ordine citabantur.
Citare per præconem in curiam ad regem. Liu. 1. ab Vrbe, 208.
Citare Senatum in forum. Liuius, 7. bel. Punic. 137.
Citare aliquos per nomina. Columel. libro 11. cap. 1. 19, Itaque mancipia uincta, quæ sunt ergastuli, per nomina quotidie citare debebit atque explorare ut sint compedibus diligenter innexa.
Citare iudices. Cic. 3. Verr. 12, Quo quidem die primùm iudices citati in hunc reum consedistis. Nam ut testis est Asconius, & iudices, & reus, & testes per præconem Prætorium citari solebant, id est, ad Prætoris tribunal, siue ad iudicium uocari. Budæus.
Citare re aliqua. Plaut. Curcul. 4.16, Vbi tu es qui me libello Venerio citasti? ecce me sisto, ades contrà.
Citare aliquem testem in aliquam rem, id est, in testimonium adducere & aduocare. (προφέρειν, ἐπάγειν, παρέχεσθαι) Vide Testem citare.
Citare testem in aliqua re. Cic. pro Quintio, 20.
Citare testes alicuius rei. Cic. 1. Offic. 106, Citeturq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ.
Citare reum. Cic. 4. Verr. 68, Citat reum, non respondet: citat accusatorem, &c. citatus accusator M. Pasilius, nescio quo casu non respondit, non affuit. Martial. lib. 4.5,
Nec pauidos tristi uoce citare reos.
Ad suum munus citarier. Catul. epigr. 56.9.
Citare de tribunali. Cic. 7. Verr. 13, Quem is, uti Panormum uenit, ad se uocari, & de tribunali citari iussit, concursu magno, frequentiaq; conuentus.
Citare authores. Liu. 4. ab Vrbe, 88.
Citare, pro recitare, aut nominare. Cic. 2. de Finib. 31,
Omnes Danai aut Mycenenses, Attica pubes,
Reliquiq; Græci, qui hoc anapæsto citantur, &c.
Ore alicuius citari, id est, nominari. Ouid. epist. 7.20.
Citare, incitare, prouocare, (παροξύνειν) ut citare equum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 378, Protinusq; equo citato, Larissam contendit. Liu. 1. ab Vrbe, 151, Age sanè omnes citatis equis adsuolant Romam.
Citare humorem illuc. Celsus, lib. 4. cap. 6. Id est, efficere, ut illuc humor confluat.
Citare pus. Celsus, lib. 5. cap. 27.
Citare urinam, cui tardare opponitur. Cels. lib. 2. cap. 19.
Citare aliquem ad aliquid faciendum. Plin. lib. 11. cap. 37. 45.
Gradum citare, id est, uelocius ingredi. Claud. 4. Paneg. 102.
Ad fræna citauit olores. Stat. 1. Sylu. 2.29. de Venere: id est, propere illis fræna induit.
Citare palmitem aut radiculas dicuntur arbores, Columel libro 4. cap.

Digitized by Google

4.cap.24.16.Idem,lib.5.cap.5.5.

Citare,pro enarrare aliquid.Horat.1.Serm.Saty.3.2,
Si collibuisset,ab ouo Vsq; ad mala citaret.

Citatus,pen.prod. (ὁρμηθεὶς) Participium,ut Citato uadere equo. Liuius, 10.bel. Punic. 51.Et lib.8.77, Citato gradu in hostem ducebant.

Citatus (ὡρμημένος) nomen ex participio, pro celeri. Liu.7. bel.Pun.26.9, Nero ea nocte, quæ sequuta est pugnam, citatiore quàm inde uenerat agmine, die sexto ad statiua sua, atq; ad hostem peruenit.Ibidem,lib.2.29,Quàm citatissimo poterant agmine sese abripuerunt.

Citatus arteriarum pulsus,aut tardus. Plin.lib.11.cap.37.84. Vide Pulsus.

Rhenus citatus fertur.Cæsar,4.bel.Gal.493.

Currus citatus,celeriter tractus.Silius,lib.8.132.

Cursus citatus.Senec.Herc.furente,3.4.

Flumen citatum.Senec.Hercul.furente,4.10.

Gradu citato.Seneca,Hippol.9.7.

Turba mundi citati, qui incolunt cælum mobile. Seneca,Hercul.Oetheo,15.8.

Nautæ citati.Propert.lib.1.eleg.8.5.

Passibus citatis.Senec.Hippol.10.3.

Pede citato tangere aliquam regionem,id est,cursu assequi.Catullus, epigram.58.1.

Rates citatæ,Naues citæ & agitatæ.Senec.Hippol.10.12.

Tripudijs citatis celerare ubi tibicen canit.Catul.epig.58.6.

Turmas citatas agere.Senec.Troad.8.9.

Vultus citatus irâ,commotus ira.Senec.Medea,11.1.

Lapsi: citatior astris.Stat.1.Thebaid.19.

Euro citatior.Silius,lib.4.2.

Penna citatior.Silius,lib.16.3.

Citatim (ὡρμημένως) Aduerbium: id est,celeriter.Hirtius,de bello Africano, 317, Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

Cilbianus] campus (κιλβιανὸν πεδίον) continuus Caystriano campo,qui inter mediterraneam cadit & Tmolum, multus est & bene habitatus, regionem optimã habet ut tradit Strab.lib.13.

Cilega] Passerculus pullatus uulgò dicitur,quasi spicilega, siue frugilega:quod genus spermologum nuncupant Græci. Author Cæl.lect.Antiq.lib.14.cap.6.

Cilices] piratæ fuerunt, quos Cn. Pompeius uictos in deditionem accepit, & eorum postea fideli opera usus est in bellis suis nauallibus aduersus Cæsarem.Lucan.lib.3.

Cilicia] κιλικία Regio est, ut Plin.lib.5. testatur,in minori Asia, Syriæ proxima, plurima iacens campo, Tauro monti subiecta, quæ à Cilice nomen sortita est: quem pristina ætas penè ultrà æuum memoriæ abscõdit Phœnice ortum, qui apud Gentiles antquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur.Hæc regio ab Oriente Amano clauditur,à Septentrione Tauri iugis, ab Occidente Pamphilia. Huius metropolis est Tarsos,quã interfecat Cydnus amnis. A Cilicia,Ciliciæ portæ.Pomponius,lib.1.scribit Ciliciã,locũ esse magni allquãdo discriminis fusorum ab Alexãdro Persarũ, fugientisq; Darij spectatorẽ ac testem.Strabo, lib.14.Ciliciam diuidit in Campestrem et Tracheam,id est,asperã. Fuit olim opulentissima Pop.Rom.prouincia,et Cicerone Proconsule memorabilis.

Cilix,huius Cilicis, pen.corr. (κιλιξ) Adiectiuũ, dicitur homo, qui è Cilicia est ortus. Cilices piratæ fuerunt quos Cn. Pompeius funditus deleuit.

Crocus Cilix.Lucret.lib.2.84.

Flores Cilicum.Stat.2.Sylu.1.32.

Messes Cilicum.Stat.3.Syl.3.7. Intelligit spicas nardi,amomũ, thus,& hoc genus alia.

Prata Cilix.Lucan.lib.3.46.

Vagi Cilices.Lucanus,lib.1.69.

Cilicas,Accusatiuus pluralis.Lucretius,lib.1.69,
Post Cilicá sne uagos.

Cilicensis (κιλικήσιος) Cic. ad Quintum fratrem,lib.1.2.12, Nam si te interioribus uicinis tuis Cilicensi, & Syriaco anteponis,ualde magnum facis.

Cilissa (κιλισσα) Adiectiuum,ut terra Cilissa,Cilicia.Ouidius, in Ibin, 41,
Quótue ferat dicam terra Cilissa crocos.

Cilicium] cilicij, (κιλίκιον) Vestis, quæ ex hircorum, seu capellarum pilis fit, uel etiam pro textura ipsa accipitur: sic dicta, quòd usus eius in Cilicia ortus sit.Varro,2. de Re rustica,ca.11.9, Tondentur, quòd magnis uillis sunt in magna parte Phrygiæ, unde cilicia, & cætera eius generis ferri solent.Sed quòd primùm ea tonsura in Cilicia sit instituta, nomen id Cilicas adiecisse dicunt. Cic.3.Verr.67,Quum ipse ci uitatibus frumentum,coria,cilicia,saccos imperaret.

Cilindrum] Plaut. Pseud.13. Genus herbæ,uel legumĩis, sunt qui legant Cicilindum.

Cilium] βλεφαρὶς, est folliculus quo oculus tegitur: unde & supercilium, authore Festo.Plin.lib.11.cap.37.30, Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium uocauere: unde & supercilia.Genam superiorem uocat Plinius,folliculum superiorem quo tegitur oculus.

Cilix] icis, (κίλιξ,) Nomen propriũ Phœnicis filij, à quo dicta est Cilicia.Solin.ca.51. Fuit alter Cilix,Agenoris filius. Herod.lib.7.

Cilla] κίλλα urbs prope Thebas, ubi Cillei Apollinis templum est,ut habet Strabo,lib.13.Ouid.13.Metamorph.35,
—Cryseńq; & Cillan Apollinis urbes.

Cillere] κινεῖν, Mouere:unde Furcillæ dictæ,quibus frumenta cillentur.Seruius in secundum Georgicorum.

Cillibæ] mensæ rotundæ.Festus.

Cillibantes] κιλλίβαντες, Instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello scuta imponebant fatigati, ut ex Aristophane annotauit Cæl.lib.8.cap.16.

Cillium] coloris erat species, quem postea Onagrium uocarunt:nam Cillon Dores asinum uocant, & asinarium Cillanterа. Author Cælius,antiq.lect.lib.16.cap.10.

Cillus] Pelopis fuit auriga,qui in itinere, antequam Pelops ad Oenomanum uenisset, obijt, cuius nomine Cilla oppidũ, templumq; Cillei Apollinis à Pelope cõditũ est.Strab.li.13.

Cilo] sine aspiratione, (μετωπίας,) Cui frons est eminentior,ac dextra,sinistráq; uelut recisa uidetur.Festus.

Cilones, impudici, parricidæ, sacrilegi. Cice. in Sallust.11.Cælius,li.21.ca.22,Cilones,inquit,apud Ciceronẽ in Sallustiũ, cinædi sunt,ac turpiter ceuentes:quia cellere motitare est.

Cima] Vide Cyma.

Cimacia] In Cymacia.

Cimbaricon] κιμβερικὸν,Tunica perspicua,siue (ut Pollucis uerbo utar) διαφανὲς.Locus Pollucis est, lib.7.ca.13. ubi eam dicit esse communem uiris & fœminis.

Cimbri] κίμβροι, Populi Germaniæ, de quibus uideto Plin. lib.4. cap.13. & 14. & Lucanum in primo. Quidam eos hodie Zelandos appellari putant. Festus asserit eos Linguâ Gallica,Latrones uocari.

Cimbricus, (κιμβρικὸς) Adiectiuũ.Claud.de bell. Getico,129,
Illic Oceani stagnis excita supremis
Cimbrica tempestas.

Cimeliarcha] κιμηλιάρχης.Id est custos uasorum,& aliarum rerum ecclesiæ.Iubemus.C.de sacrosan.eccles. & c.ea quæ.extr.de offic.Archid.

Cimex] cimicis, pen.corr.masc.gen. (κόρις) Vulgò dictus

Digitized by Google

uermiculus odore fœdus, è ligno nascẽs, chartisq; & paleis. Martial. lib. 11. 33,

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus. Idem, lib. 11. Epigram. 57.

Cimex animal fœdissimum. Plin. lib. 29. cap. 4. 4, Veluti Cimicum animalis fœdissimi, & dictu quoq; fastidiendi natura, contra serpentiũ morsus, et præcipuè aspidũ ualere dicitur.

Cimiata] κιμίατα, Castellum est munitissimum in Cimistena regione, Olgasy monti subiectum, quo Mithridates, qui eius conditor dicitur, receptaculo usus, Ponti imperium adeptus est, & qui ab eo profecti sunt usq; ad Eupatorem successionẽ seruauere. Strab. lib. 12.

Cimiliarchium] aurum, Romæ dictũ est, quod in sanctiori erario ædis Saturni, & intẽtioris curæ ad ultimos casus, & in extrema fortuna Populi Romani seruabatur: quod à nonnullis uicesimariũ est appellatũ, & ex quo Cæsar primo ingressu belli ciuilis tot millia pondo protulit, ut scribit Alex. Genial. lib. 2. cap. 2..

Cimínia] sylua Plinio, in qua loca sunt, in quibus in terram depacta non extrahuntur. Vide ipsum lib. 2. cap. 96.

Cimmerij] κιμμέριοι, (inquit Festus Pompeius) dicuntur populi, qui occupatas frigoribus terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione, in qua conuallis iugo satis eminẽti circundata est, quæ neq; matutino, neq; uespertino sole contegitur. Constat igitur Cimmerios in Italia fuisse ad Baianum & Auernum sinum, qui in subterraneis domicilijs habitantes, & per cuniculos cõmeare soliti, toto in illis die delituerũt, noctu tantũ ad latrocinia egressi, quum uictũ ex metallorum alioqui effossione, diuinationum mercede, et prouentibus ab rege designatis quærerẽt, ut ex Ephoro scribit Strab. Penes hos ingens quondam superstitio increbuit, loci natura erroribus suffragante. Ibi sacra nemora uenerata, fluminibus etiã & fontibus suus honor fuit. Specus præterea famosi, & ad inferos crediti aditus, quos intrare fas nõ erat, nisi dijs Manibus prius, quò auspicatior descẽsus foret, sacrificio placatis. Vnde Homero suæ fabulæ œconomia, quam in Odysseæ lib. 2. cõminiscitur, desumpta est, & Virgilij, lib. 6. Sunt & Cimmerij Bosphorani, quos Herodotus, li. 4. interiora Asiæ aliquãdo tenuisse scribit. Verùm à Scythis pulsos magis occidua tandem petisse. Ab his Bosphorus Cimmerius dictus: & Cimmerij montes supra Albaniam, apud Ptolemæũ tabula Asiæ secũda. Vide Pli. li. 6. c. 6. Cic. 4. Acad. III, Et Cimmerijs quidem, quibus aspectũ solis, siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci, quẽ incolebãt situs: ignes tamen aderãt, quorũ illis uti lumine licebat.

Cimmeriæ tenebræ, prouerbium, pro multa obscuritate, & animi caligine. Festus.

Cimmerius, (κιμμέριος,) Adiectiuum.

Cimmerios Lacus, infernos & caliginosos uocat Tibullus, lib. 3. eleg. 5. 5.

Paludes Cimmeriæ. Claud. 1. in Eutrop. 50.

Pontus Cimmerius. Claud. 1. Panegy. 26.

Címmeris] Troadis urbs: Edonis prius uocata, ut tradit Plinius, li. 5. ca. 30, Rursus in littore, inquit, Antandros: Edonis prius uocata, deinde Cimmeris & Assos, eadẽ Apollonia.

Cimolis] urbs Paphlagoniæ, authoribus Pomponio, lib. 1. & Plinio, lib. 6. cap. 2. Cimolis item urbs Galatiæ, Ptolemæo. Vulgò Quimoli.

Cimolus] li, (κιμῶλος,) insula in mari Aegæo. Plin. li. 4. cap. 12. Ouidius, Metamorph. lib. 7,

Hinc humilem Myconem cretosaq; rura Cimoli.

Cimolius, (κιμώλιος,) Adiectiuum, Quod ex Cimolo insula est. Vnde terra cimolia, & creta cimolia apud Medicos.

Cimon] κίμων, Atheniensis, patre Miltiade, matre Egesiphile, liberalitate munificentiaq; domi magis, quàm militiæ clarus, quapropter Lucullo ex nostris cõparatur. Nam quũ hostium spolijs militia partis locupleς esset, ea ciuibus suis distribuit. Primùm amotis undiq; agrorum suorum septis, egenis peregrinisq; poma, fruges q; sumendas impunè dabat. Parabatur quotidie ingens domi conuiuium, quo undiq; confluentes pauperes uescebantur. Ex Plutarcho.

Cimõ Cleonæus, Pictor insignis fuit, qui catagrapha inuenit: articulis etiũ mẽbra primus distinxit, uenas protulit, primusq; in ueste & rugas & sinus inuenit. Author Plin. lib. 35. ca. 8.

Cinadios] ut ex Harpocratione refert Cælius, Siculis ulpes dicitur: quo etiam nomine nauis Menelai gubernatorẽ nuncupatum Pausanias scribit, cuius fuerit monumentum in promontorio, quod in Laconia uocat ὄνου γνάθον, id est Asini maxillam.

Cinædi] κίναιδοι, κατάπυγοι, Dicti sunt apud ueteres saltatores, uel pantomimi: ἀπὸ τῦ κινεῖν τὸ σῶμα. Plaut. Asinar. Ita fustibus sum mollior magis quàm ullus cinædus. Idẽ in Milit. Tum ad saltandum non cinædus magis usq; saltat quàm ego. Hæc Nonius. Capitur etiã in malam partem, pro puero meritorio.

Improbi cinædi. Catul. epigram. 52. 1.

Cinædus mollior cuniculi capillo, uel anseris medulla, uel inula mollicella. Catul. epigram. 22. 5.

Cinædior, Comparatiuum: Id est, mollior & fœda libidine insignior. Catul. epigram. 10. 5.

Cinædopolis] κιναιδόπολις, Insula est in Ceramico sinu, paulum à continente distans: sic dicta, quòd probrosos ibire liquerit Alexander Magnus. Ex Plin. lib. 5. cap. 21.

Cinædiæ] Lapillus qui inuenitur in cerebro piscis eiusdem nominis, candidus & oblongus: qui præsagire dicitur habitũ maris nubilo colore aut tranquillitate. Plin. li. 37. ca. 10.

Cinædus] Auiculæ nomen. Gal. lib. 4. de composit. pharmac. secund. loc. cap. 7, Fel auiculæ quæ cinædus appellatur. Cornarius existimat eam esse, quam nos Motacillam, ab assidua caudæ agitatione Latinè appellamus.

Cinamomum] Vide Cinnamomum.

Cinara] cinaræ, pen. corr. fœ. ge. (κίναρα,) Carduus est alilis nunc uulgò notus, inter mensarum delicias plurimũ expetitus. Articoclum uocant. Columella, lib. 10,

Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti ueniat, nec Phœbo grata canenti, &c.

Cinaræ radix ex aqua decocta, sitim potatoribus facere narratur. Proinde grata Baccho potanti, ingrata Phœbo canenti. Colum. li. 11. cap. 3, Cinaræ sobolem melius per Autumni æquinoctium disponemus: semen cõmodius circa calend. Martij seremus, eiusq; plantam circa calendas Nouembris deprimemus, & multo cinere stercorabimus. Id enim genus stercoris huic oleri uidetur aptissimum. Propter hæc Columellæ uerba putauit Pomponius Fortunatus Cinaram à cinere nomen sortitam, quòd eo maximè gaudeat. Ruellius tamẽ, li. 1. cap. 20. huic sententiæ non accedit, hinc dictã tradens, quòd eius nominis puellam in hanc herbam fingant conuersam.

Cinaras] Vide Cinyras.

Cinasonas] Acus, quibus mulieres caput exornant. Festus.

Cinathus] Illustris fuit rhapsodus, Chius patria, qui & Siracusis omnium primus Homeri carmẽ concinuit, illi quoq; de suo insertis plerisq;. Ex Cæl. lib. 7. cap. 29.

L. Cincius] Prætor Siciliam per secundum bellum Punicũ administrauit, ut scribit Liuius. Cincius alter Senator Romanus scripsit de re militari. Idem in suasione legis Fanniæ, obiecit sæculo suo, quòd porcum Troianũ mẽsis inferrent, quẽ illi sic uocabant, quasi alijs inclusis animalibus grauidum, ut ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Author Macrob.

Digitized by Google

Cincia] Locus Romæ ubi Cinciorũ monumentũ fuit. Festus.

Cincinnatus] κιγκινᾶτος, Viri proprium. Cic. lib. 2. de Finib. 19, Itaq; ut maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatũ illum, ut Dictator esset. Plin. lib. 18. cap. 3. 10, Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinato uiator attulit Dictaturam, & quidem (ut traditur) nudo, plenoq; pulueris etiamnum ore. Cui uiator, Vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populiq; Romani mandata. Valerius Maxim. lib. 4. cap. 4, Septem iugera agri possedit L. Quintius Cincinnatus. Ex his tria, quæ pro amico ad ærarium obsignauerat, multæ nomine amisit. Pœnam quoq; pro filio Cæsone, quòd ad causam dicendam non occurrisset, huius agelli reditus soluit: & tamen ei quatuor iugera aranti non solum dignitas patrisfamiliæ constitit, sed etiam Dictatura delata est. Hanc historiam pulchrè narrat Liuius, 1. Decad. lib. 3.

Cincinnus] cincinni, (κίκιννος,) Cincinni, authore Festo, sunt crines intorti. Cic. in Pisonem, 19, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, qui etiam calamistrati dicuntur. Varro, lib. 1. de Re rust. ca. 31, Is est coliculus uiteus intortus, ut cincinnus.

Cincinni oratoris. Cic. 3. de Oratore, 56.

Cincinnatus, pen. prod. Adiectiuum, (κικιννωτὸς,) Cui intorti sunt capilli. Cic. post reditum in Senatu, 10, Quo uultu cincinnatus ganeo non solum ciuium lachrymas, uerumetiam patriæ preces repudiauit? Quint. lib. 1. ca. 9, Pelia cincinnatus, hoc est cirratus, cincinnis & cõtortis capillis ornatus.

Cinclus] κίγκλος Suidæ, Auis est exigua, perpetuò caudã mouens, unde & Motacilla à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse aiunt, ut nidum struere nõ possit, sed in alienis nidis oua pariat. Quæ res locũ fecit prouerbio, ut omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Authores Suidas & Aelianus, lib. 15. ca. 28.

Cincta] dicebatur, ut Festus author est, Flaminica uestecta.

Cinctus] Vide Cingo. (uelata.

Cineas] In Cyneas.

Ciner, Ciniflones] Vide Cinis.

Cinesias] Thebanus Dithyramborum scriptor composuit pyrrhichiam, ut est in prouerbio, κινησίου πυρρίχιον ἐμαθε κινεῖν, id est Pyrrhichiam didicit Cinesiæ: uel quòd in choris multo motu uteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cinesias corpore pigro & fracto crure, uulgoq; malè audiebat impietatis & improbitatis nomine, ut scribit Suidas.

Cinga] κίγγα, Fluuius in cõfinio Hispaniarum, ex Pyrenæis montibus in Iberum influens, ubi & nomen amittit. Luca. lib. 4. 5,

—camposq; coercet Cinga rapax.

Cingo] cingis, cinxi, cinctum (ζωννύω, κινκλόω,) cingere, propriè circuire: dictum quasi circum agere. Sipontinus.

Cingere, Circundare: ut, Amne cingi. Virg. 9. Aeneid. 97. Ouidius. 5. Fast. 25. de Capella Olenia,

Sustulit hoc Nymphæ, cinxitq; decentibus herbis.

Ab armis cingi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 14.

Auxilio cingi. Claudianus in Gigantomach. 9.

Excubijs cingi. Claud. 4. Paneg. 9.

Milite cingi. Claudian. 2. in Ruffin. 3.

Odijs cingi. Claud. in præfat. secundi libri in Eutrop. 7.

Periculis cingi. Cic. pro Lege Manilia, 20.

Telis cingi. Virg. 2. Aeneid. 104.

Acies cingere discordibus armis. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 9.

Nymbi æthera cingunt. Virg. 5. Aeneid. 3.

Ara coronis cingitur. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 3.

Caput de flore cingere. Ouid. 3. Fast. 51.

Cingere castra uallo. Liuius, 7. ab Vrbe, 190.

Comas cingere diademate. Claud. 4. Paneg. 14.

Comam lauro cingere. Horat. 3. Carm. ode 30. 4.

Vita comas cingit. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 16.

Corpore externo cingi, Cic. 1. de Nat. deorum, 40, de mundo loquens. Budæus.

Tenebræ cingunt diem, quũ dies est caliginosus. Seneca, Hercule furente, 11. 10.

Muris cingere domos, Vrbẽ cõdere. Valer. li. 4. Argonau. 21.

Flumina ripis cingere. Ouid. 1. Metam. 8.

Forum iure cingere. Claud. 3. Paneg. 46.

Fossas munimine cingere. Ouid. 13. Metam. 43.

Iudicium cingere corona. Lucan. lib. 1. 66.

Mare latus terræ cingit. Ouid. epist. 10. 13.

Turba latus tibi cingit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 4.

Pennæ cingunt utrunq; latus. Ouid 6. Metam. 144.

Cingere modum obsidij stationibus. Tacit. li. 13. Id est modo, seu per modum, uel in modum obsidij.

Flammis mœnia cingere. Virgil. 10. Aeneid. 23.

Milites rara murbs cinxere corona. Id est pauci erant ad mœnia. Virgil. 10. Aeneid. 24.

Aggere arenæ cingere nauem. Id est in uado impingere. Virg. 1. Aeneid. 24.

Fossæ cingebant oppida. Ouid. 1. Metam. 20.

Oppida muris cinguntur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 21.

Aues cœtu cingere polum dicuntur, quæ recto ordine & longo ambitu uolant. Virg. 1. Aeneid. 31.

Stellæ cingunt polos. Ouid. 6. Fastorum, 144.

Portas aggere cingere. Stat. 2. Thebaid. 140.

Cingitur & concluditur urbe portus. Cic. 7. Verr. 76.

Rura fluuio cinguntur. Senec. Hercul. Oetheo, 5. 9.

Saltus indagine cingere. Virg. 4. Aeneid. 25.

Saltus uenatu cingere. Claud. de bello Gildon. 72.

Seges altis sepibus cingenda. Ouid. 3. de Arte, 112.

Sinus mucrone cingere. Claud. 2. in Eutrop. 90.

Syluam cingere. Alphenus in l. in lege locationis. ff. locati, In lege locationis scriptum erat, Redemptor syluam ne cædito, neue cingito, neue deurito, neue quem cædere, cingere, urere sinito. Quærebatur, &c. Quo in loco cingere accipitur pro Deglabrare, seu corticem detrahere In eadem significatione usus est Paulus in l. cædere. ff. arbor. furtim cæs. Cingere, inquit, arborem, est illam deglabrare.

Cingere syluas. Senec. Hippol. 1. 1.

Tempora floribus cingere. Catul. epigram. 56. 2.

Lauro cinguntur tempora. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 11.

Cingere tempora uiridanti lauro. Virg. lib. 5. Aeneid. 170.

Tempora myrto cingere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 7.

Ramis tempora cingere, Componere se ad aspectandos ludos ex more Romano, ait Seruius. Nam festis ludis omnis ætas coronata spectabat. Virg. 5. 15.

Spicis tempora cingere dicitur Ceres. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 1.

Cingit urbem Alduabis fluuius. Cæsar, 1. bel. Gal. 152.

Cingere urbem copijs & militibus. Liu. 4. bel. Maced. 149.

Vrbem mœnibus cingere. Cic. 3. de Nat. deor. 137.

Vrbem muris cingere. Ouid. 4. Metam. 12.

Vrbem obsidione cingere. Virg. 3. Aeneid. 11.

Pinnis atq; aggere urbem cingere, id est muro, in quo pinnæ sunt, & fossa urbem circundare. Virg. 7. Aeneid. 32.

Vrbem religione cingere. Cic. 3. de Nat. deor. 137.

Cingere insignibus fortunæ principalis aliquem. Tacit.

Aonium nemus Marte cingere, Literis & militiæ simul operam dare. Tibull. lib. 3. eleg. 3. 9.

Cingitur, certè expedit se. Plaut. Amphit. 4. 154.

Armis cingi. Virg. 2. Aeneid. 144.

Digitized by Google

Enſe latus cinxit. Ouid. 2. Faſtorum, 157.
Enſe cingi. Ouid. 2. Faſt. 3.
Ferrum cingere, Accingere ſe enſe. Virg. 2. Aeneid. 2. 120.
Latus ferro cingere. Stat. 4. Thebaid. 9.
Cingere ſe gladio. Liu. 7. ab Vrbe, 38.
Cingi uenenis, Inſtrui, muniri. Valer. Flac. lib. 6. Argonaut. 95
Flamma cingere, Accendere, incendere. Virg. 1. Aeneid. 136.
Cingere, pro Veſte tegere. Silius, lib. 3. 48,
—ueſtigia nuda, ſinuſq;
Cingere inaſſuetum, & rubræ uelamine ueſtis.
Cingere, Circum habitare. Valer. lib. 6. Argonaut. 14.
Quiq; lacum cinxere Bicen.
Cingi cum aliquo, id eſt coniungi. Claud. 2. Panegy. 22.
Cingens, (ζωννύων,) Participium. Catul. epigram. 59. 37,
Nec patet egreſſus pelagi cingentibus undis.
Cinctus, (ζωδεὶς,) Participium. Cic. pro Flacco, 21, Equidem exiſtimo in eiuſmodi regione atq; prouincia, quæ mari cincta, portibus diſtincta, inſulis circundata eſſet.
Altè cinctus puer. Horat. 2. Serm. ſaty. 8. 2.
Humus æquore cincta eſt. Ouid. 2. de Arte, 94.
Agminibus comitum cinctus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 6.
Caterua matrum cincta uirgo. Ouid. 12. Metam. 44.
Comis ora cincta. Ouid. 4. Triſt. eleg. 6. 3.
Corona cinctus. Cic. pro Milone, 1.
Cinctus corona hoſtium. Liu. 3. bel. Pun. 25.
Latus enſe cinctum. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 3.
Bella cincta ferro. Senec. Hercul. furente, 9. 16.
Cinctus freto. Seneca, in Thyeſte, 1. 18.
Cinctus gladio Hiſpanienſi. Liu. 8. bel. Maced. 94.
Hedera cincta anus. Ouid. 3. Faſt. 154.
Caput honore nauali cinctus, Id eſt, nauali corona. Ouidius, 3. de Arte, 79.
Caput luminibus cinctũ, Id eſt, oculis. de Argo Ouidius, 1. Metamorph. 126.
Cincta mari prouincia. Cic. pro Flacco, 21.
Montis caput cinctum nubibus. Virg. 4. Aeneid. 50.
Vitijs cinctus. Claud. de bello Gildon. 33.
Locus ab hoſte cinctus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13. 4.
Veſtes ad pectora cinctæ. Ouid. 6. Metamorph. 12, id eſt ſuccinctæ, ſuffarcinatæ.
Cinctus. Marcellus in l. Titius. ff. de teſtamento militari, Titius prius quàm Tribunus legionis factus eſſet, teſtamentũ fecit, & poſtea cinctus, manente eodẽ defunctus eſt. Quæro, &c.
In alia militia cinctus. Paulus in l. quod dicitur. ff. de teſtamento militari, Miles teſtamentũ fecerat: deinde nõ ignominiæ cauſa miſſus, rurſus cinctus eſt in alia militia. Quærebatur, &c.
Cinctus, (διάζωμα,) Subſtantiuũ, Idem quod cingulum. Plin. lib. 24. cap. 9. 7, Virgam qui in manu habeant, aut cinctu, negantur intertriginem ſentire. Idem, lib. 27. cap. 5. 4, Sed ad inguinũ medicinã ſiniſtra manu decerpi iubent, & iuxta cinctus alligari. Varro, de Lingua Latina, Cinctus & Cingulum à cingẽdo: alterum uiris, alterum mulieribus attribuũ.
Cinctus Gabinus. Virg. 7. Aen. Vbi Seruius, Gabinus cinctus, Eſt toga ſic in tergum reiecta, ut una eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat. Hoc autem ueſtimenti genere utebatur Conſul bella indicturus, ideo quia quum Gabij Campaniæ ciuitas ſacris operaretur, bellum ſubitò euenit, tunc ciues cincti togis ſuis, ab aris ad bella profecti ſunt, & adepti uictoriam. Vnde hic ortus eſt mos.
Gemmatus cinctus. Claud. 4. Paneg. 112.
Sonantes cinctus. Stat. 6. Thebaid. 16.
Cinctu cingere, & Cinctu ſoluere. Plin. lib. 28. cap. 4. 10.
Cincticulus, pen. corr. (ζώνιον, διαζωμάτιον,) Diminutiuum. Plaut. Bacchid. 8. 28, Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aßideres.
Cinctutus, Adiectiuum, (διεσκευασμένος,) ut, Cinctutis non exaudita Cethegis, Horat. in Arte, 10. antiquè dixit: Id eſt, militaribus uiris, & quaſi ad militiã accinctis. Cõtrà, Diſcinctos Mulciber Afros, dixit Virgilius: Id eſt, ad pugnam imbecilles atq; imparatos.
Cingulus, & cingulũ, cinguli, pen. cor. (ζώνη) Quo quis cingitur. Cic. in Sõnio Scip. 21, Cernis aũt terrã eandẽ, quaſi cingulũ buſdã redimitã & circundatã cingulis, è quib. duos maximè inter ſe diuerſos uides, &c. De quinq; zonis terræ loquitur.
Cingulo noua nupta præcingebatur: quod uir in lecto ſoluebat, factũ ex lana ouis: quòd ſicut illa in glomos ſublata, conuicta inter ſe ſit: ſic uir ſuus ſecũ cinctus, uinctus q; eſſet. Feſt.
Dignitatis cingulum. in l. omnes. Vt dignitatum ordo ſeruetur. lib. 12. C. Tertium uerò, inquit, ordinem eorũ proſpicimus, quibus abſentibus cingulũ illuſtris mittitur dignitatis. Quàrtum honoratiorum, qui præſentes à noſtro numine ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti ſunt. Quintũ eorum, quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. Sine cingulo, ſine admiſtratione dixit, authore Accurſio. Budæus.
Sub cingulo delata illuſtris dignitas dicitur, quando iuſta et plena eſt, & re uera delata: Citra cingulũ uerò, quando honoris tantum gratia, hoc eſt honoraria. l. omnes. de metatis & epidemicis, lib. 12. C. Cæteris uerò, inquit, quibus illuſtris dignitas ſub cingulo uel citra cingulũ pro ſolo honore delata eſt, excuſandarũ ædiũ licentiã penitus denegamus. Budæus.
Spoliare cingulo. l. 3. de domeſticis & protectoribus. lib. 12. C. Quinquennium autem ſi fuerit diuagatus, ipſe iam cingulo ſpoliandus eſt. Id eſt dignitate & magiſtratu priuandus & deijciendus: hoc eſt, quod alibi legitur, diſcindere. Budæus.
Cingula, Plurale. Stat. lib. 6. Thebaid. 46,
—ſeu fræna libet, ſeu cingula flammis Mergere.
Aurea bullis cingula. Virg. 9. Aeneid. 76.
Fulgent bullis cingula. Virg. 12. Aeneid. 187.
Subnectere cingula. Virg. 1. Aeneid. 100.
Cingula, pro Veneris cæſto ponit Valerius, li. 6. Argonau. 94.
Cingula, cingulæ, (ζώμα,) Quæ cinguntur equi. Ouid. 1. de Remed. amoris, 48, Et noua uelocem cingula lædat equum.

Cingriæ] Tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores eſſent, ſubtilioribus tamen modis inſonabant. Sipontinus.

Cingulum & Cingulus] Vide Cingo.

Cingulum] κίγγλον, Ciuitas Piceni notiſſima: unde hodie muli Cingulani optimi ueniunt. De Cingulanis meminit Plinius, lib. 3, cap. 5. Cic. Attic. lib. 7, 130, 1.

Ciniphes] m. g. plur. num. Vermiculi ſunt permoleſti, culicibus ſimiles. Apud Septuaginta σκνῖπες ſcribitur.

Cinis] huius cineris. pen. corr. maſcul. gen. (τέφρα, σποδὸς, σποδὸς, Puluis eſt in quem materia uſta redigitur. Foeminino genere uidetur protuliſſe Catullus, quum inquit,
Troia, uirûm & uirtutum omnium, acerba cinis.
Cineres & flamma extrema. Virg. 2. Aeneid. 86.
Cinis ater. Virgil. lib. 4. Aeneid.
Aridus cinis. Horat. Epod. 17. 7,
Cinis Auſonius. Silius, lib. 17. 72.
Compoſitus cinis. Ouid. 3. Faſt. 110.
Doloſum cinerem uocat Horatius, qui prunas contegit: quem qui tangunt, cinerem merum & frigidum iam eſſe rati, manus comburere ſolent. Sic enim ille inquit, 2. Carm. ode 1. 2,
Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo. Deterret hac oda Aſinũ Pollionem à ſcribenda hiſtoria belli ciuilis.
Feruidus cinis. Senec. Troad. 2. 7.

Frigidus

Digitized by Google

Frigidus cinis. Ouid. epist. 18.19.
Fulmineus cinis. Stat. lib. 3. Thebaid. 37.
Immundus cinis. Virg. 1. Georg. 1.17.
Miserandus patriæ cinis. Author ad Heren. lib. 4.152.
Patrij cineres. Horatius in Arte, 95.
Supremi cineres. Virg. 10. Aeneid. 12.
Tepentes cineres. Stat. lib. 3. Silu. 3.57.
Tepidus cinis. Ouid. 8. Metam. 129.
Aura aufert cineres. Lucan. lib. 8.153.
Candet in igne cinis. Ouid. 2. de Arte, 88.
Collapsi cineres, Quum subsidunt, & ignis est extinctus. Virg. 6. Aeneid. 45.
Dimouere cinerem foco. Ouid. 8. Metam. 129.
Diripitur cinis uentis. Tibul. lib. 1. eleg. 7.11.
Euerberare cineres. Ouid. 14. Metam. 115. de ardea aue.
Excitare ruinas urbis in cinerem datas. Seneca, Troad. 8.1.
Miscere cineri urbem aliquam. Stat. lib. 12. Thebaid. 17.
Obrutus cinere latet ignis. Lucret. lib. 4.187.
Spargere cinerem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.10.
Vertere omnia in fumum & cinerem. Horat. 1. Epist. 16.2.
Ars in cineres uersa. Ouid. 5. Trist. eleg. 13.15.
Cinis, pro manibus, et reliquijs funerũ, uel memoria. Cic. 3. Ver. 79, *Homo importunissime, cur tantã iniuriã P. Annio mortuo feceris? cur hunc dolorẽ cineri eius, atq; ossibus insultasti, ut liberis eius bona patria, uolũtate patris, iure, legibus tradita eriperes, & cui tibi esset cõmodũ, cõdonares?* Pers. Saty. 1. 4.
—*nunc non cinis ille poetæ* Felix? Budæus.
Manes & cinis. Virg. 10. Aeneid. 164, —*teq; parentum*
Manibus & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Cineres & ossa. Virg. Aeneid. 5.11,
Nunc ultrò ad cineres ipsius & ossa parentis Adsumus.
Dare pœnas cineri, atq; ossibus alicuius. Cic. 13. Philip. 360.
Reportare solatiũ cineri atq; ossibus alicuius. Cic. 7. Verr. 100.
Cinis exinctus. Ouid. lib. 5. Fast.
Ingratus cinis, Id est tristis. Seruius. Virg. 6. Aeneid. 43.
Maternus cinis. Ouid. 13. Metam. 151.
Operti cineres. Horat. 2. Carm. ode 8.2.
Sepultus cinis. Ouid. 13. Metam. 135.
Tristes cineres. Seneca, Troad. 5.1.
Suprema ferre cineri, Exequias & funus celebrare. Virgil. 6. Aeneid. 43.
Haurire cinerem, pro accipere, & haustus cinis, pro accepto cinere legitur apud Ouidiũ, lib. 13. Meta. 87. & 8. Met. 1.108.
Insidere cineres alicui loco, Id est condi ipsos & sepeliri. Virgil. 10. Aeneid. 12.
Inurere dolorem cineri, atq; ossibus alicuius. Cic. 3. Verr. 79.
Libare cineri. Virg. 3. Aeneid. 6.
Munera cineri alicuius mittere, Honore prosequi funus illius, In honorem mortui aliquid facere. Virg. 4. Aeneid. 4.125.
Obsecrare per cinerem. Cic. pro Quint. 65.
Rigare cineres. Senec. Troa. 4.18.
Suscitare cinerem & sopitos ignes. Virg. 5. Aeneid. 148.
Cineres ideo pro morte ponimus, quia ueteribus mortuorũ corpora cremare, & in cinerem redigere mos fuit. Martial. lib. 1.31, *Rari pòst cineres habent poetæ.*
Cinis metonymicõs, pro homine mortuo. Virg. 5. Aeneid. 17.
—*saluete recepti*
Nequicquam cineres, animæq;, umbræq; paternæ. Id est salue pater de Troia frustra liberate: ut Seruius exponit.
Fidem seruare cineri, Mortuo uota persoluere quæ uiuo exhibita fuerunt. Virg. 4. Aeneid. 111.
Cinis, pro Cremato corpore defunctorũ. Seneca, Hercu. Oeth. 14.15.
Haud cinerẽ quærũtant isti sermones. Id est, debet eorum esse perpetua memoria. Plaut. Milit. 14.10.
Cineraceus, Adiectiuum, (πυρρὸς,) Cineris colorem referens. Plin. lib. 33, *Terra est alia rufa, alia cineracea.*
Cinereus, aliud Adiectiuum, (πυρρωειδὴς,) Quod cineris est: ut Cinereus color. Plin. de Vite, lib. 14. cap. 3.7, *Contra damnantur etiã uisu cinerea & rabuscula, & asinisca, minus tamen caudam uulpiũ imitata alopecis.* Col. lib. 2. cap. 2.12.
Cinerarius, pro cinifione. Catul. epigram. 56.28,
Nunc tuum cinerarius Tondet os
Cinefacio, (πυρόω,) ueteres usurparunt, pro eo quod est in cinerem redigo. Lucret. lib. 3.186,
At nos honorifico cinefactum tè propè busto
Insatiabiliter deflebimus.
Cinifiones, pe. pro. à cinere dicti sunt parasiti, ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorũ, quibus matronæ capillos crispabãt. Plaut. Aul. 15.36, *Cinifiones, patagiarij.* Horat. 1. Ser. Saty. 2.20, *Custodes, lectica, cinifiones, parasitæ.*
Cinna] *κίννας, Trib. pleb. quũ pernicioſas leges de reuocãdis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octauio collega, magistratuq; exutus, ex Vrbe profugit, & bellũ urbi intulit, accersito C. Mario cũ alijs exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeij, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerũt. Et quũ uictor mortuũ spoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo, se insuper cremauit. Tandẽ Cinna, & Marius in urbẽ recepti, cædib. omnia cõple uere: inter quos Cn. Octauiũ Consulẽ, M. Antoniũ oratorẽ, L. Cæsarẽ iugularunt, eorũq; capita pro Rostris posuerunt. Ex Liuio. Cinna itẽ alius, qui per errorẽ necatus à Pop. Ro. fuit, foro medio in funere C. Cæsaris, quũ unus ex interfectoribus fuisse creditur. Præterea L. Cinna, res nouas affectãs, quẽ ex hoste Octauius amicũ fecerat, & usq; ad iudicũ dignitatẽ euexerat, aduersus se insidias moliri cognouit, & iratus noua in eum exẽpla meditabatur. Liuiæ tandẽ consilio usus, mitior est factus, eumq; separatim in cubiculũ uocauit: ubi eius ingratitudinẽ exprobrãdo, Vitam (inquit) Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pariter contendamus, utrũ ego melius iterum tibi uitã dederim, an tu debeas. Seneca, de Clementia. Fuit & Cinna poeta optimus, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elimauit. Author Seruius. Huius meminit & Virgilius in Bucolicis,*
Nam neq; adhuc Varo uideor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
Smyrna Cinnæ. Catul. epigram. 90.1.
Cinna] *Ciuitas Thessaliæ, à Cinno Gygante, & Cæi fratre dicta. Est etiã Cinna ciuitas Hispaniæ, in regno Castellæ: à qua Cinnenses populi, quos commemorat Plin. in conuentu Tarraconensi, lib. 3. cap. 3.*
Cinnabaris] *huius cinnabaris, fœ. ge. (κιννάβαρις,) Color quidam minio accedens.* Plin. lib. 33. cap. 7.9, *Milton uocant Græci minium: quidã cinnabarim. Vnde natus error Indico cinnabaris nomine. sic enim appellant illi sanie draconis elisi elephantorũ morientiũ pondere, permisto utriusq; animalis sanguine, ut diximus. Neq; alius est color, qui in picturis pro prie sanguinẽ reddat. Dioscorides, lib. 5. cap. 63, Falsò existimant quidã minio eandem cinnabarim esse: Minium enim in Hispania ex lapide quodã argentariæ arenæ misto cõficitur. In fornace siquidẽ excoctũ minium, floridũ & fulgentissimũ colorem cõtrahit. Et paulo pòst, Cinnabaris cõtra ex Libya affertur: precium illi ingens est, tam exiguum affertur, ut uix uariandis in pictura lineis pictoribus sufficiat. Profundi coloris est: eamq; ob causam crediderũt multi draconis sanguinem cinnabarim esse. Matthiolus Senensis ait uerã cinnabari Dioscoridis esse gummi arboris in Africa nascentis, & nostram hanc cinnabarim nihil aliud esse, quàm minimus uerũ.*

Digitized by Google

Cinamomum] pen.pro.(κινάμωμον,) Prutectũ est in Aethiopia, quod situ breui nascitur, fistulæ duplo duorũ cubitorum altitudine. Vide Plin.li.12.c.19, Huius aũt lignum inter aromata delicatißima annumeratur, uulgus Cannellam uocat. Nestor contendit Cinamomũ prima utiq; syllaba correpta scribendũ, afferiq; Græcũ uersum ex Dionysio in Perihegesi, ubi pducitur tertia, cæteris correptis. Poetæ uerò ubi cinamomũ dicere nõ potuerũt, Cinnamomũ gemino n dixere.

Cinnamum pen.corr.(κίνναμον,) Similis est arbuscula, eadem. Martial.lib.4.15,

Tum bene rara suo miscentur cinnama nardo. Plin. lib. 10. cap.22.4, Adipem eorum in uase æreo cum cinnamo ni ue multa obrutum.

Panchæa cinnama. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 19.

Quassa cinnama. Ouid. 15. Metam. 80.

Cinnara] cinnaræ, f. g. Nomen herbæ, qua resistit uenenatis pabulis ceruus. Plin. lib. 8. cap. 27.5, Emendati codices sic habent, Ceruus herba cinare uenenatis pabulis resistit. Cinare ablatiuus est, scribiturq; unico n. Quidam dicunt eam esse maioris cardui speciem, quam Dioscorides chamelæona appellat, uulgus Articocalon, Sed qui hoc dicunt, toto erant cælo. Vide Cinara.

Cinnus] cinni, masc. gen. Plurium cõmistio, authore Nonio. Cic. in Orato. 11, Est autẽ quidam interiectus inter hos medius & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, ut cinnus amborum neutro excellens, utriusq; particeps uel utriusq; (si uerum quærimus) expers. Emendatiora exemplaria habent, uicinus amborum, neutro excellens. & re uera syncerior uidetur lectio.

Cinnus, pro capillo. Plaut. Trucul. 6.32. Compositos, crispos, cinnos tuos unguentatos.

Cinxia] Iuno. Vide Cincia.

Cinyphus] cinyphi, pen.corr. & aspiratione assumpta, (κίνυφος,) Libyes fluuius, inter duas Syrtes in mare per Macas populos fluit, ait Herodotus. Silius, lib. 3. 55.

Tum primum castris Phœnicum tendere ritu
Cinyphij didicere Macæ, squalentia barba
Ora uiris, humerosq; tegunt uelamina capri.

Cinyphius, Adiectiuum, (κινύφιος.)

Hircij Cinyphij. Virgil. 3. Georg. 62.

Seges Cinyphia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.5.

Cinyps] Vide Cinyps.

Cinyras] Phœniciæ rex, cuius regia fuit Byblos ciuitas, ut scribit Strabo, lib. 16.

Cinyras] pen.cor.(κινύρας,) Alius rex Cypri, Cilicis filius Beti filij, qui cũ Myrrha filia sua nutricis astutia ignarus concubuit, à quo & Cinyreia dicitur ipsa. Ouid. 10. Metam. 74,

—at uirgo Cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito. Fabulam horum omnem fusissimè tractat idem poeta, hoc quem iam indicauimus libro.

Cio] cis, ciui, citum. Vide Cieo.

Cios] Emporium Phrygiæ, à Cio Herculis comite, & iuxtà fluuius eiusdem nominis. Palæmon ex Dionysio,

Qua Cius egregius decurrens murmurat unda. Plin. lib. 5. ca. 32. 4, Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium nõ procul accolentis Phrygiæ, à Milesijs quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiæ uocabatur.

Ciperum] Est radix plantæ, similis porro, quod mistum cum croco, abradit pilos, extrahit lapidem, & frangit, & consolidat ea, quæ sunt difficilis consolidationis. Ex Calepino. Scribi debet Cyperum. Vide suo loco.

Cippus] τύλη, quid sit, satis aperte declarat Cæsar, 7. bel. Gal. 291, Quini erant ordines coniuncti inter se atq; implicati, quo qui intrauerant, se ipsi acutissimis uallis induebant: hos Cippos appellant.

Cippus, Terra in tumulum cõgregata. Hora. 1. Serm. Saty. 8.3, Mille pedes in fronte trecentos cippos in agrũ Hic dabat.

Cippi, Lapideæ cruces uel huiusmodi monumenta, quæ in militaribus uijs extructa uidemus, literis interdum insculptis ad memoriam alicuius rei prodendam. Budæus.

Leuior cippus. Persius, Saty. 1.4.

Circa] πρὸς, πέρι, Præpositio, quæ accusatiuo casui iungitur: id est, iuxta & propè. Locũ & tempus significat: ut, Circa fõrum. Quintil. lib. 6. cap. 14, Tabernæ autem erant circa fõrum. Apuleius de Asino, Aliquantisper uigilo, dein circa tertiam uigiliam connuteo. Plin. lib. 9. cap. 18, Nec amplius quàm circa eum mensem uiuuntur.

Sæuit amor circa iecur. Horat. 1. Carm. ode 25.3.

Circa latus salire. Horat. 2. Serm. Saty. 6.7.

Lucos circa, ὕδατος πρότερον. Virg. 3. Georg. 29.

Vir circa decem lustra, id est, annorum quinquaginta. Horat. 4. Carm. ode 1.2.

Circa patrem. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Circa regem. Virgil. 4. Georg. 15. De apibus.

Circa occultandam eloquentiam. Quint. lib. 4. & lib. 6.

Circa res aliquas sperare gratiã ingenij. Quint. in Proœ. lib. 1. 4. Et lib. 1, Similis circa authoritatem ratio.

Circa, circiter. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 6, Qui tamen moriens, & in tertijs hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertia uicies prosequutus.

Circa singulas heminas. Celsus, lib. 7. cap. 15.

Circa, Aduersus. Plin. epist. 9. lib. 3, Circa Hispanũ & Probum multum sudoris.

Circa, pro Apud. Curtius, lib. 3,

Circa regem erat & Phrygum turba & Macedonum.

Circa, pro De. Plin. lib. 8. cap. 16. Varia circa hæc opinio.

Circa, Iuxta. Pli. li. 8. c. 33, Circa caprificos ferus, innoxius dioq.

Circa, pro In. Liuius, 9. ab Vrbe, 120, Nam & circa omnia defecerunt, & c. Quint. in Proœmio, lib. 8, Præcipuè circa partis huius præcepta elaborauit.

Animus est circa campos. Hor. 2. Carm. ode 5.1.

Circa ima subsistere. Quint. in Proœm. lib. 1. 16.

Circa Demetriũ, pro circa Demetrij tẽpora. Quint. lib. 1. ca. 4.

Circa, pro Circum. Cic. Att. 4.79.4, Nostram ambulationem, & Laconicum eaq; quæ circa sint uelim, quum poteris, imisas. Et 1. de lege Agrariâ, Quum Rullus Capuam, & urbes circa Capuam occuparit?

Circæa] περιπλοκία, Herba est strichno satiuo similis, flore nigro et pusillo, semine milij magnitudine, nascẽte in quibusdã corniculis, radice semipedali. Author est Plin. lib. 25. ca. 13.

Circanea] Auis dicitur quæ uolando circuitum facit. Festus.

Circe] κίρκη, (inquit Cic. 3. de Nat. deo. 65.) Solis filia, è Persi de Oceani filia. Hæc ueneficijs dedita, multarũ herbarum ac radicum uarias uires, mirabilesq; inuenit: quamuis à matre prius in ijs esset instructa. Itaq; Sarmatarum regi connubio iuncta, uirũ mox ueneficio peremit, & ipsa regno potita, se uè nimium ac crudeliter administrabat imperium, quamobrem regno ab incolis pulsa, in Italiam uenit, & in promontorio Latij consedit, quod ex eius nomine Circeium uocatur: ubi homines ad se uenientes carminibus & ueneficijs mutabat in uarias bestias, ut testatur Virg. 7. Aeneid. 4. Abundat hoc multis ac uarijs herbis, quibus ad ueneficia abutebatur. Fingitur à poetis socios Vlyßis, quẽ hospitio acceperat, mutasse in porcos. Virg. 8. eclog. 13,

Carminibus Circe socios mutauit Vlyßis. Cic. li. 1. Offi. 178, Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diurno, quum & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret.

Medica-

Medicamina Circes. Carmen de Pulice, inter Ouidij opera repositum,5.

Pocula Circes. Horat.1.Epist.2.5.de Vlysse.

Aeæa Circe. Ouid.14.Metam.41. Aeæam uocat ab Aea Colchorum urbe, non ut Seruius scribit, à uocibus eorum, quos in bruta animalia conuertebat. Hæc Raphael Regius.

Calida Circe. Claud.1.in Ruff.31.

Titanis Circe, Titanis aut Solis filia. Valer.lib.7. Argon. 70.

Vitrea Circe. Horat.1.Carm.ode 17.4.

Circe Picum, quem equorum domitorem Maro uocat, mutauit in auem. Virg.7.Aeneid.39.

Circes, genit. Oui.4.Meta.50, —moneo fuge littora Circes.

Circæus, (κιρκαῖος,) Adiectiuum. Virg.7.Aeneid.3,

Proxima Circææ raduntur littora terræ.

Agri Circæi. Valer.lib.6.Argonaut.85.

Campi Circæi. Valer.lib.6.Argonaut.66.

Fraudes Circæ, id est Circææ. Propert.lib.3.eleg.12.6.

Gramen Circæum, Herba uenenata. Propert.lib.2.eleg.1.11.

Litus Circæum. Ouid.14.Metam.50.

Mœnia Circæa. Horat.Epod.1.6.

Tellus Circæa. Ouid.15.Metam.144.

Circeium] *κιρκαῖον uel κιρκαίων, Mons est Campaniæ nomine Circes percelebris, qui (Seruio teste) dicebatur Aeæus ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidum fuit, quod & Circæum dictũ & Circei. Nam utrunq; Liuius dicit. Circa hunc tractũ Campaniæ colebatur Iupiter, qui Anxurus dicebatur, & Iuno uirgo, quæ Feronia uocabatur. Virg.7.Aen.260. Circæi uerò, ut Plin. author est, lib.3. quondã insula immenso quidẽ mari circundata, si Homero creditur, ubi Latiũ antiquũ terminabatur. Strabo, lib.5, Post Antium Circeium est, stadiorũ ducentorũ nonaginta, mõs mari & paludibus instar insulæ. Habet etiã castellũ, & Circes sacellum, & Mineruæ aram. V. g. lib.4,*

Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu. Homer.lib.10.Odyss.copiosius.

Circeienses (*κιρκαιήσιοι,*) *Qui Circeium inhabitant. Cic.3.de Nat.deor.65, Circen quoq; coloni nostri Circeienses religione colunt.*

Circenses] *Ludi, (ἱππόδρομία) dicti sunt, quòd in circo fierent, siue quasi circum enses, propterea quòd rudis uetustas quũ nondũ loca huiusmodi ludis apta ædificasset, inter enses & flumina eos celebrabant, ut ab utraq; parte esset ignauiæ præsens periculum. Disponebatur aũt circus in forma spacij oblongi: & in summitate circi carceres erãt, unde equi curribus iuncti ad cursum mouebantur: & quum ad summũ deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorẽ metam deuenirẽt. In circuitu uerò spectacula ædificabãtur, è quibus prospectare Patres atq; Equites possent. Spectacula ipsa, fori appellabantur. Liuius, Tum primũ circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca Patribus Equitibusq; urbis, ut spectacula sibi quisq; faceret. Hæc Sipontinus. Seruius in illud Virg.8.Aeneid.125,*

Nec procul hinc Romam & raptas sine more Sabinas
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis
Addiderat. Circenses, inquit, sine ludorum adiectione, dicti uel à circuitu, uel quòd ubi nunc metæ sunt, olim gladij ponebantur quos circumibãt. Hi in honorem Consi Dei consiliorum celebrantur. Vide Circus & Consus.

Circensium ludorum septem erant curricula solennia. Gell. lib.3.cap.10. Ex Varrone.

Circense tomentum dicitur, quod fit ex summitatibus palustriũ arundinum mollibus lanæ similibus. Mart.lib.14.157,

Tomentum concisa palus Circense uocatur.

Incurrere Circensibus. Vide Incurro.

Circerus] *pen.prod. Nauis Asiana prægrandis, ut inquit Nonius. Plaut.in Stich. Quum percunctor portitores, ecquæ nauis uenerit ex Asia, negant uenisse. Conspicatus sum interim Circerum, quo ego meliorem non uidisse censeo.*

Circi] *medicis dicuntur, quum toto corpore amplius uenæ dilatantur: quum uerò in cruribus, ixias uocant: uarices dicunt Latini. Hæc Cæl. Antiq. lect. lib.3.cap.14.*

Circinus] *circini, pen. corr. (διαβήτης) Instrumentum quo circuli uertendo designantur. Plin.lib.2. cap.15.6, Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.*

Circino, circinas, pen.cor. (γυρόω) circinare, Circino circulũ facere, uel rotundum facere: ut, Circinata rotunditas, pro absoluta & plena. Budæus. Plin.lib.16.ca.23.1. Ibidem, capite 38.4, Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam.

Circinare in orbem ramos. Plin.lib.17.cap.12.1.

Circinare, Circumire etiam significat. Vt circinare auras apud Ouid.2.Metam.145.

Inclinat cursus, & easdem circinat auras. De Cyllenio.

Circiter] *pen.cor. (περίπου, ὡς) Præpositio quæ accusatiuo casui iungitur, & ad tempus numerumq; refertur: interdum ad locum. Significat autem idem quod Ad, non multò secus, propè, ferè.*

Ad tempus: Cic.ad Atticum, lib.2.19.4, Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Cæsar, 1. bel. Gal.215, Circiter meridiem. Cic Appio Pulch.li.3.Epi.5.11, Octauam circiter horam. Horat.1.Epist.7.16.

Ad numerum: Cæsar, 1. bel. Gal. Ita dies circiter XV. iter fecerunt. Plautus, Milit.6.76, Nam illic noster est fortasse circiter triennium.

Ad locum: Plaut. Cistel.10.8, Loca hæc circiter excidit mihi.

Circiter, Aduerb. Cic.ad Attic.lib.2.32.2, Verum hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non defleamus.

Circites] *κύκλοι, Circuli ex ære facti. Fest.*

Circites, Genus oleæ. Colum.lib.5.cap.8.

Circitor] *Vide* Circuitor, *in* Circumeo.

Circium] *κίρσιον, (ut inquit Dioscorides) caulis est tener, duorũ cubitorum, triangulo similis: ab imo foliola rosæ speciem referentia, anguli spinosi: per interualla molles: folia buglosso similia, longiora, subcandida, modicè hirsuta, partibus extremis aculeata: cacumen caulis orbiculatũ, hispidum: in quo capitula in summo purpurea, quæ soluuntur in lanuginem. Hæc ille lib.4.cap.114.*

Circius,] *ἀπὸ τοῦ κίρκου, Ventus à turbine ac uertigine dictus. Vide* Cercius.

Circius] *Insula fuit in Mysia, quingentorum ferè stadiorum ambitu, admodum frax, & duobus pontibus iuncta continenti. Quæ iuxta pontem eiusdem nominis urbem habuit, & portus duos clausos, & naualia.*

Circos] *Accipitris quoddam genus claudum altero pede. Plinius, lib 10.cap.8.1.*

Circos, Gemma pyris similis. Plin.lib.37.cap.10.14.

Circuitor, Circuitio, Circuitus,] *Vide* Circumeo.

Circulator, Circulo, Circulus] *Vide* Circus.

Circũ] *περὶ, Præpositio, accusatiuo casui seruiẽs, tam in appositione, quàm in compositione, περὶ Græcã præpositionẽ significat: ut Circunfero, περιφέρω. Teren. Heaut.2.3.49,*

Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus. Cic. pro Quintio, 13, Tum Neuius ipse pueros circum amicos dimittit.

Pugnare circum aliquẽ. Virg.6.Aeneid.33. Id est alicui pugnæ socium esse.

Purpura circum chlamydem, Id est in parte extrema, ut inquit

Seruius

Digitized by Google

Seruius. Virgilius, 5. Aeneid. 50.
Circum clauſtra. Virg. 1. Aeneid. 12.
Errare circum littora. Virg. 3. Aeneid. 15.
Errare maria omnia circum. Virg. 1. Aeneid. 8.
Circum oras & limina. Virg. 4. Georg. 38.
Turba ſtans circum te, Id eſt, circunſtans te. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 27. Virg. 8. eclog. 3,
—atq; hanc ſine tempora circum
Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. Allegoricõs dicit, Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Seruius.
Curſare circum tribus. Cic. 2. Verr. 16.
Circũ, Aduerb. Virg. Anna uides toto properari littore circum.
Collo dare brachia circùm. Virg. 3. Aeneid. 157.
Nubes circum caligat & hebetat uiſus tuenti. Virg. 2. Aen. 121.
Circùm late. Virg. 7. Aeneid. 21.
Circumq; infraq; Stat. lib. 1. Achil. 11,
Tyrrheniq; greges circumq; infraq; rotantur.
Circùm ſub. Virg. 4. Georg. 39,
Sed circùm tutæ ſub mœnibus urbis aquantur.
Circum ſupraq; Stat. lib. 9. Thebaid. 23.
Agere circùm, Circumagere, iactare, uoluere. Virg. 1. Aen. 25.
Amplecti circùm, Circundare. Virg. 3. eclog. 9.
Claudi circùm, Circundari. Virg. 3. Aeneid. 46.
Circùm, pro circa, aduerbialiter. Tacit. lib. 4, Itaq; quanquã diuerſis ſuper rebus conſulerentur, aram Clementiæ, arã Amicitiæ, effigieſq; circum Cæſaris, ac Seiani cenſuere. Apud Liuiũ tamen motũ ſignificat, lib. 2. Dec. 5, Inde legatio ſub idẽ tempus in Aſiam circum inſulas miſſa. Idem tamen Circa frequentius in hunc modum uſurpat. Virg. 9. eclog. 8,
—uarios hic flumina circùm
Fundit humus flores.
Circumcirca, Compoſitum ex duabus præpoſitionibus, quod ſignificat ἀμφὶ, πόλυ. Sulp. ad Ciceronem, lib. 4. Epiſt. 5. 11, Ex Aſia rediens, quũ ab Aegina Megaram uerſus nauigarẽ, cœpi regiones circumcirca proſpicere. Id eſt ab omni parte.
Circumaggero] circumaggeras, pen. cor. circumaggerare, (περιαννύω,) Plin. lib. 19. cap. 5. 4, Terra minuta, ſimoq; circumaggeratas reſiſtere frigori radices.
Circumago] circumagis, penult. corr. circumegi, circumactum, (περιάγω, περιάγομαι,) circumagere, Circumducere. Liuius, 1. ab Vrbe, 61, Prius penè quàm Romulus, quiq; cum eo equites erant, circumagerent frænis equos, terga uertunt. Plin. lib. 14. cap. 3. 4, Mirum ubiq; cum Sole circumagi uiam. Idem, lib. 2. cap. 3. 31, Circumagitur orbis XXIIII. horarum ſpacio.
Circumagere ſe. Liu. 4. ab Vrbe, 120.
Circumagit ſe annus. Liuius, 9. ab Vrbe, 98.
Circumagere, Inſequi. Curtius, Nec uulneratũ & ferè ſemineccm circumagere deſiterunt.
Circumagere aliquando eſt Liberare, manumittere. Seneca, Philoſophiæ ſeruias oportet, ut tibi contingat uera libertas. Nam qui ſe illi ſubiecit, ſtatim circumagitur: nam philoſophiæ ſeruire libertas eſt. Circumagebantur autem olim ſerui, id eſt, uertebantur à lictore, quum uindicta apud prætorem manumitterentur. Perſius, Saty. 5. 8.
Circumactus in uulnus. Plin. lib. 28. cap. 4. 14.
Circumactus, huius circumactus: ut, Circumactus rotarũ. Plin. lib. 28. cap. 9. 28, Ad faciliorem circumactum rotarũ. Idem, libro 8. cap. 30. 1, Flectiq;, niſi circumactu totius corporis nequit.
Circumambulo] circumambulas, pen. corr. (περίειμι,) In circuitu ambulare. Paulus in l. poſſideri, in principio. ff. de acquirenda poſſeſſione, Vt qui fundum poſſidere uelit, omnes glebas eius circumambulet.
Circumaro] as, pen. corr. circumarare (περιαρόω) Plin. lib 18. cap. 3, Quantum quis uno die plurimũ circumarauiſſet.
Circumaſpicio] circũaſpicis, circumaſpexi, circumaſpectũ, (περιβλέπω,) circumaſpicere. Plin. lib. 8. cap. 33, Nec pupillæ motu, ſed totius oculi uerſatione circumaſpicit.
Circumcæſura] re (ἐπιφάνεια,) Summus cortex, &, ut Turnebus explicat, forma, figura, circumſcriptio, quæ Græcis περιωπὴ uocatur. Lucretius, lib. 3,
Extima membrorum circumcæſura tamen ſe
Incolumem præſtat. Arnob. lib. 9, Et quod indignius multo eſt terrenorum corporum circumcæſura finitis.
Circumcelliones] dicti ſunt qui circum cellas uagantur (ἀλλᾶς) Solent enim ire hac atq; illac, nuſquam habentes ſedes. Feſtus.
Circumcido] pen. pro. circumcidi, circumciſum, (περικόπτω, περιτέμνω,) circumcidere. Hoc eſt, Circum uel per circuitũ incidere & amputare. Colum. lib. 3, Eiuſdem ſpacij corticem circuncidito. Varro, de Re ruſt. lib. 1, cap. 54, Quum deſijt uinum fluere, quidam circuncidunt extrema. Cæſar, 5. bel. Gal. 155, Gladijs cæſpites circuncidere.
Circuncidere aciem oculi. Lucret. lib. 3. 84.
Circuncidere arbores. Plin. lib. 16. cap. 40.
Circuncidere cogitationem. Celſus, lib. 4. cap. ult. Deinde delectationis cauſa quantum iuuat ambulare circunciſa omni negocioſa cogitatione uel actione. Id eſt, auocato animo à cogitatione negocij.
Circuncidere uinum, pro Abſtinere à uino. Celſus, lib. 4. ca. 20, Circuncidendum uinum eſt in totum annum. Budæus.
Circuncidere uinum ex toto. Celſus, lib. 6. cap. 9. Id eſt, uinum non omnino bibere.
Circuncidere, abſolutum. Cic. 5. de Fmib. 70, Quæ ſit ſcientia atq; ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat.
Circuncidere atq; amputare alicunde. Cic. 1. de Oratore, 34.
Circuncidere & amputare multitudinem ſententiarum. Cic. 4. Acad. 249.
Circunciſus, pen. prod. (περιτμητός,) Participium. Plin. lib. 14. cap. 19. 1, Quod circunciſis uinaceis profluxerit.
Circunciſa inanitate & errore. Cic. 1. de Fmib. 70.
Circunciſæ & breues orationes. Plin. epiſt. 20. 2.
Circunciſum & breue. Plin. epiſt. 51. 2.
Circunciſa atq; direpta aditu planities. Cic. 6. Verr. 95.
Circuncidaneus Adiectiuum, (περιτμητικός,) ut Circuncidaneũ muſtum. Cato, cap. 23. 2, Tortiuum muſtum circuncidaneum ſuo cuiq; dolio diuidito, additoq; pariter.
Circunciſitius, Adiectiuum, (περιτμητικός,) ut Circunciſitiũ uinum. Idem. Varro, 1. de Re ruſt. cap. 54, Quum deſijt ſub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rurſus premunt: & rurſus, quũ expreſſum, circumciſitium appellant: ac ſeorſum quod expreſſum eſt ſeruant, quod reſipit ferrum. Legitur & circunciſitum.
Circunciſè, pen. prod. (ἀκοτόμως,) Aduerbium: ut, Circunciſè agere. Sueton. de Claris Rhet. 5, Tum ne uſquequaq; ſcholaſticus exiſtimaretur, circunciſè ac ſordidè, & tantummodo triuialibus uerbis egit, uerum rarius. Id eſt, abiectis uerborum ornamentis, & quaſi amputatis de ſermone.
Circunciſio, (περιτομὴ, περιτομῆ,) Verbale. Lactan. lib. 4. ca. 17, Sed iræ, atq; inuidiæ ſuæ alias cauſas præferebant, quòd circunciſionem uacuefaceret. Frequentiſſima dictio eſt in diuinis literis, ſacriſq; authoribus, ſignificatq; præputij amputationem.
Circunciſura, pen. pro. (περιτομὴ,) aliud uerbale, Inciſio circùm facta. Plin. lib. 16. cap. 40. 16, Stanteſq; à circunciſura ſiccatæ fideliores. Id eſt, poſtquam circunciſæ fuerint.

Circun-

Digitized by Google

Circuncingo] *circuncingis, (περιζωννύω) circuncingere, Circundare. Silius, lib. 10. 1,*

Ceu fera quæ telis circuncingentibus ultrò
Aßilit in ferrum, & per uulnera colligit hoſtem.

Circuncirca] *περιξ. Vide* Circun.

Circunclaudo] *circunclaudis, circunclauſi, circunclauſum circunclaudere. Cæſar, 3. bel. Ciuil. 120, Cuius aduentu cogni to Pompeius, ne duobus circunclauderetur exercitibus, ex eo loco deceßit.*

Circuncludo] *circuncludis, pen. prod. circuncluſi, circunclu ſum, (περικλείω,) circuncludere, Vndiq; claudere. Plin. lib. 18. cap. 35, 4, Si nubes Solem circuncludent.*

Circuncludere uas argento ab labris. Cæſar, bel. Gal. 100.

Circuncludere aliquem. Cic. in Catilinam, 5.

Circunclußus, pen. prod. (περίκλειστος, περικλεισθείς,) Cic. 2. in Catil. 35, Nunc ſi L. Catilina conſilijs, laboribus, periculis meis circunclußus.

Circuncolo] *circuncolis, pen. corr. circuncolui, circuncultũ, (περικοιλέω,) circuncolere. Liu. lib. 1. bel. Maced. 161, Is ti mor omnes qui circuncolunt Bœben, paludem, relictis urbi bus montes coegit petere.*

Circuncolens, (περίοικων,) Participium. Vlpianus in l. 1. ff. de fluminibus, Flumen à riuo magnitudine diſcernendum eſt, aut æſtimatione circuncolentium.

Circuncolumnium] *περιστύλιον, dici poteſt Latinè quod Græci uocant periſtylium. Eſt autem locus circunquaq; por ticum habens, uel ſaltem à tribus lateribus, qualia fieri in rũ ſticanis domibus ſolent. Sipontinus.*

Circunculco] *Circunculcas, circunculcare (περικατατπατεῖν,) Columel. lib. 5. cap. 6. 18, Si minùs terra ſubacta, ope riamur, & circunculcememus ipſum ſeminis codicem. Alia exemplaria habent circuncalcemus. Ibidem, 7, Ac diligen ter circunculcari.*

Circuncurro] *circuncurris, (περιτρέχω,) Vnde circuncur rens, Participium.*

Circuncurrens ars. Quintilianus, lib. 2. cap. 22. 5, Hanc autem quam nos materiam uocamus, id eſt, res ſubiectas, quidam modò infinitam, modò non propriam Rhetorices eſſe dixe runt, eamq; artem circuncurrentem uocauerunt, quòd in o mni materia diceret.

Circuncurſo] *circuncurſas, circuncurſare, (περιτρέχω,) Plaut. Rud. 6. 4,*

Omnia iam circuncurſaui, atq; in latebris omnibus
Perreptaui quærere conſeruam. Teren. Heaut. 3. 2. 1,
Hac illac circuncurſa, inueniendum eſt tamen Argentũ.

Lucret. lib. 4. 81,

Atria uerſari, & circuncurſare columnæ
Vſqueadeò ſit uti pueris uideantur, &c.

Circũdo] *circundas, circundedi, circundatũ, (περιλαμβάνω, περιτίθημι, περιβάλλω, circundare, Notæ ſignificationis, ab latiuo poſt accuſatiuum iungitur. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 28, Vallo & foſſa circundedi. Cæſar, 3. bel. Ciuil. 31, Octauius quinis caſtris oppidum circundedit.*

Hic ablatiuus ſæpe in accuſatiuum conuertitur, & accuſatiuus in datiuum: ut, Circundedit noua mœnia oppido. Colum. lib. 5. cap. 6. 19, Ipſoſq; coles in modum coronæ contortos ar bori circundari. Cic. pro Quintio, 19, Si extra hos cancel los egredi conabor, quos mihi ipſe circundedi. Idem, 3. Verr. 48, Ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubijcere. Subaud. domui.

Finibus aliquid circundare. Cic. lib. 1. de Orat. 138.

Fraude inſidiarum circundare. Iuſtinus, Inſidiarum fraude cir cundedit. Id eſt, obſedit, ambiuit. Budæus.

Inſulis circundatus. Cic. pro L. Flacco, 21.

Nube circundari. Virg. 4. Georg. 99.

Obſidione arcta circundatus. Lucan. lib. 6. 22.

Ingenti turba circundatum eſſe. Propert. lib. 3. eleg. 14. 6.

Vlnis circundare aliquem, Amplexari. Stat. Sylu. 3. 54.

Agmen foſſa circundare. Lucan. lib. 4. 6.

Animum circundedit corpore Deus. Cic. de Vniuerſit. 26.

Roma arces ſeptem muro circundat. Id eſt, ſeptem arces intra mœnia continet. Virg. 6. Aeneid. 157.

Argentum auro circundare, Cælare. Virg. 1. Aeneid. 120.

Argento circundatum aurum. Cic. lib. 2. de Diuinat. 199.

Arma circundare nequicquam humeris, dicitur qui non aptè ſibi cohærere facit, ſed potius oneri ſumit, ut inquit Seruius in Virgilij 2. Aeneid. 102.

Comitem lateri circundare. Ouid. ad Piſonem, 25.

Cuſtodias circundare. Cic. 4. in Catil. 80.

Exercitum circundare caſtris. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 118, Tum quo fuerunt ordine in uia, exercitum omnem longo agmine cir cundat hoſtium caſtris. Budæus.

Figuram leuitate circundare. Cic. de Vniuerſit. 23.

Foſſam circundare. Cic. lib. 5. Tuſcul. 83.

Ignes circundare. Cic. in Piſonem, 73.

Ignes circundati. Cic. 3. Catil. 49.

Igni muros circundare. Virg. 9. Aeneid. 32.

Ignibus circundare. Ouid. in Ibin, 127.

Saltus canibus circundare. Virg. 1. Georg. 28.

Circundare uallum. Curtius, lib. 1.

Vincula collo circundare. Ouid. 1. Metam. 63.

Vincula & neceßitates circundare aliquibus. Liuius, Ac neſcio an maiora uincula maioresq; neceßitates nobis fortuna, quàm captiuis ueſtris circundederit.

Inſula uitta circundatur. Virg. 3. Georg. 96.

Flammis urbem circundare. Virg. 10. Aeneid. 14.

Circundare, pro Ambire. Curtius, Lecto circundederat aulæa purpura auroq; fulgentia. Budæus.

Lana ſulfurata latus circundare. Celſus, lib. 4. cap. 6.

Racemiferis frontem circundatus uuis. Ouid. 3. Metamor. 134. de Baccho.

Circundare, Implicare. Virg. 8. eclog. 14,

Terna tibi hæc primũ triplici diuerſa colore Licia circũdo.

Circundatus, (περιβληθείς,) Participium. ut

Circundata palla Horat. 1. Serm. Saty. 2. 20.

Virtus circundata. Sil. lib. 15. 72, Metonymia, pro hominibus uirtute præditis.

Armis circundatus, Armatus. Virg. 96.

Circundandus, (περιβλητέος,) aliud participium. ut Ferulæ cir cundandæ. Celſus, lib. 8. ca. 10, Quinto die idem faciendum: ferulæq; circundandæ. De ferulis autem chirurgorum uide in dictione Accommodo.

Circundolo] *circundolas, penult. corrept. (περιπελεκάω,) circundolare. Plinius, libro 16. cap. 32. 2, Sed maximè mi rum, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus reſti bilis ſponte facta.*

Circunduco] *circunducis, pen. prod. circunduxi, circundu ctum, (περιάγω,) circunducere, Notæ ſignificationis. Plau tus, Milit. 5. 66, Aliquos mitte, circunduce exercitum. Plin. lib. 22. cap. 25. 14, Si furunculum quis circunducat. Liu. 8. ab Vrbe, 69.*

Telis circunducere aliquem. Curtius, lib. 4.

Aratrum circunducere. Cic. 2. Philipp. 101.

Circunducere cum duobus accuſatiuis. Plaut. Moſtel. 10. 44,

Eho iſtum puer circunduce hæſce ædes.

Circunducere, per translationem, pro Abolere, delere, & ab rogare. Paulus de re iudicata, in l. Acta, Acta apud ſe habi ta ſi partes conſentiant, poteſt iubere iudex ea die circundu

ci, niſi

Digitized by Google

ci, nisi uel negocium, uel lis terminata est. Vlpianus de iudicijs in l. & post editum, Quòd si is qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis, tunc circunducendum erit edictum peremptorium. Budæus. Iulianus in l. tribunus. ff. de testamento militari, Si tabulas inciderit, & legerit testamentum, ac rursus suo signo signauerit. Amplius & si aliquit interleuerit, circumduxerit, perduxerit, adiecerit, emendauerit, &c.

Cognitionem circunducere. Vlpianus in l. diui fratres. ff. de liberali causa, Rectè atq; ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint secuti, ut ubi deest is, qui in seruitutem petit, electionem aduersario deferant, utrum malit cognitionē circunduci, an audita causa sententiam proferri.

Circunducere aliquem per dolos. Plaut. Pseud. 7.115.

Circunducere aliquem argento. Plaut. Pseud. 7.16, Te uelle amantem argento circunducere. Idem, Pœnul. 19.8.

Circunductus, Participium, (περιαχθείς,) Plaut. Pœnul. 16.15, Numnam it à balneis, circunductus pallio?

Circunductio, (περιαγωγὴ) Verbale, Actus ipse circunducēdi.

Circunductio, (ἀπάτη,) Deceptio. Plaut. Capt. 2.0.3, Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.

Circumeo] περιπορεύομαι, περίειμι, circumis: uel ablato m, circueo, uel circuo, circuis, circuiui, circumitū, pen. corr. circumīre, uel circuīre. Cæsar, 7. bell. Gall. Equitum se partem sequi, partem circuirier. Vbi nunc legitur, partem circumire exteriores munitiones. Liu. 1. ab Vrbe, Sed ipse Romulus circūibat.

Aliquem circumire. Cic. Attico, lib. 14. epist. 319.2.

Orbe spacioso circumire aliquid. Ouid 3. Amorum, eleg. 2.14.

Rota circumire aliquid. Ouid. 2. de Arte, 80.

Cornu circuire. Galba Ciceroni, lib. 10. epist. 30.7, Itaq; quum equites nostrum cornu circuire uellent, recipere me cœpi. Ibidem, 10.

Hederæ circumire caput. De eo dici solet, qui est poeta doctus. Propertius, lib. 2. eleg. 5.6.

Prædia circumire. Cic. pro Cecinna, 68.

Sonus circuit aures. Stat. lib. 4. Sylu. 4.6.

Belli fluctibus circumiri. Cic. 13. Philipp. 358.

Circumeunda meta. Ouid. 3. de Arte, 80.

Circūire per. Plaut. Asin. 12.152, Illac per hortū circumit clàm.

Circuitus, pen. corr. (περιχθείς,) Adiect. Circunductus. Seneca, Med. 2.9, Orbem circuitis cornibus alligat.

Circuitus, huius circuitus, pen. cor. (περίοδος, περιδρομὴ, περιβολὴ,) Verbale. Cic. 2. de Nat. deor. 71, Circuitus enim Solis orbium quinq; diebus LX, & CCC, quarta ferè diei parte addita, conuersionem conficiunt annuam. Plinius, lib. 2. cap. 5.2.

Febrium circuitus. Celsus, lib. 3. cap. 5.

Longiore circuitu redeunt febres. Celsus, lib. 3. cap. 2.

Orationis circuitus. Cic. in Orat. 118, In quo quæsitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionē, aut continuationem, aut circunscriptionē dicimus: an in principijs solum: an in extremis, an in utraq; parte numerus tenendus sit.

Orbium Solis circuitus. Cic. 2. de Nat. deor. 71.

Orbis circuitus sapientissimus & optimus. Cic. de Vniuers. 41.

Verborum circuitus. Cic. lib. 3. de Orat. 106.

Circuitus, conglutinatioq; uerborum. Cic. in Orat. 42.

Verborum circuitus breuior aut longior. Cic. 3. de Orat. 106.

Naturalis circuitus. Cic. de Somnio Scip. 7.

Circuitu claudi. Quint. lib. 1. cap. 10. 33.

Conficere circuitum uerborum Cic. lib. 3. de Orat. 110.

Pererrare circuitum. Virgil. 11. Aeneid. 153.

Circuitu ad aliquid peruenire. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Circumitio, uel circuitio, (περιπορὴ,) Verbale. Liu. 3. ab Vrbe, 27, Circuitio ac cura Aedilium plebis erat, ad eos summa rerum ac maiestas consularis imperij uenerat.

Circuitio uerborum. Terent. And. 1. 2. 31, Ita apertè ipsam rem modò locutus, nihil circuitione usus es. Cic. 2. de Diuinat. 59.

Circuitio in oratione. Autor ad Heren. lib. 4. 198, Circuitio est, oratio rem simplicem assumpta circunscribens elocutione.

Circuitor, pen. corr. κάπηλος, Aliud uerbale. Circuitores (ut ait Vlpianus de instit. act. l. quicunq;. §. sed & eos) uulgò appellati, quibus uestiarij, uel lintearij uestem dant circumferendam, & distrahendam. Circitores erant, qui à Triumuiris, aut à præfecto uigilū cōstituti urbem noctu circumibant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures. Sunt & circitores, de quibus lib. 3. Vegetius, Idoneos, inquit, & probatissimos Tribuni eligunt, qui uigilias circumeant, ut renuncient si emerserit culpa, quos circuitores appellant. nunc militiæ factus est gradus, & circitores uocantur. Alciatus.

Circumequito] circumequitas, pen. corr. (περιππεύω,) circumequitare. Liu. 10. ab Vrbe, 164, Ne quam occultam in fraudem incautus rueret, duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare mœnia, atq; explorare omnia iubet. Idem, 9. bel. Pun. 37, Cum equitibus Numidis circumequitabat urbem.

Circunfero] circumfers, circuntuli, circunlatū (περιφέρω,) circunferre, Circum portare. Cic. 4. Verr. 72, Quæso cedicem circunfer, ostende. Plin. lib. 34. cap. 8.1, Si quis quæ uocant Corinthia, pleriq; intantum capiuntur, ut secum circunferant.

Inspiciendi causa circunferre aliquid. Cic. pro Corn Balbo, 8.

Acies oculorum huc atq; huc circunferre. Virg. 12. Aeneid. 113.

Ars circunfertur. Quintil. lib. 1. cap. 15.3.

Lumina alicubi circunferre. Sil. lib. 17.105.

Circunferre oculos. Liu. 1. bel. Pun. 162. Ouid. 6. Metam. 34, Oculos circuntulit alta superbos. De Niobe.

Oculos circunferre rebus a iquibus spectandis. Sil. lib. 11.53.

Oscula circunferre alicui. Valer. lib. 7. Argon. 25.

Pauimenta circunferre. Suetonius in Cæsare, cap. 46, In expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circuntulisse.

Querelas circunferre. Liuius, Hæ querelæ domos primum nobilium circunlatæ, celebratæq; sermonibus.

Circunferre se. Plaut. Merc. 17.16.

Circunferre uultus. Ouid. 3. Metam. 24.

Circunferre, pro Purgare. Virgil. 6. Aeneid. Idem ter socios pura circuntulit unda. Vbi Seruius, Circuntulit, purgauit. Antiquum uerbum est. Plaut. Pro laruato te circunferam. Id est, purgabo. Nam lustratio à circunlatione dicta est, uel tædæ uel sulfuris. Iuuen. Saty. 6.16,

—siqua darentur Sulfura cū tædis. Hactenus Seruius.

Circunferre prædicatione. Plin iunior, lib. 3. epist. 11.

Circunfert fama. Plin. lib. 3. epist. 16.

Sol circunfertur. Cic. 3. de Orat. 98.

Ad nutum aliquorum circunferri, pro Nunc huc, nunc illuc inclinare. Curtius, lib. 5.

Circunferri cum auorum memoria. Colum lib. 8. cap. 16.

Circunlatus, pen. prod. (περιενεχθείς.) Participium. Plin. lib. 29. cap. 4. 23, Quòd si ter sit circunlatus domui uiuus, &c.

Circunlata & deducta oratio. Quint. lib. 4. cap. 1. 42.

Circumfirmo] circunfirmas, circūfirmare, (περιστρέφω,) Colum. lib. 4. cap. 17. 6, Nam ubi magna uis & incursus est pluuiarum, procellarumq;, ubi frequentibus aquis uitis labe factatur, ubi præcipitibus cliuis uelut pendens plurima præsidia desiderat, ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine.

Circunflecto] (περικάμπτω,) circunflectis, circunflexi, circunflexum

circunflexum, circunflectere. Virg. lib. 5. Aeneid. 26,
Constituit signum nautis pater, unde reuerti
Scirēt, & lōgos ubi circūflectere cursus. Vbi Seruius, Bene uno sermone & profectionē cōplexus est & reuersionē.

Circunflexus, (πόλιπαμπείς) Adiectiuum. ut, Secula circunflexa. Claud. 4. Paneg. 79.

Circunflexus, huius circunflexus, (περίπαμψις) Plin. lib. 8. cap. 11. 1, Vt & ipsos circunflexu facili ambiant. Idem, libro 2. cap. 1. 1.

Circunflo] circunflas. (πόλιπνέω) circunflare, Vndiq; flare, & ab omni parte.

Circunflari à uentis inuidiæ. Cic. 5. Verr. 81, Sic est hic ordo quasi propositus atq; editus in altum, ut ab omnibus uentis inuidiæ circunflari posse uideatur.

Circunflantibus Austris. Stat. lib. 11. Thebaid. 9.

Circunfluo] circunfluis, circunfluxi, circunfluxum, (πόλιρέω,) circunfluere, Circum aliquid decurrere. Plin. Id oppidum circumfluit amnis.

Agrum circunfluit amnis. Pomponius in l. ergo. ff. de acquirendo rerum dominio, Tribus modis insula in flumine fit. Vno modo, quum agrum qui aluei non fuit, amnis circunfluit. Altero modo, quum locum qui aluei esset, siccum reliquit, & circunfluere cœpit, &c.

Ignis frontem circunfluit, Id est, rubor, qui pudoris signum est, frontem occupat. Claud. 2. Paneg. 67.

Robora circunfluunt dracones. Lucanus, lib. 3. 85. Id est, circunreptant.

Circunfluere, per translationem, pro Accurrere undiq;. Plin. postquam uariæ undiq; gentes circunfluxere.

Circunfluere, Circundare. Varr. 2. de Re rust. ca. 9. 2. Idem, lib. 3. cap. 13. 2, Vbi tanta circunfluxit nos ceruorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo.

Mare circunfluere aliquid aut aliquem dicitur. Valer. lib. 2. Argon. 130.

Circunfluere, (σύπορέω,) Abundare. Cic. in Parad. 7, Quippe quum uiderem homines his rebus circunfluentibus, ea tamen desiderare maximè quibus abundarent. Curt. lib. 10, Secundis rebus quæ circunfluunt, uos insanire cœpistis, obliti status eius, quem beneficio exuistis meo.

Circunfluere omnifariam. Vide Omnifariam.

Copijs omnibus circunfluere. Cic. de Amicitia, 48.

Circunfluere atq; abundare. Cic. 5. Verr. 8.

Circunfluere, per metaphoram, trāsfertur ad animum. Curtius, lib. 8, Insatiabilis autem auaritiæ est, adhuc implere uelle, quod iam circunfluit.

Circunfluens, (πόλιρέων,) Participium. ut, Circunfluens amnis oppidum.

Circunfluens exercitus. Cic. pro Murena, 46. de Catilina.

Circunfluens gloria. Cic. ad Atticum lib. 2. 36. 3, Itaq; ille amicus noster insolens infamiæ, semper in laude uersatus, circunfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat nescit.

Circunfluens & redundans oratio. Cic. de claris Orat. 106.

Circunfluus, (πόλιρέων,) Adiectiuum. Plin. lib. 2. cap. 66, Tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari.

Amnis circunfluus. Ouid. 15. Metam. 148.

Humor circūfluus. Ouid. 1. Meta. 6. de Oceano, qui terrā ambit.

Circunflua insula, significatione passiua, id est, quam aqua circunfluit. Ouid. 15. Metam. 125.

Mens circunflua luxu. Claud. 5. Paneg. 8.

Vrbs circunflua ponto. Valer. lib. 5. 89.

Circunfodio] circunfodis, pen. cor. circunfodi, pen. pro. circunfossum, (πόλισκάπτω) circunfodere. Notum est uerbum. Plin. lib. 17. cap. 18. 6, Circunfodi autem omnibus annis à sol stitio duūm cubitorum, scrobe bipedali altitudine.

Circunfossor, (πόλισκαπτής,) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24. 11, Aut circunfossor iniurioso ictu uerberauit.

Circunfossura, pen. pro. (πόλισκαφή) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 26. 2, Cupressus aspernatur circunfossuram.

Circunforaneus] πόλιαγοραῖος, Qui circum forum spaciatur uenditans aliquid, aut emens, aut scisitans, aut tempus inaniter terens. Ita Sipontinus. Cice. pro Cluentio, 30, Tum repentè Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui casu, tum Latium uenisset, aggreditur. Et apud Tranquillū, Circunforaneus lanista, id est qui in foris uersatur & discurrit. Circunforaneus, ut Gellius uertit ἀγοραῖος, id est, uulgaris, uilis, sordidus: ut, Verba circunforanea.

Circunforaneum æs, pro Fœneratitio. Vide Aes, æris.

Homines circunforaneos Græci ἀγοραίους appellant, à Græca dictione ἀγορά, quod forum significat: unde Latini huiusmodi leues homines, scurriles, circulatores, & ridiculos, circunforaneos uocant. Mosellanus in Annotationibus quas in ca. 3. lib. 17, Noctium Atticarum Gellij scripsit.

Circunforo] circunforas, pen. cor. (πόλιτρήπω,) circunforare, Inde circunforatus, pen. prod. Plin. lib. 17. cap. 27. 2. Stipite ab ima parte circunforato.

Circunfossor, Circunfossura,] In Circunfodio.

Circunfrico] circunfricas, pen. cor. (περιτρίβω,) Cato, cap. 26, Priuas scopulas in dolia facito habeas illi rei, queis labia doliorum circunfrices.

Circunfulgeo] circunfulges, circunfulsi, sine supino (περιστελαγίζω, circunfulgere. Plinius, libro 2. cap. 37. 2, Hominum quoq; capita, uespertinis horis magno præsagio circunfulgent.

Circunfundo] circunfudi, circunfusum, (περιχέω,) circunfundere, Circumcirca aspergere. Ouid. 5. Fast. 116,
Genus fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,
Et circunfusis inuia fluminibus.

Imber circunfusus. Claud. de Nilo, 6.

Nubes circunfusa. Virg. 1. Aeneid. 119.

Pruinis, aut niuibus circunfusa corpora. Virg. 3. Georg. 74.

Tempestas circunfundit terram. Silius, lib. 7. 145.

Terra circunfusa mari Atlantico: hoc est, quam circunfluit mare. Cic. in Somnio Scipionis, 22. Et apud Liuium, 8. bel. Punici, 169. Circunfusa Oceano insula.

Super circunfusa. Lucret. lib. 1. 8,
Hunc tu diua tuo recubantem corpore sancto
Circunfusa super, &c.

Circunfundi dicitur lac. Plin. lib. 28. cap. 9. 4, Quum feruet, ne circunfundatur præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus.

Circunfundere ad aliquid. Cato, cap. 93, Olea si fructum non fert, ablaqueato: postea stramēta circumponito: postea amurcam cum aqua commisceto æquas partes: deinde ad oleam circunfundito. Plin. lib. 5. cap. 27. 12, Circunfunditur ad mare utroq; latere ambiens.

Circunfundit aer terram. Cic. 2. de Nat. deor. 26. Id est, ambit & circundat. Ouid. 1. Metam. 3.
Nec circunfuso pendebat in aere tellus.

Anima circunfusum aliquid. Cic. de Vniuer. 23, Neq; erant anima circunfusa extrema mundi, ut respirationem requirerēt. Alias, aere.

Luce circunfusus. Cic. lib. 4. Acad. 85.

Amictu nebulæ circunfundere. Virg. 1. Aeneid. 84.

Corona circunfundi, Circundari hominum multitudine. Silius, lib. 7. 62.

Libris circunfusus. Cic. 3. de Finib. 10.

Digitized by Google

Circunfunditur exercitus. Cæſar, 1. bel. Ciuil. 248.
Circunfundere hoſtes, pro Sternere & ad terrā ruere, ſiue occidere. Liu. 4. ab Vrbe, 199, Poſtero die circunfuſis iam magna ex parte hoſtibus, &c.
Armis denſis circunfundi. Virg. 2. Aeneid. 77.
Circunfuſus caligine. Cic. 1. Tuſc. 72. Idem, 4. Acad. 217, Craſſis occultata & circunfuſa tenebris.
Circunfuſi corona chori. Claud. in procem. li. 3. de Raptu. Proſ.
Flore alicuius ordinis undiq; circunfuſus. Plin. in Paneg. 37.
Circunfuſi omnis generis hominū frequentia. Liu. 7. bel. Pun. 273. Et Cic. 3. Tuſcul. 112, Quòd ſe claſſe hoſtium circunfuſos uiderent.
Copijs præſidiorum circunfuſus. Cic. pro Milone, 53.
Tenebris circunfuſus. Stat. lib. 10. Thebaid. 111.
Circunfuſa arma. Quintil. lib. 2. cap. 20. 7.
Circunfuſæ undiq; moleſtiæ, circunfuſi pauores. Cic. 5. Tuſcul. 170. Liu. 4. bel. Maced. 150.
Multitudo circunfuſa. Virg. 2. Aeneid. 13.
Multitudo alicui circunfunditur. Liu. 2. bel. Pun. 67, Hæc uelut concionanti Minutio circunfundebatur Tribunorum, equitumq; Romanorum multitudo, &c. Sic idem, Et circunfuſa Conſuli multitudo, & conſul multitudine circunfuſus.
Satelles circunfuſus. Ouid. 14. Meta. 71. Id eſt, circūfuſi ſatellites.
Turba circunfuſa Duci. Lucan. lib. 5. 136.
Incluſus & Circunfuſus uidetur tanquam contraria poſuiſſe Liu. 3. belli Pun. 197, Non tantum eo iniquam, quòd incluſi aduerſus circunfuſos, ſed etiam quòd feſſi cum recentibus ac uegetis pugnabant.
Circunfundere aliquem. Ouid. 3. Metam. 36, De Nymphis, quæ uiſo Actæone, circunfuderunt Dianam.
Circunfundi alicui. Ouid. 4 Metam. 72,
Et nunc hac iuueni, nunc circunfunditur illac.
Circungelatus] περιπηχθείς, Participium. Plin. lib. 13. cap. 22. 2, Sed qui circungelatus uideri poſſit.
Circungemo] circungemis, pen. cor. (περιγγαύομαι) circungemui, circungemitū, circungemere. Horat. Epod. 16. 11, Nec ueſpertinus circungemit urſus ouile.
Circungeſto] ſtas, ſtare, (περιβαστάζειν) Cic. ad Qu. fratrē, lib. 1. 2, Nam eam quoq; epiſtolā T. Catienus circungeſtabat.
Circunglobo] circunglobas, pen. corr. (περισφαιρόω,) circunglobare. Plin. lib. 9. cap. 47, Adeoq; nihil non gignitur in mari, ut cauponarum etiam æſtiua animalia, pernici moleſta ſaltu, aut quæ capillus maximè celat, exiſtant: & circunglobata eſcæ ſæpe extrahuntur. Id eſt, collecta circum eſcam. Pulices & pediculos intelligit.
Circungredior] περιοδεύω, circungrederis, uel circungredere, pen. cor. circungreſſus ſum, circungredi, pen. corr. Tacit. lib. 12, Illi metu ne hinc Romanus, inde Cheruſci, cū queis æternum diſcordant, circungrederentur, legatos in urbem & obſides miſcre.
Circuniaceo] circuniaces, pen. corr. (περικαθέιμαι,) circuniacui, circuniacere. Liu. 7. bel. Maced. 229, Nam & Licaonia, & Phrygia utraq;, & Piſidia omnis, & Cherſoneſus, quæq; circuniacent Europæ, in ueſtra ſunt poteſtate.
Circunijcio] circunijcis, (περιβάλλω,) circunieci, circunie-ctum, circunijcere, A Iacio compoſitū, quod & Circūiacio dicitur. Liu. 3. bel. Maced. 9, Poſtquā læuo latere nudato circuniacere haſtas in uenientē ex tranſuerſo hoſtē conati ſunt.
Circunijcere, pro circunædificare, ut circunijcere uallum. Liu. 5. bel. Maced. 12, Totius agminis ſarcinas in medium conijci iuſſit, & triarios uallum circunijcere.
Circunijcere, Circundare, & amplecti, autore Budæo.
Extremitatem cæli circunijcere. Cic. de Vniuer. 34.
Circunie-ctus, Participiū, (περιειλημμένος) Circum poſitus. Plin. lib. 23. cap. 1. 23, Hoc quoq; diſtat orbis medius, & mūdi plaga à circunie-ctis.
Circunie-cta muris ædificia. Liu. 9. ab Vrbe, 148, Et circunie-cta urbi loca. Liu. 4. bel. Maced. 110.
Campi circunie-cti, pro Circuniacentes. Curtius in principio libri 3.
Circunie-ctus, huius circunie-ctus, m. gen. (περιπλοκὴ,) Cic. 2. de Nat. deor. 94, Qui terram tenero circunie-ctu amplectitur. Aliàs circunuectu. Plin. lib. 11. cap. 51. 6, In theatrorum orchestris ſcobe aut arena ſuperiecta deuoratur, & in rudi parietum circunie-ctu, dolijs etiam indicibus.
Circunlambo] circunlambis, (περιλείχω,) circunlambere. Plin. lib. 11. cap. 37. 44, Sed ſupradictis capillamenti tenuitate. Cæteris ad circunlambenda ora.
Circunlatus] Vide Circunfero.
Circunligo] circunligas. pen. corr. (περιδέω) circunligare. Plin. lib. 17. cap. 11. 10, Proderit totas cæſpite circunligari. Liu. 1. bel. Pun. 31, Id ſicut in pilo quadratum ſtupa circunligabant, linebantq; pice.
Circunligare aliquem. Stat. 8. Thebaid. 132.
Vlnis circunligare aliquam. Stat. 1. Achil. 35.
Angui circunligatus. Cic. 2. de Diuinat. 101.
Circunlinio] circunlinis, pen. corr. circunliniui, circunlinitum, (περιχρίω,) circunlinire, circum ungere, uel fricare, aut aliquid leuiter digito, aut aliquo inſtrumento alicui rei circum inducere, & molliter, ac tenuiter circum imprimere, non autem craßè. Per translationem utitur Quintil. lib. 12, Inſtitutionum, cap. 9. 6, At quidam etiam ſi fortè ſuſceperint negocia paululum ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circunliniunt: ac ſi defecerint alia, &c. Et lib. 1, Simplicem uocis naturam pleniore quodam ſono circunlinire: quod Græci καταπεπλασμένον dicūt. Vnde ducta ſit hæc trāſlatio intelligi poteſt ex eodem, lib. 8, Nec pictura in qua nihil circunlinitum eſt, eminet. Budæus.
Circunlino] circunlinis, pen. corr. circunliui, circunleui, circunlini, pen. prod. circunlitum, pen. corr. (περιχρίω,) circunlinere, Circumcirca leuiter inducere. Col. lib. 12. cap. 43. 1, Et circumlinito luto paleato. Plin. lib. 21. cap. 14. 1, Circunlinī alueos fimo bubulo, utiliſſimum.
Circunlinere oculum. Plin. lib. 6. epiſt. 88. 6.
Circunlitus, pen. cor. à ſupino circunlitum, (περιχριθείς) Plin. lib. 29. cap. 4. 29, Sed & alios ad hunc ſeruant uſum in oleo, aut luto circunlitos.
Auro circunlitus. Ouid. 11, Metam. 28, de Mida. Cera circunlitus. Cic. 1. Tuſc. 174.
Corpora nullo circunlita fuco. Lucret. lib. 2. 149.
Saxa muſeo circunlita. Horat. 1. Epiſt. 10. 2.
Circunlitio, Verbale, (περίχρισις,) Plin. lib. 35. cap. 11. 11, Hic eſt Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus quæ maxime opera ſua probarit in marmoribus, quibus Nicias manum admouiſſet: tantum circunlitioni eius tribuebat. Idem libro 24. cap. 7. 4, Ad aurium dolores, claritatem oculorum, oris circunlitiones.
Circunloquutio] onis. Vide Periphraſis.
Circunluo] circunluis, circunlui, (περιλούω,) circunluere. Liu. 5. bel. Pun. 52, Quo in peninſulæ modum pars maior circunluitur.
Circunluuio, Verbale, (περιλυσμὸς,) Cic. 1. de Orat. 84, Gentilitatum, agnationum, alluuionum, circunluuionum, &c.
Circummitto] circummittis, circummiſi, pen. prod. circummiſſum, circūmittere (περιπέμπω) Liuius, 4. ab Vrbe, 80, Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationē caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit. Sic 9. bel. Pun. 129. Ex lib. 6. 222.

Circum-

Circummiſſus, Participium. Cæſar, 1. bel. Ciuil. 49, *Quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumq; toto Piceno circummiſsis Senatoribus habebat.*

Circummulceo] *circummulces, circummulcere* (περιβάλλω) Plin. lib. 28. cap. 3. 2, *Ex qua familia legatus Hexagonomine, à Conſulibus Romæ in dolium ſerpentium coniectus, experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.*

Circummunio] *circummunis*, pen. pro. (περιφράττω) *circummunire*, Colum. de Arboribus, cap. 18, *Prius quàm pomarium conſtituas, quàm magnum habere uoles, circummunito materia aut foſſa.* Plaut. Capt. 6. 4, *Ita uinclis cuſtodijſq; circum muniti ſumus.*

Circummunitus, (περιφραχθείς) Participium. Cæſar, lib. 1. belli Ciuil. 320, *Nunc uerò penè ut fœminas circumunitos prohiberi aqua, prohiberi ingreſſu.*

Circummunitio, (περίφραξις) Verbale. Cæſar, *Id ne fieri poſſet, obſidione, oppidiq; circummunitione fiebat.*

Circumnaſcor] *circumnaſceris* uel *circumnaſcere*, pen. cor. *circumnatus ſum* (περιγίνομαι,) *circumnaſci*. Plin. lib. 2. cap. 103, *Lacus Simnaus in Aſia, circumnaſcente abſynthio inficitur.*

Circumnauigo] περιπλέω, *circumnauigas*, pen. corr. *circumnauigare*. Paterc. lib. 2, *Claſsis quæ Oceani circumnauigauerat ſinus.*

Circumnecto] περιπλέκω, *circumnectis, circumnexui, circumnectere*. Lact. De opif. Dei, cap. 14, *An aliquis enarrare ſe putat poſſe, quid utilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens, qua circunnectitur aluus ac tegitur?*

Circumobruo] *circumobruis, circumobrui, circumobrutũ*, pen. corr. *circumobruere* (περιπατάχουνίειν) Plin. lib. 19. cap. 5. 17, *Conſert alterna folia circumobruere.*

Circumpadanus] pen. prod. Adiect. à Padus, *Qui habitat in circuitu Padi*. Liuius, 1. bel. Pun. 131, *Conſiſtere iuſsis militibus Italiam oſtentat, ſubiectoſq; Alpinis montibus circumpadanos campos.* Plin. lib. 14. cap. 20. 3, *Liguriæ maximè, circumpadaniſq; muſtis utilitas.*

Circumpango] *circumpegi, circumpactum*, (περιπήγνυμι) *circumpangere*. Plin. lib. 17. cap. 13. 4, *Ramis terra circumpactis.*

Circumpauio] *circumpauis*, pen. cor. (περιπαίω, περιαράσσω) *circumpauire*. Plin. lib. 12. cap. 14. 6, *Alubi area circumpauita.*

Circumpedes] pen. cor. (πρὸς τοὺς πόδας) Idem qui & A pedibus dicuntur. Cic. 3. Verr. 65, *Seruos artifices pupilli quum haberet domi, circumpedes autem homines formoſos & literatos ſuos eſſe dicebat.*

Circumplector] *circumplecteris*, pen. corr. *circumplexus ſum*, (περιπλέκω) *circumplecti*. Cic. de Vniu. 32, *Vndiq; eſt eos circumplexus.* Plin. lib. 13. cap. 10. 1, *Tam uaſtis arboribus, ut terni nequirent circumplecti.*

Opes circumplexus. Stat. 1. Sylu. 5. 9.

Circumplecti patrimonium alterius. Cic. 13. Philipp. 351.

Circumplexus, (περιπλοχθείς) Participiũ. Gellius, li. 15, Noct. Attic. cap. 1, *In eo igitur libro ſcriptum inueni, & turrim ligneam defendendi gratia ſtructam, quam ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quiſſe, quòd ab Archelao alumne oblita fuiſſet.*

Circumplexus, huius circumplexus (περίπλοκος) Plin. lib. 10. cap. 63. 4, *Lacertæ, ut ea quæ ſine pedibus ſunt, circumplexu Venerem nouere.*

Circumplico] *circumplicas*, pen. cor. (περιπλέκω) *circumplicare, Circumnectere*. Cic. 1. de Diuinat. 134, *Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Ibidẽ*, 89, *Tum uiſam belluam uaſtam & immanem circumplicatam ſerpentibus.*

Anguem circumplicare. Cic. 2. de Diuinat. 91.

Circumpono] *circumponis*, pen. prod. (περιτίθημι) *circumponere*, notæ ſignificationis. Plin. lib. 17. cap. 28. 3, *Stramentis antea circumpoſitis.*

Piper circumponere caſtillis. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 15.

Circumpotatio] περίποσις, Verbale à Circumpoto, pen. prod. Cic. 2. de Legib. 95, *Hæc præterea ſunt in legib. de unctura, quæ ſeruilis unctura tollitur, omniſq; circumpotatio.*

Circunrado] *circunradis, circunraſi, circunraſum*, pen pro. (περιξέω,) *circunradere*. Plin. lib. 17. cap. 26. 1, *Veluti detractio ſanguinis circunraſi corticis*. Colum. lib. 4. cap. 29. 11, *Huius traducis ſi non eſt facultas, tum detractum uiti quàm recentiſsimum eligitur ſarmentum, & leuiter circunraſum.*

Circunretio] *circunretis*, pen. prod. (περιδικτυόω) *circumretire*, Impedire & implicare. Lucret. lib. 5. 232,

Circunretit enim ius, atq; iniuria quenq;.

Circunretitus, pen. prod. (περιδεδικτυωμένος) Participium. Cic. 7. Verr. 117, *Num ego tibi ullam ſalutem, ullum perfugium putem, quum te implicatum ſeueritate iudicum, circunretitum frequentia Pop. Rom. eſſe uideam?*

Circunrodo] *circunrodis*, pe. pro. (περιβρώσκω) *circunroſi, circunroſum, circunrodere*. Plin. lib. 32. ca. 2. 2, *Polypum hamos appetere, brachijſq; cõplecti, nõ morſu, nec prius dimittere, quàm eſcam circunroſerit. Idem, lib. 22. cap. 22. 23, Cõdrillon ſiue cõdrille, folia habet intubi circunroſis ſimilia.*

Circunrodere, per tranſlationem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 74. 1, *Quid? etiam (dudum enim circunrodo quod deuorandum eſt) ſubturpicula mihi uidebatur eſſe* παλινῳδία.

Dente circunrodi. Horat. 1. Epiſt. 19. 18,

Dente Theonino quum circunroditur. Vide Theon.

Circunſcalpo] *circunſcalpſi, circunſcalptum, circunſcalpere* (περικολάπτω) Plin. lib. 20. cap. 5. 3, *Radice eius circunſcalpti dentes dolore liberantur.*

Circunſcarifico] *circunſcarificas*, pen. cor. (περιξύω) *circunſcarificare*. Plin lib. 22. cap. 23. 6, *Pedum clauos circunſcarificatos ferro, miſtum ceræ extrahit.* Idem. lib. 30. cap. 2. 3, *Caninus dens ſiniſter maximus, circunſcarificato eo qui doleat, aut draconis os è ſpina: item enhydridis. Eſt aũt ſerpens maſculus & albus. Huius maximo dente circunſcarificant.*

Circunſcindo] *circunſcindis, circunſcidi*, pen. cor. (περιαμύσσω) *circunſciſſum, circunſcindere*. Liuius, 2. ab Vrbe, 240, *Quò ferocius clamitabat, eò infeſtius circunſcindere, & ſpoliare lictor.*

Circunſcribo] pen. pro. *circunſcripſi, circunſcriptum*, (περιγράφω) *circunſcribere*, Verbum notæ ſignificationis.

Orbem circunſcribere. Cic. 5. de Finib. 39.

Circunſcribere terram ſurculo, gladio, &c. Plin. lib. 22. cap. 21. 9, *Et ſi terram ſurculo heliotropij circunſcribat aliquis, negant ſcorpionẽ egredi. Idem, lib. 25. cap. 5. 11, Primum enim gladio circunſcribitur: dein qui ſucciſurus eſt, ortũ ſpectat.*

Circunſcribere, Conſtituere: ut, *Circunſcribere locum habitandi alicui. Cic. in Parad. 21, Exilium autem illis quibus quaſi circunſcriptus eſt habitandi locus.*

Curriculum uitæ circunſcripſit nobis natura. Cic. pro C. Rab. Perduel.

Circunſcribere terminis & definire. Cic. de Orat. 35.

Spacium uitæ circunſcriptum. Cic. pro Archia poeta, 21.

Circunſcribens circuitio. Autor ad Heren. 4. 198.

Sententiam mente circunſcribi. Cic. in Orat. 116.

Regionibus modicis circunſcripta pars. Cic. 2. de Orat. 37.

Scientia circunſcripta cancellis rerũ certarũ. Cic. 1. de Orat. 28.

Definiri & circunſcribi genus poteſt. Cic. pro Seſtio, 84.

Digitized by Google

Circunſcribere luxuriam utilitate.Plin.lib.22.cap.2.2.

Demus operam,Quirites,ne omnino P.C.circunſcripti putentur.Ad Herennium,lib.4.

Circunſcribere,Decipere,circunuenire.Plin.lib.7.cap.40,Vana mortalitas, & ad circunſcribendum ſeipſum ingenioſa, &c. Cic.14. Philipp.389, Aut eijciunt uicinos, aut adoleſcentulos circunſcribunt.

Circunſcribere atq; decipere.Cic.4.Acad.86.

Ab aliquo circunſcribi.Cic.pro Qu.Roſc.Com.14.

Circunſcribere, Tollere, & expungere.Cic.4.Verr.106,Itaq; uno genere opinor circunſcribere habetis in animo genus hoc aratorum. Idem,3. de Fin.49,Circunſcriptis igitur his ſententijs, quas poſui, & his quæ ſimiles earum ſunt. Idem, 3.Verr.29.

Aliquem circunſcribit Senatus.Cic.pro Mil.68.

Circunſcribere Senatum, aut aliquem priuatum. Cic. ad Octauium,9, Cur aut ut ingratum, ingratus crudeliter,aut immemorem beneficij ſui ſceleratè circunſcribis Senatum? Id eſt, aufers ei autoritatem ſtatuendi de ſumma Reipub. & quaſi Senatum è medio Reip. tollis. Translatio eſt à fabris aut chirurgis, qui ea quæ ſerra amputaturi ſunt, circunſcribũt, & præcidunt. Dicitur & Circunducere. Idem,13. Philipp. 257, Senatus in Capitolium,parata de circunſcribendo adoleſcente ſententia Conſularis. Hoc eſt de eijciendo magiſtratu Octauio,& imperio ei abrogando. Budæus.

Virgula circunſcribere aliquem Cic.8.Philipp.249.

Fluuio circunſcriptus.Cic.6.Philipp.208.

Senatuſconſulto circunſcriptus aliquis. Cic.Att.lib.7.128.9.

Circunſcriptus,(περιγραπτός,) Adiect.Breuis.Plin.in epiſt.Nihil circunſcriptius. Alibi,Crebri ſyllogiſmi, circunſcripti,& effecti. Budæus.

Circunſcriptè, (περιγεγραμμένως) Aduerb. Cic. in Orat.128, Sed quoniam non modò non frequenter, uerumetiam rarò in ueris cauſis aut forenſibus non circunſcriptè numeroſeq; dicendum eſt, ſequi uidetur, &c. Idem,2.de Nat.deor.221, Idq; ratione concludimus, ſingulasq; res diffinimus,circunſcripteq; complectimur.

Circunſcriptor,Verbale, (περιγραφεύς) Deceptor.Cicero,in Catil.30, Quis tota Italia ueneficus, quis gladiator,quis latro,quis ſicarius,quis parricida, quis teſtamentorum ſubiector,quis circunſcriptor,quis ganeo?

Circunſcriptor,Qui fraude priuat aliquem bonis. Iuuenal. Saty.15, —pupillum ad iura uocantem Circunſcriptorem.

Circunſcriptio,(περιγραφή) Aliud uerbale:ut, Circunſcriptio terræ.Cic.1.Tuſcul.73, Quum totam terram contueri licebit,eiusq; cum ſitum,formam, circunſcriptionem,tum & habitabiles regiones.

Circunſcriptio orationis,pro Periodo.Cic.in Orat.118.

Temporis circunſcriptio.Cic.lib.1.de Nat.deor.32.

Verborum circunſcriptione quadam comprehendere concludereq; ſententiam.Cic.de clar.Orat.16.

Circunſcriptio, pro deceptione & fraude. Paulus in l. hæc actio.ff.ſi menſor falſum modum dixerit. Hæc actio perpetua eſt:quia initiũ rei,nõ à circunſcriptione,ſed à ſuſcepto negocio originem accipit.

Aperta circunſcriptione aliquid facere.Cic.pro Flac.7.

Circunſcriptio adoleſcentium.Cic.3.Offic.89.

Excedere circunſcriptione.Cic.8.Philipp.149.

Circunſeco] *circunſecas, pen.corr. (περικόπτω) circunſecui, circunſectum, circunſecare, Eſt circuncidere. Colum. libro 8. cap.5.11, Tuberculum cui ſubeſt uermiculus, ferro quàm cautiſſimè circunſecari oportet. Sic Cicero pro Cluentio,143.*

Circunſecus] *Aduerbium. Apul. lib. 5, Quiq; circunſecus uenantur.*

Circunſedeo] *circunſedes,pen.corr. (περικαθέζομαι) circunſedi,circunſeſſum,circunſedere.Dicimus etiam Circunſideo,circunſides,pen. corr.ſignificatq; Contra ſedere, circundare,obſidere.Cic.Att.lib.9.184.3,Pop.Rom.exercitus Cn. Pompeium circunſidet, foſſa & uallo ſeptum tenet fuga prohibet. Liuius,9. ab Vrbe, 5, Vt idem omnibus ſermo conſtet legiones Samnitium in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copijs circunſidere,nec procul abeſſe quin ui capiant.*

Circunſedere & obſidere. Cic. 10. Philipp. 275, Vt intelligat nõ D.Brutum,quem uallo circunſedet, ſed ſeipſum obſideri.

Aliquem circunſedere.Cic.3.Verr.59,Qui te circunſedit.

Oppidum circunſedere. Liu.1. bel. Pun.35. Cic. 6. Phil. 206, Brutum oppugnet,Mutinam circunſedeat.

Dies paucos circunſeſſum oppidum. Liu.1. ab Vrbe,276.Idem alibi, Decem æſtates hyemes continuas circunſeſſa plus dia quanto intulit cladium quàm accepit.

Circunſedent,qui aßident utrinq; alicui.Cic.4. in Catilinã,75, Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris chariſſimi atq; amantiſſimi præſentis mœrore non mouear, horumq; omnium lacrymis à quibus me circunſeſſum uidetis.Budæus.

Circunſederi, Paßium.Cic. Att.lib.9.190 5, Quòd in his cauſa is fuerunt quibus Pompeius circunſederetur? Eidẽ,lib.15. 325.8, Ita circunſedemur copijs omnibus.Idẽ ad Auguſt.11.

Ab quibuſdam circunſederi.Cic.3.Verr.56.

Propter ſcelus atq; flagitium circunſederi ab aliquo. Cicero,3. Verr.57.

In caſtello circunſederi.Cic.pro Deiotaro,17.

Circunſeſſus, (περικαθέζομενος) Participium. Cic.3.Verr.55, Intelligo, in qua ciuitate, non modò legatus Populi Romani circunſeſſus, non modò igni, ferro, manu, copijs oppugnatus, ſed aliqua ex parte uiolatus ſit. Ibidem,59,Legatus quũ eſſes circunſeſſus.

Circunſeßio, (περικάθησις) Verbale.Cic.3.Verr.58, Te huius circunſeßionis tuæ cauſam, & culpam in alios transtuliſſe?

Iniuria circunſeſſus.Cic.3.Verr.58.

Viribus hominum circunſeſſus.Cic.12.Philipp.336.

Circunſepio] *circunſepis,pen. prod. circunſepſi, circunſeptum, (περιφράττω) circunſepire.Liuius,1.ab Vrbe, 214, Conſcius deinde malè quærendi regni ab ſe ipſo aduerſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circunſepſit. Cic. ad Auguſtum, 1, Sed quoniam cohortibus armatis circunſeptus Senatus. Sic idem de Aruſp.reſp. 42.*

Syluæ circunſeptæ. Paulus in l.poßideri.§. item feras beſtias.ff. de acquirenda poſſeß. Sed eos piſces qui in ſtagno ſunt, aut feras quæ in ſyluis circunſeptis euagantur,à nobis poßideri.

Circunſero] *circunſeris,pen.corr. circunſeui, circunſatum, (περιφυτεύω,)circunſerere.Plin.lib.21.cap.12.2, At genitas circunſeri aluearijs gratiſſimum.*

Circunſido] *pen.prod.(περικαθέζομαι) Idem quod Circunſedeo. Liu.9.ab Vrbe,112, Fuſi in caſtra Samnites extinctis nocte ignibus tacito agmine abeunt: & ſpe abiecta Satricæ tuendæ, Pliſtiam ipſi ſocios Romanorum, ut parem dolorem hoſti redderent,circunſidunt.Budæus.*

Circunſignare] *περισημαίνω Colum. lib. de Arboribus, cap.26.7, Ex qua arbore inſerere uoles, in ea quæſito nouellos & nitidos ramos: in his deinde obſeruato gemmam, quæ bene apparebit, certamq; ſpem germinis habebit: eam duobus digitis quadratis circunſignato,ut medio gemma ſit.*

Circunſiſto] *circunſiti,circunſtitũ (ἀμφίστημι, ἀμφεστάναι) circunſiſtere,Inuadere,irruere,& quaſi terrificatione aggredi, autore Valla, lib.5. Cæſar, 5.bell. Gall. 166, Impeditumq; hoſtes circunſiſtunt.Cic.7.Verr.111, Hæc quum maximè loquor*

Digitized by Google

mè loqueretur, sex lictores circunsistunt ualentissimi. Cæsar, 1. bel. Ciuil. 78, Itaq; uno omnes consilio Domitium productum in publicum circunsistunt & custodiunt.

Circunsono] circunsonas, pen. corr. (περιηχέω,) circunsonare, Vndiq; sonare.

Circunsonare undiq;. Liu. 7. bel. Punici, 110, Inde primo turbata est acies, dum ad circunsonantem undiq; clamorem flectere cornua, & obuertere ordines uolunt.

Circunsonant aures meæ his uocibus. Cic. 3. Offic. 7, Conducere arbitror talibus aures tuas uocibus undiq; circunsonare. Id est, frequentissimè tibi hæc inculcare, & te hæc à præceptoribus alijs audire. Budæus.

Vlulatibus cantuq; symphoniæ circunsonat locus. Liuius, 9. bel li Maced. 37.

Circunsonat hostes clamor. Liu. 3. ab Vrbe, 119.

Orbem circunsonat Nereus, id est, æquor. Ouid. 1. Metam. 38.

Armis circunsonari. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 23.

Ore circunsonari. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 10.

Circunspecto] Vide Circunspicio.

Circunspergo] circunsperси, circunspersum, (περιπάσσω) circunspergere. Colum. lib. 11. cap. 2. 66, Et si sunt parum fructuosæ, uel cacuminibus retorridæ frondis, magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circunspergere, etc.

Circunspicio] circunspicis, circunspexi, circunspectum, (περιβλέπω, περισκοπέω, περισκέπτομαι) circunspicere, ex circum & specio antiquo uerbo compositum, quod aspicere significat. Est autem Circunspicere, huc atq; illuc oculos uertere, & circunferre. Cic. pro Roscio Comœdo, 25, Circunspicit, æstuat. Terent. And. 2. 2. 20, Circunspicio: nusquam.

Nec suspicit, nec circunspicit. Cic. 2. de Diuin. 109.

Circunspicere, Prudentis est aliquando. Cic. in Parad. 37.

Fragorem circunspicere. Stat. 8. Thebaid. 3.

Omnes circunspicere. Ouid. 5. Trist. 4. 11.

Circunspicere, pro Animaduertere, & diligenter uidere, siue considerare. Cic. 4. Acad. 69, Deinde quum dicant posse accidere sapienti, ut quũ omnia fecerit, diligentissimeq; circunspexerit, existat aliquid quod & ueri simile uideatur. Idem, pro Cluentio, 117, Circunspicite omnes Reip. partes.

Omnia circunspicere. Cic. pro Quintio, 64, Omnia circunspexit Quintius, omnia periclitatus est. Hoc est, in omnes partes se uersauit, & omnem (quod aiũt) lapidem mouit. Idem, 1. de Lege Agraria, 14.

Auxilia externa circunspicere. Liu. 1. ab Vrbe, 132.

Casus alicuius circunspicere. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 10.

Membra Reip. circunspicere. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 2.

Procellas circunspicere. Cic. 4. in Catil. 76.

Circunspicere animo. Cæsar, 6. bel. Gal. 15. Mentibus, Cic. pro Sylla, 51.

Circunspicitur. Cic. in Orat. 43, Quid deceat circunspicietur.

Diligenter circunspiciendum. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 14.

Circunspicienda hæc in omni officio. Cic 1. Offic. 75, Hæc igitur & talia circunspicienda sunt in omni officio, & c.

Circunspicere & prospicere. Terent. Adelph. 4. 5. 55.

Permulta sunt in omni oratione circunspicienda. Cic. lib. 2. de Orat. 166.

Circunspicere se, pro Gloriari. Cicero, Vsq; eóne te diligis, & magnificè circunspicis ut, & c.

Circunspectus, (περιβλεπτός) Participium, seu potius Nomen ex participio, Est non qui circunspicitur, quem solemus appellare conspicuum: sed qui circunspicit, & in omnem partem, more Iani spectat, hoc est, prudens & sagax. Hæc Valla, lib. 1. Colum. lib. 1. cap. 8, Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis.

Circunspecti canes. Colum. lib. 7. cap. 12. 5.

Circunspectum iudicium. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Circunspectissimus & prudentissimus princeps. Suetonius, in Tiberio, cap. 21.

Circunspectare, (περιπάσσειν) Frequentatiuum. Liu. 4. bel. Maced. 153, Quánam ipse euaderet, circunspectabat. Terent. Eunuch. 3. 554, Et simul alia circunspecto.

In pastu circunspectant bestiæ. Cic. de Nat. deor. 188.

Alius alium circunspectat. Liu. 2. ab Vrbe, 45.

Vultus circunspectare aliquorum. Liu. 3. ab Vrbe, 151.

Circunspectare rem aliquã, pro Diligenter considerare, & magna animi intentione. Cic. in Pisonẽ, 79. Idem, 1. Tuscul. 116, Itaq; dubitãs, circunspectans, hæsitans, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio.

Circunspectans, (περιπάσσω) Participium, ut; Huc & illuc circunspectans. Autor ad Heren. lib. 4. 229, Iste quotidie per forum medium tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu uenenato, circunspectans huc & illuc, si quem rapiat.

Circunspectus, (περισκεμμένος) Qui circumspicitur, utiq; in passiua significatione: ut, Verba non circunspecta, id est, non considerata & perpensa. Ouid. 5. Fast. 108,

Verba mouent iras non circunspecta deorum.

Vires non circunspectæ. Ouid. 5. Metam. 35.

Circunspectus, huius circunspectus, (περίσκεψις) Cic. 12. Philipp. 337, facilis est circunspectus, unde exeam, quò progrediar: quid ad dexteram, quid ad sinistram sit.

Mali circunspectus, Consideratio malorum & intuitus. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 16.

Ad circunspectum. Plin. lib. 11. cap. 37. 49, Ceruix flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.

Circunspicientia, (περισκοπή) Idem. Gellius, lib. 14. cap. 2, Multa & anxia cura, & circunspicientia indigens.

Circunspectio, (περίσκεψις) Verbale, Idem.

Circunspectio & accurata consideratio. Cic. 4. Acad. 69, Sin ex circunspectione aliqua & accurata consideratione, quod uisum sit, & c.

Circunspectè, (περισκεμμένως) Aduerbium. Quint. lib. 9. cap. 2, Hoc parcius & circunspectius faciendum. Id est, considerantius & diligentius.

Circunspectator, pen. prod. (περισκεπτής) Cuius fœmininum Circunspectatrix, penult. prod. Quæ huc & illuc aspicit, & singula considerat. Plaut. Aulul. 4. 2,

Exi inquam, age exi, exeundum hercle tibi hinc est foras
Circunspectatrix cum oculis emissitijs.

Circunstipor] pen. prod. (περιστυπάζω) circunstipari: ut, Amores nurum circunstipantur. Claud. 2. Paneg. 73.

Circunsto] circunstas, circunsteti, circunstitum, (ἀμφίστημι, περίστασμαι) circunstare, Circundare. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 7, Vt me circunsteterint, ut apertè iugula pro meo capite P. Clodio ostentarint. Idem, in Catil. 16, Fortissimi ciues, qui circunstant Senatum.

Tribunal Prætoris circunstare. Cic. 1. in Catilinam, 23.

Omnia nos circunstant. Cic. 10. Philipp. 284.

Authoritates aliquem circunstant. Cic. 2. Verr. 3.

Circunstans, (περιεστώς) Participium. Liu. Tamen in tot circunstantibus malis mansit aliquandiu immota acies.

Homines circunstantes. Quintil. lib. 4.

Res circunstantes. Autor ad Herennium, lib. 4. 240.

Syluæ circunstantes. Ouid. 3. Metam. 89.

Circunstantia, circunstantiæ, (περίστασις) Gellius, lib. 3. cap. 7, De loci importunitate, & loci circunstantia.

Circunstantiæ dictæ, quæ in unaquaq; controuersia quæri solent, & quasi quæstionem circunstant. Sipontinus.

Ex circunstantia ducere argumentum. Quint. lib. 5. ca. 10. 72.

Digitized by Google

Circunſtatio, Verbale, (ἀμφίστασις,) Gellius, lib. 7. cap. 4, Ea circunſtatio militum, corona appellata ſit.

Circunſtrepo] Circunſtrepis, pen. corr. (περιστυπῶ) circunſtrepui, circunſtrepitum, circunſtrepere, In circuitu ſtrepitum facere. Seneca, lib. de Vita beata ad Gallionem, cap. 11, Non uoco autem ſapientem, ſupra quem quicquam eſt, nedum uoluptas. Atqui ab hac occupatus, quomodo reſiſtet labori ac periculo, egeſtati, & tot humanam uitam circunſtrepentibus minis? Tacitus, Tum certatim cæteri circunſtrepunt. Budæus.

Circunſtruo] circunſtruxi, circunſtructũ, (περικατασκευάζω) circunſtruere. Plin. lib. 11. ca. 6. 3, His deinde fores quoq; latiores circunſtruunt.

Circunſtruere undiq; lapidibus. Plin. lib. 19. cap. 8. 31.

Circunſudo] pen. prod. (περιῤῥέω,) circunſudare. Plin. lib. 14. cap. 1. 7, Stipatæ uinaceis circunſudantibus.

Circunſuo] circunſuis, circunſui, circunſutum, (περιῤῥάπτω) circunſuere. Plin. lib. 34. cap. 16. 1, Vitilibusq; nauigijs circunſutis corio aduehi. Sic idem, lib. 4. cap. 16. 4.

Circuntego] pen. cor. circuntexi, circuntectum, (περιστεγάζω) circuntegere, Circum circa operire. Plaut. Mil. 5. 80,

Meus herus elephanti corio circuntectus, non ſuo eſt.

Cælum circuntegit omnia. Lucret. lib. 1. 217.

Circuntexo] circuntexui, circuntextum, (περιυφαίνω) circuntexere. Virg. 1. Aeneid. 144,

Et circuntextum croceo uelamen acanto.

Circuntextũ, Amictus genus, q. purpurã circùm habeat. Feſtus.

Circuntondeo] circuntondes, circuntondi, circuntoſum, (περικείρω) circuntondere, à circum & tondeo. Sueton. in Auguſto, cap. 45, Nam hiſtrionum licentiam adeò compeſcuit, ut Stephanionem togatarium, cum in puerilem habitum circuntonſam matronam miniſtraſſe compererat, per trina theatra uirgis cæſum relegauerit.

Circuntono] pen. cor. (περιβροντάω) circuntonas, circuntonui, circuntonitum, circuntonare. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 45,

—quem cepit uitrea fama,
Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis.

Strepitu circuntonare aliquem locum. Silius, lib. 6. 44.

Circuntremo] pen. cor. circuntremui, (περιτρέμω) circuntremere. Lucret. lib. 1. 216,

Atq; ideo totum circuntremere æthera ſignis.

Circunuado] circunuadis, pe. pro. circũuaſi, circunuaſum, (περιεισβάλλω) circunuadere, Inuadendo circundare. Liu. 9. ab Vrbe, 212, Is nouus additus terror quum ex utraq; parte circunuaſiſſet aciem, &c. Plin. lib. 9. cap. 30,

Hi redeuntem circunuaſere noctu. De polypo.

Circunuaſit urbem terror. Liu. 4. bel. Maced. 150. Ibidem, Repentè anceps terror hinc muros aſcendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circunuaſit.

Circunuagus] pen. corr. (περιπλάνης) ut, Oceanus circunuagus. Horat. Epod. 16. 4.

Aetheream moles circunuaga flammæ. Ouidius, ad Piſ. 4. Periphraſis eſt Solis.

Circunuallare] περιβάλλεσθαι, compoſitum ex Vallo, uallas, quod firmare ſignificat: hoc eſt, quaſi uallo munire. Cæſar, 7. bel. Gal. 36, Oppidum oppugnare inſtituit, idq; biduo circunuallauit. Liu. 10. ab Vrbe, 171, Nec dubium eſſe quin caſtra circunuallaturi ſint. Cic. ad Att. lib. 9. 184. 1, Legebam tuas literas x iii. Cal. quum mihi epiſtola affertur à Lepta, circunuallatum eſſe Pompeium.

Aciem denſo orbe circunuallare. Sil. lib. 7. 118.

Circunuallant me res. Terent. Adel. 3. 2. 4, Tot res repentè circunuallant, unde emergi non poteſt. Vbi Donatus, Circunuallant ſe circa nos, & ſtipant ſe inuicem. nam circumuallamus nos & alios: tamen rara locutio eſt. Et circunuallant dixit, uelut inimica acies cõtra nos. Et ideo addidit, Vnde emergi non poteſt. Quum impreſsio eſt hoſtium, ſic dicitur.

Circunuallatus, (περιβεβλημένος) Participiũ. Liu. 3. ab Vrbe, 120, Luce prima iam circunuallati ab Dictatore erant, &c.

Bellona circunuallata Senatu. Claud. 7. Paneg. 3.

Circunueho] circunuehis, circunuexi, circunuectum, (περιάγω) circunuehere, Circunportare. Liu. 3. ab Vrbe, 118, Ibi Dictator quantũ nocte proſpici poterat, equo circunuectus, contemplatusq; qui tractus caſtrorũ, quæq; forma eſſet.

Circunuehi claſſe. Liu. 8. ab Vrbe, 132.

Circunuectio, Verbale, (περιαγωγὴ) Cic. ad Attic. lib. 2. 31. 7, Illud tamen quod ſcribit, animaduertas uelim, de portorio circunuectionis.

Solis circunuectio. Cic. de Vniuer. 37.

Circunuectare, Frequentatiuum, (περιάγεσθαι) Plaut. Rud. 22. 25, Oppida circunuectabor. Subaudi, Per. Sic apud Virgilium, 3. Georg.

Singula dum capti circunuectamur amore. Vbi Ser. Dum ſpeciatim ſingula deſcribimus.

Circunuenio] circunuenis, pen. corr. circunueni, circunuentum, (κυκλόω,) circunuenire, Circundare, ſepire. Salluſt. Vallo, foſſaq; mœnia circunuenit.

Circunuenire hoſtem. Salluſt. Pro loco & tempore paratis rebus cuncta mœnia exercitu circunuenit. Idem de Coniurat. Catil. in Oratione Catilinæ ad milites, Nam multitudo hoſtium ne nos circunuenire queat, prohibent anguſtiæ.

Incommoda multa circumueniunt ſenem. Horat. in Arte, 36.

Circunuenire, Opprimere, decipere. Cic. 2. Offic. 73, Eoq; maior ſiquando accidit, ut ei ſubueniatur, qui potentis alicuius opibus circunueniri urgeriq; uidetur. Teren. Phorm. 4. 3. 9,

—túne dixeras huic? facimus indignum Chreme
Sic circunueniri.

Aliquem circunuenire. Cic. 3. Verr. 66, Iam te non Siculi, non oratores (ut dictitas) circunueniunt.

Ignorantiam circumuenire. Vlpianus in l. ſi fideiuſſor. §. ſi quĩ debitor. ff. mandati, Debuit enim debitor notum facere fideiuſſori iam ſe ſoluiſſe: ne fortè creditor obrepat, et ignorãtiã eius circunueniat, & excutiat ei ſummã in quam fideiußit.

Per arbitrum aliquem circunuenire. Cic. pro Qu. Roſcio Comœdo, 15.

Circunuenire & opprimere. Cic. 6. Verr. 14, Quid te à Centuripina ciuitate, à Catinenſi, ab Haleſina, Tyndaritana, Aethnenſi, Agyrinenſi, cæteriſq; Italiæ ciuitatibus circunueniri atq; opprimi dicis?

Acerbum eſt ab aliquo circunueniri: acerbius à propinquo. Cic. pro Qu. 64.

Circunueniri niſi ſubueniatur. Cic. de claris Orat. 141, Tum. C. Ruſcius, Circunuenior, inquit, Iudices, niſi ſubuenitis.

Circunuentus & ſpoliatus à latronibus. Salluſt. in Iugurtha.

Iudicio circunueniri. Cic. de clar. Orat. 24. Idem, 1. Tuſc. 157, Quanta delectatione autem afficerer, quũ Palamedem, quũ Aiacẽ, quũ alios iudicio iniquorũ circũuentos cõuenirẽ. Hoc eſt (inquit Budæus) inuidia conflata & factione oppreſſos.

Iudicio capitis circunuenire & opprimere. Cic.

Periculo circunueniri. Cic. Antequam iret in exilium, 6.

Circunueniri in colloquio. Cæſar, 1. bel. Gal. 201.

Circunueniri per inſidias. Cæſar, 1. bel. Gal. 178.

His difficultatibus circunuentus. Salluſt.

Circunuenire, pro Circunfluere. Virgil. 6. Aeneid. 27,

Cocytuſq; ſinu labens circunuenit atro.

Circunuenio, Circunuoluo. Valer. lib. 1. 81.

—uacua nam lapſus ab arbore paruum
Ter quater ardenti tergo circunuenit anguis.

Digitized by Google

Circunuentus, Particip. ut, Cerua lupis circunuenta. Stat. 6. Thebaid. 34.

Circunuentus pecunia innocens. Cic. pro Cluent. 5.

Circunuentus neceßitudinibus. Salluſt. in Catil.

Circunuentus morbo, exilio, atq; inopia. Cic. 4. de Finib. 103.

Circunuerto] Circunuertis, Circunuertere (περιτρέφειν) notæ ſignificationis. Plaut. Perſa. 12. 36, Iam à foro argentarij abeunt, quàm in curſu rotula circunuertitur.

Circunuertere aliquem argento. Plaut. Pſeud. 7. 126. Id eſt dolis auferre argentum.

Rota circunuertitur axem. Ouid. 15. Metamorphoſeos, 105,

Nec ires tamen has rabies ſuperaſſet equorum,
Ni rota perpetuum quæ circunuertitur axem,
Stipitis occurſu fracta & diſiecta fuiſſet.

Circunuerſor] circũuerſaris, circũuerſari, (πολιαλεῖδαι) Lucret. lib. 6. 41,

Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt
Quærentesq; uiam, circunuerſantur, &c. De uentis.

Circunueſtio] circũueſtis, circunueſtire, (ἀμφικαλύπτειν) Plin. lib. 17. cap. 23. 10, Vernacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus circunueſtit arborem.

Circunueſtire dictis. Cic. 3. de Orat. 87, Vt ille qui occultantem conſuleò, ne id quod ageretur, intelligi poſſet, duobus tranſlatis uerbis ſimilitudine ipſa indicat: quandoquidem iſte circunueſtit dictis, ſepit ſedulò.

Circunuincio] circunuincis, circunuinxi, circunuinctum (περιπλάσσω) circunuincire. Plau. Rud. 18. 25, Quaſi muteta iuncis, item ego uos ulrgis circunuinciam.

Circunuiſo] circunuiſis, pen. prod. (περιοπτέομαι) Frequentatiuum à Circunuideo. Plaut. Sed angues oculis omnibus circunuiſere. Budæus.

Circunuolo] pen. corr. (περιπέτομαι) circunuolare, Ex Volo, uolas compoſitum, notæ ſignificationis.

Iaculo circunuolat alite campum. Silius, lib. 17. 84.

Iocus circunuolat Venerem. Horat. 1. Carm. ode 2. 7.

Mors atris circunuolat alis. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 12.

Nox atra caua circunuolat umbra. Virg. 2. Aeneid. 72.

Circunuolatus, (περιπτάθείς) Partic. à paßiuo Circunuolor. Plin. lib. 10. cap. 32. 1, Halcyonem uidere rariſſimum eſt, nec niſi Virgiliarum occaſu, & circa ſolſtitia brumámue, nauæ aliquando circunuolata, ſtatim in latebras abeuntem.

Circunuolito, pen. corr. (περιπέτομαι) circunuolitare, frequentatiuum. Virgil. 1. Georg.

Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo.

Circũuolitare limina potentiorũ. Colũ. in præfat. totius operis.

Circunuoluere] περιελεῖν. Plin. lib. 10. cap. 62. 1, Serpentes coeunt complexu, adeò circũuolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poßit.

Circũuoluere ſeſe ſpinis, arboribus et herba. Pli. li. 16. c. 44. 9.

Magnum ſol circunuoluitur annum, Annus labitur, incidit in hyemem. Virg. 3. Aeneid. 57.

Circunuolutor] pen. prod. circunuolutaris, (περιπυλίνδομαι) Plin. lib. 8. cap. 17. 1, Feram uerò circunuolitari non dubiè blandientem, ſeſe conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi poſſet. De panthera.

Circuo] circuis, circuire. Vide Circumeo.

Circus] circi, m. ge. (κίρκος, ἱππικὸν θέατρον) Dicitur (inquit Nonius) omnis ambitus uel gyrus. Hoc autem intereſt inter circum & globum: quòd Circus planities eſt rotunda, ut circuitus: Globus, ſoliditas undiq; uerſum rotunda, ut eſt ſphæra, & ſtaminum glomera.

Circus, Locus erat muris ſeptus, in quo æqui pugilesq; exercebãtur. Plin. li. 16. ca. 40. 2, Obeliſcũ in Vaticano circo ſtatuũ.

Circus & caueæ ludorum publicorum partes. Cic. lib. 2. de Legibus, 61, Iam ludi publici, quoniam ſunt caueæ, circoq; diuiſi, ſint corporum certationes curſu, & pugillatione, luctatione, curriculiſq; equorum uſq; ad certam uictoriam circo conſtitutis. Virg. 5. Aeneid. 57,

—mediáq; in ualle theatri Circus erat. Vbi Serv. Media in ualle erat circus theatri, id eſt, ſpacium ſpectaculi.

Campus circi patens. Virg. 5. Aeneid. 110,

—ipſe omnem longo decedere circo
Infuſum populum, & cãpos iubeteſſe patẽtes. Id eſt, (ut ait Seruius) diſceſſu populi iubet fieri circi cãpos patentes.

Ludi ſolennes circi. Ouid. 5. Faſt. 119.

Ludi in circo. Cic. 3. Philipp. 107.

Apertus circus, id eſt, ſpacioſus. Ouid. 12. Metam. 21.

Capax populi circus. Ouid. 1. de Arte. 28.

Fallax circus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 23,

Fallacem circum, neſpertinumq; pererro Sæpe forũ.

Videtur Suburram dicere, quòd ferè hora ſera furtiuæ res ſolent uænum deferre. Porphyr.

Circus Flaminius. Cic. Att. lib. 1. 9. 2.

Longo decedit circo infuſus populus. Virg. 5. Aeneid. 110.

Rapidus circus. Statius, 3. Syl. 5. 3, Rapidum uocat propter equorum curſus.

Locum dare alicui in circo & in foro. Cic. pro Murena, 66.

Comparare tabernas in circo. Cic. pro Murena, 65.

Duci per circum. Cic. lib. 1. de Diuinat. 97.

Candens circus, id eſt, orbis lacteus. Cic. in Arato, 28.

Elucens circus candore. Cic. de Somnio Scipio. 12. Quo loco Macrobius, lib. 1. cap. 15, Orbis hic, inquit, idem quod circus in Lactei appellatione ſignificat. Eſt autem Lacteus unus è circulis, qui ambiant cœlum.

Circulus, pen. corr. (κύκλος) Diminut. Cic. 2. de Nat. deor. 68, Quumq; duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, κύκλος Græcè dicitur.

Circulis uaſa cingere. Plin. lib. 14. cap. 21. 1.

Circulus, inquit Sipontinus, Eſt figura plana, una tantum linea contenta: in cuius medio punctus eſt, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, ſunt æquales.

Flexilis circulus auri. Virg. 5. Aeneid. 111.

Lacteus circulus. Vide Lac.

Circulos ſuos orbesq; conficiunt celeritate mirabili ſtellæ. Cic. de Somnio Scipionis, 11.

Subnectere circulum alicui rei. Virg. 3. Georg. 33.

Circulus, per translationem. Cic. 5. de Finib. 100, Quinetiam inertiſſimos homines uidemus, quum nõ habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari. Circulos appellat cœtus hominum in orbem collectorum, & inter ſe fabulantium. Semicirculos ſeßiones colloquentium, capitáq; conferentium. Hæc Budæus, Quintil. lib. 2. ca. 13, Mirè ad circulum pullatum facit. Id eſt, coronam & multitudinem pullatorum circunfuſam. Idem, lib. 6. cap. 4, In ſermonibus, circulis, conuiuijs. Liu. li. 4. Decad. 1, In omnibus circulis, atq; etiam (ſi dijs placet) in conuiuijs ſunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.

In circulis & in conuiuijs ſermo liberior. Cic. Attic. lib. 2. 33. 3.

Arripere aliquem ex circulo. Cic. lib. 1. de Orat. 77, Si quemcunq; patremfamiliâs arripuiſſetis, ex aliquo circulo, eadem uobis percontantibus reſpondiſſet.

Decipi in circulo. Cic. lib. 1. de Orat. 85.

De circulo ſe ſubducere. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 3. 20. 2.

Circlus per ſyncopen, pro circulo. Virg. 3. Georg. 33,

At primùm laxos tenui de uimine circlos Ceruici ſubnecte.

Circulo, circulas, pen. corr. (κυκλόω) circulare, Circundare. Colum. lib. 12, Isq; debebit antè circulari foſſula, quæ re-

Digitized by Google

pleatur lapidibus & calce.

Circulare, per translationem. Cic. de claris Orat. 104, Videt oscitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas quæsitorem ut dimittat rogantem: intelligit oratorem in ea causa non adesse. Circulantem dixit, pro in circulo caput conferentem, quod indicium est auditoris oratori non auscultantis, nec animum orationi aduertentis. Budæus.

Circulante, pro circulatore utitur Senec. Budæus.

Circulares, (κυκλωτηρεῖς) magistratus Demosthenes uocat, qui in orbem deferuntur. Budæus.

Circulator, pen. prod. (ἀγύρτης) Verbale, inquit Paulus Iurisc. qui serpentes circumfert ac proponit. Celsus, li. 5. ca. 27, Ideoq; colubra ipsa tutò estur, ictus eius occidit: & si stupète ea (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ea salius noxa est.

Actionum circulator. Asinius Pollio, Ciceroni, lib. 10. 32. 8.

Equestris circulator. Apuleius, de Asino aureo, lib. 1. in principio, Circulatorem aspexi equestrem spatam præacutam mucrone infesto deuorasse.

Circulator, Circunforaneus, qui sua carmina coronæ recitat. Is ab Horatio Cyclicus dicitur.

Circulatrix, pen. prod. (ἀγύρτις) Fœmininum. Martial. lib. 10. 3, Et fœda linguæ probra circulatricis.

Circulatorius, (ἀγυρτικὸς) Adiectiuum, Quod ad circulatorē spectat: ut, Sermo circulatorius. Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatem spectantibus. Hoc est, ijs qui garrula quadam circulatorum festiuitate gaudent.

Circulatoria iactatio. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Circulatim, pen. prod. (κύκλῳ) Sueton. In summo publico luctu externarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.

Cirris] κίρις, Dicitur Scylla, Nisi regis filia, mutata in auem cirim, id est, alaudam. Vide Scylla.

Cirnea] cirneæ, Vas uinarium, patens ac rotundum, quo uinum è cado hauritur, ut feratur ad mensam. Plaut. Amphit. 4. 276, Cadus erat uini, inde impleui cirneam.

Cirphis] κίρφις, Rupes est prærupta, ante urbem ubi Delphi inhabitant sita, fundosam relinquens uallem, per quam plurimus amnis dispergitur, & sub qua urbs uetusta iacet Cyrrha ad mare locata, ut author est Strabo, lib. 9.

Cirrha] κίρρα, Vrbs Phocidis: & Cirrhæi campi, quorum meminit Demosthenes in oratione pro Ctheſiphonte. Plin. lib. 4. cap. 3.

Cirrhæus (κιρραῖος) cognominatus est Apollo à Cirrha oppido. Templa Cirrhæa, Aedes Apollinis. Senec. Hercul. Oeth. 1. 19.

Cirrhota] κιρρώτα, uel Cirrha medicamenta, ijs adnumerata sunt quæ uocantur κολλυτιχὰ, ueluti quæ ex bitumine cōcinnantur. Comparantur uerò Cirrha ex lithargyro καὶ τῷ ἰῷ, amplius si percoquantur. Sed sepositis obducitur phœi coloris ἐπίτυγος, ex quo pharmaci intima uisuntur Cirrha magis, quam ab initio: quo nomine nuncupant nonnulli emplastros id genus ἀλιχρώμους: quidam uerò etiam ἀλιπροσώπους. Quòd si excoquātur leuius fiunt emplastri, quas melinas dicunt, id est μηλινάς. Vide Cæl. Rhod. li. 13. ca. 11.

Cirrhum] sunt qui colorē giluum interpretentur apud Gellium, ubi Mnesithei affertur sententia, esse tria uini genera, nigrum, album, medium quod uocant κίρρον. Giluum putat Seruius colorem melinum: sunt qui Cinericium. At Galenus, Cirrhum inquit, si aliter cupias enuntiare rectè prorsus dixeris πύρρον ὠχρὸν. Id est fuluum pallescens.

Cirrus] cirri, (βόστρυχος) Capitis crimis. Varro. Cato, de Liberis educandis, Itaque Ambraciæ primum capillum pueri lem demptū, item cirros ad Apollinē ponere solent. Nonius.

Cirri, (πλεκτάνια) ostreorum, siue polyporum capillamenta. Plinius, Græci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, ueluti in polyporum cirris. Martial. lib. 7, Et ostreorum rapere luxidos cirros.

Cirri in capite quorundam animalium à quibusdam appellantur capilli contorti ac perinde crispati, quales picus Martius & alauda & galeritæ in capitibus gerunt. Plin. lib. 11. cap. 37. 2, Et fulicarum generi dedit cirros: pico quoq; Martio, & grui Balearicæ.

Cirratus, Adiect. (βοστρυχωτός) Capillatus. Martial. lib. 9. 31, Nec matutini cirrata caterua magistri. Persius, Saty. 1. 3.

Cirsi] κίρσοι, Ab Hippocrate uocantur uarices, hoc est tumores pedum, & nonnunquam circa imam partē uentris, atq; adeò circa ipsos testes. Arist. Ixias uocat.

Cirsion] Cauliculus est tener duūm cubitorum, triangulo similis, foliis spinosis uirundatus. Spinæ mollis sunt. Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Hanc herbam, radicemq; eius adalligatam, dolores uaricum sanare tradūt. Hæc ex Plinij, lib. 27. cap. 48.

Cirsocele] κιρσοκήλη, Morbus est in scroto, quo dilatantur amplificanturq; quædam aut omnia uasa, quæ testem aluut. Omnis autem in scroto tumor, Cele Græcis, Latinis Rumex nūcupatur. Hæc author finit. medicar. apud Gel.

Cirta] Numidiæ urbs, ex Sallustio nota. Strabo libro ultimo munitissimam fuisse ait, & optimè structā, Micipsæ potissimū opera, qui Græcos in eam habitatū deduxit, & tantū effecit, ut decem equitum millia, & peditum uiginti emitteret.

Cirtiscus] Fluuius est memorandus in Scythia, teste Herod.

Cis] ἐπίτηδες, ἐντός, Præpositio, quæ idem quod Citra significat: sed ferè montium & fluminum nominibus iungitur. Liu. 4. ab Vrbe, 76, Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo prælio cōflixit. Cic. ad Atticum, lib. 7. 22. 7, Quoad hostis cis Euphraten fuit.

Cis paucos dies. Plaut. Trucul. 7. 18, Id est, intra paucos dies. Idem, Mostel. 2. 17,

Cis hercle paucas tempestates Tranio
Augebis ruri numerum.

Cis. pro Vltra. Sallust. Cis Rhenum atq; intra mare nostrum et Oceanum, nisi qua in paludibus uia fuit perdomita. Varro, lib. 20. Rhetor. Eo die cis Tyberim redeundum est. Nonius.

Cis Taurum. Cic. Appio, lib. 3. cap. 8. 16. Paulò antè, trans Taurum dixerat.

Cis undiq;. Plaut. Merc. 3. 73, Atq; ea sese cis uectatum undiq;.

Cis, citra, citimus facit, inquit Festus. De quibus uide infrà suo ordine.

Cisalpina Gallia] γαλλία ἡ τογάτα, quæ ab usu togæ, Togata Gallia dicitur. Cic. pro lege Manilia, 24, Inde quum se in Italiam recepisset, duabus Hispanijs & Gallia Cisalpina præsidijs ac nauibus confirmata, &c.

Cisalpini Galli. Liu. 5. ab Vrbe, 158. Et lib. 7. bel. Pun. 268, Gallos Cisalpinos, Ligures q;.

Cisamus] κίσαμος, Vrbs Cretæ apud Ptolemæum, hodie Ephitisa.

Cisapennina] Italia, & Transapennina dicitur in Antiquitatibus Catonis & Sempronij. Ex Budæo.

Ciseruſſa] In sula non longè à Gnido distans, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31, in descriptione insularum ante Asiam.

Cisibilites] Musti genus, in Galatia nascens, ut refert Plin. lib. 9. cap. 14.

Cisium] cisii, (λιτροχος) Genus uehiculi biroti, inquit Nonius.

Digitized by Google

nius. Cic. 2. Philipp. 84, Inde cisio celeriter ad urbẽ uectus, domum uenit capite inuoluto. Idem, pro Sex. Roscio, 11, Decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum cisiis peruolauit.

Cisiarius, Qui cisium agit. Vlpianus l. item quæritur. in prin. ff. locati, Si cisiarius, id est, carrucarius, dum cæteros trãsire cõtendit, cisium euertit, & seruum quassauit, uel occidit, puta ex locato in eum esse actionem. Exemplaria alia legunt, & Cabium, & Cissarius, duplici ss.

Cisori] Populi. Plin. lib. 6 ca. 30, Ab ea uerò cæli parte, quæ supra Syrtes maiores, Oceano meridiano prætenditur, Dalion uocatos esse dicit, pluuia tantùm aqua utentes, Cisoros, Longoporos, &c.

Cispello] cispellis, cispuli, cispulsum, cispellere. Citra pellere. Plaut. Amphit. 12. 17, Inde optimè cispellam uirum. Antiquum uocabulum.

Cispius] κίσπιος, Mons est in Vrbe, Exquiliæ regionis, de nomine cuiusdã hominis dictus. Hæc Festus. Gel. li. 15. cap. 1.

Cisrheuanus] pen. prod. Adiection. qui citra Rhenum habitat. Cæsar, Bell. Gal. li. 6, Neuios, Aduaticos, ac Menapios, adiectis cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis.

Cissa] κίσσα Fluuius põt Cappadocis, Ptolemæo, uulgò Quisa

Cissa] Insula in regione Mœsiæ, de qua sic Plin. lib. 3. ca. ult. Claræ ante ostia Tinaui calidorum fontium cum æstu maris crescentium, iuxta istrorum agrum, Cissa, Pullaciæ, &c.

Cisseris] κίσηρις, Ponitur à Polluce, lib. 7. cap. 22 inter ornamenta muliebria: ubi Gualtherus uertit Pumicem.

Cissus] κίσσος, Hederæ genus est, quæ sola sine adminiculo subsistit, neq; arboris aut muri, alterius ue pedamenti eget sustentaculo: unde etiam Orthocissus à Græcis dicitur, quasi recta hedera. Fabulantur Græci Cissum liberi patris pusionem in hanc herbam conuersum, ei nomen fecisse. Huius meminit Plin. lib. 16. cap 34.

Cissanthemos] pen. corr. Herba quæ & cyclaminos dicitur: uide Plinium, lib. 25. cap. 9. 12. Ruellius, lib. 2. cap. 95, hanc herbam medicis incognitam esse ait, eamq; esse quam nunc herbarij Sigillum Mariæ uocant.

Cisseus] κισσεὺς, Rex Thraciæ, pater Hecubæ uxoris Priami: à quo Cisseus Patronymicum fœminum.

Cisites] cisitæ, pen. prod. Gemma candore insignis. Plin. lib. 37. cap. 10 14. & cap. 11. 3.

Cissymbium] Ligneũ poculum ex hedera, quã Græci κισσύβιον appellant, inquit Sipontinus. Pollux autem dictum ait, quòd id poculum pastorale hedera circundatum sit. Meminerunt Theocritus & Homerus.

Cista] cistæ, (κίστη, κιστὶς) Genus uasis uiminei. Colum. lib. 12. cap. 54. 2, Si mulium liquoris fuerit, muriam durã adijcito, & ita eluito, & postea in quadratam cistam uimineam, quæ neq; spissè, sed tamen, & crassis uiminibus contexta sit, rapta componito. Plin. lib. 5. cap. 17. 2, Singula mala cõuolui, cistis uitilibus condi.

Cista texta de uimine. Ouid. l. lib. 2. Metam. 111.

Effracta cista. Horat. 1. Epist. 18. 11.

Caua cista. Catul. epigram. 59. 52.

Cistas deijcere. Autor ad Herennium, lib. 1. 22.

Cista etiam ex asseribus construitur, in qua pecuniæ, libri & alia reponuntur: estq; ceu capsa quædam. Cic. 5. Verr. 170, Quaternos H S. quos mihi Senatus decreuit, & ex erario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuuen. Saty. 3. 21,

Namq; uetus Græcos seruabat cista libellos.

Cista in iudicijs erat, intra quam tabulæ ceratæ ponebantur in ferendis suffragijs, ut inquit Asconius in Ciceronis Diuinationem, In Diuinatione, & in alijs causis maioribus, uniuersi iudices in cistam tabulas simul conijciebãt suas, easq; insculptas literas habẽtes absolutionis, siue cõdemnationis.

Cistæ suffragiorum in comitijs erant. Plin. lib. 33. cap. 2.

Cistula, pen. corr. (κιστίον) Diminutiuum. Martial. lib. 1. 142,

Parcæ cistula non capax oluæ. Vulgò Bulgeta dicitur, Bulga utatoria. Budæus.

Cistella, (κιστέλλιον,) Diminutiuũ à Cistula diminutiuo. Terent. Eunuch. 4. 6. 15, Cistellã Pythia domo effer cũ monumentis.

Cistellam suffragiorum. Autor ad Herennium, lib. 1. 22, posuit pro uase, quo suffragia populi in creandis magistratibus legibusq; ferendis colligebantur.

Cistellatrix, cistellatricis, pen. pro. (κιστοφόρος) Plaut. Trinumm o, 5. 23, —nox datur, ducitur familia tota, Cantrices, cistellatrices, nuncij, renuncij, raptores panis & peni.

Significare uidetur ancillam cistophoron, quæ canistrum fert heræ. Budæus.

Cistellula. pen. corr. (κιστέλλιον,) Diminutiuũ ex cistella. Plaut. Rud. 10. 59, Vbi nam ea fuit cistellula?

Cistifer, pen. corr. cistifera, cistiferum, pen. corr. (κιστοφόρος) Qui fert cistam. Martial. lib. 5. 17,

Nupsisti Gellia cistifero.

Cistena] Vrbs est Aeolidis, de qua Pomponius lib. 1. sic scribit, Isthmus ille qui inter Elaiticum & Idæum sinum promi net, paruis urbibus aspersus est: quarum clarissima est Cistena. Apud Plinium, lib. 5. cap 30, Cisthene scribitur.

Cisterna] Αἰξωνεὺς, ἐνδοχεῖον, Locus in quo colligitur aqua pluuia. Festus, Cisterna dicta est quòd est cis, id est, infra terram. Vlpianus in l. 1. ff. de riuis, Cisternæ autem imbribus concipiuntur. Plin. lib. 15. cap. 17. 6, Columella autor in puteos cisternásue in fictilibus uasis pice diligenti cura illitis mergi.

Vini cisterna Vlpianus in l. uulgaris. §. sed et si de naui. ff. de furtis, Et quid si cisterna uini sit, quid dices? aut aquæ cisternæ?

Cisterninus, pen. prod. Adiect. (Αἰξωνικὸς) ut, Cisternina aqua. Colum. lib. 12. cap. 43. 6, Tota deinde uasa in aqua fontana uel cisternina ponderibus impositis mergi.

Cisthum] κίσθος, Genus fruticis: Plin. lib 24. ca. 10. 7, Græci uicino uocabulo cisthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi.

Cisthus] arbuscula in Cypro insula. Plin. lib. 24. cap. 10. 7, Græci uicino uocabulo cysthon appellant fruticem maiorẽ thymo, foliis ocimi. Duo eius genera, Flos masculo roscaceus, fœminæ albet. Vide Ruellium, lib. 1. cap. 66.

Cistophorus] pen. corr. (κιστοφόρος) Nummi species à Canephoris Palladis Atticæ urnigimbus ministris dicti. Cic. Attico, lib. 11. 2 09. 2, Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & uicies. Huius pecuniæ permutatione fidẽ nostram facilè tuebere. Idem pro domo sua, 42, Vt in Asia cistophorum flagitaret. Liu. 7. bel. Maced. 190, Cistophori decem quadraginta octo. Bap. Pius.

Cistula.] Vide Cista.

Citarista] uel Citaristes, Promontoriũ est Narbonensis prouinciæ, non procul à Massilia. Plin. cap 4. libro 3. & Pomponius, libro 2.

Citatus] Vide Cito, Citas.

Citeria] κιτέρια, appellatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi solita sit. Cato in M. Cælium, Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego deniq; credo in Pompa uectitatum ire ludis pro citeria, atq; cum spectatoribus sermocinaturum? Festus.

Citerior Citerius] Vide Citra.

Cithæron] κιθαιρών, Mons Libero sacer. De quo Seruius Aeneid. 10. Parnasius, mons est Thessaliæ iuxta Bœotiam, qui in duo finditur iuga. Cithæronem liberi, & Heliconẽ Apollinis

Digitized by Google

linis & Musarum. Huc Lactantius, lib. 1. cap. 22. Diuinarũ institutionum, quia super ipso frequenter Orpheus citharæ cantu personaret, Citheronem appellatum scribit. Ouid. lib. 2. Metam. 45,

Dindymaq;, & Mycala, natusq; ad sacra Citheron.

Ibi enim sanctè colebatur Bacchus. Seruius alibi censet esse partem montis Parnassi refertam animalibus, ex illo Virgilij, 3. Georg. 8,

—uocat ingenti clamore Citheron, &c.

Scelerum capax Citheron. Seneca, Oedip. 12. 4.

Festus Citheron. Ouid. 3. Metam. 141.

Nocturnus Citheron, Nocte celebratus. Virg. 4. Aeneid. 61.

Noxius Citheron, dictus à Seneca, in Thebaid. 1. 55. aut propter turpitudinem celebrantium illic orgia Baccharum, aut propter Penthea & Orpheum ibidem dilaniatos.

Cithara] pen. corr. (κιθάρα) Instrumentum musicũ, quod lyra alio nomine dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56. 14, Citharam Amphion, ut alij Orpheus, ut alij Linus inuenit.

Cithara, pro Ipsa musica & harmonia. Virg. 12. Aeneid. Augurium, citharamq; dabat, celeresq; sagittas.

Citharæ sonus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 3.

Strepitus citharæ. Horat. 1. Epist. 2. 7.

Imbellis cithara. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.

Cithara perfecta. Quintil. lib. 2. cap. 8. 10.

Pectere citharam. Vide Pecto.

Laqueata citharis reboant. Lucret. lib. 2. 6.

Tacentem cithara suscitare Musam. Horat. 2. Carm. ode 10. 4.

Citharœdus, (κιθαρῳδός,) Qui cithara ludit, & peritus est eius generis instrumenti. Varro, 2. de Re rust. cap. 1, Sed non omnes qui habent citharã sunt citharœdi. Cic. 5. Tusc. 163, At uocem citharœdi non audiunt. Horat. in Arte, 72,

—& citharœdus
Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Citharœdicus. pen. corr, (κιθαρῳδικός,) Adiectiuum: ut, Citharœdicus habitus. Sueton. in Nero. Item statuas suas citharœdico habitu. Apud Plinii, lib. 9. ca, 8. 9, Citharœdica ars.

Citharista, (κιθαριστής,) Qui citharam tantùm pulsat, non etiã accinit, inquit Budæus. Cic. 3. Verr. 36, At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem òmnia intus canere dicebãt, sustulit. Idem, 5. Philipp. 174, Saltatores, citharistas, totum deniq; comessationis Antonianæ chorum, &c.

Citharistria, (κιθαρίστρια.) Quæ cithara canit. Terẽt. Phorm. 1. 2. 32, Continuò quandam nactus est puellulam Citharistriam. Ibidem, 59, eandem Terent. uocat fidicinã, Ille qui illam amabat fidicinam. Ergo indifferenter, inquit Donatus.

Citharus] Piscis genus est mollem carnem habens, quodq; ob id facilius quàm alij pisces concoquitur. Galen. ex Philotimo, lib. 3. de alim. facul. cap. 30. Meminit Strabo, lib. 17.

Citimus] Vide Citra.

Cito, citas, Citatim, Citatus, Citò Aduerbium] Vide Cieo.

Citorus. Vide Cytorus.

Citra] ἐπὶ τάδε, Præpositio, accusatiuo casui seruiens: cui opponitur Vltra, à cis deriuatur. Cæsar, 6. bel. Gal. Qui sunt citra Rhenum.

Citra flumen educere exercitum. Cic. 6. Philipp. 208.

Citra Leucadem. Cic. Tironi, lib. 16. 4. 1, Quum uenissem Veliam, Brutus audiuit, erat enim cum suis nauibus apud Haletem fluuium citra Veliam millia passuum 111. pedibus ad me statim.

Natus citra mare. Horat. 1. Serm. Saty. 10. 7.

Vltra citraq;. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 22,

Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Citra. pro Sine, Colu. lib. 2. cap. 2. 16, Sed citra hoc experimentum multa sunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent, ut iuncus & calamus. Plin. lib. 35. cap. 11. 18, Citra puluerisactum.

Citra accusationem crimen in aduersarium uertere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 18.

Citra Senatus populiq; autoritatem. Sueton. in Cæsare.

Citra codicillos, pro Sine codicillis. Hermogenianus in l. administrantes. ff. de excusationibus tutorum, Administrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, à tutela, itemq; à cura tempore administrationis delata excusantur. Budæus.

Citra commoda emeritorum præmiorum exautorare legiones, Sueton. in Augusto, cap. 24.

Citra complexum causæ laudabilis. Quintil. lib. 8. cap. 5. 3.

Citra denunciationem. Quintil. lib. 3. cap. 8. 14.

Citrà æmulum aliquid facere. Quintil. lib. 12. cap. 10. 7.

Citra fastidium nominentur. Plin. lib. 3.

Citra honorem uerborum prosequi aliquem. Suetonius in Augusto, cap. 66.

Citra inuidiam. Plin. lib. 7. cap. 29. 1. Et apud eundem, lib. 11. cap. 49, Citra perniciem.

Citra musicen. Quintil. lib. 1. cap. 4. 3.

Citra morsum exanimat. Plin. lib. 8. cap. 38. 1.

Citra personam argumenta ducere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 11.

Citra satietatem data glans. Colum. lib. 7. cap. 6. 5.

Peccare citra scelus. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. 5.

Citra scientiam. Colum.

A' postrema syllaba citra tertiam nõ posuit natura uocem acutam. Cic. in Orat. 32.

Citrà, pro Ante. Sueton. in August. Solebat etiam citra spectacu lorum dies siquando, &c.

Citrà, Aduerbium, in eadem significatione, sed sine casu. Liu. 10 lib. ab Vrbe, 118, Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt.

Citrà, aliter. Plin. lib. 17. cap. 22. 12, Quoniam & sic coercetur impetus materiæ, densioresq; citrà pampini exultant.

Citerior, Comparatiuus: quòd à Citer uocabulo obsoleto quidam deducunt. Cic. Attico, lib. 12. 252, 6, Hircius ad me scripsit, Sex. Pompeium Corduba exisse, & fugisse in Hispaniã citeriorem. Idem, lib. 10. epist. 4. 8.

Aetas citerior. Valer. lib. 8. titul. de Studio & industria.

Dies citerior. Caius in l. si seruus. §. quum mihi aut Titio. ff. de uerborum obligationibus, Tempora uerò diuersa designari posse, ueluti, Mihi Calend. Febr. imò etiam citeriorem diẽ in Titij personam conferri posse. Citeriorem dixit, pro Breuiore & proximiore. Paulus in l. sed & si. ff. de constituta pecunia, Sed & si citeriore die constituat se soluturum, similiter tenetur. Budæus.

Citeriora nondum audiebamus. Cic. ad Cælium, lib. 2. 11. 1.

Considerare humana ac citeriora. Hoc est, terrena ac terrenis proxima. Cic. 7. Tuscul. 101.

Citimus, penult. correp. Superlatiuum. Citima nobis secula sunt recentissima, quæ enim nobis proxima sunt, citima appellantur. Cic. de Vniuersit. 33, Eamq; quæ erat eiusdem, detorsit à Litere in dextram partem: hanc autem citimam, à mediana linea direxit ad Leuam, sed principatum dedit superiori.

Citima terris Luna. Cic. in Som. Scip. 13, Ex quibus erat ea minimaque ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citrago] Eadẽ cum Melissophyllo. Vide Melissophyllũ.

Citro] Non simplex reperitur. Vide Vltro.

Citreus] Vide Citrus.

Citrium

Digitized by Google

Citriũ] *trij.* Pomum *citri arboris*, Dioſcor. *in capite* Mali Medici.

Citrus,] *citri*, (κίτρος) Arbor quæ medica fert mala. Dioſcorides, *lib.*1.*ca.*136, Poſtremò quæ Medica, Perſicáue, aut citromela, à Romanis uerò citria uocantur, omnibus nota, arborem habent toto anno fœcundam & ſuperfœtantem. Pomum oblongum eſt, rugoſum, colore ad aurum inclinato, cum grauitate, odoratum. Semen habet pyrorum ſemínibus ſimile. Plinius, *lib.*13.*cap.*1.1, Cedri tantum & citri ſuorum fruticum in ſacris fumo conuolutum nidorem uerius quàm odorem nouerant. Idem, *ca.* 3. *toto.* Vulgò appellatur cedro aut citrone.

De citro ſic ſcribit Calepinus ex uarijs autoribus, Citrus arbor nobiliſſima, quæ ſola apud Atlantem montem in Mauritanis naſcitur, Romanis quondam gratiſſima: nam aſſerebatur ad ornamenta menſarum & lectulorum. Non multum creſcit, & folia maiora habet quàm laurus. Hinc Citreus, adiectiuum: ut, Citreæ menſæ. Apud Dionem, cedron, & poma cedria, pro citro & citrijs appellata inueniũtur. Alterius tamen generis ſunt citri Atlanticæ, ex quibus menſæ fierent, quàm noſtrates citri, unde mala medica naſcuntur. Hæ folio ſpectantur arbuti ferè aut lauri: Atlanticæ, cupreſſo fœminæ ſylueſtri, folio, odore, caudice.

Citrum, neu. gen. pro Ligno. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 2. 3, Nunc ubi hic uides citrum aut aurum? Martial. lib. 10. 80,

Iniſſicit, aut pueros, nobiliúsue citrum. Ibidem, 27,

Et citrum uetus, Indicoſq; dentes.

Citreus, Adiectiuum, (κίτρεος, κίτριον,) ut Citrea mala. Plinius, *lib.*13.*cap.*28.2, Citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus. Ibidem, *lib.*23.*cap.* 6, Citrea contra uenenum in uino bibuntur, uel ipſa uel ſemen: faciunt oris ſuauitatem, decocto eorum colluto, aut ſucco expreſſo.

Menſa citrea. Cic. 6. Verr. 32.

Citreum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 11.

Citrinus, pen. corr. (κιτρόεις,) aliud Adiectiuum: ut, Color citrinus. Plin. lib. 19. cap. 5. 2. de cucumere. In Italia uirides, & quamminimi, in prouincijs quammaximi & citrini aut nigri. Id eſt citri ſiue auri colorem habentes.

Citroſa ueſtis, (κιτρώδης,) à ſimilitudine citri appellata eſt. Hæc Feſtus. Meminit & Macrobius, lib. 3. Saturn. cap. 19.

Citta] κίττα, Auis quaſi pica: quoniam, ut Galenus ait, terram mandit, aut quia colores habet, ut pica, diſpares. Hinc deprauatus mulierum prægnãtium appetitus, Citta dicitur, quum mutiles cibos appetunt: quod ferè contingere ſolet ſecundo aut tertio à conceptu menſe, ex alimento in uentriculo corrupto, fœtu exiſtente tam imbecilli, ut nutrimentum cõſumere non poßit. Hinc fit ut copioſæ in uentriculo redundantiæ cumulentur, quæ uarium abſurdumq; gignunt appetitum, ut carbonum, cretæ, & ſimilium. Eam ob cauſam Græci malum hoc κίτταν, hoc eſt picam appellauere, ab auis eius uarietate ſumpta ſimilitudine.

Cittampelos] κιτταμπελος, Herba eſt, quæ Dioſcoridi Helxine, & officinis Parietaria dicitur. Vtuur hac appellatione Paulus Aegineta, lib. 6.

Cittium] κίττιον, oppidum Cypri: unde Citticus Zeno, apud Laertium, lib. 7.

Cittoſis] κίττωσις, Vuarum uitium eſt, quum acini à Racemis dilapſi pereunt. Vide Cæl. Rhodig. lib. 6. cap. 1.

Citus] Vide Cieo.

Ciuis] huius ciuis, com. gen. (πολίτης, ἄδος, πολῖτις,) Ciues dicti (inquit Cicero) à coeundo: quòd uinculo quodam ſocietatis in unũ coeant cœtum, & ſub legibus uiuant. Plaut. Ru. 18. 34, Obſecro defende ciues tuas ſenex. Cic. lib. 3. Offi. 61, Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, rectum eſt, nõ licere.

Ciuis meus, ciuis tuus dicitur, pro Conciui, quem barbari uocant compatriotam. Cic. 1. de Finibus, 17, Debeo profectò, quantũcunq; poſſum, eo quoq; elaborare, ut ſint opera, ſtudio, labore meo, doctiores ciues mei. Idem, in Catil. oratione prima, 12, Serui me hercle mei ſi me iſtũ pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui.

Noſtri ciues. Cic. 2. de Diuinat. 10.

Ciuis eſt, qui eiuſdem eſt patriæ. Curtius, lib. 9. in fine, Simplicius tamen famam æſtimabat in hoſte, quàm in ciue.

Ciuis & Peregrinus opponuntur. Cic. 6. Verr. 68, Apud Segeſtanos repertum eſſe, Iudices, ſcitote neminem, neq; liberum, neq; ſeruum neq; ciuem, neq; peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere.

Ciuis & aduena. Cic. 6. Verr. 66, Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis uiſebatur.

Mundi ciuis. Cic. lib. 2. de Legib. 91, De animo huius corporis uinculis iam abſoluto.

Solus liber, ſolus ciuis. Cic. 4. Academ. 247, Poſtremò ſolum ciuem, ſolum liberum: inſipientes omnes peregrinos, exules, ſeruos, furioſos.

Libertas ciuium. Cic. pro Rab. Poſth. 20.

Parricida ciuium. Cic. 1. in Catil. 21.

Ciues clari. Quintil. lib. 5. cap. 11. 28.

Summi uiri & clariſſimi ciues. Cic. 1. in Catil. 21.

Serui, & egentes ciues. Cic. pro Milone, 28.

Infimus ciuis. Vide Inferus.

Inſitus urbi ciuis. Vide Inſero.

Perditus ciuis. Cic. 2. in Catil. 34. & Attico, lib. 7. 132. 2.

Potentiorum ciuium ſuperba limina. Horat. Epod. 2. 2.

Romanus ciuis. Cic. 7. Verr. 115, Vt etiam illa uox & illa implo ratio, Ciuis Romanus ſum, quæ ſæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros & ſalutem tulit.

Romana ciuis. Cic. pro Corn. Balbo, 45. Sic apud Terentium, And. 1. 3. 16, Ciuis Attica.

Trepidi ciues. Virg. 13. Aeneid. 118.

Aſciſcere ciuem. Cic. pro Corn. Balbo, 23.

Romana ſuos egit diſcordia ciues, Bellum Romæ inteſtinũ fuit. Propert. lib. 1. eleg. 21. 1.

A uita fortunisq; ciuium arcere aliquem. Cic. 1. in Catil. 24.

Clamare ſe ciuem Romanum. Cic. 7. Verr. 130.

Ciues eadem æquitate continere. Vide Contineo.

Dare ciuem populis. Silius, lib. 8. 82.

Dare ciuibus urbem, Ciuitatem condere. Virg. 5. Aeneid. 125.

Ciuem à periculo defendere. Vide Defendo.

Inferre famem ciuibus. Cic. Attico, lib. 9. epiſt. 181. 5.

Salutem ciuium negligere. Cic. 1. Catil. 20.

Relinquere incolumes ciues. Cic. 2. in Catil. 26.

Tenere iura ciuium. Cic. 1. in Catil. 20.

Tradere uias optimarum artium ciuibus. Cic. lib. 2. de Diuin. 1.

Ciuis hinc eſt. Terent. And. 5. 1. 14.

Ciuitas, pen. corr. (πόλις,) A ciuibus appellata eſt, quaſi ciuium multitudo. Cic. 5. Verr. Huic homini Iudices, honeſtiſſimæ ciuitatis honeſtiſſimo, &c. Inter Ciuitatem & Vrbem hoc intereſt. Ciuitas, dicuntur incolæ: urbs autem complectitur ipſa ædificia. Nonius.

Quid ſit ciuitas, ſuccinctè & eleganter deſcribit Cic. de Somnio Scipionis, 8, Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm conſilia, cœtuſq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Idem, pro Seſtio, 79, Tum conuenticula hominum, quæ poſtea ciuitates nominatæ ſunt.

Ciuitas, pro Vrbe, aut oppido. Liu. 9. bel. Pun. 2, Eadẽ æſtate in Brutijs iã Petitia à Conſule deuicta, Conſentia, & Pandoſia, & ignobiles aliæ ciuitates uoluntate in deditionẽ uenerunt.

Vrbs

Vrbs & ciuitas. Cice.4. Acad.247, Deniq; ſcripta Lycurgi, Solonis, XII. tabulas noſtras nõ eſſe leges, ne urbes deniq; aut ciuitates, niſi quæ eſſent ſapientium. Idem, pro P. Sylla, 20, Etenim in qua ciuitate res tãtas geſſerim, memini: & in qua urbe intelligo.

Ciuitates, & municipia. Cic. pro Muræna, 45.

Patria ciuitatis. Cic.2. de Leg.8, Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: unam naturæ, alteram ciuitatis.

Clades ciuitatis importuna. Cic. de claris Oratoribus, 186.

Commemoratione ciuitatis omnia uerbera depulſurum, cruciatumq; à corpore deiecturum arbitrabatur. Cic.7. Verr.126.

Deſiderium ciuitatis. Cic. pro Domo ſua, 68.

Diſſimilitudo enim ciuitatum uarietatem iuris habeat neceſſe eſt. Cic. pro Cornel. Balb.23.

Homo multarum ciuitatum. Cic. pro Corn. Balbo, 22.

Ius ciuitatis honore digniſſimo. Cic. pro Corn. Balb.33.

Largitio & communicatio ciuitatis. Cic. pro Corn. Balb.24.

Nomẽ ciuitatis nobile & illuſtre apud omnes. Cic.7. Verr.130.

Nomen ciuitatis apud aliquem ualere. Cic.7. Verr.130.

Nomen ciuitatis implorare & uſurpare. Cic.7. Verr.127.

Salus ciuitatis nititur in aliquo. Cic. de Somnio Scip.7.

Ciuitatum ſtatus. Quint. lib.2. cap.16.3.

Ciuitatis uires, & mores. Quint. lib.3. cap.8.10.

Vſurpatione & mentione ciuitatis aſſequi aliquid. Cicero, 7. Verr. 131.

Ex ciuitate aliqua ampliſſimus aliquis. Cic. pro Corn. Bal.39.

Honeſtiſſimus ciuitatis honeſtæ. Cic.5. Verr.46.

Beata ciuitas. Cic. lib.1. de Finib.89, Neq; enim ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata.

Ciuitas bellicoſa. Vide Bellum.

Ciuitates clariſſimæ. Quintil. lib.1. cap.2.2.

Commendatior ciuitas ſtudio, cura & diligentia alicuius. Cic. pro Corn. Balbo, 34.

Fœderata ciuitas. Cic.7. Verr.104.

Graues ciuitates. Cic.7. Verr.105.

Honeſtior ciuitas, quàm, &c. Cic. pro Flacco, 58, Nũ honeſtior eſt ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæa?

Humilis ciuitas, Vrbs in imo ſita. Seneca, Thyeſt.5.11.

Ciuitates immunes & liberæ. Vide Immunis.

Lauta ciuitas. Vide Lautus.

Locuples copijs ciuitas. Vide Locuples.

Maledica ciuitas. Vide Malus.

Optimè merita ciuitas. Cic. pro Corn. Bal.26.

Bene morata, & bene conſtituta ciuitas. Vide Mos.

Bene moratæ ciuitates. Cic.1. de Orat.42.

Ciuitas prudentiſſima. Quint. lib.5. cap.11.29.

Sine lege ciuitas. Quint. lib.5. cap.11.20, Vt corpora noſtra ſine mente, ita ciuitas ſine lege, ſuis partibus, ut neruis ac ſanguine, & membris uti non poteſt.

Abſtrahere ciuitatem. Vide Abſtraho.

Ciuitatem adminiſtrare. Vide Adminiſtro

Adminiſtrari ciuitas ſine ſcueritate non poteſt. Cic.1. Offi.125.

Ciuitatem adoriri. Vide Adorior.

Ciuitatem augere. Vide Augeo.

Augere ciuitatem hoſtibus recipiendis. Cic. pro Cor. Bal.24.

Conciliare ciuitatem. Vide Concilio.

In ciuitatem ſtudia & beneficia conferre. Cic. pro Cor. Bal.34.

Ciuitas officijs coniuncta. Vide Coniungo.

In ciuitate conſtituere legibus aliquẽ. Cic. pro Archia poeta, 17.

Ciuitatem in officio continere. Vide Contineo.

Ciuitas legibus continetur. Vide Contineo.

Ciuitas rabie contacta. Vide Contingo.

Conuertet ſe ciuitas in aliquem. Cice. in Somnio Scip. 7. pro, Homines ciuitatis.

De ciuitate eijcere. Cic. pro Archia poeta, 17.

Eijcere aliquem è ciuitate. Cic. pro Domo ſua, 68.

Euertere funditus ciuitatem. Cic.6. Verr.67.

Execrata Phocæarum ciuitas. Horat. Epod.16.4.

Expetitus multis ciuitatibus homo. Cic. pro Archia poeta. 17.

In oculis ciuitatis aliquid eſſe extructum, ac poſitum. Cic. pro Domo ſua, 77.

Suffragium ferre non de ciuis, ſed ciuitatis ſalute. Cicero, pro Domo ſua, 70.

In ciuitate rem perniciоſiſſimam inducere. Cic.1. Offic.121.

Inſtituere ciuitates. Cic.1. de Orat.43.

Ciuitatem inuadere. Quint. lib.1. cap.6.29.

In largienda ciuitate parcus. Cic. pro Corn. Bal.40.

Munita iure ciuitas, & libertas. Cic. pro Domo ſua, 63.

Perſequi ciuitatem bello. Cæſar, lib.5. bel. Gal.5.

Sancire iura de ciuitate, & libertate. Cic. pro Domo ſua, 63.

Suſpenſa ac ſolicita ciuitas. Cic. pro Domo ſua, 73.

Ciuitas dicitur etiam ius ciuium. unde

Ciuitatẽ adimere alicui. Vide Adimo. Cic. pro Domo ſua, 62.

Ademptio ciuitatis. Cic. pro Domo ſua, 61.

Adipiſci & perdere ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal.23.

Ciuitatem amittere. Cic. pro Cecinna, 73. Vide Amitto.

Aſciſcere in ciuitatem. Vide Aſciſco.

Aſcribere ciuitati & in ciuitatem. Vide Aſcribo.

Aſcribi ciuitatibus. Cic. pro Archia poeta, 7.

Conſequi ciuitatem beneficio aliquorũ. Cic. pro Corn. Bal.24.

Dare ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal.45.

Dare ſe in ciuitatem. Cic. pro Corn. Balbo, 23.

Donare ciuitate aliquem. Cic. pro Corn. Bal.23.

Eripere alicui ciuitatem. Cic. pro Domo ſua, 62.

Ereptor ciuitatis. Cic. pro Domo ſua, 63.

Habere ciuitatem. Cic.2. de Leg.8.

Impertiri ciuitatem gratuito alicui. Cic. pro Archia poeta, 7.

Largiri ciuitatem. Vide Largior.

Mutari ciuitate. Vide Muto.

Recipere ciuitate. Cic. pro Corn. Bal.25.

In ciuitatem recipere. Cic. pro Archia poeta, 17.

Retinere ciuitatem. Cic. pro Corn. Balb.23.

Retinere in ciuitate, & Exterminare ex ciuitate aliquem: contraria. Cic. pro Ligario, 20, Aut tres Ligarij in ciuitate retinendi ſunt, aut tres ex ciuitate exterminandi.

Libera ciuitas. Cic.1. Philipp.2.

Princeps ciuitas. Cic.1. Philipp.1.

In ciuitatem ſuſcipere. Cic.2. de leg.8.

Tribuere ciuitatem. Cic. pro Corn. Bal.30.

Ciuilis, & hoc ciuile, pen. prod. (πολιτικὸς,) Quod ad ciues pertinet: ut, Ciuile odium, ciuile bellum, Cic.1. Tuſcul.144. Ciuile ius, Idem, 3. de Fin.103.

Actio ciuilis. Cic.1. Verr.10.

Amor ciuilis. Gell. lib.12. cap.1. ad finem, Magnam ferè partem non naturalis ille amor eſt, ſed ciuilis & opinabilis.

Arma ciuilia. Claudian.2. Panegy.18.

Bellum ciuile. Cic. Attic. lib.7.132.1.

Bella pluſquam ciuilia. Lucan. lib.1.1.

Belli ciuilis æſtus. Horat.2. Epiſt.2.10.

Buſta ciuilia. Propert. lib.2. eleg.16. Id eſt, campos Philippicos, in quibus & occiſa ſunt, & ſepulta Romanorum multa millia bello ciuili inter Cæſarem & Pompeium.

Curæ ciuiles, id eſt cura de ciuibus, aut quæ ciuem decent. Horat.3. Carm. ode 8.4.

Ciuilis dies. Plin. lib.2. cap.77.

Diſſidium ciuile. Claud. de bel. Gild.49.

Furor ciuilis. Horat.4. Carm.15.4.

Digitized by Google

Ciuilem furorem uocat seditiones ciuium.
Ciuilis & humanus ingressus orationis. Quintilian. libro 3. capite 8. 41.
Iura ciuilia. Horat. 1. Sermo. Satyr. 9. 8.
Lex ciuilis ac publica. Cic. pro Cecinna, 34.
Mars ciuilis, Bellum inter ciues. Ouid. epist. 6. 7. Ciuilem Martem uocat illorum, qui ex eadem terra geniti erant.
Mos consuetudoq; ciuilis. Cic. 1. Offic. 205.
Nefas ciuile, Nefas ciuium. Stat. 1. Sylu. 1. 16. Intelligit bellum ciuile.
Odia ciuilia. Claudian. de bello Get. 114.
Ciuilia officia. Quint. lib. 2. cap. 15. 24.
Pax ciuilis. Cic. 7. Philipp. 211.
Quercus ciuilis, Quercea corona ciuica, quam (ut refert Seruius) qui in bello ciuem liberassent, accipiebant, ideo quia antè causa uitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus uescebantur. Virg. 6. Aen. 155.
Sanguis ciuilis. Lucret. lib. 3. 14. Id est bella ciuilia, siue ciuium interfectiones.
Ciuilis scientia. Quint. lib. 2. cap. 15. 23.
Strages ciuilis. Claud. 4. Panegyr. 24.
Studia ciuilia. Cic. pro Fonteio, 14.
Ciuilis uir. Quint. in Proœm. lib. 1. 8.
Vndæ ciuiles, id est curæ & solicitudines omniũ quæ ad Rẽpu. pertinent. Horat. 1. Epist. 1. 4.
Agere se ciuilem. Sueton. in Tiberio, cap. 26.
Ciuilitas, pen. cor. ciuilitatis (πολίτευμα) quasi ciuilis mos: qui & urbanitas dicitur.
Clementia & ciuilitas. Sueton. in Augusto, cap. 51.
Iactator ciuilitatis. Sueton. in Claudio, cap. 35.
Ciuilitatis partes. Quint. lib. 2. cap. 15. 17.
Ciuilitatis particulæ. Quint. lib. 2. cap. 15. 17.
Ciuiliter, pen. cor. (πολιτικῶς) Aduerbium.
Ciuiliter, Id est ex instituto Iuris ciuilis. Iabolenus in l. quũ hæredes. §. item quæro. ff. de acquirenda possessione, Si uxoris liberum hominem, eum à te possideri non puto. quod quum ita se habeat, multominus à te per illum res eius possidebuntur. neq; enim rerum natura recipit, ut per eum aliquid possidere possim, quem ciuiliter in mea potestate non habeo. Idem in l. quod seruus. eod. tit. Per seruum dominus quoq; possidere dicitur, summa scilicet cum ratione: quia quod ex iusta causa corporaliter tenetur, id in peculio serui est: & peculiũ quod seruus ciuiliter possidere non potest, sed naturaliter tenet, dominus creditur possidere. Alioquin Ciuiliter, ex ciuilitatis præscripto, Id est non tyrannicè significat, uel monarchicè. Iuuen. Satyr. 5. 12,

——solum Poscimus, ut cœnes ciuiliter.

Id est, non tibi sit panis lautus, & ceteris conuiuis uulgaris, ut non sit inter nos delectus ferculorum. Budæus.
Contendere ciuiliter. Cic. 1. Offic. 58.
Plus quàm ciuiliter. Ouid. 12. Metam. 117. Id est, non ciuiliter, non ut ciuem decuit. De Neptuno.
Ciuilior, & Ciuilius (πολιτικώτερος) Comparatiua. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 3,

Ipse pater patriæ, quid enim ciuilius illo? &c.

Ciuicus, pen. cor. adiect. (ἀστικὸς) Cic. pro Plancio, 59, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, ut coronam dent ciuicã, & se ab aliquo seruatos esse fateantur. Idem in Pisonem, 4, Mihi hic uir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius his audientibus ciuicam coronam deberi à Republic. dixit.
De ciuica corona, Plin. lib. 16. cap. 4. 1, Hinc ciuicæ coronæ, militum uirtutis insigne clarissimum. Iampridem uerò & clementiæ imperatorum, postquam ciuilium bellorum profuno meritum cœpit uideri ciuem non occidere. Cedunt ijs murales uallaresq;, & aureæ, quanquam precio antecedentes. Cedunt rostratæ, quamuis in duobus maximè ad hoc æui celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemq; M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Ibidem 5, Ciuica ilignea primò fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra. Variatumq; & cũ quercu est, ac data ubiq; quæ fuerat custodito tantum honore glandis.
Ciuica donare aliquem. Quint. lib. 6. cap. 4. 55.
Ciuicam coronam ciuis, salutis suæ causa, seruatus in prælio dabat, quæ erat ilignea, frondem habens perennẽ. Hæc Festus. Gell. lib. 5. cap. 6, Ciuica corona appellatur, quã ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testẽ uitæ salutisq; perceptæ dat. Ea fit è frõde querna: quoniam cibus uictusq; antiquissimus querceus capi solitus sit. Fit etiã ex ilice: quod genus superiori proximum est.
Arma ciuica apud Ouidium, lib. 1. Fast. 5. intelliguntur Peritia dicendi in iudicio, qua uel accusamus uel defendimus reos.
Bella ciuica. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 12, Hoc est ciuilia, siue intestina.
Ciuica iura. Horat. lib. 1. Epist. 3. 6.
Modus ciuicus. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.
Rabies ciuica. Horat. 3. Carm. ode 24. 6.
Cius] Fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens. Est & urbis nomen, quam, ut testatur Strabo libro 12, Demetrius euertit, deductq; Prusiæ Zelæ, qui hanc euertit, & Myrleam Prusiæ uicinam. Is à ruinis eas excitans, Cium, à se Prusiadam: Myrleam uerò, ab uxore Apamiã nominauit.
Cizara] κίσαρα, Castellum erat munitissimum, lacui, nomine Stiphanis, in Phazemonetica regione, adiacens, quod nunc desertum est, ut Strabo docet, lib. 12.
Cizicus] Vide Cyzicus.

C L

Clabula] uel ut quædam habent exemplaria, Clauola, scissio lignorum uel præsegmina, authore Nonio. Varro, 1. de Re rustic. cap. 40. 4, Demum in oleagineis seminibus arbores uidẽdum, ut sit de tenero ramo ex utraq; parte æquabiliter præcisum, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.
Clades] cladis, f g. (κλῆσις, κλῦσις, κλῶσις) conflictus & mutua profligatio: à κλαδεύω, quod est Amputo, frango. Plin. lib. 16. cap. 32. 1, A quo deinde tempore maiestas Populi Rom. resurrexit, quæ antè uastata cladibus fuerat.
Contagia cladis subitæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 7.
Cladis origo. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 3. 13.
Turbo sæuus uenientum cladum. Sil. lib. 1. 9.
Clades dexteræ manus. Liu. 2. ab Vrbe, 57.
Libyæ clades, Scipiones uocantur Virgilio, 6. Aen. 169.
Asper cladibus. Ouid. 14. Metam. 97. de Agmone.
Clades asperæ. Senec. in Hippol. 10. 1.
Funesta clades. Seneca, Thyest 3. 3.
Importuna clades ciuitatis. Cic. de claris Oratorib. 186.
Miseranda clades. Seneca Medea, 4. 6.
Recens clades exijt à partibus ijsdem. Claud. 1. in Eutrop. 10.
Sæua clades. Seneca, Hercul. furen. 13. 6.
Subita clades. Ouid. 5. Trist eleg. 5. 7.
Tristis clades. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.
Cladem accipere. Vide Accipio. Liu. 3. ab Vrbe, 111.
Afferre magnam cladem populo. Cicero, de Natura deorum, libro 2. 11.
Contrahere cladem. Vide Contraho.
Dare cladem. Claud. 3. de Raptu Proserp. 40.

Digitized by Google

Opprobria ueterum cladum delere, Gloriam cladibus ſuperioribus amiſſam recuperare. Sil. lib. 16. 135.
Deriuata clades fonte aliquo. Horat. 3. Carm ode 6. 4.
Diuidere cladem in orbem, Id eſt ſpargere in totum orbem. Claudian. 2. in Rufin. 5.
Efficere cladem aliquam. Lucret. lib. 5. 10.
Erumpit clades in aliquem. Ouid. 7. Metam. 115. Cladem peſtem & contagia uocat.
Clades exigere. Lucan. lib. 8. 138.
Inferre cladem. Vide Infero.
Importat clades diſcordia ciuilis. Vide Importo.
Importare cladem periculi. Lucretius, lib. 3. 166.
Leuare cladem. Ouid. 2. Metam. 57.
Metuere cladem. Ouid. 5. Metam. 72.
Metuenda clades. Claud. 2. in Eutrop. 61.
Minari cladem. Lucan. lib. 3. 8.
Obrui clade. Seneca, Medea, 4. 6.
Obſeſſus cladibus. Seneca, Troiad. 10. 26.
Paſci cladibus alicuius. Ouid. 9. Metam. 36, Clades uocat, ingentem dolorem & tormentum ex peſte.
Piare clades, De cladibus ſeſe purgare, & placare deos. Propert. lib. 3. eleg. 4. 1.
Repetita clades. Claud. de bel. Get. 57.
Turbare hoſtes ſubita clade. Virg. 12. Aen. 115.

Claeon] Fons in Phrygia. Plin. lib. 31. cap. 2, Theophraſtus ait Marſiæ fontem in Phrygia ad Celenarum oppidum ſaxa egerere. Non procul ab eò duo ſunt fontes, Claeõ & Gelon, ab effectu Græcorum nominum dicti, παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾶν, quæ uerba lugere & ridere ſignificant.

Clam] κρύφα, λάθρα, Præpoſitio ablatiuo caſui ſeruiens, & nonnunquam accuſatiuo, ſignificat occultè. Plaut. Amphit. 3. 107, Is amare occœpit Alcumenam clam uiro.
Clam, à claudus dictum, quòd his quæ celare uolumus, claudimus. Feſtus.
Clam me, clam te eſt. Plaut. Rud. 4. 45. Terent. Heaut. 1. 1. 46, Hæc clam me omnia. Id eſt, nihil ſciebam de his omnibus. Idem Hecyr. 4. 1. 54. Idem And. 1. 5. 53.
Paulò clam ijs eam uidi. Cic. Att. lib. 15. 321. 7.
Clam, accuſatiuo iunctum. Plaut. Caſin. 10. 32,
Bona multa faciam clam meam hanc uxorem.
Clam alter alterum. Plaut. Caſin. 2. 50,
Nunc ſibi uterq; contra legiones parat,
Pater, filiusq; clam alter alterum.
Clam aliquem aliquid habere. Terent. Hecyr. 4. 4. 35,
Non me clam haberet quæ celaſſe intelligo. Vbi Donatus, Id eſt non tacuiſſet, partumq; celaſſet.
Clam uos ſunt facinora eius. Cic. in Salluſtium.
De clam ſic docet Priſcianus, lib. 14, Clam, magis aduerbium eſt, quum nec localem habeat ſignificationem, quam plerunque præpoſitiones poſſidẽt: & qualitatem demonſtret, quæ in aduerbijs inueniri ſolet: & diminuatur, quod nulla præpoſitio habet, ut Clanculum: & poſſit etiam abſq; caſu proferri: ut, Bona apertè facit, mala autem clàm: & quòd apud Græcos abſq; ulla dubitatione aduerbium eſt. Nihil mirũ tamen quòd præponatur caſui, quum multa aduerbia, & maximè localia, & apud Græcos, & apud nos ſoleant caſibus præponi.
Clàm (λάθρα) Aduerb. Terent. Eunuch. Et cum eo clàm ſubduxti te mihi? Cæſar 4. bel. Gal. 575, Ac ſuos clàm ex agris deducere cœperunt.
Clàm furtim alicubi eſſe. Plaut. Pœn. 9. 49,
At enim clàm furtim hic eſſe uult, ne qui ſciant.
Clàm & occultè. Cic. 6. Verr. 19, Per iſtos quæ uolebat, in nauem clàm imponenda, occultè exportanda curabat.
Clàm ex inſidijs. Virgilius 1. Aeneid. 71,
Clàm ferro incautos ſuperat.
Clàm & palàm, contraria. Cic. pro Sex. Roſcio, 14, Multa palàm domum ſuam auferebat: plura clàm de medio remouebat. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 17.
Clàm erit. Terent. Adel. 1. 1. 46, Si ſperat ſore clàm, rurſum ad ingenium redit. Id eſt, ſi ſperat non reſcitum iri.
Non clàm. Vide Non.
Clanculum, pen. corr. (κρυφῆ) Diminut. Terent. Eunuch. 3. 5. 41, Veniſſe clanculum per impluuium.
Clanculum dicta. Plaut. Pœn. 14. 92.
Clanculum, accuſatiuo iunxit Terentius Adelph. 1. 1. 28,
——poſtremò alij clanculum
patres quæ faciunt, &c.
Clancularius (κρύφιος) Adiectiuum: ut, Poeta clancularius, qui ſuppreſſo nomine ſuo, dicta quædã & fœda probra ſcribit, quæ mauult alterius uideri. Martial. lib. 10. Epigram. 3,
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poeta quidam clancularius ſpargit.
Clandeſtinus, pen. cor. (κρυφαῖος) Occultus. Plaut. Amph. 5. 28, Et clandeſtina ut celetur ſuſpicio.
Colloquia clandeſtina cum hoſtibus. Cic. de Senect. 36.
Clandeſtina conſilia. Cæſar, 7. bel. Gal. 4. Cic. in Orat. 130.
Denuntiatio clandeſtina. Liu. 4. ab Vrbe, 157.
Clandeſtinum fœdus. Liu. 3. ab Vrbe, 150. Sil. lib. 7. 54.
Clandeſtinus introitus. Cic. 2. Offic. 118.
Motus clandeſtini. Lucret. lib. 2. 2.
Clandeſtinum ſcelus. Cic. pro Sylla 24.
Clandeſtinò (κρυφίως) Aduerb. Id eſt, Abſcõditè, ut ait Nonius. Plaut. Milit. 13. 10, Nam hoc negocij clandeſtinò ut agerem, mandatur mihi. Lucil. lib. 26. At enim dicis clandeſtinò tibi quod commiſſum foret, &c.

Clamor] clamoris (κραυγὴ, βοὴ) Propriè eſt calamorum ſonus, quaſi calamor. Etenim uento agitatæ arundines, non paruam uocem emittunt. Plin. epiſt. 190. b, Ac primis quidẽ diebus redditæ libertatis pro ſe quiſq; inimicos ſuos dum taxat minores incondito, turbidoq; clamore poſtulauerat ſimul & oppreſſerat.
Clamos ueteres dicebant pro Clamor.
Gruum clamor. Lucret. lib. 4. 184.
Montium clamor, Horat. 3. Carm. 29. 8. Montes illos intelligit, per quos torrens aliquis decurrit, aut impotentior fluuius aliquis præterlabitur.
Clamores & admiratiões. Cic. 1. de Orat. 73, Hæc ſunt quæ clamores & admirationes in bonis oratorib. efficiunt, &c.
Clamor abſonus. Vide Abſonus.
Acutiſſimus clamor. Cic. 3. de Orat. 126.
Blandus clamor. Ouid. 3. Faſt. 45, Sic uocat uagitũ puerorũ.
Cæcus clamor, De re incerta nec ſatis explorata, Valer. 2. Argonaut. 94.
Clarus clamor. Vide Clarus.
Concionalis clamor. Vide Concionor.
Dirus clamor. Sil. lib. 7. 66.
Diſſonus clamor. Stat. 6. Thebaid. 125.
Ferus clamor. Stat. 6. Thebaid. 26.
Flebilis clamor, Eiulatus. Senec. Troad. 6. 54.
Fœmineus clamor. Sil. lib. 15. 93.
Horrendus clamor. Virg. 2. Aeneid. 45.
Horrido clamore complere cælum. Senec. Hercu. Oeth. 7. 12.
Immenſum clamorem tollere. Virg. 3. Aeneid. 134.
Immodicus inſolitusq; clamor. Plinius Maximo, libro 2. epiſtol. 38.
Impius clamor. Horat. ode 1. Carm. 27. 2. clamor eorum, qui inter pocula litigant & tumultuantur.

Digitized by Google

Infestus clamor, Minitans cædem & exitium. Valer. libro 8. Argonaut. 66.
Ingens clamor. Senec. Octau. 6. 10. Virg. 9. Aen. 8.
Inimicus clamor. Vide Infestus.
Insolitus clamor. Stat. 1. Thebaid. 86.
Iuuenilis clamor. Ouid. 4. Metam. 6.
Lætus clamor. Virgil. 3. Aen. 105.
Longus clamor. Stat. 5. Thebaid. 111,
—magno læti clamore reportant. Virg. 1. Georg. 75.
Vndæ malis clamoribus plenæ. Valer. lib. 1. Argonaut. 130.
Merus clamor. Vide Merus,
Clamores mœsti. Ouid. lib. 8. Metam. 90.
Nauticus clamor. Virg. 3. Aeneid. 26.
Nefandus clamor. Valer. lib. 4. 103.
Nouus clamor accidit. Liu. 4. ab Vrbe, 146.
Propinquus clamor. Sil. lib. 13. 30.
Rapidis clamoribus urbem exagitat. Stat. 5. Thebaid. 10.
Repens clamor quatit castra. Sil. lib. 3. 45.
Secundo clamore exit. Id est, excitatur uocib. multorum, sublatis in spem felicis successus. Virg. 5. Aen. 98.
Supremus clamor. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 9.
Teneri clamores. Plin. Maximo, lib. 2. Epist. 38.
Varius clamor, Id est confusus. Claud. in Epithalamio Palladij & Serenæ, 5.
Magnis clamorib. actus aliquis. Virg. 2. Aen. 26.
Adijcere clamorem. Vide Adijcio.
Affligi clamore. Vide Affligo.
Circumsonat hostes clamor. Liu. 3. ab Vrbe, 119. Vide Circunsono.
Consonat clamor. Vide Consono.
Dare clamorem. Virgil. 3. Aeneid. 113,
Ter scopuli clamorē inter caua saxa dedere.
Datus ad astra clamor. Sil. lib. 6. 51.
Edere clamorem maiorem cum admiratione. Cicero 2. de Diuinat. 75.
Clamorem efficere. Cic. ad Quin. fratr. lib. 3. 17. 10.
It clamor cœlo, Ad cælum. Virg. 5. Aen. 90.
Erumpere subito clamore. Virg. 11. Aeneid. 122.
Sublatus ad æthera clamor, Ingens clamor. Virg. 2. Aen. 68.
Excipere clamore aliquem. Cic. 7. Ver. 74.
Excipere teneris clamoribus aliquid. Plinius Maximo, lib. 2. Epistol. 38.
Excipere clamorem alicuius. Virg. 9. Aeneid. 11.
Exoritur clamorq; uirūm, clangorq; tubarū. Virg. 2. Aen. 63.
Fatiscere clamore. Stat. 5. Sylu. 5. 5.
Ferit aurea sydera clamor. Virg. 2. Aeneid. 98.
Ferre clamorem ad littora, Virg. 1. Georg. 73.
Fieri concursum ad clamorē alicuius. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 183.
Cum clamore fit ad aliquem locum concursus atq; impetus. Ci. 7. Verr. 74.
Magno clamore fremere. Virg. 6. Aen. 35.
Fremendus clamor. Stat. 12. Thebaid. 151.
Furit undiq; clamor. Stat. 6. Thebaid. 125.
Clamore, conuicioq; lactari. Vide Iacio.
Cum clamore inuolare. Vide Cum præpositionem.
Implere clamore locum aliquem. Virg. 4. Georg. 92.
Magnis clamoribus implere aliquem hominum consessum. Virgil. 5. Aeneid. 68.
Incœptus clamor frustratur hiantes, Decipit clamare cupientes. Virg. 6. Aeneid. 99. Seruius.
Incendere cælum clamore, Id est implere: quanquam abusiuè. Virgil. 10. Aen. 177.
Incendit clamore nemus. Stat. 5. Thebaid. 111.
Ingeminat clamor. Virg. 5. Aeneid. 46.

Infequi clamore ac minis. Vide Infequor.
Infequitur clamor. Virg. 1. Aeneid. 195.
Integratus clamor. Stat. 6. Thebaid. 9.
It clamor ad alta atria. Virg. 4. Aeneid. 133.
Lacessere clamore sydera. Sil. lib. 17. 79.
Lenire clamorem. Horat. 1. Carm. 27. 2.
Miscetur æquor clamoribus. Virg. 4 Aeneid. 83.
Missus ad sydera clamor uulgi. Stat. 12. Thebaid. 105.
Clamore obstrepi. Vide Obstrepo.
Clamor oritur. Vide Orior.
Percrebruit fama ex clamore. Cic. 6. Ver. 85.
Perfertur clamor. Vide Perfero.
Peruenit clamor ad aures. Virg. 9. Aeneid. 82.
Petere locum aliquem clamore, Cum clamore. Virgil. 1. Aeneid. 105.
Premere clamorem. Ouid. 1. Metam. 42.
Premere clamore ad retia ceruum. Virg. 3. Georg. 82.
Premere cursum animalis clamore. Virgil. 1. Aeneid. 66.
Profari aliquem magno clamore, Increpare. Sil lib. 11. 42.
Profundere clamorē multitudinis concitatæ. Cic pro Flac. 11.
Sermo profusus cum clamore. Lucret. lib. 4. 110.
Feroci clamore prouocare hostem, & noua prælia poscere. Sil. l b. 17. 106.
Redintegratus clamor. Liu. lib. 4. ab Vrbe 147.
Resonare clamore. Senec. Hercu. furen. 12. 11.
Resonat clamoribus æther. Virg. 5. Aeneid. 46.
Accensæ resultant clamore fores. Stat. 6. Thebaid. 9.
Resultant clamore pulsati colles. Virg. 5. Aeneid. 30.
Cum clamore reuocare aliquem. Virg. 5. Aen. 34.
Ruit ad aliquem clamor, Quum est turbulētus & præfestinus. Valer. lib. 3. Argonaut. 12.
Læto clamore salutare aliquam regionem, Gratulari alicui regioni, & gaudere nouo ad illam aduentu. Virgilius 3. Aen. id. 105,
Italiam læto socij clamore salutant.
Significari aliquid clamore. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 119.
Sonant clamore uiri. Ouid. 11. Metam. 100.
Sopor clamore solutus. Ouid. 3. Metam. 126.
Sublatus clamor. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 119.
Subsistit clamor. Ouid. 1. Metam. 42.
Tollere clamorem. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 119.
Tollitur clamor. Cic. 6. Verr. 84, Clamor à uigilibus, fanicq; cu stodibus tollitur.
Tollitur in cælum clamor. Virg. 11. Aeneid. 149.
Tonuere feris clamoribus astra. Sil. lib. 16. 20.
Magno clamore trahere aliquem. Virg. 2. Aen. 12.
Vocare clamore. Virg. 4. Aeneid. 61.
Vocare clamoribus hostem, Prouocare. Virgilius 4. Georgic. 16.
Vocari clamore ad locum aliquem. Virg. 2. Aen. 88. Clamore, bellico scilicet. Seruius.
Clamo, clamas (κραίγω, βοάω, βοηθέω) clamare, A' nomine clamor deductum, & est uociferari. Terent. Adelph. 1. 2. 11,
—clamant omnes indignissimè Factum esse. Cic. ad Attic. lib. 5. 110. 16, Id clamare omnes qui aderant, nihil impudentius, &c.
Clamare, ferè pro dicere accipitur. Cic. 3. Verr. 103, Quum tutores HS. LXXX. millib. id opus ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent.
Aliquid clamare, Alta uoce proferre. Sil. lib. 6. 50.
Multum clamare. Ouid. Epist. 23. 6.
Clamare, Contentè dicere. Cicero de Finib. libro 1. 89, Clamat Epicurus, is quem uos nimis uoluptatibus esse deditum dicitis, &c.

Digitized by Google

Clamabat porrò ipse Quintius, sese idcirco nolle satisdare, Cicero pro Quintio, 16.

Clamare aquas, Clamore poscere. Propert. lib. 4. eleg. 9. 6.

Clamo atq; obtestor. Ci. pro Muræna, 71, Tum meæ pacis, ocij, concordiæ, libertatis, salutis, uitæ denique omnium uestrum causa facere clamo atq; obtestor.

Clamare alicui de uia. Terent. And. 3. 2. 11.

Lingua clamat. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 10.

Veritas clamat. Cic. 4. de Fin. 89.

Virtus clamat. Cic. de Fin. lib. 2. 105. de M. Regulo.

Clamare, translatum ad inanimata. Catul. Epigram. 6. 2,

Nam te non uiduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat.

Clamare, pro Conqueri. Terent. Adel. 3. 3. 46,

—mihi quidem non placent: Et clamo sæpe. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 101, Clamant, fraude fieri, &c.

Contestans deos homines q; clamare cœpit. Cic. 6. Verr. 58.

De re aliqua clamare. Cicero 7. Verr. 14, Quum maximè, ut dico de pecunia clamaret, in uincula cõiectus est. Idem pro Cluen. 23.

Ciuem se clamare Romanum. Cic. 7. Verr. 130.

Clamare ad. Catul. Epigram. 62. 3,

Ad me omnes clamant, tanua culpa tua est.

Ad undas clamare. Ouid. 2. de Remed. 41.

Clamare aliquem, pro Vocare. Vnde Clamatus conuiua, apud Martialem, lib. 1. 46.

Clamare aliquem. Virgil. 6. eclog. 9,

Per uices clamare modò hoc, modò illud nomen. Ouidius 4. Fast. 97.

Clamare nomine aliquem. Virgil. 4. Aeneid.

Nomen alicuius extremo puluere clamare, Est conclamare, & mortuo extremum uale dicere. Propert. lib. 1. eleg. 16. 5.

Clamare, sine uerbo, historicorum more apud Ciceronem ad Atticum, lib 5. 110. 15, Refero ad Scaptium: homo clamare. Et 16, Clamare omnes qui aderant: nihil impudentius Scaptio, qui, &c.

Clamans (κεκράγων) Particip. ut, Os clamans. Ouid. 8. Met. 46.

Clamito, pen. cor. Frequentatiuum (κεκράγομαι) Terent. Andr. 4. 6. 19, ——clamitent

Me sycophantam hæreditatem persequi. Cic. 2. Tuscu. 101, Nam quum ex renibus laborarem, ipso eiulatu clamitabam falsa esse quæ antea de dolore sensissem ipse.

Clamitare, Conqueri. Terent. And. 1. 1. 117,

Venit Chremes postridie ad me clamitans,
Indignum facinus comperisse se.

Caricas Cauneas clamitare. Cic. lib. 2. de Diuinat. 126, Quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat.

Sæpe clamitare. Terent. Adelph. 1. 1. 35.

Clamitare, pro Præ se ferre. Cic. pro Roscio Comœdo, 11, Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam & clamitare calliditatem uidentur? Budæus.

Clamitans, Participium (κεκραγώς) Liuius lib. 3. ab Vrbe, 57, Hæc Volscio clamitante, adeò concitati homines sunt, ut, &c.

Clamator, pen. prod. Verbale (κεκραγώς) Qui clamat. Ci. 3. de Orat. 3. 46, Quare coracem istum uestrũ patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti. Idem de Claris Orat. 94.

Clamator, Qui uocat. Martial. lib. 12. 25,

Non uenit ablatæ clamator uerna lacernis.

Clamatus, pen. prod. aliud participium (κεκραγμένος) Ouid. 2. Metamorph. 89,

Aspicit hanc, uisamq; uocat, clamata refugit.

Vlulatibus clamatus. Stat. 9. Thebaid. 87.

Clamatorius, adiectiuum (κεκραγικὸς) ut, Clamatoria auis, quæ à Labeone prohibitoria dicitur. Plin. lib. 10. cap. 14.

Clamatorium genus. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3. 19. 5.

Clamosus, penul. prod. (κεκραγώδης) Adiectiuum, à nominatiuo Clamos, clamore obstrepens, uociferator. Martial. libro 5. 135,

Clamoso reuocatur à magistro.

Clamosi ferè sunt qui literas nesciunt. Quint. lib. 4. cap. 5. 12.

Acceleratio clamosa. Author ad Herennium, lib. 3. 116.

Clamosa actio. Quint. lib. 5. cap. 13.

Altercator clamosus & turbidus. Quint. lib. 5. cap. 5. 12.

Clamosus circus Iuuenal.

Forum clamosum. Seneca Hercule furente, 3. 3.

Theatrum clamosum. Stat. 3. Sylu. 5. 4.

Clanculum, Clandestinus] Vide Clam.

Clanes] κλανὶς, Fluuius est à Vindelicis ortum habens, à quibus per ualles excurrit, & Istri alueũ intrat. Huius meminit Strabo lib. 4.

Clango] clangis, clanxi (κλάγγω) clangere, Tuba sonare, uel canere.

Clangere dicuntur aquilæ, ut inquit author Philomelæ apud Ouidium, Dum clangunt aquilæ.

Tuba clangens. Valer. lib. 3. 70.

Clangor, clangoris, masc. gen. (κλαγγὴ) Sonus tubæ. Virgil. 2. Aeneid. 63,

Exoritur clamor q; uirûm, clangor q; tubarum.

Clangor aquilæ. Cic. 2. Tusc. 141. Liu. 1. ab Vrbe, 154, Aquila magno clangore uolitans.

Clangor anserum. Col. lib. 8. ca. 13. 1, Nam clangore prodit insidiantem. de Anser.

Clangor fulicæ. Plin. lib. 18. cap. 35. 19.

Blandus clangor. Claud. de Phœnice, 9.

Fugax clangor gruum. Stat. 5. Thebaid. 3. Fugacem uocat, quia uolando clangunt.

Hilari clangore sonant grues. Stat. 12. Theb. 104.

Lucifici clangores tubæ. Stat. 10. Thebaid. 110.

Raucus clangor. Sil. lib. 16. 20.

Sæuus clangor. Valer. lib. 4. Argonaut. 116.

Tremulus clangor. Cic. 2. de Diuinat. 96.

Dare clangorem. Sil. lib. 4. 24. de Aquila.

Increpuit clangor murmure. Sil. lib. 16. 20.

Mugire per æthera tubæ clangor dicitur, qui est uehemens & altè sonans. Virg. 8. Aeneid. 103.

Quatere magnis clangoribus alas: de auibus dictum. Virgil. 3. Aeneid. 45.

Clangularius, Adiectiuum: ut, Clangularius poeta. Martialis lib. 10. 13. Vide Clancularius, in Clàm. Sic enim scribunt & legunt alij.

Clanius] κλανὶς, Fluuius Campaniæ iuxta Acerras urbem. Virg. 2. Georg. 45,

——& uacuis Clanius non æquus Acerris. Seruius, Acerræ ciuitas est Campaniæ, haud longè à Neapoli: quam Clanius præterfluit fluuius, cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait Vacuis, id est infrequentibus.

Clarco, Clarifico, Clarigo, Claritas] Vide Clarus.

Clariæ] κλαρίαι, Thraciæ populi, qui Hæmi mõtis auersa, & in Istrum fluuium deuexa incolunt. Authore Plin. li. 4. c. 11.

Clarium] κλάριον, Colophoniorum oppidũ, à quo Clarius Apollo dictus est, ut inquit Seruius in illud Virgl. lib. 1. Aen. 72, Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis. Ibi enim specus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita sunt, breuiore tamen uita bibentium. Huius Plin. lib. 2. & Macrobius lib. 1. Satur. cap. 18. meminerunt.

Clarius

Clarius deus, Apollo. Valer. lib. 3. Argon. 30. Ouid. 1. Fast. 4.
Claros] κλάρος, Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem, eam Manto Tiresiæ filia condidit, fugiēs Thebanorum uictores Epigonos. Quæ quum patriæ clādem lugeret & suam, manantibus ubertim lachrymis fontē fecit: unde Claros ἀπὸ τοῦ κλαυθμοῦ locus appellatus. Nearchus dicit id nomen datum, quòd Apollini per sortem Claros obtigit, quam κλῆρον Græci nominant. Hinc κλάριος dictus est, & illic fanum habuit, quo responsa, epota aqua, edebantur. Est & Claros insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra, de qua nonnulli intelligunt illud Oui. 1. Meta.

——mihi Delphica tellus
Et Claros & Tenedos, Patareaq; regia seruit.

Clarus] λαμπρὸς, φαιδρὸς, φανὸς, ὀνομαστὸς, περίφαντος; Adiectiuum, propriè dicitur lucidus: ut, Clara dies.
Aquilo clarus. Virg. 1. Georg. 91, id est sereneficus. nam est & nubilus, sicut ferè omnes uenti. Seruius.
Colore claro splendere. Lucret. lib. 5. 253.
Dea clara mundi obscuri, Luna præfecta nocti, Sene. Hip. 3. 8.
Clarus dies. Horat. in Carm. secul. 5.
Dies clara. Virg. 5. Aen. 9.
Incendia clara dant lucem. Virg. 2 Aen. 114.
Lacerna clara. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 10.
Lapides clari. Horat. 4. Carm. 13. 3. Intelligit gemmas.
Illustris, & clarus locus. Cic. in Somnio Scip. 5.
Lumina oculorum clara. Lucret. lib. 4. 166.
Lumen clarissimum præferre menti. Cic. pro Sylla, 30.
Lumina mundi clarissima. Virg. 1. Georg. 1.
Refulgere in luce clara homo dicitur, qui est nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogat, qualem dicit Aeneā Virgil. 1. Aen. 119,

Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit. Hæc ferè Seru.

Olympus clarus. Virg. 4. Aen. 54.
Pater omnipotens clarus intonuit ab alto cælo. Id est in serenitate. Virg. 7. Aen 29. Seruius.
Pectus clarum. Cic. in Arato, 1,

Et propè conspicies paruum sub pectore claro
Andromedæ signum. Clarū pectus, quòd in eo stellæ sint.

Piscis rutilis clarus squamis. Virg. 4. Georg. 19.
Sol clarissimus. Quint. lib. 5. cap. 12. 7.
Stellæ lumine claræ. Cic. in Arato, 21.
Sydus clarum, Lucidum. Senec. Hipp. 4. 110.
Tedæ claræ coruscis fulgoribus. Lucret. lib. 5. 60.
Vitrum clarum, id est pellucidum. Ouid. 3. Metam. 7.
Clariora luce consilia. Cic. in Catil. 4.
Clariora sole. Idem 1. de Finib. 107.
Quod est luce clarius. Cic. Tusc. 143.
Sydere clarior. Horat. 3. Carm. ode 1. 9.
Clarus, Clarè sonans, ut Clara lamenta. Senec. Hipp. 12. 25.
Clarus clamor. Plaut. Pœn. 17. 26. Id est qui facilè exauditur.
Latratus clari. Ouid. 13. Metam. 173.
Cōpositissimæ, & clarissimæ literulæ. Cic. Att. li. 7. epist. 20. 1.
Plangor clarus. Ouid. 4. Metam. 28.
Clarus plausus. Plaut. Asin. 17. 6.
Clarum signum dare. Plaut. Casin. 2. 3. Id est plaudere: ut in cōmœdijs solitum est fieri. Virg. 3. Aen. 104,

Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus.

Vbi Seru. Dat clarum signum, Faculā eleuauit: ut,

—flammas quum regia puppis Extulerat.

Claræ sylla bæ. Quint. lib. 8. cap. 3.
Sonus, uel antiquè honor clarus. Lucret. lib. 4. 116.
Tuba clara, Altè sonans. Virg. 5. Aen. 28.
Clara uoce. Cic. pro Cecina, 16, Seruumq; suum nomine Antiochum ad se uocauit, & clara uoce imperauit, ut eum, & c.

Idem pro Sylla, 25, Atque ut idem omnes exaudiant, clarissima uoce dicam.
Voce clarissima dicere. Cic. pro Sylla, 25.
Voce clarissima profiteri. Cic. 5. Tusc. 45.
Res clara (σαφὴς) Cic. 7. Verr. 79. Idem 4. Verr. 72, Vt in re tam clara, tam testata.
Res clara, celeberrima & notissima. Cic. 5. Verr. 49.
Consuetudine clarum aliquid. Cic. pro Qu. Rosc. Comœdo, 4.
Clarus (ἐπίσημος, γνώριμος) figuratè, pro Insigni atq; excellenti accipitur, & eo qui ueluti fulgore quodam famæ resplendet. Cic. 1. de Fin. 56, Claris & fortibus uiris cōmemorandis. Plaut. Trinum. 10. 38.
Amplissimus & clarissimus uir. Cic. 1. de Orat. 98.
Clarissimorum & fortissimorum uirorum authoritates. Cicer. pro L. Manil. 35.
Viri clari & honorati. Cic. de Senect. 20.
Exempla clara & illustria. Cic. lib. 2. de Diuinat. 12.
Parentes ingenui clariq; Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 19.
Virtus clara & insignis. Cic. de Senec. 85.
Clarus & nobilis uir. Cic. pro Rabirio Posth. 14.
Clari & præpotentes uiri. Cic. pro Rab. Post. 27.
Causis agendis clarus. Horat. 1. epist. 7. 10.
Decore clarus. Ouid. 12. Metam. 38.
Ex doctrina clarus & nobilis uir. Cic. pro C. Rab. Post. 14.
Forma clarissimus. id est clarissimus ob formam. Ouid. 4. Metamorph. 159.
Clarus genere & factis. Liu. 9. ab Vrbe, 31.
Gloria clarus, authoritate grauis, humanitate politus. Cic. 2. de Oratoribus, 84.
In gradu equestri clarus. Plin. Prisco, Epist. lib. 2. 37.
Hoc uno magnus & clarus. Plin. Attio Clementi. lib. 1. 10, Socer Pompeius Iulianus, cū cætera uita, tum uel hoc magnus, quòd ipse prouinciæ princeps.
Nobilitate sua clara domus. Ouid. Epist. 16. 11.
Origine clarus. Ouid. Epist. 18. 30.
Ab aliquo sanguine clarus, Genere non obscuro natus. Virgil. 1. Aeneid. 111.
Clarus Socrates sapientia. Plin. lib. 7. cap. 19. 1.
Clarissimi in ea scientia. Plin. lib. 36. cap. 5. 1.
Clarissimus medicinæ scientia Hippocrates. Plin. li. 18. ca. 7. 24.
Achilles clarus. Vide Achilles.
Adolescens clarissimus. Cic. 4. Verr. 71.
Author generis clarissimus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 5.
Multæ, & claræ lugubres domus. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 133.
Dux clarus. Horat. 3. Carm. ode 14. 2.
Facta clara. Claud. 4. Paneg. 87.
Genere claro tumens. Senec. Octauia, 8. 12.
Gloria clara. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 8.
Honor clarus. Lucret. lib. 3. 16.
Lucifer albo clarus equo. Ouid. 15. Metam. 38.
Lumen clarum extollere è tenebris. Lucret. lib. 3. 1.
Claræ mortes pro patria oppetitæ. Cic. 1. Tusc. 189.
Clara nobilitas. Plaut. Rud. 22. 25.
Nomen clarum. Ouid. 11. Metam. 58.
Magnum & clarum nomen. Cic. in Arat. 4.
Opus clarius nullum extat. Ouid. 3. de Arte, 68. De Aeneid. Virgilij.
Patre claro natus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 11.
Clarissimo patre natus, auis, maioribus. Cic. in Catil. 2.
Pietas in hoc clara, & omnibus grata. Cic. pro Sestio, 4.
Progenies clara. Virg. 5. Aeneid. 112.
Proles clarissima. Lucan. lib. 10. 18.
Propago clara. Lucret. lib. 1. 9.
Clara & commemorabilis pugna. Plaut. Pseud. 7. 111.

Digitized by Google

Rumore claro apud uulgum esse. Tacit. lib. 15.
Sanguine claro genitus. Senec. Octauia, 3.6.
Senatus clarus. Claud. 5. Paneg. 4.
Splendor clarus uestis purpureæ. Lucret. lib. 2. 11.
Viri clari. Horat. 2. Epist. 1. 51.
Vir clarissimus. Cic. pro Lege Manilia, 35.
Vrbs clari cognominis. Virgil. 8. Aeneid. 10.
Clarior (λαμπρότερος) Senec. Hippol. 6.2,
Pulchrior tanto tua forma lucet
Clarior, quanto micat orbe plena.
Clarissimus (λαμπρότατος) Hæc uox bonorificentior fuit apud antiquos, quàm apud recentiores, qui illustres, spectabiles & clarissimos dicunt. Lampridius Præfectos Prætorio clarissimos fuisse sub Alexandro dixit. Vide l. primam. C. de sententiam passis. Clarissimos ciues Scipiones, maximos appellauit Cic. pro Sestio, 125, Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, &c. Et paulo pòst, 126, Sed me repentè iudices, de fortissimorum & clarissimorum ciuiũ dignitate, & gloria dicentem, & plura dicere parantem, horum aspectus in ipso cursu orationis repressit. Budæus.
Clarisonus, pen. cor. (λαμπρόφωνος) Catul. epist. 59. 25,
Clarisonas imo fudisse è pectore uoces.
Aurea clarisonæ. Cic. in Arat. 32.
Claritas, penul. cor. (λαμπρότης, σαφήνεια) claritatis, Lucidi tas: ut, Claritas solis. Plinius lib. 2. cap. 8. 8, Claritatis tantæ est Vesper.
Claritas oculorum. Plin. lib. 18. cap. 11. 11. Et apud eundem, lib. 5. cap. 1. 16, Claritas uisus.
Claritas uocis. Cic. 1. Acad. 29.
Claritas (σύνλεια) Excellentia & splendor. Cicer. ad Seruilium lib. 13. 69. 2, Quæ quanquã ex multis pro tua claritate audiam, &c. Quint. lib. 3. cap. 9, Quæ responsis uel augurijs futuram claritatem promiserunt.
Claritas & amplitudo. Cic. 1. Offi. 101.
Nascendi claritas. Quint. lib. 5. cap. 11. 4.
Esse in claritate. Plin. lib. 14. cap. 14. 1. De uinis.
Excellere claritate nascendi. Quint. lib. 5. cap 11. 4.
Personarum claritate insignis. Plinius Maximo, libro 2. epistol. 38.
Ostendunt claritatem hominibus dij. Cic. 2. de Diuinat. 101.
Claritudo, claritudinis (λαμπρότης) Idẽ, testib. Fest. & Non.
Claritudo, Nobilitas, fama. Sallust. Quũ præsertim tam multæ, uariæq; sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.
Adiumentum claritudinis grande. Tacit. lib. 16.
Familiæ claritudo. Tacit. lib. 15.
Virtutum claritudine cæteris antestare. Gel. lib. 7. cap. 5.
Ad omnem claritudinem sublatus aliquis. Tacit. lib. 15.
Plus claritudinis in fine sit. Tacit. libro 15, Sit huius tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine.
Claro, claras (σαφηνίζω) clarare, Clarum ostendere. Cicer. 1. de Diuinat. 42, ex antiquo poeta,
Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. Hoc est, clara & conspicua faciebat. sed antiquum est.
Iter longæ clarauit limite flammæ: id est, fulsit. Statius 5. Thebaid. 58.
Labor clarat pugilem. Horat. 4. Carm. Ode 3. 1.
Multa nobis clarandum est. Lucret. lib. 4. 157. Id est, aperienda & declaranda.
Clareo, clares, clarui (σύλλαμπέω, φαίνομαι) clarere, Nobilem & insignẽ atq; illustrẽ esse. Ennius apud Cic. li. 1. Offi. 120,
Ergo postq; magisq; uiri nunc gloria claret.
Familiæ clarent. Sueton. in Nerone, cap. 1.
Claret lumen. Ennius Telamone,
Nam ita mihi Telamonis patris, atq; facies prouidentia uis gratia ea est,
Atq; hoc lumen candidum claret mihi. Nonius.
Ad primordia æstatis clarere. Cic. in Arato, 4. Id est, initio æstatis apparere.
Figura nota clarere. Cic. in Arat. 19.
Forma simili clarere. Cic. in Arato, 1.
Claret, pro clarum est. Lucret. lib. 6. 188,
—quod in primo quoq; carmine claret.
Claret, cum datiuo: ut, Claret mihi, id est intelligo. Claud. 7. Paneg. 39,
—uentura potestas
Claruit Ascanio, &c.
Claresco, claresces (φαιπφαίνομαι) Quintil. lib. 6. cap. 4. 7, Neq; tantum hoc ipsis monitoribus claresci t, quidam facũ apertè quòd rixemur.
Aliud ex alio claresci t. Lucret. lib. 1. 220. Idem lib. 5. 292.
Dies claresci t. Seneca Hercule fur. 1. 18.
Obscurum claresci t. Stat. 3. Sylu. 3. 24.
Sonitus claresci unt. Virg. 2. Aen. 61.
Luminibus claresci ere. Tacit. lib. 15.
Plausu claresci ere uulgi. Claud. 8. Paneg. 1. Id est uulgi laudibus celebrari.
Clarifico, pen. corr. (λαμπρύω) clarificare, Clarum reddere. Plin. lib. 20. cap. 13. 3, Alterum est nigrius, quod capitis mitia purgat, uisum clarificat. De nasturtio.
Clarè (λαμπρῶς) Aduerbium: ut, Clarè lucere.
Clarè crepitare dentibus. Plaut. Rud. 13. 52.
Gemere clarè. Cic. Att. lib. 2. epist. 35.
Clarè & certum loqui. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 6.
Clarè oculis uidere. Plaut. Milit. 10. 36. Plin. lib. 10. cap. 69. 1, Aquilæ clarius cernunt.
Clarè dicere. Terent. And. 4. 5. 15. Vnde est: dic clarè. Sic Clarè certare, apud Plautum in Persa, 15. 33.
Nihil clarius, nihil nobilius illo. Cic. 2. de Diuinat. 101.
Nil indole clarius illa. Stat. 2. Thebaid. 127.
Apparere clarius. Cælius Ciceroni, lib. 8. 14. 4.
Audire clarius. Lucret. lib. 1. 188.
Indicare clarius aliquid. Horat. 4. Carm. ode 8. 4.
Nitere clarius astris. Stat. 4. Sylu. 1. 1.
Clarissimè audire. Plin. lib. 10. cap. 70. 1.
Clarigo, clarigas, pen. corr. (ἐπαγγέλλομαι) clarigare, Bellum indicere. Verbum est ad Romanum morem pertinens. Seruius in illud Virgilij ex 9. Aeneid.
—& iaculum intorquens emittit in auras,
Principiũ pugnæ. Hoc de Romana solẽnitate tractũ est. Quum enim uolebant bellum indicere, Paterpatratus, hoc est princeps fecialium proficiscebatur ad hostium fines: & præfatus quædam solennia, clara uoce dicebat se bellum indicere propter certas causas, Aut quia socios læserant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderãt. Et hæc clarigatio dicebatur, à claritate uocis. Post quam clarigationem hasta in eorum fines immissa, indicabatur iam pugnæ principium. Idem in principium 10. Aen. Clarigatio, inquit, dicta est à clara uoce, qua utebatur Paterpatratus. Plin. lib. 2. 2. cap. 23, Ac semper & legati, quum ad hostes, clarigatumq; mitterentur, id est res raptas clarè repetitum, unus utiq; Verbenarius uocabatur. De uerbena loquitur.
Clarigatio (ἐπάγγελσις) Verbale. Ipsa belli denunciatio. Quintil. lib. 7. cap. 4. 10.
Clarigatio (αὐθολονλία) præter dictã significationẽ accipitur pro

Digitized by Google

tur pro exactiõe numaria, maximè quæ principis aut Reipub: edicto conceditur. Liu. 8. ab Vrbe, 75. In Veliternos ueteres ciues Romanos, quòd toties rebellassent, grauiter sæuitum, & muri deiecti, & Senatus inde abductus, iußiq; trans Tyberim habitare: ut eius qui cis Tyberim deprehensus esset, usq; ad mille passuum pondo clarigatio esset, nec prius quàm ære persoluto, is qui cepisset, extra uincula captum haberet.

Classis] huius classis (σόλος, ναυτικὸν, ἐλάλιον) Nauiũ multitudo. Cic. 3. Verr. 33, Et mille numero nauium, classem ad Delum appulisset. Idem 2. de Fin. 177, Cum tantis classib. tantisq; equestribus & pedestribus copijs, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulauisset.

Classis, pro Naui, aut nauali exercitu. Cice. pro Lege Manil. 5, Qui poste aquã maximas ædificasset, ornasset q; classes. Virgil. 6. Aeneid. 67,

—Lyciæ ductorem classis Orontem. Vbi Seruius, Apertum est exemplum, classem dici etiam unam nauẽ. Legimus enim,

Vnam quæ Lycios fidumq; uehebat Orontem. Cæsar 3. bel. Gal. 404, Neq; satis Bruto, qui classi præerat, &c. Virg. 6. Aeneid 1,

Sic fatur lachrymans, classiq; immittit habenas. Classi, ut inquit Seruius, Nauib. suis, siue naui quæ classis dicitur: uel quòd fiat de fustibus. Calas enim dicebant maiores nostri, fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad prælium: unde etiã calones dicebantur. Nam cõsuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & uallũ: uallũ autẽ dicebant calas: sic Lucilius, Scinde calã & caleas. Id est ô puer, frãge fustes, & fac focũ. Inde ergo classem dictã dicũt. Alij hinc classem dictã uolunt: apud maiores nostros stipendiũ terrestri prælio miles pedester dabat: equites uerò dabãt in nauali certamine, nam adhuc pauper fuerat populus. Exinde iam quod ab equitibus dabatur stipendiũ, tractũ est ut diceretur classis. Propriè enim classes equitum dicimus. Classiq;, aut suæ naui, quæ classis dicta est ἀπὸ τῆν κάλων, id est à lignis. Hactenus Seruius

Immittere habenas classi, est funes nauium extendere & apparare ad nauigandum.

Etymon classis ponitur à Quintilia. lib. 1. cap. 6. 21, Iam sit & classis à calando: & lepus, leuipes, &c.

Imperator classis. Lucret. lib. 5. 247, Sed ob legem carminis, Induperatorem ponit.

Mora classis, Pro eo qui facit moram classis, Sen. Troade, 8. 16.

Retinacula classis soluere. Ouid. 8. Metam. 21.

Potens classe uirisq;. Ouid. Epist. 13. 12.

Cætera classis. Liu. lib. 4. bel. Pun. 182.

Funesta classis. Stat. 1. Achil. 7, Sic classem Græcorum uocat cõtra Troiam euntium.

Glorioßißimæ Carthaginensium classes. Cicero 7. Verr. 76.

Inops & infirma classis. Vide Infirmus.

Lunata classis, id est, inflexa in modũ lunæ. Lucan. li. 3. 107.

Modica classis. Vide Modus.

Profuga classis. Ouid. 13. Metam 137. De Aenea.

Romana classis. Liu. lib. 4. bel. Pun 186.

Socia classis, id est sociorum classis. Ouidius 13. Metamorphos. 71.

Volucri freta classe pererrat. Ouid. 7. Metam. 92.

Aduectus classe. Virg. 8. Aeneid. 3.

Aedificare & ornare classes. Vide Orno.

Agere classes. Sen. Hercul. furent. 1. 2.

Agere classem Euris rapidis. Silius lib. 8. 23.

Huc illuc agitata classis. Senec. Troade, 11. 7.

Amittere classem. Virg. 5. Aen. 158.

Appellere classem. Cic. 7. Verr. 69.

Aptare classem. Virg. 4. Aen. 60.

Velis aptare classem. Virgil. 3. Aen. 94.

Neptunus classes Aquilonibus arcet. Horat. in Arte, 13.

Armare classem, Instruere. Virg. 4. Aen. 60.

In classem cadit omne nemus: id est, ad parãdam classem omnes ceduntur arbores. Lucan, lib. 1. 63.

Capta nauis ex classe. Cic. 7. Verr. 51.

Capta & incensa classis. Cic. 7. Verr. 107.

Nomine classis pecunias cogere. Cic. 7. Verr. 106.

Comparare classem. Cic. pro Flac. 25.

Conscendere classem. Virg. 10. Aen. 31.

Currit iter tutum æquore classis. Virgil. 5. Aen. 171. Id est, tutò & sine periculo nauigatur.

Dare classib. Austros. Hypallage est, pro Dare classes Austris. Virgil. 3. Aen. 13.

Deducere classem. Horat. 2. Ser. Satyr. 3. 38.

Armatas classes deducere. Virg. 1. Georg. 51.

Deuincere classe aliquos. Cic. in Oratore, 85.

Dissecta toto æquore classis. Virgil. 1. Aen. 27.

Disponere classem in ora maritima. Cæsar 3. bel. Ciuil. 18.

Distribuere classem. Cic. pro L. Flacco, 24.

Ducere classem multo pulcherrimũ. Quint. lib. 1. cap. 2. 16, de declamationibus. Id est principem esse classis. Bud.

Ducere in saxa classem. Seneca Agamem. 6. 36.

Expellere & eijcere classem in littus. Cic. 7. Verr. 72.

Explere classem quinquaginta nauium. Liuius libro 1. bel. Punic. 202.

Ferunt ipsa æquora classem. Virg. 5. Aeneid. 168.

Ferunt sua flamma classem. Prospera scilicet, & à puppi uentia, ut inquit Seruius. Virgil. 5. Aen. 165.

Fertur cita gurgite classis. Virg. 5. Aen. 7.

Formidatus classe. Horat. 3. Carm. Ode 6. 3.

Habere classem. Cic. pro Flac. 23.

Impellere remige classem. Ouid. epist. 3. 31.

Incessere funere classem. Virgil. 6. Aeneid. 30.

Inferre classes Oceano. Lucan. lib. 10. 8.

Classis innat mare. Seneca Thyeste, 3. 2.

Instruere atq; ornare classem. Cic. 7. Ver. 105.

Instruere & parare classem. Liu. lib. 3. de bel. Pun. 119.

Classis laniata, Id est dissoluta. Ouid. epist. 7. 33.

Latet sub classibus æquor. Virg. 4. Aen. 117.

Littora deseruere, latet sub classibus æquor. Latet, inquit, ob ingentem nauium numerum, qui æquor totum contegit.

Anchoras classis legere, Soluere è portu. Senec. Troade, 8. 5.

Linquere classem in aliquo littore. Virg. 1. Aen. 105.

Mergere classem. Stat. 1. Achil. 16.

Moliri classem, Apparare naues, Virgil. 4. Aeneid. 62. Vide Molior.

Nauigat classis. Cic. pro L. Flacco, 24, Reliquum est, ut quæratur utrum nostra ista classis cursu & remis, an sumptu tãtum & literis nauigarit.

Nauigare classe & nauibus. Cic. pro Flacco, 24.

Ornare classem. Cic. 7. Verr. 64.

Permetiri classibus æquor. Virg. 3. Aen. 32.

Petere classibus urbem uel regionem aliquã. Virg. 4. Aen. 63.

Piscari classibus, dicuntur præpotentes & maximè diuites. Senec. Thye. 5. 12.

Præesse classi. Cic. 7. Verr. 102.

Procedit classis æqualis uelis. Virg. 4. Aen. 118.

Procincta classis, Exercitus instructus. Festus, Vt quũ exercitus cinctus erat Gabino cinctu (id indumenti genus est) cõfestim pugnaturus. Nam uetustius fuit, multitudinem hominum, quàm nauium, classem appellari.

Digitized by Google

Prodere classem prædonibus. Cic. 7. Verr. 83.
Auster classem propellit sedentibus uelis. Lucan. lib. 3. 1.
Prouehi dicitur & appelli classis. Cic. 7. Verr. 69, Postea quàm paulùm prouecta classis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est, &c.
Quassatam uentis classem subducere. Virg. 1. Aeneid. 111.
Recepta classis. Virg. 1. Aeneid. 118.
Amissam classem reducere, Renouare. Virg. 4. Aen. 76. Seru.
Relata classis, Reducta. Virg. 1. Aeneid. 79.
Religare classem ab aggere ripæ. Virg. 7. Aen. 22.
Sequi aliquem ferro & classe. Stat. lib. 2. Achil. 73.
Sistere classem. Virg. 3. Aen. 24.
Soluere classem de littore. Stat. lib. 1. Achil. 4.
Stare classes in mari dicuntur, quæ cessant in portu. Virgil. 6. Aeneid. 140.
Subducere classem, In terram trahere: Deducere autem, In mare remittere. Virg. 1. Aen. 111. Seruius.
Tegere classibus freta. Seneca Octau. 2. 2.
Tenere iam medium iter classe. Virg. 5. Aen. 1,

Interea medium Aeneas iam classe tenebat
Certus iter. Vbi Seruius, Aut medium est quicquid à principio recedit, & necdum finem sortitur: aut medium, sic altum, ut medium putares: ut,

—graditur q; per æquor Iam medium. Nam uerè medium sequenti indicat loco: ut,

Pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla
Occurrit tellus.

Transmissæ trans æquora classes. Virg. 3. Aen. 81.
Vehere classe aliquos. Virg. 1. Aen. 77.
Veniens classis ad littora. Virg. 3. Aen. 130.
In quinq; classes (εἰς πέντε τιμήματα) distribuit Pop. Romanum Seruius Tullus, ut docet Liuius lib. 1. ab Vrbe, 185, pro modo census: ita ut prima classis primùm octoginta centuriarum fuerit: ex iis constans qui in censu centum M. æris aut eo amplius habebant, permixtim ex seniorib. & iunioribus: reliquæ ex minoribus deinceps censibus usq; ad quintam classem. Quemadmodũ Solon Athenienses in quatuor τιμήματα distribuisse dicitur, ut author est Aristoteles. Vide Budæum in Pand.
Tributim & centuriatim, descriptis ordinibus, classib. ætatibus, &c. Cic. pro Flacco.
Prima classis, secunda classis, &c. Cic. 1. Philip 87.
Primæ classis homines. Gellius. lib. 7. cap. 13.
Infra classem autem appellatos inquit Gellius, lib. 7. cap. 13, qui in secunda & sequentibus classibus erant: id est, qui minore summa censi erant.
Quintæ classis homines dicebantur infimi & pauperiores homines, nullius authoritatis. Cice. 4. Acad. 130, de Democrito, Qui mihi cum illo collati, quintæ classis uidentur.
Denũm hominum classes, Decuriæ appellauerunt antiqui. Columel. lib. 1. cap. 9. 50.
Deducere classes in regiones. Col. lib. 1. cap. 2. 6, Itaq; si latior est ager, in regiones deducendæ sunt classes, &c. De uinitorum & agricolarum classibus loquitur.
In classes distribuere pueros Quint. lib. 2. cap. 2. 16.
Classis dicitur etiam multitudo equitum. Virg. 3. Aenei. 120, Scio me Danais è classibus unum. Seruius.
Classes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus uocamus. Festus.
Classicula, dimin. (σάλπιγξ) Cicer. ad Attic. lib. 16. 332. 5, Cassius cum classicula sua uenerat.
Classicum, classici, pen. corr. (σάλπιγμα) Substantiuũ, Sonus tubarum & ipsa tuba. Virg. 7. Aeneid.

Classica nanq; sonant. Vbi Seruius, Classicum dicimus & ipsam tubam, & sonum. Classicum autem est flexibilis tuba. Liu. 5. ab Vrbe, 210, Vocatis classico ad consiliũ militibus.

Classicum (inquit Valla in Raudensem) propriè est sonus tubæ: quod Priscianus etiam ait, & Vegetius, alijq; testãtur. Quintilianus, Ad primum obscœnæ libidinis sermonem non aliter quàm si in hostem classicum cecinisset, gladium illũ, quẽ à te pro pudicitia nostrarum cõiugũ acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit. Vegetij uerba hæc sunt, Classicũ item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne uidetur imperij: quia quum classicum canit, imperator est præsens: uel quum in militẽ capitaliter animaduertitur. quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est.
Ciuilia classica. Claudian. 2. in Ruffin. 24.
Martia classica pulsare. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 1.
Matura classica dicuntur, quum in tempore & omnibus quibus opus est apparatis ad conflictum conuocantur milites. Lucan. lib. 2. 119.
Aduocare classico ad concionem. Liuius.
Canere classicum. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 297.
Concinere classicum. Lucan. lib. 1. 48.
Exordiri classicum. Sueton. in Cæsare, cap. 32.
Classico facere silentium. Liu. 2. ab Vrbe, 197.
Flere classica. Propert. lib. 3. eleg. 3. 9.
Inflare classica. Virg. 2. Georg. 108.
Murmur graue classicorum silet. Seneca Thyeste, 7 6.
Classicus, Adiectiuum (σαλπικὸς) Quod est classis, uel quod ad classem pertinet: ut, Classica bella. Propert. lib. 2. eleg. 1. 6,

Et canerẽ Siculæ classica bella fugæ. Id est, bella nauali.

Horror classicus nocte dieq; gemit. Ouid. ad Pison. 29.
Classici qui in nauibus remis incumbebant apud Curtium, lib. 4, Tandem remis pertinacius uerberatum mare, uelut recipientibus nauigia classicis, cepit, appulsaq; sunt littori lacerata pleraq;.
Classici dicebantur non omnes qui in classibus erant, sed primæ tantum classis homines, qui centum & uiginti quinq; millibus æris, ampliúsue censi erant. Græci πρῶτον τίμημα, uocant. Liu. 6. bel. Pun. 246, Socijs C. Lælius Classicus, Legionarijs M. Sempronius Tuditanus aderat. Ex Budæo.
Classici authores Vide Author.
Classicus scriptor. Gel. lib. 19. cap. 8, Classicus assiduusq; aliquis scriptor, non proletarius. De cohorte illa antiquorum loquitur. Budæus.
Classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur: hoc est, primæ classis homines, quasi primæ authoritatis, & idonei ueritatis sponsores.
Classiarius, Qui in classe pugnat. Cæsar 3. bel. Ciuil. 391, Iiq; per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. in Galba, cap. 12, Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinũ statum cogeret, &c.
Primores classiariorum. Tacit. lib. 15.
Classiarius, pro Diligenti. Apuleius, Et laudum eius classiarius atq; assiduus præco. Ita dicti sunt autem, quòd omnium classium ciues semper parati erant ad omnem Reipublicæ necessitatem.
Clastidium] πλαστίδιον, Oppidum est Italiæ, supra Placentiam ad Cottutæ confinia, cuius meminit Strabo lib. 5.
Claterna] à Põponio Mela lib. 2. numeratur inter oppida Piceni. Nunc uulgò dicitur Flauianeo, ut scribit Oliuarius in Melam.
Clathrum] clathri (κλεῖθρον) in plurali, hi clathri & hæc clathra, clathrorum: uel hic clathrus, hi clathri: & hoc clathrum, hæc clathra: cuius tamẽ nullum extat exemplum.

Dicuntur

Digitized by Google

Dicuntur autem ligna quibus trãsuersis aliquid munimus, sæpiùsue, ut fenestras: quæ ob id clathratæ, nunc uulgò ferratæ dicuntur. A Græcis dicitur κλεῖθρον, quod dictum est quasi clausura, ab eo quod est κλείω, quod significat Claudo, per syllabæ mutationem ει in diphthongum abusiuam. Horat. in Arte, 59,

Obiectos caueæ ualuit si frangere clathros. Columel. lib. 8. cap. 17, Spissi deinde clathri marginibus infiguntur, qui super aquam semper emineant etiam, quum maris æstus intumuerit.

Clathrare (κλειθρᾶν) Clathris claudere. Colu. lib. 9. cap. 1. 4, Satis est autem Vacerras inter pedes octonos defigere, seriséq; transuersis ita clathrare, ne spaciorũ laxitas, quæ foramina intercedit, pecudi præbeat fugam. Plaut. Milit. 7. 26, Nam certò neque solarium apud nos est, neque ortus ullus, neque Fenestra, nisi clathrata Budæus sine aspiratione scribit.

Claua] κορυνή, ῥόπαλον, Propriè est fustis teres ex una parte capitatus, ad claui similitudinem. Festus, Claua, teli genus, qua Hercules utebatur. Cic. 6. Verr. 84, Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè multati clauis ac fustibus repelluntur. Idem de Senect. 53, Sibi igitur habeãt alij arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, &c.

Pondus clauæ, pro claua ponderosa. Sen. in Herc. Oeth. 7. 10.

Domitrix ferarum claua Herculis. Ouid. epist. 9. 24.

Grauis claua. Seneca Herc. furente, 12. 7.

Irrasa claua, Rudis, impolita. Silius lib. 8. 117.

Trino dis claua. Ouid. 1. Fast. 115.

Consectari aliquem magno pondere clauæ. Lucretius, libro 5. 194.

Domare hostem claua. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 16.

Instruere manum claua. Ouid. Epist. 9. 24.

Clauator (κορυνήτης) Qui claua utitur, inquit Festus. Plautus Merc. 22. 11, Egomet mihi comes, clauator, eques, agaso, armiger. Idem Rud. 19. 24.

Clauiger, clauigera, clauigerum (κορυνηφόρος) Qui clauam fert. Hinc Clauiger Hercules. Ouid. 15. Metam. 57.

Proles clauigera Vulcani. Ouidius 7. Metamorph. 88. Geryonen intelligit.

Clauarius] Vide Clauus.

Clauatus] Vide Clauus.

Claudia] κλαυδία, Nomen uirginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri uenisset, & simulachrum matris Ideæ in uado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam fertur cingulo duxisse nauem, quam multa hominum millia trahere nequiuerant.

Claudia gens] Romæ Patricia è Sabinis uenit, cognomina sibi Neronis & Drusi usurpauit, quòd Nero lingua Sabina, uir strenuus & fortis dicatur: Drusi uerò, à Claudio Druso, qui hostium duce Gallorum Drauso cominus trucidato, sibi ac posteris nomen indidit. Hæc tranquillus in Tyberio. De Claudia gente Seruius, Clausus Sabinorum dux, post exactos reges, cum quinq; millibus clientum & amicorum Romam uenit, & susceptus habitandam partem urbis suscepit: ex quo Claudia & tribus, & familia nominata est. Virg. 7. Aeneid. 142,

Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens.

Claud. 1. in Eutrop. 92,

——gens Claudia surgat, Et Curij ueteres.

Proles Claudia. Seneca Octau. 6. 2, Intelligit Octauiam filiam Claudij Cæsaris. Huius meminit Propert. libro 4. eleg. 12. 11,

Vel tu quæ tardam mouisti fune Cybellen
Claudia turritæ rara ministra deæ.

Claudianus] Poeta insignis, Arcadij & Theodosij temporibus floruit: patria fuit Alexãdrinus, nobilissima urbe Aegypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsò. Authores Græci qui de poeta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant: & author ipse Nilum suum uocat. Ingenio excellenti fuit, maximeq; apto ad carmen componendum. Nam & assurgit feliciter, uarijsq; figuris, ac sententijs mirificè delectat. Hi eius uersus præcipuam laudem meruerũt, quos de laude & uictoria principis Theodosij contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Claudiani poetæ Alexandrini meminit Suidas.

Claudico] Vide Claudus.

Claudiuium] κλαυδιούιον, Ptolemæo: Claudia Finio, urbs in Norico: uulgò Closterneuuburg.

Ap. Claudius] Cæcus (ἄππιος κλαύδιος) Orator Romæ, cuius oratio uolubilis, sed paulò feruidior erat. Is Senatum iamiam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauit, nec dubitauit illa dicere quæ uersibus persecutus est Ennius,

Quò uobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementi sese flexere uiaã?

Ab hoc Appia uia dicta est, quam Brundusium usq; lapidibus strauit, ut est apud Liu. lib. 9. Claud. Nero, & Claudius Pulcher fratres cæci filij quorum meminit Trãquillus, & Liu. libro 19. Præter hos Claudius cognomento Caudex, à nauium Caudicibus sic dictus. Is Carthaginẽses Messana expulit, Hieronem prælio ad Syracusas in deditionem accepit. Author Cæcilius.

Ap. Claudius Regillianus Decemuir legibus scribendis summa inter collegas authoritate, postremò ob Virginij iudicium in carcerem coniectus, sibi manus attulit. Ex Liuio.

Claudius Centianus, quem nonnulli Centimalum, alij Centimanum minus rectè scribunt. Is librum in Iure ciuili tertium à P. Papyrio scripsit, & R literam introduxit, quã prius Fusij, deinde Furij dicerentur. Valerius.

Claudius Nero Consul Liuij Salinatoris collega, qui aduenientẽ ex Hispania cum auxilio Asdrubalem interfecit. Claudius Nero præterea, Tyberij principis pater, Quæstor C. Cæsaris in bello Alexandrino, & deinde Pontifex Max. in P. Scipionis locum suffectus.

Claudius Nero, Latiæ telluris imago, & Clausorum decus à Silio uocatur, lib. 15. 108. quòd originem à Clauso Sabino duxit, unde Clausij prius, Claudij postea dicti sunt.

Claudi uirtute Neronis, Armenius cecidit. Horatius Epistol. 1. 2. 6.

Claudius Augusti priuignus. Horat. 1. Epist 3. 1.

Claudiana tonitrua, appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scenam factis lapidum coniectus ita fieret, ut ueri tonitrui similitudinem imitaretur. Festus.

Claudius] κλαύδιος, Nomen Romani Imperatoris & Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adiecit imperio. Postremò ab Agrippina uxore, Venenato boleto sublatus est, ut Nero filius imperio potiri posset. Fuit & alius Claudius, Romanorũ item Imperator, qui Gothos Illyricum Vastantes, bello adortus, incredibili clade superauit. Vnde in curia clipeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperasset, apud Smyrnam morbo interijt.

Claudo] claudis, clausi, clausum (κλείω, κατακλείω) claudere, significat includere, inquit Nonius. Virg. 3. Georg.

Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.

Claudere & Reserare, contraria. Plin. libro 10. cap. 22. 3, domosq; ipsi suas claudunt aut reserant.

Externis

Digitized by Google

Externis ab oris claudi. Lucan. lib. 1. 102.
Ad exitus aliquid clauſum eſſe. Cic. 7. Verr. 55.
Clauſus ex omni aditu. Cic. pro Lege Manilia, 14.
In anguſtum claudi. Ouid. 13. Metam. 82.
In antra claudi. Ouid. 14. Metam. 58.
In arca clauſus. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 12.
In tectis claudi. Ouid. 3. Metam. 140.
Carcere claudi. Ouid. 4. Metam. 133.
Vinculis & carcere clauſus. Valer. lib. 1. Argon. 121.
Carcere uentorum clauſus. Virg. 1. Aeneid. 29.
Muris clauſa iuuentus. Lucan. lib. 3. 90.
Pelago clauſus, Id eſt, mari impeditus, ne poſſit ulterius progredi. Ouid. 8. Metam. 37.
Clauſus terra mariq;. Hirtius lib. 5. 373.
Aditus claudere. Cic. 1. Philip. 19.
Aditus ad uulnera claudere. Stat. 6. Thebaid. 150.
Claudere aditus omnes. Vide Aditus.
Dolor animam clauſit. Lucan. lib. 8. 12. Id eſt, præ dolore exanimis cecidit.
Animæ clauſæ tenebris, & carcere cæco. Id eſt, incluſæ corporibus. Virg. 6. Aeneid. 147.
Tanquam enim clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur de oppreſſo Dolabella. Cic. Caßio, lib. 12. 9. 1.
Campus clauſus. Catullus epig. 63. 14.
Ceræ clauſere domum. Ouid. 8. Metam. 127.
Domus clauſa. Virg. 3. Aeneid. 43.
Clauſa domus pudori & ſanctimoniæ. Cic. pro Quintio, 63.
Domus clauſa contra cupiditatem & audaciam alicuius. Cice. 7. Verr. 32.
Enſis clauſus, reconditus. Lucan. lib. 5. 49.
Claudere exitum, Cic. Attic. lib. 9. 188. 1. Tranſitum, Liu. 7. bel. Pun. 245. Viam, Liu. lib. 9. 14.
Feneſtræ pars adaperta, pars clauſa. Ouidius 1. Amorum, eleg. 5. 1.
Flamma clauſa, Quæ eſt in clibano. Valer. lib. 2. Argon. 68.
Fores cubiculi claudere. Cic. 5. Tuſc. 83.
Claudere fugam alicui. Liu. 7. bel. Pun. 107.
Cuſtodia fugam claudit. Ouid. 6. Metam. 115.
Hœdos claudere. Ouid. 4. Faſt. 176.
Ianua ſera clauditur. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 2.
Ianua belli claudenda. Silius lib. 17. 73.
Iter alicui claudere. Ouid. 8. Metam. 110.
Claudere lumina alicui, Superuiuere. Martial. lib. 10. 63,
Clauſerunt omnes lumina noſtra manus. Niſi forte legendum Manu. Hoc eſt, Mortui dum eſſemus, nobis clauſerunt oculos, & ſuperuixerunt.
In æternam clauduntur lumina noctem, Dictum ubi quis moritur. Virg. 10. Aen. 148.
Dextra clauſura oculos morti. Lucan. lib. 5. 56.
Mare clauſum. Cic. Quin. fratri, lib. 2. 10. 9.
Non iam tegere aliquos mœnia clauſa dicuntur, quum adepta eſt ara miſericordiæ, nec eſt ullum perfugium in caſtris, ſiquidē intra muros hoſtis inſultat. Ex Seruio. Virg. 10. Aen. 4,
——non clauſa tegunt iam mœnia Teucros.
Olympus clauſus dicitur, quum eſt nox. Nam dicunt poetæ cælum per noctem claudi, & aperiri per diem. Virgil. 1. Aeneid. 76,
Antè diem clauſo componet Veſper Olympo. Seruius.
Aquæ clauſerunt ora loquentis. Ouid. 2. de Arte, 19.
Orbis terrarum claudi ijs dicitur, qui toto pelluntur orbe, hoſpitijſq; omnibus prohibentur. Virg. 1. Aeneid. 48.
In clauſo ore tenere linguam, Silere. Catul. epig. 51. 4.
Oſtia claudere. Catul. epig. 56. 47.
Patria clauſa eſt miſero. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 17.
Pecus claudere textis cratibus. Horat. Epod. 2. 9.
Claudere in aliquo loco pecudes. Virg. 3. Aeneid. 128.
Innumeras claudere pecudes, apes, greges dicitur, qui harum rerum multitudine eſt adprimè dives. Valer. libro 1. Argonaut. 80.
Penates clauſi, Id eſt ædes clauſæ. Sil. lib. 11. 46.
Portæ clauſæ. Ouid. 3. Metam. 90.
Diræ ferro & cōpagibus arctis Claudētur belli portæ. Virg. 1. Aen. 60. Id eſt quod idem paulò antè dixit,
Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis.
Ad claudendas pupulas aptißimè factæ palpebræ. Cicer. 2. de Nat. deor. 214.
Ramum aut arborem umbræ conuallibus obſcuris claudunt. Virgil. 6. Aeneid. 28,
——hunc tegit omnis
Lucus: & obſcuris claudunt conuallibus umbræ.
Riuos claudere. Virg. 3. eclog. 22.
Rura gelu claudit hyems. Virg. 2. Georg. 64.
Sepulchrum clauſum. Ouid. 15. Metam. 27.
Taberna clauſa. Horat. 1. Serm. Sat. 3. 26.
Tecta claudere. Ouid. 5. Metam. 58.
Thalamos clauſit nox atra. Silius lib. 15, 107.
Incendia uias claudunt. Stat. 2. Thebaid. 2.
Vteri clauſi ſoluere moras, Edere partum. Seneca Thebaid. 1. 50.
Tenere ſe clauſum loco aliquo. Silius lib. 5. 25.
Clauſa tenere armenta. Virg. 3. Georg. 71.
Clauſus aduerſum. Tacitus lib. 15, Allatumq; hauſit fruſtra, frigidis iam artubus & clauſo corpore aduerſum uim uenen. De morte Senecæ.
Claudere cœnam dicitur cibus, qui ſumitur in fine cœnæ. Martialis, lib. 13. 14.
Opus aliquod claudere, Id eſt finire. Ouid. 3. Faſt. 77.
Bella claudere, Id eſt, perficere. Stat. 11. Thebaid. 12.
Aetas claudit octauum luſtrum: id eſt, iam annum quadrageſimum ferè egit. Horat. 2. Carm. ode 4. 5.
Animam laqueo claudere. Ouid. 7. Metam. 123.
Via animæ laqueo clauſa. Ouid. in Ibin, 11.
Epiſtolam claudere paruo mandato: id eſt, exiguū aliquid mādare in fine literarum. Ouid. epiſt. 13. 33.
Ius noſtrum exhauſto clauditur anno. Lucan. lib. 5. 9. Id eſt, poteſtas noſtra & magiſtratus anno abſoluto iam finitur.
Labores claudere, Quieſcere: ut, Labores claudere ingentis belli, pro finem belli facere. Silius lib. 15. 129.
Numeris ſententias claudere. Cic. in Orat. 134.
Pedibus ſenis claudere aliquid. Id eſt, hexametris aliquid deſcribere. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 12.
Species orationis clauſa & terminata. Cic. in Orat. 115.
Verba claudere pedibus, ſignificat uerſus facere. Horat. 2. Sermon. Satyr. 1. 6.
Claudere ſanguinem, Comprimere & cohibere, ne effluat. Plin. lib. 26. cap. 13. 4.
Aquas claudere. Propert. lib. 4. eleg. 10. 9.
Flatus claudere alicui, ſignificat lactantiam alicuius coercere Sil. lib. 17. 24.
Hiatus claudere. Propert. lib. 3. eleg. 11. 3.
Lethalis hyems clauſit illi reſpiramina. Ouid. 2. Metam. 166. Hyemē uocat ingentē horrorem, quo corpora omni ſubducto calore in ſaxa mutabantur.
Claudit aqua locum illum. Id eſt cingit. Var. 3. de Re ruſtic. capite 14. 1.
Aquæ clauſæ riparum margine. Ouid. 2. Faſt. 45.
Speluncis lacus clauſi. Virg. 4. Georg. 73.
Orbis fluctibus clauſus. Seneca Oedipo, 5. 21.

Digitized by Google

Claudere rem familiarem, Cic. 2. Offic. 78. Benignitatem, Terent. Eunuch. 1. 2. 82.
Claudere oppidum portu, uel mari. Cic. 7. Verr. 76. Idem, 4. Verr. 3.
Valles insidijs claudere, In uallibus retia circumponere. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 10.
Muros obsidione claudere Lucan. lib. 3. 69.
Arboribus atq; umbris clausi circum. Virg. 3. Aeneid. 46, Arboribus clausi circum, atq; horrentibus umbris. Instruimus mensas.
Aciem claudere. Silius, lib. 7. 119.
Clausa habere sua consilia. Cic. 5. Verr. 52.
Pauor clausus, Dissimulatus. Silius lib. 10. 76.
Clausit pudor meus mihi consuetudinem illius. Cic. ad Figulū, lib. 4. 4. 13. 17.
Claudere aures ad uoces doctissimas. Cic. 4. Tusc. 4.
Claudere, Circumuenire. Virgil. 6. eclog. 12,
——claudite nymphae
Dictaeae, Nymphae nemorū iam claudite saltus. Nonius.
Claudere, Obsistere. Virg. in 10,
Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Nonius.
Clauditur tibi in me commodum. Terent. And. 3. 3. 42, Nolo tibi ullum commodum in me claudier. Id est, nolo obsistere, aut obesse, quo minus tuum commodum fiat.
Claudere & reserare, contraria. Cic. 2. Offic. 78, Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus.
Clausus (κλαθεὶς) Participium: ut, Clausum ostium.
Clausus à Pœnis in angustijs. Plin. de Viris illust. 39.
Clausum & reconditum, cui opponitur apertissimum promptissimumq;. Cic. 7. Verr. 37.
Clausus, Vinctus. Vlp. Clausos pro uinctis accipit, si modo ita uincti sint, ut omni modo erūpere non possint. l. si quis graui. §. subuenitur autem. ff. de senatusc. Syllaniano.
Clausurus (κλείσω) aliud participium. Ouid. 14. Metam. 157. Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit,
Et clausura fuit, nisi quod, &c.
Clausum (κλεῖθρον) Substantiuum, pro Tecto. Col. lib. 7. cap. 6. 6, Sed numerum generis huius maiorem, quam centum capitum sub uno clauso non expedit habere. Virg. 4. Geor. 61, Sic positum in clauso linquunt.
Domorum clausa. Lucret. lib. 1. 72.
Claustrum, claustri (κλεῖθρον) id est Clausura, siue quo aliquid clauditur. Martial. libro, 10. 18,
Ferrea perpetua claustra tuere sera.
Ianuae claustra pandere. Catul. epigram. 56. 16.
Claustrum loci. Cic. 7. Verr. 68, Iis claustra loci committenda non existimauit.
Claustra locorum. Cic. de Leg. Agrar. 86.
Montium claustra, Curuaturæ montium, quæ clausæ uidentur angustiæ: ut ait Seruius. Virg. 3. Aeneid. 82.
Portarum ingentia claustra. Virg. 7. Aeneid. 38.
Pudoris & reuerentiae claustra. Plin. Maximo, lib. 2. epist. 38.
Regni alicuius claustra. Liu. 9. ab Vrbe, 165. Vulgò clauem regni dicimus.
Viarum claustra. Lucret. lib. 4. 124.
Arcta claustra. Lucret. lib. 1. 14.
Cohibentia claustra. Horat. 2. epist. 1. 52,
Claustraq; custodem pacis cohibentia Ianum.
Dædalea claustra, Labyrinthus à Dædalo extructus. Seneca Hippoc. 12. 4.
Durissima claustra congestis scopulis. Claud. Paneg. 22.
Ferrea claustra, Vectes & repagula ferrea. Sen. Thyest. 7. 5.
Nocturna claustra, Antra. Valer. lib. 3. Argon. 11.
Pinea claustra, Ostia quae sunt facta ex pino. Virgilius, 2. Aeneid. 52.
Naturæ claustra confringere, apud Lucretium, lib. 1. 14. significat naturæ secreta reuelare.
Claustris imperij contineri. Cic. pro L. Flacco.
Sub signo claustrisq; Reip. positum uectigal. Ci. de Lege Agraria, contra Rullum, 13.
Refringere claustra nobilitatis. Cic. pro Muræna, 15, Quū uerò ego tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad Consulatum posthac.
Relaxare claustra. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. 4.
Reserare claustra. Silius, lib. 7. 67.
Aera claustris restantia: id est obices & pessuli. Lucret. libro 2. 91, ——& duri robora ferri,
Aeraq; quæ claustris restantia uociferantur.
Reuellere claustra. Cic. 6. Ver. 46.
Obstantia rumpere claustra. Horat. 1. Epist. 14. 2.
Intra claustra tenere aliquem. Horat. 3. Carm. Ode 11. 9.
Claustrarius (κλαθῶχος) dicitur is qui claues, & cætera quæ ad claudenda ostia pertinent, facit. Sipontinus.
Clausula dicitur id quod claudit (πόρος, αὐάπαυσις) Plin. lib. 11. cap. 45. 1, Vngues clausulæ neruorum summæ existimantur omnibus his, quibus & digiti.
Imponere clausulam uitæ. Sen. Epist. lib. 9. 67. ad finem. Clausulam uitæ, mortem uocat. Budæus.
Clausula, quæ Græcè αὐάπαυσις dicitur, proprie est ultima pars membri in oratione, sed pro extrema cuiusq; rei parte metaphoricōs accipitur.
Claudæ atq; pendentes clausulæ. Quint. lib. 9. cap. 50.
Infimissima clausula. Quint. lib. 9. cap. 4. 65.
Addere clausulam. Cic. 2. de Orat. 133.
Clausula numerosè & iucundè cadens. Cic. in Orat. 124.
Interpunctæ clausulæ in orationibus. Cic. 3. de Orat. 95.
Clausulas atq; interpuncta uerborum animæ intercluſio atque angustiæ spiritus attulerunt. Cic. 3. de Orat. 100.
Clausula epistolæ, Ciceroni est concluſio epistolæ, hoc est extrema uerba, quibus epistolā claudimus. Nam 13. Philipp. 382, postquam singula epistolæ, quam Antonius ad Hirtium & Cæsarem miserat, coram Patribus Conscriptis explicasset, & sola concluſio superesset, subdidit, Veniamus aliquando ad clausulam, &c.
Loci clausula, pro Concluſione sermonis. Quint. in Peroratione libri 11. Budæus.
Operis peracti clausula. Colum. in Peroratione librorum de Re rustic.
Imponere clausulam disputationi. Vide Impono.
Clausula edicti. Cic. 5. Verr. 27.
Clausula, pro parte edicti. Vlpia. in l. sed & si. §. hæc clausula. ff. ex quibus causis maior. Hæc clausula ad eos ptinet, quos more maiorum sine fraude in ius uocare non licet, &c.
Generalis clausula. Vlpian. in l. sed & si. ff. ex quibus causis maior. Aduersus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula Pomponius ait.
Clausula fabulæ, pro exitu. Cic. pro Cælio, 52.
Difficilis clausula. Cic. Att. lib. 6. 114. 5.
Claudus] χωλὸς, κυλλὸς, Qui altero pede infirmus ac debilis est. Plaut. Aulul. 4. 34,
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Cicero in Pisonem, 55, Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere.
Carmina clauda elegias suas uocat Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 1. 3.
Deus claudus Vulcanus. Cic. 1. de Nat. deor. 113.
Fides clauda. Id est non recta, non firma, sed ueluti qui claudi sunt, modò in has, modò in illas inclinās partes. Sil. lib. 13. 7.

Pars

Pars corporis uulnere clauda, Membrum mancum ac debile. Virg. 5. Aen. 55.

Pes claudus. Horat. 3. Carm. ode 2. 7.

Claudico, claudicas, pe. cor. (σκάζω, χωλαίνω, μετοκλάζω) claudicare. Altero tantum pede incedere, uel alterum pedem infirmum & instabilem aut curtũ habere ac uacillare. Cic. lib. 2. de Orat. 138, Num claudicat? at hic clodicat.

Genu percusso claudicat. Ouid. 3. Fast. 152.

Ex uulnere accepto claudicare. Cic. lib. 2. de Orat. 138.

Nisus pennarum inanis claudicat. Lucret. libro 6. 168, de Auerno.

Claudicare, per metaphoram. Liu. 2. bel. Pun. 163, Si altera parte claudicaret Respub. malis consilijs idem ac bonis iuris & potestatis erit.

Ex aliqua parte claudicare. Cic. 5. Tuscul. 34.

In re aliqua claudicare. Cic. de claris Orat. 113.

Actio claudicat. Cic. de claris Orat. 120. Id est, tenorem nõ seruat æquabilem. Budæus.

Claudicat amicitia. Cic. 1. de Finib. 105.

Claudicat fructus. Columel. lib. 4. cap. 2. 1.

Ingenium claudicat. Lucret. lib. 3. 92, de ætate confectis.

Claudicat oratio. Cic. 3. de Orat. 109.

Oratio claudicat, & insistit. Cic. in Orat. 97.

Vacillat & claudicat res. Cic. 1. de Nat. deor. 148.

Claudicare in aliquo officio. Cic. 1. Offic. 167.

Claudicans (σκάζων) Participium, Oratio claudicans, & fluctuans, cui opponitur Oratio æqualiter constanterq; ingrediens. Cic. in Orat. 115.

Claudicatio (χωλότης) Verbale. Colum. lib. 6. ca. 12. 1, Sanguis demissus in pedes, claudicationem affert. Cic. 1. de Nat. deor. 113, in quo stante atq; uestito, leuiter apparet claudicatio nõ deformis. Idem, 2. de Orat. 138.

Claudicatas (χωλότης) Idem, Plin. libro 28. capite 4. 1, Claudicates, oculorum'ue orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus.

Claudicatem affert hæc res. Plin. lib. 8. cap. 43. 4.

Clauicula, & Clauiculus] Vide Clauus.

Clauiger] Vide Claua & Clauis.

Clauis] huius clauis, fœm. gen. (κλείς) Qua ostia, arculæ, & id genus multa clauduntur & aperiuntur. Festus, Clauis ex Græco κλεὶς descẽdit. Accusatiuum facit clauem & clauim. Plaut. Mostel. 6. 56,

Clauim mihi harunce ædium nunc iam
Iube efferri intus. Cato, de Re rust. cap. 13, Seriam uinariam unam, clauem torculario unam.

Trochi clauis adunca. Propert. lib. 3. eleg. 14. 2.

Adultera clauis. Ouid. 3. de Arte, 128.

Aptare fores clauibus. Vide Apto.

Imponere claues portis. Vide Impono.

Magistratus poscit claues portarum. Liu. 7. bel. Pun. 2.

Sensit clauem ianua. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 7.

Seruari centum clauibus. Horat. 2. Carm. ode 14. 5.

Sub claui esse, pro Occludi. Varro, 1. de Re rust. cap. 22. 5.

Horreorum claues tradere. Cic. pro Domo sua, 21.

Clauiger (κλειδοῦχος) Qui clauem fert. Sic uocatur Ianus ab Ouidio, lib. 1. Fast. 46, quia clauem gerebat, ut paulo antè dixerat.

Clauola] clauolæ, quid significet, declarat Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 40. 4. his uerbis, Demum in oleagineis seminibus, arbores uidendum, ut sit de tenero ramo ex utraq; parte æquabiliter præcisum, quas alij clauolas, alij taleas appellãt, ac faciunt circiter pedales. Vide Clabula.

Claustrarius, Claustrum, Clausula] Vide Claudo.

Clausus] Vide Claudia gens.

Clauus] claui (κλοῦς, γόμφος) A claudendo dicitur: ob id enim figitur, ut claudat, siue contineat aliquid. Plin. lib. 16. ca. 10. 12, Si in ipsam arborẽ clauus æreus adigatur. Cæsar, 1. Bel. Ciuil. 142. & lib. 3. Bel. Gal. 399, Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine.

Claui adamantini. Vide Adamas.

Clauus capitatus. Vide Capitatus.

Cupidinis clauus. Plaut. Asin. 5. 4.

Figere clauum. Horat. 3. Carm. ode 24. 2.

Claui, Annales appellabantur, qui figebantur in pariete templi per annos singulos, ut per eos numerus annorum colligeretur. Erat enim lex priscis literis ac uerbis scripta, ut qui prætor maximus esset, Idibus Septembris clauum pangeret. Nam quia raræ per ea tempora literæ erant notæ, numeri annorum claui fuere. Festus.

Pangere clauum. Vide Pango.

Claui caligares, A caligis militaribus quibus suffigebantur. Plin. lib. 9. ca. 18. 2, In quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebris atq; præacutis, clauorum caligarium effigie: nec amplius quam circa eum mensem uisuntur.

Clauus trabalis. Cic. 7. Verr. 43, Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. Id est, ut perpetua & indelebilis beneficij memoria esset.

Clauus (πηδάλιον) Gubernaculum nauis. Plaut. Amphit. 16. 38, Parata naui, clauo hæreres sedulo. Cic. de Senect. 16, Ille autem clauum tenens, quietus sedeat in puppi. Hic per metaphoram. Lucan. lib. 3. 110,

Nec tardè flectenti cedere clauo.

Moderamen claui. Stat. 10. Thebaid. 36.

Viduus clauus, id est, relictus à gubernatore. Stat. 10. Thebaid. 36.

Puppis clauo paret. Claud. 1. in Eutrop. 12.

Regere clauum & ministrare uelis. Virg. 10. Aeneid. 43.

Vendicare sibi regendum clauum. Claud. in laude Serenæ, 42.

Clauus, Fustis gubernaculi. Virg. 5. Aen. 36,

Clauumq; ad littora torquet. Seruius.

Clauum pro ratione uiuendi posuit Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 2, Vixit inæqualis, clauum ut mutaret in horas. De Prisco quodam.

Clauum imperij tenere, pro Gubernare. Cic. pro Sestio, 15.

Dum clauum rectum teneam. Id est, dum meo fungar officio. Significat non imputandum euentum parum prosperum artifici, modo is præstiterit quod artis est. Quintil. libro 2. prouerbiale fuisse demonstrat, Nam & gubernator, inquiens, uult salua naue in portum peruenire: etsi tamen tempestate fuerit abreptus, nõ ideo minus erit gubernator, dicitq; notum illud, Dum clauum rectum teneam. Vide Erasmum in Chiliadibus.

Clauus, Genus tuberculi, quod furunculum quidam uocant. Græci phygethla, phymata, & bubones uocant. Plinius epistol. 51. 4, Erat illi natus insanabilis clauus. Idem, libro 21. cap. 20. 6, Cum uino ad clauos uel uerrucas, triduoq; nõ oluitur.

Clauum etiam patiuntur arbores. Plin. lib. 17. cap. 24. 7, Oleæ præter uermiculationem, quàm æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, uel patellam. Hæc est solis exustio.

Claui, dicebãtur in tunicis Senatorum purpurei quidam nodi, capitis clauorum instar, quibus tunica uniuersa distinguebatur. Varro, de Analogia, lib. 2, Si quis tunicam in usu uitæ consuit, ut altera plagula sit angustis clauis, altera latis: utraque pars in suo genere caret analogia. Sueton. in Augusto,

Digitized by Google

gusto, cap. 73, Veste nō temere alia quàm domestica usus est, ab uxore & sorore & filia neptibusq; confecta: togis neque restrictis neq; fusis: clauo nec lato, nec angusto. Ex quo factum est, ut tunicæ Senatoria uno uerbo Latusclauius dicerentur, à clauis illis purpureis latè, non angustè intertextis. Cœpitq; postremò & pro dignitate Senatoria accipi. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 7,

Curia restabat, claui mensura coacta est:
Maius erat nostris uiribus illud onus. Quibus uerbis ostendit se Latumclauum, hoc est Senatoriam dignitatē non assecutum esse.

Latusclauus, quod & Laticlauiū dicitur, (πλατύσημος) Tunica purpura prætexta, latior tunica uulgari, longiorq; ac distincta, cui toga superinduebatur ut tunicæ. Herodianus de Plautiano, lib. 3, Siquidem Latumclauum perpetuò habebat, atque in secundis Consularibus numerabatur: ensem præterea gestabat, cæteraq; omnia supremæ dignitatis insignia. Budæus.

Hæc autem insignia in luctu publico deponebantur. Liu. lib. 9. 33. de Caudina pace loquens, Extemplò sine ulla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est: tabernæ circa forum clausæ, iustitiumq; in foro sua sponte cœptum prius quàm indictum. Laticlaui, annuli aurei positi, penè mœstior exercitu ipso ciuitas esse. Budæus.

Tunica laticlaui in modum gausapæ texi nunc primū incœpit. Plin. lib. 8. cap. 48. 3.

Purpura cum latoclauo. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 6.

Prætexta & latusclauus. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 8.

Demittere pectore latumclauum. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 6.

Latior clauus. Plinius lib. 9. cap. 39. 1, Toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum usum Hetruscis deuictis satis constat. Id est, latoclauo.

Latusclauus, Senatoria dignitas. Plin. in epist. Ego Latumclauiū à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui.

Laticlauus, pro Senatore ipso. Sueton. in Nerone, cap. 26, A laticlauo, cuius uxorē attrectauerat, penè ad necem cæsus.

Laticlauius, pro latoclauo insignitus. Sueton. in Augusto, c. 38. Binos plerunq; laticlauos præposuit singulis alis.

Claui maioris munere. Stat. lib. 3. Sylu. 2. 25.

Clauicula, clauiculæ, dicitur capreolus siue pampinus in uite, ut ait Hermolaus. Cic. de Senect. 48, Vitis quidem quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram: eadem ut se erigat, clauiculis suis, quasi manibus quicquid est nacta, complectitur. Plin. li. 23. in procemio 6, Clauiculæ ipsæ quibus repunt uites, tritæ & ex aqua potæ sistunt uomitionum consuetudinem. Cic. 2. de Nat. deor. 79.

Clauulus Diminutiuum. Varro 2. de Re rust. cap. 9. 12, Ne tauli nerentur à bestiis imponuntur ijs collaria, id est, cingulum circum collum ex corio firmo, cum clauulis capitatis. Cato, cap. 21. 2, Imbrices medias clauulis figito.

Clauarius, Nomen est officij, quo appellatus est Suetonij pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites dispertiendo. Corn. Tacit. Seditiosæ militum uoces terrebant clauarium. donatiui nomē est. Quale autem sit, quæstionis est. Ego putem donatiuum esse uelut in clauos caligarum militarium, præsertim quum scribat Satyricus poeta,

—offendere tot caligatos
Millia clauorum. Nam militum caligæ clauis suffixæ erant. Ex Turnebo.

Clauatus, adiectiuū. Clauata dicūtur uel uestimēta clauis intexta uel calceamāta clauis cōfixa. Hæc Festus. Idē sentit Nonius. Clauata sunt uestimenta etiam si non ex auro, sed aut ex cocco, aut alijs coloribus uerrucas habeant. Lampridius in Alexandro, coniuuium neq; opimum, neq; nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterētur sæpius cocco clauata, aurata uerò nunquam.

Claxendix] significat conchā, qua signum tegitur. Vetēres enim signis interdum solebant imponere conchā, eaq; cōtegere. Plaut. in Vidularia, Appositā est claxendix, at ego signi dicam quid sit. Priscianus.

Clazomenæ] pen. còrr. (κλαζομεναι) Vrbs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Grynia nominabatur, uicinā Colophoni: unde & Apollo Grynæus dictus est. Pomponius in Ioniæ descriptione, lib. 1. & Plin. lib. 5. ca. 29. Horat. 1. Serm. Saty. 7. 1,

Persius hic permagna negocia dines habebat
Clazomenis. Hoc loco ablatiuus est aduerbialiter pō situs, ut Athenis.

Clazomenia] Insula ante Ioniam, quæ & Marathusa dicitur, à qua Clazomenij Ioniæ populi originem traxerūt, de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

Cleanis] κλεανις, Fluuius est, quem postea Erim uocauere, labiturq; superne de Apenninis collibus, & agro Vestino, præter uicum Fregellas, clarissimam olim urbem. Excurrit autem in Lucum sacrū, quem magnis honoribus Minturnēses celebrāt, oppido incumbentem. Verba sunt Strab. lib. 5.

Cleanthes] κλεάνθης, Philosophus Stoicus, Cratetis primum discipulus, deinde Zenonis, cuius etiam successor fuit, præceptor Chrysippi philosophi Solensis, & Antigoni regis. Suidas. Fuit & Cleanthes alter Corinthius, qui primus linearum picturam inuenisse fertur, ut Plin. scribit. li. 35. c. 3.

Clearchus] Solensis senior, scripsit de uaria historia. Clearchus item iunior, Ponticus, Athenas profectus, ut operā daret Platoni, in somnis admonitus, à studijs literarum recessit. Autor utriusq; Suidas. Clearchus dux Lacedæmoniorum, qui dictitabat imperatorem plus quàm hostem metui oportere, significans eos qui in prælio mortem expauescerent, certum sibi, si deseruissent, manere supplicium. Autor Frontinus, lib. 4. Tradunt illum quæ à Zenone audierat, ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum: quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas.

Clema] κλήμα, Herba est tithymali generibus assignata, cy pariſſe non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, officinis Esula dicitur. Vide Dioscor. lib. 4. ca. 148. & Ruell. lib. 3. ca. 246. Clema itē Plinio inter nomēclaturas Polygoni herbæ commemoratur.

Clematides Aegyptiæ, prouerbium in eos iactari solitum, qui procero sunt ac nigro corpore, uti est apud Demetrium Phalereum, quoniā eiusmodi ferè sit ea herba, in Aegypto proueniens ubertim. Cæl. Antiq. lect. lib. 8. cap. ult.

Clematis] huius clematidis. f. g. Herba cuius duæ species pōnuntur à Dioscoride: earum prima uulgò appellatur Prouenca: altera, Vitalba. Sic enim ditit Matthiolus Senensis in commentarijs suis in Dioscoridem.

Clemens] Historicus, scripsit de regibus & Imperatoribus Romanis. Item ad Hieronymum de figuris Isocratis. Suidas. Clemens itē Alexandrinus præsul, Pantherij discipulus, Origenis præceptor. Floruit sub Seuero & Antonino principibus. Hieronymus, & Euseb. lib. 6.

Clemens] huius clementis, om. gen. (ἀνεξίκακος, συγγνωμονικὸς, ἐπιεικὴς) Dicitur autore Donato, qui nō irascitur, qui colit mentem suam, nec eam uexat irascendo. Terent. Adelph. 5. 4. 10, Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Aditu clemens dicitur quem omnibus familiariter conuenire licet Claudian. 4. Panegy. 110.

Clemens in disputando. Cic. 2. de Finib. 18.

In cæde clementior. Cic. Attico, lib. 7. 127. 9.

Clementißimus ab innocentia. Id est, erga innocentes. Cic. pro Rosc. Ame. 52.
Aluen clementior. Curtius lib. 5. de Phasi, Accipiunt deinde eũ campi, quos clementiore alueo præterit.
Amnis clementißimus ea parte dicitur, ubi minimum ĩmpetuosius est. Ouid. 9. Metam. 24.
Clementi animo ignoscere. Plaut. Milit. 18. 38.
Aures clementes. Claudian. 6. Panegy. 33.
Auster clementior uela uocat. Stat. 5. Thebaid. 94.
Castigatio clemens. Cic. 1. Offic. 191.
Vndæ pulsæ flamine clemẽti, Miti aura. Catul. epigram. 59. 55.
Ratibus clemens Insula. Id est, quæ portum habet applicandis nauibus commodum. Claudian. de bello Gildon. 3.
Clementes iudices & misericordes. Cic. pro Plancio, 26.
Clemens rumor. Sallust. in Iugurtha.
Clemens seruitus. Terent. And. 1. 1. 9.
Sydus clemens. Claudian. in epithal. Palladij, 24.
Clemens uita urbana. Terent. Adelph. 1. 1. 17.
Primo clementior æuo. Claudian. 2. de Raptu Proserp. 11.
Clementia (ἀνεξικακία, ἐπιείκεια) est illius qui nunquam irascitur. Cic. 2. de Inuentione, 243, Clementia est, per quã animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Terent. Adel. 5. 4. 7, Facilitate nihil homini esse melius, neq; clementia.
Lenitas & clementia. Cic. Attic. lib. 14. 317. 3.
Clementia & mansuetudo. Cic. 7. Verr. 9.
Crudelitas & Clementia, contraria. Cicero pro Deiotaro, 30, Quorum alterum optare, illorum crudelitatis est: alterum conseruare, clementiæ tuæ.
Monimentum clementiæ. Cic. pro Deiotaro, 28.
Admirabilis clementia. Cic. pro Ligario, 4, O clementiam admirabilem, atq; omni laude, prædicatione, literis, monimẽtisq; decorandam.
Confugere ad clementiam alicuius. Cic. pro Ligario, 19.
Impedire clementiam alicuius. Cic. pro Ligario, 9.
Acceptũ referre aliqd clemẽtiæ alterius. Cic. pro Deiotaro, 27.
Clementia in crudelitatem conuersa. Vide Conuerto.
Magnum timoris remedium clementia est. Senec. Octauia, 8. 2.
Ducis clementia. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 8.
Clementia æstatis. Plin. epist. 101. lib. 5.
Clementia hyemis. Colum. lib. 2. cap. 9. 15.
Clementia in supplices. Plin. lib. 8. cap. 16. 7.
Plena omnia clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. Cicc. ad Quintum fratrem, lib. 1. 1. 38.
Fœcunda placidi clementia Nili. Stat. 3. Thebaid. 105.
Mitis clementia. Stat. 12. Thebaid. 97.
Popularis clementia. Cic. Attico, lib. 10. 195. 11.
Iudicis clementiam expectare. Tacit. lib. 15.
Magna est in illo clementia. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 13.
Vti clementia. Cic. Atti. lib. 14. 320. 2.
Clementer (ἐπιεικῶς) Aduerbium, Sine ira: hoc est, modestè uel moderatè. Cic. 6. Verr. 78, Leuiter hominem, clementerq; accepit.
Clementer admouere consolationes. Plin. epist. 111. lib. 5.
Clementer ambulare. Plaut. Merc. 22. 111.
Clementer audire. Cic. Antequam iret in exilium, 17.
Clementer & moderatè ius dicere. Cæsar. 3. Bel. Ciuil. 80.
Clementer tractare liberos. Plin. epist. 177. 4.
Clementer uolo. Plaut. Sticho, 9. 26. Quod uulgus barbarorũ dicit, Ego sum bene contentus.

Cleobis] Argiæ sacerdotis filius. Cic. in Tuscul. quæstio. Primum Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filij prædicantur. Nota fabula est. Quum enim illam ad solennè & statutum sacrificium curru uehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, morarenturq; iumenta: tunc iuuenes ij quos modò nominaui, ueste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum, quum currus esset ductus à filijs, precata à Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, manè inuentos esse mortuos.

Cleobulus] κλεόβουλος, Euagoræ filius Lyndius, unus è septem Græciæ sapientibus, robore, & pulchritudine corporis eximius, è Lindo Aegyptum Philosophandi gratia, petisse fertur. Extat eius breuis ad Solonem epistola. Filiam habuit Cleobulinam, uirginem doctam: quæ hexametris enigmata quædam perscripsit. Decessit Cleobulus annos natus LXX. Hic dixit amicos atque inimicos beneficijs prosequi oportere: hos ut amicos, illos ut amiciores reddamus. Autores, Diogenes Laertius, & Suidas. Dicitur & Cleobolus.

Cleocritus] apud Comicos taxatur ut mulierosus, & cinædus & obscurus, & ut Cybeles filius. Nã in mysterijs Rhea molles tantum interfunt. Hæc Suidas.

Cleodamas] Achnæus (Achne autem ciuitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorum. Autor Stephanus. Alius Cleodamas Thasius philosophus, qui Platonis tempore in Geometria floruit.

Cleodora] pen. prod. (κλεοδώρα) Nymphæ nomen, matris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cæl. lib. 16. cap. 9.

Cleomachus] Magnesius pugil, qui in Cinædi cuiusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, postea Alexander Aetolus, sed impura oratione Lysis etiam adhibito cantu. Autor Strabo.

Cleombrotus] κλεόμβροτος, Fuit adolescens Ambraciota, cui quum nihil accidisset aduersi, è muro se in mare abiecit, lecto Platonis libro de Animorum immortalitate. Hæc Cicero in Tusculanis.

Cleomedes] Astypalæensis, cuius portenta quædam memorantur. Hic robore ac magnitudine eximia, quum Circum Epidaurium pugil interfecisset, uictoriæ præmijs fraudatus, præ dolore insanus effectus, ex Olympia Astypalæam reuersus, quumq; ibi multa temerè ac uiolenter fecisset, postremò ludum puerorum ingressus, apprehensam manu columnam, quæ tectum sustentabat, concutiens, mediam fregisse, ac tectum deiecisse dicitur. Interfectis autem pueris, quum quæreretur ad supplicium, in sepulchrum magnum se coniecisse, & clausum intus, adiectum desuper operculum adeò tenuisse, ut ne à multis quidem simul adnitentibus, ui ulla euelli posset. Concisò igitur circà loco, neque uiuum hominem, neque mortuum esse compertum. Quare missis Delphos legatis respondisse Pythiam, Vltimus heroum Cleomedes Astypalæus. Hæc partim è Suida, partim è Plutarcho. Fuit & Cleomedes, Græcus autor, qui scripsit de Circulis cælestibus, quod opus elegans admodum adhuc extat. Suidas.

Cleomenes] Lacedæmoniorum dux, qui ab Antigone rege in prælio uictus, ad Ptolemæum se recepit, benignèq; primum exceptus mox Nicagoræ cuiusdam calumnijs apud regem suspectus, custodiæ cum alijs quibusdam traditus, qui omnes se mutuis uulneribus necauere. Rex Ptolemæus Cleomenem mortuum pelle nudauit, crucíq; adfixit. Ex Plutarcho. Fuit & Cleomenes Siculus, qui luxuria, nequitiaq; Verrem referebat. Cic. actione decima in Verrem, Cleomenes autem qui alterum se Verrem luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret, similiter totos dies in littore tabernaculo posito perpotabat.

Cleon]

Digitized by Google

Cleon] Dux Athenienſium in Reipublicæ adminiſtratione aduerſari ſolitus Niciæ Nicerati filio: miſſus deniq; in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum inſectatur Ariſtophanes in Comœdia quæ inſcribitur ἱππεῖς, id eſt, equites. Fuit & Cleon poeta, qui Argonautica ſcripſit, à quo argumentũ Appollonius Rhodius mutuatus eſt, ut eius enarrator ſcribit. Fuit item Cleon Halicarnaſſeus orator, qui Lyſandro Lacedæmonio orationem compoſuit. Autor Suidas.

Cleon', Fons in Phrygia. Plin. lib. 31. cap. 2. Theophraſtus ait: Marſiæ fontem in Phrygia ad Celenarum oppidum ſaxa egerere. Non procul ab eo duo ſunt fontes, Cleon, & Gelon, ab effectu Græcorum nominum dicti, παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾶν, quæ uerba lugere & ridere ſignificant.

Cleon (κλέων) Latro quidam inſignis fuit, è uico Gordo oriundus, quem poſtea augens urbem fecit, & Iuliopolim appellauit. Is primò quidem Antonio ualde utilis fuit, ſed quũ in bello Actiaco ab eo deſciuiſſet, Cæſaris ducibus adhæſit, ac ſupra quàm eius meritũ pateretur, in honore habitus eſt. Mortuus autem eſt in Ponto, poſtquam Comanorum ſacerdotiũ accepiſſet, ut uidere eſt apud & Strabonem, lib. 12. qui huius uitam aliquanto latius exequitur.

Cleonæ] pen. prod. (κλεωναὶ) Cleonarum, & Cleone ſingulari numero. Mediocre oppidum in uia ſitum, quæ ex Argo Corinthũ ducit: diſtatq; ab Argo ſtadijs c x x. à Corintho uerò l x x x. Ibi Hercules leonem occidit, prope Nemæam ſyluam, ut ait Suidas. Senec. in Herc. Oeth. 15. 6,

Flete Argolicæ, flete Cleonæ, & c.

Humiles Cleonæ. Ouid. 6. Metam. 84.

Cleonæus (κλεωναῖος) Adiect. ut, Læo Cleonæus. Silius li. 3. 73.

In foribus labor Alcidæ Lernæa reciſis
Anguibus hydra iacet, nexuq; eliſa leonis
Ora Cleonæi patulo celantur hiatu. Huius meminit Seneca etiam in Hercule furente, 9. 37.

Hiatũ Cleonæo tempora cluſus Alcides. Valer. lib. 1. Argon. 7. Leonis autem caput aut pellem ſynecdochicè deſignat, quã pellem corpori tegmentum ad futura pericula Hercules circundedit, ut ait Diodorus, lib. 5.

Sydus Cleonæum, Id eſt, ſydus Leonis. Stat. lib. 4. Sylu. 4. 6.

Cleonicion] κλεονίκιον, Herba eadem cum Clinopodio, teſte Plin. lib. 24. cap. 15.

Cleonymus] ῥιψάσπις, Id eſt, deſertor ordinis, et qui abiecto clypeo fugit, dictus eſt. Vnde prouerbium, Cleonymo timidior. Hunc inſectatur ut timidum & fugacem Ariſtophanes in Nubibus. Fuit & Cleonymus unus ex imperatoribus externis, quos ſibi accerſierunt Tarentini. De quibus Strabo li. 6. Inde poſterioribus annis, inquit, illecebroſæ inualuere deliciæ propter fortunas nimium ſecundas, adeò ut plures totius populi ludos, feſtasq; celebritates quotannis agerent, quàm reliquos anni dies. Eam ob rem in deterius urbanum regimen ferebatur, cuius flagitiorum unum illud documentum eſt, quòd externis uti imperatoribus coacti ſunt. Contra Meſſapios enim & Lucanos, Alexandrum Moloſſorum regem accerſierunt, antea quoq; Archydamum Ageſilai filium, & poſtea Cleonymum & Agatoclem, dein Pyrrhum, quo tempore aduerſus Romanos bellum conflauere.

Cleopatra] pen. corr. (κλεοπάτρα) Aegypti regina, quæ Antonio perſuaſit, ut ſe uxorem ſortiretur, derelicta ſorore Auguſti: quo facto Auguſtus uehementer accenſus, contra eũ cœpit bella moliri. Antonius re comperta, collectis Orientis uiribus prior cum uxore Cleopatra uenit ad bellum. Conflictum eſt nauali certamine circa Actium Epiri promontorium, ubi uicti ſunt Antonius & Cleopatra, & in fugã coacti. Poſtea occiſo Antonio, illa ſibi ſerpentes adhibuit. Hæc Seru. Hãc pugnã Actiacã pulchrè depinxit Virg. li. Aen. 8.

Cleopatra, caſu uocandi. Lucan. lib. 9. 216.

Cleopatris] κλεοπατρὶς, Oppidum eſt in Aegypto, antiquæ Nili foſſæ proximum, iuxtà quod Gallus Cæſaris legatus pergens in Arabiam ad octoginta biremes ædificauit, & triremes, & phaſelos. Author Strabo lib. 6.

Cleopatrus] Præfecti nomen apud Corinthios, cuius Plutarchus in Arato mentionem facit.

Cleophanes] Orator ex Myrlea, Straboni lib. 12.

Cleophantus] Medicus, cuius meminit Plin. lib. 24. cap. 16. Fuit & Cleophantus pictor Corinthius, ut ſcribit idem Plin. lib. 35. 3.

Cleophon] Poeta Tragicus Athenienſis, cuius nonnullæ fabulæ à Suida commemorantur.

Cleoſtratus] Antiquiſſimus philoſophus. Primus ſcripſit de ſignis cæleſtibus, atq; in primis de ſignis Arietis & Sagittarij. Author Plin. lib. 2. cap. 8: de natura ſyderum errantiũ & eorum ambitu.

Cleoxenus] & Democlitus hiſtoriã de rebus Perſicis ſcribere aggreſſi, quam inchoatam ſe in hiſtorijs fatetur abſoluiſſe Polybius Megalopolitanus. Ex Suida.

Clepo] clepis, clepſi, cleptum, clepere, Eſt furari, Nonio: à κλέπτω uerbo Græco. Plaut. Pſeud. 4. 6,

—ubi data occaſio eſt, rape, clepe, tene, harpaga. Liu. Si quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neue cui cleptum erit. Ex Nonio, Varrõ de Ling. Lat. Clepere, id eſt, corripere: cuius origo à clam. poteſt & à Græco dictum uideri κλέπτειν. Cic. 2. Tuſc. 40, Eum Prometheus doctus clepſiſſe dolo, pœnasq; Ioui fato expendiſſe ſupremo.

Aliquid ab aliquo clepere. Cic. 3. de Nat. deor.

Agnum inter pecudes aurea clarum coma,
Quendam Thyeſtam clepere auſum eſſe è regia. Ex poeta.

Rapere & clepere ſacrum. Cic. 2. de Leg. 36, Sacrum, ſacroq; commendatum qui clepſerit, rapſeritq;, parricida eſto.

Rapere, & clepere. Cic. 4. de Rep. 27.

Clepſydra] κλεψύδρα, fontem ſignificat, & horologium aquarium, horas aqua dimetiens. Erat Præterea uas quoddã uitreum graciliter fiſtulatũ, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtendere: ad cuius etiam fundum erat foramen, quod aquã guttatim emitteret: & ita horæ per aquæ diminutionẽ, quot eſſent, uideri poterant. Conſimilia ſunt hoc tẽpore clepſydris uaſcula illa uſitatiſſima, quæ in medio inſtar duorũ turbinũ, coarctantur: ex quibus puluiſculum per foramen minutũ ſenſim delabitur ex parte ſuperiore in inferiorẽ, atq; ita legitimũ horæ tempus metitur. Apud ueteres oratoribus acturis cauſas forẽſes præſcribebatur tempus dicendi, datis clepſydris: quibus exhauſtis amplius dicere uetabantur. Cic. 3. de Orat. 76, At hunc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat: ſed, & c. Martial. lib. 6. 31,

Septem clepſydras magna tibi uoce petenti,
Arbiter inuitus Cæciliane dedit. Plin. in epiſto. Dixerã horis pene quinq;, nam tribus clepſydris, quas ſpacioſiſſimè acceperam, ſunt additæ quatuor. Clepſydra autem dicta eſt à κλέπτω, Furor, & ὕδωρ, Aqua: quòd aquam celet, aut furetur.

Clepſydra, Nomen fontis in arce Meſſeniorum, in Arſenoem alterum fontem influens. Fuit & Athenis in arce eiuſdẽ nominis fons ita dictus, quòd flare incipientibus Eteſiis abundet, biſceq; deſinẽtibus, areſcat. Vide Cæl. Rhod. li. 18. ca. 39.

Clepſydra, Aſtronomicum eſt organum, ſydera demetiens. Martianus, Clepſydris Lunæ magnitudo cognoſcitur.

Clerus] cleri, cum circumflexo in prima (κλῆρος) ſortem ſignificat. Hinc

Cleromantia, e (κληρομαντία) Diuinationis genus, quod fit per ſortes.

Digitized by Google

Clerus, acuto accentu in fine (κλῆρος) sorte datus, electio, constitutio, diaconus. Interdum accipitur pro mensura terræ, puta iugero: aut certè pro horto: sicut Latini Hæreditū pro prædio, et hæreditolum simile quiddā intelligunt: propterea quòd huiusce modi res hæredem sequantur. Budæus.

Clerus Sodalitas & collegium clerorum, apud Imperat. l. generali. C. de sacrosanct. eccles.

Clerus, est uermiculus aluearibus noxius. Aristoteles de Animalibus, lib. 9. ca. 40, Morbo examina ualentiora potissimum infestantur clero (sic enim uocant uermiculos qui in pauimento nascuntur) è quibus crescentibus uelut aranea alueo toti obducitur, & sæui carie pereunt. Plin. lib. 11. cap. 19. 1, Sunt & operis morbi, quū suos nō implent: cleron uocant.

Clesides] Pictor nobilis, qui reginæ Stratonices iniuria innotuit. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit uolutantē cum piscatore, quem reginam amare fermo erat: eamq; tabulam in portu Ephesi proposuit, ipse uelis raptus est. Regina tolli uetuit, utriusq; similitudine mirè expressa. Author. Pli. lib. 35. cap. 11.

Clibanarij] à Persis dicebātur equites, qui ferreis laminis, aut præduro corio conserto muniebantur, qui cum turmis instructi uadunt: mirum dictu quanti roboris, quantæq; formidinis sint. Hi Gallis Crupellarij olim uocabantur. Vide Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22.

Clibanus] κλίβανος, Mons est in extremis Italia finibus, non procul à Lacinio promontorio, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. Est item Clibanus, oppidum Isauricæ, quæ est Asiæ regio, inter Ciliciam & Pamphiliam sita, de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

Clibanus] clibani. m. g. (κλίβανος) Plin. li. 19. ca. 1. 10, Cortices quoq; decussi clibanis & furnis præbent usum. Colum. lib. 5. cap. 10. 2, Sed scrobis clibano similis fiat: cuius imum summo patētius est: ut laxius radices uagētur. Clibanus (inquit Sipōtinus) mobilis est, & quasi paruus furnus: textúq; aliquando tegitur, & fere è metallo fit: interdum tamen & lapide constat, non tam pani, quàm alijs dapibus coquendis seruiens. Huius opinioni facilè assenserim. nam & κλίβανος Græcis furnus est: atq; hinc Clibanitæ panes, in mobili quodam furno cocti dicuntur, Galeno in libris de Alimentis.

Clidemus] pen. prod. (κλείδημος) Scriptor antiquissimus fuit, cuius opus de plantis sæpe citatur à Theophrasto. Scripsit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clides] Insulæ sunt ante Asiam ex aduerso Syriæ, non procul ab Eleusa insula sitæ, quarum meminit Plin. lib. 5. ca. 31.

Clidium] κλείδιον, Thynni iugulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur. Plin. lib. 9. cap. 15, Thynni membratim cæsi, ceruice & abdomine commendantur, atq; clidio, recenti duntaxat, & tum quoq; graui ructu: cætera parte plenis pulpamētis sale asseruantur. Vide Massariū.

Cliduchus] κλειδοῦχος, Græcis clauigerū significat, ἀπὸ τῆς κλείδος, hoc est à claue. Plin. lib. 34. ca. 8, Fecit & quadrigas bigasq;, & cliduchon eximia forma.

Cliens] clientis, com. gen. (πελάτης, θεραπευτής) Moris fuit apud antiquos, ut prouinciales & socij Populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patroni sibi adoptabant, non modo publicè, sed etiam priuatim: iíq; ut clientes eorum dicerentur, inter se uerò hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo, ut clientes perpetuò patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: uicissimq; ipsi patronos suos omni obseruātia atq; obsequio colerent & uenerarentur. Cic. in Diuina. Clarissimi uiri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumq; ducebāt, ab hospitibus clientibusq; suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia Populi Romani ditionēq; essent, iniurias propulsare, eorumq; fortunas defendere, M. Catonem illum sapientem, clarissimum uirum & prudentissimū, cum multis graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos Consul fuerat, iniurias. Ex Budæo. Quos itaq; Vasallos (inquit Budæus) uocant, Clientes Latinè appellare soleo: & Clientelam obseruantiam ipsam: & obsequium, quod Homagium dicunt, clientelaris officij sponsionem, agnitionemq;.

Honestæ clientes. Horat. 2. Carm. ode 18. 2.

Iuuenum nobilium cliens. Horat. 4. Carm. ode 12. 3.

Negocia longa clientum. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.

Cliens, ponitur etiam pro sectatore, & qui sub tutela alterius & quasi famulus est. Plaut. Menæh. 14. 3,

Clientes sibi omnes uolūt esse multos. Cæs. 1. bel. Gal. 16, Et omnes clientes, obæratosq; suos, quorū magnum numerū habebat, eodē conduxit. Cic. lib. 4. de Finib. 90, Postea tum ille pœnulus. scis enim citius clientes tuos à poetica profectos.

Cliens & familiaris. Cic. pro Sext. Roscio.

Cliens, per translationem pro Litigatore ponitur, cuius causam defendit patronus.

Cliens & Patronus, contraria. Ouid. 1. de Arte, 17,

Qui modò patronus, iam cupit esse cliens.

Innexa fraus clienti. Virg. 6. Aeneid. 122. Id Seruius exponens, Ex lege (inquit) duodecim Tabularum uenit, in quibus scriptum est, Patronus si clienti fraudē fecerit, sacer esto. Si enim Clientes, quasi colentes sunt, Patroni, quasi patres, tantundē est clientem, quantum filium fallere.

Deiectus cliens, id est, contemptus. Claud. 6. Panegy. 14.

Queruli clientes. Stat. lib. 4. Sylu. 4. 9.

Deuotus alicui cliens. Iuuenalis Saty. 9. 8.

Clienta huius clientæ (θεραπαίνης) Fœmininum, Plautus Mil. 10. 193, Habeo eccillam clientem meam meretricem adolescentulam. Idem Rud. 21. 2, Iam clientas reperi.

Clientela (πελατεία) Clientum multitudo. Cic. ad Atticū, lib. 14. 308. 1, Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iudicē. Idem 4. in Catil. 94, Quæ sunt à me propter urbis uestræq; salutis custodiā repudiata, pro clientelis, hospitijsq; prouincialibus. Valla in Raudensem, Clientela est eorum multitudo, qui potentem aliquē ciuem principemúe fauore prosequuntur, & cuius dignitatem, factionemq; tutantur, ducti aliqua mercede uel beneficio.

Esse in fide & clientela alicuius. Cic. pro Sext. Roscio.

Clientela, est etiam quam Saluagardiam dicimus: unde, Cōmittere uel conferre se in clientelam alterius, à quibusdam dicitur. Terent. Eunuch. 5. 9. 9, Thais patri se commendauit in clientelam & fidem. Cic. pro Roscio Amer. 63, Nam quum multos ueteres à maioribus Roscij patronos hospitesq; haberent, omnes eos colere atque obseruare desiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt.

Confirmare amplissimas clientelas acceptas à maioribus. Cic. Silio. lib. 13. 65. 7.

Commendare se in clientelam alicuius. Vide Commendo.

Clima] huius climatis, n. g. (κλίμα) Græca dictio, quæ spacium amplum uel cæli uel terræ significat: quod etiam Tractus dicitur. Vitruuius lib. 1. cap. 1, Disciplinam uerò medicinæ nouisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt. Colum. lib. 5. cap. 1. 5, Clima quoquo uersus pedum LX. est.

Clima, Spacium apud astronomos inter duos parallelos, à cuius principio usq; ad finē dimidiatæ horæ uariatio est. Budæus.

Climacis] climacidis (κλιμακίς) Vitruuius in descriptione ballistæ, climacidos scapi longitudo foraminū tredecim. Climacis ea est, quæ in catapulta uocatur σφηνίσκος, id est cuneolis: nam in ballistis nomen mutat, propter amplitudinem & latitudinem,

titudinem, & κλιμακὶς, id est scalula uocatur. Ctesibius autor Græcus, γίνεται δὲ ἡ κλιμακὶς οὕτως, διάπηγμα κατασκευάζεται ἐκ τεσσάρων κανόνων συνεζευγμένων, ἐπὶ δὲ τὸ μέσον ἔχον κατὰ τὸ πλάτος ἄλλους κανόνας πεπηγότας ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ μῆκος κανόνων, ἵνα ὃ τὸ γινόμενον κλιμακὶς. Turnebus.

Climaculæ] Telorum quoddam genus sunt, antiquis usitatum & frequens, teste Gell. lib. 10. cap. 25.

Climax] Mons est. Strab. lib. 14. Est etiam mons nomine Climax, Pamphilio pelago adiacens: is transitum arctum in littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeò, ut iter facientibus peruius sit, pelago autem affluente undis contegitur. Transitus per mõtem tum arduus est, tum etiam prolixus, quapropter in tranquillitatibus littore utuntur.

Climax huius climacis, f. g. (κλίμαξ) Latinè dicitur Scala. Est & figura Rhetorica quæ dicitur gradatio, ut apud Ouidiũ,

Viderat hanc, uisamq; cupit, potiturq; cupita.

Climacteras, Chaldæi uocant pericula uitæ, fortunarumq; hominum: quæ Marcus Varro grauissima fieri affirmat septenarijs, teste Gellio, lib. 3. cap. 10. Alij autem LXIII anno. D. Augustus in epistola ad C. nepotem suum, Aue mi Cai, meus ocellus iucundissimus, quem semper mediusfidius desidero, quũ à me abes. Sed præcipuè diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium: quem, ubicunq; & hoc die fuisti, spero letum, & bene ualentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum: nam, ut uides, κλιμακτῆρα cõmunem seniorum omnium, tertium & sexagesimũ annum euasimus. Ex Gellio lib. 15. cap. 7.

Climacteras appellat Plinius Legem scansilem, lib. 7. cap. 49. 2, Rara autem esse dicunt longiora tempora, quandoquidẽ momentis horarum insignibus lunæ dierumue septem atq; IX. (quæ nocte ac die obseruantur) ingens turba nascatur, scansili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non ferè ita genitis LXIIII annum excedentibus.

Climactericus (κλιμακτηρικὸς) Adiectiuum: ut, Climactericus annus. Gellius lib. 15. cap. 7, Obseruatum in multa hominũ memoria, expertumq; est, in senioribus plerisq; omnibus sexagesimum tertium uitæ annũ cum periculo & clade aliqua uenire, aut corporis, morbiq; grauioris, aut uitæ interitus, aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum uerborumq; istiusmodi studio tenentur, eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν.

Climactericũ tempus, pro arduo, difficili, cõtrario, autore Suida. Plin. epist. 44. a, Habes climactericũ tempus, sed euades.

Clinamen] Vide Clino.

Cline] κλίνη, Latinè lectus, lectica uel mensa dicitur: unde Hexaclinos, thorus discubitorius, qui sex capiebat, apud Martialem. Vide loco suo. Hinc etiam triclinium dicitur.

Clinias] Musicus & philosophus sectæ Pythagoreæ, si quãdo ad iram prouocaretur, sumpta statim cithara, motus animi lenibat, haud aliter quàm Achilles, qui iratus stare ad littus solebat, eodem fermè modo dolorem leniens. Autor Aelianus de Varia historia.

Clinice] clinices, fœ. g. (κλινικὴ) Medicina, quæ uictu & pharmacis corporibus medetur. Plin. lib. 29. cap. 1. 4, Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius dei quid auxiliatũ esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atq; (ut Varro apud nos credit) iã templo cremato, instituisse medicinã hanc, quæ Clinice uocatur.

Clinicus (κλινικὸς) Medicus, ab inuisendis ægrotorum lectis, quasi lecticularius. Martialis, Sote filia clinici.

Clinicus, etiam dicitur, qui ita affectus est, ut surgere è lecto non posit, & de cuius salute nulla amplius spes est. Plin. lib. 25. cap. 5. 21, Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, uertigini, Melancholicis. Et paulo pòst, Stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

Clino] clinas (κλίνω) Verbum Græcum, quod Inclino significat: non est in usu, sed tantum eius composita, Acclino, declino, inclino, reclino.

Clinamen pen. prod. clinaminis, n. g. (ἔγκλισις) Luc. lib. 2. 59,

De inclinatione elementorum & primorum corporum,

Id facit exiguum clinamen principiorum.

Clinopodion] κλινοπόδιον, Herba quæ speciem lecti pedũ habet, serpillo similis, surculosa, palmi altitudine: de qua Plin. lib. 24. cap. 15. 7. Ruellius lib. 3. cap. 56, Potius ad eam clinopodium accedere uidetur, quam officinæ uocant Montanum pulegium.

Clio] κλειώ, Vna ex musis, à gloria & celebritate rerũ gestarum quas canit, nomen habet à uerbo Græco κλείω, quod est laudo. Vel à nomine Græco κλέος, quod est gloria, fama, propter gloriam quã habent poetæ erga doctos, ut ait Cornutus. Vel propter gloriam quæ ex poetarum laudibus oritur, ut ait Diodorus lib. 5. cap. 1. Fulgentius tamen, Clio, inquit, prima Musarum appellata est, id est, cogitatio quærendæ scientiæ. Quidam hanc historijs præesse existimant, quod Apollonij expositores in tertio Argonauticõn affirmãt. Ialemi quoq; mater Clio fuisse perhibetur, & Hymenæi. In Adonidis historia legitur, & ex Magnete Clio genuisse Linũ, quem alij Vraniæ filium prodiderunt.

Clius, Genitiuus. Ouid. 1. de Arte 6,

Non mihi sunt uisæ Clio, Cliusq; sorores.

Clisthenes] κλεισθένης, Primus ostracismi author apud Athenienses, primusq; eo genere exilij mulctatus. Vide Rhodig. lib. 21. cap. 44.

Clitarchus] historicus, qui & Alexandri comes fuit in expeditionibus, & eius res gestas scripsit: cuius in historia ingenium probatur, fides infamatur, ut scribit Quintil. Huius meminit & Plin. lib. 3. cap. 5.

Clitellæ] clitellarum (ἐπίσαγμα) Dicuntur Festo, quibus sarcinæ colligatæ mulis portantur. Plaut. Mostel. 9. 82, Vehit clitellas. Horat. 1. Sermo. Saty. 5. 10,

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt. Cic. in Topic. 18, Mulus clitellarius.

Perferre clitellas aliquò. Horat. 1. Epist. 13. 2.

Impingere clitellas, pro Impingendo illidere, apud Horatium, lib. 1. epist. 13. 2.

Clitellæ boui sunt impositæ. Cic. Attic. lib. 5. 103. 3. Id est, prouincia hæc mihi non conuenit, nõ magis quàm boui clitellæ. Vide Erasmi Chiliadas.

Clitellarius (σαγματοφόρος) Qui clitellatus fert onera: ut, Mulus clitellarius. Colum. lib. 2. cap. 22. 3, Collo uel mulo clitellario afferre. Cato ca. 10. 1. Asinos instratos, clitellarios, qui stercus uectent, tres. Plaut. Mostel. 9. 84,

Ego homines habeo clitellarios:

Magni sunt oneris, quicquid imponas uehunt. Hinc asinum clitellatum dicere possumus, clitellis oneratum.

Clitellæ, Locus Romæ, propter similitudinem clitellarum: & in uia Flaminia loca quædam deuexa subinde & acclinia. Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatũ. Festus.

Cliternia] (κλίτερνον, Italiæ oppidum est ad montem Garganum, Pomponio Melæ, lib. 2. in descriptione Italiæ. Ptolemæo dicitur Cliternum. Vulgò Celano.

Cliternini] Italiæ populi, in ora Aequiculanorũ, quorũ meminit Plin. li. 3. c. 12, in descriptione quartæ regionis Italiæ.

Clitomachus] pen. cor. (κλιτόμαχος) Philosophus Carthaginiensis, Athenas uenit annos natus quadraginta, audiuitq; Carneadem, cuius & successor fuit: tres sectas sectatus, Academicorũ, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra qua-

Digitized by Google

duaginta uolumina conscripsit, de quo Cic. lib. 3. Tusc. mentionē facit. Clitomachus alter athleta & Pancratiastes nobilis fuit, qui pudicitia tanta fuisse dicitur, ut canes si fortè coeuntes uidisset, statim uultum auerteret: in cōuiuio si quis sermo lasciuus incideret, statim surgens abiret. Author Aelian. de Varr. historia.

Clitoris] κλιτόριον, κλίτωρ Ptolem. sive Clitorium, Ciuitas est Arcadiæ, apud quam spelunca est, ex qua profluit aqua, quam si quis biberit, protinus fit abstemius, teste Ouid. lib. 15. Metam. 65,

Clitorio quicunq; sitim de fonte leuarit. Vide Plin. lib. 32. cap. 2. de lacu Clitorio tractantem.

Clitorium] κλιτόριον, Muliebre pudēdum est, quod & sacandrus dicitur, unde & κλιτωριάζειν, turpiter membrū id attrectare significat. Pollux per h scribere mauult, ubi ait in secundo Onomastici, Totum in uirginali siue interfœmineo uocatur κτεὶς, id est pecten, aut epision. Rima uerò dicitur schisma, quod arctum illatenus quandoq; est, ut mulier fieri nequeat, sicuti cōmeminit Vlpianus. Quæ interiacet subsultans carūcula, nympha nuncupatur, aut myrton, siue epideris, aut κλειτορὶς, id est Cletoris. Est et κλειτόριον, Hoc est cletorium apud illos: sed id uerbū quandoq; mensam indicat regiam, quandoq; etiam gloriam. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 7.

Clitorius] κλειτώριος, Statuarius, Polycleti discipulus, Author Plin. lib. 34. cap. 8.

Clitumnus] κλίτουμνος, Fluuius est in Meuania, quæ pars est Vmbriæ, partis Tusciæ: de quo fluuio, animalia quæ potauerint, albos fœtus creant. Hæc ex Plinio. Seruius ait in illud Virgilij 2. Georg. 30,

Hinc albi Clitumne greges, & maxima Taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deūm duxere triumphos.

Noualia Clitumna, quæ sunt iuxta amnem Clitumnum. Stat. 1. Sylu. 5. 26. Clitumnum uerò amnem potatum candidos boues facere (ut dictū est) apud Plinium legitur, lib. 2. ca. 103. quæ tamē uerba quasi ab imperito quodam deprauata correxit alius quidam, & pro illo quod legebatur, In Phaliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit: reposuit, In Faliſco omnis aqua potata candidos boues facit. Clitumnum uidelicet in Vmbria, Faliſcum uerò in Hetruria esse dicens. Hæc tamē si quis diligentius considerabit, nihil opinor absurdum deprehendet: præsertim quum tota Vmbria Hetruriæ finibus circunscribatur.

Clitus] κλεῖτος, Mantij fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquā postea apparuit. Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexādri Macedonis familiares, eidemq; charissimus, tum quòd filius esset nutricis ipsius, tū quòd ab illo in dubio uitæ discrimine fuisset seruatus. Hūc tamē in conuiuio quodā liberius in Persicos mores inuectū, rexiam temulentus spiculo traiecit. Cuius facti eū postridie tanta cepit pœnitentia, discussa iam ebrietate, ut totū triduum cibo abstinuerit, decreueritq; omnino inedia sibi necem consciscere, amicumq; optimè de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum iure occisum asserebant, sumptuosissimo eum funere sepeliuit. Historiam hāc uide latius apud Arrianum, Q. Curtium, & Plutarchum in uita Alexandri.

Cliuina] Auis in augurijs dicebatur, quæ alio nomine uocabatur Prohibitoria, & Clamatoria, à cliuij auspicijs dicta, quæ, teste Festo, dicebantur aduersa, quibusq; aliquid fieri prohibebatur. Hanc auem suo seculo fuisse incognitam, author est Plin. lib. 10. cap. 14.

Cliuus] & cliuū (γεώκφορ) Est procliuitas illa & prona tas à uertice collis. Valla, Collis est (ut ita dicam) mōticulus, siue per se, & à monte separatus, siue pars montis. Iugū (ut etiā ita dicam) ipsa arduitas mōtis, & procliuis ac prona supinitas: cui similis est in colle cliuus: tamē mollis magis est et clemens: ut Cliuus Capitolinus, cliuus qui ducit ad Ianiculū. Hactenus Valla, lib. 4. Cicero ad Attic. lib. 2. 16. 13, Quem ego in cliuo Capitolino te signifero ac principe collocaram. Nonius, Cliuum neutro genere. Cato in Tribunis militū, Loca ardua & cliua depressa.

Aquæ cliuus. Ouid. epist. 17. 25.
Mensæ cliuum sustollere. Ouid. 8. Metam. 133.
Tabulæ cliuus. Ouid. de Nuce, 16.
Aequatus cliuus. Ouid. 8. Metam. 133.
Arduus cliuus in ualles. Ouid. 1. Fast. 53.
Mollis cliuus. Virg. 9. eclog. 2. Id est, facili itinere et descēsione.
Descendere per cliuum. Ouid. 1. Fast. 53.
Facere cliuos. Paulus in l. seruitutes. §. si domo mea. ff. de seruit. urban. prædior. Vel gradus, uel cliuos propius ianuam meā iure facere possum.
Sudamus in uno cliuo, pro In uno negocio laboramus, proueribij speciem habet apud Ouidium, epist. 19. 9,

Mille modi restant, cliuo sudamus in uno.

Cliuulus (γεωλοφίκ) Diminutiuū. Colum. lib. 6. cap. 37, Duos parietes aduersō cliuulo mædificatos habet.

Cliuosus adiectiuū, (λοφώδης) ut, Cliuosus locus. Colum. de Arboribus, cap. 4. 3. Curandū autē est, ut locis aridis & cliuosis altius uites deponantur, quàm si humidis & planis. Virgil. 2. Georg. 43.

Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris, &c.

Trames cliuosus. Virg. 1. Georg. 22.
Cliuosa Ida. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 3.
Olympum cliuosum scandit Phœbus. Ouid. 3. Fast. 83.

Cloaca] cloacæ, pen. prod. (ἐνδοχεῖον, δεξαμενὴ) Locus cauus, per quē colluuies quædā fluit. Cic. pro Cecina, 26, Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarū, itinerumq; cōtrouersiis interdicit. Idē pro Plācio, 77, Me arcē facere ex cloaca, lapidemq; è sepulchro uenerari pro deo. Plin. lib. 36. ca. 15.

Cloacæ, à cluendo, id est, purgando dictæ, inquit Festus.
Cloacam translatiuè, pro uentre anus edacis & bibacis dixit Plautus in Curcul. 3. 27,

Properè prolue cloacam.

Refercire cloacas corporibus ciuium. Cic. pro Sestio, 65.
Cloacale flumē, dixit Cato, pro cloacarū omnū colluuie. Festus.
Cloacare, Inquinare. Vnde cloacæ. Festus.

Cloacina] Dea quæ cloacis præerat: eam in Cloaca repertam consecrarat Tatius. Ex Turnebo.

Clodia] Romana (à qua Cicero prædiū emere uolebat) copiosa et locuples fœmina fuit. Cic. ad Atticū, li. 12. 15 & 3. Sed quando Clodia Romæ futura est, & quanti rem æstimas, eo prorsus expecto: nō quin illud malim, sed & magnas res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cū hærede.

Clodia, Mulier Romana, quæ CXV. annos excessit, cuixa etiam quindecies.

Clodicare] κωλεύειν. Veteres dixerunt pro Claudicare. Cic. 2. de Oratore, 138, Præclarum & graue est quod Calui no Glaucia claudicanti, Vbi est uetus illud? Num claudicat? at hic clodicat. Hoc ridiculum est: & utrumq; ex eo quod in claudicatione animaduerti potuit, est ductum.

Clodius] κλώδιος, Inimicus Ciceronis, quem ut expellere ab urbe posset, plebeio se homini adoptandum dedit: mœchus fuit notissimus, deprehensus in sacris Bonæ deæ muliebri uestitu indutus, unde Iuuenalis,

Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum.

Clodius cognomēto pulcher, orator fuit Romæ, inter paternos simul cū Cicerone in causa Scauri. Pædian. Clodij etiā cuiusdam

Digitized by Google

dam meminit Plut. in Numa, qui temporũ argumẽtũ scripsit. Fuit itẽ Sex. Clodius, rhetor Siculus, Latinæ Græcæq; eloquẽtiæ professor, malè oculatus, familiaris ac præceptor M. Antonij Triumuiri, cuius meminit Cic. in Philip. & Trãquillus. Clodius præterea Quirinalis Arelatensis, rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora, teste Eusebio. Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu Imperator salutatus, & à Seuero iuxta Lugdunum acie superatus. Author Herodianus.

Clodiorũ familiam, à Clodio Aneæ socio dictã putauit Festus. Verus tamẽ est Clodios, qui & Claudij dicuntur, à Sabinis ortum traxisse, nominisq; originẽ cepisse ab Appio illo Clauso, qui primus ex ea familia, cum quinq; clientum millibus, se Romam contulit.

Clodo] κλείω, pro Claudo. Plin. lib. 18. cap. 33. 4, Clodunt ita lippiuntq;. Inde fortasis Clodij dicti.

Cloelia gens] Patricia à Cloelia Aneæ comite sic dicta. Author Festus & Dionysius libro 2. Fuit cum magistratibus annis plus minus LXIII.

Cloelia] κλοιλία, Virgo, obses Romanis Porsenæ Hetruscorum regi data. Hæc, quũ castra Hetruscorum fortè haud procul ripa Tyberis locata essent, frustrata custodes, dux agminis uirginum inter tela hostium Tyberim tranauit, sospitesq; omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi nunciatum est, primò incensus ira, oratores Romã misit ad Cloeliam obsidem deposcendam, alias haud magni facere. Si non dedatur obses, pro rupto se fœdus habiturũ. Si dedatur, intactam inuiolatamq; ad suos remissurũ. Itaq; reddita, apud Hetruscorum regem, non tuta solum, sed honorata etiam uirtus fuit, eamq; partem obsidum quos uellet donare se dixit. Pace sic redintegrata, Romani nouam in fœmina uirtutem nouo genere honoris, statua equestri donauere: in summo sacra uia fuit posita uirgo insidens equo. Autor Liu. lib. 2. Decadis primæ. Huius & meminit Valer. Max. lib. 3. ca. 2. de Fortitudine. Virg. quoq; circa finem libri 8.

Clonas] Elegus poeta fuit, & epicus, qui tibicinas & concentus constituisse memoratur primus, sicuti Terpander citharœdicas leges princeps omnium peruestigasse narratur. Author Cæl. antiq. lectio. lib. 9. cap. 3.

Clonius] Vnus è quinq; ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam nauigauerunt, ut scribit Homerus lib. Iliad. 2.

Cloris] Vide Chloris.

Closter] κλώστηρ, Filius Arachnes, qui fusos inuenit in lanificio, ut refert Plinius lib. 7. cap. 56.

Clostrum] κλεῖθρον, Idem quod Claustrum. Cato cap. 13. Trullas ligneas duas, claues cum clostris.

Clostrum est contignatio trabium in ligneis ædificijs, qua nonnunquam in parietibus domorum utimur, nonnunquã aliàs dum locum aliquem sepimus. Seneca de sutoria taberna loquens libro de Beneficijs 7. Deinde per clostrum, inquit, quà se commissura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inseruit. Et ludi Romani primùm clostris circundabantur ad tempus prætentis, quæ amoueri possent: quorum loco fossæ postea factæ sunt, quas euripos uocant. Plin. lib. 10. cap. 33. de hirundinibus uerba faciens, In Aegypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorũ euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadij ferè unius spacio, quod humano opere perfici non posset. In eadem Aegypto iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus diebus, palea & stramento (clostrum est) firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet. Sic enim reposuit Beatus Rhenanus ad exemplaris Murbacensis recognitionem. Quo in loco per clostrum significatur septum transuersum ex compactilibus postibus constans, extructum ad arcendum frangendumq; fluuij impetum. Id hirundines palea stramentoq; firmant, alioquin opera earum uana & inutilia, si non adesset materia solidior, quæ lutum ab eis confectũ contineret. Alij tamen rostrum legunt apud Plinium.

Clota] Ptolemæo æstuarium maris in Britannia insula exiguo terræ spatio à Bodotria altero æstuario diremptum. Corn. Tacit. in uita Agricolæ Glotam uocat.

Clotho] κλωθώ, Vna est trium Parcarum. Vide Parcæ.

Ferrea Clotho. Stat. libro 3. Thebaid. 111. Altera est Clotho Nerei filia, dea maris, & à Virgilio Nerea Clotho dicitur, 9. Aeneid. 22.

Cluacina] Venus, à Romanis culta, cuius templum non procul à foro situm erat, quòd inibi Sabinæ mulieres infestas acies, & usq; accensum prælium inter Romanos Sabinosq; diremissent. Cluere enim antiqui, purgare dixerunt, teste Plinio, libro 15. Liuius lib. 3, Ac nutricem propè Cluacinæ ad tabernas, &c. Plin. lib. 15. cap. 29, Quippe ita traditur, myrtea uerbena Romanos Sabinosq;, quum propter raptas uirgines dimicare uoluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet.

Cludidatum] Antiquis dulce & suaue dicebatur. Festus.

Cludo] cludis, clusi, clusum (κλείω) cludere, indifferenter sumptum pro Claudere. Cicero 2. de Natura deorum, 145, Ipsum autem mare sic terrã appetens littoribus cludit. Martial. lib. 11. 85,

Sed mors uocis iter properauit cludere blandè. Varro 3. de Re rust. cap. 3. 4, Quæ maceriæ ad uillam uenationis causa cluduntur. Valer. Flac. lib. 7. Argonaut. 47.

Vias alicui cludere. Senec. 1. Thebaid. 30.

Cludere arborem restibus. Colum. lib. 12. cap. 44. 2.

Axem cludere nox dicitur, quemadmodũ eundem aperire dies. Seneca Hercul. Oeth. 11. 5.

Cludere auro. Plin. lib. 33. cap. 1. 17 Idem eodem loco, cludere uenena in annulis, sub gemmis ab antiquis solere dixit.

Cludi minaci caßide. Stat. lib. 4. Thebaid. 41.

Libellos cludere. Iuuenal. Saty. 7. 3.

Clusus (κλεισὸς) Participium, Circundatus. Valer. Flac. libro 1. Argonaut. 7,

Cleonæo iam tempora clusus hiatu Alciades. Id est, habens tempora circundata pelle hiantis leonis Cleonæi.

Clusilis & hoc clusile, (κλείσιμος) Quod facilè clauditur. Plinius libro 9. cap. 37. 2, Inest ijs esca, clusiles mordacesq; conchæ.

Cluentius] κλυόντιος, Ex municipio Latino accusatus à matre Sassia, quòd Oppianicum uitricum interfecisset: defensus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

Cluentiorum familiam à Cluantho dictam affirmat Virgilius, 5. Aeneid. 25.

Clueo] clues (λοιέω) cluere, Nominari, perhiberi, putari. Plautus Trinum. 8. 73, Ita sis ut nomen cluet. Idem Epid. 5. 6, Senati qui columen cluent. Idem Pœnulo, 180. 20, Vt uolupe est homini mea soror, si quod agit cluet uictoria. Id est uictoriæ tribuatur.

Cluere, Purgare. Plin. lib. 15. cap. 29. 2, Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.

Cluere, Apparere etiam significat. Lucret. lib. 1. 91,

Nam quæcunq; cluent, aut his coniuncta duabus
Rebus ea inuenies: aut horum euenta uidebis. Idem lib. 2. 106. & 159.

Clunadum] culter sanguinarius, quòd ad clunes dependeat,

Digitized by Google

uel quia clunes hostiarum diuidat. Author Festus. Turnebus legit Clunaclum.

Clunas] à clunibus tritis simias dictas existimat Festus.

Clunia] Oppidum est Hispaniæ, in extremis Celtiberorum finibus: unde unus ex Hispaniæ citerioris conuentibus, Clunienſis dictus est. Vulgò Ciudad Real. Sunt enim septem, inquit Plinius libro 3. cap. 3, Carthaginenſis, Tarraconenſis, Cæsarauguſtanus, Clunienſis, Asturum, Lucenſis, Braccarum.

Cluniſ] huius clunis, (κυγὸ) sæpius in plurali clunes, clunium. masc. & fœm. gen. Nates, siue natium tumor. Iuuen. Saty. II. 17,

Ad terram tremulo descendunt clune puellæ. Plautus,

Quasi lupus ab armis galeo: clunes infractos fero. Horat. 1. Ser. Saty. 2. 18,

Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix.

In clunes extremas desiliunt. Plin. lib. 8. cap. 8. 2.

Cluniculus, Diminutiuum (κύγιον) Gellius, Cæterarum auium atq; altilium, nisi tantum apponatur, ut à cluniculis inferiore parte saturi fiant, conuiuium putant inopia sordere.

Clupea] quæ & Clypea dicitur, oppidum Africæ minoris, quæ alio nomine Zeugitana prouincia dicitur. Hermolaus Clypeam & Aspidem idem oppidum esse annotauit: cui & Solinus accedit, & Silij uersus suffragatur, libro 3,

In clypei speciem curuatis turribus Aspis.

Clupea, Pisciculus, qui uenam quandam thynni in faucibus mira cupidine appetens, ipsum thynnum exanimat. Plinius lib. 9. cap. 15. 1.

Cluſios] Galli nominant dæmones quosdam: quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aerio compositos. Sipontinus.

Cluſium] κλύσιον, Oppidum est mediterraneum in Tuscia, sub quo sepultus est Porsena. Plin. lib. 36. cap. 13.

Cluſinus, Adiectiuum (κλύσ. νος) ut, Cluſinum uulgus. Silius lib. 8. 95.

Fontes Cluſini. Horat. 1. Epist. 15 3.

Cluſinum far, Adorei, siue farris genus est candidius, ita dictum à Cluſio Hetruriæ urbe. Colum. libro 2. cap. 6, Adorei autem uidimus in usu plerunq; genera quatuor: far, quod appellatur Cluſinũ, candoris nitidi: far, quod uocatur Vermiculum, rutilum: atq; alterum candidum: sed utrunq; maioris ponderis, quàm Cluſinum. Semen semestre, quod dicitur Alicastrum.

Cluſinus] dictus est Ianus, quòd pace templi eius portæ clauderentur. Vergilius 1. Aeneidos,

Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum Vinctus aheneis.

Cluſtumina tribus] Vide Tribus.

Cluſuriæ] arum, uel Cluſuræ, appellantur ab Impp. Custodiæ limitũ, & ut Suidas interpretatur, ὀχυρώματα τῶν ὁδικῶν βασέων, l. 2. §. in Sardiniæ. C. de off. præf. præt. Afr. lib. 4. C. de offic. mag. off. & l. ult. C. de off. mag. milit. In quibusdam legitur Clauſurarum.

Clymene] κλυμένη, Oceani & Thetyos filia, teste Hesiodo in Theogonia, de qua Virg lib. Georgic. 4,

Inter quas Clymene curam narrabat inanem. Fuitq; mater Phaethontis, ut scribit Ouidius lib. 2. Metam. 66. Altera fuit ministra Helenæ, decoris oculis prædita, ut est apud Homerum, lib. Iliad. 3.

Clymeneis, Clymeneidis (κλυμένις) Patronymicum.

Clymeneides, uocantur sorores Phaethontis, à matre Clymene sic dictæ. Ouid. ad Liuiam, 23,

Sic fleuit Clymene, sic & Clymeneides altæ, &c. Altæ uocat, quia in populos arbores mutatæ fuerunt.

Clymeneus, penul. prod. Adiectiuum (κλυμένειος) ut, Germina Clymenea, id est, populorũ germina. Stat. libro 1. Sylu. 2. 25.

Clymeneius (κλυμενήϊος) quinq; syllabarum, adiectiuum aliud: ut, Proles Clymeneia, id est, Phaethon. Ouidius 2. Metamorpho. 5.

Clymenos] siue Clymenum (κλύμενον) Herba est fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis supra caulem in se inflexis, ut in Polyporum cirrhis: ita dicta à Clymeno rege, teste Plin. lib. 25. cap. 7. Vulgus hodie partim Cypriam, partim Saponalem appellat.

Clymenos] κλύμενος, Plutonis cognomentum est, quia sit causa τοῦ κλύειν, auditum enim aer uox est. Aer autem qui animas excipit ἀΐδης, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ δῆλος, ex obscuritatis ratione ab aliquibus dictus est. Author Phurnutus. Lasus Hermionensis poeta in principio hymni, quem in Cererem composuit, Δήμητρα μέλπω, κόραν τε κλυμενόοιο ἄνακτος. Hoc est, Cererem cano, Proserpinamq; Plutonis coniugem.

Clypea] κλυπέα. Vide Clupea.

Clypeus] uel clypeum (ἀσπὶς) dicitur id quo milites tegunt corpus aduersus ictus. Virgil. 7. Aeneid.

Nec Clypei currúsue sonant. Vbi Seruius, Clypei, scuta maiora: dicti ab eo quòd celent corpus, id est, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν. Idem Seruius alio loco, Clypei peditum sunt, scuta equitum. Liu. 6. ab Vrbe, Clypeis antè Romani usi sunt: deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Virgil. 2. Aeneid. 146,

Ardentes clypeos atq; ora micantia cernes. Idem 9. Aeneid. 144,

Et clypeum suprà intonat ingens.

Clypeum, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc est sculpendo, cælandoq; deducit Plinius, libro 35. cap. 3. 2, Scutis enim (inquit) quibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum: non (ut peruersa Grammaticorum subtilitas uoluit) à cluendo. Liu. Duo clypea inaurata.

Aeratus clypeus. Silius lib. 15. 148.

Aereus clypeus. Virgil. 12. Aeneid. 109.

Aere cauo clypeus, Id est, æris caui. Virg. 3. Aeneid. 5. Seruius.

Ardentes clypei, Micantes, fulgentes. Virg. 2. Aeneid. 146.

Argolicus clypeus, Ingens clypeus, quales sunt Argiuorum. Virgil. 5. Aeneid. 127.

Detritus clypeus. Silius lib. 10. 80.

Fulgens ære clypeus. Ouid. 8. Metam. 6.

Passus prælia clypeus. Ouid. 13. Metam. 24.

Saluus clypeus. Cic. 2. de Finib. 155. De Epaminonda.

Septemplex clypeus, Aiacis Telamonij clypeus erat septem coriis boum tectus. Virgilius similem Turno tribuit, 12. Aeneid. 184.

Curuamen clypei. Ouid. 12. Metam. 19.

Insigne clypei decorum. Virg. 2. Aeneid. 79.

Vmbo clypei summus, Media clypei pars extans. Virgilius 2. Aeneid. 109.

Auro clypeum accendere, Id est, tegere auro splendidissimo instar ignis ardentis. Silius lib. 15. 134.

Cauare clypeum alicuius, id est, perforare. Statius 9. Thebaid. 26.

Efferre clypeum sinistra. Virg. 10. Aeneid. 52.

Excipere ictus clypeo. Ouid. 12. Metam. 75.

Ferendo clypeo manus apta. Ouid. 1. de Arte, 139.

Flagrare sydereo clypeo, Fulgentem clypeum gestare. Virg. 12. Aeneid. 34.

Fixos submittere clypeos. Silius lib. 5. 44. Id est, humeros & caput clypeis tegere.

Insertare sinistram clypeo. Virg. 2. Aeneid. 134.

Obijcere

Digitized by Google

Obijcere clypeos ad tela. Virg. 2. Aeneid. 89.
Opponere clypeum. Ouid. 13. Metam. 15.
Resoluere clypeum. Ouid. epist. 13. 30.
Subligare clypeum sinistræ. Virg. 11. Aeneid. 2.
Sumere clypeum. Ouid. 8. Metam. 6.
Vestire clypeos cæsis iuuencis, id est, corijs iuuencorum contegere. Stat. lib. 1. Achil. 84.
Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. Festus.
Clypeatus (ἀσπιδηφ) Clypeo munitus. Plautus Curcul. 8. 53, Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Sic Agmina clypeata, Silius lib. 8. 87. & Virg. 7. Aeneid. 159.
Clypeatum incedere. Claud. 7. Paneg. 105.
Clysmus] clysmi, purgatio, lotio, lauamen, Clyster. Scribon. Largus, His aluus acri clysmo manè trahenda est. & alibi sæpe apud eundem.
Clyster] huius clysteris, pen. prod. m. g. (κλυστὴρ) Medicamentum quod per inferiorem partem, purgandi gratia in uentrem immittitur. ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere. Plin. lib. 20. cap. 2. 3, Vrinam mouet in uino dulci, & in renum dolore clysteribus simul cum cumino infunditur. Idem, Cucurbita infusa clysteribus intestinorum omnium uitijs medetur.
Purgare clystere & uomitu. Sueton. in Nerone, cap. 20.
Oricularius clyster. Celsus lib. 5. cap. 5. 28, de fistulis. Idem lib. 7. cap. 27, Idem humor rosa mistus in ipsum uulnus oriculario clystere agendus est.
Clytemnestra] κλυταιμνήστρα, Tyndari filia ex Leda, uxorq; Agamemnonis, & mater Orestis: quæ quum Agamemnonem ab Aegisthe adultero interfici curasset, interfecta est & ipsa ab Oreste filio. Ouid. in Elegijs,

Et uinæ ex in matre, patris malus ultor Oreſtes. Vide Agamemnon.

Clytia] uel Clytie (κλυτίη) Puella fuit ab Apolline adamata quondam: sed quia concubitum Apollinis cum Leucothoe, Orchamo patri Leucothoes prodidisset, paterq; iratus uiuam defodi natam iussisset: iratus Apollo, à conuersatione Clyties in posterum se continuit. Illa uerò dolore ob id nimio consumpta, dum cibo potuq; sibi temperat, & perpetuò respicit ad Orientem & Occidentem Apollinem, in heliotropium herbam mutata fuit. Fabula est apud Ouidium lib. 4. Metamorpho. 42.
Clytius] Iuuenis quidam à Cydone adamatus. Virgilius Aeneid. 10. 65,

Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon. Est & Homero libro Iliad. 20. filius Laomedontis, & frater Priami.

C N

Cnemides] inquit Strabo libro. 9, in Thracia sunt secundum Daphnuntem, locus munitissimus, in quem ex Euboea Caneum è regione consistit promontorium, in Occidentem spectans, sinumq; Maliacum, &c. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum.
Cneoron] κνέωρον, Frutex est coronarius, cuius duo sunt genera, nigrum & candidum. Vtrunq; germinat post æquinoctium Autumnale, diuq; floret. Hyginus Casiam interpretatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9. Dioscorides item Thymelæam herbam Cneoron & Cnestrum appellat.
Cnephosum] antiqui dicebant tenebricosum. Græci enim κνέφας, appellant obscurum. Festus.
Cnestis,] idis, penult. corre. (κνῆστις) Laminulam concauam significat, in qua crinibus complexa occultataq; Cleopatram uenenum habuisse nonnulli produnt. Vide Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 12.
Cnecion] κνήκιον, Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum & Amaracū uocamus. Quanquā non desunt, qui hanc nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha reijciunt doctiores.
Cneus] γναῖος, Cognomen apud Romanos: quod quidam à Næuo deducunt, præposita c litera. Quum autem id proferebant antiqui, inquit Priscianus, g pro c efferebant.
Cnicos] uel Cnicus (κνικος) herba quam nonnulli Cartamum uocant. Dioscorides lib. 4. cap. 182, Folia habet cnicos oblonga, incisuris diuisa, aspera, aculeataq;, &c. Vulgò appellatur Zafarano Sarrasinesco, & dalli speciali Cartamo. Syluestrem cnecon, cuius caule pro colu prisce mulieres utebantur, cartamum syluestrem ostendimus appellari, qui hirsutior, torosiore caule serpit humi, Carduus benedictus nunc nominatur. Satiuus, de quo nunc agitur, Cartamus uocatur. Omnes diuulsis ramulis cruentum fundunt liquorem, præsertim mesibus. Semine cneci satiui psittaci nunc aluntur. Cnecon melius quàm Cnicon dicitur. nam cnacon, à seminis colore, Theocritus pro candido, uel flauo usurpat: Democritus & omnino clymici, florem cneci Echumenion appellant. Cnecum officinæ norunt cartami, aut croci hortensis nomine.
Cnidos] Herba est Plinio, lib. 21 cap. 16. 1, Vnde Cnidium oleum, quod fit è grano cnidi.
Cnidos] uel Gnidos, Vrbs Cariæ, ubi Venus colebatur, & promontorium ibidem.
Cnossus] κνωσός, oppidum Cretæ insulæ, situm in plano, ambitum xxx. stad. habens, à Lyctia & Gortynia cc. stad. discreta. Hanc ualde extollit Homerus, quā ingentem, & Minois regiam uocat. Priscis autem temporibus Ceratus appellabatur, à prælabentis fluuij nomine. Ex Strabon. lib. 10. apud quem plura.

C O

Coer. Cœrauit. coh. Cohors. do. uel d. Controuersia. coivx. uel co. Coniux. col. uel cl. Colonia, uel Coloniæ. col. Coloni, uel Collega. coll. Collegæ uel Collegia, Collegium, Coloniæ, Coloni. colle. fabr. m. r. Collegio fabrorum militiæ Rauennatis. com. ob. Comitia Obdriaca, uel Obebiaca. con. Consularis. conlib. Conlibertus. coniv. Coniunx, uel Cōiunxit. contvb. Contubernalis. con. sen. & bq. or. p. q. r. Consensu Senatus, & equestris ordinis, populiq; Romani. cons. Consiliarius. cor. Cornelius. cos. Consul. coss. Consules. cos. des. Consul designatus. coss. desig. Consules designati. cos. ii. Consul iterum. cos. iii. Consul tertium.

Co] Vide Coos.
Coa uestis] siue substantiuè, Coa, in plurali numero: subtilissimum erat Vestis genus ex bombyce, adeò tenue, ut corpus pelluceret. Dictum à Co insula, uulgò Lango, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Cea insula, author est Plin. lib. 11. cap. 23. Ouid. de Arte amandi,

Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus,
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Fuerunt qui etiam Cois in nominatiuo dici putarēt, pro hac ueste, decepti authoritate Horatij in Satyra,

Altera nil obstat Cois tibi, penè uidere est
Vt nudam. Qui profectò error nimiū est puerilis, quū Cois ibi non nominatiuus sit, sed ablatiuus. Eædem & Ceæ uestes dicuntur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia primā rationem inuenit bombycum telas retorquendi, easq; rursum texendi, ut testatur Plin. lib. 11. cap. 22. Vide Coa.
Coaccedo] coaccedis, penult. prod. coacceßi, coacceßum,

(cuncta

(συνεπιτίθεμαι) coaccedere, Simul accedere, addi. Plautus Curcul. 7. 65, —quia de illo emi uirginem. Triginta mnis, ueſtem, aurum, & decem pro his coaccedunt mihi. Id eſt, ſimul dedi.

Coaceruo] coaceruat (σωρεύω, συναθροίζω) coaceruare, cumulare, congerere, addere. Cic. pro Lege Agraria, 68, Habes tantum pecuniã, qua hoſce omnes agros, & cæteros horum ſimiles non modò emere, uerumetiam coaceruare poſſis. Cæſar 2. bel. Gal. 328, His deiectis & coaceruatis cadaueribus. Liu. 2. bel. Pun. 32, Segregata ex hoſtium coaceruatorum cumulis corpora.

Coguntur & coaceruantur pecuniæ. Cicero 2. pro Lege Agrar. 72.

Conſtruere & coaceruare omnibus modis pecuniam. Cic. pro Lege Agrar. 8.

Summas maiores & minores coaceruare. Iabolenus in l. ita ut. ff. mandati, Ita ut omnes ſummas, maiores & minores coaceruet, &c.

Coaceruatus (συρρυθείς) Participium. Cic. in Partition. 23, Veriſimilia autem partim ſingula mouent ſuo pondere, partim etiam ſi uidentur eſſe exigua per ſe multum: tamen quum ſunt coaceruata, proficiunt.

Multitudo ciuium indigniſſimo loco coaceruata. Cicero 7. Verr 116.

Coaceruatio (σώρευσις) Verbale. Cicero in Partitionibus, 67, Atq; hæc quidem utriq; maximè in peroratione facienda: alteri frequentatione argumentorum, & coaceruatione uniuerſa.

Actionum omnium coaceruatio. Caius in l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdictione omnium iudic. Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum ſingularum quantitas intra iuriſdictionem iudicantis ſit, coaceruatio uerò omnium excedat modum indictionis eius: apud eum agi poſſe Sabino, & Caſſio, & Proculo placuit.

Coaceſco] coaceſcis, coacui, (ὀξύομαι) coaceſcere, Acidum fieri. Cic. de Senectute, 60, Vt enim nõ omne uinum, ſic non omnis ætas uetuſtate coaceſcit. Celſus lib. 4. cap. 5, Sed ſi coacuit intus cibus, aut computruit, &c.

Coactilia] numero multitudinis, inquit Egnatius in Iulium Capitolinum, dici uidentur pelles, ſeu lora, quibus inuoluuntur alligantúrue ueſtimenta, quæ omnis inſtrumenti uiatorij ſint. Horum autem Vlpian. D. de auro & argento legato. l. argumento. in hæc uerba meminit, Argumento ſunt etiam nationes quædam (ueluti Sarmatarum) quæ pellibus teguntur. Ariſto etiam coactilia ueſti cedere ait: & tegimenta ſubſelliorum huic legato cedere. Quæ tegimenta Paulus, D. de ſuppellectile legata. l. de tapetis. cathedraria uidetur appellaſſe. Sed dicendum eſt, potius inſtrumenti uiatorij ea eſſe, ſicut pelles quibus inuoluuntur ueſtimenta: lora quoq;, quibus hæ pelles conſtringi ſolent. Quibus uerbis extremis Egnatius putat coactilia ſignificari: dictiq; à cogendo, id eſt uſtringendo coarctandoq;, coactilia. Indè taberna coactiliacia, Iulio Capitolino in Pertinace. Nam, inquit, pater eius tabernam coactiliciam in Liguria exercuerat. Egnatius coactiliariam legit. Bayſius de Re ueſtiaria, cap. 21, putat ab Egnatio id ſignificari, quod Græci φάσηλον dicunt, Itali Valiza, Galli uerò Malle. Fuitq;, quum exiſtimaret ea dici coactilia, quæ uulgò Peltra nuncupamus. Plinius enim libro 8. cap. 48, Lanæ ait, & per ſe coactæ ueſtem faciunt: & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt. Cæſar quoq; lib. 3. bel. Ciuil. Multi ex noſtris uulnerabantur, magniq; inceſſerat timor ſagittarum: atq; omnes ferè milites aut ex ſubcoactis (alij legunt, ex coactis) aut ex centonibus, aut corijs tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela uitarent. Legit idem Bayſius apud Capitolinũ, tabernam coctiliciam, id eſt, in qua coquebantur ligna, ne fumum facerent, quorum meminit Vlpianus in l. ligni appellatio. D. de leg. tertio. & de uerb. ſignif. his uerbis, Sed & titiones & alia ligna cocta, ne fumum faciant. Quæ etiam à Martiale Ligna acapna dicuntur, quæ & forſitan coctilia dicuntur à Trebellio Pollione, in D. Claudio, in hæc uerba, Ligni quotidiani pondo mille, ſi eſt copia: ſin minus, quantum fuerit: & coctilium quotidiana batilla quatuor. Quæ Iulius Pollux in decimo ξύλα πώσιμα appellat.

Coacto, Cóactura, Coactor, Coactus] Vide Cogo.

Coaddere] συμπροσιθέναι, Simul addere. Cato cap. 40. 2, Sumito tibi ſurculum durum, eum peracuito, ſalicem Græcam diſcindito, argillam uel cretam coaddito.

Coadiício] coadijcis, penult. corr. coadieci, penult. prod. coadijcere, Simul adijcere ſeu addere. Columella libro 12. capite 21, Quum id muſtum pariter cum defruto defruit, purgatur, & ita coadijcitur in binas urnas ligula cumulata, uel menſura ſemunciæ bene plenæ ſalis cocti & triti.

Coadunare] συναγεῖν, In unum cogere. Plinius de Viris illuſtribus, 1, Ipſi coadunatis paſtoribus, ciuitatem condiderunt.

Brachium ſtatuæ coadunare. Iulianus in l. tigni appellatione. §. idem eſt. ff. ad exhibendum.

Coædificare] συνοικοδομεῖν, Arctè ædificare: ut, Coædificatus locus, cui opponitur Vaſtus. Cic. in Partitionibus, 21, Culti, an inculti: celebres, an deſerti: coædificati, an uaſti.

Coæquus] σύμπαθεις, Adiectiuum, pro Aequus: ut, Coæqua pars. Plinius lib. 6. cap. 28. 20, Alijs & hæc intonſe mirumq; dictu, ex innumeris populis pars coæqua in commercijs & latrocinijs degit. Legitur in emendationibus codicibus Aequa.

Coæquare (συμπαρισῶν) Idem quod Aequare. Colu. lib. 3. cap. 13. 2, Duabusq; gemmis ſupra terram eminere paſſi, repoſita humo cætera coæquant.

Coæquare gratiam omnium difficile eſt. Salluſt.

Coæquare omnia ad ſuas iniurias & libidines. Cic. 5. Verr. 79.

Coæquare leges, Id eſt, ius æquabile omnibus ſtatuere. Liuius 3. ab Vrbe, 238.

Coæqualis (πάρισος) Idem quod æqualis. Columella libro 8. capite 14. 8, Atq; ubi ſe paulum confirmauit, in greges coæqualium compellitur, & hordeo alitur. De anſeribus.

Coæſtimo] coæſtimas, coæſtimare, Simul æſtimare. Celſus lib. 67. §. 1. D. de furt.

Coætaneus] ἥλιξ, ὁμήλιξ, ἡλικιώτης, Eiuſdem ætatis. Portius Latro in declamatione in Catilinam, Marco ſiquidem Catoni, aut Scipioni Coætaneo ſuo.

Coæuus] ὁμήλιξ, Eiuſdem æui. Cic. in Vatinium, 24, Hunc tumorem ignorabas? nunquam epulum uideras? nunquam puer aut adoleſcens inter coæuos fuerat?

Coaggero] coaggeras, pen. corr. Coaggerare. Columella, libro 8. cap. de ouis diu ſeruandis, Deindè eluunt, atq; ita pyleis aut ſurſuribus obruunt. Nonnulli ſolida, multi etiam freſa faba coaggerant: alij ſalibus integris adoperiunt. Eodem ſenſu dixit obruunt, coaggerant, adoperiunt.

Coagito] coagitas, pen. corr. (συνειλέω) coagitare. Simul agitare. A' quo uerbale

Coagitatio (συνειλησία) Cicero 2. de Natura deorum, 207, Nam quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde coagitatione pulmonum. Ita legit Budæus. Quædam exemplaria legunt contagione.

Coagmento] coagmẽtas (συναρμόω, συνάπτω) coagmentare,

Digitized by Google

tare, Coniungere. Cicero de Senect. 66, Sed uiuendi est finis optimus, cum integra mente, cæteriſq; ſenſibus, opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Idem 3. de Orato. 94.

Compoſitum, Compactum & coagmentatum. Cic. 3. de Finib. 112, Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis tam compoſitum tamq; compactum & coagmentatum inueniri poteſt?

Coagmentare pacem. Cic. 7. Philip. 230.

Componere & coagmentare uerba. Cic. de Claris Oratoribus, 34, Ipſa uerba compone & quaſi coagmenta.

Verba uerbis quaſi coagmentare. Cic. in Orato. 42.

Coagmentatus (συναρθείς) Participium. Quintil. lib. 8. cap. 6, Non enim recidere ea nec polire poſſumus, quæ coagmentata ſe magis iunxerint.

Concretum, coagmentatum, copulatum, admiſtum, duplex. Cic. lib. 1. Tuſculan. 111, In animi autem cognitione dubitare (niſi plane in phyſicis plumbei ſumus) quin nihil ſit admiſtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

Coagmentum (συναρμὸς) coniunctio. Plaut. Moſtel. 10. 58, Viden' coagmenta in foribus?

Coagmentum ſyllabarum. Gellius lib. 17. cap. 9.

Coagmentatio (συναφεια) Verbale, Idem. Cic. de Vniuerſitate, 21, Omnis enim coagmentatio corporis uel caloris, uel frigoris, uel aliqua impulſione uehementi labefactatur & frangitur. Idem 1. de Nat. deorum, 30, Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis?

Copulatio rerum, & quaſi coagmentatio naturæ. Cic. lib. 2. de Nat. deor. 178.

Coagulum] coaguli, pen. corr. (πυτία) Ea pars uiſcerum qua ad denſandum lac utimur. Plin. lib. 8. cap. 32. 8, de hinnulo, Contra morſus uerò præcipuum remedium ex coagulo hinnuli in utero occiſi.

Miſcere coagula nouo lacte. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 4.

Liquefacta coagula. Ouid. 13. Metam. 178.

Coagulum, etiam metaphoricè uocatur quicquid coniungit. Gel libro 12. cap. 1, Vinculum illud, coagulumq; animi atq; amoris.

Coagula, coagulas, penul. corr. (πήσω, πηγνύω) coagulare, Conſtringere, denſare: cuius paſſiuum eſt Coagulor. Plin. lib. 12. cap. 25. 9, Summa probatio eſt, ut lac coagulet.

Coagulare aquam. Plin. lib. 20. cap. 23. 7.

Coagulatio (πῆξις) Verbale. Plinius lib. 28. cap. 10. 7, Nam id quoq; uenenum eſt in prima lactis coagulatione. Idem lib. 23. cap. 118, Contra meconium, lactis coagulationem, &c.

Coaleo] coales, pen. corr. coalui, (συναύξομαι) coalere, Cohærere, concreſcere. Plin. lib. 14. cap. 2. 5, Vt niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Liu. 3. bel. Pun. 168, Concordia coaluerant omnium animi. Id eſt, aucti erant.

Coalitus (συναυξηθείς) Participium. Gellius lib. 12. cap. 1, Cuius in corpore, cuiuſq; ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit.

Irreuerentia coalita. Tacitus lib. 15, Coalitam libertate irreuerentiam eò prorupiſſe frementibus. Idem, Vetuſtate imperij coalita audacia. Ex Budæo.

Libertas coalita. Tacit. lib. 20, Si Alpes præſidijs firmentur, coalita libertate diſpecturas Gallias, quem uirium ſuarum terminum uelint.

Coaleſco, coaleſcis, coalui, coalitum, (συμφύομαι) coaleſcere, Idem. Columel. de Arboribus, cap. 27. 3. de ſurculo oliuæ fiſſuræ fici aptato, Sic interpoſito triennio coaleſcet ſinus oliuæ.

Coaleſcere diuerſi populi in unum corpus dicuntur. Liu. 1. ab Vrbe. Idem lib. 4. 25, Si coaleſcere, ſi iungi, miſceriq; uobis priuatis neceſſitudinibus poſſunt.

In unum ſonum coaleſcere & confundi dicuntur uocales. Quinti. lib. 1. cap. 7. 13.

Coaleſcit uulnus. Plin. lib. 9. cap. 51. ad finem.

Autoritas coaleſcit. Tacit. lib. 17.

Coalluo] uis, coalluere, Eſt per allusionem aliquid augere. Pomp. de acquir. rer. domin. Lergo. Paulatim coalluendo locum eminentem ſupra alueum fecit, & eum alluendo auxit. Alij Colluendo legunt.

Coamicus] ὁμόφιλος, coamici, penult. prod. Cicero de Amicitia, 82,

Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenes
Verſaris, atq; luſeris lautiſſime. Ex quadam comœdia.

Coangusto] coangustas (συσχνόω) coangustare. Varro 3. de Re ruſtica, cap. 16. 13, de alueis apum, Sed ita uti quum parum ſit qua compleant, eas coangustent, ne in uasto loco & inani deſpondeant animum.

Coangustare legem. Cic. 3. de Leg. 47.

Aditum ædium coangustare. Vlpianus in l. ſed addes. §. ſi inquilinus. ff. locati, Si inquilinus arcam cameratam in ædes cõtulerit, & ædium aditum coangustauerit dominus: uerius eſt ex conducto teneri & ad exhibendum actione, ſiue ſcit, ſiue ignorauerit.

Coangustor, coangustaris (συσχνύμαι) Paſſiuum. Celſus, libro 7. cap. 27. ad finem, Quòd ſi fiſtulæ metus ex his cauſis quas propoſui, ſubeſſe uidebitur, quo facilius claudatur ea, uel certè coangustetur, in anum quoq; danda plumbea fiſtula eſt.

Coarcto] coarctus (στενοχωρέω, συστενοχωρέω) coarctare, Aſtringere, coniungere. Scribitur & Coartare, ſine c.

Coarctare iter, Liu. 8. bel. Pun. 22.

Coarctare & Dilatare, contraria. Cic. 1. de Orato. 77, Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice, ut Craſſus hæc quæ coarctauit & peranguſtè referſit in oratione ſua, dilatet nobis atq; explicet.

Nox coarctat iter. Ouid. 5. Faſt. 109.

Coarctatus in oppido. Cic. ad Attic. lib. 7. 129. 1.

Coarctatio (στενοχώρησις) Verbale. Liu. 7. bel. Pun. 244, Coarctatio plurium in anguſto tendentium facilior futura erat.

Coarguo] coarguis, coargui, coargutum (κατελέγχω) coarguere, Redarguere, reprehendere, peccatum alicuius oſtendere & prodere. Cic. 2. de Inuent. 224, Aut alijs quoq; conſtitutionibus factũ coarguetur. Liu. 2. ab Vrbe, 17, Sed eam occaſionem, ut literæ legatis darentur, quæ deprehenſæ rem coarguere poſſent, expectabat.

Deſidiam, ſuperbiam, improbitatem alicuius coarguere. Cic. pro Muræ. 8.

Coarguere, & conuincere. Cic. 6. Verr. 94, Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à teſtibus.

Refellere & coarguere mendacium. Cic. pro Ligario, 9.

Coarguere reum teſtibus. Cic. 7. Verr. 60.

Coarguere ſuam culpam, Cic. ad Atticum, lib. 9. 173. 8. Errorẽ alterius, Cic. 1. Acad. 20.

Coargui criminibus. Cic. 6. Verr. 93.

Coarguere auaritiæ, Cic. 7. Verr. 119. Sceleris, Plin. lib. 11. cap. 37. 517.

Coarguere aliquid ſuſpicionibus & coniectura. Cic. de lege Agraria, 10.

Lituris coargui. Cic. pro Cluent. 30.

Turpitudine uitæ coarguitur improbitas. Cic. Antequam iret in exilium, 10.

Vinci, refelli, coargui putant eſſe turpiſſimum. Cic. pro Flac. 8.

Coarguit eum res. Cic. pro Milone, 27.

Coartícu-

Digitized by Google

Coarticulo] *las, pen. cor.* Arnob. lib. 1. *aduerſ. gent.* Permittant, uni ex populo, in officium ſermonis dandi, ora coarticulare mutorum: id eſt facere, ut muti loquantur articulatè.

Coaſpernor,] *coaſpernaris, coaſpernatus ſum, coaſpernari, deponens.* Tacit. lib. 17, Laudata olim & militari fama celebrata ſeueritas eius, angebat coaſpernantes ueterem diſciplinam.

Coaſpis] Fluuius Medorum, qui apud Perſas in Tigrim decurrit: cuius aqua tam dulcis eſt, ut Perſici reges quamdiu intra ripas Perſidis fluit, ſolis ſibi ex ea aqua pocula uendicauerint.

Coaſſo] *coaſſas (σανιδόω, σανιδῶμαι) coaſſare,* Contabulare ſignificat.

Coaſſatio (σανίδωσις) Verbale, Contabulatio. Plinius, libro 36. cap. 25. 3, Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni.

Coaſtræ] *κοάστραι,* Populi ſunt Indiæ, apud quos arbores uſq; adeò procerè naſcuntur, ut ne ſagittæ quidem iactu ſuperari poſſint. Lucan. lib. 3. 50,

Aethera tangentes ſyluas liquere Coaſtræ.

Coaugmentare] Inde Coaugmentatio, uerbale. Ci. 2. de Nat. deor. 178, Quæ copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem, coaugmentatio naturæ, quem non commouet, hunc horum nihil unquam reputauiſſe certò ſcio. In emendatioribus codicibus legitur coagmentatio. Vide Coagmento.

Coaxo] *coaxas, coaxare,* Idem quod Coaſſare.

Coaxare] *κοαξεῖν,* etiam dicuntur ranæ, quum uocem emittunt, quam probè effingit Ariſtophanes in ea comœdia quæ inſcribitur Ranæ.

Cobio] Piſcis quidam ex genere chombrorum. Plin. lib. 32. cap. 8, Chombrorum genera Cyprinus, Ch.l is, Cobio.

Cobiòn] Septima tythimali ſpecies eſt apud Plin. li. 26. cap. 8, quæ *ἀγυδροειδὲς,* hoc eſt arboreſcens Dioſcoridi cognominatur.

Cocalus] *κώκαλος,* Siciliæ rex, ad quem Dædalus ex Creta aufugit, inſequente Minoe Cretenſium rege: quem tandem à Cocali filiabus interfectum eſſe refert Ariſtoteles. Ouidius 8. Met. 53,

Iamq; fatigatum tellus Aethnæa tenebat
Dædalon, & ſumptis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur.

Cocanicus] Siciliæ lacus, ex quo ſalem Cocanicum nominamus. Plin. lib. 31. cap. 7. 6, Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellauimus, necnon & Cyprio maximè ſimili.

Coccetum] Genus edulij ex melle & papauere factū, quòd ad ignem coquatur. Feſtus.

Coccinatus, Coccinus] Vide Coccum.

Coccum] *cocci (κόκκος βαφικὴ)* Eſt ueluti granum quod ex frutice, qui coccus dicitur, ilici ſimili, uel ex rubenti gramine naſcitur: uulgò granum dicitur. Plin. lib. 21. cap. 8. 1, & lib. 9. cap. 41. 2, Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt. Coccum autem à Dioſcoride *κόκκος βαφικὴ* dicitur; hoc eſt, granum tinctorium. Frutex eſt fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ quæ Tudertania appellatur, ut eſt autor Strabo in decimo. Quidam id eſſe putant quod nos crameſinum dicimus. Bayfius.

Madidus cocco. Vide Coccus.

Coccus, pro Panno coccineo. Plin. lib. 9. cap. 38. 2, de purpuris, Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiæq; eius nigritiæ dat auſteritatem illam nitoremq; qui queritur cocci.

Ardenti cocco radiare, Splendida ueſte indutum eſſe. Silius, libro 17. 8.

Coccum diuerſum à Purpura, clarè intelligitur ex l. ſi cui lana. §. uerſicoloribus. D. de legat. 3.

Coccineus] *κόκκινος,* Adiectiuum: ut, Coccinei acini. Plin. lib. 21. cap. 31. 1.

Coccinus (*κόκκινος*) aliud adiectiuum: ut, Coccinus color, qui exuberantiam quandam ac ſplendorem ruboris oſtendit: ut de Coccina ueſtis, cocco infecta.

Coccinum (*κοκκοποιόν*) Subſtantiuum, pro coccina ueſte. Martialis, lib. 2. 16, Si fuerit ſanus, coccina quid facient? Idem, Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ.

Coccinatus (*κοκκινωτός*) Coccina ueſte indutus. Martialis, lib. 5. 36, Clamat coccinatus Ethlides.

Coccyx] *coccygis, pen. corr. (κόκκυξ)* Auis quam Latini cuculum uocant. Plin. lib. 10. cap. 9.

Cochlea] *κοχλίας, κόχλος, φορέυς,* Propriè teſta limacis: licet quandoq; pro ipſo limace, qui teſtam habet, accipiatur. Eſt autem propriè limax, qui ſine teſta eſt: cochlea uerò quæ teſtam habet. Plaut. Pœn. 7. 29, Viciſtis cochleam tarditudine. Vide Plinium. Cic. 2. de Diuinat. 197.

De cochleis quomodo alij debeant in uilla, uide Varronem, lib. 3. de Re ruſt. cap. 14.

Serpere in cochlea. Celſ. lib. 8. cap. 10.

Caſſa ſanguine cochleæ. Vide Callus.

Altiles cochleæ. Vide Altilis, in Alo.

Cauaticæ cochleæ. Vide Cauus.

Curuarum domus cochlearum. Stat. 4. Sylu. 9. 7.

Cochlea, in torculari lignum eſt erectum clauiculatim, id eſt, ſpirulatim, & capreolatim ſtriatum, quod per medium prælum ſtriatum & ipſum, tranſactum, uertigine ſua tollendo, demittendoq; prælo inuentum eſt. Vulgò Viſa torcularis dicitur. Vnde & cochlea in ædificijs dicta, quæ ſcalæ cochlides etiam dicuntur, ob id ſic dictæ, quòd anfractuoſæ ſint in modum cochlearis teſtæ, & quòd clauiculata & tortili ſtructura à triclinijs in cœnacula euadant. cuiuſmodi ferè ſunt in ædificijs Gallicis ſcalæ. Budæus.

Cochlea. Hauſtorium organū, quod uulgus Pompam appellat. In medio rota eſt: quæ dum à calcantibus uerſatur machina introrſus clauiculatim detorta, inter ſtrias & ſtrigles aquas exorbet ex aquario ſepto, & retrorſus emittit. Huius autem machinæ conficiendæ ratio, à Vitruuio, decimo libro, cap. 11. deſcribitur, Eſt autem, inquit, etiam cochleæ ratio, quæ magnam uim haurit aquæ, ſed tam altè tollit quàm rota. Ibidem, paulò à fine cap. Et ita cochleæ hominibus calcantibus facit uerſiones. Vide & lib. 5. cap. ultimo.

Cochlea, etiam eſt genus oſtij. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 5, Oſtium habere humile, & anguſtum, & potiſſimum eius generis quod cochleam appellant, ut ſolet eſſe in cauea in qua tauri pugnare ſolent.

Cochlearium, Cochlearij (*κοχλιαρφεῖον*) Locus quo reponuntur cochleæ. Varro 3. de Re ruſt. cap. 14. 1, Nam & idoneus ſub dio ſumendus locus cochlearijs, quē circùm totum aquis claudas, ne quas ibi poſueris ad partum, non liberos earum, ſed ipſas quæras.

Cochleare, pen. prod. uel cochlear, pen. corr. neu. gen. (*κοχλιάριον, λοΐδιον*) Inſtrumentum notum. Martialis, lib. 14. 126. de cochlearijs,

Sum cochleis habilis, ſed nec minus utilis ouis,
Nunquid ſcis potius cur cochleare uocer? Colum. lib. 12. cap. 21. 3, Idq; quum eſt aridum factum, molitur, & ex eo molito poſt ſaliturā muſti cochlear cumulatum, uel ſimile genus poculi eius qui eſt quarta pars cyathi, adijcitur in bitias ternas.

Cochlearis

Cochlearis & hoc cochleare, pen. prod. Plin. lib. 21. cap. 27. 1, Tusa hydropicis datur in aqua, cochlearimensura. Nisi forte scriptum sit cochleari, pro cochlearij.

Cochlearium huius cochlearij, Mensura quædam qua medici in potionibus ægrorum utuntur. Erat autem cochleariũ maius, & cochlearium minus. Plin. lib. 20. cap. 22. 7, Cum addito mellis sextario rursus decocto ad sextarios duos, si cochlearij mensura in die sorbeatur in aquæ cyatho. Plin. lib. 28. ca. 17. 2, Duorum cochleariorum mensura.

Cochlidium] κοχλίδιον, Scala rotunda. Strabo lib. ultimo, Altitudo quædam manu facta turbinea, petrosæ ripæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

Cochone] Dicitur pars infra pudenda, quæ coxis interiacet, Græcorum communi lingua uocatur μεσοσκέλος, quia sit inter crura medius locus, quæ uocant σκέλη. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 7.

Cocinthum] Longissimum Italiæ promontorium, ut est apud Plin. lib. 3. cap. 10.

Cocles] huius coclitis, penul. corr. (μονοφθαλμὸς) Luscus ab antiquis dicebatur, hoc est, qui unũ tantum oculũ habebat. Plaut. Curcul. 8. 23, Vne ocule salue. C. quæso deridesne me? L Y. De coclitum prosapia te esse arbitror.

Nam hi sunt unoculi. Varro de Ling. Lat. lib. 6, Ab oculo cocles, ut ocles dictus, qui unum haberet oculum.

Cocles] κώκλος, Vir Romanus, qui Porsenæ regi, ut docet Liu. lib. 2. Decad. 1, per sublicium pontem transire conanti, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à socijs frangeretur: quo facto, se cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licet læsus in coxa fuerit, Tyberim tamen tranando ad suos peruenit. Vnde est illud ab eo dictum, quum ei in comitijs coxæ uitium obijceretur, Per singulos gradus admoneor triumphi mei. Huius meminit Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Virgil. quoq; Aeneid. 8,

Illum indignanti similem, similemq; minanti
Aspiceres, pontem auderet quòd uellere Cocles. Cic. 2. de Legibus 17, Nec quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, à tergoq; pontem interscindi iuberet, idcirco minus Coclitẽ illam rem gessisse tantam, fortitudinis lege atq; imperio putabimus.

Coclides] Gemmæ sunt, quæ in Arabia ingentibus glebis nascuntur, & septem diebus cum melle coquuntur, donec terrenũ uitiosumq; puluerẽ amittant. Vide Plin. lib. 37. ca. 12.

Coclis] Capitis est ornamentum, ab similitudine scalarum, uel animalis uerbo deriuato. Pollio Trebellius in Zenobia, Ad cõciones galeata processit cũ Limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam coclide, ue lut fibula muliebri astricta, brachio sæpe nudo. Ex Cæl. Rhodig. lib. 6. cap. 13.

Cocolobis] Hispanis uuæ genus est, quam Dyrrhachini bacillicam uocant. Eius duo sunt genera, quæ uide apud Plin. lib. 14. cap. 2.

Coctiæ] Dictæ sunt Alpes, à Coctio rege, Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauij receptus est: de quibus meminit Alciatus in lib. 15. Corn. Taciti: ubi uaria genera Alpium attingit in hunc modum, Coctias autem existimauerim, quà à Segusio oppido per Centrones itur: tametsi recentiores, ut Paulus Diaconus & Georgius Merula, Coctias esse existiment, in quibus Bobium urbs est: quod antiquis authoribus nõ est probabile. Sed & Coctias appellatas, quandoq; etiam Iulias non falso fortasse aliqui tradunt, quòd in eas per Trica spinos eatur.

Coctibilis, Coctilis, Coctiuus] Vide Coquo.

Coctilia] Vide Coactilia.

Coctiones] Dicti uidentur à cunctatione, quòd in emendis uendendisq; mercibus tardè perueniãt ad iusti precij finem. Itaq; apud antiquos prima syllaba per v literam scribebatur. Festus.

Coctona, aut Coctana] Vide Cotona. Martia. lib. 13. 28, Si maiora forent coctona, ficus erat.

Coctus, & Cocus] Vide Coquo.

Cocula] pen. corr. Vasa ænea coctionibus apta. Festus.

Cocynthum] κώκυνθον, Italiæ promontorium, quod meridianam plagam spectans, Ionium & Siculum mare discriminat. Polyb. lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 10.

Cocytus] inquit Seruius Fluuius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est lugere. Nam Homerus sic posuit. Est autem locus uicinus Acheronti. Virg. lib. 6. Aeneid.

—tenent media omnia syluæ,
Cocytusq; sinu labens circumuenit atro.

Fremitus Cocyti. Cic. 1. Tusc. 16.

Ater Cocytus errãs languido flumine. Hora. 2. Carm. od. 14. 4.

Inamœnus Cocytus. Stat. lib. 1. Thebaid. 18.

Iners Cocytus. Senec. Herc. furen. 9. 14.

Rigens Cocytus. Senec. Herc. Oeth. 15. 5.

Cocyti amnis feuerus. Virg. 3. Georg. 7.

Acheron omnem Cocyto eructat arenam. Virg. 6. Aeneid. 60. Ad physiologiam hoc figmentũ pertinere Seruius ait, quòd qui caret gaudio, sine dubio tristis est: tristitia autem uicina luctui est, qui ex morte procreatur. Rectè ergo in Cocytum per stygem arenas eructare suas Acherontem fingit Maro.

Cocyti stagna alta. Virgil. 6. Aeneid. 65.

Cocyti limus niger, & deformis arundo. Virg. 4. Georg. 96.

Fluere dicitur apud inferos Cocytus. Cic. 3. de Nat. Deor. 58.

Cocytia] κωκύτια, Sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ, quam Pluto rapuit.

Codam] ϰέρκον, Veteres dicebant, pro Cauda. Varro, Sed ut canis sine coda. Nonius.

Codanonia] Insula una est ex Hemodibus in Germania, de qua sic Pomponius Mela lib. 3. scribit, Septem Hemodes contra Germaniam proiectæ in illo sinu, quem Codanum diximus. Ex ijs Codanonia, quam adhuc Theutoni tenent, ut magnitudine alias, ita fœcunditate antestat. Vide Scandia.

Codanus] κόδανος, Super Albim fluuium ingens sinus, magnis, paruisq; insulis refertus in Germania, de quo Plinius lib. 4. cap. 13.

Codatremula] Vulgò dicitur auis quæ alio nomine Motacilla appellatur. Sipont.

Codeta] authore Festo, ager trans Tyberim, quòd in hoc uitulta nascerentur, equinis caudis similia. Sueton. In minori Codeta defosso lacu. Ex hoc autem loco colligimus, & maiorem & minorem Codetam fuisse. Turneb.

Codex] huius codicis, pen. corr. (κόμος) Id est, caudex ex quo cortex extrahitur. Vide Caudex. Colum. lib. 4. cap. 8. 4. Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enascuntur. Ouid. 12. Metam. 87,

Codice qui misso, quem uix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonoleniden à summo uertice fregit.

Codex robustus, pro Supplicij genere apud Plautum in Pœn. 17. 33. Locus dicitur Festo Pompeio, quo præcipitabatur malefactorum genus.

Codex (βίβλος) etiam dicitur liber. Cic. 3. Verr. 84, Itaq; L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit, quòd iste aliter atq; ut edixerat, decreuisset. Seneca de Breuitate uitæ, Caudex apud antiquos plurium tabularum contextus uocatur: unde & tabulæ Codices appellantur.

Extrema cera codicis. Cic. 3. Verr. 65, Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. In extrema cera

Digitized by Google

cera, est perinde ac In ultima tabula, ultima parte tabulæ. Asconius.

Litura codicis. Cic. 5. Verr. 33.

Accepti & expensi codex. Cic. pro Rosc. Comœ. 2.

Chartaceus codex. Vide Charta.

Falsus codex. Cic. 3. Verr. 112.

Interlitus codex. Cic. pro Cluent. 73.

Habere nomina digesta in codicem accepti & expensi. Cicero pro Rosc. Com. 5.

Habere nomen relatum in codicem accepti & expensi. Cic. pro Rosc. Com. 3.

Habere subsortitionem in codice. Cic. pro Cluent. 73.

Instituere codicem. Cic. pro Rosc. Comœ. 3.

Legere codicem. Cic. in Vatin. 3.

Obsignare codicem. Cic. 3. Verr. 106.

Proferre codicem. Cic. pro Rosc. Comœ. 4.

Recitare codicem. Cic. in Vatin. 3.

Recitare suum codicem testis loco, arrogantiæ est. Cicero pro Rosc. Com. 3.

Recognoscere codicem. Cic. in Vatin. 3.

Referre in codicem. Cic. pro Sylla, 33.

Acceptum, & expensum in codicem referri debuit. Cicero pro Rosc. Com. 4.

Referre falsum in codicem. Cic. pro. Rosc. Comœd. 1.

Referre nomina in codices. Cic. pro Rosc. Comœd. 2.

Scribere codicem. Cic. pro Rosc. Com. 3.

Codicillus (βιβλάριον) Diminutivum, Parvum codicem significat: Codicilli verò numero plural. propriè epistolas significant. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 13. 1, Epistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Idem Leptæ, lib. 6. Epist. 18. 1.

In codicillis exarare exemplum. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 1.

Cũ codicillis obuiã uenire alicui. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 6.

Perferre codicillos ad aliquem. Sueton. in Caligula, cap. 55.

Codicilli, sunt etiam diplomata, id est, chartulæ complicatæ, & lino traiectæ, obsignatæq;. Sueton. in Claud. cap. 29, Suppositos, aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. Hermogenianus in l. administrantes. ff. de excusationibus tutorum, Administrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, à tutela, itemq; à cura tempore administrationis delata excusantur.

Fasta codicillorum. Cic. Attic. lib. 4. 77. 4, Vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat, quàm factorum.

Insignia codicillorum auferre, pro Munere publico, honore, & dignitate priuare. Constantinus & Iulianus Imperator in l. iudices. de dignitatibus, lib. 12. C.

Codicilli, sunt libelli, in quibus quum quis impeditur necessitate aliqua ne faciat testamentum, de rebus suis disponit in ultima uoluntate: quo autem tempore, & qua ratione ius eorum introductum sit, declaratur titulo de Codicillis, in Institutionibus ciuilibus. Ante Augusti tempora, inquit, constat codicillorum ius in usu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa esse cœperunt, codicillos introduxit, &c.

Legare codicillis. Marcellus in l. diui. §. si post testamentum. ff. de iure codicillorum.

Codicillaris & hoc codicillare, Adiectiuum, (βιβλάριος) ut, Potestas codicillaris Lampridio, id est, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur. uel quo mandatur munus publicum. in l. iudices. de dignitatibus, lib. 12. C. Budæus.

Codiaminon] Plin. lib. 21. cap. 11, Herba est bis quotannis florens, Vere & Autumno, æstates atq; hyemes fugiens. Ruell. bulbi genus esse existimat, cuius flos Codion appellatur. Vide ipsum lib. 2. cap. 100.

Codicariæ] κάριαι, Naues dictæ sunt, quæ & caudicariæ, quòd è caudicibus, id est, lignis crassioribus factæ sint. Varro de Vita Populi Romani, Quòd antiqui plures tabulas cõmunes codices dicebãt, à quo in Tyberi naues codicarias appellamus. Sallust. Hist. lib. 4, Et quanquã ad id naues coduariæ occultò per hyemẽ fabricatæ aderant. Sipontinus ex Nonio.

Codion] Genus Lactucæ, à corij similitudine, in petris nascens comosissimum inter omnes. Sipont. Est & Ruellio Codion bulbi, sylvestriũ bulborum flos. ait enim lib. 2. cap. 100, Sylvestrium bulborum florem coronis inseruere ueteres, anemonen uocãtes, post narcissum, ut Theophrastus inquit, exeuntem uere, sed aliam quam quæ dicitur in phœnij mentione. Græci florem hunc Codion bulbi uocant.

Codones] pen. prod. (κώδωνες) sunt tintinnabula, & quos sonalios uocant.

Codonophori, pen. corr. (κωδωνοφόροι) interpretantur tintinnabula gestantes: quos Anteambulones atratos, & Feriales præcones Latinè appellare possumus. Sunt autem funerum inductores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budæus.

Codrus] κόδρος, Dux Athenienſium fuit, qui orto bello inter Lacones & Athenienses, quum respondisset oraculum, illos posse uincere, quorũ dux periisset: habitu humili profectus est ad hostium uicina tentoria, & illic iurgio eos in suã cædem instigauit, & à nullo cognitus fecit locum oraculo. Hæc Seruius explicans illud Virgilij, eclog. 5,

Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Idem refertur Cic. lib. 1. Tusc. 189. Horat. 3. Carm. ode 19. 1,
Codrus pro patria non timidus mori.

Conseruator ciuitatis Codrus. Cic. 5. de Finib. 111.

Codrus, fuit etiã uir quidã pauperrimus: cuius paupertas prouerbio locũ fecit, ut dicamus, Codro pauperior. Iuuen. Satyr. 3. 21, Tota domus Codri rheda componitur una. Vide Eras.

Cœcinum] Oppidũ in sinu Scyllaceo Pomponio Mela, lib. 2. in descriptione Italiæ. Secundus, inquit, Scyllaceum inter promontoria Lacinium & Zephyrum, in quo est Petilia, Cœcinum, Scyllaceum, Mystræ.

Cœla] æ (κοίλη) Atticæ regiuncula est, Miltiadis & Thucydidis sepulcris nobilitata, cuius meminit Marcellin. in uita Thucydidis.

Cœle Syria] κοίλη συρία, Strab. lib. 16, Tota regio ultra Seleucidem in Aegyptum & Arabiam recedens, Cœle Syria appellatur, sed propriè quæ Libano terminatur, & Antilibano. Hactenus Strabo. Nomen sortita est à concauitate, quam Græci κοιλότητα, nominant. Nam & κοίλος, omnis locus cauus dicitur. Populi autem appellantur Græcè κοίλοι συροι. Strab.

Cœlebs, Cœlibatus] Vide Cælebs.

Cœlestus] Vide Cælestus.

Cœliacus] κοιλιακὸς, Morbus intestinorum, uel portæ inferioris, & extremi uentriculi stomachi, qui pylorus Græcis dicitur. Celsus lib. 4. ca. 12, In ipsius uerò uentriculi porta constitit is, qui & longus esse consueuit: κοιλιακὸς, à Græcis nominatur. Sub hoc uenter indurescit, dolorq; eius est. Alius nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit. Extremæ partes frigescunt. Difficulter spiritus redditur.

Cœliacus, etiã dicitur is qui cœliaco morbo laborat, cuius exempla creberrima sunt apud Plinium: ut lib. 23. cap. 1. 5, Decoctum eorum ueteres dysentericos & cœliacos iuuat. De nucleis acinorum.

Cœlius] mons dictus est, authore Festo, à Cœle quodam ex Aetruria, eo quòd in eo domicilium habuit. Alij aliter. Vide Cælius, per æ.

Cœllo

Cœllo] *is, diphthongo & gemino ll scriptum, uerbum antiquum, & quo solùm in compositis utimur, significat Percutio aut Frango. Præteritũ facit Ceculi, uel Culsi, & supinum Culsum. Hinc fiunt cõpositа Percœllo, Procœllo, & Recœllo. Percœllo idem est quod Percutio, pulso: & frequenter ad animũ transfertur. Ter. in And. Perculsit illico animũ. Procœllo idem est quod Propello, uel euerto. Inde Procœlla, de quo suo loco dicemus. Item Recœllo idem quod Reclino. Est & Cello sine diphthongo scriptum, de quo uide suo loco.*

Cœlomata] *κοιλώματα, Medicis rotundà sunt & caua ulcera, bothrijs latiora, quæ in oculis circa irim nascuntur. Ex lib. quem uocant Introductionis Galeno adscriptæ.*

Cœlos] *Thraciæ portus est, Athenienſibus & Lacedæmonijs (inquit Mela libro 2.) nauali acie decernentibus Laconicæ classis signatus excidio. Thucydides lib. 8. pugnam naualem iuxta Abydum Athenienſibus cum Syracusanis, & Lacedæmonijs fuisse scribit, Thrasyllo uidelicet & Thrasibulo ducibus, insigni parta uictoria. Sunt qui ad Alcibiadem referre malint, quem Lacedæmonios uicisse, octoginta nauibus amissis, & propè omnibus eorum ducibus cæsis, Plutarchus, & Iustinus scribũt. Ad hunc quoq; portũ, Milciadis, & Thucydidis historici monstrari tumulos, Ammianus scribit.*

Cœlossa] *κοιλώσσα, Montis nomen est, non procul à Phliunte oppido Phliasiorum, ex cuius parte quadam, quam Carneatem uocari Strabo scribit, Asopus fluuius oritur. Vide eundem lib. Geograph. 8.*

Cœlum] *li. Vide* Cælum.

Cœmentum] *Vide* Cæmentum.

Cœmeterium] *κοιμητήριον, Latinè dicitur Dormitorium: Locus ubi mortuorum corpora conduntur. Sic dictum, quòd hæc mors corporis temporaria sit, simusq; omnes resurrecturi. Non inscitè à quibusdam recentioribus dictum est Sepulchretum, quo & Catullus utitur.*

Coëmo] *coemis, pen. corr. coemi, pen. pro. coemptum, (συνωνέομαι) coemere, Idem quod Emere significat, uel simul emere. Terent. Adelph. 2. 2. 17, Coemisse, hinc quæ illuc ueheres multa. Cic. lib. 15. Epist. 19. 6, Omnia bona coemit. Idem 5. Verr. 151, Deinde ipsos sibi frumentum coemisse.*

Merces coemptas *supprimere. Vlpian. in l. annonam. ff. de extraordinarijs criminibus, Præterea debebis custodire, ne Dardanarij ullius mercis sint: ne aut ab ijs qui coemptas merces supprimunt, &c. annona oneretur.*

Rerum coemptarum precijs fraudare aliquem. *Sueto. in Nerone, cap. 5.*

Coemere & uendere aliquid, *contraria. Cicero 6. Verr. 117, Quæ tum non modò nõ uendebant, uerùm etiã coemebant.*

Coemptio (*συνώνησις*) *Verbale. Cic. 1. de Orat. 122, Nam neq; illud est mirandum, qui quibus uerbis coemptio fiat, nesciat, eundem eius mulieris quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.*

Vsus, coemptio. *Cic. pro Flacco, 65, Nunc audio: sed quæro usu, an coemptione?*

Facere coemptionem. *Cic. pro Murena, 24.*

Cœna] *cœnæ (δόπνου, δόρπου) & in plurali Cœnæ, cœnarum, notum est. Festus, Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium. Vesperna, quam nunc cœnam dicimus. Plaut. Casina. 16. 17. Martialis,*

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum.

Deûm cœnæ, *pro dulcibus & gratis dicuntur, quòd illi ambrosia uictitare crediti sint. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 13.*

Lautiores cœnæ. *Vide* Lautus.

Pontificũ cœnæ, *Sũptuosæ dicuntur & opiparæ. Hor. 2. Carm. ode 14. 6. Prouerbiũ est apud Erasmum, Pontificalis cœna.*

Caput cœnæ. *Id est, principium. Cic. 5. Tuscul. 137.*

Fundus & fundamentum cœnæ. *Id est, totus apparatus. Gellius lib. 17. cap. 8.*

Impensis cœnarum suffragia plebis uenari. *Hor. 1. Epist. 20. 8.*

Pater cœnæ, Conuiuator, hospes. *Horat. 2. Serm. Saty. 8. 2.*

Cœnarum magister. *Martial. lib. 12. 44.*

Tempus cœnandi. *Gel. lib. 17. cap. 8.*

Abundantissima cœna. *Sueto. in Nerone, cap. 42.*

Ambulans cœna. *Vide* Ambulo.

Antelucanæ cœnæ. *Vide* Antelucanus.

Aspera cœna. *Vide* Asper.

Breuis cœna. *Horat. 1. Epist. 14. 7.*

Centenariæ cœnæ. *Vide* Centenarius.

Cœna dubia. *Vide* Dubius.

Magna cœna. *Horat. 2. Serm. Saty. 6. 21.*

Mundæ cœnæ paruo sub lare pauperũ. *Hor. 3. Carm. ode 29. 3.*

Cœna nitida & frugi. *Plin. epist. 45. c.*

Cœna opima. *Vide* Opimus.

Prior cœna me detinet, *id est, Apud illum cœno, qui prior mè uocauit. Horat. 1. Epist. 56, Potest & prior exponi, quasi melior & lautior.*

Subita cœna. *Seneca Thyeste 9. 3.*

Ad cœnam aliquem adducere. *Cic. 5. Tuscul. 131.*

Itare ad cœnas. *Cicero Pæto, lib. 10. 24. 6.*

Inuitare ad cœnam. *Vide* Inuitare.

Ad cœnam mittere. *Vide* Mitto.

Redire à cœna. *Cic. pro Cælio, 14.*

Reuocare aliquem ad cœnas. *Cic. Pæto, lib. 10. 24. 10.*

Venire ad cœnam. *Cic. ad Quintum fratrem, lib. 3. 17, 24.*

Vocare aliquem ad cœnam. *Cic. ad Atticum, lib. 6. 114. 13.*

Dare cœnam alicui. *Cic. Pæto, lib. 9. 20. 6.*

In cœnam. *Vide* In.

In cœnas singulas. *Vide* In.

In cœna imitari aliquid. *Cic. Pæto, lib. 9. 20. 7, Tamen in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari.*

In cœnam. *Vide* Inter.

Inter cœnam ludere. *Sueton. in Augusto, cap. 71.*

Post cœnam uomere. *Cic. pro Deiotaro, 13.*

Super cœnam cantare. *Sueton. in Nerone, cap. 22.*

Super cœnam sumere cibum. *Sueton. in Domitiano, cap. 21.*

Super cœnam transigere multa. *Sueto. in Vespasiano, cap. 22.*

Accipere aliquem cœna. *Gell. lib. 17. cap. 8.*

Adhibere cœnæ. *Vide* Adhibeo.

Adhibere cœnæ aliquem. *Sueton. in Claud. cap. 32.*

Apparare cœnam. *Vide* Apparo.

Apponere cœnam. *Vide* Appono.

Capere cœnam è rogo. *Catul. de Rufa. 55. 1.*

Claudere cœnas dicitur cibus, *qui in cœna postremus apponitur, ut lactuca solebat apud ueteres, teste Martiale. Vide* Claudo.

Condicere cœnam, & ad cœnam. *Vide* Condico.

Cœnam dare. *Plaut. Capt. 8. 34.*

Comitatis exquisitissimæ cœnã dare alicui. *Suetonius in Othone, capite 3.*

Ducere cœnam. *Id est, deducere, perficere, transigere. Horat. in Arte, 76.*

Cœnam imperare. *Vide* Impero.

Indicere cœnam. *Vide* Indico.

Largiri cœnam. *Vide* Largior.

Oleribus cœnam instruere. *Vide* Instruo.

Ministratur cœna pueris. *Horat. 1. Serm. Saty. 6. 24.*

Obire cœnas. *Vide* Obeo.

Parare cœnam. *Vide* Paro.

Præbere cœnam aliquot ferculis. *Sueton. in Augusto, cap. 74.*

Producere cœnam iucundè. *Horat. 1. Serm. Saty. 5. 14.*

Digitized by Google

Quærere cœnas, id est appetere. Cic. Pæto, lib. 9. 16. 22.

Cœna, pro loco in quo cœnatur. Plin. lib. 12. ca. 1. 8, Aliud exemplum Caij principis in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxisq; ramorū trabibus scamna patula, & in ea epulati, quum ipse pars esset umbræ, quindecim conuiuarum ac mini sterij capace triclinio, quam cœnam appellauit ille nidum.

Recta cœna sportulæ opposita erat. Liberaliores enim diuites ciuilioresq; salutatoribus suis legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna dicebatur: sordidi autem & malignio res, rectæ cœnæ loco sportulam tantum præbebant. Suet. in Domit. cap. 7, Multa etiam in communi rerum usu nouauit, sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Idem in Vespasiano, cap. 19, Sed & conuiuabatur assiduè ac sæpius rectè, ac dapsile, ut macellarios adiuuaret. Interdum nummi sportulæ loco cedebant. Iuuenalis Satyra 1. 12,

Sed quum summus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat?
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,
Et panis fumusq; domi? Budæus.

Cœnula (δειπνίδιον) Diminutiuum. Cic. 5. Tuscul. 132, Quid uos hesterna, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere?

Parua cœnula. Martialis lib. 5. 129.

Ad cœnulam inuitare aliquem. Sueton. in Claud. cap. 21.

Facere cœnulas. Cic. Pæto lib. 10. Epist. 24. 6.

Cœno cœnas, cœnaui, & cœnatus sum, cœnatum (δειπνέω) cœnare. Cic. ad Qu. fratrem lib. 2. Epist. 8. 5, Eo die cœnaui apud craßipedem. Ibid. epist. 9. 2, Cœnabis quum ueneris.

Apud aliquem cœnare. Cic. Lent. epist. 2. 8.

Bene cœnare. Horat. 1. Epist. 6. 12. & Catul. epig. 13. 1.

Melius cœnare. Cic. 5. Tusc. 137.

Ciuiliter cœnare. Vide Ciuiliter.

Simul cœnare. Cic. lib 2. de Inuent. 131.

Libenter cœnare. Vide Libet.

Atratum cœnare. Cic. in Vatinium, 23.

Cœnare cum aliquo. Horat. 1. Epist. 7. 14.

Cum toga pulla cœnare. Cic. in Vatin. 24.

In triclinio cœnare. Cic. Attico, lib. 13. 298. 2.

Cœnare in odorem culinæ. Plaut. Pseud. 13. 53.

Cœnare alienum. Plaut. Persa. 15. 4.

Aprum cœnare. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 47. Sic apud Senecam, de Prouidentia, Cœnare herbas.

Olus cœnare. Horat. 2. Epist. 2. 34.

Patinas cœnabat omasi Vilis, & agnini. Horat. 1. Epist. 16. 2.

Pulmenta cœnare. Horat. 1. Epist. 19. 10.

Cœnare malum, per metaphoram. Plaut. Asin. 16. 86, Ecastor cœnabis hodie, ut dignum est, magnum malum.

Cœnans (δειπνῶν) Participium. Cic. Attic. lib. 15. Epist. 330. 3, Aduentabat autem βυλήσεα cœnantibus nobis. Idem F. Tironi, lib. 16. Epist. 21. 7.

Cœnatus (δεδειπνικώς) Vt pransus, ut potus, ut lotus, id est con fecta cœna, inquit Nonius. Cicero ad Atticum, libro 2. 31. 1, Cœnato mihi, & iam dormitanti prid. Cal. Maias epistola est illa reddita. Idem 1. de Diuin. 101, Qui quum cœnati quieſcerent.

Cœnatum est apud Vitellios. Liu. 2. ab Vrbe, 17.

Cœnaturire, Cupere cœnare. Martial. lib. 11. in Vacerram, Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cœnito, cœnitas, cœnitare, Frequenter cœnare. Cicero Varroni, libro 9. 7. 3, Itaq; non desino apud istos qui nunc dominantur, cœnitare.

In publico cœnitare. Sueton. In Nerone, cap. 27.

Eodem argento cœnitare. Plin. lib. 33. cap. 11. 4.

Cœnitare foris. Cic. Trebatio, lib. 7. 16. 2.

Sedentem cœnitare cum aliquibus. Valer. Max. lib. 2. titulo de Institutis antiquis.

Cœnaculum (ἀνώγεων) Locus ad cœnandum in superiori domus parte, ut ait Valla lib. 4.

Cœnaculum, inquit ibidem Valla, non tam pro loco cœnandi, quàm pro parte domus superiore accipitur, quæ frequenter hospitibus ad habitandum locari solet, qui totam domū conducere non possunt: & parte inferiore, siue illa taberna, siue officina sit, non habent opus. Varro, Vbi cœnabant, cœnaculum uocitabant. Postquam in superiore parte cœnitare cœperunt. superioris domus uniuersa, cœnacula dicta: postquam ubi cœnabant, plura facere cœperunt. Vitruuius lib. 2, Quum enim aucto mirum in modum Pop. Rom. necesse fuisset in cœnaculis habitare (nam antea quum per urbis latitatem licebat, unius tantum contignationis erant ædificia) ad ædificiorū altitudines deuentum, & ædium frequentium. Cic. de Lege Agraria, 93, Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atq; suspensam, &c. Budæus, Cœnacula sunt loca altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascenditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini, ut Iuuenalis Satyra decima docuit,

—Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors, rarus uenit in cœnacula miles. Id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant.

Medianum cœnaculum. Vlpianus in l. si uerò. §. sed & si quis cœnacularium exercens. ff. de his qui deiecer. uel effude. Quòd si ex mediano cœnaculo quid deiectum sit, uerius est omnes teneri.

Meritorium cœnaculum. Vide Mereo.

In aliena cœnacula se dirigere. Vlpianus in l. saccularij. ff. de extraordinarijs criminibus, Item qui diætarij appellantur, hoc est ij qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plusquam fures puniendi sunt.

Per cœnacula domum diuidere. Vlpianus in l. æquissimum. §. item si domus. ff. de usufructu, & quemadmodum quis utatur & fruatur.

Diuiso cœnaculo habitare. Vlp. in l. si uerò. ff. de his qui deiecer. uel effuder.

Mutare cœnacula. Horat. 1. Epist. 1. 19.

Cœnatio (δειπνοτήριον) Locus (inquit Valla lib. 4.) ad cœnandum, in imo potius. Erat autem potentiorum, authore Budæo. Iuuenalis, Et argentem rapiat cœnatio solem. Colum. lib. 1. cap. 6, Vrbana rursus in hyberna & æstiua sic dirigatur, ut spectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientem: cœnationes, æquinoctialem occidentē. Rursus æstiua cubicula spectent meridiem æquinoctialē. sed cœnationes eiusdem temporis prospectent hybernum orientem. Sueton. in Nerone, cap. 31, Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus uice mundi circumageretur. Martialis lib. 2. 56, Quid sim cernis? cœnatio parua.

Laqueatæ cœnationes. Sueton. in Nerone, cap. 31, Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis uersatilibus, ut flores ex fistulis, & unguenta desuper spargerentur.

Cœnatiuncula Diminutiuum (δειπνοτηδίδιον) Plin. epist. 95. a, Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta: ibi paulum retentus in Larium lacum decidit.

Cœnacularius (ἀνωγεώνιος) Vlpian. de pignorat. act. in l. solutum. §. planè, Videtur autem tacitè & cum domino ædium hoc conuenisse, ut nō pactio cœnacularij proficiat domino, sed sua propria.

Cœnacularia huius cœnacularię (ἀνωγεωνία) Vnde cœnacularia facere siue exercere dicebatur, qui domus totas conductas

Digitized by Google

conductas per singula cœnacula inquilinis locabant, ut inde quæstum facerent pluris in summam locando. Vlpianus in l. si uerò. §. sed & si quis. ff. de his qui deiecerunt uel effuderunt, Si quis cœnacularium exercens, modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locauerit pluribus, omnes tenebuntur quasi in hoc cœnaculo habitantes, unde eiectum effusumue est.

Cœnatorium (δειπνητόριον) pro Veste cœnatoria, cum qua discumbere in conuiuijs solebant, quæ & alio nomine triclinaris toga dicebatur. Mart. lib. 10. 87, —ebriæq; noctis
Cœnatoria mittat aduocato.

Cœnaticus (δειπνητός) Ad cœnam pertinens: ut, Spes cœnatica. Plaut. Cap. 8. 37, Nunc ibo ad portum hinc, est illic mihi una spes cœnatica.

Cœneum] Promontorium Euboeæ Pomponio Melæ, lib. 2, in descriptione insularum maris Mediterranei, Euboea ad Meridiem promontorium Gereston & Caphareum, ad Septentrionem Cœneum extrudit, & nusquam lata.

Cœnobium] κοινόβιον, Locus ubi communis uita ducitur.

Cœnoenum] κοινόλωον, Germaniæ urbs Ptolemæo. uulgò Loubenburg.

Cœnum] cœni (βόρβορος) Lutum dicitur. Cic. 4. Tusc. 84, Sic se dicere omnes stultos insanire, ut malè olere omne cœnum. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 6, —& hæres
Nequicquam cœno cupiens euellere plantam.

Odor cœni grauis. Virg. 4 Georg. 10.

Ineluctabile cœnum. Statius 9. Thebaid. 101.

Tenax cœnum. Claud. 2. in Eutrop. 89.

In tenebris & cœno uolui, pro Vitam degere humilem & sordidam. Lucretius lib. 3. 16,
Ipsi se in tenebris uolui, cœnoq; queruntur.

Cœnum per metaphoram. Cic. ad Atticum, lib. 2. 36. 4. Idem pro Domo sua, 38, O cœnum, ò portentum, ò scelus.

Labes atq; cœnum. Cicero pro Sestio, 15, Habeo quē opponam labi illi, atq; cœno.

Cœnosus (βορβορώδης) Adiect. Plenus cœno, ut: Lacus cœnosus. Colum. lib. 7. cap. 105, Nec ulla re magis gaudet, quàm riuis, atq; cœnoso lacu uolutari.

Cœnosus] Portus est. Strabo lib. 7, Post Orchimū, inquit, extat Posidonium ac Buthrotum in portus ore conditum, quem Cœnosum appellant.

Coeo] σύειμι, συνήκω, συγγίνομαι, συνέρχομαι, cois, coiui, coitum, coire, Simul ire, conuenire. Terent. Eunuch. 3. 4. 1, Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo.

Coire & dissultare. Lucr. lib. 3. 81.

In aliquem locum coire. Cic. ad Attic. lib. 7. Epist. 123. 14.

In diem coire. Seneca lib. 2. de Benef. cap. 29.

Coire in unum. Virg. 10. Aeneid.
Non aliter socium uirtus coit omnis in unum. Vbi Seruius, Vnanimiter omnes fortiter faciunt. Liu. 6. ab Vrbe, 14, Neq; se conglobandi, coeundiq; in unum, aut arma capiendi datur spacium.

Gratia non coit. Horat. 1. Epist. 3. 7.

Millia crabronum coeunt. Ouid. 3. Fast. 151. de Sileno.

Par pari coeat, iungaturq;. Horat. 1. Epist. 5. 5.

Coit pus. Celsus lib. 2. cap. 8.

Regna bina cum populis coisse. Id est, ex regnis duobus unum esse factum. Ouid. 6. Fast. 19.

Coit gelidus formidine sanguis. Virg. 3. Aeneid. 6.

Terra coit frigore. Lucret. lib. 6. 170.

Vndæ coeunt. Stat. 6. Thebaid. 9. 101.

Coeunt uerba, Mutuis uerbis inter aliquos cōuenitur. Propert. lib. 3. eleg. 15. 2.

Coeunt inter se. Cæsar 1. bell. Ciuil. 278.

Pectinatim coire. Vide Pectinatim.

Cornu curuata capita inter se coeunt, Arcus tenditur. Virgilius 11. Aeneid. 172.

Cornua Lunæ coeunt, Plenilunium fit. Ouid. 7. Metam. 36.

Coire ad. Plin. lib. 11. cap. 28. 2, Cornua prælonga bisulcis dentata forcipibus, in cacumine quū libuit ad morsum coeuntibus.

Coire in porticum. Plin. epist. 5. d.

Coire, pro glutinari, apud Celsum lib. 2. cap. 10, At arteria incisa, neq; coit, neq; sanescit.

Cicatrix coit. Plaut. Amphit. 16. 64.

Vulnera coeunt. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 18.

Vulnera coeuntia rumpere. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 9.

Coire in densitatem. Plin. lib. 35. cap. 15. 5.

Coire in membra. Propert. lib. 3. eleg. 2. 2.

Facies in monstrum coit, In monstri speciem componitur. Seneca Hippol. 10. 12.

Coire cum aliquo & coniungi, Concordare. Cic. ad Atticum, libro 1. 12. 15.

Cum hoc coire ausus es? Cic. post reditum in Senatu, 14.

Ius coeundi lege permissum. Callistratus in l. semper. §. diuus quoq; Pius. ff. de iure immunitatis, Quibusdam collegijs uel corporibus quibus artificij sui causa ius coeundi lege permissum est, immunitas tribuitur, &c.

Coire in fœdera. Virg. 11. Aeneid.

Societatem cum aliquo coire. Cic. pro Sexto Roscio, 58.

Societatem coire & dirimere. Cic. 2. Philipp. 46.

Societatem uoluntariam cum aliquo coire. Cic. pro Quint. 51.

Societatem ad emendum coire. Papinianus in l. si fratres. §. si quis societatem. ff. pro socio, Si quis societatem ad emendum coierit, deinde res alterius dolo, uel culpa empta non sit: pro socio esse actionem constat.

Coire societatem ad obligationem innocentium. Martianus in principio legis Corneliæ.

Coire societatem de, &c. Cic. pro Roscio Amer. 52, Auariciam præfers, qui societatem coieris de municipis cognatiq; fortunis cum alienissimo. Vlpianus in l. actione. §. item si alicuius. ff. pro socio.

Ex partibus societatem coire. Celsus in l. si ita. ff. pro socio, Si ita coita sit societas, ex ijs partib. quas Titius arbitratus fuerit, si Titius antequam arbitraretur decesserit, nihil agetur.

In rem certam emendam, aut conducendam coire societatē. Vlpianus in l. actione. §. si in rem. ff. pro socio.

In tempus societatem coire. Vlpianus in l. actione. §. item qui societatem. ff. pro socio.

Ea conditione coire societatem. Pomponius in l. si societatem. ff. pro socio, Si societatem mecum coieris ea conditione, ut partes societatis constituere: ad boni uiri arbitratum ea res redigenda est.

Societatem alicuius rei coire. Vlpianus in l. actione. §. item si alicuius. ff. pro socio, Itē si alicuius rei societas coita sit, & finis negocio sit impositus, finitur societas. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, 16, An cū Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scaeuola, cum bonis deniq; omnibus coire non modo salutis, uerumetiam periculi societatem?

Societatem omnium bonorum coire. Paulus in l. ea uerò. ff. pro socio, Quum specialiter omnium bonorum societas coita est, tunc & hæreditas, &c.

Lucri, quæstus, & cōpendij societatem coire. Paulus in l. duo societatem. §. duo colliberti. ff. pro socio.

Vniuersarum fortunarum societatem coire. Vlpianus l. si societatem. ff. pro socio, Si societatem uniuersarum fortunarum coierunt, id est earum quoq; rerum quæ postea cuiq; acquirentur, hæreditatem cuiuis eorum delatam in commune redigendam.

Digitized by Google

Societatem periculi uel laboris coire. Cic. Ruffo, lib. 5. 19. 6.
Re, uerbis & per nuncium coitur societas. Modestinus in l. societatem. ff. pro socio.
Res coeuntium societatem communicantur. Paulus in l. prima. ff. pro socio.
Coire & congredi dicuntur milites, Donato, quum ueniunt ad manus.
Sine more, & arte coire. Stat. 11. Thebaid. 105.
Agmina coeunt. Valer. lib. 8. Argonaut. 86.
Immitia placidis coeunt. Horat. in Arte poet. 3.
Rates coeunt. Valer. lib. 1. Argon. 137.
Coeunt in prælia. Valer. lib. 5. Argon. 127.
Coitur, Passiuum. Lucanus in 2, —multumq; coitur
Humani generis maiore in prælia damno.
Societas coitur. Cic. pro Sex. Rosc. 12.
Societas coita. Vlp. in l. ut in conductionibus. ff. pro socio.
Societas maleficij coita. Vlpianus in l. nec prætermittendum. ff. pro socio.
Contractu habito coita societas. Vlpianus in l. nam quum. ff. pro socio.
Coire de re Venerea (βινεῖν, ὀπύειν) Plinius lib. 10. cap. 51. 1, Quædam omni tempore coeunt, ut gallinæ. De auium coitu.
Aues coeunt. Ouid. 9. Metam. 147.
Cum pare suo coire. Ouid. 3. Fast. 39.
Toro coire. Ouid. 1. de Arte, 114.
Furtim coire. Ouid. 1. de Remed. 7.
Coire (συνήσασθαι) apud Priscos uerbũ crimimosum erat. Lege enim Cornelia constituta erat accusatio aduersus eos qui in accusationes condemnationesq; coierant: quo capite legis Corneliæ à Sylla sic appellatæ nec plebs nec eques ter ordo tenebatur: sed Senatores tantum, & qui magistratus gesserant. Verba legis in oratione Ciceronis pro Cluẽtio, 118, hæc extant, Qui tribunus militum legionibus quatuor primis: quiue Quæstor, Trib. Plebis (& deinceps omnes magistratus enumerantur) quiue in Senatu sententiam dixit, dixerit: qui eorum coit, coierit: conuenit, conuenerit: quo quis iudicio publico condemnaretur, &c.
Coire in accusationem alicuius: quod etiam subscribere alicuius accusationi dicitur Iurisconsul. Pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint.
Coire in lites. Plin. epist. 109. b.
Coire de. Cic. pro Domo sua, 37, Collegia mediusfidius Tribunorũ plebis tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeãt de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari & spe largitionis oblata. Id est, qui in abdito consilia agitent de euertendis locupletum fortunis. Budæus.
In coeundo. Lucret. lib. 6. 170.
Coiens, coientis, Participium, (συσχνώμων) ut, Ripæ uadi coeuntes: id est, uadum angustum. Silius lib. 1. 11.
Specum coeunte terra iungere. Senec. Troad. 3. 8.
Coibilis, & hoc coibile. Gell. lib. 17. cap. 19, Celeri admodum & coibili oratione, uocumq; filo tereti, & candido fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione.
Coitus, coita, coitum, Particip. Vide suprà Coitum passiuum.
Coitio (σύγκρισις) Verbale. Cic. de Arusp. responsis, 52, Verunta men nocturnis uigilijs & coitione hominum iustitium illud conceptum ac meditatum est. Liuius 3. ab Vrbe, 277, Quũ & per coitiones potentiorum iniuria fieret. Puto significare hic coniurationem & conspirationem. Cic. pro Plancio, 43, Dubitatis quin coitio facta sit?
Societatis coitio. Paulus in l. nulla. ff. pro socio, Nulla societatis in æternum coitio est.
Coitio, pro factione arcana & factiosa. Vnde coitiones candidatorum. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 21, Quod scribis te audisse in candidatorum Consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim factiones in ea coitione factæ, quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus interesse deberit: & simul mihi cõmittendum non fuit, ut his coitionibus interessem, quibus Messala excluderetur.
Coitio militum & congressio, pro ipsa pugna. Terent. Phorm. 2. 2. 32, Senex adest, uide quid agas: prima coitio est acerrima. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 16. 9.
Coitus, huius coitus, (συνουσία, συνάφεια, μίξις, ὀχεία) Plin. lib. 10. cap. 52. 1, Coitus auibus duobus modis, &c.
Monstrifer coitus. Stat. lib. 10. Thebaid. 158.
Nefandi coitus. Senec. Hippol. 2. 16.
Venerius coitus. Gel. lib. 19. cap. 2, Hippocrates autem diuinauir scientia de coitu Venerio ita existimabat: partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixere. nanq; ipsius uerba hæc traduntur, τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιλυψίαν.
Coitus humoris. Celsus lib. 5. cap. 18.
Coitus Lunæ, pro eclypsi, quando scilicet Soli apponitur. Plin. lib. 2. cap. 13. 1.
Coiturus (συνουσιάσων) Participiũ. Ouid. epist. 4. 26, Nec quia priuigno uidear coitura nouerca.
Cœos] Vide Cæa.
Cœpio] ἄρχομαι, ἐπιβάλλομαι, ἐνίσταμαι, Verbum, quo ueteres utebãtur pro Incipio. Plaut. Menæh. Neq; pugnas, neq; lites cœpio. Cato, Cœpiam seditiosa uerba loqui. Plaut. Trucul. 5. 23,
—ubi nihil habeat,
Alium quæstum cœpiat.
Nunc præteritum eius uerbi tantum est in usu, Cœpi, cum suis deriuatis, cœperam, cœpissem, cœpero, cœpisse, cœptum ire. Terent. Adelph. 3. 3. 43, Prius olfeciſſem quàm ille quicquã cœperit. Sallust. in Catil. Sed ea tempestate cœpere se quisq; magis extollere.
Melius cœpisti, quàm desinis. Ouid. epist. 9. 5.
Cœpit esse primus dies mœnibus. Propert. lib. 4. eleg. 4. 15. Id est, eo die primùm cœperunt ædificari mœnia.
Arma cœptare. Tacit. lib. 12.
Exordium cœpit. Ennius apud Ciceronem de Fato, 52.
Expugnatio cœpta patrataq;. Tacit. lib. 12.
Libertas cœpta. Tacit. lib. 20.
Lingua cœpit esse in quæstu. Quintil. in Proœm. lib. 1. 10.
Morbus cœpit crudescere, Validior fieri. Virg. 3. Georg. 99.
Cœpit odium glandis. Lucret. lib. 5. 284.
Obsidium cœpit. Tacit. lib. 4.
Cœpta est oratio fieri. pro Cœpit. Cic. de claris Orat. 13.
Rebellionem cœptare. Tacit lib. 3.
Cœpere urbem nouam mapalibus Tyrij. Id est, incœperunt urbem nouam condere mapalibus. Sil. lib. 15. 83.
Abundare cœpit. Cic. Attico, lib. 1. 2. 3.
Deficere cœpit aliquos fides & res. Cic. 2. in Catil. 32.
Pœnitet cœpisse. Cic. pro C. Rab. Post. 3.
Recipere se cœpit in aliquẽ locum. Planc. Ciceroni, lib. 10. 15. 9.
Respondere impudenter cœpit. Cic. 3. in Catil. 57.
Ruere cœpit. Cic. Attico, lib. 7. 138. 4.
Sentire cœpit me nocentem esse. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7. 12.
Tractare atq; agere causas cœpit. Cic. 1. de Orat. 83.
Cœpi cum uerbo inchoatiuo. Virg. 3. Georg. 47,
Fluctus ut in medio cœpit quum albescere ponto.
Cœpit, pro Incœpit loqui. Virg. 1. Aeneid. 105,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit.
Cœptus sum, pro Cœpi. Cicero de claris Orat. 166, Hortensius igitur quum admodum adolescens ortus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. Ibidem

Digitized by Google

127,de eodem Hortenſio, Is quũ ſatis floruiſſet adoleſcens, minor haberi cœptus eſt poſtea. Budæus.

Cœptus, Participium (κατοχθεὶς) ut, Bellum cœptum. Virgilius 2. Aeneid. 33,

—cœpti fiducia belli Palladis auxilijs ſemper ſtetit.

Amicitiæ cœptæ perenne fœdus. Stat. 4. Sylu. 6. 19.

Cœpta carmina tuis iuſſis. Virg. eclog. 8. 3.

Iter cœptum peragere. Ouid. 1. Faſt. 38.

Limite cœpto tendere. Stat. 5. Sylu. 1. 38.

Opus cœptum perficere. Ouid. 4. Faſt. 4.

Opus cœptũ reuocare, id eſt iterare, & rurſus incipere. Ouid. epiſt. 22. 11.

Ora cœptis tranſitum uerbis negant. Sen. Hippol. 5. 3.

Cœptus, Actiuè ſonans. Virg. 6. Aeneid. 51,

Sub pedibus mugire ſolũ, & iuga cœpta moueri Syluarũ.

Pecunia cœpta deberi. Cic. 1. de Orat. 82.

His cœptis, Participialiter, id eſt quũ hæc incœpta erunt. Virg. 8. Aeneid. 3, Quid ſtruat his cœptis. Seruius.

Cœpturus (ἀρξόμενος) Quintil. lib. 10. cap. 1, Nos ritè cœpturi ab Homero uidemur.

Cœptum, cœpti, (κατοχθὲν) pro Principio. Ouid. 1. Meta. 1.

—Di cœptis (nam uos mutaſtis & illas) Aſpirate meis.

Audax cœptum. Virgil. 1. Georg. 8,

Ferox cœptum. Sil. lib. 11. 41.

Immanibus cœptis efferus, Furiatus ſæuis cogitationibus. Virg. 4. Aeneid. 129. Seruius.

Ingentia cœpta. Virg. 9. Aeneid. 62.

Inuida nox cœptis. Ouid. 9. Metam. 98.

Fremitus uaniq; inſania cœpti. Valer. lib. 2. Argon. 105.

Adeeſſe cœptis alicuius dicitur Deus, Ouid. 6. Faſt. 131.

Annuere cœptis alicuius. Virg. 1. Georg. 8.

Aſpirare cœptis alicuius. Ouid. 1. Metam. 1.

Tædia cœpti capere. Ouid. 9. Metam. 124.

Deeſſe cœptis dicitur qui incœptum non perficit. Statius 10. Thebaid. 45.

Manus ultima cœpto defuit. Ouid. 2. Triſt. 111.

Deficere cœptis. Valer. lib. 2. Argon. 120.

Deſiſtere cœpto. Senec. Theb. 1. 21.

Differre cœpta. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 27.

Exequi cœpta. Senec. Hippol. 5. 2.

Expugnare cœpta, id eſt perficere. Ouid. 9. Metam. 124.

Fauere cœptis. Seneca Hippoly. 4. 11.

Manus ultima cœpto impoſita eſt. Ouid. 8. Metam. 40.

Haud ſegnem cœptis ire, Diligenter cœpta peragere. Silius libro 7. 70.

Mentem cœptis inſumere, Eſt diligenter ad id reſpicere, quod præ manibus habes. Stat. 12. Thebaid. 129.

Maturare cœpta. Vide Maturus.

Occulere cœpta, Celare deliberationem. Seneca Thyeſt. 3. 32.

Exitum cœptorum opperiri. Sueton. in Nerone, 34.

Peragere cœptum facinus. Seneca. Medea 12. 28.

Pertexere dictis cœptum. Lucret. lib. 1. 85.

Prohibere cœpta. Silius lib. 16. 127.

Referre cœpta, Differre. Valer. lib. 3. Argon. 101.

Tenere cœpta, Eſt ab incœpto non deſiſtere. Ouidius 2. de Ponto eleg. 7. 17.

Cœptus, huius cœptus (κατοχὴ) Idem. Gell. lib. 2. cap. ult. Nos uerò, ut cœptus noſter eſt.

Appetendi cœptus. Cic. 4. de Fin. 67, Atq; ipſa inſtitutio hominis, ſi loqueretur, hæc diceret, primos ſuos quaſi cœptus appetẽdi fuiſſe, ut ſe cõſeruaret in ea natura, in qua ortus eſſet.

Cœpto, cœptas (ἄρχομαι) cœptare, Idem quod incipere. Terent. Eunuch. 5. 8. 1, Quid cœptas Thraſo?

Conſtringere portus cœptant nautæ. Cic. in Arato, 15.

Cœptare ſub. Plin. lib. 36. cap. 25. 5, Lithoſtrota cœptauere iã ſub Sylla paruulis certè cruſtis, &c.

Cœptans, Participium, (ἀρχόμενος) Silius lib. 15. 137, Haſdrubal & cœptantem Atabum raptare perempto, &c.

Coequitare] συναππάω, Simul equitare. Liu. 7. bel. Macedo. 76, Coequitauerant autem ſex millia equitum.

Coerceo] coerces, coercui, coercitum, (ἔργω, συνέργω, ἀνάχαιτίζω, περισφόγγω, coercere, ex Con, & Arceo compoſitũ, Obſtare, impedire ne quid fiat. Cicero de Senec. 48, Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis.

Aquam coercere. Vlpian. in l. unica. §. deinde. ff. de fonte.

Aquam pluuiam coercere. Cic. in Topic. 20.

Coercere carnem ſupercreſcentem. Celſus lib. 5. cap. 19.

Coercere inflammationem. Celſus lib. 7. cap. 7.

Nauſeam coercere. Horat. Epod. 9. 7.

Nimis redundantes, & ſuperfluentes, & quaſi extra ripas diffluentes coercere. Cic. de claris Orat. 175.

Coercere, Refrænare, reprimere. Liu. 2. ab Vrbe, 100, Iam prope erat, ut ne Cõſulũ quidẽ maieſtas coerceret iras hominũ.

Coercere & reſecare. Cicero ad Atticum, lib. 1. 13. 5, In qua ego nactus (ut mihi uidebar) locum reſecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis.

Coercere & refrænare. Cic. 11. Philip. 291, A` progreſſu coercuit, à reditu refrænauit, &c. Quædam exemplaria legunt, (arcuit.

Coercere & reprimere. Cic. 1. de Fin. 4.

Animos coercere, Moderari impetus animi. Sen. Hippo. 2. 35.

Animus coercens uitæ clauſtra. Lucret. lib. 3. 81.

Cupiditates coercere. Cic. lib. 1. de Orat. 96.

Improbitatem coercere. Cic. 5. Verr. 179.

Interpellatorem coercere. Cic. in Orat. 77.

Iram promptam coercere. Stat. 11. Thebaid. 134.

Vi oppreſſos imperio coercere. Cic. 2. Offic. 32.

Ora coercere frænis. Ouid. 5. Metam. 129.

Dicitur etiam de inanimatis: ut, Pudorem, modeſtiam, pudicitiã, & temperantiam pœnæ aut infamiæ metu coercere. Cic. 2. de Finibus, 117.

Terras coerceat omnes Cæſar. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 13.

Temeritatem coercere. Cic. 2. Tuſc. 83.

Edicto coercere aliquem. Sueton. in Nerone, cap. 4.

Pignoribus ablatis coercere aliquem. Cic. 3. de Orat. 3. Id eſt, reprimere uel corrigere captis eius bonis.

Aliquos coercere per. Cic. Attico, lib. 5. 110. 11, Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret.

Animaduertere ſeuerè, & coercere multa. Suet. in Nero. ca. 16.

Coercere rapidam orationem. Cic. 2. de Finibus, 5.

Dextra coercet fures. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 1.

Hoſtem coercere armis. Ouid. 1. Faſt. 143.

Coercere aliquem ſupplicijs & uerberibus, pro Punire, & caſtigare. Cic. 1. in Catil. 2. Idem 3. de Legibus, 8.

Delicta coercere ſupplicijs. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 16,

Fuſte coercere aliquem. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 27.

Morte, exilio, uinculis, damno coercere aliquos. Cic. 3. Offi. 29.

Terga equorum uerbere torto coercere. Seneca Hippoly. 10. 18. Virgil. 9. Aeneid. 6.

Coercere, Cogere. Author ad Herennium, Quum alterum ſequi, alterum uitare coercemur.

Non ſolum ſupplicem, ſed & poſtulantes coercere. Brutus Ciceroni, 16. 15.

Coercere, cum uerbo addito: ut, Coercere aliquem finiri irã. Ouid. 14. Metam. 116.

Coercere, pro Imperio agere. Pomponius in l. 2. §. exactis deinde regibus. ff. de origine iuris, Solũ relictũ eſt eis, ut coerce-

Digitized by Google

re possent: & in uincula publica duci iuberent. De Consulibus loquitur.

Reprehendere & coercere. Cic. 4. Acad. 117, Nã si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.

Litura coercuit carmen. Horat. in Arte, 60.

Coercere, Colligare, stringere. Ouid. 1. Metam. 47,

Vitta coercebat positos sine lege capillos. Liuius 1. ab Vrbe, 178.

Spacio arcto coercere aliquem. Ouid. 2. Trist. 106.

Coercere & continere complexu. Cic. 2. de Nat. Deor. 82.

Complexus cæli coercens omnia. Cic. 2. de Nat. Deor. 146.

Vitta coercuit capillos. Ouid. 2. Metam. 83.

Bella numeris coercere. Id est, belli historiam carmine componere. Ouid. 4. de Pont. eleg. 8. 15,

Nam modò bella geris, numeris modò bella coerces.

Crines coercere nodo. Horat. 2. Carm. ode 19. 4.

Modico se coercere, Modica re contentũ esse. Sene. Hip. 2. 26.

Coercere, pro Conseruare, custodire. Plin. lib. 10. cap. 50. 3, Ex eo cœpimus carcere coercere animalia, quibus natura cælum assignauerat.

Coercitus, Participium (συνεχόμενος) Plinius lib. 12. cap. 1, Produnt Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento Gallias hanc primum, &c.

Vinclis coercita. Ouid. 14. epist. 1.

Coercitio, & Coertio, Verbale, f. g. (σύνεξις) Imperium & authoritas qua quis in subditos utitur. Paulus in l. fin. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio, Mandata iurisdictione priuato, etiam imperium quod non est merum uidetur mãdari: quia iurisdictio sine modica coercitiõe nulla est.

Interpellantis coertio. Quint. lib. 9. cap. 2. 2.

Onerare coertionibus asperioribus. Celsus lib. 3. cap. 18.

Coercitio, aliud uerbale (αὐταχάτησις) Liuius 4. ab Vrbe, 229, Pronunciaueruntq; ex collegij sententia, C. Valerio Cos. se damnum, aliamq; coercitionem, aduersus intercessionem collegæ delectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse.

Coëro] coeras, coerare, uerbũ uetus, pro Curare. Verba XII. tab. apud Cic. lib. 3. De legib. Ast si quid erit quod extra magistratus, coeratore usus sit: qui coeret, populus creato, eiq; ius coerãdi dato. Sensus legis est, si extra magistratus aliqua curatione opus sit, curatorem populus creato. Sic ad Attic. lib. 1. epis. 1, Thermus est curator uiæ Flaminiæ. Verba XII. tab. suprà citata corruptè leguntur apud Cic.

Coerro] as (ἀποπλανάομαι) coerrare, pro Oberrare. Paul. in l. 3. §. 3. ff. de offic. præfect. uigil. Sciendum est (inquit) præfectum uigilum per totam noctem uigilare debere, & coerrare calciatum, cum hamis & dolabris. Vbi tamen Falciatum legi potius debere putat Hotomanus: id est, falcibus muralibus, quibus ædes inflammatæ diruerentur, instructũ. Nonnulli & pro coerrare, coerare legendum suspicantur, pro curare: quomodo à muniendo dicũtur urbium mœnia, à pœna punio, à Pœnus Punicus.

Cœruleus] lapis (κύανος λίθος) officinis Azuli uel Lazuli uocatur. De hoc Dioscorides his uerbis: Cœrulei origo ex ærarijs metallis in Cypro: copiosior ex arena littorali secundum quosdam subcauatos specus maris inuenitur, qui magis probatur. Eligi debet inebriatus. Vritur ut Chalcitas, lauatur ut Cadmia. Vim habet reprimentem, & modicè erodẽtem: crustas gignit & exulcerat. Hactenus ille. Huius meminit Plinius, & Gal. lib. 9. Simplic. Vide Matthiol. in Dioscorid. lib. 8. cap. 66.

Cœruleus, Fontis momen. Plin. lib. 36. cap. 15, Quippe à lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes urbis montes leuarentur, influxere Curtius atq; Cœruleus fontes, De aquæductibus urbis Romæ loquitur.

Cœtariæ] arum, loca iuxta mare stagnante lacu, in quibus thynni, & alij huiusmodi pisces capiuntur & saliuntur. Plin. lib. 37. ca. 5, Ferunt & in ea insula, tumulo Reguli Hermiæ iuxta Cœtarias, marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis.

Cœtus] huius cœtus, m. g. (χορὸς, χορογασία, χορευτικὴ, ὁμιλος) Id est conuentus & congregatio. A coeo quidam deduci uolunt.

Cœtus scholarum. Quintil. lib. 2. cap. 9. 2.

Concilium cœtusq; animorum. Cic. de Senect. 76, O præclarũ diem, quum ad illud diuinum animorum concilium cœtumq; proficiscar, &c.

Dulces comitum cœtus. Catul. epig. 43. 2.

Deorum cœtus. Stat. 11. Thebaid. 92.

Vitiorum cœtus. Cic. in Sallust. 11.

Fœmineis cœtibus extat. Id est, inter fœminas eminet. Claudia. 5. Paneg. 40.

Cœtus functi. Stat. lib. 8. Thebaid. 3. Hoc est, multitudo, & mortuorum hominum numerus.

Læto cœtu complere aliquem locum. Virg. 5. Aeneid. 22.

Monstrifer cœtus. Claud. in Gigant. 1.

Sanctus cœtus. Claud. 2. Paneg. 61.

Solennis cœtus. Cic. 7. Verr. 146.

Supplex cœtus. Stat. 10. Thebaid. 117.

Virginei cœtus. Stat. 1. Achilei. 42.

Viriles cœtus. Ouid. 3. Metam. 81.

Vulgares cœtus, id est turba uulgi. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.

In cœtum matronarũ meretricem adducere. Cic. 2. de Finib. 18.

Agitare cœtus. Vide Agito.

Hominum cœtus celebrare. Vide Celebro.

Aues cœtu cingunt polum. Virg. 1. Aeneid. 81.

Colere cœtus ciuium. Senec. Hippol. 4. 25.

Committere cœtum alicui. Cic. lib. 3. de Orat. 38.

Dimittere cœtum. Cic. 1. in Catil. 7.

Inire cœtus. Cic. 7. Verr. 146.

Obscurare cœtus tenebris. Cic. 1. in Catil. 4.

In cœtu concilioq; proferre aliquid. Cic. 2. de Finib. 124.

Concilia, cœtusq; hominum iure sociati. Cicer. de Somnio Scipionis, 8.

Soluto cœtu discedunt. Ouid. 13. Metam. 190.

Dicendo tenere hominum cœtus. Cic. 1. de Orat. 16. & 2. 128.

Cœtum uocat Lucretius connexionem & copulam membrorum, cum humoribus, & spiritibus, omnibusq; ex quibus humanum corpus compactum & constitutũ est: ut lib. 2. 199,

Nec sic interimit mors, ut materiai
Corpora conficiat: sed cœtũ dissipat ollis. Et lib. 1. 208,

elementorum quoq; coniunctionem, cœtum uocat,

Omne genus motus, & cœtus experiundo, &c.

Cœus] οἰος, Nomen Gigantis, quem pariter & Iapetum, & Typhœum quinta luna natos esse dicit Virgilius, quo tẽpore uetat sumere ullius operis initium. 1. Georg. 56,

Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum, quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenideq; satæ: tum partu terra nefando
Cœumq;, Iapetumq; creat, sæuumq; Typhœa,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.

Coexercitatus] συναλειπτριμένος, à Con & Exercitatus, Quint. lib. 2. cap. 17, Artem constare ex præceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finem utilem uitæ.

Cogamus] Fluuius est Mæoniæ, ad Radicem Tmoli montis: de quo Plin. lib. 5. cap. 29.

Cogeonus] Magistratus quidam fuit inter Getas, quo qui fungebatur, ut regi semper adesset oportebat: tãtæq; dignationis

tionis erat, ut diuina mente præditus haberetur. Alexan. ab Alexan. lib. 4. cap. 23.

Coggygria] Arbor est Adrachnæ non absimilis, fructum lanugine, quam Pappum uocant, amittens: quod nulli arbori alij euenit. Vide Plin. lib. 13. cap. 22.

Cogito] cogitas, pen. corr. (ἐννοέω, διανοῦμαι, ἐνθυμοῦμαι, ἐπινοέω) cogitare, Est mente agitare, & ueluti in mora esse consilij explicandi. Cic. 5. Tusc. 156, Viuere docto uiro, est cogitare.

Inter cogitare & deliberare hoc interest. Cogitare, est dubitare: Deliberare, confirmare. Hæc Nonius. Non est perpetua hæc Nonij differentia, neq; in uno, neq; in altero. nam deliberatum sæpe dicitur pro decreto. Et cogitat de profectione, qui proficiscí iam antè constituit.

Labor cogitandi. Cic. de claris Orat. 146.

Animus cogitat. Lucret. lib. 4. 159.

Mens cogitat. Lucret. lib. 4. 157.

Aliquid cogitare. Cic. pro Milone, 41.

Acutissimè cogitare. Cic. 1. Offic. 219.

Commodè cogitare. Vide **Commodus.**

Dies & noctes aliquid reputare et cogitare. Cic. pro Deiot. 27.

Multum & diu cogitare. Vide **Multus.**

Mecum cogitare. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5 12, Cœpi egomet mecum sic cogitare, &c. Cic. 2. de Legibus 1.

Cogites hæc tecum, Tu illos, &c. Terent. Adelph. 5. 3. 22.

Cogitare in animo. Terent. Adelph. 1. 1. 5.

Cogites hoc tu mecum animo. Terent. Adelph. 3. 4. 55.

Toto animo cogitare de aliquo. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 11.

Cogitare cum animo. Cic. 2. de Lege Agraria, 66, Vos tamẽ id potestis cum animis uestris cogitare.

Cogitare ad uerbum. Plin. epist. 213, a, Cogito si quid in manibus, cogito ad uerbum, scribenti emendantiq; similis.

Instituere animum ad cogitandum. Terent. Phorm. 2. 1. 10.

Grauiores partes ad cogitandum. Cic. pro Fonteio, 10.

Sumere spacium uel tempus ad cogitandum. Cicero libro 1. de Orat. 72. Et lib. 2. de Orat. 58.

Nec æquum, ánne iniquum imperet cogitabit. Plautus Amphit. 4. 21.

Cogita etiam atq; etiam. Terent. Eunuch. 1. 1. 11.

Quanto magis, magisq; cogito. Terent. Eunuch. 3. 3. 1.

Cernunt, cogitant, sentiunt omnia certiora animi. Cic 2. de Diuinat. 206.

Cogitare aliam rem ex alia. Terent. Eunuch. 4. 2. 3.

Nulla species cogitari potest, nisi impulsu imaginum. Cic. 2. de Diuinatione, 204.

Cogitare, sentire, opinari, expectare aliquid. Cic. 1. de Ora. 113.

Cogitare de aliquo, Eum in memoria habere. Terent. Eunuch. 1. 2. 114, Me expectes, de me cogites.

Cogitare de aliqua. Cic. de Amicitia, 25.

Vigilantem cogitare de re aliqua. Cic. 2. de Diuin. 206.

Aliquid de re sua cogitare. Cic. lib. 2. de Orat. 57.

Toto pectore cogitare de re aliqua. Cic. Attic. lib. 13. 270. 1.

Nullũ tempus agendi & cogitandi de re aliqua prætermittitur, Cicero Lentulo, lib. 1. 5. 9.

De aliquo & ornamentis eius & commodis cogitare. Cicero Lentulo, lib. 1. 7. 11.

Spe, atq; animo de se, & gloria sua cogitare. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 21.

Cum solicitudine cogitare de aliquo. Cic. 2. de Diuin. 207.

De consciscenda morte cogitare. Suet. in Claud. cap. 31.

De pernicie alicuius cogitare. Cic. pro Flacco, 1.

Cogitare de exeundo. Cic. ad Atticum, lib. 7. 132. 4.

Humaniter, & sapienter, & amabiliter cogitare in aliquo. Antonius Ciceroni, in epist. ad Atti. lib. 14. 310. 2, Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profecto præbebis, &c.

Britanniam cogitare. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 5.

Saxa & montes cogitare. Cic. 2. de Legib. 3.

Quid cogitet humidus Auster Sol tibi signa dabit. Id est, in quã partem se flectat, utrum ad pluuium, an ad serenitatẽ Virg. 1. Georg. 92. Seruius.

Fraudem cogitare alicui. Horat. 2. Epist. 1. 25.

Proscriptiones & dictaturas cogitare. Cic. 2. in Catil. 40.

Cogitare suspendium. Martial. lib. 1. 186.

Cogito in Tusculanum. Hoc est, quod barbari dicunt, Existimo & delibero ire in. Cic. ad Atti. lib. 2. 23. 3. Idem ad Tironem, lib. 16. 17. 3, Ego hinc perendie manè cogito.

Cras cogitare, Subaudi, ire aut discedere. Cic. Att. li. 9. 170. 3, Hinc uerò uulgò uadunt, etiam M. Lepidus, quo cum diem conterere solebam, cras cogitabat, &c.

Tu de tuo itinere quid & quando cogites, uelim me certiorem facias. Cic. Attico, lib. 10. 195. 19.

Curare aliquid aut cogitare. Cic. 1. de Orat. 50.

Cogitare malè. Plin. lib. 18. cap. 51.

Malè cogitare, Id est inuidere, & propè minitari. Cic. de Senec. 17. Vide **Malus.**

Inconditè aliquid cogitare. Vide **Inconditus.**

Libidinosè cogitare. Cic. 1. Offi. 23.

Cogitare curas. Plautus Milite, 5. 46.

In cogitando mœrore angor. Plaut. Sticho, 2. 39.

Cogitatum est mihi quid loquar. Plaut. Merc. 7. 8.

Acer & acutus homo in cogitando. Cic. lib. 2. de Orat. 71.

Alicuius uultum, obtutumq; oculorum in cogitando nosse. Cic. lib. 3. de Orat. 10.

Cogito pugnare, &c. Terent. Eunuch. 4. 7. 7. Cic. 1. Offi. 36, Qui alteri nocere cogitat. Hoc est, dat operam ut alteri noceat. Horat. in Arte, 30,

Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucẽ Cogitat.

Cogitans (ἐννοῶν) Participium: ut, Cogitanti astitere. Quint. lib. 1. cap. 2. 9.

Cogitatus (ἐννοηθείς) Participium.

Parricidium cogitatum, nan perfectũ. Suet. in Caligula, cap. 12.

Meditatum & cogitatum scelus. Cic. 2. Philipp. 89.

Multum & diu cogitatas res afferre. ic. de Senec. 35.

Bene cogitata respiciat Deus, meditata atq; deliberata secũdet. Seneca Thyeste 5. 18.

Cogitatum Substantiuum, (διανοούμενον) Cicer. 1. de Lege Agraria, Vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum uidentur.

Ex cæteris dictis, factis, cogitatisq; Sex. Næuij, quiuis potest intelligere. Cic. pro Quintio, 61.

Perficere cogitata. Cic. pro Deiotaro, 13.

Cogitatio, (ἔννοια, ἐνθύμησις, ἐπιλογισμὸς) Verbale. Festus, Cogitatio dicta uelut coagitatio, id est longa eiusdem rei agitatio in eadẽ mora consilij explicandi. Plin. lib. 11. cap. 37. 22, Sic magna cogitatio obcæcat.

Cogitatione nulla homo. Cic. 4. Verr. 93.

Sapientis cogitatio. Cic. 5. Tusc. 156.

Cogitatio motusq; animi. Cic. 1. Offi. 31.

Transuolans subitò animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 12.

Motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. Cicer. in Orat. 74.

Species & cogitatio. Cic. Attl. lib. 14. 320, Hæc me species cogitatioq; perturbat.

Acerrima, atq; attentissima cogitatio. Cic. 3. de Orat. 10.

Percutere aliquem inani cogitatione. Cic. pro Milone, 60.

Petere ueniam errato ex intimis cogitationibus alicuius. Cicer. pro Sylla, 48.

Libera

Liberæ cogitationes. Cic. pro Milone, 59.
Molliſsimæ cogitationes. Vide Mollis.
Proponere ſibi exercitationem in quotidianis cogitationibus. Cic. 1. de Orat. 74.
Tacita cogitatio. Cic. 3. Offic. 6.
Cogitationes tacitæ iudicum. Quin. lib. 6. cap. 1. 33.
Tacitas cogitationes extimeſcit. Cic. pro Ligario, 4.
Vigilantes cogitationes inſunt in animis. Cic. 2. de Diuin. 207.
Manifeſtus cogitationis magnæ. Tacit. lib. 15.
Abijcere cogitationes ſuas in rem humilem & cõtemptam. Cic. de Amic. 31.
Abijcere cogitationem in rem uilem. Vide Abijcio.
Abſtrahi cogitatione à ſolitudine ad ſcribendi operam. Cicer. 3. Offic. 6.
Accipere cogitationes alicuius: Participem fieri cogitationum aut conſiliorum ipſius. Catul. Epig. 33. 2.
Res ad ſenſum cogitationemq; acerba. Id eſt, ſi probè perpendas & conſideres. Cic. 3. Verr. 39.
Cogitatio afficit ſenſus. Quint. lib. 2. cap. 12. 9.
Attingere aliquem cogitatione. Vide Attingo.
Auertere cogitationem à miſerijs. Vide Auerto.
In cogitationem belli regem auertere. Vide Auerto.
In cogitationem aliquam ab aliqua re animũ auocare. Seruius. Cic. lib. 4. 5. 15.
In cogitationem cadere. Vide Cado.
Colligere cogitatione & cogitationem. Vide Colligo.
Complecti cogitatione abſentem. Cic. Pulchro, lib. 3. 11. 4.
Comprehendere cogitatione. Vide Comprehendo.
Complecti cogitatione. Vide Complector.
Cõprehendere aliquid animis, & cogitatione. Cic. pro Flac. 52.
Comprehendere rationem ſenſu, aut cogitatione. Cicer. libro 3. de Orat. 12.
Intelligere & cogitatione comprehendere. Cic. 1. Tuſc. 79.
Omnes curas cogitationesq; in rẽ aliquã cõferre. Cic. 2. Offi. 3.
Conquirere aliquid cogitatione. Cic. lib. 2. de Orat. 71.
Nihil conſequi cogitatione. Cic. de Senect. 37.
In ſtudijs cogitationis continere aliquem. Cic. 1. Offic. 31.
Conuertere ſe animo, & cogitatione aliquò. Cic. li. 1. de Ora. 4.
Deducere ad cogitationem. Vide Deduco.
Ad aliquam cogitationem ſpe deduci. Cic. Cæſari, in Epiſt. ad Atticum, lib. 9. 183. 1.
Aliquem defixum eſſe in cogitatione. Cic. lib. 3. de Orat. 10.
Depingere cogitatione. Cic. 4. Academ. 88.
Depingit cogitatione quiduis mẽs noſtra. Ci. 1. de Nat. deo. 57.
Tacitis cogitationib. uolutare animũ. Liu. 9. ab Vrbe, 86.
Excitare memoriam ad timoris prætenti cogitationem. Cicer. pro Seſtio, 8.
Exigere cogitationem. Quint. lib. 5. cap. 10. 88.
Cogitatio expectata. Quint. lib. 2. cap. 4. 12.
Explicare cogitationes. Cic. Attic. lib. 10. 196. 1.
Fallere ſpem cogitationum & conſiliorũ. Cic. lib. 1. de Orat. 2.
Cogitatione ſuſcepti muneris fatigari. Qu. in proœ. lib. 4. 6.
Fingere aliquid cogitatione. Cic. pro Milone, 59.
Fingere ſibi aliquid cogitatione. Cic. 3. de Nat. deor. 63.
Habere cogitationem alicuius rei ad. Cic. in Parad. 10, Quero enim à uobis, num ullam cogitationem habuiſſe uideantur hi, qui hãc Rempub. tam præclarè fundatam nobis reliquerunt, aut auri, aut argenti ad auaritiam: aut, &c.
Immorari honeſtis cogitationibus. Vide Immoror.
Impertiri aliquid temporis alicui cogitationi. Cic. Cæſari, in Epiſt. ad Atticum, lib. 9. 183. 4.
Iuducere animũ in ſpẽ, cogitationemq; meliorẽ. Ci. de Amic. 52.
Inijcere cogitationem alicui. Vide Inijcio.
Iniecta cogitatio de re aliqua. Cic. Attico, lib. 723. 3.
Cogitationem luctibus inſerere. Quint. in proœmio lib. 6. 12.
Inſidet alicui cogitatio. Vide Inſideo.
Intendere cogitationes. Vide Intendo.
Interuenit maiori minor cogitatio. Vide Interuenio.
Labefactata & conuulſa cogitatio. Vide Conuello.
Morari cogitationem. Quint. lib. 1. cap. 1: 21, Tardior ſtylus cogitationem moratur.
Cogitationis pœnam nemo patitur. Vlpianus in l. cogitationis. ff. de pœnis.
Percipere cogitatione aliquid. Cic. 1. de Nat. deor. 145.
Percurrere multa animo, & cogitatione. Cic. lib. 1. de Ora. 110.
Ponere tempus in cogitatione. Cic. lib. 3. de Orat. 10.
Seiungere cogitatione aliud ab alio. Cic. 4. Tuſc. 44.
Curam & cogitationem ſuſcipere. Balbus Ciceroni, in Epiſt. ad Atticum, lib. 8. 168.
Suſcipere cogitationẽ. Cic. Attico, lib. 14. 318. 6, Quæris ut ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtis agendum putem.
Suſtentare mentes cogitationesq;. Cic. pro Flac. 2.
Ad cogitationem ualere. Cic. 1. de Nat. deor. 145, Nam ſi tantummodo ad cogitationem ualent, nec ullam habent ſoliditatem, nec eminentiam, &c.
Vt aſpectus, ita cogitatio minus ualet, ſiue nimis procul amoueris, ſiue uehementer propè admoueris id quod oportet uideri. Author ad Heren. lib. 3. 126.
In cogitationẽ aliquã uenire & incidere. Seruius. Ci. li. 4. 5. 6.
In aliqua cogitatione ac cura uerſari. Cic. 2. de Orat. 100.
Verſari in auditione & cogitatione. Cic. lib. 2. de Orat. 71.
Cogitatio in uero exquirendo maximè uerſatur. Ci. 1. Off. 18.
Verſantur in animo meo multæ & graues cogitationes. Cic. 2. de Lege Agrar. 21.
Cogitatio in ſe ipſa uertitur. Cicer. Offic. 219.
Commentationem & cogitationem uincere ſubitam, & fortuitam orationem. Cic. lib. 1. de Orat. 73.
Vti cogitatione ad res quàm optimas. Cic. 1. Offic. 184.
Cogitabilis & cogitabile, (ἐννοητός) Seneca epiſt. 59, Cogitabile eſt, quod eſt generale.
Cogitatè Aduerbium, (ἐννοουμένως) ut, Cogitatè uerba facere. Hoc eſt, præmeditatè. Plau. Pœnul. 18. 49, Vt pudicè uerba fecit, cogitatè & commodè.
Cogitatè rem ſuam tractare. Plaut. Trinum. 6. 45.
Accuratè & cogitatè ſcribere. Cic. pro Archia, 13.
Cogitatò Aduerbium (διανενοημένως) Idem. Cic. 1. Offi. 40, Sed in omni iniuſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunq; breuis eſt & ad tempus, an conſultò & cogitatò fiat iniuria.
Cogitatim, aliud Aduerbium, pro cogitatè. Feſtus.
Cognatus] pen. pro. (συγγενὴς, συγγενικὸς, συμφυὴς) Adiectiuum, quaſi unà natus. Plin. lib. 11. cap. 37. 24, Ea cauſa eſt ut pleræq; alituum è manibus hominum oculos potiſsimũ appetant, quòd effigiem ſuam in ijs cernentes, uelut ad cognata ſua deſideria tendunt. Hoc eſt, ſibi proxima, & ſuæ naturæ quodam modo ſimilia.
Cognatum cælum telluri. Ouid. 1. Metam. 17.
Acies cognatas uocat Lucanus à principio lib. 1, acies Cæſaris & Pompeij: id eſt ſoceri & generi, quaſi cognatorũ acies.
Caput cognatum. Ouid. 3. Faſt. 86.
Cineres cognati. Catul. Epig. 63. 20. Id eſt, cognatorũ cineres.
Freta cognata. Stat. 1. Achil. 19.
Mœnia cognata. Ouid. 15. Metam. 91.
Pectora cognata. Ouid. 2. Metam. 133.
Cognata calci res, gypſum eſt. Plin. lib. 36. cap. 24. 2.
Sanguis cognatus. Virg. 12. Aeneid. 6.
Terræ cognatæ. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 30. Sic Italiam & Siciliam uocat, ut quæ olim coniunctæ fuerint.

Virgo

Digitized by Google

Vires cognatæ. Claud. 4. Paneg. 45. Id est, cognatorum.
Vocabula cognata rebus Horat. 2. Serm. Saty. 3. 56.
Vrbes cognatæ, Quæ incoluntur à ciuibus eiusdem nationis. Virg. 3. Aeneid. 100.
Mentibus nostris aliquid esse cognatum. Cic. li. 3. de Orat. 109.
Maximè cognata. Vide Magis.
Cognati appellantur, quasi unà communiterue nati, uel ab eodem orti progenitore. Terent. Eun. 2. 3. 35, Patris cognatum atq; æqualem Archidemidem. Donatus in Terentium.
Vxoris cognati sunt: Affines, mariti. Terent. And. 5. 4. 23.
Affines atq; cognati alicuius. Cic. Post red. 4.
Amici, & cognati alicuius. Cic. pro Cecinna, 11.
Cognati qui sint, describit Vlpianus in l. prima. ff. unde cognati, Cognati autem, inquit, appellati sunt quasi ex uno nati: ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint.
Voluntarius cognatus. Cic. 4. Verr. 98.
Inter agnatos & cognatos hoc interest, quòd in agnatis & cognati continentur: in cognatis nõ utiq; agnati: uerbi gratia, Frater patris, id est, patruus, & agnatus & cognatus est: matris autem frater, id est, auunculus, cognatus est, agnatus non est. Modestinus in l. inter agnatos. ff. unde legitimi.
Propinqui, cognatiq; optimè cõuenientes. Cic. pro Sex. Ros. 59.
Gradatim admittuntur cognati ad bonorum possessionem. Vlpianus in l. 1. §. gradatim ff. unde cognati.
Cognatus, Qui eiusdem est generis, etiam si diuersæ sint ætates interiectæ. Sil. lib. 11. 36, —ille
Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
A Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo.
Cognatio, huius cognationis (συγγένεια) Cic. 7. Verr. 183, Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est.
Dedecus familiæ, cognationis, nominis. Cic. pro Cluent. 11.
Officium cognationis. Quint. lib. 4. cap. 1. 5.
Amplissima cognatio. Cic. 4. Verr. 73.
Amplissima cognatione, et plurimis amicitijs uir. Ci. 4. Ver. 73
Multis officijs aliquorum usurpata & comprobata cognatio. Cic. 7. Verr. 97.
Materna cognatio Transalpini generis. Cic. Post red. in Senat.
Naturalis cognatio rerum distantium. Cic. 2. de Diuin. 50.
Patruelis cognatione, amore germanus. Cic. 5. de Fin. 1.
Propinqua cognatio. Cic. pro Ligario, 5.
Propinqua cognatione coniunctus. Sueton. in Nerone, cap. 3.
Cognationem facit etiam adoptio. Vlpianus in l. 1. §. cognationem. ff. unde cognati.
Capitis diminutione perimũtur cognationes, quæ per adoptionem acquisitæ sunt. Iulianus in l. capitis. ff. unde cognati.
Per cognationẽ uerbis agere cũ aliquo. Cic. Atti. lib. 12. 259. 1.
Gratiã, amicitiã, cognationemq; cõmemorare Cic. 4. Ver. 45.
Coniunctum esse cognatione cum aliquo. Cic. 6. Verr. 63.
Habere cognationem cum. Quint. lib. 1. cap. 10. 28, Sed habet maiorem quandam aliam cum arte Oratoria cognationem.
Habere aliquam necessitudinem, aut cognationem cum aliquo. Cic. in Orat. 108.
Cum prædijs alicui esse cognationem. Cic. pro Sylla, 44.
Iunctus alicui cognatione. Vide Iungo.
Iungi cognatione naturali cum re aliqua. Cic. 2. de Diuin. 211.
Cognatio & affinitas. Cic. 4. Verr. 16, Quo quis ij; te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita.
Serpit foras cognationibus domus & affinitatibus. Cicer. 5. de Finib. 116.
Iura cognationis retinere. Vlpianus in l. 1. §. cognationem. ff. unde cognati.
Deorum cognationem agnoscere. Cic. 1. de Nat. deor. 124.
Deorum cognatione tenetur animus. Cic. 1. de Diuin. 113.
Literarum cognatio. Quint. lib. 1. cap. 10.
Cognatio studiorum. Cic. 6. Verr. 73.
Cognatio Peripateticis cum oratoribus. Cic. 4. Acad. 204.
Cognitor] Vide Cognosco.
Cognomen] pen. prod. huius cognominis, pen. cor. (ἐπίκλησις, ἐπωνυμία, ψευώνυμον) Dicitur quod ab euentu aliquo imponitur alicui. Cic. 1. de Finib. 34, Neq; quum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, &c. Idem 7. Verr. 13.
Gradus cognominis. Ouid. 1. Fast. 221.
Hæres cognominis. Ouid. 1. Fast. 123.
Paternum cognomen. Horat. 1. Epist. 13. 2.
Extraneo cognomine aliquid demonstrare. Author ad Heren. libro 4. 196.
Optimum cognomẽ, pro adoptiuo per aphæresin dixit Horat. lib. 2. Epist. 2. 21.
Priscum cognomen, id est, uetus. Claud. 2. in Eutrop. 49.
Prisca cognomina locorum. Propert. lib. 4. eleg. 1. 14.
Clari cognominis urbs. Virg. 8. Aeneid. 10.
Accipere cognomen. Plin. lib. 33. cap. 10. 1.
Cognomen addere alicui. Liuius 1. ab Vrbe, 44.
Asciscere cognomen alicuius rei. Sil. lib. 1. 31.
Collocare cognomẽ pro certo nomine. Author ad Herennium, libro 4. 196.
Consenescit cum huius cognomine cognomen Crassi. Cic. Attic. libro 2. 28. 2.
Dare cognomen. Plin. lib. 12. cap. 13. 4.
Tardo cognomen pingui damus: id est, pinguem uocamus tardum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 11.
Deligere cognomen ex imaginibus. Cic. pro Cluentio, 57.
Dicere cognomine. Virg. 3. Aeneid. 33.
Dicere cognomine à. Virg. 3. Aeneid. 67,
—Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.
Alicuius cognomine dici. Virg. 3. Aeneid. 140.
Nomen autem quum dicimus, cognomen quoq;, & agnomen intelligatur oportet. Cic. lib. 2. de Inuent. 140.
Sapiens cognomen habere. Cic. de Amic. 6.
Imponere cognomen alicui. Horatius 2. Sermo. Saty. 3. 6. Vide Impono.
Inuenit cognomen torque detracta Manlius. Cic. 3. Offic. 154.
Manet cognomen alicui. Vide Maneo.
Partum cognomen hæreditarium erit. Cic. de Somnio Scip. 6.
Præ se ferre laudem ipso cognomine. Cic. pro Murena, 29.
Alteri Capitoni cognomen est. Cic. pro Sex. Rosc. 10.
Sumere cognomen ex aliqua re. Cic. 6. Phil. 211.
Trahere cognomen ex contumelia. Cic. 3. Philip. 135.
Vti cognomine generis. Cic. pro Cluentio, 57.
Cognomen, Pro epitheto. Suetonius in Caligula, cap. 22, Compluribus cognominibus assumptis: nam & Pius, & Castrorum filius, & Pater exercituum, & Optimus maximus Cæsar uocabatur. Budæus.
Cognomen etiam herbæ additum Plin. lib. 25. cap. 9. 12.
Cognominis, huius cognominis, com. gen. (ὁμώνυμος) Festus, Cognomines, qui eiusdẽ sunt cognominis. Plautus Bacc. 1. 5, Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines. Plin. li. 6. ca. 2. 1, Quo loco Henetos adijcit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat. Suet. in Vitellio, cap. 2. Virg. 6. Aeneid. 77.
Cognomentum, huius cognomenti (ἐπώνυμον) Plautus Milite, 14. 46, Pulcher salue. PY. meum cognomentum commemorauit. Cic. 2. de Finib. 24, Si aut de industria facias, ut Heraclitus cognomento, qui σκοτεινὸς perhibetur, &c.
Accipere cognomentum alicuius, Tacit. lib. 15.
Augeri cognomento. Tacit. lib. 12.

Cognomino.

Digitized by Google

Cognomino cognominas. (ἐπονωμάζω) cognominare. Plin. lib.21.cap.3.4, Suario cognominabatur, propter similitudinem Suarij cuiusdam negociatoris. Idem lib.29.cap.1.5, Alia factio ab experimentis se cognominans, empiricen cœpu in Sicilia.

Cognominatus (ἐπονωμασός) Participium. Cic. Partit. 29, Verba ponenda sunt, quæ uim habeant illustrandi, nec ab usu sint abhorrentia, grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, superlata, in primisq; translata.

Diuites cognominati. Plin. lib. 33.cap.10.1.

Cognosco] cognoscis, cognoui, cognitum, (γινώσκω, γνωρίζω, διαγινώσκω, ἐπιγινώσκω) cognoscere, Est (inquit Donatus) diligenter & attentè considerare. Terent. And.3.4.7, Tandem cognosti qui siem. Cæsar 5.bel.Gal.27, Nihilo tamen secius omnia eius consilia cognosceret.

Cognoscere rectè bonitatem atq; prudentiam alicuius. Cic. pro Quintio, 31.

Promptum est cognoscere: id est, facile est. Ouid.3.Metam.20, Vox subitò audita est, neq; erat cognoscere promptum Vnde, sed audita est, &c.

Facilè cognoscere. Lucret.lib.2.93.

Memoriter cognoscere. Vide Memor.

Penitus cognoscere. Vide Penitus.

Corde cognoscere. Lucret.lib.4.11.

Annus cognoscit hæc. Lucret.lib.2.168.

Perdisco, cognosco. Cic.1.de Orat.76, Perdiscendum ius ciuile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, &c.

Scire, cognoscere, & percipere aliquid. Cic.1.de Orat.113.

Studium cognoscendæ, percipiendæq; uirtutis. Cic. libro 1. de Orator.102.

Experiendo magis, quàm discendo cognoscere. Cic. Lentulo, libro 1.7.35.

Perspicere & cognoscere rerum naturam. Cic.1.Offic.214.

Cognoscere, pro Iurisdictionem exercere. Sueto.in Claudio, Cognoscens in Augusti foro, tactus nidore prandij, quod in maxima Martis æde Salijs apparabatur, deserto tribunali, conscendit ad sacerdotes, &c.

Cognoscere de actis alicuius, quod uulgus Informare se dicit. Cic. ad Attic lib.16.342.1, Lege & Senatusconsulto permissum erat, ut de actis Cæsaris cognoscerent. statuerent, iudicarent Cæsar 7.bel.Gal.1, Italiam ad conuentus agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de Clodij cæde.

Cognoscere de re aliqua. Cic. 4.Verr.13.

De aliquo cognoscere, id est de rebus alicuius. Ci.Att.li.5.110.9

De salute alicuius cognoscere. Cic. Sulpitio, lib. 4.4.7.

Ex aliquo cognoscere aliquid. Cic. Cælio, lib.2.10.6.

De toto statu rerum communium ex aliquo cognoscere. Cicer. Lentulo, lib.1.8.2.

Optimè cognoscere ex aliquo aliquid. Cic. Lentulo, lib.1.8.1.

Cognoscere causas. Virg.3.Georg.98.

Causas diligenter, penitusq; cognoscere. Cic.lib.2.de Orat.56.

Cognoscere causas alicuius. Cic.ad Attic.lib.11.215.2.

Cognoscere causas cum aliquo. Cic.2.Offic.121.

Conditionem societatis diligenter cognoscere. Cicer. pro Roscio Comœ.18.

Tenues curas cognoscere, Discere res minutas & leues. Virgil. 1. Georg. 36.

Domi ius ciuile cognouerat. Cic.de Claris Orat.50.

Rationem cognoscere. Cic. Attic.lib.5.91.5.

Ritum sacri cognoscere. Ouid.6.Fast.103.

Cognoscere, Verbum pertinens ad iudicem, ut dictum est. Sen. Medea, 4.4, Si iudicas, cognosce: si regnas, iube.

Cognoscere instrumenta, Est relegere & recognoscere. Vlpian. in l. cognoscere. ff. de uerborum & rerum significatione.

De causa cognoscere. Vlpian. in l. & post edictũ. ff. de iudicijs.

Non utiq; iudex qui de iudicato cognoscit, debet de prætoris sententia cognoscere. Iulian. in l. si Prætor. ff. de iudicijs.

De ui & proprietate rei cognoscere. Callistratus in l. si de ui. ff. de iudicijs.

Cognoscere & pronunciare. Vlpi. in l. in peremptorio. ff. de iudicijs, In peremptorio autem cõminatur is qui edictum edit, etiã absente diuersa parte cogniturum se & pronunciaturũ.

Cognoscere qualis natura sit montis. Cæsar 1.bel.Gall.84.

Cognoscere ex literis, nuncijs, & similibus, pro Intelligere & certiorẽ fieri. Cic. ad Terẽt. li.14.5.4. Idẽ ad Lẽt. li.1.5.10.

Cognoscere ex annalibus. Cic. in Hortensio.

Ex libris alicuius aliquos cognoscere. Cic. Luceio. lib.5.12.34.

Aliquid ex re, ex factis alicuius, decretisq; cognoscere. Cic.7.

Cognoscere casus. Virg.2.Aeneid.2. (Verr.7.

Clamore aliquid cognoscere. Tacit. lib.21.

Cognosci in optimã partẽ. Cic.2.Offic.66, Facillimè autẽ & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes uiros bene cõsulentes Reipub. contulerint.

Cognoscere, pro Agnoscere. Terent. Eun.5.2.8,

—ita miserrimus
Fui fugitando nequis me cognosceret. Donatus.

Amores suos cognoscere. Ouid. 4.Metam.28. de Tisbe, quæ Pyramum inueniebat gladio peremptum.

Humanitatem alicuius, quòd gratulatus sit, cognoscere. Cicer. Lent.1.7.36.

Vice sermonis cognoscere aliquem. Ouid.4. Trist.eleg.4. Hoc est, ex uerbis cognoscere.

Tellus cognoscat alumnos. Stat. 4.Thebaid.30.

Os non cognoscendum. Ouid.12.Metam.51.

Virum cognouisse dicitur illa, quæ cum uiro rem habuit. Ouidius epistol.27.

Cognoscere, Experiri. Cic. ad Seruiũ, lib.13.21.2, Hominẽ prudentẽ & officiosum cognosces, & dignũ qui à te diligatur.

Virum optimum gratissimumq; cognoscere aliquem. Cic. Seruio, lib.13.20.7.

Diuos præsentes cognoscere, Auxilium diuorum sentire. Virg. 1. eclog. 9.

Res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratum armatumq; cognoscere aliquem. Cic. Lucei. lib.5.13.2.

In cognoscendo. Vide In.

Per angusto freto diuisa, seruitutis, ac libertatis iura cognoscere. Cic.7.Verr.133.

Signum cognoscere. Cic.3.in Catil.55.

De re aliqua cognoscere & statuere. Cic. de Claris. Orat.43.

Cognoscere, Inspicere & æstimare. Cic. pro Quintio, 2, Temporis quidem certè uix satis habui, ut rem tantam, tot controuersiis implicatam, possem cognoscere. Budæus.

Cognoscite, pro Attentè audite. Cic.4.Verr.23, Quãtam potestatem habuerit, uideatis: quas res gesserit, cognoscite.

In cognoscendo. Vide In præpositionem.

Ad cognoscendum uenire. Cic.1.de Orat.39.

Virtute cognita, & spectata fide homo amplissimus. Cicer. pro Cecinna, 75.

In utraq; fortuna homo cognitus multis signis, & uirtutis, & humanitatis. Cic. pro Cecinna, 75.

Habere cognitum aliquid. Cic.in Orat.66.

In perfacili cognitione uersari. Cic.in Orat.66.

Fieri cognitorem pro aliquo. Cic.4.Verr.73.

Dare cognitorem. Cic.4.Verr.74.

Cum cognitoribus esse. Cic.7.Verr.131.

Cognitus, Participiũ (ἐγνωσμένος) ut, Cognitus alicui. Plin. lib.12.cap.4.2.

Cognitus nomine tantùm. Plin.lib.12.cap.21.1.

Armis

Armis cognitus, Bello exploratus. Valer. lib. 5. 71.
In multis iudicijs causisq; cognitus. Cic. de claris Orat. 54.
In promptu cognita. Lucret. lib. 2. 174.
Acta coniugis cognita Vulcano: id est, adulterium Veneris. Ouid. 2. de Arte, 115.
Vsu non longo cognitus. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 2,
Idq; recens præstas, nec longo cognitus usu.
Causa liquidò cognita. Ouid. 5. Fast. 1.
Causa cognita excusationem accipere. Vlpian. in l. licet. ff. de arbitris.
Causa cognita iudicium dare. Paulus in l. sed & si. §. sed & si dies. ff. de iudicijs.
Causa cognita æstimare. Scæuola in l. tutor. ff. de minorib.
Causa cognita probare. Marc. in l. de ætate. ff. de minoribus.
Causa cognita statuere. Vlpian. in l. 1. §. sed & si agant. ff. de iudicijs.
Bene cognitus ensis. Syl. lib. 17. 80.
Fœmina uni uiro bene cognita, cui cum solo uiro firmum coniugium fuit. Cat. epig. 56. 38.
Homo per se cognitus. Cic. de clar. Orat. 49.
Puer puero mihi cognitus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12. 4.
Indicio alicuius cognita res. Ouid. 2. de Arte, 115.
Perspecta & cognita res. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 4.
Penitus perspectæ planeq; cognitæ res. Cic. 1. de Orat. 54.
Virtus cognita. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 1.
Cognitus, Auditione perceptus, ut apud Virg. 2. Aen. 126,
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis, &c.
Error cognitus. Propert. lib. 3. eleg. 15. 7.
Cognitus, adiect. (γνωστός) ut, Incognita pro cognitis ne habeamus, uitandum. Cic. 1. Offic. 29.
Cognitior (γνωστότερος) Id est, magis notus. Ouidius 4. Trist. eleg. 5. 13,
Nec tam nota mihi, quàm sunt, mala nostra fuerunt:
Sed magis hæc, quò sunt cognitiora, grauant.
Cognitissimus, Superlatiuum (γνωστότατος) Cat. epist. 4. 3,
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima Ait Phasellus.
Cognitio (γνῶσις, γνώσεως, ἐπίγνωσις) Verbale. Cicero 1. Acad. 22, Cælestia autem uel procul esse à naturæ cognitione censeret.
In causæ cognitione uersari. Vlpianus l. hæredib. ff. de dolo. Idem in l. in causæ. 1. & 2. ff. de minoribus.
Deorum cognitionem capere. Cic. 2. de Nat. deor. 209.
Manca cognitio naturæ. Vide Mancus.
Cognitio contemplatioq; naturæ manca quodammodo atq; inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Cic. 1. Off. 215.
Gratior cognitio poetarum. Quint. lib. 1. cap. 1. 26.
Necessaria cognitio rerum occultarum, aut admirabilium ad beatè uiuendum. Cic. 1. Off. 21.
Attingere cognitionem rerum. Cic. 1. Offic. 220.
Multa cognitio rerum inde uenit. Quint. lib. 2. cap. 4. 16.
In rerum cognitione uersari. Cic. 1. Offic. 217.
Cognitio & iudicium. Cicer. Capitoni, in Epist. ad Attic. libro 16. 343. 4.
Genus cognitionum labefactatũ. Cic. Capitoni, in Epist. ad Att. lib. 16. 343. 5.
Imago cognitionis, Tacit. lib. 3. Id est, species.
Studium cognitionis uincit cõsociatio hominum atq; societas. Cic. 1. Offic. 220.
Vis mirabilis rationis, & cognitionis, & scientiæ, uirtutumq; omnium est in mente. Cic. 5. de Finib. 60.
Prætoria cognitio. Quin. lib. 3. cap. 6. 51.
Soluaga cognitio & ieiuna. Cic. 1. Offic. 220.
Adducere in cognitionem. Vide Adduco.
Accipere cognitionem. Vide Accipio.

Cognitionem amplexari. Vide Amplexor.
Capere cognitionem. Cic. 2. de Nat. deor. 209.
Cognitione & scientia continetur officium aliquod. Cicero 1. Offic. 221.
Dare cognitionem aliquarum rerum aliquibus. Cic. Capitoni, in Epist. ad Atti. lib. 16. 343. 3.
Ex cognitione ducuntur officia naturæ. Cic. 1. Offic. 213.
Habere cognitionem faciliorem. Cic. 5. de Finib. 60.
Inserere causæ cognitionem. Vlpian. in l. si oleum. §. marito. ff. de dolo.
Dignum cognitione. Cic. 1. Offic. 213. & 214. & li. 2. 6.
Cognitionem prudentiamq; sequitur considerata actio. Cice. 1. Offic. 322.
Dies cognitionis, quo iudex aliquos in ius uocat, uulgò assignationis dicitur: quandoquidem eo ipso debet de causa cognosci. Vlpian. in l. & post edictum. ff. de iudicijs, Quod si is qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis, &c. Cic. de Clar. Orat. 44.
Sustinere cognitionem. Vide Sustinere pro Differre.
Cognitor (γνωστής, γνώμων, διαιτητής) olim dicebatur, qui nunc procurator iudicialis. Cicer. 1. Verr. 7, Me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causæ totius esse uoluerunt. Idē 4. Verr. 73. Asconius in Diuinationem, Qui defendit (inquit) alterũ in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator, si negocium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur ut suam. Ergo cognitorem Cicero appellauit familiarissimum defensorem. Hactenus Asconius. Cicero pro Roscio Comœdo, 31, Quid interest inter eum qui per se litigat, & qui cognitorem dat? qui per se litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Itáne uerò? cognitor si fuisset tuus, quod uicisset iudicio, ferret tuum: suo nomine petisset, quod abstulit, sibi, non tibi exegit. Ibidem 33, Quòd si ad Roscium nihil peruenit quod tu à Flauio abstulisses, nisi te in suam litem dedisset cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte exegit: quoniam tuus cognitor non est factus. Budæus.
Ascribere cognitorem alicui. Cic. 4. Verr. 73.
Cognitorem esse. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 8,
——sis cognitor ipse.
Cum cognitore sponsionem fieri. Cic. 5. Verr. 117.
Fieri cognitorem pro aliquo. Cic. 4. Verr. 73.
In aliquam rem cognitorem dare. Cic. pro Rosc. Comœ. 19.
Cognitura, cognituræ. pen. prod. Procuratio, siue munus quo quis fungitur, quũ in foro est cognitor & procurator. Suetonius in Vitellio, cap. 2, in quo de eius maioribus disserit: Cuius (inquit) filius sectionibus & cognituris uberius compendium nactus. Cognitiones non dixit, sed cognituras, ne de iudice loqui uideretur. Sunt qui legant Consuturis, sed perridiculè. Turnebus.
Cognobilis (ἄγνωστος) Qui cognoscitur. Gell. lib. 20. cap. 4, His solis cognobiles fuerunt.
Cognobilior, Comparatiuum. Cat. 6. lib. Originum, Itaq; ego, inquit, cognobiliorẽ cognitionem esse arbitror. Refert Gel. lib. 20. cap. 4. ad finem.
Cogò] cogis, coegi, coactum (συνάγω) cogere, à Con & Ago compositum significat in unum colligere. Terent. Heaut. 1. 1. 94, Quasi talenta ad quindecim Coegi.
In unum aliquid cogere. Quint. lib. 1. cap. 5. 15.
Nodo comas coegit. Senec. Hippol. 4. 9.
Diductos cogere. Horat. 3. Carm. ode 9. 4. Id est, discordes reducere in gratiam.

Digitized by Google

Dispersa cogere. Cic. 1. de Orat. 94.
Ius ciuile in certa genera cogere. Cic. 2. de Orat. 78.
Nubes coguntur ad montes. Lucret. lib. 6. 148.
Cogere oues intro. Plaut. Bacch. 23. 11. Virgil. 3. eclog. 4.
Cogite oues pueri.
Pecus cogere. Virg. 3. eclog. 4.
Pecudes cogere stabulis. Virg. 6 eclog. 17.
Voces in nodum cogere, significat oratione syllogismo uel enthymemate includere. Ouid. ad Pisonem, 12.
Cogere agmen. Cic. ad Attic. lib. 15. 327. 1. Plaut. Mil. 3. 77, Vt sibi latrones cogerem & conscriberem.
Acies in prælia cogere. Virg. 9. Aen. 95.
Vndiq; auxilia cogere. Virg. 8. Aen. 2.
Cohortes Luceriam coegi. Cic. Mag. Domitio, in Epist. ad Att. lib. 8. 163. 5.
Coegerat uiginti cohortes ex finitimis regionibus. Cæs. 1. bel. Ciuil. 62.
Cogere copias in unum locum. Cæsar 2. b. l. Gal. 251.
In unum locum cogere exercitum. Cic. Catoni, lib. 15. 4. 6.
Consilium cogi de aliquo. Quin. lib. 7. cap. 3. 15.
Milites cogere. Cæsar 5. bel. Gal. 173.
Copias parare, multitudinem hominũ cogere, armare, instruere. Cic. pro Cecina, 23.
Socios ad locum aliquem cogere. Virg. 4. Aen. 58.
Cogere ad uerba, Conuocare ad colloquium. Propert. libro 4. eleg. 1. 3.
Cogere Senatum. Cic. 3. de Fin. 11, Dum Senatus cogeretur, nihil operæ Reipub. detrahens.
Cogere pecuniam à ciuitatibus statuarum nomine. Cicero 4. Verr. 98.
Pecuniam cogere ex decumis imperatorum. Cicero pro Rosc. Posth. 19.
Aurum cogere in usus humanos. Horat. 3. Carm. ode 3. 11.
Cogere stipem. Cic. 2. de Leg. 36.
Cogere stipendium. Cic. 3. Verr. 48.
Cogere aliquid ad. Seneca lib. 1. de Ira, Quod exundat, ad salutarem modum cogere.
Tumulius cogere. Ouid. 24. epist. 15.
Vites cogendæ in sulcum, id est, in ordinem componendæ, aut certè arandæ. Virg. 2. Georg. 13. Seruius.
Cogere in ordinem. Budæus, Antiqui quum significare uolebant hominem inter suæ conditionis homines retinendum continendumq;, id est (ut uulgò loquimur) suo statu contentum esse cogendum: in ordinem cum redigendum, uel etiam cogendũ dictitabant, hoc est, inter uulgares, & gregarios annumerandũ. Plin. ad Falconẽ epist. 23. a, Consulis an existimem te in tribunatu causas agere decere. Plurimum refert quid esse tribunum putes. Inanem umbram, & sine honore nomen? an potestatem sacrosanctam, & quam in ordinem cogi à nullo, ita ne à se quidem deceat? Idem lib. 2. epist. Frugalitatem enim suam ostendere uolens, & in uictu parsimoniã, eleganter hoc uerbo usus est. Liberti (inquit) mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti. & meherculesi gulæ temperes, non est, onerosum quo utaris, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est si sumptibus parcas. Huic autem opponitur, Eximere numero. Hactenus Budæus. Liuius 3. ab Vrbe, 144, Nimium in ordinem seipsum cogere. Idem Decad. 5. lib. 3. 60.
Cogere (ἀναγκάσειν, βιάζεσθαι, ἀγγαρεύειν) Cõpellere. Terent. Adelph. 3. 4. 44,
Quod uos ius cogit, id uolũtate impetret.
Mori me denique cogis. Virg. 2. eclog. 2,
Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames? Virg. 3. Aeneid. 12.
Audaces cogimur esse metu. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 22.
Si res coget. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 5. 5.
Acerbè cogi. Cic. 1. Phil. 8.
Conuicio aliquorum cogi. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 14. 1.
Fame cogi. Cic. 7. Verr. 69.
Prece cogere aliquem. Horat. 1. Epist. 9. 1.
Ratione aliquem cogere. Cic. de Amic. 25.
Cogere arua ut pareant colono. Virg. 1. Aeneid. 17.
In semihoræ curriculum cogere. Cic. pro Rab. 3.
Aliud quàm cogebatur illatum est. Cic. 1. de Inuent. 100.
Cogere ui & minis. Cic. 2. de Leg. 24.
Ad arma cogere aliquem. Ouid. 3. Amor. eleg 13. 2.
Ad munera cogi. Ouid. 2. de Arte, 84.
Ad prælia cogi. Virg. 12. Aeneid. 117.
Cogere ad lacrymas. Plaut. Bacch. 20. 56.
Cogere in cruciatum. Plaut. Persa, 13. 10.
In lacrymas cogi. Ouid. in Ibin 42.
Vis uentorum in portũ nauim coegit. Cic. 2. de Inuent. 194.
In Senatum cogi. Cic 1. Phil. 8.
Cogitur mulier in thalamos alicuius, cui inuita nubit. Val. lib. 7. Argonaut. 48.
Cogi aliquò, id est, necessitate adigi, aut compelli ad locum aliquem. Horat. 2. Carm. ode 3. 5,
Omnes eodem cogimur.
In tenues cogi lares, Angustam habere domum, non abundare diuitijs. Propert. lib. 4. eleg. 1. 26.
Hortari & cogere, diuersa. Cic. 3. Offic. 71, Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est?
Cogere in mollitiem lanæ. Pli. li. 19. in proœ. 5, de lini natura.
Apes bis grauidos cogunt fœtus, Apibus gemina & fœcunditas mellis. Virg. 4. Georg. 47. Seruius.
Verba cogere in pedes, Componere uersus. Ouidius 3. Trist. eleg. 6. 4.
Cogitur in cursum uerberibus. Plin. lib. 8. cap. 43. 2.
Coguntur carnes, Conglutinantur, cohæresc unt. Plin. lib. 27. cap. 10. 8.
Agminis coactor. Tacit. lib. 18.
Cogere (σφιγγειν) Spissum facere. Virg. 4. Geor.
——nam frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.
In nubem cogitur aer. Virg. 5. Aen. 4.
In nubes cogitur aer concretus. Cic. 2. de Nat. deor. 145.
Cogere, Est & quod Gallicè dicitur, faire prendre, & faire tenir, & quod uulgus pharmacopolarũ dicit, dare corpus medicamento. Cels. li. 5. ca. 18, Quibus adijcitur unguenti rosei quantum satis est ad ea mollienda atq; cogenda.
Cogere lac in duritiam. Plin. lib. 23. cap. 7. 12.
Cogere cuneos, Impellere. Virg. 7. Aeneid 112.
Equum cogere uerbere. Claud. 4. Paneg. 45.
Cogũtur utroliter assiduo uerbere fumantes equi. Sil li. 16. 77.
Vnda plurima cogitur uento in aliquem locum. Virgilius 4. Georg. 9.
Cogere, pro Concludere & conuincere. Cic. 3. de Natur. deor. 44, Innumerabilia sunt ex quibus effici cogiq; possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat.
Cogi in angustum. Terent. Heaut. 4. 2. 2.
Cogi in magnitudinẽ milij. Pli. li. 11. c. 32, Multa aũt insecta & aliter nascuntur, atq; in primis ex rore. Insidet hic raphani folio, primo uere, & spissatus sole in magnitudinẽ milij cogitur. Inde porrigitur uermiculus paruus, & triduo mox eruca.
¶ Cogens (ἀναγκάζων) Participium: ut,
Arbores aliæ nullis hominum cogentibus sponte sua ueniunt. Virgil. 2. Georg. 2.

Digitized by Google

Cogens & uetans deus. Cic. 2. de Leg. 14.
Re cogente profectus est. Ouid. epist. 16. 31.
¶ Coactus (σωαχθείς) Partic. ut, Coactæ naues, apud Cæsarem, 1. bel. Ciuil. 115.
Coacta pecunia ad agros emendos. Cic. pro Leg. Agra. 9.
Coactus (αὐαγναθείς) & Sponte contraria. Sene. Troa. 6. 33, Coacta dices, sponte quod fari abnuis.
Coactum & expressum auspicium. Cic. 2. de Diuin. 111.
Lacrymis oculi maduere coactis. Ouid. 6. Metam. 126.
Lacrymæ coactæ, Vi expressæ. Virg. 2. Aen. 40.
Discunt oculi lacrymare coacti. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Scelus coactum, impulsu alterius cõmissum. Sen. Troa. 10. 3.
Thalamus coactus, id est, Venus uiolenta, & uitiũ per uim oblatum uirgini. Stat. 5. Thebaid. 93.
Coacto uertice humũ attingere. i. inflexo. Sen. Hippol. 12. 14.
Coacti, qui dicantur. Cic. pro Cecinna, 43. Certè cogit is qui cõgregat homines & conuocat. Coacti sunt ij qui ab aliquo sunt unum in locum congregati.
Multa arte coactum ebur. Valer. lib. 2. Argonaut. 93.
Fabris publicè coactis, operisq; imperatis exædificare aliquid. Cic. 7. Verr. 138.
Operis publicè coactis ædificare nauem. Cic. 4. Verr. 8.
Coacti & armati homines. Cic. pro Cecinna, 23.
In unum locum coactæ copiæ. Cn. Magnus Domitio, in epist. ad Attic. lib. 8. 162. 13.
Gladij coacti. Lucan. lib. 3. 65.
Coacta alui excrementa apud Celsum sunt, quæ Hippocrates lib. 2. Prognost. σωεσηκότα dicit, Id est, ut enarrat Galenus μὴ ὑγρὰ τελέως, ὡς ῥεῦσαι διαῤῥεῦσαι, ἀλλὰ μέχρι τοῦ μένειν σωεσηκότα, Id est, non multum liquida, ut diffluere possint, sed quatenus ceu colligata manent. Celsus lib. 2. ca. 8. Aluus in hac ualetudine ea tuta est, quæ quotidie coacta, eaq; conuenientia his quæ assumuntur, reddit.
Lactis massa coacti. Ouid. 8. Metam. 134. periphrasis est casei.
Ferro coactus. Propert. lib. 3. eleg. 24. 3.
Ira coactus. Seneca Octau. 2. 3.
Coactus legibus. Terent. And. 4. 5. 41.
Coactus necessitate. Cæsar. 8. bel. Gal. 153.
Coactus pudore. Cæsar 8. bel. Gal. 51. Vide Necesse.
Terrore coactus. Lucret. lib. 3. 14.
Tempore atq; officio coactus ad aliquid agendũ. Cic. 1. Verr. 3.
Coactus ui. Terent. Phorm. 1. 4. 38. Cæs. 1. bel. Gal. 124.
Vi & necessario sumus in portum coacti. Ci. 2. de Inuen. 194.
Coactum ac necessariò dicere. Cic. pro Domo sua, 72.
Vi morbi coactus incidit. Lucret. lib. 3. 99.
Regio sub arma coacta. Virg. 7. Aen. 9.
Coactus, huius coactus (αὐἐναγκασμα) Cic. 4. Verr. Eum quoq; ostendam, si quando sit datus, coactu istius, quod non senserit iudicasse. Idem 7. Verr. 60, Coactu atq; efflagitatu meo.
¶ Coactura, coacturæ, pe. prod. (σωαγωγὴ) Col. li. 12. ca. 50. 3, Vt separetur, & seorsum reponatur uniuscuiusq; diei coactura. Hoc est, quãtum oliuarum unoquoq; die collegeris, siue congregaueris.
¶ Coactio, Verbale (ἀγγαρία, εἰσπραξις) ut, Coactio argẽtaria, Munus ipsum cogendi pecunias. Sueto. in Vesp. August. ca. 1, Vbi deinde uenia & missione impetrata, coactiones argẽtarias facilitauit.
¶ Coactor, Verbale (εἰσπράκτωρ) Coactores (inquit Budæus) dicebãtur qui nunc Receptatores particulares. Ci. pro Clu. 143, Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ferrula ad Stratonem peruenisse. Idem pro Rab. Postb. 19.
Coactor, aliter. Catili. cap. 150, Menses x. ab coactore releget porcos sectarios.
Coactor, pro Impulsore. Senec. epist. 53, Quibus non duce tam tum opus est, sed adiutore, & (ut ita dicam) coactore.
¶ Coacto coactus, coactare (αὐαγνάζομαι) Frequen. ut, Singultus membra coactans. Lucret. lib. 6. 233.
Cohæreo] cohæres, cohæsi, cohæsum (σωκάπτομαι, συμφύομαι, σωέχομαι) cohærere, eiusdem ferè significationis cuius est Adhæreo. Cic. 1. Acad. 36, Neq; enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla ui contineretur: neq; uim sine ali qua materia.
Cohærere alicui rei. Cic. 1. de Legib. 35.
Ad cohærendum omnia duo aliquid tertium anquirunt. Cicer. de Vniuersit. 17.
Cohærens & continuata natura cum omnibus suis partib. Cic. 1. Acad. 42.
Aptæ res inter se & cohærentes. Cic. 3. de Nat. deor. 4.
Aptè cohæret mundus. Cic. de Vniuers. 20.
Implicita cum illis ratio, & cohærens. Cic. pro Lege Man. 12.
Cohærens res aliqua dicitur, quando negocio conuenit & concordat. Terent. And. 2. 2. 24, —hem,
Paululum obsoni. ipsus tristis. de improuiso nuptiæ. Non cohærent.
Vix cohæret oratio. Cic. Pro Cælio, 11.
Congruunt & cohærent cum causa. Cic. 1. de Inuent. 28.
Cohærent dicta inter se. Cic. 5. de Finib. 138.
Non cohæret sermo. Cic. pro Cecinna, 38.
Aptissimè cohærent inter se. Cic. in Orat. 83.
Præclarè inter se cohærere. Cic. 5. de Finib. 138.
Cohærentia inter se dicere. Cic. 2. Philip. 42. Vulgus uocat Loqui ad propositum.
Cohærere dicuntur aliqui. Plin. epistol. 127. a, lib. 7. Hoc est, qui sunt coniuncti & confœderati inuicem.
Cohærere in alia significatione, & ius cohærendi. Vide Cohærarius.
¶ Cohæresco, cohærescis (σωέχομαι) cohærescere. Ci. 1. de Nat. deor. 75, Quæ interiecto inani cohærescunt tamen inter se: &c. De atomis. Idem 1. de Finib. 27.
¶ Cohærentia, cohærentiæ (σωαφή) Cic. 2. de Nat. deo. 232, lã uerò circuitus Solis & Lunæ, reliquorumq; syderum, quan quam etiam ad mundi cohærentiã pertiment, tamen & spectaculum hominibus præbent.
Cohærentia mortis & uitæ. Gel. lib. 6. ca. 13. Et li. 15. cap. 3.
Cohærentia uocis. Gel. lib. 15. cap. 3.
¶ Cohæres huius cohæredis, pe. prod. com. gen (συγκληρονόμος) Qui simul hæres institutus est. Plin. epist. 116. b, Libertos eius, eosdemq; cohæredes suos falsi, ut ueneficij reos detulerat ad principem.
Multis cohæres. Horat. 2. Serm. satyr. 5. 11.
¶ Cohærarius, cohærarij (σωαφικός) uidetur pro eo accipi posse, quẽ lingua Francica appellat Adioinct. Ci. 3. de Leg. 14, At si quid erit quod extra magistratus, cohærario usus sit, qui cohæret, populus creato eiq; ius cohærendi dato.
Cohibeo] cohibes, pen. cor. cohibui, cohibitum (ἐπέχω, κατέχω, σωείργω, ἀναπατίζω) cohibere, ex Con & Habeo, Quasi secum habere significat, & retinere apud se. Cice. de Senect. 47, de terra loquens, Primum id occatum semen cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nomiata est.
Auro cohibere lacertos. Ouid. epist. 9. 12. Auro, id est, armillis aureis.
Cohibere in se. Cic. de Fato, 30, Sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem.
Sydera in se cohibent nitorem. Lucret. lib. 2. 207.
Cohibere latebris aliquid. Virg. 3. Aen. 85.
Ventos carcere cohibens Aeolus. Ouid. 14. Metam. 45.
Venti cohibentur in antris. Ouid. 15. Metam. 70.

Digitized by Google

Cohibere se intra locum aliquē, pro Secedere. Plaut. Mil. 10. 1.
Cohibere se, pro Reprimere, & refrænare animum. Terent. Heaut. 5. 1. 46, Non te cohibes? non te respicis?
Cohibere iracundiam, Idem. Cic. pro Marcello, 4.
Assensionem cohibere à rebus incertis. Cic. 1. de Nat. deor. 2.
Crinem cohibere nodo. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.
Fugam cohibere. Sil. lib. 15. 147.
Furorem alicuius cohibere. Cic. 5. Phil. 191.
Gaudia cohibere. Propert. lib. 2. eleg. 26. 6.
Iras cohibere. Virgil. 12. Aencid. 63.
Libidines effrænatas à coniugibus cohibere. Cicero pro Milone, 57.
Manum alicui cohibere. Stat. 6. Thebaid. 163.
Motus animi turbatos cohibere. Cic. 2. Offic. 24.
Cohibere & continere ab omni lapsu temeritatem. Cicer. 1. Acad. 65.
Cohibere animum, manus, oculos ab alieno, Non cōcupiscere, non furari aliena. Cic. pro Lege Manil. 46.
Cohibere parsimoniae fiscum atq; ærarium. Plinius in Panegyr. 57. Id est, Cauere ne præter ius & rationem crescat priuatorum dispendio. Laudat enim Plinius Traiani continentiam, quòd non exhauriret ciues improbis confiscationibus.
Cruentas epistolas armis cohibere. Tacit. lib. 3.
Cohibere filium. Plaut. Merc. 3. 64,
——neque desidiæ in ocio
Operam dedisse, neq; potestatem sibi
Fuisse, adeò arctè cohibitum se esse à patre.
Cohibent pugnare leges. Id est, prohibent. Cicer. pro Rosc. Amerino, 54. In emendatioribus codicibus legitur Prohibebant.
Ceruos cohibens arcu. Horat. 4. Carm. ode 6. 7.
Claustra cohibentia custodem pacis. Horat. 2. epist. 1. 52.
Cohibere aliquem in uinculis. Curtius lib. 6.
¶ Cohibitio (ἐποχή) Verbale. Cicer. 5. Verr. 29, Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area: cohibitio tollendi, nisi pactus esset, uim adhibebat pactioni, non uoluntatem.

Cohiuum] Calyx rosæ adhuc conniuens & clausus. Verba sunt antiqui lexici. Cohiuum, κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. Scribitur & Coniuum, à cōniuendo, ut reor. Turnebus.

Cohonesto] cohonestas (σεμνύω, καλλύω, τιμάω) cohonestare, Idem quod Honestare: nisi aliquid ornatus adferre dicamus ipsam compositionem. Plin. lib. 22. cap. 13. 4, De fluuia capitis femine illito cohonestari.
Cohonestare, Honoribus afficere. Cic. Antequàm iret in exiliū, 20, Tantum à uobis illud, Equites Romani, peto & rogo, ut quem sæpenumero uestra laude cohonestastis, &c.
Statuas alicuius cohonestare. Cic. 4. Verr. 122.
Exequias alicuius cohonestare. Cic pro Quintio, 29.
Cohonestare uictoriam. Liu. 8. bel. Maced. 204.

Cohorreo] cohorres, cohorrui (συνφρίττω) cohorrere: uel Cohorresco, cohorrescis, cohorrescere, Magno horrore affici. Sueton. in Tiberio, cap. 21, Dij me perdant, nisi cohorrescit corpus meum. Hoc est, nisi totus horreo. Cic. in Somnio Scip. 5, Quem ut agnouit, equidem cohorrui.
Aliquem cohorruisse, quòd. Cic. Attic. lib. 7. 121. 2.
Cohorrere ex re aliqua. Cic. 3. de Orat. 4, Ex quo quum cohorruisset, cum febri domum redijt, dieq; septimo est lateris dolore consumptus. Posset hæc particula, Ex quo, etiā ad tēpus referri: quasi diceret, post sudorem quum refrixisset.

Cohors] huius cohortis, f. g. (αὐλή, τύγμα) Idem significat quod Chors chortis: locum nempe in uilla, tectis circundatum, in quo pascuntur gallinæ, & huiusmodi. Varro lib. 3. de Re rust. ca. 3. 5, Primus enim ille gradus antiquus maiorū nostrorum erat, in quo essent auiaria, duo duntaxat, in plano cohors, in qua pascebantur gallinæ, & earum fructus erant oua & pulli. Vide Chors.
Cohors. Sipōtinus, Cohors milliaria, quæ & prima cohors dicebatur, constabat mille centum & quinq; peditibus, & equitibus loricatis centum quadraginta duobus: tenebatq; aquilam, quod præcipuum signum erat in Romano exercitu: habebat præterea Imperatorum imagines. Varro de Ling. Lat. Cohors, quòd ut in uilla ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit unum: sic ex manipulis pluribus copulatur cohors: quæ in uilla dicta, quòd circa eum locum coercetur pecus.
Acies cohortium. Tacitus lib. 21.
Castra cohortium, alarumq; inuadere. Tacit. lib. 21.
Præsidia cohortium, alarum, legionum inuadere. Tacit. li. 21.
Robora classium, alarum, cohortium. Tacit. lib. 18.
Cohors & turma. Cic. pro Marcello, 4, Nihil sibi ex ista laude Cēturio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.
Armigera cohors. Sil. lib. 10. 20.
Cohors auxiliaria. Vide Auxilior.
Bellatrix cohors. Stat. 6. Thebaid. 53.
Densæ cohortes. Claud. 7. Paneg. 18.
Impia Gigantum cohors. Horat. 2. Carm. ode 19. 5.
Impura cohors. Cic. in Orat. 95.
Inhonora cohors. Stat. 10. Thebaid. 2.
Innumeræ cohortes. Stat. 5. Thebaid. 5.
Legionariæ cohortes. Vide Legio.
Montana cohors Cappadocum. Lucan. lib. 7. 45.
Sociæ cohortes. Tacit. lib. 21.
Cæsa cohors. Tacit. lib. 19.
Expedire cohortes. Tacit. lib. 1.
Corrumpere cohortem. Cic. 5. Verr. 135.
Cohortes ex præsidijs deducere. Vide Deduco.
Educere cohortes. Cæsar 2. bel. Gal. 451.
Exarmare cohortes. Tacit. lib. 18.
Explicare cohortes. Virg. 2. Georg. 56.
Firmare cohortes. Tacit. lib. 11.
Cohortes inducere in prælium. Vide Induco.
Cohors, Congregatio quoruncunq; hominum. Sueton. in Nerone, Quòd quantum potare iubebatur, recusaret, dimissus è cohorte amicorū nihilo modestius uixit. Hor. 1. Epist. 3. 2,
Quid studiosa cohors operum struit?
Famula cohors: id est, famularū cohors. Stat. 11. Thebaid. 59.
Innuptæ cohortes: id est, cohortes uirginum. Statius 12. Thebaid. 37.
Cohors, pro Comitatu & satellitio, & familia magistratus qui ibat in prouinciam. Vnde cohors Prætoria, quæ Cōsuli aut Prætori in prouincia præstò semper erat, quasiq; latus eius cingebat. Ci. in Verrē, Quæ cohors & qui comitatus fuerit, meministis. Horat. Laudat Brutum, laudatq; cohortē. Catullus, Pisonis comites cohors inanis. Cic. ad Quin. frat. Asiæ Proconsulē, lib. 1. 1. 15, Quos uerò aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessarijs apparitionibus tecum esse uoluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solēt: horum non modò facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Itaq; quod Cicero cohortem Prætoriam in prætura urbana dixit, Asconius Consulares comites interpretatur. Budæus.
Prætoria cohors scortatorum. Cic. 2. in Catil. 43.
Prætoriæ cohortes. Tacit. lib. 11. & lib. 3.
Laboriosa cohors Vlyssei. Horat. Epod. 16. 13.
Cohors uaga. Catullus de Berecynthia.
Dare cohortem in præsidium. Tacit. lib. 15.

Vallatum

Vallatum cohortibus ire. Stat. 12. Thebaid. 37.
Cohors ad res inanimatas etiam transfertur: ut, Febriũ cohors. Horat. 1. Carm. ode 3. 7.
¶ Cohorticula, Cohorticulæ, pen. cor. Diminut. Cælius ad Ciceronem, li. 8. Famil. epist. 6, Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit.
¶ Cohortalis, pen. prod. (ταγματικός) Adiect. à cohorte uillæ: ut, Cohortalis auis. Col. lib. 1. in proœm. 22, Et ut à pecoribus recedam, quorum in parte, auium cohortalium, & apiũ cura posita est, quis, &c.
Cohortor] cohortaris (παρεγγυάω) cohortari, Simul aut uehementer hortari. Cic. 2. de Nat. deor. 222, Deinde hac cohortamur, hac persuademus.
Deterrere & Cohortari opponuntur. Cicero primo de Orator. 135, Illud uerò fuit horribile, quod mehercule uereor ne maiorem uim ad deterrendum habuerit, quàm ad cohortandum.
Cohortari ad pacem. Cic. ad Attic. lib. 15. 321. 4.
Ad studium summæ laudis aliquem cohortari. Cic. Curioni, libro 2. 3. 5.
Cohortari ad uirtutem ardentius. Cic. 2. de Orat. 20.
Cohortari imicem. Sueton. in Sergio Galba, cap. 10.
Cohortandus, Particip. (παρεγγυαστέος) Cic. 1. de Ora. 16, Non sibi cohortandum Sulpitium & Cottam, sed magis utrunq; collaudandum uideri. Cohorto ueteres etiã dixerunt. Quadrig. lib. 5. Annal. Atq; hos cohortarent.
Cohortatio (παρεγγυή) Verbale.
Iudicum cohortatio ad honestè iudicandum. Cicero pro Cluent. 109.
Inanis & sine causa suscepta cohortatio. Cicero Lentul. libro 1. 7. 31.
Incredibiliter me commouet tua cohortatio. Cicero Attic. libro 16. 337. 5.
Concitatum esse cohortatione alicuius ad aliquid. Cicero 1. de Orator. 102.
Excitari cohortationibus. Cic. Brut. 10. 2.
Cohum] cohi, Lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. Hæc Festus.
Cohum, etiam poetæ Cælum dixerunt, teste eodem Festo, à chao, ex quo putabant cælum esse formatum. Varro autem Cohum pro loro, à cauo, quasi cauum dictum existimat: dicitq; esse sub iugo medio cauum, quo buris extrema iugo copulatur.
Coibilis] Vide Coeo.
Coincidentia] Affectus oculorum medicis est, ubi in meatum, qui à basi cerebri ueniens, oculo uidendi facultatẽ tribuit, humor adaperto uel rupto uase incidit, obturatq; eum: unde cum dolore uisus offenditur. Hæc ex Isagoge Galen. adscripta.
Coinquino] coinquinas, pen. cor. (μολύω) coinquinare, Idem quod simplex Inquinare. Colu. lib. 8, Totam progeniẽ coinquinat: siquidem celeriter tum alia pecora, tũ præcipuè oues contagione uexantur. Martialis,
——merdisq; coinquiner albis.
Coinquinare, per metaphoram. Cic. 3. de Nat. deor. 94, Periculum matres coinquinari regias.
Cois] κῶις, Vestis genus, à Coo insula nominatum. Plinius li. 11. ca. 22. 2, Telas araneorum modo prima redordiri, rursusq; texere inuenit in Ceo mulier Pamphila, Latoi filia. Horat. 1. Serm. satyr. 2. 21,
Altera nil obstat Cois tibi: penè uidere est Vt nudam.
Coitus] Vide Coeo.
Coix] coicis, Genus stirpis, cuius folia ad textum sunt utilia. Strabo.

Colacasitis] Insula in sinu Troglodytico, ad Azanium mare, de qua Plin. lib. 6. cap. 29.
Colacritæ] κολακρέιται, Dicũtur qui pecuniæ præsunt, quæ ad res diuinas erogatur: nam & Androtiõ scribit, Delphos petentibus theoris argentum à Colacritis numerari solitũ. Custodiebant & hi pecuniam quæ iudicibus cõtribueretur, ut annotatum à grammatico Aristophane est: sed omnino & ciuilium pecuniarum quæstores erant. Ex Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 9.
Colaicum] Taprobanæ insulæ promontorium, ut est apud Plinium in ipsius insulæ descriptione, lib. 6. cap. 22.
Colan] Cognomento Piscis, Urinator insignis, ut qui nando tantum profeciisset, ut haud secus quam marina bellua, maxima pelagi interualla, spatiaq; immensa quingentorum & ultra stadiorum, fœda tempestate & reluctãtibus aquis, excellenti ui & uelocitate natatu peragraret. Sed quum audacius paulò mari se crederet, festo quodam annuo solenniq; die in Siculo freto effusa multitudine ad spectaculum, in portu Messanæ, ut aiunt, experiri credo uolens, quantum præ cæteris urinando ualeret, dum pateram auream munus natantibus tunc à rege deiectam in mare, ab imo eripere conatur, & se in mare mersisset, illius studio profunda exquisita, diu expectatus, ab imo maris fundo, in quod se deiecerat, nunquam emersit, neq; postea inuentus apparuit. Hæc ex Iouiano Pontano Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 21.
Colaphus] huius colaphi, pen. cor. (κόλαφος) Latinè dicitur alapa. Terent. Adelph. 2. 2. 37, Colaphis tuber est totum caput.
Ducere colaphum alicui. Quintil. libro 6. cap. 3. 57. id est, infringere.
Incutere colaphum. Vide Incutio.
Colaphum infligere. Vide Infligo.
Infringere colaphum. Vide Infringo.
Infringere colaphos. Terent. Adelph. 2. 1. 46.
Colaphizo, colaphizas (κολαφίζω) Pugno clauso uerbero, colaphum impingo. Græcum uerbum est, quod apud Latinos extra sacras literas haud temerè reperias. Calepinus.
Colapiani] Pannoniæ populi, per quos Saijs fluuius in Danubium defluit. Meminit horum Plin. lib. 3. cap. 25.
Colapis] lege Calapis. Vide suo loco.
Colasis] κόλασις, Genus pœnæ est, quod adhibetur castigandi uel emendandi gratia. Sipontinus. Eusth. in 3. Ethicor. interpretatur refrenationem affectuum.
Colatus] Vide, Colo, colas.
Colax] huius colacis, pen. cor. (κόλαξ) Latinè assentator dicitur. Est autem nomen parasiti, ab assentando. De hoc apud Terentium.
Colax, inde nomen sibi uendicat, quoniam cibum etiam Colon uocant. Cibi enim & uentris gratia plerunq; adulantur parasiti. Psomocolax, qui panis & buccellæ gratia, quam Psomon dicunt, abundè blanditur. Quin Cælia quoq;, id est uẽter hinc originem ducit. Cæl libro 20. cap. 33.
Colaxes] κολάξης, Iouis & Oræ filius: cuius pariter & matris meminit Valerius Flac. lib. 6. Argonaut. 10,
Proxima Biſaltæ regio, ductorq; Colaxes
Sanguis & ipse deũm. De Ora matre eius fabulantur eam fuisse anciputi forma, humana & serpentina.
Colchi] siue Colchis, Colchidis, & Colchos (κολχίς, κόλχοι) Regio iuxta Pontum, regnum Aeetæ regis. In qua fuerunt ueneficij maximi authores. Habet in se iuga Caucasi, atque hinc Caspium, & Hircanum habet mare, hinc Mæotim. Ferunt Iasonem Thessalum cum Argonautis eò nauigasse, ut uellus aureum raperet. In ea Sibaris Colchorum regia est. Hæc (ut Ptolemæus ait) monte Corace à Septentrione clau-

Digitized by Google

ſa eſt, qui eſt Caucaſi pars, & Nomades excludit: ab Oriente, Hyberia: à Meridie Phaſide, & Armeniæ montibus: ab Occidente, Euxino ponto. Ammianus, lib. 22, Colchos antiquam Aegyptiorum ſobolem eſſe refert. Nam linificium adeò apud eos uulgatum eſt, ut in peregrina quoq; loca exportetur. unde quidam cognationem Colchorũ cum Aegyptijs oſtendere uolentes, fidem ex his capiũt, inquit Strabo. Horat. Epod. 5. 5,

—plumamq; nocturnæ ſtrigis,
Herbasq;, quas & Colchos, atq; Iberia
Mittit uenenorum ferax.

Colchicum] κόλχικον, Bulbus eſt agreſtis, exitu Autumni croceum edens florem, & poſterius folia pinguiora quàm bulbi, caule ſemipedem alto, ſemine ruſo. Quidam Ephemeron lethale appellant. Guſtatum enim fungorũ more iugulat. Maxima eius copia in Colchide naſcitur: unde & nomẽ accepit. Officinæ Hermodactylon appellant. Vide Dioſc. li. 4. cap. 72.

Colchinium] κολχίνιον, Oppidũ Dalmatiæ, à Colchis conditum, quod poſtea Olchinium dictum eſt. Author Plin. lib. 3. cap. 22.

Colchis] κολχὶς, Horatio dicitur illa quæ in Colcho nata eſt, quo nomine Medeam ſignificat in Epodis, 16. 12,

Neq; impudica Colchis intulit pedem.

Colchis torua, Medea. Iuuen. Satyr. 6.

Turbida Colchis. Valer. lib. 7. Argonaut. 120.

Gens Colchis, Gens Colchorum. Valer. lib. 5. Argonaut. 84.

Colchi, populi Phoſim fluuium incolunt, dictiq; ſunt à Colcho Phaſidis filio.

Phryxæi Colchi, à Phryxo filio Athamantis, qui inſidias nouercæ fugiens, nauigauit Colchos, ibiq; uellus aureum monimẽtum periculorum Marti, aut (ut alij dixerunt) Ioui Phryxio dicauit. Valer. lib. 1. Argon. 80,

Tu quoq; Phryxæos remo Pæantie Colchos
Bis Lemnum uiſure petis.

Sæui Colchi. Valer. lib. 3. Argonaut. 141.

Truces Colchi. Valer. lib. 1. Argonaut. 149.

Auratus aries Colchorum. Cic. in Orat. 93, & ad Heren. 69.

¶ Colchus (κόλχος) Adiectiuum, Qui ex Colcho eſt. Horat. in Arte, 24,

Colchus an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.

Domus Colcha. Ouid. 3. Faſt. 170.

Colchus Phaſis. Senec. Hippoly. 8. 9.

¶ Colchicus, pen. cor. (κολχικὸς) Adiect. ut, Venena Colchica. Horat. 2. Carm. ode 13. 2.

¶ Colchiacus, pen. cor. (κολχιακὸς) aliud Adiect. Prop. lib. 2. eleg. 1. 11, Colchis Colchiacis urat ahena focis.

Colduli] κολδίοι, Germaniæ populi, ex quibus nõnulli intra ſyluam Hercyniam habitant, aliqui extra, ut Strab. teſtis eſt, lib. 7.

Colentum] Illyrici inſula, à qua Colẽtini populi, qui in Salonas coloniam iura petunt, ut uult. Plin. li. 3. ca. 21. & 22.

Cõles] colis, uel colis, colis (κωλὸς) penis, ſiue membri uirilis quaſi haſta uſq; ad glandem. Celſus lib. 7. cap. 25, Ab his ad ea tranſeundum, quæ in cole ipſo fiunt.

Coleus] ὄρχις, Teſtis aliàs dicitur, ſiue teſticulus, per diminutionem. Sipontinus. Ci. Pato, li. 9. 22. 14, Teſtes, uerbum honeſtiſſimum in iudicio: alio loco non nimis: at honeſti, colei Lanuini: Cliternini, non honeſti.

Coleata caſpis, apud Nonium à Põponio dici uidetur pars illa qua uiri ſunt, nec honeſtè poteſt nominari. Cõſpicio, inquit, coleatam caſpidem. Turnebus.

Colias] Piſcis, Plin. lib. 32. cap. ult. Colias ſiue parianus, ſiue Saxitanus à patria Bætica, lacertarum minima.

Coliciæ] In Colliciæ.

Coliculus] Vide Colis.

Colicus] Vide Colon.

Colidos] penult. corr. Inſula in Oceano Indico, Veneri ſacra, quæ tantæ altitudinis eſſe fertur, ut illuc aues non adeuolent.

Colina] pen. prod. à colendo, quæ poſtea Culina dicta eſt, deinde à coquendo Coquina: quòd ibi colebant ignem locupletiorem. Sipontinus.

Coliphium] coliphij (κωλίφιον) Panis quo utebantur athletæ, ἀπὸ τοῦ κώλου τῆς ἰφύος, hoc eſt, robore membrorum. Iuuen. Sat. 2. Lactantur paucæ, comedũt coliphia paucæ. Hæc Bud. Plaut. Perſ. 4. 12,

——coliphia mihi Ne incocta detis.

Colis] huius colis, m. g. (κλῆμα) ſignificat Pampinum. Varro de Re ruſt. li. 1. ca. 31. 1, Pampinare eſt ex ſarmento coles, qui nati ſunt, de ijs qui plurimum ualent, primũ ac ſecundũ, nõnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere: ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum.

Colis, etiã eſt exiguus ac tener braſſicæ, fabæ, & ſimilium caulis.

Coliculus, pen. corr. (κλημάτιον) Diminut. Varr. lib. 1. de Re ruſtic. cap. 31. 4, Ex altera parte caprea dicta, quòd parit capreolum. Is eſt coliculus uiteus intortus ut cinciinnus. Columm. lib. 11. cap. 2. 7.

Colla] huius collæ (κόλλα) à Græcis dicitur quàm nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Sipont. Vtimur autem tantum eius compoſitis: ut, Sarcocolla, Ichthiocolla, Chryſocolla.

Collabaſco] collabaſcis (κατυφόρομαι, ὑποφόρομαι) collabaſcere, ſecunda ſyllaba correpta, à uerbo Labo, labas, prima correpta: Ruinam minitari. Plaut. Stich. 9,

—ſi labant Res laſſæ, itidem amici collabaſcunt.

Per translationem.

Collabeſco, ſcis, ſcere, ſecunda ſyllaba prod. à uerbo Labor, laberis, prima prod. Lucr. lib. 3,

Conquaſſatur enim tum mẽs, animæq; poteſtas
Omnis: & hæc ipſo cum corpore collabeſcunt.

Verſus eſt ſpondaicus. Hoc eſt, collabuntur & decidũt.

Collabefio, pen prod. collabefis, pen. indiff. (κατολίσθομαι) collabefieri, pen. cor. Cæſar. 2. bel. Ciuil. Illæ adeò grauiter incitatæ conflixerunt, ut uehementiſſimè utræq; ex concurſu laborarent, altera uerò perfracto roſtro tota collabefieret.

Collabefacto, collabefactas (λυμαίνομαι) collabefactare, Idem quod Labefactare Ouid. 11. Faſtorum, (cutit.

Et uaſtũ motu collabefactat onus. Hoc eſt, Vehemẽter cõ

Collabor] penult. product. collaberis, collapſus ſum (κατολισθαίνω) collabi, Labi, uel ſimul cum aliquo labi. Ouid. 6. Metam. 59,

Hæc fruſtrà fugiens collabitur.

Faſtigium domus collabi. Suet. Cæſare, cap. 81.

Collabi ruina. Liu. 9. bel. Pun. 95.

¶ Collapſus (συνωλισθημός) Participium. Celſus libro 7. capite 26. 1, Res uerò interdum cogit emollire manũ urinam, quum illa non redditur, aut quia ſenectute iter eius collapſum eſt.

Collapſus is dicitur, cui præ dolore concidit animus. Virgil. 8. Aen. 15, —famuli collapſum in tecta ferebant.

Dolore ſubito collapſa. Ouid. 7. Metam. 168.

Ferro collapſus. Virg. 4. Aen. 133.

Saxo collabitur ingens Centaurus. Stat. 1. Achil. 40.

Aedes uetuſtate collapſæ. Sueton. in Auguſto, cap. 30.

Collapſos excipit artus. Ouid. 10. Metam. 38.

Ceruix collapſa. Virg. 9. Aen. 91. (6. Aen. 45.

Cineres collapſi dicũtur, quũ eſt omnino extinctus ignis. Virg.

Membra

Digitized by Google

Membra collapſa. Virg. 4. Aen. 79. Per hyperbolen totum hominem ſignificat. Virg. 3. Georg. 95,

Rurſus abundabat fluidus liquor: omniáq; in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Seruius.

Ruina collapſa. Sil. lib. 7. 146.

Collabus] collabi, pen. cor. Suidas, Collabi ſunt fidium epitonia. Cælius lib. 30. cap. 18, Exiſtimo collabos in cithara eſſe clauiculos, quibus intenduntur uel remittuntur fides, & inde ab intenſione cœpiſſe epitonia uocari: indeq; per ſimilitudinem in alijs itidem id genus eodem modo appellata.

Collachrymo] collachrymas, pen. cor. (ἐπιδακρύω) collachrymare, Idem quod ſimplex Lachrymare. Cic. in Somnio Scip. 1, Ad quem ut ueni, complexus me ſenex collachrymauit.

Collachrymare caſum. Cic. pro Seſtio, 106.

Collachrymatio (ἐπιδάκρυσις) Verbale. Cice. 2. de Orat. 102, Signa doloris tui uerbis, ſententijs, uoce, uultu, collachrymatione deniq; oſtendens.

Collactaneus] ὁμογάλακτος, Qui eiſdem mammis eſt nutritus.

Collacteus (συγγάλακτος) Idem Iuuen. Satyr. 6,

—quid dicat notæ collactea mammæ. Alia exemplaria habent, Collocia Maurę. Martian. Sed quòd ſororis eius amica indiſcreto fœdere collactea uideretur.

Collare] huius collaris, pe. prod. n. g. (περιδέραιον) Vinculi genus quo collum aſtringitur. Lucilius lib. 9,

Cum manicis, catulo, collarijq; ut fugitiuum
Deportem Hæc Nonius. Vel, ut ait Budæus, Cingulum ex corio firmo cum clauis capitatis. Varro 2. de Re ruſt. ca. 9. 12, Ne uulnerentur à beſtijs, imponuntur his collaria.

Collaria] huius collariæ, Ferrum rotundum quo conſtringuntur colla malefactorum. Plaut. Cap. 6. 107, Hoc quidem haud moleſtu'ſt iam, quòd collus collaria caret.

Collarium] Vide Curculus.

Collaterales] in iure dicuntur qui ſe attingunt tranſuerſaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam aſcendentem uel deſcendentem, ut conſanguinei uel ſimiles. Dicũtur etiam collaterales generaliter omnes æqualiter quaſi lateribus conſidentes.

Collatia] κολλατία, Oppidum iuxta Romam, eo quòd ibi opes aliarum ciuitatum fuerint collatæ: à qua porta Romæ Collatina dicta eſt. Hæc Feſtus.

Collatina] Dea quæ collibus præeſt. Sipontinus.

Collatinus] Tarquinij cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus poſt exactos reges, cũ Iunio Bruto Cõſul factus eſt: poſtea non aliam ob cauſam, quàm quòd Tarquinius appellaretur, populo ſuſpectus, magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, & in exilium proficiſci. Liu. 2. ab Vrbe. Fuit & unus ex ſeptem urbis Romæ collibus.

Callatio, Collatitius, Collatiuus, Collator, Collatus] Vide Confero.

Collatiuum] Sacrificium dicitur quod ex collatione offertur.

Collatiuum uentrem, magnum & turgidum dicit Plautus, Curcul. 5. 16. quia in eum omnia edulia congeruntur. Feſtus.

Collato] collatas, pen. prod. collataui, collatatum (συμπλατύνω) collatare, Idem quod ampliare. Cicer. in Orato. 108, Quòd ſi & anguſta quædam atq; conciſa, & alia eſt collatata & diffuſa oratio, neceſſe eſt id non literarum accidere natura, ſed interuallorum longorum & breuiũ uarietate.

Collaudare] συνεπαινεῖν, Eiuſdẽ ſignificationis cũ ſuo ſimplici. Terent. Eun. 5. 9. 60, Et collaudaui ſecundum facta & uirtutes tuas. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 5. 5, Orationem meam collaudauit ſatis multis uerbis. Ouid. 10. Meta. 73,

Non intellectam uocem collaudat.

Beneuolentiam diligentiamq; aliquorum collaudare. Cic. ultima actione in Verrem.

Clementiam alicuius per literas collaudare. Cic. Att. lib. 9. 18. 1.

Factum alicuius collaudare. Cic. 5. Phil. 185.

Memoriam collaudare. Cic. Antequam iret in exilium, 1.

Ab omnibus collaudari. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 18.

Non cohortandus, ſed magis collaudandus aliquis. Cicer. 1. de Orator. 16.

¶ Collaudatus (συνεπαινηθείς) Stat. 6. Theb. 98,

—uictorq; & collaudatus abiſſet.

Collaudatio, Verbale (συνεπαίνεσις) Cic. 2. de Inuen. 215, Primùm ſcriptoris collaudatione, & loco communi, nihil eos qui iudicent, niſi id quod ſcriptum ſit ſpectare oportere.

Collecta] huius collectæ. Vide Colligo.

Collectanea] collectaneorum, n. g. plur. nu. (συλλογή) Scripta, quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta ſunt. Sipotinus. Vide Colligo.

Collectarius] Collectarij (ἀργυραμοιβός) Argẽtarius cam pſor, & pro argento monetã uiciſſim tribuens. Acron quoque in Horat. Collectarios pro coactoribus argentariorum accipit. Impp. l. 16. C. ſi certum petatur, Quiſquis iudici fœnebrẽ pecuniã mutuauerit, ſi in prouincia fuerit uerſatus, quaſi emptor legum atq; prouinciæ uel ſi quis Collectarius, honoris precium dederit ambienti, exilij pœna unà cum ipſo iudice plectetur: id eſt, Si quis argentarius crediderit pecuniam ei quem ſciebat ambire honorem, & eum hac pecunia empturum. Hæc Alciat. lib. diſpunct. 4. cap. 22.

Collega] collegæ, pen. prod. maſc. gene. (συνάρχων, σύνδικος) Collegæ (inquit Varro de Lingua Latina) dicũtur qui unà lecti ſunt. Vlpianus, Collegarum appellatione hi continentur qui ſunt eiuſdem poteſtatis. Sipõtinus. Collegæ ſunt in legatione aut magiſtratu ſocij. Plin. lib. 19. cap. 8. 26, Inuenio muſtum rutatum populo datum à Cornelio Cethego, in Conſulatu collega Quint. Flaminini. Cicero ad Brutum, libro 11. 15. 1, Planco collegæ mandaſti, ut te mihi per literas excuſaret.

Collega & ſocius alicuius. Cic. 4. Verr. 75.

Regni collega. Cic. 2. Phil. 89.

In cenſura collegæ. Cic. de Amicit. 37.

Poteſtatem collegæ abrogare. Cic. 3. de Legib. 35.

Inter collegas diſcrepare iudicia. Cic. pro Cluent 96.

Facere collegam in quodam munere. Cicero de claris Orator. 56.

Habere collegam in quodam munere. Cic. 1. Offic. 199.

Libidinem leuitatemq; collegæ uultu frangere. Cicero pro Seſtio, 15.

Numerare alicui collegam. Cic. 4. Verr. 75.

Cenſoris mores etiam collega timeret. Iuuen. Sat. 11. 10.

¶ Collegium (συνέδριον, σύλλογος) Propriè ſignificat ſocietatem ipſam collegarũ. Tres numero collegium facere exiſtimauit Horatius Priſcus: quod magis ſequendum affirmat Marcellus, quàm quod pleriq; ſcripſerunt, maiorem ad id numerum neceſſariũ eſſe. Cic. 6. Verr. 97, Tum ex ampliſſimo collegio Decemuirali, &c. Idem ad Cælium Aedilem, libro 2. 12. 5. Gellius lib. 11. capite 3. 1, Aliter enim dici uidebam, Pontifices pro collegio decreuiſſe. Id eſt, ex authoritate & ſententia collegij pontificum, inquit Volaterranus.

Collegium, Congregatio & ſocietas quorumcunq; hominum. Plin. Epiſt. 250, Tu domine diſpice an inſtituendum putes collegium fabrorum duntaxat hominum CL.

Ambubaiarum collegia. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 1.

Collegium naturæ. Plin. lib. 10. cap. 17, Auxiliatur accipiter,

Digitized by Google

collegio quodam naturæ, bellumq; partitur.
Pontificum collegium docere. Cic. pro Domo sua, 26.
Prætorum collegium. Cic. 3. Offic. 105.
Sacerdotum collegium. Cic. de claris Orat. 65.
Amplissimi sacerdotij collegiũ. Cic. Appio Pulchro, li. 3. 10. 31.
Tribunorum plebis collegium. Cicer. pro Domo sua, 37. Idem 4. Verr. 69.
Apud collegium Tribunorum plebis causam alicuius agere. Cicer. 4. Verr. 69.
Sodales eiusdem collegij. Caius in l. ult. ff. de collegijs & illicitis corporibus.
Desperatum collegium. Cic. 3. de Legib. 34.
Illicita collegia coercentur Senatusconsulto. Martianus in l. 1. ff. de collegijs & illicitis corporibus.
Sodalitia collegia. Mart. in l. 1. ff. de collegijs & illicitis corporibus, Mandatis principalibus præciptur Præsidibus prouinciarum, ne patiantur esse collegia sodalitia.
Adhibere collegium. Vide Adhibeo.
Celebrare collegium. Martianus in l. collegia. ff. de collegijs & illicitis corporibus.
Coire collegium. Martianus in l. collegia. ff. de collegijs & illicitis corporibus.
In collegium cooptare. Vide Coopto.
De re ad collegium. Cic. 2. Phil. 88.
Dissoluere collegia. Suetonius in Augusto, cap. 32. Martia. in l. collegia. ff. de collegijs & illicitis corporibus.
Vsurpare collegium. Vlpian. in l. qui in illicitum. ff. de collegijs & illicitis corporibus.
Collegium, pro Consortio officij, siue societatis. Tacit. lib. 3, Cõsulatus patris, atq; filij collegio insignis.
Collegium, de Consulib. dixit Liu. lib. 10. ab Vrbe, Scire se nihil concordi collegio firmius ad Remp. tuendã esse. Idem tria collegia uocat tres Consulum duorum uices. Ex Budæo.

Collerica] πολλήπικα, Medicamenta dicuntur, quæ adglutinant, sicut symphytica, quæ consolidant, & epulotica, quæ circatricem inducunt. Author Cæl. Rhodig. lib. 3. cap. 14.

Colleuo] colleuas, pen. cor. (ἐπικαθίζω) colleuare, uidetur id significare quod uulgus Alleuiare dicit. Plin. li. 23. ca. 1. 17, Prodest renibus, iecinori, & interaneis ueficæ: colleuat enim ea. De musto loquitur.

Collibertus] συνατελεύθερος, Qui ab eodem patrono libertate donatus est. Plaut. Pœnu. 14. 89, Quin hercle collibertus meus faxo eris, si di uolent.
Inter collibertos matrem & filium, pietatis ratio secundum naturam esse salua debet. Vlpian. in l. ff. de obsequijs à liberis & libertis parentibus & patronis præstandis. Paulus in l. duo. §. duo ff. pro socio, Duo colliberti societatem coierunt, &c.

Collibet] uel collubet, pen. cor. collibuit, collibitum est (συναρέσκει) Collibêre, Idem quod Libere, & placere. Teren. Eun. 5. 9. 26,
—si quid collibuit, noui te. Sallustius in Cice. 1, An nõ ita à pueritia uixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset?
Nihil non æquam ac uerum duxerit, quod ipsi facere collibuisset. Cic. in Sallustium, 10.
Collibitum est mihi. Cice. ad Cassium, lib. 15. 16. 4, Vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat.

Colliciæ] colliciarum, Maiores sulci, in quibus aqua si redundat, excolatur. Dicuntur & ælices. Colum. lib. 2. Colliquias uocat. Festus, Colliciæ, tegulæ per quas aqua in uas defluere potest. Plin. libro 18. cap. 19, ad finem, In usu est & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant.

Collicalus] Vide Collis.

Collido] collidis, penult. produ. collisi, collisum (συνηρέω, συναράσσω, συμβάλλω) collidere, Simul percutere, conterere, & frangere. Ci. 3. de Nat. deor. 14, Humor ita mollis est, ut facilè premi collidiq; possit.
Aurum colliditur, ut fiat anulus. Ouid. 3. de Arte, 45.
Confligunt & colliduntur leges. Quin. lib. 7. cap. 3. 9. Id est, cõtrariæ sunt. Budæus.
Acer concursus uiros collisserat. Sil. lib. 7. 114.
Gloria collidit fratres. Stat. lib. 6. 87.
Collidere manus, pro Complodere. Quint. lib. 2. cap. 13.
¶ Collisius (συγκρουστέος) Adiect. pen. prod. Sil. lib. 3. 141,
—alta sonoro Collisis trabibus uoluũtur murmura luco.
Græcia collisa bello. Horat. 1. Epist. 2. 2.
¶ Collisius, huius collisius, pen. prod. m. g. (συγκρουσμὸς) Idem quod collisio. Plin. lib. 9. cap. 35, Ceu sono quoq; & collisu ipso margaritarum.
¶ Collisio (σύγκρουσις) Verbale, Est duorum aut plurium corporum mutua (ut ita dicam) confricatio.

Colligas] apud Plin. li. 31. ca. 10. Hermolaus legit, id est specus mobiles, in quibus aphronitrum inuenitur: ubi nunc ex uetustissimis codicibus legitur Colycæ. Vide suo loco.

Colligo] colligas, pe. cor. colligare (συνδέω, συνδεσμέω) Simul ligare. Teren. Eun. 5. 5. 13, Colligauit primũ eũ miseris modis. Ci. pro Rab. perduel. reo. 8, I lictor, colliga manus.
Sententias uerbis colligare. Cic. in Orat. 96.
Vnum interiectum medium, & seipsum, & ea quibus est interpositum colligat. Cic. de Vniuersit. 18.
Colligare in fascicu'os manuales. Plin. lib. 19. cap. 1. 8.
Colligare se cum alijs, per translationem. Cic. ad Pætum, lib. 9. 17. 6, Quid faciat tamen non habet, ita se cum multis colligauit. Id est, impediuit & irretiuit.
In Græciam colligare aliquem. Cic. 11. Philip. 309.
Colligare uno libro omnia. Cic. in Orat. 65. Id est complecti.
Colligata, & implicata inter se. Cic. 1. Offic. 25.
Apta & colligata inter se. Cic. 1. de Nat. deor. 15.
Colligare impetum furentis. Cic. 11. Phil. 290.
Colligare uulnera. Plin. lib. 35. cap. 15. 9, Sanguinẽ sistit: uulnera colligat: glutinat neruos.
¶ Colligatio, Verbale (συνδεσμός) Cic. 1. de Diui. 205, Quin colligationem causarum omnium perspiciat animo.
Colligatio societatis Cic. 1. Offic. 79.
Ex colligationibus sumere interualla. Cic. de Vniuersit. 31.
¶ Colligatus (συνδεδεμένος) Participium: ut, Vinculis colligati sumus, quum gignimur. Cic. de Vniuersit. 57.
¶ Colligatum, Substan. (συνδεδεμένον) ut, Omne colligatum solui potest. Cic. de Vniuersit. 57.

Colligo] colligis, pen. cor. collegi, collectum (συλλέγω, συνειρείνω, σφέπομαι, σφαγματόω) colligere, In unum redigere, ut ait Nonius. Virgilius, Collige uirgo rosas.
Carpere & colligere undiq;. Cic. 1. de Orat. 94.
In unum locum colligere. Cic. de Petit. Consul. 37.
Colligere in uas. Varro 3. de Re rust. ca. 16. 29, Colligendũ eas in uas aliquod, & reponendum in tecto loco, ac tepido. Pli. lib. 12. cap. 25. 4, Tenui gutta, ploratu lanis parua colligitur in cornua.
Arma nauis colligere, id est, Vela contrahere, non penitus deponere, ut inquit Seruius, Virg. 5. Aen. 3.
Capillos colligere in nodum. Ouid. 3. Metam. 34.
Equos colligere. Ouid. 2. Metam. 80.
Exercitum colligere ex senibus desperatis. Cic. 2. in Cat. 28.
Fontes colliguntur angustis fistulis. Quin. li. 5. ca. 14. 14.
Fructus colligere. Horat. 1. Epist. 12. 1.
Gradum colligere. Silius lib. 7. 140.

Hostem

Digitized by Google

Hostem colligere, In angustium cogere. Sil. lib. 10. 1.
Librum, aut aliud aliquid colligere, pro Subleuare. Plinius Epistol. 25. b.
Milites, uel exercitum colligere. Cic. 7. Verr. 104, Vti Pachyno, è terrestri præsidio milites colligeret.
Miles in mœnia colligit sese, Milites sese recipiũt in urbem. Silius lib. 10. 78.
Ingentem numerum perditorum hominum colligere. Cicer. 2. in Cat. 30.
Stipem colligere à tyrannis. Liu. 8. bel. Maced. 197.
Vasa colligere. Cic. 6. Verr. 36.
Vestigia Pythagoreorum colligere. Cic. 4. Tusc. 5.
Vestem colligere, pallium, &c. Plaut. Capt. 13. 20, Collecto quidem est pallio, quid nam acturus est? Mart. lib. 7 32,
Collige Cinna togam, calceus ecce perit. Ouidius 1. de Arte, 31.
Colligere annos. Plin. lib. 13. cap. 13. 1, Ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV.
Colligere, Enumerare. Cicer. de clar. Orator. 146, Putarem te (inquit) ambitiosum esse, si (ut dixisti) ij quos iamdiu colligis, uiuerent.
Colligere peccata & uitia alterius. Cic. 3. de Legib. 33. Idem 1. de Finibus, 94.
Colligere naufragia fortunæ. Cic. 7. Verr. 102.
Naufragium Reipublicæ colligere ac salutem communem reficere. Cic. pro Sestio, 11.
Dolor rabiem collegerat omnem. Ouid. 9. Metam. 43.
Colligere omnium laudes. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 61.
Nullam memoriã antiquitatis collegerat. Cic. de clar. Ora. 112,
Colligere breuiter quæ acta sunt. Cic. ad Att. lib. 1 13. 4.
Argumenta causarum colligere. Cic. 2. de Orat. 170.
Aliquorum facetè dicta colligere. Cic. 1. Off. 146.
Colligere rationes. Cic. ad Brut. 9. 1, Me quidem cùm rationes, quas collegeras, tũ authoritas tua à nimio mœrore deterruit.
Colligere rationes, aliter. Plaut. Amph 15. 26,
Nescio quid secum solus: puto
Rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam.
Quid singula consector & colligo? Plin. in Paneg. 125.
Colligere causas. Plaut. Trinum. 11. 45.
Colligere testes. Cic. 2. de Orat. 48.
Colligere uitia in aliquem. Cic. 4. Tusc. 131.
Vocem ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonum recipere, & quasi quodammodo colligere. Cic. 1. de Orat. 131.
Colligere LX. pedes orbe, pro Complecti. Plin. li. 12. cap. 5. 2. Idem lib. 36. cap. 12. 3, Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit.
Colligere, tãquam subducta ratione aliquid ita esse asserere, & comprobare. Plin. lib. 11. cap. 37. 49, Eandem esse & naturam quam cerebro, colligunt, quoniam prætenui eius membrana modo incisa statim expiretur. De ceruice.
Acutè colligere. Vide Acuo.
Apertissimè colligit. Cic. Quint. in proœm. lib. 1. 10.
Bene colligit hæc pueris & mulierculis esse grata. Cicero 2. Offic. 83.
Memoriter colligere. Vide Memor.
Mendosè colligis. Vide Menda.
Colligere exemplo. Plin. lib. 11. cap. 39. 4.
Colligere omnia, id est, omnium simul collectorum summã facere. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2. 12, Postea uerò quàm profectus es, uelim recordere quæ ego de te in Senatu egerim: quæ in concionib. dixerim, quas ad te literas miserim: quæ quum omnia collegeris, tu ipse uelim iudices.
Colligere animo. Ci. 1. de Inuen. 39, Quare hoc in genere, ut cõmodus qd euenturũ sit, antè animo colligi possit, quid, &c.
Considerare, & animo colligere. Cic. 1. de Inuent. 1.
Ex animo suo colligere. Ouid. epist. 11. 18.
Ex re aliqua colligere. Cic. Attic. lib. 2. 38. 1.
Colligere cogitatione & ratione. Cic. 3. de Finib. 33.
Aliquos erga nos amicè & beneuolè colligere. Cic. 1. de Fin. 53.
Colligere beneuolentiam alicuius. Cice. in Partit. 67. Idem de Amicitia, 55, Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium, quam blanditijs & assentationibus colligere turpe est.
Ab auditorum persona beneuolentiam colligere. Author ad Herenn. lib. 1. 8.
Beneuolentiæ colligendæ artificio uincere. Cicer. Quint. frat. libro 1. 2. 12.
Beneuolentiam aliquorum conciliare & colligere. Cicer. Pap. lib. 9. 16. 4.
Colligere existimationem & famam uigilijs & sudoribus. Ci. 1. Verr. 39, & 40. Et apud eundem, Colligere bonũ rumorẽ.
Colligere gratiam ex æquo labore. Vide Gratia.
Gaudia colligere. Propert. lib. 2. eleg. 15. 2.
Aer humorem colligens terrã auget imbrib. Cic. 2. de Nat. deo. 145, Ignes blandos colligere, Amore incalescere. Valer. Flacco, lib. 2. 71.
Luna reuertentes ignes colligit, renascitur ac fit noua. Virgil. 1. Georg. 86.
Colligere inimicos. Cic. ad Attic. lib. 19. 197. 4.
Iniurias alicuius colligere. Cic. 5. Verr. 33.
Colligere crudelitatis inuidiam. Cic. 7. Verr. 15.
Iram colligere, & ponere, contraria. Horat. in Arte, 33.
Iras colligere. Valer. lib. 7. Argonaut. 67.
Nox pluuiam colligit. Virg. 9. eclog. 13.
Os rabiem colligit. Ouid. 1. Metamor. 48. De Lycaone in lupum mutato.
Vitiosum sanguinem colligere. Cic. de claris Orat. 155.
Colligere sitim. Virgil. 3. Georg. 65.
Colligere uentos rumorum & concionum. Vide Ventus.
Colligere uires ad aliquid agendum. Liu. 9. bel. Pun. 149. Cice. ad Brut. lib. 11. 18. 5.
Vires sibi colligere usu. Oui. 2. de Arte, 8, Id est, acquirere. quale est illud Virgilij de Fama, lib. 4. Aen. 35,
——uiresq; acquirit eundo.
Vsum colligere patiendi. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 15.
Colligere animos. Liu. 3. ab Vrbe, 256, Retulere primò pedem hostes: deinde quum animos collegissent, & undiq; duces uictis ne securi essent, increparent, restituitur pugna.
Colligit, & recreat se animus. Cic. 1. Tusc. 91.
Colligere animum & cogitationem. Plin. epist. 35. e, Vtcunq; tamen animum cogitationemq; collegi.
Mentem colligere cum uultu: id est, mentem & uultum ad hilaritatem componere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 11.
Mentem colligere ab æstu. Ouid. 14. Metam. 70. Æstus hoc loco amorem significat.
Colligere se. Vulgus dicit, Resumere animum. Cicer. 1. de Diuinat. 101, Eum primo perterritum somnio surrexisse: deinde quum se collegisset, idq; uisum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. Idem ad Fabium, lib. 18. 2, Te colligas, uirumq; præbeas.
Colligere se & confirmare. Cesar 1. bel. Ciuil. 55.
Colligendi sui causa se in locum aliquem conferre. Cicer. 1. de Orator. 13.
Seipsum colligere. Ci. 4. Tusc. 127, Quid est aũt seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suũ locũ cogere.
Colligere se ad aciem, Hirtius lib. 5. 276.
Ex somno se colligere. Lucret. lib. 3. 189. Id est, à dormiendo se retrahere.

Colligere

Digitized by Google

Colligere ſe ex timore. Cæſar 3. bel. Ciuil. 274. Id eſt, nihil amplius timere.

Colligere ſe, Contrahere ſe. Virg. 2. Geor. 31, —neq; tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Colligere ſe in arma. Virg. 12. Aeneid. 99. Subſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma. Poplite ſubſidēs. i. ita ſe texit, ut nulla parte poſſet feriri. Ser.

Se colligere in tenues umbras, Tenui ſua fortuna contentū eſſe, intra ſuam fortunam ſe continere. Propert. lib. 3. eleg. 9. 6.

Me ipſe collegi, id ueritus. Cicer. Brutus, 9. 2. Idem Lentul. libro 119. 27.

Me collegi, uerens ne quid mihi ille iratus, tibi noceret. Cic. Attic. lib. 15. 329. 16.

Ipſi ſe collegerunt admiratione uitæ integritatis meæ. Cic. Attic. lib. 7. 123. 11.

Ex alicuius regno ſe colligere. Ci. pro Lege Manil. 16, Mithridates autem & ſuam manum iam confirmarat: & eorū qui ſe ex eius regno collegerant, & magnis aduentitijs multorū regum & nationum copijs iuuabatur.

Colligere bonos de omni loco. Cic. 2. de Fin. 19.

Colligor, pro Iudicor & habeor. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 13,

Colligor ex ipſo dominæ placuiſſe ſepulcro.

¶ Collectus, participium (συλλεγμένος) Ci. ad Att. li. 8. 155. 5, Ab utriuſq; mancipijs ex omni genere collectis.

Agmina militum collecta in alitis paruæ figuram. Virgilius 12. Aeneid. 171.

Aquis collectis multiplicantur flumina. Oui. 1. de Rem. am. 20.

Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus. Cic. 2. in Catil. 28.

Famam collectam conſeruare. Cic. 1. Verr. 39.

Flamma collecta. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 9. Flamma pro amore.

Flores collecti. Ouid. 5. Metam. 80.

Ignes collecti. Sil. lib. 17. 19.

Equus collectum premens uoluit ſub naribus ignem. Virgil. 3. Aen. 17. Id eſt, flatu indicat magnanimitatem ſuā. Seru.

Imbres collecti. Horat. 1. Epiſt. 15. 4.

Miles collectus, Milites collecti. Sil. lib. 7. 62.

Nubes ex alto collectæ. Ab Aquilone, qui de alto, id eſt, à Septē trione flat. Virg. 1. Georg. 65. Seruius.

Obliuia collecta damnis, id eſt, cōiuncta dānis. Oui. 5. Faſt. 63.

Pecunia collecta. Horat. 1. Epiſt. 10. 10.

Collecta exilio pubes miſerabile uulgus. Virg. 2. Aen. 158.

Puluis collectus turbine. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 7.

Collecta fatigat edendi Ex longo rabies. Virg. 9. Aen. 13.

Collectæ, arceßitæ, & comportatæ res. Cic. 3. de Orat. 52.

Robur collectum. Virg. 3. Georg. 47.

Sanguis collectus. Id eſt, collectæ uires & robur. Stat. 6. Thebaid. 136.

Collecta nodo ſinus fluentes. Virg. 1. Aen. 65.

Sorde collecta dolentes auriculæ. Horat. 1. Epiſt. 2. 11.

Viatica collecta multis ærumnis. Horat. 2. Epiſt. 2, 6.

Vires collectæ. Claud. 7. Paneg. 16.

¶ Collectum, collecti, n. g. ut, Viuere collecto. Plin. li. 11. ca. 37. 33, Cornea & acuta uolucribus roſtra. Eadem rapto uiuentibus adunca: collecto, recta.

¶ Collectio (συλλογή) Verbale. Cic. de claris Orat. 167.

Collectiones aliter, uidentur eſſe humores in mēbris ex pituita collecta: quas catarrhos dicere ſolent. Plin. lib. 20. cap. 8. 4, In cibo ſumptum, & illitum, collectiones, ſuccuſq; decocti uentrem ſoluit. Idem lib. 27. cap. 8. 2, Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; uis, & collectiones omnes inflammationesq; cohibendi. De bryo herba. Et lib. 22. ca. 22. 2, Illinitur & ſedis collectionibus, id eſt, apoſtematib. Bud.

Diſperſa collectio. Cic. pro Lege Manilia, 15.

Collectio, pro Congerie noxiæ materiæ. Sen. epiſt. 69, In pectōre tuo collectio & uomica eſt.

Collectio detractioni oppoſita. Sen. epiſt. 75. Non facit collectio amici ſapientiorem, nec detractio ſtultiorem.

Collectio, pro Illatione in argumentis. Sen. epiſt. 86. Huic collectioni Peripateticorum quidā reſpondent. Idem epiſt. 48.

¶ Collecta, collectæ (σύμβολον) Quæ ex plurib. locis in unum lecta eſt, inquit Varro de Lingua Latina.

Collecta, Symbolum. Cic. 2. de Orat. 129, Ego uerò, inquit ille, quoniam collectam à conuiua Craſſe exigis, non cōmittam, ut ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi.

¶ Collectaneus, Adiectiuū (συλλεκτικὸς) ut, Aes collectaneum: hoc eſt, miſtum, & ex diuerſo uſu conflatum. Plin. lib. 34. c. 9. 1, Maſſa proflatur in primis, uox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, hoc eſt, ex uſu coempti.

¶ Collectitius, Adiect. (συλλεκτικός) Cic. Mario, lib. 7. 3. 7, Signa tyrone & collectitio exercitu cum robuſtiſſimis legionibus contulit.

¶ Collectiuus pe. pro. Adiectiuum (συλλέγων) Quod colligit. Quintilianus libro 7. cap. 2, Ratiocinatiua atq; collectiua quæſtio orietur.

Collimitor] pen. cor. collimitaris, collimitari. Solinus cap. 25, Gelonis Agathyrſi collimitantur.

¶ Collimitatus, pen. produ. Adiect. Solinus cap. 53, Ipſa Phrygia Troadi ſuperiecta eſt, Aquilonia parte Galatiæ collimitata.

¶ Colliminiū, colliminij, n. g. Coitio limitū. Solinus ca. 62, Hæc eſt colliminium, in quo limes Perſicus Scythis iungitur.

Collimo] collimas, pen. prod. (σκοπεύω) collimare, A limis oculis deductum eſt: & ſignificat id quod nunc Figere album dicunt. Cic. 2. de Diuin. 181, Quis eſt enim qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Solent enim intendentes in ſcopum limis aſpicere, alteroq; oculo nictare. In emendatioribus exemplaribus legitur Conlineet.

Collimare manū, & oculos ad aliqd percutiendū. Gel. li. 9. c. 1.

Collina] pe. prod. (κολλῖνα) Porta Romæ, à colle Quirinali ſic appellata. Eadē nunc Salaria dicitur. Cic. 2. de Leg. 92.

Turris Collina. Claud. de bello Gildon 18.

Collina tribus. In Tribus.

Collina, Dea fuit, quæ collibus præſidebat, ſicut Valloina, cui ualles & conualles attribuebant, ut eſt apud Auguſtin.

Collineo] collineas (σκοπεύω, κατασκοπῶ) collineare, Idem ſignificat quod collimare. Ci. 3. de Fi. 35, Vt enim ſi cui propoſitum ſit collineare haſtam aliquò, aut ſagittā, ſicut, &c. Hic etiam legi poteſt collimare.

Collino] collinis, pen. corr. collini, colliui, colleui, collitum, (κατοχλίω, σιωαλείφω) collinere, Idem quod linere. Col. libro 6. cap. 17. 6, Paſtinacēq; agreſtis ſemina, & ſuccus armoraceæ cum melle collinita, oculorum ſedant dolorē. Quo in loco legitur conlinita, quæ uox eſt à Conlinio, conlinis, pen. cor. conliniui, conlinitum, conlinire. Siquidem à Collino, collitum eſſet.

Collinere, Coinquinare. Plaut. Moſtel. 4. 233, Pulcrum ornatū turpes mores cœno collinunt.

Crines puluere collinere. Horat. 1. Carm. ode 15. 4.

Collinus] Vide Collis.

Colliphium] Vide Coliphium.

Colliqueſco] colliqueſcis (σωτήκομαι) colliqueſcere, Idem quod liqueſcere. Col. lib. 12. cap. 22. 2, Vſq; eo dum ea quæ addideris, in pice colliqueſcant.

Colliquefacere (σωτήκειν) Cic. pro Cluen. 138, In pane datum uenenum faciliùsne potuit, quàm in poculo? latentius potuit additum in aliqua parte panis, quàm ſi totum colliquefactū in potione eſſet.

Colliquiæ]

Digitized by Google

Colliquiæ] colliquiarum, ab eliquando, sunt sulci maiores ampliores q;, & quasi loculamenta, quibus humor agrorũ noxius ex minoribus sulcis deriuatur extra segetes. Vitruuius appellat colluuiaria, omnis colluuiei & purgamentorum receptacula. Dicuntur & Collicæ, ab humore colligendo. Col. lib. 2. cap. 8. 3, Sed quãuis tempestiuè sementis confecta erit, cauebitur tamen ut patentes lyras, crebros q; sulcos aquarios, quos nonnulli Elices uocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atq; inde extra segetes deriuemus.

Collis] huius collis, m. g. (βουνός, λόφος) Est exiguus & leuiter assurgens monticulus, siue per se sit à monte separatus, siue pars montis: ita uocatus, quia colles post campos cœperunt colere, ut ait Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina. Cic pro Cluen. 130, Quum quædam in collibus (ut solet) controuersia pastorũ esset orta. Idem 5. Verr. 37, Quos ego campos antea, colles q; nitidissimos, uiridissimos q; uidissem. Plin. lib. 12. cap. 14. 2, Attolluntur colles alti.

Angustus. Claud. in epist. ad Hadrian. 8.
Aperti. Virg. 2. Georg. 23.
Aprici. Virg. 9. eclog. 10.
Arduus. Tacit. lib. 2.
Caninæ. Seneca Hippol. 1. 2.
Caui. Virg. 8. Aeneid. 117.
Celsus Virgil. 8. Aen. 119. & Seneca Agamem. 8.
Curui. Virg. 6. Aen. 58.
Deruptus. Tacit. lib. 2.
Fœcundi. Ouid. 14. Metam. 69.
Frondosus. Sil. lib. 15. 93.
Herbiferi. Ouid. 14. Metam. 2.
Incurui. Stat. 6. Thebaid. 51.
Latebrosi. Sil. lib. 5. 39.
Maligni colles, Infœcundi. Virg. 2. Georg. 36.
Nitidi & uirides colles. Vide Niteo.
Obscuri. Virg. 3. Aeneid. 104.
Pulsati. Virgil. 5. Aeneid. 20.
Rupti. Seneca Hippol. 10. 14.
Scopulosi. Sil. lib. 7. 55.
Spacioſi. Lucan. lib. 6. 22.
Supini. Virg. 3. Georg. 110. & 2. 56.
Viridis. Lucret. lib. 2. 65.
Vmbrosus. Ouid. 2. de Arte, 84.
Heliconij collis cultor à Catullo dicitur Hymen, Vraniæ Heliconis deæ filius, epig. 56. 1.
Montani colles. Plin. lib. 6. cap. 20. 4.
Ascendere collem. Virg. 1. Aen. 85.
Aer dissepit colles, id est, Cingit & circundat. Lucr. li. 1. 203.
Exercere uomere colles, Arare. Virg. 7. Aen. 160.
Ingredi colles. Ouid. 14. Metam. 170.
Summa collium insidere. Tacit. lib. 21.
Collibus prohiberi. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.
Scandere colles. Senec. Hippol. 1. 2.
Subducunt se colles, Ex alto in campos dissoluuntur. Virgil. 9. eclog. 2. Seruius.

¶ Collinus, pe. pro. (βουνώδης) Adiect. ut, Collina uinea, quæ in colle plantata est. Col. lib. 12. ca. 21. 1, Eius defruti sextarius in duas urnas musti adijcitur, si mustũ ex uineis collinis est: sed si ex campestribus, &c.

Collina uina. Col. lib. 12. cap. 21. 4. & lib. 3. cap. 2. 3.
Collina aqua. Colum. lib. 1. cap. 5. 2.
Herbæ collinæ. Propert. lib. 4. eleg. 5. 3.

Collisio, Collisus] Vide Collido.

Colloco] collocas, pen. cor. (τίθεμαι, καθίζω, τάττω) collocare, Ponere. Cic. 7. Verr. 75, Vbi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat.

Chlamydem q;, ut pendeat aptè, Collocat. Ouid. 2. Meta. 14.
Suo quidq; loco collocare. Cic. 1. de Orat. 79.
In animis aliud condi & collocari. Cic. 4. in Catil. 70.
Acutarum grauium q; uocum iudicium, ipsa natura in auribus nostris collocauit. Cic. in Orat. 100.
Collocauit in campo Martio tabernaculũ. Cic. in Pisonem, 48.
Collocare in collo, pro Applicare humeris ad portandum. Catullus de baiulis lecticæ, epig. 10. 5.
In cubili collocare. Cic. 2. Tusc. 67.
In hac custodia tanquam in specula collocati sumus. Cicero 7. Phil. 219.
Collocare aliquem in lecto. Terent. Eun. 3. 5. 45.
Manibus alicuius in naui tuta collocatum esse. Cicero pro Plancio, 79.
Collocare multa in pectore, p Varia cogitare. Plaut. Perſ. 2. 8.
Collocaui me in arborem. Plaut. Aulul. 24. 6.
Collocare in mediam aciem auxilia. Cæsar 3. bel. Gal. 445.
Collocare aliquem in soporem, ioco dixit Plaut. Amp. 4. 150. pro Occidere.
Collocare in solitudine. Cic. de Amic. 73.
Collocauit in tabernam uasa. Plaut. Menæh. 21. 21.
In thalamo collocare. Ouid. 2. Metam. 52.
In tuto collocare. Cic. de Arusp. Respon. 49.
Collocare beneficium. Cicer. 2. Offic. 100, Itaq; uulgò loquuntur, se in beneficijs collocandis mores hominum, non fortunam sequi.
Collocare beneficium apud aliquem. Cice. 2. Offic. 104. Plaut. Trinum. 4. 8. dixit Collocare conditionẽ in aliquem.
Aedilitas rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita. Cic. 7. Verr 30.
Gloria & quærenda & collocanda ratione est. Cic. 2. Off. 60.
Malè collocare horas. Mart. lib. 1 184.
Collocare insidias. Cæs. 3. bel. Ciuil. 147.
Collocare insidias alicui. Cic. pro Mil. 20.
Legiones in populi ceruicib. collocare. Ci. Corn. li. 12. 23. 5.
Ad aliquem interimendum collocatum esse. Cic. in Pison. 22.
Bene collocare. Cic. Seruio, lib. 13. 7.
Collocare bene pecuniam. Cic. pro Cecinna, 11.
Pecuniam in prædijs collocare. Cic. pro Cecinna, 12.
Dotem in aliquo fundo collocar. Cice. pro Cecinna, 8.
Patrimonium in salutem Reipub. collocare. Cic. 3. Phil. 125.
Præsidium collocare. Cæsar 1. bel. Gal. 154.
In præsidijs Reipub. aliquẽ collocare. Cic. de clar. Orat. 118.
Suum præsidium in capite atq; ceruicib. populi collocare. Cic. de Lege Agraria, 74.
Bene apud aliquem multa precia ac munera collocare. Cicer. 7. Verr. 45.
Militarem rem collocare. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 10.
Spem in aliquo collocare. Hirtius, lib. 4. 120.
Dignitatis suæ spem in aliquibus collocare. Cice. 1. de Orat. 14.
Spem alicuius rei præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. Cic. pro Quintio, 56.
In alicuius eloquentia aut gratia spem aliquam collocare. Cicero 2. Verr. 6.
Statum aliquem ciuitatis collocare. Cic. Bruto, 15. 18.
Studium suum in doctrina ac sapientia collocare. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 1. 1. 43.
Collocare se palàm in meretricia uita. Cic. pro Cælio, 38.
Propositũ aliquid & propalàm collocatũ: cui opponitur Constructũ ac reconditũ. Cic. 1. de Orat. 78, Neq; proposito argento, neq; tabulis & signis propalàm collocatis, sed his omnibus multis magnificus q; rebus cõstructis ac reconditis.
Totum se in cognitione & scientia collocare. Cic. 1. Off. 221.
Collocare se totum in exquirendo uitæ statu. Cic. 5. Tusc. 3.

Collocare

Digitized by Google

Collocare ſe in ocium. Plaut. Merc. 10. 10.
Collocare filiam ſuam alicui. Cic. de claris Orat. 50.
Collocare nuptum, pro Dare nuptui. Cæſar 1. bel. Gal. 72, Atque huius potentiæ cauſa, matrem in Biturigibus homini illic nobiliſſimo ac potentiſſimo collocaſſe, ipſum ex Heluetijs uxorem habere, ſororem ex matre, & propinquas ſuas nuptum in alias ciuitates collocaſſe.
Nuptui collocare. Vide Nubo.
Collocare filiam nuptui in parte agri. Col. lib. 4. cap. 3. 5.
Collocare in matrimonium filiam. Cic. 1. de Diuin. 167.
Collocare familiam ſuam in poſſeſſione prædiorum alicuius. Cic. pro Flacco, 56.
In ſuis agris & ſedibus collocare aliquid. Cic. 5. Verr. 109.
Sedes & domicilium collocare. Cic. 4. Verr. 5.
In conſpectu aliquid collocare. Quint. lib. 7. cap. 2. 3.
Collocare in luce benefacta. Cic. 2. Tuſc. 108.
Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Cicer. de clar. Orat. 141.
Collocare in ſedili. Celſus lib. 7. cap. 7.
Collocata in uſu quotidiano. Cic. 1. de Orat. 95.
Collocata bene eſt res noſtra iſthoc matrimonio. Plaut. Moſtel. 11. 12.
Collocare aliquem in aliquo gradu. Cic. 4. Acad. 12.
In ampliſſimo conſilio, & in altiſſimo gradu dignitatis collocari. Cic. poſt reditum, 1.
Fortuna te collocauit in ampliſſimo ſtatu. Author ad Heren. lib. 4. 169.
Aliquem in ædibus ſuis collocare. Id eſt, reſtituere. Cic. pro Domo ſua, 76.
Collocare in deorum numero. Cic. ad Quint. fratr. lib. 1. 1. 46. Id eſt, pro deo habere.
Herculem hominum fama beneficiorum memor in cõcilio cæleſtium collocauit. Cic. 3. Offic. 31.
Idoneis in locis & contra ſuſpicionem periculi aliquos collocare. Cic. 2. de Lege Agra. 74.
In eo loco eſſe, in quo honores populi collocauerunt. Cic. pro Domo ſua, 84.
In regno maiorum ſuorum aliquem collocare. Cicero 3. de Orator. 69.
In Repub. collocare. Cicer. Parad. 30, Violatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in ſede ac domo atq; in Repub. collocauit.
Subſellio ſecundo ſuper ſe collocare aliquẽ. Sueton. in Auguſto 43. Quædam exemplaria legunt Supra ſe.
Collocare ſextantes in capita. Liuius 2. ab Vrbe, 144, Extulit eum plebs ſextantibus collocatis in capita. Galli dicunt, Impoſez par teſte.
Diligentia collocare aliquid. Cic. in Orat. 28.
Collocare uſuris. Suet. in Auguſto, cap. 39, Quòd pecuniam leuioribus uſuris, grauiore mutuati fœnore, collocaſſent.
Coxa parum aptè collocata. Plin. epiſt. 26. b, Malè repoſitam uulgus uocat.
Collocatio (σύνθεσις, συνθήκη) Verbale: ut, Collocatio ſyderũ. Cic. de Vniuerſit. 38.
Collocatio uerborum. Cic. 3. de Orat. 93.
Collocationis eſt componere & ſtruere uerba ſic, ut néue aſperi eorum cõcurſus, néue hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmẽtatus & læuis. Cic. 3. de Orat. 94.
Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationẽ diſſoluere permutatione uerborum. Cic. in Orat. 136.
Collocatio filiæ. Cic. pro Cluent. 250. Et 2. Offic. 80.
Collocupleto] collocupletas, pen. prod. (πλουτίζω) collocupletare. Idem quod ſimplex Locupletare. Terentius Heaut. 2. 3. 17,

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletaſti te Antiphila.

Honeſtare & collocupletare rem exornatione. Author ad Herennium, lib. 2. 61.
Collodis] Inſula eſt Sardiniæ adiacens, de qua Plin. lib. 3. capite 7.
Colloquor] penulti. corrept. colloqueris, collocutus ſum, (συνομιλέω, ἐντυγχάνω) colloqui, Simul loqui. Teren. Eunuch. 2. 3. 75, Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædib. Cicer. 1. de Orat. 17, Hoc uno præſtamus uel maximè ferè, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus.
Colloqui alicui. Plaut. Merc. 19. 30.
Colloqui aliquem. Plaut. Milite, 14. 17, Quid ergo hanc dubitas colloqui?
Colloqui cum aliquo. Cic. 1. Tuſc. 157, Vt uerò colloqui cũ Orpheo, Muſæo, Homero liceat, quanti tandem æſtimatis?
Dij cum dormientibus colloquuntur. Cic. 1. de Diuin. 113.
Cum ipſa Repub. colloqui. Cic. Lent. lib. 1. 9. 27.
Colloqui cum aliquo per literas. Cic. ad Attic. lib. 6. 112. 3.
Colloqui ſimul. Plaut. Amph. 4. 70.
Colloquuntur inter ſe, Cæſar 4. bel. Gal. 573.
Inter ſe multum colloqui de Rep. Cic. 1. de Orat. 14.
Collocutio (συνομιλία) Verbale. Cic. 1. Tuſcu. 48, Nec uerò id collocutio hominum aut conſenſus efficit.
Sermones & collocutiones, Cic. Lent. 1. 9. 13.
Familiariſſimæ collocutiones cum aliquo. Cic. 11. Phil. 230.
Venire cum aliquo in collocutionẽ. Author ad Heren. li. 2. 27.
Colloquium colloquij, Idem (ὁμιλία, ἔντευξις) Liu. 1. ab Vrbe, 93, Prius quàm dimicent, opus eſſe colloquio. Varro de Lingua Latina, Colloquium, quum conueniunt in unum locum loquendi gratia.
Amicorum abſentium colloquia, epiſtolæ. Cic. 2. Phil. 34.
Colloquium auium. Plin. lib. 10. cap. 49. 3.
Colloquia perſonarum. Cic. in Partit. 19.
Perſonarum colloquia habeat narratio. Quin. lib. 4. c. 2. 77.
Rerum colloquia leuiorum. Cic. 4. Acad. 11.
Tempus colloquij, id eſt, Occaſio & opportunitas. Ouidius 1. de Arte.
Vices colloquij. Ouid. epiſt. 204.
Colloquium cum aliquo pro re nata non incommodum. Cicer. Attic. lib. 14. 304. 2.
Clandeſtina colloquia cum hoſtibus. Cic. de Senect. 36.
Solantia colloquia. Stat. 5. Theb. 17.
Abigere aliquem colloquio alicuius. Ouid. 3. Faſt. 69.
En quibus adſum colloquijs? Valer. lib. 3. Argonaut. 59.
In ſolitudine carere omnium colloquio. Cic. Att. li. 12. 241. 5.
Amputare longa colloquia. Seneca Medea, 7. 20.
Contrahere ad colloquium linguas diſcordes & feras. Plin. lib. 3. cap. 5. 2. Vide Contraho.
Facere colloquium. Planc. Cic. lib. 10. 23. 10.
Fugere colloquium. Ouid. 2. de Remed. amoris, 39.
Frui colloquio aliquorum. Virg. 7. Aen. 18.
Sperato colloquio frui. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 11.
Immiſcere colloquijs. Vide Immiſceo.
Colloquia interrumpere. Vide Interrumpo.
Petere colloquium. Ouid. 13. Metam. 112.
Serere colloquia cum aliquo. Vide Sero, ſeui.
In alicuius congreſſum colloquiumq; uenire. Cic. 12. Phil. 337.
Colloquium cum aliquibus. Cic. 12. Phil. 338.
Colluceo] colluces. penul. prod. (συναμαρύσσω) collucere, Simul lucere. Plin. lib. 10. cap. 47. 2, Quarum plumæ ignium modò colluceant noctibus.
Faces collucent. Virg. 4. Aeneid. 114.

Digitized by Google

Collucet flammis tota acies. Liu. 8. bel. Maced. 22.
Agri collucent floribus. Ouid. 5. Fast. 73.
Ignes collucent. Virg. 9. Aeneid. 34.
Polus collucet ignibus. Stat. 1. Syl. 6. 18.
Lampades undiq; collucent. Ouid. epist. 14. 5.
Collucet sol mundo. Cic. 2. de Nat. deor. 56. Idem de Vniuersit. 40, Vt quammaxime cælum omnibus colluceret.
Collucent omnia luminibus. Liu. 4. bel. Pun. 96.
Collucet mare à sole. Cic. 4. Acad. 189.
Collucet atq; illustratur candelabri fulgore Iouis templum. Cic. 6. Verr. 62,
Vrbs collucere flammis alicuius dicitur, quæ longo ordine flammarum in funere alicuius magni uiri lucet undiq;. In bonorem enim potentissimorum hominum, præsertim regum, cum facibus per urbem à populo procedebatur, quemadmodum uult Seruius in illud Virg. 5. Aeneid. 1,
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elissæ
Collucent flammis.
Faces collucentes. Tacit. lib. 3.
Partis alicuius omnia collucere. Cic. 3. Verr. 39.

Colluco] collucas, pen. prod. (πλυνοτομέω) collucare, Ramos luminis officientes amputare. Colum. lib. 2. cap. 22. 3, Neq; arborem collucare. Cato de Re rust. cap. 139. 1, Lucum collucare Romano more sic oportet.

Colluctor] colluctaris, (συμπαλαίω) colluctari, simul luctari. Plin. lib. 27. cap. 2. 2, Cum eo solo colluctatur, uelut pari intus inuento.

¶ Colluctatio, Verbale (συμπάλαισμα) Colum. lib. 6. ca. 2. 3, Ne in colluctatione alter alteri noceat.
In colluctatione occidere aliquem. Vlpianus in l. qua actione. ff. ad legem Aquiliam.

Colludo] colludis, pen. prod. collusi, collusum, (συμπαίζω) colludere, Simul ludere, Moueri, & ueluti quodammodo inter se colluctari. Virg. 1. Georg. 74,
Sæpe leuem paleam, & frondes uolitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Seruius.
Colludere cum aliquo Cic. 4. Verr. 41.
Colludere (συναπορίσθαι) apud Iurisconsultos dicitur inter se litigatores, quũ actor & reus litem simulant, & ab altero causa proditur. Vlpianus in l. & eleganter. §. si dolo malo procurator. ff. de dolo malo. Idem in l. si libertinus. ff. de collusione detegenda. Et Hermogenianus eod. tit. l. ult.

¶ Colludium, colludij, n, g. Solinus. ca. 22, Apud Iassum urbem Babyloniæ puerum delphinus adamauit, quem dum post assueta colludia recedentem impatientius sequitur, arenis inuectus hæsit. Idem cap. 41, Nam quum nuptias ageret, acciti tibicines carmen Cyclopeum quasi de colludio concinuisse traduntur.

¶ Collusio, Verbale (συναπόκρισις) Cic. 5. Verr. 26, Quum uerò uerbo iudiciũ sit in edicto, re quidem uera tuorũ comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atq; adeò procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere?
Detegere collusionem. Vlpian. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius uocando. Caius in l. 1. ff. de collusione detegenda.
Per collusionem quicquam facere. Caius in l. 1. ff. de collusione detegenda.
Retractare collusionem alicuius. Vlpianus in l. collusionem. ff. de collusione detegenda.
Prætextu collusionis sententiam retractare permittitur. Hermogenianus in l. sententiam. ff. de collusione detegenda.

¶ Collusor, pen. prod. aliud uerbale (συμπαίκτωρ) Plinius epist. 210, Delphinum gestatorem collusoremq; puerorum in terram quoq; extrahi solitum, &c.

Compransores & collusores alicuius. Cic. 2. Phil. 100.
Consessor & collusor. Cic. 5. Phil. 173.
Si rapinam fecerint inter se collusores, ui bonorum raptorum non denegabitur actio. Vlpianus in l. 1. §. si rapinam. ff. de aleæ lusu & aleatoribus.
Collusor (συναποκριτὴς) etiam aliter apud Iurisperitos. Cice. 2. Phil. 69, Licinium Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit.

¶ Collusoriè (συναποκριτικῶς) Aduerb. qualitatis. Vlpianus in l. si seruus plurium. ff. de legatis 1, Si hæreditatis iudex contra hæredem pronunciauerit non agentem causam, uel collusoriè agentem, nihil hoc nocebit legatarijs.
Litigare collusoriè, Vlpianus l. si seruus plurium. §. si quis. ff. de legatis 1.

Collum] huius colli (τράχηλος, αὐχήν, δέρη) à colo, colis, inquit Sipontinus: quia hæc præcipuè pars corporis torquibus, ac monilibus coli, id est, ornari consueuit. Plin. li. 11. capite 37. 49, Cæteris collum, quibus tantum gula. Vide Ceruix.
Collum gallinaceorum. Col. lib. 8. cap. 2. 8, Iubæ deinde uariæ, uel ex aura flauæ per colla ceruicesq; in humeros diffusæ.
Collus, m. g. apud Plaut. Capt. 6. 107,
Collus collaria caret. Ibidem 14. 2,
Vt ego collos detrũcabo tergoribus. Sed antiquum est.
Spacium colli. Ouid. 2. Metam. 135.
Aureolum collum. Vide Aurum.
Cærula serpentis colla. Virg. 2. Aeneid. 76.
Cærulea tauri colla. Senec. Hipp. 10. 10.
Candida colla. Ouid. 2. de Arte, 92. Virg. 4. Georg. 8.
Crinita colla. Stat. 6. Theb. 84. de equis.
Eburnea colla. Ouid. 3. Metam. 85.
Ferocia colla serpentis resecare. Senec. Herc. fur. 7. 2.
Insignia colla frænis. Ouid. 4. Metam. 5.
Iucundum collum. Catul. epig. 9. 2.
Lactea colla. Sil. lib. 16. 104.
Lactea colla auro innectuntur. Virg. 8. Aeneid. 130.
Languido collo trahere uomerem, dicuntur defatigati boues. Horat. Epod. 2. 13.
Lasso papauera collo Demittunt capri. Virg. 9. Aeneid. 90.
Libera colla iugo. Claud. epig. 10. 2.
Libera colla seruitio assuescere. Virg. 3. Georg. 33. De iuuencis dictum.
Liuida colla. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 20.
Lubrica colla draconis. Ouid. 4. Metam. 120.
Molle collum. Vide Mollis.
Molli collo essęda ferre dicitur equus domitus. Vir. 3. Geor. 40.
Iugum famulare subit nobili collo; dicitur de uiro nobili redacto in seruitutem. Senec. Troad. 8. 3.
Pendulum ab arbore collum. Horat. 3. Carm. ode 27. 12.
Procerum & tenue collum. Cic. de claris Orat. 173.
Sibila serpentis colla. Virg. 3. Georg. 83.
Splendida colla. Senec. Hippol. 6. 13.
Superba colla excussis iubis. Clau. epig. 18. 2. De equo Honorij.
Teres collum. Ouid. 10. Metam. 23.
Tetra monstri colla. Senec. Herc. fur. 1. 13.
Trepidum collum. Senec. Herc. Oetheo, 12. 8.
Trigemina colla Cerberi. Senec. Agamem. 1. 3.
Acclinare collum, id est, admouere collum. Ouid. 10. Metam. 54, —acclinataq; colla
Mollibus in plumis, tanquam sensura, reponit.
Adducere colla lacertis: id est, atrahere ad se. Ouid. 6. Met. 125.
Amplecti colla alicuius. Sil. lib. 15. 71.
Angere colla alicuius: id est, ita constringere, ut spiritus intercludatur. Stat. lib. 4. Thebaid. 186.
Aptare uincula collo. Ouid. 10. Metam. 77.

Digitized by Google

Auersum collum. Vide Auerto.
Captare colla lacertis. Ouid. epist. 8. 19.
Cingere colla lacertis. Ouid. 2. de Arte, 92.
Circundare brachia collo, Amplecti collum. Virg. 6. Aen. 140.
Comere colla genasq; Stat. lib. 1. Sylu. 2. 25.
Committere alicui collum suum. Vide Committo.
Complecti colla lacertis. Ouid. 1. Metam. 148.
Conijcere in collum. Vide Conijcio.
Connecta uincula collo. Ouid 4. Trist. 17.
Contrahere collum. Vide Contraho.
Pluma collum coronat. Lucret. lib. 2. 161.
Dare colla lacertis. Stat lib. 2. Achil. 54.
Dare colla triumpho alicuius imperatoris, Bello uictum esse. Prop. lib. 2. eleg. 11. 3.
Demergere colla humeris, significare uidetur humeros cõtrahere apud Statium, lib. 6. 170.
Ducere iuga collo. Ouid. 3. de Arte, 161.
Ducta per uias colla regum. Horat. 2. Carm. ode 12. 3.
Eripe colla iugo, prouerbialiter dictum, significat libertati se uendicare. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 19.
Per colla mœsta fluunt capilli. Senec. Troad. 2. 4. Id est, mœstæ mulieres pabis capillis incedunt.
Fouere colla. Virg. 12. Aenecid. 166, —ipse æger anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam. Sustinens scilicet, ut inquit Seruius, se arboris trunco.
Frænata colla. Ouid. 7. Metam. 44.
Fumantia colla equorum soluere. Virg. 1. Georg. 109.
Gerere colla uincta catenis. Senec. Herc. fur. 12. 11.
Horrent Cerbero colla colubris. Virg. 6. Aeneid. 84.
Iactare colla, Significat collum repentè huc illuc uertere & circumagere. Ouid. 3. Metam. 146.
Implicare colla laqueis. Ouid. epist. 2. 29.
Infixa collo mariti. Id est, tenacissimè inhærẽs. Ouid. 11. Metam. 78. De Halcyone & Ceyce.
Inflata colla tumescunt. Ouid. 6. Metam. 76. de Lycijs in ranas mutatis.
Iniicere collo brachia. Ouid. 3. Metam. 78.
Iniectæ collo iacent comæ. Ouid. 2. Fast. 155.
Innectere colla lacertis. Ouid. 11. Metam. 49.
Inserere collum in laqueum. Vide Insero.
Inserere colla laqueis, Strangulare. Senec. Thebaid, 1. 30.
Intendere uincula stupea collo, Alligare collo funem. Virgil. 2. Aeneid. 48.
Labans collum. Senec. Hippol. 4. 3.
Lædere collum. Horat. 3. Carm. ode 27. 12.
Languentia colla leuare. Lucan. lib. 3. 147.
Liuentia colla catenis. Ouid. ad Liuiam, 55.
Luctantia colla equi. Ouid. epist. 4. 16.
Marcentia colla. Stat. 2. Thebaid. 127.
Mœsta colla. Senec. Troad. 2. 4.
Mulcenda colla præbere. Ouid. 10. Met. 23. De ceruo quodam.
Nodatus collum laqueo. Ouid. 3. de Remed. amo. 4.
Collum obstrictum, seu collum obtortum, uerbum est iuris. nam in ius collo obstricto rei trahebantur. Plaut. Curcul. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem.
Obtortum collum. Cic. pro Cluent. 45.
Pendere collo complexuq; alicuius. Virg. 1. Aeneid. 144.
Pendentia colla, dicuntur quasi ebriorum. Virg. 9. Aeneid. 70.
Percutere colla securi. Ouid. 15. Metam. 26.
Perfundunt colla iactæ comæ. Senec. Hipp. 4. 8.
Permulcere manu collum. Senec. Herc. fur. 9. 39.
Amplexu collum petere. Quint. lib. 4. cap. 2. 88. Sil. li. 13. 131.
Plausa colla, id est, palma leuiter percussa. Oui. 1. de Arte, 27.
Porrigere collum longè à pectore. Ouid. 2. Metam. 37.
Præbere colla iugo. Stat. 1. Achil. 56.
Præbere colla nectenda lacertis. Ouid. epist. 2. 29.
In collum præbere. Cic. 5. Verr. 64, Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum, plures uxores habere: his autem uxoribus ciuitates attribuere hoc modo, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Hoc est, pecuniam unde sibi emat colli monilia.
Reflectere mollia colla, id est, domita, domitorum scilicet equorum. Virg. 11. Aeneid. 124. Seruius.
Resoluta colla, id est, languida. Stat. 10. Thebaid. 29.
Retorquere colla equi. Id est, fræno reflectere. Oui. epist. 4. 16.
Rumpere colla securi. Ouid. 12. Metam. 50.
Medius collo Herculeo polus sedit. Senec. Here. furen. 1. 15. Id est, ceruix Herculis tulit cælum.
Secare colla. Cic. pro Rosc. Amer. 49.
Nullo iugo signatum iuuencæ collum. Senec. Agamem. 5. 9.
Stridentia colla dicuntur serpentis. Claud. 2. de Raptu Proser. 5. de Gorgone dixit.
Subdere colla iugo. Stat. 1. Thebaid. 35.
Subdere colla uinculis Veneris, Libidini seruire. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 10.
Subiecta colla tropbæis ferre. Senec. Troad. 3. 17. Id est, catenatum in triumphum ducere.
Subiecta colla nobilium, id est in seruitutem redacta. Claud. 1. in Eutrop. 35.
Summittere colla, Permittere ferienti. Senec. Hippol. 4. 29.
Summittere colla iugis. Claud. 1. in Eutrop. 9.
Supponere colla iugis. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3. De Cerere.
Suspendere aliquid collo. Virg. 11. Aeneid. 3.
Auaritiæ pœnam collo & ceruicibus sustinere. Cic. 7. Verr. 85.
Tenere colla lacertis. Ouid. 2. Metam. 20.
Timent boues aratrum collo. Virg. 6. eclog. 10.
Tritum collum, dicitur quod circundatur aspera copula. Senec. Hippol. 1. 7. De canibus Cretensibus.
Turgentia colla alicuius diripere ense. Sil. lib. 15. 143.
Tubæuelant colla. Ouid. 19. Metam. 139.
¶ Colla abusiuè de mõtibus, dicuntur partes illæ quæ infra summum uerticem, & supra medium montis apparent. Stat. lib. 9. Thebaid. 129,
Iamq; ferè medium Parnasi frondea præter
Colla tenebat iter.

Collumino] Colluminas. pen. corr. Apuleius de deo Socratis, Seruius Tullius flãma colluminetur à capite. Paulo pòst se exponens, Seruio inflammare uerticem, nec exurere.

Colluo] colluis, collui, collutum, pen. prod. (συμπλύω, καταπλύω) colluere, Lauare: sed hoc ferè ad os, & ea quæ in ore sunt pertinet. Plin. lib. 20. cap. 6. 8, Dentium dolore tribus capitibus in aceto tritis imminuit, uel si decocta aqua colluantur, addaturq; ipsum in caua dentium. Ibidem, cap. 13. 11, Sic & collutis dentibus prodest.
Colluere amphoram. Cato, cap. 88.

Collustrare] περιοπτεύεσθαι, Circunspicere. Virgil. 3. Aeneid. 130,
Omnia collustrans, hanc primùm in littore classem
Conspexi uenientem.

Collustrare oculis. Cic. 5. Tuscul. 92.
Collustrare lumine (κατολάμπειν, λαμπρύνειν) pro Illustrare & clarum lumine reddere. Cice. 2. de Nat. deor. 133, Ex æthere igitur innumerabiles flammæ syderum existunt: quorum est princeps Sol, omnia clarissima luce collustrans.
Luna Solis lumine collustrari putatur. Cic. 2. de Diuin. 137.
Vias collustrare. Ouid. 5. Fast. 21.
¶ Collustratus, Participium (λαμπρυνθείς) Illustratus.
Collustrata pictura. Cic. in Orat. 20, In picturis alios horrida, inculta,

Digitized by Google

inculta, abdita, & opaca: contrà, alios nitida, læta, colluſtrata delectat.

Colluſtrum] *Vide* Coloſtrum.

Collutulo] *collutulas* (πυλόω) *collutulare*, Verbum quod ueteres pro Dedecorare uſurparunt. Plaut. Trinũ. 10.66, Hæc famigeratio te honeſtet, me collutulet.

Collutus] *Vide* Colluo.

Colluuies] *huius colluuiei, f.g.* (χλίδη) Labes aut immunditia quæ ex concurſu alicuius rei contrahitur. Plin. lib. 24. cap. 19.6, Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluuiem poturis, uel ex lacte & uino.

Colluuies turbida nigro limo. Lucan. lib. 4.64.

Ab omni colluuie peregrini ac ſeruilis ſanguinis incorruptum ſeruare populum. Suet. in Auguſto, cap. 40.

Colluuies, per translationem. Ciceroad Atticum, lib. 9.181.13, Et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perſpicitur, futurâ colluuie regnare.

¶ Colluuio, colluuionis. Idem (χλίδη)

Colluuio, per translationem. Cic. de Senect. 76, O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorũ concilium, cœtumq; proficiſcar, quumq; ex hac turba & colluuione diſcedam? Idem de Aruſp. reſp. 51.

Ferocitas, audacia, colluuio alicuius. Cic. in Vatinium, 17.

Ille nefarius ex omniũ ſcelerũ colluuione natus. Ci. pro Seſt. 12.

Colluuio rerum, pro Permiſtione uel confuſione. Liu. lib. 3.

¶ Colluuiaris (χλιδοφάγος) porcus dicitur, qui cibo permiſto & colluuione nutritur. Feſtus.

Collybus] *collybi, pen. cor. m.g* (κόλλυβος) Id detrimentũ pecuniæ eſt, quod in ratiocinijs emptionem auri appellant, & uulgò Cambium dicitur, quũ pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud nummularios alijs nũmis cõmutanda. Vt ſi argentea moneta aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in una prouincia, alio quo genere permutanda ſint, rato, receptoq; & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex ſumma apud nummularium decidit, & ueluti depe rit, Collybus uerbo Græca appellatur. Cic. 5. Verr. 155, Ex omni pecunia quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant. Primum pro ſpectatione et collybo: deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia Iudices, non rerũ certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt uocabula. Nam collybus eſſe qui poteſt, quum utantur omnes uno genere nummorum? Collybum appellat pecuniæ permutationem, & nummorum quaſi intertrimentũ. Sueton. in Auguſt. Manibus collybo decoloratis, Nerulonenſis menſarius. Hoc in loco pro contrectatione pecuniæ ponitur, qua nummularij liuentes manus habere ſolent. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀλλαγὴ, id eſt, pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus. Cic. ad Atticũ, li. 12. 236. 1, De Celio uide quæſo ne qua lacuna ſit in auro, ego iſta non noui: ſed certè in collybo eſt detrimenti ſatis, huc aurum ſi accedit.

Collybiſtes, collybiſtæ, m.g. Nummularius.

Collyra] *collyræ. pen. prod.* (κολλύρα) Genus panis, Pollu ci. Plaut. Perſa, 4.12, Collyræ facite ut madeant.

Collyrides, Tertul. in lib. de Cultu fœminarum, Vos planè adjicitis ad pondus, collyridas quaſdam. Quem in locum ſic ait Rhenanus: Collyris à collyra per diminutionem deductũ, paruus panis eſt de farina puriore. Quidam frixam farinã putant. Nominantur collyrides Leuitici 7 & 8. & 6. cap. lib. 2. Regum.

Collyrium] *collyrij* (κολλύριον) Medicamentum oculorum. Celſus lib. 5, Nec ignoro multis placuiſſe linamentum in modum collyrij compoſitum, tractum melle demitti. Ibidẽ, Collyriũ ex eo emplaſtro fieri debet, altera parte tenuius, altera plenius: idq; ea parte qua tenuius eſt, antecedente demitti in fiſtulam, donec ſanguis purus ſe oſtendat.

Nigra collyria. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 6.

Collyrium, Medicamentum etiam quod aluo ſubijcitur in curâ equorum & boum. Colum. lib. 7, Salis ſextans, cum decem cepis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atq; ita citatus bos agitur. Idem, Melle decocto & ſale, collyrium tenue inditur foramini quo meat urina. Plin. lib. 20. cap. 18. 5.

Colo] *colas, priore prod.* (κόλω) colare, Pauxillatim liquorem aliquem, ſtillatimq; per aliquod uas uel linteolum exprimere. Plin. lib. 13. cap. 2. 1, Regale unguentum colato melle conſtat. Colum. lib. 12. cap. 11. 1, Expreſſa deinde aqua colatur, & in uas plumbeum defuſa decoquatur. Apuleius libro Florid. de Gymnoſophiſtis, Non illi norunt aruum colere, uel aurum colare, uel equum domare.

Colo] *colis, colui, cultũ* (σέβομαι, λατρεύω, θεραπεύω) colere, Venerari, adorare. Terent. Adel. 3. 2. 54, Et nos coluit maximè. Idem Heau. 2. 4. 9, Forma impulſi noſtra nos amatores colunt. Ceſar 6. bel. Gal. 65, Deum maximè Mercurium colunt.

Mirificè aliquẽ & colere, & amare. Cic. ad Att. lib. 16. 344. 1.

Colere & diligere. Cic. 3. de Legib. 7.

Non ſolum colere inter ſe ac diligere, ſed etiam uereri. Cic. de Amic. 69.

Colere & obſeruare aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 34. 5.

Simulatione amicitiæ coli & obſeruari. Cic. de Amic. 26.

Colere, obſeruare, & diligere. Cic. Allieno, lib. 13. 79. 1.

Summa obſeruantia aliquem colere. Cic. Seruio, lib. 4. 4. 15.

Colere & ornare. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 2, Neq; me hercule unâ quam mihi tui aut colendi aut ornandi uoluntas defuit.

Officijs & probitate colere aliquẽ. Ouid. 3. de Pont. eleg. 1. 15.

Suauiſſimè, diligentiſſimèq; colere aliquem. Cic. Attic. lib. 16. 197. 13.

Aliquem ſanctiſſimum colere. Cic. 3. de Nat. deor. 61.

Doctiſſimos uiros colere. Cic. Seruio, lib. 4. 1. 6.

Deos colere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 8.

Venerari, & coli in deorum numero. Cic. de Leg. Agraria, 92.

Templis coli. Ouid. 15. Metam. 164.

Colere, precari, uenerariq; deos. Cic. 1. de Nat. deor. 161.

Ritè coli dicuntur diui. Ouid. 13. Metam. 138.

Per aras coli. Ouid. 6. Metam. 35.

Colebantur dij aris, puluinaribus, flumine. Plin. in Paneg. 20.

Colere principem donis. Liu. 10. bel. Maced. 220.

Lyra coli. Stat. 1. Syl. 4. 8, Sperne coli tenuiore lyra.

Memoria abſentem colere. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 13.

Summa religione colere. Cic. de Aruſp. reſp. 25.

Secubitu coli dicitur deus ille uel dea, in cuius honorem uir ab uxore, uel amans ab amica, noctibus aliquot ſibi temperat. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 4. De Cerere.

Templis & effigie numinum aliquem colere. Tacit. lib. 1. De Liuid loquitur.

Tholo coli dicuntur diui, quorũ imagines tholis inſculptæ pro ipſis diuis uenerantur. Stat. 3. Sylu. 1. 1.

Magna curâ cæremonias ſepulchrorũ colere. Cic. 1. Tuſc. 44.

Feſta colere. Ouid. 6. Faſt. 36.

Sanctos focos uirginitate colunt. Ouid. 4. Faſt. 60. De uirginibus Veſtalibus.

Poetarũ nomen & Muſarũ delubra colere. Cic. pro Arch. 20.

Numina colere. Virg. 1. Georg. 6.

Numina colere pietate. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 5.

Sacra Muſarum colere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 10.

Templa colere. Ouid. 11. Metam. 110.

Templum miro honore colere. Virg. 5. Æneid. 9. 2.

Digitized by Google

Inæde sacra coli. Ouid. 14. Metam. 63.
Colere in loco parentis, Cic. de claris Orat. 2. Loco patris, idē 2. Philipp. 98.
Colere, Ornare. Tibu. lib. 1. eleg. 8. 2,
Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
Corpus colere. Ouid. 3. de Arte, 22.
Colere agrum (κρυεῖν τὸν ἀγρὸν, γεωργεῖν) terram, &c. Cic. 2. Tuscul. 19, Nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur.
Colum. lib. 2. cap. 2. 4, Neq; enim aliud est colere, quàm resolue re & fermentare terram.
Arare aut colere agrum. Cic. de Lege Agraria, 69.
Præesse agro colendo. Cic. pro S. Roscio, 30.
Arua colere. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. 3.
Fruges colere. Ouid. 15. Metam. 27. de iuuenco, seu uictima.
Fundum colendum in plures annos locare. Iulianus in l. qui fundum. ff. locati.
Glebam colere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 10. Id est minimum.
Colere hortos. Virg. 4. Georg. 24. (agellum.
Rura colere. Valer. lib. 5. Argonaut. 81.
Colere uitem. Cic. 4. de Finib. 63.
Colendo. Virg. 2. Georg. 8.
Colere urbem. Habitare. Cic. ad Cælium, lib. 2. 11. 4, Vrbem, mi Ruse, cole. Virgilius in Bucolicis,
—Gallus quas condidit artes
Ipsa colat. Sic, Colere domum, Plaut. Aulul. 3. 4. Cic. 7. Verr. 147, Quæ illos Ennenses Lacus, lucosq; colitis.
Colere regiones Acheronticas. Plaut. Bacchid. 4. 21.
Colere & habitare. Cic. 6. Verr. 106, Colituṙq; ea pars & habitatur frequentissimè.
Arua colere, pro Inhabitare. Ouid. 2. Metam. 136.
Elysium colere. Virg. 5. Aeneid. 146.
Helicona colere, Versari in poeticæ studio. Proper. li. 3. ele. 5. 5.
Hortos colere. Ouid. 14. Metam. 124.
Prædia colere studiosè. Cic. pro S. Roscio, 29.
Dulces suorum reliquias colere, Habitare in patria, in qua maiores occubuerunt. Virg. 4. Aeneid. 69.
Colere rus. Virg. 2. Georg. 83.
Syluas & rura colere. Ouid. 11. Metam. 30.
Studium cōlendi rura. Ouid. 1. de Remed. 34.
Colere Athenas, pro Attica eloquentia uti, uidetur accepisse Plautus in Sticho, 12. 17, Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus.
Colere æquum & bonum. Plaut. Menæh. 147. Vide Aequū.
Colere & negligere, sunt contraria. Cic. 1. Offic. 7, In eoq; colendo sita uitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. de Officio.
Colere & efficere. Cic. 1. de Legib. 23. Cuius muneris colendi & efficiendiq; causa nati & in lucem editi sumus.
Aeuum colere, id est, ætatem agere. Lucret. lib. 5. 231.
Colere amicitias. Cic. 2. de Finib. 128.
Vtilitatibus amicitias colere. Cic. 2. de Finib. 133.
Veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur. Cic. pro Quintio, 13.
Colendus amor. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 11.
Aurū colere, Pecuniæ studiosum esse. Proper. li. 3. de eleg. 13. 10.
Cōlere, tueri, seruare communem conciliationem & consociationem generis humani. Cic. 1. Offic. 208.
Diligentia præcipuè colenda est nobis. Cic. 2. de Orat. 80.
Disciplinam colere. Cic. de claris Orat. 60.
Colere fidem, & iustitiam retinere. Cic. 1. de Inuent. 4.
Fidem, rectumq; colere, Ouid. 1. Metam. 19.
Genus orationis æquabile & temperatū colendū. Cic. 1. Off. 5.
Hospitia, clientelæ, cognationes, affinitates caste colendæ. Author ad Herennium, lib. 3. 95.
Iura colere. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 16.
Ius religiosè colere. Author ad Heren. lib. 3. 95.
Ius & fas colere. Liuius 7. bel. Pun. 102. Iustitiam colere. Cic. 3. de Finib. 111.
Iustitiam & liberalitatem colere. Cic. 1. Offic. 9.
Sequi & colere leges. Cic. in Parad. 41.
Martem colere, Studio belli deditum esse. Sil. lib. 8. 92.
Memoriam alicuius colere. Cic. 2. de Finib. 162.
Memoriā uestri beneficij colam beneuolentia sempiterna. Cic. post Reditum, 19.
Militiam colere. Ouid. 2. Fast. 102.
Morem colere & usurpare. Plin. in Paneg.
Mores populi alicuius colere. Plaut. Casin. 2. 5. 1.
Piè sanctéq; colere naturam excellentem atq; præstantem. Cic. 1. de Natura deorum, 77.
Officium suum colere. Plaut. Sticho, 2. 23.
Pectus colere per artes. Ouid. 2. de Arte, 25.
Pietatem colere. Plaut. Asin. 10. 7, Hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere? Terent. Hecy. 3. 4. 33,
Quod potero faciam: tamen ut pietatem colam:
Nam me parēti potius quàm amori obsequi Oportet.
Hic declarat Terētius, pietatē colere, esse parentib. obsequi.
Pudorem & pudicitiam colere. Cic. 5. Verr. 5.
Quæstum suum colere. Plaut. Pœnulo, 16. 133.
Religionem colere. Cic. pro Fonteio, 18.
Nunquā colunt religionē testimoniorū. Cic. pro Flac. 7. Id est, nūquā sunt ueraces in testimonijs reddendis. Vide Religio.
Seditiones colere. Plinius de Viris illustribus, 19, Vt hac miseria plebs agros, non seditiones coleret.
Seruitutem apud aliquem colere. Plaut. Pœnulo, 14. 7.
Societates atque amicitias studiosè colere, Author ad Herennium, lib. 3. 95.
Studia colere. Id est, labore atq; exercitatione ea cōsectari. Cic. 5. de Finibus, 93.
Ad percipiendam colendamq; uirtutem literis adiuuari. Cicero pro Archia, 12.
Vitam colere (διάγειν τὸν βίον) Viuere. Plaut. Rud. 7. 17, Vix colo uitā. Author ad Heren. li. 4. 164, Qui nihil habet in uita iucundius uita, is cum uirtute uitam nō potest colere.
Colere uitam uino & uictu. Plaut. Mostell. 9. 35.
Inter se colere. Cic. Attico, lib. 13. 268. 5. Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano.
Victum colere. Cic. Attico, lib. 12. 246. 2.
¶ Colens, om. gen. (σεβόμενος) Nomen: ut, Colens religionum. Cicero pro Plancio, Qui sancti, qui religionū colentes, nisi qui meritam dijs immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt?
¶ Cultus (πεπαλλωπισμένος) Participium.
Cultus uestē cādida sacerdos, id est, ornatus. Plin. li. 16. c. 44. 15.
Cultus, Nomen adiectiuum (γεώργητος) Colum. lib. 8. cap. 8. 5, Nam quanto est cultior, tanto lætior auis conspicitur. Idem lib. 1. cap. 1. 1, Nam is demum cultissimum rus habebit, qui & colere sciet, & poterit, & uolet.
Incultus & Cultissimus, contraria. Cic. pro Quint. Rosc. 20, Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima uilla.
Ager nulla ex parte cultus. Cic. pro Qu. Rosc. 19.
Animus cultus. Cic. 2. Tusc. 19. & de claris Orat. 174.
Dea culta uirginibus ministris. Ouid. 6. Fast. 57.
Culta fides. Valer. lib. 1. Argonaut. 169.
Arborum confectio omnisq; materia & culta & syluestris. Cic. 2. de Nat. deor. 227.
Prædia culta. Claud. 1. in Ruff. 38.
Segetes cultæ. Claud. 4. Paneg. 60.

Digitized by Google

Veſtes cultæ. Claud. 2. de Raptu Proſerp. 65.

¶ Cultus, huius cultus (ἐργασία, γεωργία, σκευὴ, καλλώπισμα) Cic. 1. Offic. 20, Ob easq; cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum & ad uictum.

Agricolarum cultus elaborat. Cic. de lege Agraria, 69.

Cultus agrorum. Plin. lib. 15. cap. 1.

Biuius agrorum cultus. Vide Biuius.

Aratores cultu agrorum deſeßi. Cic. de lege Agraria, 87.

Accuratus cultus. Vide Accuratus.

Agreſtis cultus. Stat. lib. 6. Thebaid. 12.

Amœnior cultus. Vide Amœnus.

Crinalis cultus, id eſt, cultus circa crines & capillos. Claud. 5.

Cultus gemmati. Claud. 6. Paneg. 41. (Paneg. 17.

Læto cultu conuiuia, Lautè apparata conuiuia. Valer. lib. 5. Argonaut. 114.

Modicus cultu. Vide Modus.

Luxurioſus cultus. Vide Luxus.

Molliſsimus cultus. Vide Mollis.

Mundior iuſto cultus. Vide Mundus.

Preſſus & uelut applicitus rei cultus. Quint. lib. 4. cap. 2. 83.

Purpurei cultus. Stat. lib. 6. Thebaid. 17.

Cultus regales. Claud. 1. epig. 21. 2.

Simplex cultus. Claud. 1. in Ruffi. 44.

Affectare cultum effuſiorem in uerbis. Quint. lib. 3. cap. 8. 40.

Enitescet clarius hic noſter cultus. Quint. lib. 2. cap. 5. 15.

Tribuere diligentem cultum alicui. Cic. 2. de Inuent. 241.

Cultus hominis. Cic. 4. de Fin. 58. Id eſt, educatio & diſciplina.

Hominum cultus & curatio. Cic. 2. de Nat. deor. 235. de quibus, Quæ quidē neq; ali, neq; ſuſtentari, neq; ullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione potuiſſent.

Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini. Cic. 1. de Nat. deor.

Cultus uitæ. Cic. 5. de Fin. 95, Quos cura liberatos, nullum neceſſarium uitæ cultum, aut paratum requirentes.

Delectant etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cum elegantia & copia. Cic. 1. Offi. 37.

Humanus ciuilisq; cultus. Cic. 1. de Orat. 18.

Deſiſtere à cultu uictuq; beſtiarum. Cic. 2. Offic. 20.

Cultu humili aliquem educare. Liu. 1. ab Vrbe, 173.

Hominum cultus, alia ſignificatione. Tacit. lib. 2, Milesq; nullo illic hommum cultu, fame abſumptus. Subauditur, exiſtente. Significat autem inſulas illas cultoribus, habitatoribusq; uacuas fuiſſe. Idem lib. 3.

Cultu uacantes regiones propter uim frigoris aut caloris. Cic. 1. Tuſcul. 73.

Cultus patrius. Virg. 1. Georg. 12.

Cultus animi. Cic. 5. de Finib. 97.

Cultus deorum (σέβασμα) Adoratio. Cic. 1. Tuſcul. 99, Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum eruditi, &c. De philoſophia.

Religio deorum cultu pio continetur. Cic. 2. de Nat. deor. 161.

Cultu & honore dignari. Cic. de Inuent. lib. 2. 241.

¶ Cultio (γεώργησις) Verbale, Idem. Cic. 5. Verr. 194, Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri cultionem ſuſtuleris?

Agri cultione ſe oblectare. Cic. de Senect. 52.

¶ Cultum, culti (γεγεωργημένον) Subſtantiuum: ut, Pinguia culta. Claud. in laude Serenæ, 14.

¶ Cultor (γεωργὸς) Verbale: ut, Cultor agrorū & terræ. Liu. 4. ab Vrbe, 105.

Cultor uineæ. Cic. 5. de Finib. 71.

Cultor terræ, Inhabitator. Cic. 2. de Nat. deor. 143.

Cultor (λατρευτὴς) Mineruæ. Martial. lib. 5. 5,
Sexte Palatinæ cultor facunde Mineruæ.

Cultor ueritatis. Cic. 1. Offi. 153.

¶ Cultrix, huius cultricis, pen. prod. (θεραπεύτρις) Verbale fœmininū. Cic 5. de Finib. 70, Ex quo nō eſt alienū, ut animantibus, ſic illis & apta quædam ad naturam aptare, & alienа, earumq; augendarum & alendarum quandam cultricē eſſe, quæ ſit ſcientia, &c.

¶ Cultura, culturæ, penul. prod. (ἐργασία) Idem quod cultus ſubſtantiuum. Cic. 5 Ver. 99, Deinde quum audierit eas res, quibus fundi, fructus & cultura continentur, amotas & uenditas, &c.

Agri natura perboni, & diligentia culturaq; meliores. Cice. pro Flac. 56.

Agros deſertos à plebe atq; à cultura hominum liberorum eſſe non oportere. Cic. de leg Agrar. 83.

Ager, quamuis fertilis, ſine cultura fructoſus eſſe non poteſt. Cicer. 2. Tuſcul. 19.

Nihil fert ager, niſi multa cultura & magno labore quæſitum. Cic. de leg. Agrar. 93.

Fundi cultura. Paulus in l. ſi in lege. §. ſi domus. ff. locati.

Vitium cultura. Cic. 4. de Finib. 62.

Intempeſtiua cultura. Caius in l. ſi merces. §. cōductor. ff. locati.

Adhibere culturam. Cic. 5. de Finib. 70.

Hominum generi uniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris. Cic. de Senec. 52.

Noua ſarmenta cultura excitantur. Cic. 2. de Orat. 49.

¶ Colonus, coloni, pen. pro. (γεωργὸς) à Colo, colis, Agrorum cultor dicitur. Cic. pro Cecinna, 68, Qui colonus habuit cōductum de Ceſennia fundum.

Colonum catenarum, ioco dixit Plautus in Aſin. 7. 32, pro eo qui uinctus detinetur carceribus.

Colonus & Inquilinus. Paulus in l. ſi in lege. §. ſi domus. ff. locati, Poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationē, uel fundi culturam colonus, uel inquilinus, cum eis ſtatum agere.

Auidus colonus. Virg. 1. Aeneid. 1.

Optimus, parciſsimus, modeſtiſsimus, frugaliſsimus colonus, Cicer. 2. de Orat. 159.

Errantes coloni. Senec. Hipp. 3. 4.

Fortes coloni. Virg. 3. Georg. 57.

Inopes coloni. Horat. 2. Carm. ode 14. 3.

Lacertoſi coloni. Ouid. 11. Metam. 7.

Latini coloni. Cic. de claris Orat. 88,

Operoſus colonus. Ouid. de Nuce, 12.

Pauper ruris colonus. Horat. 1. Carm. ode 35. 2.

Veteres coloni. Virg. 9. eclog 1.

A colono rationes accipere. Cic. pro. Cecinna, 68.

Dare colono remiſsionem ob ſterilitatem. Papinianus in l. ſi uno anno. ff. locati.

Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. Caius in l. ſi merces. §. uis maior. ff. locati.

Habet conductū de aliquo fundū colonus. Cic. pro Cecinna, 68.

Diſſenſionē colonorum deferre ad patronos. Cic. pro. Syl. 45.

Colona. Ouid. 4. Faſt. 139, —habebat
Rus breue cum duro parca colona uiro.

Coloni (ἄποικοι, οἰκήτωρες) etiam dicebantur ciues Romani ad aliquam urbem habitandam miſsi: qui non proprijs, ſed Pop. Rom. legibus uiuebāt. Cic. 3. de Nat. deor. 65, Quāquā Circen quoq; coloni noſtri Circenſes religioſè colunt.

Aſcribere colonos nouos. Cic. 2. Phil. 101.

Aſsignare agros colonis. Cic. 1. de lege Agr. 10.

Collocare colonos in aliqua ciuitate Cic. de lege Agrar. 11.

Dare colonis agrum. Cic. 2. de lege Agrar. 75.

Deducere colonos. Cic. de lege Agrar. 10.

In colonias alicuius regionis colonos deducere. Cicer. de lege Agrar. 75.

Digitized by Google

Deligere ad omne facinus colonos. Cic. 1. de lege Agrar. 11.
Diuidere agrum colonis. Cic. 1. de lege Agrar. 12.
A colonis urbes occupatæ per Decemuiros. Ci. 1. de lege. Agr. 12.
Numerum colonorum scribere in aliquam ciuitatem. Cicer. de lege Agrar. 77.
¶ Colonus, pen. prod. Adiectiuum. (οἰκήσιμος) Cic. 5. Philip. 202, Vtique C. Pansa, A. Hircius Consules, alter amboue cognoscerent, qui ager colonus esset, quò milites ueterani deducti essent, &c.
¶ Colonia, coloniæ (ἀποικία) Dicebantur coloniæ, minores urbes, ad quas habitandas ex maioribus urbibus, quasi quædã examina populorum mittebãtur. Cic. 1. Offi. 80, In alias domos tanquã in colonias exeunt. Idem de lege Agraria cõtra Rullũ, 74, Hoc in genere, sicut in cæteris Reipub. partibus, est operæprecium diligentiã maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, sed propugnacula imperij esse uiderẽtur. Et pro Fonteio, 2. de Gallia prouincia loquens, Est in eadẽ prouincia Narbo Martius, colonia nostrorũ ciuiũ, specula Pop. Rom. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectũ. Cic. 2. Philip. 101, Consuluisti me per literas de Capua tu quidem: sed idem de Casilino respondissem, possesne ubi colonia esset, eò coloniam nouã iure deducere. Negaui in eam coloniam, quæ esset auspicatò deducta, dum esset incolumis, coloniam nouã iure deduci: colonos nouos ascribi posse, rescripsi. Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo Transpadanas colonias traduxerat. non enim nouis colonis eas instituit, sed ueteribus incolis manentibus, ius dedit Latij, ut possent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ: id est, ut ius petendi magistratus in ciuitate Romana adipiscerentur. Erant prætereà coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur. Erant & Latinorũ, & quæ Latij ueteris appellabantur: quales in Hispania multas fuisse refert Plinius. Quũ enim in urbe Roma multos ex ueteribus nouisq; incolis paupertate premi, intellectum erat, adeò ut censui soluendo non sufficerent: Triumuiri à Senatu creabantur, qui locis primùm consideratis, in quibus Reip. expediret propugnaculum cõstitui, noua edicta proponebãt, dãda esse nomina ab illis qui in nouam coloniam deduci uellent. ficq; urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati ad nouas, quibus indigerent, diuitias gratis datas cũ familia accedebant. accipiebãt enim duo quatuor, sex aut septem agri iugera, & quandoq; plus. Budæus, Colonia, ciuitas est à matrice ciuitate deducta, id est, metropoli: quomodo Ionicæ ciuitates deductæ erant & propagatæ.
Ciuium colonia. Cic. pro Fonteio, 2.
Municipia & coloniæ. Cic. de lege Agrar. 96.
Quid Colonia à Municipio differat, Gellius lib. 15. cap. 13. tractat. Municipia, inquit, quid & quo iure sint, quantumq; à colonia differant, ignoramus, existimamusq; meliore conditione esse colonias quàm municipia.
Florens colonia. Cic. 2. Phil. 101.
Immunes coloniæ. Plin. lib. 3. cap. 1. 11.
Collocare colonias idoneis in locis, & contra suspicionem periculi. Cic. 2. de lege Agra. 74.
Commutare coloniam. Vide Commuto.
Complere colonijs regionem aliquam. Cic. de lege Agra. 10.
In aliam coloniam se conferre. Paulus in l. si in lege. §. colonus si ei. ff. locati.
Constituere colonias in aliqua urbe. Cic. de lege Agra. 10.
Deducere colonias. Cic. de lege Agra. 9.
Deducere colonias nouas, ueteres renouare. Cic. de lege Agra. 45. & 74.
Imponere coloniam in agro. Vide Impono.
Imprimere municipia, præfecturas, & colonias uestigijs flagitiorum. Cic. 2. Philip. 171.
Lustrare coloniã. Cic. 1. de Diuin. 165, Itemq; in lustranda colonia ab eo qui eam deduceret, &c.
Mittere coloniam in aliquam regionem. Cic. 1. de Diuin. 5.
Municipia et colonias suis colonis occupare. Ci. de leg. Agr. 85.
Veteranorum colonias peragrare. Cic. 2. Phil. 100.
Primores coloniarum. Suet. in Claudio. cap. 1.
Libertatẽ populi præsidijs & colonis intercludam tenere. Cic. de lege Agrar. 76.
Obire colonias. Vide Obeo.
Occupare colonijs regionem aliquã. Cic. de lege Agrar. 10, Totam Italiam inermẽ traditurus existimasti, quã præsidijs confirmaretis, colonijs occuparetis, omnibus uinclis deuinctum & constrictam teneretis.
In colonias proficisci. Cic. pro Cecinna, 71.
Renouare ueteres colonias. Cic. 2. de lege Agrar. 45.
Colonia, interdum agricolationis locum, aratorisq; officinã & domicilium significat. Paulus in l. quæro. §. Paulus respõdit. ff. locati, Seruus, qui æstimatus coloniæ ascriptus est, ad periculũ coloni pertinebit. Idẽ in l. si in lege. §. colonus. ff. locati, Nã et qui expulsus à cõductione, in aliam se colonã cõtulit, nõ suffecturus duabus, neq;, etc. Sic Cic. 5. Verr. 96, Siculos colonos et aratores Pop. Romani uocauit γεωργούς. Budæus.
Colonia, per metaphoram, pro loco ubi quis habitat. Plaut. Epid. 8. 7, Sed ego hinc migrare cesso, ut importem in coloniam hunc auspicio meo commeatum?
¶ Colonicus, penul. corr. Adiectiuum (ἀποικικός) ut, Colonicæ leges. Varro 1. de Re rust. cap. 2. 5, Atq; etiam leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro surculario ne capra natum pascat.
Cohortes colonicæ. Cæsar 2. bel. Ciuil. 78, Cohortes duas quæ colonicæ appellabantur, quum eò casu uenissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit.
Decuriones colonici, Qui coloniarum sunt. Sueton. in Augusto, cap. 40.
Colonica ouis. Plin. lib. 26. cap. 10. 3, Superioris radix in lacte ouis colonicæ data, neruos intendit. Sipontinus, Colonicum genus ouium delicatius, in pascuis pascens, & loca magis culta appetens: unde habet nomen, ut colonicum dicatur. Vide Plinium lib. 8. cap. 47. 3.
Colonarium, Cælius lib. 11. cap. 55, In epistolis (inquit) ad Atticum, Colonarium esse arbitror uectigal, quod pro re penderetur rustica. De aquæ ductu, inquit Cicero, probe fecistis: colonarium uide ne ullum debeamus: quanquam audio, eam illic commutatam esse legem. In eundem sensum dixit Cæsar lib. 3. de bel. Ciuil. Est autem is locus lib. 13. 264. 1. Verba autem Cæsaris ex tertio libro de bello Ciuili, hæc sunt, In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, uecturæ imperabantur. Sciendum tamen à plerisque scribi Columnaria, quod Cælius ipse scribit colonarium: nempe qui uideatur à nomine Colonus deriuare.
Colobicas] pen. corr. Firmicus lib. 3. cap. 14, Morientur autem aut spatici, aut apoplectici, aut colobici. Spaticos interpretor, contractos. uel conuulsos: Colobicos, mutilos: κολοβὸς enim dicitur mutilus, minutus.
Colobium] Genus tunicæ, quo antiqui Romanorum utebantur: sic dictum, quòd manicis esset mutilatum. Nam Græci κολοβὸν, truncum ac mutilatum dicunt. Sipontinus.
Coloboma] atis (κολόβωμα) Latinè mutilatio, Defectus particulæ est in parte aliqua corporis. Vide lib. finit. medic. apud Galen.
Colocasia] νύαμος αἰγύπτιος, Genus herbæ, quæ fabæ Aegyptiæ

Digitized by Google

gyptiæ nomen habet. Plin.lib.21.cap.15.2, In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam Cyæum uocant aliqui.

Colocaſiæ] Mineruæ templum fuit in Sicyone, ut eſt in 3. apud Athenæum, quo loco de ciborio & colocaſia ait, ex Nicandri Georgic. Meminit Cæl.lib.9.cap.12.

Colocaſium] n.g. Vergilius in Pollione,

Miſtáq; ridenti colocaſia fundet acantho. Ruell. dicit Colacaſion eſſe radicem fabæ Aegyptiæ. Mart. lib. 8.epiſt. 33, in Paulum, de Phiala,

Lenta minus gracili creſcunt colocaſia filo. Ducitur enim dentibus tanquã lana, & quidẽ ſubtilis. Inde idẽ lib.13,

Niliacum ridebis olus, lanaſq; ſequaces
Improba cum morſu fila manúq; trahes.

Colocaurum] κολόκωρον, Germaniæ urbs Ptolemæo. Vulgò Pridiual.

Colocynthæ] ſic dicti ſunt libri quidam obſcuriſſimi, ab Adriano imperatore ſcripti. Dion, Εἶπε δὲ Ἀδριανῷ παλαιόν σαυτι, ἄπειλθε ὡς τὰς κολοκύθας γράφειν ἔτυχεν ἐκεῖνος τοιούτῳ τινὶ γράμματι σεμνυνόμενος. In Aelio Spartiano legitur Catacriani, uel Catacannas, ſed mẽdoſè. Turneb.

Colocynthis] colocynthidis. f.g. (κολοκυνθὶς) Genus cucurbitæ. Plin.lib.20.cap.3.1, Colocynthis uocatur alia, ipſa pleni, ſed minor quàm ſatiua. De cucurbita ſyluestri loquitur.

Coloena] Coloenæ (κολοήνη) dicta eſt Diana à lacu Gygæo, ab Homero ſic uocato, qui poſtea mutato nomine dictus eſt Colous, ubi templum habet, quod in maxima religione habetur. Vide infrà Colous, & Strab.lib.13.

Colomeſtrum] Romani appellauerunt ſecundam aconiti ſpeciem, teſte Dioſcoride, quam idem & Cynoctonon & lycoctonon, à canibus & lupis necandis cognominat.

Colon] uel colum (κῶλον) Eſt craſſius inteſtinum tubulatum, ex quo excrementa eam accipiunt formã qua egeruntur, plurimas cellulas atq; cauernas habens, ad renemq; ſiniſtrũ religa tur. Vnde uerbũ κολάξεσθαι, pro eo quod eſt torqueri, cruciariq;. Gell.lib.17.cap.11. aluũ uocat, Ac deinde (inquit) aridiora ex ijs recrementa in aluũ conuenire, quod Græcè κῶλον dicitur. Celſus lib.1.cap.8, Latinè ſic uertit, Et ſi, inquit, laxius inteſtinũ dolere conſueuit, quod κῶλον nominãt, &c. Dicitur & κῶλον, ile. Hermolaus in 37.caput Plinij, lib.11, Nam ile, quod infima parte collocatum eſt in homine, κῶλον Græcè dicitur. Vnde aũt ile dicatur, paulò antè declarat, Eſt aũt ila, ſiue à Græco dicta, unde gracilioris inteſtini morbus appellatur ileos, id eſt, εἰλεός: ſiue ab ina, quo uerbo (ut eſt apud Feſtum) tenuiſſima pars rei ſiue pellicula ſignificatur. Hæc ille. Is morbus & chordios, & chordapſis quoq; dici ſolet eidẽ Hermolao in gloſſematibus, in uerbo Colici.

Coli uitiũ efficaciſſimè ſantur aue galerita aſſa in cibo ſumpta. Plin.lib.20.cap.7.7.

¶ Colon, eſt etiã membrum orationis. Cõmata Cicero uocat incisa. Sunt enim imperfectæ orationes: cola mẽbra ſunt, & in longa circunductione penè perfectæ orationes. ut colon eſt, Quũ multa pontifices, à maioribus noſtris diuinitus inuẽta atq; inſtituta ſunt. Aliud colon, Tum nihil præclarius, quàm quòd uos coſdẽ & religionibus deorũ immortaliũ et ſummæ Reip. præeſſe uoluerũt. Sed partes colorum ſunt cõmata: ut, Inuẽta atq; inſtituta ſunt, & religionibus deorũ immortaliũ. Κῶλα, qd ſint, dignoſci poteſt ex Cicerone de claris Ora. 84. Cõprehẽſio, inq̃t, et ambitus ille uerborũ (ſi ſic periodũ appellari placet) erat apud illũ cõtractus et breuis, et in mẽbra quædã quæ κῶλα Græci uocant, diſpertiebat orationẽ libentius.

¶ Colicus, pen. corr. (κωλικὸς Galen.) Adiectiuum: ut, Colicus dolor, qui in colo, hoc eſt craſſo & maximo inteſtino flatibus oppleto, generari ſolet. Inde etiam colicum hominem dicimus. Plin.lib.20. cap.4.5, Praxagoras & iliosis dandos cenſet, Pliſtonicus & colicis.

Colici (ut ait Hermolaus in gloſſematibus in Plinium, ſuper uerbo Colici) à colo breui prima, Iulio Polluci. Eſt autem colon, inteſtinum laxius: unde uerbum κολάξεσθαι, pro eo quod eſt torqueri cruciariq;.

Colicon medicamentum ad dolorem inteſtini plenioris. Celſus lib.4.cap.14.

Colona] ὀργασήριον, Locus agricolationis, aratoriſq; officina. Paul. in l. quæro. §.1.ff. locat. Seruus, inquit, qui æſtimatus colonæ aſcriptus eſt, ad periculum colonæ pertinebit. Eadẽ ratione idem Paulus Coloniã dixit, pro functione ipſa colendi, & agricolatione, in l.ſi in lege. §. colonus. ff. locat. Alij utrobiq; Colonia legunt, & pro eodem. Vide Colonus, in Colo.

Colonæ] κωλωνὰι, Ciuitas eſt prope Tenedũ inſulã, cuius Cygnus, Thrax genere, & Tenæ pater, rex olim fuit. Strab.lib. 13, Achæio, inquit, continua erit Lariſſa & Colonæ, quæ prius ad Diam pertinebant, & Chryſa in loco excelſo & petroſo ſupra mare ſita, & Amaxitus quæ cõtinuè Lecto ſubiacet: nunc Achæio continua eſt Alexandria. Eſt & Colonæ Troadis locus, non procul à Lampſaco. Strabo ibidem.

Coloneus] Locus eſt, cuius incolam fuiſſe Sophoclẽ dicit Cicero, unde & Oedipus Coloneus, teſte eodẽ, cognominatus, q Tragœdiæ nomẽ dedit, 5. de Fin. 4. Tum Quintus, Eſt plane Piſo ut dicis, inquit. Nã meipſum hoc modò uenientẽ conuertebat ad ſeſe Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos uerſabatur, quẽ ſcis q̃ admirer, quãq; eo delecter. Me quidẽ ad altiorẽ memoriã Oedipodis huc uenientis, et illo molliſſimo carmine, quænã eſſent ipſa hæc loca requirentis, ſpecies quædã cõmouit. Idẽ de Senect. 20. Sophocles ad ſummam ſenectutẽ tragœdias fecit: quod ppter ſtudiũ, quũ rem familiarẽ negligere uideretur, à filijs in iudicũ uocatus eſt, ut quemadmodũ noſtro more malè rem gerẽtibus patribus, bonis interdici ſolet: ſic illum quaſi deſipientẽ, à re familiari remouerẽt iudices. Tum ſenex dicitur eam fabulam quã in manibus habebat, & proximè ſcripſerat, Oedipum Coloneũ recitaſſe iudicibus, quæſiſſeq; num illud carmen inſipientis uideretur: quo recitato, ſententijs iudicum eſt liberatus.

Colonia] Agrippinenſis, Vbiorũ ciuitas potẽtiſſima, cis Rhenum fluuiũ ſita: ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ ut ſocijs quoq; nationibus potentiam ſuam oſtentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, Coloniam ex ueteranis deduci imperauit. Tacit. Annal.lib.12.

Colonis] Inſula eſt in ſinu Argolico, contra Hermionium agrum, cuius meminit Plin.lib. 4. cap.12.

Colonos] κολωνὸς, Agger fuit, ſiue locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur cõmigraſſe: unde Sophocles Tragœdiã de Oedipi calamitatibus conſcriptã, Oedipum Coloneũ appellauit. Erat aũt hic locus Neptuno ſacer, ubi etiã equeſtris eius ſtatua fuit, quẽadmodũ & Theſei, Pyrithoi, Adraſti, & Oedipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à ſolitudine, hominumq; odio μισανθρωπος cognominatus eſt. Hæc Pauſan in Attic. Pollux uerò lib.7. author eſt, duo huius nominis loca in Attica fuiſſe: alterũ ἵππιον appellatũ, in quem confugit Oedipus: alterum in foro, iuxta Euryſacium, ἀγοραῖον cognominatum.

Colonus, Coloniæ, Colonarius, Colonicus] Vide Colo.

Colopena] Cappadociæ pars eſt, Sebaſtiam & Sebaſtropolim urbes habens. Vide Plin.lib.6.cap.3.

Colophon] pen.corr. huius colophonis, pe.pro. (κολοφὼν) Ioniæ urbs clariſſima, quæ equeſtribus tantum excelluit, ut ubicunq; difficulter bella componi poterant, Colophonij equitatus auxilijs dirimerentur. Vnde natum prouerbium, κο

Digitized by Google

κορώνας ἐπέθηκε, id est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponitur.

Colophonij, Colophoniorum (κολοφώνιοι) Populi sunt Colophonem urbem habitantes. Cic. pro Archia poeta, 14, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum.

Colophon] dixerunt, quũ aliquid finitũ significaretur. Fest.

Colophonia] κολοφωνία, Herba est notiore nomine Scammonia appellata, succum habens eiusdem nominis. Colophonia autem dicta, à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatissima aduchebatur. Dioscorides lib. 4. cap. 152.

Colophonia resina, quæ à Colophone Ioniæ Vrbe sibi cognomentum comparauit, est (ut refert Plinius lib. 14. cap. 20.) præter cæteras fulua. De hac etiam Gal. lib. 11. de compos. med. per gen. meminit his uerbis, Est (inquit) inter liquidas etiam colophonia thuris redolens, quæ nonnullis sola uocatur colophonia, odoratu suauitatem quandam referens, ut abietina, & calore sicut illa mediocri prædita. Nascitur admodum modica, atq; ob id preciosa est. Hæc ille.

Colophura] κολοφυρα, Apud Theophrast. animalia intelliguntur, boues, asini, muli, quæ si similen olfactarint, intermoriantur: quod de hominibus intelligit Andreas, si indormiant. Ex Cæl. lib. 3. cap. 30.

Colops] magnus (κόλοψ) Ptolemæo Zeugitanæ prouinciæ urbs, hodie Giger, regia ciuitas.

Color] huius coloris, m. gen. (χρῶμα, χροιὰ, χρὼς) A' colo, colis, inquit Sipontinus, deductum: quia coloribus faciem, uestes, domos, ac reliqua omnia ornamus. Terent. Eunuch. 2. 3. 26, Color uerus, corpus solidum, & succi plenũ. Cic. 3. Verr. 99, Isti color immutatus est, uultus, oratio, mens.

Colos ab antiquis dicebatur. Plin. lib. 12. cap. 19. 9, Colos triplex. De Casia loquitur. Lucret. lib. 6. 42,

Flãmeus est plerũq; colos et spendidus ollis. De nubibus.

Bonitas coloris. Cic. 1. Offi. 182.
Crebra coloris mutatio. Cic. pro Cluentio, 42.
Aureus color barbæ. Ouid. 12. Metam. 79.
Aureus color ignis. Lucret. lib. 6. 42.
Color croci. Lucret. lib. 6. 239.
Lucis color, Splendor. Seneca Agamemn. 9. 11.
Operum colores. Horat in Arte, 18.
Veritatis color. Cic. de claris Orat. 84.
Vrbanitatis color. Cic. de claris Orat. 88.
Albus color præcipuè decorus Deo est. Cic. 2. de Legibus, 77.
Amethystinus. Vide Amethystus.
Ardentissimus. Vide Ardeo.
Aridus. Vide Aridus.
Ater. Ouid 4. Metam. 22.
Aureus. Vide Aurum.
Austerus. Vide Auster.
Blandus. Vide Blandus.
Bonus. Vide Bonus.
Buxeus. Vide Buxus.
Candens. Vide Candeo.
Corneus color. Plin. lib. 37. cap. 2. 14.
Candidus. Vide Candeo.
Cereus. Vide Cera.
Ceruinus. Vide Ceruus.
Cinereus. Vide Cinis.
Citrinus. Vide Citrus.
Coracinus. Vide Corax.
Crocinus. Vide Crocus.
Cymatilis. Vide Cyma.
Decens. Horat. 4. Carm. ode 13. 4.
Deterrimus color alicui rei dicitur esse, quæ non ita bonum colorem habet. Virg. 3. Georg. 17.
Dilutus color. Plin. lib. 37. cap. 5. 6.
Diuersi mille nitent colores. Ouid. 6. Metam. 13. de Iride.
Elegantioris coloris gratia. Plin. lib. 15. cap. 8. 2.
Exanguis. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 11.
Flammeus color. Plin. lib. 35. 6. 10.
Floridi colores. Plin. lib. 35. cap. 6. 1.
Fucatus. Horat. Epod. 12. 3.
Fuscus. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 8.
Hyalis. Virg. 4. Georg. 67.
Igneſcens, Igneus. Vide Ignis.
Langueſcens. Vide Languor.
Melleus color. Plin. lib. 36. cap. 8. 2.
Languidus. Vide Languor.
Lentus. Vide Lentus.
Liquidus. Horat. 4. Carm. ode 8. 2.
Luridus. Vide Luridus.
Luteus. Vide Luteus.
Marmoreus. Lucret. lib. 2. 155.
Melior. Vide Bonus.
Memnonius color, Niger intelligitur apud Ouidium lib. 3. de Ponto, elegia 3. 20.
Mixti colores, Celsus lib. 2. cap. 8.
Murrhinus. Vide Murrha.
Natiuus. Vide Nascor.
Niueus. Horat. 2. Carm. ode 4. 1.
Nubilus color. Vide Nubes.
Obsoletus. Vide Obsoleo.
Olorinus. Vide Olor.
Omnigenus. Vide Omnis.
Phœniceus. Lucret. lib. 2. 166.
Pulcher. Lucret. lib. 4. 208.
Puniceus. Lucret. lib. 5. 188.
Purpureus quondam color ora reliquit. Virg. 11. Aeneid. 164.
Sanguinolentus color. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 3.
Satur color, Abundans, largus. Virg. 4. Georg. 67.
Morti similis color. Senec. Hipp. 4. 46.
Spumeus color. Plin. lib. 37. cap. 2. 14.
Surdus color. Plin. lib. 37. cap. 5. 6, Paulò pòst 14.
Suauis color. Cic. 5. Tuscul. 66.
Tetri colores fœda specie. Lucret. lib. 2. 85.
Thessalicus color. Lucret. lib. 2. 101.
Turpes colores. Lucret. lib. 2. 85.
Tyrius color, id est, purpureus. Horat. 1. epist. 6. 4.
Validus color Plin. lib. 20. cap. 5. 11.
Varians color. Plin. lib. 14. cap. 2. 8.
Verecundus color. Horat. Epod. 17. 5.
Verni colores. Valer. lib. 6. Argonaut. 99.
Viridis color. Ouid. 10. Metam. 28.
Colores qui aciem compungunt. Id est, qui oculos offendunt, qualis est color albus lucidior. Lucret. lib. 2. 84.
Colores qui lacrymare cogunt. Lucret. lib. 2. 8.
Colores qui oculos pascunt. Lucret. lib. 2. 84.
Mille colorib. arcus, Iris quæ est multorũ colorũ. Virg. 5. Aen. (121.
Conspicuus colore albo. Vide Conspicuus.
Nitidus suo colore. Quint. lib. 2. cap. 5. 8.
Accipere colorem. Vide Accipio.
Amittere colorem. Ouid. 6. Metam. 65.
Accommodare cuiq; colori actum suũ. Quint. lib. 2. cap. 12. 7.
Rebus nox aufert colorem. Virg. 6. Aeneid. 55.
Commutare colorem. Vide Commuto.
Sine colore consistere. Cic. de Arusp. Resp. 1.
Constat color & uultus. Vide Consto.
Cõtactus colore aliquo, id est, tinctus & depictus Luc. li. 6. 239.
Non credendũ colori. Virg. 2. eclog. 4. Id est, non confidendum.

Dare

Digitized by Google

Dare colorem rei. Quint. lib. 6. cap. 2. 23.
Deformibus dandus color. Quint. lib. 3. cap. 8. 30.
Distincti colores. Catul. Argonaut. 18.
Colorem ducere. Quint. lib. 10. Id est, phraseos genus comparare. Budæus. Virg. 9. eclog. 10,

Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uua colorem.

Eluere colores. Quint. lib. 1. cap. 1. 4.
Errãt narij colores in uultu. Virg. hoc de Sole dicit 1. Geor. 90.
Euanescit color. Lucret. lib. 2. 166.
Excidit color alicui. Ouid. 2. Metam. 59.
Eò colore & ijs oculis in ædes exisse. ut, Cic. de claris Ora. 44.
Fuscare colorem. Ouid. 2. Trist. 97.
Imbutus colorem aliquem, id est, tinctus aliquo colore. Lucret. lib. 2. 147.
Incursat color alter colori. Vide Incurro.
Inducere colorem alicui picturæ. Vide Induco.
Venustatis nõ fuco illitus, sed sanguine diffusus inesse debet color. Cic. 3. de Orat. 110.
Mentiri colorem fuco. Vide Mens. Virg. 4. eclog. 9,

Nec uarios discet mentiri lana colores. Nam quod tingitur, mentitur alienum colorem, ut inquit Seruius.

Migrare in alium colorem. Lucret. lib. 2. 155.
Mutare colorem. Vide Muto.
Nectere colores. Id est, res coloratas. Virg. 8. eclog. 15.
Percoctum colorem, in homine colorem nigrum uocamus, & à sole adustum. Lucret. lib. 6. 145,

Inter nigra uirũm percocto secla colore. Periphrasis est Aethiopum.

Perdere colorem. Ouid. 3. Metam. 20. Id est, expallere.
Recipere colorem. Quint. lib. 4. cap. 2. 70.
Rubent prata nouis coloribus. Virg. 4. Georg. 61.
Spargere coloribus aliquid, Varie tingere. Virg. 7. Aeneid. 39.
Claro splendere colore. Lucret. lib. 5. 253.
Sumere colorem. Ouid. 13. Metam. 133.
Tueri colorem exercitatione corporis. Cic. 1. Offi. 182.
Color, per translationem pro Prætextu & obtentu. Quint. lib. 11. cap. 1, Quòd si nulla contingit excusatio, sola colorem habet pœnitẽtia. De eo qui alteri accusat, quum de se fateatur. Marcellus de donationibus inter uirum & uxorem. l. Sulpitius, Si color uel titulus, ut sic dixerim, donationi quæsitus est. Budæus. Vlpianus in L sed Iulianus. ff. ad Senatusconsul. Macedonianum.
Color, Species. Virg. 2. Georg. 36,

Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq;,
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis. Seruius.

Flos & color pigmentorum. Cic. de claris Orat. 165.
Color ciuitatis. Cic. Attic. lib. 4. 85. 13; Amisimus, mi Pomponi, omnem succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis. Lucanus lib. 9,

—non iam regnare pudebit.
Nec color imperij, nec frons erit ulla Senatus. Budæus.

Dicendi color. Quint. lib. 6. cap. 3. 74.
Somniorum, & superstitionum colores ipsa iam facilitate auctoritatem perdiderunt. Quint. lib. 4. cap. 2. 67.
Vitæ color. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 12.
Colores rhetorici (χρώματα) apud Ciceronem uocantur ornamenta orationis, hoc est figuræ, quæ à Græcis schemata appellantur: ut quum de Pompeio loquens ad Atticum, lib. 2, ita inquit, Sic ego hunc omnibus à me pictũ artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore uidi. Colores autem illos intelligit, quibus usus est in oratione de imperio Cn. Pompeij. sic enim uocat orationis ornamenta & lumina, quibus detractis, res simpliciter indicata non magnoperè

suapte naturâ uel conditione placeret. Budæus.

Tragicus color. Horat. in Arte, 48.
Dicere aliquid loco coloris. Quint. lib. 7. cap. 2. 37.
Ornatur oratio genere primùm, & quasi colore quodam, & succo suo. Cic. 3. de Orat. 53.
Habitum orationis, & quasi aliquem colorem requirere. Cic. 3. de Orat. 110.
Colores, Quæ media defensionũ uocantur à forensibus. Quint. lib. 12, de litigatoribus loquẽs, qui libellos patronis suis conscribunt: Hi porrò non tantum nocerent, si omnia scriberẽt, uti gesta sunt: nunc consilium & colores adijciunt, & omnia peiora ueris: quæ plerique quum acceperunt, mutare nefas habent. Budæus.
¶ Coloro, coloras, pen. prod. (χρωννύω, χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώζω, χρόομαι,) colorare, Colorem inducere. Cic. 1. de Natur. deorum, 152, Formare, figurare, colorare, animare non possent.
Colorare & roborare. Cic. in Orat. 25, Ipsa se postea colorat & roborat.
Colorare magis est quàm inficere. Senec. epist. 72, Animum nõ colorauit, sed infecit.
Colorare, pro Inducere prætextum. Valer. Max. lib. 8. cap. 2, Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando.
Colorari, de homine & oratione. Cic. 2. de Orat. 32, Fatebor aliquid tamen: ut quũ in sole ambulem, etiã si ob aliam causam ambulem, fieri natura tamen ut colorer: sic quum istos libros ad Misenum (nam Romæ uix licet) studiosius legerim, sentio orationem meam illorum cantu quasi colorari. Budæus.
¶ Coloratus arcus ex nubibus. Cic. 3. de Nat. deor. 69.
Indi colorati. Virg. 4. Georg. 59.
Seres colorati. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 2.
Coloratæ & perlucidæ uuæ. Colum. lib. 11. cap. 2. 50.
Colorata oratio, Coloribus oratorijs decorata & ornata. Cic. de claris Orat. 88.
Coloratus, pro Fucato. Senec. epist. 16, Quæ scribis, unde uenianț, scio: non sunt ficta, nec colorata.
Coloratus, pro Fuscato. Seneca de Vita beata, Virtutẽ reperies pulucrulentam, coloratam, callosas habentem manus, quasi sole deformatam.
¶ Coloratior (χρωτότερος) Plinius lib. 16. cap. 12. 3, Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem fieri ac coloratiorem.
¶ Colorius, Adiectiuũ: ut, Coloriæ uestes, quæ ex lana non tincta, hoc est natiuo colore factæ sunt. Ex Valla lib. 6. cap. 53.
Colorbasus] Nomen hæretici, qui uitam omniũ hominum in septem syderibus consistere affirmabat.
Colos] κῶλος, Fera est Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad cursum, naribus potum attrahens. Author Strabo lib. 7.
Colosse] Straboni lib. 12, Oppidum Phrygiæ, prope Laodiceam: quod teste Orosio, temporibus Neronis cum Laodicea & Hierapoli, terræ motu cecidit.
Colosinus color (κολοσίνου χρώματος) A Colosse Troadis urbe nomẽ accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. Vide Thylesium in lib. de Coloribus.
Colossus] colossi (κολοσσὸς) quid significet, declarat Plinius libro 34. cap. 7. 6. his uerbis, Moles quippe excogitatas uidemus statuarum, quas colossos uocant, turribus pares. Festus, Colossus à Colosso artifice, à quo deformatus est, dictus. Martialis lib. 8. 38, Ademq; Martis, & colosson Augusti. Erant autem colossi, grandes & corpulentæ statuæ, quæ antiquitus dijs erigebantur. Præcipuæ autem magnitudinis fuerunt apud Rhodios, apud quos maximè celebratus est is, qui

Soli

Digitized by Google

Soli ſacer habitus eſt. Quintianus, Clara Rhodos proprium non omiſſura coloſſon.

Enormes coloſſi. Stat. lib. 1. Sylu. 3. 11. propter nimiam magnitudinem.

¶ Coloſſeus, Adiectiuum (κολόσσεος) In modum ſiue formam coloſſi. Plin. lib. 34. cap. 8. 28, Fecit & quadrigas, bigasq;, & Ciduchon eximia forma: & Virtutem & Græciam, utraſq; coloſſeas.

Coloſſeum ſe pingi iußit. Plin. lib. 35. cap. 7. 3. de Nerone.

¶ Coloßicus, pen. corr. (κολοσσικὸς) Adiectiuum, Idem. Plin. lib. 34. cap. 8. 7, Item duo ſigna, quæ Catulus in eadem æde poſuit, palliata: & alterum coloßicon nudum.

Coloßica onera, magnæ molis, quales ſunt coloſſorum. Eſt & comparatiuus Græcus Coloßicotera, pen. cor. pro Grandiora, uaſtiora, coloſſi inſtar habentia. Vitruuius lib. 10. cap. 4. Sin aũt coloßicotera amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, nõ erit ſucculæ committendum. Budæus.

Coloſtrum] coloſtri, uel Coloſtra, coloſtræ, (πρόφαλις) Dicitur lac primum, poſt partũ, in omnibus animalibus, quod in pumicis modum coit: ideo infantibus nutricis, non matris lac exhibere conuenit: quia matris pernicioſum eſt. Martialis lib. 13. 38,

De primo matrũ lacte coloſtra damus. Plin. lib. 28. cap. 9. 1, Sicuti & lacte ipſo uſu. Vtiliſſimum cuiq; maternum. Concipere nutrices exitioſum eſt. Hi ſunt enim infantes, qui coloſtrati appellantur, denſato lacte in caſei ſpeciem. Eſt aũt coloſtra, prima à partu ſpongioſa denſitas lactis. Plaut. Pœnulo, 4. 145, Meum cor, mea coloſtra, meus molliculus caſeus.

¶ Coloſtratus, pen. prod. adiectiuum (πρόφαλιος) ut, Coloſtrati infantes, qui coloſtrum biberunt. Plin. lib. 28. cap. 9. 1.

¶ Coloſtratio (πρόφαλισμὸς) Malum illud quod infantibus atq; adeò animalibus ex nimia coloſtri potatione euenire ſolet. Plin. lib. 11. cap. 41. 2, Pullis earum ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. Genus mali uocatur coloſtratio. De pullis aſinorum.

Colotes] pen. prod. Vir Teius, pictor: cuius meminit Quintilia. lib. 2. cap. 14. Fuit & Colotes ſculptor quidam eximius, cuius opus Aeſculapij ſimulacrum ex ebore factum, aſpectu ſanè mirandum in quodam Bœotiæ uico aſſeruari tradit Strabo lib. 8.

Colotos] uel Colotes (κώλωτος Ariſtoteli) lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem uocant. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt. Plinius lib. 29. cap. 4.

Colous] κολοῦς, Lacus eſt Lydiæ, quadraginta ſtadijs à Sardibus diſtans, qui & Gygæus à Poetis nominatur: iuxta quẽ & Dianæ templum fuit, cognomento Coloene, ubi ſimiæ ſolennibus diebus ſaltare dicebantur. Vide Strabo. lib. 13.

Colpe] Ciuitas eſt Ioniæ regionis, ut eſt apud Plin. lib. 5. c. 29.

Colpos] κόλπος, A rei anatomicæ peritis appellatur ea uberum pars, quæ in ſe, tanquam in ſinu quodam, lac continet, unde & nomen accepit. Nam κόλπον Græci ſinum uocant, hoc eſt littoris obliquitatẽ, quibuſdam ueluti brachijs mare amplectentem. Vide Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 4.

Colubæ] Populi Plinio inter gentes Indicas numerãtur, cap. 19. lib. 6.

Coluber] colubri, m. g. pen. corr. (ὄφις) Serpens qui umbras nemorum incolit. Plin. lib. 32. cap. 5. 9, Coluber eſt in aqua uiuens, huius adipem & fel habentes, &c.

Tecto aſſuetus ſuccedere coluber. Virg. 3. Georg. 83.

Breues colubri. Ouid. epiſt. 2. 24.

Longi colubri. Virg. 2. Georg. 64.

Niuei colubri. Ouid. 15. Metam. 143.

Venenati colubri. Lucret. lib. 5. 6.

Virides colubri. Horat. 1. Carm. ode 17. 2.

Paſtus mala gramina coluber. Virg. 2. Aeneid. 94.

Crinita colubris Meduſa. Ouid. 6. Metam. 24.

Torquata colubris Alecto. Id eſt, torquem habens ex colubris. Ouid. epiſt. 2. 24.

Vallata colubris hydra. Lucret. lib. 5. 6.

Villoſa colubris guttura. Ouid. 10. Metam. 5. De Meduſa.

Colubrã, in fœmenino probat Nonius ex Lucilio, lib. 20. Sat.

—ut Marſus colubras Diſrumpit cantu. Ouid. in Ibin,

Pectoraq; unxerunt Erebeæ felle colubræ.

Mutilaq; cauda colubræ. Ouid. 6. Metam. 112.

¶ Colubrifer, pen. corr. Adiectiuum, (ὀφιφόρος) ut, Colubrifera rum monſtrum. Ouid. 5. Metam. 49.

Colubraria] Inſula maris Mediterranei, quæ Græcè Ophiuſa dicitur, à multitudine ſerpentium quibus abundat, cognominata. Plin. lib. 3. cap. 5, Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus.

Colum] coli, (κόσκινον, κόσκινον) Vas ad colandum aptum. Virgil. 2. Georg. 49,

Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis. De colo epigramma eſt apud Martialem, lib. 14. 108.

Colum niuarium, Vas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Martial. lib. 14. 104. Pomponius in Largento. ff. de auro & argento legato, In argento potorio utrum id duntaxat ſit in quo bibi poßit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, ueluti colum niuarium & urceoli, dubitari poteſt. Sed propius eſt, ut hæc quoq; inſint.

Colum, eſt etiam genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quum antea eſſet ignotus. Plin. lib. 26. cap. 1. 8, Idipſum mirabile, alios deſinere in nobis, alios durare, ſicuti colum. De nouis morbis.

Colum, pro Membro orationis. Vide Colon.

Columbus] columbi, m. g. et Columba, columbæ, f. g. (κόλυμβος) Auis omnibus nota. In plurali magis fœminino genere utuntur authores. Virg. 2. Aeneid. 104,

Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martialis,

Nec uiolas teneras præduro dente columbas. Varro de Reruſt. lib. 3. cap. 7, duo genera earum in πελειοτροφείῳ eſſe ſolent: unum agreſte, ut alij dicunt ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinibus uillæ, à quo appellatæ columbæ: quæ propter timorem naturalem, ſumma loca in tectis captant. Quo fit, ut agreſtes maximè ſequantur turres, in quas ex agro euolant ſuapte ſponte, ac remeant. Alterum genus illud columbarum eſt clementius, quod cibo domeſtico contentum, intra limina ianuæ ſolet paſci. Hoc genus maximè eſt colore albo. Illud alterum agreſte ſine albo, uario.

Par columbarum. Ouid. 13. Metam. 178.

Blanda columba. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 12.

Cellares columbi. Columel. lib. 8. cap. 8, Columbos cellares pinguiſſimos facere contingit.

Chaoniæ columbæ. Vide Chaonia.

Cithereiades columbæ. Ouid. 15. Meta. 78. Sic uocantur, quòd in tutela Veneris eſſe creditæ ſunt.

Dionææ columbæ, id eſt, Dionæ uel Veneri ſacræ. Stat. libro 3. Syl. 5. 16.

Imbellis columba. Horat. 4. Carm. ode 4. 7.

Molles columbæ. Horat. 1. Carm. ode 37. 4.

Pauidæ columbæ. Valer. lib. 8. Argonaut. 7.

Placida columba. Ouid. 7. Metam. 74.

Plaudens alis columba. Virg. 5. Aeneid. 103.

Præcipites columbæ, Feſtinæ. Virg. 8. Aeneid. 103.

Sedens columba, prouerbialis locutio, dici ſolita de ſupra modũ manſuetis, Suidæ. Poteſt etiam dici & in eos qui ſimplicitatem ſimu-

Digitized by Google

tem ſimulant, quo magis imponant. ſolent enim aucupes exoculatum columbam in reti ponere, quæ ſubſultans cæteras columbas alliciat. Vide Eraſmum in Chiliadibus.

Sine labe columbæ. Ouid. 2. Metam. 108.

Sublimis in nube columba, Alte uolans. Virg. 11. Aeneid. 145.

Volucris columba. Virg. 5. Aeneid. 97.

Plumæ uerſicolores columbis à natura ad ornatum datæ. Cic. 3. de Finib. 29.

Farcire columbos. Colum. lib. 8. cap. 8. 1.

¶ Columbarius, columbarij (περιστρουόμος) Qui columbas curat. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. 5, Quos columbarij interficere ſolent duabus uirgis uiſcatis, defixis in terram inter ſe curuatis, quum inter eas poſuerit obligatum animal, quod item petere ſoleant accipitres, qui ita decipiuntur, quum ſe obleuerunt uiſco.

¶ Columbarium, columbarij, neu. ge. & Columbaria, columbariæ, fœ. ge. (περιστερεών) Locus eſt propriè ubi habitant columbæ agreſtes. nam domeſticarum Periſtereones uocamus. Col. lib. 9, Qualia columbariæ tectis ſuperponuntur. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 7, Axius, Si poſſem emere, inquit, περιστερῶνα factum, quemadmodum in ædibus quũ habere uellem, emi fictilia columbaria, iam iſſem emptum, & miſiſſem ad uillã. Quaſi uerò, inquit Pica, non in urbe quoq; ſint multi. An tibi columbaria qui in tegulis habent, non uidentur habere περιστερῶνας? Ibidem 3, Ne mus, aut lacerta quà adrepere ad columbaria poßit.

Columbarium, eſt etiam loculamentum in periſterotrophio ſingulis columbarum paribus præparatum. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. 4, Singulis parib. columbaria fiunt rotunda, in ordinem crebra. Ordines quàm plurimi poſſunt à terra uſq; ad cameram. Columbaria ſingula eſſe oportet, ut os habeant quò introire & exire poſſint.

¶ Columbaris, & hoc columbare, penult. prod. (περιστερικὸς) Quod eſt columbi. Colum. lib. 8, Cæterum cibos iuxta parietem conuenit ſpargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent ſtercore.

¶ Columbar, apud Plautum in Rudente, 20. 50, Genus uinculi eſt, teſte Priſciano,

Illic in columbam credo leno uortitur:
Nam in columbari collum haud multo poſt erit.

¶ Columbinus, Adiectiuum, pen. prod. (περιστερινὸς) Idem quod Columbaris. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 7. 8, Qui ſolent ſaginare pullos columbinos, quo pluris uendant, ſecludũt eos, quum iam pluma ſunt tecti. Plin. lib. 17. cap. 7. 1.

Ouum columbinum. Horat. 2. Serm. ſat. 4. 12.

Pulli columbini. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 18. 6.

Stercus columbinum maximè probatur. Col. lib. 2. cap. 15. 1.

Columbina terra. Plin. lib. 17. cap. 7. 1.

¶ Columbatim (περιστερηδὸν) id eſt, ad ſimilitudinem columbi, Catul.

¶ Columbulus, columbuli, pe. cor. m. g. (περιστερίδιον) Diminutiuum. Plin. epiſt. 202, Tu paſſerculis & columbulis noſtris inter aquilas ueſtras dabis pennas. Catul. epig. 26, 2,

Vt albulus columbulus Dionæus.

Columbus] κολύμβηθρα, id eſt piſcina & natatio. Lampridius in Heliogabalo, Marinæ aquæ columbos exhibuit. Sic & apud Prudentium.

Columella] κολυμέλλα, Nomen authoris qui de agricultura, tam uerſu, quàm proſa elegantißimè & doctiß. ſcripſit.

Columella eſt etiam medicis, quædam ueluti pellicula, ut in hiante homine conſpicitur: quæ ſi inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella: ſi uerò rotundam, Uua appellatur. Budæus.

Columella] Vide Columna.

Columellares] γόμφιοι, Dentes uocantur, qui caninis proximi ſunt. Plin. lib. 11. cap. 27. 41, Amittit triceſimo menſe primores utrinq; binos: ſequenti anno totidem proximos, quum ſubeunt dicti columellares. De equorum dentibus. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. 2, Aetas cognoſcitur equorũ, & ferè omniũ, qui ungulas indiuiſas habẽt, & etiã cornutarũ, quòd equus triginta menſiũ primùm dentes medios dicitur amittere, duos ſuperiores & totidẽ inferiores. Incipientes quartũ agere annũ, itidem eijciunt, & totidem proximos eorũ quos amiſerunt, & incipiunt naſci quos uocant columellares.

Columen] Nomen loci, ad quem Cornelius Conſul uictoria de Tuſculanis habita, caſtra locauit. Liuius 3. ab Vrbe, 100, Victor ad Columen (id loco nomen eſt) exercitu relicto caſtra locat. De Cornelio Conſule.

Columen] pe. cor. huius columinis, à columus, id eſt, culmus (ὄρθωμα) Significat culmen uel columnam, idq; quo aliquid fulciur in ædificijs. Varro 3. de Re ruſt. ca. 7. 1, Quod habetur in turribus ac columinibus uillæ. Catull. de Berecynthia,

Ego uitam agam ſub altis Phrygiæ columinibus.

Columen in ſummo faſtigio culminis ponitur. Vitruuius lib. 4. cap. 2, Ea eſt trabs quæ tecti faſtigium ſuſtinet. Budæus.

Alta columina, Vertices montium. Catul. Epig. 58. 15.

Amicorum dicatus columen, Cic. 13. Phil. 364.

Columen familiæ. Terent. Phor. 2. 1. 57, Bone cuſtos ſalue, columen noſtræ familiæ. Vbi Donatus, Columen, culmen, an columen, columna? unde Columellæ apud ueteres, dicti ſerui maiores domus. Luci. 22,

Seruus neq; infidus domino, neq; inutilis cuiquam,
Lucilij columella, hic ſitus eſt Tubero. Hinc in milleſimũ annum eorum columine ciuitas continebitur. Horat. contrà pro columine columnam,

Iniurioſo ne pede proruas ſtantem columnam. Ennius decimo, Regni uerſatum ſummam uerò columnã. Columen uerò familiæ, Sußtentatio, uel decus. Vnde columnæ dictæ. Hactenus Donatus. Cic. 5. Verr. 151, Timarchides autem columen familiæ ueſtræ, premit fauces defenſionis tuæ.

Columen Aſiæ, Troia. Senec, Troad. 1. 2.

Columen Theſſaliæ Pelcum uocat Catullus, epig. 59. 6. & 65.

Columen nauis. Valer. lib. 1. Argonaut. 24.

Columen Reipublicæ. Cic. pro Seſtio, 14.

Rerum mearum columen. Horatius 2. Carm. ode 17. 1. ad Maecœnatem.

Columen actionis. Cic. pro Flacco, 32.

Columen impenſarum. Colum. lib. 3. cap. 4. 3.

Partium columen, gaza, Tacit. lib. 5.

Columen Senati. Plaut. Caſina, Sed eccum egreditur Senati columen, præſidium populi.

Exciſum columen. Cic. 1. de Diuin. 40.

Ad magnum columen uolare. Cic. 1. de Diuin. 34.

Columis] & hoc colume, pe. corr. (σῶος) Sanus. Plaut. Trinum. Neq; ita ut ſit data, columẽ te ſiſtere illi, & detraxiſſe autument. Inde Incolumis, pro eodem: quod eſt uſitatius.

Columna] Regia ciuitas in Brutio. Pomp. Mela, lib. 2, In Brutio ſunt Columna regia, Rhegyum, Scylla, Tauricanum & Metaurum. Hunc locum Græci κυλλίδα, uocant: id eſt, columnellã. Ea turriculæ modo erecta, ex aduerſo turrem in Peloro ſitam reſpicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columna] huius columnæ, (κίων, κίονος) id eſt, quod à noſtris pilare dicitur. Eſt autem differentia inter columnas quæ à Græcis κίονες, & pilas quæ πίλαι, dicuntur: quòd Columnæ uno ſcapo conſtant, id eſt, lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem ſtructura conſtat aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Budæus.

Columnæ partes ſunt, Scapus quaſi columnæ corpus. Supra ſcapum,

Digitized by Google

pum, capitulum: infra scapum spira, quæ basis sæpe appellari solet: infraq; spiram, stylobates. Budæus.
Albanæ columnæ. Quint. lib. 5. cap. 13. 33.
Excelsa columna. Cic. 1. de Diuin. 42.
Columnæ Herculis duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano mare nostrum intrantibus duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam uocant, alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuisse finxerunt, sed Herculẽ diremisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas uideri dicunt. Alij dicũt Columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ære octo cubitorum, ad quas proficisci solebant qui nauigationem absoluissent, tanquam Herculi sacra facientes.
Immanas columnas rupibus excidere. Virg. 1. Aeneid. 87.
Marmoreæ columnæ. Cic. pro Domo sua, 49.
Menia columna. Cic. 1. Verr. 27, Vobis autem tanta inopia reorum est, ut mihi causam præripere conemini potius, quàm aliquos à columna Menia uestri ordinis reos reperiatis? Menius (ut ibi ait Asconius Pædianus) quum domum suam uenderet Catoni, & Flacco Censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi unius columnæ, super quam tectũ proijceret ex prouolantibus tabulatis: unde ipse, & posteri eius spectare munus gladiatorũ possent, quod etiã tum in foro dabatur. ex illo igitur columna Menia uocitata est, causis eiusmodi. Et paulò antè dixerat, Vestri ordinis reos, Reos uestra defensione condignos, uel fures, & seruos nequam, qui apud Triumuiros Capitales, apud columnam Meniam puniri solent.
Nobiles uarijs maculis columnæ. Sene. Thyest. 8. 5.
Purpureæ columnæ. Claud. 2. in Ruff. 27.
Rigidæ columnæ. Ouid. 3. Fast. 106.
Iouis simulacra truncæ columnæ. Valer. Flac. lib. 6. Argo. 19.
Vastis innixa columnis templa. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 10.
Columnis tectum sublime. Virgil. 7. Aeneid. 35.
Ad columnam adhærescere. Cic. pro Sestio.
Rectas columnas è regione collocare. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17. 4.
Commotæ columnæ. Vide Commoueo.
Dealbatæ columnæ. Vide Dealbo.
Dealbare tanta pecunia columnas. Cic. 3. Verr. 103.
Deiectæ, eisdemq; lapidibus repositæ colũnæ. Cic. 3. Verr. 103.
Aedificare columnas. Cic. 3. in Verr. 109.
Efficere columnam ab integro nouam. Cic. 3. Verr. 104.
Effulta columnis atria. Claud. in Ruff. 2. 27.
Ad perpendiculum columnas erigere. Vide Ad.
Euersio execratæ columnæ. Cic. 1. Phil. 3.
Extrinsecus inaurata columna. Vide Inauro.
In columnas incurrere. Cic. in Orat. 130.
Insculptum in columna. Vide Insculpo.
Locare columnas. Cic. 3. Verr. 105.
Ad columnam peruenire. Cic. pro Cluentio, 29.
Politæ columnæ. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 17. 2.
Recisæ columnæ. Horat. 2. Carm. ode 18. 1.
Sublimes columnæ. Ouid. 2. Metam. 1.
Tollere columnam de saxo in cucem. Cic. Attic. lib. 14. 313. 2.
¶ Columnella, colũnellæ (γυλίδιον) Diminutiuũ. Cæsar 2. bel. Ciuil. 39, Duæ primùm trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes quatuor collocantur, inq; eis columnellæ pedum in altitudinem quinq; defiguntur, &c. Plin. epist. 101. Alia tum Cæsaris tum Plinij exemplaria habent Columellæ, non Columnellæ.
Columella (κίων) Dimin. aliud. Cic. 2. de Legib. 103, Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi Columellam trib. digitis. Cato cap. 20, Trapeti Columellam ferream.
Eminens columella. Cic. 5. de Nat. deor. 92.
Columella, etiam significat maiorem seruum in familia. Martial. lib. 11. 84.

Lucili columella hic situs Metrophanes. Vide Columen.

Columella est etiam oris particula. Budæus.
¶ Columnatus (ἐγυλωμένος) Adiectiuum, Columna sustentatus. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 10, Inter eas piscinas, tantummodo accessus semita in tholum, qui est ultra rotundas columnatus, ut est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.
¶ Columnaria, Cæsar lib. 3. de bello Ciuil. 169, In capita singula seruorũ ac liberorũ tributum imponebatur, columnaria, ostiaria, frumentũ, milites, remiges, arma, tormenta, uecturæ imperabantur. & Cic. in epist. ad Attic. 105. a.
Columnarium, columnarij, n. g. Vitru. lib. 8. cap. ult. de aquæ ductibus, Etiam in uentre columnaria sunt facienda, per quæ uis spiritus relaxetur. Id est æsturia, siue Spiramenta, ut exponit Philander. Beroaldus in Suet. Aug. cap. 40. legit Colluuiaria, per quæ colluuies & immunditia eiectantur, longè à Vitruuij sententia.
Columnarium, & quæ dicantur Columnarij apud Ciceronem. Vide Colonarium, in Colo, colis.
¶ Columnatio (γύλωσις) Columnarũ extructio. Apul. lib. 3. Florid. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem, pauimenti marmoratio? proscenij contabulatio? scenæ columnatio?
Coluri] Duo sunt circuli in Sphæra sese mutuò in angulos rectos sphærales dispescites circa polos mundi, Zodiacumq; ita intersecantes, ut unus eorum per principia Arietis & Libræ feratur, alter per principia Cancri & Capricorni. Ita dicti ab imperfecta sui cõuersione: quippe Græci κόλουρον imperfectum uocant. Nunquam enim integri apparent. Nam pars in Antarcticum uergens, nostris se non ingerit obtutibus. Boetius de Arith. lib. 2. & Macrob. in Somn. Scip. Colura quoq; animalia sunt caudã nõ habentia, uel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificijs non offerebantur.
Colurnus] Adiectiuũ (κραναϊνὸς, uel λεπτοκαρυϊνὸς) ex corno factum, ut festus docet his uerbis, Colurna hastilia, ex corno arbore facta, potius quàm ex corylo. Seruius autem à corylo deducere uidetur, quũ sic ait in hunc locum Virgilij 2. Georg. 80, Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis. Nam ut etiam caper uitibus est inimicus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait suprà, Neue inter uites corylum sere.
Colus] coli, f. g. uel Colus, huius colus, quartæ declinationis (πλανήτης) Instrumentum muliebre quod pensa continet: à quo fuso fila dicuntur: habetq; primam correp. Ouidius 4. Metamorpho. Et colus & fusus digitis cecidere remissis. Cic. 2. de Orat. 153,

—quin tu Egilia mea,
Quando ad me uenis cum tua colu & lana?

Colus, masculino genere legitur apud Catullum in Argon. 52,

Læua colum molli lana retinebat amictum.

Idem apud Propertium lib. 4. eleg. 10. 10. uerba sunt Herculis,

Idem ego Sidonia feci seruilia palla
Officia & Lydo pensa diurna colo.

Decreta colus Parcarum. Senec. Oedip. 13. 2.
Parcarum coli irreuocabiles. Senec. Herc. fur. 7. 8.
Seuera colus Parcarum. Claud. epig. 5. 18.
Ambitiosa colus. Claud. 7. Paneg. 119.
Rumpit Atropos supremas colus, Vitam soluit. Valer. lib. 6. Argon. 129.
Plenas exonerare colos. Ouid. 3. Fast. 164.
Extendere colum. Stat. 3. Syl. 1. 3. 5. Colum pro lana posuit. Lana enim extenditur quum deducitur filum.
Colutea] κολύτεα, Arbor syluestris apud Theophrastum in 3. de

Digitized by Google

3. de Plantis, fructū ferens in ſiliqua magnitudine lentis. Vnde Coluteū, fructus coluteæ. Plaut. Perſa, 4.7, Cōmiſce mulſum, ſtruthea, coluteaq; appara.

Colycæ] colycarum, Specus quædam in quibus aphronitrum inuenitur, teſte Plinio lib. 31. cap. 18. 7.

Colycia] Vide Corythia.

Colymbades] pen. corr. (κολυμβάδες) Dicebantur oliuæ quæ frangebantur, & herbarum uiridium condiebantur ſapore, ἀπὸ τ κολυμβᾶν, quod eſt innatare. nam propter lenitatem urinabant. Plin. lib. 23. cap. 3, Eſt igitur Colymbas oliua, quæ conditanea innatat in muria. κολυμβάω, nato. Colu. lib. 12. cap. 47, Quidam unam partem muriæ & duas aceti miſcent, eoq; iure oliuas poſcas colymbadas faciunt: quibus ſi per ſe quis utiquelit, ſatis iucundas experietur, quamuis & hæ quum exeunt de muria, condituram qualemcunq; recipere poſſunt.

Oliuæ Colymbades, ait Ruell. ideo uocantur, quoniā oleo ſuo puræ, hoc eſt ſine accerſita commendatione innatant, & uelut urinabundæ fluitant. Halmades uerò dicuntur, quæ muria propriè condiantur, etiam ſi Græci nonnunquam huiuſmodi nomina perſæpe confundant. Colymbades quaſi natatrices.

Coma] atis (κῶμα) Morbus, grauem ac diuturnum inducens ſomnum, quem Latini Veternum interpretantur. Eſt & altera comatis ſpecies, quam uigilantem ſoporem nonnulli appellant, quū neq; lumina urgente ſomno attollere, neq; tranquillè dormire poſſumus, alijs atq; alijs imaginationibus ſomni tranquillitatem identidem interpellantibus. Author Galenus in eo Cōmentario, quē de Comate nominatim ſcripſit.

Coma] comæ, (κόμη ἑθεῶν) Cæſaries eſt, & à Græco deducitur. Nam quemadmodū nos Cæſariem à cædendo, ita Græci comam appellant ἀπὸ τ κόμειν, quod cædere eſt. Feſt. Comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compoſiti. Cic. 3. Tuſc. 105, Scindens dolore identidem intonſam comam.

Eumenidum comæ, Serpentes. Valer. lib. 7. Argonaut. 11.

Ambroſiæ comæ diuinum odorem ſpirant. Virg. 1. Aeneid. 82.

Anguineæ comæ. Ouid. 4. Triſt. eleg. 6. 31.

Aureæ comæ. Catul. epig. 56. 20.

Breuior coma. Seneca Hipp. 6. 14.

Calamiſtrata coma. Vide Calamiſtrum.

Cana coma Neptunij iuuenis, id eſt, Cygni filij Neptuni, cuius coma uerſa eſt in plumas. Seneca Troad. 3. 5.

Criſpa coma. Sil. lib. 16. 25.

Diuidua coma, id eſt, diſcreta, & ab utraq; parte dependens. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 2.

Fera coma Orionis. Senec. Herc. fur. 1. 3,

Fera coma hinc exterret Orion deos. Id eſt, crimibus minantibus tempeſtatem. Nam Orion tres ſtellas habet in capite horribili nitentes fulgore.

Flaua coma. Horat. 1. Carm. ode 5. 1. Valer. lib. 8. Argon. 48.

Flauentes comæ, id eſt, flauæ. Oui. epiſt. 5. 25. Virg. 4. Aen. 118.

Flexilis coma. Valer. lib. 6. Argonaut. 118.

Formoſæ pereunt comæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 7.

Hirſutæ comæ. Ouid. 1. de Arte, 22.

Hirtæ comæ. Seneca in Herc. fur. 9. 35.

Horrentes comæ. Seneca in Herc. furen. 6. 27.

Nulla lege iacens coma, id eſt, incompta. Seneca Hipp. 6. 14.

Crinis tractus & laceræ comæ. Seneca Hippol. 5. 29.

Læuis coma pectine. Ouid 12. Metam. 82.

Lanea coma. Stat. 5. Sylu. 3. 37.

Libera nodo coma, Reſoluta. Seneca Troad. 2. 7.

Longæ comæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 5.

Madens coma. Cic. Poſt red. in Senatu, 11.

Mœſtæ ſqualore comæ. Claud. de bel. Gild. 82.

Mollis coma. Seneca Agamemn 7 25.

Natiua coma, id eſt, non fucata, aut non aliunde comparata. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 12.

Odoratæ comæ. Ouid. 2. de Arte, 145.

Populeæ comæ, Comæ populi arboris. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 11.

Promiſſæ, & rutilatæ comæ. Liuius lib. 8. Decad. 4. De Gallis.

Recta coma, Erecta. Seneca Hipp. 6. 20.

Reſupinæ comæ. Stat. 1. Thebaid. 109.

Rigidæ comæ. Seneca Hipp. 6. 5.

Sibila coma, Sibilans, ſpirans, agitata uento. Valer. lib. 3. Argonaut. 11.

Sparſa coma. Sil. lib. 8. 28.

Spiſſa nitidus coma. Horat. 3. Carm. ode 19. 5.

Splendidæ comæ ſenectæ, id eſt candentes. Senec. Hippo. 2. 13.

Squalens coma. Stat. lib. 3. Thebaid. 27.

Squalidā coma. Seneca Troad. 6. 9.

Abſciſſæ comæ. Virg. 4. Aeneid. 118.

Arrectæ horrore comæ. Virg. 12. Aeneid. 172.

Aſtrictæ comæ. Ouid. 3. de Arte, 20.

Attollere comas, Arrigere comas. Seneca Herc. fur. 9. 35.

Cinctum eſſe comis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 6. 3.

Cogere nodo comas, Comprimere & conſtringere. Seneca Hippol. 4. 9.

Compoſitæ comæ. Ouid. 12. 32.

Comas comere. Ouid. epiſt. 20. 18.

Comptæ comæ. Virg. 6. Aeneid. 10.

Culta coma. Valer. lib. 5. Argonaut. 119.

Decidunt comæ. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.

Defluxere comæ tactæ medicamine. Ouid. 6. Metam. 29.

Deprimere comas horrentes, Incultos crines pectere. Seneca Troad. 10. 5.

Diffundere comas. Virg. 1. Aeneid. 65.

Inornatas comas dilaniata. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 11.

Diriguere comæ. Ouid. epiſt. 5. 25.

Diſiecta comas fœmina. Id eſt, diſiectis comis. Ouidius epiſt. 12. 13.

Effuſæ comæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9. 8.

Horror comas erexit. Ouid. epiſt. 15. 14.

Expedire comas, id eſt, reſoluere, explicare. Stat. lib. Sylu. 4. 18.

Exornare comas. Senec. Herc. fur. 11. 4.

Exuere comam uittis. Stat. lib. 11. Thebaid. 92.

Fmgere comas. Vide paulò pòſt, Soluere comas.

Frangere comam in gradus. Quint. lib. 1. cap. 6. 29.

Lactæ temere comæ colla perfundunt, id eſt, ſine ordine ſparſæ. Seneca Hippol. 4. 8.

Implicare comam manu, id eſt quod Barbari dicunt Capere ad crines. Virg. 2. Aeneid. 111.

Implicare comas ſertis, Circundare. Tibul. lib. 4. eleg. 7. 7.

Intonſa perpetuum coma iuuenis Bacchus. Senec. Hipp. 6. 4.

Inuolitant humeris comæ. Horat. 4. Carm. ode 10. 1.

Inuoluere comam. Sil. lib. 15. 25.

Honor comæ iunquam labentis. Stat. lib. 3. Syl. 4. 2.

Lacerare comas. Senec. Octau. 6. 11.

Flamma innoxia lambit comas. Virg. 2. Aeneid. 136.

Laniare comas. Lucan. lib. 2. 8.

Laniata comas. Ouid. 4. Metam. 28.

In patulas luxuriare comas. Ouid. de Nuce, 4.

Nectere comam myrto. Ouidius primo Amorum, elegia 2. 5. Myrta, Corona myrtea.

Nexæ comæ. Id eſt, connexæ. Ouid. epiſt. 18. 27.

Neglecta coma. Ouid. 3. de Arte. 31.

Nigrantes comæ. Senec. Herc. fur. 9. 15.

Nodare comas. Claud. 1. in Ruff. 24.

Digitized by Google

Nutrire comas. Valer. lib. 6. Argonaut. 142.
Ornare comas fuco. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.
Obnubere comas, id est, uelare comas. Virg. 11. Aeneid. 16.
Pectere comas. Ouid. epist. 13. 8.
Permulcere comas. Ouid. 2. Metam. 147.
Ponere comas in statione. Id est, componere & adornare. Ouidius 1. Amor. eleg. 7. 14.
Ephebi nondum positis comis. Senec. Herc. fur. 10. 5.
Premunt uittæ comam. Senec. Hippol. 5. 13. 1.
Pressare comas. Stat. lib. 3. Thebaid. 26.
Prominet coma in uultus. Ouidius 13. Metamorph. 180. De Polyphemo.
Radiante coma surgit Titan. Senec. Octau. 1. 1.
Raptari comis. Ouid. 12. Metam. 45.
Recidere comam, Reuocare comam, contraria. Seneca Herc. Oeth. 12. 12.
Recompositæ comæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 14.
Reddita comis sua cura. Valer. lib. 8. Argonaut. 48.
Religare comam. Horat. 1. Carm. ode 5. 1.
Renodare comã. Id est, in nodum colligere. Horat. Epod. 11. 6.
Rigent comæ terrore. Ouid. 3. Metam. 10.
Ruptæ comæ. Ouid. epist. 21. 23.
Scissa coma, significat habitum fœminæ mœrentis. Virgilius 9. Aeneid. 99.
Soluere comas, Fingere comas, id est, componere, contraria. Seneca Hippol. 4. 3.
Sparguntur comæ per caput. Ouid. 3. de Arte, 16.
Steterunt comæ. Virg. 2. Aeneid. 154.
Stringere comas uittis. Virg. 2. Georg. 74.
Ligatus comas auro substringere. Lucan. lib. 3. 57. id est, aureo nodo colligare.
Succincta comas, hirsutaq; uertice pinus. Ouid. 10. Metam. 21.
Tonsa coma. Virg. 5. Aen. 111. Id est, composita, ut inquit Seru. Nam propriè comæ sunt nõ cæsi capilli. Idem 4. Georg. 28.
Trahere alicui comam. Virg. 1. Aeneid. 97.
Variare comas positu. Ouid. 1. Met. 83. id est, uariè disponendo.
Velare comas. Virg. 3. Aeneid. 81.
Velatæ comæ. Virgil. 3. Aeneid. 35. Vbi Seruius comas uittatas exponit.
Vincti comas fronde. Horat. 2. Epist. 1. 22.
Coma, per Metaphoram etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atq; etiam herbis dicitur. Plinius libro 12. cap. 25. 2, Folium balsami proximum rutæ perpetua coma. Virgil. 4. Georg. 28,
Ille comam mollis iam tum tondebat acbanti.
Arborum comæ. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.
Arboreæ comæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 8.
Nemorum comæ. Horat. 1. Carm. ode 21. 1.
Papauereæ comæ. Id est, comæ papauerum. Ouid. 4. Fast. 88. Videtur intelligere per comas capita ipsa seu scapos. neq; enim habent comas papauera.
Sacra Lauri coma. Virg. 7. Aeneid. 12.
Damnare comam cupresso. Stat. lib. 5. Sylu. 1. 28.
Decutere comas, ut Bruma decussit comas arborum. Senec. Hercul. Oeth. 4. 30.
Posuit arbor comas, Nudata est foliis. Virg. 12. Aeneid. 42.
Tonsa comas arbos. Ouid. 11. Metam. 10.
Tremefacta coma arboris concussæ. Virg. 2. Aeneid. 126.
¶ Comans, Comantis (κομῶν) Participium sine uerbo, Qui longiorem comam habet. Plin. lib. 10. cap. 63. 9, Equæ comantes gloria superbiunt. Gellius, Equum fuisse dicunt flaua & comanti iubâ.
Equorum colla comantia. Id est, iubæ. Virg. 12. Aeneid. 18.
Crines comantes. Sil. lib. 16. 12.
Cristæ galeæ comantes. Virg. 3. Aeneid. 34.
Comans galea, Virg. 2. Aeneid. Vbi Seruius, Comantem, aut cristatam: quia de caudis animalium habebant cristas: ut, Cristaq; hirsutus equina. Aut comas habentem: ut Statius,
Non ego in terga comantes Abantiadas.
Comãs humus, id est graminea, siue herbosa. Stat. 5. Theb. 101.
Lugum syluæ comans, Frondes & folia arborum dicuntur. Valerius lib. 3. Argonaut. 81.
Narcissus sera comans. Id est, serò flores habens. Virg. 4. Geor. 25. Seruius.
Ore comanti ruere supra quidpiam: id est, ore comis tecto dum inclinatur. Valer. lib. 3. Argonaut. 28.
Pectora comantia, Pilosa. Valer. lib. 5. Argon. 119.
Pellis uillis comans. Valer. lib. 8. Argon. 25.
Setæ hircorum comantes. Virg. 3. Georg. 63.
Comans stella. Ouid. 15. Metam. 150.
Sylua comantes. Valer. lib. 1. Argon. 87.
Tori ceruicis leonis comantes. Virg. 12. Aeneid. 2.
Astro comantes, dicti sunt Castor & pollux, ex quorum fronte plurimus manat fulgor, & fit alluſio ad astra. Valer. lib. 5. Argonaut. 74.
¶ Comatus, penult. prod. (κομήτης) Participium sine uerbo, Qui longiorem comam habet. Vnde Comata Gallia (inquit Plinius lib. 4. cap. 14.) omnis Gallia uno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta. A Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnã Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenei montis excursum Aquitania, Armorica antè dicta. Videtur igitur Comatæ nomen reliquæ Galliæ conuenire secluſa Prouincia. Ptolemæus eam totam Celtogalliam uocat. Cicero 8. Phil. 252, Galliam, inquit, Togatam remitto, Comatam postulo. Plin. lib. 11. cap. 37. 9, In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidem promiscuè maribus ac fœminis apud intonsus utiq; gentes: atq; etiam nomina ex eo capillatis Alpium incolis, Galliæ comatæ. Martial. lib. 1. 68, Caluus quum fueris, eris comatus. Hic contraria sunt caluus & comatus.
Sylua comata. Catul. epig. 4. 3.
¶ Comosus, pen. prod. Adiectiuum (κομήτης) Plin. lib. 16. ca. 6. 5, Hemeris uocatur, breuior & in orbẽ comosa. Idem lib. 26. cap. 8. 26, Comosissimũ ex omnibus maximè cauliculis.
¶ Como, comis, compsi, comptum (κοσμέω) comere, tam apud Græcos, quàm apud Latinos significat Componere, ornare: quoniam in capillo præcipuus hominum ornatus est. Terent. Heaut. 2. 2. 11, Dum mollantur, dum comuntur, annus est. Ouid. 2. Amorum, eleg. 8. 1.
Pectine aurato comere aliquem. Sil. lib. 13. 25.
Capillos comere. Sil. lib. 7. 90.
Capillis comendis perfecta. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 1.
Caput comere. Tibul. 1. eleg. 8. 4.
Comptum caput. Plaut. Milite, 10. 195.
Colla genasq; comere. Stat. 1. Sylu. 2. 23.
Comere comas. Ouid. 2. Fast. 112.
Comas inustas acu comere. Quint. lib. 2. cap. 5. 8.
Cristas comere. Stat. 3. Thebaid. 85.
Equos comit auriga. Stat. 4. Thebaid. 9.
Opus comptum. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 3.
Viri compti. Ouid. de Medicamine faciei, 5.
Vultum comere. Stat. 6. Thebaid. 47.
Comere se. Tibul. lib. 4 eleg. 6. 1.
¶ Comptus (κεκοσμημένος) Particip. Ornatus, compositus.
Virg. 10. Aeneid. 165,
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Dolorem simulatũ compta Cleopatra. Id est, comptum habens dolorem,

Digitized by Google

dolorem, siue dolorem simulans. Lucan. lib. 10. 17.

¶ Comptus, huius cõptus (κόσμημα) Nomen: ut, Virginei comptus. Lucret. lib. 1. 18. Id est, cultus puellares, quibus uirgunculæ comi consueuerunt.

Comagene] herba cuius meminit Plin. lib. 29. cap. 3.

Comagene] Comagenes, pen. prod. Asiæ regio est supra Ciliciam in ortum sita trans Amanum montẽ: excurrit ad usq; Mesopotamiam Euphrate intermedio, ut Ptolemæus docet tabula Asiæ 4. Inde Comageni dicti Pomponio lib. 1.

Comagenus, a, um, Iuuenal. sat. 6,

Spondet amatorem tenerum, uel diuitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius, uel Comagenus aruspex.

¶ Comagenum Medicamentum, uel unguentum quod κομμαγηνὸν uocat Galenus, in tertio de Sanitate tuenda: à Comagene Syriæ parte dictum, authore Plinio de Anseribus, lib. 10. cap. 22. 5.

Comana] Vide Comani.

Comani] pen. prod. (κομανοὶ) Valer. lib. 7. Argon. 128,

—exectos lacerat Bellona Comanos. Sacri serui sunt Bellonæ, dicti ab ipsius deæ fano, quod illi Comana uocãt, aut ab eiusdẽ nominis ciuitate, in qua illud fanũ est situm. Strabo lib. 12, In Antitauro (qui mons est Cataonum in Cappadocia maiore) conualles sunt profundæ & angustæ, in quibus sita sunt Comana ciuitas memoratu digna, & Bellonæ fanum, quod illi Comana uocant. Ea ciuitas clarissima est, maximãq; numine afflatorũ, & sacrorum seruorum multitudinem habet. Eam Cataones incolunt, qui quanquam regi subditi sint, parent tamen sacerdoti: qui fani, & sacrorum seruorum magna ex parte dominus est, qui tempore quo nos peregrinati sumus supra sex millia erant, uiri simul ac mulieres. Fano regio adiacet nõ parua, cuius fructum ac prouentum sacerdos accipit. In honore secundus est in Cappadocia post regẽ. Reges ac sacerdotes frequentius ex eadẽ esse progenie solebant. Hoc sacrorũ genus Orestes cum sorore Iphigenia è Scythia Taurica huc uidentur attulisse, quæ Dianæ Tauropolæ erãt, lugubrem comam hic deposuisse, ex qua urbe nomen datum est. Idem de sacerdotio Comanorũ eodem lib. paulò pòst, Intra loci sacri ambitũ utriusq; sacerdotis, maris scilicet ac fœminæ, habitatio est. Fanum quoq; præter cæterã religionem expreßè uetat suillarum carnium esum: unde nec in totam urbem sus infertur. Idem paulò antè, Alia sunt Comana Pontica, eodem nomine quo maioris Cappadociæ Comana, & eidem deæ cõsecrata: & inde ædificij exemplum sumptum est: & ferè simili ritu utuntur & sacrorum, & diuinationum, & cultus erga sacerdotes, & ijs maximè, quæ antereges fiebant, quando bis in anno diebus festis (quæ Deæ exitus appellantur) sacerdos diadema gestabat, & secundus erat in honore post regem.

Execti Comani dicuntur à Valerio lib. 7. Argon. 128. quòd se gladijs petant mutuis, sanguinẽ in honorem deæ fundentes.

Comanenses, Populi Comanæ ciuitatis, quæ Pontica erat. Modest. l. si duas. §. hoc amplius. ff. de excus. tut. Nam Comanenses sophistæ, aut alij si Neocæsareæ doceant, aut curent, nõ habent apud Comanenses immunitatem, & hoc ita à diuis Seuero & Antonino constitutum est.

Comari] Asiæ populi super Scythas, Scytharumq; deserta, ac super Caspium sinum. Ex Pomponio Mela, lib. 1.

Comarus] Pomi genus, quod Latinè Vnedo dicitur, & arbutum alio nomine. Sipontinus ex Plin. lib. 15. cap. 24. 3.

Comarus] κόμαρος, Portus est ad sinum Ambracium iuxta Nicopolim, Isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Author Strabo lib. 7.

Comassor] comassaris, comassari, Lasciuire, iocari, uoluptatiè uiuere. Mutuati autem sunt Latini hoc uerbum à Græcis, apud quos κωμάζειν, est uberiorũ aut intemperantiũ more se gerere, lasciuire, scortatum ire, &c. Horat. 4. Car. ode 1,

Tempestiuius in domo
Pauli, purpureis ales oloris
Comassabere maximi. Sic restituit Lambinus, apud quem plura.

Comatas] Pastor Musis charissimus. Vide Musarum uolucres, in Musa.

Comatus] Vide Coma.

Combe] Asopi filia fuit, Chalcidis cognomento, ut Eustathius scribit, cui eneæ armaturæ inuentionem acceptam referunt. De qua intellexisse Ouid. Meta. 7. uidetur, quũ inquit,

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit nautarũ uulnera Combe. Quã lambẽ trã stulit Planudes, uti meminit Cæcilius Minutianus Apuleius.

Combennones] dicti sunt in eadem henna sedentes. Benna autem lingua Gallica est uehiculi genus. Sipont.

Combibo] combibis, pen. corr. (συμπίνω) combibi, combibitum, combibere, Simul bibere, cõpotare, uel totum bibere. Plin. lib. 17. cap. 11. 4, Vt Solem pluuiasq; combibant. Col. lib. 12. cap. 10. 2, Quæ quum iuri combiberit, simili mistura uas suppleatur. Sic Cato cap. 91.

Ara cruorem combiberat. Ouid. 13. Metam. 83.

Lacrymas combibere. Ouid. epist. 11. 11.

Luxus combibere. Sil. lib. 11. 81.

Venenum combibere. Horat. 1. Carm. ode 37. 6.

Combibere artes, per translationem. Cic. 3. de Fin. 14, Video equidem, inquam, sed tamen infici debet his artibus, quas fidum est tener, combiberit, ad maiora ueniet paratior.

Os combibit maculas. Ouid. 5. Metam. 91.

Combibor, Passiuum. Ouid. 15. Metam. 55,

Sic modò combibitur, tecto modò gurgite lapsus, &c.

¶ Combibo, combibonis, m. g. (συμπότης) Compotor. Lucil. lib. 26, Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copijs. Cic. Pæto, lib. 9. cap. 25. 4, In his controuersijs, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Combinate] Est multos ita diuidere ut bini sint, id est, duo simul coniuncti. Sipontinus.

¶ Combinatio, Verbale, Duorum coniunctio dicitur. Hinc combinatio etiam figura appellatur, quam Græci Epizeuxin uocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virgilius, Meme, adsum qui feci. Sipont.

Combretum] Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 6. 3, Similliminũ ei combretum appellatur, Foliorum exilitate usq; in fila extenuata, & proceritate quàm baccar.

Comburo] comburis, pen. prod. combussi, combustum, (συγκαίω, πυρπολέω) comburere, ab Vro compositum, idem significat. Sulpitius ad Ciceronem lib. 4. 12. 10, Ibiq; eum combussimus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 9, Te curaturum fumo ut combureretur, plaudente tota prouincia. Idem 2. Tusc. 89, Viuus combustus est.

Annales comburere. Cic. 1. de Diuinat. 61.

In foro combustus, laudatusq; miserabiliter. Cic. Attico, lib. 14. 306. 2, De Cæsare.

Iudicio comburere aliquos. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2. 10.

Impetu magno comburere aliquid. Lucret. lib. 6. 31.

Subsellia comburere. Cic. pro Rosc. Amer. 55.

Viuos aliquos comburere. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2. 10.

Comburere per translationem. Plaut. Milite, 11. 22,

—nam mihi nimius calor
Comburebat gutturem. Id est, uehementer exiccabat.

Combustio] cõbustionis: Verbale. Firmicus lib. 4. c. 12, Vitia uerò faciet ex igni & ferro, Id est, præcisiões & cõbustiones.

Digitized by Google

Come] Herba est, quam Barbam hircinã uocant, à comæ similitudine: fólia habet instar croci in rotundum sparsa, radicem dulcissimam. Vulgo Barba petræ appellatur. Plinius lib. 21. cap. 15. 4. & lib. 27. cap. 13. 9.

Comedo] pen. corr. comes, comest: uel comedis, comedi, comesum, uel comestũ, (ἐδίω, φάγω, βρώσκω) comedere uel comesse, Eiusdem cum suo simplici est significationis. Plautus Most. 8. 21, Tam facilè uinces quàm pyrum uulpes comest. Martial. Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te.

Lacertum comedere. Cic. 2. de Orat. 133.

Comedere aliquẽ, bona alicuius, nummos, rem suam, per translationem dictum, pro Consumere. Terent. Eunu. 5. 9. 57, Hunc comedendum & deridendum uobis propino. Cic. ad Atticum, lib. 6. 112. 4, Putat enim suos nummos uos comedisse. Cic. pro Sestio, 95, Vsq; eo non fuit popularis, ut bona solus comesset.

Patrimonium comedere. Cic. pro Sestio, 96.

Comedere beneficia alicuius. Cic. 13. Phil. 316, Comites uerò Antonij, qui postquam beneficia Cæsaris comederunt, Consulem designatum obsederunt. Hoc est, obliti sunt beneficiorũ Cæsaris, uel neglexerunt.

Comesse, pro Comedere. Cic. pro Flacco, 70, Quasi bona comesse Romæ non liceret. Idem 2. de Nat. deor. 92.

Comessem, pro Comedissem. Catul. epig. 27. 3.

Comest, pro Comedit. Varro Margopoli, Pisces ut sæpe minutos magnus comest. Nonius.

Comedim, pro Comedam ueteres dixerunt. Cic. ad Pætum, lib. 19. 20. 7, Cura, si me amas, ut ualeas: ne ego te iacente, bona tua comedim. Pomponius in Prostibulo, Ego quæro quod edim. Nonius.

¶ Comesus, pen. prod. (βεβρωμένος) Participium: ut, Comesum patrimonium. Cic. in Salust. 12. & pro Cluentio, 138.

¶ Comedendus (βρωθησόμενος) Horat. 1. Epist. 7. 4. Vt libet, hæc porcis hodie comedenda relinques.

¶ Comestura, pen. prod. huius comesturæ, (ἰάωλις,) Cato cap. 157. 1, Sed quæ uocatur σελινοδέλις, hæc septem habet bona in comestura. De brassica loquitur.

¶ Comedo, huius comedonis (φάγος) Qui bona sua consumit, inquit Festus. Varro Modio, putat fore hoc quod hinc comedonibus conuenit usu, quibus nota uoluntate comedunt, dum taxat gula gaudet.

¶ Comessor, comessaris, (κωμάζω) comessari. Quod Græci dicunt κωμάζειν, Post cœnã epulari. Suet. in Domitiano, Conuiuabatur frequenter & largè, sed penè raptim, certè non ultra Solis occasum, nec ut postea comessaretur. Liu. 10. bel. Maced. 23, refert Demetrium post cœnam qua sodales acceperat, dixisse, Quin comessatum ad fratrẽ imus? Pro eo conuiuio accipit, quod ad multam noctẽ agitatur post cœnam.

Intromittere comessatum. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 73, Ex Eunuch. Terentij, 3. 1. 52.

¶ Comessatio, Verbale, (κῶμος) Cibus qui post cœnam sumitur. Festus, Comessatio à uicis, quos Græci κῶμας dicunt, appellatur: in his enim habitabant prius quàm oppida conderentur: quibus in locis alij alios conuictus causa inuitabant. Suet. in Vitellio, Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comessationes. Cic. in Catil. 32, Quòd si in uino & alea comessationes solum & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & comessatores.

Libidines, amores, adulteria, conuiuia, comessationes, cantus, symphoniæ. Cic. pro Cælio, 27. (12.

Turpe cõuiuiũ, amor, comessatio, libido, sumptus. Cic. pro Mur.

Tempestas comessationis, aut comessatio tempestatis. Cic. 3. de Orator. 90.

¶ Comessator, Verbale, (κωμαστὴς) Qui nocturnis atq; intempestiuis conuiuijs indulget. Terent. Adel. 5. 2. 8. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 19, Caius in l. siquid. ff. de ædilitio edicto, Et is ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, piger, tardus, comessator inueniatur.

Alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicũ comessatorumq; conspectus Cic. pro Cælio, 54.

¶ Comessabundus (κωμαστικὸς) Liu. 9. ab Vrbe, 92, Temulento agmine comessabundus incessit. Plin. lib. 22, Athenis comessabundi iuuenes ante meridiem conuentus sapientum frequentabant. Id est, comessatum euntes, hoc est perpotatum, uel maldidi & uinolenti. Curtius lib. 9. ad finem, Ibat uehiculis pro copia cuiusq; adornatis, comessabundus exercitus, armis quæ maximè decora erant circumpendentibus.

¶ Comessans, comessantis (κωμάζων) Idem quod comessator. Curtius lib. 9. ad finem, Siquid uictis saltem aduersus comessantes animi fuisset, mille hercle uiri modo & sobrij, septem dierum crapula graues in suo triumpho capere potuerunt.

Modo comessantium aliquid agere Liu. 3. ab Vrbe, 124.

¶ Comedum (φάγον) bona sua cõsumentem, antiqui dixerunt. Festus.

Comes] huius comitis. com. gen. (ἀκόλουθος, συνακόλουθος, συνοδοιπόρος, συνοπαδὸς, πομπὸς) Qui cum aliquo it, & tanquam ducem sequitur. Vlpianus in l. Item apud Labeonẽ. §. siquis uirginis. ff. de iniurijs & famosis libellis, Comitem accipere debemus eum qui comitetur eam, & sequatur: & ut Labeo ait, siue liberum, siue seruũ, siue masculum, siue feminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiusq; causa, ut sequeretur destinatus in publico priuatóue ductus fuerit. Inter comites utiq; & pædagogi erunt. Terent. Eunu. 2. 3. 54, Comites secuti scilicet sunt uirginẽ? Idẽ Heau. 3. 1. 46, Nam ei unã cœnã, atq; eius comitibus Dedi. Luca.

Scire Senatus auet, miles te Magne sequatur,
An comes. Plin. epist. 176, Quem legatum Tribunus ita dilexit & excepit, ut ex Germania in Pannoniam transeuntem, nõ ut cõmilito, sed ut comes assectatorẽq; sequeretur.

Belli comes. Stat. lib. 6. Thebaid. 163.

Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Cicero pro Mur. 11.

Fatorum comites. Sic suos penates uocat Aeneas alloquens patrem, apud Virg. 2. Aeneid. 59.

Frigida aura comes formidinis. Lucret. lib. 3. 59.

Fortunæ comes. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 3.

Comes fugæ paternæ. Liu. 1. ab Vrbe, 10.

Vsquequaq; fugæ parentũ comes Tiberius. Sue. in Tiberio, c. 6.

Fugæ comitem aliquem habere. Senec. Medea, 7. 23.

Heliconiadum comites dicuntur poetæ. Lucret. lib. 3. 211.

Socius atq; comes tum honoris, tum etiam calamitatis. Cic. pro Sylla, 48.

Imperij alicuius comes. Senec. Hipp. 10. 24.

Comes itineris. Plaut. Epid. 13 26, Comes generaliter dicitur de ijs omnibus, qui nobiscum iter faciunt.

Itinerũ, nauigationũ, laborũ, & periculorũ omniũ alicuius tempore miserrimo comes & socius. Cic. Seruilio, lib. 13. 72. 2.

Comes largitionis. Plin. Epist.

Laborum comites. Ouid. lib. 8. Metam. 114.

Patriæ laudis comites. Similes uirtuti paternæ, imitatores gloriæ maiorum. Seneca Herc. fur. 12. 14.

Mortis comites & funeris atri. Lucret. lib. 2. 117, Sic uocat plo ratus & fletus. Virg. 4. Aeneid. 136.

Operis comites. Ouid. 3. Metam. 26.

Omnes artes, comites ac ministras oratoris esse. Cicero 1. de Orat. 38.

Pauoris comes. Cic. 4. Tusc. 291.

Scedndi

Digitized by Google

Sedendi comes. Cic. Attico, lib. 5. 98. 2.
Veris comites, animæ Thraciæ: id est, Etesij uenti. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Viæ comes. Senec. Oedip. 11. 6.
Virginitatis comites, Qui castitatem custodiunt. Ouid. 6. Fast. 59.
Angor assiduè comes malis. Lucret. lib. 6. 233.
Discordia comes regnis socijs. Stat. 1. Thebaid. 6.
Genius comes. Horat. 2. Epist. 2. 38.
Scit Genius, natale comes qui temperat astrum.
Dira fortunæ comes, libido. Senec. Hippol. 2. 25.
Pœna comes premit culpam, id est, pœna culpam tam strictè sequitur, ut etiã premat præcedentẽ. Horat. 4. Carm. ode 5. 5.
Caterua comitum. Lucret. lib. 2. 127.
Manus comitum. Id est, cohors comitum. Stat. 5. Sylu. 3. 54.
Pars una comitum. Ouid. 2. Metam. 86.
Princeps comitum. Ouid. 2. Metam. 32.
Strepitus comitum. Virg. 6. Aeneid. 173.
Turba comitum. Seneca Herc. Oeth. 5. 1.
Assiduus comes. Senec. Hippol. 10. 18.
Atra comes cura. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 23.
Exterior comes. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 4.
Fidus comes. Tib. lib. 1. eleg. 5. 13. Sen. Theb. 1. 21.
Impiger comes. Stat. 3. Sylu. 2. 19.
Gratissimus comitum. Ouid. 14. Metam. 45.
Noui comites. Virg. 2. Aeneid. 158.
Officiosa comes. Ouid. epist. 17. 12.
Abnegare aliquem comitem. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.
Addere sese comitem alicui. Virg. 6. Aeneid. 156.
Adiungere se comitem fugæ. Vide Adiungo.
Circundare lateri comitem. Ouid. ad Pisonem, 25.
Complecti aliquem comitem in casus omnes. Virg. 9. Aen. 58.
Desituere comitem. Ouid. 8. Metam. 35.
Ducere comites. Horat. 3. Carm. ode 11. 3.
Educere comites aliquò. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 3.
Ire comitem alicui. Virg. 6. Aeneid. 90.
Mittere aliquò quempiam comitem alij. Virg. 2. Aeneid. 18.
Negare comitem, id est, nolle comitatũ ire. Ouid. 1. de Arte, 26.
Mirificum se comitem præbere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 7.
Comitem se præbere furoris alterius. Cic. de Amic. 35.
Terga sequentes comites. Ouid. 3. Metam. 5.
Spernere aliquem comitum. Virg. 4. Aeneid. 136.
Venire alicui comitem. Ouid. epist. 13. 32.
Comes, usurpatum ironicè. Catul. in Camerum, epig. 51. 4.
Tanto te in fastu negas amice?
Dic nobis ubi sis futurus, ede
Audacter, comiti licenter ede.
Comes relatum ad Ducem. Cic. pro Marcello, 6, ubi de rebus gestis Cæsaris, Huius autem rei idem es dux & comes. Idem de Amic. 35, Est ergo comes qui sequitur, & ducem habet, inquit Valla.
Ipse casus, euentusq; rerum, non duces, sed comites consiliorum alicuius. Cic. pro Corn. Balbo, 6. De Pompeio loquens.
Ducem non comitem aliquorum dicere. Cic. de Amic. 78.
Comes relatum ad principem. Cicero, Neq; enim princeps tunc ad salutem esse potuissem, si esse alij comites noluissent.
Comitẽ Platonis se profitetur. Id est, sectatorem. Plin. in Præf. 9.
Comes cum genitiuis Mei, tui, sui. Senec. Thebaid. 1. 11,
Nemo me comitem tui Eripiet unquam.
Comes consilijs alicuius. Plaut. Pseud. 3. 15, —tu me ante hac
Supremum habuisti comitem consilijs tuis.
Dulcis secretorum comes. Quint. lib. 1. cap. 4. 5.
Comites iudicum, erant legati, præfecti, quæstores, scribæ, qui cum magistratibus in prouincias mittebantur. Cic. 4. Verr. 16, Nego tibijpsi ullum nummum esse numeratum: sed quum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabantur, non erat quærendũ cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. Comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus tuæ erant. Ex Budæo.
Comites iudicum etiã erant adiutores & ministri imperij. Cic. ad Qu. frat. Atq; inter hos, eos quos tibi comites & adiutores negociorũ publicorum dedit ipsa Respub. duntaxat finibus his præstabis, quos antè præscripsi.
¶ Comitor, pen. cor. comitaris, (συνακολουθέω, παρεμπομαι, παρομαρτέω, παρακολουθῶ) comitari, Propriè est minorum erga maiores. Suet. de Claris gram. 23, Rhemnius Palæmon Vicetinus mulieris uerna, primò, ut ferunt, textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in scholas, literas didicit.
Fuga aliquem comitari. Virg. 4. Aeneid. 109.
Ferre gressus cum aliquo, & eum comitari. Sil. lib. 3. 37.
Comitari currum. Sueton. in Tiberio, cap. 6.
Comitari exequias. Plin. lib. 11. cap. 18. 4.
Mortuum honore comitari, Facere ei Funus. Virg. 11. Aen. 11.
Superbia comitatur honores. Claud. 8. Paneg. 49.
Iter alicuius comitari. Virg. 6. Aeneid. 23.
Oues comitantur pastorem. Virg. 3. Aeneid. 132.
Comitari cum datiuo. Cic. 5. Tusc. 142, Cæteraq; quæ comitantur huic uitæ, in qua sapiens nemo efficitur unquam.
¶ Comito, comitas (ἀκολουθέω) comitare. Actiuum: unde Comitor passiuum, Idem. Ouid. de Ponto lib. 2,
Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Plin. lib. 9. cap. 35. 7, de margaritis & earum conchis, Sed in alto quoq; comitantur marinis canibus. Proper. lib. 2. eleg. 8. 1,
Quòd si uera meæ comitarem castra puellæ, &c.
Gradus alicuius comitare. Ouid. 8. Metam. 139.
Vestigia alicuius comitare. Ouid. 14. Metam. 52.
Comitare aliquem ad locum aliquem. Ouidius 2. de Ponto, & leg. 3. 9.
Non æquo ordine comitantes. Sil. lib. 4. 7.
Turba comitantum. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 8.
Nimbi comitantes. Ouid. 3. Fast. 173.
Armis comitantibus, id est, auxilio belli. Virg. 4. Aeneid. 10.
¶ Comitans (παρομαρτῶν) Participium: ut, Nullo latus comitante. Seneca Hippol. 4. 14.
¶ Comitatus (παρακολουθικός) Particip. Cic. 2. in Catil. 18, Illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Martial. lib. 5. 9, Comitatus centum discipulis.
Dolore comitatus. Tibul. lib. 3. eleg. 2. 3.
Bellum comitata fœmina. Stat. 8. Thebaid. 118.
Pecudes fœtæ comitatæ paruis gregibus. Senec. Hipp. 1. 4.
Lacrymis comitata sororum. Id est, lacrymantibus comitata sororibus. Stat. 2. Achil. 62. De Thetide.
Militibus & armis comitatus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 7.
¶ Comitatus, pen. pro. (παρακολουθητός) Nomen: unde Comitatior. Cic. 5. Tusc. 159, Respondisse, puero ut uno esset comitatior. Plin. lib. 10. cap. 37. 2, Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoq; comitatiores reuerti. de columbis loquitur. Secundum hoc comitatissimũ hominem dicemus Latinè, quem uulgò bene associatum dicunt. Budæus.
¶ Comitatus, huius comitatus (συνοδία) dicitur Clientela sequẽs dominũ. Cic. ad Lepidum, lib. 6. 19. 1, Eius Falernũ mihi semper idoneum uisum est diuersorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Plin. Vidit hoc Licinius Syllanus Proconsul cum comitatu suo. Comitatus, pro Curia principum in iure subinde legitur, teste Budæo.
Societas atq; comitatus alicuius. Cic. 7. Verr. 44.
Assiduus comitatus. Quin. lib. 1. cap. 2. 5.
Hecates comitatus, Proserpinæ famuli. Val. lib. 6. Argon. 23.

Digitized by Google

Muliebris & delicatus ancillarum puerorumq; comitatus. Cic. pro Miloue,21.

Semiuir comitatus, id est, uirorum effœminatorum. Iarbas de Aenea loquitur ironicè apud Virg.4.Aeneid.43.Seruius.

Comitatus optimorum ciuium. Cic.ad Atticum, lib.8.147.2.

Comitatus uirtutum. Cic.2.de Finib.176.Idem in Parad.18.

Abstraherè se ex comitatu amplißimorum uirorum. Vide Abstraho.

Recipere comitatum aliquorum. Cic.Leptæ,lib.6.19.1.

Comitatus ad alia translatũ. Plin.lib.17.cap.23.12,de traducibus loquens, *Inter se obuij miscentur, alliganturq; unà conciliati uirgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant.*

Comessor, Comessaris, Comessatio, Comessator, Comessabundus, Comessans] Vide Comedo.

Cometes] pen.prod. Pater Asterionis, qui unus ex Argonautis fuit. Eum aũt genuit (ut author est Apollonius) ad Apidani ripã, in quẽ fluuiũ delabitur Enipeus. Val.lib.1.Argo.73,

—celer Asterion quem matre carentem
Clenæus gemino fouit pater amne Cometes:
Segnior Apidani uires ubi sentit Enipeus.

Clenæus aũt Cometes à Valerio dicitur, quòd Cleneum promontorium sit Thessaliæ, in qua regione sunt Apidanus & Enipeus,

Cometes] uel cometa, cometæ, m.g. pen.prod. (κομήτης) Est stella crinita, quæ æstate non sine magno portento apparere solet. Lucan.lib.1.105,

Et terris mutantem regna cometen. Cic.2.de Nat.deor. 21, Tum facibus uisis cælestibus, tum stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas uocant: quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. Plin. lib.2. cap.25.1, Cometas Græci uocant, nostri crinitas, horrentes, crine sanguineo, & comarum modo in uertice hispidas. Virgil.1.Georg.

—nec diri toties arsere cometæ.

Belli mala signa cometes. Tibul.lib.2.eleg.6.7.

Diri cometæ, Criniti & pessimi. Virg.1.Georg.97.

Fatales cometæ. Valer.Argonaut.122.

Mutans regna cometes. Lucan.lib.1.105.

Rubescentes cometæ. Claud.epig.4.1.

Tremuli claro ardore cometæ. Cic.1.de Diuinat.32.

Tristis cometa. Claud.8.Paneg.23.

Comicus] Vide Comœdia.

Comini] κεμῖνοι, Populi fuerunt in Italia in tractatu Aequicolarum. Plin.lib.3.cap.12, In hoc tractu interierunt ex Aequicolis Comini, Tadiates, Acedici.

Cominia] Genus oliuæ apud Plin.lib.15.cap.3.

Cominus] pen.corr. (ἐγγύθεν, συχνάκις) Aduerbium, scribitur & duplici mm. non est idem quod Propè: sed (ut sic dicam) à propè: ut Cominus te incessabant lapidibus: hoc est, è propinquo loco. Si ut è contrario, Eminus è longinquo: sed ita tamen longinquo, propinquoq;, ut propè intra iactum teli esse posit, aut quòd sit id genus. non enim rectè dicas, cominus ueni: eminus redeo. Hæc Valla in Raudẽsem. Cic.2.de Diuinat.38, Nunc cominus agamus: experiamurq;, &c. Idẽ pro Cecinna, 32, Neq; conflictu corporum, neq; ictu cominus, neq; coniectione telorum. Cæsar 1.bel. Ciui. 218, Itaq; dum locus cominus pugnandi daretur.

Cominus iudicari. Plin.lib.11.cap.42.1.

Pugnare cominus cum hoste. Cic.pro Cornel.Balbo,17.

Tendere cominus. Suet.in Cæsare,cap.67.

Accedere cominus ad aliquem. Cic.Attico,lib.2.17.2.

Recipere cominus pecuniã. Pomponius in l.si quasi.ff.de pignoratitia actione, Si quasi recepturus à debitore tuo cominus pecuniam, reddidisti ei pignus.

Cominus, Statim, sine intermißione. Virg.1.Georg.21,

Quid dicam iacto qui semine cominus arua Insequitur? Seruius.

Aer cominus æstuat. Stat.12.Thebaid.50.

Cominus & eminus. Ouid.3.Metam.12,

—rigido de fratribus unum
Commus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse. Liuius, cominus, eminusq; rem gerere.

Lateq; & cominus. Catul.epig.59.22.

Comis] & hoc come, (φιλόφρων, σύμφοιτος, συμπαίκτης) Benignus homo, & facilis, qui alij non grauatè inseruit, inquit Valla lib.4.Cic.2.de Finib.129, Quasi quis illum neget & bonum uirum & comem, & humanum fuisse.

Amica comis & blanda. Ouid.2.de Arte,36.

Comis & humanus erga aliquem. Cic.de Senect.55.

Comis, urbanus, & liber. Horat.1.Serm.Saty.4.19.

Anus comis. Ouid.3.Fast.137.

Ingenium come. Tacit.lib.5.

Oculi comes. Ouid.3.de Arte,101.

Sermo & congressus comis. Tacit.lib.15.

Comis, pro Indulgenti. Liuius, Nunc patres comes, & senes sic lè de alieno imperio spreto gratiam facere. Budæus.

In uxorem comis. Horat.2.Epist.2.27.

¶ **Comior** (φιλοφρονέστερος) Comparatiuũ. Cic. pro Mur.60, Quis uerò C.Lælio comior: qs iucũdior eodẽ ex studio isto?

¶ **Comitas, pen.corr.** (φιλοφροσύνη, συμποσιαρχία) Denominatiuum. Id est, benignitas, facilitas. Cic.5.de Finib.117, Iustitia dicitur, cui sunt adiunctæ pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quæq; sunt generis eiusdem.

Comitas & affabilitas sermonis. Cic.2.Offi.68.

Comitas & beneficentia. Cic.2.de Orat.187.

Comitas coniunctioq; humana. Cic.1.Offi.220.

Comitas & facilitas. Cic.de Amic.59, Et ad omnem comitatem facilitatemq; procliuior.

Obsequium & comitas adolescentis. Cic. Attic. lib.6.117.1.

Comitas & Seueritas, contraria. Cic. in Orat. 18, Quid enim tam distans, quàm à seueritate comitas?

Verborum comitas. Cic.2.de Orat.97.

Exquisitißimæ comitatis cœnam dare. Suet.in Othone,cap.3.

Summa comitate cœnam præbere. Suet.in Augusto,cap.74.

Erat in illo uiro comitate grauitas condita. Cic.de Senect.9.

Summa alicuius grauitas cum singulari comitate cõiuncta. Cic. Quint.fratri, lib.1.1.33.

Aspergere grauitati comitatem. Vide Aspergo.

Comitate inuitandi conciliare sibi aliquem. Liu.1.ab Vrbe.

Conciliat animos comitas affabilitasq; sermonis. Cic.2.Off.67.

Dissoluta comitas. Quint.lib.2.cap.2.3.

Nullam comitatem habere sermonis. Cic.1.Offi.154.

Comitas ingenijs illucet. Vide Illuceo.

Comiter] φιλοφρόνως, Aduerbium, Hilarè ac libenter, inquit Varro de Lingua Latina.

Comiter ac benignè appellare aliquem. Liu.2.ab Vrbe,189.

Comiter accipere aliquem. Plaut.Amph.16.18.

Factum à nobis comiter. Plaut.Pœnul.12.9.

Comiter adiuuare. Terent.Phorm.3.3.4.

Administrata comiter prouincia. Tacit.lib.17.

Salutare benignè, comiter appellare unumquemq;. Cic.13.Philipp.345.

Comiter cõseruare maiestatẽ Pop. Ro. Cic.pro Corn.Balbo,38.

Excipi comiter. Ouid.2.Fast.158.

Comiter habitare. Plin.lib.17.cap.1, de Crasso Domitium allocuente, Vtrúmne igitur ego sum, inquit, quæso Domiti, exemplo grauis & ab ipsa mea censura notandus, qui in domo, quæ mihi hæreditate obuenit, comiter habitem: an tu, qui sex arbores æstimes?

Comes,

Digitized by Google

Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui errãti comiter mõstrant uiã, benignè, non grauatè. comiter quidem certè, nõ cõmuniter conuenit. Cic. pro Corn. Balbo, 29.

Solari comiter aliquem. Cic. Attico, lib. 3. 55. 13.

Comitia] comitiorum (ἀρχαιρεσία) Erant conuentus Populi Romæ, à simul itando ita appellata, ubi creabantur magistratus, & eligebantur per suffragia: ubi etiam leges approbabantur. Cic. Venio ad comitia, siue magistratuum siue legum. Plaut. Aul. 23. 19, Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia. Id est, ubi de capite meo agitur.

Comitia calata. Vide Calo, calas.

Centuriata comitia. Liu. 3. ab Vrbe, 152. Vide Centuria.

Consulum comitia. Cic. Quint. fratri, lib. 2. 6. 3.

Consularia comitia. Cic. pro Murena, 36.

Curiata comitia. Vide Curia.

Gratuita comitia. Cic. Attico, lib. 4. 84. 8.

Quæstoria comitia. Cic. Curio, lib. 7. 31. 2.

Recentibus comitijs in Senatum introducere aliquem. Cicer. 1. de Diuinat. 62.

Tribunitia comitia. Cic. Attico, lib. 1. 1. 3

Tributa capitis comitia. Cic. 3. de Leg. 65.

Tributa, curiata, centuriata comitia, Cic. 2. de Leg. Agra. 39.

Vera comitia & adumbrata. Cic. 2. de lege Agra. 42, Sint igitur Decemuiri ueq; ueris comitijs, hoc est, populi suffragijs, neq; illis ad speciẽ atq; ad usurpationẽ uetustatis per x x x. lictores auspiciorum causa adumbratis constituti.

Abstinere comitijs. Vide Abstineo.

Nullis comitijs magistratus alicui datus. Cic. 2. de leg. Agr. 38.

Edicere comitia. Liu. 3. ab Vrbe, 152.

Facere comitia. Cic. Attico, lib. 4. 84. 8.

Gerere comitia. Cic. 3. de Leg. 64.

Habere comitia. Cic. pro Mur. 48. Et 4. Verr. 89.

Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. Cic. 2. de Diuinat. 62.

Comitia indicere plus est quàm concilium. Gellius lib. 15. cap. 27, Is qui nõ uniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium indicere iubet.

Inquinata largitione comitia. Cic. de Petit. Consulatus, 37.

Obire comitia. Vide Obeo.

Obnunciare comitijs. Cic. Post reditum in Senatu, 9.

Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus, magna uolũtate bonorũ omniũ. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 19. 3.

Peragere comitia. Vide Perago.

Tota comitia perscribere. Cic. Att. lib. 4. 84. 8.

Iustus rogator comitiorum. Cic. 1. de Diuin. 62.

Comitia etiam de reis habebantur. Liu. 3. ab Vrbe, In mora Tribuni erant, qui comitia Quæstores de reo habere, nisi prius de lege habita essent, passuros se negabant. Budæus.

¶ Comitium, Locus ubi coitur ad litiũ & suffragiorum causas: dictum (ut ait Festus) à coeundo, quòd in eum locum populus conueniebat ad suffragium ferendum. Liuius, Perfugæ uirgis in comitijs cæsi omnes, ac de saxo deiecti. Cic. pro Sestio, 64, Quum fõrum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisq; occupauissent. Gellius libro 4. cap. 5, Statua Romæ in comitio posita Horatij Coclitis fortißimi uiri de cælo tacta est. Asconius in 3. contra Verrem, Comitium, inquit, locus propter Senatum, quò coire equitibus & Populo Rom. licet.

In comitium afferre aliquid. Cic. 1. de Diuin. 60.

In comitio defossa nouacula. Cic. 1. de Diuin. 61.

¶ Comitialis & hoc comitiale. pen. prod. (ἀρχαιρεσιακὸς) & à comitijs, & à comitio dicitur, ut inquit Budæus, Quod ad comitium pertinet. Dies comitiales, qui comitijs habendis dicati erant: in quibus cum populo agi licebat, ut ait Macrobius, & quibus Pop. Rom. conuenire solebat ad suffragium ferendum. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 6. 4, Consequuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. Liu. 3. ab Vrbe, 48.

Comitiales homines, Litigiosi dicuntur. Plaut. Pœ. 8. 7.

Mensis comitialis. Cic. 4. Verr. 90.

Comitialis morbus, uulgò Caducus dicitur, aliàs Sacer, & morbus Herculeus, quòd Hercules eum morbum passus sit. Dictus comitialis, quòd comitia uitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia quo die aliquis cõcidisset. Cato, Quod comitia prohibere solet, nec id quidẽ mihi uitium fuit. Plin. lib 10. cap. 23, Coturnicibus ueratri semen gratißimus cibus: quam ob causam eas damnauere mensæ, simulq; comitialem propter morbum despui suetum, quem solæ animaliũ sentiunt præter hominem.

Comitialis homo, Qui eo morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 5. 2. Plaut. Bacch. 20. 51.

¶ Comitiarius (ἀρχαιρεσιακὸς) Adiectiuum: ut, Comitiaria statio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liu. 3. bell. Pun. 71, In hac comitiaria iam duorum exercituum statione, principes Nolanorum nunciant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.

Comitiatus, Adiectiuum (ἀρχαιρεσίας ὁ) Suffragio populi in comitijs electus. Cicero ad Atticum, lib. 4. 87, Ex comitiatis puto fore ut ducantur Tribunitij. In emendationibus tamen codicibus sic legitur, Sed comitia puto fore ut ducantur. Tribunitij candidati iurarunt. Primæ tamen lectioni suffragari uidetur Asconius, quum dicat Tribunitios fuisse alterum genus comitiatorum.

Comitiati Tribuni militares (ἀρχαιρεσίαστοι) Asconius Ped. in 2. contra Verr. Tribunorum militarium duo genera. Primũ eorum qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alij sunt Comitiati, qui Romæ comitijs designantur.

¶ Comitiatus (ἀρχαιρεσιασμός) Substantiuũ. Cic. 3. de leg. 63, Tũ leges præclarißimæ de x II. Tabulis tralatæ duæ, quarum altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu uetat.

Per maximum comitiatum. Cic. 3. de leg. 16. Ibidem 63, dixit maximo comitiatu.

¶ Comitialiter Aduerbium (ἀρχαιρεσιακῶς) Plin. lib. 22. ca. 21. 8, Item contractionibus, etiamsi id comitialiter accidat: id est, etiamsi contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comito, & Comitor] Vide Comes.

Comma] commatis, ne. g. (κόμμα) Latinè incisio dicitur, Est autem incisum, quæ pars est periodi. Vide Colon.

Comma, Cæsura. Priscianus de duodecim carminib. Cõmata autẽ sunt tria, trochaica, semiquinaria, et semiseptenaria. Bud.

Commata etiam sunt aquarum emissaria, & incilia, ad hoc inuenta structaq;, ut pro arbitratu Aegyptiorum Nilus uicissim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur. Vlpianus de extraordinarijs criminibus, l. saccularij, Commata etiam & diacopi qui in aggeribus fiunt. Budæus. Est & monetæ species.

Commaculo] commaculas, pen. corr. (κατακαυλόω, κατακαυτόω) commaculare, Idem significat quod maculare.

Commaculare se ambitu, per metaphoram. Cic. pro Cælio, 11.

Manus maculare sanguine alicuius. Virgil. de Medea, 8. ecl. 10. Id est, polluere internecione.

Commadeo] cõmades, pen. corr. (μαλάσσομαι) commadere, Idem quod simplex Madere. Cato cap. 156. 4, Coquito usq; dum ea commadebit bene, aquam defundito.

Commagenam] Pomponius in lib. 21. §. 1. ff. de aur. & arg. numerat inter ea unguẽta quæ ualetudinis causa parata fuht. Plin. lib. 10. cap. 22. & lib. 29. cap. 4, ex Cõmagena

Digitized by Google

Syriæ parte nomẽ ſumpſiſſe ait, fieriq; ex adipe anſerino in uaſe æreo, cum cinnamo multa niue obruto, ex rigore gelido macerato. Alij Comagenũ ſcribunt. uide ſupra ſuo loco.

Commagene] *Vide* Comagene.

Commalaxo] *commalaxas, pen. prod. (διαμαλάσσω) cõmanducare dicit. Id eſt, dentibus molere & in ore tenere. Cic. mandere dicit. Plin. lib. 19. ca. 8. 4, Quũ priores ob religionẽ eã minimè cõmanducarent. Valer. Protinusq; dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam in eum expuit.*

Commanducatur, *Deponens apud Luciliũ lib. 4. legitur, pro Comedit uel Deuorat: Aſſequitur (inquit) nec opinantẽ, in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexum. Idem lib. 25,*

Villicum Ariſtocratem mediaſtinum, atq; bubulcum
Commenducatur, corrupit, ad incita adegit. Nonius.

¶ **Commanducatus**, *ta, tum, (διαμεμασσημένος) Plin. lib. 22. cap. 22, Soncho oris graueolentia cõmãducato corrigitur.*

¶ **Commanducatus**, *huius cõmanducatus (διαμάσσησις) Plin. lib. 24. cap. 4. 5, Vlcera commanducatu impoſituq; efficaciſſimè ſanari. In emendatioribus codicibus legitur Cõmanducato, impoſitoq;.*

Commaneo] *commanes, pen. corr. commanere, Simul manere. Macrob. lib. 6. Saturn. ca. 8, Referunt enim non ad eos qui aduenium, ſed ad illos qui in domo commanent.*

Commanipulo] *pen. corr. commanipulonis (ὁμολόγος) Miles eiuſdem manipuli, apud Spartianum. Ex Budæo.*

Commaritus] *commariti, pen. prod. (συναναίτης) Vice mariti. Plautus Caſina, 18. 18, Meus ſocer, compar, commaritus uillicus.*

Commaſculo] *commaſculas, pen. corr. cõmaſculare. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 11, Commaſcula frontẽ, & ſequeſtrata uerecundia quã in te facies rubore indicat, confer nobiſcum liberè quod occurrerit. Hoc eſt, aude uirilem oſtendere frontem.*

Commater] *cõmatris, pen. prod. fœ. ge. Vide* Cõpater.

Commeatus] *Vide* Commeo.

Commeditor] *pen. corr. commeditaris (φροντίζω, μελετάω) commeditari. Author ad Herennium, lib. 3. 125, Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos aſſumpſerimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò nobis hærere poſſint. Id eſt, meditari, & cogitatione memoriaq; complecti. Lucret. lib. 6. 23. de Carbaſo,*

Et fragiles ſonitus chartarum commeditatur. Hoc eſt, exercet, facit, reddit.

Comemini] *pen. corr. (μέμνημαι) Simul memini, uel idẽ quod Memini ſimplex. Cic. 1. Tuſc. 21, Ego autem non cõmemini, ante quàm ſum natus, me miſerũ. Idem 1. de Orat. 122. Idem Quint. Seruium Galbam, quem hominem probè noſſe & cõmeminiſſe ſe aiebat, pergrauiter reprehẽdere ſolebat.*

Commemoro] *cõmemoras, pen. corr. (ἀπομνημονεύω) cõmemorare, Cõmoneſacere, in memoriã reducere. Terent. Phorm. 4. 5. 3, Et quamobrem dem, commemorabo. Cic. 4. Acad. 24, Tum & illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus cõmemorauit à patre dicta Philoni. Cic. 5. de Fin. 13, Studet enim meus audire Cicero, quænã ſit iſtius ueteris, quã cõmemoras, Academiæ de finib. bonorũ, Peripateticorũq; ſentẽtia*

Monimenta clementiæ cõmemorantur in regibus. Cic. pro Rege Deiota. 29.

Commemorare de. Cicero pro Fonteio, 25. Idem 4. Verr. 71, De cuius uirtute antea commemoraui.

De memoria alicuius commemorare. Cic. 3. de Orat. 43.

Commemorare, Aliter. Cic. de Senec. 34, Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro ueſperi.

Commemorare, pro Admonere. Pomponius in l. in mercedem. ff. de contrahenda emptione & uenditione, Si quum ſeruitus uenditis prædijs deberetur, nec commemorauerit uenditor, ſed ſciens reticuerit.

Damna commemorare. Stat. 9. Thebaid. 39.

Cõmemorare officia quæ contulimus in alterũ. Cic. de Amic. 62.

Pericula exhauſta commemorare. Ouid. 12. Metam. 33.

Prælia ſua commemorare. Ouid. 9. Metam. 1.

Commemorare uerbis. Cic. 7. Verr. 97.

Repetam commemorare: Id eſt, denuò commemorabo, & iterum dicam. Lucret. lib. 6. 188.

Sed quid ego plura commemorem? Oratio tranſitioni ad narrationis finem apta. Catul. epig. 59. 24.

Dici aut commemorari. Cic. pro Quint. 4, Nam quid hoc iniquius aut indignius, C. Aquili, dici aut cõmemorari poteſt

Commemorando. Lucret. lib. 1. 81,

Multaq; præterea tibi poſſum commemorando
Argumenta fidem dictis contradere noſtris.

Cõmemorandus. Ci. 2. Verr. 26, O cõmemorãda iudicia, &c.

Cõmemoranda & diuina liberalitas. Cic. Lent. lib. 1. 9. 66.

¶ **Commemoratio** (ἀπομνημόνευμα) *Verbale. Terent. And. 1. 1. 16,*

—nam iſthæc commemoratio,
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.

Obliuio & commemoratio, contraria. Cic. 3. Verr. 71, Abſens non in obliuione iacuiſſet, ſed in aſſidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuiſſet.

Antiquitatis commemoratio. Cic. in Orat. 66.

Popularis commemoratio. Quint. lib. 4. cap. 3. 9.

Non cum uitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri. Cic. pro Arc. 21.

In aſſidua commemoratione omnibus eſſe. Cic. 3. Verr. 71, Opponitur autem ei quod dicitur, In obliuione iacere.

¶ **Cõmemorabilis**, *& hoc cõmemorabile. pen. corr. (ἀπομνημονευτός) Dignus qui cõmemoretur. Plau. Pſeu. 7. 111, Debo aliã pugnã clarã et cõmemorabilẽ. Ci. 2. de Na. deo. 197, Multaq; alia in alijs locis cõmemorabilia proferre poſſum.*

Vir optimus & commemorabili pietate ac uirtute præditus. Cic. pro Marcello, 6.

Commendo] *commendas (σωίημι, συγατίω) cõmendare, Compoſitum à Mando: quòd ſi cum datiuo iungatur, ſignificat Cõmitto: ut, Commendo te regi. Si uerò accuſatiuo cum Apud, uel ablatiuo cum In, ſignificat laudo: ut, Commendo te apud regem. Ex Vallæ lib. 3. Vlpianus de uerb. ſignifi. Commendare nihil aliud eſt quàm deponere.*

Committere & commendare aliquid alicui. Cic. 11. Phil. 305.

Commendare plus eſt quàm committere. Cic. pro Domo ſua, 110, Omne uobis erga meam dignitatem, ſtudium, & iudicũ non modò commiſſum, uerumetiam cõmendatum eſſe arbitrabantur. Terent. Eun. 5. 2. 46, Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Commendare & concredere. Cic. pro S. Roſc. 66.

Rem & famam ſuam commendare & concredere alicui. Cic. pro Quintio, 42.

Se totũ cõmendare atq; tradere alicui. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 15.

Quàm diligentiſſimè commendare. Cic. Caninio. lib. 2. 16. 10.

Intimè commendare aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 5.

Commendare aliquid alicui, aut aliquem alteri. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 3. 3, Commendo tibi eius omnia negocia, liberos, procuratores, &c. Idem ad Brutum, 6. 2, Tibi Glicona medicum Panſæ diligentiſſimè commendo.

Commendo tibi me ac meos amores. Catul. epig. 15. 1.

Habenas

Digitized by Google

Habenas rerum commendare alicui. Claud. 6. Paneg. 17.
Commendare alteri suam iustitiam humanitate. Plin. epist. 182.
Commendare alteri liberos suos testamento. Cic. 3. de Fin. 13.
Omnia negocia, libertos, procuratores, familiam alicui cõmendare. Cic. Lentulo, lib. 1. 3. 3.
Ita commendare negocia, ut maiore studio, magisue ex animo commendare non possit. Cic. Cornificio, lib. 12. 26. 2.
Omnes opes fortunasq; suas alicui cõmẽdare. Cic. pro. Qu. 65.
Omnem rem atq; causam meq; totum commendo, atq; trado. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 15.
Salutem alicuius alicui commendare. Cic. in Parad. 36.
Curæ alicuius commendare aliquem. Ouid. 3. Fast. 156.
Pontificum authoritati, fidei, prudentiæ, sacra religionesq; & priuatas & publicas, maiores cõmendabant. Cic. de Arusp. respon. 12.
Commendare aliquẽ fidei alterius. Ci. ad Proconf. lib. 15. 2. 22.
Fidei aliquorum commendare, quem antea dijs commendauit. Cic. pro Murena, 1.
Fidei, uirtuti, felicitati alicuius Galliam commendare. Cic. de Prouinc. Consul. 28.
Totum me tuo amori fideiq; cõmendo. Cic. Attico, lib. 3. 61. 3.
Tutelæ aliquorum filios suos commendare. Cic. 1. de Orat. 116.
Adolescentium alicuius ad opinionem aliquam commendat domus alicuius. Cic. 2. Offic. 60.
Commendare se alicui in clientelam. Terent. Eun. 5. 9. 9.
Commendare de meliore nota. Curius ad Ciceronem, lib. 7. 30. 1, Quare Cicero mi, perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitij successori nos de meliore nota commenda.
Cõmendare aliquid sempiternæ gloriæ, aut immortalitati. Cic. ad Lucceium lib. 5. 13. 22. Idẽ ad Planciũ, lib. 10. 12. 13, Perge igitur, ut agis, nomenq; tuum commenda immortalitati.
Immortalitati commendatur historia uoce oratoris. Cicer. 2. de Orat. 20.
Iudicio omnium commendari ab aliquo. Cassius Cic. lib. 12. 13.
Monumentis alicuius cupere res suas quàm celeberrimè cõmendari. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 3.
Multis monimentis ad omnem memoriam commendari. Cic. 9. Philipp. 263.
Commendare memoriæ. Cic. 3. de Fin. 62.
Commendare se fugæ. Hirtius de bello Africano, lib. 5. 122, Paruulum nauigium nactus conscendit, ac se fugæ commendat.
Commendare (ἐπαινεῖν) pro Laudare. Cic. 7. Verr. 141, Qui quum se uirtute, non genere Pop. Rom. cõmendari putaret.
Commendare literis. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4.
Nulla re una magis orator commendatur quàm uerborũ splendore & copia. Cic. de claris Orat. 113.
Memoria uiuorum & præsentium teste commendare aliquos. Cic. 2. de Orat. 6.
Cõmendare halitũ suum re aliqua. Plin. lib. 12. ca. 3. 3. Hoc est, ad optimum & odoratum halitum conciliare & facere.
Commendat res illa uirum. Ouid. de Tristibus.
Commendat hæc res uina suo succo. Plin. lib. 13. cap. 19. 1. de loto arbore loquens.
Eloquentiam uox maximè commendat. Cic. 1. de Orat. 131.
Cura commendat faciem. Ouid. de Medicamine faciei, 1.
Iuuenem commendare amicæ dicitur uinum. Horat. epist. 15. 5, Inter omnia quæ uino accidunt, & illud est maximum, quòd uires præstat in Venerem. Hoc est ergo quod dixit, quòd iuuenem commendet amicæ: id est, fortem & amabilem amicæ reddat, ut iuuenem. Porphyr.
Nitorẽ cõmẽdare oleũ amygdalinũ dicitur. Plin. li. 23. ca. 4. 8.
Reos maximè commendat placida, summissa, & lenis oratio. Cic. 2. de Orat. 98.
¶ Cõmendatus, Participium. Cic. pro Rosc. Amer. 67, Cui fama mortui, fortunæ uiui commendatæ sunt, atq; concreditæ.
Sacrum sacróue commendatum qui clepserit, rapseritq;, parricida esto. Cic. 2. de Leg. 36.
Non modò commissum, uerum etiam commendatum iudicium aliquibus erga dignitatem alicuius. Cic. pro Domo sua, 110.
Spes à uiro in alio commendata. Cic. pro Cluentio, 26, Spem illam, quam in alio cõmendatam à uiro continebat, uicta auaritia sceleri Oppianici uendidit.
Dono aliquo deorum & munere commendati nobis poetæ uidentur. Cic. pro Archia, 114.
Ex utilitate sua commendatæ nobis res, id est, quas amamus ob utilitatem quam ex eis percipimus. Lucret. lib. 5. 172.
Fauore alicuius cõmendatum esse. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 15.
Commendatus literarum honore. Plin. lib. 35. cap. 18. 1.
Sibi cõmendatus. Cic. 4. de Fin. 31, Omne animal ipsum sibi cõmendatũ, ut se & saluum in suo genere incolumeq; uellet.
Commendatum habere aliquid. Plancus Cic. lib. 10. 21. 15.
Habere aliquos cõmendatos. Trebonius Ciceroni, li. 12. 16. 12.
Dignitatem alicuius commendatam habere. Cassius Ciceroni, lib. 12. 12. 5.
¶ Commendatus, Nomen (σύστατος) Cicero pro Cornel. Balbo, 34, Quis est enim nostrum, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia, commendatior?
Memoriæ hominũ sempiternæ cõmendatiores. Cic. 2. Phil. 53.
Commendationis esse famæ. Plin. lib. 25. cap. 109, Similiter eã quam eupleam uocant: traduntq; ea peruncto commendationis esse famæ.
Omnibus rebus commendatissimos aliquos habere ab aliquo. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 19.
¶ Commendatio (σύστασις) Verbale. Cic. ad Lent. lib. 1. 3. 1, Nostra, cæterorumq; amicorum commendatione gratissimus in prouincia fuit.
Caput commendationis alicuius. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 19.
Ad cæteros contempti hominis commendatio non defuit. Cic. Attico, lib. 8. 14. 2.
Exequi ambitione quadam commendationes alicuius. Cic. Acilio, lib. 13. 33. 1.
Intelligere commendationem maximo usui esse sibi. Cic. Cornificio, lib. 12. 28. 7.
Commendatio (αἴνεσις) Laus. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 7. 29, Magna est hominum opinio de te, magna cõmendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui. Cæs. 8. bel. Gall. 18. 4.
Commendatio ac iudicium. Cic. pro Cælio, 4.
Honoris petitio & commendatio. Cic. Bruto, 6. 2.
Ingenij commendationem euertere. Cic. de claris Orat. 128.
Liberalitatis commendatio. Cic. Lent. lib. 1. 7. 29.
Oculorum commendatione aliquid animis tradi. Cicer. 2. de Orat. 194.
Acurata commendatio. Vide Accuro.
Breuis commendatio. Vide Breuis.
Vulgaris commendatio. Cic. Lent. lib. 1. 3. 4.
In uulgus commendatio. Cic. 5. Tusc. 145.
Oratio probatis cõmendatione, boni uiri speciem debet tueri. Cic. 2. de Orat. 117.
Homo per se cognitus nulla commendatione maiorum. Cicer. 1. in Catil. 20.
Ad gloriam cõmendatio prima est adolescenti. Cic. 2. Offi. 64.
Prima commendatio quæ à natura nostri facta est, nobis incerta & obscura est. Cic. 5. de Diuin. 74.
Prima commendatio proficiscitur à modestia, cum pietate in parentes, tum in suos beneuolentia. Cic. 2. Offi. 65.
In prima commendatione dicere aliquid uel ponere. Cic. 2. de Finib. 61. Id est, in primis laudare.
A prima cõmẽdatione naturæ rationẽ ducere. Ci. 5. de Fin. 82.

Commendatio

Digitized by Google

Commendatio accerſita. Vide Accerſo.

Commendationem ineuntis ætatis ab impietate & ſcelere ducere. Cic. pro Deiotaro, 1.

Gratiarum actione magis quàm commendatione egere. Cicero Cornificio, lib. 12. 25. 18.

Valere communi ſenſu omnium, & dulciſſima commendatione naturæ. Cic. pro Plancio, 26.

Obrepere ad honores errore hominum, cõmendatione fumoſarum imaginum. Cic. in Piſonem, 1.

¶ Commendator, pen. prod. Verbale (συϛάτης) Qui commendat aliquem alteri, uel laudat.

¶ Cõmendatrix, pen. prod. Verbale fœ. (συϛάτρια) Cicer. 1. de Leg. 87, Sed profectò ita ſe res habet, ut quoniam uitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemq; uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur.

Commendatrix regio. Plin. epiſt. 173. a.

¶ Cõmendatitius (συϛατικὸς) Adiectiuum: ut, Commendatitiæ literæ, In quibus aliqui commendantur. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 1. Idem 6. Verr. 130, Quod ubi intellexi, multum apud illum recentes nuncios, multum tabulas non commendatitias, ſed tributarias ualuiſſe: admonitu, &c.

¶ Cõmendabilis, & hoc commendabile, pen. corr. (αἰνετός) Dignum quod laudetur. Plin. lib. 13. cap. 9. 2, Commendabilis ſucco ex auſtero dulci. Col. lib. 5. cap. 6. 30, Sed ut denſum arbuſtum commendabile fructu & decore eſt, ſic ubi, &c.

Commenſus] Vide Commetior.

Cõmentaculum] Virga dicebatur, qua præco publicus præcedens ſacra, turbã ſummouebat, ſilentiumq; indicebat, ne rem diuinam facturo mala uox obſtreperet, aut quid auribus triſte acciperet. Nanq; in deorum ſacrificijs taciturnitate in primis, & intentis animis opus erat. Ex Alex. Genial. lib. 4. cap. 17.

Commentitius, Commentum] Vide Cõminiſcor.

Commeo] commeas, commeare (μεταβαίνω) ex Con & Meo, as, compoſitum. Eſt animo redeundi abire. Col. lib. 1. ca. 3. 3, Multũ conferre agris iter cõmodũ: primùm, quod eſt maximũ, ipſam præſentiã domini, qui libentius cõmeaturus ſit, ſi uexationẽ uiæ nõ reformidet. Plaut. Rud. 9. 17, Eum ad carnificẽ eſt æquius, quàm ad Venerẽ cõmeare. Terent. Hecyra, 1. 2. 100, Rus abdidit ſe: huc rarò in urbem commeat. Vbi Donatus, Cõmeare, eſt abeſſe inde ubi te eſſe oporteat.

Commeare dicuntur aues, anniuerſario aduentu diſceſſúq; notæ. Plin. lib. 10. cap. 23. 5.

Aliquò commeare. Tacit. lib. 1.

Commeare ab aliquo. Cæſar 7. bel. Gall. 147.

Ab ortu ad occaſum commeat ſol. Cic. 2. de Nat. deor. 70.

Commeare ad aliquem. Cic. 7. Verr. 37.

In uia commeare. Vlpianus in l. 1. §. ſumma. ff. de his qui deiecerunt uel effuderunt, Cæterum ſiquando uulgus in illa uia non commeabat.

Vndiq; cum mercibus & oneribus in locum aliquem commeant omnes. Cic. pro lege Manilia, 38.

Per itinera commeari. Vlpianus in l. 1. §. ſumma. ff. de his qui deiecerunt uel effuderunt, Publicè enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari.

Commeare præter ſtatuam. Plin. epiſt. 31, Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, præter hanc commeare.

Commeare uiam ſcrupuloſam. Plaut. Capt. 4. 82, Nã meus ſcrupuloſam uictus commeat uiam. Id eſt, aſperrimus eſt uictus meus. Iocus Plautinus per metaphoram.

Cõmeare ultrò citroq;. Liu. 5. bel. Pun. 170. Var. 3. de Re ruſt. cap. 2. 14.

Viciſſim retrò commeant omnia. Cic. 3. de Nat. deor. 41.

Commeant literæ. Cic. ad Atticum, lib. 8. 153. 5, Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeant.

Commeant libidines. Cic. pro Cælio, 30, Quæ haberet palàm decretum ſemper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, in re ſuo libidines omnium commearent.

Sermones commeant. Tacit. lib. 2, Cæſar iudicium haud aſpernatus, congreſſus abnuit. poſſe enim eodem Flacco internuncio ſermones commeare.

Commeare, abſolutè. Scæuola in l. Seiæ. §. item quæſiit. ff. de fundo inſtru. & inſtru. legato, Reſpondi non legatos eos fore, qui ueluti commeantes tranſiſſent. De ſeruis loquitur qui animo redeundi tranſiſſent.

Intentus & commeans animus. Cic. 1. de Nat. deor. 40.

¶ Commeatus, huius commeatus, pen. prod. (ἔξοδος) Eſt (inquit Donatus) ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus. Valla autem, Commeatus (inquit) in ſingulari tantum pro facultate, ad tempus, à militia, ab alióue miniſterio recedendi, quam præbet mihi imperator, præpoſitus uè inferiori, eundiq; quò uelit ad præſcriptum diem reuerſuro. Licet Liuius lib. 33. ait, Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. Hactenus Valla lib. 3, Feſtus, Commeatus dari dicitur: id eſt, tempus qua ire & redire quis poſſit.

Argentarius commeatus. Vide Argentum.

Commeatum accipere. Vide Accipio.

Commeatum liberum impetrare. Vlpian. in l. filum. ff. ad Municipal. Senatores, inquit, qui liberum commeatum, id eſt, ubicunque uelint morandi arbitrium, impetrauerunt, domiciliũ in urbe retinent. Idem in l. 2. ff. nequid in loco publico.

Commeatum petere. Traianus Plinio, 226.

¶ Commeatus, pro ipſo commeandi actu. Cæſar bell. Gall. lib. 5, Obſidibus acceptis, exercitum reducit ad mare, naues inuenit refectas. His deductis, quod & captiuorum magnũ numerum habebat, & nonnullæ tempeſtate deperierant naues, duobus commeatibus exercitum deportare conſtituit.

Commeatus in utroq; numero (τροφὴ) pro Cibarijs ad alimoniam Reip. aut exercitus, aut alicuius multitudinis ſumitur. Interdum etiam priuati hominis. Cice. pro lege Manilia, 37, Commeatu & priuato & publico prohibebamur. Hæc Valla lib. 3. Cic. 7. Verr. 42, Te igitur author & interprete, ne foro quidem & cõmeatu Mamertini Pop. Rom. iuuare debuerunt. Cæſar 1. bel. Ciuil. 143, Reliquas merces commeatuſq; ad obſidionem urbis, ſi accidat, reſeruant.

Intercludere hoſtes commeatibus. Vide Intercludo.

Intercludere inimicis commeatum. Vide Intercludo.

Prohiberi commeatu & priuato & publico. Cicer. pro lege Manilia, 37.

Remanere in commeatu. Cic. 7. Verr. 87.

Ad diem commeatus uenire. Ad Heren. lib. 1. 25.

¶ Commeatalis, miles dicitur, qui in ſtipendij partem accipit alimenta ex commeatu: id eſt ex publico alimento. Iuſt. de præf. præt. Aphric. l. quas Deo, Nullum audeant duces, uel tribuni, commeatalem de ipſis dimittere, ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. Et infrà, Non de commeatalibus militum, aut eorum ſtipendijs lucrum facere.

Commercor] commercaris, cõmercatus ſum (ἐμπορεύομαι) commercari, Idem quod Mercari, uel multas res ſimul mercari. Plaut. Capt. 1. 3, Pater captiuos cõmercatur alios, tantum ſtudens, ut natum recuperet.

Commercium] cõmercij (συναλλαγμα, ἀλλαγὴ) Quaſi contrectatio quædam mercium, inquit Sipontinus. Plin. in Paneg. 47, Diuerſaq; gentes ita cõmercio miſcuit, ut, &c. Plin. lib. 12. cap. 14. 2, commercium thuris primi Mineæ fecere. Vide Miſceo.

Honorum

Digitized by Google

Honorum commercia. Claud. Paneg. 2. 23.

Cõmercia belli. Virg. 10. Aeneid. 10. Id est, uicissitudines, inquit Seruius. Tacitus, Sabini cæde, dirempta belli commercia.

Commercio sermonis feras linguas contrahere ad colloquia. Plinius lib. 3. cap. 5. 2.

Terræ geminæ commercia. Id est, concertatio duarum inter se regionum. Stat. Achil. 8. 1.

Facere commercia. Claud. 1. de Raptu Proserp. 18. Hoc est mutuam consuetudinem. Est autem commercium, libera commeandi contrahendiq; facultas, ab ijs qui in merces ultrò citroq; conuehunt, appellata. Hactenus Parrhasius.

Cõmercium rei habere quid sit, apparet ex uerbis Vlpiani in l. multum interest. ff. de uerborum obligationibus, Res enim in commercio hominum dicuntur, & homines rerum habere commercium, quum uulgò emi uendiq; possunt: cuiusmodi sunt res profanæ: nam sacræ non sunt in commercio hominum. Interdum singuli non habent commercium, ut Iudæus Christiani mancipij.

Locum esse commercio. Brutus Cic. in Epist. ad Brutum, 6S.

In agro Segestano Panormitanis cõmercium est. Cic. 5. Verr. 77.

Alicui ne commercium quidem esse oportet. Cic. 4. Verr. 86.

Miscere commercio diuersas gentes. Vide Misceo.

Commercium, Vsus & consuetudo. Et tunc præpositioni Cum iungitur. Cic. de Senec. 38, Nec habet ullum cum uirtute cõmercium. Idem 5. Tusc. 93, Qui modò cum musis, id est cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium. Et 6. Verr. 117.

Non habet commercium cum uirtute uoluptas. Cic. de Sen. 38.

Exercere commercia linguæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 7.

Perdere linguæ cõmercia, id est, usum. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13.

Commereo] commeres, pen. corr. commerui, & commeritus sum (ἐξιδμαι, διαπεφόημαι) commerere, neutrum uel commereri, deponens: Idem significat quod Mereri. Ci. 1. de Orat. 199, Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè confiteretur.

Commerui ut. Terent. Hecyra, 4. 2. 4, Vt nunquam sciens commerui meritò ut caperet illa odium mei.

Commererc, aliquid malè agere, delinquere, peccare, ut aiunt Donatus & Seruius. Tametsi, authore Donato, Commereri, maioris culpæ sit: Peccare, multo minoris uel leuioris.

Commereri & peccare. Terent. And. 1. 1. 112, Qui scit? quid commerui, aut peccaui pater?

Commereri aliquid erga alterum. Terent. Hecyra, 3. 5. 36.

Commereri culpam aut noxiam. Terent. Phorm. 1. 4. 30,

—arbitrabitur Commeruisse culpam. Vbi Donatus, Commeruisse, commisisse. Plaut. Aul. 2. 6. 8, Fateor me peccauisse, & me culpam cõmeritum scio. Author ad Heren. lib. 2. 71. ex Plauto,

Nam ego amicum hodie meum
Non castigabo pro commerita noxia.

Commerere culpam in se. Plaut. Merc. 2. 2. 12.

Commerere culpam de aliqua re. Terent. Hecyra, 4. 4. 9.

Pœnam commeruisse. Ouid. 2. Trist. 1.

Commetior] commetiris, commensus sum (μετρέω) commetiri, Idem quod Metiri. Plaut. Mostel. 11. 7.

—omnes porticus
Commensi sumus. Col. lib. 5. cap. 1. 3, Quum de cõmetiendis agris rationem M. Trebellius noster à me requireret.

Commetiri numero. Cicer. de Vniuersitate, 41, Cæterorum autem syderum ambitus ignorantes homines præter admodũ paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur.

Commetiri cum tempore negocium. Cic. 1. de Inuent. 59.

¶ Commensus, huius commensus (συμμετρία) Symmetriam significat Vitruuio, lib. 3. cap. 1, Reliqua quoq; membra suos habent commensus proportionis, quibus etiam antiqui pictores & statuarij nobiles usi, magnas & infinitas laudes sunt assecuti: similiter uerò sacrarum ædium membra ad uniuersum totius magnitudinis summam ex partibus singulis conuenientissimum debent habere cõmensuum responsum.

Commetare] Verbum obsoletum, pro Commeare. Nonius Bubulco cerdone, Quum ad lupam nostram tam multi crebro commetant lupi. Afranius Virgine, Quò tu commetas? ubi confixus desides? Nonius.

Commictilis] cõpositus. Pomponius Præcone posteriore, Si sciam quid uelis quasi serui comici cõmictilis. Nonius.

Commigro] commigras, pen. corr. (μετοικίζω, μετοβάλλω) commigrare, Idem quod migrare. Terent. Adelph. 4. 5. 15, Neq; enim diu huc commigrarunt. Idem And. 1. 1. 43, Ex Andro commigrauit huc uiciniæ. Plin. lib. 35. cap. 11. 12, Captoq; rege Perseo Athenas commigrauit.

Commigrauit habitatum. Plaut. Trinum. 14. 74.

Commigrare in domum suam. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2. 7. 11.

Commiles] pen. prod. huius commilitis, pen. corr. masc. (συστρατιώτης) Cæsar bel. Ciuil. lib. 2, Commilitesq; nonnulli grauiores sermones militũ uulgò durius accipiebant. Plin. lib. 37. cap. 2. 4, Reipublicæ datum mille talentum. Legatis & Quæstoribus, qui oras maris defendissent, H-S bina millia: commilitibus singulis quinquaginta.

Commilito] pen. corr. commilitonis (συστρατιώτης) Qui simul militat, hoc est socius in bello. Dux autem in bello, nõ cõmilitones, sed milites suos appellabit. Licet Cæsar, & quidam alij appellauerint milites, suos cõmilitones, comparandæ beneuolentiæ gratia. Sueton. in Cæsare, cap. 67, Nec milites suos pro concione, sed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipse unus esset ex numero militum. Liu. 3. ab Vrbe, 206, Supinas deinde tendens manus, cõmilitones appellans orabat.

Miles & cõmilito. Cic. pro Deiotaro, 19, Hic uerò adolescens, qui meus in Cicilia miles, & in Græcia commilito fuit.

¶ Cõmilitium (συστρατεία) Ipsa belli societas. Plin. epist. 243, Parciorem me in laudando facit, quòd spero tibi & integritatem eius, & probitatem, & industriam, non solum ex eius honoribus, quos in urbe sub oculis tuis gessit, uerumetiam ex cõmilitio esse notissimam. Id est, ex militia eius, uel ex tempore diuturno quo militauit. Corn. Tacit. li. 1, Chanci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt.

Vti commilitio alicuius. Quint. lib. 5. cap. 10. 77.

Comminiscor] cõminisceris, pen. corr. (συμπλάττω, πεποίημαι) commentus sum, comminisci, dictum à Con & Mente, quum finguntur in mente quæ non sunt, inquit Varro de lingua Latina. Terẽt. Heut. 4. 6. 8, Huiusmodi mihi res semper comminiscere. Cic. 4. de Fin. 71, Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur.

Comminisci, Excogitare. Liuius 7. bell. Macedon. 21, Nihil aduersus tale machinationis genus parare aut comminisci oppidani conabantur. Colum lib. 8. cap. 17. 6, Inuenire. Plaut. Aulul 4. 30, —quid hero ego dicam meo
Malæ rei euenisse, quámue insaniam
Quo comminisci, ita me, &c.

Confingere & comminisci, Author ad Herennium, lib. 2. 43.

Comminisci aliquid de sua sententia. Plaut. Capt. 2. 48.

Ad comminiscendum ingeniosus. Author ad Heren. lib. 2. 42.

¶ Cõmentus (πεποιημένος) Particip. actiuæ significationis. Monogrammos deos & nihil agẽtes commentus est Epicurus. Cic. 2. de Nat. deor. 85.

¶ Cõmentus (συμπλασθείς) Particip. passiuæ significationis.

Sacra

Digitized by Google

Sacra commenta. Ouid. 1. de Arte, 64. Id est, ficta.
Funera commenta. Ouid. 6. Metam. 113.
¶ Commentum, commenti (πλάσμα) Fictio. Terent. And. 1. 3. 20, —atq; ipsis commentum placet.
Retegere commenta alicuius. Ouid. 13. Metam. 8.
Opinionum commenta delet dies. Cic. 2. de Nat. deor. 8.
¶ Commentitius (πλασματώδης, πλαστός) Adiectiuum, Idem quod fictitius. Cic. 1. de Orat. 117, Vt si in illa cõmentitia Platonis ciuitate res ageretur.
De commentitijs rebus inaudita ac noua, quæ aliquis obijcit, diluere. Cic. pro Rosc. Amer. 50.
Crimen commentitium confirmare. Cic. pro Rosc. Amer. 24.
Commentitij & ficti dij. Cic. 2. de Nat. deor. 101.
Ficta & commentitia fabula. Cic. 3. Offic. 50.
Futiles commentitiæq; sententiæ. Cic. 1. de Nat. deor. 27.
Commentitium significat etiam nouum & recens excogitatum, hoc est, non translatitium, non aliunde sumptum. Sueton. in Claud. cap. 21, Spectacula quoq; complura magnificaq; edidit, non usitata modò, ac solitis locis, sed etiam commentitia, & ex antiquitate repetita. Budæus.
Noua & commentitia. Cic. 5. de Finib. 155, Hæc igitur quum ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim nouis & commentitijs, ut ista producta & reducta, &c.
Ius commentitium. Paulus in l. si pœna. ff. de pœnis, Si pœna alicui irrogatur, receptum est commentitio iure ne ad hæredem transeat.
¶ Commentor, commentoris (περιεργὸς) Verbale: ut,
Vuæ commentor dicitur Bacchus ab Ouidio, 3. Fast. 157. Id est, inuentor.
¶ Commentor, commentaris, commentatus sum (παυεργέω, συμπλάττω, μελετάω, πραγματίνομαι) commentari, Frequentatiuum à Comminiscor, significat cõfingere fallaciam, authore Donato. Plaut. Casin. 5. 27, Vt citò cõmentatus est: ecquid te pudet?
Commentari aliquem. Plaut. Pœnulo, 2. 1, Achillem Aristarchi mihi commentari lubet.
Commentari, Cogitare, agitare, tractare, mentionem facere. Cicero ad Atticum, lib. 4. 75. 3, Veruntamen Idipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem. Cic. 5. Verr. 76, Cupiunt commentari aliquid & discere. Idem 3. Tuscul. 51, Futuras mecum commentabar miserias.
Commentari, Disputare. Cicer. 5. de Finib. 130, Satisne uobis uideor pro meo iure in uestris auribus commentatus? Idem de Amicitia, 7.
Commentari & meditari de aliqua re. Cic. 3. Phil. 149.
Plures dies in uilla commentari. Cic. Cæcio, lib. 12. 2. 5.
Commentandi causa atq; inter se colloquendi congregantur in templo magi. Cic. 1. de Diuinat. 149.
Multos annos aliquid commentari, Cic. Mario, lib. 7. 1. 18.
Inter se commentari qua ratione traducendum sit eis tempus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 12.
Quotidie commentari. Cic. 3. de Orat. 49.
Cum aliquo quotidie declamitantem commentari. Cicer. de claris Orat. 171.
Cum literatis, omnibus exclusis, commentari. Cicer. de claris Orator. 44.
Commentari (προφάσθαι) pro inuenire. Cic. 11. Philip. 298, Quorũ alter cõmentatus est Mimos, alter egit Tragœdiam.
Agere causam & commentari. Cic. de claris Orat. 44, Quum esset ei nunciatum tempus esse, exisse in ædes eo colore & ijs oculis, ut egisse causam non commentatum putares. Hoc est in Senatu orasse, non domi meditatum.
Orationem in aliquem commentari. Cic. pro Rosc. Amer. 50.
Commentari, Quicquam scribendo componere. Plin. lib. 18. ca. 25. 3, Id eo ipso anno quum commentaremur hæc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum. Idem in præfatione totius operis, 12.
Θέσεις meas commentari non desino. Cic. Attico, lib. 9. 180. 2.
¶ Commentatus (μεμελετημένος) Participium. Cic. ad Tironem, lib. 16. 26. 1, Isq; diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, uide ut probare possit te non peccasse.
Satisne uobis uideor pro meo iure in uestris auribus commentatus? Cic. 5. de Finib. 130.
Commentata & scripta alicuius. Cic. in Bruto, 16. Id est, cogitata. Legitur & commerita.
¶ Commentatio (μελέτη, πραγματεία) Verbale. Id est, meditatio atq; contemplatio. Plinius lib. 18. cap. 25. 4, Et Sosigenes ipse trinis commentationibus non cessauit addubitare ipse semet corrigendo.
Meditatio & commentatio rei alicuius. Cic. 3. Tuscul. 60.
Multa commentatione atq; meditatione paratos atq; expeditos locos habere. Cic. 2. de Orat. 65.
Cogitatio & commentatio. Cic. 1. de Orat. 71, Nam si subitam & fortuitam orationẽ cõmentatio & cogitatio facilè uincit, hanc ipsam profectò assidua ac diligens scriptura superabit.
Causarum commentatio. Cic. Peto, lib. 9. 20. 4.
Mortis commentatio. Cic. 1. Tuscul. 116.
Inclusa commentatio in ueritatis lucem proferenda est. Cic. 1. de Orat. 76.
Commentatio, pro descriptione. Plin. lib. 6. cap. 17. 12, Seneca etiam apud nos, tentata Indiæ cõmentatione sexaginta annes eius prodidit.
Accuratæ & meditatæ commentationes. Cic. 1. de Orat. 135.
Quotidianis commentationibus sese exercere. Cicer. de claris Oratoribus, 134.
In exercitationibus & commentationibus multum operæ ponere. Cic. de claris Orat. 54.
In lustris & in uino commentatio. Cic. Cæcio, lib. 12. 2. 5.
¶ Commentarius, m. g. uel commentarium, commentarij, n. g. (πραγματεία, ὑπόμνημα, ἀπομνημόνευμα) Liber est quẽ sibi quisq; nostrum priuatim facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuarium eorũ quæ agimus, id est, diarium & ephemeris actionum nostrarum. Registrum uulgò uocatur. Quod Latinè regestum dici potest, quum Quintilianus regerendi uerbò utatur. Huiusmodi autem librum fictitasse sibi principes Romanos multis authoritatibus probari potest. Sueton. in Tiberio, Commentario quem de uita sua summatim breuiterq; composuit, ausus est scribere, Seianum se punisse. De commentarijs Claudij & Neronis loquitur. Plin. epist. 108, Corrupto enim scribæ seruo, interceperat commentarios, intercideratq;, ac per summum nefas utebatur aduersus amicum crimine suo. Hæc Budæus. Vide Vallam lib. 4. cap. 21.
Commentarius igitur & commentarium dicitur quicquid ita conficimus, ut memoriæ tantum gratia, nõ plenæ narrationis facere uideamur, in quo scilicet capita tantum & summas rerum annotare solemus. Inde commentarij Cæsaris dicti, in quibus res eius in Gallia & bello Ciuili gestæ, non latè & plenè enarrãtur, sed ueluti perstringuntur. Cælius Ci. lib. 8. 11. 12, Quã quisq; sententiam dixerit, in commentario est rerũ urbanarũ: è quo tu quæ digna sunt, selige. Budæus.
Commentarij authorum. Plin. lib. 37. cap. 12. 5.
Diurni commentarij. Suet. in Augusto, cap. 64.
Grammaticorum commentarij. Quint. lib. 1. cap. 8. 13.
Pontificum commentarij. Cic. de claris Orat. 27.
Prætoris commentarium. Cic. 7. Verr. 43.
Puerorum commentarij. Quint. lib. 2. cap. 11. 5.
Rerum urbanarum commentarium. Cælius Cic. lib. 8. 2. 7.

Id

Digitized by Google

in Rhetorum commentarijs conſeneſcere. Quin. li. 3. ca. 9. 46.
Commentarium paulò plenius. Id eſt, quod uulgò dicũt, memorias bene amplas. Cic. de clar. Orat. 85, Ipſa illa cenſoria cõtra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum & orationis commentarium paulò plenius. Budæus in l. abeſſe. ff. ex quibus cauſis maiores.
A commentarijs. Vide A.
Summatim breuiterq; de uita alicuius commentarium componere. Suet. in Tiberio, cap. 61. Quin. lib. 1. cap. 8. 13.
Conficere commentarios dixit Cicer. ad Luc. 10. lib. 5. 12. 35. Hoc uulgò Memorias & memoriale uocant.
Publicis commentarijs conſignati fundi. Cic. 2. de Orat. 123.
Breuiores commentarios facere. Quin. lib. 3. cap. 8. 40.
Ex commentario dictaturam gerere. Cicer. Auguſto 6, Antonius uir animi maximi, &c. publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat uectigalia, donabat ciuitates, ex commentario dictaturam gerebat, leges imponebat, &c.
In commentarijs antiquis inuenire aliquid. Cicero de clar. Orator. 36.
Lege commentarios Ariſtotelicos. Cic. 3. de Fin. 15.
Ex commentarijs quærere aliquid. Cic. pro Sylla, 32.
Recitare commentarium. Cic. 7. Verr. 44.
Referre in commentarios. Traianus ad Plinium. Budæus.
Manu ſua referre in commentarium aliquid. Cicer. Attic. libro 7. 123. 10.
In commentarium referre ſcripta alicuius. Cic. 3. Tuſc. 91. Idem 1. de Orat. 104.
In commentarium principis referre aliquem. Modeſtinus in l. abeſſe. ff. ex quibus cauſis maiores, Abeſſe Reipublicæ cauſa dicitur & is qui ab urbe profectus eſt, &c. pertinet & ad Tribunos militum, & præfectos, & comites Legatorũ, qui ad ærariũ delati, aut in commẽtarium principis relati ſunt. Senſus eſt, ut uult ibi Budæus, Tribunos, Præfectosq; militũ, eorumq; omnium comitatum, nõ aliter Reipub. cauſa abeſſe cenſeri, quàm ſi in acta ærarij quæ publica ſunt, aut priuatum commentarium principis referendos ſe curarint: id eſt, regiſtrandos, ut uulgò dicimus.
Regerere aliquid in commentarios. Quint. lib. 2. cap. 11. 5. Et lib. 3. cap. 6. 43.
Rerum ſuarum commentarios relinquere. Sueton. in Cæſare, cap. 56.
In commentarijs alicuius reperire aliquid. Cic. 1. Philip. 2.
Scribere commentarios, Idem quod conficere. Pli. epiſt. 139. b.
Scribere commentarios rerum ſuarum. Cicer. de claris Orator. 142.
Superare memoriam aliquorũ cõmentario. Cic. pro Sylla, 34.
In cõmentarijs breuiter tangere locũ aliquem. Cic. 3. Off. 11.
Voluere commentarios alicuius. Liu. 3. ab Vrbe, 37.
Commentarius, pro eo quod Inſtructiones uocamus. Liuius, Quæri iuſſit ab eo ecquem de ijs rebus à patre cõmentariũ accepiſſet. Budæus.
Commentarius, Pro compendioſa hiſtoria, quales ſunt Cõmentarij Cæſarijs. Cic. Attic. lib. 1. 14. 13, Commentarium Conſulatus mei Græcè compoſitum miſi ad te, &c. Bud.
Ex annalium monumentis, atq; ex regum commentarijs conquirere aliquid. Cic. pro Rab. perduel. reo, 10.
¶ Commentarium, rij (ὑπόμνημα) Pro actorum perſcriptione. Antonius Ciceroni, in Epiſt. ad Att. li. 14. 310. 2, Quòd ſi duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduerſus te: quanquam uideor debere tueri commentarium Cæſaris. Budæus.
¶ Commentariolum, commentarioli, pe. cor. (ὑπομνηματίον) Diminutiuum. Cicero 1. Phil. 12, An in commentariolis & chirographis & libellis ſe uno authore prolatis, ac ne prolatis quidem, ſed tantummodo dictis, acta Cæſaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi iuſſa, perpetuasq; leges eſſe uoluit, pro nihilo habebuntur? His uerbis Cicero ſignificat commentarios priuatam eſſe memoriam: Acta autem debere eſſe memoria publica teſtata, quæ in ærario eſſe ſolebant. Budæus.
Perfectum omni ratione commentariolum. Cicer. de Pet. Conſul. 37.
Profitentium commentariolis aliquid uulgatum eſſe. Quintil. lib. 1. cap. 5. 5.
¶ Commentarienſis, Qui in commentarium cuſtodias refert, & uelati diarium cuſtodiarum conficit. Budæus. Aſconius in eum locum, Cicer. 3. Verr. Accenſus Neronis, Accenſus (inquit) nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur Princeps uel Commentarienſis aut Corniculârius. Hæc enim nomina de Legionaria militia ſumpta ſunt. Paulus in l. in fraudem. §. à debitore. ff. de iure fiſci, Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, ut meritò his uti liceat: eaq; manu commentarienſis adnotãda ſunt. Secundum hoc commentarienſes ſunt quibus commentarij Imperatoris commiſſi ſunt, ut eſt hodie theſaurus chartarum. In l. ad commentarienſem. C. de cuſtodia reorum. pro eo accipitur qui cuſtodiam & periculum reorum præſtat, ita ut reo clapſo talione ipſe puniatur. Et in l. fin. Commentarienſis ſingulis menſibus, de perſonis reorum & numero, de qualitate delictorum, de clauſorum ordinibus, ad iudicẽ referre debet.
Commeo] & c. ex Con & Eo, is, uel ex Con & Meo, meã, compoſitum.
Comminiſtro] comminiſtras (ὑπουργέω, ὑπηρετῶ) comminiſtrare, Idem quod Miniſtrare. Plin. lib. 28. ca. 8. 18, Super omnia eſt, quòd extremam fiſtulam inteſtini contra ducum ac poteſtatum iniquitates comminiſtrant. Emendatiores codices legunt, commonſtrant.
Comminor] pen. corr. (ἀπειλέω) comminaris, comminari, Idem quod Minari, uel ualde Minari. Sue. in Cæſare, ca. 62, Vt aquilifero moranti cuſpide ſit comminatus.
¶ Comminatio (ἀπείλησις) Verbale. Plin. lib. 8. ca. 45. 6, Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicans, ſpargensq; in altum arenam, & ſolius animalium eo ſtimulo ardeſcens. de Tauris.
Orationis comminatio tanquam armorum ad uſum eſt. Cic. 3. de Orat. 114.
Comminuo] comminuis, cõminui, comminutum, pe. prod. (σωτρίβω, μειόω) cõminuere, idẽ quod Minuere ſignificat. Pli. lib. 20. ca. 4. 2, Satiui uerò decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt & eijciunt calculos.
Deturbare, affligere, comminuere, diſſipare aliquid. Cicer. in Piſonem, 74.
Frangere & comminuere aliquem. Cic. 2. Offic. 57.
Auaritia comminuit atque uiolat officium. Cicero pro Quintio, 13.
Pondus argenti comminuere. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1. 9.
Vires ingenij comminuere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 7.
Lacrymis comminui, id eſt, frangi, flecti, mitigari: Ouidius epiſtol. 3. 17.
Comminuti re familiari. Cic. ad Attic. lib. 4. 72. 10.
Comminutæ opes & depreſſæ. Cic. 7. Verr. 77.
¶ Comminuendus (σωτριπτέος) Particip. Ouid. de Medicamine faciei, 15,
Vtraq; da nigris comminuenda molis.
Comminus] Vide Cominus.
Commiſſus, Commiſſuræ] Vide Committo.

Digitized by Google

Commiſceo] commiſcui, commiſtum (συγκεράννυμι, συμμίγνυμι) commiſcere. Idem quod Permiſcere. Plaut. Perſa, 4.7, Commiſce mulſum, ſtruthea, colluteaq; appara. Cicer. 2. de Nat. deo. 192, Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptiſſimæ, & in mare, & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines.

Commiſcere aliquid cum altero Plaut. Rud. 13.3,
Nam ſi quis cum illo quid rei commiſcuit.
Id eſt, ſi quid negocij eſt alteri cum eo.

Commiſcere conſilium cum aliquo. Plaut. Mil. 8.66.

Ius accuſatoris cum iure teſtimonij commiſcere. Author ad Herennium, lib. 4. 204.

¶ Commiſtus (συμμιγθείς) Particip. ut, Commiſta gemitu querela. Lucret. lib. 6. 233.

Commiſtus alieno ſanguine. Virg. 6. Aen. 153.

Fumus in auras cõmiſtus tenues fugit diuerſa. Id eſt, per diuerſa. Virg. 4. Georg. 100, Seruius.

Commiſtus, cum ablatiuo, loco datiui. Virg. 2. Georg. 66,
Magnus alit magno cõmiſtus corpore fœtus. Pro, corpori. Ser.

Commiſcendo. Lucret. lib. 4. 243,
Et commiſcendo quum ſemen forte uirile
Fœmineum mulſit ſubita ui. Id eſt, dum commiſcẽtur.

Commiſereſco] cõmiſereſcis (κατοικτείρω) cõmiſereſcere, Idem quod Miſereſcere. Teren. Hecyr. 1. 2. 54,
Ibi demum ita ægrè tulit, ut ipſam Bacchidem
Si adeſſet, credo ibi eius cõmiſereſceret. Ennius Hectoris Lytris, Seruos & uestrum imperium, & fidem Myrmidonum uigiles commiſereſcite.

Commiſeror] pen. cor. commiſerari (κατιλεέω) commiſerari, Idem quod Miſeror. Ci. 1. Verr. 24. Quid quum cõmiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traijcere cœperit? Idem Antequam iret in exilium, 13, Conqueri, cõmiſerari, dicere, expurgare, ſuſpitionem dimouere, crimen diluere non licere. Gel. lib. 7. cap. 5.

¶ Commiſerans (κατοικτείρων) Particip. um. Gel. li. 5. ca. 14, Ad eandem ſpecum uenit hic leo debili uno & cruento pede, gemitus edens, & murmura dolorem cruciatumq; uulneris commiſerantia.

¶ Commiſeratio (κατοίκτεισις) Verbale. Cic. 2. de Orat. 68, Quid de Quin. Regis commiſeratione dicam?

Commiſerationem breuem eſſe oportet: nihil enim lachryma citius areſcit. Author ad Herennium, lib. 2. 89.

Commiſſum, Commiſsio, Commiſſura, Commiſſus] Vide Committo.

Commitigo] commitigas, pe. cor. (κατατιθέω, κατακραύνω) commitigare. Idem quod Mitigare.

Cõmitigare ſandalio caput alicuius. Terent. Eunuc. 5. 8. 4. Vbi Donatus, Cõmitigari, eſt tundendo deprimi atq; deponi.

Committo] cõmittis, cõmiſi, cõmiſſum (σωκάπτω, γομφόω, ἐπιτρέπω, πιστεύω, πλημμελέω) committere, Propriè (inquit Feſtus) eſt inſimul mittere. Nunc eo utimur & pro Facere, aut pro delinquere, aut pro incipere. Plin. epiſt. 258, Sed incertum utrum ad colligendum humorem circumiacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. Id eſt coniungendum.

Animos committere, Coniungere. Cat. epigram. 57. 4.

Committitur ceruix per uitalia uincula primo artu. Valerius, lib. 4. Argon. 63.

Noctes duas committere, Id eſt coniungere, excluſo die, Ouidius 1. Amor. eleg. 13. 10. De Iouis trinoctio, quo Herculem genuit.

Furta committere latebris, id eſt Abſcondere. Stat. 2. Achil. 65.

Gemmas cõmittere mero, pro Merũ cõmittere gemmis, id eſt gemmatis poculis. Hypallage eſt apud Stat. 1. Theb. 30.

Committere alicuius plagæ oras futuris, uulgus chirurgorum dicit coniungere labra futuris. Eo facto, teſticulus intus reponendus eſt, oreq; ſcroti futuris inter ſe committẽdis, &c. Celſus lib. 7. cap. 19.

Committere ſemen ſolo. Col. lib. 2. cap. 8. 4.

Sulcis committere ſemina. Virg. 1. Georg. 45.

Terræ ſemina committere. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7.

Stirpes committere ramis. Lucret. lib. 5. 274.

Vinum committere uenis. Horat. 2. Serm. ſatyr. 4. 5.

Vitem tenui committere ſulco, Id eſt foſſa, ut ait Seruius. Virg. 2. Georg. 58.

Committere ſe in conclaue. Cic. pro Roſc. Amer. 39.

Tecto ſe committere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 8.

Vrbi ſe committere. Cic. Attic. lib. 15. 326. 3.

Committere (ἐπιτρέπειν, παραδοῦναι) Tradere. Donatus, Cõmittimus quæ cum magno periculo uolumus eſſe ſeruata. Terent. And. 1. 5. 61, Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mãdo fidei. Cic. 2. Offic. 47, Itaq; his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſimè committi arbitramur.

Committere & commendare. Vide Commendo.

Committere & communicare. Cic. Appio, lib. 3. 10. 34, Quid mihi ille non cõmiſit? quid non mecum cõmunicauit?

Committere & credere. Cic. pro Domo ſua, 1.

Committere & credere bonorem alicui. Cic. 7. Verr. 29.

Rectè committere aliquid alicui. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 99.

Alendum aliquem committere alicui. Ouid. 13. Metam. 87.

Regendum aliquem committere alicui. Ouid. de Arte 3. 105.

Arbitrio alicuius aliquid committere. Horatius 2. Sermonum ſatyr. 5. 22.

Committere ſe in fidem alicuius, Terent. in prolog. Hecyræ, 53.

In tutelam, Plaut. Rud. 16. 11.

Commendare & committere ſe fidei alicuius. Terentius Eunuch. 5. 2. 46.

Ingenijs coniecturaq; aliquorum aliquid committere. Cic. pro S. Roſc. 73.

Populo ſe committere. Cic. pro Domo ſua, 39.

Poteſtati alicuius Rempublicam & arma populi committere. Cic. pro Milone, 46.

Publicis præſidijs & armis ſe committere. Ci. pro Milone, 45.

Cauſam committere alicui. Cic. 1. de Orat. 85.

Conſilia ſua alicui committere. Cic. 5. Verr. 5.

Curas ſuas committere auribus alterius. Senec. Hippol. 5. 4.

Delictum hominum fortunæ iudicio committere. Cicero pro Cluent. 102.

Epiſtolam alicui committere. Cic. Attic. lib. 1. 8. 8.

Exiſtimationem ac ſpem reliquæ uitæ alicui committere. Cic. pro Quint. 65.

Habenas committere, Permittere regendi poteſtatem. Seneca Medea, 1. 7.

Honores committere alicui, Id eſt, officia honorata. Claudia. in laudibus Serenæ, 39.

Incommoda ſua legibus & iudicijs committere. Cicero 3. Verr. 57. Hoc eſt, iudicium de incommodis ſecundum leges expectare.

Literas alicui committere. Cic. ad Att. lib. 1. 8. 3.

Magiſtratibus aliquibus committere. Cic. pro Plancio, 50.

Oſculis committere linguæ. Ouid. epiſt. 21. 26.

Rem magnam difficilemq; alicui committere. Cicero Valerio, libro 13. 5. 2.

Rem & uitam committere alicui. Hora. 2. Ser. Sat. 7. 14.

Suffragium & iuriſdictionem alicui committere. Seneca de Benef. libro 2. cap. 35.

Vices ſuas alicui cõmittere, Id eſt partes ſuas cum alio cõmutare. Seneca Hercule Oetheo, 2. 10.

Caput

Digitized by Google

Caput committere tonsori. Horat. in Arte, 61.
Committere collum suum alicui. Cic. 5. Tusc. 82.
Crus commisit laqueo uolucris. Ouid. 11. Metam. 15.
Literis committere aliquid. Cic. Attic. lib. 4. 70. 11.
Amores suos cõmittere tabellis. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 5.
Committere gnatam suam uxorem alicui. Terent. And. 1. 5. 6.
Committere in discrimen. Liu. 8. ab Vrbe, 159.
Committere se in præcipitem locum. Hoc est, exponere & committere se periculo. Cic. 4. Acad. 123.
Ausis magnis se committere. Claud. 2. in Eutrop. 110.
Fortunæ se cõmittere. Cicer. ad Atticum, lib. 9. 173. 16. Et 7. Verr. 163.
Frigori cõmittere aliquid. Celsus lib. 6. cap. 18.
Se hyemi & fluctibus cõmittere. Cic. 4. Verr. 64.
Se labori committere. Celsus lib. 1. cap. 2, Si quis interdiu se imbecillior plebit: post cibum neq; frigori, neq; æstui, neq; labori se debet committere.
Mari aliquem cõmittere, Lucan. lib. 5. 139.
Nauigationi se cõmittere. Cic. Tironi, lib. 16. 6. 2.
Nocti se committere. Ouid. 13. Metam. 69.
Periculo se cõmittere. Cic. ad Att. lib. 1. 8. 3.
Committere se periculo mortis, aut seruitutis. Cicero pro Lege Manilia, 21.
Ponti sese committere, Per pontem transire. Virgilius 3. Georgic. 16.
Ponto se cõmittere, Id est mari. Cic. in Arato, 7.
Pugnæ se committere. Ouid. 14. Metam. 92.
Ratem cõmittere pelago. Horat. 1. Carm. ode 3. 3.
Ratem cõmittere uento. Ouid. 3. Fast. 116.
Rixæ se cõmittere. Ouid. ad Pisonem, 40.
Longius portibus committere se non audebant. Cæsar 3. belli Ciuil. 100.
Soli se committere. Celsus lib. 1. cap. 2.
Vitam committere uentis. Virgil. 10. Aen. 13. Id est, incertis & manibus rebus. Seruius.
Vnda se commisit uentis. Ouid. 11. Metam. 103.
Hisce uijs non se cõmittere, quibus ire non ausus sis. Cicer. 13. Philip. 335. Ibidem, paulo post, Possum ue igitur satis uideri cautus, satis prouidus, si me huic itineri tam infesto, tamq; periculoso commisero?
Cõmittere (πλέξασθαι, συμβάλλειν) Est ad pugnã & ad concertationem exhibere, Vnde cõmitti gladiatorum paria dicebantur in spectaculis & Athletarum certaminibus, id est ad digladiandum copulari compararíq;. Sueton. de claris Gram. 17, Ad exercitãda discentium ingenia æquales inter se committere solebat. Budæus.
Committere, Mutuò irritare, & ad diſsidium impellere. Sueto. in Calig. Non cessauit ex eo criminari alterum alteri, & inter se omnes committere.
Fratres committere odijs. Claud. in Eutrop. 57.
Committere bellum, Suscitare bellum inter duos populos. Inde bellum cõmissum apud Liuium, id est (ut uulgò dicunt) guerra aperta: quum aliqua iniuria lacessente bellum inter duos populos irritatur, quasiq; re ipsa inducitur. Liu. lib. 1. secundi bel. Pun. Sed ita forsitan decuit cum fœderum ruptore duce, deos ipsos sine humana ope cõmittere, ac profligare bellum: nos aũt qui secundum deos uiolati sumus, cõmissum ac profligatum conficere. Ex Budæo.
Committere certamen. Liu. 3. bel. Pun. 191.
Iudicium cõmittitur inter Sicarios. Cic pro Sexto Rosc. 7.
Committere manum alicui. Virgilius libro 12. Aeneid. Id est, bellum inferre.
Multam committere. Cic. pro Cluentio, 83.
Prælium cõmittere, pro Incipere. Cæsar 2. bel. Gal. 297. Idem lib. 1. bel. Ciuil. 262, Cum equitatu Heluetiorum prælium commiserunt.
Prælia cõmittere. Valer. lib. 6. Argonaut. 7.
Prælia committere uersu. Ouid. in Ibin. 9.
Pugnam committere. Silius libro 8. 123. & Virg. 5. Aen. 14.
Ludos cõmittere. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 3. 20. 7. Hæc scripsi ad VIII. Cal. Nouem. quo die ludi cõmittebantur. Suet. in Claud. Circenses etiam frequenter in Vaticano cõmisit.
Spectaculum committere. Liu. 2. ab Vrbe, 153.
Verba cõmittere cæcis modis, Aenigma proponere, obscurè loqui. Seneca Thebaid. 1. 127.
Cõmittere aliquid (πλημμελεῖν) Peccare, Malè agere. Cicer. 1. Verr. 19, Ego etiam quæ tu sine Verre cõmisisti, Verri crimini daturus sum. Virg. 1. Aen.

Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere?

Non timent qui nihil commiserunt. Cic. pro Milone, 46.
Non impulsione, uerùm ratiocinatione aliquid committere. Cic. 2. de Inuentione, 135.
Committere contra legẽ. Cic. pro Cluent. 73.
Committere multa in deos, & homines. Cic. 3. Verr. 4.
Adulterium committere. Quint. lib. 7. cap. 3. 9.
Cædem cõmittere. Ouid. epist. 14. 12.
Committere multam, Aliquid facere, quod multæ soluendæ sit obnoxium. Varr. lib. 2. de Re rust. Vide Multa, multæ.
Culpam cõmittere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12. 2.
Delictum committere. Cæsar 7. bel. Gall. 15. Facinus, Cæsar 3. bel. Ciuil. 231.
Flagitium. Cic. de clar. Orat. 115.
Fraudem cõmittere. Horat. 1. Carm. ode 28. 7.
Iurgia cõmittere, Rixam. Plaut. Menæh. 17. 15.
Maleficium cõmittere. Cic. pro Sexto Roscio, 37.
Nefandum aliquid cõmittere. Ouid. 9. Metam. 126.
Multas nefarias res cõmittere. Cic. 6. Philip. 205.
Rixam cõmittere. Liu. 5. ab Vrbe, 113.
Magnum scelus committere. Cicer. pro Sylla, 4. Senec. Thebaid. 2. 2.
Impulsu simili aliquid cõmittere. Cic. 2. de Inuent. 135.
Non committere ut, uel quamobrẽ. Cicer. 1. Offic. 114, Nec cõmittere ut aliquando dicendum sit, Non putaràm. Considerare debes nihil tibi esse cõmittendum, quamobrem eorum quos laudas, te non simillimum præbeas. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 2.
Non cõmittam posthac, ut me accusare de epistolarũ negligentia possis. Cic. Att. lib. 1. 4. 1.
Quia cõmisi ut me defrudes, ad eam rem affectæ uiam. Plautus Menæh. 15. 12.
Non cõmittam, ut si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. Cic. 2. de Orat. 129.
Nolle quenquam ciuem cõmittere, ut morte multandus sit. Cic. 8. Philipp. 244, Id est sordidum ad famã, cõmittere ut accusator nominere. Cic. 2. Offic. 71, Vereor cõmittere: ut, &c. Cic. 1. de Leg. 54.
Alicuius consilio cõmissum esse, ut, &c. Cic. Att. lib. 1. 11. 4.
Cõmittere se in aciem. Liu. 7. ab Vrbe, 119, Ibi quia res trahi segnitia Græcorum non committentium se in acie uidebantur, Dictatorem, &c.
Cõmittere se in conspectum populi Cic. 6. Verr. 22.
Cõmittere se in Senatum. Cic. ad Quin. fratrẽ, lib. 3. 18. 2.
Cõmittere de existimatione sua alicui. Cic. 5. Verr. 117.
Cõmittere, Vulgò confiscare. Cic 3. Verr. 18, Calumniatores ex sinu suo apposuit, quillã hæreditatem Veneri Erycinæ cõmissam esse dicerent. Idem 4 Verr. 25.
Committere, Confiscari, Fisco attribuere. Paulus in l. debitor

Digitized by Google

meus. ff. negot. gest. Veluti si periculũ erat, ne prædia in publicum cõmitterentur, ne pœna traiectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromisso committeretur.

¶ Committi (πιστεύεσθαι) Passiuũ: ut, Mucronib. strictis committi. Ouid. 3 Fasto. 47.

Infirmo iudicio committi. Cic. Att. lib. 1. 11. 4. Id est coram infirmis iudicibus habere litem.

¶ Commissus, Participium (πιστευθεὶς) Cicer. pro Fonteio, 25, Atq; ita ut commissus sit fidei, permissus potestati.

Bella commissa alicui. Cic. pro Domo sua, 15.

Deuotio capitis coniuncta & commissa. Cic. pro Domo sua, 112.

Lætitia cõmissa. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.

Ludi commissi. Virg. 5. Aeneid. 23.

Piacula cõmissa. Virg. 6. Aen. 114.

Pugna non mediocri certamine, nec parua dimicatione commissa. Cic. pro Muræna, 32.

Res inter se commissæ. Quint. lib. 7. cap. 1. 2.

Stipulatio cõmissa. In titul. iudicatum solui, per totum titulum.

Vt tutela, sic procreatio Reipub. ad eorum utilitatem qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Cic. 1. Offic. 121.

Commissus, Fidei traditus. Catul. epigram. 97.

Commissus, Coniunctus & Coagmentatus. Virg. 3. Aen. 86,

Pistrix Delphinũ caudas utero cõmissa luporum. Seru.

Dextra commissa dexteræ. Ouid epist. 2. 7.

Nocte commissa, Gemina. Senec. Hercul. Oeth. 13. 19.

Dispositio digestas res atq; inter se commissas deuicit. Quint. lib. 7. cap. 1.

Soluere commissas acies, Dirimere bellum. Propert. libro 4. eleg. 12.

¶ Committendus particip. Cic. Att. lib. 10. 193. 2, Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur ulla.

¶ Commissum (πλημμέλεια) Substantiuum. Cicero pro Sylla, 53, Et quod huius factum & commissum, non dicam audacius, sed quod, &c.

Sacrum cõmissum, quod neq; expiari poterat, impiè commissũ est. Cic. 3. de Leg 3ᵉ.

Turpe commissum. Horat. 3. Carm. ode 27. 8.

Enunciare commissa. Cic. 2. Tusc. 55.

Fateri commissa. Stat. 5 1.

Luere commissa. Virgil. 1. Aeneid. 28,

Pòst nihi non simili pœna commissa luetis. Id est persoluetis. Et hic sermo (ait Seruius) à pecunia descendit: antiquorum enim omnes pœnæ, pecuniariæ fuerunt.

Negare commissa. Claud. 2. Panegyr. 13.

Plorare cõmissum. Horat. 3. Carm. ode 27. 8.

Prodere cõmissa. Horat. 1. Ser. Satyr. 3. 19.

Punire commissa. Sil. lib. 13. 74.

Tacere commissa. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 17.

Tegere cõmissa, Id est tacere sibi credita. Horat. in Arte, 41.

Cõmissa dicuntur, inquit Asconius, quæ contra uoluntatem testatoris facta aut non facta ab hærede, multa aliqua pœnaq; plectuntur. Cic. 4. Verr. Si commissum quid esset.

¶ Commissum, cõmissi, Confiscatio, quæ fit ob illicitas merces nauigio aut alio modo aductas, aut propter uectigal non solutum, multas alias eiusmodi ob causas. Hinc Commisso tollere, uendicare, in commissum cadere, incidere, & in causam commissi incidere, usitatæ apud Iurisconsultos loquendi formulæ.

¶ Commissio (συμβολὴ) Verbale. Ea significat quæ uerbum à quo deriuatur.

Cõmissio, Exhibitio erat binorum poetarum uel oratorum ad ingenij ostentationem. Has cõmissiones, scenicas scilicet & poeticas & etiam ludicras, Aretorus ludis præsidentes faciebant. Suetonius in Augusto, Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis offendebatur: admonebatq; Prætores, ne paterentur nomen suum cõmissionibus obsolefieri. Plin. epist. 144. b.

Commissio Græcorum. Cicer. Attic. lib. 16. 333. 12, Rumoris nescio quid affluerat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse.

Commissio ludorum, &c. Cic. ad Att. lib. 15. 329. 23.

¶ Commissorius, Adiect. (πλημμελητικὸς) ut, Lex commissoria. Hoc est exceptio adiecta actioni, contra quam si quid commissum fuerit, conuentio rescinditur. Paulus in l. Aemylius. ff. de minoribus x x v. ann. Aemylius Largianus ab Ouinio fundũ Puteolanum lege cõmissoria emerat, data parte pecuniæ, ita ut si intra duos menses ab emptione eius reliqui precij partem dimidiam non soluisset, inemptus esset: item si intra alios duos menses reliquum precium non numerasset, similiter esset inemptus. Vide Vlpianum in l. si fundus. ff. de lege commissoria.

Lege cõmissoria emere. Paulus in l. Aemilius. ff. de minorib.

Lege cõmissoria fundum uenire quid sit, apparet ex uerbis Vlpian. in l. si fundus. ff. de lege commissoria, Si fundus, inquit, lege commissoria uenierit, hoc est, ut nisi intra certum diem precium sit exolutum, inemptus fieret, &c. Et paulo post, §. eleganter. Papinian. lib. 3. Responsorum scribit, statim atque commissa lex est, statuere uenditorem debere, utrum cõmissoriã uelit exercere, an potius precium petere: nec posse si commissoriam elegerit, postea uariare.

¶ Commissura, commissuræ, pen. prod. (συναφὴ, γόμφωσις) Iunctura tabularum, & aliorum huiusmodi. Cic. de Vniuersitate, 32, Deinde in orbem torsit, ut & ipse secum, & inter se ex commissura quæ è regione esset, iungerentur. Idem 2. de Nat. deor. 209.

Molles digitorum commissuræ. Cic. 2. de Nat. deor. 223.

Commissura uerborum. Quin. lib. 9. cap. 4.

Commoditas, Commodo] Commodas. Vide Commodum.

Commodum] commodi, pen. prod. cor. (ὠφέλεια, σύμφερον) fit à Modo, & significat utilitatem, & emolumentum. Cic. 4. Verr. 107, Vtrum tibi commodum est, eligc.

Valetudinis commodum, cui opponitur incommodum morbi. Cic. pro Muræna, 44.

Vitæ commoda. Lucret. lib. 3. 1.

De cõmunibus cõmodis. Id est ob cõmunia cõmoda. Tacit. li. 2.

Publica cõmoda. Horat. 2. Epist. 2. 1.

Vtile & cõmodis meis aptum. Cic. Appio, lib. 3. 10. 28.

Accedit illud incommodum. Vide Accedo.

Capere cõmodum de re aliqua. Vide Capio.

Carere commodis. Vide Careo.

Consequi commodum. Vide Consequor.

Creare alicui cõmoditatem. Vide Creo.

Nil cõmodi capere. Catul. epigram. 56. 13.

Comparare sua cõmoda ex incommodis alterius. Terentius And. 4. 1. 4.

Demere cõmoda aliqua alicui, Id est priuare aliquem cõmodis quibusdã. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2. 8.

Expectare cõmodum alicuius. Cic. Att. lib. 12. 352. 7.

Multa ferunt anni uenientes commoda secum. Horatius in Arte, 36.

Habent paruæ cõmoda magna moræ. Ouid. 3. Fast. 79.

Inhibere cõmoda alicuius. Ouid. 3. Amorum eleg. 9. 1.

Inseruire suis cõmodis. Vide Inseruio.

Labefactare atq; oppugnare cõmoda alicuius. Vide Labes.

Limare cõmoda alicuius, Id est detrahere commodis alicuius, aut inuidere. Horat. 1. Epist. 14. 8.

Commodis

Commodis metiri. Vide Metior.
Natus suis commodis. Vide Nascor.
Non licet sui commodi causa nocere alteri. Cic. 3. Offic. 28.
Officere commodis alicuius. Vide Officio.
Amicitiam referre ad illius commoda quem diligimus. Cic. 2. de Natura deorum, 167.
Seruire commodis utilitatiq; alicuius. Cicer. Quinto fratri, libro 1. 35.
Commoda, pro Stipendijs. Frontinus de aquæductibus. Vnde commoda militiæ, Iuuenali & ueteranorum commoda.
Quum, uel quando commodum est. Cicer. 3. de Orator. 49, Quum est commodum, cantat. Asconius in eum locum Ciceronis 4. Verr. Aut eum iudicem quem cõmodum erat, &c. Vetustè posuit, inquit, pro eo quem uolebat. Sic. Terent. Adel. 1. 2. 38, Amat: dabitur à me argentũ, dum erit commodum. Nam meretrici dare, quando est cõmodum? sed est positum pro eo, quandiu libuerit.
Quantum commodum est. Cic. 5. Verr. 141.
Si commodum est. Terent. Eunuch. 3. 2. 47. Cic. 1. de Diuinat. 182, Ostenderet etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse.
Cõmodum est illi. Terent. Phorm. 5. 9. 42, Quibus est commodum ire, iam tempus est. Idem Heaut. 1. 1. 109.
Commodius esse, & cõmodissimum esse aliquid agere. Cic. Att. lib. 12. 248. 2.
Quod erit mihi bonum atq; cõmodum. Ter. Phor. 1. 2,
Quæ mater, quî cognata tibi sit, omnia hæc
Confingã: quod erit mihi bonum atq; commodum. Vbi Donatus, εὐφημία, Quod mihi, inquit, faustum ac felix erit: hoc est confingere atq; mentiri. Sic enim ueteres, Quod faustum felixq; sit, dicebant aliquid aggressuri. Terentius Phorm. 1. 2. 81.
Commodo quæ cupio, eueniunt. Plaut. Trinum. 1. 5. 18.
Dicere suo commodo. Cic. 34.
Quod cõmodo Reipub. facere possis: uel Commodo tuo, id est facilè, & sine molestia. quæ clausula ferè semper ueluti per parenthesin profertur & includitur. Cic. ad Lentulum, li. 1. 1. 8, Sed ex illo S. C. quod te referente factum est, tibi decernit ut regem reducas, quod commodo Reipub. facere possis.
Idem Sulpitio, lib. 4. 2. 10, Tu, quod commodo tuo fiat, quam primum uelim uenias. Idem ad Attic. lib. 14. 314. 4, Et ipse, quo commodo fiat, cum eo colloquere.
¶ Cõmodus, pe. cor. (πρόσφορος, ἐπιτήδειος, ἄξιος, λυσιτελὴς) Adiectiuum, Vtilis, siue aptus.
Sodalis commodus. Horat. 4. Carm. ode 8. 1. pro Benigno & humano. Acron.
Commodus capillus. Plaut. Mostel. 4. 97.
Commodus conuiua, Facilis & tractabilis. Plaut. Mil. 10. 47.
Exilium commodius. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 15.
Cõmodus homo, ut Commodus conuiua. Terent. in And. 5. 2. 3, Ego cõmodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi.
Literæ commodæ. Cic. Quin. fratri, lib. 3. 17. 30.
Locus commodior. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 8.
Cõmoda & faceta est hæc meretrix. Terent. Heaut. 3. 2. 10.
Commoda Baccho seges. Virg. lib. 4. Georg. 26.
Stella homini commoda. Propert. lib. 2. eleg. 28. 1.
Non commoda terra Baccho, Non opportuna uitibus serendis. Virg. 4. Georg. 26.
Commoda ualetudo. Celsus lib. 8. cap. 1.
Vestis commoda ad cursum. Ouid. 2. Fasto. 58.
Cõmodior, Cõparat. Plin. epist. 69. 4, Quinimò & quoties cubiculum eius intraret, uiuere filium, atq; etiam commodiorem esse simulabat.
Commodior mitiorq; homo. Cic. Quint. Frat. lib. 1. 1. 59.

Commodior ualetudo. Quint. lib. 5.
Inhumano cõmodus, Barbaro disertus opponitur. Cic. 5. Verr. 8, Alijs inhumanus ac barbarus, isti uni commodus ac disertus uideretur.
Cõmodis moribus homo. Cice. de Amicitia, 49. Idem 4. Verr. 139, At mores cõmodi. quis contumacior? &c.
Commoda statura homo. Plaut. Asin. 8. 20.
Commodius est, uel Cõmodius uisum est, siue commodissimum scribere, mittere, &c. Terent. Phorm. 4. 2. 13. Cic. ad Attic. lib. 5. 98. 6. Cæsar 1. bel. Gal. 204.
Commodum & aptum. Cic. Attic. lib. 13. 289. 1, Nihil potest fieri nec commodius nec aptius, quàm ut scribis.
¶ Commodùm, Aduerbium (σὺν καίρῳ) Opportunè. Plaut. Merc. 4. 101, —si isthac ibis,
Commodùm obuiam uenies patri.
Cõmodùm. Aliter. Plaut. Rud. 30. 31, Talentum argenti commodùm magnum inerat in crumena.
Commodùm, Ipso eodemq; tempore, eodem tempore quo hoc agebatur, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 2. 3. 51.
Commodùm obsonare. Plaut. Milit. 10. 154.
Commodùm, sequente Quum, significat uix, uel tantùm. Cicero Attico lib. 10. 207. 1, Commodùm ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene manè Dionysius fuit. Eidem, lib. 13. 267. 1, Cõmodùm discesseras heri, quum Trebatius uenit.
Cõmodùm, Tantum quod. Terent. in Phorm. 4. 3. 9,
B. Tùne dixeras huic? facinus indignum Chreme,
Sic circumiri? D. quum id agebam cõmodùm. Donatus.
¶ Commodè (σὺν καίρῳ) Idem quod Commodùm. Plautus Bacch. 2. 22,
Magis unum in mente est mihi nunc, satis commodè
Pro dignitate obsonij hæc concuret coquus.
Commodè (ὀρθῶς, πρόσφορος) in exemplis sequentibus significat Bene, uel potius optimè, uel Aptè.
Cõmodè administrare Remp. Brut. ad Ciceron. li. 11. 10. 3.
Commodè agere. Cic. 2. de Finib. 4.
Cõmodissimè per eum agi potest. Cic. Att. lib. 12. 248. 5.
Minus commodè audire. Vide Audio.
Commodè cadit. Cic. 2. Verr. 4.
Scitè & cõmodè capere tempus. Cic. Bruto, li. 11. 13. 6.
Commodè cogitare. Terent. in prolog. Heaut. 14.
Commodè dicere. Terent. Hecyr. 1. 2. 33,
Nunquam dices tam commodè, ut tergum meum
Tuam in fidem cõmittam. Id est tam blandè & aptè.
Commodè dicere Latinè. Cic. 1. Acad. 21.
Commodè disserere. Cic. de Fin. 95,
Facis cõmodè. Cic. Att. lib. 11. 215. 9.
Commodè res gerere. Cic. 7. Verr. 102.
Commodè loqui. Terent. Heaut. 3. 2. 48.
Commodè scribere. Plin. epist. 9. 6.
Oratio commodè scripta. Cic. 1. de Orat. 128.
Cõmodè tractare. Plin. epist. 39, Me prædia Materna parum cõmodè tractant, delectant tamen ut materna. Id est, Parum fructus & commodi reddunt.
Cogitatè & commodè uerba facere. Plaut. Pœn. 18. 49.
¶ Commodius (πρόσφορώτερος) Comparat. aduerb. Cic. Att. lib. 13. 268. 5, Posthac enim poterimus cõmodius colere inter nos in Tusculano.
Elimare aliquid commodius. Quint. lib. 2. cap. 7. 4.
¶ Commodulè, penul. cor. aduerb. diminutiuum à Commodè. Plaut. Rud. 12. 11, Commodulè melius, tandem uerò seriò. Idem Stich. 14. 8.
¶ Commoditas, pen. cor. (ἐπιτηδειότης) Interdum aptitudinem quandam cõuenientiamq; significat. Cic. 4. de Fin. 48,

Digitized by Google

Sed non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamq; productæ temporibus, tamq; multæ.

Orationis commoditas & dicendi copia. Author ad Herenn. lib.1.1.

Vitæ cõmoditas iucunditasq;. Cic.1.Offic.16.

Cõmoditas proſperitasq; uitæ. Cic.3.de Nat.deor.125.

In occaſione commoditas ad faciendum idonea. Cicer.2.de Inuent.148.

Commoditas (ὠφέλεια) Vtilitas. Terent.And.3.3.38,

At ſi corrigitur, quot commoditates uide.

Externæ cõmoditates, uineta, ſegetes, oliueta, ubertas frugum, &c. Cic.3.de Nat.deor.125. Vocãtur bona fortunæ.

Cõmoditas hominis. Terent. Adel.4.5.77,

Itaq; adeò magnã mihi iniecit ſua cõmoditate curam. Id eſt, Sua facilitate erga me, & manſuetudine. Verba ſunt Aeſchini de Mitione legitimo patre indulgentiore.

Frui cõmoditate alicuius. Ouid.15.Epiſt.63.

Vti cõmoditate alicuius. Ouid.Epiſt.16.38.

¶ Commodo, cõmodas, penul.corr. (σιτωφελῶ) commodare, Beneficium alicui impertire. Cic.ad Ruſum, lib.13.49.1, Omnes tibi commendo Cyprios, ſed magis Paphios: quibus tu quæcunq; cõmodaris, erunt mihi gratiſſima. Idem ad Cæſarem, lib.13.17.9.

Publicè commodare. Cic.6.Verr.17.

Omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poßis, his cõmodes. Cic. Acilio, lib.13.36.2.

Quantum tua fides dignitasq; patietur, ijs commodes omnibus in rebus. Cic. Acilio, lib.13.33.2.

Ob Suam cauſam alicui cõmodare. Cic.2.de Fin.185.

Studium cõmodandi alicui. Cic.2.de Orat.114.

Cõmodare alicui in re aliqua. Cic.ad Caninium, lib.2.16.8.

Perquàm cõmodatus ſtomacho ſuccus. Plin.lib.22.cap.22.16. Id eſt admodum utilis & ſanus.

Commodare ſe (ἐφαρμόζειν) pro Accommodare. Colum.libro 4.cap.22.4, Quoniam ferè plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodat, ut iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulaſcant.

Omnibus in rebus ſe alicui commodare, quoad fides noſtra dignitásue patitur. Cic. Thermo lib.13.54.1.

Commodare capillum, (ἐκπροσωπεῖν) pro Componere. Plaut. Moſtel.4.97,

Suo cuiq; loco uide an capillus cõpoſitus eſt cõmodè.

s. Vbi tu cõmodes, capillum commodum eſſe credito.

Commodare (κιχρᾶναι) Eſt alicuius rei uſum ad tẽpus concedere. Cic.6.Verr.5, Vt illis benignis uſus eſt ad cõmodandũ, ſic ipſe diligens fuit ad reportandum. Plaut. Aſin.9.39.

Quicquid ſine detrimento poßit commodari, id tribuatur uel ignoto. Cic.1.Offic.78.

Cõmodare argentum & triticum, improprie dictum eſt pro eo quod eſt mutuò dare uel mutuum dare. Nam propriè commodamus ueſtes, libros, uaſa, equos, & ſimilia, quæ eadem redduntur: mutuò autem damus ea, pro quibus alia reddunturi uſdem generis: ut nummos, frumentum, uinum, oleum, & ferè cætera quæ pondere, numero uel menſura dari ſolẽt. Hæc eſt Iuriſconſultorum ſententia. At Plautus dixit in Aſin.12.134,

Quid ego aliud exoptem amplius, niſi cuius inopia eſt, Viginti argenti commodes minas huius quidem matri?

Idem Rud.11.21.

Auram alicui commodare. Cic.pro Cælio, 23.

Inter cõmodatum & Vtendum datum, Labeo quidem ait tantum intereſſe, quantum intereſt inter genus & ſpeciem. Cõmodari enim rem mobilem, non etiam ſoli: Vtendum dari, etiam ſoli. ſed (ut apparet) propriè commodata res dicitur & quæ ſoli eſt, idq; Caßius exiſtimat. Vinianus etiam habitationem commodare poſſe ait. Hæc Vlpianus tit. commodati, uel contra. Idem tit. de precario, Commodat & qui rem ſic cõmodat, ut non faciat rem facientis, ſed ut ei utire commodata permittat.

Commodare poſſumus & alienam rem quam poßidemus, tametſi ſcientes alienam poßideamus. Paulus in l. cõmodare. ff. commodati.

Aurem commodare alicui. Ouid.5.Triſt.eleg.13.12. Id eſt, audire aliquem.

Aurem patientem cõmodare culturæ. Horat.1. Epiſt.1.8.

Iras commodare alicui. Stat.4.Thebaid.15.

Commodare loquelam, ioco dixit Plautus in Ciſtel.10.84. pro Loqui.

Commodare operam ſuam alicui, pro Iuuare opera. Plautus Rud. 11.22, Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? Plin.epiſt.35.2.

Scelera commodare, Alicuius cauſa ſeelus admittere. Seneca Medea, 12.6.

Seueritatẽ peccatis magnis cõmodare. Tacit.in uita Agricolæ.

Veniam paruis peccatis cõmodare. Tacitus in uita Agricolæ.

¶ Commodatarius, Cui aliquid commodatum eſt.

¶ Commodito, cõmoditas, pen.corr. commoditare, Frequentatiuum. Catul.de Varro & ſua amica, 10.6,

Quæſo, inquit, mihi mi Catulle paulùm iſtos cõmodita

Commodus] M. Antonini philoſophi filius fuit, patris diſſimilimus, cui etiam in imperio ſucceſſit. Vitã eius eaq; dignã exitum, uide apud Herodiano lib.1. De hoc ſic ſcribit Auſo. in Tetraſt. Cæſar.

Commodus inſequitur pugnis maculoſus arenæ
Threcidico princeps bella mouens gladio.
Eliſo tandem perſoluens gutture pœnas:

Criminibus faßis matris adulterium. De hoc ſæpe fit mẽtio in libris Iuriſconſultorum, extãtq; conſtitutiones eius in iure ciuili complures.

Commœreo] cõmœres, cõmœrui (συνέλλομαι) cõmœrere, pro Mœrere probat Calepinus ex corrupto Plauti loco, in Epidico 1. 50. ubi ſic nunc legimus,

——neſcio ædepol
Quid tu timidus es: trepidas Epidice, ita uoltum tuum
Videor uidere commeruiſſe hic me abſente aliquid mali.

Commolior] commolitus ſum (μηχανῶμαι) cõmoliri, idẽ quod Moliri. Cic.3.de Nat.deor.104,

Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar,
Scio quicquam.

Commolo] cõmolis, pen. cor. cõmolui, cõmolitum, penult. corr. (συναλέω) commolere. Col.lib.12.cap.50.17, Cauendum eſt itaq;, ne ex ea fiat oleum cibarium. quod uno modo uitari poterit, ſi protinus illata de agro bacca, commolita & expreſſa erit. Hoc eſt mola cõculcata & ſubacta.

Commone] Inſula eſt adiacens Epheſo urbi, ut Author eſt Plin.lib.5.cap.31.

Commoneo] cõmones, pen.corr. commonui, cõmonitum (ὑπομιμνήσκω) Commonere, Notæ ſignificationis. Terent. And.4.6.17, Aliorum exempla commonent.

Amicè aliquid cõmonere. Quint.lib.6 cap.1.37.

Commoneri aliquem ſuarum miſeriarum. Plaut. Rud.18.35.

Commonere aliquem officium ſuum. Plaut. Pſeud.4.17. Id eſt, de officio.

Commonere aliquem de re aliqua. Cic.3.Verr.110.

Commonere aliquem ut ſeruet fidem. Terent. And.1.5.45.

Commone tamen, ne quis quotidianum hoc habeat. Celſus.

Cõmonere, translatum ad inanimata. Cic.6. Verr.50, Hoc modo me cõmonuit Piſonis annulus. Author ad Herẽ. li.4.199.

¶ Commo-

Digitized by Google

¶ Commonitus, pen. corr. (ὑπομνηθείς) Particip. Liu. 4. bel. Maced. 189, Commonitosq; in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret, dimisit.

Manes cõmoniti. Seneca in Hercule Oetheo, 8. 7. De Orpheo, qui manes inferni, dulcedine citharæ mouisse à poetis traditur.

¶ Commonitio (ὑπόμνησις) Verbale. Quint. lib. 4. cap. 2. 37, Non inutilis erit in extrema parte commonitio.

¶ Commonefacio, commonefacis, cõmonefeci, commonefactũ (ἀναμιμνήσκω) cõmonefacere, Idem quod Admonere. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 3. 3, Vt is uos doceret & cõmonefaceret. Cic. 4. Verr. 28.

Commonefacere alicuius rei. Gellius, Nunc utilitatis publicæ eommonefacit.

Amiciti æ ueteris aliquem commonefacere. Author ad Herenn. lib. 4. 183.

Commonefacere rem aliquam, pro Cõmemorare. Cic. 6. Verr. 127. Budæus.

¶ Commonefio, pen. prod. (ἀναμιμνήσκομαι) cõmonefieri, Neutro passiuum. Cic. 7. Verr. 88, Quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonstrare] Δεικνύω, Idem quod monstrare. Teren. Heaut. 5. 4. 4, Parentes meos ut commonstres mihi. Cice. 2. de Orat. 89, Et illi sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum commonstret, emendatiores codices legũt, qui monstret.

Aurum defossum cõmonstrare. Cic. 2. de Orat. 93.

Leges fatales ac necessarias cõmonstrare. Cic. de Vniuersit. 60.

Viam cõmonstrare. Cic. 1. de Orat. 102.

Commordere (δάκνειν) Idem quod mordere. Plin. li. 24. cap. 11. 9, Nomen accepit, quòd à cane cõmorsos rabiem sentire non patitur.

Commorior] commoreris, commortuus sum (συναποθνήσκω) commori, Simul mori. Plin. lib. 27. cap. 2. 3, Mirumq; exitialia per se ambo quum fuerint duo uenena, in homine commoriuntur, ut homo supersit. Vlp. in l. quum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter uirum & uxorem. Rectissimè (inquit) dicetur utrasq; donationes ualere, si fortè inuicem donationibus factis simul decesserint: quia neuter alteri superuixerit: licet de commorientibus oratio nõ senserit.

¶ Commorientes (συναποθνήσκοντες) Nomen fabulæ Plauti. Terent. in prolog. Adelph. 7,

Synapothnescontes Diphili Comœdia est,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Commoro] cõmoras, penult. corrept. commorare, Tardare. Plinius lib. 19. cap. 6. ad finem, Statimq; quæ deuorauere aues stupentes manu capiuntur: & si paulum commorauere, sopitæ.

Commoror] pen. corr. cõmoraris (διατρίβω, συνδιατρίβω, χρονίζω) cõmorari. Simul morari, uel Morari solum. Cicer. ad Appium, lib. 3. 5. 15, Fuitq; mecum familiariter triduum illud quod ego Ephesi commoratus sum. Idem de Senect. 76, Et ex hac uita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam è domo. commorandi enim natura diuersoriũ nobis, non habitandi dedit.

Tardare & commorari. Cic. ad Brutum, 18. 2.

Cõmorari paulisper dum. Cic. pro Milone, 20, Paulisper, dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est.

Commorari ad aliquem locum. Cic. 7. Verr. 75.

Commorari apud aliquem. Cic. pro lege Manil. 8.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi literas antè dederamus, commorati sumus. Cic. Tironi, lib. 16. 5. 1.

Circum aliquem locum commorari. Cic. Att. lib. 8. 163. 1.

Consistere & commorari. Cic. pro Quin. Rosc. 28.

Commorari uerbis pluribus in re aliqua. Cicer. pro Cluent. 40. Id est, diutius de hac re disputare, & multis uerbis cursum tendere.

In armis ciuilibus cõmorari. Cic. Trebatio, lib. 6 10. 2.

Commorari, Habitare, & hærere in re aliqua. Cicero secundo de Orat. 161.

Hærere & cõmorari in eadem sententia. Cic. in Orat. 75.

In uita misera commorari. Cic. Qu fratri, lib. 1. 3. 9.

Commorari aliquè, Detinere & in mora tenere. Plau. Pseu. 20. 24. Idem Merc. 22. 32.

¶ Commoratio (διατριβή) Verbale. Cic. ad Leptam, libro 6. 19. 2, Nam & uilla & amœnitas illa, commorationis est, non diuersorij.

Commoratio, Mora, tarditas. Cic. Quin. frat. li. 3. 17. 27, Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter cõmorationem tabellariorum, ideò, &c.

Commoratio una in re. Cic. 3. de Orat. 112.

Cõmoratio, Figura est Rhetorũ. Author ad Heren. li. 4. 222,

Cõmoratio est, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sæpius redditur.

Commortalis] penul. prod. (συνθνητὸς) Adiect. ut, Commortalis natura. Col. lib. 3. ca. 20. 4, Sed interdum quod ait diuinus author Plato, rei nos pulchritudo trahit, uel ea consectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus.

Commotis] pen. prod. (κόμμωσις) Primum medicinæ fundamentum, ex tenaci & uiscosa constans materia: ita dicta à Græco nomine κόμμι, quod nos gummi dicimus. Vide Plinium lib. 11. cap. 7. Hesych. κόμμωσις ὁ τὸ σῶμα τῷ ὡραίσμοῖς, ὡς ὑ τὸ τὴν μελιτουργῶν ἡ τὸ σμιλύος διάχρισις.

Commoueo] commoues, pen. corr. commoui, commotum, (διακινέω) commouere, Simul mouere. Cicer. 7. Verr. 75. Posteaquam manè locum offenderunt, & prætorem commouisse ex eo loco castra senserunt.

Corpus commouere. Lucret. lib. 3. 30.

Oculos commouere. Cic. 4. Verr. 58.

Theatrum commouere. Quint. lib. 6. cap. 1. 39.

Auis commouet alas. Virg. 5. Aen. 44.

Commouere sedibus. Col. lib. 9. cap. 12. 10.

Commouere ab aliquo loco. Cicer. ad Attic. lib. 2. 35 2. Idem ad Torquatum, lib. 6. 26. 6.

Nec me Thessalonica commoui. Cic. ad Attic. lib. 3. 53. 1.

Aes alienum commouere. Tacit. lib. 5.

Commouere (μετακινεῖν) cornua disputationis alicuius, per metaphoram. Cic. 2. de Diuin. 38.

Commouere contra Rempub. Cic. in Catil. 5.

Commouere aliquem, Excitare aliquem ad aliquid agendum. Cic. ad Tironem, li. 16. 18. 4, Parbedrum excita, ut hortum ipse conducat: sic olitorem ipsum cõmouebis. Terent. And. 2. 6. 25. Liu. 10. bel. Pun. 83, Posteaquam nihil cõmouebant. Id est, nihil proficiebant suis uerbis.

Aliquem percunctantem commouere. Tacit. lib. 5.

Languentem cõmouere. Cice. 2. de Orat. 100. Facilius est enim currentẽ (ut aiunt) incitare, quàm cõmouere languentem.

Commouere expectationem sui. Cic. ad Attic. lib. 1. 2. 1.

Iudices commouere. Cic. 2. de Orat. 102.

Discendi aut scribendi studiũ cõmouere. Cic. 1. de Nat. deo. 13.

Commouere, Rapere in stuporem. Terent. Phorm. 1. 2. 51,

Virgo ipsa facie egregia: quid uerbis opus est?
Commôrat omnes nos. Pro commouerat.

Commouere (συνταράττειν) Conturbare, irritare. Terentius And. 11. 66,

Neq; cõmouetur animus in ea re tamen, &c. Cic. Appio, lib. 3. 10. 1, Etsi grauiter primo nuncio cõmotus sum.

Digitized by Google

C mmouere,& Conſolari,oppoſita.Cic.pro Rab.12,Nihil me clamor iſte commouet,ſed conſolatur.
Animus uehementer commouetur.Cic.1.de Inuent.119.
Animus ſe commouet.Lucret.lib.4.179.
Commoueri perleuiter.Vide Perleuis.
Accendi aut commoueri re aliqua.Cic.1.de Orat.56.
Commoueri animo,Corpore perhorreſcere. Cic.6.Verr.99.
Conqueſtione commoueri.Cic.1.de Inuent.117.
Deſideriorum ſuorum commoueri.Cic.pro lege Manil.16.
Magno alicuius honore commoueri.Val.lib.4.Argon.16.
Miſerijs ac periculis alicuius commoueri.Cic.pro Fonteio,30.
Commoueri miſericordia.Cic.4.Tuſc.28.
Ad turpe compendium aliquem commouere. Author ad Herē. lib.4.212, Duæ res ſunt quæ poſſunt homines ad turpe cōpendium commouere,inopia,atq; auaritia.
Prora fretum commouet. Hoc dicitur quum linquitur portus. Valer.lib.5.Argonautic.15.
Commouere dolorem(ἐγείρειν) Cic.6.Verr.42,Sed magnum & acerbum dolorem commouent,mulierculis præſertim.
Bilem. Cic.ad Attic.lib.2.22.3.
Aeſtus belli commouere. Lucret.lib.5.288.
Arma commouere.Sil.lib.8.80.
Bellum.Cic.ad Dolabellam,lib.9.13.2.
Indignationem commouere.Author ad Heren.lib.4.212.
Inuidiam.Cic.3.Verr.107.Id eſt ciere,ut uult Budæus.
Memoriam alicuius rei commouere.Cic.2.de Orat.12.
Miſerationem commouere. Quint.lib.6.cap.1.34.
Miſericordiā, inuidiā,iracundiā cōmouere.Cic.2.de Ora.118.
Odium in aliquem commouere.Cic.1.de Inuent.115.
Suſpicionem in aliquem commouere.Cic.pro Cluen.143.
Tumultum aut bellum commouere.Cic.7.Verr.16.
Commoſſem, pro commouiſſem: & Commorat, pro commouerat. Cicero pro Plancio, 74. Celius ad Ciceronem, libro 8.15.1.
Commorunt æquora uenti. Lucret. lib.2.154. Id eſt, commouerunt.
¶ Commotus,pe.prod.(διακινηθεὶς)Participium:ut,Commotæ columnæ. Cic.3.Verr.103.
Litera commota ex uocabulis.Cic.4.de Finib.86.
Commota acies.Vide Acies.
Puluere commoto.Silius lib.4.19.
Sacris commotis.Virg.4.Aeneid.61.
Tripodes cōmoti dicuntur,propterea quòd Phœbades in templo Apollinis ſupra tripodem recepturæ ſpiritum, ſtrepitus ſenticbant aduenientis dei.Seneca Medea,10.10.
Commotus,Perturbatus.Ter.Phorm.1.4.6,Quidnam ille cōmotus uenit?
Grauiter commotus,Iratus.Virg.1.Aeneid.26.
Commotus mente.Plin.lib.23.cap.1.12.
Precibus commotus.Stat.lib.9.Thebaid.102.
Promiſſis ditibus cōmotus.Silius lib.3.104.
Vultu commotus.Quint.lib.6.cap.1.29.
Ira commota.Ouid.6.Metam.110.
Mens commota metu.Lucret.lib.3.31. Cic. in Partit.61.
Pectoris commoti ignis.Claud.1.in Ruff.37.Ignis,pro ira.
Commotum reddere. Vide Reddo.
¶ Commotus,Adiect.(κίνητος)ut,Animus commotior.Ci.1.de Diuinatione,137.
Feruidior atq; cōmotior patronus.Cic.de clar.Orat.67.
¶ Commotio (κίνησις,σάλος) Verbale: ut,Commotio animi. Cic.3.Tuſc.13.
Alicui rei commotionem adijcere. Quint.lib.5.cap.10.20.
Cōmotiuncula,Diminutiuum.Cic.ad Att.lib.12.238.3.
Commulceo]commulces(καταθέλγω) cōmulcere,penult. prod.Tiro libertus Ciceronis in quadam epiſtola ad Axium familiarem patroni ſui,apud Gellium,lib.7.cap.3. In principijs autem inquit, patroni qui pro reis dicunt, conciliare ſibi & complacare iudices debent:ſenſuſq; eorum expectatione cauſæ ſuſpenſos rigentesq; honorificis uerecundiſq; ſententijs commulcere, non iniurijs atq; imperioſis comminationibus confricare.
Communico,Communio] Communionis. Vide Communis.
Communio]communis,pen.prod. cōmuniui, communitū (ὀχυρόω)Cōmunire,Circum munire.Cæſar,Præſidia diſponit,caſtella communit,quo facilius,ſi ſe inuito tranſire conarentur,prohibere poſſit.
Communire aulæ authoritatem,per translationē.Cic.ad Catonem,lib.15.4.17.
¶ Communitus,pen.prod.(ὠχυρωμένος) Participium,ut Imparum communitum.Cic.pro Cecinna, 54, Quæ quum omnia tua iure mācipij ſint,ea poſsisne retinere,ſi parum ſit communitum ius,&c.
Communita cauſa Roſcij firmiſsimis & ſanctiſsimis teſtimonijs uirorum.Cic.pro Roſcio Comœdo,26.
Communis]& hoc cōmune,penul.prod.(κοινὸς,ξυνὸς, ξυνός, πάνδημος) Quod omnium eſt, quaſi omnibus conſentiens:ut,Communis hoſtis gentium & nationum. Cic.7. Verr. 61.
Tribus dominis communis.Lucan.lib.1.17.
Vulgare,& commune.Cice.3.de Finib.5. Cuius uſus uulgaris, communisq; non ſit.
Commune & uulgare.Cic.1.de Orat.129.
Aequabilitas communis iuris.Cic.2.de Orat.115.
Amicitiæ communes.Id eſt,uulgares.Cic.3.Offic.58.
Amicus ſimplex & cōmunis,& conſentiens, & qui rebus iſdem mouetur.Cic.de Amicit.58.
Amicus cōmunis.Proculus in l. ſocietatem mecū. ff. pro ſocio.
Animo ac uoluntate cōmuni aliquid defendere.Cic.de Prouin. Conſul.17.
Aura cōmunis dicitur,quòd omnes illa ex æquo fruamur. Ou. 7.Metam.26.
Auram cōmunem haurire. Quint.in proœm.lib.6.11.
Bonum commune.Lucret.lib.5.192.
Communis utriuſq; noſtrum calamitas, Cice.ad Terentiam,libro 14.3.2.
Ciuitas communis deorum atq; hominum, Mundus uniuerſus. Cic.de Legib.34.
Conditio communis.Horat.2.Epiſt.1.31.
Crimen cōmune.Cic.in Orat.19.
Dolor communis.Cic.de Prouinc.Conſul.1.
Emolumentum & damnum commune. Papinianus in l. ſi fratres.ff.pro ſocio.
Fama atq; ſermo communis.Cic.4.Verr.12.
Filia communis. Quint.lib.3.cap.11.5.
Fortuna nobis cū ppinquis cōmunis plerūq; eſt, Ci.1.Offi.84.
Fuga communis.Senec.Med.12.25.
Gaudia communia.Ouid.Epiſt.15.64.
Hæreditas communis. Paulus in l. ea uerò. §. de illo quæritur. ff. pro ſocio.
Hoſtis & prædo communis omnium. Cic. 4. Verr.11.
Humanitas cōmunis.Cic.pro Flac.18.Idem pro Qu.29.
Intellectus communis.Quint.lib.2.cap.16.11.
Intelligentia communis.Cic.1.de Orat.129.
Iudicatum cōmune eſt, quod omnes uulgò probarunt & ſecuti ſunt.Cic.1.de Inuent.64.
Iudicium commune,Intelligentiaq; popularis. Cic.in Orat.63.
Ius commune.Cic.2.de Orat.115.

Digitized by Google

Iura communia regni. Lucan. lib. 10. 19.
Laus communis cum aliquo. Cic. 3. Verr. 12.
Lecti communes. Cato cap. 10. 4.
Legem omnium communem leuiter adornabit. Quint. lib. 7. cap. 2. 33.
Literæ communes. Cic. 2. de Orat. 40.
Locos communes dicere. Quintil. lib. 2. cap. 1. 7.
Loca communia, id est, publica. Cic. 4. Verr. 77.
Lucrum & compendium commune. Vlpianus in l. si societatẽ ff. pro socio.
Lux communis. Cic. pro Quint. 49.
Mare commune omnibus. Plaut. Rud. 23. 35.
Communis belli Mars. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4. 3.
Mens communis. Cic. 3. de Orat. 63.
A communi more uerborum discedere. Cic. in Orat. 19.
Omni ætati mortem esse communem. Cic. de Senect. 62.
Mundus communis. Cic. 3. de Finib. 104.
Natus cõmunis, id est, utriusq; coniugis. Virg. 2. Aen. 157.
Nati apum communes. Virg. 4. Georg. 31,
Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent. De apibus loquitur: ubi Seruius, Plato in libris (inquit) quos περὶ πολιτείας scripsit, dicit amori Reipublicæ esse nihil præponendum. Omnes præterea & uxores & liberos ita nos tanquam cõmunes habere debere, ut charitas sit non libido cõfusa. Quod præceptum dicit nullum præter apes seruare potuisse.
Nomine communi comparare aliquid. Vlpian. in l. quum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro socio.
Odium alicui cum populo cõmune. Seneca Hercule fur. 6. 10.
Opinio communis. Cic. 2. Offic. 49.
Opinio imbecilla & cum falso incognitoq; communis. Cic. 1. Acad. 59.
Pactum commune. Paulus l. si socius ff. pro socio.
Periculum commune. Vlpian. in l. planè. ff. pro socio.
Periculum commune propulsare. Tacit. in uita Agric.
Vnum & commune periculum ambobus. Virg. 2. Aen. 141.
Cõmunis pernicies adolescentiũ leno. Terent. Adelph. 2. 1. 34.
Pestis communis. Cic. 1. de Orat. 2.
Pignus cõmune. Ouid. 5. Metam. 105. Sic uocat Proserpinã Iupiter ad Cererem loquens, quoniam amborum erat filia.
Populus communis, Qui principum coniunctione in unũ coit. Virgil. 4. Aeneid. 21.
Omnium communia & contrita præcepta. Cic. 1. de Orat. 68.
Prudentia communis. Cic. 5. de Finib. 124.
Res communis, id est, negocium commune. Horat. 2. Serm. Satyr. 68.
Salus communis. Cic. Post red. ad Quir. 13.
Saluti communi deesse. Lucret. lib. 1. 9.
Coniuncta atq; communia scelera alicui cum aliquo. Cice. pro Sestio, 23.
Sensus communes. Cic. 5. de Orat. 107.
Sensu communi carere. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 14. Vide Sentio.
Sepulchrum commune plebi. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 2.
De communi sententia aliquid constituere. Cic. 3. Offic. 105.
Sermo communis. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.
Spiritus communis uius. Cic. in Orat. 57.
Communi statione locum aliquem tenere. Virg. 9. Aen. 38.
Studia communia. Ouidius 3. Trist. eleg. 7. 3. Claud. epigram. 45. 1.
Superos communes uocare. Valer. Flac. lib. 4. 151.
Improbis & probis commune supplicium legis ac iudicij. Cic. in Pisonem, 79.
Graues casus communium temporum. Cic. 1. de Orat. 1.
Tempus commune, est quod accidit omnib. eodem ferè tempore, ut messis, uindemia, &c. Cic. 1. de Inuent. 57.
Terror communis. Seneca Troad. 6. 6.
Thorus communis. Seneca Medea, 12. 25.
Communia uincla uocat Lucret. complexus amantium, libro 4. 242.
Communis & remissus uir, pro Non singulari & exquisito. Suet. in Claudio, cap. 21.
Vita communis. Cic. 1. Offic. 14.
Vita, uictusq; communis. Cic. 1. Offic. 85.
Amici quos nouit uita communis, id est, qui uitæ consuetudine noti sunt. Cic. de Amicitia, 36.
In communi uita & uulgari hominum consuetudine nec hebetem nec rudem esse. Cic. 1. de Orat. 129.
In usu uitaq; communi. Cic. de Amicitia, 17.
Vitium commune. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 5.
Vitium commune & peruagatum. Cic. 2. de Orat. 116.
Imbecillitas non proprium senectutis est uitium, sed commune ualetudinis. Cic. de Senect. 31.
Voluptas communis, Lucretio dicitur uoluptas ex re uenereâ, lib. 4. 243.
Vsus communis aquarum. Ouid. 6. Metam. 70.
Vsus rerum aliquibus communis. Senec. Octau. 7. 6.
Vsus omnium artium uulgaris communisq; non est. Cic. 3. de Finib. 5.
Omnes res ad communem hominum usum natura genuit. Cice. 1. Offic. 77.
Vtilitas communis. Cice. 3. Offic. 68, Vt utilitas tua, communis utilitas sit.
Semper aliquid ad communem utilitatem adferendum. Cicer. 1. Offic. 77.
Publicum, commune, singulare. Cic. 1. de Inuent. 57.
Amicorum esse communia omnia. Cic. 1. Off. 77.
Vtendum communibus pro communibus, priuatis ut suis. Cicer. 1. Offic.
Commune est cum supradictis. Plin. lib. 2. cap. 8. 9.
Vtriq; parti commune. Quint. lib. 4. cap. 1. 11.
Occupare communia. Ouid. 13. Metam. 55.
Communis metus & tuus beneuolens: antiquũ, pro Communis amicus noster. Plaut. Trinum. 17. 24. Et in Pseud. 8. 11.
Communi animo esse & leui. Terent. Heaut. 5. 1. 39.
Communis, pro uniuerso. Cicer. 4. Verr. 78, Cui statuæ Romæ stant inauratæ à communi Sicilia, quemadmodum inscriptũ uidemus, datæ.
Commune omnium uitium, quòd nimium ad rem attenti sunt senes. Terent. Adelph. 5. 8. 31. Et Cicer. 1. Acad. 38. Et id quidem commune omnium fere est artium. Et 5. Verr. 139.
Communis omnium inimicus. Cic. 3. Verr. 26.
In communibus prouerbijs uersari. Cic. 3. Verr. 85.
Commune mihi est cum illo. Cic. de Amici. 14. Idem ad Pætum, lib. 9. cap. 15. 3.
Communia inter nos. Terent. Adel. 5. 3. 18, Communia esse amicorum inter se omnia. Idem 4. Acad. 126, Etenim de cæteris sunt inter illos nonnulla communia.
In commune metuere. Plaut. Asin. 7. 20.
In commune conferre. Cic. pro Qu. 7.
In commune congredi. Tacit. lib. 18.
In commune consulere. Tacit. lib. 12.
In commune agrum colendum dare. Vlpianus in l. quum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio.
In commune aliquid derogare. Tacit. lib. 13.
In commune dicere de pluribus rebus. Plin. lib. 17. cap. 1. 9.
In commune emere. Vlpian. in l. & in conditionibus. ff. pro socio.

Digitized by Google

In commune aliquid profuturum. Quint. lib. 6. cap. 1. 6.
In commune redigere aliquid. Vlpian. in l. si societatem. ff. pro socio.
In commune uocare honores. Vide In.
Nomen imperij in commune odium orbis terræ uocabatur. Ci. 1. de leg. Agraria, 1.
Cætera in communi sita sunt. Tacit. lib. 28.
Communia principis uestigia & confusa. Pli. in Paneg. 39, Te fama, te gloria, te ciuium pietas super ipsos principes uehũt, te ad sydera tollit humus, ita cõmunia & confusa principis uestigia. Id est, adeò incedis more plebeio & omnib. cõmuni: nempe non equo, sed pedibus, idq; sine ullo fastu.
¶ Commune, Substantiuum, pro Cõmuni Repub. inquit Asconius. Cic. 3. Verr. 67, Pro Quæstore uerò quomodo iste cõmune Meliadum uexarit, quomodo, &c. Idem 4. Verr. 121.
¶ Communiter, pen. corr. (κοινῶς) Aduerb. Cic. de Senect. 2, Quo uterq; nostrum communiter uteretur. Liuius 1. ab Vrbe, 42.
Communiter & Separatim, oppositа. Cic. Bruto, lib. 13. 13. 1.
Admirari communiter. Cic. 2. Offic. 50.
Apti communiter ad uirtutes. Cic. 4. de Finib. 6.
Promiscuè & communiter stultis ac sapientibus ab natura datum aurium iudicium. Cic. pro Fonteio, 11.
Communiter commendare. Cic. ad Brutum, lib. 13. 13. 1.
Conscripserunt communiter edictum cum pœna atq; iudicio. Cic. 3 Offic. 105.
Consolari communiter. Cic. Att. lib. 3. 55. 130.
Deberi cõmuniter. Papinianus in l. militis. ff. de testamento militari, Legata aũt testamento data cõmuniter debebuntur.
Literas communiter cum alijs scribere. Cicero Attico, lib. 11. 213. 3.
Vendere cõmuniter cum aliquo aliquid. Põponius in l. si Titius. ff. pro socio.
Irã utrunq; communiter urit. Horat. 1. Epist. 23.
¶ Communitas, penult. corrept. cõmunitatis (κοινότης) Denominatiuum: ut, Communitas uitæ & uictus. Cic. ad Pætum, lib. 9. 24. 9.
Consociatio hominum atq; cõmunitas. Cic. 1. Offic. 121.
Cõmunitas & societas hominis. Cic. 3. de Finib. 103.
Communitas & societas cum hominibus est. Cic. 1. Offic. 122,
Societas hominum inter ipsos, & uitæ quasi cõmunitas continetur ratione. Cic. 1. Offic. 31.
Cõmunitas & societas uitæ. Cic. 1. Offic. 69.
Communitas ciuilis. Cic. 3. de Finib. 102.
Cõmunitas cõditionis illi cũ gladiatore. Cic. 6. Philip. 206.
Communitas homini cum deo. Cic. 1. de Nat. deor. 160.
In eo si erit cõmunitas cum falso. Cic. 4. Acad. 66.
Cõmunitas cũ improbis. Matius Ciceroni, lib. 11. 28. 13.
Magna est etiam illa communitas, quæ conficitur ex beneficijs ultro citroq; datis, acceptisq;. Cic. 1. Offic. 81.
Maximè apta naturæ communitas. Cic. 1. Offic. 122.
Ex communitate dicuntur officia aptiora naturæ. Cicer. 1. Offic. 213.
Ad naturalem communitatem nati sumus. Cicer. 3. de Finibus, 100.
Seruanda cõmunitas omnium rerum. Cic. 1. Offic. 77.
¶ Communio, communionis (κοινότης) Aliud denominatiuũ. Cic. pro Corn. Balbo, 22, Ita mihi maximè cõmunionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis continere uidetur.
Legis & iuris communio. Cic. 1. de Legib. 33.
Literarum & uocum cõmunione homines inter se iunxit philosophia. Cic. 5 Tusc. 17.
Sanguinis cõmunio. Cic. pro Rosc. Amer. 38.
Sermonis communio, pro Communi confabulatione. Sueton. in Augusto, cap. 74.
In communionem tuorum temporum bona ac fortunas meas contuli. Cic. pro Milone, 76.
Acquirere cõmunioni. Paulus in l. ea uerò ff. pro socio, Quum specialiter omnium bonorum societas coita est, &c. quacũq; ratione acquisitum, communioni acquiritur.
Impediri cõmunione uisorum. Cic. 4. Acad. 81.
In cõmunionem incidere. Vlpian. in l. ut sit. ff. pro socio, Cõmuniter aũt res agi potest etiã citra societatẽ, ut puta quum nõ affectione societatis incidimus in cõmunionem.
In pristina cõmunione manere. Cic. 3. de Orat. 41.
¶ Cõmunico, cõmunicas, penult. corr. (κοινόω, ἀνακοινόω) communicare. Cicero pro Roscio Amerino, 68, Propterea quòd auxilium sibi se putat adiunxisse qui cum altero rem communicauit.
Partiri & cõmunicare. Cic. de Amic. 22.
Acta sua communicare cum aliquo. Quid. 13. Metam. 48.
Causam cum aliquo communicare. Cic. pro Rosc. Amer. 84.
Communicare ciuitatem. Liuius.
Commodum communicare. Paulus in l. actione. §. diximus. ff. pro socio.
Curã doloris sui cum aliquo cõmunicare. Cic. Titio, li. 5. 16. 11.
Furtum communicare cum aliquo, Partiri. Cic. 1. Verr. 18.
Gloriam victoriæ cum aliquo communicare. Cic. 7. Verr. 4.
Gloriam facti alterius cum laude sua communicare. Ci. Cassio, lib. 12. 2. 31.
Honores siue magistratus cõmunicare cum plebeis. Plin. de Viris illustribus, 34. Id est, ex plebe creare magistratus.
Inimicitias communicare cum altero. Cicero ad Trebonium, lib. 15. 21. 3.
Laborem communicare. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.
Laudem cum altero communicare. Cic. 7. Verr 97.
Non partiendæ inuidiæ, sed cõmunicandæ laudis causa loqui. Cic. pro Sylla, 6.
Communicare aliquid cum sua laude. Cic. 4. Acad. 8. Id est, laudi suæ aliquid admiscere.
Lucrum communicare, pro Commune facere. Sueton. in Augusto, cap. 75.
Mensa sua communicare aliquem. Plaut. Milite, 3. 52.
Pericula communicare. Cic. de Amicit. 24.
Communica mecum hanc prouinciam, pro Adiuua me. Plaut. Trinum. 4. 112. Cic. in Pisonem, 3.
Impertire alicui & cõmunicare cũ eo aliquid. Cic. de Ami. 61.
Ad participandum alium ab alio, cõmunicandumq; inter omnes iusti natura facti sunt. Cic. 1. de Legib. 48.
Communicare cum altero, pro Loqui. Cæs. 5. bel. Gall. 136. Cicer. ad Atticum, lib. 11 229. 1, Quod ad te scripseram ut cum Camillo communicares: de eo Camillus mihi scripsit, te cum eo locutum.
Vnà cum aliquo communicare omnia quæ cura aliqua afficiunt. Cic. Attic. lib. 1. 13. 1.
Benignissimè cõmunicare aliquid cum aliquo. Cic. 1. Verr. 18.
Iudicia alicui communicare. Cic. pro Cluent. 103.
Cõmunicare de re aliqua. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 8, Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè non solum à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse.
De officio utriusque nostrum communicare. Cice. Sulpitio, libro 4. 1. 2.
Communicare inter se aliquid. Cicer. ad Cassium, lib. 15. 14. 4. Idem ad Matium, lib. 11. 27. 5, Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiarissimè dicta, scripta, communicata sunt.
Multa de re aliqua inter se cõmunicare. Cic. pro Quint. 8.

Communica-

Digitized by Google

Communicare & peruulgare. Cic. 2. de Inuent. 207.

¶ Communicari, in actiua significatione. Liu. ab Vrbe, Nec aduersarum rerum quærere socios, cum quibus spem integram communicati non sint.

Præmia uirtutis & officij non oportere cum improbis cõmunicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Cic. 2. de Inuen. 207. Sed hîc pasiuè.

Communicato inter se consilio. Liu. 8. ab. Vrbe, 129.

Res aduersas cõmunicãs amicitia leuiores facit. Ci. de Ami. 22.

¶ Communicatio (κοινωνία, αὐτανοίνωσις) Verbale. Cic. ad Attic. lib. 1. 12. 8, Quim mihi nunc te absente non solùm consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maximè deest.

Communicatio ciuitatis. Cicer. pro Corn. Balbo, 4, Nunquam est intermissa à maiorib. nostris largitio & communicatio ciuitatis.

Societas & communicatio utilitatum. Cic. 5. de Finibus, 116.

Communicatio nominum. Plin. lib. 24. cap. 14. 8, His subtexemus ea quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, an ne arborum essent. Id est, quòd ijsdem nominibus uocabantur.

Suauissima sermonis communicatio. Cic. Att. lib. 1. 12. 8.

Communicatio, est figura, Græcè αὐτανοίνωσις dicta: qua Oratores inter orandũ utuntur. Cic. 3. de Orat. 113, Communicatio, est quasi cum ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio. Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit? & similia.

Commurmuro] pen. cor. (μορμύρω) commurmurare, Idẽ quod Murmurare. Plin. lib. 10. cap. 23. 4, Pythonos comen uocant in Asia patentibus campis, ubi congregatæ inter se commurmurant.

Clauso commurmurant ore. Silius lib. 15. 162.

¶ Commurmuror (μορμυρίζω) Deponens, Idem. Ci. in Pisonẽ, 49, Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, ut scriba ad ærarium qui eas retulit, præscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit.

Commuto] commutas, pen. prod. (συμμεταβάλλω) commutare, id est, mutare, uel simul mutare. Cic. 5. Verr. 12, Vt nõ modò eorum agris uectigal nouum nullum imponerent, sed ne legem quidem uenditionis decumarum, neue uendundis auttempus aut locum commutarent.

Commutare & corrigere. Cic. 1. de inuent. 114.

Ex ueris in falsa commutare. Cic. de Fato, 26.

Scriptis, assiduitate orationis, & præceptis commutare aliquẽ, ut. Cic. Attic. lib. 16. 333. 13.

Animum commutare. Lucret. lib. 3. 104.

Animos commutare & omni ratione flectere. Cicero 2. de Orator. 117.

Captiuos commutare. Cic. 1. Offic. 61.

Commutare coloniam, per translationem dixit Plautus Aulul. 16. 40, Vt ne deponat uimo, eam affectat uiam:
Post hoc quod habeo ut commutet coloniam. Id est, ea mihi auferat, & deportet in domum suam.

Commutauit colorem hoc caput. Plaut. Mostel. 4. 44.

Compendium leue maxima fraude commutarunt. Author ad Heren. lib. 2. 63.

Commutare consilium. Cæs. 1. bel. Gall. 92. Et 3. bel. Ciuil. 142.

Commutare fidem & religionem pecunia. Cic. pro Cluentio, 101. Id est, uendere.

Frons, uultus, & sermo petitoris ad eorum, quoscunq; conuenerit, sensum & uoluntatem commutandus est. Cic. de Petit. Consul. 28.

Gloriã constãtiæ cũ patriæ charitate cõmutare. Cic. pro Sestio, 29, Deniq; uidebatur ea conditione tam fortis fuisse, ut cum patriæ charitate, constantiæ gloriam commutaret. Id est, ut pro patria relicta gloriam assequeretur. Budæus.

Inuidiã possessionis pecunia cõmutare. Ci. 1. de lege Agraria, 8.

Iura omnia, & omnium consuetudinem cum uituperatione sine quæstu commutare. Cic. 5. Verr. 41.

Locum commutare. Lucret. lib. 3. 215.

Naturam commutare. Varro 2. de Re rust. cap. 40. 2.

Nomen commutare. Plaut. Amphit. 4. 151.

Rempublicam commutare. Cic. 3. in Catil. 68.

Sententiam commutare. Cic. ad Attic. lib. 16. 334. 3.

Signa earum rerum quas ceperunt, commutant fures. Cic. 5. de Finibus, 129.

Vestem commutant inter se & nomina. Plaut. Capt. 2. 37.

Viam commutare. Lucret. lib. 2. 26.

Vitam commutare cum morte. Sulpitius ad Ciceronem, libro 4. 5. 7.

Vitam priorem commutare nouis rebus. Lucret. lib. 5. 223.

Vxores commutare. Plaut. Trinum. 4. 16.

Cõmutare in horas. Cic. ad Attic. lib. 14. 318. 6. Sic, Commutari tempore. Cic. 1. Offic. 46.

Commutare quædam in libris. Plin. Epist. 140. 4, Librum tuũ legi, & quàm diligentissimè potui, annotaui quæ commutãda, quæ eximenda arbitrarer. Cic. de Nat. deo. 99. & c.

Verbum proprium proprio ornandi causa commutare. Cic. 3. de Orat. 91.

Cõmutare alicuius cõtumeliam uita sua. Sallust. in oratione ad Cæsarem. de Repub. ordinanda.

Commutare uerba cum aliquo, Litigare & iurgare. Terent. And. 2. 14. 7,
——credibile mihi hoc inquam Pamphile,
Nunquam hodie tecum cõmutaturum patrem
Vnum esse uerbũ, si te dices ducere. Vbi Donatus, Cõmutaturum uerbum, Altercaturum: sicut in Phorm. 4. 3. 33,
Vt est ille bonus uir, tria non cõmutabitis
Verba hodie inter uos. Id est, dabis atque accipies, id est, non iurgabis. Ego puto commutare uerba hoc esse, pro nobis dictis mala ingercre: hoc est, iracundia in maledicta compelli.

Commutari & contrarium fieri. Cic. 1. Offic. 45.

Animo commutari. Cic. 4. de Finib. 13.

Iudicio commutari non potest res quæ semel sit iudicata. Cic. 1. de Inuen. 114.

¶ Commutatus, Participium: ut, Commutata sententia. Cic. 4. Acad. 128.

Commutato genere uitæ. Cice. 1. Offic. 169.

Commutato tempore. Cæsar. 3. bel. Ciuil. 106.

Ratio commuta a. Cic. Pulchro, lib. 3. 5. 10.

¶ Commutatus, huius commutatus, pen. prod. Verbale. Id est, cõmutatio seu alteratio. Lucret. lib. 1. 163,
Quapropter quoniam quæ paulò diximus antè,
In commutatum ueniunt. Id est, cõmutantur. Loquitur de elementis.

¶ Commutatio, aliud uerbale (μεταβολὴ) Cæsar 5. bel. Gal. 2. Propter crebras cõmutationes æstuum.

Annuæ cõmutationes. Cic. 1. de Diuin. 74.

Commutationes ciuiles. Cic. ad Lucil. lib. 5. 12. 13.

Cõmutatio dominorũ reformidanda. Cic. ad Att. li. 2. 52. 1.

Morum aut studiorum cõmutatio. Cic. de Amic. 66.

Conuersiones cõmutationesq; tempestatum cæli fiunt accessu stellarum & recessu. Cic. 2. de Diuin. 134.

Cõmutationes temporum quadripartitæ. Cic. 1. Tusc. 106.

Commutatio uitæ. Cic. 1. Tusc. 44.

Voluntatis cõmutatio. Cic. Att. lib. 1. 12. 2.

Cõmutatio uoluntatum & animorum. Cæsar 1. bel. Gall. 205.

Ex uero in falsum fit commutatio. Cic. de Fato, 27.

Commutatio,

Digitized by Google

Commutatio, est Rhetorum figura. Autor ad Heren. li. 14. 19, Commutatio est, quum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transiectione ita efferũtur, ut à priore posterior contraria priori proficiscatur, hoc modo: Esse oportet ut uiuas, nõ uiuere ut edas.

¶ Commutabilis, & hoc commutabile, pen. cor. (μεταβλητικός) Quod facilè mutatur. Cic. de Amicitia, 77, Nam quum amicitiæ uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: quî fieri poterit, si ne in uno quidem quoq; unus animus erit, idemq; semper, sed uarius, commutabilis, multiplex?

Cera commutabilis. Cic. 3. de Nat. deor. 39.

Exordium commutabile. Cic. 1. de Inuent. 38.

Imbecilla & commutabilia pecuniæ membra. Cic. in Parad. 8.

Si commutabilis esset natura argenti & æris. Cicero 3. de Nat. deor. 39.

Varia & commutabilis uitæ ratio. Cic. pro Milone, 51.

Infirma, misera, & commutabilis Resp. Cic. ad Attic. li. 1. 12. 11.

Como, Comosus] Vide Coma.

Comœdia] huius comœdiæ (κωμῳδία) Poema in quo humiles ferè personæ inducuntur, & amores, uirginumq; raptus describuntur. Festus, Comœdias constat appellari ex eo quod initio in uicis iuuenes cantare soliti essent crebro conuenientes. De comœdijs uide præfationem Donati in Terẽtij comœdias.

Comœdia dicta est ἀπὸ τοῦ κώμου, id est, à uico: & ᾠδὴ, cãtilena

Actores comœdiarum. Quint. lib. 3. cap. 8. 36.

Prisca comœdia. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 1.

Iocorum referta comœdia. Cic. 1. Offic. 146.

Agere comœdiam. Vide Ago.

Vetus comœdia. Horat. 1. in Arte, 57.

Eius improbitatem ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt.

De Seruilio Glaucia. Cic. de claris Orat. 119.

In comœdijs placere. Cic. 59.

¶ Comœdus (κωμῳδὸς) Qui repræsentat comœdias, siue comœdiarum actor.

Facere comœdum in pronunciando. Quint. lib. 2. ca. 12. 10.

Fieri comœdum ex pessimo histrione. Cic. pro Rosc. Comœdo.

¶ Comicus, pen. corr. (κωμικὸς) Adiect. ut, Comicus uersus. Pli. lib. 14. cap. 14. 1.

Actores comici. Quin. lib. 2. cap. 10. 9.

Artificium comicum. Cic. pro Rosc. Comœd. 16.

Dauus comicus. Id est, qui à comicis poetis describitur. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 19.

Comicus poeta, Comœdiarum autor. Cic. in Orat. 35.

Res comica. Id est, res quæ in comœdijs tractatur. Horatius in Arte, 19.

¶ Comœdicè, pen. cor. (κωμῳδῶς) Aduerbiũ à comœdo, inquit Festus. Plaut. Euge, euge, astitisti & dulce & comœdicè.

Comosanda los] κομοσαύλαλος, Flos est, quæ notiore nomine hyacinthum nominamus, ut tradit Pausan. ex quo Hermionenses solennibus Chthoniæ deæ festis Coronas Complicabant.

Comosis] Vide Commosis.

Comosus] Vide Coma.

Comotica] κωμωτικὰ, Medicamenta sunt capillis uenustandis, elegãterq; ornandis excogitata. Qualia ab Archigene cõpositæ memoriæ proditũ est, quibus docet flauos & crispos capillos fieri salis spuma, intermixta myrrha. Galenus quoq; medicus alioqui grauis, comotica recẽset quibus nigricet capillus, aut in candorẽ perducatur, uel euadat rufior: & cõmemorat se uidisse mulieres compluscula immodica affectati capillitij defunctas curiositate, quum caput huiusmodi medicamẽtis lethifera frigiditate uexassent.

Comotrion] κωμότριον, Dicitur instrumẽtũ, quo cõptrices capillos adornant, Latinè Calamistrũ appellatur, uel discerniculũ. Vide Pollucẽ, & Cæl. lib. 18. cap. 10.

¶ Comotriæ (κωμωτρίαι) Latinè comptrices dici possunt, uel ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiã. Romæ Vestæ ministræ, authore Festo, Comotriæ dictæ fuerũt: quæ sex erãt numero, ut singulæ partes populi, singulos haberent sacrorum ministras.

(pingo.

Compactus, Compactio, Compactilis] Vide Com

Compago] ἁρμολογία, & Compages, pen. prod. in genitiuo compagis, non compaginis, Seruio. Hoc est, coniunctio, compositio, confixio. Seruius, Ambages, & compages antiqui tantum dicebant. Posteritas admisit ut etiã compago dicatur: sed non quia uarius esse potest nominatiuus, debet etiam declinatio mutari. quemadmodum nec in istis nominibus arbor arbos, uomer uomis: nã & arboris & uomeris tantũ facit. Ergo cõpages compagis: quoniã compago usurpatum est, cõpaginis enim nemo penitus dicit. Hactenus Seruius in illud 1. Aen. 60,

—compagibus arctis
Claudentur belli portæ. Ouid. tamen ita ait,
Atq; ita disparibus calamis compaginæ ceræ
Inter se iunctis, nomẽ tenuisse puellæ. Ci. de Senect. 70.

Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. Virg. 1. Aeneid. 26,

——laxis laterum compagibus, &c. Vbi Seruius, Cõpagibus: id est, commissuris. De nauibus loquitur.

Compages lapidum. Ouid. 3. Metam. 3.

Arctæ compages. Virg. 1. Aen. 60.

Discussa compages. Lucan. lib. 2. 98.

Humana compages. Lucan. lib. 5. 24.

Laxæ compages. Virg. 1. Aen. 26.

Aluus curua compagibus. Virg. 2. Aen. 11.

Validis hærere compagibus. Lucret. lib. 4. 243.

Hærere compagibus Veneris, id est, in amplexu amicæ. Lucr. lib. 4. 224.

Renulsæ compages. Seneca Thyeste, 12. 9.

Compagibus ruptis, Senec. Herc. Oetb. 9. 1.

Muri compagem soluere. Lucan. lib 3. 99.

Compar] comparis, pen. cor. om. g. (παρίσος, σύζυγος) Id significat quod Par. Liu. 1. ab Vrbe, 36, Id enim demum compar connubium fore.

Compar consilium. Liu. 8. bel. Pun. 230.

Funus compar morti. Liu. 8. ab Vrbe, 53.

Compar, exornatio Rhetorica. Author. ad Herenn. lib. 4. 135, Compar appellatur, quod habet in se membra orationis, quæ constant ex pari numero syllabarum.

Compar modus, id est, par & æqualis mẽsura. Celsi. li. 4. ca. 5.

Viri natura compar uxori. Lucretius, libro 4. 253. Id est, conueniens.

Compar, cum genitiuo. Gel. lib. 6. cap. 11, Quia tantissper similis & compar eorum fias.

Compar, pro Socio seu coniuge. Plaut. Casi. 18, 18. Meus socer, compar, commaritus uillicus. Id est, socius uel æqualis. Plin. lib. 8. cap. 23. 2.

Coniuga fermè uagantur: nec nisi cum compare, uita est.

Aequare munia paris. Horat. Carm. ode 5. 1.

Comparatiuus] Vide Comparo.

Comparco] comparsi, comparsum (φείδομαι) compercere, Idem quod parcere. Terent. Phorm. 1. 1. 10,

Quod ille unciatim uix de demenso suo
Suum defraudans genium, comparsit miser, &c.

Compareo] compares, pe. prod. comparui (φαίνομαι) comparere, Idem quod Apparere. Plaut. Aulul. 20. 2, Qui modo nusquam comparebas, nunc quum compares, peris.

Cic.

Digitized by Google

Cic.7.Verr. 116, Quærite nunc uestigia prius quibus exitus illorum,ex illo loco compareant.Oui.ad Liuiam, 82, Lucifer in toto nulli comparuit orbe.

In multitudine bonorum comparere, Cicer.pro Rab. perduel. reo, 17.

Aliquem non comparere.Cic. Atti.li.12.232.4.

Omnis suspicio in eos seruos qui non cõparebant, mouebatur. Cic.pro Cluen.143.

Inchoata à natura comparent.Ci.pro Sylla, 54.

Comparent leges. Liu.6.ab Vrbe,4,In primis fœdera ac leges (erant autem ea duodecim Tabulæ, & quædam regiæ leges) conquiri quæ comparerent,iusserunt.

Comparent officia in actione.Ci.3.Offi.18.

In turba nouorum uoluminum uix comparet hæc oratio.Cic. de cla.Orat.63.

Orationis ornamenta comparent.Cic. in Ora.138.

Nulla scintilla comparet incendij. Ci. Antequam iret in exil.9.

Signa & dona comparere omnia.Ci.3.Verr. 94.

Comparebunt quæ imperas. Plaut. Amphit.7.72,Et memor sum,& diligens,ut quæ imperes compareant.Id est, ea quæ tu imperas fient.

Non comparet argenti ratio.Plau.Trinum.8.13.

Comparere,pro Extare. Liuius, Visebantur enim excellentis eius generis ornamenta à Marcello consecrata, quorũ exigua pars comparet.

Comparo] comparas,pen.cor.(συνσκευάζομαι,παρασκευάζω) comparare,propriè est parare.Cice.3.Verr.45, Magnificè & ornatè (ut erat in primis inter suos copiosus) comparat conuiuium.Pli.li.11.cap.10.2, Aliæ cibum comparant exeo quod allatum est.

Accusatorem alicui comparare.Cic.pro Cluent.151.

Comparare accusatores in aliquem.Ci.pro Rosc.Amer.18.

Aditum comparare.Vide Aditus.

Comparare sibi aditum ad aliquam rem. Cicer. ad Attic. libro 2.32.2.

Bellum non comparare,sed iam gerere.Cic.3.Philip.123.

Comparare canem ad rixam,ad pugnam,ad cursum.Columel. lib.7.cap.12.8.

Copias contra aliquem comparare.Cic.in Ora.130.

Comparare copiam hominum.Cic.ad Att.li.8.161.3.

Conuiuium comparare.Cic.3.Verr.45.

Domicilium comparare.Liu.1.ab Vrbe,155.

Dolum comparare ad aliquem capiendum, per trãslationem, Liu.3.bel.Pun.163.

Comparare & confingere dolum alicui.Plau.Capt.2.47.

Exercitum comparare.Cic.3.Philip.133.

Ferrum comparare in tutelam sui.Quint.li.3.ca.2.2.

Annus hybernus lonis imbres niuesq; cõparat.Hor.Epod.2.6.

Insidias alicui comparare.Ci.pro.Cluen.35.

Laudationes per uim & metum ab aliquibus alicui comparare.Cic.6.Verr.130.

Laudes artibus comparare.Cic.Curioni,li.2.3.6.

Ludos magna pecunia cõparare. Cic. ad Qu.frat.li.3.24.10.

Malum alicui comparare.Plau. Casina,10.69.

Periculum alicui comparare.Cic.pro Flac.74.

Comparare & constituere spacium defensionis. Cic.pro Rab. perduel.reo.

Sortitio comparata,ne, &c. Id est, constituta. Cic. pro Cluent.101.

Tumultus domesticos & intestinos comparare.Author ad Heren.lib.4.190.

Comparare,cum infinitiuo.Comparare tecta urere. Ouidius, 2.Trist.54.

Ad arbitrium suum aliquid comparare.Cic.Mario, li.7.1.4.

Ad delectationem comparatum aliquid. Cic.in Ora.120.

Delectationis causa comparatum aliquid.Cic.in Ora.21.

In ostentationem comparare declamationem. Quintil. lib.2. cap.10.7.

Grauissimus author ad instituendam,fidelissimus socius ad cõparandam,fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit.Cicero pro Domo sua,25.

Maiores nostri hoc comparauerunt, ut,&c.Cicero ad Herennium,lib.4.168.

Comparare se.Terent.Eunuch.1.1.2,Cicer.de Natur.deorum, Ego me ita comparaui.

Alicui se ita comparare.Quint.li.1.ca.2.14.

Comparare se,pro Se disponere & cauere. Ci. ad Qu.fratrem lib.1.epist.1,Sed te illud admoneo, ut te antè cõpares, quotidieq; meditere resistendum esse iracundiæ.Cic.Qu.fratri, lib.2.7.7.

Dum se uxor,ut fit,comparat,paulisper commoratus est. Cice. pro Milone,20.

Comparare se ad respondendum.Cic.3.de Nat.deor.25.

Comparare se ad iter.Liu.8.bel.Pun.171.

Comparare sibi remedium ad uim tempestatum. Vide Remedium.

Sic cõparare subsidia ad omnes casus.Cæsar 4.bel. Gall.576.

Comparare nultum suũ è multu alterius. Plaut. Amphit.11.5.

Comparare (πορίζειν) Acquirere. Ter. And.4.1.3, — atq; ex incommodis Alterius sua comparent ut commoda? Vbi Donatus,Comparent, id est,acquirant,uel æstiment. Id est, non intelligunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea æstimauerint.Idem Heaut.2.4.17.

Amicitias comparare ratio monet.Cic.1.de Finib.102.

Amicitiæ comparantur,ut commune commodum mutuis officijs gubernetur.Cic.pro Roscio Amerino,66.

Comparare argentum.Plau.Asin.6.2.

Optimas artes comparare.Ci.2.de Finib.177.

Comparare sibi authoritatem re aliqua bene gesta. Cæsar 5. bel.Gal.209.

Comparare sibi populorum liberorum, regumq; auxilia uoluntaria.Ci.ad Catonem,li.15.4.7.

Comparare sibi delectationes ad arbitrium suum. Cice.ad M. Marium,li.7.1.4.

Discipulum comparare.Cic.in Pisonem,56.

Gloriam ex bellicis rebus comparare.Ci.2.Offi.64.

Ius à maioribus nostris ita comparatum est.Cicero pro Domo sua, 61.

Comparare diligentiam. Ci.pro Quintio,2.

Aere comparare homines ad aliquid.Catul.epig.10.4.

Improbissimè prædam comparare.Vide Improbus.

Optimam uiuendi rationem comparare.Ci.5.Tus.52.

Subsidium aliquod ab adolescentia sibi comparare. Cice.1.de Orat.98.

Syluam rerum ac sententiarum comparare.Cic.3.de Orat.58.

Conquirere & comparare uoluptates.Cic.1.de Finib.67.

Ad beatè uiuendum res nobis comparat sapientia. Cicer. 1. de Finib.100.

Virtutẽ industria cõparat alicui. Author ad Heren. li.4.175.

Comparare,Coniungere:ut, Comparare labella cum labellis. Plau.Asin.12.78.

Comparare,Emere (ἀντιπαλλάττεσθαι) Terent.Eunuch.2. 3.63,Si scias quod donum huic dono contra comparet.Vbi Donatus, comparet pro emat, aut comparandum putet. Cato de re Rust.Prædium cùm comparare cogitabis. Liui. 2.ab Vrbe,46.

Animosissimè comparare aliquid.Sueton.in Cæsare,cap.47.

Carius comparare aliquid.Sueton.in Calig.cap.27.

Digitized by Google

Magisteria sacerdotij comparare. Sueton. in Calig. cap. 22.
Comparare (συγκρίνω, παραβάλλω) Assimilare. Plin. libro 12. cap. 14. 8, Rusum thus exit, nec comparandum priori. Idem lib. 7. ca. 36. 1.
Conferre pugnantia, comparare contraria. Ci. in Ora. 21.
Similitudines comparare. Cic. 1. Offic. 19.
Dicendi ratio cum imperatoris laude, aut cum boni senatoris prudentia comparanda. Ci. 1. de Orat. 5.
Comparare aliquorum ætatem. Liu. 1. ab Vrbe, 20.
Alterum alteri comparare. Ci. de Amicitia, 8.
Comparare alterum cum altero & cõferre. Cic. 6. Verr. 107, Conferte Verrem, non ut hominem cum homine comparetis, ne qua tali uiro mortuo fiat iniuria: sed ut pacem bello, leges cum iudicibus. Idem de Senect. 59.
Hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparare. Ci. pro Domo sua, 100.
Comparare se gratia cum aliquo. Ci. pro Quintio, 62.
Comparare aliquem ad alium. Teren. Eunuch. 4. 4. 14.
Factum unius cum alterius facto comparare. Cicer. Pulchro, lib. 3 6. 1.
Longior oratio cum magnitudine utilitatis comparetur. Ci. 2. Offi. 28. Id est, quasi compensetur.
Personam cum persona comparare. Quint. li. 7. ca. 3. 18.
Solitudinem cum solitudine comparare. Ci. 3. Offi. 3.
Comparare se alicui. Ouid. 13. Met. 68.
Nullo modo cum cæteris cõparandus uir. Cic. 2. Philipp. 121.
Aequalitate comparantur multa. Cic. Topic. 37.
Numero comparare. Cic. Topic. 35.
Specie comparare. Cic. Topic. 36.
Comparari cum aliquo. Catul. epig. 40. 2.
Quis huic deo comparier ausit? Catul. epigram. 56. 13. de Hymenæo.
Diuinis ausis aliquod factum comparare. Silius, li. 15. 100.
Aliqua inter se comparare. Cic. 1. Offi. 213.
Argumenta utriusq; partis inter se comparare. Quintilianus lib. 7. cap. 3. 11.
Comparatum est ita (οὕτω πέφυκε) Id est, constitutum Teren. Phorm. 1. 1. 7,
Quàm iniquè comparatum est, hi qui minus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus!
Iniquè comparatum quippiam. Vide Iniquus.
Iniquissimè comparatum est quòd, &c. Ci. pro Cluent. 44.
Comparatum est præclarè legibus. Ci. ad Brutum, 12. 3, More maiorum. Idem pro Ros. Amer. 62.
Natura ita comparatum: ut, &c. Liu. 3. ab Vrbe, 291.
Comparata est ita hominum natura: ut, &c. Terent. Heaut. 3. 1. 93.
Ratio ita comparata est uitæ naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. Cic. de Amicit. 84.
Comparare inter se, pro Constituere. Liu. Cum Tribunis pleb. actum, ut compararent inter se, qui duo cum legatis irent.
Sortiri & comparare inter se. Liu. li. 4. secundi belli Punici, 44. Decretumq; omnium primum, ut Consules sortirentur compararentq; inter se, uter Censoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur.
¶ Comparatio (σύγκρισις, παραβολὴ) Verbale, Idem quod apparatus: ut Comparatio noui belli. Cic. pro lege Manil. 5.
Nihil sua comparatione diminuere. Cicer. Quin. fratri, libro 1. 2. 26.
Comparatione disciplinaq; dicendi in patronorum numerum peruenire. Cicer. de claris Orato. 143. paulò antè apparatum dixit.
Comparatio, Acquisitio: ut, Comparatio uoluptatis. Cic. 2. de Finibus, 146. Idem pro Murena, 42, Non placet mihi ima quisitio candidati prænuncia repulsæ: non testium potius, quàm suffragatorum comparatio. Budæus.
Comparatio criminis quid sit, declarat Cic. 1. de Inuent. 23, Comparatio est, inquit, quum aliud aliquod factum rectũ, aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum.
Cõparatio Latinè, analogia Græcè dicitur. Ci. de Vniuers. 17.
Criminis comparatio inuenta & adornata ab aliquo. Cic. pro Cluent. 152.
Constringit comparatione. Cic. de Vniuersit. 20, Id est, copulatione, uel proportione. Sic enim ipse Cicero docet paucis antè uersibus.
Comparatio, Assimulatio. Plin. epistol. 150, Sed quum lego, ex comparatione sentio quàm malè scribam.
Contentio & comparatio de duobus honestis. Cic. 1. Offic. 83. Ibidem 212.
Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem: est enim æqualis. Cic. Topic. 37.
Similium comparatio. Quint. li. 1. cap. 6. 3.
Vtilitatum comparationes. Cic. 2. Offi. 130.
Cum scriptis alienis comparatio orationis alicuius. Cicero, 1. de Orat. 135.
Difficiles ad iudicandum comparatione res. Cicero Planco, libro 10. 5. 1.
In comparatione uis rerum cernitur. Cic. Topic. 36.
Ducere comparationem una uia. Quint. li. 7. ca. 3. 17.
De comparatione aliquarum rerum disserere. Cic. 1. Offic. 1.
Ad eandem inter se comparationem conficiunt spacia stellæ. Cic. 2. de Nat. deor. 74.
Comparatio, Constitutio. Liu. His Volscis sine sorte, sine comparatione prouincia data est.
¶ Comparatè, Aduerb. (συγκριτικῶς) Ci. in Topic. 45, Quum autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè, &c.
¶ Comparabilis, & hoc comparabile, pe. cor. (συγκριτικὸς) Cic. 1. de Inuen. 65, Comparabile autem est, quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet.
Simile & comparabile. Ci. 1. de Inuen. 58.
Species comparabilis. Cic. 1. de Inuen. 58.
¶ Comparatiuus, penul. prod. (συγκριτικὸς) Adiectiuum, Dicitur quod æquat. Vnde dicimus Comparatiuum gradum, cuius proprium est superare positiuum in ea qualitate, quã obtinet, licet quandoque pro positiuo ponatur, nonnunquam etiam superlatiuum excedit, ut apud Liuium, 4. ab Vrbe, Rem utilem pessimo exemplo, peiore consilio est aggressus. De hoc consule Grammaticos, maximè autem Priscianum & Vallam.
Iudicatio comparatiua, Vox rhetorum. Cic. 2. de Inuen. 178.
Comparsit] pro Compescuit, Terentius posuit. Festus.
Compasco] compaui, compastum (συννέμομαι) cõpascere, propriè dicitur de gregibus, aut armentis, dum simul pascunt. Varro primo de re Rust. cap. 2. 5, Colonus in agro furculario ne capras compascat. In emendatioribus codicibus legitur, Ne capra nat. in pascat. Plin. lib. 9. cap. 54. 2. Nondum Britannica seruiebant littora, quũ orata Lucrina nobilitabat: postea uisum tãti in extrema Italia petere Brundusium ostreas: ac ne his esset inter duos sapores, nuper excogitatum, famem longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.
¶ Compascor (συννέμομαι) Passiuum. Varro 1. de re Rustic. capite 53, Messe facta, spicilegium uenire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicæ rarę, & operæ carę, compasci.
Ius compascendi habere. Scæuola in l. testatrix. §. plures. ff. si seruitus

Digitized by Google

seruitus uendicetur, Plures ex municipib. qui diuersa prædia possidebant, saltum communem, ut ius compascendi haberent, mercati sunt.

¶ Compascuus (συνόμ&) Adiect. ut, Compascuus ager, Relictus ad pascendū communiter uicinis, inquit Festus. Cic. in Topic. 7, Si compascuus ager est, ius est com, ascere.

Ius compascuum, pro Compascendi. Scæuola in l. testatrix. §. finali. ff. si seruitus uendicetur, tem quæro, an quum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid iuris secum huiusmodi compascui traxerit.

Compater] Compatris, pen. corr. eo significatu quo uulgus utitur. Petrus Bembus in epist. Leonis Pontificis lib. 11. epistol. 16. Ad quam formam & Commater rectè dixeris. Compere, Commere.

Compatronus] Compatroni. pen. pro. Vlpianus in l. 1. ff. si quid in fraud. patr. Aduersus compatronum, qui contra tabulas bonorum possessionem omisit, Fauiana non competit: si non plus sit in eo quod donatum est, quàm pars debita patrono. Quare si mortis causa ei donatum sit, partem faciet compatrono, quēadmodum legatarius patronus facit.

Compedes, Cōpedio, Cōpeditus] Vide Compes.

Compello] compellas (κεινολογ. ὔμαι, σύνυχαύω) compellare, Alloqui. Cic. post reditum in Senatu, 10. Neq; solum id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit.

Compellare & loqui. Cic. ad Atticum, li. 13. 28. 3. Quare da te in sermonem, & perseca, & confice, excita, compella, loquere, ut te cum illo Scæuola loqui putes.

Blandè compellare uirum. Plau. Pœnul. 9. 72.

Magnificè compellare aliquem. Vide Magnus.

Nominatim compellare. Cic pro Domo sua, 29.

Vltrò uerbis amicis compellare. Virg. 2. Aen. 75.

Carmine compellare. Catul. epig. 59 5.

Dictis compellare aliquem. Oui. 8. Met. 159.

Multo honore compellare aliquem. Id est, honorificè. Virgil 3. Aen. 45.

Lege compellare aliquem. Celius Ciceroni, li. 8. 6.

Cōpellari nomine. Liu. 10. ab Vrbe, 130. Idem 3. bel. Pun. 216, Taurea nomine compellauit, congrediq; ubi uellet, iussit.

Questu aliquem compellare. Valer li. 2. Argon. 81.

Voce compellare. Virg. 5 Aenei. 33.

Notis uocibus aliquem compellare. Id est (ait Seruius) amicabilibus. Virg. 6. Aene. 100.

Compellare in concione, Obiurgare & accusare apud populum. Ci. ad Attic. li. 2. 17. 2.

Compellare (προσαλείδαι) pro Probrosè appellare, incessere, euocare. Ci. 3. Philipp 136, Item etiam Quin. Ciceronem fratris mei filium compellat edicto: nec sentit amens cōmendationem esse compellationem suam. Compellat edicto, id est, infamando ausam appellat.

Compellari iniurijs Cic. Lent. li. 1. 9. 8.

Non satis dignè ab aliquo compellari. Gel li 19 cap. 1.

¶ Compellatio, Verbale. Cicer. ad Cornificium, lib. 12. 25. 5, Itaque crebras uel potius quotidianas compellationes meas non tulit, sēq; in urbem recepit inuitus. Id est, obiurgationes & conuicia.

Compello] compellis, compuli, penult. corre. compulsum, (συνάγω, κατείργω, βιάζομαι, συνελαύνω, συνωθέω) compellere, Propriè est in unum locum, uel diuersa, uel diuersorum animalia cogere, inquit Seruius. Virg. 7 eclog.

Compulerantq; greges Corydon, & Thyrsis in unum.

Dispellere, & Compellere, contraria. Plaut. Asin. 12. 148.

—— qui hosce amores Nostros dispulsos compulit.

Cōpellere & Expellere, contraria. Cic. in Pisonē, 11, Me domo mea expulistis, Cn. Pompeium domum suam compulistis.

Domum aliquem ui & armis compellere. Cic. pro Milone. 54.

Compellere in lethargum. Id est, causam esse lethargi. Cels. lib. 3. cap. 18, Asclepiades ea superuacua esse dixit, quoniam in lethargum sæpe compellerent. Intelligit autem Celsus decoctos papaueris cortices creare lethargum, si ex ea aqua sub inde spongia os & caput foueantur.

Compellere in plagas. Plau. Pœnul. 9. 35.

Compellere ossa in suam sedem. Celsus lib. 8. cap. 1, Id est, quod uulgus chirurgorum dicit, reponere in suum locum.

Compellere & congregare in unum locum. Cic. 1. de inuent. 4.

Compellere lanam in auram. Celsus lib. 6. cap 7.

Compellere, Cogere, uim facere. Plau. Bacch. 15. 5, Compuli, & perpuli, mihi omnia ut crederet.

Gregem compellere uiridi bibisco. Virg. 2. eclo. 5.

Ad bellum nos compulit regni cupido. Oui. 5. Met. 44.

Compellere aliquem ad laqueum. Pli. lib. 36. 5 2.

Ad mortem tyrannum compellere. Quint. li. 7. cap. 4. 6 & 8.

Ad rapinas agmina compulimus. Lucan. li 7. 20.

Compellere in angustias & Stoicorum dumeta oratione. Ci. 4. Academ. 200.

Compellere in oppida, uel intra mœnia. Liu. 3. ab Vrbe, 13. Idem 4. ab Vrbe, 247.

Compellere in eundem metum. Liu. 5. bel. Pun. 167.

In mortem aliquem compeller. Quint. li. 7. cap. 4. 5.

Compellere in socordiam. Colum. li. 11. cap. 1. 10.

¶ Compulsus, Participium (συνωθέω&) Cic. pro Marcel. 8, Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reip. misero funestoq; compulsi.

Ventis compulsus. Virg 1. Aen. 116.

¶ Compulso, Compulsas, Frequentatiuum probat Calepinus ex Columellæ loco, lib. 1. cap. 5. 4 de aqua, Eandēq; semper mare cōspicit, compulsatur, ac fluctu cōsergitur. Vbi nunc sic legimus, eademq; semper mare rectè conspicit quū pulsatur, ac fluctu resperguitur.

Compelluceo] συνδιαφαίνομαι, compellucere. Vnde cōpellucidus, pen. corr. Plaut. Persa, 3. 40, Nihil est macrum, nihil è nigro compellucidum.

Compendium] huius compendij (ἐπιτομὴ, σύνψις, συντομία) appellamus quod parsimonia quadam seruamus: sicut ex contrario Dispendium, quod uel incuria, uel negligentia, uel immoderatione dispendimus. Budæus.

Compendium (ὠφέλημα) Lucrum est temporis, pecuniæ, & operæ. Plinius libro 17. cap. 22. 5, Subtilitas parsimoniæ, compendia inuenit, quū uinea in pastinato seritur, obiter seminarium faciendi. Cic. pro Flac. 5, is est reus auaritiæ, qui in uberrimis re turpe compendium effugit. Cicero 3 Offic. 83.

Quæstus & compendium. Cice. 4. Verr. 4, Illa partim mercibus suppeditandis cum quæstu, compendioq; dimittit. Idem 5. Verr. 90, In quæstu sunt, compendioq; uersati.

Compendium, pro itinere abbreuiato. Pli li. 5. cap. 5. 8, Compendium uiæ quatridui deprehensum est.

Compendium operæ. Pli. li. 17. cap. 23. 15, Pampinari eam non est moris: & hoc compendium operæ est.

Syllabis nullum compendium est Quint. li. 1. cap. 1. 21.

Timidæ compendia uitæ. Stat. li. 2. 132.

Durum, arduumq; compendium. Quin. li. 4. ca. 2. 34.

Addere uel ponere aliquid ad compendium. Vide Addo.

Conferre uerba ad compendium, Idem. Plau. Mil.

Ductus compendio iter deserit. Quint. li. 2. cap. 13. 11.

Compendium dictis facere, Idem. Plau. Capt. 17 12.

Compendio uerba multa tam faci. mihi. Plau. Bacchid. 4. 6.

Compendium orationis facere. Plau. Rud. 4. 89.

Compendium pulsandi facere. Plau. 9. 12.

Digitized by Google

Subtilitas parsimoniæ compendia inuenit. Plinius libro 17. capite 22. 4.

Breuia docendi compendia monstrare. Quint. lib. 1. cap. 1. 18.

Morari aliquem compendio. Quint. lib. 1. cap. 4. 17.

Esse compendio, pro Esse lucro. Africanus in l. uidelicet. ff. ex quibus causis maiores, Videlicet ne cui officium publicum uel damno uel compendio sit.

Compendij facere, pro Breuiter dicere, uno uerbo absoluere, uel tacere. Ausonius Symmacho, non procul à fine sectionis tertiæ, Hæc ad literas tuas responsa sint, cætera quæ noscere habes, compendij faciam. Budæus.

¶ Compendificio (κοφαλαίνω) Verbum apud Plautum Persa, 15. 2, Nam ego hodie compendifici duos panes in dies. Idem Mostel. 2. 57, Orationis operam compendificito.

¶ Compendiosus, pen. prod. (λυσιτελής) Vtilis. Colum. lib. 1, Quod et per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen sit compendiosum.

Compendiosum iter, id est, breuis uia.

¶ Compendiarius (συντομος) Adiectiuum, Breuis, quòd ea quæ simul penduntur, celerius expediantur. Cic. 2. Offi. 60, Quanquam præclarè Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis ita ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset. Sic apud Plinium, libro 35. cap. 10. 43.

¶ Compendiariò (συντόμως) Aduerbium, uel subintellecto substantiuo Itinere. Seneca epistol. 120, Ad maximas diuitias te compendiariò ducam. Item 74, Te in cælum compendiariò uoco.

Compenso] compensas, compensare (ἀντιμείβομαι, ἀντιλέσσομαι) Quasi simul ponderare, retribuere. Cicer. pro Murena, 65, Atque hæc à nobis petunt omnia: neque ulla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse. Id est, quasi remunerari. Sic Idem 2. de Finib. 154.

Dissoluere & compensare damna. Cic. 7. Verr. 27.

Compensare grauitatem supplicij. Valer. Max. libro 1. titul. 22, de Dionysio tyranno, Lento enim gradu ad uindictam sui diuina procedit ira, tarditatēq; supplicij grauitate compensat.

Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate compensat. Cicero in Orat. 125.

Ocio compensare Reip. turpitudinem. Cice. Att. li. 7. 136. 3.

Vitium compensare uel facultate, uel copia. Cic. in Orat. 136.

Compensare cum. Cic. in Pisonem, 58, Sed sit offensus primo, nónne cōpensabit cum uno uersiculo tot mea uolumina laudum suarum?

Rationes suas compensare cū re aliqua. Cic. 2. de Finib. 158.

Voluptatem cum maximis curis & laboribus compensare. Cic. 5. de Finib. 87.

Compensabatur cum summis doloribus letitia. Cice. 2. de Finib. 156.

Pedibus compensari pecuniam. Ci. pro Flac. 56.

In causam iudicati compensari. Vlpianus in l. eleganter. §. si post rem. ff. de condictione indebiti, Retineri tamen atque compensari in causam iudicati, quod ob talem transactionē solutum est, potest.

Dolus compensandus ab utraq; parte. Vlpianus in l. ex hoc edicto. §. sed etsi stipulator. ff. De eo per quem factum erit, quominus in iudicio sistat, Si stipulator dolo promissoris, et promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad iudicium ueniet: neutri eorum Prætor succurrere debebit, ab utraq; parte dolo compensando.

Labores compensati gloria. Cic. 3. de Ora. 8.

Vitia senectutis diligentia cōpensanda sunt. Cice. de Senect. 32.

Compensare, Contrahere, abbreuiare, ut annotant interpretes in Senecæ illud Hippol. 1. 14, Hac hac pergam, quà uia longum compensat iter.

Compensatio (ἀντιλλαγὴ) Verbale. Est (inquit Modestinus) in l. prima ff. de compensationibus, debiti & crediti inter se contributio. Cic. 5. Tusc. 135. Itaq; hac usurum compensatione sapientem, ut uoluptatem fugiat.

Comperendino] comperendinas, pen. corr. (ἀναβάλλομαι) cōperendinare, Procrastinare, differre in longum, & diem de die ducere. Cic. 2. Verr. 21, Tua ratio est, ut secundū binos ludos mihi respondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem.

Comperendinare reum, id est, differre sententiam rei. Budæus. Cōperendinati rei dici possunt in causis criminalibus, quos curia dimissos fide sua esse uoluit, hoc est, quos suæ ipsorum custodiæ commisit, ut aut urbem carceris loco iusti habeāt, aut priuatam aliquam domum: ut fit interdum ex personarum dignitate, & genere causarum. Comperendinati autem ideo dici possunt, quia non planè absoluti sunt, sed ueluti uadimonio quodam obstricti, uel quia nondum comperta satis crimina, uel quia nondum se innocentes approbauerunt. Cic. 6. Verr. 29, Videte hominis amentiam. Posteà quàm est comperendinatus, quum iam pro damnato, mortuoq; esset, ludis Circensibus mane apud Sisennam uirum primarium quum essent triclinia strata, argentumq; expositum, & contemplari unum quodq; ociosè, & considerare cœpit. Mirari stultitiam alij, &c. alij amentiam. Cui comperendinato quum tam multi testes dixissent, quicquam illorum ueniret in mentem? Comperendinatum Verrem, id est, qui in secundam actionem impetrauerat iudicium differri, Cicero damnatum inuidiosè appellat, propter ingentia crimina testimoniaq; prementia, & prætudicia ab ipso multis rebus de se facta: utpote qui accusatus Repetundarū, quòd Siciliam prouinciā argēteis uasis cælatis q; spoliasset: tamen temperare sibi apud Sisennam nequiuisset, quin cupiditatē illam prænimiam cælatæ suppellectilis ingenitam sibi prodideret. Hactenus Budæus. Cic. 3. Verr. 57, Verum ut opinor Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus.

¶ Comperendinatio (ἀναβολὴ, ὑποδιαμόρτιον) Verbale, Est mutua denunciatio (inquit Asconius, in 3. contra Verrem) in perendinum diem: uidelicet ne alter litigatorum fugitator fortasse causari posit, quum in rem præsentem uenium est, se imperatum uenisse. Cuiusmodi est illa denunciatio, qua litigatores in parlamento nostro utuntur, quum audientiam à præsidibus impetrarunt, ne alter ignorantiam excusare posit, si ex tempore respondendum sit. Hæc Budæus. Appellatur etiam apud Iureconsultos Condictio. Plin. epist. libro 6. 88. b, Nos legibus ipsis iustiores, quæ tot horas, quæ tot dies, tot comperendinationes largiuntur? Gellius libro 14. cap. 2. 1, Atq; in rerum quidem diffusionibus comperendinationibusq;, & alijs quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurij, & ex quorundam aliorum Iurisperitorum commentarijs commoniti & adminiculati sumus.

¶ Comperendinatus, huius comperendinatus (ἀναβόλησις) Cicer. 3. Verrin. 17, Adimo enim comperendinatum, quod habet lex molestissimum, bis ut causa dicatur. Vbi Asconius. Comperendinatum, inquit, pro comperendinatione posuit. Et est sensus, Aufero uobis molestiam bis dicendi, &c. Cic. de claris Orat. 43.

Comperio] comperis, comperi, penultim. correp. compertum (κατολαμβάνω, πληροφορῶμαι, φωράω.) comperire, à Pario compositum, significat inuenire. Terent. And. 1. 1. 63,

—item

Digitized by Google

— item alio die Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum, &c. Oui. epist. 5. 26,
Vnde hæc compererim tam bene quæris? amo.
Horam suam genitalem comperire. Tacit. lib. 5.
Comperi certò. Teren. Eunuch. 5. 1. 9.
Reperire aliquid certi & comperire. Cic. 4. Acad. 115.
Manifestò comperire & manu tenere. Cicer. de claris Oratoribus 152.
Ex multis audiui: nam comperisse me non audeo dicere. Cicer. Antonio, lib. 5. 5. 4.
Certis autoribus aliquid comperire. Cic. Att. lib. 14. 305. 2.
Comperire de re aliqua. Terent. And. 1. 3. 6, Primum iam de amore hoc comperit. Id est, certum habet Chremes Pamphilum amare Glycerium.
De eo tibi compertum erat. Sallustius in Ciceronem, 2.
Comperire ex Teren. Heau. 1. 1. 69, Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conscij.
Comperire per aliquem. Cæsar 4. bel. Gal. 531.
Comperire certis indicijs rem non esse uanam. Liui. 4. bell. Pun. 110.
Comperire testibus. Cic. pro Cluentio, 99, Nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento comperisse, nihil deniq; causa cognita statuisse dicent.
Dispicere & comperire rem aliquam dicitur, qui primus obseruauit. Catul. epig. 61. 2.
Compertum est mihi, & exploratum est mihi, idem est quod Scio per inuestigationem. Similiter Comperi, & explorauí. Hæc Valla, lib. 5.
Afferre compertum. Vide Affero.
Non bene compertum est. Lucan. lib. 2. 65.
Habere compertum de re aliqua. Ci. pro Cluen. 100.
Compertum aliquid habere. Cic. pro Fonteio, 16.
Compertũ oculis. Liu. 9. bel. Pun. 111. Id est, quæ ipsi uidimus.
Compertũ, id maximè radicibus prodesse. Plin. libro 12. capite 1. 5.
¶ Compertus (φωραθεὶς) Participium, siue Nomen ex participio: ut, Compertus in stupro, Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 35.
Manifestò compertum atq; deprehensum facinus. Vide Manifestus.
Cognitum & compertum habere. Ci. pro Cluen. 103.
Fine comperto Augusti: id est, perspecta & cognita morte Augusti. Tacit. lib. 2.
Iniuria comperta. Stat. lib. 2. Achill. 48.
Vtilitas comperta. Oui. 1. Fast. 55.
Compertus stupri. Liu. 2. bel. Pun. 233, Tum quòd duæ Vestales eo anno, Opimia atq; Floronia, stupri compertæ. Idem, Quum sacrilegij compertos in uinculis Romam misisset. Idem, Iuuenem nullius probri compertum.
Flagitij compertus homo. Taci. li. 1.
Compertus, cum infinitiuo apud Suetonium in August. Proculum ex acceptißimis libertis mori coegit, compertum adulterare matronas.
¶ Comperto, absolutè, id est, quum cõpertũ esset. Tacit. lib. 3. Neq; dum cõperto, quos illa uis perculisset. Liu. lib. 1. Dec. 4, Satis comperto Herdueam petituros Romanos. Labolenus in l. Pantonius. §. pro hærede. ff. de acquirenda hæreditate, Pro hereditate gessisse filium placuit, qui moriens, comperto matrem suam intestatam decessisse, &c.
¶ Comperior, comperiris (ἀνέρομαι) comperiri, Deponens, authore Diomede. Est ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. Sallustius in Iugurtha, Sed ego comperior Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Quæ lectio hodie quoq; manet integra.

Compernis] huius compernis, m. & f. gen. dicitur, authore Pompeio, homo qui longis est pedibus, & genubus plus iusto coniunctis. Nonius, Compernes, dicuntur longis pedibus. Luci. li. 17. Saty. Compernem aut uaram fuisse Amphitryonis coniugem Alcmenam. Plaut. Milit. 10. 127, Aut uarũ, aut ualgum, aut compernem, aut Petum.
Comperse] pro Compesce dixerunt antiqui. Festus.
Compes] compedis, penultim. correp. fœmin. gene. (πέδη, ποδοκάκη) Instrumentum quo pedes uinciri ac irretiri solent. Plautus Capt. 12. 64, Vbi ponderosas, crassas capiat compedes. Ibidem 19. 28. Terent. Phorm. 2. 1. 19, Molendum usq; in pistrino, uapulandum, habendæ compedes. Martial. libro 5. 75, in Zoilum,
Hæc cum gemina compede dedicat catenas.
Compedes corporis. Cic. 1. Tuscul. 118, Nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam quum soluti sunt, tardius ingrediuntur.
Crassæ compedes. Vide Crassus.
Dura compede perustus crura. Hora. Epod. 4. 1.
Grata uinctus compede. Hora. 4. Carm. Ode 11. 5, Per compedem amplexus intelligit, & amoris uincula.
Niuali compede uinctus Hebrus. Id est, astrictus glacie. Horat. 1. epistο. 3. 1.
Exoluta compede Saturnus, id est, liber & uacuus omnibus curis. Stat. 1. Sylu. 6. 1, Per Saturnũ, intelligit festa Saturnalia.
Impingere compedes alicui. Vide Impingo.
Tenere aliquem in compedibus. Hor. 1. Epistο. 17. 16.
Ex compedibus atq; ergastulo. Cic. pro Rabirio, 14.
Compedes, fasces laureati. Cic. Attico, li. 8. 147. 9, Age iam has compedes, fasces inquam hos laureatos ecferre ex Italia, quàm molestum est! Ecferre, uetusta est orthographia, pro efferre.
Compedes, etiam gestamina muliebria. Pli. li. 33. cap. 12. 1, Argentum succedit ex re aliquando & auro, luxu fœminarũ plebis compedes sibi ex eo facientium, quas in uere aureas mos tristior uetat. Budæus.
¶ Compeda, compedæ (πέδη) Antiquè. Varrò Parmenone, Lepusculi timentes hoc quadrangulum dedit Diana, reic, nexile, aut uiscum fugæ, lineamq; compedam.
¶ Compedio, compedis, pen. corr. compediui, compeditum, (πεδάω) Compedire, Pedes ligare, & uincire. Varro Flexabulis, Domo eo intro, & pedes corrigijs compedio.
¶ Compeditus (πεδήτης) Participium, penult. product. Plau. Capt. 16. 22, In lapidicinas compeditum condidi. Cato cap. 56.
Compesco] compescis, compescui (συσίλλω, σιωπάω) compescere, Est, inquit Festus, una pascere, & in uno loco ac uelut in eodem pascuo continere.
Compescere, Coercere, quasi intra pascua continere, nec uagari permittere. Cui opponitur Dispesco, pro Gregem diduco. Pli. lib. 14. cap. 20. 3, E diuerso crapula compescit feritatem nimiam. Idem lib. 20. cap. 7. 9.
Ira leonum compescitur. Oui. 4. Trist. eleg. 5. 8.
Auro aliquem compescere, Prohibere muneribus ab instituto. Valer. lib. 1. Argon. 69.
Catenis compescere aliquem. Oui. epist. 19. 17.
Animum compescere catena. Hor. 1. Epist. 2. 13.
Compescere aliquem compedibus. Oui. epist. 14. 17.
Pœnis compescere aliquem. Hora. 1. Serm. Saty. 8. 7.
Culpam ferro compescere. Virg. de ouibus loquens, 3. Georgicor. 92,
Continuò culpam ferro compesce: priusquam
Dira per incautum serpant contagia uulgus.
Curas compescere. Ouid. 1. de Remed. Amo. 14.

Digitized by Google

Damna compescere cantu. Stat. lib. 3. Sylu. 3. 9.
Impiam dextram compescere. Senec. Herc. fur. 6. 37.
Dolores compescere. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 1.
Equum celerem arcto freno compescere. Tib. lib. 4. eleg. 1. 19.
Famem compescere. Senec. Hippol. 4. 32.
Veneris fastus compescere. Proper. lib. 3. eleg. 17. 1.
Flammam mero compescere: id est, ebrietate uenerem extinguere. Oui. epist. 15. 47.
Flammas amoris, nefasq; compescere. Senec. Hippol. 2. 17.
Fluctus compescere dicitur Neptunus, & dij Marini. Ouid. 1. Tristium, eleg. 2. 18.
Ripis compescere fluuium. Silius lib. 3. 121.
Frondes uere nouo compescere, Remorari, retardare. Valer. lib. 6. Argon. 31.
Fugam alicuius compescere. Clau. de bello Get. 64.
Furores compescere. Oui. 5. Trist. eleg. 7. 9.
Gaudia compescere lacrymis. Clau. 2. in Eutrop. 29.
Gemitus compescere. Stat. lib. 12. Theb. 73.
Ignes compescuit igne Iupiter: id est, incendium fulmine sedauit. Oui. 2. Met. 63.
Compescere incendia. Pli. epist. 250.
Digito cõpesce labellum, Prouerbium apud Iuuen. Saty. 1. 17.
Luxuriantia compescere. Hor. 2. Epist. 2. 25.
Mentem compescere: id est, coercere cupiditatem. Horatius, 1. Carm. Ode 16. 5.
Minas cõpescere. Silius lib. 4. 26. Valer. lib. 1. Argon. 22.
Mores rabidos compescere. Oui. 3. de Arte, 100.
Timor compescit officiũ: id est, Timor in causa est quo minus liberè fungar meo officio. Oui. 3. Trist. eleg. 4. 13.
Pennas alicuius compescere: id est, uolatum inhibere. Ouid. 2. de Arte, 20.
Compescere tumentes populos. Plin. in Panegy. 133.
Querelas compescere. Lucr. lib. 3. 194.
Ramos fluentes compescere. Virg. 2. Georg. 74.
Risum compescere. Hor. 2. Ser. Saty. 8. 13. Oui. epist. 16. 33.
Sitim compescere unda. Oui. 4. Met. 21.
Tristitiam compescere. Oui. 9. Met. 80.
Verba compescere. Senec. Medea, 3. 12.
Compescere uitem. Colum. lib. 4. cap. 17. 4.
Vndas compescere remo. Luca. lib. 1. 75.
Voces compescere. Senec. Herc. Oeth. 11. 2.
Compesce in illum iniustè dicere. Plau. Bacchid. 8. 59.

Competenter] Vide Competo.

Competo] competis, penultim. correp. competiui, competitum, penult. product. (μετίημι) competere, Est simul petere, uel, ut author est Nonius, honorem uel coniugium, uel quidus aliud aduersus aliquem petere. Plin. de Viris Illust. 59, Et unam speciosam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit.

Si uillæ situs ita competit, non est dubitandum. Columel. lib. 9. cap. 5. 1, Hoc est, si ita postulare & requirere uidetur.

Aliquid cum exitu alicuius competere. Tacit. lib. 18.

Competere (συνάπτω) pro Concurrere. Sueton. in Cæsare, capite 40, Fastos correxit, iampridem uitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, ut neque messium feriæ æstate, neque uindemiarum autumno competerent. Budæus.

Competere, pro Simul contingere seu accidere. Seneca epistol. 76, Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem: si tamen ita competit, ut idem ille qui sanare potest, comptè de ijs quæ facienda sunt, differat, boni consulet.

Competere, Conuenire, & par esse. Colum. lib. 4. cap. 10. 2, At si cuncta competunt uoto, iusta est altitudo uineæ pedum quinq;. Idem lib. 2. cap. 19, Inde in rerum æstimatione (inquit Nonius) hoc illi competit, dicimus.

Actio competit. Paulus in l. usufructuario. ff. de usufructu, & quemadmodũ quis utatur & fruatur, Vsufructuario non solum legis Aquiliæ actio competere potest: sed & serui corrupti, &c.

Competo, Conuenio. Pli. lib. 2. cap. 18, Præterquam ubi recti angulorum competunt ictus: id est, coeunt. Budæus.

Competere, pro Deberi. Scæuola in l. qui habebat. §. scripti testamento. ff. de manumissis testamento, Quæro an libertates in testamento datæ competierint. Respondi, si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates.

Competo, pro In articulum temporis incurro. Tranquil. in Augusto, Adiurauit si cuiusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse. Budæus.

Competere, Valere & quasi compotem esse. Sallust. Si uerò quasi formidine attonitus, neq; animo, neq; auribus, aut lingua competeret. Nonius.

Competit in hanc rem. Colum. lib. 2. cap. 2. 7, At ubi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur: ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. Hoc est, ita ut fossarum cæcarum & uelut subterranearum ora pertingant perueniantq; in fossas patentes atq; apertas, & ita uligo humorq; agri per fossas cæcas in patentes defluat.

Competit in eum actio. Quint. lib. 3. cap. 6. 8.

Iudex competens. Vlpianus in l. quum quædam puella. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Quum quæda puella apud competentem iudicem litem susceperit, &c. Et Tribud competens, Vlpianus in l. sed & hæ. §. non solum. ff. de procuratoribus.

¶ Competitor, penult. prod. (μετίων) Verbale. Competitores dicuntur, qui in magistratibus, officijs, & honoribus petendis concurrunt. Cic. ad Att. lib. 2. Epist. 1, Competitores qui certi esse uidebantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. Idem 1. Offi. 58.

¶ Competitrix, penultim. prod. (μετιτρια) Verbale fœm. Cic. pro Muræna, 38, Nam nos quoque habuimus scenam competitricem.

¶ Competentia (ἀναλογία) pro Conuenientia. Gellius libro 1, Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus est. Idem lib. 14. cap. 1.

Competenter] Aduerbium (μετρίως) Mediocriter. Vlpian. in l. si quum dotem. ff. solut. matrim. Quatenus filio & patri competenter consultatur. Paulus in l. 16. ff. de testib. Et falsa uel uaria testimonia dixerunt, uel utriq; parti prodiderunt, à iudicibus competenter puniantur. Vlpia. l. si quum dotem. §. nec non. ff. sol. matrim. Et filiæ & patri competenter consulatur.

Compilo] compilas, pen. prod. (συλάω, πορισυλάω) compilare, fit à pilo, quod est cogo, & in unum condo, inquit Festus. Compilare hæreditatem, hoc est, fraudare, diripere. Plau. Asin. 7. 8, Illic homo ædes compilauit. Cic. 1. de Natur. deor. 118, Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, fana compilant. Idem 2. de Orat. 149. Hor. 1. Ser. Saty. 1. 16,

Formidare malos fures, incendia, seruos,
Ne te compilent, fugientes.

Ostiatim compilare. Vide Ostium.

Aerarium exhaurire, Rempub. compilare. Cic. in Vatinium, 3.

Compilare sapientiã alicuius, per translationem. Cic. pro Murena, 22, Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam compilarit.

Scrimia

Digitized by Google

Scrinia alicuius compilare. Hora. 1. Serm. Saty. 1. 24.

¶ Compilatus (συναλλαγμάτιος) Qui furtum passus est, inquit Nonius.

¶ Compilatio (σύλησις) Verbale. Cicer. Cælio, libro 2. 7. 1, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut uadimonia dilata & Chresti compilationem mitteres?

Compingo] compingis, compegi, compactum (συναρπάω, συμπήγνυμι) cõpingere, Componere. Cicer. de Vniuers. 35, Alteraq; natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta se ipse conuersans, quũ materiam mutabilem arripuisset.

Componere & compingere. Cicer. 3. de Finib. 112, Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manufactis tam compositum, tamq; compactũ & coagmentatum inueniri potest?

Compingere solum axibus, Colum. lib. 6. cap. 19. 1, Roboreis axibus compingitur solum.

Cõpingere (συνωθέω) Compellere, detrudere. Plau. Menæb. 20. 38, Et ob eam rem te in carcerem esse compactũ scio. Plinius de Viris illustrib. Amulius ipsam in uincula compegit. Sic Compingere in nauem, Plautus Milit. 4. 33.

Detrudere & compingere in pistrinum. Cicer. 1. de Orato. 25.

Compegerat se in Apuliam. Cic. ad Attic. lib. 8. 152. 1, Quasi in angustias compulerat.

Compingere in oculos. Plau. Menæb. 15. 17.

¶ Compactus (συμπαγμάτιος) Participium. Plin. epistol. 144. 4, Vsq; ad nouissimam ætatem uiridis, atq; etiam ultra matronalem modum compacto corpore & robusto. Vulgus, Bene formatum uocat.

Crura compacta. Varro 2. de re Rust. 5. 7.

Fistula cõpacta septẽ cicutis Virg. 2. eclog. 8. Id est, coniũcta, ut Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse. Seruius.

Membra compacta. Lucr. lib. 5. 184.

Compactum, pro Conuento uel compromisso. Sueton. in Iulio, Productúq; pro Rostris authores ex compacto nominare.

Compacto, uel De compacto aliquid agere, id est, ex composito. Plau. Capt. 8. 25. Liu. 5. ab Vrbe, 52, Vt multo uerisimilius sit, compacto eã rem et cõmuni fraude Patricioru actã.

Ex compacto. Vide Ex.

¶ Compactio (σύμπηξις) Verbale. Cic. 5. de Finib. 58, Videamus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus ualida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.

¶ Compactilis, & hoc compactile, pen. correp. (συμπηκτὸς) Quod compactum est, Plin. libro 8. cap. 16. 4. Idem lib. 11. cap. 18. 1, Optimæ apes breues, uariæq;, & in rotunditatem compactiles.

Trabes cõpactiles. Vitruuius lib. 4. cap. 7. appellat subscudibus cõpactas. Et lib. 10. ca. 17, Cõpactiles postes. Budæus.

Compitum] compiti, pen. corr. (σύοδος) Idem quod quadriuium. Virg. 2. Georg.

Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum. Vbi Seruius, Cõpita. i. per quadriuia, quæ compita appellantur, ab eo quòd multæ uiæ in unam confluunt. Liu. 7. bel. Pun. 18.

¶ Compitus, ma. gen. apud Varronem de Scenicis originibus, lib. 3, Vbi compitus erat aliquis. Cæcilius Tyche, ubi adiscientem compitum. Nonius.

Frequentia compita, id est, referta frequenti populo. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 5.

In compitis auctionari. Cicer. 1. de lege Agraria, 4, Vt in atrijs auctionarijs potius quàm in triuijs aut in compitis auctionentur.

Verbenis compita uelare. Propert. lib. 4. eleg. 3. 12.

Circum compita currere. Hora. 2. Serm. Saty. 3. 56.

Circum pagos & compita. Virg. 2. Georg. 77.

¶ Compitalis, Adiect. Sueton. in August. ca. 31, Cõpitales lares ornare bis anno instituit uernis floribus & æstiuis.

¶ Cõpitalia, cõpitaliorũ, Substanti. Festa quæ in cõpitis peragebantur, inquit Festus: quæq; Consules uel Prætores pro arbitrio indicebant. Hinc Cõpitalitius dies, in quo huiusmodi festa peragebantur. Varro de Lingua Latina author est, Compitalia esse dies attributos laribus. Cato cap. 5. 2, Rem diuinam nisi compitalibus in compito aut in foco ne faciat. Cic. ad Att. lib. 2. 18. 5, Tu pridie compitalia memento.

¶ Compitalitius, aliud adiectiuum: ut, Compitalitius dies. Cic. ad Attic. lib. 7. 127. 3, Ego quoniam IIII. Non. Ianuar. compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum uenire molestus familiæ.

Compitalitiæ ambulationes. Cic. ad Attic. lib. 2. 18. 5.

Ludi compitalitij. Cic. in Pis. 5.

Compitalitia, compitalitiorum, Substantiuum. Cice. in Piso. 5, Tu quum in Calendas Ianuarias cõpitalitiorum dies incidissent, Sext. Claudium, &c.

Complaceo] complaces, pen. corr. complacui, complacitum (ἀρέσκω, συνδοκέω) complacere, Idem quod bene uel uehemẽter placere. Terent. And. 4. 1. 21, Postquam me amare dixi, complacita est tibi.

Complacitum est. Plaut. Amphit. 3. 104. Idem Ruden. 5. 2, Hoc deo complacitum est.

Consilium complacitum & acceptum. Gellius lib. 18. cap. 3.

Complaco] complacas, pen. prod. (διλάσκω) complacare, Idem quod Placare. Cato apud Gellium, lib. 7. cap. 3, In principijs autem, inquit, patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare iudices debent.

Complano] complanas, pen. prod. (ὁμαλύω) complanare, Idem significat quod Planare. Cato cap. 151. 2, Id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato.

Complanare domum alicuius, pro destruere & solo æquare. Ci. pro Domo sua, 77.

Complanare opus, Perficere. Extremam manum operi imponere. Cæsar.

Complaudo] complaudis, complausi, complausum (ἐπικροτέω) complaudere, Plausu certatim comprobare. Cicer. de Amicitia, 24, Stantes complaudebant in re ficta. Hoc est fauebant, ut spectatores in theatro solebant. Quædam uerò exemplaria legunt plaudebant.

Complector] complecteris, complexus sum (συμπλέκομαι, ἀμφικαλύπτω, περιέχω) complecti, Simul uel totum brachijs uel alia quauis re includere. Teren. And. 1. 1. 102, Accurrit: mediam mulierem complectitur.

Floribus & umbra dulci eum complectitur amaracus. Virg. 1. Aeneid. 140.

Dextram complecti alicuius. Virg. 8. Aenei. 100.

Gremio aliquid complecti. Virg. 5. Aene. 7.

Hostis hostem complectitur. Lucan. lib. 3. 138. Id est, complexu forti tenet.

Iustum, pium, religiosum, cæteraq; his similia honesto complectimur. Quint. li. 2. cap. 4. 27.

Lacertis complecti membra alicuius. Oui. 10. Metam. 82.

Manibus complecti aliquem. Oui. 1. Amorum, eleg. 13. 8.

Mediam mulierem complecti. Vide Medius.

Oẽs omniũ charitates patria una complexa est. Ci. 1. Offi. 83.

Nexu complecti omnia. Luca. li. 4. 39.

Pedes alicuius complecti. Luca. lib. 10. 18.

Arctius puellam complecti. Cic. 1. de Diuin. 167.

Complectitur uitis suis clauiculis quicquid est nacta. Cicer. de Senect. 48.

Digitized by Google

Se concordi quadam amicitia & charitate complectitur mundus. Cic. de Vniuers. 20.
Complexus est me somnus. Vide Somnus.
Stellas ui sua cõplectitur natura ætheris. Ci. 2. de Nat. deo. 79.
Complecti sinu. Columel. lib. 8. cap. 17. 9.
Nos inter nos sumus complexi. Cic. 1. de Diuin. 103.
Complecti animo (περιβάλλειν τῷ νῷ, περιέχειν τῷ νῷ) Cicer. de Senectu. 14, Etenim quum complector animo, quatuor causas reperio, &c.
Animo rei magnitudinem complecti. Cic. 1. de Orato. 11.
Aliquid carmine complecti. Quintil. lib. 3. cap. 1. 4.
Cogitatione complecti. Cic. 1. Tuscul. 81.
Cogitatione complecti absentem. Cice. ad Appium Pulchrum lib. 3. 11. 4.
Memoria complecti. Cic. 2. de Diuinat. 216.
Mente complecti aliquid. Cic. 2. de Finib. 177.
Sententiam numero quodam cõplecti. Cic. 3. de Orat. 96. 12.
Oratione complecti non possum magnitudinem animi tui. Cic. ad Quirites, post reditum, 4.
Vno crimine omnia complecti. Cic. 4. Verr. 87.
Vno uerbo omnia complecti. Cic. 5. de Finib. 104.
Complectitur uerbis quod uult. Id est, facundus est, quod uult enunciat. Cic. 1 de Finib. 24.
Sententiam aliquam uerbis cõplecti. Quintil. lib. 3. ca. 6. 10.
Cõplecti preces, id est, preces cõcipere. Ouid. 10. Metam. 96.
Complecti consensum alterius & tenere & in dies augere. Pli. in Paneg. 153. Id est, assentiri.
Effigiem alicuius in auro complecti. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 2.
Astra complexus est, Versatur in cælis. Senec. Octau. 8. 9.
Amplissimos uiros ad suum scelus cõplecti. Cic. in Pisonem, 59.
Complecti aliquid, pro Tractare, & describere paucis. Cicero 1. Tuscul. 8, At contrà oratorem celeriter complexi sumus, nec eum, &c.
Omnem rerum memoriam breuiter & perdiligenter complecti. Cic. de claris Oratorib. 7.
Complecti aliquem, pro Amare, tueri, defendere, & officiorũ exhibitione demereri. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 13, De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæq; erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminem.
Complecti & osculari aliquem. Cic. Attico, lib. 16. 333. 14.
Amore complecti aliquem. Claud. in laudibus Serenæ, 27.
Aequo iure aliquem complecti. Tacit. lib. 2.
Beneficio complecti aliquem. Cic. pro Plancio, 66.
Comitate complecti aliquem. Cic. Cæsari, lib. 7. 5. 7.
Omnibus studijs, laboribus, uitæ periculis complecti aliquem. Cic. in Pisonem, 62.
Ex literis alicuius complecti aliquem. Cic. Bruto, 12. 5.
Cum sua salute complecti aliquem. Cic. pro Planc. 82.
Complecti aliquem beneuolentia. Cic. ad Ligarium, lib. 6. 14. 2. Item charitate. Liu. 7. ab Vrbe, 194. Idẽ, Quibus studijs prosequemur? qua beneuolentia complectemur?
Complecti arcta familiaritate. Plin. epist. 55.
Da te homini, complectetur, crede mihi. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 6.
Aliquẽ comitẽ in omnes casus cõplecti. Virg. 9. Aeneid. 58.
Cõplecti et augere bonitatẽ inusitatã. Cic. pro Rab. Posth. 27.
Bona uide cõplecti artes ingenuas. Ouid. 1. de Põto, eleg. 7. 2.
Philosophiam complecti. Cic. de claris Oratorib. 179.
Vitam beatam complecti. Cic. 3. de Finib. 65.
Complecti intra se. Plin. lib. 18. cap. 29. 1, Intra se messes, uindemiasq; & omnium maturitatem complexæ.
¶ Complector, Passiuè etiam legitur. Scæuola in l. si sic stipulatus sim. ff. de Verb. obligationibus, Nam sicut & ipsius & hæredis caput, ita ipsius uis & hæredis uel sæpius facta complectitur, ut condemnetur quanti interest.
¶ Complectens (περιβάλλων) Participium. Cic. 4. Acad. 204. Perficies, ut ego ista innumerabilia complectens, nusquam labar, nihil opiner?
¶ Complexus (περιβεβλημένος) Participiũ passiuæ significationis. Cic. pro Rosc. Amer. 21, Quo uno maleficio scelera omnia complexa esse uideantur.
Complexus cum Alcmena cubat. Plaut. Amphit. 4. 136.
Res altera alteri complexa dicitur, apud Senec. 1. Natural. quæst. pro Implicita.
¶ Cõplexus (περιπεπλεγμένος) Participiũ actiuæ significationis: ut, Martiũ cõplexa, telo incubuit. Ouid. 12. Metam. 86.
Gremio puerum complexa fouebat. Stat. lib. 2. Sylu. 1. 25.
Cẽtum complexa nepotes, dicitur magni generis procreatrix, de Cybele matre deorum. Virg. 6. Aeneid. 157.
Oceanus uagis complexus undis. Senec. Hippol. 12. 2.
Inter se complexi. Virg. 5. Aeneid. 152.
¶ Cõplexus, huius complexus (περιβολή) Nomen uerbale. Cicero pro Fonteio, 30, Num etiam de matris hũc complexu lectissimæ miserrimæq; fœminæ uobis inspectantibus auellet atq; abstrahet?
Complexus & osculatio. Cic. pro Cælio, 38.
Complexus ac sinus. Cic. 2. in Catil. 42.
Arcti complexus. Lucan. lib. 8. 14.
Auidus complexus. Lucret. lib. 2. 214.
Tenax complexus. Ouid. 4. Metam. 76.
Villosi complexus ursi. Stat. lib. 6. Thebaid. 174.
Abripere à complexu, uel ex complexu. Vide Abripio.
Abstrahere de complexu. Vide Abstraho.
Accipere complexum. Vide Accipio.
Ambire aliquem complexibus. Ouid. 12. Metam. 66.
Arcere hominem complexibus alicuius. Virg. 5. Aeneid. 147.
A cõplexu matris auellere & abstrahere filiũ. Ci. p Fõteio 30.
Auulsum esse complexu alicuius. Virg. 4. Aeneid. 124.
A cõplexu suorum distrahere aliquem. Ci. pro Domo sua, 75.
Coercet & continet omnia complexu suo mundus. Cicero 2. de Natu. deorum, 82.
Ad cõplexũ & osculũ alicuius currere. Ci. Att. lib. 12. 232. 1.
Dare complexus alicui. Ouid. 10. Metam. 78. Et 3. 58.
E complexu dimittere aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 5.
Artus alicuius complexu fouere. Claud. de bello Gildon. 46.
Lætis complexibus implere aliquem. Stat. 10. Thebaid. 92.
Implicari in complexum alicuius. Catul. epig. 56. 22.
Venereo complexu iungi. Cic. 2. de Diuinat. 211.
Complexu luctari. Plin. lib. 9. cap. 30.
Alicuius complexu colloq; pendere. Virg. 1. Aeneid. 144.
Sinu complexuq; recipere aliquem. Cic. 13. Philipp. 349.
Expetitos complexus reddere. Seneca Thyeste, 6. 4.
Vi & complexu retinere aliquem. Cic pro Plancio, 81.
Tenere complexu aliquem. Virg. 8. Aeneid. 114.
Tepefacere uapore & complexu aliquid. Cice. de Senect. 47.
In complexu liberorum & coniugum trucidare aliquos. Cicero pro Flacco, 73.
In sinum & complexum alicuius uenire. Cic. 2. Philipp. 72.
Complexu sæpe apud Fabium, pro cõprehensione & circumstantia, ut lib. 4. cap. 4. 26, Sunt hæ citra complexum personarum, temporum, causarum.
Complexu totius gentis humanæ, Id est, cum toto genere humano, cum uniuersis hominibus. Cic. 5. de Finib. 116.
Collocutiones familiarissimæ, cõplexusq; summæ beneuolẽtiæ. Cic. 11. Philipp. 191.
¶ Cõplexio (σύμπλεξις, συμπλοκή) Verbale, Idẽ quod Cõplexus, pro Ambitu sententiæ & periodo. Bud. Ci. in Orat. 47, Nec aceruatim multa frequẽtans, una cõplexione deuinciet.

Complexio-

Digitized by Google

Cõplexiones, copulationes, & adhæsiones. Ci. 1. de Finib. 29.
Eius complexio totius negocij. Cic. 1. de Inuent. 54.
Lõgissima est igitur complexio uerborum, quæ uolui uno spiritu potest. Cic. 3. de Orat. 100.
Vna complexione deuincere multa. Cic. in Orat. 47.
Complexionem oratoriam. Cic. definit. lib. 1. de Inuent. 58, Cõplexio est, in qua utrum concesseris, reprehẽditur, ad hunc modũ: Si improbus est, cur uteris? sin probus, cur accusas?
In complexionem inferre aliquid Cic. 1. de Inuent. 87.
Supersederi cõplexione posse nonnunquã. Cic. 1. de Inuen. 86.
Complexionem uocat Quintilianus conclusionẽ in argumento, lib. 5. cap. ult. Epichirematum quatuor & quinq;, sex etiam factæ sunt partes à quibusdam. Cic. quinq; maximè defendit, Vt sit propositio, deinde ratio eius, tum assumptio et eius probatio, quinta complexio.
Conficitur complexio ex propositione & assumptione. Cicero 1. de Inuent. 99.
Infirmare complexionem. Cic. 1. de Inuent. 100. Pro conclusione dixit complexionem.

Compleo] comples, compleui, completum (ἀναπληρόω, συμπληρόω, συναναπληρόω) cõplere, Notæ significationis. Cæsar 5. bel. Gal. 148, Castra oppugnant, fossam complent.
Orbem complet gloria. Ouid. 12. Metam. 124.
Complere usq; ad summum. Colum. de Arbor. cap. 4. 5.
Complet aures sonus. Cic. in Somnio Scip. 16, Sic complere cũcta sono. Liu. 5. ab Vrbe, 169.
Aequora fremitu complere. Propert. lib. 2 eleg. 17. 8.
Atria complere ululatibus. Ouid. 5. Metam. 31.
Auras complere ululatibus. Ouid. 6. Fast. 103.
Aures complere sermonibus. Claud. 5. Paneg. 7.
Cælum complere clamore. Seneca Herc. Oetheo 7. 12.
Lunæ se cornua lumine complent. Virg. 3. Aeneid. 129. Vbi Seruius, Ideo se cornua Lunæ complent (inquit) quia suum non habet lumen, sed accipit à Sole.
Plangore & lamentatione complere fõrum. Cic. in Orat. 72.
Horrea complere messibus. Lucan. lib. 3. 14.
Littora complentur bello, Ad littora committitur prælium. Valerius lib. 8. Argonaut. 28.
Læto complerant littora cœtu. Virgil. 5. Aeneid. 22.
Locum aliquem complere dicitur, quæ locum occupat ingens multitudo. Virg. 3. Aeneid. 135.
Magno agmine complere locum aliquẽ. Virg. 6. Aeneid. 143.
Latè loca milite complent. Id est militibus. Virg. 2. Aeneid. 99.
Quercus complere locum. Lucret. lib. 2. 72.
Vagitu complere loca. Lucret. lib. 5. 46.
Ingenti clamore mœnia complere. Virg. 9. Aeneid. 8.
Nemus uoce complere. Horat. Epod. 6. 2.
Sedilia complere. Claudian. 1. in Eutrop. 94.
Flatu cõplere sedilia. Hor. in Arte, 42. id est, inflatione tibiarũ.
Vox complet spacium antri. Lucan. lib. 5. 31.
Sydera et manes & undas scelere cõpleui meo. Sen. Hippo. 12.
Terras larga luce Sol complet. Cic. 2. de Nat. deor. 70.
Lustrat & cõplet sua luce cuncta Sol. Cic. de Somnio Scip. 15.
Renouatione stirpium complentur terræ. Cic. 2. de Natur. deorum, 191. De baccis.
Complere aliquem coronis & floribus. Cic. 6. Verr. 69.
Clamoribus omnia complere. Lucret. lib 4. 205.
Complere omnia fletu. Cæsar 5. bel. Gal. 127.
Complere omnia corporis odore, uini atque unguenti. Cicero 5. Verr. 25.
Vitam beatam corporis cõmodis complere. Cic. 3. de Fin. 67.
Completur animus uoluptate. Ci. 4. Acad. 230.
Compleuit annos centum, Id est uixit. Ci. de Senect. 12.
Cõplere atq; ad exitũ perducere aliquid. Ci. 2. de Inuen. 147.
Compleuisse fata sua dicitur, qui moritur, uel mortuus est. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 16.
Orbem Sol complenit. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 4.
Seculum complere uitæ. Id est centum annos ætatis suæ peragere. Ouid. 15. Metam. 79. de Phœnice ane.
Complere tempus. Ouid. 3. Metam. 31.
Venter maturus sua compleuit tempora. Ouid. 11. Metam. 63.
Tẽpora sua cõpleuisse. Id est mortuũ esse. Ouid. 15. Met. 164.
Parcæ debita tempora compleant. Virg. 9. Aeneid. 23.
Illustrationem Solis menstruo spacio Luna complet. Cic. 1. de Natura deor. 120.
Annus exactis completur mensibus orbis. Virg. 2. Aenei. 10.
Complere tres, Id est tantum præstare. quantum tres alij. Claudian. de bel. Getico, 29.
Complere cõuiuũ uicinorum, hoc est, adire ordine cœnas omnium uicinorum. Cic. de Senect. 43.
Complere paginam. Cic. ad Atticum, lib. 13. 288. 6.
Complere promissum. Ci. 5. Verr. 96.
Summam complere. Cic. pro Flacco, 25.
Complere hominem bona spe. Cæsar 2. bel. Ciuil. 88.
Complere aliquem terrore uel gaudio. Liu. 9. bel. Pun. 18. Et Ci. 5 de Fin. 123.
Complere cum genitiuo: ut, Complere aliquem flagitij & fœditatis. Plaut. Menæch. 20. 3.
Compleuit illos erroris & dementiæ. Plaut. Amphit. 5. 9.
¶ Completus (συμπεπληρωμένος) Participium. Cic. 4. Acad. 224, Tunc aut inane quicquã putes esse, quin ita completa & conferta sint omnia, &c.
Perfectus completusq; uerborum ambitus. Cic. in Orat. 96.
Humano genere completum cælum. Cic. 1. Tusc. 46.
Domus completa, pro Plena. Cic. Att. lib. 1. 13. 3.
Legio completa per maniplos. Silius lib. 8. 93.
Multitudine consentientium completus mundus. Cicero 2. de Diuinat. 178.
¶ Complementum (ἀνάπλήρωσις) Tacit. lib. 1. 3. Cic. in Oratore, 135, Inculcata reperias inania quædã uerba, quasi complementa numerorum.

Complexus] Adiectiuũ, ex Con et Plexus, ut Perplexus, Implexus, nõ participiũ à uerbo Complecto. Lucret. lib. 2,
Nec singillatim corpuscula quæq; uaporis
Sed complexa meant inter se, &c.

Complico] complicas, pen. corr. (συμπλέκω) complicare, notum. Plaut. Rud. 23. 2, Dum hãc tibi rudentem quam trahis, complico.
Complicare, Euoluere, contraria. Cic. 3. Offic. 200, At uerò si quis uoluerit animi sui complicatam notionem euoluere, ibi se ipse doceat, eum uirum, &c.
Complicare epistolam. Cic. ad Att. lib. 12. 232. 2.

Complodo] complodis, pen prod. complosi, complosum, (συγκροτέω) cõplodere, Aduersas manus inuicem collidere: quod fieri pluribus de causis soletuel ad testificãdum more fœminarum dolorem: uel præ gaudio, uel per subitam admirationem, uel si quæ sunt aliæ causæ. Hæc Valla. Quintilianus libro 11. cap. 3, Complodere manus, scenicum est, & pectus cædere.
Complosæ sæpius manus. Senec. lib. 1 de Ira.

Comploro] comploras, pen. prod. (κατακλαίω, ὀλοφύρομαι) complorare, Simul plorare. Liu. 5. ab Vrbe, 175, Complorati omnes pariter uiui, mortuiq;, totam prope urbem lamentis impleuerunt.
Mortem complorare. Ci pro Domo sua. 75.
¶ Comploratus, huius comploratus, penul. prod. (ὀλοφυρμός) Verbale: ut, Comploratu iusto prosequi mortuos, Liu. 11 5. bel. Pun. 158.

Comploro

Comploratus familiarum coercere. Liuius 2. ab Vrbe, 228.

¶ Comploratio (ὀλόφυρσις) aliud uerbale. Id est lamentatio. Liuius 6. belli Pun. 149, Comploratio eorum, flebilesq; uoces.

Lamentabilis comploratio. Vide Lamentor.

Complures] penult. prod. & compluris, caret singulari, (πλείονες, συχνοὶ) idem est quod multi: est positiui gradus, non comparatiui: ut docet Gellius, libro 5. cap. 21. ubi etiam scribit dicendum esse compluria, per i, ante a; & complura. Cæsar 8. bel. Gal. 170, Quod ubi accidit, complures hostium magno nostrorum impetu pulsi uulnerantur. Cicer. 4. Verr. 33, Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas. Terent. Hecyra, 1. 2. 110, Vbi illic dies est, complures accersi iubet.

Complures Græcis institutionibus eruditi. Cicero 1. de Natura deorum, 13.

Complures alij. Horat. 1. Ser. Saty. 10. 18.

Complures in perturbatione Reipub. Consules. Cicero Planco, libro 10. 6. 6.

Dies complures cum aliquo uersari. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 5.

Vulcani complures. Cic. 3. de Nat. deor. 75.

Compluria. Terent. Phorm. 4. 3. 6, Noua hic compluria. Vbi donatus, Secundum regulam locutus est Terentius. nam hoc Complure, & hæc cõpluria dicitur. Sic ueteres, quod nostri dẽpta syllaba Cõplura dicunt. Sic Cato Originũ secundo, Fana hoc loco cõpluria. Ci. in Protagora, Cõfirmandi genera cõpluria. Credo q; ueteres hoc Plure, non hoc plus dicebãt.

Sed tamen ego quidem me sustinui, multa minui, multa sustuli, complura ne posui quidem. Cecinna Ciceroni, li. 6. 7. 8.

Compluſculi, pen. corr. compluſculorum, Diminutiuum. Terentius Hecyra, 1. 2. 102.

— dies compluſculos Bene conueniebat sanè inter eas.

¶ Compluries (πολυσάκις) Aduerbium. Plaut. Perſa. 15. 68, Metuo hercle uerò ſenili ego iam compluries. Cato, Oneumelas mihi dixiſti compluries. Idem Originum lib. 4. Vide Gellium lib. 5. cap. ultimo.

Compluteaſes] Hispaniæ populi, ſic à Compluto urbe dicti. Plin. lib. 3. cap. 3. Vulgo Alcana de Henares.

Compluuium] Compluuij (σύῤῥοιαι, σύῤῥους) Est (inquit Festus) quò de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Colum. lib. 4. cap. 24. 12, At si longius quàm ritus agricolarum permittit, & à capite uitis emicuerit, & brachijs in alienã iugorum compluuia perrepserit, &c.

In compluuium transferre. Sueton. in Augusto, cap. 92.

¶ Compluuius, Adiectiuum. Varro. de re Rust. cap. 13, Vna, ut interius, compluuium habeat lacum, ubi aqua saliat, qui intra stybatas quum uenit, sit sempiſcima.

¶ Compluuiatus, adiect. ut, Compluuiata uinea. Plin. libr. 17. cap. 21. 12, Compluuiata copioſior uino est, dicta à canis edium compluuijs. Varro 1. de re Rust. cap. 8. 1.

Compluuium] pen. prod. Participium, à Compluo, compluis. Solinus cap. 15. De gruibus, Quum trans medium alueum aduentasse se sciunt, ſcrupulorum farcino pedes liberant: ita nauiæ prodiderunt, compluti ſæpe ex illo caſu imbre ſaxatili.

Compono] componis pen. prod. compoſui, compoſitum, (συντίθημι, συνάγω, ἀρτίζω, περιτέλλω) componere, Proprie est disponere, constituere, simul ponere. Terent. Hecy. 4. 3. 51, Ergo intrò, & compone quæ ſimul tecum ferantur. Plautus Milit. 19. 21.

Diligenter componere aliquid Cic. de claris Oratorib. 125.

Aciem componere. Vide Acies.

Aciem per cuneos componere. Tacitus de Moribus German.

Manipulatim leniter componitur amomum. Vide Lenis.

Antidotum ex uarijs & inter ſe contrarijs effectibus componere. Quintil. lib. 1 cap. 10. 5.

Singula argumenta cum ſingulis componere. Quintilian. libr. 7. cap. 3. 17.

Cognoſcere & componere cauſas. Cic in Orat. 79.

Conſiderare componereq; cauſam. Cic. de claris Orator. 44.

Componere & delibuere capillos. Cic pro Roſc. Amer. 79.

Comas componere. Ouid. 2. de Remed. Amor. 57.

Crines componere, Id est ornare: quia ordo & compoſitio rerum ornatum facit. Virgilius 4. Georg. Plautus Trucul. 6. 32, Compoſitos, criſpos, cinnos tuos. Cicero poſt Reditum in Senatu 11.

Exercitum pugnæ componere. Tacit. lib. 13.

Labra labellis compono. Lucilius Saty. lib. 8.

Latus ſuum alicui componere, pro Concumbere cum uiro. Properius libro 2. eleg. 2. 3.

Leges componere. Lucretius lib. 4. 295.

Manus manibus atq; ora oribus componere. Virg. lib. 8. Aen.

Manus alicui componere, Id est manus cum aliquo conſerere & congredi. Silius lib. 6. 40.

Mẽbra deſeſſa cõponere Virg. 4. Geor. 88. Id est reficere, recreare.

Mores componere Ouid. 3. de Arte amand. 74.

Oculos componere, Claudere ſomno. Valer. lib. 7. Argon. 50.

Puluinar componere. Ouid. 1. de Arte amand. 32.

Componere res ſuas. Salluſt. in epiſt. Mithridatis ad Arſacem.

Componere & conſtituere Reipub. (συντάττειν, κατακοσμεῖν) Cic. 3. de Legib. 60.

Thalamis ſe cõponere apes allegoricè dicit Virg. 4. Geor. 38.

Se componere mediumq; locare in aliquo loco. Virgilius primo Aeneid. 141.

Componi ad Senatus reuerentiam. Id est cogi uel per ſimulationem accommodari. Plin. in Paneg. 127.

Componere ſe alicui, Id eſt, cum illo congredi. Sil. lib. 17. in.

Signa componere. Cic. Attic. lib. 4. 79. 2.

Togam componere. Horat. 2 Ser. Saty. 3. 16.

Componere uitem in brachia. Colum. lib. 5. cap. 5. 8.

Vultus componere. Ouid. 13. Metam. 165. de Polyphemo.

Componere uultus ſuos ad alium, Id est obſeruare & inſpicere alium. Ouid. 5. Faſt. 6. de Maieſtate dea.

Ad exemplum ſe componere. Quintil. lib. 2. cap. 6. 4.

Ad eorum, quos probant, mutationem ſe componere. Quintilianus lib. 2. cap. 8. 2.

Ad imitationẽ ueritatis ſe cõponere. Quint lib. 5. cap. 12. 16.

Aliquem componere, pro Sepelire. Tacit. lib. 17, Piſonem Vrania uxor, ac frater Scribonianus: T. Iunium Criſpina filia compoſuere.

Lachrymis aliquem componere. Tacit. in uita Agricolæ.

Toro componere mortuum. Ouid. 9. Metam. 102.

Tumulo componi. Ouid. 4 Metam. 32.

Componere, Finire (συναλλάττειν, καταρτίζειν) ut, Componere bellum, contentiones, controuerſias. Aſinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 33. 9. Cæſar 3. bel. Ciuil. 428 Liu. 5. bel. Pun. 224, Dum hæc in Hiſpania geruntur, Marcellus, captis Syracuſis, quum cætera in Sicilia tanta fide atq; integritate compoſuiſſet, ut non modò, &c.

Bellum componere. Virg. 12. Aeneid. 22. Id est, finire. Seruius.

Componere diem dicitur Veſper. Virg. 1. Aeneid. 79. id est, finire. Seruius.

Diſcordias componere aduerſus aliquem. Tacit. lib. 15.

Lites componere inter aliquos. Virg. 3. eclog. 22.

Libra parem diem componit, Id est, æqualem facit noctis: quando enim Sol est in Libra, fit æquinoctium Autumnale. Seneca Hippol. 7. 1.

Curas componere, Id est, ſedare. Virg. 4. Aeneid. 69.

Fluctus

Digitized by Google

Fluctus componere. Virg. 1. Aeneid. 28.
Ritè componere penates. Tacit. lib. 15.
Pugnantia componere. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 21. *Hoc est, ad concordiam reducere.*
Ratione componere & finire uerba. Cic. in Orat. 93.
Cõponere & perficere callidè aliquid. Cic. 2. de Diuin. 166.
Cum bona gratia aliquid componere inter aliquos. Terentius Phorm. 4. 3. 17.
Amicos auersos componere. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 6.
Gentem componere. Sil. li. 17. 72.
Componere pacem alicui cum altero. Plaut. Merc.
Tumultum componere. Lucan. lib. 1. 61.
Componere, & transigere. Plinius epist. 96. c, *Cohæredes mei componere & transigere cupiebant, non diffidentia causæ, sed metu temporum.*
Sententia cõponere aliquid inter aliquos. Plaut. Curcul. 15. 23.
Compone hoc de argento, de reliquo uidero. Cic. 6. Verr. 31.
Componere animos dicitur ratio. Cic. 1. Offi.
Animum componere ad aliquot casus. Valer. lib. 1. Argo. 65.
Componere mentem. Celsius lib. 3. cap. 18.
Componere dicta cum factis, pro Conferre. Sallustius in Iugurt.
Causam suam cum causa aduersarij componere. Quintilianus libro 7. cap. 3. 17.
Componere (συμβάλλειν) *pro Comparare.* Virg. 1. eclog. 5,
—*sic paruis componere magna solebã. Actius, Quid est cur componere ausis mihi te, aut me tibi?*
Componi cum altero. Lucilius Saty. lib. 4. Vide Ciceronem de Opt. gen. orat. 150.
Aliquos inter se componi. Quintil. lib. 2. cap. 17. 21, *Sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se componuntur. Id est, committuntur inuicem pugnaturi.*
Componere societatem cum latronibus. Sallust.
Componere precio, pro Redimere. Sallust. in bel. Catil. *Quinlenones & uinarij lanijq;, quorum præterea uulgus in dies usum habet, precio compositi Hoc est facta precij compositione redempti, inquit Sipontinus ex Nonio.*
Cõponere (συγγράφειν, συντάσσειν) *sicut uulgò usurpatur pro Scribere: ut, Componere historiã.* Plin. epist. 137. a.
Condere & componere. Horat. 1. Epist. 1. 3.
Componere & describere iura & iussa populorum. Cicero, 1. de Legibus, 25.
Inuenire & componere res. Cic. de claris Orat. 128.
Aliquid de ratione dicendi cõponere. Quint. in procem. li. 1. 1.
Actiones componere. Cic. Attico, li. 6. 111. 18.
Amores componere, Est lasciua carmina scribere, apud Ouid. 2. Trist. 72.
Argumentum componere. Cic. Attic. li. 15. 323. 8.
Artem componere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 8.
Artes componere. Cic. de claris Orat. 24.
Artificium de iure ciuili componere. Cic. 2. de Orat. 46.
Cantus conponere, Id est incantationes. Tibul. lib. 1. ele. 2. 11.
Carmina componere. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 13. Cicero pro Murena, 22.
Carmina ad lyram componere. Quintil. li. 1. cap. 10. 23.
A componendo carmine teneri. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 13.
Casus alicuius componere. Ouid. 2. Amorum, eleg. 1. 2.
Commentarium componere. Cic. Attic. li. 2. 14. 13.
Edictum componere. Cic. Pulchro, li. 3. 11.
Elegos componere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 14. 1.
Exemplum literarum componere. Cic. 2. de leg. Agrar. 57.
Exordium nimium apparatis uerbis componere. Author ad Heren. li. 1. 12.
Cõponere certã quandam formulã disciplinæ. Cic. 1. Aca. 25.
Libellos conficere, aut formas iudiciorum & stipulationum componere. Cic. 1. de Legib. 21.
Interdictum aliquorum causa componere. Cic. pro Cecinna.
Laudes alicuius componere. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 8.
Librum componere ex alienis orationibus. Cic. 1. Verr. 25.
Libros componere. Cic. ad Tironem, li. 16. 20. 1.
Sic componere poemata. Cic. ad Quint. Fratrẽ, li. 3. 17. 16.
Literas alieno nomine componere. Liu. 7. bel. Pun. 156.
Opus cõponere ad aliquorũ utilitatẽ. Quin. li. 3. ca. 6. 46.
Orationẽ cõponere ad aliorũ iudicia. Quint. lib. 5. ca. 14. 23.
Ordinem rei gerendæ componere. Liu. 9. bel. Pun. 31.
Rationes familiares componere. Taci. li. 5.
Res gestas componere. Horat. 2. Epist. 1. 51.
Testimonium componere. Cic. Dolabellæ, in Epist. ad Atticum, lib. 15. 328. 4, *Quædam exemplaria legunt, testamentum.*
Verba componere manu. Ouid. 9. Metam. 105.
Verba ad religionem deorum immortalium componere. Cicero pro Domo sua, 94.
Componere & coagmentare uerba. Cic. de claris Orato. 34.
Componere & construere uerba. Cic. 3. de Orat. 94.
Versus cõponere. Horat. 1. Ser. Saty. 4. 2. Tibul. li. 4. ele 1. 4.
Versus in ossa cõponere, Epitaphiũ ponere. Tibul. li. 3. el. 2 6.
Vtà cõponendi facilè efficiet exercitatus stylus. Cic. in Orat. 83.
Componere pocula de luto. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 8.
Componere itinera. Ci. ad Attic. lib. 15. 329. 24.
Componere urbem, Aedificare. Virg. 3. Aeneid. 78.
Componere fallacias, pro Meditari & comminisci. Plaut. Pœnulo 11. 29. Sic, *Componere mendacia,* Plaut. Amphit. 4. 212. Liu. 6. bel. Pun. 61, *indicatq; imperatori Rom. Numidam fraude composita transisse, &c.*
Blanditias componere. Tibul. de Sene amatore, lib. eleg. 2. 19.
Insidias alicui componere. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 1.
Non bene mendaci risus cõponitur ore. Tibul. li. 3. eleg. 7. 1.
Componere, quod Galli confrontare dicunt. Tacitus lib. 15, *Accita quippe Epicharis, & cum indice composita, nullis testibus inuisum facilè confutauit.*
¶ *Compositus, pen. corr.* (συντεθειμένος, συνηρτημένος) *Participium.* Propertius li. 1. eleg. 19. 5,
Mollia composita littora fronde tegit.
Compositus in ostentationem. Liu. 6. bel. Pun. 68.
In rationem annorum compositus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 38.
In securitatem compositus. Tacit. lib. 3.
Compositum, compactũ & coagmentatum. Cic. 3. de Fin. 112.
Compositi acie. Vide Acies.
Numero compositi in turmas. Virg. 11. Aeneid. 120. *Vbi Seruius. Numero exponit, Rationabiliter: Vnde, inquit, & sæpe numero dicimus, id est frequenter & rationabiliter. Hinc est, Tum uerò in numerum, id est in rationem & rhythmũ.*
Somno compositus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 4. 11.
Aceruo composito despicere dites & famem. Tibul. libro 1. eleg. 1. 16.
Affectus mites, atq; compositi. Quintil. li. 6. ca. 2. 8.
Agger tumuli compositus. Virg. 7. Aeneid. 2.
Compositum agmen ad pugnam. Liu. 7. bel. Maced. 86.
Compositum ad omnes casus agmen. Liu. 4. bel. Pun. 162.
Aquæ cõpositæ, id est sedatæ, nõ tumescẽtes. Ouid. epist. 13. 27.
Arma composita. Horat. 4 Carm. ode 14. 11.
Auspicia ad utilitatem Reipublicæ cõposita. Cic. 2. De leg. 52.
Bustum compositum. Lucan. lib. 8. 147.
Cinis compositus. Ouid. 3. Fastorum, 110.
Comæ compositæ. Ouid. epist. 12. 32.
Controuersiæ ex historijs compositæ. Quint. lib. 3. cap. 8. 36.
Crines compositi. Virg. 4. Georgic. 84. *Id est compti.*
Discrimen compositum Ouid. 2. de Arte, 61. *Discrimen capillorum intelligit hoc loco.*

Gradibus

Digitized by Google

Gradibus cõpoſitis, Paßib. moderatis eundo. Virg. 3. Geor. 38.
Compoſita hora, pro Condicta, apud Horat. 1. Carm. ode 9. 4.
Leges compoſitæ. Virg. 12. Aeneid. 64.
Mare compoſitum. Ouid. 8. Metam. 73.
Nomẽ quaſi terrori compoſitũ Vertingetorix. Lucius Florus.
Compoſita, ornata, & artificio quodam & expoſitione diſtincta oratio. Cic. 1. de Orato. 27.
Poema craſsè & illepidè compoſitum. Horat. 2. Epiſt. 1. 16.
Palàm compoſitus pudor. Tacit. lib. 4.
Torus bene compoſitus. Id eſt, coniugium pacificum. Ouidius 3. Faſto. 97.
Cõpoſita uenena, pro fuco muliebri. Oui. 1. de Reme. amor. 71.
Compoſita uerba. Id, eſt culta & ornata. Salluſt. in Iugurt.
Vox compoſita, apud Senecam, 2. de Clementia.
Vultus compoſitus. Tacit. lib. 1.
Vt compoſitum fuerat cum eo, pro Vt conuenerat alijs cum eo. Liu. 2. ab Vrbe, 157.
¶ Compoſitus (συνταγὸς, σύνθετος) Nomen ex Participio. Liu. 8. bel. Pun. 117, Acrior impetu atq; animis, quàm compoſitior ullo ordine pugna fuit.
Omnia erunt compoſitiora. Quintil. in procem. lib. 1. 7.
Compoſitus ad. Cic. 2. Verr. 20, Et ex accuſatione perfidiam, ut nemo unquam poſt hominum memoriam paratior, uigilantior, compoſitior ad iudicium uideatur.
Compoſitißimæ & clariſsimæ literæ. Cicero ad Atticum, libro 6. 120. 1.
Compoſtus, per ſyncopen. Virgilius 1. Aeneid. 51,
—— nunc placida compoſtus pace quieſcit.
¶ Compoſito (κατὰ συνθήκην, ἀπὸ σύνθεματος) Ablatiuus uice aduerbij. Terent. Phorm. 5. 1. 29, Compoſito factum eſt quomodo hanc amans habere poſſet Sine dote. Veterum locutionem eſſe Donatus admonet.
Ex compoſito, Idem. Plin. Nihil non ex compoſito fecimus, pactum ſeruauimus.
¶ Compoſitè, Aduerbium: ut, Compoſitè dicere. Ci. 1. de Orato. 26, Sin oratoris nihil uis eſſe niſi compoſitè, ornatè, copioſè eloqui: Id eſt eleganter.
Compoſitè ambulare. Colum. lib. 6. cap. 2. 4, Sin autem placidi & quieti boues erunt, uel eodem die quo allegaueris, antè licebit producere, & docere, per mille paſſus compoſitè & ſine pauore ambulare.
Compoſitè & aptè ſine ſententijs dicere, inſania eſt. Cicero in Orato. 130.
Agere aliquid compoſitius, quàm feſtinantius. Tacit. lib. 15.
¶ Compoſitor, pen. cor. Verbale (συγγραφεὺς) Cic. in Orat. 33, Non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor, hæc complexus eſt omnia: ſed & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus eſt. Ouid. 2. Triſt. 71.
¶ Compoſitio (σύνθεσις) Verbale: ut, Compoſitio unguentorũ. Plin. lib. 20. cap. 24. 1, Sed diſceſſuri ab hortenſibus rebus, unam compoſitionem ex his clariſsimam ſubtexemus. Vulgus Confectionem uocat.
Vnguentorum compoſitiones, conditiones ciborum, corporum lenocinia. Cic. 2. de Natu. deorum, 219.
Ordo, compoſitio rerum aptis & accommodatis locis. Cicero 1. Offic. 198.
Modeſtia compoſitionis. Quintil. li. 4. ca. 1. 39.
Diſciplinæ compoſitio. Cic. 3. de Fin. 111.
Pontificalis compoſitio iuris. Cic. 2. Legibus, 86.
Magiſtratuum compoſitio. Cic. 3. de Legibus, 18.
Compoſitio membrorum, conformatio lineamentorum, figura, ſpecies humana. Cic. 1. de Nat. deor. 67.
Sermonis compoſitio. Quintil. li. 1. ca. 5. 23. (64.
Varia cõpoſitio ſonorũ harmonias efficit plures. Cic. 1. Tuſcul.
Verborum compoſitio. Cic. 2. de Orat. 32.
Verbis uti ad aptam compoſitionem & condecentiam. Cic. 3. de Oratore, 111.
Diſsimulata compoſitio. Quintil. lib. 4. ca. 2. 83.
Lenis, quadrata, uirilis compoſitio. Quintil. li. 2. ca. 5. 6.
Oratoria compoſitio. Quintil. lib. 1. cap. 8. 9.
Peccator compoſitione. Quintil. li. 1. cap. 5. 23.
Compoſitio tota ſeruit grauitati uocum aut ſuauitati. Cicer. in Oratore, 106.
Compoſitio, Diſcordiarum pacificatio. Cæſar 1. bel. Ciuil. 130, Legatos ad Pompeium de compoſitione mitti oportere. Ibidem, libro 3. 60.
Per compoſitionem ſeruare. Cic. pro Roſc. Amerino, 26.
Pacis, concordiæ, compoſitionis autor eſſe non deſiit. Cicero 2. Philipp. 46.
Compoſitiones gladiatorum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 7. 1.
¶ Compoſitura, pen. prod. uel detractione literæ i, compoſtura (σύνθεσις, συγγραφὴ) Cato cap. 25. 2, Trapetus emptus eſt in Sueſſano nummis quadringentis, & olei P. L. compoſturæ nummis ſexaginta, uectura boum.
Oculorum compoſituræ. Lucret. li. 4. 62.
Compoſitura orationis. Aſinius Capito apud Gell. lib. 5. ca. 20.
Comporto] comportas (συναγείρω) cõportare, Simul portare, uel idem tantum quod portare ſignificat: ut, Comportare aquam in arcem. Cæſar 3. bel. Ciuil. 46. Cic. in Piſonẽ, 17, Quum ſeruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Caſtoris luce & palàm comportarentur.
Comportare frumentum ex agris in loca tuta. Cicero ad Atticum, lib. 5. 106. 5.
Comportare frumentum in aceruum. Hirtius li. 5. 269.
In unum comportare. Horat. 2. Ser. Saty. 3. 21.
Rebus comportatis bene uti. Horat. 1. Epiſt. 2. 10.
Res exquiſitæ undiq; & collectæ, arceßitæ, comportatæ. Cicero 3. de Orato. 52.
Compos] compotis, pen. corr. com. gen. (ἐπιτυχὴς, ἐγκρατὴς, ἐπίβολος) Compos mentis, compos animi, compos rationis, compos ſanitatis, quòd hæc habeo. At compos uoti, compos victoriæ, compos optati, quòd hæc opera mea & labore obtinui, obtineoq; Hæc Valla lib. 3.
Compos animi. Terent. Adelph. 3. 2. 12, Vbi Donatus, Compos animi, id eſt, competentis animi, uel animi ſani: cui contrarium eſt, impos animi. Alij compotem animi compoſitum animo intelligunt.
Compos mentis. Cicero ad Atticum libro 9. 173. 10. Vide Mens.
Mentis uix compos. Ouid. 8. Metam. 8.
Compotem ſui eſſe. Liuius 3. bel. Pun. 209. Celſus libr. 5. capit. 26, Quædam obmutеſcunt, quædam mente labuntur, quædam ſui compotes neruorum oculorumq; dolore urgeri ſe confitentur, &c.
Compos, ſine adiecto. Liu. 4. ab Vrbe, 170, In ſuos quoq; ſimul corpore atq; animo uix præ gaudio compotes, effuſe. Id eſt, uix animi uel mentis compotes. Idem 4. ab Vrbe, 44.
Compos & particeps animus ſempiternarum rerum. Cicer. de Vuluerſitate, 35.
Compotem gratulationis facere. Plin. epiſt. 221.
Laudis compos. Plaut. Amphit. 8. 12.
Libertatis compos. Plaut. cap. 2. 41.
Compotem patriæ facere aliquem. Liuius 1. ab Vrbe, 142. Cicero ad Atticum, Si me aliquando ueſtri & patriæ compotem fortuna fecerit.
Regni compos. Silius li. 8. 15.
Rationis & conſilij compos. Cic. 2. de Nat. deor. 51.
Compos ſcientiæ. Cic. 4. Acad. 261.

Compos

Compos uictoriarum.Valer.Max.lib.1.
Compos uirtutum.Cic.5.de Finib.124.
Facere aliquem compotem uoti. Seneca Hippol. 5.25. Liuius 7.ab Vrbe,195.
Compotem urbis facere.Cic.pro Sestio,129.
Compos miseriarum.Plautus Epid.11.31.
Compos culpæ.Plautus Trucul.17.58.
Compos,ablatiuo iunctum:Sallust. Neq; animo,aut lingua satis compos.De amente Septimio loquitur.
Compos præda exercitus.Liu.3.ab Vrbe,303.
Compos earum rerum animo:Cic.1.de Orat.105.
Compos,neutro generi iunctum aliquando legitur, Seneca Agamemnon.5.11,

Tibi grãdæui,lubricq; senex Compote noto reddũt grates.

Compositio Vide Compono.

Compoto] *compotas,penult.prod.(συμπίνω) compotare,* Simul potare.

¶ *Compotatio,compotationis(συμπόσιον)* Conuiuium. Cicero de Senectu. 42, Conuiuium nominarunt melius quàm Greci,qui hoc idem tum comparationem, tum concœnationem uocant.

¶ *Compotor,compotoris,pen.prod.(συμπότης)* Verbale.Cic. 2.Philip.60,Tum uerò adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo,& cõpotorũ tuorum rhetorem.Idẽ in Pisonẽ,52.

¶ *Compotrix(συμπότρια)* Verbale fœmi. Teren.And. 1.4.5. Quia compotrix eius est.

Compræs] *compædis,pen.prod. (συνέγγυος)* Eiusdem rei populo sponsor. Festus.

Compransor] *compransoris(συναριστῶν)* Qui simul prandet.Cic.2.Philip.100,Hunc tu agrum compransoribus tuis & colluforibus diuidebas.

Comprecor] *penult.corre.comprecaris, comprecatus sum, (εὔχομαι) comprecari,* Idem quod precari. Terentius Adelph.4.5.66,Abi domum,ac deos comprecare,ut uxorẽ accersas:abi.

Fidem cœlestum comprecari.Catul.epig.59.38. Hoc est,deorum auxilium.

¶ *Comprecatio(εὐχὴ)* Verbale.Liuius 9.bel.Maced. 53, Nulli unquam concioni Quirites,tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ nos admoneret,&c.

Comprecatio,uerbum erat sacrorum.Gellius,libro 13.cap. 21, Comprecationes deorum immortalium, quæ ritu Romano fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum Populi Romani, &c. Budæus.

Comprehendo] *comprehendis,comprehendi, comprehensum (συλλαμβάνω) comprehendere:* siue Comprendo, comprendis,comprendi,comprensum,comprendere:Simul capere.Plaut.Aulul.10.20.Teren.Eunuch.5.1.20,

——comprendi iube quantum potest.

Manu comprehendere.Cic.in Orat.54.
Comprehendere breui.Cic.1.de Orat.18.
Generaliter aliquid cõprehendere.Quintil.lib.4.cap.1.30.
Firmè grauiterq; comprehendere.Cic.2.de Fin.108.
Comprendere crinibus ignem.Virg.7. Aeneid. 15. Hypallage est,quum ignis crines comprehendat.Seruius.
Emittere & Comprehendere,contraria.Cicero 2.in Catil.16, Quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potius quàm emiserim.
Cõprehendere aliquem in fuga.Cæsar 5.bel.Gal.79. Et lib.7.
Fures comprendere.Catul.epig.57.7. (352.
Comprehendere hostem.Cic.in Catil.26.
Comprehendit forfex dentem.Celsus lib.7.cap.12.
Comprehendere dicuntur plantæ quæ terræ hærent. Colum. ita quod posueris,citò comprehendet.
Comprehendere numero aliquid.Colum.lib.11.cap.1. 9. Virg. 2.Georg.21.
Numerum uirorum comprendere.Oui.5.Trist.eleg.12. 4.
Comprendere aliquid, Dicendo consequi. Virg.6.Aeneid.125.
Dictis comprendere aliquid.Ouid.13.Metam.32.
Comprendere uerbis. Hoc est,complecti.Cicero ad Atticum, libro 12.242.2.
Diuersis uerbis idem comprehendere.Quint.lib.7.cap. 4.9.
Cõprehendere,pro Intelligere uel scire.Cic.4.Aca.259,Nos enim defendimus,etiam insipientẽ multa comprehendere.
Comprehendere & percipere.Cic.4.Acad.265.
Comprehendere signis aliquem.Colum.lib.6.cap.24.2.
Animo comprendere intelligentiam alicuius rei.Cic.3.de Natura deorum,87.
Celeriter animo comprehendere.Cic.2.de Orat.74.
Comprehendere contemplationem rerum naturæ.Celsus lib.1. in procemio. Id est,quæ ad physicen pertinent,tenere.
Memoriã rei alicuius comprehendere.Cic.de claris Orat.10.
Intelligere & comprehendere cogitatione.Cic.1.Tusc.79.
Comprehendere animis & cogitatione.Cic.pro Flacco, 52.
Comprehendere memoria.Cic.5.Tusc.169.
Memoria cõsequi,aut oratione cõprehendere.Cic.6.Verr. 50.
Mente comprehendere.Cic.3.de Nat.deor.27.
Comprehendere mentibus aliquã opinionem.Ci. pro Cluen.3.
Visu comprehendere aliquid.Silius lib.3.83.
Adulterium alicuius comprehendere. Id est,deprehendere.Ci. pro Milon.54.
Officijs aliquem per se & per alios comprehendere. Id est, deuincire.Cic.pro Plancio,37.
Amicitia multos cõprehẽdere,tueri obsequio.Ci.pro Cælio,9.
Comprehendere aliquem humanitate. Cicero ad C. Cæsarem, libro 13.16.6.
Agger ignibus comprenditur.Ouid.9.Metam. 47.
Elementis aliquid comprehendi.Quintil.lib.3.cap.6.22.
¶ *Comprehensus(συνειλημμένος)* Participium: ut, Comprehensam in animo habere sententiam.Cic.4.Acad.213.
Imago conprensa.Virg.6.Aenei.140.
Comprehensa ea in terra in nominando.Varr.1. de re Rust.ca. 9.1.de terra, In ea enim & lapis,& arena,& cætera eius generis sunt in nominando comprehensa. Id est,appellatione terræ ea comprehenduntur.
Captum & comprehensum aliquẽ tenere.Cic.3.in Catil. 60.
Linguã forcipe comprensam abstulit.Ouid.6.Metam. 111.
Res penitus perspectæ planeq; cognitæ,atq; ab opinionis arbitrio seiunctæ scientiaq; comprehensæ.Cic.1.de Orat.54.
In animo & memoria sibi distributum atq; comprehensum aliquid habere.Cic.de Petit.Consul.20.
Firmè conceptum animo atq; comprehensum.Cic.2.de Fin. 9.
Tenere aliquid animo comprehensum.Cic.4.Acad.43.
Sensu comprehensum.Cic.1.Acad.59.
Comprehensus,pro concluso.Cic.2.de Fin.34,Breuiter comprehensis grauissimis sententijs quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur.Budæus.
Conclusum & comprehensum.Cic.pro Qu.Rosc.8.
¶ *Comprehẽsum,Substãtiuũ(συνειλημμένον)* Ci.4.Acad.48, Quum quamobrem ita oporteret,nihil haberet comprehẽsi,percepti,cogniti,constituti.
¶ *Comprehensè,Aduerbium.Cic.2.de Fin.29,Rhetoricã palmæ,Dialecticam pugno similem esse dicebat,quòd latius loquerentur Rhetores,dialectici autem comprehensius.* In emendatioribus codicibus legitur Compreßè.
¶ *Comprehensibilis & hoc comprehensibile,penult.corrept. (καταληπτὸς)Cic.1.Acad.58,* Id autem uisum quum ipsum per se

Digitized by Google

per se cerneretur, comprehensibile.

¶ Comprehensio (κατάληψις) Verbale. Latior comprehensio. Quint. lib. 2. cap. 5. 10.

Comprehensio facta sensibus. Cic. 1. Acad. 60.

Perceptio & comprehensio. Cic. 4. Acad. 181.

Certæ sententiæ comprehensio. Quint. lib. 5 cap. 10. 4.

Cogitationes comprehensionesq; rerum. Cic. 3. de Fin. 76.

Verborum comprehensio. Cic. de clar. Orat. 17.

Comprehensio & ambitus ille uerborum (si sic periodum appellari placet) &c. Cic. de claris Orat. 84.

Aliqua comprehensione dissentire. Quintil. lib. 7. cap. 4. 9.

Comprehensio, pro Indicatione uel manifestatione. Cic. 2. Philip. 42, Nam quum comprehensio sontium, mea animaduersio, Senatus fuerit, &c.

Comprehensio, aliter. Cic. 1. Academ. 58, Sed quum acceptum iam & approbatum esset, comprehensionem appellabat: similem ijs rebus, quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat. Idem 4. Academ. 260.

Deuincire comprehensione uerba. Cic. de claris Orat. 72. Legitur Compressione, in quibusdam codicibus.

Compressio, Compressus] Vide Comprimo.

Comprimis] pen. prod. Idem quod Imprimis. Cic. pro Qu. L. Albius uir bonus, & comprimis honestus.

Comprimo] comprimis, pen. corr. compressi, compressum, (συμπιέζω, συνέχω, ἐφίστημι, κατασέλλω, συσέλλω) comprimere, Simul premere. Plaut. Pseud. 12. 20, Comprimere dentes uideor posse aliquo modo. Cic. 4. Acad. 260.

Comprimere aliquem. Plaut. Rud. 24. 29.

Authoritate adulta aliquem comprimere. Tacit. lib. 1.

Alium comprimere. Celsus lib. 6. cap. 18.

Arenam saxo compressit. Lucan. lib. 8. 154.

Gressus comprimere. Virgilius 6. Aeneid. 78. Hoc est gradum sistere.

Comprimere linguam alicui. Plaut. Amphit. 4. 194.

Cõprimere animalis dorsum manibus. Colum. lib. 2. cap. 3. 1.

Manu compressum aliquid exprimere. Lucret. lib. 6. 174.

Os comprimere. Ouid. 6. Metam. 59.

Pinna morsu comprimit conchas. Cic. 2. de Nat. deor. 184.

Comprimit rosa florem suum, id est, quasi intus premit & recondit. Plin. lib. 12. cap. 11. 2.

Stomachum comprimere, Est sic contrahere stomachum, ut ne euomat quicquam. Celsus lib. 4. cap. 5. ad finem capitis.

Comprimere per translationem, pro Cohibere, compescere: ut, Comprimere audaciam alicuius. Cicero ad Catonem, libro 15. cap. 4. 28.

Conatus & furores cõprimere. Cic. 2. Offic. 86. Et in Catil. 8.

Seditionem comprimere. Liu. 2. ab Vrbe, 98.

Aliquem comprimi, ac sedari. Liu. lib. 2. Decad. 5.

Animam comprimere. Id est, anhelitum. Teren. Phor. 5. 6. 28.

Restinguere & comprimere cupiditatem. Cic. in Pisonem, 46.

Famem comprimere. Liu. 6. bel. Pun. 263.

Ferocitatem alicuius comprimere. Cic. in Vatin. 1.

Fletus comprimere. Ouid. ad Liuiam, 94.

Fluctus insanos irarum comprimere. Sil. lib. 8. 7.

Iram comprimere. Stat. 6. Thebaid. 80.

Exultantem lætitiam comprimere. Cic. in Topic. 46.

Lachrymas comprimere. Silius lib. 15. 162.

Manus comprimere, pro Abstinere à furto, dixit Terentius Heaut. 3. 29.

Compressis manib. sedere, Est otiosum esse. Liu. 7. ab Vrbe, 56. pro eodem Lucan. lib. 2. 59, Manus compressas tenere dicit.

Murmura comprimere uoce manuq;, Est silentium indicere. Ouid. 1. Metam. 42.

Oculos comprimere. Ouid. 1. epist. 21.

Plausum comprimere. Cic. pro Deiotaro, 24.

Præsidium comprimere. Tacit. lib. 3.

Neptunus comprimit rabiem cæli marisq;. Virg. 5. Aen. 159.

Comprime tela manu, Id est, noli iaculari. Stat. 11. Thebai. 73.

Audacia timorem comprimit. Cic. pro Domo sua, 108.

Tumultum comprimere, id est, opprimere. Tacit. lib. 20.

Comprimere se. Plaut. Casin. 5. 34.

Vix comprimor quin inuolem illi in oculos stimulatrix. Plautus Most. 4. 46.

Comprimere se, aliter. Plaut. Trucul. 6. 6, At uolo scire, quid debetur hic nostræ domi. A. Comprime te.

Vocem & orationem comprimere. Plau. Pseud. 6. 16, & 12. 22, Sed comprimenda est mihi uox atq; oratio.

Versus cõprimere ordinibus, & uersus coniungere angusto ordine, & q̃ minimo interiecto spacio. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5.

Terra quæ comprimitur fretis, Insula. Sen. Hipp. 10. 7.

Comprimere, pro Supprimere. Cic. Att. lib. 3. 58. 2, Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat: sed ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem. Budæus.

Comprimere uirginem, Violare. Liu. 1. ab Vrbe, 14.

¶ Compressus, Particip. (συνεσταλμένος) ut, Cõpressa manus.

Compressus atq; illisus. Cic. de Aruisp. resp. 51.

Annonam compressam, Liu. lib. 8. Decad. 4, eleganter uocat, quum precium per coemptionem esset intentum auctumq;.

Certamina compressa. Virg. 4. Georg. 18.

Manu compressa cæsaries. Lucan. lib. 8. 132.

Clausum & cõpressum frumentũ poßidere. Cic. 5. Ver. 154.

Tenere aliquod frumentũ compressum. Cic. pro Domo sua, 12.

Impetus compressus. Virg. 2. Aeneid. 15.

Labris cõpreßis agitare secũ aliquid. Hora. 1. Ser. Saty. 4. 29.

Compressa in pugnum manus. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Motus animorum compressus. Virg. 4. Georg. 18.

Nares compressæ. Lucret. lib. 6. 240.

Naribus cõpreßis oscula eripere alicui. Tibul. li. 2. ele. 6. 11.

Vitiosam alicuius naturam edomitam & compressam esse doctrina. Cic. de Fato, 15.

Compreßi oculi. Colum. lib. 6. cap. 9. 2.

Compressum atq; tacitum odium. Cic. pro Domo sua, 50.

Compressa palma aut porrecta ferire. Plaut. Casin. 8. 52.

Seditio compressa. Tacit. lib. 3.

Voluptates inclusæ, cõpressæ & cõstrictæ. Cic. Pro Celio, 59.

Compreßi Celso dicuntur, quibus fluentes opponuntur, Id est, astricti. Budæus.

¶ Compressus (σύσταλτος) Nomen ex participio. Plin. li. 16. ca. 10. 10, In eadem nucamenta compreßiora maribus sunt.

Compressus, huius compressus (μίξις) Terent. Adelph. 3. 4.

—uirgo ex eo Compressu grauida facta est.

¶ Compreßè, Aduerb. (συνεσταλμένως) Cic. 2. de Fin. 29, Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat, quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreßius. legitur & Comprehensius.

¶ Compreßio, Verbale (σύσταλσις) Cic. de claris Orat. 14. de Alcibiade & Critia loquens, Grandes erant uerbis, crebri sententijs, compreßione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

¶ Compreßiuncula, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Compressiunculæ amantium dulces.

Comprobo] comprobas, pen. corr. (ἐπιδοκιμάζω, συνδοκιμάζω) comprobare, Id em quod Approbare. Cæsar 5. bel. Gal. 220, Comprobat hominis consilium fortuna. Cicer. 4. Verr. 122.

Laudare & uehementißimè comprobare aliquid. Cic. pro L. Manil. 48. Liu. lib. 10. secundi bel. Pun.

Studiosè libenterq; comprobare. Cic. Attic. lib. 16. 345. 2.

Digitized by Google

Deus numine ſuo comprobare aliquid dicitur. Cicero pro Domo ſua, 12.
Authoritatẽ decreti alicuius cõprobare. Cic. 14. Philip. 403.
Fama comprobat. Catul. epig. 56. 13.
Factum comprobare alicuius. Liu. 4. bel Pun. 218.
Legem comprobare. Liu. 4 bel. Maced. 11.
Mores comprobare factis. Plaut. Pœnul. 4. 85.
Re aliquid comprobare. Terent. And. 5. 1. 5.
Vt beneficium uerbis initum dudum, nunc re comprobes.
Sententia ſua aliquid comprobare. Cic. pro Corn. Balbo, 33.
Comprobare ſilentio honorẽ alicuius. Liu. 8. bel. Mace. 204.
Teſtimonio alicuius rem aliquã comprobare. Cic. 4. Verr. 82.
Vita & moribus comprobare. Cic. 1. de Fin. 99.
Comprobare, Ratum facere & uerum eſſe dicere. Cic. 1. de Diuin. 84, Quod matris ſomniũ immanis filij crudelitas comprobauit. De Phalaridis matre. Budæus.
Perceleri interitu alicuius comprobatum uenenum. Cicer. pro Cel. 46.
¶ Comprobator (δοκιμαστὴς) Verbale. Cic. 1. de Inuen. 59. Deinde eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui deniq; authoritatis eius & inuentionis cõprobatores atq; æmuli.
¶ Comprobatio (δοκιμὴ) Aliud uerbale. Cicer. 5. de Fin. 110, Quis eſt tam diſſimilis homini, qui non moueatur & offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis?
Compromitto] compromittis, compromiſi, compromiſſum (ἐπιτρέπω) compromittere, Litem ad boni uiri arbitrium mittere. Cic. ad Quintum fratrem, lib. 2. 16. 10, Tribuni tij candidati compromiſerunt (H S. quingenis in ſingulos apud M. Catonẽ depoſitis) petere eius arbitratu, ut qui contrà feciſſet, ab eo condemnaretur.
¶ Compromiſſum, compromiſi (ἐπιτροπὴ) Dicitur ipſa facultas arbitro data: tractum ab eo quod uterq; litigans ſimul promittat ſe arbitri ſententiæ pariturum. Cic. ad Cornificiũ, lib. 12. 29. 11, Sed à magiſtris quum contenderẽ de proferẽdo die, probarunt mihi ſeſe, quo minus id facerent, compromiſſo & iureiurando impediri.
Compromiſſum facere, arbitrum ſumere de re aliqua. Cic. pro Roſc. Comœdo, 6.
Ex compromiſſo ad arbitrum ire. Proculus in l. ſocietatem. ff. pro ſocio.
¶ Compromiſſarius (ἐπίτροπος) Adiect. Calliſtratus in l. quũ ex lege Iulia. ff. de receptis arbitris, Nemini licere minorem uiginti annis compromiſſarium iudicem eligere.
Compſacus] κόμψακος, Fluuius eſt Thraciæ non procul ab Abderis, in Biſtonidem lacum influens. Author Herod. li. 7.
Comptus] Vide Como, in Coma.
Compugno] compugnas (ἀντιμάχομαι) compugnare, Cõtendere uerbis, per metaphoram. Gel. lib. 14. cap. 5, Eaq; inter eos contentio quum longius duceretur, non arbitratus ego operæpretium eſſe eadem hæc iſta diutius audire, clamantes compugnantesq; illos reliqui.
Congredientes, compugnantesq; philoſophus & dolor. Gel. libro 12. cap. 5.
Compulſo] Compulſas. Vide Compello.
Compungo] compungis, compupugi, compunctũ (κατανύττω, κατασείω) compungere, Idem quod pungere. Colum. lib. 8. cap. 14. 7, Cauendumq; ne aut aculeis urticæ compungatur. Plin. lib. 30. cap. 4. 2.
Aciem oculorum compungere dicuntur colores, qui uelut æs perpolitum, fulgorem quendam remittunt offendentem oculos. Lucret. lib. 2. 85.
Senſus compungere dicuntur, quæ ſenſus offendunt, ut ſplendor oculos, guſtum amaritudo, tactum res uel calidæ nimis, uel frigidæ uel aſperæ, &c. Lucret. lib. 2. 88.
Compungere ſe ſuis acuminibus. Cic. 2. de Orat. 86. de Stoicis. Per metaphoram.
Compunctius notis Treicijs. Cic. 2. Offic. 34.
Compunctio (συγμὸς) Verbale. Plin. lib. 21. cap. 19. 10, Hæc potio, mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & ueſicæ calculos.
Compuſa] κόμπασα, Bithyniæ oppidum, ad Thracij Boſphori anguſtias ſitum, non procul à Chalcedone. Author Plin. lib. 5. cap. ult.
Computo] computas, pen. corr. (λογίζομαι, συμψηφίζω, ψηφίζω, συλλογίζω) computare: Simul putare. Quod & ad arbores, & ad mentem referri poteſt. Quum ad mentem refertur, exiſtimare ſiue iudicare ſignificat. Plautus Merc. 1. 6, Illum computat uxor domum Obduxiſſe ſibi ſcortum. Plin. lib. 9 cap. 35. 15, Computet nunc aliquis ex altera parte, quãtum Curius aut Fabritius in triumphis tulerint, imaginetur eorum ſercula.
Computare, Connumerare, ſiue quod uulgò dicitur, Computũ facere, ſiue calculare. Plin. epiſt. 89, Si computes annos, exiguum tempus. Plin. lib. 18. cap. 6. 7, Si computetur impendium operæ. Cic. 2. Philip. 95, Compellarat hoſpitem præſens, computarat, pecuniam imperarat.
Articulis computare. Ouid. 2. de Ponto, ele. 3. 4.
Delitiares tegulæ quæ erunt, pro bimis integris computabuntur. Cat. cap. 14.
Computare digitis. Plin. lib. 34. cap. 8. 38. Plaut. Milit. 5. 49.
Annos computare. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 16.
¶ Computatio (λογισμὸς, συλλογισμὸς) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 22. 22, Operarum iſta computatio eſt.
Computationem expoſtulare. Plin. lib. 9. cap. 35. 17.
Venire in computationem. Plin. lib. 6. cap. 33. 4.
Computatio Romana. Plin. lib. 2. cap. 108. 9.
Computabilis & hoc cõputabile, pen. corr. (λογιστὸς) Quod cõputari poteſt & numerari. Plin. lib. 19. cap. 8. 13, Tritianum hoc genus uocatur, bis computabili impendio, tædioq;.
Computus] computi, pen. corr. Firmic. lib. 1. cap. 2, Animus ipſe huius ſcientiæ rationem, ipſe computos tradidit. Ibidem ſub finem capitis, Vides, ut primos diſcentes computos, digitos tarda agitatione deflectant?
Computreſco] computreſcis, cõputrui (κατασήπεμαι) putreſcere, Idem quod ſimplex: uel quum uariæ res mutuo contactu putreſcunt ſimul. Plin. lib. 13. ca. 13. 2, Propterea arbitrarier eos non computruiſſe. Colum. lib. 5. cap. 10. 5, Quoniam mutuo contactu aut computreſcent, aut uermibus interibunt. Plin. lib. 32. 7. 1.
Comum] Comi (κῶμον) Ciuitas Galliæ Ciſalpinæ, iuxta Lariũ lacũ. Hæc mediocris erat colonia trans Padum, ſed Pompeius poſt Scipionem, ac poſtea Cæſaream auxerunt. Hinc Comenſes dicti ſunt eius incolæ: atq; hinc etiã Comenſis lacus dictus. Vide Plin. lib. 3. cap. 17, Dicitur etiam Nouocomum, teſte Strab. lib. 5, Poſtquã inquilinorum tribus millibus Scipio, quinq; millib. Cæſar eã coloniã auxit, quos ciuitate donatos Nouocomenſes uocauit. Catul. epig. 33. 1.
Comum] Herba eſt omnibus nota, cuius ſemen ſimillimum aniſo, & ad uſum medicinalem colligitur. Refrigerat autem & ſtringit. Sed & ſuccus illius expreſſus ſeruatur: nam & eadem præſtat. Verùm optimum comum habetur Creticum. Verba ſunt Galeni lib. de Simplic. medicam.
Comus] κῶμος, Deus apud ueteres habitus, comeſſationum nocturnarumq; ſaltationum præſes, in cuius militia authorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus muſicis q; inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi canendiq; gratia concurrebant, procaciterq; laſciuiebant, ut fores nonnunquam effringerent: quod optimè deſcribit Philoſtratus ima-

Digitized by Google

gine tertia. Hinc Comeſſari uerbũ, & comeſſatio, ut inquit M. Varro, unde etiam Crepalocomus, pen. prod. uinolentorum hymnus apud Ariſtophanem in Ranis.

Con] & Cum, idem ſignificant (σὺν) Sed Cum, ferè ſeparata: Con uerò, ſemper compoſita reperitur, & ſignificat ſimul: ut, Coniungo. Interdum contrà: ut, Contendo. Interdum uallidè: ut, Concrepo.

Conamentum, Conatus] Vide Conor.

Conaros] κόναρος, ab Alexandrinis appellatur frutex quidã aculeatus, teſte Agathocle, qui à Dioſcoride Paliurus uocatur. Vide Ruell. lib. 1. cap. 107.

Concaco] concacas, pen. corr. (συγχέζω) concacare. Seneca, Puto concacaui me. Quid autem fecerit neſcio: omnia certè concacauit.

Concædes] Videtur Tacitus uocare cæſas arbores, lib. 1. Romanus agmine propero ſyluam cæſiam limitemq; à Tiberio cœptum ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum uallo, latera concædibus munitus. Tamen poteſt intelligi de fragmentis cuiuſuis materiæ quam excidiſſent. Ergo concædes erunt fragmenta ex rebus exciſis.

Concaleo] concales, pen. corr. concalui (θέρομαι) concalere, Idem quod Caleo. Plaut. Amph. 6. 15, Prius abis, quàm lectus ubi cubuiſti, concaluit locus. Varro 3. de re Ruſt. capit. 16. 29, Concaluit ſtomachus, ut digerat multo facilius. Cic. ad Attic. lib. 4. 85. 15.

Concalere (συνθέρεσθαι) Commotum eſſe. Terent. Heaut. 2. 3. 108, Syre, Syre inquam; heus heus Syre.

s. Concaluit, quid uis?

¶ Concalefacio, concalefacis, pe. cor. concalefeci, concalefactũ, (θερμαίνω, θέρω) cõcalefacere: uel expuncto e inter l & f, concalfacio, concalfacere. Cice. 2. de Orat. 173, Et ait idem, quam brachium concalefecerit, tum ſe ſolere pugnare. Hoc eſt quum frequenti circumuolutione uel agitatione calorem brachio excitarit.

Cõcalefacere, pro inflammatũ & excitatũ eſſe. Cic. ad Panſam, lib. 3, Nos Venditanis rumoribus cõcalefecimus. ex Nonio.

¶ Concalefio, pen. pro. Neutropaſſiuũ (θερμαίνομαι) Varro 3. de re Ruſt. ca. 9. 8, Curator oportet circumeat diebus interpoſitis aliquot, ac uertere oua, ut æquabiliter concalefiant.

¶ Concalefactus (θερμανθείς) Particip. Ci. 1. Tuſc. 66, Illam uerò funditus eijciamus indiuiduorum corporum leuium & rotãdorum concurſationem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & ſpirabilem, id eſt animalem eſſe uoluit.

¶ Concalefactorius (θερμαντικὸς) Adiect. Plinius libro 21. ca. 20. 5, Vis ei concalfactoria. Hoc eſt, excalfaciens, & nata calorem excitare.

¶ Concaleſco, concaleſcis (θέρομαι) concaleſcere, Calidum fieri, uel calidũ eſſe. Cic. 1. Tuſcul. 68, Calidior eſt enim, uel potius ardentior animus, quàm eſt hic aer, quem modo dixi craſſum atq; concretum: quod ex eo ſciri poteſt, quia corpora noſtra terreno principiorum genere confecta ardore animi concaleſcunt.

Concalleo] concalles, concallui (τυλόομαι) concallere, Idẽ quod Callere, obductum eſſe callis. Ci. 3. de Nat. deor. 33, Veſtutos eos appello, quorũ celeriter mens uerſatur: callidos autẽ, quorũ tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.

Concamero] concameras, pen. corr. (καμαρόω, ὀροφόω) cõcamerare, Idem quod Camerare ſignificat, conſornicare. Plinius, libro 34. cap. 14. 10. de magnete lapide. Vide Camera. Idem lib. 11. cap. 24. 4, Specus ipſe qua concameratur architectura. Vitruuius, Interualla aut concameranda, aut ſolidanda fiſtucationibus.

¶ Concameratio, Verbale (καμάρωσις) Budæus, Concamerationes ſunt, quæ arcuato opere conſtant. Vitruuius lib. 6. ca. 10, Aedificia quæ plano pede inſtituuntur, ſi fundamenta eorum facta fuerint, ita ut in prioribus libris de muro & theatris à nobis eſt expoſitum, ad uetuſtatem ea erunt ſine dubitatione firma. Sin autem hypogea concamerationesq; inſtituentur, fundationes eorum fieri debẽt craſſiores, quàm quæ in ſuperioribus ædificijs ſtructuræ ſunt futuræ. Sabinus in l. ſi cui ædes. ff. de legatis 3, Conclaue quod ſupra concamerationem alterarum ædium eſſet.

Concameratio, Opus ad ſimilitudinem pergularum hortenſium, factum quæ iunipero conflectuntur ad ambulationes opacandas. Nomen lingua noſtra à cunabulis infantium habet. Budæus.

Concana] κόγκανα, Ciuitas eſt mediterranea Cantabrorũ in Tarraconenſi Hiſpania. Ptolemæus, lib. 2, Huius incolæ Concani dicuntur. Horat. 3. Carm. ode 4. 7,

Et lætum equino ſanguine Concanum.

¶ Concani, Gens Hiſpaniæ dicebantur: uel, ut quidam uolunt Thraciæ, quibus dum uinum deeſſet, lacte & ſanguine utebantur. de quibus ait Virgilius,

Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Acron.

Concaſtigo] concaſtigas, pen. prod. (ἐπανορθόω) concaſtigare, Idem cum ſimplici. Plautus Trin. 3. 3, Nam ego amicum hodie meum concaſtigabo pro commerita noxia. Idem Bacch. 23. 55.

Concauus] κοῖλος, Adiect. pen. corr. à cauo, Id eſt, Vacuus, ſinuoſus. Cic. 2. de Nat. deor. 143, Adde huc ſpeluncarum cõcauas altitudines, ſaxorum aſperitates.

Aera concaua. Ouid. 4. Metam. 10.
Aqua concaua. Ouid. 1. Triſt. eleg. 10. 4.
Brachia concaua cancri. Ouid. 15. Metam. 74.
Cymbala concaua. Lucret. lib. 2. 125.
Concaui dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.
Concaua folia buxo. Plin. lib. 16. cap. 24. 4.
Genæ concauæ. Senec. Herc. furent. 9. 31.
Iugula concaua. Cic. de Fato, 16.
Concauæ poſitionis campus. Colum. lib. 2. cap. 17. 3.
Concaua puppis. Ouid. 1. de Arte amandi, 81.
Saxa concaua. Virg. 5. Aeneid. 134. Id eſt ſpeluncæ.
Vela concaua dicuntur, quum uento intenduntur & ſinum faciunt. Ouid. 6. epiſt. 14.

Concaua, pro Foſſis dixit Claud. 6. Paneg. 10,

——aſcenſu uincere montem,
Planitiem curſu, ualles, & concaua ſaltu.

¶ Concauo, uas, pe. cor. (κοιλόω) concauare, Idẽ quod Cauare.

Concauare brachia in duos arcus, Id eſt, inflectere & ſinuare brachia, ut formã imitentur duorũ arcuũ. Oui. 2. Meta. 39.

Concedo] concedis, pen. prod. conceſſi, conceſſum (παραχωρέω, ὑφίεμαι, προΐέχομαι, ἀπέχομαι) concedere, pro Cedere, Hoc eſt dare locum. Teren. Hecy. 4. 2. 21, Hîc uideo me eſſe inuiſam immeritò: tempus eſt concedere. Virg. 10. eclog. 13, ——ipſæ rurſus concedite ſyluæ.

Concedamus huc. Plautus Capt. 5. 21. Terent. Heaut. 1. 1. 122, Hinc à me quiſnam egreditur? huc conceſſero. Et Eunuch. 5. 9. 37, Concede iſtuc.

Concedere à uel ab, ſiue ab. Plaut. Epid. 14. 16,

——num ab oculis conceſſi tuis? Idem Perſa, 2. 52, At pol ego abs te conceſſero.

Concedere à uel ab, huc, illuc, aliquò. Plaut. Moſtel. 6. 81, Concedam à foribus huc. Teren. Heau. 3. 3. 11, ——at certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper. Cicer. in Catil. 12, Ab eorum oculis aliquò concederes.

Concedere ad ianuam. Plaut. Aulul. 21. 6. Terent. And. 4. 4. 12, Concede ad dexterã. Virg. 10. Aen. 162, ——Vita per auras

Conceſſus

Digitized by Google

Conceſſit mœſta ad manes, corpuſq; reliquit.
Retrò ad aliquem concedere. Tacit. lib. 13.
Concedere ex ædibus. Terent. Hecy. 4. 4. 57.
Concede hinc à foribus paulùm iſtorſum ſodes. Terentius Phorm. 5. 1. 14.
Concede hinc intrò, uel domum. Terent. Eunuch. 1. 2. 126. Idem Heaut. 3. 1. 85.
Concedere ſolùm biduum. Terent. Eunuch. 1. 2. 102,
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas ſolum?
Concedere in uoluntarium exilium, Plin. de Viris illuſt. 49. In hyberna, Liu. 2. bel. Pun. In tecta, Ibidem, 101.
In altum contruſum conceſſit. Lucret. lib. 4. 186.
In ius, ditionemq; alicuius concedere. Liu. lib. 6. Decad. 4.
In turbam concedere. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 29.
Concedere aliquò. Cic. 2. de Diuinat. 66.
Concedere in ditionem uel deditionem alicuius. Liu. 9. bel. Punici, 147. Idem lib. 8. 34.
Concedere in ſententiam alterius. Liu. 2. bel. Maced. 103.
Concedere abſolutè, pro Vita decedere, ſeu mori. Tacit. lib. 4.
Vt quandocunq; conceſſero.
Concedere fato, pro Mori. Plin. in Paneg. 20.
Fatis magnis concedere. Valer. lib. 1. Argon. 2. 11.
Superis conceſſit ab oris, Mortem obijt. Virg. 2. Aeneid. 19.
Veneno uita concedere. Tacit. lib. 14.
Vita concedere. Tacit. lib. 5.
Concedit nox diei. Plaut. Amphit. 4. 122.
Dies concedit cælo, Nox eſt. Virg. 10. Aeneid. 43.
Concedere (ἀιδόναι, ἀντιδίδναι) Permittere. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 29, Collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi Rep. ſum collocutus, ut mihi tam multa pro ſe perpeſſo atq; perfuncto concederet, ut officium meum, memoremq; in benemeritos animum, fidemq; fratris mei præſtarem.
Concedere in iras. Virg. 7. Aeneid. 62.
Dare & concedere pudori. Cic. 3. Verr. 22.
Pati atq; concedere fieri aliquid. Cic. 5. Verr. 53.
Tribuere & concedere alicui multa. Cic. 1. de Orat. 75.
Rectè aliquid cõcedere, Id eſt meritò. Horat. in Arte, 75.
Amores ſuos cõcedere, Rem amatã donare. Catul. epig. 59. 6.
Animam concedere alicui. Ouid. 5. Metam. 45.
Dolorem atq; inimicitias ſuas alicui concedere. Cicero de Prouin. Conſ. 36.
Falſum concedere alicui. Id eſt permittere alicui falſa dicere, cõtraq; illa arguere, ac ſi uera eſſent. Lucret. lib. 3. 109.
Concedere impunitatẽ, pro Non punire. Cæſar 1. bel. Gal. 56.
Id laudis alicui concedere, Eo afficere honore. Propertius libr. 3. eleg. 9. 12.
Libertatem concedere. Cæſar 4. bel. Gal. 513.
Libertatem alicui in aliqua re concedere. Cic. pro Plancio, 28.
Ludum pueris concedere. Horat. 2. epiſt. 2. 29.
Materiam alicui concedere ad aliquid faciendum. Tacit. lib. 1.
Concedere nauigia mari. Colum. in præfat. 4. Id eſt, nauigare. Quædã exemplaria legunt, Concredere, & fortaſſe rectius.
Partem octauam precij concedere. Plin. epiſt. 155.
Peccaſſe ſemel concedere. Id eſt, ſemel cõmiſſum peccatum. Ouid. 2. Amorum, eleg. 14. 9.
Roganti aliquid concedere. Ouid. 2. Faſt. 125.
Tempus ad aliquam rem concedere. Cic. pro Archia, 9.
Veniam concedere alicui. Stat. 5. Sylu. 3. 53. Luca. lib. 3. 148.
Victoriam concedere. Tacit. lib. 5.
Vitam concedere, & ignoſcere peccatã. Hirtius lib. 5. 118.
Concedere de iure ſuo. Cic. 2. Offic. 93. Alij legunt, cedere. Terent. Adelph. 2. 2. 9,
— ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paulùm.

Conceſſit Senatus petitioni tuæ. Cic. pro Murena, 44.
Concedere alicui (ὁμολογεῖν, ὁμολογεῖσθαι) pro conſentire. Cic. 4. Verr. 55, Concedo, forſitan aliquis aliquando eiuſmodi quippiam fecerit. Quintil. lib. 1.
Remittere atq; cõcedere alicui, ut. Cic. pro Plancio, 60, Sic mecum ſemper egiſti, te mihi remittere atq; concedere, ut omne ſtudium meum in Cn. Plancij honorem conſumerem.
Concedere aliquid. Cic. 4. Acad. 129.
Concedere amicis, quicquid uelint. Cic. de Amicit. 36.
Concedere ut. Cic. pro Roſcio Amerino, 32, Verum concedo tibi ut ea prætereas, quæ quum taces, nulla eſſe concedis.
Concedere alicuius facto uel dicto, pro Ignoſcere. Cic. pro Roſcio Amerino, in principio.
Cõcedere alicui, pro Cedere. Teren. Hecy. 2. 1. 27. Ib. 3. 5. 28,
Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiuſq; mores toleret ſua modeſtia. Virg. 2. eclog. 12,
Nec ſi muneribus certes, concedet Iolas. Nempe diuior, ut ait Seruius.
Ictibus ſaxorum concedere. Tacitus lib. 19.
Magnitudini medicinæ doloris magnitudo concedit. Cicer. 4. Obſidioni concedere. Tacit. lib. 13. (Tuſc. 103.
Solio cõcedere, pro Aſſurgere, honoris gratia. Sil. lib. 3. 127.
Veris concedere. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 61.
Tempus puerile conceſſit iuuentæ. Id eſt, pueritia diſceſſit ueniente iuuenta, ſiue iuuenili ætate. Ouid. 6. Metam. 144.
Voluptas concedit dignitati. Cic. 3. de Fin. 1.
Nemini concedere de re aliqua. Ci. pro Roſcio Amer. 70. Idem ad Atticum, lib. 12. 258. 4.
De gloria alicui concedere. Tacitus lib. 19.
Nemini concedere in re aliqua ſtudio & cupiditate. Cicero pro Deiot. 20.
Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peſte Reip. molestiam traxerit. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 2. Id eſt, maximè omniũ moleſtia afficior.
Audaciæ petulantiæq; alicuius nihil concedere. Cic. pro Cecinna, 74. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 10, Non enim concedo tibi, plus ut illum ames, quàm ego ipſe amo.
Non conceſſum, Non licuit aliquid facere, &c. Sil. lib. 11. 52.
Concedere alicui primas in dicendo partes. Cic. 1. Verr. 27.
Concedere alicui artem aliquam. Cic. pro Quin. 62.
Concedere cum gerundiuo. Ci. 3. Verr. 27, Bona quædam proſcriptorum in agro Beneuentano diripienda conceſſit.
Conceditur, ut. Cic. de Amicitia, 46, Concedatur profectò uerũ eſſe, ut bonos boni diligant.
Conceditur enim ſimiles eſſe, quo contentus eſſe poſſeras. Cic. 4. Acad. 100.
¶ Concedens (ὑφιέμενος) Particip. pe. pro. Cic. Planco, li. 10. 3. 5, Nunc me amantiſſimum tui nemini concedentem, qui tibi uetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, &c.
¶ Conceſſus (ἀδόμενος) Participium. Plinius libro 12. cap. 25. 1, Omnibus odoribus præfertur balſamum, uni terræ Iudææ conceſſum.
Iure conceſſum. Quintil. lib. 3. cap. 6. 60.
In accuſatores aliquid conceſſum eſt. Quint. li. 5. ca. 13. 32.
Legibus conceſſum. Lucret. lib. 5. 231.
Munere diuûm conceſſum aliquid. Virg. 1. Georg. 48.
Amor conceſſus. Ouid. ad Liuiam, 61.
Furta conceſſa. Ouid. 1. de Arte, 7. Furta pro furtiuo coitu.
Res conceſſæ. Cic. 2. de Diuinat. 155.
Venus conceſſa, Amor licitus. Horat. 1. Serm. Saty. 4. 24.
Via conceſſa ire, Id eſt facere quod rectum eſt, & omnibus licitum. Lucan. lib. 2. 90.
¶ Conceſſum (ἀδόμενον) Subſtant. Cic. pro Cælio. 37. Sed abhorret

Digitized by Google

abhorret non modo ab huius seculi licentia, uerumetiam à maiorum consuetudine atq; conceßis. Id est, permißionibus uel constitutionibus.

Amare concessa. Ouid. 9. Metam. 92.

Petere cõcessa. Id est, quæ concedi poßint. Virg. 5. Aenei. 158.

¶ Concessus, huius concessus (δῶσις) pro Permissu. Ci. de Vniuersit. 66, Neq; datũ est mortaliũ generi deorũ cõcessu atq; munere, neq; dabitur. Sic 2. de Legib. 21. Et in Orat. 122.

Concessu & beneficio alicuius. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 14.

Concessus, pro Conceßione: ut, Alicuius concessu aliquid adipißci, augere, & eius generis alia permulta. Tacitus libro 3. & libro 12.

¶ Conceßio, Verbale (δόσις) Id est, concessus. Cic. ad Attic. lib. 3. 66. 2, Nam si Trib. plebis nobis succẽßent, quæ potest spes esse? ac uidentur iure succenßere, quum & expertes consilij fuerimus, & qui causam nostram ßuscepissent, & nostra conceßione omnem uim ßui iuris amiserint.

¶ Concesso, concessas (πάομαι) concessare, Frequentatiuum, Idem quod Cessare, & ab opere uacare. Plaut. Postquam aurora est, nunquam concessauimus lauari, aut fricari, aut ornari. Idem Asi. 7. 24.

¶ Concessatio (πᾶσις) Verbale. Calum. libro 11. cap. 1. 14, Nã ut in itinere conficiendo sæpe dimidio maturius peruenit is, qui gnauiter & sine ullis concessationibus permeabit, quàm is qui, &c.

¶ Conceßiuus, Adiectiuum: ut, Conceßiuus modus: de quo sic Seruius in illud Virgilij 10. Aeneidos,

—neq; illos Iuueris auxilio. Conceßiuus est (inquit) iste modus secundum Probum: nanq; in artibus non inuenitur. Fit autem quoties tædio contentionis quasi uidemur cõcedere, quod tamen nolumus fieri. nam id agit hoc loco Venus, ut Iupiter magis præstet auxilium.

Cõcelebro] concelebras, pen. corr. (συνεπιφημίζω, συνεπιφοιτάω) concelebrare, Idem quod simplex: ut, Concelebrare natalem ßuum apud Plin. in epist.

Carmina celebrare cantu. Lucret. lib. 5. 277.

Conuiuia concelebrare & paßim & tributim. Cicer. de Petit. Consul. 29.

Dapes concelebrare. Ouid. 4. Fast. 71.

Funus concelebrare. Liu. 8. ab Vrbe, 36.

Loca aquarum concelebrare circum ripas fontesq;. Lucretius libro 2. 70.

Ludos geniumq; choreis cõcelebrare. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 10.

Mercatus concelebrare. Plin. lib. 34. cap. 2. 7.

Spectaculum concelebrare. Liu. 1. ab Vrbe, 37.

Studia concelebrare. Cic. 1. de Inuent. 7.

Terras concelebrare. Lucret. lib. 1. 1. ad Venerem.

Victoriam concelebrare. Cæsar 3. bel. Ciuil. 256.

Plateam Hymenæo concelebrare. Plaut. Casina, 19. 2.

Concelo] conceläs (συγκρύπτω) concelare, pen. prod. Idem quod Celare. Gel. lib. 15. cap. 2, Quos aliquis pudor reuerens concelaret. Idem lib. 11. cap. 9, Non id postea concelauit, quin gloriæ quoq; hoc ßibi aßignauit.

Concenturio] concenturias (συνπατάττομαι) concenturiare, Colligere. Dictum à centurijs quæ ad ßuffragia conueniebant. Plautius Pseud. Concenturio in corde sycophantias. Ex Nonio.

Concentus] huius concentus. Vide Concino.

Conceptio, Conceptus] Vide Concipio.

Concerno] concernis, concreui, concretum (συκρίνω) concernere. Idem quod Cerno. Ci. de Petit. Cõsulatus, 14, Quòd ßi satis grati homines essent, hæc tibi omnia parata esse debebant, ßicut parata esse concerno.

Concerpo] concerpis, concerpßi, concerptum (διασπαράσσω) concerpere, Ex Con & Carpo compoßitum, Idem quod Discerpere significat, & dilacerare. Liu. 8. bel. Maced. 245, Librumq; rationis eius quum Lucium fratrem afferre iußisset, inßpectante Senatu ßuis ipsum manibus concerpßisset, indignatum, &c. Plin. lib. 10. cap. 18. 2, Et ille auem protinus concerpßit.

Concerpere epistolas. Cic. ad Atticum, lib. 10. 20. 204. 4.

Feruentißimè concerpi. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 11.

¶ Concerptus (διαπαραγμός) Participium: ut, Concerpta linteola. Plin. lib. 28. cap. 15. 6. Et lib. 21. cap. 3. 7.

Concerto] certas (συναγωνίζομαι) concertare, Simul certare, & contendere. Cicero Antequam iret in exil. 8, Nunc igitur ßi lingua est concertandum, innocentiæ uirtute frustus ßupero.

Concertare uelocitate nandi. Colum. lib. 8. cap. 15. 43.

Concertare cum inimico, Confligere cum hoßte. Cicero pro leg. Manil. 19.

Concertare cum aliquo de re aliqua. Cic. 3. de Nat. deor. 55.

Concertare cum aliquo, pro Litigare & rixari. Terentius Adelph. 2. 2. 3.

Concertare cum aliquo uerbis. Cic. ad Att. lib. 3. 52. 2.

¶ Concertatus (συναγωνισμός) Participium. Cic. in Partitionibus, 53, Quæ etiam ßi antè quàm res in iudicium uenit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non ßunt: tamen, &c.

¶ Concertatio (ἀγώνισις) Verbale. Plin. lib. 20. cap. 18. 4, Qua de causa magna concertatio extitit.

Studium concertationis. Cic. 1. de Diuinat. 109.

Concertatio animorum. Cic. pro Sest. 66.

Concertationes sententiarum, nullo idem consente. Plinius libr. 29. cap. 1. 11.

Concertatio, captatioq; uerborum. Cic. in Partit. 43.

Concertatio in disputando pertinax. Cic. 1. de Finib. 41.

Concertatio, Aliter. Terent. Adelph. 2. 2. 4, — nunquam uidi iniquius cõcertationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit: Ego napulando, ille uerberando uſq; eubo defeßi ßumus.

Disputationes plenæ concertationum. Cic. 1. de Orat. 96.

¶ Concertatorius (ἀγωνιστικός) Adiectiuum. Cic. de claris Orat. 158, Thucydides enim rerum gestarum pronunciator ßincerus & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

¶ Concertatiuus, penult. prod. Quint. lib. 7. cap. 3, Mutua accusatio quam Græci ἀντικατηγορίαν uocant, nostri quidam concertatiuam.

Concesso] Vide Concedo.

Concha] conchæ (κόγχη) Genus piscis testa contecti. Concharum genera enumerat. Plin. lib. 9. cap. 33. Et earum naturam explicat cap. 35. In conchis nascuntur margaritæ, ut ibidem docet Plinius.

Conchæ dicuntur, quæ testam leuem habẽt, ac politã, ßiue uniformiter rugatã, ßiue denticulatã: Ostrea uerò, quæ asperam scabramq; quamuis generali nomine ostrea quoq; conchæ uocentur. Item quæ ex uno tantum latere testam habent, altero ßcopulis aut lapidibus, aut alteri materiæ adhærent.

Conchæ genus imbricatum. Vide Imbrex.

Thessalicus concharum color. Lucret. lib. 2. 101.

Concharum pectunculi. Vide Pectunculus in Pectus.

Erycina concha, dicta ab epitheto Veneris, uel quòd ipsa est Veneri Erycinæ sacra, uel quòd dicitur Venus è concha marina prodißse. Propert. lib. 3. eleg. 13. 2.

Marinæ conchæ. Ouid. 15. Metam. 53.

Patula concha. Vide Patulus.

Tenues conchæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 3.

Viles con-

Digitized by Google

Viles conchæ. Hora. 2. Ser. Sat. 4. 6.

Indæ concha. Propert. lib. 1. eleg. 8. 8. Id est, margarita. Nam Oceanus Indicus máximè mittit margaritas, quæ ex rore conceptæ in conchis oriuntur.

Diues concha. Claud. epig. 19. 1.

Precioſæ conchæ. Claud. 6. Paneg. 42.

Complere ſe conchis. Cic. 2. de Nat. deor. 186.

Legere conchas. Cic. 2. de Orat. 13.

Piſciculi parui in concham hiantem innatant. Cic. 2. de Natur. deor. 183.

Teſtæ ipſæ duriores, propriè conchæ dicuntur, quales ſunt cochlearum. Colum. lib. 10, Implicitus teſtæ limax, hirſutaq; campe. Ouidius: Oſtreaq; in conchis tuta fuere ſuis. Cic. 3. de Finibus, 97.

Salis concha, Id est, concha quæ ſal continet. Horat. 1. Sermon. Satyr. 3. 3.

Capaces conchæ, Horat. 2. Carm. Ode 7. 5.

Squalentes conchæ. Id eſt, ſordidæ. Virg. 2. Georg. 70, Seruius cochleas intelligit.

Detritis conchis læuor. Ouidius. 13. Met. 170.

Pinna duabus grandibus paruula conchis. Cicer. 2. de Natu. deor. 183.

Infodere conchas. Virg. 2. Georg. 70. Vbi Seruius, Cochleæ propter admittenda ſpiramina infodiuntur.

Conchæ inter inſtrumenta pictorum numerantur à Martiano Iuriſconſulto, in l. pictoris. ff. de fundo inſtructo & inſtrumento legato, Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliaq; horum legato cedunt, item peniculi, & canteria, & conchæ. Sanè pictores hodieq; ſuos colores in conchis macerant.

Concha, Vaſis genus concauum, ac ſuperius patulum, ab huius conchæ ſimilitudine. Cato de re Ruſt. cap. 13, In cellam olearium hæc opus ſunt. Dolia olearia opercula, labra olearia XIIII. conchas maiores duas, & minores duas. Plin. libro 33. capite 5. 3. Iuuenalis Satyr. 6,

Quum bibitur concha, quum iam uertigine tectum
Ambulat. Catocap. 66.

Ferrea concha. Pli. lib. 33. cap. 8. 1.

Concha, pro Tuba ponitur. Virg. 6. Aen. 35,

Sed tum forte caua dum perſonat æquora concha. Ouid. 1. Met. Seruius hoc nomen à κόγχη, deducit. Alij Latinum putant, à concauitate deductũ, itaq; ſine aſpiratione ſcribũt.

¶ Conchatus, pen. prod. Adiectiuum, In morem conchæ curuatus. Plinius lib. 19. cap. 20. 1. de pauone, Simul umbræ quoſdam repercuſſus cæteris qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda.

Conchis] huius conchis, ſ. g. (κόγχις) Fabæ genus, ſiue edulium ex fabæ. Iuuen. Saty. 3,

Cuius conche tumes? quis tecum ſectile porrum
Sutor, & elixi ueruecis labra comedit? Si pontinus dicit eſſe fabam cum cortice ſuo elixam, ad differentiam fabæ freſſæ, quæ ſine cortice coquitur, à ſimilitudine uidelicet cõcharum, quòd confracto cortice uelut implicita conchis ſuis caruncula uideatur. Mart. lib. 13. 7,

Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta,
Lautorum cœnis ſæpe negare potes. Idem lib. 5. 40.

Conchos] κόγχος, Mazæ genus, præ cæteris laudatum. Quo etiam nomine apud Græcos ſignificatur oculorum concauitas. Vide Ruell. lib. 2. cap. 20. Et Cel. Rhodig. li. 16. capite 1.

Conchylium] κογχύλιον, Latinè murex dicitur, Genus piſcis ex concharum genere, ut docet Plin. lib. 9. cap. 35. & 36. Cic. in Piſonem, 53, Extructa menſa non conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. Idem 2. de Diuin. 49.

Lubrica conchylia. Hor. 2. Ser. Sat. 4. 6.

Ex conchilij concha inciſa colligitur ſuccus tingendis ueſtibus expetitus. ex eo enim inficitur purpura, qui color auſterus in glauco eſt, & iraſcenti ſimilis mari. Pli. lib. 9. cap. 36.

Conchylium, Ipſe color. Plinius lib. 9. 36. 4, Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem eſt materia, ſed diſtat temperamento.

Poſcere conchylium. Quintilian. lib. 1. cap. 2. 6. de pueris nimis molliter educatis.

Conchylium, nonnunquam eſt nomen generale ad omnes conchas. Plin. lib. 9. cap. 36. 3, Lingua purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur, perforando reliqua conchylia: tanta dirritia aculeo eſt.

¶ Conchyliatus, Adiect. (κογχυλιωτὸς) ut, Conchyliata ueſtis, quæ murice tincta eſt. Plin. lib. 9. cap. 39. 2, In conchyliata ueſte cætera eadem ſine buccino: præterq; ius temperatur aqua pro inuiſo humani potus excremento.

Conchyliata periſtromata, quæ infecta ſunt ſucco conchyliorũ. Cic. 2. Philipp. 77.

¶ Conchyta, conchytæ, pen. prod. m. g. Qui conchylia conquirit in mari. Plaut. Rud. 9. 5, Saluete fures maritimi, conchytæ atq; hamiotæ. Conchyliarij etiam dicuntur.

Concîdo] concidis, penultim. product. concidi, conciſum (συγκόπτω) concidere, Ex Con & Cædo compoſitum, ſignificat minutatim cædere. Plin. Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt. Colum. lib. 12. cap. 8. 2, Conciſiq; fectiui pori, quantum uidetur adjecto.

Concidere minutè. Col. lib. 12. ca. 22. 1. Cic. 4. Acad. 79, Hæc autem uniuerſa concidunt etiam minutius.

Concidere uſq; ad ſanum corpus. Celſus lib. 5. cap. 27.

Decretis aliquem concidere. Cic. 5. Philipp. 184.

Concidere uirgis aliquem. Cic. 3. Verr. 85.

Totis uoluminibus concidere aliquem. Cic. 2. de Nat. deo. 129.

Authoritatem Senatus concidere. Cic. Att. lib. 1. 11. 13.

Concidere exercitum. Cæſar 2. bel. Gal. 273. Cic. 1. de Diuinat. 131, Itaque tribus hic horis conciſis exercitus, atque ipſe interfectus.

Pugnis conciſus. Plau. Amphit. 15. 9.

Magnos ſcrobibus concidere montes. Virg. 2. Georg. 52.

Neruos concidere. Cic. pro Flacco, 57.

Concidere nucleum dentibus. Plin.

Numeros concidere, ſententias delumbare. Cic. in Orat. 136.

Rationem dicendi per tam minutas rerum particulas concidere, ſimplicius inſtituendi non eſt neceſſe. Quintilian. lib. 3. cap. 11. 15.

Frangere, atq; concidere quicquid eſt in oratione generoſius. Quint. in procem. lib. 1. 18.

¶ Conciſus, Participium (συγκοπὸς) Cicer. 11. Philipp. 326, Nondum erat ueſtris tam grauiſſimis, tamq; multis iudicijs, ignominijsq; conciſus.

Anguſtis & conciſis diſputationibus illigari. Cicer. 2. de Orato. 33.

Conciſum & laceratum uarijs affectibus. Quint. in 12.

Diſtinctè conciſa breuitas. Cic. 3. de Orat. 112.

Exercitus tribus horis conciſus. Cic. 1. de Diuin. 131.

Ligna conciſa. Oui. 2. Faſt. 130.

Oratio conciſa dialectices. Quint. lib. 2. cap. 21. 9.

Sententiæ conciſæ. Cic. de claris Orat. 33.

¶ Conciſè, Aduerb. (συγκοπῶς) Quin. Quanquam ea non eſt tam minutè ac conciſè in orationibus utendum, quàm in diſputationibus. De arte diſſerendi loquitur.

¶ Conciſura (διαπτὴ) Senec. epiſtol. 101, Deſit ſanè uarietas marmorum & conciſura aquarum è cuniculis interfluentium.

Digitized by Google

Concido] concidis, pen. corr. concidi, concaſum (κατατίθημι)concidere, Ex Con & Cado compoſitum, ſimul cadere. Cic. 1. Tuſc. 85, Vel concidat omne cælum, omniſq; natura conſiſtat neceſſe eſt.
Grauiter concidere. Lucr. lib. 6. 152.
Grauiter ad terram concidere. Virg. 5. Aen. 89.
Ad aliquem concidere, Ad ſupplicandum procidere in terram. Tib. lib. 1. eleg. 2. 13.
Concidere ex animi terrore. Lucr. lib. 3. 32.
Concidere in aliquo loco. Proper. lib. 1. eleg. 3. 2.
In humo concidit ſanguinolentus. Oui. 6. Faſt. 121.
In ipſo ſolo concidit pronus. Virg. 5. Aen. 66.
Concidere ſub onere. Liu. 8. bel. Pun. 38.
Repentè concidere. Stat. 6. Theb. 37.
Repentè equus concidit. Cic. 2. de Diuin. 102.
Concidere, Mori. Coium. lib. 8, Solæ capellæ, quamuis opimæ, atq; hilares, ſubitò concidunt. Seneca Troade, 12. 23.
Arcu concidere. Claud. 1. in Eutrop. 67.
Armis concidere. Valer. lib. 4. 25.
Ictu fulminis concidere. Lucr. 3. 99.
Macie concidere. Oui. epiſt. 20. 43.
Iuuencæ ictæ conciderant. Oui. 10. Metam. 55.
Concidere uulneribus. Cic. 3. Tuſc. 112.
In prælio concidere. Cic. 1. Tuſc. 14.
Corpus concidit magna ruina. Lucr. lib. 3. 118.
Animus concidit alicui ſimul cum re. Cic. 3. Tuſc. 69.
Mens debilitata metu concidit. Cic. pro Domo ſua, 104.
Vita concidit. Id eſt, perit. Lucr. lib. 4. 104.
Animo uel animis concidere. Cæſar 8. bel. Gal. 73.
Concidere mente. Idem. Cic. 3. Philip. 140.
Exanguis atq; mortuus concidit. Cic. in Piſonem, 70.
Concidere in optima cauſa. Cic. ad Att. lib. 7. 143. 1. Eidem lib. 3. 50. 2, Ecquis unquam ex tam amplo ſtatu, in tam bona cauſa, tantis facultatibus ingenij, conſilij, gratiæ, tantis præſidijs bonorum omnium concidit?
Per ſe concidere. Cic. Atti. lib. 10. 197. 9.
Motu labefactata concidunt. Cic. pro lege Menilia, 12.
Lapſi conciderunt. Oui. 5. Met. 16.
Artes forenſes & actiones publicæ concidunt. Ci. in Orat. 82.
Concidunt artificia, ſi nihil comprehendi poteſt. Cicer. 4. Acad. 261.
Auxilium concidit. Oui. 4. de Ponto, eleg. 8. 3.
Bellum concidit morte illius. Tacit. lib. 18.
Cælum cõcidere dicitur Ciceroni in Somnio Scipionis, 31.
Concidit & extinguitur crimen. Cic. pro Roſc. Comœdo, 9.
Domus concidit, Perijt. Senec. Herc. Oetheo, 3. 10.
Fides concidit. Cic. pro Lege Manil. 12.
Gentes concidunt. Oui. 15. Met. 85.
Concidere opes. Cic. 4. Verr. 3.
Concidit Troia. Oui. 2. Triſt. 64.
Venti concidunt. Id eſt, quieſcunt. Hor. 1. Carm. Ode 12. 6.
Concidere uenas Celſus dixiſſe uidetur, ut uerbum ξυμπίπτειν, & ξυμπτωσίαν, uocem Hippocrati familiarẽ qua (ut enarrat Galenus) τὴν πρόσωσιν, ſignificat, exprimeret. Nam συμπίπτειν, uel ξυμπίπτειν eſt ſi uerbum è uerbo exprimas, cõcidere: & ut annotat Budæus, συμπίπτειν, id eſt, cõfidere et cõſtringi. Inanitæ enim uenæ conſidunt & aſtringuntur.
Vrbs acerbiſſimo conflagrata incendio concidat. Author ad Heren. 152.

Concieo] concies, conciui, pen. prod. conciturn, pen. corr. (συγκαλέω, συγκινέω) concire, uel Concio, concis, conciui, concitum, pennult. prod. concire, eiuſdem ſignificationis, Cõuocare. Liuius 1. ab Vrbe, Deinde ne uana urbis magnitudo eſſet, acciendæ multitudinis cauſa, uetere conſilio tondentium urbes, qui obſcuram atq; humilem conciendo ad ſe multitudinem, natam è terra ſibi prolem mentiebantur. Idem lib. 4. 237.
Concire, ſiue conciere, Commouere. Terent. Hecy. 3. 1. 33, Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit. Liu. 1. ab Vrbe, 259, Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, cõcientq; miraculo (ut fit) rei nouæ, atq; indignitate homines. Plau. Merc. 22. 36, Hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.
Magno molimine conciere aliquam regionem aut populum. Valer. Flac. lib. 6. 7.
Æſtum conciere. Lucr. 6. 166.
Lites alicui concire. Plautus Aſina. 14. 13, Sic concire hoſtes, aut malum alteri. Plau. Merc. 16. 56. Et in Menech. 20. 4.
Seditionem concire. Liu. 4. ab Vrbe, 209.
Turbas uxori concire. Plaut. Amphit. 5. 14.
¶ Concitus (ὠρμημένος) Participium, ſi eſt à Concieo, penultimam corripit: ſi à Concio, producit. Id eſt, cõmotus. Quin. lib. 11. cap. 1, Vt fraude aliquorum concita credatur.
Concitus ad rixam. Cic. pro Cecin. 10.
Æſtu concitus. Valer. lib. 1. 60.
Curſu concitus. Virg. 12. Aen. 179.
Ira concitus. Stat. 12. Theb. 118.
Motu diuino concita. Oui. 6. Met. 32.
Multa ui concitus. Virg. 11. Aen. 149.
Æquora concita uentis. Oui. epiſt. 2. 8.
Amnis concitus imbribus. Oui. 3. Met. 16.
Arma concita furoribus. Valer. lib. 5. 118.
Dolor concitus amore læſo. Oui. 2. Triſt. 78.
Flumina concita. Oui. 7. Met. 31.
Freta concita, Virg. 3. Aene. 26.
Globus concitus. Sil. lib. 11. 46.
Pericula concita toto mundo. Id eſt, ab omnibus mundi partibus conuocata. Luca. lib. 5. 120.
Puppis concita rapida aqua. Oui. 2. Amor. eleg. 4. 2.
Saxa murali tormento concita fremunt. Virg. 12. Aenei. 183.
Tympana concita pulſu. Hora. 3. Carm. Ode 15. 2.
Veterani per largitionem conciti. Tacit. lib. 1.
Concitum ferri. Id eſt, concitatè & uiolenter raptum ferri. Lucre. lib. 2. 48.
¶ Concitor (ὁρμητὴς) Verbale: ut, Belli concitores. Tac. li. 4.
¶ Concito, concitas, pen. corr. (παροξύνω, παρορμῶ) concitare, Frequentatiuum, Valde commouere. Cic. 4. Acad. 259, Quò enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices concitentur?
Concitari in aliquem, pro Iraſci. Cic. 5. Verr. 6.
Concitare ſe in hoſtem. Liu. 8. ab Vrbe, 201. & lib. 7. 158.
Fuga ſe in aliquem locum concitare. Valer. lib. 7. Argon. 117.
In arma concitare aliquem. Oui. 3. Faſt. 166.
In iram concitare. Quint. lib. 6. cap. 2. 23.
Clamore concitare aliquem. Oui. 2. Faſt. 170.
Agmẽ cõcitare. Id eſt, urgere & impellere. Oui. 14. Meta. 48.
Auis concitat alas. Valer. lib. 6. Argon. 53.
Eurus aquas concitat. Oui. epiſt. 7. 8.
Venus arma aliquibus concitat. Proper. lib. 3. eleg. 20. 4.
Aura frigida concitat artus. Lucr. lib. 3. 59.
Aures concitare. Proper. 3. eleg. 159.
Concitare bellum alicui populo, & gerere. Cæſar 8. bell. Galli. 83. Liu. 5. bel. Maced. 45.
Diſcordiam concitare. Cic. pro Murena, 73.
Equum contra aliquem concitare. Liu. 1. ab Vrbe, 82.
Concitare equum in hoſtes. Virg. 11. Aen. 149.
Concitare equum calcaribus. Liu. 2. ab Vrbe, 37.
Expectationem ſui concitare. Cic. ad Curionem, lib. 2. 1. 6.

Ferus

Digitized by Google

Feras concitare, Agitare feras, uenari. Oui. 2. Fast. 57.
Concitare flammas. Seneca Hippol. 3. 4.
Concitare grauedines & destillationes. Cels. lib. 1. cap. 2.
Inuidiam in aliquem concitare. Cic. 2. Philip. 53.
Misericordiam populi concitare. Cic. 1. de Ora. 115.
Concitare morbos. Cels. lib. 2. cap. 13.
Motum animis hominum concitare. Cic. 1. Offi. 104.
Nationes & seruitia concitare. Pollio Cic. lib. 11. 33. 13.
Concitare odium in aliquem. Vide Odium.
Grauem offensionem concitare in aliquam rem. Cicer. 1. de Inuen. 112.
Concitare pituitam. Cels. lib. 6. cap. 6.
Aether concitat pluuias. Oui. 2. Fast. 15.
Risum concitare. Cic. 2. de Ora. 130.
Somnum concitare herba dicitur. Pli. lib. 20. cap. 18. 13.
Vrinam concitare. Pli. lib. 20. cap. 4. 2.
Vires suas concitare dicuntur regiones & oppida, quũ aduersus hostem armati conuocantur ciues. Oui. epist. 15. 69.
Animi motu concitari. Cic. 2. de Ora. 103.
Animi perturbantur & concitantur re aliqua. Ci. in Ora. 70.
Diuino instinctu concitatur animus à corpore abstractus. Ci. 1. de Diuin. 115.
¶ Concitatus, pen. prod. (παροξυνθεὶς) Particip. ut, Concitatus ardore animus. Cic 2. de Finib. 97.
Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. Ci. de clar. Orat. 170.
Cohortatione alicuius concitatum esse ad studium cognoscendæ, percipiendæq; uirtutis. Cic. 1. de Ora. 102.
Concitatus calcaribus equus. Liu. 8. ab Vrbe, 150.
Erroribus concicatis animum hilarare. Catul. epig. 58. 4.
Animi quodam impetu concitatum esse. Ci. pro Murena, 59.
Ratis remige & uento concitata. Senec. Thyeste, 5. 7.
Concitatus terrore & metu. Cic. pro lege Manilia, 16.
Mundus concitatus, Mobiles orbes cæli. Senec. Agamem. 9. 4.
¶ Concitatus (παροξυντὴς) Nomen ex participio: ut, Concitatior cursus. Liu. 4. bel. Maced. 108. Id est, celerior.
Concitatissimi equi apud Liu. 5. bel. Maced. 15.
Motus corporis concitatissimus. Quin. lib. 2. cap. 11. 4.
¶ Concitator, pen. prod. (παροξυντὴς) Verbale, Qui commouet. Cæsar 8. bel. Gal. 81, Quod Corbeus author belli concitator multitudinis esset interfectus. Et apud Ciceronẽ pro Domo sua, 9, Concitator & stimulator seditionis.
Tabernariorum concitator. Cic. pro Domo sua, 11.
¶ Concitatrix, pe. pro. (παροξυντρια) Verbale fœminimum: ut, Concitatrix uis. Plin. lib. 26. cap. 10. 2. Et lib. 19. capite 8. 25.
¶ Concitatio (παρόξυνσις) Verbale, Commotio: ut, Concitatio multitudinis. Ci. pro Cluen. 107, Concitatio animi. Ci. 1. de Diuin. 65.
Vehementiores animi concitationes. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 59.
Mentis concitatio. Cic. 2. de Diuin. 40.
Plebis contra patres concitatione & seditione nunciata. Cic. de cla. Orat. 27.
Adiuuandam concitationem docendo existimauit Isocrates. Quint. lib. 2. cap. 8. 7.
Modulatione collocationis & uocis, concitationem iudicum petere. Quint. lib. 1. cap. 10. 21.

Concilium] Flos est lasiones herbæ, unico constans folio, sed ita implicato ut plura uideantur. Plinius libro 22. capite 22, lasione, inquit, olus syluestre habetur, in terra repens, cum multo lacte, florem fert candidum: concilium uocant.

Concilium] concilij, pen. cor. (συνέδριον, σύνοδος & σύνοδος) Conuentus populi, & multitudo populorum diuersorum in unum locum consulendi gratia congregata. Deriuatur autem non à consilio, siue à consensu, ut Festus existimat: sed à concalando, hoc est, conuocando: quòd omnes in unũ locum conuocentur. Virg.

Conciliumq; uocat diuûm pater atq; hominum rex.

Concilium Deorum, Concilium Ducum. Cic. 1. Tusc. 114. Et Pli. lib. 28. cap. 6. 2. Sallust. in Ciceronem, 2.
Cœtus & concilium. Cic. 2. de Finib. 18, Quid enim necesse est tanquã meretricem in matronarum cœtum, sic uoluptatem in uirtutum concilium adducere?
Concilia cœtusq; hominum iure sociati, ciuitates appellantur. Cic. de Somnio Scip. 8.
In cœtu concilioq; proferre opiniones. Cic. 2. de Finib. 124.
Concilia & conuenticula. Ci. pro Domo sua, 58.
Animarum concilia. Stat. 3. Theb. 29.
Horrendum Cyclopum concilium. Virg. 3. Aen. 135.
Ferarum concilium. Oui. 10. Met. 29.
Iouis concilium, Id est, deorum qui circa Iouem sunt. Horat. 3. Carm. 25. 2.
Nobile concilium Musarum. Stat. 6. Theb. 71.
Sanctum concilium patrum. Hor. 4. Carm. Ode 5. 1.
Amœna piorum concilia. Virg. 5. Aen. 146.
Infaustum concilium. Stat. 3. Theb. 36.
Inuiolabile concilium. Clau. 3. Paneg. 49.
Coire in concilium. Lucr. lib. 2. 114.
Coactum concilium. Vide Cogo.
Concilia cogere. Virg. 5. Aen. 146.
Conuocare concilium. Vide Conuoco.
Concilia uel statuta dimittere, uel habita rescindere. Cicer. 2. de leg. 51.
Indicere concilium. Vide Indico.
Habere concilium. Cic. 2, de Inuent. 157.
Habere aliquem deorum concilia dicitur, qui inter deos est relatus. Virg. 1. Georg. 5.
Peragere concilium. Vide Perago.
In diuinum animorum concilium cœtumq; proficisci. Cicer. de Senect. 76.
Vocare concilium. Oui. 1. Met. 34.
In concilium deorum uocari. Cic. 1. de Diuin. 88.
Conciliũ, pro Coagmento, ut notat Budæus. Lucr. lib. 1. 97,

Corpora sunt porrò partim primordia rerum,
Partim concilio quæ constant principiorum.

Concilium genitale. Lucr. lib. 1. 37, Id est, generationis conciliatio, coadunatio. De elementis.
Conciliabulum, pen. corr. (συνέδριον) Diminutiuum. Plau. Bacchid. 1. 47, Vt solet in istis fieri conciliabulis. Liu. Qui nundinas & conciliabula obire solent.
¶ Concilio, conciliãs (συναλλάττω, διαλλάττω, προξενέω, διαλύω) conciliare, Amore coniungere. Plaut. Epid. 10. 36,

— istis legibus habeas licet. M. Conciliauisti pulchrè.

Conciliare & commendare aliquid alicui. Cic. 3. de Finib. 25.
Conciliat & coniungit inter se homines ratio & oratio. Cic. 1. Offic. 76.
Conciliare & conseruare. Cic. de Amicitia, 83.
Animos hominum conciliare, & ad usus suos adiungere, proprium uirtutis est. Cic. 2. Offi. 23.
Conciliare aliquem ad alterum. Plaut. Mil. 10. 205.
Conciliare aliquem alteri. Plin. de Viris illust. 74. Cæsar 5. bel. Gal. 17.
Parentibus & dijs immortalibus, & patriæ nos primùm natura conciliat. Cic. de Arusp. respon. 53.
Conciliare, Est contrahere, uel cõparare. Cic. de Amicitia, 82, Virtus inquam, C. Fanni, & tu Q. Muti, & conciliat amicitias, & conseruat.

Auro

Digitized by Google

Auro conciliatur amor. Proper. lib. 3. eleg. 13. 10.
Pecunia conciliare sibi legiones. Cicer. ad Cornificium, libro 12. 23. 5.
Conciliauit has res homini natura. Cic. 4. Acad. 237.
Conciliat eos hæc res inter sese. Cic. pro Roscio Amer. 38.
Amorem sibi conciliare ab aliquibus. Ci. pro Archia poeta, 13.
Amor conciliandus. Oui. epist. 6. 19.
Animum alicuius conciliare sibi. Liu. 1. ab Vrbe.
Animos coniugum conciliat partus. Seneca Hercul. Oetheo, 4. 35.
Iudicum animos sibi conciliare. Quint. lib. 4. cap. 1. 2.
Affinitatem inter aliquos conciliare. Plau. Trinum.
Arma conciliare alicui. Virg. 10. Aeneid. 30.
Artes suas cõciliare dictis, Est uerbis alicui commendare artem suam, aut opus aliquod artis suæ. Oui. 3. Trist. eleg. 11. 9.
Authoritatem conciliare rei alicui. Pli. lib. 33. cap. 1. 3.
Conciliare alicui beneuolentiam alterius. Cic. ad Nig. Figulum, lib. 4. 13. 6.
Ad beneuolentiam animos aliquorum erga alios conciliare. Ci. 2. de Ora. 197.
Charitatem sibi conciliare. Cic. 1. de Finib. 81.
Ciuitatem aliquam prouinciæ alicui conciliare. Cæsar 7. bell. Gal. 22.
Conciliare ciuitatem aliquam amicitia. Cæsar 3. bel. Ciuil. 215.
Conciliare coniunctionem cum aliquo: cui Dirimere opponitur. Cic. ad Appium lib. 3 10. 16, Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias susceptisset, ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem.
Fidem in dicendo conciliat amplificatio. Cic. in Partit. 28.
Fidem alicuius conciliare famæ. Oui. 4. Trist. eleg. 5. 3.
Gloriam conciliat magnitudo negocij, gratiam æquitatis largitio. Cic. pro Muræna, 39.
Conciliare sibi gratiam per rem aliquam. Cicer. pro leg. Manil. 49.
Incommoda alicui conciliare. Lucr. lib. 3. 177.
Laudem maiorem conciliare. Quint. lib. 2. cap. 7. 4.
Miseros magis fortuna conciliat suis. Senec. Theb. 2. 14.
Conciliare nugas. Plau. Trinum. 13. 12, Eo conductor melius de me nugas conciliauerit. Id est (ut ait interpres) ob istas nugatoria suam rem melius egerit.
Odium re aliqua conciliare. Pli. lib. 28. cap. 8. 29.
Opem potentium conciliare. Cic. Octauio, 15.
Pacem conciliare. Terent. Heaut. 5. 5. 2, Exeo ergo ut pacem conciliem.
Conciliare pacẽ ab aliquo, pro cũ aliquo. Plau. Mostel. 16. 6.
Pacem inter ciues conciliare. Cic. Lepido, lib. 10. 27. 1.
Pecuniam conciliare uel cogere. Cic. 4. Verr. 95.
Somnum cõciliare, cui opponitur Fugare somnum. Pli. lib. 14. capite 8. 11, Thasios duo genera uini facere proditur, unum quo somnus concilietur, alterum uerò quo fugetur.
Tonos conciliare. Stat. 3. Sylu. 5. 14.
Vires conciliare alicui. Stat. 9. Theb. 90, Significat adiuuare uires alicuius.
Voluntatem alicuius conciliare sibi. Cic. ad Att. lib. 1. 1. 12.
Voluptas eorum, quibus probari uolumus, concilianda. Cicę. in Orat. 92.
Conciliare superiorem inferiori, per Hysteron proteron, apud Virgilium 1. Aen. 17,

Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu sceptra Iouemq;
Concilias. Verba Aeoli ad Iunonem. Vbi Seruius, Hysteron proteron in sensu est. Non enim Iupiter conciliatur Aeolo, sed Aeolus Ioui, quasi superior conciliatur. Conciliantur autem noui, Reconciliantur antiqui.

Amicè conciliari alicui. Horat. in Arte.
Concilia eum huc. Plau. Capt. 4. 28. Id est, ut huc ueniat, & no biscum moretur effice.
Sursum aliquid conciliare, apud Lucretium, libro 6. 179, significat in altum eleuare aliquid, ac si diceres, altitudini conciliare.
Agere partes conciliantis. Oui. de Remed. Amor. 2. 26.
¶ Conciliatus, penul. product. (συναλγμὸς) Participium. Pli. lib. 17. cap. 23. 12, de ratione arbustorum loquens, Inter se obuij miscentur, alliganturq; unà conciliati, uirgultorum comitatu obiter rigorat quà deficiant.
Fœmina conciliata uiro. Catul. epig. 63. 26.
Conciliatum mancipium. Id est, emptum: nam omnis conuẽtio, conciliatio nominatur. Ter. Eun. 4. 4. 2, Fugitiue prodi, male conciliate. Id est, magno empte, Donatus. Vide Malus.
Conciliatus (συναλλακτὸς, συνήλακτος) Nomen adiectiuum. Quintil. lib. 4. cap. 2. 17, Ad rem accipiendam iudicẽ fieri conciliatiorem, docilem & intentiorem.
Conciliatus, huius conciliatus (σύμφυσις) Verbale. Lucretius libro 2. 188,

Nec quicquam commutari sine conciliatu. Id est, sine congregatione & coagmento seminis.

Densus, uel (ut legunt alij) condensus conciliatus. Lucret. libro 2. 20,
Paruus conciliatus. Lucr. lib. 2. 27.
¶ Conciliator, uerbale, pe. pro. (συναλλάκτης, διαλάκτης) interpres conciliationis.
Conciliator suillæ carnis datus est populo lanius. Varro 2. de re Rust. cap. 4. 8, Hoc dicit, quòd caro suilla cibus sit populi & uulgi, non etiam nobilium.
¶ Conciliatrix, pe. prod. (συναλλακτρὶς) Verbale fœminiñ, Ea dicitur (inquit Festus) quæ uiris conciliat uxores, & uxoribus uiros. Cic. 1. de Nat. deo. 104, Non uides quàm blanda conciliatrix, & quàm sui sit leua ipsa natura?
Conciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio. Cic. de Amic. 36.
Oratio cõciliatrix est humanæ maxime societatis. Ci. 1. de Leg.
¶ Conciliatricula, pe. cor. Diminutiuum (συναλλακτρίδιον) Cic. pro Sestio, 15, Erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.
¶ Conciliatio, Verbale (συναλλαγὴ, διαλλαγὴ, καταλλαγὴ) Cic. 4. Acad. 238, Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ.
Conciliatio & Consociatio, siue societas hominũ. Cice. 1. Offic. 208. Idem 2. de Natu. deor. 112, Inter seq; quasi ciuili conciliatione & societate coniunctos.
Conciliatio gratiæ. Cic. pro Cluen. 67.
Conciliatio ad. Cice. 3. de Finib. 32, Prima est enim conciliatio hominis ad ea, quæ sunt secundum naturam. Id est, coniunctio.
¶ Conciliatura, pen. prod. (συνάλλαξις) pro conciliatione. Senec. epist. 98, Quum Clodius ijsdem uitijs gratiosus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causæ dictione.
Concinnus] Adiectiuum (σύθετος, ἐμμελὴς, συνουθετὸς, σύνθυμος) Compositus & ornatus. Ex Con, & Cinnus cõpositum, quod est genus potionis ex multis liquoribus confectum, authore Nonio. Plau. Persa, 15. 81, Sat ædepol concinna facie. Pli. lib. 16. cap. 34. 4, Paruæ sunt & angulosa, concinniorq;.
Amicis concinnus. Hora. 1. Serm. Saty. 3. 10.
Concinnæ acutæq; sententiæ. Cic. de claris Ora. 148.
Aptus & concinnus ad rem reditus. Ci. 3. de Ora. 112.
Concinnus, & elegans. Cic. 5. de Fin. 23.
Concinna & lepida citò satietate afficiunt auritum sensum studiosissimum. Author ad Heren. lib. 4. 181.
Concinnæ & uenustæ sententiæ. Cic. de claris Orat. 181.

Helluo

Digitized by Google

Hellus concinnus. Cic. in Pisonem, 16.
Concinna, distincta, ornata festiua oratio. Cic. 3. de Ora. 56.
Sermo concinnus utraq; lingua. Hor. 1. Ser. Saty. 10. 5.
Tectorium concinnum. Cic. ad Qu fratrem, lib. 3. 17. 2.
Versus concinnus. Hora. 2. Epist. 1. 15.
Ad persuadendum concinnus, perfectus & politus homo. Cice. in Pisonem, 47.
¶ Concinnior, Comparatiuum (ἐμμελέστερος) Ci. in Orat. 11. Alij in eadem ieiunitate concinniores: id est, faceti, florentes etiam & leuiter ornati.
Venus concinnior. Lucr. lib. 4. 257.
¶ Concinno, concinnas (σύνθετω, συντίθημι, συσκευάζω) concinnare, Aptè cõponere, inquit Festus. Plau. Asin. 5. 64. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum.
Vides ut hæc concinnant? Cic. 5. de Finib. 143.
Lutum concinnare. Plaut. Rud. 4. 8.
Concinnare strufices patinarias. Plau. Menæh. 3. 26.
Vestem concinnare. Plau. Menæh. 16. 33. Et 11. 2.
Viam concinnare. Plau. Stich. 5. 13.
Vinum concinnare. Pli. lib. 14. cap. 20. 7.
Concinnare etiam pelles dixit Plinius.
Concinnare, Facere, authore Nonio. Plau. Amphi. 8. 94, Nulla res tam delirantes homines concinnat citò.
Concinnare se leuem suis. Plau. Trinum. 10. 58.
Concinnare uxorem lacrymantem. Plau. Amph. 6. 31.
Munusculum alicui concinnare. Trebon. ad Ciceronem, libro 12. 16. 8.
¶ Concinnator, pen. prod. (συσκευαστὴς) Verbale: ut, Concinnator causarum. Vlpianus in l. nec quicquam. ff. de officio Proconsulis, Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis esse uideatur: nec adeò dissimulare, si quos causarum concinnatores, uel redemptores deprehendat.
Concinnatorem capillorum dixit Colum. lib. 1. in pref. lib. 5.
¶ Concinnatorius, Adiectiuum (συσκευαστικὸς) Paulus in l. instrumentum. ff. de penu legata, Instrumentum pistrini, item uniuersa uasa concinnatoria penu non continentur.
¶ Concinnitas, penult. correp. huius concinnitatis (ἐμμέλεια, εὐρυθμία) Ornatus, elegantia. Cic. de clar. Orat. 158, Atq; quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quã tamen consequitur, concinnitate puerile?
Ornata sententiarum concinnitas. Cic. de clar. Orat. 182.
Verborum concinnitas. Cic. in Orat. 83. Ibidem 45.
Consequi concinnitatem. Cic. de clar. Orat. 158.
Aliquid concinnitatis efficere. Cic. in Orat. 44.
¶ Concinnè, Aduerbium (ἐμμελῶς) Compositè, eleganter: ut, Concinnè uestitus, Plau. Epid. 5. 39.
Concinnè dicere uel scribere. Cic. 2. de Ora. 100.
Concinnè distribuere rem aliquam. Cic. 2. de Ora. 45.
Concinnè & blandè rogare. Cic. pro Rosc. Comœdo, 28.
¶ Concinnitudo, pen. prod. huius concinnitudinis (ἐμμέλεια) Idem. Cic. 1. de Inuent. 37, Splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum in se continere debet.
¶ Concinnatio (συσκευασία) Verbale. Cato cap. 106, Aquæ marinæ concinnatio.
Concino] concinis, pen. corr. concinui, concentum (σιωδάω, ὁμολογέω) concinere. Ex Con, & Cano compositum, Simul canere. Cic. 1. Tuscul. 170, Hæc quum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur, &c.
Ad fores alicuius concinere. Oui. 3. Fast. 22.
Olor concinit. Oui. Epist. 7. 1.
Concinunt signa & tubæ, Cæsar 3. bel. Ciuil. 361. Liu. 9. ab Vrbe, 167, Concinuntq; tubæ, & signa inferuntur.
Lyra concinere. Oui. lib. 3. eleg. 8.
Modis quibusdam concini Oui. lib. 1. de Arte, 102.
Ore pio concinere. Stat. lib. 5. Syl. 3. 41.
In modum concinere. Catul. epigram. 56. 25.
Voce tinnula carmina concinere. Catul. epig. 56. 3.
Classica concinere rauco cornu. Luca. lib. 1. 48.
Dies lætos concinere. Id est, laudibus extollere. Hora. 4. Carm. Ode 2. 9.
Festa concinere. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 10.
Laudes alicui concinere. Tibul. lib. 2. eleg. 5. 2.
Omnia tristia concinuerunt aues. Oui. 3. Amor. eleg. 11. 1.
Plectro aliquem concinere. Hor. 4. Car. Ode 2. 7.
Lætis fauoribus omni concinitur uulgo. Sta. 10. Theb. 157.
Concinere, inquit Festus, Conuenire est. Cic. 1. de Nat. deor. 25, Antiocho enim Stoici cum peripateticis re concinere uidentur, uerbis discrepare.
¶ Concentus, huius concentus (συμφωνία) Virgil. 1. Georgic. —hinc ille auium concentus in agris. Cic. in Somnio Scip. 17, Qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit.
Rauci concentus. Stat. 6. Theb. 46.
Vehementior concentus. Quint. lib. 1. cap. 10. 13.
Seruare concentum. Cic. 4. de Finib. 121.
Concentus & consensus. Cic. 2. de Diuin. 50.
Volucres aera mulcent concentibus. Oui. 1. Fast. 31.
Concentus in sermonibus etiam & colloquijs dicitur, quũ duo uel plures inter se consentiunt, & idẽ pronunciant. Hor. 1. epist. 14. 7, Nunc age quid nostrũ concentum diuidat, audi. Id est, nunc dicam tibi quid obstet quo minus mecum tibi conueniat.
Concentus, Concordia. Plin. in Paneg. 74, Neq; enim à te minore concentu, ut tolleres pantomimos, quàm à patre tuo, ut restitueret, exactum est.
¶ Concentio, concentionis (συμφώνησις) Verbale. Cicer. pro Sestio, 102, Nam quum ageretur Togata, simulans, ut opinor, caterua tota, clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.
Concio] concis. Vide Concieo.
Concio] concionis, f. ge. à Concio, concis (ἐκκλησία, ἀγορά, ἀκκυγορία, ῥήτρα) Est (inquit Valla) populi multitudo cõgregata uel ex magistratus iussu, uel ex publici sacerdotis, uel interdum sua authoritate & sponte propria ad audiendum oratorem concionantem in bonum publicum: cuius etiam oratio uocatur concio. In priore significato est Græcè ἐκκλησία, quam nos pro Latina uoce habemus. Festus, Concio, Conuentus, dicta quasi conuentio. Cice. de Amicit. 78, Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen, &c. Liu. 2. ab Vrbe, 96.
Concio, & conuentus ciuium. Cic. 6. Verr. 99.
Principum conciones. Cic. in Pisonem, 27.
Celeberrimæ conciones. Cic. in Pisonem, 27. Idem ibidem.
Orba ab optimatibus concio. Vide Orbus.
Aduocare concionem. Cæsar 2. bel. Ciuil. 130. Vide Aduoco.
Ascendere in concionem. Liuius 2. ab. Vrbe, 31. Hoc est, in locum suggestum; unde uerba fiunt ad populum: ut exponit Gell. lib. 18. cap. 7.
Auocare concionem. Vide Auoco.
Conuocare ad, uel in concionem. Vide Conuoco.
Pro concione populi deierare. Sueton. in Calig. cap. 24.
Produci in concionem. Cic. post reditum, 11.
Summouere concionem Cic. pro Flacco, 12.
Vocare in concionem. Cic. 4. Acad. 258, Quid me igitur Luculle in inuidiam, & tanquam in concionem uocas?
Vocata concione uirtutẽ militũ laudibus cumulat. Tacit. li. 18.

Clamor

Digitized by Google

Clamor concionis Cic. 2. de Finib. 121.

Concio legitima, dicitur quũ populus legitimè conuocatus est, id est, ab eo qui uocandi potestatem habet. Cic. de Opt. gen. Orat. Eaq; donatio fieret in theatro populo conuocato: qui locus non est concionis legitimæ.

Concio (ἀγορά) Ipsa oratio. Cice. Dolabellæ, lib. 9. 14. 6, Le i concionem tuam: nihil illa sapientius.

Intermortuæ conciones. Vide Intermorior.

Turbulentæ conciones. Quint. li. 5. cap. 13. 32.

Argumentum sententiamq; concionis audire. Cicer. de Arusp. resp. 7.

Concionem habere, Est (inquit Gellius lib. 13. cap. 14) uerba facere ad populum sine ulla rogatione. Plau. Menæb. 10. 7, Vt illum di omnes perduint, qui primus commentus est Concionẽ habere, quæ homines occupatos occupat. Gellius li. 8. c. 7, satis multis uerbis probat concionẽ tria significare: locum, sup. etumq; unde uerba fierent: item significare cœtum populi assistentis: itẽ orationem ipsam quæ ad populum diceretur. Sicut M. Tullius in oratione quæ conscripta est contra concionem Q Metelli, Ascendi (inquit) in concionem, concursus est populi factus. Vide Habeo.

Potestate concionis habendæ priuare aliquem. Cicer. Metello, lib. 5. 2. 13.

¶ Conciuncula, pen. corr. Diminutiuum (ἀγορίδιον) Cic. ad Attic. lib. 2. 31. 3.

¶ Concionor, penult. product. concionaris (ἐκκλησιάζω, ἀγορεύω, ἀγοράομαι) concionari, Idem significat quod concionem habere. Cice. 1. Tuscul. 191, Quæ quum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atq; ita uelut superiore è loco concionandum.

Concionari apud populum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 26.

Concionari de aliquo, aut de re aliqua. Cicer. ad Cornificium, lib. 12. 22. 1.

De religionibus sacris, & cæremonijs est concionatus. Cic. de Arusp. resp 6.

Ex turri alta concionari. Cic. 5. Tusc. 84.

¶ Concionans (ἀγορεύων) Participium. Pli. lib. 34. cap. 8. 36, Fecit & concionantem manu elata.

¶ Concionator, penultim. product. Verbale (ἐκκλησιαστὴς, ἀγορήτωρ) Qui concionatur. Ci. 4. in Catil. 81, Intellectum est quid interfit inter leuitatem cõcionatorum & animum uerè popularem.

¶ Concionabundus, Qui concionatur. Liu. 5 ab Vrbe, 138, Hæc propalàm concionabundus in dies magis augebat iras hominum. Idem 3. ab Vrbe, 194.

¶ Concionalis, pen. pro. (ἀγορικὸς) Adiect. ut, Concionalis senex, Qui concionatur & docet, siue concionari consueuit. Liu. 3. ab Vrbe, 309.

Concionalis clamor, Qualis in concionibus esse solet. Cice. ad Quint. fratrem, lib. 2. 11. 1.

Concionalis hirudo. Vide Hirudo.

Concionale genus causarum, quod & deliberatiuum dicitur. Quint. lib. 9. cap. 4.

¶ Concionatus, Adiectiuum (ἀγορασικὸς) Cic. ad Quin fratrem, lib. 2. 7. 7, Vehementer esse prouidendum ne opprimatur concionario illo populo à se propè alienato.

¶ Concionatorius, Adiectiuum (ἐκκλησιαστικὸς) Gellius, Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoq; illa concionatoria in mentem uenit, &c.

Concipilare] σιωπᾶν, Dictum à Nœuio, pro corripere, & immolare: inquit Festus. Plau. Trucul. 11. 61,

—— quem ego Affatim iam iam concipilabo?

Concipio] concipis, pe. cor. concepi, conceptum (συλλαμβάνω, κυέω) concipere, Simul capere, apprehendere.

Concipere mulieres dicuntur, quum utrunq; genitale semen in earum utero coit ad fœtum faciendum. Aues etiam concipere dicuntur. Pli. lib. 10. cap. 33. 9, Perdices concipiunt superuolantium afflatu.

Concipere ex aliquo. Cic. pro Cluent. 23.

Oua concipere dicuntur pisces. Pli. lib. 9. cap. 51. 7.

Animo seruili aliquid concipere, Tacit. lib. 2.

Alicuius rei imaginem animo concipere. Quintilian. libro 2. cap. 20. 4.

Auribus cupiditatem concipere. Cic. 6. Verr. 99.

Ingenio concipere aliquid. Oui. 1. de Remed. Amor. 72.

Mente concipere. Oui. 2. Met. 63.

Verbis concipere aliquid. Cic. 3. Offic. 145.

Buccina aerem concipit. 1. Met. 68.

Aethera concipere mente. Oui. 1. Met. 156.

Amorem concipere rei alicuius. Oui. 10. Met. 50.

Aquas concipit iris. Ouid 1. Meta. 55.

Bella concipere cum aliquibus. Silius lib. 13. 150.

Concipere calorem. Cels. lib. 5. cap. 6.

Curam concipere. Virg. 11 Aen.

Dedecus concipere. Cic. 1. Offi. 173.

Dolorem concipere à seipso. Cic. 3. de Nat. deo. 131.

Flagitia animo concipere. Cic. 1. de Nat. deo. 90.

Flagitium cum aliquo concipere. Cic. pro Sylla, 11.

Flammam concipere dicũtur tormenta. Cæsar 2. bel. Ciuil. 54. Id est, inflammantur. Oui. 1. Met. 52.

Fœdus concipere. Virg. 12. Aen.

Fraudes concipere in. Cic. 1. Tusc. 114.

Furias concipere. Virg. 4. Aen. 95.

Furorem concipere. Sil. lib. 5. 37.

Furores mente concipere, Furijs agi. Oui. 2. Met. 129.

Habitus in pronunciando concipere. Quint. li. 3. cap. 8. 36.

Ignem concipere. Lucr. lib. 6. 177. Cic. 2. de Ora. 103.

Irarum æuos ignes concipere. Valer. lib. 1. 150.

Ignem concipere. Oui. 9. Met. 105. Id est, amorem.

Imperium concipere, Est ex destinato suscipere. Rhenanus in Castigat. in Tacit. lib. 18.

Concipere inimicitias cum aliquo ex re aliqua. Cæsar 3. bel. Ciuil. 63.

Intelligentias adumbratas animo mentéq; concipere. Cice. 1. de Leg. 89.

Iras ingentes animo concipere. Oui. 1. Met. 34.

Irã acerbiorẽ intimo odio & corde concipere. Ci. 4. Tusc. 32.

Iusiurandum concipere, quid sit, ex uerbis Taciti intelligere possumus, li. 20. Sic enim inquit de delatoribus, Signo ultionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius, ut commentariorum principalium potestatem Senatui faceret, per quos nosceret quem quisq; accusandum poposcisset. Consulendũ tali super re princeps respondit. Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum concepit, quo certatim oẽs magistratus cæteri, ut sententiã rogabantur, deos testes aduocarent, nihil ope sua factũ, quo cuiusquam salus lædceretur: neq; se præmiũ aut honorẽ ex calamitate ciuiũ cepisse: trepidis & uerba iusiurandi per uarias artes mutantibus queis flagitij conscientia inerat. Id est, iis qui delationũ conscientia urgebantur, conceptionem, hoc est, formulã iuramenti mutantibus, ut solent qui fallaciter iurant. Idẽ alibi, Auxilia è Gallia hortantibus præfectis statim à Vitellio desciscunt, uetus miles cunctabatur, sed adigente Flacco dixit sacramentum, nõ uultu neq; animo satis affirmans. Et quum cætera iusiurandi uerba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes aut leui murmure, & plerunq; silentio transmittebant. Concipierent (inquit) id est, exprimerent, & integram sacramenti formulam pronunciarent: ut illi qui assueranter, & præfidenter

iurant

iurant conſcientiæ fiducia. Eſt ergo concipere, ad certã formulam exprimere. Hæc Budæus. Liu. 1. ab Vrbe, 143.
Concipere lucẽ diei dicitur locus, quicunq; à Sole illuminatur. Lucret. lib. 17.
Maculam concipere. Cic. pro Roſc. Amer. 40.
Metum in ſe concipere. Plaut. Amph. 4. 147.
Morbum concipere. Colum. lib. 7. cap. 5. 12.
Mortem concipere. Cic. 1. Tuſc. 154.
Nefas aliquod mente concipere. Ouid. 10. Metam. 81.
Noxam concipere. Colum. lib. 12. cap. 3. 6.
Odium in bonos concipere. Cic. ad Quirites poſt reditum, 1.
Opinionem concipere. Columel. lib. 9. cap. 14. 10.
Periculum conceptum parturire. Cic. pro Muræna, 76, Hoc quod conceptum Reſp. periculum parturit, conſilio diſcutiam & comprimam.
Preces concipere. Senec. Herc. fur. 11. 7.
Concipere radices dicitur arbor, quum agit radices. Vlpian. in l. uitem. §. 1. ff. arborum furtim cæſarum.
Conceptio uerborum. Põponius lib. 5. §. 1. ff. de uerb. oblig.
Scelus magnum concipere. Cic. pro C. Rabirio.
Concipere in ſe ſcelus. Cic. 3. Verr. 6.
Scelus concipi dicitur, quod ſuſcipitur. Rhenanus in Caſtig. in Tacitum, lib. 18.
Semina concipit terra. Cic. 2. de Nat. deor. 37.
Sitim concipere. Ouid. 5. Metam. 90.
Spem concipere. Ouid. 6. Metam. 111.
Spem alicuius regni concipere. Colum. lib. 3. cap. 9. 4. Liu. 4. ab Vrbe, 69. In ea Sp. Melius ſpem regni conceperat.
Spem de aliquo concipere. Plin. epiſt. 10.
Summas concipere. Liu. 3. ab Vrbe, 22.
Summa de aliquo concipere. Quintil. in proœm. lib. 6.
Superſtitioſa concipiunt animi imbecilli. Cic. 2. de Diuin. 123.
Triſte aliquid concipere pectore. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 4.
Vadimonium concipere. Cic. ad Quint. Fratrem, lib. 2. 16. 4. Id eſt, uadimonij formulam dictare. Inde conceptum iuſiurandum, quod certa formula delatum eſt. Budæus.
Ventum concipere. Plin. lib. 16. cap. 31. 5, Platani plurimũ uentorum concipiunt, propter denſitatem ramorum.
Concipere uerba. Liu. 7. ab Vrbe, 18.
Conceptis uerbis iurare, Id eſt, dictatis à deferente iuramentũ, & ex arbitrio adiurantis: hoc eſt, adigentis ad iuſiurandum pernotatis. Plaut. Pſeud. 5. 118,
Iuraſtin' te illam nulli uenditurum, niſi mihi?
BAL. Fateor. CAL. nempe conceptis uerbis. BAL. etiã conſultis quoq;. Id eſt, non modò dictatis à te uerbis, ſed etiã cogitatis, animaduerſis, præmeditatis. Hæc Budæus.
Conceptis uerbis peierare. Cic. pro Cluent. 105, Id eſt, inexpiabili periurio ſeſe contaminare, inquit Budæus.
Vires concipere. Plin. lib. 17. cap. 22. 6. Virg. 1. Georg. 18,
Siue inde occultas uires & pabula terræ
Pinguia concipiunt. De agris.
Vitium concipere. Cic. 3. de Leg. 47, Quo pernicioſius de Reſpub. merentur uitioſi principes, quòd non ſolum uitia concipiunt, ſed ea infundunt in ciuitatem.
Voces alicuius mente concipere. Ouid. 1. Faſt. 21.
Concipere & comprehendere animo uoluptatem. Cic. 2. de Finibus, 9.
Vota concipere. Ouid. 7. Metam. 121.
Pars concipitur cordis parte quadam, quam uentriculum cordis appellant. Cic. 2. de Natu. deor. 208.
¶ Concipiens (συλλαμβάνων) Participiũ: ut, Concipiens & cõprehendens natura. Cic. 2. de Nat. deor. 116.
Spiritus plura iuſto concipiens. Quintil. lib. 2. cap. 4. 4.
¶ Conceptus (συνειλημμένος, κυηθείς) Participiũ: ut, Concepta eſtu peſtis. Colum. lib. 7. cap. 5. 2.
Conceptum aliquid ac meditatum. Cic. de Aruſp. reſp. 52.
Concepta è leone. Plin. lib. 8. cap. 16.
Ex uirginis furtiuo ſtupro conceptus. Senec. Troad. 4. 29.
Furto conceptus dicitur, qui nõ legitimo matrimonio natus eſt. Ouid. 2. Faſt. 37.
Crimen conceptum. Id eſt, conceptus fœtus ex impio quodam & nefario concubitu. Ouid. 10. Metam. 93. de Cinyra.
Infans malè conceptus: id eſt, non ex legitimo uiro. Ouid. 10. Metamorpho. 100.
In bonum & æquum concepta actio. Papinianus in l. quæſitum eſt. ff. de ſepulchro uiolato, Dixi eum rectè ea actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta eſt: id eſt, qua actione qui experitur, ita intendere petitionẽ poteſt, ut nõ ultra petat, quam quod præſtari & æquum & bonũ eſt. Budæus.
Dulcedinem alicuius conceptam animo incluſam cõtinere. Cic. Antequam iret in exilium, 1.
Conceptum fœdus excutere. Virg. 12. Aeneid. 32. Id eſt, placitum animo fœdus prædeſtinatumq; ut fiat, Seruius.
Furor conceptus. Senec. Hippol. 3. 14.
Furor ex maleficijs conceptus. Cic. 7. Verr. 59.
Conceptum ferens Mænas Lyæum. Senec. Herc. Oeth. 4.
Numen conceptum uirgineo pectore. Lucan. lib. 5. 20. Id eſt, diuinus & fatidicus ſpiritus ingreſſus Pythiæ uirginis pectus.
Semen conceptum. Cic. 2. de Diuin. 103.
Turpitudo atq; infamia aliquot iam per annos alicui concepta. Cic. 2. Verr. 29.
¶ Conceptus, huius cõceptus (κύημα) pro ipſo fœtu. Plin. li. 20. cap. 22. 12, Non edendum grauidis, niſi mortuo conceptu. Senec. Oedip. 4. 17.
Conceptus (κύησις) Actus ipſe concipiendi. Cic. 1. de Diuin. 153, Quædam etiam ex hominum pecudúmue conceptu & ſatu, oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt.
Terræ conceptu generari & edi. Cic. de Vniuerſ. 56.
¶ Conceptio (σύλληψις) Verbale, Idem. Plin. li. 22. ca. 22. 16, Chryſippus & conceptionibus eam putat conferre multum. De caucalide herba.
Contra naturam conceptio. Cic. 2. de Diuin. 74.
Formularum cõceptio. Paulus in l. actio negociorum. ff. de negocijs geſtis, In extraordinarijs iudicijs, ubi cõceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt.
¶ Conceptaculũ, conceptaculi, pen. corr. (συλλαμβάνιον) Vbi quid concipitur. Plin. lib. 11. cap. 37. 16, Superbia aliubi cõceptaculum, ſed hìc ſedem habet. Id eſt, in ſupercilijs.
Conceptiuæ feriæ, Feſta dicuntur, quæ certis diebus quotannis obſeruabantur, ut Sementinæ & Compitalitiæ.
¶ Concepto, ptas, ptare, Frequentatium. Arnobius lib. 4. aduerſus gentes, His in lucem prodeunt generationibus dij ueſtri, quibus aſini, porci, canes, quibus immunda hæc omnis conceptatur & gignitur terrenarũ proluuies beſtiarum?

Conciſus, Conciſè]. Vide Concîdo.

Concito], concitas, concitare. Vide Concio, concis.

Conclamo] conclamas, pen. prod. (κατακραυγάω) conclamare. Simul clamare. Cic. 6. Philipp. 205, Quum uos uniuerſi una mente atq; uoce iterum à me conſeruatam eſſe Remp. conclamaſtis.
Conclamant ſocij lætum Pæana ſecuti. Virg. 10. Aeneid. 147. Id eſt, præ gaudio efferuntur clamore.
Conclamare cum gerundio. Virg. 2. Aeneid. 47,
Ducendum ad ſedes ſimulacrum, orandáq; diuæ
Numina, conclamant.
Cum indecora exultatione cõclamant. Quintil. lib. 2. cap. 2. 7.
Conclamare iterum altiore uoce. Catul. epig. 39. 6.
Conclamare ad arma. Liu. 3. ab Vrbe, 209.

Digitized by Google

Socios conclamare. Quid. 13. Metam. 15.
Conclamare victoriam. Cæsar. 5. bel. Gal. 138.
Conclamare, pro Clamare. Cæsar 1. bel. Gal. 206, Quos quum apud se in castris Ariouistus conspexisset, exercitu suo præsente, conclamauit, quid ad se uenirent? Virg. 6. Aeneid. 52,
—procul ô procul este profani, Conclamat uates.
Planctu conclamat uterq; Isthmos. Stat. 6. Thebaid. 3.
Conclamari, impersonale. Plaut. Menæh. 24. 96, Vis conclamat actionem fore quidem.
Conclamatum est. Terent. Eunuc. 2. 3. 56, Desine, iam conclamatum est. Vbi Donatus, Conclamatum est, transactum ac finitum: ut, Conclamata corpora, quæ nihil reliqui iam habent ad uitæ officia Lucanus,
—corpora nondum
Conclamata iacent. Aut conclamatum, satis deploratum, satisq; uociferatum est: quia dixerat, O infortunatum senem, si & hic amare cœperit. Tãquam dicat, Iam occisum patrem, tandem scimus, iamq; deflemus. Sipontinus autem, Conclamatum est (inquit) inde dici cõsueuit, quia quum spiritus uitalis aliquando intercluſus fallere homines soleret, mortui aqua calida ablui consueuerant, & per interualla conclamari. In quo quum liberari nequirent, post ultimam conclamationem quasi rebus desperatis urebantur, & cineres eorum condebantur sepulchris.
Conclamare uasa, Exercitu castra moturo, conclamari solet ut uasa colligant. Cæsar 1. bel. Ciuil. 244, Quo cognito signũ dari iubet, & uasa militari more conclamari. Idem 3. bel. Ciuil. 244.
Corpora conclamata. Lucan. lib. 2. 5.
¶ Conclamatio (κατακόπησις) Verbale, Multorum clamor. Seneca 17, Quum ali jus conclamatio est, quomodo exeat, nõ quid efferat, quærit. Idem 1. de Clementia.
Lamenta, conclamationes. Tacitus, lib. 20.
¶ Conclamito, conclamitas, pen. corr. (κατακόπτομαι) conclamitare, Frequentatiuum. Plaut. Merc. 3. 51, Conclamitare tota urbe, & prædicare.
Conclaudo] cõclaudis, conclausi, conclausum (συγκλείω) concludere, Simul claudere, concludere. Vnde conclausa femina apud Columellam, libro 3. cap. 12. 3, Eademq; uelut conclausa & coarctata femina cõprimere atq; strangulare.
Conclaue] conclauis, neu. gen. uel hæc conclauis, huius cõclauis, pen. prod. (μυχός, τρικλίνιον, αὐλῆς) Est (inquit Donatus, separatior locus in interioribus tectis: uel q, intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. Terent. Heaut. 5. 1. 29, Est mihi ultimis conclaue in ædibus quoddam retro. Sic Cic. 1. de Diuinat. 51.
Committere se in conclaue. Vide Committo.
Cõclaue Cic. pro triclinio usus est, licet triclinij uocabulo utatur 6. Verr. 51, Nam ut in singula conclauia, quæ iste nõ modò Romæ, sed omnibus in uillis habet, tricenos lectos optimè stratos cum cæteris ornamentis conuiuij quæreret, nimium multa comparare uideretur. Budæus.
Conuertere conclaue in usum ædium. Neratius in l. quod conclaue. ff. de damno infecto, Quod conclaue binarum ædium dominus ex alijs ædibus in aliarum ædium usum conuertit, &c. Vbi conclaue cubiculum, uel quancunq; ædificij partẽ uocare uidetur, ad quod duabus clauibus accedit, id est, duobus ostijs. Budæus.
Currere per totum conclaue. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 23.
Inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 24. 13.
Cõclauia, dicũtur loca, quæ una claue claudũtur, inquit Festus.
¶ Conclauium, conclauij (μυχός) Idem. Plaut. Aulul. 12. 83, Et conclauium mihi peruium facitis?
Concludo] cõcludis, concluſi, concluſum. pen. prod. (συγκλείω, συμπεράινω, συγκατακλείω, κατακλείω, συμφράττω, συνείργω) concludere, Simul claudere.
Auras concludere follibus. Horat. 1. Sermo. Saty. 4. 4.
Cõcludere in caues, naui, &c. Plau. Cur. 8. 79. Idẽ. Rud. 10. 59.
Intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore deus. Cicero de Vniuers. 12.
Concludere se in cellam. Terent. Adelph. 4. 2. 14. Plaut. Casina, 2. 43, Concludere in feneſtram firmiter.
In paruum quendam & anguſtum locum concludere ius ciuile. Cic. 1. de Leg. 25.
Concludere aliquò. Terent. Eunuch. 4. 3. 25.
Concludar huc. Terent. And. 2. 3. 12, Vt ab illa excludar, huc concludar. Legitur & hac concludar.
Concludere res multas in unum diem. Terent. Eunuch. 5. 9. 17, An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit, Quæ tot res, tantas, tam opportunè in unum cõcluſit diem?
Concludere aliquem in anguſtiſsimam formulam ſponſionis. Cicero pro Roſc. Comœdo, 7.
Orator concluditur in ea, quæ ſunt in uſu ciuitatum uulgari ac forenſi. Cic. 1. de Orat. 136.
Cingitur atq; concluditur ipſe portus urbe. Cic. 7. Verr. 76.
Sulco concludere locum tecto. Virgil. 1. Aeneid. 96. Id eſt, ad tectum. Seruius.
Domo aliquem concludere. Senec. Hippol. 2. 8.
Concludere, pro obturare. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 98.
Concludere, Finire. Cic. de Amic. 82, Quamobrem ad illam primam redeamus, eamq; ipſam concludamus aliquando. Idem ad Luceium, li. 5. 12. 20, Si uerò in exitu notabili cõcluditur, expletur animus iucundiſsima lectionis uoluptate. Bud.
Verborum deſcriptus ordo alijs alia terminatione concluditur. Cic. in Orat. 116.
Concludere atq; perorare. Cic. 2. de Orat. 169.
Concludere ac definire orationem. Cic. 6. Verr. 103.
Concludere multa uno fine. Cic. 4. de Finib. 65.
Argumentationẽ cõcludere. Cic. in Orat. 67. & 4. Acad. 53.
Argumentum ratione concludere. Cic. in Orat. 76.
Concluſurũ me eſſe crimen decumarũ dixerã. Cic. 5. Verr. 139.
Concludere epiſtolam. Cic. Attico, lib. 9. 181. 10.
Concluditur extremum. Cic. ad Atticum, lib. 11. 222. 4.
Perorationem concludere. Cic. in Orat. 67.
Circunſcriptione quadam comprehendere ac concludere ſententiam. Cic. de claris Oratorib. 16.
Explere atq; concludere ſententias. Cic. in Orat. 135.
Verſum concludere. Eſt uerſum perficere ſuis numeris & pedibus, nulla etiam adhibita elegantia. Horat. 1. Ser. Saty. 4. 8.
Concluditur uerbis interdicti, pro Comprehenditur. Cice. pro Cecin. 47.
Laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum uoluptate concluditur. Cic. pro Muræna, 39.
¶ Concluſus, pen. prod. (συγκεκλεισμένος) Participium: ut, Concluſa aqua. Cic. 2. de Nat. deor. 30.
Corio concluſæ res. Lucret. lib. 4. 189.
Locus concluſus. Lucret lib. 4. 94. Horat. 1. Ser. Saty. 4. 16.
Circunſcriptio concluſa. Cic. in Partit. 11.
Concluſum & comprehenſum. Vide Comprehenſum.
Concluſum opponitur ei quod dicitur Diſperſum aut diſſipatum. Cic. 1. de Orat. 92, Omnia ferè, quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt.
Perfectum atq; concluſum. Cic. 4. Verr. 58.
¶ Concluſè, Aduerbium (συγκεκλεισμένως) Cic. in Orat. 102, Quum, ut fit, fortuitò ſæpe aliquid concluſe, apteq; dicerẽt.
¶ Concluſio, Verbale (συμπέρασμα, ἐπίλογος) Finis & perfectio.

Vocis

Vocis moderatio, & uerborum concluſio. Cic. 3. de Orat. 96.
Concluſio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, noſtri modò perorationem, modò cumulum uocant. Nam cumulus propriè acerus eſt: & in concluſione omnia quaſi in unum aceruũ colliguntur. Sipont.
Extrema pars & concluſio muneris & negocij. Cic. ad Quin. Fratrem, lib. 1. 1. 67.
Acutæ concluſiones. Quintil. lib. 2. cap. 20. 4.
Certæ & crebræ concluſiones. Quintil. lib. 5. cap. 14. 23.
Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata concluſio. Quintil. lib. 7. cap. 4. 10.
Nulla cõcluſio eſt aſſumptione nõ cõceſſa. Cic. 2. de Finib. 163.
Vna concluſione finiri. Quintil. lib. 3. cap. 3. 2.
Concluſio, pro Argumẽtatione & ratione. Cic. 4. Acad. 121.
Concluſiuncula, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 4. Acad. 134.

Concœnatió] *Vide* Compotatio.

Concolor] *pen. corr. concoloris, om. g.* (ὁμόχροος) *Eiuſdẽ coloris: ut, Concolor cicatrix. Plin. lib. 28. cap. 9. 16. Et lib. 10. cap. 29. 5, Turdis color æſtate circa collum uarius, hyeme concolor. Concolor ueſtis, Idem lib. 9. cap. 59. 1.*
Flos de ſanguine concolor ortus. Ouid. 11. Metam. 146. de Adonide. Concolor eſt ei. Col. lib. 7. cap. 3. 1. Virg. 8. Aeneid. 17.

Concopulo] *concopulas, concopulare, Idem quod ſimplex Copulare. Lucret. lib. 6;*

Denique res auro argentum concopulat una, &c.

¶ Chryſocollã intelligit, id eſt auri gluten: quod quomodo fiat, diſce ex Plinio lib. 33. cap. 5. Lambinus.

Concoquo] *concoquis, penul. corr. concoxi, concoctum,* (συμπέπτω, πέπτω) *concoquere. Varr. 2. de re Ruſt. ca. 10. 6, Vel ad focum aſſerre ligna, ac cibum concoquere.*
Concoquere cibos. Martial. lib. 1. 75:

Bene concoquit Charinus, & tamen pallet. Cic. 2. de Nat. deor. 186, Eademq; hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, easq; quum ſtomachi calore concoxerit, euomere.
Catul. epigram. 20. 2,

—bene nam ualetis omnes Pulchrè concoquitis. Plin. lib. 11. cap. 53. 5.

Ad concoquendum facillimus cibus. Cic. 2. de Finib. 103.
Mutari & concoqui ut poſſit quod aluus recipit, arcet id & continet. Cic. 2. de Nat. deor. 203.
Κρίσιν concoquere. Cic. Varroni, lib. 9. 4. 1, Nunc uide utra te κρίσις magis delectet, χυσοπηγία ne, an hæc, quam noſter Diodorus non concoquebat.
Concoquere, per translationem, pro Ferre & pati. Liu. 4. ab Vrbe, 70, Vt quem Senatorem concoquere ciuitas uix poſſet, regem ferret.
Diu deliberare & concoquere utrum, &c. Cic. pro Quint. Roſc. Com. 26.
Concoquere odium. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 2 4. 12, De epiſtola Vatinij riſi, ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam.

¶ Concoctus (πεπεμμένος) *Participium: ut,*

Odores concocti. Lucret. lib. 2. 171.
Concoctus, pro Cocto. Celſus lib. 3. cap. 22. De tabe.

¶ Concoctio, Verbale (πέψις, πέπανσις) *Plin. lib. 11. cap. 37. 69, Aues quoq; geminos ſinus habent, quædam unum quo merguntur recentia, ut guttur: alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata. Idem lib. 20. cap. 5. 7.*

Concordia] *Italiæ urbs Carnorum, Plinio lib. 3. cap. 1. & item Melæ & Ptolemæo, nomine adhuc durante. Eſt et Cõcordia, Hiſpaniæ ciuitas Ptolemæo: & Cõcordienſes, Bæticæ populi. Idem lib. 4. cap. 22.*
Cõcordia, dea apud Romanos: cuius ædem C. Flauius, Cn. filius dedicauit in area Vulcani, ſumma inuidia nobilium. Liu. lib. 9. ab Vrbe, 248. Cic. pro domo ſua, 100, Si ſedem ipſam ac templum publicè conſilij religione Concordiæ diuinxiſſet.
Cella Concordiæ. Cic. 2. Philipp. 42.

Concordialis] *ἀργεμόνη, Herba eſt ſylueſtris, papaueri ſimilis, quæ quod argemati oculorum medeatur, à Dioſcoride Argemone eſt appellata.*

Concorporo] *concorporas, pen. corr.* (συσωματόω) *cõcorporare, Simul corporare, & ex pluribus miſtis unum facere. Plin. lib. 22. cap. 24. 7, Semper mulſum ex uetere uino utiliſſimum, facillimeq; cum melle concorporatur. Idem lib. 27. cap. 12. 7, Eademq; uitiligines concorporat.*

Concors] *concordis, om. g.* (ὁμογνώμων, ὁμόφρων, ὁμόνους, ὁμονοητικὸς) *Qui unius mentis, ſiue unius animi eſt. Plaut. Aulul. 15. 7, Et multo fiat ciuitas concordior. Cic. 1. Tuſc. Alijs cor ipſum animus uidetur, ex quo excordes, uecordes, concordeſq; dicuntur.*
Amicitia & charitate cõcordi ſe cõplecti. Cic. de Vniuerſ. 20.
Animæ concordes. Virgil. 6. Aeneid. 166.
Concordes aquæ. Plin. lib. 5. cap. 9. 10.
Vnanimo niſu & concordibus auſis. Silius lib. 5. 43.
Concors figura. Plin. lib. 7. cap. 12. 7.
Æquata fronte & concordi currere fræno. Silius lib. 16. 77.
Fræna iugo concordia ferre. De equis dictũ. Virg. 3. Aen. 108.
Concordiſſimi fratres. Cic. pro Ligario, 3.
Fuga concors. Silius, lib. 16. 14.
Inſania concors. Sil. lib. 4. 20.
Menſæ concordes. Lucan. lib. 4. 41.
Miles concors. Id eſt, milites concordes. Sil. lib. 8. 2.
Parcæ concordes. Virgil. 4. eclog. 10,

Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

Nã & quod una dixerit, duæ ſequũtur: et fixa ſunt ſtatuta fatorũ. Horat.

Quod ſemel dictum, ſtabiliſq; rerum terminus ſeruet.

Seruius.
Pars concors & ſine lite. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 18.
Pax concors. Ouid. 1. Metam. 5.
Præſidijs concordibus cingere aliquem. Claud. 2. Panegy. 42.
Simulacra cõcordia. Sil. li. 13. 131. id eſt, æqualia. De Scipionib.
Cõcors ſibi dicitur, qui bene ſibi cõſtat. Senec. 1. de Vita beata.
Sonus concors. Ouid. 5. Metam. 133.
Moderatus & concors ciuitatis ſtatus. Cic. 3. de leg. 41.
Torus concors. Propert. lib. 4. eleg. 5. 2.

¶ Concordia (ὁμόνοια, ὁμοφροσύνη, ἀρμονία) *A corde conſentiente dicitur. Sal. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximè dilabuntur. Cic. 7. Verr. 7.*
Coniunctio & concordia. Cic. 5. Verr. 18.
Concordia & conſpiratio, omnium ordinum ad defendendam libertatẽ facta. Lentulus Cõſulibus & Senatui, lib. 12. 15. 12.
Pax & concordia extraneis gignetur. Cicer. Antequam iret in exil. 5.
Reconciliatio concordiæ. Cic. 3. in Catil. 69.
Flendi concordia. Ouid. ad Liuiam, 41.
Veneris concordia. Ouid. 13. Metam. 187.
Diſcors concordia dicitur rerum quæ quum inter ſe diuerſæ ſint, tamen cõmiſtæ unũ quoddã corpus conficiunt, dum una alterius uires temperat & coercet. Ouid. lib. 1. Metam. 88,

Et diſcors cõcordia fœtibus apta eſt. Horat. 1. epiſt. 12. 4.

Diſcordem cõcordiam uocat Lucanus ſimulatam amicitiã, ut quum illum amplecti & colere uidemur, quem tamen tacito odio proſequimur, lib. 1. 20. de Cæſare & Pompeio.
Mitis concordia. Ouid. 3. Faſt. 177.
Sociata neruorum concordia. Quint. lib. 5. cap. 10. 87.
Sociata tradẽtis, accipiẽtisq; concordia. Quint. lib. 2. cap. 9. 2.
Nummarius interpres pacis & cõcordiæ. Cic. pro Cluent. 81.

Digitized by Google

Alicui concordia coniunctißimum eſſe. Cic. pro Cluent. 122.
Confirmare concordiam cum aliquo. Cic. 13. Philipp. 343.
Ad concordiam rem adducere. Cic. Attico, lib. 7. 123. 2.
In priſtinã concordiã reducere aliquos perfidia hominũ diſtractos. Balbus Ciceroni, in Epiſt. ad Atticum, lib. 8. 168. 1.
¶ Concorditas, pen. corr. (ἀρθμὸς) pro concordia, apud Pacuuium, aliosq; ueteres. Concorditatem, inquit, hoſpitio adiunctam, perpetem probitatem conſeruetis.
¶ Concorditer, pen. corr. (ὁμονοικῶς) concordius, concordiſſimè, Aduerbium. Cic. pro Rab. 9, Et tibi acerbior patrui mors eſt, quem nunquam uidiſti, quàm illi eius fratris, qui cum concordiſſimè uixerat.
Congruere concorditer inter ſe. Plaut. Curcul. 6.
¶ Concordo, concordas (συμφρονέω, ὁμογνωμονέω, ἀρθμέω) Concordare, Conuenire. Terent. Phorm. 2. 3. 86,
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet. Ouid. 10. Metam. 30,
Et ſenſit uarios, quamuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos.
Sanitas animi dicitur, quum eius iudicia opinionesq; concordant. Cic. 4. Tuſc. 46.
Concratitius] τοιχώδης, Adiectiuum à Crates, cratis: ut Paries concratitius, qui cratibus inſertis fit. Papinianus in l. ſi fratres. §. item Mela. ff. pro ſocio, Item Mela ſcribit, ſi uicini ſemipedes inter ſe contulerint, ut ibi concratitium parietẽ inter ſe ædificarent, ad onera utriuſq; ſuſtinenda, &c.
Concredo] concredis, pen. prod. concredidi, concreditum, pen. corr. (παρακατατίθεμαι) concredere, Idem quod Credere. Id eſt, ſeruandum dare, & fidei alicuius tradere. Plaut. Aul. 3. 6, Sed mihi anus huius obſecrans concredidit theſaurum auri. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.
Concreduo, per u inter d & o, dixere ueteres. Plaut. Aulul. 16. 49, Ne tu in me mutaßis nomen, ſi hoc concreduo. Idem Caſin. 10. 42.
Concredere mari nauigia. Vide Concedo.
Concredere aliquid taciturnitati alterius. Plaut. Trinũ. 4. 76.
Ventis aliquid concredere. Catul. epig. 59. 43.
Nugas alicui ſuas concredere. Horat. 2. Serm. Saty. 6. 9.
Concredere uites teneriores calido ſolo. Colum. lib. 3. cap. 1. 6.
Concredere aliquem in cuſtodiam alterius. Plaut. Merc. 5. 9.
Commendare & concredere fortunas ſuas alicui, famam, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 67. Idem pro Quintio, 43.
Concremo] concremas, pen. corr. (συγκαίω) concremare, Idem quod Cremare. Plin. lib. 12. ca. 18. 1, Periti rerum aſſeuerant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps nouißimo pompæ ſuæ die cõcremauit. Idem libro 7. cap. 25. 3, Concremaſſe ea optima fide. Liuius 5. ab Vrbe, 187.
Concremare igni. Liuius 6. ab Vrbe, 130.
Vrbs concremetur. Seneca Thebaid. 2. 6.
Concrepo] concrepas, pen. corr. concrepui, concrepitum, (ἐπιτυπέω) concrepare, à Crepo deducitur, eiuſdẽ cum eo ſignificationis, niſi quòd Con auget, teſte Donato. Terẽt. Hecyra, 4. 1. 6, Sed oſtium concrepuit. Idem. And. 4. 1. 59.
Concrepant arma, per translationem. Liu. 6. ab Vrbe, 90.
Cymbala Thebano concrepuere deo. Propert. lib. 3. eleg. 18. 2.
Scabella concrepant. Cic. pro Cælio, 52.
Concrepare, aliter. Cice. pro lege Agra. 81, Qui ſimul ac Decemuiri concrepuerint, armati in ciues, & expediti ad cædem eſſe poſſint.
Concrepare digitis. Plaut. Milit. 5. 51, Concrepuit digitis, laborat cerebro, commutat ſtatus.
Concrepare digitis, aliter. Cic. 3. Offi. 98, Itaq; ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poßit in locupletũ teſtamenta irrepere, hac ui non utatur, &c.
Concrepare gladijs ad ſcuta. Liu. 8, bel. Pun.
Manus concrepuere. Ouid. 3. Faſt. 148.
Concrepare actiuè poſitum. Ouid. 5. Faſt. 88,
Rurſus aquam tangit, Temeſæaq; concrepat æra.
Concreſco] concreſcis, concreui, concretum, penult. prod. (ἐπισωρεύω, πήγνυμαι, συμπήγνυμαι) concreſcere, à Creſco componitur, ſimul creſcere ſignificat: aliquando etiã coniungi & conglutinari. Cice. 2. de Natura deorum, 38, Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue, pruinaq; concreſceret.
Induratus & concretus alta glacie. Liu. 1. bel. Pun. 136.
Vis concreſcendi & liquendi, contraria. Cic. de Vniuerſit. 63, Has ipſas eſſe omnium cauſas, quæ uim habeant refrigerandi, calefaciendi, concreſcendi, liquendi.
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Virg. 3. Georg. 72, Id eſt, aquæ congelaſcunt fluentes. Seruius. De frigida Scythiæ regione.
Putres fungi concreſcunt. Virg. 1. Georg. 79, Nam (ut dicit Plinius) quum aer humidus eſſe cœperit, fauilla quæ cum fumo ſolet egredi, prohibita aeris craßitate in lucernis reſidet, & quaſdam uelut fungorum imitatur imagines. Seruius.
Mare concreſcit glacie. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12. 6.
Nubes concreſcunt in alto. Lucret. lib. 4. 27.
Mundi orbis concreuit primis ſeminibus. Id eſt, quatuor elementis. Virg. eclog. 6. 7.
Radice concreta tenacius hærere. Claud. Paneg. 4. 16.
Illud funeſtũ animal ex nefarijs ſtupris, & ciuili cruore, ex omnium ſcelerum importunitate & flagitiorum impunitate cõcretum. Cic. in Piſonem, 16.
Sanguis concreuit frigore. Virg. 12. Aeneid. 180. De Turno loquitur. Id eſt, coagulatus eſt & congelatus.
Terra concreſcit frigore. Lucret. lib. 6. 170.
Concreſſe, pro Concreuiſſe. Ouid. 6. Metam. 84.
¶ Concreius, pen. prod. (συμπεπηγὼς, συμπεπυγμένος) Participium. Cic. 1. Tuſc. 67, Craſſus hic & concretus aer.
Aer concretus in urbem cogitur. Cic. 2. de Nat. deor. 145.
Cælum craſſum atq; concretum, & Aer purus & tenuis uelut oppoſita ponit Cic. 2. de Nat. deor. 60, Etenim licet uidere acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorũ qui terras incolãt eas, in quibus aer ſit purus ac tenuis, quàm illorum qui utantur craſſo cælo atq; concreto.
Pingue & concretum cælum. Cic. 1. de Diuinat. 211.
Terrena concretaq; corpora. Cic. 1. Tuſcul. 76.
Concretum corpus ex elementis. Cic. 3. de Nat. deor. 40.
Dolor concretus uocatur ab Ouidio, quo ita obſtupeſcimus, ut nec gemitum edere, nec lacrymas emittere queamus, tanquã horrore nimio cõgelatas et cõcretas, li. 2. de Põto, eleg. 11. 2.
Lumen concretum. Cic. 1. de Diuin. 33. ex quodam poeta.
Minus breuiter cõcretus in artus ſuos. Propert. lib. 4, eleg. 9. 3.
Ex terrena mortaliq; natura & caduca concreta uis. Cicer. 1. Tuſcul. 96.
Concretus, Coniunctus, conglutinatus. Virg. 6. Aeneid. 148.
Multa diu cõcreta modis molleſcere miris. Plin. lib. 17. ca. 21. 1.
Concretus, & coalitus. Gel. lib. 12. cap. 1.
Aqua frigore concreta. Mart. lib. 4. 3.
Barba concreta ſanguine. Ouid. 14. Metam. 41.
Crines ſanguine cõcreti. Virg. 2. Aen. 56. Valer. Flac. lib. 3. 57.
Frigora concreta. Virgil. 2. Georg. 76.
Imbres concreſcunt uentis. Ouid. 9. Metam. 45.
Concreta labes, Affixa & inhærens. Virg. 6, Aeneid. Seruius.
Lac concretum. Virg. 3. Georg. 91.
Nix concreta. Lucret. lib. 3. 4.
Concretius ſemen. Lucan. lib. 4. 250.

Digitized by Google

Zonæ glacie concretæ. Virg.1. Georg. 48. De Septentrionali & Brumali parallelis loquitur.
Concretum, & Resolutum contrarid. Claud.epigram.24.2.
¶ Concretum, concreti, pen.prod. (συμπεπυγὸς) coniunctum & conglutinatum. Cic.1.de Nat.deor.100, Quæ nil concreti habeat, nil solidi, nil expressi.
Concretum & corporeum. Cic.1.Tuscul.34.
Satum & concretum. Cic.1.Tusc.94.
Orta, generata, concreta. Cic.5.Tuscul.98.
Nihil est animis admistum, nihil concretum, nihil copulatũ, nihil coagmentatum, nihil duplex. Cic.1.Tuscul.111.
¶ Concretus, huius concretus, pen.prod. (σύμπηξις) Idẽ. Plin. lib.12.cap.16.2, In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi.
¶ Concretio (σύμπηξις) Verbale. Cic.1.de Nat.deor.95, Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit. Gel.lib.12.cap.1.
Mortalis concretio. Cic.1.Tuscul.104.
Concriminor] pen.corr. concriminaris (διαβάλλω) concriminari, Idem quod criminari. Plaut. Mil.5.87, Vt sic illic concriminatus fiet aduersus militem meus Conseruus.
Concrucior] concruciaris (τιμωρέομαι) concruciari: ut, Concruciari omni corpore. Lucret.lib.3.30,
Et quasi quũ caput, aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis: non omnia concruciamur
Corpore. Id est, nõ omnibus simul affligimur membris.
Concubienses] Populi sunt in Vmbria, sexta Italiæ regione, ut est apud Plin.lib.3.cap.14.
Concubo] concubas, pen.corr. & Concumbo, concumbis, concubui, concubitum (συνευνάω) concumbere, simul cubare, Coire. Terent.Hecy.3.3.33, Nam aiunt tecũ post duobus concubuisse eam mensibus.
Concumbere cũ uxore. Cic.de Fato, 45. Ouid.3.de Arte, 104.
Credere uix possim, nisi cogat credere partus,
Vos ego cum uestris concubuisse uiris.
Concumbere, dativo iunctum. Tibul.lib.1.eleg.8.8,
At Venus inuenit puero concumbere furtim.
¶ Concubitus huius concubitus, masc.ge. pen.corr. (συνουσία, μίξις) Coitus. Plin.lib.10.cap.63.1, Cæteris animalibus stati per tempora anni concubitus, homini omnibus horis dierũ
Nefãndi concubitus. Senec. Agamem.16. (noctiumq;.
Noui concubitus. Horrendi & inusitati. Senec. Hippol.2.118.
Vagus concubitus. Horat. in Arte, 81.
Vetitus concubitus. Ouid.10.Metam.71.
Concubitus neq; nimis concupiscendus, neq; nimis pertimescendus. Celsus lib.1.cap.1.
Fugere concubitus. Ouid.14.Metam.134.
Indulgere concubitu, pro Concubitui. Virgil. 4. Georgic.46. De apibus.
Pati concubitus. Ouid.3.de Arte, 153.
Petere concubitus. Ouid.4.Metam.42.
Turpes pecudum concubitus sequi. Virg.6.eclog.10.
Voluptas solicitat concubitus. Virg.3.Georg.25.
¶ Concubinus, concubini (ὁμευνέτης) Quint.lib.1.cap.3, Nostras amicas, nostros concubinos uident. Plin.lib.8.cap.45.5. Catul.epigram.56.26,
Neu hucẽ pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.
Iners concubinus. Catul.epigram.56.27.
Miser concubinus. Catul.epigram.56.28.
¶ Concubina, concubinæ (ὁμευνέτις) Cic.1. de Orato. 90, In concubinæ locum duceretur.
¶ Concubinatus huius cõcubinatus, pen.prod. (συνευνασμὸς) Plaut. Pœ.2.102,
Illam minorem in concubinatum sibi
Vult emere miles quidam. Sueton. in Nerone, cap.28.
In concubinatum dare sororem. Vide In.
¶ Concubium (μεσονύκτιον) Quum tempus agẽdi est nullum, dixerũt ueteres, quòd omnes ferè tunc cubarent. Alij intẽpestam noctem uocãt: alij à silere, silentiũ. Plaut. Trinũ.13.41, Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine, concubium Sit noctis, prius quàm ad postremum peruenieris.
Concubia nox, sæpius apud Valerium noctem profundã significat. Sisenna lib.4.hist. Plin.lib.29.cap.6.5, Alij excoquũt ipsum, & nocte concubia in plumbeũ uas condunt. Cic.1.de Diuin.101, Qui ut cœnati quiescerent, concubia nocte uisum esse in somnijs ei qui erat in hõspitio, &c.
Conculco] conculcas (συμπατέω) conculcare, Idem quod calcare, nisi Con augeat. Cic.ad Atticũ, lib.8.155.5, Cõculcari, inquã, miserã Italiã uidebis proxima æstate ab utriusq; municipijs ex omni genere collectis. Id est, Vastari, destrui.
Pedibus conculcare aliquem. Ouid.12.Metam.75.
Proterere & conculcare aliquem. Cic.pro Flac.43.
¶ Conculcatio (πάτησις) Verbale. Plin.lib.8.cap.18, Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.
Concupio] is, pen.corr. Concupiui concupitum, pen.prod. (ἐπιθυμέω) Idem quod Cupio. Cic.pro Quint. Sicut tu semper summè concupisti.
¶ Concupisco, concupiscis, cõcupiui, concupitum (ἐπιθυμέω) concupiscere, Valde cupere. Cic.4.de Fin.11, Vt siquis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. Idẽ 1.Acad. 54. Et 1.de Finib.81.
Cõcupiscere & Appetere, Idẽ. Plin.lib.3.epist.2, Quãuis enim ista nõ appetat: tã gratè tamen excipit, quàm si concupiscat.
Mortem cõcupiscere. Cic.1.de Diuin.92. Cic. pro Quint.46, Sicut tu semper summe concupisti.
Quid concupiscas, tu uideris: quod concupieris, certè habebis. Cic.5.Philip.188.
Res magnas et magnopere expetẽdas cõcupierũt. Ci. in Ora.1.
Non pecuniam, non opes uiolentas, sed charitatem ciuium, & gloriam concupisse. Cic.1.Philip.21.
Nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod posse effici negaretur. Sueton.in Caligula, cap.37.
In matrimonium ducere illam concupiuit. Cic.pro Cluent.18.
Concupiui, præteritum. Horat.Epod.3.4,
At siquid unquã tale concupieris Iocose Mecœnas, &c.
Honos non nimis concupiscendus. Cic. Catoni, lib.15.6.5.
¶ Concupiscor, Passiuum (ἐπιθυμοῦμαι) Plin. lib.11.cap.6.3, Id se facturas conscias, quod concupiscit possit.
¶ Concupitus, pen. corr. Participium: ut, Pecunia concupita. Cicero 4.Tuscul.
Pecunia concupita. Cic.4.Tusc.37.
Concupitum adipisci. Cic.4.Tusc.20.
¶ Concupitor, pen.prod. concupitoris. Verbale. Firmicus, lib.8.cap.22.in fine, Vicesimanona pars Cancri si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet illiberales, & fures, & rerum alienarum concupitores.
¶ Concupiscentia (ἐπιθυμία) Quæ est bonarum æquè ac malarum rerum appetitus. Tertull. in lib. de Anima, Concupiscentia oculis arbitris utitur. Paulo post. Propriè naturalis concupiscentia unica est alimentorum solummodo; quam Deus in primordio contulit.
Concuro] concuras, pen. prod. (ἐπιμέλομαι) concurare, Simul curare. Plaut. Bacchid. 2. 23, Pro dignitate obsonij hæc concuret coquus.
Concurro] concurris, concurri, concursum (συντρέχω) concurrere, Simul currere, confluere. Cic.4.Verr.33, Tantus

Digitized by Google

tus in curia clamor factus est, ut populus concurreret.
Vndiq; concurrere. Lucan. lib. 3. 65.
Tota Italia concurrit. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 25.
Concurrere alicui obuiam. Terent. Eunuch. 2. 2. 25.
Concurrere domum. Cic. 3. Verr. 55.
Concurrere ad aliquem. Cic. pro Quintio, 30.
Ad aliquem meritò concurrere. Quintil. lib. 1. cap. 2. 23.
Concurrere ad arma. Cæsar 5. bel. Gal. 145. & lib. 7. 11.
Aequore, id est, mari concurrere. Valer. lib. 1. Argonaut. 127.
Concurrere dicuntur milites, quũ irruunt in hostem. Cic. ad Appium, lib. 10. 29. 6, Antonius in aciem suam copias de uico produxit, & sine metu concurrit. Liu. 6. bel. Pun. 197, Concurrũt equites inter se, neq; uerò primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt. Cæsar.
Concurrere alicui. Virg. 1. Aeneid.
Cõcurrere animis quantis cõfligere par est. Silius lib. 15. 106.
Frontibus aduersis concurrere. Lucret. lib. 6. 24. De nubibus.
Forti concurrere campo, Fortiter in campo pugnare. Propert. lib. 4. eleg. 11. 7.
Bello concurrere alicui. Virg. 10. Aeneid. 2. Id est, contra aliquẽ bella suscipere. Seruius.
Cõcurrere dicitur quis alteri, quum ambo idem ius prætendũt. Hinc concursus in eadẽ significatione, in l. 1. §. interdum, in duobus locus. & l. 2. ff. de usufruct. acere. Et ij quoq; cõcurrere dicuntur in l. 2. §. ult. ff. qui. mo. usuf. amitt. & c.
Ferro concurrere. Statius 6. Thebaid. 182. Ouid. epist. 13. 17.
Furtis concurrere. Valer. lib. 2. 133.
Hosti concurrere. Ouid. 12. Metam. 119.
Monstris concurrere. Id est, inire certamen cum monstris. Valer. lib. 3. 103.
Imparibus concurrere fatis. Virg. 12. Aeneid. 30.
Aduersis signis concurrere. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 20.
Paribus telis inter sese concurrere. Virg. 1. Georg. 97.
Prælia concurrunt. Lucanus lib. 1. 8.
Concurrere cum. Sallust. Maximo clamore cum infestis signis concurrunt.
Nudos concurrere armatis. Ouid. 3. de Arte, 1.
In sua funera concurrere, cum fortissimis & crudelissimis hostibus congredi. Valer. Plac. lib. 6. 83.
Sydera concurrant syderibus. Lucanus lib. 1. 15.
Concurrunt uenti in messem. Plin. lib. 18. cap. 35. 1.
Ventorum prælia concurrunt. Virgil. 1. Georg. 64.
Concurrere, ad inanimata translatiũ. Terent. Heaut. 2. 2. 3, Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animũ exangeant. Id est conueniunt & congruunt. Cic. ad Atticum, lib. 14. 302. 1.
Cyaneæ insulæ ponto concurrere dicuntur. Valer. lib. 2. Argonaut. 133.
Credas montes concurrere montibus altos. Virg. 8. Aen. 136.
Nomina concurrunt. Cic. Attico, lib. 16. 333. 6.
Orbis Europæ atq; Asiæ concurrit. Virg. 7. Aeneid. 45.
Concurrit os ad rogandum. Senec. de Benefi. lib. 2. cap. 1, Quia quum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubor.
Concurrere ad auxilium. Lucan. lib. 3. 132.
Obscœnè literæ concurrunt. Cic. in Orat. 86.
Res contrariæ concurrunt. Cic. 5. de Finib. 48.
Verba extrema cum cõsequentibus primis ita iungere, ut neue asperè cõcurrãt, neue uastius diducãtur. Cic. 3. de Orat. 95.
Concurrere in sententiam aliquam. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 15. 6.
Concurrunt plebei philosophi, pro Consentiunt & conueniũt. Cic. 1. Tuscul. 86.
Statim concurrere de iure. Cic. pro Quintio 54, Deijcitur de saltu C. Aquila pridie Cal. intercalares biduo post, aut ut statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC. mil lia passuum conficiuntur.
Concurrere cum summa, cui opponitur Excedere. Vlpianus in Quid ergo si maiorem. ff. de legatis 1, Quid ergo si maiorẽ quantitatem à substituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod à substituto relictum est: quod uerò concurrit eũ summa superioribus inscripta, inde debebitur.
In hæreditatem legitimã fratri concurrere. Papinianus in l. filio qui. ff. de inofficioso testamẽto, Filia quærnõ egit, aut quæ egit, & nõ obtinuit, in hæreditatẽ legitimã fratri nẽ cõcurrit.
In pignore concurrere. Vlpianus in l. idemq; §. si tibi. ff. qui potiores in pignore habeantur, Si tibi quæ habiturus sum obligauerim, et Titio specialiter fundum, si in dominium meum peruenerit, mox dominium eius acquisiero: putat Marcellus concurrere utrunq; creditorem in pignore.
Per plures emptores municipiũ concurreret. Paulus in l. si quis. ff. de contrah. empt.
Concurrere, Confluere. Celsus lib. 2. cap. 12, Si in stomachum quædam biliosa concurrunt.
Concurrit materia. Celsus lib. 3. ca. 10, At si in præcordijs inflãmatio et dolor est, primò superimponẽda sunt cataplasmata reprimẽtia, ne si calidiora fuerint, plus eò materiæ cõcurrat.
Concurrens materia, id est, influens sanguis. Celsus lib. 7. ca. 2. Et ut aliàs scripsi, uel auertenda, concurrens eò materia, ut digerenda, & c.
Concurrere, Euenire, contingere, consequi. Propert. lib. 3. eleg. 9. 4, Sunt quibus Eleæ cõcurrit palma quadrigæ. Id est, qui palmam consequuntur in Elidensium certamine curuli.
Somnia concurrunt. Cic. 2. de Diuin. 208.
Concurritur, Impersonale: ut, Concurritur undiq; ad commune incendium restinguendum. Cic. 10. Philip. 284.
Concurritur, pro Cõmittitur prælium. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 2, Militia est potior: quid enim? concurritur, horæ
Momento aut cita mors uenit, aut uictoria læta.
¶ Concurrens (συντρέχων) Participium: ut, Concurrentes cautes. Vide Cautes. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 1.
¶ Concursus, huius concursus, m. g. (συνδρομὴ) Cic. ad Brutũ, 3. 3, Concursus est ad me factus.
Non posse sustinere concursum aliquorum. Cic. 4. Acad. 126.
Conflictio & concursus. Cic. in Partit. 56.
Ingens concursus. Virg. 9. Aeneid. 94. & 5. 121.
Ex agris concursus fiunt. Cic. Attico. lib. 5. 104. 3.
Quinq; artium concursus maximarum. Cic. de claris Orat. 13.
Calamitatũ concursu labefactata cogitatio. Cic. Luc. lib. 5. 13. 3.
Gratantium concursus. Tacitus lib. 5.
Municipiorum concursus. Cic. pro Domo sua, 110.
Occupationum concursus. Cic. ad Volum. lib. 7. 34. 4.
Honestissimorum studiorum concursus. Cic. 2. de Finib. 177.
Asperi, disiuncti & hiantes cõcursus uerborũ. Cic. in Partit. 12.
Asper & hiulcus concursus uerborũ. Cic. 3. de Orat. 94. Huic oppponitur Coagmentatus & læuis.
Ne extremorum uerborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas uoces efficiat aut asperas. Cic. in Orat. 83.
Subiti concursus. Ouid. 14. Metam. 109.
Facere concursum. Cic. 6. Verr. 46.
Clamor, concursusq; maxima cum laude alicuius fiunt. Cicero Attic. lib. 1. 11. 1.
¶ Concursio, concursionis, fœm. gen. (συνδρομὴ) Verbale. Cic. 1. de Finib. 26, Vt concursionibus inter se cohæreſcant.
Fortuitarum rerum concursio. Cic. in Topicis, 39.
Fortuita concursio corpusculorum. Cic. 1. Acad. 9.
Vocum crebra concursio. Cic. in Orat. 84.
In eadem uerba impetus & concursio, & adiunctio, & progressio. Cic. 3. de Orat. 114.
¶ Concurso, concursas, concursare, Frequentatiuũ: ut, Concursare

Digitized by Google

cursare uillas, prouinciam. Cicero ad Marium, lib. 7.1.19. Et 7.Verr.64.
Huc illuc casu & temerè concursare. Cic.2.de Nat.deor.172.
Concursare nunc hinc, nunc illinc. Lucret.lib.2.44.
Concursare circum tabernas. Cic.in Catil.89.
Omnes omnium domos concursare. Cic.pro Murena, 42.
Lectica uillas cum aliquo concursare. Cic. Mario, lib.7.1.19.
Lectos mortalium, & grabatos, deos concursare utrum probabilius. Cic.2.de Diuinat.193.
Concursare & Dissultare, contraria. Lucret.lib.3.81, Concursare, coire, & dissultare uicissim. Alia exemplaria habent Concussare. quod exponit interpres, Frequenter se concutere. Sed puto rectius legi Concursare.
Concursare ultrò citroq; Hirtius lib.5.322.
¶Concursans, concursantis, Participium. Plin. lib.37.cap.9.15, Habere intus concursantem stellam. De ceraunia gemma loquitur.
¶Concursator, Verbale. Liu 1.bel.Maced.130, Ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam, nec pedes concursator.
Concursator hostis. Liu.7.bel.Pun.109.
¶Concursatio, Verbale. Cic pro Leg.Agrar.4, Quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio?
Perturbationum concursatio. Cic.11.Philipp.310.
Concursatio somniorum. Cic.2.de Diuin.218.
Concursatio & cõtentio. Cic.ad Lent.lib.1, Libonis & Hipsei, non obscura concursatio, & contentio, omniumq; Pompeij familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, &c.
Concussus] Vide Concutio.
Concutio] concutis, pen.corr. concussi, concussum (συσείω, λικτείω, αἰχασείω, κατασείω, συγκινέω) concutere, Commouere. Terent.Eunucho 3.42, At quem deum? qui templa cæli summo sonitu concutit.
Arcu aliquem concutere. Propert.lib.1.eleg.7.3.
Balista concutit arces. Ouid.11.Metam.102.
Arma concutere. Ouid.12.Metam.44.
Sonitus ruinæ, & fragor cõcussit aures Cæsaris. Luca.lib.6.33.
Cæsariem concutere. Ouid.1.Metam.37.de Ioue.
Caput concutere. Ouid.2.Metam.10.
Concutere corpus multa gestatione. Celsus lib.3.cap.21.
Acres equos concutere. Virg.8.Aeneid.1. Hoc ad equites pertinet, inquit Seruius.
Fræna concutere furenti. Virg.6.Aeneid.20.
Boreas freta concutit. Ouid.6.Metam.138.
Hastam concutere. Sil.lib.10.22.
Aurigæ lora concutiunt. Virg.5.Aeneid.30.
Mentes concutere. Venus Iunoni apud Valer.Flac.lib.6.96.
Monstrũ belli concutere, Belli signũ efferre. Valer.Flac.lib.6.2.
Orbem nutu concutit Iuppiter. Ouid.2.Metam.170.
Metus ossa concutit. Ouid.epist.3.17.
Pectora planctu concutere. Stat.lib.5.Sylu.1.36.
Hyems concutit plebem grandine. Stat.lib.1.Sylu.6.5.
Rempub.concutere. Cic.2.Philipp.105.
Tumultu bellorum Ingenti concutitur Roma. Lucan. lib.1.62.
Serena cæli concutere sonitu dicitur deus. Lucret.lib.2.221.
Tela concutere. Ouid.12.Metam.16.
Fortuna luctu concutit urbem. Virg.12.Aeneid.120.
¶Concutiens (διασείων) Participium: ut, Concutientes se corui. Plin.lib.18.cap.35.19.
Sceptra concutiens, Obtinens regnum. Senec.Herc.Fur.5.5.
Singultu concutiente ora sonant. Ouid.lib.3.eleg.8.3.
¶Concussus (διάσειστος) Participium: ut,
—furit mugitibus æther Concussus. Virg.3.Georg.30.
Animus concussus casu amici. Virg.5.Aeneid.173.
Animi concussi fletu. Virg.9.Aeneid.103.
Carina concussa. Ouid.2.de Ponto, eleg.3.12.
Cautes concussæ. Virg.5.Aeneid.41. ubi de naui cautibus illisa loquitur.
Coma concussa. Ouid.2.Fast.169.
Corpus concussum uulnere. Stat.lib.Sylu.4.14.
Fides concussa, id est, labefacta aut inuersa. Lucan.lib.1.37.
Fores concussæ patuere. Ouid.2.Metam.154.
Inhorruit concussus undarum globus. Senec.Hipp.10.9.
Humo concussa saxum moliri. Valer.lib.6.Argon.131.
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Virg.4.Georg.17.
Licentia hominum concussa. Cic.pro Milone, 58.
Mens concussa metu. Virg.12.Aeneid.94.
Mons concussus spargit niues. Propert.lib.3.eleg.13.11.
Ora concussa risu. Lucret.lib.1.188.
Pectus concussa crebris uerberibus. Lucan.lib.2.68.
Concussaq; famem in syluis solabere quercu. Virg.1.Georg.32. Id est, glandibus. Est autem Metalepsis.
Remo concusso ratem tollere. Valer.lib.1.Argon.69.
Tonitru concussa tremunt omnia. Lucret.lib.6.25.
Agmine utrorum concussa tellus. Silius lib.8.70.
Concussa motu terra. Liu.3.ab Vrbe, 43.
Vndas concussa exasperare. Ouid.2.Amor.eleg.11.6.
Vrbs concussa. Virg.4.Aeneid.134.
¶Concussus, huius concussus, (σεισμὸς) Commotio. Plin.lib.35.cap.16.2, Coquitur in calicibus crebro concussu.
¶Cõcusso, as, are, Lucre.li. Alij Cõcursare legũt. Vide suo loco.
Condalium] Annuli genus, teste Festo: dictum ab eo quòd digitum concludat. Plaut.Trinum.14.6.
—sat in thermopolio condalium Es oblitus.
Condalus] κόνδαλος, Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus, mirus pecuniæ emungendæ artifex, de quo tradit Aristot. in Politic. Quod cum Lycios maximo comæ nutriendæ studio teneri animaduerteret, occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimum & sibi posset congerere, & ad regẽ mittere, literas sibi à Mausolo adlatas simulauit, quibus illi iuberentur comam tondere, & ad regem mittere. Si tamẽ mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere se daturum operam, ut in Græcia Coemerẽtur, & pro Lycijs ad regem mitterentur. Quam conditionẽ Lycijs auidè accipientibus, mirũ ductu quam eo cõmento pecuniæ uim extorserit.
Condate] κονδάτη, Rhedonum urbs in Gallia, Ptolemæo, Vulgò Rhenes en Bretaigne.
Condecet] pen.corr. condecebat, condecuit (πρέπει) condecere, A Decet componitur. Plaut. Pseud.14.28,
—sed uide an ornatus hic
Me satis condecet? Idẽ amphit.8.88, Ob istuc omen omnator capies quod te condecet.
¶Condecentia, condecentiæ (τὸ πρέπον, εὐπρέπεια) Cicero 3. de Orat.111, Sic uerbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam: sententijs uerò ad grauitatem orationis utatur.
¶Condecenter (πρεπόντως) Aduerbium. Gellius lib.6.cap.12, Commodè hæc quidem omnia, & condecenter.
Condecoro] condecoras, pen.corr. (ἐπισοφίω) condecorare, Idem quod exornare, & expolire. Plin.lib.3.5.cap.10.47, Dignis digna loca pictoris condecorauit.
Condecorare ludos. Terent.in prol.Hecyræ, 45.
¶Condecorè (εὐπρεπῶς) Aduerbium, Gellius lib.14.cap.4, Condignè mehercule & cõdecorè Chrysippus, etc. depinxit.
Condemno] cõdemnis, (καταγινώσκω, κατοκρίνω, κατακλίνω, καταδικάζω) condemnare, Verbum notæ significationis: quod nunc genitiuo, nunc ablatiuo sine præpositione, nunc cum præpositione iungitur. aliquando etiam si-

Digitized by Google

ne ijs ponitur. Cic.2.de Nat. deor.105, Cæteris causa incognita condemnatis.

Genitiuo: & ferè subauditur ablatiuus Crimine, scelere, & similia. Cælius ad Ciceronem, lib.8.1.2, Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes. Terentiæ, lib.14.14.5, Et sceleris condemnat generum suum.

Iniuriarum condemnatus. Cic.4.Verr.14.

Sponsionis condemnari. Cic. pro Cecin. 67. Huic opponitur, Vincere sponsione.

Ablatiuo. Cic. Curioni, lib.2.1.3, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

Ablatiuo, cum præpositione De. Cic.2. Philipp. 69, Licinium Lenticulam de alea condemnatũ, collusorem suum restituit. Ibidem 32.

Aliter, cum De. Cic.7.Verr.90, Sed de latronum, hoc est de comitum suorum sententia condemnat omnes. Ibidem 89.

Condemnare dicitur accusator reum, pro Vincere, siue condemnari facere, inquit Erasmus. Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 8, Fannium Cepionem qui cum Varrone Muræna in Augustũ conspirauerat, reum maiestatis apud iudices fecit, & condemnauit. Vlpianus in l. 2. ff. de Administratione tutorum, Si tutor condemnauerit, siue ipse condemnatus est, pupillo & in pupillum potius actio iudicati datur.

Sibi condemnare aliquem. Cic.4.Verr.14.

Condemnare ex reliqua pecunia, id est, in reliquam pecuniam. Paulus in l. 1. ff. arborum furtim cæsarũ. Vbi in quibusdam exemplaribus legitur & sine præpositione.

Arbitrium pro socio condemnari. Cic. pro Quint. 7.

Condemnare, pro Liberare. Titinnius Veliterna, Fortasse notũ fuisse quo die liber foret, nunc eius uoti condemnatus est, immolauit hostiam. Sic Nonius, Potius dicitur condemnatus uoti, qui obligatus est ad soluendũ quod sub cõditione uouerat.

¶ Condemnatus, penult. prod. (κατάκριτος) Participium: ut, Furti condemnatus. Vlpianus in l. furti. ff. de his qui notantur infamia.

Mandati condemnatus. Vlpianus in l. furti. §. mandati. ff. de his qui notantur infamia. Mandati condemnatus uerbis edicti notatur.

Pecuniæ publicæ est condemnatus. Cic. pro Flacco, 34.

Nomine alieno condemnatur. Vlpian. in l. furti. §. si quis. ff. de his qui notantur infamia, Siquis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia.

Summa condemnatus alicui. Scæuola in l. Titius Seiæ. ff. qui potiores in pignore habeantur. Titius Seiæ ob summam qua ex tutela ei condemnatus erat, &c.

¶ Condemnator, pen. prod. (κατακριτὴς) etiam pro accusatore, qui reum peregit apud Tacitum, lib. 4. Vbi Domitium Afrum uocat condemnatorem Claudiæ pulchræ, quum antè retulisset, fuisse ab eo accusatam.

¶ Condemnatio, Verbale. Vlpian. in l. pen. ff. si ex noxali causa agatur. Aliter de seruo supplicio & uerberibus de iniuria satisfit: aliter de libero uindicta sumitur, uel condemnatio pecuniaria.

Condenso] condensas (πυκνόω) condensare, Cogere, spissare. Colum. lib.7, Torrido sale contingitur, rursúsq; ponderibus densatur. Cato cap. 40. 2, Hæc unà bene condensato, quammaximè uti lutum fiat.

Condensant se in unũ locũ oues. Varro lib.2.de Re rust. ca.3.7.

¶ Condenseo, cõdenses (πυκνόομαι) condensere, significat Densum facere. Lucret. lib.1.80.

Quòd si fortè aliquis, quum corpora dissiluere,
Tum putat id fieri, quia se condenseat aer, Errat, &c.

¶ Condensus (πυκνὸς) Adiectiuum, ex Con & Densus compositum. Plin. lib.10.cap.7.33, Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore.

Condensa acies, Condensa turma. Liu.6.bel.Pun.26.

Condensæ columbæ. Virg.2. Aeneid.103.

Corpus condensum. Lucret. lib.2.20.

Condensa arboribus uallis. Liu.5.bel.Pun.218.

¶ Condensum, condensi, neut. gen. Substantiuum. Plin. lib.12. cap.73, Insidunt in eadem Africa pardi condensa arborum occultatiq; earum ramis in prætereuntia desiliunt, atq; è uo lucrum sede grassantur.

Condepso] condepsis, condepsere, Commiscere, à Græco tractum δέψω. Pomponius Nuptijs, Partem insipui, concusi, condepsui. Hæc Nonius. Cato cap. 76.3, Posita farinæ l. II. conspergito, condepsitoq;.

Condico] condicis, penul. prod. condixi, condictum, (τάττω, συντάττω, ἐπαγγέλλομαι) condicere, Est duorum aut plurũ inuicem denunciantium aliquid. Iustinus, Hi per epistolas inuicem se confirmantes, locum tempusq; coeundi condicunt, bellum communibus uiribus instruunt.

Condicere ad cœnam, Idem. Plautus Sticho, 7.38.

Condicere cœnam, est conuiuatoris. Sueton. in Tib. cap. 42, Cœnam ea lege condixit, nequid ex cõsuetudine immutaret. Cic. Lentulo, lib.1.9.82.

Condicere symbolum ad cœnam. Plaut. Sticho, 7.28.

Condicere alicui, absolutè. Cic. ad Lentulum, lib.1.9.82, Nam quum mihi condixisset, cœnauit apud me.

Condicere operam. Plin. in præfat. 3, Quũ hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Id est, quũ hanc causam agendã recepi, quum hoc opus suscepi, non prouidebam te futurum eius iudicem, non enim erat in albo nomen tuum, cum aliorum qui sortitione exierunt ex Decurijs. Budæus.

Condicere, Verbum est Iurisconsultorũ. Vnde Condictio, uocabulum apud eos frequentissimũ, pro denunciatione, quæ fiebat ab actore, qui intendebat reum sibi dare facere, præstare aliquid oportere. Cœpit eius ipsius condictionis appellatio ad eas actiones, quas in personam uocant, porrigi. Iustin. lib. 4. Institut. §. appellamus. tit. de action. Appellamus autem, inquit, in rem quidem actiones, uendicationes: In personã uerò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, Condictiones. Cõdicere enim est denunciare priscâ linguâ. Nunc uerò abusiuè dicimus condictionẽ actionem in personã esse, qua actor intendit dari sibi oportere: nulla enim hoc tẽpore eo nomine denunciatio fit. Iulianus in l. si alienum. ff. de mortis causa donat. Paulus in l. si is cui. ff. de mortis causa donat. Vlpianus in l. si non sortem. §. si quis falso. ff. de condictione indebiti. Budæus. Gellius lib 6. cap. 2, Peccata quoq; hominũ & delicta non subsistenda neq; cõdicenda sunt ipsis, uoluntatibusq; eorũ, sed necessitati cuidam & instantiæ, quæ oritur ex fato. Id est non repetenda delictorum ratio uel pœna.

Nummos tibi condicere, pro Repetere abs te. Vlpianus in l. rogasti. §. si fugitiuus. ff. si certum petatur. Et paulò pòst, Quòd si sine dolo malo consumpsisti, condicere tibi potero.

Condicere aliquarum rerum, litium, aut causarum alicui. Est ei denunciare eas res, lites, aut causas. Liu.1.ab Vrbe, 144.

¶ Condictus, Participium (ἐπαγγελμάτος) Suet. Velut ad subitam, condictamq; cœnulam inuitaret populum.

Status cõdictus dies cũ hoste. Plaut. Curcul. 2.5. Gel. lib.16.c.4.

¶ Condictio, Verbale (ἐπαγγελία) Est eius rei qua de agitur, in diem tertium denunciatio, autore Festo. Vide in Condico.

Actio in personam, condictio appellatur. Vlpian. in l. actionum genera. ff. de actionibus, & obligationibus, Actionum genera duo sunt. In rem, quæ dicitur Vendicatio: & in personã, quæ Condictio appellatur.

¶ Condictitius, Adiectiuũ, (ἐπαγγελτικὸς) ut, Actio condictitia, qua aliquid condicimus & repetimus. in iure ciuili Cõdictio uocatur.

Digitized by Google

uocatur. Vlpianus: in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiurando, Idem Iulianus scribit eum qui iurauit furtum se non fecisse, uideri de toto iurasse, atq; ideo neq; furti, neq; condictitia teneturr: quia condictitia, inquit, solus fur tenetur. De condictione furtiua intelligit.

Condignus] ἄξιος, Adiectiuum, pro Dignus. Plaut. Amphitr. 6.39,

Ecastor condignum donum, qualis est qui donum dedit.
M. Imò sic condignum donũ, qualis est cui dono datũ est.

Pulchrũ facinus, Græcarumq; facundiarũ magniloquentia condignum. Gellius lib. 3. cap. 7.

¶ Condignè (ἀξίως) Aduerbium. Plaut. Casin. 17.14, Condignè autem nimis lepidè huc conducti coqui. Ibidem 2.42.

Condignè & condecorè. Gellius lib. 14. cap. 4.

Condigramma] Carmaniæ oppidum, apud Plinium lib. 6. cap. 23.

Condio] condis, condiui uel condij, conditum, penul. prod. (κρύπτω, ἁλύω, ταριχεύω,) cõdire, ex Do compositum esse quidam uolunt, significatq; sapidum facere, cõponere. Plaut. Pseud. 13.21, Non ego item cœnam condio, ut alij coqui. Cic. ad Gillum lib. 7.27.5, Herbas omnes ita condiunt.

Labore in uenatu, sudore, cursu, fame, siti condiebant epulas Lacedæmonij. Cic. 5. Tuscul. 139.

Condire mortuos. Cic. 1. Tuscul. 174.

Mortuos cera circunlitos condiunt Persæ. Cic. 1. Tuscul. 174.

Condire per translationem. Cic. ad Atticum, lib. 12. 259.2, Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.

Ambiguitate condire urbanitatem. Quintil. lib. 6. cap. 3. 66.

Asperitas cõtentionis oratoris ipsius humanitate conditur. Cic. 2. de Oratore, 117.

Voluptatibus aliquid condire. Quintil. lib. 5. cap. 14. 27.

Condire uitia naturæ, studio malitiæ atq; artificio. Cicero pro Cluent. 57.

¶ Conditus, pen. pro. (ἁλωτός) Nomen ex participio: ut, Condita oratio, per metaphoram, Salibus quibusdam aspersa. Cic. 2. de Orat. 125, Nec enim concio maior unquã fuit, nec apud populum grauior oratio, quàm huius contra collegam in Censura nuper, neq; lepore & festiuitate conditior. Idem de claris Orat. 57.

Ius male conditum. Horat. 2. Serm. Saty. 8.14.

Bene coctus & conditus sermo. Cic. Attico, lib. 13. 298.4.

Nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suauitate conditior. Cic. de claris Orat. 92.

Faciunt conditiora cibaria aucupium & uenatio. Cicero de Senect. 53.

¶ Conditio (κρῦσις) Verbale: ut, Conditio ciborum. Cic. 2. de Natura deor. 120, Perspicuum est enim quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

¶ Conditus, huius conditus, penult. prod. (κρῦσις) Aliud uerbale. Colum. libro 2. cap. 22, Vuas itemq; oliuas conditui legere licet.

¶ Conditor, pen. prod. (ἁλωτὴρ, ὀψαρτυτὴς) Verbale. Cic. Post reditum, 13, Hi sunt conditores instructoresq; conuiuij, ijdem expendunt atq; æstimant uoluptates. Idem pro Cluentio, 56.

¶ Condimentum, (κρῦμα, πῦόψημα) Quod ad cõdienda obsonia fit. Plaut. Casin. 5.4,

—coquos equidem nimis
Demiror, qui tot utuntur condimentis: eos eo
Condimento uno non utier, quod præstat omnibus. Cic.

2. de Finib. 144, Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem: potionis sitim.

Condimentum uoluptatis. Cic. 3. Offic. 165.

Condimentum humanitatis mitigare seueritate. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1.1.32.

Condimentum amicitiæ, suauitas morum & sermonum. Cic. de Amic. 59.

Sapientiæ est us condimentum est, sapiens ætati cibus est. Plaut. Trin. 6.80.

Facetiæ omnium sermonum condimenta. Cic. 2. de Orat. 150.

Interponere condimentis quippam. Vide Interpono.

¶ Condimentarius (κρυματικὸς) Adiectiuum: ut, Condimentarium genus. Plin. lib. 19. cap. 8.33, Hæc apud nos habet uocabulum & aliud, satureia dicta, in condimentario genere. Ibidem, cap. 6.6.

¶ Conditaneus (κρυσιμὸς) Aliud adiectiuum, autore Nonio, est quod condi, uel condiri rectè potest. Varro 1. de Re rust. cap. 24.1, In agro crasso & calido oleam conditaneam, radium maiorem, &c.

¶ Conditicius, a, um, (κρυτὸς) Columel. libro 8. cap. 8, Conditicia cibaria.

¶ Conditura, conditura, pen. prod. (σκευασία) Idem quod condimentum. Colum. lib. 12. cap. 4.4, Vasa autem fictilia uel uitrea plura potius, quàm ampla, & eorum alia rectè picata, nõnulla tamen pura, prout conditio conditura exegerit. Seneca lib. 3. de Ira, Liberos illi epulandos apposuit, & subinde interrogauit, an placeret conditura.

Condisco] condiscis, cõdidici, pen corr. (συμμανθάνω) condiscere, Idem quod Discere significat. Plaut. Pseud. 14. 40, Ego istuc alijs dare condidici, mihi obtrudere non potest Palpum. Plinius epist. 141, Paulatim lucem ferre condisco. Cic. pro Plancio, 11, Condiscas censeo, mihi paulò diligentius supplicare.

Crimen condiscere. Ouid. epist. 4.5,

Ars sit ubi à teneris crimen condiscitur annis.

¶ Condiscens (συμμανθάνων) Participium. Plin. lib. 21. cap. 5. 2, Ac ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis.

¶ Condiscipulus, pen. corr. (συμμαθητὴς) Qui cum alio discit. Cic. 1. Tuscul. 6.4, Dicæarchum uerò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo doctos sanè homines omittamus. Idem pro Sylla, 12.

¶ Condiscipula (συμμαθητρία) Fœminiñ, apud Martialem, lib. 10.35,

Hac condiscipula uel hac magistra
Esses doctior, & pudica Sappho.

¶ Condiscipulatus, huius condiscipulatus, pen. prod. (συμμαθητεία) Iustinus lib. 12, Multùm profuere & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi. De Alexandro.

Conditio, Conditiuus, Conditor, Conditura] Vide Condo.

Condo] condis, condidi, conditum, pen. corr. (ἀποκρύπτω, ταμιεύω, ἀποτίθημι) condere, Abscondere, quasi in interiorem locum dare, & ferè cum præpositione In, uel Sub construitur. Plaut. Trucul. 13.6, Condo in crumenam. Virgil. 2. Aeneid. Et nota conduntur in aluo. Plin. Si libeat credere, ut sub una ficu turmæ condantur equitum.

Seponere & condere. Cic. 2. de Diuinat. 167.

Arca condere aliquid. Cic. 2. de Diuinat. 129.

Condere humo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.7.

In humo condi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.2.

Condere Acherontis plagis, Imprecatio est & execratio, qua Phædra Theseum deuouet apud Senecam in Hippolito, 12. 9. Condere, futurum est Indicatiui.

In sepulchro condere aliquem. Cic. 2 de Legib. 87.

Tenuantis sinu condi. Senec. Herc. furent. 11.24,

Quàm

Digitized by Google

Quàm multa in syluis auium se millia condunt. Virgilius. 4. Georg. 95.
Rupta condi tellure premiq;. Valer. lib. 7. Argon. 60.
Terra condere. Plin. lib. 7. cap. 54.
Ossa terræ condere. Virg. 5. Aeneid. 10.
Condere aliquem in pistrinum. Plaut. Pseud. 7. 120.
Condere captiuos in custodiam. Liu. 1. bel. Maced. 86. Item, in carcerem uel carcere. Liu. 6. bel. Pun. 84. & lib. 9. 113.
In aliquam materiam aliqua condere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 13.
In uisceribus & medullis condidit bonum omne Metrodorus. Cic. 5. Tusc. 41.
Furto aliquid condere. Horat. 1. Carm. ode 10. 2.
Cælum conditur umbra. Virgil. 7. Aeneid. 55.
Fama caput inter nubila condit. Virg. 4. Aeneid. 36,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit. Hoc (inquit Seruius) uult ostendere, nec humili eam fortunæ parere, nec superiori.
Orion caput inter nubila condit. Virg. 10. Aeneid. 152.
Cibos condunt formicæ. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.
Condere corpora. Plin. lib. 26. cap. 17. 1.
Corpus condere sepulchro. Ouid. 8. Metam. 47.
Stymphalides pennis cõdũt obductis diẽ. Sene. Herc. fur. 4. 8.
Vota diem condiderãt, Id est consumpserant diem uotis & precibus. Stat. 10. Thebaid. 11.
Referre, diem & condere relatũ, Sol dicitur. Virg. 1. Georg. 91.
Digitos condere in lumina alicuius, Est oculos eruere alicui. Ouid. 13. Metam. 114.
Ensem in alicuius ore aduerso condere. Virg. 9. Aeneid. 92.
Ferrum condere sub aduerso pectore, Aduersarium interficere. Virg. 12. Aeneid. 189.
Condere fructus, & Promere, contraria. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 62.
Triticum condere. Cic. de Senec. 21.
Condere fructus in cados. Plin. lib. 13. cap. 4. 17.
Condere & reponere fructus, hominum, non pecudum est. Cic. 2. de Nat. deor. 234.
Frumentum conditum dicitur, quod in horreis repositum est. Hor. 2. Epist. 2. 1.
Vuæ succos condere. Id est uinum. Tibul. 1. eleg. 10. 10.
Semina arrosa condunt formicæ. Plin. lib. 11. cap. 30. 1.
Nox condit lucem. Seneca Medea, 11. 6.
Scuta latentia condere. Virg. 3. Aeneid. 48,
—tectosq; per herbam
Disponũt enses, & scuta latẽtia cõdunt. Id est, disponũt, & tectos faciũt. Sic & scuta cõdendo latere faciunt. Seruius.
Longos soles condere. Virg. 9. eclog. 11. Id est, æstiuos dies finire, & usq; ad occasum ducere. Seruius.
Vocem condere auribus. Ouid. epist. 19. 20.
Vultus condere Sol dicitur. Ouid. 2. Fast. 157.
Luna condit uultus. Valer. lib. 7. Argon. 79.
Sese condere in aliquid. Virg. 4. Georg. 14. De apibus.
Imis aquis se condere. Valer. Flac. lib. 2. 62.
Lacu fluuius se condidit alto. Virg. 8. Aeneid. 13.
Ferro & ære se condere, Armis se circundare. Propert. libro 3. eleg. 18. 5.
Portu se condidit alto. Virg. 5. Aeneid. 49. Id est, usq; ad interiora peruenit. Seruius.
Vmbris noctis se condere. Virg. 2. Aeneid. 124.
Sol condit se in undas. Virgil. 1. Georg. 87. Dicitur enim occidens Sol se in mare tingere. Seruius.
Condere in animũ aliquid. Sen. epist. 7. pro Memoriæ mandare.
Iram condere. Tacit. lib. 2.
Stimulos alicui condere in pectore, Id est instigare aliquem. Ouid. 1. Metam. 146.
Mente aliquid conditum tenere. Virg. 3. Aeneid. 78.
Mentem condunt obliuia. Claud. 5. Paneg. 34.
Condere monumento corpus, apud Plinium.
Condere, (κτίζειν, δημιουργεῖν) Aedificare, construere, quasi simul dare. Cic. 2. de Diu. 58, Nempe eò Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Idem 1. Tusc. 5.
Pallas condidit artes. Virg. 2. eclog. 12,
—Pallas quas condidit artes, Ipsa colat. Vbi Seruius, Ideo dea artium Minerua dicitur, quia de capite Iouis nata est: sed quia dea est artium & ingenij, ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio: quippe quo reguntur uniuersa. Idem 7. Aeneid. 13.
Apes examina condunt. Virg. 2. Georg. 91.
Mauortia mœnia condere, Ciuitatem fortium uirorum. Virg. 1. Aeneid. 56.
Muros condere. Ouid. ad Pisonem, 19.
Nouam urbem condere. Virg. 1. Aeneid. 106.
Noua fata condere. Virg. 10. Aeneid. 7.
Gentem condere, Propagare. Virg. 1. Aeneid. 8.
Iura condere. Ouid. 2. de Remedio amo. 14.
Lustrum condere. Cic. 2. de Orat. 149.
Nomen memorandum condere. Silius lib. 4. 8. Id est, gloriam comparare.
Rempublicam condere, cui opponitur Occidere. Cic. pro Domo sua, 74, Remq; publicam condere unius discessu, quam interitu occidere malui.
Aurea secula condere, Orbi felicitatem afferre. Virgilius 6. Aeneid. 159,
Augustus Cæsar diuûm genus aurea condet Secula.
Secula multa condere uiuendo, Est uiuere multa secula. Lucret. lib. 3. 221.
Condere, (συντάσσειν) Componere: ut, Condere carmen. Liu. 7. bel. Pun. 202. Horat. in Arte, 90.
Numeris aliquid condere, Est carmine aliquid conscribere. Ouid. 6. Fast. 5.
Carmen condere, Cic. 4. Tusc. 7, Historiam, Plin. lib. 12. ca. 4. 1.
Laudes alicuius. Plin. lib. 22. cap. 13. 4.
Omen condere. Propert. lib. 2. eleg. 29. 8.
Poema. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 24.
Præcepta medendi. Plin. lib. 26. cap. 2. 1.
Prælia condere, Describere. Stat. 1. Thebaid. 2.
Condere iusiurandum. Plaut. Rud. 31. 18. Hoc est, instituere.
¶ Condens (ἀποκρύπτων) Particip. ut, Nubila condentia cælum tenebris. Claud. epig. 6. 1.
¶ Conditus (ἀποκεκρυμμένος, ἀπόθετος) Adiect. pen. corr. Absconditus. Plaut. Pseud. 14. 35,
—teneo, omnia in pectore condita sunt.
In alta caligine conditus. Senec. Herc. furent. 1. 19.
Antro conditus. Ouid. 3. Metam. 7.
Memori tibi condita corde Hæc uigeant mandata, nec ulla obliteret ætas. Catul. Argonaut. 47.
Domi conditus Consulatus. Cic. pro Muræna, 47.
Tumulo conditus. Valer. lib. 5. Argon. 40.
Ensis conditus Horat. Epod. 7. 1. Subaudiendum, uagina.
Iurgia sub tacita condita lætitia. Propert. lib. 2. eleg. 6. 7.
Conditæ in ærario sanctiore literæ. Cic. 6. Verr. 123.
Messis condita. Tibul. lib. 1. eleg. 19.
Præcordia condita aperit Liber. Horatius 2. Serm. Saty. 4. 18. Liber, uinum.
Telum patenti iugulo conditũ imprimere. Senec. Oedip. 14. 8.
Carmina condita, Composita. Virg. 10. eclog. 10.
Fila condita à dextro colo. Propert. lib. 4. eleg. 1. 15,
Non sunt à dextro condita fila colo. Id est res est, difficilis contextu.

Aliquid

Digitized by Google

Aliquid conditum mandare uetustati. Cic. 2. de Nat. deor. 225.
Conditum aliquid seruare. Virg. 3. eclog. 8.
¶ *Conditor, penul. corr.* (κτίστης, δημιουργὸς, ἀρχηγὸς) Verbale, Qui aliquid componit, uel rei alicuius author: ut, Conditor legum, Plaut. Epid. 10. 86.
Acui redeuntis conditor CHRISTVS. Claud. epig. 9. 1.
Argumenti alicuius conditor. Ouid. 2. Trist. eleg. 1. 2.
Artis alicuius conditor. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11. 1.
Conditor disciplinæ militaris. Plin epist. 246.
Historiæ alicuius conditor. Ouid. 2. Trist. 83.
Conditor Peripateticæ sectæ Aristoteles. Colum. lib. 9. cap. 3. 1.
Conditor totius negocij, In malam partem. Cicero pro Cluentio, 56.
¶ *Conditorius, Adiectiuum* (ἀποκρυφῆ) Quintil. declam. 8. Non quidem licuit mihi in illud cubiculum conditorium tuæ mortis irrumpere. Nisi accipias per appositionem, ut sit Substantiuum, significetq; arcanum receptaculum. quod magis placet.
¶ *Conditorium* (θήκη) Subst. an. id est, sepulchrum. Plin. epi. 96, Tam parata obliuio mortuorũ, ut ipsi nobis debeamus cõditoria extruere, omniq; hæredũ officia præsumere. Plin. lib. 7. cap. 16. 7. Senecæ etiam conditiuum dicitur, epist. 8. 3, Multum interest inter ocium & conditiuum. Item epist. 61.
¶ *Condititius, Adiect.* (ἀποθετικὸς) Quod absconditur & seruatur in aliquo loco. Colum. lib. 8. cap. 8. 2. de columbis, Duobus tamen aut tribus mensibus acceptant conditicia cibaria, cæteris se ipsas pascunt seminibus agrestibus.
¶ *Conditiuus, Adiect.* (ἀποθετὸς) Quod seruari potest sine læsura. Cato de Re rust cap. 9. 2, conditiua mala mustea, & Punica, &c. Sic Varro de Re rustica, lib. 1. cap. 59. 1.
Conditiuus cibus. Colum. lib. 8.
Conditiuum, Substantiuum, pro Sepulchro. Vide Conditorium.
¶ *Conditio, Verbale, Ipse condendi actus.*
Conditio (κατάστασις, τύχη) Est dispositio quædã ac ueluti sors fortunarum, temporum, rerum. Cic. Tusc. 60, Meditatio conditionis humanæ.
Fortuna atq; conditio. Cic. 4. in Catil. 70.
Communitas conditionis cum aliquo. Cic. 6. Philip. 206.
Imago conditionis. Cic. pro Milone, 60.
Multi laquei legum & conditionum propositi. Cic. pro Cluentio, 121.
Frugum conditiones. Cic. 1. de Diuinat. 189.
Infimi generis hominũ cõditio atq; fortuna. Cic. pro Milon. 71.
Iuris conditio. Cic. 1. de Lege Agrar. 31.
Legum, iudiciorum, temporum conditio impendet. Cic. Fabio, libro 5. 18. 3.
Loci alicuius conditio. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 4.
Metri conditio. Quintil. lib. 1. cap. 5. 18.
Adempta mortis conditio. Vide Adimo.
Nascendi incerta conditio. Cic. 3. in Catil. 1.
Personarum conditio. Quintil. lib. 3. cap. 10. 3.
Conditio regionis, hoc est temperatura & dispositio, seu habitus aut constitutio. Colum lib. 11. cap. 12. 34.
Seruiendi conditio. Cic. Bruto, 16. 7.
Tolerabilis conditio seruitutis. Cic. 4. in Catil. 89.
Non communi conditione seruitutis uti. Cic. pro Cælio, 45.
Sortis conditio. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. 11.
Temporũ conditione aliquid mutari. Quint. lib. 4. cap. 1. 40.
Victoriæ conditio. Cic. pro Marcel. 7.
Conditio uitæ. Cic. 3. Offic. 114.
Mortalis conditio uitæ. Cic. 14. Philip. 407.
Easdem uitæ conditiones non perferre. Cic. pro Cluentio, 121.
Sequi aliquam uitæ conditionem. Cic. pro Rab. Posthu. 10.
Viuendi conditio. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 13.
Attalicæ conditiones. Vide Attalus.
Bona conditio. Vide Bonus.
Communis conditio. Horat. 2. Epist. 1. 31.
Dulcis conditio. Horat. 1. Epist. 1. 11.
Fœda conditio. Horat. 3. Carm. ode 5. 3.
Humana conditio. Cic. 1. Tusc. 24.
Infima conditio & fortuna seruorum. Cic. 1. Offic. 62.
Vis & fortunæ conditio infima aliquorum. Cic. pro Cornelio Balbo, 18.
Iniqua conditio. Vide Iniquus.
Insidiosissima conditio. Vide Insideo.
Tristis conditio. Claud. Paneg. 7. 123.
Aequa uel iniqua conditione causam dicere. Cic. pro Cluen. 75.
Meliore iure, meliore in causa, commodiore conditione esse. Cic. 2. de lege Agrar. 6. 7.
Meliore conditione est senex quàm adolescens, quum id quod ille sperat, hic consecutus est. Cic. de Senect. 6.
Longè alia conditione esse ac cæteri. Vatinius Ciceroni, libro 5. 10. 11.
In superiori conditione causáq; positum esse. Cicero pro Cornelio Balbo, 29.
Conuellere conditionem amicitiæ. Vide Conuello.
Excutere conditionem alicuius. Id est, expendere & considerare penitus. Ouid. 3. Trist. 14. 11.
Facere disparem conditionem. Cic. de Prouincijs Consul. 13.
Mortali conditione generari. Cic. de Vniuersit. 58.
Habere naturam & conditionem, ut. Cic. pro Marcello, 4.
Instituere legem iniquam & miseram conditionem periculis hominum. Cic. pro Muræna, 55.
Eadem conditione nasci. Cic. 2. de Diuinat. 140.
Ea conditione nati sumus, ut nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus. Cic. ad Atticum, lib. 15. 321. 2.
Qua nati sumus conditione uiuamus. Cic. Titio, lib. 5. 16. 4.
Immortalium conditionem postulare. Cic. 3. Offic. 65.
Prouidere conditioni ciuium contra periculosissimas hominum potentias. Cic. pro Cælio, 16.
Conditio, (αἵρεσις) Est oblata potestas aliquid eligendi. Teren. Heaut. 2. 3. 85,
Harum duarum conditionum nunc utram malis, uide.
Ea conditione dare aliquid. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 13.
Sub ea conditione. Cic. pro Archia, 19.
Optima conditione prædia. Vide Ius.
Valde bona conditio si fuerit, fortasse non omittam. Cic. Qu. fratri, libro 2. 6. 3.
Controuersiæ conditio. Quintil. lib. 4. cap. 1. 18.
Pacis conditio cum aliquo. Cic. 4. Philip. 160.
Præsentis discriminis conditio. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.
Petitionum conditio. Quintil. lib. 3. cap. 10. 5.
Nulla conditione. Cic. pro Corn. Balbo, 17.
Accedere ad conditionem & pactionem, pro Consentire. Vide Accedo.
Accipere conditionem. Vide Accipio.
Ea conditione accipere. Cic. 1. Tusc. 148.
Ad aliquam conditionem adducere aliquem. Balbus Ciceroni, in Epist. ad Attic. lib. 8. 168. 2.
Astringere aliquem suis conditionibus. Cic. pro Quintio, 10.
Audire conditionem, & Audita conditio. Ouid. epist. 20. 27.
Capere conditionem, & In conditionem. Vide Capio.
Dare alicuius rei conditionem alicui. Cic. 4. in Catil. 1.
Defendere se alicuius rei conditione. Cic. 1. de lege Agrar. 61.
Alterutram ad conditionẽ descẽdere. Cæl. Ciceroni, lib. 8. 8. 30.
Ferre conditionem, Id est offerre. Terent. Phorm. 4. 1. 13, Nam hanc conditionem si cubi tulero extrario. Cicero pro Sex. Rosc.

Digitized by Google

Rosc. Ameri. 18, Hanc conditionem misero ferunt, ut optet utrum malit.

Ferre conditiones, est victoris & superioris: Accipere conditiones, victi. Cic ad Tironem, lib. 16. 11. 4, Feruntur omnino conditiones ab illo. Et paulò pòst, 6, Accepimus conditiones. Vide Fero.

Conditiones ferre, leges imponere. Cic. 7. Philip. 210.

Manere in conditione. Vide Maneo.

Manet conditio. Cic. Curioni. lib. 2. 6. 11.

Mutare conditionem. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Offerre conditionem pacis, apud Liuium.

Perducere aliquem ad suas conditiones. Cic. pro Qu. 14.

Perducere aliquem conditionibus. Cic. pro Quintio, 15.

Proponere conditionem supplicij alicui. Cic. pro Cluent. 102.

Iniquam conditionem recipere. Quintil. lib. 5. cap. 6. 2.

Conditionibus accipere populos in societatem. Liu.

Repudiare æquissimam conditionem. Cic. pro Quintio, 26.

Respuere conditionem aliquam. Cic. pro Cælio, 10.

Stare conditionibus, Est tenere pacta. Cicero ad Tironem, lib. 16. 11. 8.

Fugere à conditionibus, Superiori contrarium. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 11. 8.

Statuere conditionem sibi. Cic. pro Rabirio Posthu. 10.

Conditio est posse, &c. Cic. pro Plancio, 8, Est enim cõditio liberorum populorum, præcipueq; huius principis populi & omnium gentium domini, atq; uictoris, posse suffragijs uel dare uel detrahere quod uelit cuiq;.

Est conditio, ut, Cicero pro Rabir. Posthum. Ista conditio est testium, ut quibus creditum non sit negantibus, iisdem creda tur dicentibus?

In conditionem uocari. Cæl. Ciceroni lib. 8. 9. 5.

Vti conditione alicuius. Cic. Attic. lib. 9. 188. 1.

Conditione tua non utar: Verba sunt repudium mittentis. Caius in l. 2. ff. de diuortijs & repudijs, In sponsalibus quoq; discutiendis placuit renuntiationem interuenire oportere: in qua re hæc uerba probata sunt, Conditione tua non utar.

Conditionem pro creatura sæpe usurpauit Tertullianus de Corona militis. ea est quam κτίσιν appellant.

¶ Conditionalis & hoc conditionale, penult. prod. (αἱρετικὸς) Adiect. à Conditio: ut, Pars conditionalis. Martianus in l. quũ hæres. ff. de acquirenda hæreditate.

¶ Conditionaliter, pen. cor. (αἱρετικὸς) Aduerb. In Institutionibus, tit. de legatis. §. longè magis, Sed si conditionaliter enunciata fuerit causa, aliud iuris est, &c. Paul. in l. qui stipulator. ff. de uer. oblig.

Condus, condi, masc. gen. Qui condit, & seruat bona domini sui: sicut qui Promus promit. Plau. Pseud. 9. 16, Cõdus, promus, procurator peni.

Condoceo] condoces, pen. corr. condocui, condoctum, (συμπαιδεύω) condocere. Hirtius lib. 5. 67, Equoq; frænato, uti condocuerat.

¶ Condoctus, condocta, condoctum. Plaut. Pœnulo, Fac modò ut condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam. M. Quint edepol condoctior sum quàm tragœdi aut Comici. Sic in utroq; uersu condoctum legit Turnebus, non conductum. Condocti autem Comici sunt, qui fabulam quam acturi sunt, unà fideliter edidicerũt, gestumq; agere sciunt. Oportet enim histriones peritos esse, & fabulam quam acturi sunt, simul edidicisse, antequam in proscenĩ prodeant. quò, nisi fallor, respexit. Hæc ille.

¶ Condocefacio, condocefeci, condocefactum, (διδάσκω) condocefacere, Instruere, docere. Cic. 5. Tusc. 126, Nemo est enim qui eorum bonorum, animum putet esse iudicem, eumq; condocefaciat, ut ea quæ bona, maláue uideantur, posit contemnere. Idem 2. de Nat. deor. 240, Et utamur domitis, & condocefactis, ut elephantis, &c.

Condoleo] condoles, penult. corr. condolui, (συνάχθομαι, συναλγέω) condolere. Plaut. Trucul. 10. 2, Nam mihi de uento miserè condoluit caput. Cic. 3. de Orat. 4, Namq; tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremq; multum consequutum esse audiebamus.

Caput condolet. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 8.

Condoluit caput de uento. Plaut. Trucul. 10. 2.

Corpus condoluit tentatum frigore. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 16.

Si pes condoluit, si dens, ferre non possumus. Cic. 2. Tusc. 90.

¶ Condolesco, condolescis, (κατοδυνώμαι) condolescere. Cic. 1. Academ. 54, Quumq; perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaq; & condolescere & concupiscere & extimescere, & efferri lætitia dicerent.

Condono] condonas, pen. pro. (ἀωρέομαι, χαρίζομαι) condonare, Idem quod donare significat. Plaut. Menæh. 14. 83, Ego illam non condonaui, sed sic utendam dedi.

Dare condonare. Cic. pro Plancio, 62.

Condonare alicui munusculum. Cic. 5. Verr. 73. Et ad Philippũ Proconsulem, lib. 13. 74. 3, Vt eius filios qui in tua potestate sunt, mihi potissimùm condones. Plaut. Amphit. 6. 38.

Condono te. Plaut. Persa, 13. 37, —ne tibi hoc
Scipione malum magnum dem. P. te condono.

Condonare aliquem pecuniam, debitum, &c. Terent. Phorm. 5. 8. 54, Argentum quod habes? condonamus te.

Condonare pecunias debitoribus. Cic. 2. Offic. 115.

Codonare peccatum, (συγγινώσκω) Sallust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam. Hirtius lib. 4. 287.

Remittere alicui & cõdonare animaduersionem & supplicũ, quo usurus erat in ipsum. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 4.

Condonatus est hæc. Terent. in prol. Eunuch. 17,
Habeo alia multa quæ nunc condonabitur.
Quidam hìc legunt Condonabuntur, plurali numero.

¶ Condonatus, penult. prod. (συνεγνωσμένος) Participium à Condonor.

Condonatum iudicium alicui, quo reus absolutus, aut condemnatus est in gratiam alicuius. Cic. Att. lib. 2. 18. 1.

Condonatus, pro eo cui parcitum est. Plin. de Viris Illust. 4. b, Qui apud Duumuiros condemnatus, ad populum prouocauit: ubi patrĩs lachrymis condonatus, ab eo expiando gratia sub Tigillum missus. Id est, patri lachrymanti. De Horatio loquitur, qui sororem occiderat.

¶ Condonatio, Verbale (συγγνώμη) Cic. 2. Verr. 7, Cuius prætura urbana ædium sacrarum fuit, publicorumq; operum depopulatio: simul in iure dicendo bonorum, possessionumq; contra omnium instituta addictio, & condonatio.

Condormio] condormis, condormiui, condormitum, (συγκαθεύδω) condormire, Simul dormire. Plaut. Most. 7. 55, Abimus omnes cubitum: condormiuimus.

¶ Condormisco, condormiscis (συγκαθεύδω) condormiscere. Plaut. Rud. 14. 13, Obsecro hospes, da mihi aliquid loci ubi condormiscam parum. S. Istuc ubi ubi uis, condormisce: nemo prohibet, publicum est.

Condryllon] siue condrylle (κονδύλλη) Herba de qua sic Plin. lib. 22. cap. 22. 23, Condryllon, siue condrylle folia habet intubi circunrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro, radice fabæ simili, aliquando numerosa. Theophrast. lib. 7. cap. 7. Et Dioscorides lib. 2. cap. 148. Genus est autem intubi agrestis.

Conduco] conducis, pen. pro. conduxi, conductum (ἐκάγω) conducere, Simul ducere. Plaut. Menæh. 4. 13, Hodie ducam scortum ad cœnam, atq; aliò conducam foras. Idem Epid.

Conducere (συνάγειν) Cogere, congregare. Cic. 2. de Inuent. 123, Tunc

Digitized by Google

123. Tunc Crotoniatæ, publico de consilio uirgines in unum locum conduxerunt: & pictori quas uellet, eligendi potestatem dederunt.

Dispensæ cohortes in una castra conducere, Tacit. libro 4. & libro 20.

Exercitum in unum conducere Tacit. lib. 4.

Partes conducere in unum, id est, contrahere in unum corpus. Lucr. lib. 1. 81.

Conducere, pro Emere. Plau. Amphit. 1. 4. 53, Credo iam quæ uolebat sacrificia ad epulum conduxit. Idem, Cædendum conduxi ego illum.

Nimium magno conducere. Cic. Att. lib. 1. 12. 12.

Conducere aliquē ((μισθοῦσθαι) Precio accipere. Plaut. Aulul. 9. 1, Postquam obsonauit herus, & conduxit coquos. Idem. Pseud. Quæ nullo argenti te conduxit Pseudolus?

Aliquem ad cædem faciendam conducere. Cicero de Prouin. Consul. 8.

Conducere nauem. Plau. Rud. 2. 57.

Conductus mercede diurna, Periphrasis, pro mercenario. Hor. 2. Serm. Saty. 7. 4.

Hortum conducere. Cic. Tironi, lib. 16. 18. 3.

Domum conducere. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 7. 11.

Alicui locum proximo conducere. Cic. Tironi, lib. 16. 21. 10.

Nauigium conducere. Hor. 1. Epist. 1. 19.

Conducere mercede. Cic. 2. Offi. 30.

Conducere (ὁρολαβεῖν, ὑπωνεῖσθαι) etiã dicitur is qui precium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere etiã dicitur. Iulianus Iurecõsult. Si quis mulos pascẽdos, uel sarciendum quid, polendúmue conduxit, culpam eum præstare debere. Vlpianus, Si quis seruum docẽdum conduxerit, eumq; peregrè duxerit, &c.

Ad pecuniam numeratam conducere. Caius in l. si merces. §. Vis maior ff. Locati, Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit. Alioquin partiarius colonus, quasi societatis iure, & damnum, & lucrum cum domino fundi partiatur.

Conducere de. Cic. 2. de Diuinat. 70, Et redemptor qui columnam illam de Cotta & de Torquato cõduxerat faciendam, non inertia, aut inopia tardior fuit, sed, &c.

Multitudo conducta. Cic. 1. Philip. 16.

Conducit (συμφορέα, συμβάλλεται) in tertijs personis, pro Vtile. Colum. lib. 1, Nam id minimè conducit agricolæ. Cic 1. de Repub. Facillimam autem in ea Repu. esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus.

Ea maximè conducunt, quæ sunt rectißima. Cicer. Rufo, libro 5. 19. 8.

Neq; homini infanti aut impotenti iniustè facta conducunt. Cic. 1. de Finib. 81.

Conducit hoc tuæ laudi. Ci. ad Rufum, lib. 13. 49. 2.

Propositio conducere res dicitur, quæ conuenit cum proposito. Hora. in Arte, 40.

Rationibus nostris conducit id fieri. Cic. Att. lib. 1. 1. 4.

Conducit hoc Reip. rationibus. Cic. ad Lent. lib. 1. 9 89.

Saluti tuæ conducere, & non aliena esse à dignitate. Cic. Marcel. lib. 4. 7. 2.

Conducunt hæc ad uentris uictum. Plaut. Capt. 1. 4. 6.

Conducit in rem tuam, &c. Plautus Capt. 7. 25. Idem Cistel. 8. 4, Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam.

Conduci non possum, &c. Plaut. Asina. 16. 36, Non edepol conduci possum uita uxoris annua. Id est, nõ possum adduci, ut credam uxorem meam posse uiuere intra annum.

¶ Conductus, Participiũ. Plaut. Aulul. Nummo sum cõductus.

Conductus sum coctum. Plau. Aulul. 13. 8.

Auxilia regum in unum conducta. Tacit. lib. 15.

In unum conducti, id est, coacti & congregati. Tacit. lib. 2.

Bella conducta, dicuntur bella militum mercenariorum. Salius lib. 5. 39.

Conducta nauis. Terent. Adelph. 2. 2. 17.

Nummi conducti. Hora. 1. Serm. Saty. 2. 2.

Conducta opera alicuius. Plau. Aulul. 13. 6.

Operæ conductæ. Cic. pro Sestio, 30.

Telæ conductæ. Tibul. lib. 1 eleg. 6. 16.

Serere tellure conducta. De paupere dictum. Virgilius 12. Aeneid. 105.

Testes conducti. Oui. 1. Amorum, eleg. 10. 8.

Torus conductus. Oui. 1. Amorum eleg. 10. 9.

Conducta dicta ad fallaciam. Plau. Pœnulo, 8. 3.

¶ Conductum, Substantiuum: ut, Habere aliquid conducti. Ci. pro Cluent. 139.

¶ Conductor, Verbale, Qui pecuniam alicui dat, ut aliquid fiat.

Conductor, etiam is dicitur qui pecuniam accipit. Cicer. ad Quin fratrem, lib. 3. 17 8, Tum is mihi respondit, seipsum eius operis H-S XVI. conductorem fuisse. Cato capit. 14. 2, Conductor uerò lapidem, calcem, arenam, aquam, paleásq; parabit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10. 9, Omnia conductor soluit.

¶ Conductio (μίσθωσις) Verbale. Cic. pro Cecin. 68, Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.

Conductio, Aliter. Cic. 1. de Inuent. 88, Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut contrario complecti oportet. &c.

¶ Conducibilis, & hoc conducibile, pen. corr. (συμφόρῳ) Id est, utile. Plautus Epid.

Reperiamus aliquid callidi conducibilis consili.

Vtile & conducibile. Author ad Heren. lib. 2. 70.

¶ Conductitius (μισθωτὸς) Adiectiuum, Quod conductum est: ut, Fidicina conductitia. Plau. Epid. 6. 8.

Conductitiæ operæ. Varro 1. de re Rust. cap. 17. 2.

Condulus] Idem quod annulus, teste Festo. Ita dictus, ut uidetur, ἀπὸ τῶν κονδύλων, Hoc est, à digitorum articulis aut nodis, siue quòd annulis digiti exornari solent, siue quòd in digitis annuli, ueluti nodi quidam eminent. Prisci etiam ungulum uocauerunt, & Symbolum, teste Plin. lib. 33. cap. 1.

Conduplico] conduplicas, pen. correp. (ἐπιδιπλασιάζω) conduplicare, Quasi simul duplicare, & duplicem facere. Cicero 1. de Diuinat. 49, Tenebræ conduplicantur. Et 3. de Orat. 86.

Conduplicare beneficium. Teren. Phorm. 3. 2. 31.

Diuitias conduplicare. Lucr. lib. 3. 15.

¶ Conduplicatio (ἐπιδιπλασιασμός) Verbale. Plautus Pœnul. 19. 18, Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Conduplicatio, Figura Rhetorum. Author ad Heren. libro 4. 190, Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut commiserationis, eiusdem unius, aut plurium uerborum iteratio.

Condurdon] Herba est solstitialis, flore rubro, quæ è collo suspensa comprimit strumas. Vide Pli. lib. 26. cap. 5.

Conduro] conduras, condurare, Durum reddere. Lucret. lib. 6,

Humor atque porrò ferrum conurat ab igni:
At coria & carnem mollit durata calore. Vide de hoc Arist. lib. 4. Meteor. cap. 6.

Condus] Vide Condo.

Condyloma] pen. prod. condylomatis, n. g. (κονδύλωμα) Tuberculum

Digitized by Google

Tuberculum (inquit Pollux) quod ex inflammatione præsertim circum sedem, anumq; consistit. Latini resolutionem anus uocant, quia resoluitur ille musculus assurrectorius, quem sphincteram Græci nominant. Plin. lib. 20, uocat sedis uel ani procidentiam, quum de uiolarum medicinis loquitur: quemadmodum alio loco uteri procidentiam in mulieribus appellat. Pli lib. 21. cap. 20. 6, Sedis rimas & condylomata, omniaq; in corpore excrescentia sanat.

Condylus] condyli, pen. cor. (κόνδυλος) Iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ac stricta in pugnũ palma. Nam quatuor digiti (ut scribit Aristoteles) ternos habent condylos & tuberculum. Martial. lib. 5. 129, Parui tibia condyli sonabit.

Cone] Insula ad ostium Istri. Luca. lib. 3,

——& barbara Cone,
Sarmaticas ubi perdit aquas.

Confabulo] confabulas, pen. corr. (συμμυθολογέω) confabulare: & Confabulor, confabularis, confabulari. Plaut. Most. 7. 77, Hisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Visitatius est Fabulor.

Confabulari, Colloqui. Plautus Cistel. 10. 88,

Saluam eccam: sed ego rem meam magnam tecum
Confabulari uolo, sociam te mihi opto ad meam salutem.

Confacio] confacis. Festus, Confecerunt, unà fecerunt. Obsoletum.

Confarcio] confarcis. Vide Confercio.

Confarreo] confarreas, confarreare. A' quo Confarreatus, & Confarreatio, Genus sacrificij, quod fiebat inter uirum & uxorem, in signum coniunctionis: sicut Diffarreatio in signum dissolutionis. Plin. lib. 18. cap. 3. 2, Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis uinculo erat: nouæq; nuptæ farreum præferebant. Cor. Tacit. lib. 4, Nam Patritios confarreatis parẽtibus genitos tres simul nominari, ex queis unus legeretur uetusto more, neque adesse ut olim, eam copiam, omissa confarreandi assuetudine, aut inter paucos retenta.

Assuetudo confarreandi. Tacit. lib. 4.

Confatalis] & hoc confatale, pen. prod. (συμμαρμένος) Quod eadem fati necessitate tenetur. Cicero de Fato, 45, At si ita fatum sit, nascetur Oedipus Laio, non poterit dici, siue fuerit Laius cum muliere, siue non fuerit: copulata enim res est, & confatalis. Sic enim appellat, quia ita fatum sit, & concubiturum cum uxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum.

Confectus] Vide Conficio.

Confercio] confercis, conferfi, confertum (συναθροίζω, συνεφίω) confercire, Ex Con & farcio compositum, significat densare. Varro de re Rust. Quo facto non modò desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes. Pli. lib. 12. cap. 15. 3, Myrrham passim à uulgo coemptam in soles conferciunt. Lucr. lib. 6. 32,

Ventus enim quum confercit, franguntur in unum
Concreti montes nimborum, & grandine missi. Legunt quidam Conuertit.

¶ Confertus (ἀθρόος) Partic. Cæsar, Neq; à tanta multitudine conjecta tela conferti uitare poterant. Liu. de bel. Pun. Virgil. 1. Aeneid. 70, Quos ubi confertos audere in prælia uidi, &c.

Conferti & Rari, contraria. Cæsar, Vt nunquam conferti, sed rari, magnisq; interuallis præliarentur. Liu. de bel. Pun.

Acies conferta. Vide Acies.

Agmen confertum. Virg. 3. Georg. 74,

——confertoq; agmine cerui Torpent, &c. Id est, agmine cõiũcto: Cerui enim cõgregatione gratulãtur. Seru.

Arma conferta. Silius lib. 4. 32.

Legio conferta maniplis. Sil. lib. 7. 79.

Liber confertus uoluptatibus. Cicero 3. Tuscul. 74. Id est, refertus, plenus.

Conferta uita uoluptatum omniũ uarietate. Cic. 2. de Fin. 104.

Ociosa uita, plena & conferta uoluptatibus. Cic. pro Sestio, 17.

Confertus cibo. Cic. in Catil. 32, Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti. Emendatoria exemplaria legunt Confecti.

Confertior, confertissimus. Liu. 9. ab Vrbe, 144, Præterquam quòd confertiores steterant. Ibidem, lib. 2. 53, In confertissima turba prope regium tribunal constitit.

¶ Confertim (ἀθρόως) Aduer. Liu. Quũ confertim Romani, ut solent, dẽsatis excepissent scutis. Idẽ de bel. Pun. Quo acrius & cõfertim magis utrinq; pugnabatur. Idem de bel. Maced.

Confero] pe. cor. confers, contuli, collatũ (συμφέρω, προστίθεμαι, συγχορηγέω, συμβάλλομαι, συντείνω, ἀποτίω, ἐκτείνω) cõferre, Ex Con & Fero cõpositũ, significat Simul ferre. Plaut. Capt. 13, 26, Neu quis in hac platea negocij conferat quicquam sui. Colum. lib. 1, Sitq; utriq; proximum borreum, quo conferatur rusticum instrumentum. Plinius de Viris illustribus, 70.

Conferre, Dare. Plaut. Mostel. 16. 39, Nos dabimus, nos conferemus nostro sumptu, non tuo. Pli. lib. 6. epist. 118, Et tanquam parens alter, puellæ nostræ confero quinquagies millia nummũm. Hic quiddam expressius significat conferre, nempe portionem suam cum altero dare. Cæsar 2. bel. Gallici, 285.

Conferre ad aliquem. Cic. pro lege Manil. 34.

Conferre, Colloqui. Plau. Rud. 10. 7, Melius ominare: uerum omnes sapientes decet conferre, Et fabulari.

Conferre studia ad arbitrium alterius. Ci. ad Lent. lib. 1. 9. 100, Quod quidam dicunt, Referre & remittere negocium ad alterius censuram. Brutus Cic. lib. 11. 20. 4.

Conferre ad aliquem sinistram diligentiam, Plin. epist. 148. Diligentiam accepit quomodo Terentius, Quorũ negligentiam æmulari exoptat potius, quàm istorum obscuram diligentiam: hoc est, curiosam indagationem. Ita diligens etiam in malam partem à Cicerone usurpatur, pro lege Manilia, In hoc uno, inquit, sunt tam diligentes.

Conferre cum aliquo, pro Certare. Id est, uires suas cum alterius conferre uiribus. Oui. 10. Met. 120,

Quid facilem titulum superando quæris inertes?
Mecum confer, ait.

Conferre, pro Mutare. Oui. 4. Met. 56,

Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphæ pellicis ira
Contulit in saxum.

Aes conferre. Oui. 4. Fast. 71.

Falsò conferre aliquid in aliquem. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 4.

Amorem conferre. Plaut. Curcul. 2. 28.

Conferre se in fugam. Cic. pro Cecinna.

Amorem conferre alicui. Proper. lib. 2. eleg. 25. 10.

Animum aliò. Teren. Heau. 2. 4. 10. Id est, alias amare.

Animum ad fodiendos puteos. Hirtius de bel. Alex. lib. 4. 30.

Beneuolentiam erga aliquem conferre. Cic. Planco, lib. 10. 5. 3.

Benignitatem in aliquem conferre. Cic. 1. Offi. 75.

Capita, pro Congregari & consultare de re aliqua (συνάγειν) Cic. 5. Ver. 24, Conferrent uiri boni capita: de concessatione loquerẽtur inter se, ac de mulierculis.

Castra castris, pro E' regione castrametari. Cæsar. Ci. 2. de Diuinatione, 170.

Causam in aliquem. Cicer. ad Attic. libro 12. 248. 2. Id est, (reijcere.

Causas conferre, & quid in quanq; sententiam dici posit, ex-

promere.

Digitized by Google

promere.Cicer.2.de Diuination.223.
Certamina belli inter ſeſe conferre.Virg.10.Aen.29.
Certamina pugnæ manu conferre.Id eſt,manu certare.Lucret. lib.4.170.
Ore ſuo cibos conferre. Quintil.lib.2.cap.6.5,Aues cernimus, quæ teneris, infirmiſq; fœtibus cibos ore ſuo collatos partiuntur.
Cõſilia.Teren.Heau.3.1.64,—cõferunt Conſilia adoleſcẽtes.Ci.2.Philip. An ille quenquam plus dilexit?cum illo aut ſermones,aut conſilia contulit ſæpius?
Omne conſilium,ſtudium,officium,operam,laborem, diligentiam,ad amplitudinem alicuius conferre (μετάγειν) Cice. Planco,lib.10.1.7.
Conſilium uiuendi omne ad naturam ſuam. Cic.1.Offi.168.
Conſolationes in rem aliquam.Cic.ad Attic.lib.12.25 &.2.
Conſulatum in eundem annum.Plin.in Paneg.149.
Copiam uerborum conferre.Quint.lib.1.cap.8.6.
Crimen conferre in aliquem.Cic.2.de Ora.98.
In puriſſimam & caſtiſſimam uitam alicuius falſum crimẽ conferre.Cic.pro Qu.Roſc.Com.9.
Culpam in aliquem conferre.Terent.Eunuch.2.3.96. Cic.ad Attic.lib.9.17.1.3.
Curas ſuas,& quicquid nobis eſt à Deo datum, in Rempublic. conferre.Cic.2.Offi.3. Idem pro Lege Manilia,35.
Curas ad dignitatem alicuius conferre. Cicer. Planco,libro 10.12.16.
In medium ſingulos denarios in ſingulos talos conferre.Sueto-nius in Auguſto,capit.71.
Omnia omnium dicta in aliquem conferre. Cicer. Volumnio, libro 7.33.2.
Diem ſoluendæ pecuniæ pacto conferre. Papinian. in l.quum ſoluendæ.ff. de diſtractione pignorum, Quum ſoluendæ pecuniæ dies pacto confertur : conueniſſe uidetur,ne prius uendendi pignoris poteſtas exerceatur.
Diligentiam in ualetudinem alicuius conferre. Cicero Tironi, 16.6.8.
Diſputationem conferre in aliquos,pro Inducere eos loquentes.Cic.ad Atti.lib.4.85.3.
Dona conferre alicui.Plaut.Menæh.4.18.
Exempla aliorum conferre.Plau.Pœnu.4.75.Teren.Adelph. 1.2.14, —deniq;
Si conferendum exemplum eſt,non fratrem uidet
Rei dare operam,ruri eſſe parcum ac ſobrium:
Faciem et mores conferre duarum. Id eſt, inuicem comparare. Ouid.7.Met.142.
Fructum aliõ.Teren.Eunuch. Metuet ſemper quem ipſe nunc capit fructum,nequando iratus tu aliò conferas.
Gradum conferre,Conuenire.Virg.6.Aen.98.
Gradum.Plaut.Menæh.12.30,Propera Menæhme fer pedem, confer gradum.Idem 6.Aen. —iuuat uſq; morari,
Et conferre gradum,& ueniendi diſcere cauſas.
Gradum conferre cum hoſte, Hoſtiliter inuadere,& pedem conferre infeſtis armis.Liuius 7.ab Vrbe,primus omnium Conſul inuadit hoſtem,& cum quo fortè contulit gradum obtruncat.Budæus.
In carmen rem aliquam, pro Carmine componere. Colum.lib. 9.cap.16.2.
In commune.Cic.pro Quintio,7, Poſteaquam neſcio quid impendit,& in commune contulit, mediocri quæſtu cõtentus eſſe non poterat.Idem 4.Verr.102.
In educationem aliquid conferre.Quint.lib.1.cap.17.
In pauca uerba:id eſt,paucis dicere.Plaut.Aſin.3.76.Idem Menæh.2.6,Quàm potero in uerba conferam pauciſſima.
In pauca,pro Concludere dixit Cic.lib.3.Offi.
In quæſtum uocem.Cic.pro Quintio,6,Quum ei natura nihil melius quàm uocem dediſſet, pater nihil præter libertatem reliquiſſet,uocem in quæſtum contulit.Id eſt,uoce quæſtum fecit,Præco enim fuerat Sex.Næuius.
In tempus ambulationis aliquid.Cic.ad Qu.frat.lib.3.19.1.
In unum conferre plurium inuenta.Quint.lib.3.cap.1.16.
Inter ſe.Cic.2.de Finib.7,Quærimus enim finem bonorũ,poſſumúsue ſcire hoc quale ſit,niſi cõtulerimus inter nos?Idem ad Att.lib.15.3,Coràm inter nos conferemus.
Quotidie inter nos ea,quæ audiebamus, conferebamus. Cic.1. de Finib.25.
Ingenium ad rem aliquam.Cic.ad Tironem,lib.16.cap.13.3.
Iter. Cicer. ad Attic.libro 3. 44.1, Illò quum peruenire non liceret, ſtatim iter Brunduſium uerſus contuli ante diem rogationis.
Lites conferre,Rixari cum aliquo. Hor.1.Ser.Sat.5.11.
Maledicta in aliquem.Cic.ad Att.lib.11.21.6.3.
Manum cum aliquo conferre.Virg.12.Aen.97.
Fiſus manus conferre.Sil.lib.7.121.
Manũ,uel manus.Cic.pro Fonteio,2, Partim qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt.Virg.lib.9.9,
—etſi conferre manum pudor, iraq; monſtrat.
Munera conferre.Proper.lib.2.eleg.3.5.
Munera alicui conferre.Clau.epig.20.3.
Nutus conferre.Tibul.lib.1.eleg.1.5. de Venere loquens,
Illa uiro coram nutus conferre loquaces. ſubaudi,docet.
Officia in aliquem. Cicer.de Amicitia,62,Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium:quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt:non commemorare qui contulit.
Officia conferre in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus.Cic.1.Offi.173.
Quicquid in eum iudicij officijq; cõtuleris,id ita me accipere, ut in me ipſum putem contuliſſe.Cic.Planco, lib.10.1.9.
Operam ad aliquid.Cic.Sulpitio,lib.4.3.14.
Plurimum operæ,ſtudij,diligentiæ,laboris,ad conficiendum reditum alicuius conferre.Cic.Att.lib.4.1.2.
Orationem ad rem aliquam.Cic.pro Ligario,1,Omiſſa cõtroueriſia,omnis oratio ad miſericordiam tuam cõferenda eſt.
Conferre magnam partem.Celſus lib.6.cap. 6, Ingentibus uerò & uarijs caſibus oculi noſtri patent, qui quum magnam partem ad uitæ ſimul & uſum & dulcedinem conferant, ſumma cura tuendi ſunt.
Pacem conferre.Vide Pax.
Permulta in aliquem,quæ ab eo nunquam dicta ſunt, cõferre. Cic.pro Plancio,28.
Pecuniam in opus.Pli.epiſt.240.Cic.4.Verr.102.
In uſus ſuos pecuniam ab aliquo collatam habere. Cicer. pro Flac.44.
Pecuniam,aliter. Cice.3.Offic.126,Niſi fortè eam pecuniam in Reipublic. magnum aliquod tempus contulerit. Id eſt, reſeruarit.
Pedem,pro Accedere.Plau.Merc.22.41.
Pedem conferre cum ſingulis.Quint.lib.5.cap.13.10.
Collato pede præliari.Liu.6.bel.Pun.198.
Conferre pedem antiqui dicunt, quod nos ad punctum uenire dicimus & iungere.Cic.pro Plancio,38,Non poſſum magis pedem conferre(ut aiunt)aut propius accedere:quid taces? quid diſſimulas?quid tergiuerſaris?Budæus.
Conferre pedem dicuntur Oratores,quum argumenta aduerſariorum confutare aggrediuntur. Quintilia.lib.5.cap.13.
Peſtem hominibus hæc conferunt.Colum.lib.1.5.5.4
Pietatem ſtudio conferre.Quint.lib.2.cap.9.1.
Rationem belli aliquo.Cæſar 3.bel.Ciuil.342.
Rationes conferre.Cic.ad Att.lib.5.10.5.

Digitized by Google

Rem in paucá, pro Rem accelerare. Plau. Pœnulo, 18. 52.
Conferre se dicuntur, qui se conglomerant, uel in cumulum colligunt. Pli. epist. 159.
Seria conferre cum aliquo. Oui. 2. de Ponto, eleg. 4. 2.
Seditionem in tranquillum. Plau. Amphit. 5. 16.
Sermonem, pro Colloqui. Plau. Amphit. 10. 25.
Conferre sermonem cum aliquo. Cic. 2. de Inuent. 131.
Conferunt sermones inter se. Plautus Curcul. 7. 11.
Signa. Liu. 1. ab Vrbe, 148, Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis signa contulerat. Id est, congressi fuerant Latini cum Romanis. Cic. pro lege Manil. 46.
Conferre signa, per translationem. Cic. ad Atti. lib. 7. 125. 4, Reliquum est iocari si hic signat: nam ego is sum qui illi concedi putem utilius esse quod postulat, quàm signa conferri: id est, luti gare.
Studia sua omnia in aliquem. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3.
Omne studium atq; omne ingenium conferre ad alicuius gloriam laudemq; celebrandam. Cic. pro Archia, 15.
Studium in rem aliquam. Cic. 1. Offi. 43.
Inter se studia conferre. Quint. in proœm. lib. 4. 1.
Suspicionem in aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 60.
Stipendium studio alterius. Colum. lib. 1. cap. 1. 8.
Tempus in rem aliquam, Plin. Paneg. 1. 136. Ad rem aliquam, Cic. pro lege Manil. 5.
Tributum in militare stipendium. Liu. ab Vrbe, 261.
Ex censu quotannis tributa conferre. Cic. 4. Verr. 91.
Verba ad rem cõferre, est, ut ait Donatus, Aggredi agere quod dicebamus. Teren. Eunu. 4. 6. 4.
Verbum in aliquem. Cic. C. Antonio, lib. 5. 5. 4.
Vires in unum. Liu. 7. bel. Pun. 211.
Vitam inter se utriusq; conferre. Id est, comparare. Cicero pro Quin. Ros. Comœdo, 11.
Vitia sua in senectutem. Cic. de Senect. 13.
Voluntatem conferre in aliquem. Cic. Sulpitio, lib. 13. 18. 4.
Conferre nouissima primis. Id est, coniungere. Cic. ad Octauiũ.
Conferre se totum ad amicitiam alicuius. Cicero ad M. Appium, lib. 11. 29. 7.
Ad aliquem: Cic. de Amicit. 1, Quo mortuo me ad Pontificem Scæuolam contuli.
Ad authoritatem alicuius. Cic. 4. Acad. 18.
Ad curam aliquam se conferre. Cic. Attic. lib. 7. 1. 21. Legitur Conuertere, in quibusdam.
Ad inuestigationem naturæ. Cic. 1. Acad. 49.
Ad Rempub. Cic. de Amicitia, 72. Id est, Reipub. administrationem suscipere.
Ad Senatus authoritatem, ad libertatem ciuium, ad Remp. se conferre. Cic. 4. Philip. 155.
Ad studia. Suet. de claris Gram. 24. Cic. 2. de Fin. 85.
Ad uirtutum studium se conferre. Cic. pro Archia, 12.
Conferre se ad umbram arboris, pro Ire Ouid. 4. Metam. 24.
In amicitiam & fidem alicuius se conferre. Cicero Trebatio, lib. 7. 17. 4.
In fidem & clientelam alterius. Cic. pro Ros. Amer. 63.
In societatem aliquorum. Cic. Deinde quòd maturè se contulit in societatem publicanorum.
In alicuius infamiam aliquid conferre. Cic. in Pisonem, 51.
Ad hostes. Cic. de Amicitia, 36, Itaq; hac amentia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnas Reip. graues, iustasq; persoluit. Id est, profectus est, iuit.
In pedes se conferre. Plaut. Bacch. 6. 7.
Conferre se in fugam. Cic. pro Cecinna, 16.
Conferre (συμβάλλειν) Comparare. Dicimus autem, Confero te isti, & cum isto. Cicer. 6. Verr. 39, Tu dignior Verres quàm Callidius: qui, ut non cõferam uitã atq; æstimationem tuam cum illius (neq; enim est conferenda) hoc ipsum conferam, quo tu te superiorẽ fingis. Idem 4. Acad. 130, Quid loquar de Democrito, quem conferre cum eo possumus nõ modò ingenij magnitudine, sed etiam animi?
Illa quæ natura non literis assecuti sunt Romani, neq; cũ Græcia, neq; ulla cum gente sunt conferenda. Cic. 1. Tusc. 4.
Præsentia conferre præteritis. Lucr. lib. 2. 234.
Vitam alicuius cum alterius uita conferre. Cic. pro Sylla, 53.
Nominibus magnis se conferre, Id est, cum uiris magnis se conferre. Oui. 1. de Ponto, eleg. 1. 5.
Non illi quisquam bello se conferet heros. Catul. Argon. 69.
Ne minima quidem ex parte conferendi alij alijs. Cicer. 1. Offic. 108.
Conferre (ἀναβάλλειν) Pro differre. Cic. ad Att. Quæ omnia in Martium mensem sunt collata.
Conferre timorẽ suum, aut rem aliam in aliquid. Cæs. Qui suũ timorem in rei frumentariæ simulationem angustiasq; itineris conferrent. Id est, causam timoris eam afferrent.
Confero me in campum, uel ad campum: in urbem, uel ad urbem: id est, uado. Quæ locutio eleganter etiam potest poni sine particula IN & AD. Si autem personam dicas, non locum, necessariò particula AD, utendum est: ut, Contuli me ad patrem, non in patrem. Quoties autem significatur donatio, IN utendum est: ut, Multa in Ioannem contuli beneficia. Quicquid in ingratos confertur, planè perditur. Non autem ad ingratos tam eleganter dixeris.
Romam se contulit. Cic. pro Flac. 39.
Retro se conferre. Clau. 7. Panegy. 80.
Confert se pituita in stomachum. Cels. lib. 2. cap. 12.
¶ Confert (συμφέρει) in tertijs personis, pro Conducit, uel prodest, & utile est. Cicer. 1. Academ. 22, Cælestia autem uel procul esse à naturæ cognitione censeres: uel si maximè cognita essent, nihil tamen ad bene uiuendum conferre. Legitur & deferre.
Comœdia plurimum ad eloquentiam confert. Quintilian. lib. 1. cap. 8. 5.
¶ Collatus, pen. pro. Particip. (μετωνυμικῶς) ut, Collata omnium uota in unius salutem. Plin. in Panegy.
Castris collatis. Silius lib. 4. 12.
Cursibus collatis, Commissa acie. Valer. lib. 6. Argon. 55.
Collata dextra mouere prælia. Oui. 1. Fast. 114.
Marte collato interimere aliquem, aut letho dare. Id est, comminus interficere aliquem. Oui. 12. Met. 76.
Collatis uiribus, Plin. epist. 167. b. Sic collato pede præliari, Liu. 6. bel. Pun. 198.
Arma undiq; collata. Luca. lib. 5. 145.
Color roseo collatus. Ioo. Proper. lib. 3. eleg. 242.
Pecunia ad alicuius honores collata. Cic. pro Flac. 46.
Puella leuibus collata figuris. Id est, aliarum comparatione nõ egregia forma. Proper. lib. 1. eleg. 4. 2.
Non similis alijs collatus. Proper. lib. 1. eleg. 5. 2.
Cum Democrito Cleanthes & Chrysippus collati, quintæ classis uidentur. Cic. 4. Acad. 131.
Dolere aliquem sibi collatum. Proper. lib. 2. eleg. 29. 2.
¶ Collatus, huius collatus, pe. pro. (συμβολὴ) Hirtius de bel. Hispan. lib. 6. 129, In collatu pari erant conditione.
¶ Collatio, Verbale (εἰσφορὰ) Budæus, Collationem antiqui uocabant, quæ indictio aliàs Latinè dicitur: uulgus taleam uocat. Plin. in Paneg. 66, Nam mihi cogitanti eundẽ te collationes remisisse, donatiuũ reddidisse, congiariũ obtulisse, &c. Liu. 4. ab Vrbe, 261, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri: cõferre ipsi primi: & quia nondum argentũ signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant.

Exercitus

Digitized by Google

Exercitus, castra, agmina, signorum collationes, &c. Cic. 1. de Orato. 102.

Collatio, Comparatio. Plau. Milit. 12. 67,
Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum, &c.

In Collatione. Pli. lib. 37. cap. 99.

Collatio, oratio est apud Rhetores. Cic. 1. de Inuent. 65, Collatio, est oratio rem cum re ex similitudine conferens.

¶ Collator, pe. pro. (ἔσφορος, ὑπόφορος) Verbale. Plau. Curcul. 9. 13, Symbolorum collatores apud forum piscarium.

¶ Collatitius, Adiect. (εἰσφορικὸς) ut, Collatitia instrumenta. Seneca in consolatione ad Martiam, uocat ea quæ à pluribus commodantur. Collatitijs & ad domum redituris instrumentis scena adornata est. Sic Quint. decla. 6, Collatitiam uocat sepulturam, quæ à pluribus confertur.

¶ Collatiuus, collatiua, collatiuum, Idem quod collatitius, quod scilicet à pluribus collatum est: ut, Collatiuum sacrificium. Collatiuum autem uentrem uocat Plautus, magnum & turgidum, eo quòd in eum edulia multa conferantur. Collatiuum etiam neutro genere dicimus, eadem forma qua donatiuum, pro pecunia quam populus principi uel Reipublicæ confert.

Conferrumino] conferruminas, pen. cor. (συμπλάττω) conferruminare, Idem quod Ferruminare significat.

Confertus] Vide Confercio.

Conferua] quid sit, declarat Plin. libro 27. capite 9, his uerbis, Peculiaris, inquit, est Alpinis fluminibus conferua, appellata à conferruminando, spongia aquarum dulcium uarius, quàm muscus aut herba, uilloſæ densitatis atq; fistulosæ. Curatum ea scio omnibus ferè ossibus confractis prolapsum ab arbore alta putatorem, circundata uniuerso corpori, aquam suam inspergentibus, quoties imarescerct, &c.

Conferueo] conferues, conferbui (βράσω) conferuere, Idem quod Feruere, uel simul feruere.

Conferuere ira. Celſ. lib. 8, pro Ossa fracta consolidari. Et si ossa conferbuerint. Budæus.

Conferuĕt ossa, id est, quod uulgus Chirurgorũ dicit, glutinantur per porum. Celſ. lib. 8. cap. 10, Si quando uerò ossa non conferbuerunt, quæ sæpe soluta, sæpe mota sunt, &c. Hoc à Hippocrate dicitur πεχτώνεσθαι.

Ira conferbuit. Hora. 1. Serm. Satyr. 2. 15.

¶ Conferuesco, conferuescis (ἐπιβράσσω) conferuescere. Colum. lib. 12. cap. 23. 2, Et tunc demum præcisæ picis sextans, & semuncia in sextarios quinq; & sexaginta adijcitur, & rutabulo ligneo permiscetur, nec postea tangitur dum conferuescat. Pli. lib. 18. cap. 30. 6.

¶ Conferuefacio, conferuefacis, conferuefacere. Lucret. lib. 6. de fulmine,
Dissoluit porrò facilè æs, aurumq; repentè
Conferuefacit, è paruis quia facta minutè
Corporibus uis est, &c.

Confessio, Confessor, Confessus] Vide Confiteor.

Confestim] παραχρῆμα, Aduerb. id est, Euestigiò, subitò, mox, continuò. Cicer. ad Attic. lib. 4. 302. 2, Hæc ego ad te: ut, si quid noui (nam quotidie aliquid expecto) confestim ad me. Cæsar 4. bel. Gal. 69, Cæsar præmisso æquitatu, confestim legiones subsequi iussit.

Confestim aut ex interuallo. Cic. 1. de Inuent. 60, Quæ factum aliquod similiter confestim aut ex interuallo solent consequi. Idem lib. 2. 149.

Sine ulla mora & confestim rem gerere. Cic. 5. Philip. 187.

Confibula] pen. cor. (πόρπη) Cato cap. 12, Fibulas quadraginta, uectes quadraginta, confibulas ligneas, quas arbores comprimat, si debiscent, & cuneos sex.

Conficio] conficis, pen. cor. confeci, confectum (συμπεράτω, διαπεράτομαι, περάινω) conficere, Ex Con & Facio, idem quod facere uel perficere. Cicero ad Varinium, lib. 5. 11. 5, De Dionysio, si me amas, confice: quancunq; ei fidem dederis, præstabo. Terent. Adel. 4. 5. 59, Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?

Conficere exercitatione. Cic. 1. de Inuent. 8.

Magna cura, multa opera, & labore conficere aliquid. Cicer. Planco, in Epist. ad Att. lib. 16. 342. 2.

Vi manuq; conficere aliquid. Cic. 1. Offi. 109.

Amanter diligenterq; conficere aliquid. Cicer. ad Attic. libro 2. 19. 2.

Conficere nucem. Plinius, Nucem dentibus conficere, ac plagæ imponere. Hoc est, masticando conterere, & comminuere.

Conficere hominem, Est sauciando uulnerare, ut ait Valla. Et Donatus in Eunuchum Terentij, Proprie (inquit) hoc uerbum conuenit gladiatoribus ijs, qui grauissimis uulneribus occubuerunt. Sic Cic. in Catil. 43, Gladiatori illi confecto & saucio. Cic. 7. Verr. 110, Plagis confectum dico à lictoribus tuis ciuem Roman. ante oculos tuos concidisse. Liuius 1. ab Vrbe, 105.

Ignes conficiunt syluas, Id est, consumunt. Lucr. lib. 1. 185.

Pauor attonitos confecerat hostes. Luca. lib. 6. 27.

Sica conficere aliquem. Cic. pro Milone, 28.

Conficere, per translationem, pro Grauare, opprimere, & uehementer afficere. Pli. epist. 169, Confecerunt me infirmitates meorum. Cic. ad Atticum, lib. 3. 48. 2, Itaq; quum meus me mœror quotidianus lacerat, & conficit, tum uerò hæc addita cura uix mihi uitam reliquam facit.

Quos in foro, quos in ambitione, quos in Repub. quos in amicorum negocijs res ipsa antè confecit, quàm possemus. Cic. 1. de Ora. 39.

Confectatus est & confecit. Cic. 2. de Inuent. 204, Quòd tamen excursionibus & latrocinijs infestam prouinciam redderent, confectatus est & confecit.

Conficere aliquam uirginem. Terent. in Eunu. 5. 4. 6,
—uirginem Quã amabat, eam confeci sine molestia.
Vbi Donatus, Si dixisset; Amorem confeci, posset intelligi, confeci, expediui, perfeci. At uerò uirginem confeci quid intelligemus, nisi hoc unum quod insultat Parmeno, confectam uirginem, quasi dicat superatam, atq; deuictam?

Angore confici. Vide Angor.

Confici curis. Cic. 1. de Finib. 89.

Dolore & pudore confici. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 3.

Summis doloribus confici. Cic. 5. de Finib. 138.

Fame confici. Cic. 3. Offi. 36. Oui. in Ibin, 80.

Frigore confici. Cic. 3. Offi. 36.

Se ualetudine conficere. Plancus Cic. lib. 10. 17. 4.

Me conficit solicitudo. Cic. Att. lib. 11. 212. 2.

Ipsum corpus tenuissima de causa sæpe conficitur. Cicer. de Aruisp. respon. 36.

Conficere uarijs nominibus iungitur: ut, Cõficere ambulationem pomeridianam in alio quo loco. Ci. 5. de Finib. 1. Hoc est, deambulare.

Absolutionem, Absoluere. Cic. pro Cluent. 58.

Aequor spatijs immensum conficere. Virg. 2. Georg. 109.

Annos aliquot conficere. Cic. 1. Tusc. 146.

Propè centum confecit annos. Cic. in Ora. 102.

Annulum, pallium, soccos conficere. Cic. 3. de Orat. 70.

Argentum alicuius. Teren. Phorm. 5. 5. 11, Ne quum hic non uideant me, conficere credant argentum suum.

Bellum, Pugnare. Plin. lib. 16. cap. 36. 3. Cicero pro Cornelio Balbo, 37.

Conficere bellum, pro Finire pugnam & absoluere. Varinius Cic. lib. 5. 10. 7, Nam si hoc expectandum est, dum totum bellum

Digitized by Google

bellum conficiam. Cic. ad Plancium, lib. 10. 19. 4.
Bibliothecam. Cic. ad Att. lib. 1. 4. 3.
Cibos. Id est, concoquere, & quod uulgò dicunt Digerere. Plinius lib. 11. cap. 37. 51, Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos. Idem lib. 26. cap. 8. 1.
Conficere etiam cibos, pro Commanducare, uel subigere. Liui. libro 2.
Cursum. Cic. ad Att. lib. 5. 99. 1, Hinc Scyrum, deinde Delum, utroq; citius quàm uellemus, cursum confecimus.
Cursum uitæ, & curriculum uiuendi. Cic. 3. Tusc. 2.
Cursus annuos Sol conficit. Cic. 1. de Nat. deor. 118.
Cum aliquo conficere, pro Transigere. Cicero ad M. Marium, libro 7. 2. 2.
Conficere de re aliqua cum aliquo. Cicer. ad Attic. libro 12. 241. 16.
Diem. Plaut. Trinum. 11. 57, Longo sermone utimur, diem conficimus.
Diem extremum morte. Cic. 3. de Finib. 114.
Escas, dicuntur dentes intimi. Cic. 2. de Nat. deor. 202.
Exercitum. Cic. ad Att. lib. 8. 155. 3.
Exercitum difficili Reipub. tempore conficere. Cicero pro lege Manil. 42.
Fœnus conficere. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 45.
Famam. Cicero de claris Oratoribus, 140, Sed tamen suauitas uocis, & lenis appellatio literarum bene loquendi famam confecerat.
Flagitium. Terent. Phorm. 5. 2. 5.
Funera iusta. Cæsar 6. bel. Gal. 74.
Iter. Cæsar 4 bel. Gal. 477. Cic. ad Att. lib. 5. 101. 1, Nunc iter conficiebam æstuosa & uirulenta uia.
Iurisdictionem. Cic. M. Cælio, lib. 2. 12. 19. Quoniam iurisdictionem confeceram, ciuitates locupletaram.
Legationem & mandata conficere. Cic. Plancio, 23.
Librum, pro Scribere & componere. Cicer. in procem. de Senect. 2.
Ligna ad fornacem. Cato cap. 16.
Mandata. Cic. 9. Philipp. 2. 60.
Dirigere, persequi, conficere mandata alicuius. Cic. Quin. fratri, lib. 2. 15. 7.
Malum alicui. Teren. Heaut. 5. 3. 1.
Motus animorum conficere. Cic. 2. de Ora. 176.
Munus annuum conficere. Cic. Cælio, lib. 2. 11. 2.
Munus susceptum conficere. Cic. 2. de Orat. 7.
Negocium. Cæsar 3. bel. Gal. 411. Cic. Att. lib. 7. 125. 4.
Per aliquem negocium conficere. Cic. Att. lib. 1. 11. 9.
Ex sententia negocium conficere. Planc. Cic. lib. 10. 17. 2.
Nuptias. Terent. Phorm. 2. 1. 18, Bonas me absente hic confecistis nuptias. Idem Heaut. 5. 1. 22.
Officium legationis. Cæsar 3. bel. Ciuil. 408.
Vetustas omnia conficit & consumit. Cic. pro Marcello, 7.
Ornamenta conficere. Cic. pro Sestio, 95.
Perpolire ac conficere partem aliquam orationis. Cicero 2. de Oratore, 66.
Patrimonium. Cic. pro Flacco, 70, Quàm non amicus suis ciuibus, qui patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conuiuijs maluit dissipare?
Pacem. Cic. pro Flacco, 21.
Pacem alicuius in leges suas, Teren. Heau. 5. 2. 45,
Namq; adolescens quàm minima in spe situs erit,
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.
Peculium grande. Plau. Merc. 3. 9. 6.
Pecuniam ex re aliqua, pro Curare & parare. Cicero 3. Verr. 97.
Pensum. Plautus Merc. 7. 75, Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro.
Pensum, aliter. Plautus Persa, 8. 1, Pensum meum quod datum est, confeci: nunc propero domum. Sic Conficere opus, Idem Capt. 12. 67.
Passus uel stadia uario sermone. Cic. 5. de Finib. 2, Itaq; ad tempus ad Pisonem omnes: inde uario sermone sex illa à Dypilo stadia confecimus.
Pactiones. Cic. ad Att. lib. 5. 100. 2.
Porticum mille passuum conficere. Cic. Att. lib. 4. 86. 6.
Prandium. Plaut. Menæh. 11. 4.
Rationes conficere. Cic. Att. lib. 6. 118. 2.
Reditum alicui, pro Impetrare & efficere, ut redeat aliquis. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 13 8.
Rem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 264, Cæsar in eam spem uenerat, se sine pugna & sine uulnere suorum rem conficere posse.
Rem conficere, Id est, patrimonium consumere. Cic. post Reditum, 9, Qui quum suam rem non minus strenuè quàm post ea publicam confecisset, egestatem & luxuriam domestico lenocinio sustentauit.
Sacra. Cic. ad Brut. lib. 13. 12. 2.
Sermonem. Cic. 1. de Orat. 14.
Exclamatio, est quæ conficit significationem doloris. Auct. ad Heren. lib. 4. 166.
Solicitudines alicui. Teren. And. 4. 1. 26.
Spacia eadem conficere. Cic. 1. de Nat. deor. 119.
Vario sermone stadia aliquot conficere. Cic. 5. de Fin. 1.
Tabulas. Cice. 3. Verr. 40, Audimus aliquem tabulas nunquam confeciſſe quæ est opinio hominum de Antonio falsa. Plin. epistol. 10. 6.
Tempus annuum conficere. Cic. Dolabellæ, in Epist. ad Attic. lib. 15. 328. 7.
Tunicas hybernas. Plau. Milit. 10. 93. Vestem. Columel. lib. 12. cap. 3. Cic. 6. Verr. 52.
Longam uiam. Cic. de Senect. 6.
Celeritate incredibili longissimas uias conficere. Suetonius in Cæsare, cap. 57.
Vim diuinam conficere. Cic. 2. de Diuinat. 176, Quæ uetustas est, quæ uim diuinam conficere posit? Hoc est omnino perdere, & in nihilum redigere, atq; consumere. De oraculo Delphico, ubi iam defierant responsa dari.
Vulnus acerbum conficere. Virg. 11. Aen. 165.
Ex quo conficitur, ut si leges duæ, aut si plures, &c. Cicer. 2. de inuen. 229. Id est, ex quo concluditur.
Confectum est. Cicer. in Top. 14, Nondum est satis: adde, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta, confectum est.
¶ Confectus, Participium (κατεργασμένος, κατεσκευασμένος) Cicero 2. Offic. 3, Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus.
Confectus cæde, Interfectus. Seneca Herc. furen. 13. 5.
Confectus ac trucidatus. Cic. de Aruſp. resp. 1.
Confectis æstuis. Cic. Appio, lib. 3. 9. 14.
Æuo confectus. Virg. 11. Aene. 17.
Confectus cibo. Cic. in Catil. 32.
Calore & spiritu cocta & confecta quæ in aluo sunt, in reliquum corpus diuiduntur. Cic. 2. de Nat. deo. 205.
Corpore & animo confecta mulier. Cic. Teren. lib. 14. 4. 6.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Cicero ad Atticum, lib. 11. 219. 1.
Incendi & confici desiderio alicuius. Cic. in Ora. 18.
Dolore assiduo confectus. Catul. epig. 60.
Animi dolore confectus. Cic. pro Murena, 78.
Fame, frigore, inopia rerum omnium confectus. Cicer. 1. in Catilin. 19.

Flammis

Digitized by Google

Flammis confecta. Valer. lib. 6. Argonaut. 77.
Assiduis laboribus, concursationibusq; confectum grauiter se habere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 3.
Senecta confectus. Ouid. 6. Metam. 8.
Summa senectute confectus. Cic. in Pisonem, 66.
Senio confectus. Claud. de bel. Gild. 90.
Squallore sordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore perditus. Cic. pro Murœna, 78.
Vino, lustrisq; confectus. Cic. 2. Philipp. 33.
Vino, ganeis, lenocinijs, adulterijsq; cõfectus. Cic. pro Sest. 15.
Vulneribus confectus. Cic. post Reditum, 12.
Confecta annis ætas. Colum. lib. 1. cap. 8. 15. Et *Cæsar 6. bel. Gall. 111, Confectus ætate.*
Artus confecti languent. Lucret. lib. 3. 193.
Bellum afflictũ, & penè confectũ. Cic. de Prouinc. Consul. 16.
Consilio togatorum suscepta sæpe & confecta bella. Cicero 1. Offic. 112.
Cibus confectus coactusq; in iecore per uenam cauam ad cor perlabitur. Cic. 2. de Nat. deor. 207.
Ciuitas ab aliquo cõfecta, id est euersa. Cic. de Arusp. Resp. 38.
Tota ciuitas confecta senio est. Cic. pro Milone, 15.
Cursus confecti. Virg. 5. Aeneid. 72.
Fata confecta. Stat. lib. 9. Thebaid. 28.
Forma confecta macie. Virg. 3. Aeneid. 118.
Eadem ratio, quum est in hominis mente, confirmata & confecta lex est. Cic. 1. de Legib. 27.
Munus confectum carmine. Catul. epigram. 63. 30.
Magno confecta labore pectora. Tibul. lib. 1, eleg. 7. 8.
Confecta res est. Cic. Attico, lib. 8. 148. 4.
Stipendia confecta. Cic. pro lege Manil. 17.
Victoria confecta. Cic. 14. Philipp. 1. Paulo antè dixit, uictoriã quæ parta est.

¶ *Conficiens* (διεργαζόμενος, διαπονούμενος) Nomen ex participio, *Qui conficit. Conficientissima literarum ciuitas, Quæ omnia scribit quæ agit. Cic. pro L. Flacco, 34, Cum ciuitate mihi res est acerrima, conficientissima literarum, in qua nummus moueri nullus potest sine quinq; Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor mensarijs, qui apud illos à populo creantur.*

Conficientes causæ & efficientes pro ijsdem. Cic. in Partit. 50.
Bonorum conficientia, pro ijs quæ bona conficiunt. Cic. 5. de Fin. 139, Sed hæc quum corporis bona sint, eorum conficientia certè in bonis numerabis amicos, liberos, propinquos, diuitias, honores, opes.

¶ *Confectio*, Verbale (διεργασία, διάπραξις) *Cicer. pro Placco, 13, Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur.*

Annalium confectio. Cic. 2. de Oratore, 28.
Belli confectio. Cic. 14. Philipp. 1.
Escarũ confectio à lingua adiuuari uidetur. Cic. 2. de Nat. deor. 202. Id est, ciborum comminutio.

¶ *Confector* (λυμαντὴς, διαπράκτωρ) aliud Verbale. *Cic. 2. de Nat. deor. 57, Atq; hic noster ignis, quem usus uitæ requirit, confector est & consumptor omnium: idemq; quodcũq; inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.*

Belli confector. Cic. Planco, lib. 10. 20. 5.
Negociorum confector. Cic. 2. Verr. 75.

¶ *Confectura, confecturæ*, pen. prod. (συναγωγία) *Plin. lib. 13. cap. 12. 1, Proximum amphitheatricæ datum fuerat à confecturæ loco. Col. lib. 9. cap. 14. 5, Confectura mellis.*

Confitio, Confictus] *Vide* Confingo.

Confideiussor] *cõfideiussoris, Qui cum alio fideiubet. Cõtrepleige. Modestinus. Ut fideiussor fff. de fideiuss. & mãdat. Vt fideiussor aduersus cõfideiussorem suum agat, actio data non est. Ideoq; si ex duobus fideiussoribus eiusdem quantitatis, alter electus à creditore totum exsoluerit, nec excessæ sint actiones: alter nec à creditore, nec à confideiussore rectè conuenietur.*

Confido] *confidis*, pen. p. rod. *confisus sum* (πείθομαι, θαρρέω) *confidere, significat Credere & existimare, tum in præterito, tum in præsenti, tum in futuro: authore Valla lib. 5. Habet etiam præteritum actiuæ terminationis Confidi. Liuius lib. 4. Decad. 5, Nec tum mœnia modo, sed agros etiam confiderunt se à populationibus tueri posse.*

De præterito. Cic. 7. Verr. 139, Ego mei iam rationem officij confido esse omnibus iniquissimis meis perso lutam.

De præsenti. Cic. 3. Offi. 7, Quanquã à Cratippo nostro, principe huius memoriæ philosophorum, hæc te assiduè audire atq; accipere confido.

De futuro. Cic. Ita fore confidimus. Idem ad Brutum, lib. 11. 8. 3, Ita enim sperant atq; confidunt, ut antea rege, sic hoc tempore regno te Remp. liberaturum. Idem 2. de Fin. 128.

Confidere & Metuere, contraria. Ouid. epist. 16. 35,
De facie metuit, uitæ confidit, & illum
Securum probitas, forma timere facit.

Num confidit? Plaut. Pseud. 20. 98,
Num confidit? sycophanta hic nequam est, nugis meditatur malè.

Nihil nimis oportet confidere. Cic. 1. Tusc. 122.
Confidere alicui. Cic. 3. de Finib. 46.
Timidè confidere alicui, Id est non tutò. Ouidius de Arte Amandi, 29.
Mihi ipse confido. Cic. de Amicitia, 15.
Sibi confidere. Cic. pro Flacco, 4.
Arcæ alicuius confidere. Cic. Attico, lib. 1. 6. 2.
Bono fragili confidere. Senec. Hippol. 6. 8.
Bonis suis confidere. Cic. 5. Tusc. 57.
Confidere causæ. Cic. 1. de Finib. 48.
Ferocius causæ suæ confidere. Cic. Attico, lib. 8. 153. 3.
Parum constantiæ alicuius confidere. Cicer. Planco, in Epist. ad Atticum, lib. 16. 34. 3.
Figuræ suæ cõfidere, id est, pulchritudini. Oui. 10. Metam. 14.
Formæ suæ confidere Lucan. lib. 10 17.
Optimatibus nihil confidere. Cic. Attic. lib. 9. 173. 5.
Rebus afflictis cõfidere. Virg. 1. Aen. 92. Id est, de afflictis reb.
Suis regnis confidere. Iuppiter de Colare mortuo apud Valerium, lib. 6. 126.
Confidere uirtuti. Cæsar 3. bel. Ciuil. 93.
Virtuti constantiæq; alicuius confidere. Cic. 5. Philip. 164.
Confidere cum ablatiuo posuit Cic. 5. Tusc. 12, Cuius ingenium & eloquentiam quum admiratus esset Leon, quæsiuisse ex eo, qua maximè arte confideret.
Corporis firmitate & fortunæ stabilitate confidere. Cicero 5. Tusculan. 57.
Voluntate aliquorum confidere. Cn. Magnus in Epist. ad Atticum, libro 8. 164. 2.
Confidere animo. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 2. 25.
Confidere animo & spe. Cæsar, Tamen non deterrebantur, animo & spe confidebant.
Confidere de salute, &c. Cæsar 2. bel. Ciuil. 18.
Confidere in aliquo. Hirtius de bel. Africano, lib. 5. 65.

¶ *Confidens*, penult. prod. (θάρσων, θαρραλέος) Nomen ex participio, *Audax, nihil timens: tam in bonum, quàm in malum accipitur.*

In bonum. Plaut. Merc. 22. 15, —*Cupido quantus est*
Nam quemuis confidentem facilè tuis factis facis?
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuò. Idem Capt. 12. 8.

Digitized by Google

In malum. Teren. Phorm. 1. 2. 72,
Homo confidens, qui (illum dij omnes perdiunt)
D. Quid is fecit? G. hoc consilium, quod dicã, dedit. Vbi Donatus, Hic confidens pro improbo, audace, & temerario posuit: ut, O ingentem confidentiam? Plaut. Amph. 4 1, Qui me alter est audacior homo? aut qui confidentior? Cic. 3. Tuscul. 23, Qui fortis est, idem est confidens: quoniam confidens mala consuetudine loquendi in uitio ponitur.
Homo durus, confidens, tumidus, amari sermonis. Horatius 1. Serm. Saty. 7. 2.
Nequam est homo ille atq; confidens. Cic. 7. Philipp. 219.
Confidens, Constans, inquit Donatus. Terent. And. 5. 2. 14,
Nescio quis senex modò uenit. ellum confidens, catus.
Confidentißimus. Virg. 4. Georg.
Nam quis te iuuenum confidentißime, nostras
Iußit adire domos? Hoc est, audacißime.
¶ Confidentia (θάρρος, θάρσος) Plaut. Mil. 5. 74,
Tute unus si hoc recipere ad te dicis, confidentia est
Nos inimicos profligare posse.
Afferre confidentiam. Vide Affero.
Amittere confidentiam. Vide Amitto.
Confidentiam habere in uentre. Plaut. Cap. 13. 43.
¶ Confidentia, sepius in malam, Fiducia in bonam partem accipitur, authore Donato. Terent. Eunuch. 5. 1. 22,
Vide amabo, si non quum aspicias, os impudens
Videtur. T. non est. P. tum quæ eius confidentia est?
Improbitas & confidentia. Cic. pro Cecinna, 1, Quasi uerò aut in iudicio posit idem improbitas, quod in ui confidentia.
Confidentia & temeritas. Cic. 2. Philip. 102.
Ingens confidentia. Vide Ingens.
Videte quo uultu, quæ confidentia dicat. Cic. pro Placco, 7.
Confidentia scapularum, id est duritia. Plaut. Asin. Nonius.
Confidentia, Constantia. Cic. 3. de Rep. Duas sibi res quo minus in uulgus & in foro diceret, confidentiam & uocem defuisse. Nonius.
¶ Confidentiloquius (θαρσωνολόγος) Dictio à Plauto ficta in Trinum. 4. 121,
— nihil est profectò stultius,
Neq; stolidius, neq; mẽdaciloquius, neq; argutum magis,
Neq; confidentiloquius, neq; periurius, quàm, &c.
¶ Confidenter, Aduerb. (θαρραλέως) Plau. Capt. 12. 6, At ut cõfidenter mihi contrà astitit. Idem Pseud. 7. 44.
Spurcè, superbè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factum. Author ad Herennium, lib. 1. 7.
Confidenter facere. Plaut. Milit. 8. 53.
Confidenter colloqui. Cic. 2. de Orat. 16.
Confidenter restare in aliqua re. Terent. Heaut. 5. 3. 6.
Dicere confidentius de re aliqua. Cic. pro Cælio, 34.
Loqui confidentius. Cic. 2. de Orat. 16.
Resistere confidentißimè. Author ad Herennium, lib. 2. 40.
¶ Confisus, pen. prod. (πεθαρρηκώς) Participium: ut, Rusticus confisus plenis agris. Tibul. 2. eleg. 1. 5.
Nimium cælo sereno confisus, Cæli deceptus fraude sereni. Virgil. 5. Aeneid. 173.
Copia & facultate causæ confisus. Cic. pro Roscio Comœ. 2.
Flore primæuæ iuuentæ confisus. Silius lib. 16. 82.
Pelago sereno confisus. Virg. 5. Aeneid. 173.
Cymba confisa remis minutis. Propert. lib. 1. eleg. 11. 2.
Vrbe confisus. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 12.
Confisus amari, Credens se amari. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 9.
¶ Confisio, confisionis (θάρρη) Verbale. Cic. 4. Tusc. 130, Et si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est, & opinio grauis, non temerè assentiens.
Configo] configis, pen. prod. confixi, confixum (συμπήγνυμι, καθηλόω, προσπαλίσω) configere, Idem quod figere: ut, Cõfigere tabulam aculeis. Columel. libro 7. cap. 3. 5. Liuius 4. bel. Punici, 191.
Configere sagittis aliquem. Cic. 4. Acad. 157.
Configere tabulas inter sese. Cato. cap. 21. 2.
Configere cornicum oculos. Cicero pro Murena, 22. Vide Cornix.
Configere suas curas in Reip. salute. Cic. 7. Philipp. 220.
¶ Confixus (σύμπηκτος) Participium: ut, Confixus cuspide. Lucan. libro 3. 123.
Pereunt confixi à socijs. Virg. 2. Aeneid. 86.
Sagittis confixus. Seneca Herc. Oeth. 7. 33.
Telis confixus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 3.
Ferrea seges telorum confixum tegit. Virgilius 3. Aeneid. 9. de Polydoro.
Confixus sententijs. Cic. 12. Philipp. 331.
Senatusconsultis confixus. Cic. de Aruspic. respon. 73.
¶ Cõfixus, huius cõfixus (σύμπηξις, καθήλωσις) Verbale: ut, Facere confixum, id est, configere. Cic. 2. de Orato. 140, Quid Decius Nuculam, an confixum uis facere? inquit. Hic autem est usus ambiguo. Nam sermone confixum facimus, quemadmodum mucrone aut alia re. Significat autem uerbis aliquem exagitare.
Configuro] configuras, pen. pro. (σχηματοποιῶμαι) configurare. Columel. lib. 4. cap. 20. 1, Ne prauitas statuminum ad similitudinem sui uitem configuret.
Confingo] confingis, confinxi, confictum (συμπλάττω) confingere, Nihil amplius ferè quàm Fingo significat, præterquam quòd compositio nonnihil addit uehementiæ, quemadmodum in plerisq; alijs. Plin. lib. 10. cap. 33. 2, Hirundines eadem materia nidos confingunt. Idem libro 11. capite 5. 1, Apes fauos confingunt & ceras. Id est, formant uel componunt.
Confingere, significat etiam Comminisci & commentari: ut, Confingere rationes, Columel. libro 1. cap. 8. 3. Terentius Phormio. Omnia hæc confingam, quod erit mihi bonum atque commodum.
Confingere & cõminisci aliquid. Author ad Heren. lib. 2. 43.
Crimen in aliquem. Cic. 5. Verr. 134.
Dolum inter sese. Plaut. Capt. 2. 35.
Insidias alicui paratas confingere Iustinus lib. 32. De Perseo.
Rumorem. Author ad Heren. lib. 2. 44.
Confingere aliquid ab alio cogitatum esse. Cicero pro Rege Deiotaro, 10.
¶ Confictus, Particip. (συμπεπλασμένος) ut, Conflictæ lachrymæ, Terent. And. 3. 3. 27.
¶ Confictio, confictionis, Verbale (σύμπλασμα) Cic. pro Roscio Amer. 21, Criminis confictionem Erucius suscepit.
Confinis] & hoc confine, penult. prod. (ὅμορος, σύνορος) Qui eodem loco finit. Liuius 4. ab Vrbe, 212, Excursiones inde in confinem agrum Labicanum factæ erunt. Plinius lib. 12. cap. 20. 2, Tarum inuehitur per Nabatheos, Troglodytasq; confines.
Caput confine collo. Ouid. 1. Metam. 145.
Confinibus oris. Valer. lib. 2. Argonaut. 128.
Confinis meus. Martialis lib. 2. 32.
Cõfinis genitiuo iungitur. Author ad Heren. lib. 4. 157, Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si peruenire eò non potuerunt, errantes perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans & dissolutum.
Confinis, datiuo iungitur: ut, Confinis Aethiopiæ est. Plin. lib. 8. cap. 10. 5. & lib. 6. cap. 53, Confines sunt ijs.
Confinis, per translationem, Quod propè idem est & simile. Quintilianus libro 6. capit. 4, Ei confine est quod dicitur per

Digitized by Google

tur per ſuſpicionem.

¶ Confine, huius confinis (μεθόριον) Valer. li. 6. Argo. 75, Meu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ, Inde Thoen.

In confinibus hoſtis arcendus eſt. Sen. lib. 1. de Ira.

¶ Confinium, huius confinij (μεθόριον) Terminus agrorum. Colum. lib. 3. cap. 5, Mediocritas in lectione loci maximè probatur: quoniam in confinio boni maliq; poſita eſt. Plin. libr. 6. cap. 9. 3, Confinium Caſpij maris.

Vicinitates & confinia. Cic. 2. Offic. 93.

Confinium artis & falſi apud Tacitum lib. 4. pro ſimilitudine uel affinitate.

Terræ alicuius confinia, Id eſt, loca, uel oppida adiacentia. Lucanus libro 3. 55.

Ad confinia alicuius loci. Valer. lib. 8. Argon. 38.

Ponere in cõfinio arbores. Vlpian. in l. 2. ff. de iudicio finium regundorum, Neq; enim multum intereſt, arbores quis in cõfinio, an ædificium ponat.

Confio] pen. prod. confis (διαπεράτωμαι) confieri, paſſiuam habet ſignificationem. Cæſar 7. bel. Gal. 227, Poſtquam id difficilius confieri animaduertit. Balbus & Oppius Ciceroni, in Epiſt. ad Atticum, lib. 9. 179. 2, Te hortari deſineremus, ut uelles his rebus intereſſe: quo facilius, & maiore cum dignitate per te, qui utrique es coniunctus, res tota confieret.

Res conſit utroq; modo. Lucret. lib. 4. 459.

¶ Conſore, pen. cor. (συντελεσθήσεσθαι) Futurũ tempus infinitiui modi. Terent. And.

—— reſtat Chremes
Qui mihi exorandus eſt: & ſpero conſore. Vbi Donatus, Conſore, ab eo quod eſt confit, id eſt perficitur: futurum tempus infinitiui modi conſore facit, id eſt perfectum iri. Sic in Adel. Verùm quid ego dicam? hoc confit quod uolo. Confieri, id eſt perfici. Vnde Confectum negociũ dicitur, uel confecta res, quæ ad plenum perficitur. Virg. 4. Aeneid. 24,
—nunc qua ratione quod inſtat
Confieri poßit, paucis (aduerte) docebo. Donatus.

Confirmo] confirmas (βεβαιόω, κατασπεύδω, ῥηξίω, δυναμόω, κρατεόω) confirmare, Firmum facere. Cicero pro lege Manil. 16, Mithridates autem & ſuam manum iam confirmarat, &c.

Erigere ſe & confirmare. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 3. 7.

Confirmare & excitare aliquem. Cic. Att. lib. 1. 11. 13.

Ad uoluntatem alterius ſe confirmare. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 4.

Senſum rectum & confirmatum in Republica deponere, difficile. Cic. Lentulo, lib. 1. 8. 4.

Confirmatur cicatricula. Celſus lib. 2. cap. 10.

Confirmare corpus. Celſus lib. 4. cap. 4.

Educare & confirmare. Cic. 2. de Orat. 193.

Inteſtina confirmare. Celſus lib. 4. cap. 19.

Membrum confirmare. Celſus lib. 8 cap. 10.

Confirmare ſe dicuntur qui ex morbo cõualuerunt. Cic. ad Tironem, & lib. 16. 2. 2, Cura igitur te, & confirma: & quum commodè poteris, & c. ad nos ueni.

Planè ſe confirmare alicubi. Cic. Tironi, lib. 16. 1. 1.

Confirmata ualetudo à morbo. Cic. ad Att. lib. 10. 208. 2.

Confirmata ætas. Cic. de Fin. 110, In his uerò ætatibus quæ iam confirmatæ ſunt, quis eſt, &c.

Corroborata & confirmata ingenia. Cic. de Amicit. 63.

Nondum ſatis confirmatus ad ſcribendum. Cicero ad Dolab. libro 9. 11. 5.

Confirmant ſe, qui animũ ſumunt excuſſo timore. Cic. 7. Verr. 75, Cõfirmant ipſi ſe, quũ is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet.

Confirmare ſe ad omnia. Cic. in quadam oratione.

Confirmare aliquem. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 4, Plancũ quoq; confirmetis oro, quem ſpero pulſo Antonio, Reipub. non defuturum. Cæſar 5. bel. Gal. 195, Milites conſolatur & confirmat. Cic. pro Quintio, 21.

Alterum confirmare, non eſt ex cauſa atq; fortuna eius, cui omnia deſunt. Cic. Torquato, lib. 6. 3. 1.

Dictis confirmare aliquem. Claud. de bello Gildon. 85.

Confirmare animum. Plaut. Aulul. 13. 1.

Sapientißimi & amiciſſimi hominis authoritate confirmare animum alicuius. Cic. Cecinnæ. lib. 6 6. 3.

Confirmare animos uerbis. Cæſar 1. bel. Gal. 133.

Mores confirmare. Cic. 4. de Finib. 7.

Confirmare amicitiã uel pacem cum aliquo. Cæſar 1. bel. Gal. 11.

Cum proximis ciuitatibus pacem & amicitiam confirmare. Cicero 1. Philipp 1.

Cõfirmata amicitia, & perſpecta fide, commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. Cic. Appio, lib. 3. 5. 3.

Confirmare opinionem. Plin. lib. 37. cap. 1. 5.

Confirmare, Aſſeuerare, corroborare. Cic. 4. Academ. 47. Maximè uerò uirtutũ cognitio confirmat percipi & comprehendi multa poſſe. Idem de Amicitia, 9, Nemo unquam erit, &, ut confirmare poſſum, nemo certè fuit.

Plus eſt perſuadere, quàm cõfirmare. Cic. Att. lib. 16. 333. 13, Hoc quum mihi non modò confirmaſſet, ſed etiam perſuaſiſſet, egit mecum accuratè, &c.

Confirmare & comprobare. Cic. Cupiennio, in Epiſt. ad Atticum, libro 16. 344. 2.

Confirmare & infirmare, contraria. Cic. 2. de Diuinat. 57, Tu quidem non hoſtiarum caſum confirmas ſortium ſimilitudine, ſed infirmas ſortes collatione hoſtiarum.

Promittere atq; confirmare. Cic. Appio, lib. 3. 10. 4.

Cõfirmare & refellere. Cic. 1. de Orat. 45, Et id quod intendemus confirmare, & id quod contrà diceretur, refellere.

Confirmare & refutare. Cic. 2. de Oratore, 45, Noſtra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare.

Confirmare & ſancire. Cic. 10. Philip. 282.

Auſim confirmare. Id eſt, affirmare. Lucret. lib. 2. 36.

Ocij cauſa aliquid confirmare. Capitoni, in Epiſt. ad Atticum, lib. 16. 343. 5. De actis Cæſaris.

Authoritatib. cauſam aliquã cõfirmare. Cic. pro leg. Manil. 48.

Exquiſitis rationibus confirmare aliquid. Cic. 1. de Finib. 45.

Aliquid confirmare de re aliqua. Cic. pro Archia 11.

De reditu alicuius confirmare. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 5.

Ex rationibus confirmare aliquid. Lucret. lib. 5. 40.

Sine ulla dubitatione confirmare aliquid. Ci. de clar. Orat. 11.

Omni ratione confirmare. Cic. de lege Agrar. 28.

Confirmari omnium ſermone. Cic. 7. Verr. 79.

Suffragijs aliquid confirmare. Cic. pro Domo ſua, 38.

Confirmare commentitium crimen Cic. pro Roſc. Amer. 24.

Diuinationem confirmare. Cic. 1. de Diuinat. 123.

Facinus obiectum confirmare. Iuſtinus lib. 32. De Perſeo.

Confirmare periurium. Cic. Verr. 17.

Pœnæ metu confirmare religionem. Cic. 2. de Legib. 41.

Confirmare ſpem temporis reliqui. Cic. 1. Verr. 39.

Confirmare aliquem libertati. Cæſar, Gladiatoresq; quos ibi Cæſar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atq; ijs equos attribuit.

Confirmatum eſt. Cic. 4. Verr. 15.

¶ Confirmatus, pen. pro. Participium (κεκραταιωμένος) ut, Confirmata acies. Vide Acies.

Aetas confirmata. Cic. 5. de Finib. 110.

Corpus confirmatum. Cic. Tironi, lib. 16. 3. 2.

Certus & confirmatus animus. Cic. pro Quint. 51.

Nondum confirmato conſilio, ſed ineunte ætate curam aliquã ſuſcipere. Cic. 5. Verr. 2.

Incommodum

Incommodum in aliquo confirmatum. Cicero Antequam iret in exilium,10.
Ingenia confirmata.Cic.de Amicitia,63.
Ratio confirmata.Cic.4.Academ.51.
Valetudo confirmata.Cic.ad Attic.lib.10.208.2.
¶Confirmator,penul.prod.Verbale (βεβαιωτὴς) Cicero pro Cluentio,57,Vnus & alter dies interceſſerat,quum res parum certa uidebatur:ſequeſter & confirmator pecuniæ deſiderabatur.
¶Confirmatio,Verbale (κατασκευὴ,βεβαίωσις) Cicero 5. de Finibus,26,Inuenta uitæ uia eſt confirmatioq; omnium officiorum.
Teſtimonium & grauior confirmatio.Cic.1.de Inuent.64.
Animi confirmatio.Cic.Cecinnæ,lib.6.6.2.
Non eget confirmatione uirtus.Cic.Torquato,lib.6.3.1.
Confirmatio,Pars orationis Rhetoricæ.Cic.1.de Inuent.50,Cõfirmatio eſt,per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem & authoritatem & firmamentum adiungit oratio.
¶Confirmitas,penult.corr.confirmitatis (κραταίωσις) Plaut. Milite,5.34,
Os habet,linguam,perfidiam,malitiam atq; audaciam,
Confidentiam,confirmitatem,fraudulentiam.
Confiſco] confiſcas(δημοσιόω)confiſcare,à Fiſcus deriuatur. Aſconius, Quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quàm priuatæ,factũ eſt ut Fiſcus pro pecunia,& inde Confiſcare dicatur.Sueton.in Auguſto,Deuictis his & confiſcatis,promiſſa ueteranis præmia ſolueretur.Idem in Cæſare Caligula,cap.16,Multis incendiorum damna ſuppleuit, ac ſi quibus regna reſtituit,adiecit & fructum omnem uectigaliorum & redituum medij temporis,ut Antiocho Comageno H-S.millies confiſcatum.Eraſmus.
Hæreditates confiſcare.Sueton.in Domitiano,cap.12,Confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates,uel exiſtente uno qui diceret audiſſe ſe ex defuncto quum uiueret,hæredem ſibi Cæſarem eſſe.
Confiſcare,etiam ad homines relatum,non ſolum ad rẽ. Sueto. in Cæſare Caligula,cap.41,Et quondam proximo colluſori,demandata uice ſua,progreſſus in atrium domus, quum prætereũtes duos equites Ro.locupletes ſine mora corripi, confiſcariq; iuſſiſſet,exultans rediit,gloriansq;,nunquam ſe proſperiore alea uſum.Idẽ in Tib.Cæſare,ca.49,Eraſmus.
Pecunia confiſcata.Sueton.in Octau.Auguſto,cap.101.
Confiſio] Confiſus.Vide Confido.
Confiteor] confiteris,confeſſus ſum (ὁμολογέω, ὁμολογέομαι,ἐξομολογέομαι,σύμφημι)cõfiteri,Idem quod fateri:niſi quòd compoſitio aliquid augere uidetur: ut ſit confiteri, ſponte quodammodo fateri,uel alio ſuadente aut cum alio fateri.Donatus,Indicat is qui de ſe uolens aliquid,& de aliis etiam prodit:ſed cõfitetur,qui de ſe tantum,& inuitus. Terent.Heaut.5.3.13,Egóne confitear meum non eſſe filiũ, qui ſit meus?Idem Phorm.5.9.45,Ignoſce,orat,confitetur, purgat,quid uis amplius?
Confiteri & profiteri.Vide Profiteor.
Confiteri,interdum profiteri ſignificat.Sueto.in Auguſt.Decedens prouincia,priuſquam confiteri ſe Conſulatus candidatum poſſet,morte obiit repentina.
Aperte atq; ingenuè confiteri aliquid.Cic.Metello,lib.5.2.6.
Quæſtione adhibita confiteri.Cic.1.de Diuinat.96.
Tacendo loqui,nõ inficiando cõfiteri.Cic.pro Seſt.33.
Deos eſſe confitendum eſt.Cic.1.de Nat.deor.63.
Deuinctum ſe eſſe officijs alicuius,confiteri non ſolum,ſed etiam gaudere.Cic.Lentulo,lib.1.9.67.
Confiteri aliquod crimen.Cic.in Salluſt.9.
Iram multu confiteri.Ouid.6.Metam.7.
Motum animi ſui lachrymis cõfiteri.Quint.lib.6.cap.1.18.
Peccatũ ſuum,quod celari poſſet,uir ſapiens confiteri maiult. Cic.2.de Nat.deorum,17.
Religiones confiteri.Cic.2.de Legib.48.
Timorem confiteri pallore.Ouid.1.Triſt.eleg.3.23.
Verum confiteri.Ouid.1.de Remedio amoris,54.
Confiteri de maleficio.Cic.pro Roſcio Amer.71.
De obiectis non confiteri.Cic.pro Domo ſua,72.
De re confiteri.Cic.in Partit.70.
Vt de me confitear.Cic.2.Verr.3.
Summam uidebantur metu infirmitatem de ſe confiteri. Quintil.lib.2.cap.4.21.
¶Confitens,pen.corr.(ὁμολογῶν)Particip.ut, Audire confitentem.Cic.2.de Finib.36.
¶Confeſſus,Particip.(ὁμολογήσας)Qui (ut ait Varro) fatſus eſt quod ab eo quæſitum eſt.
Amorem confeſſus.Ouid.14.Metam.141.
Manus confeſſas alicui tendere.Ouid.5.Metam.43,
——atq; ita ſupplex
Confeſſasq; manus,obliquaq; brachia tendens. Id eſt, quæ ſuo geſtu uelut confitebantur Phineum à Perſeo uictũ.
Propoſitio confeſſa.Quintil.lib.5.cap.14.11.
Confeſſa res,Clara,manifeſta,& de qua nulla eſt controuerſia. Plin.lib.10.cap.49.4,De confeſſis diſſeruiſſe præſtiterit. Et Quintil.lib.1,Et confeſſis quoq; Græcis utimur uerbis.
Confeſſa res & manifeſta Cic.5.Verr.110.
Reus confeſſus.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.11.
Rubor confeſſus ſecreta.Claud.in Nuptijs Honorij,2.
Confeſſa de ijſdem breuiter atq; capitulatim attingam. Plinius lib.2.cap.12.4.
Probare confeſſa.Quintil.lib.5.cap.14.26.
Confeſſa & non dubia ſigna.Colum.lib.2.cap.2.11.
Ex confeſſo.Quintil.lib.3.cap.5,Quibus contineatur omnis ratio dicendi:niſi forte laudare quæ conſtet eſſe honeſta,& uituperare quæ ex confeſſo ſint turpia,non eſt oratoris officium.Id eſt,quæ conſtet eſſe turpia.
In confeſſo eſt.Plin.lib.17.cap.22.20,Pampinatio uerna in confeſſo eſt,ab Idibus Maijs,&c.fieri intra dies x. Sic lib. 8.cap.32.8.Seneca de Benef.lib.3.cap.11,Horum in confeſſo merita ſunt.
In confeſſum uenire.Plin.epiſt.302,Quum alioqui magna ſit expectatio:ut neceſſe ſit in ea re quæ & in confeſſum uenit, & exemplis defenditur,deliberare.Id eſt,quam omnes ſatentur ſic ſe habere.
¶Confeſſio,Verbale(ὁμολογία,ἐξομολόγησις)Cic. 7.Verr.81, Vbi hoc uidet illorum confeſſionem,teſtificationem ſuam,tabellas ſibi nullo adiumento futuras,init conſilium.
Vultus acuocis confeſſio.Quintil.lib.6.cap.3.6.
Periculoſa confeſſio.Vide Periculoſus.
Verecũdior eſt cõfeſſio,quàm expoſitio.Quint.lib.4.ca.2.6.
Sit erranti medicina,confeſſio.Cic.Octauio,12.
Confeſſione illius æui, optimus & ſine æmulo agricola Cato. Plin.lib.14.cap.4.1.
Ad ignoratiõis confeſſionẽ adducere aliquẽ.Cice.1.Acad.63.
Arguere aliquem ſua confeſſione.Tacit.lib.1.
Indubitatas confeſſiones habere.Plin.lib.22.cap.23.7.
Nefarias confeſſiones audire.Celius Ciceroni,lib.8.8.8.
Errati ſui confeſſione comprobare autoritatem alicuius rei.Cice.1.de Diuinat.62,
Conuictum eſſe confeſſione aliquorum.Cic.poſt Reditum,1.
Deferre confeſſiones alicuius rei ad iudices. Cicero pro Seſtio,128.
Ex confeſſione inſcitiæ ſuæ labi.Quint.lib.2.cap.11.2.
Culpæ confeſſionem exigere.Quintil.lib.4.cap.2.52.

Taciturni-

Taciturnitas imitatur confessionem. Cic. 1. de Inuent. 70.
Indui sua confessione. Vide Induo.
Solet nonnunquam mouere lacrymas ipsa confessio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 55.
Indicijs & confessionibus suis patefactum esse. Cicer. 3. in Catil. 60.
Premere confessionem, & partiendo multiplicare. Quintil. lib. 7. cap. 2. 20.
In confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse. Cice. pro Milone, 11.
Vrgeri confessione sua. Cic. 6. Verr. 94.
Confixus.] Vide Configo.
Conflages] penult. prod. Dicuntur loca in quæ diuersi conflant uenti, à conflo, as. Festus.
Conflagro] conflagras, pen. corr. (φλέγομαι) conflagrare, Ardere. Plin. de Viris illustrib. 4. a, Fulmine ictus cum regia conflagrauit. Plin. lib. 18. cap. 28. 5, Mox Sole accendi, & conflagrare certum est.
Conflagrare flammis. Liu. 10. bel. Pun. 28.
Inuidiæ incendio conflagrare. Cic. 1. in Catil. 21.
Ardore flammæ conflagrare. Cic. Antequam iret in exil. 1.
Terræ conflagrant. Cic. 2. de Nat. deor. 134.
Conflagrare amoris flamma. Cic. 7. Verr. 72.
Conflagrare inuidia. Cicer. 3. Verr. 112, Nam qua inuidia C. Iunius conflagrarit, ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundũ fuisset. Idem pro Milone, 56.
Conflagrare incendio inuidiæ. Cic. in Catil. 21.
¶ Conflagratus, pen. prod. (συμφλεγμένος) Participium. Autor ad Herenn. lib. 4. 152, Vrbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.
Conflecto] conflectis, conflexi, conflexum (συνκάμπτω) à quo Participium Conflexus. Plin. lib. 2. cap. 44, Montium uerò flexus, crebriq; uertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga.
Conflicto] conflictas. Vide Confligo.
Confligo] confligis, penul. prod. conflixi, conflictum (συμβάλλω, συναράττω, συμπίπτω, συρράπτω) confligere, Dimicare, simul pugnare, prælio congredi. Sallustius, Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quam primum confligere. Cæsar 7. bel. Gal. 132, Forte uti pars cum ciuitatis parte confligat.
Confligere manu cum hoste. Cic. 1. Offic. 114.
Cum Erymanthio apro confligit Hercules. Cic. 4. Tuscul. 77.
Confligere acie. Liu. 6. bel. Pun. 93.
Armis confligere. Cic. in Pisonem, 15.
Pro salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligere. Brutus Ciceroni, lib. 11. 13. 12.
Agmina confligunt collatis signis. Claud. epigram. 37. 6.
Venti confligunt. Virg. 2. Aeneid. 83.
Confligunt leges & colliduntur. Vide Collido.
Causæ inter se confligunt. Cic. 2. in Catil. 44.
Ad confligendum ueniunt Pœni. Lucret. lib. 3. 171.
Confligere, pro Cõmittere & coniungere. Lucret. lib. 4. 245,
Semina quum Veneris stimulis excita per artus
Obuia conflixit conspirans matuus ardor.
Confligere, per translationem. Cice. pro Cecinna, 6, Potuisti eam leuiori actione confligere.
Confligere ratione. Cic. 4. de Finib. 6.
Confligere de re aliqua. Autor ad Heren. lib. 1. 16.
Confligitur magna ira, Impersonale. Claud. 2. in Eutrop. 72.
¶ Conflicto, conflictas (συναράσσομαι, συνρήσω) conflictare: & Conflictor, conflictaris, conflictari, commune, Frequentatiuum. Terent. Phor. 3. 2. 20, Nec cum huiusmodi unquam usus uenit ut conflictares malo.
Rempub. conflictare. Tacit. lib. 5.
Conflictari & dimicare cũ aliquo. Cice. de Arusp. respon. 37.
Homines magnis & multis incõmodis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatẽ. Autor ad Heren. lib. 2. 73.
Conflictari honestiore iudicio. Cic. pro Quintio, 24.
Conflictari turpibus iudicijs. Cic. ad Papirium Pætũ, lib. 25. 7.
Conflictari superstitione. Cic. 1. de Legib. 46, Qui canem & felem ut deos colunt, non eadem superstitione, qua cæteræ gentes conflictantur.
Conflictari iniquissimis uerbis. Cic. 5. Verr. 57.
Conflictari, pro Atteri, interprete Donato. Terent. And. 1. 1. 66, Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi.
Conflictari iniqua ualetudine. Plin. epist. 12. b, epist. 44. b, Nouissima ualetudine conflictabatur.
Doloribus conflictari. Cels. lib. 2. cap. 7.
Molestijs diuturnioribus conflictari. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 6.
Conflictari morbo. Plin. lib. 29. cap. 3. 17.
Conflictari graui annona. Cæsar.
Siti conflictari. Cels. lib. 3. cap. 7.
¶ Conflictatus, penult. prod. (συγκεκροτημένος) Participium: ut, Conflictatus graui morbo, Plinius lib. 23. capit. 1. 44. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 2, Varijs & tenacibus morbis conflictatus est.
Conflictatæ sæuissima hyeme uolucres. Plin. lib. 18. cap. 25. 3.
Difficultatibus conflictatus. Liu. lib. 10. Decad. 4.
Fortuna florentissima illi, nos duriore conflictati uidemur. Cic. Attic. lib. 10. 195. 4.
Tempestatibus conflictatus. Tacit. in uita Agricolæ.
¶ Conflictatio (σύγκρουσις) Verbale, Est (ut ait Donatus) tactus corporum inuicem, & collisio.
Totius exercitus conflictatione oppugnatus serpens inusitatæ immanitatis. Gellius lib. 6. cap. 3.
¶ Conflictio (σύρραξις) Aliud uerbale, sed à Confligo, non à Conflicto: ut, Sonus est duorum inter se corporum conflictio. Quintil. lib. 3. cap. 6. 5.
Conflictio & quasi concursus rationis & firmamenti. Cicero in Partit. 56. (55.
Primus ille status & quasi cõflictio cũ aduersario. Cic. in Parti.
Conflictio causarum Cic. 1. de Inuent. 15.
Contrariarum & dissimilium & inter se pugnantium rerum conflictio. Cic. in Partit. 30.
¶ Conflictus, huius conflictus (σύγκρουσμος) Idem quod collisio: ut, Conflictus corporum. Cic. pro Cecinna, 32.
Lapidum conflictu atq; tritu elici ignem uidemus. Cicero 2. de Natu. deorum, 36.
Conflictus nubium. Cic. 2. de Diuinat. 64.
¶ Confligium, confligij, neu. gen. Solinus cap. 14, Nam in latebrosis rupium cauaminibus, quæ fluctuum confligijs tunc adesa sunt, reduuiæ conchyliorũ resederunt, & alia multa.
Conflo] conflas (χωνεύω) conflare, Simul flare, quod à uentis fieri uidemus, quum maximo impetu perflant.
Tempestas conflata uentis. Stat. 9. Thebaid. 105.
Conflare, Sufflare. Plin. lib. 35. cap. 11. 21, Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero.
Conflare proprie dicimus metallũ liquefacere. Senec. Thebaid. 2. 6, Templis deos obruite, maculatos Lares
Cõflate, etc. Id est, Statuas deorũ fundite et igni cõsumite.
Lancem conflare. Marcellus in l. si duo ff. depositi, Quòd si lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo passi fuerint, &c.
Statuas argenteas conflare. Suetonius in Augusto, cap. 52.
Vasa aurea assiduissimi usus cõflare. Sueton. in August. ca. 71.
Conflari, Fabricari. Virg. 1. Georgic. 101,
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Conflare, per translationem: ut, Conflare æs alienum: id est, con-
trahere

Digitized by Google

trahere debitum, & facere se debitorem alienæ pecuniæ. Sallust. Quæq; alienum æs grande conflauerat, quo flagitiũ aut facinus redimeret.

Bellum conflare. Cic. ad Metell. lib. 5. 2. 21.

Bellum natum, conflatum, susceptum opera alicuius. Cicer. 2. Philipp. 7.

Crimen conflatum. Cic. in Partit. 67.

Exercitus. Cic. pro Sylla, 24.

Familiaritas conflata. Terent. Eunuch. 5. 2. 36,

—sæpe ex huiusmodi re quapiam
Et ex malo principio, magna familiaritas
Conflata est.

Iniuria conflata. Cic. pro Roscio Amer. 1.

Inuidiam alicui conflare. Cicer. in Catil. oratione prima, 17, Quamobrem, ut sæpe iam dixi, proficiscere: ac si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare uis inuidiam, rectà perge in exilium.

Inuidia aliquid conflare dicitur. Cic. pro Cluent. 6, Faciãq;, ut intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affixerit, quid inuidia conflarit.

Accusationem & iudicium conflare. Cic. 4. Verr. 80. Liuius 3. ab Vrbe, 150. de Decemuiris, Iudicia domi conflabant, pronunciabant in foro.

Conflari & effici. Cic. 1. Offic. 23, Quibus ex rebus conflatur & efficitur id, quod quærimus honestum.

Malum ab aliquo conflatum & perfectum. Ci. pro Cluent. 12.

Manum improborum conflare. Cic. 1. in Catilin. 18.

Mendacium. Coitione & consensu multorum adornare mendacium. Cic. pro Q. Rosc. 28, Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium est.

Negocium alicui, id est, aliquem molestia laboreq; afficere, ut interpretatur Valla. Cic. 4. Verr. 94, Quod cuiq; negocij conflari uolebat, nullo labore faciebat.

Nouitatem conflare. Lucret. lib. 4. 188, Sed quibus hæc rebus nouitas conflatur, &c.

Pecuniam conflare. Cic. pro Sestio, 55.

Periculum alicui. Cic. pro P. Sylla, 9.

Rem & diuitias conflare. Lucret. lib. 3. 14.

Seditionem. Cic. pro Cluentio, 80.

Societatem cum aliquo. Cic. de Arusp. respon. 39.

Suspicionem conflare. Autor ad Herennium, lib. 2. 39.

Tumultus gladiatorum conflatus. Cic. pro Sylla, 10.

Conflatus ex. Cic. pro Cælio, 8, Neq; ego fuisse unquam tale mõstrum in terris ullum puto, ex contrarijs diuersisq; inter se pugnantibus naturæ studijs, cupiditatibusq; conflatum. De Catilina loquitur.

Conflatus ex duabus naturis. Cic. 2. de Natu. deor. 145.

Consensus aliquorum conspirans & penè conflatus. Cicer. pro Ligario, 21.

Conflati testes, id est, subornati. Quintil. lib. 5 cap. 7. 15.

Ignis conflatus amore alicuius. Lucretius, libr. 1. 96. Id est, incensus.

¶ Conflatio (χώνευσις) Verbale, pro Conflatura. Senec. 3. Nat. quæst. Et illa quæ in conflatione nostris placet, huc transferenda puto.

¶ Conflatura, huius conflaturæ, pen. prod. (χώνευσις) Plin. lib. 7. cap. 56. 7, Argentum inuenit Erichthonius Athenienſis: ut alij, Aeacus: auri metalla & conflaturam, Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.

Confluo] confluis, pen. corr. confluxi, confluxum (συῤῥέω, συμβάλλω) confluere, Simul fluere. Plin. lib. 13. cap. 22. 6, Et in ipsa excauant radice, quò succus confluat.

Coniungi & confluere. Cic. 6. Verr. 104, Portus habet propè in ædificatione aspectuq; urbis inclusos, qui quum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur & confluunt.

Pontus confluit in orbem curuum. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 4.

Vndæ confluunt. Lucret. lib. 1. 76.

Confluere, per translationem, pro conuenire. Cic. de claris Orat. 140, Confluxerunt enim & Athenas & in hanc urbem multi inquinatè loquentes ex diuersis locis.

Confluebat ad eum magnus numerus. Cæsar 7 bel. Gal. 177.

Confluere ad aliqua studia. Cic. 2. Tuscul. 9.

Confluere in unum locum. Cic. 2. de Legib. 11.

Ad nos pleræq; causæ confluunt. Cic. pro Plancio, 68.

Confluere cruciatus dixit Plaut. Asin. 7. 48.

Laus, honor, dignitas confluit ad aliquem. Cicer. 1. de Inuentione, 8.

Sentina Reip. confluit aliquò. Cic. in Sallust. 10.

Sobertis confluit ex toto orbe. Ouid. 9. Metam. 149.

¶ Confluens, Partic. (συῤῥέω) Lepidus Cicer. lib. 10. 34. 1, Ut exercitu meo ab confluente Rhodano castra moui.

Confluens (συμῤῥοια, σύῤῥους) Substantiuum, m. g. Est alueus in quem duo flumina conueniunt. Plin. lib. 6. cap. 26. 8, Cetero circuitu in solitudinem redijt, exhausta uicinitate Seleuciæ ob id conditæ à Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti atque Tigris. Liuius 1. ab Vrbe.

¶ Confluctuari (κυμαίνεσθαι) Impersonale. Senec. Medea, 12. 13,

— haud aliter metu
Confluctuatur: ira pietatem fugat, Iramq; pietas.

Confodio] confodis, penul. corr. confodi, confossum (διατύπτω) confodere, Idem ferè quod Fodere significat. Plinius, lib. 17. ca. 20. 2, Confodi iubent mense Aprili. Cato, ca. 129, Confodiatur minutè terra, & amurca bene conspergatur.

Hortum confodere. Plaut. Aulul.

Confodere atq; comprehendere aliquem. Ci. pro P. Sylla, 24.

Confodere & lacerare. Sueton. in Augusto, cap. 91.

Tela confodiunt hostes. Valer. lib. 6. Argonaut. 84.

Vmeam confodere. Plin. lib. 17. cap. 22. 19.

Iugulum alicuius confodere. Lucan. lib. 3. 148.

Confodere aliquem uulneribus. Liu. 4. bel. Pun. 29. Plin. li. 23. cap. 1. 3. Et Liu. 1. bel. Maced. 147.

¶ Confossus (διαπεπαρμένος) Adiect. Vulneratus. Virgil. 9. Aeneid. 92,

Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, &c.

Confœdusti] apud ueteres dicebantur fœdere coniuncti. Festus.

Confœta] sus (συντοκὰς) dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Festus.

Confore] Vide Confio.

Conforio] conforis, pen. corr. (μυθόω) conforire, Est sterco re liquido fœdare, quod Plautus concacare dicit. Pompon. Conforisti me Diomedes.

Conformo] conformas (διαχηματίζω, διαμορφόω) conformare, Notæ significationis uerbum. Gellius, lib. 2. Hippocrates in eo libro, de quo suprà scripsi, Cum et numero dierum, quibus conceptum in utero coagulum conformatur. Colum. lib. 9, Diebus quibus animantur oua, in speciem uolucrum conformantur.

Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Cicero 1. de Finibus, 34.

Sibi & posteris filios conformare. Tacit. lib. 4.

Conformare se ad alicuius uoluntatem. Cic. ad Lent. lib. 1. 8. 4. Quidam legunt Confirmare.

Animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium

Digitized by Google

lentium conformabam. Cic. pro Arch. 11.
Consilium alicuius nonnulla in re confirmare & leuiter emendare posse. Cic. pro Murena, 55.
Imaginem rei totius primo loco conformare. Autor ad Herennium, lib. 3. 128. De arte memoriæ.
Mores conformare. Cic. 4. de Finib. Legitur & Confirmare.
Orationẽ conformare. Cic. de Orat. 9, Et ipsa oratio confirmanda est non solum electione, sed etiã constructione uerborum.
Vocem conformare hortatu & præceptis alicuius. Cicero pro Archia, 1.
¶ Conformatio, Verbale. Cic. 1. Tusc. 80, Quasi uerò intelligant qualis sit in ipso corpore quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus.
Conformatio, imago, & figura. Cic. 2. de Orat. 194.
Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. Cic. 1. de Orat. 57.
Animantis figura, conformatioq; membrorum tantam naturæ solertiam significat. Cic. 2. de Nat. deor. 121.
Animi conformatio. Cic. 1. de Nat. deor. 146.
Conformatio & moderatio continentiæ & temperantiæ. Cic. 3. Offic. 130.
Compositio membrorum, & conformatio lineamentorum. Cic. 1. de Nat. deor. 57.
Ornamenta & conformationes sententiarum. Cicero de claris Orat. 73.
Verborum & sententiarum conformatio. Cic. 3. de Orat. 111.
Conformatio color rhetoricus. Priscianus in præexercitamentis Rhetorices, Cõformatio, quam Græci προσωποποιίαν nominant, est quando alicui rei contra naturam datur persona loquendi, ut Cicero patriæ & Reipub. in Inuectiuis dat uerba. Est præterea simulacri fictio, quam Græci εἰδωλοποιίαν: quando mortuis uerba dantur. quod facit Cic. pro Cælio, uerba dans Appio cæco contra Clodiam. Autor ad Herennium, lib. 4. 237, Cõformatio, est quum aliqua quæ nõ adest, persona confingitur, quasi adsit, aut quum res muta, aut informis sit eloquens & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quædam.
¶ Conformatus (διαχηματισμένος) Participium: ut, Effigies conformata caminis Siculis, Statius lib. 1. Sylu. 1. 1.
Mundus à natura conformatus. Cic. 3. de Nat. deor. 36.

Confornico] confornicas, pen. corr. (καμαρόω, ὀροφόω) confornicare, In fornicem formare. Vitruuius lib. 4. cap. 5.

Confoueo] confoues, pen. cor. confoui, confotum (πολλέπω) confouere, Simul fouere. Cato cap. 5. 5, Circum oleas autum nitate ablaqueato, & stercore addito confoueto. Alij legunt, Stercus addito.

Confragosus] Vide Confringo.

Confremo] confremis, penul. corr. confremui, confremitum, (φρεμάσω) confremere, Idem quod Fremo: ut, Agmina confremunt. Stat. lib. 1. Sylu. 6. 15.
Cælum confremit. Silius lib. 16. 80.
Omnes confremuere. Ouid. 1. Metam. 41.

Confrico] confricas, pen. corr. confricui, confrictũ (ψώχω) confricare, Valde fricare. Plaut. Asin. 12. 80, Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. Columel. lib. 2. cap. 3. 1, Boues quum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellem reuellat. Plin. lib. 32. cap. 10. in fine.

Confringo] confringis confregi, confractum (συῤῥήγνυμι) cõfringere, à Frango compositum, idem ferè significat quod Effringo uel infrmgo. Plaut. Capt. 15. 8, Aulas, calicesq; omnes confregit.
Claustra confringere. Lucret. lib. 1. 14.
Dens sub forfice confringitur. Celsus lib. 7. cap. 12.
Digitos confringere. Cic. pro Flacco, 57.
Sceptra confringere. Senec. Herc. furent. 4. 14, Ac sæua iusta sceptra confregit manu. Id est, ui usurpauit regnũ. De Lyco.
Confringere tesseram hospitalem apud aliquẽ. Vide Tessera.
Turres confringere. Lucan. lib. 6. 25.
Cõfringere rem, pro Dissipare & consumere. Plaut. Sticho, 10, 49, Dum parasitus mihi fratriq; fuisti, rem confregimus.
Confringere consilia. Cic. 3. Verr. 8.
Confringere iura. Cic. 2. de Legib. 87.
Præturam confringere. Cic. pro Milone, 26.
¶ Confractus (συντέτριμμένος) Participium: ut, Confracta nauis est illis, Id est, naufragium fecerunt. Plaut. Rud. 2. 73. & 4. 64.
¶ Confragosus, pen. prod. Adiect. (ἀπότομος) Quod disruptũ & rude atq; incultum est. Colum. lib. 2. cap. 2. 6, Incultũ igitur locum consideremus, siccus an humidus, nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus. Liuius 8. bel. Pun. 5, Confragosa loca, & obsita uirgultis tenebant colles.
Argumenta uelut horrida & confragosa. Quint. lib. 5. cap. 8. 1.
Versus confragosi. Quint. lib. 1. cap. 1. 27.
Euecti confragosis, atq; asperis, tota pandere possumus uela. Quintil. lib. 6. cap. 1. 39.
¶ Confragosum, per translationem, Rude, quod uix potest intelligi. Plaut. Cistel. 7. 71, —teneo istuc satis:
Sed ego illud quæro confragosum, quomodo
Prior posterior sit: posterior sit prior.
¶ Confragus, pen. corr. (ἀλιόδοντος) aliud Adiectiuum. Lucan. lib. 6. 26, —& confraga densis
Arboribus dumeta tegunt. Id est, aspera & inaccessa.

Confugio] confugis, confugi, pen. prod. confugitum (καταφύγω) cõfugere, Idem quod Fugere. Cic. 4. Verr. 110, Quid te futurum est? quò cõfugies? ubi nitere? Sic pro Sex. Roscio, Romam confugere.
In agros confugere. Cic. Attico, lib. 3. 15. 11.
Quo confugere habebam, ubi conquiescerem. Cicero Sulpitio, lib. 4. 6. 8.
Confugere in arcem. Cic. 2. Tuscul. 98.
Confugere in naues. Cæsar 3. bel. Ciuil. 34.
Confugere ad aliquem auxilij gratia. Liu. 1. Decad. lib. 1. Teren. Hecy. 3. 3. 24, Nunc huc confugit, te atq; alios partum ut celaret suum.
Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Virg. 1. Aen. 135.
Supplicem confugere ad aliquem. Ouid. 7. Metam. 60.
Ad aliquem uirtute præstantem confugere. Cic. 2. Offic. 18.
Ad opem iudicum afflicti iniurijs supplices inferioresq; confugiunt. Cic. pro Fonteio, 19.
Ad aram uel in arã confugere. Cic. pro Cecinna, 72. Vide Ara.
Ad arces confugere. Ouid. 1. Fast. 114.
Ad rem publicam confugere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 10.
Ad uota precesq; confugere. Plin. epist. 268.
Ad fidem alicuius confugere. Cic. 1. Verr. 7.
Aeger confugit ad opem medicam. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 2.
In misericordiam alicuius confugere. Cic. pro Quint. 5.
Confugere ad aliquid, se excusandi gratia. Terentius Heaut. 4. 5. 44,
Id nunc reddendum est illi: neq; tu scilicet
Eò nunc confugies, Quid mea? num mihi datum est? Id est, non erit quod excusationis causa hæc dicis, Quid mea? Cic. 5. Verr. 166.
¶ Confugium (καταφυγὴ) Ouid. 4. Trist.
Qui ueritus non es portus aperire fideles
Fulmine percussæ confugiumq; rati.
Confugium & portus. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 1.
Commune confugiũ egris animantibus. Stat. 12. Thebaid. 102.

Digitized by Google

Confulcio] *confulcis,confulſi, confultum (ὀχλέω) confulcire,Idem quod Fulcire: unde Participium Confultus:ut,Corpora confulta exiguis interuallis.Lucret.lib.2.29.Nonnulli conflicta legunt, cuius eadē ferè ſignificatio eſt apud hunc poetam. Vtrunq; enim connexum ſignificat,& compactum uel commiſſum.Si conflicta legis,rectè expoſueris colliſa.*

Confulgeo] *confulges,confulſi (στιλαγίζω) confulgere.Notum uerbum. Plaut. Amphit.17. 44, Totæ ædes confulgebant tuæ,quaſi eſſent aureæ.id eſt,undiq; fulgebant.*

Confundo] *cōfundis,confudi,cnnfuſum (συγχέω,συγχώνω, σωταράττω) confundere, Perturbare, commiſcere. Plinius Et ſi noſcantur,facilè confundunt colorē. Plaut.Moſt.4.12, Quaſi quum unà multa iura confundit coquus.*

Cum igne ſe confundit ignis.Cic.de Vniuerſit.55.

Confundere aliquem dolore.Plm.epiſt.100.

Confundere in unum corpus.Liu.4.bel.Maced.41.

In unum ſonum coaleſcere, & confundi. Quintilianus libro 1. cap.7.13.

Confundere ſermones in unum.Liu.9.ab Vrbe,53.

Fœdus confundere.Virg.12.Aeneid.59.

Her confundere.Silius lib.3.134.

Ius omne confundere.Lucan.lib.1.133.

Lacrymas confundere.Ouid.2.epiſt.19.

Particulas ſimiles inter ſe confundere.Cic.4.Acad.211.

Prælia confundere cum Marte.Horat.1.Carm.ode 17.5.

Sacra confundere prophanis.Claud.7.Paneg.48.

Senſus animi confundere.Lucret.lib.2.190.Id eſt,turbare.

Venerem confundere cum multo uino. Id eſt, libidinem cum ebrietate confundere.Ouid.2.Triſt.73.

Confundere uera falſis.Cic.4.Academ.111.

Verba confunduntur.Lucret.lib.4.114.

Arethuſa Siculis confunditur undis.Virg.3.Aeneid.134.

Confundi, pro Erubeſcere uſus eſt Cyprianus in tractatu De lapſis,Chriſtus in præceptis ſuis dicit,Qui confuſus me fuerit, confundet illum Filius hominis. Et Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe aut confunditur,aut uerctur? Quomodo poteſt eſſe cum Chriſto,qui ad Chriſtum pertinere, aut erubeſcit,aut metuit?

¶*Confuſus,pen.pro.(ἀχωθείς, συγχυθείς)Participium,Perturbatus.Liu.6.ab Vrbe,138,Confuſam eam ex recenti morſu animi,quum pater fortè uidiſſet,percōtatus, Satin' ſaluæ? Idem 6.ab Vrbe,27,Confuſus animo.*

Confuſus gaudia fletu.Stat.5.Sylu.3.44.

Pudore confuſus.Ouid.epiſt.20.23.

Turba querelarum confuſus adoleſcens repentè obticuit. Iuſtinus lib.32.de Demetrio.

Caſtra confuſa tumultu.Lucan.lib.7.26.

Licentia confuſa.Claud.1.in Eutrop.100.

Olympus confuſus,Cælum nubilum.Stat.5.Thebaid.85.

Pectora confuſa.Valer.lib.1.Argon.16.

Prolem confuſam utero capere, Ex adulterio neq; ex uno uiro concipere.Seneca Hippol.2.18.

Rebus confuſis opem tribuere.Claud.de bel.Getico,87.

Confuſa rubore roſa.Locum.10.24.

Strages confuſa.Virg.6.Aeneid.101.

Turba confuſa.Ouid.12.Metam.43.

Verba confuſa.Ouid.2.Metam.43.

Voluptas iam confuſa. Id eſt turbata & iam ceſſans. Ouidius epiſt.21.10.

Vox confuſa.Lucret.lib.4.114.

Vultus confuſus.Id eſt,perturbatus.Ouid.3.Triſt.eleg.5.3.

Perturbata & confuſa cernere.Cic.1.de Diuinat.107.

Confuſum ſuffragium inire.Liu.6.belli Pun.

¶*Confuſus(ἄχωτος) Nomen ex participio:ut, Confuſior patior.Plin.lib.7.*

¶*Confuſurus,pen.pro.(συγχύσων) Particip.Ouid.6.Metam. 117, —ſed faſq; neſaſq;*
Confuſura ruit,pœnæq; in imagine tota eſt.

¶*Confuſio (σύγχυσις) Verbale:ut, Confuſio omnium rerum, Cic.2.de Finib.185.*

Religionum confuſio.Cic.2.de Legib.42.

Temporum confuſio.Cic,2.Offic.96.

Coniunctio confuſioq; uirtutum à philoſophis ratione quadam diſtinguitur.Cic.5.de Finib.119.

Perturbatio uitæ,& magna confuſio.Cic.1.de Nat.deor.7.

Confuſio,pro Animi perturbatione.Plin.epiſt.22.in fine.

¶*Confuſè,pen.pro.(συγκεχυμένως) Aduerb.Plin.lib.34.cap. 2.3,Quondam æs confuſè auro argentoq; miſcebatur.*

Confuſè & permiſtè,cui contrarium Deſcriptè & electè.Cic.1. de Inuent. 66, In præſentia tantummodo numeros & modos & partes argumentandi confuſè & permiſtè diſperſimus,poſt deſcriptè & electè.

Agere confuſè.Cic.3.de Nat.deor.25.

Confuſè loqui.Cic.2.de Finib.47.

¶*Confuſim (χύδλν) Aliud aduerbium,Idem. Plin.lib.18.cap. 16. 4, Vnum de ea & cytiſo uolumen Amphilochus fecit confuſim.*

Confuto] *confutas,pen.prod.(ἀνασκευάζω) confutare,Notum uerbum.Plaut.Trucul.7.19,Ego iſtos,qui nunc me culpant,confutauero.*

Verbis confutare iratum.Terent.Phorm.3.1.13.

Dictis confutare.Terent.Heaut.5.1.76.

Affectus inuentorum ſuorum memoria & recordatione confutare.Cic.5.Tuſcul.127.

Argumenta confutare.Cic.1.de Diuinat.14.

Audaciam alicuius confutare.Cic,in Partit.

Confutare, Confundere, commiſcere, commouere.Varro Manio, Harum ædium ſumma atria confutabant architectonnes.Titinnius Setina, Cocus magnum ahenum,quando feruit,paula confutat trua.Nonius.

¶*Confutatio(ἀνασκευή)in oratione,eſt contrariorū locorum diſſolutio.Author ad Herenn.*

Congedus] *amnis eſt Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim,qui per agri planitiem fluens,exiguum lacum efficit, tepentibus aquis.Martial.lib.1,*
Tepida natabis lenè Congedi uada,
Molleſq; nympharum lacus.

Congelidus] *pen.corr. Adiectiuum (ψυχρός)ut,Congelida aqua apud Celſum,lib.4.cap.24.Congelidam uerò putant, eſſe quæ ab ipſo Celſo capite eodem egelida nuncupatur,hoc eſt tepida.*

Congelo] *congelas,pen.cor.(συμπήγνυμι,πήγνυμι)congelare, Idē quod Gelare & concreſcere. Et raro præterquā in tertijs perſonis reperitur. Plinius libro 18. cap. 28.17, Infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Colum. lib.7. cap.8.5, Ipſos quidam uirides conterunt nucleos,& lacti permiſcent,atq; ita congelant.*

In lapidem congelare.Ouid.11.Metam.13.

Lacrymas congelare.Ouid.ad Liuiam,23.

Fluuius congelat latices ſuos.Ouid.3.Triſt.eleg.10.6.

Pectora nautis congelat hyberni uultus Ionis. Valer.lib.3.Argon.116.

Congelat uxor anus uirum.Martial.lib.14.152.

Congelauit ocio. Cic.Cælio,lib.2.12.8,Gaudebam ſanè,& congelaſſe noſtrum amicum lætabar ocio. Hoc eſt,uelut congelatum eſſe.

¶*Congelor,congelaris, Paſſiuum. Colum.lib.1. cap.6, Oleum quod minus prouenit,ſi congelatur,flaceſcet.*

¶*Conge-*

Digitized by Google

¶Congelatio, Verbale (σύπηξις) Plin.lib.31.cap.3.3, Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur.

¶Congelasco, cõgelascis. Macrobius lib.7. Saturn.cap.12, Curuina aut nunquam, aut rarenter congelascant.

Congemino] congeminas (διπλασιάζω) cõgeminare, Idem quod Geminare. Virg.11.Aeneid.

Tum ualidam perq; arma uiro, perq; ossa securim,
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat. Id est, bis eum securi percutit.

Congeminauimus omnes. Plaut. Amphit.8.152.

Crebros ensibus ictus congeminant. Virg.12.Aeneid.143.

Sonitus congeminare. Silius lib.3.40.

Vocem per auras congeminare. Valer.lib.2.Argonaut.40.

¶Congeminans, Participium (διπλασιάζων) Valer. Flac. lib. 6.76.

¶Congeminatio, Verbale (διδυμότης) Plaut. Pœnul. 19.18, Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Congemo] congemis, penult.corr. congemui, congemitum, (συστένω) congemere, Vnà & simul gemere, & condolere. Cic.pro Muræna, 48, Congemuit Senatus frequens, neq; tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit.

Congemere ac flere mortem. Lucret.lib.3.190.

Positum feretro congemuere. Valer.lib.5.Argonaut.3.

Congemere, ad arbores translatum. Virgil.2. Aeneid.126. de orno arbore loquens,

Vulneribus donec paulatim euicta, supremum
Congemuit.

Congenero] congeneras, pen.corr. (συγγεννάω) congenerare, Adiungere, associare. Accius Fidicinis, Quã uehat grato tibi congenerat gentium, aut generum affinitas. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Nonius. Obsoletum.

¶Congener, pen.corr. huius congeneris, Adiect. (ὁμόγονος) ut Degener. Plin.lib.15.cap.24.2, Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

Congenitus] pen. corr. (ὁμογονὸς) Participium à Congigno. Plin.lib.11.cap.39.4, Pili congeniti non desinũt. Idem, lib.16.cap.2.1, Congenita mundo uastitas roborum.

Congenulo] congenulas, pen.cor. (γονατίζω) congenulare, Flecti genibus. Sisenna lib. 3. hist. Multi plagis aduersis icti & cõgenulati Romanis præcipitatis, ipsi supra uoluit in caput. Cæcil. Annal.lib.6, Ipse regis ferit pectus, aduersum congenulat, percussu deijcit dominum. Nonius.

Conger] piscis. Vide Congrus.

Congermanesco] congermanescis, congermanescere, Coalescere, coniungi, uel consociari. Quadrigarius Annal. Facite exempla eorum, ut uos cum illis congermanescere sciatur. Nonius.

Congermino] congerminas, pen.corr. (συνβλάστω) congerminare, Coalescere, coniungi uel consociari. Varro Rerum humanarum lib.3, Postea cum his unam Rempub. coniuncti & congerminati tenuere. Nonius.

Congermiascere (βλασταίνω) Vide Germen.

Congero] congeris, pen. corr. congessi, congestum (συμφορέω, συναθροίζω) congerere, Congregare, coadunare, accumulare.

Simul omnia congerere. Cic. Bruto, 16.14.

Congerere sim. Cic. pro lege Manil. 15, Quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. Sic 4. Tusc.127, Congerere in suum locum.

Cuncta monumenta in pyram congerere. Silius lib.8.21.

In caput alicuius saxa congerere. Seneca Oedip.10.6.

Congerere in cellulam ad aliquem. Terent. Eunuc. 2.3.7.

Turbam congerere in sermonem. Cic. de claris Orat.187, Vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum.

In unum omnia congerere. Cic.5.Tusc.164.

Congerere causas in aliquẽ. Liu.lib.3. Id est, culpam transferre.

Crimen in aliquem congerere. Cic. pro Milone, 47.

Maledicta in aliquem congerere. Cic.3.Philipp.132.

Ornamenta in aliquem congerere. Cic. pro Rege Deiotaro, 7.

Congerere alicui, pro In aliquem. Seneca 1.de Clement. Ambitio sæ maiestati quicquid potuimus titulorum congessimus.

Ictus crebros alicui congerere. Valer.lib.4.Argon.62.

Congerere, De auibus quum nidos construunt. Virgilius in Palæmone, 14,

—aeriæ quò congessere palumbes.

Amnes congerere. Valer.lib.4.Argon.143.

Congerere aram arboribus. Virgil.6. Aeneid.36. Hoc est, pyram. Seruius.

Diuitias auro congerere. Tibul.lib.1.eleg.1.1.

Funus alicui cõgerere, ac tumulũ struere. Senec. Medea, 12.24.

Honores supremos alicui congerere, Alicuius obitum honestare. Valer.lib.6.Argonaut.126.

Laticem congerere in uas pertusum. Lucret.lib.3.205.

Oscula congerere. Ouid.epist.17.22.

Syluas congerere. Id est, magnam uim lignorum. Seneca Hercul.fur.6.34.

Congerere tela. Cic. ad Brutum, 16.14.

Terram congerere in. Iabolenus in l. qui domum. ff. locati, Terram in eam amplius, quàm fundamenta cæmentitia locatoris erant, congessit.

Viaticum alicui congerere. Cic. pro Plancio, 21.

Ne plus æquo quid in amicitia congeratur, nõ uerendũ est. Cic. de Amic.52.

¶Congestio, in l. qui demum. ff. locati.

¶Congestus, Participium (συμπεφορημένος) ut, Pindo congestus Athos. Seneca Herc.Oeth.9.5.

Artus temerè congesti, Sine ordine dissecta membra. Seneca Hipp.12.19.

Cibaria congesta. Horat.1.Serm.Saty.1.7.

Culmen tugurij congestum cæspite. Virg.1.eclog.14.

Congestis undiq; donis crescunt opes. Silius lib.13.18.

Congesta aceruatim funera honori cadauerũ. Plin.li.12.c.18.2.

Grana tritici in os pueri Midæ cõgesta. Cic.2.Diuinat.100.

Congesti honores. Liu.9.bel.Maced.205.

Congesti, id est, comportati. Ouid.1.Metam.31.

Monumenta opibus alicuius congesta. Tibul.lib.7.12.

Nemore congesto structum aggerem aceruare. Seneca Herc. fur.13.16.

Opes congestæ. Ouid.4.Fast.124.

Oppida congesta manu præruptis saxis. Virg.2.Georg.32.

Dissoluta atq; ex diuersis congesta oratio. Quint.lib.2.ca.11.5.

Pondus auri congestum. Ouid.epist.44.

Puluis congestus. Propert.lib.4.eleg.10.7.

Spes congesta in aliquem. Ouid.8.Metam.23.

Turba congesta. Senec. Thyest.9.11.

¶Congeries, huius congeriei, (σωρεία, συναθροισμὸς) Coadunatio, agger, cumulus. Plin.lib.10.cap. 43.5, Vbi de coruo loquitur, qui congesserat lapides in situlam, ut biberet commodius. Ita, inquit, descendere pauentem expressisse tali congerie quantum poturo sufficeret.

Bonorum congeries. Claud. 3. Paneg.27.

Pulueris congeries. Lucan.lib.8.170.

Syluæ congeries. Ouid.9.Metam.48.

Rudis congeries. Claud.2.Paneg.2.

Sæua congeries, Strages. Valer.lib.6.Argon.103.

¶Congestus, huius congestus (συναθροισμὸς) Verbale. Cic. 2. de Diuinat.

Digitized by Google

de Diuinat. 103, Herbam autem asperam credo auium congestu non humano satu. Id est, quam aues congesserunt. Columel. lib. 9. cap. 14, Congestu culmorum & frondium supertegimus.

Congestus arenæ. Lucret. lib. 6. 146. Tacit. lib. 15.

Copiarum congestus. Tacit. lib. 18.

¶ Congestitius, Adiectiuum (συγκόμιστος) Quod congestum est. Colum. lib. 2. cap. 10. 14, Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, uel congestitia humo proueniunt.

Locus congestitius, Non solidus ad iacienda fundamenta. Vitruuius lib. 3. cap. 3, Si autem solidus non inuenietur, sed locus erit congestitius, &c. Budæus.

Congerro] huius cõgerronis, m. g. (συμφλύαρος) Cum quo familiariter uersamur, & facetè confabulamur. Erasmus. Plaut. Mostel. 11. 27, Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferã. Idem Trucul. 4. 6, Nequã ueniunt ad scorta cõgerrones. Hoc est, Quasi simul cum scortis garrientes.

Congiarium] huius congiarij (ἐπίδοσις) Munus quod à principe exhibetur populo. Sene. lib. 4. de Benef. Hoc donabatur populus, sicut donatiuo milites donabantur. Sic Plinius in Paneg. laudat Traianum, quòd congiarium populo dedisset, quo locupletatæ sunt tribus, quum donatiuum milites accepissent. Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 5, Vehementer auaritiam uideo fuisse, & spem magni congiarij. Eidem lib. 16. 335. 3. Et Sueton. in Caligula, cap. 17, Tiberius enim congiarium populo trecentos nummos uiritim dedit. Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertijs.

Exiguitas congiariorum. Quint. lib. 6. cap. 3. 36.

Dare populo congiaria. Sueton. in Aug. cap. 41.

Multitudinem imperitam congiarijs lenire. Cic. 3. Philipp. 121.

Congiarium, est etiam donum quod princeps priuatim dat alicui. Sueton. de clar. Rhet. 4, Nec eo minus, imò uel magis ob hoc Antonio gratus: à quo mox Consule ingens etiam congiarium accepit. Idem pro priuato dono, dixit uberrimum congiarium, teste Budæo.

Congius] congij, (χόα) Mensuræ liquidorum genus est, sex sextarios cõtinens. Plin. lib. 14. cap. 9. 5, Distat à mulso, quod fit è musto, cum quinq; cõgijs austeri musti. Idem lib. 14. cap. 16. 3, Libram & quadrantem in congios duos musti macerant. Colum lib. 5. cap. 7. 12. Vide Budæum de Asse.

¶ Congialis & hoc congiale, pen. prod. (χοᾶος) Fidelia congialis, quæ congium capit. Plaut. Aulul. 13. 15, Mulsi congialem plenam faciam tibi fidelitam.

¶ Congiarius, Adiectiuum (χοᾶος) ut, Congiarius cadus, qui congium continet. Plin. Ipse quum rediit ex Asia, millia cadûm congiariûm diuisit amplius centũ. Ita legit Budæus. Sunt autem (inquit idem) congiarij cadi, qui congium tantum capiunt. Id est, senos sextarios Italicos.

Conglacio] conglacias (συμπάγνυμι) conglaciare, in glaciem conuerti. Cic. 2. de Nat. deor. 38, Atq; aquæ etiam admistum esse calorem, primùm ipse liquor aquæ declarat effusæ, quæ neq; conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaq; concresceret. In quibusdam exemplaribus legitur, neq; conglaciaretur.

Conglaciat tribunatus Curioni. Cel. ad Curionem, lib. 8. 6. 8, Curioni nostro Tribunatus conglaciat. Id est, prorsus nihil agit Curio.

¶ Conglaciatus, penult. prod. Participium. Plin. lib. 2. cap. 2, Grandinem conglaciato imbre gigni.

Conglobo] conglobas, pen. corr. (συναθροίζω) conglobare, A globo deductum, significat Coadunare. Liu. 8. ab Vrb. 56, Qui Latinorum pugnæ superfuerant multis itineribus dißipati, quum se in unum conglobassent, Vescia urbs eis receptaculum fuit. Idem 10. bel. Pun. 86.

Sors conglobat. Liu. 2. bel. Pun. 25, Sors conglobabat, & animus suus cuiq; antè aut pòst pugnandi ordinem dabat. Subaudi, milites.

Conglobatur undiq; mare. Cic. 2. de Nat. deor. 174.

¶ Conglobatus, pen. pro. (συναθροισθείς) Participium: ut, Conglobatum corpus in pilæ modum. Plin. lib. 9. cap. 46. 3.

Conglobata corpuscula. Lucret. lib. 2. 31. De atomis.

Definitiones conglobatæ. Cic. in Partit. 29.

Figura conglobata neq; natum usquam quicquam & sempiternum. Cic. 4. Academ. 211.

Extrema & conglobata inter se pars concionis. Tacit. lib. 1.

Conglobatum sanguinem discutere. Plin. lib. 23. cap. 1. 42.

Terra undiq; in sese nutib. suis cõglobata. Ci. 2. de Na. deo. 142.

¶ Conglobatio, Verbale, (συναθροισμός) Senec. Natu. quæst. 1, Multa conglobatione ignium indigens, quum ingens eorum orbis matutini amplitudine Solis interdum exuberet.

¶ Conglobatim, pen. product. Aduerb. apud Liu. 5. bel. Pun.

Conglomero] conglomeras, pen. corr. (συνελίττομαι, συναείρω) conglomerare, A glomus, glomeris, Inuolucre, superaddere. Ennius Thyeste, Heus mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala! Vide Glomero.

Conglomerari, Paßiuum. Lucret. lib. 3. 42, Quàm tenui consist textura, quamq; loco se Contineat paruo, si poßit conglomerari.

Conglutino] conglutinas, pen. corr. (συγκολλάω) conglutinare, Ex glutino componitur, & significat Coniungo ferrumino. Cic. 1. de Oratore, 91, Quæ rem dissolutam ad famã; conglutinaret, & ratione quadam coniungeret.

Conglutinare & Dissoluere, cõtraria. Cic. de Amic. 32, Nam si utilitas amicitias cõglutinaret, eadem cõmutata dissolueret. Conglutinantur consuetudine uoluntates. Cic. ad Matium, lib. 11. 27. 4.

Cõglutinare amicitias testimonijs. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. Et ad eundem, lib. 1. 12. 14, Conglutinata concordia.

Meretricios amores nuptijs cõglutinare. Terent. And. 5. 4. 10.

Vulnus conglutinant folia uitium. Plin. lib. 23. in proœ. 5.

Ex libidine, crudelitate, petulantia conglutinatus. Cic. 3. Philipp. 143.

¶ Conglutinatio, Verbale, (συγκόλλησις) ut, Conglutinatio uerborum. Cic. in Orato. 43.

Congræco] ἀνοφλυγῶ, κωμάζω, Actiuum, uel Congræcor deponens, congræcari, Compotationibus indulgere. Plaut. Bacchid. 15. 93, Quodq; in lustris comedam & congræcem pater. Tractum est ex more Græcorum, qui compotationibus ac delicijs plus æquo indulgent. Vnde congræcari & pergræcari, id est, genialem uitam agere.

Congratulator] pen. corr. congratularis (συγχαίρω, συνήδομαι) congratulari, Gaudere. Cic. pro Sestio, 15, Mihi denique; homines præcipuè congratulabantur. Emendati codices legunt gratulabantur. Idem pro Plan. 53.

¶ Congratulatio, Verbale, (συνευφροσύνη) Cic. ad Brutum. 3. 3, Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioq; me commouet. Liu. 4. ab Vrbe, 102.

Congredior] cõgrederis, pen. corr. congressus sum, (συμμίσγομαι, συνάπτω) congredi, Simul iungi & conuenire. Varro, Omnesq; in unam domum congressi, simul discubuere.

Acie congredi. Vide Acies.

Congredere actutum. Terent. Phorm. 5. 6. 12.

Congredi coram. Cic. in Pisonem, 46.

In aliquo loco congredi. Cic. Bruto, 6. 1.

Congredi aliquem, pro accedere ad aliquem colloquendi gratia. Plaut. Amphit. 15. 35.

Congredi alicui quotidiana consuetudine. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Luctari & congredi cum aliquo. Cic. pro Sylla, 35.

Criminibus

Criminibus cum aliquo congredi. Cic. pro Murena, 61.
Congredi, Inire certamen cum hoste. Virg. 12. Aeneid. 47, Vix hostem alterni si congrediamur, habemus.
Congredi cum hoste. Plaut. Pseud. 8. 8.
Congredi cum rhetore. Cic. 2. de Nat. deor. 1.
Congredi contra aliquem. Cic. pro Ligario.
¶ Cõgredio, legitur apud antiquos, teste Nonio. Plaut. Epidico, Quid si adeam? haud scio an congrediãr, si hæc ea est.
¶ Congrediens (συνερχόμενος) Partic. cui Digrediens opponitur. Cic. 2. de Nat. deor. 147, Sed tum congrediens cum sole, tum digrediens. De Luna.
¶ Congressus (συμπλοκή) Participiũ: ut, Defensio congressa ad repugnandum. Cic. in Topicis, 50.
Pede congressus, & equo congressus. Virgil. 12. Aeneid. 94, Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes Insequitur. Id est, nec fugientes, nec contra stantes dignatur occidere. Seruius.
Congressus, cum datiuo. Virg. 1. Aeneid. 96, Infelix puer, atq; impar congressus Achilli. Vbi Seruius, Congredior tibi antiqui dicebant, sicut pugno tibi. Hodie dicimus, congredior tecum. Idem 5. 161, —Pelidæ tunc ego forti Congressum Aeneam nec dijs nec uiribus æquis Nube cauã eripui. Hoc est, dijs aduersis. Seruius.
In communi congressi quisq; sibi consuluere. Tacit. lib. 18.
In prælia congressi. Virg. 11. Aeneid. 126.
¶ Congressus, huius cõgressus (συνάντησις) Cic. de Amicit. 73, Vt congressus hominum fugiat atq; oderit. Idem 2. de Orat. 173, Ante congressum multa fiunt, quæ non ad usum, sed ad speciem ualere uideantur.
Materiæ congressus, Id est, coniunctio. Lucret. lib. 1. 213.
Clarorũ uirorũ tacitos congressus esse oportet. Cic. 4. Acad. 12.
Iniquo congressu aliquem subire, Hoste superiorem esse. Valerius lib. 6. Argonaut. 65.
Congressus quotidianus. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4. 16.
Tres uno congressu mittere neci. Virg. 12. Aeneid. 104.
Optare congressum Cic. Attico, lib. 8. 167.
Aspectu congressuq; aliquorum inter se omnia placari. Cicero Attic. lib. 1. 12. 3.
Petere congressus alicuius, Cõuenire aliquẽ. Virg. 5. Aen. 146.
Congressu fœminarum pollui. Plinius lib. 12. cap. 14. 3. In malam partem.
Reseruare aliquid in congressum. Cic. Attic. lib. 1. 15. 6.
In congressum & colloquiũ alicuius uenire. Cic. 13. Philip. 337.
Congressus, Conflictus seu prælium. Sallustius, Multi in eo congressu perierunt. Cæsar 1. bell. Ciuil. 182.
¶ Cõgressio, Verbale (συμβολή) Idem. Cic. 2. Philipp. 63, Eumq; à tua non modo familiaritate, sed etiam congressione patrio iure & potestate prohiberet. Idem 1. Offic. 184.
Congregõ] congregas, pen. corr. (ἀγείρω, συναγείρω, ἀθροίζω, συνάγω, ἀλίζω, ἀολλίζω) congregare, Verbum notæ significationis, à grege deriuatum.
Ab ortu naturæ congregari. Cic. 2. de Nat. deor. 184.
Congregare ad. Plin. lib. 10. cap. 70, Cum plausu cõgregari feros ad cibum in quibusdam uiuarijs consuetudine spectetur. Liuius 1. ab Vrbe, 41.
Congregare se ad alterum, & cõiungere. Cic. pro Quintio, 30.
Libenter se cum æqualibus congregant homines. Cicero, 5. de Finib. 76.
Se cũ aliquo & cæteris alicubi cõgregare. Cic. pro Rabirio, 16.
Congregare unum in locum. Cic. 1. in Catil. 23.
Ciues unum se in locum ad curiam congregabant. Cicero 14. Philipp. 394.
In eundem numerum cõgregare aliquem. Cic. in Vatinium, 20.

Dissipatos homines congregare, & ad uitæ societatem conuocare. Cic. 1. Tuscul. 96.
Multitudinem fugitiuorum ac latronum in unum locum congregare. Cic. in Parad. 33.
Turbam ignotorum deorũ congregare. Cic. 1. de Nat. deor. 56.
Virus congregare. Seneca Herc. Oetheo, 4. 67.
¶ Congregatus, pen. prod. (συνηθροισμένος) Participium: ut, Multitudo hominum ex seruis conductis congregata. Cic. pro Domo sua, 70.
Nix ex aquâ congregata. Cic. 4. Acad. 179.
Homines natura congregati adhibẽt agendi congregandiq; solertiam. Cic. 1. Offic. 219.
Vis oriens & congregata, cui opponitur Vis distracta & extincta. Cic. pro Domo sua, 53, Ex quo iudicare potestis quanta uis illa fuerit oriens & congregata, quum hæc Cn. Pompeium terruerit iam distracta & extincta.
¶ Congregatio (συνάθροισις) Verbale. Cic. 4. de Finib. 7, Natosq; esse ad congregationem hominum.
¶ Congregabilis & hoc cõgregabile, pen. corr. (συναθροιστὸς) Quod facilè congregari potest. Cic. 2. Offic. 219, Atq; ut apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos.
Congrex] συναγελάζω, Dicitur gregi copulatus, cõmistusq;. Apul. lib. 7, Nanq; me congregem pastor egregius aliquando permisit. Sic Segrex, à grege segregatus ob excellentiam. Seneca in Hippo. Segregos sparsi per agros.
Congruo] congruis, pen. corr. congrui, (ἁρμόττω, ἁρμόζω, συναρμόζω, συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ἐφαρμόττω) congruere, Conuenire: dictum (ut ait Festus) à gruibus quæ non se segregant, siue quum uolant, siue quum pascuntur. Sueton. de claris Gramm. 7, Quod equidem nõ temerè crediderim, quum temporum ratio uix congruat.
Congruere & Differre, contraria. Cic. 1. de Leg. 55, Siue Aristotelem & Theophrastum cum illis congruentes re, genere docendi paulum differentes, secuti sunt.
Dissidere & Congruere, contraria. Cic. 2. de Legib. 80.
Congruere & conuenire decretis alicuius. Cic. 2. de Finib. 158.
Congruit mulier mulieri magis. Terent. Phorm. 4. 5. 14.
Congruunt extrema primis. Plin. in Paneg. 111.
Cõgruũt literæ literis aliorũ. Cic. ad Papirium Pætũ, lib. 9. 24. 3.
Nostri sensus congruunt. Cic. pro Marcello, 9.
Aptũ & congruens nostris studijs. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 6.
Conguere ad. Plin. lib. 11. cap. 37. 64, Murium iecusculis, fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.
Congruit tempus ad illud. Liuius 1. ab Vrbe, 19. de Fausulo. Id est cõpetit. Budæus.
Congruit dies cum solis & lunæ ratione. Cic. 4. Verr. 90.
Congruit eius sermo cum tuis literis. Cic. Attico, lib. 2. 23. 2.
Vehemẽter cõgruere & cohærere cũ causa. Cic. 1. de Inuen. 28.
Lex quæ congruit cũ iudicio Senatus. Cic. de Arusp. Resp. 26.
Congruere cum moribus alterius. Cic. de Amicitia, 27.
Sydera cælo inhærẽtia cũ ipsius motu cõgruũt. Cic. 5. Tusc. 97.
Congruunt dicta cum scriptis. Liu. 3. bel. Pun. 178.
Cum uirtute congruere semper. Cic. 3. Offic. 16.
Congruit sermo tibi cum illa. Plaut. Milit. 15. 23.
Congruunt illi commoda multa. Terent. Eunuch. 5. 9. 3.
Congruere cum aliquo natura & sermone. Cic. 2. de Finib. 76.
Re congruere cum aliquo. Cic. 1. de Legib. 55.
Congruunt in eum morem. Liu. 9 bel. Pun. 30.
Congruunt in unum sententiæ. Liu. 5. bel. Pun. 179.
Congruunt inter se. Terent. Heaut. 3. 1. 86.
Multæ causæ conuenisse unum in locum, atq; inter se congruere uidentur. Cic. pro Rosc. Amer. 37.
Ea inter se congruũt, è quibus constamus. Cic. 4. de Legib. 46.

Digitized by Google

Congruunt concorditer inter se. Plaut. Curcul. 6.14. De dijs.
Hæc inter se congruere nõ possent, ut, &c. Cic. 3. de Finib. 95.
Solimus in proprio significatu usus est, cap. 15. de gruibus, Concors cura omnium pro fatigatis, adeò ut si quæ defecerint, congruant uniuersæ, lassasq; sustollant, usquedum uires cœlo recuperentur.
¶ Congruẽs, huius congruentis (συναρμόζων) Particip. Plin. in Paneg. 148, Ita charitas mutua, ita congruens tenor uitæ.
Aptum & congruens. Cic. 3. de Orat. 30.
Actio upcis, uultus, & gestus cõgruẽs et apta. Cic. in Partit. 29.
Actiones uirtutibus congruentes. Cic. 5. de Finib. 104.
Congruens homo hominibus natura, sermone & usu. Cic. 2. de Finib. 76.
Oratio uerbis discrepãs, sentẽtijs cõgruens. Cic. 1. de Legib. 45.
Pro congruentibus sumere tam uehementur repugnantia. Cic. 4. Acad. 83.
¶ Congruentia, congruentiæ (ἁρμογή, ὁμολογία) Conuenientia, similitudo. Morum congruentia apud Suetoniũ, in Othone, cap. 2. Plin epist. 29, Etenim si auulsum statuæ caput inspiceres, non tu quidem ex illo posses cõgruentiam æqualitatemq; deprehendere, &c.
¶ Congruenter, Aduerbium (ὁμολόγως, συναρμόσως) Cic. 3. de Orat. 22, Quinam igitur dicendi modus est melior (nam de actione pòst uidero) quàm ut Latinè, ut planè, ut ornatè, ut ad id quodcunq; agetur, aptè congruenterq; dicamus.
Congruentius, in l. congruentius. C. de patr. pot.
¶ Congruus, Adiectiuum (ἁρμόδιος) ut, Congrua tempora. Claud. 1. in Ruff. 64.
Congrus] uel conger, congri (κόγγρος) Genus piscis, de quo Plin. lib. 9. cap. 62, Mugil & lupus mutuo odio flagrant: conger & muræna, caudas inter se prærodentes. Terentius Adelph. 3.3.23.
Congylis] huius congylis, pen corr. f. g. Græcè γογγυλὶς, Latinè rapum dicitur. Colum. lib. 10. 40,
Quin & tardipedi sacris iam ritè solutis
Nube noua seruur, cæli pendentibus undis
Congylis, illustri mittit quàm Nursia campo.
Coniades] κονιάδης, Scriptor Græcus, cuius opus de apparatu uini citat Plin. lib. 14. cap. 19.
Conibrica] Lusitaniæ oppidum, ut author est Plinius lib. 4. cap. 21, in descriptione Lusitaniæ. Vulgò Coymbra.
Coniectarium] ἄνθος χ ν, Efficax atq; perfectum. Cic. 4. de Finib. Illud uerò mihimet coniectarium. Nonius.
Coniecto, Coniector, Coniectura] Vide Conijcio.
Conifera] κωνοφόρος, Arbor quæ conos, hoc est, nuces pineas fert. Ouid. —& coniferæ cyparissi.
Conijcio] conjcis, pen. corr. conieci, coniectum, (βιάζομαι, ἐμβάλλω, καταβάλλω) conijcere, A Iacio compositũ, Simul iacere significat.
Domum conijcere aliquem. Cic. pro Domo sua, 53.
Flabra conijciunt nubila in alias partes. Lucret. lib. 6. 147.
Flammam conijcere in aliquem. Cic. de Aruisp. resp. 42.
In collum palliolum conijcere. Plaut. Epid.
Pila uiribus contorta coijcere in aliquem. Cic. 5. bel. Ciuil. 275.
In medium conijcere sarcinas. Liuius 1. bel. Maced. 105. Et 3. ab Vrbe, 118, Conijcere sarcinas in unum.
In medium conijcere saxa. Virg. 4. Georg. 5.
Conijcere succum in uasa. Plin. lib. 19. 3.
Tela conijcere. Liu. 2. ab Vrb. Clamore subito undiq; in unũ hostem tela conijciunt. Cic. pro Cluen. 38. Virg. 10. Aeneid. 158.
Tela conijciunt, perturbantq; eminus hostem
Missilibus. Sic Conijcere ferrum, apud eundem lib. 9.
Telum sine ictu coniecit. Virg. 2. Aeneid. 109.
Conijcere aliquem in amorem. Plaut. Merc. 23. 5.
In arcas conijci. Cic. pro Milone, 45.
Conijcere se in ignem. Plaut. Rud. 18. 61.
Conijcere calculos in os. Cic. 2. de Orat. 137.
In catenas, in carcerem, in uincula. Liu. 9. bel. Pun. 107. & Cic. 2. de Nat. deor. 9. Idem 7. Verr. 14. & 1. Tusc. 152.
In castra. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 4.
In fugam se conijcere. Cic. pro M. Cælio, 50.
Hostes in fugam conijcere. Cæsar 2. bel. Gal.
In intimum domus. Cic. pro Cælio, 49.
Intro. Terentius Heaut. 2. 3. 36, Continuò hic se coniecit intrò: ego consequor.
In lætitiam conijcere aliquem. Terent. Heaut. 2. 3. 51.
In latebram. Cic. 2. de Diuinat. 67.
Conijcere aliquem ex insidijs in apertum latrocinium. Cicero in Catil. 25.
In malum. Terent. Hecy. 1. 2. 57, Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
In metum. Liu. 9. bel. Maced. 96.
In morbum. Plaut. Pœnulo, 2. 69, Conijcitur ipse in morbum ex ægritudine.
In nuptias. Terent. And. 3. 5. 14, Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias.
In ordinem. Cic. in Pisonem, 74, Nulli conijcientur in illum ordinem, nulli eximentur.
In pedes se conijcere. Terent. Phorm. 1. 4. 13.
In perturbationes. Cic. Cassio, lib. 12. 1. 5.
In plagas. Plaut. Trinum. 5. 12. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 10, Quem ego ructantem & nauseantem coniecti in Cæsaris Octauiani plagas. De Antonio.
In plaustrum. Cic. 1. de Diuinat. 102.
In saginam se conijcere. Plaut. Trinum. 10. 95.
In tricas aliquem conijcere. Plaut. Persa, 1. 1. 21.
In tumultum. Liu. 4. bel. Maced. 106.
In uincula. Cic. 7. Verr. 14. 15.
Conijcere se in familiam. Cic. pro Sest. 6.
In ultimam prouinciam se coniecit, ut audiuit nos uenire. Cic. Attic. 5. 10. 4. 4.
In turbam se conijcere. Cic. 6. Philipp. 211.
Maledicta in alicuius uitam. Cic. pro Plancio, 25.
Oculos conijcere in aliquem. Cic. pro Cluent. 41.
Conijciebantur omnium oculi in eum. Cic. 2. Offic. 63.
Omen conijcere in aliquam prouinciam. Cic. 4. Verr. 12.
Pecuniam in ædificium. Cic. 2. Offic. 88.
Querelas absenti conijcere. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 11.
Sortes in hydriam. Cic. 4. Verr. 83, Iubet ille sibi legem legi recitatur: in qua scriptum erat, ut quot essent renunciati, tot in hydriam sortes conijcerentur.
Verba in interdictum conijcere. Cic. pro Cecinna, 46.
Vocem illam in disputando coniecit Cn. Pompeius, Omnes oportere Senatui dicto audientes esse. Cælius Ciceroni, libro 8. 4. 13.
In uultum alicuius conijcere quidpiam. Propert. 4. eleg. 9. 6.
Conijcere causam in aliquem. Cæsar, In gregem locupletum simultatum causæ tenues conijciebantur.
Causam in locos conijcere. Cic. pro Plancio, 67.
Culpam in aliquem. Cæsar 4. bel. Gall. 55.
In fasciculum suas literas conijcere. Cic. Attic. lib. 2. 28. 1.
In tempora conijcere crimen. Liu. 3. ab Vrbe, 103.
In uersum se mente ac uoluntate conijcere. Cic. 3. de Orat. 107. Hoc est, ad uersus faciendos animum intendere.
Conijcere in librum. Cic. ad Atticum, lib. 16. 33. 23.
Libellum in epistolam conijcere. Cic. Attico, lib. 9. 185. 7.
In eandem epistolam plura præterea conieci. Cicero Attico, libro 7, 135. 1.

Digitized by Google

In locos communes. Cic. in Parad. 4.
Procœmium in librum conijcere. Cic. Attic. lib. 16. 333. 23.
Sub scalas tabernæ librariæ se conijcere, Cic. 2. Philipp. 44.
Conijcere super. Virg. 6. Aeneid. 44.
Conijcere (συμβάλλειν, τοχάζεσθαι) Habere opinionem de re aliqua. Terent. Heaut. 1. 1. 11.
—annos sexaginta natus es,
Aut plus eo, ut conijcio. Idē Eunuch. 3. 4. 9, Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neq; conijcere.
Acutè Arguteq; conijcere. Vide Acuo.
Aliud alio tempore conijcere. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 28.
De se conijcere. Cic. 3. de Orat. 29.
Ex oraculo acutè arguteq; conijcere. Cic. de claris Orat. 26.
¶ Conijciendus (ἐμβλητέος) Participium. Ouidius 3. Trist. eleg. 11. 10,
Aspicis à dextra latus hoc adspertile tauris?
Hic tibi quem perdis conijciendus erit.
¶ Conicio, cum 1 simplici. Virg. Aeneid. 86,
Dixerat, & toto connixus corpore ferrum
Conicit. Vbi Seruius, Conicit, pro Coicit. Nam Coicit antiquum est.
¶ Cōiecto, coniectas (τοχάζομαι, εἰκάζω, ὑποτοπάζω, τεκμαίρομαι, συμβάλλω) coniectare, Frequentatiuum. Terent. Eunuch. 3. 4. 5, Neq; scio quid dicam, aut quid cōiectem. Plin. lib. 8. cap. 28. 2, Coniectare crassitudinem gelu.
Vtrum sit in re, coniectat. Quintil. lib. 7. cap. 4. 4.
Coniectare aliquid argumento. Plin. lib. 2. cap. 42.
Coniectare aliquid euentu. Liu. 5. ab Vrbe, 101.
Vultu offensionem coniectare, Tacit. lib. 1.
Coniectare opiniones, Liu. lib. 9. bel. Pun.
¶ Coniectatio, Verbale (τοχασμός) Plin. lib. 10. c. 75 a. 1, Somni quæstio non obscuram coniectationem habet. Idem lib. 28. cap. 2. 4.
¶ Coniectio, Verbale (βολή) à Conijcio, conijcis, pro Cecinna, 32, Neq; ictu cominus, neq; coniectione telorum.
¶ Coniectus (ἐμβεβλημένος) Participiū, à Conijcio: ut, Coniecti ignes. Cic. ad Atticum, lib. 4. 72. 2.
Ferrum in guttura coniectum. Ouid. 3. Metam. 18.
Coniecta cerua sagitta uagatur. Virg. 4. Aeneid. 14.
Coniecti omnium in te oculi. Cic. de Amicitia, 5.
Improbè in clarissimos uiros coniecta oratio. Cic. pro Sest. 32.
Vincula coniecta collo. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 17.
Non tam mirabilia quàm coniecta bellè. Cic. 2. de Diuin. 100. Id est, diuinata.
Malè coniecta, maleq; interpretata falsa sunt, non rerum uitio, sed interpretum insciētia. Cic. 1. de Diuin. 192.
¶ Coniector, huius coniectoris (ὀνειροπόλος) Verbale, dicitur (ut ait Festus) interpres somniorum. Est etiā is quem uulgus Diuinatorem uocat. Quint. lib. 3. cap. 7. ad finem, Somniorum atq; omnium interpretes, coniectores uocamus. Cic. 2. de Diuinat. 199, Defert ad coniectorem quidam somnias se se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.
Aruspex, augur, coniector in genere diuinandi numerantur. Cic. 1. de Diuinat. 124.
Vaticinationes & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. Cicero Partit. 4.
Coniector & interpres portentorum. Cic. 2. de Diuinat. 90.
¶ Coniectura, coniecturæ, pen. prod. (τοχασμός, εἰκασμός, συμβολή) Coniectio siue coniectatio, dicta à coniectu, id est directione quadam ad ueritatem, ut ait Quintil. lib. 3. ca. 7. ad finem. Plin. lib. 2. cap. 11, Mundi extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis.
Coniectura & cogitatio. Cic. pro Fonteio, 11.
Futuri coniectura. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 11.
Interpretum coniecturæ magis ingenia eorum, quàm uim consensumq; naturæ declarant. Cic. 2. de Diuinat. 218.
Constant ex leuissimo & indoctissimo genere coniecturæ somniorum. Cic. 2. de Diuinat. 194.
Bona coniectura. Cic. 7. Verr. 52.
Vera coniectura. Cic. 2. de Diuinat. 194.
Aberrare cōiectura. Cic. Attico, lib. 14. 320. 1, Cupio enim ante quàm Romam uenio, odorari diligentius quid futurū sit: quanquam uereor ne nihil coniectura aberrem. Idem 1. de Natu. deorum, 139.
Accipere coniecturam. Quint. lib. 3. cap. 6. 32.
Adhibere coniecturam. Cic. 2. de Diuinat. 219.
Afferre coniecturam. Vide Affero.
Assequi coniectura aliquid. Cic. 4. Verr. 126.
Coniectura augurari, Idem quod Conijcere, siue coniectari. Cicero ad Atticum, lib. 2. 24. 2.
Capere coniecturam. Cic. pro Roscio Amer. 60.
Coargui coniectura. Vide Coarguo.
Suspicionibus & coniectura coargui. Cic. 1. de lege Agrar. 10.
Quantum animi mei coniectura colligere possum. Quintil. libro 1. cap. 2. 17.
Coniectura consequi. Cic. ad Cornifi. lib. 12. 19. 3.
Duci coniectura aliquem. Cic. Varroni, lib. 9. 2. 10, Quanquā quò me ducat coniectura, habeo.
Ducere coniecturam in uarias partes, & nonnunquam etiam in contrarias. Cic. 2. de Diuinat. 219.
Explicare coniectura aliquid. Cic. 1. de Diuinat. 124.
Coniecturam facere. Terent. And. 3. 2. 32.
Coniecturam facere de moribus alicuius. Plin. in Paneg. 33.
De se coniecturam facere. Cic. 2. de Orat. 164.
De suo stomacho coniecturam facere. Cic. Mario. lib. 7. 1. 5, Omnino si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi, coniecturam enim facio de meo.
Coniecturam facere ex ipsa re. Terent. Heaut. 2. 3. 25.
Ex uultu coniecturam facere. Cic. pro Murena, 42.
Inductus coniectura. Vide Induco.
Informare coniectura aliquid. Cic. 1. de Nat. deor. 56.
Iudicare coniectura aliquid. Cic. pro Flacco, 5.
Mouere coniecturam. Quintil. lib. 3. cap. 6.
In coniectura niti. Vide Nitor.
Leui coniectura res non penditur. Cic. pro Rosc. Amer. 37.
Percipere coniectura aliqua. Cic. pro lege Manil. 18.
In coniectura posita. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 10.
Profiteri coniecturam somniorum. Cic. 2. de Diuinat. 194.
Prospicere coniectura. Cic. pro Domo sua, 9.
Coniectura prouidere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 1. 1.
Quærere coniecturæ aliquid. Cic. in Orat. 69.
Coniectura reperire. Plaut. Trinum. 13. 74.
Ad coniecturam aliqua interpretatione reuocare. Cicero 2. de Diuinat. 100.
Ad coniecturam alieni sensus, non ad iudicium suum scribere. Vide Ad.
Trahere coniectura. Cic. 2. de Diuinat. 181.
Coniecturam Rhetores accipiunt, pro eo statu quū facti est cōtrouersia: quoniam coniecturis causa confirmatur: & constitutionem coniecturalem.
Ab argumentis, à coniectura, à signis causa traducitur. Cicero pro Cælio, 53.
¶ Coniecturalis, & hoc coniecturale. pen. prod. (τοχαστικός) Quod coniectura colligitur. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Causæ coniecturales. Quintil. lib. 3. cap. 6. 11.
Causæ coniecturales uersantur in iudicijs. Cic. Topic. 25.
Constitutio coniecturalis. Cic. 2. de Inuent. 130.
Coniecturalis status. Author ad Herennium, lib. 1. 19, Cōiectu-

Digitized by Google

ralis est, quum de facto controuersia est. Porrò constitutionem & statum idem esse testatur Quintil. lib.3.cap. 6. Cic. 2.de Diuin.40,Omneq; genus cõiecturale in hoc ferè genere ponebas.Idem lib.1.de Inuent.21.

¶Coniecturo, Verbum, pen.prod. (τοχάζομαι) Senec. lib.9. Natur. quæst. Nobis coniecturare tantum illa in occulto licet,nec cum certa inueniendi fiducia,nec sine spe.

¶Cõiectus,huius cõiectus (βολὴ ῥιπὴ) Verbale à Cõijcio.Plin. lib.26.cap. 4.1, Aethiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri.Idem lib.2.cap. 39.5, Coniectus radiorum.

Lapidum & spiculorum coniectus.Lucret.lib.3.40.

Lapidum coniectu fracta domus.Cic.4.72.2.

Coniectus oculorum.Cic.pro Plancio,7.

Coniectu oculorum aliquem ut furem destinare. Curtius lib.9.

Oculorum coniectu motus animorum significamus. Cice.3. de Orat.123.

Coniectus,pro Directione. Quintil.lib.3.cap.7.ad finem.

Conila] conilæ,siue Conile,coniles (κονίλη) Olus est cicutæ simillimum, quod à Dioscoride myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibusdã Dioscoridis exemplaribus:quãquã doctiores malint numerare inter ea quæ scriptori huic paulatim accreuerũt. Nicander certè in Theriacis Conilam eandem facit cum Origano.

Conion] pen.prod. (κώνιον) Græco nomine appellatur herba perniciosissima, publica Athenienſium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant. Galenus.

Conisalos] Sudor in palæstris se exercentium,conferens in tenuibus simplicibusq; sordibus mixtum, ut tumores præter naturam per halitum digerat. Ex Galeno de simpl. med. facul. lib. 10.

Conisalus] κονίσαλος,Deus habitus est apud Athenienses, qui simili ferè ritu colebatur,quo apud Lampsacenos Priapus. Author Strab.lib.3.

Conisare] Vide Conus.

Conisium] κονίσιον Teuthraniæ oppidum, non procul à Caico fluuio,cuius meminit Plinius lib.5.cap.3.

Conisicæ] aues,quæ à nonnullis Pulueratrices appellantur utroq; nomine ab earũ consuetudine deducto, quòd se puluere soleant immergere.Vide Cæl.Rhod.lib.7.cap.26.

Conistorlis] Vrbs Hispaniæ citerioris, in tractu Celtico, cuius meminit Strab.lib.3.

Conitum] Genus libaminis quod farina conspersa faciebãt. Afranius pro ornatu & excultu posuit.Fest.

Coniugo] coniugas,pen. corr. (συζεύγω) cõiugare, Quasi ad unum iugum alligare.Cic.1.Offic.85,Estq; ea iucundissima amicitia,quam similitudo morum coniugauit.

¶Coniugata apud Rhetores Ciceroni in Topicis,7, dicuntur quæ sunt ex uerbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis uerba sunt, quæ orta ab uno uariè cõmutantur: ut sapiens, sapienter, sapientia. Hæc uerborum coniugatio, συζυγία dicitur, ex qua huiuscemodi est argumentũ, Si compascuus ager est,ius est compascere.Idem in Partit. 4.

¶Cõiugator, pen.prod. (συζυκτὴς) Verbale:ut,Boni amoris coniugator,de Hymene dictum à Catullo in epthalamio 9.

¶Cõiugatio,Verbale(συζυγία) Cic.de Senect.49,Cuius quidẽ non utilitas me solum, ut antè dixi, sed etiam cultura & natura ipsa delectat adminiculorum ordines, capitum coniugatio,religatio,propagatio uitium.

Coniugatio apud Grammaticos, est consequens uerborum declinatio. Coniugatio autem nominatur, uel propter coniugatas consonantes:hoc est cognatas,ex quibus pleræq; apud Græcos coniugationes regulam sumunt, uel quòd una eademq; ratione declinationis plurima coniugantur uerba, quod ad Latinorum nominationem aptius est.

¶Coniugus, pen. corr. Adiect.(σύζυγος) Quod coniugatum est. Plin.lib.8.cap.23.de aspidibus, Coniuga fermè uagantur, nec nisi cum compare uita est. Id est,coniugata & iuncta quasi matrimonio.

¶Coniugulus pen.corr.Adiect.ut,Coniugula myrtus apud Catonẽ,cap.133.1.Plin.lib.15.cap.29.4. his uerbis, Cato tria genera myrti prodidit:candidam,nigram, coniugulam.fortassis à coniugijs ex illo Cluacinæ genere.

¶Coniugiũ (συζυγία) Matrimonium.Cic.4.de Finib.29,Primiq; ex omnibus philosophis à natura tributum esse docuerunt,ut hi qui procreati essent, à procreatoribus amarẽtur, & id quod temporum ordine antiquius,ut coniugia uirorũ & uxorum à natura coniuncta esse dicerent, qua ex stirpe orirentur amicitiæ cognationum.

Dos coniugij.Ouid.14.Metam.60.

Fides sacrata coniugij.Senec.Agamem.2.5.

Sponsor & obses coniugij.Ouid.epist.2.7.

Tempus coniugij.Id est dies nuptiarum.Ouid.epist.20.9.

Felix coniugio.Ouid.4.de Ponto,eleg.11.5.

Rudis coniugij.Ouid.4.Fast.68.

Coniugium filiæ.Cic.Attic.lib.6.119.1.

Antiquum coniugium.Virg.4.Aeneid.87.

Dira coniugia.Valer.lib.2.Argonaut.35.

Fortunatum coniugium.Ouid.2.Metam.161.

Liberale coniugium. Vide Liber.

Martiale coniugium. Vide Maritus.

Solennia coniugia.Tacit.lib.15.

Superbum coniugium.Virg.3.Aeneid.95.

Abruptum coniugium. Vide Abrumpo.

Adepta coniugium regium. Vide Adipiscor.

Despondere sibi coniugia alterius.Senec.Troad.1.12.

Differre coniugium.Propert.lib.2.eleg.10.1.

Fraudata coniugio sponsa. Ouid.5.Epist.33.

Frui coniugio.Ouid.3.Fast.106.

Petere coniugium.Ouid.10.Metam.122.

Potiri coniugio alterius. Alterius uxorem ducere. Virgil.3. Aeneid.59.

Prodere coniugium. Virgil. 4. Aeneid. 87. Id est,decipere. Seruius.

Promittere coniugum.Ouid.epist.20.28.

Solutum coniugium. Iuuenal.Saty.9.8.

Timere suo coniugio.Senec.Hippol.3.14.

Coniugium, pro Coniugatis.Plin.lib.10.cap. 12.2, Itaq; paruis in uicis non plus bina coniugia sunt, circa cranonem quidem Thessaliæ singula perpetuò:genitores soboli loco cedunt. Bina coniugia uocat Bina paria, duos mares, ac totidem fœminas.

Coniugium,pro Coitu.Virg.3.Georg.54,

—sæpe sine ullis Coniugijs uento grauidæ. De equabus.

¶Coniugalis,& hoc coniugale,pen.prod.(σύζυγος) Quod ad coniugium pertinet: ut,Coniugalis torus.

Dij coniugales dicuntur,qui coniugijs præsunt,Iuno,Venus, Hymen.Seneca in Medea,1.1.

¶Cõiugialis, et hoc coniugiale,pen.prod. (σύζυγος) Quod ad coniugium pertinet.

Festa coniugialia.Ouid.5.Metam.1.

Fœdus coniugiale.Ouid.6.Metam.149.

Iura coniugialia.Ouid.6.Metam.107.

¶Cõiux,coniugis,pen.corr.com.gen.(ἅμα ζυγὸς)A Coniugo, coniugas(inquit Festus)eiusdem iugi pares.Priscianus per n ante x scribit:Veteres modò coniux,modò coniunx scripserunt, detracto uel addito n. Cic. ad Quint. frat. lib.3.3.6, Fidelissima coniunx.

Coniux

Digitized by Google

Coniux interdū dicitur, nō quæ est, sed quæ fore speratur. Virg. 8. eclog. 4, Coniugis indigno Nisæ deceptus amore. Seru.
Coniux, pro sponsa. Virg. 9. Aeneid. 29,
—ferro sceleratam excindere gentem
Coniuge præcepta. Verba Turni. Inuidiosè autē sponsam coniugem uocat, ait Seru.
Amor perennis coniugis castæ manet. Senec. Octa. 4. 19.
Obsequium coniugis. Senec. Octau. 4. 23.
Conciliat animos coniugum partus ferè. Senec. Med. 4. 35.
Felix coniuge. Ouid. 4. Metam. 67.
Adultera coniux. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 8.
Antiquus coniux. Virg. 4. Aeneid. 92. Id est, aut prior, aut charus. Seru.
Aurea Pici coniux. Virg. 7. Aeneid. 39.
Boni coniuges. Catul. 1. epithalamio, 47.
Charissimus coniux. Ouid. 11. Metam. 146.
Charissima coniux. Stat. 3. Sylu. 5. 23.
Debita coniux, Id est promissa & sponsa. Ouid. epist. 7. 21.
Rege coniux digna. Senec. Herc. fur. 6. 16.
Dulcis coniux. Virg. 2. Aeneid. 154.
Effræna coniux. Senec. Medea, 2. 10.
Egregia coniux. Virg. 6. Aeneid. 105.
Fida coniux. Horat. 2. Epist. 1. 29.
Fidelis coniux. Ouid. in Ibin, 72.
Fidissimus coniux. Valer. lib. 8. Argonaut. 84.
Fœcunda coniux. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 7.
Imperiosa coniux. Ouid. in Ibin, 108.
Infamis coniux. Seneca Medea, 7. 15.
Irrequieta coniux. Sil. lib. 3. 72.
Iusta coniux, Legitima. Senec. Octau. 4. 7.
Legitima coniux. Ouid. 10. Metam. 88.
Lepidissima coniux. Catul. epig. 73. 1.
Leuis coniux. Senec. Herc. Oeth. 4. 59.
Lignea coniux, dicitur à Catullo epig. 20. 2, quæ corpore est arido & ficco, ob famem.
Noua coniux. Senec. Octau. 6. 1.
Domina cupida coniugis noui. Catul. epith. 7.
Optata coniux. Stat. 1. Sylu. 2. 4.
Orbatus coniux dicitur, cui mortua est uxor. Stat. 5. Sylu. 1. 4.
Perfida coniux, atq; impos sui amore cæco. Senec. Agam. 3. 2.
Pia coniux. Senec. Troad. 6. 19.
Pristinus coniux. Virg. 6. Aeneid. 95, Id est prior, quod difficile inuenitur, inquit Seruius. Nam de hoc sermone quærit & Probus, & alij.
Pudica coniux Horat. 3. Carm. ode 5. 9.
Rarissima coniux. Stat. 5. Sylu. 1. 3.
Regia coniux. Regina. Virg. 7. Aeneid. 12. & 2. 155.
Rustica coniux. Ouid. epist. 16.
Sanctæ coniugis torus. Senec. Troad. 6. 59.
Sceleſtus coniux. Senec. Octau. 5. 1.
Tenera coniux. Horat. 1. Carm. ode 1. 6.
Auertere sensus sanos coniugis. Virg. 8. eclog. 14,
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. Sanos sensus, Seruius exponit non amantes, unde contrà amantes insanos uocamus.
Captus alia coniuge. Ouid. epist. 23. 1.
Deiectam coniuge esse, Maritum amisisse. Virg. 3. Aeneid. 63.
In coniugis gremium descendere. Virg. 2. Georg. 66,
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus. Dicit uero tempore esse pluuias, quibus fœcundatur terra, ac omnia nascuntur, ut exponit Seruius.
Amata coniux. Iuuenalis Saty. 10. 25.
Dotata coniux. Ouid. 2. de Remed. amor. 34.
Furens festinaq; coniux. Valer. lib. 2. Argon. 39.
Inuisa coniux, Senec. Octau. 8. 7.
Prætendere tædas coniugis, Animum ad coniugium applicare, Virg. 4. Aeneid. 68.
Viduata tædis coniux ardet. Seneca Medea, 8. 1.

Coniungo] coniungis, coniunxi, coniunctum (συζεύγνυμι, συνάπτω, συνοχόω) coniungere, Copulare: A iugo deductū uerbum est, Coniungere boues ferijs, apud Catonem, ca. 138.
Calamos cera coniungere. Virg. 2. eclog. 7.
Dextras coiungere. Virg 1. Aeneid. 104.
Dextram coniungere dextræ. Ouid. 8. Metam. 85.
Manus alicuius coniungere. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 12.
Aliquot prouinciæ uno imperio coniunctæ. Cicer. de Prouinc. Conſ. 2.
Coniuncti inter se atq; implicati. Vide Implico.
Capere socium & coniungere. Virg. 5. Aeneid. 141.
In negocio se coniungere. Cic. pro Qu. Roscio Comœ. 9.
Conciliare & coniungere. Cic. Pompeio, lib. 5. 7. 4.
Amicitias coniungere. Cic. pro Cluent. 34.
Amor fœdere coniungit amantes. Catul. Argonaut. 67.
Amantes diuisos coniungere. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.
Amor princeps est ad benevolentiam coniungendam. Cice. de Amicitia, 26.
Coniungere domum coniugio & stirpe. Cic. 5 de Finib. 116.
Coniungere sibi fœminam matrimonio. Liu. 9. bel. Pun. 148.
Coniungere connubia, pro Matrimonio iungere. Cicero 1. de Orato. 19.
Fœdere aliquibus coniungi. Virg. 10. Aeneid. 20.
Coniungi hospitio & amicitia. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. 24.
Honorem aliquorum coniungere. Cic. 14. Philip. 403.
Cōiungere dativo iungitur. Cic. ad Marcellum, lib. 15. 11. 3, Cui me cum studia communia, beneficia paterna, tuaq; iam antè coniunxerant: tum, &c.
Castris se coniungere. Claud. 1. in Ruffi 65.
Aetas hunc mihi coniungit studijs communibus. Claud. in præfatione epithal. Palladij, 1.
Homo alicui fidissima gratia coniunctus. Cic. pro Milone, 56.
Propinquitate atq; natura alicui coniunctum esse. Cicero de Amicitia, 46.
Eiusdē linguæ societate cōiunctū alicui esse. Cic. 3. de Orat. 123.
Non solum perpetua societate atq; amicitia, uerumetiam cognatione alicui coniunctum esse. Cic. 6. Verr. 63.
Coniuncta uirtuti fortuna. Cic. de Senect. 56.
Philosophia oratori coniuncta maximè. Cic. de Orat. 37.
Coniuncta atq; communia scelera alicui cum aliquo. Cice. pro Sestio, 23.
Coniungere cum. Cic. pro Fontei. 18, Cum his uos testibus uestrā religionem coniungetis?
Somnos cum aliquo coniungere. Catul. in Argonaut. 66.
Coniungere se cum aliquo dicitur sponsa, Hoc est, nubere. Ouidius epist. 20. 50.
Causa tua coniuncta cum clarissimis uiris. Cic. in Vatinium.
Cōiungere imperij dedecus cū probro priuato. Ci. de Senect. 39.
Coniuncta & sociata cum altera. Cic. de Amicitia, 70. Sic, coniunctus societate cum altero. Cic. 1. Acad. 32.
Hominem esse coniunctum cum hominibus humana quadam societate. Cic. 1. Acad. 32.
Coniunctum consilium. Cic. In quo non sit coniunctum consilium cum tuo. Id est, si in aliquo dissentimus.
Coniuncta mihi cura de Repub. cum illo. Cic. de Amicitia, 14.
Vita rustica maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio cōiuncta.

Digitized by Google

iuncta. Cic. pro Roscio Amer. 23.
Salutem alicuius cum communi salute coniungere. Cicer. Post Reditum, 4.
Coniungere aliquem cum alterius laude. Cic. in Pisonem, 15.
Aetate coniunctus. Cic. de claris Orat. 176, Itaq; cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse, quòd & dicendi ardore eram propior, & aetate coniunctior.
Vsu cum aliquo coniungi. Cic. de Amicitia, 28.
Coniuncta officijs cum Pop. Romano ciuitas. Cic. 4. Verr. 118.
Coniungere, pro Committere inter se: ut, Bellum coniungere. Cic. pro lege Manilia, 18.
Martem coniungere & duplicare acies. Silius lib. 15. 102.
Coniungere nationes. Cæsar. 3. bel. Gal. 393.
Vires coniungere. Valer. Flac. lib. 9. 148.
¶ Coniunctus, Participium (συνεζευγμένος) ut, Homines beneuolentia coniuncti. Cic. de Amicitia, 69.
Summa miseria, summo dedecore cõiuncta. Cic. 3. Philip. 140.
Puella digno coniuncta uiro. Virg. 8. eclog. 7.
Coniunctis sententijs decernere. Cic. 6. Verr. 128. Id est, omnibus sententijs.
Tempus cõiunctum, hoc est, insequens. Quint. lib. 7. cap. 3. 36.
Dicendi uis egregia, summa festiuitate & uenustate coniuncta Cic. 1. de Orat. 126.
Coniuncta multis uitijs uita. Cic. in Verrem.
Vuis ulmo coniuncta marito. Catul. in Carmine nuptiali, 11.
¶ Coniunctus (σύζυγος) Nomen ex participio. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 24. 5, Sed primum quòd ita meritos iudicabam: deinde quòd ad omnes casus coniunctiores Reipub. esse uolebam. Id est, magis amicos Reipub.
Coniunctior illo nemo mihi est. Ouid. 15. Metam. 120.
Vir coniunctissimus atq; amantissimus. Cic. de Amic. 86.
Coniunctissimi inter se. Cic. de Amic. 37.
Par amicitiæ coniunctissimum. Cic. pro Domo sua, 22.
Concordia coniunctissimum alicui esse. Cic. pro Cluent. 122.
¶ Coniunctio, Verbale (σύζυξις, συναφή, σύναψις, συνδεσμός) Plin. lib. 15. cap. 29. 3, Ideo tum electa, quoniam coniunctioni & huic arbori Venus præest.
Coniunctio, confusioq; uirtutum, tamen à Philosophis ratione quadam distinguitur. Cic. 5. de Finib. 118.
Coniunctio & Disiunctio, contraria. Cic. 4. Acad. 162.
Negationes coniunctionum. Id est, negatiuæ propositiones hypotheticæ. Cic. de Fato, 23, Si Chaldæi ita loquentur, ut negationes infinitarum coniunctionum potius, quàm infinita connexa ponant, &c. Ibidem 24.
Coniunctio, pro mutua amicitia & concordia. Cic. ad Brutum, lib. 11. 15. 2, Coniunctio tua cum collega, concordiáq; uestra quæ literis communibus declarata est. Idem ad Lentulum, lib. 1. 7. 36.
Amicitiæ coniunctionisq; necessitudo. Cic. de Amic. 62.
Societas coniunctionis humanæ. Cic. 5. de Finib. 117.
Affinitatis coniunctio. Cic. pro Cluent. 151.
Beneuolentiæ coniunctio. Cic. de Amic. 22.
Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homine. Cic. 1. Offic. 80.
Coniunctio & familiaritas. Cic. 14. Philipp. 395.
Conciliare coniunctionem. Vide Concilio.
Coniunctio & conspiratio. Cic. pro Domo sua, 23. Hanc, nostram coniunctionem, hanc conspirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundissimam uitæ atq; officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt.
Conuenientia & coniunctio naturæ, quam uocãt συμπάθειαν, quòd cuiq; rei conueniat. Cic. 2. de Diuin. 185.
Necessitudo & coniunctio paterna. Cic. 13. Philipp. 350.
Hominum inter homines coniunctio & quasi quædam societas & communicatio utilitatum. Cic. 5. de Finib. 115.
Inoffensa, atq; indubitata literarum inter se coniunctio. Quintil. lib. 1. cap. 1. 23.
¶ Coniunctè, Auerbium (συνημμένως) Cic. 2. de Orat. 86, Et si coniunctè sit elatum, & adiuncta sint alia, iudicent recténe adiũcta sint, et ueráne summa sit inuisuiusq; rationis.
Coniunctè amare. Plin. epistu. 94. lib. 6, Huius est hæres maximus noster, quem & ipse amo, sed coniunctius tu.
Coniunctissimè uersati sumus. Cic. de clar. Orato. 180.
Cõiunctissimè & amãtissimè cũ aliquo uiuere. Cic. de Amicit. 2.
¶ Coniunctim, Similiter aduerbium (συνεζευγμένως) Liu. 6. ab Vrbe, 165. Cæsar 6. bel. Gal. 71, Huius omnis pecuniæ cõiunctim ratio habetur, fructusq; seruantur.

Coniunx, Coniugus] Vide Coniugo.

Coniuro] coniuras, pen. prod. (συνόμνυμι, συνώμοσα) cõiurare, Simul iurare, & alterum alteri promittere fidẽ. Vir. 8. Aeneid. —simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium. Vbi Seruius, Nota, de re bona coniurationẽ dici posse. Nam coniuratio τῶν μισῶν est.
Coniurat amicæ, dixit Horatius.
Coniurant inter se. Plaut. Merc. 9. 38, Inter nos coniurauimus, ego cum illo, & ille mecum.
Coniurare, pro Iurare. Gellius, Age malitiam saltem defende, tu uerbis conceptis coniurasti sciens, scienti animo tuo.
Coniurare, etiam conspirare est, id est, in alicuius perniciem iurare. Cic. ad Atticum, lib. 2. 17. 2, Coniurasse mallem, quàm restitisse coniurationi. Acron in Horatium, lib. 1. Carm. ode 15. 2, Inter Coniurare & Conspirare hoc interest, quòd Cõspirare interdum bonorum est, Coniurare malorum. Vide Vallam, lib. 5. cap. 21.
Coniurare de interficiendo aliquo. Cic. pro Milone, 48.
In arma coniurare. Lucan. lib. 2. 10.
In ruinas nostras cõiurauere sorores. Clau. 3. de Rapt. Pros. 40
Coniurare contra aliquem. Cæsar 2. bel. Gal. 240. Cic. pro Sylla, 52, Catilina contra Rempub. coniurauit.
Contra Tonantem coniurant furiæ. Claud. 1. de Rapt. Pros. 8.
¶ Coniuratus, Participium (συνομωθεὶς) ut, Agmina coniurata. Ouid. 5. Metam. 30.
Arma coniurata mouentur. Ouid. 15. Metam. 153.
Coniuratus cum infinitiuo: ut, Fratres coniurati cælum rescindere. Virgil. 1. Georg. 56. Othum & Ephialtem dicit (ait Seruius) qui fuerunt filij Neptuni, & nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cælum uoluerũt euertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ.
Græcia coniurata rumpere nuptias Paridis. Horatius 1. Carm. ode 152.
Socij coniurati. Claud. 2. in Eutrop. in præf. 2.
Venti coniurati. Claud. 6. Panegy. 20.
Coniurati, coniuratorum (συνωμόται) Qui inter se coniurauerunt. Cic. in Catil. 92, Ego quanta manus est coniuratorum, quam uidetis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse uideo. Sic pro Fonteio, 10.
Coniuratio, Verbale (συνωμοσία) Terent. Hecy. 2. 1. 1. Cic. 2. de Diuin. 66, Mirabile autem illud, quòd eo ipso tempore quo fieret iudicium coniurationis in Senatu; signum Iouis biennio postquam erat locatum, in Capitolio collocabatur.
Adulta coniuratio. Vide Adoleo.
Manifestus coniurationis. Tacit. lib. 15.
Cœpta simul, & aucta coniuratio. Tacit. lib. 15.
Cœpta, adulta & reuicta coniuratio. Tacit. lib. 15.
Mista inter patrem, filiumq; coniurationis scientia fingitur. Tacit. lib. 16.

Facere

Digitized by Google

Facere coniurationem. Cic. in Catil. 29.
Integrum esse à coniuratione. Rhenanus in castigat. in Tacitum, lib. 15.
Prodere coniurationem alicui. Tacit. lib. 16.

Coniza] Vide Conyza.

Conlatro] conlatras, pen. corr. (συνυλακτίω) conlatrare. Senec. de Vita beata, Siquis ex his qui philosophiam conlatrant, quod solent dixerit. Cur ergo melius loqueris quàm uiuis? id est, qui philosophiæ detrahunt & obtrectant.

Conlaxo] conlaxas, conlaxare, Idem quod simplex Laxo. Lucret. lib. 6,

—quia nimirum facilè omnia circum
Conlaxat, rareq; facit lateramina uasis, &c.

Conlido] Vide Collido.

Connato] connatas, pen. corr. (συνόχομαι) connatare, Simul natare.

Cõstat nobiscũ, dixit Plaut. per translationẽ, pro Riualis est.

Connecto] connectis, connexui, connexum (συμπλέκω, συνείρω) connectere, Simul nectere. Plin. lib. 16. cap. 40. 3, Rates uerò connecti quadraginta sestertijs plerasq;.

Aliquid inexplicabili serie connectere. Quint. lib. 5. ca. 14. 26.

Falces, scalasq; connectere. Tacit. lib. 19.

Tempora lauro connectere. Valer. lib. 4. Argonaut. 67.

Vestem connectere, id est, cingere. Claud. 1, in Ruff. 24.

Connectere cum. Cice. 1. de Fin. 103, Amicitia cum uoluptate connectitur.

Connectere alicui rei aliquid. Cic. in Pisonem, 7.

Connectere aliam insaniam. Plin. lib. 36. cap. 15. 16.

Connectuntur Adiabenis Cadurci, præfluente Tigri. Plin. lib. 6. cap. 15. 1.

Connexo uisu. Plin. lib. 2. cap. 18. 2, His causis connexo uisu & earum quæ cælo continentur.

Connectere, pro Orationem perpetuam concatenare dixit Quintil. lib. 2, Nonnulli certa sibi initia, prius quàm sensum inuenerint, destinant: eaq; clarè secum diuq; meditati, desperata connectendi facultate deserunt.

¶ Connexus, Participium (συμπεπλεγμένος) Cic. 2. de Nat. deor. 164, Inde fides leuiter posita, connexaq; uidetur.

Amore magno connexus alicui. Stat. 1. Achil. 35.

Pedibus connexæ apes. Virgil. 4. Geor. 52,

Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent. Vbi Seruius, Hinc multi dictas apes uolunt, quòd se pedibus inuicem tenent: licet crebrior sit illa opinio, quòd sine pedibus primò esse dicuntur: ut, Trunca pedum primò,

Crines connexi. Propert. lib. 2. eleg. 5. 5.

Nodi connexi. Ouid. 12. Metam. 86.

Rami connexi. Lucan. lib. 3. 80.

Subtiliter connexæ res. Lucret. lib. 3. 149.

Connexum & aptum. Cicero in Partit. 76. Idem 2. de Natura deorum, 140.

¶ Connexus, huius connexus (συμπλοκή) Lucret. lib. 2. 146,

—differre necesse est
Interualla, uias, connexus, pondera, plagas.

Connexu corpus adhæret. Lucret. lib. 3. 113.

¶ Connexum, connexi (σύμπλεκτον) pro conclusione. Cic. 4. Acad. 171, Ipsa enim ratio connexi quum concesseris superius, cogit inferius concedere.

¶ Connexio, Verbale (σύμπλεξις, συναφή)

Connexio, pro Conclusione, apud Quintilianum, lib. 5. ca. 14.

¶ Connexiuus, penul. prod. (συμπλεκτικὸς) Adiectiuum: ut, Connexiua coniunctio, pro copulatiua, apud Gellium lib. 10 cap. 29.

Connitor] penul. prod. conniteris, connixus, uel connisus sum (πυρόομαι) conniti, Simul uel uehemẽter niti, & dare operam. Cic. 5. de Finib. 76, Quum autem paulum firmitatis accesserit, & animo utuntur, & sensibus, connituntur; ut sese erigant.

Ad aliquem conuincendum conniti. Tacit. lib. 15.

Cornibus conniti. Cic. 1. de Diuin. 80. de ariete.

Connixus omnibus copijs Ancus aciem primam uicit. Liuius 1. ab Vrbe, 148.

Conniti uirtute in aliquem locum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 181, Etsi deiectis atq; inferioribus locis constiterat, tamen in summum iugum uirtute connititur. Id est ascendit.

Conniti animo & labore contendere. Cic. 3. Offic. 8.

Vno animo conniti. Liu. 9. ab Vrbe, 162.

Conniti (ἀποτίκτειν, διατείνεσθαι) pro Eniti & párere. Virgil. eclog. 1. 3,

Hic inter densas corylos modò nanq; gemellos
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.

Dextra sublata connixus. Virgil. 5. Aeneid. 127. Vbi de Cassandra loquitur.

Vix humeris connixi ferebant, &c. Virg. 5. Aeneid. 53.

Toto corpore connixus. Virg. 9. Aeneid. 86.

In hastam connixus. Sil. lib. 10. 51.

Aduersis hastis connixi incurrunt. Virg. 11. Aeneid. 123.

Manib. cõnixis agere aut mouere aliquid. Clau. de bel. Gig. 14.

Conniueo] conniues, pen. prod. uel conniuo, conniuis, conniui, & connixi, connictum (μύω, καταμύω, νυστάζω) conniuere. Dicuntur oculi quando clauduntur uel aperiuntur, authore Valla lib. 4. Nam conniuere, est palpebras oculorum alternatim mouere. Plin. lib. 10. cap. 3. 5, Haliæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subindè cogit aduersos intueri solis radios: & si conniuentem, hunc ectantemq; animaduertit, præcipitat è nido uelut adulterinũ atq; degenerem. Cic. 1. Tusc. 191, Quid melius, quàm in medijs uitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno?

Conniuere caua uentris & stomachi dixit Gellius lib. 15. pro Stipari, claudi & contrahi.

Conniuere in re aliqua, per translationem, Est quasi non uidere quod uideas, seu uisum dissimulare, oculos claudere, patienter ferre. Cic. 1. Philip. 13. Idem pro Cælio, 46, Prò dij immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conniuetis, &c.

Virtus conniuet sopita blandimentis. Cic. pro Cælio, 32.

Pacem conniuere oculis serenis. Sil. lib. 7. 93. Videtur significare, pacem gestu oculorum simulare.

¶ Conniuens, pen. prod. Particip. (νυστάζων) Cic. pro Milone, 24, Quibus si non adiuuantibus, at conniuentibus certè sperasset se posse Remp. eludere. Conniuentibus, id est patientiam adhibentibus. Budæus.

Oculi somno conniuentes. Cic. 2. de Nat. deor. 213.

¶ Conniuentia, conniuentiæ (νυσταγμὸς) Est patientiã accommodantium, ac uidere se dissimulantiũ: ut, Conniuentia procuratorum principis, in l. 1. de fundis & saltibus rei dominicæ, lib. 11. C. Quòd si uenalis procuratorum conniuentia ut id deinceps tẽtetur admiserit, eos grauissimo iubemus supplicio subiacere.

Conniuentia & dissimulatio. in l. usus aquæ. de fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus, lib. 11. C. Vsus aquæ quæ fundorum utilitatibus seruiebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus, idq; procuratorum conniuentia uel dissimulatione perfectum, ut agrorum fertilitas destituta, nullos fructus cultoribus præstet.

Connixus] Vide Connitor.

Conno] connas (συνόχομαι) connare, Simul nare, Propriè est piscium.

¶ Connatio

Digitized by Google

¶ Connatio, Verbale. Plaut. Cõnationis noſtræ conſcius. Id eſt, quòd eandem adiremus mulierem. Sipontinus.

Cõnubo] connubis, pen. prod. cõnupſi, connuptũ, (συνοικέω) cõnubere, Matrimonio iungi. Apul. Neſcientibusq; parentibus, puellari ætate connupſeramus.

¶ Connubiũ (συνοικέσιον, ἐπιγαμία) Ius legitimi matrimonij, inquit Seruius. Virg. 1. Aenei.

Connubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo. Cic. 1. Of fic. 80, Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui.

Connubia Hymenæi. Virg. 4. Aeneid. 64.

Fulſere ignes & conſcius æther Connubij. Virg. 4. Aenei. 34.

Vbi Seruius, Varro dicit, Aqua & igni mariti uxores accipiebant. Vnde & hodie & faces prælucent, & aqua petita per felicißimum puerum, uel aliquam puellam de puro fonte, intereſt nuptijs, de qua nubentibus ſolent pedes lauari.

Particeps connubij Regina Iuno. Cic. Antequam iret in exil. 15.

Connubia patrum & plebis. Liu. 4. ab Vrbe, 1.

Læta connubia. Catul. Argonaut. 28.

Par connubium. Catul. in Carmine nuptiali, 12.

Stabile connubium. Virg. 4. Aeneid. 26.

Connubia cum finitimis. Liu. 1. ab Vrbe, 35.

Connubium adipiſcitur uirgo. Catul. in Carmine nuptiali, 12.

Celebrare connubium. Claud. epig. 4. 6.

Coniũngere connubia. Vide Coniungo.

Deſponſa connubia. Catul. in Carmine nuptiali, 6.

Donare muneribus connubia alicuius. Ouid. epiſt. 11. 20.

Firmare connubia. Catul. in Carmine nuptiali, 6.

Fugere connubia. Ouid. 14. Metam. 14.

Inire connubium. Ouid. 2. Amorum, eleg. 7. 5.

Iungere connubio. Virg. 1. Aeneid. 16.

Morari in connubio natæ thalamoq;. Virg. 7. Aeneid. 51.

Connubijs, aruiſq; nouis operata iuuentus. Virg. 3. Aeneid. 28. Id eſt (ait Seruius) perfecit ſacrificia propter connubia & nouas ſedes, quia apud ueteres neq; uxor duci, neq; ager arari ſine ſacrificijs peractis poterat.

Petere connubia alicuius. Virg. 4. Aeneid. 107.

Cõnubio permiſta Troglodytis Aethiopia. Plin. lib. 12. ca. 19. 2.

Repetere connubia alicuius. Virg. 4. Aeneid. 43.

Sancire connubia. Claud. epig. 46. 26.

Seruare cõnubia alicuius Virg. 3. Aeneid. 64. Id eſt tenere, ait Seruius: ut, Et nunc ſeruat honos ſedem tuus, oſſaq; nomen.

Sociare connubijs. Virg. 7. Aeneid. 20.

Subire connubia. Claud. de bello Gildon. 39,

Vitare cõnubia. Senec. Hippol. 2. 30. Id eſt, cælibẽ uitã agere.

Connubium, N V ſyllabam natura longam habet, ab eo quod eſt nubere: ut, Virg. 4. Aeneid. 43, —connubia noſtra Reppulit. Sed alio loco metri cauſa corripuit Virg. li. 4, Connubio iungam ſtabili. Ex Seruio.

¶ Connubialis, & hoc connubiale (ἐπιγαμιὸς) Adiecti. ut, Carmen connubiale, Epithalmium. Claud. 7. Paneg. 130.

Vincla connubialia. Stat. 5. Thebaid. 23.

Connudo] connudas, pen. prod. (ἀπογυμνῶ) connudare. Plin. lib. 28. cap. 7. 7, Iam primum abigi grandines turbinesq;, contra fulgura ipſa in menſe connudata, ſic auerti uiolentiam cæli.

Conoides] κωνοειδὴς, dicitur quicquid eſt tali forma, qualis eſt illa creatura in ſummitate galeæ, ſuper qua criſtæ ponuntur: ut ait Sipontinus. Eſt etiam (eodem authore) cupreſſus fœmina, quæ in faſtigium conuoluitur.

Conon] huius Cononis, pen. prod. (κόνων) Dux Athenienſis, acceptæ cladis à Lyſandro Lacedæmonio dolore, ſponte abijt in exilium ad Artaxerxem Perſarum regem, in Cyprum: cuius auxilio libertati patriam reſtituit, cui prius ſeruitutem attulerat. Author Plutarchus & Demoſthenes in oratione ad Leptinem. Propert. lib. 4,

—& à proauo ducta Conone domus. De hoc intellexiſſe Virgilium author eſt Sergius eclog. 3,

In medio duo ſigna, Conon: & quis fuit alter? Fuit & alter eiuſdem nominis Mathematicus, quem Catullus in elegia quadã introduxit.

Cononienſes] apud Plin. lib. 3. ca. 4, Galliæ Narbonenſis populi ſunt, Aquitaniæ contermini.

Conopas] κωνώπας, Minimæ ſtaturæ nanus fuit, duorũ pedum & palmi altitudine, quem Iulia Auguſti neptis in delicijs habuit. Author Plin. lib. 7. cap. 16.

Conope] es (κωνώπη) Acarnaniæ urbs eſt, teſte Stephan. cuius incolæ Conopæi dicuntur & Conopitæ.

Conopeum] huius conopei, pen. prod. (κωνωπεῖον) Tentoriũ ſeu uelum, & papilio ille lineus uel laneus, ſeu bombycinus, qui thoro circundatur ad arcendos culices, ut ait Valla in Raudenſem: quo maximè utũtur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Iuuenal. Saty. 6. 8,

Vt teſtudineo tibi Lentule conopeo. Verſus eſt ſpondaicus. Dicitur & Conopeum, pen. corr. Horat. Epod. 9. 3,

Interq; ſigna turpe militaria
Sol aſpicit conopeum. Propert. lib. 3,
Fœdaq; Tarpeio conopea tendere ſaxo,

Conopion] κωνώπιον, Oppidum fuit ad Mæotim, ubi impos piſces aiunt prædæ parte conductos, piſcatorum retia aſſeruare: mercede uerò fraudatos, retia & prædam populari. Author Stephan.

Conopon diabaſis] κωνώπων διάβασις, Inſula eſt iuxta quartum Iſtri oſtium, quod Pſeudoſtoma appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Conor] conaris, conatus ſum (πειρῶμαι, ἐπιχειρέω) conari. Leuius eſt quàm facere, authore Donato. Eſt enim niti & dare operam ut aliquid fiat. Terent. And. 1. 5. 35,

—tum autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. P. hem, egóne iſtuc conari queam?

Scio quid conere. Terent. And. 4. 2. 20.

Conari manibus, pedibus. Terent. And. 5. 4. 10.

Occultè aliquid conari. Cic. pro Deiotaro, 12.

Perditè aliquid conari. Quintil. lib. 2. cap. 12. 4.

Aliquid per ſe conari, & quærere. Quint. lib. 2. cap. 6. 4.

Fruſtra conari. Virg. 9. Aeneid. 82.

Conari aliquid fallaciæ in re aliqua, quo fiat minus. Terentius And. 1. 2. 25.

Magnum opus & arduum conari. Cic. in Orat. 18.

Spem aliquorum quam habent in aliqua re poſitam, ui extorquere conari. Cic. 1. Verr. 12.

Conari alicui obuiam. Terent. Phorm. 1. 2. 2.

Conari cum infinitiuo. Cic. 2. de Orat. 33, Poetas omnino quaſi aliena quadam lingua locutos non conor attingere.

¶ Conatus, huius conatus, pen. prod. (πεῖρα, ὁρμὴ, ἐπιχείρησις) Cic. 2. de Nat. deor. 181, Dedit autem eadem natura belluis & ſenſum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos, altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus.

Primus cuiusq; operis conatus. Quint. lib. 2. cap. 10. 5.

Conatus & apparatus alicuius gratus. Cic. Planco. lib. 10. 10. 3.

Generoſi conatus. Quint. lib. 2. cap. 44.

Impetus & conatus. Cic. pro Sylla, 56.

Capti conatus fruſtra. Vide Capio.

Comprimere conatus. Vide Comprimo.

Conatum longius petere. Quint. lib. 10. cap. 3.

Conatus contra aliquem. Cic. 2. in Catil. 46.

Magno

Digitized by Google

Magno conatu studioq; agere aliquid. Cic. pro Quintio, 27.
Nudis conatibus hastam uibrabat. Sil. lib. 13. 32.
Infringere conatus aduersariorum. Vide Infringo.
Obstare conatibus alicuius. Ouid. 2. de Remedio Amor. 58.
Omnes alicuius motus, conatusq; prohibere. Cic. 2. in Cat. 45.
Sedare conatum suum. Cic. de Clar. Orat. 20.
¶ Conatum, conati, pen. prod. n. gen. Idem. Paterc. li. 2, Cn. Pompeius xxiii. annos natus, priuatis ut opibus, ita consilijs magna ausus, manificeq; conata executus, ad restituendam dignitatem patriæ firmum contraxit exercitum.
¶ Conamen, huius Conaminis, pe. cor. (πεῖρα) Ouid. 4. Fast. Dixit, & exiguo funem conamine traxit.
Alarum conamen perditur. Lucret. lib. 6. 168.
Conamen sumere ab aliquo. Oui. 8. Metam. 74.
Magno conamine aliquid agere. Ouid. 3. Metam. 12.
Primæ pugnæ conamine contuso, fractisq; cœptis. Sil. lib. 1. 7.
¶ Conamentum, conamenti (ἐπιχείρημα) Plin. lib. 19. cap. 2. 2. de Sparto loquens, Ad reliquos usus laborioſe euellitur, ocreatis cruribus, manibusq; tectis manicis, conuolutum ossei ligneiue conamentis. Hoc est, ut opinor, adiumentis & fulcimentis ligneis.
Conos] placentæ genus est apud Athenæum, quæ ex uuis fiebat passis & amygdalis. Vide Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 16.
Conquadrare] τετραγωνίζειν, Columel. lib. 8. cap. 3. 6, Ea pernicies ut euitetur, perpetuum dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum supersilientem uolucrem non recipiat: conquadratæ deinde foratis duobus aduersis parietibus induuntur, ita, &c.
Conquassare] κατασείειν. Cato cap. 52, Qualum incidito ex una parte perpetuum. Si uerò calix erit, conquassato: cum eo qualo, aut calice in scrobem ponito.
Corpus conquassatum. Lucret. lib. 3. 90.
Conquassare nationes, per translationem, pro Vastare, & conterere. Cic. pro Sestio, 47.
Conquassata terræ motibus Apulia. Cic. 1. de Diuinat. 158.
Mens conquassatur. Lucret. lib. 3. 121.
¶ Conquassatio, Verbale (κατάσεισμα) Cic. 4. Tusc. 43, Itaq; illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius ualetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.
Conqueror] pen. cor. conquereris, conquestus sum (μέμφομαι) conqueri, Compositum à Queror, eiusdem est cũ simplici suo significationis.
Deplorare & conqueri de re aliqua. Cic. 5. Verr. 37.
Conqueri fortunam aduersam, non lamentari decet. Cicer. 2. Tusc. 88.
Nequicquam conqueri auris ignaris. Catul. Argonaut. 33.
Conqueritur tibi. Sil. lib. 8. 19.
Conqueri aliquid. Liu. 1. ab Vrbe, 232.
Libidines, uim, contumelias alicuius conqueri. Cic. 6. Verr. 99.
Fallacia uerba alicuius conqueri. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 4.
Conqueritur mecum mulier fortunas suas. Plaut. Mil. 4. 46.
Multa conquestus, &c Ouid. Metam. 51.
Conqueri de re aliqua. Sueton. in Augusto.
De iniuria alicuius cum aliquo queri. Cic. Met. lib. 5. 2. 14.
Conqueri pro. Cicer. pro Sestio, 2, Nihil ab eo prætermissum est, quod aut pro Repub. cõquerendum fuit, aut pro reo disputandum.
¶ Conquestus, huius conquestus (μεμψιμοιρία) Verbale. Liu. 8. ab Vrbe, 35, Tum libero conquestu coortæ uoces sunt.
¶ Conquestio (μέμψις) Aliud uerbale. Cic. ad Quin. fratrẽ, li. 1. 1. 33, Vbi nullum auxilium, nulla conquestio.
Conquestionem exprimere. Plinius lib. 10. capite 23. 8, Hinc uolantium illa conquestio labore expressa. Id est, uelut extorta.

Conquiesco] cõquiescis, cõquieui, conquietũ (ἡσυχάζω) cõquiescere. Idem quod Quiescere. Cic. 5. de Fin. 99, Videmus igitur ut conquiescere ne infantes quidem possint.
Ab armis conquiescere. Cic. pro Milone, 51.
Conquiescere ab execrationibus. Plin. in Paneg. 88.
Conquiescere à re aliqua. Cicero pro Corn. Balbo, 2, Qui tantum potuit impertire huic studio temporis, quantum ipse à pueritia usq; ad hanc ætatem à continuis bellis & uictorijs conquieuit.
Conquiescere ad. Cic. pro Rosc. Amer. 43, Ita postremò eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant.
Conquiescere de aliquo. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. 2. Id est, propter aliquem non esse solicitum.
Conquiescere in loco. Cic. ad Attic. lib. 1. 3. 6.
Conquiescere in eadem mensura honorum. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 2.
Conquiescere in studijs, pro Oblectari. Cic. ad Atti. lib. 1. 15. 9. Idem de Ami. 20, Principio cui potest esse uita uitalis, ut ait Ennius, qui non amici mutua beneuolentia conquiescat?
Aetas nostra iam ingraueſcens in amore atq; in adoleſcentia tua conquiescat. Cic Curioni, lib. 2. 1. 7.
Hyeme omnia bella iure gentium conquiescũt. Cic. prò C. Rab. Post. 26.
Calor conquiescit. Celsus lib. 6. cap. 6.
Febris conquiescit. Celsus lib. 2. cap. 8.
Inflammatio conquiescit. Celsus lib. 7. cap. 19.
Conquiescent literæ, nisi quid noui extiterit. Cice. ad Atticum, lib. 12. 253. 2.
Conquiescit mercatorum nauigatio. Cic. pro lege Manil. 10.
Conquiescit sanguis, Id est sistitur hemorrhagia. Celsus libro 5. capite 26.
Conquiniſco] conquiniscis, conquexi (ὑποκύπτω) conquiniscere, Inclinare se significat, Nonio. Plaut. Cicel. 9. 5, Faciundum'st puerile officium, conquiniscam ad cistellam. Idem, Conquiniſce si istic tetu to simul.
Conquiro] conquiris, pen. produ. conquisiui, conquisitum (συζητέω) cõquirere, Simul uel diligenter quærere & inuestigare. Cæs. 3. bel. Ciuil. 168. Ut Lysso, Parthiniscq;, & omnibus castellis, quod esset frumenti, conquiri iussit.
Studiosè omnia conquirere. Cic. 4. Acad. 154.
Conquirere undiq;. Cicer. ad Cornificium, libro 12. 29. 9. Idem 5. Verr. 17, Quum undiq; nequissimos homines conquisisset.
Terra mariq; conquirere aliquem. Valinius Ciceroni, li. 5. 9. 5.
Ad uoluptatem aliquid conquirere. Cic. 2. de Finib. 177.
Conquirere & comparare uoluptates. Cic. 1. de Finib. 67.
Conquirere atq; eligere colonos. Cic. pro leg. Agra. 94.
Amantes conquirere. Propert. lib. 1. eleg. 2. 5.
Conquirere historiam regionum. Cic. 2. de Fin. 172.
Conquirere opes meretricio quæstu. Plin. lib. 36. cap. 12. 8.
Conquisitis rationibus disputare. Cic. 1. de Fin. 49.
Conquirere, Coercere, siue constringere, autbore Festo. Vnde, Carmina conquisita & dulci reperta labore. Luc. li. 3. 86.
Fictis conquisitisq; uitijs deformatum esse. Cicer. de Aruſp. respon. 53.
¶ Conquisitores (συλλεκτικοὶ) Satellites, uel lictores: & ut uulgò dicuntur Commissarij, Budæo. Cic. pro Milone, 50, Si Italiæ delectus, ut nonnulli conquisitores tui dictitant, contra Milonis impetum armatus est. Eos intelligit quibus mandauerat Pompeius curam colligendi ac describendi exercitus. Plaut. Amph. 3. 65,

Vt conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caucã spectatoribus, &c. Significare uidetur eos, quos inquisitores dicimus & in lũdis literarijs

Digitized by Google

obſeruatores uel notatores. Liu. 1. bel. Pun. 44, Qui duo populi delectus acerbitate conſternati, retentis conquiſitorib. metum defectionis quũ præbuiſſent, oppreſsi celeritate Annibalis, omiſerũt mota arma. Eos uocat qui delectui habdẽo erant præfecti. Cic. ad Att. lib. 7. 139. 2.

¶ Conquiſitus, pen. prod. (ἐξωμειβωμός) Nomen ex participio: ut, Menſæ conquiſitiſsimis epulis extruebantur. Ci. 5. Tuſcul. in. 87.

¶ Conquiſitè, pen. prod. (ἀκριβῶμός) Aduerb. pro Doctè & diligenter. Gel. lib. 3. cap. 10, Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum conquiſitè.

¶ Conquiſitio, Verbale (συζήτησις) Ci. de Vniuer. 8, Difficillimum autem eſt in omni conquiſitione rationis exordiũ.

Conquiſitio piaculorum. Liu. 7. ab Vrbe, 10.

Exercitus conquiſitione collectus. Cic. de Prouinc. Conſ. 3, Iam uerò exercitus noſter ille ſuperbiſsimo delectu & duriſsima conquiſitione collectus omnis interijt.

Conrado] Vide Corrado.

Conregione] Veteres pro è regione dixerunt. Feſt.

Conregio] conregionis, ab augu ibus olim uocabatur regio intra fines comprehenſa. Varro 6. de Lingua Latina, Intra ea conregione, conſpicione, cortumione, utiq; ea rectiſsimè ſenſi. Ex Turnebo.

Conreus] συνεύχθ, Qui cum alio in ius uocatus eſt. Vlp. in l. liberationem. §. nunc effectu. ff. de liber. legat. Si cum alio ſim debitor: puta duo reſ fuimus promittendi, & mihi ſoli teſtator conſultum uoluit: agendo conſequar, non ut accepto liberer, ne etiam conreus meus liberetur contra teſtatoris uoluntatem: ſed pacto liberabor.

Conrideo] Conrides, compoſitum ex Con & Rideo, Idem quod Renideo, & latior. Lucret. li. 4,

Et quantò circum magè ſunt incluſa theatri
Mœnia, tam magis hæc intus perfuſa lepore
Omnia conrident conrepta luce diei. Vſitata trãslatio ſcriptoribus. Id eſt omnia ſimul renident, uel hilaritatẽ eiuſmodi præ ſe ferunt, ut ridere uideantur. Lambinus.

Conruſpari] Conquirere. Plaut. Conruſpare tua cõſilia in pectore. Feſtus.

Conſaburẽſes] Populi Hiſpaniæ citerioris, in cõuentu Carthaginenſi, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap 3.

Conſaluto] conſalutas, pen. prod. (ἀσπάζομαι) conſalutare, Idem quod Salutare. Feſtus. Liu. 3. ab Vrbe, 115, Dictatorem eum legati gratulantes conſalutant.

Conſalutare inter ſe. Cic. 2. de Ora. 8, Qui quũ inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſsimè conſalutaſſent, &c.

Conſalutare, Salutem precari. Vide Salutare, ſalutem precari, in Salus..

¶ Conſalutatio (ἀσπασμὸς) Cic. ad Atticum, lib. 2. 33. 2, Hinc plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica.

Conſanguineus] ὁμογενὴς, ὁμαίμων, συγγενὴς, Qui ſanguine coniunctus eſt cum altero. Plaut. Pœnu. 16. 74, Meis conſanguineis nolo te iniuſtè loqui. Cic. ad Attic. lib. 2. 38. 3, Sed βωπίδας noſter conſanguineus non mediocres terrores iacit atq; denunciat. Cæſar 7. bel. Gall. 311.

Parentes, liberi, coniuges, conſanguinei. Cic. 1. de inuent. 115.

Conſanguinei arietes, apud Ciceronem lib. 1. de Diuin. 79. ex antiquo poeta.

Conſanguinei dicuntur fratres ex eodem patre nati, lib. 3 Inſti. tit. de legitima agnatorum ſucceſsione. §. 1, Itaq; ex eodem patre nati fratres, agnati ſibi ſunt, qui & conſanguinei uocantur, nec requiritur, an etiã eandem matrem habuerint.

Arma conſanguinea. Claud. in bello Gildon. 58.

Sopor conſanguineus lethi. Virg. 6. Aen. 96.

Thalami conſanguinei. Claud. 6. Paneg. 31.

Turba conſanguinea. Ouid. epiſt. 14. 25.

¶ Conſanguinitas, pen. cor. (συγγένεια) Ipſa coniunctio. Liu. 7. ab Vrbe, 85, Ceritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat.

Propinquus conſanguinitate alicui. Virg. 2. Aeneid. 18.

Conſano] conſanas, penul. prod. (ἰάομαι, ὑγιόω) conſanare. Col. lib. 4. cap. 24. 20, Quo plerunq; fit, ut quod præcidi debeat, præfringatur, & ſic uitis laniata, ſcabrataq; putreſcat humoribus, nec plagæ conſanentur.

Conſanare, pro Conſaneſcere. Vlpian. in l. idem. ff. de ædilitio edicto, Idem Offilius ait, ſi homini digitus ſit abciſſus, membriue quid laceratum, quamuis conſanauerit, ſi tamen ob eam rem eo minus uti poſsit, non uideri ſanum eſſe.

¶ Conſaneſco, conſaneſcis, conſanui (ὑγιόομαι) conſaneſcere: uel conſanaſco, conſanaſcere, Sanum fieri. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 9, Nunc autem hoc tam graui uulnere, etiam illis quæ conſanuiſſe uidebantur, recrudeſcunt. Col. lib. 4 cap. 27. 3. Celſus lib. 7. cap. 12. de lingua, Et pleriq; quidem ubi conſanuerunt, loquuntur.

Conſarcino] conſarcinas, pen. cor. (συναναπλήρω, συναρέω) conſarcinare. Gel. lib. 13. cap. 23, In quo uerſu non oportet alterum uideri uerbum, idem quod ſuperius ſignificans, ſupplendi numeri cauſa extrinſecus additum & cõſarcinatũ. Eſt enim hoc inane admodum & futile.

Conſarrio] conſarris (σκαλεύω) conſarrire, Idem quod Sarrire. Colum. libro 11. cap. 3. 37, Deinde ſulci omnes conſarriendi.

Conſaucio] conſaucias (τραυματίζω) Actiuum, à quo Conſaucior, conſauciaris, Paſsiuum. Author ad Herenn. lib. 4. 174, In hoc autem crebro & celeri uulnere corpus conſauciari uidetur.

Conſcelero] conſceleras, pen. cor. (κατομιαίνω) conſcelerare, Scelere implere. Liu. 10. bel. Maced. 32, Agite, conſcelerate aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi.

Domum conſcelerare. Catul. epig. 62. 5.

Oculos cõſcelerare dicitur, qui nefarium facimus aliquod perpetrari uidet, quod uel auertere poterat & inhibere, uel à quo ipſe auerti, & ſubducere ſe. Ouid. 7. Metam. 7,

Cur non & ſpecto pereuntem, oculoſq; uidendo
Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum?

¶ Conſceleratus, pen. prod. (μιαυθεὶς) Participium.

Conſceleratus & contaminatus. Liu. 2. ab Vrbe.

Conſcelerata mens. Cic. in Catil. 39. Et pro Cluentio, 151, Conſcelerata exactio linguæ.

Nomen nobile conſceleratũ impudicitiæ dare. Cic. Octa. 15.

Pirata conſceleratus. Cic. 3. Verr. 64.

Nefarius & conſceleratus uultus. Cic. pro Cluen. 21.

¶ Conſcelleratus (μιαρὸς) Nomen ex participio: ut,

A' filijs conſcelleratiſsimis furiæ domeſticæ & aſsiduè pœnas parentum dies noctesq; repetunt. Cicer. pro Sex. Roſcio Amer. 40.

Conſcendo] conſcendis, conſcendi, conſcenſum (ἐπιβαίνω, ἀναβαίνω) conſcendere, De nauigantibus ropriè dicitur.

Claſſem conſcendere. Virg. 10. Aen. 31.

Nauem conſcendere. Cic. 4. Acad. 179.

In nauem conſcendere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 7. 3, Nauim ſpero nos ualde bonam habere: in eam ſimul atq; conſcendi, hæc ſcripſi.

Puppim conſcendere. Ouid 2. Faſt. 19.

Aequor nauibus conſcendere. Virg. 1. Aeneid. 77.

Conſcendere, abſolutè aliquando ponitur. Cice. Qu. fratri, lib. 2. 6. 5, Tu, ſi ita expedit, uelim bona & certa tẽpeſtate conſcendas,

Digitized by Google

ſcendas, ad meq; uenias. Liu. Cõſcendũt alacres copiæ. Subnauim.
Aethera conſcendere. Stat. 3. Sylu. 1. 2.
Sol æthereas medius conſcenderat arces. Valer. li. 2. Argo. 89.
Culmen ſummũ cõſcendere, & Mœnia cõſcẽdere. Sil. li. 3. 103.
Currum conſcendere. Ouid. 3. Triſt. eleg. 8. 1.
Equum conſcendere. Liu. 5. bel. Pun. 160.
In equum conſcendere. Ouid. 6. Metam. 45.
Montes conſcendere. Catul. Argonaut. 25.
Scopulum conſcendere. Virg. 1. Aeneid. 37.
Tecta conſcendere. Seneca Medea, 12. 19.
Tribunal conſcendere. Claud. 2. Paneg. 54.
¶ Conſcenſio, Verbale (ἐπίβασις) Cic. 1. de Diuin. 119, Eumq; dixiſſe remigẽ quendam ex quinqueremi Rhodiorũ uaticinatum, madefactum iri minus xxx. diebus Græciã ſanguine, rapinas Dyrrhachij, & cõſcenſionem in naues cum fuga.
Conſcientia] Vide Conſcius.
Conſcindo] conſcindis, conſcidi, pen. cor. conſciſſum, (διατέμνω, διαχίζω) conſcindere, in multas partes ſcindere. Terent. Eunuch. 4. 3. 4, Veſtem omnem miſerè diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit.
Curæ conſcindunt hominem ſolicitum. Lucret. lib. 5. 10.
Epiſtolam innocentem cõſcindere. Cic. Trebatio, lib. 7. 18. 9.
Conſcindere ſibilis, per translationem, pro Exibilare & explodere. Cic. ad Att. lib. 2. 34. 4, Nam gladiatoribus qua dominus, qua aduocati, ſibilis conſciſi.
Conſcindere aliquem, pro Criminari & alicui conuiciari. Cic. ad Attic. lib. 8. 169. 2.
¶ Conſciſſus. Particip. (διαχισμός) ut, Conſciſſa pallula, Plaut. Truc. 3. 22.
Epiſtola conſciſſa. Cic. Gallo, lib. 7. 26. 1.
Nubibus cõſciſſis orbem Luna protulit. Stat. 12. Theb. 12. 62.
Pugnis & calcibus conſciſſus aliquis. Cice. 5. Verr. 46, Quædam exemplaria legunt Conſciſus.
¶ Conſciſſura, huius conſciſſuræ, pen. prod. (διαῤῥογὴ) Ipſa ruptio. Plin. lib. 34. cap. 8. 16, Dein quum precio periiſſet gratia artis, detractum eſt aurum, precioſioráq; talis exiſtimatur, etiam cicatricibus operis atq; conſciſſuris, in quibus aurum hæſerat, remanentibus.
Conſcio] conſcis, conſciui, cõſcitum (σύνοιδα) conſcire, Nullius rei ſe conſcium ſuſpicari. Horat. 1. Epiſt. 1. 12,
——hic murus aheneus eſto
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Conſciſco] conſciſcis, conſciui, conſcitum (ψηφίζομαι, προσάγομαι, ἐπιτιθῶμαι) conſciſcere, Statuere apud ſe, & decernere, ut Sciſcere, unde Scitum dictũ. Liuius, Quod Senatus Populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret, &c. Alibi, Itaq; conſentio, conſciſcoq;. Budæus.
Exilium ſibi conſciſcere. Liu. 3. bel. Pun. 184.
Facinus conſciſcere. Brutus ad Ciceronem, 16. 11, Neq; incolumis Cæſare uiuo fui, niſi poſtquam illud conſciui facinus.
Fugam ſibi conſciſcere ex aliquo loco. Liu. 5. ab Vrbe, 239.
Conſciſcere (inquit Valla) ferè ad mortem pertinet. Plerunq; enim ſic legimus, Mortem ſibi ipſe conſciuit, Mortem tibi ipſe conſciſcis, Mortem mihijpſi conſciſcam, Cogam te ad mortem tibi per teipſum conſciſcendam. Hactenus Valla, li. 5. Nunc cum datiuo, nunc ſine datiuo. Cic. ad Marium, li. 7. 39, Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors uoluntaria. Idem 2. de Natura deorum, 12, Iunius necem ſibi ipſe conſciuit.
Veneno mortem ſibi conſciſcere. Cic. de claris Oratorib. 21.
¶ Conſcitus, pen. prod. Participium à Conſciſcor uerbo paſſiuo. Plin. lib. 36. cap. 15. 8, Paſſim conſcita nece Quiritibus tædium fugientibus.
¶ Conſciſcendus (καταψηφιστέος) Participium. Cice. ad Marium, lib. 7. 3, Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors uoluntaria. Liu. Decad. 4. lib. 9, Ne mortis conſciſcendæ locum haberet.
¶ Conſcius (συνειδὼς, συνεπιστάμενος) Adiectiuum, modò is dicitur qui cum alijs aliquam rem cognitam habet, modò idem quod ſcius.
Conſcius & ſcius in hoc differunt, quòd Scius ſecum, Conſcius cum alio ſcius eſt: licet conſcium indifferenter poſitum legerimus. Nonius.
Conſcius, inſtar participij uſurpatum. Ouid. 5. Triſt. eleg. 5. 3,
Nec fore perpetuam ſperat ſibi numinis iram,
Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.
Conſcius translatum ad inanimata. Senec. Hippol. 2,
Iactare tacitis conſcias ſacris faces.
Conſcius, translatum ad locũ. Valer. lib. 3. Argonaut. 118,
——tali ſe concitat ardens
In iuga ſenta fuga: pauet omnis conſcia latè
Sylua, pauent montes.
Amor conſcius. Ouid. Epiſt. 4. 11.
Sydera conſcia. Virg. 9. Aen. 89.
Virtus conſcia. Virg. 10. Aen. 173. & 5. 90.
Occultè ſine teſte, ſine ullo conſcio fallere. Cic. 2. de Fin. 86.
Teſtem & conſcium eſſe rei alicuius. Author ad Herenn. libro 3. 128.
Conſcius genitiuo aliquando iungitur, frequentius datiuo.
Genitiuo. Plaut. Merc. 23. 11, Quum amico homini, tuiq; conſcio, ita ſuccenſeas miſerè. Cic. 14. Philip. 395. Itaq; P. Apuleius Trib. plebis, meorum omnium conſiliorum periculorumq; iam inde à conſulatu meo teſtis, conſcius, & adiutor.
Aether conſcius connubij. Virg. 4. Aen. 34, De connubio Aeneæ & Didonis. (122.
Curarum cõiugaliũ interpretes & conſcia Iuno. Virg. 4. Aen.
Fibra conſcia deorum, Extiſpicium, diuinatio quæ fit inſpectis animalium cæſorum inteſtinis. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 1.
Futuri conſcius. Lucan. lib. 5. 18.
Religio alicuius conſcia ſacri pacti. Valer. lib. 8. Argon. 81.
Signa conſcia alicuius rei. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 2.
Multarum rerum conſcij ſerui. Cic. pro Cælio, 55.
Homo omnium meorum ſtudiorum & officiorum maximè cõſcius. Cic. Antonio, lib. 5. 5. 2.
Numina conſcia ueri. Virg. 2. Aen. 20.
Datiuo. Virg. 1. Aen. 122,
——& mens ſibi conſcia recti. Terent. Phorm. 1. 3. 4, Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis?
Mihi conſcius ſum, nunquam me nimis cupidum fuiſſe uitæ. Cic. 2. Tuſc. 14. Teren. Adel. 3. 2. 50, Poſtremò quando ego cõſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul.
Temeritati & mendacio alicuius cõſciũ eſſe. Cic. 6. Ver. 110.
Verbis conſcius. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 9.
Mens bene conſcia. Horat. in Odis.
Conſcium facere aliquem. Plaut. Trucul. 3. 28.
Conſciam facere rem aliquam. Plaut. Ciſtel. 7. 47.
Conſcius, Contagione criminis aſtrictus. Tacitus, Accenſis iudicibus ad prodendum ſenem Ruſium, quem eundem conſciũ conquiſitoremq; non tolerabant.
Animus conſcius. Plaut. Moſtel. 8. 12, Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius. Iuuenal. Satyr. 3.
Animus conſcius remordet. Lucret. lib. 4. 229.
Mentis conſciæ pauor, animusq; culpa plenus & ſemel timens. Seneca Hippoly. 2. 16.
Vultus conſcius. Senec. Herc. furen. 9. 15.

Digitized by Google

Commiſsi alicuius conſcius. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 6.
Conſcius ſibi culpæ, maleficij, aut noxæ. Cic. 3. Offic. 96, Idem pro Cluent. 46. Liu. 3. ab Vrbe, 282.
Mens alicui facinori conſcia. Cic. pro Cælio, 40.
Facinori alicui conſcium eſſe. Cice. pro Cluent. 43.
Audacis facti conſcius. Virg. 11. Aen. 162.
Manus conſcia facti. Ouid. 8. Metam. 107.
Peccati conſcius. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 2.
Pectus conſcium ſcelerum omnium. Senec. Thebaid. 1. 44.
Conſcius alicui in priuatis rebus. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 2, Qui mihi & in publica re ſocius, & in priuatis omnib. conſcius, & omnium meorum ſermonum & conſiliorum particeps.
¶ Conſcientia, huius conſcientiæ, à nomine Conſcius (συνείδησις) Eſt certiſsima ſcientia, & (ut ſic dicam) certitudo eius rei quæ animo noſtro inest: ſiue bonum ſit, ſiue malum. Cic. pro Milone, 45, Magna uis eſt conſcientiæ, Iudices, & magna in utranq; partem: ut neq; timeant qui nihil commiſerint; & pœnam ſemper ante oculos uerſari putent qui peccarint. Idem ad Appium, lib. 3. 7. 19, Hæc ad te ſcripſi liberius, fretus conſcientia officij mei, beneuolentiæq;, &c.
Conſcientia bene actæ uitæ, & recordatio beneſactorum. Cic. de Senect. 8.
Animi conſcientiam non curat callidè improbus. Cicer. 2. de Finib. 88.
Animi conſcientia ſuſpicari de aliquo. Cice. Att. lib. 13. 296. 4.
Conſcientia animi, pro animo religione obſtricto. Ci. pro Roſ. Amer. 40, Suum quenq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæq; animi terrent.
Optimæ mentis conſcientia conſolari ſe. Cicero de claris Orator. 135.
Conſiliorum meorum conſcientia me conſolatur. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 3.
Conſilia, conſcientiæq; facinorum. Cic. pro Cluent. 43.
Aſcitus in conſcientiam facinoris. Tacit. lib. 17.
Maleficiorum conſcientiæ ſtimulant. Cic. in Parad. 21.
Officij ſui conſcientia frui. Cic. Appio, lib. 3. 7. 19.
Ex conſcientia peccatorum timor exoritur. Cic. Parad. 51.
Conſcientia ſceleris, auaritiæq; ſuæ. Cic. 5. Verr. 111.
Sceleris conſcientiã ferre non poſſe. Sueton. in Nerone, ca. 34.
Opprimi conſcientia ſcelerum ſuorum. Cic. in Piſonem, 30.
Angore conſcientiæ, fraudiſq; cruciatu agitant & infectantur furiæ ſcelerum homines. Cic. 1. de Leg. 58.
Contagio conſcientiæ. Cic. 7. Verr. 143.
Conſcientiæ fide nõ cõmoueri. Cic. pro Qu. Roſc. Com. 27.
Labes conſcientiæ in animo habere. Cic. 3. Offic. 113.
Pondus conſcientiæ graue eſſet ſine ulla uirtutis & uitiorum diuina ratione. Cic. 3. de Nat. deor. 123.
Signa conſcientiæ deſcribit Author ad Herennium, lib. 2. 40, Accuſator dicet, ſi poterit, aduerſarium, quum ad eum uentum ſit erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter loquutum eſſe, concidiſſe, pollicitum eſſe aliquid: quæ ſigna conſcientiæ ſunt.
Abeſſe à conſcientiæ ſuſpicione. Cic. pro Cælio, 17.
Suſpicionem conſcientiæ alicui præbere. Tacit. lib. 17.
Conſcientia bona. Plin. epiſt. 229, Quæ bonam conſcientiam ciuium tuorũ ad uſum indulgentiæ tuæ prouocat & attollit.
Infelix conſcientia. Quint. in Proœmio lib. 6. 8.
Abolere conſcientiam humani generis. Vide Aboleo.
Adhibere conſcientiam. Vide Adhibeo.
Adiuuare conſcientiam omnium. Vide Adiuuo.
Afferre conſcientiam. Vide Affero.
Arguere conſcientiam. Tacit. lib. 19. & 20.
Comprimere conſcientiam animi. Cic. 2. de Finib. 88.
Debilitatus atq; abiectus conſcientia, repentè conticuit. Cic. 3. in Catil. 55. Idem 2. in eundem, 34, Quum ille homo audacißimus conſcientia conuictus primò reticuiſſet.
A recta conſcientia tranſuerſum unguem non oportet quenq; in omni uita ſua diſcedere. Cic. Att. lib. 13. 277. 2.
Conſcientia eminet in uultu. Sen. de Beneficijs, lib. 2. ca. 25.
Conſcientiam habere conditionis ſuæ. Plin. epiſt. 247.
Exonerare conſcientiam ſuam. Curtius lib. 6.
Ex conſcientia infirmitatis ſuæ hærere. Quin. lib. 1. cap. 2. 8.
Impeditur & opprimitur mens conſcientia. Cic. in Piſon. 22.
Ad fatendum conſcientia impelli. Quint. lib. 5. cap. 13. 37.
Implorare cõſcientiam aliquorum. Cic. pro Flacco, 29. & 30.
Hominum conſcientia remota. Cic. 2. de Fin. 49, Vt hominum conſcientia remota, nihil tam turpe ſit, quod uoluptatis causa non uideatur eſſe facturus. Id eſt, ſi exiſtimaret, rem ab omnibus ſciri non poſſe. Budæus.
Simulata conſcientia adeant. Id eſt ſimulato, ſiue poſt quam ſimulauerint ſe conſcios eius rei eſſe. Tacit. lib. 2.
Spreta conſcientia. Tacit. lib. 15.
Mea mihi conſcientia pluris eſt, quàm omnium ſermo. Cic. Att. lib. 12. 246. 2.
Teneri conſtrictum conſcientia alicuius facti. Cicero 1. in Catil. 2.
Contra conſcientiam opibus hominum ſepti & muniti, deorũ numen horrent tamen. Cic. 1. de Finib. 79.
In conſcientiam aſſumere aliquem. Tacit. li. 13. Id eſt, facere participem conſiliorum, & conſcium. Budæus. Dicitur & Sumere ab eodem, lib. 4.
Ob conſcientiam ſtupri accipere aliquid. Marcellus in l. Mariti lenocinium. §. quod ait. ff. ad legem Iuliam de adulteriis, Plectitur & qui precium pro comperto ſtupro acceperit: nec interest utrum maritus ſit qui acceperit, an alius quilibet: quicunq; enim ob conſciẽtiam ſtupri acceperit aliquid, pœna erit plectendus.
Conſcribillare] συγγράφω, pro Conſcribere ueteres dixerũ. Varro Colũna Herculis, ita q; eas in cerã conſcribillauit Herculis ad litem. Idẽ Marcipore, Aſtrologi nõ ſunt, qui cõſcribillarunt pingentes cælum. Nonius. Quo loco quidam legendum putãt Conſcribillare. Catul. epig. 22. 3,
Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent.
Conſcribo] conſcribis, pen. prod. conſcripſi cõſcriptũ (συγγράφω) conſcribere, Multa ſimul ſcribere, inquit Sipõtinus, aut ſcribere ſolum ſignificat, hoc eſt cõponere. Cic. ad Qu. fratr. lib. 1. 2. 10. Literas ad te parum fraternè conſcripſeram. Legitur in uetuſto exemplari ſcripſeram.
De aliquo ad aliquem conſcribere. Cic. Att. lib. 12. 241. 17.
De aliquib. uiris conſcribere, audire, legere. Cic. de Senect. 75.
De lingua Latina aliqua conſcribere. Cic. Att. lib. 13. 260. 6.
Epiſtolã de aliqua re alicui cõſcribere. Cic. Att. lib. 13. 297. 2.
De ratione dicendi conſcribere. Author ad Herenn. lib. 1. 1.
Legem conſcribere. Cic. ad Att. lib. 4. 70. 9. Legem COSS. conſcripſerunt, qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur.
Librum conſcribere. Cic. de claris Orat. 68.
Parietes conſcribere. Plin. lib. 28. cap. 2. 10, Etiam parietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur.
Fictam quæſtionem conſcribere. Cic. pro Cluen. 147.
Syngraphum. Plaut. Aſin. 13. 1.
Mortuorum teſtamenta conſcribere. Cic. de Aruſp. reſp. 39.
Volumen conſcribere. Cic. pro Roſcio. Amer. 61.
Milites, uel legiones. hoc eſt Cogere, & in certum numerum deſcriptum redigere. Plaut. Milit. 3. 77. Lentulus Senatui, lib. 12. 15. 25, His literis ſcriptis milites circiter XXX. quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, è Syria fugientes, in Pamphiliam uenerunt. Cæſar. 2. Bel. Gal. 236.

Veteres

Digitized by Google

Veteranos celeriter conscribere, pro Cogere: Cic. Trebonio, libro 10.28.8.

Palam conscribere & centuriare aliquos. Cic. Post reditu, 10, Ego quum homines in Tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique uidissem, &c. Idem, pro Domo sua, 43.

Vicatim cõscribere, Decuriare aliquos. Ci. pro Sestio, 27, Quũ uicatim homines conscriberẽtur, decuriarentur, ad uim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur.

Conscribere, absolutè. Cic. pro Plancio, 36, Hæc doce, hæc profer, huc incumbe Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronunciasse, diuisisse.

¶ Conscriptus, Particip. (συγγεγραμμένος) ut, Conscriptæ literæ. Plautus Pseud. 3.26.

Epistolium conscriptum lachrymis. Catul. epig. 63.1.

Fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferre. Cic. pro Cluent. 147, Tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferas?

Mensa conscripta uino. Ouid. 2. Amor. eleg. 54.

Tela conscripta imagine quadam. Stat. 3. Sylu. 1.24.

Conscripti milites. Cæsar 3. bel. Ciuil. 235.

¶ Conscripti (προσγεγραμμένοι, ἐγγεγραμμένοι) inquit Festus, dicebantur, qui ex equestri ordine patribus ascribebantur, ut numerus Senatorum explereretur. Liu. 2. ab Vrbe, 5, Deinde quo plus uirium in Senatu frequentia eius ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecentorum summam expleuit. Traditumq; inde fertur, ut in Senatum uocarentur qui patres, quiq; conscripti essent: conscriptos uidelicet in nouum Senatum appellabant lectos.

Officium conscripti, id est, Senatoris officium. Horatius in Arte, 64.

Virorum ueterum conscripta. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.11.

¶ Conscriptio (συγγραφή) Verbale. Cic. pro Cluẽtio, 151, Eiusdem amentiæ falsæ conscriptiones quæstionum, ex eodẽ furore etiam illa conscelerata exectio linguæ.

Conseco] consecas, pen. cor. consecui, consectũ (διαιρέω) cõsecare, Idem quod Secare. Plin. lib. 36. cap. 26. 4, Acies tanta quacunq;, ut citra ullum sensum ad ossa cõsecet quicquid affluerit corporis.

Membra consecare. Ouid. 3 Trist. eleg. 9.7.

Consecare minutatim. Varro 3. de Re rust. cap. 10. 5.

Consecare in tenues membranas. Plin. lib. 30. cap. 4. 2.

¶ Consectio, Verbale (διαίρεσις) ut, Consectio arborum, Cic. 2. de Nat. deor. 227, Arborum autem consectione, omniq; materia & culta, & syluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibitio; & ad mitigandum cibum utimur, &c. Idem 1. de Diuin. 189.

Consecro] consecras, pen. cor. (καθιερόω, ἐνθειάζω) cõsecrare, eiusdem significationis cum Sacro, quod est deo dico, & sacrum facio. Plin. de Viris illustrib. 2. b, Spolia opima Ioui Pheretrio in Capitolio consecrauit. Cic. 2. Tusc. Quasi addicti & consecrati. Horat. 4. Carm. ode, 8. 6.

Consecrare & publicè dedicare. Cic. 2. de Nat. deor. 113.

Dare, donare, dicare, consecrare Ioui Opt. Max. Cicero 6. Verr. 59.

Nomine alicuius dei aut deæ aliquid cõsecrare. Cic. 2. de Nat. deor. 95.

Aedes, terram, aram consecrare. Cic. de Arusp. resp. 97.

Consecrabantur ædes, non priuatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur: consecrabantur agri, nõ ita ut nostra prædia, si quis uellet, sed ut Imperator agros de hostibus captos consecraret: statuebãtur aræ quæ religionem afferrent, ipsõ si loco essent consecratæ.

Ars curandi tuendiq; corporis, atque eius utilitas, deorum immortalium inuentioni consecrata. Cic. 3. Tusculan. 1. Id est, adscripta.

Bellum nullum nisi ob aliquam utilitatem quam ex ea caperẽt, consecrasse irridentur Aegyptij. Cic. 1. de Nat. deor. 140.

Propter beneficium consecrarunt belluas barbari. Cicer. 1. de Nat. deor. 141.

Bona alicuius consecrare, sõculo posito in rostris, adhibitoq; tibicine. Cic. pro Domo sua.

Verbis solennibus bona cuiusdam consecrare. Idem ibidem.

Consecrare delubra alicui deo, aut deæ. Cic. 3. de Nat. deo. 127.

Domum Cereri consecrare. Cic. de Arusp. resp. 96.

Martis manubias Musis consecrare. Cic. pro Archia, 20.

Simulachra consecrare. Cic. 3. de Nat. deor. 83. Ibid. lib. 1. 83.

Consecrare statuam alicui. Cæsar 3. bel. Ciuil. 416.

Consecrare, deo dedicare, atq; ob id inuiolatum manere, durareq; perpetuum. Cicero ad Atticum, libro 12. 24. 16, Sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo extabunt) illud quasi consecratum remanere possit.

Augustè sanctéq; aliquem consecrare. Cic. 2. de Nat. deor. 89.

Ex hominum genere aliquos consecrare. Cic. 2. de Legib. 44.

Consecrare aliquem, omnium genere monimentorum. Cic. ad Atticum, lib. 12. 241. 10.

Ad immortalitatem, & religionem, & memoriam carmina cõsecrare. Cic. pro Milone, 61.

Consecrare memoriam nominis, pro Immortalem reddere. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 165, Quum ampliss. monimentis consecrare uoluisses memoriam nominis tui.

Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium cõsecrare. Cic. 3. de Nat. deor. 67.

Pro patria mori, et nos totos dedere, & in ea nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Cic. 2. de Legib. 9.

Origines suas cõsecrare. Liuius in præfatione, Et si cui populo licere oportet consecrare origines suas, & ad deos referre authores, &c.

Virtutes alicuius consecrare, & in numero deorum collocare. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1. 46.

Vocabula consecrare. Cic. 2. de Nat. deor. 88.

Memoria & literis magnitudinem ingenij alicuius cõsecrare, Cic. 5. Tusc. 16.

Addictus & consecratus certis & constitutis sententijs. Cic. 2. Tusculan. 8.

Alicui consecratum esse, id est deuotũ esse. Cic. de Arusp. respõ. 6. Budæus.

Campus Consularibus auspicijs consecratus. Cicero 4. in Catil. 73.

Delubra sanctissimis religionibus consecrata. Cic. 2. Verr. 9.

Honorem hominis deorum religione consecratum non uiolare. Cic. 4. Verr. 36.

Locus consecratus, cui opponitur Locus profanus. Cicero in Part. 21.

Instituto maiorum mens, fides, uirtus, concordia consecratæ. Cic. 2. de Nat. deor. 113.

Opinio in aliquo consecrata. Cic. pro Sestio, 126.

Solennis comitiorum precatio Consularibus auspicijs consecrata. Cic. pro Murena, 1.

Consecrata omnium religione. Cic. 1. Tusc. 51.

Tempestates ritibus Populi Romani consecratæ. Cic. 3. de Nat. deor. 70.

¶ Consecratio, Verbale (καθιέρωσις) Cic. pro Domo sua, 82. Quæ tua fuit consecratio?

Legitima bonorum consecratio. Cicer. de Arusp. resp. 95.

Digitized by Google

Sin iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt quod profanum intus bonis eſſe poſſeti? An conſecratio nullum habet ius, dedicatio eſt religioſa?

¶ Conſecraneum (συνιέρωτον) idem quod Conſecratum, Vocabulum in caſtris repertum, qualia ſunt Conterraneum, cõmilitaneum, militaneum, ſuffraneum, limitaneũ. Iulius Capitolinus in concione quadam Maximini Cæſaris, Cõmilitones, inquit, ſacrati, imò uerò conſecranei. Alio loco, Nullã ciuitatem æquè militaneam eſſe dixit.

Conſectaneus] Vide Conſector in Conſequor.

Conſectarium] Conſector, in Conſequor.

Conſectio] In Conſeco.

Conſecutio] conſecutus, Vide Conſequor.

Conſedo] Conſedonis. Vide Conſideo.

Conſemineus] Adiect. (ὁμόσπορος) ut, Cõſemineæ uineæ, in quibus aceruatim multa ſemina uitium confuſa ſunt, nec proprijs generibus diſtincta. Col. lib. 3. cap. 21, Idq; in uineis non conſemineis obſeruari difficile eſt. Idem lib. 11. cap. 2. 63, Syluam ſiquis barbaricam, id eſt, conſemineam uelit facere. Hoc eſt, uarijs arborum generibus conſitam.

¶ Conſeminalis, & hoc conſeminale, pen. prod. (ὁμόσπορος) Idem. Colum. lib. 12. cap. 45. 5, Propter quod etiam cõſeminalium uinearum non tam eſt firmum unum, quàm ſi per ſe ſyncerum ammneum, uel apianum, aut etiam ſecinum condideris. Conſeminales uineas appellat, quæ ex uarijs ſurculorum & plantarum generibus conſitæ ſunt, nempe acidas, acerbas, dulces uuas ferentibus.

Conſeneſco] conſeneſcis, conſenui (γηράσκω) conſeneſcere, Senem fieri. Plaut. Capt. 4. 31, Maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer. Idem Rud. 30. 15. Cic. 2. Tuſc. 3, Atq; oratorũ quidem laus ita ducta ab humili uenit ad ſummum, ut iam (quod natura fert in omnibus ferè rebus) conſeneſcat, breuiq; ad nihilum uentura uideatur.

Cum cognomine conſeneſcere. Cic. Attic. lib. 2. 28. 2.

Carina conſenuit. Propert. lib. 3. eleg. 7. 8.

Nemus conſenuit. Claud. epig. 2. 4.

In armis conſeneſcere. Horat. 3. Carm. Ode 5. 2.

In cõmentarijs Rhetorum cõſeneſcere. Quint. lib. 3. cap. 8. 46.

Conſeneſcere in exilio. Liu. 5. bel. Maced. 133. Sic apud Plinũ, lib. 33. cap. 1. 15.

In patria conſenuiſſe placuit. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 3.

Conſeneſcere ſub armis. Liu. 2. bel. Maced. 9.

Conſeneſcere mœrore & lacrymis. Cic. pro Cluentio, 10.

Conſenuerunt uires atq; defecerunt. Cic. de Senec. 26.

Nullo aduerſario conſeneſcere. Cic. Attic. lib. 2. 38. 2.

Conſentes] dij fuerũt, qui, ut Auguſt. lib. 4. de Ciui. Dei ſcribit, in conſilium Iouis adhiberi putabantur. Hi & Penates, & Vrbani etiam dicti, duodecim numero fuerunt, ſex mares & ſex fœminæ, quorum imagines auratæ ſtabant apud forũ, ut Varro ait lib. 1. de Re ruſt. Hos Ennius, ut Apuleius & Martianus ſcribunt, duobus uerſib. complexus eſt,

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Dicti autem ſunt Conſentes, quaſi conſentientes. De duodecim his deis, quos in cõſilium habet Iupiter, Anneus Seneca meminit lib. 2. Quæſt. natur. ex Hetruſcorum diſciplina. Sed & duodecim deos alios Conſentes agricolarum duces, Varro enumerat, in lib. de Re ruſt. quem Vide.

Conſentia] Sacra quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta. Feſtus.

Conſentia] Ciuitas eſt in agro Brutio. Author eſt Plin. lib. 3. cap. 5. Conſentini, eius oppidi incolæ. Vulgò Conſenza in Calabria.

Conſentio] conſentis, conſenſi, conſenſum (ὁμονοέω, συμφωνῶ) conſentire, Conuenire. Cic. 7. Verr. 15, Seruos, quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit, eos ſine conſilij ſententia, ſua ſponte, omni ſupplicio liberauit.

Conſentire & pugnare, contraria. Cic. 3. de Finib. 15, Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat.

Omnes honeſtates ciuitatis, omnes ætates, omnes ordines unà conſentiunt. Cic. pro Seſtio, 94.

Vna & mente & uoce conſentire. Cic. 1. Phil. 16. Idẽ 4. 156.

Vno ore omnes de utilitate amicitiæ conſentiunt.

Conſentio tibi. Cic. 4. Acad. 96.

Conſentire ſibijpſi. Cic. 1. Offic. 9.

Superioribus iudicijs conſentire. Cic. pro Cluent. 46.

Naturæ conſentire, finis bonorum eſt Stoicis. Cic. 2. de Fin. 60.

Perſonis, temporibus, locis quæ narrantur, conſentiunt. Cic. in Part. 19.

Principijs conſentiant exitus. Cic. Bruto, lib. 11. 5. 6.

Conſenſit Senatus bellum, pro Sciuit. Liuius.

Studijs alicuius conſentire. Horat. 1. Epiſt. 19. 13.

Conſentire ad. Cic. ad Attic. lib. 5. 106. 4, Expedito ad mutandum locum paruo exercitu, ſed ut ſpero, ad benenolentiam erga nos conſentiente.

Conſentire cum. Cic. in Academ. Apparet enim iam cor cum oculis conſentire.

Mentes atq; ſententiæ aliquorum cum uoluntate alicuius conſentiunt. Cic. pro Murena, 1.

Conſentit uultus cum oratione. Cæſar.

Conſentire cum aliquo de re aliqua. Cic. 4. Acad. 236.

Secum conſentire & ſibi conſtare, Idem. Cic. de Vniuerſ. 10.

Conſentire de. Cic. de Amic. 71, Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes uno ore conſentiunt.

De laudibus alicuius omnium fama conſentit. Cic. de Senec. 57.

De aliquo aliquid conſentire. Cic. 2. de Fin. 184.

Eis quæ de Fabio Caninioq; acta ſcribis, ualde conſentiunt. Cic. Attic. lib. 7. 123. 5.

In eum omnes illud conſentiunt elogium. Cic. de Senect. 57.

Conſentire inter ſe. Cic. 1. Offic. 139. Et delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt.

Conſentire magna conſpiratione amoris. Cic. 1. de Fin. 100.

Aſtrum noſtrum conſentit incredibili modo. Horat. 2. Carm. ode 17. 5, Horoſcopos ſuos ſimiles eſſe, & inter ſe aſſerit conuenire Acron.

Conſentio, cum infinitiuo. Cic. 1. de lege Agraria, 9, Si conſenſerint poſſeſſores non uendere, quid futurum eſt?

Conſenti, in imperatiuo. Cic. Attic. lib. 16. 339. 10, Conſenti in hac cura, ubi ſum, ut me expediam.

Conſenſum eſt. Quin. lib. 9. cap. 1, Inter plurimos, quod ſciam, conſenſum eſt, duas eſſe eius partes.

¶ Conſentiens, Participium (ὁμονοῶν) Cicer. de Diuinat. 178, Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum.

Hominum conſentiente authoritate contenti ſimus. Cicer. 1. de Diuinat. 142.

In retinenda libertate conſentiens ciuitas. Cic. Bruto, 15. 6.

Ad incolumitatẽ mundi conſentiens coagmentatio naturæ. Cic. 2. de Nat. deor. 178.

Conſentiens, conſpirans, continuata tãta rerum cognatio. Cic. 2. de Nat. deor. 29.

Conſiliũ uitæ conſentiens & penè conſpirans. Cic. 5. Tuſ. 103.

Coniunctum aliquid & conſentiens habent ſtellæ. Cic. 2. de Diuinat. 131.

Conſentiens fama de aliquo. Cic. de Senect. 57.

Motus cum uerbis ſententijſq; conſentiens. Cicero de claris Oratoribus, 73.

Tam

Digitized by Google

Tam consentientibus mihi sensibus nemo est in terris. Cic. Attic. lib. 4. 85. 15.
Consentiens, uirtutibusq; respondens uita. Cic. 5. de Finib. 118.
¶ Consensus, Particip. (ὁμολογηθείς) Gellius lib. 15. cap. 26, Syllogismus est oratio, in qua sensis quibusdam & confessis, aliud quid, quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessario conficitur.
¶ Consensus, huius consensus (ὁμόνοια) Cic. 3. de Natur. deor. 37, Itaq; illa mihi placebat oratio de conuenientia consensuq; naturæ.
Consensus æui. Plin. lib. 14. cap. 6. 11.
Consensus & dissensus Claud. de bello Gildon. 61,
—dissensus acerbus, Et grauior consensus erat.
Concentus atq; consensus. Cic. 2. de Diuin. 50, Qua ex coniunctione naturæ, & quasi concentu, atq; consensu, quã συμπάθειαν Græci appellant, &c.
Mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusq;. Cic. 3. de Orat. 13.
Consensus in eo mortalium. Plin. lib 2. cap. 2.
Omnium consensus, naturæ uox est. Cic. 1. Tusc. 54.
Diuulsus ordinum consensus. Cic. de Arusp. resp. 56.
Omnium ordinum consensus, gratiarum actio gratulatioq;. Cicero Bruto, 3. 3.
Se tueri consensu signantium. Quint. lib. 5. cap. 7. 23.
Conspiratio consensusq; uirtutum. Cic. 5. de Finib. 118.
Magnus inter aliquos consensus. Cic. 4. Phil. 160.
Pius consensus. Seneca Octau. 8. 10.
Omnium consensu ad eum defertur imperium. Cæs. 7. bel. Gall. 14.
Vno consensu iuncta & continens natura. Cicero 2. de Diuinat. 48.
Defendere aliquid consensu. Quint. lib. 1. cap. 5. 10.
Complecti alterius consensu. Vide Complector.
Merere omnium consensum. Quint. lib. 5. cap. 1. 4.
In consensum uertere. Tacit. in lib. de German. moribus.
¶ Consensio (σύμφασις, συμφωνία, ὁμολογία) Verbale. Cic. de Reditu suo, Tanta consensione Italiæ. Idem ad Cæsium, lib. 12. 5. 8.
Aperta consensio ciuitatum. Tacit. lib. 3.
Omnium gentium consensio in omni re, lex naturæ putãda est. Cic. 1. Tuscul. 48.
Consensio Magistratus de aliquibus. Cic. Post reditum, 34.
Omnia hæc quæ suprà & subter, unum esse, & una ui atq; una consensione naturæ cõstricta esse, ueteres dixerunt. Cic. 3. de Orat. 12.
Vniuersorum nec uoluntatis nec sermonis consensionem maiorem unquam fuisse. Cic. Attic. lib. 2. 18. 2.
Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Cicer. de Amicitia, 4.
Consensiones factæ. Cic. 7. Verr. 7. Quid igitur? nulli ne motus in Sicilia seruorum Verre Prætore? nullæne consensiones factæ esse dicuntur?
Consensio firma. Cic. 1. de Nat. deor. 63.
Societatis & sceleratæ consensionis aliquorum fides quò erumperit, uides. Cic. Attic. lib. 10. 195. 2.
¶ Consentaneus, Adiectiuum (σύνοος) Conueniens. Cicer. 5. de Finib. 108, Itaq; omnis honos, omnis admiratio, omne studium ad uirtutem, & ad eas actiones, quæ uirtuti sunt consentaneæ, refertur.
Actiones consentaneas motibus uoluntariis, conatibus, & appetitionibus mundi adhibet natura. Cicer. 2. de Natura deorum, 83.
Argumenta consentanea & dissentanea. Cic. in Partit. 5.
Diuisio consentanea. Quint. lib. 6. 3. 73.
Consentaneum his temporibus literarum genus. Cic. ad Nigidium, lib. 4. 13. 2.
Leges dare consentaneas. Cic. 2. de Legib. 38.
Consentaneus sibi. Cic. 1. Offic. 10.
Excellentiæ hominis consentaneum, in eo, quo natura eius à rè liquis animantibus differt, id decorum est. Cic. 1. Offic. 135. Definitio Decori.
Obscura somnia minimè consentanea sunt maiestati deorum. Cic. 2. de Diumat. 206.
Naturæ consentaneum. Cic. 1. Offic. 136.
Aptum esse consentaneumq; tempori & personæ. Cic. in Orat. 40. Definitio est uerbi Decere.
Consentanea mors uitæ sanctißimè actæ. Cic. 9. Philipp. 267.
Cum re aliqua consentaneum. Cic. Appio, lib. 3. 6. 6.
Consentaneum cuique & consequens quid sit, perspicere. Cicero 2. Offic. 24.
Ex consentaneis & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur. Cic. 2. de Orat. 92.
Cõsentaneum est, absolutè. Cic. 2. de Nat. deor. 59, Quare quũ in æthere astra gignantur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam.
Non id spectandum est quid dicat, sed qui consentaneum sit ei dicere. Cic. 3. Offic. 161.
Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit, uinci à uoluptate. Cic. 1. Offic. 97.
Consepio] consepis, penul. prod. consepsi, conseptum (συμφράττω) consepire, Idem quod Sepire. Cic. 2. de Senec. 54, Cæteris in rebus comentergà Lysandrum atq; humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum & diligenter consitum ostendisse.
¶ Consep tum, huius consepti (φράγμα, περίφραγμα) Colum. lib. 1. cap. 4, Difficiliora enim consepta, non solum pluris ædificabimus, sed etiam impensis maioribus tuebimur. Varro 1. de Re rust. cap. 13. 2. Conseptum etiam fori dixit Quint. lib. 8. 12. pro ipsis cancellis.
Consequenter, Consequiæ] Vide in Consequor.
Consequor] pen. cor. consequeris, consequutus sum (συνέπομαι, συναπολαβάνω) consequi, Cominus sequi, quod Barbari dicunt A' prope. Cæsar 8. bel. Gall. 101, Cõsequuntur equites nostri, ut erat præceptum. Terent. Heaut. 2. 3. 36.
Maiores consequi non posse. Cic. de clar. Orat. 121.
Eam res consequitur. Cic. de Fato, 14.
Causam plerang; consequitur res. Cic. 1. de Diuin. 205.
Continuò consequi. Plaut. Amph. 9. 20.
Consequi propè. Plaut. Rud. 23. 11.
Consequi, dativo iunctum. Plaut. Pœn. 16. 19. Idem Amph. 8. 4, Ita dis placitum, uoluptati ut mœror comes consequatur.
Ætate aliquem consequi. Cic. de clar. Orat. 30.
Consequi gradu uocem. Plaut. Rud. 6. 18, Consequamur gradu uocem, ubi es? P. ecce me, adi contrà.
Consequi aliquem, pro eo, quod est insequendo ad eum peruenire. Cic. ad Attic. Quamobrem te oro des operã, ut me statim consequare. Idem 2. in Catil. 29, Aurelia profectus est: si accelerare uolent, ad uesperum consequentur.
Cursu feras consequi. Senec. Hipp. 2. 6.
Consequi aliquẽ itinere. Cic. ad Att. lib 8. 161. 4, Non est nobis cõmittendũ, ut ad has x iiii. cohortes, quas dubio animo habeo, hostis accedere, aut in itinere me consequi possit.
In itinere aliquem cõsequi. Cn. Magnus Marcello & Lentulo, in Epist. ad Attic. lib. 8. 161. 4.
Ad uesperam aliquem consequi. Cic. 2. in Catil. 29.
Pedibus aliquem consequi. Ouid. 9. Metam. 26.
Aliquem certamine consequi, Vincere. Virg. 5. Aen. 98.

Digitized by Google

Consequi(ἐπβαίνειν)Sequi,id est,euenire & proceedere.Terẽt. Heaut.1.2.34,
Verùm ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est,Clitipho,consilia consequi consimilia.
Annus qui consequitur. Cic.pro Murena,79.
Consequi uidetur,ut doceamus,&c.Author ad Heren.li.2.60.
Proximo,altero,tertio,deniq; reliquis consequutis diebus.Cic. 1.Philipp.23.
Consequuntur magni dolores eos, qui ratione uoluptatem sequi nesciunt.Cic.1.de Finib.49.
Libertatem pax consequebatur.Cic.1.Philipp.23.
Consequuta est mors matrem ex ægritudine. Terent. Phorm. 5.1.23.
Silentium consequutum orationem alicuius. Cicero 1. de Orator.77.
Consequuta tempora.Cic.Lentulo,lib.1.5.1.
In tabulam magni risus consequebantur.Cic.Qu.frat.lib.2.10. 6.Idem lib.5.2.6, Mediocris quidem est risus consequutus, non in te,sed magis in errorem mihi.
Consequi (τυγχάνειν,ἐπιτυγχάνειν) per translationem,Adipisci,& cõficere.Cic.ad Lentulum,lib.1.2.11,Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur esse consequuti, ut nequid agi cum populo,aut saluis auspicijs,aut saluis legib. aut deniq; sine ui posit.
Inuestigare & consequi aliquorum conatus.Cic.2.Verr.29.
Natura consequitur,ut cõmunem utilitatem nostræ anteponamus.Cic.3.de Finib.98.
Cum aliquo & sine aliquo consequuti aliquid. Cic.1. Offi.85.
Per aliquem aliquid consequi.Cic.Lent.lib.1.7.34.
Animo aliquid consequi.Cic.de Vniuersit 9.
Coniectura.Cic.ad Qu.frat.lib.2.14.4.Vide Coniicio.
Consequi dicendo. Cic.pro Lege Manil. 1; Certè & siquid etiã dicendo consequi possim, ijs ostendam potissimùm, qui ei quoq; rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt.
Dictis omnia consequi.Ouid.15.Metam.84.
Consequi aliquid diligentia.Cic.1.Ver.21.
Intellectu consequi.Vide Intelligo.
Memoria consequi aliquid.Cic.6.Verr.50.
Consequi aliquid nutu ab aliquo.Cic.Memmio,lib.13.1.14.
Studio aliquid consequi. Quint.lib.1.cap.1.3.
Aliquid uerbis,Exprimere.Cic.Cæsari iuniori,Extrà uerò quãta & qualia sint,uerbis consequi non possunt.
Commodum.Quint.lib.7.cap.3.
Commodũ exercitatione corporis laboriosa.Cic.1.de Fin.50.
Dignitatem & gloriam consequi.Cic.Lent.lib.1.5.16.
Famam consequi.Cic.Cælio,lib.2.10.2.
Famam malignitatis consequi.Plin.epist.182.
Ampliſsimum fructum.Cic.pro lege Manil.1.
Omni cura & industria gloriã cõsequi.Cic.Lent.lib.1.7.28.
Gratiam.Cic.2.Offic.116.
Laudem.Plin.epist.82.c.Cic.2.Offi.64, Consequebare magnã laudem à summo uiro.Et ad Plancum,lib.10.10.2.
Neminem sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio, & labore & doctrina consequi posse. Cic.2. de Orat.197.
Magistratum aliquem consequi.Cic.pro Plancio,49.
Magnitudinem,multitudinemq; beneficiorum alicuius enumerare,aut consequi non posse.Cic.Post reditum,3.
Opes quammaximas consequi.Cic.1.Offi.93.
Gratia non modò referenda, sed ne cogitanda quidem, nullam partem tuorum meritorum consequi possum. Cic. Lent. libro 1.8.13.
Potentiam consequi.Cic.3.Offi.109.
Præmium aliquod studio consequi.Ouid.5.Trist.eleg.8.14.
Præstãtiam uirtutis, ingenij,fortunæ cõsequi. Cic.de Amic.61.
Quæstum.Cic.pro Lege Manil.24.
Scientiam consequutum esse.Cic.pro Domo sua,90.
Erga se studium alicuius,alterius commendatione consequi. Cicero Bruto,lib.13.13.5.
Gloriosam uictoriam ex Reip.causa consequutus. Cicero pro Cæl.13.
Vitium.Quint.lib.8.cap.2.
Voluptates consequi.Cic.1.de Fin.52.
Consequi aliquem in Prætura.Plin.epist.136,Ille me in tribunatu liberorum iure præcesſit: ego illum in Prætura sum consequutus.
In libro suo aliquem consequi.Cic.1.de Nat.deor.60.
Institutum suum consequi.Cic.1.Offic.163.
Morem aliquem.Cic.2.de Leg.30.
¶ Consequens,pen.cor.(συνακολουθῶν) Part. Cic. de Sen.17. Sed memoriam illius uiri excipient omnes anni cõsequẽtes.
Spe eriguntur consequentis ac posteri temporis.Cicer.1.de Finib. 102.
Rerum cõsequentiũ significationẽ quærere. Cic.2.de Diu. 65.
Consequens apud Ciceronem in Partit. Rhetor. 11. pro eo quod bene cohæret, Vt in simplicibus uerbis, quod non est Latinum: sic in coniunctis, quod non est consequens, uituperandum est.
Est consequens. Vlpian: in l. huic scripturæ. ff. ad legem Aquiliam,Huic scripturæ consequẽs est dicere,ut si ante,&c. Africanus in l.qui usumfructum. ff. de usufructu, & quemadmodum quis utatur & fruatur, Cui illud quoq; cõsequẽs est,ut si ipse,&c.
Hoc probato, consequens est,&c.Cic.5.Tusc.29.
Quoniam scriptum est à te de optimo Reip. statu, consequens esse uidetur,ut scribas tu idem de legib.Cic.1.de Leg.21.
Consequens,absolutum.Cic.1.Off.19, Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit:
Consequentia & consentanea superiorib.Cic.3. de Fin.100.
Consequentia & repugnantia uident philosophi acuti. Cic. 2. de Diuin.222.
Contrariorum contraria sunt consequentia. Cic.5.Tusc.72.
Argumenta ex consequentibus.Cic.in Partit.4.
Declarantibus consequentia signis futura præsentit homo.Cic. 1.de Diuinat.206.
Reprehendere consequentia,quum prima concesseris, placere non solet.Cic.5.Tusc.36.
¶ Consequens,Nomen(ἐπόμενον) Cic.4.de Finib.111,Quum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse uerum.
¶ Consequentia,consequentiæ(συνέπεια)Cic.1.de Diui. 208, Qui cursum rerum euentorumq; consequentia diuturnitate pertractata notauerunt,&c.
Per consequentiam significatio fit,quum res,quæ sequuntur dicuntur,ex quibus tota res relinquitur in suspicione.Author ad Herennium,lib.4.239.
Per consequentias aliquid facere. Vlpian. in l. quod dicimus. ff.de auth.& cõs.tut. Et l. moris, post princip.ff.de pœnis.
¶ Consequiæ, Sequelæ, à Consequendo, sicut ab Exequendo Exequiæ. Apul.lib.10, Nouissimis trahebantur consequijs.
¶ Consequenter,Aduerbium (συνακολούθως) Vlpian.in l. sed & siquid.§.ultimo.ff.de usufructu,& quemadmodum quis utatur & fruatur, Quibus consequenter fructuarius quidẽ acquirere fundo seruitutem non potest, retinere aũt potest.
¶ Consequus, consequa, consequum. Idem quod Consequens: ut, Consequa natura.Lucret.lib.5,
Consequa natura est iam rerum ex ordine certo.
¶ Consector, consectaris (διώκω, προσδιατρίβω) consectari,Frequentatiuum. Plaut. Pseud. 20.129, Angiporto hoc certum

Digitized by Google

certum est cõsectarier. pro Consectari. Cæs. 6. bel. Gal. 221, Redeuntes equites, quos possunt, consectantur, atq; occidũt.
Conuitijs consectari aliquem. Cic. ad Attic. lib. 2. 33. 2.
Debita consectari. Cic. Attic. lib. 13. 181. 3.
Amare, consectari & adipisci qui uelit dolorem, neq; quisquã est. Cic. 1. de Finib. 50.
Hostes consectari & conficere. Cic. 2. de Inuent. 204.
Opes aut potentiam consectari. Cic. 1. Offi. 122.
Riuulos consectari. Vide Riuulus.
Consectari syluestria secla ferarum. Lucret. lib. 5. 194.
Consectari alicuius beneuolentiã largitione. Cic. 2. Off. 76.
Consectari etiam minutissima. Plin. lib. 5. epistol. 101, Vides ut Aratus minutißima etiam sydera consectetur, & colligat: modum tamen seruat.
Consectari singula & colligere. Plin. in Paneg. 125.
Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consecter, comprehendam breui. Cic. 1. de Orat. 18.
Consectari aliquid. Plin. in Paneg. 71, Eadem ista, quibus alios artibus assequutos uident, consectantur.
Imitando consectari aliquid. Cic. 2. de Orat. 51.
Puerile quiddam in historia consectari. Cic. 1. de Legib. 11.
Vbertatem orationis consectari. Cic. 3. de Fmib. 29.
Tum uerè uerba consectari, quàm rem. Cic. pro Cecinna, 4.
Vitium aliquod de industria consectari. Cic. 3. de Orat. 24.
Umbras falsæ gloriæ consectari. Cic. in Pisonem, 44.
Consectari aliquem. Terent. Eunu. 2. 2. 18,
Est genus hominũ qui esse primos se omniũ rerũ uolũt,
Nec sunt: hos consector, hisce ego, &c.
Consectari, Paßiuè. Laberius, Vxorem tuam & meam nouercam à populo lapidibus cõsectari uideo. Ex Prisciano, li. 8.
¶ Consectatio, Verbale (ἀίωξις) Plin. lib. 14. ca. 16. 10, Manifestum est superuacuam generum consectationem in numerũ.
Concinnitatis consectatio. Cic. in Orat. 94.
¶ Consectator, à quo consectatrix, pen. prod. (διωκτὴς) Cic. 3. Offic. 161, Est enim temperantia libidinum inimica: libidines autem consectatrices uoluptatis.
¶ Consectarius, Adiect. (σωεπόμενος) Cic. 4. de Fin. 82, Illud uerò minimè consectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominũ gloriatione dignã esse beatã uitã, quæ non poßit sine honestate contingere, ut iure quisq; glorietur.
¶ Consectarium, consectarij (σωεπόμενον) Est argumentum breuiter astrictum, ut ait Budæus. Cic. 4. de Fin. 79, Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas: & primum illud, quo nihil potest esse breuius.
Stoicorum consectaria breuia & acuta. Cic. 3. de Fimib. 41.
¶ Consecutio (σωίπεια) Verbale à Cõsequor. Cic. 1. de Finib. 58, Vt enim quum cibo & potione fames, sitisq; depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert uoluptatis: sic in omni re doloris amotio, successionem efficit uoluptatis. Idem in Partit. 11, Consecutionem uerborum, pro bene ordinato contextu, & collocatione posuit.
Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. Cic. 1. de Inuentione, 61.
Afferre consecutionem. Vide Affero.
Consequuta, pro Impetrata, paßiuè. Varro, Vestales incesti cõpertas ansa petuntur incognita, consequuta negligũtur. Ex Prisciano, lib. 8.
Conserenat] pen. prod. Serenũ est tẽpus. Liu. Decad. 4. lib. 9, Tempestas cũ magnis procellis coorta coegit plerosq; tabernacula statuere in foro, eadẽ paulò pòst, quum undiq; conserenasset, sublata.
Consero] conseris, pen. cor. conseui, consitum (φυτεύω) conserere, Plantare siue seminare. Virg. 1. eclog. 15,
—en quas cõseuimus agros. Ci. 2. de Nat. deor. 197, Indus uerò, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros lætificat & mitigat, sed eos etiam conserit.
Cõserere agrũ generib. pomorum, aut oleis. Col. lib. 2. c. 2. 20.
Conserere agrum lupino aut fabã. Col. lib. 2. cap. 2.
Sol lumine conserit arua. Lucret. lib. 2. 43. Id est, perfundit.
Baccho aliquem locum conserere. Virg. 2. Georg. 7.
Conserere leges, per translationẽ. Cic. 1. Tusc. 50, Ergo arbores seret diligẽs agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquã. Vir magnus leges, institutis, Remp. conseret.
¶ Consitus, pen. cor. Particip. (πεφυτευμένος) ut, Cæca mentis caligine consitus. Catul. Argon. 42.
Consitus senectute, per metaphoram, pro Sene. Plaut. Menæch. 17. 3, Nam pernicitas deserit, consitus sum senectute.
¶ Consitio, Verbale (φύτευσις, φυτόργημα) Ipse conserendi actus. Col. lib. 5. ca. 3. 8, Quòd si inter quinos pedes consitio fuerit, per lõgitudinẽ ordinis habebit semina XLIX. Idẽ li. 4. ca. 3, de Vitibus, A primo statim die cõsitionis formãda.
Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricola solertius. Cic. de Senec. 50.
¶ Consitor, pen. cor. Verbale (φυτευτὴς) Ouid. 4. Metam. Et cum Lenæo genialis consitor uuæ.
¶ Consitura, consituræ, pen. prod. (φυτεία) Idẽ. Cic. de Repub. Quæ uidelicet ille non ex agri consitura, quã cernebat, sed ex doctrinæ indicijs interpretabatur. Ex Nonio.
Consero] cõseris, pen. corr. cõserui, consertum (συμπλέκω) cõserere, Miscere: ut, Cõserere prælia, id est, præliari & exercitus cõmittere. Virg. 2. Aen.
Multaq; per cæcã cõgressi prælia noctem Conserimus. Liu. 5. ab Vrbe, 162, Accẽsis utrinq; animis, ad arma discurritur, & prælium conseritur.
Bella cõserere. Val. lib. 3. Argõ. 7. Liu. Et haud ignotas belli artes inter sese, sed expertas primo Punico conserebant bello.
Conserere certamen, pro Certare. Liu. 5. bel. Maced. 11.
Dextras conserere. Stat. lib. 1. Syl. 6. 12. Val. lib. 6. Argon. 108.
Diem nocti conserere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. 2.
Femur femori conserere. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 6.
Latus lateri conserere. Ouid. epist 18. 28.
Manum conserere, Pugnare. Cic. pro Murena, 17, Qui in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit.
Manum, uel manu (ut nõnullis placet) cum hostibus conserere, quasi manui manum admouere. Cicer. ad Attic. lib. 7. 138. 2. Plin. de Viris illust. 31.
Socias manus conserere. Valer. lib. 3. Argon. 7.
Pugna conseritur. Valer. lib. 6. Argonaut. 71.
Conserere pugnam inter se. Liu. 2. bel. Maced. 38.
Conserere pugnã seni, per translationẽ. Plaut. Bacch. 20. 43.
Puppes consertæ. Lucan. lib. 5. 142.
Tela conserere. Valer. lib. 3. Argon. 25.
Telis consertis agmina iungere. Valer. lib. 6. Argonaut. 37.
Verba conserere. Stat. lib. 2. Syl. 1. 2.
¶ Consertus, Particip. (συμπλεκόμενος) Fab. lib. 5. cap. 10, Vt sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est. Id est, contextus.
Consertus & intextus alicui rei. Liu. 1. Decad. lib. 7.
Ex iure manu consertus. Cic. 1. de Orat. 22, Multisq; præessem, qui aut interdicto, tecũ cõtenderẽt, aut te ex iure manu cõsertũ uocarẽt, quòd in alienas possessiões tam temerè irruisses.
Arua conserta gentibus, Culta & habitata. Val. li. 2. Arg. 125.
Bella conserta bellis. Lucan. lib. 2. 89.
Hostes conserti. Claud. 8. Paneg. 39.
Tegmen consertum spinis. Virg. 3. Aen. Id est, illigatum. Seru.
¶ Conserte, Aduerbium (συμπεπλεγμένως) Cicero de Fato, 47, Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione

Digitized by Google

colligatione conserte contexteq; fiunt.

¶ Consertor, Verbale (συμπλεκτὴς) Plin.li.33.ca.1.8, Quòd si impedimentum potuit in ea aliquod intelligi, etiam consertis usu argumentum est, maius in læua fuisse, qua scutum capitur.

Conserratus] pen.pro.(πριονωτὸς) Adiectiuum à serra deductum. Plin.lib.11. cap.37.2, Sed spectatißimum insigne gallinaceis, corpore conserratum: nec carnẽ id esse, nec cartilaginem, nec callũ iure dixeris, sed peculiare. Id est, in modum serræ factum. In emendatioribus codicibus legitur corporeum serratum.

Conseruo] conseruas (διαφυλάττω, σωτηρέω) conseruare, Notæ significationis. Plin.lib.15.cap.30.9, Conseruari alitem & sobolem iussere Aruspices.

Conseruare & retinere Reipub. causa ius Augurum. Cic.2. de Diuinat.114.

Tueri & conseruare. Cic.6. Verr.124.

Conseruare incolumem. Cic. ad Dolabellam, lib.9.13.6.

Conseruare fidem. Cic.5. de Finib.113.

Ordinem conseruare. Cic. ad Attic.lib.6.111.1.

Conseruare iusiurandum, apud eundem de Offi.lib.3.136.

Erga aliquem uoluntatem pristinam conseruare. Metellus Ciceroni, lib.5.3.3.

Mo tui uoluntatem conseruare. Cic.3. Verr.87.

Conseruare & notare tempora. Cic. in Orat.65.

Conseruare aliquem, quod uulgus Præseruare dicit. Cic. ad Brutum, lib.11.22.2, Peto à te maiorem in modum, uel humanitatis tuæ, uel mea causa, ut eum authoritate tua quæ Plurimum ualet, conseruatum uelis.

Ab omni periculo conseruare. Cic. Antequam iret in exiliũ, 8.

Beneuotentiam conseruare. Cic. Appio. lib.3.7.19.

Genus conseruare. Lucret. lib.2.142.

Libertatem populi conseruare. Cic. ad Brutum, lib.11.7.2.

Maiestatem Pop. Romani comiter conseruare. Vide Comis.

Patriam cõseruare, Defendere & tueri. Cic. in Somnio Scip.8.

Pudicè conseruare puerum alicui. Catul. epig.15.1.

Conseruare se. Terent. Heaut.4.1.45.

Memoriam alicuius rei conseruare. Cic. Figulo, lib.4 13.22.

Memoriæ testimunio conseruare aliquid. Cic.11. Phil.315.

Vires conseruare. Plin.li.11.ca.54.1. Hoc est, integras seruare.

Voluntatem alicuius conseruare. Cic.3. Verr.87.

Conseruare rem suam. Terent. Adelph.5.3.27,

Eandem illam rationem antiquam obtine,
Conserua, quære, parce. Ci.2. Off.127, Res aũt familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, ijsdem etiam rebus augeri.

Saluum conseruari. Cic. in 3. Cat. 69.

¶ Conseruatus, pen.prod. Participium (διασωθεὶς) Cic. Lentulo, lib.1.9.45, Illud quidem certè nostrũ consilium iure laudandum est, quòd meos ciues, & à me conseruatos, & me seruare cupientes, spoliatos ducib. seruis armatis obijci noluerim.

Salus populi conseruata per aliquem. Cic. Post red.25.

Nomen aliquod retentum atq; conseruatum. Cicer. pro Rege Deiot.26.

¶ Conseruator, pen.prod. (σωτὴρ) Verbale. Cicer. pro Sestio, Optimatum principes, authores & conseruatores ciuitatis.

Conseruator & Oppugnator, cõtraria. Cic. Antequam iret in exil.6, Vtrum ut custos acciperiar, aut ut proditor excludar? si ut conseruator, uestra erit ignominia: si ut oppugnator, præcisa erunt omnia.

Custos & conseruator imperij. Cic. pro Sestio, 45.

Conseruatorem & parentem urbis Ciceronem nonnulli dixerunt. Cic. Attic. lib.9.181.5.

Patriæ conseruator. Cic. de Aruſp. Resp.54.

Reip. conseruator. Cic. pro Domo sua, 21.

¶ Conseruatrix, pen.prod. (σώτειρα) Verbale. Cic 4. de Finibus, 25, Omnis natura uult esse conseruatrix sui, ut & salua sit, & in genere conseruetur suo.

¶ Conseruatio (σωτήρησις) Aliud uerbale. Cice.1. Offic.183, Et si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus.

Aequalitatis conseruatio. Cic.1. de Orat.93.

Bonorum conseruatio. Quint. lib.5.cap.10.24.

Perceptio & conseruatio fructuum sine hominum opera nulla esse potuisset. Cic.2. Offic.15.

Conuenientia conseruatioq; naturæ. Cic.1. Off.140.

Conseruatio officiorum. Cic.2. de Finib.159.

Conseruus] conserui (σύνδουλος) Qui cum alio eidem domino seruit. Terent. Adelph.3.3.70, Conseruis ad eundem illis præcipio modum. Cice. ad Cæsium, lib.12.3.60, O rem miseram: dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus? Vlpian. in l. sed si damnum. tit. de peculio, Planè si conseruus dederit damnum, uel surripuerit, in peculium uidebitur haberi.

Princeps conseruorum. Cic. in Parad.46.

Conserui & discipuli. Cice. Qu fratri, lib.3.17.7.

¶ Conserua, huius cõseruæ (σωδούλη) Terent. Eunu.2.3.74.

—summa forma semper conseruam domi Videbit. Varro 2. de Re rust. cap.10.5.

Conseruabus. Scæuola in l. prædia. §.1. ff. de instr.

¶ Conseruitium, huius conseruitij (σωδουλεία) Plaut. Capt. 5. 52, Perq; conseruitiũ cõmune, quod hostica euenit manu.

Consessus] Vide Consideo.

Consideo] consides, pen.corr. consedi, consessum (συγκαθίζομαι) cõsidere, à Cõ & Sedeo, Significat simul sedere, & sine motu est. Virg. eclog.9.37,

Dicite, quando quidẽ in moli consedimus herba. Cic. de Senec.59, Qui legati quũ essent, certo in loco consederant.

Tutò considere in aliquo loco. Cic. Attic. lib.5.106.4.

Iudices consederunt. Cic. Attic. lib.1.11.5.

Considere apud aliquem locum. Cic. ad Catonem, lib.15.4.4, Quũ quinq; cohortes sine legato, sine Tribuno militũ, denicq; etiam sine Centurione ullo apud Philomelum consedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia.

In pratulo considere. Cic de claris Orat.12.

Eodem in spacio considere. Cic.4. Acad.19.

Considere in solitudinibus. Cic. M. Cælio, lib.2.15.18.

Considere inter ulmos. Virg. eclog.5.1.

Considere sub ilice. Virg.7. eclog.1.

Consedit in mente iustitia. Cic.1. de Finib.78.

In mediocritate considere. Cic. in Orat.51. Vbi de mediocri genere quodam orationis loquitur.

Considere in ocio. Cic. ad Attic. lib.2.19.2.

Consedit utriusq; in quæstura nomen. Cicer. pro Muræna, 16, Consedit utriusque nomen in quæstura. Nullum enim uobis sors cãpũ dedit, in quo excurrere uirtus, cognosciq; posset.

Consedit terra. Liu. de bello Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit, arboresq; in profundum exhaustæ. Consedit dixit, pro Desedit.

¶ Consedo, Consedonis, à Consedendo, ut Assedo, & Assessor. C. Hemina Annal. lib.4, Nemo uicinus cõsedo. Vide Nonii.

¶ Consessor, Verbale (σύνεδρος) Qui unà cum alio sedet. Liuius 4. bel. Maced.198, Cur diues pauperem consessorem fastidiret. Cic.2. ad Attic. lib.2.30.2, Præclarum spectaculũ mihi propono, modò te consessore spectare liceat.

Consessor, conuiua, contubernalis alicuius. Cic. pro Flacco, 19, Ne accusatoris consessoribus, conuiuis, contubernalib. & ciuem ac supplicem uestrum dederitis.

Consessor

Digitized by Google

Conſeſſor & colluſor. Vide Colluſor.

¶ Conſeſſus, huius conſeſſus (σύνεδρος, συνέδριον) Non eſt conſeſsio, ſed homines uno in loco conſidentes, inquit Valla lib. 4. cap. 2. Cic. de Senec. 59, Quibus quum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, facere nolle. Idē 1. Tuſcu. 56, Frequens enim conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculæ & pueri.

Frequentia & conſeſſus aliquorum. Cic. pro Flac. 31.

Caueæ conſeſſus. Virg. 5. Aeneid. 67.

Implere conſeſſum clamoribus. Virg. 5. Aen. 67.

Luſtrare conſeſſum in equis. Virg. 5. Aeneid. 115.

Conſpectu conſeſſuq; iudicum commoueri. Cic. 3. Verr. 12.

Corona conſeſſus iudicum cinctus. Cic. pro Milone, 1.

Populus uinctus ipſo conſeſſu, conſtrictus ſpectaculis, impeditus turba & angustijs. Cic. de Aruſp. reſpon. 20.

Conſidero] Vide Conſydero.

Conſido] conſidis, pen. prod. (ἐπικαθέζομαι, συνίζάνω) præteritum à Sedeo mutuatur, conſedi, conſeſſum, conſidere, Cum motu eſt, de loco ad locum. Col. lib. 8, Neq; aut recumbat, aut conſidat. Plin. lib. 34. cap. 10. 6, Vſtum teritur mortario Thebaico, aqua pluuia lauatur, minore effectu: iterumq; adiecta largiore teritur, & dum conſidat, relinquitur. Cic. ad Atti. li. 5. 101. 1, Ante quàm alio loco conſedero, neq; lōgas à me, neq; ſemper mea manu literas expectabis.

Alpes conſidunt. Cic. de Prouin. Conſ 27. Alpib. Italiā munierat antè natura, non ſine aliquo diuino numine, &c. quæ iā licet conſidant, nihil eſt enim ultra illam altitudinem montiū uſq; ad Oceanum, quod ſit Italiæ pertimeſcendum.

Conſidere & regnare in aliqua ratione. Sil. lib. 15. 104.

Aruis aliquorum conſidere. Virg. 4. Aeneid. 8.

Ignis conſedit. Ouid. 13. Metam. 82.

Aliquo loco conſidere. Cic. Attic. lib. 5. 100. 1.

Ardor animi conſedit. Cicer. de claris Orator. 47. Id eſt, ſedatus eſt.

Conſedit cura. Cic. de claris Orat. 5.

Furor alicuius conſedit. Cic. 4. Acad. 155.

Vbi ira conſedit. Liu. 8. bel. Maced. 71.

Conſidere aula, pro In aula. Valer. lib. 8. Argon. 34.

Conſidere Cretæ, pro In Creta. Virg. 3. Aen. 33.

In labellis Platonis conſederunt apes. Cic. 1. de Diuin. 133.

Perpetuis mēſis cōſidere. Vir. 7. Aen. 36. Id eſt (inquit Seruius) longis menſis ad ordinem exæquatis ſedentium.

Portu conſidere. Virg. 3. Aen. 75.

Regno conſidere. Stat. 11. Thebaid. 31.

Regnis cum aliquo conſidere. Virg. 1. Aeneid.

Saxo conſidere. Ouid. 1. Metam. 137.

Scamnis conſidere. Ouid. 6. Faſt. 61.

Sedibus conſidere. Virg. 4. Georg. 13.

In ſedibus conſidere. Cic. 1. de Orat. 15.

Solio medius conſedit auito. Virgil. 7. Aeneid. 35. Ouidius 3. Faſt. 72.

Diui conſidunt tectis bipatentibus. Virgil. 10. Aeneid. 1. Vbi Seruius, Bipatentibus, phyſicè dictum, Nam cælum patet ab ortu & occaſu.

Terra, id eſt, in regione aliqua conſidere. Virg. 4. Aen. 70.

In theatro conſidere. Cic. pro Flacco, 12.

Conſidere tranſtris, Virg. 4. Aen. 115.

Conſidere in aliam partem dixit Seneca epiſt. 118. pro Deſcendere in diuerſum opinionem.

Regia tota conſedit in cinerem. Id eſt, conflagrauit. Stat. 3. Thebaid. 37.

In ignes conſidere. Virg. 2. Aen. 125.

Omnia autem talia ſenſum mouent, ſenſuq; mouētia quæ ſunt, eadem in opinione conſidunt, quæ ortū habere gigniq; diximus. Cic. de Vniuerſit. 6.

In umbra conſidere. Ouid. 5. Metam. 68. Cic. 2. de Legib. 12.

Verborum coniunctio uarie diſtincteq; conſidat. Cic. 3. de Orat. 106.

Conſiditur, Impersonale (ἐπικαθέζεται) Cic. 3. de Ora. 11, Quū placuiſſet idem cæteris, in ſyluam uenitur, & ibi magna cū audiendi expectatione conſiditur.

Conſignifico] pen. cor. conſignificas (συσημαίνω) conſignificare, A' ſignifico, ſignificat exprimere, uel idem quod aliud ſignificare.

¶ Conſignificatio, Verbale (συμασία) Apuleius, Ea furoris cō ſignificatione perterriti omnes.

Conſigno] conſignas (σφραγίζω, ἀποσημειόμαι) conſignare, Eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici: & ſignificat aliquam rem ſigno notare, quod barbari Sigillare dicunt. Plaut. Trinum 11. 32, Epiſtolas duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint: à patre. Idem Perſa, 13. 12.

Conſignatæ in animis notiones. Cic. 1. Tuſc. 90.

Legem conſignare. Vlpian. in l Iulianus. §. Idem Iulianus ff. dè actionibus empti, Si quum uenditor ſciret fundum pluribus municipijs legata debere, in tabula quidem conſcripſerit uni municipio deberi: uerum poſtea legē conſignauerit, &c.

Conſignare pecuniam inter aliquos. Suet. in Claud. Quā quum comperiſſet ſuper probra & flagitia C. etiam Silio nupſiſſe dote inter auſpices conſignata, ſupplicio affecit.

Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. Cic. pro Quint. 13.

Conſignare literis. Cic. 4. Acad. 5, Itaq; ut literis conſignamus, quæ monumentis mandare uolumus, ſic ille in animo res inſculptas habebat.

Vim priuilegij authoritate honeſtiſſimorum hominum, & publicis literis conſignare. Cic. Poſt reditum, 26.

Senatus iudicia de aliquo publicis literis monimentisq; conſignata. Cic. pro Deiot. 26.

Conſignata publicis literis memoria. Cic. 3. de Legib. 66.

Conſignata literis Quæſtura. Cic. 1. Verr. 16.

Ratio aliquorū & publicis & priuatis literis conſignata. Cic. 5. Verr. 89.

Motus tēporis cōſignandus. Ci. de Vniu. 39. De motu ſyderum.

¶ Conſignatus, pe. prod. Particip. (ἐσφραγισμένος) ut, Teſtata & conſignata monumentis antiquitas. Cicer. 1. de Diuinat. 145.

Authoritates conſignatæ. Cic. pro Cluentio, 110.

Fundi publicis commentarijs conſignati. Cic. 2. de Orat. 124.

Laudatio alicuius conſignata creta. Cic. pro Flacco, 29.

¶ Conſignatio (σφράγισις) Verbale.

Conſignationes, quas uocamus documenta, uel chirographa. Quint. lib. 12. cap. 8, Promittit enim litigator omnia, teſtē, populum, paratiſſimas conſignationes.

Conſileo] conſiles, pen cor. conſilui (κατασιγάω) conſilere, pro Conticere poſuit Ennius, teſte Feſto Pompeio.

¶ Conſileſco, conſileſcis (κατασιωπάω) conſileſcere. Gell. lib. 12. cap. 1, Nam ubi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, uigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim ac paulatim reſtinguitur, omniſq; impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit.

Conſiligo] pen. prod. conſiliginis, ſ. g. (συσιλίγω) Herbæ genus. Colum. lib. 6. cap. 5. 3. Plin. lib. 25. cap. 8. 7, Noſtra ætas meminit herbam in Marſis repertam. Naſcitur & Aequiculis circum uicum Nemeſiæ, uocatur cōſiligo. De hac herba abundè Ruellius lib. 2. cap. 134. Vbi dicit eam quæ pulmonaria apud nos demonſtratur, à uulgo Gallico Pomeleam uocari, quaſi pulmoncā: ab herbarijs quibuſdā Leonis patam,

Digitized by Google

patam, pastorib. bubulcis, equisonibus, totiq; ruri præclarè cognitã, quã ad eosdẽ quos ueteres consiliginem, usurpant effectus. Consiliginem aũt rustici ueteres (inquit idẽ) olim uocarunt, quòd in campis inter siliginem triticumq; sæpius emicet.

Consilinum] Italiæ oppidum, Tarento uicinum, ut scribit Pomponius Mela lib 2. in descriptione Italiæ.

Consilio] consilis, pen. cor. consilui (ἐπιπηδάω) consilire, Idem ferè quod Insilire, & insultare. Iungitur autem datiuo & accusatiuo. Tacit. lib. 3, Paucæ huius ipsius exercitus turmæ profligauere Sequanos quanto pecunia dites, & uoluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos euincite, & fugientibus consilite. Idem lib. 5. non ita procul à fine, Igitur Sinnaces, quem antea infensum memoraui, patrẽ Abdagasem, alios q; occultos consilit, & tunc continuis cladib. promptiores ad defectionem trahit.

Consilium] βέλσυμα, βυλὴ, συμβύλιον, à Cõ & Salio, quòd in unam sententiam plures rationes consiliant, Sipontinus. Est aũt consilium (ut ait Cic. lib. 2. de Inuent. 142.) aliquid faciẽdi, nõ faciendi ue excogitata ratio. Festus, Consiliũ uel à consulendo dicitur, uel quòd in unam sententiam plurium mentes in unum consiliant & conueniant. Sed à silentio credibilius dictum putatur, quo maximè inuenitur.

Consilium, quod quis proposuit animo suo faciendum. Cic. 12. Phil. 322, Quòd si est erratum, P. C. spe falsa atq; fallaci, redeamus in uiam: optimus est portus pœnitentia, mutatio consilij.

Consilium, Animus, Mens, eadem sunt. Lucret. lib. 3. 28.

Iudicium & consilium alicuius. Cic. Appio, lib. 11. 29. 1.

Tuum consilium, meum consilium. Cic. ad Tironem, li. 16. 3. 3. Idem Terentiæ, lib. 14. 14. 1, Vestrum iam consilium est, nõ solũ meum, quid sit uobis faciendum.

Casus & Consilium, opposita. Cic. Metello, lib. 5. 2. 22, Quis esset qui me in Consulatu non casu potius existimaret quàm consilio fortem fuisse?

Consilium & Fortuna, opponuntur. Virg. 2. Aenei. 131,

Nam quod consilium, aut quæ iam fortuna dabatur.

Voluntas & consilium. Cic. Planco, lib. 10. 10. 1.

Conscientia consiliorum meorum me consolatur. Cicer. Sulp. lib. 4. 3. 3.

Gubernatio consilij. Cic. 2. de Inuent. 243.

Mutatio consilij. Cic. Attico, lib. 16. 334. 5, Nemo doctus unquam (multa autem de hoc genere scripta sunt) mutationẽ consilij, inconstantiam dixit esse.

Penuria consilij. Vide Penuria.

Ambiguus consilij. Tacit. lib. 20.

Vis consilij expers mole ruit sua. Horat. 3. Carm. ode 4. 13.

Fortis consilio. Cic. Metello, lib. 5. 2. 2.

Improuidus consilij. Tacit. lib. 19.

Inopes consilij. Ouid. 9. Metam. 150.

Opportunus consilijs, & aduersus, sunt contraria. Quintil. lib. 5. cap. 19. 27.

Viridis consilio. Sil. lib. 3. 52.

Intelligendi consilium. Cic. 7. Phil. 229.

Consilia temporum sunt: quæ in horas commutari uides. Cice. Attic. lib. 14. 318. 6.

Acrẽ consilium. Vide Acer.

Amens. Vide Amens.

Arcanum. Horat. 2. Carm. ode 21. 3.

Bonum. Vide Bonus.

Calidum. Vide Calidus.

Callidum. Vide Callidus.

Celere. Vide Celer.

Clandestinum. Vide Clandestinus.

Clariora luce. Vide Clarus.

Compar. Vide Compar.

Fidele. Cic. 2. de Lege Agr. 21.

Grandæuum. Valer. Flac. lib. 7. 70.

Immaturum. Vide Immaturus.

Incertum. Vide Incertus.

Inconsultum. Vide Inconsultus.

Intimum consiliorum, pro Intimum consilium. Tacit. lib. 15.

Lene consilium dare alicui. Horat. 3. Carm. ode 4. 9.

Libera consilia dicuntur, quibus sine adulatione, sincere, & ut dacter monemus aliquem. Horat. Epod. 11. 6.

Melius consilium. Vide Melior in Bonus.

Ordinaria consilia. Vide Ordinarius.

Prudentiæ & fidelitatis plena consilia, Planc. Cic. li. 10. 4. 3.

Præsentissimum consilium. Quint. lib. 2. cap. 13. 10.

Prima consiliorum, id est, prima consilia. Tacit. lib. 18.

Prudens consilium. Balbus & Oppius Ciceroni, in Epistolis ad Attic. lib. 9. 179. 1.

Sana consilia expetere. Senec. Hippol. 2. 20.

Sapiens consilium. Ouid. 13. Metam. 87.

Turbidum consilium. Curtius lib. 7.

Consilium ad facinus. Cicer. 3. in Catil. 61, Erat ei consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat.

De consilij sententia aliquid facere. Cicer. Attic. libro 2. 31. 7. Vide De.

Ex consilio alicuius aliquid facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 19.

Abdita consilia. Vide Abditum.

Abijcere consilium, Reijcere, reijcere, repudiare. Cic. Att. li. 5. 98. 6. Idem in Catil. 39, Dimisso atq; ablegato consilio. Sic. 4. Verr. 52.

Accipere. Vide Accipio.

Accommodare. Vide Accommodo.

Adhibere consiliũ, uel ad, uel in consiliũ. Vide Adhibeo.

Adiuuare. Vide Adiuuo.

Administrare. Quint. lib. 5. cap. 14. 8.

Admiscere ad. Vide Admisceo.

Admittere in. Vide Admitto.

Admitti ad. Vide Admitto.

Afferre consilium alicui. Cic. Attic. lib. 15. 321. 6.

Afferre in templum consilium furti. Quint. lib. 4. ca. 2. 50.

Agere. Vide Ago.

Amittere. Vide Amitto.

Amouere consilia cassa. Senec. Troad. 6. 33.

Amplecti. Vide Amplector.

Assumere. Vide Assumo.

Capere. Vide Capio.

Capere consilium de sententia alicuius. Vide Capio.

Capere consilium ex tempore. Cic. 2. Offic. 47.

Capere consilium, cum infinitiuo. Cic. 4. Verr. 28, Capit consilium de amicorum & propinquorum sententia non adesse ad iudicium. Idem Attico, lib. 14. 309. 2, Nec alia causa profectionis mihi ulla fuit tum, quum consilium cepi legari à Cæsare.

Pernicioſa alicuius rei consilia capere. Cic. pro Domo sua, 87.

Capessere. Vide Capesso.

Captare. Vide Capto.

Clausa habere consilia. Vide Claudo.

Cogere. Quint. lib. 7. cap. 3. 15.

Commiscere cum. Vide Commisceo.

Communicatum. Vide Communico.

Commutare. Vide Commuto.

Conferre. Vide Confero.

Confringere. Vide Confringo.

Digitized by Google

Coniunctum. Vide Coniungo.
Consilium unius cum alterius consilio coniungere. Cicer. Sulpit. lib. 4. 2. 9.
Consociare. Vide Consocio.
Inire & constituere. Vide Constituo.
Consultare. Vide Consulto.
Consumere. Vide Consumo.
Conuocare in animum consilia. Vide Conuocò.
Coquere consilia. Vide Coquo.
Corrumpere. Vide Corrumpo.
Credere alicui sua consilia. Vide Credo.
Minus fidele consilium alicui dare. Cic. pro Cluent. 68.
Dare consilium secundum mores. Quint. lib. 3. cap. 8. 9.
Aliquid loci rationi & consilio dare. Cic. pro Quint. 31.
Dictare consilia. Senec. Agamem. 4. 13. Id est, exponere.
Consilium dominatur in toto corpore. Lucret. lib. 3. 28.
Egere consilio & Abundare consilio, contraria. Cicer. Planc. lib. 10. 16. 4.
A consilio publico spē pacis excludere. Cic. de clar. Ora. 184.
Eximere consilium, hoc est adimere, & ueluti differre. Rhen. in Castig. in Tacitum, lib. 11.
In rebus magnis, memoriaq; dignis consilia primùm, deinde acta, postea euentus expectantur. Cic. 2. de Orat. 34.
Expeditum consilium. Tacit. lib. 18.
Animis consilia expedit. Senec. Agamem. 3. 1.
Tua consilia expetere. Senec. Agamem. 3. 1.
Explicare consilium. Cic. Terent. lib. 14. 12. 1, Metuo ne id consilij ceperimus, quod non facilè explicare possimus.
Exquirere consilium. Cic. Sulpit. lib. 4. 2. 3. Idem de Fat. 3.
Facere aliquem certum sui consilij. Ouid. 11. Metam. 84.
Fracta, & impulsa satis consilia. Stat. 4. Theb. 1.
Gerere aliquid consilio. Quintil. lib. 5. cap. 14. 8.
Habere consilium de. Virg. 9. Aeneid. 46, Cōsiliū summis regni de rebus habebāt. Id est, consultabāt.
Habere satis consilium de re aliqua. Cic. Attic. lib. 12. 260. 2.
Scelera non habere consilium uulgò dicitur. Quintilian. libr. 7. cap. 3. 34.
Inclinare. Vide Inclino.
Inire. Vide Ineo.
Insperatum consilium. Vide Insperans.
Instruere. Vide Instruo.
Intendere. Vide Intendo.
Interponere. Vide Interpono.
Ire in consilium. Cic. pro Quintio, 18.
Iuncta consilia. Senec. Agamem. 4. 17.
Iuuare aliquem consilio. Vide Iuuo.
Labare consilium dicitur, cui opponitur Fixum esse. Cic. Attic. lib. 8. 166. 4.
Labi consilio. Cic. 7. Phil. 229.
Manant consilia. Vide Mano.
Minuere. Vide Minuo.
Miscere cum aliquo. Tacit. lib. 15.
Miscere se consilijs. Stat. 12. Theb. 95.
Mittere in consilium. Vide Mitto.
Mouere. Valer. lib. 6. Argon. 5.
Mussare. Stat. 3. Theb. 19.
Mutare consilium itineris. Cic. Attic. lib. 15. 330. 2.
Mutuari. Vide Mutuum.
Occultare. Vide Occulto.
Occupare. Vide Occupo.
Omittere. Vide Omitto.
Parēre consilijs. Virg. 5. Aeneid. 145. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 7.
Perferre. Vide Perfero.
Petere. Cic. Planco, lib. 10. 16. 4.
Quærere. Catul. Argon. 35.
Regere consilia. Quint. lib. 1. cap. 10. 3.
Sensescunt consilia. Liu. lib. 5. Decād. 4. Agitandum aliquid, miscendumq; rati ne cunctando senescerent consilia.
Tegere uultu consilium. Virg. 4. Aeneid. 96.
Tenere obstinatum consilium alicuius rei. Seneca Hipp. 7. 4.
Valet consilium. Cic. Cn. Magno Proconsuli, in Epistolis ad Attic. lib. 8. 159. 9.
Venire in consilium alicuius. Cic. Attic. lib. 10. 192. 5.
Versare pectore consilia. Virg. 1. Aeneid. 133.
Regnum uiget consilijs. Virg. 2. Aeneid. 18.
Consilium est ita facere, expectare, &c. Plaut. Milite, 6. 70. Id est, proposui & decreui. Cic. ad Atticū, lib. 5. 92. 2, Ibi enim Pomptinum ad eam diem, quā tu scripsisti, expectare consilium est. Quod alio loco dicit, deliberatum est apud me.
Est nostri consilij, in posterum quàm longissimè prouidere. Cicer. 7. Philipp. 229.
Magni consilij est quid faciendum sit. Cic. Attic. lib. 15. 327. 9.
Eo consilio, ut. Cic. 1. de Fin. 109. Explicaui, inquit, sententiam meam, & eo quidem cōsilio, tuum iudicium ut cognoscerē.
Consilio, in ablatiuo, pro Arte, uel De industria. Liu. li. 4. bel. Maced. Sequutum tamen sua sponte est, uelut consilio petitum esset, ut ulior ob ea regi Annibal suspectior q; esset.
Consilio uersare dolos ingressus & astu. Virg. 11. Aen. 141.
Consilio hanc omnes animisq; uolentibus urbem Aggrimur. Virg. 7. Aeneid. 43.
Consilium, pro iudicibus designatis. Ci. pro Rosc. Amer. 5, Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatē, ex Senatu in hoc consilium delecti estis propter securitatem. Ibidem 90. Idem 2. Verr. 30.
Sapiens consilium. Cic. 2. de Orat.
¶ Consilio, consilias (βουλέυω) consiliare. Consilium dare, uel petere. Hirtius Ciceroni, in Epist. ad Attic. lib. 15. 325. 8, Tu quid egeris tua cùm tristi tum etiam difficili ad consiliandum legatione, uehementer expectō. Horatius 3. Carmin. ode 3. 4,

—hac Quirinus, Martis equis Acheronta fugit
Gratum elocuta consiliantibus Iunone diuis.

¶ Consiliator, Verbale (βουλευτὴς) Plin. epist. 82, Ille in gerendis meis honoribus consiliator & rector.
¶ Consiliarius (σύμβουλος) Qui dat consilium. Cic. Lent. lib. 1. 2. 7, Perspicio id quod iam omnibus est apertum, totam rē istam iampridem à certis hominibus non inuito rege ipso, consiliarijsq; eius esse corruptam.
Consiliarius atq; administer. Cic. 3. de Legib. 62.
Amici & consiliarij alicuius. Cic. 4. Verr. 28.
Consiliarius & author. Cic. Attic. lib. 14. 6. 4, Sed tamen eandem tectionem ædificandi initur, consiliario quidem & authore Vestorio. Idem Lentulo, lib. 1. 9. 4, Sed certè & ego te authore amicissimo ac sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo certè usus esses.
Consiliarium in corde conuocare. Vide Conuoco.
¶ Consiliarius, Adiectiuum (βουλευτικὸς) Plaut. Trucul. 5. 6,

—magisq;
Adeò ei consiliarius hic amicus est, quàm auxiliarius.

Idem Epid. 3. 5. 56,

Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium.

¶ Consiliosus, penult. product. à Catone dictum, teste Gellio, lib. 4. cap. 9.
¶ Consulo, consulis, pen. corr. consului, consultum (βουλεύομαι, συμβουλεύω, συμμετάομαι, συμφέρομαι) cōsulere, Dare aut petere consilium, pro uaria constructione.
Consulere, sine adiecto, idem quod Consultare. Cæsar 7. bell. Gall. 335, Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid

Digitized by Google

agant consulunt. Terentius Adelph. 5.9.25, Age pater. M. post consulam.

In longitudinem consulere. Terent. Heaut. 5.2.10. Id est, prouidere in posterum.

In commune consulere. Id est, in publicam utilitatem & aduocato publico consilio, deq; publicis negocijs. Terent. Andr. 3.3.16, Oro te in commune ut consulas.

In publicum consulere, Idem. Plin. epist. 190.g.

In medium consulere. Lucan. lib. 5.10.

Consulitur in medium. Liu. 6. bel. Pun. 58. Id est, in commune.

In unum consulere. Tacit. lib. 2.0.

Consulere de. Propert. lib. 4. eleg. 5.4,

Consuluitq; striges nostro de sanguine.

Consulere de aliquo bene uel malè, Est bene uel secus eum accipere & tractare, & cum eo agere commodè aut incommodè. Liuius, De perfugis grauius quàm de fugitiuis consultũ. Id est, malos acerbius acceperunt & tractarunt, uel cogitauerunt, & tractare statuerunt. Budæus.

Acerbè de aliquo consulere. Liuius, De nullis enim quàm de uobis acerbius consuluerunt.

Consulere de salute suorum, & Relinquere communem, contraria. Cic. pro Sylla, 47, Neq; ego tantum fraterno amori dandum arbitror, ut quisquam de salute suorum consulat, communem relinquat.

Consulere de se grauius. Cic. ad Atticum. Id est, noxium & exitiosum sibi consilium capere. Cælius Cicer. lib. 8.16.2, Per fortunas tuas Cicero, per liberos oro, obsecro, ne quid grauius de salute & incolumitate tua consulas.

Consulere sibi de seipso. Cic. Attico, lib. 7. 132.5, Aliter enim mihi de illis ac de me ipso consulendum est.

Ex re consulere. Hoc est, prout occasio tulerit. Tacit. lib. 1.

Consulere in aliquem, Idem quod malè eum accipere & tractare. Liu. In humiliores crudeliter, libidinoseq; consulebatur.

Consulere aliquid in se & in alterum. Terent. Heaut. 3.1.28,

Quia pessimè istuc in te atq; in illum consulis,
Si te tam leni & uicto esse animo ostenderis.

Malè consulere in aliquem. Vide Malus.

Boni consulere. Vide Bonus. Plin. in proœmio, lib. 33.4. Id est, bonum iudicare, ut exponit Quint. lib. 1. cap. 10.

Boni consulere aliquid. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.21.

Laborem alicuius boni consulere. Quint. in proœm. li. 6.14.

Consulere aliquid mali quod facias alteri. Plautus Persa, 23.65, Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt Quod faciant.

Consulere (προορᾶν) alicui, Prouidere etiam significat. Terentius Heaut. 4.3.36.

Tu fortasse quid me fiat paruipendis, dum illi consulas. Cice. ad Senatum, lib. 15.1.10.

Consulere & prouidere. Cic. 2. Verr. 27.

Consulere, & Negligere, pugnantia. Ci. 1. Off. 121, Qui aũt parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimã in ciuitatem inducunt, seditionem atq; discordiam.

Prospicere & consulere aliquid. Cic. Attico, lib. 11.222.3.

Longè consulere. Virg. 9. Aeneid. 68.

Omnibus consulere, mederi incommodis hominum, prouidere saluti. Cic. Qu. fratri, lib. 1.1.46.

Consulere alicui optimè. Cic. de Amic. 46, Non est enim inhumana uirtus, neq; immunis, neq; superba, quæ etiam populos uniuersos tueri, eisq; optimè consulere soleat.

Consulere malè alicui. Plaut. Asin. 16.88.

Optimè illi consultum uult esse. Terent. Phor. 1. 3. 1. Cicer. pro Syl. 174.

Commodis & utilitati aliquorum consulere, salutiq; seruire. Cic. Qu fratri, lib. 1.1.41.

Concordiæ consulere. Liu. 4. bel. Maced. 185, Concordiæ in ciuitatibus principes & ordines inter se, & in commune omnes ciuitates consulerent.

Coniectorem consulere. Vide Coniicio.

Dignitati alicuius consulere. Cic. Appio, lib. 11.29.4.

Existimationi consulere. Cic. 5. Verr. 111.

Famæ consulere. Cic. 3. de Fin. 87.

Latè consulere famæ alicuius. Vide Latus.

Consulere fidei. Cic. pro Cælio, 15.

Fortunis consulere. Cic. ad Marcel. lib. 4.9.15, Tuum est consulere tẽporibus, & incolumitati, & uitæ, & fortunis tuis.

Consulere infirmitati. Plin. epist. 141.

Consulere ius, pro Petere consilium de iure. Liuius 9. bel. Maced. Idem in pace, si ius consuleres, peritissimus: si causa oranda, eloquentissimus.

Labori alicuius consulere. Quint. lib. 3, cap. 1.15.

Natis consulere, & thalamis consulere. Seneca Medea, 7.3.

Vitare inimicitias, & posteritatis ocio consulere. Cicer. Thermo, lib. 2.17.7.

Pacì semper est consulendum. Cic. 1. Off. 5.

Pudori consulere. Cic. 2. de Fin. 97.

Prospicere & consulere rationibus alicuius. Cic. Appio, lib. 7. 2.4. Idem 3. Verr. 108, Quibus uiui consulere ac prospicere debemus.

Saluti consulere suæ. Cæsar 5. bel. Gal. 104. Cic. Attico, lib. 2. 34.2, Saluti, si me amas, consule.

Supremis suis consulere, hoc est, Ad finem uitæ respicere. Tacit. lib. 15.

Consulere tempori, id est, Habere rationem temporis. Cice. ad Marcellum, lib. 4.9.15.

Consulere, accusatiuo personæ iunctum, significat petere consilium. Cicero pro Quint. 30, Sed ne ipse quidem te consuluisti.

Iam uos consulo Iudices, quid mihi faciendum putetis. Cicero 2. Verr. 20.

Ego pro te hoc consulo quod tu consulere oblitus es. Cicero pro Quintilian. 31.

Coniectorem consulere. Plaut. Amph. 7.76.

Nec te id consulo. Cic. Attico, lib. 7.138.2.

Consulere aliquid alterum. Plaut. Menæh. 15,26. Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.

Per literas consulere aliquem. Cic. Appio, lib. 11.29.4.

Consuluit Apollinem de bello. Id est, interrogauit an deberet bellare. Plin. De uiris illust. 35.

Deos consulere. Ouid. 2. Fast. 48.

Consulere deum augurijs. Liuius 1. ab Vrbe, 84.

Spirantia exta consulere. Videre quid ipsa portendant. Nam ex uictimarum quoq; extis augures futura diuinabant. Virg. 4. Aeneid. 13.

Lucos consulere. Virg. 7. Aeneid. 17. de Latino rege, id est, Faunum in lucis consulere.

Oracula Phœbi consulere. Ouid. 3. Metam. 2.

Speculum consulere. Ouid. 3 de Arte, 28.

Viam consulere, Inire rationem uiæ. Tibul. lib. 2. eleg. 6.5.

Consultum non est. Plaut. Rud. 6.7,

Neq; eam usquam inuenio, neq; quò eam,
Neq; quà quæram, consultum est.

¶ Consulens, penult. corr. Participium (μητίσμενος) Cice. in Orat. 79, Eodem tempore & discentibus satisfacerent, & consulentibus.

¶ Consulor, consuleris (μητιάομαι) consuli: ut, Consulor de hac re. Id est, consilium à me petitur. Ci. 3. Verr. 84. Quàm inanes domus eorũ omnium, qui de iure ciuili consuli solent. Senatus nihil cõsulitur. Cic. 8. in Epist. ad Qu. frat. lib. 3. 25. 2.

¶ Consul.

Digitized by Google

¶ Consul, consulis, pen. corr. masc. gen. (ὑπατος) Maior magistratus erat Romæ, inquit Festus.
Consules quare dicerentur, ostendit Varro de Vita Pop. Rom. lib. 2, Quòd ijdem dicebantur Consules, & Prætores: quòd præirent populo, Prætores: quòd consulerent Senatui, Consules. Cic. in Pisonem, 17, Animo Consulem esse oportet, cõsilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto deniq; munere Cõsulatus, omni officio. Quint. lib. 1. cap. 10, Dubitari posse dicit, à consulendo an à iudicando dicantur, qui ueteres hoc quoq; consulere uocabant.
Aequus Consul. Sil. lib. 13. 54.
Imperiosus Consul. Cic. Post red. in Sen. 10.
Maior Consul. Vide Magnus.
Popularis Consul. Cic. 2. de lege Agr. 22.
Accipere de plebe Consulem. Vide Accipio.
Agere Consulem. Vide Ago.
Declarare aliquem Consulem. Cic. 2. de lege Agra. 11.
Designatus in ciuitate Consul. Cic. pro Murena 8.
Iunoni Sospitæ Cõsules oës facere necesse erat. Cic. pro Murena, 81.
Sine repulsa facti Consules. Cic. 2. de lege Agra. 19.
Imponere Consulem populo. Vide Impono.
Renunciare aliquem Consulem. Cic. pro Murena, 1.
Relatio Consulum. Tacit. lib. 1.
Syluæ sint Consule dignæ. Virg. 4. eclog. 1.
Quinquies Consul. Cic. 2. de Diuinat. 116.
Sextum Consul Marius. Cic. in Pisonem, 15.
Septimum Consul Marius. Cic. 3. de Nat. deor. 116.
Consulem, pro anno poetæ dicebant, quoniam singulis quibusque annis noui Consules creabantur. Mart. lib. 1. 99,
Bis iam penè tibi Consul tricesimus instat,
Et numerat paucos uix tua uita dies.
Consule primùm, facto Consule iterum. Catul. epig. 108.
Te Consule, Temporibus Consulatus tui. Virg. 4. eclog. 3.
¶ Consulatus, huius consulatus, pen. prod. (ὑπατεία) Officium uel dignitas, siue tempus quo Consul in officio est. Plin. li. 14. ca. 15. 1, Epulo uerò in tertio Consulatu suo Falernum.
Honorum populi finis est Consulatus. Cic. pro Planco, 49.
Abdicare se Consulatu. Vide Abdico.
Abire Consulatu. Vide Abeo.
Adipisci Consulatum. Cic. pro Mur. 19.
Capere Consulatum. Vide Capio.
Comprobare Consulatum. Cic. post red. in Sen. 24.
Communicare Consulatum. Vide Communico.
Conferre Consulatum. Vide Confero.
Consequi Consulatum. Cic. pro Murena, 21.
Exploratus & domi conditus Consulatus. Cic. pro Mur. 47. Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ: sic ut ei iam exploratus & domi conditus Consulatus uideretur. De Catilina.
Grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem uerebantur. Cic. 5. Phil. 198.
Gerere Consulatum. Cic. 2. de lege Agra. 22.
Ingredi Consulatum. Quint. lib. 6. cap. 1. 27.
Inire Consulatum. Vide Ineo.
Inuadere Consulatum. Vide Inuado.
Obtinere Consulatum. Cic. pro Murena, 1.
Aditum ad Consulatum non magis nobilitati quàm uirtuti patere. Cic. pro Murena, 15.
Perfunctus Consulatu. Vide Perfungor.
Petere Consulatum. Cic. 2. de lege Agra. 20.
Suscipere Consulatum cum Tribunatu. Ci. 2. de lege Agr. 29.
Titulum Consulatus sustinere. Cic. in Pisonem, 14.
¶ Consularis, & hoc Consulare. pen. prod. (ὑπατικὸς) ut, Cõsularis uir, Qui Cõsul fuit. Cic. 8. Phil. 255. Pli. li. 7. ca. 44. 1.
Consularis ætas, In qua Consulem esse licebat. Cic. 5. Phil. 198, Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne in tertio & tricesimo anno mortem obijt? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor quàm Consularis.
Auspicia Consularia. Cic. pro Murena, 1.
Consularis cognitio, summa cognitio uocabatur, apud. Quint.
Consularia comitia. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 8. (li. 3. Bud.
Familia Consularis. Cic. pro Planc. 48.
Fœmina Consularis. Tranquillus in Augusto, Obiecit ei Consularem fœminã è triclinio uiri coràm in cubiculum abductã.
Imperium Consulare. Cic. pro Rab. 20.
Lictor Consularis, Lictor Consulis. Horat. 2. Carm. ode 16. 2.
Libidini Consularis restitit uis Tribunitia nonnunquam. Cicer. 2. de lege Agrar. 29.
Loco Consulari sententiam dicere. Cic. 1. Phil. 11.
Numerus Consularis. Cic. 2. Phil. 38.
Officium Consulare. Cic. pro Rab. perd. reo, 1.
Prouinciæ Consulares. Cic. pro Domo sua, 19.
¶ Consulariter, Aduerbium (ὑπατικῶς) Vide Honorabilis in Honor.
¶ Consulto, consultas (βουλεύομαι) consultare, Est quum aut plures de re uel rebus deliberant, aut unus secum de duabus aut pluribus deliberat rebus, ut Senatores consultant. Cæsar 5. bel. Gall. 199, Oës ferè Galliæ ciuitates de bello cõsultabãt.
Consultare aliquid & procurare. Liu. Ad hæc consultanda pro curandaq; multitudine omni à ui & armis conuersa.
Deliberare & consultare de re aliqua. Cic. 3. Off. 10.
De tempore futuro consultare. Quint. lib. 3. cap. 8. 4.
Consultare Reip. Sallust. Id est, Beneficium in Remp. conferre.
Consultare ex re sua. Plaut. Asin. 10. 35.
Consultare consilio. Plaut. Trucul. 4. 7.
Malè corde consultare. Plaut. Turcul. 5. 15,
– blandè alloqui, malè corde Cõsultare, bene loqui lingua.
Consultare aliquem. Plaut. Milit. 15. 4. Id est, consiliũ petere.
Consultare aues. Plin. in Paneg. 128, Vna erat in limine mora, consultare aues, reuereriq; numinum monitus: nemo pertur babatur, nemo submouebatur.
Deliberationes consultare. Author ad Heren. lib. 3. 92.
Consultare cum infinitiuo. Sil. lib. 6. 70, Consultant mandare duci.
¶ Cõsultatio, Verbale (συμβουλὴ, συμβουλία) Terent. Hecyr. 4. 4. 28, Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est. Cicer. ad Atti. lib. 8. 148. 4, Ego nauem paraui: tuas literas tamen expecto, ut sciam quid respondeant consultationi meæ.
Deliberatio & consultatio. Cicer. 3. Off. 66, Sapientem & bonum uirum fingimus: de eius deliberatione & consultatione quærimus.
Quæstionem infinitã, quæ Græcè θέσις dicitur, Cicero uocat consultationẽ, & à controuersia distinguit in Partit. Rheto.
Apud C. Cæsarẽ cõsultatio de pœna Theodori ponitur. Quint. lib. 3. cap. 8. 38.
Proposita consultatio. Quint. lib. 3. cap. 8. 40.
¶ Consultus (βουλευθεὶς) Participium, à Consulor, Interrogatus, à quo consilium petitum est: ut, Consulti medici responderunt nihil periculi esse. Ci pro Domo sua, 56, Senatus qui dem cuius grauissimum est iudicium de iure legum, quotiescunq; de me consultus, &c. Idem pro Milone, 12, Nihil de eius morte populus consultus.
Re consulta atq; explorata. Cic. Attico, lib. 2. 31. 7.
Consultum ac prouisum est mihi, ut. Cic. 2. in Catil. 45.
Consultum & exquisitum. Cic. 1. de Orat. 130.
¶ Consultus (βουλευτὴς, βουλφόρος) Nomen adiectiuum, significat scientem & peritum, à quo iure consilium petas. Horat. 1.

Digitized by Google

ratius 1.Serm.Satyr.1.4,

— eris tu qui modò miles,
Mercator:tu consultus,modò rusticus.

Consultus eloquentiæ,Eloquens.Liu.lib.10,Callidos, solertesq; iuris,atq; eloquentiæ consultos.Plin.de Viris illustrib. 72.

Consultus iuris & iustitiæ.Cic.9.Phil.264.

Natura aut disciplina consultus. Cicer. pro Cecinna, 57, Ita iustus & bonus uir est, ut natura non disciplina consultus esse uideatur.

Consultus iuris,& actor causarũ mediocris.Hora.in Arte,75.

Consultus uniuersæ disciplinæ.Col.lib.11.cap.1.11.

Consultissimus iuris.De Numa Pompilio loquitur.Plin. de Viris illust.44,Eloquentia primus, iuris scientia consultissimus,ingenio sapientissimus fuit.Cic.de claris Orat. 75, Nã ut paulò antè dixi,consultorum alterum disertissimum,disertorum alterum consultissimum fuisse.

Consulta uerba,Prudenter & consultè dicta.Ouidius 1.de Arte amandi.

¶Consultum,consulti(βέλημα)Decretum,statutum. Horat.in Epist.Qui consulta patrum,qui leges iuraq; seruat. Cic. 2. de leg. 93,Factaq; & consulta fortium ac sapientium sempiternis monumentis prodere. Sallustius,Oportere quinquennij consulta & decreta rescindi. Sic Consulta Senatus, Cic.14.Phil.407.

In manibus consulta alicuius esse.Sil.lib.7.7.

Petere consulta.Virg.6.Aeneid.30.

Belli consulta non stant.Sil.lib.4.9.

¶Consultor(μητιήτης)Verbale à uerbo Consulo,Qui consiliũ capit.Cicero pro Corn.Balbo,36.Idem pro Murena,19,Vigilas tu de nocte,ut consultoribus tuis respondeas.

Consultor etiam ille dicitur,qui dat consilium.Sallustius in Iugurtha,Simul ab eo petijt,ut fautor, consultorq; sibi adsit. Varro 3. de re Rust. cap. 2. 1,Opinor,inquam,non solùm quod dicitur,Malum consilium consultori esse pessimum: sed etiam bonum consilium,qui consulit & qui consulitur, bonum habendum.

¶Consultrix(προμηθὴς)Verbale fœminimum:ut, Consultrix & pronida utilitatum opportunitatumq; omnium natura.Cic.2.de Nat.deor.82.

¶Consultè,Aduerbium(βεβουλευμένως)Prudenter.Plaut. Rud. 27.14,Ille qui consultè,doctè,atq; astutè cauet.

¶Consultò(ἐξεπίτου)Aliud aduerb.hoc est,cum consilio,& non temere.Plaut.Pœnu.11.43,Consultò hoc factum est,mihi ut insidiæ fierent.Pro eodem Gellius dixit,Consulta opera,lib. 6.cap.17,Non sponte,neq; consulta opera.

Consultò,& Fortuitò,cõtraria.Cic.3.deLeg.37,Vt ea quæ gignuntur,donata consultò nobis,non fortuitò nata uideãtur.

¶Cõsulto,Ablatiuus qui uice infinitiui usurpatur:ut,Opus est consulto:id est,consulere.Sallustius,Nam & priusquã incipias,cõsulto:& postquã consulueris,maturè facto opus est.

Cõsimilis]& hoc consimile,pen.corr.(ὅμοιος)cui contraria sunt Dissimilis atq; absimilis,quæ sunt eiusdem significationis.Plaut.Amph.4.289,Tam cõsimilis est atq; ego.

Carmen consimile.Ouid.3.de Ponto,eleg.7.1.

Causa consimilis.Lucret.lib. 4.47.

Color consimilis.Lucret.lib.148.

Consimilis ludus.Terent.Eun.3.5.38.

Ratio consimilis.Lucret.lib.1.169.

Consimilis,genitiuo iunctum.Terentius Heaut.2.4.13, Cuius mos maximè est consimilis uestrûm.Cice. 1. de Orator. 72, Causa aliqua posita consimile causarum earum, quæ in fõrum deferuntur.

Consimilis, datiuo. Terentius Heaut. 2. 4.2,Isti formæ,mores ut consimiles sient.Cic. 2.Philipp. 49, Quòd quum rem gessisset,consimilem rebus ijs, quas ipse gesserat, me Compotissimum,&c.

Consimilis moribus.Terent. Heaut.5.3.16.

Consinge]Nicomedis Bithyniæ regis uxor, quæ à cane lacerata fertur,propter lasciuiorem cum marito iocum. Author Plin.lib.8.cap.4.

Consiptum]pro Consepto usurpauit Ennius,teste Festo.Consiptum,clauis præfixum.

Consisto]consistis,constiti, constitum (στατίω, συνίσταμαι) consistere,A Con,& Sisto cõpositum,significat Stare.Plaut. Aulul.14.15,Iam nunc nõ ausim præterire quin consistã & colloquar.Terent,Adelph.2.1.2,

Ociosè nunc iam illico hîc consiste. Vbi Donatus, consistere,est audacter & constanter stare.

Consistere & commorari.Cicer.pro Rosc.Comœd.28. Vide Commoror.

Consistere & Cadere,sunt pugnantia.Ci.in Orat.53,Minimeq; in lubrico uersabitur, & si semel constiterit, nunquã cadet.

Vires prohibent consistere me,id est,ob uirium imbecillitatem subsistere non possum.Ouid.7.Metam.117.

Obuia duci constitit.Lucret.lib.3.17.

Constitit nusquam.Brutus ad Cic.lib.11.13.4.

Constitit cum altero hoc loco.Plaut.Cistel.10.31.

Constitit triduum Romæ.Cic.3.Verr.71.

Ante oculos constitit.Ouid.epist.15.13.

Ante pedes alicuius consistere.Lucan.lib.2.102.

Ante uultus alicuius consistere.Ouid.epist.19.14.

Propius consistere.Ouid,3.de Arte amandi,93.

Contrà consistere.Virg.12.Aeneid.55.

Ex diuerso consistere.Quint.lib.4.cap.1.29.

Consistere in aliquo loco.Cæsar 4.bel.Gal.562,Brutus ad Ciceronem,lib.11.9.2,Ne consistere posit in Italia Antonius, dabo operam.

In acie consistere.Tacit.lib.2.

Consistere in choro aliquo.Senec.Medea,2.8.

In medio conspectu consistere.Virg.2.Aeneid.14.

In humo quadam consistere.Ouid.1.Fast.98.

Oris placidis consistere.Propert.lib.1.eleg.19.5.

Pontibus crebris consistere.Virg.4.Georg.6.

Tectis consistere.Stat.lib.1.Thebaid.56.

Terra aliqua consistere.Virg.1.Aeneid.6.127.& 6.162.& 8.2.Latio consistere Teucros.Vbi Seruius,Consistere,significat iam conditos esse,id est,fundasse ciuitatem.

Prima consistere terra.Virg.1.Aenei.109,Id est, littore. Seru.

Patria consistere terra.Virg.10.Aeneid.15.

In thalamo consistere.Propert.lib.1.eleg.14.4.

Super ripam consistere.Ouid.6.Metam.75.

Consistere ad anchoram,uel in anchoris.Cæs.3.bel.Ciuil. 401, Idem libro eodem.

Ad terga alicuius consistere.Ouid.5.Fast.106.

In suo consistere.Cic.3.de Orat.68. (109.

In possessione iudicij ac defensionis suæ cõsistere.Ci.2.de Orat.

Intra ea quæ professorum commentariolis uulgata sunt, consistere.Quint.lib.1.cap.5.5.

Inter se consistere dissimili summa.Lucret.lib.2.140.

Acies consistit in agmen quadratum.Tibul.lib.4.eleg.1.21.

Vertice celso aeriæ quercus consistunt.Virg.3.Aeneid.135.

Consistere,Quiescere.Brutus ad Cassium, Quia ubi consistimus,non habemus.

Consistere ad aliquam rem dicitur,qui eius inspiciendæ causa moratur.Seneca de Vita beata.

Consistere ad sonitum.Seneca Herc.fur.7.11.De Orpheo.

Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atq; consistunt.Cicer.pro Archia,14.

Consistere,

Digitized by Google

Consistere, aliter. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 6, In eas quum incidissem, in cœna augurali apud Lentulum tãta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primùm uidear cœpisse consistere.
Alicuius consistit. Cato cap. 125. Hoc est, compressa est.
Morbus consistit, cui opponitur Increscit. Celsus lib. 3, Videdus est etiam morbus an increscat, an consistat, an minuatur.
Cursus pituitæ consistit. Celsus lib. 6. cap. 6.
Stomachus consistit. Celsus li. 4. ca. 5. Id est, tenet, nec amplius
Consistit aqua. Varro 1. de re Rust. cap. 51. 1. (euomit.
Frigore consistere dicuntur fluuij. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 1. Id est, glacie astricti & congelati.
Mare constitit undis. Tibul. lib. 4. eleg. 26.
Pontus consistit glacie. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 8.
Vento consistere. Virg. 4. Georg. 97.
Causa consistit in crimine. Cic. 1. de Orat. 89.
In hoc summa iudicij causáq; tota consistit. Cic. pro Quint. 17.
Causam belli in persona alicuius consistere. Cic. 2. Philipp. 68.
Fides constitit utrinq;. Liuius 2. ab Vrbe, 61, Vtrinq; constitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt, & apud regem Hetruscum non tuta solum, sed etiam honorata uirtus fuit.
Rempub. in unius anima consistere. Cic. pro Marcello, 13.
Consistit spes eorum in ea re. Cæsar 3. bel. Gal. 407.
Salus constitit. Cæsar 3. bel. Ciuil. 55, Ita exiguo tempore magno casu totius exercitus salus constitit. Id est, uicerunt.
Suspicio in aliquo consistit. Cic. pro Cluent. 63. Idem pro Roscio Amer. 90.
Victoria consistit in hoc. Brutus ad Cic. lib. 11. 13. 8.
Rhetorica in actu consistit. Quint. lib. 2. cap. 18. 2.
Consistere cum aliquo. Cic. 2. Verr. 12, Cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse.
Verbis cũ aliquo cõsistere, & re dissidere. Ci. 4. de Fin. 116.
In sententia consistere. Cic. Trebatio, lib. 7. 17. 1.
Ira infracta constitit. Ouid. 6. Metam. 126.
Mente consistere, id est, mente esse composita, non furere. Cicer. 2. Philipp. 78. Budæus.
Mens cõsistit. Ci. pro Domo sua, 108, Præsertim quũ iste impurus, &c. ageret illi rẽ ita raptim & turbulẽtè, ut neq; mens, neque uox, neque lingua consisteret. Virg. 1. Aeneid. 130.
Non consistere mente, lingua, oratione. Cicer. ad Quint. fratrem, lib. 2. 7. 5.
Consistere tranquillo animo. Cic. de Senec. 67.
Consistere pectore nequit cõsilium, pro In pectore. Terent. Adelph. 4. 4. 4, Vulgus dicit, Nescio quid debeo facere.
Consistit authoritas Ceretano uino. Plin. lib. 14. ca. 6. 8. Id est, uinum Ceretanum apud Gallos magis in precio est.
Consistit tibi omnis causa familiæ. Plaut. Asin. 10. 16.
Causidicus subtilis & elegans, & qui in forensibus causis possit præclarè consistere. Cic. in Orat. 16.
Legatum consistere, pro Valere. Africanus in l. seruum filij. ff. de legatis primo, Seruum filij sui castrensis peculij legare pater potest. Et si uiuo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium remansit, consistit legatum. Et paulò post in §. si pocula, Iulianus li. 22. Digestorum, scribit legatum in omnibus suprascriptis consistere, & deberi quod extat.
Sine re aliqua non consistere. Papinianus in l. denique. ff. ex quibus causis maiores, Placet interruptam possessionẽ postliminio non restitui: quia sine possessione non consistit. Id est, non procedit.
Vsura consistit, quum non procedit. Cic. Attico, lib. 6. 111. 14.
Consistere usura debuit quæ erat in edicto meo, deponere nolebant. Budæus.
Consistere cum aliquo in iudicio. Martianus in l. nullo modo. ff. ad l. Corn. de fals. Nullo modo serui cum dominis consistere possunt. Plautus Curcul. 10. 16, Nec uobiscum quisquã in foro frugi consistere audet. Papinianus in l. si bonæ fidei possessor. ff. de petitione hæreditatis.
Aduersus aliquem consistere ex re aliqua. Hermogenianus iurisconsultus in l. uix certis ex causis. ff. de iudicijs, Vix certis ex causis aduersus dominos seruis cõsistere permissũ est.
Legitimè cõsistere aduersus aliquẽ. Martianus in l. grege. §. & in superficiarijs. ff. de pignoribus, Et in superficiarijs legitimè cõsistere creditor potest aduersus quemlibet possessorẽ.
Ex utraq; parte consistere. Vlpianus in l. athletas. §. item præuaricator. ff. de his qui notan. infam. Nam qui præuaricatur, ex utraq; parte consistit, quinimò ex aduersa.
Consistere in hasta, id est, niti ac sustentare se hasta. Valerius lib. 8. Argonaut. 27.
Consistere, Actiuè positum: ut, Consistere uitam tutã, id est, parare & constituere uitam tutam. Lucret. lib. 6. 3.
¶ Consistorium (βηλοστήριον) à consisto descendens, pro locõ in quo Cardinales cum Pontifice maximo consultandi gratia consistunt. Item pro ipsa consistentium multitudine. Barbarum est pro Senatu, uel consessu, uel consilio.
¶ Constitio, constitionis, Verbale. Gel. lib. 16. cap. 5, In eo loco qui dominum eius domus salutatum uenerant, priusquam admitterentur, consistebant: & neq; in uia stabant, neq; intra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci constitione, & quã si quadam stabulatione, uestibula appellata sunt, &c. Apud Macrob. tamen lib. 6. cap. 8, Legitur consistione.
Constitio, Constitura, Constitus] Vide Consero.
Constmittere] pro Committere dicebant ueteres, interserebant enim frequenter s literam. Sipontinus.
Consobrini] pen. prod. (ἀνεψιοί) Dicuntur qui ex duabus sororibus editi sunt, quasi cõsororimi, de quibus exempla multa sunt in antiquis authoribus, & maximè in Afranio, & in ris uetustissimis scriptoribus. Hæc Nonius. Cic. ad Celium, lib. 2. 18. 5, Nam quòd ad me Curius cõsobrinus tuus, ut scis, mihi maximè necessarius. Terent. Hecyra, 3. 5. 9,

—cedo quid reliquit Phania
Consobrinis noster? Vbi Donatus, Consobrinus, quasi sororinus. Sobrini enim sunt ex duabus sororibus. Consobrini ex fratre & sorore, ac propinquitatis frequentatæ Terentius monet. Idem statim post, Quum de fratre natus est alter, & alter ex sorore, consobrini: quum ex fratribus, patrueles dicuntur. Cic. pro Ligario, 7.
Sobrinorum consobrinorumq; coniunctiones. Cic. 1. Off. 79.
¶ Consobrina, consobrinæ (ἀνεψιαὶ) Ci. pro Quintio, 9, Quintij consobrinam habet in matrimonio Næuius.
Consocer] pen. corr. huius consoceri (ὁμοπένθερος) Vlpianus, Donec socer nurui, uel contrà, uel gener socero, uel socer genero, uel consocer consocero, qui copulatos matrimonio in potestate habent.
Consoceri dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Suet. in Claud. Appium Syllanum consocerum suum crimine incerto, nec data defensione, occidit.
Consocio] consociat (συναγελάζω) consociare, Simul sociare. Plaut. Rud. 13. 67,

Vel consociare mihi quidem tecum licet:
Aequas habemus partes. Lucret. lib. 2. 23.

Consociare arma cum populo aliquo. Liu. 8. ab Vrbe, 76.
Consociare consilia cum aliquo. Cic. Post reditũ in Senatu, 14. Liu. 5. bel. Pun. 145, Patria quid de uobis meruerat, quã cũ Mandonio & Indibili consociando consilia prodebatis?
Consociare, aut coniungere cum amicis iniuriã. Cicer. 3. de Fin. 108, Nec uerò rectum est, cum amicis aut benemeritis consociare, aut coniungere iniuriam.
Consociare imperium. Liu. 8. ab Vrbe, 16.

Digitized by Google

Rem inter se consociarent: hoc est, societatem rei contraherẽt, & communicarent. Apud Liuium, teste Budæo.

¶ Consociatus, pen. prod. Participium. Cicer. in Parad. 58, Qui uidet domi tuæ pariter accusatorum atq; iudicum consociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos, &c. Ouid. ad Liuiam, 6.

Consociatus uehementer cum Senatu. Cic. 4. Phil. 160.

Inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. Cic. 3. de Finib. 102.

Lege consociati homines cum dijs putandi sumus. Cicero 1. de Leg. 33.

¶ Consociatißimus, pen. corr. Superlatiuum. Cic. Fam. lib. 3. epist. 3, Velim tibi curæ sit, ut quæ successori coniunctißimo & amicißimo commodare potest is qui prouinciam tradit, ut ea pro nostra consociatißima uoluntate, cura ac diligentia tua complectare. Alij legunt, constantißima.

¶ Consociatio, Verbale. Ci. 1. Off. 141, Sequemurq; & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accommodatum est.

Conciliatio & consociatio totius generis hominũ. Cice. 1. Off.

Consociatio hominum & communitas. Cic. 1. Off 220. (208.

Dissoluere consociationem humanam. Cice. 3. Offic. 33. Aliqua exemplaria legunt Consortionem.

Consolida] regalis, Planta est in segetibus nascẽs, quæ caulẽ profert simplicẽ, ramulis multis, tenuibus lõgis, diuisis, sylue stris nigellæ modo. Flores edit purpureos, nigræ uiolæ emulos: ex quorum altera parte prodeunt cornicula sursum spectantia, quæ ueterum calcaris formam exprimere uidentur: Vnde & illi nomen à Germanis inditum Ritterspporn, hoc est Equitis calcar. Semen fert melanthio simile in paruis corniculis inclusum. Hæc ex Mathiolo, qui hanc plantam postremum cumini genus referre putat, ut uidere poteris in lib. 3. Dioscor. cap. 59. & 60.

Consolido] consolidas, pe. corr. consolidaui (ὁλοκληρόω) consolidare, redintegrare, & in unum congerere, quod prius ruptum aut diuisum fuerat. Cic. ad Ruffum, lib. 5. 20. 8, Illud quidem certè factum est quod lex iubebat, ut apud duas ciuitates, & c. rationes confectas & consolidatas deponeremus. In emendatioribus ex uetusto exemplari codicibus legitur Consolutas. Vlpianus, de usufruct. accresc. l. idem Neratius, Nam amittente usumfructum altero, cui erat legatus, magis iure accrescendi ad alterum pertinet, quàm redeat ad proprietatem. Nec nouum. nam etsi duobus usufructus legetur, & apud alterum sit consolidatus, ius accrescendi non perit: nec ei apud quem consolidatus est, nec ab eo: & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, ijsdem & nũc amittit. Vsusfructus consolidatus, id est, confirmatus.

¶ Consolidatio, Verbale (ὁλοκλήρωσις) Cuius propria significatio dignoscitur ex §. itẽ finitur de usufructu. in Instit. Itẽ finitur ususfructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur (nã cedẽdo extraneo nihil agitur) uel ex cõtrario, si usufructuarius proprietatẽ rei acquisierit, quæ res consolidatio appellatur. In alia autẽ significatione usus est Vlpianus in l. idẽ Neratius. §. nõ solùm ff. de usufruc. accresc. Et ipse quib. modis amitteret ante consolidationem, ijsdem & nunc amittit.

Consolor] pen prod. consolaris, consolatus sum (παρηγορέω, παραμυθέομαι, ψυχαγωγέω, παρακαλέω) consolari, Verbum deponens notæ significationis, oratione ferè fit, ut ait Valla lib. 4. Cic. 2. de Nat. deor. 222, Hac consolamur afflictos. (li. 2. 12. 5.

Consolari aliquem, & omnem abstergere dolorẽ. Cic. Qu. frat.

Amore fido alicuius sese consolari. Catul. Argonaut. 37.

Conscientia optimæ mentis, tum etiã usurpatione & renouatio ne doctrinæ in malo se consolari. Cic. de claris Orat. 135.

Eloquentia consolamur afflictos. Cic. 2. de Nat. deor. 222.

Exemplo alicuius se consolari. Cic. de Prouinc. Consul. 13.

Seipsum consolari solatio aliquo. Cic. de Amic. 9.

Malo solatio consolari. Cic. Attico, lib. 4. 75. 1.

Bona spe posteritatis consolari aliquem. Cic. Octauio, 3.

Consolari aliquem spe. Cic. pro Rosc. Comœdo, 25, Inani & tenui spe te consolaris.

Per literas se consolari. Cic. Attico, lib. 12. 24 1. 2.

Verbis alterius consolari aliquem. Cic. Attico, lib. 5. 98. 7.

De re aliqua consolari. Cic. Attico, lib. 1. 11. 13.

De morte alicuius aliquem consolari. Cic. 3. Tusc. 119, Consolatur me hæc res. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 3. 7.

Spes animos consolatur. Cicer. 1. Verr. 10. Idem Attico, libr. 15. 330. 2.

Memoria posteritatis breuitatem uitæ consolatur gloria. Cice. pro Milone, 74.

Desiderium alicuius spe commodorum consolari. Cice. Treb. lib. 7. 11. 3.

Gratulari magis uirtuti debeo, quàm consolari dolorem meũ. Cic. Marcello, lib. 48. 1.

Nec eum dolorem quem à Repub. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum Respub. Cice. Sulpitio, lib. 4. 6. 10.

In miserijs sola spes homines consolari solet. Cic. 4. in Catil. 8.

Luctum consolari. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 6.

Humilitatem consolari. Cic. pro Quint. 3.

Iacentem consolari. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 16.

Incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 10. 8.

Consolari miseriam & calamitatem, pro Solatium afferre in miseria. Senec. 3. de Ira.

Inquirendo, scribendoq; talia, consolemur ocium nostrũ. Quintil. lib. 2. cap. 12. 8.

Consolando leuare dolorem. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 5.

In consolando detrahere mali opinionem mœrenti. Cicero 3. Tuscul. 129.

Genera consolandi omnia in unam consolationem conijcere. Cic. 3. Tuscul. 130.

Ad consolandum uir minimè accõmodatus. Cic. Tit. lib. 5. 16. 1.

¶ Consolo, Actiuum (παραμυθέω) Varro Oedipo Thyeste, Per idem tempus Oedipus Athenas exul uenire dicebatur, qui consolaret. Nonius.

¶ Consolans, pen. prod. consolantis, Part. (παραμυθήσασθαι) Cice. 3. Tuscul. 128, Hæc igitur offi cia sunt consolantium.

Verba consolantia. Ouid. 15. Metam. 99.

¶ Consolor (παρηγορῶμαι) passiuè. Asinius, Sed quum ob ea quæ speraueram, dolebam, consolabar ob ea quæ timui.

¶ Consolabilis, & hoc consolabile, pen. corr. (παρηγορητὸς) Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 3. 7, Est omnino uix consolabilis dolor, tanta est omnium rerum amißio.

¶ Consolatorius, Adiectiuum (παρηγορικὸς) Quod consolatur. Cic. ad Atticum, lib. 13. 27 7. 1, A Cesare literas accepi consolatorias.

¶ Consolatio (παρηγορία, παραμυθία, παράκλησις) Verbale, uerbis fit. Cic. ad Appium, lib. 3. 2. 2, In multis & uarijs molestijs, cogitationibusq; meis hæc una consolatio occurrebat, quòd neq; tibi amicior, quàm ego sum, quisquam posset succedere.

Ad hæc omnia una consolatio est. Cic. Attico, lib. 15. 321. 2.

Consolatio miserorum est habere pares, uulgus dicit. At Portius Latro apud Sallustium sic, Voluptatem capiunt miseri ex mœrore sociæ calamitatis.

Grata consolatio. Cic. Attico, lib. 1. 12. 8.

Peruulgata consolatio est, ut homines non esse meminerimus. Cic. Titio, lib. 5. 16. 3. & 4.

Adhibere

Digitized by Google

Adhibere alicui literis consolationem. Cic. de claris Ora. 185. Idem Titio, lib. 5. 16. 2.
Egere consolatione. Cic. Titio, lib. 5. 16. 1.
Non eget consolatione sapiens. Ci. 3. Tusc. 131.
Habent nonnullam in se consolationẽ pœnæ quæ uirtute suscipiuntur. Cic, Antequam iret in exil. 14.
Malorum consolationem nullam inuenire. Cicer. Torquato, libro 6. 4. 6.
Lenire se consolatione. Cic. Quint. frat. lib. 3. 21. 7.
Leuat dolorem consolatio. Cic. Titio, lib. 15. 16. 2.
Medetur consolatio. Cic. 2. de Diuin. 5.
Nulla consolatione permulcere posse stultam senectutem. Cice. de Senect. 5.
Sustentat me consolatio una. Cic. pro Mil. 76.
Sustentari consolatione. Cic. de claris Orat. 185.
Conscientia rectæ uoluntatis maxima est consolatio rerum incommodarum. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 7.
Vincit omnem consolationem dolor. Cic. Attic. lib. 12. 241. 2.
Vti consolatione aliqua. Cic. de Prouinc. Consul. 12.

¶ *Consolator, penultim. produ.* (παράκλητος, παρήγορος) *consolatoris*, Verbale. Cicer. 3. Tusc. 124, *Consolatores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit.*

Consomnio] *consomnias* (ὀνειρώττω) *consomniare.* Plautus Mostel. 9. 61, *Quid is consomniauit?* TR. *Ego dicam tibi.*

Consono] *consonas, pen. corr.* (συμφωνέω, συνηχέω) *consonare*, Resonare significat. Plau. Amph. 4. 74,

Postquam id actum est, tubæ utrinq; canunt: contrà
Consonat terra, clamorem utrinq; efferunt.

Consonat clamor. Liu. 6. bel. Maced. 132. Id est, concordat.
Nemus consonat. Virg. 5. Aen. 30, Ideo (inquit Seruius) consonat, propter Echo. Nostræ enim uocis est æmula.
Consonare sibi, pro Constare. Senec. epist. 31, *Vt perfecta uirtus sit æqualitas ac tenor uitæ per omnia consonans sibi.*
Sibi consonare in faciendis, ac non faciendis. Quint. libro 2. cap. 20. 4.
Consonat moribus oratio, id est, concordat, consentit. Cicer. in Sallustium, 1.
Rescripto consonare. Vlpian. in l. *si peculium legetur.* §. ult. ff. de peculio legato, Attilicinus existimat legato non cedere: quod uerum est: quia consonat rescripto.

¶ *Consonans*, Adiectiuum (σύνηχος) Cicer. in Partitionibus, 10, Atque etiam est hæc distinctio in uerbis, altera natura, tractatione altera. Natura: ut, sint alia consonantiora, grauiora, &c.

Esse consonans. Vlpianus in l. iusiurandum & ad pecuniam. §. non semper. ff. de iureiurando, Non semper autem consonans est, per omnia referri iusiurandum tale, quale defertur.
Consonantes literæ à Grammaticis dictæ, quòd non per se, sed simul cum uocalibus sonent. Priscianus.
Aspirari consonantibus. Quintilian. lib. 1. cap. 5. 14, Diu deinde obseruatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in Graccis & triumphis.
Frangere consonantem. Quin. lib. 1. cap. 4. 9.

¶ *Consonantia, uocum concordia*, quæ & uocalitas Latinè, Græcè σύμφωνία dicitur. Sipontinus.

¶ *Consonus, pen. corr.* (σύμφωνος, σύνηχος) Aliud adiectiuũ ut, *Plangor consonus.* Oui. 13. Met. 134.
Vox consona. Silius lib. 5. 40. Idem lib. 17. 90, *Armorumq; habitus noti, & uox consona linguæ.*

¶ *Consonum, huius consoni, substantiuum.* Cic. ad Atti. lib. 4. 35. 5, Credo Platonem uix putasse satis cõsonum fore, si homines id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

Consopio] *consopis, pen. pro. consopiui, consopitum* (κατατυποιμάω) *consopire*, Est somnum inducere. Cic. 1. Tuscul. 147, *Num igitur eum curare censes, quum Luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur?* Ibidem 191, *Quid melius, quàm in medijs uitæ laboribus obdormiscere, & ita connuentem somno consopiri sempiterno?* Lucr. lib. 6 159,

Nocturnumq; recens extinctum lumen, ubi acres
Nidore offendit nares, consopit ibidem.

Consoranni] Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, ut scribit Plinius in descriptione Aquitaniæ, lib. 4.
Consors] *huius consortis*, om. gener. (κοινωνός, ὁμότιμος) Consortes dicuntur, quorum fines contigui sunt. Cic. 5. Ver. 46, Sostratus & Numenius, & Nymphodorus eiusdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd ijs plus frumenti imperabatur, &c.
Consors, per metaphoram, id est, particeps: ut, Consors cõsilij publici, Plinius epist. 167. b, inde honores petituri, assistebant curiæ foribus, & consilij publici spectatores antequàm consortes erant.
Generis consortes, id est, consanguinei & propinqui. Ouid. epistol. 3. 10.
Imperij consors. Claud. in Nupt. Honorij, 56.
Socius & consors laboris. Cic. de claris Ora. 2.
Consortes mendicitatis. Cic. pro Flac. 27.
Operum consortes. Oui. 1. Fast. 135.
Consortes periculorum. Plin. in Paneg. 101. Senec. Agamemn. 13. 6, Consors pericli pariter ac regni mei Aegisthe gaudes? Verba Clytemnestræ.
Temporum cum aliquo consors. Cic. pro Mil. 78.
Thalami consors. Oui. 10. Met. 50. Id est, uxor.
In lucris atq; furtis consors. Cic. 5. Verr. 131.
Accirre consortem. Silius lib. 8. 67.
Consors casus, pro Simili. Propert. lib. 1. eleg. 20. 1.
Fratres consortes. Cic. 5. Verr. 40.

¶ *Consortium, consortij, n. gen.* (κοινωνεία) Societas. Cels. li. 7, Cum eo ne ignoremus orto in uesica cãcro, affici stomachũ, cui cum uesica quoddam consortium est.
Initum consortium. Papinianus in l. *si fratres.* §. idem Papinianum. ff. pro socio, *Si inter fratres uoluntarium consortium initum fuerit*, &c.
Sarcire consortio collationis, damnum nauis amissæ. Hermog. in l. *amissæ nauis.* ff. ad legem Rhodiam de iactu, *Amissæ nauis damnum collationis consortio non sarcitur per eos, qui merces suas ex naufragio liberauerunt.*

¶ *Consortio, consortionis*, Verbale, Idem. Liu. lib. 6, *Quænam ista societas? quænam consortio est?* Cic. 3. Offi. 33, *Dissoluetur omnis humana consortio.*
Consortio sociabilis. Liu. 10. bel. Maced. *Meliora quoq; exempla parte altera posui, sociabilẽ consortionẽ inter binos Lacedæmoniorũ reges salutarẽ p multa secula ipsis, patriæq;.*

Conspergo] *conspergis, conspersi, conspersum* (κατατταίω) *conspergere*, Idem quod Spargere. Plau. Cur. 2. 80, Stich. 6. 30,

— *ubi uino has conspersi fores.*

Cõspergere ante ædes, subaudi iuncũ, aut herbã uiridem. Plau.
Tempora conspergunt uiridantes floribus herbæ. Luc. li. 2. 7.
Conspergere aliquem lacrymis. Cic. pro Plancio, 80.
Conspergere hilaritate Cic. 1. Acad. 13.
Aras conspergere sanguine. Lucr. lib. 4. 249.

¶ *Conspersus, Part.* (κατακατακρώω) Cic. 3. de Orat. 54, *Vt porrò conspersa sit quasi uerborum sententiarumq; floribus, id non debet esse fusum æqualiter*, &c. De oratione.

Digitized by Google

Conſperſum ſtellis caput. Cic. 2. de Nat. deor. 161.

Conſpicio] conſpicis, pen. corr. conſpexi, conſpectũ (προσβλέπω, προσοράω, καθοράω) conſpicere, Ex Con & Speio uerbo antiquo compoſitum, ſignificat Cernere. Plaut. Amphit. 8. 121, Qui ipſus equidem nunc primùm iſtanc tecum conſpicio ſimul.

Lumine cupido aliquem conſpicere. Catul. Argon. 17.

Imaginem parentis laureatam in ſua gratulatione conſpicere. Cic. pro Muræna, 79.

Conſpicere ex monte. Cic. 2. de Nat. deo. 127.

Conſpicere aliquem mente. Cic. pro Corn. Bal. 37.

Conſpicere corde. Plau. Pſeu. 12. 3.

In iure te conſpicio. Cic. pro Cecinna, 40, Actio eſt in actorẽ præſentem his uerbis, Quandoquidem te in iure conſpicio.

Conſpicere, pro Attendere. Cic. pro Muræna, 11, Nõ debes M. Cato arripere maledictũ ex triuio, aut ex ſcurrarũ aliquo conuitio: neq; temerè Conſulem Populi Romani ſaltatorem uocare: ſed conſpicere quibus præterea uitijs affectum eſſe neceſſe ſit eum, cui uerè illud obijci poſſit.

Conſpicere ſibi quæ ſint in rem ſuam. Plau. Trinum. 10. 11.

Locum inſidijs conſpicere, Obſeruare locum ad collocandum inſidias. Virg. 9. Aen. 49.

Conſpicere etiam res inanimatæ dicuntur. Cic. in Catil. 64, De ſimulacro Iouis.

Conſpicere, cum infinitiuo. Catul. Argon. 78,
Conſpexit terra centum procurrere currus.

¶ Conſpiciens (προσβλέπων) Particip. Cic. Atti. lib. 5. 106. 4, Ciliciam propè conſpiciente, expedito ad mutandum locũ, paruo exercitu, &c.

¶ Conſpicior, conſpiceris, penul. corr. (προσορῶμαι) conſpici. Plau. Pſeu. 7. 130, —ſi ſumus Conſpecti.

Bonis animi conſpici. Id eſt, uirtute & ſcientia illuſtrem eſſe. Oui. 1. Triſt. eleg. 5. 7.

Conſpici infeſtis oculis omnium. Cic. in Catil. 12.

Velle conſpici. Cic. in Piſonem, 47, Inania ſunt iſta mihi crede, delectamenta penè puerorum: captare plauſus, uehi per urbem, conſpici uelle.

Chlamyde & pictis conſpectus in armis. Virg. 8. Aen. 116.

In oſtro Tyrio conſpectus. Virg. 3. Georg. 4.

¶ Conſpiciendus (προσβλεπτέος) Partic. Tibul. li. 1. eleg. 2. 15,
Inſideat celeri conſpiciendus equo.

Aurato conſpiciendus ſinu. Oui. 2. Faſt. 62.

Signa ueteri conſpicienda metallo. Valer. lib. 1. Argon. 54.

¶ Conſpectus (προσβλεπτέος) Nomen ex participio. Liuius 6. ab Vrbe, 70, Sed quid ego uos de ueſtro impendatis hortor? ſortem aliquam ferte, de capite deducite quod uſuris pernumeratum eſt: iam nihilo mea turba, quàm ullius conſpectior erit. Ibidem, lib. 2. 20.

Mors conſpectior. Tacit. lib. 20, Iuſſu Mutiani cuſtodia militari cinctus, ne in ipſa urbe conſpectior mors foret, ad quadrageſimum ab Vrbe lapidem uia Appia fuſo per uenas ſanguine extinguitur.

Pars nulla conſpectior capillis. Oui. 4. Met. 59. 1.

Turba, quàm dignitate conſpectior plebis. Liuius libro 2. belli Punici, 172.

Platano conſpectior. Ouid. 13. Met. 170.

¶ Conſpectus, huius conſpectus (πρόσοψις) Verbale, Significat aſpectum. Virg. 1. Aen. 8,
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

In conſpectu. Virg. 1. Aene. 38.

In conſpectum aſpicere. Vide In.

In conſpectu alicuius aſtare. Cic. 4. in Catil. 75.

In conſpectum animus cadit. Cic. 1. Tuſc. 80.

In conſpectu conſedimus omnes. Cic. 1. Acad. 21,

In medio conſpectu conſiſtere. Virg. 2. Aen. 14.

In conſpectum ſe dare. Cic. 7. Ver. 69. Ennius apud Ciceronem 1. de Diuin. 75.

E conſpectu euolare. Cic. 7. Verr. 70.

Conſpectus fit, ſub. ab hominibus. Cic. Attico, lib. 7. 127. 1, Subitò conſilium cepi, ut antequàm luceret, exirem, ne qui conſpectus fieret, aut ſermo, lictoribus præſertim laureatis.

Frui conſpectu alicuius rei tranquillo animo & quieto. Ci. pro Sylla, 19.

Fugatus ex hominum conſpectu. Lucr. lib. 3. 10.

Fugere conſpectum aliquorum. Cic. 2. de lege Agra. 22.

Ingredi conſpectum populi. Vide Ingredior.

Ire ad conſpectum chari genitoris & ora Contingat. Vir. 6. Aeneid. 22.

In conſpectu aliquorum aliquid locare. Cicero 1. de lege Agrar. 4.

In conſpectu legum, libertatiſq; mori. Cic. 7. Verr. 134.

In conſpectu alicuius aliquid ponere. Cic. 5. de Finib.

In conſpectu fundi uillæq; poſita religio. Cic. 2. de leg. 44.

Suorum conſuetudine, conſpectúq; aliquem priuare. Cicer. pro Muræna, 80.

Prodire in conſpectum alicuius. Plaut. Moſtel. 16. 33.

Reddere conſpectum alicuius, Reuocare ac reducere in conſpectum. Virg. 9. Aen. 55.

In conſpectu relinquere. Cic. 5. de Finib. 160.

Sequi conſpectum aliquorum. Cic. 2. de lege Agra. 22.

Stare cum gladijs in conſpectu Senatus. Cic. 2. Philip. 34.

Quæ eſt in oppidi conſpectu. Varro 1. de re Ruſt. cap. 7. 4.

Procul à conſpectu alicuius rei eſſe. Cic. de lege Agra. 8.

In conſpectum alicuius uenire. Cic. 1. de Fin. 36. Vide Venio.

Conſpectum alicuius uereri. Teren. Phorm. 2. 2. 1.

Venire in conſpectum. Celſ. lib. 7. cap. 26.

Vno in conſpectu omnia uidere. Cic. de claris Ora. 8.

Vitare alicuius conſpectum. Quint. lib. 6. cap. 3. 64.

Conſpectum tumulum, pro Conſpicuo, niſi mendum ſit, poſuit Liu. 2. belli Macedonici.

¶ Conſpicuus (περιφανὴς) Adiectiuum, Quod ab omnibus conſpicitur: uel, ut ait Valla, lib. 1, quod circunſpicitur. Martial. lib. 1. 2,
Hic ubi cõſpicui uenerabilis amphiteatri Erigitur moles.

Occultus & conſpicuus, contraria. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 22.

Præſens & Conſpicuus. Oui. 2. Triſt. 11.

Decus conſpicuum. Oui. ad Liuiam, 68.

Loci conſpicui. Oui. 3. de Arte amandi, 79.

Opus conſpicuum. Oui. 5. Triſt. eleg. 15. 5.

Venuſtas conſpicua. Author ad Herennium lib. 3. 119.

Vertex latè conſpicuus. Hor. 3. Carm. Ode 16. 4.

Conſpicuus alicui. Plin. lib. 36. cap. 12. 2, Reliquæ tres quæ orbem terrarum impleuere fama, ſanè conſpicuæ undiq; adeuntibus, ſitæ ſunt in parte Aphricæ, monte ſaxeo. De Pyramidibus Aegyptijs loquitur.

Conſpicuus albo colore. Colum. lib. 7. cap. 12. 3.

Conſpicuus longè fulgentib. armis. Oui. 4. de Ponto, eleg. 7. 7.

Inſignis clara conſpicuuſq; domo. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 1.

Manu conſpicuus. Tacit. lib. 19.

Toris conſpicuus, Lacertoſus & toroſus: qualem fuiſſe Herculem dicit Valer. lib. 1. Argon. 51.

Conſpicuus fons in planicie. Pli. lib. 6. cap. 27. 1.

Conſpicuus forma. Plin. epiſt. 144. 4, Ac primum conſpicuus forma, oẽs ſermones malignorũ & puer & iuuenis euaſit.

Conſpicuus homo, Quem omnes admirantur & reuerentur. Liui. 1. ab Vrbe, 156.

Fide conſpicuus. Oui. epiſt. 5. 28.

Conſpi

Conſpicuus laude. Plin. epiſt. 37. a.

Conſpicuus magnitudine Lunenſis caſeus. Plinius libro 11. capite 42. 2.

¶ Conſpicor, pe. cor. conſpicaris (προσοράω) conſpicari, Deponens, Idem quod Conſpicio. Terent. Eunuc. 5. 9. 32, Cur ergo in his ego te conſpicor regionibus? Idem Heaut. 1. 1. 16, Quin ego te in fundo conſpicer, &c. Cæſar 2. bel. Ciuil. 93, Hunc conſpicatæ naues.

¶ Conſpicilium (πρόσοπον) authore Nonio, eſt unde conſpicere poßit. Plaut. Medico, In conſpicilio obſeruabam.

Conſpicilium, etiã dicitur quod adhibemus oculis, ut res maiores uideantur. Plau. Vitrũ cedo, neceſſe eſt conſpicilio uti.

¶ Conſpicillum, conſpicilli, Idem. Plaut. Ciſtel. 2. 82,

—— dum redeo domum
Conſpicillo conſecutus eſt clanculum me uſq; ad fores.

Conſpiro] conſpiras, pen. prod. (συμπνέω, σωίημι) conſpirare, Simul ſpirare, uel flare.

Conſpirare omnibus partibus ad aliquid faciendum. Columel. lib. 3. cap. 13. 6, de paſtinato, Neq; enim parum refert ſuſpenſißimum eſſe paſtinatum, & ſi fieri poßit, ueſtigio quoq; in uiolatum, ut mota æqualiter humus nouelli ſeminis radicibus quancunq; in partem prorepſerint, molliter cedat, ne incrementa duritia ſua reuerberet, ſed tenero uelut nutritio ſinu recipiat, & cæleſtes admittat imbres: eosq; alendis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conſpiret.

Conſpirare pugnam concentu, per translationem, pro Commouere. Gellius lib. 1. cap. 11, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumq; concentu conſpiratam. Id eſt, accenſam & inflammatam. In caſtigationibus codicibus legitur, Non fidicularum tibiarumq; concentu, uerum conſpiratu tacito nitibundos.

Conſpirare item, pro Coniurare & conſentire, & ferè in malum accipitur. Plaut. Merc. 18. 28, Mirum ni ſenes uicini in unum nidum conſpirauerint.

Conſpirare in commune in malum. Colum. li. 12. in præfat. 7.

Conſpirare & conſentire cum aliquo: idq; in bonum. Cic. 2. de lege Agraria, 16, Quamobrem per deos immortales colligite uos Tribuni plebis: deſerite eos, à quibus niſi proſpicitis, breui tempore deſeremini: conſpirate nobiſcum: conſentite cum bonis, communem Rempub. communi ſtudio atque amore defendite.

Conſpirare ad liberandam Rempub. Cic. Planco, lib. 10. 12. 12.

Ad maieſtatem aliquorum defendendam conſpirare. Cicer. 3. Philip. 132.

Conſpirare dicitur oratio. Cic. 3. de Nat. deo. 37, Itaq; illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuq; naturæ, quam quaſi continuatam conſpirare dicebas.

Conſpiratum eſt in eum à LX. amplius. Suetonius in Cæſare, cap. 80.

¶ Conſpirans, pen. prod. (συμπνέων) Participium. Cic. 2. de Nat. deor. 29, Quid uerò, tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio, &c.

Ardor mutuus conſpirans. Lucr. lib. 4. 245.

Conſpirans & penè conflatus conſenſus. Cic. pro Ligario, 21.

¶ Conſpiratio (σύγκρισις, συμπνοία) Verbale, tam in bonum, quàm in malum accipitur.

In malum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 11, Vt quàm paratißimi ab exercitu, reliquiſq; rebus pro ueſtra ſalute contra ſceleratißimam conſpirationem hoſtium confligamus.

Certorum hominum contra dignitatem alicuius conſpiratio. Cicero pro Deiotaro.

Conflata conſpiratio. Cic. Antequam iret in exil. 9.

Inceſſere conſpirationem. Quint. lib. 5. cap. 7. 15.

Conſpiratio in bonũ, pro Vnanimitate. Cic. pro Domo ſua, 23, Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundißimam uitæ atq; officiorũ omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.

Bonorum uirorum conſpiratio. Cic. 4. Catil. 94.

Concordia & conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem. Lentulus Senatui, lib. 12. 25. 12.

Conſpiratio & conſenſus hominum, Ci. 2. Offi. 22. Virtutum, Idem 5. de Finib. 118.

Amoris conſpiratione conſentire. Ci. 1. de Finib. 101.

¶ Conſpirati, conſpiratorum (συνωμόται) Qui conſpirauerunt & coniurarunt. Suetonius in Cæſare, cap. 82, Aßidentem conſpirati, ſpecie officij circunſteterunt.

Conſpiratæ res, quæ uelut conflatæ ſunt in unum corpus. Seneca epiſt. 85, Talem eſſe animum noſtrum uolo, ut multæ in illo artes ſint, multa præcepta, multarum etatum exempla, ſed omnia in unum conſpirata.

¶ Conſpiratus, huius conſpiratus, pen. prod. maſ. gen. (σύμπνοσις) Id eſt, concentus. Gellius lib. 1. cap. 11, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumq; concentu, uerùm conſpiratu tacito nitibundos.

Conſpiro] conſpiras (συαπείρω) conſpirare, à ſpira ſpiræ: Conſpirare ſe dicuntur ſerpentes, id eſt, conuoluere. Pli. de Viris illuſt. 22, Anguis è ſedibus eius elapſus, uenerabilis, nõ horribilis, per mediam urbem cum admiratione omniũ ad nauem Romanorum perrexit, & ſe in Volumnij tabernaculo conſpirauit.

Conſpiſſare] πυκνοῦν. Plinius lib. 35. cap. 6. 7, Adulteratur Romæ creta cimolia, decocta, conſpiſſataq;. Columel. lib. 2. cap. 18. 5, Prius quàm conſpiſſatum, & herbis colligatum ſit ſolum.

Conſpondeo] conſpondes, conſpondi, conſpõſum (συνεγγυῶμαι) conſpondere. Conſponſos ueteres dicebant, fide mutua colligatos, inquit Feſtus.

¶ Conſponſor (συνέγγυητὴς) Verbale, Conſpõſores, qui ſimul pro aliquo ſpoponderunt. Cicer. Leptæ, lib. 6. 18. 5, De tuo negocio quòd ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Idem ad Attic. lib. 12. 241. 8.

Conſpuo] conſpuis, conſpui, conſputum, penult. prod. (καταπτύω) conſpuere, ſputo aliquem fœdare: cuius paßiuum eſt Conſpuor. Plaut. Ab omnibus deriſus, atq; conſputus.

¶ Conſputo, conſputas, pen. prod. (καταπτύω) conſputare, Frequentatiuum. Plaut. Curcul. 10. 17. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 7. 4, Hora ferè nona, quaſi ſigno dato, Clodiani noſtros conſputare cœperunt.

Conſpurco] conſpurcas, conſpurcare (καταρυπόω) Commaculare. Colum. lib. 8. ca. 3. 8, Nam ſuperſiliens auis proluuie uentris cibos & aquam conſpurcat.

Sapore tetro conſpurcare omnia. Lucr. lib. 6. 9.

Conſtabilio] conſtabilis, pen. corr. conſtabilitas, conſtabilitum (βεβαιόω, ἀσφαλίζω, ἀσφαλίζομαι) conſtabilire, Stabileet firmum facere. Terent. Adelph. 5. 1. 9,

—— dis quidem eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes.

Subſidijs alicuius conſtabilitus. Lucr. lib. 2. 9.

Conſtans, Conſtantia, Conſtanter] Vide Conſto.

Conſtantia] κωνσταντία Stephano, Cyprij urbs eſt, aliàs Salamis dicta. Eſt item Conſtantia Germaniæ oppidum, ad Acronium lacum, quod à Ptolemæo Camodurum appellatur. Conſtantia Iulia, oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Hiſpalenſi, cuius meminit Plinius libro 3. capite 1.

Cõſtãtinopolis] κωνσταντινόπολις, Vrbs à Cõſtãtio aucta, in finibus

in finibus Thraciæ, de qua in dictione Byzãtium. Vulgò Constantinople.

Constantinus] Magnus, cuius innumeræ in Codicis libris constitutiones extant, quiq; pop. Rom. ius antiquum, quod propriè ciuile appellatur, magnoperè immutauit, Constantiæ Imperatoris & Helenæ filius. Imperauit annis xxx. Fuit uerò ultrà quàm æstimari potest laudis auidus. Hic Traianum herbam parietariam ob titulos multos, appellare solitus erat. Hic pontem in Danubio construxit: habitum Regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate. Commodissimus autem rebus multis fuit: calumnias sedare legibus seueriß imis: nutrire artes bonas, præcipuè studia literarum: legere ipse, scribere, meditari, audire legationes & querimonias prouinciarum. Quumq; liberis, filioq; fratris Dalmatio Cæsaribus confirmatis, III. & LX. annis uixisset, morbo consumptus est, irrisor potius quàm blandus. Vide prouerbio uulgari Traçala x. annos præstantissimus, XII. sequentibus latro, x. sequentibus (tot enim numerantur anni quibus regnauit) pupillus, ob profusiones immodicas nominatus est. Hæc ex Sex. Aurel. epitome, apud quem plura uide.

Constellatio] Constellationis, fœmin. gener. Firmicus libro 1. capite 1, Hæc uitia mala, Mercurij cum Marte perficit constellatio. Idem lib. 4. cap. 2, Istis calamitatis laqueis implicatur, qui sub tali natus fuerit constellatione.

Consterno] consternas, consternare (ἐκπλήττω, καταπήσσω, συσέλλω) consternare. Consternere, inquit Valla lib. 5. est corporis: Consternari autem, animi: quum mens turbata est, & de statu mota, & quasi humi strata: ideoq; sæpe coniungi animum uidemus: ut, Consternatus animo. Sallustius tamen primo histor. inquit, Equi sine rectoribus exterriti, aut saucij consternantur. Liuius 6. ab Vrbe, 10, Itaq; nõ aperuit solum incendio uiam, sed flammis in castra tendẽtibus uapore etiam ac fumo, crepituq; uiridis materiæ flagrãtis ita consternauit hostes, ut minor moles superantibus uallum in castra Volscorum Romanis fuerit, quàm transcẽdentibus sepem incendio absumptam fuerat.

Consternare animos. Liu. 8. ab Vrbe, 138.

Pauida & consternata multitudo. Liu. 3. ab Vrbe, 65.

Consternari animo. Sallust. Qua uictoria elati hostes nostri territi, atq; animis consternati discessere. Cæsar 7. belli Gallici, 124.

Consternati etiam dicuntur, non qui deiecti sunt animis, sed cõmoti & perturbati atq; tumultuantes. Liu. lib. 4. Decad. 4. in Catonis oratione, Volo tamen audire quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurrant in publicum. Tumultuabantur enim matronæ pro abroganda lege Oppia.

Equi consternantur. Ouid. 2. Met. 63. Et Equi consternati. Idem 5. Fasto. 62.

Mœnia consternata. Sil. lib. 13. 27.

Timores consternati. Oui. 12. Met. 12.

¶ Consternatio (ἔκπληξις) Verbale. Liu. 7. bell. Maced. 172, Auxilia enim subsidiaria quæ proximè locata erant, pauore & consternatione quadrigarum territa, &c. Idem 9. bel. Pun. 33.

Consternatio dicitur à Valerio lib. 9. cap. 7, pro Seditione uel tumultu, Creditorum quoq; consternatio aduersus Sempronij Assellionis Prætoris Vrbani caput exarsit.

Consterno] consternis, constraui, constratum, pen. produ. (στρώνυμι) consternere, Idem quod Sternere: ut Virg. 4. Aeneid. 89, ——it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes.

Terram corpore consternere. Cic. in Arato, 47.

Terrã consternere tergo, Supinum iacere. Virg. 12. Aen. 110.

Campi consternuntur milite. Luca. lib. 1. 25. Sil. lib. 1. 25.

Consternere contabulationem lapidibus luto q;. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33.

Consternere cubilia gallinarum. Colum. lib. 8. cap. 5. 9.

Consternere scrobes perticis salignis & lapide. Plin. lib. 17. ca. 11. 6, Area optima est silice constrata. Columel. lib. 1. Idem lib. 7. cap. 6. 5, Ipsum uerò caprile uel naturali saxo, uel manu constratum eligi debet.

Consternit uias frumentum Cic. 1. de Diuina. 120, Nam & ex horreis direptum, effusumq; frumentum, uias omnes, angiportusq; constrauerat.

Consternere cubicula uiatoria unionibus. Plin. lib. 37. cap. 2. 5, In emendatioribus codicibus legitur construere.

In fugam consternere. Vide Fuga.

¶ Constratus, pen. prod. (ἐστρωμένος) Participium. Cicer. pro Sestio, 73, Forum corporibus ciuium Romanorum constrãtum cæde nocturna.

Constratæ naues, quæ catastromata habebant, quas Cæsar tectas sæpe uocat. Cic. 7. Verr. 82, Poteróne in eos esse uehemens, qui naues inanes non modò habuerunt, sed etiã apertas: in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauẽ, & minus eximanitam? His opponuntur Apertæ, ut hinc intelligas constratarũ nomine non alias intelligi, quàm tectas. Hirtius de bello Alexandrino, Magnoq; impetu quatuor ad eam constratæ naues & complures apertæ contenderunt.

Constratæ naues tempestatibus. Cæsar 3. bel. Ciuil. 106, Itaque tempore commutato, tempestas & nostros texit, & naues Rhodias afflixit: ita ut ad unam constratæ omnes numero XVI. eliderentur, & naufragio interirent.

Constrata pontium. Liuius lib. 10. bell. Pun. Speculatorie naues ac minora nauigia, quæ sub constratis pontium excurrebant, &c.

Constipo] constipas, pen. prod. (στύφω) constipare, significat Condensare. Cæsar 5. bel. Gal. 180, Hic dies nostris longè grauissimus fuit: sed tamen hunc habuit euentum, ut eo die magnus numerus hostium uulneraretur atq; interficeretur, ut se sub ipso uallo constipauerant, recessumq; primi ultimi non dabant. Cicero 2. de lege Agraria, 79, Sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.

Constituo] constituis, constitui, constitutum, penult. prod. (συνιστάω, καθίστημι, διατάττω, τάττομαι, τίθεμαι, βουλεύομαι) constituere, Collocare. Cæs. 2. bel. Gal. 299, Intra syluam aciem ordinesq; constituerant.

Constituitote uobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. Cic. pro Cælio, 62.

Taurum ante aras constituere. Virg. 5. Aen. 48.

Constituere coràm. Vlpianus in l. prima. §. 1. ff. de procuratoribus, Constituitur autem uel coràm, uel per nuncium, uel per epistolam.

Constituit in ordinem elephantes. Hirtius lib. 5. 102.

Constituit horrea certis locis, uecturasq; frumenti finitimis ciuitatibus descripsit. Cæsar 3. bel. Ciuil. 168.

In locum alicuius aliquem constituere. Cic. 3. Verr. 53.

In aliquo munere constituere aliquem. Cic. de Petit. Cons. 25.

Constituere, Statuere, proponere, decernere. Terent. Phorm. 4. 3. 71, Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. Virg. 1. Aeneid.
Qui teneant (nam inculta uidet) hominésne, feræne,
Quærere constituit.

Constituere & designare. Cic. 1. de Diuin. 140.

Constituere sibi aliquod genus ætatis degendæ. Ci. 1. Offi. 164.

Nec satis constituere possum quid, &c. 4. Acad. 62.

Serius quàm constituerat. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 12.

Futura

Digitized by Google

Futura præcipere cogitatione, & antè constituere quid accidere posſit. Cic. 1. Offi. 124.

Ex re & ex tẽpore constituere aliquid. Ci. Cornif. li. 12. 19. 4.

De re aliqua aliquid constituere. Balbus Ciceroni, in Epist. ad Atti. lib. 9. 178. 5.

Communiter constituere de reditu alicuius. Brutus Cic. li. 6. 2.

Constitutum ex omnium sententia. Cic. pro Cluent. 141.

Habere constitutum de re aliqua. Cælius Cic. lib. 8. 5. 4.

Omnia quæ sibi constituta sunt exponere. Cic. 3. Verr. 29.

Constitutum est mihi, Deliberatum est mihi, decretum est mihi, statutum est mihi: id est, apud me cogitando firmatum est. Cic. Atti. lib. 7. 127. 4.

Constitutum, pro Certo, stabilito, non controuerso. Cic. 5. de Finib. 25, Hoc enim constituto in philosophia, omnia sunt constituta. Ibidem, lib. 2. 74.

Optimè constituere. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 7, Quod quando, & quomodo & per quos agendum sit, tu optimè constitues.

Constituere alicui se uenturum. Cic. 1. de Orat. 139, Sanè (inquit) uellem non constituisse in Tusculanum me hodie uenturum esse Lælio. Terent. Eunuc. 1. 2. 125.

Dixit, & constituit se uenturum. Teren. Heau. 4. 4. 4.

Constitueram ut irem rus, Plau. Pseu. 7. 137.

Constituere inter se, ut. Ci. 5. de Finib. 1, Constituimus inter nos, ut ambulationẽ pomeridianã conficeremus in Academia.

Constituere cum. Terent. Heaut. 1. 2. 120,

—nam constitui cum quodam hospite Me esse illum conuenturam. Hîc promisi significat, nempe dum præpositionem coniunctam habet. Cicer. ad Marium, lib. 7. 4. 2, Quare si quod constitutum cum podagra habes, fac ut in alium differas diem.

Constituere, quod Aßignare uulgus dicit. Terent. Eun. 3. 4. 3, Dati annuli: locus, tempus constitutum est.

Pactam & constitutam esse cum aliquo diem. Cicer. 1. in Catilin. 17.

Ad constitutum uenire. Sub diem. Varro 2. de re Rust. Cicer. pro Cecinna, 24, Homines inermes qui ad constitutum experiundi iuris gratia uenissent.

Cõstituere in diem. Sallust. in Iugurtha, Deinde compositis inter se rebus, in diem constituunt: quòd is festus, celebratusq; per omnem Africam, ludum & lasciuiam magis quàm formidinem ostentabat.

Constituere, Sistere. Ci. pro Cluent. 28, Et hominem ante pedes Qu Manilij, qui tum erat Triumuir, constituunt.

Constituere, pro In unum conciliare, & consociare. Cicer. 1. de Orat. 18, Vt uerò iam ad illa summa ueniamus, quæ uis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut à fera agrestiq; uita ad hunc humanum cultum ciuilẽq; deducere, aut iam constitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura describere? Budæus.

Constituere aliquem magna gratia apud regem. Ci. ad Catonẽ, 15. 4 15, maxima ad regem authoritate, gratiaq; constituti. Videtur subaudiendum In.

Constituere in uel cum re præsenti, dicebant ueteres, quũ quid statui, transigiq; non posse, nisi in loco ipso significabant. Quint. lib. 7, Illa enim potentißima est, quæq; uerè dicitur totius causæ dispositio, quæ constitui, nisi uelut in re præsenti non potest. Traianus ad Plin. epist. 257, Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatũ apud Nicenses est, in re præsenti optimè deliberabis & constitues. Budæus.

Accusatorem constituere. Cic. 1. Verr. 6, Vt in constituendo accusatore quod sequi posßitis habeatis.

Actionem constituere, Quod uulgò Euacuare finem non procedendi dicunt. Cic. in Partit. 54, Quare de constituendis actionibus, accipiendis subeundisq; iudicijs, de excipienda iniquitate actionis, &c. Budæus. Vide paulo pòst, Constituere iudicium.

Inire & constituere consilium. Cic. 2. Verr, 16.

Constituere æra militantibus. Liu. 5. ab Vrbe, 10.

Constituere uectigal. Cic. ad Attic. lib. 2. 31. 4.

Amicitiam cũ aliquo constituere. Qu. Cic. de Petit. Consul. 18.

Constituit utilitas amicitiam. Cic. 2. de Fin. 125.

Aequitatem constituere. Cic. 2. Offi. 58, æquitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat.

Aestimationem constituere. Cic. 5. Verr. 175.

Bene morata & bene constituta ciuitas. Cic. de clar. Ora. 4.

Controuersiam constituere. Cic. 1. de Ora. 68.

Crucem sibi constituere. Cic. ad Qu fratrem, lib. 1. 2. 9.

Delectum rerum constituere. Cic. 1. de Fin. 56.

Constituere diem alicui. Cic. ad Att. lib. 12. 232. 5.

Constituere diem colloquio, nuptijs, aut alicui alij rei. Plautus Trinum. 8. 139. Cæsar 1. bel. Gal. 203.

Titan medium constituit diem, Meridies est. Seneca Hipp. 6. 9.

Disceptationem constituere, id est, quod Accordare scripturæ dicunt. Cicero in Partitionibus, 56, Ex rationis aũt & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu quæstio exoritur quædam, quam Disceptationem uoco: in qua quid ueniat in iudicium, & de quo disceptetur, quæri solet. Hæc uerba, quid sit Disceptatio, ostendunt. Deinde subijcit, 60, Disceptatio autem, quod est constituta, propositum esse debet oratori quo omnes argumentationes repetitæ ex inuenientis locis conijciantur. Budæus.

Documentum constituere. Cæsar.

Domos constituere, id est, ædificare. Oui. 3. Trist. eleg 9. 1.

Finem rei constituere, pro Imponere finem. Cic. 3. Verr. 3.

Fines in amicitia constituere. Cic. de Amic. 50.

Firmamenta Reip. constituere. Cic. Attic. lib. 1. 13. 6.

Honores constituere. Cic. Qu frat. lib. 1. 1. 45.

Iudices de quaq; re constituere. Cic. pro Domo sua, 27.

Constituere iudicium in sensibus & in rerum notitijs. Cicer. 4. Acad. 256.

Iudicium constituere dicebant, & constituere quæstionem, pro eo quod est Constituere actionem. Cicero in Partitionibus, 53, Atq; etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio, quum aut sit ne actio illi qui agit, aut iámne sit, aut num iam esse desierit, aut illáne lege, hisne uerbis sit actio, quæritur: quæ etiam si antequam res in iudiciũ uenit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non sunt: tamen ipsis iudicijs, permagnum sæpe habẽt pondus. Quintilianus quæstionem pro iudicio dicere solet. Budæus.

Iudicium constituere. Est etiam id quod nunc Recipere in processum dicimus. Quint. lib. 3. cap. 12, Rarum est autem ut in foro iudicia propter id solum constituantur: sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores, uter præmium meruerit. Forum appellat Quintilianus, in quo publica iudicia exercebantur. Cicero in Verrem, act. 4. 42, Amici recusare nequod nouũ iudicium, nequa ipsius cognitio illo absente, de existimatione eius constitueretur. Budæus.

Iudicium de pecunijs repetundis constitutum. Cic. 1. Verr. 6.

Constituta & Dissoluta iudicia, contraria. Cic. pro Cecinna, 5, Cuius rei causa maximè iudicia constituta sunt, id iam malâ consuetudine dissolutum est.

Iudicium capitis in aliquem constituere. Cic. 7. Verr. 110.

Iura constituere. Lucr. lib. 5. 230.

Ius constituere, hoc est, Statuere, & exemplum prodere iuris dicendi, ut ait Budæus. Cic. pro Cecinna, 29, Videte per deos immortales quod ius nobis, quam conditionem uobismetipsis, quam denicq; ciuitati legem constituere uelitis.

Ius con-

Digitized by Google

Ius constituere in uerbis. Cicer. pro Cecinna, 40. Ibidem 59, Quid est Piso? placet tibi pugnare uerbis? placet causam iuris & æquitatis, & non nostræ possessionis, sed omnino possessionem omnium constituere in uerbo?

Ius quidpiam agendi alicui constituere. Cic. pro Cecin. 29.

Causam iuris & æquitatis in uerbo constituere. Cicer. pro Cecin. 59.

Constituere legem ciuitati. Cic. pro Cecin. 29.

Locum reo constituere. Cic. pro Cluen. 43.

Maiestatem constituere. Vide Maiestas.

Malum alicui constituere. Cic. 3. Verr. 44.

Mercedulas prædiorum constituere. Cicer. ad Attic. libro 13. 26 8. 4.

Mercedem funeris ac sepulturæ constituere. Cic. 7. Ver. 105.

Metam constituere. Virg. 5. Aen. 26.

Constituere modum rebus infinitis. Cic. 1. de Fin. 5.

Constituere sibi aliquem uitæ modum. Cic. pro Sylla, 34.

Mœnia constituere, Aedificare urbem. Virg. 12. Aen. 39.

Nummariam rem constituere. Cic. 3. Offi. 105.

Necessitudinem constituere cum aliquo. Cicer. ad Plancum, libro 10. 3. 3.

Constitutæ nuptiæ in hunc diem. Terent. And. 1. 5. 34.

Constituere oppidum, & exædificare. Cæsar 1. bel. Ciuil. 57. Cic. de Arusp. resp. 13.

Patronum alicui causæ constituere. Cic. pro Murena, 3.

Pax tota prouincia constituta. Cicer. ad Quin. fratrem, libro 1. 1. 36.

Pœnam aut supplicium in aliquem constituere. Id est, animaduertere. Cæsar 5. bel. Gal. 6. Cicer. 7. Verr. 91.

Constituere præsidia defensionis suæ in arce legis. Cic. pro Cluentio, 126.

Precium frumento constituere. Cic. 5. Verr. 147.

Prouinciam alicui constituere. Cic. 3. Verr. 30.

Quæstionem nouam constituere, Est decernere ut iudicetur, ut ait Budæus. Cic. pro Milone, 9, Hanc uerò quæstionem, etsi non est iniqua, nunquam tamen Senatus constituendam putauit: erant enim leges, erant quæstiones, uel de cæde, uel de ui: nec tantum mœroris in Senatu mors P. Clodij afferebat, ut noua quæstio constitueretur.

Quæstus magnos atq; uberes sibi constituere ex quibusdam causis. Cic. 4. Verr. 20.

Reditum ex mari constituere, piscinas faciendo. Colum. lib. 8. cap. 17. 6.

Constituere regem populis. Cæsar 4. bel. Gal. 541.

Rem familiarem constituere. Cic. 11. Philip. 291.

Sacra constituere. Cic. de Arusp. respon. 11.

Patriam mihi sanctitatem in illo colendo constitui. Plancus ad Cic. lib. 10. 4. 3, Persuade tibi te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem.

Seminaria constituere. Colum. de Arboribus, cap. 1. 3.

In foro spectaculum constituere. Cic. 3. Verr. 53.

Spem in aliquo constituere. Cic pro lege Manil. 43.

Spes in eo constituebatur. Cic. pro lege Manil. 43.

Statum causæ constituere Iudex dicitur, quum aut iuris disceptationem esse pronunciat, aut facti. Hæc Budæus.

Stipendium militi constituere. Quin. lib. 3. cap. 8. 13.

Summam totius litis in re aliqua constituere, Idem quod Cardinem causæ ponere. Budæus. Quint. lib. 7. cap. 5.

Supplicium in aliquem constituere. Cic. 7. Verr. 91.

Templum constituere. Oui. 1. Fast. 130.

Tempus alicui rei constituere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 76.

Testem aliquem in alium constituere. Cic. pro Cluen. 134.

Testes constituere. Cicer. 2. Verr. 33, Illud à me nouum, Iudices, cognoscetis, quòd ita testes constituam, ut crimen totum explicem, ubi id interrogando, &c.

Tumulum constituere. Virg. 6. Aen. 101.

Vadimonium constituere. Vide Vadimonium.

Vectigal constituere. Cic. Att. lib. 2. 31. 4.

Victoriam constituere. Cic. pro Ros. Amer. 9.

Vrbem constituere. Oui. epist. 7. 24.

Per exordium animus auditoris aut iudicis constituitur, uel ad paratur ad audiendum. Author ad Heren. lib. 1. 4.

Constituere & regere inscitiam iuuenum. Cic. 1. Offi. 172, Iuuentis enim ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est.

Constituere in digitis singulas causæ partes. Cic. 1. Verr. 24.

Constituere, Erigere. Virg. lib. 6. 44,

—— & ferales ante cupressos Constituunt.

¶ Constitutus, penult. produ. (διατεταγμένος) Participium: ut, Constituta in mensem Ianuarium auctio. Cicer. de lege Agra. 2.

Constitutus locus à iudicibus. Cic. pro Cluen. 74.

Constituta præclarissimè Resp. dilabitur. Cic. 2. Offi. 118.

Constitutus rerum omnium delectus. Cic. 1. de Fin. 56.

Constitutus ad cædem. Cic. in Catil. 12, Quid, quòd omnes Consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simul atq; assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt?

Publicè constitutum esse ad rem aliquam. Ci. 2. de Leg. 102.

Constituta pax. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 36.

Constituta diuinitus res militaris. Cic. 4. Tuscul. 2.

Constitutum patrimonium. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 102.

Constitutum bene corpus (σύμμετρον) Cic. 2. Tusc. 25, Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore.

Constitutus bene de rebus domesticis. Cic. pro P. Sestio, 84, Esto igitur ut ij sint, quam tu nationem appellasti: & qui integri sunt & sani, & bene de rebus domesticis constituti.

¶ Constitutus, Substantiuum. Fest. Constitutus hominum, à consistentium multitudine appellatur.

¶ Constitutum, ti, neut. gen. Substant. Vocabulum ad ius ciuile pertinens, & significat diem tempusq; litigatoribus in dictum, quò se in loco certo ac constituto sistant. Cic. in Or. pro Cæl. Quum sit his confitendum, nunquam se ne congressu quidam & constituto cœpisse de tantis iniurijs experiri. Et in epist. ad Attic. lib. 1. epist. 1, Atq; eo die cogitabam in Anagnino, postero autem die in Tusculano: ibi unum diem v. Calend. Igitur ad constitutum. Et elegantèr transtulit in epist. ad Marium, si quod Constitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas. Varr. de re Rust. lib. 2, Scropham enim mane salutaui, quum alius eum salutasset, alius conuitiatus esset, qui tam serò ueniisset ad constitutum. Hotomanus.

Constituta, constitutorum, Substantiuum (διατάγματα) pro Actis uel statutis: ut,

Constituta & acta alicuius tollere. Cic. Atti. lib. 6. 111. 5.

¶ Constitutio, Verbale (πρᾶσις, διάταξις) Cice. 4. de Fin. 25, Itaq; ab ijs constitutio illa prima natura. Vulgus Complexionem uocat.

Firma constitutio corporis. Cic. 3. Offi. 159.

Religionum constitutio. Cic. 2. de leg. 38.

Constitutio in oratione. Cic. 1. de Inuent. 15, Est prima constitutio causarum, ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Feci, non feci, aut iure feci.

¶ Constitutor, pen. prod. constitutoris (διατακτὴς) Verbale. Qui statuit aliquid: ut, Legis constitutor, apud Quintilianum, lib. 3. cap. 6. 32.

¶ Constitutorius, Adiectiuum (διατακτικὸς) ut, Actio constitutoria,

Digitized by Google

tutoria, l. neq; enim ff. de co itutoria pecunia, Neq; enim quod crescit peculium, aut d. reſcit, pertinet ad constitutoriam actionem.

Consto] constas, constiti constitum & constatum (τιμῶμαι) Lucanus lib. 2. 4, Ergo ubi cõcipiũt quãtis sit cladib. urbi.

Constare, Simùl stare. Plaut. Cap. 7. 11. Constant, conferunt sermones inter se.

Per seipsum constare. Cic. 3. de Orat. 12.

Non constat ei color neq; uultus. Liu. 9. bel. Maced. 140. hoc est, subinde mutatur & color & uultus.

Non constare auribus & oculis. Liu. 5. ab Vrbe, 188, Romani ex arce plenam hostium urbem cernentes, uagosq; per uias omnes cursus, quum alia atq; alia parte noua aliqua clades oriretur, non mentibus solum concipere, sed ne auribus quidem atq; oculis satis constare poterant.

Constat mens, cui opponitur Mens labat. Celsus lib. 3. cap. 19, Huic morbo præcipuè contrarium est id genus quod παραφροσύνη à Græcis nominatur, quamuis sæpe ad eum phrenetici transeunt: siquidem mens in illis labat, in hoc constat.

Mente uix constat. Cic. 4. Tuscul. 59.

Constare sibi (ἐμμένειν) Constantem esse & perseuerantem. Cic. 1. Tuscul. 15, Et quidem si tibi constare uis, omnes qui cunq; nati sunt eruntúe, non solum miseri, sed etiam semper miseri. Plin. lib. 35. cap. 8. 1, Non constat sibi in hac parte Græcorum diligentia.

Ille sibi constat, id est, constans permanet, ac sui semper est similis. Horat. lib. 1. Epist. 13.

Sibi constare & superioribus consentire iudicijs. Cic. pro Cluentio, 46.

In uitæ perpetuitate constare sibi. Cic. 1. Offi. 167.

Constare in sententia. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 46.

Vt tota oratio sibi constet, & ut ex omni parte secum ipsa consentiat. Cic. de Vniuersit. 10.

Reliqui sibi constiterunt, ut extrema cum initijs conuenirent. Cic. 2. de Fin. 61.

Constant sententiæ. Plin. lib. 23. cap. 1. 20.

Constare suæ humanitati. Cic. ad Attic. lib. 1. 7. 3. Id est, non discedere ab humanitate sua.

Constitit fides. Vide Fides. Liuius, Fides cõstitit Prætoris. Id est, conuentis stetit, ait Budæus.

Constant officia tua in me. Cic. ad Attic. lib. 11. 220. 3, Nequid existimes ab illo factum esse, quominus mea in te officia constarent. Idem ad Appium, lib. 3. 5. 13, Mea tamen in te omnia officia constabunt, non secus ac si te uidissem. Id est, ut ait Budæus, accuratè extabunt.

Militibus etiam pietatis ratio in parentes cõstare debet. Vlpia. in l. 1. ff. De obsequijs à liberis & libertis parentibus & patronis præstandis.

Constare (τιμᾶσθαι) Valere. Plin. lib. 33, Et omnibus penè annis mutari, prout nauigationes constiterint, aut ut quisq; mercatus sit, aut, &c. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 14, Constat quadringentis milibus.

Constat auro. Plaut. Trucul. 10. 57.

Carè constat. Cicero, Quod mihi constat carius, quàm si in foro emissem.

Gratis constat. Cic. 7. Verr. 39.

Minoris constat dimidio. Cic. ad Attic. lib. 13. 284. 2, Quã ut tã tam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris constabit isto loco.

Vilißimè constat. Colum. lib. 9. cap. 1. 6.

Tanto nobis deliciæ & fœminæ constant. Plin. lib. 12. cap. 18.

¶ Constaturus, Participium: ut, Constaturus minimo impendio fructus. Plin. lib. 18. cap. 5. 4. & Lucan. lib. 2. 4.

Constatura fides superûm. Martial. lib. 12. 41, Constatura fuit Megalensis purpura centum.

Constare (συγκεῖσθαι, συντιθέσθαι) Compositum esse & factum. Cic. 4. Acad. 210, Tantum de principijs rerum, è quibus omnia constant, uideamus quem probet. Et de Amicitia, 78, Concio quæ ex imperitißimis constat.

Ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus uidetur. Cic. pro Roscio Comœdo, 11.

Constat experimentis medicina. Quintil. lib. 2. cap. 17. 7.

Constat prouincia Galliæ ex his generibus hominum & ciuitatum. Cic. pro Fonteio, 2.

Constare (εἶναι) Esse. Cic. de Amicitia, 24, Agrigentinum quidam doctum quendam uirum carminibus Græcis uaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totoq; mundo constarent, quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, dißipare discordiam.

Agri constant campis, uineis, syluis. Plinius in Epistolis. Id est, sunt in agris campi, &c.

Constare ex multis & magnis rebus. Cic. 1. de Inuent. 9.

Constant è principijs omnia. Cic. 4. Acad. 210.

Constat temporis modus. Plin. epist. 56, Nostræ tamen cœnæ ut apparatus & impendij, sic temporis modus constet.

Ratio constat. Plin. epist. 5. 8, Mihi & tentandi aliquid, & quiescẽdi illo authore ratio constabit. Idem ad Minutium, Mirum est quàm singulis diebus in urbe ratio aut constet, aut constare uideatur. Id est, mirũ est quàm officio quisq; in urbe præclarè fungi uidemur, beneq; operas collocare, singulisq; horis ciuiliter seruire, id est, nihil temporis hominibus deperire: eo modo quo dicitur, Rationem alicui constare, quando acceptorum ratio non superat impensorum rationem & reliquorum. Paulus Iurisconsultus in l. ex causa. ff. de re militari, Quòd si ratio constiterit, neq; desertorẽ fuisse apparuerit, omnia stipendia circa temporis finem reddun tur. Id est, Quod si ille qui desertionis suspectus est, rationẽ aliquam causámq; iustam fuisse docuerit, quamobrẽ abesse sibi contigerit. hoc enim significat rationẽ constare. Ex Budæo. Vide Vallam, lib. 5. cap. 18.

Si constat principibus gratia, manet pax incruenta. Colum. libro 9. 9. 6.

Constat magistratibus reuerentia. Plin. in Paneg. 10. 1. Id est, permanet.

Constat tibi fructus ocij tui. Cic. Mario, lib. 7. 1. 2.

Quæ animo sententia constet. Virg. 5. Aeneid. 149.

Vita constat sine crimine. Ouid. ad Pisonem, 24.

Constant omnia. Virg. 3. Aeneid. 104, Id est, suppetunt (ait Seruius) ut Iuuenalis Saty. 6. 17,

Quis feret uxorem, cui constent omnia?

Constat, sub Inter omnes, Manifestum est. Cic. ad Cæsarem Iuniorem, Quum constet Lupercis id uectigal dedisse, quì antè poterat id constare? Idem 6. Verr. 127, Cuius omnes uigilias in stupris constat, adulterijsq; esse consumptas.

Non satis certum constat apud animũ. Liu. 10. bel. Pun. 124.

Non satis constat animis. Liu. 7. bel. Pun. 235.

Constat planè. Cic. 5. Verr. 44.

Constat de hac re. Plin. lib. 11. cap. 5. 2, Non sit de anima quæstio, constet & de sanguine. Quintil. lib. 7. cap. 3. 1. De facto constat.

Id de quo quæritur, & Res de qua constat, oppositæ sunt. Cic. 2. de Inuent. 233.

Constat de eius innocentia. Id est, manifesta est. Quintil. lib. 7. Cic. pro Cluent. 99, Dum hæc de Oppianico constabunt.

Constat inter omnes, Loquendi modus apud Iurisconsultos frequentißimus, quo significant rem non fuisse opinionibus agitatam. Cic. 2. Verr. 30, Cõstat inter omnes, post hæc constituta iudicia, quib. nũc utimur, nullũ, &c. Id. 5. de Fin 28.

Digitized by Google

Perſpicuum eſt, conſtatq; inter omnes. Cic. 3. de Nat. deor. 13.
Hæc res non perſpicua eſt, neque conſtat inter omnes. Cic. 1. de Inuent. 80.
Conſtat hoc mihi tecum. Author ad Heren. lib. 1. 16.
¶ Conſtans (σύγαθὸς, ἐμμενὸς) Adiectiuum, Tenax propoſiti, ac firmus. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 13, Tantam uim habet, ut magis tratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis Senatus conſilium eſſe uideatur.
Leuis & Conſtans, contraria. Cic. de Amic. 78, Quid interſit inter popularem, id eſt, aſſentatorem & leuem ciuem: & inter conſtantem, ſeuerum & grauem.
Mobilis & Conſtans, contraria. Cic. pro Roſc. Com. 28, Quĕ hominē? leuem? imò grauiſſimũ. mobilē? imò cõſtantiſſimũ.
Aequabilis, conſtans, & moderata ratio uitæ. Cic. pro Clu. 34.
Certos & conſtantes curſus ſtellæ habent. Cicer. 3. de Natur. deor. 31.
Firma & conſtans aſſenſio. Cic. 1. Acad. 61.
Fortis animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis. Cic. 1 Offic. 113.
Grauem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia præſtare. Cic. 1. de Amic. 57.
Perpetua & conſtans uoluntas in Remp. Cic. 13. Phil. 352.
Conſtans, perpetua, fortis, inuicta defenſio ſalutis alicuius. Cic. Poſt reditum in Senatu, 26.
Stabiles & conſtantes amici eligendi. Cic. de Amic. 55.
In leuitate conſtans, id eſt, perpetuo leuis, & nunquam cõſtãs. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 4 de Fortuna.
Ciuis in rebus optimis conſtantiſſimus. Cic. de claris Orat. 48.
In uitijs conſtantior. Horat. 2. Serm. Sat. 7. 4.
Fidei conſtans. Tacit. lib. 19.
Animus conſtans. Ouid. 2. de Remed. amoris, 65.
Animus conſtantior annis, id eſt animus conſtantior & maturior, atq; adeò prudentior quàm pro ætate. Ouid. ad Piſ. 53.
Fama uel rumor conſtans. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 35.
Faſtus conſtans. Propert. lib. 1. eleg. 1. 1.
Fides conſtans. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 7.
Manere conſtantem in amore. Ouid. epiſt. 16. 40.
Mente conſtanti tenere aliquid. Catul. Argon. 42.
Motus Lunæ conſtantiſſimus. Cic. 2. de Diuin. 25.
Pectore conſtanti corpus. Sil. lib. 11. 49.
Pietate conſtanti tueri aliquem. Ouid. 4. de Ponto, elg. 12. 9.
Voce conſtanti negare aliquid. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 14.
¶ Conſtantia (σύγαθεια) Animi firmitudo. Cic. 2. Ver. 31, Si ſoceri Scauri conſtantiam, ut ne quis te de uera & certa poſſit ſententia dimouere.
Admirabili incredibiliq; conſtantia ſunt curſus ſtellarum. Cic. 3. de Nat. deor. 31.
Amicitiæ conſtantia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 14.
Animi conſtantia. Ouid. 11. Metam. 59.
Augurij conſtantia. Cic. 2. de Diuin. 121.
Promiſſi conſtantia & fides mira. Cic. lib. 4. 86. 1.
Conſtantia & æquabilitas. Brutus Ciceroni, 16. 18.
Conueniens & coniuncta conſtantia inter aliquos. Cicer. 2. de Diuin. 123.
Conſtantia & firmitas animi. Cic. Att. lib. 12. 255. 2.
Ex perpetuitate atque conſtantia ſpectandi philoſophi. Cic. 5. Tuſculan. 47.
Notabilis conſtantia. Hoc eſt, inſignis. Tacit. lib. 19.
Perpetua conſtantia roborare grauitatem. Cic. 1. Off. 157.
Summa grauitate, ſummaq; conſtantia homo. Cicero pro Seſt. 76.
Conſtantia & ueritas dictorum conuentorumq;, fides. Cic. 1. Offic. 35.
Robuſti animi eſt, magnæq; conſtantiæ, acerba ita ferre, ut nihil à ſtatu naturæ diſcedas, nihil à dignitate ſapientis. Cic. 1. Offic. 97.
Stabilitate & conſtantia, non ardore amoris, more adoleſcentulorum, beneuolentiam iudicemus. Cic. 1. Offic. 71.
Stabilitatis conſtantiæq; firmamentum in amicitia, fides. Cic. de Amic. 58.
Eximere conſtantiam, pro adimere. Tacit. lib. 1.
Perſeuerare in conſtantia. Vide Perſeuero.
Conſtantia, grauitas, & perſeuerãtia retinẽda. Ci. 7. Phil 125.
Seruare conſtantiam in omni re gerenda, conſilioq; capiendo. Cic. 1. Offic. 175.
Satis animi conſtãtiæq; eſſe in aliquo. Cic. pro lege Manil. 49.
Rationi & conſtantiæ nihil eſt tam contrarium, quàm fortuna. Cic. 2. de Diuinat. 27.
¶ Conſtanter, Aduerbium (σύγαθῶς) Cic. de Amicitia, 6, Multaq; eius & in Senatu, & in foro, uel prouiſa prudenter, uel acta conſtanter, uel reſponſa acutè ferebantur.
Conſtanter iniquus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2. 6.
Aequaliter conſtanterq; ingrediens oratio. Cic. in Orat. 115.
Iudicio cõſyderatè cõſtãterq; deferre beneficia. Cic. 1. Off. 74.
Conſtanter conuenienterq; dicere. Cic. 1. Tuſc. 39.
Conſtantiſſimè exquirere quod dicatur. Cic. 4. Acad. 18.
Facere conſtanter aliquid. Cic. Attico, lib. 16. 333. 15.
Conſtanter & ſedatè ferre. Cic. 2. Tuſc. 80.
Firmius & conſtantius in perſpicuis manere. Cic. 4. Acad. 84.
Gerere ſe conſtanter & liberè. Cic. Attic. lib. 4. 83. 12.
Conſtanter laudari ab aliquo. Ouid. epiſt. 16. 34.
Manere conſtanter in ſtatu ſuo. Cic. de Vniuerſit. 53.
Conſtanter & perpetuò placebit hoc conſilium. Brutus Ciceroni, 16 16.
Studium aliquod conſtanter ſeruare. Ouid. de Ponto, eleg. 6. 9.
Conſtratus] Vide Conſterno.
Conſtrepo] conſtrepis, pen. corr. conſtrepui, conſtrepitum (ψοφέω) conſtrepere, idem quod Strepere. Gellius libro 4. cap. 1, Atque omnium horum & teſtimonijs & exemplis conſtrepebat.
Conſtringo] conſtringis, cõſtrinxi, conſtrictũ (ἐπισφίγγω) conſtringere, Arctare: ut, Conſtringere ſarcinam, Plaut. Trinum. 10. 92.
Diſſoluere, & Conſtringere, contraria. Cic. 1. de Orat. 93.
Galeam conſtringere, Capiti aptare. Valer. lib. 3. Argon. 16.
Conſtringere manus. Plaut. Milit. 10. 11.
Conſtringere quadrupedem. Terent. And. 5. 2. 24.
Conſtringere catenis. Cic. pro Seſt. 12. Sic, Cõſtringere laqueis, Ibidem, 77.
Vinciri & conſtringi amicorum propinquorum cuſtodijs. Cic. 2. Tuſc. 84.
Mentem conſtringere, Eſt coercere affectus, & comprimere cupiditates. Lucan. lib. 5. 52.
Pectora conſtringere. Stat. 2. Sylu. 1. 26.
Zona expeditos conſtringit ſinus. Senec. Hipp. 4. 7.
Supplicio conſtringere. Cic. 1. de Orat. 100.
Neceſsitate conſtringi. Cic. 2. Tuſc. 8.
Conſtringendum ſe tradere libidinibus. Cic. 1. de Fin. 72.
Voluptas ſe conſtringendam uirtuti tradat. Cic. 2. de Fin. 100.
Scelus & fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. Cic. 1. de Orator. 101.
¶ Conſtrictus (συνεσφιγμένος) Particip. ut, Oratio cõſtricta frænis, Seneca Hippol. 10. 18.
Habere aliquem cõſtrictum in ſuis uinculis. Quint. lib. 7. cap. 4. 11. de Dialectica.
Pedes conſtrictos aluta cogit. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.
Ira cæca conſtricti. Valer. lib. 6. Argon. 85.
Apertis uerbis conſtricta oratio. Cic. de claris Orat. 16.

Conſtruo]

Digitized by Google

Constructo] *construis, construxi, constructum* (συντάττω, συνίσταμαι, συναρμολογέω) *construere, Simul struere, aggerare, accumulare, coaceruare.* Cic.1.de Orat. 78, *Similiter nunc petes à Crasso, ut eam copiam ornamentorum filiorum, quã constructam uno in loco quasi per transennã præ tereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat.*

Construere & recondere res magnificas. Cic.1.de Orat.78.

Acerui nummorum construuntur apud eum. Cic.2.Phil.97.

Construere (κατασκευάζειν) *pro Aedificare: ut, Cõstrui à deo cœlũ, ædificari mundum facit Plato.* Cic.1.de Nat.deor.29.

Aggerem construere. Lucan.lib.20.50.

Cubilia sibi, nidosq; aues construunt. Cic.2.de Nat.deor. 195.

Delubra. Cic.2.de Leg.31.

Fanos. Plin.lib.11.cap.6.2.

Nauem & ædificium. Cic.de Senect.66.

Fingere & construere nidos. Cic.2.de Orat.14.

Nidum sibi construit ore. Ouid.15.Metam.60, *de Phœnice.*

Vias construere. Lucan.lib.2.133. *De ponte, quo Xerxes urbi Sesto iunxit Abydon.*

Vocabula rerum construere. Cic.3.de Fin.5.

¶ *Constructus* (κατασκευαστὸς) *Particip. siue Nomen ex participio: ut, Arces constructæ.* Sil.lib.8.29.

Aceruus constructus. Horat.1.Serm.Sat.1.9.

Dentes in ore constructi. Cic.2.de Nat.deor.201.

Constructior & apparatior domus. Cic.1.de Inuen.74, *Quædam exemplaria legunt Instructior.*

Mensæ constructæ dape multiplici. Catul.Argon.61.

Pecunia constructa & coaceruata. Cic.1.de lege Agr.8.

¶ *Constructio, uerbale* (σύνταξις, σύγκρισις) Plin. epist. 257, *Constructionem eius aggressi sunt.*

Constructio hominis. Cic.4.Acad.152.

Constructio uerborum. Cic.1.de Orat.9, *Et ipsa oratio cõformanda, non solũ electione, sed etiã constructione uerborũ.*

Apta & quasi rotũda uerborũ constructio. Cicer.de claris Orator.148.

Magna & ornata constructio uerborũ. Author ad Her.lib.4.

Constupro] *constupras, pen.cor.* (μοιχεύω) *constuprare, Idem quod Stuprare: ut, Constuprare matronas.* Liu.9.bel. Pun.86.

Liberos constuprare. Cic.de Petit.Consul.7.

Matremfamiliãs constuprare. Author ad Heren.lib.4.15.1.

Constupratum iudicium. Cic.ad Attic.lib.1.13.5, *Afflicta Resp. est, empto constupratoq; iudicio. In emendatioribus codicibus legitur stuprato.*

Constuprator] *pen.prod.* (μοιχευτὴς) *Verbale.* Liuius.9. bel.Maced.56.

Consuadeo] *consuades, pen.prod. consuasi, cõsuasum* (ἐγκελεύω) *consuadere, Idem quod Suadere.* Plau.Merc.4.32, *Sin ego saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo. Hoc est, uehementer suadeo.*

¶ *Consuasor, penul.prod. consuasoris, Verbale* (ἐγκελευστὴς) Cic.pro Quintio, 9, *Hæc omnia Quintius agebat authore consuasore Næuio.*

Consualia] *cõsualiorum, neut.gen.plur.num.* (κονσουάλια) *Ludi dicebantur, inquit Festus, quos in honorem Consi, quẽ deum consilij existimabant, faciebant antiqui.* Plin.de Viris illust.2.a, *Quibus negatis, ludos Consualia simulauit: ad quos quum utriusq; sexus multitudo uenisset, dato suis signo, uirgines raptæ sunt. Varro de Lingua Latina, Consualia dicta à Conso, quòd tũ feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram eius ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus uirgines Sabinæ raptæ.*

Consuanates] *Vindelicię populi, Octauij Augusti auspiciis Romano imperio subiecti, ut refert Plin.lib.3. cap.20.*

Consuarani] *κονσουαράνοι, Populi in ora Narbonẽsis prouinciæ: quorum meminit Plin.lib.3. cap.4.*

Consudo] *consudas, pen.prod.* (ἱδρόω) *consudare, Idẽ quod Sudare.* Plaut.Pseud.9.73. *Iube sis te operiri: beatus si consudaueris.* Col.lib.12.cap.7.2, *Et sale conspersi, biduo sub umbra, dum consudant, reponuntur.* Cato cap. 96, *Sinito biduum aut triduum consudent.*

¶ *Consudasco, consudascis* (ἱδρόω) *consudascere, Idem.* Col.lib. 12. cap.48.2, *Sicq; triginta dies pati consudascere.*

Consuefacio] *consuefacis, pen.corr consuefeci* (συνεθίζω) *consuefacere, Vsu docere: cuius cõtrarium est Dissuefacere.* Terent.Adelph.3.3.60, *Nihil prætermitto, consuefacio ibidem* 1.1.29. Varro 2.de Re rustic.cap.9. 10, *Consuefaciunt quoq;, ut possint alligari primùm leuibus numellis.*

Consuesco] *consuescis, consueui, & consuetus sum, consuetum* (συνεθίζομαι) *cõsuescere, Quasi applicari ad aliquid, & ita frequentatiuũ usu aliquid agere, ut consuetudinem faciamus.* Cic.1.de Orat. 49, *Potest id facere quod requirit, & consuescit.*

Consuescere pronunciare: hoc est, Frequentem operam dare, ut pronunciemus. Cic.1. de Orat.137.

Consuescere mori. Cic.1.Tusc.118, *Quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamusq; nos à corporibus: id est, Consuescamus mori.*

Consuescere parẽre alijs. Cic.1.de Inuen.4.

Consuescunt libero uictu aues. Col.lib.8.cap.15.6.

Consuescere alicui. Terent.Adelph.4.5.32.

Adeò in teneris consuescere multum est. Virg.2.Georg 55.

Consuescere dolori. Plin.epist.176.b.

Consuescere stagno. Col. lib. 2, *Nec magis humo quàm stagno consueuerant.*

Consuescere cum aliqua muliere dicitur uir, uel mulier cũ uiro. Terent.Hecyr.4.1.41,

Nam si is posset ab ea sese derepentè auellere,
Qui cum ea consuesset annos, non eum hominẽ ducerẽ.

Donatus, Cõsuesset, propriè in stupro. Cic.7 Verr.25, *Hæc omnes mulieres, quibus cum ipse consueuerat, conuenichãt. Id est, concubuerat.*

Consuescere iuuencum aratro. Colum.lib.6.cap.2.7, *Nam ubi plaustro aut aratro iuuencum consuescimus, ex domitis bubus ualentissimum, eundemq; placidissimũ cũ indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Consuescimus a cliuè dixit, pro Consuefacimus.*

Consuemus, pro Consueuimus. Propert.lib.1.eleg.7.1, *Nos ut consuemus, nostros agitamus honores.*

¶ *Consuetus, pen.prod.* (συνήθης) *Participium, siue Nomen ex participio: ut, Consuetus puer.* Plaut.Capt.13.98.

Consueta petens è fluctibus antra. Virg.4.Georg.87.

Consuetus amor. Terent.And.1.1.108.

Fata consueta. Valer.lib.4.Argonaut.89.

Lectus consuetus. Ouid.3.Trist.eleg.3.8. *Et* 11.Metam.52, *Cubile consuetum.*

Vigor consuetus. Sil.lib.6.55.

¶ *Consuetissimus* (συνηθέστατος) Ouid.11. Metam.128,

Adijcit, & uestes, & consuetissima quæq; Verba.

¶ *Consuetudo, penult. prod. consuetudinis* (συνήθεια) Plaut. Merc.2.4.41, *Consuetudine animus rursus te huc inducet.*

Consuetudo & institutum. Cic.1.Verr.37, *Cuius consuetudinis atq; instituti patres maiores q; nostros non pœnitebat.*

Disciplina, consuetudoq; ciuitatis. Cic.pro Rab perd.reo, 21.

Consuetudo exercitatioq;, & intelligendi prudẽtiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat. Cic.1 de Orat.45.

Vetustatis & consuetudinis uis maxima. Cic. de Amic.60.

Consuetudine & exercitatione adiuuari. Cic.2.de Orat.194.

Digitized by Google

Ad Græcorum consuetudinem disputare. Cic. 2. de Orat. 8.
Ad exercitationem consuetudinemq; patiendi remedia comparare. Cic. 5. Tusc. 207.
Contra morem consuetudinemq; ciuilè facere. Cic. 1. Offi. 206.
Si præter consuetudinem extiterit quod oritur, præter naturã tamen non potest existere. Cic. 2. de Diuin. 88.
Pro mea consuetudine dixi. Cic. pro Archia, 23.
Secundum consuetudinem præcedentium temporum. Plinius epist. 299.
Supra consuetudinem aliquid facere. Cels. lib. 2. cap. 2.
Consuetudo epistolarum. Cic. Nigidio, lib. 4. 13. 1.
Consuetudine uitæ sermonisq; interpretari uirtutem. Cicer. de Amic. 20.
Studiorum similitudo, suauitas consuetudinis, delectatio uitæ atque uictus, sermonis societas, literæ interiores, uincula sunt quibus libentißimè astringimur. Cic. Appio Pulcro, libro 3. 10. 10.
Victus alicuius consuetudo. Cic. Att. lib. 12. 244. 6.
Cognoscẽdi & ignoscẽdi consuetudo. Cic. pro Rosc. Amer. 2.
Consuetudo est ista doctorum, ut ijs id ponatur, &c. Cicero de Amic. 16.
Consuetudo peccandi. Cic. 4. Verr. 37.
Consuetudine aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer.
Consuetudo morbi facta est. Cels. lib. 4. cap. ult.
Consuetudine quasi altera natura efficitur. Cic. 5. de Fin. 129.
Officijs, usu, consuetudine coniunctißimus homo. Cicer. pro Sylla, 43.
Aßidua consuetudo. Quint. lib. 1. cap. 1. 10.
Communi consuetudine sermonis abutimur, quum ita dicimus uelle aliquid quempiã, aut nocte sine causa. Cic. de Fat. 37.
Incondita consuetudo dicendi. Vide Inconditus.
Indocta consuetudo. Cic. in Orat. 92.
Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorũ. Cic. pro Fonteio, 18.
Interrupta consuetudo. Vide Interrumpo.
Inuersa consuetudo. Vide Inuerto.
Lapsa consuetudo. Vide Labor.
Libera peccandi consuetudo. Vide Liber.
Longa consuetudo. Quint. lib. 2. cap. 5. 2.
Mala consuetudo. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. 8. Et Cicer. 1. de Leg. 48.
Mirifica alicuius consuetudo. Cic. 1. de Orat. 137.
Parua consuetudo. Vide Paruus.
Vitæ perpetua consuetudo. Cic. pro Rab. perd. reo, 1.
Quotidiana consuetudine augetur familiaritas. Cicer. Seruio, lib. 13. 20. 1.
Vetus consuetudo fori & pristinus mos iudiciorum. Cic. pro Mil. 1.
Vulgaris cõsuetudo. Quint. lib. 2. cap. 15. 7.
Communis uita & uulgaris hominum consuetudo. Cicer. 1. de Orat. 129.
Abhorrere à cõsuetudine cõmunis sensus. Cic. 1. de Orat. 7.
Abstrahere à consuetudine. Vide Abstraho.
Accedere consuetudinem ad necessitudinem, magni uidebatur interesse. Cic. Cæl. lib. 2. 18. 1.
Adducere ad, uel in consuetudinem. Vide Ad.
Adhibere consuetudinem. Vide Adhibeo.
Adimere consuetudinem. Vide Adimo.
Afferre consuetudinem. Vide Affero.
Alere consuetudinem. Vide Alo.
Asciscere consuetudinem. Vide Asciſco.
Cadit in consuetudinem. Vide Cado.
Consuetudinem exercitationemq; capere. Cic. 1. Offic. 86. Vide Capio.
A' consuetudine subitò conuertit homines sapientia dicendi. Cic. 1. de Inuent. 4.
Consuetudo maiorũ deflexit de curriculo. Cic. de Amic. 38.
Non est meæ consuetudinis, initio dicẽdi rationem reddere quæ de causa quenq; defendam. Cic. pro Rab. perd. reo. 1.
Ex exercitatione consuetudo gignitur. Cic. 2. de Orat. 195.
Imitari aliquorum consuetudinem. Cic. 1. Offic. 116.
Increbruit consuetudo. Vide Incerbresco.
Instituere consuetudinem. Vide Instituo.
Intermittere consuetudinem. Vide Intermitto.
Introducere consuetudinem. Cicer. 5. Verr. 164. Vide Introduco.
Inualescit quotidie magis consuetudo. Quintil. lib. 2. cap. 1. 1. Vide Inualeo.
Inueterauit consuetudo. Vide Inuetero.
Consuetudinem alicuius rei nanciſci. Cic. ad Quintum fratrẽ, lib. 2. 15. 6.
Patitur consuetudo. Vide Patior.
Veterẽ consuetudinem lõgo interuallo referre. Cic. 3. Verr. 10.
Maiorum consuetudo longo interuallo repetita atq; relata. Cic. 1. Verr. 37.
Retinere consuetudinem. Lepidus S. P. Q. R. lib. 10. 35. 3.
Serpit ac prodit consuetudo. Cic. 1. Verr. 37.
Seruare consuetudinem. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9. 1.
Orthographia consuetudini seruit. Quint. lib. 1. cap. 7. 6.
Tenere consuetudinem. Cic. 1. Philip. 20.
Tenuit consuetudo. Quint. lib. 2. cap. 1. 1.
Consuetudini Latinæ tradidit Cicero Oeconomicũ Xenophontis. Colum. in præf. lib. 12. 6.
A' consuetudme scribendi ad dicendum uenire. Cicero 1. de Orator. 73.
Vsurpari ab aliquibus, & in prouerbij consuetudinem aliquid uenire. Cic. 2. Off. 79.
In cõsuetudinẽ ex utilitatis ratione uenire. Cic. 2. de Inuẽt. 169.
In consuetudinem uertere. Tacit. in Dialogo de Orat.
Consuetudo (συνηθεια) Conuersatio, familiaritas. Terent. And. 3. 3. 29.

—spero consuetudine & Cõiugio liberali deuictum Chreme. Cicer. ad Curionem, lib. 2. 1. 1, Ego te abfuisse tandiu à nobis & dolui, quòd carui fructu iucundißimæ consuetudinis: & lætor, quòd, &c.

Amicitiæ, consuetudines, uicinitates. Cic. Post reditum, 2.
Inductus consuetudine & familiaritate. Vide Induco. Cicer. per Quintil. 5.
Consuetudo quotidianæ uitæ. Terent. Heaut. 2. 3. 42.
Consuetudo & familiaritas. Cic. Planco, lib. 10. 3. 2.
Hospicium non modo, uerumetiam domesticum usum & consuetudinem cum aliquo esse. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 9.
Clausit mihi consuetudinem pudor. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 17.
Congredi quotidiana consuetudine cum aliquo. Vide Congredior.
Deuincire domum aliquorum consuetudine. Cicer. pro Arch. poet. 4.
In consuetudinem se dare. Cic. in Pison. 54.
Cõsuetudinẽ facere alicui cum altero. Cic. ad Sulp. lib. 13. 24. 1.
In consuetudinem alicuius, blanditijs & assentationibus se penitus immergere. Cic. pro Cluentio, 26.
In alicuius consuetudinẽ se insinuare. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 17.
Consuetudines, amicitias, res, rationesq; cum aliquibus iungere. Cic. pro Deiot. 18.

Consul, Consulo, Consulis] Vide Consilium.

Consummo] consummas, primæ coniug. & geminato m scriptum (συμπλέω, ἀναπλέω, περαίνω) significat Perficere. Plin.

Digitized by Google

re. Plin. epist. 156, Cogor petere à te, non solum ob theatrũ, uerumetiam ob hæc balinea mittas architectum dispecturũ, utrum sit utilius, post sumptũ qui factus est, quoquo modo consummare opera ut inchoata sunt: an quæ uidentur, &c.
Munus consummare, Exequi. Senec. Hipp. 8.18.
Sacrum consummare, Peragere sacrum. Senec. Hercul. fur. 11.29.
¶ Consummatus, pen. prod. (τετελεσμένος) Particip. Perfectus, absolutus: ut,
Consummata ars. Plin. lib. 14. cap. 4.3.
Gesta & consummata bella. Cic. 11. Phil. 301.
Consummata eloquentia. Quint. lib. 1. & alibi. Consummatus undique.
Consummatus homo. Martial.
Quod magni Thraseæ, consummatiq; Catonis.
Prælia consummata. Lucan. lib. 1.69.
Consummata sapientia. Colum.
¶ Consummatio (συντέλεια, τελείωσις) Verbale, Perfectio. Colum. lib. 2, Hac consummatione operum, colligitur posse agrum, &c. Plin. lib. 26. cap. 8.2.
Consummatio professionis. Colum. lib. 9. cap. 2.1.
Consummationem, Singulorum preciorum collectam summã uocat Pomponius in l. si plura. ff. de ædil. edicto, Quòd si singulorum mancipiorum, inquit, cõstituto precio, uniuersa tanti uenierunt, quantum ex consummatione singulorũ fiebat, tunc cuiuscunq; mancipij precium (seu pluris, seu minoris id est) consequi debebit.
Consumo] consumis, penul. prod. consumpsi, consumptum (ἀναναλόω, καταναλίσκω) cõsumere, In nihilum redigere: ut, Consumere patrimonium. Cic. 2. de Fin. 40.
Effundere & consumere per luxuriam bona omnia. Cicer. pro Rosc. Amer. 4.
Interficiunt & consumunt serpentes, ibes aues. Cic. de Natura deor. 141.
Hostem consumere plagis. Horat. 2. Epist. 2.20.
Consumere aliquid uetustas dicitur, hoc est, In nihilum redigere, & eius rei memoriam abolere. Cic. 1. de Leg. 4.
Vetustas consumit ferrum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.10.
Aestatem consumere in loco aliquo. Cæsar 5. bel. Gall. 15. Hoc est, æstiuare.
Aetatem consumere in studio. Cic. 1. Off. 4.
Aeuum in curis consumere. Lucret. lib. 5.287.
Aeuum bellis consumere. Lucan. lib. 5.56.
Aurum omne consumere in ludos. Liu. 9. bel. Maced. 17.
Consilium consumere. Terent. And. 1.1.133.
Curas consumere in aliquo. Cic. ad Brutum, 18.1.
Curam consumere in re una. Horat. 2. Serm. Satyr. 4.10.
Curã omnẽ in dialecticis consumere. Cic. de clar. Orat. 61.
Diem consumere cum aliquo. Sulpit. ad Cic. lib. 4.12.2.
Diem in apparando. Terent. Adelph. 5.7.2.
Consumere omnẽ nostrã diligentiã in re aliqua. Cic. 7. Ver. 78.
Famem tenera consumere in agna. Stat. 8. Theb. 116.
Fidem. Sallust. Ego non rem familiarem modò, uerumetiam fidem consumpsi.
Horas multas suauissimo sermone. Cic. ad Matiũ, lib. 11.27.11.
Duas horas in silentio consumere. Cic. lib. 3. de Orat. 11.
Ingenium in musicis. Cic. 5. de Fin. 92.
Iter in rebus gestis legendis consumere. Cic. 4. Acad. 4.
Manus in laudando consumere. Cic. Att. lib. 16. 332.4.
Mensas consumere. Virg. 7. Aeneid 24. & 25.
Nocte consumpta, Manè. Virg. 3. Aeneid. 158.
Nox tota eximanienda naui consumitur. Cic. 7. Verr. 52.
Operam in re aliqua cõsumere. Terent. Heaut. 1.1.21. Cic. Qu. Ligario, lib. 6.14.1, Me scito omnem meum laborem, omnẽ operam, curam, studium in tua salute consumere.
Operam in Græcis legendis. Cic. 1. de Fin. 3.
Operã curãq; in aliquo studio cõsumere. Cic. 1. de Nat. deor. 11.
In prædijs colendis operæ plurimũ studijq; consumere. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 25.
Ocium [illegible]um in historia scribenda. Cic. 2. de Orat. 31.
Pecuniã cõsumere in agrorũ coemptionib. Cic. 1. de leg. Agr. 8.
Preces consumere, Est frustrà diu precari. Ouid. 7. Metam. 21.
Ita sum ab hominibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore & filiola, & Mellito Cicerone consumitur. Cic. ad Atticum, lib. 1.13.2.
Risum. Cic. Trebonio, lib. 15.21.7.
Studium suum consumere in uirorum fortium factis memoriæ prodendis. Cic. Appio, lib. 6 12.14.
Tempus salutationibus. Cic. de Vniuersit. 43.
Tempus in poetis euoluendis. Cic. 1. de Fin. 108.
Multum temporis in ista una disputatione consumpsimus. Cic. 4. Acad. 25.
Longa tempora consumere. Propert. lib. 1. eleg. 3.8.
Vbera consumere in dulces natos. Virg. 3. Georg. 35.
Verba in dissuadenda rogatione. Liu. 4. bel. Maced. 21.
¶ Consumor (λυμαίνομαι) Passiuum: hoc est, Areo & exiccor uel absumor: ut, Consumor siti. Cæs. 8. bel. Gal. 147.
Consumi incendio. Liu. 7. bel. Pun. 65.
Consumi senio & mœrore. Liu. 10. bel. Maced. 209.
Ab annis longis consumi. Ouid. in Ibin, 30.
Hic ipso tecum consumerer æuo. Virg. 10. eclog. 9.
Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, &c. Author ad Herennium, lib. 3. 93.
¶ Consumptus, Participium (λυμανθείς, ἀναναλωθείς) ut, Consumptus à peste. Plin. lib. 11. cap. 18.4.
Morte consumptus. Tibul. lib. 1. eleg. 3.11.
Confectus & consumptus cibus. Cic. de Vniuer. 24.
Dolore lateris consumptus Crassus. Cic. 3. de Orat. 4.
Cõsumpti iniuria, fame, morbo, uastitate. Cic. de Prou. Cons. 4.
Viuus & Consumptas, contraria. Cic. de Vniuer. 59.
Annus consumptus. Sil. lib. 15.81.
Consumpta oratio. Salust. in Iugurt.
Consumpta & exhausta actio. Cic. de Orat. 57.
¶ Consumptio, Verbale (καταναλωσις) Cic. de Vniuersit. 24. Itaq; seipse consumptione & senio alebat sui.
Elaboratio & cõsumptio operæ. Author ad Heren. lib. 4. 180.
¶ Consumptor (λυμαντὴρ) Verbale. Cic. 2. de Nat. deor. 57. Atq; noster ignis, quem usus uitæ requirit, confector est, & consumptor omnium.
Consuo] cõsuis, pen. cor. consui, consutũ, pen. prod. (συῤῥάπτω) consuere, Simul suere. Plaut. Pseud. 4.14, Consutaq; tapetia. Plin. lib. 20. cap. 9.16, Consutum suspenditur lino modicis interuallis.
Consuere dolos. Plaut. Amphit. 4.212, Huc aduenisti audaciæ columen, consutis dolis.
¶ Consutura, consuturæ, pen. prod. (συῤῥαφὴ) Tranquil. in Vitellio, cap. 2.
Cuius filius sectionibus & consuturis huberius compendium nactus.
Consurgo] consurrexi, consurrectum (ἀνίστημι, ἐγείρομαι) consurgere, Simul surgere. Sallust. Consurrexere omnes, simulq; in eum impetum fecerunt.
Consurgit Senatus. Cic. ad Quint. frat. lib. 3.18.3.
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo,
Attollunt capita. Virg. 9. Aeneid.
Charybdis fluctu imo sublimis cõsurgit. Tibul. lib. 4. eleg. 115.
Stratis consurgere. Sil. lib. 13.84.
Languida cõsurgit. Ouid. 3. Fast. 5. De Syluia Vestali loquitur.

Digitized by Google

Consurgere ex insidijs. Cæsar 3. bel. Ciuil. 148.
Consurgere in altitudinem. Colum. lib. 7. cap. 9. 10.
Consurgere ad bellum. Liu. 3. bel. Maced. 13.
In arma consurgere. Virg. 10. Aneid. 18.
In iras truces consurgere. Valer. lib. 1. Argon. 135.
Consurgere in uenerationem. Plin. in Panegy. 89.
Consurgere carmine Mæonio. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 7.
Bellum consurgit. Virg. 8. Aeneid. 125.
Fama alicuius operis magni consurgit in aliqua regione. Valerius lib. 10. Argon. 15.
Consurgit ingens pontus in uastum aggerem. Id est, cumulatione aquarum turget. Senec Hipp. 10. 5.
Terno consurgunt ordine remi. Virg. 5. Aeneid. 24.
Venti consurgunt. Virg. 5. Aeneid. 4.
Cõsurgitur, Impersonale (συναίρεται) Cic. 6. Verr. 121, Itaq; in curiam uenimus, honorificè sanè consurgitur. Idem pro Cluentio, 59, Consurgitur in consilium.
¶ Consurrectio, Verbale (συναγάρσις) Cic. de Aruſp. reſpõ. 1, Cepi equidem fructum maximum & ex consurrectione omnium uestrum, &c.
Consus] Deus consilij putabatur: cui ludi fiebant, qui Consualia dicta sunt. Festus.
Consydero] consyderas, pen. cor. (σκέπτομαι, σκοπέω, ἐπισκοπέω, καταναόω, λογίζομαι) cõsyderare, A syderum contemplatione uidetur appellari, inquit Festus. Cicer. Planc. lib. 10. 16. 3, Illic ait consyderare se uelle. Idem Terẽtiæ, lib. 14. 14. 2.
Contẽplari unumquodq; ociosè, & cõsyderare. Cic. 6. Ver. 29.
Circunspicere se, & quid fiat aut loquatur consyderare. Cicer. in Parad. 37.
Videre etiã atq; etiam, & consyderare quid agendum. Cicer. 7. Verr. 137.
Consyderandum est ut solum pingue sit. Colum. lib. 2. cap. 2.
Coràm consyderare aliquid quale sit. Cic. Attic. lib. 7. 123. 4.
De aliquo & de se consyderare aliqua. Cic. Att. lib. 7. 132. 6.
De aliquibus rebus cum aliquo consyderare. Cic. Terentiæ, lib. 14. 14. 4.
Factum aliquorum ex iudicio alicuius consyderare. Cicer. pro Rosc. Amer. 64.
Ex se, & ex sua natura simpliciter consyderare aliquid. Cic. 1. de Inuent. 20.
Casus suos secum consyderare. Cic. 5. Tusc. 4.
Consyderare secum in animo uitam suam. Terentius Heaut. 2. 4. 5.
Considerate cum animis uestris uosmetipsi. Cic. 5. Verr. 23.
Suum quisq; opus à uulgo consyderari uult. Cic. 1. Offic. 205.
¶ Consyderatus, pen. prod. (περίσκεμμαι) Participium, siue nomen ex participio: ut, Factum paulo minus consyderatum. Cic. pro Sylla, 54.
Ratio bene consyderata. Cic. lib. 2. de Inuent. 242.
Consyderatum & meditatum. Cic. de Aruſp. Resp. 2.
Ratiocinatio autem, est diligens & consyderata faciendi aliquid, aut non faciendi cogitatio. Cic. 2. de Inuent. 133.
Tarditas consyderata. Cic. de claris Orat. 79.
Viuendi uia consyderata & prouisa. Cic. in Parad. 42.
Consyderatus homo, Qui agenda consyderat, non qui consyderatur, inquit Valla, lib. 1 Cic. pro Cecinna, 1, Verùm & illud consyderati hominis esse putauit.
Minus consyderatus in re aliqua. Cic. pro Quint. 6.
Dare consyderatius consilium. Cic. Attic. lib. 9. 171. 6.
Consyderatißimum uerbum. Cic. pro Font. 16, Credo hæc eadẽ Inducias in testimonio timuisse aut cogitasse, qui primum illud uerbum consyderatißimum nostræ consuetudinis, Arbitror (quo nos etiam tunc utimur, quum ea dicimus iurati quæ comperta habemus, quæ ipsi uidimus) ex toto testimonio suo sustulit, atq; omnia se scire dixit.
¶ Consyderatio (σκέψις, ἐπινόησις, λογισμός) Verbale. Cic. 4. Acad. 229, Consyderatio cõtemplatioq; naturæ, est animorum ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum.
Circunspectio & accurata consyderatio. Cic. 4. Acad. 69.
Intendere consyderationem. Vide Intendo.
¶ Consyderantia, consyderantiæ, Idem (περίσκεψις) Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 2. 4. 10, Cuius in hoc uno consyderantiam & ego sustinebo, ut potero.
¶ Cõsyderatè, cõsyderatius, cõsyderatißimè (περισκεμμένως) Cic. pro Qu. 29, Prætores, ut consyderatè fieret, consyderauerunt. Ibidem, epist. 181. 3, Quid feci non consyderatißimè?
Consyderatè agere. Cic. ad Cassium, lib. 12.
Iudicio, consyderatè, constanterq; delata beneficia. Cicero 1. Offic. 74.
Contabesco] contabescis, contabui (μαραίνομαι) Contabescere, Idem quod Tabescere. Author ad Heren. lib. 4. 166, O perfidiosæ Fregellæ, quàm facilè scelere uestro cõtabuistis. Cic. 3. Tusc. 128, Vt Artemisia illa Mausoli Cariæ Regis uxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulcrum, quandiu uixit, uixit in luctu, eodemq; etiam confecta contabuit.
Contabulo] contabulas, pen. cor. (σανιδῶμαι) contabulare, à Tabula ductum uerbum. Plin. lib. 15. cap. 16. 1, Pomaria in loco frigido ac sicco contabulari præcipitur. Suet. in Cal. cap. 19, Aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione dixit quanto angustiorem Hellespontum contabulauerit.
Contabulare murum turribus. Cæsar 7. bel. Gal. 84.
Cõtabulare turres. Cæsar 5. bel. Gal. 149. Liu. 4. bel. Pun. 154, Turres contabulatas, machinamentaq; alia quatiendis muris portabant. Id est, factas & compactas ex tabulis.
¶ Contabulatio, Verbale (σανίδωσις) Cæsar 2. bel. Ciuil. 29, Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem, &c. Et paulo pòst, 32, apertè declarat qd significet Cõtabulare.
Contadesdus] Thraciæ fluuius, qui Tearo auctus, influit in Agrianem, Agrianes aũt in Hebrum, qui iuxta Aenũ oppidum in mare fluit. Vide Herod. lib. 7.
Contagium] Vide Contingo.
Mala contagia. Virg. 1. eclog. 10.
Ignaua contagia. Claud. 1. in Eutropium, 98.
Contamino] contaminas, pen. cor. (αὐλέω, βεβεβλόω) contaminare, Propriè, inquit Donatus, est manibus luto plenis aliquid attingere & poluere.
Contaminare se uitijs, per translationem. Cic. 1. Tusc. 113.
Manus contaminare, Manu scelus aliquod perpetrare. Senec. Oed. 4. 20.
Contaminare se stupro. Senec. Hipp. 5. 21.
Non modo non contaminare, sed etiam honestare, contraria. Cic. in Catil. 21.
Veritatem mendacio. Cic. pro Sylla, 33.
Contaminatur multis flagitijs homo. Cic. pro Cluent. 78.
Cõtaminare fabulas. Terẽt. in prologo Andr. 16. Id est, ex multis Græcis unam Latinam facere. Idẽ in prologo Heaut. 17.
Culpa contaminari. Author ad Heren. lib. 2. 57.
Torum alicuius contaminare. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 4.
¶ Contaminatus (βεβεβλωτὸς) Participium siue Nomen ex participio. Cic. 12. Philip. 329, Quos nondum tãtis parricidijs contaminatos uix ferebamus, hos nunc omni scelere cooperatos tolerabiles censes ciuitati fore?
Grex morbo contaminatus. Horat. 1. Carm. ode 37. 2.
Integra contaminatis opponuntur. Cic. in Top. 36.
Iudicia corrupta, contamimata. Cic. 1. Verr. 38.
Homo turpißimus, sceleratißimus, contaminatißimus. Cic. pro Domo sua, 18.

Contechnor]

Digitized by Google

Contechnor] *contechnaris* (τεχνάζω) *contechnari, Commachinari, & fallaciam aliquam componere. Plaut. Pseud.* 19.34, *Vide modò ne illic sit contechnatus quidpiam.*

Contego] *contegis, pen.corr. contexi, contectum* (σκεπάζω) *contegere, ferè à simplici non differt. Plin.lib.15.cap.18.5, Partuarum genus arborum post Autumnum fimo contegũt. Cic.pro Sestio,70, Messoria se corbe contexit.*

Contegere tumulo. Liu.6.bel.Pun.132.

Tumulus contegit corpus. Cic.pro Arch.18.

Humo contegi, id est, sepultum esse. Ouid.epist.15.58.

Membra sepulcro contegere. Valer.lib.1.Argon.164.

Ossaq; nec tumulo, nec separe contegat urna. Valer.lib.5. Argonaut.12. Separe, id est separata.

Amictu contegere caput. Virg.12. Aeneid.176.

Iniuriam factam contegere. Terent. Hecyr.3.3.41.

Libidines tenebricosas pudore & temperantia contegere. Cic. de Prouincijs Consul.7.

¶ *Contegens, contegentis, Participium. Martialis, lib.12. epigram. 45,*

Hœdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora, uerticemq; caluæ, &c.

¶ *Contectus, Participiũ* (ἐσκεπασμένος) *ut, Casa contecta stramine, Ouid.5.Metam.90.*

Contemero] *contemeras, pen.cor.* (κατεμιαίνω) *contemerare, Pollucre. Martial.lib.1.10,*

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum:
Ausus tam notas contemerare manus.

Contemno] *contemnis, contempsi, contemptum* (ἐξουθενέω, ὑπερορᾶν, καταφρονέω, ὑποροράω, ἐξουδενόω, ἀπαξιόω) *contemnere, Despicere, spernere. Plaut. Asin.9.10.*

Tu uerbero imperium meum contempsisti?

Contemnere, & Admirari, contraria. Cic.in Orat.72.

Contemnere & Efferre, contraria. Cic. pro Murena,13, Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum.

Contemnere & Despicere, eò distant, quòd despicere est grauius, quàm contemnere. Cic.ad Cæsarem, lib.3, Amici nonnulli te contemni ac despici, & pro nihilo haberi Senatus uoluit. Idem de Senec. Contẽni se putãt, despici, illudi. Hæc Nonius.

Contemnere & pro nihilo putare. Cic.1.Offic.42.

Contemnere & abijcere. Cic.pro Murena,21.

Conterere atq; contemnere aliquid. Cic.5.Tusc.123.

Voluptatem contemni & reijci oportere. Cic.1.Offic.148.

Non curare, atq; contemnere. Cic.3.de Fin.45.

Irridere & contemnere. Cic.2.de lege Agr.94.

Per risum ac per iocũ cõtẽnere aliquid. Cic.2.de leg.Agr.94.

Contemnere aliquem præ se. Terent. Eun.2.2.8.

Honores contemnere. Horat.2.Serm.Satyr.7.17.

Laborem bene dicendi contemnere. Quint.prooem.lib.1.11.

Famam contemnere. Senec.Hipp.2.38.

Murmura famæ contemnere. Propert.lib.2.eleg.5.6.

Ventos contemnere. Virg.2.Georg.72.

Vitam contempsit, mori Qui cõcupiscit. Senec.Theb.1.40.

Apes contemnunt fauos, quæ facere mel cessant. Virgil.4.Georgic.21.

Pinus undas contemnit. Tibul.lib.1.eleg.3.8,

Nondum cæruleas pinus contempserat undas. Id est, nondum erãt naues. De Saturni temporibus.

¶ *Contemptor, contemptaris, Plautus. Mirari noli, neq; me cõtemptarier. Obsoletum.*

¶ *Contemptus* (ὑπερηφανικός) *Participium: ut, Dolor contemptus. Propert.lib.1.eleg.12.2.*

Contritum & contemptum præmium. Cic. pro Sest.74.

Contemptus (ἄτιμος, ἀπότιμος) *Nomen ex participio. Plaut. Pœn.6.15.*

Contemptiores mage erunt, atq; auidi minus.

Contemptissimi philosophi. Cic.2.de Diuinat.222.

Tenuissimus uictus, atq; contemptissimæ escæ. Cicer.2.de Finibus,144.

Contemptus & abiectus. Cic.2.de leg. Agr.91.

Despicatissimus & contemptissimus. Cic pro Sest.29.

Homo uita contempta ac sordida. Cic.pro Plancio,10.

Contempta relinquor. Ouid. epist. 3.17. Ad Achillem Briseis loquitur.

¶ *Contemptus, huius contemptus* (ὀλιγωρία, ἐξουδένωμα) *Liu. 6.ab Vrbe, 7, Appareretq; ὁmnibus non odio solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare.*

Corporis & formæ turpitudinem, quibusdam contemptum adferre. Quint.lib.3.cap.7.14.

Turpis famæ contemptus. Lucret.lib.3.13.

Armat mentem contemptu necis. Sil.lib.4.50.

Exire è contemptibus, Est paulatim in precio haberi. Lucret. lib.5.257.

¶ *Contemnendus, Aliud Participium* (ὀλιγωρητέος) *ut, Defensiones non contemnendæ, saneq; tolerabiles. Cicer.de claris Orat.149.*

Ne Titus quidem Posthumius contemnẽdus in dicendo. Cic. 2. de claris Orat.146.

Orator non contemnendus. Cic.de claris Orat.25.

¶ *Contemptibilis* (ἐκφαυλιστός) *à Contemno, Idem quod Contẽnendus. Vnde Contemptibilitas: item Contemptè, & Contẽptibiliter, Aduerbia. S.põt. Vlp.l.empori.ff.de euict. Si margarita fortè, aut ornamẽta preciosa, uel uestis serica, uel qd aliud non contemptibile uæneat. Arnobius lib. 4. aduers. gent. Soli sunt apud uos superi inhonorati, contemptibiles, uiles.*

Contemnificus] *Adiect. antiquum, Idem quod Contemptibilis. Lucilius, lib.36, Ego enim contemnificus fieri & fastidire Agamemnonis. Ex Nonio.*

¶ *Contemptor, Verbale* (ὑπερόπτης) *ut, Contemptor gratiæ, diuitiarum. Liu.9.bel.Maced.170.*

Aequi contemptor. Ouid.3.Fast.10.

Animus lucis contemptor. Id est, uitæ. Virg.9.Aen.42.

Deũm contemptor Mezentius. Virg.8.Aeneid.2.

Famæ contemptor. Claud.in Eutrop.87.

¶ *Contemptrix* (ὑπερόπτις) *Verbale fœ. Plin.lib.19.cap.8.25, Eruca præcipuè frigorum contemptrix. Idẽ lib. 37. cap.4. 3, Ferri igniq; contemptrix.*

Pericli contemptrix turba. Sil.lib.17.83.

¶ *Contemptio, Verbale* (ἐξουδένησις, καταφρόνησις) *ut, Contemptio mortis. Cic.2. de Finib.179.*

Fortunæ contemptio. Cic.in Parad.33.

Contemptio uoluptatum. Cic.1. Acad.34.

Adducere aduersarios in contemptionem. Cic.1.de Inuent.32.

Animi magnitudo humanarũq; rerũ contẽptio. Cic.1. Offi.21.

Contemptio ac despicientia rerum humanarum. Cic.1. Tusculan.152.

¶ *Contemptim, Aduerb.* (ὑπερόπτως) *Plaut. Pœn.7.32,*

—ne nos tam contẽptim cõteras. Liu.2.ab Vrbe,150.

Contemptim deijcere aliquem. Lucret.lib.3.227.

Vagari contemptim. Tacit.lib.19.

Contemplor] *contemplaris* (θεωρέω, κατανοέω) *contemplari, Deponens, dictum (ut ait Festus) à templo, id est loco qui ab omni parte aspici, uel ex quo omnis pars uideri potest, quam antiqui templum nominabant. Est autem contẽplari, Conspicere, & diligenter intueri. Non desunt qui contemplari dictum putent à templis, & quæ Aruspices in cælo constituebant, & suis uirgis designabant per uarias*

Digitized by Google

cæli regiones, ac ſecũdum ea quæ in his templis, hoc eſt, interuallis inter unam, & alteram cæli regionẽ ab ijs deſignatam apparebant, futura prædicebãt. Terent. Phor. 1.4.34,

——uoltum contemplamini.

Contemplari animo quod oculis non cernitur. Cic. pro Deiotaro, 28.

Contemplari lituras codicis. Cic. 5. Verr. 33.

Secum conſiderare & contemplari aliquid. Cic. 2. Offic. 213.

Omnia acie ingenij contemplari. Cic. 1. de Orat. 73.

Cæleſtia contemplari. Cic. 2. de Nat. deor. 5.

Contemplor, pro Circunſpicio, perſpicio. Cic. pro Flac. 20, Totam cauſam quàm maximè intentis oculis (ut aiunt) acerrimè contemplemini.

Intueri & contemplari. Cic. pro Plancio, 1.

Nummos contemplari. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1. 14.

¶ Contemplo, contemplas (θεωρέω) Actiuum, ab antiquis dicebatur, & ſæpius apud Plautum legitur: ut in Amphit. 4. 287,

——quum illum contemplo, & formam agnoſco meã.

Idem in Perſa, 16. 97.

¶ Contemplans, Participium (θεωρῶν) Cic. de Senect. 51, Cuius quidem ego uillam contemplans (abeſt enim non longè à me) admirari ſatis non poſſum.

¶ Contemplatio (θεώρησις) Aliud uerbale: ut, Contemplatio rerum occultiorum, Cic. 4. de Finib. 29.

Conſideratio contemplatioq; naturæ. Cic. 4. Acad. 229.

Frui ſui contemplatione. Quint. lib. 2. cap. 18. 3.

Dare pecuniam, alicuius contemplatione. Iulianus in l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. ff. de negocijs geſtis, Itẽ ſi procuratori tuo mutuam pecuniam dedero, tui contemplatione, ut creditorem tuum uel pignus tuum liberet, &c.

Gerere negocia alicuius non contemplatione eius, ſed ſui lucri cauſa. Iulianus in l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. ff. de negocijs geſtis.

Arborum contemplatione fundum comparare. Papinianus in l. arboribus. ff. de contraben. empt. & uendit. Arboribus quoq; uento deiectis uel aſſumptis igne, dictum eſt emptionem fundi non uideri eſſe contractam, ſi contemplatione illarum arborum ueluti olueti, fundus comparabatur.

Contemplatio, pro intenta cogitatione. Plin. epiſt. 25, Volui tibi multa alia ſcribere, ſed totus animus in hac una contemplatione defixus eſt.

¶ Contemplator, pen. prod. (θεωρητὴς) Verbale: ut, Contemplator cæli. Cic. 1. Tuſc. 109.

¶ Contemplatrix, huius contemplatricis. Aliud uerbale, fœm. gen. Celſus in proœmio, lib. 1.

¶ Contemplatus, pen. prod. (θεωρία) Aliud uerbale. Ouid. 5. Triſt. A contemplatu ſammoueoq; mali.

¶ Contemplatiuus, pen. prod. (θεωρητικὸς) Adiect. Seneca epiſt. 96, Ars nulla contemplatiua ſine decretis ſuis eſt, philoſophia autem contemplatiua ſimul eſt & actiua.

Contemporaneus] σύγχρονος, Adiectiuum à temporario dicimus eiuſdem temporis: quem nonnulli Græca uoce Synchronum uocant. Sipontinus.

Contendo] contendis, contendi, contenſum & contentum (σπουδάζομαι, διατείνομαι) contendere, Idem quod Intendere.

Contendere poplitem: id eſt Intendere, uehementer extendere. Horat. 2. Serm. ſatyr. 7.

Contendere uincla. Virg. 4. Georg. 83.

Contendere tormenta. Cic. 2. Tuſc. 97, Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habẽt, quò ſunt contenta atq; adducta uehementius.

Illa riſu contendere. Ouid. 3. de Arte, 57.

Contendere animũ, pro Intendere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3.

Contendere (προσπορεύεσθαι) Proficiſci, & ferè cum AD conſtruitur. Cic. 3. Verr. 46, Hæc ubi filio nunciata ſunt, ſtatim examinatus, ad ædes contendit, ut & uitæ patris, & pudicitiæ ſororis ſuccurreret.

Contendere curſum aliquò. Plaut. Ciſtel. 5. 58.

Contendere curſum ad aliquem. Virg. 5. Aeneid. 166.

Contendere iter conſtitutum. Cic. pro Roſc. Amer. 59.

Contendit Romam. Saluſt. in Iugurt.

Contendere in Aegyptum. Cic. 4. de Rep. 4.

Contendere magnis itineribus in Italiã. Cæſar 1. bel. Gal. 37.

Magnis itineribus ad exercitum Afranij contendit. Cæſar 1. bel. Ciuil. 146.

Contendere agmen, pro Feſtinanter ducere. Curt. lib. 3, At Darius, nũcio de aduerſa eius ualetudine accepto, celeritate quãta poterat, tam graue agmen ad Euphratem contendit.

Contendere, Vehementer niti. Virg. 1. Aeneid. 33,

—— quæ proxima littora curſu Contendunt petere.

Cæſar 1. bel. Gal.

Animo contendere, Eſt ad uim animi adhibendam ſe comparare. Cic. pro Murena, 59.

Eniti & contendere quammaximè. Cic. 3. Offic. 55.

Labore contendere. Cic. 3. Offic. 8.

Dyrrhachium petere contendit. Cic. pro Plancio, 79.

Contra uim grauitatemq; morbi contendere. Cicero 9. Philipp. 267.

Contendere ut. Cic. pro Seſt. 3, Contendamq; (ſi modo id conſequi potero) ut in hac cauſa atq; uniuerſa defenſione nihil à me quod, &c. prætermiſſum eſſe uideatur.

Contendit ut ad caſtra perueniat. Cic. 9. Philip. 267.

Viribus contendere. Lucret. lib. 3.

In orbem diuerſum fama contendere, Id eſt nomen ſuum apud exteras nationes propagare. Ouid. de Põto, lib. 1. eleg. 6. 14.

Maximis laboribus & periculis ad ſummam laudem gloriãq; contendere. Cic. 14. Philip. 406.

Contendere omnibus neruis. Cic. 5. Verr. 10, Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt, atq; in hoc ęlaborandum, ut omnes intelligant.

Contendere neruos in re aliqua. Cic. ad Caſſium, lib. 15. 14. 10. Id eſt, omnes tuas uires impendas.

Contendere neruos ætatis induſtriæq; ſuæ in re aliqua. Cicero 2. Verr. 22.

Contendere rectis ſtudijs ad magna. Cic. 2. Offic. 63.

Fruſtra contendere. Virg. 7. eclog. 14.

Contendere aliquid ab aliquo, Vehementer petere. Cicero Cluuio, lib. 13. 8. 6, Non erat cauſa cur à te hoc tempore aliquid contenderem.

Contendere ab aliquo de proferendo die. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29. 11.

Contendere omni ſtudio. Cic. ad Brutum 14. 3.

Contendere ab altero, ut aliquid faciat. Cic. 2. Verr. 29.

Valde contendere ab aliquo. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 20.

Plurimis uerbis aliquid ab aliquo contendere. Cicero 1. de Oratore. 81.

Verecundè aliquid ab aliquo contendere. Cicer. Curioni, libro 2. 5. 3.

Contendere uoce. Cic. pro Ligario, 4, Quantum potero, uoce contendam, ut hoc Pop. Rom. exaudiat.

Contendere, pro Defendere, & affirmare. Celſus in præf. lib. 1, Si manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudunt, ut Aſclepiades contendit. Idem paulò pòſt, Sed ne ad hæc quidem aditum fieri potuiſſe, niſi ab aliqua ratione contendunt.

Contendere (ἐρίζειν, ἀμφισβητεῖν, φιλονεικεῖν) Certare. Cicer. ad Att.

Digitized by Google

ad Att. lib. 14. 310. 2, Quòd si duriorem te eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te.
Certare ingenio, contendere nobilitate. Lucret. lib. 2. 3.
Pugnare & contendere. Cic. pro Cluen. 39.
Contendere aliquid contra æquitatem. Cic. 2. de Offic. 105.
Contendunt uerbis inter se, non pugnis. Cic. in Parad. 27.
Contendit causa cum causa. Cic. pro Quintio, 62.
Causam contendere contra aliquem. Lucret. lib. 4. 96.
Contendere ciuiliter. Cic 1. Offic. 58.
Contendere de honore aut de dignitate. Cic. 3. Tusc. 85. Cæsar 5. bel. Gal. 163, Omnibusq; annis de loco summis simultatibus contendebant.
Palam uehementerq; de re aliqua contendere. Cic. 1. Verr. 12.
Humilitas cum dignitate de amplitudme contendit. Cicer. pro Roscio Amer. 81.
Contendere armis. Cic. pro Cecinna, 1, Qua de re decertari oporteret, non contendere armis.
Armis cum aliquo contendere. Cic. Att. lib. 7. 128. 8.
Contendere bello cum aliquo. Virg. 4. Aeneid.
Cursu contendere. Ouid. 4. Metam. 61.
Inimicissimè atq; infestissimè contendere. Cic. pro Quint. 45.
Contendere summo iure. Cic. ad Atticum, lib. 16. 339. 1.
Iure contendere cum aliquo. Cic. pro Quintio, 64.
Contendere iurgio cum aliquo, Cic. de clar. Orat. 133.
Lite de re aliqua contendere. Quin. lib. 3. cap. 4. 5.
Ludo contendere cum aliquo, Id est, ludendo certare. Virgil. 6. Aeneid. 129.
Marte contendere. Virg. 9. Aen. 109.
Contendere muneribus cum aliquo. Mart. lib. 7. 41.
Pedibus cõtendere cum aliquo. Ouid. 10. Metam. 114. Hoc est, cursu certare. de Atalanta.
Pignore aliquo contendere. Catul. epig. 41. 1.
Sacramento contendere. Cic. Volum. lib. 7. 33. 5.
Verbis contendere. Ouid. 13. Metam. 2.
Versibus alternis contendere. Virg. eclog. 7. 4.
Summa ui impetuq; contendere contra aliquem. Cic. 3. de Finibus, 101.
Contendere omnia. Cic. 4. Verr. 37, Iam in tanta istius impudẽtia remittendum aliquid uidetur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere uideamur.
Amori alicuius contendere. Græca locutio, pro Cũ amore contendere. Propert. lib. 1. eleg. 13. 2.
Hirundo cõtendit cycnis, Id est, indoctus cũ docto. Prouerbialis est locutio. Lucret. lib. 3. 2.
Contendere duos, pro Componere ad certamen. Tacit. lib. 4. Nemo nostros Annales cum scriptura eorum contenderit, qui ueteres Pop. Romani res composuere.
Magistratus à populo summa ambitione contẽditur. Cicer. 4. Verr. 91.
¶ *Contentus, Particip. (σωντεταμένος) Intentus: cuius cõtrarium, Remissus: ut, Contenti nerui, per conuulsionem, uel ex conuulsione.*
Contentũ corpus & Remissum, contraria. Cic. 2. Tusc. 93, Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt.
Arcus contentus. Ouid. 6. Metam. 59.
Tela contenta arcu parato. Virgil. lib. 5. Aeneid. 102.
Contentus & laxus, contraria. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 4.
Ceruix contenta. Virg. 3. Georg. 106, Legitur & extenta.
Contentus, à contineo. Vide Contineo.
¶ *Contentio (διάτασις) Verbale, Conatus ad aliquid agendũ. Cicer. 1. Offic. 123, Miserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio.*
Impetus dicendi contentioq;. Cic. pro Deiotaro, 3.
Labor & contentio. Cic. de Senect. 74.
Vehemẽtissima cõtentio animi, ingenij, uiriũ. Cic. 3. de Orat. 3.
Animi magna, uocis parua contentio. Cicer. de claris Orator. 125.
Animi contentio, cui opponitur Relaxatio. Cic. 2. de Orat. 13.
Animorum contentione discrepare, non opinionum dissensione. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 7.
Contentionem animi adhibere. Cic. in Hortensio, Magna etiam animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem, si leges. Hoc est, intendendæ sunt ingenij uires.
Contentio, Continuatio, intentio, perseuerantia: ut, Contentio uocis. Cic. 3. de Orat. 124, Nihil perniciosius, quàm effusa sine intermissione uocis contentio. Ibidem, lib. 1. 136.
Contentio orationis plurimum ualet, & maiorem uim habet ad gloriam. Cic. 2. Offic. 67.
Vocis contentio, & uocis remissio pugnant. Cic. 2. de Orator. 136. Et 1. Offic. 203.
Ad populum summa contentione dicere. Cicero de claris Orator. 39.
Oratio non magnæ in dicendo contentionis. Cic. pro Cluent. 1.
Pugna summa contentione pugnata. Cic. pro Murena, 32.
Summa uis & contentio sermonis, cui opponitur Lenitas sermonis. Cic. 1. de Orat. 153.
Contentio (ἀμφισβήτησις, ἔρις) Concertatio. Cic. 4. Acad. 138, Hæc autem est una contentio, quæ adhuc permanserit.
Belli contentio. Cic. pro Sestio, 49, Antiochum illum magnum maiores nostri magna belli cõtẽtione terra mariq; superatum intra montem Taurum regnare iusserunt.
Grauitatis & ponderum contentio. Cicer. 2. de Natura deorum, 174.
Decertare cum aliquo contentione dicendi. Cic. 2. Philip. 30.
Honoris contentio. Cic. pro Murena, 7.
Meritorum in Rempubl. contentio. Cicer. de Opt. gener. Orat. 152, Habet enim & legum interpretationem satis acutam in utranq; partem, & meritorum in Remp. contentionem sanè grauem.
Accurata & inimicitijs incensa contentio. Cicer. de Opt. genere Orat. 152.
Acerrima contentio. Cic. in Orat. 58.
Contentio inter aliquos de possessione. Cic. 4. Acad. 239.
Impendet summa inter eos contentio. Cic. Att. lib. 7. 121. 5.
Non mediocris contentio. Quint. lib. 5. cap. 13. 45.
Fortunarum contentionem facere. Cic. in Pisonem, 40.
Manet contentio. Vide Maneo.
Venire in contentionem. Id est contendere de accusando. Cic. 1. Verr. 34.
Res etiam dicitur uenire in contentionẽ. Cic. pro Quint. 12.
Contentio (σύγκρισις) pro Comparatione & æstimatione. Cic. pro leg. Manil. 26, Summa enim omnia sunt Quirites, sed ea magis ex aliorũ cõtentione, quàm ipsa per sese cognosci atq; intelligi possunt. Ex Budæo.
Vitiorum contentio. Plin. in Paneg. 136, An non plericq; principes, &c. quum feriarum laxamenta curarum uitiorum contentione supplerent?
Contentio ipsorum hominum facienda. Cic. pro Plancio, 4.
Contentio, apud Rhetores, ut diffinit Cicero, Est quũ ex cõtrarijs rebus oratio conficitur, hoc pacto, Habet assentatio iucunda principia: eadem exitus amarissimos affert. De Oratore, & in Topicis. Idem Author ad Heren. lib. 4. 165.
Asperitas contentionis Oratoris ipsius humanitate conditur. Cic. 2. de Orat. 117.
¶ *Contentè (σωντεταμένως) contentius, & contentissimè, Adnerb. Cic. 5. Tusc. 138, Socratem ferunt, quum usq; ad uesperum contentius ambularet.*

Contemĕ

Digitized by Google

Contentè pro ſe dicere. Cic.2.Tuſc.97. Ibidem, Plaga hoc grauior, quo eſt miſſa contentius.

¶ Contentioſus (ἐριστικὸς) Adiect. Plin.Iunior, lib. 2. epiſt.19, Oratio de qua loquor, pugnax & contentioſa eſt.

Contentioſus, Qui lites & iurgia ſeminat.

Contentioſus paßiuè, Quod ſit pertinaciter. Quint. 5. Declamat. non procul ab initio, Auidiſſimam moriendi cupiditatem contentioſa mẽdicitate fallebam. Hac forma poterimus dicere, Contentioſum ſtudium, pro intento.

¶ Contentioſè, Aduerb. (ὁριστικῶς) ut, Cõtentioſè agere, id eſt, pertinaciter.

Contenebrare] σκοτίζεσθαι, Neutrum uerbum. Varro 2. de Re ruſtic. cap. 2. 9, Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, & rurſus paſcunt, quoad contenebrauit. Id eſt, uſq; ad veſperum.

Contẽtè] à Contineor. Vide ſuo loco.

Conterminus] penul. corr. (ὅμορος) Finitimus & uicinus: quaſi eundem terminum inhabitans. Col. lib. 1. cap. 3. 6, Niſi Antolicus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus, aut Auentini montis incola Palatinis ullum gaudium finitimis ſuis Cacus attulit.

Pellere conterminos. Plin. lib. 2. cap. 68.

Contermina Indis gens Ariana. Plin. lib. 12. cap. 8. 1. Et lib. 3. cap. 26. 1, His contermini Rheti.

Stabula ripæ contermina. Ouid. 8. Metam. 111.

Contero] conteris, pen. cor. contriui, contritum (σωτρίβω) conterere, in puluerem redigere. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. 7, Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcyllæ modicum conterunt cum aqua.

Conterere radicem in puluerem. Plin. lib. 26. cap. 11. 8.

Conterere (κατανάλισκειν) pro Conſumere: ut,

Aetatem in piſtrino. Plaut. Bacch. 17. 11.

Aetatem in litibus. Cic. 1. de leg. 79.

Boues. Id eſt, conſumere laboribus. Lucret. lib. 2. 233.

Diem conterere. Id eſt, conſumere, & impendere quod dicitur. Terent. Hecyr. 5. 3. 17, Ita curſando, atq; ambulando totũ hunc contriui diem. Cic. ad Att. lib. 4. 77. 3.

Diem conterere in arte aliqua. Propert. lib. 2. eleg. 1. 10.

Conterere diem & noctẽ conuiuijs & ſtupris. Cic. 7. Verr. 21.

Ferrum uſu. Ouid. 3. de Arte, 19.

Maiorem partem æui ſomno conterere. Lucret. lib. 3. 213.

Operam. Plaut. Moſtel. 8. 56, Quid ego huc recurſem, aut operam ſumam, aut conteram: id eſt, perdam.

Operam fruſtra. Terent. Phorm. 1. 4. 33.

Otium & tempus in ſtudijs. Cic. de Amic. 85.

Quæſtum. Plaut. Moſtel. 13. 46.

Tempus fruſtra. Cic. pro Roſc. Comœd. 24.

Vitam in quærendo. Terent. Adelph. 5. 4. 15.

Apud pauperes ambitioſos pluribus & diuerſis officijs ſupellex conteritur. Quint. lib. 2. cap. 4. 22.

Conterere ſe in muſicis. Cic. 1. de Finib 108.

Conteri in cauſis & foro. Cic. 1. de Orat. 136.

Conterere aliquem oratione. Plaut. Ciſtel. 5. 58.

Conterere obliuione uoluntaria iniurias, id eſt, ſpõtè obliuiſci. Cic. ad Lent. lib. 1. 9. 76.

Conteri, pro Cõtriui apud Ouidium de Medicamine faciei, 18, Hæc ubi contereris, per denſa foramina cerne. Sic legit Aldus. Alij Contrieris legunt: ſed lectionem illam conſtitutio ſyllabarum non admittit. Ego libenter Contrieris legerem, ut Audieris: quum Aldi lectio alienior paulò uideatur ab uſu communi.

¶ Contritus, pen. prod. (σωτετριμμένος) Particip. Plin. lib. 20. cap. 13. 13, Datur & dyſentericis cum caſeo in uino cõtrita. Hoc eſt, commacerata & comminuta ac piſta.

Communia & contrita præcepta. Cic. 1. de Orat. 68.

Contritum uetuſtate prouerbium. Cic. 2. de Fin. 85. Id eſt, uulgatum apud antiquos.

¶ Contritor, pen. prod. (σωτρίπης) Verbale. Plaut. Perſa, 12. 15, Contritor compedum. Id eſt, frequenter ob malefacta cõpedibus detentus.

Conterraneus] πατριώτης, Qui ex eadem terra eſt: quæ propter Catullum conterrancum ſuũ Plin. in præfatione, 1, uocat, qui non Veronæ, ſed in Benaci inſula natus erat.

Conterreo] conterres, conterrui, conterritũ (φοβέω) conterrere, Notæ ſignificationis. Liu. 10. ab Vrbe, 137, Nouum pugnæ conterruit genus.

Conterret latratu canis aducnientem. Col. lib. 7. cap. 12. 7.

Conterrere uultu, aſpectuq; loquacitatem alicuius. Cic. 1. de Orator. 115.

Pectora conterrere metu. Lucret. lib. 2. 126.

Aſpectu conterritus hæſit. Virg. 3. Aen. 119.

Cõterritus corporis cruciatu. Vlp. in l. 3. ff. ex quib. cauſ. maio.

Conteſtania] Regio citerioris Hiſpaniæ, in qua ſita eſt Carthago noua. Author Plin. lib. 3. cap. 3. Fortè quæ hodie uulgò Cocentayna.

Conteſtor] διαμαρτύρομαι, conteſtaris, conteſtatus ſum, cõteſtari, idẽ quod Obteſtari, implorare, precari. Cic. 6. Verr. 58, Deos, homineſq; conteſtans, clamare cœpit. Idem pro Flac. 78, Quum ego Flacce, cælum, terramq; cõteſtans ſæpe flentem obteſtabar.

Cõteſtari litẽ, Feſto dicũtur duo, aut plures aduerſarij, quibus dinato iudicio, utraq; pars dicere ſolet, teſtes ſtote. Cic. pro Qu. Roſ. Comœdo, 31, Qui per ſe litẽ cõteſtatur, ſibi ſolipetit, alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. Vide Lis.

Lis conteſtata in aliquem. Paulus in l. ſeruus. ff. de his qui notantur infamia, Non ſuo nomine condemnatur, quippe quũ in initio lis in eum conteſtata non ſit.

Conteſtatã litem cũ aliquo habere. Cic. pro Roſc. Comœdo, 21.

¶ Conteſtatus, penult. prod. (διαμεμαρτυρομένος) Participium. Cic. pro Flac. 19, Quumq; ab hac perenni, conteſtataq; uirtute maiorum non modo nõ degenerauit L. Flaccus, ſed id, &c.

Conteſtata antiquitas. Cic. lib. 1. de Diuin. 145, Clariſſimis monumentis conteſtata, conſignataq; antiquitas. Alia exemplaria habent Teſtata.

¶ Conteſtatò, Aduerb. Teſtibus adhibitis. Vlpian. l. 1. §. 7. ff. de agnoſc. & alend. liber. Si neq; conteſtatò dixerit eam ex ſe prægnantem non eſſe. Hotomanus.

¶ Conteſtatio litis, Vlpian. in l. Põponius ſcribit. ff. de procuratorib. Ratihabitionis autem ſatisdatio ante litis conteſtationem à procuratore exigitur.

Contexo] σωυφαίνω, συμπλέκω, contexis, contexui, contextũ, contexere, Simul texere. Cic. 2. de Nat. deor. 236, Quid enim oues aliud afferunt, niſi ut earum uillis confectis, atq; contextis, homines ueſtiantur?

Lilia contexere amaranthis. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 7.

Contexere, Coniungere. Plinius lib. 5. epiſt. 101. b, Sub his per latus omne, uineæ porriguntur, unamq; faciem longè Luteq; contexunt.

Amores contexere. Catul. in Argon. 67.

Puppes contexere cannis. Antequã in nauium uſus arbores ferrumq; acceßiſſent, antiqui cymbas papyro cannisue paluſtribus conſtruxerunt. Vnde apud Lucanum,

Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro. Valer. lib. 2. Argon. 22.

Contexere interrupta. Cic. 1. de Leg. 14.

Contexere cum aliorum negocijs noſtra. Cic. Luc. lib. 121. 5. 6.

Contexere carmen. Cic. pro Cælio, 13.

Contexere

Digitized by Google

Contexere crimen, hoc est Componere, astutè cõflare. Cic. pro Deiotaro, 12, At quàm festiuè crimen contexitur?

¶ Contextus (συνύφαντος) Participium: ut,

Argento & auro contextus uir, Id est, uestis indutus auro & argento contexta. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 15.

Contextus equus trabibus acernis. Virg. 2 Aeneid. 23.

¶ Cõtextus, huius contextus (συνύφανσις) Cic. 5. de Fin. 57, Pennarumq; cõtextu corpori tegumẽta faciebat. Ex Accio.

Contextu longiore loqui. Plin. lib. 10. cap. 42. 5.

Contextus rerum. Cic. 5. de Fin. 143.

Contextus & continuatio sermonis. Quint. lib. 8. cap. 2.

Contextum aliquem dissoluere. Lucret. lib. 1. 50.

Recto contextu scribere. Quintil. lib. 1. cap. 19. & lib. 1, Complexus uel contextus orationis.

Vno contextu, pro Vno temporis articulo, non diuertendo ad alios actus. Vlpian. in l. hæred. palam in fine. ff. de testamẽtis, Vno contextu actionis testari oportet. Est aũt uno contextu, nullum alienum actum testamento intermiscere.

¶ Contextio, contextionis, uerbale, idem quod Contextus. Boetius in Topica Ciceronis cõment. 5, Quæ eorum natura sit, propositionumq; contextio. Rursus paulo post initium lib. 2. De differentijs Topicis.

¶ Contextio, Macrob. in Somnium, lib. 1 cap. 2, contextio narrationis. Ibidem cap. 5, sub finem, Quũ ergo & contextio ipsius, pari æqualitate procedat, & resolutio æqualiter redeat usq; ad monadem, &c.

¶ Contextè (συνυφασμένως) Aduerb. ut, Omnia naturali colligatione conserè contexteq; fiunt. Cic. de Fato, 47.

¶ Contextim, Aliud aduerbium. Plin. lib. 10. cap. 53. 2, Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim in secessu generant.

Conticco] contices, pen. cor. conticui, conticitum (κατασιγάω) conticere, Omnino tacere. Virg. 2. Aen.

Conticuere omnes intẽtiq; ora tenebãt. Cic. 3. in Cat. 55, Recitatis literis debilitatus atq; abiectus conscientia, repen
Repentè conticere. Sil. lib. 1. 28. (tè cõticuit.
Hiatu muto conticuit. Lucan. lib. 5. 27.

Conticuerunt literæ forenses & senatoriæ. Cic. 2. Offi. 5, Id est, desij collocare operam in forensibus causis.

Molæ uacuæ conticuere. Ouid. 6. Fast. 70.

Conticere, de re inanimata. Cic. de clar. Orat. 181. Paulò antè quàm perterritum armis hoc studium, Brute, nostrum conticuit subitò, & obmutuit. Quum obmutuissct Senatus, iudicia conticuissent, Cic. in Pisonem, 20.

¶ Conticesco, conticescis (κατασιωπάω) conticescere. Idẽ quod Cõticere. Cic. Post reditum in Senatu, 15, Saltem dum conticesceret illa lamentatio & gemitus urbis.

Conticescebatq; paulatim tumultus. Liu. 5. bel. Pun. 51.

Aetas nulla de tuis laudibus conticesset. Cic. pro Marcello, 5.

Ad casus aliquos conticescere. Quint. lib. 6. cap. 1. 32.

Conticescunt artes. Cic. pro Murena, 20.

¶ Conticiniũ (κατασιωπή) puto (inquit Varro de Lingua Latina) à cõticendo dictum: siue ut Opilius scribit, ab eo quòd conticuerunt homines. Nonius autem, Conticiniũ noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. Plaut. Asin. 12. 95, Redito huc conticinio.

Contigno] contignas (συνδομέω) contignare, Tigna coniũgere. Plin. lib. 9. cap. 3. 3, Gedrosos qui Arbin amnem accolunt. Alexandri Magni classium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenûm cubitorũ lõgitudinis reperta. De belluis Indici maris. Cæsar 2. bel. Ciuil. 60, Et quicquid est contignatum, cratibus consternitur.

¶ Contignatio (συνδόμησις) Verbale. Id est, textura trabium ac tignorum. Contignationes (inquit Budæus) uulgò Estagia dicuntur: quarum supremæ, aut etiã superiores, cœnacula dicuntur. σέγαι Græcè dicuntur. Valla autẽ in Rauadensem, Contignatio dicitur solarium domus, siue stratum sit cæmento, lateribúsue, siue non stratum: qualia ferè sunt solaria domorũ Apuliæ. Eoq; apud Liuium miraculo refertur, bouem in tertiam contignationem conscendisse. Id est, in tertium solariũ. Col. lib. 1. cap. 6. 2, Vt & contignatio careat incendij periculo.

Tegere una cõtignatione binas ædes. Papinian. in l. binas quis. ff. de Seruitutibus urbanorum prædiorum. Binas ædes habebat una contignatione tectas.

Contignum] gni. Festus, Contignum, est frustum carnis cũ septem costis demptum.

Contineo] contines, pen. corr. continui, contentum (συνέχω, ἐπέχω, κατέχω, ἐπιχέω, περιέχω) continere, Idẽ quod Tenere, & quodammodo arripere. Plau. Rud. 13. 26, erif, animo malefit, contine quæso caput.

Coercet & continet mundus omnia suo complexu. Cic. 2. de Nat. deor. 82.

Adiungi & contineri. Cic. 6. Verr. 105.

Contineri, pro Retinere, conseruare. Cic. 2. Offic. 24, Nec enim ulla res uehementius Rempublicam continet, quàm fides. Idem de Amic. 19, Sed hæc ipsa uirtus amicitiam & gignit, & continet.

Continere, pro Cohibere. Traianus Plinio, 237, Nihil opus sit, mi Secunde charissime, ad continendas custodias plures commilitones conuerti.

Belluas immanes septis continere. Cic. 13. Philip. 346.

Continere canes catenis per diem. Col. lib. 7. cap. 12. 10.

Continere ciuitatem in officio. Cæsar. 5. bel. G l. 14.

Claustris aliquem continere. Claud. 7. Paneg. 47.

Equos frænis continere. Senec. Hippol. 10. 13.

Continere exercitum uel equitatum castris. Cæsar 2. bel. Gal. 271, Et lib. 1. 209.

Continere oppida metu. Liu. 10. bel. Pun. 95.

Continere suos silentio. Liu. 7. bel. Pun 89.

Continere ciues eadem æquitate. Cic. 2. Offic. 122.

Aluum continere. Plin. lib. 14. cap. 6. 6. Hoc est, astringere & comprimere aluum.

Animam. Cic. 1. de Orat. 136.

Regere ac continere appetitiones animi. Cic. 4. Tusc. 33.

Audita. Terent. Eun. 1. 2. 23, Quæ uera audiui, taceo, & contineo optimè.

Corpus profluuio laborans continere. Celsus lib. 1. in proœm.

Dicta in aliquem. Cic. 2. de Or. 122. Nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. Sed ut in Scæuolam continui: ea Crassus, &c.

Dolorem continere. Cic. 3. de Nat. deor. 131.

Tacitum dolorem. Liuius 10. bel. Maced. 8. Id est, dissimulare dolorem.

Gaudium. Liu. lib. 10. bel. Pun. 78.

Gradum, Id est subsistere. Virg. 3. Aeneid. 119.

Impetum militum. Liu. 7. ab Vrbe, 179.

Iracundiam. Brutus ad Antonium, lib. 11. 3. 4.

Lachrymas. Plaut. Mostel. 10. 37.

Linguam, pro Refrænare. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 58.

Manus. Terent. Adel. 4. 2. 27.

Manus continere ab aliquo. Ouid. epist. 11. 16.

Continere manus alicuius ab aliquo. Cic. 1. in Catil. 16.

Odium in aliquem conceptum iamdiu continere. Cicero Post red. 1.

Risum. Cic. 4. de Fin. 114.

Vocem non potest cõtinere parietibus domus. Cic. in Catil. 4.

Nec

Nec priuata domus parietibus continere uocem coniurationis tuæ potest. Id est, non potest tacere.

Vocem non continere. Plin. lib. 14. cap. 22. 4, De temulentis.

In ieiunio continere aliquem. Celsus lib. 7. cap. 26.

Continere se, idem quod Abstinere se. Terent. Eunuch. 5. 2. 20.

Vix me contineo, quin inuolem in capillum. Cælius ad Ciceronem lib. 8. 6. 7, Quum præsertim is sit, qui si pernicio-sum sciret esse loqui de hac re, uix tamen se contineret.

Malè se continere, Id est uix se continere. Ouid. 4. Metam. 71.

Continere se à supplicio, & reprimere. Cic. 7. Verr. 59.

Continere sese in occulto. Cæsar 2. bel. Gal. 296.

Continere se finibus rerum suarum. Cic. 1. de Finib. 130.

Continere se in aliqua libidine, & in alia se effundere. Cicer. in Parad. 25.

Continere se domi aut ruri. Terent. Phorm. 2. 3. 13. Sic, Continere se tectis. Plin. lib. 11. cap. 10. 1.

Mœnibus urbis se continere. Ouid. 13. Metam. 42.

Domi atq; intra priuatos parietes aliquem continere. Quint. lib. 1. cap. 2. 1.

Continere animo ac memoria fontes omnium rerum, quæ ad dicendum pertinent. Cic. 1. de Orat. 47.

Continere aluo dicitur mulier prægnans. Cic. 1. de Diuin. 71.

In aluo spem à uiro commendatam continet mulier. Cicer. pro Cluen. 26.

Continet me tempestas. Plaut. Amphit. 8. 56,

——an tẽpestas continet, Qui, &c. Id est, detinet, impedit, & remoratur. Cæsar 1. bel. Ciuil. Hos omnes flumina continebant.

Continet epistola tertia, esse tibi redditam rationem pro Clario. Plin. epist. 205.

Magnum mendum continere. Cic. Att. lib. 14. 320. 3.

Cõtinetur publica salus incolumitate illius. Plin. epist. 252. Id est, retinetur & conseruatur.

Salute alicuius alterius salutem contineri. Cic. pro Marcel. 13.

Continetur honestas ex quatuor uirtutibus. Cic 2. de Finib. 79.

Continentur artes cognatione quadam inter se. Cicero pro Archia, 1.

Contineri nomine familiæ. Cic. pro Cecinna, 43.

Philosophorum libris aliquid continetur. Quintil. in procem. lib 1. 9.

Atq; hæc omnia uno uerbo cõtinentur. Cic. 2. de Orat. 143.

¶ *Continens, pen. corr. (συνεχὴς) Adiect. Idẽ est quod Contiguus, coniunctusq;. Liu. Continens imperium usq; ad nos habebitis. Id est, sine ullo interuallo.*

Continentia fundo alicuius prædia, atq; adiuncta mercari. Cic. pro Cecinna, 8.

Continens spiritus, & intermissus, contraria. Cicero 3. de Orator. 120.

Longum agmen, nec continens. Liu. 10. ab Vrbe, 173.

Labore continenti omnia superare. Cæs. 7. bel. Gal. 100. Id est, continuo, nec interrupto.

Biduo continenti. Sueton. in Caligula, Per hunc pontem ultrò citroq; commeauit, biduo continenti.

Cursu continenti sequi fugientem. Liu. 2. bel. Pun. 70.

Imber continens. Liu. 3. bel. Pun. 206.

Velut continenti incendio omnia ardere uisa. Curtius.

Iuga continentia. Liu. 7. bel. Pun. 99.

Continentia ædificia. in l. eo iure. §. 1. ff. in quibus caus. pign. uel hypoth.

Oratio continens. Cic. 1. Tusc. 27.

Punicũ bellũ continenti scriptura expositũ diuisit in septem libros. Suetõ. de clar. Gram. 2. de Cratete Mallote loquitur.

Somnus continens. Celsus lib. 3. cap. 20. de Lethargo.

¶ *Continens, pe. cor. (ἐγκρατὴς) Qui abstinet, maximè à mulieribus. Terent. Eunu. h. 2. 1. 21,*

——hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.

¶ *Cõtinentissimus, pro Homine minimè auaro. Ci. in Parad. 8.*

In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum sæpe requiro prudentiam.

Parcus & continens. Plin. lib. 5 epist. 114. b.

In continenti, Sub. tempore. Vlpian. in l. quod ait lex. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, Quod ait lex, In continenti filiã occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero referuet, & post diem filiã occidat, & contrà. debet enim propè uno ictu, & uno impetu utrũq; occidere, æquali ira aduersus utrunq; sumpta. Quòd si non affectauit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis deprehensa est à patre qui persequebatur, in continenti uidebitur occidisse. Sunt qui coniunctim legunt, Incontinenti.

Continens, & firmamentum causæ dicitur Latinè, quod Punctum litis deciſorium uocant, inquit Budæus. Cic. in Topicis, 51, Quibus aũt hoc, qua de re agitur, cõtinetur, hæc Cõtinentia uocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit.

Continentia cum ipso negocio, sunt ea, quæ semper affixa esse uidentur ad rem, neq; ab ea possunt separari. Cicer. 1. de Inuent. 54.

¶ *Continens (ἤπειρος) Substant. fœ. gen. Est terra quæ non est insula. Plin. lib. 5. cap. 29. 13. Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit.*

¶ *Continẽtia, fœ. ge. sin. n. (ἐγκράτεια) Vide* Abstinentia. *Cicer. 2. Offic. Et continẽtia in omni uictu, omniq; cultu corporis tuẽdi causa, & in prætermittendis uoluptatib.*

¶ *Continenter, Aduerb. (ἐγκρατῶς, παθεκτῶς) Id est, coniunctè continuéq;. Cæsar 1. bel. Gal. 3, Belgæ cum Germanis cõtinenter bellum gerunt.*

Continenter uiuere. Cic. 1. Offic. 149, Atq; etiam si considerare uolemus, quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe defluere luxuria, & delicatè ac molliter uiuere: quamq; honestum parcè, continenter, seuerè, sobriè.

¶ *Contentè, Aduerb. Continenter. Plaut. Asin. 3, Volo amori obsequutũ illius, uolo amet me patrẽ, Quanquàm illum mater arctè cõtenteq; habet. Sa mere le tient de court. Hoc est, parcè & continenter eum tractat.*

¶ *Contentus (ἀρκούμενος, ἀγαπῶν) Nomen adiect. potius q̃ participiũ, dicitur (inquit Valla lib. 1.) qui cõtinet quod animo satis facit, nõ qui cõtinetur. Plaut. Merc. 28, Nam uxor contenta est quæ bona est, uno uiro. Cicer. pro Quintio, 7, Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quasi lucro contentus esse non poterat.*

Contentus ad. Cic. in Parad. 54, Opinor in eo cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum facilè contentus sit.

Contentus de. Cic. in Lælio, De his cõmunis uita contenta est.

Contentus est paruo. Cic. 1. de Amic. 72.

Honesto paruo contentus. Claud. 1. in Ruffinum, 41.

Modico contentus. Iuuen. Sat. 9. 1.

Paucis contentus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 4.

Viuit sua sorte contentus. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 1.

Contentus hac iniquitate non fuit. Cic. 4. Verr. 65, Sic Contentus libertate. Cic. 1. de Finib. 70.

Contentus fuerã hoc solũ scribere. Plin. epist. 223. Quin. lib. 5. cap. 12, Hæc breuiter demonstrasse contentus.

Contentum abire. Virgil. 5. Aen. 63.

¶ *Continuus (ἀδιάκοπος, συνεχὴς, ἐχόμενος) Adiect. ut, Continuus spiritus. Plin. lib. 10. cap. 29. 5.*

Dentes

Digitized by Google

Dentes continui, quibus opponuntur Serrati. Plin.lib.10.cap. 73.2, In potu quibus ſerrati dentes, lambunt: quibus continui dentes, ſorbent, ut equi, boues.

Continuatum & Interruptum, contraria. Cic.3.de Orat.115.

Iunctum, & continuatum. Cic.2.de Nat.deor.175.

Continuus & Intermiſſus, contraria. Plin.epiſt.41.b.

Amor continuus. Proper.lib.1.eleg.19.1.

Continuum triduum, continuus dies. Plaut. Mil.10.146. Idem Stich.4.61, Quæ inter continuum perdidi triennium? Idem Ciſtel.5.15.

Dies continuos complures in littore conuiuijſq; iacuiſti. Cic. 1. Verr.107.

Humum continuum diducere. Ouid.8.Metam.118.

Ictu continuo uulnerari. Ouid.2.de Ponto, eleg.7.19.

Labor continuus. Ouid.1.de Ponto, eleg.5.2.

Continuos labores dare deſidiæ. Plin.in Pang.132.

Montes continui. Horat. Epiſt.17.1.

Continua laus. Plin.epiſt.151.d.

Continui Conſulatus, continua Prætura, continuum regnum. Plinius in Paneg. 97. Cicero pro Fonteio, 26. Liuius 1. ab Vrbe, 206.

¶ *Cõtinuo, cõtinuas, cõtinuare (διατελέω, συνείρω, συνάπτω) Plin.lib.14.cap.22.7, Biduo duabusq; noctibus perpotationem continuauit.*

Venti continuant. Celſus lib.2.cap.1.

Continuare agros. Liu. 4.bel. Maced.16, Qui legem Licinam excitauit de quingentis iugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi? Cic.de Leg. Agr.78.

Continuantur anni. Plin.lib.17.cap.2.3.

Pleno fauore gaudia continuare. Claud.1.Paneg.1.

Continuare domos mœnibus, pro Coniunctim extruere. Liu. lib.2. Decad.1. Sic apud Ouid. 4.de Ponto, eleg.15.4. Domus continuata foro.

Cohærere & continuari. Cic.1.de Nat.deor.75.

Continuare nocte & die iter. Cæſar 3.bel.Ciuil.42.

Continuare diem & noctẽ opus aliquod. Cæſar 1.bel.Ciuil.231.

Hyems continuatur. Ouid.1.de Ponto, eleg.2.6.

Latus lateri continuare. Ouid.1.de Arte, 100.

Dapes continuare. Ordine continuo apponere. Horat.2.Serm. Saty.6.22.

Somnos continuare. Ouid.21.epiſt.18.

Fletus continuati. Celſus lib.6.cap.6.

Singula uerba, Continuatis & coniunctis opponuntur apud Cic.3.de Oratore, 83.

Continuari pro finitimum eſſe, Tacit. Sictionibus Sitonum gens continuatur.

¶ *Continuatio (συνέχεια, συνάφεια) Verbale. Cic.1.Acad.43, Intra quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni. Cæſar 3.bel.Gal.461.*

Continuatio & ſeries rerum. Cic.1.de Nat.deor.15, Eſt mirabilis quædam continuatio ſeriesq; rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes inter ſe aptæ colligatæq; uideantur.

¶ *Continuò (παραχρῆμα) Aduerb. Id eſt, confeſtim, uel ſtatim. Virg.4.Geor.110, —cõtinuò matris præcepta faceßit. Cic. Terent.14.3.7, Vt ad me continuò initia rerum & rationem totius negocij poſſes ſcribere.*

Continuò exeo. Terent.Eunuch.3.2.40.

Continuò hic ero, uel adero. Terent.Heaut.3.1.91.

Haud mora continuò perfectis ſanguine uotis, &c. Virgilius 3. Aeneid.110. Pleonaſmus eſt, ut annotat Seruius.

Continuò, aut interrogatiuè, aut negatiuè ponitur: & idem eſt quod Non ideo, uel num ideo: ut, Continuóne ſi ille ſtultè dixit, tu ſtultius facies? Cic. pro Roſc. Amer. 57, Non continuò ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. Idem 2.de Orat.109. Citra negationem aut interrogationem non eleganter hoc modo uteremur. Hæc ex Valla libro ſecundo. Vide Non.

¶ *Continuè pro Aßiduè. Quint.lib.2.cap. An uirtus ſit Rhetorica, Qui grana ciceris ex ſpacio diſtante miſſa in acum continuè & ſine fruſtratione inſerebat.*

¶ *Continuitas (συνέχεια, συνάφεια) Idem quod Continuatio. Plin.lib.8.cap.30.1, Collum & iuba continuitate ſpinæ porrigitur, flectiq; niſi circumactu totius corporis nequit. Hinc dicimus uiſcoſum illud eſſe quod continuitatem ſeruat: hoc eſt, quod continuo quodam filo ac ordine cohæret.*

Contingo] *contingis, contigi, per. corr. contactum (ἅπτομαι, ἔχομαι) contingere, Ex tango compoſitum: Idem quod ſimplex. Virg.2.Aeneid.48,*

—funemq; manu contingere gaudent. Columella lib. 5. capite 6.6.

Contingere ſe inter ſe, uel Cõtingere inter ſeſe. Plin.lib.17.cap. 10.11. Colu.lib.5.cap.10.5, Curato ne inter ſeſe contingant. Vide Inter.

Heluij fines Aruernorum contingunt. Cæſar 7.bel.Gal.25.

Infamia temporis contigerat noſtras aures. Ouid.1.Metamor. 43. Verba Iouis.

Cibũ roſtris contingũt animalia quæda. Cic.2.de Nat.deo.182.

Contingere dextras uictrices cupiunt. Liu.8.bel.Pun.46.

Contingere quenquam calce. Colum lib.6 cap.2.7.

Auem contingere ferro, Id eſt, telo ferreo. Virgil.5.Aeneid.101.

Limen cõtingere alicuius, Id eſt peruenire uſq; ad domũ. Ouid. 4.de Ponto, 5.4.

Metam contingere. Horat.in Arte, 37.

Nox mediam cæli metam contigerat. Virg. 5.Aeneid.166.

Pietas contingit finem ſuum. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.8.

Portum contingere. Ouid.3.Metam.127.

Saltu terram contingere. Stat.5.Thebaid.35.

Contingere terram oſculo. Liuius 1.ab Vrbe, 248.

Viſu contingere aliquid. Silius lib.13.102.

Contingere alicui rei, pro Contiguum eſſe. Cæſar lib.1, Ita ut rádices montis ex utraq; parte ripæ fluminis contingant.

Contingunt corpus amurca, Id eſt ungunt, tingunt. Virgilius 3. Georgic.89.

Sale aliquid contingere. Salire. Virg.3.Georg.80.

Pocula circum oras contingere melle. Lucret lib.4.3.

Contingi crimine. Vlpian. in l.1.§. hoc autem. ff. de ſer. fug. quũ dicitur, Puniantur ſi crimine contingantur.

Contingere exiſtimationẽ. Vlpian. in l.abſentem. §.aduerſus. ff. de pœnis.

Contingere regiam propinquitate. Liu.4.bel.Pun.103.

Contingere aliquorum familias. Sueton.in Nerone, cap.32.

Nullo gradu contingere aliquem. Sueton.in Galba, lib.2.

Propius contingere aliquem, pro Cognatione propiore alicui iunctum eſſe; uel etiam amicitia & familiaritate. Horat. 2. Serm.Sat.6.11.

Contingere authoritatem loci alicuius. Cic. pro leg. Manil.1.

Animum cura contingere, Afficere ſolicitudine. Valerius lib.7. Argon.35.

¶ *Contingit aliquid (συμβαίνει, γίνεται) pro Euenit, accidit. Cic. 5.Tuſc.23, Quod nõ modo ſingulis hominibus, ſed potentibus populis ſæpe contigit.*

Connubia contigerant illi tuæ matris. Neſtor ad Achillem apud Ouidium, 12.Metam.3.

Gaudia contingunt mihi. Ouid.2.de Ponto, eleg.4.2.

Honor contigit tibi ex merito. Ouid.4.de Ponto, eleg.7.4.

Abundè contigit illi ualetudo, fama, gratia. Hora.1.Epiſt.4.2.

Si mihi uita contigerit. Plancus Ciceroni, lib.10.24.2.

In magnis animis contingit. Cic.1.Offic.106.

Digitized by Google

Quod uix euenit, Contigisse dicitur, inquit Donatus. Terent. And. 4.2.13, Hanc mihi expetiui: contigit: cõueniunt mores.
Contigit ut. Cic. 5. Philip. 199, Vtinam C. Cæsari, patri dico, contigisset adolescenti, ut esset Senatui charissimus.
Nihil contingitur eo facto causa mea. Liu. 10. bel. Maced. 61.
¶ Contingens (ἁπτόμενος) Particip. Cic. 2. de Diuin. 137, Docet enim ratio Mathematicorum, &c. quanta humilitate Luna feratur, terram penè contingens.
Pars precij contingens alicui. Caius in l. domino. ff. de senatusconsulto Syllano, Precij autem partem sibi contingentem socium consequi oportet.
¶ Contingens (συμβεβηκὸς) Nomen adiect. Contingentia dicuntur, quæ in utranq; partem accidere possunt, & quæ accidere æquè ac non accidere natura comparata sunt: hoc est, quæ sunt ancipitis euentus. Bud.
¶ Contactus (ψαυστὸς) Participium: ut,
Colore croci contactũ aliquid, Id est tinctum. Lucre. lib. 6. 239.
Sale modico contactum. Celsus lib. 2. cap. 24.
Contacta halitu animalis res. Plin. lib. 11. cap. 53. 1.
Cupidinibus nullis contactus. Propert. lib. 1. eleg. 1. 1.
Contacta ciuitas rabie. Liu. 4. ab Vrbe, 44.
Contactus societate. Liu. lib. 1. Decad. 4. Idem lib. 8. eiusd. Decad. Vt omnia cõtacta societate peculatus uiderentur. Id est, uelut contagione infecta.
Contactus religione dies. Liu. 6. ab Vrbe, 112.
¶ Contactus, huius cõtactus (συναφὴ) Colum. lib. 11. cap. 3. 41, Contactu eius languescunt incrementa uirentium. Plin. lib. 10. cap. 59. 3, Pullis anserum urtica contactu mortifera.
Viriles contactus refugere dicuntur fœminæ, Id est, uirorũ contactus. Ouid. 7. Metam. 50.
Dominationis contactus. Tacit. in Vita Agric.
Immundo contactu fœdare aliquid. Virg. 3. Aeneid. 46.
Infecti quasi ualetudine & contactu. Tacit. lib. 5.
¶ Contagium, cõtagij, pro Contactu. Plin. lib. 4. epist. 31. 76. c, Quumq; ei carnifex manum daret, auersa est, & resiluit: fœdumq; contagium quasi planè à casto puroq; corpore nouissima sanctitate reiecit.
Contagium, Genus morbi, qui ex contactu contrahitur. Virgil. 1. Eclog. 10,
Ne mala uicini pecoris contagia lædant. Id est (ut ait Seruius) ne morbi uel pestilentiæ corrumpant. unde contingit ut una aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat.
Lucri contagia. Horat. 1. Epist. 12. 3.
Ignaua contagia. Claud. in Eutropium.
Dira fœdi morbi contagia manant in omnes populos. Sil. lib. 11. paulò post initium.
Scelerum contagia. Lucan. lib. 3. 65.
Morbi contagio penetrant in aliquem. Lucret. lib. 3. 96.
Fugere contagia. Ouid. 15. Metam. 39.
Vitare contagia. Ouid. 2. de Remed. amor. 44.
¶ Contagio, contagionis, Idem. Plaut. Amphit. 3. 31, Contagione meæ matris mutuo malum.
Somno seuocatus animus à societate & contagione corporis. Cic. 1. de Diuin. 111.
Contagio cum corporibus. Cic. 1. Tusc. 114, Qui autem se integros castosq; seruauissent, quibusq; fuisset minima cum corporibus contagio, &c.
Contagio aspectus. Cic. pro Cluent. 153. Hoc est, contagiosus aspectus translatitiè, pro uenenoso & lubrico ac pernicioso.
Contagio belli dicitur, Quum ex uno bello, uel uno bello confecto, subinde alia belli occasio oritur. Liuius 1. ab Vrbe, 61. Cic. 7. Verr. 5.
Contagio conscientiæ. Cic. 7. Verr. 143, Deliberatum autem est, si res opinionem meam, quam de uobis habeo, fefellerit, non modo eos persequi, ad quos maximè culpa corrumpendi iudicij, sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Hoc est, qui eius culpæ conscij erunt, & eo crimine quodammodo infecti.
Malorum contagiones. Cic. 3. Offic. 118.
Naturæ contagio. Cic. de Fato, 8.
Sceleris contagio. Cic. pro Murena, 71.
Terrena contagio. Cic. 2. de Diuin. 86.
Turpitudinis. Cic. Attic. lib. 1. 11. 6.
Contaminare se contagione alicuius rei. Cic. pro domo sua, 83.
Importare contagionem. Vide Importo.
¶ Contages, contagis, pen. prod. fœ. gen. pro Contagio dixerũt ueteres. Lucret. lib. 4. 64,
Multaq; sunt oculis in eorum deniq; mista,
Quæ cõtage sua palloribus omnia pingũt. Idẽ lib. 6. 250,
Qui fuerant autem præsto, contagibus ibant.
¶ Contagiosus, Adiect. ut, Contagiosa febris, contagiosus morbus, & pestis contagiosa à Celso dicuntur, quibus qui laborant, solo contactu alios inficiunt.
¶ Contiguus, Adiect. (ἐχόμενος) Quod contingit. Gellius lib. 9. cap. 1, Vsu uenit, ut contigui magis directioresq; ictus fiant, si, &c. Plin. lib. 2. ca. 9. 2, Sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus.
Contiguæ domus. Ouid. 4 Metam. 12.
Contiguus loco mihi erat, Id est, iuxta me erat uel stabat. Ouid. 4. Fast. 76.
Continuo] continuas. Vide Contineo.
Continusa] Insula Hispaniæ adiacens, in freto Gaditano, aliis nominibus Gadira & Tartessus appellata. Vide Plin. lib. 4. cap. 22.
Continuus] Vide Contineo.
Contollo] contollis, contollere. Plaut. Aulul. 27. 6, Contollã gradum. Id est, confertam gradum.
Contophori] κοντοφόροι, Equitum genus, qui in bello contis utebantur, hoc est hastis oblongioribus. Distinguit enim Iulius Poll. lib. 1. Onomast. equites in species septẽ, Hippotoxotas scilicet, Doratophoros, Cõtophoros, Hypaspistas, Secnophoros, Hippagogos, & Amphippos, hoc est desultorios.
Contor] Contaris (ὁρωτάω) contari. Verbum à Contus, conti, deriuatum, significat Interrogare. Cic. ad Atti. lib. 11. 218. 1, Quumq; ex eo de me contaretur, cum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. Huius compositio Percontor, frequentior est usus.
Contorqueo] contorques, contorsi, contortum (συστρέφω) contorquere. Idem quod circum torquere, uel in ambitum & gyrum. Plin. lib. 11. cap. 14. 5, Iuba tradit arborem ibi tris, contorti esse caudicis. Virg. 1. Georg. 97,
Proluit insano contorquens uertice syluas
Fluuiorum rex Eridanus. Hoc est, tantum excreuit, ut etiã syluas moueret, & erueret arbores. Cic. 2. de Nat. deor. 79, Non est enim ætheris ea natura, ut ui sua stellas complexas contorqueat.
Currum contorquere. Cic. 2. de Nat. deo. 166. De Capricorno.
Frena contorquere. Valer. lib. 1. Argon. 2.
Freta contorquet Nereus. Sil. lib. 3. 10.
Gubernaculum contorquere aliquò. Lucret. lib. 4. 183.
Hastam contorquere. Virg. 2. Aeneid. 11.
Ea celeritate contorquetur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. Cic. 1. de Nat. deor. 35. De mundo.
Proram contorsit ad læuas undas. Virg. 3. Aeneid. 112.
Spicula lacertis contorquent. Virg. 7. Aeneid. 33.
Verba contorquere. Cic. 3. de Nat. deor. 105, At quàm Rhetoricè, quàm copiosè, quas sententias colligit? quæ uerba contorquet?

Digitized by Google

torquet? ut licere cuiuis rhetori intelligas.
Contorquere in alium cursum amnes, & deflectere. Cicero 1. de Diuin. 70.
Contorquere aliquem tum ad tristitiam, tum ad lætitiam. Cic. 2. de Orat. 4.
¶ Contortus (συνστραμμένος) Participium: ut, Contorta cornua. Cic. 2. de Nat. deor. 163.
Crinis contortus. Senec. Hipp. 5. 24.
Cuspis contorta lacerto. Ouid. 8. Metam. 70.
Contortæ res. Dicuntur perplexæ & perturbatæ, & sibiipsis minimè cohærentes. Cic. 1. de Oratore, 130.
Contorta & aculeata sophismata. Cicero 4. Acad. 134. Vide Sophisma.
¶ Contortulus, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 2. Tusc. 73, Sitne igitur malum dolere, nécne, Stoici uiderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici uolunt, non esse malum dolorem.
¶ Contorsio (συστροφὴ) Verbale. Cic. de Fato, 25, Maius est enim hæc contorsiones orationis, quàm signorum ortus, obitusq; perdiscere.
¶ Contortor, contortoris, Aliud uerbale, masc. gen. Terentius Phorm. Act. 2. scen. 3, Bonorum extortor, legum contortor.
¶ Contortè (συστραμμένως) Aduerbium. Cic. 1. de Inuen. 39, Hic considerandum erit, ne quid perturbatè, ne quid contortè dicatur.
Contortius concludere. Cic. 3. Tusc. 37.
¶ Contorquendus (συστρεπτέος) Participium. Cic. 2. de Orat. 40, Qui tanquã machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus.
Contortuplicare] διπλάσιον, Plaut. Persa, 18. 25.
Ita sunt Persarum mores, longa nomina
Contortuplicata habemus. Hoc est, adeò dura, & quasi confragosa, ut uix efferri possint. Verbum est decompositum ex Contorqueo & Plico.
Contra] ἐναντίον, κατὰ, αὐτὶ, Præpositio accusatiuo casui seruiens. Virg. 8. Aeneid. 138,
Contra Neptunum & Venerem, contraq; Minervam.
Contra disciplinam meam te gessisti. Id est, aliter quàm te docuissem. Apud Plautum.
Facere contra aliquem. Cælius Ciceroni in Epistolis ad Atticũ, lib. 10. 201. 3, Nunc te contra victorem Cæsarem facere, &c. summæ stultitiæ est.
Contra me est hæc res. Cic. pro Cluentio, 82.
Contra expectationem omnium. Cæsar 8. bell. Gall. 138.
Contra opinionem omnium. Cæsar 6. bel. Gall. 105.
Contra spem. Liu. 4. bel. Pun. 202.
Contra legem aliquid accipere. Cic. 7. Verr. 47.
Secundum naturam & Contra naturam, pugnant. Cicero 4. de Finib. 17.
Contra officium. Cic. 1. Offic. 30.
Obniti contra aliquid. Virg. 5. Aeneid. 5.
Contra aliquem stare, id est, è regione. Plaut. Persa, 6. 27, Quid agis? P. fœminam sceleratam te astans contra contueor.
Aspice contra me. Plaut. Mostell. 15. 55.
Contendere contra aliquem. Virg. 5. Aeneid. 73.
Stare contra aliquem. Virg. 5. Aeneid. 82.
Tollere oculos contra aliquem. Lucret. lib. 1. 14.
Munire se contra pudorem. Tacit. in Vita Agric.
¶ Contrà (διὰ ἐναντίας) Aduerbiũ, id est, Vicissim, autore Donato, & graui accentu notatur in fine. Terent. Adelph. 1. 1. 25, Ille ut item contrà me habeat, facio sedulò. Plaut. Mercatore, 2. 2. 41, Sapis ô Charine: contrà pariter fer gradum.
Contrà, Exadue: so. Terent. Eunuch. 2. 3. 63, Imò enim si scias quod donum huic dono cõtrà comparet, &c. Cic. 4. Acad. 184, Vt aliæ probabiles uideantur, aliæ contrà
Contrà tibi euenit. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 6.
Contrà, E regione. Iuuenalis, Stat contrà, starique iubet. Virg. 6. Aneid. 5, Contrà elata mari respondet Cnosia tellus.
Contrà ac, uel Contrà atq;, pro Aliter quàm. Cicero 1. de Diuin. 79. Idem pro Cornelio Balbo, 5, Si deniq; aliquid non contrà ac liceret factum diceretur, sed cõtrà atq; oporteret. Cic. pro Sylla, 51.
Contrà quàm. Cic pro Cluentio, 9, Generi sui, contrà quàm fas erat, amore capta. Idẽ in Pisonẽ, 13, Vt Senatus contrà quàm ipse sensuisset, ad uestitum rediret.
Contractus] Vide Contraho.
Contradico] cõtradicis, pen. prod. contradixi, contradictũ (ἀντιλέγω) contradicere. Cic. 1. Tusc. 13, Vt quũ is qui audire uellet, dixisset quid sibi uideretur, tum ego contradicerẽ. Idem 7. Verr. 33, Quàm palàm principes contradixerint. Legi potest separatim, contrà dixerint.
Contradicere aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 56.
Contradicuntur hæc. Cic. 3. Tusc. 119, Ex quo inielligitur non in natura, sed in opinione esse ægritudinem. Contradicuntur hæc. Quis tam demens, ut sua uoluntate mœreat?
¶ Contradictum, contradicti, (ἀντιλεγόμενον) ut apud Quintilianum, in procem. lib. 4. 5, Dissoluere contradicta.
¶ Contradictio, Verbale (ἀντιλογία) Quintil. lib. 2. cap. 18, Ponuntur hæ quandoq; in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones. Id est, quod dicũt, Instantiæ & obiectiones. & Quintil lib. 3.
Contrado] contradis, pen. prod. contradidi, contraditum, (παραδίδωμι) cõtradere, Idẽ quod Tradere. Lucr. lib. 1. 82,
Multaq; præterea tibi possum commemorando
Argumenta, fidem dictis contradere nostris.
Contraho] contrahis, pen. corr. contraxi, contractũ (συλλέγω, συσείλω, ἐπισπάω) contrahere, Colligere. Virgil. 3. Aeneid. 1, —contrahimusq; uiros. Pompeius Marcello & Lentulo in Epistolis ad Atticum, lib. 16. 1. 5, Vos hortor ut quodcunq; militum contrahere poteritis contrahatis. Sic apud Liu. 8. bel. Pun. 68, Contrahere auxilia. Et apud Plinium epist. 311, Contrahere pecuniam.
Contrahere personas ad aliquod negocium. Plin. Epist. 305.
In unum locum contrahere. Cic. Attico, lib. 8. 157. 4.
In unum omnes contrahere. Liu. 6. bel. Pun. 220.
In aceruum contrahere. Plin. lib. 10. cap. 20. 1.
Crura contrahere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2. 5.
Flectit, contorquet, porrigit, contrahit quocunq; uult membra sua, omne animal. Cic. 1. de Diuinat. 196.
Dilatare & Contrahere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 203.
Contrahere & Dissipare, contraria. Cic. de Amic. 23, Quæ in rerum natura, totoq; mundo constarent, quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.
Contrahere collum, Cic. 2. Tuscul. 71. Et Virgil. 1. Georg. 7, Brachia contrahere.
Contrahere se. Cic. 2. de Nat. deor. 205. de Pulmonibus, Tum se cõtrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatãt, ut frequenter ducatur cibus animalis. Ibidem, 203.
Contrahere ad colloquium. Liu. 8. bell. Pun. 94.
Contrahere ad colloquia gentes feras. Plin. lib. 3. cap. 5. 2. Vide Colloquor.
Contrahi incommodis amici, pro Contristari. Cicero in Lel. 45, Vt ex bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur.
Contractum est illud eius culpa, pro Peccauit in hoc. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 1. 14.
Contrahere (ἐπιπωλεῖν) æs alienum. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 35.

Digitized by Google

Constare inter omnes uideo, abs te summam adhiberi diligentiam, nullum es alienum nouum contrahi ciuitatibus, uetere autem magno & graui multas abs te esse liberatas urbes. Vide Aes..

Aeruginem. Plin. lib. 34. cap. 11. 5, Ocyßimè uerò contrahit coronarium æruginem. Sic contrahere mucorẽ, Colum. lib. 12. cap. 4. 3. Et ibidem, cap. 17. 1, Contrahere ſitum.

Amicitiam uirtus contrahit. Cic. de Amic. 45.

Animum contrahit muſica: cui opponitur Remittit. Cic. 2. de Legib. 62, Nanq; & incitat languentes, & languere facit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit.

Animũ demittere & contrahere. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 6, Qua propter hoc te primũ rogo, ne cõtrahas aut demittas animũ.

Animus contrahitur formidine. Lucret. lib. 5. 245.

Bellum temeritate. Liu. 5. ab Vrbe, 166, Tribuni quorum temeritate bellum contractum erat, ſummæ rerum præerant.

Beneuolẽtiã à perſona noſtra cõtrahere. Author ad Her. li. 1. 7.

Cauſam mortis ſibi contrahere. Plin. lib. 11 cap. 19. 2.

Certamen. Liu. 7. ab Vrbe, 116, Ibi circa iacentis Galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur.

Cicatrices uulnerum. Plin. lib. 12. cap. 17. 6, In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur ſingulari effectu contrahendis uulnerum cicatricibus. Cicatricem inducere dicit Celſus.

Cladem. Liu. 5 bel. Pun. 109.

Culpam. Pomponius in l. liberto. §. ultimo. ff. de nego. geſt.

Contrahere culpam. Pap. in l. liberto. §. Item. ff. de neg. geſt.

Culpam contraxiſſe uidetur, quòd à ſententia contra abſentem dicta ipſe non prouocauit. Cic. Attico, lib. 11. 230. 2, Ea enim eſt à nobis contracta culpa ut omni ſtatu, &c.

Damnum. Cic. 5. de Finibus, 156.

Frontem, Quod ſolent facere ſubirati, & quibus aliquid nõ placet. Plaut. Amphit. 3. 52, Quid contraxiſti frontem? Plinius Epiſt. 55. b, Tunc enim frons corrugatur, id eſt, in rugas contrahitur. Cic. pro Cluen. 57.

Inimicitias. Quintil. lib. 7. cap. 2. 37.

Inuidiam in uita. Author ad Heren. lib. 4. 209.

Iram alicuius ſibi contrahere. Ouid. 2. Metam. 132.

Iter contrahere, id eſt, breuius facere, aut properare. Propert. lib. 3. eleg. 20. 3.

Iura contrahere, Significat auſteritatem legum temperare, & minus quàm imperio agere, ne ſummum ius ſumma ſit iniuria. Stat. 11. Theb. 137.

Lites. Cic. 3. de Leg. 9.

Litigium inter aliquos. Plaut. Caſin. 13. 31.

Malum contrahitur. Celſus lib. 2. cap. 1.

Moleſtias liberalitate ſua contrahere. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 16.

Morbum. Plin. lib. 30. cap. 8. 1. Sic, Contrahere aduerſam ualetudinem ex re aliqua. Plin. Epiſt. 139. a. & 154.

Neſas. Liuius 5. ab Vrbe, 73. Sic, Contrahere piaculum ſibi & Reipublicæ, Liu. 5. ab Vrbe, 235.

Noxam. Colum. lib. 6. cap. 27. 8. Id eſt, morbum. De equis.

Odium contrahere. Author ad Heren. lib. 4. 209.

Offenſionem. Cic. 1. de Inuen. 34, Si turpitudo cauſæ contrahet offenſionem.

Opus ingens contrahere in minores gyros, Stat. 4. Sylu. 7. 1.

Orationẽ contrahere, & Dilatare, contraria. Cic. in Partit. 14, Quæ ſimplicibus uerbis ita tractatur, ut aut ex uerbo dilatetur, aut in uerbum contrahatur oratio.

Periculum. Liu. 2. ab Vrbe, 100.

Pituitam contrahere. Celſus libro 4. cap. 5. Id eſt, gignere uel augere.

Pœnam ſibi. Cæſar 8. bel. Gal. 83.

Præcepta in unum contrahere. Ouid. 2. de Remed. amor. 6.

Rationem contrahere cum aliquo. Cic. pro Cluen. 31.

Tempus. Plin. in Panc. 80, Num ipſum tempus epularum tuarum quum frugalitas contrahat, extendit humanitas?

Terram contrahere dicitur Sol, cui Lætificare opponitur. Cic. 2. de Nat. deor. 147.

Triſtitia contrahitur largiore potu. Plin. lib. 24. cap. 6. 3.

Triſtitiam contrahere dicitur bilis atra. Celſus lib. 3. cap. 18.

Vela, pro Reprimere ſeſe, & cautius agere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 3, Contraxi uela perſpiciens inopiam iudicum, &c. Horat. 2. Carm. Ode 10. 5, —ſapienter idem
Contrahes uento nimium ſecundo
Turgida uela. Sumptũ eſt à nautis, qui uehementius ſpirante uento uela contrahunt, quo tutius nauigent: uento languidiore pandunt, captantes auram. Eraſmus in Chiliad.

Ventrem. Plin. lib. 22. cap. 10. 1, Ipſi nucleo uiuunt, panem facientes præduleem, & qui contrahat uentrem.

Dies medius rerum contraxit umbras. Ouid. 3. de Arte, 144.

Vultum contrahere. Eſt auſterius intueri. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 2.

Contrahere, Coagulare. Plin. lib. 23. cap. 7. 2, Itaq; coagulo modo lac contrahit.

Contrahere (συμβάλλειν, συναλλάττειν) Paciſcitur fit in emendis, uendendisq; mercibus. Cic. 3. Offic. 81, Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium.

Contrahere cum aliquo. Cicero 1. Offic. 8. Idem 4. Verr. 123, Nam quas pecunias ijs ferebat expenſas, quibus cum contrahebat, &c.

Quantis moleſtijs uacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt? Cic. 5. Tuſcul. 146.

¶ Contractus, Participiũ (συνεσταλμένος) ut, Contractus exercitus, Liu. 7. bel. Pun. 221. Plin. lib. 18. cap. 2, Contractis ad medium digitis.

Contracta breuitas ad uerbum unum. Cic. 3. de Orat. 86.

Geſta & contracta res. Cic. pro Quintio, 6.

Contractæ res. Cic. 1. Offic. 24.

Contractus (συνεσταλμένος) Compreſſus. Horat. 2. Serm.
—an turpi clauſus in arca
Contractum genibus tangas caput.

Contracta res eſt & adducta in anguſtum. Cic. de Amic. 19.

Bellum contractũ degunt cum uentis nautæ. Lucret. lib. 4. 196.

Cupido contracta, Id eſt, temperata cupiditas, compreſſa auaritia. Horat. 3. Carm. Ode 16. 8.

Piger contracto frigore, id eſt, ob frigus contractum. Virgil. 3. Georg. 52.

Frons contracta, id eſt, rugoſa. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 25.

Paupertas contracta. Horat. 1. Epiſt. 5. 4.

Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. Cic. 3. Tuſcul. 89.

Conſuetudines & familiaritates, multæq; cum multis res rationesq; contractæ. Cic. 1. Offic. 79.

Veſtigia contracta alicuius ſequi, id eſt, difficilem uiuendi rationem, aut mores, aut ſtudia alicuius imitari. Horatius, 2. Epiſt. 2. 16.

¶ Contractus (σύγαλτος) Nomẽ ex participio: ut, Contractior introitus. Cic. 2. de Nat. deor. 217.

Exiguus atq; contractus locus. Virg. 4. Georg. 59.

Spacioſum & Contractũ, contraria. Colum. lib. 5. cap. 5. 3.

Spacio breui contracta. Ouid. 6. Faſt. 99.

Contractiores noctes. Cic. in Parad. 5. Hoc eſt, breuiores.

Studia contractiora in ſenectute eſſe debent. Cic. pro Cælio, 60.

Contracta & ſtricta eloquentia putanda eſt, dialectica. Cic. de claris Orat. 171.

Contractus & breuis ambitus uerborum. Cicero de clar. Orat. 84. De periodo.

¶ Contractio

Digitized by Google

¶ Contractio, Verbale (συσολὴ) ut, Contractio neruorum. Plin. lib. 20. cap. 14. 9.
Contractio frontis. Cic. pro Sestio, 14.
Digitorum contractio facilis, facilisq; porrectio propter molles commissuras. Cic. 2. de Nat. deor. 124.
Contractio & Productio, contraria. Cic. 3. de Orat. 108.
Proiectio, & Contractio, contraria. Cic. in Orat. 33.
Superciliorum remissio & contractio. Cic. 1. Offic. 203.
Contractio paginæ. Cic. ad Atticum, lib. 5. 91. 5.
Effusio animi, & Contractio, contraria. Cic. 4. Tusc. 108.
¶ Contractiuncula, pen. corr. (συσόλιον) Diminutiuum. Cic. 3. Tusc. 140, Hoc detracto, quod totum est uoluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens, morsus tamen & contractiuncule quædam animi relinquentur.
¶ Contractura, contracturæ. Vitruu. lib. 3. cap. 2. & alibi frequenter. Contracturam autem uocat in scapis columnarum, quà grariles sunt.
¶ Contractus, huius contractus (συναλλαγμα) Idem quod Contractura. Vitruu. lib. 3. cap. 3. Quint. lib. 4, Dicā quæ acta sunt ante ipsum rei contractum.
¶ Contractus, huius contractus, apud Iuris consultos, est negotium inter duos plurésue data opera gestum, ut uel uterq; in uicem, uel alteruter obligetur. l. Labeo. ff. de uerb. signific. l. rogasti ff. de præscrip. uerb.
Contractuum, duo sunt genera. nam alij Nominati dicuntur, quibus certum nomen Latinæ linguæ cōsuetudo imposuit, ueluti emptio, locatio: alij uerò Innominati, Do ut des, Do ut facias: qui propterea sic appellantur, quia nullum certum ac proprium nomē habent. l. 1. & passim. ff. de præscript. uerb. Hotom.
¶ Contrahendus, Adiectiuum (συναλλακτὸς) ut, Negocijs contrahendis implicari. Cic. 2. Offic. 15.
¶ Contrecto, contrectas (μεταχειρίζω, ἅπτομαι, ψηλαφάω) contrectare. Frequentatiuum à Contraho, Frequenter tangere. Plin. lib. 18. cap. 1. 15, Tabesq; animi contrectata aduerit culpantium omnia. Colum. lib. 14. cap. 4, Ne contrectentur pocula.
Oculis uulgi aliquid contrectandum permittere. Tacitus lib. 3. Item Lactantius de Opificio Dei, Quæ à nobis longè remotæ, neq; oculis contrectari, neq; tangi manu, neq; percipi sensibus possunt.
Contrectare mente uarias uoluptates. Cic. 3. Tusc. 59.
Contrectare, pro Tractare. Cic. de Fato, 5. Idem 3. de Orat. 14, Hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant.
Liber manibus contrectatus. Horat. 1. Epist. 21. 3.
¶ Contrectatio, Verbale (ψηλάφησις) Cic. 1. de Nat. deor. 104, Quod ni ita esset, cur nō gestiret taurus equæ contrectatione, equus uaccæ?
¶ Contrectabiliter (ψηλαφωδῶς) Aduerb. Lucret. lib. 4. 133,
—læuissima corpora debent
Contrectabiliter causas intractare palati. Alij legunt, Contrectabilis in caulas, &c.
Contraliceor] contraliceris (αὐτοπέμαι) contraliceri. Cæsar 1. bel. Gal. 70, Propterea quòd illo licente contraliceri audeat nemo. Fortasse duæ sunt dictiones, contrà liceri.
Contrapositus] pen. cor. (αὐτιθετὸς) Adiectiuū, pro oppositio. Quintilianus, De æquo, uero, iusto, bono, deq; ijs quæ, sunt contrapositā, disputat.
Contrarius] ἐναντίος, Adiectiuum, à Contra præpositione, significat Oppositum & repugnantē. Cic. de Vniuersi. 47, Eos qui prope copulentur contrariāq; regione, aut pone quos, aut ante labantur, &c.
Contrarium, est quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat: ut, frigus calori, uitæ mors. Cic. 1. de Inuent. 58.
Arma contraria. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 9.
Flumina contraria classi. Ouid. lib. 13. 337.
Humor ignibus contrarius. Ouid. in Ibin, 7.
Ictus contrarius. Liu. 2. ab Vrbe, 27,
Verba rebus contraria. Brutus Attico, in Epist. ad Brutū, 17. 7.
Vitia uirtutum contraria. Cic. 4. de Finib. 109.
Voluptas honestati contraria. Cic. 3. Offic. 163.
In contraria uitia currere. Horat. 1. Serm. Saty. 2. 5.
Ire uitæ priori contrarium. Iuuen. Saty. 9. 3.
Decernit contrariū ac paulò ante decreuerat. Cic. 3. Verr. 84.
Contrarius atq;. Cic. in Somnio Scipionis, 15, Qui subiecti sunt septem, qui uersantur retrò contrario motu atq; cælum.
Conferre pugnantia, Comparare contraria. Cic. in Orat. 21.
Paria paribus referre, aduersa contrarijs. Cic. in Orat. 35.
Disiuncta maximè & contraria dicere. Cic. 2. Philipp. 42.
Scinditur incertū studia in cōtraria uulgus. Virg. 2. Aeneid. 8.
Contrarijs, diuersis, & pugnantibus studijs & cupiditatibus conflatum monstrum. Cic. pro Cælio, 8.
Ex cōtrario conferre aliqua in aduersarios. Cic. 2. de Orat. 98.
E contrario confiteor. Author ad Herennium, 17.
Ex contrario contendere aliquid. Cic. pro Q. Rosc. Com. 27.
Ex contraria parte dicere. Cic. 1. de Inuent. 38.
In contrarium cadere. Plin. in proœm. lib. 14. 5.
In contrariam partem afferre aliquid. Cic. 2. de Orat. 119.
In contrariam partem consilium pium alicuius rapere. Pollio Ciceroni, lib. 10. 33. 6.
In contrarias partes de omni re disputare. Cic. 1. de Orat. 76.
In contrarias partes flumina fluunt. Cic. 1. de Diuinat. 132.
Inter se contraria capita Reipub. conferre. Cic. 2. de Orat. 123.
Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna. Cic. 2. de Diuinat. 27.
¶ Contrariè, Aduerbium (ἐναντίως) Cic. 1. de Oratore, 69, In quo aut ambiguè quid sit scriptum, aut contrariè. Idem de Vniuersitate, 40.
Relata contrariè uerba ornant in primis orationem. Cic. 2. de Orat. 146.
¶ Contrarietas, pen. corr. contrarietatis. Macrob. lib. 7. Satur. cap. 9, Potest ne excusari huius cōtrarietatis ausum? Sic sæpe alibi.
Contrascriptum] cōtrascripti (ἀνταντόγραφον) Cic. Attic. lib. 16. 334. 9, Antonij edictum legi à Bruto, & horum contrascriptum præclarè. Legitur & seiunctum à nonnullis.
Contrasto] cōtrastas, (αὐτίκαμαι) contrastare, Repugnare. Neuius, Contrastat semper, nec me sinit loquier.
Contrauenio] contrauenis, pen. corr. contraueni, contrauentum (ἐπαντῶ) contrauenire. Cæsar 7. bel. Gallici, 114, Hoc animo, ut siqua ex parte contrauenīretur, acie instructa depugnaret.
Contrauenire, Aliter. Cic. 1. Tusc. 87, Ego uero facile sum passus, ne in mentem quidem aliquid contraueniret, ita isti faueo sententiæ. Id est, quod contrarium esset, & repugnaret.
Contrauenire de. Cic. 4. Verr. 74, Si de literis corruptis contrauenit. Id est, eum accusauit corruptarum literarum.
Aliquem contrauenire. Cic. pro Murena, 8, Si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quē contrauēneris, causa cadere. Legi potest, quem contra ueneris, disiunctim, & fortasse rectius.
Contrauersum] Aduerbium, E contrario, è diuerso. Solinus cap. 15, Deniq; recentem natum fletu parens accipit: contrauersum læta sunt funera. De Thracibus.
Contrecto] Vide Contraho.
Contremo] cōtremis, pe. cor. cōtremui (τρομέω) cōtremere, Idē quod tremere. Cic. 3. de Or. 86, Cælū tonitru cōtremuit. Aequora contremuerunt. Catull. in Argonaut. 41.

Digitized by Google

Timore perterritus contremuit. Cic. 1. de Diuinat. 103.
Periculum contremuit domus. Horat. 2. Carm. Ode 12. 2.
Contremuit fides ac uirtus. Cic. pro Sestio, 57.
¶ Contremisco, contremiscis, cõtremui (τρομέω) cõtremiscere, Idem quod Contremere. Cic. 1. de Oratore, 60, Et tota mente atq; omnibus artubus contremiscã. Cecinna ad Ciceronẽ, lib. 6. 7. 9, Toto corpore cõtremisco, non pœnæ metu, sed illius iudicij. In uetustiorib. scriptis codicibus legitur Cõtremesco.
Contremiscere, cum accusat. Horat. 2. Carm. Ode 12. 2,
—unde periculum
Fulgens cõtremuit domus Saturni ueteris.
Seneca epist. 66, Fortes simus aduersus fortuita, non contremiscamus iniurias, non uulnera, non egestatem.
Contribuo] contribuis, cõtribui, pen. corr. contributũ, pen. prod. (συνεκτινύω, συμπαρέχω) cõtribuere, Simul tribuere & conferre. Cic. 14. Philipp. 410, Vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere iubeant. Ouid. 7. Metam. 47. Triphonius in l. si uerò. ff. de testamento militari, Et quoniam si adhuc miles hæc quoq; legasset, contribuebantur omnia, & pro rata ex omnibus decedebat, &c.
Contribuere alterum alteri, pro Alterum altero pensare. Seneca de Benefic. 6. de beneficio & iniuria loquens.
Contribuere laudem alicui. Cic. pro Milone, 62.
Contribuere, pro Attribuere. Colum. lib. 2. cap. 2. 12, Quibus ferè contribuuntur prædicti colores. Plin. lib. 32. cap. 4. 11, Sed hoc utilius est uitæ attributa habere remedia.
Contribuere Medicam leguminibus. Columella. Idem lib. 2. cap. 9, Inter frumenta etiam panicum & milium ponenda sunt, quamuis iam leguminibus ea contribuerim.
Contribuere in regna, id est, diuidere. Plin. lib. 5. cap. 18. 2.
Contribuuntur in eam oram Icositani, Plin. lib. 3. cap. 3. 3. Et, Contributi Megarensibus, Plin. lib. 4. cap. 7. 1.
Contribuere se alicui, Liu. 8. bel. Maced. 13.
¶ Contributio, Verbale (συνεκτίννυσις) Papinianus in l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Lege Rhodia cauetur, ut si leuandæ nauis gratia, iactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod omnibus datum est.
Contributa Iulia] Bæturiæ oppidum in tractu Celtico, qui est inter Bætim & Anan fluuios. Author. Plin. lib. 3. cap. 1.
Contristo] contristas (κατυλυπέω) contristare. Colum. lib. 5. cap. 9. 14, Nonnunquam etiam in oleo unus ramus cæteris aliquanto est lætior: quem nisi recideris, tota arbor contristabitur. Hoc est, malè afficietur. Cælius Ciceroni, lib. 8. 9. 12, Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium.
Auster contristat cælum frigore pluuio. Virg. 3. Georg. 55.
Iupiter mœsto cõtristat sydera uultu. Valer. lib. 6. Argon. 125.
Controuersus] ἀμφισβητήσιμος, Adiect. de quo cõtrouersia est, quod in controuersiam uenit. Cic. pro Murena, 26, Etiam controuersum ius nosse & tractare uideare.
Res cõtrouersa et plena diſſẽtiõis inter doctos. Ci. 1. de Leg. 78.
Gens controuersa natura. Id est, omnia ad controuersiam reuocans, inquit Budæus. Cic. de claris Orat. 22.
Dubium & controuersum. Cic. 2. de Diuin. 156.
¶ Controuersia, controuersiæ (ἀμφισβήτημα) Est certarum personarum de re propria contentio. Plaut. Rud. 19. 45.
Controuersia huius rei nulla est. Cic. 4. Verr. 31.
Adducere in controuersiam. Cic. 1. de Orat. 90.
Constituere controuersiam. Cic. 1. de Orat. 70.
In cõtrouersia inuentionis deducta herba. Plin. lib. 25. ca. 4. 6.
Dicere controuersias. Quintil. lib. 3. cap. 8. 35.
Dirimere controuersiam. Cic. 3. Offic. 164.
Ducere aliquid in controuersiam. Quintil. lib. 3. cap. 8. 36.
Id est in controuersia. Author ad Heren. lib. 1. 17.
Controuersia uerborum est inter aliquos. Cic. 2. de Finib. 65.
Controuersia mihi est tecum. Plaut. Aulul. 7. 83.
Controuersia mihi est tecũ de. Cic. 5. Verr. 68. 11, Si mihi tecum neq; de annona, neq; de æstimatione tua potest esse cõtrouersia, quid sedes?
Controuersia est de eo. Cic. 4. Acad. 124.
Controuersia nõ erat, quin uerũ dicerent. Cic. pro Cecinna, 22.
Existunt controuersiæ ex hac re. Cic. 1. de Orat. 69.
Facere controuersiam. Cic. in Orat. 66.
Multæ quæstiones habent controuersiã. Quint. lib. 3. cap. 11. 2.
Controuersias habere de re aliqua inter se. Cic. 4. Verr. 84.
Minuere controuersiam. Vide Minuo.
Mouere cõtrouersiã, est quãdoq; se defendere, & quod uulgò dicitur Regulariter agere. Paulus in l. ex sextãte. §. Latinus. ff. de excep. rei iud. Quũ de hæreditate inter Mæuiũ, ad quem ptinebat, & Titiũ q cõtrouersiã mouebat, trãsigeretur, etc.
Sedare controuersias. Cic. pro Corn. Balbo, 34.
Tollere controuersias & constituere lites, contraria. Cic. 9. Philip. 264.
Venire in controuersiam. Cic. 1. de Orat. 68. Vide In.
Versari in cõtrouersia aut cõtentiõe dicitur res. Ci. in Orat. 26.
Vocari in cõtrouersiã dicitur res. Cic. ad Sulpitiũ, lib. 13. 27. §. Idẽ 2. de Orat. 161, Nulla enim ferè res potest in dicẽdi disceptationem aut controuersiam uocari, quæ non habeat, &c.
Omnem esse contentionem inter homines doctos in uerbi controuersia positam. Cic. 1. de Orat. 53.
Sine cõtrouersia, hoc est, Facilè & sine dubio, uel absq; ulla differentia. Terent. Phorm. 5. 6. 14, Nam sine controuersiai Dis solus diligere Antipho. Cic. 3. Offic. 9, Qui sine controuersia de officijs accuratißimè disputauit. Idem 3. Verr. 89.
¶ Controuersiosus, pen. prod. Adiectiuum (ἀμφισβητήσιμος) Idem quod Controuersum. Liu. 3. ab Vrbe, 310, Quem enim hoc priuatæ rei iudicem fecisse, ut sibi controuersiosam adiudicaret rem?
¶ Controuersor, controuersaris (ἀμφισβητέω) controuersari, Deponens, contendere. Cicero in Protagora, Nunc à uobis ô Protagora, & Socrate postulo, ut de isto concedatis alter alteri, & inter uos de huiusmodi non controuersemini, non concertetis. Ex Prisciano, libro 8. De significationibus uerborum.
Contrucido] contrucidas, pen. prod. (κατακόπτω) contrucidare, Idem quod Trucidare, hoc est cum sæuitia perimere. Cic. pro Sestio, 68, A' quibus hic multis uulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & cõtrucidato, se abiecit exanimatus.
Contrudo] pen. pro. contrusi, contrusum, cõtrudere (συνωθέω) Simul trudere, compingere. Cic. 7. Verr. 55, Et quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, &c.
Raptim contrudere corpus in flumen. Lucret. lib 4. 86.
Contrudere in naues, uel alium locum. Cic. in Sallustiũ, 11. Idem pro Cælio, 50, Sed non dubito quin sint pergraues, qui primùm sint talis fœminæ familiares: deinde eam prouinciam susceperint, ut in balneas contruderentur.
Contrudi in dolia plena uinaceorum. Varro 1. de Re rustic. cap. 54. 2.
In unum contrudere. Lucret. lib. 6. 43.
¶ Contrusus, pen. prod. (συνωθισμός) Participium: ut, Nubes contrusæ coguntur ad altos montes. Lucret. lib. 6. 148.
Contruncare] Idem quod Truncare. Plaut. Sticho, 9. 48, Dum equidem hercle quod edant, addas, meum ne contruncent cibum. Id est, ne imminuant.
Contubernium] ὁμοσκηνία, συσκηνία, κοινόβιον, Verbum castrense: uocabatur Vegetio, libro 2. cap. 13, Manipulus, ab eo quòd coniunctis manibus pariter dimicabant. Propriè decem milites sub uno papilione degentes, dicebantur contubernium: quibus præerat Decanus, qui caput erat contubernij

Digitized by Google

tubernij. Festus, Contubernium dicitur contubernalium habitatio. Cæsar 3. bel. Ciuil. 272, Depositis in contubernio armis, uallum relinquebant. Cic. ad Attic. lib. 288. 2.

Inire contubernium alicuius philosophi. Suetonius in Augusto, cap. 89.

Cõtubernium, Cohabitatio, conuictus & sodalitas. Cic. 7. Verr. 82, Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatißimo littore? Plinius iunior lib. 3. Epist. 3, Adhuc filiũ pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit.

Necessitudo contubernij. Cic. pro Plancio, 21.

¶ Contubernalis, pen. prod. com. gen. (ὁμορόφιος, σύσκηνος) Festus, Contubernales dicuntur à tabernis quæ fiebant ex tabulis, unde & tabernacula sunt dicta: licet ex tentorijs & pellibus fiant. Hactenus Festus. Contubernalis igitur, est domesticus & familiaris. Cic. ad Papirium, lib. 9. 20. 2, Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. Et pro Ligario 13, Domi unà eruditi: militiæ, contubernales. Plin. lib. 36. cap. 12. 7, Aesopi fabularum philosophi conserua quondam & contubernalis hæc fuit.

Testes accusatoris consessores, conuiuæ, contubernales. Cic. pro Flac. 19.

Contubernalis alicui in Consulatu. Cic. de claris Orat. 54.

Contubernalis, pro Hospite. Cic. pro Placco, 32, Facis iniustè Læli, si putas periculo nostro uiuere tuos cõtubernales, etc.

Præclaræ contubernales. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87.

Contueor] contueris, pen. prod. cõtutus uel contutus sum (προσβλέπω, ἀτενίζω) contueri, Est fixo obtutu aspicere. Cic. 3. Tusc. 62, Nam reuocatio illa quam affert, quum à contuendis nos malis auocat, nulla est. Ibidem, lib. 1. 73, Quod tandem spectaculum fore putamus, quum totam terram contueri licebit?

Oculis contueri. Cic. 4. de Nat. deor. 11, Similiter facis ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero cõtuear: quum idem uno assequi possim.

¶ Contuens] huius contuentis (ἀτενίζων) Participium, Qui aspicit. Plin. lib. 29. cap. 6. 24, Scarabei uiridis natura contuentium uisum exacuit. Idem lib. 7. cap. 1. 12, Contuentes Solem immobilibus oculis.

¶ Contuitus] huius contuitus, pen. corr. (ἀτενισμὸς) Aspectus. Plin. lib. 11. cap. 37. 23, Oculi cõtuitu multiformes. Cic. pro Sestio, 99, Facit enim iudices, uester iste in meanimorum oculorumq; contuitus, ut mihi iam licere putem remissiore uti genere dicendi.

Contumax] pen. corr. cõtumacis. pen. prod. om. ge. (ἀπειθὴς, αὐθάδης) Propriè (inquit Donatus) dicitur cõtemptor potiorum. Martialis lib. 2. 67, Me ne dixeris esse cõtumacẽ.

Contumax amomũ fricanti, Quod non facilè fricando comminuitur, & fricãti resistit. Plin. lib. 12. cap. 13. 3, Dicitur etiam triticũ fractu contumax, quod ungui uel dẽti difficilè cedit.

Contumaces boues. Colum. lib. 6. cap. 2. 8, Hoc est reluctantes.

Populus contumax regibus suis, id est, rebellis aduersus reges. Seneca in Thyeste, 8. 5.

Contumax in alios. Cic. ad Atticum, lib. 15. 328. 5. Autor ad Herennium, lib. 4. 213.

Contumax emori, Quod non facilè moritur. Plin. lib. 16. cap. 10. 5, Quinto generi situs idem, eadẽ facies, Larix uocatur: materies præstantior longè, incorrupta uis, emori cõtumax,

Contumax etiam in bonum, Fortis & patiens. Corn. Tacitus, Contumax etiam aduersus tormenta seruorum fides, supremæ clarorum uirorum necessitates.

¶ Contumacia (ἀπείθεια, αὐθάδεια) Inobedientia. Cicer. pro Rosc. Com. 26, Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, uitæq; uniuersæ uox. Idem de Amic. 49, Itaq; illi efferuntur fastidio & contumacia.

Insolentia, superbia, contumacia. Cic. 6. Verr. 80, An uerò ex hoc illa singularis significatur insolẽtia, superbia, cõtumacia?

Abrupta contumacia. Vide Abrumpo. Tacit. lib. 4.

Respõsi cõtumacia. Cic. in Pisonẽ, 61. Id est, arrogãtia. Budæus.

Contumacia in uultu. Liu. 2. ab Vrbe, 263, Idem habitus oris, eadem contumacia in uultu, idem in oratione spiritus erat.

Cõtumaciâ pro Feritate. Cic. 5. Verr. 4, Vt isti non modò dictis factisq; omnibus, sed etiam oris oculorumq; illa contumacia ac superbia quam uidetis, dissimillimus esse uideat.

Contumacia, in bonum, pro Libertate & constantia non obtemperantis iniusto imperio. Cic. 1. Tusc. 112, Adhibuitq; liberã cõtumaciã, à magnitudine animi inductam, non à superbia.

¶ Contumaciter pen. corr. (αὐθαδῶς, ἀπειθῶς) Aduerbium. Liu. 2. ab Vrbe, 253, Nec ulla ui domari poterant, tantum certamen animis imbiberat: segniter, ociosè, negligenter, cõtumaciter omnia agere.

Contumaciter, arroganter (ἀκοινωνήτως) Cic. Attico, lib. 6. 111. 15, Ad me autem, etiam quum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere.

Et satis grauiter, & nõ contumaciter. Cic. Attico, lib. 16. 333. 8.

Cõtumaciter spernere imperia uilidiorũ. Colum. lib. 6. ca. 2. 8.

Contumaciter urbaneq; uexari. Cic. ad Qu. fratrẽ. lib. 2. 5. 5.

Cõtumaciter repudiare morem patrium. Cic. 2. de Diuin. 108.

Contumaciter resistere scalpturæ dicitur lapis uel gemma. Plinius lib. 37. cap. 7. 12.

Contumelia] contumeliæ (ὕβρις) à Contumeo uerbo, uel (ut uult Vlpianus) à Cõteminendo, significat Cõuitium. Terent. And. 1. 5. 2, Prò deûm atq; hominum fidem, quid est, si non hoc contumelia est?

Contumelia plus est, quàm iniuria. Cic. 5. Verr. 86, Retinere solitus erat aratores, atq; ab ijs non modo per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantũ Apronius imperasset.

Verborum contumelia. Suetonius, Omnibus uerborum contumelijs mortuum insectatus est. Cæsar 3. bel. Ciuil. 252, Quo maior perfugis fides haberetur, commilitones appellans & magna uerborum contumelia interrogans, solerentne ueterani milites fugere, in omnium conspectu interficit.

Aculei contumeliarum. Cic. 2. de Orat. 122.

Graues contumeliæ. Horat. Epod. 11. 6.

Insignis contumelia. Vide Insignis.

Contumeliam accipere in se. Vide Accipio.

Arcere ferro contumeliam. Vide Arceo.

Commutare sua uita contumeliam. Vide Commuto.

Dicere contumeliam. Plaut. Pseud. 20. 68, Contumeliam si dices, audies.

Contumeliam iacere in aliquem. Vide Iacio.

Imponere plurimas iniurias cõtumeliasq;, alicui. Ci. 6. Verr. 17

Incendere aliquem contumelia. Tacit. lib. 1.

Grauissimas contumelias intorquere. Cic. 4. Tusc. 125.

Seruire, & pati contumelias. Brutus Ciceroni, 16. 11.

Perferre contumelias. Vide Perfero.

Vexare aliquem contumelijs. Cic. 1. de Natu. deor. 97.

Contumeliæ debilitatis. Plin. epist. 171. d.

¶ Contumelioſus, pen. prod. Adiect. (ὑβριστὴς, ὑβριστικὸς) Qui contumeliam facit. Quintil. lib. 10. cap. 7, Tam contumelioſos in se ridet inuicem eloquentia.

Iniurioſum & contumelioſum est. Cic. pro Corn. Balbo, 17.

In edictis contumelioſus. Cic. 3. Philipp. 133, At quàm contumelioſus in edictis, quàm barbarus, quàm rudis?

Beneficium alicuius contumelioſum. Cic. Attico, lib. 15. 326. 8.

Contumelioſæ in aliquem literæ. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 1. 2. 14.

Oratio contumelioſa. Cic. pro Plancio, 4.

Verbum contumelioſißimum. Quintil. lib. 2. cap. 12. 8.

Digitized by Google

Contumelioſæ uoces. Cæſar 1. bel. Ciuil. 253.
Partim ſuperbus, partim cõtumelioſus. Cic. Valerio, lib. 1. 10. 2.
¶ Contumeliosè, pen. prod. (ὑβριστικῶς) Aduerbiũ. Cic. 2. de Orat. 43, Dimitto autem eos non tam contumeliosè, quàm Philoſophum illum, &c.
Contumeliosè aliquid dicere de abſentibus. Cic. 1. Offic. 188.
Contumeliosè lædere aliquem in concionibus. Cic. ad Att. lib. 1. 9. 9. Et lib. 1. de Nat. deor. 128, Contumelioſißimè uexare.
Contumelioſißimè alicui maledicere. Cic. in Vatinium, 23.
Contumeliosè facere iniuriam. Terent. Phorm. 2. 3. 1.
Contumulo] contumulas, pen. corr. (θάπτω) contumulare, Tumulo uel terra tegere. Martial. lib. 8. 51,
Collegitq; ſinu fragmenta nouiſſima fracti
Oris, & aggeſta contumulauit humo.
Humo patria contumulari. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 7.
Contumulare, datiuo iunctum. Plin. lib. 10. cap. 33. 7, Perdices ouis ſtragulum molli puluere contumulant.
Contundo] contundis, contudi, pen. corr. contuſum, pen. prod. (συγκόπτω, φλάω) contundere, Frangere, percutere. friare: ut, Contundere in pila, Varro 3. de Re ruſtica, cap. 16. 11. Et apud Columellam, lib. 7. cap. 7. 12, Contundere ferreis pilis.
Aſper equus duris contunditur ora lupatis. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2. 3.
Contundi cæſtibus. Id eſt, percuti & cõminui Cic. 2. Tuſc. 70.
Chiragra contundit articulos. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 4.
Nares contundere alicui. Ouid. 14. Metam. 20.
Contundere aliquem pugnis. Plaut. Amphit. 4. 253.
Contundere & comprimere cor alicuius. Cic. 3. de Orat. 121.
Animum contundere. Cic. ad Atticum, lib. 12. 257. 5, Contudi enim animum, & fortaſſe uici, ſi modò permanſero.
Contundere & frangere exultantis prædonis audaciam. Cic. 13. Philipp. 367.
Obterere atq; contundere calumniam. Cic. pro Cecinna, 13.
Facta alicuius contundere, pro Superare & uincere. Plautus Stich. 5. 30.
Hydram contundere, pro Domare, debellare. Horat.
Speratum meritis, duram qui contudit hydram.
Impetum alicuius contundere. Horat. 2. Carm. ode 6. 2.
Contudit ingenium patientia longa malorum. Ouid. 5. Triſt.
Iras contundere. Columel. lib. 6. cap. 2. 3.
Populos feroces contundere. Virg. 1. Aeneid. 54.
Sæuitiam contundere alicuius. Propert. lib. 1. eleg. 1. 2.
Contundere uirtutem, Cõminuere, frangere, cõprimere. Valer. lib. 3 cap. de fortitudine, ubi de Epaminunda loquitur.
Crebro ictu contundi. Claud. 3. de raptu Proſer. 86.
¶ Contuſus pen. prod. (συγκεκομμένος) Participiũ, Salluſt. Noſtræ opes contuſæ, hoſtiumq; auctæ erunt.
Animi contuſi, Id eſt, confracti. Virg. 4. Georg. 48.
Corpora contuſa labore. Lucret. lib. 4. 191.
¶ Contuſio, Verbale (σύγκλασις) Plin. lib. 17. cap. 24. 11, Eſt & quædam contuſio falcis hebetioris. Colum. lib. 12. cap. 47. 3, Quia hæc candidior eſt oliua, quàm ea quæ contuſione liuorem contrahit. Hinc per translationem Celſus uocat Contuſionem, quum pars aliqua ferro uel baculo contuſa & læſa, liuorem acquiſiuit, nec ulcus contraxit, ſed tantum inflata eſt.
Contuor] contueris, pen. corr. contuitus uel contutus ſum, (ἐμβλέπω) contui, Diligenter uidere & aſpicere. Plaut. Aſin. At hercule ipſum adeò contuor, quaſſanti capite incedit. Idem Merc. 17. 15, Quid Periſtratam hic Demiphonis contuor? Sed Contueor frequentiori eſt in uſu.
Figuras miras contuimur in ſomnis. Lucret. lib. 4. 7.
Contuoſi, oculi dicũtur in anguſtũ coacti continentibus palpebris, à contuendo, hoc eſt, ſimul aſpiciendo appellati. Feſtus.
Conturbare] notæ ſignificationis (διαταράττειν) Cælius ad Ciceronem, lib. 8. cap. 12. 8, Conturbat me mora ſerui huius, qui tibi literas attulit. Cic. pro Cluent. 106,
Animos conturbare. Cic. 3. Offic. 53.
Baſia conturbare. Catul. epigram. 5. 3.
Corpora conturbare magno labore. Lucret. lib. 4. 194.
Vox conturbatur. Lucret. lib. 4. 114.
Conturbare (χεσοποιεῖν) inquit Budæus, eſt etiam decoquere, & pecuniam ſuam diſſipare: & propriè de ſeruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt. Cicero ad Atticum, lib. 4. 76. 1. Idem pro Plancio, 55, Verùm ſuccurrit mihi multis debere, & in ijs Plancio. Vtrum igitur me conturbare oportet, an cæteris quum cuiuſq; dies uenerit, hoc nomẽ, quod urget, nunc quum petitur, diſſoluere? Vlpianus de inſitoria actione l. quicunq;. Deinde pecunia accepta præſenti, ut per dies ſingulos ei panes præſtaret, conturbauerit. Sic Alphenus in l. quidam. ff. de in rem uerſo.
Sic intelligi debet, Cõturbabit Atlas, apud Martialem in nono, epigram. 4. Id eſt, cælum totũ ipſe tibi decoquet. Sic in decimo, 96, Hîc preciosa fames, conturbatorq; Macellus. & in 7. 26, —noſter te non capit ignis.
Conturbator aper, uilius eſurio.
Conturbare fortunas, Cic. dixit ad Cælium, lib. 8. Et Conturbare rem, Salluſt. in Iugurtha.
¶ Conturbatus, pen. prod. (διατεταραγμένος) Nomẽ exparticipio. Cic. ad Attic. lib. 1. 7. 8, Quod præterea ad te ſcribi, non habeo: & me hercule eram conturbatior.
Triſtis & conturbatus. Cic. 6. Verr. 27.
Ludi deformati, inquinati, peruerſi, conturbati, Cic. de Aruſp. reſp. 22, Ludos eſſe pollutos ſignificaſtis, ac planè dicitis. quid magis inquinatum, deformatum, peruerſum, conturbatum dici poteſt?
¶ Conturbatio, Verbale (διατάραξις) Ennius apud Ciceronem, 4. Tuſcul. 30, Conturbationem, metum excutientem cogitata. Sub. expectorat. Sic. Cic. in Topicis, 26.
¶ Conturbator, pen. prod. Verbale (ταραχτὴς) Qui conturbat. Significat etiam decoctorem. Vide in præcedentibus.
Conturbator aper, uilius eſurio. Qui enim ex macello uiuebant: Romæ, & cupedijs menſas & apro onerabant, ad extremũ patrimonia uorabãt, & decoctores, uel inopes certè fiebãt. Iuuen. Saty. 7, Sic Pedo conturbat, Matho deficit. Budæus.
Contus] huius conti, m. g. (κόντος) Sudes eſt ſiue haſta longior, duriorq;, & acuta, ſine ferro, ad precutiendum apta.
Duris contis detrudere aliquid. Virg. 9. Aeneid. 106.
Contus, Pertica oblonga in capite ferrum habens, qua nautæ (inquit Donatus) utuntur ad exploranda loca nauibus opportuna: à quo Percontor deducitur.
Acuta cuſpide conti. Virg. 5. Aeneid. 42.
Ratem regere longo conto. Seneca in Hercul. fur. 9. 31.
Ratem ſubigere conto. Virg. 6. Aeneid. 61.
Contuſio, Contuſus] Vide Contundo.
Contutor] pen. prod. cõtutoris, maſ. gen. (συνεπίτροπος) Quaſi cum alio tutor. Iulian. in l. ex facto. ff. de negoc. geſt. Valerius Seuerus reſpondit, aduerſus contutorem negotiorum geſtorum actionem tutori dãdam. Vlpianus in l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. ff. mandati, Si tutores mandauerint contutori, &c.
Conuador] pen. corr. conuadaris (κλητεύω) conuadari, Idem quod Vadari, id eſt, Vadimonio obſtringere. Plautus Curcul. 4. 6,
Vbi tu es qui me conuadatus es Venerijs uadimonijs?
Conualeo] conuales, pen. corr. ſine Conualeſco, cõualeſcis, conualui (ὑγιαίνω, ῥαίνω) conualere, ſiue conualeſcere, Salutem

Digitized by Google

Iutem recuperare. Cic. *ad Cornificium, lib.* 12. 22. 3, *Hircius noſter tardius conualeſcit.* Martial. *lib.* 10. 96,

Hæredem me ſcripſit Numa, conualuit. Cic. 3. *Tuſc.* 9.

Ex morbo cõualeſcere. Cic. *de Fato,* 43, *Si fatum tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere, ſiue tu medicũ adhibueris, ſiue nõ adhibueris conualeſces.*

Magis indies conualeſcere. Cic. *pro Milone,* 18.

Conualeſcere & ſanari ciuitas dicitur. Cic. *pro Sylla,* 57.

Ne rei crudelitas experrecta in me, in uos conualeſcat. Cicero *Antequam iret in exilium,* 9.

Conualuit flamma. Quintil. *lib.* 5. *cap.* 13.

Ignis cõualuit, id eſt, uires aſſumpſit, apud Ouid. 8 *Metam.* 96.

Incommodum ad perniciem aliquorum conualeſcit. Cic. *Antequam iret in exilium,* 10.

Mala conualuere per longas moras, id eſt, confirmata ſunt. Ouidius, 1. *de Remed. amor.* 19.

Mens conualuit. Ouid. *Epiſt.* 15. 15.

Conualeſcunt opes. Liu. 1. *ab Vrbe,* 58.

Conualuit opinio. Colum. *lib.* 3. *cap.* 7. 2.

Pignus conualeſcit. Marcellus in l. *ſicut.* §. *uenditionis. ff. quibus modis pignus uel hypotheca ſoluitur, Quod ita intelligemus, ut et ſi legatum repudiatum fuerit, conualeſcat pignus.*

Senſus mei conualuere. Ouid. 1. *Triſti. eleg.* 3. 3.

Conualeſcere particulatim. Vide Particulatim.

Conuallis] *huius conuallis, fœm. gen.* (συφάγνεια) *Planities ex omni parte montibus collibuſq; comprehenſa: dicta (inquit Varro) quaſi cauata uallis.* Liu. 1. *ab Vrbe,* 171, *Et infima urbis loca circa forum, aliaſq; interiecta collibus cõualles.* Ibidem, 53, *Romani Sabiniq; in media conualle duorum montium redintegrant prælium.*

Roma in montibus poſita & cõuallibus. Cic. 2. *de lege Agr.* 93.

Abrupta conuallis. Lucanus *lib.* 7. 36.

Caua. Virgil. 2. *Georg.* 38.

Depreſſa. Virgil. 3. *Georg.* 56.

Obſcura. Virgil. 6. *Aeneid.* 28.

Virens. Virgil. 6. *Aeneid.* 136.

Conuaſo] *conuaſas, pen. prod.* (συναγείρω) *conuaſare, Verbum à Græcorum imitatione tractum: ſignificat Furtim colligere, Figuratum à colligendis uaſis, ut ait Donatus.* Terentius *Phormione.* 1. 4. 13,

Aliquid conuaſaſſem, atq; hinc me conijcerẽ protinus in pedes. Nonius, *Conuaſare, dicitur Furtim omnia colligere.*

Conuecto, Cõuectas, & Conuector, Conuectatis] *Vide* Conueho.

Conueho] *conuehis, pen. corr. conuexi, conuectum* (συνοχέω) *conuehere, Comportare: ut, Cõuehere æs plauſtris ad ærarium,* Liu. 4. *ab Vrbe,* 261.

Conuehere camelis aliquid. Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. 10.

Conuehere lintribus. Cic. *pro Milone,* 55.

Cõuehere ex diuerſo. Plin. *lib.* 11. *cap.* 30. 2. *de formicis, Et quoniam ex diuerſo conuehunt, altera alterius ignara.*

Conuehere ex Hiſpania merces, id eſt, apportare, aduehere. Plinius *lib.* 8. *cap.* 14. 17. & 57. Et *apud* Liuium 3. *ab Vrbe* 99, *Conuehere prædam ex caſtris.*

¶ *Conuecto, conuectas, conuectare, Frequentatiuum* (συνοχέω) Virg. 9. *Aeneid.*

Conuectare iuuat prædas, & uiuere apto.

Idem de formicis, 4. *Aeneid.* 81.

¶ *Conuector* (συνέκτης) *Verbale, Qui in eadem nauigat naui.* Cic. *ad Atticum, lib.* 11. 208. 2, *Quinetiam naui eius me, & ipſo conuectore uſurum puto.*

Conuello] *cõuellis, conuelli & cõuulſi, conuulſum* (συλλέω, ἐκσπάω) *conuellere, Idem quod Vellere uel auellere.* Plaut. *Amphit.* 14. 2, *Quis tam uaſto impete has fores toto conuulſit cardine? Id eſt, concuſſit?*

Conuulſa ſedibus domus. Plin. *epiſt.* 139. *b.*

Clauſtra portarum conuellere. Stat. 11. *Theb.* 59.

Glebam conuellere uomere. Catul. *in Argon.* 8.

Conuellere repagula, atq; effringere ualuas. Cic. 6. *Verr.* 84.

Conuellere fundamenta. Colum. *lib.* 1. *cap.* 4. 9.

Conuellere ac remouere gradus. Cic. *pro Domo ſua,* 43. *Et apud Cæſarem,* 2. *bel. Ciuil.* 44, *Conuellere ſaxa infima quibus fundamenta continentur.*

Conuellere ea quæ non poſſunt moueri. Cic. 2. *de Orat.* 113.

Dapes conuellere auido dente. Ouid. 11. *Metam.* 25.

Diſcordia aliquem conuellere. Tacit. *lib.* 4.

Turres & culmina domorum conuellere. Virg. 2. *Georg.* 89.

Ferro conuellere aliquid. Virg. 6. *Aeneid.* 30.

Flabra & imbres conuellunt æſculum. Virg 2. *Georg.* 59.

Syluam uiridem ab humo conuellere. Virg. 3. *Aeneid.* 5.

Vexilla conuellere. Tacit. *lib.* 1.

Opinionẽ mentibus cõprehenſam cõuellere. Cic. *pro Cluent.* 3.

Pectus alicuius uerbis conuellere. Ouid. *Epiſt.* 16. 23.

Conuellere uires, id eſt, eas infimas facere. Celſus *lib.* 3. *cap.* 4.

Labefactãtur et cõuelluntur auxilia. Cic. *pro Rab. perd. reo,* 1.

Conuellere, pro Auferre, abolere, abrogare, deſtruere. Cic. *pro Corn. Balbo,* 49, *Cur ea, quæ mutare non poſſumus, conuellere malumus, quàm tueri?*

Conuellere acta alicuius. Cic. 2. *Philipp.* 88.

Conuellere, quod uulgus Confutare uocat. Cic. 1. *de Diuin.* 195, *Hæc ſi tenemus, quæ mihi quidem non uidetur poſſe conuelli, profectò hominibus à dijs futura ſignificari neceſſe eſt.*

Conuellere atq; auferre aliquẽ ex ſuis ſedibus. Cic. 7. *Ver.* 146.

Penè conuellit me ex hortulis meis. Cic. 1 *de Legib.* 81.

Conuellere aliquẽ de priſtino ſtatu. Cic. *ad Atticũ, lib.* 8. 167. 2.

Conuellere iuſtitiam utilitate aliqua: cui opponitur Conſtituere. Cic. 1. *de Legibus,* 63.

Conuellere gratiam alicuius. Cæſar 4. *bel. Gall.* 178.

Conuellere & commutare conditionem amicitiæ, & iuris ſocietatis. Cic. 5. *Verr.* 12.

Conuellere ſtatum Reip. Cic. *in Piſonem,* 2.

Conuellere funem à terra. Virg. 1. *Georg.* 91,

—*non illa quiſquam me nocte per altum*
Ire, neq; à terra moneat cõuellere funem.

Id eſt, nemo mihi ſuadeat nauim tunc è portu ſoluere. Periphraſis poetica.

Cõuellere aliqd alteri, Subducere, ſuffurari. Plaut. *Curcul.* 8. 5.

Labefactata atq; conuulſa cogitatio. Cic. *ad Luceiũ, lib.* 5. 13. 3.

¶ *Conuulſus, Participium* (κατασπάσθεις, ἐκκεκαθάρθεις) *ut, Conuulſus muſculus: hoc eſt, cuius fibræ contractæ ſunt uerſus ſuam originẽ, & conuulſi nerui, & conuulſi tendones dicuntur: hoc eſt, retracti, & ueluti cõplicati.* Plin. *lib.* 20. *cap.* 7, *Cõuulſa & luxata caulibus tritis eũ polenta ex aqua frigida leniunt.*

Aequor conuulſum remis. Virgil. 5. *Aeneid.* 29.

Domus conuulſa. Tacit. *lib.* 12.

Loca conuulſa naſta ruina. Virgil. 3. *Aeneid.* 83.

Conuulſa penitus Reſpublica. Cic. *de claris Orat.* 75.

Roma conuulſa ſeditius ſuis. Cic. *in Piſonem,* 40.

Vi dominationis conuulſus. Tacit. *lib.* 5.

Conuolſum dixerunt ueteres pro Conuulſum: ut, Artus cõuolſi pereunt, apud Lucretium, lib. 3. 69.

¶ *Conuulſio* (κατάσπασμα) *Verbale.* Plin. *lib.* 20. *cap.* 15. 6, *Ligusticum aliqui panacem uocant, ſtomacho utile eſt, item conuulſionibus, & inflammationibus. Commiſtionibus, hoc eſt, quod uulgus retractiones uocat. Quæ fiunt uel in muſculis, uel in tendonibus propter intemperiem humorũ inflammatorum, aut fluxionem frigidam in partem neruoſam.* Cuius ſpecies uidetur apud Galenum *in lib. de Locis affectis.*

Conuelo] *conuelis, pen. prod.* (συναθέω) *conuelare, Idem quod*

Digitized by Google

quod Velare. Plin. lib. 17. cap. 22. 23, Plagam omnem obliquam fieri, ut facilè decidant imbres, & ad terrã uerti, quàm leuissima cicatrice acie falcis exacta, plagáq; conuelata.

Conuena, Conuenientia] Vide Conuenio.

Conuenæ] conuenarum (συνοίκων) Galliæ Aquitanicæ populi sunt, quibus olim Romani ius Latij tribuerũt. Author Strabo, lib. 4.

Conuenio] conuenis, pen. corr. conueni, conuentum (συνίεχομαι, συνέρχομαι) conuenire, Simul uenire, congregari. Plautus Pseud. 4. 45,

Facite hodie ut mihi munera multa huc ab amatoribus
Conueniant. Cic. 4. Verr. 111, Huc conueniunt cum literis, ueniunt cum mandatis.

Ambo conuenimus. Virg. Eclog. 5. 1.

Multa conuenerunt, quæ mentem exturbarẽt meam, subita defectio Pompeij, alienatio Coss. Cic. ad Qu. fratrẽ, lib. 2. 4. 3.

Conuenire undiq;. Cic. 2. Verr. 23.

Conuenire in unum. Cic. ad Atticum, lib. 8. 150. 2.

In ædem conueniunt. Ouid. 3. Fast. 41.

Conuenire ad aliquem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 49, Aduentu Cæsaris cognito, decuriones Auximi, ad Actium Varum frequentes conueniunt. Cic. pro Sexto Rosc. 7, Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, uides.

Ad dapes conuenire. Ouid. 6. Fast. 135. Conueniuntq; ex alto etiam ad quosdã odores: de piscibus, Plin. lib. 10. cap. 70. 2.

Conuenire, pro Venire. Plautus Trucul. 14. 10, In urbem crebrò conuenio.

Cõuenire aliquò ad exequias. Cic. 2. Verr. 10. Et pro Qu. 29.

Conuenire, de re uenerea etiam dicitur. Plin. lib. 11. cap. 24. 6, Coniugio aranei conueniunt clunibus.

Conuenire, Concordare, & sine controuersia esse. Valla, Conuenut inter nos, id est, constat, & controuersia caret. Conuenit mihi hoc tecum. Conuenit tibi mecum, id est, sine controuersia est inter nos quod tu dixisti. Nonnunquam sine supposito: ut, Conuenit inter nos. Nonnunquam sine apposito, sed tamen subintellecto: ut, Hoc conuenit. Nonnunquam sine utroq;: ut, Cõuenit. Hactenus Valla lib. 3. De his omnib. exempla subiecta sunt.

Conuenit inter nos. Cic. 4. de Finib. 52. Liu. 2. ab Vrbe, 101, Nõ modo inter patres, sed ne inter Consules quidem ipsos satis conueniebat.

Conuenire optimè cum aliquo. Cic. 6. Verr. 129.

Cõuenit inter eos ratio accepti et expẽsi. Plaut. Mostel. 4. 147

Conuenit inter eos quid sit. Cic. 2. de Finib. 6.

Inter aliquos conuenire, ne. Vlpianus in l. si conuenerit. ff. pro socio, Si cõuenerit inter socios, ne intra certũ tẽpus cõmunis res diuidatur, non uidetur conuenisse ne à societate abeatur.

Conuenit inter nos, ut Plaut. Capt. 7. 18,

Nunc ita conuenit inter me, atq; hunc Tyndare,
Vt te æstumatum in Aulidem mittam ad patrem.

Inter utrunq; conuenit. Horat. 1. Serm. Saty. 7. 2.

Conuenit hoc fratri mecum. Terent. Adelph. 1. 1. 34, Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.

Conuenit hoc mihi cum tuo fratre. Cic. 5. de Finib.

Nec locus nec sermo conuenit mihi cum eo. Plaut. Pseud. 20. 8.

Conuenit mihi cum hoc de hac re. Plaut. Capt. 36.

Conuenit mihi cum aduersarijs, matrem esse interfectam à filio. Cic. 1. de Inuent. 46. Et 3. Offic. 82, Si quid esset prodesse, mihi cum Ennio conueniret.

Cõuenit mihi cum eo, ut ille esset in meis castris. Cic. ad Atticũ, lib. 6. 111. 24.

Posterius priori non conuenit. Cic. 3. de Finib. 112.

Conuenire sibi. Cic. 2. de Finib. 141, Quî sibi is conueniet, si negabit uoluptatem crescere longinquitate?

Si tibi ita conueniat. Cic. Dolabellæ, lib. 9. Epist. 12. 1.

Pulchrè conuenit illis. Catul. epigram. 53. 1.

Conueniebat mulier uiro in manum quando bonorum societatem inibat. Cic. in Topicis, 10, Quum mulier uiro in manum conuenit, omnis quæ mulieris fuerunt, uiri fiunt, dotis nomine. Ibidẽ, 7, Si ita Fabiæ pecunia legata est à uiro, si ea uxor mater familiâs esset, si ea in manum uiri non conuenerat, nihil debetur. Quintil. lib. 5. cap. 10. 44.

Conuenit, absolutè positum, pro eo quod est Pacto firmatũ est. Plaut. Amphit. 4. 71, Conuenit: uicti utri sint eo prælio. Vrbem, agrũ, aras, focos, séq; uti dederent. Subaudi, inter eos: ut sit, Conuenit inter eos. Terent. Heaut. 4. 8. 23, Dic cõ uenisse, egisse te de nuptijs.

Pacto conuenit, ut. Liu. 4. bel. Pun. 26, Pacto cõuenit, ut quum Romanos Sicilia expulisset, &c.

Conuenit parum de hoc. Quintil. Cic. 4. de Finib. 117, Cur igitur, quum de re conueniat, non malumus usitatè loqui?

De facto conuenit. Cic. 1. de Inuent. 16.

Conuenit inter. Iuuenalis Saty. 15. non procul à fine,

—sæuis inter se conuenit ursis.

Id conuenerat signum. Liu. 9. ab Vrbe, 122, In tempore postquam ardentia procul uidit castra magister equitum (id conuenerat signum) hostium terga inuadit.

Cõuenit pax. Liu. 10. bel. Pun. 204, Nunciarentq; ei, ut si pax conuenisset, sine precio eos Carthaginensibus redderet.

Conuenit ita pax, ut. Liu. 1. ab Vrbe, 12, Pax ita conuenerat, ut Hetruscis, Latinisq; fluuius Albula, quem nunc Tyberinum cant. finis esset.

Conuenit pax in has conditiones. Liu. 9. bel. Pun. 61.

Conuenire de re aliqua. Plaut. Pseud. 7. 131, Cic. 1. Offic. 200, Bene Pericles quum haberet collegam in Prætura Sophoclem poetam, hiq; de communi officio conuenissent, &c.

De precio cõuenire. Quintil. lib. 4. cap. 2. 30, In portũ ueni, nauim prospexi, quãti ueheret interrogaui, de precio cõueni.

Conueniunt mores. Terent. And. 4. 2. 13.

Non conuenit nomen. Terent. And. 5. 4. 37,

Nomen non conuenit. CR. fuit hercle aliud huic paræ.

Factum conuenit. Author ad Herennium lib. 1. 24, Iudicialis constitutio est, quum factum conuenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur.

Tempus & locus conuenit. Liu. 1. Vrbe, 97.

Conuenit numerus quantum debui. Terent. Phor. 1. 2. 3.

Conueniunt utriusq; uerba. Plaut. Trucul. 17. 17.

Non conueniunt hæc nuptijs. Terent. And. 2. 2. 29.

Somnium cum re conuenit. Cic. lib. 1. de Diuin. 160.

Voto conuenit res. Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 8.

Conuenit hæc ætas ludo. Plaut. Bacchid. 2. 21. Cic. in Hortensio, Nam quid uereris ne non conueniat nostris ætatibus oratio, quæ spectat ad hortandum?

Conuenit aliam ætatem aliud factum. Plaut. Merc. 24. 24.

Conuenit in eũ hæc suspicio. Cic. pro Roscio Amerino, 39, Erat porrò nemo in quem ea suspicio conueniret. Id est, de nemine poterat esse suspicio, quam de illo.

Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. Cicero pro Deiotaro, 19.

Conuenit hoc in te uno, non in alium quenquam. Cicero 2. de Nat. deor. 107.

Hoc conuenit in omnes luscos. Cic. 2. de Oratore, 136.

Conuenit in me quiduis harum rerum. Terent. Heaut. 5. 1. 3. Cicero 5. Verr. 178, Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem dici, neq; conuenire possint.

Cõuenit ad eũ hæc cõtumelia. Cic. pro Sylla, 17. Id est, pertinet.

Magna petis, quæ non conueniunt istis uiribus. Ouid. 2. Metamorph. 11.

Conueniunt

Conueniunt hæ uites ad uel in quemuis agrum. Cato cap. 6. 4. Varro 1. de re Ruſt. cap. 19. 1.

Cõuenit in eã rẽ. Cato cap. 21. 1, Eo fiſtulam ferreã indito, quæ in columellam conueniat & in cupam. Sic Plaut. Pſeud. 20. 76, Conueniebátne in tuam uaginam machæra militis?

Conuenit optimè ad pedem cothurnus. Cic. 3. de Fin. 75.

Aliquem conuenire, pro In ius uocare. Vlpianus in l. Neratius. ff. de religioſis & ſumptibus funerum, Si uerò alius funera uerit, poſſe eum maritum conuenire.

Cõuenire aliquem in ius. Plaut. Moſtel. 15. 39.

Conueniri, In ius uocari. Papinianus in l. capitis. ff. de fideiuſs.

Actione conueniri. Vlpianus in l. 3. §. quacunque. ff. de iureiurando.

Teſtato conuenire debitorẽ. Vlpianus in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mandati, Sed & ſi teſtato conuenerunt debitorem, ut ſi ipſe putaret, appellaret, puto rationem excuſationis eis conſtare.

Pro re aliqua conueniri. Paulus in l. ſi mandato. §. Paulus reſpõdit unum. ff. mandati.

Conuenire aliquem, pro alloqui. Cic. Vatinio, lib. 5. 11. 3, Eamq; ſi opus eſſe uidebitur, conueniam. Idem 1. Tuſc. 156, Conueniretq; eos qui iuſtè & cum fide uixerint. Nonius, Interpellare interpretatur.

Conuenire & colloqui. Terent. Eunucho, 3. 2. 14.

Conueniunt multi populi Carthaginem. Budæus, apud Plinĩũ, lib. 3, Cõuentus legimus pro iis, quos Dies magnos noſtri uocant: & uerbum Conuenire eodem pertinens. Carthaginem (inquit) conueniunt populi LX. exceptis inſularum incolis. Id eſt, iura Carthagine petunt, quod nunc Reſortiri dicimus, uernaculo uocabulo non temere prolato. eſt enim à conſuetudine Græcorum, qui λαγχάνειν δίκας, dicunt, & Romani ſortes iudiciorũ dicebant: ut Virgilius in ſexto,

Nec uerò ſine ſorte datæ, ſine iudice leges. Et Iuuenalis Satyra 13. ubi urnæ Prætoriæ meminit. Cicero 4. in Verrẽ, 26, Aduerſarij poſtulant, ut in eam rem iudices dentur, ex iis ciuitatibus quæ in id forum conuenirent.

Conuenibo iſtã, in futuro antiquè dictum. Plaut. Caſina, 12. 18.

Cõueniri, Paßiuè. Cic. Attico, lib. 8. 155. 7, Verùm quum habeo rationem dierum, antè puto tranſmiſſurum, quam potuerit conueniri. De Lentulo.

¶ Conuenit (συνέπει, πρέπει, καθήκει) Impersonale, Id eſt, decens & conueniens eſt. Terent. Eunuch. 3. 2. 41,

—haud conuenit
Vnà ire amica cum, imperatorem in uia. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 3. 5, Neq; enim decet aut conuenit nobis periculo ulli ſubmittere animum noſtrum.

Non conuenit enim quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, uos ad referendam gratiam eſſe tardiores. Cic. Antequam iret in exil. 2.

Qui enim cõuenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint, iidem, &c. Cic. 7. Philipp. 219.

¶ Conueniendo, Gerundium (τὸ συνιέναι) ut, Inter ſe cõueniẽdo gignunt ærũeta. Lucret. lib. 2. 182. Id eſt, coeundo.

¶ Conueniens, Participium (συνεχόμενος) ut, Copia agricolarum conueniens ex omni parte. Lucret. lib. 6. 254.

Bene conuenientes propinqui. Cic. 1. Offic. 84. Id eſt, cõcordes.

Conueniens ad. Cic. de Amicitia, 16, Nihil eſt enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel ſecundas uel aduerſas. Hoc eſt, proprium, aptum, accommodatum.

Sonus conueniens ad formam. Ouid. in Ibin, 88.

Tempus operi conueniens. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 8.

Aptum & inter ſe conueniens. Cic. 1. Offic. 199.

¶ Conueniens (προσῆκον) Nomen ex Participio: ut, Conueniẽtiſſima nemora, Columel. lib. 7. cap. 4. 5. Et Plin. in Paneg. 142, Ciuile hoc erat, & conuenientiſſimum, nihil cogere, &c. Plin. lib. 34. ca. 7. 3, Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plaſticen Græci uocant, dici conuenientius erit.

¶ Conuenienter, Aduerbium (προσηκόντως) Cic. 4. Acad. 196, Non enim poteſt conuenienter dici, nihil cõprehendi poſſe.

Viuere conuenienter naturæ. Cic. 3. Offic. 16.

Congruenter naturæ conuenienterq; uiuere. Cic. 3. de Fin. 40.

Conuenienter rationi & ſentẽtiæ ſuæ dicere. Cic. 2. de Fin. 134.

Conuenienter loqui ad ſtatum præſentem. Liu. 3. bel. Pun. 17.

Mores conuenienter eunt ſtudio: Id eſt, tales ſunt mores tui, quale eſt ſtudium in quo exerceris. Ouid. 3. de Arte, 109.

¶ Conuenientia, conuenientiæ (ὁμολογία, ἐφαρμογὴ) Proportio quædam. Cic. 1. Offic. 23, Nullum aliud animal pulchritudinem, uel ætatem, conuenientiam partium ſentit. Idem 2. de Natu. deor. 78.

Rerum cõuenientia in amicitia eſt, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia. Cic. de Amic. 83.

Conuenientia conſeruatioq; naturæ. Cic. 1 Offic. 140.

Conuenientia coniunctioq; naturæ. Cic. 2. de Diuin. 185.

Naturæ conuenientia cum extis. Cic. 2. de Diuinatione, 51. De extis hoſtiarum.

¶ Conuenæ, pen. corr. (συνήλυτοι) conuenarum, dicuntur, qui ex diuerſis populis gentibuſq; in una mœnia cõueniunt, ſimulq; coaleſcũt, inquit Valla in Raudenſem. Cic. 1. de Oratore 19, An uerò tibi Romulus ille, aut paſtores & conuenæ congregaſſe, aut Sabinorum, &c. Et Plin. de uiris Illuſt. 2. a, Romulus aſylum conuenis patefecit. Plin. lib. 5. cap. 17. 1, In diẽ ex æquo conuenarum turba renaſcitur.

¶ Conuentio, Verbale (συνήλυσις, συνθήκη) Vlpianus de pactis. l. 1, Conuentionis uerbum generale eſt ad omnia pertinens, de quibus negocij cõtrahendi tranſigendiq; cauſa cõſentiunt, quum inter ſe agunt. Adeò autem conuentionis nomen generale eſt, ut eleganter dicat Pædius, nullum eſſe contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe conuentionem, ſiue re, ſiue uerbis fiat.

¶ Conuentus, Participium (συνηλυθώς) Salluſtius in Iugurtha, Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam fruſtra.

Conuentus eſt à me. Cic. Attico, lib. 15. 321. 2.

Conuento aliquo homine opus eſt. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 10, Sed opus fuit Lurtio conuento. Id eſt, Lurtium conuenire, ſiue alloqui.

¶ Conuenta, cõuentorum. Subſtantiuum (συνθήματα, τὰ συνομολόγηται) Ci. 2. de Orat. 56, At uerò in foro, tabulæ, teſtimonia, pacta conuenta, ſtipulationes, cognationes, affinitates, decreta, reſponſa, uita deniq; eorum qui in cauſa uerſantur, tota cognoſcenda eſt. De formula cauſarum.

Dictorum conuentorumq; conſtantia & ueritas, fides eſt. Cic. 1. Offic. 35.

Conuenta frangere. Silius lib. 1. 2.

Pacta conuenta. Vlpianus in l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pactis, Solemus enim dicere, pacta conuenta ineſſe bonæ fidei iudicijs.

Inter pactum & conuentum. Pactum eſt ex parte ſtipulantium: Conuentum, quum quæ pepigerunt promiſſa ſunt. Hac de cauſa pacta conuenta, & pacta conuentaq; legimus: antecedit enim pactum, ſequitur conuentum. Seneca, Nec pacta cõuentaq; impreßis ſignis cuſtodientur. Hæc Turnebus.

¶ Conuento, conuentas, conuentare, frequenter conuenire. Solin. cap. 40, Externos in ea plurimos conuentaſſe, argumentum de urbibus & locis dabimus.

¶ Conuentus, huius conuentus (συνήλυσις, συνόδος) Sunt (inquit Valla lib. 4.) homines qui in unum locum cõuenerunt.

Digitized by Google

runt. Cic. 3. Verr. 67, Cur pudentißimas lectißimasq; fœminas in tantum uirorum conuentum insolitas inuitasq; pro dire cogis?

Conuentus (inquit Festus) quatuor modis intelligitur. Vno, quum quemlibet hominem ab aliquo conuentũ esse dicimus. Altero quum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, quum à magistratibus, iudicij causa, populus congregatur. Erant enim in prouincijs statuti conuentus per rectores earũ ad iudicia facienda. Quarto, quum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis aut gratulationis causa colligitur. Hactenus Festus. De tertia significatione exempla sunt apud Ciceronem, 3. de Legibus, 4. Et 5. Verr. 116.

Conuentus & frequentia. Cic. pro Deiotaro, 2.

Conuentus & turba. Virg. 6. Aeneid. 151.

Senatorum conuentus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 1. 6.

Meretricius conuentus. Cic. 3. Verr. 97.

Inter conuentum matronarum. Vide Inter.

Celeberrimo uirorum mulierumq; conuentu dies festos anniuersarios agere. Cic. 6. Verr. 96.

Honestißimus conuentus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 8.

In medios conuentus trahere aliquem. Virg. 6. Aeneid. 151.

Conuentus agere. Cæsar 6. bel. Gell. 162. Cic. 7. Verr. 23, Ex ijs oppidis in quibus Prætores consistere & conuentum agere solent, &c.

Celebrare conuentus. Cic. Attico, lib. 1. 14. 12.

Indicere conuentus. Liu. 8. bel. Mac. 127, Aegium à principio Achaici concilij semper conuentus gentis indicti sunt, seu dignitati urbis id, seu loci opportunitati datum est.

Instituere conuentus. Quintil. lib. 3. cap. 8. 7.

Vitare conuentum. Cic. 7. Verr. 23.

Conuentus, Pro eo quod resortitum uocant. Plin. lib. 5. cap. 29. 1, Conueniunt eò x x v. ciuitates, celeberrima urbe Laodicea. Imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primò Diospolis, dein Rhoas. Reliqui in eo conuentu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ, Themisones, Hieropolitæ. Alter conuentus à Symnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylæi, Midæi, Iulienses, & reliqui ignobiles populi x v.

Conuentus, pro Conuentione etiam legitur. Iuuen. Saty. 6. 3,

Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia, nostra
Tempestate paras, &c.

Ex conuentu pacta obseruantur. Autor ad Herennium, lib. 2. 53, De quibus pactis Prætor edixit, apud Vlpianũ in l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pactis, Pacta conuenta, quæ neq; dolo malo, neq; aduersus leges, &c. seruabo. Ex quibus apparet, pactorũ duo esse genera, Legitima, et cõuenta.

Ex pacto & conuentu discedere ab aliquo. Cicer. Attico, libro 5. 11 4. 2.

¶ Conuenticulum, penult. corr. Diminutiuum. Cic. pro Sestio, 79. Conuenticula hominum quæ postea ciuitates nominatæ sunt. Idem pro Domo sua, 58, Quoniam plebi quoq; urbanæ maiores nostri conuenticula & quasi concilia quædã esse uoluerunt.

Conuerbero] conuerberas, pen. corr. (τύπτω) conuerberare, Idem quod uerberare. Plin. lib. 13. cap. 22. 7, Nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens.

Conuerro] conuerris, conuerri & conuersi, conuersum, (σαίρω, καλλιώω) conuerrere, Idem quod Verrere. Plautus Sticho 64,

—reuerram hercle hoc, quod conuerri modò. Columel. lib. 7. cap. 6. 5, Diligens pastor quotidie stabulum conuerrit, nec patitur stercus aut humorem consistere.

Conuerrere aliquem, pro Percutere. Plaut. Rud. 20. 7, Conuerret iam hic me totum cum piuisculo.

¶ Conuerritor, pen. corr. (καλωτὴρ) Verbale, tanquam supinum sit Conuerritum, apud Apuleium in apologia pro Magia, Conuerritorem pridianæ reliquiæ.

¶ Conuersè, Aduerbium, pro Nitidè. Cato cap. 143. 1, Villam conuersè mundeq; habeat. Quidam legunt Villam conuersam mundamq; habeat.

Conuersor, & Conuersatio] Vide Conuerto.

Conuerto] conuertis, conuerti, cõuersum, (στρέφω, ἐπιστρέφω) conuertere, Verbum notum: de re & homine dicitur.

Conuertere se domum, pro Reuerti. Plaut. Sticho, 7. 1, Quum bene re gesta saluus conuortor domum, &c. Terẽt. Adel. 2. 4. 22, Ego iã transacta re conuertam me domũ cũ obsonio.

Conuertemus nos in Asiam. Cic. ad Atticum, lib. 3. 54. 3.

Conuersa ad Aquilonem spelunca. Cic. 6. Verr. 95.

Conuertere ad, uel in locum aliquem. Cic. 3. Offic. 49.

Conuertere aspectum aliquò. Cic. 2. de Natu. deor. 213.

Couertere se aliquò mente & cogitatione. Cic. 1. de Orat. 4.

Ad se conuertere & rapere dicitur res aliqua. Cic. 2. Offic. 52.

Conuertere homines in admirationem. Liu. 2. bel. Pun. 131.

Conuertit ætas tua septenos octies solis anfractus, Figuratio quutio. Cic. in Somnio Scipionis, 7. Hoc est, sex & quinquaginta annos natus est.

Conuertere in amicitiam. Plaut. Sticho, 7. 13,

In amicitiam atq; in gratiam conuortimus. Sub nos.

Ne in graues inimicitias conuertant se amicitiæ, cauendũ. Cic. de Amicitia, 67.

Conuersa in crudelitatem clementia. Cic. 7. Verr. 90.

Permouere & conuertere animos. Cic. in Orat. 10.

Conuertere animum ad crudelem superbamq; uim. Liu. 3. ab Vrbe, 182.

Conuertere animos ad agrum colendum. Liu. 6. bel. Pun. 207.

Animos imperitorum ad deorum cultum à uitæ prauitate conuertere. Cic. 1. de Nat. deor. 103.

Animos in hilaritatem risumue conuertere. Cic. Orat. 76.

Animũ cõuertere ad labores alicuius. Valer. li. 4. Argon. 107.

Conuertere animum ad negocia urbana. Liu. 1. ab Vrbe, 239.

Conuertere animum alicuius in se. Liu. 4. bel. Pun. 22.

Conuertere auxilium in perniciem. Cic. in Pisonem, 14.

Periculosißimũ ciuile bellũ maximumq; humanitate & sapientia ad pacem concordiamq; conuertere. Cic. 5. Philipp. 193.

Conuertere castra castris. Id est, commutare. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 307.

Ad periculum patriæ cõuertere copias, quas simulatione Reip. comparabant. Brutus Ciceroni, lib. 11. 13. 12.

Conuertere crimen in laudem. Cic. pro Flacco, 54.

Conuertere hominem à consuetudine. Cice. 1. de Inuent. 4. Id est, auertere.

Conuertere se ad dolos. Plin. de uiris Illust. 14.

Exercitum conuertere, Quod uulgus dicit Facere monstrã. Gellius lib. 5. cap. 5, Ostendere ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum Pop. Rom. facturus, comparauerat, conuertebatq; exercitũ insignibus argenteis & aureis florentẽ.

Ferrum conuertere in aliquem. Virg. 9. Aeneid. 88.

Fortunam in culpam conuertere. Cic. pro Rab. Posthu. 18.

In fugam conuersus. Liu. 10. bel. Pun. 87.

Conuertunt clamore fugam. Virg. 12. Aeneid. 51. Id est, redeũt cum clamore, sicut in exercitu solet fieri. Seruius.

Conuertere gaudia in diuersum. Plin. Epist. 176. b.

Gressus conuertere. Retrò cedere, pedẽ referre. Silius li. 13. 50.

Conuertit ad eos fortuna impetum suum. Cic. 3. Tusc. 124.

Conuertere in serium quod per iocum dictum est. Plaut. Pœnulo, 19. 41.

In iram subitam conuerti. Ouid. 10. Metam. 136.

Ver

Iter conuertere ad urbem. Lucan. lib. 3. 75.
Conuertere iter in prouinciam. Cæsar 7. bel. Gall. 221, Et ad Attic. libro 3. 43. 1, Omittitur & dictio iter. Cæsar, Ipse rursus unde pridie uenerat, Ruspinam cum reliquis copijs conuertit. Subaudi, iter.
Conuertere iter ad fugam & in exilium. Cic. in Catil. 35.
Conuertere malum aliquod ad salutem. Terent. And. 4. 1. 48.
Martem conuertere ad aliquos. Luca. lib. 2. 125.
Conuertere mentes hominum oratione. Cæsar 1. belli Gallici, 172.
Conuertit mentes militum terror & crudelitas suppliciorum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 283.
Minas in melius conuertere. Seneca Hippol. 4. 11.
Nauem remigationis ad puppim conuertere. Cicer. Attic. libro 13. 278. 5.
Traducere & conuertere orationem in fugam alicuius increpandam. Cic. 2. de Orat. 109.
Conuertere ordinem. Plin. in Paneg. 121, Nam quod precatus es, ut illa ipsa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, Reipublicæ, nónne tibi tale est, ut nos hunc ordinem uotorum conuertere debeamus? eos denique obsecrare, ut omnia quæ facis, quæque facies, prospere cedant tibi, Reipub. nobis?
Conuertere os ad aliquem. Cæsar 6. bel. Gall. 143.
Conuertere ora & oculos in aliquem. Cic. in Catil. 73.
Conuertere pecuniam, aut rem aliam, domum suam, uel in rem suam, aut ad cõmodum suum. Cic. 5. Verr. 162. Et 2. Verr. 26. Et pro Roscio Amerino, 66. Et 1. Offi. 66.
In melius conuertere, uerelas. Propert. lib. 1. eleg. 16. 2.
Rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamq; conuertunt homines. Cicer. 3. de Natur. deorum, 111.
Couertere se ad ocium & pacem. Cicer. ad Quint. fratrem, lib. 3. 21, 8.
Ad timorem se conuertere Cic. pro Sylla, 12.
Conuertere se ad uerum. Plau. Rud. 2 4. 107.
Ad sapientiora se conuertere. Tacit. lib. 3.
Conuertitur animus ad sensum & nutum alterius. Cicero de Amicitia, 77.
Conuertere signa. Cæsar 1. bel. Gal. 99, Romani conuersa signa bipartitò intulerunt.
Conuertere spem in fidem alicuius. Cic. pro Sestio, 59.
Conuertere studium ad scribendi operam Cic. 3. Offi. 6.
Conuertere terga, Fugere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 305.
Conuertit aculeum testimonij eodem. Cic. pro Flacco, 66.
Verum futurum in falsum conuertere non posse. Cicer. de Fato, 31.
Viam conuertere, Est uiam repetere, per quam huc primum uenerat. Virg. 5. Aen. 116.
Conuertere alicui uitium in bonum. Cicero de claris Oratoribus, 73.
Ad se conuerti. Cic. Appio, lib. 4. 12. 1.
Ad alicuius uoluntatem & nutum se totum conuertere. Cicero Appio, lib. 3. 10. 38.
Conuertere se ad aliquem philosophum legendum. Cicer. 5. de Finib. 12.
Conuertere se totam in aliquem dicitur ciuitas. Cic. in Somnio Scipionis, 7.
Conuertere in belluam, Hoc est, transmutare, & trãsformare. Terent. Eunuch. 3. 5. 40, Deum sese in hominem conuertisse, &c. Cic. 3. Tusc. 107. Idem 3. in Offi. 108, Quid enim interest, utrum ex homine se conuertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ?
In aliam naturam conuerti. Cic. 3. de Nat. deo. 41.
Conuertere, pro ex una lingua in aliam uertere. Cic. de Opt. genere Oratorum, 148, Conuertit enim ex Atticis duorum eloquentißimorum nobilißimas orationes inter se contrarias. Sic 3. Tusc. 51. Et 1. de Finib. 9, Conuersi de Græcis. Hoc est translata.
E Græco in Latinum conuertere. Cic. 2. Offi. 128.
¶ Conuersus, Participium (ἐπιστραφείς) Cic. in Som. Scipio. 26; Huius quidem anni nondum uigesimam partem scito esse conuersam.
Ad eædem & funus ciuitatis conuersi ludi. Cicer. de Aruspic. respon. 21.
Lintea conuersa domum, dare non pigeat. Id est, redire. Horat. Epod. 16, 6.
Numina conuersa, id est, contraria. Virg. 5. Aen. 93.
Studia conuersa. Hor. in Arte, 34.
Timor conuersus in iram. Lucan. lib. 4. 54.
Via uitæ conuersa. Hor. 1. Epist. 18. 6.
Orbis Reip. conuersus. Cic. Attic. lib. 2. 36. 2.
Conuersus, pro Emendatus. Quintil. lib. 11, Potest enim uideri emendatus, qui in odium eorum in quibus errauerat ipse conuersus est.
Conuersus in pœnitentiam, pro Tactus pœnitentia. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 13.
Conuertor, pro Conuerto dici apud Plautum, Amphit. 4. 84, Fugam in se tamen nemo conuertitur, admonet Nanius.
¶ Conuersus, huius conuersus, Verbale. Macr. lib. 7. Saturn. cap. 9, Qui gyros efficit, crebro conuersu turbat.
¶ Conuersio, Verbale (ἐπιστροφὴ, ἀνακύκλωσις) ut, Conuersio uesicæ, hoc est, inuersio & reuolutio. Plinius libro 8. capite 42. 13. Et uuluarum conuersio, Idem libro 20. capite 22. 2.
Incitatior conuersio cursus cæli stelliferi. Cicer. in Somn. Scipion. 17.
Incitatißima conuersio. Vide Incitò.
Mensium annorumq; conuersiones. Cic. de Vniuers. 66.
Conuersio rerum ac perturbatio. Cic. pro Flac. 73.
Conuersio suppurationis. Columel. lib. 6. cap. 17, Vel si antè, quàm tumor discutiatur, in suppurationem conuertitur, optimum est in ea lamina conuersionem resecare, & quicquid uitiosi est, inurere.
Conuersio uerborum. Cic. 3. de Orato. 105, Et efficiendum est illud modò uobis, ne fluat oratio, ne uagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius: ut membris distinguatur, ut conuersiones habeat absolutas. Neq; semper utendum est perpetuitate & quasi conuersione uerborum, sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est.
Conuersio malorum. Quint. lib. 5. cap. 10, Malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuersionem.
¶ Conuersim, Aduerbium. Firmicus lib. 2. cap. 32, Decimatertia in decimam septimam, decima septima rursus in decimam tertiam: decima quarta in decimam sextam, decima sexta rursus in decimam quartam: decima quinta in decimam septimam, rursumq; conuersim: & hoc modo facias, donec per graduum numerum, numeralem retrogrediens descensum ad descensum perducas.
¶ Conuerso, conuersas, conuersare (ἀνακυκλοῦμαι) Frequentatiuum. Cic. de Vniuersitate, 35, Quippe qui ex eadem uim ictus, alteraq; natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta, se ipse conuersans quum materiam mutabilem arripuisset.
¶ Conuersor, aris, Vtor & consuetudinem habeo, inquit Siponius.
¶ Conuersatio, Verbale (συνουσία) Consuetudo. Plinius lib. 10. cap.

Digitized by Google

10. capite triceſimotertio 7, Neue cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta.

Tutior conuerſatio. Quint. lib. 1. cap. 2. 5, Conuerſatio inter ſeruos malos.

Conuerſatio, pro Conuerſione. Senec. epiſtol. 75, Sciatq; illa ipſa quibus lædi uidetur, ad conuerſationem uniuerſi pertinere: & ex ijs eſſe, quæ curſum mundi conſumunt.

Conuerſatio, pro habitatione. Vlp. l. 12. §. 1. de relig. & ſumpt. funer. Senatuſconſulto cauetur, ne uſus ſepulchrorum permutationibus polluatur: id eſt, ne ſepulchrum aliæ conuerſationis uſum accipiat. Hoc eſt, ne quis aliam ob cauſam quàm ſepulchri & religionis ibi habitet, aut uerſetur, ut ex edicti uerbis intelligitur, quæ idem Vlpian. refert, in l. 3. ff. ſepulc. uiolat. Hotom.

Conueſtio] conueſtis, conueſtiui, conueſtitum (κατακαλύπτω) conueſtire, Idem quod Veſtire & exornare. Lucre. lib. 2. 30,

Quim ſubitò ſoleat Sol ortus tempore tali
Conueſtire ſua perfundens omnia luce.

Conueſtiuntur herbis prata. Cic. 1. Tuſc. 108.

Conueſtire locum aliquem dicitur hedera, quæ ſe expandit. Ci. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 9.

Conueſtita lucis domus. Cic. pro Domo ſua, 78. Hoc eſt, effuſca ta & adumbrata atq; ſepulta.

Conueteranus] συνβετεράνος, Notæ ſignificationis. Quo modo autem accipi debeat in iure explicat Modeſtinus lib. de excuſat. tutor. in Pandectis. Vſus eſt Gordianus imperator in l. quod placuit. C. de excuſat. ueteran.

Conuexo] conuexas (ὠθίζω) conuexare, Idem quod Vexare. Appia Cæſaris filia apud Gellium, Sed utinam reuiuiſcat frater, aliamq; claſſem in Siciliam ducat, atque iſtam multitudinem perditum eat, quæ me malè tunc miſeram conuexarunt.

Conuexus] Adiectiuum (κοίλος, συγκλινὴς) quod concauo oppoſitum eſt, quemadmodũ ſpeculæ, quæ neque planæ neque concauæ ſunt, conuexa dicuntur. Feſtus, Conuexum eſt ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terram uerſus declinatum eſt. Virgil. in Buc.

—— nutantem conuexo cardine mundum.

Idem 4. Aeneid. 91,

—— tedet cæli conuexa tueri. Id eſt, cælum conuexũ.

Cælum conuexum. Oui. 1. Met. 6.

Pondere conuexo nutans mundus. Virg. 4. Eclo. 10, Conuexo. Id eſt, Curuo, inclinato. Seruius.

Supera conuexa. Virgilius 6. Aeneid. 48. Id eſt, cæli curuitas. Seruius.

Conuexa ſydera. Virg. 1. Aeneid. 123, Vbi Seruius, Alij conuexa ſydera uolunt, id eſt, pendentia: ut, Et cæli conuexa per auras, id eſt, ſuſpẽſa: planetaſq; intelligunt, qui non ſunt fixi, ſed in aere feruntur.

Conuexum nemorum. Virg. 1. Aen. 93.

Conuexæ in maria terræ. Plin. lib. 12. cap. 22. 4, Diſcæſimus à terris Oceanum ſpectantibus ad conuexas in noſtra maria. Hoc eſt, uicinas noſtro mari.

¶ Conuexitas, pen. corr. (συγκλινία) Denominatiuum. Plin. lib. 18. cap. 25. 4, Super omnia eſt mundi conuexitatis, terrarumq; globi differentia. Idem lib. 31. cap. 3. 13, Reperiuntur in conuallibus maximè, & quodam conuexitatis cardine, aut montium radicibus.

¶ Conuexio, conuexionis, fœ. g. Idem. Gell. lib. 14. cap. 1. Vide Declinatio mundi, in Declino.

Conuictus] Participium. Vide Conuínco.

Conuictor, Conuictus] Vide Conuiuo.

Conuínco] conuincis, conuici, conuictum (ἐπιμαρτύρω, ἀναλέγχω) conuincere, eiuſdem cum ſuo ſimplici ſignificationis. Cicero 5. Verrinarum, 31, Sui quæſtus cauſa irrupiſſe conuincam.

Conuincit ratio ipſa ueritas, eum eſſe liberum. Cicero in Parad. 53.

Conuincere aduerſarium authoritatibus & teſtibus. Cicer. 7. Verr. 81. Et 1. de Finib. 21.

Conuincere facta alicuius turpia. Plau. Amphit. 15. 43.

Argumentis peccata conuincere. Cic. in Partition. 64.

Chirographo conuincere aliquem. Cic. 2. Philip. 35.

Opinione hominum conuinci & condemnari. Cicero pro Cluent. 4.

In pari peccato conuictus. Cic. 2. de Inuen. 143.

A teſtibus conuinci, & urgeri confeſſione. Cic. 6. Verr. 94.

Redargui & conuinci. Ci. de Vniuerſ. 9.

Errores alicuius conuincere. Ci. 2. de Nat. deor. 4.

Falſum conuincere refutatu ancipiti. Lucr. lib. 3. 106. Cicer. 2. de Nat. dèo. 125.

Teſtimonia aliquorum conuincere. Cic. pro Fonteio, 20.

Voce conuincere inauditum facinus. Ci. pro Quin. 53.

Conuincere aliquem non inhumanitatis tantùm, ſed & amentiæ. Cic. 2 Philip. 35.

Conuincere falſi, leuitatis, maleficiorum. Plaut. Trucul. 10. 5, Qui & conuicti & condemnati falſi de pugna fient. Cic. de Amicitia, 57. Et 7. Verr. 109.

Deuotionis conuinci, iudicio deorum, teſtimonio Senatus, confeſſione inimicorum. Cic. Poſt red. ad Quirites, 1.

Summæ negligentiæ conuinci. Ci. pro Sylla, 33.

¶ Conuictus (ἐλεγχθεὶς) Participium: ut, Manus conuictas dare. Oui. Epiſt. 16. 81.

Iudicio turpi conuictus. Ci. pro Quin. 28.

Fracta & conuicta ſecta. Ci. 1. de Leg. 55.

Reprehenſus, conuictus, fractuſq; Mithridates. Cicero pro Flacco, 32.

Conſcientia conuictus homo. Ci. 2. in Catil. 34. & c.

Conuinctio] Verbale à Conuincio, conuincis. Quintilian. libro 1. cap. De Grammatica, diſputans de numero partium orationis, Tum uidebit ad quem hoc pertinet, quot & quæ ſint partes orationis: quanquam de numero parum conuenit. Veteres enim, quorum fuerunt Ariſtoteles atq; Theodectes, uerba modò, & nomina, & coniunctiones tradiderũt: uidelicet quòd in uerbis uim ſermonis, in nominibus materiam: quia alterum eſt quod loquimur, alterum de quo loquimur: in coniunctionibus autem eorum complexum eſſe iudicauerũt: quas coniunctiones à pleriſq; dici ſcio: ſed hæc uidetur ex συνδέσμῳ magis propria translatio.

Conuiſo] conuiſis, pen. prod. (συνοράω) conuiſere. Lucret. li. 5. 29, Res quibus occultas penitus conuiſere poſſis. Cic. in Arato. 39, Et loca conuiſit cauda tenus infera piſcis.

Loca omnia oculis conuiſere. Lucret. lib. 2. 72.

Conuitium] huius conuitij (λοιδορία) Eſt maledictum cum contumelia. Cic. pro Cælio, 4, Maledictio autem nihil habet propoſiti, præter contumeliam: quæ ſi petulantius iactatur, Conuitiũ: ſin facetius, Vrbanitas nominatur. Idem pro Murena, 11, Scurrarum conuitium.

Conuitium, per e literam ſcribunt nonnulli. Vlpianus de iniuriis & famoſis libellis. l. item apud Labeonem, Conuitium aũt iniuriam eſſe Labeo ait. Conuicium dicitur à concitatione, uel à conuentu, hoc eſt, à collatione uocũ. Quũ enim in unũ plures uoces cõferuntur, Conuiciũ appellatur, quaſi cõuocium. Hæc Labeonis uerba reprehẽduntur à Valla, lib. 6. Feſtus, Conuiciũ, à uicis, in quibus primũ habitatũ eſt, uidetur dictum: uel immutata litera, quaſi conuocium.

Conuitium

Digitized by Google

Conuitium (authore Nonio) dictum est quasi uitijs locum, qui secundum ignobilitatem loci, maledictis, & dictis turpibus tauilletur. Quæ uerba Nonij corrupta sunt.

Conuitium, inquit Valla, à uitium, uel potius à Vito descendit, ut Vitupero: tametsi non omnino repugnem scribi per c, ut quibusdam placet, non per t. Et est conuitium, maledictum contumelioſum.

Anteactæ uitæ conuitium. Quint. lib. 7. cap. 3. 28.

Aurium conuitio extorquere ueritatem alicui. Cicero in Oratoribus, 91.

Linguæ stolidæ conuitia. Oui. 3. Met. 62.

Quotidianum conuitium. Quint. Tryphon. 1.

Ruſtica conuitia. Oui. 14. Met. 104.

Stridula conuitia cicadarum. Oui. ad Piſonem, 16.

Deſeſſæ conuitio aures conquieſcant. Ci. pro Arch. poeta, 8.

Abſtinere conuitio. Quint. lib. 7. cap. 3. 18.

Addere conuitia. Oui. 6. Met. 73.

Adijcere conuitia facto. Id est, ultrà illud quod malè aliquem tractaueris, etiam conuitijs & contumelijs inceſſere illum. Oui. 6. Met. 42.

Conuitijs & ſibilis conſectari aliquem. Ci. Att. lib. 2. 33. 2.

Dicere conuitium. Plau. Aſina. 16. 49.

Efflagitare conuitio aliquid. Ci. Qu. frat. lib. 2. 13. 1.

Facere conuitium. Teren. Adelph. 2. 1. 26. Vide Facio.

Deformia conuitia facere ac mereri. Quint. lib. 6. cap. 4. 8.

Graue conuitium alicui facere. Cic. Att. lib. 16. 335. 3.

Honeſtus uir inferioris conuitium ſert. Quintilian. libro 6. cap. 2. 13.

Fundere conuitia in aliquem. Oui. 3. Met. 62.

Clamore conuitioq; iactari. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 10.

Ingerere conuitia alicui. Hor. 1. Serm. Saty. 5. 3.

Proſcindere aliquem conuitijs. Pli. lib. 33. cap. 1. 1.

Reſpondere conuitio. Cic. pro Domo ſua, 2.

Suſtinere quotidianum conuitium. Cic. pro Quint. 42.

Verberare conuitio os alicuius. Cic. in Piſo. 50.

Vrgeri conuitio alicuius. Cic. 4. Aca. 2. 24.

¶ *Conuitior, conuitiaris* (λοιδορέω) *conuitiari*, Deponens, *Conuitium dicere. Quint. lib. 3*, Contrà ſentientibus inhumanè conuitiabantur.

¶ *Conuitiator, pen. prod. Verbale* (λοίδορος) *Qui conuitium dicit uel facit. Cicer. in Salluſt. 1*, Si de mea uita atq; actibus huic conuitiatori reſpondero.

Maledicus conuitiator. Cic. pro Muræna, 11.

Conuiuo] *conuiuis, penul. prod. conuixi conuictum* (συμβιόω, συνδιάγω) *conuiuere*, Viuere, uel ſimul uiuere & comeſſari. Plaut. Amph. 15. 45, Miſiſti ad nauim Soſiam, ut hodie tecum conuiueret? Quint. lib. 1. cap. 12, Lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex conſuetudine.

Conuiuere cum adoleſcentibus. Quint. lib. 5. cap. 9.

Conuiuere alicui. Quint. lib. 19. cap. 1.

¶ *Conuiuor, penult. product. conuiuaris* (συνοχέομαι, ἑστιάω, συμποσιάζω) *conuiuari*, Deponens, Conuiuium facere. Terent. Heaut. 1. 2. 32, Scortari crebrò, nolunt crebrò conuiuarier.

Conuiuari de publico. Cic. 5. Verr. 86, Quotidie ſolitum eſſe non ſolim in publico, ſed etiam de publico conuiuari.

Conuiuare, pro Conuiuari. Ennius Saty. lib. 1, Magno hercle ſuo malo conuiuat ſine modo. Nonius.

¶ *Conuiuium, conuiuij* (σύνοχλα, ἑστίασις, συμπόσιον) Cice. de Senect. 42, Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem uocant.

Arcta conuiuia dicuntur ubi arctè diſcumbitur. Horat. 1. Epiſtol. 5. 6.

Fœda. Ouid. 1. Metam. 34.

Inſtructa. Vide Inſtruo.

Lautiſsima. Vide Lautus.

Moderata. Cic. pro Muræn. 12.

Opiparè apparata. Cic. 3. Offi. 76.

Regalia. Quint. lib. 1. cap. 10. 11.

Tempeſtiua. Cic. pro Archia, 9.

Vinoſa. Oui. 3. Amorum eleg. 1. 4.

Accerſere in conuiuium. Teren. Eunu. 4. 1. 12.

Conuiuij ſat eſt, modò noſtra huc amica accedat. Plautus Stichо, 14. 25.

Agere conuiuia. Cic. pro Cælio, 27, Baijs acta conuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia iactant.

Agitare conuiuia. Oui. 7. Met. 89.

Celebrare conuiuia. Silius lib. 11. 55.

Concelebrare conuiuia. Cic. de Petit. Conſul. 28.

Conditor inſtructorq; conuiuij. Vide Condio.

Mutua inter ſe conuiuia curare. Virg. 1. Georg. 61.

Ducere conuiuia Baccho, Id eſt multo uino. Tibul. libro 1. eleg. 9. 13.

Ducere aliquem in conuiuia. Oui. 3. de Arte aman. 149.

Facere lauta conuiuia. Catul. Epig. 44. 2.

Fiunt conuiuia plena menſæ. Proper. lib. 2. eleg. 17. 1.

Hilarare conuiuia Baccho. Virg. 5. Eclog. 14.

Implere conuiuia dictis, Id eſt, narratiunculis uel confabulationibus conuiuium abſoluere. Oui. 13. Met. 147.

Inire conuiuium, hoc eſt, Ingredi. Tacit. lib. 15. Vide Ineo.

Inter ſecreta conuiuij. Tacit. lib. 18.

Miſſum conuiuium. Vide Mitto.

Obſcœnis canticis conuiuium obſtrepit. Quintilian. libro 1. cap. 2. 7.

Ornare & apparare conuiuium. Ci. 6. Ver. 39. Vide Orno.

Parare conuiuia. Virg. 1. Aen. 125.

Retrahere ſe à conuiuio. Celſ. lib. 5. cap. 9.

Repetita conuiuij lætitia. Tacit. lib. 13.

Ad conuiuium ruere, pro Irruere. *Tacit. lib. 18.*

Struere conuiuia. Tacit. lib. 15.

Turbare conuiuia. Oui. 12. Met. 45.

Verſari in conuiuijs. Cic. pro Quintio, 40.

¶ *Conuiua, conuiuæ, pen. prod. com. gen.* (σύνεστιος, συμπότης, λειτυμώρ, συνδοίνιος) *Qui ad conuiuium uocatus eſt.* Terent. Heaut. 1. 1. 120, ——egomet conuiuas moror.

Aùidi conuiuæ. Hora. 1. Ser. Saty. 5. 15.

Comis conuiua. Hora. 2. Ser. Saty. 8. 16.

Ebrius conuiua. Oui. 5. Faſt. 68.

Fequens conuiua. Oui. 2. Amorum eleg. 5. 5.

Gratus conuiua. Hor. 2. Serm. Sat. 2. 24.

Hilari & bene accepti conuiuæ. Cic. Att. lib. 16. 333. 2.

Plenus conuiua. Lucr. lib. 3. 191.

Satur conuiua. Hor. 1. Serm. Saty. 1. 24.

Abducere ſibi aliquem conuiuam. Teren. Eun. 3. 1. 17, Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi.

Agere conuiuam lætum. Hor. 2. Serm. Sat. 6. 23.

Soluere conuiuas. Id eſt, dimittere. Oui. 6. Faſt. 125.

Vocare conuiuam. Plau. Aſin. 13. 23.

Conuiuis immines annotator. Vide Immineo.

¶ *Conuiuator, pen. prod. Verbale* (συμποσιαρχὴς, ἑστιάτωρ) *Qui ad conuiuium inuitat, uel qui conuiuium facit & apparat. Liu. 5. bel. Maced. 188*, Eſt autẽ res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti conuiuatoris, apud quem Solſtitiali tempore comiter accepti, etc. *Hora. 2. Serm. Saty. 8. 15.*

Digitized by Google

¶ Conuictor, conuictoris (συσσιτ☉) Qui comedit & bibit nobiſcum familiariter. Sueton. in Tiberio, cap. 56, Nihilo lenior in conuictores Græculos.

Conuictorem eſſe alicui. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 10. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 3,

Ille ego conuictor, denſoq; domeſticus uſu.

Familiares & quotidiani conuictores. Cicero Tironi, libro 16. 21. 10.

¶ Conuiualis, & hoc conuiuale, penult. produ. (συμποτικὸς) Quod pertinet ad conuiuium. Liu. 9. bel. Maced. 23, Tunc Pſaltriæ, ſambuciſtriæ, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Idem, Multaq; conuiualia ex auro & argento uaſa.

Fabulæ conuiuales. Tacit. lib. 5.

¶ Conuictus, huius conuictus, maſcul. gener. (συσσιτία) Conuerſatio & commercium: quòd qui unà uerſantur, ſæpe etiam unà uiuant & epulentur. Colum. libro 11. cap. 1. 12, In primis conuictum domeſticum, multoq; etiam magis externum uitet.

Conuictus & conſuetudo. Luceius Cic. lib. 5. 14. 6.

Conuictus humanus, & ſocietas. Cic. 3. Off. 26.

Conuictus, pro Ipſo uiuendi & epulandi ritu. Mart. lib. 10. 47, Conuictus facilis, ſine arte menſa. Hoc eſt, nihil habet in communi ritu deliciarum.

Cõuictum habere cum aliquo. Colum. lib. 1. cap. 8, Hoc eſt, cum aliquo commercium habere.

Conuoco] conuocas, pen. cor. (συγκαλέω) conuocare, Simul uocare, congregare. Plaut. Moſt. 15. 8, Capio conſiliũ, ut Senatum congerronem conuocem.

Conuocare ad ſe. Cic. 3. Offi. 76.

Conuocare ad ſocietatem uitæ. Cicero 1. Tuſc. 96, Aut qui diſſipatos homines congregauit, & ad ſocietatem uitæ conuocauit?

Conuocare in animum conſilii. Plau. Milit. 5. 43.

Conuocare in corde conſiliarium de re argentaria. Plautus Epid. 3. 56.

Conuocare concilium. Cæſar 3. bel. Gal. 363, Concilio celeriter conuocato, ſententias exquirere cœpit.

Conuocare populum in tribus. Cic. 3. de Legib. 64.

Conuocare in concionem, & ad concionem. Cicero 3. de lege Agrar. 110. Et Liu. 7. ab Vrbe, 173. Cæſ. 7. bel. Gal. 48.

¶ Cõuocatio, Verbale (σύγκλησις) Cic. Poſt reditum in Senat. 34, Nulla ad Remp. defendendam Pop. Rom. conuocatio.

Conuolo] conuolas, pen. cor. (συμπέτομαι) conuolare, Simul uolare.

Conuolare, pro Feſtinare per translationem. Cic. 3. Tuſc. 86, Et illi quidem pugnant, & quidem uicinorum fidem implorant: multi autem ſunt qui ſtatim conuolent. Idem ad Attic. lib. 10. 206. 2. Terent. in prol. Hecyr. 40.

Conuolare ad Roſtra. Cic. pro Rabir. Poſth. 11.

Conuolarunt ex Italia ad me reuocandum. Cic. pro Domo ſua ad Pontif. 46.

Conuoluo] conuoluis, conuolui, conuolutum (συνελίσσω) conuoluere, Simul uoluere. Plin. lib. 12. cap. 17. 4, Atq; attractis funiculis herbam eam conuolui, atq; ita oſſas fieri. Cicer. 2. de Natur. deor. 167, Quem propter nitens pennis conuoluitur ales.

Conuoluere in oſſa. Plin. lib. 12. cap. 9. 1.

Conuoluuntur in ſemet dracones. Plin. lib. 10. cap. 72. 1.

Serpens conuoluit lubrica terga. Virg. 2. Aen. 95.

Mare conuoluit gentes. Lucan. lib. 5. 125.

Conuoluere uerba magno curſu, Eſt profundere, ita ut conglomeres. Senec. epiſt. 40.

¶ Conuoluens, Particip. (συνελίσσων) Cic. 1. de Diuinat. 84, Quum ſe conuoluens Sol elaberetur & abiret.

¶ Conuoluolus, pen. corr. (ἰὸς) Vermiculus corrodens uites, qui & Voluox etiam dicitur. Plin. lib. 17. cap. 28. 3.

Conuoluolus, Eſt etiam herba. Plin. lib. 21. cap. 5. 2, de lilio loquens, Eſt flos non diſſimilis illi in herba, quam Conuoluolum uocant, naſcens per frutecta, nullo odore, nec croci is intus, candorem tantum referens, ac ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis.

Conuoti] Dicebantur iiſdem uotis obligati. Feſtus.

Conus] coni, m. g. (κῶνος) Dicitur curuatura quæ in ſummitate galeæ prominet, ſuper quam criſtæ ſunt, inquit Seruius. Virgilius 3. Aeneid. 94,

Et conum inſignis galeæ, criſtaſq; comantes.

Acumen coni. Lucret. lib. 4. 87.

Decus coni. Silius lib. 4. 3.

Picto cono nutantia capitum tegmina. Ouid. 3. Met. 22.

Anguſtus conus. Lucr. lib. 4. 87.

Gloria ardua coni. Stat. lib. 8. 138.

Conus, Fructus pini arboris in acumen deſinens, Strobilos aliàs dicitur Ruellius lib. 1. cap. 112, Græci, ut teſtatur Galenus, pineas nuces, conos & ſtrobilos appellant. Seruius ſic ait, Conus dicitur fructus cupreſſi: & ipſa, conoides eſt.

Conus à Græcis dicitur uel pyramis, uel meta, ſiue inuerſus turbo. Cic. 2. de Nat. deor. 67, Conum tibi ais & cylindrum, & pyramidem pulchriorem quàm ſpheram uideri.

¶ Coniſer, Adiectiuum (κωνοφόρος) ut, Coniſera arbor, quæ conos fert. Virg. 3. Aen. 136, Coniſera cypariſſus.

Apices coniferi. Claud. 3. de Raptu Proſerpinæ, 80.

¶ Coniger, Aliud adiectiuum (κωνοφόρος) ut, Pinus conigera, Catul. in Argon. 21.

¶ Conoides, conoidis (κωνοειδὴς) Quicquid eſt coni figura. Vnde cupreſſus fœmina, conoides dicitur: nam à rotunditate in acumen leuatur, ut ait Seruius. Mas uerò ſpargit extra ſe ramos, deputaturq;, & uitem accipit.

¶ Coniſco, coniſcas (κορύπτω) coniſcare, Frontem fronte percutere, arietare quaſi conis cõuerſis capita quatere. Quin. lib. 8. cap. 3, Caput opponis cum eo coniſcans. Lucr. lib. 2. 65, Et ſatiati agni ludunt, blandéq; coniſcant.

Conuulnero] conuulneras, pen. corr. (θραυματίζω) conuulnerare, Hoc eſt, multis uulnerib. afficere. Plin. in Paneg. 56, Neq; ut antea, exanguem illam & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant. Plin. lib. 11. cap. 37. 55, Ipſe conuulneratus, & captus ſemel per cauernam latomiarum euaſit. Idem lib. 28. cap. 17. 8. Et Colum. lib. 4. cap. 24. 16.

Conuulſio, Conuulſus] Vide Conuello.

Conyza] huius conyzæ (κόνυζα) Herba quæ & cunilago dicitur. Plinius lib. 21. cap. 9. 3, Vulgò appellatur Pulicaria.

Cooleſco] cooleſcis, cooleſcere, Concreſcere & conglutinari. Lucr. lib. 6,

Saxa uides primùm ſola cooleſcere calce. Sic enim eſt legendum, non ut uulgus putat coaleſcere. Lambinus.

Coonero] cooneras, pen. corr. coonerare, Simul onerare. Tacit. in lib. de morib. German. ubi de Cattis uerba facit, Omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoque & copijs coonerant.

Coons] Homero lib. Iliad. 11, primogenitus filiorum Antenoris: qui quum Iphidamantis fratris mortẽ ab Agamemnone illatã uindicare uellet, mediã Agamemnonis manũ ſubter cubitũ lancea transfixit: quã rem indignatus, eum conſodit, moribundoq; caput ſupra corpus fratris præcidit.

Cooperio] cooperis pen. corr. cooperui, coopertum (συγκαλύπτω) cooperire, Tegere: ut,

Coopertum telis corpus. Liu. 8. ab Vrbe, 53.

Coopertus

Coopertus terrâ. Plin. lib. 10. cap. 54. 3.
Pannis cooperta membra. Lucret. lib. 6. 255.
Cooperire aliquem lapidibus, pro Lapidare. Liu. 4. ab Vrbe, 220. Sic Cicer. 3. Verr. 84.
Coopertus sceleribus. Cic. 3. Verr. 6, Qui istum tot, tantis, tam nefarijs sceleribus coopertũ iurati sententia sua liberarent.
Coopertus miserijs. Sallust. in Iugurtha, Sicuti uidetis, extorrẽ patria, domo, inopem, & coopertũ miserijs, effecit, ut ubi uis tutius quàm in meo regno essem.
Coopertus famosis uersibus. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 14.
¶ Cooperculum, pen. cor. (σκέπασμα) Quo quid cooperitur: ut, Cooperculum doliorum. Plin. lib. 14. cap. 21. 3, Legitur & operculum ex uetusto exemplari.
Coopto] cooptas (προσαιρέομαι) cooptare, Est eligere inter pares aut ferè pares, authore Valla lib. 5. ut, Milites cooptant quem uolunt ducem. Cic. pro leg. Agraria, 32, Ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Liuius lib. 6. Decad. 1.
Cooptare in collegium & in ordinem. Cic. de claris Oratoribus, 1. & 4. Verr. 83. Et pro Cælio, 3.
Cooptari in locum alterius. Liuius 10. belli Macedon. 173, Triumuir epulo Q. Fuluius M. F. in locum eius Triumuir coptatus. Hoc est, suffectus & quodammodo receptus, ac comprobatus.
Cooptare Senatores, & cooptare Senatum. Cicer. 4. Verr. 82. Et 2. de Diuin. 84.
Cooptare sibi collegam. Sueton. in Augusto.
¶ Cooptatio, Verbale (προσαίρεσις) Cic. 3. de Legibus, 41, Nemimem in summum locum nisi per populum uenire, sublata cooptatione Censoria.
Cooptatio in patres. Liu. 4. ab Vrbe, 20.
Coorior] cooriris, pen. prod. uel cooreris, pen. corr. coortus sum (ἐμφύομαι) cooriri. Simul oriri: ut, Coorta tempestas. Cæsar 1. bel. Ciuil. 186 Cic. 3. Verr. 31, Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ.
Bellum coortum. Liuius 9. bel. Pun. 7.
Febris coorta est superante bili. Lucret. lib. 4. 134.
Fulgore coorto fulserunt flammæ. Lucret. lib. 1. 184.
Mare coortum sæuit. Lucret. lib. 5. 201.
Coorta pestilentia. Liuius 4. ab Vrbe, 225.
Seditio coorta est in populo. Virg. 1. Aeneid. 31.
Ventis coortis commiserat se unda. Ouid. 11. Metam. 103.
Cooriri, Inuadere in hostem. Plin. lib. 8. cap. 16. 9, Generositas maximè in periculis deprehenditur: non in illo tantummodo, quòd spernens tela, diu se terrore solo tuetur, ac uelut cogi testatur, cooriturq; non tanquam periculo coactus, sed tãquam amentiæ iratus. De leone.
Procella cooritur. Plin. lib. 11. cap. 10. 4.
Coorti ad bellum. Liu. 4. ab Vrbe, 241.
Coorti in pugnam. Liu. 1. bel. Pun. 119.
Coos] siue Cos, siue Coum siue Co (κόως, κῶς) Insula in mari Aegæo, seu, ut quidam aiunt, in Icario, Rhodo proxima, & Cariæ opposita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu iucundissima ijs qui eò nauigabant. Ambitus eius quingẽtis, & quinquaginta stadijs clauditur, tota fertilis, & optimo uino abundãs. Est & urbs eo nomine antiquitus Astypalea uocata. Dicta à Coo Meropis filia, quæ ibi regnauit. Strabo scribit nouem gentes & quinq; millia oppidorum esse, quorum nullum sit minus Coo Meropide.
¶ Cous (κῶος) Adiectiuum, priore syllaba prod. unde Hippocrates Medicus diuinus, & Apelles pictor egregius, Coi dicti sunt, quum in ea nati perhibeantur. Ouid. in Arte, Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles. In primitiuo prima corripitur. Papinianus,

—hunc ipse Coo prudente Philetas.

In suburbano Coi, Aesculapij templũ fuit ualde insigne, & multis donis opulẽtum, inter quæ nuda Venus erat, quæ postea Iulio Cæsari Romæ dicata est. Sunt qui dicant apud insulam fieri uestes tenuissimas ad fœminarum ornamentũ, unde Ouidius de Arte,

Siue erit in Cois, Cod decere puta.
Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus. Vide Plinium lib. 5. cap. 31. 8. Et lib. 29. cap. 1. 3.

Copæ] Coparũ, Vrbs Bœotiæ. Strab. lib 9, Indicio huic rei est Cephisus maximè lacum Copaidem implens. Nam quum lacus ipse crescit, ne Copæ urbs demergantur discrimen ingruit: quod & poeta nominatim ait. Et ab ea ciuitate lacus ipse nomen adipiscitur. Iuxta lacum terræ hiatu facto penes Copas alueum sub terra ad stadia xxx. reseruauit, quo receptus est fluuius. De hoc meminit & Plinius lib. 4. cap. 7.
Cophantus] Mons est semper ardens apud Bactros Indiæ populos, ut est auctor Plinius lib. 2. cap. 106.
Cophes] Asiæ fluuius est in India Pomponius lib. 3, Indus ex monte Paropamiso exortus, & alia quidem flumina admittit: sed clarissima Cophen, Acesinen, Hydaspen, conceptãq; pluribus alueis undam lato spacio trahit.
Cophinus] cophini, pen. cor. (κόφινος) Vas rusticum uimine contextũ, à leuitate dictum à Græcis, Priscianus corbem interpretatur. Iuuenalis Saty. 6,

Quum dedit ille locum cophino, fœnoq; relicto. Idem Satyr. 3. Columella, libro 11. cap. 3. 42, Confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obserat.

Copia] copiæ (εὐπορίαι) Abundantia. Cic. in Paradox. 60, Etenim diuitiarum est fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum atq; abundantia.
Abundantia & copia. Cic. de Amicit. 4, 73.
Circunfluere omnibus opijs, atq; in omnium rerum abundantia uiuere. Cic. de Amicit. 48.
Locuples & pecuniosus copijs rei familiaris. Cicer. pro Quinto Rosc. 26.
Opes copiæq; Cic. Cassio, lib. 12. 7. 5.
Opibus & copijs maximeq; uirtute præditum esse. Cicero de Amicitia, 47.
Ingurgitare se in copias alicuius. Vide Ingurgito.
Rationes & copias in aliquam prouinciam conferre. Cice. pro lege Manil. 11.
Vbertas in dicendo & copia, cui opponitur Exilitas. Cice. 1. de Oratore, 27.
Vbertas, uarietas, copia dicendi. Cic. pro Corn. Balbo, 2.
Omnium rerum affluentibus copijs. Cic. 2. Offic. 213.
Copijs locuples Resp. Ci. Att. lib. 8. 155. 2, Moderatori Reipub. ciuium uita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit.
Pro copia. Plaut. Trucul. 4. 44,

—— nunc uicissim uolo habere
Aratiunculam pro copia apud uos.

Pro copia, Quod uulgus secundum possibilitatem dicit. Plaut. Merca. 9. 8,

—— facere certum
Pro copia & sapientia, quæ te uelle arbitrabor.

Copia agri, pecudum, pecuniæ, cui opponitur Penuria. Cic. 2. de Inuent. 208.
Copiæ amicorum. Cic. pro Quintio, 2, Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Id est, paucos habet amicos: uel amici eius non sunt admodum diuites.
Argumentorum copia. Lucret. lib. 1. 85.
Auxilij copia. Terent. And. 2. 1. 22.

Digitized by Google

Cauſæ copia. Cic. pro Roſc. Comœd. 2, Sed ego copia & facultate cauſæ confiſus, uide quò progrediar.
Cordis copia. Plin. Epid. 9. 4.
Frugum copia, & inopia, contraria. Ci. pro Domo ſua, 14.
Lactis copia. Virg. eclog 1. 16.
Orationis copia abundare. Ci. 2. de Ora. 82.
Rei frumentariæ copiam adiectare. Tacit. lib. 5.
Rerum copia, uerborum copiam gignit. Cic. 3. de Ora. 68.
Vitæ copia defit illis. Lucr. lib. 6. 164.
Ex copia rerum conſilium trahere. Salluſt. in Iugurth.
Beata copia pleno cornu. Hor. in Carm. ſecul. 12, Quaſi corporalem deam hîc accipe Copiam utiq; rerum omnium abundantiam. Porphyr.
Bona copia librorum. Hor. 1. Epiſt. 19. 22.
Caſſa copia uerborum. Lucr. lib. 4. 104. Id eſt, uana.
Facilis copia. Proper. lib. 1. eleg. 9. 3.
Faſtidioſa copia. Hor. 3. Car. Ode 29. 2.
Feſtiua copia librorum. Cic. Att. lib. 2. 21. 1.
Multa copia, Id eſt, nimia & noxia. Hor. 2. Serm. Saty. 2. 9.
Mirabilis copia dicendi. Ci. in Topic. 35. (17. 4.
Opulenta copia manabit benigno cornu. Horat. 1. Carm. Ode
Stipata copia rei alicuius. Lucr. lib. 2. 60.
Copia (προφὴ) pro Commeatu ſeu annona. Tacit. lib. 15, Contraq; prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem.
Copia (πλῆθος, ἀλόχευσις) uel Copiæ, tam in ſingulari, quàm in plurali ſignificat Multitudinem uel exercitum. Teren. Eunuch, 4. 6. 16, Militem ſecum ad te quantas copias adduxerit? Sic Liu. 1. ab Vrbe, 9, Copias in aciem educere. Et Cic. 1. Tuſc. 157, Copias maximas duxit ad Troiam. Cn. Magnus, Marcello & Lentulo coss. in Epiſt. ad Attic. lib. 8. 161. 1, Idcireo ad L. Domitium literas miſi, primum ut ipſe cum omni copia ad nos ueniret. Pompeius ad Domitium, in Epiſt. ad Att. lib. 8. 165. 3.
Copiæ in arctum coactæ. Teren. Heau. 4. 2. 2.
Copiæ pedeſtres. Vide Pedeſter.
Nauales copiæ. Tacit. lib. 4.
Comparare copias. Cic. Caßio, lib. 12. 5. &
Diſpoſita claßiariorum copia. Tacit. lib. 4.
Expedire copias. Tacit. lib. 13.
Imminuere copias. Cic. Appio, lib. 3. 3. 6.
Inſtructiores pedum copiæ. Vide Inſtruo.
Parare copias. Tacit. lib. 19.
Copia, pro Multitudine hominum. Cic. pro Muræn. 64.
Tenuiorum, & amicorum non occupatorum eſt iſta aßiduitas, quorum copia bonis & beneficis deeſſe non ſolet.
Copiæ, pro Rebus neceſſarijs. Plin. epiſtol. 41, Suggerunt aſſa cum ligna proximæ ſyluæ, ceteras copias Oſticenſis colonia miniſtrat.
Copiam aliam quærere. Teren. Heaut. 5. 1. 54.
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deſerat. Hîc uidetur ſignificare facultates & neceſſaria ad ſumptum faciendum. Dicit enim paulò pòſt, Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus, &c.
Hoc copiarum, pro Hæ copiæ. Liu. lib. 2. Decad. 5, Hoc copiarum cum Præt. nouis in Hiſpanias portatum eſt.
Copia, Facultatem etiam ſignificat, & poteſtatem aliquid faciendi, & iungitur plerunq; cum hoc uerbo Facio uel Do.
Copiam dare alicuius rei. Teren. in prol. Heaut. 24. Tacit. lib. 14, de Nerone loquens, Vetus, inquit, illi copia erat curriculo quadrigarum inſiſtere.
Dicendi facultas & copia. Cic. 2. Verr. 6.
Data copia fandi. Virg. 1. Aen. 105.
Dare copiam exiſtimandi aliquid. Teren. Heaut. 2, 3. 42.
Copia eſt quæ uolumus. Sub. eorum. Plaut. Capt. 5. 25. Id eſt, habemus quæ cupiebamus.
Copia eſt, ut pedem efferamus ex ædibus. Plaut. Bacch. 8. 19, Et apud Terentium in Heaut. 2. 3. 87, Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu ut ſit, copia eſt. Id eſt, tu potes, patérq; ſinet, ut, &c.
Copia eſt illi in ocio uiuere. Salluſt. in Catil.
Copia uix fuit eum adeundi. Plaut. Milit. 18. 10.
Copia eſt mihi. Teren. Phor. 1. 3. 24, Vt neq; mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia. Plaut. Trinum. 17. 7.
Rara copia uidendi aliquem. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 17.
Cunctandi copia non eſt. Plaut. Epid. 3. 59.
Copiam facere conueniendi alterum. Plautus Capt. 12. 90, Sic apud Liu. libro 4. ab Vrbe, 80, Poſtero die iam militibus caſtra urbemq; ſe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnæ fiat.
Copiam facere conſilij ſui. Cic. 2. de Orat. 37. Sic apud Plinium, epiſt. 147. ſ. Ne ego quidem indignus, cui copiam ſcientiæ tuæ facias.
Copiam facere argenti. Plaut. Cur. 7. 51.
Copiam efficere alicui ad aliquam amicam. Plaut. Mil. 10. 173.
¶ Copi, pro Copioſo, à ueteribus dictum, ut annotat Nonius ex Plauti Pſeudolo, Atque ego nunc ut glorioſum faciam & copi pectore. Idem Bach. 5. 115, Vt amantem herilem copem facerem filium. Pacuuius Peribœa, O multimodis uariè dubium & proſperum copem diem. Qui loquendi modus à communi uſu iam receſſit.
¶ Copiola, pen. corr. (ἀωαμβάτου) Diminutiuum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 3, Recurri ad meas copiolas: ſic enim eas uerè appellare poſſum, ſunt enim extenuatiſſimæ, & inopia rerum omnium peßimè acceptæ.
¶ Copioſus, pen. prod. (σὺν κορῷ) Adiect. Abundans, diues. Cic. 3. Ver. 45, Magnificè et ornatè, ut erat in primis inter ſuos copioſus, conuiuium comparat.
Vrbs celebris & copioſa. Cic. pro Archia, 3.
Amplum & copioſum patrimonium. Cic. pro Sex. Roſc.
Lautum & copioſum patrimonium. Cicero pro Rabirio Poſthum. 23.
Copioſa planè, & locuples mulier. Cic. 1. Ver. 30.
Copioſum Senatuſconſultum. Plin. epiſt. 159. 4, Tenuis & Copioſus uictus, contraria. Cic. 3. Tuſc. 84.
Doctus & copioſus homo, & paratus. Cic. 4. Acad. 116.
Copioſus homo ad dicendum, & in dicendo. Cicero pro Cecinna, 47.
Rebus omnibus ornatus & copioſus. Cic. 2. in Catil. 38.
Copioſa diſputatio. Cic. 4. Acad. 58.
Copioſa & elegans oratio. Cic. 1. de Fin. 16.
Multa, uaria, & copioſa oratio. Cic. 2. de Orat. 118.
Fieri copioſiorem legendo aliquid. Cic. Att. lib. 13. 294. 2.
Copioſiſſimum ingenium. Plin. epiſt. 179.
Copioſus capratum. Solinus.
Copioſus re cibaria. Gel. lib. 7. cap. 1.
¶ Copioſè, Aduerb. (ἀφθόνως) Abundanter. Cic. de Senect. 54, Quàm copioſè ab eo agricultura laudatur in eo libro qui eſt de tuenda re familiari.
Copioſè & abundanter loqui de re aliqua. Cic. 2. de Orat. 82.
Largè & copioſè. Cic. 2. de Nat. deor. 80.
Neq; ſententijs ſolum copioſè, ſed uerbis etiam ornatè dicere. Cic. 1. de Nat. deor. 80.
Subtiliter & copioſè diſſerere. Cic. pro Flacco, 33.
Compoſitè, ornatè, copioſè eloqui. Cic. 1. de Orat. 26.
Grauiſſimè & copioſiſſimè dicere. Cic. 1. Offic. 6.
Copioſè aliquò proficiſci. Cic. 3. Verr. 64. Id eſt, cũ opulentia.
Copioſè ornatus, & honorificè acceptus. Cic. 6. Verr. 54.

Copioſè

Digitized by Google

Copiosè reorum causas defendere. Cic. 4. Verr. 139.
Copiosissimè causam defendere. Cic. pro Cluent. 115.
Copiosissimè nasci dicitur herba. Plin. lib. 19. cap. 5. 26.
¶ Copiarius, copiarij, Dicitur qui magistratibus præbendam, & eorum familiæ præstabat, publicè conducta ei qui peregrinantes principes & magistratus sectabatur, unum cibariáq; uendens. Turneb.
¶ Copior, copiaris, copiari, Castrense uerbum est, pro Copia instrui & augeri. Gell. lib. 17. cap. 2, de uerbis Quint. Claudij annalium primo cursim in legendo notatis, Et Romani multis armis & magno commeatu prædaq; ingenti copiantur: quod uerbum haud facilè reperias apud ciuilium causarum oratores: exq; eadem figura est qua lignantur, & pabulantur, & aquantur.
Copo] coponis, postea dictus est Caupo (κάπηλος) Vide suo loco. Martial. lib. 13. 11, Hæc ego coponi, non tibi dona dedi. Cic. pro Cluent. 131, Atq; etiam, ut nobis renunciatur hominem multorum hospitum, A. Bimnium quendam coponẽ de uia Latina, subornatis qui sibi à Cluentio, seruisq; eius in taberna sua manus allatas esse dicat.
¶ Copona, huius coponæ, penult. prod. (καπηλεῖον) Taberna, inquit, Festus: à copijs dicta. Item ipsa mulier quæ tabernæ præest.
Coponius] Quintus, Vir Romanus, qui ambitus damnatus est, quia uini amphoram dedisset dono ei, cuius suffragij latio erat. Plin. lib 35. cap. 12. Commemoratur & alter Coponius statuarius ab eodem Plinio, quem à Varrone laudatum asserit, eiusq; opera quædam enumerat. Vide libro 36. capite quinto.
Copratas] κοπράτας, Straboni Persidis fluuius est, ut uidere licet lib. eius Georg. 15.
Copreus] coprei, Stercorarius. Suetonius, Interdum ferula flagróue utlut per ludum excitabatur, à copreis solebant & manibus stertentis socci induci, id est, stercorarijs: ut Græco uerbo Tranquillum usum opinemur, ob rei fœditatem, quòd stercore obliti eius manibus socci inducerentur, ut & si diritate odoris non expergisceretur, tamen ab alijs exper rectius, sibi alui profluuie faciem oblineret, eam soccis defricans. Sic restituit Turnebus, & uerè.
Copta] huius coptæ (κόπτη) uidetur esse genus placentæ. Martial. lib. 14. 73,
Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam quam tibi misit, edat.
Coptites] Vna est ex Aegypti nomis, quas præfecturas uocant, ut author est Plin. lib. 5. cap. 9.
Coptus] κόπτος, Oppidum Thebaidis, commune Aegyptiorum & Arabum emporium, uergens ad mare rubrum, uicinas habens cautes, è quibus eruuntur Smaragdi. Iuuenal. Satyr. 15,
Gesta super calidæ referemus mœnia Copti.
Copula] huius copulæ, pe. cor. (σύνεξις, συμπλοκή) significat Nexum siue uinculum. Plaut. Epid. 13. 11, Quæritãs me, in manibus gestant copulas secum, subueni. Ouid. Copula detrahitur canibus. Id est uinculum colli. Copula, quæ copulat, id est, coniũgit: quales sunt apud Grãmaticos, Et, Que, & huiusmodi enclitice, quæ idcirco copulatiuæ coniũctiones dicuntur.
Dura copula. Ouid. 5. Trist. eleg. 10. 6.
¶ Copulo, copulas, pen. corr. (συμπλέκω, συνίεγω) copulare, Colligare, uincire, coniungere. Plin. lib. 17. cap. 19. 1. Plautus Pœnul. 4. 121, Quid ais tu, quando mecum caput & corpus copulas?
An hæc inter se iungi copulariq; possint. Cic. 1. de Orat. 113.
Copulando uerba iungere. Cic. in Orat. 86, Libenter etiã copulando uerba iungebant: ut, Sodes, pro si audes: fis, pro si uis.
Coniunctionibus copulari, Dissolutionibus relaxari, contraria. Cic. in Partit. 13.
Copulare uno uinculo. Liu. 8. bel. Pun. 63.
Honestatem cum uoluptate tanquam hominem cum bellua copulare. Cic. 4. Academ. 253.
Copulare cum præsentibus futura. Cic. 2. de Fin. 75.
Copulare concordiam. Liu. 4. ab Vrbe, 186.
Copulare sermonem cum alijs. Plaut. Pœn. 9. 42.
Societatem copulare cum deo. Plin. lib. 2. cap. 7. 12.
Voluntates copulare. Cic. Appio, lib. 3. 4. 5.
¶ Copulor, copularis (συζεύγνυμι) Copulari, Deponens. Idem. Plaut. Epid. 9. 21,
— caueſis cum filia mea
Hanc copulari, neq; conspicere.
Copulari dexteras. Plaut. Aulul. 5. 38, Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.
¶ Copulatus, pen. prod. (συμπεπλεγμένος) Particip. Cicer. 4. Tusc. 36, Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt: re uerò copulata sunt.
Copulata res & consatalis. Cic. de Fato, 45.
Simplicia, & Copulata, opposita. Cic. de Fato, 45.
Admistum, copulatum, concretum, coagmentatum. Cicero 1. Tuscul. 110.
Naturæ copulatum, id est, consentaneum naturæ. Cicero 2. de Diuinat. 211.
¶ Copulatus (σύμπλεκτος) Nomen ex participio. Cic. 1. Offic. 81, Nihil autem est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum.
¶ Copulatio (σύμπλεξις) Verbale, Coniunctio. Cic. 1 de Finib. 29, Ita effici complexiones, & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.
Copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. Cic. 2. de Nat. deor. 178.
Congressus copulationesq; cõsuetudinum. Cic. 1. de Fin. 105.
¶ Copulatiuus, pen. prod. (συμπλεκτικὸς) Adiectiuum fictum à grammaticis. Quod copulat, uel copulare potest, unde Cõiunctio copulatiua.
¶ Copulatè (συμπλεκτικῶς) Aduerbium. Gellius lib. 10. cap. 24, Diequinti, pro aduerbio copulatè dictum est.
Coquina, Coquinarius] Vide Coquo.
Coquo] coquis, coxi, coctum (ἑψῶ, ἑψέω, ἰφθόω, πεπαίνω) coquere, Notæ significationis. Coquere cœnam, prandium, cibum, &c. Plin. lib. 3. cap. 1. 10, Huius proprietas, ut uentiletur in coquendo, donec desinat olêre.
Cibum coquere. Lucret. lib. 5. 222.
Coquere ex oleo. Celsus lib. 5. cap. 17. Id est, in oleo.
Coquere lateres in fornacem. Cato cap. 39.
Coquere cibum, pro Concoquere in uentriculo. Cic. 2. de Natu. deor. 35, Negat enim ullum esse cibum tam grauem, quin is coquatur die & nocte. Legitur & concoquatur.
Coquere fructus dicitur Sol. Varro 3. de re Rust. cap. 14. 2. Plin. lib. 12. cap. 27. 1.
Coquuntur fructus, quando perfectè matureſcunt. Plin. lib. 15. cap. 24. 3. Idem, Antè quàm fici coquantur autumno.
Aestas coquit glebas. Virg. 1. Georg. 14.
Radij Solis coquebant cana flumina. Virg. 4. Georg. 86.
Coquere bellum & consilia, Parare & moliri clanculum. Liuius 8. ab Vrbe, 10, Omnibus cõsultationib. inter se principes occultè Romanum coquebant bellum. Idẽ 3. ab Vrbe, 147.
Coquit me illud. Ci. ad Att. lib. 5. 91. 2, Tua profectio spem meam debilitat, ac me illud quidem modò coquit. Locus corruptus annotatur à Victorio.
Coquit me cura, Hoc est consumit. Ennius apud Cic. de Senect.

Digitized by Google

O Tite, ſiquid ego adiuto, curámue leuaſſo,
Quæ nunc te coquit, & uerſat ſub pectore fixa.

Iras coquere. Silius lib. 7. 82.

¶ Coquito, coquitas, pe. cor. (ἑψομάω) coquitare. Feſtus, Coquitare pro coctitare, id eſt, frequenter coquere. Plaut. poſuit.

¶ Coquinor, pen. prod. (μαγαρεύω) coquinaris, coquinari. Vnde Coquinatum, pro ad coquendum, legimus apud Plautum in Aulul.

¶ Coctus, Participium (πεπεμμένος, ἑψητὸς) ut, Coctus ſolibus fructus. Plin. lib. 12. ca. 5. 2, De fructu ficus Indicæ. Hinc cocta poma, matura dicimus.

Gramina cocta per manus Medeæ. Propert. lib. 2. eleg. 4. 2.

Agger coctus. Propert. lib 3. eleg. 11. 5.

Poma matura & cocta, cui contrarium Cruda. Cicero de Senect. 65.

Bene coctus & cõditus ſermo bonus. Cic. Att. lib. 13. 298. 4.

¶ Coctio, Verbale (πέπανσις, ἕψησις.)

Coctionem facere, pro Concoquere & conficere cibum in uentriculo, quod uulgus Digerere uocat. Plinius libro 20. cap. 9. 19.

¶ Coctor, coctoris (ἑψητὴς) Verbale, Qui coquit.

Coctor pro decoctore (ἄσωτος) Senec. de Benefic. 4, Quis coctori pecuniam credet.

¶ Coctura, cocturæ, pen. prod. (ἕψημα) Idem quod coctio. Col. lib. 12. cap. 18. 5, Si quinta pars picis Brutiæ in uniuerſam cocturam adiiciatur, utiliſſimum ſit omni uindemiæ.

Coctura, dicitur cæli temperies, à perfecta fructuum decoctione. Plin. lib. 14. cap. 4. 10, Quum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans interemptus, ea cæli temperies fulſit, quam coctura uocant, Solis opere.

¶ Coctus, pen. pro. Adiect. (τέραμος) Quod facilè uel coquitur, uel maturatur: ut, Coctiua poma, coctiuum legumen.

Coctiuæ caſtaneæ, dicuntur nigræ, quæ magis in uſu ſunt. Plin. lib. 15. cap. 23. 3, Laudatior Corelliana, & ex ea facta Meterana, quam rubens cortex profert triangulis, & populariibus nigris, quæ coctiuæ uocantur.

¶ Coctilis, & hoc coctile, pen. cor. (ἑφθὸς) Quod coquẽdo fit: ut, Coctiles tegulæ. Coctilia uaſa, figulina. Valla lib. 1.

Muri coctiles. Ouid. 4. Metam. 12.

¶ Coctilitius, Adiectiuum: ut, Coctilitia taberna, apud Iulium Capitolinum in Pertinace, quam quidam interpretantur, in qua ligna uendebantur cocta, ne fumum emitterent, cuius generis fuerunt, quæ Græci ἄπνευστα uocarunt. Verba Capitolini ſunt, Pater eius coctilitiam tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui, author eſt Vlpian. Ligni appellatio. ff. de uerb. ſignif. Sed & titiones inquit, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c.

¶ Coctibilis, & hoc coctibile, pen cor. (ἑψητὸς) Quod faciè coquitur. Plin. lib. 18. cap. 6. 7, Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem ac leuem, & utilem ſtomacho.

¶ Coquina, pen. pro. (μαγαρεῖον) Locus in quo dapes coquuntur. Nonius, Culinam ueteres coquinam dixerunt, nõ ut nũc uulgus putat. Plau. Moſtel. Exi è culina. Donatus in primo actu Andriæ, Conquina, medicinæ famulatrix eſt.

¶ Coquinarius (μαγειρικὸς) Adiect. ut, Coquinaria uaſa. Plin. lib. 33. cap. 11. 1.

¶ Coquinarium inſtrumentum, uide Miliarium, Subſtantiuũ, in Milium.

¶ Coquinaria, coquinariæ (μαγειρικὴ) Ars coquendi quæ ad uictum ſpectant. Sipontinus.

¶ Coquinarius, Subſtantiuum, Qui cibos coctos uendit, uel qui coquinariam artem exercet. Sipontinus.

¶ Coquinatorius, coquinatoria, coquinatorium, aliud Adiectiuum: ut, uaſa coquinatoria. Vaſa autem coquinatoria eadẽ eſſe palàm eſt, quæ Plinius Coquinaria nominat, à uerbo Coquinari, quo Plautus uſus eſt, item ut hoc à Coquina. Ceterùm quod apud Paulum in l. 6. ff. de pen. leg. Cocitatoria uaſa legitur, Cocinatoria, id eſt, coquinatoria reponendum uidetur. Nam c pro q frequenter in antiquis libris reperiri, notum eſt: & apud Vlpianum, in l. 19. §. 5. ff. de aur. & arg. leg. ſic planè legitur.

¶ Coquinus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Coquinum forum. Plau. Pſeud. 13. 2.

¶ Coquus, coqui: uel Cocus, coci (μαγείρος) Qui cibos coquit & uendit. Feſtus, Coquum & piſtorem apud ueteres eundem fuiſſe accepimus. Næuius, Coquum, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. Significat per Cererem, panẽ: per Neptunum, piſces: & per Venerem, olera. Cicero pro Sex. Roſc. 79, Mitto haſce artes uulgares, coquos, piſtores, lecticarios.

¶ Coquulus (μαγειρίσκος) Diminutiuum, Paruus coquus. Sipontinus.

¶ Coquulum, Vas æneum coctionibus aptum. Plautus, Aeneis coquulis excocta mihi eſt omnis materia. Alij Coquula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur obſonia. Feſtus.

¶ Coquula, ut Varro ait apud Nonium, quæ coquebat panem, primum ſub cinere, poſtea in fornace: cuius utriuſq; uocabulũ à fornace ductum, id eſt à calore.

Cor] cordis, n. gen. (καρδία) Cor animalibus cæteris in medio pectore eſt: homini tantum infra læuã papillam ita palpitat, ut admota manu duo eſſe uideantur. Hoc primum naſcentibus formari in utero tradunt, deinde cerebrum, ſicut tardiſſimè oculos, ſed hos primùm mori, cor nouiſſimè. Hæc Plin. lib. 11. cap. 37. 52. Quicquid autem dicat, conſtat cor exactiſſimè in medio thorace & corpore ſitum eſſe, ſecundum omnem ſui dimenſionem: ſed fibram ſiue extremitatẽ, eius uerſus ſiniſtrum latus uergere. Primum autem omnium membrũ in corpore hepar gignitur, non autem cor.

Curæ cordis. Lucret. lib. 3. 24.

Glebus cordis. Lucret. lib. 4. 24.

Stupor cordis. Cic. 3. Philip. 135.

Acria corda. Lucret. lib 3. 60.

Acri corde tumere. Valer. lib. 6. Argonaut. 2.

Ægrum cor. Valer. lib. 6 Argon. 27. Senec. Oedip. 4. 14.

Aliena corda, id eſt dura, & nullis precibus flectenda. Statius lib. 3. Theb. 56.

Alto de corde, hoc eſt, Eximo pectore. Ouid. 2. Metam.

Alto corde uri. Stat. lib. 11. Thebaid. 39.

Anhela corda. Senec. Agamem. 7. 25.

Anxia corda. Lucret. lib. 6 3.

Aſpera corda. Virg. 10 Aeneid. 17.

Attonito gemitus à corde trahuntur. Ouid. 11. Metam. 42.

Capax cor multorum ſcelerum. Sen. in Thebaid. 1. 32.

Cupidum cor. Lucret. lib. 4. 229.

Diſcordantia corda. Silius lib. 16. 4.

Effera corda. Valer. lib. 1. Argon. 160.

Exatata corda cruore. Silius lib. 16. 109.

Sacra fides agitat uirũm fallacia corda. Silius lib. 13. 57.

Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis. Claud. lib. 1. de Raptu Proſerpinæ.

Ferum cor ſatiare. Ouid. 6. Metam. 57.

Equifera corda fatigare. Silius lib. 13. 29.

Flammatum cor. Virg. 1. Aeneid. 11.

Fortiſſima corda. Virg. 5. Aeneid. 145.

Hebes cor. Lucret. lib. 4. 11.

Importuna corda luxu. Silius lib. 11. 78.

Inertia corda. Virg. 9. Aeneid. 11. Vide Iners.

Monſtris

Monstris languida corda. Sil. lib. 3. 102.
Leuisomna corda canum. Lucret. lib. 5. 173.
Libero corde fabulari. Vide Liber.
Maculosa bidentum corda. Stat. 3. Theb. 92.
Noxia corda. Ouid. 10. Metam. 71.
Patrio corde dolorem ferre. Ouid. 11. Metam. 66.
Perfida corda. Ouid. in Ibin, 35.
Purum cor uitio. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 43.
Rustica corda. Propert. lib. 4. eleg. 1. 3.
Sagax cor. Silius lib. 8. 93.
Sedatum cor. Virg. 12. Aeneid. 4.
Triste cor. Virg. 6. Aeneid. 37. & 8. 102.
Tumefactum cor. Seneca in Agamem. 13. 2.
Tumidum cor. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 43.
Acuere curis corda mortalia. Virg. 1. Georg. 25.
In imo corde pudor æstuat. Virg. 10. Aeneid. 172.
Concipere metus corde. Stat. 3. Theb. 62.
Cor cumulatur ira. Vide Ira.
Domare dura corda. Ouid. epist. 4. 31.
Cordi esse, id est, curæ esse. Horat. 1. car. ode 17. 3.
Cordi est mihi, id est, placet uel delectat. Terent. Phorm. 5. 3. 17, Quia uterq; utriq; est cordi. Idem And. 2. 1. 30, Aut tibi si nuptiæ hæ sunt cordi. Cic. ad Att. lib. 5. 90. 2, Dionysius nobis cordi est. Liu. 3. bel. Pun. 148, Id dijs cordi non esse. Ducta metaphora ab ijs quæ stomacho grata sunt: os enim stomachi antiqui tum Græci, tum Latini cor appellabant.
Forma cordi est uirginibus. Ouid. de Medicam. faciei, 7.
Ex corde excessit cura. Vide Excedo.
Exultantia corda pauor pulsans haurit. Virg. 3. Georg. 21.
Cor meum cœpit artem facere ludicram, iocus est Plautinus in Aululatia, 19. 3.
Longo sudore corda fatiscere. Stat. lib. 11. Theb. 19.
Non habere cor. Cic. 2. de Finib.
Pacem indignantia corda. Stat. 3. Thebaid. 120.
In corde instituere aliquid. Plaut. Mostel. 3. 2.
Labant corda. Valer. lib. 3. Argon. 15.
Paruo cor uulnere læsum. Ouid. 12. Metam. 85.
Corde & animo atque uiribus aliquid persequi. Plaut. Captiuis, 7. 27.
Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda. Virgilius 4. Georg. 94.
Micat cor timore. Ouid. Fast. 3. 8.
Oblita corda laborum. Virg. 9. Aeneid. 49.
Permulcere corda. Sil. lib. 13. 69.
Pauor corda raptat. Valer. lib. 1. Argonaut. 160.
Riguerunt corda. Lucanus lib. 8. 12.
Cor sapit. Cic. 2. de Finib. 42.
Sepulta corda multo mero. Ouid. 2. de Remed. amor. 82.
Metum corde soluere. Virg. 1. Aeneid. 114.
Stupefacta corda. Virg. 5. Aeneid. 128.
Trepidare corde. Cic. 3. de Orat. 92.
Bello trepidantia corda. Virg. 4. Georg. 14.
Rabie fera corda tument. Virg. 6. Aeneid. 10.
Cordis copia, & cor sapientiæ. Plaut. Epid. 9. 3.
¶ Corculum, pen. corr. (κάρδιον) Diminutiuum. Plautus, Meum corculum, meus molliculus caseus. Blandientis uox. Sic in Casina, 20. 15.
Corculum (inquit Festus) à corde dicebant antiqui solertem & acutum. Cic. 1. Tusc. 30, Alijs cor ipsum animus uidetur: ex quo excordes, uecordes, concordesq; dicuntur, & Nasica ille prudens bis Consul, Corculum. Plin. lib. 7. cap. 31, Catos, Corculos, apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.
¶ Cordatus, pen. prod. (νοερὸς) Adiect. Qui optimo corde præditus est, id est, solers & sapiens: antiqui enim philosophi quidam in corde sapientiam constituebant. Cic. 1. Tusc. 30, Et egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.
¶ Cordax (κόρδαξ) trochæus quare sit dictus, uide in Oratore Ciceronis, 112. Cordax saltatio, obscœna & comica. Budæus.
¶ Cordatè, Aduerb. (νοερῶς) Sapienter, prudenter. Plaut. Pœnulo, 3. 3, Quas tu sap ẽ ter, doctè, & cordatè, & catè Mihi reddidisti certas, &c.
¶ Cordolium (καρδιαλγία) Cordis dolor. Plaut. Cistel. 2. 56, At mihi cordolium est. Idem Pœnulo, 6. 476.
Cora] Coræ, Latij oppidum, quod Corani populi tenuerunt, à Dardano orti, quorum meminit Plinius in descriptione Italiæ.
Cora] coræ (κόρη) Puellam decenter forma conspicuam significat apud Molossos. Propterea eorundem rex Aidonius, uti est apud Plutarchum, filiam appellauit Coram, quam rapere adortus sit Pirithous. Coram item Græci pupillam in oculo uocant, quia ἐν τοίλῳ ῥεῖ τὸ δάκρυον, hoc est, ex concauo profluit lachryma, unde dicatur etiam collurium. Est item Cora, impedimentum sistens profluuium, & nummi species. Aduertendum quoq; est, Coras pro uestium manicis capi, aut eiusmodi quopiam, quæ manibus plerunque porrectiores comparantur: ob idq; impedimentum afferant, si in eas immittantur manus, nequid possit fieri. Proinde lectum in historia est, Ab Cyro sororis Darij filios necatos, quòd illi occurrentes, in coras non immisissent manus, quod uni tantum regi assueuerat fieri. Sumitur & hoc nomen aliter, significataq; habet uaria apud authores, ut uidere poteris per Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 15.
Coracesium] κορακήσιον, Primum Ciliciæ castellum est, in petra prærupta positum, quo Diodorus cognomento Tryphon receptaculo usus est, quo tempore Syriam à regibus desciscere fecit, aduersum quos bellum gerebat, interdum secundo euentu, interdum aduerso. Author Strabo lib. 14.
Coracesius] κορακήσιον, Pars Tauri mõtis. Plin. li. 5 cap. 17.
Coracinus] Adiect. à Corax. Vide Corax.
Coralium] Coralij (κοράλλιον, κωράλιον) Lapis est rubri coloris. Plin. libro 32. cap. 29, Quantum apud nos Indicis margaritis precium est, tantum apud Indos in coralio. Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrius. Quo in loco & curalium legitur, & etymon à præcidendo ducitur. Vide item Plinium, lib. 36. cap. 19. 1, Coralium unico l scribitur. Ouid. 15. Metam. 83,

Sic & coralium quo primùm contigit auras
Tempore, durescit, mollis fluit herba sub undis.

Interdum tamen productionis causa ll geminat. Ausonius in Mosella, Quum uirides algas, & rubra corallia nudat Aestus. Claudianus in Nuptijs Honorij & Mariæ,

Mergit se subitò, uellitq; corallia Clotho.

Corallum quoq; nonnunquam legitur. Sidon. in epithal. Ruricij,

Lactea puniceo sinuantur colla corallo.

Coralius] κοράλιος, Phrygiæ fluuius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Author Plin. lib. 6. cap. 1.
Corallí] κοράλλοι, Populi sunt Pontici, immanitate insignes. Ouid. lib. 4. de Ponto,

Hic mea cui recitem, fluuis nisi scripta Corallis?

Corallis] Gemma est similis minio: gignitur in India & Syene. Author Plin. lib. 37. cap. 10.
Coraloachates] κοραλοάχατης, Gemma est ex Achate generibus, similis coralio aureis guttis distincto. Plinius lib. 37. cap. 10.
Coram] ἐνώπιον, αὐτικρυς, ἐμπροσθεν, Præpositio ablatiuo casui seruiens: ut, Coram Senatu orationem habui. Cic in Pisonem

Digitized by Google

in Pisonem,8,Coram genero meo.

Coram,Præpositio suo casui aliquãdo postponitur. Tacit. lib. i,Multaq; eo coram.Idem libro 3,Senatu coram.Ibidem,Patribus coram.

Corãm aliquando est aduerbium.Cic.ad Brutum,lib. ii.16. 2, Nam quemadmodum corãm qui ad nos intempestiuè adeũt, molesti sæpe sunt.Idem Attico,Sed hæc corãm:nam ista multi sermonis sunt.

Corãm & Absens,contraria.Cic.Octauianò,4, Non prætermittam quin,quoniam corãm id facere prohibebor, absens posim.

Corãm etiam ex ipso audiebamus.Cic.1.Acad.20.

Disputare corãm cũ aliquo de re aliqua.Ci.2.de leg.Agra.78.

Corãm inter nos conferemus.Cic.ad Att.lib.1.15.2.

Corãm præsens.Plau.Pseu.20.35,Quia tu ipsus corãm præsens præsentem uides.

A' præsentibus corãm sermo habetur.Cic.de Amicit.3.

Corãm præsente aliquo dicere.Cic.3.de leg. Agrar.1.

Corãm ante oculos.Terent.Eunuch.4.7.24,

Quæ mihi ante oculos amatorem corãm adduxti tuum?

Corãm in os aliquem laudare.Terent.Adelph.2.4.5.

Adesse corãm.Virg.1.Aeneid.120.

Aliquid corãm agnoscere.Virg.3.Aeneid.35.

Cernere corãm.Virg.2.Aeneid.108.

Ostendere corãm.Virg.6.Aeneid.143.

Recitare corãm quibuslibet.Horat.1.Serm.Saty.4.15.

Tenetur corãm.Cic.pro Cluentio,29.

Venire corãm.Horat.1.Serm.Saty.6.12.

Corãm huc adducere aliquem.Teren.Adel.5.3.29.

Corãm,pro Hic,hoc loco,interprete Donato. Terent.Phorm. 5.8.22,

—fermè eadem omnia,
Quæ tute dudum corãm me incusaueras.

Corambis] Oppidum est inter Aegyptum & Aethiopiam, iuxta quam est bituminis fons,ut scribit Plin.lib.6.cap.29.

Coramble] corambles:uel corambla, coramblæ (κορόμβλη)Herba quæ oculorum aciem retundit,& hebetem facit:ideoq; dicta.nam κόρη,pupillam significat: ἀμβλὺς, uerò ret usum & hebes.Col.in Horto,lib.10. 18,

Nunc ueniat quamuis oculis inimica coramble.Sunt qui contendant omnino legendum Corymbe.

Corasini] κορασῖνοι,Populi sunt Asiatici, teste Herod. lib.2.

Corax] κόραξ,Antiquus rhetor Siculus,primus artem dicendi & præcepta conscripsit,authore Aristotele. Cic. in Bruto,22,Itaq; ait Aristoteles,quum sublatis in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur,tum primùm(quod esset acuta illa gens & controuersa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse. Coracis item meminit lib.1.de Orat.45. Et Quint.lib.3. cap.1.6. Est item Corax montis nomen in Sarmatia Europæ apud Ptolemæũ. Est præterea Corax, fluuius in Caucaseis montibus originem habens,ut Glaucus,Phasis, Hippus. Fuit & Corax,siue Coras,qui cũ fratre Catillo oppidum Tybur in Italia constituit,authore Seruio apud Virgilium in illud Aeneid.7,

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,

Catillusq;,acerq; Coras,Argiua iuuentus. Constat etiã Archilochum interfectũ fuisse in bello à quodam cui nomen erat Corax.Hic quum fortè sciscitatum Apollinis oraculum uenisset Delphos,ab eo tanquam impius ac sceleratus est reiectus.Verùm quũ ille multis uerbis sese excusare conatus, culpam omnem in fortunam, & uarios bellorum euentus reiecisset,ueniãq; à deo imploraſſet,flexit numen, acceptoq; ab Apolline responso,iussu eius Tænarum profectus est, ac manibus Archilochi parentauit:tanta erat eo tẽpore uatum & poetarum authoritas atq; maiestas.Hæc Sipontimus.

Corax] coracis(κόραξ)Coruus Latinè dicitur.Cic.3.de Oratore.46,Quare coracem istum uestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti.

¶Coracinus(κορακῖνος) Adiect.pen.pro.Id est,Coruinus.

Coracinus color.Id est,niger,qualis est coruorum, quem tamẽ à pullo distinxisse uidetur Vitruuius,lib.8.cap.3, Per id tempus,inquit,adiguntur eò quotidie potum: ex eoq; quamuis sint alba procreant alijs locis leucophea,alijs locis pulla,alijs coracino colore.

Coracinus,Genus piscis Nilo peculiaris,ut testatur Plinius, lib. 32.cap.5.11.Mart. lib.13.85,

Princeps Niliacis raperis coracine macellis.

Coraxi] Colchidis regionis populi. Plinius cap.5.lib.6. Et Pomponius lib.1.

Coraxicus] mons,Tauri montis pars est.De Tauro sic Plinius,cap.27.libri 5,Quinetiam(inquit)confractus, effugiens quoq; maria,plurimis se gentium hominibus, hinc & illinc implet:à dextra Hyrcanus,Caspius: à læua Pariedrus, Moschicus,Amazonicus,Coraxicus, Scythicus appellatus. In uniuersum uerò Græcè Ceraunius. Pomponius Mela lib. 1.multitudinis numerò scripsit,Ceraunij, Taurici, Moschi, Amazonici,Caspij,Coraxici,Caucasi.

Corbilo] κορβύλων,Aquitaniæ olim erat emporium, super flumine Ligeri,cuius Polybius mentionem fecit, quum Pythiæ fabulamentorum memoriam faceret.Strab.lib. 4.

Corbis] huius corbis,f.g.(κόφινος)& secundum Priscianũ, masculini,dicitur Græcè Cophinus:Vas est uiminibus contextum.Plaut.Bach.15.63,

—geritote amicis nostris aurum corbibus. Cic pro Sestio,70,Messoria se corbe contexit.Propertius lib. 4. eleg. 2.6, Corbis & imposito pondere messor eram.

Corbis pabulatoria,In qua reponebantur pabula armentorũ. Col.lib.6.cap.3.4.

Corbis dicta,ut inquit Varro de Lingua Latina, quòd spicas, aliudue quid eo corruebant.

¶Corbula,corbulæ,pen.corr.Diminutiuum à Corbis,teste Varrone de Lingua Latina.Varro 1.de re Rust.cap. 15.1, Cogit aliquot corbulas uuarum,& frondem iucundissimam ministrat ouibus.Col.lib.12.cap.50.7. Et Cato,cap. 11. 4. & 23.1.Plaut.Aulul.12.4.

¶Corbulum,in neutro posuit Sueto.in Nerone,cap.19, Primus rastello humum effodit,& corbulo congestam humeris extulit.

Corbita] corbitæ,pen.prod.Festus,Corbitæ,dicuntur naues onerariæ,quòd in malo earũ summo,pro signo corbes solerent suspendi.Nonius,Corbita,genus nauigij tardum & grãde.Plaut.Pœn.7.4,Tardiores multo, quàm corbitæ insunt tranquillo mari.Cic.ad Att.lib.16.333.19,Corbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum:etsi onerariis,statimne freto,an Syracusis.

Corbitam dare,uidetur Plautus uice prouerbij protulisse, pro negligenter aliquem iuuare. Is enim in Pœnulo,7.40,sic ait, Obsecro hercle opera hac celocem mihi, non corbitam date.

¶Corbito,corbitas(κατατίνω)corbitare,In corbitam immittere.Plautus,Casina,17.21,

Ego noui illas ambas estrices:corbitant,
Vbi comesse possunt. Per translationẽ dixit,pro uentrẽ implet,sese ad summum replent,quasi nauigium onerẽt. Videtur ab hoc uerbo nostrum Corbiner deriuasse.

Corbulo]

Digitized by Google

Corbulo] Domitius, nobilis Romanus, in Armeniam missus est, ubi reges plurimos deuicit, quos omnes supplices, aut eorum liberos obsides Romam misit. Refert Plin. lib. 6. cap. 8.

Corchorus] uel Corchoron, pen. corr. (κόρχορος) Herba passim crescens. Plin. lib. 25. cap. 13. 1, Anagallida aliqui corchoron uocant.

Corchorus inter olera. Prouerbium in homines nullius precij, qui tamen in numero aliquo studeant haberi. Erasmus in Chiliadibus.

Corculum] Vide Cor.

Corcyra] pen. prod. (κέρκυρα) Maris Adriatici insula inter Epirum & Calabriam sita, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Vlyssis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima. Venetorum est hodie. Huius meminit Virgilius, lib. 3. Aeneid.

Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Litoraq; Epiri legimus; &c. Aerias arces Phæacum, Carcyram (inquit Seruius) insulam dicit, sitam inter Epirũ & Calabriam; ubi regnauit Alcinous. Lucan. lib. 9. 7,

Corcyræ secreta petit, ac mille carinis Abstulit. Est & Corcyra Nigra cognominata, ab illa superiore diuersa, quã inter Electriadas enumerat Pompon. Mela, lib. 2.

¶ Corcyræus, Adiect. (κερκυραῖος) Cic. Att. lib. 6. 113. 17, ὁ Σωσθένης Sempronij Rufi cognoui ex epistola Corcyræa.

Cordatus, Cordi est, Cordolium] Vide Cor.

Cordacismus] κορδακισμός, Saltationis est species turpis indecentisq; nam saltationum aliæ quidem bellicæ sunt, ut pyrrhia, nonnullæ uerò ridiculariæ, quibus modo conciliatur risus. Iis autem utuntur in conuiuijs & theatris. Harpocratio uerò in uerbo Cordacismus, cuius meminit in Philippicis Demosthenes, Cordax, inquit, comicæ saltationis est species, sicuti Aristoxenus tradit in libro de saltatione tragica. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 5. cap. 4.

Cordilio] Philosophus Stoicus Pergamenus, omnium principum ac regum amicitias spernebat. Hunc Cato Vticensis in Macedoniã cum exercitu missus, precibus exoratũ in castra secũ duxit, magnã se putãs adeptus palmã, qui hominẽ seuerissimum à sententia dimouisset. Volaterran. lib. 14.

Cordilla uel Cordila] Vide Cordyla.

Corduba] pe. cor. (κορδύβη) Bæticæ Hispaniæ urbs clarissima, utriusq; Senecæ & Lucani patria. Martialis ad Licianum lib. 1. 57,

Duosq; Senecas, unicumq; Lucanum
Facunda loquitur Corduba. A' Corduba, Cordubensis conuentus dicitur, Plinio, ut Astigitanus & Hispalensis, à clarissimis oppidis, & quartus Gaditanus. Cordubensis agri fertilitas, & diues cultus scriptoribus laudatur. Silius lib. 3,

Nec decus auriferæ cessauit Corduba terræ.

Cordulæ] Portus Themiscyrenæ regionis de quo Plinius lib. 6. cap. 4.

Cordus] inter præceptores Alexandri Mammeæ nominatur. Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tranquillus in Caligula, cap. 16. Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum uitas conscripsit: cui uitio uertitur, quòd eorum qui obscuriores essent, minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos uariauerit, aut quoties uestem mutauerit, sanè de clarissimis notisq; uiris commemorandum est. Author Capitolinus.

Cordus] Adiect. (ὀψιγενὴς) Festus, Corda frumẽta dicta sunt, quæ serò matureſcunt: ut, Fœnum cordum. Col. li. 12. cap. 13, Sunt etiam quædam herbæ, quas appropinquante uindemia condire possis, ut portulaca, & olus cordũ, quod quidam sationum battim uocant: hæ herbæ diligenter purgantur, & sub umbra expanduntur. Plin. lib. 18. ca. 28. 5, Rursus rigari defecta oportet, ut secetur autumnale fœnum, quod uocant cordum.

Cordi agni, Qui post tempus debitum nascuntur. Plin. li. 8. cap. 47. 1, de natura pecorum loquens, Gerunt partum diebus CL postea concepti inualidi cordos uocabant antiqui, post id tẽpus natos. Varro de re Rust. lib. 2. cap. 1 20, per aspirationem scribit Chordum, & à χορδὴ deriuat, quod significat uuluam intimam, siue inuolucrum quo fœtus in utero matris inuoluitur.

Cordyla] pen. prod. siue Cordylla (κορδύλη) Piscis minutus, qui partus thynnorum dicitur. Plin. lib. 9. cap. 15. 3, Limosæ cordylæ à luto pelamides incipiunt uocari: & quum annũ excesserè tempus, thynni. Martial. lib. 13. 1,

Ne toga cordylis, & penula desit oliuis, &c. Idẽ lib. 3. 2.

Corellius] Eques Romanus à teste genitus, inseruit castaneã suomet ipsam surculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea quæ ab eo nomen accepit inter laudatas. Postea hæres libertus Corellianam iterum inseruit. Hæc est inter eas differentia, illa copiosior hæc corelliana melior. Verba sunt Plin. lib. 17. cap. item 17.

Coresa] Helladis, id est, Græciæ insula. Plin. lib. 4. cap. 12, At in Hellade etiam num in Aegæo Lichades, Scarphia, Coressa, Phocaria, complures q; aliæ, ex aduerso Atticæ sine oppidis, & ideo ignobiles.

Coresia] Minerua, de qua Cic. lib. 3. de Nat. deor. Quarta, inquit, Minerua Ioue nata, & Polyphe Oceani filia, quã Arcades Coresiam, & quadrigarũ inuentricem ferunt. Stephan. uerò ait, Corion locum esse in Creta, ἀπὸ κόρης τινὸς, unde sit ciuis Coresius, & palus Coresia, & Mineruæ templum Coresiæ, quam potius deductam ait à κόρυ, quàm à Corio, unde rectius fiat Coriæus. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4, Chorion nominat.

Coretas] ut post Plutarchum refert Cælius, pastor quidã fuit, qui omniũ princeps ex afflatu est uaticinatus. Vide Plutarc. in lib. De oraculis quæ defecissent, & Rhodig. lib. 8. cap. 6.

Coretus] Mæonis lacus sinus, in quẽ alueo naturali per Nomadas & Hylæos influit Hypanis. Plin. lib. 4. cap. 12.

Corfidius] Vir Romanus equestris ordinis, de quo Plinius lib. 7. cap. 52.

Corfinium] κορφίνιον, Pelignorum metropolis Straboni, lib. 5. Silius lib. 8. 104,

Marrucina simul Frentanis æmula pubes
Corfini populos, manumq; Theate trahebat. Pro Corfinij.

¶ Corfinienses (κορφινιεῖς) Pelignorum populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Corgo] Aduerbium apud ueteres, pro Proficiò. Quasi ex corde ago, id est, loquor. Festus.

Coriacesia] Herba est, qua magi tradiderunt aquam congelaciari, quo etiam nomine à Pythagora celebrata fuit, teste Plinio, lib. 24. cap. 17.

Coriago] pe. pro. huius coriaginis, fœ. ge. (μαρασμὸς) Morbus est quo boues laborãt. Col. lib. 6. cap. 13. 2, Est & infesta pestis bubulo pecori: coriaginem rustici appellant: quũ pellis ita tergori adhæret, ut apprehensa manibus deduci à costis non possit. Ea res non aliter accidit, quam si bos aut exlãguore aliquo ad maciẽ perductus est: aut sudans in opere faciendo refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est.

Coriandrum] huius coriandri (κόριον) herbæ genus. Plin. lib. 20. cap. 20. 5, Coriandrũ inter syluestria nõ inuenitur. Et Plau. Pseu. 13. 25. Corianon uel Corion aliàs dicitur.

Coriatius] Vide Corium.

Corias] huius Coriæ, genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. 4, Corias siue parianus, siue saxitanus à patria Bætica, lacertorum

torum minima. Castigatiora exemplaria habent Colias.

Coriæ] insulæ duæ sunt ante Peloponnesum, ut scribit Plinius l. b. 4. cap. 12.

Coricus] Vide Corycus.

Corigia] Vide Corrigia.

Corinium] κορίνιον, Ptolemæo Dalmatiæ urbs, hodie Cornimium Est & Corinium, eodem authore, Britanniæ urbs, alio nomine Claudiana castra. Hodie uulgò Claudiocestria, Glouceſtre.

Corinna] Thebana mulier Lyrica, uicit quinquies, ut memi nit Pindarus: scripsit libros quin quagmta & epigrammata. Suidas & Pausanias authores. Corinna altera apud Ouidium poetam notißima.

Corinnus] Ilienſis uersificator ante Homerum, qui primus, ut quidam uolũt, scripsit Iliada, ingente adhuc bello Troiano. Scripsit autem literis Græcis inuentis tunc primum à Palamede, cuius fuit discipulus: scripsit & Dardani contra Paphlagonas bellũ. Ex quo putatur Homerus hausisse omnem operis materiam. Author Suidas.

Corinthas] huius corinthadis, Herba quæ menais alio nomine dicitur. Plin. lib. 24 cap. 17. 1.

Corinthus] κόρινθος, Achaiæ caput (inquit Florus) Græciæ decus, inter duo maria, Ionium & Aegæum, quasi spectaculo exposita. Corinthum (inquit Strabo, lib. 8.) sanè locupletißimam aiunt, quum Isthmo immineat emporium, locus negociatoribus frequentatus, & duorum dominus portuum existat: quorum quidem alter Asiæ, alter autem propinquus est Italiæ: utroq; ex loco faciles inuicem mercium commutationes faciens, tantundem remotis utrinq; gentibus. Cic. in oratione contra Rullum secunda, 86, Corinthi (inquit, uestigium uix relictum est: erat enim posita in angustijs, atq; in faucib. Græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuersa penè coniungeret, quum pertenui discrimine separarentur. Potentißimam ac ditißimam hanc urbem fuisse antequam à Populo Rom. caperetur, testis est Florus, dum eius urbis ruinas percurrit. Strabo scribit Corinthios, Populi Romani legatos, quum fortè tecta quædam magnifica præteriissent, sordibus effusis commaculare ausos. Cuius gratia quum alia quoq; superbiæ atq; insolentiæ eorum haud obscura extarent argumenta, ingenti comparato exercitu, L. eam Mumius imperator solo æquauit (id enim superbia meruerat) signis, tabulisq; preciosißimis in urbem asportatis. Vide Ciceronem pro lege Manilia, 6, Porrò Corinthus propter utrunq; mare, Ionium scilicet, & Aegæum, à poetis Bimaris dicitur. Ouid. Fast. lib. 4,

Adriaticumq; patens latè bimaremq; Corinthum.

Horat. 1. Carm. ode 7. 1. Quin & Isthmum ipsum eo cognomine Ouid. donat lib. Metam. 7,

Qui uirtute sua bimarem pacauerat Isthmum. Et li. 6. Corinthus à Sisypho latrone Aeoli filio cõdita fertur: deinde euersa, & instaurata à Corintho Orestis filio. Author Strab.

Non cuiuis homini contigit adire Corinthum, Hor. 1. Epist. 18. 8. Adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quasq; non sit cuiuslibet hominis affectare, uel efficere. Vide Erasmi Chiliadas.

¶ Corinthius, Adiectiuum (κορίνθιος) ut, Corinthia uasa, ex ere Corinthio facta, cum quo auri argentiq; portio quædam commista erat. Nam æs Corinthium maximè laudabatur. unde factum, ut omnia uasa ex ære elegantia, Corinthia sint appellata: quæ Strabo in octauo, χαλκώματα κορινθιουργῆ, appellare uidetur. Cicero pro Sexto Roscio, 79. Plinius lib. 34. cap. 2. 5, Sunt ergo uasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores nunc æs sculpendo transferunt modò in lucernas, modò in trullas. Cicer. 2. Tusculan. 56, Scis igitur, si quid de Corinthijs tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem saluam.

Isthmus Corinthius. Sene. in Thyeste 2. 1,

Isthmi siquis amat regna Corinth. Versus est Asclepiadeus.

Vestis Corinthia. Claud. lib. 2. de Raptu Proserpinæ, 7.

¶ Corinthia, num. plurali sine adiecto, pro uasis, per antonomasiam. Martial. lib. 9. epigr. 58,

Nil est tritius Editi lacernis,
Non ansæ ueterum Corinthiorum, &c.

¶ Corinthiacus, pen. cor. (κορινθιακὸς) Aliud adiectiuum: ut, Pontus Corinthiacus, Oui. 15. Metam. 102. Et Terræ Corinthiacæ, apud eundem lib. 1. Trist. eleg. 9. 5.

¶ Corinthienſis, Aliud Adiectiuum. Corinthienses autem ex eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui antea Corinthij sunt dicti: quam consuetudinem seruamus etiam quum Romanenses, & Hispanienses, & Siculienses negociatores dicimus, qui in alienis ciuitatib. negociantur. Hæc ex Festo.

Corinthota] κορινθώτης, Promontorium Acarnaniæ est, non longè ab Astaco urbe, cuius meminit Strab. lib. 10.

Coriolanus] pen. prod. (κοριολανὸς) Vir illustris Romanus, quem Cicero multis in locis cum Themistocle confert. Nam bellum (inquit in libro de claris Orat. 20) Volscorum illud grauißimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem ferè tempore quo Persarum bellum fuit, similisq; fortuna clarißimorum uirorum. Rursumq; paulò post, 21, Quare quoniam tibi quadrat omnia fuisse in Themistocle paria, & Coriolano, pateram quoq; à me sumas licet: præbebo etiam hostiam, ut Coriolanus sit planè alter Themistocles. Idem de Amicitia, 40, Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui quum imperator bello Persico seruitute Græciam liberasset, propterq; inuidiam in exilium missus esset, ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod uiginti annis antè apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam inuẽtus est nemo, itaq; mortem sibi uterq; conscinit. Coriolani uitam pluribus persequitur Plutarchus.

Corioli] Oppidum in Latio: & Coriolani, populi Coriolorum incolæ, apud Plinium lib. 3. cap. 4.

Corion] Herba quæ & chamæpitys dicitur. Plin. lib. 26. ca. 8. 38. Ruellius lib. 3. cap. 74, Hypericon, Plinio authore, quod alij chamæpityn, alij corion appellant, oleracco frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine siliquæ nigro matureſcente cum hordeo. Nomen in officinis seruat. Rura Herbam perforatam, aut mille perforatam, appellant, quòd folia soli obiecta innumeris foraminibus scatere, & omni ex parte punctis quibusdam perundi uisantur. Vide plura ibidem.

Coris] Altera hyperici species, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis, & minus rubentibus, odorata, palmo altior, leniter suauis, aculeata. Vis semini excalfactoria, & ideo inflationem facit enterocelis: sed stomacho non inutilis, præcipuè ad stranguriam, si exulcerata non sit uesica. Hæc Plin. lib. 26. cap. 8. Memimit & Dioscorides.

Coriscus] Leue missile in modũ sagittarũ. Vir. 10. Aenei. 33,

Coriscisq; leues humeris, & lethifer arcus. Sic Nonius. Verum apud Virgilium legimus,

Coritiq; leues humeris, & lethifer arcus. Vbi Seruius, Coriti propriè sunt arcuum thecæ. Dicuntur tamen etiam sagittarum, quas & pharetras uocamus.

Coritus] pen. corr. (κόρυτος) Rex Aborigimum, nam omnes Aborigimum reges Coriti appellabantur, ut ex Beroso apertißimè constat, atq; hinc apud eum sæpe legas ita. Italus filiũ suum Morgeten creauit Coritum, & Morges Corobblasconem Co-

Digitized by Google

nem Coritum creat, hoc est regem, & de hoc Rege intelligendum est in locis illis Virgilij cum ait,

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron. & ibidem,

Nec satis extremas Coriti penetrauit ad urbes. Quibus in locis ualde deceptus est Seruius, qui putauit Coritum fuisse non solùm Regem, sed etiam ciuitatem & Montem Tusciæ, quũ nec apud Ptolemæum, nec apud Strabonem, nec apud Plinium, nec apud quenquam antiquorum (quod sciam) talis ciuitatis aut montis nomen reperiatur.

Corium] corij (σύτορ, βύρσα) Propriè animalium est, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem: quod & Scorium dicitur. Ponitur tamen Corium pro quacunq; pelle, etiam rerum inanimatarum. Hæc Sipõtimus. Cæsar 2. bel. Ciuil. 41, Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Ci. 2. de Nat. deor. 180, Quarum aliæ corijs tectæ sunt, aliæ uillis uestitæ, aliæ spinis hirsutæ. Plin. lib. 28. cap. 16. 4, Pernones uerò coriũ combustum. Sub. sanat.

Coria, cilicia, saccos imperare. Cic. 3. in Verrem, 67.

Canis assuetus corio, Prouerbium est apud Horatium, de illis qui quum semel illecebras uitiorum degustarint, nullo modo auocari amplius possunt. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 17.

Corium hominis. Plaut. Cistel. 10. 38.

Corium piscium. Plin. lib. 6. cap. 24. 2.

¶ Corius, masc. gen. apud Plautum in Pœnulo, 3. 11, Tres facilè corios contriuisti bubulos. Idem alibi, Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.

Coria in structuris. Budæus, Coria sunt in architectura singuli ductus structuræ, qui uno tenore ducũtur aut in altitudinẽ, aut in crassitudinem. Vitruuius, Itaq; tres suscitantur in ea structura crustæ, duæ frontium, & una media farcturæ. Græci non ita: sed plana collocãtes corijs alternis in crassitudinem instruentes, non media farciunt, sed è suis frontatis perpetuam, & in unam crassitudinem parietum consolidant. Cato cap. 18. 5, Fundamenta primùm festucato, postea cæmentis minutis, & calce arenato semipedem unumquodq; corium struito.

Perficere coria. Plin. lib. 13. cap. 9. 3, Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ uice. Sic lib. 16. cap. 6, ad finem, Sed gallam hemeris optimam & corijs perficiendis aptissimã.

Corium castaneæ. Plin. lib. 15. cap. 28. 4, Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ.

Corium nubium. Vide Nubes.

¶ Coriarius (βυρσοδέψης) Qui coria concinnat. Plin. lib. 17. cap. 9. 3, In coriariorum officinis pilo madefacto.

Coriarius, Frutex est rhuis herbæ. Plin. lib. 24. 11. 6, Nã & herba est syluestris, foliis myrti, caulicis breuibus, quæ uenena & timeas pellit: & frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali: cuius aridis foliis: ut, malicorio corio perficiuntur.

Cormalos] Fluuius Troadis, in conuentu Adramytteno, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

Corne] Collis est suburbanus agri Tusculani, in quo lucus uisitur antiqua religione Dianæ sacratus à Latio, uelut arte tonsili coma fagei nemoris. Author Plin. lib. 16. cap. ult.

Corneates] Pannoniæ populi, de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

Cornelij] Cornelius Cossus Tribun. militum in exercitu Tolumnium Lartem Veientium regem occidit, secundaq; opima spolia Ioui Feretrio retulit. Testis Liuius 1. Decad. libro 4, Cossos autem eos qui rugosi sunt, & aspera facie, à similitudine uermium, qui in ligno nutriuntur, Festus dicit uocari.

Cornelius Asina, quum fundum emisset, sponsorq; precij ab eo expeteretur, postera die asinã sacculis pecunia plenis in forum adduxit pro sponsore, unde cognomentũ accepit. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 6.

Cornelius Centimalus, & Sulp. Galba COSS. quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna urbis trepidatione extra urbem castra habuere. Plutarchus. Cornel. Merula Consul, contra Boios in Galliam missus, duodecim millia hostium cecidit. Liuius de bello Macedonico lib. 5. Cornel. Merula superioris nepos, flamen Dialis, partium Syllanarum, ingresso urbem Mario, in Iouis æde, uenis fucatis, se necando mortis cõtumelioſæ damnationẽ effugit, sacerdotisq; sui sanguine foci uetustissimi maduere. Valer. de Morte, lib. 9. cap. 12. Cornelius Balbus, genere Gaditanus, Cæsaris familiaris, ut scribit Cicero ad Atticum. Fuit Cornelius à Pompeio Magno ciuitate donatus: deinde accersitus, quòd per legis ignorantiam Pompeius eam donauerit, quẽ Cicero defendit. Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, uir disertus, uitas illustrium uirorum scripsit, quarum tantum Pomponius Atticus extat. Huic Catullus opus suum dedicat. Cornel. Epitadius, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, suppleuit. Tranquillus. Cornel. Gallus, ante omnes (inquit Seruius) primus Aegypti præfectus, fuit poeta eximius. Nã & Euphorionem transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride scripsit libros quatuor. De quo multa Seruius in Bucolicis Virgilij: de quo & illud distichon extat:

Gallus & Hesperijs, & Gallus notus Eois,

Et sua cum Gallo nota Lycoris erit. Cornelius Seuerus inter poetas epicos ab antiquis autoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis uersibus facili. Constat eundem fuisse uersatum in declamationibus, qua in re ingenium suum atq; eruditionem maximè probauit: quum in eodem officio essent alij complures, ut Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A Fabio Quintiliano ita commendatur, ut uersificator quàm poeta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum non est propter immaturam mortẽ. Quod opus si absoluere potuisset, merito sibi secundum locum uendicasset. Quintilianus autor est libro 10. capite 1. Extat eius carmen illud, quo elegãter defleuit Marci Ciceronis interitum, quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commendatum est,

Oraq; magnanimũm spirantia penè uirorum
In Rostris iacuere suis, sed enim abstulit omnes,
Tanquam sola foret, rapti Ciceronis imago, &c.

Cornelij (κόρνηλιοι) multi Romæ fuerunt, & Corneliorum domus nobilissima.

Cornelia] soror Africani, mater Gracchorum, epistolas reliquit elegantissimè scriptas. Cicero in Bruto, 110, Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat, lib. 1. cap. 1. 5, Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum cõtulit. Fuit & Cornelia P. Sestij uxor. Cice. lib. 5. Epist. familiari. 6. 2, Non satis credidi homini prudenti tam ualde esse mutatam uoluntatem tuam: sed postaquam & Cornelia tua Terentiam conuenit, & ego cum Q. Cornelio loquutus sum, adhibui diligentiam quotiescunq; Senatus fuit, ut adessem.

Corneolæ] Gemmæ sunt, quæ ita nuncupari uidentur, quòd inter onyces cornea quoq; uisatur uarietas. Vide Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 10.

Cornesco, Corneus] Vide Cornu, & Cornus arbor.

Cornicen] Vide Cornu.

Digitized by Google

Cornicor, Cornicula] Vide Cornix.

Cornicularius] Ordinis nomen in militia. Asconius, Accensi dicebantur attributi Decurionibus, hoc est ministri eorum, quasi ad censum additi, quos nunc Commentarienses & cornicularios appellant. Valer. Maximus lib. 6, Cui Cominius Tribun. plebis diem ad populum dixit, quòd cornicularium suum stupri causa appellasset. Dicitur aũt cornicularius in bello, accensus Decurionis: in quo significatu capitur etiam apud Frontinum, lib. 3, Tribuni cornicularius uigiles quosdam excitauit. Vide Alciatum in tres posteriores libros Codicis.

Corniculo, Corniculum] Vide Cornu.

Cornificius] Eisdem temporibus in poetica floruit, quibus in scribenda historia Sallustius, Luceius, & Cornelius Nepos in Vrbe præstiterunt. Fuit ingenio eleganti, & lepido, atq; in scribendis epigrammatis uersatus est. Sororem habuit Cornificiam, ut scribit Eusebius, cuius carmen in magno precio habetur. Fuit et Cornificius Ciceronis paternus amicus et collega, ad quẽ multæ extãt ipsius Cic. epist. lib. 12.

Corniger, Cornipes] Vide Cornu.

Cornisicarum] diuarum, Locus trans Tyberim erat, cornicib. dicatus, quòd in Iunonis tutela cornices esse putabantur. Author Festus.

Cornix] cornicis, penult. product. fœmin. gener. (κορώνη) Auis mansipicatæ garrulitatis, quæ aliarum auium dux esse dicitur. Plaut. Asin. 6. 12, Picus & cornix est ab læua, coruos porrò ab dextera. Cornicis naturam abundè describit Plinius.

Annosa cornix. Horat. 3. Carm ode 17. 3.

Cornix garrula. Ouid. 2. Metam. 54.

Improba cornix. Virg. 1. Georg. 78.

Raucæ cornices. Lucret. lib. 6. 151.

Sinistra cornix. Virg. 9. eclog. 2.

Vaga cornix. Horat. 3. Carm. ode 27. 4.

Vetula cornix. Horat. 4. Carm. ode 13. 5.

Cornicum oculos configere, Prouerbium est, inquit Valla in Raudensem, Quasi configere oculos eorum qui se sapientiores uideri uolunt, & duces: nam cornix dux auium esse dicitur. Cic. pro Fiac. 37, Hic Hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. Idem pro Murena, 22, Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui Cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Iureconsultis eorum sapientiam compilarit. Quod prouerbium (inquit Erasmus) an natum sit ex apologo quopiam, an ex euentu, an ex metaphora sumptum, non satis liquet. Vndecunq; fluxerit, perinde ualere uidetur, Cornicum oculos cõfigere, quasi dicas, nouo quodam inuento ueterum eruditionem obscurare, efficereq;, ut superiores nihil scisse, nihil uidisse uideantur. Effertur autem per ironiam.

Cornicibus superstes, & Cornicibus uiuacior, de uehementer annosis, prouerbialis hyperbole, ab auis eius prodigiosa uiuacitate sumpta. Martial. lib. 10. 67, Et cornicibus omnibus superstes. De anu nimium uiuace. Hor. 1. Car. ode 13. 5.

¶ Cornicula, penult. corr. (κορώνις) Diminutiuum. Horat. 1. epistol. 3. 4,

Ne si fortè suas repetitum uenerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus. Ex apologo Æsopi.

¶ Cornicor, pen. prod. cornicaris (κορώζω) cornicari, ineptè garrire. Persius Satyra 5. 2,

Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè.

Cornu] κέρας, Indeclinabile, & hoc cornum, & hic cornus, huius cornus, secundum Priscianum. Plin. lib. 28. cap. 11. 14, Dentes mobiles cõfirmat ceruini cornus cinis. Idem lib. 11. 37. 6, Omnibus autem caua, & in mucrone demum concreta sunt cornua: ceruis tantum solida, & omnibus annis decidua. Horat. 1. Sermon.

Fœnum habet in cornu, longè fuge. Vide Adagia Erasmi.

Cornibus armata bestia. Cic. 2. de Nat. deor. 180.

Aeria cornua. Ouid. 5. Fasto. 24.

Arborea cornua. Virg. 1. Aeneid. 39.

Camura cornua, Seruio, curua. Vnde & Camere appellantur. Virg. 3. Georgic. 10.

Flexum circum caua tempora cornu. Ouid. 7. Metam. 63. De ariete.

Latis cornibus uri. Seneca Hippol. 1. 12.

Prælonga cornua. Lucret. lib. 3. 122.

Cornua ramosa dedit natura capreis, sed parua, nec deciduæ conuoluta & in anfractum arietum generi: rupicapris in dorsum aduncа, damis in aduersum: erecta autem rugarũq; ambitu contorta, & in leue fastigium exacuta (ut lyras dicetes) strepsiceroti. Hæc ex Plinio, lib. 11. cap. 37. 2. ubi multa cornuum genera uideto.

Ramosa cornua cerui. Virg. 7. eclog. 6.

Recurua cornua. Ouid. 5. Metam. 66.

Rigidum cornu. Ouid. 9. Metam. 17.

Summis cornibus extare. Virg. 3. Georg. 74.

Terribili cornu petit irritamina sua taurus. Ouidius 12. Metamorph. 21.

Frons hœdo turgida cornibus primis. Horat. 3. Car. ode 13. 1.

Curuare bina cornua fronte. Virg. 4. Georg. 60. De uitulo.

Flexile cornu curuare. Ouid. 5. Metam. 77. De arcu.

Decernere inter se cornibus. Virg. 3. Georg. 43. De tauris.

Ductus cornu hircus. Virg. 2. Georg. 79.

Exectum cornu. Horat. 1. Serm. Saty. 5 12.

Explorare cornua in truncis. Lucan. lib. 2. 129.

Lenta flectere cornua. Ouid. 5. Metam. 12.

Gerere cornua fronte. Ouid. 15. Metam. 120.

Incursare aduersis cornibus. Vide Incurro.

Inflexa in se cornua. Vide Inflecto.

Lacerare cornua. Horat. 3. Carm. ode 27. 13.

Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi. Virg. 2. Georg. 106.

Mutilus cornibus. Vide Mutilus.

Profert iam cornua uultur. Claud. lib. 2. in Eutrop. 71. De re minimè uerisimili.

Trahere taurum prensis cornibus. Stat. 2. Thebaid. 124.

Taurum cornu tenere. Virg. 5. Aeneid. 76.

Versa in obnixos urgentur cornua. Virgil. 3. Georg. 44. De iuuenca.

Vires in cornua sumit taurus. Ouid. 8. Metam. 178.

Sicciora corpora cornu. Catul. epig. 20. 3.

Coactum cornu Phœbes. Lucan. lib. 1. 107, Id est, coniunctum Lunæ cornu: utpote in plenilunio.

Circuitis cornibus orbem alligat Phœbe. Senec. in Medea, 2. 9.

Aurata cornua Tauri syderis. Virg. 1. Georg. 44.

Cornua lunaria. Ouid. 2. Metam. 45.

Lunata cornua. Vide Luna.

Obtusa Lunæ cornua dicuntur, quando Luna pura non est. Virg. 1. Georg. 87.

Obscurum Lunæ cornu. Virg. 1. Georg. 86.

It Luna rupta nube cornibus puris, Seneca Hippol. 4. 13.

Tenuius Lunæ cornu. Stat. 12. Thebaid. 1.

Velatis cornibus Luna. Valer. lib. 8. Argonaut. 7.

Coeunt tota cornua, efficiuntq; orbem. Ouid. 7. Metam. 36.

Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent. Virg. 3. Aeneid. 129. Id est iam tertium est plenilunium.

Euanescunt

Euanescunt cornua Lunæ. Ouid. 2. Met. 24.
Iunctis cornibus impleat orbem Luna. Ouid. 2. Met. 69.
Luna suos ignes coeunte cornu iungit. Seneca Hipp. 6. 3.
Reparat noua cornua Phœbe. Ouid. 1. Met. 3.
Cornua fluminum, dicuntur flexus, & curuitates alueorum, quòd multis in locis ad cornuum similitudinem flectantur. Sipontinus. Eadē & brachia quibusdam dicuntur. Cic. Att. lib. 9. 187. 2, Ab utroq; portus cornu moles iacimus.
Angustis inclusum cornibus æquor. Ouid. 5. Met. 82.
Gemina cornua. Virg. 4. Georg. 74, De Eridano loquitur.
Elatis cornibus amnes. Valer. lib. 1. Argon. 22.
Terrificis undans cornibus Hebrus. Valer. 6. Argon. 124.
Truncatum cornu. Claud. de Laude Serenæ, 36.
Cornua in prælio, pro utraq; parte exercitus. In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu: & quod inter utrūq; est, dicitur medium. Terent. Eunuch. 4. 7. 5,
——in medium huc agmen cum uecti, Donax:
Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum.
Cæsar 1. bel. Gal. 221.
Cornua addere pauperi. Vide Addo.
Cornua commouere. Vide Commoueo.
Equites pro cornibus locare. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.
Vtrinq; cornua promouere. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.
Equites cornibus affundi. Tacit. in Vita Agricolæ.
Acies inclinato cornu ruebat. Sil. lib. 10. 7.
Quasi cornua duo. Cic. 13. Philip. 382, Deinde Pansa & Hirtius? qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum quum illæ uerè partes uocabantur.
Cornua disputationis alicuius commouere. Cic. 2. de Diuin. 37.
Cornua antennarum, pro Vtraq; parte antennæ. Virgilius 3. Aeneid. 110.
Ardua cornua, pro Antennarum extremitatibus. Virgilius 5. Aeneid. 165.
Ardua cornua demittere. Ouid. 12. Metamorph. 97, De cornibus antennarum.
Extendere cornua. Lucan. lib. 4. 109.
Cornua obuertere alicui in re secunda. Plaut. Pseud. 16. 5. Hoc est, uelut cornibus impetere & nocere alicui.
Lycium cornu, Arcus Lycius. Virgil. 11. Aeneid. 155,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. Vbi Seruius, Cretenses sagittas Lycio arcu dirigebat: quod, ut suprà diximus, ad ornatum poni consueuit.
Parthum cornu. Virg. 10. eclog. 12.
Lentare cornua. Stat. 3. Theb. 117. De arcu.
Vngula solido cornu. Virg. 3. Georg. 17.
Cornua dicebantur quæ nunc Tubæ uocantur, eo quòd ea quæ iam sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Varro de Lingua Latina.
Rauco strepuerunt cornua cantu. Virg. 8. Aeneid. 1.
Inflexo tibia cornu. Ouid. 4. Fast. 36.
Tibia inflato cornu. Ouid. 11. Met. 4.
Torua cornua. Pers. Satyr. 1. 10.
Magna cornua sonare ac uincere tubas. Hor. 1. Serm. Sat. 6. 9.
Occanere cornua, ac tubas Sentius iussit. Tacit. lib. 2.
Cornua dicuntur à curuore, quòd pleraq; curuamus. Varr. de Lingua Latina.
Benignum cornu. Horat. 1. Carm. Ode 17. 3. Pro copioso & diuite posuit, sumpta metaphora à cornu Fortunæ, quo diuitiæ ligari dicuntur. Acron.
¶ Cornucopiæ, Indeclinabile (κέρας ἀμαλθείας) Quum affatim omnia superesse significamus, copiæ cornu dicimus. Plaut. Pseud. 10, 5, Nam hæc illa ea cornucopiæ est, ubi inest quicquid uolo. Plin. in præfat. 10, Alij κέρας ἀμαλθείας libros suos inscripserunt, quod est copiæ cornu, uelut lactis gallinacei sperare possis in uolumine haustū. Ouid. Cornucopiæ dicit id fuisse, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato cōgressus, ei detraxit: hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitijs refertum, Copiæ consecrarunt. Ouid. 9. Met. 17. Vide Erasmi Chiliadas.
Copia diuite cornu. Seneca Medea, 2. 2.
Aurea fruges Italiæ pleno diffudit Copia cornu. Horat. 1. Epist. 12. 6. Idem in Carm. secu. 12,
——apparetq; beata pleno Copia cornu.
¶ Cornesco, cornescis (κερατόομαι) cornescere, Durescere in cornua. Plin. lib. 11. cap. 49. 1, Vrso quoq; simul ut expirauerit, cornescere aiunt genitalia.
¶ Corniculum, pē. cor. (κερατίδιον) Dimin. Plin. lib. 11. cap. 28. 5, Alijs cornicula ante oculos prætendunt ignaua.
Corniculis armillisq; argenteis donari. Liu. 10. ab Vrbe, 220.
¶ Cornicen, pen. corr. cornicinis (κερατώλης) Qui cornu sonat. Iuuenal. Satyr. 2. 12,
Quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem.
Cornici, siue hic recto cātauerat ære. Liu. 2. ab Vrbe, 272.
Cornicines atq; tubarum concentus. Iuuen. Satyr. 10. 22.
¶ Cornifrons, cornifrontis, Adiect. quo usi sunt ueteres, dictū à cornibus quæ frontes præferunt. Liuius, Tu pascere cornifrontes armentas soles.
¶ Cornigenus, a, um, Quod est ex genere cornu habentium, sicut Caprigenus, quod est ex genere caprarū. Sipontinus.
¶ Corniger, pen. corr. (κερασφόρος) Qui cornua gerit. Plin. lib. 11. cap. 37. 37, Camelus una ex ijs quæ non sunt cornigera.
Cerui cornigeri. Ouid. 7. Met. 143.
Caput cornigerum. Ouid. epist. 5. 288.
Caput Liberi cornigerum, quòd uinum inermi cornua & audaciam det. Senec. Hippol. 6. 5.
Fluuius corniger. Virg. 8. Aeneid. 16. Vbi Seruius, Flumina ideo cum cornibus pinguntur, siue quòd mugitum boum imitatur murmur undarum, siue quòd plerunq; in cornuum similitudine curuatas cernimus ripas.
Corniger taurus, apud Ciceronem 2. de Nat. deor. 161. Ex antiquo poeta.
¶ Cornipes, penult. correp. cornipedis, om. gen. (κερατόπους) Quod pedes corneos habet, ueluti equus & capra. Ouid. 2. Fast. 73, Cornipedi Fauno cæsa de more capella. Faunus enim caprinos pedes habere fertur. Et 1. de Arte, 55, Equus cornipes. Virg. 7. Aen. 156.
Cornipedes substantiuè, etiam dicuntur equi tantum. Silius libro 7. 138.
¶ Cornuarius, cornuarij, masculini generis. Cornuarij sunt, uel qui cornua conficiunt, uel qui cornu canunt, quos Aenea tores à priscis dictos Festus lib. 1. scribit. De his fit mentio in l. ultima. ff. de iur. immunit. à Tubarijs autem eos Paternus separat, ut & Cornicines à Tubicinibus. Vegetius lib. 2. cap. 22, & Modestus in Epitome eiusdem.
¶ Cornutus, pen. prod. Adiect. (κεράσσης) Quod cornua habet. Varrò 2. de re Rust. cap. 7. 2, Aetas cognoscitur equorum, & ferè omnium qui ungulas indiuisas habēt, & etiam cornutarum, quòd, &c.
Cornutam bestiam petis, inquit Plau. Id est, lacessis eum qui paratus sit retaliare iniuriam, quemq; non, nisi tuo malo, prouoces. Erasmus.
¶ Corneus (κερατινὸς) Quod ex cornu est. Cic. 1. de Natura deorum, 140, Velut ibes maximam uim serpentum conficiunt, cum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroq; rostro.
Arcus corneus. Ouid. 1. Metam. 140.
Corneus homo. Plin. lib. 7. cap. 19. ad finem, Quibus natura concre-

Digitized by Google

concreta sunt ossa, qui sunt rari admodũ, cornei uocantur.
Corneus color, Qui cornu uel corni similitudinem refert. Plin. lib. 36. cap. 8. 2.
Ora cornea. Ouid. 8. Metam. 110. Sic rostra uocat auium.
Porta Somni cornea. Virg. 6. Aeneid. 179. Vbi Seruius, per portam corneam, inquit, oculi significantur, qui & cornei sunt coloris, & duriores cæteris membris. nam frigus non sentiunt. Sicut etiam Cicero ait in libris de Deorum natura.
¶ Corneolus, pen. cor. Diminutiuum. Cic. 2. de Nat. deor. 217. de auribus loquens, Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multisq; cum flexibus: quòd his naturis relatus amplificatur sonus.
Cornus] huius cornus uel corni, fœmin. gener. quartæ & secundæ declinationis (κράνια) Arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus similes: fructum circa solstitia reddit, primo candidum, postea sanguineum. Hæc Sipontinus ex Plinio. Virg. 2. Georg. 90, & bona bello Cornus. id est apta hastilibus.
Cornus itala, pro Telo ex cornu facto. Virg. 9. Aeneid. Seru.
Leuis cornus, Sagitta ex corno arbore. Senec. Hipp. 4. 38.
Armata ferro gracili cornus, Hastile aut sagitta quæ fiebat de cornu arbore. Senec. Hipp. 4. 38.
Sonans cornus, Sagitta ex cornu arbore. Sil. lib. 13. 47.
Validam cornum torquere. Sil. lib. 13. 41.
¶ Cornum, corni, neut. gen. (κράνιον) Fructus corni.
Autumnalia corna. Ouid. 8. Metam. 134.
Lapidosa corna. Virg. 3. Aeneid. 129, & 2. Georg. 7.
Rubicunda corna. Horat. 1. Epist. 17. 2.
Syluestria corna. Horat. Satyr. 2. 12.
¶ Corneus, Adiect. (κράνινος) Quod est ex corno. Plaut. Duram ac corneam uirgam.
Cornea pyxis. Plin. lib. 21. cap. 20. 2.
Venabula cornea. Ouid epist. 4. 17.
Virgulta cornea, Quæ sunt cornus arboris. Virg. Aeneid. 5.
¶ Cornetum, pen. prod. (κρανιὼν) Locus ubi sunt frequentes corni: sicut à pino pinetum.
¶ Cornifer, pen. corr. Adiect. Qui cornos fert: ut, Rami cornifer i. Claud. lib. 1. de Raptu Proserp.
Cornutus] Leptites genere (est autẽ Leptis Africæ ciuitas) emicuit Romæ sub Nerone, interfectus demum ab eo unà cum Musonio Philosopho. Multa eius scripta tam in philosophis, quàm rhetorica feruntur: natura magis, quàm studio iuuabatur. Erat sine liberis: humanitate alioqui tanta, ut discipulos ex ea causa plurimos ad se non minus quàm doctrina alliceret. Author Suidas. Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Ciceronis temporibus: de quo li. 10. Epist. 12. 7. Idem ad Atticum, lib. 1. Epist. 9. 10, Bonis utimur Trib. pleb. Cornuto uerò Pseudocatone.
Corocondames] κορονδάμης, Vicus est ad Bosphorum Cimmerium, oppositum habens uicum Panticapensis agri, nomine Acram, qui septuaginta stadijs freto distinguitur. Strabo lib. 11.
Corocondametis] κορονδαμήτις, Lacus est supra Corocondamen, qui & ab ea uocatur, & decem stadia à uico in mare emittit. Author Strabo lib. 11.
Corœbus] κόροιβος, Athenienſis, qui primus figlinam inuenit. Author Plin. lib. 7. cap. 56. Fuit & alter Corœbus, κόροιβος Suidæ, filius Mygdonis (unde à Virg. Mygdonides appellatur) qui incensus amore Cassandræ, quam etiam Priamus pater ei desponderat, ad Troiam uenit, socero & Phrygibus laturus auxilium, quamuis à sponsa ipsi exitium, nisi abiret, esset prædictum. Nam ea nocte qua Ilium cecidit, occisus est à Peneleo quodam Græco. Virg. 2. Aeneidos,

— iuuenisq; Corœbus
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore. Vide Prouerbium, Stultior Corœbo.

Corolla, Corollarium] Vide Corona.
Coron] κόρον, Dioscoridi, Herba est eadem cũ syluestri ruta.
Corona] pen. prod. (στέφανος) Dictio omnibus nota: à nostris olim Strophia, à στρέφειν, quod est uertere. Meminit Plin. lib. 21. cap. 2. 1. Plau. Asin. 13. 58, Tum si coronas, serta, unguenta iusserit Ancillã ferre Veneri, aut cupidini. Cicer. 6. Verr. 69, Vnxisse unguentis, complexe coronis & floribus.
A' choro, Perotti sententia, Corona originem traxit: quòd coronas gestare in choris ac saltationibus mos erat: propterea cum aspiratione apud ueteres scribebatur. Sed hanc aspirationis adiectionem reprehendit Quint. lib. 1.
Coronæ floreæ et Roseæ. Plaut. Aul. 13. 15. Martial. lib. 13. 127.
Coronæ diuersorum generum fuerunt apud Romanos in magno precio, qualis erat triumphalis, obsidionalis, ciuica, muralis, uallaris, quæ & Castrensis, naualis, oualis. De quibus suis locis abundè. Vide Gel. lib. 5. cap. 6. & Plinius lib. 21. cap. 2. & 3.
Aurea corona. Cicer. Att. lib. 14. 314. 2.
Duplex gemmis auroq; corona. Virg. 1. Aeneid. 132.
Festa corona. Ouid. 10. Metam. 119.
Florente corona cinctus. Ouid. 2. Metam. 6.
Gemmifera corona. Valer. lib. 5. Argon. 90.
Graciles coronæ. Iuuenal. Saty. 12. 9.
Herculea corona. Virg. 2. Georg. 14. Vbi Seruius, Ipse alibi
— Herculea bicolor quum populus umbra.
Hybernæ coronæ. Plin. lib. 21. cap. 2. 1.
Corona lignea. Vide Ilex.
Insignis gemmis corona. Virg. 7. Aeneid. 15.
Marcentes coronæ. Claud. in Epith. 20.
Muralis corona. Silius lib. 13. 73, Huiusmodi autẽ corona dabatur ei, qui primus murum conscendisset. Vide Murus.
Muralis corona Cybeles. Lucret. lib. 2. 123.
Naualis corona. Virg. 8. Aen. 135. De Agrippa. Vide Nauis.
Nexæ, uel nexiles coronæ. Horat. 1. Carm. ode 38. 1. Senec. Agamem. 611.
Obsidionalis corona. Vide Obsidionalis.
Oleaginea corona. Vide Oleagineus.
Oualis corona. Vide Oualis in Ouo.
Pactilis corona. Plin. lib. 21. cap. 3. 5.
Populea corona. Horat. 1. Carm. ode 7. 5.
Querna corona. Ouid. 1. Fast. 123.
Roseæ coronæ. Claud. 1. Paneg. 18.
Rosacea corona. Plin. lib. 21. cap. 3. 3.
Socia corona. Claud. 2. de Raptu Proserp. 12.
Spissa corona mœnia uallata. Id est, multis causis circundata. Silius lib. 13. 28.
Spissa corona. Horat. in Arte poet. 77.
Sutiles coronæ. Ouid. 5. Fast. 67. & Plin. lib. 2. cap. 3. 5.
Virides Coronæ. Virg. 5. Aeneid. 22.
Capere coronam insigni cũ laude. Lucret. lib. 6. 20.
Coronam ciuicam dare. Cic. pro Plancio, 59. Vide Ciuicus.
Iam ipsæ defluebant coronæ. Cic. 5. Tuscul. 87.
Detracta capillis corona. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 14.
Donari corona. Horat. in Arte, 57.
Donare Cererem spicea corona. Horat. in Carm. secul. 6.
Exornare aliquem tenui corona. Iuuenal. Saty. 9. 14.
Fusæ per colla coronæ. Ouid. 2. Fast. 148.
Habere coronam honoris alicuius causa, ponere luctus gratia. Cic. Attic. lib. 14. 317. 3.

Habere

Digitized by Google

Habere coronam in capite, in collo. Cic. 7. Verr. 22.
Imponere coronam alicui. Vide Impono.
Puppibus coronas imponere. Virg. 4. Aeneid. 84. Vbi Seruius, *Aut re uera coronas inquit, aut ſpiras funium accipimus.*
Induere cratera corona. Vir. 3. Aen. 105. Id eſt (inquit Seru.) *Aut uſq; ad ſummum implere, aut re uera coronare.*
Inumbrare ora coronis. Lucret. lib. 3. 187.
Primam coronam laude merere. Virg. 5. Aeneid. 70.
Regni coronam cum ſceptro mittere. Virg. 8. Aeneid. 100.
Nectere alicui coronam. Horat. 2. Epiſt. 2. 20.
Inſignem coronam petere ſuo capiti. Lucret. lib. 4. 1. Significat *magnum nomen & honorem ſibi comparare.*
Pingere tempora coronis. Ouid. 5. Faſt. 67.
Premere crinem corona. Stat. 1. Sylua. 2. 46.
Plexis coronis redimere caput. Lucret. lib. 281.
Scindere hærentem coronã crinibus. Horat. 1. Car. ode 17. 6.
Vincire tempora corona. Horat. 1. Carm. ode 7. 5.
Corona (ἄγυρις, ἄγυρμα) *Conuentus hominum circunſtantium, & ueluti in circulum congregatorum.* Cicer. 5. Verr. 40, *Tamẽne putamus patronum tuum in hoc crimine cer uiculam iactaturum, & populo ſe ad coronam daturum?* Plin. epiſt. 19. a. lib. 6.
Corona & turba. Cic. pro Flacco, 54.
Clamor coronæ. Horat. 1. Epiſt. 19. 11.
Muros rara corona cingere. Virg. 10. Aeneid. 24, Id eſt, *circun dare pauca multitudine militum.*
Corona cingere aliquem, pro Circunſtare aliquem. Lucan. li bro 1. 66. Vide Cingo.
Interlucet corona ſpiſſa uiris. Virg. 9. Aeneid. 105.
Corona, Circulus eſt circa lunam.
Corona, Signum erat ſeruorum uænalium: ideoq; ſub coronis uænire dicebantur. Cæſar 3. bel. Gal. 414, Itaq; *omni Senatu necato, reliquos ſub corona uendidit.*
Corona, pro Signo cæleſti ponitur, nẽpe Ariadne Minois filia, quæ in ſydus conuerſa eſt à Baccho. Virg. lib. 1. Georg. 45,
Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ. Hæc Cãcro & Leone exoriente occidit, exoritur cum Scorpio Nonis Octobris, habet ſtellas nouem in orbem diſpoſitas. Autor Hyginus lib. 3. Plin. lib. 18. cap. 31. 4, Ceſari corona exoriri incipit. Et Colum. lib. 11. cap. 2. 38.
Dictæa corona. Claud. 7. Paneg. 42,
Seu tibi Dictææ placuerunt aſtra coronæ. Hoc eſt, ſyderis coronæ ſimillimi. alludit autem ad Ariadnem Dictæam, id eſt, Cretenſem.
Dotalis corona. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 45.
Gnoſiaca corona, Id eſt, Ariadnes corona, ſydus cæleſte. Statius 1. Sylu. 7. 18.
Coronæ, ſunt Prominentiæ & ueluti ſupercilia quædam parietum, arcendis ſtillicidijs inuenta, fabri Cornices appellant et intabulamenta: ſiue ſtructura, ſiue inteſtino opere conſtant. Vitruuius lib. 2, Summis parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubijciatur, altitudine circiter ſeſquipedali, habeatq; proiecturas coronarum: ita uetari poterunt quæ ſolent in ijs fieri uitia. Budæus.
¶ *Corolla, Diminutiuum* (στέφανιον) Feſtus, *Corollam noua nupta de floribus, uerbenis, herbiſq; à ſe lectis ſub amiculo ferebat.* Plin. lib. 21. cap. 2. 3, *Paulatimq; & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracillitatem nominatis: mox & corollarijs, poſtquam è lamina ærea tenui inaurata & inargentata dabantur.* Plaut. Pſeud. 22. 16,
— corollas dari dapſiles.
Indiſtinctis corollis flores plexos ferre. Catul. in Argon. 57.
Floridis corollis redimita domus. Catul. de Berecyn. et Aty. 14.
Soluere de ſua fronte corollas. Propert. lib. 1. eleg. 3. 5.

¶ *Corollarium* (ἐπιφορά) autore Varrone, lib. 1. de ling. Lat. *ſignificat id quod additum eſt præterquam quod debitum, tanquam auctarium quoddam, & id quod ſupra menſuram uel pondus iuſtum adijcitur. A corollis nomen deductum, quòd hæ, quum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ ſint.* Plin. epiſt. 144. c, *Ac deinde ſingulos geſtus dominæ canticis reddebant: qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede, qui non ſpectabat.* Cic. 5. Verr. 98, *De uiuo igitur erat aliquid reſecandum: ut eſſet unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.* Plin. lib. 9. cap. 35. 17.
Corollaria, etiam dicebantur præmia quæ corollarum uice populo qui ludis aſtabat & conuiuis donabantur. Suet. in Auguſto, cap. 45, Itaq; *corollaria & præmia alienis quoq; muneribus ac ludis, ac crebra & grandia de ſuo offerebat.* Cic. 5. Verr. 158, *Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de ſcenicorum corollarijs quum decuriã emerunt, etc.* Idem 6. Verr. 43, *Hic quaſi feſtiuum actoama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuis inſpectantibus emblemata auellenda curauit.*
¶ *Corono, coronas, pen. prod.* (στεφανόω) coronare. Plin. li. 15. cap. 4. 1, *Athenæ quoq; uictores olea coronant.* Ibidem cap. 29. 8, *Laurea coronatus inceßit.* Cic. 2. de Legib. 100, *Sequebantur epulæ quas imirent propinqui coronati.*
Aditum cuſtode coronare. Id eſt, *cuſtodibus circundare.* Virgil. 9. Aeneid. 8. Vbi Seruius, *Melior (inquit) lectio Abitum, quàm Aditum. Cingunt enim ſyluam ne abeant, non, ne adire poßint.*
Cratera coronare. Virg. 2. Georg. 106.
Collum coronat pluma. Id eſt, *inſtar coronæ collum circundat.* Lucret. lib. 2. 161. Vide Collum.
Pyram fronde funerea coronare. Virg. 4. Aeneid. 102. Id eſt, *circundare cupreſſo.*
Sylua coronat aquas cingens latus omne. Ouidius 5. Metamorph. 78.
Victoria coronat fronde aliquem. Horat. 1. Epiſt. 19. 13.
Vina coronare. Virg 1. Aeneid. 146. Et 7. 30. Vbi Seruius, *Vina, pro Poculis poſuit, & eſt tropus ſynechdoche, ut Cererẽ dicimus pro frumento. Sic Plautus, Vinum precemur. Nam hic Deus præſens adeſt. Coronant autem eſt, aut implẽt uſq; ad marginem, aut quia antiqui coronabant pocula, & ſic lubabant. Vnde eſt,*
— magnum cratera corona
Induit impleuitq; mero.
Coronare, In coronamenta uenire, Coronis faciendis adhiberi. Plinius lib. 21. cap. 9. 3, *Folio coronat & trifolium.* Ibidem cap. 10. 4.
¶ *Coronans, penult. prod.* (στεφανῶν) Participium. Horat. 3. Carm. ode 23. 3, *— te nihil attinet*
Tentare multa cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rore deos, fragiliq; myrto.
¶ *Coronatus, pen. prod.* (ἐστεφανωμένος) Participium: ut, *Amantes coronati.* Propert. lib. 3. eleg. 3. 10.
Aurum coronatum uocat auream pyxidem. Statius lib. 3. Sylu. 4. 1.
Capilli coronati. Ouid. epiſt. 20. 33.
Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. Horat. 2. Carode 7. 2.
Boues capite coronato. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 2.
Frons coronata. Ouid. 5. Faſt. 69.
Ignes coronati. Stat. 10. Theb. 120.
Manes coronati. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 66. Hoc eſt, *dij inferni. Tractum à ueterum more, qui ſertis ornati conuiuia agitabant,*

Digitized by Google

agitabant, ut docet Plutarchus in Sympoſijs.

Nauis coronata. Ouid. 15. Metam. 140.

¶ Coronalis, Sutura uocatur in anteriore capitis parte: quando quidem coronæ in ea potißimum capitis parte collocantur: ſicut poſteriorem à literæ Λ ſimilitudine, Lambdocidem nominant. Ex Gal. lib. de oßib.

¶ Coronarius, uel coronaria (στεφανόπλοκος & coronariæ, Qui coronas cõficit, à Græcis Stephanoplocos appellatus. Plin. lib. 21. cap. 2. 2, Florum inuicem odores coloresq; accedere Sicyonij, ex ingenio Pauſiæ pictoris, atq; Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi.

¶ Coronarius, Adiectiuũ (στεφανωματικὸς) Quod ad coronas attinet. Cic. pro leg. Agrar. contra Rull. 7, Quod ad quenq; peruenit, peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Ibidem Coronarium abſolutè ponitur, 62, Ex præda, ex manubijs, ex coronario, &c. Sub. auro.

Coronariæ herbæ. Plin. lib. 21. cap. 23. 1.

Coronariũ opus, In modũ coronæ factũ. Plin. lib. 15. cap. 30. 4.

¶ Coronamentum (στεφάνωμα) Violæ, roſæ, & alij flores, quibus corollæ fiunt & ſerta nectuntur. Plinius lib. 21. capite 1. 1, In hortis ſeri & coronamenta iußit Cato inenarrabili florum maximè ſubtilitate. Cato cap. 8, Coronamenta omne genus.

In coronamenta folio uenere melothron, ſpireon, &c. Plin. lib. 21. cap. 9. 2. Hoc eſt, ex eorum foliis fiunt coronæ.

Coronæ] Plin. lib. 4. cap. 5, oppidũ Achaiæ, à quo Coronæus ſinus. Strabo lib. 8, eam Coronam appellat, de qua ſic refert, Corona, urbs eſt mari uicina, & hanc nonnulli Pedaſum à poeta nominatam eſſe inquiunt.

Coronæa] Bœotiæ oppidũ, autore Plinio, lib. 4. cap. 7, Iuxta Cephiſum, inquit, amnem, Lamia & Anichia, Medeon, Phligone, Grephis, Coronæa, Cheronia.

Corone] es, Ciuitas fuit in Peloponneſo, ad Pamiſi fluuij dextram, à Bœotiæ Coronia ſic appellatione ducta: uel quòd mœnium fundamenta defodientibus ænea ſit inuenta cornix: cuius rei fortè argumento in acropoli æneum ſtabat Pallados ſimulachrum ſub dio, cornicem manu tenens. Meminit Alex. Genial. lib. 5. cap. 13. Et Rhodius, lib. 15. cap. 20.

Corone, ſiue Coronon (κορώνη ἢ κορωνὸν) nuncupatur, quum in mucronem tenuis ille oßium capitis proceſſus, qui ceruix Galeno dicitur, deſinit. Vide lib. de oßib. Galen.

Coroneola] Genus roſæ eſt, autumni tempore in rubo proueniens. Plin. lib. 21. cap. 4.

Coronis] Dea eſt quæ in Sicyonia colitur, cuius tamen ſimulacrum peculiare templum habebat nullum: ſed quum ſacrificij appetit tempus, id in Palladis transferunt ſacraria, honoreq; proſequuntur. Hæc Pauſanias. ſed quænám illa ſit, aliter non explicat. Nam de Coronide Aeſculapij matre non crediderim, quæ narratur duplex in Metam. Ouid.

Coronis] κορωνὶς, Nympha Theſſalica, Leucippi Lacedæmonij filia, ex Apolline concepit Aeſculapium. Poſtea quia cum Iſchye Elati filio clàm rẽ haberet, ſimul cum Iſchye ſagittis à Diana rogatu Apollinis confecta fuit. Sed prius coruũ, qui crimẽ indicauerat, ex albißimo in atrũ cõuertit Apollo: & puerũ è uẽtre matris exciſum Chironi enutriendũ & erudiendũ tradidit. Hæc Pindari ſcholia. Ouid. 2. Metam.

Pulchrior in tota, quàm Lariſſæa coronis,
Non fuit Aemonia. Quo in loco fabulã & fuſißimè & elegantißimè deſcribit, ſed paulò aliter. Vide Seruium in 6. Aeneid. 124. Et rurſus in 7. 154.

Coronis] pen. prod. coronidis. f. g. (κορωνὶς) Summitas ſeu apex alicuius rei, uelut montis, aut ſtructuræ alicuius.

Coronis, ſignificat & nauis puppim, quod ſit in eius apice curuatum roſtrum.

Vſq; ad coronidem dicimus, quum extremum finem rei cuiuſpiam ſignificamus. A' nauibus tractum putãt literatores, quibus aliquid roſtri ſpeciem gerens ſolet addi. Nam corone, Græcis cornicen ſonat: coronis, corniculam. Apud Homerũ κορώνη uſurpatur pro annulo, aut ſiquid aliud apponitur oſtio. Idem uelut ornamenti gratia perfectis omnibus additur. Quanquam coronis dicitur interdum quod accedit abſoluto operi: ut Martial. lib. 10. 1,

Sed nimius uideor, ſeraq; coronide longus
Eſſe liber: legito pauca, libellus ero. Idem,
Et mage principio grata coronis erit. Poſtremò Grammatici quoties perſona actoris eodẽ metri genere ſinit quo cœperat, coronidem uocant, eamq; notant ueluti roſtri figuram exprimentibus limeis.

Coronopus] penult. corr. (κορωνόπους) Oblonga herba eſt cum fiſſuris. ſcribitur interim: quoniam radix cæliacis præclarè facit in cinere toſta. Plin. lib. 22. cap. 19. Matthiolus Senenſis putat Coronopum eſſe eam herbam, quæ uulgò dicitur Herba Stella.

Coropaſſus] κορόπασος, Ciuitas eſt Lycaoniæ, cuius meminit Strabo lib. 14. (32. cap. 11.

Corophium] κορόφιον, piſcis de genere Cancrorũ. Plin. lib.

Coroplathi] Vocantur qui puppas neſcio quas pueriles, & id genus imagunculas quoruncunq; animalium ex luto parte plurima, ſed & ex alia interim materia fingunt: uerùm operi motus non adeſt, neq; item anima, riſum modò & uoluptatem tota res habet. Author Cæl. lib. 7. cap. 19.

Corpilli] Populi ſunt Thraciæ, Hebrum accolentes, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 11. (pus.

Corporatio, Corporatura, Corporeus] Vide Cor-

Corpus] corporis, pen. corr. n. gen. (σῶμα, ματος) Maſſa cõpacta ex artubus & membris. Cic. 2. de Orat. 194, Etenim corpus intelligi ſine loco non poteſt.

Corpus, pro Sola carne, ut ait Sipontin. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 7, Ego hic cogito cõmorari quoad me reficiam: nam & uires & corpus amiſi. Idem 2. de Nat. deor. 209, Quid dicã de oßibus, quæ ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habẽt, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem? Quint. lib. 1. in procem. 18.

Vtranq; ſignificationẽ expreßit Martialis unico uerſu, lib. 1. 7.

Viuebant laceri membris ſtillantibus artus,
Inq; omni nuſquam corpore corpus erat.

In corpus ire. Quint. lib. 2. cap. 10. 4, Quid ergo? Nunquam hæc ſupra fidẽ, & poetica (ut uerè dixerim) themata iuuenibus pertractare permittemus: ut expatientur, & gaudeant materia, & quaſi in corpus eant, erit optimum.

Formæ & corpora. Cic. 2. de Orat. 194, His autem formis atque corporibus ſicut omnibus rebus quæ ſub aſpectum ueniunt, ſede opus eſt. (4. cap. 1. 53.

In ſpeciẽ unius corporis res diuerſißimas colligere. Quint. lib.

Vnum corpus defenſionis. Cic. de claris Orat. 109.

Artus corporis. Horat. in Carm. ſecul. 13.

Auctus corporis. Lucret. lib. 2. 2. 97.

Augmen corporis. Lucret. lib. 2. 100.

Caulæ corporis. Vide Caula.

Compagibus corporis includi. Cic. de Senect. 70.

Cura corporis. Sueton. in Domitiano, cap. 16.

Formæ corporum. Quintil. lib. 2. cap. 8. 1.

Habitus corporis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 18.

Inclinatio corporis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 9,

Infirmitas corporis. Vide Infirmus.

Nixus corporis. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2.

Niſu corporis, & impetu equi peruaſit. Tacit. lib. 2.

Neq; ad-

Digitized by Google

Neq; adſultibus, & uelocitate corporum uteretur. Tacit. lib. 2.
Vitium corporis abdere, Ouid. 3. de Arte am. 53.
Vmbra corporis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 1.
Aquæ corpus. Lucret. lib. 2. 47.
Neptuni corpus acerbum, id eſt, ſalſum eſt mare. Lucret. libro 2. 95.
Condenſa corpora lapidum. Lucret. lib. 6. 21.
Corpus mali habitus dicitur, quod Græcè κακόχυμον dicunt. Celſus lib. 5. cap 28, Vtrunq; ſicut omnis cancer, ſit maximè in ſenibus, uel his quorum corpora mali habitus ſunt.
Abundans corporis. Vide Abundo.
Aegrum uel ægrotum corpus. Iuuenal. Satyr. 9. 2. Horat. 1. epiſtol. 2. 10.
Aequæuo corpore fratres. Sil. lib. 13. 39.
Album corpus. Horat. 2. Carmin. Ode 2. 3, Sic uocat corpus hydropici.
Anile corpus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 3.
Cæca corpora uentos appellat Lucret. lib. 1. 60. Hoc eſt corporeos quidem, ſed inuiſibiles: ſiue corpora inuiſibilia.
Caſſum anima corpus. Lucret. lib. 3. 113.
Caſtum diu uulgare populis corpus. Senec. Hipp. 8. 10. Id eſt, uulgò proſtituere corpus ſeruatum diu.
Celeri corpore elapſus. Virg. 5. Aen. 88.
Charum corpus. Seneca Hipp. 12. 19.
Clarum corpus, id eſt, nobile. Seneca Troad. 12. 12.
Conſortia corpora pœnæ. Ouid. 13. Met. 144.
Craſſi corporis humor. Lucret. lib. 6. 172.
Debile corpus. Lucret. lib. 4. 192.
Deforme corpus. Senec. Troad. 12. 13.
Denſiſſima ſetis corpora. Ouid. 3. Met. 181.
Dira corpora. Ouid. 1. Met. 32.
Diuino corpore Luna. Lucret. lib. 5. 24.
Durum corpus. Claud. 2. Paneg. 22.
Effœtum corpus. Ouid. 7. Met. 51.
Egenum corpus decoris & frontis. Sil. lib. 6. 61.
Egregium corpus, Formoſum. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14. Iuuen. Satyr. 10. 30.
Corpus exangue. Ouid. 2. Met. 64. Et lib. 5. 28.
Exangue corpus reddere ſepulchro. Virg. 2. Aen. 109.
Exanime uel exanimum corpus. Quint. lib. 4. cap. 2. 9. Virg. 1. Aeneid. 98. & 6. 30. Lucret. lib. 6. 142. Senec. Hippol. 4. 46, Repente terræ corpus exanimum dedit. Id eſt, ipſum corpus cecidit tanquam exanimum.
Homo exigui corporis. Hor. 1. Epiſt. 21. 5.
Laborum ferentia corpora. Tacit. lib. 21.
Feſſa corpora carpunt ſoporem. Virg. 4. Aen. 105.
Fidele corpus ſenectæ. Perſius Satyr. 2. 5.
Fluido corpore liquidæ res. Lucret. lib. 2. 91.
Formoſi corporis ſpolium dies aufert, Forma paulatim dilabitur & perit. Seneca Hippol. 6. 8.
Fortia corpora. Virgil. 1. Aeneid. 21. Hoc eſt, uirorum fortium corpora. nulla enim eſt in mortuis fortitudo. Seruius. Idem 8. Aen. 106.
Fortiſſimorum corporum educatio. Quint. lib. 1. cap. 1. 16.
Frigidum & exangue corpus alicuius complecti. Quintil. in proœm. lib. 6. 11.
Gelidum corpus. Iuuen. Satyr. 10. 22. Ouid. 56.
Genitalia corpora. Lucret. lib. 1. 34. Ouid. 15. Metamorph. 48. Hoc eſt, elementa, unde gignuntur cætera.
Globoſa corpora. Lucret. lib. 2. 95.
Graue corpus. Horat. Epod. 2. 12.
Horridum corpus. Senec. Hercul. Oetheo, 7. 18.
Id ætatis corpora. Tacit. lib. 5.
Immani corpore piſtrix. Virg. 3. Aen. 85. Vide Immanis.
Puer, impube corpus. Hor. Epod. 5. 3. Eſt appoſitio.
Corpus inane animæ. Ouid. 2. Met. 60.
Inane corpus, id eſt, mortuum. Ouid. epiſt. 21. 24.
Incolume corpus. Lucret. lib. 1. 50.
Incultum corpus. Vide Incolo.
Indomitum corpus. Senec. Herc. Oeth. 2. 11.
Inertia corpora. Stat. 5. Theb. 77.
Infirmum corpus. Ouid. epiſt. 19. 48.
Informe corpus. Stat. 6. Theb. 164.
Ingenti corpore cunctis præſtare. Ouid. 4. Met. 127.
Ingenuum corpus. Ouid. epiſt. 5. 29.
Inſecabilia corpora. Quint. lib. 2. cap. 17. 24.
Intactum à uexatione corpus. Vide Intactus.
Intolerantiſſima laboris corpora. Vide Intolerabilis.
Inualidum corpus. Ouid. epiſt. 20. 42.
Inuiſum corpus. Senec. Hippol. 12. 1.
Inutile corpus letho dare. Ouid. 12. Met. 69.
Irriguum mero corpus habere. Hor. 2. Serm. Satyr. 1. 2.
Iuuenile corpus. Virg. 12. Aen. 45.
Lacerum corpus. Ouid. 6. Met. 113.
Læta corpora. Lucret. lib. 1. 53. Virg. 9. Aen. 57.
Lethata corpora. Vide Lethum.
Luce carentum corpora exportare tectis. Virg. 4. Georg. 52.
Magnum corpus. Virg. 2. Georg. 66.
Meretricia corpora. Ouid. 2. Triſt. 62.
Minuta corpora atomos uocat Lucret. lib. 2. 24.
Miſerabile corpus. Ouid. 3. Met. 80.
Moribundum corpus. Lucret. lib. 3. 210.
Mortale corpus. Hor. 1. Carm. Ode 35. 1. Cic. de Senect. 73.
Natiuum corpus. Lucret. lib. 5. 48.
Naufraga corpora. Virg. 3. Georg. 107.
Niuei corporis fœmina. Senec. Medea, 2. 2.
Nudum corpus. Ouid. 4. Faſtorum, 30.
Obeſum corpus. Vide Obedo.
Obnoxia corpora, pro Valetudinarijs. Vide Obnoxius.
Obſcœna uiſu corpora. Claud. 1. in Ruff. 66.
Onuſtum corpus uitijs. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 16.
Orbum luminibus corpus. Vide Orbus.
Parua corpora neruorum. Lucret. lib. 1. 173.
Paruiſſima corpora. Vide Paruus.
Perfectum corpus. Id eſt, fœtus iam conſummatus & maturus. Lucret. lib. 3. 136.
Perfracta arma cædibus corporaq;. Valer. lib. 6. Argon. 37.
Pigrum corpus. Stat. 10. Theb. 21.
Plenum corpus, Repletum cibo. Hor. 1. Epiſt. 7. 7.
Plenius corpus. Quint. lib. 2. cap. 4. 4.
Prædura corpora. Virg. 2. Georg. 107.
Præſtanti corpore taurus. Virg. 4. Georg. 108.
Magnitudine, uiribus, firmitate, patientia, uelocitate præſtantiora corpora in illis mutis uidemus. Quintilian. libro 2. cap. 16. 8.
Prima corpora, elementa uocantur. Lucret. lib. 1. 19.
Procerum corpus caudæ. Lucret. lib. 3. 132. De ſerpente.
Prodigioſa, & monſtris inſignia corpora. Quintilian. libro 1. cap. 1, 2.
Prona corpora. Stat. 12. Theb. 58.
Protecti corpora ſcutis. Virg. 8. Aen. 130.
Pulchrum corpus. Virg. 5. Aen. 69.
Quaſſatum corpus uiribus æui. Lucret. lib. 3. 91.
Rarum corpus dicitur, cui contrarium eſt Denſum. Lucret. libro 2. 172.
Rectum corpus. Quint. lib. 2. cap. 13. 6.
Reſolutum corpus. Ouid. 7. Met. 66.
Reſupinum corpus. Ouid. 2. Met. 26. Et lib. 12. 28.

Digitized by Google

Rigens metu corpus. Senec. Thyeſte, 8.3.
Salubria corpora. Tacit. lib. 21.
Sancta diuûm corpora. Lucret. lib. 1. 202.
Sanum corpus. Iuuenalis Satyra, 10. 36.
Semianimum corpus. Lucret. lib. 6. 255.
Semifero corpore mater Colaxis, quæ ancipiti erat forma, humana & ſerpentina. Valer. lib. 6. Argon. 11.
Semimarmum corpus dicitur, quod naturam habet duplicem, ab una parte aquis, ab altera terris conuenientem, qualis eſt caſtorum. Lucret. lib. 5. 178. De Scylla.
Senex corpore, nunquam animo. Cic. de Senect. 34.
Sicciora cornu corpora. Catullus epig. 20. 3.
Simulatum corpus, id eſt, imago corporis alicuius. Ouid. 10. Metam. 51.
Sine nomine corpus, id eſt, ſine agnitione. Virgil. 2. Aeneid. 112. Seruius.
Solidum corpus. Lucret. lib. 1. 101.
Sparſum corpus Senatus. Lucan. lib. 7. 59.
Spacioſum corpus. Ouid. 3. Met. 12.
Spirantia corpora. Lucan. lib. 1. 74.
Spiſſum corpus. Lucret. lib. 6. 26.
Spoliatum lumine corpus, id eſt, occiſum. Virgilius 12. Aeneid. 185.
Subductum corpus, id eſt, attenuatum. Ouidius 1. Amorum, eleg. 6. 2.
Subtile corpus uentorum. Lucret. lib. 4. 182.
Superbum corpus. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 22.
Syncerum corpus & ſine uulnere. Ouid. 12. Met. 20.
Tenerum corpus. Virg. 2. Georg. 5.
Terrenum corpus. Lucret. lib. 2. 223.
Transformia corpora, Quæ in uarias figuras mutari poſſunt. Ouid 8. Met. 176.
Tenue corpus. Celſ. lib. 2. cap. 8.
Truncum corpus. Seneca Hercule furente, 11. 27.
Tuta corpora, & Periculis opportuna, contraria. Celſus in Præfat. lib. 2.
Vaſtum corpus, Procerum. Seneca Hippol. 6. 14. & 10. 9.
Veſcum corpus. Plin. lib. 7. cap. 20. 1.
Violatum crimine corpus. Silius lib. 17. 8.
Vitioſum corpus. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 22.
Vulſum corpus. Quintilian. lib. 5. cap. 9. Id eſt, abs quo euulſi ſunt pili.
Abiecta corpora oſtentui. Tacit. lib. 1.
Abit ferrum in corpus. Vide Abeo.
Abſcedere à corpore. Tacit. lib. 1. & 3.
Abſtrahere ſe à corpore. Vide Abſtraho.
Abſumpti corporis ignes. Id eſt, corporis cremati. Silius libro 13. 90.
Affectum corpus, Hoc eſt, læſum. Liu. lib. 9. Decad. 1.
Labore & uigiliis affecta corpora. Liu. lib. 6. Decad. 4.
Agitare corpus. Ouid. 3. de Arte, 146.
Procul impudicos tactus corpore à caſto amouere. Seneca Hipp. 5. 23.
Applaudere corpus. Ouid. 4. Met. 71.
Auellere corpus truncis. Ouid. 2. Met. 36.
Concruciari omni corpore. Vide Concrucior.
Corpora condire. Vide Condio.
Condere corpus ſepulchro. Ouid. 8. Met. 47.
Conficere corpus ſuum in labore. Vide Labor.
Corripere è ſtratis corpus. Virg. 3. Aen. 36.
Corripere è ſomno corpus. Virg. 4. Aen. 115.
Morbi corripiunt corpora. Virg. 3. Georg. 93.
Dare tumulo corpora fumantia. Ouid. 2. Met. 32.
Dare corpus ſomno. Ouid. 2. Faſt. 66.
Decedunt corpore febres. Lucret. lib. 2. 7.
Decorare corpora. Quint. lib. 5. cap. 12. 16.
Deflectere corpus prono pondere. Catul. in Carm. Nupt. 11.
Defuncta corpora uita. Virg. 4. Georg. 95.
Delecta uirûm ſortiti corpora. Virg. 2. Aen. 4.
Demittere corpus morti. Ouid. 3. Met. 130.
Deponere corpus, id eſt, proſternere, aut in terram ſubmittere. Lucul. lib. 1. 52.
Deponere corpora ſub ramis arboris, Sedere in umbra. Virg. 7. Aeneid. 22.
Depreſſum corpus. Ouid. 3. Met. 135.
Deſerere corpora boum luco. Id eſt, boues ipſos. Virgilius 4. Georg. 109.
Deuoluere corpus in humum. Ouid. 7. Met. 117.
Tela manuſq; dirigere in corpus alicuius. Virg. 6. Aen. 12.
Diſtorta, & quocunq; modo prodigioſa corpora. Quintil. lib. 2. cap. 5. 8.
Diſtrinxit ſummum corpus arundo. Ouid. 8. Met. 77.
Diuellunt corpora leones. Ouid. 4. Met. 23.
Diuellere corpus. Virg. 4. Aen. 120.
Debitoris corpus inter creditores diuidere. Quintilian. lib. 3. cap. 6. 60.
Diuiſum corpus in membra fecare. Senec. Thyeſt. 8. 28.
Educere corpore telum. Virg. 10. Aen. 148.
Pictores corpora quàm ſpecioſiſſima pingendo, fingendóue effingere. Quint. lib. 5. cap. 12. 15.
Effringere corpus alicui. Senec. Theb. 1. 39.
Eiurare corpus. Catul. de Berecynthia.
Elidunt corpus trunci. Lucan. lib. 2. 42.
Exanimatum corpus. Ouid. 2. Met. 27.
Exercendi corpora peritus. Quint. lib. 2. cap. 8. 8.
Exercita curis corpora. Ouid. 7. Met. 129.
Exhauſtum corpus. Stat. 6. Theb. 134.
Alicuius corpus experiri. Quint. lib. 2. cap. 8. 3.
Excitare corpus. Celſ. lib. 1. cap. 1.
Excedere. Celſ. lib. 5. cap. 6.
Expiare. Senec. Hipp. 10. 24. Id eſt, recuperare.
Extenuare fame. Celſ. lib. 8. cap. 9.
Extenuatur corpus longo morbo. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Fera corpora ferri. Lucret. lib. 2. 21. Fera uocat, quòd ad feritatem eo utamur.
Fingere corpus, Formare, inſtaurare, redintegrare. Seneca Hipp. 12. 22.
Fingere corpora lingua. Virg. 8. Aeneid. 125. Id eſt, tergere. Cic. in Feſtiana, Spongijs ſanguis effingebatur: id eſt, tergebatur. Seruius.
Firmare corpus athletico uictu. Celſ. lib. 4. cap. 6.
Formare corpora ad quoſdam membrorum flexus. Quint. lib. 1. cap. 1. 17.
Frangere corpora. Virg. 3. Aen. 125.
Frigent effœtæ in corpore uires. Virg. 5. Aen. 78.
Fundere corpora humi. id eſt, proſternere. Virg. 1. Aen. 40.
Vino ſomnoq; per herbam corpora fuſa. Virg. 9. Aen. 66.
Latè fuſum corpus. Tacit. lib. 13.
Glomeratur corpus niuium ſpiſſa grandine. Ouidius 9. Metamorph. 45.
Corpus hebet ſomno. Valer. lib. 4. Argon. 9.
Humare corpus. Virg. 6. Aen. 32.
Iactare corpus in toto cubili. Lucan. lib. 5. 163.
Immittere corpus in undas. Ouid. Epiſt. 2. 27.
Implicare corpus cadens laqueo. Senec. Hipp. 10. 19.
Flammis imponere corpus. Sil. lib. 13. 93.
Lecto. Quint. lib. 6. cap. 1. 24.
Imprimere corpus. Vide Imprimo.

Digitized by Google

Incondita corpora, id est, non sepulta. Lucan. lib. 6. 21.
Inflantur corpora non robore, sed ualetudine. Quintilian. lib. 2. cap. 3. 7.
Infodere corpora terræ. Vide Infodio.
Inhumata corpora. Virg. 11. Aeneid. 5.
Inscribere corpus uulneribus. Vide Inscribo.
Insuescere corpori meretricis. Vide Insuesco.
Iungere corpus cum corpore. Lucret. lib. 4. 240.
Languent corpora tristi morbo. Virgil. 4. Georg. 53. Lucret. lib. 4. 188.
Lasciua iactare corpora. Ouid. 3. Met. 138.
Laniatus toto corpore. Virg. 6. Aen. 99.
Leuare corpus, pro Recreare & reficere. Hor. 2. Epist. 129.
Librare corpus in alis. Ouid. 8. Met. 41. de Dædalo.
Fessum corpus mandare quieti. Lucret. lib. 4. 171.
Marcet annis corpus. Lucret. lib. 3. 193.
Mouere corpus ex statu quo detinetur. Cels. lib. 3. cap. 16.
Ex somno corpora moliri. Liu. lib. 6. Decad. 4. Vide Molior.
Obiectare corpus bello. Virg. 4. Georg. 44.
Obruta corpora mole aliqua. Ouid. 1. Met. 32.
Obsessum frigore corpus Ouid. 9. Met. 117.
Pauefacta corpora. Ouid. 5. Met. 128.
Pendet corpus in aquis, id est, natat. Ouid. Epist. 18. 30.
Perfusum corpus eterno frigore lethi, id est, morituum. Lucret. lib. 4. 187.
Præbere corpora plagis. Ouid. de Nuce, 35.
Procurare corpora, id est, continuari. Virg. 9. Aen. 33.
Proijcere corpus, pro Obijcere periculis, & quasi deuouere. Catul. Argon.
Pungere corpus. Lucret. lib. 2. 93.
Reddere corpus expeditius. Cels. lib. 2. cap. 1.
Reddere corpus morbo dicitur quies & somnus, quum discedentibus illis, ad curas & dolores nostros reuertimur. Senec. in Herc. Oeth. 11. 3.
R. laxatum corpus. Cels. lib. 2. cap. 1.
Releuare corpus è terra. Ouid. 9. Met. 64.
Replere corpora carne. Ouid. 12. Met. 32.
Rodere corpus. Cels. lib. 5 cap. 6.
Satiare corpora. Lucret. lib. 4. 222.
Secuerunt corpora uepres. Virg. 3. Georg. 87.
Sinuare corpus in orbes. Ouid. 9. Metam. 13. De Acheloo in anguem mutato.
Soluere corpus in uenerem. Virg. 4. Georg. 40.
Sternere corpus. Virg. 12. Aen. 20.
Subesse corpori. Cels. in præfat. lib. 1.
Superinducti corporis speciem adijcere. Quintilian. libro 5. capite 8. 2.
Sustentare corpora epulis. Lucan. lib. 4. 63.
Tegere corpus abstrusum densa sepe. Senec. Theb. 2. 9.
Tegere corpus terra, Sepelire. Senec. in Theb. 1. 20.
Tenent corpus febres. Cels. lib. 3. cap. 9.
Tentatum frigore corpus. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 17.
Tenuatum corpus recreare. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 17.
Tingere corpus lymphis. Ouid. 2. Met. 46.
Aegrum corpus trahere. Virg. 3. Aen. 28.
Velare corpus. Ouid. 3. Met. 20.
Verberata corpora nudantur. Quint. lib. 6. cap. 1. 24.
Violare corpus uulnere. Virg. 11. Aen. 170.
Vorare corpus usq; ad ossa. Cels. lib. 5. cap. 28.
Vulnerare corpus. Tibul. 1. eleg. 2. 6.
Corpus arboris. Plin. lib. 12. cap. 5. 2, Superiores rami in excelsum emicant, uasto matris corpore.
Corpus, pro Opere aliquo scripto & uolumine. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 12. 13, A principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum, uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo, &c. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 15. 4, Sed utros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosq; nescio.
Corpus, pro Parte & tribu ac multitudine populi. Liu. 1. ab Vrbe, 69, Inter ordines certabatur, orundi ab Sabinis, ne, quia post P. Tatij mortē ab sua parte non erat regnatum, in societate æqua possessionem imperij amitterent, sui corporis creari regi uolebant. Id est, Sabinum.
Corpus ciuitatis. Liu. 6. bel. Pun. 2.
Collegiorum corpus. Caius in l. prima. §. in collegia. ff. quod cuiusq; uniuersitatis, Item collegia Romæ certa sunt, quorū corpus Senatusconsultis, atq; cōstitutionibus principalibus confirmatum est.
Reipublicæ corpus totum curare. Cic. 1. Offic. 120.
Vnum esse Reipub. corpus, atq; unius animo regendum. Tacit. libro 1.
Vt corpus unum, & concilium totius Peloponnesi esset. Liu. lib. 9. Decad. 4.
Vnius corporis esse. Liu. lib. 8. Decad. 4.
Defensor corporis. Vlpianus in l. iusiurandum & ad. §. defensor. ff. de iureiurando.
Concessa corpora. Caius in l. 1. §. paucis. ff. quod cuiusq; uniuersitatis, Paucis admo um causis concessa sunt huiusmodi corpora.
Conclamata corpora. Vide Conclamo.
Concußum corpus uulnere. Stat. 3. Sylu. 4. 14.
Risu totum corpus concutere. Quint. lib. 6. cap. 3. 8.
Contusa corpora magno labore. Lucret. lib. 4. 149.
Cremare corpus. Luca . lib. 8. 146.
Curare corpus. Virg. 8 Aeneid. 119.
Curare corpora somno. Vide Curo.
¶ Corpusculum. pen. corr Diminutiuum: unde atomos corpuscula uocat Cic. 1. Acad. 19. & lib. 4. 217. Et 1. Tuscul. 37.
Paruum corpusculum. Plin. lib. 10. cap. 29. 5.
Hominum corpuscula. Iuuenal. Satyr. 10. 18.
¶ Corpulentus, Adiectiuum (σύσαρκος), Obesi corporis homo, inquit Festus. Plaut. Epid. 2. 8,
Euge, corpulentior uidere, atq; agilior. Quem Græci σύσαρκον uocant, hoc est, bene carnosum.
Corpulentum pecus. Colum. lib. 6. cap 3. 4.
Litigator corpulentus. Quint. lib. 6. cap. 1. 35.
¶ Corpulentia, corpulentiæ (σύσαρκια) Carnositatem significat. Plin. lib. 11. cap. 53. 5, Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati utilius.
¶ Corporalis, & corporale, pen. prod. (σωματικὸς) ut, Corporalis bona apud Gellium, lib. 18. cap. 1. Id est, corporis. Et apud Quint. lib. 5. cap. 10, Incorporale legitur.
Corporale, pro Corporeo. Seneca, epist. 59, Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Item, Quod est, aut corporale est aut incorporale.
Corporalis possessio. Papinianus in l. debitor. §. ultimo. ff. de pignorat. actione. Soluta pecunia, creditor, possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet.
¶ Corporaliter, Aducrb. pen. cor. Vlpian. in l 1. ff quod legatorum, Si quis ex mortis causa donatione possiderat, utique cessabit hoc interdictū: quia portio legis Falcidiæ apud hæredem ipso iure remanet, etsi corporaliter res in solidum translatæ sunt.
¶ Corporeus, Adiectiuum (σωματώδης) Quod est ex substantia materiaq; carnea & solida. Cic. 2. de Nat. deor. 57, Contrà ille corporeus, uitalis, & salutaris omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensuq; afficit. De igne elementari loquitur.

Corporeum

Digitized by Google

Corporeum, & aſpectabile, itemq; tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natum eſt. Cic. de Vniuerſ. 16.

Artus corporei. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 13.

Corporea cicatrix. Plin. lib. 11 cap. 37. 10.

Dapes corporeæ. Ouid. 15. Met. 21.

Vox corporea. Lucret. lib. 4. 106.

¶ Corporor, corporaris, penul. corr. (σωματοποιέω, σωματοῦσθαι) corporari, pro Corpus effici. Plin. lib. 7. cap. 15. 3, Quibuſdam uerò ſæpius menſe, ſicut aliquibus nunquam: ſed tales non gignunt, quando hæc eſt generando homini materia, ſemine è maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerãte, quod deinde tẽpore ipſo animatur, corporaturq;. Hoc eſt, in unum corpus ipſa materia animalis coaleſcit, & formam accipit.

¶ Corporatus, pen. prod. (σωματωθεὶς) Participium. Cic. de Vniuerſ. 6, de mundo, Quã quidem cernitur, et tangitur, & eſt undiq; corporatus.

¶ Corporatura, pen. prod. (σωμάτωσις) Colum. lib. 6. cap. 2. 12, Humilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet eſſe, neruiſq; & muſculis robuſta, non adipibus obeſa. Vide Modus. Vitruui. lib. 6, Sed ex cælo roſcidus aer in corpora fundens humorem, ampliores efficit corporaturas.

¶ Corporatio, Idem (σωμάτωσις) Columel. lib. 6. cap. 2. 11, Item cuſtodiendum eſt, ne in corporatione, uel ſtatura, uel uiribus impar cum ualentiore iungatur.

Corrado] corradis, pen. pro. corraſi, corraſum (σωαφίζω) corradere, Totum radere, auferre, colligere. Terent. Adelph. 2. 2. 34, Minas decem corradet alicunde. Idem Heaut. 1. 1. 89,

——nihil relinquo in ædibus:
Nec uas, nec ueſtimentum: corraſi omnia.

Corradere aliquid alicui. Terent. Phor. 1. 1. 6.

Corrector, Correctio] Vide Corrigo.

Correpo] correpis, pen. prod. correpſi, correptum (ἕρπω) Correpere, Idem quod Repere. Ci. 1. de Nat. deor. 92, Quod quum efficere uultis, in dumeta correpitis. Lucan. lib. 8. 8, Exiguam uector pauidus correpſit in alnum. Lucr. lib. 5. 245, ——cui non correpunt membra pauore? Id eſt, ſternuntur corpore prolapſo, more reptilium.

Correpere intra murum. Varro in proœm. lib. 2. de re Ruſt. 3, Igitur quod nunc intra murum ferè patresfamiliæ correpſerunt, relictis falce & aratro, & manus mouere maluerunt in theatro, ac circo, quàm in ſegetibus. Per translationem.

Correpere in nauem. Cic. ad Attic. lib. 10. 204. 2.

Correptus] Vide Corripio.

Correus] correi, Qui cum alio reus eſt. Vlpianus in l. liberationem. §. nunc. ff. de liberatione legata, Si cum alio ſum debitor (puta duo rei ſumus promittendi) & mihi ſoli teſtator conſultum uoluit, agendo conſequor, non ut accepto liberer, ne etiam correus meus liberetur contra teſtatoris uoluntatem: ſed pacto liberabor. Sed quid ſi ſocij ſumus? Videamus, ne per acceptilationem debeam liberari, alioquin dum à correo meo petitur, ego inquietor.

Corrideo] corrides, pen. prod. corriſi (συγγελάω) corridere, Simul ridere. Lucret. libro 4. 17,

Omnia corrident concepta luce diei.

Corrigia] corrigiæ (ἱμάς) à Corrigo deductum eſſe nomen uidetur: & eſt lorum quo uerberabantur ſerui, ut corrigerentur & emendarentur. Quidam deducunt à Corio, quòd corrigiæ corio fierent.

Corrigia canina. Plinius lib. 30. cap. 4. 9, Id eſt, lorum ex pelle canina.

Corrigia calceamenti. Cic. 2. de Diuin. 127.

Corrigo] corrigis, pen. corr. correxi, correctum (διορθόω, κατορθόω, εὐθύω) corrigere. Ex Con & Rego, ſignificat Tortuoſum uel inclinatum dirigere. Plin. lib. 7. cap. 20. 3, Crotoniatam Milonem athletam, quum conſtitiſſet, nemo ueſtigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat.

Corrigere, per translationem, pro Emendare: ut, Corrigere mendum, Cic. 4. Verr. 72. Terent. Adelph. 4. 7. 22.

Corrigere & coercere præſentia exercitus aliquos. Plancus Cic. lib. 10. 15. 6.

Corrigere & Deprauare opponit Cic. 1. de Fin. 26.

Corrigi non poſſe, neque doceri ac aliquo. Cicero de claris Orat. 172.

Perſpicere, corrigere, tum deniq; edere epiſtolas. Cicer. Attico, lib. 16. 333. 18.

Corrigere aliquem. Terent. And. 3. 4. 17.

Corrigere aliquem ad frugem. Plaut. Trin. 4. 60.

Aliquem corrigere potius, quàm leuiter inflectere. Cicero pro Murena, 55.

Diligentia alicuius quod minus ſapienter ab alio prouiſum eſt corrigere. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 5.

Mores ciuitatis corrigere Cic. 3. de Leg. 47.

Noſmetipſos quaſi reprehendentes corrigere. Cic. in Orat.

Orationem aliquam corrigere. Cic. Att. lib. 15. 321. 8.

Peccatum alicuius corrigere. Ouid. 19. Epiſt. 25.

Sententiam alicuius corrigere. Cic. 8. Philip. 255.

Se ipſe correxit Iſocrates. Cic. in Orat. 102.

Tarditatem curſu corrigere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 16. 3, Curſu corrigam tarditatem cum equis, tum uelis.

Corrigere uina. Plin. lib. 15 cap. 29. 6.

Vitium legis, non iudicum ſententiam corrigere. Cicero pro Sylla, 47.

Vota ſua corrigere. Ouid. 2. Met. 18.

Ambitioſè corrigere aliquid. Cic. Att. lib. 15. 321. 8.

Facillimè corriguntur in diſcendo, quorum uitia imitantur ea mendandi cauſa magiſtri. Cic. 1. Offic. 204.

Corrigere atq; emendare. Cic. 1. Acad. 19.

¶ Corrigor, Paſſiuum (διορθοῦμαι) Terent. And. 3. 3. 38, At ſi corrigatur, quot commoditates uide.

¶ Correctus, Participium (διορθωθεὶς) Cicero 1. Academ. 19, Certè enim recentiſſima quæq; ſunt correcta & emendata maximè.

Laudatio correcta. Cic. Att. lib. 13. 296. 1.

¶ Correctio, Verbale (διόρθωσις, κατόρθωσις) Cicero 4. de Finib. 37, Hæc uidelicet eſt correctio philoſophiæ ueteris & emendatio, &c.

Adhibere correctionem. Cic. 3 Offic. 9.

Correctio, Figura eſt apud Rhetores: author ad Herennium, lib. 4. 186, Correctio eſt quæ tollit id quod dictum eſt, & pro eo id quod magis idoneum uidetur, reponit, hoc pacto, Quòd ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, imò immuiſſet modò, hoc facilè perfici poſſet. Item, Nam poſtquam iſti uicerunt, atq; adeò uicti ſunt, eam quomodo uictoriam appellẽ, quæ uictoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

¶ Corrector, Verbale (διορθωτὴς) Terent. Adelph. 4. 7. 24, Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. D. corrector. Ironia.

Corrector atq; emendator. Cic. pro Corn. Balbo, 14.

Inuidiæ corrector. Hor. 2. Epiſt. 1. 26.

Aſperitatis corrector. Hor. 2. Epiſt. 1. 26.

Corripio] corripis, pen. cor. corripiui, correptũ (ἁρπάζω, ἁρπάσω) corripere. Ex Con & Rapio, ſignificat Rapere, ſiue capere. Virg. 1. Aen. 39,

Conſtitit hic, arcũq; manu, celereſq; ſagittas Corripuit.

Corripere aliquem in neruum. Plaut. Rud. 2. 0. 34.

Corripere

Corripere morſu. Plin. lib. 10. cap. 40. 1.
Corripere ſeſe intrò: id eſt, celeriter ingredi, inquit Donatus. Terent. Hecyr. 3. 3. 5.
Corripere ſe repentè. Plaut. Mere. 12. 76.
Corripere ſeſe ad aliquem. Terentius Hecyra, 4. 1. 3, Ita corripuit de repentè tacitus ſeſe ad filiam. Id eſt, raptim intulit, ut ait Donatus.
Campum corripere certamine bijugo. Virgil. 5. Aeneid. 29, de equis.
E' ſomno, uel ſtratis corripere corpus. Virg. 4. Aeneid. 115.
Curſum corripere. Liu. 6. bel. Pun. 139.
Gradum corripere, accelerare. Horat. 1. Carm. Ode 3. 7.
Haſtam ui corripere. Virg. 12. Aen. 19.
Hominem corripi, ac ſuſpendi iuſſit. Cic. 5. Verr. 47.
Locum corripere. Valer. lib. 4. Argon. 131.
Extremus horror corripit lumina, de eo qui moritur. Valer. libro 6. Argon. 56.
Manu aliquid corripere. Virg. 1. Aen. 39.
Membra corripere, id eſt, contrahere. Lucret. lib. 5. 246.
Moras corripere. Ouid. 9. Met. 57.
Morbi ſingula corpora corripiunt. Virg. 3. Georg. 95.
Spacium corripere. Virg. 5. Aeneid. 63, Vbi Seruius, Corripiunt ſpacia, id eſt, raptim eunt, ut lib. 6,
—— & pariter greſſi per opaca uiarum,
Corripiunt ſpatium medium. Id eſt, raptim peragunt.
Viam corripere. Virg. 1. Aeneid. 85,
Corripuere uiam interea qua ſemita monſtrat. Vbi Seruius, Officium eundi celeriter arripuerunt: neq; enim uia corripitur. Hactenus Seruius. Metaphorica loquutio: quia qui feſtinant, uidentur raptim legere uel quod faciunt. Vtitur & Plinius Epiſt. 66, Subſiſtemus fortaſſe & ſequenti die: ſed tanto celerius uiam ipſam corripiemus.
Corripi aliquo dolore. Plin. Epiſtol. 12. 6, Sic Corripi comitiali uitio & dolore podagræ. Plin. lib. 20. cap. 17. 14.
Amore correptus. Ouid. 3 Faſt. 137.
Cupidine correpta fratris. Ouid. 9. Met. 92.
Corripi flamma. Liu. 8. bel. Pun. 121. Ouid. 2. Met. 20.
Imagine formæ correptus. Ouid. 3. Met. 84.
Morbis corripi. Celſ. lib. 6. cap. 18.
Corripere, Abbreuiare, & contrahere: unde correptas ſyllabas dicimus.
Corripere (παιδεύειν) pro Reprehendere. Plin. Epiſt. 3, Repeto me correptum ab eo cur ambularem. Corripimus uerò magis uerbis, quàm uerberibus.
Clamoribus iudices corripere. Cælius Cic. lib. 8. 2. 3.
Animum dolentem corripere. Lucan. lib. 7. 38.
Peccata alicuius corripere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 1.
Verbis corripere aliquem. Ouid. 18. Epiſt. 5.
Voce magiſtri correptus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 54.
Corripere, pro Caſtigare. Sueton in Auguſto, cap. 53, Quum ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet à mimo, O' dominum æquum & bonum: & uniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent: ſtatim manu uultuq; indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die grauiſſimè corripuit edicto, &c.
¶ Correptus, Participium (ἐπιλαμβάνεσθαι) Cicero, Antequam iret in exil. 11, Ego repentè ui Tribunitia correptus, non modò loquendi liberè in iudicio, ſed ne conſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem.
Correptum manibus tenere. Virg. 4. Georg. 81.
¶ Correptè, Aduerbium. Chariſius lib. 1, Tergum, dorſum eſt: & declinatur ſic, hoc tergum, tergi, tergo, pluraliter hæc terga, horum tergorum, productè. Tergus autem pellis, huius tergoris facit, pluraliter tergora, & genitiuo tergorum, correptè. Idem lib. 2, Tertiæ coniugationis uerba indicatiui modi, temporis præſentis, perſona ſecunda, is, literis, interdū productè, interdum correptè terminantur. Correptè, ut lego, legis: productè, ut audio, audis.
¶ Correptor, Verbale (παιδευτὴς) Seneca 2. de Ira, Placidus itaq; ſapiens & æquus erroribus, non hoſtis, ſed correptor peccantium.
Corriuor] pen. prod. corriuaris (συρροχετεύομαι) corriuari, Riuum ducere, ſeu facere. Plin. lib. 6. capite 14. 2, Anguſtias impedit corriuatus ſalis è cautibus liquor. Hoc eſt, permultis ueluti riuis fluens ſal liquidus. Idem, libro 31. capite 4. 7, Plerunque uerò damnoſi torrentes, corriuantur detracta collibus ſylua, continere nimbos, ac digerere conſueta. Plinius libro 36. cap. 15. 8, Per meatus corriuati ſeptem amnes.
¶ Corriuatio, Verbale (συρροχέτευσις) Plin. lib. 31. cap. 3. 14, Salix enim erratica, & alnus, aut uitex, aut hedera, ſponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem è ſuperioribus defluentis, augurio fallaci.
¶ Corriuales, pen. prod. (συνεράσται) Qui eandem amicam habent: uel quòd ad eundem riuum accedere uideantur: uel quòd inuicem contendant, ut ferè qui ex eodem riuo hauſtū petunt. Sipontinus. Vide Riualis. Quint. 14. Declamat. Si patior miſer illas lupanarium inſultationes, illa corriualium maledicta, conuitia.
Corroboro] corroboras, pen. cor. (κατισχύω, κραταιόω) corroborare, Robuſtum & fortem reddere. Sueton. in Galba, capite 6, Veteranum ac tyronem militem opere aſſiduo corroborauit.
Se corroborare, & uirum inter uiros eſſe. Cic. pro Cælio, 8.
Corroborare ſtomachum. Plin lib. 20. cap. 20. 3.
Se corroborat uox. Cic. pro Seſtio, 7.
Corroborare, per translationem. Cic. in Catil. 22, Qui ſpē Catilinæ mollibus ſententijs aluerunt, coniurationemq; naſcentem non credendo corroborauerunt.
Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie. Cic. Caſſio, lib. 12. 1. 2.
¶ Corroboratus, pen. prod. Participium (κατισχυθεὶς) Cicero pro Cælio, 32, Multarum rerum iucundiſſimarum uarietatem dedit, qua non modò hæc ætas, ſed etiam iam corroborata caperetur. & 5. de Fin. 104.
Corroboratis iam confirmatiſq; & ingenijs & ætatibus iudicandæ ſunt amicitiæ. Cic. de Amic. 63.
Vetuſtate, corroborata hominis ſceleratiſſimi audacia. Cic. pro Milone, 24.
Virtus Lacedæmoniorum non ſolùm natura corroborata, uerùm etiam diſciplina. Cic. pro Flacco, 49.
Corrodo] corrodis, pen. prod. corroſi, corroſum (διαβιβρώσκειν) corrodere, Simul rodere. Cice. 2. de Diuinat. 86, Nos autem ita leues atq; inconſyderati ſumus, ut ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus.
Corroſæ inſulæ. Varro 3. de re Ruſt. cap. 17. 5.
Oſſa corroſa. Iuuen. Satyr. 15. 8.
Corrogo] corrogas, pen. correp. (ὁραγίζω) corrogare, Idem quod Rogare multis precibus, addere, aſciſcere. Cice. 3. Philipp. 138, Conuenerunt corrogati, & quidam ampli homines. Idem pro Quintio, 13, Ipſe ſuos neceſſarios ab atrijs Licinijs, & à faucibus macelli corrogat, ut ad tabulā Seſtiam ſibi adſint. Liuius 3. belli Macedonici, 113, Magiſtratus nauium, mercatoresq; inuitare iuſſit, & uela cum artemonis ex naulbus corrogari iuſſit, ut umbra cœnantibus in littore fieret. Id eſt, colligi.
Corrogare nummos de nepotum bonis. Id eſt, colligere & congregare,

Digitized by Google

gregare,& quasi corradere. Cic. 5. Verr.158, Vasa, uestimenta corrogare. Author ad Heren. lib. 4.233.

Corrogati auditores dicuntur, quos ambitione recitator sibi conciliat. Quint. lib.10.cap.9.

Corrogata ad necessarios usus pecunia. Cesar 3. belli Ciuil. 401.

Corrotunda] corrotundas (συστρόφω) corrotundare. Senec. lib. 4. Natural. quæst. Præterea potest etiam, si non fuerit grando, talis quum defertur, corrotundari.

Corrudo] pen. pro. (ὅρμινον ἀγγεῖον) corrudæ, Syluestris asparagus uocatur. Columel. lib.10.36,

Prodit & asparagi corrudæ similima filo. Varr. 1. de re Rust. cap.23.4, Sicut umbrosis locis alia ferat, ut corruda, quod ita petit asparagus. Plin. lib.20.cap.10.2, Syluestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum uocãt, Attici orminium. Colum. lib.11.cap.3.34.

Corrugo] corrugas, pen. prod. (ῥυσόω) corrugare, In rugas contrahere: ut, Corrugare frontem, apud Plautũ, quod solent qui sunt tristes.

Nares corrugare. Hor.1.Epist.5.5.

Corrugatum acinum. Colum. lib.12.cap.39.3.

Corrugus] συνοχέτευσις, quid significet, declarat Plinius his uerbis, lib.33.cap.4.8, Alius par est labor, uel hoc maioris impendij, flumina ad lauandam hanc ruinam iugis montium ducere obiter à centesimo plerunq; lapide: corrugos uocat, à corriuatione credo: nimirum & hic labor est.

Corrumpo] corrumpis, corrupi, pen. prod. (φθείρω, διαφθείρω, ῥήσσω) corrumpere, Vitiare, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. Plin. lib.13.cap.22.2, Quæ nec aqua, nec igni posset corrumpi.

Corrumpere & interlinere tabulas publicas. Cicero 4. Verr.72.

Corrrumpere & deprauare. Cic. pro Murena, 24.

Delinere & corrumpere. Cic. 1. de Finib. 51.

Corrumpere aliquem. Paulus in l. ut tantum. §. si seruus. ff. de seruo corrupto, Perinde atq; si proprius meus seruus corrupisset conseruum.

Corrumpere aliquem blanditijs, largitionibus, pecunia, precio. Cice. 1. de Finib. 51. Idem 3. de Legib. 57. Et 2. Offic. 76. Et pro Cecinna, 53.

Corrumpere aliquem ex optimo. Plaut. Mostel. 2.80.

Animum & mores alicuius corrumpere. Cic. 3. de Leg. 47. Terent. Hecyr. 2.2.6.

Concluſa aqua facilè corrumpitur. Cicero 2. de Natura deorum, 30.

Artus corrumpere febribus. Ouid. epist. 19.24.

Fontes corrumpere. Sallust. in Iugurt.

Fructum corrumpere, Africanus in P. & hæc. §. quum fundum. ff. locati, Tu quum annus tuus exiturus esset, consultò fructum sequentis anni corrupisti.

Chirographa debitorum corrumpere. Vlp. in l. Neratius. ff. de seruo corrupto, Si seruo persuasi, ut chirographa debitorum corrumpat. uidelicet tenebor.

Consilium publicum corrumpere. Sallust. in Oratione quam habuit in Senatu.

Ocia corrumpunt corpus. Ouid. 1. de Ponto eleg. 6.1.

Curam comitum corrumpere. Ouid. 6. Met. 93.

Corrumpere igni. Sallust. in Iugurtha.

Literas corrumpere. Cic. 4. Verr. 63.

Catena corrumpit manus. Propert. lib. 3. eleg. 15.4.

Mentes corrumpere. Ouid. 2. Trist. 60.

Ocellos corrumpere lachrymis. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.12.

Oculos corrumpere. Plaut. Merc. 9.3.

Prauis opinionibus corrumpi. Cic. in Partit. 49.

Opportunitates corrumpere. Sallust. in Catil.

Pisces corrumpuntur. Terent. Adelph. 3.3.67.

Pollicitis corrumpere aliquem. Oui. 1. de Arte am. 72.

Rem familiarem corrumpere. Sallust. in Iugurth.

Corrumpere seipsum. Plaut. Merc. 10.1.

Seruum hæreditarium corrumpere. Vlp. in l. hæc actio. §. sed & si quis. ff. de seruo corrupto, Sed & si quis seruum hæreditarium corruperit, hac actione tenetur.

Corrumpi situ. Plaut. Trucul, 19.21.

Solicitare uerbis, spe, præmijs q; corrumpere aliquem. Cic. pro Deiotaro, 1.

Spem corrumpere fraude. Ouid. epist. 29.26.

Corrumpitur stipulatio. l. 2. ff. de seruit. leg.

Vitio corrumpi. Lucret. lib. 6.4.

Vngues corrumpere dentibus. Propert. lib. 2. eleg. 4.1.

¶ Corruptus (διαφθαρμένος) Participium: siue Nomen ex participio: ut, Corruptum iudicium, Cic. pro Cluent. 2. Idem libro 13. capite 2, Quando etiam corruptissimo in genere, &c.

Corruptus & perditus. Cic. 2. in Catil. 30.

Corrupta sum atq; absumpta. Plaut. Amph. 17.6.

Corruptus & ab hominibus nequam inductus adolescentulus. Cic. pro Rosc. Amer. 22.

Aetas corruptior. Lucan. lib. 10.23.

Animus corruptus. Brutus Cic. 4.4.

Ceres corrupta undis. Virgilius 1. Aeneidos 37, Ceres, frumentum.

Ciuitas in barbarum corrupta. Tacit. lib. 5. de Seleucia.

Consuetudinem uitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendare. Cic. de clar. Orat. 141.

Corporis corrupti humor ater. Lucret. lib. 3.102.

Corrupti macie equi. Cæsar 3. bel. Ciuil. 225.

Filius & filia corrupti. Paulus in l. ut tantum. ff. de seruo corrupto, De filio filiáue familiâs corruptis huic edicto locus non est.

In eloquendo nihil corruptum, obscurumq; sit. Quintilianus lib. 6. cap. 5.3.

Ingenio corruptus ac timidus. Quint. lib. 2. cap. 8.5.

Iter factum corruptius imbri. Horat. 1. Serm. Satyr. 5.19.

Corrupta & contaminata paucorum uitio ac turpitudine iudicia. Cic. 1. Verr. 138.

Iudex corruptus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2.2.

Largitionibus corruptus est populus Romanus, ut sese ac fortunas suas uenales habeat. Sallust. in Cic. 1.

Litera Græca corrupta sono Latino. Ouid. 5. Fast. 39.

Mores corrupti depranatiq; admiratione diuitiarum. Cice. 2. Offic. 104.

Os, sermoq; corruptus in peregrinum sonum. Quintilian. lib. 1. cap. 1.10.

Sanguis corruptus. Lucret. lib. 6.242.

Secula corrupta. Claud. 2. in Eutrop. 23.

Senatus corruptus. Cic. pro Rab. Posth. 4.

Tractus cæli corruptus. Virg. 3. Aeneid. 28.

Victoria toties corrupta. Tacit. lib. 20.

Virgo corrupta. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7.6.

Voluptas corrupta dolore. Horat. 1. Serm. Saty. 2.

¶ Corruptè, Aduerbium (διαφθαρμένως) Cic. 1. de Fin. 107, De quibus neq; deprauatè iudicant, neq; corruptè.

¶ Corruptor, Verbale (διαφθορεύς) Qui corrumpit: ut, Corruptor iuuentutis. Cic. in Catil. 30.

Animosus corruptor. Tacit. lib. 17.

Tribus uenditor & corruptor & sequester. Cic. pro Planc. 31.

Corruptor & adulter. Cic. 5. Verr. 4.

Nurus corruptor auarę. Iuuenal. Satyr. 1.8.

¶ Corruptrix,

Digitized by Google

¶ Corruptrix, Verbale fœm. (διαφθαρτὶς) Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1.28, Tam depraualis moribus, tam corruptrice prouincia.

¶ Corruptio, Verbale (διαφθορὰ) Cic. 4. Tuscul. 43, Morbũ appellant totius corporis corruptionem.

¶ Corruptela, corruptelæ, pen. prod. (φθορὰ) Quod corrumpit & contaminat. Terent. Adelph. 5.3.7, Cõmunis corruptela nostrũm liberũm. Sub. adest. Cic. 2. Offic. 77, Melius etiam, quòd largitionem, corruptelam dixit esse.

Dulcedine corruptelaq; deprauari. Cic. 2. de Leg. 62.

Moliri corruptelam iudicij. Cic. in Parad. 58.

Malæ consuetudinis corruptela. Cic. 1. de Leg. 48.

Corruptelæ mulierum. Cic. 4. Verr. 93.

Corruo] pen. corr. corrui, corrutũ, pen. corr. (καταπίπτω) corruere, Idẽ quod Ruere, siue simul ruere. Liu. 1. ab Vrbe, Duo Romani super alium alius, uulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 12. 3, Et ille penè timore, ego risu corrui.

Arbor corruit. Ouid. 8. Metam. 157.

Equus corruit. Sil. lib. 17. 28.

Oppida corruerunt. Cic. 1. de Diuin. 132.

Corruit igne rogus. Ouid. 13. Metam. 132.

Saucius ense corruit. Propert. lib. 2. eleg. 9. 5.

Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Cic. Atti. lib. 14. 305. 4.

Vrbs tota Lacedæmoniorum corruit. Cic. 1. de Diuin. 183.

Frangi & corruere. Cic. 3. de Orat. 4.

Corruere, pro Labi & errare. Cic. de Senect. 59, Nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.

Corruisse opes dicuntur, quæ corruptæ sunt. Cic. Offic. 119.

Corruere aliquem. Catull. ad Mallium, 63. 11.

Cors] cortis. Vide Chors.

Corseæ] κορσίαι, Stephano. Insulæ sunt Ioniæ adiacentes, è regione Sami. Plin. lib. 5. cap. 31, Ioniæ ora Aegeas & Corseas habet.

Corsi] κόρσοι, Populi Sardiniæ, quorũ meminit Pli. li. 3. c. 7.

Corsica] pen. corr. (κύρνος, κόρσικα) inquit Plin. lib. 3. ca. 6, Insula in mari Ligustico, quam Græci Cyrnon appellauere, sed Tusco propior, à Septẽtrione in Meridiem proiecta, &c. Iuuenal. Saty. 5,

Mulus erit domino, quem misit Corsica, uel quem
Tauromenitanæ rupes. Notißima est uino præstante, duratẽ etiamnũ nomine: inter quam & magis Meridianã Sardiniam angustũ mare interfluit. De qua sic Ptolemæus lib. 3. cap. 2, Cingitur ab Occasu quidẽ & Septentrionibus mari Ligustico: ab Ortu autem Tyrrheno mari, à meridie pelago quod inter ipsam & Sardiniam interiacet. Scribit Strabo Corsicam maligne coli, asperam, & plurimis in partibus inaccessibilem, adeò, ut qui eius montes habitant, ex latrocinijs uitam degant, immanitateq; feras ipsas superent. Hinc factum esse dicit, ut quum Romani Imperatores in eos irruerant, magnum seruorum gregem captum aduehant. Corsicæ forma apud Ptolemæum 6. Europæ tabula depingitur. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideo longæuos esse, quòd mellis cibo quo plurimũ abundant, utantur assidue. Quod mirum uideri potest, quum eius insulæ mel, ob taxi copiam, uenenatum sit, ut est testis Ouid. Elegiarum primo, 12,

Melle sub infami Corsica misit apis. Præterea Seruius grãmaticus Corsicana mella esse amara scribit, in Vir. Geor.

¶ Corsicus, pen. corr. (κυρνᾶος) Adiectiuum: ut, (lib. 4.

Apis Corsica. Ouid. 1. Amorum, eleg. 12. 2.

Mare Corsicum. Senec. Octau. 7. 2.

Corsoides] κορσοειδὲς, Lapis canitiei hominis similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cortex] masc. & fœm. gen. (φλοιὸς, πίλυρος, λέπος) uelut corium & operculum, ac crusta quædam ipsarum præcipuè arborũ & plantarum, qua ueluti cute & corio cõtegun tur & cõmuniuntur aduersus aeris externi iniurias. Virgil. lib. 7. Aeneid, —raptus de subere cortex. Idẽ in Bucol. eclog. 6. 13, Tum Phaethontiadis musco circundat amarã Corticis. Ouid. 1. Metamorph. (Finib. 57.

Sẽtit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus. Cic. 5. de

Denudat foliis ramos, & cortice truncos. Cic. in Arato, 14.

Obducuntur libro aut cortice trunci, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Cic. 2. de Natu. deor. 179.

Cauati cortices. Virg. 2. Georg. 78.

Decepto cortice nuda ligna. Ouid. de Nuce, 8.

Direpto cortice cedrus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 15. 3.

Discussus cortex. Ouid. 8. Metamorph. 151.

Sectus cortex. Ouid. 9. Metam. 132.

Scissus cortex. Ouid. 10. Metam. 103.

Amara cortex. Virg. 6. eclog. 13.

Cauus. Virg. 2. Georgic. 91.

Exilis. Claudian. epigram. 5. 10.

Lentus. Ouid. 9. Metam. 71.

Rugosus. Ouid. epist. 5. 6.

Siccus. Ouid. 8. Metam. 129.

Viridis. Ouid. 2. de Arte, 130.

Leuior cortice, id est, leuis admodum & inconstans. Horat. 3. Carm. ode 9. 5.

Cortex, alijs tenuis, ut lauro, tiliæ: alijs crassus, ut roboris: alijs leuis, ut malo, fico. Idem scaber roboris, palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur sponte, ut uitis: quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni: carnosus suberis, populo: membranaceus, ut uitis, harundinis: libri similis, cerasi: multiplex tunicis, ut uitibus, tiliæ, abieti. Quibusdã simplex, ut fico, harundini. Plin. lib. 16. cap. 31.

¶ Corticula, huius corticulæ, pen. prod. (φλοιάριον) Diminutiuũ. Colum. lib. 12. cap. 47. 9, Tum resolutis corticulis eximus eum.

¶ Corticatus, pen. prod. (φλοιοδὴς) Quod corticem habet. Colum. lib. 12. cap. 23. 1, Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

¶ Corticosus, pe. prod. Adiec. (φλοιώδης) Plin. lib. 20. ca. 19. 1, Syluestrium unũ genus ceratitin uocant, nigrũ, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa. Id est quæ corticẽ habet.

¶ Corticata, Insula præcipui nominis in citeriore Hispania, ut refert Plin. lib. 4. cap. 20.

Cortina] pen. prod. (γόρτυνα) Cretæ insulæ urbs, ut scribit Pomponius Mela, lib. 2. Et Plin. lib. 4. cap. 12. à qua Cortinia tela Silius dixit lib. 1. Et Cortiniã uestẽ, pro uenatoria, Claudian. lib. 2. de Rapt. Proserp. posuit. Vide illic Ianũ Parrhasium. Sed inprimis aduerte apud Plinium, Pomponiũ, et alios, legi Gortyna, et Gortynia: quæ uera est orthographia.

¶ Cortinius, Adiectiuum: ut, Stabula Cortynia, Virg. 6. eclog.

Cortina] huius cortinæ, pen. prod. (τρίπους) Vas rotundum tres pedes habens ad coronæ similitudinẽ. In hoc uasis genere aqua calefieri solebat. Dicta cortina, uel à corio, quasi carina, quòd quæ nũc ex ære, apud ueteres ex corio bubulo fiebant: uel quòd hoc uasis in cortibus uillaticis ad calefaciendas aquas uterentur, & uina decoquenda, & reliquos uillæ usus. Plin. libro 27. cap. 2. 2, Aquæ marinæ sextarios quinq; pariter decoquebãt, decies defruescẽte cortina, atq; diffundebãt, inueterabantq;. Hæc Sipõtinus. Vide sequentia.

Cortinæ sunt uasa ex ære uel plumbo, in quibus pigmenta, colores q; coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & ueliera pinguntur immersa. Plin. lib. 35. cap. 6. 16. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæresci ceris cortinis. Idẽ lib. 15.

Digitized by Google

cap.6, Preterea conchas & plumbeas cortinas ære uitiari.

Cortinam plumbeam Cato cap.66. accipit pro eo uase in quo oleum fluit è torculari, Cortinam (inquit) plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat.

Cortinæ apud Plautũ in Pœnul.19.12.pro uase à nonnullis accipitur. Suntq; qui uerba Plauti ad seruituti mancipatos homines referant, qui turpes humillima etiam exercebant officia. Ait enim Plautus, Ita replebo atritate, ut atrior multo fiet, quàm Aegyptij, aut qui cortinã ludis per circum ferunt.

Cortinã Seruius accipit pro tripode uel cauerna Apollinis, unde responsa dabantur, uel quòd Apollinis tripus corio Pythonis serpentis tectus sit, uel certa illic responsa fundantur, quasi certina. Virg.6.Aeneidos, —neq; te Phœbi cortina fefellit. Vel, quod uerius est, quia illic cor uatis tenetur. illuc enim raptæ Phœbades uaticinabantur. Quum autẽ hæ cortinæ Apollini Delphico antiquitus dicarentur, alio nomine Delphicæ sunt nuncupatæ. Plin.lib.34.cap.3.4, Ex ære fictitauere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Siponticus hanc Seruij interpretationem ridet, his uerbis, Eant nunc Seruius & qui eum sequuntur, cortinamq; locum, siue cauernam esse dicant, in qua oraculum dabatur, diciq; uel quòd, &c. & paulò pòst, Nam quod apud Varronem cortinam scriptum est à corde dictam, manifestus librarij error est, & pro Corde, corte scribendum.

Auernalis cortina Sibyllæ.Propert.lib.4.eleg.1.16.

¶ Cortinale, huius cortinalis, pen. prod.n.g. (τριποδεῖον) Locus in quo sunt cortinæ, hoc est, uasa quibus sapa decoquitur.Colum.lib.1.cap.6.12, Cortinale ubi defrutum fiat nec angustum nec obscurum sit, ut sine incommodo minister, qui sapam decoquet, uersari possit.

Corton] κορτών, Thessaliæ ciuitas, distans à Cranone centũ circiter stadijs.Stephan.ex Strab.

Cortona] κόρτωνα, Ciuitas Tusciæ, à qua Cortonẽses.Dionysius uocat eam Cortoniam: & inde Cortonienses formauit. Hæc autem Corton dicebatur. Liu.lib.9.ab Vrbe, 197, Itaq; à Perusia et Cortona & Arretio, quæ fermè capita Heturiæ populorũ ea tempestate erant, legati pacem fœduscq; ab Romanis petentes, &c.

Cortyna] Vide Cortina.

Coruinus] cognomento Valerius, ob auxilium propugnationemq; corui alitis sic dictus, cui statuam diuus Augustus in foro suo statuendam curauit, in cuius capite corui simulacrum est, rei, pugnæq; monimentum. Historiam integram uide apud Gellium, lib.9.cap.11.

Coruncanus] pen.prod. (κορυγκανὸς) Primus de plebe Pontifex Max. factus, teste Liuio. Eius meminit Cic. in orat. Pro domo sua ad Pontifices, & peritissimum Pontificẽ fuisse dicit. Is quum legatus ad Teucam Illyricorum reginã missus esset, in reditu contra ius gentium interfectus est.

Corus] ἀργέστης, Ventus (ut ait Plin. lib.2.cap. 47.2) ab occasu solstitiali flans. Zephyron & Argesten uocãt. Iuuen. Saty. 14,

Atq; habitas Coro semper tollendus & Austro.

Feriens pontum Corus.Seneca Thyest.7.7.

Cæli fuscator Eoi Corus.Lucan.lib.4.14.

Hyberni Cori.Virgil.5.Aeneid.26.

Imbrifer Corus.Seneca Hippol.11.2.

Corus mouens æstus.Lucan.lib.5.120.

Ocyor nubes glomerante Coro.Seneca Hippol.6.1.

Violentus Corus.Lucan.lib.7.25.

Corus, aliàs Caurus dicitur.Virg.3.Georg.71.& 96.

Corus, Mensuræ genus, & uox Hebraica est, quæ medimnos Atticos unum & quadraginta capit, ut Iosephus lib.3.Antiquitatum scribit.

Coruſco] coruscas (ἀστράπτω, γιλῶ) coruscare. Splendere.Cic.3.de Orat.86, Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit. Virg. Pœnusq; coruscat.

Flammæ coruscant apices. Stat.12.Thebaid.87.

Fulgore quodam coruscare. Virg.4.Georg.20.de Apibus.

Ignis coruscat. Virg.5.Aeneid.128.

Pennis coruscant apes. Virg.4.Georg.15.

Telis facibusq; coruscare. Valer.lib.1.Argonaut.141.

Clypeus coruscans. Claud.6.Panegy.6.

Coruscare mucronẽ, Vibrare. Sil.lib.17.93. Et Virg.10.Aenei. Hastam coruscare. Virg.12.Aeneid.87. (130.

Telum coruscare. Virg.12.Aeneid.178.

Coruscare pro Crispare. Virgilius 11. Aen. & Iuuen. Saty.3. 25. Seruius.

¶ Coruscus (ἀστράπτω) Adiect. Resplendens. Virg.2.Aen. —stat ferri acies mucrone coruſco Stricta. Ibidẽ 25, Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ Luminibus flammæ arrectis.

Auro coruscus. Virg.9. Aeneid.33.

Capitis insigne coruſci. Stat.lib.5.Theb.115. de serpẽte quodã.

Fulgura coruſca. Lucret.lib.5.60.

Ignis coruscus. Horat.1.Carm.ode 34.2.

Lampadibus coruscis densum funale. Ouid.12.Metam 50.

Exultat telis, & luce coruscus ahena. Virg.2.Aeneid.94.

Radij coruſci. Ouid.1.Metam.155.

Sol coruscus. Virg.1.Georg.47.

Tela Coruſca. Seneca Oedip.14.7.

Tractus coruſci flammarum. Lucan.lib.2.54.

Viri ferroq; auroq; coruscei. Stat.lib.4.2.

Coruſca uis fulminis. Cic.2.Tusc.36.

Coruus] corrui (κόραξ) Auis nota, quæ Græcè κόραξ dicitur. Vide Plinũ. Cic.1.de Nat.deor.186, Miluo est quoddã bellum quasi naturale cũ coruis. Cic.1. de Diuin. 43, Quid augur? cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum?

Loquax coruus. Ouid.2.Metam.52.

Coruus crocitat. Autor Philomelæ apud Ouidium, 6.

Coruos in cruce pascere, est suspendi. Horat.epist.7.10.

Coruus ridetur inter Ledæos olores. Martial.lib.1.49. Prouer.

Exercitus coruorum. Virg.1.Georg.77.

Hiantẽ coruũ deludere. Horat.2.Ser sat.5.12. Vide Adagia Ex

Oscen coruus. Horat.3.Carm.ode 27.3. (rasmi.

Quantes gutture corui. Virg.1.Georg.85.

¶ Coruinus, Adiectiuum (κορακῖνος) ut, Coruinus adeps, Coruinum rostrum, Siponticus.

Coruus] piscis. Plin.lib.32.cap.11.4.

Coruus] κόραξ, Mons est in Aetolia, Strab.lib.9.

Coruorum portus] κορακῶν λιμήν, De hoc sic Strabo, Portum enim quendam in Oceani littoribus esse scribit, quẽ duorum coruorũ uulgò nominant, in eo quidem duos apparere coruos, dextris albicantes alis. Qui igitur ulla de re cõtrouersiam habent, illuc accedere, in sublimi loco posita ubella, utrinq; seorsum in ipsa lagana collocare. Ipsas debinc aduolãtes alites, partim cõmanducare, partim dissipare: cuius autem lagana dissipentur, illum uictorem euadere. Hæc ille, ex Artemidoro, ut inquit, lib.4.

Corybas] Corybantis (κορύβας) Lusonis, seu Iasionis uel Iasii, & Cybeles filius, à quo Corybãtes dicti sunt. Claudianus,

Non te progenitum Cybeleius ære canoro
Lustrauit Corybas. Sic.lib.1.de Raptu Proserp. 43.

Corybantes, Cybeles sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitaq; saltando iactantes, alios in similem rabiem agebant. Homerus βυτάρμονας uocat. Hinc (inquit Strabo lib.10.) qui capita saltãdo iactant, & numinis aspiration

ratione furijsq; agitantur, corybantas dicimus. Sunt qui Curetas & Corybantas, & Caberos & Idæos dactylos eosdem esse putent. Dictos uolunt à κορύπτειν, quod est caput saltando iactare: uel (ut Herm. in Cast. sentit) à pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας, uocant: quippe qui quũ Iouis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾶν est insanire: κακοδαιμονᾶν, est malo quodam genio agi. Diodorus Corybantum scribit Iasonis siue Iasionis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra Matris deûm in Phrygiam detulisse, eosq; qui in sacrificijs eius deæ incumbere uoluerunt, de suo nomine appellasse. Alij à galea dictos uolũt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galero quodam capita tecti insaniendo luderent. Horat. 1. Carm. ode 16. 2,

—non acuta
Sic geminant Corybantes æra.

¶ Corybantia, Substantiuè (κορυβάντια) loca sunt sacris & initiationibus Corybantum dicata, quæ ea forma dicuntur, qua psychomantia, & necromantia. Strabo, τὸ, τι κορυβάντιον τὸ οὐ τῇ ἀκροξενίᾳ τῆς νεῶ ἐλεξανδρέων χώρας ἐγγὺς σημεῖον. Hinc restituitur locus quidam apud Plinium lib. 11. cap. 37, cuius uerba sunt, Quin & patentibus dormiunt lepores, multiq; hominum, quos corybãtia regrediunt. Id est, quos corybantia in pristinum statum reuocant, & restituunt pristinæ sanitati, quum esse sani non uideantur, qui apertis dormiunt, nec conniuentibus oculis. Nec uerò quisquam debet offendi hac uoce Regredio, de qua uide Nonium. Porrò corybantiũ sacris multos morbis liberari diuinitus immissis opinio erat. In editis legitur, quod Græci corybãtian dicũt, sed nullo sensũ, quum hoc uerbum apud Græcos insanire, et corybãtas desiderare, hoc est furere significet. Ex Turnebo.

¶ Corybantius, Adiectiuum (κορυβάντιος) ut,

Aera Corybantia. Virg. 3. Aeneid. 23.

Corybissa] κορύβισσα, Ciuitas est in agro Scepsio, ad fluuium Heurientem & uicum cognominem, atq; etiam torrentem Aethaloenta. Vide Strab. lib. 10

Corybus] κόρυβος, Cretæ insulæ promõtorium, cuius meminit Strabo lib. 8.

Coryceon] Ioniæ promontorium, cuius meminit Plinius lib. 5. cap. 29.

Coryceum] neut. gen. Locus in quo coryco ludere solerẽt. Vitruuius ubi de palæstris: Sub dextro, coryceũ, deinde proximè conisterium. In omnibus fere libris corticeum legitur, sed uitiosè. Hinc quidã coryceum emendant, ut locus sit ubi puellæ sese exercere solitæ essent: sed coreum potius dici deberet: alij coureum, ut sit tonstrina. Turnebus coryceũ, uel quod idem est, coruceum legit, ut in quo coryco luderetur: de qua exercitatione scribitur ille apud Aristotelem iocus, lib. 2. Rhetoricõm, ὥσπερ φιλέμμων ἐγγυμαχῶν τῷ κωρύκῳ. Inde & κωρυκομαχία apud Cælium Aurelianũ, Tum uolutatio, inquit, in palæstra uaria, quam Græci Celadiam, & quam Corycomachiam uocauerunt. Exercitationem quoq; coryci & pilæ memorat Galen. ib. 2. de Sanit. tuend. κωρυκὸν autem sacculum significat, ut pugillatorij follis ludus ferè uideatur.

Corycium] κωρύκιον, Diminutiuum est à κώρυξ, quod significat peram, qua equites utũtur, ad circunferendũ ulaticum, uel aliud quiduis, uel etiam panarium, quod & βαλλάντιον Græci appellant, uel rete capiens panem. Suidas.

Corycus] pen. prod. (κώρυξ) Mons est Pamphyliæ præcelsus, ac portuosus, atq; ob id piratarũ insidijs opportunus; quos ab eo monte Corycæos uocabant. Hi nouam insidiandi rationem excogitarant. siquidem dispersi per portus Coryci montis, miscebant se negociatoribus, ut quisq; fortè appulerat, subauscultantes, & quid rerum portarent; & quo nauigare destinassent, deniq; quo tẽpore decreuissent soluere. Quæ simul atq; cognouerunt, renunciabant piratis, cũ quibus societatem maritimorum latrociniorum exercebãt. Atq; ita per occasionẽ simul adorti nauigantes spoliabant. Quæ res ubi mercatoribus esset comperta, pleraq; occultabãt, ac dissimulabant, insidiarũ metu. Sed quum ne sic quidem laterent, subodorantibus omnia. Corycæis, res in prouerbium abijt, Hũc Corycæus auscultauit: de re uehementer dissimulata, deprehensa tamen. Vsurpat hoc adagiũ M. Tullius lib. ad Atticum 10, epistola ultima, Itaq; posthac non scribam ad te quid facturus sim, sed quid fecerim. omnes κωρυκαῖοι uidentur auscultare quæ loquor. Erasmus in Chiliadibus.

¶ Corycus, uel Corycos, pen. corr. (κώρυκος) Oppidum est Ciliciæ, à quo non longè abest specus Corycius, præter alia mirabilia multa, etiam croci prouentu nobilis. Meminerũt huius Pomponius Mela, Solinus, Plinius, Strabo, alij.

Crocus Corycius. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 14.

¶ Corycides, appellatæ sunt Musæ à colle, uel antro potius Corycio in Parnasso Delphis proximo, cuius meminit & Lactius in Vita Pherecydis, et Apollonij Rhodij expositores, qui nuncupatum illud aiunt à Nympha Corycia, cuius & Apollinis Lycoreus filius fuit, à quo Delphici incolæ Lycoreis nũcupati sunt. Laertij uerba de Pherecydis morte sunt hæc: Quidam profectum Delphos, è monte seipsum deiecisse aiunt. Alterum præterea antrum Corycium & urbs in Cilicia fuit, uel croco nota.

Corydalis] κορύδαλις, Herba est inter nothas nomenclaturas Dioscoridi ascriptas, cuius tamen meminit Galenus, eamq; colicis prodesse scribit, lib. 11. Simplic. medicament.

Corydalla] Oppidum montanum in Lycia, de quo Plin. lib. 5. cap. 27.

Corydalus] κορύδαλος, Mons est in tractu ripaq; Thriasia, haud procul à Pharmacusis insulis, à qua & trib. una Corydalia ibidem. Author Strab. lib. 9.

Corydalus] κορυδαλὸς, Nomẽ est auis Seruio, in 2. eclog. Virgilij. Sunt qui Alaudam interpretentur.

Corydon] pen. corr. Corydonis, pen. prod. (κορυδών) Pastor Theocrito & Virgilio. Corydoni putant nomen inditũ ab aue corydalo. Vide Seruiũ in principio 2. eclog. Virgilij.

Corylus] coryli, pen. corr. f. g. (ἡ ἀκαλιωτικὴ καρύα, ποντικὴ καρύα) Arbor & fructus, à nostris auellana dicitur. Virg. 2. Georg. 13, Plantis eduræ coryli nascuntur.

Densæ coryli. Virg. 1. eclog. 3.

Duræ coryli. Virg. 2. Georg. 13, Duras autem dixit, non ad lignum, sed ad fructum ipsarum referens. Seruius.

Fragiles coryli. Ouid. 10. Metam. 19.

¶ Coryletum, pen. prod. (τῶν καρυῶν πλῆθος) Locus ubi coryli nascuntur. Ouid. 2. Fast. 118,

Illa modò in syluis inter coryleta iacebat, &c.

Corymbia] ę, Ferulæ caulis decoctus, muriaq; & melle cõditus. Plin. lib. 19. cap. 9, Semen ferulæ in Italia cibus est. Cõditur quippe, duratq; in urceis anni spatio. Duo eius genera: caules & racemi. Corymbiam hanc uocant, Corymbosq; quos condiunt.

Corymbion] Herba est quam Dioscorides λυχνίδα ψιφαυκιτικὴν, hoc est Lychnidem coronariam, appellat.

Corymbium] Redimiculum est muliebrium comarum, ut crobylus uirorum, scorpius puerorũ intelligitur. Petronius arbiter, Corymbioq; dominæ pueri adornat caput.

Corymbites] κορυμβίτης, Tithymali species, aliàs πλατύφυλλος uocata, à foliorum latitudine. Pisces necat, aluum soluit radice, uel folijs, uel succo: Plin. lib. 26. cap. 8.

Corymbus] corymbi, m. g. (κόρυμβος) Racemus hederæ, quo corohabatur Bacchus. Tibullus,

Digitized by Google

Sed uarij flores, & frons redimita corymbis. Plin. lib. 16. cap. 34. 3. de hedera loquens, Racemis in orbem circumactis, qui uocantur corymbi.

Diffusos corymbos uestit hedera. Virg. 3. eclog. 8.

Grauidi corymbi. Ouid. 3. Metam. 133.

Corymbus aut corymbum, Rostrum nauis, & quoduis summũ. Valer. lib. 1. Argon. 56, —Phryxi promittitur absens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.

Corymbus, est etiam fructus chrysocomæ, siue chrysitis herbæ. Plin. lib. 21. cap. 8. 5, Chrysocome siue chrysitis non habet Latinam appellationem: palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra.

¶Corymbifer, pen. corr. (κορυμβοφόρος) Qui corymbos siue hederæ similes racemos fert. Ouid. 1. Fast. 79,
Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Corynephori] κορυνηφόροι, Milites quidam dicebantur, quos Pisistratus Athenien sis Tyrannus, ad sui corporis custodiam delectos habuisse fertur. Author Alex. Genial. lib. 6. cap. 22.

Coryneta] κορυνήτης Suidæ, latro fuit famosissimus, Vulcani filius, qui iuxta Epidaurum hospites clava quadam, quæ Coryna dicebatur, peremit. Vnde & hoc nomine sibi simpsit. prius enim Periphatum uocatum tradunt. Hunc Theseus interfecit.

Coryphæus] κορυφαῖος, Mons est circa Epidaurum, Dianæ sacer. Stephan.

Coryphæus] κορυφαῖος, est cuiusq; ordinis caput & præcipuus. Cic. 1. de Nat. deor. 80, Zenonem, quem Philo noster coryphæum appellare Epicureorum solebat, quum Athenis essem, audiebam frequenter.

Coryphas] Troadis oppidum, in tractu Heracleotico, ut uult Plin. lib. 5. cap. 29.

Coryphasia] Minerua appellata est, à Coryphasio promõtorio, in quo Pylos urbs condita fuit, ut Pausan. tradit. Stephanus tamen, Coryphasion regiunculum Laconicam scribit, Pylo proximam. De Coryphasia Minerua sic in 4. prodit Arnob. Quid, inquit, arbitramur fore? desistétne illa Minerua se dicere, cui Coryphasiæ nomẽ est, uel ex Coryphæ matris signo, uel quòd è uertice Iouis palmã ferens emicuit, atq; armorum accincta terroribus, &c.

Coryphasium] κορυφάσιον, Regiuncula est agri Laconici, circa Pylum. Stephan.

Corythia] quæ & Colycia, Ex genere muricum sunt, æquè turbinata, sed multò minora, oris halitui conferuando imprimis idonea. Author Plin. lib. 32. cap. 7.

Corythus] κορύθος, pen. corr. Vulgò Cortona, Oppidum Tusciæ, prope Aretium, in paruo colle eiusdem nominis situm, à Corytho rege ita appellatum. Virg. lib. 9.
Nec satis extremas Corythi penetrauit ad urbes.

Corytus] coryti, pen. prod. (γωρυτὸς) Theca sagittarum. Leues coryti. Stat. 12. Thebaid. 106. Virg. 10. Aeneid.
Corytiq; leues humeris, & lethifer arcus.

Coryza] κόρυζα, Corruptæ & fœtidæ naturæ defluxio, uares obturans, & uocem obtundens, quam Latini Grauedinẽ appellant. Celsus lib. 4. cap. 2, Grauedo nares claudit, uocẽ obtundit, tussim siccam mouet: sub eadem salsa est salina, sonant aures, uenæ mouentur in capite, turbida urina est. Hæc omnia κορύζας Hippocrates appellat, &c.

Cos] insula. Vide Coos.

Cos] cotis, fœm. gen. (ἀκόνη) dicitur saxum asperum atque abruptum. Item lapis quo cultri acuuntur. Liu. 1. ab Vrbe, 163, Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem dissecturum. Plin. lib. 18. cap. 28. 4, Italia aquarias cotes dedit.
Duræ cotes. Virg. eclog. 8. 9. Propert. lib. 1. eleg. 3. 1.
Vice cotis fungi. Horat. in Arte, 72.

Cotes oleares. Vide Oleum.

Scrupulosæ cotes. Cic. 4. Tusc. 50.

Cos fortitudinis. Cic. 4 Acad. 245.

¶Coticula, coticulæ, pen. corr. (βάσανος) Deminutiuum: licet non seruet significatũ primitiui: non enim est parua cos sed lapis quo fit auri uel argenti experimentum. Plin. lib. 33. cap. 8, Auri argentiq; mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant: quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, ut Author est Theophrastus: nũc uerò passim, quem alij Heraclium, alij Lydium uocant.

Coticula, uidetur genus esse uasis cote factum, apud Plinium, lib. 1. cap. 9. 3, Contraq; suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur.

¶Cotaria, cotariæ, Locus unde eruuntur cotes. Vlpianus l. Cæsar. ff. de publicanis, Cæsar quũ insulæ Cretæ cotarias locaret, legẽ ita dixerat, Nequis præter redẽptorẽ post Id. Martias cotẽ ex insula Creta fodito, neue eximito, neue auellito.

Cosas] κόσας, Fluuius est in Latio, iuxta urbes Ferẽtium & Prusinum præterlabens, de quo Strab. lib. 5.

Coscinus] Oppidũ Apamiæ, in conuentu Alabandico, ut testatur Plin. lib. 5. cap. 29.

Cosentia] κοσεντία, Ciuitas est Italiæ, Brutiorum metropolis, ut uidere est apud Strab. lib. 6.

Cosenus] Mauritaniæ fluuius, iuxta Getulos Autololes, ut refert Plin. lib. 5. cap. 1.

Cosmeta] cosmetæ, pen. prod. Græcè κοσμητὴς, Latinè ornator siue ornatrix interpretatur. Vlpianus de legat. 3. l. item legato, Item mancipia alia, puellæ fortasis, quas sibi cosmetas mulieres exornant. Legitur &, Quæ scilicet comant & exornent. Iuuenal. Satyr. 6. 48, —ponunt
Cosmetæ tunicas, tardè uenisse Liburnus Dicitur.

Cosmiana] Vide Cosmis.

Cosmicus] Adiectiuum. Vide Cosmus.

Cosmitto] pro Committo ueteres dixere, teste Festo.

Cosmographia] pen. prod. (κοσμογραφίαι) Mundi descriptio interpretatur.

Cosmotoryne] κοσμοτορύνη, Eleganti nomine Varronis Satyra quædã inscribebatur, πρὸς φθορὰς κόσμου. Vt enim cochleari, quòd τορύνη Græcè dicitur, omnia in olla cõmiscentur & confunduntur: sic eleganter mundi interitum mundi cochlear appellauit, ob perturbationem rerum in antiquũ chaos tum redituram, et in confusionem pristinã. Turneb.

Cosmus] κόσμος, Latinè dicitur ornatus, quo nomine uocatus est mundus. Cic. de Vniuersitate, 45, Hunc uarietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominauimus. Sic Plin. lib. 2. cap. 4. Vide Mundus.

¶Cosmicus, pen. corr. (κοσμικὸς) Adiectiuũ, id est, mundanus. Mart. lib. 7. 40, Cosmicos esse tibi Semproni Tucca uideris:
Cosmica Semproni tam mala quàm bona sunt.

Cosmus] κοσμὸς, Vnguentarius fuit optimus, à quo Cosmiana unguenta dicta sunt Iuuenali,
—& Cosmi mergatur aheno.

Cosmus pro ipso unguento aliquando ponitur. Martial. lib. 11. epigram. 9,
Quòd Cosmi redolent alabastra, focíq; deorum. Rectius unguentarium ipsum intellexeris, non unguentum.

Cosagus] Fluuius est nauigabilis, in Gangẽ influens, authore Plin. lib. 6. cap. 18.

Cossa] κόσσα, Vmbriæ oppidum, ut scribit Plin. cap. 5. libri tertij. Orbitellum hodie.

Cossæi] κοσσαῖοι, Populi erant montani, latrocinia exercentes: qui quũ olim aduersum Susios & Babylonios Elymeorum socij essent, sagittariorũ tredecim millia exhibebãt. Horum

rum audaciam Alexander contudit, hyeme eos adortus. Ex Strab. lib. 11. & Plin. lib. 6. cap. 27.

Cossetania] *Regio Hispaniæ citerioris, de qua Plin. libro 3. cap. 1.*

Cossim] *dictum quasi Coxim. Pompon. Percaria, Hoc sciũt omnes, quantum est qui cossim cacant. Festus.*

Cossinus] *Eques Romanus, amicitia Neronis principis notus, quum lichene correptus esset, uocatus ex Aegypto medicus à Cæsare ob hanc ualetudinem eius, quum Cantharidum potum præparare uoluisset, interemptus est. Ex Plin. libro 29. cap. 4.*

Cossus] *κόσσος, Tribunus militaris fuit, qui Lartem Tolumnium à loco dictum occidit: & opima spolia reuocauit. Hæc Seruius. Virg. 6. Aeneid. 168,*

Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat? Vide Cornelius Cossus.

Cossus] *τερηδών, Vermis qui in ligno nascitur. Apud Phryges & in Ponto pro delicatissimis cibis sumitur. Plin. lib. 17. cap. 24. 5, Iam quidem & in hoc luxuria esse cœpit, prægrandesq; roborum delicatiore sunt in cibo (cossos uocant) atq; etiam farina saginati, hi quoq; altiles fiunt.*

Cosses *nominatiuus pluralis, m. g. etiam apud Plinium legitur, lib. 30. cap. 13. 4, Cosses, qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia.*

Cossi *(inquit Festus) ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, à similitudine uermium ligno editorum, qui cossi appellantur. Vnde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est.*

Cossutiæ] *tabernæ. Cic. in epist. ad Tyronem. Nam isti duo uix sunt digni, quib. alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Quem locũ sic exponit Turnebus, Cossutianæ tabernæ Cossutiorũ fuere, aut etiã Cossutiæ, quã sibi prætextato desponsatam Cæsar, ut & à Suetonio relatum est, dimisit. Dicuntur autem ut et Cæditiæ tabernæ apud Festum. De Cesena, uide suo loco.*

Costa] *costæ (πλευραὶ) Nota dictio. Plaut. Pseud. 4. 4, Ita plagis costæ callent. Vbi Seruius, Aut reuera costas, aut clitellas.*

Costæ nauium. Plin. lib. 13. cap. 9. 3. Id est, latera.

Costæ aheni. Virg. 7. Aeneid. 93.

Tergora diripere costis. Virg. 1. Aeneid. 43.

Ruptæ costæ. Virg. 4. Georgic. 111.

Fricat arbore costas. Virg. 3. Georgic. 62. de sue.

Ensis transabijt costas. Stat. 2. Thebaid. 2.

Ensis adactus transadigit costas. Virg 9. Aeneid. 90.

Vellera exuta costis leonis. Ouid. 9. Epist. 23.

Onerare costas aselli. Virg. 1. Georgic. 55. Seruius, Aut re uera costas aut clitellas.

¶ **Costatus**, *pen. prod. Adiectiuum (πλευρωτὸς) ut, Costatum corpus. Varro 2. de Re rusti. 5. 6, Corpore amplo, bene costatos, latis humeris, bonis clunibus, &c. De pecudibus.*

Costobocci] *Gentes circa Mæotim incolentes, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.*

Costum] *uel costus (κόστος) Herbæ genus. Plin. lib. 12. cap. 12. 1, Radix costi gustu feruens, odore eximio, frutice alias inutili. Idem, Thure supplicamus & costo. Martialis lib. 11. epigram. 19.*

Achæmenium costum. Horat. 3. Carm. ode 1. 9. Id est Persicum. Achæmenij enim Persæ dicti, ab Achæmene rege. Vnde costum uenit. Acron.

Cosyra] *penult. prod. uel Cosura (κόσσυρα) Insula est maris Mediterranei prope Africã, cui uicina est Gaulos, et Melita. Author Põpon. lib. 2. et Plin. lib. 5. cap. 7. Ouid. 3. Fast. 114;*

Fertilis est Melite sterili uicina Cosyræ

Insula, quam Lybici uerberat unda freti.

Cosyri] *κοσύροι, Scythiæ populi, ab Emodis montibus parũ distantes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 17.*

Cotana] *Vide* Cotones.

Cotaria] *Vide* Cos.

Cotes] *Oppidum olim fuit in Mauritania, ultra columnas Herculis situm: nunc est Tingi: quondam ab Antæo conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatum. Plin. lib. 5. cap. 1.*

Cothon] *nis (κώθων) Insulæ exiguæ nomẽ, quæ Byrsæ Carthaginiensium arci subiacebat, Euripo circundata, circunquaq; nauali rei usum præbens. Author Strab. lib. 17. Seruius uerò in illud Virg. Aeneid. 1, Hîc portus alij effodiũt, portus manu factos Cothonas uocari asserit. Est & Cothon genus poculi fictilis, paruum quidem, sed militum usui accõmodatißimum, ut quod nullo negotio gestari posset, & in pera militari circunferri. Authores Suidas & Athenæus libro 11.*

Cothurnus] *cothurni (κόθορνος) Cothurni sunt calceamẽta uenatoria, crura quoq; uincientia: quorum quiuis aptus est utriq; pedi. Cic. 3. de Finib. 71, Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè cõuenire, neq; multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus. Idem 3. Philipp. 135, Qui cũ palla & cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat.*

Herculis personam, & cothurnos infantibus aptare. Quintil. lib. 6. cap. 1. 28.

Puniceo stabis suras euincta cothurno. Virg. eclog. 7. 7.

Purpureoq; altè suras uincire cothurno. Virg. 1. Aeneid. 69,

Cothurnus, Calceamentum subleuatum subere, quò mulieres grandiores appareãt. Iuuẽ. Satyra 6, —breuiorq; uidetur Virgine Pygmæa, nullis adiuta cothurnis.

Cothurnos inducebant tragœdi, quum in theatro dicturi erãt. Vnde pro ipsis tragœdis, & pro alto dicendi genere accipiuntur. Virg. 8. eclog.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Hor. in Art. Hunc socci cepere pedem, grandesq; cothurni. de Iambo.

Cecroplus cothurnus. Horat. 2. Carm. ode 1. 2.

Tragici cothurni. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 13.

Duro cothurno reserare aliquid, id est, Tragœdiam componere de re aliqua. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 9.

Musa innixa tragicis cothurnis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 6.

Magnum loqui, nitiq; cothurno. Horat. in Arte, 57.

Sophocleus cothurnus. Vide Sophocles. *Martial. lib. 3. 20.*

¶ **Cothurnatus**, *pen. prod. (κοθορνωτὸς) Adiect. Mart. lib. 5. 5,*

Grande cothurnati pone Maronis opus. Hoc est, grandia & alta loquentis.

Dea cothurnata. Ouid. 5. Fastor. 70.

Vates cothurnatus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18. 4.

Cothurus] *κόθυρος, Hesiodo dicitur fucus sine aculeo, quẽ cauda uidetur occultare, Id est κόθαρον ἐν τῇ οὐρᾷ. Ex Cæl. li. 3. cap. 30.*

Cotiæ] *Alpes (κότιαι ἄλπεις) Graiæ & Pœninæ dictæ, per quas & Hercules, & Annibal transmisere: in quibus duodecim fuisse ciuitates Plinius testatur, regnum quondã Cotij regis, qui perdomitis Gallis eas construxit, militibus uiatoribus. accõmodis. Is Cæsaris Augusti amicissimus fuit. Author Marcellinus.*

Coticula] *Vide* Cos.

Cotieri] *inter celeberrimos Scythiæ populos numerantur à Plin. lib. 6. cap. 17.*

Cotidie] *ὁσημέραι, quamuis à Quoto, & Die componatur, per c & non per q scribendum esse quidã ut Victorinus de Orthographia, existimãt, quia tãta est affinitas inter c et q,*

Digitized by Google

ut q in c mutari facilè patiatur: ut, Sequor secutus, loquor, locutus, Quis cuius. Vnde Quint. lib. 1. Instit. Frigidiora his alia, ut quicquid c quartã habet, ne interrogare bis uideremur: et Cotidie, nõ Quotidie, ut sit Quot diebus. Verùm hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.

Cotilia] Insula. Festus, Cotiliæ lacus appellatur, quòd in eo est insula Cotilia nominata à Græcis.

Cotinæ] κωτίναι, Montes quidam sunt in Hispania Bætica, in quibus æs unà gignitur & aurum. Author Strabo lib. 3.

Cotinus] pen. corr. (κότινος) Oleastri genus, quo Olympionicæ coronabãtur. Aristot. Philostephanon appellat. Est & frutex hoc nomine. de quo Plin. lib. 16. cap. 18.

Cotinussa] Insula, in qua prius urbs Gadium fuit. Plin. lib. 9. cap. 22.

Cotiscoliæ] κωτισκολίαι, Oppidum est Sabinorum, in quo frigidæ aquæ sunt, ex quib. qui perpotãt, uel in illis aliquãdiu sedẽt, à morbis quã plurimis curãtur. Auth. Strab. li. 5.

Cotiso] Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Augusti legato in Pannonia superatus. Author Volater.

Cotona] uel Coctona, siue Cottona: ut alij uolunt, Cotana uel Coctana, siue Cottana, pen. cor. Ficus paruæ genus. Plin. lib. 13. cap. 5. 1, Syria in ficorũ genere habet caricas, & minores eius generis, quæ cotona uocant. Martialis lib. 7. 52,

Paruaq; cum canis uenerunt cotana prunis. A Cotone urbe sic appellata. Scribendum ic itur Cotona, simplicit.

Cotonea] ea (σύμφυτον πετροῶον) à Venetis dicta fuit herba, quam Galli Halum appellant, similis Cunilæ bubulæ, tota odorata, capitula habens thymi, dulcis alioqui & sitim sedans. Vide Plin. lib. 26. cap. 7.

Cotones] pen. corr. à Coton (κότονες) Portus sunt in mari interiores, arte & manu facti, qui etiam Cotonia secundũ Seruium dicuntur. Ex Sipontino. Quidam scribunt Cothones, de quo suo loco.

Cotoneum] cotonei (κυδώνιον) Genus pomi. Plin. lib. 15. cap. 11. 1, His proxima amplitudine mala, quæ uocamus cotonea, & Græci cydonea, ex Creta insula aduecta incuruatos trahunt ramos: prohibentq; crescere parentem. Plura eorũ genera. De hoc plura uide apud Ruellium lib. 1. cap. 72. Vide Struthia.

Cotta] Orator, qui cum Sulpitio æquali disserit apud Ciceronem in dialogis de Oratore, Legem tulit, ut liceret Trib. pleb. alios accipere magistratus, quod lege Syllæ ijs erat ademptum. Huius passim meminit Cicero in libris de Oratore, & in Bruto, quum multis in locis, tum præsertim ijs uerbis, 106, Inueniebat (inquit) acutè Cotta, dicebat purè ac solutè: & ut ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat, sic ad uirium imbecillitatem, dicendi accommodabat genus. Nihil erat in eius oratione nisi syncerum, nihil nisi siccum, atq; sanum, &c. Fuerunt eodem tempore & alij Cottæ duo: Vnus contra Mithridatem infeliciter pugnauit. Syllam Cæsari conciliauit. Alter Legatus Cæsaris in Gallia, insidijs circunuentus ab Ambiorigis ducis exercitu interficitur. Pædianus.

Cottabus] bi (κότταβος) Aenea phiala, quã peracto conuiuio mensæ imponere solebant uino plenam: deinde in minora pocula ab alto miscentes, sonum edere: qui si illisu maior ederetur, ab amasijs amari se augurabantur. Accipitur & pro ipso sono, qui hoc pacto edebatur. Vnde κοτταβίζειν uerbum Græci usurparunt, pro eo quod est, sonum huiusmodi edere: & κοττάβιον, pro hoc ludi genere. Item κοττάβια, præmia uictori huius ludi dari solita, quæ teste Athenæo, fuerunt πυραμοῦντες, hoc est, triticeæ placentulæ, & sesamineæ. Aristophanes quoque, qui hoc genere ludi se recreabant, μεθυσοκοττάβους appellauit, quòd uix aliter quàm uino madentes id agerent. Plaut. in Trinũmo, Cotatum uidetur appellasse sonum flagrorũ, qui inter uerberandũ redditur. Cauesis (inquit) ne bubuli in te cottabi crebri crepẽt.

Cottæ] κότται, Populi circa Mæotim habitantes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Cottona] Regio Carmaniæ. Plin. lib. 6. cap. 23, Regio antẽ, ex qua piper monoxylis lintrib. Becaren conuehunt, uocatur Cottona, &c.

Cottona] Vide Cotona.

Cotuantij] κωτυαύτιοι, Rhætorum Populi sunt, de quibus Strabo lib. 4.

Cotula] siue Cotyla, pen. corr. (κοτύλη) Mensuræ genus, quæ hemina alias dicitur. Italica est uox, qua & Græci usi sunt. Martial. lib. 8. epig. 71,

Post hunc in cotula rasa selibra data est.

Coturnium] Vas, quo in sacrificijs uinũ fundebatur. Fest.

Coturnix] coturnicis, pen. prod. f. g. (ὄρτυξ) A sono uocis sic appellata, inquit Festus: parua auis, semper antè ueniens quàm grues: & quum ad nos uenit, terrestris potius, quàm sublimis. Vide Plinium lib. 10. cap. 23. Ouid. 2. Amorũ, eleg. 6. 6, Ecce coturnices inter sua prælia uiuunt.

Cotyla] Vide Cotula.

Cotylæ] quæ & Cotylendones, in ossibus dicũtur cauæ quædam acceptacula, quibus aliorum ossium capita inseruntur, cuiusmodi sunt in coxendicibus, ossium femoris capita excipientia. Accipitur & pro concaui uasis genere, cuiusmodi Diogenem usum fuisse docet Laertius, antequam puerum ex concaua manu uolã bibentem uidisset. Accipitur & pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus coniungebat, stringebatq;, alterq; impositis in eas genibus tollebatur, suis manibus oculos gestantis obtegens. Ad hunc igitur modum gestatus, ἐν κοτύλῃ gestare dicebant. Author Celius Antiq. lib. 13. cap. 32.

Cotyledon] pen. prod. (κοτυληδών) Paruula herba, caule culo tenero, pusillo, pingui folio, & concauo, ut coxendices: nascitur in maritimis, petrosisq;, uiridis radice, oliuæ modo rotunda. Est aliud genus eiusdem, sordidis foliis, latioribus, densioribusq; circa radicem, uelut oculũ cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. Hæc Plin. lib. 25. cap. 13. 14. Ruellius lib. 3. cap. 117, Cotyledon Græcis, Romanis Vmbilicus Veneris, foliũ habet acetabuli figura, &c. Officinis hodie dicitur Vmbilicus Veneris, herba non adeò magna, cauliculo pusillo, &c. Non est hæc, ut quidã reuntur, ea quæ Cymbalaris uulgò dicitur.

Cotylum] κότυλον, scribit Strabo uocari collem in Ida mõte, centum uiginti millibus passuum à Scepsi distantẽ, in quo Scamandri, & Granici, & Aesepi fluminum origo, unde & nomen Cotylo inditum, ἀπὸ τῆς κοτύλης, quod conceptaculum & acceptaculum significat.

Cotys] Thracũ rex, qui, ut est scriptũ apud Cæsarem in Cõmentarijs, Pompeianas partes fouit. Plutarchus in Apophthegmatis, Cotys ei qui sibi pardalim largitus erat, leonẽ cõtrà dono dedit. Sed quum natura esset iracundior, & asperi eorũ qui in ministerijs deliquissent, castigator, uasa fictilia tenuis quidem & fragilia, sed cælaturis quibusdam et sculpturis polutè eleganterq; elaborata, sibi ab hospite allata, quum hospiti ipsi dona dedisset, simul omnia confregit: ne in eos qui illa fregissent, asperius animaduerteret.

Cotyto] us (κοτύττω) Dea impudẽtiæ habita est, cui Athenis à Baptis (eo nomine uocabantur eius sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quæ ab illa uocabantur Cotytia. Hanc Probus saltatricem fuisse existimat, unde etiam sacerdotes eius, lasciuis saltationibus mores eius referebant. Iuuenal. Sat. 2,

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyto. Vide Politianum

Digitized by Google

num Miſcellan.cap.10.

Cotytia] *orum (κοτύτια) Sacra erant nocturna, ut dictum eſt, quæ Athenis fiebant à Baptis in honorem Cotytus impudentiæ deæ. Vide in dictione* Baptæ.

Couali] *κοβάλοι, Dæmones quidam erant Dionyſiaci, aſperi & immites: quanquam & coualos dicebant, qui luſu aßimulato fallerent, ut ex Harpocratione & Philochoro ſcribit Cæl. Rhod. lib. 2. cap. 7.*

Couinus] *couini, m. g. pen. prod. Vehiculi genus notum non Britannis ſolùm, ſed Belgis etiam & Germanis. Pomponius Mela, Dimicant non equitatu modò aut pedite, uerùm & bigis & curribus Gallicè armati. Couinos uocant, quorum falcatis axibus utuntur. Lucan. lib. 1. 86,*

Et docilis rector monſtrati Belga couini.

Falcifer couinus. Sil. lib. 17. 85.

¶ *Couinarius, Qui couinum regit. Tacit. in Vita Agric. Media campi couinarius eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat.*

Cous] *κῶος, Denominatiuum à Co inſula, Hippocratis patria. Vnde & Coum uinum, Coi populi. Cic. 6. Verr. 118.*

Artifex Cous, dicitur Apelles (κατ' ἐξοχὴν) Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 6.

Album Coum. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 6. Sub. uinum.

Purpura Coa. Horat. 4. Carm. ode 13. 3.

Cous Græcè, ſenio Latinè, in talo, id eſt, taxillo, numerus cani cõtrarius: & is qui talorum iactu hunc numerũ reddidiſſet, ſex lucri faciebat: & qui canem, unum tantum. Sipontinus.

Coxa] *coxæ (ἰσχίον) inquit Valla lib. 4, pars ſupra femora, uertebrasq; ipſum, quoties uitiatũ eſt, aut os illud quod in uertebro uoluitur, fractũ, coxa uitiata fractáue dicitur. Plin. iunior, Fallente uestigio cecidit, coxamq; fregit. Celſius lib. 4, Coxis proxima ſunt genua. De oſſe dixit.*

¶ *Coxendix, coxendicis, pen. corr. f. g. (μηρὸς) Eiuſdem ſignificationis cum coxa. Varro de Re ruſt. Lata fronte, naribus ſimis, lato pectore, craßis coxendicibus. Plau. Bacchi. 23. 37. Cato incantamentũ docet ad ſanãdas coxendices luxas, cap. 160. Serenus, Clauſa acies inter geminæ coxendicis umbras.*

C R

C R. *Creticus, Criſpus.*

Crabattus] *κράβαττος, Lectulus meridiando idoneus. Scæuola l. 20. §. 8. ff. de inſtruct. uel inſtr. Inſtructis domib. legatis, crabattus argẽto inaurato tectus mortis Titiæ tẽpore in domibus non eſt repertus, ſed in horreis tantiſper conditus. Hotom.*

Crabro] *crabronis, m. g. (σφήξ, ηκὸς) inſecti genus affine ueſpis, pertinaciſſimum, aculeoq; peſtilentiſſimo, inquit Eraſmus. Plin. lib. 11. cap. 21. 1, Veſpæ in ſublimi è luto nidos faciunt, & in ijs ceras. Crabrones in cauernis ac ſub terra. Et paulò pòſt, Ictus eorum haud temerè ſine febri eſt. Authores ſunt, ter nouenis punctis interfici hominem.*

Spicula crabronum. Ouid. 11. Metam. 68.

Aſper crabro. Virg. 4. Georg. 49.

Irritare crabrones. Plaut. Amphit. 8. 73. Id dictum eſt à poeta in mulierum ingenium, quibus iratis ſi repugnes, magis prouoces, neq; ſine tuo malo diſcedas.

Cracca] *Genus quoddam degenerans ex leguminibus, intantum columbis gratum, ut paſtas eo, negent fugitiuas illius loci fieri. Author Plin. lib. 18. cap. 16.*

Cracentes] *pro graciles, apud Ennium,*

Succincti gladijs, media regione cracentes. Feſtus.

Cragus] *κράγος, Mons eſt Lyciæ, Apollini ſacer: qui promontoria octo habere ſcribitur, ac eiuſdem nominis urbem. Ouid. 9. Metam. 130,*

Iam Cragon, & Lymirem, Xanthiq; reliquerat undas.

Crambe] *crãbes, f. g. (κράμβη) Braſſicæ ſpecies eſt. Plin. lib. 20. cap. 9. 1. de Braſſica loquens, In tres ſpecies diuiſere eam Græci antiquiſſimi: Criſpã, quã Selinada uocauerũt, à ſimilitudine apij fõliorũ, ſtomacho utilẽ, aluũ modicè mollientẽ. Alterã, Leã, latis fõlijs è caule exeuntibus, unde Caulodẽ quidã uocauere: nullius in medicina momẽti. Tertia eſt propriè appellata Crambe, tenuioribus fõlijs, & ſimplicibus, denſiſſimisq;, amarior, ſed efficaciſſima. Cato criſpam maximè probat: deinde leuem, grandibus fõlijs, caule magno. Vide Catonem de Re ruſtica, cap. 163.*

Crambem repetitã Iuuenalis ſatyra ſeptima, appellat declamationẽ maximo cum tædio iterum atq; iterum audiendã. Hinc prouerbiũ, Crambe repetita mors eſt. Vide Eraſ. in Chiliad.

Crambuſa] *κράμβουσα, Inſula eſt circa Seleucium Iſauriæ. Author Strab. lib. 14.*

Cranaus] *κραναός, Athenarũ rex fuit, qui Cecropi in regno ſucceßit, à quo regiõis incolæ Cranai dicti ſunt. Strab. lib. 9.*

Cranea] *pen. prod. (κραύρα) Exigua regio eſt Ambraciotarum, cuius incolæ dicuntur Craneates. Stephan.*

Cranea] *Vide* Cornua.

Craneus] *primus Macedonum rex: cuius ſucceſſores uſq; ad Alexandrum uiri XXXVII. annis ferè quingentis, ut ſcribit Volater. lib. 13.*

Granon] *κράνων, Vrbs Theſſaliæ, Pelaſgiotidis in campis, qui Tempe appellantur, centum ſtadijs diſtans à Cartone. Stephanus ex Strábone.*

Cranteres] *κρατῆρες, Dentes ſunt, quos Auicenna adnaſci arbitratur poſt genituræ profuſionem, ante conſiſtentiam, quæ anno contingit trigeſimo: denteſq; ſenſus & intellectus uocat. Dicti autem ſunt Crateres, ut Ariſtotelt placet, ἀπὸ τοῦ κράτους, quia ætatem perficiant ac compleant. Ex Cæl. Antiq. lib. 4. cap. 1.*

Crantor] *Solenſis Xenocratis auditor (κράντωρ) Scripſit commentarios & nonnulla poemata: admirabatur præ cæteris Homerum & Euripidem: deceßit intercutis morbo. Author Diogenes Laertius.*

Crantoris meminit & Horatius lib. 1. Epiſt. 2. 1.

Crapula] *crapulæ, pen. corr. (κραιπάλη, ubi uinum intemperantius hauſtum, capiti detrimenta adfert: capitis lucta, fluctuſq; & agitatio, quando ex uinolentia caput tremit. Galenus in Aphoriſmos Hippocratis ſcribens, annotat omnem noxam ex uino factam, à Græcis κραιπάλην nominari, ἀπὸ τοῦ κάρηνον caput, καὶ παλλεσθαι concuti. Plin. lib. 23. cap. 1. 32, Nouitium reſinatum nulli conducit. Capitis dolorem & uertigines facit: ab hoc dicta crapula eſt. Liuius lib. 9. ab Vrb. 154, Nec prius ſenſere, quàm plauſtris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppreßit.*

Diſcutere crapulas. Plin. li. 21. ca. 20. 6. Vide Orthopnœa.

Exhalare crapulam. Vide Exhalo.

Edormiſcere crapulam. Plaut. Rud. 14. 18. Cic. Philipp. 51, Edormi crapulam, inquam, & exhala.

Obdormire crapulam. Vide Obdormio.

Crapula, Aliter. Plin. lib. 14. ca. 20. 3, Ratio aũt cõdiendi muſta, in primo feruore, qui nouẽ diebus ut plurimũ peragitur, aſperſu picis, ut odor uino cõtingat, & ſaporis quædã acumina. Vehemẽtius id fieri arbitrantur crudo flore reſinæ, excitariq; lenitatẽ. E diuerſo crapula cõpeſci feritatẽ nimiã, frangiq; uirus: aut ubi pigra lenitas torpeat, uirus addi. Liguriæ maximè, circumpadanisq; muſtis utilitas diſcernitur hoc modo: pugnacibus muſtis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex utroq; cõdiri uelint. Hoc in loco Plinio crapulam uocari quidam putant medicamenta, quibus uini lenitas excitatur. Alij uerò reſinæ florem eſſe dicunt id quod in reſina ſupernatat, quod autem ſidit in fundo, crapulam. ut ſit crapula uelut fæx reſinæ.

Digitized by Google

¶ Crapulor, crapularis (κραιπαλάω) crapulari. Deponens, Vino & cibo sese ingurgitare.

¶ Crapulosus, pen. prod. Adiect. Firmic. lib. 8. cap. 20, Edaces quoq; ac uentri, & gulæ crapulosis libidinibus seruientes.

Cras] ἄυριον, Aduerbium significans die proximè futuro. Terent. Adelph. 2. 1. 50, —mox cras redi. Cic. ad Atticum libro 12. 27. 5, Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Horatius 1. Carm. ode 9. 3,

Quid sit futurũ cras, fuge quærere. Martialis in Posthumum, lib. 5. 59,

Cras te uicturum, cras dicis Posthume semper.
Dic mihi, cras istud Posthume quando uenit?

Cras manè surgendum. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 24.

Hesternum cras. Persius Satyr. 5. 7.

¶ Crastinus, Adiectiuũ, pen. cor. (ἐπιούσιος) ut, Plaut. Menæch. 4. 60, Inde usq; ad diurnam stellam crastinam pota bimus.

Aetas crastina. Stat. 3. Theb. 113,

—quid crastina uolueret ætas Scire nefas homini.

Crastinus dies. Hirtius Ciceroni, lib. 15. 325. 6, Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis daret.

Crastinus fructus, Est nouus & recens. Plin. lib. 13. cap. 9. 1.

Crastina hora, pro sequenti & proximo die. Virg. 1. Georg. 86.

Titan crastinus. Virg. 4. Aeneid. 24. Id est, crastina dies.

In crastinum differre. Cic. 2. de Orator. 201.

In crastinum uocare. Vide In.

¶ Crastinò, Aduerbium (ἄυριον) Idem quod Cras. Gell. lib. 2. cap. 29, Si dominus, inquit, messem ad amicos reiecit, crastinò seges non metetur.

¶ Crastini, ueteres usi sunt in tertia declinatione, ablatiuoq; casu, pro Crastino: sic Proximi, pro Proximo. Sipontinus.

¶ Crastino, as, (αὐέλιω) significat de die in diem traho & differo. Hinc Procrastino & Recrastino eiusdem significationis. Calepinus.

Crasis] fœm. gen. (κράσις) Latinè temperamentum dicitur. Id est, complexio, mistio.

Craspedites] Phrygiæ sinus. Plin. lib. 5. ca. ult. Indiæ Craspedites sinus uocabatur, quoniã id oppidũ uelut in Lucinia erat.

Crassamentum, Crassescere] Vide Crassus.

Crasitius] genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitq; inter alios Iulium Antonium Antonij Triumuiri filium. Tranquillus in lib. de Illustribus Grammaticis.

Crasiuenium] Aceris arboris genus uilius, à uenarũ crassitudine dictum. Plin. lib. 16. cap. 15.

Crassus] κράσος, P. Licinius, ante ætatem Pontifex Max. factus: quod nunquam antea contigit. Vide Valer. Max. lib. 3. cap. 2. & lib. 8. cap. 7. Oros. quoq; lib. 5. cap. 10.

L. Crassius orator, superioris filius, qui cum Antonio à Cicerone introducitur in libris de Oratore. In eo mirificus quidam pudor fuit, qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis cõmendatione prodesset. Accusauit C. Carbonem eloquentissimũ hominem admodum adolescens: summam ingenij non laudem modò, sed etiam admirationem est consequutus. Defendit postea Liciniam uirginem, quum annos XXVII. natus esset. Hæc ex libris de Oratore, & Bruto Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cũ Antonio & Scæuola comparatio. Deploratur multis uerbis Crassi mors à Cicerone, in exordio libri tertij de Oratore.

P. Crassius, oratoris frater, iuris peritissimus, fuit in dominatione L. Cinnæ Marianarum partium: ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Huius filius M. Crassus Romanorum ditissimus, cum Pompeio à Cæsare Triumuiratum iniit. Ad bellum missus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania insurrexerant, uictoria potitur. ex quo urbem ouans ingressus est. Vide Valerium Max. lib. 1. cap. 6. Plinium quoq; lib. 15. cap. 19. 5. & Paulum Orosium lib. 6. cap. 13. Solebat autem dicere, Neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Author Cicero in Paradoxis, 57. Alter M. Crassi filius, Cæsaris Legatus fuit in bello Galli co: in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit. Fuit autem discipulus Ciceronis. De quo in Bruto, 154.

¶ Crassianus, Adiectiuũ: ut, Crassianus exercitus, Id est, Crassi. Patercul. lib. 2.

Crassus] Adiectiuum (παχὺς, παχυλὸς) Modò pingue significat, modò densum & spissum.

Aer crassus & concretus. Cic. 1. Tusc. 67. Sic, Vnguentum crassissimum, Plin. Et Crassum lutum, apud Catonem, cap. 9. 2.

Crassa & Liquida, contraria sunt. Lucret. lib. 4. 153.

Aer crassissimus. Cic. 2. de Nat. deor. 26.

Natus in crasso aere. Horat. 2. Epist. 149,

Bœotũm in crasso iurares aere natum. Id est, ita stultũ, ut eum diceres natum in Bœotia. Crasso, id est, crassos & hebetes faciente. Porphyr.

Agri Crassi. Cic. pro Flacco, 56.

Aquæ Crassæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2.

Arbores pedes duos crassæ. Cato cap. 18. 1. Sic, Crassi postes, Plaut. Mostel. 10. 34. Crassissima buxus in Corsica, Plin. lib. 16. cap. 16. Crassa radice frutex, Plin. lib. 12. cap. 12. 1.

Aurum Crassum. Lucan. lib. 10. 23. Id est, laminæ aureæ.

Crassum cælum & Tenue, contraria. Cic. de Fato, 12.

Caligo crassa. Cic. 1. Tusc. 56.

Caligine crassus. Virg. 2. Georg. 62.

Compedes crassæ. Plaut. Pseud. 20. 71.

Corpus crassum. Lucret. lib. 172.

Cruor crassus. Virg. 5. Aeneid. 93.

Farrago crassa. Virg. 3. Georg. 40.

Flumina crassa. Stat. lib. 1. Achil. 18.

Crassus homo. Terent. Hecyra, 3. 4. 26.

Infortunium crassum. Plaut. Rud. 19. 52.

Maceria crassa. Crassus paries. Cato cap. 15.

Leo mole crassa, Id est pinguis. Claud. 2. in Eutrop. 76.

Crassis paludibus alui nascuntur. Virg. 2. Georg. 22.

Puluis crassus. Stat. 6. Thebaid. 164.

Sanguis crassus. Plin. lib. 11. cap. 38. 1.

Sanies crassa. Claud. 2. de Raptu Proserp. 43.

Telum crassum sanguine Stat. 2. Thebaid. 132.

Crassæ tenebræ. Cic. 4. Acad. 219.

Terra, crassima regio mundi. Cic. 2. de Nat. deor. 26.

Toga crassa. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 3.

Venenum crassum. Sil. lib. 13. 115.

Vmbra crassa. Silius lib. 7. 140.

Vnguentum crassum. Horat. de Arte poet. 76.

Crassus pro Stulto & hebeti. Varro Sexagesi. Senibus crassis, humili non uidimus quid faciat.

Crassa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius, simpliciusq;, quasiq; indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Quintilianus lib. 1. de Musice, & eius laudibus, Liber propter quosdam imperitiores, etiam crassiore (ut uocant) musa dubitationem huius utilitatis eximere. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 1.

¶ Crassum, Substantiuum. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 11. Nocturna, siquid crassi est, tenuabitur aura.

¶ Crassamen, pe. pro. crassaminis, n. g. (παχὺς) Col. lib. 12. ca. 25. 2, Sẽper requieta aqua crassamẽ aliqd in imo reperitur.

¶ Crassamentũ (πάχος) Gell. lib. 17. cap. 9, Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari Crassamẽto, eiusdemq; longitudinis.

Crassamentum, pro Crassamen. Columel. libro 12. capite 12. 1, Nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod

Digitized by Google

aliquod crassamentum in imo simile faeci reperitur. Ibidem cap. 46.3.

¶ Crassitudo, pen. prod. crassitudinis (πάχος) Plinius libro 11. cap. 39.1, Hippopotami corij crassitudo talis, ut inde torneantur hastae.

Aeris crassitudo. Cic. 1. de Diuinat. 153.

Mellis crassitudo. Celsus.

Crassitudo parietum quinq; pedum. Caesar 2. bel. Ciuil. 29.

Crassitudine ab summo praeacuti stipites teretes. Caesar 7. belli Gallici, 292.

Punctus, in quo nulla omnino crassitudo sit. Cicero 4. Acad. 208.

Referre crassitudinem mellis. Celsus lib. 5. cap. 28.

¶ Crassesco, crassescis, crassescere, (παχύνομαι) Pinguescere, Colum. lib. 8. cap. 9. 2, de turturibus, Nec quia tritico, uel alijs frumentis minus crassescant, &c. Plinius libro 13. cap. 18. ad finem, Nec aliunde magis quàm purgamentis eius sues crassescunt.

Crassescere, Crassiorem fieri, aut densiorem. Plinius libro 2. capite 43.4, Qui neq; in nebulam densetur, nec crassescat in nubes.

¶ Crassè, Aduerb. (παχυλῶς) Colum. lib. 12. cap. 43.5, Lata uasa in modum patinarum fieri iubebat: eaq; intrinsecus & extrinsecus crassè picari. Id est spissè.

Crassè compositum aliquid. Horat. 2. Epist. 1. 16.

Crastino, Crastinus] Vide Cras.

Crataegonon] siue Crataeogonon, pen. prod. (κραταιόγονον) Genus herbae. Plin. lib. 27. cap. 8. 6, Crataeogonon spicae tritici simile est, multis calamis ex una radice micantibus, multorumq; geniculorum. Nascitur in opacis, semine milij, uehementer aspero gustu. Et paulo pòst, Theophrastus arboris genus intelligi uoluit crataeogonon, siue crataegona, quā Itali aquifolium uocant. Ruellius libro 3. cap. 64, Crataeogonon folium habet melampyro simile. Et paulo pòst, Sunt qui secundum persicariae genus esse credant, quam Curagen genus uocat, melampyri similitudine. De hac multò plura ibidem & alijs locis.

Crategis] Herbae genus, cuius semen testium est simile, de qua Plin. lib. 26. cap. 10.

Crater] crateris, pen. prod. masc. gen. in accusatiuo craterem, uel cratera (κρατήρ) Vnde nominatiuus cratera, craterae, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod est tenere, uel capere. Vel potius ἀπὸ τοῦ κίκρασθαι, id est mistum est. Vas quo bibitur uinum: quo etiam dijs libabatur. Virg. 7. Aeneid. 30,

> Crateras magnos statuunt, & uina coronant.

Cicero 6. Verr. 115, Ideo praeteribo, quòd iste mensas Delphicas è marmore, crateras ex aere pulcherrimas, uim maximam uasorum Corinthiorum, ex omnibus aedibus sacris Syracusis abstulit.

Bacchus in altos crateras, paterasq; redit. Stat. 10. Theb. 62.

Crater ahenus. Virg. 9. Aeneid. 35.

Crater antiquus Virg. 9. Aeneid. 56.

Argenti crateres, Id est argentei crateres. Persius Satyr. 2. 6.

Capax urnae crater. Iuuenal. Saty. 12. 5.

Delicatus crater. Cic. Att. lib. 2. 23. 3.

Crater fractus in hostes. Stat. 1. Achil 23.

Crater impressus signis. Virg. 5. Aeneid. 107.

Inauratus crater. Ouid. 2. Fast. 51.

Magnus crater. Virg. 2. Georg. 92.

Sodalis Veneris cratera. Horat. 3. Carm. ode 18. 2. Crateram Veneris sodalem dixit, quia sine Cerere & libero friget Venus. Porphyr.

Crater auro solidus. Virg. 2. Aeneid. 152.

Vacui mero crateres. Stat. 2. Thebaid. 16.

Vetus cratera. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 16.

Induere magnum cratera. Virg. 3. Aeneid. 105.

Magno cratere lacessere aliquem. Valerius libro 5. Argon. 115.

Sistitur argento crater. Ouid. 8. Metam. 135.

Crater in monte Aetna appellatus est, foramen per quod ignis cinisq; euomitur. quod quum aliquando duobus in locis fieri uideatur, duos esse huiusmodi crateres dixere. Strabo, Ipsa uerò montis Aetnae cacumina flagrãtibus incendijs multipliciter mutari, manifestum est. nunc quidem in craterem collabitur ignis, nunc diuisus egreditur, modo igniti defluunt riui, modo flammae aut fumus fuligine consurgunt. Haec Sipontinus. Plin. lib. 3. cap. 8. 3, Mons Aetna nocturnis mirus incendijs: crater eius patet ambitu stadiorum uiginti.

Crater, Est quam uulgò peluim appellant in fontibus manufactis, id est salientis aquae conceptaculum. Plin. lib. 5. epist. ad Apollinarē. Hic iuxtà fonticulus. In hoc crater, circa siphunculi plures, qui miscent iucundissimum murmur.

Crater, pro Vase in quo cibus concoquitur, uel mensae apponitur. Ouid. 5. Fast. 104,

> Nunc dape, nunc posito mensae nituere Lyaeo:
> Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Craterem refert ad dapes, pocula ad Lyaeum.

Crater, Vorago, seu hiatus terrae. Ouid. 5. Metam. de Plutone Proserpinam rapiente,

> —in gurgitis ima
> Contortum ualido sceptrum regale lacerto
> Condidit. icta uiam tellus in tartara fecit,
> Et pronos currus medio cratere recepit.

Hoc est, in mediam uoraginem.

Crater, Signum caeleste, quod oritur decimosexto Calend. Mart. uespere. Item sinus in littore Campano, à Miseno Athenaeū usq; extensus, duobusq; penè coeuntibus promontorijs incuruatus, ut est author Strabo, lib. 8.

Craterites] craterites, m. g. Gēma est inter chrysolithi & electri colorem. Plin. lib. 37. cap. 10. 14.

Craterra] Vasis genus, quod nunc situlam uocamus, authore Nonio. Naeuius Lycurgo, Nam ut ludere letanteis inter se uidimus propter amnem, craterris sumere aquā ex fonte. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 3. ad Sibaritanam praedam, in qua sunt tripodes, craterrae, anancea populo nobilium Tarentinarum. Cic. 2. de Nat. deorum, In medioq; sinu fulgens craterra relucet.

Craterus] Statuarius nobilis, quem probatissimis signis Palatinas domos Caesarū repleuisse, author est Plin. lib. 36. ca. 5. Fuit & alter craterus pictor, qui Comoedos Athenis in Pompeo pinxit, teste eodem Plin. lib. 35. cap. 11.

Craterus] pen. corr. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res eius gestas scripsit, cuius meminit in Aristide Plutarchus. Persius Satyra 3,

> Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

Craterus, Medicus fuit insignis, de quo Cicero lib. 12. ad Atticum, Commouet me Attica, etsi assentior Cratero. Huius seruum scribit Porphyrius Tyrius lib. 1. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, morbo inusitato affectum, quum medicamenta non prodessent, uipera piscis in formam figurata & ab eo deuorata, sanum factum. Huius Crateri meminit etiam Horatius 2. Serm. Satyr. 3.

Crates] Thebanus philosophus, Cynicus, Diogenis discipulus: qui, ut Suidas, itemq; Diogenes sunt authores, in pecuniam omnem substantiam redigens, apud trapezitam deposuit hac lege, ut si filij philosophi essent, eam indigentibus ciuibus distribueret, nihilo philosophos indigere existimans. Si autem idiotae, eis redderet: ut uacuis uirtute, saltem opes opitula-

opitularentur. Philostratus autem in Vita Apollonij, & Dioclesi substantiam aiunt in mare proiecisse, ut liberius philosopharetur. Emicuit autem Demetrij Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obsidentem missus legatus, sua authoritate, ab obsidione patriæ remouit. Author Plutarchus. Item Crates, Atheniensis, poeta comicus antiquæ Comœdiæ, auditor Polemonis philosophi, ut tradit Suidas. Crates Mallotes grammaticus, sub Ptolemæo Philometore æqualis Aristarchi grãmatici, cognominabatur Criticus, siue Homericus: scripsit in Iliada & Odysseam libros 1x. commentariorum. Author Suidas. Hic, ut ait Tranquillus in libro de de Illustribus grammaticis, studium grammaticæ primus Romam intulit. missus enim ad Senatum ab Attalo rege sub ipsam Ennij mortem, plurimas acroases fecit, assidueq; per omne tempus legationis disseruit: nostris quoq; exemplum fuit ad imitandum. Hæc ille.

Crates, quum indoctum puerum uidisset, pædagogum eius percussit. Quintil. lib. 1. cap. 9. 4.

Crates] cratis, fœ. gen. (τυρρὸς) Tabula uiminibus contexta. Plaut. Pœnulo, 16. 62, Sub cratum ut iubeas sese supponi. Liu. 10. ab Vrbe, 185, Ibi medijs ferè castris locus est conseptus cratibus, pluteisq; & linteis contextus. Cæsar 7. bel. Gal. 322, Proximam fossam cratibus integunt.

Crates ficariæ, Cato cap. 40. 2.

Crates stercorariæ. Cato cap. 10. 2.

Cratibus tecta facta. Liu. 7. bel. Pun. 12.

Crates pro occa etiam accipitur. Virg. 1. Georg. 19,

Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua. Plin. lib. 18. cap. 18. ad finem, Semen protinus injciunt, cratesq; dentatas super trahunt.

Aeratæ crates. Stat. 4. Thebaid. 22.

Arbuteæ crates. Virg. 1. Georg. 36.

Rarà crates. Iuuenalis Saty. 11. 9.

Textæ crates. Horatius Epod. 2. 9.

Vimineæ crates. Virg. 1. Georg. 19.

Fauorum crates soluere. Virgil. 4. Georg. 43.

Spinæ crates. Ouid. 8. Metam. 163.

¶ Craticula, pen. corr. (ταρρίδιον) Diminutiuum, in qua cibi torrentur. Cato cap. 13. 1. Et Martialis lib. 14. 227,

Parua tibi curuà craticula sudet ofella. Cato, Craticulas diuas.

¶ Craticulum à Græco κρατίω deducitur. Festus. Quidam κραταλίουμ, ἢ κρατάϊωμα.

¶ Cratitius, Adiect. ut, Cratitij parietes, qui cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis, transuersisq; in modum cratis: uocanturq; alio nomine Intergerini, ut etiam Festus ostendit: quòd uidelicet uicinorum cœnacula his dirimerentur. Vitruuius lib. 2, Cratitij uerò parietes uelim quidem ne inuenti essent. quantũ enim celeritate & loci laxamento prosunt, tanto maiori & communi sunt calamitati, quòd ad incendia uti fasces, sint parati.

¶ Cratio, cratis, cratire, Occare. Plin. lib. 18. cap. 28. 1, Vtilissimum simul & herbæ arare, deinde cratire, serere, florem ex fœnilibus, atq; ex præsepibus fœno delapsum spargere prius, quàm cratiantur.

Cratħis] cũ th aspirato, Herodoto lib. 1, Achæorũ fluuius, à quo qui in Italia sic cognominatur, nomen accepit. De quo Ouid. 15. Metam.

Crathis, & hinc Sybaris uestris conterminus oris
Electro similes faciunt auroq; capillos. Hunc & lapidosum esse ait 3. Fastorum. Hic, ut ait Strabo lib. 6. multis medetur morbis, hominesq; in eo lotos, cæsarie candidos & flauos efficit.

Craticula] Vide Crates.

Cratinus] pen. prod. (κρατῖνος) Atheniensis comicus antiquæ Comœdiæ, uir uoluptati deditissimus, puerorumq; amator. docuit fabulas xxi. uicit ix. Author Suidas. Huius etiam meminit Horatius in Epist. lib. 1. 20. 1,

Prisco si credis Mecœnas docte Cratino. Fuit & Cratinus quidam pictor, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

Audax Cratinus. Pers. Satyr. 1. 13.

Cratio] cratis, cratire. Vide Crates.

Cratippus] κράτιππος, Mitylenæus, quem Athenis docentem audiuit Ciceronis filius: ut est in procœmio librorum De officijs. Hic Pompeium post Pharsalicam pugnam fugientem apud Mitylenen, occurrens ultrò sclatus est uerbis philosophicis, ad spemq; hortatus, quum quædam de prouidentia disseruisset, resq; Romanas tandem labi esse necesse affirmaret. Plutarchus in Pompeio.

Cratis] sine aspiratione (κράτις) Africæ fluuius è Sycione lacu profluens in Oceanum, iuxta quem nonnulli fabulati sunt electrum nasci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Cratylus] Atheniensis philosophus, Heracliti discipulus, & Platonis mortuo Socrate præceptor: ex cuius nomine dialogum de Significatione nominum, Cratylum inscripsit.

Craugiæ] insulæ duæ sunt, quæ Spiræo promontorio obiacent. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Crebenia] Vide Cebrenia.

Creber] crebra, crebrum (συχνός, θαμινὸς) frequẽs, quasi crescens numero. Virg. 3. Georg. 92,

Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo.

Crebri ad terram decidunt. Plaut. Pœn. 6. 36. Et Amphit. 4. 8i, Crebri hostes cadunt. Liu. 1. ab Vrbe, 134, Crebri è cælo cecidere lapides.

Africus creber procellis. Virg. 1. Aeneid. 18.

Agmen crebrius. Ouid. 1. de Arte amandi, 14.

Crebri amplexus. Ouid. 9. Meta. 108.

Anhelitus creber. Virg. 5. Aeneid. 40.

Auster creber. Virg. 5. Aeneid. 152.

Crebra diluuia, & assiduæ tempestates. Plin epist. 170.

Gemitus crebri. Ouid. 10. Metam. 101.

Ictus crebri. Horat. 1. Carm. ode 25. 1.

Creber, aut languidus ictus. Plin. lib. 11. cap 37. 85.

Congeminare ictus crebros. Virg. 12. Aeneid. 143.

Crebræ literæ. Cic. ad Tironem, lib. 16. 13.

Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra. Virg. 3. Geor. 66.

Mobilitas crebra. Ouid. 21. epist. 10.

Mortes crebræ. Tacit. lib. 18.

Nuncius creber recurrit. Claud. 2. in Eutrop. 65.

Pericula crebra. Seneca in Hercul. furente, 5. 4.

Petere aliquid crebro quæstu. Tacit. lib. 3.

Pocula crebra. Lucret. lib. 4. 228.

Pulsus creber. Virg. 12. Aeneid. 108.

Repulsus creber. Lucret. lib. 4. 22.

Rumore crebro uulgi lacerari. Tacit. lib. 15.

Salicto crebro oppletus locus. Plaut. Aulul. 22. 9.

Sermo creberrimus. Cic. 14. Philip. 393.

Sonus creber. Plin. lib. 10. cap. 29. 6.

Sylua crebra. Lucret. lib. 6. 28.

Tela crebra. Virg. 11. Aeneid. 122.

Terrè crebræ. Virg. 3. Aeneid. 26.

Vocibus crebris petere aliquid. Claud. 3. Paneg. 11.

Venæ & arteriæ crebræ, multæq; toto corpore intextæ. Cic. 2. de Nat. deor. 209.

Crebræ uel potius quotidianæ compellationes. Cic. Cornificio, libro 12. 25. 5.

Creber in eo fuisti: Hoc est, frequens & assiduus. Cic. pro Plancio, 67.

Digitized by Google

cio,67. Sic ad Atticum,lib.1.14.1, Et in ſcripto multo eſſem crebrior quàm tu.
Frequentia rerum creber. Cic.2.de Orat.30 de Thucydide.
¶ Crebrò, Aduerb. Frequenter (συχνῶς) Terent. Heaut.1.2.32.
Scortari crebrò noluit. Cic. de Senect. 41, Delectabatur crebrò fidibus & tibicine.
Crebrò & interdum, contraria. Cic.1.de Legib.22.
Studioſius & crebrius aliquid agere. Cic.1.de Diuin.153.
Creberrimè. Cic.1.de Diuinatione,99, Quæ creberrimè cõmemorantur à Stoicis.
Quòd crebrò certior per me fias. Cic. ad Lentulum,lib.1.7.1.
¶ Crebritas, pen. corr. crebritatis (συχνότης) Frequentia, pro quo ueteres etiam crebritudinem uſurparunt. Cic. ad Appium, lib. 3.1.4, Vt longi temporis uſuram qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam. Idem ad Atticum, lib.13.375.1, Tanta erat crebritas literarum.
Concinnitas crebritasq; ſententiarum. Cicero de claris Oratoribus,183.
¶ Crebreſco, crebreſcis, crebrui (συχνάμαι) crebreſcere, Crebrum fieri. Plin.lib.7. epiſt. 147, Tum crebreſcere fragor, aduentare etiam, &c.
Optatæ auræ crebreſcunt. Virg.3. Aeneid.106.
Sermonem crebreſcere. Virg.12. Aeneid.45.
Famam Germanicæ cladis crebreſcentem nequaquam mœſta ciuitas excipiebat. Tacit.lib.20.
Crebriſurus] ſignificat uallum crebris ſuris, hoc eſt palis munitum. Feſtus.
Credo] credis, credidi, creditum, penult. corr. (πιστεύω) credere, Eſt dictis uel factis fidem habere. Virgil.2. Aeneid.50. De Caſſandra,
Ora dei iuſſu non unquam credita Teucris.
Credo illum iam affuturum eſſe. Terent. Eunuch.4.6.1.
Credam fore, dum quidē ipſe in manu habeo. Plaut. Aſin.9.58.
Credo te credere. Terent. And.5.4.45.
Magis credo. Vide Magis.
Credere obſtinatè. Vide Obſtinatus.
Tardè credere. Ouid.epiſt.2.2.
Temere credere. Ouid.ad Liuiam,66.
Non temere credere. Cic.de Petit.Conſ.26.
Si credere dignum. Virg.3.Georg.78.
Sic credidit alta uetuſtas. Silius lib.1.6.
Vix credere poſſis quàm non ſibi ſit amicus. Horat.Serm.Saty. 24. Credo, addimus, inquit Donatus, ad ea quæ apud nos parum certa ſunt: ut dubitationem potius quàm certitudinem ſignificet. Terent. Adel.1.2.70,
—credo iam omnium Tædebat.
Credere, Putare, inquit Donatus. Terentius Adelph. 4.5.58, Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos? Idem 4.4.48.
Non te credas Dauum ludere.
Inhoneſtam ſibi credidit orationem Socrates, quam ei Lyſias reo compoſuerat. Quintil.lib.2.cap.15.21.
Credo ironicè dictum, inquit Donatus. Terent.Eunu.5.2.23,
Abi hinc inſana. P. quid ita uerò? debeam
Credo iſti quicquid furcifero, ſi id fecerim. Cic.1.de Nat. deor.119. de latronibus & ſacrilegis loquens, Credo aut illos mortis timor terret, aut hos religionis. Idem 3. Verr. 56, Circunſeſſus es, à quibus? à Lampſacenis: Barbaris hominibus credo.
Credere, Verè ſcire. Terent. Phorm.1.1.6, Ei credo munus hoc corraditur. Cicero 5. Verr. 186, At uberiora cibaria facta ſunt caritate. credo: neq; id eſt nouum neq; reprehendendum. Donatus.
Credere, dubitantis: Certum eſſe, fidentis. Terent. Eun. 4.7.42,
—quin redeamus. iam hæc tibi aderit ſupplicans
Vltrò. THR. credin'? G. imò certè.
Credere alicui. Plaut. Bacchid. 4.6,
Venire tu me gaudes: ego credo tibi.
Credere alicui quod dicit. Terent. Eunuch. 4.4.38.
Credóne tibi hoc nunc, peperiſſe hanc è Pamphilo? Terentius And.3.2.17.
Nimium credere unicuiq;. Author ad Herennium, lib.4.207.
Chirographis alicuius credere. Plancus Ciceroni, lib.10.21.3.
Famæ credere. Ouid.epiſt.9.24.
Blandis uerbis credere. Ouid.2.epiſt.10.
Precio credere iubemus illum cui rem uel magni, uel exigui momenti eſſe perſuadere uolumus, ex eo quòd uel magno, uel paruo precio comparata eſt. Claud.epigram.28,
Si mihi nulla fides, credite uel precio.
Credere alicui de. Cic. ad Attic. lib.8.168.3, Quòd ſi uoluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæſare credere, &c.
De ſe alicui credere. Ouid.1 de eleg.9.3.
Temere alicui de re aliqua credere. Quint.lib.2.cap.14.4.
Sententiæ alicuius de utilibus, atq; honeſtis credere. Quint.lib. 3.cap.8.9.
Citò credere de aliquo. Cic. Appio lib.3.11.15.
Rectè credere de aliquo. Cic. Att. lib.9.180.3.
Credere, pro Confidere. Ouid. epiſt.16 35.
Moribus & uitæ credidit ille meæ. Virg.eclog.2.4,
O formoſe puer nimium ne crede colori. Id eſt, ne confide. Seruius.
Credere fidei alterius. Cic. pro Flac.36, Qui tamen credidit P. Fuluij Verratij lectiſſimi hominis fidei. Plau. in Amphitruone, 4.237. Terent. Eunuch. 5.2.59,
—crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo.
Credere ſe alicui, hoc eſt fidei committere. Plautus Trinum. 4.75, Crede huic tute, iam ſuam rem melius geſſerit. Per ironiam dictum.
Cauſam dijs credere. Lucan. lib.7.16.
Committere & credere aliquid fidei & poteſtati alicuius. Cic. ad Qu. fratrem, lib.1.1.41.
Rectiſſimè & credere & committere omnia alicui. Cic. Qu. fratri, lib.1.1.12.
Credere ſe Neptuno, pro Se committere mari. Plaut. Rud.13.2.
Credere ſe cælo præpetibus pennis, pro Volare. Virg.2.Geor.
Credunt ſe gramina in nouos ſoles. Virg 2. Georg. Id eſt, terrã egrediuntur & creſcunt.
Hoſtibus perfidis ſe credere. Horat.3.Carm.ode 5.7.
Pecuaria præſidio canum credere. Author ad Herennium, lib. 4.202.
Pignora ſua alicui credere. Ouid.3.de Arte amandi,97.
Summam belli puero credere. Virg.10.Aeneid.14.
Malè credere, id eſt Diffidere. Ouid.12.Metam.23.
Credere aliquid alicui, pro Communicare ſecretum, conſilia, & huiuſmodi. Terent. Adelph. 4.5.6, Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe uoluit credere. Idem Heaut.1.1.104, Nec tibi ille credere auſus quæ eſt æquum patri.
Credere ſuum animum alicui. Terent. And.1.5.37.
Credere ſua conſilia alicui. Terent. Eunuch.3.1.12.
Credere facinus magnum timido pectori, ſultum eſt. Plautus Pſeud.8.4.
Rem tanti ſceleris, ignotis alienisq; ſeruis non eſſe credendam. Cic. pro Cælio,41.
Credere uerba alicui. Terent. Phorm.1.2.11.
Credere ſe tectis alicuius. Cic. ad Att. lib.3.55.13, Id eſt, diuerſari apud aliquem.

Digitized by Google

Credere uni omnia. Cic. pro lege Manilia, 47. Sic apud Terent. Eunuch. 3.1.12, Credere exercitum alicui.

Credere alicui argentum, & similia: Id est, seruandum committere (παρατιθέναι) Plautus Asin. 9. 88, Nunquam hodie induces, ut tibi credam hoc argentum ignoto. Cic. 5. Verr. 71, Sic Credere aurum fidei alicuius, Plautus Aulul. 18. 8. Vnde Creditores dicti.

Credere pecuniam, Aliter. Liu. 7. bel. Pun. 276, Vendendo, emendo, mutuũ dando, argentum creditum soluendo. Plaut. Rud. 14. 23, Ego nunquam hodie quicquam credam, nisi accepto pignore. Cic. 2. Offic. 115, Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant.

Credere mutuitanti. Plaut. Merc. 3. 5. 2.

Credere alicui malè. Plaut. Curcul. 9. 20. Vide Malus.

Per syngraphan credere quidpiam alicui. Cicero de Aruſp. reſp. 26.

Exegit quod credidit. Cic. pro Rab. Poſth. 24.

Credere ceræ aliquid. Plaut. Perſa, 15. 62.

Liberis arcana credere. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 7.

Credere campo aciem. Virg. 9. Aeneid. 9.

Veritus ſe credere nocti. Ouid. 4. Metam. 126.

Altæ paludi cancros non credere. Virg. 4. Georg. 10.

Pedibus ſe credere. Sil. lib. 4. 61.

Pugnæ ſe credere. Virg. 5. Aeneid. 76.

Auidiſſimè credere. Plin. lib. 5. cap. 1. 4.

Credo, interpoſitum. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 78, Exarſi non ſolum præſenti (credo) iracundia.

Credo, In reſponſione. Terentius Eunucho, 2. 2. 41, Nunquid nam hic quod nolis uides? P. te C. credo. at nunquid aliud? Idem And. 5. 21. 1.

Satis credo. Teren. And. 4. 1. 49. Idem Eunu. 5. 9. 21. Gaudeo. C. ſatis credo, nihil eſt Thaide tua dignius Quod ametur.

Mihi crede. Cicero 6. Verr. 24, Fuit tanti (mihi crede) habere quod defenderes. Et pro Deiotaro, 25. Hîc Mihi Crede, uel utiq; ſignificat. Cic. Attico, lib. 10. 173. 10, Non ſum (mihi crede) mentis compos.

Crede qui, pro Nimirum qui. Cic. 6. Verr. 29, Pueri autẽ Siſennæ, credo qui audiuiſſent quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta. Et pro Roſ. Amerino, 65, Credo propterea quòd quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus. Pro Vtiq;.

Creduis, pro credas, frequens apud Plautum: ut in Amphit. 8. 38, Nunquam ædepol tu mihi diuino quid creduis poſt hunc diem alibi, Ipſus nec amat, nec tu creduas.

¶ Creditur, Impersonale (πιστεύεται) pro Fides adhibetur. Plau. Sticho, 9. 5, Nunc quia te amicum mihi experior eſſe, creditur tibi. Liu. 1. ab Vrbe, 211.

Non temere creditur. Cic. pro Sexto Roſcio, 37.

Creditur mihi apud illum. Plaut. 15. 25, Neq; domi, neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur.

Creditur, pro Commodatur. Plaut. Perſa, 9. 19, Habe animum bonum. creditur, commodabo.

Creditum eſt. Terent. Adel. 3. 4. 28, Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt.

¶ Credens, credentis, Participium (πιστεύων) ut, Fallere credentem, Ouid. epiſt. 2. 13.

¶ Creditus, pen. corr. Particip. (πιστευθείς) Hor. 1. Carm. ode 3. 1, —quæ tibi creditum
Debes Vergilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.

Cuncta (ut mos famæ) in maius credita. Tacit. lib. 3.

In deterius credita. Tacit. lib. 3.

Soluere pecunias creditas. Cic. in Piſonem, 68.

De pecunijs creditis ius dicere. Cic. de Prouinc. Conſul. 6.

¶ Creditum, crediti, Subſtantiuum (δάνεισμα) Quod nobis debetur. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 20, Accipiam ergo tanquã creditum, non beneficium.

Publicum creditum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 81.

Ire in creditum. Paulus in l. multum. §. mutui datio. ff. de rebus creditis, Quoniam earum rerum datione poſſumus in creditum ire.

Soluere creditum. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 34, Pòſt deinde aliter beneficium, aliter creditum ſoluitur.

Inter creditum & Mutuum. Mutuum enim id uocamus, quod uel ex datione alicuius, uel muneratione debetur: in cæteris rebus appellatio mutui non habet locum. Creditum autem dicitur & ipſum mutuum, & quod ex legati cauſa debetur, & quod ex precio uenditi redigitur, & quod ex teſtamento cõpetit, & (ut uno uerbo dicam) id quod ex quacunq; cauſa debetur. Hæc Harmenopul. de mut. & pignor.

¶ Creditor, pen. corr. Verbale (δανειστής, χρήστης) Caiut de uerbor. ſignific. Creditorum appellatione non ij tantùm accipiuntur, qui pecuniã crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debetur. ſicuti ex empto, uel ex locato, uel ex ullo alio contractu debetur. Liu. 2. ab Vrbe, 97. Cic. 3. Verr. 51, Erant nonnulli togati creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbiſſimi cuiuſq; legati, plurimum prodeſt gratia. Vide Vallam. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 13,
Integer eſt mẽtis Damaſippi creditor? eſto. Hoc eſt, qui Damaſippo credidit pecuniam.

Totius ſummæ creditor. Quint. lib. 5. cap. 82.

Inter creditores debitoris corpus diuidere. Quintilianus lib. 3. cap. 6. 60.

Sponſores & creditores. Cic. pro Q. 49. Idem 6. Philip. 211, Quod etiam uidere potuiſtis, quotidie ſponſores & creditores L. Trebellij conuenire.

¶ Creditrix, penult. corr. Verbale fœmininum. Paulus in l. Claudius Felix. §. aut contra. ff. qui potior. in pign. uel hyp. Poterit uti exceptione rei iudicatæ aduerſus primam creditricem.

¶ Credulus, pen. corr. (πιστευτικὸς, ἁπλοῦς) Qui quæcunq; dicuntur facilè credit. Cic. de Amic. 82, Hæc enim in fabulis ſtultiſſima perſona eſt improuidorum & credulorum ſenum.

Credulus illis. Virg. 9. eclog. 7.

Credulo opponitur Religioſus. Cic. pro Ponteio, 11.

Animus credulus. Seneca Troade, 1. 1.

An poſtquam homines minus creduli eſſe cœperunt? Cic. 2. de Diuin. 176.

Præbere ſe credulum. Cic. Attico, lib. 15. 329. 1.

Res credula. Ouid. 6. epiſt. 5.

Rates credulæ dicuntur, quibus qui ſe committunt creduli, qui ſe poſſe omnia pericula uitare credunt. Senec. Hipp. 4. 35.

Senes creduli. Cic. de Senec. 32. Et de Amicit. 82.

Spes credula. Horat. 4. Carm. ode 1. 6.

¶ Credulitas, pen. corr. (ταχυπειθία, πιστευτότης) Facilitas ipſa credendi. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 1, Credulitas enim error eſt magis, quàm culpa eſt. Mart. lib. 5. 1,
Et tumidus Galla credulitate fruar.

Damno eſſe ſolet puellis credulitas. Ouid. 17. Epiſt. 8.

Capi credulitate. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 9.

¶ Credibilis & hoc credibile, pen. corr. (πιθανὸς) Quod ità uerisimile eſt, ut credi facilè poſſit. Cic. 4. Verr. 130, Multa enim quæ ſcio abs te eſſe commiſſa, quòd aut nimium turpia, aut parum credibilia ſunt, prætermittam. Ibid. 64, Credibile eſt, inquit, quod ſine ullo teſte, auditoris opiniõe firmatur.

Sermo credibilis. Ouid. 1. de Arte aman. 94.

Credibile eſt. Ouid. 2. Triſt. 15.

Stoicum eſt quidem, nec admodum credibile. Cic. 4. Acad. 50.

Fortior credibili. Ouid. 3. Faſt. 124. Hoc eſt, Dido in morte ſibi conſciſcen-

Digitized by Google

conſciſcenda fuit fortior, quàm cuiquam fuiſſet credibile.
Coniectura rei alicuius credibilis. Cic. 2. de Diuin. 82.
¶ Credibiliter, pen. corr, Aduerb. (πιθανῶς) Cic. pro Deiot. 10, Id uos & à uiro optimo, & ab homine minimè ſtulto cogitatum eſſe confingitis: at quàm non modo non credibiliter, ſed non ſuſpicioſè quidem.
Cremaſteres] κρεμαςῆρες, Nerui à quibus teſtes dependent. Columel. libro 6. capite 26, Deinde prius quàm ferrum admoueas, duabus anguſtijs ligneis regulis (ueluti forcipibus) apprehendere teſtium neruos, quos Græci κρεμαςῆρας ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent.
Creme] es, Vrbs Ponti, à qua gentile Cremeſius.
Crementum] pro augmento (αὔξησις) Sipont.
Cremera] penultima correp. (κρεμόρα) Fluuius Tuſciæ, apud quem Fabij à Veientibus occiſi fuerunt. Iuuenalis Satyra, 2. 16,

Quid Cremeræ legio, & Cannis conſumpta iuuentus
Tot bellorum animæ?

Cremium] ῥύγιον, Colum. lib. 12. cap. 19. 3, ruſticos dicit ita nominare ſurculos aridos & minutos: quanquam ſcriptum eſt, gremia. Hermolaus in Plinium.
Cremia cinnamomi. Plin. lib. 12. cap. 19. 5.
Cremmyon] κρέμμυον Stephano, oppidum non procul à Corintho, iuxta quod Theſeus ſuem, quæ omnes agros deuaſtabat, occidit. Ouid. lib. 7,

Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus, &c.

Vbi alterum m uerſus gratia à poeta eſt eliſum. Crommyon autem per o, Vrbs eſt iuxta Aſcalonem, de qua infrà.
Cremo] cremas, cremare (κάω) Cõburere. Plin. lib. 17. cap. 1. 5, Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit urbem. Plin. de Viris illuſt.
Cremare equos. Plin. lib. 7. cap. 30. 5.
Faces cremare. Ouid. 8. Met. 169.
Cremari igni. Cic. 2. de Legib. 88. Cæſar 1. bel. Gal. 16.
Cremata in cinerem purgamenta. Plin. lib. 20. cap. 5. 10.
Leni tepore cremari. Ouid. 2. Met. 163.
Humili ſepultura cremari. Cic. 14. Philip. 408.
¶ Cremandus, Participium (καυτέος) ut, Membra cremanda. Ouid. 104. in Ibim.
Dare artus cremandos. Senec. Octau. 4. 15.
¶ Crematus (καυθείς) Aliud particip. Cic. 1. de Diuin. 85, O præclarum diſceſſum (inquit) è uita, quum (ut Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit. de Calano Indo.
Flammis cremata Corinthus. Senec. Medea, 1. 8.
¶ Crematio, Verbale (καῦσις) Plin. lib. 23. cap. 2. 5.
Cremona] pen. prod. (κρεμωνία) Italiæ ciuitas: de qua Strabo lib. 5, ſic ſcribit, Cis Padum uerò, circumq; Padum celeberrimæ ſunt ciuitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquiſſimæ: inter has & Arimimum ſunt Parma, Mutina, Bononia. Virg. 9. eclog. 6,

Mantua uæ miſeræ nimium uicina Cremonæ.

Cremor] cremoris, m. g. (κρεμὸς) Id quod exprimitur ex grano aliquo aqua macerato. Cato de re Ruſt. 86, Vbi coctum erit, lacte addat paulatim, uſq; adeò donec cremor craſſus erit factus. Hinc cremorem ptiſanæ Galenus, atque adeò Medici omnes uocant ſuccum ex hordeo cocto percolatum & expreſſum, quod uulgò dicitur Hordeum mundatum. Celſus lib. 3. cap. 7, Ducenda aluus, uel aqua uel ptiſanæ cremore.
Infundere cremorem. Ouid. 19. de Medic. fac.
Crena] crenæ (κρήνη) Hermolaus in Plin. libro 11. cap. 37, Crenæ ſunt inciſuræ, à quibus crenata herbarum folia uocantur, hoc eſt ſerrata, ſectaq; per ambitum. Hodie quoq; multis locis ſigna quibus agreſtes numerum aliquem in ſcrutis deſcriptũ habent, crenæ appellantur. In ſagitta quoq;, partis extremæ ſectio, in quam neruus inſeritur, arcum tendere uolentibus, Crena dicitur. Sed & in ipſo arcu ſummâ cornua, crenas ſuas habent, in quibus collocatur, ſedeiq; neruus. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 11. cap. 37. 51, Poſtea arteria, & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis quicquid appropinquat uentri.
Crenis] Crenidis, Nymphæ nomen, teſte Priſciano Gram. in 7. & Ouid. in Metam.
Creo] creas, creare (κτίζω, γουνάω, ποιέω, δημιουργέω) A carne deriuatur, inquit Sipontinus, & producere ſignificat. Cic. 5. de Fin. 68, Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, quæ aut, &c. Idem 1. Tuſc. quæſt. 85.
Natura enim fingit homines & creat imitatores & narratores facetos. Cic. 2. de Orat. 121.
Creare & gignere artis maximè proprium eſt. Cic. 2. de Nat. Deor. 81.
Genitore dubio creatus. Ouid. lib. 5. Met. 29.
Terra creauit genus humanum. Lucret. lib. 5. 164.
De ſtirpe humili creatus. Ouid. 14. Met. 140.
Aerumnas creare alicui. Plaut. Mil. 3. 33.
Arbores creare. Virg. 2. Georg. 2.
Carmina creata de aliquo. Ouid. 3. Triſt. eleg. 14. 3.
Commoditates alicui. Plaut. Pœnulo, 14. 95.
Conſules creare. Cic. Att. lib. 9. 180. 9.
Diſſolutionem ſtomachi creare. Plin. lib. 9. cap. 48. 1.
Duritiem. Celſ. lib. 2. cap. 13.
Errorem creare. Cic. 2. de Diuin. 83.
Faſtidium creare dicitur mel. Plin. 22. cap. 24. 3.
Fraudem ſuis cruribus capitiq; ſuo. Plaut. Milit. 6. 23.
Fruges creare. Lucret. lib. 2. 35.
Lites creare & ſerere. Plaut. Pœn. 8. 9.
In urbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt. Cic. pro Sext. Roſc. Amer. 45.
Magiſtratum. Cæſar 7. bel. Gall. 130. Cic. 2. de Diuinat. 112, Quod quidem inſtitutũ Reip. cauſa eſt, ut comitiorum uel in iudicijs populi, uel in iure legum, uel in creandis magiſtratibus, principes ciuitatis eſſent interpretes. Sic, Creare ducem gerendo bello, Liu. 1. ab Vrbe, 95.
Pecus creare dicitur ager. Ouid. 3. Faſt. 49.
Periculum alicui. Cic. pro Corn. Balbo, 33. Idem 4. Verr. 62, Itaq; hortari homines cœpit, ut aliquid Stenio periculi crearent criminiſq; confingerent.
Portenta creare. Lucret. lib. 5. 167.
Tribunum aliquem ritè creare. Quint. lib. 2. cap. 4. 26.
Valetudinem aduerſam. Celſ. lib. 1. in proœm.
Creare uoluptatem inimicis. Plaut. Caſin. 9. 3.
Vomitum creare. Plin. lib. 9. cap. 48. 1.
Fortes creantur fortibus. Hor. 4. Carm. Ode 6.
Queritur uxor pueris creandis. Hor. 1. Epiſt. 2. 9.
¶ Creator, pen. prod. Verbale (κτίςης) Cic. 2. de Diuin. 98, Nobis hæc portenta deũm dedit ipſe creator.
Creator urbis Romæ Romulus. Cic. pro Corn. Balbo, 24.
¶ Creatrix, pen. prod. creatricis (κτίςις) Verbale fœminenum: ut, Rerum creatrix natura. Lucret. lib. 2. 224.
Manum Chalybum belli creatrix. Valer. lib. 5. Argon. 29.
¶ Creatio, Aliud uerbale (κτίσις) ut, Creatio magiſtratuum. Cic. 3. de Leg. 14.
Creocaccabus] κρεοκάκκαβος, Græcis dicebatur caro minutatim conciſa cum ſanguine & adipe, ac liquore iuſſulento dulciarioq;. Vide Cel. Rhod. lib. 9. cap. 17.

Digitized by Google

Creon] *huius Creontis* (κρέων) *Corinthiorum Rex, prædonis Sisyphi filius, Creusam filiam Iasoni, Medea repulsa, in matrimonium dedit. De quo Tragœdia est apud Senecam. Creon, alter Rex Thebanorum, pater Iocastæ uxoris Oedipi, post Polynicem & Etheoclem interfectos, sumpsit imperium, filiamq; suam Megaram Herculi iunxit, ut est apud Senecam in Hercule furente. Creon item, Lesbi insulæ mons est, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 32. Montes habet Lepethymum, Ordynum, Macistum, Creonem, Olympum.*

Immansuetus Creon. Stat. 12. Theb. 96.

Infestus Creon. Senec. Medea, 7. 12.

Magni Creontis filia. Horat. Epod. 5. 14.

¶ *Creontiades* (κρεωντιάδης) *Herculis filius ex Megara, quem pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediens & in furorem uersus à Iunone, quòd Lycum interfecisset, interemit.*

Creophilus] *pen. cor. Samius, quem aliquando tradunt suscepto in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, inscriptionem poematis, quod Oechaliæ captiuitatem uocant. Sed Callimachus per epigramma quoddam contrarium ostendit, quòd quanquam Creophilus opus composuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidã hũc Homeri magistrum tradunt: quidam non hunc, sed Aristæũ Præconnesium. Author Strabo, lib. 14.*

Crepæ] *à principio capræ sunt appellatæ: quòd cruribus crepent, author Festo.*

Crepax] *Crepacis. Vide* Crepo.

Creperus] *pen. corr. Adiect.* (ἀμφίβολος) *Anceps & dubius, inquit Festus cum Nonio. Lucret. lib. 5, Exæquataq; sunt creperi certamina belli. Accius Phœnissis, Quæ ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi. Lucilius libro 5. Satyr.*

In summo crepera iuuentus salutis.

Crepi] *Luperci dicti sunt, à crepitu pelliculorum, quem faciunt uerberantes. Mos enim erat Romanis nudos discurrere in Lupercalibus, & obuias quasq; fœminas pellibus ferire. Sipont.*

Crepida] *crepidæ, pen. corr.* (κρηπὶς) *Gel. lib. 13. cap. 20, Omnia fermè id genus quibus plantarũ calces tantum infimæ teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt, Soleas dixerunt: nonnunquã uoce Græca Crepidulas. Et paulò pòst, Sed (ut dixi) crepidas & crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentum appellauerũt, quod Græci κρηπίδας uocant. Eiusq; calceamenti sutores, Crepidarios dixerunt. Sempronius Asellio in libro Rerum gestarum, 14, Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario sutore. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 26,*

Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam,
Nec soleas fecit. Cicero pro Rab. Postbumo, 16, Non solùm cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam uidetis.

Quidam hoc nomen à crepitu, hoc est, sono quem reddunt ambulando, dicunt appellatam crepidam.

Crepidæ Carbatinæ. Catul. epig. 93. 1. Vide Carbatina.

In crepidis, pro Crepidatus. Vide In.

¶ *Crepidarius, Adiect. ut, Crepidarius cultellus. Vide exemplum Gellij in* Crepida.

¶ *Crepidatus, pen. prod. Adiectiuum* (κρηπιδωτὸς) *Cic. in Pisonem, 73, Inde nocte intempesta crepidatus, ueste seruili nauem conscendit.*

¶ *Crepidula, pen. corr.* (κρηπίδιον) *Dimin.*

Crepîdo] *pen. prod. crepidinis, f. g.* (κυματωγὸ) *Est, inquit Valla in Raudensem, ora terræ, quã aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepat, crepitatúe quum currit, aut undas appellit: licet Græci sibi huius nominis originem uendicẽt. Cic. 7. Ver. 76, Vsq; ad forum, & ad omnes urbis crepidines accessit. Colum. lib. 8. cap. 17. 9, Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur. Plin. lib. 36. cap. 9. 1. Cic. in Orat. 130, Deinde omnia tanquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur. Per metaphoram uerò & putei extremam oram, quæ ad puteum respicit, quod uulgò dicitur os putei, & omnem extremitatem, solemus crepidinem appellare. Hæc Valla in Raudensem. Varr. 3. de re Rust. cap. 11. 1, Circum totum parietem intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietem sint tecta cubilia.*

Ripæ crepido. Stat. 9. Theb. 99.

Crepido, Abrupti saxi altitudo & moles etiam dicitur, ut ait Seruius: uel ora præcipitij. Virg. lib. 10. Aen. 131,

Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato.

Dorsi crepido. Stat. 1. Achilleid. 90.

Graminea crepido. Stat. lib. 1. Sylu. 3. 9.

Crepido, etiam editioris cuiusq; loci altitudo & extremitas, quam mẽdici insidere solebant, inquit Merula. Iuuen. Satyra 5, Nulla crepido uacat, nusquam pons? Seneca, Quis crederet iacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Consulem? Budæus.

Crepis] *Herba est caule foliato, de qua uide Plinium lib. 21. cap. 16.*

Crepitaculum, Crepito, Crepitus] *Vide* Crepo.

Crepo] *crepas, crepui, crepitum: rarò crepaui, crepatum* (ψοφέω) *crepare, Propriè Sonare significat. Plaut. Menæb. 20. 27, Dic mihi, en unquam intestina tibi crepant, quod sentias? MEN. Vbi satur sum, nulla crepitãt: quando esurio, crepant.*

Crepuit foris, Id est, insonuit, inquit Donatus. Terent. Adel. 2. 3. 11, Sed quidnam foris crepuit? Idem Eunu. 5. 8. 5, Sed fores crepuere ab ea, peri.

Crepuit clarè foris. Plaut. Pœnulo.

Arma ciuilis crepuere belli. Seneca in Thyeste, 7. 4.

Dentes crepuere retecti. Persius Satyr. 2. 11.

Sonabile fistrum crepuit. Ouid. 9. Met. 157.

Pede crepante desilire. Hor. Epod. 16. 10.

Crepare, Prædicare: tumq; accusatiuo iungitur. Hor. 1. Carm. Ode 18. 1,

Quis post uina grauem militiam aut pauperiem crepet?

Alij legunt Increpet. Lucret. lib. 2,

Et crepat antiquum genus & pietate repletum.

Crepare, Rumpi. Virg. 5. Aen. 42,

—— & acuto murice remi Obnixi crepuere.

¶ *Crepans, Crepantis, Particip. Mart. lib. 12. Epig. 36,*

Libras quatuor, aut duas amico,
Algentemq; togam, breuemq; lænam,
Interdum aureolos manu crepantes
Possint ducere qui duas calendas,
Quod nemo nisi tu Labulle, donas, &c.

¶ *Crepito, crepitas, pen. cor. crepitare, Frequentatiuum, Est proprium cymbalorum, tympanorum, & aliorum huiusmodi. Ad alia tamen etiam transfertur. Plin. lib. 12. cap. 17. 6, Myrtata deprehenduntur, crepitantq; in igne.*

Aera crepitantia. Virg. 4. Georg. 31.

Arma crepitantia. Ouid. 10. Met. 29. Idem 15. 157.

Auster crepitans. Virg. 3. Aen. 14.

Bractea crepitat leni uento. Virg. 6. Aen. 42.

Messis crepitantibus culmis aret. Sil. lib. 13. 136.

Crepitare dentibus. Plaut. Rud. 13. 52.

Flammis crepitare. Tib. lib. 2. eleg. 6. 9.

Multa

Digitized by Google

Multa grandine nimbi Culmimib. crepitant. Virg. 5. Aen. 91. Vbi Seruius dicit esse Hypallagen: nam debuisset dicere, Multo nimbo grando crepitat.
Lamina crepitans. Senec. in Agam. 9.10.
Duro crepitant sub uulnere malè. Virg. 5. Aen. 87.
Rostro crepitans. Ouid. 6. Met. 20.
Sinus carbasei crepitantes. Virg. 11. Aen. 155.
Squamæ crepitantes. Ouid. epist. 12. 21.
Crepitat mihi uenter. Plaut. Amphit. 15. 12.
¶ Crepitus, huius crepitus, pen. corr. (ψόφος, βρόμος) Est sonus uiolentus ex impulsu resultans, qualis est ostij pulsati, cymbalorum, tympanorum, tubarum, cornuum.
Armorum. Plin. lib. 2. cap. 57.
Dentium. Cicero 4. Tusc. 30.
Forium. Plaut. Curcul. 4. 1.
Frænorum. Varro lib. 2. cap. 7. 10.
Gladiorum. Hirtius lib. 6. 131.
Imbrium. Plin. lib. 12. cap. 1. 7.
Pedum. Cic. in Topicis, 25.
Plagarum. Cic. 7. Verr. 126.
Testarum. Iuuen. 11. 17.
Viridis materiæ. Liu. 6. ab Vrbe, 10.
Crepitus dissonus. Plin. lib. 2. cap. 12. 3.
Dare crepitum, Crepitare. Iuuen. Satyr. 3. 11.
¶ Crepitus (κορκορυγμὸς) Est etiã eruptio uentris: ut, Stoici putabant non minus honestos crepitus esse, quàm ructus. Ex Ciceron ad Pætum, libro 9. 22. 16. Et apud Plinium, Crepitum reddere, libro 27. cap. 12. 6. βόμβους Græci appellant. Vide Reddo.
¶ Crepulus, pen. cor. Adiectiuum. Anienus in Virgine,
Non ut fessa uirûm repararet gaudia multu,
Sed crepula ut latè uomeret conuitia uoce. Hoc est, uôce crepitante & increpatoria.
¶ Crepitaculum, penult. cor. (κρόταλον) Instrumentum, quod manibus percussum reddit sonum. Col. lib. 9. cap. 12. 1, Crepitaculis æreis, aut testarum plerunq; uulgò iacentium sonitu terreatur fugiens iuuentus. Martialis epigr. de Crepitaculo, lib. 14. 54.
Puerilia crepitacula. Quint. lib. 9. cap. 4.
¶ Crepitacillum (κροταλύλιον) Dimint. à crepitaculo. Lucret. lib. 5. 46, Nec crepitacillis opus est. Aliàs legitur, Crepitacula eis.
¶ Crepax, crepacis, pen. prod. à Crepando. In uersibus Mecœnatis, quos refert Seneca epistol. 115, ubi uocat crepacem malam.
Crepundia] orum, neut. gen. plur. num. (λαμπάματα παιδικά) Sunt nõ modò uestes, sed bullæ, ensiculi, securiculæ, crepitacula, & puerilia ornamenta: à crepando, hoc est, tinniendo dicta: quoniam infantes huiusmodi crepitaculis maximè gaudent. Plaut. Cistel. 8. 5, Nam hîc crepundia insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit. Idem Rud. 24. 110. multis uerbis declarat quæ uocentur crepundia.
Crepusculum] pen. corr. (ἀμφιλύκη, δείλη, δείλη) Extremum diei tempus, inquit Festus. Nonius uerò, Crepusculum inquit, dicitur lux dubia. Colum. lib. 6. cap. 23. 2, Id quoq; semper crepusculo fieri debet. Plin. lib. 18. cap. 25. 11, Oriente sole uel occidente matutini uespertiniue cognominati, prout alterutris eorum manè uel crepusculo contingit. De stellarum ortu & occasu duplici loquitur. Seru. De crepusculo quod est dubia lux (nam creperum, dubium est) quæritur. Et licet utriq; tempori possit iungi, usus tamen ut matutino iungamus obtinuit: licet Lucanus dixerit,
Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.
Crepusculo primo. Plaut. Casin. 2. 39.
Lucis dubiæ crepuscula. Ouid. 11. Met. 120.
Opaca crepuscula. Ouid. 14. Met. 25.
Sera crepuscula noctem trahunt. Ouid. lib. 1. 45.
Facta crepuscula. Ouid. 14. epist. 5.
¶ Crepuscia, apud Sabinos nominari, qui eo tempõre erant nati: & Sidonius horam uespertinam, crepusculascentem dixit.
Cresco] cresis, creui, cretũ (αὐξάνω, προάγομαι, ἐπιδίδωμι, ἀδρύνομαι) crescere, Augeri est. Plaut. Merc. 19. 29, Par est ætas unà creuimus.
Crescere, & Decrescere, contraria. Cic. 2. de Diuin. 50.
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino? Ouid. 3. Fast. 11.
In domo alicuius creuisse, pro Nutritũ ab infantia fuisse. Suet. in Othone, cap. 1.
De tenui origine crescere. Ouid. 3. Fast. 87.
Crescere ad plenitudinem, & in longitudinem. Plinius libro 11. cap. 37. 82.
Molem maris in astra crescere. Lucan. lib. 5. 125.
Crescere in altitudinem. Liu. 5. ab Vrbe, 69.
In immensum crescere. Ouid. 4. Met. 133.
Immensum crescere. Ouid. 5. Fast. 107.
Crescere in latitudinem. Colum. de Arborib. cap. 17. 2.
In mores patrios crescere. Stat. lib. 4. Sylu. 7. 9.
Crescere in multas opes. Liu. 1. bel. Pun. 25.
Crescere in aduncos ungues. Ouid. 2. Met. 48.
In unum crescere. Catul. epigram. 108.
Super ora, caputq; Creuit onus. Ouid. 12. Met. 105.
Paulatim crescere. Lucret. lib. 1. 38.
Malè crescere. Ouid. 3. Fast. 90.
Æquor crescit aquis. Lucan. lib. 5. 68.
Amor crescit. Stat. 3. Theb. 111. Iuuen. Satyr. 14.
Audacia creuit. Ouid. 8. Met. 17.
Barbam crescere. Lucret. lib. 5. 190.
Cupido furiosa opum creuit. Ouid. 1. Fast. 43.
Labor crescit. Sil. lib. 3. 107.
Mare creuit in astra, Altè intumuit. Senec. Hippol. 10. 4.
Mœnia crescunt. Ouid. 15. Met. 91.
Mea nomina crescunt. Ouid. epist. 5. 5.
Crescebat in eos odium. Cic. de Arusp. resp. 42.
Opes creuerunt. Ouid. 1. Fast. 43.
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Iuuenal. Satyr. 14.
Turbidam seditionem fauore crescere. Ouid. 9. Met. 86.
Strages in cumulum crescunt. Claud. 5. Paneg. 22.
Virtus animo crescit. Claud. 8. Paneg. 3.
Vis animi pariter crescit cum corpore quoque. Lucretius libro 3, 154.
Voluptas crescit. Senec. in Medea, 12. 23.
Auditæ crescunt in pectore uoces. Valer. lib. 7. Argon. 62.
Crescere, pro honoratiorem & ornatiorem fieri, uel etiam detexere. Cic. pro Cluentio, 61, Condemnato Opiniaco, statim L. Quintius homo maximè popularis, qui omnes rumorum & concionum uentos colligere consuesset, oblatam sibi facultatem putauit, ut ex inuidia Senatoria posset crescere, quòd eius ordinis iudicia, minus iam probari populo arbitrabatur.
Factis alicuius crescere. Claud. 4. Paneg. 21.
Crescere ex accusatione aliquorum. Cic. pro Sex. Rosc. 50.
Crescere de re aliqua. Cic. 7. Verr. 136.
Crescit in dies singulos hostium numerus. Cic. in Catil. 3.
Creuerunt animi. Cic. pro lege Manil. 31.
Crescit mihi materies scribendi. Cic. ad Att. lib. 2. 27. 4.
Finis crescendi. Lucret. lib. 2. 224.
Nec noua crescẽdo reparabat cornua Phœbe. Ouid. 1. Met. 3.

Digitized by Google

¶ Creſcens, Particip. (ἐπιδιδόμενος) Martial. lib. 1. 84,
——raptum domino creſcentibus annis.
Anni creſcentes. Ouid. 10. Met. 5.
Opus creſcens. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 4.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam. Hor. 3. Carm. Ode 16. 4.
Segetes creſcentes. Ouid. 8. Met. 58.
Ventus creſcens. Catul. in Argon. 59. 55.
Creſcentes & aduenientes morbi. Cic. 2. de Diuin. 210.
Poeta creſcens. Virg. eclog. 7. 5.
¶ Cretus, Participium (κτιγὸς) Virg. 2. Aeneid. 15,
—— hortamur fari quo ſanguine cretus. Id eſt, quibus ſit parentibus natus, ait Seruius. Sic lib. 3. 121.
Sanguine cretus Syſiphio. Ouid. 13. Met.
A ſanguine Troiano cretus. Virg. 1. Aen. 39.
Ab origine cretus eadem Acriſius, &c. Ouid. 4. Met. 122.
Corpore mortali cretus. Lucret. lib. 5. 2.
Cres] pro Cretenſi. Vide Creta.
Creſeis] κρησὶς, Nymphæ marinæ nomen, à fontibus dictæ, κρουνὸν enim fons dicitur. Perottus. Rectius legetur Creneis.
Creſilas] Pictoris nomen, qui, Plin. teſte, uulneratum deficientem depinxit, in quo poſſit intelligi quantum reſtet animæ: & Olympium Periclem dignum cognomine. Vide ipſum lib. 34. cap. 8.
Creſium] κρήσιον, Mons eſt in agro Tegeatum, in quo fuit Aphnei ſacellum. Nam ubi cum Aerope congreſſus eſt Mars, ueluti memorant Tegeatæ, natus inde Aphneus matri nihilominus inhæſit, partim quamuis immortuæ, ac ex uberibus ui numinis paterni, multum copioſumq; lac ſuxit. Vide ſuprà in Aphneus, & Cæl. lib. 20. cap. 25.
Creſphon] tis (κρεσφόντης) uiri proprium, qui, ut ex Ephoro refert Strab. poſtquam Meſſeniam terram ſubiugauit, eam quinq; in ciuitates diuiſit, ita ut Steniclarum in huius regionis medio poſitã, regiã ſibi ſtatueret. Vide Strab. lib. 8.
Creſpinus] Frutex potius, quàm arbor eſt, è terra uirgultis plurimis aſſurgens, ueluti corylus. Hic ab imo ad ſummum ſpinis quibuſdam acutiſſimis horret longis, compreſſis, albicantibus fractuq; minimè contumacibus, quæ per interualla ternæ ex eodem pendent puncto. Cortex toti plantæ candidus, læuis, & tenuis: cui ſubeſt ligni materies flaua, fragilis, atq; fungoſa. Flores emittit ineunte Maio luteos, racematim cohærentes in uuæ ferè modum, odore non ingrato. Quibus poſtea ſuccedit fructus acinis oblongis, racemo pendulis, qui maturitate maximè rubent, punicæ mali acinis haudquaquam abſimiles, quanquam figura longiore, guſtu acido, & ſubauſtero, paruis recõditis intus nucleis. E fructu poſt uindemias incolæ uinum exprimunt, quod falſò de Berberi uocant Officinæ: cui auſteritatis aciditatisq; longè plus ineſt, quã mali punicæ ſucco. Plura uide apud Matth. Senẽſ.
Creſſa] κρήσσα, Oppidum Paphlagoniæ eſt, teſte Stephano, poſt excidium Troianum à Merione conditum. Eſt & portus Cariæ, Rhodo inſulæ oppoſitus. Plin. lib. 5. cap. 28.
Creſſæa] κρισσαία Herodoto, lib. 7. regio Pallenæ uicina, ac Thermæo ſinui contermina.
Creſton] Oppidum, de quo Herodotus lib. 1, Qua lingua Pelaſgi ſunt uſi affirmare non poſſum, ſed coniectura ſignorũ, licet dicere eadẽ, qua nunc Pelaſgi utuntur, qui ſuprà Tyrrhenos urbem Creſtonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum, qui nunc Dores uocantur. Eſt & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Iuſtinus lib. 38.
Creta] Cretæ, & Crete Cretes (κρήτη) Inſula in medio põto, cẽtũ urbiũ fama clara: quæ (ut ſcribit Strab. lib. 10, à Septẽtrione, Aegæo alluitur ſimul et Cretico pelago: ab Auſtro, Aphro: ad Occidentẽ, Aegilã et Cythera ſpectat: ad Oriẽtẽ, Carpathon. Habet in longitudine ducẽta ſeptuaginta millia paſſuũ: in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingentorũ octoginta octo millia paſſuũ cõplectitur. Inſignes in ea urbes ſunt Gortyna, Cydonia, Gnoſus Minois regia, & Strabonis Coſmographi patria. Nullũ in Creta animal noxiũ eſt: optimiq; uini fertiliſſima eſt. de qua Vir. li. 3. Aen. 21,
Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ
Centũ urbeis habitãt, magnas, uberrima regna. Dicta eſt Cureta, ab habitãtibus Curetibus: & per ſyncopã Creta. Alij dicũt Cretã dictã, à Crete quodã Iouis filio, Curetũ rege. Alij à Crete Nympha, Heſperidis filia. Arrianus nõ à Crete, ſed à Cres, Cretis genitiuũ faciẽte, nominatã dicit, ab eo qui Iouẽ abſcõdit in mõte Lycæo. Vnde Creſſa, tantũ f. g. id eſt, Cretẽſis. Similiter Creſſeus, et Creßius. Sunt aũt hæc nomina quæ ex maſculino fœminiñ ad ſimilem formã mittunt: ſcilicet Cres Creſſa: Libys, Libyſſa: Phœnix, Phœniſſa: Magnes, Magneſſa: Thrax, Threſſa, & Threiſſa. Tibullus,
—— etiã Phœbo gratiſſima dona Cres tulit. Auſonius,
Præpetibus pennis ſuper aera nectus homo Cres. De hac Diodorus lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 12.
Alta Creta. Virg. 6. Aen. 117.
Cærula Crete. Senec. in Herc. Oetheo, 15. 3. Cærulam uocat, quoniam in mari eſt ſita.
Dominatrix freti Creta. Senec. in Hippol. 2. 1.
Exeſa Creta nigris chelydris. Virg. 2. Georg. 43.
Humida Creta. Horat. Epod. 12. 2.
Nobilis centum urbibus Creta. Hor. Epod. 9. 6.
Potens centum oppidis Crete. Hor. 3. Car. Ode 27. 7.
Spacioſa Crete. Senec. Troade, 9. 2.
¶ Cres, Cretis (κρὴς) Qui eſt ex Creta. Cic. pro Muræn. 68,
Neq; uerò Cretes, quorum nemo guſtauit unquam cubans, &c. Vide Creta.
Epimenides Cres. Cic. 1. de Diuin. 63.
Puella Creſſa (κρήσση) Ouid. epiſt. 2. 16.
Pugnaces Creſſæ, Canes de Creta dicuntur. Senec. Hippol. 1. 7.
Nota Creſſa. Id eſt, ſignum candidum. Hor. 1. Carm. Ode 36. 3.
Alludit ad morem illum à Thraciæ populis prius defluxũ, quo dierum ſingulorum fortunas notare ſolebant ueteres, aduerſas quidem lapillo atro, felices autem candido. Hunc morem Acron & Porphyrion etiam Cretenſibus communem fuiſſent uolunt. Vide prouerbium, Creta notare.
¶ Creßius (κρήσιος) Adiectiuum: ut, Nemora Creßia. Virgil. 4. Aen. 14.
¶ Cretis, Cretidis, pen. corr. (κρῆτις) Patronymicum, f. g. ut, Nymphæ Cretides, quæ Cretam incolunt. Ouid. 3. Faſt. 89.
¶ Cretæus, Adiect. (κρητιεὺς) ut, Cretæa humus, apud Ouid.
Iuuencus Cretæus. Id eſt, Minotaurus. Prop. lib. 3. eleg. 19. 3.
Ceruæ Cretæ, quæ in Creta plurimæ ſunt, in qua inſula naſcitur dictãnus, quo uulnerati cerui ſanãtur. Sene. Hip. 1. 11.
Vrbes Cretæ. Ouid. 9. Met. 134.
¶ Cretenſis, & hoc Cretenſe, Idem. (κρητικὸς) ut, Cretenſis homo. Vide prouerbium, Cretizare cum Cretenſi, Apud Eraſmum in Chiliadibus.
Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius. Cic. 3. de Nat. deor. 72.
¶ Creticus, pen. corr. Adiect. (κρητικὸς) Quod ex Creta eſt: ut, Creticum mare. Hor. 1. Carm. Ode 26. 1.
Creta] cretæ (κρήτη, πιμωλία) Terra alba & tenax, à creſcẽdo dicta: ut uult Sipontinus: quoniã proprietas eius eſt, ut in macerãdo creſcat: quod in primis cretæ Vmbricæ accidit. Cretæ genera uide apud Plin. lib. 35. cap. 17. 1.
Creta Aſiatica. Cic. pro Flacco, 29, Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ ferè, &c. Inter Aſiaticas cretas, Galenus laudat cretam Cymoliam.
Tenax creta. Virg. 1. Georg. 36.

Digitized by Google

Creta aut carbone notare. Persius Satyr. 5. 11.
Solidare aream creta. Virg. 1. Georg. 36.
¶ Cretula, pen. corr. Dimnut. Cic. 6. Verr. 51, Quum Valentio eius interpreti epistola Agrigenti allata esset, casu signum iste animaduertit in cretula.
Cretula, Genus coloris. Plin. lib. 35. cap. 7. 1, Ex omnibus coloribus cretulam amare, udoq; illini recusant purpurissum, Indicum, &c.
¶ Cretaceus, Adiectiuum (κρητινὸς) Quod est ex creta.
Cretacea siligo, Quæ creuit in loco cretoso. Plinius libro 18. capite 9. 1.
¶ Cretatus, pen. prod. (κρητώδης) Aliud adiect. Creta infectus. Plin. lib. 35. cap. 18. 2, Cretatis pedibus homines inielligit Plinius uenales, qui ex summis diuitijs in paupertatem redacti essent. Idem lib. 35. cap. 17. 4, Est & uilissima, qua circum præducere ad victoriæ notam, pedesq; uenalium trans mare aduectorum denotare instituerunt Maiores. Iuuenal. Satyr. 1, in eandem sententiam dixit,

Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.

Cretatæ caligæ. Vide Caliga.
Cretatæ fasciæ. Cic. Att. lib. 2. 18. 1.
¶ Creteus, a, um, Quod fit ex Creta: ut, Cretea persona. Lucret. lib. 4,

Sic eliditur, ut si quis prius, arida quàm sit
Cretea persona, adlidat pilæue, trabiue, &c.

¶ Cretosus, pen. prod. (κρητώδης) Aliud adiect. Quod creta abundat. Plin. lib. 15. cap. 18. 4, Cato de ficis ita memorat, Ficos marisca in loco cretoso aut aperto serito. Et Ouid. 7. Met. 95, Cretosa rura.
Cretæus] Poeta quidam apud Propertium: Scribit enim,

Aut quid Cretæi tibi prosunt carmina senis?

Cæterùm quis sit is, nondum satis conuenit. Beroaldus de Epimenide Crete dictum putat, quem scriptorem carminum fuisse nulli dubium est. Alij Lucreti legendum existimant, cuius elegantissima carmina de rerum natura existant. Fertasse enim ea perstudiosè Lynceus legebat, quum & ipse poetas amaret, & uersus scriberet, & ex illius ætatis secta se ad Epicuri sententiam propensiorem & dociliorem præberet. Probabilior tamen Beroaldi sententia uidetur.
Creteæ] Insulæ quædam appellantur in Mœsia, contra Liburnos populos, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. ult.
Cretheus] Dissyllabum, huius Cretheos, Filius fuit Aeoli, Iouis filij, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aesonē genuit, Alcimedontem & Amythaonem, ut est apud Homerum, li. Odysseæ 11. Valer. Flac. lib. 1. Argon. 9,

—— nostri de sanguine Phryxus
Cretheos, ut patrias, audis, effugerit aras.

Verba sunt Peliæ ad Iasonem nepotem.
¶ Cretheius, Adiectiuum: ut, Virgo Cretheia, Helle Cretheos neptis dicitur, quæ Hellesponto dedit nomen. Valer. libro 2. Argon. 124.
Crethmon] inquit Galenus, libro 7. de Simpl. medic. fac. gustantibus falsum est, cum paucula amaritate: quam ob rem uis eius est exiccatoria, & absterſoria. Vtraq; tamen imbecillior in eo est, quàm in amaris. Plin. lib. 26. cap. ult. herbam dicit utilem interioribus fœminarum morbis. Est et Crethmos agrios, qui gramias tollit oculorum impositus, tumorem quoq; polenta addita. Vide eundem Plinium, lib. 25. cap. 13.
Crethon] & Orcsilochus, filij fuere Dioclis. Hi unà cum reliquis Græcorum principibus ad Troiam profecti sunt ex Pheris ciuitate. Author Homerus, lib. Iliad. 3.
Creticus] Oratoris nomen, cuius meminit Iuuen. Satyr. 2. 8, Acer & indomitus, libertatisq; magister

Cretice pelluces.

Creticus] Qui ex Creta est. Vide Creta.
Creticus] Substantiuum (κρητικὸς) Genus pedis est, quod ex prima & tertia longis constat. Alio nomine Amphimacrus dicitur. Cic. in Orat. 126. Idem lib. 3. de Orat. 101, Creticus pes est ex longa, & breui & longa: ut,

Quid petam præsidij, aut exequar, quóue nunc.

Creticus] M. Antoninus Triumuiri pater dictus, quòd Cretæ mortuus est. Pædianus, Plutarchus in Antonio. Hunc tamen quidam Antonium Cicereium uitiosè nominant.
Cretio] Vide Cerno.
Cretomartis] κρητόμαρτις, Carmes & Iouis fuit filia, quæ quum cursu delectaretur & uenatione, Dianæ grata erat imprimis. Sed quum eam amaret Minos, insequereturq;, illa fugiens in retia capiendis dem ssa piscibus se præcipitem dedit. Verùm deam fecit Diana. Eandem colunt Aeginetæ quoq;, comparuisse ipsis opinati: sed ἄφαιαν agnominant, sicut Cretenses δικτύνναν. Quo tamen cognomine Diana quoq; significatur, ut in Laconicis rebus à Pausania proditum scimus, & in frà demonstrabitur latius.
Creui] Præteritum, Modo significat hæreditatem adij: modò maior ætate uel sensu fum: modò iudicaui: modò diuisi quæ omnia à duobus uerbis Cresco & Cerno ueniũt. Festus. Vide Cresco, & Cerno.
Creusa] pen. prod. (κρέουσα) Cretonis Corinthiorum regis filia, quã Iason, repudiata Medea, uxorē duxit. Et indignata Medea, scriniola quædam dono misit, quibus apertis flamma protinus exijt, quæ Creusam cum tota regia combussit. Propert. lib. 2,

Aspice quid donis Eryphila inuenit amaris,
Arserit & quantis nupta Creusa malis.

Fuit & Creusa, Aeneæ uxor, apud Virg. 2. Aen. 130,

Nos contrà effusi lachrymis, coniuxq; Creusa.

Creusis] πρεῦσις, Oppidum est in confinio Bœotiæ, Locrorum & Aetolorum, ut annotauit Vadianus in Pompon. libro 2.
Crexa] Insula est in Illyrico, cuius meminit Plinius libro 3. capite 21.
Crialon] oppidum in Libyco, iuxta lacum Mœridis, de quo Plin. lib. 5. cap. 9. in descriptione Asiæ.
Cribrum] κόσκινον, λίκμα, σινιατήριον, Pistorium uas. Plaut. Rud. 4. 14,

Villam integundam intelligo totam mihi:
Nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius.

Id est, plurimis locis ac passim. Cic. 2. de Diuinatione, 87, Quasi uerò quicquam interfit, mures diem noctem aliquid roderites, scuta an cribra corroserint.
Rarum cribrum. Ouid. 12. Met. 88.
Cribro incernere, uel Succernere. Col. lib. 5. cap. 6. 5. Hoc est, Cribrare. Plin. lib. 18. cap. 11. 12.
Cribro aquam haurire, uel gerere, Prouerbium in eos qui operam perdunt. Plaut. Pseud. 3. 100. Videto Erasm. in Chiliad.
¶ Cribro, cribras (σήθω, κοσκινίζω, σινιάζω) cribrare, Cribro incernere. Plinius libro 25. cap. 5. 19, Præterea mirum inuentum est, quòd inciſum forficulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet. Colum. lib. 12. cap. 23. 1.
¶ Cribrarius, Adiect. (κοσκινικὸς) Plin. lib. 18. cap. 11. 12, de alica loquens, Posteaq; gypsi pars quarta inspargitur, atq; ut cohæsit, farinario cribro succernunt. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tantum arenas transmittente.
Cricus] κρίκος, Brachij gestamen quoddam erat, ut nonnullis uidetur, in quo pertuso Demosthenem, præsidio ultimorum casuum, uenenum consuisse gestare inclusum traditur,

Digitized by Google

ditur, quod etiam hauserit intrepidè, ne quid indignum tanta uirtute à Macedonibus pateretur. Hinc natum, ut quod speciem quidem habet extrinsecus, & oculos aspectu iucundo allectat, intus uerò perniciem seruat euidentißimam, Cricum dicamus Demosthenis. Ex Cæl. lib. 8. cap. 13.

Cridinum] Fluuius in Margiane regione, circa Hircanum mare. Author. Plin. lib. 6. cap. 16.

Crimen] criminis, n. g. (ἔγκλημα, αἰτίαμα) Delictū, proprie dicitur id quod factum est, ut ait Donat. Ouid. in epist.

Crimine te potui demeruisse meo. Cic. ad Marium, libro 7. 3. 17, Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit reipublicæ profuturus, criminis loco putant esse, quòd uiuam. Idem 3. Verr. 29, Idem enim certis proprijsq; criminibus accusabo.

Scelus & crimen. Cic. pro Cælio, 48.

Crimen etiam dicitur ipsa criminatio, siue criminum accusatio. Cic. in Philip. Hæreditatem mihi negasti obuenisse: utinam hoc tuum uerum crimen esset. Idem 3. Verr. 13, Deinde reliquis diebus his criminibus, his testibus & urbanis & prouincialibus sic obrutus & oppressus est. Ibidem, 7.

Ambitus crimen. Cic. pro Murena, 50.

Facti crimen. Cic. pro Milone, 74.

Fortunæ crimen appellatur, quum quis casu, non dedita opera peccat. Ouid. 3. Metam. 29. de Actæone. Quintilian. in procem. lib. 6. 12, Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.

Maleficij crimen. Cic. pro Rosc. Amer. 43.

Necessitatis crimen, non uoluntatis. Cic. pro Ligar. 3, Quod si crimmosum est, necessitatis crimen est, non uoluntatis.

Proditionis crimen inferre alicui. Cic. 7. Verr. 84.

Veneni crimen. Cic. pro Deiot. 11.

Crimen perpetuæ posteritatis. Ouid. 4. Trist. eleg. 8. 6.

Infamia criminum. Quint. lib. 5. cap. 7. 18.

Inuidia criminum. Quint. lib. 4. cap. 3. 5.

Acerba crimina alicui obijcere. Quint. lib. 6. cap. 3. 69.

Asperum crimen. Quint. lib. 5. cap. 13. 14.

Credibile crimen. Quint. lib. 7. cap. 3. 32.

Commune crimen. Virg. 12. Aen. 4.

Inane crimen. Vide Inanis.

Inuidiosum crimen. Vide Inuideo.

Natum crimen. Cic. 7. Verr. 84.

Nauale crimen. Vide Nauis.

Nefanda crimina. Seneca Hippol. 6. 18.

Nefarium crimen & fraus capitalis. Cic. 2. de Orat. 109.

Nobile crimen. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 8.

Noxia crimina. Sil. lib. 16. 106.

Patens crimen & sine teste probatum. Ouid. 15. Met. 8.

Diu tacitum crimen. Senec. Hippol. 5. 21.

Tributarium crimen. Cic. pro Plancio, 37.

Turpe crimen. Hor. in Arte poet. 53.

Abscondere crimen face iugali, Matrimonij pretextu adulterinum partum celare. Senec. Hippol. 5. 2.

Acerbare crimen alicuius. Claud. de Raptu Proserp. 2. 42.

Vestitus crimen afferre alicui. Cic. pro Rab. Posth. 17.

Falsi criminis reum agi. Ouid. 1. de Remed. amoris, 78.

Auertere crimen in aliquem. Quint. lib. 7. cap. 39.

Adducere in crimen. Plin. lib. 22. cap. 22. 24.

Carere crimine turpitudinis. Quint. lib. 2. cap. 2. 9.

Conferre crimen cum uita. Cic. pro Syl. 56.

Manifestis criminibus conuinci. Cic. 3. Verr. 17.

Damnari crimine mortis. Virg. 6. Aen. 86.

Dare crimini. Vide Do. Cic. 7. Verr. 59.

Deducere crimen ad ipsos oculos. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 7.

Defendere crimen aliquod. Ouid. 13. Met. 61.

Atrocitatis crimina defendere. Quint. lib. 7. cap. 3. 26.

Variè crimen defendere. Quint. lib. 4. cap. 5. 7.

Causæ criminum plerunq; inficiatione defenduntur. Cicero 2. de Oratore, 58.

Sine crimine uitam degere. Virg. 4. Aen. 110.

Ad crimen defensionem quærere. Cic. 5. Verr. 134.

Differre crimen. Quint. lib. 7. cap. 2. 9.

Paucorum crimen in omnes diffundere. Ouid. 3. de Arte, 2.

Discere crimen alicuius, pro cognoscere crimen. Virgilius 6. Aeneid. 87.

Dissoluere crimina. Cicero pro Sylla, 51. & de opt. gen. Oratorum, 149.

Dotata crimine uirgo. Ouid. epist. 6. 28.

Ducere aliquem in crimen. Tacit. lib. 5.

Suspicionē & crimen quædam efficiunt. Cic. 2. de Orat. 179.

Ineptiarum crimen effugere. Cic. 3. de Orat. 104.

Eleuare crimen. Quint. lib. 7. cap. 3. 32.

Eluere crimen. Ouid. 11. Met. 29.

Fraudi aut crimini esse alicui aliquid. Cic. pro Murena, 67.

Excusare crimen lachrymis. Stat. 6. Theb. 9.

Excutere aliquod extrinsecus crimen. Quint. lib. 4. cap. 2. 12.

Exhibere tacitum crimen aliqua nota. Id est, patefacere. Seneca Hippol. 5. 21.

Expiare crimen. Senec. Medea, 8. 14.

Facere crimen. Cic. pro Flac. 25, Qui igitur probari potest in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret?

Ferre crimen in aliquem. Tacit. lib. 12.

Fingere crimen. Cic. pro Cælio, 43. Idem pro Deiot. 11.

Habere crimen ab aliquo, & eundem eius criminis testem, dicuntur accusatores. Cic. pro Cælio, 38, Sed ex te ipsa requiro, quoniā & crimen accusatores abs te, & testem eius criminis te ipsam dicunt se habere: si qua mulier, &c.

De aliquo crimen habere uirgo dicitur, quæ compressa est ab aliquo. Ouid. 2. Fast. 33. de Callisto Hamadryade.

Falsum crimen, quasi uenenatum aliquod telum iacere. Cicero pro Quintio, 5.

Incurrere in crimen. Vide Incurro.

Induere crimen alicui. Stat. 1. Sylu. 4. 4.

Inesse crimen alicui. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 14.

Inferre alicui crimina. Cic. de Amic. 58. Vide Infero.

Inferre crimina, accusatoris officium est: defensoris, diluere & propulsare. Author ad Heren. 204.

Insequi crimen alicuius. Ouid. 8. Met. 26.

Insidet crimen in animo. Vide Insideo.

Intendere crimen in aliquem. Vide Intendo.

Intentare crimen inuicem. Vide Inuicem. Quintilianus libro 3. cap. 10. 5.

Falso crimine læsus. Silius lib. 15. 118.

Ficto crimine liberari. Cic. pro Rosc. Amer. 76.

Maculare crimine nomen alicuius. Virg. 10. Aen. 168.

Maculatæ crimine mentes. Silius lib. 11. 40.

Manifestus criminum. Tacit. lib. 13.

Metuere crimen. Vide Metuo.

Molitur crimina, & accusatorem, qui obijceret Chaldeos, &c. Tacit. lib. 12.

Notare libidinis crimine aliquem. Cic. pro Corn. Balbo, 46.

Obijcere melius crimina, quam defendere. Quintilian. lib. 6. cap. 3. 48.

Crimini obnoxius. Vide Obnoxius.

Obteritur laus imperatoria criminibus auaritiæ. Cicero 7. Verr. 2.

Grauibus criminibus oneratus. Quint. lib. 4. cap. 2. 20.

Patrocinari crimini. Quint. lib. 2. cap. 4. 18.

Pensare

Digitized by Google

Penſare crimina una laude. Vide Penſo.
Peracta crimina. Iuuenal. Saty. 13. 25.
Perorare crimen. Vide Peroro.
Ponderare crimina rerum ipſarum magnitudine. Cicer. 3. Verr. 29.
Premere crimen. Quint. lib. 7. cap. 3. 32.
Premere aliquem crimine ignoratæ artis. Horat. in Arte, 53.
Proferre crimen ex libidinoſa domo. Cic. pro Cælio, 43.
Præponere & explicare crimina in teſtibus interrogandis. Cicero 3. Verr. 20.
Anteactæ uitæ crimina purgare. Quint. lib. 7. cap. 2. 9.
Loco criminis putare aliquid. Cic. Mario, lib. 7. 3. 17.
Refellere crimen gladio. Virg. 12. Aeneid. 4.
Regerere crimen alicui. Senec. Hippol. 5. 27. Alicui, pro in aliquem.
Repellere crimen. Quint. lib. 4. cap. 2. 19.
Exitum criminis reperire. Cic. pro Cælio, 53.
Reſcindere crimina alicuius, Eſt oblitum peccatum alicuius in memoriam reuocare, & uelut refricare uulnus. Ouidius 3. Triſt. eleg. 11. 13.
Reſeruare iudicio crimen. Cic. pro Mil. 10.
Reſpondere criminibus. Cic. pro Planc. 3.
Reticenda crimina. Stat. 1. Thebaid. 46.
Reus criminis. Ouid. epiſt. 15. 66.
Simulare crimen. Ouid. 13. Metam. 60.
Neſario crimine ſolui, & culpa liberari. Cic. pro Roſ. Ame. 85.
Struere crimina & accuſatores. Tacit. lib. 11.
ἀχαριςίας crimen ſubire. Cic. Att. lib. 9. 175. 6.
In crimine eſſe. Cic. 6. Verr. 89.
Eſſe probro & crimini. Cic. pro Sex. Roſc. Amer. 28.
Crimen culpæ alicuius ſuſcipere. Cic. 7. Verr. 28.
Suſcipere crimen facinorum tantorum & tam atrocium. Cicero pro Sylla, 51.
Capitalium criminum ſuſpecti. Tacit. lib. 3.
Trahere crimen in ſe. Ouid. 10. Metam. 14.
Trahere in crimen, Id eſt inter conſcios deferre. Tacit. lib. 15. ut annotat Budæus.
Transferre crimen in aduerſarium. Quint. lib. 6. cap. 5. 7.
Transferre crimen à ſe in alium. Cic. 2. de Inuent. 140.
Fama noſtra uacat crimine. Ouid. epiſt. 4. 4.
Nox uacua eſt crimine. Ouid. 4. Faſt. 117.
Venire in partem criminis, Eſt participem fieri ſceleris alicuius. Ouidius in Arte, 79.
Vertere crimen in aduerſarium. Quint. lib. 7. cap. 3. 18.
In crimen uocare aliquid, pro Crimini dare. Cic. pro Rab. perduel. reo, 17, Hoc tu in crimen uocas, quòd cum ijs fuerit C. Rabirius, &c. Vide Voco.
Vulnerari crimine aliquo. Ouid. epiſt. 18. 21.
Crimen, Falſa ſuſpicio. Terent. Hecyra, 5. 2. 13, Nam ſi comperierit crimini tua ſe falsò uxor credidiſſe, Miſſam irã faciet. Vbi Donatus, Crimen nunc, pro falſa ſuſpicione. Virgilius 11. Aeneid. 250,

—ſemperq; odijs, & crimine Drances
Infenſus iuueni Turno. Id eſt, et quòd eũ odiſſe, et quòd ſe illi odio eſſe ſuſpicaretur. Sic Donatus. At Seru. aliter.

Crimen, pro Cauſa. Virg. 2. Aeneid.

—hinc ſemper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis. Seruius.

¶ Criminoſus, pen. prod. Adiect. (ἐγκληματικὸς, συκοφάντης) Qui crimen infert. Cic. pro Cluent. 75, Hic Tribun. pleb. modeſtus, prudens, non modò non ſeditioſus, ſed etiam ſeditioſis aduerſarius: ille autem acerbus, criminoſus, popularis homo ac turbulentus. Idem in Partit. 2.
Iambi criminoſi. Horat. 1. Carm. ode 16. 1.
Nomine criminoſo inquinare officioſam amicitiam. Cicero pro Plancio, 37.
Criminoſa oratio. Liu. 8. ab Vrbe, 65.
Tempus criminoſum. Cic. pro Ligar. 7.
Criminoſum hoc ei eſt, Id eſt, hæc res inferet ei crimen, crimine damnabitur propter hoc. Cic. 4. Verr. 117, Ille hoc putabat Verri criminoſum fore, ſi eius ſtatuæ eſſent deiectæ. Idẽ pro Sylla, 28, Ne ſi argueret quidem tum denique, quum eſſet interrogatus, id mihi criminoſum uideretur.
¶ Criminosè, Aduerb. (ἐγκληματικῶς) Cicer. pro Roſc. Amer. 33, Quam enim aliquid habeat quod poſſit criminosè, ac ſuſpiciosè dicere, apertè ludificari, & calumniari ſciens non uideatur. Idem de clar. Orat. 68, Qui ſuſpicioſius aut criminoſius diceret.
¶ Criminor, pen. cor. criminaris (ἐγκαλέω, αἰτιάομαι, διαβάλλω) criminari, Cõtumeliosè reprehendere. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. 9, Meſſalam Conſulem contumeliosè lædebat, me tantum comperiſſe omnia criminabatur.
Criminari aliquem alteri. Terent. Eunuch. 5. 2. 16.
Criminari apud. Cic. 3. Offic. 104, Apud pop. Rom, criminatus eſt bellum illum ducere.
Criminari aliquid. Cic. 6. Verr. 52.
Inuidiosè potentiam alicuius criminari. Cic. pro Mil. 9.
De aliquo aliquid criminari. Cic. pro Planc. 31.
Criminat, pro Criminatur, apud Ennium libro 3. Satyr. Nam is non bene uult tibi, qui falsò criminat apud te. Ex Nonio. Obſoletum.
Conſuetudo criminandi. Cic pro Deiot. 11.
¶ Criminatio (διαβολὴ) Ipſa, ut ita dicam, contentioſa cõtumelia. Liu. 10. ab Vrbe, 126, Adiecerint & Appij criminationes de Fabio abſente ad populum. Cic. pro leg. Agrar. 103.
Indignatio & criminatio. Cic. 1. de Inuent. 116.
Allatas criminationes repellere. Cic. de Amic. 59.
Falſa criminatio. Cic. 2. de Orat. 175.
Crimiſſa] æ (κρίμισα) Oppidum eſt in extremis Italiæ finibus, iuxta Thurium & Crotonem, à Crimiſſa nympha. Gentile eſt Crimiſſæus. Strabo lib. 7.
Crimnum] κρίμνον, craſſior zeæ aut tritici farina extitit apud antiquos, qua ad pultem conficiendam utebãtur, quáq; loco panis diutius uictitarunt, ut Plin. eſt author, lib. 18. cap. 8. Abunde alit, inquit Dioſcorid. lib. 2, ſed ægrè conficitur: aluum uehementius adſtringit, ſi zea, ex qua fit, prius torreatur. Hæc ille.
Crinam] Pompon. in leg. 21. §. 1. ff. de aur. & arg. numerat inter ea unguenta quæ ualetudinis cauſa ſunt parata: niſi fortè Crinonia legendum ſit, ut ſit oleum ex lilio confectum, & odoramentis conditum. Nam Crinonis Plin. lib. 21. cap. 5. meminit, quod lilium rubens appellat. Hotomanus.
Crinanthemon] κρινάνθεμον, Flos notiſſimus, quem Dioſcorid. κρίνον βασιλικὸν, Romani Lilium appellant.
Crinis] huius crinis, maſc. gen. (πλόκαμος, θρὶξ) Crines (inquit Feſtus) à diſcretione dicti ſunt, ἀπὸ τῦ κρίνειν. Cicer. 5. Verr. 64, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.
Adulteri crines. Horat. 1. Carm. ode 15. 4. ad Paridem.
Adulti. Stat. 2. Sylu. 1. 15.
Apollinei. Claud. de Raptu Proſerp. 3. 62.
Candidi. Valer. lib. 6. Argon. 13.
Compti. Horat. 4. Carm. ode 9. 3.
Decori. Stat. 2. Sylu. 1. 23.
Erecti horrent. Senec. Herc. Oeth. 6. 1.
Flaui. Virg. 4. Aeneid. 140.
Hirſuti. Ouid. 12. Metam. 56.
Hirti. Ouid. 8. Metam. 162.

Digitized by Google

Ingenui. Stat. 12. Sylu. 9.
Intonsi. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 8.
Intorti. Valer. lib. 6. Arg. 113.
Laceri. Senec. Troad. 8. 13.
Longi. Virg. 7. Aeneid. 15.
Madidi. Valer. lib. 5. Arg. 83.
Mœsti, Ad mœstitiam compositi. Virg. 11. Aeneid.
Nigro crine decori. Horat. 1. Carm. ode 32. 3.
Passi. Virg. 2. Aeneid. 81.
Purpurei. Ouid. 2. Metam. 19.
Rosei. Claud. de nuptijs Honorij, 4.
Simplices. Ouid. 8. Metam. 64.
Sordidi puluere. Senec. Herc. Oeth. 2. 4.
Sparsi. Valer. lib. 1. Argon. 51.
Splendidi ostro. Ouid. 8. Metam. 2.
Vagi per colla. Ouid. 2. Metam. 135.
Virginei. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 5.
Acciſis crinibus nudatã, coram propinquis expellit domo maritus. Tacit. de Morib. German.
Auferre crinem alicui. Virg. 4. Aeneid. 140.
Colligere incertos, & in ordine ponere crines. Ouid. 1. Amorum, eleg. 11. 1.
Collectus crinis in unum nodum. Ouid. 8. Metam. 64.
Comere crinem. Stat. 2. Sylu. 1. 25.
Comantes crines. Silu. lib. 16. 12.
Compoſiti crines. Virg. 4. Georg. 84.
Deducere crines pectine. Ouid. 4. Metam. 63.
Demiſſus crinis. Ouid. 6. Metam. 58.
Propexum, rutilatumq; crinem deponere. Tacit. lib. 20.
Deſecare crinem. Ouid. 2. Triſt. 79.
Diſijcere crines. Sil. lib. 16. 12.
Diſponere crines. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 14.
Diſſimulare crinem. Ouid. 2. Amorum, eleg. 7. 2.
Diſtinguere crinem docta manu. Senec. in Troad. 10. 5.
Impexos certo domat ordine crines. Stat. lib. 1. Achill. 66.
Crinem uolantia ducunt ſydera. Virg. 5. Aeneid. 105.
Effundere crines. Lucanus lib. 1. 38.
Effuſis ſtellatus crinibus æther. Valer. lib. 6. Argonaut. 9.
Effuſus crines. Virg. 4. Aeneid. 102.
Emiſſi crines. Id eſt, laxati aut ſparſi. Stat. lib. 8. Thebaid. 149.
Euinctus uitta crines albente ſacerdos. Ouid. 1. Metam. 136.
Exutus canos lacero diademate crines. Stat. 9. Thebaid. 33.
Flauens crinis. Seneca Oedipo, 5. 4.
Frangere crinem corona. Stat. 2. Sylu. 1. 23.
Fuſi crines. Virg. 10. Aeneid. 27.
Iacens in collo crinis. Ouid. epiſt. 21. 28.
Iactare crinem per auras. Ouid. 11. Metam. 2.
Impexi crines. Claud. 2. de Raptu Proſ. 72.
Aurum implexum crinibus. Plin. lib. 33. cap. 1. 8.
Implicare crinem auro. Virg. 4. Aeneid. 30.
Innectere crinem lauro. Ouid. 6. Metam. 33.
Intorti crines. Silius lib. 3. 58.
Inuoluere crinem. Silius lib. 7. 93.
Irrorare crinem aquis. Ouid. 7. Metam. 40.
Lacerare crinem. Seneca Hipp. 6. 18,
In ſcelere quærit crine lacerato fidem.
Laniare crinem arreptum. Ouid. 4. Metam. 112.
Ligare crines. Claud. de Nuptijs Honorij 25.
Madens crinis. Virg. 4. Aeneid. 44.
Mouere per aera crinem. Ouid. 3. Metam. 146.
Roſeos nectere pectine crines. Claud. de Nuptijs Honorij, 4.
Nitens crine. Vide Niteo.
Crines nodantur in aurum. Virg. 4. Aeneid. 28.
Ornatus crines apio. Virg. eclog. 6. 14.
Perdere miſeros crines. Valer. lib. 1. Argonaut. 81.
Perfundere crinem amomo. Sil. lib. 11. 81.
Premere crines mitra. Seneca Herc. Oeth. 4. 29.
Promittere crinem barbamq;. Tacit. lib. 2.
Inornatos redimitus arundine crines. Ouid. 9. Metam. 1.
Repexo crine flaua Gallia. Claud. 2. Paneg. 49.
Reſolutus crinis. Ouid. 3. Faſt. 52.
Retuſo crine languida ſtella. Claud. 7. Paneg. 37.
Scindere crines. Ouid. 11. Metam. 137.
Secare crinem. Virg. 4. Aeneid. 141.
Soluere crines. Ouid. 11. Metam. 137.
Soluti crines. Sil. lib. 12. 120.
Sparſus crinis. Senec. Hipp. 4. 7.
Spiranti crine odoratus. Valer. lib. 6. Argon. 26.
Subnixus crinem mitra. Virg. 4. Aeneid. 44.
Summittere crinem ac barbam. Tacit. de Moribus Germanorum.
Supplice crinem humum uertere. Claud. in laude Serenæ, 45.
Toſti crines. Ouid. 2. Metam. 57.
Tractus crinis. Senec. Hippol. 5. 29.
Vibrati crines calido ferro, Id eſt, criſpati calamiſtro. Virg. 12. Aeneid. 20. Seruius.
Crinis, etiam piſcium. Plin. lib. 9. cap. 30. 4, de polypo piſce, Nanq; & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c.
Crinis, Genus uinculi eſſe uidetur apud Plin. lib. 17. cap. 21. 12, Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculóue, ut in Hiſpania, Brunduſioq;.
Crinis uitium. Plin. lib. 13. cap. 23. 10, Vernacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus circumueſtit arborem, crinesq; ipſos uuis.
Crinem fœminimum fuiſſe, probat Nonius ex Plauto & alijs.
¶ Crinalis, & crinale, pen. prod. (τριχινὸς) Quod pertinet ad crines: ut, Vitta crinalis. Ouid. 9. Metam. 155.
Aurum crinale. Stat. lib. 2. Achill. 20.
Cultu crinali cæſariem ſtringere. Claud. 5. Paneg. 17.
Hedera crinalis Bacchi. Claud. 1. de Raptu Proſerp. 4.
Murus crinalis Cybeles. Claud. 2. in Eutrop. 57.
¶ Crinalis, Subſtant. n. gen. (τριχινὸν) Ornamentũ eſt capitis ad figendum capillos, ne turbentur euagenturq;. Vlp. de aur. & arg. legat. l. argumento. Faſciæ, inquit, crinales, pedules q;. Vbi Beroaldus legit Crurules, quaſi Faſciæ ſint crurũ.
¶ Crinale, Subſtantiuum, n. g. (τριχινὸν) ut, Curuum crinale. Ouid. 5. Metam. 11.
¶ Crinniger, pen. cor. (πλοκαμοφόρος) Adiectiuum dicitur, qui multos habet crines. Lucan. lib. 1. 92,
Et uos crinigeros bellis arcere Caicos, &c.
¶ Crinitus, pen. prod. (τριχωτὸς) Adiect. Quod crines habet: ut, Crinita ſtella. Cic. 2. de Nat. deor. 21, Tum ſtellis his quas Græci Cometas, noſtri Crinitas uocant. Legitur in emendatis codicibus Cincinnatas. Virg. 1. Aeneid.
— cithara crinitus Iopas Perſonat aurata.
Crinitis arbuſculis apices ſunt pauonibus. Plinius libro 11. capite 37. 1.
Colla toris crinita tument. Stat. lib. 6. Thebaid. 84. de equis.
Galea crinita triplici iuba. Virg. 7. Aeneid. 157.
Malè crinita mulier. Ouid. 3. de Arte, 49.
Miſsile crinitum multa flamma. Stat. lib. 5. Thebaid. 78.
Nox crinita facibus luciferis. Valer. lib. 5. Argon. 74.
Vertex crinitus. Stat. lib. 9. Thebaid. 26.
¶ Crinior, criniris (τριχόομαι) crinitur, apud Statium legitur 4. Thebaid. 44,
— uatem cultu Parnaſia monſtrant
Vellera, frondenti crinitur caſſis oliua.

Digitized by Google

Crinisus] κρίνισος, Siciliæ fluuius, Segestæ urbi uicinus, de quo Seruius huiusmodi refert fabulam. Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorũ Ilij recusaret, Neptunus iratus Troiæ cetum immisit, ut eam uastaret, Consultus Apollo, sinistra dedit responsa, puellas scilicet belluæ esse obijciendas. Hippotes igitur nobilis Troianus, timens ne & Hegesta filia sua ceto, ut Hesiona exponeretur, naui eam imposuit, ut potius se non uidente immergeretur fluctibus, quàm coràm deuoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata Crimiso placuit, qui in canem seu ursum mutatus, eam oppressit, susceptiq; ex eo concubitu Acesten Siciliæ regem. Virg. lib. 5. Aeneid.

Troia Crimiso conceptum flumine mater,
Quem genuit, &c.

Crinomenon] τὸ κρινόμενον, A' Rhetoribus appellatur cõtentio, quæ ex statu efficitur, & circa quod uersatur certamen totius controuersiæ. Latini Quæstionem uocant, teste Cicerone in Topicis.

Crinon] κρίνον, Plin. lib. 21. cap. 5, Lilium rubens appellat, quod alio nomine cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syria & Phaselide laudatissimum prouenientes. Dioscorides tamen, Græciq; ferè omnes, nullo discrimine τὸ κρίνον appellatione, omnia lilij genera intelligunt. Theophrastus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod uere erumpit mox post uiolam albam, peculiari nomine κρίνον appellat.

Crinonia] κρινωνία, Prutex est lilij, teste Suida: nam lilium Græci κρίνον appellant.

Criona] κρίωνα, Stephano, Vicus est Athenienſium, in tribu Antiochide.

Crios] κρίος, Ciceris genus, quod Latini arietinum nominãt, ab arietini capitis figura, à qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κρίον appellant. Fuit etiam Crios, proprium nomen athletæ cuiusdam ex Aegina insula, apud Græcos cantatissimi.

Cripa] pampinacea, Colum. lib. 12. cap. 20. ubi uide quid sit.

Crisis] κρίσις, Latinè dici potest iudicium. Vnde dies critici dicti: hoc est, Iudiciales & decretorij, de quibus postea.

Crispinus] Philosophus quidam fuit Stoicus, qui uersus numero quidem multos scripsit, pondere autem læues. De hoc sæpius Horatius, ut Satyr. 6. lib. 2,

Dũ quæ Crispini docuit me ianitor, edo. Et alijs in locis.

Crispus] Adiectiuum (οὐλος) ut, Crispus capillus, id est, intortus. Plautus Trucul. 6. 32,

Compositos, crispos, cinnos tuos unguentatos.

Sub. expellam. Sic Terentius Hecyr. 3. 4. 26.

Folium crispum. Plin. lib. 12. cap. 15. 2, Folium oliuæ, uerum crispius, & aculeatum. De myrrha loquitur. Apud Columellam autem lib. 11. cap. 3. 21, Crispissimum folium.

Crispa abies. Cic. 3. Tuscul. 76. ex antiquo poeta.

Coma crispa. Silius lib. 16. 25.

Crispiores iubæ leonum, apud Plin. lib. 8. cap. 16. 5.

Crispioris elegantiæ materies, & ob id Persis gratissima. Plin. lib. 13. cap. 9. 3. de Persica Aegyptiaca loquens.

¶ Crispulus, pen. cor. Dimin. (ὀλονόμος) Martial. lib. 5. 62. ad Marianum, Crispulus iste quis est?

¶ Crispo, crispas (ὀλόω) crispare. Plin. lib. 28. cap. 8. 4, Fimi cinere crispari capillum cum oleo. Sub. aiunt.

Crispari terra herbis dicitur, per translationem. Columella libro 10. 17,

Nunc apio uiridi crispetur florida tellus.

Aurora crispat pelagus nouo Phœbo. Valer. lib. 1. Argon. 64. Id est, oriente Sole splendere facit.

Mistum cono crispauerat aurum. Stat. lib. 8. Thebaid. 114.

¶ Crispans, crispantis, Particip. (ὀλῶν) Plin. lib. 16. cap. 16. 2, In primis uerò materies honorata buxo est, raro, crispanti, nec nisi radice, cætero lenis. Legitur in uetustioribus exemplaribus, crispicanti. Virg. 1. Aeneid. 64,

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Crepitus crispans. Plin. lib. 2. cap. 82. 2.

Nasus crispans. Persius Satyr. 3,

— multumq; torosa iuuentus
Ingeminat tremulos naso crispante capillos.

¶ Crispatus, penul. prod. (ὀλωτὸς) Participium: ut, Buxus crispata denso cacumine. Claud. 2. de Raptu Proserp. Hoc est, spirante uento uibrata.

¶ Crispisulcans, Adiectiuum (ὀλοπάλλων) Cic. in Topic. 31, Aliquum in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessariò.

Crispus] Passienus, bis consul, orator, Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior posita, in luco, qui est, in suburbano agri Tusculani colle, arborem eximiam ita adamasse fertur, ut non modò cubare sub ea, uinumq; illi affundere solitus sit, sed etiam eam osculari, complectiq;, ut refert Plin. lib. 16. cap. ult.

Crispus] Salustius (κρίσπος ὁ σαλούστιος) de quo Martialis, lib. 14. 190, Crispus Romana primus in historia. Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantia dicendi, Attica breuitate, sententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus uerba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis utatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriusq; inuectiuis orationibus constat. Eius de auaritia sententiam laudat Gell. cap. 1. lib. 3. Auaritia (inquit) pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupiuit, ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est: neq; copia, neq; inopia minuitur. Idem lib. 17. cap. 18. de eodem Salustio sic scribit, Marcus Varro (inquit) in literis, atq; uita, fide homo, multa, & grauis, in libro quẽ inscripsit Pius, aut De pace, Crispum Salustium scriptorem seriæ illius, & seueræ orationis, in cuius historia notiones Censorias fieri, atq; exerceri uidemus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene cæsum dicit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. Hactenus Gellius. Fuit & Crispus, Constantini Cæsaris filius, à patre interfectus. Crispus item Vibius, ore cõpositus, & iucundus: priuatis tamen causis, quàm publicis melior, ut ait Quint. lib. 10. cap. 1.

Crissa] Nomen oppidi, quod Crissus Phoci filius cõdidit. Hinc Crissæus sinus. Strabo lib. 9.

Crisso] crissas (σαυλοπρωκτιῶ) Ceueo, impudicè nates moueo. Martial. lib. 10. epigr. 68. in Læliam,

Nunquid, quum crissas, blandior esse potes? Idem lib. 14. epig. 202. De puella Gaditana.

¶ Crissans, crissantis, Participium. Iuuenalis,

— & fictum crissantis adorat.

Crista] cristæ (λόφος) Nota uox. Plin. lib. 10. cap. 29. 10, Vpupa obscœna aliàs pastu auis, crista uisenda plicatili.

Crista galeæ. Virg. 7. Aeneid. Et cristæ capitum. Liu. 10. ab Vrbe, 196, Non enim cristas uulnera facere, & per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum.

Galea decora cristis. Virg. 12. Aeneid. 76.

Decus superbum cristarum. Sil. lib. 10. 80.

Cumulata fercula cristis. Stat. lib. 12. Thebaid. 105.

Comantes cristæ. Virg. 7. Aeneid. 37.

Equina crista. Virg. 10. Aeneid. 172.

Geminæ stant uertice cristæ. Virg. 6. Aeneid. 156.

Hostiles cristæ. Claud. 1. Ruffin. 70.

Punicea

Digitized by Google

Puniceæ cristæ. Stat. 4. Thebaid. 44.
Roseæ cristæ. Claud. 1. de Raptu Proserp. 3.
Rubentes cristæ. Virg. 9. Aeneid. 56.
Rubra cristæ. Virg. 9. Aeneid. 10.
Capitum cristæ. Virg. 7. Aeneid. 37.
Comere cristas. Stat. 3. Thebaid. 85.
Summas excussit uertice cristas. Virg. 12. Aeneid. 99.
Insurgens nitenti cono crista. Sil. lib. 16. 112.
Terrificas capitum quatere cristas. Lucret. lib. 2. 128.
Altæ scintillant cristæ. Sil. lib. 7. 120.

Crista, Herbæ species: de qua sic Plinius, libro 27. cap. 5. 7, Alectorolophos, quæ apud nos crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, & semen nigrum in siliquis.

¶ Cristula, pen. corr. (λοφίδιον) Diminutiuum. Colum. lib. 8. cap. 2. 6, Rectis rutilisq; cristulis.

¶ Cristatus, pen. prod. Adiect. (λόφον ἔχων) Quod cristas habet: ut, Cristatæ aues: & periphrasis est gallorum gallinaceorum. Martial. lib. 14. 229.

Cristata galea. Liu. 9. ab Vrbe, 208.
Fulmine cristatum galeæ iubar. Stat. 3. Thebaid. 45.
Ales cristati oris, gallus. Ouid. 11. Metam. 120. & 1. Fast. 91.
Angues cristati. Senec. Herc. furen. 4. 3.
Apex cristatus. Claud. de Phœnice, epig. 3. 4.
Cassis cristata. Ouid. 8. Metam. 5.
Draco cristatus. Ouid. 4. Metam. 120.

Critæ] κριταὶ, Latinè dicuntur iudices omnes: unde qui musicis agonibus, id est, scenicis præerant, critæ dicti. A quibus

¶ Critici, pen. cor. (κριτικοὶ) poematum iudices, quales Aristarchus & Aristophanes Grammatici fuerunt: de quibus Fabius lib. 10. cap. 1. Cicer. ad Dolabellam, lib. 9. 10. 3, Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint, &c. Horat. 2. epist. 1. 11,

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt critici dicunt.

Critici olim uocabantur, qui postea Grammatici appellati sunt.

Critici dies (κρίσιμοι) uocantur à Medicis iudiciarij, in quibus de ægritudinibus ratione fieri iudicium potest. Celsus lib. 3. cap. 4, Est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio: quoniam antiqui potissimùm impares sequebantur, eosq; tanquã tunc de ægris iudicaretur, κρισίμους nominabant. In his erat dies tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, quartusdecimus, unus & uicesimus: ita ut summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde uni & uicesimo daretur. Igitur sic ægros nutriebant, ut dierum impariam accessiones experiarent: deinde postea cibum quasi leuioribus accessionibus instantibus darent.

Crithe] κρίθη, Tuberculũ parulũ in palpebra sup pilorũ locum, quod à similitudine hordei sic est dictum. Celsus lib. 7.

Critheis] κριθῆις, ut ex Ephoro refert Plutarchus in uita Homeri, filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mæonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam uitiasset, grauidamq; fecisset, atq; ob id facti uereretur infamiã, Phæmioeam Smyrnæo, grammaticæ præceptori, in matrimoniũ dedit. Illa uerò non multo pòst, quum ad lauacra, quæ prope Meletem fluuium erãt, proficisceretur, Homerũ iuxta fluuium peperit, ob idq; Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomen accepit. Cumei namq; & Ionesoculis captos Homeros appellant, quòd homeris, id est, itineris ducibus egeant.

Crithmum] seu, ut aliqui, Crithamum (κρίθμον) Herba est fruticosa, & undiq; foliosa, cubiti altitudinem ferè petens. Nascitur in maritimis & petrosis, foliis pinguibus, numerosis, albicantibus, ueluti portulacæ, latioribus, & longioribus, salso gustu. Flores candidi sunt, & semen, ceu rosmarini, odoratum, molle, rotundum, quod siccatum rumpitur: habet intus tritici modo nucleum, radices digiti crassitudine tres aut quatuor, grati odoris & iucundi. Hæc Dioscor. lib. 2. cap. 122. Meminit & Galen. lib. simpl. medic.

Crithologi] κριθολόγοι, apud Opuntios dicuntur, qui collegendis sacrificiorum primitijs præfecti erant: sic dicti, quia in ueterum sacrificijs plurimus erat hordei usus, quod Crithen dicunt. Author Cælius Rhodig. lib. 12. cap. 1.

Crithote] es (κριθώτη Stephano) Vrbs est Thraciæ ad Hellespontum, octoginta stadijs à Cardia distans, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Critias] Vnus è triginta tyrannis, Athenienſibus à Lacedæmonijs impositis. Cuius mentionem facit Cic. lib. 2. de Orat. 52, Consecuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audiuimus. Rursum idem, lib. 3. 76, Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atq; eloquentes, nónne Socratici erãt disputationibus eruditi?

Criticus] Vide Critæ.

Crito] Athenienſis, Socratis familiaris, quem & opibus iuuit, & cum quo usq; ad extremum uitæ est philosophatus. Crito item Pieriota (Pieria autem urbs est Macedoniæ) historicus fuit, scripsitq; res Persicas, Siculas, Macedonicas. Fuit præterea alius, Naxius genere, bistoricus & ipse. Autor Suidas.

Critobulus] pen. prod. Fuit Medicus, de quo Plin. lib. 7. cap. 37. 2, Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi Regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

Critolaus] pen. prod. (κριτόλαος) Athenienſis, nobilis Peripateticus, Romam ab Athenienſibus missus Legatus cum Carneade, & Diogene Stoico, ut scribit Cic. lib. 2. de Orat. De huius libra idem Tuscul. quæst. lib. 5, Quo loco, quero quam uim habeat libra illa Critolai, qui quum in alterã lancẽ animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tãtum propendere illam boni lancẽ putet, ut terrã & maria deprimat. Alter Critolaus, Achæorum Dux, qui Corinthum euertit. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Critolaus euertit Corinthũ, Carthaginem Hasdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Is sororem interfecit, quòd sibi è uictoria redeunti non gratularetur, quum tamen cæteri omnes ei applauderent, ut est autor Demaratus apud Plutarchum in Parallelis. Postremò Qu. Cæcilio Metello uictus apud Thermopylas, ueneno sibi mortem consciuit. Autor Liuius.

Criumetopon] κριοῦ μέτωπον, id est, Arietis frõs, Cretæ insulæ promontorium est ad Occidentem uersus Cyrenas, ut scribit Rufus ex Dionysio,

— hic procul ingens
Inclinat rupes sese, obuia fluctibus altis. Et alibi,
— ut ferus ora
Est aries, ultroq; minax petit obuia fronte. Vide Põponium Melam, lib. 2. in descriptione Cretæ insulæ: & Plinium, lib. 4. cap. 12.

Crobialon] Oppidum non lõgè à Sesamo in Paphlagonia, quod alluit Parthenius amnis Dianæ uirgini admodum gratus. Huius oppidi meminit Apollonius lib. 2. Valer. lib. 5. Argon. 21, — fugit omne Crobiali latus, &c.

Crobilus] Comicus fuit, referente Athenæo, apud quem gulo insignis ad cibaria præseruida digitos sibi esse gloriatur ἰδαλίμους, id est trumentes & calentibus: frustis ita se gutatur succensurum, ut uideri fornax posit, non homo.

Crobylus] κρόβυλος, Aureus uel argenteus corymbus, ex ea pillis pendens, idq; propriè in uiris: nam in mulieribus potius

Corymbum,

Digitized by Google

Corymbum,& in pueris Scorpium uocamus. Vide Corymbius.

Crobyzi] κροβύζοι Stephano, Populi Istri accolæ, quorum memmit Plin.lib.4.cap.12.

Crocallis] huius crocallis, Gemma, quæ cerasum, uel ut alij legunt, ceram repræsentat, autore Plinio, libro 37. cap.10.14.

Crocea] ex(κρόκεα) Vrbs Laconiæ una ex centum, cuius incolæ dicuntur Croceatæ. Stephan.

Crocias] κρόκιας, Gemmæ species, à croci similitudine sic dicta. Author Plin lib.37.cap.11.

Crocilus] Nomen Pastoris, apud Theocritum.

Crocinum] crocini, pen.corr. (κρόκινον) Genus unguenti: cuius oleum est ex croco: de quo Plin.lib.13.cap.13, Vnguentis cognomina dedere alijs patriæ, alijs succi, alijs arbores, alijs causæ: primumq; id scire conuenit, mutatam autoritatem,& sæpius transisse gloriam. Laudatissimum fuit antiquitus in Delo insula, postea Mendesium. Crocinum in Solis Ciliciæ diu maximè laudatum. Propert.lib.3.eleg.10.5,

Et crocino nares myrrheus ungat onyx.

Crocinus color. Vide Crocum.

Crocio] crocis(κρώζω) crocire, dicitur Corvus, ut ait autor Philomelæ inter opera Ouidij.

¶ Crocito, crocitas, pen.corr.(κρώζομαι) crocitare, Frequentatiuum. Plaut. Aulul.19.2, Non temere est quod corvus cantet mihi nunc ab læua manu, Simul radebat pedibus terrã, & uoce crocitabat sua. Sipontinus Crocibat legit.

¶ Crocitum (κρωγμόν) proprium coruorum uocem ueteres esse uoluerunt, inquit Nonius.

¶ Crocatio, siue crocitatio(κρώξις) Coruorum uocis appellatio. Festus.

Crocis] κρόκις, Herba est, cuius contactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori sententia tradit Plinius libro 27. cap.17.

Crocodilium] Herbæ species. Plin.lib.27.cap.8, Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi. Ruell.lib.3.cap.10, dicit ad hanc herbam proximè accedere eam quæ Carlina dicitur: non audet tamen eandem esse asserere. Vide ibidē plura.

Crocodilon] siue Crocodilorum oppidum (κροκοδείλων πόλις) Oppidum Phœnices, ad Carmelum montem, cuius Strabonis ætate nihil præter nomen extabat, ut ipse testatur lib.16. Meminit & Plin.lib.5.cap.19. Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura, ad Nilum fluuium: ita dictum, quòd in eo crocodili pro dijs colerentur. Hanc urbem postea Arsinoen appellarunt, teste Strabone, libro 17.

Crocodilus] pen.prod.(κροκόδειλος) Mons est Ciliciæ apud Plin.lib.5.cap.27.

Crocodilus] pen.prod.(κροκόδιλος) animal quadrupes, hominibus terra pariter atq; aquis infestum. Dictus crocodilus, ut nonnulli uolunt, quòd crocum ac eius odorem refugiat. Vide Plin.lib.8.cap.25. Cic.1.de Nat.deor.111.

Color fucatus stercore crocodili. Horat.Epod.12.3.

¶ Crocodilinus, pen.prod. (κροκοδείλινος, κροκοδιλεία) Adiectiuum, Quod ad crocodilum pertinet.

Ambiguitates Crocodilinæ. Quint.lib.1.cap.10.4.

¶ Crocodilites, huius crocodilitæ, pen.prod.masc.gen. Idem nimirum genus sophismatos parum explicabilis. Author Doxapater scriptor Græcus apud Polit. Miscell.cap.55.

¶ Crocodilea, Animal simile crocodilo. Plin.lib.28.cap.8.20. de Crocodilo loquens, Alter illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratissimisq; floribus uiuit. Ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore farcta, crocodileam uocant.

Crocomagma] huius crocomagmatis, n. gen. (κροκόμαγμα) Vnguentum quo Cilices utuntur. Id ita fiebat: Terebant crocum,& uino præcipuè dulci miscebatur. Plinius lib.21. cap.20.3. Crocomagma uerti potest, crocini olei fæx. Cælius lib.9.cap.4.

Crocota] pen.prod.(κροκωτὴ) Vestis muliebris est croceo coloris. Cic.de Aruspic.responsis, 40, P.Clodius à crocota, à matra, à muliebribus soleis, purpureisq; fasciolis, à strophio, ab psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repentè popularis.

¶ Crocotula, pen.cor.(κροκώτιον) Diminutiuum. Plaut. Epid. 5.48, Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

¶ Crocotularius(κροκωτιὴς) Crocotarũ uestiũ infector. Plaut. Aulul.15.49, Quum incedunt infectores crocotularij.

Crocotillum] Veteres ualde exile dicebant. Plautus,

Extortis cum crocotilis crusculis. Festus.

Crocotinum] Genus operis pistorij. Festus.

Crocotus] campus (κροκώτου πέδιον) Campus est iuxta Thessaliam, ad Amphrysum fluuium. Stephan. in dictione λημήτριον.

Crocum] uel crocus, croci(κρόκον, κρόκος) Plin.lib.21. cap. 7.1, Hos certè flores Homerus tres laudat, lotos, crocon, hyacinthon. Idem cap 6.4, Crocum syluestre optimũ serere in Italia minimè expedit, ad scrupula usq; singula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo: satiuum latius, maiusq; & nitidius, sed multo leuius degenerans sed nec ubiq; fœcundum, etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. Plaut. Curcul.3.6, Tu crocum & casia es. Virg. 4. Georg.37,

Et glaucas salices, casiamq; crocumq; rubentem.

Colore croci contactum. Lucret.lib.6.230.

Cilix crocus. Lucret.lib.2.84.

Corycius. Horat.2.Serm.Saty.4.14.

Liquidus. Ouid.1.de Arte,21.

Pallens. Stat.6.Theb.42.

Puniceus. Ouid.4.Fast.64.

Rubens. Virg.4.Georg.34.

Ruber. Ouid.2.Amor.eleg.6.5.

Sicanius. Statius lib.2.Syl.3.9.

Solennis. Propert.lib.4.eleg.1.4.

Spirans. Iuuenal.Saty.7.21.

Tyrius. Claud.epig.18.2.

¶ Croci, in plurali, apud Iuuenalem & Ouidium.

Olere crocum. Propert.lib.4.eleg.1.4.

Crocum in medio lilij. Plin.lib.21.cap.5.1. De Lilio.

¶ Croceus, Adiectiuum. Plin.lib.22.cap.13.2, Mutat enim cum terra colores, hic niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Virgilius 1.Aeneid.144,

Et circumtextum croceo uelamen acantho.

Amictus croceus. Ouid.3.de Arte,36.

Chlamys crocea. Virg.11.Aeneid.155.

Dies croceus. Claud.2.in Eutrop.106.

Flores crocei. Virg.4.Georg.22.

Frondes croceæ. Valer.lib.4.Argonaut.5.

Honor croceus. Silius lib.8.88.

Ignes crocei. Claud.2.in Eutrop.94.

Lutum croceum. Virg.eclog.4.9, Hypallage est, pro croco luteo. Seruius.

Odores crocei. Virg.1.Georg.12.

Prata crocea. Claud.5.Paneg.54.

¶ Crocatus, pen.prod. Aliud adiectiuum. Plin.lib.16.cap.34. Alicui & semen nigrum, alij crocatum.

¶ Crocinus, pen.corr. Adiectiuum similiter: ut, Crocinum semen. Plin.lib.21.cap.19.2.

Tunica crocina. Catul.63.27.

Crocuphan-

Digitized by Google

Crocuphantia] κροκυφαντία, Ornamenta uillosa sunt, inquit Hotomanus, quæ sub reticulis contexta, per eorum plagulas apparent. Turnebus, Crocuphantia, inquit, ornamenta capitis sunt, & redimicula, quæ tota è subtegmine sine ullo stamine contexta sunt, unde & appellationem sunt adepta, κροκύφαντον enim Grammatici Græci exponunt quod διὰ κρόκης ὑφαίνεται, & ab Atticis κεκρύφαλον scribũt uocari. De his Vlpian. in l. 25. §. 4. ff. de aur. & arg. leg. Ornamentorum hæc, inquit, uittæ, mitræ, semimitræ, reticula, crocuphantia, &c.

Crocus] à quibusdam sagittarius dicitur, Euphemes Musarum nutricis filius. Hunc dicunt domicilium in monte Helicone habuisse, & cum Musis cantu ac cithara delectari solitum: sæpe etiam studio uenationis exerceri: quapropter magnam laudem & laboris & ingenij assecutum. Sed hunc nõ Crocum, sed Crotum, & interdum Crotonem uocant Hyginius in fabula 224, & Sositheus, apud eũ qui Latinos commentarios edidit in Aratum interprete Germanico Cæsare. Hic in Musarũ gratiam ab Ioue collocatus inter sydera, Sagittarij nomen obtinuit.

Crocuta] crocutæ, pen. prod. (κροκῦτα) Fera nascens in Aethiopia, de qua Plin. lib. 8. cap. 21. 1. & cap. 30. 2.

Crœsus] κροῖσος, Lydorum rex, Halyattis filius, primus Græcos partim tributis impositis subegit, partim socios atq; amicos sibi adsciuit: tantumq; imperio & opibus creuit, ut se felicissimum dicere non dubitaret. Paulò pòst debellatus à Cyro, quum pyræ cremãdus imponeretur, magna uoce ter, ô Solon, exclamauit. Admiratus igitur Cyrus, misit qui rogarent, quisnam hominum, aut deorum is esset, quem in dubijs casibus solum imploraret. Cuius rei quum rationem reddidisset Crœsus, non solùm dimissus est, sed summo etiam in honore quoad uixit, apud Cyrum habitus. Ex quo uisus est Solon eadem ratione alterum seruasse è regibus, cautiorem & prudentiorem alterum reddidisse. Plutarchus in Solone. Cremandus autem Crœsus propterea Solonem inclamabat, quòd ab eo fuerat admonitus, neminem tantisper dum uiueret, felicem dici posse.

Crolla] plectilis, detractione secundæ literæ o, pro Corolla, (στεφάνιον) parua corona: apud Plautum in Bacchid. 1. 37.

Crommyonnesos] κρομμυόννησος, Insula iuxta Smyrnã, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Cromna] Paphlagonum oppidum, cuius Homerus in Paphlagonibus instruendis meminit, lib. 2. Iliad. & Strabo lib. 12. & Valerius lib. 5. Argon. 21. & Apollonius lib. 2.

Cronciades] Vnus ex præstantioribus Herculis filijs ex Megara, Creontis Thebanorum regis filia. Perottus.

Cronea] Promontorium Caspio mari uicinum, de quo Plin. lib. 6. cap. 5.

Cronium] in Septentrionibus mare dicitur, non quia antiquũ: quid enim insulsius? sed cõcretum, authore Plinio, à frigoris argumento, cuius præsidem Saturnum faciunt cælestium rerũ studiosi. Apollonius Argonauticõn quarto, Adriacũ mare, Cronium dicit. Sed à Crono, id est Saturno, ut inquit interpres, quem habitasse Italiam omnibus lippis notũ & tonsoribus. Sunt tamẽ qui non Croniũ, apud hunc poetã, sed Chronium putent scribendum, ab insula quæ uocetur Chronia. Lycophronis interpres Ionium scribit sinum antea Chronium dici consuesse, sed & Rheæ sinum. Cronij maris & Eustathius meminit, Post Scythas, inquit, qui mari Cronio uicini Caspium accolunt, Vnni sunt, &c.

Cronius] Vnus ex Centauris. Fuit & alter Cronius gemmarum insignis sculptor, ut uidere est apud Plinium libro 37. capite 1.

Cronos] κρόνος, Saturnus & temporis spacium Latinè dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. 92, Saturnum autem eum esse uoluerunt, qui cursum & conuersionem spaciorum ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet. κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est, spacium temporis. Vide Macrobium lib. 1. Satur. cap. 8. Et rursum cap. 22. ad finem.

¶ Cronia, crontorum (κρόνια) Festa Saturni, qui à Græcis κρόνος dicitur. In his festis mittebant sibi inuicem xenia, remittebanturq; apophoreta, ut uiderentur Saturno gratias agere, quòd fruges, fructusq; ad uitæ cultus necessarios percepissent. Sipont. Hæc festa, Latinè Saturnalia dicuntur. Vide Macrobium lib. 1. Saturnal. cap. 7. ad finem.

Crotalum] crotali, pen. corr. (κρόταλον) Est instrumentum quod manu pulsatur, laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddentibus, dictũ à pulsatione: κρότος enim Græci plausum uocant, & κροτεῖν dicunt pulsare atq; percutere. Vtebantur hoc instrumento Aegyptij in deorum solennitatibus. Virg. in Copa,

Copa Syrissa caput Graia redimita mitella
Crispũ sub crotalo docta mouere latus. Hactenus. Sipõt.

Cicero in Pison. 15, Quos neq; hercule ego, neq; supercilium tuum, neq; collegæ tui cymbala ac crotala fugi. Vide Cælium lib. 19. cap. 4.

Crotalia appellari margaritas quasdam resonantes, docet Plin. lib. 9. cap. 35. 10, quarum sono gaudebant Græci. Subeunt (inquit) luxuriæ eius nomina & tædia exquisita perditione portatu: siquidem quum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoq; gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crotalus] κρόταλος, masc. gen. dicitur, qui lingua est expeditiore, & uoce sonanti, ac propè tinnula, quiq; loquacitate sua neminem non obtundit. Ducta est metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

¶ Crotalistria, Dicta quæ uoce strepitum crotalorum imitatur. Petronius Arbiter de Ciconia,

Ciconia etiam grata peregrina hospita
Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria, &c. Sic enim legit Turnebus, atq; ita uocari scribit à crotalis, quorum strepitum imitatur,

— crepitante ciconia rostro, ut Ouid. loquitur. Legitur tamen in omnibus ferè exemplarib. Coralistria, sed nullo sensu. Similiter & apud Propert.

Nile tuus tibicen erat, coralistria Phyllis: restituit idem Turnebus Crotalistria.

Crotalus] κρότταλος, Fluuius Italiæ (cui Magna Græcia cognomen est) nauigabilis, teste Plin. lib. 3. cap. 10.

Crotaphitæ] κροταφῖται, Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini Temporales appellant, quòd tempora uestiant, unde etiam Græcum nomen traxerunt. Nam κροτάφους illi appellant, quæ nos Tempora.

Croto] siue Croton, f. g. (κρότων) Ciuitas Italiæ in sinu Tarentino, Milone athleta memorabilis, qui Pythagoræ discipulus fuit. Peritissima autem rei bellicæ fuit: nec paruam operam exercendis athletis dedit. In uno enim Olympico certamine uictores omnes, Crotoniatæ fuerunt. Iure itaq; dici uisum est, Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est. Vetus quoq; Prouerbium alterum, Crotone salubrius. Quod inde ortum esse aiunt: quia locus ipse ad salubritatem, & bonas corporis habitudines, propter athletarum multitudinem plurimum conferat. Plurimos enim Olympionicas habuit. Ad eius gloriam accedit ingens Pythagoreorum numerus. Hæc ex Strabonis lib. 6. Silius lib. 11,

— patefecit amicas Alta Croton portas.

Crotonem tradit Ouid. lib. 15. Metam. à Mycilo Alemonis filio iussu Her-

Digitized by Google

iussu Herculis conditam, habereq; nomen à Crotone ipsius Herculis hospite ibi sepulto.

Croton] Crotonis, Nomẽ uiri, cuius meminit Ouid. 15. Metam. 11. his uerbis,

Inuenit Aesarei fatalia fluminis ora,
Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat humus, iussaq; ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in urbem.

¶ Crotoniates, pen. prod. Nomẽ gentile. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Liuius Decad. 3. lib. 14,

Eam tum arcem satis, ut uidebatur, tutam
Crotoniatum optimates tenebant. Vbi de Crotone & Crotoniatis multa Liuius.

¶ Crotonienſis, Aliud nomen gentile. Salluſt. in Catil.

Croton] Crotonis, Frutex est ad magnitudinem paruæ ficus assurgens, folio platani, sed leuiore ac nigriore, ramis ac cau dice arundinum modo concauis, semine uuarum aspero, quod purgatum effigiem Ricini animalis repræsentat, unde & nomen accepit. Nam Ricinum uermem Græci etiam κρόταωνα appellant. Hoc semine exprimitur oleum cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris utile. Alio nomine hîc frutex Ricinus appellatur, & Cici, unde etiam oleum ipsum Cicinum & Ricininũ appellatur. Plinius lib. 16. cap. 23. Vide Cici.

Crotopus] pen. prod. Rex Argiuorũ fuit, pater Psamathes, quæ ab Apolline compressa Linum peperit, quem quũ inter uepres absconditum, canes extractum dilacerarunt.

¶ Crotopiades, Patronymicum masculinum. Ouid. in Ibin,

Quiq; Crotopiadem diripuere Linum.

Crotus] siue Croton, Euphemes Musarum nutricis filius. Vide Hyginum.

Cruciata] Planta est in incultis locis præcipuè nascens, caule rotundo, quadrantali, ac etiam maiore, in cacumine rufescente, paribus ferè interuallis ab imo ad summum geniculis intersecto: è quorum singulis alis bina prodeunt folia subpinguia, longa, uulgaris dictæ Saponariæ æmula, & Gentianæ foliolis in summitate erumpentibus similia. Flores, qui purpureo colore nitent, in summo circa caulem in orbẽ exeunt. Radix illi alba, longa, amarißimo gustu, locis pluribus ab utroq; latere crucis instar perforata: unde illi Cruciatæ nomẽ indiderunt. Vide Matthiol. in lib. 3. Dioſc.

Crudaria] Argenti uena, quæ in summa fodina reperitur. Plin. lib. 33. cap. 6.

Cruciatus, Cruciamentum, Crucíabiliter, Crucío, Crucifigo] Vide Crux.

Crudus] Adiectiuum (ὠμός, ἄπεπτος) Quidam à cruore dictum putant, quod propriè recens atq; acerbum significat: ut, Crudum uulnus, hoc est recẽs, & quasi adhuc cruentum. Hinc crudum, quod nondum est coctum, à similitudine crudæ carnis, quæ adhuc cruenta est. Plin. epist. 111. cap. lib. 5, Vt enim crudum adhuc uulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atq; ultrò requirit: sic recens animi dolor cõsolationes reijcit ac refugit, mox desiderat, & clementer admotis acquiescit.

Crudum, Nondum coctum: ut, Cruda caro.

Aluus cruda, Quæ crudum adhuc & inconcoctum cibum egerit, ut in lienteria. Cato cap. 125.

Cæstus crudus, pro duro & crudeli. Virg. 5. Aeneid. Seruius.

Cibi crudi, Qui indigesti & nondum concocti sunt. Iuuenalis Satyra 1.

Cortex crudus, pro uiridi. Virg. 9. Aeneid. Seruius.

Ensis crudus, pro crudeli uel cruento. Virg. 10. Aeneid. Seruius.

Equa cruda marito proteruo. Horat. 3. Carm. ode 11. 3.

Exordia cruda. Stat. 1. Achil. 55.

Fatum crudum. Silius lib. 13. 45.

Homo crudus, Qui crudum habet stomachum, id est, qui cibum non concoxit. Cic. 2. de Finib. 40, Crudiq; postridie se rursus ingurgitent. Idem pro Cluent. 134. Idem apud Celsum, lib. 2. cap. 10.

Crudus etiam homo dicitur, qui truci est aspectu.

Honor crudus. Stat. 10. Thebaid. 68.

Indoles cruda. Claud. 6. Paneg. 9.

Iuuentus cruda. Silius lib. 3. 62.

Mens cruda. Silius lib. 4. 7.

Nomen crudum Marte uiri. Silius lib. 7. 23.

Cruda poma, nondum matura. Cic. de senect. 55.

Prælia cruda. Stat. 12. Thebaid. 153.

Robur crudum. Stat. 2. Thebaid. 142.

Rudimenta cruda. Stat. 1. Achil. 96.

Saxum crudum. Valer. lib. 2. Argonaut. 109.

Viridis & cruda senectus. Virg. 6. Aeneid. 61.

Seruitium crudum. Tacit. lib. 1.

Solum crudum & immotum. Colum. lib. 2. cap. 2. 21, Sed ita nec ubi crudum solum & immotum relinquat, quod agricolæ scamnum uocant.

Sudores crudi. Stat. 1. Thebaid. 85.

Taurus crudus. Valer. lib. 4. Argonaut. 50. Id est, taurinum coriũ durum.

Terra cruda. Lucan. lib. 3. 78.

Vellus crudum. Valer. lib. 6. Argonaut. 17.

Virago cruda. Stat. 11. Thebaid. 83.

Virginitas cruda. Claud. 3. Paneg. 50.

Vulnera crudi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 4.

Crudus, Crudelis. Senec. Hip. 12. 13, —crudus, et lethi artifex.

Ructare crudum. Cels. lib. 1. cap. 2.

¶ Cruditas, penult. corr. huius cruditatis (ἀπόφασις, ἀπεψία) Affectus stomachi, qui nascitur ex ægra concoctione. Cic. de Senect. 40, Caret ergo etiam uinolentia & cruditate & insomnijs. Idem ad Cassium, lib. 15. 17. 3.

Contrahere cruditatem. Quint. lib. 7. cap. 4. 25.

Cruditas causa est morbi. Cic. de Fato, 50.

Signa cruditatis. Quintil. lib. 2. cap. 21. 12.

Cruditas arborum. Plin. lib. 17. cap. 24. 4.

Substat cruditas. Celsus lib. 2. cap. 12.

¶ Crudesco, crudescis (ὠμάσκω) crudescere, Crudum fieri.

Iræ crudescunt. Stat. lib. 2. Theb. 136.

Crudescit morbus, Validior fit. Virg. 3. Georg. 99. Seruius.

Morbus crudescere incipiens. Claud. 1. in Ruff. 61.

Crudescit pugna, Crudelior fit cæde multorum. Virgil. 11. Aeneid. Seruius.

Pugnæ sanguine effuso crudescunt. Virg. 7. Aeneid. 158.

¶ Crudelis, et hoc crudele, pen. prod. (ὠμός, ἀπλαγής, ἀνήλεος) Asper, immitis. Cic. pro Deiotaro, Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit.

Crudelis atq; importunus. Vide Importunus.

In hominis alicuius calamitate crudelẽ esse. Cic. 2. de Orat. 107.

Crudelis in liberos & in sanguinem suum. Cic. de Finib. 53.

In ira crudelis. Ouid. 5. Fast. 65.

Amor crudelis. Virg. Eclog. 10. 6.

Animus ferus, crudelis, atq; inhumanus. Author ad Her. li. 263.

Aræ crudeles. Ouid. 13. Metam. 91.

Ausa crudelia. Ouid. Epist. 14. 10.

Bellum crudele & exitiosum. Cic. Attico, lib. 10. 173. 14.

Consilia crudelißima. Cic. 4. Philip. 154.

Conuiuium crudele. Ouid. 10. Metam. 123.

Egestas crudelis. Valer. lib. 4. Argonaut. 91.

Epistola crudelis. Ouid. Epist. 21. 44.

Digitized by Google

Fanus crudele. Virg. Eclog. 5. 4.
Crudelia gaudia. Ouid. 6. Metam. 131.
Hostis crudelior. Ouid. 2. Trist. 16.
Ianua uel domina penitus crudelior ipsa. Propert. libro 2. eleg. 15. 4.
Ignis crudelior. Catul. Carm. 57. 4.
Lethum crudele. Virg. 12. Aeneid 128.
Luctus ubiq; crudelis. Virg. 2. Aeneid. 74.
Mens crudelior. Ouid. 11. Metam. 141.
Odium crudele tyranni. Virg. 1. Aeneid. 73.
Pabula crudelia. Propert. lib. 3. eleg. 7. 1.
Pœnæ crudeles, Sæuæ, nimiæ. Virg. 6. Aeneid. 100. Seruius.
Sacra crudelia. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 17.
Scelus crudele artificis. Virg. 2. Aeneid. 25.
Somnia crudelia. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 19.
Sors crudelis. Senec. in Octau. 3. 2.
Superi crudeles. Silius lib. 8. 132.
Terræ crudeles, id est, crudelium & austrorum. Virg. 3. Aeneid. 9. Seruius.
Lacerauit terga uerbere crudeli. Ouid. 2. Fast. 139.
Virtus crudelis. Stat. 6. Theb. 147. Virtus, Fortitudo.
Vita crudelis. Virg. 9. Aeneid. 103.
Vulnus crudele. Virg. 2. Aeneid. 12.
Crudelis, Inexorabilis, qui nõ flectitur precibus. Virg. 2. Eclog. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Seruius.
¶ Crudelitas, penult. corr. huius crudelitatis (ὠμότης, ἀπάνθρωπια) Cic. pro Rosc. Amer. 92, Vestrum nemo, est quin intelligat populum Romanum (qui quondam in hostes lenissimus existimabatur) hoc tempore domestica crudelitate laborare. Sic Audacia & crudelitas singularis. Cic. 5. Verr. 42.
Carnificina atq; crudelitas. Cic. pro Sestio, 119.
Adhibere crudelitatem in aliquem. Cic. pro Domo sua, 47.
Anhelare ex infimo pectore crudelitatem. Autor ad Heren. libro 4 241.
Insatiabilem crudelitatem suam exercere in aliquo. Cic. 11. Philipp. 194.
Quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. Cic. 1. de Orat. 114.
Omni crudelitate lacerare aliquem. Cic. pro Domo sua, 47.
Inimicorum crudelitas nondum nostra calamitate satiata. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 3. 7.
Homo crudelitate barbarus. Cic. pro Flacco, 19.
Importuna crudelitas. Vide Importunus.
Inhumana crudelitas. Vide Inhumanus.
Hominum naturæ maximè inimica crudelitas. Cic. 3. Offic. 61.
Nobilitata crudelitas. Vide Nobilis.
¶ Crudeliter, pen. corr. (ὠμῶς) Aduerbium. Cic. 1. Offic. 115, De euertendis autem, diripiendisq; urbibus ualde consyderandũ est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.
Acerbè & crudeliter. Cic. 4. in Catil. 82.
Vti crudeliter. Ouid. 3. de Pont. eleg. 7. 4.
Crudelissimè interficere. Cic. 1. Philipp. 25.
Crudelissimè perire. Cic. pro Sylla, 56.
Vrere crudelius. Tibullus lib. 1. eleg. 8. 2.
Cruentus] Vide Cruor.
Cruma] Vide Crusma.
Crumena] pen. prod. (βαλαντίον) Ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν, hoc est ferio, loculus dicitur, quod è brachio pendens huc atq; illuc feriat. Alij ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν deducunt, quòd plerunq; suspensa gestetur. Plaut. Asin. 12. 67, Hic pone, hìc istam colloca crumenam in collo planè.
Deficiens crumena. Horat. 1. epist. 4. 3, Et mundus uictus non deficiente crumena. Sic Iuuenal. Satyr. 11. 4.
Crumina] Sacculi genus. Plautus, Dij bene uortant, tene, crumina minuerint triginta minæ. Festus.
Crunos] Thraciæ portus. Author Pomponius lib. 2. Dionysiopolis, inquit Plin. cap. 11. lib. 4, Ante Crunos. Portus autem à salientibus aquis nomen habet, qui Græcè Cruni appellantur. Author Hermolaus.
Cruor] huius cruoris, m. g. (αἷμα, ἰχώρ, λύθρον) Sanguis qui ex aliquo uulnere spargitur. Virg. 8. Aeneid.
—tepidus cruor fumabat ad aras.
Ferarum cruor. Ouid. 3. Metam. 30.
Atri cruores. Virg. 4. Aeneid. 138. ubi Seruius, Cruores usurpatum. nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores.
Castus cruor. Ouid. 12. Metam. 6.
Crassus cruor. Virg. 5. Aeneid. 93.
Diri cruores draconis. Valer. lib. 7. Argonaut. 111.
Flebilis cruor. Seneca Troad. 4. 20.
Fœdo cruore sparsa ora. Seneca Octau. 1. 4.
Insyncerus cruor. Virg. 4. Georg. 57.
Largus cruor inundat locum aliquem. Senec. Hippol. 4. 29.
Obscenus cruor. Virg. 4. Aeneid. 92.
Puniceus cruor. Ouid. 13. Metam. 188.
Sacer cruor. Virg. 5. Aeneid. 66.
Viperinus cruor. Horat. Epod. ode 3. 2.
Virgineus cruor. Virg. 11. Aeneid. 161.
Vndans cruor. Stat. 5. Thebaid. 47.
Feritas sitisq; immensa cruoris. Ouid. 13. Metam. 165.
Stultitiæ cruorem adde re. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 55.
Affectare cruorem. Stat. . Thebaid. 108.
Animare cruorem calidum. Ouid. 1. Metam. 52.
Arentem cruorem ferro detergere. Silius lib. 8. 69.
In arma undanti cruore animã diffundit. Virg. 10. Aeneid. 179.
Diffusus cruor. Lucan. lib. 1. 62.
Effusus cruor. Ouid. 6. Metam. 51.
Manantem ex ore cruorem eiectare. Sil. lib. 10. 56.
Largus cadentum it cruor. Valer. lib. 6. Argonaut. 146.
Expiati cruores. Horat. 2. Carm. ode 1. 1.
Fusus cruor inficit terram. Senec. Hipp. 4. 39.
Haurire cruorem. Ouid. 13. Metam. 66.
Lauare fluidum cruorem. Virg. 3. Aeneid. 132.
Libare cruorem. Senec. Herc. fur. 11. 6.
Manans cruore culter. Vide Mano.
Oblitus faciem cruore. Tacit. lib. 2.
Cruorẽ inimici quã recentissimũ ostendere. Cic. pro S. Rosc. 11.
Perfusus cruore, Vide Perfundo.
Rorans cruore. Silius lib. 10. 53.
Sitire cruorem. Seneca in Thyeste, 1. 21.
Sparsus cruor. Virg. 12. Aeneid. 62.
¶ Cruentus, Adiectiuũ (αἱματώδης) Sanguinolentus: ut, Cruenta urina. Plin. lib. 20. cap. 13. 12.
Cruentus sanguine ciuium. Cic. 4. Philipp. 154.
Arma cruenta. Ouid. epist. 5. 32.
Bello cruentior ipso. Ouid. 12. Metam. 119.
Cruentum cadauer. Cic. pro Milone, 25.
Cædes cruenta. Senec. in Herc. fur. 13. 5.
Causa cruenta. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 9.
Dapes cruentæ. Virg. 3. Aeneid. 123.
Dolor cruentus. Lucan. lib. 3. 148.
Facinus cruentum, Propter quod funditur multum cruoris. Seneca. Hipp. 4. 38.
Facta cruenta exigere. Ouid. 2. de Arte, 26.
Fatum cruentum. Ouid. ad Liuiam, 81.
Cruentæ guttæ. Cic. 2. de Nat. deor. 20.
Hostis cruentus. Stat. 9. Theb. 136.
Humus cruenta. Virg. 11. Aeneid. 134.
Ira cruenta. Horat. 3. Carm. ode 2. 3.

Digitized by Google

Mars cruentus. Horat. 2. *Carm.* ode 14. 3.
Mors cruenta. Ouid. epiſt. 2. 28.
Morſus cruentus. Senec. *Agam.* 7. 31.
Cruentus mucro. Cic. *in Catilinam*, 25.
Nota cruenta, Veſtigium cruoris effuſi. Senec. *Hipp.* 10. 24.
Noctes cruentæ. Claud. *de bel. Gildon.* 17.
Palma cruenta. Ouid. *Amor.* 2. eleg. 5. 3.
Præda cruenta. Ouid. *Faſt.* 5. 36.
Spolia cruenta. Virg. 10. *Aeneid.* 173.
Spuma cruenta. Virg. 3. *Georg.* 40.
Tempeſtas cruenta campi. Claud. 6. *Paneg.* 16.
Thalami cruenti. Ouid. 10. *Metam.* 123.
Cruenta atq; luctuoſa victoria, In qua multi occiſi. Saluſt.
Virtus cruenta. Stat. lib. 1. *Sylu.* 13.
Vmbra cruenta. Ouid. 5. *Faſt.* 91.
Cruenta uox, & cruenta oratio, id eſt, ſæua & crudelis.
¶ *Cruento, cruentas* (αἱματόω) *cruentare, Cruore inficere.* Cic. 1. *de Diuinat.* 108, *Itaque huic omnia uiſa obijciuntur à mente ac ratione uacua, ut aut cum matre corpus miſcere uideatur, aut cum quouis alio uel homine, uel deo, ſæpe bellua, atq; etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari.*
Prata cruentantur. Propert. lib. 3. eleg. 15. 9.
Latè cruentare arua. Hyperbole eſt *uulnerati hominis.* Seneca *Hipp.* 10. 21.
Morſu cruentare aliquid. Propert. lib. 4. eleg. 9. 8.
Oratio lacerat & cruentat. Cic. 2. *Philipp.* 90.
Cruentare Remp. uulneribus. Cic. *poſt. Red. in Senatu*, 4.
Cruentari ſcelere. Cic. *de Aruſp. reſpon.* 31.
Manus cruentatæ. Ouid. *in Ibin*, 46.
Cruentati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7. 6, *Mulieris quoq; ſaliuam ieiunæ potentem dijudicant oculis cruentatis.*
¶ *Cruentius, Aduerbiũ,* Senec. *de Beneſi.* 5, *Cæteri arma cruentius exercuerunt, aliquando tamen ſatiati abiecerunt.*
Cruppellarij] πρωτοπλάσιοι, *qui ſint explicat his uerbis* Corn. Tacit. lib. 3, *Cæteri cũ uenabulis & cultris, quæq; alia uenantibus tela ſunt, adduntur è ſeruitijs gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios uocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.*
Crus] *cruris, n. g.* (σκέλος) *Sipont. Crura dici quidam exiſtimant à κρύω, quòd huc atq; illuc ingrediẽdo feriãt. Sũt enim crura à genibus uſq; ad inferiorẽ pedem non æquali modo ducta, ſed teretibus ſuris clemẽter extantibus, ſenſimq; tenuatis firmata.* Plin. lib. 10. *ca.* 46. 1, *Porphyrionibus prælonga crura rubent.* Cic. 11. *Philipp.* 299, *Et quidem crure fracto: Celſus, Crus ex duobus oſſibus conſtat, ex tibia & ſura.*
Internodia crurum. Ouid. 11. *Metam.* 159.
Crura ſine nodis. *Vide* **Nodus.**
Volumina crurum. Virg. 3. *Georg.* 38.
Curuata crura. Ouid. 13. *Metam.* 204.
Dimidium crus. Iuuenal. *Satyr.* 13. 10.
Diſtorta crura. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 3. 10.
Malum crus. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 2. 21.
Mollia crura. Virg. 3. *Georg.* 16.
Peruſtus crura compede. Horat. *Epod.* ode 4. 1.
Crura rigida ibium. Cic. 1. *de Nat. deor.* 141.
Ruſtica, & hemilauta crura. Catul. 50. 2.
Squallida crura. Iuuenal. *Satyr.* 9. 2.
Subſtricta crura. Ouid. 11. *Metam.* 151.
Velocia crura. Ouid. 1. *Metam.* 62.
Adempto ſurgere crure. Lucret. lib. 3. 131.
Admiſſa crura, id eſt, propinqua, iuncta. Ouid. 6. *Metam.* 48.
Captare crura micantia. Ouid. 9. *Metam.* 8.
Iactare crura. Lucret. lib. 4. 201.

Suffringere crura alicui. Cic. *pro S. Roſc.* 34.
Et crurum tenus à mento palearia pendent. Virg. 3. *Georg.* 10.
Crus arboris. Colum. lib. 5. cap. 11. 11.
Crus uitis. Colum. libro 3. cap. 10, *Vnde etiam uehementiſſimæ materiæ reperiuntur aut in capite uitis, aut in cruore uicino radicibus.*
¶ *Cruricrepidæ, à Plauto in Trinum.* 14. 13. *dicuntur quibus crura crepuerunt ferro, ut ait interpres.*
¶ *Cruſculum, pen. corr.* (σκελίδιον) *diminutiuum.* Martial. lib. 3. 51, *Pectus cicadæ, cruſculumq; formicæ.*
¶ *Crurules, quod Beroaldus maior elegans uocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpian. in l. argumento. ff. de aur. & arg. leg. Nam pro eo uulgati codices habent, Faſciæ, crinales. Crurules autẽ & pedules Vlpianus appellat, à cruribus ſcilicet & pedib. ueſtiendis.* Spiegel. *Alij Crurales.*
Cruſa] *Inſula Aſiæ adiacens, in ſinu Ceramico, ut prodidit* Plin. lib. 5. 5. cap. 31. *in deſcriptione Inſularum ante Aſiam.*
Cruſma] *huius cruſmatis* (κρῦσμα) *propriè dicitur ſiſtrum, & ueluti cymbalum quoddam tintinnabulis refertũ, quo geſtientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρόνειν, hoc eſt, à crepando, quem ſonum emittere uidebatur dum pulſaretur. Martialis lib. 6. 71, de Theleſia,*

Edere laſciuos & Bætica cruſmata geſtus. Bætica autem cruſmata uocat, quòd his mulieres Hiſpanæ uti ſolerent, quemadmodum & hodie Venetæ puellulæ. Vocãt autem ſua lingua Vno cymbalo.

Cruſta] *cruſtæ,* (πλάξ) *id ſignificat excrementum, quod uel ob putredinem uel concretionem ſuper alicuius rei ſuperficie naſcitur.* Virg. 3. *Georg.* 72.

Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Hoc eſt, aquæ congelaſcunt fluentes. Seruius.

Cruſta, Qua quid integitur. Plin. lib. 9. cap. 30. 7, *Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere quod caret ſanguine.*
Cruſtæ & emblemata argenti cælati. Cic. 6. *Verr.* 46.
Heliadum cruſtæ capaces. Iuuenalis *Satyr.* 5.
Marmoreæ cruſtæ. Vlpianus *in l. fundi.* §. *quæ pictæ tabulæ. ff. de action. empti. Quæ pictæ tabulæ pro tectorio includuntur, item cruſtæ marmoreæ, ædium ſunt.*
Cruſtæ parietum. Plin. lib. 35. cap. 12. 5.
Cruſtam etiam ducere uulnus ſiue ulcus dicitur, quando ſolidatur, qua detracta remanet ferè cicatrix. Sipontinus.
Cruſta felicitatis. Seneca *de Prouid. Non eſt iſta ſolida & ſyncera felicitas: cruſta eſt, & quidem tenuis.*
Cruſta intecta quædam piſcium genera. Plin. lib. 9. cap. 14.
Reſoluere cruſtas. Celſus lib. 5. cap. 26.
Reſoluere cruſtas puras. Celſus lib. 6. cap. 16.
¶ *Cruſtula, pen. corr.* (πλακίδιον) *Diminutiuũ.* Apuleius, *Paruas marmoreas cruſtulas parieti adiungens.*
Noua cruſtula. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4. 10.
Cruſtulæ ulcerum. Plin. lib. 22. cap. 25. 21.
¶ *Cruſto, cruſtas,* (πλακόω, κονιάω) *cruſtare, cruſtam inducere, & ueluti emblemata includere in aureis poculis.*
Cruſtare parietes dicebantur, qui marmorum ſectis laminis, parietem operiebant ad ornatum. Plin. lib. 36. cap. 6. 4.
Domus cruſtata. Lucan. lib. 10. 23.
Cruſtare mala gypſo & cera. Plin. lib. 15. cap. 17. 5.
Cruſtata animalia, Cruſtis intecta. Plin. lib. 11. cap. 37. 38.
¶ *Cruſtarius* (κονιάτης) *Qui cruſta operit.* Plin. lib. 33. cap. 12. 6, *Habuit & Teucer cruſtarius famam.*
¶ *Cruſtarius, Adiectiuum: ut, Cruſtariæ tabernæ, à uaſis portorijs cruſtatis dictæ.* Feſtus.
¶ *Cruſtoſus, pen. prod.* (πλακώδης) *Aliud adiectiuum, Quod cruſtam habet.* Plinius lib. 12. cap. 9. 2, *Facilius hoc & cruſtoſius, amariuſq; & gummoſum. De bdellio arbore loquitur.*

Digitized by Google

Cruſtum] *cruſti (κομὸς) Seruius, Cruſtum & cruſta neutraliter dicimus de his quæ comedi poſſunt. Idem alio loco, Quum cruſtum dicimus, edulium aliquod ſignificamus, partem panis uel placentæ. Virg. 7. Aeneid.*

Et uiolare manu, maliſq; audacibus orbes
Fatalis cruſti.

¶ *Cruſtularius, cruſtularij, Cruſtulorum uenditor. Seneca epiſt. 57, Et botularium, & cruſtularium, & omnes popinarum inſtitores. Vulgò Paſticiarium uocant.*

¶ *Cruſtulum, penult. corr. (κόμιον) Diminutiuum. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 5,*

—ut pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Varro de Lingua Latina, Cruſtulum, à cruſta pultis: eo quòd ut coriũ exuritur cruſta ducta.

Cruſtula lambere. Iuuenal. 9. 1.

¶ *Cruſtulata, tæ, placentæ genus, quod & cruſtulum. Spartianus, Pentapharmacum edulij genus eſt ex quinq; confectum, quod reperiſſe dicitur Aelius uerus Romanorum Imperator, hoc eſt ſumen, phaſianus, pauo, cruſtulata, & aprugna.*

Cruſtumerium] *κρουσομέρια Stephano, oppidum in Latio, Albanorum colonia, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 5. Virgilius libro 7. Aeneidos,*

Ardea, Cruſtumeriq;, & turrigeræ Antennæ.

Cruſtuminum] *κρουσομέρια, Oppidum iuxta Veios. A quo cruſtumini dicti, & Cruſtumina tribus, & Cruſtumina pyra, quæ & Cruſtumia, & cruſtuminum uinum laudatiſſimum.*

Cruſtumina (κρουσμαρῖνα) pyra, ſunt quæ ex parte rubentia ſunt: de quibus Plin. lib. 15. cap. 15. Item Colum. lib. 15. cap. 10. 12. Virg. 2. Georg. 18.

Cruſtumium] *κρουσόμιον, fluuius qui Ariminum præterlabitur: de quo Lucanus lib. 2. 82,*

In læuum cecidere latus, uelocq; Metaurus,
Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Sapis Iſauro.

Crux] *huius crucis, fœm. gen. (σαυρὸς) Supplicium ad quod ducebantur damnati. dictum à κρύειν, quod eſt Ferire, pulſare. Plaut. Curcul. 15. 15, Collum obſtringe, abduce iſtum in malum crucem. Terentius And. 3. 5. 15, Quid meritus eſt* D. *Crucem.*

In crucem tollere. Cic. 7. Verr. 6.
Arboreæ cruces. Propert. lib. 3. eleg. 22. 8.
Duræ cruces. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 4.
Ingenua crux. Vide Ingenuus.
Digna cruce peccare. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 10.
Affigere cruci. Curtius lib. 9.
Agi in crucem. Cic. 5. de Finib. 158.
Cruci aliquem dare. Plaut. Mil. 5. 28.
Feſtinare cruces. Tacit lib. 14.
Figere crucem alicui. Cic. 7. Philipp. 10.
Minari crucem. Vide Minor.
Paſcere in cruce coruos. Horat. 1. epiſt. 17. 10.
Suffigere cruci. Cic. in Piſonem, 32.
Suffigere in cruce. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 17.
Crux dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terentius Eunuch. 2. 3. 91, Et illis crucibus quæ nos, noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatam, &c. De meretricibus loquitur.
Conſtituere ſibijpſi crucem. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 2. 9.

¶ *Crucio crucias, (κρύω, τέω, βασανίζω) cruciare, Torquere, affligere. Terent. Eunuch. 2. 3. 92, Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. Idem Heaut. 5. 5. 1, Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum.*

Cruciari dolore, fame, uigilijs. Cic. 2. de Finib. 22. & 105.
Ne crucia te, obſecro, anime mi. Teren. Eunuch. 1. 2. 15.
Sanguine ſerpentis cruciari. Ouid. 2. Metam. 131.
Cruciari & ſolicitum eſſe. Cic. pro Mur. 80.
Lætitia geſtire, Dolore cruciari, pugnantia. Cicero 2. de Finib. 22.
Vulnere ac dolore corporis cruciari ac abſumi. Cic. de Aruſp. reſpon. 35.
Scelerum ſuorum conſcientia cruciari. Cic. Antequam iret in exil. 12.
Peius cruciare. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 5.
Validius aliquem cruciare. Quintil. in Proœm. lib. 6. 7.

¶ *Crucians, Participium (κρύων) Plaut. Cap. 13. 45, Qui aduenæ huntur quadrupedanti, crucianti canterio.*

¶ *Cruciatus, huius cruciatus, pen. corr. (κρύα, τύσις, βάσανος) Afflictio. Cicero 2. de Finib. 102, Ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adiuncta nec ſperata uoluptate.*

Per cruciatum interfici. Cæſar 2. bel. Gal. 342.
Diri cruciatus. Ouid. 9. Metam. 36.
Impatibilis cruciatus. Vide Impatibilis.
Tetri cruciatus. Cic. 2. de Finib. 152. Ex antiquo poeta.
Magno animi cruciatu uitam agere. Cic. 2. de Diuinat. 35.
Morte, cruciatu, cruce afficere aliquos. Cic. 3. Verr. 6.
Maximo cruciatu timoris angi. Cic. 2. Offic. 33.
Carere cruciatu & pœna. Iuuenal. Satyr. 10. 29.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Cicero Attic. libro 11. 219.
Dari in cruciatum. Cic. pro Sex. Roſc. 71.
Maximos cruciatus præcipiti uia effugere. Quintil. in proœm. libri. 6. 6.
Inſilire in cruciatum. Vde Inſilio.
Leuare cruciatum. Vide Leuis.
Perferre cruciatus. Vide Perfero.
Summo cruciatu ſupplicioq; perire. Cicero 2. de Natura deorum, 117.
Lateris cruciatibus uror. Ouid. 5. Triſt. eleg. 14. 1.
Cruciatu, pro cruciatui. Tacitus lib. 13, Cruciatu, ac præmio cuncta peruia eſſe.

¶ *Crucium, inquit Feſtus, Quod cruciat: unde Lucilius uinum ſuaue crucium dixit.*

¶ *Cruciamentum huius cruciamenti, κρύασις. Cic. 11. Philipp. 294, Nec grauiora uerè ſunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum.*

¶ *Cruciabilis & hoc cruciabile, pen. corr. (κρυκτὸς) Adiectiũ: ut, Cruciabile ſilentiũ. Apuleius de Aſino aureo, lib. 10, Sed illa cruciabili ſilentio diutiſſimè fatigata, & in quodam uado dubitationis hærens omne uerbum, &c.*

¶ *Cruciabilitas, pen. corr. (κρύαμα) Plaut. Ciſtel. 5. 3, Qui omnes homines ſupero atq; antideo cruciabilitatibus.*

¶ *Cruciabiliter, pen. corr. Aduerbium. Hirtius 5. belli Africani, 177, Sic extra uallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. Inuſitatum.*

¶ *Cruciarius, cruciaria, cruciariũ, (σαυροφόρος) Adiectiuum.*

¶ *Crucifigo, pen. prod. crucifixi, crucifixum (σαυρόω) crucifigere, In crucem tollere. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus, Eáq; de cauſa crucifixos uidiſſe ſe cum Scipione. Quintil. lib. 7. cap. 2, Inuenerunt ducem crucifixum.*

¶ *Crucifixus, Participium, (σαυρωθεὶς) Sueton. in Domitiano, cap. 10, Occidit item Hermogenẽ Tarſenſem, propter quaſdam in hiſtoria figuras: librarijs etiam qui eam deſcripſerant, crucifixis.*

Crya] *crya (κρύα) Stephano, Vrbs Lyciæ. Plinius libro 5. cap. 27.*

Cryaſſus

Digitized by Google

Cryassus] κρυασσός, urbs Cariæ: ita dicta à Cryasso Caretis filio. Stephan.

Cryon] Phrygiæ fluuius, qui in Hermum amnem cum pluribus alijs erumpit: ut uidere est apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Crypsorchis] Latinè testiculi occultatio, Testiculi uel testiculorum recessio est, authore Galen. lib. finit. medic.

Crypta] huius cryptæ, (κρύπτης) Locus abditus & concameratus. Iuuenal, Sat. 5,

Et solitus mediæ cryptam penetrare subburræ.

Cryptæ (inquit Sipontinus) ad fructus seruandos magis, quàm ad elegantiæ decorem fiunt.

¶ **Crypticus**, pen. corr. (κρυπτικός) Adiectiuum, Occultum & subterraneum. Sidonius, Potens antiquus crypticis arcubus fornicauit.

¶ **Cryptoporticus**, pen. corr. (ὑπόγαιος στοά) Subterranea porticus cum amplis fenestris, qua refrigerandi gratia per æstatem utimur. Plin. epist. 41. g, Teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget, quæ ut tenet solem, sic Aquilonē inhibet, &c.

Cryptoporticus dicitur etiã potest porticus undiq; septa, & quasi sepimento parietum abscondita, tanquã subterranea. Plin. lib. 5. ad Apollinarem, 101. epistola, Subest cryptoporticus subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget: contentaq; aere suo, nec desyderat auras, nec admittit.

Crystallion] una ex nomenclaturis Psyllij herbæ, apud Plinium lib. 25. cap. 11. De Psyllio autem uide infrà suo loco.

Crystallus] fœm. gen. (κρύσταλλος) uel Crystallum, neut. gen. Albi coloris gemma, quæ fit gelu uehementer concreto, ut nonnulli putant: quapropter à glacie nomen accepit, ex κρύος enim, quod est gelu, & γέλλω contraho, compositum est. Plin. lib. 37. cap. 2. 10, Contraria huic causa crystallum facit, gelu uehementiore concreto.

Aquosa crystallus. Propert. lib. 4. eleg. 3. 11.

Lubrica crystalla. Claud. epig. 24. 6.

Gelantur crystalla niuibus. Stat. lib. 1. Syl. 2. 26.

Corporari in crystallum. Solinus cap. 25. ad finem.

¶ **Crystallinus**, pen. corr. (κρυσταλλινος) Adiectiuum, Quod est ex crystallo. Plinius lib. 37. cap. 2. 15, Inuenio medicos, quæ sunt urenda corporũ, non aliter utilius id fieri putare, quàm crystallina pila, aduersis apposita solis radijs. Iuuen. Saty. 6,

Grandia tolluntur crystallina. Plin. in proœm. lib. 33. 5. de poculis, Murrhina, & crystallina, ex eadem terra effodimus, quibus precium faceret ipsa fragilitas. Videto Baysium in libello de uasculis.

C T

Cteatus] κτέατος, pen. corr. Pater Amphimachi, unius ex quatuor ducibus Epæorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionem sunt profecti, ut testatur Homerus in catalogo nauium.

Ctenes] κτένες, Sunt quatuor dentes medij, qui in prima digestione terunt cibum.

Cteniatrus] κτηνίατρος, Medicus iumentorum & pecorum, quem Columella & Varro ueterinarium uocant. Vulgus Marescallum appellat.

Ctenus] untis (κτένος) Portus est in Cherroneso, ut Strabo author est lib. 7.

Ctesias] κτήσιας, Ctesiarchi, uel ut alij malunt, Ctesiochi filius, Medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxem cognomento Meliorem curauit, & historiam Persicam triginta libris conscripsit. Author Suidas.

Ctesias (κτησίας) Authoris cuiusdam nomen apud Strabonem, qui res Indicas perscripsit, ut testatur lib. 1.

Ctesias, uel Ctysias, orator Siculus, cuius, & Coracis meminit Cic. 1. de Orat.

Ctesibius] Viri proprium, qui pneumaticam rationem, & hydraulica organa adinuenisse fertur, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 37.

Ctesilochus] Pictor. Plin. lib. 35. cap. 11, Ctesilochus Apellis discipulus, petulanti pictura innotuit, Ioue Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente inter obstetricia dearum. Hæc ille.

Ctesiphon] κτησιφῶν, Athenienſis, decreto persuasit Athenienſibus, coronari oportere Demosthenem aurea corona in theatro, probitatis & uirtutis omnis generis gratia. Ob id ab Aeschine Demosthenis inimico, tanquam pernicioſi decreti author accusatus, defenditur à Demosthene præclara illa, atq; omnium optima oratione, quæ περὶ στεφάνου, id est de corona inscribitur. Vide Ciceronem in libello de optimo genere Oratorum.

Ctesiphon] pen. corr. (κτησιφῶν) Nomẽ architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ traditur extruxisse, opus mirabile, & toto orbe celebratũ: quod postea ab Eroſtrato incensum fuit, hac tantum de causa, ut facinore illo nominis immortalitatẽ sibi compararet. Sic Vitruuius nominat: Strabo uerò Chersiphron scribit. Vide suprà Fuit & Ctesiphon ulcus Parthorum, ut testatur Strabo lib. 15. Quin & Ctesiphonem Babyloni ci regni caput fuisse, Plinius libro 6. scribit.

Ctesippus] Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter ac perhumanè collegit, quò impuros adolescentis mores componeret: eius tamen cùm duro, tum minimè liberali ingenio nusquam adduci potuit, ut curam & laborem in illo instituendo dimitteret: cuius ineptias non modo pertulit patienter, uerumetiam studioſè tegebat. Quanquam semel aiunt Phocionis constantiam importunitate leuissimi hominis superatam. Nam quum ille imperatorium quoddã munus studio accuratiore obiret: Ctesippus, ut erat futilis deliruſq;, grauissimum perituméq; imperatorem cœpit fatuis quibusdam interrogatiunculis obtundere, atq; illum monens docensue importunius perurgere. Tum ferè machatum Phocionem dixisse fama est, O Chabria, Chabria, cumulatam tibi pro amore nostro gratiam nunc persoluo, qui nati tui deliramenta sustineo. Author Plutarchus in uita Phocionis.

Ctypansa] κτύπανσα, Castellum est, de quo Strabo lib. 8. his uerbis, Finitima Pylo ad Aquilonem exilia fuere castella duo Triphyllica, Hypana, atq; Ctypansa: è quibus unum Elidis adiudicatum est accolis, alterum pro more mansit.

C V

Cuarius] κυάριος, Fluuius est prope Coronæam, quem Alcæus, teste Strabone lib. 9. Coralium uocat.

Cuazones] authore Festo, acus sunt, quibus mulieres scalpunt caput.

Cuba] Sabinis uocatur, quam militares lecticam. Vnde uidetur deriuatum esse cubiculum. Festus.

Cubatus, Cubiculare, Cubile,] Vide Cubo.

Cubebæ] harum, cuius stirpis fructus sint, inter medicos nõdum satis constat. Sunt tamen qui dicant baccas esse odoratas, racematim cohærentes, corymborum hederæ modo, qui gustui præter odoris gratiam, acrimoniam & amaroris tantillum relinquant. Ex Matthiolo Senensi in Dioscorid.

Cubi] Galliæ Aquitanicæ populi liberi, ijdem qui & Bituriges. Vide Plin. lib. 4. cap. 19.

Cubitus] uel Cubitum, cubiti, pen. corr. (ἀγκών) Curuatura brachij, ubi lacerto iungitur. Plaut. Stich. 5. 13, Cubitis depulsa de uia.

Ossa ingentia cubiti. Ouid. 12. Metam. 69.

Pressus cubitus. Horat. 1. Carm. ode 27. 2.

Innixi cubito. Virg. 4. Aeneid. 138.

Digitized by Google

Cubitus, pro mensura cubiti (πῆχυς) Plin. lib. 7. cap. 16. 8, Inuenimus in monumentis Salamine Euthimenis filium in tria cubita triennio adoleuisse. Cic. 2. de Legib. 104, Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem, &c.

¶ Cubitalis & hoc cubitale, pen. prod. (πηχυαῖος) Vno cubito altus. Plinius libro 12. cap. 12. 4, Nardum Creticum, quod alij quidem agrium uocant, caule cubitali. Liu. 4. bel. Pun. 155.

¶ Cubitale, Substantiuum, pro fulcimento uel ornamento cubiti. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 51, —ponas insignia morbi, Fasciolas, cubitale, focalia.

Cubo] cubas, cubui, cubitum, penuli. corr. (κεῖμαι, λέχομαι, σύνειμι) cubare, Idem quod Iacere. Cic. 5. Verr. 46, Quum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus. Martial. lib. 1. 180, Collo nexa cubat, capitq; somnos.

In faciem cubare, & supinum cubare. Iuuenal. Satyr. 3. 27.

Cubare cum aliquo. Plaut. Amphit. 3. 112.

Cubare aliquo loco. Cic. 2. de Orat. 192, Simonides dicitur ex eo quòd meminisset quo eorum loco quisq; cubuisset. Hoc est, discubuisset.

Cubare in lecto. Plaut. Casin. 2. 36.

Cubare in specu. Plin. lib. 12. cap. 1. 7.

Cubare in carcere. Plaut. Rud. 13. 14. Sic Cic. 2. de Diuinat. 29.

Cubare in conclaui.

In colle cubare. Horat. 2. epist. 2. 14.

Propter aliquem cubare. Cic. pro Sext. Rosc. 39. Id est, iuxta.

Ossa molliter cubant. Ouid. Amor. 1. eleg. 8. 22.

Cubat puerpera. Plaut. Trucul. 9. 22.

Cubare, Aegrotare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 58, Mater ait pueri mensęis iã quinq; cubantis, &c. Cic. 2. Tusc. narrabat eum grauiter & copiosè de ipso nihil esse bonam, 104, Itaq; nisi quod honestum esset, cubantẽ disputasse.

Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. De uilluco, Cato de Re rust. cap. 5. 4. Cic. 2. de Diuinat. 182.

¶ Cubito, cubitas, pen. cor. (λέχομαι) cubitare, Frequentatiuũ. Cic. pro Cælio, 28, Qui propter nescio quam credo timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper, pusio cum maiore sorore cubitauit.

¶ Cubatus, huius cubatus, pen. prod. (κατάκλισις) Plin. lib. 10. cap. 97. 1, Medicina in fame, & cubatus in fumo. de gallinis pituita laborantibus loquitur.

¶ Cubitus, huius cubitus, pen. corr. m. g. (κατάκλισις) Idem.

Cubitus supinus, pronus, & in latera. Plin. lib. 28. cap. 4. 20.

Cubitus sibi sternere. Plin. lib. 24. cap. 9. 3.

¶ Cubile, huius cubilis, penult. prod. (σύνδ, κοίτη, λέμνιον) pro lecto sumitur, quòd in eo cubetur. Cicero 2. Tusc. 66, Abducet Patrocles credo, ut collocet in cubili, ut ullus obliget.

Terra cubile erat Anacharsi. Cic. 5. Tusc. 130.

Cubile & lectulum suum, nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut uoluntate perditi, qui non saltum esse uelint. Cic. 4. in Catil. 89.

Atrum cubile. Seneca in Thyeste, 1. 15.

Castum cubile. Valer. lib. 2. Argonaut. 28.

Consueta cubilia. Ouid. 11. Metam. 52.

Humana cubilia. Propert. lib. 2. eleg. 3. 7.

Hybernum cubile. Claud. 1. Paneg. 26.

Obscurum cubile. Senec. Hipp. 4. 34.

Patrium cubile. Ouid. 15. Metam. 101.

Prædura cubilia. Claud. de bello Getico, 72.

Secreta cubilia. Ouid. 1. Fast. 86.

Tacitum cubile. Catul. epig. 6. 2.

Viduum cubile. Ouid. Epist. 15. 64.

In cubili collocare aliquem. Cic. 2. Tusc. 67.

Inire cubile alterius. Cic. Pæto lib. 9. 22. 4. Vide Ineo.

Instratum cubile. Virg. 3. Georg. 45.

Ponere cubile. Virg. 6. Aeneid. 55.

Sociare cubilia cum aliquo. Ouid. 10. Metam. 126.

Temerare cubile patrium. Ouid. 2. Metam. 58. de Nyctimene.

Vsurpare duplex cubile dicitur mulier, quum adulteratur. Cic. Pæto, lib. 9. 22. 14.

Cubilia & nidi gallinarum & auium. Cic. 1. de Nat. deor. 134. Colum. lib. 8. cap. 3. & 5.

Delitescunt cubilibus bestiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 189.

Moliri cubilia ferarum. Quint. lib. 2. cap. 16. 9.

Rimosa cubilia, pro aluearijs. Virg. 4. Georg. 9.

Dura cubilia ferri eruere, Ferri fodinas effodere. Valer. lib. 5. Argonaut. 29. De Chalybum populo.

Congesta cubilia blattis. Virg. 4. 9.

Fraudum cubilia. Claud. 2. Paneg. 43.

Cubilia auaritiæ alicuius. Cic. 4. Verr. 138, Vt omnes mortales istius auaritiæ, nõ iam uestigia, sed ipsa cubilia uidere possint.

Cubile salutatorium, in quo simulacra deorum imponi solent: quod & Lararũ alio nomine dicitur. Plin. lib. 15. cap. 11. 2.

Cubile etiam dicitur de structura. Plin. lib. 26. cap. 14. 3, Ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac uoce Vitruuius, lib. 2. cap. 8.

Cubiculum, pen. cor. (κοιτών, οἴκημα) Locus in quo cubile sternitur. Terent. Adel. 4. 5. 60. Cic. 4. Verr. 92, Tantaq; ambitione prouinciæ totius in uno cubiculo inclusa.

Præpositus cubiculo. Suet. in Domitiano, cap. 16.

Lares cubiculi. Suet. in Domitiano, cap. 17.

In cubiculum se recipere omnibus summotis. Sueton. in Domit. cap. 16.

¶ Cubicularius (κατακοιμιστὴς, κατουναστὴς) Qui in cubiculo ministrat. Cic. 5. Verr. 7, Hunc uestri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Idem ad Atticum, lib. 6. 113. 9.

Decurio cubiculariorum. Suet. in Domitiano, cap. 17.

¶ Cubicularius, adiectiuum (κατώνεος) ut, Cubicularis lacerna, Martial. lib. 14. 38.

¶ Cubicularis, & hoc cubiculare, penult. prod. (κοιτωνικὸς) Quod pertinet ad cubiculum: ut, Cubicularis lectus. Cic. 5. Tuscul. 83. Et de diuinat. 199.

Cubicularis, pro Cubiculario. Suet. in Nerone, cap. 38, Incendit urbem tam palàm, ut pleriq; consulares cubiculares cũ eius, cum stupa tedaq; in prædijs suis deprehensos non attigerint, &c. Quædam exemplaria legunt, cubicularios.

¶ Cubiculatus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Triremis cubiculata. Seneca lib. 7. de Benef. cap. 20, Cui triremes & ceratas non mitterem, lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam.

¶ Cubitor, pen. corr. huius cubitoris. Colum. lib. 2. cap. 2. 10, Propter quod utilius est citra corporis uexationem fame potius & siti cubitorem bouem emendare.

Cubus] huius cubi (κύβος) Figura est ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alueolo luditur: ex quo ipsæ appellatæ cubi.

Cucubo] cucubas, pen. corr. cucubare, Proprium est nocis noctuæ. Author Philomelæ, in operibus Ouidij,

Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cuculio] cuculionis (πιλίδιον γονός) Est, ut Iulius Capitolinus docet, genus pilei uiatorum, quo capite obtecto, uagari nocte solent.

Cuculionem, pro Cuculo uidetur accipere Cato, cap. 2. 2, Funes ueteres sarciri, nouosq; fieri: centones, cuculiones familiam oportuisse sibi sarcire. Idem cap. 135. 1. Videtur esse à cucullus, forma Græca diminutiuum, sicut ab homine homuncio.

Cuculum]

Digitized by Google

Cuculum] κύκλον, Latinorum oppidulam est, in uia Valeria, cuius meminit Strab. lib. 5.

Cuculus] uel Cucullus (κόκκυξ) Auis nota. Horat. lib. 1. Sermon. Satyr. 7. 7, —cui sæpe uiator
Cessisset, magna compellans uoce cucullum.

Et cuculi cuculant: fritinit rauca cicada. Author Philom. 7.

Cuculum, maritum uocat mulier apud Plautum, qui cũ alienis uxoribus dormiebat: quòd cucullus auis, quũ tẽpus suæ partitudinis appetit, nidum auiculæ, cui curruca nomen est, aduenit, in eiusq; nido exclusis illius ouis, oua sua enititur. In Asin. 16. 73, At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum.

Cucullus, capitis tegmen. Iuuent. Sat. 12,
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos. Iuuen. Sat. 3. 17,
Contentusq; illic Veneto, duroq; cucullo.

Cucullus, Papyraceũ tegmentũ, quo pigmentarij utũtur. Mart. lib. 3. 2, Vel thuris, piperisq; sis cucullus. De libro suo loquitur.

Santonicus cucullus. Iuuen. Saty. 8. 16.

¶ Cucullatus, pen. prod. Adiect. Quod cucullum habet. Colum. lib. 11. cap. 1. 18, Cultum, uestitumq; familiam utiliter magis habeat, quàm delicatè: id est, munitam diligenter à frigoribus & imbribus, quæ utrunq; prohibentur optimè pellibus manicatis, centonibus confectis, & sagis cucullatis: idq; si fiat, omnis penè hyemalis dies in opere tolerari possit. Quædã exemplaria hoc loco legũt, sagatis cucullis: uerum falsò. Nã idem Colum. lib. 1. cap. 8. 6 idem docet ijsdẽ uerbis: nisi quòd pro sagis cucullatis, scripsit sagis cucullis: nisi etiam cucullatis legendum sit: aut cucullis adiectiuum sit.

Cucuma] cucumæ, pen. cor. (κυκύμιον) Martianus Iurisco. ad legem Iuliam, De sicarijs. l. prima, Sed si claui percussit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo Martialis lib. 10. 79,
—cucumam fecit Otacilius.

¶ Cucumella, cucumellæ, diminutiuum (κυκυμίδιον) Alphenus, si seruitus uendicetur, l. siquãdo. Quum in domo C. Seij locus quidam ædibus Annij ita seruiret, ut in eo loco positũ habere, ius ei non esset, & Seius in eo syluam seuisset, neque non labra, crateras, cucumellas positas haberet, &c.

Cucumer] uel cucumis, pen. corr. huius cucumeris, masc. generis (σίκυος) A curuore dicitur, ut ait Varro de Lingua Latina. Virg. 4. Georg. 25,
Cresceret in uentrem cucumis, nec sera comantem. Plin. lib. 20. cap. 22. 1, Cæruleus cucumis. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9. Tortus cucumis, Virg. 4. Georg. 25.

Cucumis, Genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. 6.

Inflectitur etiam Cucumis, huius cucumis: unde datiuus cucumi. Plin. lib. 19. cap. 11. 1, Infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumi. Et accusatiuus cucumim. Plin. li. 20. cap. 1. 5, Aliqui etiam ab eo scorpionum cucumim uocant, efficacissimum contra scorpionum ictus. Et ablatiuus cucumi. Plin. lib. 20. cap. 9. 21, Cum uino, aut cucumi cocto.

Cucumerarium (σικυώρ) Locus in quo sunt cucumeres.

Cucurbita] huius cucurbitæ, pen. corr. (κολοκύθη) Olus in hortis nascens. Plin. lib. 19. cap. 5. 7, Cucurbita quoq; omni modo fastigiatur uaginis maximè uitilibus, coniecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, plerunq; & draconis intorti figura. Libertate uerò pensili concessa, iam uisa est 1 x. pedum longitudinis. Ibidem plura.

Ventrosa cucurbita. Iuuenal. Sat. 14. 6.

Tumido cucurbita uentre. Propert. lib. 4. eleg. 2. 9.

¶ Cucurbicula, pe. cor. Dimin. (κολοκυθίς) Parua cucurbita.

Cucurbitula (σίκυα) est quam nos uentosam dicimus, qua medici utuntur ad sanguinem leui scarificatione educendum. Cels. lib. 2. cap. 11, Cucurbitularum duo genera sunt: æneum & corneum, Aenea, altera parte patet, altera clausa est. Cornea altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguũ. In æneam linea mentum ardens conijcitur, ac sic os eius cori aptatur imprimiturq;, donec inhæreat. Cornea per se corpori imponitur, deinde ubi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superq; cera canum id clausum est, æquè inhæresci t. Idem alio loco plura.

¶ Cucurbitinus (κολοκυνθοειδὴς) Adiectiuum: ut, Cucurbitina pyra, cucurbitinæ ficus dicuntur ob cucurbitæ similitudinem. Cato cap. 7. 2.

¶ Cucurbitare, apud Feudistas dicitur uasallus, qui domini uxorem adulterat, uel ad crimen istud saltem solicitat, turpiter tentat, affectat: item filiam, neptem, nurum, aut sororẽ eius polluit. Zasius. de feud. priuatis.

Cucurrio] cucuris, pen. prod. cucurire, Gallorum gallinaceorum proprium est. Author Philomelæ in operibus Ouidij,
Cucurire solet gallus, gallina gracillat.

Cudo] cudis, cudi, cusum (κόπτω, κολάπτω) cudere, A cædendo dictum, inquit Festus: & est proprie Ferire, percutere. Colum. lib. 2. cap. 10. 10, Ac durissimæ quidẽ acus refectæ separataeq; erunt à cudentibus.
Cudere nummos uel argentum, Plaut. Mostel 8. 92. Terent. Heaut. 4. 4. 18, Quam rem agis scelus? s. egóne? argentũ cudere multa misera oculis. Plaut. Capt. 5. 7. (cudo.

Cudere tenebras alicui, apud Plautum.

In me hæc cudetur faba. Terent. Eunuch. 2. 3. 89. Vbi Donatus, Id est, in me hoc malum recidet, in me hæc uindicabitur culpa: ut laborat solum in quo cuditur, id est, batuitur faba, quum siliquis exuitur tusa fustibus, ut in areis, more rusticorum fit. Vel quòd quidam malè coctam fabam, & quæ non maduerit, sed dura permãserit supra caput coqui uelut ipsi fabæ irati, saxo comminuunt, tum uniuersum malum & omnis dolor ad coquum peruenit. Simile & alibi à pulmento prouerbium est, Tute tibi hoc intristi, omne est exedendum, accingere.

¶ Cusor, cusoris, Verbale. Liuius, Triũuiri mẽsarij creati sunt, hiq; nũmularijs, et monetæ omnis generis cusorib. præerat.

Cudon] cudonis, gen. masc. pen. prod. (κύδωρ) pellem crudam significat, qua uice galeæ nonnulli solebant uti ad munienda capita. Sil. lib. 8. 98. Idem lib. 16. 12,
Scipio cõtorquens hastã, cudone comãtes Disiecit crines.

Cuias] cuiatis, pen. prod. om. gen. (ποδαπὸς) Interrogatiuum gentilitium. Cic. 5. Tusc. 152, Socrates quidem quum rogaretur cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur.

Cuias es tu? Respondendum, Gallus, Romanus, &c. Vel dubitatiuè, Nescio cuias sit iste. Vel relatiuè: ut, Ego sum Gallus, cuias es tu.

Cuias, pro Cuius sectæ: ut, Cuiates philosophi estis, Stoicine an Epicurei? Valla lib. 2.

¶ Cuiatis, & hoc cuiate, dicebant ueteres. Plaut. Curcul. 8. 36. Quid eum nunc quæris, aut cuiatis?

Cuius] τίνος, cuia, cuium, antiqui dicebant, ut meus, mea, meum. Virg. eclog. 3,
Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Terent. And. 4. 4. 22, Cuium puerum hic apposuisti? Idem Eunuch. 2. 3. 9, Quid uirgo, cuia est? Plaut. Curc. 5. 14.

Nũc potius interroganus per Cuius, genitiuũ à Qui quæ quod, ad quem non respondetur semper in eodem casu in possessiuis tam pronominibus quam nominibus. Plaut. Amphit. 4. 224, Cuius es? s. Amphitruonis inquam Sosia.

Cuia res est. Cic. 3. Verr. 100, Vt optima conditione sitis, cuia res sit, cuium periculum? Idem 5. Verr. 56.

Digitized by Google

Cuia interest. Cic. pro Murena.

Cuiusmodi] pen. cor. (ποιός τις, ὁποῖός τις) Vox est indeclinabilis, composita ex genitiuo Cuius à Quis, & Modus. Plaut. Menæh. 6. 3, —cuiusmodi homines erunt?

Cuiusmodi, aliter. Cic. 5. Tusc. 179, Vbi enim melius uti possumus hoc, cuiusmodi est, ocio? In uetusto exemplari scripto legitur, cuicuimodi. Idem 2. de Inuent. 222, Quòd si hæc cũ summè inutilia, tum multò turpissima sint, legem cuiusmodi sit, in præsentia conseruari à iudicibus. In scripto exemplari antiquo legimus, cuiuscemodi. Idem 1. Verr. 26.

Cuiusmodi, admiratiuum. Plaut. Mostel. 11. 5, Cuiusmodi gynæceum? quem & porticum? Idem Rud. 3. 1.

Cuiusdammodi] τινόσ τινὸς, Cic. 2. de Diuin. 50, Num etiã si fissum cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrũ ostẽditur?

Cuiusmodicunq;] ὁποσασιοῦν. Cic. pro A. Cluent. 11, Nã illud me non præterit, cuiusmodicunq; mater sit: tamen in iudicio filij, &c.

Cuiuscunquemodi] ὁποσασιοῦν, Salust. in Catil. Neque solum eius, sed cuiuscunquemodi genus hominum. Ibidem, Si ista cuiuscunquemodi sint, quæ amplexamini, si, &c.

Cuiusquemodi] ὁποιόσις. Cic. pro Rosc. Amer. 57. Idẽ pro Flacco, 31, Sed tamen iudicium fieri uidetur, quum tabulæ illæ ipsæ cuiusquemodi sunt, proferuntur.

Cuiusquemodi, pro Omnis generis. Cic. 2. de Fin. 5, Quũ enim feratur quasi torrens oratio, quãuis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas. Idem 6. Verr. 6.

Cuicuimodi, Cicero Attico, lib. 3. Epist. 22. in fine, Ad me uelim omnia quam diligentissimè cuicuimodi sint, scribas. Hoc est, siue lætа, siue tristia.

Cuiuis tempori homo. Vide Quiuis.

CVL. Cultores.

Culcitra] huius culcitræ, pen. corr. (ἐφάπλωμα) est, inquit Valla lib. 6. tam lanea, stupea, & siquid est eiusmodi, quàm plumea. Sipontinus, Culcitræ generali nomine uocari possunt omne stragulum, in quo aliquid quiescendi gratia inculcatum sit. Varr lib. 4. de Ling. Lat. Postquam transierunt ad culcitras, quòd in eas sagũ, aut tomentũ, aliudue quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta. Cic. 3. Tusc. 79, Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. Idem ad Atticum, lib. 13. 297. 4. Paulus in l. 3. ff. de supellectili legata, Supellectili legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, delphicæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, &c. Iuuen. Sat. 5. 2.

Culcitram gladiũ facere, & ei incumbere, Est se occidere. Plautus Casin. 6. 28.

¶ Culcitrula, Diminutiuum (ἐφαπλωμάτιον) Plaut. Mostel. 8. 94, Is me suam quidem pol optat culcitrulam.

Culcitula] Fasciculus qdã ligneus in sacris dicebatur. Fest.

Culeſt] ποῖός ἐστι, pro Qualis est, neutro genere positũ esse pro masculino apud Plautum in Amphitryone, 6. 39.

Culeus] huius culei (κάλεος) Vter siue succus, lino uel cannabi uel corio factus: ab occulendo, id est, claudendo. Plin. lib. 7. cap. 20, Iunius Valens meruit in Prætorio diui Augusti centurio, uehicula cum culeis onusta, donec eximanirentur, sustinere solitus.

In eo etiam sceleſtissimi homines, ac præsertim parricidæ, cum simia & gallo & serpente insuti in mare iniiciebantur ex Lege Pompeia. Cic. pro Roscio Amerino, 18, Vtrum malit ceruices Roscio dare, an insutus in culeum supplicium parricidarum, per summum dedecus uitam amittere? Iuuen. Satyr. 8. 22. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. epist. 2. 7. Idem pro Roscio Amerino, 42, Insui uoluerunt in culeum uiuos, atq; ita in flumen deijci.

In culeum deijcere aliquem. Cic. 2. de Inuent. 232.

Insutus culeo. Vide Insuo.

Culeus, mensura uicenas amphoras cõtinens, uel urnas quadragenas, qua nulla maior mensura liquoris. Plin. lib. 14. cap. 4. de uinea Palæmonis grãmatici loquẽs, Digna opera, quæ in Cæcubis Setinisq; agris proficeret, quando & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere, ac ne quis uictã in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Hæc Budæus. Scæuola de pignorat. act. l. pignori, Titius pecuniam mutuam à Caio Seio sub pignore culeorum, accepit, istos culeos quũ Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ centurio, culeos ad annonam sustulit: postea instantia Caij Seij creditoris recuperati sunt.

Culeus, modios nostros duos & semis capiebat: id est, sexaginta Romanos. Budæus lib. 5. de Asse. Sunt qui scribant Culleus, duplici ll.

Culeum uel Culleum, neutro genere dici, probat Nonius ex Varrone de Re rust. lib. 1, In singula iugera, dena culea uini fiũt.

¶ Culeolus, pen. corr. (καλεῖον) Diminutiuum.

Culeola (inquit Festus) sunt Cortices nucum utridium, à similitudine culeorum, quibus oleum aut uinum continetur.

¶ Culearis & hoc culeare, pen. prod. (καλεαῖος) ut, Culeare dolium, quod capit culeum. Cato cap. 112, 1, Vbi hauseris de mari, in culeare dolium infundito.

Culex] huius culicis, pen. corr. (κώνωψ) generali nomine dicitur uermiculus omnis alatus. Vide Plin. lib. 11. ca. 2. Plaut. Curcul. 10. 14, Vt muscæ, culices, pedesq; pulicesq;, cimices. Culices inquit Sipõtinus, acescens utrũ gignit: quos Ari stoteles culices uinarios uocat. Colu. lib. 11. cap. 3. 49, Qui æstate ista seret, caueat ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia consumat.

Mali culices. Horat. Serm. Satyr. 5. 3.

¶ Culiciarius (κωνώπιος) Apollo dictus, & hoc nomine in Attica cultus est, quòd infestos culices ex agris propulsaret, ut scribit Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. (cap. 19?

Culici] Istriæ populi, Venetis finitimi, ut scribit Plin. lib. 3.

Culigna] κυλίκνη, Vas potorium. Cato, Culignam in fœno Græco ponito, ut bene oleat. Hæc Festus. Cato cap. 132. 1, Ioui dapali culignam uini quantum uis polluceto.

Culina] pen. prod. (μαγειρεῖον) Locus in quo coquuntur epulæ in funere, inquit Fest. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1, Qua fini sit antiqua et postica: in postica parte erat culina: dicta ab eo, quòd ibi colebant ignem locupletiorem domus. quàm fuerint angustijs paupertatis coactæ, ipsa nomina declarant.

A Colo colina, nunc Culina dicitur. Cicero ad Cassium, lib. 15. 18. 2, Vbi igitur, inquies, philosophia tua? & quidem in culina mea molesta est. Idem ad Dolabellam, lib. 9. 103.

Studiosa culinæ mulier. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 17.

A magna non degenerare culina. Iuuen. Satyr. 14. 2.

¶ Culinarius, narij, Scribonius Largus, Teruntur ex cinere lixiua, qua culinarij utuntur.

¶ Cùlinæ, loca quædã publica in suburbanis dicebãtur, inopũ destinata funerib. ut ait Aggenus in libro de Limitib. agrorũ.

Culix] Herba est, qua trita semẽ cucumerorũ maceratũ seri iubent, ut sine semine nascãtur. Author Plin. lib. 19. cap. 5.

Cullu] Numidiæ oppidum, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 3.

Culmẽ] huius culminis, neu. gen. (ὄροφος, ἐρισμα) Quod culmis tegitur: quia ueteres ædificia culmis contegebant, id est, paleis messorijs, inquit Seruius. Virg. 1. Eclog. 14,

Pauperis & tuguri cõgestum cespite culmen. Ibidem 17,

Et iam summa procul uillarum culmina fumant.

Altum culmen. Virg. 2. Aeneid. 58.

Candida culmina. Propert. lib. 3. eleg. 16. 1.

Chara

Chara culmina, charæ ædes. Valer. lib. 5. Argonaut. 129.
Nudatum tecto culmen. Vide Nudus.
Tecta domorum culmina conuellunt. Virg. 2. Aeneid. 89.
Admota æthereis culmina sedibus, Aediū sublimia fastigia. Senec. Hippol. 11. 2.
Culmen ædis Iouis, fulmine ictum. Liu. 7. bel. Pun. 18.
Hominum, ac deorum culmina. Virg 4. Aeneid. 135.
Culmen, Summitas alicuius rei. Plin. lib. 9. cap. 35. 2, Principiū ergo culminq; omnium rerum precij margaritæ tenent.
Summum Iouis culmen. Sil. lib. 3. 103.
Pastorale culmen. Claud. de bello Getico, 72.
Regale culmen, Regia maiestas. Claud. 4. Paneg. 13.
Peruenire ad Culmen. Plin. lib. 15. 4.
Culmen hominis. Liu. 1. ab Vrbe, 155.
Culmea, pro culmo siue stipula. Ouid. 4. Fast. 148.
Tertia res, duræ culmē inane fabæ. Hoc est, fabæ culmus, qui suapte natura inanis est & uacuus.
Culmifera] Olea apud Colum. lib. 5. cap. 8.
Culmus] huius culmi (καλάμη, αὐθέρι ξ, κάλαμος) qui et colmus, m, gen. Frumenti calamus à radice usq; ad spicam: dictus, quòd colatur. Virg. 1. Georg.
—ne grauidis procumbat culmus aristis. Vbi Seruius, Culmus, iunctio spicarum. Ibidem,
Culmumq; leuem, stipulasq; uolātes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipse calamus: Stipulæ uerò folia quæ ambiunt culmū.
Cerealis culmus. Virg. 2. Georg. 104.
Culmi messis crepitantes. Sil. lib. 13. 136.
Fragilis culmus. Virg. 1. Georg. 64.
Geniculato culmo erecta herba. Cic. de Senect. 47.
Leuis culmus. Virg. 1. Georg. 65.
Pallentes culmi. Stat. 3. Syl. 3. 26.
Surgentes culmi in segetem. Lucan. lib. 6. 22.
Romulo q; recens horrebat regia culmo. Virg. 8. Aeneid. 129.
Curiā Calabriā dicit, quā Romulus texerat culmis. Seruius.
Culpa] culpæ (κατὰ ἔγκλημα) Est eius, inquit Donatus, qui nocens aliquem læsit. Plaut. Epid. 14. 64, Mihi ut ignoscas, si quid imprudens culpa peccaui mea. Cic. 1. Offic. 125, Ne maior pœna, quàm culpa sit, cauendum.
Culpa mea, tua, eius, &c. Ablatiuus. Plautus Cistel. 2. 67, Sed mea ego culpa & stultitia peius misera macror. Terentius Adelph. 2. 2. 5. Idem Hecyra, 2. 1. 35, Illius dies culpa factum. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1. 2, Contracta ipsorum culpa molestissimè ferre homines debent.
Anceps culpa. Plin. lib. 17. cap. 22. 22.
Iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. Cic. in Ora. 19.
Accidit culpa eorum. Cic. Quin. fratri, lib. 2. 15. 2.
Nemo, nisi sua culpa, diu dolet. Quint. in Procem. 6. lib. 12.
Culpa abstinere. Plaut. Menæh. 17. 13. Vide Abstineo.
A culpa facinus scitis abesse mea. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 20.
Accusare culpam alicuius. Cic. pro Plancio, 7.
Amittere culpam. Vide Amitto.
Amouere culpam. Horat. 4. Carm. ode 15. 3.
Arguere aliquem culpæ. Liuius lib. 1. Decad. 5.
Assignare fortunæ culpam. Vide Assigno.
Attribuere culpam alicui. Cic. 7. Verr. 104.
Auertere culpam in aliquem. Vide Auerto.
Augere culpam cum indignatione. Cic. 2. de Inuent. 159.
Augere culpam. Vide Augeo.
Celare culpam. Ouid. 2. Metam. 8.
Carere culpa. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 11. Vide Careo.
Castus à culpa. Vide Castus.
Pectora culpa cessant. Sil. lib. 13. 105.
Coarguere culpam aliquorum. Cic. Attico, lib. 9. 173. 8.
Culpam commereri. Plaut. Capt. 7. 43. Vide Commereo.
Committere culpam. Vide Committo.
Commissa culpa. Cic. Tironi, lib. 16. 12. 1.
Ferro culpam compescere. Virg. 3. Georg. 92.
Culpā cōferre in alterū. Terent. Eun. 2. 3. 96. Vide Confero.
Conijcere culpam in aliquem. Vide Conjcio.
Consortem esse culpæ. Ouid. 3. Fast. 99.
Contrahere aliquid culpa sua. Vide Contraho.
In culpam conuertere fortunam. Cic. pro Rab. Posth. 18.
Oó culpam damnare aliquem. Cic. 1. de Orat. 119.
Deprensa culpa. Seneca Hippol. 5. 26.
Dimouere culpam ab aliquo. Cic. 2. de Inuent. 140.
Vitio & culpæ dare alicui summā laudē. Cic. pro Rosc. Amer.
Dare ueniam culpæ. Ouid. epist. 7. 21.
Pœnam culpæ effugere non posse. Cic. Tironi, lib. 16. 26. 1.
Ex culpa eximere aliquem. Cic. 2. de Inuent. 138.
Exoluere aliquem culpa. Tacit. lib. 20.
Fingere culpam. Ouid. Amor. 2. eleg. 19. 3.
Mens ignara culpæ. Stat. lib. 4. Syl. 6. 19.
Impellere in culpam aliquem. Catul. 15. ad Aurelium, 3.
Impingere culpam in aliquem. Vide Impingo.
Imponere nomina culpæ. Ouid. 7. Metam. 14.
Inclinare culpam. Vide Inclino.
Inscius culpæ. Virg. 12. Aeneid. 130.
Inuenire aliquem in culpa. Vide In, & Inuenio.
Liberare culpa aliquem. Cic. Attico, lib. 13. 280. 2.
Liberare aliquem culpæ. Liu. lib. 1. Decad. 5.
Luere culpam. Sil. lib. 13. 71
Occuluit culpam parentum. Stat. lib. 3. Sylu. 3. 10.
Morte piare culpam. Virg. 2. Aeneid. 28.
Extra omnem culpā causamq; sese ponere. Cic. de Vniuer. 52.
In culpa & suspicione ponere aliquos. Cic. pro Cluent. 100.
Præstare culpam. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 11, Simus igitur ea mēte, quam ratio & ueritas præscribit, ut nihil in uita nobis præstandum, præter culpam, putemus.
Hoc prætexit nomine culpam. Virg. 4. Aeneid. 35.
Properare culpam Ouid. Epist. 23. 19.
Redditur culpa supplicio. Horat. 2. Carm. ode 24. 7.
A culpa remoueri. Cic. pro Murena, 67.
Residet culpa in aliquo. Brutus Cic. 16. 5.
Subire culpam. Claud. 1. in Eutrop. 96.
Succumbere culpæ. Virg. 4. Aeneid. 4.
Se summittere culpæ. Ouid. Epist. 4. 31.
In culpa esse. Cic. de Amic. 67, Et hic honos ueteri amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur iniuriam. Idem 1. de Finibus, 55.
Extra culpam esse. Cic. 7. Verr. 104.
Culpa hæc à me procul est. Terent. Adelph. 3. 2. 50.
Culpa in eo est. Cic. de Amic. 75, Maxima autem culpa in eo est qui & ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Idem de Senect. 7.
Fati ista culpa est. Seneca Oedipo, 14. 5.
Sustinere culpam alicuius rei. Cic. Attic. lib. 7. 123. 2.
Legis culpam sustinere & præstare. Cic. 3. de Legib. 54.
Erroris humani culpa teneri. Cic. pro Marcello, 7.
In media teneri culpa. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 9.
Transferre omnem culpam in alium. Cic. Attic. lib. 15. 330. 4.
Deprehēsam culpā pertinaciter tueri. Quint. lib. 6. cap. 4. 13.
Vacare culpa. Quint. lib. 3. cap. 6. 56.
Vanescere culpa. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 16.
Vitare culpam. Horat. de Arte poetica, 54.
Nouissimus in culpam. Tacit. lib. 1, Quin potius, ut nouissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus.
Ad culpam causas dare. Virg. 2. Georg. 91.
Fides culpæ. Seneca Agamem. 4. 17.

Fugd

Digitized by Google

Fuga culpæ. Horat. de Arte poet. 7.
Culpæ liberatio. Cic. pro Liga. 1, Quum à te non solum liberationem culpæ, sed errati ueniam impetrauissent.
Proditor culpæ. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8. 6.
Temporum culpa. Cic. Attico, lib. 9. 17. 3.
Nostrapte culpa. Vide Noster.
Sceleris coacti culpa. Seneca. Troad. 10. 3.
Difficilis uia culpæ. Ouid. epist. 16. 30.
Infausta culpa. Sil. lib. 13. 71.
Potare culpa magistra. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 25. Id est, sine archipoſia, Porphyr. Potant itaq; culpa magistra, qui nullum præter ipsius culpæ fœditatem timent magistrum, qui modum excedere prohibeat.
Perennis culpa. Ouid. de Ponto lib. 1. eleg. 1. 13.
Professa culpa. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 2.
Qua merui culpa fieri tibi uilis, Achille? Ouid. epist. 3. 9.
Secreta culpa. Seneca Hipp. 5. 27.
Turpis culpa. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Culpæ, culparum, in plurali. Cic. 7. Verr. 34, In hoc uno genere omnes ineſſe culpas istius maximas auaritiæ, maiestatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis.
¶ Culpo, culpas (αἰτιάομαι, διαβάλλω) culpare, Contrarium est uerbo Laudare. Terent. Eunuch. 2. 3. 95, Quod qui rescierint, culpent? Martial. lib. 9. 62,
Culpauit statuas et Polyclete tuas. Cic. in Sal. 7, Quæ si tu mihi ut uitia obijcis, temeritas tua reprehendetur, nō mea uitia culpabuntur.
Carmina culpare. Ouid. Amor. 2. eleg. 4. 5.
Faciem culpare. Ouid. epist. 13. 9.
Facinus culpo. Ouid. epist. 6. 28.
Patientiam alicuius culpare. Cic. in Saluſt. 7.
Lenitas culpanda. Ouid. de Arte aman. 2. 86.
Arbor aquas culpat. Horat. 3. Carm. ode 1. 7. Intelligit arborem nimia pluuia lædi. Homines uerò quum læduntur, culpare illum solent cuius iniuria læsi sunt. Tribuit igitur inanimato, quod animati est. Sed ab eo quod sequitur, quod præcedere solet intelligi uult.
¶ Culpatio, Verbale (αἰτίασις) Gellius lib. 10. cap. 22, Ne ipsi quoq; culpationes huiusmodi mereantur.
¶ Culpito, culpitas, pen. corr. culpitare. Frequentatiuū. Plautus Cistel. 5. 19, Verum haud metuo ne iurandum nostrum quisquam culpitet. Obsoletum.
Culter] & cultrum, cultri (μάχαιρα) Quo quid abscindimus. Plautus Epid. 5. 2,
—acutum cultrum habeo. Propertius,
Quum fallenda meo pollice cultra forent.
Longi mucronem admittere cultri. Iuuen. Satyr. 14. 22.
Dare iugulum cultris. Ouid. in Ibin, 22.
Dare uulnera fixo cultro. Ouid. 5. Triſt. eleg. 8. 4.
Cultro curuo uiscera ferarum soluere. Seneca. Hipp. 1. 10.
Stringere cultros in sua colla. Ouid. de Nuce, 35.
Manans cruore culter. Vide Mano.
Culter lanionis. in l. cum de lanionis. in princ. ff. de instrum.
Cultri tonsorum. Plin. lib. 28. cap. 79, Aciem in cultris tonsoriū hebetescere.
Culter tonsorius. Cic. 2. Offic. 3. De Dionysio tyranno.
Culter uenatorius, de quo epigramma apud Martial. lib. 14. 31.
Culter, Pars falcis uimitoriæ, proxima capulo. Columella lib. 4. cap. 25. a.
Culter, Pars aratri. Plin. lib. 18. cap. 4, Vomerum plura genera. Culter uocatur, prædensam, priusquam proscindatur, terrā secans, futurisq; sulcis uestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat uomer.
¶ Cultellus, Diminutiuum (μαχαίριον) Varro 1. de Re rust. cap. 69. 2, Ille flens narrat, ab nescio quo percussum cultello concidisse.
Purgare ungues cultello. Horat. 1. Epist. 7. 10.
¶ Cultrarius, Qui uictimam cultro immolat, qui alio nomine dicitur uictimarius. Suet. in Caligula, cap. 32, Admota altaribus uictima succinctus poparum habitu, elato ad tē malleo cultrarium mactauit.
¶ Cultellatus, pen. prod. (μαχαιροειδὴς) Qui formam cultelli habet. Plin. lib. 32. cap. 2. 3, Idem infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinaq; lineam præsecare. Idem lib. 8. cap. 25. 4, Delphini immeantes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc usum cultellata ineſt pinna.
¶ Cultratus, pen. prod. Adiectiuum (μαχαιρωτὸς) ut, Cultratus mucro, qui scindit uelut culter. Plin. lib. 13. cap. 4. 4, Folia cultrato mucrone.
¶ Cultellare, Verbum antiquum fuit: de quo sic Frontinus in libro de Limitibus, Cultellandi ratio quæ sit, sæpe quæritur, cuius prætensi soli spacium consummamus, & illam cluorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inseruimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorē, & ad planitiem redigimus. Cultellatus etiam lapis dicitur, ut est apud Hyginum, qui pentagoni recipit rationem.
Cultio, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix] Vide Colo.
Culullus] calix fictilis, quo in sacris utebantur pontifices & Vestales uirgines, Accipitur & pro urceolo. Horatius in Arte poetica, 8. 8,
—multis urgere culullis,
Et torquere mero quem perspexisse laborant,
An sit amicitia dignus.
Aurei cululli. Horat. 1. Carm. ode 31. 3.
Cum] συὺ, μετὰ, præpositio, ablatiuo casui seruit. Terentius Eunuch. 3. 2. 42,
—haud conuenit
Vnà cum amica ire, imperatorem in uia.
Recordari cum animo. Cic. pro Cluent. 54.
Cum istoc animo. Terent. Phorm. 3. 1. 1, Enimuero Antipho multis modis cum istoc animo es uituperandus. Vbi Donatus, Pro huius animi. Ennius,
Optima cum pulcris animis Romana iuuentus.
Statutū ac deliberatū aliquid cū animo habere. Cic. 5. Ver. 79.
Cum catenis esse. Plaut. Capt. 5. 9.
Cum causa facere. Cic. ad Quint. frat. 1. 2. 9. Sic, Cum causa dicere: cui opponitur Sine causa. Cic. 2. de Orat. 136.
Cum clamore inuolare. Plaut. Amph. 4. 91.
Cum cura legere. Plaut. Mil. 10. 7. & Persa, 6. 17.
Cum cura aliquem curare. Plaut. Menæh. 19. 8.
Cum decimo ager effert, uel efficit. Cicer. 5. Verr. 92, In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur perpetua atque æquabili satione, ager efficit, cum octauo bene ut agatur: uerum ut omnes dij adiuuēt, cum decimo. Ibidem 93, Medimnum autem ex iugere decumano dari poterit, quum ager, id quod perrarò euenit, cum decumo extuliſſet. Budæus. Sic, Cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt. Plin. lib. 18. cap. 10. 5.
Cum dicto. Apul. Id est, his dictis, uel statim.
Cum diluculo abijt. Plaut. Amph. 8. 110.
Cum equis homines. Cic. 2. de Nat. deor. 9.
Immiſsi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Cic. 5. Tuscul. 93.
Cum ferro in aliquem inuadere. Cic. pro Cecinna, 18.
Cum fide. Suetonius in Caligula, cap. 16. Cic. 2. de Orat. 188, Erit explicandum in laude iustitiæ, quid cum fide, quid cum æquabilitate, quid cum eiusmodi, &c. fecerit. Quint. in Pa-

Digitized by Google

ſtia cadauerum, Omnis cum fide perſoluta pecunia eſt.
Cum fide magna uir. Plaut. Trinum. 15. 3,
—qualine amico meo commendaui bona?
Ć A. Probo & fideli & fido, & cum magna fide.
Conſcenſio in naues cum fuga. Cic. 1. de Nat. deor. 119.
Cum bona gratia dimittere aliquem. Cic. de Fato, 10. Quod uul gus dicit, Vt ſit contentus de nobis.
Cum hoſtibus pangere. Vide Pango.
Cũ imperio eſſe dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium, ut ait Feſtus. Cic. de Senec. 59, Neq; enim ſolũ honore antecedentibus, ſed ijs etiã qui cũ imperio ſunt, maiores natu augures anteponũtur. Idem 7. Verr. 60.
Cum publico imperio legatum eſſe, Idem. Plaut. Turcul. 3. 55.
Moliri aliquid cum labore operoſo ac moleſto. Cic. 2. de Natur. deor. 83.
Cum labore ſcribere. Plin. epiſt. 19. lib. 2.
Cum lætitia uiuere. Cic. 2. de Leg. 58.
Cum prima luce. Terent. Adelph. 5. 3. 25, Ceterùm rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Cicer. ad Atticum, lib. 4. 72. 8, Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus propè deuijs currebat. Idem 3. Offi. 162.
Dicere cum metu. Cic. pro Cluent. 39.
Cum onere moram offerre alicui. Plaut. Pœn. 14. 30. Id eſt, oneratum morari & retinere.
Cum pace aliquid facere, Cic. 5. Tuſc. 121.
Cum periculo. Terent. And. 1. 1. 104.
Cum poteſtate eſſe, cui opponitur Priuatũ eſſe: Dicebatur (inquit Feſtus) de eo qui à populo alicui negocio præficiebatur. Cic. lib. 1. de Inuentione, 53, Pecunioſus, an tenuis: priuatus, an cum poteſtate ſit.
Cum primis aliquid facere. Id eſt, In primis. Plaut. Truc. 13. 12.
Cum probro. Terent. And. 5. 3. 10.
Cum querimonia. Plaut. Menæh. 17. 27.
Cum re præſenti deliberare. Quint. lib. 9, Occaſionibus utendum, & cum re præſenti deliberandum.
Cum ſalute. Terent. Adelph. 4. 1. 3.
Cum ſilentio animaduertere. Terent. in Prol. Eun. 44.
Cum ſpe. Cic. pro Rab. Poſthu. 3. Id eſt difficile, quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exèqui uſq; ad extremum.
Cum bona ſpe adoleſcentes. Saluſt. ad Cæſarem, de Rep. ord.
Cum bona uenia audire. Liu. 9. bel. Pun. 3.
Cum eo, pro ea lege. Colum. lib. 5. cap. 1, Obſequar uoluntati tuæ cum eo, ne dubites. Celſus lib. 3. cap. 33. de tabe, Si nihil reliqua proficiunt, ſanguis mittendus eſt, ſed paulatim, quotidieq; pluribus diebus, cum eo, ut cætera quoque eodem modo ſeruentur.
Simul cum. Terent. Eun. 2. 2. 10, Simul conſilium cũ re amiſti?
¶ Cũ (ἐπ' αὐ, ἀνίνα) Aduerbium: à nonnullis duplici u, & per q, quum: ab alijs per o, ante m, quom ſcribitur, more ueterum. Quintilianus libro primo, capite De ortographia, Illa quoque ſeruata eſt à multis differentia, ut AD quum eſſet præpoſitio, D literam: quum autem coniunctio, t acciperet. Item CVM, ſi tempus ſignificaret, per QUOM: ſi comitem, per CUM: ſi uerò cauſam, per Q ac duas ſequẽtes U U, ſcriberetur. Iungitur autem modò indicatiuo, modò ſubiunctiuo. Indicatiuo, Terent. Eun. 2. 3. 50, Quum huc reſpicio ad uirginem. Cic. 4. Verr. 62, Vna nox interceſſerat, quum iſte Dorotheum ſic diligebat, ut, &c.
Quum primum Romam ueni, fuiq; cui rectè ad te literas darẽ. nihil prius faciendum mihi putaui. Cic. Attic. lib. 4. 70. 1.
Subiũctiuo. Terent. Eun. 3. 5. 18, Quum ipſum me noris quàm elegans formarũ ſpectator ſiẽ. Cic. de lege Agrar. 45, Quũ uelint Romæ eſſe, quum commodum ſit, quacunq; uelint.
Cum, Vix. Plaut. Pœn. 4. 20, Nã quum ſedulò munditer nos habemus, uix ægrè amas torculos inuenimus.
Nunc quum. Terent. And. 1. 1. 133,
Vt conſumat nunc, quum nihil obſint doli.
Cum, tamen. Terent. Adelph. 1. 2. 64,
Cum placo, aduerſor ſedulò & deterreo,
Tamen uix humanè patitur. Cic. pro Deiot. 1, Quũ in omnibus cauſis grauioribus initio dicẽdi cõmoueri ſoleã, tamen in hac multa ita me perturbãt, &c. Hìc pro Quamuis ponitur, authore Valla, lib. 2.
Quum hæc ita ſint. Terent. Phorm. 1. 4. 26, —iſthæc cum ita ſint, Antipho, Tanto magis te aduigilare æquum eſt. Ibidem, 1. 4. 32, Quum hoc non poſſum, illud minus poſſem.
Cũ, pro Quòd. Plaut. Rud. 24. 134, Ecce Gripi ſceleracũ iſtæc res malè euenit, tibi Gripe gratulor.
Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, ut his lectis, &c. Cic. Seruio, lib. 13. 25. 3.
Benefacitis cum uenitis. Author ad Heren. lib. 4. 232.
Cum, pro Quia uel Quãdoquidem. Terent. Phorm. 5. 8. 74,
Ego redigam uos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Cum de medio exceſſit, unde hæc ſuſcepta eſt tibi. Donatus.
Cum, pro Præterea. Terent. And. 3. 2 8,
—quandoquidem eſt ingenio bono,
Cumq; huic ueritus eſt optimæ adoleſcenti facere iniuriam.
Cum, pro Præterquam quod. Terent. And. 1 1. 69. Idẽ Phorm. 1. 4. 10, Cùm mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi. Donatus.
Cum & Tũ eleganter ſe inuicem in eadẽ clauſula ſubſequũtur. Quæ licet idem ſignificent, diuerſo tamen modo ordinantur. nam in CVM eſt quiddam minus: in TVM quiddam maius. Et hoc duobus modis fit: ut aut generale aliquid præcedat, & ſequatur ſpeciale: aut ambo ſint ſpecialia. Et tum indicatiuo, tum ſubiunctiuo adhærent, uno uerbo contenta.
Indicatiuo, & primo modo. Cic. 1. Offic. 173, Luxuria uerò cũ omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Cicero Cælio, lib. 2. 13, M. Fabio uiro optimo & homine doctiſſimo familiariſſimè utor, mirificéq; eum diligo, cum propter ſummam ingenium eius, ſummamq; doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiã. Significant ergo Cum & Tum ſic poſita, idẽ quod Nõ ſolum, ſed etiã. Ideoq; Tum ponitur in re maioris momenti, ſicut ipſum Sed etiam. Tum autem ſiue Et geminatum, ſignificant rerum æqualitatem, id eſt, quod uulgò dicitur Tam & Quàm.
Cõiunctiuo. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2, Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei, patre tuo clariſſimo uiro, qui cũ ſuis laudibus, tum uerò te filio ſuperaſſet omnium fortunã, ſi ei contigiſſet ut te antè uideret, quàm è uita diſcederet.
Quare cùm dolore conficiar, tum etiam pudore. Cic. Terentiæ lib. 14. 3. 3.
Cum & Tum duobus uerbis eiuſdem modi uiũcta. Cic. 1. de Nat. deor. 1, Cum multæ res in Philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatæ ſunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum.
Nam cùm te ſemper amaui, dilexiq;, tum mei amantiſſimum cognoui, in omni uarietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficijs uel defenſus triſtibus temporibus, uel ornatus ſecundis: & ſum totus ueſter & eſſe debeo, quum præſertim, &c. Cic. Marcello, lib. 15. epiſt. 8.
Verbis diuerſorum modorũ iuncta. Cic. pro Domo ſua ad Pontifices, 26, Sed cùm me purgatum uobis eſſe cuperem: tum etiam ueſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. Et de Aruſpicum reſponſis, 30.
Cum & Tum, cũ diuerſis caſibus. Plin. epiſt. 35, Princeps præſidebat, erat enim Conſul. ad hoc Ianuarius menſis, cũ propter cætera, tum Senatorum frequentia celeberrimus.

Digitized by Google

Cum, & tum, distincta per adiectiua. Cic. 1. Verr. 1, *Factum est uti cũ summũ in ueteribus patronis multis, tũ nonnullũ etiã in me præsidiũ suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.*

Cum, tum maximè. Cic. 4. Tusc. 1, *Cum multis in locis nostrorũ hominum ingenia, uirtutesq; Brute soleo mirari, tum maximè his in studijs, quæ serò admodum expetita in hãc ciuitatem è Græcia trãstulerunt.* Idem 3. Offi. 62, *Plena exemplorum est Respub. cum sæpe, tũ maximè bello Punico secundo.*

Hæc ferè omnia ex Valla, lib. 2. cap. 22.

Cum in cæteris ciuitatibus, tum maximè in nostra. Cic. de claris Oratoribus, 5,

Hæc cum summè inutilia, tum multò turpissima sunt. Cic. lib. 2, de Inuentione, 122.

Sine quo cum in uita nihil quicquam egregium, tum certè hoc quod tu expetis, nemo unquam assequetur. Cicer. libro 1. de Orat. 66.

Primum tibi ut debeo gratulor: lætorq; cum præsenti, tum etiã sperata tua dignitate, &c. Cic. Cælio, lib. 2. 8. 1.

Itaq; quum meus me mœror quotidianus lacerat & conficit, tũ uerò hæc addita cura uix mihi uitam reliquam facit. Cicer. Attic. lib. 3. 48. 2.

Cum ipsum Furnium per se uidi libentissimè, tum hoc libentius, quòd illũ audiens te uidebar audire. Cic. Planco, lib. 10. 3. 1.

Annus est cum. Cic. ad Atticum, lib. 13. 269. 2, *Biennium præterijt, cum ille καλλιπίδης assiduo cursu cubitũ nullum processerit.* Idem 2. Offic. 111, *Nondum centum & decem anni sunt, quum de pecunijs repetundis à L. Pisone lata lex est.*

Diu est cum dentes exciderunt. Plaut. Trucul.

Nondum sex menses sunt, cum huc commigrauit. Plaut. Pers. 4. 56. Cicer. pro Cluentio, 20, *Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur.*

Tempus cum. Terent. *Si unquam ullum fuit tempus mater, cum ego uoluptati tibi fuerim.* Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 4, *Eandem istam uirtutem ueniet tempus quum grauiter gemes.*

Vnum atq; idem erat tempus, cum L. Flacco *Consuli portas tota Asia claudebat.* Cic. pro Flacco, 48, *Et ad Atticum, Vtimã illum diem uideam, cum tibi gratias agam. Id est, in quo.*

Sæpe enim de L. *Crasso familiari illo tuo uideor audisse, quum te togatis omnibus sine dubio anteferret.* Cic. libro 1. de Nat. deor. 79.

Cum præsertim, & Præsertim cum. Terent. Eun. 5. 2. 24, *Præsertim quum se seruum fateatur tuum.* Sallust. in Iugurth. *cũ præsertim tam multæ, uariæq; artes sint animi, quibus summa claritudo paratur.*

Cum minimum. Plin. lib. 18. cap. 16, *Id sexies euenit per annos, cum minimum quater.*

Cum primum statim. Col. lib. 1. cap. 5. 9, *Igitur id structuræ uitium cum primũ statim fundamenta iaciuntur, euitandũ est.*

Cum plurimum. Plin. lib. 10. cap. 29. 9. Idem libro 16. cap. 12. 1, *Cum plurimum bipedali hiatu, ut à terra cubito cum minimum absit.*

Cum maximè, uel, Vt cum maximè, Vna pars orationis. pro nimis ualde, teste Donato. Terent. Hec. 1. 2. 40,

—*hanc* Bacchidem
Amabat, ut cũ maximè, tum Pamphilus. Cic. pro Cluen. 9, *Quæ multos iam annos, & nunc cum maximè, filium interfectum cupit.*

Cum maximè. Tacit. lib. 3, *Littora, & lacus Campaniæ cum maximè peragrantem.* Idem lib. 4. 17. & 20.

Cum tardissimè. Plin. lib. 18. cap. 7. 3, *Erumpit à primo satu hordeũ die septimo, legumina quarto, uel cũ tardissimè septimo.*

Cum semel, pro Cum primum. Ouid. 1. de Remed. amor. 49,

Cum semel exieris, centum solatia curæ,
Et rus, & comites, & uia longa dabunt.

Cuma] κύμη, *Cumæ: uel, Cume, huius Cumes: urbs in Locrẽsi agro, qui est Ioniæ Asiæ minoris: à qua Cumæa Sibylla, quã aliqui à uicinitate loci Erythræam appellarunt. Hæc profecta in Italiam, multa de Romanis uaticinata est.* Silius,

Linternum, & quondam fatorum conscia Cume.

Cumæ] κῦμαι, *Cumarum, Lucaniæ ciuitas in Italia, quã Sibyllæ illustrat diuinitas: cuius libris pro oraculo Romana usa est prouidentia.* Seruius in illud Virg. lib. 3. Aeneid. 88,

Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem, &c. Euboïcæ insula est, de cuius ciuitate Calchide profecti sunt ad nouas sedes quærendas: & haud longè à Baijs inuenerunt uacuum littus, ubi uisa muliere grauida, ciuitatem condiderunt: quæ res fœcundam ostendebat fore Rempub. & eam Cumas uocauerunt: siue ab ἐγκύᾳ, id est, prægnante, siue ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est, ab undis. nam κύματα dicuntur. v autem Latini in u uertunt, ut Byrria, Burria. Hactenus ille.

Cumis oriundus. Vide Orior.

¶ *Cumæus, & Cumanus* (κυμαῖος) *Qui ex Cumis est.*

Anni Cumæi. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 9. *Id est, Sibyllini.*

Vrbs Cumæa. Virg. 3. Aeneid. 88.

Vatis Cumææ cortina. Valer. lib. 1. Argonaut. 1.

Vates Cumana. Lucan. lib. 5. 37.

Cumatilis] κυματικός, *color, qui & cæsius & cæruleus alio nomine dicitur. nã Græci κύματα, fluctus uocant.* Plaut. Epid. 5. 50, *Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Id est, uestimentũ cærulei coloris. Quidam Cymatilem colorẽ uocãt.*

Cumba] κορεῖον. Vide Cuba.

Cumera] *huius cumeræ, pen. corr. Vas ingens uimineum, in quo frumenta conduntur. Siue Cumeræ dicuntur uasa fictilia similia dolijs, ubi frumentum suum reponebant agricolæ. Tertio modo Cumeræ dicuntur uasa minora, quæ capiunt quinq; siue sex modios, quæ lingua Sabinorum Trimodiæ dicuntur.* Hactenus Acron. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 1. 11,

Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? Idem 1. Epist. 7. 6.

Cumerum] *uocabant antiqui uas quoddam, quod operũ in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis utensilia, quod & Camillum dicebant, eo quòd sacrorum ministrum κάμιλλον appellabant. Est autem uas hoc nuptiale, à similitudine cumerarum, quæ fiunt palmeæ uel sparteæ ad usum populare, sic appellatum.* Author Festus.

Cumeron] *Promontorium Italiæ.* Plin. lib. 3. cap. 13, *Ab isdẽ Colonia Ancona, oppositа promontorio Cumero, in ipso flectentis se oræ cubito, &c.*

Cuminum] *huius cumini, pen. prod.* (κύμινον) *Herba uulgo nota. Eius autem duo sunt genera, satiuum & syluestre. De syluestri sic Plinius lib. 20. cap. 14. 13, Cuminum syluestre est prætenue, quaternis aut quinis foliis ueluti serratis. Dicitur & cyminum: frequens apud Italos & in Gallia Narbonensi huiusmodi herbæ semen, quod inter optima legumina annumeratur. Itali Comino uocant.*

Exangue cuminũ. Hor. 1. Epst. 20. 4. *Id est,* Pallidũ, *ab effectu.*

Pallentis grana cumini. Persius Sat. 5. 6. *Pallidum uocat, quia pallidos reddit qui bibunt.* Acron.

Cummi] *generis neutri, monoptoton. In fœminino tamẽ genere declinatur, ut puppis, febris, peluis. Cinna, Alpinaq; cummi. Hæc Nonius.*

Cumulus] *cumuli, pen. corr. m. g.* (σώρευμα, ἐπίμετρον, ὄγμιον, ὄγμος, ὀγμεία) *Propriè dicitur maiorum rerũ ueluti quidam aceruus.* Liu. 10. *ab Vrbe*, 147, *Consulis corpus eo die, quia obrutum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit.*

Immanis aquarum cumulus. Ouid. 15. Metam. 102.

Immanibus cumulis aggerare aliquid. Claud. 2. in Eutrop. 88.

Rerum

Rerum cumulum, atq; congestum habere. Quintilian. libro 7. capite 1.2.
Auri cumulos struere. Claud. 1. in Eutrop. 45.
Cumulus commendationis. Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 16. 7.
Cumulus deliciarum. Plin. lib. 13. cap. 1. 13.
Cumulus dierum. Cic. de Prouinc. Consul. 21.
Augere cumulo beneficium. Vide Augeo.
Cumulum gaudij afferre. Cic. lib. 16. 21. 1.
Beatus omni laudum cumulo. Stat. 4. Syl. 3. 32.
Immensus aliarum super alias aceruatarum legum cumulus. Liu. 3. ab Vrbe.
Malorum maximus cumulus. Senec. Hippol. 10. 26.
Cumulus mercedis. Cic. ad Attic. lib. 1. 11. 10.
Perfidiæ cumulus. Ouid. 11. Metam. 42.
Arboreus cumulus. Ouid. 12. Metam. 104.
Cumulus accessit ad summam lætitiam. Cicer. ad Atticum, lib. 4. 87. 5. Idem pro Marcello, 20, Tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit. Hoc est, tanquam ad auctarium faciendum, hoc est supra numerum expletum. Budæus.
Deruere cumulum de laudibus alicuius. Cicer. Attic. libro 16. epist. 336. 3.
Cumulus pro altitudine & quasi acumine aquæ. Virgilius 1. Aeneid. 22,
— insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Seruius.
Cumulus, Augmentum. Virg. 2. Aeneid.
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Fertur in arua furens cumulo. Seruius.
Cumulus est qui additur mensuræ plenæ. Festus.
¶ Cumulo, cumulas, penult. corrept. (σωρεύω, ἐπισωρεύω, ἐπιμετρέω, φαλαγιάω) cumulare, Coaceruare, augere, superaddere.
Cumulare & adaugere. Cic. pro Sex. Rosc. 18.
Aes alienum cumulare usuris, id est, amplificare. Liuius 1. Decad. lib. 2. 94.
Altaria donis cumulat. Virg. 11. Aeneid. 10.
Cumulare beneficia priora posterioribus cumulare. Plin. epist. 48.
Cumulare gaudium, per translationem. Cicer. ad Attic. lib. 4. 70. 3, Itaq; hoc tibi uerè affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, unum ad cumulandum gaudium, conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse.
Gaudia præmissi cumulant inopina dolores. Claudian. de bel. Getico, 42.
Cumulari gaudio. Cic. ad Attic. lib. 14. 315. 1.
Cumulare bellicam gloriam eloquentia. Cic. 1. Off. 162.
Cumulare sibi inuidiam. Liu. 3. ab Vrbe, 55.
Cumulari ira. Cicero pro Cælio, 29, Nunc meum cor cumulatur ira.
Laudibus aliquem cumulare. Tacit. lib. 18.
Cumulare aliquem multis laudibus apud alios. Plinius epistol. 55. b.
Muneribus magnis cumulare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 106.
Cumulare officijs. Plin. epist. 2 43.
Cumulare scelus scelere. Cic. in Catil. 10.
¶ Cumulatus, pen. prod. Participium (ἐπισωρευθεὶς) Cicer. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 2, Tamen Idibus Martijs tantum accessit ad amorem, ut mirarer locũ fuisse augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum etiam uidebatur.
Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis. Liu. lib. 2. bel. Maced.
Cumulatus omni laude orator. Cic. 1. de Orat. 11.
Perfecta & cumulata uirtus. Cic. pro Sestio, 75.

Cumulatus plurimis & maximis uoluptatibus. Cic. 2. de Finib. 101, Hoc uitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. Idem 2. de Orat. 11.
Vrbs strage uirorum cumulata. Sil. lib. 15. 80.
¶ Cumulatus (ἐπισώρευτος) Nomen ex Participio: ut, Cumulatissimus scelerum. Plaut. Aulul. 27. 17.
Cumulatior gloria, Liu. 2. ab Vrbe, 208. ite, Cumulatior mensura, Cic. de claris Orat. 7.
¶ Cumulatè, pen. prod. (σεσωρευμένως, ἁπλέως) Aduerbium, Abundanter. Cic. ad Appium, lib. 10. 29. 1, De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam, credo te cognosse ex literis tuorũ, quibus me cumulatissimè satisfeciss̃e certò scio.
Cumulatè planum aliquid facere. Cic. 7. Verr. 129.
Cumulatè explere. Cic. 2. de Finib. 69.
Plenè cumulateq; perfectus. Cic. 2. de Diuinat. 4.
Cumulatissimè gratiam referre. Cic. Vatinio, lib. 5. 11. 1.
¶ Cumulatim, pen. prod. (σεσωρευμένως) Aduerbium, Per cumulos. Varr. 3. de re Rust. cap. 15. 2, Quibus in tenebris, quũ cumulatim positum est in dolijs, fiunt pingues.
Cumprimè] Aduerbium, Idem quod Valde. Gellius lib. 17. cap. 2, Nam M. inquit, Manlius, quem Capitolium seruasse à Gallis suprà ostendi, cuiusq; operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortem, &c. Et paulò pòst, Apprimè crebrius est, Cumprimè rarius: traductumq; ex eo est, quod Cum primis dicebant, pro eo quod est In primis.
Cunę] harum cunarum, plur. tantum numeri (κοιτίδες, λίκνα) Lecti in quibus iacent infantes. Cic. de Senect. 75, Et si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagiam, ualde recusem. Idem 1. Tusc. 148.
Eximere puerum cunis. Persius Sat. 2. 4.
Violare cunas. Ouid. 6. Fast. 34.
Filius tener in cunis. Ouid. 3. Fast. 103.
Primis cunis educare. Ouid. 3. Metam. 31.
Segmentatæ cunæ. Iuuenal. Satyr. 6. 9.
¶ Cunabula, pen. corr. cunabulorũ, n. g plur. num. (κοιτίδια) Idem. Cic. 1. de Diuinat. 133, Qui quum esset in cunabulis, educareturq; in Selonio, qui est campus agri Lauini.
A cunabulis, hoc est, à pueritia, ab ea ætate quæ in cunabulis agitur, ut A cunabulis sapere. Plaut. Pseud. 11. 48, Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audire potuerit. Colum.
In cunabulis creatus Consul: cui opponitur, In campo creatus. Cic. contra Rullum, Oratione secunda, 97.
Cunabula auium. Plin. lib. 10. cap. 33.
Cunabula pro Initijs posuit Virg. lib. 3. Aeneid. 21,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ. Seruius nutrimenta interpretatur.
Cunctus] σύμπας, Adiectiuum, ad singula quæ ratio nominis complectitur generatim referrtur. Virgilius,
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Idem 1. Aen.
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. Cic. Antequã iret, 8, Quoniam laborem pro cunctis ferre cõsueui.
Inter Cuncti & Omnes. Cũcti, significat quidẽ omnes, sed coniunctos & congregatos. At uerò Omnes dicuntur, etiam si sint in diuersis locis. Festus.
Cuncta Aegyptus. Cic. 2. de leg. Agrar. 49.
Cuncta ciuitas. Cic. 2. Phil. 44.
Gens cuncta. Virg. 3. Georg. 93.
Cunctus populus, Cic. Appio, lib. 3. 11. 4.
Prouincia cuncta. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 10.
Cuncta terra Cic. 2. de Natur. deor. 144.
Cuncta camporum, id est, cuncti campi. Tacit. lib. 21.
Cuncta terrarum. Horat. 2. Carm. ode 1. 5. Id est, cuncta quæ in terris sunt.

Digitized by Google

¶Cunctor,cũctaris(μέλλω,μελλητιάω,ἀναβάλλομαι,ὀκνέω, περιμένω)cunctari,Differre,morari.Tractum ab eo, quod cuncti,id est,omnes simul,sine difficultate moueri non possunt.Liu.1.ab Vrbe,120. Virg.4.Aeneid.

Regiman in thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant. Sic,Diutius cunctari in uita.Cic.1.Tusc.Et ad Lentulum,lib.1.7.17. Cæsar 1. bel. Ciuil. 3, Si cunctetur,atq; agat lenius,&c.

Ad medium iter cunctari.Valer.lib.3.Argonaut.134.
Magno alicuius amore cunctari.Valer.lib.3.Argonaut.123.
Gressus cunctari.Valer.lib.2.Argonaut.19.
Metu cunctari.Virg.12.Aeneid.182.
Hæsitare,cunctari,& dubitare.Cic.in Catil.34,Quum hesitaret,quum cunctaretur,quæsiui quid dubitaret proficisci eò quò iampridem pararat.
Cunctari & tergiuersari.Cic.Attico,lib.7.131.3.
Quiescere & cunctari,timere.Cic.pro Sestio,69.
Restituere rem cunctando.Virg.6.Aen.169.
¶Cuncto,cunctas(ἀναβάλλω)actiuè dixit Plautus Casina,18.13,Cunctas'mitus alij festinant.
Fides cunctata.Stat.9.Theb.8.
¶Cunctatio,Verbale(μέλλησις,ὄκνος)Tardatio,mora. Cicer.1.Off.103,Sed ijs qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum,abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus,& gerenda Resp.est.
Sine cunctatione dicere quod sentimus.Cic.in Vatinium,11.
Cunctatio aut mora rebus agẽdis.Hirtius bel.Alexan. lib.4.6.
Eximere cunctationem.Liuius.
Iniscere cunctationem.Vide Iniscio.
Grauis cunctatio.Stat.8.Theb.123.
Cunctatio,Dubitatio,hæsitatio.Cælius ad Ciceronem, in Epistol.ad Atticum,lib.10.201.3.Denicq; illud cogita, quot offensæ fuerint, in ista cunctatione te subesse. Eidem libro 9.170.3.
¶Cunctator,pen.prod.(μελλητὴς)Verbale masc.Qui cunctatur,& negligens est. Liu. 6.ab Vrbe,87,Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.
Tardus & cunctator.Cælius Cic.lib.8.10.9.
Cunctator & segnis.Liu.2.bel.Pun.55,Dein propalã in uulgus pro cũctatore segnem,pro cauto timidum,affingens uicina uirtutibus uitia,compellabat. Vnde Fabius ille maximus à Romanis cunctator appellatus,honoris gratia,quasi dilator.de quo Ennius,

Vnus homo nobis cunctãdo restituit rem.
Hoc est, cunctando & modestè agendo.

Non cunctator iniqui.Stat.3.Theb.16.
¶Cunctans(ὀκνηρός)cunctantior,cunctantissimus. Liuius 10. bel.Pun.118,Et sicut dubites utrum ingenio cunctantior fuerit, an quia ita bello propriè quod tum gerebatur,aptum erat,&c.
Impellere cunctantem.Claud.4.Paneg.72.
Animus cunctans.Claud.1.Paneg.15.
Corda cunctantia.Valer.lib.3.Argonaut.140.
Ira cunctante modestior.Stat.5.Theb.136.
Malum cunctans.Stat.1.Syl.4.11.
Pectora cunctantia.Valer.lib.7.Argonaut.36.Id est, quæ sunt in dubio.
Tauri cunctantes,Qui sub iugo eunt tardè.Val.lib.7.Arg.14.
¶Cunctabundus(μελλητιῶν)Liu.6.ab Vrbe,32,Quod ubi aciem iam instruenti Camillo Centuriones renunciauerunt turbatas militum mentes esse,segniter arma capta, cunctabundosq; & resistentes egressos castris esse,&c.
Nusquam cunctabundus,nisi quum in Senatu loqueretur. Tacitus lib.1. de Tiberio Cæsare loquitur.

¶Cunctatior legitur apud Plinium iuniorem, lib.2.epist.16, Cunctatior fortasse & cautior esse deberem.
¶Cunctanter,Aduerbium(ὀκνηρῶς)Cum mora & tarditate. Liu.1.ab Vrbe,163,Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt.Idem 4.bel.Pun 22.
Cunctanter aliquid facere.Plin.lib.33.cap.1.8.
Cuneus]huius cunei(σφὴν)Instrumentum ligneum,uel ferreum,quo ad aliquid scindendum & diuidendum utimur. Plaut.Sticho,10.39,Vel inter cuneos ferreos.Cic.2.Tuscul. 42,Mos ille cuneos fabrica crudeli inserẽs Perrupit arum.
Findi cuneis.Virg.2.Georg.16.
Adactis cuneis gemit robur.Valer.lib.3.Argon.33.
Lignum cuneis scindere.Virg.1.Georg.29.
Cuneus(τὸ σφῆν)per translationem pro peditum multitudine in cunei formam redacta,quæ cuncta in acie primò angustior,deinde latior procedit,ut scribit Vegetius lib.2. Liuius 8.ab Vrbe,51,Tantaq; cæde perrupere cuneos, ut uix quarta tam partem relinquerent hostium. Idem 2.bel.Maced.66, Cuneus Macedonum.
Pugnare cuneis.Quint.lib.1.cap.13.3.De acie instruenda.
Coacti cunei.Virg.12.Aeneid. 92.
Turbati cunei.Virg.12.Aeneid.54.
Cuneus,Stipata turba.Virg.2.Georg.102.
Cunei,Graduum ordines in theatro,in quibus uulgò spectatores stabant inter sedentium subsellia.Iuuen.Sat.6,

Cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames? Vitruuius lib.5 cap.6,Cunei spectaculorũ in theatro ita diuidantur,ut anguli trigonorũ,qui currunt circum curuaturam circinationis, dirigant ascensus,scalasq; inter cuneos ad primam præcinctionem. Virg. lib.5.Aeneid.133.

¶Cuneolus,pen.corr.(σφηνίον)Diminutiuum.Cic. de Vniuersitate,54, Easq; inter se copulabant haud ijsdem uinculis, quibus ipsi erant colligati,sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem,crebris quasi cuneolis inliquefactis unum efficiebant ex omnibus corpus.
¶Cuneo,cuneas(σφηνόω)cuneare,Notæ significationis uerbũ. Plin.lib.16 cap.40.6, Aut liquid cuneandum sit in ligno.
Cuneare,Ad similitudinem cunei formare.Plin.lib.3, Hispaniæ cuneatur angustijs.
Per uim cuneari,& quæ natura iuncta sunt,distrahere.Quint. lib.4.cap.3.4.
Cuneare,pro Connectere.Senec.Epist.119,Vnus lapis facit fornicen,ille qui latera inclinata cuneauit, & interuentu suo uinxit.
¶Cuneatus,pen.prod.(σφηνωτὸς,ἀμφίφαλος)Nomẽ ex Participio.Liu.9.ab Vrbe,208,Forma erat scuti,sum mum latius quà pectus atq; humeri teguntur,fastigio æquali,ad imum cuneatior mobilitatis causa.
Collis cuneatus.Ouid.13.Metam.167.
Cuneatus ager.Colum.lib.5.cap.2.1.Id est,in cunei formam fictus,quum scilicet est longus pedes centum, latus ex utraq; parte pedes uiginti.
¶Cuneatio,onis,Verbale.Scribonius Largus,47.
¶Cuneatim,pen.prod.(ἐμφωμένως)Aduerbium. Per cuneos. Cæs.7.bel.Gal.114,Hostes re noua perterriti, muro, turribusq; deiecti,in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.
Cuneus]ager,Lusitaniæ promontorium est. Strabo lib.3. Contiguum huic(Iunonis promontorio)agrum Cuneum Latini uocitant,σφηνὰ,cuneum uolentes significare. Græcis σφὴν,cuneus quo ligna finduntur,dicitur:Caput bodie sancti Vincentij nominant.Idipsum Ptolemæus Sacrum esse credidit,ut facilè in locis non adeò distantibus error committatur.Dio

Digitized by Google

tur. Distinguit Pomponius lib. 3. Cuneus (inquit) ager dicitur: sequens, Sacrum uocant, Magnum quod ulterius est. In Cuneo sunt Myrtilis, Balsa, Ossonoba: in Sacro Lacobriga & portus Hannibalis: in Magno, Ebora.

Cunici] Latinæ conditionis oppidum, in Balearib. insulis situm, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cunicularię] Insulæ paruæ sunt, Corsicæ insulæ uicinæ, ut scribit Plinius cap. 6. lib. 3, Etiamnum angustiis illas arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur.

Cuniculus] pen. corr. (λαγώπους) Animal lepori simile, qui sub terra effossa latêre solitus est. Varro 3. de re Rust. cap. 12. 5, Tertij generis est quod in Hispania nascitur, simile nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quem Cuniculum appellant. Et paulò pòst, Cuniculi dicti ab eo quòd sub terra cuniculos ipsi facere soleant, ubi lateant in agris. Mart. lib. 13. 60, Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.

Mollior capillo cuniculi. Catul. epig. 22. 1.

Cuniculus (ὑπόνομον) foramen sub terra occultum, aut ab animali quod simile est lepori, appellatur, cui subterfossa terra latêre est solitum: aut à cuneorum similitudine, qui omnem materiam intrant findentes. Hæc Festus, apud quem legitur Cuniculum, neutro genere. Plinius de Viris illustribus, 68, Tentata per cuniculum fuga. Cæsar 7. bel. Gal. 83, Et aggerem cuniculis subtrahebant. Sic Cic. pro Cecinna, 64.

Cuniculis oppugnare, per translationem. Hoc est dolo & fraude aliquid moliri, & negocium alicui facessere. Cicero pro lege Agraria, 1, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.

Agere cuniculos (ὑπονομεύειν) quod uulgus Minare dicit. Cicero 3. Off. 121, Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicetne id magistratibus filius? Liu. 5. ab Vrbe, 90, Transuersis cuniculis hostium cuniculos excipere.

Cuniculus, pro canali. Plin. lib. 9. cap. 38. 2, Feruere in plumbo, singulisq; aquæ amphoris centenas atq; quinquagenas medicaminis libras æquari, ac modico uspore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo.

¶ Cuniculatim, pen. prod. Aduerbium (σφηνοειδῶς) Plin. lib. 9. cap. 33. 1. Ibidem cap. 36. 5, Alterum genus concharum, purpura uocatur, cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua proferatur lingua.

¶ Cuniculosus, pen. product. Adiectiuum (ὑπονομώδης) Cuniculis plenus. Vnde Catullus Celtiberiam uocat cuniculosam, Vide Celtiberia.

Cunila] cunilæ, pen. corr. (κόνυζα) Herba est quam Theodorus Gaza pulicarem conuertit. Colum. lib. 9. cap. 4, Eadem regio fœcunda sit fruticis exigui, & maximè thymi, aut origani, tum etiam thymbræ, uel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici uocant.

¶ Cunilago, pen. prod. huius cunilaginis, f. g. (κόνυζα ἀγρία) Cunila agrestis uel erratica. Plin. lib. 19. cap. 8.

Cunina] Dea erat apud ueteres, quæ infantes in cunis tueri credebatur, & fascinũ summouere. Author Lactãtius. Eadem penè Augustin. ex Varrone, nec semel.

Cunire] inquit Festus, est stercus facere: dictum à cunis infantium, quæ sæpe stercore fœdantur.

Cunnus] ni (βίτ&) pudendum muliebre. Author carminis Priapi,

Si qua est non fatui puella cunni. & Mart. lib. 3.

¶ Cunnilingus. Mart. lib. 12. epigr. 59.

Cunyzamis] midis (κονυζαμὶς) Herba quæ alio nomine Cunilago dicitur. Author Plin. lib. 19. cap. 8.

Cupa] huius cupæ (οἰνόχυμα) Vas in quo bibitur, uelut cyathus. A cauponib. qui hoc in poculis utebãtur, nomẽ assum pſit. Næuius, Qui duas cupas mero plenas exhausit. Varro de Vita pop. Rom. Mori lõgi cum operculo ad cupas, tertio amphoras. Ex Sipõtino & Nonio. Quidam duplici pp scribunt.

Cupa, Vas uinariũ maius, inquit Budæus, ea forma ut arbitror, qua lacus torcularis. Cic. in Pison. 53, Panis & uinũ à propola atq; de cupa. Lucan. in 4,

Nanq; ratem uacuæ sustentant undiq; cupæ.

Cupis enim naues in mari sustinentur, quum ipsarum latera, carinæq; resarciuntur. Plin. lib. 23. cap. 2. 4.

Clausum cupa triticum. Alphenus in l. in naue. ff. locati, Quod si separatum tabulis, aut peronibus, aut alia cupa clausum uniuscuiusq; triticũ fuisset, ita ut internosci posset quod cuiusq; esset, &c.

Cupedia, Cupedinarius] Vide Cupes.

Cupentus] Lingua Sabinorũ sacerdos uocabatur, quod nõtat Seruius. Hinc Virg. lib. 12. Aen. Videtur nomẽ deduxisse, quum ait,

——nec dicere cupentum.

Cupes] ἁδύσματα, πέμματα, & cupedia, ueteres lautiores cibos nominabant: inde & macellum, forum cupedinis appellabant. Cupedia autẽ à cupiditate sunt dicta. Vel (ut Varro uult) quòd ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. Hactenus Festus.

Cupes (λαίμαργος) Qui lautiores cibos frequentat. Plaut. Trẽnum. 5. 13, Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus.

¶ Cupedia, cupediorum, plur. num. neutr. gen. (προσφάγια, ἀρτύματα) Plaut. Stich. 14. 31, —melius dicis, nihil moror cupedia.

¶ Cupedia, cuius cupediæ (ὀψοφαγία) Cic. 4. Tusc. quæst. 39, Aegrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, uimolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

¶ Cupedo, pen. prod. cupedinis, f. g. (ἐπιθυμησις, ἀπλεσμὸς) Idem quod Cupido, seu Cupiditas. Lucret. lib. 1. 217,

Haud igitur possunt tali ratione teneri
Res in concilium medij cupedine uictæ. Res, Hoc est, corpora grauia. In concilium, id est, in congregationem illã, quàm facit medium res ad se labentes congregans. Victæ cupedine medij, Hoc est, illectæ naturali instinctu, & genitiua cupiditate ac procliuitate descendendi ad medium siue centrum. Sunt qui Cuppedo gemino pp, carminis causa scribẽdum putent. Idem lib. 5. 10,

Quantæ tum scindunt hominem cupedinis acres
Solicitum curæ, quantiq; perinde timores? Hoc est, cupiditatis. Et lib. 6. 5.

¶ Cupedula, pen. corr. (ἀρτυμάτιον) Diminut. Gellius, Consuetabamus ad cœnulam, non cupedulas ciborum, sed argutias. Gellij locus est, lib. 6. cap. 13, ubi nunc sic legitur, Consuetabamus ad cœnulam nõ cupedias ciborum, sed argutias quæstionum.

¶ Cupedinarius (ὠμοπωλὸς) Esculentarum rerum uenditor. Vide Macellum. Terent. Eunuch. 2. 2. 25,

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij omnes. Vbi Donatus cupedinarij omnes qui esculenta & poculenta uendunt: à rebus cupidinis ob alimentum, cupedinarij appellantur.

Digitized by Google

Cupido] pen. prod. huius Cupidinis, m. g. (ἔρως) Deus qui filius Veneris fuisse fingitur à poetis. Plaut. Merc. Cupido quãtus es. Aliquando pro ipso amore ponitur. Plaut. Amphit. 8. 209, Pudicitiam & pudorem, & sedatum Cupidinem. Cic. 3. de Nat. deor. 81, Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur. Secundus Mercurio & Venere secunda. Tertius quidem est Anteros Marte & Venere tertia.

Puer, ac uolucer Cupido, & sagittis ac face armatus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 20.

Arcus Cupidinis. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 3.

Arma uiolenta Cupidinis. Ouid. 9. Metam. 109.

Fœmineus Cupido. Ouid. 8. Metam. 147. Id est, amor.

Geminus Cupido. Senec. Hippol. 3. 1.

Lasciuus puer Cupido. Senec. Hippol. 3. 1.

Lentum Cupidinem solicitare. Horat. 4. Carm. ode 13. 1.

Liber Cupido. Horat. Epod. 17. ode 13.

Parus Cupido. Ouid. 15. Epist. 23.

Rhaetratus Cupido. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 1.

Pinnatus Cupido. Cic. 3. de Nat. deor. 79, Diane item plures: Prima Iouis & Proserpinæ, quæ Pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.

Volucer Cupido. Ouid. 9. Metam. 97.

¶ Cupidineus, pen. corr. Adiectiuum (ἐρωτικὸς) ut, Sagittæ cupidineæ. Ouid. 1. de Remed. amor. 32.

Cupído, pro desyderio, & Cupídus] Vide Cupío.

Cupío] cupis, cupiui, cupitum, pen. prod. (ἐπιθυμέω, γλίχομαι, ἐφίεμαι, ἐράω) cupere, Significat optare, desyderare. Plaut. Curc. 12. 34, Cupio dare mercedem, qui illuc ubi sit commonstret mihi.

Cupij, pro Cupiui. Stat. 5. Theb. 16.

Cupere atq; optare. Cic. 1. de Orat. 2.

Quicquam animo cupere. Catul. epig. 15. 1.

Ardenter cupere aliquid. Cic. 4. Tusc. 60.

Cupere cupidè. Vide Cupídus.

Flagrantissimè aliquid cupere. Tacit. lib. 1.

Nimis quàm cupio. Vide Nímis.

Tectius cupere. Ouid. 1. de Arte amand. 55.

Cupio omnia quæ tu uis. Plaut. Persa, 12. 17.

Cupit te conuentum. Plaut. Curcul. 7. 25.

Cupere factum. Plaut. Casina, 6. 7.

Cupere nuptias. Terent. Heaut. 5. 1. 12.

Cupit te uidere. Plaut. Trucul. 4. 78. Sic Cicero 6. Verr. Cupisse te celasse de phaleris.

Cupere alicui, pro Bene uelle. Cæsar lib. 1. bel. Gal. Fauere & cupere Heluetijs propter eam affinitatem. Cicer. Qu. frat. lib. 1. 2. 17, Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moueor? nemo magis.

Cupere omnia alicuius causa. Cicero 4. Verr. 130. Cicer. Titio, lib. 13. 76. 1, Cuius causa omnia quum cupio, tum mehercule etiam debeo.

Vehementer cupere causa alicuius. Cic. Silio, lib. 13. 65. 3.

Cupire, penult. product. in quarta cõiugatione, apud antiquos. Lucretius lib. 1. 15,

—perfringere ut arcta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.

Regna cupienda. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 14.

¶ Cupiens, Participium (γλιχόμενος) Plautus Bacchid. 5. 44, Postquam aurum abstulimus, in nauim conscendimus, Domum cupientes.

¶ Cupiens (ἐράω) Nomen: genitiuo iunctum. Plautus Milite, 14. 7, Huius cupiens corporis est. Sic, Cupiens liberorũ, in Pœnulo, 2. 74. Terentius Hecyra, 1. 2. 67, Nisi cupiens tui.

Vulgus uoluptatum cupiens. Tacit. lib. 14.

Maximè cupiens. Vide Magis.

¶ Cupientissimus (μάλιστα ἐράω) Salust. Martium cupientissima plebe Consul factus.

Esse cupientibus. Tacit. lib. 1, Vt quibusq; bellum inuitis, aut cupientibus erat. Quod authores Græci dicunt ἀχθομένοις ἢ, & ἡδομένοις ὧν, hoc enim sermonis genus est illis perquam familiare. Hac de re fusius ac copiosius Rhenanus in castigat. in Tacitum, lib. 15.

¶ Cupienter, Aduerbium (γλιχομένως) Plaut. Pseud. 10. 17, Stulti haud scimus, frustra ut simus, quum quod cupienter dari Petimus nobis, quasi quid in rem sit potissimus noscere.

¶ Cupitus, penult. prod. Participium (ἐρατιόεις) Cic. 1. de Diuinat. 74. Ouid. 3. Fast. 5,

Mars uidet hanc, uisamq; cupit, potiturq; cupita.

Dies cupitus. Seneca Hipp. 7. 1.

Tangere florem etatis cupitum. Lucret. 3. 155.

¶ Cupitor, pen. prod. Verbale (ἐρατιγέτης) Tacit. lib. 15, Nero, ut erat incredibilium cupitor.

Matrimonij cupitor. Tacit. lib. 12.

¶ Cupidus, pen. corr. Adiectiuum (ἐπιθυμῶν) Genitiuo iungitur, & nonnunquam ablatiuo. Genitiuo, Pacis cupidissimus, Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 31. 12. Terent. Hecyra, 3. 3. 12, Eius uidendi cupidus.

Cupidos Moderatis opponit Cicero pro Font. 19.

Damni sui cupidos. Cicer. ad Attic. lib. 4. 71. 5, Cupidissimus mei. Idem 4. de Fin. 34, Cupidus inuestigandi uerum.

Certandi cupidus. Lucret. 3. 1.

Nouitatis cupidus. Quint. lib. 3. cap. 3. 5.

Pacis cupidus. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 9.

Studiorum cupidus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 7.

Vitæ cupidus. Cicero Terentiæ lib. 14. 4. 2, Quod utinam minus uitæ cupidi fuissemus.

Ablatiuo. Plaut. Pseud. 4. 15, Vino modo cupidæ estis.

Cupidus in perspicienda cognoscendáq; rerum natura. Cicero 1. Off. 216.

Homo nostri cupidissimus. Cic. 1. de Orat. 52.

Cupidi amantes. Ouid. epist. 18. 14.

Cupidus animus. Terent. Heaut. 2. 3. 126.

Homo cupidus. Cic. 3. Off. 77.

Liuor cupidus. Propert. lib. 1. eleg. 8. 6.

Manus cupidæ. Ouid. 1. de Arte amandi, 91.

Mens cupida Ouid. epist. 6. 14.

¶ Cupidè, pen. corr. Aduerbium (ἐράσμιος) ut, Cupidè emere, Cato cap. 1. 1. Plin. lib. 18. cap. 5. 1, Prædium ne cupidè emas.

Cupidè appetere. Cic. pro Sexto Rosc. 30.

Cupidè cupere. Plaut. Cas. 5. 51.

Ad aliquid cupidè descendero. Quint. lib. 5. cap. 6. 2.

Aliquid cupidè facere. Quint. lib. 1. cap. 3. 7.

Cupidè & temere aliquid facere. Cic. 2. Philipp. 67.

Cupidius instare. Cæsar 5. bel. Gall. 167.

Cupidè & libenter. Cic. pro Rosc. Comœdo, 29, Ego uerò Cupidè & libenter mentiar tua causa.

Cupidissimè aliquid petere. Cæsar 1. bel. Ciuil. 325.

¶ Cupido, pen. prod. huius cupidinis, fœm. gen. (ἔρως) Id est, animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: quidit est auaritia, qua opes cupiũtur: qualis iracundia, qua ultionẽ appetimus, & similia. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. Virg. 6. Aen.

—quæ lucis miseris tam dira cupido?

Nouissima etiam gloriæ cupido sapientibus exuitur. Tacitus libro 20.

Cupido habendi. Plin. lib. 33. cap. 3. 10.

Laudis titulíq; cupido. Iuuen. Satyr. 10. 15.

Potentiæ cupido uetus, ac iampridem insita mortalibus cũ imperij

Digitized by Google

perij magnitudine adoleuit, id est, succreuit. Tacit. lib. 18.
Mortis cupido. Ouid. in Ibin, 104.
Ventris cupido. Ouid. 15. Metam. 35.
Altior cupido adeundi sacram sedem Vespasiano, &c. Tacitus lib. 20.
Laudem arrecta cupido. Virg. 5. Aeneid. 28.
Honorum cæca cupido. Lucret. lib. 3. 12.
Cæca prædæ cupido. Ouid. 3. Metam. 124.
Dira cupido, id est, cupiditas ex deorum ira ueniens, aut certè magna, inquit Seruius. Virg. 6. Aeneid, 75. Et 1. Georg. 8.
Fœda uitæ cupido. Stat. 3. Theb. 74.
Opum furiosa cupido. Ouid. 1. Fast. 43.
Ieiuna cupido. Lucret. lib. 4. 176. Id est, fames, uel edendi desiderium. Ignota cupido, Virginitas. Valer. lib. 1. Argonaut. 168.
Laudum immensa cupido. Virg. 6. Aeneid. 165.
Improba cupido, id est, improbanda, quia iniqua. Senec. Hercule furent. 6. 15.
Intempestiua cupido. Ouid. 10. Metam. 137.
Leuis & festina cupido. Valer. lib. 6. Argon. 95.
Misera cupido. Horat. 1. Epist. 1. 7.
Mutua cupido. Lucret. lib. 5. 193.
Turpis cupido. Virg. 4. Aeneid. 39.
Laudis cupidine accensus. Stat. 1. Theb. 85. Vide Accendo.
Adoleuit cupido. Vide Adoleo.
Ardere cupiditate. Vide Ardeo.
Coniux capta cupidine. Virg. 7. Aeneid. 39.
Cupido cepit me. Liu. 1. ab Vrbe, 22.
Corripi cupidine. Ouid. 9. Metam. 92.
Differri cupidine. Plaut.
Flagrare cupidine. Ouid. 2. Metam. 21.
Inceßit eum cupido. Vide Incesso.
Illum inceßit cupido adeundi, uisendiq; templum Paphiæ Veneris. Tacit. lib. 17.
Intrauitq; animum militaris gloriæ cupido. Tacitus in Vita Agricolæ.
Inuadit Cæsarem cupido soluendi suprema militibus, ducisq;. Tacitus libro 1.
Inuolat truces etiam tum animos cupido eundi in hostem. Tacitus lib. 1.
Langueſcit cupido. Vide Languor.
Ludor nimia cupidine. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 15.
Succensa cupido. Ouid. 8. Metam. 15.
Tactus cupidine laudis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 3.
Cupido pro Cupiditate, etiam masculino genere profertur. Horat. 2. Carm. ode 16. 3,

Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert. Cupido pro auaritia dictus, ait Acron cui sub scribit & Porphyrio. Idem 1. Serm. Sat. 1. 13,

At bona pars hominum decepta cupidine falso. Notandũ cupidinẽ genere masculino pro cupiditate nouè poni. Acrõ.
Auri cæcus cupido. Seneca Hippol. 4. 35.
Eradere elementa praui cupidinis. Hor. 3. Carm. ode 24. 10.
Cupidines, Pluraliter: ut, Mater dulcium cupidinum. Horat. 4. Carm. ode 1. 1.
¶ Cupiditas, pen. cor. (ἐπιθυμία) Lucilius lib. 23, Cupiditas est homine, cupido ex stulto nunquam tollitur: quòd cupiditas pars quædam sit temperatior defluens ex cupidine.
Homines cæcos reddit cupiditas et auaritia. Cic pro S. Rosc. 61.
Studia cupiditatesq; bonorum, atq; ambitio. Cic. 4. Verr. 91.
Lucis cupiditas. Quint. lib. 3. cap. 8. 31.
Sitis cupiditatis. Cic. in Paradoxis, Neq; enim unquam explebitur nec satiatur cupiditatis sitis.
Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. Ci. 1. de Inuẽ. 3.
Hiantes cupiditates amicorum in magna fortuna. Tacitus libro 17.
Impiam cupiditatem contra salutem alicuius habere. Cælius Ciceroni lib. 8. 16. 6.
Indomitæ animi cupiditates. Vide Indomitus.
Insatiabilis cupiditas. Vide Insatiabilis.
Lubrica & præceps cupiditas dominandi. Cic. 5. Phil. 200.
Coercere omnes cupiditates. Cic. 1. de Orat. 96.
Incensam alicuius cupiditatem comprimere atq; restinguere. Vide Comprimo.
Explere cupiditatem. Cic. 1. de Inuent. 3.
Flagrare & ardere cupiditate alicuius rei. Cic. in Pison. 46.
Frangere cupiditates. Cic. 1. de Orat. 43.
Cupiditas imminuta atq; debilitata. Vide Imminuo.
Imperare cupiditatibus. Vide Impero.
Cupiditatem & arrogantiam alicuius incendere. Vide Incendo.
Incensus cupiditate. Cic. 3. Off. 77.
Inflammari cupiditate aliquid auferendi. Vide Inflammo.
Inijcere cupiditatem hominibus. Vide Inijcio.
Cupiditas inuadit pleroſq;. Vide Inuado.
Sine amore & sine cupiditate, & rursus sine odio & sine inuidia iudicare. Cic. pro Marcello, 17.
Cupiditate omnia perfringere. Vide Perfringo.
Eò prouectas Romanorum cupiditates, &c. Tacit. lib. 14.
Regere cupiditatem, consilij gubernatione. Vide Consiliũ.
Reuertit cupiditas cibi. Celsus lib. 8. cap. 4.
Iuuenili cupiditate gloriæ seductus fecit. Quintilianus lib. 7. cap. 3. 20.
Cupiditas, pro turpi amore. Sueton. in Calig. cap. 24, Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dixit Caligulam cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse, impatientius tamen Drusillam amasse quàm reliquas.
Cuppedo] cuppedinis. In Cupedo.
Cupra] Picenæ ciuitas est, non procul ab Asculo, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 13.
Cupressus] huius cupreßi, uel cupressus, in quarta declinatione, fœm. gen. (κυπάρισσος) Arbor conifera: quæ aliàs cyparissus dicitur. Duo genera earum: meta, in fastigium conuoluta, quæ & fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos, deputaturq;, & accipit uitem. Vtraq; autem immittitur in perticas, asseresúe amputatione ramorum, qui decimo tertio anno denarijs singulis uæneunt: quæ fuosißima in satus ratione sylua. Vulgoq; dotem filiarum antiqui plantaria appellabant. Hæc Plinius libro 16. capite 33. 2. Virgilius 1. Georg.

Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Col. lib. 4. cap. 26. 1, Idq; maximè probatur ex iunipero, & lauro, & cupressu.
Cupressus acuta. Ouid. 3. Met. 31. Vide Acuo.
Atra cupressus. Virgil. 3. Aeneid. 13. Id est, nigra, funesta. Nam inferis consecrata est, quia cæsa nunquam reuiresc it. Vide Atrum.
Feralis cupressus. Ouid. 3. Trist. eleg. 13. 5.
Funebres cupreßi. Horat. Epod. ode 5. 4.
Illæsa bruma cupressus. Stat. 6. Thebaid. 26.
Tectura tumulos cupressus. Claud. 2. de Raptu Proserp. 22.
Tenera cupressus. Virg. 1. Georg. 4.
Cupreßi, mortuorum domibus ponebãtur ideo, quia huius generis arboris ramus excisus non renascitur: sicut ex mortuo nihil iam est sperandum. Quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur. Hæc Festus. Plinius lib. 16. cap. 33. 1, Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita.

Digitized by Google

¶ Cupreßinus, pen. corr. (κυπαρίσσινος) Adiectiuum, Ex cupresso. Plin. lib. 23. cap. 4. 10, Cupreßinum oleum eosdem effectus habet quos myrteum.

Cupreßinæ frondes. Colum. lib. 2. cap. 2. 8.

¶ Cupressus, Idem. Liu. 7. bel. Pun. 204, Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.

¶ Cupressetum, pen. prod. (κυπαρισσών) Locus ubi seruntur cupreßi. Cato cap. 151. 1. Cic. 1. de Legib. 22, Vísne igitur ut ille Crete cum Clinia & cum Lacedæmonio Megillo æstiuo, quemadmodum describit, die, in cupressetis Gnosiorum, & spacijs syluestribus crebrò insistens, &c.

¶ Cupreßifer, pen. cor. (κυπαρισσοφόρος) Adiectiuum: ut, Mõs cupreßifer, qui cupreßis abundat. Ouid. epist. 9. 18,

Vt Tegæus aper cupreßifero Erymãtho Incubat, &c.

Cuprum] cupri (κύπριον) Genus quoddam æris, de quo nullum exemplum repperi apud idoneos authores, existimo autem illud esse quod Plinio Cyprium æs dicitur. uide suo loco. y enim ut plurimum in u uertitur.

¶ Cupreus, Adiectiuum (κυπριακὸς) ut, Cupreum uas. Plin. lib. 23. cap. 3. 6, Coquitur in cupreo uase ad craßitudinem mellis. Fortasse legendum, cyprio uase.

CVR. Curionum, Curiarum, uel Cursor. CVR. VIA. Curator uiarum.

Cur] τίνος ἕνεκα, διατί, ἐφ' ᾧ, Aduerbium interrogandi. Scribitur à nonnullis per q, à Quare deducẽtibus, per syncopen atq; apocopen a & e literis detractis. Terent. And. 5. 3. 15, Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? Plaut. Mil. 20. 23, Nihil moror aquam. PR. quur?

Cur igitur. Terent. And. 1. 1. 21, Cur simulas igitur?

Causa cur. Cic. pro Cælio, 116, An uobis aliam causam esse ullã putatis, cur in tantis præmijs eloquentiæ, &c.

Quid est cur? Cicero pro Cluent. 116, Quid est Qu. Naso, cur tu in isto loco sedeas?

Quæ causa est cur hoc uelit? Cic. pro Cluent. 135.

Cur non? quia. Plaut. Pseud.

Cur hæc tibi irata est, cur ego id curem? Plaut. Pœn. 4. 132.

Cur, sine interrogatione. Cic. pro Rosc. Amer. 86, Quod si tibi nulla causa est cur hunc miserum tanta calamitate affici uelis. Idem pro Rosc. Comœd. 29, Non fuit causa cur tantum laborem caperes, & ad me uenires.

Cura] curæ (φροντὶς, ἐπιμέλεια, τιμελέα, μελεδὼν, μελέδωμα) Vehemẽs & anxia animi solicitudo, dicta (ut ait Festus) quòd cor edat, uel quòd uret. Terent. Phorm. 2. 2. 26, Cura & sumptu absumitur. Ennius apud Cic. de Senec.

— curámue leuasso
Quæ nunc te coquit, & uersat sub pectore fixa.

Animi cura & cogitatio. Cic. Off. 112.

Cura & diligentia. Cic. 3. de Orat. 101.

Cura & dolor. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 5, Quæ tua solicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, quæ cura, qui dolor, quum ad te curæ & dolores mei perferrentur, &c.

Studium & cura. Cic. Bruto, 16. 1.

Cura mei, tui, sui. Senec. Hipp. 4. 17.

Potior alicui cura suorum. Valer. lib. 4. Argon. 26.

Æstus curarum. Virg. 8. Aeneid. 4.

Amara curarum eluere. Horat. 4. Carm. ode 12. 4.

Domitor curarum somnus. Senec. Agamem. 1. 4.

Felix curarum. Stat. 4. Syl. 4. 10.

Fomenta curarum. Horat. 1. Epist. 3. 6.

Fons curarum. Lucret. lib. 3. 17.

Frigus curarum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 5.

Interpres & conscia curarum. Virg. 4. Aeneid. 122.

Leuamen omnis curæ casusq;. Virg. 3. Aeneid. 141.

Moles curarum. Tacit. lib. 12.

Nox curarum nutrix. Ouid. 8. Metam. 17.

Precium curæ. Vide Precium.

Requies curarum. Tibul. lib. 4. eleg. 22. 3.

Semina curarum. Propert. lib. 3. eleg. 7. 1.

Socius curarum. Stat. 3. Syl. 3. 33.

Vndæ curarum. Catul. Argon. 13.

Anceps cura cogitandi. Cic. 1. Off. 16.

Dare aliquid curæ corporis. Quint. lib. 1. cap. 12. 6.

Futuri nominis cura. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 8.

Memoriam iuuari cura docentium. Quint. lib. 1. cap. 1. 26.

Minus cum cura. Vide Minor.

Acrior illum cura domat. Virg. 3. Georg. 106. Vide Acer.

Aequalis cura. Quint. lib. 1. cap. 1. 11.

Vitiatum corpus curis amaris. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 1.

Ambiguæ curæ. Virg. 8. Aeneid. 114.

Anceps cura. Vide Anceps.

Antiquißima cura. Cic. Attico, lib. 10. 197. 6.

Antiquior cauendi, quàm ictum inferendi cura est. Quint. lib. 4. cap. 2. 19.

Anxia cura. Vide Anxius.

Argentaria cura. Vide Argentum.

Asperrima curarum. Stat. 5 Syl. 2. 8.

Assidua alicuius insidens cura. Vide Insideo.

Breuis cura. Horat. 2. Epist. 1. 44.

Damnosæ curæ. Ouid. 1. de Remed. am. 14.

Deses cura. Claud. 22. epig. 45. de laude Serenæ.

Difficilis cura rerum alienarum. Cic. 1. Off. 44.

Diurnæ curæ. Ouid. 8. Metam. 17.

Dulces curæ. Stat. 2. Syl. 1. 15.

Dura cura. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 2.

Exigua cura. Claud. 3. Paneg. 48.

Frigida cura thori. Stat. 5. Theb. 15.

Funestæ curæ. Claud. 2. de raptu Proserp. 56.

Gratißima cura. Cic. Attic. lib. 5. 91. 1.

Cura graniore timetur proxima tempestas. Iuuen. Sat. 13. 24.

Grauem curam suscipere, uehementerq; de aliquo solicitum esse. Cassius Ciceroni, lib. 12. 12. 1.

Impensior cura. Ouid. 2. Metam. 81.

Implacidæ curæ. Claud. 1. de Raptu Proserp. 22.

Aeuum consumere in inanibus curis. Lucret. lib. 5. 287.

Infandæ curæ. Stat. 5. Theb. 90.

Infelix cura. Ouid. 2. Trist. 1.

Ingentes curæ. Virg. 5. Aeneid. 139.

Insignis cura. Claud. 8. Paneg. 32.

Insomnes longo ueniunt examine curæ. Claud. 1. in Ruff. 8.

Intentißima cura. Vide Intendo.

Inuida cura. Horat. 1. Epist. 10. 4.

Leues curæ. Horat. 1. Carm. ode 14. 4.

Leuior cura. Virg. 3. Georg. 60.

Maximæ & grauißimæ curæ. Cic. de claris Orat. 5.

Ipse tibi tua maxima cura. Virg. 4. Georg. 71. Hoc est (teste Seruio) quem plurimum diligis.

Mediocris cura. Horat. 2. Serm. Sat. 4. 19.

Memor cura. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8. 1.

Molesta cura. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 2.

Nimia cura. Iuuen. Satyr. 10. 2.

Nouæ curæ. Ouid. 15. Epist. 27.

Exercere uires omni cura. Virg. 3. Georg. 45.

Omni cogitatione curáq; in aliquam rem incumbere. Cicero Planco, lib. 10. 1. 6.

De salute Reipub. curæ optimæ sunt. Cic. de Somnio Scip. 32.

Publica cura. Horat. 2. Carm. ode 8. 2.

Recens cura. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 7.

Resides curas soluere. Valer. lib. 8. Argon. 44.

Sagaces

Digitized by Google

Sagaces curæ. Hor. 4. Carm. Ode 4.15.
Secretæ curæ. Seneca Agamem. 7.16.
Sedatis requierunt pectora curis. Stat. 12. Theb. 103.
Sequaces curæ. Lucret lib. 2. 10.
Solicitæ curæ. Seneca Oedip. 13.1.
Spinosæ curæ. Catul. in Argon. 15.
Dignus tanta cura infans. Quint. lib. 1. cap. 1. 18.
Vigilantes curæ. Claud. 1. in Eutrop. 73.
Vigiles incumbunt curæ. Valer. lib. 3. Argon. 90.
Vigili perspexerat omnia cura. Ouid. 15. Met. 15.
Animum, curamq; virilem gerere. Virg. 9. Aen. 65.
Vitiosa cura. Hor. 2. Carm. ode 16. 5.
Volantes curæ circa tecta. Hor. 2. Carm. ode 16. 3.
Abducere curas alicui. Claud. 3. de Raptu Proserp. 4.
Abigere curas. Hor. 1. Epist. 15. 5.
Abijcere curas. Cic. ad Pætum, lib. 9. 24. 11. Vide Abiscio.
Abnuere curam. Vide Abnuo.
Somnos abrumpit cura salubres. Virg. 3. Georg. 104.
Absistere cura. Sil. lib. 13. 104.
Absumi cura. Vide Absumo.
Accendere curas. Vide Accendo.
Accommodare curam alicui rei. Quintil. lib. 1. cap. 12. 6. Vide Accommodo.
Accumulare curas. Ouid. epist. 21. 14. Vide Accumulo.
Acuere corda curis. Virg. 1. Georg. 25.
Addere curam mortalibus. Lucan. lib. 2. 1.
Adhibere curam in aliqua re. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 8.
Adijcere aliquid curæ. Quint. lib. 1. cap. 9. 1.
Curas adimere. Terent. Hecyra, 5. 3. 19. Vide Adimo.
Adorare curam priscorum in inueniendo. Plinius libro 27. capite 1. 1.
Afferre curam. Cic. Att. lib. 7. 125. 1.
Cura & solicitudine aliquem afficere. Terent. Phorm. 2. 4. 1.
Quanta me cura & solicitudine afficit. Vide Afficio.
Agitare curas. Seneca Herc. furent. 2. 3.
Agere curam alicuius. Ouid. 15. epist. 61. Vide Ago.
Quæ me angebat de Repub. cura, consedit. Cicero de claris Orator. 5.
Intentiore cura asseruare. Vide Intendo.
De aliquo tuendo & aliquibus conciliando, cura attingit aliquem. Cic. Cæsari in Epist. ad Att. lib. 9. 183. 2.
Auertere subitam curam. Lucret. lib. 2. 73.
Auertere dictis curas. Virg. 4. Aen. 79.
Capessere curas. Vide Capesso.
Carere cura. Horat. Art. Poet.
Cogitare curas. Vide Cogito.
Committere auribus suas curas. Seneca Hippol. 5. 4.
Componere curas. Virg. 4. Aen. 69.
Concipere curam. Vide Concipio.
Confectus curis. Virg. 6. Aen. 104.
Conferre curas in rem aliquem. Vide Confero.
Curas omnes cogitationesq; in Rempublic. conferre. Cicero 2. Offic. 3.
Confici cura & curis. Vide Conficio.
Configere curas in Reip. salute. Vide Configo.
Coniungere curam de re aliqua cum aliquo. Cicero de Amicitia, 14.
Coniuncta cura alicui. Vide Coniungo.
Consumere curam in re una. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 10. Vide Consumo.
Coquit hominem cura. Vide Coquo. Cic. de Senect. 1.
Cura de re aliqua. Cic. de Amic. 14.
Decedit cura patribus. Vide Decedo.
Deficere curam alicui. Quint. lib. 1. cap. 1. 3.
Delegare curam alicuius rei alicui. Quintilianus libro 4. in procem. 2.
Demere curas. Virg. 3. Aen. 31.
Demouere aliquem cura rerum. Tacit. lib. 13.
Tristes animo deponere curas. Virg. 4. Georg. 108.
Deponere curam pro aliquo. Virg. 12. Aen. 10.
Deprendere curas alicuius. Ouid. 2. Met. 19.
Partem curæ & cogitationis suæ in alium locum deriuare. Cicer. 11. Philipp. 306.
Destituere curam morum. Quint. in procem. lib. 1. 11.
Desyderare curam alicuius in re aliqua. Quintilianus libro 2. capite 1. 7.
Diducere animum in curas. Virg. 5. Aen. 143.
Differre curas. Iuuen. Satyr. 11. 19,
Sed nunc dilatis auerte negocia curis.
Dimittere curam. Ouid. 1. Met. 43.
Curas & actiones honestas dare. Cic. Varr. lib. 9. 8. 7.
Nec membris dat cura quietem. Virg. 10. Aen. 43.
Dare alicui multa milia curarum. Propert. 1. eleg. 5. 2.
His dictis emotæ curæ. Virg. 6. Aen. 77.
Cura est quid sit negocij. Plaut. Mere. 4. 11.
De Tirone mihi curæ est. Cic. Att. lib. 13. 260. 1.
Cura est ut. Plaut. Aulul. 12. 2. Terent. Hecyr. 4. 2. 19,
Hæc mihi nunc cura est maxima, ut necui mea
Longinquitas ætatis obsitet, mortemúe exoptet meam.
Curæ mihi est. Terent. Adelph. 5. 6. 6,
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,
Cui dominus curæ est.
Vitam & dignitatem alicuius alteri curæ esse. Cicero Attico, lib. 10. 198. 3.
Esse & fore curæ alicui ut. Cic. 3. Phil. 152.
Curæ est quorsum euenturum hoc siet. Terent. Hecyr. 1. 2. 118.
Sine cura esse. Cic. Quint. frat. lib. 3. 20. 6.
Tristitiæ cura. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.
Eripere curam. Cels. lib. 6. cap. 5.
Euolutæ curas. Stat. 1. Syl. 1. 9.
Exerceri curis. Virg. 5. Aen. 155.
Exercere curas. Sil. lib. 11. 75.
Exercere uitam curis. Lucret. lib. 5. 286.
Atras eximere curas. Hor. 3. Carm. ode 14. 3.
Exoluere aliquem curis. Virg. 4. Aen. 131.
Exonerare graues curas. Senec. Hipp. 4. 18.
Expellere corpore curas. Lucan. lib. 3. 11.
Extendere curas in annum uenientem, est (ut ait Seruius) quæsi in tempore alieno præmeditari futurum laborem. Virgilius 2. Georg. 81.
Mortalibus curis exuere se. Sil. lib. 1. 17.
Facere curam ne aliquid fiat, &c. Tacit. lib. 3.
Fallere curam somno. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 23.
Fatigare aliquem nouis curis. Quint. in procem. lib. 6. 4.
Artificum fatigare curas. Stat. 5. Syl. 1. 2.
Fluctuat æstu curarum. Virg. 8. Aen. 4.
Fluctuare undis curarum. Catul. Argon. 13.
Gerere curam pro aliquo. Virg. 12. Aen. 10.
Cum cura rem aliquam gerere. Vide Cum.
Hebetatur cura uino. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.
Curæ habere rem aliquam. Cæl. Cic. lib. 8. 8. 34.
Sermonem curæ habere. Quint. in procem. lib. 1. 13.
Habere curam docendi liberos. Quint. lib. 1. cap. 1. 6.
Iactare curas pectore. Vide Iacto.
Impendere curam. Ouidius de arte Amand. 3. 60. Vide Impendo.
Impendunt curas denso distendere pingui. Virgilius 3. Georgic. 24.

Digitized by Google

Acrem quammaximè curam ſpei futuri oratoris impendat pater. Quint. lib. 1. cap. 1. 3.
Impendet cura pectori. Vide Impendeo.
In maximis curis aliquid impertiri temporis. Cic. Cæſari, in Epiſt. ad Att. lib. 9. 183. 3.
Imponere finem curis. Virg. 4. Aen. 128.
Incumbere in curam. Vide Incumbo.
Curas inijcere. Terent. Adelph. 4. 5. 77.
Ingeminant curæ. Virg. 4. Aen. 107.
Inniti curæ, tuteláq; unius. Quint. lib. 6. cap. 1. 27.
Inſiſtere curæ rerum. Vide Inſiſto.
Inſumere curam ad, &c. Vide Inſumo.
Intendere curas. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 6. Vide Intendo.
Intentus ad curas. Tacit. lib. 20.
Intermittere curam rerum. Tacit. lib. 4.
Mens inuigilat curis. Sil. lib. 10. 66.
Inuigilat quieti cura. Stat. 8. Theb. 124.
Cura & prudentia ſua iuuare aliquem. Cicero Attico, libro 9. 188. 4.
Laxare curas ſomno. Virg. 9. Aen. 47. Vide Laxo.
Animos ad curam ab aliqua contentione laxare. Cicero 3. de Orat. 127.
Lenire curas ſomno. Virg. 4. Aen. 106.
Leuare cura, & magna ſolatia dare. Cic. de claris Orat. 6.
Curam & angorem animi, ſermone & conſilio leuare. Cicero Att. lib. 1. 13. 2.
Leuare aliquem cura. Vide Leuis.
Loquuntur leues curæ. Senec. Hipp. 5. 4.
Magna cura & ſolicitudine aliquos liberare. Cicero Dolabellæ, in Epiſtol. ad Atticum, libro 15. 228. 3. Vide Liber liberi.
Mandare curas alicui. Vide Mando.
Mitte hanc de pectore curam. Virg. 6. Aen. 17.
Mutare curas pectore. Virg. 5. Aen. 139.
Curæ plurimæ metuſq; ex ſomno naſcuntur. Cicero 2. de Diuinat. 222.
Fortior obſtat cura ducis. Claud. 4. Paneg. 47.
Onerabat pauentium curas ordo Mutimenſis. Tacit. lib. 18.
Partiri curas cum aliquo. Virgil. 11. Aen. 164.
Mortales curas pellere. Valer. lib. 1. Argon. 168.
Pellere curas uino. Hor. 1. Carm. ode 7. 6.
Pulſis è pectore curis. Sil. lib. 13. 53.
Perfungi cura. Vide Perfungor.
Peruigil cura. Stat. Sylu. 5. 1.
Ponere omnem curam in re aliqua. Cic. 1. de Diuin. 152.
Ponere graues curas. Sil. lib. 8. 46.
Populatur artus cura, id eſt, amor. Senecа Hipp. 4. 4.
Præſtare curam alicui. Quint. lib. 2. cap. 3. 4.
Premere curam ſub corde. Virg. 4. Aen. 67.
Recipere curam. Quint. lib. 1. cap. 10. 18.
Recurſat ſub noctem cura. Virg. 1. Aen. 134.
Redeunt in pectora curæ. Stat. 8. Theb. 122.
Refectus curis. Hor. 2. epiſt. 2. 28.
Cuncta curarum ad aliquem reijcere, hoc eſt, cunctas curas. Tacit. lib. 3.
Anxiferas curas requiete relaxare. Cic. 1. de Diuin. 45. Ex quodam antiquo poeta.
Fomenta curarum relinquere. Hor. 1. epiſt. 3. 6.
Relinquere curam morum. Quint. in procem. lib. 1. 11.
Remittere curas. Stat. 4. Syl. 6. 1.
Remittere curam ſucceſſu. Quint. lib. 1. cap. 2. 17.
Remordet te cura. Virg. 1. Aen. 53.
Remouens ſoporem cura. Ouid. 6. Met. 99.
Reſoluere curas. Virg. 1. Georg. 61.
Reſpondere curis alicui, id eſt, tantundem curans. Virgilius 6. Aeneid. 95.
Reſpuere curam. Claud. 8. Paneg. 32.
Secludere curas. Virg. 1. Aen. 114.
Mens ſemota cura metuq;. Lucret. lib. 2. 4.
Curas graues ſeponere. Ouid. 3. Met. 64.
Serere curas in pectore. Catul. in Argon. 15.
Serpit cura altius. Plin. lib. 14. cap. 11.
Solari curas. Virg. 9. Aen. 101.
Solicitat cura. Senec. Hipp. 4. 17.
Soluere curis aliquem. Senec. Hipp. 2. 4.
A cura ſolui & liberari. Cic. pro Domo ſua, 80.
Solutæ curæ. Catul. 29. 2.
Somnus curas ſoluit. Ouid. 10. Met. 74.
Stupent curæ. Senec. Hipp. 5. 4.
Subit cura. Seneca Hipp. 4. 4.
Acreis curas ſuſcipere. Lucret. lib. 3. 94.
Suſtinere maximam curam belli. Cic. Att. lib. 6. 116. 4.
Tangere curas. Virg. 4. Aen. 111.
Traducere curam in. Virg. 3. Georg. 31.
Vacuus curis negocijsq; neceſſarijs. Cic. 1. Offic. 21.
Venire in curas partemq; laborum. Lucan. lib. 2. 70.
Venerari curam antiquorum. Plin. lib. 27. cap. 2. 1.
In aliqua cogitatione curaq; uerſari. Cic. 2. de Orat. 100.
In partem curarum ab aliquo uocari. Tacit. lib. 1.
Diuerſæ curæ animum uocant. Virg. 12. Aen. 98.
Voluere curarum triſteis in pectore fluctus. Lucretius libro 6. 7.
Vrgeri multis curis. Lucret. lib. 3. 214.
Vrgentibus curis. Valer. lib. 8. Argon. 5.
Cura (ἐπιτροπὴ) pro munere quo curator fungitur: uulgò Curatella dicitur. Vlpianus in l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. ff. de iudicijs, Si quis tutelam, uel curam, uel negocium, uel argentariam, uel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit.
Liberari tutela & cura. Vlpian. in l. quum filiofamiliâs. ff. de legat. 3.
¶ Curioſus, pen. prod. (πολυπράγμων, περίεργος) A nimia cura: quoties plus diligentiæ, quàm oportebat, impendimus rebus uel noſtris, uel alienis. Noſtris, quum minima quæque diſquirimus, & nullius frugis. Alienis, quum de rebus cæterorum occultioribus non ſatis cum pudore perſcrutamur, aut interrogamus. Sed non tam à cura curioſus uidetur deſcendere, quàm à curia: cuius compoſitum eſt magis in uſu Incuria, id eſt, negligentia: tametſi curia à cura dicatur. Hæc Valla lib. 1. Cic. Attic. lib. 4. 80. 2.
Curioſus in bonum & in malum accipitur.
In bonum. Cicero ad Appium, libro 3. 1. 2, Ita eſt homo non modò prudens, uerumetiam (quod iuuet) curioſus. Idem pro Seſtio, 16.
Curioſus & negocijs plenus. Cic. 1. de Nat. deor. 76.
Curioſus medicinæ. Plin. 25. cap. 2. 4.
In re aliqua curioſus. Cic. Att. lib. 5. 101. 3.
In exquirendo iure augurum curioſus. Cicero pro Domo ſua, 31.
Bellè curioſus. Cic. Att. lib. 6. 112. 6.
In malum. Cicero 5. de Finib. 9, Atqui Cicero, inquit, iſta ſtudia, ſi ad imitandos ſummos uiros ſpectant, ingenioſorum ſunt: ſin tantummodo ad indicia ueteris memoriæ cognoſcenda, curioſorum. Idem pro Domo ſua, 26. Terent. Eunuch. 3. 5. 5.

Sed neminémne curioſum interuenire nunc mihi,
Qui me ſequatur, quoquo eam rogitando, obtundat, & necet? Plin. lib. 5. Epiſt. 103. b.

Curioſus

Curioſus & moleſtus. Cic. 2. de Finib. 50.
Curioſa interpellatione tenuata charta. Plinius libro 13. capite 12. 1.
In aliena Republica curioſum minimè eſſe, officium eſt peregrini. Cic. 1. Offic. 175.
Satis fit difficilius curioſis. Cic. 1. de Finib. 6.
Curioſus differt à diligenti. Quintilianus libro 8. capite 3, Eſt etiam quæ περιεργία, uocatur, ſupernacua (ut ſic dixerim) operoſitas, ut à diligenti curioſus, & à religione ſuperſtitio diſtat.
Curioſus, pro delatore. Suetonius in Auguſto, capite 27, Pinarium equitem Roman. quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum ac ſpeculatorem ratus, coràm confodi imperauit.
Curioſus agnus, Macilentus, quaſi cura confectus. Plautus Aululat. 16. 26.
Curioſus, Olim is erat qui curſoribus præerat: uulgò Magiſtrũ poſtarum dicimus. Earum item rerum, quæ ad curſum, pro Imperatoris, reipublicæ, aut aliorum, quibus id Imperator conceſſerat, negocijs agendis deſtinata & parata erant, curam gerebat. Eius muneris titulus eſt, de curioſis & ſtationarijs, lib. 12. Codicis.
¶ Curioſitas, pen. corr. (περιεργία) Denominatiuum. Cic. ad Att. lib. 2. 27. 3, Sum in curioſitate ὀξύπαρος, ſed tamen facilè patior te id ad me, &c.
¶ Curioſè, pen. prod. Aduerbium (περιέργως) Colum. lib. 3, Sin autem ipſam uitem cernere uoles, iuxta radicem ita ne ipſam lædas, curioſè fodito.
Curioſè aliquid facere. Plin. lib. 18. cap. 3. 9.
Curioſè loqui. Quint. lib. 8. cap. 1. non procul à fine.
Conquirere curioſius aliquid. Cic. de clar. Orat. 69.
¶ Curia, huius curiæ (ἀρχεῖον, βουλευτήριον, φρατρία) A Curia deducitur. Curia, inquit Feſtus, locus eſt ubi publicas curas gerebant, Cicero de Senectut. 28, Non curia uires meas deſyderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites. Idem libro 3. de Orator. 92, ait Curiam pro Senatu accipi. Idem 3. de Finib. 11, In ipſa curia ſoleret legere ſæpe, dum Senatus cogeretur. Liu. 2. ab Vrbe, 102, Templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilij publici, caput Vrbis, aram ſociorum, portum omnium gentium, ſedem ab uniuerſo populo conceſſam uni ordini, curiam Cicero uocat, pro Mil. 69.
Vindex temeritatis, & moderatrix officij curia. Cicero pro Flacco, 45.
Curia conſilijs æſtuat orba ſuis. Claudianus 2. Præſat. in Eutrop. 12.
In curia incluſus Senatum. Cic. Att. lib. 6. 111. 12.
Aſpirare in curiam. Vide Aſpiro.
Clauſa pauperibus curia. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. 11.
In curiam inducere ambitionem. Vide Induco.
Inire curiam, pro Ingredi. Tacit. lib. 5.
Iubet curia. Cic. pro Domo ſua, 61.
In curiam uenit frequens Senatus. Cic. 3. de claris Orat. 2.
Curia Calabria dicebatur, ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Feſtus. Calabram alij uocãt, dictam à calando, id eſt, uocando. Siquidem primo quoq; menſis die, hoc eſt, calendis, calata ſeu nocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quæ caſæ Romuli proxima erat, Pontifex pronunciabat quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent: quia oportebat Nonarum die populares qui in agris erant, confluere in Vrbem, accepturos cauſas feriarum à Rege ſacrorum, ſcitu roſq; quid eſſet eo menſe faciendum. Vide Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 15.
Saliorum curia erat in Palatio. Cic. 1. de Diuin. 58.
Pompeiana curia, in qua Pompeij ſimulacrum erat, & in qua Iul. Cæſar trucidatus eſt. Cic. 2. de Diuin. 34.
Curiæ, inquit, Feſtus, etiam nominantur, in quibus uniuſcuiuſque partis Populi Romani quid geritur: quales ſunt hæ in quas Romulus populum diſtribuit numero triginta: quibus poſtea additæ ſunt quinque, ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret, feriaſq; obſeruaret, ijſq; curijs ſingulis nomina curiarum uirginum impoſita eſſe dicuntur, quas uirgines quondam Romani de Sabinis repuerunt. Hactenus Feſtus. Plaut. Aulular. 5. 29,
Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ,
Diuidere argentum dixit nummos in uiros.
¶ Curialis, & hoc curiale, pen. prod. (φρατρικὸς, φυλέτης) Feſtus, eiuſdem curiæ, ut tribules & municipes. Plautus Aululat. 7. 2. Cicero 2. Offic. 95, Theophraſtus ſcribit quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe.
Conſortia curialia. l. curialibus, de decurionibus, libro 10. C. Curialibus conſortijs conſulentes, cenſemus, &c.
Curiales flamines, Curiarum ſacerdotes erant. Feſtus.
Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis appellata eſt. Feſtus.
¶ Curiatus, pen. prod. Adiectiuum: ut, Curiata lex, quæ curiatis comitijs lata erat. Cic. ad Att lib. 4. 87. 2.
Curiata comitia, Conuentus qui litium cauſa in curijs fiebant, ut ait Feſtus. Gellius uerò lib. 15. cap. 27, Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur, id eſt, conuocabantur: quorum erant Pontifices arbitri. Cic. de lege Agr. 29, Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auſpiciorum cauſa remanſerunt.
¶ Curiatim, penult. product. Aduerb. Per ſingulos curias. Vide Curiata comitia.
¶ Curio, curionis (φρατριάρχης) Sacerdos curiæ. Curio Maximus, cuius authoritate curia, omnesq; curiones regebantur, inquit Feſtus. Liuius 7. bel. Punici, 41, Inter maiorum rerum curas comitia Maximi Curionis quum in locum M. Aemylij ſacerdos crearetur, uetus excitauerunt certamen, Patritijs negantibus, C. Manilij Attelij, qui unus ex plebe petebat rationem eſſe habendam: quia nemo ante eum niſi ex patribus id ſacerdotium habuiſſet. Fortaſſe is eſt quem Curatum dicimus.
Curio agnus, uide paulò antè in Curioſus.
¶ Curionatus, huius curionatus, Curionis dignitas. Sipont.
¶ Curionia ſacra, quæ à curionibus in curijs fiebant. Feſtus.
¶ Curionium, dicebatur æs, quòd dabatur curioni ob ſacerdotium curionatus. Feſtus.
¶ Curo, curas (τιμελέω, φροντίζω, μέλομαι, ἐπιμελέομαι, θεραπεύω) curare, Operam dare, Solicitũ eſſe de re aliqua. Cic. pro Celio, 42, Quod facinus in alienum hominem illatum ſeuerè acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpites?
Agere & curare. Cic. Peto, lib. 9. 24. 11.
Curare & attendere. Cic. Figulo, lib. 4. 13.
Omnibus rebus cura & prouide ne quid ei deſit. Cic. Attic. libro 11. 211. 4.
Alicuius cauſa curare aliquid. Cic. Att. lib. 5. 110. 10.
Cedere domo & patria curaſti. Id eſt, effeciſti ut domo cederent. Cic. pro Domo ſua, 3.
Non curat redire. Cic. Lent. lib. 1. 9. 55.
Curare aſſeruandum, inueniendum, interficiendum, &c. Terent. And. 5. 2. 24, Cura aſſeruandum uinctum. Cæſar 8. bell. Gallici, 86. Cicer. ad Marcellum, libro 15. 10. 3, Faciendum cures.
Curaſti probè. Terent. And. 5. 2. 6.

Studioſè

Studioſe diligenterq; curare aliquid. Cicero Attico, libro 16.341.7.
Diligenter curare aliquem. Cic. Att. lib. 12. 141. 8.
Leuiter curare aliquid. Hor. 2. Epiſt. 1. 11.
Curo iſtæc ego, Per ironiam dictum. Terent. And. 5.4.18, Ego iſtæc moueo aut curo. Ibidem 1.2.14, Id populus curat ſcilicet. Sic Cic. Att. lib. 13. 288.
Curare ut. Terent. Phorm. 5.8.11. Idem Adelph. 5.1.10,
—— exemplum omnibus
Curarem ut eſſes. Cicero Cornificio, libro 12.28.8, Cura ut ualeas.
Quid me curas, quid rerum geram? Ex Plauto.
Curare ædes Plaut. Moſt. 3.18.
Curare ſe, & ætatem ſuam. Plautus Pſeud. 20.27. Terent. in Adelph. 5.1.1, in eandem ſententiam dixit, Te curaſti molliter. Liu. 3. ab Vrbe, 7, Curare corpora ſua ſomno & cibo.
Curare ægrotos. Plaut. Capt. 4.87.
Curare alia. Plaut. Milit. 12. 60, Faciemus, alia cura. Terent. Phorm. 2.1.5, —— atqui reperi iam: aliud cura.
Curare aliena. Terent. Heaut. 1.1.24.
Curare amicos. Plaut. Sticho, 13.8.
Curare boues. Plaut. Moſtel. 2.34.
Animi conſcientiam non curat improbus. Cic. 2. de Fin. 88.
Conuiuia curare. Virg. 1. Georg. 61.
Corpora curare. Virg. 8. Aen. 120.
Curare fidem ſuam, Curam habere de fide præſtanda. Plautus Trinum. 4.114.
Genium mero curare. Hor. 3. Carm. Ode 17.3.
Curare hiſtriones, aut aliquos alios, ſiue rem aliquam. Plautus Amph. 3.87.
Curare munus aliquod. Plaut. Trucul. 8.55. Sic apud eundem, in Bacchid. 15.111, Curare officium ſuum.
Negocia aliena curare. Cic. in Topic. 34.
Curare parentes. Plaut. Stich. 3.39.
Curare æquam partem. Terent. Adelph. 1.2.50,
Curemus æquam uterq; partem, tu alterum,
Ego item alterum.
Curare alicui pecuniam. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 8.3, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Idem ad Attic. lib. 11. 219. 2. Eidem lib. 7. 123. 16.
Alicuius nomine nobis pecuniam curare. Cicero Ruſo, libro 5.20.11.
Pelliculam curare. Hor. 2. Serm. Satyr. 5.8.
Curare præcepta & mandata alterius. Plautus Milit. 10. 216. Cic. ad Att. lib. 4. 76. 2, Mea mandata de domo curabis. Eidem lib. 5. 94. 1, Vt mandatum ſcias me curaſſe.
Curare prandium. Plaut. Menæh. 9.11.
Prouinciam curare. Cic. Att. lib. 6. 111. 3.
Sacra curare per ſacerdotes. Cic. pro Corn. Balb. 44.
Se curare. Cic. 3. de Orat. 127, Sed iam ſurgamus, inquit, nosq; curemus.
Reficere ſe & curare. Cic. 9. Phil. 260.
Molliter ſe curare. Vide Mollis.
Seruilia curare. Cic. Att. lib. 15. 326. 4.
Sublimia curare. Horat. 1. Epiſt. 12. 3.
Curare & polire ueſtimenta. Vlpianus in l. itaque fullo. ff. de furtis, Itaque fullo, qui curanda poliendaq; ueſtimenta accepit, ſemper agit. Curare uitem falce. Plinius libro 17. cap. 22. 8.
Curare, abſolutum. Terent. And. 1.1.43,
SO. ſat eſt, curabo. Salluſt. in Iugurth. Legatis imperat, ubi quiſq; curaret, deinde ſigno dato undiq; ſimul clamor ingens exoritur.

Curabitur, Impersonale. Terent. And. 2.3.29, —— hanc fidē Sibi obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem. D. curabitur.
Curatur ut uinea uetus ſemel foſſa ſit. Plinius libro 18. capite 27.5.
Mederi & curare. Cicero pro Sex. Roſc. Amer. 76, Intelligo me ante tempus iudices, hæc ſcrutari, & propemodum errare: qui quum capiti Sexti Roſcij mederi debeam, reduiam curem.
Corpora curari poſſunt, animorum medicina nulla eſt. Cicero 3. Tuſc. 8.
Triſtius curari. Cic. de Senect. 61, Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur.
Medicamimibus curari. Cic. in Piſon. 9.
Herbis curari. Ouid. 1. Remed. 63.
Sanguinis detractione aliquem curare. Quintilianus libro 2. cap. 10. 4.
Curare rebus alienis ſuo ueſtimento & cibo. Plautus Truculent. 4.35.
Curare rebus publicis. Plaut. Trinum. 14. 48.
Tempus curandi differre. Hor. 1. Epiſt. 2. 8.
Labor curandis uitibus. Virg. 2. Georg. 80.
¶ Curatus (ἐπιμέλητος) Participium, ſiue nomen ex participio, Cum diligentia & cura factus.
Bene curata cute nitidus. Hor. 1. Epiſt. 43.
Membra curata ſopori dare, id eſt, Cœnatum dormire. Hor. 2. epiſt. 2. 16.
Curatus ſermo. Plin. epiſt. 190. d, Me quidem ex conſularibus amicis ſecreto, curatoq; ſermone, quaſi nimis fortiter maximeq; progreſſum corripit: reuocat, monet ut deſiſtam.
Curatus corpore. Cato cap. 103, Hoc ſi feceris, ita boues & corpore curatiores erunt, & morbus aberit. Id eſt, meliore habitudine. Plin. lib. 18. cap. 6. 10.
¶ Curatè, aduerbium (ἐπιμελῶς) pro accuratè. Tacit. lib. 2, Eius negocij initium, ordinem, finem curatius diſſeram.
¶ Curator, pen. prod. (ἐπιμελητὴς) generali nomine dicitur præpoſitus alicui negocio: ut, Curator uiæ Flaminiæ. Cic. ad Att. lib. 1.1.5.
Curatores urbis & annonæ, ædiles. Cic. 3. de leg. 9.
Curator Reipub. Saluſt. in Iugurth.
Reficiendis muris curator Demoſthenes fuit. Cicer. de Optim. gen. Orat. 151.
Deligere curatores pacis ac belli. Cic. in Vatinium, 28.
Conſtituere decreto curatorem ad aliquid agendum. Iulian. l. ex facto. ff. de negocijs geſtis, Ex facto ferebatur, quendam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtitutum, eidemq;, &c.
Conſtituere curatores legibus. Cic. 2. de lege Agrar. 31.
Præficere curatorem, qui ſtatuis faciundis præſit. Cicero 4. Verr. 101.
Curatores (ἐπίτροποι) dicuntur qui pupillis loco tutorum dantur: ſiue illi qui rei frumentariæ agriſq; diuidendis propositi ſunt. Hæc Feſtus. Curator tamen eſt qui puberis patrimonium aut à magiſtratu, aut à teſtatore curare iuſſus eſt. In Inſtitut. ciuilibus. §. 1. de curatoribus. Maſculi quidem puberes & fœminæ uiri potentes, uſque ad uiceſimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, ut ſua negocia tueri non poſſint.
Egere curatoris dicimus eos, quos tacitè innuere uolumus non compotes eſſe mentis ſuæ. Hor. 1. epiſt. 1. 21.
Petere curatorem. Quint. lib. 7. cap. 5. 9.
¶ Curatrix, pen. product. huius curatricis. Modeſt. in l. ſcire. ff. de tutor. uel curator. dat. ab his. Scire oportet magiſtratum,

Digitized by Google

gistratus, quòd curatrices minoribus mulieres non creabãt.

¶ Curatoria, curatoriæ (ἐπιτροπὴ) Curatoris pupillorum munus. Herennius in l. 1. ff. de Excusationibus tutorum, Conscribens librum (ut mihi uidetur) utilissimum, quem Excusationum tutelæ & curatoriæ uocauĩ, huc tibi misi. Ib dem l. 2.

¶ Curatio, Verbale (θεραπεία, θεραπευσία, ἐπιμέλεια) Proprie est medicorum, authore Donato. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6. 2, De medico, & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes eius non probo.

Cultus & curatio hominum. Cic. 2. de Nat. deor. 236.

Cultus & curatio corporis. Cic. 1. de Nat. deor.

Neq; ualetudinis curatio sine hominum opera ulla esse potuisset. Cic. 2. Offic. 16.

Austera curatio. Vide Auster.

Opportunus curationi. Cels. lib. 3. cap. 9.

Expedita curatio. Celsus lib. 5. cap. 26.

Expiere curationem. Cels. lib. 7. cap. 7.

Facere difficultatem curationi, id est, reddere curationem difficilem. Cels. lib. 7. cap. 26.

Periculosa curatio. Vide Periculosus.

Periculosas & ancipites curationes morbis grauioribus medici adhibere coguntur. Cic. 1. Off. 116.

Curationem adhibere. Cic. 4. de Fin. 107.

Admittere curationem. Vide Admitto.

Admouere curationem ad aliquem. Cicero 4. Tusc. 98. Vide Admoueo.

Ferre sibi curationem. Cic. pro Domo sua, 41.

Rectè procedit curatio. Celsus lib. 7. cap. 27.

Recipere curationem. Celsus lib. 7. cap. 20, Ferè tamen hanc curationem puerilis ætas, & modicum malum recipit. Idem lib. 5. cap. 28.

Præscribere curationem ualetudinis. Cicero 2. de Diuinatione, 184.

Curatio, onus & cura, siue prouincia alicui delegata. Cicero ad Attic. libro 15. 326. 1, Ego quod eram meditatus in uia, suadere ut uteretur Asiatica curatione frumenti, nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi ut salui essemus. Idem de lege Agrar. 31.

Curatio & admministratio rerum. Cicero 1. de Natura deorum, 4.

Munerum regiorum curatio. Cic. Leptæ, lib. 6. 19. 2.

Curationem deferre ad aliquem. Liu. 7. bel. Pun. 169.

Esse curationis alicuius. Cic. de Arusp. resp. 28.

Curatio mea est. Plaut Pœn. 4. 132, Cur ego id curem? nanque istæc magis tua est curatio. Idem Cas. 5. 45.

Quid tibi hanc rem curatio est uerbero? Plaut. Amph. 6. 21.

Suscipere curationem & dispensationem. Cicero pro Rab. Posthum. 17.

Curatione & potestate in aliqua re ualere. Cicero pro Domo sua, 12.

Sub curatione. Celsus lib. 7. cap. 7, Nonnunquam autem nimium sub hac curatione excisa cute, euenit, ut oculus non contegatur.

Curatio (ἐπιτροπὴ) capitur etiam apud Iurisconsultos pro munere publico, quod barbari curatellam uocant. Papinianus in l. Iurisperitos §. quum oriundus. ff. de excusat. tutorum, Placuit enim duas curationes administrare non uideri. Et §. sequenti, Qui priuilegio subnixus est, fratris curationem suscipere non cogitur.

Matris furiosæ curatio ad filium pertinet. Vlpianus in l. furiosæ. ff. de curatore furioso.

¶ Curantia, huius curantiæ (ἐπιμέλεια) Idem quod curatio. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10. 1, Quod me admones, de non curantia, suadesq; ut memimerim Iouis orationem.

¶ Curatura, æ, pen. prod. Ter. Eun. Act. 2. scen. 3, Si qua est habitior paulò, pugilem esse aiunt: deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatura tunicas. Cura inquit Donatus, mentis est: Curatio medicinæ: Curatura diligentiæ.

¶ Curax, curacis, pen. prod. (ἐπιμελητὴς) Adiectiuum, ut uigilax, pro curioso. Caius in l. si quid uenditor. ff. de ædil. edicto, Verbi gratia, si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut uigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculiũ acquirentem affirmauerit: & ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, tardus comessor inueniatur, &c.

Curculio] huius curculionis, m. g. (τρώξ) Animal paruũ, frumentum corrodens, quasi gurgulio: eo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur uidetur: authore Sipontino. Varro 1. de re Rust. cap. 63, Tuendi causa promendum id frumentum, quod curculiones exesse incipiunt: id enim quum promptum est in sole, ponere oportet aquæ catinos, quòd eò conueniunt ut ipsi se necent curculiones. Virg. 1. Georg. 38,

——populatq; ingentem farris acerum Curculio.

Vbi Seruius, Varro, inquit, hoc nomen per antistichon dictum ait quasi gurgulio, eo quòd nihil penè aliud sit quàm guttur.

Curculio, per tertiam alphabeti literam scribendum, licet per septimam g, proferatur: ut deprehendi potest ex argumẽto Plauti, quod suæ comœdiæ, quam Curculionem inscripsit, præposuum uidemus: in quo singulorum uersuum prima littera componit dictionem Curculio.

Curculione infestantur etiam fabæ & lentes, ut docet Colum. lib 2. cap. 10.

Curculio significat etiam gulam. Varro 2. de re Rust. cap. 3. 2, Hircus molliori pilo, & potissimum albo ac ceruice & collo breui, curculione longiore. Non desunt qui curculionem pro uuula, & columella accipiant, quæ trachiam arteriam operit: Græci epiglottida uocant.

Curenses] Populi in quarta regione Italiæ à Plinio collocati, lib. 3. cap. 12.

Cures] curum, plu num. (κύρεις Steph.) Sabinorum oppidũ, cui imperabat T. Tatius: cuius ciues, Quirites dicebantur Virg. 8. Aen. 126, Tatioq; seni, Curibusq; seueris.

Parui Cures, id est, pauperes. Virg. 6. Aen. 162.

Curetes] pen. prod (κήρητες) quidam Cretæ populi, de quibus Ouid lib. 4. Met. 57,

Largoq; fatos Cureas ab imbri. Virg. 3. Aen. 27,

Et tandem antiquis Curetum allabitur oris. Vbi Seruius, Curetes sunt populi, primi cultores Cretæ.

Curetes erant in Creta adolescentes quidam, armisonam quandam cum salibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Iouis origine fabulam, in qua Saturnum introducunt, mox filios ut in lucẽ editi fuerint, deuorãtẽ: Rheam uerò dolores pariendi dissimulare conatam, natum infantem longè ablegantem, & ei salutem pro uiribus comparantem: Quã quidem ad rem adiutores Curetas assumere: Illos cum tympanis ac strepitu armisonantiq; chorea tumultuantes, deam curiosè circumsistere, ut Saturnus attonitus, & obliuione inuolutus annuisset non agnoscat infantem, nec eius uagitũ exaudiat. Eisdem curam & studium Iouis infantis nutriendi commendari. Curetes itaq; id est, Curatores, uel quia ei ministrarẽt: uel quia Iouis νουθετοφίαν, id est, alimoniam (utrunq; enim dicitur) operati sint, appellationem hãc sunt assequuti. Ex Strabone lib. 10, ubi & longè plura de Curetibus & eorum nomine traxit. Curetibus, Corybantibus, et Idæis Dactylis Ops Saturni uxor Iouem custodiendum dedit in monte Cretæ Dicteo: ne eum Saturnus consumeret, ut filios omnes solebat. Tunc uaq; apes æris sonum sequutæ, Iouem

Iouem melle aluisse dicuntur: pro qua re eis postea præstitit Iupiter, ut haberent liberos sine ullo concubitu. Hactenus Seruius, in illud 4. Georg. 30,

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaq; æra sequutæ,
Dictæo cæli regem pauere sub antro. Vide Cælium lib. 5. cap. 4. & lib. 13. cap. 17. Rursum lib. 15. cap. 8. & lib. 17. cap. 12. Vide etiam Hyginum, fabula 139.

Curetes sacerdotes Cybeles, qui & Corybantes dicuntur, qui ad sacra Cybeles admißi sunt casti & puri, illicq; saltant armati.

Dictæi Curetes. Lucret. lib. 2. 128.

Curia, Curiales, Curiatus] Vide Cura.

Curialis] Idem quod Decurio, Id est, qui in oppido tanquam Senator est. Constat ex l. si quis curialis. C. de episcop. & cleric. Vbi qui Curialis, idem postea Decurio nominatur.

Curictæ] Populi Illyrici, conuentus Scardonitani, quos iuri Italicum habere Plinius dicit, lib. 3. cap. 21.

Curifugia] Nomen uillæ Nicolai Perotti nuper inditum, quam in agro Sentinati habebat inter duo fluenta, Sentinum & Neuolam: ubi est saluberrima cæli temperies. Perottus.

Curio [κουρέων, Q. u. pater eius qui Tribunus pleb. teste Valerio, magnus Orator: is quum Cæsaris inimicus esset, appellauit eum in quadam Oratione, omnium mulierum uirũ, & mulierem omnium uirorum, ut Trãquillus in Cæsare refert. C. Curio filius Tribunus pleb. Cæsarianas partes sequutus est, uir luxu & audacia singulari: sexcenties enim H-S. debebat æris alieni, ut Valerius de luxuria scribit. Ei Curioni gratulatur Cic. Epist. lib. 2. Is Curio, ut se ære alieno liberaret atq; emergeret, Cæsarem ad bellũ ciuile impellebat: ut scribit Cicero in Epistolis ad Q. Tironem, lib. 16. Epistol. 16. 4. Et Lucan. lib. 1. 55.

¶ Curio, Scriboniorum cognomen fuit, quòd qui primus id tulit, curio maximus fuerit, ut ex Liuio intelligi potest. Qua ex familia C. Curio Consul, qui de Macedonia triumphauit, & C. Curio filius author ciuilis belli fuit, ad quem sunt epistol. Cic. lib. 2.

Curio, Curiosus] Vide Cura.

Curis] κύρις, Lingua Sabinorum hasta dicitur. Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus, & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Curitim Iunonem appellabãt, quia eandem ferre hastam putabãt. Festus. Vide Macrobiũ, lib. 1. Saturn. cap. 9. & Seruium in 1. Aen. 60.

Curitis] Oppidum Cyboto monti propinquum, quod aliquando à terra est absorptum. Author Plinius libro 2. capite 91.

Curius] κούριος, Dentatus, Romanus ciuis, exactißimæ frugalitatis, & perspectæ fortitudinis: hic quum in scamno sederet, rapasq; in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publicè missum attulissent, inuitarentq; ut eo uti uellet: respondit, M. Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri: & qui acie uinci nõ potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primum de Samnitibus triumphauit, quos usq; ad mare superum pacauit. Deinde de Sabinis triumphauit. Postremò de Lucanis duans urbem intrauit. Pyrrhum regem Epirotarum ex Italia pepulit. Quaterna dena agri iugera uiritim populo diuisit: sibiq; totidem constituit, dicens, neminem esse debere, cui non tantum sufficeret. Huius meminit Iuuenalis Satyra, 11. 8. Et Satyr. 2. 1,

Qui Curios simulant, & Bacchanalia uiuunt. De hoc prouerbio uide Eras. Chiliadas. Fuit & Curius, Alexandrinus presbyter sub Diocletiano, tanta doctrinæ fama, ut Origenes iunior appellaretur, ut scribit Hieronymus.

Capillis incomptis Curius. Hor. 1. Carm. Ode 12. 9.

Pauper erat Curius reges quum uinceret armis. Claudian. 7. Paneg. 83.

Curmi] Potionis genus, quod paratur è frugibus, nimirum hordeo triticoq; in aqua maceratis, & bibitur uini loco. Matthiol. Curmi nihil aliud antiquis fuisse scribit, quàm est hoc tempore Ceruisia, quam loco uini bibit uniuersa regio Septentrionalis. De hoc uide Dioscorid. lib. 2. cap. 81. Vlp. l. si quis. ff. de tritic. uino & oleo legat.

Curmundula] Herba gratißimi saporis, corticis tenerrimi: quapropter à plerisq; nequaquam detracto corio editur, unde nomen habet. Sipontinus.

Curo] Curas. Vide Cura.

Curotrophium] κουροτρόφιον, Domus alendis pueris destinata, κοῦρος enim puerum significat. Vtitur Iustin. l. illud. C. de sacros. eccl. Differt autem à Brephotrophio, quòd in hoc infantes, recentesq; partus aut expositi, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo pueri grandiusculi, qui nondum labore suo uictum sibi parare poterant. Hotom.

Curro] curris, cucurri, cursum (τρέχω, βίω) currere, Notæ significationis. Terent. Adelph. 3. 2. 56, Curre, obstetricem accerse.

Cucurrit Puteolos. Cic. Att. lib. 10. 195. 10.

Longius currere. Vide Longus.

Solito uelocius currere. Ouid. 14. Met. 78.

Currere per uias. Plaut. Pœn. 7. 24.

Currere per campos. Ouid. 5. Met. 123.

Aequor uastum caua trabe currimus. Virg. 3. Aen. 39.

Currere cursum, stadium &c. Cic. pro lege Agrar. 51. Idem 3. Offic. 55, Qui stadium, currit, eniti & contendere debet quàm maximè posßit, ut uincat.

Currit iter tutum non secius æquore classis. Virgilius 5. Aeneidos, 173.

Currere subsidio. Cic. ad Att. lib. 12. 233. 3.

Currere in mari naues uelociter euntes dicuntur. Virg.

Sed tibi qui cursum uenti, quæ fata dedere?

Placido currere fluctu, Prosperè nauigare. Valerius libro 1. Argon. 55.

Fluuij in freta currunt. Virg. 1. Aen. 123.

Currunt aues. Apuleius, Ei inopinanti auium cursus terrorem adiecere.

Aetas currit. Hor. 2. Carm. Ode 5. 3.

Frigus per ossa cucurrit. Ouid. ad Liuiam, 31.

Mensura currit. Vide Mensura in Metior.

Mors currit. Lucan. lib. 2. 20.

Nox inter pocula currat. Propert. lib. 3. eleg. 10. 5.

Currit oratio procliuius. Cic. 5. de Fin. 144.

Sententia currat. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 2.

Tremor ima per ossa cucurrit. Virg. 2. Aen. 24.

Versus currunt. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 1.

Currit uox. Plin. lib. 11. cap. 51. 6.

Curritur, Impersonale. Terent. in Prolog. Heaut. 44, Si qua laboriosa est, ad me curritur. Cicer. 7. Verr. 73, Curritur ad Prætorium.

¶ Currens (τρέχων) Participium. Terent. in Prol. Eun. 36, Qui magis licet currentes seruos scribere, &c.

Fata currentia. Sil. lib. 7. 62.

Vnda currens. Virg. 3. Georg. 66.

Spacium currenti præmonstrare. Lucret. lib. 6. 19.

Currentem incitare. Est adhortari quempiã ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Cic. Cassio, lib. 15. 15. 9, Idem Attico lib. 13.

Digitized by Google

lib.13.293.2. Quòd me hortaris ut eos dies consumam in Philosophia explicanda, currentem tu quidem. Idem 2. de Orat.100, Facilius enim est currentem (quod aiunt) incitare, quàm commouere languentem. Ducta est metaphora ab his qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere uelocitatem. Cic. ad Atticum. lib.5.96.2.

¶ Curso, cursas, cursare, Frequentatiuum. Cic.1. de Diuina.24, Fuscaq; nonnunquam cursans per littora cornix.

Cursare per foros. Cic. de Senect.16.

Cursare huc atq; illuc uia deterrima. Cic. ad Attic. lib.9.180.7.

Cursare circum patronos atq; hospites. Cic.6. Verr.36.

Vltro & citro cursare. Cic. pro Rosc. Amer.36.

Vias cursare. Valer. lib. 4. Argon.22.

¶ Cursatur, Impersonale. Terēt. Hecyr.3.1.35, Trepidari sentio, cursari sursum prorsum.

¶ Cursito, cursitas, pen. corr. cursitare, Frequentiuum à Curso frequentatiuo. Terent. Eunuch.2.2.47, Ne sursum deorsum cursites.

Cursitare ad aliquem. Terent. Eunuch.2.2.56.

Huc & illuc cursitare. Horat.4. Carm. ode 11.2.

¶ Cursus, huius cursus (δρόμος, δρόμημα) Ipse currēdi actus. Plin. lib.12.cap.19.3, Hi recto cursu per sinus impellunt.

Acrior cursus. Stat.4. Syl.3.21.

Aequorei cursus, Valer.1. Argonaut.98.

Aerius cursus. Ouid.7. Metam.142.

Agiles cursus. Stat.4. Syl.3.7.

Anhelus cursus. Ouid.11. Metam.76.

Apertus cursus, id est, liber. Stat.10. Thebaid.173.

Attoniti cursus. Sil. lib.17.119.

Auidi cursus. Virg.12. Aeneid.180.

Auidos cursus illidere in aliquem. Stat.11. Thebaid.104.

Breuissimus cursus undis. Virg.3. Aeneid.100.

Cæcus cursus. Lucan. lib.2.113.

Celer cursus. Senec. Thyest.1.2.

Citus cursus. Senec. Hipp.4.8.

Contentus cursus. Cic. pro Mur.31.

Continenti cursu sequi fugientem. Vide Contineo.

Continuus cursus. Claud.4. Paneg.59.

Decliuis cursus. Lucan. lib.4.23.

Defrænatus cursus. Ouid.1. Metam.57. de amnibus.

Diurni cursus. Ouid.4. Metam.126.

Emeriti cursus anni. Ouid.3. Fast.9.

Equestres cursus. Virg.5. Aeneid.132.

Cursus facilis. Virg.1. Georg.3. & 8.

Fulmineus cursus, id est, celerrimus & impetuosus. Claud.4. Paneg.94.

Ferente cursu. Senec. Medea,11.4.

Incerto cursu nauigare. Cic. Attic. lib.8.147.8.

Incitatus cursus. Cic. in Orat.116.

Incitus cursus, id est, uelox. Senec. Thebaid.1.6.

Infracti cursus. Valer. lib.3. Argonaut.48.

Infrænus cursus. Vide Infræno.

Inuicti certamine cursus. Ouid.7. Metam.161.

Liber cursus. Vide Liber.

Longi cursus. Ouid.1. de Ponto, eleg.3.4.

Magnus cursus. Sil. lib.16.17.

Medius cursus. Virg.5. Aeneid.147.

Menstruus cursus Lunæ. Catul. in Carm. secul.32.4.

Mobilis cursus. Senec. in Hipp.4.18.

Montiuagi cursus. Sil. lib.3.110.

Multiuagus Lunæ cursus. Vide Multus.

Obliqui cursus. Ouid.9. Metam.4.

Perpetuus cursus conuersionesq; cæleſtes. Cic.1. de Leg.35.

Præceps cursus. Lucan. lib.3.79.

Præpes cursus equi uolucris. Claud.1. in Ruff.53.

A principe cursus rerum, A principio nascentis orbis. Valer. lib.1. Argonaut.108.

Propero cursu. Ouid. epist.15.54.

Rapidus cursus. Virg.5. Aeneid.68.

Rectus cursus. Horat.2. Serm. eleg.5.16.

Solicitus cursus. Claud.1. de raptu Proserp.6.

Summus ille cæli stelliferi cursus. Cic. in Somnio,17.

Tacitus cursus. Ouid.14. Metam.120.

Timidus cursus. Ouid.1. Metam.106.

Tranquillus cursus. Claud.1. in Ruff.9.

Trepidus cursus. Virg.4. Aeneid.135.

Vagus cursus. Claud.6. Paneg.37. Senec. Hipp.9.1.

Volucer cursus. Claud.3. Paneg.65.

Aduertere cursus. Ouid.3. Metam.128.

Aequare cursus. Sil. lib.15.114.

Agitare cursu aliquem. Virg.3. Georg.82.

Astra æterna agunt cursus inoffensos, Id est, machina uniuersi maneat ut ab Ioue instituta est. Senec. Hercul. fur.11.7.

Agere cursum. Vide Ago. Senec. Hipp.5.18.

Aperire cursus. Senec. Agamem.6.8. Vide Aperio.

Capessere cursum. Vide Capesso.

Collatis cursibus, Commisso prælio. Valer. lib.6. Argon.55.

Longos circunflectere cursus. Virg.5. Aeneid.27.

Conficere cursum aliquem. Cic. de clar. Orat.181. Vide Confício.

Constituere cursus. Quint. lib.1.cap.10.34.

Cursu contendere alicunde. Virg.5. Aeneid.58.

Contendere cursum recta platea. Vide Contendo.

Contingere metam cursu. Horat. in Arte poet.84.

Conuerso relegam uestigia cursu. Claud. de bello Getico,106.

Corripere cursum. Vide Corripio.

Currere cursum. Vide Curro.

Dare cursum. Virg.4. Aeneid.131.

Facilem cursum dare. Virg.1. Georg.8.

Dare cursum in. Virg.10. Aeneid.172.

Defatigari cursu. Vide Defatigo.

Delabi cursu. Ouid.2. Metam.83.

Detorquere cursum ad aliquem. Virg.4. Georg.40.

Dirigere cursum aliquò. Virg.5. Aeneid.33.

Distare longo cursu. Virg.3. Aeneid.24.

Ducere cursus. Virg.5. Aeneid.132.

Cursu se exercere. Plaut. Bacch.8.24.

Cursu eunt in eam sententiam. Plin. lib.2.cap.7.9.

Errare incerto cursu. Senec. Hercul. fur.2.4.

Solicito errare cursu. Claud.1. de raptu Proserp.6.

Euadere pugna cursu. Virg.11. Aeneid.141.

Præpeti cursu euolat. Senec. Hippol.10.15.

Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis. Virg.3. Aen.40.

Explicare cursum celerem citatis paßibus. Senec. Hippol.10.3.

Extendere cursus. Virg.12. Aeneid.180.

Libero cursu ferri. Vide Liber.

Figere cursum. Stat.3. Thebaid.106.

Flectere cursus aliquò. Claud.6. Paneg.37.

Flectere læuum cursus. Ouid.1. Trist. eleg.9.4.

Fluere cursibus obliquis. Ouid.9. Metam.4.

Frangere gyro cursum. Lucan. lib.3.110.

Frænare cursus aquarum glacie. Virg.4. Aeneid.28.

Timido cursu fugere. Ouid.1. Metam.106.

Mobili cursu fugit. Senec. Hipp.4.18.

Habere cursum. Quint. lib.2.cap.13.6.

Impediunt cursum undæ. Ouid.1. Metam.142.

Impedire uestigia cursu. Virg.5. Aeneid.118.

Fatorum impellere cursum. Lucan. lib.5.9.

Digitized by Google

Inclinare cursum. Ouid. 2. Metam. 145.
Inire cursum. Vide Ineo.
Inire cursus. Virg. 5. Aneid. 116.
Instituere cursum. Vide Instituo.
Instruere equorum cursus. Virg. 5. Aeneid. 109.
Labat incerto limite cursus. Stat. 5. Sylu. 3. 48.
Cursu lampada tradere, Prouerbium. Vide Lampas. Varro 3. de Re rust. cap. 16. 7.
In liquido aere librare cursus. Ouid. 2. Amor. eleg. 63.
Peragere cursum. Virg. 4. Aeneid. 131.
Petere alium cursum. Cic. Attico lib. 3. 48. 3.
Petere cursu locum aliquem. Virg. 3. Aeneid. 51.
Præterire hos & illos cursu. Virg. 4. Aeneid. 32.
Auras prouocare cursibus. Virg. 3. Georg. 38.
Quatere aliquem cursu. Virg. 3. Georg. 26.
Rapere cursus, Accelerare. Senec. Hipp. 9. 1.
Rapere cursum per. Claud. 1. in Eutrop. 57.
Regere cursus. Virg. 6. Aeneid. 70.
Aequoreos cursus tendere. Valer. lib. 1. Argonaut. 98.
Repeto cursum, id est, recipio usu ratiõis. Sen. Hercul. fur. 12. 6.
Flumina cursus requiescere, id est, cursus proprios retardare et facere esse quietos. Virg. eclog. 8. 1.
Reuocare aliquem è cursu. Cic. Top. 1.
Esse in cursu. Cic. 1. de Orat. 71.
Canem superare cursu. Horat. 1. Epist. 19. 11.
Tendere cursum per iuga. Claud. 4. Paneg. 59.
Tendere cursu aliquò. Virg. 2. Aeneid. 65.
Cursum tenere. Cic. 7. Verr. 71, Sed tũc inopes relicti à duce, præfectoq; classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt. Idem 3. de Nat. deor. 117.
Reuocare cursum sanguini. Cels. lib. 5. cap. 26.
Ad regem cursus detorquet barbam. Virg. 4. Aeneid. 40.
Torquet medios nox humida cursus. Virg. 5. Aeneid. 147.
Trãsit equũ cursu pernicibus ignea plantis. Virg. 11. Aen. 44.
Transmittunt cursu campos. Virg. 4. Aeneid. 31.
Vertere cursus. Virg. 3. Aeneid. 30.
Valere cursu pedum. Virg 5. Aeneid. 14.
Venire magno cursu. Silius lib. 16. 17.
Cursus ad. Cic. ad Cassium, lib. 12. 6. 4, Qui si conseruatus erit, uicimus: sin (quod dij omen auertant) omnis omnium cursus est ad uos.
Cursus in Græciam. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 14.
Animi & industriæ cursus. Cic. Attico, lib. 5. 103. 1.
Abijt animus in uarios cursus. Vide Abeo.
Auium cursus. Apul. Ei inopinãti auiũ cursus terrorẽ adiecere.
Aquarum cursus. Virg. 4. Georg. 28.
Cursum beneuolentiæ sustinere. Cic. de Ami. 56, Est igitur prudentis, sustinere ut cursum, sic impetum beneuolentiæ, quo utamur, quæsti aquis tentatis, sic amicitijs aliqua parte periclitatis moribus amicorum.
Fatorum cursus. Lucan. lib. 5. 9.
Cursus honorum, id est, tempus gerendorum honorum, ait Budæus. Cic. de Senect. 56. Idem pro Plancio, Si doceo Planciũ non obrepsisse ad honorem, sed eò uenisse cursu qui semper patuerit omnibus.
Cursus Lunæ. Liu. 1. ab Vrbe, 80. Cic. 2. de Nat. deor. 100.
Cursus atq; exitus rerum. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 2. 7.
Menstrui cursus, Menstrua muliebria. Plin. lib. 11. cap. 39. 4.
Syderum spacia & cursus. Cic. 2. de Nat. deor. 70.
Cursus uitæ. Cic. de Senect. 30.
Implicari certo genere, cursuq; uiuendi. Vide Implico.
Implere cursum uitæ. Vide Impleo.
Vitæ, breuis cursus: gloriæ, sempiternus. Cic. pro Sestio, 38.
Vocis cursus per omnes sonos. Cic. 3. de Orat. 126.
Cursus, pro modo uiuendi. Plinius in Panegyr. 69, Teneas Cæsar hunc cursum, & probatur experimento, sit'ne ferocius, &c.
Concitus insano cursu. Ouid. 3. Metamorph. 143.
Deprensus cursu. Senec. Hercul. fur. 4. 4.
Exhaustus cursu, Lucanus libro 8. 1.
Fortis cursu, Ouid. 3. Metamorph. 44.
Magno cursu contexere uerba. Iuuen. Satyr. 14. 3.
¶ Cursura, huius cursuræ, pen. prod. (ἀρόμημα) Idem. Plautus Bacchid. 1. 34. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 12, Equi quòd alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad cursuram, &c.
Incipere cursuram. Vide Incipio.
¶ Cursor. Verbale (ἀρομεύς) Martial. lib. 3. 58, Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora. Cic. 2. Tusc. 95, In stadio cursores exclamant quàm maximè possunt.
Armillati cursores. Vide Armilla.
¶ Cursorius, Adiectiuum (ἀρομικὸς) Quod ad cursum pertinet: ut, Cursoria nauis. Sidonius, Tiphim cursorium ascendi.
¶ Cursim, Aduerbium (ἀρομάδην) Currendo, inquit Valla. Cic. 11. Phil. 291, Alter in Asiam irrupit cursim.
Cursim currere. Plaut. Pseud. 5. 123.
Sensim & cursim dicere. Cic. 2. Philipp. 60.
Citò & cursim aliquid agere. Plaut. Pœnul. 7. 64.
Cursim aliquid annotare. Plin. epist. 49. d.
Cursim & breuiter aliquid attingere. Plin. epist. 20. 4.
Cursim legere. Plin. lib. 5. epist. 110. c.
Pergere cursim ad dignitates. Cic. 5. Tusc. 21.
¶ Currus, huius currus, m. g. (ἅρμα, ἁρμαξα, ἀφρᾷ) Vehiculi genus, dictum quod eo ueteres ueherentur ad cursum. Virg. Quadrijugo inuehitur curru.
Currus appellatione, bigæ etiam & quadrigæ continentur: unde triumphales currus uocitantur. Vide Bayfium in libello de Vasculis.
Effusi carcere currus. Virg. 3. Georg. 21.
Phaethon currus auriga paterni. Ouid. 2. Metam. 66.
Hyperionis currus. Id est, Phœbi, qui filius fuit Hyperionis Titanis: cuius etiã nomẽ retinet. Valerius lib. 2. Argonaut. 7.
Alipes currus. Valer. lib. 5. Argonaut. 122.
Altus currus. Claud. 2. de raptu Proserp. 64.
Currus armatus. Liu. 1. ab Vrbe.
Candidi Dianæ currus. Senec Hipp. 6. 11.
Celeres currus. Senec. in Agamemn. 9. 2.
Citati currus. Sil. lib. 8. 132.
Currus citus. Seneca Hippol. 10. 18.
Eburnus currus Tibul. lib. 1. eleg. 7. 2.
Falcati currus. Valer. lib. 6. Argonaut. 22. Antiquis falciferi currus erant ad hostes laniandos.
Falciferi currus. Lucret. lib. 3. 129.
Ferreus currus Martis. Claud. 6. Paneg. 4.
Fulgentes currus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 5.
Inanis currus. Stat. 6. Thebaid. 104.
Laborifer currus Titoniæ, id est, Auroræ. Stat. 6. Thebaid. 5.
Lacer currus. Ouid. 2. Metam. 64.
Leuis currus. Ouid. 1. de Arte, 1.
Martius currus, cuius equi Terror & Pauor dicuntur à Valer. lib. 3. Argonaut. 18.
Micantes flamine currus. Claud. 5. Paneg. 36.
Nigri currus Plutonis. Claud. 2. de raptu Proserp. 46.
Nitidus currus. Horat. in Carmine secul. 2.
Nitidi currus Dianæ. Senec. Hipp. 3. 8.
Præceps currus. Virg. 3. Georg. 72.
Quadrijugi currus. Virg. 3. Georg. 4.
Rapidus currus. Virg. 18. Aeneid. 96.

Digitized by Google

Superbus currus. Senec. Troad. 3. 5.
Trepidi currus. Valer. lib. 6. Argonaut. 81.
Ventosius currus. Horat. 2. Epist. 1. 36.
Volucris currus. Horat. 1. Carm. ode 34. 2.
Currum, pro equis posuit Virg. lib. 12. Aeneid. 58.
Infrænant alij currus. Et lib. 1. Georg. in fine,
Neq; audit currus habenas. Hæc Seruius.
Currus, per Metaphoram pro triumpho. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6. 3, *Et si non modo omnes, uerum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua unum extitisse mirabile est, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?*
Agere Currus. Ouid. 2. Metam. 13.
Agitare Currus. Virg. 3. Georg. 4.
Ascendere uel conscendere currum. Silius libro 16. 76. Vide Conscendo.
Dirigere currum. Ouid. 12. Metamorph. 16.
Domitant in puluere currus. Virg. 7. Aeneid. 33.
Ducere currum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 14.
Attoniti currum erexere leones. Stat. 10. Thebaid. 34.
Errans currus. Stat. 6. Thebaid. 94.
Excuti curru. Ouid. 15. Metam. 105.
Flectere currus. Senec. Hippol. 6. 11.
Gubernare currus citos. Senec. Hippol. 10. 18.
Impellere currum. Sil. lib. 16. 84.
Habili curru ingredi. Ouid. 2. Metam. 107.
Inscendere currum. Vide Inscendo.
Inuehi curru. Vide Inueho.
Iungere equos curru. Virg. 5. Aeneid. 162. *Curru, pro Currui.*
Moliri currum per. Ouid. 2. Metamorph. 27.
Mouet gelidos Latonia currus. Valer. lib. Argonaut. 84.
Nouare currus. Stat. 1. Achill. 83.
Alipedem planta currum premit. Sil. lib. 7. 142.
Properante curru. Senec. Hippol. 6. 3.
Rapiunt per auia currum equi. Ouid. 2. Metam. 41.
Equi rapuere currum. Senec. Hippol. 10. 16.
Arte regendus currus. Ouid. 1. de Arte, 1.
Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari. Cicero *Post reditum in Senatu*, 25.
Retorquere auersos currus. Virg. 12. Aeneid. 98.
Reuocare currũ, id est, reducere. Clau. 2. de raptu Proserp. 64.
Ruunt effusi carcere currus. Virg. 3. Georg. 20.
Ruere curru in. Virg. 7. Aeneid. 156.
Leui curru equi ruunt. Senec. Hippol. 10. 20.
Subire currum dicuntur equi, aut animalia alia quæ currũ trahunt. Virg. 3. Aeneid. 23.
Subiungere curru tigres. Virgil. eclog. 6. *Curru, pro Currui.* Seruius.
Succedunt curru quadrupedes. Virg. 3. Aeneid. 108.
Succutitur currus altè. Ouid. 2. Metam. 34.
Sustinere currum. Cic. Attico, lib. 13. 278. 3.
Tardare currum alicuius. Stat. 1. Achil. 18.
Grauiore curru tremunt axes. Senec. Hippol. 3. 9.
Curru uehi ad curiam. Plin. libro 7. capite 43. Cicer. 2. Tusc. 182.
Volans, uel uolitans currus. Claud. 5. Paneg. 16. Catul. 59. 2.
¶ *Curriculus, masc. gen. dicitur breuissimum uehiculi biroti genus.* Varr. epistola Iulij Cæsaris, *Quem simul ac Romam uenissem, mihi attigit aures nunciũs extemplò eas, in curriculum contuli properè pedes.* Nonius.
Sereno curriculo errat Cytheræa. Claud. 2. Paneg.
¶ *Curriculum, pen. corr.* (ἁρμάτιον, ἅλφα) *diminutiuum à currus.* Curtius lib. 8, *Alterum turbati equi non in uoragines modò, lacunasq;, sed etiam in amnem præcipitauere curricula.* Valla lib. 1. Plaut. Mercat. 22. 91, *Quin pedes uos in curriculum conijcitis?*
Curriculum, pro cursu. Cic. 2. de Leg. 36, *Ludis publicis quod sine curriculo & sine certatione corporum fiat, &c.*
Curriculum, pro Cursu, fama, laude. Plin. lib. 14. cap. 6. 6. *de uinis generosis, Quartum curriculum publicis epulis obtinuere à diuo Iulio (is enim primus authoritatem his tribuit, ut in epistolis eius apparet) Mamertina.*
Curriculum lunæ & solis. Cic. in Timeo, *Rarè igitur & mente diuina, ad originem temporis curris, curriculum inuentum est solis & lunæ.*
Curriculum unum facere. Plaut. Trinum. 15. 8.
Curriculo celeri ire. Plaut. Stich. 6. 13.
Curriculum uitæ. Cic. pro Rabirio, 23, *Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunscripsit.* Idem 4. Verr. 129.
Curriculum, Locus in quo certamẽ currendi exercetur. Horat. 1. Carm. ode 1. 1,
Sunt quos curriculo puluerem Olympicum.
Collegisse iuuat, metaq; feruidis Euitata rotis.
Descendere in curriculum artis. Author ad Heren. lib. 4. 141.
Curriculum, per metaphorã dixit Cicero pro Marcello, 1. pro uetere more censendi in Senatu, & sententiarum dicendarũ. Nec fas esse ducebant, uersari me in uestro ueteri curriculo.
Industriæ curriculum. Cic. 7. Philip. 222.
Mentis curricula. Cic. de Senect. 34, *Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis.*
De curriculo deflexit consuetudo maiorum. Cic. de Amic. 38.
Deflectere se de curriculo petitionis. Cic. pro Mur. 43.
¶ *Curriculò* (ἁρμαίως) *Aduerbium, pro Cursim.* Plaut. Mil. 9. 43, *Transcurre curriculò ad nos.* Terent. Heaut. 4. 4. 11, *Curriculò percurre.* Gellius lib. 17. cap. 8, *Nónne is curriculò, atq; oleum petis?*
Curruca] *currucæ, pen. prod.* (ἐπιλαΐς) *Parua auis, quæ alienos pullos, proprios putans, nutrit, maximè cuculi.* Iuuen. Saty. 6. 28,
Tu tibi nunc curruca places, fletumq; labellis.
Exorbes. Per translationem dictum.
Currus, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura, Cursus] Vide Curro.
Cursor] *Cognomẽ fuit L. Papirij, à uelocitate cursus.* Liuius.
Curtius] M. (κύρτιος μέρος) *adolescens, eques Romanus abrupto per medium forum ingenti specu, responsoq; accepto nobilem ex ciuibus aliquem id requirere, sese sponte in hiantem terram coniecit eques, suosq; ex calamitate salutos reddidit. Curtius deinde lacus est appellatus.* Author Aristides, *apud Plutarchũ in Parallelis. Et Liu. lib. 6. Quint. Curtius, nobilis historicus, de rebus gestis Alexandri magni scripsit historiam.*
Curtius fons insigni aquæductu memorabilis, ut qui à quadragesimo lapide in urbem fuerit perductus, opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facilè distribuerẽtur. Vide Plin. lib. 36. cap. 15.
¶ *Curtij lacus, appellatur, inquit Festus, à Curtio, qui eo loco in profundissimum se ob salutem populi Romani proiecit hiatum.*
Curtus] κολοβός, *adiectiuum, Parutus, deminutus.* Horat. 1. Sermonum, Satyr. 6. 21, —*nunc mihi curto*
ire licet mulo, uel si lubet usq; Tarentum.
Curtum & redundans, Pugnantia. Cicer. in Orat. 96. Et paulo post 99, *Nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans.*
Dolia curta. Lucret. 3. 207.
Curtæ nescio quid semper abest rei. Horat. libro 3. Carm. ode, 24. 12.
Curta sententia. Cic. 4. de Fin. 60.

Digitized by Google

Curta ſupellex. Perſ. Satyr. 4. 6,
Tecum habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupellex.
Prouerbium. Vide Habito.

Curtus calix, apud Martialem, id eſt, fractus.

¶ Curto, curtas (κολοβόω) curtare, Deminuere. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 15, Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum, &c.

Curuamen, Curuatura] Vide Curuus.

Curulis] & hoc curule, pen. prod. (ἁρμάτειος, ἀπὸ τοῦ ἅρματος, Plutarch.) adiectiuum à curru deriuatũ, quod unico r ſcribi debet, quòd breuis ſit prima: ut, Sella curulis, quæ ex ebore facta erat in ipſis curribus, quibus uehebantur maiores magiſtratus, & in ea ſedebant. Aliquando ſubauditur Sella uel Sedes. Horat. 1. epiſt. 6. 11,
Cui libet hic faſces dabit, eripietq; curule.
Cui uolet importunus ebur. Lucan. lib. 3. 22,
Prætor adeſt, uacuæq; luco ceſſere curules. Nam Senatores, qui curulem magiſtratum, hoc eſt maiorem honorem geſſiſſent, honoris gratia in curiam uehi ſoliti erant curru, in quo ſella eſſet, ſupra quam conſiderent. Iuuenalis Satyra 10. 9,
Vis ne ſalutari, ſicut Seianus? habere
Tantundem? atq; illi ſellas donare curules? Plin. lib. 7. cap. 48. 4. Cic. pro Cluent. 124.

Violata curulis. Claud. 8. Paneg. 54.
Curulis ædilitas. Cic. de Aruſp. reſpon. 24.
Curules equi, quadrigales, inquit Feſtus.
Sacræ curules. Claud. 7. Paneg. 3.
Curules, Magiſtratus qui curulibus uehebantur. Stat. lib. 4. Syluarum, Exulent leges Latiæ gaudere curules.

Curuus] Adiectiuum (καμπύλος, ἐπικαμπὴς, ἀγκύλος) Quod eſt inflexum ac contortum, Sipontinus. Virgilius 2. Georg.
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Aequor curuum. Ouid. 11. Metam. 102.
Aluus curua. Virg. 2. Aeneid. 11.
Anus curua. Ouid. 1. de Arte amand. 145.
Aquæ curuæ. Ouid. 3. Faſt. 104.
Arator curuus. Virg. eclog. 3. 9.
Aratrum curuum. Virg. 1. Georg. 34.
Arcus curui. Ouid. 9. Metam. 23.
Carinæ curuæ. Virg. 1. Georg. 72.
Cauernæ curuæ. Virg. 3. Aeneid. 134.
Soluere uiſcera cultro curuo. Senec. Hipp. 1. 10.
Crinale curuum. Ouid. 5. Metam. 11.
Delphines curui. Ouid. epiſt. 17. 27.
Humum reuellere dente curuo. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3.
Luſtra nouantur equo curuo. Propert. lib. 4. eleg. 1. 4.
Falces curuæ. Virg. 1. Georg. 101.
Forceps curua. Ouid. 12. Metam. 56.
Freta curua. Valer. lib. 1. Argon. 124.
Gramen curuum. Ouid. epiſt. 21. 30.
Iuga curua. Ouid. 1. de Arte amand. 64.
Latebræ curuæ. Virg. 2. Georg. 44.
Lebetes curui Ouid. 12. Metam. 49.
Deſcendere limite curuo. Ouid. 14 Metam. 167.
Lyra curua. Horat. 3. Carm. ode 28. 3.
Curua littora. Virg. 3. Aeneid. 48.
Naues curuæ. Ouid. 2. Metam. 33.
Olympus curuus. Valer. lib. 5. Argonaut. 83.
Pedes curui aquilæ. Claud. de bello Gildon. 94.
Puppes curuæ. Virg. 6. Aeneid. 1.
Rota curua. Horat. in Arte, 5.
Secures curuæ. Virg. 7. Aeneid. 38.
Seneca curua. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 4.
Theatrum curuum. Ouid. 1. de Arte amand. 100.
Tibia curua. Virg. 11. Aeneid. 148.
Valles curuæ. Claud. 2. de Raptu Proſ. 15.
Via curua, Meatibus perplexis inuoluta. Seneca Hipp. 5. 13.
Vngueis curui. Horat. Epod. ode 5. 20.
Vomis curuus. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 8.

¶ Curuo, curuas (καμπυλιάζω, κάμπτω, ἀγκυλόω) Curuare: ut, Manu arcum curuare, Stat. 1. Achil. 98.
Lances curuare. Horat. 2. Sermon. Satyr. 4. 9.
Sinus curuare. Claud. 7. Paneg. 84.
In arcus curuari. Virg. 2. Georg. 90. Id eſt, In arcuum Ityreorum ſimilitudinem.
Curuare in terram. Plin. lib. 12. cap. 5. 1.
Curuari in diuerſum. Plin. lib. 16. cap. 42. 1.
Vaſtus aper nimio dentes curuauerat æuo. Claud. 3. Paneg. 62.

¶ Curuatus, Participium. Stat. 5. Sylu. 4. 1, Et ſimulant ſeſſos curuata cacumina ſomnos.
Arbor curuata eſt pondere ſerpentis. Ouid. 3. Metam. 19.
Corpuſcula curuata, & quaſi aduncа. Cic. 1. de Nat. deor. 89.
Corpore toto curuatus. Stat. 6. Thebaid. 130.
Curuata cuſpis. Ouid. 2. Metam. 40.
Ponti curuati littora. Seneca Hipp. 1. 5.
Ignes curuati, id eſt, ſplendorem curuorum cornuum lunæ reflectentes. Horat. 4. Carm. ode 3. 12.
Planities curuata tumore. Claud. 2. de raptu Proſ. 21.
Vnda curuata. Virg. 4. Georg. 72.

¶ Curuatio, Verbale (καμπυλίασις) Plin. lib. 17. cap. 23. 9. In curuatione materiæ.
Et apud Columellam lib. 4. cap. 12. 2, Curuatio uitis.

¶ Curuatura, curuaturæ, pen. prod. (κάμψις) Plin. lib. 17. cap. 19. 2, Ne curuatura fugiat.
Aurea ſummæ Curuatura rotæ. Ouid. 2. Metam. 22.
Curuatura unguium, Aduncitas. Plin. lib. 10. cap. 19.

¶ Curuamen, pen. prod. curuaminis (καμπυλίασμα) Ipſa curuatio. Plin. epiſt. 184, Hæc lacu propius, illa latius utitur: hæc unum ſinum molli curuamine amplectitur, illa editiſſimo dorſo duos dirimit.
Arquatum curuamen. Ouid. 11. Metam. 119.
Lato curuamine in obliquum ſectus limes. Ouid. 2. Metam. 26.
Ripæ patulo curuamine. Sil. lib. 13. 6.

¶ Curueſco (κυρτοῦμαι) Curuus fio. Huius compoſitum eſt Incurueſco, quo uſus eſt Cic. 3. Tuſculanarum, Ramos baccarum ubertate incurueſcere.

¶ Curuipes, (ἀγχιλόπους) Qui curuos pedes habet. Sipont.

Cuſculium] Vide Quiſquilium.

Cuſo, Cuſas, & Cuſor] Cuſoris, à Cudo frequentatiuum. Vide Cudo.

Cuſpis] huius cuſpidis, pen. corr. f. g. (ἀκμὴ, ἐπιλογατὶς, ἀκωκὴ) Acuta illa pars gladij, haſtæ, claui, & huiuſmodi. Martialis, Aetola cuſpide fixit aprum.
Haſtæ præacutæ cuſpidis. Ouid. 7. Metam. 27.
Achillea cuſpis. Ouid. 13. Metam. 118.
Acuta cuſpis. Virg. 5. Aeneid. 42.
Aerata cuſpis. Ouid. 5. Metam. 2.
Curuata cuſpis. Ouid. 2. Metam. 40.
Extrema cuſpis. Ouid. 2. Metam. 154.
Irrita cuſpis. Ouid. 5. Metam. 8.
Irrita noti cuſpis. Stat. 11. Thebaid. 103.
Infeſta cuſpis. Valer. lib. 6. Argonaut. 124.
Cuſpis longa, pro ueru. Martial. lib. 14. 227.
Mauortia cuſpis. Stat. 9. Thebaid. 168.
Medicatæ cuſpidis ictus. Id eſt, uenenatæ. Sil. lib. 13. 40.
Prætenta cuſpis, id eſt, obiectum iaculi ferrũ. Ouid. 3. Met. 17.

Subrecta

Digitized by Google

Subrecta cuſpis. Sil. lib. 7. 131.
Tremenda cuſpis. Horat. 4. Carm. ode 6. 2.
Trifida cuſpis Neptuni. Claud. 2. de raptu Proſerp. 37.
Triplex cuſpis. Ouid. 12. Metam. 119.
Vana cuſpis, hoc eſt, irrita. Ouid. 8. Metam. 70.
Contorquere cuſpidem. Ouid. 8. Metam. 70.
Acuta cuſpide fulget telum. Ouid. 1. Metam. 95.
Fraudata ſanguine cuſpis. Sil. lib. 13. 34.
Fuſus inerti cuſpide. Sil. lib. 7. 127.
Cuſpides, pro tubulis fictilibus. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 8. 3. de pedamentis arundineis loquens, Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cũ fundo pertuſo, quos cuſpides appellant, qua humor aduentitius tranſire poſſit.

¶ Cuſpido, cuſpidas, pe. cor. cuſpidare, Cuſpide inſtruere. Plin. lib. 11. cap. 37. 5, Vrorum cornibus Barbari Septentrionales potant: urnaſq; binas capitis uniꝰ cornua implent: alij præfixa his pila cuſpidant.

¶ Cuſpidatus, pen. prod. Qui cuſpidem habet. Plin. lib. 18. cap. 19. 5, Purget uomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla.

¶ Cuſpidatim, pen. prod. Aduerbium. Hoc eſt, in cuſpidem, ſiue cuſpidis formam. Plin. lib. 17. cap. 14. 4, Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus.

Cuſsilirem] pro ignauo dicebant antiqui. Feſtus.

Cuſtos] huius cuſtodis, pe. prod. com. g. (φύλαξ, φυλακτὴρ) à Curo dicitur, qui aliquam rem tuetur & curat. Cic. 2. Philipp. Etenim qui multorum cuſtodem ſe profiteatur, eum ſapientes ſui primum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere.
Cuſtos, Miniſtra. Virg. 11. Aeneid.
At triuiæ cuſtos iam dudum in montibus Opis
Alta ſedet. Idem lib. 8. Seruius.
Ad limina cuſtos. Vide Limen.
Cuſtos ianitrix. Plaut. Curcul. 2. 76.
Cuſtos herilis. Plautus Aſin. 12. 65. Id eſt, cui cõmiſſus eſt heri
Corporis cuſtos. Lucret. lib. 3. 66. (lis filius.
Cuſtos & conſeruator urbis. Cic. pro Seſtio, 45.
Vigiles cuſtodesq; alicuius loci. Cic. 6. Verr. 84.
Cuſtos ac uindex cupiditatum. Cic. 2. de lege Agrar. 37.
Sapientiæ hominis cuſtos & procuratrix. Cic. 4. de Finib. 27.
Tribunus pleb. præſes cuſtosq; libertatis. Cic. 2. de lege Agr. 30.
Cuſtos gregis, hoc eſt, Opilio. Virg. eclog. 10. 8.
Cuſtos iuuentutis. Horat. Art. poet. 33.
Cuſtos ouium præclarus, lupus. Cic. 3. Philipp. 143.
Malus cuſtos diuturnitatis metus. Cic. 2. Offic. 31.
Cuſtos dignitatis fortitudo. Cic. 2. Tuſc. 58.
Cæſar rerum cuſtos. Horat. 4. Carm. ode 15. 4
Senatus Reip. cuſtos, Præſes, propugnator. Cic. pro Seſt. 126.
Gentis cuſtos, De Rege, aut principe dictum. Horat. 4. Carm. ode 5. 1.
Portæ cuſtos. Cic. 2. in Catil. 46.
Acerra thuris cuſtos. Ouid. 13. Metam. 152.
Fidiſſimus cuſtos. Valer. lib. 8. Argon. 16.
Incorruptior cuſtos canis. Vide Incorruptus.
Incorruptiſſimus cuſtos. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 17.
Maximus cuſtos. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 3.
Coronare abitum cuſtode. Virgil. 9. Aeneid. 8. Hoc eſt, cingere ſyluam ne abeant. Seruius.
Tenax cuſtos. Quint. lib. 4. cap. 2. 53.
Addere cuſtodem. Vide Addo.
Corrumpere cuſtodem. Lucan. lib. 10. 12.
Imponere cuſtodem alicui. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 1.
Indere cuſtodes. Tacit. lib. 3.
Petere cuſtodes ſalutis ſuæ. Quint. lib. 5. cap. 11. 7.
Cuſtodem in frumento publico poſitum eſſe. Cic. pro Flac. 37.
Teneri cuſtode. Lucan. lib. 1. 6.

Vacare cuſtode. Ouid. 2. Metam. 85.
Cuſtos exactor. Tacit. Id eſt, qui arbiter eſſet rei exequendæ, & rem exigeret. Budæus.
Cuſtodes dicebãtur, qui accuſatori ſolebãt dari, non ſolũ charta rũ cauſa, neq; adiuuandi eius (quemadmodũ ſubſcriptores) ſed etiam ut non facilè accuſator corrũpi poſſet. Aſconius.
Prærogatiuæ primus cuſtos. Cic. Poſt redit. in Senatu, 15, Cuſtodes in ſuffragijs erant in ſortitione prærogatiuæ. Bud.
Apponere cuſtodem alicui. Cic. 1. Verr. 28, Cuſtodẽ, inquit, Tullio mè apponite, &c. etenim fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat.
Cuſtos in uitibus qui dicatur, oſtendit Colum. lib. 4. cap. 21. 3. his uerbis, Sed nouellis palmis ſemper uitis renouetur: quæ ſi ſatis excreuerint, iugo ſuperponantur: ſin aliqua earum uel perfracta, uel parum procera fuerit, locumq; idoneũ obtinebit, unde ultis anno ſequenti renouari debeat, in pollicẽ tondeatur, quem quidam cuſtodem, alij reſeccm, nonnulli præſidiarium appellant: id eſt, ſarmentum gemmarum duarũ uel triũ, ex quo, &c. Plin. lib. 17. cap. 22. 13, Et qui uocatur cuſtos. Hic eſt, nouellus palmes, nõ longior trib. gemmis.

¶ Cuſtodio, cuſtodis, pen. prod. cuſtodiui, cuſtoditum (φυλάττω, διαφυλάττω, φρουρέω, διαφρουρέω, φύομαι) cuſtodire, Seruare. Plin. lib. 12. cap. 14. 7. Plaut. Capt. 12. 71, Noctu neruo uinctus cuſtodibitur. Antiquè dixit cuſtodibitur, pro
Cuſtodire ſe. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14. 19. (cuſtodietur.
Tueri, defendere, cuſtodire, incolumemq; ſeruare aliquem. Cic. 10. Philipp. 287.
Ab iniuria aliquem cuſtodire. Quint. lib. 2. cap. 2. 2.
Breuitatem cuſtodire. Plin. epiſt. 20. 2.
Diſcrimina ordinum cuſtodire. Plin. epiſt. 182.
Honorem cuſtodire inimicis, dixit Plinius in quadam epiſtola. Plin. lib. 16. cap. 4. 5, Cuſtodito tantum honore glandis.
Memoria hominum cuſtodiri. Plin. lib. 16. cap. 44. 1.
Percipere animo, & memoria cuſtodire. Cic. 1. de Orat. 63.
Modum cuſtodire. Plin. lib. 20. cap. 13. 11.
Morem cuſtodire. Plin. lib. 14. cap. 12. 1.
Nomen loci cuſtodit. Plin. lib. 37. cap. 7. 10.
Parſimoniam cuſtodire. Gell. lib. 1. cap. 24.
Salutem alicuius cuſtodire. Cic. pro Plancio, 1.
Verba cuſtodire clauſo ore. Senec. in Agamem. 7. 26.
Solicitè aliquid cuſtodire. Quint. lib. 5. cap. 14. 24.
Literis cuſtodire quæ à ſummis orationibus de eloquentia diuinitus dicta ſunt. Cic. 2. de Orat. 5.
Cuſtodire, pro Obſeruare. Colum. lib. 3. cap. 10. 4, Itaq; cuſtodiemus ut à prædictis locis, quos humeroſos ruſtici uocant, ſemina legamus. Quint. Et cuſtodit nos recens auditorum intentio. De exordio loquitur.
Cuſtodire aliquem, atq; obſeruare. Cic. de Petit. Conſ. 36.
Oculi & aures omnium te ſpeculantur & cuſtodiunt. Cicer. 1. in Cat. 4.
Oculis ciuitatis & amicorum fidelitate cuſtodiri. Cicer. 12. Philipp. 333.

¶ Cuſtodiendus, da, dum, Gerundium. Paul. l. diligenter. ff. mandat. Diligenter igitur fines mandati cuſtodiendi ſunt.

¶ Cuſtoditio (φύλαξις) Eſt opera ad aliquid cuſtodiendum ſumpta. Sipontinus ex Feſto.

¶ Cuſtodela, à ueteribus cuſtodia dicebatur. Feſtus.

¶ Cuſtodia, cuſtodiæ (φυλακὴ, φύλαγμα, φρουρὰ, φύαμα) Ipſe cuſtodiendi actus.
Fida cuſtoda canum. Cic. 2. de Nat. deor. 237.
Cuſtodia fida iuſtitiæ. Cic. 2. de Finib. 179.
Pædagogorum cuſtodia. Quint. lib. 1. cap. 2. 17.
Religionis cuſtodia. Quint. lib. 6. cap. 1. 15.
Cuſtodia ſalutis alicuius. Cic. pro Planc. 1.

Digitized by Google

Custodia sui. Celsus lib. 2. cap. 2, Ille solicitari debet, cui hæc noua sunt, aut qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit. Id est, sine magna adhibita diligentia.

Ignauiam suam, tenebrarum ac parietum custodijs tegere. Cic. pro Rab. Perduel. reo, 16.

Dura custodia. Horat. 1. Epist. 1. 5.

Tenere eloquentiam ut uirginem domi septam liberali custodia. Cic. de claris Orat. 185.

Pecudum custodia solers. Virg. 4. Georg. 66. Id est, diligens & perita industria. Seruius.

Deijci de urbis præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari. Cicero pro Muræna, 72.

Ponere aliquem in custodia. Cic. pro Muræna, 59.

Liberare custodijs corporis. Vide Liber.

In custodiam alterius se tradere. Plaut. Mostel. 6. 58.

Custodia (δεσμότης) Qui custoditur. Sueton. in Domitiano, Et ff. de reorum custodia, scribitur, Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat. Et alibi, Si custodia se interfecerit, uel præcipitauerit, militis culpæ ascribitur.

Custodiæ, custodiarum (δορυφόροι) pro custodibus & apparitoribus. Cic. 5. Verr. 49, Equitem Romanum scitote biduũ cibo tectoq; prohibitum: biduum Leontinis in foro custodijs Apronij retentum atq; seruatum. Paulò post apparitores uocat. Cæs. 4. bel. Gal. 477. Plaut. Capt. 6. 4, Ita uinculis custodijs circummuniti sumus. Tibul.

Sed precium si grande feras, custodia uicta est. Virg. 6. Aeneid. Cernis custodia qualis.

Acres custodiæ. Tacit. lib. 1.

Tuo aduentu uigilat custodia. Catul. epig. 57. 7.

Vigil. custodia. Ouid. 12. Metam. 30.

Noctem custodia ducit insomnem ludo. Virg. 9. Aeneid. 35.

Excubias & custodias alicui polliceri. Cic. pro Marcel. 19.

Vestra tecta custodijs uigilijsq; defendite. Cic. 2. in Catil. 45.

Præsidijs, custodijs, uigilijsq; munire aliquem locum. Cicer. 1. in Catilin. 5.

Custodiæ etiam uocantur publicanorum, dum itinera obseruãt, ne merces euehantur, portorio non soluto. Cic. de Prouinc. Consul. 8, Statuit ab initio, & in eo perseuerauit, ius publicano non dicere, custodias sustulit, pactiones sine ulla iniuria factas rescidit, uectigales multos ac stipendiarios liberauit.

Custodia (δεσμωτήριον) Carcer. Colum. lib. 1, Vt explorent an diligenter uincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæq; sint. Plin. lib. 21. cap. 3. 8.

Militari custodia haberi. Tacit. lib. 3.

Publica custodia. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 2. 22.

Regia custodia. Cic. pro Rab. Posth. 13.

Agere siue agitare custodiam. Vide Ago.

Asseruari custodijs. Vide Asseruo.

Condere aliquem in custodiam. Tacit. lib. 20.

Constringi custodijs. Vide Constringo.

Credere alicuius custodiam alicui, Vide Credo.

Dare aliquem in custodiam. Cic. 1. in Catil. 14. Idem 7. Ver. 55.

Educere aliquem ex custodia. Cic. 1. Tusc. 113.

Emitti è custodia & leuari uinculis. Cic. 2. Tusc. 193.

Eripere aliquem ex custodia & conseruare. Cic. Bruto, 6. 3.

Haberi in custodia, & in custodiam. Tacit. lib. 17.

Includere aliquem in custodias. Cic. 7. Verr. 112.

Hominem comprehendere, & in custodiã tradere. Cic. Quint. frat. lib. 1. 2. 22.

Custodia, Vbi quid custoditur. Cic. in Somnio, 11, Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis. Idem pro Sylla, 31.

Custodia, Locus ubi custodes excubias agunt. Cic. 12. Philipp. 335, Itaq; in urbe, si sic licebit, manebo: hæc mea sedes est, hæc uigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum.

Custoditè] pen. prod. (φυλακτικῶς) Aduerbium. Plin. epist. 111. 4. lib. 5, Quàm studiosè, quàm intelligenter lectitabat? ut parcè, custoditéq; ludebat?

Cusetani] Italiæ populi, carnem in monte Albano accipere soliti, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cutilia] Agri Rheatini lacus est, in quo syluosa insula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Author Plin. lib. 2. cap. 95. & lib. 3. cap. 12.

Cutis] huius cutis, fœ. gen. (δέρμα, δορά, χρώς) Pellis sine coriũ. Plin. lib. 11. cap. 39. 2, Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite: ubicunq; per se ac sine carne est, uulnerata nõ coit, ut in bucca, cilioq;. Planc. ad Cic. lib. 10. 18. 8, Sed nõ possum non exhorrescere siquid intra cutem subest uulneris, quod prius nocere potest quàm sciri, curariq; possit.

Aegra cutis tumet. Persius Satyr. 3. 7.

Rapto cerebro adsiccata cutis, Lucan. 8. 134.

Arida cutis se laxat. Iuuen. Satyr. 6. 15.

Atra cutis. Stat. 6. Thebaid. 174.

Cancellata cutis. Vide Cancelli.

Candida cutis. Vide Candidus.

Direpta cutis. Ouid. 6. Metam. 78.

Dura cutis. Ouid. 8. Metam. 162.

Maculosa cutis. Vide Macula.

Tenax cutis. Claud. de histrice, epig. 37. 3.

Tenuis cutis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 16.

Adducit macies cutem. Ouid. 3. Metam. 80.

Armauit natura cutem. Claud. de Locusta, epig. 15. 1.

Curare cutem. Iuuen. Satyr. 2. 11.

In cute curãda plus æquo operata iuuẽtus. Horat. 1. Epist. 2. 6.

Curata cute homo. Horat. 1. Epist. 44.

Finditur cutis. Celsus lib. 5. cap. 27.

Findere cutem. Seneca Troad. 6. 26.

Cutem obducere. Vide Obduco.

Riget cutis. Stat. 6. Thebaid. 174.

Rumpere cutem. Celsus lib. 5. cap. 18.

Ad cutem tonsus. Celsus, lib. 1. cap. 4.

Tenera elocutionis cute habitum orationis uirilem aperit. Quint. lib. 5. cap. 12. 14.

Cutis terræ. Plin. lib. 20. cap. 19. 3.

Cutis arboris. Plin. lib. 12. cap. 19. 9.

Cutis uuæ, & ceraſi. Plin. lib. 15. cap. 28. 4.

Cutis, Græcã habet originem: hãc enim illi κύτος dicũt. Festus.

¶ Cuticula, pen. corr. (δερμάτιον) Diminut. Parua cutis. Persius, Satyr. 4. 2. —& aſsiduo curata cuticula sole.

Nostra bibat uernũ contracta cuticula solem. Iuuen. Sat. 11. 21.

Cyamea] κυάμεια, Gemma, quæ fracta fabæ similitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11, Cyamea nigra est: sed fracta, ex se fabæ similitudinem parit.

Cyamos] κύαμος, Faba, genus leguminis, à cuius esu Pythagoram religiosissimè ferũt abstinuisse. Hæc autem sola inter legumina sine adminiculo nititur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 38.

Cyamos (κύαμος) Herba Aegypto peculiaris, latissimis foliijs, quæ & Colocasia dicitur, & faba Alexandrina. Plin. lib. 21. ca. 19. In Aegypto nobilissima est Colocasia, quã Cyamõ uocãt aliqui. Vide plura in dictionib. Colosia, et Cibotiũ.

Cyane] Cyanes, penult. indifferente (κυάνη) Virgo Syracusana. Vide Cyanippus.

Cyane, Nymphæ nomen, quæ Proserpinæ comes fuit, quam, ea rapta, nimio eius desiderio in fonte deliuisse, testis est Ouid. in Metam. Meminit eius et Claud. Lactant. grãmat. in 5. Theb. cõment. hanc ab Anapo amatam tradit, & aliam recitat fabulam.

Cyane, es, Oppidum est Lyciæ, apud Plinium, lib. 5. cap. 27.

Est

Digitized by Google

Est item nomen fontis in agro Syracusano. Hic Anapo mistus, iuxta Ortygiã insulã in mare illabitur. Ouid. 3. de Ponto,

Quaq; suis Cyanen miscet Anapus aquis.

Cyaneæ] κυανέαι (inquit Pomponius lib. 2.) contra Thraciũ Bosphorum, insulæ duæ paruæ, paruoq; distantes spacio, & aliquando creditæ dictæq; concurrere. De his scribit Plin. lib. 4. ca. 13, Eædẽ ab alijs Symplegades appellatæ, traditæq; fabulis inter se cõcurrisse: quoniã paruo discretæ interuallo ex aduerso intrãtibus geminæ cernebantur, paulũq; deflexa acie coeuntium speciem præbebant. Ouid. lib. ult. Meta. 68. Eædem Planetæ dictæ, id est, errantes. Plinius lib. 6. cap. 12. Valerius Flaccus Argonaut. 4. 112,

Hinc iter ad Ponti caput, errantesq; per altum
Cyaneas, furor his medio concurrere Ponto.

Cautes Cyaneæ. Valer. lib. 1. Argonaut. 127.

Vada Cyanea. Stat. 5. Thebaid. 70.

Fragores Cyaneos intrare. Valer. lib. 5. Argonaut. 97.

Montes Cyaneos sistere. Valer. lib. 2. Argonaut. 77.

Errantes Cyaneæ. Valer. lib. 4. Argonaut. 112.

Ponto Scythico concurrunt Cyaneæ. Valer. lib. 1. Argon. 14.

Cyanee] siue Cyanea, Nympha quædam apud Ouidiũ, lib. 9. Metam. 91. Filia fuit Mæandri fluuij, quæ ex Mileto Phœbi filio Byblidem & Caunum gemellos genuit,

Hic tibi dum sequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanee præstanti corpore nympha,
Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.

Cyanippus] κυανίππος, Natione Syracusanus, soli Baccho sacra facere neglexit. Iratus deus ebrietatẽ incussit, quæ tanta fuit, ut occurrentem in tenebris filiam Cyanen, quanquam reluctantem, uiolarit. Ea uerò annulum surripiens, nutrici commendauit, ut uiolatoris esset indicium. Postmodum quũ pestilentia urbem inuasisset, à Pythio redditum est oraculũ, ut impietatis author dijs liberatoribus immolaretur. Ignorantibus cunctis quid portenderet oraculum, conscia rerum Cyane tractum capillis patrẽ mactauit. Author Plutarchus in Parallelis. Vide Cyane.

Cyanos] κύανος, Fluuius est Colchidis, qui iuxta Aeam oppidum in Phasim influit. Author Plin. lib. 6. cap. 4.

Cyanos, κύανος, apud Theophrastum gemma est, quæ à gemmarijs recẽtioribus Turchina uocatur. Author Baptista Pius in Lucretium. Est autem hæc gemma ex iaspidum genere, colore cæruleo, de qua Plin. lib. 37. cap. 9. 2.

Cyanos, uel cyanus, trivialis est (ut creditur) flos, in frumẽtario nascens agro, & hortis quoq; rusticorum & puellarum corollis, calyce rosarum, sed squaroso atq; trifti, plurimis stipantibus cæruleis barbulis. Plin. lib. 21. cap. 11. 7, In Italia uiolis succedit rosa, huic interuenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

¶ Cyaneus (κυάνεος) Adiectiuũ: ut, Cyaneus color: id est, cæruleus. Plin. lib. 10. cap. 32. 1, Ipsa auis paulò amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore.

Cyaraxes] Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Author Herodotus lib. 1.

Cyathus] cyathi, pen. corr. (κύαθος) uasculum in quo bibebatur. Plinius, Potui uerò aqua pluuialis decocta, sed quæ per binos ternósue cyathos bibatur. Iuuen. Sat. 5.

Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.

Puer dignus cyatho, id est, dignus qui sit pincerna. Iuuen. Saty. 9. 5. Alludit ad Ganymedem.

Cyathus, Ponderis genus. Plin lib. 21. cap. 34, Cyathus pendet per se drachmas decem.

Ad cyathos stare uel esse dicebantur serui: ut serui ad limina & ad pedes: pocillatores ab Apuleio appellãtur. Suet. in Cæsare, cap. 49. Iuuen. Sat. 13,

Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
Ad cyathos. Budæus.

Cyathus, Genus quoddam mensuræ, qua cibaria gallinis dari solebant. Colum. lib. 8. cap. 4. 4, Nec tamẽ illius clausæ gallinæ cultus: nisi quòd ea non emittitur, sed intra ornithonẽ ter die pascitur meliore mensura. nam singulis capitib. quaterni cyathi diurna cibaria sunt: quũ uagis terni uel bini præbeantur.

¶ Cyathisso, cyathissas (κυαθίζω) cyathissare, Est cyatho uinum bibendum admetiri, inquit Budæus. Plaut. Menæ. 8. 29,

Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissimè
Cyathisso apud nos, quando potas?

Cybale] pen. corr. (κυβάλη) Ancilla fuit pauperis cuiusdam Symili, cuius paupertatem describit Virgil. in Moreto.

Cybarisia] κυβαρσία, A Polluce lib. 5. cap. 16, posita inter ornamenta mulierum. Hanc nonnulli eandem esse uolunt cum Anaxyride, de qua suprà diximus.

Cybea] Genus nauis onerariæ. Cic. 7. Verr. 35, Nauem uerò cybeam maximam, triremis instar, pulcherrimam atq; ornatissimam, palàm ædificatam sumptu publico, sciente Sicilia, per magistratum Senatumq; Mamertinum tibi datam donatamq; esse dico. Ibidem 106, Tibi apud Mamertinos priuatim nauis oneraria maxima publicè est ædificata.

Cybele] Cybeles, uel Cybeles, Cybelis, pen. cor. (κυβίλη) uel Cybelle (nã, ut docet Seru. bacchius est in hac dictione Cybelle) fuit uxor Saturni, à Cybelo Phrygiæ mõte seu oppido, ubi sacra eius primò sunt instituta. Festus, Cybele mater quã dicebant magnã, ita appellabatur, q, ageret homines in furorẽ, quod Græci κύβον dicũt. Sacerdotũ aũt Cybeles, ppriũ erat, caput rotare. Suidas scribit Rheam quoq; uocari, et mõtanã esse Deã: ideo uehi leonũ iugo. Cimedi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops, & Terra dicta fuit, q, sit Dea telluris, quæ & Vesta dicitur: propter quod curru uehi à Poetis fingitur, qa terra pẽdet in aere: & rotis sustineri, quia rotatur semper et uoluitur mũdus. Mater deũm, qa omnia gignit. Et Mater alma, ab alẽdo. Et Mater Phrygia, à mõte Phrygiæ, quẽ pluratiuo numero Dyndima uocãt. In eo sacra sibi per Corybãtes instituit: à quo Dyndime et Dyndimene à nõnullis uocatur. Et Berecynthia, à mõte Phrygiæ, q βορέκυνθος appellatur. Et Pales, quòd sit pabulorũ Dea Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quòd terra affluens sit omniũ rerum. Dicta est Idæa, & Phrygia, & Pessimuntia, de qua Martial. Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Ex Apuleij sentẽtia eadẽ erat Dea Cybele, Bellona, & Isis. Quãdoq; tamẽ metri gratia scribitur per duplex l, et fit Cybelle Bacchius pes, ex prima breui, & duabus lõgis. Proper. Vertice turrigero iuxta Dea magna Cybelle. Luca. lib. 1,

Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen. Vide Almo fluuius. Claud. de Rap. Proser. lib. 1. 43, —blandiq; leones
Submisere iubas, adytis gauisa Cybelle
Exilit, & pronas intendit ad oscula turres. De Cybele, multa apud Fulgentium, lib. 3. Mythologicõn.

Turrita Cybele. Claud. 3. de rapt. Proserp. 55.

Turrigera Cybele. Claud. 1. de Raptu Proserp. 36.

Cybelea] pen. prod. (κυβίλεια) Vrbs Ioniæ, teste Stephano.

Cybernesia] κυβερνήσια, Festa sunt, Theseo ex Creta redeunte, instituta, Nausithoi gubernatoris honori, et protetæ Phæacis: etiã si Phereclus Simonidæ magis placet Thesei nauis moderator. Sed Nausithoo & Phæacetecta etiamnum heroa sunt. Vide Rhodig. lib. 18. cap. 17.

Cyboeides] κυβοειδής, Ossis in pede genus, à parte exteriore iuxta Scaphoeides positum: uerum hoc quà cũ talo iungitur sinuatum, Cyboeides gibbũ est. Gal. lib. de ossib. cap. 24.

Cybiotates] Vide Cybium.

Cybira] κύβιρα, Oppidum est Lycaoniæ, nõ procul à Mæandro flu-

Digitized by Google

dro fluuio. Cic. 6. Verr. Hoſce opinor Cybiræ, quum in ſuſpicionem uenissent ciuibus ſanum expilasse Apollinis, &c.

Cybirates] uel Cybirata, nomen gentile. Cic. 6. Verr. Eò quũ uento, Prætor quieſcebat, fratres illi Cybiratæ inambulabãt.

¶ **Cybiraticus**, a, um, Poſſeſſiuũ. Cic. 6. Verr. Immittebantur illico Cybiratici illi canes, qui inueſtigabant & perſcrutabantur omnia.

Cybiſtéteres] κυβιστητῆρες, Vrinatores dici poſſũt, q τὸν κυβιστῶσιν, hoc eſt aquarũ gurgites ſubeunt, quo nomine & ſaltatores quidã appellati ſunt, qui in caput conuolui, manibus pedibuſq; adductis didicerãt: à cubo, id eſt teſſera, uerbo deducto, qui quũ in alueolũ iacitur, hoc modo conuoluitur. Vnde Cybiſtema, n. gen. aliud genus ſaltationis & exercitij dicitur à Luciano, in cap. de gymnaſijs. Budæus in Annotat.

Cybium] dictum, quia eius medium æquè patet in omnes partes, quod genus à Geometris κύβον dicitur. Vnde etiam teſſelæ quadratæ κύβοι. Hinc & κύβιον, genus piſcis, quia piſcantes id genus piſcis uelut aleam ludant. Feſtus.

Cybium, piſcis genus, quod ita ſciſſum eſt, ut medium æquè pateat in omnes partes, ad ſimilitudinem teſſerarum. Plin. lib. 32, Cybium eſt conſciſſa Pelamis. Martial. lib. 5,

Diuiſis cybium latebat ouis. Idem lib. 11.

Cybiotates] huius Cybiotatæ, pe. pro. m. g. Sueto. in Veſp. cap. 19, Alexandrini Cybiotatẽ eũ uocare perſeuerauerũt, cognomine unius è regibus ſuis turpiſsimarum ſordiũ. Hic aũt quẽ Cybiotatẽ appellatũ dicit Tranquillus, propter eius illiberalitatẽ, nõ unus fuit ex Ptolemæis regibus, ſed è Syria ducens originẽ, qui à filia maxima natu Ptolemæi Auletæ à ſuis expulſi in uirũ accerſitus, non multo pòſt ab ipſa expellitur, quòd eius ignobilitatẽ atq; illiberalitatẽ pati non poſſet. Author Strabo, lib. 17, ubi Cybioſactes in uulgatis codicib. nuncupatur. Illi ab ordinandis cybijs, quæ ſortẽ ipſemet familiæ diſpẽſaret, merito ſordidiſsimũ cognomentũ adhæſit: quo & Veſpaſianũ principem (ut ſunt Alexãdrini dicaces) propter eius auaritiã aſperſerunt: quẽadmodũ & Syriæ regi Phiſcon cognomentum fuit, à craſſiore inteſtino, quòd multa caperet.

Cyborium] Vide Ciboria.

Cychramus] Auis quæ coturnicibus trãs mare redeuntibus comitatũ præſtat. Plin. lib. 10. cap. 23, Semperq; hinc abeuntes coturnices comitatum ſolicitant, abeuntq; unà per ſua ſigna Glottis, Otis, & Cychramus.

Cychreus] κύχρεους, Neptuni & Salaminis filius, q ob morũ aſperitatẽ, ὄφις, hoc eſt ſerpens cognominatus eſt. Hunc Etrilochus quũ inſulã uaſtaret, expulit. Suſcepit aũt Ceres in Eleuſine, ſuumq; fecit ſacerdotẽ. Ab huius etiam nomine Salamis inſula aliquãdiu Cychrea appellata eſt. Vide Stephanũ.

Cychri] Thraciæ populi, apud quos aquas eſſe lethales et necare, ex Theopompo refert Plin. lib. 31. cap. 2.

Cyclades] pen. cor. (κύκλαδες) Inſulæ Plinio, ſic dictæ, quòd circa Delon, earum clariſsimã, in orbem ſitæ ſint. Accedit & Strabo. Vt mirari liceat, qua cauſa motus Seruius Cycladas ſcripſerit dictas eſſe, nõ quòd in circuitu ſint, ſed potius quòd longo ordine eas circuire neceſſe ſit, uel propter promontoria, uel quia naturale eſt, ut cõcitatiora ſint maria uicinitate terrarũ, quas conſtat anhelitum quendam ex ſe emittere. Aduertendum obiter, morem eſſe ueteribus authoribus ut quæ ſint Sporades, Cycladas etiam uocent, cõtráq;, Hermolao teſte. Cycladum meminit Plinius, earumq; nomina perſequitur lib. 4, cap. 12. Et item Pomponius lib. 2. Varro lib. 10.

Sparſæ Cyclades. Ouid. 2. Metam. 26.

Crebræ Cyclades. Stat. 5. Thebaid. 37.

Cyclaminus] cyclamini, f. g. pen. cor. (κυκλάμινος) Herba, de qua ſic Ruellius lib. 2. cap. 94, Cyclaminus à Latinis rapum & tuber terræ, nonnullis etiã umbilicus terræ: ſolia habet hederæ, purpurea & uaria, in quibus ſuprà infráq; cæ dicant maculæ. Vulgus Panem porcinũ uocat. Vide Dioſcor.

Cyclas] cycladis, pen. cor. f. g. (κύκλας) Veſtis fœminea, quæ in modum ueli tectum corpus muliebre circundabat. Nam Græci κύκλον, circulũ, ἀπὸ τοῦ κυκλοῦν, circundo dicũt. Iuuen. Sat. 6. 26, Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade. Propert.

—& longa cyclade uerrit humum. Videtur neſtis tenuiſsima explicatilis & ſpacioſa, qualem ſolent hodie Romanæ & Florentinæ ac Senenſes mulieres in Italia geſtare.

Cycli] κύκλοι, quaſi circuli, loca erant Athenis, ubi mancipia uenibant. Id aũt nomen eſt tractum à circulari circunſiſtentia uendendorum. Cyclus enim rotundum ſignificat.

Cyclicus] Adiect. ut, Scriptor cyclicus. Hor. de Art. pòet.

Nec ſic incipias ut, ſcriptor cyclicus olim. Hic quæri ſolet qui ſit Cyclicus, & multis propriũ nomẽ uidetur: ego, inquit Turneb. cenſerẽ epicum poetam rhapſodũ ſignificari. Nam rhapſodi uerſus heroicos ſcenæ & theatro dabant, qui ſtrataſſe, ut uerſus dithyrambicorũ, à choro κυκλίῳ uocato cantabantur, ex quo & Cyclij uocabantur, ab Horatio Cyclici. Fidem huius rei epigramma Græcum facit, in quo ſcribitur,

Τὸν κυκλίου τύτου, ὃν αὐτὸς ἐπιστολέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων, &c. Cyclicum, inquit Acron, qui ordine uariare neſcit, uel qui carmina ſua circunfert, quaſi circunforaneus. Hæc ille. Tu ſtatue.

Cycloborus] κυκλόβωρος, Fluuius quidam Atticæ, ingenti ſtrepitu defluens. Vide prouerbium, Cyclobori nox.

Cyclopeæ] ſpelunce (κυκλώπεια ἀντρα) poſt Nauplian ſunt, & in illis labyrinthorũ ædificia, ut Strabo refert lib. 8.

Cyclops] Cyclopis, pen. prod. (κύκλωψ,) Vide in dictione Polyphemus. Cyclopes, ut ait Theophraſtus Phœnices, fabricã ærariã inueniſſe dicũtur. Proinde Poetis miniſtri Vulcani in Sicilia unoculi dicti, Neptuni filij ex Amphitrite. Dicuntur Ioui cõficere fulmina apud Liparam, quæ eſt una ex Aeolijs inſulis. Omnium præcipui fuerunt, Brontes, Steropes, Pyracmon. De quibus Virg. lib. 8. Aeneid. 84,

Ferrum exercebant uaſto Cyclopes in antro,
Brontesq;, Steropesq; & nudus mẽbra Pyracmon. Ouid. lib. 4. Faſt. 58, Hinc mare Trinacrium, candens ubi incudere ferrum Brontes & Steropes, Acmonidesq; ſolent. Claud. de tertio Conſulatu Honorij, 6. Paneg. 39.

Rapidi Cyclopes. Valer. lib. 4. Argonaut. 21.

¶ **Cyclopeus**, Adiectiuum (κυκλώπειος) ut, Tela Cyclopea, id eſt, fulmina. Claud. 1. de Raptu Proſerp. 20.

Fames Cyclopea, id eſt, immenſa. Claud. in Eutrop. 2. 76.

Cycnus] κύκνος, Ligurũ Dux fuit, amator Phaethontis: qui quum eum fleret extinctum, inquit Seruius, in auem ſui nominis uerſus eſt: cuius filium Cupauonem Virg. lib. 10. dicit habere cygni pennas in galea, ad formæ paternæ inſignia monſtrandum. Virg. lib. 10. Aeneid. 37,

Non ego te Ligurum ductor fortiſsime bello
Tranſierim Cycne, & paucis comitate Cupano, &c.

Cyda] Proprium uiri Cretenſis, de quo Cicero Phil. 5. 17. 2.

Cydamum] κύδαμον, Oppidum Cyrenicæ è regione Sabratæ. Author Plin. lib. 5. cap. item 5.

Cydaras] Carmaniæ fluuius, ad Septentrionẽ Indiamq; uerſum, qui ex ſtagno quodam, Megiſba nomine, erumpere exiſtimatur. Author Plin. lib. 6. cap. 22.

Cydias] Pictor. Argonautas pinxit, quã tabulam CXLIIII. H-S. Hortenſis orator mercatus eſt, eiq; eadem in Tuſculano ſuo fecit. Emicuit Olympiade CIIII. Plin. lib. 35. cap. 11ſ.

Cydippe] puella ab Acontio adamata. Ouidius,

Littera Cydippen pomo perlata ſefellit:
Inſciaq; eſt uerbis capta puella ſuis. (inter Ouidianas)

Extãt Acontij ad Cydippen, & Cydippes ad Acontium epiſtolæ

Cydna

Cydna] æ, (κύδνα) olim dicta fuit Macedoniæ ciuitas, quæ poſtea corrupto nomine Pydna appellata eſt. Auth. Stephan.

Cydnus] κύδνος, Ciliciæ fluuius, non ſpacio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrũt. Hæc, & multò plura de Cydno Qu. Curtius lib. 3. Alexandrũ in eo corpus abluiſſe deſcribens, indeq; periculoſiſſimã ægritudinem cõtraxiſſe. Huius meminit lib. 11. Iuſtinus. Tibullus, lib. 1. eleg. 7. 3,

At te Cydne canam, tacitis qui leuiter undis
Cærulæus placidis per uada ſerpis aquis.

Solinus ſcribit amnem à candore Syrorũ lingua nomẽ ſortitum. Vitruuius lib. 8. cap. 3, Cydni aquas podagra laborantibus apprimè ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis: de cuius rei experientia Caßij Parmenſis poetæ ad M. Antonium epiſtola extitit, ut lib. 31. adnotauit Plinius.

Cydon] κυδωνία, Cretæ inſulæ urbs, à qua Cydonius dicitur. Ouid. lib. Metam. 2,

—Cydonio fundebat ſpicula cornu.

Eſt & Cydon, uiri propriũ apud Virg. 10. Aen. Vide Seruiũ. Fuit & Cydon alter, ſtatuarius, de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

Cydneum malum: de quo uide Cotoneum, & Struthia mala. Mart. lib. 3. 24. Colum. lib. 12. cap. 19. 4.

¶ Cydonites, pen. prod. Vinum ex malis cydonijs ſeu cotoneis factum, de quo Dioſcorid. lib. 5. cap. 20.

Cydoniten appellat Pallad. cibum ex cydonijs decoctis & melle confectum. Cotoneatum uulgò dicitur.

Cydonia] Inſula Aſiæ ante Lesbon, in qua fons eſt calidus, qui uere tantùm fluit. Plinius lib. 2. cap. 103. Vide & libro 5. cap. 31.

Cygnus] Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, quũ fruſtra eum iaculis appetiſſet, tandem re intellecta, humi eum proſtrauit, genibuſq; collo innixus animam eripuit: quumq; cadauer ſpoliare uellet, arma uacua inuenit, cygnumq; in auem ſui nominis uidit commutatum. Vide Ouid. 12. Metam.

Fuit inſuper Cygnus filius Martis, de quo Heſiod. in Aſpide.

Cygnus] uel Cycnus, huius cygni (κύκνος) Latinè olor dicitur: auis eſt candida, anſere maior, argutam uocem habens: quæ quum moritur, ſuauiſſimum cantum emittere dicitur. Martial. lib. 13. 77,

Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Cic. 1. Tuſc. 114, Itaq; cõmemorat ut cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt, ſed quòd ab eo diuinationem habere uideantur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cum cantu & uoluptate moriantur. Vide Cycnus.

Rauci cygni. Virg. 11. Aeneid. 92.

Cygnus amans flumina. Ouid. 2. Metam. 53.

Dulcius uocem mouere moriente cygno. Senec. Hipp. 2. 33.

¶ Cygneus, Adiect. (κύκνειος) ut, Cygnea uox, uel cantio, Prouerbium, quod cõuenit in eos qui ſupremo uitæ tẽpore facundè diſſerũt, aut extrema ſenecta ſuauiloquentius ſcribunt; id quod ferè ſolet accidere ſcriptoribus, ut poſtrema quæq; minimè ſint acerba, maximeq; mellita, uidelicet per ætatem matureſcente eloquentia. Hæc Eraſmus. Cic. 3. de Orat. 4, Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis uox & oratio, quã, etc.

Cylabarus] Stheneli filius. Vide Cylleborus.

Cylbiani] montes (κυλβιανὰ ὄρη) Maioris Phrygiæ colles ſunt, ex quibus Cayſter fluuius profluit. Author Plin. lib. 5. cap. 28.

Cyleno] filia Atlãtis, mater Nyctei, ut ſcribit Bocatius, lib. 10.

Cylibantum] Vide Cartibulum.

Cylicrani] Populi quidam in Hiſpania prope Heracleum habitantes. Siponti nus.

Cylindrus] κύλινδρος, Colũna lapidea rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores aream æquari iubent. Virg. 1. Georg. 36,

Area cum primis ingenti æquanda cylindro. Cum primis, id eſt, in primis. Cylindro, id eſt, lapide tereti, in modum colũnæ. Seruius. Cato cap. 129, Areã ubi frumẽtũ teratur, ſic facies: Cõfodiatur minutè terra, & amurca bene cõſpergatur, ut cõbibat plurimũ. Vbi bene cõminuta terra fuerit, & amurcã cõbiberit, cylindro aut pauicula coæquato. A' uolubilitate nomẽ accepit, inquit Seru. κυλινδεῖν enim eſt uolui.

Cylindrus, Omne quod rotatur facilè, eſt. Cic. de Fato, 63, Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem ſuum, quæ moueri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. Id autem quum accidit, ſuapte natura, quod ſupereſt & cylindrũ uolui, & uerſari turbinem putat. Idem 5. Tuſcul. 92.

Cylindri, Lapilli ſunt teretes & oblongi atq; uolubiles, inſtar eius colũnæ qua utimur æquandis areis. Plin. lib. 37. cap. 5. 16. ubi de beryllis, Indi mirè gaudent longitudine eorum. Et mox ſubdit, Ideoq; cylindros ex ijs facere malunt quàm gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quibus Plinij uerbis intelligere eſt, cylindros, & elenchos eo differre: quòd elenchi ſint faſtigiatæ longitudinis: cylindri uerò proceratis æquabiliter orbiculatæ. Quod ſi uerum eſt, non ſtet Sipontinus iſta nõ ſatis percepiſſe uidetur. Cylindrorum meminit & Iuuen. Saty. 2. 7,

Tu nube, atq; tace: donant arcana cylindros. Baſſius.

¶ Cylindraceus, Adiect. (κυλινδροειδὴς) Quod factum eſt ad ſimilitudinem cylindri. Plin. ſcribit lib. 18. cap. 12. 8, Siliquas piſo, quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe.

Cylix] Poculum qui calix Latine dicitur, κύλιξ, unde κύλικες ἀλίκινοι à Græcis dicuntur Calices uitrei.

Cyllarus] κύλλαρος, Pollucis equus Virgilio, lib. 3. Geor. 18,

Talis Amyclei domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graij meminere poetæ. Atqui Caſtor equorum domitor fuit: ſed fratrẽ pro fratre poſuit, poetica licentia: ut, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item, Reuocato à ſanguine Teucri, pro Dardano. Seruius.

Cylleborus] Stheneli filius, qui uigente bello Traiano cum Aegiale Diomedis uxore conſuetudinem habuit. Cylabarus dicitur Seruio in 11. Aeneid.

Cyllene] pen. prod. (κυλλήνη) Arcadiæ mons eſt, quòd Mercurium ibi natũ arbitrantur, inſignis. Pomponius lib. 2. Cyllene, mons Arcadiæ, ubi Maia Mercurium eſt enixa. Seruius in illud 8. Aeneid. 27,

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptũ uertice fudit. A' Cyllene, Cyllenius Mercurius. Claud. lib. 1. de raptu Proſerp. 16.

Ignis Cyllenius. Id eſt, ſtella Mercurialis. Virg. 1. Georg. 68.

¶ Cyllene, Inſula Arcadiæ, in qua laudatiſſimam herbarum Homero, quam uocari à dijs putat moly, naſci dicunt, effodi autem difficulter. Plin. lib. 25. cap. 4.

¶ Cyllenius, Mercurius dictus, authore Feſto, quòd omnem rem ſine manib. ſermo cõficiat, quib. partibus corporis qui carẽt, κύλλοι uocantur, ideoq; quadratum illum fingunt. Alij uolũt ſic appellatũ, quòd in Cyllenia uia ſit nutritus: alij quòd in monte Arcadiæ Cyllene: alij quòd à Cyllene ſit Nympha educatus.

Cyllo] cyllonis (κύλλος) Videtur idem ſignificare quod Mutilus, debilis, & cui craſſa ſunt genitalia. Cic. in Sal. 11, Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit, &c.

Cyma] cymæ, fœm. gen. (κῦμα) Plinius quid ſit, declarat his uerbis, lib. 19. cap. 8. 11, Braßica toto anno ſeritur, quoniam & toto ſecatur. Vtiliſſimè tamen ab æquinoctio autumni. Transfertur quũ quinq; foliorũ eſt. Cymas à prima ſectione præſtat proximo uere. hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior

Digitized by Google

catior, teneriorq; cauliculus, Apicij luxuria, et per eum Druſo Cæſari faſtiduus, nõ ſine caſtigatione Tyberij patris. Poſt cymam ex eadem braßica contingunt æſtiui, autumnalesq; cauliculi, mox hyberni, iterumq; cymæ nullo æquè genere multifero, donec ſua fertilitate conſumatur.

Cyma, cymatis, pen. corr. n. g. pro eodem dicitur, Colum. lib. 10. 13, Frigoribus caules, & ueri cymata mittit.

¶ Cymatilis (κυματινὸς) pen. cor. ueſtis dicitur, quæ cærulei coloris eſt. Nec me latet (inquit Bayfius) quoſdam per cymatilem ueſtem apud Plautum intelligere undulatam: id eſt Camelot. quod haud ſcio an ridiculum ſit.

Cymatilis color, qualis undæ marinæ eſſe ſolet. Ouid.

¶ Cymoſus, pen. prod. Adiect. (κυματώδης) Colum. lib. 10,

Quæ duri præbent cymoſa ſtirpe Sabelli.

Cymba] Parua nauicula (κύμβη) Cic. 3. Offic. 76, Opiparè à Pythio paratum conuiuium: cymbarum ante hortulos multitudo, pro ſe quiſq; quod ceperat efferebat. Virg. 6. Aeneid. 83, Gemuit ſub pondere cymba.

Magiſter cymbæ. Id eſt, piſcator. Iuuenal. Satyr. 4. 5.

A dunca cymba. Ouid. 1. Metam. 59.

Tranſire uadum cymba. Iuuenal. Satyr. 2. 16.

Mergit cymbas. Vide Mergo.

¶ Cymbula, pe. cor. (κυμβύδιον) Diminut. Plin. epiſt. 173. c, Sæpe minores maiorib. uelut cymbulæ onerarijs, adhæreſcunt.

Cymbalum] cymbali, pe. cor. (κύμβαλον) inſtrumentũ muſicum, quod in ſacris Matris deùm cũ tympanis adhibebatur. Cic. in Piſonẽ, 15, Quos neq; hercule ego, neq; ſuperciliũ tuũ, neq; collegæ tui cymbala ac crotola fugi. Mart. lib. 14. 219.

¶ Cymbaliſſare (κυμβαλίζειν) Cymbala quatere. Caßius Hemina, lib. 4, Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbaliſſabat. Nonius.

¶ Cymbaliſta, cymbaliſtæ, (κυμβαλιστὴς) Qui pulſat cymbala. Apuleius de deo Socratis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum, & tympaniſtarum choraularum.

Cymbium] κύμβιον, Genus poculi ad cymbæ ſimilitudinem facti, inquit Seruius. Virg. 3. Aeneid.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Plin. lib. 3. 7. cap. 8. 6, Huic & amplitudo ea eſt, ut cymbia etiam ex ea fiant. Martial. lib. 8. 7, Ficta Saguntino cymbia mala luto.

Cymbiũ ab Apuleio dicitur, quod Latinè Seruius ſitulã uocant.

Cymbium (inquit Feſtus) dictum, quia eius medium æquè patet in omnes partes: quod genus à Geometris κύβος dicitur.

Cyme] urbs Aeolidis, ut ſcribit Pomponius lib. 1, Cymen nominauit, pulſis qui habitarant, dux Amazonum Cyme.

Cymes] κύμης, Cumæa Sibylla. Sil. lib. 13. 100,

At grauida arcanis Cymes anus attigit ore.
Poſtquam ſacrificum, &c.

Antrum Cymæum. Silius lib. 13. 101,

Cymæo populis uox noſtra ſonabat in antro. Verba Sibyllæ.

Cymindis] κύμινδις, Accipitris genus, noctu tantũ uolans, etiam in ſyluis, interdiu minus cernẽs. Bellum internecinum gerit cum aquila, ſæpeq; deprehenduntur cohærentes. Author Plin. lib. 10. cap. 8. Homerus χάλκιδα uocat.

Cyminiſector] κυμινοπρίστης, Homo auarus & ſordidus dicitur, qui uel uiliſſimis rebus lucrum quærit, nimiaq; parſimonia rem augere ſatagit. Tractum eſt adagium à Cymini ſeminis uilitate ſimul & exilitate. Vide Eraſm. adag.

Cyminum] pe. pro. (κύμινον) herba eſt quæ & Cyminũ dicitur. Plin. lib. 19. ca. 8. 29, Cõdimentorũ tamẽ omniũ faſtidijs cyminũ amiciſſimũ. Bibẽtibus pallorẽ gignit. Perſ. Satyr. 5. 6,

Rugoſum piper & pallentis grana cymini.

¶ Cyminatus, pen. prod. Adiect. ut, Acetum cyminatum. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem.

Cyminus] pe. cor. Hetruriæ lacus eſt mõti ſuppoſitus. Virg. 7. Aen. 140, Et Cymini cũ monte lacũ. Et lacus, & mons hoc nomine appellatur. Sanè hoc fabula habet: Aliquãdo Hercules ad hos populos uenit. qui quũ à ſingulis prouocaretur ad oſtendendã uirtutẽ, defixiſſe dicitur uectẽ ferreũ quo exercebatur. qui quũ terræ eſſet affixus, et à nullo potuiſſet auferri, eum rogatus ſuſtulit. Vnde immẽſa uis aquæ ſequuta eſt, quæ Cyminum lacum fecit. Seruius. Scribunt alij Ciminus.

Cymodoce] uel Cymodocea (κυμοδόκη) Nympha marina Nerei & Doridis filia à placandis fluctibus ita dicta, teſte Heſiodo in Theog. Verg. 10. Aeneid. Cymodoceam enumerat inter eas quæ ex nauibus Aeneæ in nymphas marinas cõmutatæ fuerunt: ubi inquit,

Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocea.

Cymothoe] pen. corr. (κυμοθοὴ) Nerei filia, & uxor Neptuni, de qua Virg. lib. 1. Aeneid. 30,

Cymothoe ſimul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues ſcopulo. Cymothoe, id eſt, curſus fluctuum, ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ νῦμα. Seruius.

Cyna] huius cynæ (κυνὰ) Arbor Arabica. Plin. lib. 12. cap. 11, Arabiæ autem arbores, ex quibus ueſtes faciunt, cynas uocari, folio palmæ ſimili.

Cyna, Pileus erat Lacedæmoniorũ. Strabo in Sexto, ubi de origine Tarenti loquitur.

Cynacantha] κυνάκανθα, Arbuſcula, quæ acinos neluti uuæ producit: Latini Caninã ſentẽ, & uulgò Vuã ſpinã nominãt.

Cynamolgi] κυνάμολγοι, canes dicuntur prope paludes, quæ ad meridiem ſunt, quibus lac bubulum cibus eſt gratiſſimus. Eorum cum Indicis bobus certamina Cteſias celebrat, ut ſcribit Cæl. lib. 17. cap. 28.

Cynamolgi] κυνάμολγοι, Populi ſunt non procul à Meroe, ſuprà Creophagos, qui ab indigenis Agrij appellantur, comati, & barbati. Hi canes maximos alunt, quibus Indicos boues uenantur è uicina regione uenientes, ſiue à feris pulſos, ſiue paſcuorum inopia. Eorum aduẽtus eſt ab æſtiuo ſolſtitio uſq; ad mediam hyemem. Ex Strab. lib. 10.

Cynamolgus] Auis eſt Arabiæ peculiaris, ex cinnami ſiculis nidum conſtruens, quem deinde accolæ plumbatis ſagittis eijciunt. Author Plin. lib. 10. cap. 33. Apud Aelianum hæc auis non Cynamolgus, ſed Cinnamomus appellatur, & ita nonnullì etiam apud Plinium legendum ſuſpicantur.

Cynanche] κυνάγχη, Morbus faucium, à canibus dictus, quos infeſtat. Præfocatio eſt nocturna maximè, pituita craſſa & lenta in fauces ceruicesq; delata: ἀπὸ τοῦ κυνὸς, καὶ ἄγχω, Id eſt, à cane & ſuffoco.

Cynaſones] Acus quibus mulieres caput exornant. Feſtus.

Cynea] Dicitur pellis canis fluuiatilis, quã capitis tegumento galeæ uice ueteres adhibuiſſe palàm eſt: indeq; ſeruatum, ut pro galea dicatur Cynea. Author Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 28.

Cyneas] pen. corr. (κυνέας) Theſſalus, Pyrrhi regis legatus, longè diſertus eſt habitus, ut qui Demoſthenis auditor fuerit, adeò ut plures Pyrrho ciuitates facunda oratione ſubegerit, quàm ille armis expugnauerit. Eidem expeditionem in Italiã magnopere diſſuaſit. Præterea miſſus ad Romanos legatus de pace, uno die omnium Senatorum nomina edidicit: quorũ conſeſſum, totidẽ regũ ſibi uideri Pyrrho retulit. Plut. in Pyrrho. Huius memoriam cõmendat Cic. in Tuſc. quæſt. 1.

Cynegetica] κυνηγετικὰ, dicuntur uoluminà de uenatione cõſcripta. Flauius Vopiſcus refert Olympũ Nemeſianũ ſcripſiſſe Cynegetica. κυνηγὸς γὰρ κυνηγέτης, uenator dicitur.

Cynegirus] Athenienſis in bello Perſico magna pertinacia in cõſectandis hoſtibus uſus eſt. Nam & nauẽ onuſtam dextera manu tenuit: ea amputata ſiniſtrã iniecit. Quã & ipſam quũ amiſiſſet, nauẽ mordicus arripuit, morſuq; retinuit ſuorum ſimilis. Authores Trogus & Herodotus. Meminit etiã

Valerius

Valerius & Tranquillus in Cæsare.

Cynetheus] Iupiter dictus, quoniam uenationē Arcades, utpote rudes, exercebant. Venandi uerò ars κυνηβία & κυνηγετικὴ Græcè uocatur. Quare Cynegetes Iouis potius cognomen ipse putarim quàm Cynetheum, licet id libentius docti quidam scriptis suis asserant. Vide Cæl. lib. 16. cap. 3.

Cynethium] authore Dionysio lib. 1. Antiq. Ciuitas in Arcadia, ab Aeneæ socio ibi uita functo, sepultoq; . Hinc Cynethenses populi, quos tamen à Cynetho Lycaonis filio putant appellatos.

Cynici] pen. corr. (κυνικοὶ) cuiusdam sectæ philosophi, cuius principes Antisthenes, Hercules, & Diogenes. Dicti Cynici, uel à Cynosarge gymnasio, ubi uersabatur Antisthenes: uel à κυνὸς, canes, quasi canini, quia essent in cauillis, castigatio nibusq; more canū mordaces contra uitia. Vel quia obscœnitate, licentiaq; sermonis, rabiem quandam caninā repræsentarent. Cic. 1. Offic. 178, Nec uerò audiendi sunt Cynici, &c.

¶ **Cynice**, huius cynices, pe. cor. f. g. (κυνικὴ) Pro Cynicorū philosophorū secta. Auson. in Epig. Diogenis, siue Antisthenis,

Inuentor primus Cynices ego. Quæ ratio istæc
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcidia quondam fueram doctore secundus:
Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

Institutio Cynica. Tacit. lib. 16.

Nuäus Cynicus. Iuuenal. Satyr. 14. 31. Diogenem intelligit.

Cyniphis] siue Cyniphos, fluuius Africæ in Libya, apud quē magni sunt hirci. Hinc Cyniphius adiectiuum, ut Virg. lib. 3. Geor. Cyniphij tondēt hirci. Dicitur & Cyniphius grex, & Cyniphia pellis, hircina. Martial. de udonib. Cilicijs, lib. 14,

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti:
Cyniphio poterit planta latere sinu.

A Græcis scribitur κυνηφία.

Cynips] niphis (κυνὼψ) Musca minutissima, lōgis cruribus, in capite habēs rostrum, quo perforat cutem animalium. Nascitur ex humore, & iuxta aquas abundat. Latini Muscam caninam uocant.

Cynna] κύννα, Oppidum prope Heracleā Ponticam: ita dictū ab una Amazonum, uel à Cynno Gygante, fratre Cæi. Hinc fit gentile Cynneus. Stephanus.

Cynnesus] κύννησος, Nili fluuij insula est, non procul à maiori Delta, è regione oppidi, quod Cynopolis nominatur. Author Ptolem. lib. 4. cap. 5.

Cynocephali] pen. corr. (κυνοκέφαλοι) ut scribit Plin. lib. 7. cap. 2, Homines sunt in montibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus uelantur, & qui latratum pro uoce edūt, unguibusq; armati uenatu & aucupio uescuntur. Vide Gell. lib. 9. ca. 4. Cic. ad Att. li. 112. 5, Erat præterea & nocephalus in essedo, nec deerant onagri.

Cynocephalia] siue Cynocephalion, herba canino capiti similis. Plin. lib. 30. ca. 2. Herba pulicaris dicitur à Romanis. Vide Ruellium, lib. 3. cap. 108.

Cynocrambe] κυνοκράμβη, Dioscor. Cauliculum binū palmorum longitudine emittit, mollem, subalbidum, folia mercuriali aut hederæ similia, certis interstitijs subalbida: semen foliis adhæret paruū, rotundū. Hæc Dioscor. lib. 4. cap. 184. Ruellius Cynocrambem eandem esse cum Atriplice syluestri putat, sed fallitur, ut uidere poteris apud Mathiol. Senens.

Cynodontes] κυνόδοντες, Dentes qui à nostris canini appellantur: ita dicti quòd acuminati, sint in formam dentium canis. Hos tradit Plin. lib. 11. ca. 37, semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynoglossos] uel cynogloßa, (κυνογλώσσ) herba, quæ Lingua canis interpretatur, q. folia caninæ linguæ similia habeat. Plin. lib. 25. cap. 8. 2, Iungitur & cynoglossos, caninas imitans linguas, topiarijs operibus gratissima, &c. Vide Ruellium, lib. 3. cap. 127.

Cynoides] Vide Psyllion.

Cynomazon] κυνόμαζον, Herba est eadem cum chamæleone nigro, quam & Cynozolon Plin. appellat. Dictum Cynomazon, quòd in offa uel in pulte datum canes enecet.

Cynomorion] herba à similitudine canini genitalis dicta. Alio nomine Orobāche dicitur. Plin. lib. 22. ca. 25. 41, Orobanchen appellauimus necantem eruum & legumina, alij Cynomorion eam appellant, à similitudine canini genitalis: cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens. Ruell. lib. 2. cap. 75, docet orobanchen in Parisienſi agro uocari Teniam.

Cynomyia] pen. pro. quatuor syllabarum dictio (κυνομυῖα) Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exugit.

Cynomyia, herba, quæ pulicaris dicitur Romanis, ut ait Ruellius lib. 3. cap. 108. Plin. lib. 25. cap. 11. 6, Psyllion, alij cynoides, alij crystallion, alij sicelion, alij cynomyiam appellant, radice tenui, superuacua, sarmentosum, fabæ granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine aūt pulici, unde & nomē: hoc in baccis, ipsa herba in umeis inuenitur.

Cynopolis] pen. cor. Canū ciuitas, in qua Anubis colitur, & honor, & sacer quidam cibus est canibus constitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata est. Qui in ea habitant, Canarij dicuntur. Perottus.

Cynops] Herbæ genus spicatum. Plin. lib. 21. cap. 17.

Cynopus] Piscis marimus, dicente Plinio, ubi de Cōchis loquitur: Extra has sunt rotundæ in oleario usu cochleæ, Cucumis, Cynopus, Cāmarus, Cynosdexia, Draco. Hæc Plin. lib. 32. cap. ult.

Cynorrhodon] cynorrhodi, pen. corr. Flos lilij. Ruellius, lib. 3. cap. 57, Florem lilij nascentis in Italia cynorrhodon uocari Plin. est author, quod & Hippocrates accepit, quum rubentia cynorrhoda fœminarum purgationibus commendat in uino. Plin. lib. 25. cap. 2. 15.

Cynos] Latinè canis dicitur, ciuitas in Locride. Liu. 8. tertiæ Decad. Est etiam Cynos, fluuius Plin. lib. 5. cap. 28.

Cynosarges] κυνόσαργες, Gymnasiū in Attica, sic dictū à cane albo, qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locū detulit. In hoc gymnasio Aristippus Cyrenaicæ sectæ princeps philosophiā solebat pfiteri. Author Laert. in uita eius.

Cynosbatus] cynosbati, pen. cor. (κυνόσβατος) alij Cynospaston uocāt, ut ait Plin. lib. 24. c. 14. 1. Genus rubi. Et lib. 13. cap. 42. 1. Fructū huius rubi quibusdam in locis rustici Petelengas uocant.

Cynosdexia] Piscis. Vide Cynopons.

Cynosorchis] huius cynosorchis, herba, quā aliqui Orchin uocāt, foliis oleæ, mollibus, ternis, per semipedē longitudinis, in terra stratis, radice bulbosa; oblonga, duplici ordine, superiore quæ durior est, & inferiore quæ mollior. Edūtur ut bulbi cocti, in umeis ferè inuenti. Plin. lib. 27. c. 8. 9, Ruellius dicit hanc herbam officinis uocari Testiculū canis, & satyrion minus propriè.

Cynossema] κυνὸς σῆμα, pen. prod. Id est canis sepulchrū, Hellesponti Promontorium est. Tumulus Hecubæ, inquit Pomponius Mela, lib. 2. siue ex figura canis, in quam conuersa traditur: siue ex fortuna in quā decideràt, humili nomine accepto. Thucydides, lib. 8, Siniſtrum (inquit) cornu iam Promontoriū excesserat, quod uocant Canis sepulchrum. ita Valla interpretatus est. σῆμα enim Græcis sepulchrū & monimentū significat: πᾶν τὸ σημαῖνον, quod est significare & indicare. Vide Ouid. lib. Meta. 13. Vide itē Plin. lib. 4. ca. 11. 11. & Strabonem lib. 3. Est eiusdem item nominis locus in Libya Mareotide, cuius meminit Stephan. & Strab. lib. 17.

Cynosura] pen. prod. (κυνόσουρα) minor Vrsa. Cicer. 2. de

Nat.

Digitized by Google

Nat.deor.150. *sic scribit Aratum citans,* Dicitur esse Polus. Hunc circum ἄρκτοι duo feruntur, nunquam occidentes: Ex his altera apud Graios Cynosura uocatur, Altera dicitur esse Helice. *Vide suprà in dictiõe* Arctos.

Ouid.3.Fast.22, —Cynosura petatur
Sidonijs, Helicẽ Graia carina notet. Cic.4.Acad.118. *Vide* Hyginum, *lib.2. in* Arcto minore, *&* Aratũ Germanico Cæsare interprete. Dicũt enim Cynosuram fuisse unam è Iouis nutricibus.

Cynosura Oua quæ dicantur. *Vide* Vrinum ouum.

Cynosurci] κυνόσουροι, Tribus una Megarensium. Hi enim, ut distinctio ordinis fieret, regionẽ omnẽ in quinq; olim tribus diuisere: ex quibus alij Heraci, nonnulli Piraci, alij Megarenses, pleriq; Trasspodicei, ultimi Cynosurci dicti. *Vide* Alexan.lib.Genial.1.cap.17.

Cynozolon] pen.cor. Herbæ chamæleonis genus: sic dictæ, quòd fœtore eius ricinia è canum auribus decidant. Plin.lib. 22. cap. 18. 4, de Chamæleone loquens, Et ricinos canum necant: iuuencas quoq; anginæ modo: quare à quibusdã Vlophonon uocatur, & cynozolon, propter grauitatẽ odoris.

Cynthus] κύνθος, Deli insulæ mons est, in quo natus est Apollo, & Diana. Vnde Cynthius Apollo: & Cynthia Diana. Virg.eclog.6,
Cynthius aurem uellit, & admonuit Pastorẽ, &c.
Rursum Aeneid.1,
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, &c.
Pura Cynthia. Valer.lib.2. Argon.12. Id est, Luna.
Moderatrix arcanæ noctis Cynthia. Stat.10. Thebaid.72.

Cynus] κύνος Stephano, Locrorum Epicnemediorum oppidum est, siue ut quibusdã placet, nauale, cuius meminit Plin. lib.4.cap.6. Liu.lib.8.Dec.3.

Cypaphapi] Molles, cinædi, impudici. κύπτω, foramẽ. κύπτω, inclino me. φάπτω, Venus. Firmic.lib.7.cap.16, In omni uerò genitura, si Luna in cauda Leonis fuerit inuenta, cinædos efficiet, matris Deorũ cypaphapis seruientes. Molles & impudici censebantur Galli matris deorum sacerdotes.

Cyparissa] urbs est Achaiæ: & Cyparissius sinus. Sic enim Plin. scribit lib.4.cap.5.3, in descriptione Achaiæ, Ad meridiem autem (inquit) Cyparissius sinus, cum urbe Cyparissa.

Cyparissæ] appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere solent ad similitudinem cupressi. Author Festus.

Cyparisseis] κυπαρισσήεις, Ciuitas est circa pristinam Macistiam, quæ deserta est. Alia est Messeniaca Cyparissia, eiusdem similiter nominis ut illa: dicitur q; Cyparissia numero singulari, genere muliebri: amnis uerò Cyparisseis dicitur. Verba sunt Stabonis, lib.8.

Cyparissia] quintum genus tithymali omnium maximum, quod tithymalus cyparissus uocatur. Plin.lib.26.cap.8.25. Quintum genus, cyparissiam uocant propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici, nascentem in campestribus: cui eadem uis helioscopio aut characiæ.

Cyparissus] κυπάρισσος, Thelephi filius, à Syluano & Apolline dilectus. Qui quum ceruum, quẽ amabat, imprudens occidisset, nimio dolore mutatus est in cupressum sui nominis arborẽ. Græci enim κυπάρισσον cupressum appellãt. Vide Ouidũ lib.10, Metam. Vide plura apud Seruium in illud 1. Geor.g. 4, Et tenerã ab radice ferens Syluane cupressum.

Est & Cyparissus, ciuitas circa Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen. Cuius meminit Pompon.lib.2.

Cyparissus] cyparissi, fœ.g. & per synæresin Cypressus: deinde cõuersione u in y, Cupressus dicitur κυπάρισσος. Virgil. Aeriæ quercus, aut conifer æ cyparissi. Mart.lib.12.46,
Daphnonas platanos, ac aerias cyparissos.

Cyperus] pen.prod.m.g. (κύπειρος) iuncus est angulosus, iuxta terram candidus, cacumine niger, pinguisq;: folia ima porraceis exiliora: in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix oliuæ nigræ similis, quã quum oblonga est, cyperida uocant, magni in medicina usus. Hæc Plin. lib.21.cap.18.5. Nostrates officinæ (inquit Ruellius lib.2.cap.4.) cyperum adhuc hodie nominant: rura Soucheti nomine norũt: quod Iunio mense radicitus eruunt, digeruntq; stipites in manuales fasciculos, quos prius insolatos aceti umbre conspergunt, siccatosq; frustatim tundunt, ut sua odoris gratia uestes interpositi commendent. *Vide ibidem plura.*

Cyperum neutro genere, apud Varronem 3.de Re rust.cap.16. 10. Et Colum.lib.12.cap.20.5.

Cyphanta] Portus est in sinu Argolico Achaiæ, cuius meminit Plin.lib.4.cap.5.

Cyphi] κύφι, Thymiamatis cõpositio est, dicata dijs, qua alum dè Aegyptij sacerdotes utuntur. Cõstat, ut Plutarchus ait, ex melle, uino, uua passa, cypero, resina, seseli, aspalatho, myrrha, bitumine, iũco, bryo, calamo, utroq; iunipero, cardamomo, lapatho. Rationẽ cõponẽdi uide apud Dioscor.li.1.ca.24.

Cyphon] κύφων, Tormenti genus apud Græcos. Id uerò ligneum erat uinculũ, siue, ut nũc, etiã ferreũ, uulgus Berlinã uocat. Vnde improbis quoq; Cyphonis nomẽ adhæsit. Dicitur Cyphon, ἀπὸ τοῦ κύφειν, id est à capitis proclinatione: nam & incuruati dicuntur Cyphalei. Apud quosdã ita cautum reperio, ut quisquis per audaciã legum placita risui habuisset, diebus uiginti in Archiuo uinctus Cyphone perseueraret nudus, melle ac lacte delibutus, ut apibus muscisq; esset pabulum: dilapsis uerò ijs, muliebri indutus uestẽ detur baretur in præceps. *Vide* Cæl.Rhod.lib.10.cap.5.

Cyphus] κύφος, Perrheborum mons est, & pagus eodem nomine, ut refert Strabo lib.9.

Cypirus] Herba est folia habẽs ad iridis similitudinẽ mucronata, quæ à Latinis gladiolus dicitur, radice bulbosa, & odore uicino nardo. Est & per se Indica herba, quæ Cyperis uocatur, gingiberis effigie, commanducata croci uim reddens. *Vide* Plin.lib.21.cap.18.

Cypria] harundo. Plin.lib.24.cap.11, Harũdo Cypria, inquit, quæ Donax uocatur, corticis cinere alopecias emẽdat, ũtẽ pertrescẽtia ulcera. Foliis eius ad extrahẽdos aculeos utũtur, etc.

Cypria Venus, q. ei primùm in Cypro insula templũ sit cõstitutũ: uel qa parientib. præsideat: q. Græcè κύειν párere sit. Fest.

Cyprinus] Pisces genus, ex congrorum genere, de quo Plin. lib.32.cap.11. 4. Quidam cyprinum piscem eum esse uolũt, quem nos Carpionem appellamus uulgò.

Cyprinum] oleum, factitiũ erat è glande Aegyptia, odorum causa, teste Plinio, lib.15.cap.7.4. Fortasse idem quod è Cypro arbore fiebat. *Vide* Cyprus arbor.

Cypriũm] Sabini bonum appellant. Vnde Cyprius uicus Romæ appellatus est, quo Sabini ciues additi confederant: sic enim à bono omine uocitandũ censuere. Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina, lib.4.

Cypros] κύπρος, Herba ex qua fit oleum. Plin.lib.23.cap.4. Natura eius, inquit, excalfacit, mollit neruos. Folia stomacho illinuntur: & uiduæ concitatæ succus quoq; eorum apponitur. Plura uide apud eundem.

Cyprus] κύπρος, insula inter alia nomina Macaria dicta, mirè fertilis est, in sinu maximo, qui Issicus circa Ciliciam dicitur, ad Ortum Occasumq; Ciliciæ, ac Syriæ obiecta est. Nouem aliquando regnorũ sedes, ut Plin. lib.5.cap.31. scribit: smaragdo, crystallo, ære, Cyprio cognominato, adamãte, & alumine nobilis: quã aliquando adnexam Continenti fuisse, idem author lib.2. scribit: De hac uide Strabonem, lib.14.

¶ Cyprius, Adiectiuum (κύπριος) Vnde tres paruæ insulæ huic propinquæ

propinquæ, Cypriæ nominatur. Et Venus Cypria, q; ei primũ in Cypro tẽplũ fit cõstitutum. Cic. pro Domo sua, 42.

Cyprium æs dicitur, quod uulgò cuprum nominatur. Plin. lib. 33. cap. 5. 7. Teritur Cyprio ære in Cyprijs mortarijs. Idem lib. 26. cap. 13. 6. In pyxide Cypria asseruatur.

Cypriũ, absolutè, pro ære Cyprio. Hoc est, quod ex Cypro insula adhuc ebitur. Plin. lib. 36 cap. 26.

Cyprus] κύπρος, in Aegypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, flore cãdido odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq; postea, quod cyprus uocatur. Precium ei in libras quinq;. Vulgò uocatur Guistrico, olineta è cambrosene. Latinè, Ligustrum.

Cypsella] oppidum Thraciæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 11. Strab. lib. 7. Cypsellum nominat.

Cypselus] pen. corr. tyranni nomen apud Corinthum, cuius meminit Cic. lib. 5. Tuscul. 154. Demarathus (inquit) Tarquinij regis nostri pater, tyrannum Cypselum quòd ferre nõ poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi fortunas suas constituit, ac liberos procreauit. Rursum in lib. de Fato.

Cypselus] Auis ex hirundinum genere. Plin. lib. 10. cap. 39. 1. Plurimum uelant quæ apodes, quia careãt usu pedum, ab alijs cypseli appellantur, hirundinũ specie. Nidificãt in scopulis. Hæ sunt quæ toto mari cernuntur: nec unquam tam longo naues, tamq; continuo cursu recedunt à terra, ut non circunuoluent eas apodes. Cætera genera residunt & insistunt: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent, aut iacent. Et ingenia æquè uaria, ad pastum maximè.

Cyrbiana] κυρβιανὴ, Elymæorum prouincia est, quibus finitimi sunt Sagapeni, & Silaceni, parui sanè principatus. Author Strabo lib. 16.

Cyrenaica] pen. corr. (κυρηνάϊκη) regio Africæ, eadẽ Pẽtapolitana, à quinq; ciuitatib. dicta, quarũ præcipua, & quæ regioni circũiacẽti nomẽ daret, Cyrene uisa est. Ita Strab. lib. ult. à Theræis Græcis conditã esse scribit, q ex Laconica profecti, Therã insulã prius colerent, hinc in Cõtinẽte Cyrenẽ ædificauerint. Ex horũ numero fuit Battus quidã q Cyrenes cõdendæ fuit author, quod alibi idẽ Strabo indicat. Inde Battiadas Syrenenses Silius nominat, lib 3.

Necnon Cyrenę Pelopei stirpe nepotis.

Battiadas paruos, fidei simulauit in arma. Diodorus Siculus lib. 5, scribit ex quorũdã senẽtia huic urbi nomẽ inditũ à Cyrene ipsius filia quæ quum apud Peleũ uirgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptã uirginẽ in Libyã, ad ea loca, in quibus postmodũ ciuitas cõdita est, asportauit, et ab eius nomine, Cyrene dicta. Eam regionem fertilissimam esse tradit Herodotus, in fine 4. lib. Cic. pro Plancio, 10.

Cyrene, Cyrenes, pe. prod. dicitur, et Cyrenæ Cyrenarũ, plurali numero: uide apud Catul. 7. 1, —laser luciferæ Cyrenæ. Vide Cyreniaca. Memmii & Plin. 5. cap. 5. 1.

¶ Cyrenæus, Adiect. (κυρηναῖος) Cic. 4. Acad. 135. Quid Cyrenaici? Videntur mihi minimè contempti philosophi.

¶ Cyrenaici, philosophi (κυρηναϊκοὶ) de quibus Cic. Tuscul. quæst. lib. 3, Atqui (inquit) ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in uoluptate posuerunt, uirtutemq; censuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiẽs esset uoluptatis. Qualis aũt fuerit Cyrenaica philosophia, docet Diogenes Laert. lib. 2. in Aristippi uita. Vide Ciceronem, lib. 3. de Orat. 35. & 3. Offic. 158.

Cyrillus] Præsul Dalmatiæ. Cyrillus item Alexandrinus præsul edidit uariarum hypotheseon tractatus. Homilias plurimas, quibus utuntur Græci: præterea aduersus Nestorium epistolas, quibus omnia occulta eius uenena reseluit. Is uixit tẽporib. Iuliani principis. Cyrillus præterea Hierosolymitanus Præsul, sæpe pulsus ab ecclesia, et receptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua sede perseuerauit: extant eius Catecheses. Hæc Hieronymus.

Cyrinus] pen. prod. Romanus cum Basilide, & Nabore sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab urbe lapide. Ex Volaterrano.

Cyrizoborca] Oppidum Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 19. Amnis Iomanes per Gangen, per Palliboiros decurrit inter oppida Methora & Cyrizoborca.

Cyrnaba] Scythiæ fluuius, non procul à Chryse sinu, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Cyrnea] κύρνεα, Vasis uinarij genus, ἐστὶ Nonio. Plaut. Amphit. Cadus erat uini, inde impleui cyrneam. Sunt qui Cyrnam scribant per i nostrum, & παρὰ τὸ νίζειν, hoc est, à miscendo dictum uelint.

Cyrni] Indorum populi, quos Isigonus apud Plin. scribit annis centenis quadragenis uiuere. Plin. lib. 7. cap. 2.

Cyrnos] κύρνος, insula, id est, Corsica, ut suprà dictum est in Corsica: unde Cyrnij, populi huius insulæ, qui longissimo æuo utuntur Plin. lib. 7. cap. 2. 18.

¶ Cyrnæus, a, um, Adiect. Virg. eclog. 9.

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Cyropolis] Regio est maritima, haud procul à sinu Persico, ut refert Plin. lib. 6. cap. 26.

Cyrrestica] regio, à Cyrre dicta est, ubi Cyrrestis dea colebatur, quã Mineruã interpretantur Plinius & Ptolemæus.

Cyrrha] κύρρα, oppidum in Phocide, iuxta quod & Cyrrhæi campi ad Phocidem attinent, unde & Cyrrhæos scopulos, & antra Cyrrhæa, fontesq; Cyrrhæos, ro Phocensibus Parnassijsue poetæ cognominant. De Cyrrhæis campis copiosè disseritur in orationibus aduersarijs Demosthenis & Aeschinis. Mart. lib. 1. Epig. 72. ad Flaccum,

Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permessidos undis?

Cyrrha scopulosa. Plin. lib. 3. 35. Iacet enim sub Cirphim rupem: ut author est Strabo lib. 9.

Cyrrhæa templa. Claud. de bello Gigant. 7.

Secreta Cyrrhæa. Lucan. lib. 1. 13. Id est, Apollinis oraculà apud antrum Cyrrhæum.

Cyrrus] κύρρος, Stephano Syriæ oppidũ, cuius incolæ Cyrrhestæ dicuntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 23. Sunt itè Cyrrhestæ Macedoniæ populi, non procul à Pella Alexandri patria, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 10.

Cyrsilus] κύρσιλος, Athenienſis, lapidibus obrutus, quòd honesta suaderet: Cicerone authore lib. 3. de Offic. 36.

Cyrtæa] κύρτεια, oppidum est ad mare rubrum, in quòd Artaxerxes Megabyzum relegauit. Stephanus.

Cyrus] κύρος, Cabysis & Mandanes filius fuit. Hic qui sui Astyagis iussu expositus, q; per somnium ex naturali filiæ, quã unicã habebat, uitẽ enatã uidisset, cuius palmite omnis Asia obumbraretur. Hic dũ exponitur (mirũ) à cane fœmina aliquãdiu lactatus est: tandem à regio pastore educatus, fatis uolentibus, in Persarũ regẽ assumptus est. Quibus quũ diu imperasset, à Tomyri Scytharũ regina cũ ducentis millibus Persarum cæsus est, ut authores sunt Herodotus & Iustinus. Dictus porrò Cyrus est à Cyro flumine, quod per curuã Persiã fluit, ut scribit Strabo lib. 15. Huius Cyri historiã scripserũt Xenophon philosophus octo uoluminibus, Herodotus & Iustinus lib. 1. Fuit & Cyrus poeta, præfectus prætorij Theodosij iunioris, de quo Patricius ob ingeniũ facetus, fauẽte magnopere Eudoxia imperatoris uxore, quæ poetas, & carmina ualde diligebat: eius etiã opera, quũ ageret Hierosolymis, Præsul ad extremũ factus in Coryleo Phrygiæ, peruenit usq; ad Leonẽ imperatorem. Author Suidas.

Cyrus] nomen duorum fluuiorum, quorum unus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur

in monte Caucaſo. Alius eſt in Media.

¶ Cyreus, Adiect. Quod eſt Cyri. Cic. Att. lib. 4. epiſt. 9, Noſtram ambulationem, & Laconicum, eaq; quæ Cyrea ſunt, uelim quum poteris inuiſas. Id eſt, quæ Cyrus architectus fabricatus eſt. (Stephanus.

Cyta] κύτα, oppidum regionis Colchicæ, & patria Medeæ.

¶ Cyteus, Adiect. (κυτεῦς) ut, Virgo Cytæa, id eſt, Medea. Valer. lib. 6. Argon. 32.

Cytei, populi qui & Colchici. Valer. lib. 6. Argon. 85.

Terræ Cytææ, Colchi. Valer. lib. 6. Argon. 139.

¶ Cyteinus, pen. prod. (κυταινός) aliud Adiect. ut, Carmina Cyteina, id eſt, Medeæ Colchicæ. Propert. lib. 1. eleg. 1. 5.

Cyteorum] Ptolemæo, Cotyorum Plinio, Cappadociæ oppidum, hodie Cecimo.

Cythæron] pen. prod. Cythæronis, pen. etiam prod. (κυθαιρών) Saltus eſt in Bœotia apud Thebas, Muſis ſacer. Plin. lib. 4. cap. 7. 4, Et Muſis natale in nemore Heliconis aſſignant. Datur & his Thebis (Bœotias intelligit) ſaltus Cythæron. Solinus cap. 12, Apud Thebas Helicon lucus eſt, Cythæron ſaltus, amnis Iſmenius. Seruius in illud 10. Aeneid 33, Pandite nunc Helicona deæ. Parnaſſus (inquit) mons eſt Theſſaliæ iuxta Bœotiã, qui in duo diuiditur iuga, Cythæronẽ Liberi, & Heliconẽ Apollinis & Muſarum. Hactenus ille. Cui ſubſcribit Lactantius, & Stat. 1. Theb. Sed utrunque putant errare docti. Herodotus enim lib. 8, tradit è Parnaſſi uerticibus alterum uocari Thitoreum, alterum Hyampæum. Auſon. in Griph.

Sacrauit toties ternas ex ære Cythæron.

Nocturnus Cythæron. Virg. 4. Aen. 61. Hoc eſt, nocte celebratus, unde ipſa ſacra, Nyctelia dicebantur. Seruius.

Infelix Cythæron. Valer. Flac. 5. Argon. 17, Infelix ſanè, ob ſcelera in eo admiſſa. Ibi enim Actæon à canibus interfectus eſt, ibi Orpheus à Mænadibus diſcerptus, ibi Pentheus ab Agaue matre lacerãtus.

Cytherus] Piſcis eſt maris peculiaris, teſte Plin. lib. 32. ca. 11.

Cythera] pen. prod. (κύθηρα) in Laconico ſinu inſula eſt, de qua Plin. lib. 4. cap. 12, ſic ſcribit, Cythera cum oppido in Laconico ſinu, antea Porphyris appellata. Hæc ſita eſt à Malleæ promontorio v. m. paſſ. ancipiti propter anguſtias ibi nauiũ ambitu. Hactenus Plin. Heſiod. in Theogonia tradit Venerem ab oppido, Cytheream cognominatã: Seruius aũt ab inſula cognominatam tradit. Neutro genere & numero plurali protulit Valer. lib. 8. Argon. 46,

Idalium ſurto ſubit, aut dilecta Cythera. Virg. quoq; lib. 1. Aen. 137,

Hunc ego ſopitum ſomno, ſuper alta Cythera. Sic 10. Aen. 18. Ouid. 4. Faſt.

Tunc læua Creten, dextra Pelopeidas undas
Deſerit, & Veneri ſacra Cythera petit.

Phœnicis filius nomen indidit, ut author eſt Stephanus.

¶ Cythere, Cytheres, pen. prod. Venus. Auſonius in Epigram.

Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.
Illa, uoluptatis nil habet: hæc, nimium.

¶ Cytherea, pen. prod. (κυθέρεια) Venus. Virg. 1. Aeneid. 53, Parce metu Cytherea. Dicitur & Cythereia, teſte Seruio in 6. Aen. 102. Ouid. tamen ſecundã produxit lib. 4. Faſt. 15.

Mota Cytherea leuiter mea tempora myrtho, &c.

¶ Cytherea, Venus, ab Vrbe Cythera, in quam primùm deuecta eſſe dicitur concha, quum in mari eſſet concepta. Feſtus.

¶ Cythereis, pen. prod. huius Cythereidis uel Cythereidos, pe. corr. (κυθέρεις) Venus. Ouid. 4. Metam. in Hermaphroditi fabula,

Mercurio puerum diua Cythereide natum. Idem tamen uidetur alium ſyllabis mensum dediſſe, lib. 15. Metam.

Armigerumq; Iouis, Cythereidaſq; columbas. Et ſicut legit Cælius Rhodiginus, lib. 17. cap. 7. Ego uerò auſim contẽdere Cythereiadas eſſe legendum, à nominatiuo Cythereias Cythereiadis, uel Cythareiados. (lib. 14. 206.

¶ Cytheriacus, pen. corr. (κυθηριᾶκος) adiectiuum. Martial.

Sume Cytheriaco medicatũ nectare ceſtos. Ouid. epiſt. 7,

—— quia mater amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

¶ Cythereius, Adiect. quinq; ſyllabarum. Mart. lib. 8. 45, Cythereia Cypros. Ouid. 3. Faſt. 123, Cythereius heros. Id eſt, Aeneas Veneris filius.

¶ Cythereia, pro Venere. Ouid. 4. Metam.

Exigit iudicij memorem Cythereia pœnam.

Cytheris] Meretrix, à Cornelio Gallo poeta adamata, quæ alio nomine Lycoris dicitur. Vide in Dictione Cornelius Gallus, & Seruium 10. Eclog. Virgilij.

Cythnos] κύθνος, Inſula una Cycladum, ut ſcribit Pompon. Mela, lib. 2. Ouid. 5. Met. 51,

—— inde cæua circundata naue Seriphon
Deſerit: à dextra Cythno, Cyaroq; relictis.

Cythos] κύθος, Os capitis uniuerſum uocatur, ut Pollux inquit: Latini Caluam, & Caluariam dicunt, ut Celſus item teſtatur. Ariſtot. περιχωρὴν intelligit, quòd capillis integitur. Plura apud Cæl. lib. 3. cap. 23.

Cytinium] κυτίνιον, Ciuitas una eſt ex quatuor Dorienſium urbibus, quæ commemorantur à Strab. lib. 9. Plin. Cytinum uocat, lib. 4. cap. 7.

Cytinus] maſc. g. (κύτινος) Flos ſatiuæ punicæ. Plin. lib. 23. cap. 6. 10, Primus pomi huius partus florere incipientis, Cytinus uocatur Græcis. Vide Ruellium.

Cytis] Inſula ad fauces rubri maris, non procul à Berenice urbe Epiri cognominata, topazium gemmam ferens. Author Plin. lib. 6. cap. 29.

Cytiſus] pen. corr. maſc. gen. (κύτιος) Genus fruticis. Plin. lib. 13. cap. 24. 1, Frutex eſt & cytiſus, ab Ariſtomacho Athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo ouium, aridum uerò etiam ſuum. Spondetq; iugero eius annua H-S. M. M. uel mediocri ſolo reditus. Vtilitas quæ eruo, ſed ocyor ſatietas, perquam modico pingueſcente quadrupede, ita ut iumenta hordeũ ſpernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super omnia, pecorũ medicina à morbis omni uſu præſtante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridũ, atq; in aqua decoctũ, potui cũ uino dari iubet, firmiores celſioresq; infantes fore. Viridem etiam gallinis: aut ſi arueſcit, madefactum. Apes quoq; nunquã deſore cytiſi pabulo contingente promittunt Democritus & Ariſtomachus. Nec aliud minoris impendij eſt. Sunt qui ſcribunt per th aſpiratum. Virg. eclog. 1. 12,

Florentem cythiſum, & ſalices carpetis amaras.

Vbi Seruius, Cythiſum, genus fruticis, uel herba quæ naſcitur inter campos & ſyluas in Cythiſa ciuitate.

Cytorus] pen. prod. (κύτωρος) Paphlagoniæ mons buxo abundans, quẽ Macedoniæ eſſe magno errore credidit Seruius. Virg. lib. 2. Georg.

Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Ab hoc, quæ buxea ſunt, Cytoriaca dicta. Ouid. lib. Met. 4,

Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines. Sed lib. 6. alter,

Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat. Oppidũ aliquando Sinopenſium emporium fuit, ſic à Cytoro Phryxi filio dictum, ut ſcribit Strabo, & Steph.

Buxifer Cytorus. Catul. 4. 3.

¶ Cytoriacus, pen. corr. (κυτώριος) Adiect. & Cytorius: ut, Iugum Cytorium. Catul. 4. 3.

Cyzicena] terra eius naturæ eſt, ut qualibet magnitudine exciſa, &

Digitized by Google

excisa, & demersa in mare, lapidea extrahatur, & undis inexpugnabilis, referente Plin. lib. 35. cap. 13.

Cyzicenus] Athenien sis philosophus, excellens in geometria maximè.

Cyzicus] κύζικος, Vulgò Cyzico, siue Cyzicum, Insula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti, habens urbem eiusdem nominis, mœnibus, arce, & turribus marmoreis, cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iason per imprudentiam interemit. De hoc Ouid. lib. 1. Fastorum,

Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Cyzicon, Aemoniæ nobile gentis opus. Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cũ primis Asiæ urbibus cõparanda, paci & bello apta, tribus armamentarijs inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. Huius habitatores Cyziceni appellantur.

D

LITERA, In ordine Alphabeti quarta: quæ quandoq; conuertitur in B. ut qđ olim duellum, nos iã bellum dicimus: & Duellona, bellona: aliquando in L. ut à sedeo, olim selda dicebatur, quæ nunc sella. Nonnunquam etiam in R. ut meridies, ab eo quod est medius dies.

D literæ cum T, quædam cognatio. Quintil. lib. 1. cap. 4. 12. Quid D literæ cum T quædam cognatio? Quare minus mirum, si in uetustis operibus urbis nostræ, & celebribus templis legantur Alexanter, & Cassantra.

D. E. R. I. C. notæ, quibus in senatusconsultis scribendis utebantur, pro De ea re ita censuerũt. Vt apud Gell. lib. 4. cap. 6, Quod C. Iulius L. filius Pontif. nunciauit in sacrario in regia hastas Martias mouisse, D. E. R. I. C. ut M. Antonius consul hostijs maioribus Ioui & Marte procuraret.

D. C. uel C AE S. Diuus Cæsar. D. C. A. Diuus Cæsar Augusti. D. C. S. De Consulum sententia. D. Diuus uel Diua, Deuotus, Diutius, Decius, Drusus, Domus, Ditauit, Dedit, Quingẽta. D D. Deo dicauit, Dotis dictio, uel datio, Dijs dantibus, Dono dedit, donauit, Deo domestico, Decreto Decurionũ. D D. Dedicauit, uel Deuicauerũt. D D. L. M. Dono dedit libero munere. D D. N N. Dominis nostris. D D. S Dijs Deabus sacrũ. D D. D. Dono dedit, dicauit: Datus decreto Decurionũ, seu dono Decurionũ: uel Dono Decurio dedit. D. D. D. D. Dignũ Deo donũ donauit. D. A V G. uel A. Diuo Augusto. D. E. R. I. C. De ea re ita curatũ, uel cõsultũ est D. F. Dotẽ fecit, uel dolum, uel donũ, uel Decij filius, uel Defunctus. D. G. Dedit gratias. D. H. Donauit, dedit Hæredibus. D. I. M. Dijs inferis maledictis. D. I. Dijs immortalibus, uel Dari iußit. D. I. S. Dijs immortalib. sacrũ. D. L. Donauit locũ, uel Decij libertus, Dat laudes. D. L. A. P. Donum libens animo posuit. D. L. D. P. Dijs locũ dedit publicè. D. L. S. Dijs larib. sacrũ. D. L. Delego. D. M. Domus mortui, Dijs Manibus. D. M. S. Dijs manibus sacrũ. D. M. Dolum malum, uel Dubiũ malũ. D. M. F. V. C. Doli mali, fraudis ue causa. D. M. A E. Deo magno æterno. D. N. Domino nostro. D N. Dominus. D N N. Dominis. D. O. M. Deo optimo maximo. D. O. Dijs omnib. uel Deo optimo. D. P. R. De pecunijs repetũdis. D. P. S. Deo posuit sibi. D. P P. Deo perpetuo. D. P. Diuus Pius, uel Dijs penatib. uel Dijs paternis, uel Dotem petijt. D P. S. D. L. D. P. Deposuit sibi, Dijs locũ dedit publicè. D. Q. Dijs Quirinalib. uel Diuus Quæstor. D. Q. R. De qua re. D. Q. S. De qua suprà. D. R. Drusus. D. S. P. De sua pecunia. D. S. P. L. D. De sua pecunia Laribus dant, uel dedit, uel dederunt. D. V. Deuotus uestræ. D T. D. D. P. F. Duntaxat decem denunciandi potestatẽ faciã. D. T. S. P. Diẽ tertiũ, siue perendinũ. D. V. Deuotus uir, uel uester, uel uestræ, uel Dijs uolentibus, uel Dies quintus.

D litera, datum significat, ut in extrema præfatione Institutionum, D. C. P. Id est, Datum Constantinopoli: & alibi frequenter.

D cur pro qngentis usurpetur, uide M. putat Priscianus, etc.

Daæ] Daarũ populi Scythici, ut ait Seru. Virg. 8. Aen. 144, Indomiti Daæ, & pontem indignatus Arapes.

Dabanegons] Regio Arabiæ, de qua Plin. lib. 6. cap. 28.

Dabula] Palmæ genus apud Scenitas Arabas, quod Iubaë omnibus saporibus præfert, ut author est Plin. lib. 13. cap. 4.

Daca] Poma sunt utilissima, inquit Plin. quanquam prima aduentu, decerpiq; properantia. Hæc ille lib. 15. cap 14.

Dacia] Δακία, Regio in Scythia, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Alij prouinciam citra & ultra Istrum esse autumant Hæc (ut Ptolemæus scribit) à Septentrione, parte Sarmatiæ, à Meridie, Danubio terminatur: quam nonnulli Valachiam magnam esse uoluerunt.

Dacisiani] milites Claudio Imperatori dicebãtur, quos Nero Augustianos uocabat, utpote qui ex legionarijs, alarijs, et manipularib. electi, propriũ aliquod, et ab alijs diuersum, pro Imperatoris libito, nomen sortiebãtur. Hinc Probus Decimanos, Alexander Seuerus Optensionales, Tiberius Vigesimanos habebant, & sic de reliquis. Vide Alex. ab Alex. lib. Genial. 6. cap. 22.

Dacrymas] authore Festo, Liuius Andronicus appellabat, quas nos lachrymas: Græcos sequutus, qui δακρύειν uocant lachrymari, & δάκρυα lachrymas. Vnde etiam constat uerbum Lachrymor, & nomẽ Lachryma, melius sine aspiratione scribi, quemadmodũ uox Græca, à qua originẽ trahunt.

Dactyli] Idæi (δάκτυλοι ἰδαῖοι) Magnæ matris ministri et assessores dicti fuere: ea ratione nuncupati, quòd sub Ida habitarent, qui mons Matri deũm dicatus credebatur, ut ait Strabo Porrò Idæos Dactylos Sophocles decem existimauit, quinq; mares primùm natos, qui ferri fabricam excogitauere, alia q; permulta: quinq; horum fuere sorores: ab hoc numero dactyli, id est, digiti nuncupati. Horum uerò nomina sunt, Hercules, Pæon, Epimedes, Iasius, Idas. Iulius Pollux de manu loquens, lib. 2. Corybantes, inquit, dactylos etiam nuncupari tradunt, pleriq; propter numerum, quòd scilicet quinq; sint: alij autem quòd Rhea administrarẽt omnia. Hactenus ille. Sunt qui Idæos quatuor tantùm numerent, Salaminum, Damnaneum, Herculem & Acmonem. Pherecides duos & quinquaginta fuisse existimat. Strabo centum Idæos dactylos in creta habitasse scribit. De his etiam meminit Diodorus Siculus, quem uide.

Dactylus] huius dactyli, pen. corr. (δάκτυλος) à Latinis dicitur digitus: unde dactylotheca, quæ & chirotheca à Græcis, pro tegumento manus uel digitorum sumitur.

Dactylus, pes metri, constans prima longa, & duabus breuibus: ut, scribite. Herous pes à Cicerone uocatur, lib. 3. de Orat. 100. quòd eo scribantur facta heroum & principum. Et in Orat. 126.

Dactylus, piscis genus è concharum genere. Plin. lib. 9. cap. 61, Concharũ è genere sunt dactyli, ab humanorũ unguiũ similitudine appellati. His natura, in tenebris remoto lumine, alio fulgore clarere: & quanto magis humorem habeant.

Dactylus, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. 29, Idæi dactyli in Creta, ferreo

ta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt.

Dactylus, herba. Plin. lib. 24. cap. 19. 11, Sunt qui & aculeatum gramen uocãt, trium generũ. Quũ in cacumine aculei sunt plurimũ quini, dactylon uocant: hos conuolutos naribus inserũt, extrahũtq; sanguinis ciẽdi gratia. Altero, quod est Aizoo simile, ad paronychia & pterygia unguium, & quum caro unguibus increuit, utuntur cum axũgia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis aut tegulis.

Dactyli, pro fructibus palmæ arboris, quos Græci φοίνικας uocant. Apitius, Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinq;, bis denique dactylis nunc mollitis est. Hinc medicamentum quod uulgò dicitur de dactylis, uel Græcis diaphœnicon.

¶ Dactylicus, pen. corr. Adiect. (δακτυλικὸς) Cic. in Orat. III, Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.

¶ Dactylis, Dactylidis: ut, Dactylides uites, dictæ à gracilitate digitali: uel fortassis quòd grana habeant dactylis similia, hoc est, fructui palmæ arboris. Plin. lib. 14. cap. 3. 4 Has etiam Dactylos uocat. Colum. lib. 3. cap. 2. 2.

¶ Dactyliotes (δακτυλιώτης) Digitus est, qui Latinis sonat annularis. Pollux lichanum appellat. Romani uerò annularem seu medicum. Illo enim, quum ueniam poscebant à dijs, locum Nemeseos (quæ dea ultrix malorum fuit, fautrix autem bonorum) post aurem dextram obsignabant. Ipsa enim Rhamnusia dicta, ibi locum uenerationis habet. Alexan. ab Alex. lib. 5. cap. ult.

¶ Dactyliotheca, dactyliothecæ, pen. prod. (δακτυλιοθήκη) Annulorum capsula. δακτύλιος enim annulus est, θήκη capsula, siue arcula, ubi quid reconditur. Vlp. in l. librorũ. §. fin. de legat. 3, Dactyliothecam meam, & si quos præterea annulos habeo, etc. Paul. l. argento. de leg. 3. ff. Annulis legatis dactyliothecæ non cedunt.

Dactylotheca, Idem quod Dactyliotheca. Martial. libro IX. epigram. 80,

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos:
Nec quum lauatur. causa quæ sit, quæritis?
Dactylothecam non habet. Sunt tamen, qui & hic legendum putent Dactyliothecam, ne uidelicet secunda syllaba producatur. De Dactyliotheca uide etiam Plin. libro 37. cap. 1.

¶ Dactylius, dactylij, Diminutiuum, m. g. Annulus, δακτύλιος.

¶ Dactylidion (δακτυλίδιον) Annulus siue gemma, aut sigillo. Gualtherus apud Pollucẽ, lib. 5. cap. 16. uertit Condulũ.

Dactylis] idis, Sculptoris insignis nomen; cuius laudata opera in hortis Seruilianis haberi, refert Plinius libro 36. capite 5.

Dactylotum] ti, neut. gen. δακτύλωτον, Genus quoddam uasis uinarij: sic dictum ex proiecturis digitorum, quo Dionysius aliquando libasse fertur. Alex. ab Alex. Genial. libro 3. cap. 10.

Dacus] Daci (Δάος) siue Daci, Dacorum, siue Dacæ, dicuntur, qui olim (teste Strab. lib. 10) Daui siue Δάοι appellati sunt. Ex quo apud Athenienses Dauorum nomina seruilia plurimùm abundabant. Hinc factum est, ut in Comœdijs serui introducantur, Daui nominati, qui alio nomine Getæ dicti sunt.

Asper Dacus. Hor. 1. Carm. ode 35. 2.

¶ Dacus, Daca, Dacum, quod est à Dacia. Spartianus, Ad bellum Dacum, Traianum familiarius prosecutus est.

Prælia Daca. Stat. 4. Sylu. 2. 14.

¶ Dacicus, pen. cor. (Δάκικος) qui Daciam uicit: sicut à Germania, Germanicus. Iuuen. Satyr. 6, — quum lance beata
Dacicus & scripto radiat Germanicus auro.

¶ Dacius, etiam Adiect. (Δάκιος) ut, Arma Dacia. Claud. 4. Paneg. 67.

Dadicę] populi Scytharum ex parte Asiæ, ut scribit Herodotus lib. 4.

Daduchus] Δαδούχος, Maximus erat sacerdos apud Athenienses, Herculis stephanophorus, Palladis Eteobutades à Bure propagati, ex qua familia longo tempore sacerdotio præfuere. Vide Alex. ab Alex. lib. Genial. 2. cap. 8.

Dædala] neut. gen. Vrbs Lyciæ, à monte Lyciæ, seu à Dædalo ibi sepulto. Plin. lib. 5. cap. 27.

Dędaleon] Insulæ duæ contra Chimeram. Vide Plin. lib. 5. capite 31.

Dędalus] pen. corr. (Δαίδαλος) Atheniensis, clarus architectura, Telen puerum discipulum suum interemit ob inuidiam, quòd figuli rotam reperisset, & ferram, inuenta spina piscis ad eius similitudinem formata. Ob quam rem actus in exilium, uenit in Cretam, in Minois regis amicitiam, eiq; Labyrinthum construxit. Pasiphaæ quomodo cum tauro concumberet inclusa ligno, monstrauit: quam ob causam inde aufugit in Siciliam, aptatis alis Icaro filio: qui cadens, mari nomen dedit. Minoe igitur eum persequente bello, à Cocalo rege specie colloquij in thermis retentus est, donec æstu suffocaretur. Hæc Diodorus lib. 15. Vide Ouidium 8. Met. & Virg. 6. Aen. Ex huius artificis excellentia natum prouerbium, ut clara opera, Dædala appellentur: ut Virgilio, Dædala tecta. Vide Minotaurus.

Volucer Dædalus. Valer. 1. Argon. 141.

¶ Dædalus, Dædala, Dædalum (Δαίδαλος) Adiect. item Dea Tellus Dædala. Lucret. lib. 1. 2. (daleus.

Fingere tecta Dædala, id est, ingeniosa. Virg. 4. Georg. 36.

Parit natura rerum Dædala. Lucret. lib. 5. 47.

Polire signa Dædala, id est, artificiosa. Lucret. lib. 5. 291.

Claustra Dædala. Senec. Hippol. 12. 4, Significat Labyrinthũ.

Iter Dædaleum. Propert. 2. lib. eleg. 15. 2.

Dęmogorgon] Δαμογοργών, Latinè dicitur Deus terræ, quo nomine ueteres intelligebant naturam rerum omnium matrem, & altricem.

Dęmon] huius Dæmonis, pen. corr. (Δαίμων) Latinè dicitur sciens. Dæmones dicuntur à Christianis spiritus in cælo à Deo creati, qui de cælo deiecti, partim in terræ imo, partim in hoc aere damnati sunt.

¶ Dæmonium, diuinum quiddam esse existimabat Socrates, cui parebat, teste Cicerone in 1. lib. de Diuin. 198. Idem in lib. de Vniuersit. 48, inquit, Reliquorum autem quos Græci Δαίμονας appellant, nostri (opinor) Lares, si modò hoc rectè conuersum uideri potest.

¶ Dæmonicus, pen. corr. Adiectiuum (Δαιμόνιος) ut, Dæmonicæ fraudes apud Lactantium.

¶ Dæmoniacum, pen. cor. Qui à dæmone possidetur.

Daer] Δάηρ, Græcis est mariti frater: Latinis Læuir, quod et Alciatus probat. At mariti soror Glos à nobis, ut Rhodiginus ait, dici potest. Idem Alciatus, quin & alij obseruarunt, haud rectè ab Accursio Leuirum uxoris fratrẽ, quasi Læuum uirum acceptum, quũ Læuir solùm sit mariti frater.

Dęta] æ (Δαίτη) Soror fuit Thyestis, cum qua rem habens Enorchum genuisse memoratur, à quo Dionysius Enorches apud Lycophronem dictus est. Vide Cæl. lib. Antiq. lect. 7. cap. 13.

Dagnades] sunt auium genus, quas Aegyptij inter potandum cum coronis deuincire soliti sunt, quæ uellicando, mortificandoq;, & cantillando assiduè, non patiuntur dormire potantes. Author Festus.

agon]

Digitized by Google

Dagon] *Δάγων, Deus fuit à Phœnicibus cultus, Cœli filius ab eis existimatus, & Saturni frater. De hoc in primo Regum capite 5. multa leguntur, quum in eius templo captam arcam Domini Philistæi reposuerunt, magni sui periculo, & maiore miraculo. Meminit & Suidas.* Hunc Phœnices *frumenti & aratri inuentorem putabant.*

Dahę] *Scytharum populi, teste Plin. lib. 6. cap. 17.*

Dahippus] *Statuarius nobilis, cuius opera enumerat Plin. lib. 34. cap. 8.*

Dai] *Δάοι, Persarum populi, omnes pastores. Herod. lib. 2.*

Dale] *Δάλε, Oppidum in Teuthrama regione, quam Mysi antiquitus tenuere. Plin. lib. 5. cap. 30.*

Dalion] *Δαλίων, Fluuius prope Pylon, de quo Strabo libro 8, Duo quoque propè fluunt amnes, Palion & Acheron Alpheum intrantes.*

Dalion, Herbarius, *cuius meminit Plin. lib. 20. cap. 17.*

Dalium] *supinum ait esse Aurelius, Aelius stultum: Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra uerò dici putat ipsum, quem Græci Δείλαιον, id est, propter cuius fatuitatem quis misereri debeat. Ex Festo.*

Dalmatia] *Δαλματία, regio Illyrica ad mare Adriaticum spectans, contermina Liburniæ, uersus Occasum: à qua Dalmatæ populi, qui (ut scribit Florus) plerunque in syluis degunt, inde ad latrocinia promptissimi. Ii ab Augusto Cæsare domiti fuere, ut scribit Appianus. Dalmatia plurimum auri profert, ut scribit Plinius libro 33. cap. 4. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 9.*

Frondens Dalmatia. *Claud. in Ruff. 8.*

Montana Dalmatia. *Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 16.*

¶ Dalmata, huius Dalmatæ, pen. corr. (*Δάλμα*) Qui ex Dalmatia est. *Cic. ad Vatinium, lib. 5. 11. 5,* Dalmatis dijs malefaciant, qui tibi molesti sunt.

Dalmatæ montes. *Stat. lib. 4. Syl. 7. 3.*

¶ Dalmaticus, pen. corr. Dalmaticum bellum, *Sueton. Frigus* Dalmaticum, *Vatin. ad Cic. lib. 5. 10. 1.*

Fluctus Dalmatici. *Lucan. 2. 81.*

¶ Dalmaticatus, Dalmatarum uestibus indutus. *Lamprid. in Commodo,* Dalmaticatus in publicum processit.

Dalmaticus] *Viri proprium. Cic. Post redit. ad Quirit. L.* Dalmaticus pro *Q. Metelli reditu deprecatus, &c.*

Dalminium] *Δαλμίνιον*, Dalmatarum ampla ciuitas, à qua & cognomen gens illa uendicat. Eam Nasica exilem reddidit, agrumq; desolatũ pecori pascendum, ut author est Strabo lib. 7.

Dama] æ, Mulieris proprium nomen, quam Pythagoræ fuisse filiam memorant, cuius ingenium & doctrinam in exponendis paternis sententiarum inuolucris nemo non miratur. Memimit Cæl. Antiq lect. lib. 14. cap. 1.

Dama, apud Syros seruorum peculiare nomen, sicut Lacedæmonijs dicebantur Heloteæ, apud Phryges Manes, & apud alios aliter. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20. Turnebus in illud Horatij, Vis ne tegã spurco Damæ latus? &c. Dama, inquit nomẽ seruile est, diminutionis forma à Demetrio deductum, & in Horatio libertini hominis, etsi pro uilissimis & sordidissimis semper habebãtur, quod ex his Senecæ uerbis probat, Idem res dicebat omnium sordidissimas acetum, & puleium, & Damam, & Phileroten, laternas & spongias. Hæc ille.

Dama] *dáma (Δορκάς)* Genus capræ syluestris, tam masc. quàm f. g. Virg. 8. eclog. (94,

Cũ canibus timidi ueniẽt ad pocula damæ. *Mart. lib. 13.*

Dente timetur aper: defendunt cornua ceruum,
Imbelles damæ quid nisi præda sumus? *Hor. 1. Car. od. 3. 2,*
Et superiecto pauidæ natarunt Aequore damæ.

Veloces damæ. *Senec. Hippol. 1. 11.*

Agitare damas. *Ouid. 10. Met. 108.*

Figere damas. *Virg. 1. Georg. 62.*

Damæthus] *Δάμαθος*, Cariæ rex fuit, qui filiam suam nomine Syrnam, cùm tecto delapsam, Podalirius eam missò ex utroq; brachio sanguine persanasset, eam illi in uxorem dedit, tradita in dotem Cheronesso. Meminit Cælius, apud quẽ plura lib. 13. cap. 13.

Damæus] *Δάμαιος*, Neptunus cognominatus, quòd primus artem domandi equos docuerit, unde & Hippium appellari etiam legimus, quasi dicas Equestrem. Ex Cæl. Antiq. lect. 14. cap. 18.

Damascene] pen. prod. Syriæ pars, quæ & Cœle & Mesopotamia dicitur, circa Libanum: sic dicta à Damasco, clarissima ciuitatum. Author Pomponius Mela, lib. 1.

¶ Damascenus, Adiect. (*Δαμασκηνὸς*) *Plin. lib. 15. cap. 13,* In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syriæ Damasco cognominata. *Mart. lib. 5. 18.*

Damascius] *Sigiæus, historicus, Herodoti tẽpore ante bellũ Peloponnesiacũ scripsit de rebus in Græcia gestis: præterea de maiorib. eorũ qui ad Troiam profecti sunt, & de Poetis & Sophistis, aliaq; complura, ut author est Suidas.*

Damascus] *Δάμασκος, Syriæ urbs, à qua Damascene regio dicta. De Damasco sic Strabo, lib. 16,* Damascus urbs est insignis, omnium ferè nobilissima quæ in ea sint regione, Persiæ uicina.

Ventosa Damascus. *Lucan. lib. 3. 43.*

Damasia] *Δαμασία*, Oppidum Vindelicorum, & ueluti arx quædam Lycattiorum, qui ad Vindelicos pertinent. *Strab. lib. 4.*

Damasithynus] *unus fuit è Ducibus Xerxis Persarum regis, teste Herodoto, lib. 7.*

Damassonium] *Δαμασσώνιον, Herba est, plantaginis folia habens, angustiora tamen, & in terram reflexa. A Dioscoride Alisma appellatur.* Nonnulli putant eam esse, quàm uulgus Plantaginem aquaticam uocat: alij illam quæ ab officinis Fistula pastoralis dicitur. Vide *Plin. lib. 25. cap. 10. & Galen. lib. 6. Simpl.*

Damasus] *Scombrus, Trallibus oriundus, clarus & grauis orator fuit, ut refert Strab. lib. 14. quem uide.*

Damasus (*Δάμασος*) Romanæ urbis episcopus quidam fuit, Hieronymi tempore, ut ipse testatur. Meminit & Cælius Antiq. lect, lib. 14. cap. 8.

Damea] Ciuitas in Ciliciam & Cappadociam, Apamia postea dicta, quam sic uocatam initio ferunt, quòd ferocissimas gentes domuisset. Author *Plin. lib. 5. cap. 30.*

Dameas] *nobilis statuarius, cuius meminit Plinius libro 34. cap. 8.*

Damia] Dea fuit, quam peculiari religione eum Auxesia Epidaurij coluere, de quibus uide in 5. lib Herodoti, & suprà in Auxesia.

Damia, Cognomen Cybeles, & Damatris eius sacerdos.

Damianus] Ephesius, Sophista nobilis, circa M. Antonini principis tempora diuitijs ac potentia inter suos præditus, uiros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoque genus secundum naturam imitatus. Author Philostratus in Sophistis.

Damis] *Δάμις*, Philosophus fuit, Apollonij Thyanei comes, de quo plura apud Philostratum de uita Apollonij. Meminit huius & Cæl. lib. 6. cap. 12.

Damium] *sacrificium quod fiebat in operto in honorem Bonæ Deæ, dictum à contrarietate, quòd minimè esset Δημόσιον, id est, publicum.* Dea quoq; ipsa *Δάμια*, & sacerdos eius *Δαμίας* appellabatur. Hæc Festus.

Digitized by Google

Damiurgi] Δημιόργοι, apud Dorienſes uocantur, qui publica negocia reſq; ciuitatis adminiſtrant, qui ſimiles ſunt ijs, qui ab Athenienſibus Demarchi uocantur, id eſt, tribuni. Demiurgos uocat Heſychius. Liuius, Et ſub aduentum, inquit, conſulis Damiurgis ciuitatum, qui ſummus eſt magiſtratus, &c. De Peloponneſijs loquitur, quo factum eſt ut Damiurgos Doricè dixerit: ἐπιδαμιόργους, appellat Thucydides lib. 1. Turnebus.

Dammanitani] Hiſpaniæ citerioris populi, in conuentu Cæſarauguſtano, inter ſtipendiarios à Plinio numerati, lib. 3. cap. item. 3.

Damnaneus] unus ex Idæis Dactylis, quos quatuor tãtum quidam numerauerant, Salaminum, Damnaneum, Herculem, & Acmonem. Vide in dictione Dactyli Idæi.

Damnia] Regio in Arabia, cuius meminit Plin. li. 6. cap. 28.

Damnum] dãni (ζημία, βλάβη) P. Iuriſc. Damnũ & damnatio ab adẽptione et quaſi diminutiõe patrimonij dicta ſunt.

Damnum eſt niſi hoc faciam. Terent. Adelph. 2. 2. 23.

Damnum ex tempeſtate. Cato cap. 3. 2.

Damna & detrimenta. Cic. 1. de leg. 76.

Iactura atq; damnum. Cic. 2. de leg. Agrar. 12.

Damni iniuria. Cic. pro Qu. Roſc. Com. 19.

Acerba damna Claud. Gigantomach. 4.

Fatalia damna. Ouid. 1. Triſt. eleg. 7. 10.

Flebile damnum. Claud. 2. in Ruff. 10.

Gemina damna. Claud. 2. paneg. 77.

Grauius damnum. Ouid. 7. Met. 113.

Leue damnum. Ouid. 14. Met. 40.

Reparabile damnum. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 11.

Specioſum damnum id uocemus, quod ſpeciem quandam exhibeat nobis non contemnendæ utilitatis, quum tamen re ipſa noxium ſit maximè. Hoc epitheto appoſitè uſus eſt Ouid. lib. 11. Met. 27. ubi Midæ fabulam enarrat.

Tenue damnum. Claud. de bel. Get. 1.

Turpia damna. Claud. de bel. Gildon. 38.

Damnis accedere. Ouid. de Nuc. 11, Quàm miſerum eſt odium damnis accedere noſtris.

Damno auctus. Terent. Heaut. 4. 1. 15.

Capere damnum. Vide Capio.

Certare damnis. Vide Certo.

Coercere damno aliquem. Cic. 3. Offic. 29.

Cogere damno aliquem. Cic. 1. Philipp. 9.

Contrahere damnum in re aliqua. Cic. 5. de Fin. 156.

Diſſoluta & compenſata damna. Vide Compenſo.

Damnum dare aut malum. Terent. And. 1. 1. 118.

Facere damnum. Cic. de clar. Orat. 64.

Factum damnum in aliquo. Cic. Trebonio, lib. 10. 28. 7.

Damni nihil facis quod abes. Cic. Volumnio, lib. 7. 34. 1.

Ferre damnum cum pudore. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6. 14.

Gubernare damna belli. Sil. lib. 10. 55.

Damnum infectum, Eſt damnum nondum factum, quod futurũ ueremur. Caius. Vide Inficio.

Leuare damna. Ouid. 1. Faſt. 74.

Penſare damnum. Claud. 1. de Raptu Proſ. 26.

Plangere damna. Stat. 11. Theb. 24.

Materiam præbere damno. Ouid. 2. Met. 43.

Rependere damna. Ouid. 2. de Arte, 136.

Reſarcire damna. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 15.

Damno eſſe. Plin. in proœm. lib. 14. 3.

Credulitas puellis damno eſſe ſolet. Ouid. epiſt. 16. 8.

¶ Damnoſus, pen. prod. Adiect. (ζημιώδης, ἐπιζήμιος, βλαβερὸς) Quod infert damnum. Plaut. Bacch. 2. 9, Quid tibi commercij eſt cum dis damnoſiſſimis? Terent. Heaut. 5. 4. 11, Ganeo damnoſus.

Alea damnoſa. Mart. lib. 14. 18.

Artes damnoſæ. Ouid. 8. Met. 43.

Damnoſæ curæ. Ouid. 1. de Remed. 14.

Dies damnoſa. Hor. 3. Carm. ode 6. 9.

Gaudia damnoſa. Claud. 7. Paneg. 67.

Libido damnoſa. Hor. 2. epiſt. 1. 22.

Mora damnoſa. Ouid. 11. Met. 76.

Damnoſa fumæ reiq; mulier. Liu. 9. bel. Maced. 34.

Senectus damnoſa. Ouid. 13. Met. 105.

Superbia damnoſa. Ouid. 3. de Arte, 101.

Venus damnoſa. Hor. 1. epiſt. 19. 5.

Virtus damnoſa. Ouid. 10. Metamorph. 141. Virtus, id eſt, fortitudo.

Voluptas damnoſa Veneris. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 9.

Damnoſior. Ouid. 3. Amorum eleg. 5. 20. ad amnem, Damnoſus pecori curris, damnoſior agris.

Nihil eſt damnoſius deſerto agro. Plin. lib. 8. cap. 5. 3.

Damnoſum eſt. Colum. lib. 1, Quod ſi per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen compendioſum.

Damnoſus, Profuſus, & nequã, Sueton. in Nerone, cap. 31, Nõ in alia re damnoſior, quàm in ædificando. Eraſmus. Plant. Sed damnoſis aut de amatoribus Dictator fiat nunc.

¶ Damnoſè, aduerbium (βλαβερῶς) ut,

Damnoſè bibere. Hor. 2. Serm. Satyr. 8. 7.

¶ Damnificus, pen. cor. (ζημιῶν) Qui facit damnum. Plaut. Ciſt. 10. 68, Imitatur nequam beſtiam & damnificam.

¶ Damnigerulus, pen. corr. (βλαβίφορος &) Idem Plaut. Truc. 11. 1, Ite hac ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones.

¶ Damno, damnas (καταγινώσκω, καταδικάζω, ἀποδοκιμάζω, καταξέινω) damnare, Notæ ſignificationis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 47, Et M. Tullius non dubitauit aliquos ſuos libros iam editos alijs poſtea ſcriptis iure damnare. Lucan. lib. 5. 50.

Aciem damnare. Vide Acies.

Damnare reos & Abſoluere, opponuntur. Ouid. 15. Met. 9.

In uno facto damnandus. Ouid. 7. Met. 81.

Moras damnare. Ouid. 13. Met. 173.

Damnatur in totum hæc herba. Plin. lib. 12. 2.

Damnare genitiuo aliquando iungitur, aliquando ablatiuo: quando autem genitiuo, ſubintelligitur ferè ablatiuus crimine, uel ſcelere, aut ſimile, quod addit Ouid. 5. Faſt. 125.

Ambitus damnari. Cic. de claris Orat. 94.

Furti & pro ſocio damnatum eſſe. Cic. pro Flacco, 33.

Damnare tempora infelicitatis. Quint. lib. 10. cap. 2.

Iniuriarum. Cic. 5. Verr. 76.

Maieſtatis. Cic. pro Cluent. 79.

Peccati alicuius damnari. Author ad Heren. lib. 4. 167.

Peculatus damnatum eſſe. Cic. 2. Verr. 24.

Damnare aliquem prænaricationis. Plin. Iunior epiſt. 9. lib. 3.

Damnari rei capitalis. Cic. de Senect. 38.

Sceleris. Ouidius, Parce tuum uatem ſceleris damnare Cupido. Cicero 7. Verr. 12.

Abſoluere hominem mentis crimine commotæ, & ſceleris eiusdem damnare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 56.

Sordium. Plin. epiſt. 36. b.

Stultitiæ damnare aliquem. Cic. in Partit. 74.

Damnauit tarditatis natura. Quintilianus libro 2. cap. 6, Nec enim nos tarditatis natura damnauit: ſed dicendi mutauimus genus.

Veneficij damnatus. Tacit. lib. 12.

Iungitur etiam genitiuo ſignificanti pœnam: ut, Damnari octupli. Cic. 5. Verr. 22, Expecto uim edicti, ſcueritatem Prætoris: ſaueo aratori, cupio octupli damnari Apronium.

Damnatus iudicij. In l. 1. §. 2. ff. de poſtul.

Damnatus

Damnatus longi laboris. Horat. 2. Carm. ode 14. 4.

Ablatiuo. Cic. 6. Ver. 89, Daretq; operã, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Senec. dicit genus humanũ damnatũ mortalitate: & epist. 96, Mulieres damnatæ morbis uirilibus ob intemperantiam.

Damnatus crimine. In l. 1. §. 1. ff. de postul.

Nomine sceleris coniurationisq; damnari. Cicero septima Verr. 9.

Damnare de. Cic. ad Brutum, 12. 4, Atq; ille si armis positis de uti damnatus esset, quo in iudicio certè damnationẽ non haberet, eandem calamitatem subirent liberi.

Damnare de suspicionibus, Id est ex suspicionibus, per suspiciones. Vlpian. in Labsentem. §. 1. ff. de quæst.

De pecunijs repetundis damnari. Cic. pro Cluentio, 32.

De maiestate damnatum esse. Cic. 2. Verr. 24.

Ablatiuo etiam pœnæ. Cic. 1. Tusc. 79, Sed plurimi contrà nituntur, animosq; quasi capite damnatos, morte mulctant.

Caput damnare Orco. Virg. 4. Aeneid. 140.

Damnari ad. Plaut. Rud. 29. 2, Quem modò damnauit ad Recuperatores Pseusidippus?

Damnari in. Plin. epist. 248, Quidam uel in opus damnati, uel in ludum.

Partem damnatur in unam. Ouid. 11. Metam. 36. De Mida.

Capite ob rem aliquam damnari. Cic. 1. Tusc. 158.

Iudicio damnari. Cic. 1. Philip. 16. Ibidem, Iure damnatus.

Senatus decreto non mea facta damnasti. Ouid. 2. Trist. 27.

Turpi iudicio damnari. Cic. pro Sex. Rosc. 66.

Ipsa hominum opinione tacita damnatum esse. Cicero pro Cluentio, 4.

Primis sententijs damnatum esse. Cic. 1. de Orat. 118.

Per arbitrum damnari. Cic. pro Sex. Rosc. 67.

Damnare fastidio aliquid. Plinius libro 11. cap. 2. 3. Martialis libro 9. 51.

Damnare odio. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 6.

Additur interdum datiuus significans personam, quæ in causa uincit. Senec. de Benef. lib. 6, Sic debitori creditor sæpe damnatur, ubi ex alia causa plus abstulit, quàm ex credito petit.

Damnari indicta causa dicuntur, qui ad iudicium uocati non affuerunt, absentesq; sententiam passi sunt. Curtius libro 8. De Callisthene. Cic. 1. de Legib. Vt Dictator qui esset, quem uellet ciuium indicta causa, impunè posset occidere. Id est, non prius auditum, ut nunc loquimur. Hæc Budæus. Quidam sic interpretãtur, damnari indicta causa, tam de ijs dici, qui ad defensionem non admittuntur, quàm de ijs qui subterfugiunt iudicium.

Damnari inauditum. Vide Inaudio.

Damnari uotorum uel uotis. Virg. 5. eclog.

Vt Baccho, Cereriq;, tibi sic uota quotannis
Agricolæ facient, damnabis tu quoq; uotis. Vbi Seruius, quum tu deus præstare aliqua hominibus cœperis, obnoxios tibi eos facies ad uota soluenda: quæ ante quàm soluantur, obligatos, & quasi damnatos homines retinent. Liu. 7. ab Vrbe, 127, Inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Monetæ uouit. Cuius damnatus uoti quum uictor Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit. Idem 7. bel. Punic. 242.

Damnare, Pro reum peragere, siue condemnari facere. Tacit. libro 3, Abolitas leges, & funditus uersas, ubi in fõro, in limine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnauissit, probra sibi, & minæ intendãtur. Plin. lib. 34. cap. 2, Verrem Cicero damnauerat.

Damnare, Liberare. Virg. 12, Aeneid. 145,

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem dãnet labor, & quo uergat põdere lethũ. Seru.

Tributis damnare. Tacit. in lib. de Germ. ubi Rhenano authore, damnare pro Multare accipitur: in qua quidem significatione Liuius etiam usurpare consueuit: ut lib. 5. Decad. 4, Multos pecuarios damnarunt.

¶ Damnatus, Participium (κατεγνωσμένος) ut, Damnatus morti. Lucret. lib. 6. 248.

Caput damnatum. Lucan. lib. 2. 62.

Falso crimine mortis damnatus. Virg. 6. Aeneid. 86.

Causa propè conuicta & damnata. Cic. pro Cluent. 4.

Damnatum uiuere paci. Sil. lib. 3. 67.

¶ Damnatus (κατάγνωστος) Nomen ex participio. Cic. in Pisonem, 78, Quis te miserior, quis te damnatior, qui neq; scribere ad Senatũ, à te bene Remp. esse gestam, neq; præsens dicere ausus es? Id est, quem iustius quis iudex posset condemnare, quàm te? Idem pro Sestio, 125.

¶ Damnaturus, pen. prod. (καταδικασόμενος) Particip. Ouid. 7. Metam. 170,

Damnatura sui non est dilecta mariti.

¶ Damnatio, Verbale (κατάγνωσις, κατάκριμα) Plin. lib. 28. cap. 6. 10, Metuens damnationem.

Reorum acerbissimæ damnationes, cui opponitur, Libidinosissimæ liberationes. Cic. in Pisonem, 69.

Ducere damnationem. Cic. 4. Verr. 69.

Esse in damnatione. Plin. lib. 20. cap. 11. 4.

¶ Damnas (κατεγνωσμένος) pro damnatus, apud Iurisconsultos. Marcellus, Quisquis mihi hæres erit, dare damnas esto. Quintil. lib. 7, Hæres meus uxori meæ damnas esto dare argenti, quod elegerit, pondo centum.

¶ Damnatorius, Adiectiuum (κατακνωστικὸς) Cic. 5. Verr. 44, Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione.

Damnatoria tabella, apud Suetonium in Augusto.

¶ Damnatus, huius damnatus, pen. prod. Idem quod damnatio. Plin. lib. 7. cap. 44. 3, Alieno beneficio postea uixit, bonis inde etiam consecratis à damnatu suo.

Damocles] Δαμοκλῆς, Nomen proprium unius ex assentatoribus Dionysij. Meminit Cic. Tusc. quæst. lib. 5.

Damocrates] Δαμοκράτης, Palæstrita quidam fuit, qui cũ pedibus æger certamma adijsset sacra, ut si qua effici posset morbum discuteret, eò productus deniq; est, ut in stadio lineam sibi circunduceret, aduersarijs iussis extraherent ui, si possent: nequeuntibus uerò abijt demum coronatus. Ex Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 18.

Damocrita] Δαμόκριτα, Matrona fuit Spartana, Alcippi ciuis clarissimi uxor, quæ quum uirum ab his, qui contrarias in republica partes fouebant, in exilium actum sequi prohiberetur, filiaq; iam uiro maturæ edicto publico nubere uetarentur, ne ex his quispiam Alcippi ultor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem muliebrem audatiã. Nam quum ex more fœminæ primariæ noctu in Andronẽ quendam sacrorum causa conuenissent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam uim lignorum, quæ ad sacrificium parata erant, ad fores congessit, ignemq; iniecit, ut intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio uiris, illa filias primum, deinde seipsam interfecit, ex narrationibus amatorijs Plutarchi.

Damœtas] Δαμοίτας, nomen pastoris, de quo Virgilius in Bucolicis, Dic mihi Damœta, &c.

Damon] & Pythias, Pythagorei (Δάμων καὶ Πυθίας) hoc animo (inquit Cicero) inter se fuerunt, ut quum eorum alteri Dionysius tyrãnus diem necis destinauisset: & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies, commendandorum suorum causa postulauisset: uas factus est alter sistendi eius: ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Qui quum ad diem se

Digitized by Google

recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. Hæc Cic. lib. 3. de Officijs. Meminit & Valerius de Amicitia.

Damon, is (Δάμων) Athenienſis muſicus fuit, qui (ut pleriq; conſentiunt) remißam reperit harmoniam, quæ mixolydio contraria eſt, lados autem perſimilis. Cælius Rhod. lib. 9. capite 3.

Damophila] pen. corr. Græca mulier, uxor Pamphili, ſocia Sapphus poetriæ, poemata multa conſcripſit, partim amatoria, partim in Dianæ laudes, ut eſt author Philoſtratus in uita Apollonij.

Damophilus] pen. cor. Sophiſta, quem nutriuit Iulianus Cõſul ſub M. Antonio principe: ſcripſit ad Lollium Maximũ de Vita Priſcorum, & quædam alia. Suidas.

Damophilus, Plaſtes & pictor. Plin. lib. 35. cap. 12. Plaſtæ laudatißimi fuere Damophilus & Gorgaſus, ijdemq; pictores: qui Cereris ædem Romæ ad circum maximum utroq; genere artis ſuæ excoluerunt, uerſibus inſcriptis Græcè, quibus ſignificarent à dextra opera Damophili eſſe, à parte læua Gorgaſi.

Damoſtratus] pen. cor. Philoſophus, ſcripſit de piſcibus libros XX. Suidas.

Damoxenus] pen. cor. Athenienſis comicus, cuius fabulæ nonnnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnoſophiſtis.

Damyndas] Vir fuit Macedo, teſte Plutarcho.

Dan] Δὰν, Vicus eſt in quarto à Paneade milliario, euntibus Tyrum, qui uſq; hodie ſic uocatur, terminis Iudææ prouinciæ ad ſeptentrionem, de quo Iordanis flumen erumpens, à loco ſortitus eſt nomen. Ior quippe fluuium ſiue riuum Hebræi uocant.

Danace] es (Δανάκη) Numiſma paruulum quoddam eſt, quod Charonti porrigebant ſtygiam paludem tranſmiſſuri, cuius fit mentio in Charonte apud Lucianum. Meminit in Pſyches fabella Apuleius, atq; item Plutarchus in collectaneis.

Danae] Danaes (Δανάη) trium ſyllabarum, Acriſij regis Argiuorum filia, quam dicunt ab Ioue in auri guttam conuerſo compreſſam. Ouid. lib. 4. Metam.

——neq; enim Iouis eſſe putabat
Perſea, quem pluuio Danae conceperat auro.

Hæc poſtquam eſt à Ioue uitiata, pater eam in arcã incluſam præcipitauit in mare: quæ delata ad Italiam inuenta eſt à piſcatore cum Perſeo, quem illic enixa fuerat, & oblata regi, qui eam ſibi fecit uxorem: cum qua etiam Ardeam cõdidit: à quibus Turnum uult Virgilius originem ducere. Hactenus Seruius in illud 7. Aeneid. 75,

Et Turno, ſi prima domus repetatur origo,
Inachus Acriſiusq; patres mediæq; Mycenæ. De Danae uide Horatium, 3. Carm. ode 16.

¶ Danaeius, Adiect. (Δαναεῖος) ut, Heros Danaeius, Id eſt, Perſeus, Iouis & Danaes filius. Ouid. 5. Metam. 1.

Danala] Δανάλα, Vnum ex tribus caſtellis Troginorum, qui ſunt Galatæ, ubi Lucullus & Pompeius conuenere, quum alter ad belli ſucceßionem, alter, illi poteſtate permiſſa, ad triumphum pergeret. Ex Strab. lib. 12.

Danaus] Δαναὸς, Beli filius, in Aegypto regnauit: is quinquaginta filias habuit, quæ maritos ſuos interfecerunt. de quibus diximus in dictione Belus. Vide Seruiũ in 10. Aeneid. 100. Is Danaus puteos dicitur inuenißſe, ut eſt apud Plinium lib. 7. cap. 56.

Dandagula] Oppidum, ab Oſtio Gangis fluuius DCCXXV. M. paß. diſtans, de quo Plin. lib. 6. cap. 20.

Dandari] Δανδάροι, Sarmatarum populi, Tanaim amnem incolentes, ut uult Plin. lib. 6. cap. 7.

Dandarica] pro terra Dandaridarum. Tacit. lib. 12, Ventumq; Soza oppidum Dandaricæ. Subintelligitur, terræ. Sic enim repoſuimus (inquit Rhenanus in caſtigationibus in Tacitum) pro Dandaridæ.

Dandon] onis (Δάνδων) Proprium uiri nomen, quem ex Alexandro Cornelio refert Plin. quingentis annis uixiſſe, lib. 7. cap. 48, quo de ſpacijs agit longißimis.

Daneon] Portus inter Nelos & Marchadas, ex quo naulgabilem alueum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit LXII. M. paß. interuallo (quod inter flumen & Rubrum mare intereſt) primus omnium Seſoſtris Aegypti rex cogitauit: mox Darius Perſarum: deinde Ptolemæus ſequens, & qui dixit foßam, &c. Vide Plin. lib. 9. cap. 29.

Dangulæ] Oppidum ad Caucaſum, in regione Capiſſene, ex aduerſo Bactrianorum. Plin. lib. 6. cap. 23.

Dani] Populi Germaniæ, nunc Daci dicti. Sipontinus.

Dania] νιμβρικὴ χερόνησος, Septentrionalis Oceani peninſula eſt, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens, quam olim Cymbri habitarunt, quos poſtea Marius deleuit in Italiam irrumpere conantes.

Daniſta] daniſtæ, m. g. (Δανειστὴς) Fœnerator. Quidam daniſtas, à dando dictos uoluere, quòd dent fœnori: quamuis alij à Græco potius exiſtiment, hoc eſt ἀπὸ τῦ δανείζειν, quod eſt mutuare. Plaut. Epid. 2. 51,

——id Adeò Argentum? T. apud Thebas. E. ſumpſiſtí fœnore? &c. T. Et is daniſta aduenit unà cum eo, qui argentum petit.

Dantes] Δάντης, poeta Florentinus, regum & principum amicitijs clarus, cuius uitam ſcribit Volaterranus lib. 21.

Danthelitæ] Δανθηλῖται, Thraciæ populi, magna ex parte Aemum incolentes, & latrocinijs dediti. Strabo libro Geograph. 7.

Dantiſcum] Poloniæ oppidum, ad Viſtulam fluuium, aduectis mercibus clarum & opulentum, ut notat Vadianus.

Danubius] Δανούβι&, inquit Plin. lib. 4. 12. 33. ortus in iugis Abnobæ montis Germaniæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubij nomine, immenſo aquarum auctu, & unde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in pontum uaſtis ſex fluminibus euoluitur. Hactenus Plinius. Ammianus quoque libro 22, Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem protenſus, ac ſexaginta nauigabiles pene recipiens fluuios, ſeptem oſtijs per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc ſecundum poſt Nilum facit Auſonius in quarto epigrammate,

Illyricis regnator aquis, tibi Nile ſecundus
Danubius lætum profero fonte caput. Et Ouid. 4. de Ponto. Vulgò Donauu, Le Danube.

Capax Danubius. Ouid. ad Liuiam, 78.
Ferox. Claud. 2. in Ruff. 6.
Profundus. Horat. 4. Carm. ode 15. 5.
Rapidus. Claud. 8. Paneg. 47.
Rigens. Claud. 1. Paneg. 26.

Danunt] quandoq; à ueteribus dicebatur pro Dant, & Dabis pro dederis. Plautus, cui ſeruitutem dij danunt lenonium. Nonius. Vide infrà in Do, das.

Danorici] Liburniæ populi, in cõuentu Naronæ coloniæ, ut Plin. author eſt, lib. 3. cap. 22.

Dapalis, & Dapaticè] Vide Daps.

Daphitas] Δαφίτας, Grammaticus quidam fuit, qui in monte, q Thorax appellatur, crucifixus fuiſſe dicitur, propterea quòd reges uerſibus inceſſerat: ut, Purpurei ſtimuli, fœx ultima diui-

Digitized by Google

ma diuitiarũ Lysimachi, Lydos subditis atq; Phrygas. Hinc ortum est prouerbium, Caue à Thorace: in illos torqueri solitum, qui paulò plus garruli & conuitiatores sunt. Ex Strab. lib. 14.

Daphnæus] Apollo cognominatus, quasi tu Laureus Latinè dicas: uel ut alicubi apud nostros legas, Lauriger. Daphnæi Apollinis templum Antiochus Epiphanes dictus struxit, ut Marcellus lib. histor. 22. tradit. Arsit uerò Iuliani Cæsaris temporibus. Fuit & Daphnites Apollo, à Syracusanis sic appellatus, ut scribit Hesychius.

Daphnatum] Genus cinaræ dicitur, ubi lauri fructũ perseraris, & cinaræ immissum semen ita seueris. Vide Cælium, Rhod. lib. 4. cap. 8.

Daphne] Δάφνη, Penei fluminis filia, Phœbo adamata, ac in laurum conuersa. De qua Ouid. 1. Metam. & Aphthonius sophista. Daphne altera, filia Tiresiæ uatis, quæ Thebis captis missa est Delphos, ut uaticinium disceret. Itaq; edidit uarij generis responsa, cuius ex uerbis Homerum ferunt multa mutuatum fuisse. Hæc Diodorus lib. 5.

Peneia Daphne. Ouid. 1. Metam. 91.

Daphne, Straboni nemus est apud Antiochenses.

Daphnea] Diana nuncupata, cuius sacellum Pausanias scribit fuisse in finib. Spartiatarum. Strabo lib. 8. quum de Alpheonia Dianæ egisset: Ab Olympia, inquit, stadijs LXXX. distans: huic deæ in Olympia annuus conuentus celebratur, sicuti & Elaphiæ & Daphneæ. Tota enim hæc regio templorum Dianæ, Veneri & Nymphis dicatorum refertissima est.

Daphnes] Lucus ad urbem Antiochiæ fuit amœnißimus, & cupreßis maximè opacus, ut Nicephorus lib. 10. Eccl. histor. cap. 28. scribit. Eius fit mentio lib. 11. c. de cupreß. ex luco Daphnes. Et apud Lampridium in Alexand.

Daphnia] Gemma comitialibus morbis utilis existimata. Plin. lib. 17. cap. 10.

Daphnidis] insula apud Troglodytas commemoratur à Plin. lib. 6. cap. 29.

Daphniphagi] Δαφνηφάγοι, Dicuntur uaticinantes: ad quod alluſit Iuuenalis, — Laurumq; momordit. Quãdo laureis corollis uates responsa dei edebant, stipis gratia, persuadentes uulgo comesto lauro, haurire se numen. Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 7.

Daphnis] à poetis puer formosißimus, & Mercurij filius describitur. Pastor autem fuit, qui carmen Bucolicum inuenit, in Sicilia boũ armenta multa possedit: postremò captus luminibus, quòd ebrius cum aliena fœmina cõgressus esset, ut prædictum ei fuerat à nympha. Author Suidas.

Daphnis, Antiochiæ suburbanum, quod octoginta stadiorum ambitu claudebatur, ut ait Strabo.

Daphnis, dis, Grammaticæ artis seruus. CCC. M. DCC. sestertijs emptus est, Cn. Pisaurienſi uendente, & M. Scauro principe ciuitatis licente, quod precium hominis in seruitio geniti maximum fuisse ad suam ætatem, refert Plinius libro 7. capite 32.

Daphnitis] Alexandrina laurus uocatur, quæ ramos spargit à radice dodrantes, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quàm myrti, molliore, & candidiore, maiore semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec niſi montosis. Hæc Plin. lib. 15. cap. ult.

Daphnoides] Herba. Plin. lib. 24. cap. 15. 10. Est & alia clematis. Aegyptia cognomine, quæ ab alijs daphnoides, ab alijs polygonoides uocatur, folio lauri, longa tenuisq;: aduersus serpentes, ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maximè gignit. Ruell. lib. 3. cap. 137, dicit hanc appellari nostris herbarijs Laureolam.

Daphnoides, Casiæ species est, Isoscinnamos cognominata, cuius precium faciunt mangones X. CCC. Adulteratur styrace, ut inquit Plinius, & propter similitudinem corticũ lauri tenuißimis surculis. Vide eius lib. 12. cap. 20.

Daphnon] daphnonis, penult. prod. (Δαφνὼν) Lauretum. Mart. lib. 10. 79,

Disposuit daphnona suo Torquatus in agro,
Castaneas centum seuit Otacilius. Idem lib. 12. 46.

Daphnuchus] Δαφνοῦχος, Vocabatur, qui in conuiuio primus caneret, quòd olim ad mensam carmina Homeri per uices decantabantur.

Daphnus] Daphnuntis (Δάφνους) Oppidum Locrorũ in litore Phocidis, de quo Plin. lib. 4. cap. 7. Est & Daphnus Cariæ fluuius, Harpasus postea, ab impetu prærapide nuncupatus. Vide Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 21.

Daps] dapis (Δαὶς, Δαίτη) apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna sementе, aut uerna, quod uocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularũ Δαὶς dicitur. Hæc Festus. Liuius 1. ab Vrbe, Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapemq; Potitijs ac Pinarijs. Ibidem 30. Virg. in Buc. eclog. 6,

Quas illi Philomela dapes, quæ dona parauit.

Dapis in genitiuo singulari. Horat. 4. Carm. ode 4. 3,

Egit amor dapis atq; pugnæ. Loquitur de Aquila.

Dapes non tantum sunt deorum, uel nostræ, in sacrificijs deorũ, ut uolunt Valla lib. 4. & Seruius: sed largiores & opiparæ apparatus. Virg. 4. Aeneid.

Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant.

Dapes (inquit Nonius) non tantum opiparos apparatus ait re ligiosos, sicut plerunq;, significare, sed & uitabiles, & in fos dos cibos, authore Virgilio, possumus dicere. Aeneid. 3. de Cyclope, Nam simul expletus dapibus, uinoq; sepultus.

Acciſæ dapes, Id est, undiq; consumptæ. Virgilius 7. Aeneid. 25. Seruius.

Amor dapis. Horat. 4. Carm. ode 4. 3,

Benignæ dapes, Id est multæ & liberaliter ministratæ. Horatius Epod. 17. 3.

Festæ dapes, Id est, lautiores. Horat. Epod. 9. 1.

Inemptæ dapes. Horat. Epod. 2. 20. Vide Inemptus.

Lethales dapes. Valer. lib. 2. Argon. 31.

Libidinosæ dapes. Vide Libet.

Opimæ dapes. Virg. 3. Aeneid. 45.

Siculæ dapes, pro lautis & sumptuosis dixit. Horat. 3. Carm. ode 1. 4. Vide Sicilia.

Superbæ dapes Martial. lib. 5. 102.

Celebrare dapes. Ouid. 5. Metam. 22.

Feræ dapes. Senec. Thyest. 2. 6.

Conuellere dapes auido dente. Ouid. 11. Metam. 25.

Egens dapis. Horat. Epod. 17. 3.

Egerere dapes. Ouid. 6. Metam. 133.

Epulari dapibus. Virg. 3. Aeneid. 45.

Expletus dapibus. Virg. 3. Aeneid. 126.

Mensæ extructæ dapibus. Ouid. 11. Metam. 25.

Impositæ auro dapes. Virg. 3. Aeneid. 71.

Socias dapes inire cum aliquo, Est conuiuari cum aliquo. Stat. 1. Syl. 6. 10. ad Cæsarem.

Instaurare dapes. Claud. 3. de raptu Proserp. 44.

Instituere dapes. Virg. 7. Aeneid. 22.

Onerare mensas dapibus. Virg. 4. Georg. 27.

Iuuare aliquem opima dape. Stat. 4. Syl. 9. 11.

Orare ueniam dapibus. Ouid. 8. Metam. 138.

Humana dape pascere aliquem. Ouid. epist. 9. 14.

Properare dapes. Stat. 1. Achil. 24. Significat celeriter apparare.

Dapes

Digitized by Google

Dapes quomodo conſtruantur, uide Catonem, cap. 132.

¶Dapino, dapinas (δαπτίω) dapimare, Dapes extruere & parare. Plaut. Capt. 13. 128, Aeternum tibi dapinato uictum, ſi uera autumas.

¶Dapalis (δεῖπνον) cœna, Amplis dapibus plena. Titimnius Varro, Toto ſit in foco de lignis mihi dapalis cœna. Vide in Adijcio, Adijcialis cœna.

¶Dapaticum, pen. cor. (μεγαλοπρεπὲς) Id eſt, amplum, & magnificum: ut, Dapaticum negocium. Feſtus.

¶Dapaticè (λιπαρῶς) ſe acceptos antiqui dicebant ſignificantes magnificè. Feſtus.

Dapſilis] & hoc dapſile, pen. corr. (δαψιλὴς) Abundans & largum: ut, Dapſilis ſumptus. Plaut. Moſtel. 13. 44.

Dapſiles dotes. Plaut. Aulul. 6. 40.

Dapſilis lectus, Excellens & ſamptuoſus. Plaut. Truc. 3. 24.

Dapſilis prouentus. Colum. lib. 4. cap. 27. 4.

Dapſilis muſto ſpionia. Colum. lib. 3. cap. 2. 17, At ſpionia dapſilis muſto, & amplitudine magis uuarum, quàm numero fertilis. Id eſt, abundans.

Dapſilis dictis. Plaut. Pſeud. 6. 3.

Daraba] δαράβα, Ciuitas eſt Indiæ, non procul à Sabæis, de qua Strab. lib. 16.

Daradus] δαραδὸς Ptolemæo, Fluuius eſt Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis, Plinius Darat uocat, libro 5. capite 1.

Daras] Fluuius in Caſcandro inſula, non procul ab Armozeis populis, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 25.

Darat] Mauritaniæ fluuius, in quo crocodilos gigni, Plinius lib. 5. cap. 1. ſcribit.

Dardæ] Indiæ populi, auri fertiliſſimi, ſicut Setæ argenti, de quib. mentio fit à Plin. lib. 6. cap. 19.

Dardanus] pen. corr. (δάρδανος) Electræ Iouiſq; filius. fratrem habuit Iaſium: quo interfecto, è Coriti ſede Hetruriæ, quæ nunc Cortona eſt, in Samothraciã uenit, iram fugiens populorum. De quo Virg. 7. Aeneid. 42,

— his ortus in agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad urbes, &c.

Quem locum exponens Seruius, ſic ait: Iupiter cum Electra Atlantis filia, Coriti regis Italiæ uxore, concubuit. Sed ex Iouis ſemine natus eſt Dardanus: ex Coriti, Iaſius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium condidit: Iaſius uerò Thraciã tenuit, ubi eſt Samos, quam hic Samothraciam nominauit. Nam Iunonis alia eſt Samos. Virg. 8. Aeneid. 27,

Dardanus Iliacæ primus pater urbis & author.

Tradit idem Seruius in 3. Aeneid. 34, Iaſium à Dardano fuiſſe occiſum. Vide eundem Seruium in 3. Aeneid. 22. & rurſum in 4. Aeneid. 32.

¶Dardania (δαρδανία, à Dardano, ut ſcribit Strabo lib. 13. & Ouid. lib. 1. Triſt.

Dardaniãq; petit authoris nomẽ habẽtẽ. Virg. 2. Aen. 65,
Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.

Id eſt, Troiæ: aut à Dardano Iouis & Electræ filio: aut ſecundum Saluſtium, à rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. Seruius. quem rurſum uide in Virg. 3. Aeneid. 32.

Author Troiæ Dardanus. Virg. 6. Aeneid. 130.

Crudelis Dardanus. Virg. 4. Aeneid. 133. Id eſt, Aeneas. Verba ſunt Didonis.

Dardania] Inſula eadem cum Samothrace poſtea dicta, ut ex Callimacho refert Plin. lib. 4. cap. 12.

¶Dardani, populi feri, Daſſaretis finitimi, quibus Triballi læuo prætenduntur latere, & Mœſicæ gentes, à fronte iungun tur Medi ac Denſeletæ. Auth. Plm. lib. 4. cap. 1.

¶Dardanis, Dardanidis, pen. corr. (δαρδανὶς) Patronymicum fœm. gen. ut, Matres Dardanides. Ouid. 13. Metam. 83.

¶Dardanides, Dardanidæ, pen. cor. m. g. (δαρδανίδης) Patronymicũ. Virg. 10. Aen. 109, Dardanides contrà furit.

Dardanidæ duri. Virg. 3. Aeneid. 19.

Dardanidæ magni genus alto à ſanguine diuũm. Virgilius 5. Aeneid. 9.

¶Dardanius, Adiectiuum (δαρδάνιος) Plinius libro 33. capite 3. 1, Cuius ſceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, ut habeãt in lacertis iam pridem & uiri quod è Dardanis uenit: itaq; & Dardanium uocabatur.

Aceſtes Dardanius. Vide Aceſtes.

¶Dardanarius (δαρδανάριος) ab Vlpiano uocatur qui annonam ſupprimit, uti demum carius uendat. In l. annonam, De extraord. criminibus. Dicti autem Dardanarij à Dardano quodam contaminatiſſimo & profligatiſſimo mago. A quo etiam Dardaniæ artes, quæ à Columella in Horto, uocantur magicæ, At ſi (inquit) nulla ualet medicina repellere peſtem, Dardaniæ ueniant artes.

Dardanium] δαρδάνιον, Oppidum paruum in Rhæteo litore, LXX. ſtad. à Rhæteo oppido quoq; dicto diſtans, quæ duo in Troade uiſuntur, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

Daremæ] Troglodytarum populi. Plin. lib. 6. cap. 29.

Dares] huius Daretis, pen. prod. Phrygius hiſtoricus, ſcripſit bellum Troianum Græcè, in quo ipſe militauit, ut ait Iſidorus, primus ferè hiſtoricorum: qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remanſit, ut ſcribit Cor. Nepos, qui opus eius è Græco in Latinum ſermonem conuertit, dicauitq; Saluſtio. Eſt & Dares apud Virg. lib. Aeneid. 5. cum Entello congreſſus.

Dari] δάροι, Populi Indum fluuium accolentes, infra ſolitudines: de quib. uide Plin. lib. 6. cap. 20.

Dariẹum] Locus inclitæ fertilitatis in Zapauortene regione, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 16.

Darici] ſtateres, Perſis numiſma erant. Quin & Athenienſibus ſic uocabantur nummi quidam, qui ex auro cudebantur, in quib. mulæ cum curru uidebantur effictæ. Vide Alex. Genial. dier. lib. 4. cap. 15.

Daricus] δαρεικὸς, Numiſma priſcum, Darij imagine percuſſum, non Xerxis patris, ſed antiquioris alterius. Daricos autem ſcribunt Authores adæquaſſe precium eius, qui ab Athenienſibus dicebatur chryſos, id eſt, aureus. Alij drachmas argenti habere uiginti prodidere, ut darici quinquenam faceret argenti. Ex Cæl. Antiq. lect. libro decimo, capite ſecundo.

Daridẹus] rex Perſarum, tempore Apollonij Tyanei, id eſt, tempore Tiberij Caij, & Claudij imperatorum, ut ſcribit Philoſtratus in eius uita.

Dariorigum] δαριόριγον, Galliæ urbs Ptolemæo: uulgò Vannes.

Daritis] Regio, Arianæ pars à quibuſdam exiſtimata, L. M. paſſ. latitudine dimidio minore, quàm Indiæ. Vide Plinium lib. 6. cap. 23.

Darius] pen. prod. (δαρεῖος) Rex Perſarum, cui Xerxes ſucceſſit. Ouid. in Ibin, Vtq; necatorum Darij fraude ſecundi. Claud. in epiſt. ad Hadrianum,

Darium famulis manibus doluiſſe peremptum.

Daron] Oppidum in Arabico latere Aegyptiorum, qui Pſammetichum fugerunt. Author Plin. lib. 6. cap. 30.

Darſis] δάρσις, Medicis Latinè loquentib. Excoriatio eſt, nẽpe quũ mẽbrana à partibus ſibi ſubiectis reſoluitur. Deductũ uerò nomen eſt à uerbo δέρω, quod excoriare ſignificat. Gal. lib. 8. de adminiſt. anatomicis.

Daruentius] δαρυέντιος, Fluuius. Strabo de Meduallis populis, & illorum montibus loquens, Suprà uerò, inquit, nonnullis

Digitized by Google

nonnullis in locis admodum cauis lacus est ingens, & fontes duo, non multum inter se distantes, è quorum altero amnis effunditur Daruentius nomine, per confragosa sese in Rhodanum loca præcipitans. Hæc ille lib. 4.

Daruernum] Δαρούερνον Ptolemæo, Britanniæ insulæ portus, unde in Galliam traijcitur. Vulgò Douer.

Darus] Δάρος, Pannoniæ inferioris, id est, Vngariæ fluuius, Ptolemæo: Draus alijs dicitur. Vulgò Mora.

Dascusa] Δάσκουσα, Armeniæ insula, quæ abest à Simyra LXXV. M. pass. Vide Plin. lib. 5 cap. 24.

Dascylos] Δασκύλιον, Bithyniæ oppidum, Plinio, & Pomponio lib. 1. Ptolemæus & Strabo Dascylium nominant, & iuxtà lacum Dascyliticum: hodie Diasquillo.

Dasclis] Oppidum inter Aegyptum & Aethiopiam, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus maris rubri Troglodytici, &c.

Dasia] pen. prod. (Δασεῖα) Dēsitas spiritus, & signum est nocalis aspiratæ: quod hac nota formatur '.

Dasibari] flumen Cyrenaicæ regionis, de quo Plinius libro 5. capite 5.

Dassaretæ] Thraciæ populi, quos à tergo Epiro iunctos, Plinius scribit. De his Mela, lib. 2. in descriptione Thraciæ.

Dastacum] Δαστακόν, Castellum. Strab. lib. 11, Cataonum cāpi, & Melitina, ciuitatem nullam habent, at castella in montibus munita, Azamora & Dastacum, quod Carmala fluuius circunfluit.

Dastir] Δάστηρ, Ciuitas in Ponto, de qua Strab. lib. 12.

Dastylus] Fuit Gygis regis pater, teste Herodoto libro Historiarum 1.

Dasumaianum] Senatusconsultum est, quo subuenitur his qui iusta ex causa absunt, ut nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his, qui fraude careāt. l. neq; infantes. & l. non tantum. ff. de fideicommiss. lib.

Dasypus] pen. corr. huius dasypodis, pen. corr. (Δασύπους) Plin. lib. 10. cap. 63. 8, Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtant sicut lepores. A partu statim implentur, concipiunt quamuis ubera siccante fœtu. Parunt non cæcos. Idem 8. cap. 55. 3, Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis uestitum, aliud inplume, aliud inchoatum gerens pariter. In quibus duobus locis (inquit Budæus) Plin. hallucinatus esse creditur, qui dasypodem & leporem diuersa animalia esse putauerit, quum idem sit. Theodorus certè dasypodē ubiq; leporem ex Aristotele uertit. Hactenus Budæus. Plura qui cupiat, uideat priores huius in Pandectas annotationes.

Datarius, Datatim] Vide Dodas.

Datihiatum] Thuris genus, quod rufum exit, Alexandriæq; nascitur, author Plin. lib. 12. cap. 14.

Datis] Δάτις, Dux quidam fuit Darij, cuius copias Miltiades in Marathone funditus deleuit, quum Lacedæmoniorum auxilia non expectasset, tardius ob Lunam rotundam profecta. Ex Strab. lib. Geog. 9. Meminit Herod. lib. 6.

Datismus] Δατισμὸς, quum oratio profertur ijsdem numeris, & eodem modo cadit, à Date quodam Persarum Satrapa, qui quum uellet Græculus uideri, exclamauit, ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρομαι, quum dicendum erat, χαίρω. Cæl. Antiq. lib. 16. cap. 13. Et Eras. prouerb. Datidis cātilena.

Daucus] Δαῦκος, Herba, de qua Plinius libro 25. cap. 9. 8, Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodorus, quæ persequi nihil attinet, quum sint differentiæ duæ. Daucus à quibusdam uocatur pastinaca syluestris. Vide Matthiolum Senensem.

Dauelli] Δαύελλοι, Asiæ populi, Megabaris finitimi, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 29.

Daui & Getæ] frequens seruorum nomen apud Atheniēses. Quum enim Daci antea Daui dicerentur, ad Istri fontes bello subacti, Athenienſibus seruierunt, indeq; seruile nomē Daui & Getæ posteris reliquerunt. Ex Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 20.

Daulia] uel Daulis (Δαυλὶς) oppidum Phocidis, sub ditione Terei regis Thracū, unde Philomela dicitur Daulias auis Ouidio, Deflet Threicium Daulias ales Itym.

Daulis] dis, Festum erat apud Argos, in quo fuit imitatio pugnæ Prœti in Acrisium, ut scribit Cæl. Rhodig. libro 18. capite 17.

Daulis, Nymphæ nomen, Cephisi filiæ, quæ urbi nomen dedit: quæ uel Terei & Philomelæ ac Prognes fabula notissima est. Vide Pausaniam in Phocaicis.

Daulotes] Pontis nomen in Arabia, ut apud Plinū libro 6. capite 28.

Daunus] Filius fuit Philumni & Danae, & Auus Turni, qui in Apulia regnauit, à quo etiam regio illa Daunia dicta est. Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia sorore amata Turnum suscepit. Virg. lib. 12,

—Dauni miserere senectæ. Est quoq; fluuij nomen in Apulia. Vnde Horat. lib. 3. Carm. ode 33,

Qua pauper aquæ Daunus agrestūm
Regnator populorum, &c. Quia inopia aquæ siticulosa est Apulia. Acron.

¶ Daunia (Δαυνία) Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro uiro, qui eam propter domesticam seditionem excedens patria, occupauit. Festus.

¶ Dauni (Δαύνοι) Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis socero dicti. Horum oppidum est Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, ut scribit Plin. cap. 11. lib. 3.

Apulus Daunus. Horat. 4. Carm. ode 14. 6.

¶ Daunius, Adiectiuum (Δαύνιος) ut, Regna Daunia, apud Silium, lib. 8. 71. & Dauniæ camœnæ apud Horatium, libro 4. Carm. ode 6. 6.

Daurises] Herodoto circa finem lib. 6, Vnus ex Darij ducibus fortissimus, eiusdemq; gener, qui in insidijs à Carijs cæsus est. Nonnulli legunt Daurifer.

Dautia] quæ & Lautia dicimus, munuscula quæ dantur legatis hospitij gratia. Festus.

D E

De] περὶ, Præpositio, ablatiuo casui seruiens: quæ suo casui semper præponitur, aliquando interponitur inter substantiuum & adiectiuū, elegantiæ causa. Cic. ad Att. lib. 7. 12. 2, Nam id nisi graui de causa non fecisset.

De nocte abire: Id est, in nocte, uel per noctem: quod est nocturno tempore. Terent. Adelph. 5, 3. 55, Cum prima luce ibo hinc. M. imò de nocte censeo. Vbi Donatus dicit abundare De.

De nocte multa exurrexi. Plaut. Rud. 2. 2. 7.

De media nocte missus equitatus, nouissimum agmen consequitur. Cæsar 7. bel. Gal. 353.

De nocte uigilare. Cic. pro Murena, 19, Vigilas tu de nocte, ut tuis Consultoribus respondeas.

De die. Plautus Asin. 10. 12, Ergo una orationis pars de die dabitur mihi?

De die potitare. Plaut. Asin. 14. 16.

De medio potare die. Horat. 2. Sermo. Satyr. 8. 1.

De die uiuere cum perditis. Cic. 2. Philipp. 91.

De die, pro Statim. Terent. Adelph. 5. 9. 8, —— cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium,
Non mediocris hominis hæc sunt officia.

De meo

Digitized by Google

De meo his præceptis nihil nouum appoſui. Plautus, Militе, 12. 31.
De tuo iſtuc addis. Plaut. Menæh. 4.38.
De meo, de tuo, Aliter. Terent. Adelph. 1.2.37. Obſonat, potat, olet unguenta de meo. Plaut. Bacchid. 1.65, Et ad eam operam facere ſumptum de tuo. Idem Trucul. 14.10, De noſtro ſæpe edunt.
De ſuo fungi aliquo munere. Liu. 4. ab Vrbe, 258.
De alicuius ſententia peccare. Plaut. Bacchid. 20.123.
De ſua ſententia in Albano monte triumphauit. Plinius de Viris illuſt. 45.
De ſua ſententia aliquid comminiſci. Plaut. Capt. 2.48.
De ſententia populi lectus imperator. Liu. 2. ab Vrbe, 163.
De communi ſententia aliquid conſtituere. Cic. 3. Offic. 105.
De ſententia alicuius dare, quod ſit ſatis ad aliquid agendum. Cic. 2. de Finib. 161.
De meo conſilio. Cic. ad Att. lib. 6. 114. 13. Qui Cic puer legit, ut opinor, certè epiſtolam inſcriptam patri ſuo: ſolet enim aperire, idq; de meo conſilio. Id eſt, meo ſuaſu.
De mea uoluntate. Cic. ad Att. lib. 4. 71. 7.
De, pro A. Cic. pro Sylla, 51, Etenim de principio ſtuduit animus occurrere magnitudini criminis, ſatisfacere expectationi hominum. Horatius 3. Carm. ode 6.5. De principio. Cicer. pro Ylla.
De ſiniſtra parte eruti dentes. Plin. lib. 28. cap. 8.8.
De eodem genere, pro Eiuſdem generis. Cic. 4. Tuſc. 26.
De, pro Quātum pertinet ad. Terent. Hecyra, 3.3.43, Nam de reducenda, id uerò neutiquam honeſtum eſſe arbitror. Cic. ad Lent. lib. 1, Cedit religioni de exercitu.
De, interdum Pro, uel Propter ſignificat. Terent. Eunuc. 3.2.4,
— ecquid nos amas
De fidicina iſtac? Cic. 3. Verr. 53, Flebat uterq; nō de ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte, de patris filius.
Mittere legatos ad Cæſarem de pace. Cæſar 2. bell. Gal. 339. Et lib. 4. 563. Idem lib. 5. 8.2, de deditione. Cic. in Bruto, 172. de Rhodiorum præmijs.
De, pro Poſt. Plaut. Moſtel. 9.5,
Non bonus eſt ſomnus homini de prandio.
De manu in manum. Cic. C. Cæſari imperatori, lib. 7. Epiſt. 5. 10, Totum denique hominem tibi ita trado, de manu (ut aiūt) in manum tuam iſtam & uictoria & fide præſtantem.
De menſe Decembri nauigare: De, abundat. Cicer. ad Qu. fratrem, lib. 2. 5. 6.
De ſummo loco adoleſcens. Plaut. Aulul. 3.28.
De ſummo loco, ſummoq; genere filius. Plaut. Capt. 2.30.
De ſummo loco diues. Plaut. Pœnulo, 7.13.
De, pro Ad: ut, Aedificare de exemplo alterius. Plautus Moſtel. 9.77.
De ſcripto dicere, Id eſt, legendo. Cic. de claris Orat. 22. Idem 10. Philipp. 271.
De cætero. Plinius libro 11. capite 26.3, De cætero, in uentre nihil eſt.
De cætero, pro In poſterum. Seneca de Ira, 3. De cætero uide non tantum an uerum ſit quod dicis: ſed an ille cui dicitur, ferre poſſit.
De cætero, pro Poſthac. Paulus in l. ne quis. ff. de cuſtodia & exhibit. reor. Nam quum ſcierint ſibi quoq; moleſtiæ futurum magiſtratum, ſi facilè ſoluerint uinctos: non indifferenter de cætero facient.
De regno, de rege ſanguinem fundere. Vide Fundere ſanguinem, in Sanguis.
De compacto rem aliquam agere. Plautus Capt. 8.24. Vide Compingo.
De improuiſo. Plaut. Aſin. 7.44, Tantum adeſt boni de improuiſo. Terent. Adelph. 3.3.53,
— interuenit
Homo de improuiſo. Cic. pro Roſc. Amer. 90, In quos ſi qui ex acie fugerunt, de improuiſo incidant.
De induſtria. Plaut. Aſin. 5.60,
— quod nolebam ac uetueram, de induſtria
Fugiebatis. Cicero 2. de Finib. 24, Si aut de induſtria facias ut, &c.
Ex animo, aut de induſtria. Terent. And. 4.5.56.
De integro. Terent. Heaut. 4.2.7, Ratio de integro ineunda eſt mihi. Idem Phor. 1.3.22.2, Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid uelis.
De integro incidere in morbum. Cicero ad Cornificium, libro 12.29.5.
Oriuntur de integro. Cic. 1. de Diuin. 214. Idem Attic. lib. 13. 298.2, Gratulari alicui de integro.
De integro creare Cenſores. Cic. 4. Verr. 97.
De integro ſcribere. Cic. ad Atticum, lib. 13.283.1.
De more. Plin. in Paneg. 9, Tibi aſcendenti de more Capitolii, Virg. 3. Aeneid. Idem lib. 7,
— ſolito matrum de more locuta eſt.
De nihilo iraſci. Plaut. Truc. 16.54. Liu. 4. bel. Mac. 223.
Mali rem exempli eſſe, de nihilo hoſpites corripi. Sic Plautus Curc. 9.17, Dicere iniuriam de nihilo.
Non hoc de nihilo eſt, quòd Laches nunc me conuentam eſſe expetit. Terent. Hecyr. 5.1.1.
De præfacili exorare. Plaut. Epid. 14.21.
De procul aſpicere. Plaut. Perſa, 14.6.
De proximo: Plaut. Aulul. Eam ego hodie faciam ut hic ſenex de proximo ſibi uxorem poſcat.
De reliquo. Cic. ad Allienum, lib. 13.79.3. Idem ad Atticum, lib. 7.129.1, De reliquo, nec; Hercule quid agam, nec quid acturus ſim, ſcio: ita, &c.
De repente. Terentius Hecyr. 4.1.3, Ita corripuit de repente ſe citus ad filiam. Cicero pro Ligario, 8, Tu de repente irrupiſſes, & clamare cœpiſſes, C. Cæſar caue credas, caue ignoſcas.
De ſubito. Plaut. Capt. 2.62, Conari de ſubito nos agere tragediam. Idem Bacchid. 146.
De ſuper. Plin. in Paneg. 55, Nihil tamen gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quod contigit de ſuper intueri delatorum ſupina ora. Idem de Viris illuſtrib. 73.
Iſtum de ſuperioribus penè ſolum legi. Cicero de claris Oratoribus, 64.
De tempore, Tempeſtiuè. Hirtius de bello Hiſpanico, Ipſe de tempore cœnauit.
De tranſuerſo. Cicer. ad Atticum, lib. 15.323.11, Ecce autem de tranſuerſo Lucius Cæſar, ut ueniam ad ſe, rogat. Idem 4. Academ. 216.
De Terentia, quod mihi omne onus imponis, non cognoſco tuam in me diligentiam. Cic. Att. lib. 12.242.7.
De, in compoſitione auget interdum: ut, Debiſcēs, ualde hiſcis, apud Virgilium: & Deamo, apud Terentium.
Dea] deæ (θεὰ, θεᾶς) ſœminimum, à Deus ablatiuo deabus. Virgilius 2. Aeneid.
— nec uox hominem ſonat ô dea certè. Cicero pro Rabirio, 3.
Sacra triformis deæ, id eſt, Hecates, quæ & Luna, & Diana, & Proſerpina creditur eſſe. Ouid. 7. Metam. 19.
Aequorea dea. Ouid. epiſt. 18.26.
Auxiliaris dea. Ouid. 9. Metam. 140.
Celeres deæ. Ouid. 2. Metam. 24.
Clarà dea, Iris. Stat. 10. Thebaid. 17.
Flaua dea, Ceres. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.9.

Digitized by Google

Frugifera dea, Ceres. Claud. 2. de Raptu Proserp. 28.
Idalia dea, Venus. Ouid. 3. de Arte amand. 22.
Pallens dea, Aurora. Stat. 6. Thebaid. 6.
Pharetrata dea, Diana. Ouid epist. 19. 40.
Princeps dearum, Iuno. Ouid. 6. Fast. 8.
Rosea dea, Luna. Ouid. 3. de Arte Amand. 17.
Saeua dea. Ouid. epist. 20. 2.
Spicifera dea, Ceres. Senec. Herc. Oeth. 5. 4.
Vltrices Deæ Erebi. Seneca Octauia, 17. 18.

Deacinatus] Adiect. (ἀπειρράγισμένος) ut, Deacinata dolia, à quibus absterſi ſunt acmi. Cato cap. 26, Vbi erit lectū, poſt dies triginta, ſi bene deacinata erunt dolia, oblinito.

Dealbo] dealbas (λευκαίνω) dealbare, Album facere: uel potius tectorium inducere. Curtius ad Ciceronem, lib. 7. 30. 4, Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Cicer. 3. Verr. 103.

Deactio] Peractio. Feſtus.

¶ Dealbatus, Particip. Cic. 3. Verr. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas uidetis.

Deambulo] deambulas, pen. cor. (περιπατέω) deambulare, Spaciari. Cic. 1. de leg. 19, Quin pergimus igitur ad illa ſpacia noſtra, ſedesq; ubi quum ſatis erit deambulatum, requieſcemus. Legitur & ambulatum, in emendationibus codicibus. Catō cap. 127, Et ſaliat decies, & deambulet.

Deambulare cum accuſatiuo. Seneca de Remedio fortuitorum, Multa quum deambulaueris, demum redeundum eſt. Subauditur, ſpacia.

Ire deambulatum. Cic. 2. de Orat. 142.

¶ Deambulatio, Verbale (περίπατος) Terentius Heaut. 4. 6. 2, Vel me hæc deambulatio, quàm non laborioſa ad languorem dedit.

Deamo] deamas, pen. cor. (ὑπερφιλέω) deamare, Valde amare. Terent. Heaut. Næ ego ſum fortunatus: deamo te Syre. Plaut. Trucul. 15. 4,

Magna nunciault Chiamus hodie gaudia, mea dona
Deamata, acceptaq; habita eſſe apud Phroneſium.

Deargentaſſere] Verbum obſoletum. Lucil. lib. 26, Depeculaſſere aliqua ſperans me, ac deargentaſſere, decalauticare eburno ſpeculo. Nonius.

Dearmatus] ἀφωπλισμένος, exercitus. Liu. 4. ab Vrbe 49, Conſul triumphans in urbem redit, Ciuilio Volſcorum duce ante currum ducto, prælatiſq; ſpolijs, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub iugum miſerat. Id eſt, cui ablata fuerant arma.

Deartuare] ἐξαρθρῶν, Quaſi per artus cōcidere, inquit Nonius. Plaut. Capt. 11. 110, Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer Sceleſti hominis technis.

Deaatuare opes, per translationem dixit. Plautus in Captiuis, 12. 14.

Deauro] as (χρυσόω) Inauro, auro tego. Vnde Deauratus.

Debacchor] debaccharis (παροινέομαι) debacchari, Præ ebrietate ualde furere. Terent. Adel. 2. 1. 30, Si ſatis iam debacchatus es leno, audi ſi uis nunc iam s. Egóne debacchatus ſum in te, an tu in me? Quædam exemplaria legunt, bacchatus.

Qua parte debacchentur ignes. Horat. 3. Carm. ode 3. 11.

Debæ] populi ſunt Arabiæ fœlicis, proximi Sabæis, ex genere Nomadum. Horum regionem flumen interlabitur, quod (teſte Strab. lib. 16) auri ſtrigilē defert. Meminit huius Propertius, ſed hic Debatas non Debas uocat, lib. 4. eleg. 5. 5.

Si te Eoa iuuat, Debatarumq; aurea ripa, &c.

Debellare] καταπολεμεῖν, κατα γωνίζεσθαι, Expugnare. Plin. lib. 6. cap. 13. 10, Darium Alexander debellauit. Virgil. 6. Aeneid. 171,

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Debellatus ui hoſtis. Liu. 8. ab Vrbe, 50. Id eſt, Victus.

Tyrannus debellatus. Claud. 7. Paneg. 127.

Debellatum eſt cum Græcis, Id eſt finitum eſt bellum. Liu. 8 ab Vrbe, 116. Sic 8. bel. Maced. 46, Quod cum Antiocho uno prælio debellatum eſſet.

¶ Debellato (κατηγωνισμένῳ) uice aduerbij. Liu. 10. bel. Punici, 28. Idem 6. belli Punici, 119, Quod niſi manēte in prouincia bello non decerneretur, eum quaſi debellato triumphare, cum exercitus teſtis, &c.

¶ Debellandus, Particip. (καταπολεμηθησόμενος) Virgil. 5. Aeneid. 145,

—gens dura, atq; aſpera cultu
Debellanda tibi Latio eſt.

¶ Debellator, Verbale (καταγωνιστὴς) ut, Cruenti gurgitis debellator, apud Statium, lib. 9. Thebaid. 109.

Debeo] debes, debui, debitum, pen. cor. (ὀφείλω, ὀφλισκάνω, χρεωφείλω, μέλλω) debere, notæ ſignificationis. Terentius And. 4. 1. 51, Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo. Cic. Planc. lib. 10. 12. 15, Perfice ut ne minus Reſp. tibi, quàm tu Reip. debeas.

Calendis Ianuarij debuit, adhuc non ſoluit. Cicer. Attico, libro 14. 316. 1.

Quantum debet? Cic. Att. lib. 5. 10. 15.

Priuatim debere. Cic. pro Quintio, 8.

Amorem & omnia in aliquem ſumma & ſingularia ſtudia & animum debere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 12.

Animam debet. Vide Anima. Terent. Phorm. 4. 3. 56.

Animum debere ipſi patriæ. Cic. pro Flacco, 80.

Beneficium ſummum alicui debere. Cic. 1. de Orat. 60.

Fatum ſuum debere alicui, Id eſt acceptum referre alicui quòd uel uiuat, uel iam moriatur, uel bene, uel malè agat. Stat. 5. Thebaid. 5.

Debeo tibi hanc fidem. Plin. epiſt. 42. b.

Fides communis omnibus debetur. Cic. Qu fratri, lib. 1. 1. 4.

Gratiam debere alicui. Cic. 2. de Finib. 185.

Diuini honores pro diuinis meritis alicui debentur. Cicer. 4. Philipp. 154.

Laudem alicui debere. Cic. Att. lib. 1. 9. 5.

Malum alicui pro ſceleribus debetur. Cic. 3. Verr. 33.

Miſericordia tibi nulla debetur. Cic. 1. in Catil. 11.

Multos nummos alicui debere. Cic. Att. lib. 11. 206. 2.

Oculos debere alicui. Catul. Epigram. 77. 1.

Debere alicui pecuniam. Cic. pro Quintio, 9.

Pecuniam grandem alicui debere. Cic. Silio, lib. 13. 62.

Pecunia debetur alicui ex. Cic. Appio, lib. 3. 5. 11, Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur. Idē pro Cecinna, 11.

Pecuniam debere pro. Cic. 2. Philip. 80, Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas.

Pecunia cœpta eſt deberi. Cic. 1. de Orat. 82.

Pœna tanto facinori debetur. Cic. in Piſonem, 72.

Satisdato debere. Cic. Att. lib. 16. 339. 3.

Supplicia debentur hoſtibus uictis. Cic. 7. Verr. 62.

Vitam tibi debere fatetur. Ouid. de Ponto, 4. eleg. 5. 7.

Vitam armis debere. Claud. Paneg. 3. 16.

Debeo tibi, ſine accuſatiuo. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epiſt. 1. 12, Nos in cauſa eò authoritatem minorem habemus; quòd tibi debemus.

Debeam Credo iſti quicquā furcifero, ſi id fecerim. Terent. Eunuch. 5. 2. 22. Vide Credo.

Maximè debere, & plurimum poſſe iuuare. Cicero Lentul. lib. 1. 7. 5.

Cupere debere omnia alicuius cauſa. Vide Cupio.

Digitized by Google

Magnopere debere alicui. Cic. pro Plancio, 61.
Id noſtræ neceſsitudini debere me iudico. Cic. pro Planc. lib. 10. 12. 15.
Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Brutus Ciceroni, lib. 11. 1.
Debetis uelle quæ uelimus, Plaut. Amphit. 3. 39.
Debuit noſſe, pro Decebat. Cic. pro Cluent. 26. Plin. Neſcio an minoris hominem, quanquam noſſe debes. Id eſt, ueriſimile eſt te hunc noſſe, quum ſit tot notis nobilis. Budæus.
Quantum eſſet quod deberet accedere, id eſt quod addi oporteret. Cic. de Vniuerſitate, 53.
Debetur inuentio rei alicuius illi. Plin. lib. 18. cap. 7. 25. Id eſt, Attribui debet: hoc eſt, inuenit.
Debebitur. Cato cap. 144. 1, Pro eo nemo ſoluet, neq; debebitur.
Sua cuiq; uirtutis laus propria debetur. Cic. 2. de Orat. 188.
Corpora debentur fato. Virgil. 6. Aen. 143.
Vita neceſsitati debetur. Cic. pro Seſtio, 38.
¶ Debens, debentis (ὀφείλων) Participium: ut,
Dies longa uidetur opus debẽtibus: id eſt, obligatis ad aliquod opus ſingulis diebus exhibendum. Horat. 1. epiſt. 1. 5.
¶ Debitus, pen. cor. particip. (ὀφειλόμενος) Cic. P. Seſtio, libro 5. 17. 9, De tuo autem filio uereor ne ſi nihil ad te ſcripſerim, debitum eius uirtuti uidear teſtimonium non cepiſſe.
Meritam debitamq; gratiam alicui referre. Cic. 3. de Orat. 9.
Mors naturæ debita. Cic. 14. Philip. 405.
Meritos alicui honores & debitos decernere. Cicer. 7. Philipp. 223.
Debito officio fungi. Cic. 3. Tuſc. 129.
Iandiu debitum neceſsitudini officium reddere. Cicero Licinio, lib. 5. 8. 3.
Iandiu debitam alicui pecuniam ſoluere. Cic. pro Flacco, 43.
Pietate debita fratres colam. Senec. Hippol. 5. 9.
Ferre pœnas debitas. Senec. Oedip. 12. 13.
Iuſtas & debitas pœnas ſoluere. Cic. pro Milone, 65.
Reddere præmia debita. Virg. 2. Aen. 108.
Cælo debita progenies. Claud. in Gigantomach. 11.
Vita alicuius multis ſupplicijs iuſtis debitiſq; erepta. Cicero 1. Catil. 15.
¶ Debitum, pen. cor. Subſtantiuum (ὀφείλημα, χρέος, δανεισμα) Id quod debetur. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 2. 16, Prius quàm Fundanio debitum ſolutum eſſet.
Conſectari debita. Cic. Att. lib. 13. 28 1. 4.
Exigere debitum. Senec. Thebaid. 1. 35.
Fraudari debito. Cic. in Orat. 103.
Debito uitæ liberari. Vide Vita.
Retribuere debitum. Cic. Antequam iret in exilium, 1.
Soluere alicui debitum. Cic. Q. Fratri lib. 1. 2. 16.
¶ Debitor, pen. cor. (ὀφειλέτης, χρεώστης, ὑπόχρεως) Verbale, propriè (ut Modeſtinus ait) is dicitur, à quo inuito exigi pecunia poteſt. Plin. in Paneg. 69, Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.
Debitoribus creditas pecunias condonare. Cic. 2. Offic. 115.
Debitor numeroſus. Martial. lib. 5. 88,
Et ſeruit dominæ numeroſus debitor arcæ. Id eſt multi debitores.
Aeris debitor. Horat. 1. Sermo. Satyr. 2. 17.
Leuior plaga ab amico quàm à debitore. Cicer. Papirio, libro 9. 16. 22.
Creditorem debitoribus addicere. Cic. in Piſonem, 68.
Interpellare debitorem. Vide Interpello.
Perpetuus animæ debitor. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 2.
Vitæ debitor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. 1.

¶ Debitrix, pen. cor. Verbale. f. g. Vlpian. in l. quamuis pignoris datio. ff. de Senatuſconſ. Velleian. Quaſi debitrix delegetur. Paul. eodem tit. l. debitrix mulier.
¶ Debitio, Verbale f. g. (ὄφλησις) Idem quod debitum. Cic. ad Attic. lib. 14. 309. 3, Satis enim torquetur debitione dotis. Sic apud eundem pro Planc. 55, Diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ.
Debibo] bis, pen. cor. debibere. Solinus cap. 12, Quorum deterum ſi ouillum pecus debibat, &c.
Debilis] & hoc debile, pen. cor. notæ ſignificatiõis (ἀδύνατος, πηρὸς, ἀμενηνὸς, ἀμενὴς) Terent. Adel. 4. 4. 3, Membra metu debilia ſunt.
Infirmus ac debilis. Cic. 3. in Catil. 50.
Imbecillis ac debilis ſenex. Cic. pro Seſtio, 18.
Humero, lumbis, coxa debilis. Iuuen. Satyr. 10. 23.
Mancus & membris omnibus captus ac debilis. Cic. pro Rabirio Perduel. 15.
Mancus & debilis magiſtratus. Cic. pro Milone, 18.
Debile & Firmum, contraria. Cic. pro Murena, 48.
Debilis aliqua parte animi. Cic. de clar. Orat. 116.
Senex & debilis. Cic. 8. Philip. 254.
Sexus debilior. Claud. in lib. epigram. 42. 4.
Vires equitum debiles. Cic. pro Milone, 72.
Debilito, debilitas, pen. corr. (ἀδυνατόω, ἀπογηράω, ἐξασθενίζω, ἀμενηνόω) debilitare. Cic. de Amic. 22, Nec debilitari animos, aut cadere patitur.
Me dolor debilitat, includitq; uocem. Cicer. pro Rabir. Poſthum. 30.
Onus debilitat me. Ouid. 2. Triſt. 67.
Membra debilitant lapidibus, fuſtibus, ferro. Cicer. pro Flacco, 57.
Actio cauſæ debilitatur. Cic. pro Deiot. 3, Quæ quoniam angſtiora parietes faciunt, actioq; cauſæ maximè debilitatur loco, tuum, &c.
Affligunt animos, & debilitant metu. Cic. 4. Tuſc. 53.
Audaciam alicuius debilitare & comprimere. Cicer. pro Murena, 72.
Debilitantur cogitationes inimicorum & proditorum. Cicer. ad Lentul. lib. 1. 6. 2.
Conſenſus populi debilitatur. Cic. 8. Philip. 237.
Debilitare & reprimere furores aliquorum. Cicer. in Vatinium, 13.
Dolor patientiam debilitat. Cic. 5. Tuſc. 112.
Debilitat ſpem meam tua profectio, Cicer. ad Atticum libro 5. 91. 2.
Studia amicorum debilitare. Cicero pro Muræn. 41. id eſt, minuere.
Debilitari ac frangi uiribus. Cic. pro Marcel. 4.
Virtutem alicuius debilitare. Cic. 5. Philip. 166, Vtrum hoc eſt confirmare militum animos, an debilitare uirtutem?
Vocem fletu debilitare. Cic. pro Cælio, 48.
Debilitari, paßiuè: ut, Debilitari morbo. Celſ. lib. 1. cap. 8. Cic. 2. de Finib. 152, Turpe eſſe uiro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere.
Frangi & debilitari moleſtia non oportet. Cicer. Quinto fratri, lib. 1. 1. 2.
Debilitor lachrymis. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 11.
Infringitur ac debilitatur magiſtratus. Cic. 1. de Orat. 13.
¶ Debilitatus, Particip. (ἀδυνῶν, ἀδυνωμένος) ut, Debilitatus ſtupris. Cic. 2. in Catilinam, 32.
Afflictus, debilitatus, mœrens. Cic. 2. de Orat. 105.
Debilitatus atq; abiectus. Cic. 3. Catil. 55.
Animo debilitatus. Cic. Bruto, 9. 3.
Deſperatione debilitatus. Cic. in Orat. 2.

Multis

Digitized by Google

Multis uulneribus acceptis, ac debilitato corpore ac contruncidato, se abiecit exanimatus. Cic. pro Sestio, 68.

Fractus ac debilitatus metu. Cic. 1. de Orat. 60.

Inermem, & debilitatum aliquem opprimere. Cicer. pro Murœn. 74.

Victus & debilitatus obiecta specie uoluptatis. Cicer. 1. de Finibus, 73.

Periculis circumcluſus & debilitatus. Cic. 2. in Catil. 35, Nunc ſi L. Catilina cõſilijs, laborib. periculis meis circumcluſus ac debilitatus ſubitò pertinuerit, &c.

Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. Cic. pro Domo ſua, 20.

Præcipitans & debilitatus magiſtratus aliquis. Cicero pro Domo ſua, 32.

Illa naufragorũ eiecta ac debilitata manus. Cic. 2. in Catil. 43.

Nomen Græciæ iam fractum propè ac debilitatum. Cicer. pro Flacco, 49.

Veritas debilitata multis incommodis. Cic. pro Quint. 2.

Virtus debilitata, animus fractus. Cicer. Poſt redit. ad Quirites, 15.

Vrbs ſoluta ac debilitata. Cic. 2. de lege Agraria, 90.

A iure cognoſcendo debilitatus. Cic. 2. de Orat. 77.

¶ Debilitas. penul. cor. debilitatis (ἀδυνάτεια) Plin. lib. 17. cap. 24. 12, Quibuſdam debilitas ſterilitatem, non necem affert.

Animi debilitas. Cic. 1. de Fin. 76, Ob eamq; debilitatem animi multi parentes relinquerunt, &c.

Tarditas ingenij, ſtupor debilitasq; linguæ. Cic. in Piſon. 1.

Bonum integritas corporis, miſera debilitas. Cicer. 5. de Finibus, 145.

¶ Debilitatio (ἀδυνάμια) Cic. in Piſonem, 69, Quid debilitatio, atq; abiectio animi tui.

¶ Debiliter, aduerbium antiquum, Debilitatè, inquit Nonius. Pacuuius, Miſerent me, lachrymis lingua debiliter ſtupet.

¶ Debilo, onis, pro debili dixerunt ueteres. Ennius, Debilo homo. Sipontinus.

Debitio, Debitor, Debitrix, Debitum, Debitus] Vide Debeo.

Deblatero] deblateras, pen. corr. (καταψέλλω) deblaterare, Eſt ſtultè loqui, inquit Feſtus. nam βλάπας, ſtultos uocant Græci. Nonius uerò deblaterare, Obloqui & cõfingere interpretatur. Plaut. Aulul. 8. 1, Vbi tu es quæ deblateraſti iã uicinis omnib. Me meæ filiæ daturum dotem? Lucil. lib. 30, Deblaterat plenus bonus, ruſticus concinit unà. Gellius lib. 9. cap. 15, Deblateratis uerſuum multis milibus.

Debris] Garamantum oppidum, affuſo fonte, à medio die ad mediam noctem aquis feruẽtib. totidemq; horis ad medium diem rigentibus. uerba ſunt Plin. lib. 5. cap. item 5.

Debuccino] as, pen. corr. debuccinare, pro Buccinare uſus eſt Tertullianus De uelandis uirginibus.

DEC. Decius, Decurio DE Defunctus DEC. DEC. Decem Decani, Decreto Decurionum. D. uel DED IC. Dedicata. DES. Deſignatus, Deſignauit. DEST. Deſtinato.

Deca] Græcè δεκὰ, Latinè Decem dicitur.

Decachinari] ἀποκαγχάσαι, Eſt deridere, ut eſt apud Tertullianum.

Decachordum] δεκάχορδον. Inſtrumentum muſicum decem chordas habens.

Decacumino] decacuminas, pen. cor. (βλασολογέω) decacuminare, Cacumen præcidere, & cacumine priuare. Col. lib. 5 cap. 6. 11. Idem lib. 6, Poteſt etiam ulmus ſic diſponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat.

Decacuminatio (βλασολογία) Verbale. Plinius libro 17, Similem & decacuminatio rationem habet, cupreſſi, piceæ, cedri.

Decadorus] δεκάδωρος, Longus decem palmis.

Decaduchus] δεκαδοῦχος, Decemuir. Erant magiſtratus Athenis, poſt exactos Tyrannos, qui Remp. adminiſtrabãt, eorum unuſquiſq; Decaduchus uocabatur. Vide Alexand. Genial. dier. lib. 3. cap. 16.

Decæneus] δεκαίνεος, Byrebiſtæ regis Getarum conſiliarius, quo tempore Cæſar aduerſus illum inſtruxit exercitũ: qui tanto præditus erat honore, ut inter Getas Dei nomen aſſequeretur. Id aũt quomodo fieret, undeq; ortum habuerit, & alibi diximus, & apud Strab. reperies, lib. 7.

Decalauticare] obſoletum uerbum apud Luciliũ, lib. 26, Decalauticare eburno ſpeculo. Meminit Nonius.

Decalicatum] ἀσβεσωμένον, Calce litum. Feſtus.

Decalitron] δεκαλιτρὸν, Stater erat Corinthius, obolorum decem. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 2.

Decalogus] penultima corrept. (δεκάλογος) Decem præcepta continens.

Decamnichus] δεκάμνιχος, Archelai aulicus quidã fuit, qui cùm oris graueolentiam Euripidi obiecisſet, excanduit poeta maledicto grauius, querelaſq; apud regem depoſuit. Is uerò, ut qui Euripidem amplius amaret, illũq; afficeretur plurimum, Decamnichum in eius arbitrio poſuit, in quem prout uellet, plagis deſæuiret. Qua tam inſigni iniuria accepta, bilem non ſubſtrinxit Decamnichus, ſed in Archelaũ graſſantibus ducem ſe præbuit, ac necis illius cauſa extitit grauiſſima. Ex Cæl. Rhodig. lib. 24. cap. 10.

Decani] δεκάρχοι, Dicti ſunt in exercitu, qui decem militib. præerant: alio nomine Caput contuberij dicti. Apud Eccleſiaſticos dignitatis nomen Decanatus. Vide Alciatum in l. non plures. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Decanto] decantas, decantare (ᾠδαγορεύω, ᾠδήσω) Idem quod Cantare & celebrare. Cic. 3. Tuſc. 80, Hæc omnia uidiſſe & iam decantauerant fortaſſe. Idem 2. de Orat. 41, Nec mihi opus eſt Græco aliquo doctore, qui mihi peruulgata præcepta decantet.

Miſerabileis decantare elegos. Horat. 1. Carm. ode 33. 1.

Decantare, pro Loquitari & blaterare, poſuit Quintilianus in lib. 12, Quum multa quæ neq; ad iudicem, neq; ad litigatorem pertineant, decantauerunt, bene comitati per fõrum reducuntur. Budæus.

Iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare. Cicero 4. de Finibus, 17.

¶ Decantatus, a, um (ᾠδηθέμενος) Adiect. ex participio. Cicer. 2. de Orat. Omnes cauſas diligentes, memores, & ſobrij oratores percurſas animo & propè decantatas habere debent.

Decaphoron] pen. cor. (δεκάφορον) Lectica, quæ fertur à decem hominibus, ſicut Hexaphoron, quæ à ſex. Sipont.

Decapolis] penul. cor. Iudææ regio eſt decem urbium trans Iordanem: hanc multi Cæſaream eſſe dixerunt. Plinius libro 5. capite 18.

Decaproti] pen. prod. (δεκάπρωτοι) Qui funguntur munere decaprotiæ: quos Cicero Decẽprimos appellat. Vlpian. in l. & qui. de muneribus & honor. Decaprotos mmores etiam annis XXV. fieri iampridem placuit. Arcadius eodẽ titulo. l. ult. Miſta munera ſunt decaprotiæ, icoſaprotiæ: ut Heren. Modeſtinus & notãdo & diſputãdo bene & optima ratione decreuit. Nam decaproti & icoſaproti tributa exigentes & corporale miniſterium gerunt, & pro muneribus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciunt.

Decapulo] decapulas, pen. corr. decapulare, Euacuare, deplere. De oleo dicitur. Plin. lib. 15. cap. 6. 2, Quare ſæpius die

Digitized by Google

die decapulandum. Vide Capulo, capulas.

Decarchia] δεκαρχία, Decemuirorum imperium apud Lacedæmonios, qui singulis ciuitatib. decem præficiebãt uiros.

Decarchos] δέκαρχος, is dicitur, qui decem præest militib. inquit Valla lib. 6.

Decas] decadis, pen. corr. (δέκας) significat aliquid decenarium numerum continens. Hinc T. Liuius libros suos Decades nuncupauit: quòd decem uolumina singulæ continerent. Sipontinus.

Decatones] Decatentæ, & Decatelogi dicuntur, qui decimas exigant & colligunt. Vnde apud Abydenos decamerium legitur, quòd nauli habebatur genus. Author. Cæl. Antiq. lect. lib. 22. cap. 14.

Decaulesco] decaulesis, decaulescere (ἐπικαυλόω) Emittere caules. Plin. lib. 19. cap. 7. 6, Raphanus utiq; iucundior detractis foliis antè quàm decaulescat.

Deceates] Populi Liguriæ. Plin. lib. 3. cap. 5, Ligurum celeberrimi ultra alpes Sallyi, Deceates, Oxybij.

Decedo] decedis, pen. prod. decessi decessum (ἀποχορέω, ὑπεξίσταμαι) decedere, Est discedere. Propriè uerò, à mandato custodiæ loco recedere. Vnde Consules, Proconsules, Præfides, Prætores dicuntur ex prouincia decedere: item præsidia de urbibus & castellis. Hæc Valla lib. 5. Cic. ad Attic. lib. 11. 21. 5. 2, Quãquam quid ego de lictorib. qui penè ex Italia decedere sim iussus? Idem 4. Verr. 103. Sic idem in Pisonẽ, Altera ratio, quòd ij quos in prouincia liberalitatis & uirtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant.

Decedere, ei qui successor missus est cedere. Cic. 7. Verr. 33.

Decedamus hinc. Plaut. Bacchid. 1. 74, Hîc nescio quid turbæ est: quin hinc decedimus? Cic. 7. Verr. 5.

Decedere ex agris, ex decreto alicuius. Cic. pro Fonteio, 3.

Decedere alicui. Plaut. Amphit. 12. 4,

Nam mihi quidẽ hercle qui minus liceat deo minitarier
Populo, ni decedat mihi, quàm seruolo in comœdijs?

Decedere alicui, pro Auersari aliquẽ. Cæsar, Quibus ita interdictum est, ijs omnes decedunt, aditum sermonemq; defugiunt. Id est, uia decedunt. Budæus.

De suis bonis decedere. Cic. 4. Verr. 29.

De curriculo uitæ decedere. Vide Curriculum.

A' superioribus decretis decedere. Cic pro Flacco, 20.

Decedere fide. Liu. 4. bel. Maced. 50, Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si coniurare cum cæteris uoluissent. Ibidem, lib. 1. 18.

Furori aliquorum decedere. Cic. Antequã iret in exil. 8. Id est, cedere.

Decedere instituto suo. Id est aliter agere (inquit Budæus) quã quis solitus fit. Liu. 7. bel. Maced. 228.

Decedere itinere, per metaphoram. Plin. epist. 2. 4.

Decedere de suo iure, Est non summo iure agere, aliquid sui cõdonare comiter. Cic. 2. Offic. 93, Est enim non modo liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Idem pro Rosc. Amer. 44, Esto, causam proferre non potes, tametsi statim uicisse debeo, tamen de meo iure decedam: & tibi quod in alia causa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Hæc Budæus.

Decedere iure suo, Idem. Liu. lib. 3. ab Vrbe, 138. Deceßitq; iure suo, ut demptum de ui magistratus, populi libertati adijceret. Vulgò dicunt, Præterire ius. Hæc Budæus.

Recto limite decedit. Stat. 2. Thebaid. 13.

Loco decedere. Tacit. lib. 3.

Decedere de suo more, pro Mores mutare. Cicero 4. Verr. 111. Budæus.

Seræ meminit decedere nocti. Virg. eclog. 8. 18.

Decedere officio, uel de officio, Est contra quàm decet atq; officiosum est, aliquid agere. Cic. in Verrem, Quid faceres pro homine innocente & propinquo, quum propter hominem perditißimum atq; alienißimum, de officio decesseris? Liu. Eas quoq; colonias quæ officio deceßissent. Hæc Budæus.

Ab officio decedere. Liu. lib. 6. Decad. 4.

Possessione decedere, uel de possessione. Plin. in epist. Item in l. si finita, de damno infecto. Siquis in possessionem missus, nõdum possidere iussus sit, an dominus decedere de possessione debeat.

De possessione decedere. Cic. 2. de lege Agrar. 69.

Prouincia decedere. Cic. pro Ligario, 1.

Decedere de prouincia & ex prouincia. Cic. Cælio, lib. 2. 10, 5. Idem 4. Verr. 34.

Regnis decedere, p Priuari regno uel imperio. Sil. lib. 17. 123.

Sententia decedere. Tacit. lib. 14.

De sententia decedere. Cic. pro Corn. Balbo, 7.

Spacio decedere. Lucret. lib. 2. 44.

Decedere uia. Plaut. Amph. 12. 7, Quamobrẽ mihi magis par est uia decedere & concedere. Et Quintil. lib. 4, Decedere uia dicendi.

Deceßit uia errabundus. Sueton. in Cæsare.

Decedere de uia. Plaut. Amphit. 12. 1, Concedite, atq; abscedite omnes, de uia decedite. Cic. pro Cluent. 131.

Decedere alicui de uia. Plaut. Trinum. 6. 62,

Non tibi dicam dolo, decedam ego illi
De uia, de semita, de honore populi.

De uita decedere. Cic. pro Rabir. perduel. reo. Id est mori.

Decedet hæc ira. Terent. Hecyra 3. 5. 55.

Deceßit cura ea patribus. Liu. 9. ab Vrbe, 150.

Nihil decedet de summa. Terent. Adel. 5. 3. 30.

Decedit febris. Celsus lib. 3. cap. 3.

Decedit hoc opibus. Liu. 3. ab Vrbe, 229.

Decedit periculum de causa eius. Cic. pro Cluent. 133.

Decedunt uires. Liu. 4. bel. Maced. 61.

Decedi, paßiuè. Cic. de Senect. 58. Vide Assurgo.

Decedere, sine appositione, pro Mori, quasi à custodia & gubernatione corporis proficisci, inquit Valla. Cic. ad Att. lib. 1. 4. 2, Pater nobis deceßit ad VIII. Cal. Decemb.

¶ Decedens, Participiũ (ἀποχωρῶν) Qui in urbem rediera. Cic. pro Muræna, 62, Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti.

Dies decedens, id est occasus. Virg. 4. Georg. 93.

Certis momentis tempora decedentia. Horat. 1. epist. 6. 2.

¶ Deceßio (ἀποχώρησις) Verbale. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 2, Ego tibi spem maturæ deceßionis afferebam.

Deceßio de prouincia. Cic. ad Att. lib. 6. 16. 5.

Mansio & Deceßio, contraria. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 16.

Dies deceßionis. Cic. Att. lib. 6. 16. 5.

Deceßio pro diminutione, cuius contrarium est Acceßio. Cic. 3. Offic. 15, Sed quum sit is qui solum bonum iudicet, quod honestum sit, quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neq; acceßione, meliorem uitam fieri, neq; deceßione peiorem. Idem 2. de Diuin. 53.

Deceßio de summa. Cic. pro Rabirio Post. 19.

¶ Deceßor (ἀποχωρητὴς) est cui è prouincia abeunti, succeßor mittebatur. Vlp. in l. obseruare, in tract. offic. procons. Rectè autem & ordine faciet, si edictum deceßori suo miserit, significetq; quo die fines sit ingreßurus. Sic in alijs muneribus. Nam Iulij agricolæ Tacitus Deceßorẽ uocat, qui legionem illi tradebat.

¶ Deceßus, huius deceßus (ἀποχώρησις) Idem quod Deceßio. Plin. lib. 18. cap. 18. 2. (398.

Vulgo credebatur ab eius deceßu ferere solitos. Cæs. 3. bel. Gal.

Deceßus

Deceſſus febris. Celſ.lib.3.ca.12, Sub deceſſu febris cibū ſumat.

Decelia] Δεκέλεια, Locus & populi Hippothoōtidos tribus, ut tradit Stephanus, eiusq; frequens mentio eſt apud Thucydidem.

Decem] Δέκα, numerale, indeclinabile. Terent. Heaut.5. 1. 36, Decem dierum uix mihi eſt familia.

Decem ſeptē numero. Cæſar.1. bel.Ciuil.210, Naues lōgas expediunt numero decē ſeptē. Sic apud eundem lib.1.bel.Gall. 30, Decem nouem.

¶ Decemiugis, pen.cor. (Δεκάζυγος) Adiect. Suet.in Nerone, Aurigauit quoq; pluriſariam: Olympis uerò etiam decēiugem. Subcurrum.

¶ Decemprimi, pen.prod. (Δεκάπρωτοι) dicuntur à Cicerone, pro Roſc. Amer.14, qui Decaproti Græcè, Itaq; Decurionū decretum ſtatim fit, ut Decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam, doceantq; eum qui uir Sex.Roſc.fuerit.

¶ Decemprimatus, us (Δεκαπρωτία) Decemprimorum munus & dignitas. Hermogen.in l.1.ff.de muner.& honor. Patrimonij ſunt munera rei uehicularis, item nauicularis Decemprimatus.

¶ Decennis (Δεκαετὴς) decem annorum. A' quo decenniū: Decennis fœmina. Plin.lib.8.cap.5.3. Et cap.44.1.

¶ Decies, aduerbium (Δεκάκις) Plaut. Sticho, 5.45, Quin & ipſa decies in die mutat locum.

Decies die uno. Plaut. Aulul.4.31.

Decies dixi. Plaut. Amph.7.19.& 8.91.

Haud ſemel, ſed decies iuraſti mihi. Plaut.Pœn.

Decies anno pariunt columbæ. Plin.lib.10.cap.53.1.

Decies centena. Plin.lib.3.cap.5.6.

Decies centena millia. Cic.3.Verr.19.

Decies bis. Martialis lib.1.41.

Decies millia centum. Martialis lib.1.98.

Vſq; ad decies æris. Liu.4.bel.Pun.51.

¶ December, decembris (τοσειδεῶν) nomen menſis, qui decimum locum tenuit antequam additi fuiſſent Ianuarius & Februarius.

Gelidus menſis December. Ouid.1.Triſt.eleg.10.1.

Vti libertate decembris, id eſt, Saturnaliorum, qua donabantur eo tempore ſerui. Horat.2.Ser. Satyr.7.1.

Canus december. Vide Canus.

¶ Decempeda, dæ, pen.corr. fœm.gen. (Δεκαπόδαιον) Pertica qua menſuratur terra: à numero pedum dicta. Cicer.14. Philip. Idem pro Milone, Qui quum architectis & decempedis uillas multorum, hortoſq; peragrabat. Idem 4. Acad. de Sole loquens. Horat.2.Carm.ode 15, Decēpedæ priuatæ.

¶ Decempedator, pen.prod. Qui decēpeda metitur. Cicer.13. Philpp. Cauebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquiſſimus agri priuati & publici decempedator.

¶ Decemplex, cis, pen.corr. Adiect. Aemylius Probus in Miltiade, Tanto plus uirtute ualuerunt Athenienſes, ut decemplicem numerum hoſtium profligarent.

¶ Decemplicatus, Adiect. Varr. lib.5. de Lingua Latina, His decemplicatis coniuncto prouerbio, ex uno quinq; millia numero efficerent, &c.

¶ Decemſcalmus (Δεκασκάλμιον) Actuariolum decem ſcalmorum, quod proinde decem remis agebatur. Scalmus aūt lignū illud erat, in quo remus aptabatur ad facilius nauigādum. Cic. ad Atticum, lib.16, Hæc ego conſcendens è Pompeiano trib. actuariolis decemſcalmis.

¶ Decemuiri, pen.cor. (οἱ Δέκα, Δεκάδαρχοι) qui fuerint, docet his uerbis Liuius 3. ab Vrbe, Anno trecenteſimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Conſulib. ad Decemuiros, quemadmodum ab regibus antè ad Conſules uenerat. Translato imperio minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. Læta enim principia magiſtratus eius, nimis luxuriauere, eo citius lapſa res eſt. repetitumq; duobus uti mandaretur Conſulum nomen imperiūq;. Idem paulò antè, Iam redierant legati cum Atticis legibus. eò intentius inſtabant Tribuni, ut tandem ſcribendarum legum initium fieret. placet creari decemuiros ſine prouocatione, & ne quis eò anno alius magiſtratus eſſet. Budæus.

Perſcripſerunt duodecim tabulas decemuiri. Cic.1.de Orat. Dicant uel Græci ſi uolunt, &c. uel noſtros Decemuiros qui duodecim tabulas perſcripſerunt, quos neceſſe eſt fuiſſe pēdentes, &c.

¶ Decemuiri litibus iudicādis. Pompon.lib.2.§.16.ff.de orig.iuris, Deinde quū eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ præeſſent, Decēuiri litib.iudicandis ſunt cōſtituti. Suet. in Auguſt. Author fuit ut centumuiralem haſtā, quā quæſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Cic. in Orat. Decēuirorū iudiciū, aut Triumuirorum capitalium, aut Decēuirorum litibus iudicandis, dico nunquam, &c.

¶ Decēuiralis, & hoc decēuirale, pen.prod. (τῶν Δέκα ἀρχικὸς) Cic. de lege Agraria, lā illa omnib.in prouincijs, regnis, liberis populis quā acerba, quā formidoloſa, quàm quæſtuoſa cōcurſatio decēuiralis futura ſit, nō uidetis?

¶ Decēuiratus, huius decēuiratus, pen.prod. (ἀρχὴ τῶν Δέκα, Δεκαδαρχία) Dignitas & officiū Decēuirorum. Liu.1. Decad.lib.3, Opimio etiam ſine authore exierat, non in præſentis modò temporis eos iniuriam conſpiraſſe, ſed fœdus clandeſtinum inter ipſos iureiurando ictum, ne comitia haberent: perpetuoq; decemuiratu poſſeſſum ſemel obtinerent imperium. Hæc Budæus. Cic. de lege Agraria, ut ij decemuiratum habeant, quos plebs deſignauerit.

¶ Decennale (Δεκαετὴς) Quod eſt decem annorum: ut, Bellū decennale. Sipontinus.

¶ Decennia, quæ & Decennalia, Sacra dici uidentur, decimo imperij anno celebrata, de quib. Pollio Trebellius in Salonino ſcribit, Byzantium Galieno imperante à militibus ita deuaſtatum, ut prorſus nemo ſupereſſet, uetuſtis etiam familijs funditus euerſis. Id quum egregiè ultus foret Galienus, militib. ferè omnibus contrucidatis, Romā conuolans Decēnia celebrauit, nouo ludorum genere, noua pomparum ſpecie, uelut magnum quippiam geſſiſſet. Plura Cæl.Rhod.lib. 22.cap.14.

¶ Decimæ, decimarum, ſiue Decumæ (Δεκάτου, Δεκασμοὶ) Decima pars quaruncunq; rerū, quæ ſoluitur principibus, & ſacerdotibus. Cic.5.Verr.14, L. Octauio, & C. Cottæ cōſulibus Senatus permiſit, ut uini & olei decumas, & frugū minutarum, quas ante te lege Quæſtores in Sicilia uendere conſueſſent, Romæ uenderent, legemq; his rebus, quàm ipſis uideretur, ediceret. Idem pro lege Manilia, 10.

Decimas, Plautus aliàs decimam partem uocat, in Sticho, Hæc uæniſſe iam opus eſt quātum poteſt, ut decimam partē Herculi polluceam.

Accipere decimas. Vide Accipio.

Addicere decumas alicui. Cic.5.Verr.74.

¶ Decimæ, pro miſſilib. & teſſeris quas Imperatores ſpargebant ludis ſcenicis, atq; ita uelut quandā decimā Pop. Rom. dabant, ut qui decimā bonorū ſuorū Herculi pollucebāt & profanabāt. Tranquillus, Scenicis ludis, inter plebē & equitē cauſam diſcordiarum ſerens, decimas maturius dabat, ut equeſtria ab infimo quoq; occuparentur. Hæc Turnebus.

Singularis numerus eſt apud Cicer.lib.3. de Natur.deor. Neq; Herculi quiſquā decumam uouit unq;, ſi ſapiens factus eſſet.

¶ Decumani (Δεκατοῦται) ut Aſconius Pædianus docet, uocantur publicanorum principes, per quos decumæ exigebātur. Cic.5.Verr.16, Eaq;, quæ iamdiu ad ſalutem ſociorum, utilita-

Digitized by Google

utilitatemq; Reip. composita cõparataq; essent, ad suos improbissimos quæstus conuerteret, qui primùm certos instituerit, nomine decumanos, ut re uera ministros ac satellites cupiditatum suarum.

¶ Decimo, decimas, pen. cor. (Δεκατόω) decimare, Decimam partem accipere.

Decimare legiones, Decimum quenq; ex legione supplicio afficere. Liu. 2. ab Vrbe, 259, Cætera multitudo sorte decimus quisq; ad supplicium lecti. Mos enim erat antiquus, quo in decimum quenq; militem sortito animaduertebatur capitaliter. Ex Budæo.

¶ Decimani, milites quidam dicebantur à Probo imperatore, de quibus uide in Dacisiani milites.

¶ Decimus, pen. cor. (Δέκατος) Adiect. siue Decumus, ut apud antiquos scribebatur. Plaut. Amphit. 5, Alter decumo pòst mense nascetur puer.

Hora diei decima. Cic. 2. Philipp. Quum hora diei decima ferè ad saxa Rubra uenissent, delituit in quadam cauponula.

Pars decuma. Cic. 5. Verr. Omnes deniq; agros decumanos per triennium pop. Rom. ex parte decuma C. Verri ex omni reliquo uectigales fuisse.

¶ Decimùm, Aduerb. (Δέκατον) Liu. 6. ab Vrbe, Vos reficietis decimũ Tribunos. Quod barbarè dicũt, pro decima uice.

¶ Decumanus, pen. prod. (Δεκατεύω) authore Festo, appellatur limes, qui fit ab ortu solis ad occasum. Alter ex transuerso currẽs, appellatur Cardo. Plin. lib. 18. cap. 34, Linea hæc erit ab ortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui secabit agrum, Decumanus uocabitur. Hîc limitẽ, non pro termino, sed pro forma agri intelligere oportet. Idem lib. 17. cap. 22.

¶ Decumana oua dicuntur, & decumani fluctus, qui sunt magni. nam & ouum decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. Festus. Lucanus in 5, Phar.

Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualida cum puppe leuat. Sic Decumana pyra apud Columel. lib. 12. cap. 10.

¶ Decumana porta in castris, præcipua, & patẽtior alijs atq; frequentior, quæ in postica parte castrorum erat, ut ex Cæsare lib. 3. bel. Gal. intelligimus: & ex Liuio lib. 10.

¶ Decumanus acipenser apud Cicer. in 2. de Finib. ex Lucilij

Decennis] Vide Decem. (carminib.

Decens, Decentia, Decenter] Vide Decet.

Deceris] Δεκήρης, Latinè decemremis. Vsus est Sueton. in Caligula, ubi inquit, Fabricauit, & deceris liburnicas. decedris alij legunt, sed mendosè. Naues enim intelligit ingentis magnitudinis, quæ thermarum & tricliniorum capaces essent, quales à regibus Aegypti & Macedoniæ fabricatas refert Athenæus. Laxitas autem & capacitas decemremis triclinia, & conclauia & thermas complecti potest. Emendatores quũ deceris legissent, nec animaduertissent uocabulũ esse græcũ, d literã interseruere, pretiũ materiæ sequuti, quũ amplitudinẽ significaret. Trãquillus. Hæc ex Turnebo.

Decermina] τὰ μοτὰ, Quæ decerpuntur purgandi causa. Festus.

Decerno] decernis, decreui, decretum, pen. prod. (γνώσω, ψηφίζομαι, δογματίζομαι, προοράω) decernere, Iudicare. Terent. Adelph. 4. 2. 6,

Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere.

Decernere de. Plin. lib. 17. cap. 22. 21, Sed de his Catonis præcepta decernent.

Decernere & iudicare. Author ad Heren. 52.

Decernere, Statuere, & defigere, authore Donato. Teren. Hec. 1. 2. 75, Sed quã decreuerim me non posse diutius Habere, eam, &c. Martial. lib. 2. 63,

Dummodò causidicum, dum te modò rhetora fingit,
Et non decernis Taure quid esse uelis.

Intus animus quid decreuit. Senec. Med. 12. 8.

Decretum est mihi. Plaut. Aulul. 16. 38, Mihi bibere decretum aquam est. Terent. Heaut. 3. 1. 56, Sumat, consumat, perdat, decretum est pati. Ibidem 2. 4. 12.

Decernere cum infinitiuo. Cic. 2. de Orat. 85, Sic decreui philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis. Liu. 1. ab Vrbe, 75, Ad unũ omnes Numæ Pompilio regnũ defendum decernunt.

Decernere, Est etiam, ut ait Donatus, de magnis certam proferre sententiam. Terent. And. 1. 5. 3, Vxorẽ decreuerat dare sese mihi hodie.

Decernit Senatus, Populus iubet. Cic. 4. Verr. 116.

Statuere, decernere. Cic. Capitoni in epist. ad Att. lib. 16. 343. 3, Quæ res earum rerum quas Cæsar statuisset, decreuisset, egisset, Consulibus cognitionem dedit.

Decernere alicui ut. Cicer. ad Lent. lib. 1. 1. 7, Ex illo Senatusconsulto quod te referente factũ est, tibi decernit ut regẽ redu-

Aliter ut quis edixit, decernere. Cic. 3. Ver. 84. (cæ.

Decernere aliquid contra rem alicuius. Cic. 5. Verr. 6.

Contra edictum suum sine ulla religione decernere. Cicer. 3. Verr. 84.

Decernere de re aliqua. Cicer. ad Cælium, lib. 2. 10. 1. Idem ad Lent. lib. 1. 3. 3, Imprimisq; ut quæ Appius de eius re decreuit, ea comprobes.

De sententia consilij decernere aliquid. Cic. Capitoni in Epist. ad Attic. lib. 16. 346. 2.

Vno iudicio de omnibus fortunis decernere. Cic. pro Quint. 3.

Amplissimè decernere de salute & dignitate alicuius. Cic. pro Domo sua, 58.

Secundum aliquem decernere. Cic. Att. lib. 16. 343. 3, Consules de consilij sententia decreuerunt secundum Butrotios.

Extra ordinem decerni uni negat oportuisse quicquam. Cicer. pro Domo sua, 15.

Decernere bellum. Cic. 4. Verr. 54.

Dona decreta, & grates deis decernuntur. Tacit. lib. 15.

Gaudia decernere paruis spacijs. Claud. 4. Paneg. 73.

Superis decernere grates. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 10.

Gratulationem conseruatæ Reipub. alicui decernere. Cicer. 4. in Cat. 92.

Hospitium alicui gratuitum. Plin. lib. 35. cap. 9. 3.

Honores alicui. Cic. ad Brutum, 15. 4. Ibidem, 9, Quis honos ei non fuit decernendus?

Imperium decernere alicui Cic. 11. Philipp. 303.

Iniuriã. Cic. pro Quin. 46, Bruti, inquit, erat familiaris: itaq; is intercedebat: tu contrà Burreni qui iniuriã decernebat.

Laudationem alicui. Cic. 6. Verr. 123.

Legationem contra aliquem. Cic. 4. Verr. 8. Sic, Decernere legatos, Cic. ad Lent. lib. 1. 1. 8.

Legiones in Syriam. Cic. ad Caninium. lib. 2. 16. 8.

Noui aliquid decernere. Cic. Curion, lib. 2. 6. 10.

Noxiam. Plin. lib. 18. cap. 3. 4.

Pecuniam ad. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 38, Quòd ediceris ne ad ludos pecuniæ decernerentur.

Quæstionem decernere. Cæsar. 7. bel. Gal. 173, Quæstionem de bonis direptis decernunt. Cic. 2. de Finib. 87, Quo plebi scito decreta à Senatu est Consuli quæstio Cn. Scipioni.

Nouam quæstionem, pro eo quod nunc dicimus Ordinare, ut fiat informatio, & ut contra delinquentes procedatur. Cic. pro Milone, 14, Caruit fòro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico, &c. Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decreta est? Budæus.

Decernere ut ueteribus legib. queratur, Idẽ Cic. pro Mil. 10.

Statuam

Statuam alicui. Plin. lib. 34. cap. 6. 3, Inuenitur statua decreta & Taraciæ Caiæ siue Suffetiæ uirgini Vestali.
Stipendium. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 34.
Sumptus legatis decernere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 10.
Supplicationem. Cic. ad Sulpitium, lib. 12. 78. 1, Itaq; affui, supplicationesq; libenter tibi decreui. Cæsar. 2. bel. Gal. 363.
Triumphum decernere alicui. Cic. 4. de Fmib. 38.
Decernere cornibus, Bellare. Virg. 3. Georg. 44. De tauris.
Suo solum capite decernere. Cic. Att. lib. 10. 20. 2, Dices, Vbi ille ergo tuus animus, quem proximis literis? Adest, & idem est. Sed utinam meo solũ capite decernerẽ: lachrymæ meorum me interdum molliunt, &c.
Pro fama & fortunis alicuius decernere. Cic. 2. de Orat. 110.
Acie decernere. Vide Acies.
Armis decernere. Cic. Att. lib. 7. 12. 3. 8.
Decernere criminibus. Liu. 10. Decad. 4, Decernite criminib. mox ferro decreturi.
Decernere ferro uel armis. Virg. 11 Aen.
Ipsum armis, ipsumq; iubet decernere ferro. Cicer. 2. de Orat. 173, Sed si in ipso illo gladiatorio uitæ certamine, quo ferro decernitur, tamen &c. Virgil. 12. Aeneid. 57,
Sic omneis amor unus habet decernere ferro.
Pugna forti decernere. Valer. 4. Argonaut. 39.
Pugnam decernere. Liu. 8. bel. Pun. 172, Primo missilibus territauere: deinde amissis leuib. telis, quæ irritare magis quã decernere pugnam poterant.
Ratio decernendi magis expetenda est, quàm decertandi fortitudo. Cic. 1. Offic. 113.
Aequabilitate decernendi uitat offensionẽ Prætor sapiens. Cic. pro Murena, 39.
¶ Decretus, pen. prod. (ἐψηφισμένος, ἐγνωσμένος) Particip. Cato Ciceroni, lib. 15. 5. 3, Supplicationem decretam, Si tu, qua in re nihil fortuitò, sed summa tua ratione & continentia Reipub. prouisum est, dijs immortalibus gratulari nos, quàm tibi, referre acceptum mauis, gaudeo.
Lex decreta per Senatum. Cic. pro Domo sua, 19.
Aliquem decretũ habere. Cic. pro Cælio, 30, Nihil in istam mulierem dico: sed si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus perumlgaret, quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure suo libidines omnium commearent, &c.
Omnibus decreta mors est. Senec. Thebaid. 1. 45.
Decreta uirtutis præmia. Cic. 2. de Orat. 189.
Desponsa & decreta prouincia, diuersa. Cic. de Prouinc. Consul. 30, Qui Consul Cal. Ian. habere prouinciam debet, is ut eam desponsam non decretam habere uideatur.
Sumptus annuus decretus. Cic. Att. lib. 7. 12. 1. 9.
¶ Decretum (ἐγνωσμένον, ψήφισμα, δόγμα, ῥῆτρα, χρεών) est id quod placitum aliàs Latinè dicitur. Græcè dogma, & psephisma, & arestον dicitur, authore Budæo. Plin. epistol. 248, Quòd affirmare tibi possum, ut decreta quibus dãnati erant, proferebantur: ita nulla monumenta quibus liberti probarentur.
Philosophorum decretũ. Cic. 4. Acad. 53, Sapientiæ uerò quid futurum est, quæ neq; de seipsa dubitare debet, neq; de suis decretis (quæ philosophi uocant dogmata) quorum nullum sine scelere prodi poterit?
Edictum & decretum. Cic. 4. Verr. 82.
Nouitas, iniquitasq; decretorum. Cic. 3. Verr. 87.
Decreta patrum: iussa populi. Liu. 8. bel. Maced.
Sapientis nullum decretum esse potest nisi comprehẽsum, perceptum, cognitum. Cic. 4. Acad. 196.
Tabula decreti. Cic. 1. Philip. 2.
Dura decreta. Valer. 8. Argon. 93.
Tristia decreta. Valer. 8. Argon. 82.
Sine decretis uitam agere. Cic. 4. Acad. 197.
Auferre decretum. Cicer. Planc. in epistol. ad Attic. libro 16. 341. 3.
Cõcitare in se, & infestare aliquos suis & decretis & edictis. Cic. 3. Verr. 66.
Defendere decreta. Cic. 2. de Cin. 49.
Facere decretum. Cic. pro Domo sua, 58, Omnes omniũ publicanorum societates de meo Consulatu ac de meis rebus gestis amplissima atq; ornatissima decreta fecerunt.
Cum decreto & palàm aliquid facere. Cic. 2. de leg. Agrar. 51.
Aliud decretum habere. Cic. 4. Acad. 197.
Ex decreto depositam pecuniam habere. Cicer. Ther. libro 13. 57. 5.
Magnificentissimis decretis honestari ab aliquo. Cic. Post red. in Senatu, 1.
Interponere decretum. Author ad Heren. 52.
Sententia & decreto laudare aliquid. Cato Cic. lib. 15. 5. 3.
Mutare decretum. Vide Muto.
Ornari decretis. Vide Orno.
Perfringere decreta. Vide Perfringo.
Proferre decreta. Cic. 3. Verr. 87.
Rumpere ferrea decreta. Ouid. 157.
Statuere ius Reip. decretis. Cic. 10. Philip. 277.
¶ Decreturus, pen. prod. Particip. (ψηφισόμενος) Cic. in Vatin. 15, Vtrũ decreturus fueris id quod Augures omnes, usq; à Romulo decreuerunt.
¶ Decretorius (κριτικός) adiect. ut, Decretoria pugna, qua decernitur de summa causæ. Quint. lib. 6. cap. 5, Quo in loco sunt qui legant decertatoriam.
Decretorium sydus & tempus decretoriũ dicitur per translationem. Quod decernit de uuis & alijs arboribus aut herbis. Plin. lib. 18. cap. 28. 12, In hoc temporis interuallo res summa uitium agitur decretorio uuis sydere illo quod Caniculã appellauimus. Vnde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ. Idẽ lib. 18. cap. 29. 7, Aquila exoritur uesperi, decretorio die florentibus oleis.
Arma decretoria, Quibus seriò certandũ est. Senec. epist. 118, Idem alibi decretorium diem appellat, diem mortis.
Stylus decretorius, pro seuero, quasi semel de re definiens. Sen. 1. de Clemẽtia, Nisi plus est quod timet, quàm quod damnat, non accedet ad decretorium stylum.
Decerpo] decerpis, decerpsi, decerptũ (δρέπω, ἀποδρέπω, ἀπολέγω) decerpere, Aliquid ex aliqua re detrahere: ut decerpere uuam. Plin. epistol. 197, Ipse quum absis, uindemias graciles quidem, uberiores tamen quàm expectaueram colligo: si colligere est nonnunquam decerpere uuam, torquulum inuisere, gustare de lacu mustum, obrepere urbanis, qui nunc rustici præsunt.
Sic decerpere fœtum arborum. Plin. lib. 4. cap. 12. 48.
Decerpere folia. Col. lib. 5. cap. 10. 14.
Nouos flores decerpere. Lucret. lib. 1. 190.
Decerpere fructus ex re aliqua. Hora 1. Ser. Satyr. 2. 16.
Adducto ramo pomum decerpere. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 5. 4.
Affectat decerpere decus pugnæ. Sil. lib. 4. 28.
Murmura uocis decerpere. Stat. 6. Thebaid. 33,
Illa tuos quæstus, lachrymososq; impia risus
Audijt, & uocis decerpsit murmura primæ. Verba sunt ad puerulum de nutrice.
Decerpere ex dignitate alterius. Plin. epist. 177. Cic. pro Marcel. 4, Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Idem 2. de Orat. 126, Ne quid iocus de grauitate decerperet.

Digitized by Google

Ex causa in usum decerpere, quæ maximè fauorabilia uidẽtur. Quint. lib. 4. cap. 1. 16.

Spes decerpit inuidia. Quint. in Proœm. lib. 6. 9.

¶ Decerptus, Participium (ἀποσπασθείς) Cic. 5. Tusc. 55, Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, cõparari potest.

Herbæ decerptæ. Ouid. 1. Metam. 130.

Ferre manu poma decerpta. Ouid. 10. Metam. 129.

Decerto] decertas (ἀμιλλάομαι, ἀγωνίζομαι, διαπληκτίζομαι) decertare, Eiusdem significationis cum Certo. Cicero pro Plancio, Sed erat non iure, non legibus, non disceptando decertandum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 19, Hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri uiderentur.

Decertare armis. Cæs. 3. bel. Ciuil. 75.

Agmina bello decertant. Stat. 4. 164.

Contentione decertare. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 2.

Decertare cum aliquo de re aliqua. Cic. de Amic. 28.

Misera conditione decertare cum aliquo. Cæs. 8. bel. Gal. 27.

Ferro decertare. Ouid. 14. Metam. 16.

Ferro decertare cum aliquo. Cic. pro Planc. 69.

Decertare inter se. Cicero 5. de Finib. 8, An eum locum libenter inuisit, ubi Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt?

Decertare manu. Cic. 1. Offic. 114.

Felicissimè cũ aliquibus prælio decertare. Cic. de Prouin. Consul. 26.

Vi & armis contra uim decertare. Cic. pro Domo sua, 50.

Genera decertandi duo, unum per disceptationem, alterũ per uim. Cic. 1. Offic. 51.

Fortitudo decertandi. Cic. 1. Offic. 113.

Decertatur, impersonale. Cic. 1. Off. 57, Quũ uerò de imperio decertatur, belloq; gloria quæritur. Idem ad Atticum, libro 7. 126. 2.

Obstinatus ad decertandum. Liu. lib. 6. Decad. 1.

¶ Decertatus (ἀγωνισμένος) Particip. ut, Regna decertata odijs. Stat. lib. 1. Thebaid. 1,

Fraternas acies, alternaq; regna profanis
Decertata odijs, fontesq; euoluere Thebas.

Labores decertati, id est certando peracti. Claud. 1. Paneg. 5.

¶ Decertatio (ἀγωνισμὸς) Verbale. Cic. 11. Philip. 305, Quũq; harum rerum omnium decertatio Cõsulibus optimis & fortissimis commissa & commendata sit.

¶ Decertatorius, Adiect. (ἀγωνιστικὸς) ut, Pugna decertatoria. Quintilian. libro 6. cap. 4. 5, Quo in loco nonnulli legunt, decretoria.

Decessio, Decessor, Decessus] Vide Decedo.

Decet] πρέπει, προσήκει, καθήκει, Verbũ est, nec planè personale, nec impersonale, quum numeros habeat, authore Valla, lib. 3. Sipontinus autem, Decet, inquit, conuenit, honestũ est. Decere enim proprie Conuenire est: quod tam ad animum, quàm ad corpus, atq; externa refertur. Vt modo impersonale, modo personas habet ac numeros. Virgil.

——ista decent humeros gestamina nostros.

Plautus Amphit. 12. 24, Ibo intrò, ornatum capiam qui potius decet.

Decere, quasi aptum esse, consentaneumq; tempori & personæ. Cic. in Orat. 40.

Aptum est & decet. Cicer. 3. de Orat. 116. Idem 1. Offic. 175, Ita ferè officia reperientur quum quæretur quid deceat, & quid aptum sit personis, temporibus, ætatibus. Quod decet honestum est, & quod honestum est decet. Cicero 1. Offic. 133.

Decet & Decedet, contraria. Cic. 4. Tusc. 85, Oratorem uerò irasci minimè decet, simulare non dedecet.

Deos decet opulentia. Plaut. Trinum. 8. 69.

Lacrymæ decuere pudicam. Ouid. 2. Fast. 152.

Pudor decet ora. Ouid. 1. eleg. 8. 7.

Aliena non decent eum. Cic. 1. Offic. 159.

Forma uiros neglecta decet. Ouid. 1. de Arte aman. 102.

Decet me hæc uestis. Plaut. 6. Mostel. 4 10.

Fieri sic decet. Cic. 2. de Legib. 13, Optime uerò frater, & fieri sic decet.

Neq; abesse quicquam decet in definitionibus, neq; redundare. Cic. 2. de Orat. 46.

Minus seuerè quàm decuit, res confecta est: non tamen omnino dissolutè. Cic. Philip. 204.

Nil decet inuita, ut aiunt, Minerua facere. Cic. 1. Offic. 155.

Decet me his uerbis fabulari. Plaut. Amphit. 4. 47.

Exemplis grandioribus decuit uti. Cic. 1. de Diuin. 71.

Decet abs te id impetrari. Plaut. Rud. 17. 36. Antiqui (inquit Donatus) si addebant statim uerbum, Nos decet facere, Non decet dicere: si non addebant, Nobis decet, dicebant.

Decet, datiuo iunctum. Terent. Adelph. 5. 8. 6, Imò hercle ita nobis decet. Cicer. de Orator. Quandoque id deceat prudentiæ tuæ.

¶ Decens (πρέπων) Participium, siue nomen ex Particip. Pulchrum, conueniens, & aptum.

Color decens. Horat. 4. Carm. ode 3. 41.

Facies decens. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 7.

Prata decentia. Senec. Hippol. 6. 6.

Reuerentia decens. Ouid. 5. Fast. 5.

Solito decentior. Claud. 4. Paneg. 108.

Pœna decentior. Senec. Thyest. 2. 6.

Decens incede. Ouid. 3. de Arte aman. 150.

¶ Decentia (σύνοσμία, σύμπρέπεια) Conuenientia quædam & pulchritudo. Cicer. 2. de Nat. deor. 218, In corporum etiam motione atq; gestu multa cernunt subtilius, colorum etiam & figurarum tum uetustatem atq; ordinem, & (ut ita dicã) decentiam oculi iudicant, atq; etiam alia maiora.

¶ Decenter (πρεπόντως) Pulchrè, aptè, conuenienter. Cic. pro Cecin. 54, Si quæ decentissimè descripta maioribus iura fuerunt, possessionum, aquarum, itinerumq; sunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutariq; possunt?

Lacrymare decenter. Ouid. 3. de Arte amand. 59.

Decentius. Horat. 2. epist. 2. 43,

Tempus abire tibi est, ne potum largius æquo
Rideat, & pulset lasciua decentius ætas.

Deciani] Calabrorum populi in tertia regione Italiæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Decietæ] Δεκιήται, Liguriæ populi. Strab. lib. 4, Hisce duabus nationibus Ligurum, quas antè dixi, Polybius unã Oxibiorum, & alteram Decietarum adiungit.

Decîdo] decidis, decidi. penult. prod. decisum (διαπίπτω, διαλύομαι) decidere, A Cædo, cædis compositum, Idem quod amputare. Plaut. Merc. 6. 37, Decide mihi collum, si falsum ad te loquar.

Decidere, per metaphoram capitur pro determinare, quasi amputando superflua, quod integrum est ostendere. Vnde Decidere dubia, decidere quæstionem dicimus. Cic. 4. Verr. 89, Res ad istum defertur, & istius more deciditur.

Decidere, Est litem consensu mutuo dirimere, quod transigere plerunq; Iureconsulti uocant. Translatio est ab ijs qui rem controuersam scindunt, ut quisq; partem æquam auferat, & à controuersia discedatur. Vlpian. de furtis. l. inter omnes, Vsq; adeò aũt diuersæ sunt actiones, quæ eis cõpetũt, ut si quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oportet solummodo actionem sibi competentem amisisse eum, cæteris uc-

Digitized by Google

vis uerò superesse. Nam & si proponas seruum communem esse surreptum, & alium ex dominis pro fure damnum decidisse, is qui non decidit, habebit furti actionem. Decidisse dixit cum accusatiuo, more Græcorum. Iuuen. Satyr. 12,

—*decidere iactu*
Cœpit cum uentis imitatus castora. Cic. pro Rosc. Comœd. 19, *At enim tu tuum negociũ gessisti bene: gere & tu tuum bene. magno tuam dimidiam partem decidisti: magno & tu tuã partem decide.* HS. CCCIↃↃↃ *absoluisti: si sit hoc uerò,* HS. CCCIↃↃↃ *tu quoq; aufer. Sed hanc decisionem Roscij oratione & opinione augere licet re & ueritate mediocrẽ & tenuem esse inuenietis. Decidi (inquit) partem suam, id est proparte sua maluit* CCCIↃↃↃ *sestertia accipere, ne ultrà lite implicaretur. Budæus.*

Transigere & decidere cum aliquo. Cic. 4. Verr. 56, *Qui cum reo transigat, pòst cum accusatore decidat.* Idem pro Rosc. Amer. 67.

Decidere & statuere. Cic. pro Quint. 9.

Decidere cum aliquo. Cic. 3. Verr. 89, *Nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum.* Idem 5. Verr. 57, *Conflictari malebant, quàm quicquam cum isto suæ uoluntate decidere.*

De aliquo negocio decidere. Cic. Attic. lib. 1, 5. 1. Idẽ pro Quin. 10, *Nisi prius de rebus rationibusq; societatis omnibus decidissent.*

Decidere aliquid re alia. Cic. 5. Verr. 94, *Atq; hoc in beneficij loco petitum est ab Apronio, ut iugera singula ternis medimnis decidere liceret.*

Decidere pretio cum aliquo. Cic. 5. Verr. 151.

Quæstionem decidere. Papinian. in l. fiscus in quæstione. ff. de iure fisci.

Per aliquem decidere. Cic. pro Quin. 9, *Quum pecuniam C. Quintius P. Scapulæ debuisset, per te C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis eius dissolueret. Id est, transactione & pacto promisit se soluturum.* Budæus.

Decidere pro libertate, hoc est transactione seruare libertatem ac redimere. Senec. epist. 96.

Pro se decidere. Cic. pro Rosc. Com. 23.

Decidere, pro exprimere, metaphora sumpta à sculptoribus. Quint. lib. 9. cap. ult. *Hoc enim loco præter nomen cætera proprijs decisa sunt uerbis.*

¶ **Decisus,** pen. prod. (ἀποκεκομμένος, διαλελυμένος) Participium. Cic. 7. Ver. 93, *Quibus rebus omnibus actis atq; decisis, producuntur è carcere, & deligantur ad palum. Id est, transactis.* Budæus. Et Quin. lib. 8, *Cætera proprijs decisa sunt uerbis.*

Decisa negocia, Peracta. Horat. 1. Epist. 7. 12.

Aures decisæ. Tacit. lib. 12, *Atq; ille non propinquum, neq; Arsacis de gente, sed alienigenam, & Romanum increpans, auribus decisis uiuere iubet.*

Pennæ decisæ. Horat. 2. epist. 2. 10.

¶ **Decisio,** Verbale (διάλυσις) Determinatio, uel diremptio litium mutuo consensu. Cic. pro Cecin. 76, *Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, ut iudicetis.* Idem pro Flac. 69, *Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit.*

Augere decisionem alicuius oratione & opinione. Cicer. pro Rosc. Com. 119.

Facere decisionem. Cic. pro Rosc. Comœ. 28.

Decisionem uidetur posuisse Cic. de Prouin. Consul. pro eo genere pactiõis, ubi uterq; ad se partem aliquam trahit, quod dicimus Butiner. Imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum, cum tyrannis decisiones, direptiones, latrocinia, cædes. Nam singulis uerbis illic ascendit.

Decido] *decidis, decidi.* pen. cor. (καταπίπτω, κατοδέομαι) decidere, Ex alto cadere. Plaut. Trinum. 8. 109, *Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.* Cic. 2. Offic. 61, *Ficta omnia celeriter tanquam floscul decidunt.*

Matura poma decidunt. Cic. de Senect. 65.

Turres grauiore casu decidunt. Horat. Carm. 2. ode 10. 3.

Exanimis decidit. Virg. 5. Aeneid. 103.

Decidere à, uel de spe. Liu. 7. bel. Maced. 106. Terent. Heaut. 2. 3. 9, *Væ misero mihi, quanta de spe decidi.*

Decidere de lecto, de tegulis. Plaut. Casin. 23. 26. Et in Persa, 7. 7. Terent. Phorm. 4 4. 27.

Decidere equo, uel ex equo. Cæsar 1. bel. Gal. 211. Plin. lib. 28. cap. 8. 6. Et apud Ciceronem ad Atticum, lib. 2. 36. 4, *Deciderat ex astris.*

E flore decidere guttæ. Ouid. 9. Metam. 70.

Decidũt arbores. folia. Plin. lib. 12. cap. 11. 2. Et lib. 11. cap. 21. 4, *Quidam putant omnibus decidere aculeos ad hyemem.*

Decidit ouibus illis fructus omnis. Plaut. Bacchid. 23. 13.

Si decidit imber. Horat. Epist. 1. 14. 6.

Decidere in. Plaut. *Deciderint uobis femina in talos uelim.*

Decidit in casses præda. Ouid. de Arte amand. lib. 2. 1.

In laqueos auceps decidit. Ouid. de Remed. Amor. lib. 2. 22.

Lachrymæ decidunt in ora. Ouid ad Liuiam, 56.

Decidit in præceps. Ouid. 12. Metam. 68.

Vires, potestasq; urbis decidit. Claud. de bello Gildon. 9.

Decidere ab archetypo, Aberrare. Plin. epist. 105.

Decidere spe, sine præpositione. Terent. Heaut. 4. 8. 11, *Quanta spe decidi.*

In unius imperium ne res decidat, admonemur. Cicero de Aruisp. respon. 50.

¶ **Deciduus, Adiect.** (κατάπτωτος) Quod cadit. Plin. lib. 11. cap. 37. 6, *Omnibus autem cauæ, & in mucronem demum concretæ sunt, ceruis tantum solidæ, & omnibus annis deciduæ. De cornibus animalium loquitur.* Idem lib. 8. cap. 37. 3.

Decidui ad terras, Plin. lib. 2. cap. 20. 1. Idem, *testes pecori armentoq; ad crura decidui, suibus adnexi.*

Deciduum item, dicitur quod deciditur, secunda longa. Ouid. 8. Metam.

Contremuit, gemitumq; dedit decidua quercus.

¶ **Decidium** (κατάπτωμα) pro occasu. Senec. epist. 30. *Bassus noster uidebatur mihi prosequi se, & componere, & uiuere tanquam superstes sibi, & fortiter ferre decidium sui.* Vbi alij legunt Desiderium, sed parum aptè.

Decies, Decima, Decimare, Decimus] Vide Decem.

Decimiana] *pyra,* à Decimio authore sic dicta. Plin. lib. 15. cap. 15, *Sed confessis urbis uocabulis authores suos nobilitare Decimiana, & ex eo tractum, quod Pseudodecimianum uocant. De pyris loquitur.*

Decimodiæ] *siue decemmodiæ* (δεκαμόδιαι) Decem modios capientes. Col. lib. 12. cap. 18. 1. de uindemiæ apparatu, *Perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ & picandæ.* Ibid. cap. 50. de oliuitate.

Decipio] *decipis, pen. cor. decepi, deceptũ* (ἀπατάω, ἐξαπατάω, παραάγω, φενακίζω, περιγράφω) decipere, Ex Capio compositum, Deludere, defraudare. Plaut. Rud. 10. 68, *At ego etiam qui sperauerint, spem decepisse multos.* Terent. And. 4. 1. 45, *Deceptus sum, at non defatigatus.*

Decipere & fallere. Cic. 2. de Diuin. 174.

Arte decipere. Ouid. epist. 12. 10.

Decipi dolo. Cic. 1. Offic. 48.

Error decipit iudicium. Ouid. de Ponto, 3. eleg. 9. 3.

Error decipit oculos. Ouid. 3. Metam. 87.

Formæ fiducia te decipit. Ouid. 8. Metam. 88.

Diem absumere, & decipere, Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 23.

Expectatio

Digitized by Google

Expectationem alicuius decipere. Cic. 2. de Orat. 159.
Labor fallitur & decipitur. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. 3.
Decipi dulci sono laborum, pro Obliuiſci moleſtias. Horat. 2. Carm. ode 13. 8.
Imagine somni decipior. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 10.
Specie recti decipimur. Horat. Arte poet.
Per te decipior. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 1.
Deceptus sum in eo. Plaut. Asin. 9. 95.
Astu decipiendus. Ouid. 13. Metam. 39.
¶ Deceptus participium: ut,
Errore locorum deceptus: Virg. 3. Aeneid. 32. (ἀπατυθεὶς)
Fides decepta. Stat. 8. Thebaid. 125.
Fraude deceptus. Ouid. epiſt. 19. 5.
Deceptus uerbis aliorum. Ouid. epiſt. 2. 13.
¶ Deceptor, deceptoris Verbale (ἀπατεὼρ) Sen. Thyeſt. 2. 4.
—proditus, occidit
Deceptor dominæ Myrtilus, &c.
¶ Decipula, æ, pen. cor. Quoddam laquei genus ad decipiendas, capiendasq; feras. Sipontin.
¶ Decipulum, pen. cor. decipuli (ἀπατήλιον) Idem. Apuleius lib. 8, Opportunum decipulum nactus.
Decircino] decircinas, pen. cor. (ἀπογυρόω) decircinare, Cõtrarium ſuo ſimplici, ſignificat Aliquid rotundũ facio. Manilius lib. 3,
Quam tereti natura ſoli decircinat orbem.
Deciremis] pen. prod. f. g. (Δικήρης) Nauigij genus, decem habens remorũ ordines. Plin. lib. 7. cap. 56. 17, Quinquereme inſtituit Neſichthon Salaminius: ſex ordinum Zenazoras Syracuſius: ab ea ad deciremem Neſigethon.
Decius] ſub Valerio & Cornelio Coſ. Tribunus mil. (Δέκιος) Idem bello Latino Conſul Manlium Torquatum Collegam habuit, in quo bello dum ſeſe hoſtib. obijceret, cecidit. Huius filius P. Decius de Samnitibus triumphauit. Poſtremò Conſul, cum M. Fabium collegam haberet, in bello aduerſus conſpirantes Gallos, Samnites, Vmbros, Tuſcos, patris exemplum imitatus, occubuit. Autor Cæcilius.
Decius imbecillis. Sil. lib. 11. 48.
Pulchri Decij. Claud. 5. Paneg. 30.
Vecors Decius. Sil. lib. 11. 43.
Decij tres fuerunt: pater, filius, & nepos. Cic. 1. Tuſc. 141, Non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruſcis filius, etiam cum Pyrrho nepos, ſe hoſtium telis obiecisſent. Virg. 6. Aen. 165.
Declamo] declamas, pen. prod. (μελετάω) declamare, Eſt ficto themate ſe exercere. Ouid. 2. de Arte, 102,
Sed neq; declament medio ſermone diſerti,
Nec ſua ueſanus ſcripta poeta legat.
Solebant enim Romani adoleſcentes eloquentiæ ſtudioſi, exercendi ingenij gratia, inuehi orationibus in eos, quos ſcirent aliquo crimine poſſe notari. Inde Senecæ & Quintiliani declamationes.
Contra aliquem uehementiſsimè declamare. Cic. 6. Verr. 131.
Suaſorias declamare. Quint. lib. 3. cap. 8. 42.
In aliquem declamare impunè. Cic. Appio, lib. 3. 11. 7.
Magiſter declamandi. Quint. lib. 2. cap. 1. 3.
Opus declamandi. Quint. lib. 2. cap. 10. 5.
Declamare, pro Clamoſè contendere accipitur à Cicerone pro Roſc. Amer. 50, Niſi fortè expectatis, ut illa diluam quæ de peculatu, ac de eiuſmodi rebus commentitijs, inaudita nobis ante hoc tempus ac noua obiecit, quæ mihi iſte uiſus eſt ex alia oratione declamare, quam in alium reum commẽtaretur. Budæus.
¶ Declamito, declamitas, penult. cor. declamitare, Frequentatiuũ. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21. 16, Præterea declamitare Græcè apud Caſium inſtitui: Latinè autem apud Brutum exerceri uolo.
Sedentes declamitant Græci. Cic. 1. de Orat. 131.
Vini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamitare. Cic. 2. Philipp. 60.
Cauſas declamitare. Cic. 1. Tuſc. 12.
De aliquo declamitare. Cic. 5. Philipp. 177.
¶ Declamitans, pen. corr. Participiũ. Cic. de claris Orat. 171, Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, &c.
¶ Declamator, pen. prod. (μελετητὴς) Qui aut in ſcholis, aut ſecum fictam cauſam agit, ut poſſit uerã rectius agere. Cic. pro Planc. 68, Non uobis uideor cum aliquo declamatore, non cauſa laboris & fori diſputare?
Declamator de ludo, aut rabula de foro. Cic. in Orato. 27.
¶ Declamatio, Verbale (μελέτη) Cic. 1. Tuſc. 12, Vt enim antea declamitabam cauſas, quod nemo me diutiùs fecit, ſic hæc mihi nunc ſimilis eſt declamatio.
Fortuna declamationis. Quint. lib. 2. cap. 2. 7.
Senilis declamatio. Cic. 2. Tuſc. 47.
Vulgari & peruulgata declamatione contendere. Cicer. pro Planco, 38.
¶ Declamatorius, Adiect. (μελετητικὸς) Cicer. ad Quint. fratrem, lib. 3. 19. 5, Et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur. Legitur & clamatorio. Idem 1. de Orat. 36.
Conſuetudo declamatoria. Quint. lib. 5. cap. 13. 36.
Genus declamatorium dicendi. Quint. lib. 2. cap. 10. 6.
Declamatoriè] μελετητικῶς, Aduerb. More declamãtium. Hieronym. More eorum, qui declamatoriè ſolent loqui ad populum.
Declaro] declaras, pen. prod. (δηλόω, ἐμφανίζω, σαφηνίζω, ἀποσαφέω) declarare, Aperire, manifeſtare. Valla, Declaro, frequentius ad facta pertinet, quàm ad dicta. Cic. 1. Offi. 39,
Declarauit id modò temeritas C. Cæſaris, qui omnia iura diuina atq; humana peruertit. Idem ad Ligarium, lib. 6. epiſtol. 13. 1, Poſtea uerò quã magnam ſpem habere cœpi, fore ut te breui tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi & ſententiam & uoluntatem declararem meam. Hactenus Valla, lib. 5.
Declarare, plus eſt quàm ſignificare. Cic. Lucceio lib. 5. 13. 4. Itaq; hoc ſæpius dicendum, tibiq; non ſignificandum ſolum ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius.
Vultu & uerbis ſignificare, & re declarare. Cic. pro Mil. 3.
Significatione, non demonſtratione uniuerſam rem & ſententiam declarat geſtus ſcenicus. Cic. 3. de Orat. 122.
Luculentam plagam accepit, ut declarat cicatrix. Cic. 7. Philipp. 228.
Beneuolentiam in aliquem declarare. Cic. pro Domo ſua, 76.
Copiam declarat ſatietas rerum & abundantia. Cicer. in Parad. 60.
Conſuetudinem uitamq; maiorum actionum genera quædam declarant. Cic. 1. de Orat. 95.
Declarant gaudia uultu. Catul. epig. 59. 7.
Præſentiæ deorum declarant ab his, ciuitatibus & ſingulis hominibus conſuli. Cic. 2. de Nat. deor. 246.
Acumen interpretis declarant quædam. Cic. 1. de Diuin. 71.
Perfectionem declarat officij, uerbũ oportere. Cic. in Orat. 40.
Victorem declarat. Virg. 5. Aeneid. 49.
Gemitu & mœſtitia declarauit quantum haberet odium ſeruitutis M. Lepidus. Cic. Philipp. 192.
Literis declarari aliquid. Cic. 2. de Orat. 155.
Præſentiam ſuam ſæpe diui declarant. Cic. 2. de Diuinat. 8.

Propriã

Digitized by Google

Propriam cuiusque rei uim definitione declarare. Cicero 1. de Orat. 94.

Declarare re potius, quàm uerbis. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 7.

Volatibus autem, cantibusq; certissimis signis res futuras declarari. Cic. 1. de Diuinat. 4.

Multa oraculis declarantur, multa uaticinationibus, multa somnijs, multa portentis. Cic. 2. de Nat. deor. 242.

Non solum homines, sed etiam uerba & uocabula declarare dicuntur. Cic. 2. de Finib. 20, Nullū inueniri potest, quod magis idem declaret Latinè, quod Græcè, quàm declarat uoluptas. Idem paulò pòst, 21.

Declarare consulem, pro designare & renūciare. Cic. pro Murena, 1.

¶ Declarans, Participiū (Δηλῶν) Cic. 1. de Diuinatione, 206, Relinquendum est homini, ut signis quibusdam consequentia declarantibus, futura præsentiat.

¶ Declaratio, Verbale (Δήλωσις) Cicer. ad Planc. lib. 10. 5. 4, Rursus declaratio animi tui quem haberes de Rep. quemq; habiturus esses, mihi erat iucundissima. Idem 1. Acad. 58.

Amoris declaratio. Cic. Trebonio, lib. 15. 21. 6.

Declauo] uas, are, Clauas amputare, Id est, ramos arboris, solumq; relinquere truncū & stirpem. Nam clauas & clauulas in hac significatione posuerunt ueteres. Palladius, Claua seri cōmodius est, quæ sit manubrij crassitudine, longitudine cubitali. Varro, Vt sit de tenero ramo ex utraq; parte præcisum æqualiter, quas alij clauolas, alij taleas appellant. Verū hoc reperitur in Pandectis, in titul. arbor. furt. cæsar. ubi tamen hactenus lectum est deglubere uel delibrare: sed quū uerisimilius sit Prætori uenisse in mentem ramalium & clauarum potius, quàm libri & corticis, declauare substituit Turnebus sub ueterum librorum authoritate, quod & rectius existimo.

Declino] declinas, penult. prod. (κλίνω, ἀποκλίνω, ἐκκλίνω, κέκκυφα, ἀποκλείνω) declinare, Deflectere: ut, Vrbē aliquam declinare, Ab ea deflectere. Cic. pro Planc. 79, Brundusium ueni, uel potius ad mœnia accessi: urbem unam mihi amicissimam declinaui.

Loco mouere se & declinare. Cic. de Fato, 69.

Atomus ab atomo pulsa non declinat. Cic. de Fato, 34.

Minimo interuallo declinare. Cic. de Fato, 68.

Magna rerum permutatione impendente, declinasse paululū, & spe reliquæ tranquillitatis, præsentes fluctus, tempestatemq; fugisse. Cic. pro Sestio, 62.

Declinare à loco aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 14. 314. 6.

Declinare se extra uiam. Plaut. Aulul.

Declinare de uia ad dexteram. Cic. 5. de Finib. 9.

Paulatim declinat amor. Ouid. 9. Metam. 93.

Cursus declinare. Ouid. 10. Metam. 133.

Declinat in uesperum dies. Col. lib. 8. cap. 4. 2.

Inflammatio declinat. Celsus lib. 5. cap. 27.

Somnus declinat ocellos. Propert. lib. 2. eleg. 1. 3.

Appetere, & Declinare, contraria. Cic. 3. de Nat. deor. 43, Appetuntur autem quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria.

Persequi, & Declinare, contraria. Cic. in Partit. 34, Actionis autem duo sunt genera. Vnum, ad persequendum aliquid, aut declinandum.

Declinare à proposito deflectereq; sententiā. Cic. in Orat. 76.

Declinare contentiones. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 2.

Impetum alicuius tectè declinare. Cic. in Orat. 134.

Declinare laqueos iudicij. Cic. pro Milone, 31.

A' malis natura declinamus. Cic. 4. Tusc. 22.

Subire & Declinare minas alicuius, contraria. Cicer. Attic. libro 2. 34. 2.

Declinare nomina & uerba pueri sciant, Quint. lib. 1. cap. 8.

Declinare ab religione officij Hoc est, non obseruare officij iura & sanctitatem. Cic. 5. Verr. 2.

Declinare de statu. Cic. de Prouincijs Consul. 34, Subire uias atque iniuriam malui, quàm aut à uestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare.

Declinare de uia, per translationē, pro Aberrare. Cic. de Amicitia, 54. Idem de Fato, 68, Hoc modo hāc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus & de uia declinantibus petere præsidium.

Declinare uitia. Cic. 1. Offic. 29.

A' delictis quæ parua uidentur, est diligentius declinandum. Cic. 1. Offic. 202.

Eò reuocemur, unde huc declinauit oratio. Cic. 2. de Orat. 86.

Huc declinabam nec inuitus. Cic. 1. de Leg. 85.

Non est declinat. quidquam ab aliarū ingenio. Terent. Hecyr. 2. 1. 3. Id est, eiusdem sunt ingenij.

Declinat à topazio in aurum. Plin. lib. 37. cap. 8. 6, Præfertur his chrysoprasius, porri succum & ipsa referente, sed hæc paulum declinans à topazio in aurum.

Declinare agmē aliquò, pro De loco uno ducere ad alium. Liu. 1. ab Vrbe, 123.

Declinare, Vitare. Cic. 1. Offic. 18, Declinetq; ea quæ nocitura uideantur.

Declinare certamen & detrectare, pro eodem ponit Liu. teste Budæo.

Declinare ictum. Liu. 6. bel. Maced. 96.

¶ Declinans, pen. prod. (ἀποκλίνων) Participiū: ut, Declinans morbus. Plin. lib. 23. cap. 1. 34, Quod ad febriū ualetudines attinet, certum est, non dandū in febre, nisi ueteribus ægris, nimū, nec nisi declinante morbo. Ita quoq; & declinans ætas dicitur, quā quidam inclinantem uocant, Hippocrates & Galenus consistentem, nempe eā quæ media est inter uigentem & decrepitam ætatem.

¶ Declinatus, Particip. (ἀποκλιντός) ut, Declinatus ictus.

Declinata ætas, apud Quintil. lib. 12. cap. ult. Id est, prouecta, & urgens.

Declinatus, pro Declinans, inquit Budæus. Quin. lib. 12. cap. 1, Neq; spe, neq; metu declinatus animus, quo minus optimis se partibus, id est, Reipublicæ, iūgeret. De Cicerone loquitur.

¶ Declinatio, Verbale (κλίσις, ἔκκλισις) Deflexio: ut, De linatio corporis, pro deflexione. Curt. lib. 7, Igitur Macedo lanceam omisit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione uitasset, &c.

Declinatio breuis à proposito. Cic. 3. de Orat. 114.

Declinatio ad libidinem. Cic. 1. de Finib. 29.

Appetitio & declinatio, contraria. Cic. 3. de Nat. deor. 43.

Declinatio periculi. Cic. ad Attic. lib. 2. 34. 8.

Laboris & periculi declinatio. Cic. pro Cluent. 118.

Parua declinatione effugere aliquid. Cic. 1. in Catil. 11.

Facere declinationem à malo cum ratione, sapientis est. Cicer. 4. Tusc. 22.

Declinatio (inquit Varro lib. 3. de Analogia) est quum ex uerbo in uerbum, aut ex uerbi discrimine, ut transeat mens, uocis commutatio fit, aliqua similitudo declinationis. quū ut ē ex aliqua figura in figuram transit.

Græcis nominibus Græcas declinationes dare. Quint. lib. 1. cap. 5. 39. & cap. 6.

Decliuis] & hoc declive, pen. prod. (κρανὴς, κατάντης) Inclinatus atq; incuruus. Cæsar 2. bel. Gall. 295, Collis à summo æqualiter decliuis. Idem 1. bel. Ciuil. 289.

Decliuis & præceps locus. Cæsar. 4. bel. Gall. 584.

Antrum decliue. Ouid. epist. 7. 19.

Decliuis area. Col. lib. 1. cap. 5. 7.

Digitized by Google

Aruum decliue. Horat. 3. Carm ode 29. 2.
Cursum decliuem ad littora habent amnes. Lucan. lib. 4. 23.
Dexteriora montis decliuia. Lucan. lib. 2. 85.
Decliue fastigium. Cæsar 1. bel. Ciuil. 177.
Flumina decliuia. Ouid. 1. Metam. 8.
Iter decliue. Ouid. 15. Metam. 46.
Iuga decliuia. Stat. 5. Thebaid. 60.
Olympus decliuis. Ouid. 6. Metam. 98.
Stella decliuis. Ouid. 3. Fast. 159.
Trames decliuis. Ouid. 3. Fast. 3.
Via decliuis. Ouid. 7. Metam. 82.

Decliuus ætate. Plinius epistol. 171. c. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu uidua, mater olim, &c.

¶ Decliuitas, pen. cor. decliuitatis (τὸ κρανὲς) Ipsa inclinatio, & incuruitas. Cæsar 7. bel. Gall. 343, Exiguum loci ad decliuitatem fastigium, magnum habet momentum.

Decoctus, Decoctura, Dococtor] Vide Decoquo.

Decollo] decollas (ἐπιτραχηλίζω, ἀποτραχηλίζω) decollare, De collo deponere. Cæcilius, Notonica sic: Habes, uide, tibi tradidi: in tuo collo est, decolles caue. Nonius.

Decollare, Caput alicui auferre, Collum truncare. Diomedes, lib. 1. de hoc uerbo loquens, Quæ, inquit, significatio apud Fenestellam aliter inuenitur in lib. epitomatũ secundo, quẽadmodum Cæsar à piratis captus sit, utq; eos postea ceperit & decollauerit. Veteres aũt securi cæsos dicebant, Suet. in Caligula, cap. 32, Miles decollandi artifex quibus cunq; è custodia capita amputabat.

Decollare (καταλείπειν) pro Destituere & frustrari, siue decipere, ut uult Diomedes. Plaut. Capt. 8. 37,

Nunc ibo ad portũ hinc: est illic mihi una spes cœnatica:
Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cœnam asperã.

Lucilius lib. 12, Quibus fructibus me decollaui. Quod Varro decollare dixit, Columella eandem rem tractans, deesse scripsit. Varronis uerba hæc sunt, lib. 1. de Re rust. cap. 2. 7, de uitibus loquentis, Duo in primis spectasse uidentur Italici homines in colẽdo, posséne fructus pro impensa ac labore redire: & utrum saluber locus esset, an non. Quorũ si alterutrum decollat, & nihilominus quis uult colere, mente est captus, atq; ad agnatos, & gentiles est deducendus. Columellæ aũt hæc, lib. 1. cap. 3. 1, Porcius quidem Cato censebat in emendo, inspiciendóq; agro, præcipuè duo esse consideranda, salubritatem cæli, & ubertatem: quorum si alterum deesset, ac nihilominus quis uellet incolere, mente esse captum, atq; eum ad agnatos, & gentiles deducendum.

Decolor] pen. cor. decoloris, pẽ. prod. om. gen. (κακόχρους) Quod est colore uitiatum, uel quod colorem amisit. Plin. libro 16. cap. 12. 3, Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor.

Aetas decolor. Virg. 8. Aeneid. 65, Decolor ætas, Vitiosa. In omni enim uitioso corpore mest pessimus color. Et alludit ad naturam metalli, quam cernimus discolorem: nec immerito. Suprà enim dixerat, Aurea secula: ideo nũc dixit Aetas decolor. Hæc Seruius.

Sanguine decolor fluuius. Stat. 12. Thebaid. 82.
Imber decolor. Claud. in Eutrop. 2. 9.
India decolor. Seneca Hippol. 3. 15.
Indus decolor. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 5.
Sanguis decolor. Cic. 2. Tuscul. 32.
Decolor species æris, argentiue. Plin. lib. 31. cap. 6. 5.
Decolor, pro fœdo. Ouid. epist. Deianiræ,

Fama Pelasgiadas subitò peruenit ad urbes
Decolor, & factis inficienda tuis.

¶ Decoloro, decolorau, pen. prod. (κακοχρωματίζω) decolorare, Colorem auferre, uel uitiare. Col. lib. 12. cap 16. 2, Deinde uuas pro magnitudine binas uel ternas inter se colligatas, in abenum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. Seneca 2. Natur. quæst. Decoloratur id cuius color uitiatur, non mutatur.

Cædes decolorauere mare Dauniæ. Horatius 2. Carmin. ode 1. 7.

¶ Decoloratus, Participium (κακοχρώσας) Autor ad Herenn. libro 2. 39, Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui.

¶ Decoloratio, uerbale (κακοχροιὰ) Cic. 2. de Diuin. 86, Sed & decoloratio quædam ex aliqua cõtagione terrena maximè potest sanguini similis esse.

Decoontes] Herculis filius fuit ex Megara, Creontis Thebanorum tyranni filia. Author est Homer. in Odyss.

Decoquo] decoquis, pen. cor. decoxi, decoctũ (ἀφεψέω) decoquere, Paulatim diminuere significat, & coquendo absumere. Plin. lib. 31. cap. 3, Neronis principis inuentum est decoquere aquam, uitioq; demissam in niues refrigerare. Vnde decoquere mustum uel aliud ad tertias & quartas, Columellæ, lib. 13. & Plinio sæpe. Budæus. Plin. lib. 20. cap. 19. 4. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 15,

——donec Decoqueretur holus.

Humorem decoquit. Virg. 1. Georg. 59.
Iram decoquere. Claud. 2. in Eutrop. 70.
Decoquunt anni materiam abundantiorẽ. Quint. lib. 2. cap. 4. 6. Id est, diminuunt, limant, atterunt, & quasi expurgant.
Decoquit domino res. Columella in principio lib. 11. cap. 1. 24, Nam quamuis interdum emendatum sit perperam factum, uel imprudentia, uel negligentia, res tamen ipsa iam domino decoxit. Decoxit, id est, frugum fœturã quasi fœnus debitum non reddidit. Hæc Budæus. Plin. lib. 21. cap. 6, Aris decoquentibus. Id est, depositum non reddentibus.
Decoquitur argentum experientibus. Liu. 2. bel. Maced. 6, Carthaginiẽses eo anno argentum in stipendiũ impositum primum Romam aduexerunt, id quia probum non esse Quæstores renunciauerunt, experientibusq; pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentum argenti suppleuerunt.
Decoquere creditoribus, Est uorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certè fidem suam per inopiam non liberare. Cicer. 2. Philipp. 61, Tenésne memoria, prætextatum te decoxisse? Plin. lib. 33. capite 10. 1, Postea diuites cognominati, dummodo notum sit eum qui primus accepit hoc nomen, decoxisse creditoribus suis. De Crasso loquens, qui Diues cognomento dictus est: cuius meminit Valerius, lib. 6. cap. 2. Budæus.
Decoquere bonæ spei, pro Bonã spem fallere. Senec. epist. 36.
Decoquere publicam salutem. Plin. lib. 31. cap. 3. 12.
Decoctum argentum. Cic. in Pisonem, pro pecunia in luxũ & ganeã absumpta, posuit his uerbis scommaticè & mordaciter in Pisonem dictis, 49, Ita enim sunt rationes perscriptæ scitè & literatè, ut scriba ad ærariũ, qui eas retulit, perscriptis rationib. secum ipse caput sinistra manu perfricans cõmurmuratus sit. Ratio quidem hercle apparet, argentũ decoctum, οἴχεται. Id est, reliqua non comparent, non extant. Verba autem sunt Plauti ex Trinummo à Cicerone in orationẽ suam translata. quæ tamen in omnibus Ciceronis exẽplaribus deprauatissimè leguntur. His enim uerbis describitur habitus hominis profusi, de reliquis rationum suarum anxij. Budæus. Alia Ciceronis exemplaria quæ putantur castigatissima, non habent hanc uocem, Decoctum.

¶ Decoctus, Participium (ἀφεψηθείς) Cicer. 3. de Orat. 57, Ita sit nobis igitur ornatus & suauis Orator, nec tamen potest

aliter

Digitized by Google

aliter esse, ut suauitatem habeat austeram, & solidam, non dulcem atq; decoctam.

Decocta, Absolutè, sic tamen, ut subaudiatur aqua. Iuuenal. Satyr. 5.5,

Si stomachus domini feruet uinoq;, ciboq;,
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

¶Decoctor, decoctoris (ἄσωτος, χρεωκόπος) luxui & ganeæ studio perditus. Latinè nequam, uerbo significantissimo. Cicero 2. in Catilinam, 28, Ex his copijs quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno collectum ex senibus desperatis, agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, ex his qui uadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerunt. Ex Budæo. Catul. epig. 39. 1.

¶Decoctum, decocti, Substantiuum (ἀφέψημα) Quod decoctum est. Plin. lib. 24. cap. 9. 13, Decoctum eorum in uino potum, uel impositum cum rosaceo & cera sedat. Idem, lib. 24. cap. 10. in fine, Vulgus pharmacopolarum decoctionem uocat.

¶Decoctus, huius decoctus (ἕψησις) Plin. lib. 37. cap. 12. 2, Et alias omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. Hoc est, cum melle decoctæ.

¶Decoctura, huius decocturæ, penultima producta (ἕψησις) Plin. lib. 23. cap. 1. 4, Decoctura eorum ueteres dysentericos & cæliacos iuuat.

¶Decoquens, Particip. Ambitione auaritiaq; in uillas, ac suburbana decoquentibus publicam salutem. Plin lib 34.

Decor] decoris, pen. prod. (εὐπρέπεια, ὡραιότης) est (inquit Valla lib. 4.) quasi pulchritudo quædam ex decētia rerum personarumq;, in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquendo. Virg. lib. 5 130,

Est Dorycli coniunx, diuini signa decoris.

Aeui decor integer. Stat. 5. Sylu. 2. 13.
Honestatis decor. Cic. 1. de Finib. 56. Decor pro Decoro ponitur. Budæus.
Ipse decor recti. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 3.
Clara decore proles Ouid. 6. Metam. 28.
Puluis decorem detrahet. Tibul lib. 1. eleg. 9. 3.
Euersor decoris. Senec. Hippol. 8. 7.
Positus decor. Ouid. de Arte amand. 2. 76.
Incomptus decor. Senec. Hippol. 5. 14. Id est, nativus, nulloq; fuco ascitus.
Tener nitidi corporis cecidit decor. Senec. Hippol. 4. 4.
Decor uirgineus. Senec. Medea, 2. 4.
Inest proprius quibusdam decor in habitu atq; uultu. Quint. lib. 6. cap. 3 9.
Natura indulget decori. Ouid. de Arte amand. 3. 32.
Officere decori alicuius. Vide Officio.
Spoliare uirtutem decore. Cic. 1. Academ. 49.

¶Decorum, decori, pen. prod (τὸ πρέπον, εὐκοσμία) significat tam ipsum honestum, quàm quod hominibus & communi opinioni honestum uidetur & pulchrum & probabile. Hæc Valla, lib. 4. Cic. 1. Offic. 136, Quæ autem subiecta pars generi est, eam sic definiunt, ut id decorum esse uelint, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. ibidem, 132, Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum potest. Græcè enim πρέπον dicitur.

Honestum & decorum. Cic. 2. Offic. 45.
Quod consentaneum sit hominis excellentiæ, decorum est. Cicer. 1. Offic. 136.
Dignum uiro decorum uidetur, quod utiliter animoq; magno fit. Cic. 1. Offic 134.
Confusum cum uirtute decorum est, sed mente & cogitatione distinguitur. Cic. 1. Offic. 135.

¶Decorus, penult. prod (πρεπώδης, εὐπρεπής) Adiectiuum. Plin. lib 12. cap. 5. 2, Sepes munita uallo arboris decora specie subter intuenti.

Decorum & elegans. Cic. 1. de Diuin. 110.
Neq; decorum est, nec dijs dignum. Cic. 1. de Diuinat. 192.
Iusta omnia, decora sunt, iniusta contrà ut turpia, sic indecora. Cicer. 1. Offic. 134.
Decorus ab aspectu. Colum. lib. 6. cap. 1. 2. de bobus.
Decorus ad ornatum. Cic. 2. de Natur. deor. 127.
Summa pelle decorus. Pers. Satyr. 4 2.
Nigro crine decorus. Horat. 1. Carm. ode 32. 3.
Ductores ostro decori. Virg. 5. Aeneid. 27.
Plebs decora cultu. Stat. 1. Sylu. 6. 6.
Aedes decora. Horat. 1. Carm. ode 30. 2.
Aes decorum. Virg. 12. Aeneid. 42.
Decora Cæsaries. Virgil. 1. Aeneid. 119.
Capilli decori. Ouid. 16. Metam. 34.
Caput decorum. Horat. Epod. ode 2. 4.
Color albus præcipuè decorus deo est. Cic. 2. de Legib. 72.
Crinis decorus Claud. 1. Paneg. 31.
Disputatio non ita decora alicui. Cic. 4. Acad. 10.
Facies decora Horat 1. Serm Satyr. 2. 18.
Cognata & decora forma Cic. de Vniuers 22.
Frons decora. Lucan. lib. 8. 132.
Insigne decorum. Virg. 2. Aeneid. 79. Hoc est, ornamentum decorum. Non enim sunt duo epitheta: quod apud Latinos uitiosum est. Seruius.
Lacrymæ decoræ dicuntur, quando fletus ipse habet aliquid ue nustatis, ortus à gaudio, ut Terent. Lacrymo gaudio. Virg. 5. Aeneid. 68.
Membra decora iuuentæ. Virg. 4. Aeneid. 112.
Os decorum Lunæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 5.
Pectus decorum. Virg. 4. Aeneid. 118.
Reddes ridere decorum. Horat. 1. epist. 7. 6.
Decorus est sermo senis quietus & remissus. Cic. de Senec. 25.
Silentium decorum. Horat. 4. Carm. ode 1. 7.
Studia decora. Cic. 1 de Diuinat. 44.
Verba decora. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 9.
Vix satis decorum. Cic. Att. lib. 4. 8 5. 5, Vix satis decorum uideretur cum pluris dies esse in Crassi Tusculano.
Vultus decorus. Claud. 2. Paneg. 87.

¶Decorè, pen. prod. (εὐπρεπῶς, εὐκόσμως) Aduerb. Cic. 1. Offic 160, Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio dil gentia, ut ea si non decorè, at quàm minimè indecorè fa cere possimus.

Sancta formata decorè Iouis species. Cicer. 1. de Diuin. 40. Ex antiquo quodam poeta.
Ad rerum dignitatem aptè, & quasi decorè loqui. Cicero 1. de Orat. 70.

¶Decus, decoris, pen. corr. (κόσμος, εὐκοσμία, τιμή) Est illa, ut sic dixerim, honorificentia ex bene gestis rebus. Vnde decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello comparata: cuius contrarium est Dedecus, proprie ignominia quædam, aut ignominiæ genus, & infamis turpitudo. Vnde dedecoro. Cic. inquit 3. Offic. 8, Inanem redire turpissimum est, dedecorantem & urbis autoritatem, & magistri. Transfertur etiam ad animum: quippe decus pro honesto, dedecus pro inhonesto accipitur, ut idem. Sequetur decus atque honestum. Quintil. in Milite Mariano, Satis dedecoris atq; flagitij castra ceperunt. Hæc Valla, lib. 4.

Decoris honestatisq; causa adeunda sunt quæuis pericula. Cic. 2. de Finib. 91.
Aetheris decus. Senec. Octau. 7. 3.

Digitized by Google

Hoc æui decus. Virg. 4. eclog. 3.
Astrorum decus. Virg. 9. Aeneid. 84.
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Hoc est, Luna.
Decus belli. Ouid. 5. Fast. 117.
Lucidum cæli decus. Horatius in Carm. secul. 1. Solem, & Lunam intelligit.
Decus & laus ciuitatis. Cic. 1. de Natur. deor. 13.
Equitum decus. Horat. 3. Carm. ode 16. 4.
Decora & ornamenta fanorum. Cic. 6. Verr. 87.
Hominis decus, ingenium: sic ipsius lumen est eloquentia. Cicero de clar. Orat. 29.
Decus & lumen imperij Romani Cn. Pompeius. Cicer. 2. Philipp. 68.
Iudiciorum decus atq; ornamentum. Cic. pro Cecin. 20.
Perit confusum decus iuris humani. Senec. Oedip. 14. 6.
Laborum decus. Sil. lib. 1. 15.
Orbis decus. Senec. Herc. Oetb. 7. 2.
Decus pompæ. Ouid. 2. Metam. 146.
Decus populi. Plaut. Asin. 12. 65.
Ad decus & ornamentum senectutis, iuris interpretationem ab adolescentia comparare. Cic. 1. de Orat. 98.
Triumphi decus & ornamentum. Cic. de Prouinc. Consul. 22.
Aeternum decus. Horat. 3. Carm. ode 25. 1.
Aethereum decus. Claud. 4. Paneg. 34.
Alta decora. Virg. 2. Aeneid. 90.
Terrarum decora ampla uiri. Stat. 6. Thebaid. 79.
Autum decus. Tacit. lib. 3.
Decus conspicuum. Ouid. ad Liuiam, 68.
Eburnum decus. Claud. 1. de Raptu Proserp. 55.
Egregium decus. Silius lib. 13. 10.
Eximium formæ decus. Stat. 1. Achil. 58.
Grande decus mearum rerum. Horat. 2. Carm. ode 17. 1.
Immortale decus. Claud. 2. in Eutrop. 57.
Inane decus. Horat. Epod. ode 5. 2.
Insigne decus. Valer. 3. Argon. 69.
Iuuenile decus. Ouid. ad Pisonem, 52.
Syderum magnum decus. Senec. Octau. 7. 10.
Mansurum decus. Silius lib. 17. 127.
Maximum decus gentis Pelasgæ. Senec. Troad. 10. 4.
Minimum decus. Horat. in Arte poetica, 58.
Natiuum decus. Ouid. de Nuc. 11.
Opimum decus. Vide Opimus.
Præcipuum decus. Ouid 14. Metam. 167.
Probatum decus. Silius lib. 13. 74.
Regale decus. Ouid. 9. Metam. 136.
Diadema, Regium decus. Senec. Agam. 1. 2.
Sublime decus. Claud. de Nup. Honorij, 8.
Venerabile decus. Lucanus lib. 8. 129.
Verum decus in uirtute positum est. Cicero Planco, libro 10. 12. 14.
Vile decus. Claud. de bel. Get. 59.
Morti decus addere. Stat. 3. Thebaid. 44.
Honestatem & decus conseruare. Cic. 1. Offic. 27.
Emptum decus ingenti clade. Claud. in lib. epigr. 42. 10.
Enitet ore decus. Virg. 4. Aeneid. 30.
Expers decoris. Ouid. 2. Metam. 77.
Gerere nomen & decus. Virg. 2. Aeneid. 18.
Immemores decoris. Ouid. 8. Metam. 108.
Decus omne uirtutis cum summa eloquentiæ laude iungere. Cicer. de claris Orat. 186.
Oblitus decorisq; sui, sociumq; salutis. Virg. 5. Aeneid.
Eloquio partum decus. Sil. lib. 3. 125.
Pellere omne decus ex animo, id est, omnem uirtutem. Senec. Hippol. 4. 15.
Decoris securus. Tacit. lib. 19, Apud auidos periculorum, & decoris securos. Suntautem decoris securi (autore Rhenano in Castigat. in Tacitum) qui nullam honesti curam habent.
Dignitatem & decus sustinere. Cic. 1. Offic. 174.
Tenere decus. Cic. 1. Offic. 197.
Valde decorum est, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Cic. 2. Offic. 94.
Decus, pro Decoro, Cic. in Offic. sæpe usurpat, & honesto. Restat, inquit, quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Budæus.
¶ Decoro, decoras, penult. corr. (κοσμέω, τιμάω) decorare, Honestare, seu honorificare. Horat. 1. epist. 6. 8.
Ac bene nummatum decorat Suadela, Venusq;.
Decorare lachrymis. Cicer. 1. Tuscul. 53. ex Ennij epitaphio. Idem pro Murena, 13, Donis militaribus patris triumphum decorare.
Sertis decorare comas. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 2. Quintilian. lib. 5. Decorare corpus.
Hæc omnia uitæ decorabat grauitas & integritas. Cicero de clar. Orat. 144.
Decorare aliquem honoribus. Cic. pro Corn. Balbo, 11.
Amplissimis honoribus & præmijs decorari. Cicero de Orat. 119, Aeterna triumphi laude imperatores decorare. Cicer. Antequam iret in exil. 1.
Omni laude, prædicatione, literis, monimentisq; decoranda uirtus aliqua. Cic. pro Ligar. 4.
Me sceptro decorus. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 13.
Decorare labores. Silius lib. 10. 6.
Scipiones patriam spolijs triumphisq; decorarunt. Cicero Octauio, 14.
Aliquem titulis decorare. Sil. lib. 15. 78.
Oppida publico sumptu decorare. Horat. 2. Carm. ode 15. 4.
Oppidum maximis locis cõmunibus, monimentisq; decorare. Cicero 4. Verr. 77.
Decorare atq; augere Rempub. Cic. in Pisonem, 21.
Mores decorant uirum. Claud. 1. Paneg. 6.
¶ Decorari, Passiuum (κοσμεῖσθαι) Cic. 4. Acad. 8, Sed quæ popularí gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea fere sunt & Græcis literis celebrata & Latinis.
Honoribus, præmijs atque splendore decorari. Cicero 1. de Orator. 96.
¶ Decoratus, Participium (κεκοσμημένος) Cic. 5. Tuscul. 167. Quod honestũ nos & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inani uocis sono decoratum esse dicunt, &c.
Auro decoratus. Sil. lib. 17. 131.
¶ Decoramenta, torum, Arnobius lib. 5. aduersus gentes.
¶ Decoramen, pen. prod. decoraminis, n. g. Silius lib. 10,
Vittaq; maiorum decoramen fronte, sine ullo
Delapsa attactu nudauit tempora regis. Id est, ornamentum suorum maiorum.
Decortico] decorticas, penult. corrept. (ἀπολεπίζω) decorticare, Corticem detrahere. Plin. lib. 16. cap. 39. 2, Cedi intempestiuum quæ decorticentur. Scribonius largus excorticare uocat.
¶ Decorticatio (ἀπολέπισις) Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24. 19. Quòd si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet supradictus.
¶ Decorticatus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 16. cap. 41. 2. Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam quæ diximus luna aquis non corrumpi.
Decorum, Decorus] Vide Decor.
Decotes] Dictæ sunt togæ attritæ, quasi cotibus detritæ atq; consumptæ sint. Festus.

Decrepi-

Digitized by Google

Decrepitus] pen.corr.(ἐσχατογέρων, παρήλιξ) Adiectiuũ. Decrepiti(inquit Donatus) dicti sunt, quorum crepitu & plangore familiæ fuerant iam conclamata funera Idem, Decrepita anus, aut stomacho anili, aut iracundo: aut decrepita, obtusi animi, & læsæ senectutis: aut decrepita, cui sæpe moribundæ crepuerit planctu familia. Festus, Decrepitus, desperatus, crepera iam uita, ut crepusculum, extremum diei tempus. Siue decrepitus dictus, quia propter senectutem nec mouere se, nec ullum facere potest crepitum. Nonius, Decrepiti senes, in dubio uitæ constituti. Terent. Eunuch. 2. 1. 25, Cum meo decrepito hoc Eunucho. Idem Adel. 5. 8. 16,

——atq; anum decrepitam ducam.

Decrepita ætas. Cic. 1. Tusc. 151.

Tristis ac decrepitus senex. Cic. pro Cælio, 49.

Decrescо] decrescis, decreui, decretum, pen. prod. (μᾶσμαι) decrescere, Diminui. Martialis,

Decreuere greges, quum cadit agna frequens.

Decrescere & Accrescere, contraria. Plaut. Curcul. 5. 4, Valetudo decrescit, accrescit labor.

Decrescit febris. Celsus lib. 3. cap. 6.

Crescere & Decrescere, contraria. Cic. 2. de Diuin. 49.

Cornua decrescunt. Ouid. 1. Metam. 149.

Metus decrescit. Sil. lib. 7. 17.

Effosso marmore decrescunt montes. Ouidius 3. de Arte amandi, 25.

Morbus decrescit. Celsus lib. 3. cap. 20.

Vestes decrescunt pueris, id est, illis crescentibus uidentur breuiores fieri. Stat. lib. 2. Sylu. 1. 26.

Decrescente die. Plin. lib. 2. cap. 59. 2.

Flumina decrescentia. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.

Vndæ decrescentes. Ouid. 1. Meta. 70.

Decretorius, Decretum] Vide Decerno. Plin. lib. 13. capite 13. 3, Numæ decretorum libros XII fuisse.

Decubo] decubas, penult. corrept. decubui, decubitum, pen. corr. (κατάκειμαι) decubare, Iacere. Apul. Decubantem excitaui feram.

Deculco] deculcas (κατὰ πατέω) deculcare, Idem quod calco, unde est compositum. Plin. lib. 17, cap. 10. 4, Alij in qualo pedibus in profluente deculcant.

Decuma, Decumanus] Vide Decem.

Decumbo] decumbis, decubui, decubitum, pen. corr. (κατάκειμαι) decumbere, Idem quod Decubare, Iacere. Colum. lib. 7. cap. 9. 9, Si quem mater decumbens oppresserit, cubanti substrahat.

Tertia falce decubuit Ceres. Senec. lib. 2. Theb. 11.

Decumbere more ueterum, cibi sumendi gratia. Plaut. Merc. 3. 98. Teren. Phorm. 2. 2. 28, Prior bibas, prior decumbas. Sic Cicer. 5. Verr. 50.

Decumbere ad tabulam. Varro 3. de re Rust. cap. 5. 15.

Decumbere, Verbum proprium gladiatorum, quum ipsi uulneribus confecti cadunt. Cic. 2. Tusc. 71, Mittunt etiam uulneribus confecti ad dominos qui quærant quid uelint: si satisfactum ijs sit, se uelle decumbere.

Honestè decumbere, id est, mori. Cic. 3. Philipp. 149.

Decuni] Δεκοῦνοι, Liburniæ populi, qui in Salonam coloniam iura petunt. Plin. lib. 3. cap. 22.

Decupa] decupæ, quid sit, à uiris doctis ignoratur. Legitur tamen apud Ciceronem in Pisonem, 53, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola atq; decupa. Quo loco legendum putat Budæus, de cupa: ut sit sensus, Pisonem non uiuere frugaliter, & ut solent quibus est cura domestica: sed uinum à propolis emere, atq; id è cupa, hoc est non diffusum aut asseruatum, sed quemadmodum è cupa adfertur, hoc est, penè mustum: non enim futuris annis prouidebat.

Decuplus] pen.corr. Adiectiuum (δεκαπλάσιος) Id est, decies tantum. Liu. 9. bel. Maced. 182, Vti ea quoq; decuplo tã to pluris qui quanti essent, æstimarentur. In emendatioribus codicibus legitur, decem tanto, &c.

Decures] decuriones. Festus.

Decurio] huius decurionis (δεκάδαρχος) Valla lib. 6, In municipijs (ut mihi quidem uidetur) idem est Decurio, qui & Romæ Senator. Nam qui in Senatu & consilijs Reip. municipalis interesse poterant, Decuriones erant. Cic. pro Sestio 7, Recita quæso P. Sesti, quid decreuerint Capuæ decuriones. Quòd autem differant decurio in legione Romana, & decurio municipalis, ex epistola quadam Plinij Iunioris è primo libro declaratur: Esse autem tibi centum millium census, satis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione solum, uerumetiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummûm. Non dicitur itaq; decurio, aut quòd decẽ præsit militibus, ut quidam uolunt, quem Græci δεκάρχην uocant: quum decurio sit maior equite, eques centurione, centurio decarcho, ut ex stipendiorum magnitudine datur in multis libris intelligi: aut in municipijs, qui decem equitibus præest, quum sit equite duntaxat Romano minor. An quia decem præsit equitibus municipalibus? Aut hoc erit dicendum: aut Pomponij Iurisconsulti opinio sequenda, dicentis, Decuriones quidam dictos aiunt eo, quòd in initio quũ coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit. Hæc Valla lib. 6. Cicer. ad Attic. lib. 2. 16. 19, Neq; te in decurionibus habebam. Pomponius in l. pupillus. ff. de uerb signific.

¶ **Decuria, decuriæ** (δεκανίαι) Romæ Iudicum decuriæ quatuor primum fuere: quibus Gaius princeps quintam adiecit, erãtq; in singulis decurijs mille & eo amplius equites, hinc quoque Decuriæ dictæ, quòd Decies centum caperent iudices. Vide Plinium lib. 33. cap. 1. in fine, & cap. 2. Cic. pro Cluent. 83, Vno iudicio multa est ab eo petita, sicut ab Iunio, quòd non suæ Decuriæ munere, neq; ex lege sedisset.

Decuria senatoria. Cic. 4. Verr. 56.

Tertia decuria iudicum. Cic. 1. Philipp. 14. Idem 5. Phil. 174, Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiã decuriam iudicum scitote esse collectum.

Decuriæ etiam erant municipalium & rusticorum hominum. Quintil. lib. 4.

Decuriam emere. Cic. 5. Verr. 158.

Reijcere decurias. Cic. 5. Verr. 22.

Decuria etiam aliorum. Colum. lib. 1. cap. 9, Classes etiam non maiores quàm denûm hominum faciendæ, quas decurias antiqui appellauerunt. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Deinde rudus inducatur, & uectibus ligneis decurijs inductis crebruter pinsatione solidetur. Ibidem, cap. 3.

Decuria, pro cœtu & conuentu copulorum. Plaut. Persa, 4. 61, Exigam ego hercle te ex hac decuria.

¶ **Decurio, decurias** (κατάλογίζω) decuriare, In curias distinguere, & factiosè cogere. Cic. pro Domo sua, 11, Quum desperatis ducibus, decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 7. 9, Eodẽ die S. C. factum est ut soliditates, decuriatiq; discederent.

Hommes uicatim cõscribere & decuriare. Cic. pro Sestio, 27.

Prædæ causa improbos decuriare. Cic. 7. Philipp. 228.

¶ **Decuriatus, huius decuriatus**, pen. prod. (δεκαδαρχία) Ipsa decuriatio. Liuius 2. bel. Pun. 119, Et ubi ad decuriatum & centuriatum conuenissent, &c.

¶ **Decuriatio**, Verbale (κατάλογισμὸς) Idem: ut, Decuriatio Tribulium. Cic. pro Plancio, 36.

Decurro] decurris, decurri, & decucurri, decursum (κατατρέχω, κατα-

Digitized by Google

βίω, κατατρέχω) decurrere, Deorsum currere. Virg. 2. Aeneid. 9.

Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

Liuius 1. ab Vrbe, 51, Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat.

Decurrere cita puppi. Catul. epig. 59. 2.

Celeri cymba decurrere. Ouid. 5. Fast. 156.

Cito decurrit tramite uirgo. Virg. 5. Aeneid. 121.

Decurrit super æquora. Ouid. 14. Metam. 10.

Decurrere sursum deorsum. Plin. lib. 24. cap. 18. 1.

Decurrunt in plana arbores. Plin. lib. 12. cap. 12. 2.

Decurrere, Accelerare. Liu. 2. ab Vrbe, 43, Qui positus fortè in statione pontis, quum captum repentino impetu Ianiculũ atq; inde citatos decurrere hostes uidisset, &c.

Decurrere ad aliquid. Liu. 4. ab Vrbe, 219.

Effuso passu decurrere. Lucan. lib. 4. 55.

Decurrere dicũtur milites. Vide Decursio. Liu. 10. bel. Mac. 21, Mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum decurrere, & diuisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrũ pugnæ. Suet. in Nerone, cap. 11, Nobilissimus eques Romanus elephantos supersedens, per catadromum decucurrit. Virg. lib. 11. de Palantis funere loquens.

Decurrere cum aliquo. Cic. ad Tironem, lib. 16. 66.

Decurrere in armis. Liu. 6. bel. Pun. 261, Primo die legiones in armis quatuor millium spacio decurrerunt.

Decurre, pro Confugere. Cic. pro Quintilian. 27, Ad hæc extrema & inimicissima iura iam cupidè decurrebas, ut tibi nihil in posterum, &c.

Ad aliquam hortationem decurrere. Cic. pro Cecina, 48.

Ad remedium aliquod decurrere. Plin. epist. 64. 6.

Incœptum laborem decurrere. Virg. 2. Georg. 8.

Vitam decurrere. Id est, uiuere. Propert. lib. 2. eleg. 16. 9.

Versu decurrere pugnas. Stat. lib. 5. Sylu. 3. 30.

Breuiter decurrere. Ouid. ad Pisonem, 4.

Decurritur, pen. corr. Impersonaliter, pro Confugitur. Cæs. 1. bel. Ciuil. 18, Decurritur ad illud extremum atq; ultimum S. C. quo, &c.

Decursum est ad calcem. Cic. 1. Tusc. 24.

Decurrendum per capita. Quint. lib. 6, cap. 1. 2.

¶ Decurrens, Participiũ (κατα βίω) ut, Decurrens ad Oceanũ Gallicum fluuius. Plin. lib. 3. cap. 1. 3.

¶ Decursus, Particip. (περιπλοῦς) ut, Decursum spacium ætatis. Plaut. Sticho, 3. 14. Cic. de Senec. 76, Nec uerò uelim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari.

Lumen uitæ decursum. Lucret. lib. 3. 212.

Septingenta millia passuum uis esse decursa biduo? Cicero pro Quint. 54.

Decursa ætate uitia. Cel. ad Cic. lib. 8. 13. 1.

Propè acta iam ætate decursáq;. Cic. pro Quintio, 66.

Decursa abs te hæc sunt breuiter. Cic. 1. de Orat. 71. Id est, breuiter à te tractata.

Decursus, huius decursus (κατάδρομή) Liu. 1. ab Vrbe, 119, Itaque ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga uertunt.

Magnus decursus aquarum. Lucret. lib. 5. 53.

Rapidus decursus. Virg. 12. Aeneid. 106.

Decursus pronus. Catul. epig. 60. 5.

Decursus mei temporis. Cic. Appio, lib. 3. 2. 4.

Decursus, pro simulacro præliorum. Gellius lib. 7. cap. 3.

Decursus honorum. Cic. 1. de Orat. 2.

Decursus, pro fine cursus. Suet. in Nerone, cap. 24, Sed excussus curru, ac rursus repositus, quum perdurare non posset, destitit ante decursum.

¶ Decursorium, rij, Locus in quo decurritur. Græci κατάδρομον, Galli Licias uocant.

¶ Decursio, Verbale (κατακλώμενος) Cic. 5. de Fin. 124, Qui Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto, &c.

Decursio militũ. Suet. in Nerone, Deductus in forũ tyro, populo congiariũ, militi donatiuum proposuit, indicta decursio.

Decursiones equitum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 6.

Decurto] decurtas (κολοβόω) decurtare, Curtum facere. Plin. lib. 25. cap. 5. 14, Leguntur autem tenuissimæ radices, breuesq;, ac uelut decurtatæ etiam hæ. Cic. in Oratore, 103, Mutila sentit quædam & quasi decurtata.

Decus] Vide Decor.

Decussis] huius decussis, m. g. (δίνας) Decem asses.

Decussem Vitruuius pro Decade accipit lib. 3. his uerbis, cap. 1, Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis: quæ simul ac undecim aut duodecim sunt factæ, quot superauerint, non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim peruenerint.

Decussem (χιασμὸν) pro decussatione accipit, lib. 10, Decusses & decussationes Vitruuius uocat rectas & exactas diuisiones complanatorum capitiũ tigni & exasciatorum, quæ decussatio fit ductis lineis quatuor ad centrũ complanati tigni sese intersecantibus, ita ut lineæ areolas octo faciant trigonas, quas uulgo facies appellamus, ob id octantes ab eodem autore dicuntur. Hoc aũt facil eest intelligere, si quis per ambitum teretis materiæ, & in duobus summis capitibus leuigatæ cõplanatæq;, iisdẽ spacijs octo puncta adnotet: & à primo ad punctum obuersarium perpetuã lineã ducat. sic enim fit ut oẽs lineæ per centrũ planitiei trãseant, & similitudinem stellæ reddant. Plin. lib. 18. cap. 34. 1, Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decusses obliquæ, ita ut à Septentrionis dextera lęuą; ad Austri dexteram lęuamq; descendant, omnes per eundem currant umbilicum, omnes inter se pares sint, omnium paria interualla.

¶ Decusso, decussas (χιάζω) decussare, In formã x litere diuidere & diuidere. Colum. lib. 5. de uinea iugata loquens, Nihil enim refert iugum in stellam decussari atq; diduci, nisi & palmites adiungantur.

Decussare, proprie per medium secare significat: id quod ostẽdit Cic. in lib. de Vniuersitate, 33, quum inquit, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæq; accõmodãs mediã, quasi decussauit. Plena enim decussatio fit, quũ litera x in seipsam transuersa incidit, ut ex eo loco Platonis intelligendum datur, quẽ Cicero Latinum fecit. Col. lib. 3. cap. 13. 10, Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciẽ Græcæ literæ x. decussauimus. Hæc omnia ex Budæo, in lib. de Asse.

¶ Decussatim, pen. prod. aduerbium (κατὰ χιασμὸν) Col. lib. 12. cap. 54. 1, Deinde sicut consueuerunt salgamarij, decussatim ferramento limato incidito.

¶ Decussatio (χιασμὸς) dicitur quã recentiores annularem rationẽ appellauere, & Ptolemæus aptissimè cr. coton nuncupat: cuius rei commeminit Hermolaus quoq; in Plin. Vide Cel. lib. 8. cap. 13.

Decutio] decutis, pen. cor. decussi, decussum (κατασείω) decutere. Ex De & Quatio, quatis, compositũ, significat dejicere, deorsum quatere. Plaut. Epid. 6. 4,

Quin ex occluso atq; obsignato armario

Decutio argenti tantum quantum mihi lubet. Ouid. 2. Fast. 42.

Nuncius ut redijt, decussáq; lilia dixit. Columel. libro 11. cap. 2. 28, Dum prorepentes oculi digito decutiposśint. Liu. 5. bel. Pun. 36.

Decutere

Decutere ui. Plin. lib. 34. cap. 11. 1.
Frondes decutiuntur aqua. Ouid. 5. Fast. 65.
Decutit ense caput. Ouid. 5. Metam. 21.
Bucula decutiat rorem. Virg. 4. Georg. 3.
Cyluis honorem decutit December, eo quòd spoliantur arbores suis folijs mense Decembri. Horat. Epod. ode 11. 2.
Decussisse dicitur baculo summa capita papauerum. Liuius 1. ab Vrbe, 237.
¶ Decussus, huius decussus (κατέσσσμαι) Plin. lib. 11. capite 37. 36, Aliqui tunc scribunt decidere eum, rursusq; recrescere facilem decussu.
Dedecet] pen. corr. (ἀπρεπές ἐστι) aliquando personale, aliquando impersonale, contrarium suo simplici. Ouid. 6. Metam. Admouiq; preces quarum me dedecet usus. Idem,
—ingenuos dedecuere minæ. Cic. 1. Offic. 134, Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse.
Comæ non dedecuere dominam. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 3.
Decere atq; Dedecere, contraria. Cic. in Oratore, 41.
Oratorem irasci minimè decet, simulare non dedecet. Cicer. 4. Tuscul. 85.
Modicè & scienter uti rebus suis, & ut ne dedeceat. Cicero 1. de Oratore, 65.
Dedecet illud in eum. Cic. 1. Offic. 204.
Dedecus] pen. corr. dedecoris (αἰσχύνη, ἀσσμία) Ignominia quæ ex turpiter gestis nascitur. uide Decus in Decor. Cic. 2. Tusc. 20, A. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiámne maius quàm dedecus?
Dedecus uitæ ac turpitudo. Cic. pro Cluentio, 7.
Flagitium & dedecus. Cic. Att. lib. 16. 334. 6.
Probrum & dedecus. Cic. pro Rosc. Amer. 41.
Dedecus & infamia. Author ad Heren. lib. 3. 100.
Adulatorium dedecus. Tacit. lib. 5.
Grande dedecus. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 20.
Magnum dedecus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 11.
Parentum dedecus abolere. Sil. lib. 1. 13.
Dedecore nullo abstinere. Cic. 3. de Fin. 59.
Amittere dedecus. Cic. 3. Verr. 30.
Concipere dedecus. Vide Concipio.
Coniungere dedecus cum probro. Vide Coniungo.
Patriæ dedecus depellere. Sil. lib. 1. 22.
Domum dedecori domino fieri. Cic. 1. Offic. 194.
Dedecus hæret infamiæ. Cic. 1. in Catil. 9, Quæ nota domesticæ turpitudinis non iniusta uitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ?
Imprimere dedecus Reip. Vide Imprimo.
Incurrere in dedecora. Cic. 1. de Fin. 73.
Inferre dedecus alicui. Ouid. 6. Met. 122.
Natus in dedecore. Vide Nascor.
Iudicia, uera atq; insigni turpitudine notata, atq; operta dedecore & infamia. Cic. pro Cluent. 47.
Cum ignominia & dedecore perire. Cic. 2. de Diuin. 33.
Propulsare dedecus solet uirtus. Cic. 4. Philipp. 161.
Dedecori esse patribus. Cic. 1. Offic. 171.
Maculæ & dedecori esse suis. Autor ad Heren. lib. 4. 203.
Dedecori esse studijs ac literis. Cic. Attico, lib. 8. 155. 1.
Hæreditati patris dedecori esse. Cic. 1. Offic. 171, Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omniq; patrimonio præstantior, gloria uirtutis rerumq; gestarum: cui dedecori esse, nefas & uitium iudicandum est.
Susceptum in aliquo loco, aut ex aliquo loco deportatum flagitium, ac dedecus. Cic. pro Murena, 10.
Testatum dedecus. Ouid. 2. Metam. 94.
Tollere dedecus sui. Ouid. 5. Fast. 118.

Maculosus omni dedecore. Tacit. lib. 19.
¶ Dedecorus, penult. corrept. Adiect. (ἀτιμος, αἰσχρός) Tacit. libro 3, Sex. Pompeius M. Lepidum, ut socordem, inopem, & maioribus dedecorum, eoq; etiam sorte Asiæ depellendum incusauit.
¶ Dedecoro, dedecoras, penult. corrept. (ἀτιμάζω) dedecorare. Terentius Hecyra, Et me, & te, & familiam dedecoras? Sic Cic. 3. Offic. 8.
Faciem dedecorare. Propert. lib. 3. eleg. 22. 8.
¶ Dedecorans, pen. corr. Participium (ἀτιμάζων) Cicer. 3, Offic. 8, Dedecorantem & urbis autoritatem & magistri.
¶ Dedecoratus (ἀτιμασμένος) Nomen ex participio. Tranquillus in Nerone, Tanquam aliter illi non possint nisi merte succurrere dedecorato flagitijs omnibus.
¶ Dedecorosus, penul. prod. Adiectiuum. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 8, Dedecorosis hominem ualetudinibus implicabit.
Dedico] dedicas, penult. corr. (καθιερόω, ἐνθιάζω, ἀφιερόω, ἀνατίθημι) dedicare, Idem quod dicare. Liu. 1. ab Vrbe, 87, Multa alia sacrificia, locaq; sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices uocant, dedicauit. Cic. 1. de Legib. 5, Post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse, & Quirinum uocari, templumq; sibi dedicari in eo loco iusserit.
Dedicare bibliothecam. Plin. epist. 8. 4.
Theatrum dedicare. Asconius enarrans orationem contra Pisonem, Ante paucos dies, inquit, quàm Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum à se factum dedicauit.
Aedem alicui dedicare. Cic. 3. de Nat. deor. 17.
Aedes alicuius dedicare, id est, religione deuincire. Cicer. pro Domo sua, 92.
Smyrnæi delubrum Homero dedicauerunt. Cicero pro Archia, 14.
Dedicaui tibi hos libellos. Plin. in præfat. Natural. historiæ, 9.
Signum in aliquo loco dedicare. Cic. pro Domo sua, 41.
Simulacrum aut aram dedicare. Cic. pro Domo sua, 93.
Marcellus si Syracusas cepisset, duo templa se Romæ dedicaturum uouerat. Cic. 6. Verr. 109.
¶ Dedicatus, Participium (ἀφιερωθείς) Martialis lib. 1. 137, Et pisces uenerare dedicatos.
Ingenium in homine dedicatum. Cic. 2. de Leg. 88.
Mentis, pietatis, fidei templa publicè dedicata. Cicer. 2. de Leg. 45. Idem 2. de Nat. deor. 113.
Dedicati etiam dicuntur dij, quorum simulacra sunt ad religionem consecrata. Horat. lib. 1. Carm. ode 31. 1.
¶ Dedicatio, Verbale (καθιέρωσις) Cicer. pro Domo sua, 80, Nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.
Dedicatio religiosa. Cic. pro Domo sua, 95.
Dedignor] dedignaris (ἀπαξιόω) dedignari, Indignum habere, contemnere. Virg. 4. Aeneid. 104,
Quos ego sum toties iam dedignata maritos. Colum. lib. 9. cap. 5. 2, Iamq; enim dedignatur, si minus pure habita est, ac si tractetur fraudulenter. De generibus apum deligendis loquitur.
Amicum dedignatus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 7.
¶ Dedignatio, Verbale (ἀπαξίωσις) Plin. in Paneg. 30, Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorum lapsam, extinctamq; resuisti, depulso prioris seculi malo, inertia, & contumacia, & dedignatione parendi.
Tacita dedignatio. Quint. lib. 1. cap. 3. 21.
Dediſco] dediſcis, dedidici, pen. corr. (ἀπομανθάνω) dediſcere, Quod didici obliuiſcor, Valla lib. 5. Cic. 3. de Orator. 52, Ob eamq; causam iuuentus nostra dediſceret penè diſcendo. Propertius,
Turpe est uirtutem dedidiciſſe datam.
Dedidicit pacem ſubitò feritate reuerſa. Mart. lib. 2. 74.

Digitized by Google

Dediſcere & obliuiſci. Cic. Pæto, lib. 9. 24. 6.
Hæc uerba mutari, dediſciq; poſſunt. Cic. de clar. orat. 88.
Dediſcere loqui. Ouid. 3. Triſt. eleg. 14. 10.
Dediſcere, pro Relinquere conſuetudinem. Cic. Pæto, lib. 9. 20. 5, Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani tui.
Vſu dediſcitur amor. Ouid. 2. de Remed. Amor. 22.
Dedititicius, Deditus] Vide Dedo.
Dedo] dedis, dedidi, deditum, pen. corr. (ἐνδίδωμι) dedere. Donatus, Dare eſt quod repetas: Dedere eſt ad perpetuum. Damus & amicis: Dedimus tantum hoſtibus. Plaut. Curcul. 14. 28, Ego illum tibi dedam, tace.
Dedere ſe hoſtibus. Plaut. Amph. 4. 72. Cæſar 2. bel. Gall. 342, Si prius quàm aries murum attigiſſet, ſe dedidiſſent.
Conſtrictum aliquem dedere hoſtibus. Cicero Post reditum ad Quir. 10.
Dedo me tibi. Terent. And. 5. 3. 26, Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone, impera.
Dedere ſe totum alicui. Cic. 2. de Legib. 9.
Dedere ſe alijs. Terent. And. 1. 1. 36.
De dere ſe angoribus aut uoluptatibus. Cic. 2. Offic. 3. Sic, Dedere ſe libidinibus. Cic. 1. Tuſcul. 117. Et, Dedere ſe languori & deſidiæ. Idem 1. Offic. 173.
Dedere aures ſuas poetis. Cic. pro Archia poeta, 19.
Dedere ſe delectationi toto animo. Cic. 5. Tuſc. 162.
Dedo tibi hunc diem. Plaut. Stich. 7. 31.
Dedere ſe in ditionem & arbitratum hoſtium. Plaut. Amph. 4. 104.
Dedere in ditionem alterius aures ſuas. Plaut. Milit. 13. 8. Id eſt, diligenter eum auſcultare.
Vide quibus hominibus aures ſint deditæ meæ. Cicer. ad Attic. lib. 2. 29. 3.
Famam per prouincias dedere. Tacitus lib. 11, Clarum ex eo in urbe dedita per prouincias fama, &c. Niſi fortè legendum ſit didita, id eſt, diſperſa.
Dedere ſe lamentis muliebriter, lacrymiſq;. Cicero 2. Tuſculan. 84.
Manus dedere, id eſt, ſe uictum fateri. Lucret. lib. 2. 209.
Se dedere morti. Senec. Med. 12. 26.
Me dede morti. Plaut. Aſin. 12. 18.
Dedere neci ſeipſum. Virg. 4. Georg. 18.
Dedo tibi iſtuc negocij. Terent. And. 5. 4. 51.
Dedatur nupta marito. Catul. epig. 59. 75.
Dedere noxæ. Colum. in Præfatione libri 1. 3, Rem ruſticam peſſimo cuiq; ſeruorum, uelut carnifici, noxæ dedimus. Per translationem.
Dedere aliquem alicui noxæ, id eſt, in noxam. Senec. epiſtol. 106.
Dedere aliquem in piſtrinum, uſque ad necem. Terent. And. 1. 2. 28.
Pœnas temeritatis ſuæ dedere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 161. 3, Itaque dies & noctes tanquam auis illa mare proſpecto, euolare cupio: dedo pœnas temeritatis meæ. Emendatiores codices habent, Do, do, pœnas temeritatis meæ.
Rumor deditur. Virg. 7. Aeneid. 29,

Deditur hic ſubitò Troiana per agmina rumor
Aduenisſe diem, quo debita mœnia condant. Vbi tamen legendum, contenderim, dicitur, utique per tertiam uocalem, pro diuiditur, ſeu diſpergitur: ut apud Lucretium, lib. 2. 226,

Dum facilè in uenas cibus omnis diditur: & dum, &c.

Rurſum lib. 4. 125. & 127.
Ad ſcribendum ſe dedere. Cic. 1. de Orat. 48.
Dedere aliquem alteri ad ſupplicium. Liu. 1. ab Vrbe, 19. Cæſar 7. bel. Gall. 110, Ne ſe & communes liberos hoſtibus ad ſupplicium dederent.
Inimicorum crudelitati deditur uita alicuius. Cicer. pro Quintio, 41.
¶ Deditus, pen. corr. Participium (ἐνδιδομένου) ut, Deditus amori animus. Terent. Hecyra 3. 1. 14. Item, amatorijs lenitatibus. Cic. 1. de Finib. 91.
Deditus literis à pueritia. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. 35.
Dedite eò mentes cum oculis. Liu. 1. ab Vrbe, 38.
Deditus uoluptatibus, Deditus Epicuro, Cicero 1. de Finibus, 88. & 5. 5.
Addictus deditus obſtrictus alicui. Cic. pro Cæl. 63.
Caſtra dedita. Sil. lib. 10. 75.
Homo grauitati deditus. Cic. pro Celio, 50.
Corpora paupertate & morbo dedita morti, alij legunt tradita. Lucret. lib. 6. 252.
Muſæ deditus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 2. 1.
Dedita opera. Idem quod data opera. Terent. Eun. 5. 21,

——apud Antiphonem uterq; pater & mater, Quæ ſi dedita opera domi erant. Cicer. pro Roſc. Amerino, Quæ facitis, eiuſmodi ſunt, ut ea dedita opera à nobis contra uoſmetipſos facere uideamini. Idem ad Atticum lib. 9. 166. 1.

Rebus deditus. Lucret. lib. 4. 164. Cicer. Licinio, lib. 5. 8. 10, Hoc magis ſum Publio deditus, quòd me, &c. ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit.
Sanguine toto tibi deditus. Stat. 1. Sylu. 2. 35.
Mirificè deditus aliquibus ſtudijs. Cic. 1. de Orat. 30.
Studio muſarum deditus. Claud. in Epithal. Palladij, 10.
Vita uitijs flagitijsq; omnibus dedita. Cic. pro Roſc. Amer. 22.
Voluntati bonorum & autoritati Senatus deditus. Cicero pro Milone, 70.
¶ Dedititius (ἐνδοτός) Qui ſe permittit alienæ uoluntati & imperio. Cic. ad Brutum, 3. 5, Itaque id Senatuſconſultum pleriq; interpretantur etiam ad tuos ſiue captiuos, ſiue deditios pertinere. Liuius, Quicquid deinde patiemur deditij noſtri paſſuri.
¶ Deditio, Verbale (ἐνδοσις) Cic. pro lege Manil. 25, Spem deditionis non demit, obſideſq; imperauit.
Locum alicui reliquum non modo ad pacem, ſed ne ad deditionem quidem facere. Cic. 13. Philipp. 383.
Occulta deditio. Claud. 4 Paneg. 51.
Facere deditionem ad hoſtem. Quintil. lib. 3. cap. 8. 16.
Paratur deditio. Claud. 4. Paneg. 51.
Ad deditionem perpellere. Vide Perpello.
Properare deditionem. Tacit. lib. 2.
Redigere in deditionem imperij. Cicero 4. Philipp. 161. Vide Redigo.
Deditionis formula apud Liuium deſcribitur in Collatie deditione, lib. 1. ab Vrbe, 169. his uerbis, Rex interrogauit, Eſtiſne uos legati, oratoreſq; miſſi à populo Collatino, ut uos, populumq; Colla: inum dederetis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Dediti ſine uos populumq; Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, delubra, utenſilia, diuina, humanaq; omnia in meam populiq; Romani deditionem? Dedimus. Et ego uos recipio.
Dedoceo] dedoces, pen. corr. dedocui, dedoctum (μετὰδιδάσκω) dedocere. Eſt ſecus ab eo quod quis doctus eſt, docere, uel falſum id eſſe oſtendere, autore Valla lib. 5. Quintil. lib. 2. cap. 3, Et quidem dedocendi onus grauius ac prius, quàm docendi eſt. Cic. 1. de Finib. 31, Si à Polyæno familiari ſuo geometriam diſcere maluiſſet, quàm illum etiam dedocere.
Dedoleo] dedoles, pen. corr. dedolui (ἀπαλγέω) dedolere, Non dolere, uel dolore ſe priuare. Ouid. 3. Faſt.

Quid me in deſertis morituram Liber arenis

Seruabas?

Digitized by Google

Seruabant potui dedoluisse semel. Ariadne Bacchum alloquitur. Idem 1. de Remed. 59,

Optimus ille fuit uindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitq; semel.

Dedolo] dedolas, pen. corr. (ἀπονοσφίζω) dedolare, Est ueluti dolabra uel alio instrumento ferreo perfecte dolare & excindere. Colum. lib. 4. cap. 26. 2, Hæc eorumq; similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesq; eorum putres dedolandæ. Mart. lib. 11. 78, De dolare senem, per metaphoram dixit Plaut. Menæb. 17. 98.

Deduco] deducis, pen. prod. deduxi, deductum (καταγω, μετάγω, ὁδηγέω, παράγω, ἀποβιβάζω) deducere, Ex alto deorsum ducere. Virg. 8. Eclog. 13,

Carmina uel cælo possunt deducere lunam.

Deorsum deducere. Lucret. lib. 2. 42.

Deducere de rostris conantem concionari. Cæsar 3. belli Ciuil. 85.

De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet. Cato cap. 157. 5. de bráßica.

Deducere, De loco ad locum ducere: ut, Deducere colonias, Plinius lib. 3. cap. 6 1. Et Cic. 4. Verr. 87, Nam eò quoq; colonos P. Rupilius deduxit.

Agmina deducere. Lucan. lib. 3. 57.

Armatas deducere classes. Virg. 1. Georg. 51.

Fert ac deducit res eò. Cic. 1. de Orat. 67.

Deducere etiam is dicitur, qui alicui officij gratia præstat comitatum: cuius contrarium est Reducere. Cicero 1. de Inuentione, 117, Quum deducaris ab eo quicum libentißimè uixeris. Liuius 3. bel. Pun. 108, Frequentesq; eum domum deduxerunt.

Deduci & Reduci, contraria. Cic. de Senectute, 58, Assurgi, deduci, reduci, consuli.

Deducere ad aliquem. Terent. Eunuc. 2. 3. 72. Ibidem 2. 3. 60, Huc deducta est ad Thaidem meretricem.

Domo deducere aliquem. Cic. Planco, lib. 10. 12. 6.

Deducere, Idem quod perducere, uel quod uulgus dicit, conducere. Cicero de Senec. 61, Si aliquò eum deducit, ubi futurus sit æternus.

Deducere adolescentem ad senem. Cicero pro Cælio, 6. Idem de Amicitia, 1, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, &c.

Deducere sponsam marito uel ad maritũ, uel amicam ad amantem. Cic. 4. Verr. Hic est Docimus, ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam. Ouid. de Fastis,

Quum primum cupido Venus est deducta marito.

Vxorem deducit maritus domum. Terent. Hecyra.

Deducere ex hortulis in Academiam. Cic. 1. de Legib. 81.

Deducere ex aliquo loco milites, Cic 7. Verr. 70.

Deducere ex præsidijs cohortes. Cæsar 1. bel. Ciuil. 48.

Deducere de locis præsidia. Salustius. Cicero ad Atticum, libro 7. 133. 1.

Deducere legiones in aciem. Tacit. lib. 18.

Deducere aliquem in carcerem. Cicero 2. de Inuentione, 229. Sic, Deducere in sedem aliquam hospitalem. Cicero pro lege Agraria, 52.

Non deduci pœna, quominus, &c. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 4. Neque legis improbißimæ pœna deductus est, quo minus hospitij amicitiæ ius, officiumq; præstaret.

Non eò deducam, aut progredi patiar, ut opera mea manus inter uos conferatis. Id est, non committam, aut per me non fiet ut. Cic. Antequam iret in exilium, 12.

Deducere actionem in iudicium. Triphon. in l. si alienus. ff. de noxal. acti.

Deducere ad agnatos. Vide Agnatus.

Aquam ad utilitatem agri deducere. Cic. 2. de Diuin. 105.

Deducit in astra. Hor. 4. Carm. ode 2. 5.

Cæsariem longæ dextra deducere barbæ. Ouidius 15. Metamorph. 132.

Deducere carbasa. Lucan. lib. 2. 138.

Perpetuum deducere carmen. Ouid. 1. Met. 1.

Deduxi carmina neruis. Propert. lib. 1. eleg. 15. 9.

Deductus ad casum extremum. Hirtius 4. bel. Alex. 22.

Deducit in casum. Cæsar 2. bel. Gal. 341.

Deducere causam in iudicium. Cicero de Optimo gen. Orator. 150.

Deducere se in causam. Liu. 6 bel. Maced. 19.

Deducere cibum. Terent. Eunuch. 2. 3. 23, Siqua habitior paulò, pugilem esse aiunt: deducunt cibum. Id est, subducunt, uel subtrahunt.

Deducere ad cibum. Celsus libro 3. capite 18, Ad cibum quoque quosdam non desiderantes deduxerunt hi, qui interpuantes eos collocauerunt.

Deduci spe ad aliquam cogitationem. Cicero ad Atticum, libro 9. 183. 1.

Deducta res in controuersiam. Cæsar 7. bel. Gal. 247.

Crimen deducis ad oculos Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 7.

Crinem deducere pingui amomo. Stat. 1. Syl. 2. 23.

Deducere pleroſq; dies contra omnium sententias. Cic. 1. Acad. 65. Id est, prolongare.

Deduci ad aliquam disciplinam. Cic. 4. Acad. 204.

Deduci à dolore, id est, dolore cogi aliter sentire de re aliqua, & dolore à sententia abduci. Cic. 2. Tusc. 101, E quibus homo sanè leuis Heracleotes Dionysius, cum à Zenone fortißimus esse diduciſſet, à dolore deductus est. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in ciulatu clamitabat falsa esse illa, quæ antea de dolore sensisset ipse.

Deducere fastidium dicitur herba aliqua. Plinius libro 25. capite 5. 11.

Febres deduxit. Horat. 1. epist. 2. 10,

Aegroto domini deduxit corpore febres.

De fide deduci. Cic. 2. Verr. 16.

Ad fletum misericordiamq; deduci. Cic. 2. de Orat. 102.

Deducere fila. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 2.

Filum deducens leui pollice. Ouid. 4. Met. 8.

Deducere furem ad præfectum. Iulianus in l. interdum fur. §. 1. ff. de furtis.

Deduci in fraudem. Plancus ad Cic. lib. 10. 23. 9.

Deducere in insidias. Scæuola in l. cuiusq; ff. ad legem Iuliam maiestat.

Moribus aliquem de fundo deducere. Cic. pro Cecinna, 14.

Deducere funus. Plin. lib. 10. cap. 43. 3.

Deducere sibi galerum uel pileolum. Sueton. in Nerone.

Genus deducere ab aliquo. Senec. Med. 4. 7.

Deducere ab humanitate, integritate & religione aliquem. Cicero 6. Verr. 10. Id est, auocare.

Deduci ad iudicium aliquod. Cic. pro Flac. 6.

Deduci in ius. Cic. 5. Verr. 46.

Deducere in obligationem, Obligare. Paulus in l. ex sextante. §. Latinus. ff. de except. rei iud.

Deducere in stipulationem. Vlpianus in l. si à colono. ff. de uerb. oblig.

Lineamenta deducere, pro Trahere. Senec. epist. 96.

Liram deducere Col. lib. 3. cap. 13. 11. Vide Organum.

Deducere maiestatem diuinæ solertiæ usq; ad apum perfectionem. Cic. 4. Acad. 216.

Deduci à mente & consilio. Cic. 3. Verr. 4. Et 7. Verr. 4.

Deduci per uultu de animi lenitate. Cic. in Catil. 47.

Deduci ad morem patrium. Cic. 1. Offic. 166.

Digitized by Google

Deducunt socij naues. Virg. 3. Aen. 15.
Oculos deducere in rem aliquam. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 13.
Opus deduxi in tua tempora. Ouid. 2. Trist. 112.
Deducere rem aliquam ad ocium. Cæsar 1. bel. Ciuil. 21.
Deducere pedes de lecto. Plaut. Curcul. 7. 82.
Deducere rem in iudicium. Vlp. in l. si mater, §. hoc iure. ff. de exceptione rei iudic. Hoc iure utimur, ut ex parte actoris in exceptione rei iudicatæ hæ personæ contineantur, quæ rem in iudicium deducunt.
Deducere in periculum rem aliquam. Cæsar 5. belli Gallici, 118. Sic, Deducere in discrimen. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 24. 9.
De prauitate animi aliquem deducere. Cicero de Petit. Consul. 27.
De prouincia deduci, id est, reuocari. Cicero de Prouinc. Consul. 10.
Rationem deducere, pro habere. Suet. in Augusto.
Deducere aliquem ex regno, pro Priuare, & auferre ei regnũ. Hirtius de bel. Alex. lib. 4. 134.
Deduci à re aliqua. Cic. ad Lent. lib. 1. 1. 6.
Ad aliquam rem non casu, sed duce deo deduci. Cicero 2. de Diuinat. 58.
Rem huc deduxi, ut: id est, opera mea factum est, ut. Cicero 2. in Catil. 27.
Deducta eò res est. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12 3. 7. Eidem, lib. 2. Vniuersa res eò est deducta, spes ut nulla sit, &c. In eum locum res deducta est, ut nisi qui deus uel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. Cic. Tironi, lib. 16. 11. 1.
Deducere riuos. Virg. 1. Georg. 54.
Sensum deducere membris. Lucret. lib. 3. 108.
Deducere aliquem de sententia. Cicer. 2. Tuscul. 101. Idem ad Atticum, libro 2. 20. 1, An me aliquo præmio de sententia esse deductum?
Deducere aliquem in sententiam. Plin. lib. 1. epist. 8. b.
Deducere de statu uitæ. Cic. 4. Verr. 7.
Perterritos à timore deducere. Cic. 2. de Nat. deor. 122.
A' tristitia & acerbitate commodè ac hilarè dicto deduci. Cic. 2. de Orat. 185.
Vela deducere. Ouid. 3. Met. 133.
Versum deducere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3.
Deducere uestes à pectore. Ouid. 6. Met. 81.
Deducere aliquem in uiam. Plaut. Trimum. 2. 5. Cic. 1. de legib. 60, Noster quidem hic natura uir iustus ac bonus etiam colloquetur, iuuabit, in uiam deducet.
Deducere uocem. Pomponius, Vocem deducas oportet: ut mulieris uideantur uerba.
Dicendo uoluntates impellere quò uelis, unde autem uelis deducere. Cic. 1. de Orat. 16.
Deducere, pro De summa aliquid demere. Africanus de pactis dotalibus, l. pater quũ filiæ suæ nomine dotem daret, pactus est, ut mortua filia liberis superstitib. deducta parte tertia, reliqua sibi dos redd atur. Cic. 2. de Legib. 83, Partitionis caput scriptum cautè, ut centum nummi deducerentur.
Deducetur. Cato capit. 144. 2, Si quid redemptoris operæ domino damni datum erit, resoluito: id boni uiri arbitratu deducetur.
Deducere de. Cic. 1. de Diuin. 216, ex uersibus Ennij, De his diuitijs sibi deducant drachmam, reddant cætera.
Addere & Deducere, contraria, id est, addere ad summam, & de ea aliquid demere. Cic. 1. Offic. 86,
¶ Deductus Participium: ut,
Homo deductus ex ultimis gentibus. Cic. 13. Philip. 365.
Deductum carmen, pro tenui, & subtili, eleganter positum est à Virgilio, 6. Eclog. 1, teste Macrobio, lib. 6,
—— deductum dicere carmen.
Frons deducta. Ouid. epist. 20.
Mos deductus. Horat. 4. Carm. ode 4. 4.
Nomen deductum à. Ouid. 6. Fast. 161,
Martia sacrifico deductum nomen ab Anco.
Oratio deducta, atq; circumlata. Quint. lib. 4. cap. 1. 42.
Deducti uiri ab Epiphilo. Cels. lib. 5. cap. 1.
¶ Deductior, tioris, pen. prod. Comparatiuũ. Suetonius in Augusto, cap. 79, Nasum habuit & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem. Hoc est, demissiorem.
¶ Deductio, Verbale (ἀπογωγὴ, παραγωγὴ, κατοχώιον, ὁλογία) Cic. pro lege Agraria, 90, de colonis deducendis, Nam & ipse qui deduxit, & qui magistratũ Capuæ & Leocreanti ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, &c.
Misera & crudelis militum in oppida deductio. Cicero 2. Philipp. 73.
Deductionem facere moribus. Cic. pro Cecinna, 19.
Deductio aquæ. Cic. 1. de Diuin. 162, Ex quo illa mirabilis à maioribus Albanæ aquæ deductio est.
Riuorum à fonte deductio. Cic. in Topic. 17.
Rationis deductio in causæ constitutione. Cicero 1. de Inuentione, 27.
Deductio, pro Diminutione, Senec. lib. 2. de Benef. Hæc itaque curæ habebis, si gratè æstimari quæ præstabis uoles, ut beneficia tua ad eos quib. permissa sunt, integra & illibata perueniant, sine ulla (ut aiunt) deductione.
¶ Deductor, deductoris, Verbale (κατοχωγεὺς) Q. Cicer. ad M. Ciceronem, de Petitione Consulatus, Huius autem rei tres sunt partes: una salutatorum, quum domum ueniunt, altera deductorum, tertia assectatorum.
¶ Deducto, as, are, Lucilius lib. 30, (Ex Nonio.
Deductat hunc uoce leo, cur tu ipsa uenire Non uis huc

Deeram] Vide Desum.

Deerro] deerras, deerrare (πλανάομαι) A' uia & instituto itinere sæpe digredi & abscedere.
Itinere deerrare. Quint. lib. 10. cap. 3.
Angiporto toto deerrare. Author ad Heren. lib. 4. 233.
Virgregis ipse caper deerrauerat. Virg. eclog. 7. 2.
Deerrare dicuntur iaculantium ictus. Plinius libro 28. capite 8. 12.
Deerrauit à patre puer. Plaut. Menæch. 24. 56.
Deerrare. Idem quod errare. Colum. lib. 1. cap. 4. 5, Multos enim deerasse, memoria prodidit, ut L. Lucullum, &c.
Deerrare ab eo quod cœpimus exponere. Author ad Heren. lib. 1. 14.
Deerrabat fors ad parum idoneos. Tacit. lib. 13.
Deerrare sententia & uisu. Colum. lib. 2. cap. 2. 12.
Deesis] δέησις, indigentia. Antiph. Item deprecatio, qua rogamus liberari malis urgentibus, aut etiam imminentibus. Dicitur etiam precarium, id est, quod usum nullum certum habet, sed quandiu libuerit concedenti. Deesis, apud Iulium Rufinianum inter figuras sententiarum, est obsecratio uel obtestatio, qua deos oramus uel homines.
Defæco] defæcas (ἀυλίζω) defæcare, A' fæcib. purgare. Plinius lib. 18. cap. 26. 3, Per brumam uitem ne colito: uinum tamen defæcari etiam & diffundi Hyginus suadet. Col. lib. ultimo, Et defæcatum uinum in amphoras bonas adijcito.
Defæcatum, Purum, inturbatum, & sine sordibus possumus dicere, inquit Nonius: ut, Vinum defæcatum, quod est sine sordibus. Hinc defæcatus animus per translationem dicitur, purus & omni anxietatum & dolorum sorde uacuus. Plaut. Aulul. 5. 1, Nunc defæcato demum animo egredior domo. Idem Pseud. 11. 70.

Defalcare]

Digitized by Google

Defalcare] ἀπονήπειν, significat tollere & amputare, quasi falce abscindere. Sipontinus.

Defamo] as, pen. prod. fama priuo, sic diffamo. Gellius, ut uocabula eorum quoq; defamata atq; deformia cum rebus ipsis uiderentur.

Defatigo] defatigas, penultima producta (καταπονέω) defatigare, Labore conficere. Terent. And. 4.1.45, Deceptus sum, at non defatigatus. Idem Adelph. Ita se defatigarit uelim, ut, &c.

Non conquiescere, neq; defatigari. Cic. 3. de Orat. 81.

Defatigati cursu & spacio pugnæ. Cæsar libro 1. belli Gallici, 16. 6. 6.

Defatigare aliquem assiduo labore. Cæsar 7. bel. Gal. 167.

Animi defatigati ab aduersarijs multitudine uerborum. Author ad Heren. lib. 3. 109.

Nec animi, nec corporis laboribus defatigari. Cicer. Terentiæ, libro 14. 1. 1.

Defatigari satietate alicuius rei. Cic. 2. de Orat. 94.

Defatigari & diffidere in malis. Brutus Ciceroni, epistol. 16. 17.

Noli in conseruandis bonis uiris defatigari. Cicero pro Marcello, 11.

Iudices defatigare. Cic. 3. de Leg. 42.

¶ Defatigor, cum infinitiuo. Lentulus Cic. lib. 12. 14. 22, Nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis.

Defatigatus in Republic. conseruanda. Cicero Planco, libro 10. 19. 4.

¶ Defatigatio, Verbale (καταπόνησις, ἀπαγόρευσις) Cicer. de Senect. 32, Corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur.

Defatigatio equorum. Cæsar 8. bel. Gal. 101.

Defatigatio & satietas. Cic. 5. Philipp. 178.

Defatigatione desistere, aliquid facere. Cic. pro Sestio, 58.

Morbum metuere ex defatigatione membrorum. Cic. 2. de Natura deor. 85.

Defatiscor] Vide Defetiscor. Plin. lib. 17. cap. 2. 1.

Defectio, Defectiuus, Defectus] Vide Deficio.

Defendo] defendis, defendi, defensum (προίσχομαι, ἀμύνω, ἀκαίρω, ὑποβακαίρω, ἀπολογέομαι, ἐκδικέω, προσφορέω) defendere, Tueri, & quasi uim depellere. Plaut. Asin. 9. 25, Te obsecro defende.

Clypeo defendere aliquem. Claud. de bel. Get. 116.

Præsidio & periculo suo defendere aliquid. Cicero pro Sestio, 1. 14.

Pro utrili parte aliquid defendere. Cic. pro Sestio, 120.

Defendere aliquem contra iniquos. Cicero ad Matium, libro 11. 27. 15.

Aestatem defendere capillis, id est, capellas ab æstu defendere. Hor. 1. Carm. ode 17. 1.

Defendere aliquem de ambitu. Cic. pro Sylla, 4.

Studio defendis amicum. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 9.

A calamitate defendere aliquem. Cic. pro lege Manil. 9.

Defendere caput & famam. Cic. 4. Acad. 115. Vide Caput.

Caput domini defendere. Cic. pro Milone, 43. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 8,

Defendêre meum numina nulla caput.

Ab omni casu defendere aliquem. Valer. 7. Argon. 33.

Causas defendere. Cic. de Senectute, 34.

Tueri ac defendere causas. Cic. 1. de Orat. 84.

Causas rerum copiosè defendere. Vide Copia.

Lege, & præsidio legis causam defendere. Cicero pro Cluentio, 114.

Crimen defendere. Ouid. 13. Met. 61.

Audacter sua decreta defendere. Cic. 2. de Fin. 49.

Delictum defendere. Hor. in Arte poetica, 89.

Defendere dignitatem ab inimicis. Cæsar 1. bel. Ciuil. 32.

Domum ac deos penates aliquo oppugnante defendere. Cicer. pro Milone, 29.

Excusatione adolescentiæ se defendere. Cic. pro Cælio, 34.

Fortiter defendere. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 2.

Amici fortunas defendere. Cic. pro Murena, 4.

Toga frigus defendere. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 3.

Defendere à frigore. Virg. in Melibœo.

Hunc defendere furorem. Virg. 10. Aen. 179.

Defendere honorem suum. Cic. 6. Verr. 72. Sic, Defendere sententiam suam. Cic. 2. de Fin. 3.

Defendere hostes, pro Repellere. Ennius, Serua ciues, defende hostes, quum potes defendere. Gell. Q. Clau. hostes defendebat à primis facillimè.

Defendere iniuriam alicui. Plaut. Mostel. 8. 169. Virg. in Buc. Eclog. 7. 10,

Solstitium pecori defendite: iam uenit æstas Torrida.

Defendere iniuriam alicuius. Cæsar 1. bel. Ciuil. 32.

Defendere & obsistere iniuriæ. Cic. 1. Offic. 36.

Defendere ac propulsare iniuriam. Cic. 3. Offic. 97.

Locum suum honestissimè defendere. Cic. pro Quintio, 23.

Mores defendere. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. 1.

Muros longo bello defendere. Virg. 9. Aen. 106.

Noctes defendere. Propert. lib. 1. eleg. 15. 2.

Defendere noxiam. Terent. Phorm. 14. 48.

Armis ac uirtute patriam defendere. Lucret. lib. 2. 129.

Pacem defendere. Cic. 8. Philipp. 241.

Defendere perfractè. Vide Perfringo.

Defendere pericula ciuium. Cic. pro Murena, 4.

Defendere à periculo. Cic. pro Fonteio, 32.

Pudor defendit aliquem. Metellus Cic. lib. 5. 1. 1.

Publice priuatimq; aliquem defendere. Cic. 4. Verr. 81.

Rationem defendere. Cic. 2. de Finib. 118.

Rectè ac iure defendere aliquid. Cic. pro Milone, 5.

Defendere rectum, pro tueri opinionem de uirtute, aut ipsam uirtutem. Hor. 2. Serm.

Turpe lingua empta reos defendere. Ouidius 1. Amorum, eleg. 10. 8.

Communem salutem Reipub. defendere. Cic. pro Murena, 4.

Defendere ac tegere scelus. Cic. pro Sylla, 65.

Se acri animo defendere. Cic. pro Milone, 21.

Defendere se manu. Cæsar 5. bel. Gall. 29.

Se telo defendere. Cic. pro Milone, 6.

Aequitate & fide socios defendere. Cic. 2. Offic. 37.

Defendit solis ardores. Cic. de Senec. 49. Plin. lib. 19. cap. 1. 19, Defendere solem.

Solstitium pecori defendite. Virg. 7. eclog. 10.

Defendere & protegere spoliatum. Cic. pro Sylla, 37.

Tecta sua defendere, & ab aris, focis, ferrum flammamq; depellere. Cic. pro Sestio, 78.

Valetudinem bonam defendere. Cels. lib. 4. cap. 5.

Vestes à tineis defendit hæc herba. Plin. lib. 20. cap. 17.

Defendere uim. Plautus Rud. 18. 66, Hoc est, arcere & protrudere.

Cum ui uim defendere. Cic. pro Milone, 6.

Defendere uitam ab inimicis. Cic. pro Milone, 4.

Vitam suam noctis & fugæ præsidio, non iuris iudiciorumq; defendere. Cic. pro Sestio, 65.

Vocem defendere. Ouid. 13. Met. 44.

Vrbem bello defendere. Claud. de bel. Gildon. 61. 121.

Defendere urbem à uastatione. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 15. 10.

¶ Defen-

Digitized by Google

¶ Defendor, defenderis. Cic. de Amic. 79, Itaq; re magis, quàm authoritate causa illa defensa est. Plin. lib. 11. cap. 35. 57, Cõtrà genere morbi defensus est Piso. Id est, præseruatus.

Ab armis defendar. Ouid. 2. Trist. 84.

Ab hostibus defendi paludibus & itinerum angustijs, & altitudine montium. Cic. 2. de lege Agrar. 57.

Arte defendi. Valer. 8. Argon. 71.

Liberè defendi. Vide Liberè.

Defendi per aduocatum. Plin. in Præfatione.

¶ Defendere, Ratione affirmare & astruere. Cic. in Vatin. 3, Defendebatur testibus collegis suis, non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Budæus.

Defendere & Præuaricari, diuersa. Cic. pro Cluent. 45, Hoc quanquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed præuaricari accusatori uidebatur.

Verisimile nonnunquam, etiam si minus sit uerum defendere, est patroni. Cic. 2. Offic. 73.

¶ Defensus, participium. Cic. 5. de Finib. 34, Sex igitur hæ sunt simplices de summa bonorum malorumq; sententiæ: duæ sunt sine patrono, quatuor defensæ.

Causa pluribus argumentis defensa uiriliter. Quintilian. lib. 6. cap. 1. 6.

Prouincia ab hostium populatione defensa. Cicero pro Fonteio, 28.

¶ Defensurus penultima producta (ὑποδραμισούμενος) Participium: ut,

Defensura reos facundia. Ouid. ad Pisonem, 8.

Manus defensura. Stat. 12. Theb. 129.

¶ Defenso, defensas, defensare (ἀμύνομαι) Frequentatiuum. Plautus Rudente, 17. 25, Hinc ego defensabo præsidio Veneris.

Defensare ab hostibus. Salustius.

Defensat patrem. Stat. 4. Syl. 8. 9.

Defensare se iniuria. Plaut. Bacchid. 8. 39.

¶ Defensito, defensitas, penultima correpta (ὑποδραμίζομαι) defensitare. A Defenso frequentatiuo. Cicero 4. Academ. 124, Idem hæc non acrius accusauit in senectute, quàm antea defensitauerat.

Defensitare causas. Cic. de clar. Orat. 51.

¶ Defensor, Verbale (ὑποδραμιστής, ἀπολογούμενος) Qui defendit. Cic. 3. Ver. 68, Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maximè laudari uolo.

Defensor necis, Quasi propulsator: qui mortem arcet & prohibet. Cicero pro Milone, 43, Nam defendere, arcere est. Budæus.

Paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator sui. Cic. 1. de Orat. 126.

Custos, defensorq; iuris & libertatis. Cicero pro Rabirio Perduellion. 7.

Defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptare. Cic. 1. Verr. 29.

Salutis alicuius defensor. Cic. pro Milone, 27.

Vltor, propugnator, defensor, patronus. Cicero pro Milone, 30, P. Lentulus ultor sceleris, propugnator Senatus, defensor uestræ uoluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ.

Acerrimus defensor. Vide Acer.

Assiduus defensor & propugnator fortunarum alicuius. Cicer. Post reditum in Senatu, 34.

Bonus defensor. Quint. lib. 5. cap. 13. 4.

Acerrimum defensorem alicuius in re aliqua se ostendere. Cic. Lent. lib. 1. 1. 6.

Non defensoribus istis tempus eget. Virg. 2. Aen. 104.

Idoneus suæ rei defensor. Quint. lib. 4. cap. 1. 32.

¶ Defensio, Verbale (πρόφασις, ἀπολογία) Cic. 4. Acad. 104, Vt ea pars defensionis relinquatur.

Propugnatio & defensio dignitatis. Cicero Lentulo, libro 1. 7. 7.

Criminis defensio. Cic. pro Milone, 4.

Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate intercluditur, spirat. Cic. pro Cluent. 145.

Iuris defensionem suscipi posse, etiam in confessione facti. Cic. pro Milone, 11.

In defensione spem causæ suæ ponere. Cic. pro Cecinna, 2.

Breuis defensio. Cic. pro Cælio, 5.

Facilis & prompta defensio. Cic. 1. de Orat. 122.

Fortis & inuicta defensio salutis meæ. Vide Inuictus.

Iniquior defensio. Vide Iniquus.

Mala & improba defensio. Vide Improbus.

Magnifica & præclara defensio. Vide Magnus.

Præclara defensio facinoris. Cic. in Vat. 21.

Timida defensio. Quint. lib. 7. cap. 2. 25.

Accipere uultu truci defensionem. Tacit. lib. 4.

Afferre in defensionem. Vide Affero.

Comparabit defensionem ex constitutionibus ab actore inductis defensor. Cic. 2. de Inuent. 179.

Conterere defensionem, obliuionem. Vide Contero.

Dare defensionem. Cic. pro Milone, 11.

Habere defensionem in iudicio. Cic. Bruto, 12. 4.

Patefacere defensionem. Vide Patefacio.

Polliceri defensioni alicuius auxilium & silentium, Cicero pro Milone, 1.

Probare defensionem suam aliquibus. Cic. pro Milone, 8.

Suscipere defensionem dignitatis alicuius, & in ea permanere. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 14.

Rationem defensionis tentare. Cic. 4. Verr. 18.

Vti defensione aliqua. Cic. 4. Verr. 18.

Defeibeo] Vide Defercueo.

Defero] defers, detuli, pen. corr. delatum, pen. prod. deferre, (ἀποφέρω, κατηνομίζω, ὑπιχνέομαι) Leui quodam ac celeri cursu aut uia ferre. Plaut. Amphit. 8. 67, Quid si è portu nauis huc nos dormientes detulit?

Deferri naui ad ulterioris Rheni littus. Plinius lib. 8. cap. 19. Id est, abduci.

Deferri literas alicui. Plaut. Trinum. 13. 104. Et, ad aliquem, Cæsar 5. bel. Gal. 170.

Deferre dotem uiro dicitur uxor. Plaut. Merc. 15. 4.

Deferre aliquid ad aliquem. Plaut. Asin. 16. 35. Et, Deferre in aliquem locum. Cic. ad Att. lib. 12. 232. 4.

Deferre in portum. Plin. lib. 12. cap. 19. 3.

In abruptum deferre barathrum. Catul. epig. 63. 22.

In terram deferri. Quintil. lib. 1. cap. 12. 8, Videlicet ut corpora infantium nec casus, quo in terram toties deferuntur, tam grauiter afflixit.

Deferar in uicum. Horat. 2. epist. 1. 54.

Deferri in undas. Virg. 8. eclog. 10.

Per præcipitia deferri. Quint. lib. 1. cap. 10. 26.

Deferri in errorem. Cic. 2. de Inuent. 203.

Deferri in præceps. Liu. 5. ab Vrbe, 209.

Defertur Moganus in Rhenum. Plin. Iunior lib. 4. epist. 3.

Ad quamcunque disciplinam quasi tempestate deferri. Cicero 4. Acad. 17.

Deferre studium suum & laborem ad aliquem, Est ultrò ad amicitiam prouocare, & amicitiam offerre. Cicer. ad Cecin. lib. 6. 31. Idem ad Trebatium, lib. 6. 10. 8, Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero Budæus.

Authoritatem, gratiam, copias, opes ad aliquod negotium conficiendum deferre alicui. Cic. pro Flacco, 11.

Deferre

Deferre aliquid in beneficij loco. Cic. 4. Verr. 19.

Deferre causam ad patronum dicitur litigator, quum eum consulit, & ei controuersiæ ordinem argumentumq; exponit: Cicero 7. Ver. 101. Idem, Reliqua est causa iudices, non iam recepta, sed innata: non delata ad me, sed in animo sensuq; meo affixa atq; insita. Budæus.

Querelas ad aliquem per alium deferre. Cicero pro Flacco, 41.

Deferre querelas ad aliquem, pro Queri. Liu. 9. bel. Pun. 96. Et pro Flacco, 41.

Deferre (ἐπαγγέλλειν) ad aliquem quæ audiuimus, Denuntiare. Cæs. 5. bell. Gal. 7, Carpineius & Iunius quæ audierant, ad legatos deferunt. Cic. 3. Verr. 95. Virg. 4. Aen. 60.

Animo amicißimo insidias alicui paratas ei deferre. Cic. pro Plancio, 81.

Deferre consilia ad aduersarios. Cic. pro Cluent. 114.

Deferre mandata uel postulata alicuius ad alterum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 37.

Mandata ab aliquo deferre. Cic. pro Sylla, 40.

Acerbum nuncium alicui deferre. Cic. pro Corn. Balbo, 51.

Deferre ad coniectorem. Cic. 2. de Diuin. 193.

In censum deferre, id est, profiteri. Vlpianus in l. forma. ff. de censibus, Forma censuali cauetur, ut agri sic in censum referantur, nomen fundi cuiusque & in qua ciuitate, & in quo pago sit, & quos duos uicinos proximos habeat: & arium, quod in decem annis proximis satum erit, quot iugerum esse uideatur, uinea quot uites habeat: oliuetum quot iugerum & quot arbores habeat: pratum quod inter decem annos proximos sectum erit, quot iugerum: pascua, quot iugerum esse uideantur: item syluæ cæduæ, omniaq; ipse qui defert, æstimet.

Polliceri & deferre quicquid possumus. Cic. pro l. Manil. 49.

Denegare & deferre, contraria. Cicero 2. de Orat. 69. Idem pro Cælio, 3, Ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt.

Ad unum omnia delata sunt. Cic. Marcel. lib. 4. 9. 5.

Vltrò deferre aliquid alicui. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 4.

In beneficijs ad ærarium aliquem deferre. Cic. pro Arch. 8, Testamentum sæpe fecit noster is legibus, & adijt hæreditates ciuium Romanorum, & in beneficijs ad ærarium est delatus à L. Lucullo Prætore & Consule. Signa sunt & argumenta, quibus uult probare ciuem esse Archiam, licet non fuerit census.

Honorem alicui deferre. Cic. in Pisonem, 1.

Honorem & imperium rogatione sua ad aliquem deferre. Cicer. pro Domo sua, 17.

Clamore imperitæ multitudinis, nullo publico consilio aliquod publicum munus ad aliquem deferre. Cicero pro Ligario, 2.

Beneficia dormientibus deferre. Cic. 7. Verr. 141.

Deferre facultates alicui. Cic. ad Att. lib. 11. 221. 5.

Optionem eligendi. Cic. ad Att. lib. 4. 87. 4.

Pacem. Liu. 3. belli Punici, 56, Ego, si quis de pace consulet, seu deferenda hostibus, seu accipienda, habeo quid sententiæ dicam. Legitur & distinctim in aliquibus codicibus, de ferenda.

Palmam alicuius rei alicui. Cic. 2. de Orat. 126.

Potestatem alicui deferre. Cic. pro Corn. Balbo, 30.

Præconium alicui. Cicero Attico, lib. 13. 269. 1, Ligarianam præclarè uendidisti: posthac quicquid scripsero, tibi præconium deferam.

Præmium dignitatis alicui deferre. Cic. pro Flac. 1.

Primas alicui. Cic. ad Att. lib. 1. 12. 8, Idem in Orat. 15, Cui primæ sine controuersia deferebantur.

Triumphum. Cic. Att. lib. 8. 14 7. 10.

Deferre aliquid ad alterum. Cic. de Amicit. 63, Quòd si etiam posßis quidvis deferre ad alterum, uidendum est tamen quid ille posßit sustinere.

Deferre negocium ad aliquem. Cic. Att. lib. 1. 11. 24.

Iudicia iam facta, domo ad causas deferre. Cic. pro Cluent. 3.

Deferre iudicium ad Prætores. Liu. 4. belli Punici. Id est, indicare.

Rationes deferre. Cic. Rusò, lib. 5 20. 3. & 11.

Deferre alicui regnum. Liu. 1. ab Vrbe, 75.

Studium & beneuolentiam ad aliquem deferre. Cic. Trebiano, libro 6. 10. 8.

Voluntatem suam ad aliquem deferre. Cicero Domitio, libro 6. 22. 8.

Deferre aliquem, pro Accusare. Cornelius Tacitus, Maiestatis delatus est. Cicero pro Cornelio Balbo, 51, In Prætura, Consulatu præfectum fabrum detulit, consilium hominis probauit: fidem est complexus, officia obseruantiamq; dilexit.

Impietatis deferri. Tacit. lib. 5, Dein multorum amoribus famosa Albucilla defertur impietatis in principem.

Deferre & demonstrare. Cic. 6. Verr. 77.

Deferre nomen alicuius, apud iudicem uel magistratum aliquem de aliquo crimine incusare. Cicero 3. Verr. 10, Longo interuallo ueterem consuetudinem retuli, & rogatu sociorum atque amicorum Populi Romani, meorum autem necessariorum, nomen hominis audacißimi detuli. Idem pro Cluent. 7.

Nomen amici mei de ambitu detulit. Cic. pro Cælio, 60.

Deferre nomen alicuius de repetundis. Cic. 4. Verr. 99.

Deferre crimina de aliquo ad Senatum. Liu. 9. belli Macedon. 100.

Deferre sermones de aliquo ad alterum. Cicero ad Appium, libro 3. 8. 20.

Deferre cupiditatem alicuius ad Senatum. Cic. 6. Verr. 77.

Defertur fur ad Senatum per iudicem. Suet. in Nerone.

Maleficium alicuius ad iudicem deferre. Cicero pro Cælio, 49.

Deferre de aliquo apud alios. Cic. 3. de leg. Agrar.

Deferre, pro Indicaturam facere. Senec. in epist. Videamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur.

¶ Delatus, pen. prod. (ἐγκληθεὶς) Participium. Cicero 2. de Inuent. 163, Vt in quodam iudicio, quum uenefici cuiusdam nomen esset delatum, &c.

Diuinitus ad nos delatus uir. Cic. 1. de Orat. 100.

Delatus honor. Sil. lib. 16. 120.

¶ Delatio (ἔγκλημα) Verbale. Cic. 1. Verr. 35, Nuper quum in P. Gabinium uir fortißimus & innocentißimus L. Piso delationem nominis postularet, &c.

Nominis delatio. Cæl. Cic. lib. 8. 6. 4.

Crebræ delationes. Tacit. lib. 20.

Dare delationem. Cic. 1. Verr. 27.

Dare aliquam delationem alicui. Cic. 1. Ver. 12.

Facilitare delationes. Tacit. lib. 17. Hoc est, quod in Bruto Accusationes facilitare Cicero dixit.

Subire delationem. Tacit. lib. 11.

¶ Delator, pen prod. (συκοφάντης, φιλεγκλήμων, μαυντὴς) Verbale, masc. gen. Occultus accusator dicitur, & calumniator. Plin. in Paneg. 55, Delatorum classis permissa omnibus uentis. Martial. Et delator habet quod dabat exilium. Suet. de Domitiano.

Defervéo] deferues, deferbui, & deferui (ἀποζέω) deferuere, uel Deferuesco, deferuescis, deferuescere. Proprie est refrigerari. Columel. lib. 9. cap. 15. 11, Dum mustus fructus deferuescat.

Digitized by Google

deferuescat. Cat. cap. 96, Vbi lupinus deferbuerit.
Aestus deferuescunt. Var. 2. de re Rust. cap. 2. 8.
Deferuere, ad hominem transfertur, pro Mitescere ac placidũ fieri. Cic. in Orat. 57, Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus, de supplicio parricidarum? quæ nequaquã satis deferbuisse, pòst aliquanto sentire cœpimus. Translatum est à uino in lacu, uel dolio potius feruere desinente, quod iam austeritatem accipit, quæ austeritas ad iudicium iam maturum transfertur.
Deferuere & mitigare. Cic. pro Cælio, 61, Iã ista deferbuerint, iam ætas omnia, iam ista dies mitigarit.
Deferbuit adolescentia. Terent. Adelph. 1. 2. 72.
Cupiditates adolescentiæ deferbuerunt. Cicero pro Cæl. 34.
Deferuescit ira. Cic. 4. Tusc. 127.
Studia hominum deferbuere. Cic. pro Cluent. 87.
¶ Deferuefacio, deferuefacis (ζεστοποιέω) deferuefacere, Idem quod Feruefacere. Cato cap. 157. 8, de brassicæ medicamentis, Tormina quibus molesta erunt, sic facito. Brassicam macerato bene: postea in aulam conijcito: deferuefacito bene. Vbi cocta erit bene, aquã defundito. Eò addito oleum bene, & salis paululum, & cuminum, & pollinem polentæ: postea ferue bene facito, &c. Plin. lib. 23. cap. 7. 14, Radix caprifici deferuefacta in uino, dentium dolores. Subaudi, sedat. Rursum lib. 20. cap. 7. 8, de caulibus lactucæ, Deferuefacti hi caules, & stomacho utilissimi traduntur. In his exẽplis deferuefacere nihil aliud significat, quàm feruefacere, uel potius uehementer feruefacere, ut De augeat: uel certè coquere: ut palàm est propius intuenti.
Defetiscor] defetisceris, defessus sum, ut ait Priscianus (καταπονοῦμαι, πονῶμαι) Defetisci, Labore deficere. Terent. Phormione, 4. 1. 23.

Neq; defetiscar unquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero.

Languens & defessus. Cic. Trebonio, lib. 10. 28. 4, Senatumq; iam langueſcentem & defessum ad pristinam uirtutem consuetudinemq; reuocaui.
Omnibus medullis defessus. Catul. epig. 51. 7.
Satietate defessus. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 6.
Defessus sum quærere. Plaut. Epid. 5. 1. 4. Et Merc. 17. 3.
Defessus sum quæritando. Plaut. Amphit. 13. 6. Terent. Adelph. 2. 2. 5, Ego uapulando, ille uerberando, usque ambo defessi sumus. Ibid. 4. 6. 1.
Defessus sum ab gerunda aqua. Plaut. Pœnul. 4. 11.
Defessus sum ridendo de te. Terent. Eun. 5. 7. 7.
Iubendo defessus. Ouid. 9. Met. 40.
Cedo defessus malis. Senec. Medea, 7. 18.
Defessus recreatur. Plin. lib. 27. cap. 12. 21.
Defessus acie. Stat. 12. Theb. 100. Vide Acies.
Defessus cultu agrorum. Cic pro lege Agrar. 87, Sic defessus labore disputationis. Cic. 2. de Orat. 129.
Defessa ac refrigerata accusatio. Cic. 2. Verr. 20.
Animi forensibus negocijs atq; urbano opere defessi, gestiunt, ac uolitare cupiunt uacui cura atq; uae labore. Cicero 2. de Oratore, 14.
Artus defessi. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 5.
Aures conuitio defessæ conquiescant. Cic. pro Archia, 8.
Membra defessa labore. Catul. epig. 47. 3.
Defessa tormenta. Cic. pro Cluent. 141.
Deficio] deficis, pen. corr. defeci, defectum (ἀπαγορεύω, ἐκλείπω, ἀπολείπομαι, ὑπολείπω, ἀφίημι) deficere: quando pro Relinquere & deserere accipitur, habet passiuum: quãdo uerò pro Defetiscor, neutrum est. Est autem à De & Facio compositum.
Aequor deficit puppibus. Stat. 1. Achil. 90.
Deficere, pro Deesse. Cic. 3. Verr. 21, Vererer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne uox uiresq; deficerẽt. Subaudi, mihi.
Anima deficit per æstum. Cels. lib. 1. cap. 17.
Animantes quum calor defecerit, tum interire. Cic. 3. de Natur. deorum, 46.
In causa aliquem deficiunt omnia. Cic. pro Fonteio, 20.
Deficiunt artes, deficiuntq; doli. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 17.
Dolor me non deficit. Cic. 7. Verr. 123.
Linguæ defecerat humor. Ouid. 9. Met. 114.
Noctis lentus non deficit humor. Virg. 1. Georg. 58. Hoc est, nõ deserit. Vnde & qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, defectores uocantur. Seruius.
Improbitas aliquem defecit. Cic. 3. Catil. 56, Ita eum non modò ingenium illud, & discendi exercitatio, qua semper ualuit, sed etiam propter uim sceleris manifesti atq; deprehensi, impudentia qua superabat omnes, improbitasq; defecit.
Deficit ingenium, Ouid. 2. Fast. 25.
Deficit luna nocturno tempore. Plinius lib. 2. cap. 10. 3. Cicero 1. de Diuinat. 196, Si Luna paulò ante Solis ortum defecisset, &c.
Interpositu, interiectuq; terræ repentè Luna deficit. Cicer. 2. de Nat. deor. 148.
Membra deficiunt. Lucret. lib. 5. 177.
Ad cœpta manus deficiunt. Ouid. 8. Met. 99.
Memoria deficit. Cic. 2. de Fin. 74.
Hominem deficit omnis motus animi. Cic. de claris Orat. 47.
Nerui deficiunt. Horatius in Arte poetica, 6. Ouidius 12. Metamorph. 114.
Deficit illum prudentia. Cic. de clar. Orat. 47.
Deficiunt te Latina. Cic. 1. Acad. 37.
Dies, latera & uox me deficiunt. Cic. 4. Verr. 37.
Res eos iampridem deficere nuper cœpit. Cic. 2. in Catil. 32.
Res frumentaria ipsos deficere cœpit. Cæsar.
Res ipsa quam scribam deficit. Cicero Qu. fratri, lib. 2. 15. 3.
Deficere rebus dubijs. Virg. 6. Aen. 40,

Hoc est, deserere in rebus incertis. Seruius.

Deficiunt illum sanguis & uires, Cæsar.
Vndiq; sensus deficit. Lucret. lib. 3. 110.
Deficit & extinguitur. Cic. in Som. Scipionis, 26.
Deficiunt me solatia. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 5. 6.
Spes deficit, non uoluntas. Cic. Att. lib. 7. 139. 2.
Studia cuncta ætate exacta deficiunt. Cicero pro Deiot. 19.
Deficiunt syluæ glandes. Virg. 1. Georg. 30.
Tempus deficit ad bellum gerendum. Cicero pro Rosc. Amerino, 53.
Tempus hercle te citius, quàm oratio deficeret. Cicero pro Sext. Rosc. 54, Sic deficiet me iam dies, nox, &c. pro Cælio, 21. Et ad Marium, libro 7. 1. 6, Vox eum deficit in illo loco.
Deficiunt mihi tela. Cæsar 3. bel. Gal. 168.
Vires deficiant aliquem. Cic. 1. de Orat. 99.
Discentes uita deficit. Cic. 3. de Orat. 49.
Vires & uita deficit in ea re, &c. Cic. 7. Verr. 58.
Deficit utilitas ab amicitia. Cic. 2. de Finib. 126, Nulla utilitas percipitur ex amicitia.
Deficit in mucronem figura. Plin. lib. 2. cap. 10. 2. Id est, desinit, hoc est, habet mucronem.
Deficere (ἀφίστημι) Desistere, & à ductu alterius recedere, & quasi rebellare. Salust. in Iugurtha, Quod oppidũ primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Cæsar 5. bell. Gall. 94, Ille ueritus, ne ciuitas eorum impulsu deficeret.
Planè ab aliquo deficere. Cic. Trebatio, lib. 7. 12. 5.

Deficere

Digitized by Google

Deficere à principe aliquo ad alium. Liu.2.ab Vrbe,72, Eodē anno duæ coloniæ Latinæ, Pometia & Cora, ad Aruncos deficiunt. Id est à Romanis deficiunt, & ad Aruncos se conferunt. Cæsar 2.bel.Gal.282, Ab Heduis defecisse. Liuius 1. ab Vrbe,170.

A dignitate sua deficere. Cic.pro Sylla,26.

Deficere à uirtute. Cic.de Amicit.36.

A seipso deficere, Est mores mutare. Cic. Cælio, lib.2.15.4.

Deficere à uita. Cic.3.de Fin.93. Legitur in emendatioribus codicibus, desciscere.

Deficere, Pro defetisci, neutrum. Mart.lib.2.6, Lassus tam citò deficis uiator. Cic. 4. Acad. 15, Tamen nec illi defecerunt, neq; nos studium exquirendi defatigati relinquemus.

Deficere, propriè res dicitur, quæ propemodū consumpta est.

Concidere & deficere. Cic. Attico, lib.1.11.15, Ne una plaga accepta, P.C. conciderent, ne deficerent.

Consenescere & deficere. Cic.de Senec.26.

Deficere animo, animis, uiribus. Cic. Martius Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiant. Liu.6.bel.Pun.216. Cæsar 7.bel.Gal.122.

Deficere animum, pro animo. Varr.3.de Re rust. cap. 16. 27, Ne deficiant animum. De apibus.

Deficere alimento. Colum.lib.3.de uite, Quumq; transtuleris de humido in aridum locum, uide ne pristino alimento deficiat. Idem, Commodè fluunt, nec deficiunt macro solo.

Deficere cœptis. Valer.2.Argonaut.120, Ne defice cœptis.

Dis cursibus deficere. Valer.5.Argonaut.86.

Mente deficere. Ouid.9.Metam.128.

Deficere uisu. Suet. de claris Grammat.3.

Deficior, passiuè. Col. lib. 3, Iugatum quadam parte deficitur, quadam superat. Cicero pro A. Cluentio,146, En hoc illud est quod antè dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur.

Deficitur aqua salienti hæc amœnitas. Plin.epist.41.

¶Deficiens, Participium (ἐνλειπόμ) Cic.1.Tusc.1.115, Qui quū acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent, &c.

Ales deficiens cadit. Senec.Herc.Oeth.8.4.

Cibus deficiens. Ouid.in Ibin,106.

Deficiens animo mœsto. Lucret.lib.6.248.

Sermoni deficiente die. Ouid.5.Tristium,eleg.14.6.

¶Defectus, Participium (ἐνλειποντῶς) à Deficio uel deficior, habet interdum significationē actiuam in uoce passiua, ut Martialis lib.13.77.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defectæ senectutis homo. Vlpianus in l. Arboribus. §. de illo. ff. de usufructu.

Defecta senio arbor. Col.lib.5.cap.6.30.

Dentibus defecti, id est, edentuli. Plin.lib.8.cap.16.

Defectus animo. Plin.lib.20.cap.14.7.

Defectus ætate. Vlpian.in l.3.§.ignoscatur.ff.de S.C.Syl.

Libri defecti. Cic. Attico, lib. 13. 281.2, Libri ad Varronē non morabantur. Sunt enim defecti, ut uidisti, tantum librariorū menda tolluntur.

¶Defectus, Passiuè (ἐνλελειμμένος) pro Destitutus. Ouidius in Ibin,

Sitq; (quod est rarum) solito defecta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ.

Aqua, ciboq; defecti. Quintil.lib.3.cap.8.16.

Solo mœret defecta cubili. Valer.7.Argonaut.24.

Genibus defectus. Stat.6.Theb.159.

Sol defectus lumine. Tibul.lib.2.eleg.6.8.

Viribus defectus. Senec.Hipp.4.4.

Defecta à menstruis mulier. Celsus lib.1.cap.8.

¶Defectus, Nomen ex participio (ἀπόλειμμ) Col.in Præf.lib.1.11, Sed siue fundum locuples meretatus est, è turba pediss quorum lecticariorumq;, defectissimum quemq; annis & uiribus in agrum relegat.

¶Defectus, huius defectus (ἔνλειψις, ἀπόλειψις) Liu.4.ab Vrbe, Defectus alibi aquarū circa torridos fontes riuosq; stragem siti pecorum morientium dedit.

Defectu cordis. Plin.lib.11.cap.37.57.

Defectus animi. Plin.lib.20.cap.2.ad finem, Ipse cucumis odore defectum animi. Subaudi, sanat.

Defectus solis & lunæ. Gel.lib.2.Cic.2.de Nat.deor.72, Neq; solum eius species ac forma mutatur, tum crescendo, tum defectibus in mitia recurrendo: sed etiam, &c. De sole.

Defectus uarij solis. Virg.2.Georg.96.

Defectus uelox. Plin.lib.34.cap.2.i. de æris generibus. Eodem significatu dixit, Non longi ęui, & uelocis defectus.

Defectus stomachi præcipuè excitat inula. Plin.li.19. ca.5.24.

Defectu medicorum multi perierunt: Id est, quia medici defuerunt, præstò non fuerunt. Ex Valla.

Laborat luna defectu. Claud.in lib.epig.de magnete,4.1.

¶Defectum, ti, Substant.n.g. Cic.pro Sextio, Ille ad eos à quibus audiebatur quotidie, aliquid defecti afferebat.

¶Defectio (ἀπόστασις) proprie est Recessio (inquit Valla) aut militū, aut ciuitatis à domino, uel à superiore. Liu.1. ab Vrbe, 132. Cic. Qu. fratri lib.1.4.3, Multa conuenerūt, quæ mentem exturbarent meam, subita defectio Pompeij, alienatio Consulum, &c.

Defectio à recta ratione. Cic.4. Tusc.33, Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiā, quæ est à tota mente ac recta ratione defectio.

Defectio mulierum à conceptu (ἔνλειψις, λειποψυχία) Plin.in Procemio lib. 25. 5, Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu prosunt.

Animi defectio. Cic. Att.lib.3.59.2.

Animæ defectio. Cels.lib.7.cap.ult.

Defectio uirium. Cic.de Senect.26.

Defectio solis & lunæ. Cic de Senec.45.

Defectio, Pro debilitate. Suet.in Caligula,cap.50, In adolescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre uix posset. Tacitus libro 5, Vocatiq; qui recreandæ defectioni cibum adferrent.

¶Defector, Verbale (ἀποστάτης) Suetonius in Nerone, cap.43, Reuocatisq; ad pœnitentiam defectoribus, &c.

¶Defectiuus (ἐνλειπτικῶς) Calepinus probat ex Cic.lib.1. Offic. quo loco uox hæc uidetur adiecta ab interprete aliquo, cui mancum significare uidebatur defectiuum.

Defigo] defigis, pen.pro. defixi, defixum (κατατήγνυμι) defigere, Propriè est immittere, & ueluti implantare. Colum.libro 2, Tum in terram bene pastinatam & stercoratā rectum sarmentum defigito. Cic.6.Verr.20, Quam crucem non ausus est usquā defigere, nisi apud eos, &c. Idem 7.Verr.134, Aciem defixere in his uestigijs, &c.

Terræ defigitur arbos. Virg.2.Georg.58.

Defigere animos. Liu.1.ab Vrbe,127.

Defigere animos & intendere. Cic.4.Acad.85, Parū defigunt animos, intendunt in ea quæ perspicua sunt, ut, &c.

Defigere audaciam in mentibus atq; oculis omniū. Cic.de Prouinc.Consul.7.

Defigere aliquem colaphis in terram. Plaut.Persa,8.23.

Defigere columellas in trabibus. Cæsar 2.bel.Ciuil.39.

Defigere cultrum in corde. Liu.1.ab Vrbe, 257. de Lucretia.

Defigere sicam in corpore alicuius, Cic. in Catil. 11. Et, Defi-

Digitized by Google

gere gladium iugulo, Liu. 1. ab Vrbe, 106.
Defigere curas in Reipub. salute. Cic. 14. Philip. 393.
Defigi diris deprecationibus nemo non metuit. Plinius libro 28. cap. 2. 9.
Defigere ensem. Silius lib. 10. 60.
Defigere furta alicuius in oculis populi. Cic. 2. Verr. 5. Hoc est, ita recitare, ut non modò audiri, sed etiam fieri uideantur.
Defigere mentem in. Cic. 3. de Orat. 17, Omissis cæteris argumentis, in eo mentem, orationemq; defigit.
Ocellos in aliquem defigere. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 3.
Defigere oculos spe & mente in rem aliquam. Cic. 11. Philippic. 296.
Defigere oculorum aciem in terram. Plin. lib. 8. cap. 16. 11.
Aliquid intueri, in eoq; defixum esse. Cic. in Orat. 5.
Defixerat pauor cũ admiratione Gallos. Liu. 7. ab Vrbe, 40. Et lib. 5. 173, Ipsi pauore defixi primum steterunt. Et lib. 3. 196, Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit.
Plantam defigere in hortis. Ouid. 1. de Remed. amor. 39.
Defigere in animis aliquam sententiam iudicum. Cic. pro Domo sua, 7.
Crabrones spicula defigunt. Ouid. 3. Fast. 151.
¶ Defixus, Particip. (κατατετηγμένος) Cic. 4. Philip. 161, Virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla ui labefactari potest, nunquam dimoueri loco.
Stat cuneo defixa acies. Stat. 9. Thebaid. 21. 36.
Animus defixus malis, Id est assiduè mala cogitans. Claudian. 4. Paneg. 52.
Aratra defixa. Virg. 3. Georg. 102.
Defixa humi mens. Cic. in Som. Scip. 14.
Videre defixis oculis. Horat. 1. epist. 6. 3.
Obtutu hæret defixus in uno. Virg. 1. Aen. 100.
Defixi ora tenebant. Virg. 8. Aeneid. 103.
Ora Latinus Obtutu defixa tenet. Virg. 7. Aeneid. 50.
Posita & defixa spes omnium in te. Cic. pro Flacco, 2.
¶ Defixum, sic dicitur ut inustum, hoc est indelebile. Cic. pro Domo sua, 79, Hanc uerò in palatio, atq; in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, &c. doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternã. Budæus.

Defingo] gis, ἐμπλάττω. Vide Depsiticus.

Definio] definis, pen. prod. definiui, definitũ, pen. prod (ἀποφαίνω, ὁρίζω, περιγράφω, καθορίζω) definire. Terminare, & quasi finem dare. Cic. de Amicit. 51, Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officijs, ac uoluntatibus.
Definiunt sundi extremam partem oleæ. Cic. pro Cecinna, 16.
Bene dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur. Cic. 2. de Orat. 4.
Vnamquamq; rem certo naturæ termino definire. Author ad Heren. lib. 3. 97.
Circunscribere & definire. Cic. pro Sestio, 84.
Definire & complecti. Cic. 1. de Orat. 33.
Concludere ac definire orationem. Cic. 6. Verr. 103.
Aliquid breuiter illustrare uerbisq; definire. Ci. 2. de Orat. 89.
Aedes sibi optimas definire. Cic. 8. Philipp. 240.
Definire alicui quid faciat. Cic. pro Quint. 57.
Artem definire ex rebus perspectis planeq; cognitis, Cic. 1. de Orat. 54.
Definire diẽ. Cæsar 1. bel. Ciuil. 44. Vulgus determinare dicit.
Discordias definire. Cic. de Arusp. Respon. 49, Quas ego alias optimatum discordias à diis immortalibus definiri putem?
Horizon nostrum aspectum definit. Cic. 2. de Diuinat. 138.
Imperium, orbis terrarum terminis definire. Cic. pro Sest. 56.
Definire in quinquennium. Cic. pro lege Agraria, 43.
Definire legem alicui. Cic. 5. Verr. 182.
Certus ac definitus locus. Cic. in Somnio Scip. 8.
Lucidè ac breuiter definire. Cic. 2. Orat. 60.
Mala dolore, bona uoluptate definiunt. Cic. in Pisonem, 33.
Tempore & die memoriam beneficij definire. Cic. Post red. ad Quirites, 18.
Definita animi moderatio. Author ad Herenn. lib. 1. 1.
Modum uitæ suæ animi æquitate definire. Cic. pro Marcello.
Definire numerum & magnitudinem alicuius rei. Cic. 3. Verr. 39. Sic, Definire locum, Hirtius lib. 6. 125.
Definita quæstio apud Oratores. Cicero in Partitionibus, 3, Quid quæstio? quásnam habet partes? C. P. Infinitam, quã consultationem appello: & definitam, quam controuersiam nomino.
Res quas Romani gesserunt, orbis terræ regionibus definiuntur. Cic. pro Archia, 17.
Constituta & definita res. Cic. 2. de Orat. 24.
Quam uitam ingrediar, definius. Cic. 4. Acad. 203.
Definire, Vocabuli alicuius uim describere & explicare finitione, quæ constat genere, specie, differentibus, proprijs: ut author est Quintilianus, lib. 7. cap. 4. & lib. 5. cap. 10. ut si dicas, Equus est animal mortale, irrationale, hinniens. Homo est animal rationale, mortale. Cic. lib. 1. de Inuent. 15, Quum autem nominis, controuersia est, quia uis uocabuli definienda uerbis est, constitutio definitiua nominatur. Idem in Bruto, 78, Quod nunquã effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem uniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando.
Definitum est. Plautus Cistel. 5. 43, Perge loqui: non remittam, definitum est.
Definitum ac certum. Cic. Appio, lib. 3. 8. 3, Nihil enim habent quod definitum sit aut certum.
Definitum & constitutum. Cic. de Fato, 35, Non sequitur tamẽ, ut etiam sedere eos, & ambulare, & rem agere aliquã principalibus causis definitum & constitutum sit.
¶ Definitio (ὅρος, ὁρισμὸς) Est, inquit Quintil. rei propositæ propria & dilucida & breuiter comprehensa uerbis enunciatio: quæ cõstat maximè genere, specie, differentibus, proprijs. Vt, Homo est animal rationis capax, morti obnoxium. Differtq; à descriptiõe, quòd hæc est rei propositæ per quasdam proprietates declaratio: ut, Homo corpus est bipes, caput erectum habens, spectansq; in cælum. Hæc Siponius. Quint. tamen lib. 7. cap. 4. finitionem uocat, non definitionem. Cic. 1. Offic. 12, Omnis enim quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci: ut intelligatur quid sit id de quo disputatur. Vide in Topicis 12. et 44. Item 1. de Orat. 93. & 2. de Fin. 7.
Definitio genere declaratur, & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit deuceat. Cic. in Partit. 23.
In definitionibus neq; abesse quicquam decet, neq; redundare. Cic. 2. de Orat. 46.
Hominis definitio una in omnes ualet. Cic. 1. de Legib. 43.
Hominum & temporum definitione sublata. Cicero 2. de Diuinat. 166.
Propriã cuiusq; uim definitione declarare, Cic. 1. de Orat. 94.
Vera definitio. Cic. 2. de Inuent. 160.
¶ Definitiuus, pen. prod. Adiectiuum. (ὁριστικὸς) Cic. de Inuent. 15, Cum facti controuersia est, quando coniecturis causa firmatur: constitutio coniecturalis appellatur. Cum autem nominis, quia uis uocabuli definienda est, constitutio definitiua nominatur.
¶ Definitè, pen. pro. (ὁριστικῶς) Aduerb. Cic. pro Corn. Balbo, 25, Lex id Gellia & Cornelia, quæ definitè potestatem Pompeio

Digitized by Google

peio ciuitatem dominandi dederat, sustulisset.
Definitè dicere. Cic. in Orat. 53.
Definitè ac distinctè designare. Plin. in Paneg. 144.
Defit] λείπει, impersonale, pro Deest: non nisi in aliquot tertijs personis, & infinitiuo reperitur. Terent. Hecyra, 5. 2. 1, Nihil apud me tibi defieri patiar. Idem Eunu. 2. 2. 12, Nihil quum est, nihil defit tamen.
Defit animus mihi. Plaut. Mil. 18. 46.
Defit dies. Plaut. Rud. 2. 4. 64.
Defit mihi fortuna. Cic. 3. Tusc. 74.
Non defit lac. Virg. eclog. 2. 5.
Vitæ copia defit. Lucret. lib. 6. 164.
¶ Defioculus, pen. cor. (λεπόφθαλμος) dicitur à Martiale pro luſco, lib. 12. 55, de importunis baſiatoribus,
Hinc defioculus, & inde lippus.
Defixus] Vide Defigo.
Deflaccare] Vetus & prorſus obſoletũ uerbum eſt, quo antiquiſsimi uſi ſunt pro Atterere. Author eſt Nonius. Niſi fortè defloccare rectius legatur. de quo infrà ſuo loco.
Deflagro] deflagas, pen. corr. (κατοφλέγομαι, ἐμπρήθομαι) deflagrare, Vehementer comburi. Cic. 3. Offic. 126, Ictu fulminis deflagrauit. Idem 2. de Nat. deor. 100, Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe.
Deflagrare ardore, flamma. Cic. 4. Acad. 214, Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Idem. 3. Tuſc. 76, Fana, flamma deflagrata. Et 3. Tuſc. 76.
Communi incendio deflagrare. Cic. pro Seſtio, 86, Aut qui propter inſitum quendam animi furorem, diſcordijs ciuium ac ſeditione paſcantur: aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio maluit quàm ſuo deflagrare.
Phaethon ictu fulminis deflagrauit. Cic. 3. Offic. 126.
Deflagrare, Deferuescere, languescere. Lucan. lib. 4. 56,
—ſic deflagrare minaces.
Incaſſum, & uetito paſſus languescere bello. Liu. 10. bell. Maced. 29, Sed interdum ſpes animum ſubibat deflagrare iras ueſtras, purgari ſuſpiciones. Budæus.
Iræ deflagrant. Liu. lib. 10. Dec. 4, Sed interdum ſpes animum ſubibat deflagrare iras ueſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.
Seditione paulatim deflagrante. Tacit. lib. 18.
¶ Deflagratio, Verbale (ἐμπρησμός, κατόφλεξις) Cic. de Finib. 99, Quoniamq; illa uox inhumana & ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare quo minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur: quod uulgari quodam uerſu Græco pronunciari ſolet.
¶ Deflagratus, Participium (κατοφλέγθεις) Cic. 3. Tuſc. Fana, flamma deflagrata.
Deflecto] deflectis, deflexi, deflexũ (κατανεύω, ἀποκλίνω) deflectere, Torquere & curuare. Colum. lib. 6. cap. 11, 11, Poſt triennium quum iam ſatis amplum incrementum ceperit, ramum oliuæ qui uidetur nitidiſsimus deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.
Deflectere, pro Diuertere. Sueton. in Auguſt. cap. 93, At cõtrà non modo in peragranda Aegypto paulò deflectere ad uiſendum Apin ſupersedit, ſed ad Caium, &c.
Carinam deflectere aliquò. Lucan. lib. 5. 158.
Deflexit conſuetudo maiorum de ſpacio & curriculo. Cic. de Amicitia, 38, Etenim eo loco Fanni et Sceuola locati ſumus, ut nos longè proſpicere oporteat futuros caſus Reip. deflexit enim iam aliquantulum de ſpacio, curriculoq;, conſuetudo maiorum.
Deflexit de uia conſuetudo. Cic. 2. Offic. 12, Hoc autem de quo nunc agimus, id ipſum eſt quod utile appellauit: in quo uerbo ipſa conſuetudo deflexit de uia.
Deflectere ſe de curriculo petitionis, & animum ad accuſandum transferre. Cic. pro Murena, 43, Tu quum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumq; ad accuſandum transtuliſſes, exiſtimaſtine utriq; negocio ſatisfacere potuiſſe?
Deflectere de curſu ſuarum actionum. Celius ad Ciceronem, libro 8. 11. 6.
Interpretationem nominũ deflectere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 3, Horum nominum interpretationem, & prout cuiq; uiſum eſt conuenire, deflexit.
Deflectere in. Plin. epiſt. 66. 4, Deflectemus in Tuſcos, non ut agros, remq; familiarẽ oculis ſubiicientes: id enim poſtponi poteſt, ſed ut fungamur neceſſario officioſo.
Ab ira ſe deflectere. Stat. 2. Syl. 1. 12.
Deflectere ex itinere. Plin. epiſt. 136, Spero, imò confido facilè me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te.
Iter deflectere. Lucan. lib. 3. 68, Quid rapidum deflectis iter?
Lumina deflectere. Ouid. 7. Metam. 161,
Lumina deflexi, reuocata rurſus eodem
Rettulerã: & medio (miru) duo marmora campo, aſperi.
Oculos deflectere à cura. Valer. 8. Argon. 16.
Vnde oratio deflexit. Cic. 5. Tuſc. 115, Sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc unde deflexit.
In peius deflectere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 65.
Deflectere de recto. Cic. 7. Verr. 138, Si qui tantulum de recta regione deflexerit, &c. Id eſt, à recto.
Deflectere rem ad uerba. Cic. pro Cecinna, 38, Si ad uerbarem deflectere uelimus.
Declinare à propoſito, et deflectere ſententiã. Cic. in Orat. 761
Belli deflectere tumultus. Stat. 1. Thebaid. 56.
A ueritate deflectere. Cic. pro Qu. Roſc. 27.
Deflectere à uirtute patris. Cic. de Aruſp. reſp. 37.
¶ Deflexus, Particip. (κατανεύσας) Plin. lib. 17. cap. 24. 5, Altera deflexa uite uel palmite iuxta ſuam arborem.
Amnes in alium curſum cõtorti & deflexi. Cic. 1. de Diuin. 70.
Deflexa ætas à laboribus ad ocium. Cic. ad Att. lib. 9. 18. 1. 7, Ætas iam à diuturnis laboribus deflexa ad ocium, domeſticarũ me rerum delectatione molliuit.
Eſt in obſcœnos deflexa tragœdia riſus. Ouid. 2. Triſt. 82.
¶ Deflexus, huius deflexus (κάμψις) Col. lib. 4. 26. 3. de uite, Ne deflexu frangatur.
Defleo] defles, defleui, defletũ, pen. prod. deflere (κατοκλαίω) Idem quod Flere ſignificat: niſi quòd compoſitio aliquid addit energiæ. Aſinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 31. 6, Itaq; illud initium ciuilis belli defleui. Sic, Caſus deflere. Cic. de claris Orat. 184.
Deflere cœnas. Plaut. Sticho, 4. 59.
Inſatiabiliter deflere. Lucret. lib. 3. 186.
Deflere in ſinu amici. Plin. epiſt. 169.
Vanos labores deflere. Claud. 2. in Eutrop. 39.
Deflere immaturã mortẽ alicuius in ſinu amici. Plin. epiſt. 25.
Grauibus cogor deflere querelis. Propert. lib. 1. eleg. 15. 3.
Voce deflere quempiam. Tacit. lib. 3.
Suprema deflere. Tacit. lib. 3. hoc eſt mortem.
Genitrix deflenda. Senec. Octau. 1. 2.
¶ Defletus] pen. pro. (κατοκλαυθείς) Particip. à Defleor. Cic. 1. Tuſc. 136, Non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur. Idem 13. Philip. 350, Sed hæc ſatis diu multumq; defleta ſunt.
Domus defleta. Claud. in Præfatione lib. 2. in Eutrop. 5.
Mors à multis ſæpe defleta. Cic. 3. de Orat. 6.
Nomen defletum. Sil. lib. 89.
Deflexus] Vide Deflecto.
Deflo] deflas (κατανοσέω) deflare, Idem quod Flare. Plin. lib. 28. cap. 2. 27, Cibus etiam è manu prolapſus, reddebatur, uatiq; per menſas, uetabantq; munditiarum cauſa deflare.

Digitized by Google

Defloccare] est atterere, tractum à uestibus sine flocco. Plaut. Casin. Perij, deflocco: habebit iam illic homo lumbos meos. Ex Nonio.

¶ Defloccati (ἀνανθιδωτοί) senes apud Plautum in Epid. 13. 10, —nam per urbem adeò defloccati senes
Quæritent me. Defloccatos senes dixit, qui florem uirium deposuere.

Defloro] defloras, pen. prod. (ἀνανθίζω) deflorare, Verbum formatum à Flos floris, id est quasi florem demere, & rei decus diminuere. Liu. 7. bel. Maced. 251, Erant qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei fuisse interpretarentur: uno memorabili prælio debellatum, gloriamq; eius uictoriæ defloratam ad Thermopylas esse.

Futurum gaudij fructum spes iam defloruit. Gell. lib. 13. cap. 1.

Gloria uictoriæ deflorata. Liu. 8. Dec. 4.

¶ Defloratus (ἀνανθίζων) Quint. lib. 6, Certos atq; defloratos fructus ostenderat.

¶ Defloresco, defloresis, deflorui (ἀπανθέω) deflorescere: dicitur id quod florem facere desinit, aut florem amittit. Plinius lib. 14. cap. 16. 1, Vt postquam defloruere, singulare remedium habent.

Flos tenui carptus defloruit ungui. Catul. in Car. Nupt. 57. 9.

Gratia oris defloruit. Claud. 1. in Eutrop. 15.

Deflorescit formæ dignitas, per translationem. Author ad Herennium, lib. 4. 189.

Cum corporibus uigent & deflorescunt animi. Liuius 6. ab Vrbe, 87.

Deflorescunt amores. Cic. pro Cælio, 35.

Deflorescere, Flores producere, ac deinde amissis floribus fructum producere. Col. lib. 2. cap. 12. 8; Omne autẽ frumentum & hordeum, quicquid deniq; non duplici semine est, spicam à tertio ad quartum nodum emittit, & quum totam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem deuenit.

¶ Deflorescens, Particip. (ἀπανθῶν) Cic. de claris Orat. 176, Alter ornatus, acer, & non talis qualem tu eum Brute iam deflorescentem cognouisti, &c.

Defluo] defluis, defluxi, defluxum (κατορρέω, ἀπορρυέω) defluere, Deorsum fluere. Plin. lib. 12. cap. 8. 3, Ex quibus defluat mel horis mattinis duabus. De arboribus.

Segnis aqua secundo defluit amni. Virg. 8. Aeneid. 108.

Exigua mora defluit unda. Ouid. ad Liuiam, 24.

Defluere ad terram, uel in terram. Liu. 2. ab Vrbe, 85. Cic. de Amicitia, 52, Ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat.

Ad terram tacito defluxit fistula lapsu. Claud. in Epithalamio Palladij, 8.

Defluit in Lagoum amnem Opharus. Plin. lib. 6. cap. 7.

Coronæ defluunt. Cic. 5. Tusc. 87, Cum ipsæ defluebant coronæ.

In latus à dextro paulatim defluit armo. Ouid. 6. Metam. 46.

Aut cruor, aut alto defluxit ab æthere tabes. Lucanus libro 7. 170.

Defluunt hæc à superis in terram. Cic. 2. de Nat. deor. 13.

Hoc totum è sophistarum fontibus defluxit in forum. Cicero in Orat. 52.

Pedes utris defluxit ad imos. Virg. 1. Aeneid. 82.

Ignauus defluxit pectore somnus. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 17.

Defluere, pro Declinare. Quint. lib. 10. cap. 1, Tantumq; ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat.

Defluere ex aliquo numero. Cic. pro Sestio, 59.

Defluere ad aliquem dicitur res aliqua. Cic. 5. Verr. 131.

Oratio ab aliqua re defluxit ad aliam. Cic. de Amicitia, 82.

Defluere etiam dicitur, quod ætate aut uetustate morbóue solui tur, unde defluere capillus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 67. 1.

Defluxit ætas, tempus, ingenium, &c. Salust. in Iugurtha.

Defluxit capillus. Plin. lib. 22. cap. 21. 12. de adianto.

Color defluxit. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 4.

Defluere luxu & inertia. Colum. lib. 12. in Proœm. 7.

Defluxisse id dicitur quod transactum est. Cicero ad Petum, libro 9. 20. 7, Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo, aut lego.

A necessarijs artificijs ad elegantiora defluximus. Cicero 2. Tusculan. 97.

Defluere dicuntur beneficia, quorum memoria intercidit. Seneca 1. de Benefic.

Ex animo defluere illud dicimus, cuius obliuiscimur. Propert. libro 1. eleg. 19. 1.

¶ Defluens, Particip. (κατορρέων) Plin. lib. 25. cap. 11. 1, Defluentem confirmat & densat. Idem lib. 27. cap. 13. 5.

¶ Defluxus, Particip. (ἀπερρυηκώς) ut, Aether defluxus in Astrum. Lucan. lib. 3. 50.

¶ Defluus, Adiect. (κατερρυηκὼς) Quod decidit, aut decidere solet. Plin. lib. 29. cap. 4. 6, Hippocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis iubet. Emendatiora exemplaria legunt, mulierum defluuia fricari, &c.

¶ Defluuium, defluuij, (κατόρρουσις ἀποῤῥοια) Plinius, Sed defluuia comarum fácere dicitur. Idem libro 11. cap. 39. 4, Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ. De fœminis, 9.

Defluuia capitis semine illito cohonestari. Plin. lib. 22. ca. 13. 4.

Defodio] defodis, pen. cor. defodi, pen. prod. defossum, (κατορύττω) defodere, Idem quod fodere, uel fodiendo implantare & inserere. Colum. lib. 7. cap. 5. 11, Confestim scrobẽ defodimus in limine stabuli, & uineam pecudem quæ fuerit pustulosa, resupinam obruamus. Idem lib. 11. cap. 2.

Defodere uineam. Cato cap. 50.

Defodere, Obruere, & sepelire. Plaut. Aulul. 3. 8, Clam omnes in medio foco defodit. Liu. ab Vrbe, 138, Defossum cadauer domi apud Publium.

Humo defodi. Ouidius 7. Fast. 92,
Hoc duce, nec uiua defodietur humo.

Defodere in terram. Liu. 8. ab Vrbe, 53.

Defodere thesaurum. Cic. de Diuinat. 199.

Aurum multifariam defossum. Cic. 2. de Orat. 93.

Specus defossi. Virg. 3. Georg. 75.

Talpæ cæcitatis perpetuæ tenebris etiamnum altis defossæ. Plin. lib. 30. cap. 3. 1.

Terga defossi uerbere. Claud. 2. in Eutrop. 71.

¶ Defossus, huius defossûs (κατόρυξις) Plinius lib. 19. cap. 8. 31, Area in defossu cauata.

Defœtus] si Latinũ sit, idem erit quòd effœtus, hoc est fœtu per ætatem inidoneus. Quod tamen haud scio an apud dassicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet, quod ex Ibide Ouid. adduci solet,
Sit quoq; quod ratum est, solito defœta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ: in castigationibus exemplaribus defecta legitur, non defœta. Similiter apud Colum. in præfat. lib. 1, defectissimum legi debet, non defœtissimum.

Defomicatum] lignum dixerunt antiqui, quòd à fomitibus, quibus confoueri solet, erat succisum. Fest.

Defore] pen. cor. (ἐλλείπειν) Optatiuo utinã defore, deforet, deforet. Et pl. deforent. Fut. infinit. defore. Cæteris caret. Significat defuturam esse. Cic. contra Rullum, 88, Verum ubi trabantur non defore qui illa destituerent. Silius,
Promittitq; uiris, nulli se defore testem.

Deformo] deformas (ἀνομορφόω) deformare, Destruere, & quasi formam auferre, deturpare. Author ad Herennium, libro 4. 169, Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginienses.

Digitized by Google

Nec malè deformet rigidos tonsura capillos. Ouid. 1. de Arte Amand. 104.
Caniciem immundo deformat puluere. Virg. 10. 167.
Comas deformat arena. Valer. 3. Argon. 143.
Amictu se deformare. Claud. 1. in Eutrop. 62.
Castrorum pars incendio deformata. Liu. 9. ab Vrbe, 123.
Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. Cic. de Arusp. resp. 22.
Horrida multum deformat macies. Virg. 4. Georg. 51.
Deformare, pro Fœdare. Suet. in Caligula, cap. 27, Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, & munitiones uiarum, aut bestias condemnauit.
Deformatum pugnat cum eo quod dicitur, Pictum & politum. Cic. Attico, lib. 2. 36. 5.
Deformata ignominia imago. Cic. pro Muræna, 79.
Deformatus & decoloratus. Author ad Heren. lib. 2. 81.
Deformare aliquem, & detrahere spoliareq; eius dignitatem. Cic. pro Cælio, 2.
Ornare aliquem & Deformare, contraria. Cic. de Arusp. resp.
Deformatus, atq; ornamentis omnibus spoliatus. Cicero pro Quintio, 62.
Deformata ciuitas. Cic. 3. de Orat. 5.
Vitijs deformatus. Cic. 3. de Arusp. resp. 53.
Deformatus corpore, fractus animo. Cic. ad Att. lib. 2. 36. 3.
Deformare genus & fortunam honestum. Liu. 2. bel. Pun. 110.
Ibid. lib. 10. 66, Caue deformes multa bona uno uitio.
Deformare (Διαμορφοῦν) Figurare, & noua forma insignare. Vitruuius lib. cap. 8, Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Martialis,

—marmora prima
Deformata manu. Id est, insculpta & deformata. Nec enim hic De auget, nõ magis quàm in Deambulare ac deosculari. Hæc uerba habet Quint. lib. 5. cap. 11. 24.

Deformare areas. Cato cap. 161. 1.
Deformare, Declinare, ut solent pictores. Vitru. lib. 1. cap. 1, Architectus graphidis peritus, ut deformare possit lineis imitationem quam uelit ædificiorum.
Deformare locum aliquem ad literariæ tabulæ speciem, Id est Componere & construere, uel pingere. Varro 3. de Re rustic. cap. 5.
Deformati parietes. Cic. 3. Tusc. 76. ex quodam poeta.
Deformatum aliquid habere, Pro instituto, ornato & in ordinem disposito. Plaut. Pseud. 10. 11. Sic Quint. in Præf. lib. 6. 8, Deformatos fructus uocat, sua iam constantes forma.
Fortuna deformatæ uirtutes. Cic. pro Sylla, 54.
Deformare aliquẽ, Pro describere. Cic. pro Cecinna, 10, Ille quẽ suprà deformaui, uoluntarius amicus mulieris.
¶ Deformatio, Verbale (Ἀνομόρφωσις) Liu. 9. ab Vrbe, 26. de Caudina pace loquens, Vt suæ quoq; conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ maiestatis, uelut à nefando spectaculo auerteret oculos.
¶ Deformis, & hoc deforme (Ἄνομορφος, ἄμορφος) Turpe, quasi sine forma. Cic. pro Cælio, 4, Id nunquam tam acerbè ferret M. Cælius, ut eum pœniteat non deformem esse natum: Voluit (inquit Seruius) pulcherrimum dicere.
Achelous deformis. Vide Achelous.
Deformis & horridus ager. Cic. 5. Verr. 35.
Animal deforme. Ouid. 14. Metam. 19.
Arundo deformis. Virg. 4. Georg. 96.
Aspectus deformis. Cic. 1. Offic. 177.
Cadauer deforme. Claud. 1. Eutrop. 8.
Campi deformes. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8. 3.
Corpus deforme, id est, sine hominis forma. Sen. Troad. 12. 13.
Seua ac deformis tota urbe facies. Tacit. lib. 19.
Genus deforme. Sil. lib. 3. 9.
Deformis luctu laurea. Liu. 2. ab Vrbe, 207.
Littora deformia. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 4.
Malum deforme. Ouid. 3. de Arte, 75.
Motus statúsue deformis. Cic. 5. de Fin. 62.
Pallore deformis. Lucan. lib. 8. 12.
Precium deforme moræ. Stat. 11. Thebaid. 16.
Turpiculæ res & quasi deformes. Cic. 2. de Orat. 137.
Senium deforme. Senec. Hipp. 6. 18.
Deforme spectaculum. Liu. 1. ab Vrbe, 112.
Tecta deformia. Ouid. 5. Fast. 101.
Vita deformis, id est, turpis & sordida. Stat. 10. Theb. 66.
Dandus deformibus color. Quint. lib. 3. cap. 8. 30.
¶ Deformior, Comparatiuum (Ἀνομορφώτερος) Cic. Marcello, lib. 4. 9. 13, Nec eam diligere minus debes quòd deformior est, sed misereri potius.
Deformius nihil est ardelione sene. Mart. lib. 4. 34.
Non est deforme, pro Pulchrum, uel pulcherrimũ est. Cæsar, 7. bell. Gall. 88.
¶ Deformitas, pen. corr. huius deformitatis (Ἀνομορφία) Cic. 5. de Finib. 139, Integritatem unguiculorum omnium, deformitatem, morbum, debilitatem, &c.
Deformitas hominis, pro supplicijs & afflictiõibus. Liu. 9. bel. Pun. 144.
Vnde ille habitus? unde deformitas? Liu. 2. ab Vrbe, 96.
Deformitas & corporis uitium. Cic. 2. de Orat. 131.
Turpitudinem in deformitate corporis habere aliquid offensionis. Cic. 3. Offic. 143.
Deformitas & prauitas. Cic. 1. de Orat. 76, Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem, prauitatemq; ueniamus.
Agendi deformitas. Cic. in Orat. 31, Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt.
Deformitas animi, & corporis prauitas. Cic. 1. de Leg. 75.
Exitus deformitas misericordiam abstulerat. Tacit. lib. 19.
Insignis ad deformitatem. Vide Insignis.
Deformitas Pro dedecore, ut apud Fabiũ lib. 6. cap. 1, Si iudicib. aut gloriæ futura est absolutio rei, aut deformitati dãnatio.
Dignitas & Deformitas, pugnantia. Cic. Plancio, lib. 10. 6. 8.
Deformitas fugæ, negligentiæq; alicuius. Cicero ad Attit. libro 9. 18 1. 3.
¶ Deformiter, pen. cor. Aduerbium (Ἀσχημόνως) Quin. lib. 8. cap. 3. Iunctura deformiter sonat.
Defossus] Vide Defodio.
Defrænatus] Ἀχάλινος, pro effrænato. Ouid. 1. Metam. 57, Et defrænato uoluuntur in æquore cursu.
Defraudo] defraudas (νοσφίζω, πλεονεκτέω) defraudare, Vel defrudare per syncopen, Fructũ minuere, uel per fraudem aliquid decerpere. Teren. Adelph. 2. 2. 38, Etiam insuper defraudet? Cic. ad Trebatium, lib. 7. 10. 5, Quẽ antea ne Andabatem quidem defraudare poteramus.
Defraudare aliquem drachma. Plaut. Pseud. 3. 91.
Defraudare se uictoriæ suæ fructu. Liu. 6. bel. Maced. 156.
Defraudare aures. Cic. in Orat. 129.
Defraudare genium, Naturæ negare quod appetit. Terentius Phorm. 1. 1. 10.
¶ Defraudator, Verbale (νοσφιστὴς) Senec. de Benef. lib. 4, Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est, non magis dabit beneficium quàm aptatori.
Defrico] defricas, pen. corr. defricui, defrictum: uel defricaui, defricatum (ἐπιτρίβω) defricare, Idem quod Fricare. Colum. lib. 6. cap. 2. 5, Totum eorum palatum sale defricato. Cato cap. 88, Amphoram defricato, colluitoq;. Author ad Heren. lib. 4. 155, Nam ut forte hic in balneas uenit, cœpit postquã perfusus est defricari.

Digitized by Google

Gingiuam defricare. Catul. in Egnatium, 37. 5.
Defricare ieiuna saliua. Celsus lib. 5. cap. ultimo.
Defricari pumice. Plin. lib. 26. cap. 5.
Defricare, pro Taxare. Horat. 1. Serm. Sat. 10. 1,
—at idem, quod sale multo
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem. Hoc est, Propterea laudo Lucilium poetam, quòd multa urbanitate & miris facetijs ciues Romanos reprehendit & taxauit.
¶ Defricatus, & defrictus (ἐπιτριφθείς) Particip.
Defricatis prius maculis. Plin. lib. 28. cap. 12. 5.
Defricta pumice testa. Colum. lib. 7. cap. 5. 7. Et lib. 6. cap. 13. 1, Defrictum allium.
Defrigescere] κατατρίχεσθαι, Idem quod Frigescere. Colum. lib. 12. cap. 20. 4, Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eo usq; dum defrigescit.
Defringo] defringis, defregi. pen. prod. defractũ (κατεαγνύω) defringere, Decerpere, decidere. Virg. 2. Georg. 60,
—aut summas defringere ex arbore plantas. Cic. pro Cecin. 45, Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.
Ferrum defringere. Virg. 11. Aeneid. 150.
Pedem defringere. Author ad Heren. lib. 4. 241.
Defringere remos. Liu. 6. bel. Maced. 169. In emendatioribus codicibus legitur, detergunt.
Defrudo] das, dare, Veteres pro Defraudare dixerunt. Cato de Re rust. Segetem ne defrudet, defrudat autẽ genium suum homo, & se, qui sibi non indulget, & miserè uiuit, & tanquam demenso suo detrahit: quod idem facit, qui segeti & agro culturam & opera iusta non tribuit, sed uel de aratione, uel lætamine, uel semente deducit. Turnebus.
Defrugo] defrugis, pen. prod. (ἐπικαρπίζω, καρπίζω) defrugare, Omnem fructum exhaurire. Defrugare segetem uidetur, qui uel nimia fœtura exinanit agros, uel per inscitiam, aut negligentiam perdit, Luceßitúe fruges: omnino quum uel festinata sementis est, uel serotina, præpropereq; aut præposterè quid agitur, defrugari segetem contingit. Plin. libro 18. cap. 24. 5, Oraculum illud magnopere custodiendum, segetem ne defruges. Colum. Constat segetem nimia defrugatione exinaniri.
Defrugor] Cic. 5. Verr. 34, Quis non maximo se affectũ beneficio putauit, quum tribus decumis pro una defrugaretur?
Defrutum] defruti, penult. corr. (ἕψημα) Est uinum coctum usq; ad consumptionem tertiæ partis, à defruendo dictum. Vide Plinium, lib. 14. cap. 92. Colum. lib. 12. cap. 21. 1, Mustum quàm dulcißimum decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut suprà dixi, defrutum uocatur. Nostri sapam à sapiditate uocant, inquit Sipontinus.
Defruta lutosa dulci cœno. Stat. 4. Syl. 9. 8.
Pinguia defruta. Virg. 4. Georg. 54.
¶ Defruto, defrutas, pen. corr. (ἑψέω) defrutare, Est mustum decoquere, ut defrutum fiat. Colum. lib. 2. cap. 22. 4, Defrutum quoq; facere & defrutare uinum licet.
¶ Defrutarius, Adiectiuũ (ἑψητικὸς) ut, Vasa defrutaria, à Col. lib. 12. cap. 19. 3. appellantur, defruto conficiendo accommoda. Sic apud eundem lib. 1. cap. 6. 6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, cellam uinariam, defrutariam.
Defrui] dicebant antiqui ut deamare, deperire, significantes omnem fructum percipere. Author Fest.
Defuat] pro Deficiat (ἐκλείπῃ) apud Plaut. Bacch. 1. 3, Pol ego magis metuo in monẽdo ne mihi defuat oratio: id est, desit.
Defugio] defugis, pen. corr. defugi, pen. prod. defugitũ (φεύγω, ἀναδύομαι) defugere, Idem quod uehementer fugere. Cæsar 6. bel. Gal. 53, Aditum eorum sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant.
Defugere administrationem Reip. Cæs. 1. bel. Ciuil. 130.
Defugere authoritatem. Vide Authoritatem defugere.
Defugere inimicitias. Cic. pro Plancio, 63.
Iniurias fortunæ defugere. Cic. 5. Tusc. 167.
Defugere munus. Cic. ad Atticum, lib. 8. 147. 7. Idem in Somnio Scip. 12, Ne munus humanum aßignatum à deo defugisse uideamini.
¶ Defugio, pro Deficio, seu desciſco. Liu. 4. bel. Pun. 160, Et pugna defugiẽtes ab Romanis quũ cohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas redijt. Vetus exemplar habet, deficientes.
Defundo] defundis, defudi, defusum, pen. prod. (κατεχέω) defundere, Idem quod infundere. Colum. lib. 12. cap. 26. 1, Postea quum refrixerit, in uasa defundas, & operias. Sic apud Catonem, cap. 156. 4.
Defusa in plumbeum uas aqua. Colum. lib. 12. cap. 11. 1.
Defungor] defungeris, defunctus sum (ἀπαλλάττομαι, ἀποτελέω, πάσομαι) defungi, Explicari negocio aliquo aut molestia, & ei finem imponere. Virg. 7. Aeneid. 17,
O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Id est, qui finisti & absoluisti pericula. Defuncte, id est, liberate. Hinc defunctos mortuos dicimus, qui compleuerunt uitæ officia. Seruius. Cic. pro Sestio, 63, Vt omni populari concitatione defungerer. Cælius Cic. lib. 8. 1. 12, Et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur optaui: id est, liberaremur.
Defunctus iam sum. Terent. in Prolog. Eunuch. 15. Vbi Donatus, Defunctus iam sum i. l est, iam egi fabulas meas: aut iam desiti periclitari in edendis comœdijs: aut certè iam edidi, quam tu reprehendis fabulam.
Defunctum utinam hoc sit modo. Terentius Adelph. 3. 4. 63, Vbi Donatus, Defunctum, finitum: id est, ne ulterius peccet Aeschimus.
Defungi authoritatem. Plaut. Pœn. 3. 19, Si authoritatem postea defungeris. Hoc loco quædam exemplaria legunt, defugeris: & fortasse rectius. Vide Authoritas.
Amore leui defungi. Senec. Hipp. 2. 9.
Defunctus pietate animus. Cic. Antequam iret in exilium, 8.
Defunctus cæde. Liu. 3. ab Vrbe, 22.
Defungi certamine. Liu. 10. ab Vrbe, 54.
Defungi cura. Liu. 5. ab Vrbe, 21.
Defunctus fato. Liu. 9. bel. Maced. 189, Defunctosq; fato mulgẽ ferebant, quòd inter fatalia uates ceciniſſent necesse esse tabernacula in foro statui. Defunctos fato dixit, id est, solutos & exemptos, nec ultra illi fato obnoxios. In emendatiorib. codicibus non legitur Fato. Liu. lib. 10. ab Vrbe, 141, At ex parte altera Pontifex, cui lictores Decius tradiderat, iusseratq; Prætorem esse, uociferari, uicisse Romanos, defunctos Consulis fato. Id est, Consulis sese deuouentis spontanea morte ab imminentibus periculis liberatos & exẽptos. Bud.
Defungi in hac re cupio. Terent. Phorm. 5. 9. 31. Vbi Donatus, Defungier, Desinere.
Laboribus defunctus. Horat. 3. Carm. ode 24. 3.
Defunctus fatalibus malis. Suet. in Nerone.
Defungi morbo. Liu. 4. ab Vrbe, 225.
Defuncta morbis corpora, Quæ euaserunt morbos. Liu. 3. ab Vrbe, 31.
Vili munere orationis defungi. Planc. Cic. lib. 10. 24. 1.
Periculis defunctum esse. Cic. pro Rosc. Amer. 12. Virgilius 6. Aeneid. 17.
Defungi pœna. Liuius, Ante omnia placuit libera corpora sine omni mora Locrensibus restitui: non leui defunctorum pœna qui non restituisset.
Oportet omnes defungi unius pœna. Liu. 2. ab Vrbe, 151, Sed adeò coorta erat infensa plebs, ut unius pœna defungẽdũ esset patri-

Digitized by Google

set patribus. Id est, ut Marci Coriolani damnatione ab illa populari consternatione liberandus esset Senatus. Budæus.
Defungi prælio festinat. Liu. 1. ab Vrbe, 105.
Scelere defungi. Senec. Theb. 2. 4.
Præmensæ defunctus tempora lucis. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 2.
Temporibus suis defuncta. Horat 2. epist. 1. 5. Id est, uetera ac demortua: quæ sua tẽpora cõpleuerint ac finierint. Porph.
Defungi etiam dicimus, pro Satisfacere uel exequi. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 15. de Romulo & Remo. Ita uelut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, ubi nũc ficus ruminalis est, (Romularem uocatam ferunt) pueros exponunt.
¶ Defunctus (ἀπολλαγμένος) Participium, absolutè dicitur qui mortem obierit, quasi ærumnis seculi liberatũ & exemptum significemus. Budæus. Plin. lib. 13. cap. 1. 2, Honosq; is ad defunctos pertinere cœpit.
Excitare defunctos. Quint. lib. 4. cap. 1. 20.
Defuncta corpora incorrupta æuis seruat, uiuentia corrumpit cedrus. Plin. lib. 24. cap. 5. 3.
Corpora defuncta uita. Virg. 6. Aeneid. 61.
Defunctum etiam more Græcorum, pro cadauere intelligimus substantiuè. Vnde scitum illud Plinij in secundo Naturalis historiæ, cap 68. 5, de terra habitabili loquentis, Et ut publicos gentium furores transeam, hæc in qua contemnos pellimus, furtoq; uicini cæspitẽ nostro solo affodimus, ut qui latissimè rura metatus fuerit, ultraq; fines exegerit accolas, quota terrarũ parte gaudeat? uel quum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat? Hæc Budæus.
¶ Defunctorie, Aduerbium, ut Defunctorie aliquid agere, id est, perfectè. Vlpianus in l. 2. ad Tertullianum, Nõ solum autem quæ non petit, coercetur, sed etiam quæ defunctorie petit, ut rescripto declaratur: uel priuilegio munitum, uel oneratum tribus tutelis. Hoc autem & perfunctorie dicitur ab eodem. Papinianus in l. propter. §. præsidis, de Senatusconsult. Syllan. Hæredibus qui non defunctorie debitum officium impleuerunt. Legitur & perfunctorie.
Degener] pen. corr. om. gen. in ablatiuo, degenere uel degeneri, pen. corr. (ἀγεννὴς) Qui patris uel maiorum suorũ moribus non respondet, inquit Seruius. Virg. 2. Aeneid.
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Lucan. lib. 4, 69, Si me degeneri strauissent fata sub hoste.
Inuenis patrij non degener oris: id est, æquè diserius ac pater. Ouid. 3. de Pon. eleg. 5. 2.
Degener altæ uirtutis patrum. Sil. lib. 10. 14.
Degener ad rem aliquam. Tacit. lib. 1, Quum se diuo Augusto ortum, neq; degenerem ad pericula testaretur.
Proles non degener, Seneca Agamem. 5. 15.
Insidiæ degeneres. Tacit. lib. 11.
Prece haud degenere permotus Eunones, alleuat supplicem. Tacit. lib. 12.
Sanguis degener primam stirpem refert. Senec. Hipp. 8. 9.
Degener humani ritus. Plin. lib. 5. cap. 8. 2.
Degener, Ignobilis & uilis. Virg. 4. Aeneid. 3,
Degeneres animos timor arguit. Plin. lib. 11. cap. 50. 2, Canum degeneres sub aluum reflectunt caudam.
Metus degener. Lucan. lib. 3. 30.
¶ Degenero, degeneras, pen. corr. (ἐκβάινομαι, μετανίπτω, ἐκνίπτω) degenerare, A generis nobilitate desciscere. Propertius,
Dij mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Cic. 5. Verr. 136, Consuetudo tamen eum & disciplina degenerare nõ sineret. Vide Abducere à paternis iniurijs, in Abduco.
Degenerare tam à bono, quàm à malo dicimus. Liu. li. 6, Ne degenerẽ ueris à familia imperiosissima.
Naturale quoddam stirpis bonum degenerat uitio deprauatæ uoluntatis. Cic. de claris Orat. 67.
Non degenerare à grauitate paterna Cic. de Prouin. Cons. 15.
Degenerare à perẽni cõtestatiq; uirtute maiorũ. Cic. p Flac. 19.
Degenerare à secta, aut doctore aliquo. Cic. 1. de Diuin. 11.
Patri degenerare. Claud. 7. Paneg. 74.
Degenerare in feritatem. Plin. lib. 17. cap. 15. 3. de uite.
Dextera in armis degenerat. Sil. lib. 15. 147.
Degenerant poma. Virg. 2. Georg. 12.
Ita degenerãt, ut ipsi ex se nati esse uideantur. Cic. 5. de Fin. 3.
Degeneratus pater Valerio, à quo filius degenerauit, ut annotauit Budæus.
Degero] degeris, pen. cor. degessi, degestum (καταναλίσκω) degerere, Idem quod Gerere. Plaut. Menæ. 17. 45, Me despoliat, mea ornamenta apud meretrices degerit. Vbi interpres, Degerit, apud meretrices absumit, interpretatus est, Idẽ Menæch. 16. 41, Atq; illud tuæ degeris amicæ.
Deglabro] deglabras, pen. corr. deglabrare, Glabrum facere. Corticem demere. Paulus in l. cædere. ff. arborũ fur. cæs. Cædere est nõ solum succidere, sed etiã ferire cædendi causa. Cingere est deglabrare.
Deglubo] deglubis, pen. prod. deglubi, deglubitum (ἀποπλεπίζω) deglubere, Corticem eximere, siliquã aut folliculum excutere, & granum sua nudare tunica. Varro 1. de Re rust. cap. 48. 2, Quòd eo folliculo deglubitur granum.
Deglubere, Per translationem est pellem detrahere, unde Adagiũ, Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere. Hodieq; uulgò celebratum durat, ubi quis est exactor durior atque instantior, Quid? num & pellem uis? Quasi conueniat lana contentum esse. Id adagij Tiberius Cæsar, authore Suetonio, aut reperit, aut certè usurpauit. Nam is admonitus ab amicis, ut prouincialibus augeret uectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Ex Chiliad. Erasmi.
Deglupta] Verbum est turpissimum, ut χωλὸς Græcè, cuius scilicet rerudata est pudendorum glans. Plaut. Pœnulo,
Deglupta mæna, sarrapis sementiũ, &c. Sed Turnebus, ut id obiter, dissocianda putat elemẽta, quæ malè adiuncta sunt non suis uerbis, legendumq;
Deglupta mænas, arra pisa ementiũ. Mollem enim uirũ sic contumeliosè appellabit Bacchã, et obscœnum intelliget, & qui pro arra dari posit uilis mercimonij.
Deglutino] deglutinas, pen. corr. (ἀποκολλάω) deglutinare, Disiungere quod glutinatum erat. Plin. lib. 25. cap. 13. 17, Purgat enim ulcera oculorũ, expletq;, & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.
Dego] degis, degi (διάγω) degere, Idẽ quod Agere, uel usq; ad finem ducere. Terent. Adel. 4. 1. 6.
Degere ætatem, Viuere. Terent. Phorm. 2. 3. 70, Vt cum eo ætatem degeret. Cicer. pro Rosc. Amer. 89, Inter feras satius est ætatem degere, quàm in hac tanta immanitate uersari. Idem 1. de Nat. deor. 71.
Degere omnem ætatem in tranquillitate. Cic. 2. de Fin. 187.
Aetas degitur sub nutu alterius. Lucret. lib. 4. 226.
Genus aliquod ætatis degẽdæ sibi constituere. Cic. 1. Offic. 164.
Aeuum pulchre degere. Lucret. lib. 5. 35.
Bellum degere cum uentis. Lucret. lib. 4. 196. Id est, Viuere uitam bellicam, & semper uentis hostilibus obnitentem.
Corium degere de tergo alicuius: id est, detrahere, authore Nonio. Plaut. Epid. 2. 61.
Laborẽ degere alicui, id est, diminuere. Plaut. Aulul. 6. 38, antiquum est & insitatum.
Ocia degere in thalamo. Catul. ad Mall. 63. 21.

Digitized by Google

Quod reliquum eſt uitæ, in ocio degere, Marius Cicer. lib. 10. 23. 20.

Senectam turpem degere. Horat. 1. Carm. ode 31. 4.

Degere tempus ætatis ſine moleſtia. Cic. de Senec. 2.

Vitam degere. Cic pro P. Sylla, 56. Idem 1. Offic. 20, Facilè totius uitæ curſum uidet, ad eamq; degendam præparat res neceſſarias.

Placidam ac pacatam degere uitam. Lucret. lib. 5. 232.

Degere uitam cum uirtute. Cic. 4. de Fin. 50.

Degere uitam in egeſtate. Cic. pro Roſc. Amer. 85.

Degere uitam in exilio. Cic. Antequam iret in exil. 19.

Degere uitam ſine metu. Cic. 3. de Fin. 77.

Degere ex æquo cum aliquibus. Plin. lib. 6. cap. 25. 3. Id eſt, Viuere.

Degi, infinitiuus. Plin. lib. 12. cap. 1. 3, Mille præterea ſunt uſus earum ſine queis uita degi non poſſit. De arboribus.

Degere antiqui poſuerunt pro Expectare. Feſtus.

Degrandinat] pen. corr. (ἐπιχαλάζει) pro Vehementer grandinat. Impersonale. Ouid. 4. Faſt. 1,

Da ueniam culpæ: nec, dum degrandinat, obſit.

Degraſſor] degraßaris, degraſſatus ſum (ἐγκατασκήπτω) degraſſari. Statius 1. Achil. 82,

Vbi tanta iniuria primos Degraſſata duces.

Degrauo] degrauas, pen. corr. (κατοβαρέω) degrauare, Grauem & ponderoſum reddere, premere, moleſtare. Liu. 4. ab Vrbe, 148, Alios in aquam compulſos gurgites ferũt: etiam peritos nandi, laßitudo & uulnera, & pauor degrauant.

Degrauari, minus eſt quàm Mergi. Plin. lib. 9. cap. 5. 2, Aſcendere eum nauigia nocturnis temporibus, ſtatimq; degrauari quas inſideret partes: & ſi diutius permaneat, etiam mergi.

Labore operis degrauari. Colum. lib. 6. cap. 2. 13.

Genua quoq; degrauat. Plin. lib. 22. cap. 25. 32.

Paulatim degrauatum pondere ſuo præceps attrahetur. Columel. lib. 1. cap. 5. 9.

Vitis degrauat ulmum. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 7.

Degredior] degrederis, pen. corr. degreſſus ſum (καταβαίνω) degredi, pen. corr. ut,

Degredi ad pedes. Liu. 3. ab Vrbe, 265.

In ſpecum degreſſus ſacerdos hauſta fontis arcani aqua, &c. Tacit. lib. 2.

Fullo amictu palatio degreditur. Tacit. lib. 19, Perperam aliqui legunt, digreditur. Nam quoties ex alto deſcenſus innuitur, aptè locum habet hoc uerbum degredior, inquit Rhenanus in Caſtigat. in Tacitum. Liuius lib. 9. Dec. 1, Cum quingentis, inquit, haud amplius peditibus, ducentisq; equitibus degreſſum iugis Maſaniſſam perſequutus.

Degrummor] degrummaris, degrummari, Ad grummam menſuram dirigere. Lucil. lib. 3, Viamq; degrummari uis, ut caſtris menſor facit olim. Nonius.

Degulo] degulas, pen. corr. (καταλιχνεύω) degulare, antiquum, pro Cõſumere & ligurire, quaſi gulæ tradere. Plaut. poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus. Ex Sipontino.

Degunere] pro Deguſtare, obſoletum. Feſt. Quidam legũt Degumare.

Deguſto] deguſtas (ἀπογεύομαι) deguſtare, Idem quod Guſtare. Plin. lib. 18. cap. 2. 3, Ac ne deguſtabant quidem nouas fruges aut uina. Cato cap. 148, Vinum boni uiri arbitratu deguſtato.

Odorari & deguſtare aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 77. 6.

Deguſtare artus. Lucan. lib. 7. 171.

Ignes deguſtant tigna celeri flamma. Lucret. lib. 2. 39.

Deguſtare, pro Leuiter & in tranſcurſu attingere. Quint. lib. 4. cap. 1. 10, Deguſtanda tamẽ hæc procœmio, non conſummanda.

Deguſtare genus aliquod exercitationum. Cic. in Parad. 5.

Imperium & tu Galba quandoq; deguſtabis. Tacit. lib. 5.

Deguſtare mentes, ſenſuſq; eorum apud quos acturi ſumus. Cicer. 1. de Orat. 120.

Deguſtare pauca de fabulis. Cic. ad Attic. lib. 13. 290. 6.

Deguſtare pauca ex orationibus. Cic. ad Attic. lib. 1. 11. 14.

Celeri deguſtas ſingula ſenſu. Claud. 1. in Eutrop. 73.

Aliquid ſpeculæ ex ſermone alicuius deguſtare: Id eſt, aliquantum ſpei concipere. Cic. pro Cluent. 56.

Deguſtare uitam aliquam, id eſt, experire uitæ rationem. Cicer. 5. Tuſcul. 86.

Dehaurio] dehauris, dehauſi, dehauſtum (ἐξαντλέω) dehaurire, Idem quod Haurire. Cato cap. 66, Quum oleum ſtuleris de cortina, amurcam dehaurito.

Dehinc] Aduerbium temporis (ἀπὸ τότε, μετὰ ταῦτα) Id eſt poſthac, poſtea. Terentius. Eunuch. 5. 2. 33,

At nũc dehinc ſpero æternã inter nos gratiã Fore Thais.

Dehinc omnes deleo ex animo mulieres. Terẽt. Eunuch. 2. 3. 5.

Dehinc iam. Plaut. Merc. 24. 40, Miſſas iam ego iſtas artes feci, & quidem ego dehinc iam.

Dehinc cæterum. Plaut. Pœn. 2. 125, Dehinc cæterum ualete, adeſte.

Nunc iam dehinc. Plaut. Pœn. 4. 52, Si quidem antè meritum ſit, nunc iam dehinc erit tibi uerax.

Dehinc (τὸ ἐντεῦθεν) pro Deinde, Aduerbium ordinis. Cic. 2. Tuſc. 22, Primùm igitur de imbecillitate multorum, & de uarijs diſciplinis philoſophorum loquar: quorum princeps & authoritate & antiquitate Socraticus Ariſtippus, nõ dubitauit dolorem, ſummum malum dicere. Dehinc ad hanc eneruatam muliebremq; ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus præbuit. Idem 2. de Inuent. 150. Virg. 3. Aeneid. 93,

Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephanto,
Imperat ad naues ferri.

Dehinc aliquando in unam ſyllabam cõtrahitur à poetis. Virg. 1. Aeneid. 52, Oſcula libauit natæ, dehinc talia fatur.

Dehiſco] dehiſcis, dehiſcere (χαίνω) Eſt ſe ueluti hiatu quodam aperire. Vnde terram dehiſcere dicimus, quum ſe aperit deorſum ad ſorbendum aliquid. Virg. 4. Aeneid. 5,

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat.

Aequor dehiſcit. Virg. 5. Aeneid. 29.

Dehiſcit arbor. Cato cap. 12.

Cælum à media regione dehiſcit. Ouid 3. Faſt. 73.

Cymba rimis dehiſcit. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13. 6.

Dehiſcit roſa. Plin. lib. 21. cap. 4. 1.

Dehiſcit, ſeq; populis aperit Taurus. Plin. lib. 5. cap. 27. 8. De Tauro monte.

Rictus animalis dehiſcens ad aures. Plin. lib. 8. cap. 21. 3.

Dehiſcunt quidem piſces præ pinguedine, hoc eſt, dißilũt, ſinduntur, crepant. Plin. lib. 9. cap. 15. 10.

Terra mihi dehiſcat. Virg. 12. Aeneid. 157.

Terræ dehiſcunt ardore. Virg. 5. Georg. 85.

Vnda dehiſcẽs, terram inter fluctus aperit. Virg. 1. Aeneid. 22.

Acies dehiſcens. Vide Acies.

Dehiſcente utero parit acus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 51. 8.

Dehonestus] Adiectiuum (ἀτίμος) Non honeſtus. Gellius lib. 19. cap. 10, Dehoneſtum tibi, deculpatumq; hoc uerbum uidetur.

¶ Dehoneſtamentum (ἀτιμία, ἀνοσμία) dicitur id quod gratiam & honeſtatem alicui rei adimit. Vnde uultus dehoneſtamentum dicitur cicatrix, uultum hominis dedecorans, ut oculi effoßio. Iuſtinus, Vt generis dehoneſtamentum pater exponi iubet. Gellius libro 2. cap. 27, Quo ille dehoneſta-

mento

Digitized by Google

mento corporis maximè lætabatur.
Oris dehonestamentum. Tacit. lib. 20.
Dehonestamentum, pro Contumelia. Tacit. lib. 12, Auribus decisis uiuere iubet, ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento.
D. hortor] dehortaris (ἀποκαλέω, ἀποτρέπω) dehortari, Dissuadere. Terent. Phor. 5. 8. 17, At hic dehortatus est me, ne illam illi darem.
Dehortari ab aliqua re. Author ad Heren. lib. 3. 97.
Inuitare & Dehortari, contraria. Cic. in Pisonem, 75.
Deianira] pen. prod. (Δηϊάνειρα) Filia Oenei Aetoliæ regis, cuius regia Calydõ fuit. Hæc uerò ob formæ pulchritudinem multos procos habuit: tandem autem Acheloo desponsata est primò, deinde Herculi: cumq; nuptiarum gratia ortum esset inter eos certamen: Acheloo deuicto, tandem Herculi cessit. Ouid. 9. Metam. 2,

Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas, quondam pulcherrima uirgo. Vide Diodorum lib. 5. cap. 2.

Deidamia] pen. prod. (Δηϊδάμεια) siue, ut alij uolunt, Deimia, filia fuit Lycomedis Scyri insulæ regis, cũ qua Achilles consuetudinem habuit, & inde natus est Pyrrhus. Stat. 1. Achil.

Ac iam furto iam nouerat una latentem
Deidamia uirum.

Deiéro] deierus. pen. prod. (ἐπόμνυμι) deierare, Per deos iurare, uel ualde iurare, inquit Donatus. Terẽt. Eun. 2. 3. 39, Illum liquet mihi deierare. Idẽ Hecyra, 5. 2. 5, Philippe Bacchis deierat persancte, &c.
Deiuro apud Plautum legitur, in Casina, 15. 36, Per deos omnes & deas deiurauit, hac, &c. Idem Rud. 30. 46.
Deiurium] deiurij (ὁρκωμόσιον) Gellius libro 7. cap. 18, Tum octo ex ijs postliminium iustum non esse sibi respondêrunt, quoniam deiurio uincti essent. Inusitatum.
Deiício] deijcis, pen. cor. deieci, deiectum (καταβάλλω, πλήσσω) deijcere, Deorsum mittere. Plaut. Asin. 9. 19,

Iussin' columnis deiici operas aranearum?

Hæreia alicuius deijcere. Ouid. 12. Metam. 22.
Auem deiecit ab alto cælo. Virg. 5. Aeneid. 108.
Deijcere de foribus araneas. Plaut. Stich. 6. 31.
Deijcere de ponte in Tyberim. Cic. pro Rosc. Amer. 51. 6.
Deijcere de saxo. Liu. 5. bel. Pun. 38.
Deijcere equo. Liu. 4. ab Vrbe, 83. Sic, Deijcere templo magistratus, Cic. pro Sestio, 67.
Deijcere præsidium equitum, deijcere propugnaculum. Cæsar, 3. bel. Ciuil. 92. Cic. 5. Verr. 3.
Deijcere aliquem ædilitate, uel honore. Cic. 2. Verr. 15. Liu. 3. ab Vrbe, 145. Subauditur præpositio De uel Ex. Cicer. pro Muræna, 69, His hœdinis pelliculis Prætura deiectus est.
Deijcere aluum. Cato cap. 156. 1.
Deijcere cruciatum à corpore. Cic. 7. Verr. 127.
Deijcere de gradu: Id est, dignitate. Cicer. Attic. lib. 16. 339, 6, Leptæ literarum exemplum tibi nisi, ex quo mihi uidetur γραπτὸς ille deiectus de gradu. Budæus.
Deijcere aliquem de gradu, per metaphoram, Pro eo quod est de constantia deducere, et proposito in quo pedem fiximus. Cic. 1. Offic. 113. Budæus.
Hostem deijcere. Claud. de bello Getico, 33.
Deijcere iugum seruile à ceruicibus. Cic. 1. Philipp. 4.
Deijcere metum. Cic. 7. Verr. 102.
Deijcere oculos de aliquo. Cic. 6. Verr. 29.
Deijcere oculos à Repub. Cic. 1. Philip. 1.
Pudor gremio deiecit ocellos. Ouid. epist. 11. 7.
Si tãtũ oculos deiecerimus, Celeritatẽ significat. Ci. 7. Ver. 142.
Deijcere aliquem de possessione, & similibus. Vide orationem Ciceronis pro A. Cecinna, circa finem, in qua abũdè tractat de hoc uerbo Deijcio.
Deijcere & dimouere ex possessione. Cic. de lege Agrar. 81.
Deijcere de possessione, & Restituere, contraria. Cic. pro Cecinna, 17, Tantum ut unde deiecisset, restitueret.
Deijci de urbis præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari. Cic. pro Mur. 72.
Senatum à gubernaculis deijcere. Cic. pro Domo sua, 20.
Deijcere de sententia. Cic. 2. Tuscul. 21.
Deijcere aliquem de sermone aliquo inani. Cicer. ad Attic. lib. 15. 326.
Aduersarios de omni statu deijcere. Cic. in Orat. 71.
Deijcere de statu uitæ. Cic. 1. de Nat. deor. 90.
Deijci spe. Cæsar 1. bel. Gal. 31, Heluetij ea spe deiecti.
Deijcere de terrore doloris. Cic. 2. Tusc. 22.
Vultum deijcere. Virg. 3. Aeneid. 64.
Pudor deijcit uultus. Valer. 7. Argonaut. 103.
Deijcere, Iaciendo defigere. Liuius lib. 1, Dum intentus in eum se rex totus auerteret, alter elatum securim in caput deiecit. De Tarquinij Prisci morte.
Iuuencum deijcere. Valer. 1. Argonaut. 39. Mactare significat & prosternere. Sic idem lib. 2. 65,

Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
Deijcit.

¶ Deiectio, Verbale (καταβλησις, καταβολὴ) Cic. pro Cecinna, 42, Qui illam uim deiectionemq; tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit.
Deiectio apud Celsum pro subductione alui ponitur. lib. 1. cap 3, Deiectio quoq; medicamento petenda est, ubi uenter suppressus parum reddit.
Petere deiectionem medicamento. Celsus lib. 1. cap. 3.
Moliri deiectionem. Cels. lib. 2. cap. 12.
¶ Deiectus, Participiũ (καταβληθεὶς) ut, Deiecta aut elata luna, pro eo quod uulgus dicit inclinatam & leuatam lunam. Plin. lib. 2. cap. 9. de Lunæ natura, Aliàs contigua mõtibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros deiecta.
Spe deiectus. Silius lib. 10. 76.
Deiectus uultum. Stat. 3. Thebaid. 74.
Vi deiectus. Cic. pro Cecinna, 42.
Caput ense deiectum. Sil. lib. 13. 49.
In terram oculi deiecti. Quint. lib. 1. cap. 11. 5.
Coniuge deiecta, id est, priuata marito. Virg. 3. Aeneid. 63.
Lacrymis deiectis turpia lumina. Propert. lib. 1. eleg. 17. 4.
Vultus pudore deiectus. Senec. Oedip. 12. 17.
Ire deiectum aliquid. Horat. 1. Carm. ode. 2. 3.
¶ Deiectus, huius deiectus (καταβολὴ) Liu. 9. ab Vrbe, 8, Quũ ad alias angustias protinus pergerẽt, septas deiectu arborũ, saxorum ingentium obiacentem molem inuenere.
Grauis deiectus. Ouid. 1. Metam. 115.
Deiectus gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 6. 8, Neq; in recessu gemmæ, aut in deiectu renitente.
Deiectus habere dicitur collis. Cæs. 2. bel. Gal. 261, Quòd is collis, ubi castra posita erant, paulum ex planitie editus, tantũ aduersus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat: atq; ex utraque parte lateris deiectus patebat, & in fronte leuiter fastigiatus, paulatim ad planitiem redibat.
Dei-facies] τὸ θεῖ πρόσωπον, Ciuitas Tripoli uicina, Strabo lib. 16, Tripoli continua est ea, quæ Dei-facies appellatur, in qua Libanus mons desinit.
Dein] & Deinde, idem (ἐντεῦθεν) significãt, hoc est Postea. Terent. And. 1. 1. 52, Accepit conditionem, dein quæstum occipit. Cicer. in Orat. 124, Hæc quidem duo binis pedibus incisim,

Digitized by Google

inciſim, dein membratim.

Dein, pro Præterea. Cicer. 2. de Natur. deor. 158, Dein quæ ſequuntur.

¶ Deinde (τὸ ἐντεῦθεν) Terent. in Prol. Heautontim. 19,

—factum hic eſſe id non negat,
Neq; ſe id pigere: & deinde facturum autumat.

Primum cur? Et paucis interiectis, Deinde, Nihilne præterea dixiſti? Cic. 4. Acad. 140.

Deinde ponitur aliquã do ubi non præceſſit Primum, aut aliud ordinis aduerbium. Cic. pro Cluentio, Capit hoc conſiliũ, ut pecuniam quibuſdam iudicibus leuiſſimis polliceatur, deinde eam poſtea ſupprimat. Idem. 4. Acad. 71.

Deinde, quater repetitum apud Cic. reperitur, 1. de Inuent. 51.

Deinde, cui mox ſuccedit Exinde. Cicer. 2. de Natura deorum, 167, deinde Delphinus,

Exinde Orion obliquo corpore nitens. Ex Arato.

Deinde, repetitum in ſingulis attributis eiuſdem rei aut perſonæ. Cic. Appio, lib. 3. 7. 11, An ego tibi obuiam non prodirẽ? primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde (quod caput eſt) amico?

Deinceps] deincipis (ἐφεξῆς, λαβῶν) inquit Feſtus qui deinde cepit, ut Princeps qui primus cepit. Deincipem antiqui dicebant (ait idem alio loco) proximè quenq; captum, ut Principem primum captum. Id eſt, electum. Hæc enim nomina non à Caput ueniunt, ſed à Capio, quod interdũ eligere ſignificat: compoſita autem ex Caput, faciunt genitiuum in pitis: ut, Biceps, bicipitis.

Deinceps, Aduerbium (ἐφεξῆς) Poſtea, uel deinde ſiue poſtremò. Cic. 1. de Diuin. 112, Quo affert Rhodium quendam morientem, ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet. Cæſ. 7. bel. Gal. 9, Nam ubi maior atq; illuſtrior incidit res, clamore per agros, regionesq; ſignificãt: hinc alij deinceps excipiũt, & proximis tradunt. Cic. 1. Acad. 64, Opinionibus & inſtitutis omnia teneri, nihil ueritati relinqui, deinceps omnia tenebris circunfuſa eſſe dixerunt. Idem 1. Offic. 224. Et 3. de Fin. 32, Primum eſt officium (id enim appello καθῆκον) ut ſe conſeruet in naturæ ſtatu: deinceps ut ea teneat quæ ſecundum naturam ſint, pellatq; contraria.

Deinceps, pro Iterum. Author ad Heren. lib. 1. 15, Cauendũ eſt etiam, ne id quod ſemel ſuprà diximus, deinceps dicamus.

Deinceps, pro eo quod uulgò dicitur Succeſſiuè & conſequenter. Cic. Thermo, lib. 2. 17. 5. Idem de claris Orat. 6, Poſteaq; proſperæ res deinceps multæ conſecutæ ſunt.

Deinceps inde. Cic. de claris Orat. 173, Itaq; prima cauſa publica, &c. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas eſſe quam elucubratas afferebamus.

Deinſuper] pro Deſuper (ἄνωθεν) Sal. lib. 1. Hiſt. Ad medium quaſi deinſuper aſtantum manibus in murũ attollitur.

Deintegro] Vide De præpoſitionem.

Deioces] Phraortæ filius fuit, ob iudicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Author Herod. lib. 1.

Deione] es (Δηϊόνη) Mater fuit Mileti ex Apollinis concubitu: unde Miletum Deionidem uocat Ouid. lib. 4. Metam.

Tunc erat inualidus, Deionidenq; iuuentæ
Robore Miletum, Phœboq; parente ſuperbum
Pertimuit.

Deiopeia] pen. prod. (Δηϊόπεια) Nymphæ nomen eſt apud Virg. lib. 1. Aeneid.

Deiotarus] pen. corr. (Δηϊόταρος) Galatiæ rex à Senatu iuuante Pompeio factus, in bello ciuili eius poſtea partes ſequutus, poſt pugnam Pharſalicam domum ſe recepit. Deinde ad Cæſaris clementiam confugiens, bella gerenti ſubſidia miniſtrauit. Quare ab ipſo rex dimiſſus, uerùm parte regni tantum mulctatus fuit. Tãdem accuſatus à Philippo quòd, quòd Cæſari apud ſe diuertenti inſidias ſtruxiſſet, à Cicerone defenditur, luculenta illâ pro Deiotaro rege oratione. Author Pædianus. Lucan. lib. 5. 11, —fidumq; per arma
Deiotarum, & gelidæ dominum Racipalin orę. Fuit & Deiotarus alter Adramitenus, ludi literarij magiſter, apud Gargara Troadis, ut ſcribit Stephanus.

Deiphobe] es (Δηϊφόβη) Nomen proprium Sibyllæ Cumanæ Glauci filiæ, quæ Aeneam ad inferos duxit. Virg. 6. Aeneid. —Phœbi, Triuiæq; ſacerdos, Deiphobe Glauci.

Deiphobus] pen. corr. (Δηϊφοβος) Priami & Hecubæ filius. Virg. 6. Aeneid. 100,

Deiphobe armipotens, genus alto à ſanguine Teucri.
Hic Paride mortuo, Helenam duxit uxorem. Vide Virg. in loco antè citato.

Acer Deiphobus. Horat. 4. Carm. ode 9. 5.

Priamides Deiphobus. Virg. 6. Aeneid. 99.

Domus ampla Deiphobi. Virg. 2. Aeneid. 62.

Deiphyle] Δηϊφύλη, Adraſti filia, Tydei uxor, ex quo Diomedem ſuſcepit, qui in bello Troiano in uirtute primus poſt Aiacem & Achillem ab Homero ſcribitur. Vide Hyginum in fabula 69. & Diodorum lib. 5. cap. 6.

Deiphylus] Δηΐφυλος, Fuit Sthenneli filius, Capanei in bello Troiano amicus fidiſſimus, teſte Hom. 5. Iliad.

Deipyrus] Δηΐπυρος, Vnus ex principibus iuuentutis Græcorum, teſte Homero Iliad. 8.

Deitama] Hiſpaniæ citerioris regio, reſtrẽte Plin. lib. 3. c. 3.

Deitas] Vide in Deus.

Deiugo] deiugas, pen. corr. (ἀποζυγόω) deiugare, Diſiungere. Pacuuius Chryſe, Perq; noſtram egregiam unanimitatem, quam memoria deiugat.

Deiungo] deiungis, deiunxi, deiunctum (ἀποζευγνύω) deiungere, Diſiungere. Plaut. Aſin. 12. 75, Ne nos deiungeamantes. Cic. de Vniuerſ. 18. Ita neceſſitas cogit, ut eadẽ ſint ea quæ deiuncta fuerunt.

Deiuro, Deiurium] Vide Deiero.

Deiuuo] deiuuas, pen. corr. (ἀποβοηθέω) deiuuare, Non iuuare. Plaut. Trinum. 6. 62, Deſerere illum, & deiuuare in rebus aduerſis pudet. Antiquum.

Delabor] pen. prod. delaberis, delapſus ſum (καταλιδάνω, κατακλίπω) delabi, Deorſum labi. Plaut. Caſi. 8. 62,

Delabor, pectus tundit. Virg. in Bucol.
Serta procul capiti tantum delapſa iacebant.

Aſcendere & Delabi, pugnantia. Cic. in Partit. 8.

Delapſus ab alto tecto. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 4.

Signum cælo delapſum. Cic. 11. Philipp. 307.

Cælo repentè delapſus. Liu. 1. ab Vrbe, 67.

Delabi de cælo & è cælo. Cic. 1. de Fin. 96.

Ex annalium memoria, aut de cælo delapſum eſſe. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1. 11.

Delapſa de manibus audaciſſimorum hominum arma ceciderunt. Id eſt, furor ciuium compreſſus. Cic. 1. Offic. 110.

In flumen delapſus. Cic. 1. de Diuinat. 103.

Pondere delabi in terram. Lucret. lib. 6. 168.

Delabi, res familiaris dicitur, Conſumi, & ad nihilum redigi. Cic. 2. Offic. 93, Habenda eſt autem ratio rei familiaris, quã delabi ſine re flagitioſum eſt.

Delabi per translationem, eſt aut per infirmitatem animi, aut per imprudentiam delinquere.

Delabitur in eas difficultates, ut neceſſitatem fati confirmet inuitus. Cic. de Fato, 57.

Delabi in fraudem. Cic. 3. de Orat. 125.

Delabi in inſidias. Plin. de Viris illuſtribus, 14.

Delapſus in idem genus morbi. Cic. ad Atticum, lib. 7. 125. 1.

Delabi

Digitized by Google

Delabi in turpitudinem. Cic. 1. Offic. 147.
Delabi in uitium. Cic. 2. de Orat. 136.
Delabi aliquò, pro Conuertere sermonem. Cicer. pro Mur. 26, Pòst, quum id assèqui non potuissent; istuc potissimùm sunt delapsi, ut aiunt in Græcis artificibus, eos, &c.
Delabitur interdum, ut dicat, &c. Cic. 4. Acad. 108.
Delabitur oratio ad uulgares amicitias. Cic. de Amic. 65.
Ad præcipiendi rationem delapsa oratio. Cic. Quint. frat. lib. 1. 1. 26.
Delabi in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat. 48.
Eodem delabi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 7.
Delabi ad aliquem. Cic. ad Attic. lib. 12. 25 8. 3.
Ad æquitatem delabi. Cic. Trebiano, lib. 1. 10. 13.
Delapsa fluxerunt. Cic. pro Marcello, 14, Omnia quæ delapsa iam fluxerunt, seueris legibus uincienda sunt.
Delacero] delacerás, pen. corr. (καταμύσσω) delacerare, pro Dilacerare, & absumere. Plaut. Capt. 12. 14, Delacerauisti, deartuauisti; opes. Antiquum.
Delachrymo] delachrymas, pen. corr. (καταδακρύω) delachrymare, Est lachrymas uel aquam more lachrymantis demittere. Colum. lib. 4. cap. 9. de uite loquens, Sed nec ad eam partem, qua est gemma, uerum ad posteriorem declinatur, ut in terrã potiùs deuexa, quàm in germẽ delachryme.
¶ Delachrymatio, Verbale (καταδάκρυσις) Plinius lib. 24. cap. 11. 7, Vis eius collyrijs oculorum aptissima, & delachrymationibus mordendo proficiens. Idem lib. 25. cap. 13. 12, Claritatem facit inunctis oculis, delachrymationeq; ceu fumus. Et lib. 20. cap. 5. 8.
Delæuo] delæuas (καταλεύω) delæuare, Compositum à Læuo, læuus, significat læuigare. Colum. lib. de arboribus, cap. 6. 3, Plagam acutissimo ferro delæuato.
Delambo] delambis (καταλείχω) delambere, Idem quod Lambere. Stat. 2. Thebaid. 137,
Molliaq; iecta delambit nellera lingua.
Delamentor] delamentaris (ἐπιθρηνέω) delamentari. Ouid. 11. Metam. 67,
Et natam delamentatur adeptam.
Delanico] as, pen. corr. Discindo, & quasi lanã traho. Vnde Lacinia, & Lanius, qui pecus discindit. Festus.
Delapido] ἀπολιθάζω, Vide Dilapido.
Delapidata] dicuntur lapide strata, cuiusmodi est uia Appia, quam à porta Capena Brundusium usq; quadratis saxis strauit Appius ille cæcus. Ex Festo.
Delapsus] Vide Delabor.
Delasso] delassãs (κοπιάθω) delassare, Valde lassare. Plautus Asin. 16 22. Vbi labore delassatum, totam noctem sterteret. Martialis lib. 10. 5,
Delasset omnes fabulas poetarũ. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 3.
Delator] Vide Defero.
Delauo] delauas. pen. corr. delaui, delotum, pen. prod. (καταπλύνω) delauare. Plaut. Rud. 14. 21,
—eho an te pœnitet,
In mari quòd delaui, ne hìc in terra quoq; eluam? Antiquũ.
Deldon] Δίλδων Mysorum ac Basternarum rex fuit, quos quum M. Crassus prælijs frequentibus edomuisset illorũ tandem regem Deldona sua manu interemisse fertur, ut scribit Dion in historia, & refert Cel. Rhod. lib. 18. cap. 23.
Delebilis] Vide Deleo.
Delecto] delectas (ἐπάγομαι) delectare, à Delicio: est propriè Attrahere et illicere. Annius Thyeste, Et me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus. Quadrigarius Annalium lib. 4, Fabius de nocte cœpit hostibus castra simul oppugnare; eũ hostem delectare, dum collega id caperet quod captabat. Nonius.
Delectare (τέρπειν, ψυχαγωγεῖν) Voluptate afficere. Cic. 6. Verr. 109. Idem de Senect. 48, Nónne ita deficiunt, ut quẽ uis cum admiratione delectent? Idem Rufo, Itaq; me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt. Quæ locutio apud eundem frequentissima est, ut ad Quin. fratrem, lib. 2. 16. 2, Incredibiliter delectauerunt.
Herba spe delectat agrestes. Ouid. 15. Metam. 40.
Plus nimio delectare. Horat. 1. epist. 10. 6.
Delectare oues in agro. Plin. lib. 17. cap. 9. 7.
Pulchritudo mouet oculos & delectat. Cic. 1. Offic. 139.
Non solùm delectat, sed etiam sine satietate delectat. Cicer. 3. de Orat. 54.
Delectare se. Cic. Papirio, lib. 9. 18. 6. Tu istic te Atheriano iure delectato, ego me hìc Hirtiano.
Cum Musis se delectare. Cic. Attic. lib. 2. 19. 3.
Valle delectare. Cic. Attico, lib. 1. 1. 10.
Delectat, more impersonalium. Quint. lib. 1. cap. 2. Cicer. Qu. fratri, lib. 2. 15. 4, Me magis de Dionysio delectat: ipse enim est ueterator magnus.
Prudens dici delector. Horat. 1. Epist. 17. 7.
Delectari in re aliqua. Cic. 1. de Finib. 60. Idem 2. de Legib. 28. In hoc admodum delector, quòd, &c.
Delectari ab aliquo. Cic. in Orat. 113.
Duci ac delectari declamatorio genere. Cic. Qu. frat. lib. 3. 19. 5
Nec criminibus inferendis amicus delectetur. Cic. de Amic. 58.
Cogitatione quadam spec; delectari. Cic. pro Archia, 22.
Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. Cicer. pro Mur. 37.
Opinione æquitatis delectari. Cic. Attic. lib. 15. 7.
¶ Delectamentum (διαγωγὴ, ψυχαγωγία) Verbale, Recreatio. Cic. de Senec. 50, Possum persequi permulta delectamẽta rerum rusticarum, sed ea ipsa, quæ dixi, sentio esse longiora. In emendatioribus codicibus legitur oblectamenta. Idem in Pisonem, 47, Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta pene puerorum.
¶ Delectatio, Verbale (τέρψις, τερπωλὴ, ψυχαγωγία) Cic. 4. Tusc. 31, Delectatio, uoluptas, suauitate auditus animum deleniens.
Delectationi esse. Cic. ad Attic. lib. 13. 28 1. 3.
Gaudium & delectatio. Cic. Post redit. in Senat. 13.
Delectatio & incunditas. Cic. 3. de Orat. 85.
Suauitas & delectatio. Cic. 1. de Orat. 95.
Voluptas & delectatio. Cic. Pæto, lib. 10. 20. 5.
Ars plena delectationis. Cic. 1. de Orat. 127.
Conuiuiorum delectatio. Cic. de Senect. 42.
Sermonis delectatio. Cic. de Senect. 42.
Fabulæ delectationis habent quantum uolet, id est, multum. Cicer. 2. de Diuinat. 169.
Studij, delectationisq; causa scribere aliquid. Cic. 2. de Leg. 24.
Popularis delectatio. Quint. lib. 2. cap. 10. 8.
Afferre delectationem alicui. Cic. Mario, lib. 7. 1. 9.
Delectationis causa aliquid agere. Cic. 1. de Orat. 128.
Allicere delectatione. Quint. lib. 5. cap. 14. 23.
Duci delectatione audiendi. Cic. 1. Offic. 148.
Habere magnam delectationem. Author ad Heren. lib. 4. 170.
Ab delectatione negocijs impediri, & Habere in occupatione delectationes, Contraria. Cic. pro Murena, 37.
Magna delectatione & uoluptate aliquem priuare. Cic. Pæto, libro 9. 24. 5.
Amœnitas ad delectationem reuocat. Cic. pro lege Manil. 28.
Delectus] Vide Deligo, deligis.
Delego] delegas, pen. prod. (ἐπιτρέπω, ἐντέλλομαι) delegare, Demandare, committere, onus imponere. Cic. pro Domo sua, 13, Delegani amico locupletiori, non quo illi ita de

Digitized by Google

me merito onus illud imponerem.
Delegare causam peccati mortuis, pro Imputare. Hirtius lib. 8. belli Gal.
Curam alicui delegare. Quint. in Proœm. lib. 4. 2.
Delegare decus ad aliquẽ, pro Aßignare. Liuius lib. 1. bel. Punici.
Laborem alteri delegare. Cælius Cic. lib. 8. 1. 3.
Delegare exſcribendas pingendasq; imagines. Plin. epiſt. 93. Vt apud Suetonium in Cæſare, Delegare ordinandas bibliothecas.
Delegare aliquem alicui negocio. Colum. lib. 3. cap. 105.
Delegare prouinciã alicui, uel curam rei alicuius. Cic. Hoſt delegatam mihi hanc prouinciam. Colum. lib. 11. cap. 2. 54.
Delegare officium alicui. Plin. epiſt. 49. cap. & 220.
Delegare rem aliquam ad alterum. Cic. 2. de Orat. 68.
Delegare ſpes ſuas fortunæ loci. Liu. 6. ab Vrbe, 113, Has inanium rerum inanes ipſas uoluentes cogitationes, fortunæ loci delegauerant ſpes ſuas. Id eſt, numine loci Romanis religioſi & infauſti fidentes.
Delegare, apud Iuriſconſultos, eſt uice ſua alium dare reum creditori, uel cui creditor iuſſerit. Fit autem delegatio uel per ſtipulationem, uel per litis conteſtationem.
Delegare, Mittere. Cato cap. 30, Vbi ſementem facturus eris, ibi oues delegato.
Delegare, In legationem mittere. Liuius, Decernunt ut duodecim delegarentur.
Delegata, Dijs conſecrata, quæ nunc dedicata dicimus. Feſtus.
Delegatum exilium, Pro relegatione. Seneca 1. de Clementia.
¶ Delegatio, Verbale (ἐπιτροπὴ, σύνταλμα)
Delegatio, pro aßignatione debiti, ut loquimur. Cic. Attic. lib. 12. 233. 2, Nomen illud, quod à Cæſare, tres habet conditiones: aut emptionem ab haſta, aut delegationẽ à mancipe annua die, aut Vecteni conditionem, &c. Libro 8. Cod. de nouat. & deleg. Delegatio debiti, niſi cõſentiente & ſtipulanti promittente debitore, iure perfici non poteſt.
Delenio] delendis, deleniui, delenitũ (κατατρῡ́νω) delenire, Quod et delinire dicitur, idemq; ſignificant. Plautus Aſina. 9. 28, Vbi delenire apparas, mihi ſcio uicarium eſſe.
¶ Delenificus, pen. corr. (γοητικὸς) Plaut. Mil. 5. 37, Domi dolos, delenifica uerba, domi fallacias. Antiquum.
Deleo] deles, deleui, deletum (ἐξαλείφω, ἐξαφανίζω, λεαίνω, κατατεαίνω) delere, à Leo antiquo uerbo, uel Lino leui, ſignificat deſtruere: & ad lineam & notam refertur. Cicero pro Cluent. 30, Eadem hac Dinea teſtamentum faciente, quũ tabulas prendiſſet, Oppianicus, qui gener eius fuiſſet, digito lega ta deleuit: &c.
Delere epiſtolam lachrymis. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 1, Hyperbole ad exprimendum ingentem mœrorem.
Delere tectorium & inducere, contraria. Cic. 3. Verr. 103.
Delere, per trãslationem: ut, Delere urbem. Cæſar 2. bel. Ciuil. 49, Quin ſpe prædæ in urbem irrumperent, urbemq; delerent. Sic delere patriam. Cic. 4. Acad. 244.
Delere & Seruare, contraria. Cic. pro Quint. Roſc. Comœdo, 4, Hæc delentur ſtatim, illæ ſeruantur ſancte.
Extinguere & funditus delere. Cic. de Aruſp. reſpon. 5.
Perimere ac delere omnino. Cic. 2. Tuſc. 191.
Aetas deleuit quod olim luſit Anacreon. Horat. 4. Carm. Ode 9. 2.
Aedificia deleta. Cic. 2. de lege Agr. 87.
Tempus deleuit amorem. Ouid. 3. Triſt. eleg. 7. 4.
Delere bella futura. Cic. de Amicit. 10.
Ciuem deleri. Silius lib. 7. 111.
Copias delere. Cic. pro lege Manil. 13. Terent. Eun. 2. 3. 5.
Delere exercitum & imperatorem. Cæſar 6. bel. Gal. 138.
Homines deleti. Cic. pro Murena, 68.
Homines hominum impetu deleti: id eſt, bellis aut ſeditionibus. Cic. 2. Offic. 23.
Morte deleti homines. Cic. 1. de Nat. deor. 56.
Vetuſtas delet famam operis. Ouid. 1. Metam. 90.
Improbitatem extinguere atq; delere. Cic. 1. Verr. 14.
Delere ex animis hominũ infamiã iudicij. Liu. 4. ab Vrbe, 51.
Nũmulis acceptis ius ac fas omne delere. Cic. Attic. lib. 1. 11. 12.
Extincto Senatu, deletiſq; iudicijs. Cic. 3. Offic. 4.
Leges delere. Cic. pro Seſtio, 47.
Delere maculam bello aliquo ſuſceptã. Cic. pro lege Manila, 3.
Delere immortalem memoriam beneficij alicuius. Cicer. in Parad. 36.
Delere memoriam diſcordiarum, obliuione ſempiterna. Cic. 1. Philipp. 1.
Memoria nominis deleta. Cic. pro Flac. 47.
Moleſtiam delere. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 24. 1.
Delere nomen Pop. Rom. Cic. ad Attic. lib. 19. 196. 3.
Obliuio delet. Cicer. pro Deiotaro, 26, Quæ unquam uetuſtas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio?
Obliuione delere. Vide Obliuio.
Delenda opprobria. Sil. lib. 16. 135.
Religionem hominum delere. Cic. 1. de Diuinat. 14.
Rempub. delere. Cic. Poſt reditum in Senat. 2.
Senatum delere. Cic. 13. Philipp. 361.
Orbita uerrata priores ſulcos delet. Stat. 6. Theb. 83.
Delere ueritatem. Cic. de Amicit. 77.
Cauda delere ueſtigia pedum. Stat. 1. Achil. 12.
Vrbem deleri. Lucan. lib. 3. 72.
Delere urbem uuore & flamma. Cic. ad Auguſtum, 13.
¶ Deletio, Verbale (ἐξάλειψις) Lucilius, lib. 26, Deletionem noſtri ad unum exercitus.
¶ Delebilis & hoc delebile, pen. corr. (ἐξαλειπτὸς) Quod deleri poteſt. Martial. lib. 7. 83,
Caſibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet.
¶ Deletor (ἐξαλείπτης) et Deletrix, pen. prod. deletricis. Qui, uel quæ delet & deſtruit. Cic. de Aruſp. reſpon. 45, Tum eſt illa in templo Caſtoris ſcelerata & pene deletrix huius imperij ſica deprehenſa.
¶ Deletilis, & hoc deletile, pen. corr. (ἐξαλειπτικὸς) dicitur nõ quod deletur, ſed quod delet. Varro Modio, Si diſplicebit tibi tam magnum, ſumam ſpongiam deletilem.
¶ Deletitius, Adiectiuũ: ut, Charta deletitia. Vlpianus in l. chartæ. ff. de bonorum poſſ. ſecun. tabul. Chartæ appellatio, & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam.
Delephat] Δηλεφατ, Veneris ſtella matutina, ſic à Chaldæis dicta, quam alij Boſphorum uocant. De hac Cic. 2. de Nat. deor. Apul. Martian. & cæteri.
Deleteria] medicamenta (ἀλυκτήρια φάρμακα) A medicis appellantur noxia, & mortifera, quæ ſcilicet, quem à cubile noſtro uinci non queant, neq; concoqui, alia celerius, alia tardius mortẽ inferunt. Vide Galen. lib. 3. de temper.
Delia, Deliacus] Vide Delos.
Deliades] Sculptoris nomen apud Plin. lib. 34. cap. 8.
Deliaſtæ] Δηλιάσται, Athenis homines dicebantur quidã, qui Delphos ad conſultanda oracula mittebantur, ut ſcribit Philochorus apud Sophoclis interpretẽ in Oedipo Coloneo.
Delibatorium] Vide Delibo.
Delíbero] deliberas, penult. corrept. (βουλεύομαι, γνώσομαι, μεριμνίζω, φράζομαι) deliberare, A libella dictũ eſt, Auctore Feſto. Terentius Adelph. 2. 1. 42, Delibera hoc, dum ego redeo, leno.
Deliberare utrum. Cic. ad Brutum, lib. 12, Deliberant utrum traijciant legiones ex Africa, necne.
Statuere & deliberare. Cic. 3. Verr. 1.

Deliberandum

Digitized by Google

Deliberandum & concoquendum. Cic. pro Qu. Rosc. Com.
Amplius deliberandum censeo. Terent. Phorm.
Noctem sibi ad deliberandum postulauit. Cicero Post redit. ad Quir. 9.
Spacium deliberandi habere. Cic. 1. Offic. 166.
Delibero, consulo aliquem. Cic. 2. de Fin. 182, Qui uoluptatẽ summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio atq; consilium, sed cum cupiditate, id est, cum animi leuissima parte deliberat. Budæus.
Deliberare cum amicis. Cic. 2. de Fin. 182.
Deliberare de absoluendo Apronio. Cic. 5. Verr. 25.
Deliberatur, impersonale. Cæsar 7. belli Gallici, 54, Deliberatur de Auarico in communi consilio, incendi placeret an defendi.
Vtri consulendum sit, deliberetur. Cic. 2. de Inuent. 250.
Deliberatum est, id est, fixum, decretum est. Cic. 7. Verr. 143.
Certum est, deliberatumq; Cic. pro Rosc. Amer. 18.
Deliberatum est mihi. Cic. ad Att. lib. 15. 324. 3.
Statutum cum animo, ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr. 79.
Deliberatum & constitutum est mihi. Cic. 1. de leg. Agrar. 15.
¶ Deliberatus, pen. prod. Partic. (βεβουλευμένος) ut, Mors deliberata. Hor. 1. Carm. ode 37. 6.
¶ Deliberatus (βούλυτος) Nomen ex participio. Cicer. Metello, libro 5. 2. 22, Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me, &c.
¶ Deliberatum, Substantiuum (βεβουλευμένον) Cæsar 1. bel. Ciuil. 42, Illi deliberata respondent, scriptáq; ad eum mandata per eos remittunt.
¶ Deliberator, penult. prod. (βουλυτὴς) Verbale. Cicer. pro Sest. 63, Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte duplicata est.
¶ Deliberatio, Verbale (συμβουλία, βούλευσις) Cic. 1. Offic. 15, Triplex igitur est, ut Panætio uidetur, consilij capiendi deliberatio.
Deliberatio & consultatio. Cic. 3. Offic. 66.
Deliberatio & demonstratio, genera sunt causarum. Cicero 1. de Inuent. 18.
Difficilis deliberatio. Cic. pro lege Manilia, 18.
Ad deliberationes aliquos adhibere. Cic. 1. Philip. 1.
In deliberationem illud cadit. Cic. 1. Offic. 15. Vide Cado.
Ex deliberatione constans causa, ut belli. Cic. 2. de Orat. 58.
Consumere deliberationem in aliquid agendo. Cic. Post red. ad Quirites, 9.
In deliberationibus omnem rationem consumere. Cic. de Fat. 4.
Habere domi deliberationem de aliqua re. Cic. 1. Philip. 1.
Habet res deliberationem. Cic. Att. lib. 7. 123. 4.
Inciditur deliberatio. Cic. 2. de Orat. 182.
Introducere deliberationem aliquam. Cic. 3. Offic. 16.
Suscipere deliberationem alicuius. Cic. Att. lib. 14. 308. 8.
¶ Deliberatiuus, penult. prod. Adiectiuum (συμβουλευτικὸς) ut, Deliberatiuum genus orationis Cicer. 1. de Inuentione, 11. Et Quintilian. lib. 3, Ergo pars deliberatiua, quæ eadem suasoria dicitur.
Causa deliberatiua. Cic. 2. de Inuent.
Materiæ deliberatiuæ, iudiciales q; Quint lib. 2. cap. 1. 2.
¶ Deliberabundus, Adiectiuum (βουλόμενος) Deliberans. Liu. 2. ab Vrbe, 195, Consules uelut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. Idem lib. 1. 237.
Delibo] delibas, pen. prod. (λείβω, ἀπογεύομαι) delibare, Degustare, & primis labris attingere.
Contentus delibasse cibos. Claud. de bel. Get. 71.
Artes delibare. Ouid. 1. Fast. 34,
Quisq; suas artes ob idem delibat agendo. Id est, leuiter attingit & exercet primo anni die,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Delibare nouum honorem. Liu. 5. ab Vrbe, 60, Hoc est, uelut degustare magistratum recens institutum, uel eum gerere.
Delibare causam narratione. Quint. lib. 4.
Delibare, pro decerpere. Cic. de Senect. 70, Audiebam Pythagoram Pythagoreosq;, incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quõdam nominati, nunquam dubitasse quin ex uniuersa mente diuina delibatos animos haberemus.
Flosculos orationis alterius delibare & carpere. Cicero pro Sestio, 103.
Delibare de gloria alterius. Cicero de Inuentione, 204. Id est, auferre.
De honestate delibare. Cic. 2. de Inuent. 250.
De laude ieiuni hominis quicquam delibare. Planc. Ciceroni, libro 10. 21.
Delibare beneficiendi materiam. Plin. in Paneg. 61.
Delibare, Violare, destruere, uitiare. Columel. libro 2. capite 2. 22. 6, Neue aut cornu bos ad stipitem uehemẽtius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumq; deplantet. Varro 2. de re Rust. cap. 2. 13, Ne toto die cursantes inter se teneri delibent aliquid membrorum.
Delibare honestatem. Gel. lib. 1. cap. 3.
Flos delibatus populi dictus est ab Ennio Cethegus, aut potius à Pop. Rom. Id est, eloquentia excellenti. Cicer. de claris Oratoribus, 29, Delibatus, hoc est (ut opinor) intactus, incorruptus, illibatus.
¶ Delibatio, Verbale. Florent. in l. legatum est. ff. de legat. 1, Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatum uelit.
¶ Delibito, tas, tare, Idem quod Delibo. Cic. ad Pætum, Solebam enim antea delibitari oleis & lucanicis tuis, &c. Sic enim legit Turnebus, non delectari, hoc sensu, Tu metu promulside antea delibabas, ac meam famem diminuebas illis primis ferculis, quam tibi integram & illibatam adomnia cœnæ fercula afferam, neq; primis illis mißibus eam perdam & consumam, ac delibabo: sed ut integer & recens ad reliqua fercula ueniam, principio cœnæ abstinebo. Vt a uiẽ ab Appello appellito, à Cœno cœnito deducitur, pari ratione à Delibo delibito deriuatur. Hæc Turnebus.
Delibro] delibras, penultima correpta (ἀποφλοιόω) delibrare, Librum, id est, corticem arbori detrahere. Columel. lib. 4. cap. 24. 6, Cortex quoque aridus, fissusq; per summa trunci dependens, corpore tenus delibrandus est. Idem lib. 12. cap. 56. 1, Corticem eius delibratum abducito. Idem lib. 5. cap. 6. 8.
¶ Delibratum, authore Nonio, Decorticatum, ut Deartuatũ, Per artus discissum. Virg. Georg. lib. 2,
—udoq; docent inolescere libro. Hæc Nonius.
Delibro] delibras, pen. prod. à libra compositum (ῥαβδόω μι) Ponderare. Gel. lib. 15. cap. 8, Quid relinquitur, nisi ut delibrari sibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt delibari.
Delibutus] pen. prod. (ἀλειμμένος) Vnctus, quasi oleo, aut alio liquore imbutus. Columel. libro 7. cap. 4. 8, Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Martial. lib. 11. 99.
Delibutus medicamentis. Cic. de clar. Orat. 114.
Delibutus capillus. Cic. pro Rosc. Amer. 79.
Cruore Nessi delibutus Hercules. Hor. Epod. ode 17. 7.
Rubrica delibuta imago. Author ad Heren. lib. 3. 132.
Sanie delibutum aliquid. Cicer. 1. Tuscul. 171. Ex antiquo quodam poeta.

Digitized by Google

Dona delibuta ueneno. Hor. Epod. ode 3.3.
Delibutus gaudio. Terent. Phorm. 5. 6. 16. Transfulit ad animum quod est corporis, inquit Donatus.
Delibutus periurijs. Salust. in Ciceronem, 1, Vxor sacrilega, ac periurijs delibuta.
Delicatus] pen. prod. (τρυφερὸς, ἁβρὸς) mollis & deditus delicijs. Cic. 6. Verr. 112, Nostrum enim unusquisq; (qui tam beati, quàm iste est, non sumus) tam delicati esse non possumus. Et lib. 2. de Orat. 143, Filius delicatior.
Adolescens delicatus. Cic. de claris Orat. 101.
Delicatissimus amnis, id est, leniter fluens: cui opponitur Rapidus & uiolentus. Plin. epist. 170. 4. Sic, Delicatum littus, Cicer. 7. Verr. 82.
Muliebris & delicatus ancillarum, puerorumq; comitatus. Cicer. pro Mil. 21.
Delicatum conuiuium. Cic. ad Att. lib. 2. 29. 1.
Voluptaria & delicata disciplina. Cic. 1. de Fin. 57.
Domus delicata. Senec. Hipp. 2. 26.
Delicatissimum fastidium. Cic. 1. de Fin. 8.
Libidinosa & delicata iuuentus. Cic. Att. lib. 1. 14. 10.
Puella tenellulo delicatior hœdo. Catul. ad Coloniam, 17. 3.
Puer lepidus & delicatus. Cic. 2. in Catil. 42.
Delicatior & mollior ratio. Cic. 5. de Fin. 21.
Delicatior sententia. Plin. lib. 15. cap. 2. 2.
Sermo delicatus & conuiuio dignus. Cic. 1. Offic. 200.
Delicatissimis uersibus exprimere omnia conuiuiorum genera, cœnarumq;, & adulteria. Cic. in Pisonem, 56.
Delicata uita. Cic. 2. Tusc. 48.
Delicatæ & obscœnæ uoluptates. Cic. 1. de Nat. deor. 153.
Molles & delicatæ uoluptates. Cic. 1. de Nat. deor. 155.
¶ Delicatè, Aduerbium (τρυφερῶς) ut, Delicatè cœnitare. Varr. 3. de re Rust. cap. 4. 2.
Recubare molliter & delicatè. Cic. 3. de Orat. 36.
Delicatè & molliter uiuere. Cic. 1. Offic. 149.
Delicatè uestiri. Colum. lib. 11. cap. 1.
Delicium] delicij: in plurali deliciæ, deliciarum (παιδιὰ) Oblectamentum quod nobis uoluptati esse solet. Martialis libro 13. 99.

Delicium paruo donabis Dorcada nato. Idem lib. 7. 49,
Gloria conspicuæ, deliciumq; domus.

Delicium digamma, Formianum suum agrum intelligit Cicero, quod ab F digamate Aeolico incipiat. Ad Att. lib. 9. 180. 11. In emendatioribus ex scripto antiquissimo codice exemplaribus legitur, Deli tuum digamma uideram.
¶ Delicia, deliciæ. Plaut. Truc. 19. 27, At ego ad te ibam. s. ad me delicia? Sed antiquum est & inusitatum.

Amor & deliciæ. Cicero 6. Verr. 2, Vnde igitur potius incipiam, quàm ab ea ciuitate quæ tibi una in amore, atq; in delicijs fuit?

Mel & deliciæ. Cælius Cic. lib. 8. 8. 1.
Multarum deliciarum & magnæ pecuniæ locus. Cicer. pro lege Agraria, 46.
Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Cicero pro Murena, 11.
Cogitatio supellectilis ad delicias, aut epularum ad uoluptates. Cic. in Par. 11.
Votorum deliciæ. Iuuen. Satyr. 10. 3.
Alexandrinæ deliciæ. Quint. lib. 1. cap. 2. 7.
Deliciæ meæ Dicearchus, per appositionem. Cic. Tuscul. 121. Sic Catullus, Passer deliciæ meæ puellæ.
Deliciæ pueri. Plaut. Persa, 6. 23, Pœnium deliciæ pueri salue. Sic dictum est, ut Delicias hominum, à Iuuenale, pro delicato homine. Budæus.
Deliciæ nostræ. Virg. eclog. 9. 5. Per delicias nostras, intelligit communem amicam. Seruius. Idem eclog. 2. 1, Delicias domini. Hoc est, qui domino in delicijs erat.
Faciles deliciæ, Ouid. 13. Met. 178.
Illepidæ atq; inelegantes deliciæ. Catul. epig. 6. 2.
Loquaces deliciæ. Stat. 5. Sylu. 5. 14.
Pueriles deliciæ. Cicero 3. de Orator. 46. Regificæ. Claud. 7. Panegyr. 68.
Luxu carentes deliciæ. Stat. 1. Sylu. 3. 19.
Alicuius delicias se dicere. Cic. pro Domo sua, 50.
Excutere delicias. Claudianus 2. in Entrop. 30. Significat amouere.
Facere delicias & libidines. Catul. epigram. 42. 5. Ouidius 3. Trist. 70.
Fugare delicias animi. Catul. epig. 63. 6.
Delicias facere, pro Dissimulationibus iocularibus uti. Plautus Pœn. 4. 73. Idem Menæh. 9. 24, — eia delicias facis Mi Menæhme: quin amabo is intro? hic tibi erit rectius. Id est, quod uulgari sermone dicimus, Nimium est hoc frustrari et illudere, quod te tandiu rogari uis. Budæus.
Habere in delicijs aliquem. Cic. Att. lib. 6. 111. 28.
Implere aliquem delicijs. Ouid. 3. Amor. eleg. 13. 4.
Inficere animum delicijs. Vide Inficio.
Nouis luxuriare delicijs. Ouid. epist. 15. 39.
Infantiam statim delicijs soluimus. Quint. lib. 1. cap. 2. 6.
Esse in delicijs alicui. Cic. in Vatinium testem, 15.
Deliciæ, in malum, pro morositate. Cicero ad Atticum, libro 1. 12. 12, Ecce autem aliæ deliciæ equitum, uix ferendæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornaui.
Deliciæ & ineptiæ. Cic. in Orat. 22.
Deliciarum causa, ut Animi causa. Cic. 13. Verr. 164.
¶ Delicia, dicitur etiam genus tigni, quod à culmine ad tegulas angulares infimas, uersus fastigatum collocatur. Vnde & tectum ipsum deliciatum, & tegulæ deliciares siue colliciares appellantur. Hæc Festus. Cato capite 14. 3, Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.
Delico] delicas, pen. corr. (ἐνθειάζω) delicare, pro Dedicare ponebant ueteres, inquit Festus.
Delicare, Explanare, indicare. Accius Achilli, Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica. Cæcilius Obolo state, imò uerò hæc sol ante solitus sum, res delicat. Titinius lib. 5, Quid istuc est, aut istic sibi uult sermo? mater delica. Nonius. Antiquum.
Delico] delicis, delicere, illicere, antiquis. Titin. lib. 5,

Quòd ea parasitus habeat, qui illum sciat
Delicere, & noctem facere posset de die. Nonius.

Delictum] Vide Delinquo.
Delicus] ἐνθειάζων, porcus qui dicatur, exponit Varro 2. de re Rust. capite 4. 15, his uerbis, Quum porci depulsi sunt à mamma, à quibusdam Delici appellantur, neque iam Lactantes dicuntur.
Deligo] deligas, penult. correp. (προσδέω) deligare, Notæ significationis. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 47, Ea summa integenda binis tabellis dextra ac sinistra deligatis, herbaq; elidendæ.
Deligare ad palum. Cicero 7. Verr. 94. Cæsar 4. belli Gallici, 571.
Deligare apud mensam. Plaut. Menæh. 3. 14.
Deligata in linteolo grana. Plin. lib. 22. cap. 25. 28.
Vulnus deligauit aliquis antequam hæc ars esset. Quint. lib. 2. cap. 17. 7.
Deligatis omnibus membris. Cic. 6. Verr. 85.

Deligo]

Digitized by Google

Deligo] deligis,pen.corr.delegi, delectum (ἐπιλέγομαι,ἀπολέγω) deligere,Ex De & Lego compositum.Valla,Deligere & Eligere sic differunt:Deligere est, quod magis idoneum ad rem agendam est,cernere.Eligere uerò,uel ad nostrum emolumentum, uel ad illius qui eligitur,dignitatem. Delegit sibi sæpe Pop.Romanus imperatorem ad bella,ut Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quoq; deligit milites,non eligit,ad rem uidelicet bellicam idoneos: et inter eos agit delectum, qui cui rei sit magis commodus. Et agricola delectum agit intertauros,quos scindendo solo, quosq; procreandæ soboli destinet. At si ex multis daretur optio quem sibi uellet,eligeret,non deligeret.Ideoq; semper ferè dicitur in eodem sensu,datur tibi,siue offertur optio: et datur tibi,siue offertur electio. Hactenus Valla lib.5.Liu. 1.ab Vrbe,178.Deligere generum,Cæs.3.bell. Gall.442, Duces uerò hi deliguntur,&c. Cic.pro lege Manil.3, Tum de imperatore deligendo esse dicendum.

Bona deligere & Reijcere,contraria.Cic.2.de Legib.90.

Deligere aliquem ad extrema Reipub.discrimina. Cicero pro Domo sua,19.

Deligere aliquem ad imitandum.Cic.2.Offic.66.

Comites delegi.Virg.5.Aen.38.

Famulum deligere sibi.Claud.7.Paneg.15.

Deligere castris locum idoneum.Cæsar 2.bel.Gal.290.

Lumina ipsa ex florentißimis ordinibus deligere.Cicero pro Milone,16.

Magistratus deligit Pop. Romanus quasi Reipub. uillicos. Cic. pro Planc.51.

Multos ex suis annalibus posse deligere, quos uelit & possit imitari.Cic.Qu.frat.lib.1.1.15.

Deligere ex omni numero.Cic.4.Verr.75.

Deligere sibi oppida maritima domicilio. Liu. 9.belli Macedon.150.

Deligere optimum uirum ad sacra Idæa accipienda.Cicer.5.de Fmib.114.

Ex Senatu aliquos in consilium deligere.Cicero pro Rosc. Amerino,5.

Vnum ex cunctis deligere.Cic.de leg.Agr.36.

In deligendo genere uitæ ratio habenda est.Cic.1.Offic.167.

Potestas deligendi ex populo data.Cic.2.de leg,Agrar.36.

Deligere,pro Colligere:ut, Tenui primam deligere ungue rosam.Ouid.epist.4.6.

¶ Delectus,Particip.(ἐπιλελεγμένος) ut,Delecti ad omne factus coloni.Cic.pro lege Agra.11.

Ad rem aliquam delectus.Cic.pro Rosc.Amer.89.

Iuuentus delecta.Virg.9.Aen.47.

Natiuum & delectum malum.Cic.pro Domo sua,9.

Ab omni ordine delecti Oratores Virg.7.Aen.31.

Delecti uiri,Fortes & præcipui,uel egregij.Cic.1.Tusc.72.Et pro lege Agr.52.

¶ Delectus, huius delectus (ἐπιλογὴ) Cæsar 8.bel. Gall.191, Nam Cn.Pompeius legionem primam, quam ad Cæsarem miserat,confectam ex delectu prouinciæ, Cæsari eam tanquam ex suo numero dedit.

Delectus,& discrimen.Cic.4.Verr,86,Omniumq; rerum delectum atq; discrimen pecunia sustulisset.

Delectus & iudicium.Cic.pro Cluent.101.

Delectus et notatio iudicij etiam in nostris ciuibus haberi solet.Cic.5.Philip.173.

Dignitatis delectus in beneuolentia sit.Cic.1.Offic.69.

Verborum delectus.Cic.de clar.Orat.173.

Virtutis delectus.Cic.pro Corn.Balbo,38.

Sine ullo delectu,sine pop.notione,sine iudicio Senatus addicere alicui aliquid.Cic.de lege Agrar.61.

Adhibere delectum. Cicero 5.de Fmib.155, Mihi quidem etiam lautius uidetur quod eligitur, & ad quod delectus adhibetur.

Agere uel habere delectum.Vide Agere & Habere delectũ. Liu.2.ab Vrbe,190.

Superbißimo delectu & durißima conquisitione collectus exercitus.Cic.de Prouinc.Consul.3.

Delectu aliquo aut sapientia non ducitur ad iudicandum populus,sed,&c.Cic.pro Plancio,7.

Facere certum iud orum delectum nemo dissuaserit. Quintil. lib.2.cap.8.4.

Iudicio suo delectum habere aliquem. Cicero Quint.fratri,libro 1.1.15.

Habere delectum ciuis & peregrini.Cic.1.Offic.207.

Acceptorum beneficiorum sunt delectus habendi. Cicero 1. Offic.73.

Instituere delectum militum.Vide Instituo.

Nullum rerum delectum relinquere.Cic.1.Offic.11.

Tenere delectum rerum.Cic.1.de Fin.52.

Delimo] delimas,pen.prod.(ἀποῤῥινίζω) delimare, De re aliqua limare.Plin.libro 34.cap.11.5, Alij delimatum æris scobem aceto spargunt.

Delingo] delingis,delinxi (ἐπλείχω) delingere, Idem quod Lingere.Plaut.Curcul.12.6, Hic hodie apud me nunquam delinges salem. Idem Persa,12.24, Nisi me hæc defendet, nunquam delinget salem.

Delingere plenum cochleare.Celsus libro 3.cap.22, non procul à fine.

Delinio] delinis,pen.corr.deliniui, delinitum,pen.product. (ἀπαλέω,θέλγω) delinire,Idem quod Linire.

Delinire, per translationem, pro Verbis demulcere & iuuare tenere. Plautus Sticho,8.4, Vt eum aduenientem meis dictis deliniam.

Delinire animum suauitate.Cic.4.Tusc.31.

Delinire animos præda,precio,sermone.Liu.1.ab Vrbe,249. Cic.5.Verr.135.& 2,Offic.68.

Delinire atq; corrumpere blanditijs.Cic.1.de Fin.51.

Fouere hominum sensus,delinire animos,& adhibere uoluptates.Cic.pro Mur.67.

Flectere uirtute sua & patrimonijs delinire. Cicero pro Milone,73.

Pellicere,capere ac delinire.Cic.pro Cluent.9.

¶ Delinitus,pen.prod.Participium (κεκηλημένος) Cic. 1.de Orat.19,Genus hominum in montibus ac syluis dißipatũ, non prudentium consilijs compulsum potius, quàm disertorum oratione delinitum,se oppidis,mœnibus sepsisse.

Illecebris uoluptatis delinitus.Cic.Cæcio,lib.15.16.6.

Non nuptialibus donis,sed filiorum funeribus delinita mulier. Cic.pro Cluent.26.

¶ Delinitor,pen.prod.Verbale (θελκτὴρ) Cic.de claris Orat.133,Vt non cum aduersario solum,sed etiam (quod mirabile esset) cum iudicio ipso, cuius delinitor esse debet Orator, iurgio sæpe contenderet.

¶ Delinitio,Verbale(θέλγμα) Cic.2.Offic.82,Ipsaq; illa delinitio multitudinis ad breue exiguumq; sit tempus.In emendatioribus codicibus legitur,delectatio.

¶ Delimimentum(θελκτήριον,θέλκτρον) Idem quod Delinitio.Liu.4.ab Vrbe,223,Aptißimum tempus erat uindicatis seditionibus delimimentum animis Volani agri diuisionem obijci.Idem 10.bel.Pun.61.Plin.epist.15.lib.3.

Vitæ delimimenta monstrauerant tibi.Tacit.lib.15.

Delinio] deliniat (διαγράφω) deliniare,Liniamenta formæ ducere. Plin.lib. 35.cap.10.23, Arrepto carbone extincto è foculo,imaginem in pariete deliniauit.

Digitized by Google

Delino] *delinis, pen. corr. delini, deliui, & deleui, delitum,* (ἀπαλείφω) *delinere, Fœdare, corrumpere. Cic. in Epistol. ad Caluum, Tuli moleste, quod literæ delitæ mihi antè redditæ sunt. Ex Prisciano, lib. 9.*

Delinquo] *delinquis, deliqui, pen. prod. delictum* (πλημμελέω) *delinquere, propriè est prætermittere quod nõ oportet præterire, inquit Festus. Cic. 3. de Nat. deor. 131, Ferrétne ciuitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? Plaut. Menæh. 7.46, Ne tu delinquas, néue ego iraſcar tibi.*

Peccare & delinquere. Cic. 2. de Inuent. 145, Nam necesse est eum qui uelit peccare, aliquando primùm delinquere.

Aliquid delinquere Cic. 2. de lege Agrar. 98.

Delinquere erga aliquem. Plaut. Epid. 9. 9.

In ancillam si quis delinquere posit. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 2.

In aliqua re delinquere. Cicer. 2. de Inuentione, 144. Idem pro Cluentio, 101.

Delinquere in uita. Cic. 2. Tusc. 18.

Delinquor, Passiuum. Papinianus in l. si adulterium. §. fratres denique. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, Adulterij crimen quod pubertate delinquitur, non excusatur.

Siquid delinquitur, fit nescio quomodo, ut magis in alijs cernamus, quàm in nobismetipsis. Cic. 1. Offic. 224.

Parum delictum est. Cic. pro Cecinna, 55, In iure parum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, ubi uestigium impresserit, deijci neminem posse.

¶ Deliquium, deliquij (ἔκλειψις, λειποθυμία) Defectus. Plaut. Capt. 11. 95,

Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliquio sit.

Deliquium solis, inquit Festus, à delinquendo dictum, quòd delinquat in cursu suo. Plin. lib. 2. cap. 12. 3, Hinc quoq; medici recentiores & Latini uocant animi deliquium pro defectu illo, quem quidam Syncopen uocant.

¶ Deliquum, deliqui (ἧττον) Id est, minus. Plaut. Cas. 5. 27,

Siue amet, siue quod lubet id faciat, quando tibi nil domi
Deliquom'st. Id est, nihil tibi defit propterea.

¶ Delictum, delicti (πλημμέλεια) minus est quàm peccatum. Plaut. Bacchid. 23. 50,

Sine hoc exorare me obsecro abs te, ut istud delictum
Desistas tantopere ire oppugnatum. Plinius libro 14. capite 1. 9, Atq; etiam in delictis pœnam ipsam honorat.

Manifestus delicti. Tacit. lib. 2.

Author, & reprehensor delicti. Ouid. epist. 16. 44.

Liber à delictis. Vide Liber.

Terrarum delicta. Stat. 1. Theb. 43.

Maius delictum. Cic. pro Cecin. 5.

Parua delicta. Cic. 1. Offic. 202.

Coercere delicta supplicijs. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 16.

Commoueri delicto suo. Cic. Sestio, lib. 5. 17. 12.

Defendere delictum. Hor. in Arte, 89.

Domare delicta. Claud. 8. Paneg. 45.

Ob delictum expetunt pœnas ab aliquo dij. Cicero pro Marcel. 10.

Fateri delicta Ouid. 2. Amor. eleg. 4. 1.

Luendum morte delictum. Senec. Hipp. 8. 4.

Inq; uicem illorum patiar delicta libenter. Horat. 2. Sermo. Satyr. 3. 28.

Piare delicta. Silius lib. 17. 114.

Stringuntur pectora delicto. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 5.

Deliqueo] *deliques, pen. corr. delicui* (τήκομαι) *deliquere, neutrum, uel deliquesco, deliquescis, delicui, deliquescere, In totum resolui & dissolui. Ouid. Met. lib. 4. 51,*

Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit.

Colum. lib. 12. cap. 41. 2, Hæc ita coquuntur, ut omnia pauma deliquescant cum musco.

Deliquescere per translationem. Cic. 4. Tusc. 57, Nec sitiens quid expetens ardeat desyderio, nec alacritate futili deliquescat. Hoc est, mollescat, inquit Budæus.

Deliquescat sors. Plaut. Casina, 8. 46.

¶ Deliquiæ, ut colliquiæ, quæ stillicidia excipiunt in cauedio. Vitruuius lib. 6. cap. 3, Cauedia autem displuuiata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes stillicidia reijciunt. Alia qua exemplaria habent, arcam sustinentes.

Deliquium] Vide Delinquo.

Deliquo] *deliquas, pen. corr.* (ἐκχέω) *deliquare, A' liquore formatum, significat effundere. Columel. lib. 12. cap. 39. 2, Deinde post uiginti uel triginta dies quum deferbuerit, in alia uasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.*

Deliro] *deliras, penultima producta* (παραληρέω, παραπαίω) *delirare, De recto recedere. Verbum ductum ab arantium lira.*

Delirare, per translationem, A' recto & æquo, & communi sensu recedere. Horatius libro 1. epistol. 1. 3. ad Maximum Lollium,

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. *Terent. Phor. 5. 9. 8, Delirat miser timore. Cic. 2. de Orat. 42, Multos se deliros senes sæpe uidisse, sed qui magis quàm Phormio deliraret, uidisse neminem.*

Desipere, delirare, dementem esse. Cicero 1. de Natura deorum, 130.

Delirare, & mente captum esse. Cic. 1. Offic. 133.

In aliqua re delirare. Cic. 1. de Diuin. 65.

Acumen delirat. Hor. 1. epist. 12. 4.

Delirat linguaq;, mensq;. Lucret. lib. 3. 92.

¶ Delirans, pen. prod. Particip. (παραληρῶν) ut, Deliram senex. Terent. Adelph. 4. 7. 43.

Delirans in libris suis, quos scripsit. Cicero 1. de Natura deorum, 55.

Delirantia dicta. Plaut. Amph. 7. 27.

Somnia delirantium. Cic. de Nat. deor. 60.

¶ Delirus, pen. prod. Adiectiuum (παραφρῶν) Qui delirat. Plaut. Amph. 15. 48, Adeò me istic hodie delirum fecit. Sic apud Cic. 2. de Orat. 42, Deliri senes.

Anus delira. Cic. 2. de Diuin. 208.

Scriptor delirus, & iners. Hor. 2. epist. 2. 26.

¶ Deliratio, Verbale (παραλήρησις) Plin. lib. 18. cap. 20. Hoc quoq; ubi consuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro adnexa, quod uocant lirare operientes semina: unde primùm appellata deliratio est.

Deliratio (παραφροσύνη) Vitium peculiare senibus. Cic. de Senect. 33, Ista similis stultitiæ (quæ deliratio appellari solet) senum leuium est, non omnium. & de Diuinat. 135, O' deliorationem incredibilem.

¶ Delirium, delirij, Idem quod Deliramentum. Cels. lib. 5. cap. 27, Illa perniciosa est, quæ uel leui uulneri superuenit, uel ultra tempus inflammationis durat, uel delirium mouet.

¶ Deliramentum (λήρημα) Ipsa deliratio. Plautus Amphitruone, 8. 62, Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Menæh 20. 21.

¶ Deliritas, pro deliratione. Laberius, Quoniam mens quæ deliritas uos suppilatores facit, &c. Nonius.

Delito] *delites, pen. corr. delitui, à quo delitesco, delitescis, delitui* (διαλανθάνω, κατακρύβω, κρύπτω, ἐκλοχῶ, ἐμφολεύω) *delitescere, Eiusdem cum suo simplici significationis. Plaut. Rud. 20. 9, Amat hercle me, ut ego opinor: delitus mala. Plin. lib. 36. cap. 5. 11.*

Delitus

Delitescere in ulua per noctem. Virgilius 2. Aeneid. 27. de Simone.

In uirgultis. Varr. 3. de re Rust. cap. 12. 3, Vbi interdiu lepores delitescunt in uirgultis atq; herbis. Cæsar 4. bel. Gal. 581, Noctu in syluis delituerant.

Delitescere, & se aperire, contraria. Cic. 2. de Natur. deor. 75. De Saturni stella.

Delitescere, & Prosilire, contraria. Cic. pro Cælio, 49, Consti tui locum iussit balneas Xenias, ut eò mitterent amicos qui delitescerent: deinde repentè, quum uenisset Licinius, uenenum traderet, prosilirent, hominemq; comprehenderent.

In aqua delitere. Ouid. 2. de Arte aman. 95.

In parua casa delitere. Ouid. 2. de Arte aman. 48.

In cubilibus delitescunt bestiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 189.

Delituit cælum. Stat. 3. Syl. 1. 15.

Priuato loco delituisse. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 16.

Occultata delituit uirtus. Stat. 10. Theb. 96.

Exilio aliquem delituisse. Ouid. in Ibin, 3.

Delitere, uel delitescere, per translationem. Cic. pro Cecinna, 45, Iuris iuditium quum erit, & æquitatis, caue in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitescas.

Delitescere in authoritate alicuius. Cic. 4. Acad. 30.

Delitescere sub tribunitia umbra. Liu. 4. ab Vrbe, 179.

¶ Delitens, penult. corr. Participium (διαλανθάνων) Plinius lib. 35. cap. 1. 1, Non placent iam abaci, nec spacia montis in cubiculo delitentia.

Delitigo] delitigas, pen. corr. delitigaui, delitigatum, penult. prod. delitigare. Horat. de Arte, 20,

Iratusq; Chremes tumido delitigat ore. Hoc est, uehementer litigat.

Delius] δήλιος, adiectiuum à Delo. Vide Delos.

Delium] Δήλιον, Oppidi parui nomen, in Tanagra regione; ut author est Stephanus.

Delli] Lacus erant breuiores, bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, miræ profunditatis, quos incolæ Crateras uocant. Hos Poetæ fingunt fuisse fratres Palicos, Iouis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia seuideret ex Ioue grauidam, metuens iram Iunonis, optauit ut sibi terra dehisceret. Instante autem partus tempore, recluſa terra ea in parte, ubi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres uocauerunt, ἀπὸ τῦ πάλιν ἰέναι, quòd prius in terram demersi, denuò reuersi sint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quòd per eos credantur in lucem esse reuersi, & lacus ipsos Dellos uocant. Qui tanta olim ueneratione habiti sunt, ut circa eos iuramentum exigi soleret, si quis insurti suspicionem uenisset, prius tamen accepto fideiussore, qui si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet.

Delminium] Vulgò Demna, Dalmatiæ oppidum est, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. ult.

Delos] δῆλος, Insula in Aegæo mari, omnium Cycladum clarissima, Apollinis templo & mercatu nobilis. Dicta Delos (ut docet Aristoteles) quòd quum mersa esset, subitò apparuit. Nam δηλόω, ostendo significat. Hæc primò Pyrpile dicta ab igne ibi primùm reperto. A quibusdam Cynthia, ab alijs Asteria, ab alijs Cynethum. Sed in primis Ortygia: quoniam in ea primùm coturnices inuentæ sunt, quas Græci ortygias uocãt. Hæc ex Plin. lib. 4. cap. 12. Vide 3. Ver. 31. et Hyginum in Fabula 53.

Dele, Vocatiuus apud Statium legitur, lib. 3. Theb. 88,

——ipsa tua Mycone, Gyaroq; reuelli Dele times.

Natalis Apollinis Delos. Hor. 1. Carm. ode 21. 2.

Candida Delos. Ouid. epist. 20. 17.

Erratica Delos. Ouid. 6. Met. 67.

Hospita Delos gentibus. Stat. 1. Achil. 42.

Latonia Delos. Virg. 3. Georg. 2, Hæc est, in qua Latona enixa est Apollinem & Dianam: quam insulam antè uagam Apollo stabilem fecit, ut in tertio legimus,

Mycone celsa, Gyaroq; reuinxit. Seruius.

¶ Deliacus, pen. corr. (Δηλιακὸς) Qui ex Delo est. Vnde æs Deliacum, & Deliaca dicta sunt uasa ex ære precioso, ab insula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris. Vide Plinium libro 34. cap. 2. 7.

Mercatus Deliacus. Plin. lib. 34. cap. 2.

Vasa Deliaca. Cic. pro Rosc. Amer. 79.

¶ Delius (Δήλιος) aliud Adiectiuum: ut, Apollo Delius, Delia Diana. Cic. 3. Verr. 32.

Antra Delia. Stat. 5. Syl. 3. 1.

Apollo Delius. Virg. 3. Aen. 33.

Ornatus folijs Delijs. Hor. 4. Carm. ode 3. 2. Id est, laureata corona, Porphyr.

Nemoralis Delia. Stat. 9. Theb. 126.

Dea Delia, Diana. Hor. 4. Carm. ode 6. 7.

Vates Delius. Virg. 6. Aen. 3. Id est, Apollo fatidicus. & sic ait Delius, ut Lyciæ sortes, id est, Apollineæ. Seruius.

Delphacia] Δελφάκεια, Insula in Propontide, de qua Plin. lib. 6. cap. ult.

Delphax] cis (δέλφαξ) Porculus est lactens, ut ostendit Epicharmus, ducto uocabulo à delphys, quæ uox apud Pollucẽ uulua est: unde & adelphi, inquit, dicuntur fratres, qui ex uulua prodierint eadem. Sed propriè ex hoc delphax femellam signat, ueluti quæ delphyn habeat, id est, uuluam. Delphacium uerò, sunt qui uulgò temporalem dictum fucum intelligant. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 7.

Delphi] tam pro oppido, quàm pro oppidanis, plurali tantum numero, sicut Gabij (Δελφοὶ) Est autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnasum. Dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepto. Ibi Apollo clarissimum templum habuit, & oracula reddebat. Hinc Delphicus dicitur.

Delphi umbilicus orbis. Liu. 8. bel. Maced.

Sortilegi Delphi. Hor. in Arte, 45.

Insignes Apolline Delphi. Hor. 1. Car. ode 7. 1.

Taciti Delphi. Claud. 7. Paneg. 29.

¶ Delphicus, pen. corr. Adiectiuum (Δελφικὸς) ut, Delphica laurus, quòd uictores Delphis ea coronarentur. Et est uiridior laurus. Plin. lib. 15. cap. 30, Vel Delphica laurus, quèd Apollini sacra esset. Claud. in Gigant. 7.

Delphicus, Apollo. Ouid. 2. Met. 109.

Pytho Delphica. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 7.

Delphin] delphinis: uel delphimus, delphini, pen. prod. (Δελφὶς) Genus piscis marini. Plin. lib. 9. cap. 8. 1, Velocissimum omnium animalium, non solum marinorum est delphinus ocyor uolucre, ocyor telo: ac nisi multum infrà rostrum os illi foret, medio penè in uentre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. Ibidem plura toto capite.

Curui delphines. Ouid. 2. Met.

Pandi delphines. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 9.

Delphini se in portum conijcientes significant tempestatem. Cicer. 2. de Diuin. 215.

¶ Delphiniscus (Δελφίνισκος) Diminutiuum, Paruus Delphin, Aristoteli, eadem forma qua Cic. Diuin. 1, Paniscum, paruum Pana, & Satyriscum, paruum Satyrum, appellat. Cæl. Antiq. lect. lib. 8. cap. 6.

¶ Delphini, portus apud Ingaunos Ligures, nõ longè à fluuio, quem Feritorem uocant, collocatur à Plin. lib. 3. cap. 5.

Digitized by Google

¶ Delphinia Diana appellata fuit & culta, ut apud Iul. Pollucem legimus: Ait enim lib. 8, Delphinium constitutum ab Aegeo Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ, in eoq; primum Theseum iudicatum fuisse, &c.

Delphinus, genus uasis argentei cælati. Plin. lib. 33. cap. 11, Delphinos quinis millibus sestertijs in libras emptos C. Gracchus habuit. L. uerò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertijs c.

¶ Delphinus, Stella apud Varronem, lib. 2. de re Rust. cap. 5. 12, Maximè idoneum tempus ad concipiendum à Delphini exortu usq; ad dies x l. & paulò plus. Vide Hyginum in fabula 194. & rursum lib. 2. & lib. 3.

Delphis, siue Delphin, ut inquit Aristophanis interpres, instrumentum est nauticum, tum plumbeum, tum ferreum, quod in bello nauali pendens ex anteuna, ubi se ostendisset occasio, in hostiles naues demittebatur, deprimendi causa. Erat autem animalis figura compactum, unde & nomen. Thucydides lib. 7, Nauem delphinophoron uocat, ex qua prependeret delphin eiusmodi: meminit & Pherecrates. Iulius Pollux delphina pro parte nauis accipere uidetur, quum ait: Carinæ affixum dicitur phalcis, siue lesbium, aut clitopodium, cuius postrema pars ad proram uergens, parembolis, sub qua embolum, quo nomine quidam rostrum intelligunt. Medium uerò inter proembolida & embolum, stira, id est, carina. Super embolum stat, inquit, delphis, quando nauis fuerit delphinophoros, nisi quis Pollucem quoque de instrumento sensisse uideri malit. Nostris tamen temporibus celocium altius surrectum rostrum recuruũ, uulgus nauticum delphina appellat. Ex Cæl. Rhod. Antiq. lect. libro 8. capite 6.

¶ Delphinis, idis (Δελφινὶς) Mensa est poculorum, ut ex Luciano apparet in Lexiphane, ut patuit.

Delphinium] Δελφίνιον, Herba est florem habens purpureum, uiolæ non dissimilem, sesquipedales ex una radice surculos emittens, folia autem diuisa & prælonga, quæ Delphinorum effigiem repræsentant: unde tractum est nomen. Alterum præterea est delphinij genus, quod Romani Buccinum uocant, superiori non dissimile, sed ramis longè gracilioribus. Vtriusq; meminit Dioscor. lib. 3. cap. 70.

Delphinium (Δελφίνιον) Arx in Chio, & templum Apollinis in Attica. Pollux dicit forum esse iudiciale Athenis ab Aegeo constructum, ubi iudicabatur de his, qui factum non negabant, sed iure factum aiebant. Iudicium in eo primũ Thesei factum est, dum interfectos quidem à se latrones fateretur, sed iure diceret interfectos. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 6.

Delphinius] Δελφίνιος, Portus, sacer dictus, contra quem antiqua iacet Eretria in Euboea, nauigationem l x stad. habens. Hæc Strab. lib. 9.

Delphinius, Apollo cognominatus, non quia is in delphina deformatus classi ducẽ se præstitisset, sed quòd delphinem emiserit, quem consequuti Cretenses Cirrham sint delati. Ex Plutarch. in commentariolo, Terrestria prudentiæ amplius sibi uendicent, an aquatica. Colebatur item Delphinia Diana, ut apud Iul. Pollucem lib. 8. obseruauimus. Fuit & apud Aeginetas Delphinius mensis, Delphinio Apollini sacer, quo etiam mense ei sacrificium & rem diuinam faciebant. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 6.

Delphusa] Δελφοῦσα, Fons est insignis apud Delphos. Delphusa uerò urbs Arcadiæ est. Vtriusq; meminit Steph. lib. 8. cap. 6.

Delta] Δέλτα, Aegypti insula in Nilo, non longè ab Alexãd. ita dicta, quòd literæ Græcè Δ imaginem referat. Hirtius, libro 4. belli Ciuil. Est item Delta nomen urbis non procul à Syria, teste Stephano.

Delta] Regio quædam est apud Arginos hoc nomine, in qua Dianæ cognomento πεσσῶς sacellum uisitur, quòd Hypernestra condidit, quum in iudicio patrem reiecisset, à quo illi lacessebatur negotiũ, quòd Lynceo pepercisset, extra quàm proposuisset is. Vide Rhod. lib. 11. cap. 26.

Deltoides] Δελτοειδὴς, Medicis dicitur musculus in brachio, ea in parte quam brachij caput ambit, qua iam etiam totus manus initium est. Nominatur autem sic, quòd Δ literæ Græcorum figuram quodammodo repræsentet. Gal. lib. 3. de anatom. administ.

Deltoton] pen. prod. (Δελτωτὸν) Cic. in Arato, 1,

Andromedæ signum, Deltoton dicere Graij
Quod soluti, simili quia forma littera claret. Vide Hyginum lib. 2. & 3. commentarios quoq; in Aratum.

Delubrum] delubri, pen. prod. (τέμενος) Locus in quo dei simulacrum dedicatum est. Plin. lib. 13. cap. 16. 2, Præcipuam autem esse eam arborem circa Ammonis delubrum. Cic. 1. de Nat. deor. 22. Virg. 2. Aen. 50.

Delubrum, inquit Festus, dicebant fustem delibratum, hoc est, decorticatum, quem uenerabantur pro deo.

Delubrum, Locus ante aras, dictus à deluendo, religio enim sacrificij apud antiquos exigebat, ut ante sacrum, sacrificulus manus ablueret.

Delubrum dictum, inquit Seruius, quod uno tecto plura complectitur numina: ut est Capitolium, in quo est Minerua, Iuppiter, Iuno.

Aræ & delubra dei alicuius. Cic. 3. de Nat. deor. 62.

Pro deorũ tẽplis atq; delubris certamẽ. Ci. 3. de Nat. deor. 173.

Alta deorum delubra. Virg. 4. Georg. 108.

Alta superûm delubra uaporant. Stat. lib. 5. Theb. 35.

Delubra sanctißimis religionibus consecrata. Cic. 2. Verr. 9.

Decora deûm delubra. Lucret. lib. 2. 71.

Dutia delubra donis. Ouid. 2. Met. 16.

Religioßißima delubra. Cic. 1. Verr. 2.

Sancta deûm delubra. Lucret. lib. 6. 256.

Summa delubra. Virg. 2. Aen. 45.

Musarum delubra colere. Cic. pro Archia, 20.

Delúctor] deluctaris (παλαίω) deluctari, Idem quod Luctari significat. Plaut. Persa, 2. 4, Cum auibus Stymphalicis, cum Anteo deluctari mauelim.

Delucto, deluctas, Actiuum. Plaut. Trin. 12. 20, Quibus erumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro?

Deludo] deludis, pen. pro. ddeluſi, deluſum (ἐκπαίζω) deludere, Deridere, & decipere. Terent. Adelph. 1. 2. 22, Vbi uis facilius passus sim, quàm in hac re me deludier. Cic. pro lege Agrar. 79, Deludi uosmetipsos diutius à Trib. pleb. patiemini?

Deludere dolis. Terent. And. 3. 4. 4.

Terra deludet arantes. Propert. lib. 2. eleg. 16. 7.

Guttur deluſum inani cibo. Ouid. 8. Met. 167.

¶ Deludificor, pen. corr. deludificaris (ἀπαιτέω) deludificari, Idem quod Deludere Plaut. Most. 14. 41, Deludificatus est me hodie in perpetuum modum.

Deluentinus] Deus peculiaris Crustumenis fuit, quem ut patrium deum coluisse feruntur, ne quando hostili uastarentur incursu. Vide Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 4. & Cæl. Rhod. lib. 22. cap. 3.

Deluit] soluit, inquit Festus, à Græco διαλύειν.

Delumbo] delumbas (ἀποσφύω) delumbare, Lumbos extrahere, debilitare. Plin. lib. 28. cap. 4. 4, Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur.

Delumbatæ radices. Plin. lib. 19. cap. 6. 10, Nunc sarculo leniter cum

Digitized by Google

ter conuelluntur radices, ut delumbatæ alant.

Delumbare sententias, per translationẽ. Cic. in Orat. 136, Nec minutos numeros sequens concidat, delumbetq; sententias.

¶ Delumbis & hoc delumbe, Quod lumbis caret: & ideo debile. in lumbis enim, corporis uirtus sita est. Plin. lib. 10. cap. 33. 10, Perdix prægrauem aut delumbem sese simulans.

Delumbis, Mollis & effœminatus. Persius Satyr. 1,

— summa delumbe saliua Hoc natat in labris.

Deluo] deluis, delui, delutum, pen. prod. (ἀπολύω) deluere, Depurgare & diligenter lauare. Cato cap. 116, Laserpitiũ aceto deluito.

Deluere, Madefaciendo aliquid delere. Varro, Obortæq; inter legendum lacrymæ literas deluebant. Fortasse legendum, delebant.

Aceto deluito. Alij legunt, Diluito.

Delus] Mons in Bœotia, apud quem erat Apollinis templũ, & post illud duo mirabili suauitate fontes, copia aquarum ac frigiditate insignes: alterum φοίνικα, id est, palmam uocant: reliquum oleam, sicuti commeminit in libro, cur oracula defecerint, Plutarchus: ubi & natum Apollinem narrant. Vide & Plutarch. in Pelopida.

Delutamentum] ti, Substãt. à uerbo Deluto. Cato, Terram quàm maximè cretosam amurca infundito, paleas indito. Sinito quatriduum, fracescat: ubi bene fracuerit, rutro concidito: ubi conciderís, delutato. Ita neq; aspergo nocebit, neque mures caueas facient, neq; herba nascetur, neq; delutamenta scindent se.

Deluto] delutas, pen. corr. delutare, Luto aspergere, uel tegere. Cato cap. 99, Granarium totum oblimito crasso luto: postea conspergito amurca omne quod delutaueris. Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito: curculio non nocebit. Sed hìc alia exemplaria habent, lutaueris. Idem capit. 128, Habitationem delutare quum uoles, terram quammaximè cretosam uel rubricosam sumito.

Demadeo] demades, pen. corr. demadui (νοτίω) demadere, Idem quod Madere. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 8,

Et te flente suos demaduisse sinus.

¶ Demadesco, scis, scere. Scribonius Largus.

Demades] pen. corr. Orator Atheniensis, plurimum potentia & opibus ualuit: quòd nihil præter Macedonum & Antipatri gratiam in Remp. quæreret, ingentes diuitias per luxum ac libidinem perdidit. Quumq; esset ætate confectus, & luxu simul & auaritia perditus, in eum solebat Antipater cauillari, nihil ei, sicuti & cæsis uictimis, præter linguam superesse. Cicero hunc nihil scripsisse, author est in Bruto 17. Plura apud Plutarchum in uita Demosthenis.

Demænetus] pen. corr. Viri proprium nomen apud Plaut. in Asin.

Demagis] pro Minus, antiqui dicebant. Festus.

Demagis, pro Valde magis. Lucilius lib. 19, Rex Corus ille duos hos uentos Austrum, atq; Aquilonem nouissimè alebat. solos demagis istos ex nimbo austellos, nec nos seneces putare.

Demando] demandas (ἐπιτρέπω, ἐντέλλομαι) demandare, In totum committere.

Demandare curam alicuius rei. Liu. 8. ab Vrbe, 185, Curam eorum nominatim Legatis Tribunisq; & Præfectis demandabat. Idem 1. ab Vrbe, 146.

Demandare curæ alicuius aliquid. Liu. 5. ab Vrbe, 122.

Demano] demanas, pen. prod. (ἀποῤῥύω) demanare, Idem quod Manare. Catul. epig. 48. 2,

Lingua sed torpet, tenueis sub artus
Flamma demanat sonitu suopte
Tinniunt aures, gemina teguntur
Lumina nocte.

Demarathus] Lacedæmoniorum Dux, quum exularet apud Athenienses, belliq; contra patriam cerneret apparatũ, plus se debere patriæ, quàm Athenienſibus existimans, clàm Lacedæmonios certiores fecit. Fuit & Demarathus, Tarquinij superbi pater, qui Corintho in Hetruriam se recepit, quòd Cypsellum Tyrannum ferre non posset, ut scribit Cicero Tusc. Quæst. lib. 5. Hunc Demarathum uixisse temporibus Philippi Macedonis, author est Plutarchus in uita Alexandri. Vide apud Liu. 1. Dec. 1. lib. 1.

Demarchus] Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur. Spartianus in uita Adriani, Fuit Demarchus in patria sua, Athenis archon.

Demaretium] numisma (δημαρέτιον νόμισμα) Numisma est à Gelone Acragantinorum tyranno ex Demaretæ uxoris mundo muliebri cusum apud Siculos, uti à Pindaricis interpretibus relatum est.

Demea] Demeæ, Persona est apud Terentium in Adelphis, dura ac rustica. Vnde Demeæ homines rustici, duri & asperi dicti sunt.

Demeaculum] Vide Demeo, demeas.

Dememini] apud Martialem legitur pro Obliuiscor. Sic enim habet ille libro 2,

Ipse iubet mortis dememinisse Deus. Sed quoniã hoc uerbum alibi non legitur, non desunt quo hoc in loco malint legere, Te memmisse.

Demens] dementis, omnis gen. (παράφρων, παράνους) Sine mente, insanus. Terent. And. 3. 111, Quid hoc? adeóne est demens ex peregrina?

Dementior, comparatiuum. Cic. in Pisonem, 36, Ego te non uecordẽ, non furiosum, non mente captũ, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem, qui sis ausus, &c.

Inconsyderatißima ac dementißima temeritas. Cicero de Arusp. respon. 52.

Scelere demens. Cic. 3. in Catil. 56.

Demens, Improuidus, Qui non consyderat. Virgilius libro 6. Aeneid.

Sed tum fortè caua dum personat æquora concha
Demens, & cantu uocat in certamina diuos.

Oreſtis actus demens. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 27.

Animus demens. Senec. Hipp. 2. 24.

Cura demens. Valer. 6. Argon. 96.

Discordia demens. Virg. 6. Aeneid. 56.

Furor demens. Propert. lib. 1. eleg. 12. 4.

Impetus demens. Senec. Herc. fur. 11. 17.

Demens ocium. Plin. lib. 2. cap 23. 2.

Timidum dementia somnia terrent. Propert. lib. 3. eleg. 8. 3.

Strepitus demens. Horat. 3. Carm ode 19. 5.

¶ Dementia, huius dementiæ (παραύοια, παραφροσύνη) Cic. 3. Tuscul. 15, Nec minus illud acutè, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandẽq; dementiam.

Aspera dementia. Propert. lib. 2. eleg. 6. 4.

Robusta uetusq; dementia. Claud. de bello Gildon. 3, Dementiã uocat hoc loco furorem & insaniam bellorum.

Dementia deprauatus. Cic. 4. in Catilinam, 93.

Quæ te dementia cepit? Virg. eclod. 6. 10.

Soluere aliquem dementia. Horat. Epod. ode 17. 9.

Dementia operæ. Plin. lib. 17. cap. 5. ad finem, Terram enim terra emendari (ut aliqui præcipiunt) super tenuem pingui iecta, aut gracili bibulaq; super humidam ac præpinguem, dementia operæ est.

¶ Dementio, dementis (παραφρονῶ) dementire, Insanire, delirare, de mente exire. Lucret. lib. 3. 94, Sæpe animus dementit enim, deliraq; fatur. Alij legunt, dementis enim.

Digitized by Google

¶Demento, dementas (παραφρονῶμαι) dementare, Idem Apuleius in Magia, confessa est sese mea Magia in amorem inductam dementare.

¶Dementer, Aduerbium (μανικῶς) Insanè. Cicer. in Catil. 66, Tanta res tam dementer credita.

Vti dementer amoribus. Ouid. 4. Metam. 52.

Demensum] Vide Demetior.

Demeo] demeas (κάτειμι) demeare, Deorsum penetrare, discedere. Apuleius, Quæ suis pedibus ad tartarum demeare cogeretur.

¶Demeaculum, Descensio ad loca subterranea. Apuleius lib. 6, Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Demereo] demeres, penult. corr. demerui, demeritum (περιάλλω, περιποιῶμαι) demerere, Lucrari. Gell. lib. 1. cap. 8, Laïs Corinthia, ob elegantiam, uenustatemq; formæ, grandem pecuniam demerebat. Plaut. Pseud. 20. 81, Quid mercedis petasus hodie domino demeret?

Demereor] demereris, pen. prod. demeritus sum (φιλιόω) demereri, non significat malè mereor, ut uulgus imperitum existimat: sed merito aliquo sibi alios constringere, inquit, Valla in Raudensem: & accusatiuo iungitur: ut, Ouidius Heroidum epistol. 2,

Crimine te potui demeruisse meo. Plaut. Most. 9. 2, Nec qui esca una sibi me demeruerit magis.

Demereri aliquem. Qu. lib. 9. 1, Gratificari alicui. & Gel. lib. 1, Demerebat grandem pecuniam.

Cultu demereri deos. Ouid. ad Liuiam, 27.

Pieniori obsequio amantissimos sui demereri. Quint. in proœ. lib. 1. 3.

Demereri beneficio ciuitatem. Liu. 3. ab Vrbe, 76.

Demereri amœnitate aliqua uxorem. Colum. lib. 1. cap. 4. 7.

Demergo] demergis, demersi, demersum (καταποντίζω) demergere, Idem quod mergere, uel immergere, & aqua obruere: ut, Demergere nauigia dicuntur loligines pisces. Plinius, lib. 32. cap. 2. 5.

Obscœnam Ponto demergite puppim. Ouid. epist. 5. 24.

Demergit caput cornix per littora. Cic. 1. de Diuin. 24.

Demergere semen. Colum. lib. 3. cap. 18. 1.

Demersi in aqua, demersus in palude. Cic. 3. de Fin. 73.

Demersa in profundo ueritas. Cic. 1. Acad. 64.

In undis demersus. Ouid. 14. Metam. 125.

Domus demersa excidio. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Demersus ære alieno. Liu. 2. ab Vrbe, 123.

Patriam demersam extuli. Cic. pro Sylla, 66.

Animus ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram. Cic. de Senect. 70.

Demersæ leges opibus. Cic. 2. Offic. 32.

Demeter] Δημήτηρ, pen. prod. dicta est Ceres, quasi Gemeter, id est, terræ mater. Hinc apud Galen. lib. 2. de Alim. legimus, Demetria signa, Id est, Cerealia & frumentaria.

Demetior] demetiris, penult. prod. demensus, uel demetitus sum (διαμετρέω) demetiri, Diligenter & quadam ratione metiri. Vide Dimetior.

¶Demetitus, actiuè & passiuè accipitur. Cic. 2. de Natur. deor. 159, Atq; ita demetita signa sunt, ut in tãtis descriptionibus diuina solertia appareat. Ibidem 232, Eorum enim cursus demetiti maturitates temporum, et uarietates, mutationesq; cognouimus.

¶Demensus, Participium (διαμετρητὸς) Mensuratus & æquatus. Plaut. Menæ. 2. 15, Nunc argentum uobis demensum dabo. Cicer. in Orat. 21, Qui non insidijs, sed apertè ac palàm elaboratur, ut uerba uerbis quasi demensa & paria respondeant.

¶Demensum, Substant. (στρομίτριον) Terent. Phor. 1. 1. 9,

Quod ille unciatim nix de demensо suo
Suum defrudans genium comparsit miser, &c. Vbi Donatus, Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mense: & id demensum dicebatur. Et utrum à mense, an à metiendo, incertum est.

Demeto] demetis, pen. corr. demessui, demessum (ἀποθερίζω) demetere, Idem quod Metere. Colum. lib. 7, Illud deinceps præcipiendum habeto, ut demessis segetibus iam in area futuro semini consulamus. Catullus,

Sole sub ardenti flauentia demetit arua.

Demetere flores. Colum. lib. 10. 29.

Flos demessus uirgineo pollice. Virg. 11. Aeneid. 14.

Ferro demetere aliquid. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 9.

Demetere ac percipere fructus. Cic. 2. de Nat. deor. 233. Idem de Senect. 64, Reliqua autem tempora demetendis frugibus ac percipiendis accommodata sunt.

Ense demetere aliquem. Valer. 3. Argon. 32.

Demetria] num. pl. (Δημήτρια) Ludi Athenis in gratiam Demetrij Poliorcetæ, ut ἀλαζόνα & instituti, qui quoties actitabantur in proscœnio, Demetrij nomen inscribi solebat.

Demetrias] Vulgò Dimitriada, Thessaliæ oppidũ est, quod prius Pagasa dicebatur. Author Plin. lib. 4. cap. 8. Stephanus à Demetrio rege dictam putat, qui ea in ora regnauit, & ciuitates quotquot sub Pelio erant, euertit. Idem alteram eiusdem nominis urbem in Macedonia collocat, & tertiã in Perside iuxta Arbelum.

Demetrias] dis (Δημητριὰς) Tricesimus mensis apud Athenienses, dictus aliquando fuit à Demetrio Macedone, ut scribit Polemon.

Demetrium] Δημήτριον, Locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocotum, & Amphrysum fluuium. Est præterea eiusdem nominis ciuitas in Aeolide, teste Stephano.

Demetrius] Antigoni Macedoniæ regis filius, cognomento Poliorcetes. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac uirtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam occupauit. Athenas Cassandri, Ptolemæiq; imperio liberauit: Cyprum, uicto Ptolemæo, bello nauali recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellũ aduersus Antiochum suscepisset, infeliciter pugnans, in eius potestatem uenit: Chersonesiq; ab eo custodiæ traditus est, permisso tamen ei regio sumptu molliq; uictu, uenationibus, omnibusq; uoluptatibus: quibus ille usus, minimum de salute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo perijt. Cum M. Antonio comparatur à Plutarcho in Parallelis. Demetrius itẽ Phalereus, Theophrasti auditor, de quo abunde Cicero in Bruto, 18. Hic primus inflexit orationem, eamq; mollem teneramq; reddidit: & suauis ficuti fuit, uideri maluit, quàm grauis, &c. Demetrius alius, præter dictos, Syrus, Ciceronis præceptor, ut scribit ipse in Bruto, 174, Eodem tempore (inquit) Athenis apud Demetrium Syrum ueterem, & non ignobilem dicendi magistrum, exerceri solebam.

Fuit præterea Demetrius, Pompeij libertus, qui sanguine Quiritium, & proscriptionum licentia, eum plurib. alijs suæ conditionis hominibus, ditatus est, ut refert Plinius libro 36. cap. 18.

Demigro] demigras, pen. corr. (μετοικίζω) demigrare, Est (inquit Valla lib. 5.) domicilium mutare, & aliò se ad habitandum conferre, relicta priore habitatione. Cicer. 1. Tusc. 116, Vetat enim dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare.

Demigrare ex campestribus uicis agrisq;. Liu. 8. bel. Mac. 82.

Demigrare loco. Plaut. Amph. 4. 86.

Demigrare ex agris in urbem. Liu. 1. ab Vrbe.

Ex oppi-

Digitized by Google

Ex oppido demigrare, & aras ac focos relinquere. Cic. in Pisonem, 72.
Demigrare de oppidis. Cæsar 4. bel. Gal. 531.
Demigrare in loca quædam propter bonitatem. Cicero pro lege Agrar. 50.
Demigrare, per translationem: ut, demigrare ex uita, pro mori. Cicer. pro C. Rabirio, 22, Fortißimorum ciuium mentes, quæ mihi uidentur ex hominum uita ad deorum religionẽ & sanctimoniam demigrasse, testor, me, &c.
Demigrare de statu suo. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 14.
Demigrare ab improbis. Cic. in Parad. 20.
¶ Demigratio, onis, Verbale. Aemylius Probus in Miltiade, Quum magnus numerus esset, & multi eius demigrationis peterent societatem.
Deminuo] deminuis, deminui, deminutum, pen. prod. (ἀπομειόω) deminuere, Idem quod Diminuere. Plaut. Trucul. 11. 9, Iam de hoc obsonio de mina deminui modo quinq; nummos. Sed antiquum est. Vide Diminuo.
¶ Deminutus capite, appellatur, qui ciuitate mutatus est: & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus est: & qui in hostium potestatem uenit: & cui aqua, igniq; interdictum est. Festus.
Demiror] pen. prod. demiraris (ὑπεραγαμαι) demirari, Val de mirari. Terent. Heaut. 2. 3. 121,

At hoc demiror, qui tam facilè potueris
Persuadere illi. Plin. lib. 31. cap. 6. 3, Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror. Cicero ad Atticum, libro 14. 312. 1, Et ſi addis Lamiam, quod demiror equidem.

Demirari, Pro neſcire: nam admirationem, inquit Donatus, ignorantia facit. Terent. Phorm. 2, 1. 5,

—— quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient?
Demiror.

Demiſsè, Demiſsio, Demiſſus] Vide Demitto.
Demitigo] demitigas, pen. corr. (καταπραΰνω) demitigare, Idem quod Mitigare. Cic. Att. lib. 1. 8. 6, Noſmetipſi, qui Lycurge à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.
Demitto] demittis, demiſi, pen. prod. demiſſum (καθίημι, καθιμάω) demittere, Deorſum mittere. Saluſt. lib. 3. Hiſtor. Cũ machinis ſtrepitu demiſſum uictoriæ ſimulacrum coronã capiti imponebant. Virg. Cœlo demittitur alto.
Demittere in, Colum. lib. 12. cap. 6. 2, Vbi dulcem caſeum demiſeris in eam.
Demittere equum in flumen. Cic. 1. de Diuinat. 126.
Demittere, Defodere. Virg. 2. Georg.

—— alteq; iubebis
In ſolido puteum demitti, &c. Plin. lib. 14. cap. 21. 3, Imbecilla uina demißis in terram dolijs ſeruanda, ualida expoſitis.

Robora demittere ferro, Eſt cædere arbores. Valer. lib. 1. Argonaut. 19.
In adulationem demitti. Tacit. lib. 15.
In aluum demittere. Ouid. 8. Metam. 169.
Per aurem demiſſa, id eſt, audita. Horat. in Arte, 37.
Demittere in carcerem. Liu. 4. bel. Maced. 169.
Demittere in caſum aliquem. Plancus Senatui, lib. 10. 8. 3, Quòd in eum caſum me fortuna demiſiſſet.
Demittere ſe in causã. Vide Cauſa. Cic. ad Att. lib. 7. 131. 3.
Cenſum demittere in uiſcera. Ouid. 8. Metam. 171.
Corpora demittere morti. Ouid. 3. Metam. 139.
Corpus à ceruicibus demittere. Author ad Heren. lib. 3. 120.
Enſem demittere in armos. Ouid. 12. Metam. 99.
Demittere equites in campũ inferiorem. Liu. 7. bel. Pun. 160.
Ferrum demittere in artus. Ouid. 14. de Ponto, eleg. 16. 11.
Fiſtulam in iter urinæ demittere, eſt quod uulgò chirurgi dicũt, ſyringam uel argaliam immittere. Celſ. lib. 7. cap. 26, Medẽ cui aũt à dextro latere ſiniſtra quidẽ manu colẽ maſculi continere, dextra uerò fiſtulam demittere in iter urinæ debet.
Gladium demittere in ima ilia. Ouid. 12. Metam. 89.
Demittere imbrem cælo. Virg. 1. Georg. 5.
Inſontem demittere neci. Virg. 2. Aeneid. 17.
Lachrymas demiſit. Virg. 6. Aeneid. 91.
Letho demittere aliquem. Valer. 7. Argon. 64.
Nomen demiſſum à magno Iulo. Virg. 1. Aeneid. 59.
Oculos demittere. Ouid. 15. Metam. 123.
Orco demiſſus. Horat. 1. Carm. ode 28. 2.
Demittere aliquid in pectus. Saluſt. in Iugurtha.
Demittere in pectora & animos uocem. Liu. 4. bel. Mac. 186.
Metu uultum demittere. Ouid. 7. Metam. 27.
Ad minora me demittere non recuſabo. Quin. in proœ. lib. 1. 5.
Demittere animum. Cic. 1. de Inuent. 117, Qua oratione habita grauiter & ſententiosè, maximè demittitur animus hominũ & ad miſericordiam comparatur.
Contrahere, & demittere animum. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 6, Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum. Idem 4. Tuſcul. 23.
Demitti & contrahi animo. Cic. 4. Tuſc. 24.
Debilitari, & animos demittere. Cic. 5. de Fin. 77.
Demittere mentes. Virg. lib. 12. 122, Demittunt mentes: it ſciſſa ueſte Latinus. Id eſt, deſperant: ſicut econtrà, Sperantes aliquid, erigunt mentes. Seruius.
Demiſſus ſomno. Propert. lib. 2. eleg. 30. 6.
Vim dicendi tantis comparatam laboribus ad unum auditorem demittere, eſt quædam tacita dedignatio. Quintilian. lib. 1. cap. 2. 1.
Demittere ulmum dicitur ulmus à Colum. lib. 5. cap. 6. 10.
¶ Demiſſus, Participium (καθειμένος) ſiue nomen ex Participio. Plin. lib. 11. cap. 37. 45, Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo, ad &c.
Demiſſæ aures. Virg. 3. Georg. 98.
Demiſſi capilli. Ouid epiſt. 10. 28.
Caput demiſſum. Catul. epig. 83. 2.
Demiſſo capite. Cic. pro Cluentio, 345, At C. Fabritius à ſubſellijs demiſſo capite diſceſſerat.
Genus demiſſum ab Aenea. Horatius 2. Serm. Satyr. 5. 13. Id eſt, deductum.
Demißis humeris uirgo. Terent. Eun. 2. 3. 22, Vbi Donatus, Antiqui Græci etiam uirginibus ſuis præbebant palæſtram ad componenda corpora, uel, Demißis humeris, liquidè et molliter deductis, neq; extantibus alæ in modum.
Demißis labijs homo. Terent. Eun. 2. 3. 44.
Læna demiſſa ex humeris. Virg. 4. Aeneid. 53.
Demiſſa & paluſtria loca. Cæſ. 3. bel. Ciuil. 197.
Demißis manibus fugere domum. Plaut. Epid. 10. 16.
Pallia demiſſa. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 5.
Demiſſa uſq; ad talos purpura. Cic. pro Cluent. 89. Quint. lib. 5. cap. 13. 31.
Demißiores ripæ. Plin. epiſt. 170. a.
Veſtis demiſſa. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 19.
Voce demiſſa loqui. Virg. 3. Aeneid. 64. Id eſt, humili. Seruius.
Demiſſus animus, Abiectus. Cic. pro Fonteio, 19, Verſari animo demiſſo atq; humili, ut ſolent ij, qui affecti miſeriis, ad opem iudicum ſupplices, inferioresq; confugiunt.
Demißior animus. Liu. 4. ab Vrbe, 191.
Pacto ac demiſſo animo eſſe Cic. Leni. lib. 1. 9. 55.
Animum demiſſum & oppreſſum erigere. Cic. pro Cluent. 44.
Humilis & demiſſus, cui repugnat Alacer & Lætus. Cic. 1. Verr.
Mœrens, demiſſus & afflictus. Cic. pro Milla, 55. (11.

Triſtis

Digitized by Google

Tristis & demissus. Cic. pro Murena, 42.
Homo demissus. Horat. 1. Ser. Sat. 3. 12. Id est, uilis & ignauus.
Probus, demissus, non acer, non pertinax, non litigiosus. Cic. 2. de Orator. 98.
¶ Demissio, Verbale (καθίμασις) Cic. 3. Tusc. 25, Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionem quandam animi, & demissionem.
¶ Demissè, Aduerbium (καθειμένως) ut, Volare demissius. Ouidius 3. Trist. eleg. 4. 5.
Demississimè atq; subiectissimè aliquid exponere. Cæsar 1. bell. Ciuil. 321. (mo sua, 72.
Suppliciter demisseq; respondere. Cic. pro Flac. 16. & pro Do
Suppliciter ac demissè gratias agere. Brutus ad Cicer. 16. 2.
Humiliter, demisseq; sentire. Cic. 5. Tuscul. 36.
Demsum] Gemma est, à pinguedine dicta. Græci enim Λιπαρὸν, pinguem dicunt: quo uocabulo Homerus frequenter utitur, à quo Λίθος gemma appellata. Nec fuit in usu antiquorum gemma ulla frequentior, ut Menandri fabulæ testãtur. Plin. lib. 37. cap. 7. 13, In India trium generum, rubrum, & quod demium uocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur.
Demiurgus] Δημιοργὸς, Magistratus nomen apud Græcos. Liuius 2. bel. Maced. 94, Tum inter magistratus gentis (Demiurgos uocant, decem numero creantur) certamen nihilo segnius quàm inter multitudinem esse. Ibidem, libro 8. 128. Demiurgis ciuitatum, qui summus est magistratus, Aegium euocantibus, &c. In nonnullis codicibus legitur Damiurgus.
Demo] demis, dempsi, demptum (ἀφαιρέω, ἐξαίρω) demere, Detrahere. Teren. Eun. 4. 1. 13, Inde aurum mulier sibi clàm demit. Cic. 3. de Nat. deor. 120, Idemq; Aesculapij Epidauri barbam auream demi iußit.
Addere & Demere, contraria. Cic. 4. Acad. 90, Quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.
Demere de re aliqua. Plaut. Trinum. 6. 67, Liuius 7. ab Vrbe, 204, Aequè impotens postulatum fuit, ut de stipendio equitum æra demerentur.
De capite demere. Cicero 5. Verr. 65, Demit de capite medimna sexcenta.
Ex osse demere. Celsus lib. 8. cap. 4, His ita succurrendum est, ut tamen quàm minimum ex osse dematur.
Minutatim & gradatim aliquid demere. Cic. 4. Academ. 90.
Capita aliquorum demere. Cic. de Petit. Consul. 6.
Demere soleas. Plaut. Trucul. 8. 12.
Demere ungues. Plaut. Aulul. 9. 33.
Demere & Tribuere, contraria. Lucret. lib. 1. 164,
Posse eadem demptis paucis, pausisq; tributis.
Amores demere. Ouid. 2. de Remed. Amor. 33.
Authoritatem pecuniæ demere. Sallust. in Oratione ad Cæsarem, de Repub. ordinanda.
Cibo aliquid demere. Celsus lib. 1. cap. 3, At uere paululum cibo demendũ, adiiciendũq; potioni. Id est, uere non tantũ cibi capiendum, sed paulo liberalius bibendum est. Idem lib. 6. cap. 5, Demere aliquid ex cibo.
Commoda demere. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 8.
Demere curam & solicitudinem. Liu. 1. bel. Maced. 95. Cic. ad Atticum, lib. 11. 223. 4. Sic, Demere molestias alteri, Terentius Adelph. 5. 3. 33.
Demere dolorem. Lucret. lib. 2. 5.
Fidem demere alicui rei. Ouid. 1. de Remed. Amor. 58.
Demere fidem fabulis. Sueton. de claris Orat. 1. d.
Vero quoq; & honesto fidem dempsit. Tacit. lib. 4.
Honorem alicui demere. Ouid. 13. Metam. 4.
Demere ignominiam. Liu. 2. ab Vrbe, 25.
Iugo demere equis. Ouid. 4. Fast. 138.
Aliquid laudi demere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 4.
Metum demere. Tacit. lib. 18.
Miserorem è pectore demet. Lucret. lib. 3. 186.
Lacrymis demenda mora est. Ouid. 3. de Ponto, 30.
Demere odorem uini deteriorem. Cato cap. 110.
Ocia demere. Stat. 1. Sylu. 2. 37.
Solicitudinem demere. Tacit. lib. 18.
Nubem supercilio demere. Horat. 1. epist. 19. 20.
Vitio aliquid demere. Celsus libro 5. capit. ult. de uitiligini speciebus.
¶ Demptus, Participium (ἐξαιρεθὲς) Plin. lib. 15. cap. 17. Demptis forcipe corruptioribus acinis.
Pomum arbore demptum. Ouid. 11. Metam. 23.
Carere aliqua re fine dempto. Ouid. epist. 1. 10.
Aliquid agere dempto metu. Ouid. 2. Metam. 174.
Referre nouam faciem dempta pelle. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 10.
Dempta æternitate, nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus. Cicero 1. de Finib. 141.
Democedes] pen. cor. Crotoniata medicus illustris, qui quũ inter Darij captiuos esset, & Darius ipse ob inuersum pedẽ grauiter ægrotaret, ita ut iam septem noctes insomnes exegisset: nec à medicis suis uel parum iuuaretur: ductus in medium Democedes, uinctus compedibus, Darium penitus liberauit: & deinde maximo in honore apud regem & Persas omnes habitus est. Author Herodot. lib. 4.
Demochares] pen. corr. Orator Athenienſis, Demosthenis ex sorore nepos, missus cum alijs ad Philippum regem legatus, expositis mandatis, petenti regi quid gratum Atheniensibus facere posset, respondit, Suspende te. Indignantibus ob eam rem cæteris, rex dimisit incolumem: Vos (inquiens) cæteri renunciate Athenienſibus, quos censeant superiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Hæc Seneca, lib. 3. de Ira. Hic etiam historiam earum rerum quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tam historico, quàm oratorio genere cõscripsit. Author Cic. in Bruto, 157. Et lib. 2. de Orat. 53.
Democides] medicus, qui Polycratem, Samiorum tyrannum, curauit talentis duobus, scripsitq; librum de medicina. Suidas.
Democles] pen. corr. adulator quidam dixit Dionysio tyranno, quòd uitam beatissimam uiueret. Tyrannus autem, ut beatitudinem suam illi declararet, induit eum habitu regio, & mensam copiosè paratam ei apposuit, sed super caput eius appendit tenui filo gladium districtum. Tunc Democles tyrannicam uitam miseram esse intellexit. Valerius hanc historiam & elegantissimè & copiosissimè describit. Cic. 5. Tuscul. 85, ubi Damoclem uocat utiq; per primam uocalem.
Democoon] fuit nothus Priami, qui uelocissimos patris equos apud Abydum custodiebat, hũc Vlysses in bello interemit, ut est apud Homerum lib. Iliad. 4.
Democrates] pen. corr. architectus Alexandri, qui Alexandriam metatus est. Fuit & Democrates athleta, qui facto in stadio circulo consistens, à nullo dimoueri poterat, author Aelianus de natiu historia.
Fuit & Democrates, medicus, qui testis citatur à Plinio.
Democratia] pen. cor. (Δημοκρατία) Principatus populi.
Democratici] Δημοκρατικοὶ, Qui fouent principatum populi, qui scilicet populari instituto uiuentes, dignitatem in libertate constituunt: à Latinis uocantur Populares. Oligarchici uerò, qui dignitatem partim in censu & facultatibus, partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu. Aristocratici autem, qui uirtute dignitatem metientes, optimorum souẽt statum. Author Budæus in Annot. in Pand. & hi dicuntur à Latinis Optimates.

Democri-

Digitized by Google

Democritus] pen.corr.(Δημόκριτος) Abderites, ut author est Diogenes, Pythagoræ imitator, non tamen auditor: quũ duos haberet fratres maiores natu, ab eis discedens hæreditatem suam accepit: quam in pecuniam redactam, breui tempore peregrinando absumpsit. Nam primùm ad Aegyptiacerdotes contendit, ab illis Geometriam accepturus. Inde Rubro mari emenso, ad Chaldæos, & (ut quidam uolunt) ad Gymnosophistas, in Indiam penetrauit. Postremò Athenas rediit ad Socratem, ubi se gloriatur ignotum omnibus fuisse. Veni (inquit lib. 5. Tusc. 146.) Athenas, neque me ibi quisquam agnouit. Quod dictum refert Cicero, ut sapientis uiri & gloriam spernentis. Coniugio q; iunctus, deinde profectus est Athenas, affirmans se breui reuersurum. Quod quum non faceret, Phyllis impatientia amoris se laqueo suspendit, ut est apud Ouidium in epistolis. Vide Plinium lib. 18. cap. 28. 13.

Democritus, Physicus ornatè loquutus est. Cic. 1. de Orat. 26.

Studiosus nobilitatis Democritus. Cic. 4. Acad. 224.

Democritus uir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Cic. 1. de Nat. deor. 164.

Democritus perpetuò ridens. Iuuen. Satyr. 10. 4.

¶ Democritus alius fuit Sicyonius, quẽ non solum hospitem, sed etiam ualde sibi familiarem Cicero scribit Alieno, lib. 13. 79. 1.

¶ Democriteus, Adiectiuum (Δημοκρίτειος) Cic. 2. de Diuin. 46, Verum sint sanè ista Democritea uera, quando ea nos extis exquirimus, &c.

Demodocus] pen.corr. fuit citharœdus, quem Homerus libro Odissææ 8, inducit in conuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulsantem & simul canentem, ut est apud Virg. 1. Aeneid. in conuiuio Didonis,

—— cithara crinitus Iopas
Personat aurata.

Demœ] Δῆμοι, apud Atticos sunt, ut apud nos Pagi. Festus.

Demogorgus] Magus tam excellens, ut præesse larus dictus sit, & illas pro nutu coegisse.

Demolchus] Syracusanus comicus, Epicarmi medici filius, docuit fabulas xiiii. lingua Dorica. Suidas.

Demolior] demoliris, demolitus sum (κατοβάλλω, ἀποσκεδάννυμαι) demoliri, A mole deductum significat diruere, dejicere. Cicer. 3. Offic. 85, Demoliti ea quorum altitudo officeret auspicijs. Ibidem, lib. 1. 193, Demoliri domum. Et in Topicis 10, Demoliri parietem. Et 4. Verr. 116, Demoliri statuas.

Partem muri demoliri. Cassius Cic. lib. 12. 13. 12.

Columnas demoliri. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17. 4.

Robora demolitur. Ouid. 15. Metam. 46.

Destruere ac demoliri ius. Liu. 4. bel. Maced. 11.

Demoliri culpam de se, pro amoliri. Plaut. Bacch. 6. 15. Id est, se non esse in culpa ostendere.

¶ Demolio, demolis, pen. prod. demoliui, pen. prod. demolitum, demolire. Alphenus in l. qui insulam. in prin. ff. locat. Dominus insulæ, quia ædificia uitium facere diceretur, demolierat eam.

¶ Demolitus, pen. prod. Participium passiuum. Vlpianus in l. quid tamen. §. 1. ff. quibus modis ususfruct. amit. Verumetiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. Et, Aedificium demolitum, in l. qui insulam, in prin. ff. locat.

¶ Demolitio, Verbale (κατάβλησις, κατάβολή) ut, Demolitio statuarum. Cic. 6. Verr. 98.

Tollere demolitione aditus templorum. Cicero Post red. in Senat. 28.

Demonax] fuit Adriani temporibus philosophus, qui non, ut plerique solitudinẽ sectabatur, sed nihil potius habuit, aut putauit inter homines amicitia: omnemq; hominẽ sibi familiarem existimabat: nullum sibi unquam uiaticum præparauit, sed quum esuriret, quam proximam domum apertam uidebat, in eam ingrediebatur, & victum ibi quæritabat. Centenarius decessit, elatus publico sumptu. Apud Lucianum.

Demonesus] Δημόνησος, Insula est circa Chalcedonem, in qua Cyanus lapis, chrysocolla, & aurum inuenitur, si Stephano credimus.

Demonica] mulier quæ auri auiditate urbẽ Ephesum Brenno duci prodidit, ut est author Plutarchus in Parallelis.

Demonstro] demonstras (Δεικνύω, ἀποδείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, ἀποφαίνω, ἐμφανίζω) demonstrare, Aperte & palàm monstrare. Terent. Heaut. 4. 4. 9, Audistin' homo iste modò quam illam demonstrauit? Idem Phor. 2. 1. 76, Aut ubi habiuet demonstrarier.

Docere & demonstrare. Cic. 4. Verr. 86.

Demonstrare & exponere. Cic. Pæto, lib. 9. 24. 7.

Demonstrare & ostendere. Cic. Attic. lib. 1. 1. 8.

Demonstrare, pro Narrare. Cic. 1. de Orat. 70, Etiam illa cognoram & acceperam, antequam de re diceremus, initio cõciliandos eorum esse animos qui audirent, deinde rem demõstrandam, postea controuersiam constituendam, tum id quod nos intenderemus confirmandum, &c.

Breuiter demonstrare. Quint. in Proœm. lib. 1. 19.

Se demonstrat incolumem esse non posse. Cic. 3. Verr. 50.

Digito demonstrare. Cic. in Somnio Scip. 29.

Demonstrare iter. Cic in Catil. 29. Plin. lib. 8. cap. 4. 1.

¶ Demonstrabitur (ἀποδειχθήσεται) Impersonale. Cicer. 4. Verr. 10, Tamen uobis alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eã ciuitatem attinet, demonstrabitur.

¶ Demonstratus, Participium (ἀποδεδειγμένος) ut, Demonstratus locus. Cic. 1. de Diuinat. 29.

¶ Demonstratio, Verbale (ἀπόδειξις) Cicer. 4. de Finib. 21, Demonstrationes quemadmodum quæq; fiant.

Demonstratio, Genus causæ, quam Dialectici definiunt, quum certis ac necessarijs rationibus aliquid comprobatur. Cic. 1. de Inuent. 18, Si deliberatio & demõstratio genera sunt causarũ, nõ possunt rectè partes alicuius generis causæ putari.

Demonstratio & significatio. Cic. 3. de Orat. 122.

Conuersam demonstrationem habere. Cic. 6. Verr. 116.

¶ Demonstrator, Verbale (ἀποδεικτὴς) Colum. lib. 3. cap. 10. 17, Itaq; huius rationis demõstratorem magis esse me, quàm inuentorem libenter profiteor. Cic. 2. de Orat. 192.

¶ Demonstratiuus, penult. product. (ἐπιδεικτικὸς) Adiectiuũ ut, Demonstratiuum genus. Cicer. 1. de Inuen. 11, Demonstratiuum est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem, aut uituperationem.

Demophon] uel Demophoon, filius Thesei & Phedræ, ad Troiam profectus, qui inde rediens, tempestate delatus est in Thraciam: et à Phyllide, loci regina, hospitio exceptus. Hæc Perottus. Vide Phyllidis ad Demophoontem epistolam inter Ouidianas.

Demopolis] pen. corr. & Neocles, Themistoclis filij, quum apud Athenienses mentionem fecissent legum quæ aduersus exules latæ erant, à paternis inimicis lapidibus obruti sunt. Cælius cap. 12. lib. 8.

Demordeo] demordes, demordi, demorsum (ἀποδάκνω) demordere, Morsu decerpere. Plaut. Merc. 29. 2, Aut anguem demorsa cessauit turgida. Plinius lib. 28. cap. 4. 12, Et è ligno fulgure icto, reiectis post tergum manibus demorderi aliquid, & ad dentem qui doleat admoueri, remedio esse produnt.

¶ Demorsus, Participium. Persius Satyr. 1,

Nec plutcum cædit, nec demorsos sapit ungues.

Demorior]

Digitized by Google

Demorior] demoriris, pen. prod. uel demoreris, pen. corr. (ἀποθνήσκω) demori. Eiusdem cum simplici significationis. Colum. lib. 5. Siue enim caput demortuum est, duo induantur statim uimina.

Demoritur ea te, id est, te deperit, & ardet amore tui. Plaut. Mil. 13. 23.

¶ Demortuus, Participium (ἀποτεθνηκώς) Cicer. 4. Verr. 86, Nam quum esset ex ueterum numero quidam Senator demortuus, & cum, &c. In demortuorum locum subsortitionem fieri. Suet. in Cæsare cap. 41.

Demortuæ potationes & cœnæ, per translationem. Plautus Sticho, 4. 18.

Demoror] pen. corr. demoraris, demoratus sum (ἀμείλω, ἀμείλομαι) demorari, Morari & detinere. Plaut. Epid. 8. 41, Diu me estis demorati. Colum. lib. 3. cap. 2. 20, Prudentis magistri est, eiusdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, studiosos non demorari.

Demorari, Expectare. Virgil. 10. Aeneid. 6, Et tua progenies mortalia demoror arma. Id est, expecto, sustineo. Seruius.

Detinere & demorari aliquem. Lentulus Senatui plebiq; Roman. lib. 12. 15. 18.

Ne diutius uos demorer. Cic. 2. de Orat. 130.

Sermone longè petito demorari aliquem. Claudian. de bel. Getic. 78.

¶ Demoratus, passiuè. Gellius lib. 19. cap 8, Hisq; ipsis quæ iam dixi, demoratos uos uiaeo, alicui, opinor, negocio destinatos.

Demorari, neutrum, pro Tardare. Plaut. Rud. 11. 27, Quid sacerdoti meæ dicam, hic demoratam tandiu.

Demosthenes] pen. corr. (Δημοσθένης) Athenienſis, Grecorum oratorum longè princeps: cuius uitam scripsit Plutarchus. Est & Demosthenes, dux Athenienſium in bello Peloponnesiaco apud Thucydidem. Fuit & Demosthenes alius, genere Thrax, Grammaticus, qui Iliada Homeri, & Hesiodi Theogoniam in prosam orationem conuertit. De Demosthene Athenienſi oratore Cic. 1. de Oratore.

Eloquium ac fama Demosthenis. Iuuenal. Sat. 10.

Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. Cic. in Orat.

Demosthenes Platonis audiendi studioſus. Cic. 1. de Orat. Et ipsum Platonem studiosè lectitauisse & audiuisse dicitur. Cicer. de claris Orat.

Demostratus] Scriptoris nomen apud Plin. lib. 37. cap. 6.

Demoueo] demoues, penult. corrept. demoui, demotum, penult. product. demouere, de loco mouere. Terentius Adelph. 2. 1. 16, Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos.

Demouere & Constituere, contraria. Cicer. pro Sylla, 46, Ita charis utriq; est, atq; iucundus, ut non alteros demouisse, sed utroſq; constituisse uideatur.

Nomen, & effigies priuatis ac publicis locis demouendas censebat Tacit. lib. 11.

Demotus manu, & actus præceps. Cic. pro Cecinna, 36.

Alueo demoueri. Tacit. lib. 1.

In insulas interdicto igni & aqua, demoti sunt. Tacit. lib. 5.

Demouere aliquem de sententia. Plaut. Persa, 10. 46.

Nec terrore, aut minis demouentur. Tacit. lib. 20.

Curarum Pallantem demouit. Tacit. lib. 17.

Demoueri ex recto. Cic. 4. de Fin. 96. Quibus in locis multo melius fortaſis legeretur dimoueri.

Demouere gradu. Liu. 6. ab Vrbe, 127.

Sed Tiberius demouerat Syria Cretiensem Syllanum. Tac. lib. 2.

Seueros tribunos demouere. Tacit. lib. 2.

Si priorem ætate, etiam labefactum demouisset. Tacit. lib. 4.

Demptus] Vide Demo.

Demugio] demugis, pen. prod. demugiui (μυχάομαι) demugire, Mugitu implere. Ouid. 11. Met. 76,

— sed omne uulnerat armẽtũ, sternitq; hostiliter omnes.

Et paulò pòst, — demugit eq; paludes.

Demulceo] demulces, demulsi, demulsum (μαλάσσω, κατευμειλίσσω, κατηρέζω, πεπαύζω) demulcere, Valde uel leniter mulcere: ut solet fieri catellis quum manibus attrectantur. Ideo & pro delinire ponitur. Terẽt. Heaut. 4. 5. 14, — nõ possum pati Quin tibi caput demulceam. Liu. 9. ab Vrbe, 84, Ne nihil remissum dicatis, remitto, ne utiq; dorsum demulceatis quum ex equis descendetis.

Demum] τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον, Aduerbium ordinis, inquit Linacer, id est, tandem, ad postremum, uel (ut ait Festus) post. Terent. Adelph. 5. 8. 16, Ego nouus maritus, anno demum quinto & sexagesimo, Fiã, atq; anum decrepitam ducam? Cicer. 4. Acad. 81, Cur non demum, ut difficiliter à uero internoscatur? In emendatioribus codicibus legitur, Cur deinde non: ut, &c. Liuius 8. ab Vrbe, 55. Terent. Heaut. 1. 1. 2. 53, Ibi demum ita ægrè tulit, ut, &c.

Demum, Solum, tantummodo. Plin de Viris illust. 46, Et quã moueri nullis uiribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demum fœminæ manu moueri posse.

Nunc demum. Modóne demum. Signa tarditatis, inquit Donatus. Terent. Heaut. 2. 3. 12, Vah, nunc demum intelligo. Idem Andria, 5. 3. 11, Me miserum. s. modóne id demum sensti Pamphile? Cicero Attico, Nunc demum literis tuis rescribo, quas ad me misisti.

Post demum huc cras adducam ad lenam, ut uiginti minas ei det. Plaut. Asin. 16. 65.

Quantum demum. Cic. 5. Tusc. 150, Iam uerò exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt, &c.

Tum demum quando, uel ubi. Plaut. Milit. 10. 214, Ego enim dicam tibi tum demum, quando usus poscet. Idem Trinum. 11. 36.

Demum, pro Solum, duntaxat, inquit Festus, siue pro Omnino, præcipuè iunctum cum Is, & cum Ita. Plautus Capt. 4. 20. Cic. in Saluſt. Ea demum magna uoluptas est, Crispe Salusti, æqualem ac parem uerbis uitam agere. Quint. lib. 1 cap. 4, Possunt autem id demum quod in proximo est. Plin. lib. 7. cap. 7. 2, Is demum profectò uitam æqua lance pensitabit, &c. Quintilianus lib. 4, Quod tamen rarum esse debet, & ex necessitate demum.

Ita demum. Quintil. lib. 12. cap. 1. Idem Declamat. 10, Ita mihi demum satisfacies, si apud patrem fuisti? Hæc Valla lib. 6.

¶ Demus, pro Demum, ueteres posuerunt. Pacuuius, Quid demus magis commodum est, quàm ne tutum perduas miuriam pati? Siponius.

Demussata] μεμυσμένη, contumelia apud Apuleium lib. 3. legitur, pro dissimulata, & cum silentio indignatione transmissa.

Demutilo] demutilas, pen. corr. (κατατορέω) demutilare, Idem quod mutilare. Columella de Arboribus, 11, Cacumina uirgarum, ne luxurientur, demutilato.

Demuto] demutas, penult. prod. (μεταβάλλω, διαλλάττω) demutare, Idem quod Mutare. Plaut. Milit. 15 37, Nunquid uidetur demutare?

Demutant ingenium mores. Plaut. Trinum, 4. 28.

Demutare animum de firma fide. Plaut. Trinum. 15. 14.

Demutare imperium alicuius. Plaut. Menech. 17. 110.

Demutare aliquò orationem. Plaut. Milit. 19. 8.

Non demutabo. Plaut. Pseud. 7. 143. Hoc est, Non reuocabo quod pollicitus sum.

placitum.

Digitized by Google

Placitum, instituto Flaminum nihil demutari. Tacit. lib. 4.

¶ Demutatio, Verbale (μετοβολή) Plin. lib. 28. cap. 8. 24. de chamæleonte, Nullum animal pauidius esse existimatur, & ideo uersicoloris esse demutationis. Alij legunt, mutationis.

Denarius] Adiectiuum (δεκαδικὸς) Quod decem continet: ut, Denariæ fistulæ. Plin. lib. 31. cap. 6. 2. de ratione aquæ ducendæ, Fistulas denûm pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ erunt sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, cẽtena uicena: ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo, antè quã curuetur, digitorum decem est: dimidioq; eius quinaria.

Denarius nummus (δεκάχαλκος) Liu. 8. ab Vrbe, 60.

¶ Denariæ, ceremoniæ dicebantur, & tricenariæ, quib. sacra adituris decem continuis diebus, uel triginta, certis quibusdam rebus carendum erat. Festus.

Denariûm xxxix. millia. Cic. 4. Verr. 95, Iam hoc impudentissimè: palàm (licebat enim uidelicet legibus) singulis Censoribus denarij trecenti ad statuam Prætoris imperati sunt. Censores centum triginta facti sunt. Pecuniam illam ob censurã contra leges, clàm dederunt, hæc denariûm xxxix. millia palàm saluis legibus contulerunt in statuam. Id est, numerus ille 39. millium denariorum, ex 300. denarijs in singulos Censores imperatis conflatus. nam centies tricies trecenti denarij, efficiunt numerum 3900. denariorum.

Denarius, Substantiuum (δεκάχαλκον) Decem librarũ nummus erat, cuius quarta pars sestertius: eo tẽpore scilicet quo denarius decussi ualebat. Erat autem denarius argenteus nummus quatuor & uiginti siliquas pendens. Apud Prisc. anum ita legitur, Siliquæ tres obolum faciunt, duo autem oboli scrupulum, tria scrupula drachmam: ita duodeuiginti siliquæ in drachma: sic quatuor drachmæ in tribus denarijs, hoc est, duæ & septuaginta siliquæ. Budæus.

Denarius Romanus quaternos sestertios nummos ualebat, hoc est quaternos caroleos nostros, & binos denariolos turonicos. Ex eo denarius dictus, quòd pro decem assibus æreis locaretur, & cederet in solutum. Cic. 5. Verr. 163. quum ita dixisset, Nam quum ex Sicilia & ex legibus frumentum & in cellam sumere liceret: idq; frumẽtum Senatus ita æstimasset quaternis sestertijs tritici modium, binis hordei: iste numero ad summam tritici adiecto, tritici modios singulos cũ aratoribus denarijs ternis æstimauit. Hæc uerba uelut exponens, paulò pòst, 168. ita subdit, Verum enimuero quum esset sestertius binis aut etiam ternis quibusuis locis prouinciæ, duodenos sestertios exegisti. Budæus.

Denarium nunc appellare possumus caroleum nummũ argenteum, qui antiquorum sestertium ualet. Budæus.

Spes denarij. Cic. Attic. lib. 2. 21. 4, Vide quid narrent, & quæ spes sit denarij.

Quingenos denarios singulis militibus dare, Pollio Cicer. lib. 10. 32. 10.

Emere denario quod sit mille denariûm. Cic. 3. Off. 123.

Ad denarios peruenire. Cic. 5. Verr. 170.

Ad denarium soluere alicui aliquid. Cicer. pro Quint. 9. Vide Soluo.

Exigere quaternos denarios ab aliquo in singulas amphoras uini. Cic. pro Fonteio, 8.

Denarro] denarras, denarrare (ἐξηγέομαι) Ordine narrare. Terent. Phorm. 5. 8. 51, Hæc adeò ego illi iam denarrabo. Gellius lib. 2, Hæc nobis Fauorinus summa cum elegantia uerborum, totusq; sermonis comitate atq; gratia denarrauit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 63.

Denascor] denasceris (ἀποθνήσκω) denasci, pro Mori. Cassius Hemina annalium libro 2, Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt.

Denaso] denasas, penult. prod. (ἐνρινόω) denasare, Nasum auferre. Plautus Capt. 11. 74, Nanq; ædepol si adites propius, os denasabit tibi.

Denato] denatas, pen. corr. (κατανήχομαι) denatare, Idem quod natare, uel enatare. Horat. 3. Carm. ode 7. 6,

Nec quisquam citus æquè
Tusco denatat alueo.

Denda] Municipium ciuium Romanorum, in ora Macedoniæ collocatum à Plin. lib. 3. cap. 23.

Dendrachates] pen. prod. Gemma est uelut arbuscula insignis. Plin. lib. 37. cap. 10. 1.

Dendritis] pen. prod. dendritidis, fœmin. gen. Gemma, quæ sub arbore defossa, non permittit securim hebetari. Plinius lib. 37. cap. 11. 6.

Dendrocissos] Hedera, quæ sine adminiculo stat. Sipont.

Dendrogalenum] δενδρογάλανον, Vimi species est apud Græcos, quod fit ex uite pulcherrima Bithynia, quæ Mersites dicitur, ut refert Cæl. lib. Antiq. lect. 28. cap. ult.

Dendroides] Tithymali species. Sipontinus.

Dendros] δένδρος, Insula Spiræo promontorio obiacent. Plin. lib. 4. cap. 12.

Denego] denegas, penu. corr. (ἀπαρνέομαι, ἀπαγορέυω) denegare, Negare se daturum, Non dare. Plautus Trinum. 17. 46.

Dare denegabis. Terent. Heaut. 3. 1. 78.

Deferre, & Denegare, contraria. Cicer. pro Flacco, 1. Idem 2. de Orator. 69.

Denegarat se commissurum mihi gnatam suam. Terentius, And. 1. 5. 6.

In denegando. Terent. And. 4. 1. 5. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 9. 1, Diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.

Denegare alicui auxilium aduersus alterum. Cæsar 8. bel. Gal. 157.

Gaudia denegare alicui. Ouid. 4. Metam. 74.

Honorem denegare. Cic. 11. Philipp. 303.

Denegare naturæ & necessitati omnia iucunda. Cicero 7. Verr. 29.

Denegare. Sedulò negare se aliquid fecisse, aut sibi quid creditum esse. Plautus Amph. 8. 219. — atq; his si denegat
Facta, quæ tu facta dicis. Idem Menæh. 14. 8, Datum denegant quod datum est. Cic. pro Fonteio, 7, Si hoc crimen optimis hominibus denegare possumus.

Occupatio onus impositum denegat. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 9.

Amnis tibi deneget undas. Ouid. in Ibin, 22.

Denicales] feriæ colebantur, quum hominis mortui causa familia purgabatur. Colum. lib. 2. cap. 22. 5, Nos apud Pontifices legimus ferijs tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere. Gellius lib. 16. cap. 4.

Denigro] denigras, penult. corr. (μελαίνω) denigrare, Offuscare, nigrum facere. Plinius lib. 23. cap. 5. 2, Capillum denigrat suffitu. Varro 1. de re Rust. cap. 55. 4, Non solum denigrat terram, &c.

Denique] penult. corr. (τέλος, ἐπὶ τέλει) Aduerbium ordinis, inquit Donatus, & ferè in fine sensus & in ultima sententia ponitur à Terentio, eodem authore, pro Præterea & tandem. Terent. Phorm. Quid sit deniq;? Ibidem 2. 2. 11, Vereor ne isthæc fortitudo in neruum erumpat denique. Cicer. 5. Verr. 189, Si ternos denarios qui cogit, erit absolutus: quaternos denos denique aut uicenos, coget alius, quæ erit reprehensio?

Denique tum subiungimus, quum sunt multa enumerata, significantes hoc ultimum esse omnium, inquit Valla lib. 6, Terentius Phorm. 4. 3. 44,

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:

Digitized by Google

Hæc denique eius fuit postrema oratio,
Ego, &c. Cic. pro Fonteio, 18. Et pro lege Manilia, 28, Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam reuocauit, non libido ad uoluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas orbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem.

Denique, inquit Donatus, ad finem dictorum ponitur pro Postremò.

Nunc denique. Vide Nunc.

Tum denique. Plaut. Capt. 4. 39,
Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus. Cic. Quum excessisset è uita, tum denique uiueret.

Denique ad extremum. Cicer. Post red. ad Quir. 13, Denique ipse ad extremum pro mea uos salute non rogauit solum, uerumetiam obsecrauit.

Denique, pro Tum demum. Cic. pro Milone, Itaque Milonis consulatus qui uiuo Clodio labefactari nõ poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Id est, confestim, uel potius tandem & demum, inquit Budæus.

Denna] Oppidum, de quo Plin. in descript. sinus maris Rubri, Troglodytici, & Aethiopici, lib. 6. cap. 29.

Dennus] Αἶσχος, Apud Persas iniuria est, & probrum. Vnde si cui ingeratur, uideri eum fœmina socordiorem: Αἶσχος ἐστὶ μέγιστον, inquiunt, id est, Dennus est insignis, ut prodit Herodotus.

Denomino] denominas, penult. product. (παρονομάζω) denominare, Idem quod Nominare, siue nomen imponere. Quintil. libro 1. capit. 10, Propria sunt uerba, quum id significant in quod primùm denominata sunt. Idem lib. 8. cap. 2, Multa sunt & Græcè & Latinè non denominata. Horat. 3. Carm. ode 17. 1.

¶ Denominatiuum, pen. prod. (παρώνυμον) apud Grammaticos dicitur, quod à nomine deducitur: ut à Lapis, lapillus.

Denormo] denormas (παραγυμνοῦν) denormare. Horat. 2. Serm. Sat. 6, —— ô si angulus iste
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum. Id est, deturpat, & inæqualem facit, ut interpretatur Acron.

Denoto] denotas, pen. corr. (σημεῖον) denotare, Idem quod Notare. Cic. pro lege Manil. 4, Quod is qui uno die tota Asia, tot in ciuitatibus, uno nuntio, atq; una literarũ significatione ciues Romanos necandos, trucidandosq; denotauit.

Denotare creta pedes uenalium mancipiorum, aut uinctorum. Plin. lib. 35. cap. 17. 5.

Denotata linea aliquo conspicuo colore. Col. lib. 3. cap. 15. 2.

Denotatas habere res aliquas. Cic. 4. Acad. 104.

Dens] dentis, m. gen. (ὀδούς) Notum nomen. Plaut. Curcul. 7. 39, Os amarum habeo, dentes plenos.

Cana dentium. Plinius, lib. 30. cap. 3. 5, Cauis dentium inditus mirè prodest. Idem lib. 20. cap. 6. 8, Addaturq; ipsum in caua dentium.

Cauernis dentium in dolore inditum cera includi. Plin. lib. 22. cap. 23. 10.

Crepitus dentium. Cic. 4. Tuscul. 30.

Cauere dentium dolores. Plin. lib. 28. cap. 4. ad finem.

Dentium dolores colluere. Plin. lib. 24. cap. 7. 5.

Dentium dolorem prohibet. Plin. lib. 20. cap. 7. 1.

Dentium dolori prosunt laricis folia. Plin. lib. 24. cap. 6. 6.

Dolores dentium sedat succus illitus. Plin. lib. 20. cap. 8. 2.

Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingiuis. Plin. lib. 32. cap. 7. 12.

Dentiũ dolorem tollũt carnes cucurbitæ. Plin. lib. 26. cap. 3. 2.

Euulsio dentis. Cic. 3. de Nat. deor. 70. de Aesculapio, Tertius Arsippi, & Arsinoe, qui primus purgationem alui, dẽtisq; euulsionem (ut ferunt) inuenit.

Foramen dentium. Vide Dentem eximere.

Infirmitas dentium. Plin. lib. 23. cap. 4. 1.

Dentium labefactio. Plin. lib. 23. cap. 1. 42.

Dentium mobilitates. Plin. lib. 20. cap. 21. 3.

Motus dentium stabilire. Plin. lib. 20. cap. 3. 3. de cucurbita.

Dentium stabilitati efficacissimè subuenit aruina. Plinius lib. 23. cap. 3. 5.

Stridor dentium. Celsus lib. 2. cap. 7.

Acuti dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.

Aduersi dentes. Cic. 2. de Nat. deor. 201. Hos Plin. uocat primores, lib. 11. cap. 37. Anteriores uulgò nuncupant.

Albi dentes lupi. Virg. 11. Aeneid. 136.

Atri dentes. Horat. Epod. 6. 3. & 1. epist. 19. 2.

Auido dente conuellere dapes. Ouid. 11. Metam. 25.

Boni dentes. Vide Bonus.

Calceati dentes. Vide Calceo.

Candidi dentes. Catul. epig. 37. 1. Plin. lib. 11. cap. 37. 41.

Candiduli dentes. Cic. 5. Tuscul. 66.

Canini dentes. Vide Canis. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.

Carioſi & fœtidi dentes. Plin. lib. 32. cap. 7. 15.

Cauus dens inuritur putamine nucis iuglandis. Plinius libro 23 cap. 8. 6.

Dens concauus. Vide Concauus. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.

Continui dentes. Vide Contineo. Plinius libro 11. cap. 37. 33. & 34. 6.

Crinales dentes, peripbrasis pectinis, apud Claudian. de bel. Gild. 28.

Curuus dens. Vide Duriores osse dentes sunt.

Defricatus dens urina. Catul. epigr. 37. 3.

Degener dens liuoris. Seneca Hipp. 4. 28.

Domito dente frena premunt leones. Ouid. 10. Metam. 104.

Duriores osse dentes sunt, quorum pars maxillæ, pars superiori ossi malarum hæret. Ex his quaterni primi quia secant, Tomici à Græcis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos utrinq; ferè maxillares quaterni sunt, præterquam in his in quibus ultimi, qui serò gigni solent, non increuerunt. Ex his priores singulis radicibus, maxillares utiq; binis, quidam etiam ternis quaternisue nituntur: ferèq; longior radix breuiorem dentem edit: rectiq; dẽtis recta etiam radix, curui flexa est: exq; eadem radice in pueris nouus dens subit, qui multo sæpius priorem expellit: interdum tamen suprà infraue eum se ostendit. Hæc Celsus, lib. 8. cap. 2.

Duplices dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.

De dentibus eboreis extat epigramma apud Mart. lib. 14. 96.

Eburnus dens, pro pectine eburno. Claud. 2. Paneg. 53.

Exerti dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 33.

Expolitus dens. Catul. epigr. 37. 5.

Feri dentes. Lucret. lib. 5. 196. de apris.

Fœtidi & carioſi dentes. Plin. lib. 32. cap. 7. 15.

Firmus dens. Silius lib. 10. 26.

Genuini dentes. Cic. 2. de Nat. deor. 202.

Ieiunis dentibus acer. Horat. 2. epist. 3. 6. de milite, quem lupo comparat.

Inmanes dentes. Claud. 3. Paneg. 70. de elephantis.

Indi dentes, id est, elephantini, ebur. Ouidius 8. Metam. 58. & 11. 34.

Indomiti sunt flammis dentes. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.

Intimi dẽtes, qui & genuini uocantur. Cic. 2. de Nat. deor. 201.

Inuicti sunt ignibus dentes. Plin. lib. 7. cap. 17. 3.

Lasso dente piger. Seneca in Thyeste, 8. 23. de leone.

Lati dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.

Liuidus dens. Horat. Epod. 5. 10.

Luridi

Liuidi dentes. Horat. 4. Carm. ode 13. 3.
Magnis insignia dentibus ora. Ouid. 8. Metam. 86.
Dente maledico carpere aliquem. Cic. pro Corn. Balbo, 47.
Dens maxillaris. Vide Maxilla. Plin. lib. 11. cap. 37. 39.
Mobiles dentes stabilit myrrha commanducata. Plinius libro 20. cap. 20. 3.
Mobiles dentes sistit succus colocynthidis cum aceto calefactus. Plin. lib. 20. cap. 3. 2.
Dens niger. Vide Dens scaber.
Nigro dente turpis. Horat. 2. Carm. ode 8. 1.
Nigrescentes dentes dentifricio ad colorem reducere. Plinius lib. 31. cap. 10. 11.
Niueus dens. Ouid. epist. 17. 4. Vide Nix.
Numerosus dens, id est, pecten. Ouid. de Nupt. Honorij, 21.
Obliquo dente timendus aper. Ouid. epist. 4. 21.
Plani dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 35.
Primores dentes septimo mense gignuntur. Plinius libro 7. cap. 16. 1.
Pullmos dentes iacere. Plin. lib. 8. cap. 44. 2. de asina.
Dentes putridi. Cic. in Pisonem, 1.
Rectus dens. Vide Duriores osse dentes sunt.
Ruricolæ dentes, dicuntur uomeres aratri. Lucan. lib. 7. 174.
Dens scaber, qua parte niger est, radendus est, illinendumq; rosæ flore contrito. Celsus lib. 7. cap. 12.
Scabri rubigine dentes. Ouid. 8. Metam. 162.
Serrati dentes, & pectinatim coeuntes. Plin. lib. 11. cap. 37. 33.
Sesquipedales dentes. Catul. epig. 92. 1.
Sicci dentes. Stat. 10. Thebaid. 10. de lupis esurientibus.
Solidi dentes, quibus opponuntur concaui. Plin. lib. 11. cap. 7.
Superiores dentes. Vide Dens mouet dolores.
Theoninus dens. Vide Theon.
Timendi dentes. Vide Acuere dentes.
Tomici dentes. Vide Duriores osse dentes sunt.
Triti dentes in querno stipite. Ouid. 8. Metam 74.
Vacui dentes dicuntur illius, qui non habet quod edat. Valer. 3. Argon. 119.
Viperei dentes. Ouid. 3. Metam. 21.
Vncis dentibus horrendus draco. Ouid. 7. Metam. 30.
Vulnificos acuit dentes aper. Senec. in Hipp. 3. 5.
Acuere dentes timendos. Horat. 3. Carm. ode 20. 2. De puella quam leenæ comparat. Intelligit autem dentes acuere, pro minari malum, aut auxilium. Vide Acuo.
Adurgendus dens digito. Vide Dens nascitur.
Afferre dentes in damnum. Vide Affero.
Amittuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 40. & 42.
Atteruntur dentes usu. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Dentibus auxiliatur succus radicis lapathi. Plinius lib. 20. cap. 21. 9.
Cadunt dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. 4, Vermium terrenorum cinis exesis dentibus coniectus, ex facili cadere eos cogit. Vide Cado.
Circumpurgare dentem. Vide Dens nascitur.
Circunradere dentem.
Comprehendit dentem forfex.
Concutere dentem.
Confringitur dens sub forfice. Vide Dens mouet dolores.
Inuiso carpere dente. Ouid. 3. de Pōto, eleg. 4. 15. Vide Carpo.
Cauantur dentes tabe pituitæ. Plin. lib. 7. cap. 16. 3.
Theonino dente circūrodi. Hor. 1. Epist. 19. 17. Vide Theon.
Circūscalpti dentes, dolore liberantur. Plin. lib. 20. cap. 5. 3.
Circumscarificare dentem. Plin. lib. 30. cap. 3. 3.
Citare dentem. Vide Dentem eximere.
Colluere dentes. Plin. lib. 21. cap. 31. 4.
Dentes conficiunt cibum. Cic. 2. de Nat. deor. 201.
Confirmat dentes inula à ieiunis commanducata. Plinius libro 20. cap. 5. 7.
Confirmantur dentes ossibus pernarum combustis. Plin. lib. 28. cap. 11. 17.
Dens corruptus, aut fractus. Celsus lib. 6. cap. 13.
Dentes crepuere retecti. Pers. Satyr. 4. 12.
Decidunt dentes anno septimo, alijq; sufficiuntur. Plin. lib. 7. cap. 16. 1. Et lib. 11. cap. 37. 40.
Denigrare dentes. Plin. lib. 32. cap. 7. 2.
Deficiunt multo primum in aliquibus dentes. Plinius libro 7. cap. 16. 3.
Defluunt dentes. Plin. lib. 7. cap. 16. 4.
Dentes digerunt cibum. Plin. lib. 11. cap. 37. 34.
Direxit ad inguina dentes. Ouid. 8. Metam. 81. de apro Calidonio, & Ancæo, qui cum ipso congrediebatur.
Dentes diuidunt escas morsu. Cic. 2. de Nat. deor. 201.
Dolet dens. Celsus lib. 6. cap. 9.
Edit breuiorem dentem longior radix. Vide Duriores osse, etc.
Eroduntur dentes. Plin. lib. 31. cap. 9. 4.
Erosi dentes, Plin. lib. 24. cap. 10. 7.
Eruere dentes. Plin. lib. 28. cap. 8. 8.
Euellitur dens. Vide Dens mouet dolores, & Dens nascitur.
Euellere dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. 7.
Exacuit dentes sus. Virg. 3. Georg. 50.
Excidit dens. Vide Dentem eximere, & Dens nascitur.
Excipere dentem forfice. Vide Dens mouet dolores.
Excussi dentes. Iuuen. Satyr. 16. 1.
Exesus dens. Celsus lib. 6. cap. 9.
Dentem eximere. Celsus lib. 6. cap. 9.
Dentes sine uexatione extrahit radius pastinacæ. Plinius libro 32. cap. 7. 12.
Casuros dentes extrahit amurca. Plin. lib. 23. cap. 3. ad finem.
Dentibus candorem facit origanum. Plin. lib. 20. cap. 17. 4.
Fatigare dentem in dente, est comprimendo dentes atterere. Ouid. 8. Metam. 167.
Figere dentes in aliquid. Ouid. 3. Metam. 17.
Findere dentem. Vide Dentem eximere.
Firmat dentes commanducata lapathi radix. Plinius libro 20. cap. 21. ad finem.
Fouere dentem. Celsus lib. 6. cap. 9.
Frangit dentes & extrahit cedria. Plin. lib. 24. cap. 5. 3.
Fricare dentes melle. Plin. lib. 30. cap. 4. 1.
Fuscat inertia dentes. Ouid. 3. de Arte, 40.
Gignuntur dentes. Plin. lib. 37. 39.
Hebetare dentem. Silius lib. 8. 99.
Dens hærens. Vide Dens mouet dolores, & Dentes labant.
Illidere dentes labellis. Lucret. lib. 4. 218.
Incidere ferro dentes. Ouid. 8. Metam. 50,

——ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes, & serræ repperit usum. De Perdice puero, quem dicit fuisse inuentorem serræ: quod tamen Dædalo adscribit Plinius, lib. 7. cap. 56. 8.

Increscunt dentes. Vide Duriores osse dentes sunt.
Infricare dentes cinere cornus ceruini. Plin. lib. 28. cap. 11. 15.
Irritare dentes. Celsus lib. 6. cap. 9.
Iuuat dentes integros illitus cinis uermium terrenorum. Plinius lib. 30. cap. 3. 4.
Dentes labant. Celsus lib. 7. cap. 12.
Cruento dente lacessitus, id est, conuitijs, & ignominiosis uerbis lacessitus. Horat. 2. epist. 1. 21.
Laniare dentibus aliquid. Virg. 3. Georg. 102.
Lauare dentes. Catul. 37. 3.
Limare dentes. Celsus lib. 6. cap. 12.
Dens limandus est, si sit acutior. Celsus lib. 6. cap. 12.

Digitized by Google

Liuent rubigine dentes. Ouid. 2. Metam. 156.
Sæuo dente mandere aliquid. Ouid. 15. Metam. 19.
Mederi dentibus. Plin. lib. 23. cap. 6. 11. Sic lib. 30. cap. 3. 2.
Inuido dente morderi. Horat. 4. Carm. ode 3. 4.
Dentes mouentur. Celsus lib. 7. cap. 12.
Dens mouet dolores. Celsus lib. 7. cap. 12.
Mutat homo dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 40.
Mutantur dentes homini. Plin. lib. 11. cap. 37. 39.
Dens nascitur. Celsus lib. 7. cap. 12. Plin. lib. 11. cap. 37. 39.
Nituntur dentes radicibus. Vide Duriores esse dentes sunt.
Nocet dentibus & gingiuis brassica. Plin. lib. 20. cap. 9. 11.
Oriuntur dentes. Corn. Celsus lib. 2. cap. 1.
Perfricare dentes. Ouid. 3. de Arte, 44.
Petere dente. Hoc est, inuadere, uel ferire. Hor. 2. Ser. Sat. 1. 11.
Præterere dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 40.
Prodest dentibus. Plin. lib. 20. cap. 9. 17.
Putrescunt dentes. Plin. lib. 31. cap. 9. 4.
Recrescunt dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 36.
Dentium remedium est, corticis platani in aceto decoctum. Plinius lib. 24. cap. 8. 2.
Dentibus remedio sunt, panacum radix, &c. Plinius libro 25. cap. 13. 19.
Reficere dentes. Celsus lib. 6. cap. 15.
Renascuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 40.
Rubescunt senecta dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. 41.
Rumpere dentes. Plin. lib. 25. cap. 13. 27.
Expulsi salierunt cuspide dentes. Stat. 9. Thebaid. 27.
Dentes sanat radix anemone commanducata. Plinius libro 22. cap. 23. 3.
Scalpere dentes penna uulturis. Plin. lib. 30. cap. 4. 1.
Scarificare dentes. Plin. lib. 28. cap. 11. 16.
Seruare dentem, &c.
Soluere dentem. Vide Dentem eximere.
Stridere dentibus. Celsus lib. 2. cap. 6.
Triplici stant ordine dentes. Ouidius 3. Metam. 7. de serpente Cadmæo.
Subit dens. Vide Duriores esse dentes sunt.
Superbo dente tangere cibum, est fastidire cibum. Horatius 2. Sermon. Satyr. 6. 18.
Candorem trahunt dentes quodam medicamine. Plinius lib. 7. cap. 16. 3.
Vincienda sunt dentes auro. Vide Dentes labant.
Dens, Omne id quo aliquid teneri uel extrahi potest, solet appellari. Virg. 6. Aeneid. 1,

— tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.

Dens aratri. Colum. lib. 2. cap. 4. 5.
Curuus dens. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 9. 3.
Durus dens uomeris. Virgil. 1. Georg. 53. Dens, id est, acumen. Seruius.
Vncus dens. Virg. 2. Georg. 85.
Dentem Saturni, pro falce posuit Virg. lib. 2. Georg. 82.
¶ Dentio, dentis (ὀδοντοφυῶ, ὀδοντιάζω) dentire, Verbum neutrum, Emittere dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. 4, Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. Et libro 21. cap. 20. 4.
Dentire dentes dicuntur à Plauto, quum inuicem atteruntur et concutiuntur fame. In Milit. 3. 34.
¶ Dentitio, Verbale (ὀδοντοφυία) Dentium emissio. Plinius lib. 28. cap. 19. 11, Infantibus nihil butyro utilius per se & cum melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris ulcera. Idem lib. 30. cap. 15, Ad dentitionem cerebrum pecoris utilissimum est. Ibidem 3.
¶ Dentatus, pen. prod. (ὀδοντωμάτος) Adiectiuum, Qui habet dentes. Martial. lib. 1. 68,

Sic dentata sibi uidetur Aegle,
Emptis ossibus, Indicoq; cornu.

Dentatum dictum fuisse M. Curium, scribit Plin. lib. 7. cap. 16. 2. quòd cum dentibus natus fuerit.
Malè dentata puella, Ouid. 1. de Remed. amor. 68.
Dentatus, Qui magnos habet dentes. Plaut. Pseud. 17. 3, Non ego te ad illum duco dentatum uirum.
Dentata charta res agetur. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 16. 6. Hoc est, Nihil erit quod morsu nocet.
¶ Denticulatus) pen. prod. Adiectiuum (ὀδοντωτὸς) In formâ dentium factus. Plin. lib. 9. cap. 31. 2, Præterea bina brachia denticulatis forcipibus.
Denticulatæ asperitatis uenter terrestribus quibusdam animalibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 70.
Denticulatæ falces. Colum. lib. 2. cap. 21. 2.
Denticulatum olus. Plin. lib. 26. cap. 15, 12.
¶ Dentale] dentalis, penult. prod. neut. gen. (γόμφος) Ligni id quod uomer includitur, inquit Seruius: quod & dens à Varrone dicitur. Virg. 1. Georg. 35,

Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.

Vomer & dentale Colum. lib. 2. cap. 2. 20, Censet exiguis nouemeribus & dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bubus administrari id possit.
¶ Dentarpagas, quas Græci (ὀδοντόγρας) uocant, Latinè uoluit appellari Varro Quinquatribus, Hic bipensile forcipe dentarpage. Nonius.
¶ Dentifricium (ὀδοντότριμμα) Medicamentum quo dentes fricantur, ut fiant candidi. Plin. lib. 28. cap. 11. 15. de talo bubulo, Eiusdem cinis cum myrrha dentifricium est. De dentifricio extat epigramma apud Martialem, lib. 14. 61.
¶ Dentiscalpium (ὀδοντοξέστης, ὀδοντογλυφεῖον) Quo dentes scalpuntur & mundantur, de quo est epigramma apud Martialem, lib. 14. 22. Idem lib. 7. 62,

Bissenos triplices, & dentiscalpia septem.

¶ Dentifrangibulum, pen. corr. (ὀδοντοπλάσμα) Quo dentes franguntur. Plaut. Bacchid. 13. 14, Ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.
¶ Dentifrangibulus, masc. gen. Plaut. Bacchid. 13. 23, Vale dentifrangibule. P. I. & tu integumentum uale.
¶ Dentiloquus, dentiloqui, penult. corrept. (ὀδοντολόγος) Plaut. Capt. 13. 28, Dentiloquos omnes mortales faciam, quenque offendero. Id est, Dentes loquentes faciam, hoc est, ex ore emittentes, uerborum loco: quia illis adeò dentes concutiam, ut suis sedibus electos expuant. Aliqui codices habent dentilegos, id est, dentes legentes: ut sacrilegos, sacra legentes.
Densele tę] Thraciæ populi, qui dextro latere amnem Strymonem accolunt, Medis finitimi, authore Plinio, libro 4. cap. 11.
Denseleti] Macedoniæ populi Cic. in Pison.
Densus] Adiectiuum (ἀδρός, πλατὺς, πυκνὸς, συχνὸς) Spissus, à dente quidam deducunt, quasi dentibus coactus: sed hæc definitio paucis probatur. Plinius lib. 10. cap. 69. 1, Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atq; surdo naturæ elemento.
Densum & Rarum, contraria. Virg. 2. Georg. 46,

Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo. Sub. terræ.

Aer densus. Horat. 2. Carm. ode 7. 3.
Agmen densum agere. Virg. 6. Aeneid. 106.
Amores densi, id est, crebri. Virg. 4. Georg. 70. Seruius.
Amplexus densi. Valer. 4. Argonaut. 65.
Densus Aquilo dicitur, quòd nubes condenset. Virgilius 3. Georgicorum, 39.

Armis

Digitized by Google

Armis denſis circunfundi. Virg. 2. Aeneid. 77.
Armis denſis incurrere. Virg. 2. Aeneid. 82.
Aſperitas denſa frigoris. Ouid. 3. Faſt. 18.
Auſtris denſis nigerrimus imber. Virg. 5. Aeneid. 138.
Buxum denſum ſolijs. Ouid. 3. de Arte amand. 138.
Caligo denſa. Virg. 12. Aeneid. 94.
Caput denſum cæſarie. Ouid. 3. Amorum, eleg. 1. 7.
Chaos denſum. Senec. Herc. fur. 10. 7.
Cohortes denſæ. Claud. 7. Paneg. 18.
Corpora denſiſſima duris ſetis. Ouidius 13. Metamorph. 181. de Polyphemo.
Ficus denſiſſima pomis. Ouid. 2. Faſt. 51.
Folia denſa. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.
Fremitu denſo circunſtare aliquem. Virg. 4. Georg. 44.
Frondes denſæ. Virg. eclog. 9. 12.
Frutices denſi. Ouid. 1. Metam. 25.
Funale denſum lampadibus. Ouid. 12. Metam. 50.
Hoſtis denſiſſimus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 4.
In hoſtes denſos fertur. Virg. 2. Aeneid. 102.
Ictibus denſis pulſare aliquem. Virg. 5. Aeneid. 91.
Imber denſiſſimus. Virg. 1. Georg. 67.
Iuba denſa. Virg. 3. Georg. 18.
Labor denſus, id eſt, perpetuus, continuus. Valerius 5. Argonauticôn, 34.
Lacus denſus nube. Claud. de Aponi balneis, 7.
Loca denſa nemoris. Senec. Hipp. 4. 30.
Loca ſylueſtribus ſepibus denſa. Cic. 1. de Nat. deor. 163.
Lucus denſus iuncis. Ouid. 6. Faſt. 83.
Luna denſa imbribus. Valer. 2. Argonaut. 74.
Malorum denſorum turba. Ouid. 5. Triſt. eleg. 7. 9.
Acie denſi milites. Virg. 10. Aeneid. 35,
Mille rapit denſos acie. Rapit, *id eſt, raptim ducit mille denſos acie: hoc eſt, in acie conſtrictos & coniunctos.* Seruius.
Nebula denſa. Liu. 6. bel. Pun. 92. Ouid. 11. Metam. 115.
Nemus denſum arboribus. Ouid. 14. Metam. 72.
Nimbi denſi. Ouid. 1. Metam. 55.
Nox denſiſſima. Ouid. 15. Metam. 17.
Nubes denſæ. Ouid. 11. Metam.
Nubila denſa. Virg. 6. Aeneid. 119.
Pecudes denſæ. Stat. 5. Thebaid. 70.
Pericula denſa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7. 3.
Pingue denſum. Virg. 3. Georg. 25, *Pingue ſubſtantiuum eſt.*
Plagis denſis extricata cerua. Horat. 3. Carm. ode 5. 7.
Sentes denſi. Virg. 9. Aeneid. 80.
Series denſior geſtorum. Claud. 1. Paneg. 28.
Soboles denſior. Virg. 3. Georg.
Sues denſæ, Quæ denſas ſetas habent. Colum. lib. 1. *in Præf.* 1. 21, Nec eundem glabræ ſues, denſæq; cæli ſtatum, nec eandē educationem, cultumue quærunt. Sic lib. 7. cap. 9. 2.
Sylua denſa & aſpera. Cic. ad Att. lib. 12. 241. 5. Sic denſiſſimæ ſepes. Cæſar 2. bel. Gal. 308. Et lib. 3. 460.
Tela denſiſſima. Virg. 9. Aeneid. 119.
Tellus denſior aere. Ouid. 1, Metam. 6.
Tenebræ denſæ. Silius lib. 12. 131.
Denſa & glutinoſa terra in Aſia & Myſia. Columel. libro 1. *in Præfat.*
Denſis terroribus aulam Fama quatit. Claudian. 2. *in Eutrop.* 93.
Frabibus denſis umbroſa templa. Ouid. 11. Metam. 73.
Turba denſa. Senec. Herc. Fur. 9. 43.
Vmbra denſa. Virg. 1. Georg. 69. *Quia (inquit Seruius) arbores tunc incipiunt frondeſcere.* Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 13.
Vortices denſi. Ouid. 6. Faſt. 101.

Conuictor, denſoq; domeſticus uſu. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 3.
Vulgus denſum humeris, id eſt, arctè conſtrictum, & coactum ob magnam frequentiam. Horat. 2. Carm. ode 13. 7.

¶ *Denſo, denſas* (πυκνόω, κατατυκνόω, πυκάζω) *denſare, Spiſſum facere.* Virg. 1. Georg.

—— *& Iupiter humidus auſtris*
Denſat, erant quæ rata modò, & quæ denſa relaxat.

Aer denſatus & laxatus. Quintilianus libro 5. cap. 9. 10. *ex* Virgil. 1. 1. Georg.
Denſatus agger. Liu. 10. *ab* Vrbe, 20.
Cateruas denſare. Virg. 12. Aeneid. 53.
Denſatum lutum. Cato cap. 40. 3.
Capillum defluentem confirmare & denſare. Plinius libro 25. cap. 11. 1.
Denſati ordines. Liu. 10. bel. Pun. 162.
Denſatis excipere ſcutis. Liu. 8. bel. Pun. 7.
Tenebræ denſantur nocte. Virg. 1. Georg. 50.

¶ *Denſatior, & hoc denſatius.* Macrob. lib. 7. Saturn. Faciliora enim ad coeundum uidentur, quæ læuigatiora denſatioraq; ſunt.

¶ *Denſeo, denſes* (πυκνῶμαι) *denſere,* Idem. Virg. 7. Aen. 154,

—— *totis*
Agmina denſentur campis. Vbi Seruius, Denſeo, denſes dicimus, aliter non. Plin. lib. 20. cap. 14. 3, Ipſa aceſcere, aut coire, denſeriq; lac non patitur. De menta loquitur.

¶ *Denſatio,* Verbale (πύκνωσις) Plin. lib. 31. cap. 7. 8, Prima denſatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

Denſitas, penult. corrept. denſitatis (πυκνότης) Plinius libro 11. cap. 3. 2, Quanuis arcente ſpiritum denſitate & altitudine humoris.

Coire in denſitatem. Vide Coeo.

¶ *Denſe, aduerbium* (πυκνῶς) Plin. lib. 16. cap. 37. 1. de ſalice loquens, Cæſæq; denſius innumero hærede proſint. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 3,

Nulla tamen ſubeunt mihi tempora denſius iſtis.

Dentale, Dentatus, Denticulatus] *&c.* Vide Dens.

Dentatus] *cognomen fuit* M. Curij, *ut ſcribit* Plin. lib. 7. capite 16, *quòd cum dentibus natus fuerit. Hic conſul fuit cum* P. Cornelio, *anno* CDLXIII. *ut author eſt* Caßiodorus & Eutropius, lib. 12. Bellum Samniticum geßit, & de Samnitibus, Sabinis & Lucanis triumphauit, *ut author eſt* Florus, lib. 1. cap. 15. Hic contra Pyrrhum miſſus cum eo pugnauit, & exercitum eius cecidit, ipſum Tarento fugauit, & de eo triumphauit. Florus lib. 1. cap. 18.

Dentex] *icis,* A' quibuſdam appellatur piſcis, qui à Græcis συνόδους dicitur, in cuius cerebro inuenitur gemma, quæ Synodontides uocatur, teſte Plin. lib. 37. cap. 10. Naturam eius uide apud Aelianum, lib. 11. cap. 40.

Denubo] *denubis, penult. prod. denupſi, denuptum* (γαμέω, συνοικέω) *denubere,* Coniungi matrimonio. Apuleius in oratione ſecunda Apollinis, At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri denuptam falſa ſpe inductus, filioq; eius Pontano author aſſentiendi fuiſti. Columel. lib. 10. 16,

Semina depoſitis cupient denubere plantis. Alij codices habent, ſe nubere.

Denubere in familiam alicuius filia dicitur. Tacitus libro 5. Suetonius in Nerone, cap. 29, Cui etiam ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit.

Denudo] *denudas: pen. prod.* (ἀπογυμνόω) *denudare,* Idem quod Nudare. Plin. 11. cap. 22. 2, Vt denudet fœminas ueſtis bombycina. Varro 1. de re Ruſt. cap. 41. 2, Et eum ſic exacuendum, ut non denudes medullam.

Artus denudare, eſt carnem ab artubus auferre. Senec. Thyeſte, 8. 29.

Digitized by Google

Denudari à pectore. Cic. 7. Verr. 27.

Denudatis crudelissimè ciuibus. Lentulus Senatui, libro duodecimo, 15. 2.

Spoliare atque denudare scientiam iuris ciuilis ornatu. Cicer. 1. de Orator. 121.

Denumero] as, Vide Dinumero.

Denuntio] denuntias (παραγγέλλω) denuntiare, Futurum aliquid nuntiare. Cic. de Senect. 17, Aut Senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio.

Denuntiare antè. Cic. 1. Verr. 14, Huic ego homini iam antè denuntio, si à me causam hanc uos agi uolueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam.

Denuntio, antè prædico. Cicer. 6. Philipp. 207, Testificor, denuntio, antè prædico, nihil M. Antonium eorum quæ sunt legatis mandata, facturum.

Denuntiare palàm & prædicare. Cic. pro Milone, 38.

Denuntiare periculum, aut pestem. Cic. ad Atticum, lib. 2. cap. 35. 2. Et pro Milone, 1. Plin. lib. 13. cap. 22. 1. Sic, Denuntiare terrores, Cic. ad Attic. lib. 2. 38. 3. Et 14. Philipp. 389, Omnibus, quanquam ruit ipse suis cladibus, pestem, uastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat.

Sol cæruleus pluuiam denuntiat. Virg. 1. Georg. 90.

Horam nigram denũtiat Persephone, Id est, tempus adest mortis. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 1.

Iras tristes denuntiare. Virg. 3. Aeneid. 73.

Necessitatem ultimam denuntiat. Tacit. lib. 15.

Armorum denuntiationem eleganter dixit Liu. 5. Decad. lib. 5. 10. pro belli denuntiatione.

Monente te & denuntiante. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 3.

Denuntiare alicui, quod uulgus corruptè Facere scire, dicit, Latinè aliàs, significare dicitur. Cicer. 1. Tuscul. 192, Nos uerò si quid tale acciderit, ut à Deo denuntiatum uideatur ut exeamus è uita, læti, & gratias agentes pareamus. Idem pro Cecinna, 14.

Domum denuntiare. Cic. pro Quintio, 31, An quum Romæ domus eius, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem?

Denuntiauit ut adesset. Cic. 7. Verr. 8.

De re aliqua denuntiare. Cic. pro Cecinna, 68.

In iudicium denuntiare. Cic. pro Rosc. Comœd. 15.

Denuntiare & indicere bellum. Cic. 1. Off. 54.

Cædem denuntiare alicui. Propertius libro quarto, elegia, 3. 13.

Denuntiare alicui dimicationem. Cic. pro Domo sua, 44.

Iudicium alicui denuntiare. Cic. pro Sestio, 32.

Denuntiare testimoniam. Vlpianus, tit. de concussionibus, Qui ue ob denuntiandum, uel ob non denuntiandum testimonium, pecuniam acceperint. Cicero in Prætura urbana, Non putasti me tuis familiarissimis testimonia denuntiaturum, qui tuæ domi sæpe fuissent, ex quibus quærerem, signáne scirent quæ non essent? Testimonium denuntiare Ciceroni non est testificari, ut uulgò existimatur: sed est homini diem dicere ferendo testimonio: hoc est, ad iudicium euocare ferendi gratia testimonij. Fabius lib. 5. cap. 7, Duo sunt (inquit) genera testium: aut uoluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudicijs lege denuntiare solet. quorum altero utraque pars utitur: alterum accusatoribus tantum cõcessum est. Ex hoc intelligo, in publicis tantummodo iudicijs licuisse denũtiari testimonium: hoc est, inuitum euocari ad remotum longinquumq; tribunal. Hæc Budæus.

¶ Denuntians, antis, Participium (παραγγέλλων) Cic. 4. Fam. ad Sulpitium, Neq; id solum mea sponte, sed multò etiam magis monente & denuntiante te.

¶ Denuntiatus, Particip. (παραγγελθείς) Cic. 1. Offic. Nullum bellum esse iustum, nisi quod denuntiatum antè sit, & indictum.

¶ Denuntiatio, Verbale (παραγγελία) Prædictio.

Significatio, & quasi denuntiatio calamitatum. Cicero de Diuinat. 80.

Denuntiatio, Minæ. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 8, Denuntiationem illam Memmij ualde Cæsari displicere. Liu. 8. bel. Maced. 57, Hac denuntiatione conterritus, &c.

Denuntiatio & minæ. Plinius ad Priscum, lib. 6, Quanquam quid denuntiationibus & quasi minis agor?

Belli denuntiatio. Cic. 6. Philipp. 206.

Denuntiatio testimonij à iudicibus, uel ab accusatore fiebat: ut planum fit ex sequentibus Plinij uerbis, lib. 6. epistol. Licinius (inquit) petendum censuit à Consulibus, ut referrent sub exemplo legis ambitus de lege Repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adijci, ut sicut accusatoribus inquirendi, testibusq; denuntiandi potestas ex ea lege esset, ita reus quoq; fieret. Cicer. pro Flacco, Adiunxit ille, ut eos qui domo exire nolebant, testimonij denuntiatione terreret: qui domi stare non poterant, largo & liberali uiatico commoueret. Budæus.

Denuo] aduerbium (ἐξ ὑπαρχῆς) id est, rursus, deintegro, inquit Valla. Liu. 10. ab Vrbe, 152, Fabium in Hetruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit. Cic. 4. Verr. 3. 25, Recita denuo.

Etiam denuo? Plaut. Amph. 4. 240.

Denuo ædificare ædes. Plaut. Mostel. 3. 24.

Deni] denæ, dena (δίνα) Numerus distributiuus, pro Decem. Plin. lib. 10. cap. 63. 8, Viuunt Laconici annis denis. Cic. 4. Veru. 85, Pueri annorum senûm, septenumq; denûm.

Bis dena, uigimi. Plin. lib. 2. cap. 7. 12.

Ter denæ naues. Virgil. 10. Aeneid. 42. Id est, triginta: pro Ter decem.

Deni, duodeniq; homines. Cæsar 5. bel. Gal. 57.

Deni creabantur. Cic. 3. de Leg. 35.

Deo] Δηὼ, Ceres inter alia cognomina à Græcis appellatur. Hinc Deois patronymicum, filia Deus, quæ est Proserpina. Ouid. 6. Metam. 23.

Deocco] deoccas (βωλοκοπέω) deoccare, Idem quod occare. Plin. lib. 18. cap. 15. 1, Vicia non sarritur, nõ stercoratur, nec aliud quàm deoccatur.

Deois] Vide Deo.

Deonero] deoneras, penult. corrept. (ἀποφορτίζω) deonerare, Contrarium suo simplici, est onus deponere. Cicero 1. Verr. 24, Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traijcere cœperit? per translationem.

Deorare] pro perorare nonnulli usurparunt. Et Deoratum, pro Peroratum, ut testatur Festus.

Deorsum] aduerbium (κάτω) eius contrarium est Sursum. Plaut. Amph. 17. 56, Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo.

Directò dorsum ferri. Cic. 1. de Nat. deor. 94.

Deorsum cuncta feruntur pondera. Lucretius libro secundo 39.

Deorsum. Terent. Adelph. 4. 2. 35, Nostin' porticum apud macebum hanc deorsum?

Sursum deorsum cursitare. Terentius Eunuch. 2. 2. 47. Nescio (inquit Valla lib. 2.) an de Athenis hoc dictum sit, quia bus portus in imo, urbs uerò editiori loco sita est, forte sic loqui deceat, per sursum deorsumq; si de fortunæ mutabilitate dicatur, quæ nunc tollit, nunc deprimit. Hic uerò modus loquendi à Græcis sumptus uidetur. plerunq; enim apud Demosthenem reperitur forma prouerbiali dictum, κάτω κύκ

Digitized by Google

ἄνω νὴ κάτω, hoc est, sursum & deorsum.

Sursum deorsum, ultro citroq; commeare. Cicer. 2. de Natura deorum, 120.

Deorsum uersum, uel deorsum uersus, Versus inferiorem locum. Terent. Adelph. 4. 2. 37, Cliuus deorsum uersum est, hac te præcipitato. Paulus de grad. affin. l. Iurisconsultus, Sursum uersum uel deorsum uersum tendens. Cato cap. 156. 3, Postea ubi deorsum uersus ibit.

Deorsum trisyllabum interdum ponunt poetæ, ut Lucret. libro 2. 41,

Quin uacuum per inane deorsum cuncta ferantur.

Interdum dissyllabum, contractis e & o: ut idem eodem libro 44,

Corpora quum deorsum rectum per inane feruntur.

Deosculor] penultima correpta, deoscularis (καταφιλέω) deosculari, Idem quod Osculari, uel uehementer & arctè osculari. Martialis libro 8. 75, Hos amplectitur, hos deosculatur.

Depaciscor] depacisceris, depactus sum (συντίθεμαι) depacisci, Idem quod Pacisci. Quidam Depecisci scribunt.

Depacisci cum hoste. Cic. 2. de Inuent. 172, Quidam imperator quum ab hostibus circũsideretur, neq; effugere ullo modo posset, depactus est cum eo, ut arma & impedimenta relinqueret, milites educeret.

Depacisci partem suam cum aliquo. Cicer. pro Rosc. Amer. 65: Ibidem 68, Non paulum nescio quid in rem suam conuertit, sed hunc funditus euertit bonis: ipse tria prædia sibi depactus est, uoluntatem Decurionum ac Municipum omnium tantidem quanti fidem suam fecit.

Depacisci morte. Terent. Phorm. 1. 3. 14. Vbi Donatus, Depacisci, pactione transigere.

Depacisci honestissimo periculo. Cic. ad Attic. lib. 9. 17 5. 4, Video tibi illud placere, me πολίτευμα de pace suscipere: in quo non extimesco periculum, quum enim tot impendeant, cur non honestissimo depacisci uelim?

Depacisci ad conditiones alterius. Cic. 5. Verr. 49.

¶ Depactus, Participium à Depacisci, & depango. Vide Depango.

Depactus uitæ terminus. Lucret. lib. 2. 218.

¶ Depectus (συντιθεμένος) Participium à Depecisci. Vlpianus in l. & generaliter. §. 1. ff. de calumniatoribus, Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Quædam exemplaria legunt Depactus.

Depalmo] depalmas (βραχίζω) depalmare, Palma percutere. Gellius, Quencunq; depalmauerat, numerari statim secundam XII. tab. uiginti & quinq; asses iubebat.

Depango] depangis, depanxi, & depegi, depactum (κατα πήγνυμι) depangere, Plantare, defigere, in terram ponere. Plin. lib. 16. cap. 26. 6, Sed in hoc quoq; prouidens natura facilè nascenti & depacto surculo incuriosus semen dedit. Colum. lib. 3. cap. 16. 1, Quumq; sat erit medio spacio quod uacat inter uites per imam lineam depangere.

¶ Depactus, à Depango, Idem quòd defixus: ut, Depactus uitæ terminus. Lucret. lib. 2. Id est, fixa uitæ meta.

Depacta in terram non extrahuntur. Plin. lib. 2. cap. 96. 3.

Deparcus] Adiectiuum (φειδωλὸς) pro immodicè parco. Sueton. in Nerone, cap. 30, Sordidos putabat esse ac deparcos, quibus impensarum ratio constaret.

Depasco] depascis, depaui, depastum (νέμω) depascere, Pascendo absumere. Columel. lib. 7. cap. 5. 17, Si hœdi rosidas herbas depauerint. Plin. lib. 8. cap. 25. 7.

Agros depasci à pecore. Cic. 2. de Orat. 157.

Depascere, aliter. Columel. libro 2. capite 11, 7, Et si depascere sæpius uoles, usque in mensem Malum sufficit. Potest sic interpretari, Si uis boues depascere, uel si uis ut boues ea depascant pabula.

Depascere possessionem alienam, per translationem. Cic. 1. de Legib. 83, Depasci ueterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus.

Stylo depascere luxuriem orationis. Cic. 2. de Orat. 54.

¶ Depascor, deponens (βόσκω, νέμομαι) ut, Beluæ depascuntur fata. Plin. lib. 9. cap. 3. 3. Et lib. 11. cap. 19. 1, Nam & papilio ceras depascitur.

Febris depascitur artus. Virg. 3. Georg. 91.

Syluas depascitur quadrupes. Tibull. libro 4. ad Mecœnat. 26.

Libare & depasci. Lucret. lib. 3. 3.

¶ Depastus, Participium (νεμηθείς) ut, Depasta arbor. Plin. lib. 17. cap. 24. 13, Depastam arborem turpi facie relinquunt. Quo in loco passiuè accipitur.

Frondes depastus amaras sonipes. Claudianus 4. Panegyr. 48. Vbi actiuè sumitur.

Sepes depasta florem. Virgil. eclog. 1. 11. Hypallage est, inquit Seruius, pro florem depastum habens. Depasta igitur hoc loco passiuum est, unde crediderim uerbum commune esse, non deponens. Sic idem lib. 6. Aen. 19,

Libauiq; dapes, rursusq; innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.

¶ Depastio, Verbale (βόσκη) Plin. lib. 17. cap. 24. 20, Similem rationem & depastio animalium habet.

Depaupero] depauperas, pen. corr. (πενητοποιέω) depauperare, Pauperem facere, consumere. Varro, Prius quam dominum depauperasset sumptu suo.

Depecisor, Depectus] Vide Depacisor.

Depecto] depectis, depexui, depexum (κτενίζω) depectere, Idem quod Pectere. Colum. lib. 10. 19, Punica depexa coma, sed lactea crure est.

Crines depectere. Ouid. 6. Fast. 46.

Depectere frondium caniciem. Plin. lib. 6. cap. 17. 5. Et lib. 12. cap. 14. 7, Quod in arbore hæsit ferro depectitur.

¶ Depexus (κτενισθείς) Participium: ut, Iubæ depexæ. Ouid. de Arte, lib. 1. 124. de equis.

Depexi crinibus Indi. Ouid. 3. Fast. 95.

Depexum aliquem reddere, per translationem, pro Inuolare in capillum, & percutere. Terent. Heaut. 5. 1. 78. Nonius, depexum, laceratum interpretatur. Perottus hoc loco Depessum legit, à Pando uel à Patior, id est, laceratum. Quòd si Depexum legamus, inquit, significabit cultum, & pexæ uestes indutum: dictumq; erit à contrario sensu.

Depeculasso] depeculasses, depeculassere, pro Depeculari, obsoletum uerbum. Lucil. lib. 26, Depeculassere aliqua sperans me, ac deargentassere, decaluticare, eburno speculo depeculassere. Nonius.

Depeculor] pen. prod. depecularis, depeculatus sum, depeculari (πλέπω τὰ δημόσια, ἀποσυλέω) A peculio deductum uerbum, significat propriè ea quæ ad Rempublicam, siue principem, siue sacra pertinent, furari. Cic. 3. de Finib. 71, Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes uiolare, fana depeculari, &c. Idem 6. Verr. 32, Apollonium Niconis filium Drepanitanum, qui nunc A. Clodius uocatur, omni argento optimè facto spoliasti ac depeculatus es. Hic de furto priuatæ rei dixit. Idem 2. Verro 7, Depeculatus est fana.

Depeculari laudem alicuius. Cic. 6. Verr. 70.

¶ Depeculator (πλέπτης) Verbale, huiusmodi fur. Cicero 2. Verr. 2.

Depeculator erarij. Cic. in Pisonem, 77.

Digitized by Google

¶ Depeculatus, à pecore dicitur: qui enim populum fraudat, peculatus pœna tenetur. Festus.

Depello] depellis, depuli, pen. corr. depulsum (ἀπελαύνω, ἀποθέω) depellere, Abigere, prohibere.

Dimoueri, depelli, & deduci de loco. Cic. pro Cecin. 35.

Depellere & deijcere. Cic. 3. in Catil. 63.

Depellere loco. Cic. pro Cecin. 15.

Deducere & depellere de loco. Cic. pro Cecin. 35.

Depellere aliquem manu. Cic. 3. Offic. 55.

Depellere à se nefarios. Cic. 3. de legib. 30.

Aliud ab alio depelli. Cic. de Fato, 35.

Vi, ferro, periculis, urbe, omnibusq; patriæ præsidijs depellere aliquem. Cic. de Arusp. resp. 54.

Depellere & Restituere, contraria. Cic. pro Cecin. 64.

Depellere aliquem ad calamitatem. Cicero Antequam iret in exilium, 8.

Falsas auditiones depellere. Tacit. lib. 4.

Cibum depellere de pectore, Idem est ferè quod digerere. Cic. 2. de Diuin. 84.

Depellere ac dissipare copias. Cic. pro Domo sua, 13.

Curas depellere uino. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 8.

Cursu recto depellere aliquem. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 16.

Dedecus patriæ depellere. Sil. lib. 1. 22.

Dolorem depellere. Cic. 1. de Fin. 52.

Depellere exercitus. Tacit. lib. 2.

Famem cibo & potione depellere. Cic. 1. de Fin. 58.

Frigus famemq; depellere. Hor. 1. Serm. Satyr. 2. 2.

Tecta sua defendere, & ab aris, focisq; ferrum flammamq; depellere. Cic. pro Sest. 87.

Ad depellendos hostes iaculum quærit. Claudianus de bell. Gigant. 21.

Ictum alicui depellere, Est auertere ictum ab aliquo illatum alicui. Valer. lib. 6. Argon. 131.

Causam depellere lethi. Ouid. epist. 20. 35.

Molem mali à ceruicibus aliquorum depellere. Cicero 3. in Catil. 62.

Molestias omnes ratio depellit. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 1.

Morbum depellere. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 7.

Morbos depulsurus Epidaurius. Claud. 3. Paneg. 35.

Mortem opinione mortis depellere. Cic. pro Sest. 68.

Nubila cælo depellere. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 11.

Periculum à se depellere. Cic. pro Cluent. 12.

Pestem depellere. Virg. lib. 9. 24.

Ex potestate depellere. Cic. de lege Agrar. 37, Vt ex omni custodia uestræ libertatis, ex omni potestate, curatione, patrocinio uestrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur?

Sententia depellere. Cic. 2. Tusc. 23.

De uetere, diuturnaq; sententia, maleuolentissimis obtrectationibus aliquorum depelli. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 23.

De susceptacausa propositaq; sententia, nullam contumeliam, nullam uim, nullum periculum posse aliquem depellere, magni cuiusdam animi est. Cic. pro Ligar. 16.

Spe, & de spe depellere. Liu. 1. bell. Macedon. 98. Cicero in Catil. 35.

Suspicionem à se depellere. Cic. 12. Phil. 322. Item, Depellere criminationes. Cic. de Amic. 59. ubi legitur & Repellere.

Tela depellere. Cic. pro Quintio, 4.

Terrores depellere à capite alicuius. Cic. pro Fonteio, 29.

Tribunatu depelli. Cic. 3. de Orat. 7.

Turpitudinem nefariam uoluntaria morte depellere. Cicer. de Prouinc. Cons. 5.

Verbera depellere, & deijcere cruciatum à ciuitate. Cicer. 7. Verr. 126.

Recta uia depelli. Quint. lib. 2. cap. 17. 18.

Vim, scelus, furorem malorum, suo corpore opposito à bonorum omnium ceruicibus depellere. Cicer. pro Domo sua, 50. De seipso.

Depellere aquam de agro per hyemem. Cato cap. 155.

Depellere agnum à matre, pro Ablactare. Varro 2. de re Rust. cap. 2. 14, Quum depulsi sunt à matribus agni, adhibenda diligentia ne desiderio seneſcant.

Depellere lacte, uel à lacte. Idem Tranquillus, Infantes firmiores nec dum tamen lacte depulsos. Virg. 7. eclog. 3.

Ab ubere matris depulsus equus. Virg. 3. Georg. 37.

Depellere fœtus teneros simpliciter, pro A' lacte remouere. Virg. eclog. 1. 4. Idem eclog. 3. 16,

—— depulsis arbutus hœdis.

¶ Depulso, depulsas (ἀπωθοῦμαι) depulsare, Frequentatiuũ. Plaut. Stich. 5. 13, Cubitis depulsa de uia.

¶ Depultus (ἀπωθημένος) Participium antiquum, pro Depulsus, quomodo Pultare dicit Plaut. pro Pulsare. Author ad Heren. 157, Nam qui perduellionibus uenditat patriam, non satis supplicij dederit, si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

Depulsus & detrusus cibus in stomachum. Cicer. 2. de Natura deorum, 202.

¶ Depulsor (ἀπωθῶν) Verbale, Qui depellit. Cic. 2. Philipp. 48, Depulsor dominatus, quàm particeps esse maluit.

¶ Depulsio, depulsionis (ἀπώθησις) Cic. 4. Acad. 93, Omnium deinde inanium uisorum una depulsio est.

Doloris depulsio. Cic. 5. de Fin. 30.

Intentionis depulsio. Cic. 1. de Inuent. 19.

Luminum depulsio. Cic. de Vniuers. 62.

Depulsio mali. Cic. 2. de Fin. 68.

Seruitutis depulsio. Cic. 8. Philip. 242.

Depulsum] si, Ipse depellendi actus. Valer. Max. libro 1. capite 1, Portentorum depulsa, Hetrusca disciplina explicari uoluerunt.

Dependeo] dependes, dependi, dependsum (κατακρεμῶμαι) dependere, penult. product. Deorsum pendere. Colum. lib. 3. cap. 6. 2, Sed si per unum quenq; pampinum maior numerus uuarum dependet.

Dependent lychni laquearibus aureis. Virg. 1. Aeneid.

Dependent illi collo binæ uerriculæ. Colum. lib. 7. cap. 6. 2.

Dependent naribus eius. Mart. lib. 7. 94.

Fides dependet adueniente die. Hoc est, pendet de adueniente die. Id est, habendáne sit fides uerbis, an non, declarabit crastina dies. Ouid. 3. Fast. 72. De Numa Pompilio, qui in concione Romanis promittebat, Iouem sequenti die pignus imperij futuri daturum illis.

Dependo] dependis, dependi, dependsum (ἐκτίω, κατατίθημι, καταβάλλω) dependere, penult. corr. Soluere. Plinius lib. 33. cap. 3. 4, Libralis unde etiam libella dicitur, & dispondius appendebatur aßis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expensæ in rationibus dicuntur. Item impendis & dependere.

Dependere mercedem. Columella libro 5. cap. 1. 8, Pro quibus nulla merces dependitur. Apuleius lib. 8, Depenso precio, Id est, soluto.

Soluere, & dependere. Cic. ad Brutum, 18. 4, Est rei familiaris iactura tolerabilis Reipub. quòd spoponderis quemadmodum soluas, nisi is dependi facilè patitur, pro quo spoponderis? Idem ad Att. lib. 14. 314. 5.

Pro capite dependere. Senec. de Benef. lib. 2.

Dependere caput felicibus armis. Lucan. lib. 8. 21.

Dependere operam. Colum. lib. 4. cap. 22. 5, Nanq; aliter incassum dependitur opera.

Dependere pœnas. Cicer. in Catil. 82. Idem pro Sestio, 123.

Omnes

Digitized by Google

Omnes ferè Reipublicæ pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt.

Dependere tempus amori, id est, consumere tempus in amoribus. Lucan. lib. 10. 16.

Deperdo] deperdis, deperdidi, deperditum, pen. corr. (ἀποβάλλω) deperdere. Caius scribit deperdium dici, quod in natura rerum esse desiti. Cic. 5. Tusc. 58, Qui timebit ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit.

Deperdere sanguinem. Cic. de claris Orat. 155.

Deperdere folia dicuntur arbores. Plin. lib. 16. cap. 22. 1.

Sensum uitalem membratim deperdere. Lucret. lib. 3. 107.

Linguæ usum deperdere. Ouid. 5. Met. 113.

Deperdere aliquid de iure, uel de libertate ciuitatis. Cic. pro Cecin. 74. Idem 4. Verr. 52.

Deperdere de existimatione. Cic. pro Font. 16.

Deperdere honestatem. Cic. de Prouin. Consul 9.

¶ Deperditus, pen. cor. (ἀποβεβλημένος) Particip. ut, Lethoignatæ deperdita mater, id est, propter filiæ mortem pessimè affecta, ut & ipsam perijsse putes. Catul. in Argonautic. 24.

Amore alicuius deperdita mulier. Suetonius in Domitiano, capit. 3.

Depereo] deperis, pen cor. deperiui, uel deperij, deperitũ, pen. cor. (ἀπόλλυμαι, παραπόλλυμαι) deperire, Valde perire, inquit Festus.

Deperierunt naues, Idem quod perierunt. Cæsar 5. belli Gallici, 84.

Scheda ne qua depereat. Cic. ad Att. lib. 1. 15 9.

Decor lachrymis deperit. Ouid. epist. 22. 11.

Deperire, pro Mori. Cic. in Topicis, 8, Si cuius ususfructus legatus est, deperisset. De seruo loquitur.

Deperire aliquam (ὑπερφιλεῖν) pro Vehementer amare. Plautus Curcul. 2. 46, Ea me deperit, ego autem cum illa nolo facere mutuum.

Deperire aliquem amore. Plaut. Cistel. 3. 12.

Deperire amore sponsæ uel mulierculæ. Liu. 6. bel. Pun. 255. Et lib. 7. 85. Et bel. Maced. lib. 9.

Amore impotente deperire aliquem. Catul. ad libellum, 33. 3.

Deperit eum consilium. Plaut. Milit. 14. 34.

Deperit sapor. Plin. lib. 14. cap. 20. 4.

¶ Deperiturus, pen. prod. (ἀπολλυσόμενος) Partic. Ouid. 2. Amor. eleg. 14. 2,

Gens hominum uitio deperitura fuit.

Depesta] Vasa uinaria erant, quæ sacris Sabinis in deorum mensa collocari solebant. Depesta item, fœm. gen. poculi genus est apud Græcos. Vtriusque author est Varro, lib. 4. de Lingua Latina.

Depilis] & hoc depile, pen. cor. (ἄτριχος) Qui est sine pilis. Var. lib. 1, de uita Populi Romani, Quòd ludis Præsulis pueri essent glabri, ac depiles propter ætatem.

¶ Depilatus pen. prod. (ἐπιτετριχωμένος) Adiect. Qui nullos aut raros habet pilos, uel cui pili sunt detracti, apud Mart. lib. 9. epigram. 28. in Crestum,

Quum depilatos, Creste, colcos portes. Scazon est. Nonius, depilati, rarefacti. Lucilius, 29,

Nato quid actum est? depilati omnes sumus. Vide Senec. lib. 2. de tranquillitate uitæ.

Depingo] depingis, depinxi, depictũ (κατογράφω) depingere, Est perfectè pingere, aut etiam describere. Cic. 3. de Orat. 46, Pamphilumq; nescio quem sinamus in insulis tantam rem tanquam puriles delicias depingere.

Manus, obscœnas depinxit tabellas. Propert. lib. 2. eleg. 6. 6.

Depingere uerbis rem aliquam. Plaut. Pœnul. 16. 150. Cic. 2. de Finib. 110.

Depingere facta alicuius. Terent. Phorm. 2. 1. 38. Cic. pro Roscio Amerino, 45, Vitam alicuius depingere.

Depingere cogitatione. Cicero 4. Academ. 88. Idem 1. de Natura deorum, 57.

¶ Depictus, a, um (κατογραπτός) Quintilianus libro 6, Tabella depicta.

Deplango] deplangis, deplanxi, deplanctum (κατοικτίζω) deplangere, Idem quod Plangere, uel potius multum & uehementer plangere. Ouid. 4. Met. 110,

— Cadmeida palmis
Deplanxere domum, scisis cum ueste capillis. Ibidem 14. 116,

— & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

Deplano] as, pen. prod. (ἐξομαλόω) Complano, planum facio. Lactant. lib. 4, Ego antè ibo, & montes deplanabo.

Deplanto] deplantas (ἀποφυτεύω) deplantare, Notæ significationis. Plin. libro 17. cap. 16. 4, Quæ cortice nituntur tantùm, uel leui aura, ocyssimè deplantantur. Columel. libro 2. cap. 2. 22, Ne aut cornu bos ad supinum uehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumq; deplanet.

Depleo] deples, deplei, depletum, pen. prod. (ἐξαντλέω) deplere, Nota significationis. Col. lib. 12. cap. 50. 7, Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. Stat. 1. Achill 2,

Tu modo si ueteres digno depleuimus haustu,
Da fontes mihi Phœbe nouos.

Deplexus] Participium à uerbo Deplecto. Lucret. lib. 5,

Deplexæq; dabant in terram uoluere uinctos
Morsibus adfixæ ualidis, &c. Deplexæ, hoc est, deligatæ & solutæ. Lambinus.

Deploro] deloras, pen. prod. (ἀποκλαίω, ἀποδύρομαι) deplorare, Deflere.

Deplorare, pro Conqueri. Cic. de Senect. 7, Nostri ferè æquales deplorare solebant, tum quòd uoluptatibus, &c. Idem 1. Tuscul. 130, Sed quid necesse est, quantum id agam ne post mortem miseros nos putemus fore, uitam etiam efficere deplorando miseriorem?

Conqueri & deplorare. Cic. 7. Verr. 134, Si in aliqua desertissima solitudine ad saxa & ad scopulos hæc conqueri & deplorare uellem.

Deplorare & lamentari. Cic. 4. in Catil. 76.

Eloquentia, uel tacita pietate deplorare aliquid. Cicero pro Cluentio, 51.

Deplorare de aliquo, siue de re aliqua. Cic. 5. Verr. 37. Idem 4. Verr. 46.

Deplorare de suis miserijs apud patronos. Cic. 4. Verr. 7.

Copiosè dicere ac deplorare apud aliquẽ de miserijs aratorum. Cic. 5. Verr. 176.

Calamitates deplorare. Cic. 11. Philip. 292.

Dolentius deplorare. Cic. pro Sestio, 10.

Deplorantur, Passiuum. Cic. 2. de Orat. 116, Quæ de altero deplorantur, ad suas res reuocare.

¶ Deplorans, Particip. (κατοικτίζων) Cic. 5. Tusc. 162, Itaq; augurem Tirestam, quem sapientem fingunt poetæ, nunquã inducunt deplorantem cæcitatem suam.

¶ Deploratus, pen. prod. (κατοικτισμένος) Particip. siue nomen ex participio.

Deploratus, Cui ultimus luctus persolutus est. Liu. 4. ab Vrbe, 169, Ante omnia deplorati erant equites, non priuato magis, quàm publico luctu.

Deploratum dicitur, de quo conclamatum est, neq; ei aliquo remedio succurri potest: ut, Deplorata Resp. Plin. lib. 25. cap. 8. 7, Prodest, ut demonstrabimus suo loco, deploratis in phthisi. Idem lib. 22. cap. 25. 20.

Domus

Domus deplorata. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 2.
Res est deplorata, hoc est, desperata. Vulgus dicit, Nullum est remedium.
Deploratus à medicis. Plin. lib. 7. cap. 50. 1.
Vir deploratus. Ouid. 1. Trist. 3. 10.
Vota deplorata. Ouid. 1. Met. 55.
Vulnus deploratum. Claud. de bello Getico, 113.
¶ Deplorandus (ἀποκλαυτέος) Qui debet deplorari: ut, Deploranda calamitas. Cic. 1. Verr. 12.
¶ Deplorabundus, pro Deplorans. Plaut. Aulul. Homo ad prætorem uenit deplorabundus. Nonius.
Deplumis] & hoc deplume, pen. prod. (ἀπτέρος) Quod nullas aut raras habet plumas. Plin. lib. 10. cap. 24. 1, Inueniuntur ibi nudæ atq; deplumes. De hirundinibus.
Depluo] depluis, deplui, deplutum, pen. prod. depluere. Col. lib. 10. cap. 21,
Inq; sinus matris uiolento depluit imbre. Tibullus, lib. 2. eleg. 6. 7,
Multus ut in terras deplueret q; lapis.
Depolio] depolis, penult. corr. depolui, depolitum, penult. prod. (καταξέω) depolire, Perficere. Festus, Depolitum, perfectum: quia omnes perfectiones, antiqui politiones appellabant.
Depolire, Idem quod polire. Plin. lib. 36. cap. 25. 5. Si uerò cote depolitum est, nigri pauimenti usum obtinet.
¶ Depolitio, onis, Verbale. Varro, Quid mirum si ex agri depolitionibus eiiciuntur, hìc in cœnaculo polito recipiuntur? Antiquum. Nonius.
Depono] deponis, pen. prod. (κατατίθημι, ἀποτίθημι, παραπτίθεμαι) deposui, depositum, penult. correp. deponere, Deorsum ponere. Plautus Mostel. 6. 34, Ecce autem hic deposuit caput, & dormit.
Deponere malleolum in terram. Columel. lib. 3 cap. 10. 17, Comperimus eum malleolum, qui quatuor uuas tulerit, deputatum, & in terram depositum, à fœcunditate materna sic degenerare, ut, &c.
Deponere in gremio alicuius. Plin. lib. 15. cap. 30. 6.
Deponere semina sulco. Col. lib. 5. cap. 4. 2.
Deponere in syluas liberos, uxores, & sua omnia. Cæsar 4. bell. Gall. 531.
Deponere ædificationem, pro Cessare ab ædificando. Cic. Memmio, lib. 13. 1. 15.
Deponere amicitias, & suscipere inimicitias. Cicero de Amicitia, 66.
Amorem. Plinius lib. 31. cap 2. 15. Cic. de Amicitia, 33, Quòd summi puerorum amores sæpe unà cum prætexta toga deponerentur.
Animam. Propert. lib. 1. eleg 12. 4.
Arma. Plin. lib. 15. cap. 29. 2. Cæsar 3. bel. Ciuil. 272.
Bellum. Cic. de Leg. 56.
Caput deponere & recondere stratis. Ouid. 11. Met. 130.
Relinquere & deponere ciuitatem. Cic. pro Cecin. 73.
Cogitationem reparandæ classis. Hirt. lib. 4. bel. Alex. 45.
Comam deponere. Stat. 9. Theb. 120.
Contumaciam. Colum. lib. 6. cap. 2. 9.
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ. Virg. 7. Aen. 22. Id est, discumbunt sub arbore.
Crines deponere. Mart. lib. 5. 49.
Curam. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. 4.
Curas animo deponere. Virg. 4. Georg. 106.
Omnes curas dolores q; in alicuius sermone & suauitate deponere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 9.
Nunquam deponere de manibus. Cic. 1. Acad. 5.
Desyderia rei alicuius. Cic. Trebatio, lib. 7. 6. 2.
Dictaturam. Quint. lib. 3. cap. 8. 37.
Dolorem susceptum. Cic. 3. Tusc. 113.
Errorem suum. Cic. 8. Philipp. 255.
Exercitum. Cic. 8. Philip. 250.
Famem. Ouid. 6. Fast. 106.
Fastigia supplex deposui. Claud. de Nupt. Honor. 7.
Deponere pecuniam pupillarem in fidem publicam. Liuius 4. belli Punici, 82.
Deponere libertum apud fidem alicuius. Traianus ad Plinium, epistol. 326.
Formidinem. Virg. 3. Aen. 122.
Furtim deponere. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 9.
Falsa licet cupidus deponat gaudia liuor. Propertius libro 1. eleg. 8. 6.
Gloriam abijcere & deponere. Cic. 2. de Orat. 116.
Deponere aliquem imperio. Suet. Ne imperio turpiter depositio, priuatus uiueret.
Imperium accipere & Deponere contraria. Cic. 1. Offic. 98.
Ineptias. Cic. Trebatio, lib. 7. 6. 2.
Ingenia syluestria, pro Mitescere. Col. lib. 8. cap. 15. 6, Sic enim excluſi, educatiq; pulli, deponunt ingenia syluestria.
Inimicitias susceptas Reipublic. nomine. Cicero ad Attic. libro 14. 310. 3.
Inuidiam. Cic. pro leg. Agrar. 71.
Deponere ius populi in fide iudicum. Cic. pro Cecin. 74.
Deponere aliquid de leuitate. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 12. Id est, cessare à leuitate.
Memoriam sacramenti. Cæsar 2. belli Ciuil. 117. Idem 1. belli Gallici, 54, Quòd si ueteris contumeliæ obliuiſci uellet, num etiam recentium iniuriarum, quòd eo inuito iter per prouinciam per uim tentassent, quòd Heluios, quòd Ambarros, quòd Allobroges uexassent, memoriam deponere posset?
Memoriam doloris. Cic. pro Celio, 38.
Ex memoria. Cic. pro Sylla, 13.
Deponere quodammodo apud memoriam cogitatio dicitur. Quint. lib. 11. cap. 2.
Mentem, mentum q; in gremio mimarum deponere. Cicero 13. Philip. 362.
Metum. Ouid. 5. Metam. 73.
Mœrorẽ atq; luctum, gaudereq; potius. Cic. 14. Philip. 407.
Molestias. Cic. 2. Offic. 5.
Partem morbi. Hor. 1. epist. 1. 7.
Negocium. Cic. ad Att. lib. 7. 125. 5.
Oculos in aliquem. Hor. 1. Carm. ode 36. 4. Id est, figere.
Offensionem. Cic. ad Att. lib. 1. 12. 3.
Deponere officium, Plin. in Panegyr. 142. Magistratum, Cæsar 7. belli Gallici, 136. Imperium, Liu. 2. ab Vrbe, 120. Prouinciam. Cic. ad Att. lib. 2. 16. 6.
Onus. Cæsar 1. bell. Ciuil. 303.
Onus, per translationem. Cic. 7. Verr. 141, Potero hoc onus tantũ in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus sustinere?
Opinionem de aliquo deponere atq; abijcere. Cicero 3. de lege Agraria, 2.
Pauorem deponere. Ouid. 10. Met. 24.
Pecuniam pro Collocare apud sequestrum aut diuisorem. Plin. epist. 105. lib. 6.
Personam accusatoris deponere. Cic. pro Quintio, 24.
Pudorem Ouid. epist. 16. 52.
Rabiem deposuere feræ. Claud. 8. Panegyr. 25.
Rationes Quæstoris deponere. Cic. Caninio, lib. 2. 16. 6.
Deponere religiones, & Suscipere religiones, contraria. Cic. 2. de Diuin. 168.
Rem susceptam. Cic. de Amicitia, 43.

Inhumana

Digitized by Google

Inhumanæ ſenium depone camœnæ. Horatius 1. epiſc. 19. 10. Id eſt, ſeueritatem.
Seueritatem. Mart. lib. 4. 14.
Simultatem. Cic. ad Att. lib. 3. 66. §.
Sitim deponere. Ouid. 4. Met. 20.
Soleas. Mart. lib. 5. 96.
Spem deponas. Hor. 2. Serm. Satyr. 5. 6.
Studium priſtinum. Cic. 1. Tuſc. 11.
Timorem. Cic. pro Milone, 2.
Vim ſuam deponunt uenti. Ouid. 2. Triſt. 31.
Voluntatem. Cic. in Catil. 73.
Deponere aliquem uino. Plaut. Aulul. 16. 39.
Deponere aliquid apud aliquem (παραπατατίθεσθαι) Seruendum dare, & fidei eius committere. Plaut. Bacchid. 5. 71, Nos ibi apud Theotimum omne aurum depoſuimus. Cic. 6. Verr. 31, Apud amicos multa depoſita. Idem 3. Offic. 128, Si gladium quis ſana mente apud te depoſuerit, repetat inſaniens, &c. Quint. lib. 7. cap. 3. 39, An illum depoſuiſſe apud hunc, uel huic credidiſſe credibile ſit.
Quicquid habes age depone tutis auribus, Id eſt, dic taciturno. Hor. 1. Carm. ode 27. 4.
Deponere aliquid, dicuntur certantes pignore. Virg. eclo. 3. 7, De grege non auſim quicquam deponere tecum.
Depoſiui, pro Depoſui, præteritum legitur apud Catullum in Carmine ſeculari, 32. 2,
Quam mater prope Deliam
Depoſiuit oliuam. Id eſt, enixa eſt.
¶ Deponens, pen. prod. Partic. (ἀποτιθεμένος) Qui deponit.
Deponens uerbum dicitur quod or finitum, uel actiui ſignificationem obtinet, ut Tueor, contemplor, loquor: uel neutri, ut Philoſophor, labor.
¶ Depoſitus, pen. corr. Participium (ἀποτιθεμένος) ut, Depoſitam pecuniam recuperare. Cic. pro lege Agrar. 50.
Faſtus depoſitus. Claud. 4. Paneg. 13.
Pandere urbem depoſitam. Stat. 1. Sylu. 4. 19.
Poplite depoſito. Lucan. lib. 1. 122.
Depoſitus, pro deſperato, ſiue deſperatæ ſalutis. Cic. 3. Verr. 3, Itaq; mihi uideor magnam & maximè ægram, & propè depoſitam Reip. partem ſuſcepiſſe. Virg. 12. Aeneid.
Ille ut depoſiti proferret fata parentis.
Vbi Seruius, Depoſiti, deſperati. Nam conſuetudo erat, ut deſperati ante ianuas ſuas collocarentur: uel ut extremum ſpiritum redderent terræ: uel ut poſſent à tranſeuntibus forte curari, qui aliquando ſimili laborauerant morbo. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 9.
¶ Depoſitum, depoſiti, pen. corr. Subſt. (παραπαταθήκη, παρακαταβολή) Quod alicui commiſſum eſt, & datum ut ſeruet. Cic. 3. de Fin. 90, Vt ſi iuſtè depoſitum reddere, in rectè factis ſit. Vlp. in l. 1. ff. depoſiti, uel contrà, Depoſitum eſt quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo quod ponitur. Præpoſitio enim De, auget poſitum: ut oſtendat totũ fidei eius eſſe commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet.
Depoſitum ſoſpes erit. Iuuen. Satyr. 13. 18.
Clàm depoſitum. Cic. 3. Tuſc. 30.
Depoſitum abnegare. Vide Abnego.
Accipere depoſitum. Quint. lib. 7. cap. 4. 1.
Celare depoſitum alicuius, Id eſt, conſeruare & abſcondere. Claud. 3. de Raptu Proſerp. 24.
Reddere depoſitum. Ouid. 1. de Arte, 129.
Reddere depoſitum legentibus. Quint. lib. 1. cap. 7. 15.
¶ Depoſitio, Verbale, Actus ipſe deponendi. Florent. in l. licet deponere. ff. depoſit.
¶ Depoſitor, Aliud Verbale, Qui deponit, aut depoſuit. Vlp. in l. 1. §. apud Iulianum. ff. depoſiti.
¶ Depoſitarius (σωθηκοφύλαξ) Cuſtos depoſiti, uel ſuſceptor depoſitarum rerum. Vlpianus lib. 16. Digeſtorum. tit. depoſiti, & contrà l. prima. §. ſi pecunia, Satisdatione autem non interueniente rem in ædem deponi, & omni actione depoſitarium liberari.
Depontani] Senes appellabantur, qui ſexagenarij de ponte deijciebantur. Feſtus.
Depopulor] penult. correp. depopularis (λαφυραγωγέω, ἀνιάω) depopulari, Prædari, ſiue deprædari, paßimq; & quaſi populatim diripere. Cic 5. Verr. 71, Qui quum agros maximos ac feraciſſimos per ſeipſum, hoc eſt, per Apronium Verrem alterum depopularetur.
Aues depopulantur dona Cerealia. Ouid. 1. Faſt. 137.
Humum depopulàri. Ouid. 3. Triſtium, eleg. 10. 10.
¶ Depopulare (πορθεῖν) actiuè apud Hirtium lib. 6. de bello Hiſpanenſi, 178, Agros, neſtramq; prouinciam ueſtro impulſu depopulauit. Valer. 4. Argon. 85.
¶ Depopulatio, Verbale (πόρθησις) ut, Depopulatio prædiorum. Cic. pro Domo ſua, 113.
Agrorum depopulatio. Cic. in Piſonem, 31.
Aedium ſacrarum, publicorumq; operum depopulatio. Cicero 2. Verr. 7.
Depopulationes & uaſtationes. Cic. 5. Philipp. 181.
Inferre depopulationem agris. Cic. de Aruſp. reſp. 3.
¶ Depopulator (ἀνιωτὴς) Verbale: ut, Depopulator fori. Cic. pro Domo ſua, 11.
Deporto] deportas (κατακομίζω, ἀπακομίζω) deportare, De loco portare. Dicimus autem deportare ad locum, & deportare de loco.
Deportare iumentis. Cic. ad Attic. lib. 8. 161. 5, Quæ arma ſuperabant, ea ſi Brunduſium iumentis deportaueritis, uehementer Reip. profueritis.
Deportare nauibus. Cæſar 3. bel. Gal. 396.
Deportare ſe, pro Se conferre. Cicer. ad Tiron. lib. 16. Epiſt. 1. 1, Mihi placebat, ſi firmior eſſes, ut te Leucadem deportares, ut ibi te planè confirmares.
Deportare ex aliquo loco. Cic. Trebatio, lib. 6. 15. 3. Plin. lib. 7. cap. 30. 4, Deportauit ex Cypria.
Deportare ad locum. Cic. ad Titium, lib. 13. Idem 5. Verr. 29, Omnes decumas ad aquam deportatas haberent.
Deportare in. Cic. ad Att. lib. 1. 203, Illa omnia in Tuſculanum deportabo.
Deportare in ſolas terras, pro In exilium mittere. Terentius Phorm. 5. 8. 85.
Deportare captiuos Rom. Liu. de bello Punico. Videtur ſubaudiri ablatiuus, naui.
Deportare exercitum, Eſt exercitum in patriam reducere, ut ait Budæus. Liu. 3. bel. Pun. 23. Cic. pro leg. Manilia, 43.
Minore exercitu inſigneis captiuos, cædem ducis, belliq; confecti famam deportarat. Tacit. lib. 4.
Flagitium ac dedecus ex aliqua regione deportatum. Vbi quis non continenter uixerit. Cic. pro Muræna, 10.
Deportauit humanitatem Athenis. Cic. de Senect. 1.
Literas deportare ex Sicilia in Verrem. Cic. 1. Verr. 16.
Deportare triumphum. Cic. 1. Offic. 111.
¶ Deportatus, Particip. (κατακομισθείς) ut, Deportatus Romam.
Inter deportatos & relegatos. Vlpianus, Hæc eſt differentia inter deportatos & relegatos: quòd in inſulam relegari & ad tempus, & in perpetuum quis poteſt. Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas adnotauit, uel de quibus deportandis ſcripſit.
¶ Deportatio, Verbale (ἀποπομπὴ, κατακόμισις) Cato cap. 144. 3, De fundo ligna & oleum ut deportato. Qui oleam legerit

Digitized by Google

legerit, qui deportarit, in singulas deportationes HS. N. II. deducentur, neq; id debebitur.

Deposco] deposcis, depoposci, depoſcitum, pen. corr. (δέομαι τέω) deposcere, Vehementer poscere. Cicero 6. Verr. 61, Vt illa flamma diuinitus extitisse uideatur, non quæ deleret Ionis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius magnificentiusq; deposceret.

Deposcere omnibus pollicitationibus ac præmijs. Cæsar 7. belli Gallici, 3.

Non modò non recusare aliquid, sed etiam deposcere. Cic. pro Flac. 75. Idem 3. Philip. 147, Idem non modò non recusem, sed appetam etiam atq; deposcam.

Dextras deposcere. Sil. lib. 7. 47.

Hostem deposcere. Valer. lib. 5. Argon. 125.

Deposcere aliquem ad supplicium. Cæsar 8. bel. Gal. 134. Cic. pro Cælio, 56, Hac lege Cælij adolescentia non ad Reip. pœnas, sed ad mulieris libidines & delicias deposcitur.

Deposcere in pœnam. Liu. 1. bel. Pun. 24.

Morti deposcere, pro Ad mortem. Refertur autem deposcendi uerbum frequenter ad supplicium. Tacit. lib. 1.

Prædia deposces. Sil. lib. 17. 26.

Tene istas partes depopoſciſſe, ut, &c. pro Sex. Rosc. 58.

Votis deposcere pugnam. Lucan. lib. 2. 106.

Supplicia sæua deposcere. Stat. 12. Theb. 92.

Deposcere atq; expetere imperatorem ad bellum. Cic. pro lege Manil. 3.

¶ Deposcens, tis, Participium (αἰτέω) Cicero 5. ad Attic. Hortensio deposcenti mandata mea, cætera uniuersa mandaui.

Depositus, Depositū, Depositarius] Vide Depono.

Depostulo] depostulas, pen. corr. (δέομαι τέω) depostulare, Vehementer postulare. Hirtius 6. bel. Hispan. 4, Ciuitates contrariæ Pompeio auxilio sibi depostulabant.

Deprędor] deprædaris (συλάω) deprædari, Idem quod depopulari.

Depręlior] depræliaris, depræliatus sum (καταμάχομαι) depræliari, Idem quod simplex Præliari, hoc est, dimicare. Hor. 1. Carm. ode 9. 3,

Permitte diuis cætera, quæ simul
Strauere uentos æquore feruido Depræliantes, &c.

Deprauo]. depraua, pen. prod. (διαστρέφω, φριβλόω, λωβάω) deprauare, Prauum facere, corrumpere, uitiare. Terent. Phorm. 4. 4. 16, Nihil est Antipho, quin malè narrando possit deprauarier. Cic. 3. de Finib. 18, Eas non modò nihil adiuuare arbitror, neq; affirmare quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam.

Corrigere, & Deprauare, contraria. Cic. 1. de Fin. 26.

Nimiæ rerum omnium copiæ deprauant aliquem. Cicero 2. de lege Agraria, 95.

Nihil est tam sanctum, quod non soleant domestici deprauare nonnunquam. Cic. 1. Philip. 24.

Multi ad deprauandum parati. Cic. Bruto, 18. 4.

¶ Deprauatus, Particip. (λελωβημένος) ut, Deprauatus indulgentia. Cic. ad Att. lib. 10. 195. 6. Et 3. Tusc. 3, Deprauati mores, & Deprauatæ opiniones.

Natura alicuius deprauata mala disciplina. Cic. 2. de Fin. 57.

Deprauare hominem, pro Fractis uel debilitatis membris uitiare. Senec. epist. 102.

¶ Deprauatio, Verbale (διαστροφή) ut, Deprauatio oris. Cicero 2. de Orat. 140.

Distortio & deprauatio. Cic. 5. de Fin. 62.

Consuetudinum deprauatio. Cic. 1. de Legib. 43.

Deprauatio & fœditas tanquam uitiati animi. Cic. 3. Offic. 143.

Deprauatio uerbi. Cic. in Partitionibus, 70.

¶ Deprauatè, Aduerbium: ut, Deprauatè & corruptè iudicare. Cic. 1. de Finib. 107.

Depreciatus] pen. prod. Vide Depreciо.

Deprecor] pen. corr. Deprecaris, deprecatus sum (ἱκετεύω, παραιτέομαι, κατεύχομαι) deprecari, Vehementer precari. Catul. epig. 87. 1,

Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi
Aßiduè, uerùm dispeream nisi amo.

Te lachrymæ fratris deprecantur. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 15.

Authoritas, atq; uirtus alicuius deprecatur. Cic. Post reditū ad Quirites, 5, At me C. Pisonis generi mei diuina quædam & inaudita authoritas atq; uirtus, fratrisq; mei miserrimi atq; optimi quotidianæ lachrymæ, sordesq; lugubres à uobis deprecatæ sunt. Id est, reditum mihi ac restitutionem impetrauerunt. Budæus.

Deprecari ab. Cic. 7. Verr. 2, Tum deprecabitur à uobis, tum etiam pro suo iure contendet.

Deprecari aliquid ab altero. Cic. 5. Verr. 9.

Deprecatum uenit ad me, ut sibi ignoscerem. Cic. de Amic. 35.

Deprecor adijciendum. Varro 1. de re Rust. cap. 19. 2, In hoc genere semiuocalium adijciendum deprecor. Emendati codices habent, de pecore.

Deprecari aliquem ab altero. Cicero pro leg. Agrar. contra Rullum, 98.

Deprecari alicui ne uapulet. Plaut. Asin. 17. 5.

In hoc deprecor ne, &c. Cæl. Cic. lib. 8. 1. 1.

Deprecari pro reditu alicuius. Cicero. Post reditum ad Quirites, 4.

Iratos aliquorum animos atq; horribiles impetus deprecari. Cic. pro Fonteio, 22.

Pacem deprecari, cui opponitur Denunciare bellum. Cic. Cornificio, lib. 12. 24. 3, Nondum Legati redierant, quos Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denunciandum bellum miserat.

Deprecari sibi exilium & fugam. Cic. 3. de Orat. 6.

Vitam alicuius deprecari. Cic. pro Sylla, 54.

Precari & Deprecari, contraria. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 12, Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem.

Detestari ac deprecari querimoniam alterius à se. Cicero in Catil. 19.

Anteacta deprecari. Tacit. lib. 11.

Calamitatem ab sese deprecari. Cic. 3. Verr. 111. Id est, amoliri, & precibus propulsare. Budæus.

Deprecari auaritiæ crimina laudibus frugalitatis. Id est, depellere, & ita orare, ut ne quis auarus existimetur, sed magis frugalis. Cic. 4. Verr. 139.

Munus aliquod deprecari. Quint. lib. 2. cap. 13.

Deprecari odium summæ improbitatis excusatione summæ stultitiæ. Cic. pro Cecin. 22. Idem pro Balbo, 12, Quiddam de communi conditione omnium nostrum deprecandæ maleuolentiæ causa breuiter commemorandum uidetur. Idem lib. 6. de Rep. Etiam Claudij inuidiam, Gracchi charitas deprecabatur. Id est, propulsabat & defendebat.

Deprecari periculum, Auersari, Precari ne eueniat. Cicero 7. Verr. 114.

Mortem deprecari. Ouid. 1. de Pont. eleg. 2. 12. Cæsar 7. belli Gallici, 175.

Periculum decreto deprecari. Cic. pro Sestio, 7.

Refugere periculum aut deprecari. Asin. Cic. lib. 10. 31. 10.

Deprecari pœnam. Liu. lib. 10. bel. Maced. Ego si quid impiè in te pater, si quid scelerate in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam. Si innocens sum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non possum, deprecor. Verba sunt Demetrij ad Philippum patrem.

Digitized by Google

Deprecari sanguinem & mortem innocentißimi ciuis. Cic. 7. Verr. 97.
Deprecari supplicium & recusare. Cic. 2. Tusc. 90.
¶Deprecator, Verbale (λιτὴς, παραιτητὴς) Qui reum ad impunitatem exposcit, & reatu eximit. Cic. pro Corn. Balbo, 34, Potuit magis de re iudicare, quàm quum ad uestrũ iudicũ ciues amplißimos legauit, testes huius iuris, uitæ laudatores, periculi deprecatores?
Miseriarum deprecator. Cic. pro Planc. 1.
Legatos & deprecatores mittere. Cic. pro L. Manil. 25.
Deprecator mei, tui, sui. Cicer. Attic. lib. 11. 21. 2, Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei.
Deprecator fortunarum alicuius, pro seruatore. Cic. pro Planc. 82, Nec me solum deprecatorem fortunarum tuarũ, sed comitem sociumq; profitebor. Budæus.
¶Deprecatio, Verbale, Postulatio (λίτησις, παραίτησις) Cicer. ad Attic. 10. 201. 2, Non me hercule deprecationi locus.
Vti deprecatione. Cic. pro Cluentio, 5.
Non ille deprecatione redijt. Cic. Post redit. ad Quir. 5. de Mario, Id est, beneficio uestro, etiam supplicatione amicorum. Budæus.
Diræ deprecationes, pro imprecationibus, in malum. Plinius libro 38. cap. 29.
Deprecatio est etiam recusatio & amolitio. Quint. in Procem. lib. 1. 2, Sed qua ex causa faciliorem mihi ueniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis. Plin. lib. 28. cap. 2. 10, Etiam parietes incẽdiorum deprecationibus conscribuntur. Hoc est, certis uerbis, quæ uim habeant auertendi incendia ab ædibus.
Deprecatio, Recusatio, & repulsio accusationis & petitionis. Cic. 2. de Inuentione, 195, Deprecatio est in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.
¶Deprecabundus (ἱκετεύων) pro precante & petente donum. Tacitus, Vt Lateranus quasi subsidium rei familiaris oraret deprecabundus, & genibus principis accidens.
Deprehendo] deprehendis, deprehendi, deprehẽsum (φωράω, καταλαμβάνω) deprehendere: & in carmine, Deprendo, deprendis, deprendere: Est, quod Barbari dicunt, Capere in ipso facto, ita ut nec fugere, nec inficiari possit: ut, Deprehendi in furto Plaut. Asin. 11. 17. Cic. 5. Verr. 4, Qui quod in altero ultiam reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Idem 7. Verr. 87, Quasi esset in aliquo manifesto scelere deprehensus.
Deprehendi pro mœcho. Terent. Eunuch. 5. 5. 18.
Deprehendi cum aliqua muliere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 7. 5.
Apud aliquem aliquid deprehensum. Cic. 3. in Catil. 55, Qui paulò antè aliquid tamẽ de gladijs ac sicis, quæ apud ipsum erant deprehensæ, respondisset.
Manifestè deprehendi. Cic. 3. in Catil. 51.
In adulterio deprehendi. Cic. 2. de Orat. 153.
Deprehendere, Est per disputationem, seu inquisitionem, & inuestigationem inuenire. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. Plin. lib. 2. cap. 8. 7, Quam naturã eius Pythagoras Samius primus deprehendit. Idem lib. 12. cap. 9. 2, Sed deprehenduntur odore, colore, pondere, gustu.
Aliquid deprehendere mente. Lucret. lib. 3. 176.
Manifesto deprehendere. Cic. in Orat. 127.
Animi tormenta in ægro deprehendere. Iuuen. Satyr. 9. 2.
Arcanum alicuius deprehendere. Claud. de bel. Getic. 21.
Facinora oculis deprehendere. Cic. pro Cælio, 10.
Furta deprehendere. Ouid. 3. Metam. 2.
Venenum manifesto deprehendere. Cic. pro Cluent. 14.
Verum deprehendere. Stat. 8. Thebaid. 21.

Deprendere, pro Comprehẽdere: ut, Cursu feram deprehendere. Senec. Hercul. furent. 4. 4.
Deprendere tabellarios, & literas intercipere. Cic. Cassio, lib. 12. 12. 15.
Turbine rapido deprendi. Ouid. epist. 7. 13.
¶Deprensus, uel Deprehensus, Particip. (φωραθεὶς) Iuuen. Satyr. 9. 1,
Quid tibi cum uultu, qualem deprensus habebat
Rauola, dum Rhodopes uda terit inguina barba?
Deprehensus, Qui in summa difficultate stupet animo, & inopia consilij oppressus est. Quint. lib. 10, Vt neq; deprehensus orator, neq; litigator destitutus esse uideatur. Budæus.
Deprehensus, Id est, ut uulgò dicitur, captus in ipso facto. Cicer. 2. de Fin. 92, Occultum facinus esse potuerit, gaudebit: deprehensus omnem pœnam contemnet.
Deprehensus cum ueste muliebri. Cic. Lent. lib. 1. 7. 8.
Deprehensus, Cognitus. Plin. lib. 12. cap. 5. 1, Ibi & spina similis, sed deprehensa uel lucernis, igni protinus transiliente.
Ars deprensa. Ouid. 2. de Arte, 63.
Scelus manifestum atq; deprehensum. Cic. 3. in Catil. 56.
Testis deprehẽsus, qui uarians uulgò, titubãsq; dicitur. Quint. lib. 5. cap. 7.
¶Deprehensio, deprehensionis, Verbale (κατάληψις) Cic. pro Cluent. 38, Deniq; omnis accusatio uariè grauiterq; tractata, ad extremũ manifesta ueneni deprehensione concluſa.
Depretio] depretias, depretiaui, depretiatum, depretiare, Ad minus pretium redigere. Paulus in l. proinde. ff. ad legẽ Aquil. Et eius ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata sunt.
Deprimo] deprimis, pen. corr. depressi, depressum (κατοπτέω, ταπεινόω, κατοκοντίζω) de primere, Deijcere. Plinius, lib. 2. cap. 38. 2, Terrena in cælum tendentia deprimit syderum uis.
Fluctus deprimit carinam. Ouid. 14. Metam. 37.
Lanx in libra ponderibus impositis deprimitur. Cic. 4. 72.
Deprimere plantam, uel uitem in terram. Col. lib. 11. cap. 3. 23. Et lib. de Arboribus, cap. 7. 1. Item Cato, cap. 32.
Deprimere naues. Vulgò dicunt, Mittere in fundum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 24. Cic. 2. de Diuinatione, 30, Si enim fatum fuit classes Populi Romani bello Punico primo alteram naufragio, alteram à pœnis depressam interire.
Extollere & Deprimere, contraria. Cicero Antequam iret in exilium, 1.
Deprimere & Adaugere cõtraria. Author ad Heren. lib. 3. 93.
Locum deprimere, pro Depressiorem facere. Vlp. Vt locus deprimatur pecoris appellandi gratia.
Deprimunt me quæ porto. Plaut. Merc. 13. 9.
Deprimere, Præponderare. Cicero. 5. de Finib. 157, Terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimet. Budæus. Idem 5. Tuscul. 73.
¶Depressus, Particip. (πεπιεσμένος) ut, Depressum ad mentum supercilium. Cic. in Pisonem, 10.
Depressus & demersus. Vide Demergo.
Superata ac depressa classis. Cic. pro leg. Manil. 14.
In altitudinem depressum saxum. Cic. 7. Verr. 55.
Depressus & oneratus auro. Author ad Heren. lib. 4. 229.
Aratrum depressum. Ouid. 15. Metam. 124.
Conualles depressæ. Virg. 3. Aeneid. 155.
Corpus depressum. Ouid. 3. Metam. 135.
Depressa onere suo nauis. Cic. 7. Verr. 51.
Victæ, comminutæ, depressæq; opes ciuitatis. Cic. 7. Verr. 77.
Depressa ueritas. Cic. pro Cluent. 145.
Depressa & extincta utrtus. Cic. 5. Verr. 7.
¶Depressus, Nomen ex participio (ταπεινὸς) Colum. lib. 1. cap. 5.

Digitized by Google

cap.5.8, Quum ex depreßiore loco fuerint orſa fundamenta. Idem lib.2.cap.4.8.

Aqua depreßior & altior, contraria. Vlp. in l.1.§.quod autem ait. ff. ne quid in flumine publico, inue ripa eius fiat, dum uel depreßior, uel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior ſit, cum incommodo accolentium.

Vox depreſſa & inclinatus ſonus. Author ad Heren.lib.3.119.

Sedata & depreſſa uox. Author ad Heren.lib.3.113.

Depromo] depromis, pen.prod depromptſi, depromptum (προχειρίζομαι, προβάλλω, ἐκφέρω) depromere, Idem quod Promere. Plaut. Trucul.13.2,

—ut bubus Glandem prandio depromerem.

Benignius depromere merum. Horat.1.Carm.ode 9.2.

Vinum depromere cellis. Horat.1.Carm.ode.37,1.

Ex arca pecunia, ex uirtute opera depromitur. Cic.2.Offi.75.

Sagittam depromere. Virg.11.Aeneid.172.

Depromere ſcientiam iuris à peritis, uel de libris. Cicero 1. de Orator.132.

De iure ciuili depromere aliquid. Cic.1.de Orat.126.

Depromere argumẽta è locis quaſi theſauris. Cic.4.de Fin.16.

Depromere ex ſenſu ſuo. Cic.in Parad.6.

Ex intima alicuius arte depromere mirificum genus commendationis. Cic. Valerio, lib.13.6.7.

Depromere uerba domo patroni. Cic.5.Verr.131.

Ex intimo artificio uerba gratiſſima depromere. Cic. pro Cluẽtio,10.45.

¶ Depromptus, Particip. (προχειρισμένος) Cic.2.de Orat. 17.4, Ita & momenti aliquid afferent, quum erunt penè ex intima defenſione deprompta, & apparebit eas, &c.

Maledicta deprompta ex recordatione impudicitiæ & ſtuprorum alicuius, conijcere in eum. Cic.3.Philip.133.

Deprompta ex ærario pecunia. Cic.pro leg.Manil.26.

Depropero] deproperas, pen.cor. (κατασπεύδω) deproperare, Valde properare. Plaut. Pœn.4.99, Deproperant ſedulò ſacrificare. Horat.2.Carm.ode 7.5, —quis udo

deproperare apio coronas

Curátue myrtos. Id eſt feſtinanter afferre. Acron.

Depſo.] depſis, depſui, depſitum. pen. corr. (ἀλφίω) depſere. Subigendo manibus aliquid molle & tenerum reddere. A Græco uerbo ἀλφίω uenit, quod eſt Coquo uel mollio, teſte Nonio. Cato cap.90, Id ubi excoxeris depſito bene, oleo manũ unguito, primum puſillum, poſtea magis depſes, oleo tangito, depſitoq; dum poteris facere turundas. Varro Myſterijs, Sed tibi fortaſſe alius mollit & depſit. Obſoletum.

¶ Depſiticus, Adiect. (ἀλφιτικὸς) Cato cap.74, Panem depſiticum ſic facito, manus, mortariumq; bene lauato, farinã in mortarium indito, aquæ paulatim addito, ſubigitoq; pulchrè: ubi bene ſubegeris, defingito, coquitoq; ſub teſtu. Caſtigatiora exemplaria habent, Panem depſititium.

Depuber] uel depubis (ἀνήβης) dicitur is qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc depubem porcũ (inquit Feſtus) lactentem, qui probibitus ſit pubes fieri.

Depudet] pen. cor. depuduit (αἰσχύνομαι) Pudorem abiecit. Ouid.epiſt.4.32,

Depuduit, profugusq; pudor, ſua ſigna reliquit. Senec. de Tranquil. uitæ, Si duritia oris ille hoc potuit, qui aßiduis conuitijs depudere didicerat.

¶ Depudeſco, is, Quo uſus eſt Hieron. ad Euſtachium, Non depudeſco infelicitatis meæ.

Depudico] depudicas, pen. prod. (αἰσχυνόω) depudicare, pro Stuprare, uſus eſt Laberius in mimis, teſte Gellio, lib. 16.cap.7. in principio. Obſoletum.

Depugno] depugnas, pen. prod. (κατασμάχομαι) depugnare, Idem quod Pugnare.

Depugnauit Græcia apud Salamina. Plin.lib.2.cap.25.2. Ck. pro Cecinna, 35, Non erit cur depugnare quiſquam poſthac poſſeßionis cauſa uelit.

Pergerè depugnare. Vide Peregrè.

Depugna potius quàm ſeruias. Cic. Attic.lib.7.127.7.

Collatis ſignis depugnare. Plaut. Caſina, 7.45.

Verſis gladijs depugnare. Plaut. Caſina, 7.73. Item, Depugnare claſſe, Plin.lib.7.cap.56.14.

Depugnauit cum Gallo apud Anienem prouocatus, uoluptatis cauſa. Cic.2.de Finib.116. Liu.lib.7, Depugnatũ hand quaquam certamine ambiguo cum Gallis, &c.

Depugnare ferro. Cic.2.Tuſc.72.

Depugnant inter ſe ferro. Hirtius 5.bel.Africani, 375.

Depugnare cum animo ſuo. Plaut. Trinum. 6.24.

Depugnat uoluptas cum honeſtate. Cicer. 4.Acad.253. Plinius lib.21.cap.8, Paria nunc componuntur, & natura atq; luxuria depugnant.

¶ Depugnatur Impersonale (κατασμάχεται) Plin. lib.12.cap. 1.2, Depugnatur menſarum ſecundarum cauſa cũ feris. Cic. ad Attic.lib.16.336.8, Calen. Ian. erit fortaſſe præſidio: aut quidem antè depugnabitur.

¶ Depugnatus, Participium (κατασμαχεσμένος) à Depugnor. Plautus Menæch.21.23, Sed metuo ne ſerò uenũ, depugnato prælio.

¶ Depugnatio, onis, Verbale. Iul. Firmicus in præfatione libro 4. In otio conſtitutus, & forenſium certaminum depugnationibus liberatus. (pello.

Depulſio, Depulſo, Depulſor, Depulſus] Vide De-

Depurgo] depurgas (καθαρσίνω) depurgare, Mundare, et nitidum facere. Cato.cap.112.2, Et ſi qua acina corrupta ab imo depurgatos extenus, &c.

Depurgare locum aliquem ab herba. Cato, cap.151.2.

Depurgare piſces. Plaut. Sticho, 6.35.

Depurgare crimina. Liu.9.bel.Maced.141, Filium mittere Romam ſimul ad depurganda crimina, ſimul ad deprecandam iram ſenatus ſtatuit. Alij codices habent, purganda.

Depuro] as, pen.prod. depurare, Verbum compoſitum à Puro, & ſignificat quaſi purum extrahere. Inde depuratum dicimus defæcatum atq; mundatum. Sipont.

Deputo] deputas, pen. corr. (περικόπτω) deputare, uerbũ ruſticum & agricolis proprium, ueluti amputare & reſecare. Cato cap.50, Vbi uineam deputaueris, aceruum lignorum, uirgarumq; facito.

Falx deputat umbras. Ouidius de Nuce, 13. Id eſt, ramos umbrã facientes.

Deputare (καταδοκεῖν) Per translationem eſt Cenſere, exiſtimare, iudicare. Plaut. Pſeud.2.19, Satis id dictum uobis puto iam atq; deputo. Cic.1.de Diuinat.82.

Proinde uide ne quẽ tu eſſe hebetẽ deputes æquè ac pecus,
Is Sapientia munitum pectus egregium gerat,
Teq; regno expellat.

Deputat ſe indignum. Terent. Hecyr.3.5.27.

Deputare ſe dignum quouis malo. Terent. Heaut.1.1.8. Cic.3. Tuſc.110, Malo ſe dignum deputat, niſi miſer ſit.

Deputare alicuius operam parui precij. Terent. Hecyr.5.3.1, Vbi Donatus, Deputat parui precij, quia ſic ſcilicet abutitur. Deputat parui eam, qui deputat eam in re nullius precij conſumendam.

Deputare in lucro. Terent. Phor.2.1.16. Cic.lib.3. Tuſcul.55.

Deputare ſecum rationes. Terent. Adel.2.1.54.

Depuuio] is, depuuire, Cædere. Lucilius,

—palmisq; miſellam

Depuuit me. Id eſt, uerberauit me: quòd ipſum ex Græco eſt παίειν. Feſtus.

Dequeror]

Digitized by Google

Dequeror] pen. cor. dequereris, dequestus sum (καταμύομαι) dequeri, Idem quod Queror. Valer. 5. Argonaut. 9.
Antè omnes secũ dequesta labores. Stat. 1. Thebaid. 81,
—eadem sub nocte sopora,
Lustra terit, similesq; Notos dequestus, & imbres, & ę.

Derado] deradis, pen. prod. deradi, derasum (ἀποξέω) deradere. Plin. lib. 34. cap. 11. 4, Nanq; & è lapide ex quo conquitur æs, deraditur. Cato cap. 121, De uirga lauri deradito. Celsus libro 5, Sed ne illa quidem negligenda, ubi integra cute interior pars collisa est, aut ubi derasum quid, atritumue est.

Deradiotes] Δειραδιώτης, Apollo cognominatus fuit. Quidam Δείρας quendam esse locum tradunt. Valer. Arpocrat. Dirades populũ esse Leontidis, à quo popularis Δειραδιώτης formetur. Alij Diras Argiuam regionem esse prodidere, Pausanias uerò, Deradiotem ait Apollinem à loco dici, cuius uaticinium etiã sua tempestate durare asseruit: eoq; ritu fieri, ut à uiro mulier secubaret, & singulis mensibus noctu ut de agno rem sacram faceret, culus agni sanguine epoto, numinis Apollinei instinctu responsa daret.

Deræa] δέραια, Ornamenta colli, ex Polluce, Hesychio, & Suida. Nam & δέρη, et δείρη collũ est. Vide Perideręon.

Deræambus] Δεραίαμβος, Latum est corium apud Græcos, quo uenaticorum canum armari collum aduersus ferarum impetus solet. Author Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 26.

Derangæ] Populi ad Indum fluuium accolentes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 20.

Derasidæ] Insulæ iuxta Magnesiam, Mæandri cognomine insignem, de quibus Plin. lib. 5. cap. 29.

Derbe] es (Δέρβη) Castellũ est, & portus Isauriæ, patriq; Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit. Hinc Derbites, Δερβέτης, gentile. Meminit. Strab. lib. 12.

Derbices] populi sunt iuxta Caucasum montem. Hi suprà Stoicam seueritatem minimum quodq; delictum pœna capitis puniunt: terram uenerantur: fœminum animal neq; edunt, neq; sacrificant: qui LXX. annos excesserunt iugulant, cognatorum carnes uorant, anus strangulant, deinde sepeliunt: citra septuagesimum annum obeuntes non edunt, sed humant, ut lib. 2. Strabo scribit.

Derce] Δέρκη Veneris filia nonnullis dicitur, quæ in mare prolapsa, à piscibus in cælum mox trãslatis seruata fuit: quo nomine, Syri in mensam pisces non admittunt: sed ab his abstinent. Alij eandem cum Derceto faciunt, de qua postea. Vide Cæl. Rhodig. lib. 23. cap. 5.

Derce, Fons est frigidissimus æstate inter Bilbilim, & Sepobrigam, in ripa ferè Salonis amnis.

Derceto] pen. corr. Dercetus, ut Sappho Sapphus, Nomen cuiusdam Deæ, de qua Diodorus lib. 3, iuxta Ascalonem lacus est, ubi templum insignis Deæ, quam Syri uocant Δερκετώ, muliebri specie: reliquum uerò corpus figura piscis: cuius filia Semiramis, à columbis educata sit. De hac Plin. lib. 5. cap. 13. & 23. ubi dicit eam alio nomine Atergaten dici. Idem dicit Strabo lib. 15. ad finem. Vide Atergatis.

Dercyllidas] Δερκυλλίδας, Lacedæmonius quidam fuit, qui quòd uafer esset ac ferinus, Scythos est cognominatus. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. eodem.

Derdæ] Δέρδαι, Populi Indiæ Strab. lib. 15. Megasthenes de formicis ait, apud Derdas, quæ maxima ratio est Indorum montanorum, ad Orientem expositorum, collem quendam esse trium millium stadiorum ambitu, & sub eo aurifodinas, quas formicæ effodiunt, uulpibus magnitudine nõ minores, mira celeritate, uictum ex uenatione comparantes. Plura uide apud eundem.

Derelinquo] derelinquis, derelqui, pen. prod. derelictum (καταλιμπάνω, καταλείπω, ὑπολείπω) derelinquere, Notæ significationis. Cicero pro Cecinna, 74, Derelinquo iam communem causam, Pop. Romani ius in uestra fide ac religione depono.

Deserere & derelinquere. Cic. 5. Verr. 100.

Animum in graui derelinquere cœno. Catul. epig. 17. 5.

¶ Derelictus, Particip. (καταλειφθείς) Plin. lib. 10. cap. 60. 3, Vrina fiunt oua derelicta incubatione.

Pro derelicto habere rem. Cic. ad Attic. Hæc oppida, atq; oram maritimam illum pro derelicto habere. Iabolenus, de stipul. seruorum. l. Quod seruus stipulatus est, quem dominus pro derelicto habebat, nullius est momenti: quia qui pro derelicto rem habet, omni modo à se relecit.

Derelictus ab omni spe. Cic. in Catil. 18.

Incultum & derelictum solum. Cic. de claris Orat. 8. (125.

Derelicta & celebris regio, contraria. Author ad Heren. lib. 3.

¶ Derelictus, huius derelictus (ὑπόλειψις) Gel. lib. 14. cap. 12, Siue quis arborem suam uineamq; habuerat derelictui, non id sine pœna fuit.

¶ Derelictio, Verbale (κατάλειψις) Cic. 3. Offic. 38, Sed cõmunis utilitatis derelictio contra naturam est: est enim iniusta.

Deremistæ] Liburniæ populi in conuentu Naronæ coloniæ, sicut scribit Plin. lib. 3. cap. 22.

Derepentè] ἐξαίφνης, Vna est dictio (ut ait Donatus) aduerbijs præpositionẽ separatim non addimus. Teren. Hecyr. 4. 1. 3, Ita corripuit derepentè tacitus sese ad filiam. Cic. pro Quint. Ligar. 8, Tu derepentè irrupisses, & clamare cœpisses.

Rapere derepentè. Cic. 1. de Diuinat. 115.

Derepo] derepis, pen. prod. Compositum ex De & Repo, Plin. lib. 8. cap. 36. 5, Ingrediũtur & bipedes. Arborẽ auersi derepunt. De ursis.

Derideo] derides, pen. prod. (καταγελῶ, καταμειδιῶ, ἐκμυκτηρίζω, ἐπιχαρακτῶ) Donatus, Ridet qui simpliciter ridet: deridet qui cum alterius irrisione & contemptu ridet. Cic. 7. Verr. 81, Derisum credo esse hominem amãtem à suis consiliarijs. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 8,
Derident stolidi uerba latina Getæ.

Deridere atq; contemnere. Cic. 3. de Orat. 30.

Deridere & ludere. Cic. pro Flacco, 59.

Deridere, & Arridere, contraria. Cic. de Opt. gen. Orat. 146, Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti arrideantur: nam si irrideantur, esset idipsum Atticorum.

¶ Derisus, pen. prod. Participium (καταγελασθείς) ut, Derisum atq; contemptum beneficium. Cic. 5. Verr. 185.

¶ Derisus, huius derisus, pen. prod. (καταμειδίαμα) Quintil. lib. 6. cap. 4, A derisu non procul abest risus.

Lenis derisus. Quintil. lib. 6. cap. 2. 13.

¶ Derisor, pen. prod. huius derisoris (καταγελαστής) Plinius lib. 11. cap. 52. 3, Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, derisores significant.

Ad omnes derisor. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 11.

¶ Derisorius, Adiect. ut, Derisoriæ conditiones. Martianus in leg. conditiones. ff. de condit. instit.

¶ Deridiculum, pen. corr. (καταμειδίασις) irrisio. Plautus Pseud. 18. 7, Quàm mihi illum uerba per deridiculum dare. Lucret. lib. 3. 156.

Corporis deridiculum. Tacit. lib. 12.

Deridiculo esse. Tacit. lib. 3.

Per deridiculum audiri. Tacit. lib. 5.

Deridiculum est. Liu. 9. bel. Maced. 100. Varro 1. de Re rust. 18. 5, Sequetur ut duos uillicos, & duas uillicas habere debeat: quod est deridiculum.

Digitized by Google

¶Deridiculus, Adiect. (καταγελαστὸς) ut, Deridicula uanitas, apud Gelium. lib. 10. cap. 12.

Deripio] deripis, pen. cor. deripui, dereptum (καθαρπάζω) deripere, Idem quod Diripere. Plaut. Menech. 17. 109, Sed quis hic est qui capillo me huc de curru deripit?

Deripere uelamina. Ouid. 6. Metam. 113.

Deripere, in bonum quandoq; accipitur. Virg. 2. Georg.

—tu ſpiſſo uimine qualos,
Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis.

Deris] Græci appellant pelles nauticas, quas nos uocamus Segeſtria. Feſtus.

Deriuo] deriuas, pen. prod. (παράγω, παροχετεύω) deriua re, aliò deriuo deducere.

Ab aliquo aquã deriuare. Plaut. Truc. 11. 11. Colum. lib. 2. cap. 8. 3, Et omnem humorem in colliquias, atq; in dextra ſegetes deriuemus.

Deriuare aquam, Sulco deducere. Feſtus.

Ex fontibus deriuata. Quintil. lib. 2. cap. 17. 26.

Hoc fonte deriuata clades Horatius 3. Carm. ode 6. 4. de adulterijs.

Deriuare per translationem: ut, Deriuare iram alicuius in ſe. Terent. Phorm. 2. 2. 9.

Deriuare crimen. Cic. pro Milone, 21, Fecerunt id ſerui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis cauſa, ſed ut factum eſt) neq; imperãte, neq; ſciente, neq; præſente domino, quod ſuos quisq; ſeruos in tali re facere uoluiſſet.

Deriuare ſuam culpam in aliquem. Cic. 4. Verr. 35. Idem Attico, lib. 4. 72. 3.

Deriuata expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanũ. Cic. ad Attic. lib. 2. 31. 2.

Deriuare reſponſionem aliò. Cic. 3. Verr. 98.

Deriuare partem curæ & cogitationis in rem aliquam. Cic. 11. Philipp. 306.

Deriuo, pro Auerto, interuerto. Cic. 5. Tuſc. 102, Tranſeat idẽ iſte ſapiens ad Rempub. tuendam, quid eo poſſit eſſe præſtantius, quum contineri prudentia utilitatem ciuium cernat, iuſtitia nihil in ſuam domum inde deriuet, reliquis utatur tot, tamq; uarijs uirtutibus? Budæus.

¶Deriuatio, Verbale (παραγωγὴ) Cic. 2. Offic. 18. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Liu. 5. ab Vrbe, 73. Et Quintil. libro 3, Vtendum proxima deriuatione uerborum.

Deriuatio (inquit Donatus) dicitur inflexio criminis ab eò ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet.

Dermaticum] Διφθατικὸν, Vocabatur antiquitus pecunia, quæ ex diuenditis pellibus irrationalium ſupererat, teſte Lycurgo Rhetore.

Dermoptera] n. plur. (Διφθόπτερα) dicuntur Ariſtoteli uolucria, quib. cutis pro pẽnis eſt: cutipennia uoces licebit.

Derodo] derodis, pen. prod. deroſi, deroſum, (κατεσθίω, ὀνω) derodere, Idem quod Rodere. Plin. lib. 11. cap. 37. 37, Et cochleæ dentes habent: indicio eſt à minimis earum deroſa uitis.

Deroſo flore edere. Plin. lib. 12. cap. 17. 3. Et Cic. 1. de Diuinat. 161, A' muribus eſſe deroſos.

Derogo] derogas, pen. corr. (ἀπομείω, καταλύω, περικαταλύω, ὑποσπάζω) derogare. Quum quid ex lege ueteri, quo minus fiat, ſancitur lege noua, inquit Feſtus. Vide Arrogo. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 5, Siquid in hac rogatione ſcriptum eſt. quod per leges plebisue ſcita, s c. hoc eſt, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, ſine fraude ſua non liceat, non licuerit, &c.

De lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliquid ex parte commutari indignius eſſe, quum populo cognoſcendi, & probandi aut improbandi poteſtas nulla fiat. Cicer. 2. de Inuent. 221.

Ex æquitate aliquid derogare. Cic. 2. de Inuent. 223.

Derogare de magnificentia alicuius, id eſt, detrahere, authore Feſto. Cic. 2. de Inuent. 251, Quare aut de magnificentia, aut de honeſtate quiddam derogetur,

Derogare aliquid ex lege ſatorum. Senec. in præf. lib. 1. Natura. quæſt.

Sibi derogare. Cic. pro Roſc. Amer. 54.

Derogare de fide teſtium aduerſarij. Cic. pro Cecinna, 2.

Derogare fidem alicui. Cic. pro Flacco, 6.

Gratiam derogare alicui. Plin. lib. 7. cap. 28. 4, M. Sergio, ut quidem arbitror, nemo quenquam hominum iure prætulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini derogarit.

In commune nihil derogent. Tacit. lib. 13.

¶Derogito, derogitas, pen. corr. (ἀπομείσμαι) derogitare, frequantatiuũ. Plaut. Aſin. 7. 60, Placidè ergo unumquodq; derogita, ut acquieſcam.

¶Derogatio, Verbale (ἀπομείωσις) Author ad Herennium, lib. 2. 47. Quum duæ leges inter ſe diſcrepant, uidendum eſt primùm, num quæ abrogatio aut derogatio ſit.

Deroſus] Vide Derodo.

Derrha] Δέρρα, Macedoniæ oppidum, in ſinu Thermaico, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Derrhiatis] Diana cognominata, ut Pauſanias ſcribit, à Derrhio, non procul à Taygeto, cuius ſimulacrum ſubdio cõſtitutum ait. Huius deæ templum etiam Stephanus cõmemorat. Ait enim Derrham, nõ Derrhium, locum eſſe Laconiæ, unde ſit gentile Derrhæus, uel Derrheates, unde Derrheatidis Dianæ templum.

Derſæi] ſiue, (ut alij legunt) Derſes (Δερσαῖοι) Populi ſint Græcorum in litorib. Thraciæ, quorum meminit Herod. libro 7.

Dertona] Δερτῶνα, Taurinorum urbs Ptolemæo: hodie Tortona.

Dertuſani] Hiſpaniæ citerioris populi. Plin. lib. 3. cap. 3. Tarracone diſceptant populi XLIIII. quorum celeberrimi ciuium Romanorum Dertuſani, Biſgargitani, &c.

Derumpo] derumpis, derupi, pen. pro. deruptum (κατὰ ῥήγνυμι) derumpere, Idem quod Birumpere, à quò.

¶Deruptus (κατερρωγὼς) Participium, ſiue nomen ex participio.

Collis arduus & deruptus. Tacit. libro 2. hoc eſt abruptus, ſiue præruptus.

Rupes deruptæ. Tacit. lib. 9, Et pars maxima inermes per inuia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt. Vbiq; tamẽ legitur, diruptas.

Tumulus altior, deruptiorq;. Liu lib. 8. Decad. 4, In altiorem deruptioremq; undiq; tumulum conceſſere. Aliàs legitur diruptiorem, ſed prior lectio eſt caſtior.

Deruptum. pro præcipitio: ut, Multi pauore in derupta præcipitati. Liu. lib. 8. Decad. 4.

Dimiſſo equo per dirupta, & auia, ſequentis fruſtratus eſt. Tacitus libro 4.

Per auia ac derupta. Tacit. lib. 5.

Deruncino] deruncinas, pen. corr. (ἐκβοτανίζω) deruncinare, Diſſecare & diſſipare. Tractum à runcinis, quæ maiores ſerræ dicuntur, quibus fabri lignarij maiora ligna ſecãt. Plaut. Mil. 16. 6, Vt lapide deruncinauit militem.

Deruo] deruis, derui, derutum, pen. corr. καταπίπτω) deruere. Deorſum ruere. Apul. Prolapſus deruiſſem.

Deruere de laudibus, (καταβάλλειν) Pro Detrahere. Cic. ad Attic. libro 16. 336. 3, Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Digitized by Google

Deruptus] Vide Derumpo.
Deruſiæ] fuerunt oratores Perſici, teſte Herodoto lib. 6.
Derxene] Regio, per quam fluit Euphrates fluuius, authore Plin. lib. 5. cap. 34.
Des] olim pro Bes, dicebatur as, dempto triente. Eſt enim des, ſiue bes, octo unciarum pondus.
Deſacro] deſacras, pen. corr. (καθιερόω) deſacrare, Idem quod Sacrare uel conſecrare. Stat. 9. Theb. 118,
Nota per Arcadias felici robore ſyluas
Quercus erat, Triuiæ quam deſecrauerat ipſa
Eiectum turba nemorum, numenq; colendum Fecerat.
Deſæuio] deſæuis, deſæuiui, deſæuitũ (ἀργιάνομαι, καταπαύω) deſæuire, Deſinere ſæuire. Lucanus lib. 5.
—nec dum deſæuiat ira, Expectat.
Dum pelago deſæuit hyems. Virg. 4. Aeneid. 11.
Deſæuire, Valde ſæuire. Col. lib. 6. cap. 2. de bubus domandis, Patere unum diem noctemq; deſæuiant. Id eſt, petulanter agant. Tranquil. in Nerone, cap. 29, In omnes deſæuit. Claud. 1. in Eutrop. 37.
Sanguine plebeio deſæuire. Sæuire in plebem. Stat. lib. 12. 148.
Deſalto] deſaltas (ὀρχέομαι) deſaltare, Saltationem peragere. Suetonius in Caligula, cap. 54, Deinde repentè magno tibiarum & ſcabellorum crepitu cum palla, tunicaq; talari proſiluit, ac deſaltato cantico abiit.
Deſcendo] deſcendis, deſcendi, deſcẽſum (καταβαίνω, κατέρχομαι) deſcendere, Propriè ſignificat è loco ſuperiore in inferiorem uenire.
Deſcendere ex alto ad ſummum. Plaut. Mil. 16. 14.
Deſcendere de caſtello. Cic. pro Cecinna, 15.
Deſcendiſſetq; de roſtris. Varro 1. de Reruſt. cap. 54. 1.
Deſcenderunt ex oculis lacrymæ. Plaut. Merc. 12. 4.
Deſcendimus ad noſtras nauiculas. Cicer. 4. Acæd. 266. Vide Nauis.
Deſcendere ad forum. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 3.
Deſcendere equo, & ex equo. Liu. 2. ab Vrbe, 87. Cicer. de Senect. 30.
Deſcendere in locum aliquem. Cic. 2. Tuſcul. 14.
Deſcendere in roſtra. Cic. 3. Offic. 105.
Deſcendere in altum, & altè, dicuntur radices. Colum. lib. 11. cap. 3. 51. Plin. lib. 15. cap. 31. 3.
In mare deſcendit Tybris. Lucan. lib. 6. 16.
Deſcendere prædatum in agros. Liu. 3. ab Vrbe, 126.
Deſcendunt in plana corylus, cornus, &c. Id eſt, creſcunt in planis locis. Plin. lib. 16. cap. 18. 2.
Deſcendere radice dicuntur arbores. Plinius lib. 16. cap. 31. 2, Aeſculus quãtum corpore eminet, tantum radice deſcendit.
Deſcendit è uicino. Plin. lib. 37. cap. 9. 7.
Gradibus deſcendere. Cic. 3. de Orat. 226.
Deſcendit & hiat rimis ingentibus theatrum. Plin. epiſt. 256.
Concedere alteri, & ad conditionem alterius deſcendere. Cic. 2. de Inuent. 251.
Deſcendere paratus ad omnia. Cæſ. 4. bel. Ciuil. 40.
Deſcendo, abſolutè. Cic. 4. Verr. 128, Placet mihi iſta defenſio; deſcendo. Id eſt, aquieſco.
Deſcendere ad accuſandum. Cic. pro Cluent. 6.
Ad accuſationem deſcendere. Cic. pro Cælio, 1.
In aciem deſcendere. Vide Acies.
Deſcendere in æquum, in planiciem, in aciem, in certamen, idẽ ſignificant. Valla, Deſcendo in prælium, deſcendo in forum, deſcendo in campum dicimus: non quia de loco ſuperiore in inferiorem deſcendimus, ſed quia de loco tuto in locum diſcriminis: opinor quòd qui in loco celſiore ſe tenet, pugnam detrectare exiſtimatur: quem quum relinquit, & in locum æquum uenit, atq; deſcẽdit, mentem ſe pugnandi habere declarat. Ideoq; non ferè dicitur in forum deſcendere, niſi qui pugnandi & defendendæ litis cauſa uenit in forum; non rerum uænalium coemptor ac negociator. Et in campũ deſcendere, non niſi qui litis, dignitatiſue cauſa (ſicut in cãpo Martio fiebat) certaturus uadit. Nec in prælium pugnamue deſcendere, quòd in loca inferiora deſcendat. Non enim locus eſt pugna, & prælium, quum nihil interſit qualis locus ſit, planus, an montoſus, in quem ſe confert qui in pugnam deſcendere dicitur ut apud Virgilium 11. Aeneid. 90 (ſatis autem erit in re perſpicua unum exemplum protuliſſe)
Inſtructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamq; manum totis deſcendere campis. Hactenus Valla, lib. 5. Liu. 7. ab Vrbe, 63, Primò credere duces Gallorum deſcẽſuros in æquum Romanos. Cic. 1. Tuſc. 102, Nullum ab ijs qui in id certamẽ deſcendant, deuitari dolorẽ.
Aluus deſcendit. Celſ. lib. 3. cap. 7.
In amicitiam deſcendere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 31, In amicitiam autem, quæ ſimiles iungit, non deſcendam.
In aures deſcendere. Horat. in Arte, 78.
Deſcendere ad extremum auxilium. Cæſar 3. bel. Ciuil. 30.
Ad nouiſſima auxilia deſcendere. Brutus Ciceroni, Si peſſimus caſus fuerit, ad nouiſſima auxilia deſcendentur. Ex Budæo.
In campum deſcendere. Horat. 3. Carm. ode 1. 3,
—hic generoſior Deſcendat in campum petitor.
Deſcendere in cauſam. Cic. ad Attic. lib. 8. 145. 4, Quo minus mirere ſi inuitus in eam cauſam deſcendo, in qua neq; pacis, neq; uictoriæ ratio quæſita unquam eſt. Per translationem de Partibus Pompeianis loquens. Idem 8. Philip. 237. Liu. 6. bel. Maced. 26, Si ſemel in cauſam deſcenderit, nihil integrum futurum eſt.
Cibus celeriter deſcendit. Celſus lib. 1. cap. 6.
Ad conditionem alicuius deſcendere. Celius ad Ciceronem, libro 8. 8. 32.
Deſcendere ad extremum conſilium. Cæſar 5. bel. Gall. 113.
Deſcendere ad curas alterius. Plin. Epiſt. 248.
In dimicationem uitæ deſcendere. Autor ad Heren. lib. 4. 216.
Ad extrema deſcendere. Pollio Ciceroni, lib. 10. 33. 13, Si nihil in Lepido ſpei ſit, deſcenſurum ad extrema: & nõ modò nationes, ſed etiam ſeruitia concitaturum.
Fabula deſcendit in gentes. Propert. lib. 3. eleg. 5. 9,
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes,
Et timor aut ultra quàm rogus eſſe poteſt?
Ferrum deſcendit in ilia. Ouid. 3. Metam. 14.
Ad inimicitias deſcendere. Cic. pro Muræna, 51.
In iugulum enſe deſcendere. Claud. de bello Getico, 121,
Altius haud unquam toto deſcendimus enſe
In iugulum Scythiæ.
Deſcendere obuiam alicui. Cic. 2. Philipp. 104.
Ad iuris ciuilis perdiſcendi occupationem deſcendere. Cicer. 1. de Orat. 131.
Deſcendere in omnia familiaritatis officia. Plin. in Paneg. 140.
In partes deſcendere. Tacit. lib. 15, Igitur ubi coniuratis præfectum quoq; Prætorij in partes deſcendiſſe, crebro ipſius ſermone facta fides, promptius, & cætera.
Deſcendit peſtis, id eſt, incẽdium. Seruius. Virg. 5. Aeneid. 136.
Ad preces deſcendere dicitur, qui quum poſcere aliquid poſſit, & pro ſuo iure imperare, tamen ità ſe demittit, ut malit illud exorare, & inferiori ſupplex eſſe. Senec. Hippol. 5. 16.
Ad pugnas deſcendere. Valer. 3. Argon. 104.
Deſcẽdere in ſeſe, id eſt, conſyderare ſeipſum. Perſius Satyr. 4. Quod aliâ dicendi formula, Secum habitare, dicitur.
Vulnus deſcendit magno hiatu. Stat. 12. Thebaid. 68.
Lapſu molli deſcendunt Zephyri. Valer. 1. Argon. 138.
Deſcendit ad hyacinthum hæc gemma. Plin. lib. 37. cap. 9. 5.

Digitized by Google

Et paulò pòst, Quintum ad uicinium crystalli descendit.

Ad minora descendere. Quintil. lib. 2. cap. 3. 3.

¶ Descendens, Participium (κατερχόμενος) Cic. pro Planclo, 27, Consuli P. Nasicæ præco Granius medio in foro, quum ille edicto iustitio domum descendens rogasset Granium, &c.

¶ Descensus, huius descensus (κάθοδος) Virg. 6. Aeneid. 25. Facilis descēsus Auerni, id est, ad Auernum. Plin. lib. 16. cap. 26. 6, Ipso descensu Iouis spelunca.

¶ Descensio, Verbale, Idē (κατάβασις) Plin. lib. 20. cap. 17. 4. Item ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balnearum.

Descensiones facere. Liu. 9. bel. Pun. 141. Ibidem lib. 2. 135, Prius quàm in continentem descensiones facerent. Id est, descenderent.

Desciſco] desciſcis, desciui, desciſum, pen. prod. (ἀφίσταμαι) desciſcere, Ex De & Sciſco compoſitum, Eſt ab imperio ſe, ductuq; alterius ſubtrahere, ut milites à duce, populi à domino, diſcipuli ab opinione magiſtri, quem prius ſequebantur, præſertim ad alterius, uel imperium uel ſententiam ſe transferentes. Hæc Valla lib. 5. Liu. 2. ab Vrbe, Præneſte à Latinis ad Romanos desciuit.

Ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem desciſcere. Cic. Curioni, lib. 2. 15. 3.

Desciſcere à conſuetudine parentum. Plin. epiſt. 64. 4, Sic, Desciſcere ab antiqua inſtitutione. Cic. 4. de Finib. 31.

Desciſcere à natura. Cic. 3. Tuſcul. 5.

Desciſcere ab opinione alterius Gellius, Eam rem Cæcilium non inconſyderatè dixiſſe, neq; temere à Menandro, atq; à multorum opinionibus desciuiſſe.

Desciſcere à Rep. Cic. pro Rabirio, 17.

Desciſcere à ſe. Cic. ad Att. lib. 2. 19. 3.

Desciſcere ab ſocietate. Liu. 6. ab Vrbe, 66.

Desciſcere à ueritate. Cic. 4. Acad. 46.

A uita desciſcere, Excedere è uita. Cic. 3. de Finib, 93.

Desciſcere à Pop. Romano ad Illergetes. Liu. 8. bel. Pun. 154.

Desciſcere apertè. Liu. 1. ab Vrbe 116.

Desciſcere in pratum. Plin, lib. 18. cap. 16. 5.

Apes desciuere ſauis. Claud. 4. Paneg. 53.

¶ Desciſcitum, pen. prod. (ἀφίσατα) Imperſ. Paßiuum. Liu. 6. bel. Pun. Quorum de ſententia maximè desciſcitum à Romanis conſtabat.

Deſcobinatus] κατεξυσμένος, Saucius, abraſus, ſectus. Varro in Meleagris, Sin autem delectationis cauſa uenamini, quādo ſatius eſt ſaluis cruribus in circo expectare, quàm his deſcobinatis in ſylua curare? Nonius.

Deſcribo] deſcribis, pen. prod. deſcripſi, deſcriptum (ἀναγράφω, διαγράφω, καταγράφω, ὑπογράφω, ἐπιγράφω) deſcribere, propriè eſt, quod barbarè uulgò Copiare dicitur, exemplare, uel tranſſumere, aut tranſcribere. Cicer. ad Cornificium, lib. 12. 17. 4. Idem ad Atticum. Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarij. Eidem, libro 2. 35. 4, Edicta eius & conciones deſcribunt, & legunt.

Deſcribere librum ab aliquo, id eſt, ad exemplum quod aliquis habet. Cic. ad Attic. lib. 13. 278. 4, Scripſit enim Balbus ad me, ſe à te quintum de Finib. librum deſcripſiſſe. Ibidem 6, Mirificè Cerelia ſtudio uidelicet philoſophiæ flagrans, deſcribit à tuis. Sic idem 4. Acad. 24.

Deſcribere comœdias Græcas, pro Verbis Latinis eas exprimere, & ad exemplum earum ſimiles, eiuſdemq; argumenti cõponere. Terent. in Prol. Eunuchi, 7,

Qui bene uertendo, & eas deſcribendo malè,
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Vide Malus Adiectiuum.

Hominum ſermones moresq; deſcribere. Id eſt, effingere imitando. Cic. in Orat. 76.

Deſcribere rationes. Cic. 4. Acad. 208, Hæc quum uera eſſe cõceſſero ſi adijciam iuſurandum, ſapientemne prius quàm Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas, quibus efficitur multis partibus ſolem maiorem eſſe quàm terram, iuraturum putas?

Deſcribere (διανέμεσθαι) uidetur aliquando ſignificare Definire, & partiri, ſiue diuidere & diſtribuere. Cicer. 5. Verr. 185. Quod niſi omnis frumenti ratio, ex temporibus eſſet, & annona, non ex numero, neq; ex ſumma conſideranda, nunquam tam grati bis ſeſquimodij Q. Hortenſi fuiſſent: quos tu quum ad menſuræ tam exiguam rationem Populo Romano in capita, deſcripſiſſes, gratiſſimum omnibus feciſti. Sic paulò antè, 180. Et 2. de lege Agrar. 84, Adiungit Stellatem campum in agro Campano, & in eo duodena deſcribit in ſingulos homines iugera. Idem pro Flacco, 25, Dimidium eius quo Pompeius erat uſus imperauit. num potuit parcius? Deſcripſit autem pecuniam ad Pompeij rationem quæ fuit accommodata L. Syllæ deſcriptioni. Qui quum omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſiſſet, illam rationem in imperando ſumptu, & Pompeius & Flaccus ſequutus eſt. Vulgò taxare dicunt, hoc eſt τάξαι. Idem pro Rabirio. 25, Quæq; multi homines neceſſarij ſecundis Poſthumij rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc eius afflictis fortunis uniuerſa ſuſtinet. Id eſt, inter ſe partita & diuiſa. Sic Iuſtinus lib. 16, Quum Athenienſes uictis Perſis, Græciæ tributum in tutelam claßis deſcripſiſſent. Ex Budæo.

Deſcribere officia. Cic. 4. Acad. 203.

Deſcribere iura. Cic, 7. Verr. 23. Sic, Deſcribere iuſſa populis, apud eundem 2. de Legib. 20.

Ciuitatibus pro numero militum, pecuniarum ſummas deſcribere. Cic. 7. Verr. 50.

Deſcribere urbis partes ad incendia. Cic. 1. in Catil. 6.

In genera deſcribere. Plinius libro 2. cap. 7. 2. Cic. 2. de Orat. 159, Sed hæc ipſa minus mihi uideor multa in genera deſcripſiſſe.

Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in ſuffragium conſilij, quàm fuſe in tribus conuocatus. Cic. 3. de Legib. 64. Id eſt, Partitus & digeſtus.

Deſcribere (καταγράφειν) Eſt aliquando exprimere, & proprietatibus quibuſdam quaſi quadam pictura ante oculos ponere. Plaut. Aſin. 8. 22, Truculentis oculis, commoda ſtatura, triſti fronte. M. Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam. Idem Milit. 10. 167, Bonus Hercle ut malos deſcripſit mores.

Mulierem aut alium quemplam deſcribere. Cic. pro Cæl. 39.

Ingenij ſui finibus aliquid deſcribere. Cicero 1. de Orat. 107, Craſſus uerò mihi noſter uiſus eſt Oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed ingenij ſui finibus immenſis penè deſcribere.

Definire & deſcribere uerbum aliquod. Cic. in Partit. 68, Vter enim definiendo deſcribendoq; uerbo, magis ad ſenſum iudicis opinionemq; penetrarit, &c.

Definire rem uerbis, & breuiter deſcribere. Cicero 1. de Inuent. 16.

Naturam alicuius certis ſignis deſcribere. Author ad Herennium, lib. 4. 230.

Latronem aliquem deſcribere. Cicero pro Milone, 36, Videlicet me latronem ac ſicarium abiecti homines & perditi deſcribebant.

Deſcribere in deos. Plin. lib. 18. cap. 28. 11, Neque eſt ei minor ueneratio, quàm deſcriptis in deos ſtellis.

Deſcribi, pro Transferri. Senec. epiſt. 109, Non credis animas in alia

Digitized by Google

in alia corpora atq; alia describi, & migrationem esse, quã nos dicimus mortem?

¶ Descriptus, Particip. (κατάγραπτος) ut, Descriptæ leges.

Aetatis partes descriptæ. Cic. de Senect. 6.

Dimensa atq; descripta. Cic. de Senect. 55, Mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa & descripta. Id est, Concinè digesta, Mox subijcit, Et ei Cyrum respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimẽsus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu non satæ.

Orbem ratio describere. Virg. eclog. 3. 9. Hoc est, metiri.

Descriptum distributumq; est. Cic. 3. in Catil. 53, Vt quum urbem ex omnibus partibus, quemadmodum descriptum distributumq; erat. incendissent, &c.

Ius ciuium generatim in ordines, etatesq; descriptum. Cic. 1. de Oratore. 30.

Materiem orationis omnibus locis descriptam, instructam ornatamq; comprehendere. Cic. 2. de Orat. 79.

Ratio belli descripta. Cic. 2. in Catil. 34, Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, docui.

Vita descripta tabella. Horat 2. Serm. Satyr. 1. 7.

¶ Descriptus Nomen ex participio (κατάγραπτος) Cicero 3. de Finib. 112, Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis, tam compositum, &c.

¶ Descriptio, descriptionis, Verbale (κατάγραφὴ, διάγραφὴ, ἀπάγραφὴ) ut, Descriptio & imago tabularum. Cicero 4. Verr. 138.

Descriptio, Partitio, & digestio in ordines, & familias, aut ciuitates. aut tribus, aut centurias.

Descriptio populi. Cicero pro Plancio, 36, Decuriatio tribuliũ, descriptio populi, suffragia largitione deuincta seueritatem Senatus excitauerunt.

Descriptio equitum peditumq;. Cic. 4, Tusc. 1.

Seruorum uicatim tota urbe celebrare descriptionem. Cic. pro Domo sua, 99.

Descriptiones temporum. Cic. 1. Acad. 14.

Descriptio, pro definitione. Author ad Heren. lib. 4. 209, Descriptio nominatur, quæ rerum consequentium cotinet perspicuam & dilucidam cum grauitate expositionem. Cicero 1. de Orat. 106, Philosophi deniq; ipsius, qui unus omnia penè profitetur, est tamen quædam descriptio, ut is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum uim, naturam causasq; nosse, & omnem bene uiuendi rationem tenere & persequi, nomine hoc appelletur. Idem in Topic. 44, Descriptio, qualis sit auarus, qualis assentator, cæteraq; eiusdem generis, in quibus natura & uita describitur. Et paulò antè additur etiam descriptio, quàm Græci κατάγραφὴν uocant.

Descriptionibus explicare. Cic. 1. Tusc. 60.

Deseco] desecas, pen. corr. desecui, desectum, (διαπρίω) desecare, Idem quod Secar siue incidere. Cæsar 7. bel. Gall. 16, Auribus desectis, & singulis effossis oculis domum remittit. Varro 1. de Re rust. cap. 50. 2, Hæc quum comprehendit, spicarum fascem desecat.

Desecare prata. Colum. lib. 11. cap. 1. 7.

Agglutinare & Desecare, opposita. Cic. Attico, lib. 16. 333. 24, Tu illud desecabis, hoc agglutinabis.

Desecare arborem serra. Colum. lib. 5. cap. 6. 11, Sed si fieri poterit, uno ictu arborem præcidi: sin minus, serra desecari, & plaga falce alleuari oportebit.

Desecare uitem. Varro 1. de Re rust. cap. 41. 1.

Desecare collum alicui. Virg. lib. 8.

Gorgona desecto nertentem lumina collo.

Crinem desecare. Ouid. 2. Trist. 79, Ni patrium crinem desecuisset amor.

¶ Desecans, pen. corr. (διαπρίων) Participium. Cic. de uniuers. 30, Partes rursus ex toto desecans.

¶ Desectus, Participium à Desecor (διαπρισθὲς) ut, Desecta cum stramento seges. Liu. 2. ab Vrbe, 19.

Ceruix desecta. Propert. lib. 4. eleg. 11. 8.

Gramen desectum. Ouid. 14. Metam. 129.

Desectis stramentis. Colum. lib. 2. cap. 10. 4.

Desectæ offæ in mulsum aut dulce uinũ, Plin. lib. 14. cap. 16. 7.

Saxa desecta metallis. Stat. 2. Syl. 2. 17.

¶ Desectio, Verbale (διάπρισις) Colum. lib. 6. cap. 3. 1, Horum desectio cũ pecori, tum agro est utilis. De stramẽtis loquitur.

Desecro] desecras, pen. corr. (βεβηλόω) desecrare, Propriè est ex sacro prophanum facere, & quòd uulgò dicitur degradare. Sipontinus.

¶ Desecratus. Plin. lib. 28. cap. 8. 24, Iungemus illis simillima & peregrina æquè animalia, priusq; chamæleontem, peculiari uolumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum non sine magna uoluptate, cognitis, proditisq; mendacijs Græcæ uanitatis.

Desero] deseris, pen. corr. deseui, desitum, pen. corr. (καταφύω) à Sero compositum. Varro 1. de Re rust. cap. 23. 5, Nam & in recẽtibus pomarijs desitis semimibus, in ordinẽq; arbusculis positis primis annis antè quàm radices longius procedere possint, alij conserunt hortos.

Desero] deseris, pen. corr. deserui, desertum (ἀπολιμπάνω, ἀπολείπω, προλείπω) deserere, Derelinquere. Teren. Heaut. 2. 3. 64, Mulier telam deserit continuò.

Patronus propriè dicitur deserere, teste Donato.

Deserere aliquem. Terent. and. 1. 5. 35, Tum autem hoc timet, ne deseras se. Ibidem, 4. 2. 11, Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deserturum. Idem Eunuch. 2. 2. 7, Omnes noti me atq; amici deserunt.

Deserere & derelinquere. Cic. pro Plancio, 10, Deinde sitientem me uirtutis tuæ deseruisti ac dereliquisti.

Deserit amicus amicum. Plaut. Mostell. 4. 39.

Deserere amorem alicuius. Valer. 3. Argon. 36.

Deserere in malis. Terent. Heauton. 2. 3. 17, Et me in his deseruisti malis. Catul. epigram. 28. 1.

Deserere aliquem fide & factis in ærumnis. Plaut. Capt. 7. 46,

—in tantis ærumnis tamen
Neq; me deseruisse te neq; factis; neq; fide.

Deseri à magna parte militum. Cæsar 1. bel. Ciuil. 59.

Aura deserit moribundos. Lucret. lib. 3. 47.

Causam suã deserere, uel litem. Papin. in l. liberto ff. de negoc. gestis, Litem in iudicium deductam, & à reo desertam fraudatoris amicus ultrò egit.

Amici causam deserere. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 13.

Causam suam deserere. Cic. de Fato, 18.

A consilijs malitiæ deseri. Cic. pro Cluent. 145.

Deserere exercitum. Cic. 7. Verr. 86. Cæsar 5. bel. Gall. 13.

Fama deserit aliquem. Cic. 1. Tuscul. 178.

Fidem deserere in aliquem. Catull. ad ianuam, 62. 2,

Dic agedum nobis quare mutata seraris
In dominum ueterem deseruisse fidem.

Deseruit me fides & fama. Plaut. Mostell. 3. 40,

Nunc simul res, fides, fama, decusq; & uirtus
Deseruerunt me.

Fugam alicuius deserere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 7. Hoc est exulantem aliquem.

Deserunt hunc genua. Plaut. Mercat. 4. 13,

Genua hunc cursorem deserunt.

Iter medium deserere. Claud. 4. Paneg. 83.

Digitized by Google

Deſerere ſuum ius. Cicero pro Cecin. 74. Item, Deſerere ius amicitiæ,34.
Litem deſerere. Papinianus in l. liberto. ff. de negoc. geſt.
Laborem imperfectũ deſerere, Claud. 1. de Raptu Proſerp. 55.
Deſerere maritum. Plaut. Amphit. 16. 7.
A mente deſeri. Cic. Attico, lib. 3. 55. 2.
Ab oblectatiõibus & uoluptatibus deſeri. Cic. Att. lib. 2. 79. 4.
Deſerere ſuſceptum officium. Cicero 1. de Finib. 37. & 51. Vide Officium.
Opus deſerere. Ouid. 1. Faſt. 58,
Neue ſuum præſta deſerat author opus.
Deſerere pignus. Plaut. Cap. 7. 77,
Tuq; te pro libero eſſe dicas, pignus deſeras.
Preces alicuius deſerere. Cic. Att. lib. 3. 60. 3.
Orantis medias deſeruere preces. Ouid. epiſt. 15. 53.
Sedem deſerere. Virg. 3. Aeneid. 38.
Deſerere optimè meritos ſocios. Cæſar 1. bel. Gall. 197.
Deſerere ſpem. Plaut. Rudent. 4. 4,
Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui.
Spem noſtram, terras deſeruitq; ſimul. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 6. 4.
Spes deſerit. Cic. 2. de Inuentione, 205.
Ex toto deſerere. Ouid. 4. de Ponto, 15,
Nec tamen ex toto deſerere illa potes.
Turpiter deſerere. Quint. lib. 2. cap. 1. 7.
Deſerere uadimonium. Cic. 2. in Catil. 28. Idem pro Quintio, 27, Vadimonium ſibi ait eſſe deſertum.
Vires, uita meum corpus nunc deſerit omne. Cic. 1. de Diuinat. 72. Ex Ennio.
Virtutis uiam deſerere. Horat. 2. Carm. ode 24. 9.
Deſerere uitam ſuam. Cic. pro Seſtio, 42, Nónne ſi uitam meam deſeruiſſem, Rempub. prodidiſſem?
¶ Derſertus, Participium (ἀπολελοιφθείς, ὀρημωθείς, οἰωθείς) ut, Deſerta ſigna. Liu. 2. ab Vrbe, 192.
Lattus deſertum. Virg. 2. Aeneid. 5.
Nox deſerta. Ouid. 3. de Arte, 14.
Suis deſertus, pro A ſuis. Tacit. lib. 3, Neq; prælium omiſit, donec deſertis ſuis caderet.
Teſqua deſerta. Horat. 1. epiſt. 14. 4.
Vela deſerta uento. Senec. Agam. 6. 15.
Virgo neci deſerta. Valer. 2. Argon. 91.
¶ Deſerto, as, Frequentatiuum (ὀρημάω) Accius, Quum me ſolum uterq; parens deſertaſſent.
¶ Deſertus (ὀρήμη, οἰοπόλη) Nomen ex participio. Deſertæ ſolitudines. Cic. 2. de Diuinat. 65.
Deſertus ager. Plin. lib. 18. cap. 5. 3, Nihil damnoſius deſerto agro. Ouid. 3. Metam. 122.
Domus deſerta. Ouid. 3. Triſt. eleg. 8. 2.
Deſertus homo, deſerta mulier. Terent. Adelph. 5. 4. 19, Illum diligunt, apud illum ſunt ambo, ego deſertus ſum. Idem Phorm. 5. 1. 24, Ego autem quæ eſſem anus deſerta, egens, ignota.
Deſertior locus. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28 o. 4.
Loci celebres & Deſerti, contraria. Cic. in Partit. 21.
Luſtra ferarum deſerta Virg. 3. Aeneid. 129.
Regio ſiti deſerta, id eſt, inhabitabilis ob ſiccitates & aquarum penuriam. Virg. 4. Aeneid. 9.
Lebedus deſertior Gabijs. Horat. 1. epiſt. 11. 2.
Deſertior reditus. Cic. in Piſonem, 43, Sic iſte tanto exercitu, tanta prouincia triennio pòſt Macedonicus imperator in urbem ſe intulit: ut nullius negociatoris obſcuriſſimi reditus unquam fuerit deſertior.
Terræ deſertæ. Virg. 3. Aeneid. 1.
Via deſerta & inculta, atq; intercluſa iam frondibus & uirgul-

tis relinquatur. Cic. pro Cælio, 33.
Deſertius nihil. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3, 17. 20, C. Memmius Trib. plebis cum L. Capitone ad urbem acceßit ad XII. Calen. Octobris: nihil turpius nec deſertius.
¶ Deſertum, huius deſerti (ὄρημος) locum appellamus inhabitatum, quaſi ab hominibus derelictum, quem Græci Eremum dicunt. Virg. 1. Aeneid. 78,
Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,
Europa atq; Aſia pulſus.
Colere deſerta, Verſari in locis deſertis. Claud. 3. de raptu Proſerp. 58.
Interuenientibus deſertis. Vide Interuenio.
¶ Deſertor, Verbale, Qui deſerit: ut, Deſertor amicorum, cui Conſeruator opponitur. Cic. ad Attic. lib. 8. 153. 5, Sed obſecro te, quid hoc miſerius, quàm alterum plauſus in fœdiſſima cauſa quærere, alterum autem offenſiones in optimæ alterum exiſtimari conſeruatorem inimicorum: alterum deſertorem amicorum?
Deſertores ſalutis meæ. Cic. ad Quirites poſt red. in Senat. 10.
Deſertor communis ſalutis, Qui communem ſalutem non curat. Cic. 3. de Finib. 99.
Deſertor miles. Cæſar 6. bel. Gall. 86, Qui ex ijs ſecuti nõ ſunt, in deſertorũ & proditorum numero ducuntur. Liu. 3. ab. Vrbe, 296. Pro deſertore futurũ cuius cauſam non probaſſent. Modeſtinus de re militari, l. deſertorẽ, Emanſor eſt qui diu uagatus, ad caſtra reuertitur. Deſertor eſt, qui per prolixum tempus euagatus reducitur. Et Quint. lib. 7.
Deſertor Aſiæ, Exul. Virg. 12. Aeneid. 3,
Aut hac Dardanium dextra ſub tartara mittam.
Deſertorem Aſiæ. Seruius.
¶ Deſertio, Verbale (ὀρήμωσις) Liu. lib. 1. quintæ Decad. Cur execrabilis iſta nobis ſolis ueluti deſertio generis humani eſt?
Deſeruio] deſeruis, deſeruiui, deſeruitũ, pen. pro. (ὑπηρέτω, θεράπεύω) deſeruire, Idem quod Seruire: niſi quòd aliquid auget præpoſitio De: ut,
Deſeruire amicis. Cic. pro Sylla, 19.
Deſeruire cuiuis. Cicero 1. Offic. 153, Itemq; alij qui quibuis perpetiantur, cuiuis deſeruiant, dum quod uelint conſequantur.
Alicui deſeruire per multos annos. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 1.
Bonis deſeruire. Stat. 2. Sylu. 2. 26,
—nos uilis turba, caducis
Deſeruire bonis.
Deſeruire corpori, Habere curam corporis. Cicero 1. de Legibus, 56.
Deſeruire rebus diuinis. Cic. in Partit. 43.
Deſeruire honoribus. Plin. epiſt. 130, Quis adeò expetitis honoribus, aut deſeruit, aut ſufficit?
Deſeruire ſtudijs. Plin. epiſt. 127, Te negocijs diſtineri ob hoc moleſtè fero, quòd deſeruire ſtudijs non potes.
Deſes] Vide Deſideo.
Deſicco] deſiccas (ξηραίνω) deſiccare, Idẽ quod Siccare. Plin. lib. 20. cap. 19. 4.
Deſidæmones] Δεισιδαίμονες, Græcis dicũtur ſuperſtitioſi, abin conſulta & abſurda diuinæ potentiæ formidine. Hæ iuſmodi meticulos, ſcrupulos nunc appellant, non inepto uerbo, & inde ſuperſtitioſos, ſcrupuloſos. Ineſt enim ſemper di quid quod eos malè habeat, & tanquam lapillus, id eſt ſcrupulus in calceo, identidem punctitet. Bud. in Annot.
Deſideo] deſides, pen. corr. deſedi. pen. prod. (ἐκθυμέω, καθεζόμαι) deſidere, Ocioſum ſedere. Plaut. Pſeud. 17. 7, Quid tu intus queſo deſediſti? Idem Bacchid. 5. 4, Nam meus formidat animus noſtrum tamdiu ibi deſidere, neq; redire filiũ. Terent. Hecyr. 5. 3. 2, Fruſtra ubi totum deſedi diem. Sueton. in Cæſare,

Digitized by Google

in Cæsare, cap. 2, A quo ad accersendam classem in Bithyniã missus, desedit apud Nicomedem. Et Quintil. lib. 4. Et confragosa nitantes antœnioribus locis desident.

¶ *Deses, desidis, pen. corr. om. gen. (νωθρὸς) Qui nihil agit, & ocioſus ſedet. Liuius ab Vrbe, Desidem Romanũ regem inter ſacella & aras acturum esse regnum rati. Idem lib. 3, Sedemus desides domi multorum ritu inter nos altercantes.*

Annus deses uocatur, in quo nihil agimus. Stat. 3. Syl. 1. 1,

Intermissa tibi renouat Tyrinthie sacra
Pollius, & causas designat desidis anni.

Cura deses, id est demissa & negligẽs. Stat. lib. 6. Thebaid. 30.

Passu deside ire. Stat. 5. Sylu. 2. 13.

Somnus deses. Stat. 10. Thebaid. 18.

Vita deses. Stat. 3. Sylu. 5. 13.

Desidem ab opere suo aliquem facere. Colum. lib. 7. cap. 12. 2, Tertium genus canum uenandi gratia comparatur: idq; non solum nihil agricolã iuuat, sed & auocat, desidemq; ab opere suo facit.

¶ *Desidia, desidiæ (νωθρεία, νωθρότης) Ocioſitas & inertia, ignauia. Cic. 5. Tuscul. 114, Sed nos umbris, delicijs, ocio, languore, desidia animum infecimus, &c.*

Socordia atq; desidia. Author ad Heren. lib. 2. 71.

Molles desidiæ. Claud. 6. Paneg. 8.

Horridus desidia, id est, incultus propter desidiam. Virgilius 4. Georgic. 19.

Languore desidiæq; se dedere. Cic. 1. Offic. 173.

Indormire desidiæ. Vide Indormio.

Animum inficere desidia. Vide Inficio.

Marcescere desidia. Vide Marceo.

Homo desidiæ ac luxuriæ plenus. Cic. in Salust. 5.

Desidiam puer ille sequi solet: odit agentes. Ouid. lib. 1. de Remed. amor. De Cupidine seu amore.

Vitãda est improba Siren Desidia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 3.

¶ *Desides, desidiei, Idem quod Desidia. Lucret. lib. 5,*

Quidue superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades? quid luxus desidiesq;?

¶ *Desidiosus, pen. prod. (ῥᾳθυμος) Qui nihil agit. Ouid. 1. de Remed. amor.*

Quæritur Aegystus quare sit factus adulter
In promptu causa est, desidiosus erat. Martial. lib. 8. 4.

Desidiosa delectatio. Cic. 3. de Orat. 50.

¶ *Desidiosior. Varro in Proœ. li. 2. de Re rust. 1, Sic qui in oppido sederent, quàm qui rura colerẽt, desidiosiores putabãt.*

Inertissimum & desidiosissimum ocium. Cic. 2. de lege Agr. 90.

¶ *Desidiosè, pen. prod. (ῥᾳθύμως) Aduerbium: ut,*

Agere ætatem desidiosè. Lucret. lib. 4. 229.

Desiderium] *Vide* Desyderium.

Desido] *desidis, pen. prod. (κατοχαίνω) desedi (nam præteritum à Sedeo mutuatur, teste Valla, lib. 5. desidere, pen. corr. Idem quod Sedere, sed cum motu. Cic. 1. de Diuinat. 232, Vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræq; desederint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint. Sic paulo pòst, 158, Desederint, id est, pessum ierint, & uelut descenderint, subsederint.*

Hiatu aliquo desidere. Valer. 8. Argon. 66.

Desidunt nares. Celsus lib. 8, cap. 5, In naribus uerò, & os, & cartilago frangi solet, & quidem modò aduersa, modò à latere, si aduersa fracta sunt alterúmue ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur.

Desidit tumor, quando imminuitur. Celsus lib. 7. cap. 18.

¶ *Desidens, pen. prod. Participium (ἀφιστὰς) ut, Desidentes mores, pro desciscentibus. Liu. in Præfatione, Labente deinde disciplina, uelut desidentes primò mores sequatur animo: deinde ut magis, magisq; lapsi sint: tum ire cœperint præcipites. Quæ putantur castigatiora exemplaria, habent, dissidentes. Prior tamen lectio magis arridet. Pulchrè enim hæc congruunt, desidere, labi magis magisq;, ire præcipites.*

Vada desidunt. Stat. 3. Syl. 2. 22.

¶ *Desiduo, produturnè, Aduerbium antiquum & obsoletum. Vace. Corollario, Diutiæ mihi fuerunt, tam desiduò abfuisse te. Nonius.*

Designo] *designas (ὑποτυπόω, ἀποδειγνύω, βραβεύω, διαγλάπτω) designare, Describere, quasi per signa demonstrare. Cic. in Catil. 1, Notat & designat oculis ad cædem unumquemq; nostrum.*

Digitis uulgi designari. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 16.

Designare uerbis aliquid. Cic. 1. de Orat. 5. 3.

Certum quiddam designare. Cic. 1. de Inuent. 45.

Designare templo Iouis fines. Liu. 1. ab Vrbe, 44.

Consules & Prætores & Tribuni plebis creari solebant in annum proximum, tumq; designati dicebantur, antè quàm scilicet magistratum inissent: quod fieri solebat Cal. Ianuarijs. Salustius, Catilina nihilominus in proximum annum Consulatum petebat: sperans, si designatus foret, facile se ex uoluntate Antonio usurũ. Plin. epist. 74. e, Censuit Bebius Macer Consul designatus. Cic. de Fato, 3. Et 3. Tusc. 118, Designatus Prætor. Et ad Brutum, 1. 1, Designatus Tribunus plebis.

Agrum seminario designare, Colum. lib. 3.

Designatus Reipub. cuius. Cic. pro Cluentio, 24.

Res constituta & designata, quam prædestinatam uocamus. Cic. 1. de Diuin. 140.

Respublica ratione & disciplina designata. Cicero 3. de Natura deorum, 123.

Hæc notant & designant turpitudinem aliquam. Cicero 2. de Orat. 130.

Designare, inquit Donatus, est rem nouã facere in utranq; partem, bonam & malam. Et designata, rectè & pranè facta dicebantur. Terent. Adelph. 1. 2. 7,

—nam illa quæ facta sunt
Omitto, modo quid designauit. Apuleius lib. 10, Post dies plusculos ibidem designatum sceleſtum & nefarium facinus memini. Budæus. Horat. lib. 1, epist. 5. 4,

Quid non ebrietas designat?

Designare & conficere. Cic. 1. de Nat. deor. 39.

Designare nota ignominiæ, pro Ignominiam inurere. Liuius libro 4. bel. Punici.

¶ *Designator, designatoris, masc. gen. (βραβευτὴς) Sunt qui designatores esse putent (& rectè nostra quidem sententia) eos qui constituendæ funebri Pompæ, aut etiam cuicunq; præsunt, unicuiq; incedendi locum, ordinemq; præscribentes: simili ferè munere eorum, qui Romæ magistri cæremoniarum uocabantur. Plaut. Pœnulo, 2. 19, Neu designator prætereat obambulet, &c. Budæus. Cic. Attico, lib. 4. 72. 3, Desertus à suis uix iam Decimum designatorem, uix Gellium retinet. Horat. 1. epist. 7. 2. Vlpianus in l. athletas. ff. de his qui notantur infamia, Designatores autem, inquit, quos Græci βραβευτὰς, appellant, artem ludicram nõ facere Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exercent.*

¶ *Designatio, Verbale (ὑποτύπωσις) Cic. ad Attic. lib. 4. 73 2, Si ad nos ueneris, offendes designationem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecam.*

Designatio atq; apparatus. Cic. 1. de Nat. deor. 31.

Sine designatione personarum & temporum oratio. Cic. 1. de Orat. 68.

Desilio] *desilis, pen. corr. desiliui, & desilij, uel desilui desultum (κατατινάσσω, καθέλλομαι, ἀποβρώσσω) desilire, Descendere. Plin. de Viris illust. 65, Dum à templo Dianæ desilijt talum intorsit.*

Desilire

Digitized by Google

Desilire ad pedes. Cæsar 4. bel. Gall. 499.
Aethere desiluit Iuno. Valer. lib. 4. Argon. 71.
Lecto desilire. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 16.
Desilire ab equo. Virg. 11. Aeneid. 100.
Desilire de nauibus, de rheda. Cæsar 4. bel. Gall. 554. Cic. pro Milone, 21.
Desilire ex equo. Liu. 9. ab Vrbe, 162.
In arctum desilire, id est, angustijs se committere, Horatius metaphoricè dixit, pro Intra arctos limites stylum cohibere, nec diuagari. In Arte, 28.
Desilire in nauē. Plaut. Rud. 2. 75. Et apud Plinū lib. 8. cap. 8.
Perniciter desilire. Vide Pernix.
Aqua desiliens ex alto. Ouid. 4. Fast. 86.
¶ Desultor, desultoris, Verbale (πηλητιστὴς, ἀμφιππεύς) Qui desilit.
Desultores, dicebantur, qui duos equos absq; ephippijs agitantes, ex altero in alterū subinde mira pernicitate desiliebant. Hos Aelianus de aciebus instruendis ἀμφίππους appellat, de antistomo phalange loquens. Valet autem hoc (inquit) instruendæ aciei genus potißimùm contra barbaros, qui loca Histro amni uicina incolunt, quos Amphippos cognominant, à mutatione equorum: ex alijs enim in alios transsultare consuecuerunt. Hæc Budæus. Varro 2. de Re rust. capite 7. 12, Peritus belli alios quos eligit, atq; alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac desultor. Vide Cælium lib. 21. cap. 30.
¶ Desultorius, πηλητιστικὸς, Adiectiuum, per translationem hoc est, identidem ab alio in aliud cõmeans, & instabilis. Translatum à desultoribus equitibus, quos Græci Amphippos appellant. De quibus Liu. lib. 3. bel. Pun. 132. Cic. pro Lucio Muræna, 52, Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi uidetur Prætorius candidatus in Consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apuleius in primo de Asino, Iam hæc quidem ipsa uocis immutatio, desultoriæ scientiæ stylo, quem acceßimus respondet. Ex Budæo.
Desultorij equi. Sueton. de Cæsare.
Desultoria natura prouerbialiter dicitur. Ioannes Picus, Homo (inquit) uariæ ac multiformis & desultoriæ naturæ animal. Desultoriam hominis naturam dixit, quasi uersipellem, & subinde sese in aliam aliamq; formam mutantem, ut Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui leuitatem desultoriam dixit, lib. 1. Budæus.
¶ Desultura, huius desulturæ, pen. prod. (πηλήτισμα.)
Desino] desinis, pen. corr. desiui, & per syncopen desij, desitum, pen. corr. (πηλαλήγω, παύομαι, λοφέω, λήγω) desinere, Cessare, Terent. Phorm. 2. 3. 72,
—imò haud desinam,
Donec perfecero hoc.
Desino, cum genitiuo, Græcorum est: ut si dicam, Desine sermonis (παύσαι τῆν λόγων) Hos imitatus est Horat. 2. Carm. ode 9. 4,
—desine mollium
Tandem querelarum.
Tardè desinere. Ouid. 2. de Remed. Amor. 58.
Desino, Sileo, finem loquendi facio. Terent. Adelph, 5. 3. 67. Ab pergisne? D iam desino. Idem Eunuch. 5. 2. 45.
Desine, iam conclamatum est. Terent. Eun. 23. 56. Et in Heaut. 5. 1. 6, Iam desine deos uxor gratulando obtundere.
Desine plura puer. Virg. Eclog. 5. 4. & Eclog. 9. 14. ubi Dicere, uel Obtendere utrobiq; subauditur, authore Seruio.
Admirans illud, mirari iam desino. Cic. 2. de Orat. 32.
Desinit dicto magistri esse obediens. Plaut. Bacchid. 8. 35.
Desinat ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit uenalia. Cic. 5. Verr. 122.
Fieri desinit. Cic. Attico. lib. 1. 14. 12.
Desine ei succensere. Cic. 7. Verr. 16.
Re aliqua desinere, pro Cessare de re aliqua. Cic. 4. Acad. 141.
Imbres desierant. Ouid. 5. Metam. 57.
Desinunt tremores, quum uentus emersit. Plin. lib. 2. cap. 82. 3.
Desinere & incipere, contraria. Plinius in Paneg. 90. Cicero 1. Offic. 189, Et ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.
Desinere gradatim. Plin. epist. 38. d.
Desinere in orbem dicuntur Elenchi. Plin. lib. 9. cap. 35. 9.
Desinit in cacuminis fine effigies. Plin. lib. 2. cap. 3. 4.
Desinere in uiolam dicitur gemma. Plin. lib. 37. cap. 9. 4.
Desinunt caduca. Plin. epist. 34. b, Nam cætera fragilia & caduca, non minus quàm ipsi homines, occidunt, desinuntq;.
Similiter desinere, & similiter cadere. Cic. 3. de Orat. 114.
Desinere artem, pro Relinquere, & arti renunciare. Sueton. in Tiberio, cap. 36. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. 14, Quod si tam facilem populum haberem, quàm Aesopus habuit, libenter me hercule artem desinerem, tecumq; & cum similibus nostri uiuerem. Gell. lib. 15, Quum iam natu grandis, artem athleticam desijsset.
Desinere bellum. Silius lib. 12. 145.
¶ Desinitur, pen. corr. (παύεται) Impersonale. Ouid. 1. de Arte, 83, Tunc bene desinitur.
Desitum est contra eos disputari. Cic. 2. de Fin. 71. Idem 2. de Diuin. 145, Si enim esset factitatum, non esset desitum.
In quo desitum sit deinceps incipere. Cic. 1. de Inuent. 41.
¶ Desitus, pen. corr. (παυσάμενος) Participium. Cic. de claris Orat. 63, Nocuimus fortasse, quòd ueteres orationes post nostras non à me quidem (meis enim illas antepono) sed à plerisq; legi sunt desitæ.
Desita ars, pro Derelicta. Gellius lib. 15. cap. 17. Cicero ad Petum, libro 9. 21. 6, Post hunc tredecim fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est uocari desitus.
¶ Desinendus, Particip. Gell. lib. 2. cap. 12. Qui penitus atq; altè usum ac sententiam legis inspexerit, non ad augendam, sed ad desinendam seditionē, legem hanc esse dicebat. Desinendam, id est finiendam, terminendam.
Desipio] desipis, pen. corr. desipui, uel desipiui (ἀπάφρονέω, ἀφραίνω) desipere. Valla, Desipio, siue desipisco significat uel quòd aliquid à communi sensu, sapientiaq; minus habeo uel quòd à meo sensu desituor. Quod ferè uitium aut ex ætate uenit, aut ex morbo, aut timore, aut amore, aut simili aliquo affectu. Cuius contrarium est Resipiscere. Et senes quidem iam dementes nunquam resipiscunt: cæteri autem resipiscere, id est, ad priorem mentis statum, uel ad meliorē mentem redire solent. Hactenus Valla lib. 5. Cic. 7. Verr. 95, Vtrum ego desipio, & plus quàm satis est, doleo, in tanta calamitate miseriaq; sociorum? Et ad Cælium, lib. 2. 8. 5.
Senectute desipere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 64.
Desipere, delirare, & dementem esse. Cic. 1. de Nat. deor. 130.
Desipere intra uerba. Celsus lib. 3. cap. 18, Desipere intra uerba, est nullo alio gestu, quàm absurdis sermonibus desipientiam prodere.
Dulce est desipere in loco. Horat. 4. Carm. ode 12. 6.
Desipere mentis. Plaut. Epid. 3. 35.
¶ Desipiens, Participium (ἄφρων, ἀπάφρων) Cic. 2. de Diuin. 76, Est ne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam an hominem?
Arrogantia desipiens. Cic. 2. de Nat. deor. 24.
¶ Desipientia, tiæ, Lucret. lib. 10.
Desipientia fit, quum uis animi atq; animæ conturbatur.
Desisto] desistis, desisti, desistum, penult. corr. (ἀφίσταμαι) desistere, Stare

Digitized by Google

ſtere, Stare in loco. Plaut. Moſtel. 10.4, Quid illic deſtitiſti obſecro tandiu?

Deſiſtere, Ceſſare, deſinere. Plaut. Trinum. 14.5. Cic. 7. Verr. 80, Rogat ut id facere deſiſtant. Idem pro Quintio, 9, Auctionem ueile facere deſiſtit.

Incipere & Deſiſtere, contraria. Cic. 1. Tuſc. 191.

Deſiſtere ex toto. Celſus lib. 3. cap. 3.

Deſiſtere ab aliquo, Secedere. Plaut. Menæb. 17. 19.

—quid ille abs te iratus
Deſiſtit? Id eſt, recedit.

Deſiſtere bello. Liu. 7. ab Vrbe, 99.

Cauſa. Cic. 3. Offic. 153.

Conatu. Cæſar 1. bel. Gall. 32.

Conſilio, Cæſar 3. bel. Ciuil. 87.

Deſiſtere à defenſione. Cæſar 2. bel. Ciuil. 48.

Fuga. Cæſar 4. bell. Gall. 500.

Incœpto. Liu. 5. belli Pun. 9. Virg. 1. Aeneid. 9.

Itinere. Cæſar 5. belli Gall. 42.

Deſiſtere litibus. Terent. Phorm. 4. 3. 29.

De aliqua mente deſiſtere. Cic. Metello, lib. 5. 2. 19.

Negocio, & de negocijs. Cæſar 1. belli Gallici, 197. Hirtius 5. belli Africani, 175, Et te magnoperè ut de negocijs deſiſtas adhortor.

Pugna. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. 27.

Deſiſtere re aliqua. Plaut. Milit. 10. 141.

Sententia, & à ſententia, & de ſententia. Cic. 4. Academ. 114. Idem 3. Offic. 19. Idem 2. Tuſcul. 49.

Deſiſtere, cum infinitiuo. Cic. 4. Verr. 82, Atq; ut aliquando de rebus ab iſto cognitis, iudicatisq;, & de iudicijs datis dicere deſiſtamus.

Non deſiſtit urbes inflammare odijs. Stat. 3. Thebaid. 67.

Cura labori deſiſtit, id eſt, laborẽ deſtituit. Stat. 5. Thebaid. 55.

¶ Deſiſtens, Participium (ἀφιστὰς) Qui deſiſtit.

Deſiſtente autumno. Varro 2. de Re ruſt. cap. 3. 6.

Deſitiatæ] Δασσιάται, Pannoniorum populi, quibus Bato imperauit, teſte Strab. lib. 7.

Deſitiates] Δασσιάται, Liburniæ populi in conuentu Naronenſi, quos commemorat Plin. lib. 3. cap. 22.

Deſiuare] Deſinere obſoletum. Feſtus.

Deſolo] deſolatus, pen. prod. (ὀρημόω, οἰόω) deſolare, A Solus adiectiuo deriuatum, ſignificat ſolum relinquere, & etiã deſtruere, ſiue naſtare: ut, Deſolare agros. Colum. lib. 1. cap. 3. 10, Nec magis quia ſuperbum uidebatur tantum loci detinere, quàm quia flagitioſum, quos hoſtis profugiendo deſoluſſet agros, nouo more ciuem Romanum ſupra uires patrimonij poſsidendo deſerere. Virg. 11. Aeneid. 174,

Diſiectiq; duces, deſolatiq; manipli. Hoc eſt deſerti ſigniferi. Seruius.

Vrbes deſolauimus. Stat. 6. Thebaid. 183.

Penates deſolati. Stat. 2. Sylu. 1. 14.

Loca deſolata. Stat. 10. Thebaid. 35.

Deſerta & deſolata loca. Plin. lib. 10. cap. 12. de Bubone.

Agmen deſolatum magiſtro. Stat. 9. Thebaid. 135.

Deſolatus filius, Solus è liberis relictus. Plin. in epiſt. Domumq; pluribus adminiculis antè fundatam, deſolatus fulcit & ſuſtinet. Budæus.

¶ Deſolatus (ὀρημοθεὶς) Nomen ex participio: ut apud Silium lib. 8. 117, Gentes deſolatæ uirorum.

Deſpectio, Deſpecto, Deſpectus.] Vide Deſpicio.

Deſperno] deſpernis, deſpreui, deſpretum (καταφρονέω) deſpernere, Idem quod Spernere. Varro, Homo ridiculus, & ab omni pube deſpretus.

Deſpero] deſperas, pen. pro. (ἀπελπίζω, ἀπογινώσκω, ἀπαγορεύω) deſperare. Extra omnẽ ſpem eſſe. Variè cõſtruitur.

Deſperare & Confidere, contraria. Cic. 1. Offic. 105, Conſyderandum eſt ne aut temere deſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem.

Deſperare & diffidere rebus ſuis. Cic. in Piſonem, 70.

Ab aliquo deſperare. Cic. in Piſonem, 8.

Bene deſperare ſalutem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 5.

Deſperare de. Cic. 3. Verr. 14, Neceſſe eſt, quum de toto ordine deſperarit, aliud genus hominum, atq; aliam rationem iudiciorum requirat.

Deſperare de regno. Cæſar 1. bel. Gall. 73.

De republica deſperare. Cic. Curioni, lib. 2. 4. 4.

De ſe deſperare. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 7.

Deſperare ſibi. Cæſar 7. bel. Gall. 200. Cicero pro Murena, 42, Alium faciam: quoniam ſibi hic ipſe deſperat.

Deſperare ſuis fortunis. Cæſar 3. bell. Gall. 396. Et Cic. Poſt reditum in Senatu, 30.

Deſperare fugam. Cæſar 5. bel. Gall. 511.

Honores deſperare. Cic. 2. in Catil. 39.

Nil deſperandum. Horat. 1. Carm. ode 7. 5.

Quod eſt optimum, non eſt deſperandum. Cic. in Orat. 4.

Oppido deſperare. Cic. in Piſonem, 67.

Deſperare pacem. Cic. ad Atticum, lib. 7. 138. 1.

Deſperare reditum in aliquem locum. Cicero in Somnio Scipionis, 26.

Deſperare ſaluti. Cic. pro Cluentio, 54.

Deſperare ſalutem alicuius. Cic. de Amicitia, 76.

Vitam alicuius deſperare. Cic. pro Milone, 42.

Temere deſperare. Cic. 1. Offic. 105.

Deſperare cum infinitiuo. Cic. 2. de Diuinat. 70, Non equidem planè deſpero iſta eſſe uera: ſed neſcio, & diſcere à te uolo.

Deſperare, Paßiuè. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3. 11, Siue reſtituimur, ſiue reſpiramur, nihil amplius opus eſt.

Deſperabantur promiſſi prælia Martis. Mart. lib. 1. 22.

Turpiter deſperatur acquid fieri poteſt. Quim. lib. 1 cap. 10. 9.

¶ Deſperans, Participium (ἀπελπίζων) Cic. 1. de Finib. 91, Omnia ſemper deſperantes.

Deſperantia ulcera. Plin. lib. 22. cap. 24. 1.

¶ Deſperanter, aduerbium (ἀπελπίσως) Cicero ad Atticum, libro 14.
316. 3, Deſperanter tecum locutus eſt.

¶ Deſperatus, Participium (ἀπεγνωσμένος) De quo nulla eſt ſpes. Cic. 4. Acad. 63. Idem in Catil. 31, Deſperatorum hominum flagitioſi greges.

A ſeipſo deſperatus & relictus. Cic. in Piſonem, 79.

Deſperatus ab omnibus. Cic. pro Roſc. Amerino, 16.

¶ Deſperatus (ἀπογνὼς, ἀπελπίσας) Nomen ex participio. Cic. Att. lib. 9. 178. 3, Sed me hercule rurſus tam abiectam compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto.

Cauſa publica deſperata. Cic. Attico, lib. 7. 141. 3.

Collegium deſperatum. Cic. 3. de Legib. 34.

Fuga deſperata alicuius. Cic. 5. Philipp. 186.

Luſtrum deſperatum. Cic. Attico, lib. 4. 86. 6.

Lux deſperata. Claud. 4. Paneg. 59. Lux, id eſt, uita.

Magnus & diuturnus, & iam deſperatus Reipub. morbus. Cic. pro Sylla, 57.

Pecuniæ deſperatæ. Cic. pro Murena, 40.

Deſperatiſsimum perfugium. Cic. 4. Verr. 70.

Res penè deſperata. Cic. pro Domo ſua, 19.

Deſperata & ægrota Reſpub. Cic. 1. Verr. 38.

Reſpublica deſperata ſanari poteſt. Brutus Attico, in epiſt. ad Brutum, 17. 5.

Deſperatis etiam Hippocrates uetat adhibere medicinam. Cic. Attico. lib. 16. 239. 7.

In perditis & deſperatis habere. Vide Habeo.

¶ Deſper-

Digitized by Google

¶ Desperandus, Participium (ἀπογνωσθησόμενος) Cic. in Catilinam, Orat. 2. 32, Quòd si in uino & alea comessationes solum & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.

¶ Desperatio, ἀπόγνοια, ἀπόγνωσις. Cic. 4. Tusc. 29, Desperatio, ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum.

Amissio rerum & desperatio recuperandi. Cicero Sulpitio, libro 4. 3. 7.

Imbecillitas & desperatio. Brutus Cic. 16. 5.

Rerum alicuius desperatio animos omnium occupat. Cic. Attico, lib. 11. 214. 6.

Desperatio sapientiæ. Cic. 4. de Finib. 91.

Victoriæ desperatio. Cic. 12. Philipp. 326.

Vitæ desperatio propter conscientiã scelerũ. Cic. 2. Philip. 92.

Cum omnium rerum desperatione confligit bona spes. Cicero 2. in Catil. 44.

A desperatione ad spem reuocare. Cic. Post red. in Senatu, 21.

Quærere desperatione fugam & maritimam opportunitatem. Cic. Attico, lib. 8. 147. 6.

Despicio] despicis, pen. corr. despexi, despectum (ὑποβλέπομαι, καθοράω, καταφρονέω) despicere, Deorsum aspicere. Plautus Cistel. 10. 27, Hoc inquam age, ad terram aspice, & despice, oculis inuestiga.

Despicere & aspicere. Cic. de Aruspic. resp. 30, Tollam altius tectum: non ut ego te despiciam, sed tu ne aspicias urbem eam quam delere uoluisti.

Despicere ad aliquem. Plaut. Mil. 9. 72.

Fronte superba despicere aliquem. Claud. 3. Paneg. 44.

De uertice montis despicere in ualles. Ouid. 11. Metam. 101.

Despicere in terram. Colum. lib. 4. cap. 26. 3.

In uias despicere. Horat. 3. Carm. ode 7. 6.

Irrisum multu despicit. Ouid. 1. Fast. 84.

Despicere, pro Aspicere. Cic. 4. de Finib. 106, Quoniam catuli qui iam despecturi sunt, cæci æquè ut bi qui modò nati. Idem pro Rosc. Amer. 13.

Despicere pro animaduertere. Cic. pro Sylla, 30, Nec uerò possum meo tantum ingenio dare, ut tot res, tantas, tam uarias, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate Reipub. mea sponte despexerim.

Despicere, per translationem, pro Contemnere, & quasi infra se, & ad pedes suos proiectum aspicere: quemadmodum & Suspicere uenerari significat, quasi supra nos aspiciamus aliquem esse collocatum. Hæc Valla lib. 5. Cic. pro Fonteio, 30, Quòd si tantas auxiliorum nostrorum copias Inducimarus ipse despexerit. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 16.

Despicere, ac pro nihilo putare. Cic. 3. de Finib. 45.

Contemnere ac despicere. Cic. 4. de Finib. 118.

A suis despici. Cic. de Senect. 7.

Munera alicuius despicere. Propert. eleg. 13. 4.

Omnes despicere, & hominem præter se neminem putare. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 79.

Et regum magnæ despiciantur opes. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 7.

Vulgi & imperitorum insciti am despicere. Cic. 3. Offic. 51,

Solitudinem, communemq; alterius calamitatem nemo despexerit. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 4. 6.

Vitam, mortem, diuitias, paupertates excelso animo, magnoq; despicere. Cic. 2. Offic. 52.

¶ Despiciens, Participium (καταφρονῶν) Cicero 2. de Orat. 198.

Despiciens mare ueliuolum, terrasq; iacentes. Virgil. 1. Aeneid. 46. de Ioue. Hoc est, deorsum aspiciens. Seruius.

¶ Despiciendus, Participium (καταφρονητός) Ouid. 5. Fast. 128, Tunc etiam pecori despiciendus eram.

¶ Despicientia, huius despicientiæ (ὑπόφασις, ὑποψία) Cicero in Partitionibus, 43, Despicientia in contemnendis honoribus.

Despicientia rerum humanarum. Cic. 2. Tusc. 56.

Animi despicientia. Cic. 2. Offic. 52.

Rerum externarum despicientia. Cic. 1. Offic. 95.

¶ Despectus, Participiũ (καταπεφρονημένος, καταφρόνητος) Cic. in Pisonem, 79, Sed abiectum, contemptum, despectum cæteris, &c. uidere te uolui.

Despectus tibi sum. Virg. Eclog. 2. 4.

Consilia despecta. Claud. 2. de Raptu Proserp. 53.

Honos despectus pacis. Silius lib. 1. 12.

¶ Despectus, huius despectus (καταφρόνησις) Cæsar 7. bell. Gall. 321, Erat ex oppido Alexia despectus in campum. ibidem lib. 3. 409.

Ludibrio & despectui aliquibus opponi. Author ad Herennũ, lib. 4. 210.

¶ Despectio, Verbale (κατάφασις) Cic. in Hortensio, Consolatur tam magnitudo animi, & humanarum opinionum alia quædam despectio. Ex Nonio in Despicio.

¶ Despecto, despectas (καθοράω) despectare, Frequentatiuum. Virg. 1. Aeneid. 80, —nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare uidentur. Liu. 6. bel. Maced. 105.

Ex æthere despectat terras. Ouid. 4. Metamorpho. 135. de Perseo uolante.

Despica] & prospica, Intenta & contempla. Næuius Aspicio, Ac nisi prospica ac despica. Hæc Nonius. Sipontinus autem, Despicus à Despiciendo, intentus, uigil: cuius exempla apud Apuleium frequentissima sunt.

Despicor] penult. corr. despicaris (ὑποβλέπω) despicari, Idem quod Despicere. Terent. Eunu. 2. 3. 92, —quæ nos nostramq; adolescentiam Habent despicatam. Vbi Donatus, Despicatam, contemptam, atq; despectã: & ita est ὑποβλέψις & μεταπλασμὸς, uel certè alterius uerbi declinatio ab eo quod est despicor, ut conspicor. Plinius de Viris illustribus, 23, Primum ut deos uenerati, deinde ut homines despicati interfecere.

¶ Despicatus (ὑποβλέπτος) Nomen ex participio, pro contemnendo. Cic. pro Sest. 29, Ceßi Tribunipleb. despicatißimis hominis furori. Gel. lib. 15. cap. 4, Ignobilißimos prius homines & despicatißimos.

¶ Despicatus, huius despicatus (ὑποβλέψασις) Contemptus.

Despicatui duci, Est contemni. Cic. pro Flacco, 51.

¶ Despicatio, Verbale (ὑποβλέψαμα) Cic. 1. de Finib. 102, Victoria, inuidiæ, despicationes aduersantur uoluptatibus.

Despœna] δέσποινα, Latinè domina, hera. Accipitur pro Proserpina. Virg.
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Colum. lib. 10. cap. 17.

Despolio] despolias (ἀποδύω, ἀφιμάτω) despoliare, Exuere. Plaut. Casina, 20. 4, Vir te uestiat, tu uirũ despolies. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128. 7, Quum ferret literas ad busum Basilij, uulneratus & despoliatus est.

Despoliare digitos, pro Annulos ex digitis detrahere. Plautus Milit. 14. 56.

Despoliare uirgis dorsum alicuius. Plaut. Epid. 2. 83.

Despoliare templum. Cic. 5. Verr. 44.

Misera & despoliata pars. Cic. Terentiæ, lib. 14. 2. 6.

Despondeo] despondes, despondi, desponsum (μνηστεύω, ἐγγυάω, καθομολογοῦμαι, μνάομαι) despondere, Est inquit Varro de Ling. Lat. spontis suæ, id est, uoluntatis finem facere, id est promittere. Despondet (inquit Donatus) pater adolescentis, Spondet pater puellæ. Hæc differentia nõ est perpetuò uera. Despõdet enim & pater puellæ. Plaut. Cistel. 7. 17,

Nempe

Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarcho filiam
Suam deſpondit in diuitias maximas. Cic. pro Cluen. 142.
Idem ad Atticum, lib. 1. 1. 14, Tulliolam C. Piſoni L. F. frugi deſpondimus. In his exemplis Deſpondet pater puellæ. Terent. And. 1. 1. 72,

——hac fama impulſus Chremes,
Vltrò ad me uenit: unicam gnatam ſuam,
Cum dote ſumma filio uxorem ut daret.
Placuit, deſpondi, hic nuptijs dictus eſt dies. Hoc loco deſpondet etiam pater adoleſcentis.

Filiam alicuius ſibi deſpondere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 7. 2.
Puellam deſpondere alicui. Claud. in lib. epigram. 17. 11.
Deſpondere animum ille dicitur, qui ſuæ ſponti ſtatuit finem, & quaſi ex deſperatione mori decreuit (ἀθυμεῖν, ἀπεγνωκότα θνήσκειν) Plaut. Milit. 15. 61,

Nam niſi tu ferꝰ illi ſuppetias, iam illa animũ deſpõdebit. Liu. 6. bel. Pun. 36, Ne deſponderent animos.

Deſpondere, ſubaudito nomine animi. Columel. de Turdis loquens, lib. 8, cap. 10, Difficulter in aliam regionem transferuntur: quia caueis clauſi plurimi deſpondent.
Dotem uirgo deſponderat hoſti. Propert. lib. 3. eleg 19. 5.
Deſpondere ſapientiam. Col. lib. 11. cap. 1. 10, Quàm probabilis ratio eſt obmutescendi, quia nequeas Orator eſſe perfectus: aut in ſocordiam compelli, quia deſponderis ſapientiam? Id eſt, deſperaris te poſſe aſſequi ſapientiam.
Spes reip. deſpondetur te Conſule. Cic. Caſſio, lib. 12. 9. 4.
Deſpondere ſibi domum alicuius. Cic. ad Attic. lib. 11. 2. 4. 7, L. uerò Lentulus Hortenſij domum ſibi, & Cæſaris hortos & Baias deſponderat. Hoc eſt, Sua quodãmodo hæc omnia futura pollicebatur.
Deſpondebitur. Terent. And. 5. 6. 16, Ne expectetis dum exeat huc, intus deſpondebitur.
¶ Deſponſus, Particip. (ἐγγυητὸς, μνηστὸς) ut, Deſponſa puella.
Thalamo alicuius deſponſa uirgo. Stat. 10. Thebaid. 13.

Deſponſa & deſtinata laus alicui. Cic. de Aruſp. reſp. 4.

Connubia deſponſa. Cat. Argon. 57. 6.
Deſponſa prouincia, non decreta. Cic. de Prouinc. Conſul. 30, Habere prouinciam debet is, ut eam deſponſam, non decretam habere uideatur. Idem ad Attic. lib. 1. 11. 14, deſponſam homini iam Syriam ademi.
¶ Deſponſatus (μεμνηστευμένος) Particip. à Deſponſor deſpõſaris. Cic. ad Quin. frat. lib. 2. 11. 1, Dederam ad te literas antea, quibus erat ſcriptum, Tullian noſtram Craſſipedi pridie nonas Aprilis eſſe deſponſatam. Alia exemplaria habẽt, deſponſam.
Deſponſata, pro deſponſa. Suet. in Cæſare, cap. 1, Dimiſſa Coſſutia, quæ familia equeſtri, ſed admodum diues prætextato deſponſata fuerat, &c.
Deſponſionautæ] Lacedemonijs dicebantur ſerui quidã libertate donati, qui claſſes conſcenderent. Vide Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 20.
Deſpretus] καταφρόνητος, Valde ſpretus. Feſtus.
Deſpumo] deſpumas, pen. prod. (ἐπαφρίζω) deſpumare, Spumas extrahere. Plin. lib. 36. cap. 25. 4, Faſtigium uerò ſeruari in pedes denos ſeſcuncem, ac diligenter cote deſpumare, quernisq; axibus contabulare. Idem lib. 22. cap. 24. 3.
Deſpumatum mel. Virg. 1. Georg.

Et ſolijs undam tepidi deſpumat aheni.

Deſpumare pro Decoquere, Per translationem. Perſius Satyr. 3. 1, Stertimus indomitum quod deſpumare Falernum ſuſficiat.
Deſpumare, pro ſpumando eijcere. Senec. epiſtol. 100, Quum aliquid lacrymarum affectus effuderit, & ut ita dicam, deſpumauerit.
Deſpumare, neutrum. Senec. 2. de Ira, Labor illos citra laſſitudinem exerceat, ut minuatur, non conſumatur calor, nimiuſq; ille feruor deſpumetur, quaſi eiecta ſpuma reſideat.
Deſpuo] deſpuis, deſpui, deſputum, penul. prod. (καταπτύω) deſpuere, Idem quod Spuere: & per translationem, ridere, abominari. Plin. lib. 28. cap. 4. 3, Eadem ratione terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt.
Mores alicuius deſpuere, id eſt, contemnere. Claudius 7. Paneg. 81.
Deſpucre in mores, Abominari. Perſius Satyr. 4.
Deſpuere comitiales morbos. Plin. lib. 28. cap. 4. 3.
Preces alicuius deſpuere. Catull. ad Licinium, 47. 4.
¶ Deſpui, Paſſiuum (καταπτύεσθαι) Plin. lib. 10. cap. 23 10, Simulq; comitialem propter morbum deſpui ſuetum.
¶ Deſpuitur, pen. cor. (καταπτύεται) Impersonale. Liu. 5. ab Vrbe, 182, Vbi nunc deſpui religio eſt.
Deſquamo] deſquamas, pen. prod. (ἀπολεπίζω) Deſquamare, Squamas euellere & auferre. Plaut. Aulul. 14. 1,

Dromo deſquama piſces.

Deſquamare, etiam de arboribus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 24. 11, Etiam ſubarator imprudens luxauit radices, corpuſue deſquamauit. Idem lib. 23. cap. 7. 19, Summo cortice deſquamato, altiore plaga ſiccantur.
Deſquamare ueſtes. Plin. lib. 35. cap. 17. 3, Primùm abluitur ueſtis Sarda, deinde ſulphure ſuffitur, mox deſquamatur cimolia, quæ eſt coloris ueri.
Deſtercoro] as, pen. cor. ut Deſtercorare latrinas, id eſt ſtercoribus purgare. Vlp. in l. ſed & ſiquid in ædificauerit. §. 1. ff. de uſufructu, Deſtercorandis latrinis præponat. Haloander habet, extergendis. Pandectæ Florent. ſtercorandis. Iudicet lector.
Deſterto] deſtertis, deſtertui, deſtertere, Quod uulgus Gallicum dicit Deſſonger. Perſius Satyr. 6,

Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides quintus pauone ex Pythagoræo.

Deſtico] deſticas, deſticare, dicuntur ſorices, ut ait autor Philomelæ in fine operum Ouidij.
Deſticos] Δέσμος, Inſula eſt exigua, Thraciæ adiacens, nõ procul à Cheroneſſo, cuius meminit. Plin. lib. 4. cap. 12.
Deſtillare] καταλείβειν, pro Diſtillare legitur apud autores: ut apud Columel. libro 12. capite 18. 3. Celſus libro 4. capite 2, Deſtillat autem humor ex capite interdum in nares.
Deſtino] deſtinas, pen. cor. (προαιρέομαι, προοίμιον, τάττω, διανοέμπτω) deſtinare. Ex De & Sto compoſitum uidetur, inquit Siponimus, quod eſt delibero, aſſigno, deputo, addico, quaſi ſtare facio. Plin. epiſt. 50. b, Deſtino enim (ſi tamen officij ratio permiſerit) excurrere iſtò.
Deſtinare ædes. Plaut. Moſtel. 8. 124,

——Quid eas quanti deſtinat? TR. Talentis magnis totidem quot ego & tu ſumus. Idem Perſa, 16. 197.

Deſtinare aliquid agere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 134, Inſectis ijs quæ agere deſtinauerat.
Deſtinare animo, & animis, & in animo. Liuius 1. belli Punic. 166. Idem 7. ab Vrbe, 157.
Deſtinare animo autorem cædis, pro ſuſpectum habere. Liuius lib. 3. Decad. 4.
Deſtinare de. Sueton. in Cæſare, cap. 44, De ampliando imperio plura aut maiora in dies deſtinabat. Id eſt, parabat, conſtituebat, deliberabat.
Deſtinati Cenſores. Plin. epiſt. 300.
Deſtinare aliquem aræ, id eſt, immolationi, ſiue ut immoletur. Virg. 2. Aeneid. 26.
Deſtinari foro. Quint. lib. 2.

Digitized by Google

Deſtinare ægrum cibo. Celſius lib. 3. cap. 4, Aſclepiades ubi ægrũ triduo per omnia fatigarat, quarto die cibo deſtinabat.
Deſtinare tempus & locũ, ad certamen. Liu. 3. bel. Maced. 77.
Deſtinare alicui diem necis. Cic. 3. Offic. 59. Et Plin. epiſt 203, Dummodo iam nunc deſtinens diem, quo & de illis, & de his coram exigere poßimus.
Deſtinare collum in furcas. Varro 1. de Re ruſt. cap. 20. 1, Nouellos quum quis emerit iuuencos, ſi eorum colla in furcas deſtinata incluſerit ac dederit cibum. Caſtigatior lectio ex uetuſto exemplari, habet, in furcas deſtitutas, &c.
Adduntur è ſeruitijs gladiaturæ deſtinati. Tacit. lib. 3.
Ictum certum deſtinare. Claud. de Hiſtrice, 37. 7.
Aliquem deſtinare imperio. Ouid. 15. Metam. 1.
Deſponſam & deſtinatam laudem alicui præripere. Cicero de Aruſp. reſp. 4.
Deſtinari ad mortem Liu. 2. ab Vrbe, 235.
Deſtinata alicui pecunia, Promiſſa. Vlpian. in l. à diuo Pio. §. ſed & ſi. ff. de re iud.
Deſtinare alicui prouinciam. Liu. 1. bel Pun. 79.
Deſtinare puellam, pro Deſpondere. Plin. epiſt. 111. b. lib. 5.
Deſtinare ſibi puellam minis triginta. Plautus Rud. 2. 45. & Perſa, 15, 76.
Deſtinare ſermonib. aliquem hoſtẽ eſſe. Liu. 5. bel. Maced. 70.
Spei deſtinatus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 6.
Deſtinare ſpe aliquid futurum. Liu. 9. bel. Pun. 102.
Seruitijs deſtinare aliquem. Valer. 2 Argo. 36.
Deſtinatum eſt mihi, & Deſtinatum eſt mihi in animo. Plinius epiſt. 190. Liu. 6. ab Vrbe, 26.
Deſtinare, pro Mittere. Sueton. in Galba, cap. 16, Statimq; legationem ad Prætorianos cum mandatis deſtinauerunt, diſplicere imperatorem in Hiſpania factum &c.
Deſtinare, pro Notare. Curtius lib. 9, Dioxippus coniectum oculorum, quibus ut fur deſtinabatur, ferre non potuit.
¶ Deſtinatus, Particip. (ὡρισμένος) Deſtinati ad certamen. Liu. 3. bel. Maced. 77, Certis, deſtinatisq; ſententijs addicti. Cic. 2. Tuſc. 8.
Non eſt annus hic tibi deſtinatus. Cicer. Furnio lib. 10. 25. 5. Id eſt, non eſt tibi legitimus ad petendum.
Locus alicui deſtinatus. Cic. pro Seſtio, 55.
Deſtinatus, pro Certo & definito. Fabius libro 3. cap. 8. Iudicialem in qua ferè eadem: ſed certis deſtinatisq; perſonis quærantur.
¶ Deſtinatio, Verbale (προαίρεσις) ut, Deſtinatio mortis. Plin. lib. 36. cap. 14. 3. Et lib. 8. cap. 25.
Deſtinatio, pro deliberatione. Plin. lib. 7. cap. 45, Peſtilentia urbis, fames, ſitisq; Italiæ, deſtinatio expirandi, & quatridui medij, maior pars mortis in corpus recepta.
Certus deſtinationis. Tacitus lib. 12, Ortæ apud Brigãtes diſcordiæ retraxere ducem, deſtinationis certum, ne noua moliretur niſi prioribus firmatis.
Deſtituo] deſtituis, deſtitui, deſtitutum, pen. prod. (καταλείπω, μεθίημι, ἀπορέω) deſtituere, ex De & Statuo, ſignificat Derelinquere: ut, Deſtituere rem inchoatam. Liuius 4. bel. Maced. 157.
Deſtituere aliquem, pro Deſerere. Cicero ad Attic. lib. 13. 296. 4, Ait illum me animi conſcientia, quod Phameam deſtituiſſem, de ſe ſuſpicari.
Ab arte deſtitui. Ouid. epiſt. 5. 30.
Pietas & fides deſtituunt. Lucan. lib. 5. 60.
Somnus deſtituit. Ouid. 2. de Remed. amor. 36.
Spes deſtituit. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 2.
Comitem deſtituere. Ouid. 8. Metam. 36.
Sorti fortunas deſtituere. Cic. 5. Philipp. 188.
Inceptum deſtituere opus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 4.
Poma deſtituunt famem. Senec. Herc. fur. 9. 28.
Preces alicuius deſtituere. Ouid. ad Liuiam, 40.
Deſtituere propoſitum. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6. 3.
Tam citò me ſomnos deſtituiſſe queror. Ouid. epiſt. 21. 28.
Deſtituere ſpem. Liu. 1. ab Vrbe, 224. Colu. lib. 4. cap. 24. 11, Quæ nec ſpem uindemiæ deſtituant, nec emaciem ſurpem ſuam. De palmis uttium.
Spe deſtitui. Ouid. epiſt. 3. 29.
Deſtituere ſtudia alicuius, Liu. 9. bel. Maced. 165.
Deſtituere, pro Fallere fidem, & promiſſum non præſtare. Cic. pro Cluentio, 57, Contrahit frontem, & queritur ſe ab Oppianico deſtitutum. Budæus.
Decipere ac deſtituere aliquem. Cic. pro Sex. Roſc. 69.
Deſtituere nauem anchoris, apud Næuium, pro diſſoluere.
¶ Deſtitutus, pen. prod. (καταλειφθείς, ἀπορίστατος) Participium. Cic. 1. Offic. 48, Magisq; ille cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur.
Illuſus atq; deſtitutus. Cic. pro Quintio, 29.
Deſtitutus aliqua re: id eſt, carens ea. Quint. lib. 4.
Deſtitutus bonis. Cic. 1. Tuſcul. 152. Sic, Deſtitutus conſilijs & promißis alicuius, Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 3. 12.
Deſtitutus, abſolutè, pro Deſperans. Sueton. in Galba, capit. 11, Acceßit ad tanta diſcrimina mors Vindicis, qua maximè cõſternatus, deſtitutoq; ſimilis, non multum ab fuit quin uita renunciaret.
¶ Deſtitutio, Verbale (ἀπόλειψις) Cic. pro Cluentio, 56, Hos qui leuiores erant, deſtitutione iratos Oppianico redderet.
Deſtringo] deſtringis, deſtrinxi, deſtrictum (ἀποξέω, ἀποτέμνω) deſtringere, Amputare, colligere, excidere. Col. lib. 11. cap. 2. 63, Tum & olea deſtringenda eſt, ex qua uelis ut ride oleum efficere.
Auenas deſtringere. Cato cap. 37. 3, Frumenta bis face ſarria, runcesq;, auenasq; deſtringas.
Deſtringere, pro Abradere. Plin. lib. 31. cap. 11. 8, Et oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimum proficiente eo cinere contra ſcabritias genarum excreſcentesq; carnes, & quicquid opus ſit tibi deſtringere, ſpiſſare, explere.
Deſtringere & abradere aliquid bonis alicuius, per translationem. Plin. in Paneg. 59. Vide Diſtringo.
Deſtringere, pro Strigilib. radere Plin. lib. 3. epiſt. 5, Dum deſtringitur tergiturq;, audiebat aliquid, Alij tamen, diſtringitur, legunt. Vide Diſtringo.
¶ Diſtrigmentum, deſtrigmenti, Idem quod Strigmentum, ſiue ramentum. Plinius libro 20. cap. 34. de cucurbita ſyluestri, & ignes ſacros, deſtrigmentis, uel his impoſitis, uel ſeminibus.
Deſtruo] deſtruis, deſtruxi, deſtructum (ἀποσκευάζομαι, ἀναστρέφω, λύμαίνομαι) deſtruere, Quod ſtructum erat corrumpere. Cuius crebriora ſunt apud autores exempla, quàm fuerit opus hîc congerere.
Conſtruere & deſtruere. contraria. Cicer. de Senect. 66, Vt nauem, ut ædificium idem deſtruit facillimè qui conſtruxit, &c.
Ætuum deſtruit animos. Lucan. lib. 8. 6.
Deſtruit eum infamia. Plin. in Paneg. 137.
Vetuſtas deſtruit aram. Ouid 5. Faſt. 27.
Fortunam ſuam deſtrui Cæſar, imparemq; tanto imperio rebatur. Tacit. lib. 4.
Honores deſtruere. Ouid. ad Liuiam, 50.
Mœnia deſtruat. Virg. 4. Aen. 66.
Deſtruere teſtes. Quintilian. libro 5. cap. 7. Id eſt, oſtendere ijs moribus eos eſſe, ut in teſtimonio reddendo non ſint recipiendi.

Opus

Digitized by Google

Opus destruendi, ac confirmandi, hoc est confutatio, & confirmatio. Quin. lib. 2. cap. 4. 13.

¶ Destructile, pē. cor. (φθαρθὸν) Quod destrui potest. Lact. lib. de ira Dei, Destructilia sunt omnia, quæ manu fiunt. Alij legunt, destructibilia.

Desub] Vide De.

Desubitò] Aduerbium (ὄξαίφνης, ὄξαπίνης) Idem quod Subitò & celeriter. Plaut. Bacchid. 1. 46, Quid si apud te ueniat desubitò prandium aut potatio. Idem Mostel. 6. 62.

Desubitò & repentè. Titinius, Quis desubitò tam repentè ad me uenisti? Nonius.

¶ Desubito, tas, pen. cor. desubitare. Firm. lib. 3. cap. 4, Sed nihilominus etiam si Iupiter eas artes fuerit largitus, easdem crebra euersione desubitat. Locus enim sextus habet propriam malitiæ prærogatiuam.

Desubulare] διαπερᾶν, à Subula deductū, significat Perfodere. Varro, Alterum Carneadem desubulasse bona corporis. Nonius.

Desudo] desudas, pen. prod. (καθιδρόω) à quo Desudasco, desudascis, & impersonale Desudascitur, pen. corr. Plautus Bacchid. 1. 33,

Quid ego metuam rogitas? homo adolescens
Penetrē huiusmodi in palæstrā, ubi damnis desudascitur?

Id est, ualde sudatur. Stat. 3. Thebaid. 56,

Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si iubeam. Venus de Vulcano ad Martem.

Desudare atq; elaborare in re aliqua. Cic. de Senect. 34.

¶ Desudatio, onis, Verbale. Scribonius Largus.

Desueo] desues, desueui, desuetum, Verbum antiquum authore Nonio: ut, Desueui illum, hoc est, consuetudinem ei abstuli.

¶ Desuesco, desuescis (ἀνθέω, ἀνθέσκω) desuescere, neutrum uerbum, contrarium est uerbo Consuescere siue assuescere: & significat morem suū intermittere. Liu. 8. ab Vrbe, 196, Id aliquandiu æquauit pugnam iampridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati.

Paulatim desuescit honori. Silius lib. 3. 116.

Desuescere aliquem, pro Consuetudine priuare. Titinnius Gemina, Parasitos amoui, Lenonem ædibus absterrui: desueui ne quò ad cœnam exiret extra consilium meum.

¶ Desuetus, pen. prod. (ἀνθὺς, ἀσυνήθης) A Consuetudine remotus. inquit Valla in Pogium. Virg. 6. Aeneid.

—iam desueta triumphis Agmina.

Desueta res. Liu. 3. ab Vrbe, 157.

Retractare uerba desucta. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13.

¶ Desuescendus, Adiect. (ἀνθισόμενος) Quint. lib. 3. cap. 10, Hæc adolescentes sibi scripta sciāt, aliter quàm dicturi sint, exerceri uelint, & in desuescendis morentur.

¶ Desuetudo, pen. prod. huius desuetudinis (ἀνήθεια) Liu. 1. ab Vrbe, 78, Mitigandum ferocem populum armorū desuetudine ratus, Ianum ad infimum, &c.

Resides, & desuetudine tardi. Ouid. 14. Metam. 87.

¶ Desuefacio, desuefeci, desuefactum, desuefacere, Consuetudinem prætermittere, uel relinquere. Cic. prò Cluent. 88, Multitudinemq; iam desuefactam à concionibus ad ueteris consuetudinis similitudinem reuocauerat.

¶ Desuefio, pen. prod. desuefis (ἀνθέω) desuefieri. Varr. 2. de de Re rust. cap. 9. 10, Duobus mensibus primis à partu non disiunguntur à matre, sed minutatim desuefiunt.

Desugo] gis, pen. prod. desuxi, desugere, Idem quod simplex Sugo. Pallad. lib. 1. cap. 9, Et si qua fundentur ex poculis, uelociter rapta desugent. De carbonibus, fabulone, & fauilla, quæ substernuntur pauimentis ædificiorum, loquitur.

Desultor] Vide Desilio.

Desum] dees, deest, defui (ἐλλείπω) deesse. Deest pecunia, quando nulla est: Deficit, quando est aliqua, sed tamen pauca, ut non sufficiat. Terent. Phorm. 2. 1. 69, Non ratio, uerū argentum deerat. Virg. 8. Eclog. 12,

Nihil hic nisi carmina desunt.

Deesse alicui opera, &c. Id est, non iuuare. Cicer. ad Lentulum, lib. 19. 59, Tantum enitor, ut neq; amicis, neq; etiam alienioribus, opera, consilio, labore desim. Sic, Deesse causæ communi, Cic. 6. Verr. 123.

Deesse & Abundare, cōtraria. Cic. 1. de Diuin. 109, Siue deest naturæ quippiam, siue abundat, atq; effluit.

Defuit ei animus ab initio. Cic. ad Brutum, 10. 2.

Bello propter timiditatem deesse. Cic. 2. Philip. 79.

Desit mihi in hac parte fides. Ouid. 10. Metam. 61.

Ingenium deesse alicui. Cic. 1. de Orat. 39.

Lingua palato non deest. Ouid. epist. 21. 22.

Deesse occasioni. Liuius 7. bel. Punic. 155. Plinius libro 11. capite 25. 1, Nulloq; momento meditari cessat, ne quando desit occasioni.

Deesse officio suo & muneri. Cic. 3. Tusc. 27.

Tristi officio deesse. Ouid. 12. Metam. 1.

Orationem ad alicuius rei disceptationem deesse. Cicero de lege Agr. 49.

Alicui prudentiam in consilio defuisse. Plancus Ciceroni, libro 10. 17. 5.

Non deerit sapienti quod agat. Cic. 4. Acad. 198.

Sermo mihi deest abs te. Cic. Attic. lib. 4. 80. 3.

Deesse sibi. Cic. pro Rosc. Amerino, 62, Mihi ausculta, uide ne tibi desis. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 4,

——haud mihi deero,
Quum res ipsa feret. Nō sibi deest is, qui facit & quod sibi opus est, & quod oportet. Acron.

Non tibi defuit cura aut studium in tanto officio. Cicer. 9. Philipp. 1.

Tibi nullum à me amoris, nullum studij, nullum pietatis officiū defuit. Cic. pro Milone, 76.

Deesse uoluntati amici. Cic. ad Atticum, lib. 3. 53. 2.

Non animus eis, sed uires defuerunt. Cic. pro Flacco, 48.

Paucæ centuriæ ad consulatū defuerunt. Cicer. de claris Oratoribus. 128.

Deest paululum. Vide Paululum.

Non desunt qui interpretentur, hoc est, Quidam interpretantur. Plin. lib. 2. cap. 109. Cicero contra Rullum, 88, Verùm arbitrabatur, non defore qui illa constituerent.

Deesse, pro Abesse. Cic. Quint. frat. lib. 2. 8. 4, Huic conuiuio puer optimus Quin. tuus meusq;, quòd perleuiter commotus fuerat, defuit.

Desumo] desumis, pen. prod. desumpsi, desumptū (λαμβάνω, ἀναιρέομαι) desumere, Idem quod Sumere. Liuius 4. ab Vrbe, 237, Duo singuli singulos sibi Consules asseruandos assidua opera desumunt. Horat. 2. epist. 2,

Ingenium sibi quod uacuas desumpsit Athenas.

Desumere sibi aliquem hostem. Liu. 7. ab Vrbe, 89. Idem 8. bel. Maced. 196, Recto itinere duxisti exercitum ad eos quos tibi hostes desumpseras?

Desuper] pen. cor. (ἄνω, ἄνωθεν) Aduerbium, Idem quod Super. Virg. 4. Aeneid.

His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt,
Desuper infundam. Cato cap. 18. 4, Aut binas pro singulis desuper ponito.

Incurrere desuper. Tacit. lib. 2, Soli Cherusci iuga insederunt, ut præliantibus Romanis desuper incurrerent.

Desurgo] gis, desurrexi, desurgere, In secessū ire ad exonerandam

Digitized by Google

randam aliũ. Scribon. Largus, Quoties desurrexerint torminosi. Idem, Teneſmos eſt irritatio ultimæ partis directi inteſtini: in quo ſæpius libet deſurgere ſine cauſa. Proderit ad hoc quoties deſurrexerit, uino auſtriſſimo & aqua calida fouere.

Deſydero] deſyderas, pen. corr. (ἐπιθυμέω, ἐπεθέω, ἐπιποθέω, ἱμείρω) deſyderare, Notæ ſignificationis. Cic. de Senec. 44, Non caret is qui non deſyderat. Plaut. Trinum. 13. 67, Fieri iſtuc ſolet, quod in manu teneas,
A·q; oculis uideas, id deſyderes.

Deſyderare & requirere. Cic. pro Quintio, 32.

Hæc longam deſyderant orationem. Cic. Attic. lib. 5. 104. 1.

Nihil deſydero, pro eo quod uulgus barbarum dicit, Ego non curo: quod Cicero ait, Non multum laboro. Plaut. Sticho, 9. 10, Nunc me gratiam abs te inire uerbis, nihil deſydero. Vide Nihil.

Non deſyderare imperium alicuius. Cæſar 3. bel. Ciuil. 262. Id eſt, non cupere.

Non magnopere deſyderare aliquid. Cic. de Senect. 40.

Deſyderare aliquẽ, pro Cupere. Cic. de Natur. deor. Hæc enim ſcire deſydero. Id eſt, cupio. Terẽt. in Eunuch. Dies noctesq; me ames, me deſyderes.

Non deſyderare ſolùm, ſed etiam poſcere & flagitare. Cicer. 7. Verr. 57.

Deſyderare Ciceronis eloquentiam, Eſt dolere ſe nõ habere Ciceronis eloquentiam.

Deſyderamus alicuius uires, aliquando ille non auxiliatur nobis. Cic. in Catone, 28, Non curia uires meas deſyderat, non rostra, non amici, non clientes. Quaſi dicat, Curia non ſentit me ſenio debilitatum, quum fungar meo munere perinde ac ſi integra ætate eſſem.

Nunquam iſtam ſententiam deſyderaui. Cic. Id eſt, ea nunquam mihi deſuit, ut ait Budæus.

Animum alicuius deſyderare ex ipſius libris. Cicer. Curio, lib. 7. 29. 5.

Deſyderare aliquid ab alio. Cic. de Amicit. 69.

Deſyderatur à philoſopho grauitas. Cic. 5. de Fin. 23.

Deſydero abs te aliquid. Cic. ad Qu. frat. id eſt, Non uideris mihi facere quod debes, ait Budæus.

Amorem deſyderare ab aliquo. Cic. Attico.

Sextilem totum deſyderor. Horat. 1. epiſt. 7. 1.

Deſyderari, per translationẽ, pro Deficere uel mori: quòd eos qui mortui ſunt, uel quæ deficiunt, quæq; non habentur, deſyderemus, ſiue in nobis, ſiue in alijs. Curtius, In eo prælio trecẽti capti, quinquaginta millia deſyderata ſunt. Cæſar 5. bel. Gall. 85, Ac ſi accidit, ut ex tanto nauium numero, tot nauigationibus, neq; hoc, neq; ſuperiore anno, ulla omnino nauis quæ milites portaret, deſyderaretur. Id eſt, nulla nauis perierat.

Deſyderare (inquit Feſtus) à ſyderibus dici certum eſt. Sunt qui ſydus à σιδὼ & εἰδέω deducunt, & per y ſcribunt Deſydero. Alij à Sido ſidis: & per i latinum ſcribendum cenſent.

¶ Deſyderans pen. corr. Particip. (ἐπιποθῶν) ut, Deſyderans quod ſatis eſt, id eſt, nihil ultra ea quæ uitæ neceſſitas exigit. Horat. 3. Carminum, Ode 1. 5.

¶ Deſyderatus, pen. prod. Participium (ἐπιτεθυμημένος) Cicero poſt Red. ad Quir. 3, Sed omnia deſyderata magis quã aſſiduè perſpecta delectant.

¶ Deſyderium, deſyderij (ἐπιθυμία, πόθος, ἵμερος) Eſt, inquit Cic. 4. Tuſc. 32, libido eius qui nondum adſit, uidendi. Tacitus, Deſyderiũ mariti honeſti ſolatijs tolleraret. Id eſt, abſentiam, defectum, uel mortem, ut interpretatur Budæus.

Satietas noſtri, & Deſyderium, contraria. Cicer. Attic. libro 2. 20. 1.

Igniculus deſyderij. Cic. Trebonio, lib. 15. 20. 3.

Vis deſyderij in uoluntate alicuius. Cicer. Catoni, libro 15, 4. 42.

Poculum deſyderij. Horat. Epod. 18. 6. Deſyderij poculũ, amoris potionem interpretatur Porphyrio.

Incutere deſyderium. Vide Incutio.

Oris deſyderia. Plin. lib. 22. cap. 24. 2, Faucibus, tonſillis, angina, omnibusq; oris deſyderijs utiliſſimum. De melle.

Pro deſyderio corporum, Prout corpora deſyderant, ſiue opus habent. Plin. lib. 11. cap. 50. 1.

Ad deſyderium. Vide Ad præpoſitio.

Naturalia deſyderia. Vide Naſcor.

Deſyderium thoracis & præcordiorum. Plinius libro 27. capite 13. 4.

Scabendi deſyderia tollunt minutæ & latæ. Plin. lib. 30. cap. 14. 5 De cochleis loquitur.

Annus tertius acceſſit deſyderio noſtro. Cicer. Quint. fratri, lib. 1. 1. 1.

Afficere deſyderio. Vide Afficio.

Agi deſyderio. Vide Ago.

Angi deſyderio. Vide Ango.

Attingit nos deſyderium noſtri. Lucret. lib. 3. 189.

Capere deſyderium. Vide Capio.

Effluere deſyderijs noſtris dicitur, quem paulatim minus atq; minus amamus. Ouid. 2. de Remed. amor. 50.

Explere expectationem deſyderij alicuius. Cicero 1. de Orator. 102.

Deſyderio alterius aliquid facere. Terent. Heaut. 2. 3. 66.

Non poſſe ferre deſyderium. Cic. Attic. lib. 9. 181. 3.

Deſyderio urbis flagrare. Cic. ad Att. lib. 5.

Fidelibus icta deſyderijs Quærit patria Cæſarem. Horat. 4. Carm. ode 5. 2.

Deſyderio incendi. Vide Incendo.

Indulgere deſyderio alicuius. Vide Indulgeo.

Inſidet nobis deſyderium rei alicuius. Lucret. lib. 3. 188.

Laborare deſyderio partus. Vide Labor.

Deſyderium lenire. Vide Lenis.

Deſyderio alicuius moueri. Cic. de Amicitia, 9.

Deſyderia ſua proferre, Id eſt porrigere libellum, in l. nequicquam ff. de offic. Proconſul. Mediocres deſyderia ſua non proferant. Budæus.

Relinquere deſyderium ſui apud aliquem. Cicero pro C. Rabirio, 9.

Deſyderio magno eſſe alicui, pro Magnoperè deſyderari. Terent. Heaut. 4. 5. 5.

In aliquo deſyderio eſſe. Cic. de Amic. 86.

Eſſe in deſyderio alicuius. Cicer. 10. Philip. 279, Erat enim in deſyderio ciuitatis, in ore, in ſermone omnium. De Bruto.

Deſyderio uirium teneri. Cic. de Senectute, 29.

Memoria & deſyderium tui me tenet. Cic. poſt red. ad Quir. 1.

Meum deſyderium, Blandientis uox. Cic. Terentiæ, lib. 14. 20. 10, Valete mea deſyderia, Valete. Paulò antè, Hem mea lux, meum deſyderium.

¶ Deſyderatio, Verbale (ἐπιποθία) Cicer. de Senect. 43, At non eſt uoluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus, credo: ſed ne deſyderatio quidem, nihil autem eſt moleſtum, quod non deſyderes.

¶ Deſyderabilis, & hoc deſyderabile, pen. corr. (ἱμερτός, ποθεινός, ἐπιθυμητὸς) Cicer. 1 de Fin. 81, Nihil enim deſyderabile concupiſcunt. Liu. 4. bel. Pun. 20.

Detego] detegis, pen. corr. detexi, detectum (ἀποστεγάζω, ἀνακαλύπτω, ἀποδύω) detegere, Denudare, & aperire. Flauius Moſtel. 3. 41, Texit, detexitq; me illico.

Enſem detegere uagina. Sil. lib. 13. 34.

Detegere

Digitized by Google

Detegere, per translationem. Liu. 10. ab Vrbe, 16, Ite igitur: Dicite, inquit, detegant nequicquam conditas insidias.
Luceros artus, & grandia detegit ossa. Ouid. 9. Metam. 34.
Facta detegere uarijs modis. Ouid. 2. Trist. 86.
Imbelles animos detegere. Lucan. lib. 5. 65.
Furta detegere. Ouid. 2. de Arte amand. 86.
Detexit mihi modestiam tempestas illa. Plaut. Mostel. 47.
——ô Venus uenusta,
Hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem
Detexit, tectus qua fui. Id est, quæ abstulit mihi omnẽ modestiã.
Orationis ossa detegere. Quint. in Proœm. lib. 1. 18.
Detegere stomachum. Plaut. Amphit. 5. 35.
Detegere magicas uanitates. Plin. lib. 27. cap. 8. 3.
Vulnus detegere. Ouid. epist. 6. 8.
¶ Detectus, Particip. ut, Detecta fraus (ἀπεσκεπασμένος) Liu. 2. belli Pun. 182.
Patefacta & detecta. Cic. 4. Acad. 219.
Detectus, pro nudo. Ouid. 2. Fast. 61,
Nunc quoq; detecti referunt monimenta uetusti
Moris, & antiquas testificantur opes.
Caput detectus, id est sine galea, Seruius. Virg. 10. Aen. 26.
Detendo] detendis, detendi, detensum (κωλύω) detendere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 312, His constitutis rebus, signo iam profectionis dato, tabernaculisq; detensis. Liu. lib. 1. Decad. 5, Nautici tabernacula detendunt.
Deter] deterior, deterrimus. Vide Detero.
Detergeo] deterges, uel Detergo, detergis, detersi, detersum (ἀποψάομαι, ἀπομόργνυμι) detergêre, uel detergere, Idem quod Tergere. Plaut. Menæh. 3. 2, Mensam quando edo detergeo. Colum. lib. 3, Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito.
Fletus detergunt stamine. Claud. 2. in Eutrop. 75. Et apud Ouid. lib. 13. Metam. 161, Lachrymas detergere.
Detergere, per translationem: ut, Detergere fastidia, pro Auferre. Col. lib. 8. cap. 10. 4. Horat. 1. Carm. ode 7. 3,
Albus & obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus.
Somnum detergere pollice. Claud. in Epithalamio Palladij, 6.
Detergere gemmas. Col. lib. 4. cap. 26. 3.
Detergere spurcitias. Col. lib. 1. cap. 5. 7.
Nubila detersa radijs. Claud. 1. Panegy. 108.
Detergere numerum aliquem. Cic. lib. 8. Epist. 14. 306.
Remos detergere, pro Abscindere. Cæsar 1. bel. Ciuil. Vide Bayfium de Re nauali.
Rubigo detersa. Sil. lib. 4. 3.
Detergere sarmenta de arboribus putatis, & uineis, Cato cap. 37. 3. Sic, Detergere palmites, pro Decerpere, Colum. lib. 4. cap. 27.
Detergere, pro Corrigere & emendare. Claud. 8. Paneg. 38,
——tu prima hominem syluestribus antris
Elicis, & fœdo detergis sæcula uictu. Hoc est facis uelut nitidiora, fœdum uictum detergens.
Deteriæ] porcæ, id est macilentæ. Festus.
Deterior] Vide Detero,
Determino] determinas, pen. cor. (ὁρίζω, καθορίζω) determinare, Terminos imponere, uel terminis, & ueluti limitibus quibusdam designare. Liu. 1. ab Vrbe, 76, Inde ubi prospectu in urbem agrum q; capto, deos precatur, regiones ab oriente ad occasum determinauit, &c. Plaut. Pœn. 2,
Eius nunc regiones, limites, confinia
Determinabo: ei rei finitor factus sum ego. Plin. lib. 3. cap. 15.
Determinant spacia. Plin. lib. 10. cap. 38. De aquilis.
Determinare, pro Terminare. Sueton. in Galba, cap. 15, Existimabatur etiam Senatoria & Equestria officia biennij spatio determinaturus, nec daturus nisi inuitis ac recusantibus.
Determinare per translationem. Cic. 3. de Orat. 96, Et id quod dicit, spiritu, non arte determinat. Plin lib. 18. cap. 23. 3.
¶ Determinatus, Participium (καθωρισμένος) ut, determinatus cursus. Cic. 2. de Nat. deor. 146. Nunc legitur, cursus ordinatos definiunt.
¶ Determinatio, Verbale (πέρας) Cic. 2. de Nat. deor. 146, Extrema ora & determinatio mundi.
Exitus & determinatio orationis conclusio dicitur. Cicer. 1. de Inuent. 109.
Detero] deteris, pen. cor. detriui, detritum, pen. prod. (κατατρίβω, ἀλοάω) deterere, Valde terere. Columella libro 1. cap. 6. 16, Area optima est silice constrata, quod & celeriter frumenta deterantur. Sic detritum milium, apud eundẽ lib. 6. cap. 12. 3.
Deterere calces. Plaut. Merc. 22. 111.
Manibus deterere tabellas. Propert. lib. 3. eleg. 23. 1.
Vsu aliquid deteri. Quint. lib. 2. cap. 4. 6.
Deterere, Destruere, corrumpere. Plin. Nimia cura deterit magis quàm emendat.
Deterere laudes alicuius. Horat. lib. 1. ode 6.
Famæ alicuius deterere, pro Detrahere. Sil. lib. 7. 50.
¶ Detrimentum (βλάβη) A detritu: quòd ea quæ trita sunt, minoris precij sint, ut ait Varro de Ling. Lat. 4. Terentius Hecyra, 2. 1. 37,
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.
Detrimentum & Emolumentum, repugnantia. Cicer. 1. de Finib. 82.
Incommodum & detrimentum. Cic. de clar. Orat. 3.
Detrimentum accipere. Cæsar 5. belli Gallici, 195. Vide Accipio.
Prouidere ne quid Resp. detrimẽti accipiat. Cic. 5. Philip. 188.
Afferre detrimentum. Vide Affero.
Capere detrimentum. Cic. pro Milone, 52. Vide Capio.
Facere detrimentum. Cic. 6. Verr. 18. Idem significat quod Accipere detrimentum.
Importata publicis rebus detrimenta. Cic. 1. de Orat. 20, Huic opponit Adiumenta rebus publicis importata.
Inferre detrimentum. Vide Infero.
Iniungere detrimentum Reipub. Vide Iniungo.
Detrimenta atque damna cum maximis iniurijs contumelijsq; perferre. Cic. 5. Verr. 196.
Non sine magno Reip. detrimento. Cic. 6. Verr. 17.
¶ Detrimentosus, pen. prod. (βλαβώδης) Adiect. Quod adfert detrimentum. Cæsar. 7. bel. Gal. 132.
¶ Deter, siue deterus, deterior, deterrimus (κατωδεὶς) Cui aliquid deest, quasi detritum, ne bonum sit. Terent. Heaut. 3. 1. 47, Deteriores omnes sumus licentia. Cic. 4. de Finib. 70,
Deterior quàm cæteri. Horat. 3. Carm. Ode 5. 6,
Nec uera uirtus cùm semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Deteriores & repulsi. Cic. de Arusp. resp. 49, Habent Hetrusci libri certa nomina, quæ in id genus ciuium cadere possunt. Deteriores, repulsos (quod iam audietis) hos appellãt, quorum & mentes & res sunt perditæ longeq; à communi salute disiunctæ. Ibid. Ibi de repulsis & deteriorib. multa.
Author haud deterior. Cic. 2. de Legib. 24.
Aetas deterior. Ouid. 1. de Ponto, eleg 5. 1.
Causa deterior. Cic. pro Cecinna, 34.
Color deterrimus. Virg. 3. Georg. 17.
Deteriore conditione esse. Liu. 5. bel. Pun. 30.
Concoctio deterior. Celsus lib. 3. cap. 2.
Facies deterior. Ouid. 12. Metam. 80.
Deteriore iure esse. Cic. pro Cecinna, 13.

Digitized by Google

Deteriorem odorem uino adimere. Cato cap. 110.
Partes deteriores. Lucret. lib. 2. 103.
Deterior res, & Fructuosior, contraria. Cicer. Attic. libro 14. 307. 3.
Deteriore tempore absens auctionatur. Cic. pro Quintio, 11.
Pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Quintilian. lib. 1. capite 1. 4.
Vitiosius & deterius. Cic. 4. de Orat. 17.
Deterius facere. Cic. 5. Verr. 114.
Corrigere & Deterius facere, contraria. Cicer. 2. de Natur. deor. 123.
Mutatus in deterius principatus. Tacit. lib. 4.
At tu deterius palles. Pers. Satyr. 3. 10.
In deterius referre. Tacit. lib. 13.
Deterius scripta. Cicer. 5. de Finib. 13, De malis Græcis Latinè scripta deterius.
Veraq;, aut in deterius credita, ab uno iudice facilius discernuntur. Tacit. lib. 3.
In deterius cuncta Romæ audita Martianum angebant. Tacitus libro 20.
Deterrimus homo. Cic. 4. Verr. 14. & 27. Sic, Deterrimæ mulierculæ, Cic. 5. Verr. 66.
Mortalium deterrimus. Cic. de Arusp. resp. 52.
Quod optimo dissimillimum sit, id esse deterrimum. Cicer. de Opt. genere Orat. 142.
Deterrima uia. Cic. ad Att. lib. 9. 180. 7.
Deterreo] deterres, deterrui, deterritũ, pe. cor. (καταπλήττω, ἀποτρέπω) deterrere, Idem quod Terrere, uel terrore à sententia uel proposito auertere. Cic. 3. de Fin. 59, Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Teren. Heaut. 1. 1. 27, Rectum ut faciam, non ut deterream.
Deterrere atq; auocare à religione. Cic. de Arusp. resp. 16.
Deterrere & cohortari, contraria. Cic. 1. de Orat. 135.
Sceleratos ciues timore ac impugnanda patria deterrere. Cic. Brut. 15 15.
Liberalitatem deterrere. Cic. 2. Offic. 92.
Ense pauidum deterrere. Ouid. 14. Metam. 60.
Ab amore deterrere. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 24.
Deterrere à bello faciendo. Cic. pro Fonteio, 22.
Deterrere à studijs. Cic. 1. de Finib. 39.
Deterrere ab industria. Cic. 1. de Finib. 6.
Nulla re deterreri à proposito. Cicer. Bruto, 11. 4.
Deterrere à scribendo. Cic. de Opt. genere dicendi.
Deterrere de sententia. Cic. 2. de Diuinat. 123.
De statu suo aliquem contumelijs deterrere. Brut. Ciceroni, libro 11. 11. 14.
Deterrere ne. Terent. in Prol. Phorm. 3, Maledictis deterrere ne scribat, parat. Et in Prol. Hecyræ, 27.
Deterrere quin. Plaut. Amphit. 7. 7,
Tamen quin loquar hæc uti facta sunt,
Nunquam ullo modo me potes deterrere.
¶ Deterritus, pen. cor. (ἀποτετραμμένος) Particip. ut, Deterritus pudore. Cic. ad Attic. lib. 10. 206. 3.
Ab Officio deterritus. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 4.
Detestor] detestaris, detestatus sum (μαρτύρομαι) detestari, Vehementer testari. Plaut. Menæh. 17. 53,
—summum Iouem,
Deosq; detestor, me neq; isti malefeciſſe mulieri, &c.
Detestari (μυσάττεσθαι, ἀφοσιοῦσθαι, ἀναθεματίζειν) pro Abominari: ut, Caput alicuius detestari hostili prece. Ouid. 15. Metam. 101.
Tanquã auspicium malũ detestari aliquem. Cic. in Vatiniũ, 30.
Exitum belli detestari. Cic. 8. Philip. 239.
Detestari inuidiam. Cic. 1. de Nat. deor. 170. id est, amouere.
Detestari iram Dei in caput alicuius, Iureiurando imprecari. Plin. epist. ult. lib. 2.
Detestari à Rep. nomen alicuius. Cic. in Pisonem, 76.
Detestari, pro Vitare, & à sese propulsare, siue amoliri. Cicer. in Catil. 19, Nunc ut à me P. C. quandam propè iustam patriæ querimoniam detester ac deprecer, percipite quæso quæ dicam.
Auertere & detestari. Cic. 4. Philip. 158.
Tellus detestanda. Sil. lib. 17. 88.
¶ Detestabilis, pen. cor. (βδελυρὸς, βδελυκτὸς) Idẽ quod Abominabilis. Cic. 2. Philip. 75, Non te execrandum Pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos, & futuros scias. Idem 3. Tusc. 43.
Quo detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omnifce lere patriam. Cic. 1. Offic. 83.
Inuidiosum & detestabile. Cic. 1. Philip 25.
Detestabile & pestiferum. Cic. de Senect. 37.
Omni parte uitæ detestabilis homo. Suet. in Nerone, cap. 9.
Omen detestabile auertat Deus. Cic. 11. Philip. 296.
Pectis detestabilis. Cic. 2. Offic. 22, Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.
Detestabile scelus. Cic. de Amicit. 27.
Vmbra detestabilis. Senec in Thyeste, 1. 5.
¶ Detestatio (βδελυγία) Verbale. Plin. lib. 15. cap. 30. 8, Lauros quidem manifesto abdicat ignes crepitu & quadam detestatione, interaneorum etiam uitia & neruorum ligno torquente.
Detestatio apud iurisconsultos, Est (ut Vlpianus l. 40. ff. de uerborum significatione, affirmat) denunciatio facta cum testatione.
Detexo] detexis detexui, detextum (καταλύω, παύω) detexere, dissoluere.
Detexere telam, pro Texendo ad finem perducere. Plautus Pseud. 5. 7.
Detexere aliquid uiminibus. Virg. 2. Ecloga,
Quin tu aliquid saltem, potius quorum indiget usus,
Viminibus, mollíq; paras detexere iunco? Id est, intextum texere, finire, perficere. Seruius.
Exordiri, detexere, retexere. Cic. 2. de Oratore, 86, Et ad extremum ipsi se compungũt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere: sed etiã quibus antè exorsa, uel potius detexta prope retexantur.
Ab exordio aliquid detexere. Author ad Heren. lib. 2. 80.
Linum detextum. Vlpian. in l. si cui lana. ff. de legat. 3. §. lino.
Detineo] detines, pen. corr. detinui, detentum (κατέχω, κατείργω, ἀσχέω) detinere, Remorari, occupare. Teren. Eunuch. 2. 2. 48, Detineo te fortasse. Idem Phorm. 4. 1. 8, Pol me detinuit morbus.
Detinere aliquem & demorari. Lentul. ad Senatum, libro 12. 15. 18.
Detinere aliquem lepõre. Cic. ad Attic. lib. 4. 84. 2. Item, Detinere inani spe. Col. lib. 8. cap. 5. 12.
Detinere aliquem de suo negocio. Plaut. Pœnulo, 4. 179.
Detineri in alienis negocijs. Cic. 2. de Inuent. 217.
Animum studijs detineo. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 8.
Compede detinere. Horat. 1. Carm. ode 33. 3.
Curas detinui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 14.
Diem detinere sermone. Ouid. 1. Metam. 137.
Detinere feras cithara. Mart. lib. 14. 171.
Fugam incœptam detinere. Ouid. 3. Amor. eleg. 12.
Detinere ius. Liu. 1. ab Vrbe, 71, Vt non plus darent iuris, quã detinerent. Id est, sibi retinerent.
Detinuere moræ. Ouid. epist. 23. 14.

Digitized by Google

Detinere aliquem lenta mora. Mart. lib. 7. 92.
Detinet me hoc negocium. Plaut. Perſa, 1. 5. 39.
Maiore aliquo negocio detineri. Author ad Herennium, libro 4. 135.
Detinent terras niues. Plin. lib. 18. cap. 7. 19. Id eſt, occupant, neq; liqueſcunt.
Carmina oculos detinent. Ouid. 2. Triſt. 104.
Detines me ſuſpenſum: Id eſt, me diutius in dubio tenes. Cic. ad Att. lib. 10. 192. 3. Virgilius per uerbum Teneo, idem dixit: ut in ſexto,

Dicam equidem: nec te ſuſpenſum nate tenebo.

Vela detimere. Ouid. epiſt. 22. 2.
Detineri uentis. Plin. epiſt. 124. a.
Detondeo] detondes, detondi, detonſum (ἀποκείρω, ἀποξυράω) detondere, Prorſus tondere. Col. lib. 7. capite 4. 7, Et eſt modus optimus conſyderare tẽpeſtates, quibus ouis neq; frigus, ſi lanam detraxeris: neq; æſtum, ſi nondum detonderis, ſentiat. Verum quum quæq; detonſa erit, ungi debet tali medicamine.
Detondere capillos. Mart. lib. 8. 46.
Detondere uirgulta uineæ. Col. lib. 4. cap. 23. 2.
Buxum detonſum. Ouid. 6. Faſt. 46.
Arboribus redeunt detonſæ frigore frondes. Ouid. 3. Faſt. 48.
Sicambria detonſa. Claud. 1. in Eutrop. 77.
Detono] detonas, penult. corrept. (καταβροντάω) detonare. Quintil. lib. 12. cap. 9. 3, Nam quum illa dicendi uitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit uera & uirtutis fortior fama.
Ira detonare. Valer. 4. Argon. 59.
Detorno] detornas (τορνόω) detornare, Idem quod Tornare. Plin. lib. 13. cap. 9. 2, Ex quo uelares detornant annulos.
Detorqueo] detorques, detorſi, detortum, & raro detorſum (καταπάμπω, ἀφαφέρω) detorquere, Deflectere, ſiue idem quod Torquere. Columella lib. 5. cap. 6. 8, Sed hæc ulmus autumni tempore melius quàm uere diſponitur, paulatimq; ramuli eius manu detorquentur.
Detorſit à latere in dextram partem. Cic. de Vniuerſ. 33.
Detorquere in læuam, pro Declinare ad læuam. Plinius lib. 28. cap. 8. 6.
Ceruicem detorquere ad oſcula. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.
Cornua torquere & detorquere. Virg. 5. Aeneid. 165.
Imminutæ & detortæ corporis partes, quibus repugnant Aptæ & integræ. Cic. 3. de Finib. 27.
Curſus detorquere ad aliquem. Virg. 4. Aeneid. 40.
Labra dicentis ne detorqueantur. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5.
Ab aliquo lumen detorquere. Ouid. 6. Metam. 103.
Oculos detorquere ad undas. Valer. 1. Argon. 24.
Se aliò detorquere. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 11.
Viam detorquere ad amnem. Valer. 5. Argon. 80.
Detorquere uulnus. Virg. 9. Aeneid.
Detorquere, per translationem. Cic. 2. Offic. 56, Nam & uoluptates blandiſſimæ dominæ ſæpe maiores partes animi à uirtute detorquent.
Detorquere rectè facta. Plin. epiſt. 8. c.
Prauè detorta opinio. Col. lib. 3. cap. 10. 20.
Flectere & detorquere uoluntatem alicuius. Cicero pro Cælio, 16.
¶ Detorſus, Particip. (καταπαμπείς) Sueton. in Galba, cap. 10, Ac ſubinde Alexandrina nauis detorſa appulit armis onuſta ſine gubernatore, &c. Id eſt, depulſa.
Detraho] detrahis, detraxi, detractũ (καθαιρέω, ἀφαιρέω) detrahere, Auferre, tollere. Terent. Eunuch. 4. 4. 40, Chæream' tuam ueſtem detraxit tibi?
Detrahere amiculum. Cic. 3. de Nat deor. 120.
Addere, & Detrahere, contraria. Cic. pro Cluentio, 66.
Detrahere aliquid alteri, Vi auferre. Cic. 3. Offic. 26, Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, &c. Idem 2. de Diuinat. 119, Eidemq; detraxiſſet Armeniam à Senatu datam.
Detrahere de digito. Plaut. Truc. 13. 5. Teren. Heaut. 4. 1. 43, Quum exponendam do illi, de digito annulum detraho.
Detrahere aliquid de aliquo quod ſibi aſſumat. Cicero 3. de Finib. 107.
Detrahere aliquem pedibus è tribunali. Suet. De claris rhet. 5.
Detrahere naues ad terram. Hirtius lib. 4. bel. African. 38.
Detrahere torquem hoſti. Cic. 1. de Fin. 34. Et, Detrahere cruẽta ſpolia. Cic. pro Roſc. Amer. 87.
Detrahere (διαβάλλειν, καταλαλεῖν) alicui, Id eſt famã eius maledictis & oblocutionibus minuere. Ouid. 5. Triſt. eleg. 15. 1. ad uxorem,

Detrahat authori multum fortuna licebit, &c.

Sibi detrahere. Cic. 6. Verr. 47.
Detrahere de abſentibus. Cic. 1. Offic. 188. Et pro Cecinna, 9, De teſte. Et pro Rab. 14, De ſenatu. Idem pro Cæcin. 51.
Detrahere de authoritate Senatus: cui opponitur, Ornare Senatum multis laudibus. Cic. pro Cluent. 111.
De fama alicuius detrahere. Cic. Appio, lib. 3. 8. 20.
Ad accuſationem aliquem detrahere. Cic. pro Cluent. 142. Hoc eſt, pertrahere.
Detrahere alumnum mamma. Plin. lib. 11. cap. 40. 2.
De amore detrahere aliqui. Cicer. Appio, lib. 3. 12. 10. Id eſt, imminuere.
Detrahere auxilia ſiue legiones principi. Cæſar 6. bel. Gal. 16. Ibidem, lib. 8. 191.
Detrahere aliquem de cælo, Eſt de ſumma gloria eum deijcere. Cic. 2. Philip. 104.
Calamitatem alicui detrahere. Cicer. Poſt reditum ad Quirites, 4.
De cauſa detrahere aliquid. Cic. 6. Philip. 214.
Detrahere de commodis ſuis. Cic. de Amic. 51.
Crimen detrahere alicui. Lucan. lib. 8. 25.
Detrahere & ſpoliare dignitatem alicuius. Cic. pro Cælio, 2.
Animis errorem detrahe noſtris. Ouid. 2. Metam. 8.
Detrahere faſtidium dicuntur lupini. Plinius libro 22. capite 25. 34.
Detrahere fidem uerbis alicuius. Quint. lib. 5. cap. 7.
Detrahere nido fœtus implumes. Virg. 3. Georg.
Detrahere honorem debitum alicui. Cic. 6. Verr. 21. Sic, Detrahere laudem, Cic. pro lege Manil. 6.
Detrahere ab iniuria aliquem. Cicer. ad Quint. Mitel. libro 5. 2. 16.
Detrahere in iudicium aliquem. Cic. pro Milone, 28.
Detrahere de ſuo iure. Cic. 3. Verr. 16.
Inuidiam noxæ detrahere. Ouid. epiſt. 7. 21.
Detracta opinione probitatis. Cic. 2. Offic. 48.
De pecunia detrahere aliquid. Cic. 5. Verr. 156.
Detrahere de pondere, & paulò minoris inſinuare. Cicer. 4. de Finibus, 92.
Detrahere aliquem ex poſſeſſione. Liu. 10. bel. Pun. 96.
Detrahitur precio, pro Minuitur precium. Colum. lib. 8. capite 17. 14. Sic Plin. libro 36. cap. 26. 5, Metallis precia detraherentur.
Detrahere aliquem ex prouincia ſuis ſententijs. Cic. de Prouincijs Conſul. 15.
Detrahere ex reditu. Col. lib. 4. cap. 3. 5.
Detrahere ſacerdotem ab aris. Cic. de Aruſp. reſp. 25.
Detrahere ſanguinem. Col. lib. 6. cap. 14. 2, Et ex diuerſa auricula ſanguinem detrahemus.

Digitized by Google

Sanguis detractus uenis. Lucret. lib. 3. 90.
Detractis de homine sensibus. Cic. 1. de Finib. 40.
Detrahit solicitudines philosophia. Cic. 2. Tusc. 25.
Detrahe menti spem fructus auidæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 3.
Detrahere ex summa. Cicer. ad Attic. lib. 10. 195. 19. Sic pro L. Flacco, Dat de lucro, nihil detrahit de uino, minus igitur lucri facit.
¶ Detractio, Verbale (ἀφαίρεσις, ὑφαίρεσις) ut, Detractio alieni, hoc est, ablatio & furtum rei alienæ. Cicero 3. Offic. 38.
Detractio confecti cibi. Cicer. de Vniuers. 24. Id est, exoneratio alui.
Detractiones apud Plinium pro uacuationib. & inanitionib. prauorum humorum, lib. 16. cap. 44. 10.
Detractio sanguinis. Plin. lib. 17. cap. 26. 1. Quintilian. lib. 2. cap. 16. 4.
Detractio molestiæ. Cic. 1. de Finib. 58.
¶ Detractor, Verbale, Qui famæ alicuius derogare nititur. Sipontinus.
¶ Detracto, detractas (ἀναίνομαι, ὑποφεύγω, δύσχαμαι) detrectare, Frequentatiuum, Vitare, fugitare, auersari: ut, Detractare certamen, apud Tacitum. Virg. 3. Georg.

Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,
Aut iuga detractans, interdumq; aspera cornu.

Militiam detractare. Ouid. 13. Metam. 8.
Onus detractare. Claud. 1. de Rap. Proserp. 32. Quintil. lib. 2. cap. 1, Officia sua non detractet.
Prælia detractare. Sil. lib. 7. 130.
Principem detractare: pro Recusare & non ferre. Sueton. in Tiberio, cap. 25.
Taurus detractat aratrum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 3.
Detractare, pro Detrahere. Salust. in bel. Iugurth. Quippe res humanæ ita sese habent, in uictoria, uel ignauis gloriari licet: aduersæ res etiam bonos detractant, Id est, etiam boni in aduersis ut malè audiant, efficiunt.
Benefacta malignè detractare. Ouid. 13. Metam. 54. Liu. lib. 8. bel. Maced. Cæca inuidia est, nec quicquam aliud scit, quàm detractare uirtutes, corrumpere honores, ac præmia earũ.
Ingenium magni liuor detractat Homeri. Ouid. 1. de Remed. amor. 73.
Laudes detractare. Ouid. 5. Metam. 50.
¶ Detractatio, Verbale (ἀναίσουσις) Liu. 6. ab Vrbe, 111, Iunio res Romani ad edictum sine detractatione conuenere.
Detractatio malitiæ. Liu. 3. ab Vrbe, 293.
¶ Detractator, Verbale, masc. (ἀναισουτὴς) Qui renuit. Liu. 4. bel. Maced. 63, Cato ipse haud sanè detractator laudum suarum, multos cæsos ait, numerum non scribit.
Detrimentum] Vide Detero.
Detrudo] detrudis, pen. prod. detrusi, detrusum (κατωθέω) detrudere, Trudendo deijcere. Cic. pro Cecinna, 36, Potéstne detrudi quisquam qui non attingitur? Liu. lib. 2, Iam impetu conabãtur detrudere uirum.
Deijcere & detrudere. Cic. pro Cecinna, 34.
Depellere & detrudere. Cic. 2. de Nat. deor. 201.
Ad id quod facere posit, aliquẽ detrudere. Cic. 1. de Orat. 64.
Detrudi de saltu agroq; communi. Cic. pro Quintio, 14.
Colonos rure detrudere. Claud. de bello Gildon. 40.
Ex aliquo loco detruserunt aliquem niues, frigora, imbres. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 10.
In partem dextram aut læuam detrudere. Cic. de Vniuers. 55.
Corpus detrusum sub inania tartara. Ouid. 12. Metam. 106.
Detrudunt naues scopulo. Virg. 1. Aeneid.
Detrudere, pro Trudere. Plaut. Aulul. 10. 8, Huccine detrusisti me ad senem parcissimum?
Detrudi in luctum. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 4. 4.
Detrudere aliquem ad mendicitatem. Plaut. Menæch. 5. 22.
Detrudi morti. Plin. de Viris illust. 66.
Detrusit ad ea necessitas. Cic. 1. Offic. 160.
Detrudi ac compingi in pistrinum. Cic. 1. de Orat. 24.
Detrudere in pœnam. Cic. pro Flac. 73.
Detrudere de sententia. Cic. ad Terentiam, lib. 14.
Detrudere aliquem regno. Virg. 6. Aeneid.
Detrudere comitia in aduentum alicuius, pro Differre. Cic. ad Quin. fratr. lib. 2. 15. 3. Idem ad Attic. lib. 4. 86. 3, Quibus si non ualuerit, putant fore aliquem qui comitia in aduentũ Cæsaris detrudat.
¶ Detrusus, sa, sum, Adiect. ex particip. (κατώθεις) Cic. 2. de Nat. deor. Atq; is agitatione & motib. linguæ, quum depulsum, & quasi detrusum cibum accipit, depellit. De stomacho loquitur.
Detrullo] detrullas (διαχέω) detrullare, De trulla in trullã deplere: quo usus est Apitius, quod ipsum & diffundere uocatur Plinio, sicut in oleo decapulare. Hermolaus.
Detrunco] detruncas (κατακόπτω) detruncare, Decidere, secare: ut, Detruncare arborem. Liu. 1. bel. Pun. 136.

Quũ cædendum esset saxum, arboribus circà immanib. dejectis, detruncatisq;, struem ingentem lignorum faciunt.

Detruncare alam regi apum. Plin lib. 11. cap. 17. 2.
Caput detruncat. Ouid. 8. Metam. 156.
Detruncare corpora. Liu. 1. bel. Maced. 134.
Manu aliquem detruncare. Valer. 3. Argon. 30.
Detruncare uitem, pro Resecare. Col. lib. 4. cap. 22. 4.
¶ Detruncatio, Verbale (κατακοψις, κατακοπὴ) ut, Detruncatio ramorum. Plin. lib. 24. cap. 9. 2. Et lib. 17. cap. 24. 20, Nam detruncatio ut diximus quibus prodesset.
Detulit] pen. cor. præteritum à Defero. Vide Defero.
Detumeo] detumes, pen. cor. detumui, detumere, est tumorẽ amittere. Stat. 5. Thebaid. 94,

Detumuere animi maris, & clementior Auster
Vela uocat. Intelligit mare non amplius irasci, hoc est tranquillum esse.

Deturbo] deturbas, deturbare (ἀπερράσω, παρωθέω) Est, ut ait Valla lib. 5, deorsum cùm uiolentia dejicere. Virg. 5. Aeneid. 35, —puppi deturbat ab alta. Plaut. Rud. 2. 78, Cuius deturbauit uetus tectum & tegulas. Sic, Deturbare ædificium. Cic. ad Quin. frat. lib. 3. 24. 13.
Deturbare aliquem equo transfixo. Liu. 5. bel. Maced. 141.
Deturbare aliquem ædibus, pro Ejicere. Plaut. Amph. 15. 55.
Deturbare affligere, cõminuere, dissipare, statuam alicuius. Cicero in Pis. 74.
Agmina deturbat gladio. Sil. lib. 7. 144.
De fortunis omnibus deturbare aliquem. Cicero pro Quintio, 26.
Deturbare milites ex insidijs & stationibus. Liuius 1. bel. Maced. 157.
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Virgilius 5. Aeneid. 35.
Deturbare de tribunali. Cæsar 3. bel. Ciuil. 84.
Deturbare possessione, uel de possessione. Cic. pro Quint. 56. Idem Cornificio, lib. 13. 25. 5.
Deturbare de mente. Cic. in Pisonem, 36.
Deturbari spe. Cic. Cornificio, lib. 13. 25. 5.
Deturbare ex spe. Cic. Cn. Pompeio, lib. 5. 7. 2.
Deturbauit illi uerecundiam. Plaut. Most. 3. 40.
Deturgeo] deturges, detursi, deturgere, Contrarium est suo simplici. Plin. lib. 9. cap. 58, Quippe deturgente Nilo masculi reperiuntur imchoato opere genitalis aquæ, terrésq; Aliqua exemplaria habent, detegente.

Deturpo]

Digitized by Google

Deturpo] *deturpas* (κνυφόω) *deturpare*, à *Turpis nomine cõpositum. Suetonius in Calig. cap.35, Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Plinius lib.15. cap.16. 1, Aquilonis quoq; afflatu poma deturpante rugis.*

Deua] Δήβα, *Fluuius Britanniæ Ptolemæo. Vulgò Dee.*

Deuadæ] *Insula prope Apitamos populos in Arabia, cuius meminit. Plin. lib.6. cap.28.*

Deuana] Δούανα *Ptolemæo, urbs Britanniæ insulæ: alio nomine Duana castra. Vulgò Doncastre.*

Deuasto] *deuastas, deuastare* (κατερημόω) *Deprædari, spoliare, profligare. Liuius 2. belli Punic. 40, Vbi satis quietis datum, præda ac populationibus magis quàm ocio aut requie gaudentibus profectus, Prætutianum Adrianum q; agrum, Marsos inde, Marrucinos q; & Pelignos deuastat. Ibidem lib.3.194, Ita sumus aliquoties hac æstate deuastati, ut, &c.*

Agmina ferro deuastata. Ouid.13. Metam.51.

Deucalion] *huius Deucalionis, penult. prod.* (Δευκαλίων) *Promethei filius, rex Thessaliæ, cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio iunctus. Vide Ouidium, 1. Metamorph. & Thessalia.*

¶ *Deucalioneus, pen. prod.* (Δευκαλιώνειος) *Adiectiuum: ut, Vndæ Deucalioneæ, apud Ouidium, lib.7. Metam.74. Lucan. lib.1.131,*

Deucalioneos fudisset Aquarius imbres.

Deueho] *deuehis, deuexi, deuectum* (κατάγω) *deuehere*, Idẽ *quod Vehere, uel deorsum uehere. Plin. epist. 101. c. lib.5, Medios ille agros secat, nauium patiens, omnesq; fruges deuehit in urbem, hyeme duntaxat & uere.*

Seleſtadio deuehimur Argentoratum Ello flumine. Tacitus lib. 3. & lib.18.

Ad astra deuehor. Propertius lib. 4. eleg. 1. 24.

Deuexit Tyberis commeatum. Liu. 4. ab Vrbe, 226.

Deuehuntur Liparæ. Liu. 5. ab Vrbe, 129.

Merces deuehere trans æquora. Claud. 2. in Eutrop. 102.

Deuehi quàm molliſſimè. Colu. lib. 1. cap. 2. 3. Sic, Deuehere in ultimas terras, Liu. 1. bel. Pun. 38.

Deuectæ materiæ uitium. Col. lib. 5. cap. 6. 21.

Nare ac mox Tyberi deuectus. Tacit. lib. 3.

Rhescuporis Alexandriam deuectus. Tacit. lib. 2.

Ac simul utrunq; exercitum Rheno deuectum Frisiis intulit. Tacitus lib. 4.

¶ *Deuectus, Participium* (κατοχθείς) Cic. 1. Philipp. 6, *Atque ego celeriter Veliam deuectus Brutum uidi: quanto meo dolore, non dico.*

Deuello] *deuellis, deuelli uel deuulsi, deuulsum* (ἐκτίλλω) *deuellere*, Idem *quod Euellere. Plinius libro 21. capite 11. 5, E' cæteris byacinthus maximè durat, & uiola alba, & œnanthe: sed hæc ita, si deuulsa crebrò prohibeantur in semen abire.*

Laceros deuellere crines. Claud. de Gigantomachia, 8,

Deuelo] *deuelas, pen. prod. deuelui, deuelatum* (ἀποκαλύπτω) *deuelare, Velum auferre significat, & detegere: idemq; ferè quod Reuelare. Ouid. 6. Metam. 121,*

Oraq; deuelat miseræ pudibunda sororis. De Progne & Philomela.

Deueltum] *Plinio* (Δουέλτος *Ptolemæo*) *Oppidum mediterraneum, lacum habens eiusdem nominis. Vtriusq; meminit Plin. lib.4. cap.11, Vulgò Deuelto.*

Deueneror] *pen. cor. deueneraris, deueneratus sum* (σεβάζω) *deuenerari, Idem quod Venerari. Ouid. epist. 2.4,*

Sæpe deos supplex, ut tu scelerate ualeres,
Sum prece thuricremis deuenerata focis. Tibul lib.1. Eeg. 5. 3,

Ipse procuraui ne possent sæua nocere
Somnia, ter sancta deueneranda mola.

Deuenio] *deuenis, pen. cor. deueni, deuentum* (κατέρχομαι) *deuenire, Propriè est ex editiore loco in humiliorem uenire: ut, Deueni in planum, Deueni in uallẽ. Virg. 4. Aen.*

Speluncam Dido, dux & Troianus eandẽ Deueniunt.

Deuenire ad mare. Plaut. Pœn. 9.14. Cæsar 2. bel. Gal. 305, Ad legionem decimam deuenit.

Deuenire in castra alicuius. Hirtius 5. bel. Afri. 96. Ouid. 8. Metam. 161, Deuenit in Scythiam.

Deuenire in uictoris manus. Cic. Mario, lib.7.3.10.

Deuenit inter. Ouid. 2. de Remed. amor. 43,

Et cupidos inter deuenit amantes.

Sine præpositione. Virg. 1. Aen. 74, Deuenere locos, &c.

Deuenire in aliquẽ, uel incidere. Cic. in Pisonem, 55, Deuenit, aut potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus, atq; aduena.

In aliquam fortunam deuenire. Seruius Ciceroni, libro 4. 5. 20.

Deuenire in insidias. Plaut. Menæh. 4.25.

Deuenire ad iuris studium. Cic. pro Muræna, 26. Id est, conferre se ad studium, &c.

Deuenit malum ad illum. Terent. Heaut. 4.5.2.

Deuenire ad maturitatem. Col. lib. 2. cap. 12. 8.

Deuenire in medium certamen atque discrimen. Cicer. 1. de Orat. 2.

Deuenire ad Senatum, Idẽ significare uidetur, quod uulgo barbarè dicitur, Habere recursum. Cic. 7. Verr. 98.

Deuenit sermo in alienas manus. Cic. ad Att. lib. 1. 6. 1.

Deuenire, idem quod Venire, uel ire: ut, Deuenire domũ, Plautus Epid. 8. 28, Deueniam ad lenonem domũ egomet solus, Idem Milit. 15. 10.

Deuenuſtare] καταχωύειν, *Idem quod deturpare. Gellius libro 12. capite 1, Tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet.*

Deuerbero] *deuerberas, pen. cor* (τύπτω, ἀποδέω) *deuerberare, Valde uerberare. Terent. Phorm. 2.2.13,*

Quot me censes homines iam deuerberasse usq; ad necẽ, Hospites, tum etiam ciues?

Deuerbium] *Vide* Diuerbium.

Deuerra] *Dea ab antiquis putata est, de qua sic Augustinus ex Varrone, lib.6. de Ciuitate Dei: Mulieri, inquit, fœtæ post partum tres deos custodes Varro commemorat adhiberi, ne Syluanus deus per noctem ingrediatur, & uexet. Eorumq; custodum significandorum causa tres homines nocte circumire limina domus: & primò limen ferire securi, posticà pilo, tertio deuerrere scopis: ut his datis culturæ signis, deus Syluanus prohibeatur intrare: quia neq; arbores cæduntur ac putãtur sine ferro, nec far conficitur sine pilo, neque fruges coaceruantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos: Intercidonem, à securis intercisione: Pilumnum, à pilo: Deuerram, à scopis: quibus deis custodibus contra uim dei Syluani fœta conseruantur. Hæc D. August. ubi suprà.*

Deuergentia] *tiæ, fœ gen. Inclinatio. Gel. lib. 14. cap. 1. Vide* Declinatio mundi, *in* Declino.

Deuerro] *deuerris, deuerri, deuersum* (κατασαίρω) *deuerrere, Probè uerrere. Colum. lib. 7. cap. 4. 5, Stabula uerò frequenter euerrenda, & purganda, humorq; omnis urinæ deuerrendus.*

Deuersus] *Veteres dicebant, quasi deorsum uersus. Festus.*

Deuerto] *pro Diuerto frequẽtissimè apud Plautum legitur, more*

Digitized by Google

more ueterum. Vide Diuerto. *Quint.lib.2, Atq; inde alia non minus communia ac nota deuertunt.*

In odium T. Iunij deuerterant. Tacit.lib.17. Aliàs diuerterant.

Deuerti. Stat.3. Thebaid.9,

—haud aliter ſaltu deuertitur orbus
Paſtor ab agreſtum nocturna ſtrage uirorum.

Deueſtio] *deueſtis, deueſtiui, deueſtitum, pen.prod.* (ἐκδύω) *deueſtire, Veſte exuere. Apul. lib. 3, Iam primùm omnibus lacinijs ſe deueſtit.*

Deuoro] *deuetas, pen. corr.* (κωλύω) *deuetare, pro* Vetare. *Quint. prima Declamat. Omnino ſummam calamitatẽ corporis occurrere delicatis uxoris oculis deuetaret. Alia exẽplaria habent, uetaret.*

Deuexo] *deuexas, deuexare,* Idem quod Vexare. *Cicero Planco, libro 10.3.8,* Vnus autem eſt, *hoc præſertim tempore, per tot annos Repub. deuexata, Reip. bene gerendæ curſus ad gloriam.*

Deuexus] Adiect. (κατάφορος, κατάντης) *Decliuis & deflexus. Col.lib.1.cap.2, Parte campeſtri, parte alia collibus uel ad Oricntem, uel ad meridiem molliter deuexis. Plin.li. 5.epiſt.101.cap.*

Deuexus & planus. Plin.lib.6.cap.10.2.

Alpes deuexæ. Lucan.lib.2.86.

Amnis deuexus uſq; ab Indis. Virg. 4.Georg.59. de Nilo.

Arua deuexa. Ouid.8.Metam.67.

Deuexum caput in dextrum humerum. Plin.lib.28.cap.6.3.

Dies deuexior. Claud.8.Paneg.12.

Deuexus in uiam lucus. Cic.de Diuinat.163.

Lacus accliuis deuexo margine. Ouid.9.Metam.67.

Montes deuexi. Valer.3. Argon.138.

Mundus premitur deuexus in Auſtros. Virg.1.Georg.49.

Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix. Virgil. 3. Georgic. 104.

Rupes deuexa. Claud. de Aponi balneis,11.

¶ Deuexitas, *pen.cor. huius deuexitatis* (τὸ κάταντες) *Decliuitas. Plin.epiſt.161, Inde nõ loci deuexitate, ſed ipſa ſui copia & quaſi pondere impellitur. Plin.lib.17.cap.22.1, Puluinatis à deuexitate labris.*

Deuincio] *deuincis, deuinxi, deuinctum* (καθαρτάω, κατακλέω) *deuincire, Vehementer ligare & conſtringere.*

Deuinctus & conſtrictus omnibus uinculis. Cicer. pro leg. Agr. 9.

Deuincire ad, Plaut. Pſeud. 4. 68,

Cras te, quaſi Dircẽ olim (ut memorant) duo gnati Iouis
Ad taurum deuinxere, ita hodie te ſtringam ad carnarium.

Ad duas res deuinciri. Cic.pro Cecin.67.

Vrbem præſidijs deuincire. Cic. de leg. Agr. 85.

Vna complexione multa deuincire. Cic.in Orat.47.

Verba comprehenſione deuincire. Cic.de clar. Orat.72.

Impediri, & regum dominatione deuinciri. Cicer. de claris Orat.22.

Fœderibus deuincitur fides cum hoſte. Cic.3. Offic.151.

Deuincire ſe cupiditate. Terent. Heaut.1.2.34.

Deuincire hominum inter homines ſocietatem. Cicer. 1. Offic.34.

Deuincire ſe ſcelere. Cic.de Aruſp.reſp.4.

Deuincire ſibi aliquem, per translationem. Cicero pro Milone, 67, Cn. Pompeium nouo reditu in gratiam quaſi deuinctum arbitrabatur.

Alligare & deuincire. Cic.pro Cluentio, 142.

Lenire imperitam multitudinem & præmijs deuincire. Cic.3. Philip.121.

Affinitate ſeſe alicui deuincire. Cic.de clar.Orat.50.

Deuincire ſibi aliquem beneficijs. Plaut. Aſin.7.19. Cic.ad Attil cum, lib.16.342.4, Quod ſi feceris, me, quem uoluntate & paterna neceſſitudine cõiunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio deuinctum habebis.

Cautione, fœdere, execratione deuincire aliquem. Cicero pro Seſtio, 12.

Copijs deuincire aliquem. Cic.pro Cælio, 28.

Donis beneficijsq; plurimis deuincire aliquem. Cicero 7. Verr.65.

Charitate homines deuincit ſanguinis coniunctio & beneuolentia. Cic.1.Offic.80.

Liberalitate deuincire aliquem. Cic. Lentulo, lib.1.9.10.

Summo officio & ſumma obſeruantia ſibi in perpetuum deuincire aliquem. Cic. Memmio, lib.13.3.2.

Deuincimini utriq; ab utriſq; hoc beneficio. Terentius. Heaut. 2.4.14.

Mentem hominis uolũtate libera ſpoliatam neceſſitate fati deuinciunt, qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam. Cic.de Fato, 31.

Deuincire pignore animos Centurionum, dixit Cæſar.

Deuincire ſocietate. Cic.2.de Nat.deor.222, Hæc non iuris, legum, urbiũ ſocietate deuinxit. De eloquentia. Et lib.1.Offic. 82, Deuinciri firma ſocietate.

Sermone & familiaritate deuincire. Cicer. Quintil. frat. libro 1.2.6.

Studijs deuinciri. Cic. Appio Pulchro, lib.3.13.4.

Templum religione deuincire. Cic.pro Domo ſua, 100.

¶ Deuinctus, Participium (καταδεδεμένος) Cic.pro Plancio, *Ita putauit Senatus, quum reo tribus edcrentur hæ quas in largitione deuinctas haberet, eoſdem fore teſtes & iudices.*

Deuinctus colla catenis. Sil.lib.11.24.

Tempora deuinctus lauro. Tibul.lib.2.eleg.5.1.

Amore deuinctus alicui. Stat.9. Thebaid.162.

Deuinctus metri neceſſitate. Plin.epiſt.129.d.

Deuinctam conſuetudine domum tenere. Cicero pro Archia, 4.

Legibus, iure certo, firma pace deuinctæ nationes. Cicero de Prouinc. Conſul.16.

¶ Deuinctus (κατάδετος) Nomen ex participio. Horat.1.Ser. Sat.5.9, —namq;,

Plocius, & Varius Sinueſſæ, Virgiliusq;
Occurrunt: animæ, quales neq; candidiores
Terra tulit, neq; quis me ſit deuinctior alter.

Deuinco] *deuincis, deuici, pen.prod. deuictum* (νικάω) *deuincere,* Idẽ quod Vincere, *ſuperare. Cic.de Senect.41, Qui Pœnos primus claſſe deuicerat. Cæſ.3. bel. Ciuil. 318, Qui Galliam Germaniamq; deuicerit.*

Deuincere & capere urbem aliquam. Cic.2.de leg. Agr.88.

Deuincere bello, prælio, ui. Cic.ad Brutum, 15.14. Et 2.de Natura deor.9.

¶ Deuictus, Participium (νενικημένος) Cic.1.de Nat.deor.12. *Qui riſus claſſe deuicta multas ipſi lachrymas, magnam Populo Rom. cladem attulit.*

Deuictus animus. Terent. Hecyr.1.2.92.

Deuictus conſuetudine & coniugio liberali. Terentius Andr. 3.3.30.

Deuictus lumina ſomno. Catul. in Argon.59.25.

Vulnere amoris deuictus. Lucret.lib.1.7.

Deuio] *as, are. Macrobus lib. 5. Saturn. cap.15, In nonnullis paululum à grauitate Homerica deuiauit. Idem in Somnio Scipionis, lib.1. cap. 21, Ad Septentrionalem uerticem deuiare.*

Deuirgino] *deuirginas, pen.cor. deuirginaui, deuirginare. Paulus in l. præſes. ff. de offic. præf. Præſes quum cognoſcit de ſeruo corrupto, uel ancilla deuirginata, &c.*

¶ Deuirginari

Digitized by Google

¶ Deuirginari, dicebantur qui ex ephebis excesserant (ἐπιπαρθενίσθη) ut probat Nonius ex Varrone.

¶ Deuirginatio, onis, Verbale. Scribon. Largus, Pueros uel uirgines liberari post complexum & deuirginationem.

Deuito] deuitas, pen. prod. (ἀλαβάομαι, φυλάττομαι ὄϊσθανομαι, φέλλομαι, πεφυκίομαι) deuitare, Declinare, euitare. Terent. Phorm. 1.4.3, Quæ neq; uti deuitem scio, neque quomodo me inde extrahã. Idem And. 3.5.5, Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si deuito hoc malum. Sic, Deuitare mortem. Cic. 2. Tusc. 66.

Subterfugere & deuitare. Cic. 2. Ver. 5.

Dolorem deuitare. Cic. 2. Tusc. 105.

Deuitare incommodum. Cic. 2. de Inuent. 134.

Exiguum censum, turpemq; repulsam deuitare animi, capitisq; labore. Horat. 1. epist. 1. 9.

Deuitare aliquem. Cic. ad Attic. lib. 9. 175. 3.

¶ Deuitatio, uerbale (ἀλάβεια) Cic. ad Att. lib. 16. 332. 5, Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarum qui apparere dicuntur.

Deuius] ἐκτὸς ὁδοῦ, Adiectiuum qui longè à uia habitat, inquit Budæus Cicer. 2. Philipp. 104, Qui quum essent deuij, obuiam ei descenderunt, ut iustum tanquam si esset Consul, salutarent.

Deuia & syluestris gens. Liu. 4. bel. Maced. 76.

Deuium iter. Cic. 1. Tusc. 114.

Lustra deuia. Ouid. 3. Metam. 30.

Deuij montani. Liu. 4. bel. Maced. 66.

Oppidum deuium. Cic. in Pisonem, 71.

Rura deuia. Ouid. 1, Metam. 136.

Deuium scortum dixit Horatius, pro uulgari & nimis prostituto.

Auis deuia, id est bubo. Ouid. epist. 2. 24.

Deuium tibi non erit. Cic. Att. lib. 2. 19. 4, Tu, si in Formiano non erimus (si nos amas) in Pompeianum uenito: id & nobis erit periucundum, & tibi non sanè deuium.

Flexibile & deuium. Cic. de Amic. 77, Quid potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius nõ modò sensum ac uoluntatem, sed etiam uultum atq; nutum conuertitur.

Consilijs præceps & deuius. Cic. 5. Philip. 191.

Aequi deuius. Sil. lib. 1. 12.

Pectora deuia recti. Sil. lib. 8. 63.

Deunx] deuncis, masc. gen. (ἐπιπεντάμοιρος) Ponderis, siue mẽsuræ species, undecim uncias cõtinens, quasi dempta uncia ab asse. Mart. lib. 6. 78,

Misceri sibi protinus deunces, Sed crebros iubet.

Iugera agrorum in quincunces & deunces dimetiebantur ueteres. Col. lib. 5. cap. 1. 12, Quinetiam arbores in quincunces & deunces disponebant in hortis, ut author est Plinius.

Ex deunce & semuncia aliquem hæredem facere. Cicer. pro Cecin. 13.

Auidi deunces. Pers. Satyr. 5. 15.

Deuoco] deuocas, penul. corr. (καταπαλέω) deuocare, Deorsum uocare: ut, Deuocare cælo Iouem. Plinius libro 28. capite 2. 5.

Deuocare de prouincia ad gloriam. Cicer. de Prouinc. Consul. 23.

Deuocare ad auxilium. Liu. 6. ab Vrbe, 73.

Deuocare in dubium suas fortunas. Cæsar 6. bel. Gall. 22.

In suspicionem maleficij deuocari. Author ad Heren. lib. 2.

Deuocare è cœlo Philosophiam, per translationem. Cicero 5. Tusculan. 16.

Refixa cælo deuocare sydera. Horat. Epod. 17. 1.

Deuocare, Prouocare. Liu. 1. Decad. li. 4, Quum ab saucijs hostibus suscitãdo comperisset castra Volscorum deserta esse, lætus à tumulo suos deuocat.

Deuolo] deuolas, penult. corr. (καθίπταμαι) deuolare, Deorsum uolare. Liu. 7. bel. Pun. 60, Et Priuerni satis constat bouem locutum, uulturemq; frequenti fõro in tabernam deuolasse.

Deuolare deorsum. Plaut. Amph. 17. 56.

Deuolare de cœlo. Liu 7. ab Vrbe, 52.

Deuolare in. Plin. 10. cap. 2. 3, Cornelius Valerianus Phœnicẽ deuolauisse in Aegyptum tradit.

Deuolat in terram liquidi color aureus ignis. Lucret. lib. 6 42. de fulgure.

Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Author ad Heren. lib. 4. 170, Id est auolant, citò abeunt.

Deuolare, pro Festinare: ut, Deuolare de tribunali. Liu. 2. ab Vrbe, 121.

Transfugere ab amicitia, & deuolare ad aliam. Cicero pro Quintio, 62.

Deuolare in forum. Liu. 3. ab Vrbe, 65. Plin. lib. 35. cap. 10. 17, At Protogenes uictum se confessus, in portum deuolauit, hospitem quærens.

Deuoluo] deuoluis, deuolui, deuolutum, pen. prod. (κυλίω, κατακυλίω) deuoluere, Deorsum uoluere: ut, Deuoluere rogos, deuoluere trabes, deuoluere saxa, deorsum præcipitare. Hæc Valla libro 5. Colum. lib. 1. cap. 5. 2, Huic proximà fluens aqua è montibus oriunda, quæ per saxa præceps deuoluitur.

Corpora deuoluunt in humum. Ouidius 7. Metamorph. 117, de peste.

Pensa deuoluere fusis. Virg. 4. Georg. 70.

Verba deuoluere. Horat. 4. Carm. Ode 2. 3. de Pindaro,

Deuolui ex sublimi. Plin. lib. 27. cap. 12. 22.

Iumenta cum oneribus ruinæ modo deuoluere. Liuius 1. belli Punici, 123.

Deuolutus monte præcipiti torrens. Liu. 8. bel. Pun. 29.

Deuolui retro, per translationem. Liu. 1. ab Vrbe, 206, Facessse hinc Tarquinios, aut Corinthum: deuoluere retro ad stirpem, fratri similior quàm patri. Imperatiui modi est.

Deuolui ad otium & inertiam. Col. in Proœm. lib. 1. 24.

Deuolui ad spem inanem. Cic. 7. Philip. 225.

Deuoluta eò res est, ut. Liuius 5. ab Vrbe, 49, Et eò deuolui rem, ut aui patricij, aut Patriciorum assecla habendi Tribuni plebis sint.

Deuoro] deuoras, pen. cor. (καταφάγα, κατιδίω, κατασθίω, λαφύσσω) deuorare, notæ significationis: pro Cibum nõ gustatum deglutire. Cato de Re rust. cap. 78, Bos si ægrotare cœperit, dato cõtinuò ei unum ouum gallinaceum, crudum, integrum facito deuoret.

Deuorare, ad alia transfertur: ut, Deuorare pecuniam, pro cõsumere. Cicero 5. Verr. 153, Deuorare omnem pecuniam nõ dubitauit.

Comedere & deuorare. Cic. Bruto, lib. 11. 21. 4.

Exhaurire & deuorare. Cic. 15. Philip. 344.

Spe & auaritia, & bona & fortunas aliquorum deuorare. Cicer. pro Domo sua, 48.

Deuorare dicta alicuius. Plaut. Asin. 12. 59.

Auscultate, atq; operam date, & mea dicta deuorate. Hoc est, Tanta cum attentione aduertite, ut dicta mea deuorare uideamini.

Deuorare spe hæreditatem. Cic. ad Att. lib. 1. 11. 18.

Deuorare hominum ineptias & stultitias. Cic. de claris Orato. 127. Id est, patienter ferre & dissimulanter.

Lachrymas introrsus obortas deuorat. Ouid. 4. Fast. 169.

Deuorare

Digitized by Google

Deuorare libros, Multa & ardentißimo animo legere. Cic. ad Attic lib. 7. 123. 3.

Deuorare ſpe lucrum, Hoc eſt, tam ardenter affectare, ut iam cõſecutus eſſe uidearis. Cice. pro Flacco, 44, Sumpta metaphora à canibus uoracibus, qui oſtenſo ſibi fruſto, malis increpant, & mandentium ſpeciem præbent geſtientes auiditate & gannientes.

Deuorare moleſtiam paucorum dierum. Cic. 6. Philip. 215.

Deuorare nomen alicuius, Id eſt, obliuiſci nominis. Plautus in Trinummo, 3. 60. Tractum ab ijs, qui aliquid in ore tenentes, id imprudentes deuorant.

Deuorare orationem alicuius, Libenti animo & cum magna uoluptate audire, ut uideatur is eam quaſi deuorare. Plaut. Pœn. 16. 8. Sic, Deuorare uerbum aliquod, apud Cicer. pro Seſtio, 17.

Deuorare orationem alicuius. pro non ſatis animaduertere: & ut uulgus dicit, non ſatis guſtare, ut ait Budæus. Cic. in Bruto, ſiue de claris Orat. 156, Itaq; eius oratio nimia reliquatione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illuſtris: à multitudine autem & à foro, cui nata & eloquentia eſt, deuorabatur. Id eſt, non intellecta tranſmittebatur. Quæ ſignificatio ducta eſt ab ijs, qui cibum nõ guſtatum deglutiunt, quaſi ſtupente palato.

Patrimonia deuorare. Catul. in Iulium Cæſ. 27. 5.

Patrimonium comeſum & deuoratum. Cic. in Saluſt. 12.

Prædam ſpe & opinione deuorare. Cic. 3. Verr. 96.

Deuorare tædium. Quint. lib. 11. cap. 2.

Dolor uocem lachrymaſq; deuorat. Ouid. 13. Metam. 110.

Deuoratur uox. Plin. lib. 11. cap. 51. 5, In theatrorũ orcheſtris, ſcobe aut arena ſuperiecta deuoratur uox.

¶ Deuoratus (καταπεπωμένος) Particip. Cic. in Piſonem, 71, In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorũ, centum talenta euomere non poteras.

Deuoueo] deuoues, pen. corr. deuoui, deuotum, pen. prod. (κατεύχομαι, καταράομαι, ἀναθεματίζω) deuouere, Deſtinare. Virg. 12. Aeneid. 47,

—quorum ſe deuouet aris. Cic. lib. 3. Offic. 127, Quid? Agamemnon quum deuouiſſet Dianæ quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immoluit Iphigeniam.

Deuouendi ſeipſum, aut hoſtium urbes exercitúsue, morem & ritus & uerba, uide apud Liuiũ, 1. Decad. lib. 8. & Macrobium, 3. Satur. cap. 9.

Caput alicuius deuouere. Ouid. 13. Metam. 66.

Deuouere & conſtituere alicui hoſtiam. Cicer. de Aruſp. reſpub. 4.

Deuouere ſe amicitiæ alicuius, Id eſt dedere. Cæſar 3. bel. Gallic. 439.

Deuouere ſe pro populo, Id eſt, Morti ſeſe addicere, ut morte ſua populus ſiue Reſp. ſeruetur. Cic. de Senect. 39. Idem 2. de Fin. b. 98. Liu. lib. 9, Equidem mortem pro patria præclarã eſſe fateor, & me uel deuouere pro populo Romano legionibuſq;, uel in eos me mittere hoſtes paratus ſum. Pli. lib. 22. cap. 5. 2, Hic Decius poſtea ſe Cõſul, imperioſo Collega, pro victoria deuouit.

Se fortunaſq; ſuas pro aliquorum incolumitate, otio, concordiaq; deuouere. Cic. Poſt reditum in Senatu.

Se & caput ſuum aliqua conditione deuouere. Cicer. pro Domo, 112.

Se pro ære alieno deuouere. Cic. 11. Philip. 299.

Aris ſuperorum ſe deuouere. Virg. 12. Aeneid. 47.

Deuouere, pro Diris imprecationibus malum alicui optare. Ouid. in Ibin.

Illum ego deuoueo quem mens intelligit Ibin.

Ibidem, Deuoueo teq; tuoſq; modõ.

¶ Deuotus, pen. prod. (προθεσμένος, καταράτος, ἐναγὴς) Participium: ut, Deuota ſacris ſica. Cic. in Catil. 11.

Caput deuotum. Stat. 10. Thebaid. 158.

Periuria deuota. Cat. in Argonau. 59. 27.

Deuotus, Deſtinatus. Virg. 1. Aeneid.

Præcipuè infelix peſti deuota futuræ. Varro, Tum deuoto tibi animo utere.

Victima deuota. Horat. 3. Carm. Ode 23. 3.

Pectora morti deuota. Horat. 4. Carm. Ode 14. 4.

Sanguis deuotus. Horat. Epod. 16. 2.

Deuoti, Qui in alterius populi amicitiam ſeſe dediderunt. Cæſar 3. bel. Gal. 438, Atq; in ea re omnium noſtrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcãtuannus, qui ſummam imperij tenebat cũ ſexcentis deuotis, quos illi ſoldurios appellant. Quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in uita commodis unà cum his fruantur, quorũ ſe amicitiæ dediderunt.

Deuotus, Deditus. Suetonius in Tib. Cæſ. cap. 67, Si quando, inquit, de moribus meis, deuotoq; uobis animo dubitaueritis, &c.

Deuotus alicui cliens. Iuuen. Satyr. 9.

Deuotus & donatus ſtudijs. Cic. 3. Tuſc.

Deuotus, Dirus & execrandus. Ouidius,

Viuite deuoto fœmina uirq; toro. Horatius 3. Carm. Ode 4. 6,

Deuota non extinxit arbor.

Domus deuota. Ouid. epiſt. 9. 31.

¶ Deuoto, tas, Frequentatiuum (ἐναθεμάω) Cic. in Paradox. Quæ uis Coclitē contra omnes hoſtium copias tenuit in põte ſolum? quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit, ac non miſit in armatas hoſtium copias. In antiquis codicibus ſic legitur.

¶ Deuoturus (καταρασόμενος) Quintil. lib. 4, Modus litis, propter quam deuoturus ſeipſe non fuerit.

¶ Deuotio, Verbale (κατευχὴ) Cic. 3. de Nat. deor. 19, Tu autẽ etiam Deciorum deuotionibus placandos deos eſſe cenſes. Idem pro Domo ſua, 113.

Vitæ deuotio. Cic. pro Rab. Poſthu. 2, In deuotione uitæ, & in ipſo genere mortis imitatus eſt P. Decium filium.

Deuotio, Execratio (κατάρα) Sueton. in Calig. cap. 3, Lenis & deò & innoxius, ut Piſoni decreta ſua reſcindenti, non prius ſuccenſere in animum induxerit, quàm ueneficijs quoq; & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet.

¶ Deuotorius, Adiect. ut, Carmina deuotoria, apud Liuium & Macrobium, quibus homines urbeſq; deuouebantur.

Deuro] deuris, pen. prod. deuſſi, deuſtum (καταυαίω) deurere, Idem quod Vrere. Liu. 9. bel. Maced. 6. M. Aemylius alter Conſul agros Ligurum, uicoſq; qui in campis aut nullibus erant, ipſis montes duos Balluſtam Suiſmontiumq; tenentibus deuſſit depopulatuſq; eſt.

Deurere morſu dicitur ſerpens, uel afflatu, quũ inflammat. Senec. lib. 1. de Clementia.

Mons deuſtus. Tacit lib. 4.

Pars Circi deuſta Tacit. lib. 4.

Deus] dei (θεὸς, θέων, δαίμων, σιὸς)

Nulla gens eſt, neq; tam immanſueta, neq; tam fera, quæ non, etiam ſi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendũ ſciat. Cic. 1. de Legib. 36.

Quis eſt tam uecors, qui aut quum ſuſpexit in cælum, deos eſſe non ſentiat? Cic. de Aruſp. reſp. 17.

Cœnæ deũm. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 13. Vide Cœna.

Contemptor deũm. Virg. 8. Aen. 2.

Denitrix deũm, Cybelæ. Ouid. 14. Metam. 107.

Interpres deũm. Senec. Troade, 10. 16.

Matri

Mater deûm, Cybele. Lucret. lib. 2. 124.
Radiantis ora dei, id est, multus Apollonis. Valer. 5. Argon. 82.
Rector deûm, Iupiter. Ouid. 2. Met. 170.
Regina deûm, Iuno. Virg. 1. Aen. 3.
Regnator deûm, Iupiter. Virg. 4. Aen. 54.
Rex deorum, Iupiter. Hor. 4. Carm. ode 4. 1.
Sator deorum atq; hominum, Iupiter. Virg. 1. Aen. 52.
Placidißimus deorum somnus. Ouid. 11. Met. 125.
Spretor deorum. Ouid. 8. Met. 124.
Templa & simulacra deorum. Cic. 1. de Nat. deor. 111.
Dis charus ipsis. Hor. 1. Carm. ode 31. 3. Vide Charus.
Aduerso deo agere aliquid. Ouid. epist. 7. 1.
Aduersis dijs & fato siniſtro genitus. Iuuen. Satyr. 10. 13.
Adumbrati dij. Vide Adumbro.
Aequorei dij. Ouid. 12. Met. 40.
Aeterni dij. Ouid. 3. Amorum, eleg. 3. 3.
Alienigenæ dijs. Vide Alienigena.
Aliger deus. Stat. 10. Theb. 60. Sic uocat Somnum.
Alipes deus, id est, Mercurius. Ouid. 11. Met. 63.
Arcitenens deus, Apollo uel Cupido. Ouid. 1. Met. 89.
Armiger deus, id est, Mars. Sil. lib. 17. 18.
Deus asper alicui. Valer. 3. Argon. 54.
Asperi dij. Senec. Hippol. 6. 14.
Auersi dij. Vide Auerto.
Auerruncus deus. Vide Auerrunco.
Auidus deus, id est, Pluto, quòd omnes ad se recipiat. Ouid. ad Liuiam, 88.
Auſpices dij. Virg. 4. Aeneid. 9.
Bellicus deus, Mars. Senec. Agamemn. 6. 32.
Beneuolentes dij. Vide Beneuolens.
Dij boni, boni quid porro, Exultantis uox. Terent. And. 2. 2. 1. Cic. pro Milone, 44, Di boni, quid potest agi seuerius?
Cælestes dij. Vide Cælum.
Cærulei dij, id est, dei æquoris. Ouid. 2. Met. 2.
Di mihi sint faciles. Ouid. 9. Met. 152.
Fatidicus deus, Apollo. Ouid. 2. Fast. 53.
Ferales dij, id est, Infernales. Seneca Thyest, 8. 10.
Immortalis deus. Hor. in Arte, 94.
Dij immortales, hominis homo quid præstat, Admirantis exclamatio est. Terent. Eunu. 2. 2. 1. Cic. 2. de Finib. 149.
Indigena deus. Ouid. 6. Met. 66. Vide Indigena.
Inferni dij. Vide Inferi.
Inuerecundus deus, Bacchus, apud Hor. Epod. 11. 3.
Dis meis iratißimis Plaut. Pœnul. 6. 4.
Latonigenæ dij, Apollo & Diana. Senec. Agamem. 5. 3.
Magni dij. Horat. Epod 15. 1.
Dij magni, Admirantis est apud Catul. ad Caud. 14. 3.
Manes dij. Cicero in Vatinium, 10. Idem 7. Verr. 89. Horatius Epod. 5. 20.
Maris dij. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 1.
Dij meliora, Modus optandi, imperfecto sermone: cui subauditur uerbum Adferant, uel dent. Cic. 8. Philip. 240, Ergo habet Antonius quod suis polliceatur, quid nos? nunquid tale habemus? dij meliora. Virg. 5. Aeneid.
Dij meliora pijs, erroremq; hostibus illum.
Minuti dei. Vide Minuo.
Mortalis quidam deus sit Orator. Quint. lib. 1. cap. 10. 4.
Natiui dei. Vide Nascor.
Nemorum dij. Ouid. 7. Metamorph. 42. Hi sunt, Fauni, Satyri, Panes, &c.
Nocticagus deus, id est, Somnus. Stat. 10. Theb. 31.
O dij. Cic. Att. lib. 9. 190. 5.
Ogygius deus, id est, Apollo. Stat. 5. Theb. 104.
Opifer deus, Æsculapius, apud Ouid. 15. Met. 131.
Opifex trisulci fulminis deus. Id est, Iupiter. Sen. Hippol. 2. 21.
Parui dij. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.
Patrij dij. Cic. 3. Verr. 4.
Penates dij. Horat. 1. epist. 7. 19.
Dij penetrales, id est, dij penates. Senec. Theb. 2. 5.
Præpes deus, Cupido. Ouid. epist. 8. 8.
Princeps Deus. Cic. in Somnio Scip. 8.
Princeps ille Deus, parens rerum, fabricatorq; mundi. Quint. lib. 1. cap. 16. 7.
Propitij dij. Senec. Agamem. 6. 3.
Rectos deos habere, id est, æquos & propitios. Hor. 4. Carm. ode 4. 16.
Sancti dij. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8. 9.
Secundis dijs agere aliquid. Virg. 8. Aen. 134.
Summi dij. Ouid. 6. Met. 18.
Superi dij. Hor. 2. epist. 1. 28.
Syluestres dij. Claud. in Epithal. Palladij, 4. Intelligit Faunos & Satyros, & hoc genus deos alios.
Deum suæ uitæ Lentulum uocat Cic. Post reditum ad Quirites: hoc est, seruatorem, conseruatorem. P. Lentulus, inquit, Consul, parens, deus, salus nostræ uitæ, fortunæ, memoriæ nominis, &c.
Per deos. Cic. 2. Offic. 6, Quid enim est, per deos, optabilius sapientia? Idem 3. Philip. 148.
Adhibere deos. Vide Adhibeo.
Appellare deum. Vide Appello.
Dij auerruncent. Cic. Att. lib. 9. 171. 3.
Auertant ómen dij. Cic. 3. Philip. 149.
Dijs equidem auſpicibus reor, & Iunone ſecunda
Huc curſum Iliacas uento tenuiſſe carinas. Virg. 4. Aen.
9. Vbi Seruius, Hoc dicit, Dij qui auſpices ſunt matrimonij, Aeneam huc uenire fecerunt. Nuptiæ enim captatis fiebant augurijs.
Vt deum, aliquem colere. Cic. de Senect. 73.
Ad deum confugere. Cic. 1. de Nat. deor. 74.
Nihil est quod deus efficere non poßit. Cicero 3. de Natura deorum, 133.
Placatos deos pietas efficit & sanctitas. Cic. 2. Offic. 15.
Ad deos euebi aliquem dicimus (καθ' ὑπερβολὴν) quem felicißimum esse, & quasi supra humanam conditionem positum significare uolumus. Hor. 1. Carm. ode 1. 2.
Dij faciant: Optantis est, significatq; idem quod Vtinam. Cicero in Verr.
Siquis deus id faciat, id est, si fortè si quo casu id fiat. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 5.
Dij uestram fidem, Admirantis aduerbium cum exclamatione, inquit Donatus. Terent. And. 4. 3. 1.
Genuit omnia deus. Cic. de Vniuersit. 56.
Hæc deus aliquis gubernabit. Cic. Att. lib. 11 4. 5.
Informare deos coniectura. Vide Informis.
Infringere deos precatu, id est, flectere precibus. Statius 1. Achil. 20.
Inserere deos minimis rebus. Vide Insero.
Instigante deo numine. Vide Instigo.
Inuitis dijs hominibusq; absolutus. Vide Inuitus.
Inuocare omnes deos in auxilium. Quint. in proœm. lib. 4. 4.
Iuuantibus dijs. Cic. 3. Philip. 150.
Moderantes cuncta dij. Ouid. 1. Met. 17.
Per deos obsecrare & obtestari aliquem. Hor. 1. epist. 7. 19.
Per omnes deos orare aliquem. Hor. 1. Carm. Ode 8. 1.
Dei numini parent omnia. Cic. 1. de Diuin. 196.
Placare deos boue, uel quacunque re alia. Horatius 1. epistol. 17. 12.
Si dijs placet, ironia. Cic. 2. de Finib. 54.

Digitized by Google

Plaudentibus dijs & hominibus. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 8. 2.
Deorum immortalium numine omnia regi, gubernariq; perspeximus. Cic. de Arusp. resp. 17.
Deum & parentem fortunæ & nominis sui aliquem statuere. Cic. pro Sestio. 127.
Dij mihi sint testes. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 1.
Teste deo credere. Ouid. epist. 6. 6.
Testari deos. Virgilius 4. Aeneid. 99. Cicero. Antequam iret in exil. 18.
Vereri deos. Cic. de Senect. 73.
Dij bene uertant. Terent. Eunuch. 2. 3. 98. In omnibus quæ cupitè uenerint, dici solet, ait Donatus.
In aliqua re uideri alteri deum. Cic. de Orat. 96.
¶ Deitas, quæ & Diuinitas dicitur (θειότης) August. lib. 7, de Ciuitate Dei, Hanc diuinitatem, uel, ut sic dicam, deitatē: nam & hoc uerbo uti iam nostros non piget, ut expressius è Græco transferant, quòd illi θεότητα appellant, &c.
Deuteragonista] æ (δευτεραγωνιστης) Qui secundas partes agit, uel alteri subseruit, scenicus, qui secundas partes fabulæ agit. Budæus.
Deuteria] æ, pen. prod. (δευτερίας) Genus uini quòd uigorem suum perdidit. Fit autem huiusmodi ex maceratis aqua uinaceis post mustum acinis expressum. Latini loram uocant, & secundarium. De hoc Plin. lib. 14. cap. 10.
Deuterologi] δευτερολόγοι, Causidici dicuntur qui adiuuare accusatorem poterant, quos oportebat summissius agere, quàm eum quem sequebantur. Pædianus Subscriptores à Cicerone appellari ait. Huiusmodi sunt hodie, qui in causis illustribus perorandis solent adesse ei qui causam ipsam agit, & eum circumstare, gestuq; et tacita admonitione se ab eo stare profiteri. Budæus.
Deuteropotmus] δευτεροπότμος, Ita dicebatur, cui iam quasi mortuo iusta celebrabantur, & qui deinde præter omnium opinionem saluus rediret, ut ex bello, uel peregrinatione.
Deuterurgon] δευτερεργὸν, Lanæ quoddam genus, quam posteriores etiam epigraphon dixere, sicut eius artifices deuterurgos uocarunt. Significauit uestem hanc in Bacchis Lysippus. Cuius uerò gentis fuerit hæc, parum compertum est. Ex Cælio Rhod. lib. 16. cap. 10.
Deutorix] δευτόριξ, Boëtoritis filius magni apud Cheruscos nominis ductus inter cæteros captiuos Germanico Iuniori clarissimum præbuit triumphum. Author Strabo libro Geogra. 7.
Deutoruga] gæ (δευτορύγη) Genus uestis quoddam apud Athenienses, ex prouincia nomen habens, quemadmodum Sardonica, Sicula, Phrygia, ac aliæ multiplicis generis. Vide Alex. Genial dier. lib. 5, cap. 18.
Dexamenæ] plur. numer. (δξαμεναὶ) Ambraciæ regiunculæ est, ita dictæ à Dexameno Mesoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. Author Stephanus.
Dexamene] δξαμένη, Vna ex nymphis marinis, à recipiendo dicta.
Dexicreon] ontis (δξικρεὼν) Nauclerus quidam negotiandi causa enauigarat in Cyprum, cui iamiam onus in naues imposituro Venerem iussisse ferunt, aquam tantùm in nauim imponeret, statimq; solueret. Ille uero dicto audiens comportata in nauim aqua, profectus summa tranquillitate, stientibus reliquis & mercatoribus & nautis, aqua singulis uenundata multum inde argenti collegit, exq; eo statuam deæ posuit, quam ex suo nomine appellauit. Cælius Rhod. lib. 29. cap. 18.
Deximontani] Carmaniæ populi, dextram ripam Granij amnis accolentes. Author Plin. lib. 6. cap. 23.
Dexippus] δξιππος, Orator Athenienſis fuit, sub Valeriano, & Aureliano principibus. Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis Author Suidas.
Dextans] dextantis (δωδέμοιρος) Dicitur quia asſi deest sextans, quemadmodum duodeuiginti & deunx. Hec Festius. Col. lib. 5. cap. 1. 1. 1, Pars dimidia & tertia uigintiquatuor millia, hoc est, dextans, in quo sunt scrupula, 240. Quo in loco dextantem deunce separat: subdit postea deuncem ualere scrupula, 264.
Dextera] pen. cor. uel Dextra, dextræ, manus altera (δξιὰ, δξιτόρα) Virg. 2. Aen. 59,
—— si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent. Plin. lib. 11. capite 43. 3,
Dextera procerior.
Certa dextra. Vide Certus.
Dextera crudelis. Ouid. epist. 10. 23.
Fabrilis dextra. Ouid. 4. Met. 35. de Vulcano.
Ferox dextra. Claud. epig. 34.
Fidissima dextra. Valer. 5. Argon. 13.
Funerea dextra. Valer. 7. Argon. 94.
Hostilis dextra. Virg. 10. Aen. 168.
Impia dextra. Ouid. epist. 7. 26,
Non bene cælestes impia dextra colit.
Inermis dextra. Claud. 5. Paneg. 6.
Lassa dextra. Stat. 10. Theb. 167.
Lethifera dextra. Ouid. 12. Met. 122.
Inuicta dextra bello. Virg. 6. Aen. 176.
Strenua dextra. Ouid. de Medicamine faciei, 13.
Studiosa dextra. Ouid. epist. 21. 1.
Supplex dextra. Stat. 1. Achil. 73.
Temeraria dextra. Lucan. lib. 8. 156.
Terribilis dextra. Ouid. 2. Metam. 13.
Tremula dextra. Ouid. 5. Fast. 102.
Venalis dextra. Sil. lib. 5. 39.
Vltrix dextra. Senec. Herc. furen. 11. 1.
Abluere sanguine dextram obsoletam. Senec. Agamem. 13. 4.
Affectare dextram. Virg. 3. Aen. 134,
Verum ubi nulla datur dextram affectare potestas.
Hoc est, intendere scilicet sic, ut posset nauem tenere. Seru.
Afferre dextram ad omne facinus. Senec. Med. 12. 8.
Amplecti dextram. Senec. Herc. furen. 4. 19.
Appetere dextram. Vide Appeto.
Assurgens dextra. Virg. 10. Aen. 158.
Audendum dextra. Virg. 9. Aen. 68.
Cedo dextram. Vide Cedo.
Dextram dextræ committere. Ouid. in epist. Sic apud Virgilium multis in locis lugere dextras, pro Pacisci & ferire fœdus.
Compescere impiam dextram. Senec. Herc. furen. 6. 37.
Coniungere dextras. Virg. 1. Aen. 104.
Victricem dextræ coniungere dextram. Ouid. 8. Met. 85.
Conserere dextras. Stat. 1. Syl. 6. 12.
Contingere dextram. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 4.
Copulari dextram. Vide Copulo.
Dare dextram alicui. Virg. 3. Aen. 122.
Dextra enim consecrata est Fidei. Seruius.
Dextram dare dicimus, non modò manum præbere, sed etiam auxilium præstare. Virg. 6. Aen. 74.
Miti aliquem deducere dextra. Sil. lib. 12. 125.
Dextram oculis fatigare. Tacit. lib. 15.
Imbuere rudem dextram cruore. Senec. Troad. 4. 4.
Inhibere dextram. Senec. Herc. Oeth. 12. 9.

Digitized by Google

Intendere dextram ad ſtatuam. Vide Intendo.
Dextras interiungere. Vide Interiungo.
Dextræ iungere dextram. Maiorum enim hæc fuerat ſalutatio: cuius rei τὸ αἴτιον, id eſt cauſam, Varro Callimachum ſecutus, expoſuit: aſſerens omnem eorum honorem, dexterarum conſtitiſſe uirtute: ob quam rem hac ſe uenerabantur corporis parte. Hæc Seruius. Virg. 1. Aen. 83.
Iungere dextram ad fœdera. Valer. 6. Argon. 3.
Iungere hoſpitio dextras. Virg. 3. Aen. 17.
Mouere prælia collata dextra. Ouid. 1. Faſt. 114.
Obarmare dextras. Hor. 4. Carm. ode 4. 5.
Aliquid dextra obruere. Virg. 5. Aen. 173.
Oppoſui dextram paſſuræ uulnera fronti. Ouidius 12. Metamorph. 78.
Precans dextra. Virg. 12. Aen. 185.
Prehendere dextram. Cic. 1. de Diuin. 105.
Dextra refellere dicta alicuius. Virg. 12. Aen. 129. Id eſt, uirtute. nam pro rei officio ipſam rem poſuit, dextram ſcilicet, pro uirtute. Seruius.
Renouari dextras cupere. Tacit. lib. 2, Idem author (referente Alciato) oſtendit lib. 18, dextras concordiæ ſigna ultro citroq; deſtinari ab exercitibus ſolitas.
Reprimere dextram, pro Contimere. Virg. 12. Aen. 186.
Tangere dextram. Virg. 7. Aen. 53.
Tendere dextram. Cic. 10. Philip. 275.
Manu dextera tenere pateram. Cic. 1. de Diuin. 83.
Viduare dexteram enſe. Seneca Hippol. 6. 10.
Dextera ſe antiqui uenerabantur, per dexteram iurabant, tanquam fidei ſedem, & uirtutis miniſtram.
Teſtes fidei, dextræ. Cic. 11. Philip. 291.
Firmior non tam in bellis & in prælijs, quàm in promiſſis & fide dextera. Cic. pro Deiotaro, 4.
Fidem & dexteram porrigere. Cic. poſt reditum in Senat. 21.
Per hanc te dexteram oro. Terentian. And. 1. 5. 54. Vbi Donatus, Fœderis & fidei membrum erat dextera Cicero, pro Deiotaro, 4, Per dexterã iſtam te oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, &c.
A' dextra canere. Cic. 1. de Diuin. 19, Iupiterne corticem à læua, coruum à dextra canere iußiſſet.
A' dextra maris. Plin. lib. 12. cap. 14. 1.
Dextera, ablatiuus, pro In parte dextera. Plaut. Amph. 4. 179, Hinc enim dextera uox aures, ut uidetur, uerberat. Salust. in Iugurtha, Dextra Adherbalem adſedit.
Dextra, læua. Liu. 4. ab Vrbe, 141, Dextra montibus, læua Tyberi amne ſeptus. Idem lib. 2. 28.
Dextra læuaq; largè amplectens montem. Plinius libro 2. capite 11. 3.
Dextra, ſiniſtra. Cicer. 4. Acad. 225, Suprà, infrà, dextra, ſiniſtra, antè pòſt, &c. Cic. ad Att. lib. 13. 298. 5.
Ad dextram. Vide Ad præpoſitionem.
Ad dextram & Ad læuam, contraria. Cic. de Vniuerſ. 55, Nam & ante & ponè, ad læuam & ad dextram, & ſurſum & deorſum, &c. Idem 12. Philip. 337.
¶ Dextella, Diminutiuum (δεξιόλιον) Cic. Attic. lib. 14. 318. 7, Q. F. ut ſcribis, eſt dextella: per eum igitur quod uolemus facilè auferemus.
¶ Dexter, dextra, dextrum, uel dextera, dexterum, pen. corr. (δεξιὸς) Qui dextræ partis eſt, inquit Sipontinus. Virgil.
Quò tandem mihi dexter abis?
Dextrum cornu & ſiniſtrum in acie tenere. Liuius 3. ab Vrbe, 298.
Fores dextræ. Ouid. 2. Met. 4.
¶ Dexterior, Cõparatiuũ. Ouid. 12. Met. 61, — ſaucius armo
Dexteriore Medon.
Dexterior pars. Varro 2. de re Ruſt. cap. 5. 11, de taurorum compreſſu. Martialis libro 5. 62,
Et ſtellam cubito dexteriore premit.
Dexter, Proſper, propitius. Virg. lib. 8. 61,
Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Adſit Domitianus dexter, ac uolens. Quintilianus in procem. libro 4. 4.
Dexter ades ducibus, alloquitur Ianum. Ouid. 1. Faſt. 14.
Dexter, Aptus, conueniens, agilis, ab aptitudine dexteræ manus. Stat. lib. 3. Sylu.
Signa frænatæ moderatus alæ Caſtore dextro.
Dexter, pro Dexterè aduerbio. Liu. 9. ab Vrbe, 195. Rem per ſe popularem ita dexter egit, ut rodẽdis corporibus, animi multo plus militum imperatori reconciliarentur.
¶ Dextrè, Aduerb. Feliciter (δεξίως) Liu. 1. ab Vrbe, 156, Notitiaq; eum breui apud regem, liberaliter, dextereq; obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 9, Nemo dexterius fortuna eſt uſus.
¶ Dexteritas, pen. corr. dexteritatis (δεξιότης) Aptitudo, conuenientia. Liu. 7. bel. Maced. 30, Multa in eo & dexteritas & humanitas uiſa. Idem 8. bel. Pun. 95.
¶ Dextimum (δεξίτατον) & ſiniſtimum, antiqui pro dextro & ſiniſtro dicebant, teſte Feſto. Varro πρὸ λέξεως, Primo compito dextimam uiã munit Epicurus. Saluſtius in Iugurtha, Sylla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte Aulus Manulius cum funditoribus & ſagittarijs.
¶ Dextrale, πρὸς λέξιον, Ornamentum dextræ, commune uiris & mulieribus. Vſus eſt Cyprianus libro De habitu uirginum, citans Eſaiam.
¶ Dextrarij (ζύγιοι) Dicuntur equi maximè bigarij.
¶ Dextro, dextras, dextrare. Solinus, Trapeium louem terrã dextratione luſtrauit. Circumactio uel circuitio interpretari poterit, quòd equi ſcilicet templum capitolini Iouis dextrorſum ter circumierant. Valla triumphaſſe exiſtimat Cæſarem quoties prodibat, ut nunc ſolet Papa, præcedentibus equis albis, quos ſtratos famuli dextrant. Apud Vallam ſignificare uidetur Dextra manu ducere aliquid. Deniq; dextrare eſſe arbitror, Dextrum aliquid ſibi conſtituere, quod ſcilicet dextro lateri aduerſum ſit. Vt qui aliquem comitatur cuius ſiniſtrum latus claudit, dextrare illum dici poterit: item, qui turrim uel domum à dextra incipiens totam circuit, quandiu circuit, tandiu illam ſibi dextram eſſe facit. Vox eſt parum Latina.
¶ Dextrocherium (πρὸς λέξιον) Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam gemmis precioſiſſimis integebatur. Iulius Capitolinus ſcribit Maximinum pellice fuiſſe tã uaſto, ut dextrocherio uxoris uteretur pro anulo. Meminit Cælius lib. 8. cap. 13. Vbi docet dextrariolum in libro Iudith, non aliud eſſe, quàm dextrocherium.
¶ Dextrorſus, & dextrorſum (ἐπὶ τὰ δεξιά) Id eſt, à dextra parte, aut uerſus dextram partem. Cic. 1. de Diuin. 80. Dextrorſum orbem flammeum. Plin. lib. 24. cap. 16. 3, Efficaciſſimum remedium eſſe aiunt, ſi tres quoq; trium nationum homines perungant dextrorſus. Liu. 6. bel. Pun. 46. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 10.
¶ Dextrouerſum, Aduerbiũ (πρὸς τὰ δεξιά) A' dextra parte. Plaut. Curcul. 2. 70, Si deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo. Idem Rud. 4. 87.

D I

Di, & Dis] præpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt, quãmbæ ſeparatiuæ, & in compoſitione ſolum reperiuntur. Componitur autem di, cum dictionibus incipientibus à D, ut Diduco: G, ut Digero: L, ut Diluo: M, ut Dimitto: N, ut Dinumero: I, ut Dijudico: V, ut Diuerto.

Digitized by Google

Dia] Διὰ, Deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliasios colebatur, eademq; fuisse creditur cum Hebe iuuentutis dea. Vide Strabonem, lib. 8.

Dia (Διὰ) Insula est maris Aegæi, una Cycladum, distans, à Delo 17. M. pass. Alijs nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionysias à uini fertilitate. Author Plin. libro 4. cap. 12, In hac Liber pater Ariadnen à Theseo destitutam uxorem duxit: Qua de causa etiam Baccho sacram esse uoluunt. Ouid. in Tristibus,

Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.

Est item Dia Thessaliæ urbs, ab Aeaco condita, alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Eubœæ. Quarta, Insula iuxtà Scylleum Peloponnesi promontorium, oppidum habens eiusdem nominis. Quinta, Lusitaniæ, ad Oceanum. Sexta, Italiæ, iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, iuxtà Phasim. Octaua, Cariæ. Nona, Bithyniæ, iuxtà Pontum. Author Stephanus.

Diabatheria] plur. num. (Διαβατήρια) Sacrificia, quæ pro transitu fiunt. Horum meminit. Plut. in Lucull.

Diabathra] diabathræ (Διαβάθρα) Genus solearum Græcanicarum, ait Festus. Diabathrarius, Qui soleas huiusmodi conficiebat. Plaut. Aulul. 15. 41,

Propolæ, linteones, calceolarij.
Sedentarij, sutates, diabathrarij, solearij, &c.

Diabethes] Renum affectio quædam est, quam nonnulli matellæ intercutem uocant: urinæ profluuium alij: quidam dipsacon. Sitim enim parit extra modum, unde dicitur dipsacos, uti author est Paul. Aegineta lib. Medicinæ 3. Diffinitur autem ab eo, τοῦ χεῖν τὸν πεινοῦντα διὰ τοῦτο, id est, perceler eorũ quæ ebibita sunt transitus: unde et διαβήτης, diabetes nuncupatur, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Meminit & Galen. lib. 1. de Crisib.

¶ Diabetes, diabetis, pen. prod. m. g. (διαβήτης) Interpretatur etiam transitis, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Vnde & pro siphone usurpatur. Col. lib. 5. cap. 10. 2. de uite, Naturali enim spiritu omne alimentũ, uirentis quasi quædam anima per medullam trunci, ueluti per siphonem, quem diabetem uocant mœchanici, trahitur in summum.

Diabitę] Διαβῆται, Stephano, Insulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenset Plin. lib. 5. cap. 31.

Diablindi] Διαβλινδοὶ, Galliæ Lugdunensis populi, quos commemorat Plin. lib. 4. cap. 18.

Diabole] Διαβολὴ, Latinis Calumnia, cui aras Athenienses consecrasse, testis est Theophrastus apud Diogenianum.

Diabolus] Erasmo delatorem, aut calumniatorem significare uidetur: à uerbo διαβάλλειν, quod est deferre, traducere, siue infamem reddere. Budæo autem, Aduersarium.

Diacatharotia] Διακαθαρμὸς, Id muneris est, quum imperator priuatis fundis concedit, ut purgentur. Διακαθαίρω enim, idem est quòd purgo. Alciat. in l. Quicunq; C. de omni agr. defert. lib. 11.

Diacatoche] Διακατοχὴ, Bonorũ possessio dicitur: & Diacatochus, Bonorum possessor. Reperitur hæc dictio in l. Quicunq; C. De omni agro defert, sed corruptè: Diacatochiæ enim ibi legitur pro Diacatoches uel pro Diacatochi. Monuit Budæus in Annotationibus.

Diacheton] Spina alba est, magnitudine arboris modicæ, flore roseo, cuius radix unguentis expetitur, aliàs dipsacos dicitur. Plin. lib. 24. cap. 13. 1.

Diachyton] Διαχυτὸν, Dulcis uini genus, quòd fit, ut Plinius author est, uuis in sole siccatis loco clauso per dies septẽ, in cratibus, totidem pedes à terra altè, noctibus à rore defensis, octauo die calcatis. Hæc ille lib. 14. cap. 9.

Diacodion] Διὰ κωδείου, Medicamentum quod ex capitibus papaueris fit. Plin. lib. 29. cap. 18. 5.

Diacodion, &c. lib. 20. cap. 18. Lege cap. 19.

Diaconus] diaconi, pen. corr. (διάκονος) significat ministrum, à uerbo διακονέω, id est, ministro.

Diacope] pes (διακοπὴ) Intercisio, separatio. Diacope siue Diastole, apud Iulian. Rufinianum, figura est, quum inter duo eadem uerba diuersum ponitur aliquid medium, ut, Duc, age, duc ad nos.

Diacopene] penes (Διακοπήνη) Cappadociæ regio, ad Halym fluuium. Strabo lib. 12.

Diacopi] Διάκοποι, Vocabantur in aggerib. meatus intersti, siue incilia hiantia, per quæ Nilum transmittebant in arua remotiora, segetib. destina. Vlp. l. pen. ff. de extra ord. crimin. Commata etiã & Diacopi, qui in aggeribus fiunt.

Diacosmum] Διάκοσμος, Strabo accipit pro institutione, aut etiam catalogo, ut quum Homerum prodit meminisse in Paphlagonico diacosmo. Vide Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 6.

Diactor] Διάκτωρ, Quasi internuncius, quòd nomen datũ est Mercurio, quem Deorum internunciũ poetæ finxerũt.

Diadema] pen. prod. diadematis (Διάδημα, μάτος) Ornamentum capitis regum insigne. Tacitus in quinto, Surena patrio more Tiridatem insigni regio euinxit. Paulo pòst subdit, delectum capiendo diademati diem hunc concelebrauerant. Surenæ enim gentilibus ius erat, nouo regi primum diadema ponere. Regnæ quoq; eo insigni ornabantur, ut docet Plutarch. in Lucullo de Monima Milesia, altera Xerxis uxore, cuius magna fama & honor apud Græcos. Hæc Bayfius, Διάδημα. Cic. 2. Philip. 89, Diadema ostensis: gemitus toto fòro: unde diadema? Mart. lib. 8. 49,

Cui diadema daret marmore picta Noma.

Generis diadema. Claud. de Nuptijs Honorij, 52.

Regum diademata. Stat. 3. Syl. 3. 11.

Imponere diadema. Cic. 2. Philip. 89. Ibidem 3. Philip. 131, Vt Collegæ diadema imponeret.

Diadema (inquit Cælius lib. 24. cap. 6.) erat fascia cãdida, quæ Regum capitibus obligabatur. Quod insigne regium inuenit primus, authore Plinio, Liber pater. Coronam lauream fascia præligatam: quum quidã Cæsaris statuæ imposuisset, Tribuni Pl. detrahi coronæ fasciam, & duci in uincula hominem iusserunt. Alexandrũ Magnum legimus, quandoque sibi diadema detraxisse uulneri obligando, quod in fronte acceperat Lysimachus. Quã rem portendisse illi regnũ ferunt, quod & mox sit cõsequutus. Tradit Ammianum Marcellinus, inuidiæ Pompeio datũ ab obtrectatoribus, q; fascia obligatum crus circunferret ulceris causa, ueluti nouarum rerum affectationis præsagium id foret. In gente Turcarum reliquias etiamnum antiqui moris seruari palàm est.

¶ Diadematus, pen. prod. (διαδηματὸς) Diademate ornatus ut, Diadematus Apollo. Plin. lib. 34. cap. 8. 30, Item Apollinem diadematum.

Diadematus] cognomen fuit L. Cæcilij Metelli, eam ob causam ita appellatus, quòd frontem ex ulcere diu ligauerit fascia, quæ diadema Græcè dicitur. Author est in Coriolanis Plutarch. Hic fuit Metelli Macedonici, qui quatuor reliquit liberos, solùm: & postea à deuictis Dalmatis est appellatus Dalimaticus. Epitomen. Liu. 62. & Eutropium, libro 4.

Diades] Διάδες, Ciuitas Athenarum, ab Atheniensibus ædificata, quæ freto incumbit ad Cunum. Sic Strabo, libro 10.

Diadicasia] Διαδικασία, Latinè altercatio, quæ à contenta oratione differt. Huius præcepta Quintilianus, libro 6, posuit: Bonus, inquit, altercator uitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus, & fert extrà causam,

Digitized by Google

causam, & plerunq; deformia conuitia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnunquam iudices incitat. Budæus.

Diadochos] Διάδοχος, Gemma beryllo similis. Plin. lib. 37. cap. 10. Apud Athenienses autem Diadochi dicebantur οἱ πεντακόσιοι, hoc est, quingenti uiri, quorum concilio de rebus publicis priuatisq; statuebatur. Ita dicti quasi successores, ad differẽtiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magistratus.

Diaduella] Διαδύελλα, Mõs est Aetuatijs proximus in quo Rheni fluminis origo esse dicitur, teste Strab. lib. 4.

Diadumenus] Διαδούμενος, Quasi uittatus, diadematusq;, quo nomine dictus iuuenis quidam speciosus, quem Polycletus ex ære expreßit Plin. lib. 34. cap. 8, Polycletus Sicyonius Ageladis discipulus Diadumenũ fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

Diadysis] Διάδυσις, Frustratoria fugitatio, certamen rectum, legitimumq; detrectantis. Budæus Comm.

Diæresis] huius diæresis, pen. corr. f. g. (Διαίρεσις) Latinè Diuisio. Cic. Attic. lib. 6. 111. 26, Breue autem edictum est propter hanc meam Διαίρεσιν, quòd duobus generibus edicendum putaui, &c.

Diæresis, Figura est Grammaticis, quum una syllaba diuiditur in duas: ut,

Olli respondit rex Albai longai: pro Albæ longæ: &,
Aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro Aulæ: &,
Diues pictai uestis & auri: pro pictæ. Donatus.

Diæta] diætæ, fœmin. gener. (Δίαιτα, ἀγωγὴ) Cœnaculum, quod & cœnatio siue cœnatiuncula dicitur. Plin. in epist. Ex triclinio in diætam siue cœnatiunculam transitus. Idem epist. 41. e, Alia exemplaria habent, ζετæ duæ. Scæuola de Leg. 3, Liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi, diæta in qua habitaui. Varro, quòd in ea per diem edatur, dici existimat.

Diæta uiuendi modus ac lex. Cicer. Attico, lib. 4. 72. 4, Diætã curari incipio, chirurgiæ tædet.

¶ Diætarij (Διαιτητικοὶ) uocabantur ministri diætæ seruientes, quorum meminit Vlpianus, de fundo instructo l. quæsitum est.

¶ Diæteta, æ (Διαιτητὴς) Arbiter datus, uel cognitor. Sic uocabantur iudices, qui per singulas tribus lecti numero erant quatuor & quadraginta. Vide Polluc. lib. 8. & Budæum in annot. poster. & Comment.

¶ Diætetica (Διαιτητικὴ) medicina dicitur, quæ uictu medetur, teste Celso lib. 1. in proœmio: nempe quæ ex moderata uictus ratione sanitatem tuetur: uulgus, regimen uocat.

Diaglaucion] Genus collyrij, ex glaucio herba temperatum. Plin. lib. 27. cap. 10.

Diaglyphice] es (Διαγλυφικὴ) Ars est statuaria ad impressuram spectans: anaglyphice uerò, quum ita exculpsimus, ut promineant imagines. Ex Cæl. Rhodig. libro 29. capite 24.

Diagoge] es (Διαγωγὴ) statio. Herodot. lib. 4. Est etiam institutum uitæ, & oblectamentum quo tædium uitatur, ut sunt ludicræ actiones. Arist. Eth. 10. & Strab. lib. ult.

¶ Diagogica, tributa (Διαγωγικὰ τέλη) Vectigalia, quæ in traijciendo penduntur, cuiusmodi sunt ad Rhenum hodie compluria. Strab. lib. 4.

Diagondas] Nomen proprium uiri. Cic. 2. de Leg. Diagondas Thebanus nocturna omnia in media Græcia lege perpetua sustulit.

Diagonios] Διαγώνιος, linea quæ & digonalis, ut dicit Vitru. lib. 9. cap. 1. Ergo quoniam id nõ explicatur numero in ea quadrato longo & lato pedes decem, quæ fuerit linea ab angulo ad angulum diagonios perducatur, uti diuidatur in duo trigona æqua magnitudine, singula areæ pedũ quinquagenũm, ad eius lineæ digonalis longitudinẽ locus quadratus paribus lateribus describatur. Idem lib. 6. cap. 3, de atrijs, Tertium, inquit, ut latitudo in quadrato paribus lateribus describatur, inq; eo quadrato diagonij linea ducatur, & quantum spactum habebit ea linea diagonij, tanta longitudo atrio detur. Martianus angularem uocat, quia ab angulo ad angulum pertinet. Budæus.

Diagoras] pen. corr. (Διαγόρας) Milesius Philosophus, & poeta Melicus, post Pindarum & Bacchilidem, quæ Democritus ob physiognomiam, quum seruus esset, emit mille drachmis, ut disciplinis erudiret. Vocatus est ἄθεος, quòd nullos deos esse putaret. Sic præterea mysteria contempsit, ut etiam ea sectantes auerteret. Quare ab Atheniẽsibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt ijs qui eum interfeciſſent. Suidas. Cic. lib. 1. de Natur. deor. 85, Diagoras item Rhodius gaudio examinatus, de quo scriptum est apud Gellium, cap. 15. lib. 3.

Diagramma] digrammatis, neut. gen. (Διάγραμμα) Geometria designata, siue quadrangulus, siue triangulus, uel inscriptio libri. Vitruuius, lib. 6. capite 1, Vti in diagrammate musico medianæ uocis habent sonitum. Vide Budæi commentaria. Est etiam diagramma perscriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, ut ex censu tributa conferantur, ut author est Suidas. Cic. in Verrem, scripturam uocat, hoc est rationem mancipum, id est eorum, qui aut pascua publica, aut decumas quæstus sui causa redimebant. Cæl. lib. 10. cap. 20.

Diagrammata appellãtur figuræ quales ab Aristotele identidem describuntur in Organo. Vitru. lib. 5. cap. 5 de criptionem uocat diagramma.

Diagrammismus] Διαγραμμισμὸς, Species fuit ludi tesserarij ueteribus, in quo, ut inquit Eustathius, adhibebantur calculi sexaginta, tum albi, tum nigri. Meminit Philemon, ut testis est Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 17.

Diagraphice] huius diagraphices, pen. cor. Plin. lib. 35. capite 10. 12, Et huius authoritate effectũ est Sicyone primũ, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est, picturã in buxo docerentur, recipereq; ars ea in primũ gradũ liberaliũ, Διαγραφὴ, Descriptio Antiquatio & peremptio rei cœptæ, uel iam peractæ.

¶ Diagraphiarius (Διαγραφεὺς) Qui publica repetit, teste Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 20.

¶ Diographeus (Διαγραφεὺς) Qui censu conscribendo præfectus est. Cæl. lib. 10. cap. 10.

Dialectica] dialectica, siue Dialectice, dialectices, pen. corr. (Διαλεκτικὴ) Latinè ars disputatoria uel dissertoria appellatur, ἀπὸ τοῦ διαλέγομαι, quod est Dissero & disputo: quia per dissertationem uerum à falso discernitur. Cicero in Top. 4, Iudicandi enim uias diligenter persecuti sunt, eam sententiam quam dialecticen appellant. Cicero 2. de Oratore, 86.

Dialectica, ueri & falsi quasi disceptatrix & iudex. Cicero 4. Academ. 162.

Dialectica, quasi cõtracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu Brute iudicasti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse. Cic. de clar. Orat. 171.

Dialectica infantiæ garrula disciplina. Author ad Heren. 49.

Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat. 87. de Stoicis.

Similis pugno dialectica. Cicero 2. de Finibus, 28. Idem in Oratore 61.

Dialectica habet rationem, ne cui falsò assentiamur, neue un-

Digitized by Google

quam captiosa probabilitate fallamur. Et paulò pòst de eadem, nam sine hac arte quemuis arbitramur à uero abduci, falliq; posse. Cic. 3. de Finib. 109.

Dialectica primo progressu festiuè tradit clementer loquendi, & ambiguorum intelligentiam, concludendiq; rationem: tum paucis additis uenit ad Soritas, lubricum sanè & periculosum locum. Cic. 4. Acad. 163.

¶ Dialectica, dialecticorum, plural. numer. neut. gener. (τὰ διαλεκτικά) Cicer. Attic. libro 14. 308. 4, Accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in Arithmeticis satis exercitatum.

In dialecticis omnem curam consumere. Cicero de claris Oratore, 61.

¶ Dialecticè, Aduerbium (διαλεκτικῶς) ut, Dialecticè dicere. Cicero 1. Academ. 13, Dialecticè disputare, Idem 2. de Finibus, 28.

Probare dialecticè. Quint. lib. 1. cap. 10. 29.

¶ Dialecticus, pen. cor. (διαλεκτικὸς) Subst. Qui dialecticam tractat. Cic. in Orat. 61, Disputandi ratio & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi & ornandi.

Acumen dialecticorum. Cic. 1. de Orat. 63.

Mina merces dialecticorum. Cic. 4. Acad. 174.

Quid sit uerum aut falsum, dialecticus iudicabit. Cicero 4. Academ. 162.

Ad dialecticum deferendæ sunt sortes ambiguæ. Cicero 2. de Diuinat. 172.

¶ Dialecticus, Adiectiuum (διαλεκτικὸς) Quod ad dialecticã pertinet: ut,

Captiones dialecticæ. Cic. 2. de Finib. 28.

Disputationes dialecticæ. Quint. lib. 5. cap. 14. 22.

Dialeucon] διαλευκὸν, Croci satiui genus, in medio candidum, unde nomen accepit. Plin. lib. 21. cap. 6, Est, inquit, & per se genus satiui blandissimum: uulgò, quum sit medio candidum, dialeucon uocant.

Dialis] quasi Iouialis, Adiect. ἀπὸ τοῦ Διὸς, quod Iouem significat: p. p. ut dialis flamen. Liu. 5. ab Vrbe 235. Et lib. 6. 180, Apex dialis.

Flaminica dialis. Tacit. lib. 4, Sed lata lex, qua Flaminica dialis sacrorum causa in potestate uiri, cætera promiscuo fœminarum iure ageret.

Dialis] & hoc diale. Vide Dies.

Dialithon] διάλιθον, positum inter ornamenta muliebria Polluci lib. 7. cap. 22. Vbi Gualtherus uertit Gemmam.

Dyallage] pen. corr. (διαλλαγὴ) à nostris transfertur conciliatio. Figura est quum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Author Quintil. lib. 9. cap. 2, non procul à fine. Ibidem quoque cap. 3, Figura tamen elocutionis hîc nulla est.

Dialogus] dialogi, pen. corr. masc. gen. (διάλογος) Latinè disputatio: à διαλέγομαι, quod est disputo. Oratio est in qua disputantes introducuntur, quotquot authori libuerit: ut Dialogus Ciceronis de Amicitia. Cic. Att. lib. 13. 291. 3, Feliciter uelim, inquã, teq; laudo: sed quando? Nihil ad me, inquit, de tempore: quoniam rem probo. At ego, inquã, censeo prius, quàm proficiscaris, ita patri quoq; morem gesseris. Faciam, inquit, ut censes. Hic dialogus sic conclusus est. Sed heus tu, &c.

Includere in dialogos. Cic. ad Att. lib. 13. 276. 2.

¶ Dialogismus (διαλογισμὸς) A Rufiniano refertur inter schemata διανοίας, quum scilicet quis secum rem aliquam uolutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud Eunuch. Terent. Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem, Quum accersor ultro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, reuocat: redeam? non si me obsecret.

¶ Dialogista (διαλογίστης) Qui artem disserendi, usumq; optime callet. Sic enim in Auidieno Vulcatius scribit. Non deerant qui illum Catilinam uocarent, quum ita se appellari gauderet: addebat, Se futurum Sergium, si dialogistam occidisset, Antonium philosophum significans. Ex Cel. lib. Antiq. 7. cap. 30.

Dialutensis] & hoc dialutense: ut, Dialutense genus purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 37, Est longè optimum purpuris dialutense: id est, uario soli genere pastum.

Dialysis] pen. corr. fœmin. gener. (διάλυσις) Latinè dissolutio dicitur.

Dialyton] penultima coerep. (διάλυτον) Dici potest dissolutum: figura est contraria polysyntheto, carens coniunctionibus: ut,

Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. Donatus. Dicitur & Asyntheton.

Diamastigosis] διαμαστίγωσις, Solennitas fuit maxima apud Lacedæmonios, cuius cum alij meminere, tum Tertullianus in Apologetico, & in lib. ad Martyres: Nam, inquit, hodie apud Lacedæmonios solennitas maxima est Diamastigosis, id est, flagellatio: in quo sacro ante aram nobiles quoq; adolescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus & propinquis, & uti perseuerent adhortantibus. Huc. De hac etiã Philostratus in uita Tyan. Apoll. & Nazianz. Greg. & Lucia. in Anacharsi.

Diameter] uel diametrus, diametri, pen. corr. m. g. (διάμετρος) Est recta linea, figurã qua longissimè patet, ex æquo secans: ueluti diametrus orbis est, quæ sic à summo ad summum tenditur circulum, ut per centrum eat: definitore Macrobio in Somnio Scipionis, lib. 2, nec ab hoc dissentit Euclidis definitio. Latini figuram hanc dimetientem uocant. Nam Græcis διάμετρος, παρὰ τὸ διαμετρεῖν, id est à dimetiendo dicitur. Col. lib. 5. cap. 2. 10, Esto area rotunda, cuius diametros habet pedes septuaginta.

¶ Diameter, Adiectiuum. Firmicus lib. 4. cap. 1, Si istum Lunæ cursum, Mars uel Saturnus quadrata, seu diametra radiatione respexerit. Sic alibi frequenter.

Diameron] διαμόρων, Medicamentum στομαχικὸν, id est, ori gratum, quod mororum succum recipit. Author Galen. lib. 1. de alimen. facult.

Diana] pen. prod. (ἄρτεμις) à Διὸς, quasi Iouiana, Iouis filia ex Latona, quæ & Luna: sic dicta, quòd quasi diem noctu efficiat: uel quòd noctu sola luceat, quasi lucens una. Quapropter & noctiluca in Palatio uocabatur, quòd ibi noctu templum eius luceret. Vel quasi Deuiana, quia uenãtes per syluas deuiare solent. Ab ea Dianus dicebatur locus ei consecratus. Eandem esse Lucinam dicunt & Iunonẽ. Iunonem, à iuuãdo: Lucinam, quòd partum in lucem prodat, quam in pariendo inuocant. Virgilius,

Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Siue (ut Plinius sentit) quòd oculis præsit, & luci. Siue à luco quem Romæ in Exquilijs habebat. Dicta est & Proserpina. Et Dictynna, de quo suo loco. Præterea Hecate dicta fuit, uel quòd centum uictimis placaretur, uel quòd centum annos errare faceret insepultos. Dicta est & Pergæa, à Perga Pamphiliæ oppido, in quo templum habuit insigne. Plures tamen Dianas fuisse, Cic. lib. de Nat. deor. scribit. Sed illa nominatissima est, quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est. Hæc ob uirginitatis amorem fertur hominum consortia fugisse, & ut à se libidinis pruritum amoueret, uenando syluas incolebat, paucarum uirginũ comitatu cõtenta. Arcum ferebat & pharetrã, succincta semper incedens, &

dens, & cothurno induta. Ob hanc causam syluarum & nemorum dea putabatur. Dicta & Fascelis, à fasce lignorum, ubi eius simulacrum abditum erat: quod occiso Thoante Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnons filia in Italiam delatum est. Cicer. 2. de Natur. deor. 99, itaq; ut apud Græcos Dianam, eamq; Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant, quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à uenando, sed quòd in septem numeratur tanquam uagantibus. Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quòd ij matures cunt aut septem nonnunquam, aut ut plerunq; nouem lunæ cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, Menses nominantur. De eadem in Arato, 46,

Vt quondam Orion manibus uiolasse Dianam Dicitur, &c.

Dianæ plures. Cic. 3. de Nat. deor. 79.
De simulacro Dianæ. Cic. 6. Verr. 54.
Alphernia Diana. Vide Alphernia.
Amarusia Diana. Vide Amarusia.
Armata Diana. Stat. 9. Thebaid. 121.
Clara Diana. Valer. 5. Argon. 69.
Iaculatrix Diana. Ouid. 5. Metam. 75.
Incincta Diana. Ouid, epist. 4. 18.
Inferna Diana, Id est, Hecate. Valer. 5. Argon. 48.
Integra Diana, hoc est, incorrupta, casta. Horatius 3. Carm. ode 4. 41.
Limenetis Diana. Tacit. lib. 4.
Lucifera Diana, Id est, Luna. Valer. 7. Argon. 36.
Nocturna Diana. Ouid. 15. Metam. 40.
Omniuaga Diana. Vide Omniuagus.
Tria uirginis ora Dianæ. Virg. 4. Aeneid. 103. Alludit ad tria nomina Dianæ.
Syluarum potens Diana. Horat. in Carm. secul. 1.
Scythica Diana. Ouid. 14. Metam. 66.
Succincta Diana. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 7.
Torua Diana. Ouid. 6. Metam. 83.
Verecunda. Ouid. in Ibin 97.

¶ Dianius, penult. corrept. Adiectiuum: Quod est Dianæ. Ouidius 5. Fastorum,

Exagitant & Lar, & turba Dianius fures,
Peruigilantq; Lares, peruigilantq; canes. Turbam Dianiam appellat canes Dianæ dicatos, utpote quibus utitur Diana uenatrix.

Dianaria] Herba quæ Græcè est artemisia, ut est apud Vegetium in mulomedicina.

Dianenses] Hispaniæ citerioris populi, in conuentu Carthaginensi, de quibus Plin. lib. 3. cap. item 3.

Dianium] Διάνιον, Vulgò Denia, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in ora maris Balearici. Ptol. inter Edetanorum oppida enumerat, lib. 2. cap. 6. Est & hoc nomine insula, quam Artemisiam uocant, contra Cosanum litus in Corsica. Plin. lib. 3. cap. 6.

Dianius] Locus Dianæ sacratus. Festus.

Dianœa] Διάνοια, à nostris dicitur mens, siue intellectus, uel sensus, uel sententia. Vnde ab Oratoribus ponitur pro quadam figura, quæ sensum magis quàm uerba designat. Quintil. lib. 9. cap. 1.

Dianœa, inquit Rufinianus, fit propriè quum præponitur non id quod fieri oportet, sed quod fit. Virg.

—furor arma ministrat. Tullius, Dolabella autem, quemadmodum homines nobiles decet, ulcisci iniuriam fortissimè perseuerat.

Diaparthenia] Διαπαρθένια τὰ, Munera, quæ sponsæ, pro delibata uirginitate dantur. Cæl. lib. 11. cap. 60.

Diapasma] huius diapasmatis, neutr. gener. (Διάπασμα) Inspergimen quo ad sudores coercendos utimur: cuiusmodi sunt quæ siccis odoribus constant: à uerbo Διαπάσσω, quod est inspergo. Plinius libro 21. capite 19. 3, Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos. De rosis aridis & expressis loquitur. Martialis lib. 1. in Fescenniam,

Quid quod olet grauius missum diapasmate uirus? Plinius lib. 13. cap. 2. 2, Siccis odoribus constant, quæ diapasmata uocantur.

Diapason] penult. corrept. (Διὰ πασῶν) Musicæ artis symphonia, constans ex quinque tonis & duobus semitonis: id est, ex diapente, & diatessaron. Plinius libro 2. cap. 22. 2, Ab eo ad Iouem dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidium, & inde sesquiplum ad Signiferum: ita septem tonos effici, quam Diapason harmoniam uocant, hoc est uniuersitatem concentus.

Diapenidion] magnum, Medicamentum est asthmaticis, arthriticis, phthisicis, peripneumonicis & pleuriticis salutare, cuius compositionem uide apud Galenum, libro 2. de Dinamidijs. Est & alterum Diapenidion nimis, quòd facit ad uulnera, quæ intrinsecus sunt, maturanda, de quo idem Galen. ubi suprà.

Diapensia] nonnullis Sanicula appellata, Quarta pentaphylli, seu quinquefolij species est, cui in cauliculorum summitatibus & adnatorum fastigijs capitula prodeunt subalbida, facie fragis similia. Prouenit in riguis, & scrobium marginibus, cauliculis tenuibus, floribus aureis, è quibus subinde semen oritur. Pediculos de se mittit, & in singulis quina folia ob longa, mente ferè æmula, in ambitu tamen magis serrata. Radix illi subrubens apparet, quæ in plures radiculas diuiditur, elleboro nigro crassiores. Vide Matthiol. Senens. apud Dioscor. lib. 4.

Diapente] Διὰ πέντε, quasi de quinque: quia totidem uoces refert.

Diaphanes] Διαφανὴς, Fluuius est Ciliciæ, ea in parte, qua Syriæ contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. lib. 5. cap. 27.

Diaphanum] Διάφανον, Latinè dicitur transperens. Iulianus ex Phœnicum & Iamblichi doctrina ait lumen esse purum actum: diaphanum uerò actus eius medi uehiculum, & id quidem in corporeum, necque permixtum corporeis qualitatibus, quanuis per ea diffusum omnia. Vide Cælius, libro 15. capite 1.

Diaphora] pen. corr. Latinè differentia (Διαφορὰ) Schema est Oratoribus, quum uerbum iteratum aliam sententiam significat ac significauit primò dictum. Id est, huiusmodi, Hunc tu frater, eiusdem sanguinis particeps, in hac fortuna deserere potuisti: cuius ærumnæ quemuis exterorum hominum, modò hominem, commouere possent? Item, In uniuersum mulierem quid potius dicam, aut uerius quàm mulierem? Rutilius Lupus.

Diaphoresis] Διαφόρησις, Digestio dicitur Galen. & distractio. Alij migrationem interpretantur apud Cic. epist. libro 16. Non desunt tamen, qui ibidem Διαφώνησιν, hoc est declamationem malint legere.

Diaphoretica] medicamenta (Διαφορητικὰ φάρμακα) A Latinis uocantur discussoria, quum scilicet in ulceribus collectiones non ad pus & saniem perducantur (quod Græcis πεπαίνειν, id est, maturare dicitur) sed discutiuntur, ut sine suppuratione aliqua soluantur, & euanescant. Id enim Græci Διαφορεῖν dicunt. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 27. cap. 28.

Digitized by Google

Diaphragma] huius diaphragmatis, n. gen. (διάφραγμα) Omne medium: à uerbo διαφράττω, quod est Distinguo & separo. Vnde à Galeno atq; adeò medicis omnibus sumitur, pro parte illa corporis partim membranosa, partim musculosa, quæ superiora uiscera, nempe cor & pulmones, ab inferioribus distinguit ac separat: quæ à quibusdam septum transuersum appellata est, quum tamen situs eius obliquus sit maximè: unde septum obliquum potius dici deberet, est autem præcipuum respirationis instrumentum. Cornelius Celsus lib. 4. cap. 1.

Diaphrattontes] διαφράττοντες, Græcis membranæ dicũtur in corpore humano, quæ rectæ ad iugulum usq; perseruntur. Intercipientes Latinè dixeris. Gal. libro 5. de anatomic. administ.

Diapnoe] διαπνοὴ, Medicis est aeris attractio citra nostrũ propositum, à naturali calore per superficiem. Vide Cælius Rhod. lib. 27. cap. 20.

Diaponi] διαπόνοι, Cretici canes sunt, quorum in uenando gloria plurima. Noctes enim addunt labori, sæpeq; feris assidentes dormiunt, mox orta luce depugnant. Ex Cælij, Rhodig. lib. 17. cap. 28.

Diaporesis] pen prod. (διαπόρησις) Latinè addubitatio dicitur. Figura est, qua utimur quum propter res aliquas uolumus uideri dubitare, & quasi ab ipsis iudicibus consilium capere, quo potissimum genere orationis utamur. Quale est pro Cluentio proœmium, Equidem quò me uertam iudices nescio: negem fuisse illam rem, &c. Item pro Cornelio, Pugnem apertè contrà nobilissimorum hominum uoluntates? studia consilia, cogitationesq; eorum aperiam? & cætera? quæ quasi dubitans, an sibi facienda sint, dicit. Aquila Romanus.

Diapsalma] alias (διάψαλμα) commutatio rhythmi, aut uicissitudo canendi, ut quidam uolunt. Alij Pausationem spiritus interpretantur: alij alterius sensus exordium: alij rhythmi distinctionem: alij uerò cuiusdam musicæ uarietatis silentium. Author Hieron. in epistol. ad Marcell. cuius initium, Quæ acceperis, &c. Meminit & Cælius Rhodig. libro 13. cap. 20.

Diareusa] Insula Chio finitima, cuius meminit Plinius in descriptione insularum ante Asiam, &c. lib. 5. cap. 31.

Diarium] huius diarij (ἐφημερὶς) Victus quotidianus. Martialis lib. 11. 102,

Sed Lupus usuram, pueriq; diaria poscunt.

Diarium, dicitur Græcè ephemeris: uulgò registrum uocatur. Vide Commentarius. Hinc etiam à Galeno febris ephemera dicitur, Latini diariam febrem uocant, nempe quæ quolibet die semel aut bis apprehendit.

Vrbana diaria. Horat. 1. epist. 14. 8.

Diarrhœa] διάῤῥοια. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 6, In cœna augurali apud Lentulum tanta me διάῤῥοια arripuit, ut bodie primùm uideatur cœpisse consistere.

Diarrhyton] διάῤῥυτον, Græcis significat aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem, Aphricæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem diarrhytum uocauerunt. Author Plin. lib. 5. cap. 4.

Diarthrosis] διάρθρωσις, Dearticulatio, ossium structura dicitur, quorum motus euidens est. Huius tres species facit Galen. lib. de ossibus quem uide.

Dias] Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostrato.

Dias, adis (Διάς) Lyciæ oppidum, à Diade quodam conditum, à quo & nomen accepit. Author Stephan.

Diasatyrion] διασατύριον, Compositio quædam medicorum ad excitandam uenerem: ita dicta, quòd Satyrion herbam recipiat excitando ueneris appetitui imprimis efficacem.

Diascones] διάσκωνες, Pannoniorum populi sunt, quorum imperium Bato tenuisse fertur, authore Strabone, libro septimo.

Diasia] διάσια, Milichij Iouis sacra fuerunt, Athenis celebrata, ut Suidas & Lucianus in Charidemo docent. Meminit & Aristoph. dicta ἀπὸ τῦ διαφυγεῖν αὐτὸς τὴν ὄλεθρον, scribit Hesychius, Diasia celebritatem fuisse Athenis quæ cũ quadam tristitia ageretur. Alex. ab Alex. Dialia uocat, aitq; his in festis Athenienses extra urbem non ueras uictimas, sed commodè effictas offerre solitos. Vide Genial. lib. 3. cap. 12.

Diasphendone] διασφενδόνη, Supplici genus, quod antiquis in usu fuit, quum uidelicet arborum duarum incurua cis cacuminibus, obligatum hominis corpus emittitur. Huius meminit Plutarch. & Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5. Alij Disphendomena uocant. Vide infrà.

Diastema] atis (διάστημα) à Græcis dicitur pro spatio, intercapedine, seu interuallo. Vtitur hac uoce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est, quòd penult. syllabam corripuerit, quæ apud Græcos per η longam uocalem scribitur. Sic, inquit,

Placidum Paphien seruare diastema quantum.

Diastematice] Vox (διαστηματικὴ φωνὴ) Interuallata uox est, hoc est, quam canendo suspendimus. In qua non tam sermonibus, quàm modulis inseruimus: estq; uox ipsa tardior, & per modulandas uarietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, sed suspense ac tardæ potius cantilenæ. Huic opponitur συνεχὴς, quæ continua est, ex Cælio, Antiq. lib. 9. cap. 5.

Diastole] penult. corr. (διαστολὴ) Latinè distinctio. Figura, quum una dictio uel sententia ab alia distinguitur: uel quum breuis syllaba producitur.

Diastolen cordis & arteriarum uocat Galenus, quum dilatantur cor & arteriæ in longum, latum & profundum: quemadmodum etiam systolen uocat, quum contrahuntur: quæ duo simul pulsum efficiunt.

Diastylus] διάστυλος, Quum trium columnarum crassitudinem intercolumnio interponere possumus. Vitruu.

Diasyrmos] διασυρμὸς, Eleuatio uel irrisio dicitur. Ea figura est qua ludentes, quæ dicuntur ab aduersarijs dissoluimus. Qualis est ille locus pro Muræna in Sulpitium, totus de iure Ciuili. Hæc Aquila Romanos. Iulius Rufinianus, Diasyrmos, inquit. fit quum rem aliquam aut personam eleuamus: ut apud Tullium, 1. Verr. 31, Est adhuc (id quod uos omnes admirari uideo) non Verres, sed Quintus Mutius.

Diatesbes] διατήσβας, Montanorum populi in Sardinia, quam etiam frequenter populantur, qui antea Iolenses nominabantur. Memoriæ enim proditum est, Iolaum plerosque adduceniem Herculis filios, huc applicuisse, & cum insulæ accolis Barbaris cohabitasse, qui natione Thusci erant. Vide Strab. lib. Geograph. 5.

Diatessaron] διὰ τεσσάρων, Latinè de quatuor, quia quatuor uoces habet.

Diatettigon] διατεττίγων, Medicamentum est ad renum uitia ualde utile, de quo Paulus Aegineta, ut refert Cel. Rhodig. lib. 4. cap. 19.

Diatheca] æ (διαθήκη) & Diatheca, orum, pro testamento ponitur, & pro hæreditate quæ testamento obuenit. Budæus Comm. Quum autem testamentum significat, pluraliter plerunq; effertur. Martialis lib. 11,

—quantum

Digitized by Google

——quantum diatheca ualent, & quinq; comati
Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.

Diathyron] Διάθυρον, Obicem significat transuersarium dictum, aut uersatilem, id est, repagulum è materia compactum, quod & uehicula & equos à uestibulo ædium arcet, qualia multa Lutetiæ uidentur. Vsus est hoc uerbo Vitruuius. Vide Bud. in Annot.

Diatoni] lapides. Vide in Frontani.

Diatonicum] Διατονὸν, Vnum est ex melos generibus, quæ tria recẽsentur à Macrobio, Enharmonicum, Diatonicum, & Chromaticum. Sed ex ijs, quod principe loco positum, nimis intrusa, nimisq; recondita difficultate desertum exoleuit. Tertium mollitie insita, infamiæ nota non caruit. Medium uerò, id est, diatonicum, mundanæ musicæ doctrina Platonis ascribit. Hæc Cæl. Antiq. lection. libro nono, capite tertio.

Diatretum] diatreti, pen. prod. (Διάτρητον) Foratile, pertusum, tornatile, aut torno factũ significat: à uerbo Διατρέω. Sunt igitur calices diatreti cælati, & tornatiles, quæ toreumata uerbo Græco dicuntur Salustio, Ciceroni, Tranquillo. Mart. lib. 11. epig. 57,

O' quantum diatreta ualent, & quinq; comati.
Tunc quum pauper erat, non sitiebat aper. Aliter tamẽ legitur ab interpretibus. Vlpianus ad l. Aquilian, l. si seruus. Si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur.

Diatretarius] Διατρητοποιὸν, Cælator, qui tornata opera perficit. Eius mentio fit in lib. 1. de excus. artific. lib. 10. cod. Vide & Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 7.

Diatriba] æ (Διατριβὴ) Conuersatio. Item exercitium, exercitatio, studium. Vsurpatur & pro loco disputationis & exercitij, siue auditorio, à Gellio libro 1. capite 16. & libro 10, capite 5.

Diatrium] piperum (διὰ τριῶν πιπερίων) Medicamentum est quod ex tribus generibus conficitur, additis anisso, thymo & gingibere: ut ostendit Galen. libro 4. de sanit. tuend.

Diatritarij] Διατριτικοὶ, Medici quidam nuncupati sunt deriderculi causa, quoniam cibi abstinentiam initio morbi in diem tertiũ prorogabant. Proinde subsannans Galenus identidem Διατριτικὸν Διάτριτον appellat Therapeutices octauo. Vide Cæl. Rhodig. lib. 22. cap. 9.

Diatrygium] Διατρύγιον, Fructiferum nonnullis intelligitur apud Homerum. Alij loca inter uites, quæ seruntur, uel partem, ubi maturuerint uuæ, hoc nomine significari putant. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 28. cap. 26.

Diaturei] Διαιτῶροί, Custodes nauis sunt, qui non pretio conducti, sed solo uictu nauem custodiebant. Vox est compósita ἀπὸ τῆς Διαίτης, id est uictus, καὶ ὄρνυμι, quod custodem notat. Alciatus in l. 1. ff. naut. camp. Stab.

Diatyposis] Διατύπωσις, Formatio, descriptio, statutum. Est item Rhetoribus schema, ubi rebus delectis, personarum & formas ipsas, & habitus describimus & exprimimus. Author. Roman. Aquil. de figuris.

Diaulium] Διάυλιον, Dicebatur, quum in scena tacentibus omnibus, solus intus caneret tibicen. Cælius, Antiq. lect. lib. 9. cap. 7.

Diaulodromi] Διαυλοδρόμοι, Sunt qui cursum Circensem peragunt, id est, Διαύλιον, qui quum ad Metam peruenerant, flectentes eò rursus recurrebant unde cursum inierãt. Bud. in Annotat.

Diaulonium] Διαυλώνιον, & neut. plur. Diaulonia, locorum sunt angustiæ, & fauces, in quibus cothurnices, aliæq; anes illaqueantur. Bud. in Annot. & Comm.

Diaulus] Δίαυλος, Spartium duorum stadiorum. Stadium enim, ut Hieronymo placet, pedes in longitudinem sexcentos habet, diaulus mille ducentes, milliarium stadia octo duobus stadia duodecim. Vitruu. lib. 5, in palæstris, inquit, peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Græci uocant Διάυλον. Item Diaulus uir erat, ex medio factus cadauerum funerator, de quo Martialis,

Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus.

Diaxyla] Διάξυλα, Dicuntur Græcis quæ intus probiore sunt materia, solidior æque, uel ut in medio lignea prorsũ. Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 18.

Dibalo] dibalas, dibalare, Verbum antiquum. Varro lib. 6. de Lingua Latina, Multa ab animalium uocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut Ennij, Animus cum pectore latrat. Cæcilij, Tantã rem dibalare, ut pro nihilo habuerit.

Dibaphus] penult. corrept. (Δίβαφος) adiectiuum, bis tinctus. Dibapha Tyria, purpura bis tincta. Plinius libro 9. capite 39. 2, Huic sucreßit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Id est, mille Iulijs, uel centum aureis solis. Paulò pòst, Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, ueluti magnifico impendio. Dibaphum appellat Tullius ad Cælium, libro 2. 15. 19, Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Et ad Atticum, libro 2. 24. 5, Proinde isti licet faciant, quos uolent Coss. Tribunos plebis: denique etiam Vatinij strumam sacerdotij Διβάφῳ uestiant. Id est, uestæ purpureæ & bis tincta dibapha.

Dibitach] Δίβιτιχ, Oppidum Parapotamiæ regionis, quæ Tigri proxima est. Author Plin. lib. 6. cap. 27.

Dibolia] Διβόλια, Tela sunt cuspidis duplicis, cuius erant modi Cimbrorum iacula. Probat Cælius Rhodig. ex Plutarch. lib. Antiq. lect. 11. cap. 16.

Dibutades] Sicyonius, primus fuit figulus Corinthi, qui excreta docuit fingere, primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit. Vide Plinium libro 37. capite 2.

Dica] Δίκη, Dea Iudiciorum præsse dicitur: quæ dictio etiam ius significat: & ob id Græcè dicta, quia lites & contentiones dirimat: eiusque deæ diaconi & ministri. Δικασταὶ, id est, iudices dicuntur, quasi litium diremptores. Budæus.

Dica] dicæ, priore corrept. (Δίκη) ut, Acte Acta, Calliope Caliopa, ut ait Donatus, & Latinè significat causam & iudicium. Budæus.

Dicas, uel dicam sortiri. Cic. 4. Verr. 25, Aduenit dies, quo die esse ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusijs iste edixerat. Id est, sortitione causas cogniturum. Ibidem, 29. Budæus.

Dicam impingere alicui. Terent. Phorm. 2. 3. 92.

Dicam scribere, Idem. Plaut. Aulul. 26. 30. Idem Pœnul. 12. 5, Cras subscribam homini dicam. Terent. Phorm. 1. 2. 77, Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam. Cic. 4. Verr. 25, scribitur Heraclio dica.

Dicacitas. Dicaculus] Vide Dico, dicis.

Dicæa] Δίκαια, Vrbs Macedoniæ, in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Author Plinius, libro quarto, capite decimo.

Dicearchia] penul. prod. (Δικαιάρχεια) Vrbs quæ nunc Puteoli dicitur, teste Plinio lib. 3. cap. 5. & alijs. Quidam Dicearcheam scribunt, quidam Dicearcheam propter Græcam

Digitized by Google

cam ſ. Poetæ ſecundam & tertiam ſyllabam contrahunt, aut ſi mauis, eludunt ſecundam, & Dicarchiam, uel Dicarchem efferunt.

Vrbs Dicarchea. Silius lib. 13. 77.

Sinus Dicarchei. Stat. 2. Sylu. 2. 22.

Portus Dicarchei. Stat. 3. Syl. 5. 16.

Profundum Dicarcheum, pro mari Dicarcheo. Statius 2. Syl. 1. 1.

Dicęarchus] Siculus è Meſſana, Ariſtoclis auditor, Philoſophus, Orator & Geometra: ſcripſit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum eſt, iuuenesq; auditum conuenire. Huius Dicæarchi multis locis meminit Cicero. Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Ariſtarchi auditor. Suidas.

Dicęodotes] Δικαιοδότης, Iuris dator, iuſticiam exhibens. Qui recturus prouinciam mittitur, is uicem principis obtinet: ſub eo eſt is qui Δικαιοδότης dicitur, id eſt iura reddēs, & iuriſdictionem habens. Hæc Bud. in Annot.

Dicęogenes] pen. corr. poeta, ſcripſit Tragœdias & Dithyrambos. Author Suidas.

Dicęologia] pen. cor. (Δικαιολογία) iuſtificatio dicitur. Rutiliũ, Dicæologia, ſchema eſt, quod fieri ſolet, quum æquitatem cauſæ quàm maximè breui ſententia complectimur. Id eſt, huiuſmodi, Quod ſi me reprehendis, quum homo adoleſcens lapſus ſum: uehementer erras, qui quid natura ualeat ignoras, acerbusq; & iniquus es, qui quod æqualiter, omnibus putes ignoſcendum, uni imputas, & in uno arbitraris uindicandum.

Dicęus] Apollo cultus & appellatus eſt, quòd quum Threbæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente conditum, in ſinu eius celatum eſſet. Author Plin. lib. 34. cap. 8.

Dicaſsis, Dicaſsit] Vide Dico.

Dicaſticum] Δικαστικὸν, Dicebatur merces, quæ iudicibus dabatur pro opera iudicandis controuerſiis impenſa, hoc eſt, ſportulæ iudiciales, ſportularia pecunia. Budæus in Annot. poſter.

Dicax] Vide Dico, dicis.

Diceæ] Δικέαι, Thraciæ oppidum, in Biſtonum gente, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Dicelictę] Δικελίκται, Dicebantur apud Laconas, qui Comicos luſus obibant, Fuit enim, inquit Cælius, quod ſcitu dignũ eſt, apud Spartanos Comici luſus ſpecies, uerùm ſtudij non magni, frugalitatem in eo quoq; affectante ciuitate. Dicendi prætenuis erat formula, argumentum non aliud ferè, quàm pomorum furta, & id genus pleraq;. Qui eiuſmodi ludos obirent, ab Laconibus Dicelictæ nuncupabantur, uelut Scenopæos dicas, & Mimetas, id eſt, imitatores. Hæc ille lib. 6. cap. 17. & Athen. lib. 13.

Dicella] Δικελλα, Enſis genus utrinq; ſcindens. Nam, ut prodit Theon, macella eſt, quæ uno tantùm cædit mucrone. At dicella, quæ duobus. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 16.

Dichalcum] Δίχαλκον, Quadrans oboli dicebatur apud Græcos, ut author eſt Alex. Genial. lib. 4. cap. 24. Meminit & Cæl. Antiq. lect. lib. 10. cap. 2.

Dichaſteres] Διχαστῆρες, Dicuntur quatuor dentes anteriores, qui in meditullio conſtituti habentur, à diuiſione nomen ſortiti. Inſequuntur hos κυνόδοντες appellati, ſiue canini, quoniam in acutum producti caninos præferant dentes. Adiacent qui dicuntur Gomphij, ſeu molares: quibus adnumerantur quos Mylos nuncupant: poſt quos poſtremi Sophroniſteres, ſic enim Cleanthes uocabat: Auicenna Dentes ſenſus, uel intellectus. Vide de his plura apud Cæl. Antiq. lect. lib. 4. cap. 1.

Dichoræus] Διχορεῖος, genus pedis, de quo ſic Cicero in Orator. 123, Inſiſtit autem ambitus modis pluribus, è quibus unum eſt ſecuta Aſia maximè, qui Dichoræus uocatur, quum duo extremi choræi ſunt, id eſt, è ſingulis longis & breuibus.

Dichotomus] Διχότομος, Apud nos idem eſt quod dimidiatus, ſiue per medium ſectus, qualis ſeptimo quoq; die poſt plenum orbem Luna uidetur. Cyrill. & Ammon.

Dichus] Δίχους, Menſura eſt Attica capiens heminas ſedecim, ut uult Ariſtoph. interpres. Alij Choa duodenas cotulas capere tradunt, ut iam Dichus uigintiquatuor cotularum eſſe debeat, idemq; cum bicongio, quod & Plinius uoluit. Athen. lib. 10. de temulentia loquens, huius menſuræ meminit, quum ait Alexandrum illa prouocaſſe Proteam: & cætera, quæ ibi uidere poteris.

Dices] Δῆκες, Vermes appellantur, qui ſunt in uirentibus lignis, ac humectis, ſicut qui in aridis Tripes, qui in uitibus Ices, cornuum Ipes, legumimum Troges, ueſtium σῆτες, & in chartis qui adnaſcuntur, uocantur Tilphæ. Author Cælius Rhodig. lib. 19. cap. 1.

Dicibulum] Vide Dico.

Dicis] cauſa, Dicis gratia, loquendi formulæ, uetuſtæ & elegantes. Cic. 6. Verr. Attamen ut poſſit ſe dicere emiſſe, Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis cauſa daret.

Dico] dicas, prima corrept. (ἰσχνόω, ἀναπίθημι) dicare, Tradere. Cicero ad Cæſarem, libro primo, Balbum quanti faciam, quanquam me ei totum dicauerim, ex ipſo ſcies. Ex Nonio.

Coniugio dicare aliquem alicui. Valer. 3. Argonaut. 7.

Donum alicui dicatum atque promiſſum. Cicero ſeptima, Verrina, 144.

Dicare aliquam operam alteri. Terentius, Phormion. 1. 2. 12, Ergo auſculta. D. hanc operam tibi Dico. Vbi Donatus, Plus eſt Dico quàm Do. Dicatur perpetuò: Datur ad tempus.

Dicare ſe alicui. Cic. 3. de Orat. 7.

Dicare ſe alicui in clientelam. Cæſar 6. bel. Gall. 48.

Dicare ſe alicui in ſeruitutem. Cæſar 6. bel. Gal. 49.

Dicare ſe in aliquam ciuitatem. Cic. pro Cor. Balbo, 23.

Dicimus & Dicare ſe ciuitati. Vide Dicatio.

Studium ſuum laudi alicuius dicare. Cicero, Curioni, libro 2. 5. 13.

Totum hunc tibi dicamus diem. Cic. 2. de Legib. 13. Id eſt, totũ hunc diem occupabimus in te audiendo.

Dicare aliquid Deo, pro conſecrare, & dedicare. Plin. lib. 12. cap. 1. 1. Cic. 1. Tuſc. 114, Dicati Apollini cygni. Plinius in Paneg. 145.

Annos ſuos dicare uitæ cælibi. Senec. Hippol. 2. 30.

Dicare dona. Stat. 4. Syl. 6. 17.

Proprium aliquid dicare, hoc eſt, ad obſequium dare. Virgilius 1. Aeneid. 16.

Templa dicata deis. Ouid. Faſt. 1. 141.

Vota dicare. Sil. lib. 7. 16.

Dicare opus alicui rei. Plin. lib. 10. cap. 68. 2. Idem lib. 12. cap. 22. 2, Sanè enim dicamus & de iunco, quamuis alio herbis dicato uolumine.

Dicare bibliothecam, Publicare. Plinius 35. capite ſecundo, & capite 3.

¶ Dicatio, Verbale (ἀνάθεσις) Cic. pro Corn. Balbo, 20, Duarum ciuitatum ciuis eſſe noſtro iure ciuili nemo poteſt. Non eſſe huius ciuitatis ciuis, qui ſe alij ciuitati dicarit, poteſt. Neq; ſolùm dicatione (quod in calamitate clariſſimis uiris Q. Maximo, & c. uidimus accidiſſe) ſed etiam poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio.

Digitized by Google

Dico] dicis, dixi, dictum (λέγω, φημί, ἀγορεύω, διαγορεύω, ἐπιρέω, φράζω) dicere, Notæ significationis. Terent. Eunuc. 5. 5.20, Dico, edico uobis nostrum esse illum herilem filium.

Dixti, pro Dixisti, frequens apud autores. Cic. ad Atticũ, lib. 4. 74.3, Sed quibus sententijs dixti quod & ipsi probarent. Frequentius tamen apud Comicos, quàm uel Poetas uel Oratores reperitur. Atq; hic locus Ciceronis mea sententia intelligendus est per iocum: quo dicendi more frequenter cum Attico ludit.

Dicit te accurare, Pro, Dicit ut accures. Plaut. Menæch. 12. 15.

Dic, dic quæso clarius: per emphasim & uehementiam quandã à Cicerone dicitur, 3. Verr. 102.

Dico factum. Terent. And. 3.2.23, Quási tu dicas factum id consilio meo.

Dixi uenturam. Terẽt. Heaut. 4.4.4. Plaut. Amph. 3. 53, Ni tragœdiam dixi futuram hanc?

Dicitur is uenturus nunc peregrè. Plaut. Trucul.

Dico tibi, an non? Terent. And. 4.5.23, Quasi dicat, Non putas me tibi loqui, & ad te pertinere quod dico?

Dicíne, an non? Interrogantis est, & urgentis. Plaut. Trucul. 17.47. Terent. Eunuc. 1.2.20, dic mihi Hoc primum, potin' est hic tacere?

Dic mihi, aufugistine? Terent. Eunuc. 5.2.11, Bone ut Dore salue: dic mihi, aufugistine? Interrogantis cum ioco particula.

Dicere propriè est Oratorum, & eleganter, facundéq; loquentium. Quintil. lib. 10. cap. 7, Nam mihi ne dicere quidem uidetur, nisi qui dispositè, ornatè, copioséq; dicit. Cic. 1. Offic. 1, Vt non modò Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad iudicandum. Id est, in Oratoria arte, & in Philosophia. Hæc Valla lib. 5.

Non idem Loqui esse quod Dicere. Cic. in Oratore, 61.

Dicere apud iudices. Cic. 2. Offic. 69.

Pro aliquo dicere. Cic. de clar. Orat. 40.

Accuratè dicere. Quint. lib. 4. cap. 1. 41.

Ab aliquo dicere. Vide Ab, in A præpositione.

Ad aliquid dicere. Cic. 2. de Diuinat. 12, Dicendum est mihi igitur ad ea quæ sunt à te dicta.

Dicere aduersus aliquem. Plaut. Amphit. 8. 117.

De ambitu causam dicere. Cic. pro Sestio, 14.

Ad iudicem stantem dicere. Cic. de clar. Orat. 160. Vide Ad.

Ad ætatem alicuius dicere. Cic. 5. de Fin. 47, Ita prorsus, in quã, & si ea quidem quæ adhuc dixisti, quamuis ad ætatem rectè isto modo dicerentur.

Aequi bonique partem aliquam dicere. Terent. Phorm. 4. 3. 32. Vide Aequum.

Dic age. Hortantis aduerbium est. Virg. 6. Aeneid. 69.

Dicere aliorsum. Plaut. Aulul. 9. 8,

Atqui ego isthuc Anthrax aliorsum dixeram,
Non istuc quod tu insimulas dicere.

Id est, alio animo dixeram, atq; tu interpretaris.

Alternis dicere. Virg. eclog. 3.12.

Dicis amicè. Plaut. Pseud. 7.106.

Amores dicere dicitur fistula. Virg. eclog. 10.7.

Dicam paulo amplius. Cic. 4. Verr. 127.

Animo præsenti, id est, audacter, & sine ullo timore ac prompto animo. Terent. Eunucho, 4.6.31.

Ex animo. Terent. Eunucho, 1.2.95.

Nimis antiquè & durè. Horat. 2. epist. 1.14.

Appositè ad persuadendum. Quint. lib. 2. cap. 15.3. & 4.

Aptè. Quintil. lib. 1. cap. 5.1.

Argumenta alicui rei. Plautus Mostel. 3. 6. Vide Argumentum.

Audacter, & apertè. Cic. pro Rosc. Comœd. 8.

Dicere bene Latinè. Cic. 2. de Finib. 15, Sed tu istuc dixti bene Latinè, parum planè.

In aurem. Plin. lib. 7. cap. 53. 4. & lib. 28. cap. 10. 4, Quinetiã si quis asino in aurem percussum à scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt. Martial. lib. 1. 91.

In aurem nescio quid puero, &c. Horat. 1. Serm. Satyr. 9.2.

Astrictius aut effusius. Plin. epist. 20. 8.

Dicere bella. Virg. 4. Aeneid. 9.

Carmina dicere. Virg. 6. Aeneid. 129.

Carmen deductum dicere. Virg. eclog. 6.1.

Carmine aliquem dicere. Virg. 2. Georg. 19.

Dicere causam, dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Plaut. Menæch. Apud Aediles prælijs factis plurimis pessimisq; dixi causam Cicer. pro Rosc. Amerino, 7, Ea nos hoc tempore timur qui causam dicimus. Ibidem, 8, Causam dicit is qui unus relictus, ex illorum nefaria cæde restat. Cæsar 1. bel. Gal. 16, Orgentorigem ex uinculis causam dicerè coegerunt. Et subdit, Die constituta causæ dictionis. Liuius de bel. Macedon. Scipio iussus dicere causam, orationem magnificam de rebus ab se gestis exorsus est. Vide Causa.

Causam apud aliquem. Cic. 1. de Finib. 36.

Causam contra aliquem apud iudices Cic, 2. de Orat. 55.

Iniqua conditione causam dicere. Cic. pro Cluentio, 75. Vide Conditio.

Causam pro aliquo, Defendere. Plaut. Bacchid. 8.16.

Non dico causam, quin: id est, non renuo. Terent. Phorm. 2. 1. 42, Non causam dico, quin quod meritus est ferat.

Dicere causam nescio quam. Terentius Hecyra, 1.2.111.

Dicere causam de incestu. Liu. ab Vrbe cond.

Causam ueneficij dicat adultera. Quint. lib. 5. cap. 11.30.

Clanculũ: id est, sine arbitro, inscys alijs. Plaut. Pœnulo, 1.4.92.

Claré, id est, apertè rem eloqui. Plaut. Casin. 9. 10. Quintil. libro 1. cap. 11. 8.

Clementer & moderatè. Vide Clemens.

Cœnam. Plaut. Sticho, 12.10.

Coloris loco aliquid dicere. Quintil. lib. 7. cap. 2. 37.

Dictum breuiter & commodè. Cic. de Amicitia, 1.

Commode dicere. Vide Commodus.

In commune. Plin. lib. 23. cap. 1. 23.

Compositè dicere. Vide Compono.

Conatu magno nugas. Terent. Heaut. 4.1.8.

Concinnè dicere. Vide Concinnus.

Conditiones pacis. Liu. 9. belli Pun. 61.

Congruenter dicere. Vide Congruo.

Conuenienter dicere. Vide Conuenio.

Contortè dicere. Vide Contorqueo.

Contra aliquem dicitur aduocatus dicere. Cic. pro Quintio, 4.

Contra aliquem ad populum. Cic. de claris Orat. 39.

Contumeliam. Vide Contumelia. Terent. Phorm. 2.3.30,

Absenti tibi te indignas, séq; dignas contumelias
Nũquam cessault dicere hodie.

Liu. 5. bel. Pun. 120, Ea pronuntiata Campanis, atq; ita spreta, ut ultrò dicerent cõtumelias, minarenturq;.

Contumeliosè aliquid dicere. Vide Contumelia.

Contumeliosè & asperè dicere in aduersarios permissum est. Quintil. lib. 6. cap. 3.19.

Credibiliter dicere de re aliqua. Quint. lib. 3. cap. 11.1.

Decies dixi. Vide Decem.

Delicias dicere. Catull. epig. 69.1.

Dicta dicere. Cic. 2. Philipp. 60.

Dictatorem, pro Creare. Liuius, Nam neq; id ultrum nostri facile fuisse, quum Consul oriente noctis silentio, diceret Dictatorem. Idem, Quòd plebeius Dictator sit dictus, id ultrum Auguri-

Digitized by Google

Augurib. uisum. Hæc Budæus. Cic. Att. lib. 10. 18 8. 2, Vel ut Coss. roget Prætor, uel Dictatorem dicat: quorum neutrum ius est.

Diem alicui, Est certam diem reo constituere, ut accusetur. Cic. pro Milone, Diem mihi (credo) dixerat, multâ irrogarat. Liuius ab Vrbe cond. lib. 3, Accusatorem primum Virginium, & Appium reum diligunt. Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus patritijs iuuenibus, in forum descendit. Idem de bello Macedonico, Scipioni Africano duo Quint. Petilij diem dixerunt. Cicer. ad Quint. fratrem, lib. 1. 2. 25.

Diem dicere capitis, uel rei capitalis, Est uadimonio capitali obstringere. Liu. 3. ab Vrbe, Virginius ex collegio unus Cæsoni capitis diem dicit. Ibidem, Rei capitalis diē Posthumio dixerunt. Suet. in Cæsare, Subornauit etiam qui Caio Valerio perduellionis diem diceret. Budæus.

Diem creditæ pecuniæ dicere. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 10.

Diem iuris dicere. Plaut. Menæh. 14. 11.

Diem nuptijs, uel operi dicere, quod & Præstituere dicitur, est Certam diem nuptijs constituere & assignare. Terent. And. Hic nuptijs dictus est dies. Cic. 3. Verr. 105. Diem præstituit operi faciundo Cal. Decemb.

Diem dicunt qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. Cæsar 1. bel. Gall. 24.

Non dicam dolo. Plaut. Menæh. 7. 3.

Dotem & doti, filio uel filiæ omnia sua bona: id est, promittere in dotem, inquit Budæus. Terent. Heaut. 5. 1. 64. Cic. pro L. Flacco, 87, Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Ibidem, Nisi ostenderis illam in tutela Flacci non fuisse: si fuit, quæcunq; sine hoc autore est dicta dos, nulla est. Hæc Budæus.

Nummos, uel Pecuniam promittere. Pomp. in pictoribus, Nummos certos dico quinquaginta millia. Salust. lib. 1. Hist. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio ueris cum exercitu profectus in Dardanium, quibus potuit, pecunias dictas coegit.

Dicere ex tempore. Cic. pro Archia, 13.

Egregiè dicere. Quint lib. 6. cap. 1. 11.

Facilè dicere. Seneca Thyest. 8. 30. (4. 11.

Facta alicuius dicere: id est, historiam conscribere. Virg. eclog.

Falsum, Mentiri. Plaut. Amph. 4. 281, Per Iouem iuro me esse, neq; me falsum dicere.

Dicere bona fide. Hoc est, reuera, & certò. Plaut. 19. 33. Idem Pœnul. 5. 30,

Ita me dij amabunt, nin' bona dicam fide,
Quod hic inter nos licebat?

Vt fortius dicere uideantur indocti. Quintil. lib. 2. cap. 12. 1.

In aliquem grauius. Terent. Adelph. 1. 2. 60.

Identidem dicere. Vide Idem.

Impetu dicere se, & uiribus uti gloriantur. Quintilian. lib. 2. cap 11. 3.

Inclementer, uel acerbè in aliquem, Verbis duris corripere aliquem: iniurijs afficere. Plaut. Amph. 8. 109. Cic. ad Atticū, lib. 11. 220. 3, Etsi multa, præsens in præsentem acerbè dixerat & fecerat.

Dicere inclementer literis, Vituperare. Plaut. Pseud. 3. 25,

Cur inclementer dicis lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?

Inducias. Plaut. Curcu. 2. 45, Inducias occœpi dicere.

Ex industria dicere. Quint. lib. 1. cap. 5. 7.

Apud Populum industriè dicere. Cic. pro Domo sua, 22.

Iniustè alteri. Plaut. Pseud. 9. 20, Non soles respicere te quum dicas iniustè alteri.

Inter. Plin. lib. 12. cap. 3. 1, Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas. Ibidem, cap. 12. 4.

Inter nos dictum fuit. Vide Inter.

Non inuenustè dicere. Quintil. lib. 1. cap. 6. 17.

Ioco, uel Per iocum. Plaut. Amphit. 10. 35, Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi. Et paulò pòst,

—si quid dictum est per iocum,
Non æquum est id te serio prætortier.

Ius dicere, est magistratuum. Plaut. Epid. 2. 22, —te uolo Percontari, operam da, opera reddetur tibi. T. ius dicis. Cic. 4. Verr. 83, Audistis ob ius dicundum, Qu. Varium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummûm dedisse. Idem de Prouincijs Consularibus, 6, Emisti grâdi pecunia, ut tibi de pecunijs creditis ius in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Paulò pòst, 8, Perseuerauit ius publicano non dicere. Liu. ab Vrbe cond. Aut ius de pecunia credita dicere. Cicer. pro L. Flacco, 5, Qui anno antè Romæ ius dixerat. Cæsar 6. bel. Gall. 83.

Dicere iura. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 4.

Laudes. Virg. eclog. 6. 2.

Legem, est præscribere quid opus sit facto. Horat. lib. 2. epist. 2. 4, Prudens emisti uitiosum, dicta tibi est lex. Aliquando additur datiuus rei. Liu. lib. 3. Decad. 5, Legem censui censendo dicturos esse.

Legem fullonibus, & similibus. Plin. 35. cap. 17. 3, Quum lex Metella extet fullonibus dicta.

Fletibus legem dicere. Stat. 5. Syl. 5. 12.

Legem sibi dicere. Senec. de Benefic. libro 2. cap. 18. Ouidius 13. Metam. 15.

Leuissimè dicere. Vide Leuis.

Liberè dicere. Vide Liber.

Liberius aut iocosius aliquid dicere. Horat. 1. Serm. Sat. 4. 21.

Liquidò dicere. Vide Liquor.

De loco superiore, uel è loco superiore. Cic. 4. Verr. 70, Primum ipse in Sicilia sæpe & palàm de loco superiore dixerat, & in sermone multis demonstrarat, licere nomen recipere absentis. De loco superiore dixit, pro eo quod est, de sella Prætoria, & pro tribunali sedens. Suprà enim dixerat, Palàm de sella tribunali. Idem Att. lib. 2. 39. 5, Quint. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere.

E superiore loco, significat Pro Rostris & ad populum loqui. ut ex inferiore loco est ad iudices loqui, qui ex locis editioribus sedebant.

Longum est dicere. Cic. 3. Verr. 111.

Luculenter dicere. Vide Luculentus.

Magis dicas, uel diceres. Vide Magis.

Magistratum Equitum, pro Creare. Liu. 5. ab Vrbe, 87.

Magnificè dicere. Vide Magnus.

Magnificè, miserabiliter, inuidiosè, grauiter, dulciter, urbanè dicere. Quintil. lib. 4. cap. 2. 44.

Magnopere dicere in aliquem. Vide Magnus.

Mala plurima dicit. Catull. ad Mulum, 78. 1. Id est, conuitiatur.

Malè dicere. Vide Malus.

Melius dicere. Vide Melius.

Membratim, cæsimq; dicere. Vide Membrum.

Mendacium, Mentiri. quamuis propriè differant Mentiri, & Mendacium dicere: ut declarant Nonius & Gellius. Plaut. Amph. 4. 44, Si dixero mendacium, solens meo more fecero. Idem Bacchid. 9. 30.

Modicè dicere. Vide Modus.

Multam. Antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitio multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi Certare multam dicebant. Liu. lib. 5. secundi bel. Pun. 15, Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Caruilij, quum rem inusam, infamemq;

Digitized by Google

infamemq; cernerent, ducentùm milium æris multã M. Posthumio dixerunt. Cuius certandæ quum dies aduenisset, conciliumq; tam frequens plebis adesset, ut multitudinẽ area Capitolij uix caperet: perorata causa, spes una uidebatur esse, si C. Seruilius Casca Tribunus plebis, qui propinquus erat, cognatusq; Posthumio, prius quàm ad suffragium tribus uocarentur, intercessisset. Idem paulò pòst. 19, Hæc quum ab optimo quoq; pro atrocitate rei acta essent, uimq; eam contra Rempub. pernicioso exemplo factam Senatus decerneret, confestim Caruilij Tribuni plebis omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac ni uades daret, prehendi à uiatore, atq; in carcerem duci iusserunt. His uerbis apparet moris fuisse, ut Tribuni plebis multam dicerent: quæ postea populi suffragijs uel irrogaretur, uel abrogaretur: uel etiam remitteretur, quo tempore multa certari dicebatur: non enim tribuni damnare multæ poterant, sed tantùm rogare populum: apud quem cum reus non iure multatũ se cõtenderet, lis illa multatitia disceptabatur. Sic fit hodie, quum iudicũ edicta gestantes uiatores, iubent, uetántue quid fieri, multam dicentes, ni edicto pareatur. Cui si non paruerint ij ad quos ea res pertinet, diẽ tum ad iudices dicunt, à quibus edicta manarunt, quo die commissam esse multam pronunciatione iudicum amplius audituri sint. Id est, se incurrisse pœnas, ut nunc dicimus. Cicero 11. Philipp. 302, Crassus Consul Pontifex maximus, Flacco collegæ Flamini Martiali multam dixit, si à sacris discessisset. quam multam Pop. Romanus remisit, Pontifici tamen Flaminẽ parere iussit. Plin. epist. 94, Licinius nepos Prætor acer & fortis, multam etiam dixit Senatori. Egit ille in Senatu causam suã, sicut deprecaretur, remissa est multa. Budæus.

Multationem, siue multam pecoris. Plin. lib. 18. cap. 3. 3, Multatatio quoq; nõ nisi ouũ bouiumq; impendio dicebatur. Varro, Sed quum eiusmodi multa pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat, adigebantur oues, bouesq;.

Musam alicuius. Virg. eclog. 8. 1.

Neruosè dicere, Vide Neruus.

Nihil dixit tum. Vide Nihil.

Non dico. Vide Non.

Non satis uno dicere uerbo, sed facere. Catul. ad Ianuam, 62. 2

Nomen alicui, pro Imponere. Liu. 1. ab Vrbe, 6.

Crudelem nomine dicere. Virg. 4. Georg. 71.

Nugas. Plaut. Casin. 24. 11.

Obnoxiè dicere. Vide Obnoxius.

Obscœnè dicere. Vide Obscœnus.

Obtusè dicere. Vide Obtusus.

Officiosè dicere. Vide Officiosus.

Dicere oratoriè & pulchrè. Vide Oratorie, in Oro.

Ordine dicere. Virg. 4. Georg. 107.

A prima dic hospes origine nobis. Virg. 1. Aeneid. 152.

Dicere duro ore. Ouid. 3. de Arte amat. 117.

Palàm. Plaut. Aulul. 9. 5.

In utranq; partem. Cic. 4. Acad. 15.

In utramq; partem, uel plures de re aliqua dici credibiliter potest. Quintil. lib. 3. cap. 11. 1.

De peccatis alicuius. Terent. in Prologo Heaut. 33.

Alias nouas, nisi finem maledictis facit. Idem Eunuch. 5. 6. 19.

Pereleganter dicere. Vide Perelegans.

Persuasibiliter dicere. Quint. lib. 2. cap. 15. 10.

Dicit planè quod intelligam. Cic. 1. de Finib. 24.

In plenum. Vide Plenus.

Plenius ac melius dicere. Horat. 1. epist. 2. 1.

Prælia dicere. Horat. 2. Carm. ode 12. 2.

Preßè, subtiliter, asperè dicere. Quintil. lib. 2. cap. 8. 10.

Pretium dicere muneri. Horat. 4. Carm. ode 8. 3.

De capite suo priore loco causam dicere. Cic. pro Quintio, 16.

Probra dicere alicui, Vide Probrum.

Prologum. Terent. in Prologo Phorm. 16.

Propriè. Seneca de Beneficijs, lib. 2. cap. 27, Hic quater millies sestertiũ suũ uidit: propriè dixi, nihil enim amplius quã uidit.

Publicè, hoc est nomine publico ciuitatis ab legatis. Cicero 7. Verr. 104.

Quid, quoq; flexu, quid lentius, concitatius, celerius, lenius dicendum, demonstrari, nisi in ipso opere, non potest. Quintil. lib. 1. cap. 8. 1.

Dico quod uidetur. Terent. Heaut. 3. 3. 21. Plaut. Amphit. 4. 237, Dicito quiduis non nocebo. Terent. Heaut. 5. 2. 33, Ego dicam quod mihi in mentem: tu dijudica.

Repudium dicere. Tacitus lib. 3.

Dicet tibi res ipsa. Plaut. Epid. 14. 49.

Rem ipsam dicere. Id est, ut res ipsa se habet. Terent. And. 5. 3. 2, Rem potius ipsam dic, at mitte malè loqui.

Sacramento dicere dicebantur milites, quũ ad iusiurandum adigebantur Rempublicam se non deserturos. Liu. lib. 5. secundi belli Punici. Si qui roboris satis ad ferenda arma habere uiderentur, etiam si nondum militari ætate essent, milites fierent: Tribuni plebis, si eis uideretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, ijs perinde stipendia procederent, ac si uiginti annorum, aut maiores milites facti essent. Liu. lib. 4. ab Vrbe cond Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunũ, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixere. Budæus. Ibidem Liu. 228.

Dicere sacramentum. Horat. 2. Carm. ode 17. 2.

—non ego perfidum Dixi sacramentum. Tacit. lib. 20, Dixit sacramentũ, non uultu neq; animo satis affirmans. Liu. lib. 4. belli Punici.

Salsè dicere. Quintil. lib. 6. cap. 3. 21.

Dicere salutem alicui. Plaut. Curcul. 10. 38. Vide Salus. Cic. ad Atticum, lib. 5. 96. 4, Cicero meus modestißimus & suasißimus puer tibi salutem dicit. Eidem lib. 2. 22. 6.

Descripto. Cic. pro Plancio, 61, Reciteturq; oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. Vide De, in De scripto dicere.

De scipso pauciora dicit, & parcius, Quint. lib. 4. cap. 1. 5.

De se, & de suo ingenio. Cic. de Amicitia, 78, Sed nihil de me: de Scipione dicã libentius. Cic. Verr. 20, Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neq; est quod poßim dicere: neq; si esset, dicerem. Terent. Eunuch. 5. 6. 19, Omitte de te dicere.

Sedulò. Terent. Phorm. 2. 4. 13,

Ego sedulò hunc dixisse credo.

Semel. Plin. lib. 12. cap. 9. 2, Quod semel dixisse & in cæteros odores satis sit.

Sensim & cursim dicere. Cic. 2. Philipp. 60. Vide Cursim.

Sententiam: quum quis (ut ineptè dicunt) uocem suam dat, uel opinionem suam dicit. Cic. 6. Verr. 124, Mos est Syracusis, ut si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui uelit nominatim nemo rogatur. Idem, 125, Vt quisq; ætate & honore antecedebat, ita sententiã dixit ex ordine. Idem Philipp. 4, Vt sententiæ de summa Reipub. liberè dici possint. Ibidem, Me consule sententiæ singulares dictæ sunt, quibus ad hanc diem diximus. Celius Ciceroni, Consulem designatum primum sententiam dicentem. Hoc est, Referentem de re aliqua. Quint. lib. 3. cap. 8. 47.

Pro sententia. Liu. 2. bel. Maced. 80, Et quando nemo uestrum, qui in hoc concilium aduocati estis, pro sententia quicquam dicere uult, aut audet, orationes Legatorũ hesterno die pro sententijs dictas percenseamus. Dicere pro sententia, & Dicere sententiã, idem: ut, Dicere testimoniũ, & Pro testimonio.

Digitized by Google

Dicis.ſi.Plaut.Trinum.17.61.dicis,ſi facies modò.
Significanter,ornateq; dicere.Quintil.lib.1.cap.7.16.
Dicſodes.Horat.1.epiſt.1.13.
Concordi dixere ſono.Ouid.5.Metam.133.
Ad ſummam dicere.Cic.Attico,lib.7.127.9.
Ex tempore. Cic.pro Archia,13, Quoties ego hunc uidi,quum literam ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum uerſuum de his ipſis rebus quæ tum agerentur,dicere ex tempore?Plin.epiſt.27.4.
Dicere teſtes dicuntur.Cic.3.Verr. Alij amentiam mirari,ſtultitiam alij,&c. cui comperendinato quum tam multi teſtes dixiſſent,quicquam illorum ueniret in mentem?
Teſtimonium & teſtimonia, Teſtificari & probare. Dicimus autem, Dicere teſtimonium in aliquem,Contra uel aduerſus aliquem, de ambitu, de coniuratione. Cic.de Orat.Num igitur placet quum de eloquentia præcipias, aliquid etiam de teſtimonijs dicendis quaſi in arte tradere?Idem ad Qu.Fratrem lib, 20.5, Quum teſtimonium ſecundum fidem & religionẽ grauiſſimè dixiſſem,Idem pro Sylla,62,Qui teſtimonium de coniuratione dixi in alios. In Verrem, Qui priore actione ita teſtimonio grauiter,uehementerq; dixerũt,&c. In eundem, Idem abſens & de iſtius ſcelere, improbitate, audacia teſtimonium dicat.Idem pro Cn.Plancio,45. Multi etiã communes inimici reorum omniũ,qui ita ſemper teſtimonium de ambitu dicunt. Idem pro L. Flacco, 32, Mortuus eſt aculeo iam dimiſſo ac dicto teſtimonio.Idẽ 3.de Nat.deor.119,Contra deos teſtimonium dicere. Liu. ab Vrbe cond. Quòd falſum aduerſus ſe teſtimonium diciſſet.
Pro teſtimonio dicere,Quod nunc dicimus deponere,inquit Budæus. Cic.7. Verr, 95, Dicet is pro teſtimonio, de miſſione nautarum,de fame,&c.Idem ad Atticum,lib.1.11.3.
Turpiter,aut impotẽter aliquid dicere.Quint.lib.6.cap.3.57.
In tranſcurſu. Vide In.
Tute dice poſis.Lucret.lib.3.208.
Sub noctem dixere uale.Ouid.4.Metam.16.
Dicis uera.Plaut.Pſeud.5.125.
Verba amantia dixit.Ouid.6.Faſt.23.
Conſolantia uerba dixerunt.Ouid.15.Metam 99.
Verba digna rubore dicere.Ouid.14.Faſt.5.
Timidè uerba excuſantia dicit.Ouid.9.Metam.44.
Lugubria dicere uerba.Ouid.in Ibin,20.
Dixit nouiſſima uerba.Virg.4.Aeneid.130.
Verba precantia dixit.Ouid.7.Metam.120.
Verè dicere.Cic.2.de Legib.5.
Verecundius de re aliqua dicere.Quintil.lib.4.cap.1.9.
Multa ad ueritatem admirabilia dicere.Cic.2. de Legib.55.
Dicere uerſus.Virg.eclog.5.1.
Vitioſè dicere.Quintil.lib.1.cap.5,5.
De unaquaq; earum, quas demonſtrauimus, rerum dicat propriè & copiſe.Quintil.lib.1.cap.4.4.
Grata uoce dicere.Ouid.3.Amor.elegia 5.20.
Ad uoluntatem alicuius.Cic.de Amicitia,81.
Vrbanè.Quintil.6.cap.1.37.
Dicam ut.Terent.And.3.4.15, Domum modò ibo:ut apparentur dicam,atq; huc renuntio.
Nihil dixit ut.Terent.Eunuch.4.5.9,Nihil dixit tum ut ſequerere ſeſe?
Dico ut res eſt. Plaut.Merc.7.13. Hoc eſt,rem ipſam,ut eſt, & ut ſe habet,exprimo.
Dicitur.Cic.3.de Nat.deor.74,Quartus is,quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur.De Solibus.
Vt dicitur. Cic.3. de Orato.89, Quamuis ſphæram in ſcenam (ut dicitur)attulerit Ennius,tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe.
Nunquam dudiui dici.Terent.Eunuch.4.4.32.
Diceret pro Dicere poſſet.Terent.And.1.1.111,
Nec ſatis ad obiurgandum cauſa.diceret,
Quid feci?quid commerui,aut peccaui pater?
Dicere uolui,Correctionis genus eſt,quum quis in loquendo ſiſus eſt,& uerbũ unũ pro altero protulit. Plaut. Milit.11.7,
—ſorbet dormiens.
PA.Quid ſorbet?LV.illud,ſtertit uolui dicere:
Sed quia conſimile eſt,quod ſtertas,quaſi ſorbeas.Ibidem 3.27.
Dixi iterã.Sic diximus,quũ quis malè intellexit uerbũ quod protulimus, ut illud denuo proferre liceat. Plaut. Trucul. 6.9,
—comprime.
S.Spero meam quidem hercle,tu quẽ ſolitas comprimas.
Impudens per ridiculum ut ruſtico ſuadet ſtuprum.
A.Iram dixi.
At neſciebam id dicere illam:Id eſt,intelligere quòd hæc ea uelet.Terent.Eunuch.
De prandio dicis.debetur,dabo.Plaut.Pœnulo,29.12.
Dicis de fallacia?Terent.Heaut.3.3.35.
Quod inter nos liceat dicere.Cic.Attic.lib.2.19.1.
Dixi Phormio : ueluti cõminantis & terrorẽ incutientis: quaſi quod dixit,ſubitò fieri uelit.Terent.Phorm.2.3.90,
niſi tu properes mulierem
Abducere,ego illam eijciam,dixi Phormio.
P.Si tu illam attigeris,ſecus quàm dignum eſt liberam.
Dicam impingam tibi grandem.dixi Demipho.Vbi Donatus, Dixi, ſolent dicere perorata cauſa, & mirè commi-nationem & ferocitatem Demiphonis imitatus eſt Phormio ſimili uerbo.
Dixitne ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam?Terentius Eunuch.5.9.63.
Dices, Quid poſtea,ſi Romæ aſſiduè fui? Cic.pro Roſ. Am.56.
Dicet aliquis. Cic.3.Tuſculan. 80, Dicet aliquis, Quid ergo tu Epicurum exiſtimabas uoluiſſe?Idem 6.Verr.9.
Ne dixis iſtuc,genus eſt negandi quod quis dixerit, quaſi quis dicat,Non ita eſt ut dicis.Plaut.Aſin.15.12.
Dicere nominare.Virg.1.Aeneid.107,
Eſt locus,Heſperiam Graij cognomine dicunt.
Nimius fortaſſe,euidusq; doloris dicor.Stat.5.Syl.5.12.
Diceris.Martialis lib.1.epigram.3,
Quum uerus patriæ diceris eſſe pater. Id eſt,exiſtimaris.
Dicor tibi frater ex Iberis, Martialis lib.10.65.
Dici uix poteſt quàm multa ſint quæ reſpondeatis anteà fieri opertere.Cic pro Quintio,32.
¶ Dicaßis,pro dicas,apud Comicos frequẽs.Plaut.Cur.10.26,
Haud in malè meditantem malè dicaßis.
Dice,pro Dic,etiã apud Comicos.Plaut.Rud.4.36,Tu ſi quid opus eſt,dice. Varr.1. de Re ruſt. cap.9.6, Tertium illud de modis dice.Plaut.Pœnulo,8.82.
¶ Deformia dictu uapulantibus ſæpe dolore, uel metu accidũt. Quintil lib.1.cap.3.9.
Dictu nihil facilius, De re difficili per ironiam.Terent.Phorm. 2.1.70,Verùm argentum deerat D.ſumeret.
Alicunde. G.alicunde? Nihil eſt dictu facilius. Hoc eſt, facillimè id quidem dicitur,ſed difficilius multò fieret.
Dictu facilia.Plin.lib.3.cap.1.4.
Dictu parua.Plin.lib.2.cap.7.
Horrendum dictu.Virg.8.Aeneid.112.
Mirabile dictu.Virg.1.Aeneid.89.
Prodigium dictu neſas.Virg.3.Aeneid.73.
Pudendum dictu.Quint.lib.6.cap.4.6.
¶ Dicenda tacendaq; calles.Perſius Satyra 4.1.
Cum pondere aliquo hæc dicenda ſunt. Quintil.lib.6. cap.1.2.

Tempo-

Digitized by Google

Temporibus Augusti dicendis non defuere decora ingenia. Tacitus lib.1.
Facultas dicendi. Quintil.lib.2.cap.15.2.
Forēse,atq; declamatoriū dicēdi genus. Quint.lib.2.cap.10.6.
Pressum limatumq; genus dicendi. Quint.lib.2.cap.8.3.
Incunabula dicendi. Quint.lib.1.in Proœmio,6.
Magister dicendi. Quint.lib.2.cap.8.4.
Officina dicendi. Vide Officina.
Primordia dicendi. Quint.lib.1.cap.9.1.
Ratio dicendi,id est,modus. Quin.lib.1.in Proœmio,1.
Rudimenta dicendi. Quint.lib.2.cap.1.6.
Rudis dicendi. Tacit.lib.1.
Veniam dicendi ante alios exposcit. Tacit.lib.12.
Vis dicendi. Quint.lib.1.cap.2.21.
Vis strictè,robustéq; dicendi. Quint.lib.5.cap.12.14.
¶ *Dicundi,dicundo,dicundū,pro* Dicendi,*&c. apud antiquos. Plaut. Rudente,23.21,Imò etiam amplius:nam si non dat,dominum dicundum censeo.*
¶ *Dictus,Participium (ῥητὸς,λελεγμένος,τεταγμένος) Constitutus,ordinatus,assignatus. Terent. And.1.1.75,Hic nuptijs dictus est dies.*
Dictum istud? Pro,Est'ne uerum quod dicis? Plaut. Bacchid.4.31. etc.
Conuenire in dictum locum. Ouid.3.Fast.3.41.
Dicto citius,id est,citius quàm dici potest. Virg.1.Aeneid.30. Horat.2 Serm.Satyr.2.Liu.3.bel.Pun.217,Dicto propè citius equum in uiam Claudius egit.
Dicta est soror tua, id est, dictum est uulgò tuam esse sororem. Terentius Eunuch.1.2.66.Idem Andria,4.5.15,
Semper enim eius dicta est
Hæc atq; habita est soror. Idem Heaut.2.3.29,
Quæ est dicta mater esse ei antehac,non fuit.
Honore dicto. Plin.lib.28. cap. 8.1,Hæc sunt quæ retulisse sat sit,ac pleraq; exhis nō nisi honore dicto. Quod barbari dicunt,Cum reuerentia.
In his dictus locis est habitare mihi Periphanes. Id est, dictum est mihi,&c. Plaut. Epid.11.8.
Dictum est,pro Rumor erat. Terent. And.4.6.1.
Dictum est,minantis particula, quemadmodum hæc quæ prius annotata est,Dixi Parmeno: quasi uelit innuere facturum se statim quod dicit. Terent. Eunucho,5.9.36, —eia haud sic decet. P H. *Dictum est.*
Dictum ac factū,Prouerbium celeritatis:Id est, citò,inquit,Donatus. Terent. And.2.3.7,dictum ac factum inuenerit
Aliquam causam quamobrem eijciat oppido.
Dictum ac factum reddidit. Hac figura significamus nihil esse prætermissum in negocio procurando. Terent. Heaut.4.5.12. Eras. in Chiliad.
Dictum factum,id est,citò. Terent. Heaut.5.1.31.
Acutè,uenustè,stultè,iracūdiè,timidè dicta. Quint.lib.6.c.3.5.
Cum gratia & uenere dictum. Quintil.lib.6.cap.3.12.
Crudeliter dictum. Quintil.lib.1.cap.5.7.
Frigidius dicta. Quint.lib.6.cap.3.3.
Inconstantissimè dicta. Vide Inconstans.
Insolenter dictum. Quint.lib.1.cap.5.7.
Minaciter dictum. Quint.lib.1.cap.5.7.
Obscurè dicta interpretari. Quint.lib.3.cap.4.2.
Sanctè & moderatè dictum. Vide Modero.
Superbè dictum. Lucret.lib.5.246.
Dictum sapienti sat est. Plaut. Persa,9.19. Terentius Phorm.3.3.8,Pater adest hic. G. *Scio:sed quid tum?* A. *ah,dictum sapienti sat est.*
¶ *Dictum, dicti, pro omni sermone intelligitur (εἰρημένον,λεγόμενον) Terentius in Prol. Eunuchi, 41, Nullum est iam dictum,quod non dictum sit prius.*
Ob dictum. Vide Ob.
Absona dicta fortunis. Horat. in Arte,23.
Dicta blanda & benedica. Plaut. Cistel.7.15.
Dicta bona,pro salsis. Cic.2.de Oratore,122.
Dicta docta. Plaut. Asinar.10.22.
Facunda dicta. Ouid.13.Metam.26.
Horrisona dicta. Claud.1.in Ruffin.17.
Irrita dicta factáq;. Catull.ad Alphenum,28.4.
Dicta meliora. Vide Melior.
Mulsa dicta. Vide Mulsum.
Procacia dicta. Claud.4.Paneg.50.
Dictum ridiculum, Quod excitandi risus causa profertur. Plautus Capt.8.22.
Ridiculum dictum plerunq; salsum est. Quint.lib.6.cap.3.4.
Terriloqua dicta. Lucret.lib.1.21.
Tumida dicta. Valer.3.Argon.144.
Veridica dicta. Lucret.lib.6.5.
Vernile dictum. Tacit.lib.18, Vernile dictum omnem inuidiam in eum uertit. Hoc est, seruile & procax. Rhenan. in Castigat. in eundem Taciti librum.
Tristia dicta abolere. Silius lib.7.111.
Accedere dictis. Stat.1.Achil.43.
Conuicia addere obscœnis dictis. Ouid.14.Metam.104.
Addere altera uerba dictis. Ouid.5.Fast.60.
Dictis affatur amorem. Virg.1.Aeneid.134.
Aliquem aggredi dictis. Virg.4.Aeneid.19.
Animum arrigere dictis. Virg.1.Aeneid.117.
Audiens dicto. Quint.lib.3.cap.6.24. Vide Audio.
Dictis auertere curas. Virg.4.Aeneid.79.
Castigare aliquem dictis. Virg.5.Aeneid.77. Vide Castigo.
Circunuestire dictis. Circumuestio.
Cohærent dicta inter se. Vide Cohæreo.
Componere dicta cum factis. Vide Compono.
Consequi omnia dictis. Ouid.15.Metam.84.
Fidem dictis contradere. Lucret.lib.1.82.
Per auras deferre dicta. Virg.4.Aeneid.46.
Curas demere dictis. Virg.3.Aeneid.31.
Aurea dicta depasci. Lucret.lib.3.3.
Detrahere fidem dictis. Quint.lib.5.cap.7.22.
Dicta dicere. Vide Dico.
Dicta dimittere in aures. Virg.4.Aeneid.86.
Dicta dedit. Virg.6.Aeneid.126.Et lib.8.106.
Talia dicta dabat. Virg.5.Aeneid.169.
Da lepôrem dictis. Lucret.lib.1.6.
Docere dictis. Lucret.lib.5.12.
Eliminare foras dicta. Horat.1.epist.5.5.
Eludenda aduersariorum dicta. Quint.lib.5.cap.13.21.
Expedire dictis. Virg.3.Aeneid.76.
Fictis dat cultum & pondera dictis. Valer.1.Argon.8.
Figere dicta animis. Virg.10.Aeneid.20.
Haurire dicta auribus. Ouid.13.Metam.169.
Dicta iocosa iactare in aduersarios. Vide Iacio.
Simulacra dictis amaris incendere. Ouid.3.Trist.eleg.11.7.
Ingerere dicta in aliquem. Vide Ingero.
Ingerere dicta in dolium pertusum. Vide Ingero.
Lædere aliquem uel tenui dicto. Claud.3.de Raptu Proserp.57.
Migrant dicta. Vide Migro.
Miscere sortia placidis dictis. Ouid.4.Metam.131.
Moueri dictis. Quint.lib.5.cap.7.6.
Dictis mœrentia pectora mulcet. Virg.1.Aeneid.41.
Mutare dicta. Vide Muto.
Memori pectore dicta uitare. Ouid.3.Fast.36.
Notari dicto. Quintil.lib.6.cap.3.26.

Digitized by Google

Nunciare alicui non bona dicta. Catull. ad Furium & Aurel. 11.3.

Dicto obediens, Qui dictis obsequitur & paret. Plaut. Persa, 10.50.

Obtegere cum dicto. Vide Cum.

Dictis onerare aliquem. Plaut. Merc. 24.17,

Optimè hercle perge, ego assistam hinc altrinsecus,
Quibus est dictis dignus usq; oneremus ambo. Id est, corripiamus eum ut dignus est.

Perlustrare dicta. Stat. 4. Sylu. 3.29.

Dictis bonis petere. Plaut. Amphit. 3.25.

Sententia prætentanda dictis ambiguis. Ouid. 9. Metam. 118.

Reddere dicta. Ouid. 8. Metam. 145.

Refellere dicta. Virg. 4. Aeneid. 77.

Mutua dicta referre, est respondere. Ouid. 1. Metam. 132.

Regere dictis animos. Virg. 1. Aeneid. 32.

Reportare dicta alicuius. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 16.

Tristia dicta reportat. Virg. 2. Aeneid. 23.

Reprobare ultima dicta. Ouid. 9. Metam. 26.

Repugnare dictis alicuius. Ouid. 2. Metam. 20.

Resoluere dicta. Quintil. lib. 5. cap. 13. 10.

Facta arguebantur, dicta erant impunè. Tacit. lib. 1.

Dicta parentis non sunt: Id est, hæc indigna sunt quæ à parente dicantur. Terent. Heaut. 5.4.12.

Dictum, idem quod prouerbiũ, siue adagium: quod facetis hominibus adscribitur, ut ait Donatus. Terent. Eun. 3.1.38,

Tuum obsecrõne hoc dictum erat? uetus credidi.

¶ Dicteria, dicteriorũ (σκώμματα) Breuiter, acutè, salsèq; dicta. Varro, ἔνος πρὸς λύραν, Quã mobile neq; orto psalticũ attulit psalterium, quibus sonant in Græcia dicteria. Martial. lib. 6. 44,

Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

¶ Dicto, dictas, dictare, Frequentatiuum. Cic. 3. Offic. 75, Dictabat se hortulos aliquos emere uelle.

Dictare (ὑφηγεῖσθαι) Dicere, ut si alter scribens excipiat, & manu stylo; notet, inquit Valla. Cicero ad Atticum, lib. 2. 38. 1, Testatur se epistolam sua manu non scripsisse, sed recreandæ uoculæ causa ambulantem dictasse. Idem ad Quintum fratrem, lib. 2. 6. 1, Parumla lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam, & non ut soleo, ad te ipse scriberem. Idem 1 de Finib. 14.

Grauiter ornateq; dictare. Vide Ornatè, in Orno.

Dictare actionẽ, à Iurisconsultis dicitur, quod à Terentio Dicã impingere uel dicere. Budæus. Vide Dica.

Fugam lucis, & tædium pudor dictat. Quint. lib. 1. cap. 3. 10.

Iudicium dictare. Paulus in l. si seruus. ff. de noxal. act.

Dictare alicui orationem. Cic. 4. de Finib. 101.

Dictare rationem, quod barbari Facere computũ dicunt. Plautus Amphit. 8. 36.

Sententiam dictare. Quintil. lib. 2. cap. 15. 5.

Dictare testamentum alicui, Pro suo arbitrio disponere. Plin. epistol. 44. c.

Vota dictat sacerdos. Valer. 1. Argon. 138,

Dicitur etiam, ratio dictat, Quale est illud Plinianum in epistola quadam, O sylua, ô littus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Et illud Boëthij,

Ecce mihi laceræ dictant scribenda camœnæ. Verùm hic manifesta ratio subest. nam camœnæ, littus, ac solitudo tacitè nobis suggerunt quod scribamus: ita & ratio loquitur quod nos scribendum putemus: & ratio dictat quod in alterum effundamus. Hæc Valla in Raudensem. Plin. lib. 26. cap. 4. 4, Igitur demonstratarũ priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adijciemusq; quas ratio dictauerit.

Ratio ita uidetur dictare. Quint. lib. 3. cap. 4. 7.

Dictare, pro Edicere seu polliceri. Quintil. lib. 11. cap. ultimo, Aut cum sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare uideantur.

¶ Dictata, dictatorũ, neut. gen. plur. num. Quæ præceptor pueris describenda dictauit. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 16, Meam in illum orationem pueri omnes tanquam dictata perdiscãt. Idem 4. de Finib. 17.

Magistri dictata. Iuuenal. Satyr. 5. 13.

Dictata reddere. Cic. 1. de Nat. deor. 96. Persius Satyr. 1. 3. Horat. 1. epist. 19. 3,

Vt puerum sæuo credas dictata magistro Reddere.

Nec in literis tantum, sed in alijs quoq; artibus dictata dicuntur. Iuuenal. Satyr. 5. 13,

Donec peragat dictata magistri Omnia. Sueton. in Cæsare, Vt disciplinã singulorũ susciperent, ipsiq; dictata exercentibus darent. De gladiatorum legibus ac præceptis agit.

¶ Dictito, dictitas, pen. corr. Frequentatiuum uerbum à Dicto, dictas: Idem est (ut ait Valla lib. 5.) quod frequentibus temporibus frequentibúsue locis dico & narro. Cic. ad Lentulum, lib. 1 9. 55, Quem post reditum dictitant fracto animo & demisso fuisse. Plin. lib. 29. cap. 1. 14. Terent. in Prol. Heaut. 22, —tum quòd maleuolus poeta dictitat,

Repentè ad studium hunc se applicasse musicum.

Dictitare in sermonibus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 9. 104.

Dictitare causas. Cic. 2. de Oratore, 31.

¶ Dictio, dictionis (ῥῆσις, φάσις, λέξις) Verbale, Enunciatio. Terent. Phorm. 2. 1. 63, Seruum hominem causam orare leges non sinunt, neq; testimonij dictio est. Id est, non licet ei testimonium dicere.

Sententiæ dictio. Cic. 2. de Inuent. 126.

Dictio, pro uocabulo siue uerbo accipitur. Valla lib. 5. cap. 10. Et Quintil. lib. 1. cap. 10. & lib. 9. cap. 1.

Dictio, Oratoria & facunda oratio: ut, Dictioni operam dare. Cic. 2. Tusc. 13.

Dictio, pro Oratione. Cic. de claris Orat. 138, Malim mihi L. Crassi unã pro M. Curio dictionẽ, quàm Castellanos triumphos duos. Idem 1. de Orat. 28. Ibidem, 76, Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione & umbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atq; aciem forensem. Budæus.

Extemporales dictiones. Quintil. lib. 2. cap. 4. 21.

Dictionẽ, pro Actione causæ uidetur posuisse Tacitus de Oratore, Iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, deducebatur ad eam Oratorem, qui principem locũ in ciuitate haberet, hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse, utq; sic dixerim, pugnare in prælio discere. Vides ut dictiones uocet prælia, disjunguens à fictis declamationibus.

Dictio, pro Oraculo. Liu. 1. Decad. lib. 8. 118, Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam: Alexandrumq; Epeiri regem ab exule Lucano interfectum sortes Dodonæi Iouis euentu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam datæ dictio erat, caueret Acherusiam aquã, Pandosiamq; urbem: ibi fatis eius terminum dari.

¶ Dicax, dicacis, pen. prod. om. gen. (φιλοσκώπτης, φιλωπόμωρ) Qui sermone aliquem cum risu inceßit & ridet. Cic. 2. de Oratore, 122, Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimum.

Homo dicax. Catul. ad Varum, 19. 1.

Facetus & dicax. Cic. pro Cælio, 54. Et in Oratore, 49. de Demosthene, Quo quidem mihi nihil uidetur urbanius, sed non tam dicax fuit quàm facetus.

Vrbanus & dicax. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Dicax in aliquem. Cic. 2. Philip. 85.

Digitized by Google

In conuiuijs & sermonibus multi dicaces. Quint. libro 6. cap. 3. 10.

¶ *Dicaculus, dicacula, dicaculum, pen. corr. (σκωπτίλος)* Dimi nutiuum. Plaut. *Asin. 30. 8, Satis dicacula es amatrix.*

¶ *Dicacitas, penult. corr (σκῶμμα)* propriè significat sermonem cum risu aliquos incessentem, inquit Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. lib. 1. de Orat. 120, duo genera facetiarum nominat, ca uillationem & dicacitatem.

Facetiæ & dicacitas. Cic. *in* Orat. 48.

Scurrilis, & scenica dicacitas. Quintil. lib. 6. cap. 3. 20.

Scurrilis Oratori *dicacitas magnoperè fugienda est.* Cic. 2. de Orator. 135.

¶ *Dictioſius, pro Dicace antiquè dictum, probat* Varro lib. 5. de Lingua Lat. quem Vide.

¶ *Dictator, pen. prod. (ὑφηγητὴς, Δικτάτωρ)* huius dictatoris, Is est qui dictat.

Dictator Romæ, is dicebatur qui dictaturam gerebat: dictus quòd à Conſule diceretur, ſiue crearetur noctis ſilentio, uel quòd alijs omnibus poſsit dictare, id est, imperare ac præcipere. Liu. 1. Decad. lib. 9, Noctis ſilentio (ut mos est) Fabius L. Papyrium dictatorem dixit. Sex tantum menſes fruebatur ſuo magiſtratu. Et quia ſumma poteſtas erat dictatoris in populũ, is quoq; magiſter populi appellatus est, ut ſcribit Varro. Iuuenal. Satyr. 8,

Fumoſos Equitum cum Dictatore magiſtros. Cic. 3. de Finib. 113, *Rectius magiſter populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magiſtratus, cuius ſumma erat poteſtas habẽs ius animaduertendi in cuiuſcunq; ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat. Nec alio pacto creari ſolebat, quàm quum uis aliqua maior repentè oborta ingentem urbi cladem minitari uideretur.*

Arrogare Dictatorem. Vide Arrogo.

¶ *Dictatrix, huius dictatricis, pen. prod. (ὑφηγητὶς)* Quæ dicit agenda, præcipit & imperat. Plaut. *Perſa, 12. 23, Tu hic eris dictatrix nobis.*

¶ *Dictatorius, Adiect. (Δικτατόριος)* Quod ad dictatorẽ pertinet, ſeu quod est Dictatoris. Liu. 6. ab Vrbe, 164. Poſtremò Dictatorium fulmen in ſe intentatum. Cic. pro Cluent. 97, *Dictatorius gladius.*

Dictatorius iuuenis, pro Dictatore patre natus. Liu. 1. Decad. lib. 7. 14.

¶ *Dictatura (Δικτατύρια)* Sueton. *in* Iulio Cæſare, *Syllam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuerit. Alludit tamen ad Dictatoris dignitatem.*

¶ *Dictatura, Ipſa Dictatoris dignitas.* Cic. 2. Offic. 40, *Alter enim qui in illa Dictatura ſcriba fuerat, in hac fuit. Quæſtor urbanus.*

Imperioſa Dictatura. Vide Impero.

Dictaturam ſolo æquare. Vide Aequo.

Dictaturam gerere. Cic. 2. Offic. 152.

Deponere dictaturam. Quintil. lib. 5 cap. 105. 1.

Sumebantur Dictaturæ ad tempus. Tacit. lib. 1.

¶ *Dicibulum, dicibuli. Dicibula puerilia, pro nugis dicit* Tertullianus aduerſus Valentinianos, *Satis meminerat Ptolemæus puerilũ dicibulorũ, in mari poma naſci, & in arbore piſces.*

¶ *Dicturio, dicturis, pen. cor. Dicere molior.* Macrob. *Sed perge Auiene, ne ultrà te dicturientem retardem.*

Dicondyli] Δικονδύλοι, Dicuntur digiti qui duplicem commiſſuram habent, cuiuſmodi ſunt omnes, demptο pollice, qui monocondylus est. Vide Alexan. Gemab. lib. 4. cap. ult. & Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 3.

Dicopiaq;] Δικωπία, Remigium, ſcapha, Lucian. Vide Bayf. de re Nauali.

Dicrotum] pen. corr. (Δίκροτον) Latinè Biremis dicitur. De dicroto Iulius Pollux lib. 1, Dicrota ſunt naues, quæ duobus gubernaculis pariter à priora reguntur & puppi. Cic. ad Atticum, lib. 5. 98, Ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud ἐπίκωπον. Idem lib. 16. 333. 11, Nam & ipſe Domitius bona planè habet dicrota.

Dictamus] m. g. uel Dictamum, dictami. n. g. (Δίκταμνος) Herba qua lacertæ ſe reſouent, *quotieſcunq; cum ſerpentibus pugnam habuerint.* Virgil. 12. Aeneid. 83,

Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida. Quo ex loco legendum putãt docti omnes *dictamnum, interpoſita n littera: alioqui uerſus non ſtaret. Cui orthographiæ adſtipulari etiam uidetur Theophraſti locus & Gal:ni, in quibus ſemper dictamnum legas.* Vide Plinium, lib. 8. cap. 27. 1. Et lib. 20. cap. 14. 10. Cic. 2. de Nat. deor. 189, *Capras auditum eſt in Creta feras, quum eſſent confixæ uenenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictamnus uocaretur: quam quum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore. Idem dicit* Plin. lib. 26. cap. 14. *Dicta est hæc herba etiã Artemidum, à Diana quam Græci Artemida uocant, quoniam uulneratæ capræ & ceruæ, eius herbæ paſtu ſanarentur.* Vide Ruellium lib. 3. cap. 27.

Dictamus florens. Stat. 1. Syl. 4. 21.

Dictator, dictatura] Vide Dico, *dicis.*

Dicte] Dictes, (Δίκτη) Mons est inſulæ Cretæ, Ptolæmo, lib. 3. cap. 17. & Straboni lib. 10, Sic dictus à Dicte nympha, quæ illic colebatur, ut ait Seruius.

¶ *Dictæus, adiectiuum (Δικταῖος)* Vnde Iupiter Dictæus dictus est, quòd in eo fuerit nutritus, *ut tradit Seruius.* Virgil. lib Georg. 2.

Antrum Dictæum. Virg. 4. Georg. 31. *De apibus loquitur.*

Arua Dictæa. Virg. 3. Aeneid. 36.

Aſtra coronæ Dictææ. Claud. 3. paneg. 42.

Dicterium, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum] Vide Dico.

Dictynna] Δίκτυννα, ut quidam putant, cognomen est Dianæ, propterea quòd retia inuenerit, quæ Græcè dicuntur Δίκτυα. Scribit Diodorus lib. 6, Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta conſuetudine Dianæ familiariſsimè eſſe uſam: quæ res cauſam præbuit ut quidam Dictynnã, Dianam eſſe exiſtimarent.

Mitis Dictynna, id est, Diana. Stat. 9. Thebaid. 127.

¶ *Dictynna, Δικτύννα, Cretæ inſulæ urbs: à quo mons Dictynæus dictus est Straboni.*

Dictynneum] Δικτύννειον, Dictynnæ templũ in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cuius meminit Strab. lib. 10.

Dictynneũ & Phœbeum loca ſunt prope Spartã de templis puto eorum deorum dicta. Author. Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 6.

Dictyota] Δικτυωτὰ, Opera quæ Latini Reticulata uocant: ita dicta, quòd in hoc ædificij genere teſſellæ, macularum, quæ in reti conſpiciuntur, ſimilitudinem referant. Plinius libro 36. cap. 22, Dictyoton uocant reticulatam ſtructuram, quam frequentiſsimè Romæ ſtruunt, rimis opportunã. Vbi tamen in uulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

Dictys] Cretenſis, peritus Phœnicum literarum, natus Merione filio Idomenei, ſcripſit bellum Troianum: in quo ipſe militauit, Phœnicum lingua. Reuerſus in patriã, moriens mandauit ut liber arca plumbea ſepulchro eius inferretur occluſus. Anno deinde tertio Neronis principatus ob terræ momotum reuulſo ſepulchro arca apparuit: delataq; ad Rutilium illius inſulæ præſidem, & ab illo ad Neronẽ tranſmiſſa est, Librum Nero in Græcam linguam cõuerti iuſsit, bibliothecæq; dicauit, qui ad noſtrum æuum peruenit conuerſus in Latinum ſermonem à quodam Septimio, ut eius indicat epiſtola: in qua dicit librum inuentũ à paſtoribus in ſepulchro,

Digitized by Google

& ad Praxim eius regionis dominum delatum, ab illo uerò Neroni dono missum fuisse.

Dictys, unus ex Centauris fuit.

Dictys piscator quidam qui Perseũ educauit, de quo Stat. lib. 2, Fluctiuagus uolucrem comebat Persea Dictys.

Dicyrtos] Δικυρτος, Camelus est gibbi duplicis, densiore pilo, uiribus prævalidis, adeò ut duplicato onere incedat onusta. Hanc uerò dici Bactrianam, quòd in Bactris nata primùm sit, ex Didymo refert Cæl. lib. 7. cap. 18.

Didactron] Διδακτρὸν, Docentis præmium nuncupatur, sicut quod militi tribuitur Epinicion, niceterion: quod medico, Soterion, iatreon, & sic de cæteris. Vide Rhodig. lib. 13. cap. 30.

Didascalus] penultima corr. (Διδάσκαλος) Latinè dicitur præceptor.

¶ Didascalia, didascaliæ, pen. corr. Doctrina. Cælius Ciceroni, lib. 8. 3. 9, Genere tamen, quod ad nos pertineat, & Διδασκαλεῖον quandam, ut nersetur inter manus, habeat.

Didia] lex (Διδία νόμος) post Fauniam legem duodeuiginti annos secuta est: cuius ferendæ duplex ratio fuit. Prima, ut non solum urbs Romana, sed uniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, ut non modò qui conuiua maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea uocati essent, atq; omnino interfuissent, pœna legis tenerẽtur. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 17.

Didius] Cicero in Pisonem, T. Didius ex Macedonia triumphauit.

Dido] Didonis, pen. prod. (Διδώ) uel per declinationem Græcam, Dido Didus, in accusatiuo Didoa, & per cõtractionem Dido. Elisa proprio nomine uocabatur, sed cognomẽto Dido dicta est, id est, uirago, quia uirile aliquid fecit, se in ignem præcipitando, inquit Seruius. Beli fuit filia, & soror Pygmalionis. Virg. Vritur infelix Dido.

Regina Dido. Virg. 1. Aeneid. 100.

Phœnissa Dido. Virg. 1. Aeneid. 135.

Pulcherrima Dido. Virg. 4. Aeneid. 12.

Sidonia Dido. Virg. 1. Aeneid. 124.

Dido] didis, dididi, diditum, pen. corr. (Διανέμω) didere, Distribuere significat & digerere. Dictumq; uidetur Dido quasi Diuido, ablata media syllaba. Horat. 2. Ser. Sat. 2. 14, Albuti senis exemplo dum munia didit. Didit, id est, diuidit. Porphyrius.

Cibus in uenas diditur. Lucret. lib. 2. 225.

Solutia didita per gentes. Lucret. lib. 5. 4. & lib. 4. 49.

Dididerunt, pen. corr. pro Diuiserunt posuit Lucret. lib. 6. 1,

Primæ frugiferos fœtos mortalibus agris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ.

Didome] es (Διδόμη) Herba alio nomine Cynosorchis, siue testiculus canis dicta, à gemina radice nomen adepta, apud Hippocrat.

Didoron] pen. prod. (Δίδωρον) Duorum palmorum. Plin. lib. 35. cap. 14. 2, Genera eorum tria, Didoron, quo utimur, longum sesquipedale, latum pede: alterum, tetradoron.

Didrachmum] didrachmi, neu. gen. (Δίδραχμον) Nummus est duas drachmas continens & ualet tantum quantum septem solidi nostri turonici, teste Budæo.

Diduco] diducis, diduxi, diductum (Διαλαμβάνω, Διαιρέω) diducere, In diuersas partes & diuersa loca ducere, siue dirimere, diuidere, & distinguere. Cæsar 6. bel. Gall. 122, Dimittendæ plures manus, diducendiq; erant milites. Colum. lib. 6. cap. 2. 5, Posthæc diductis malis educito linguam. De bobus domandis.

Diducere, & Contrahere, contraria. Cic. 4. Acad. 40.

Comprimere & Diducere digitos, similiter contraria. Cic. in Orat. 61.

Diducere aciem in cornua. Liu. 5. ab Vrbe, 169.

Assem in centum partes diducere. Horat. in Arte, 66.

Diducere aquam in uias. Cato cap. 155.

Diducere argumenta in digitos. Quintil. lib. 11. cap. 1.

Diducere complexus. Propert. lib. 1. eleg. 12. 4.

Tum uerò in curas animum diducitur omnes. Virgil. 5. Aeneid. 143. Græca figura: ut, Mentem læsus. Seruius.

Fauces immani diducit hiatu. Silius libro 3. 40. de serpente quodam.

Flumina in riuos diducuntur. Quintil. lib. 5. cap. 13. 11.

Humum continuam diduxit. Ouid. 8. Metam. 118.

Matrimonium diductum. Sueton. in Othone, cap. 3.

Nubem diducere auris subitis. Cic. in Arato, 23.

In contrarias partes diducere aliqua. Cic. 2. de Inuent. 157.

Rictum diducere. Iuuenal. Satyr. 10. 23.

Risu diducere rictum auditoris. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 2.

In studia Senatum diduxerat. Tacit. lib. 20.

In species rursus hæc omnia diducuntur. Quintil. libro 2. cap. 14. 5.

Vestem diduxit ab ore. Ouid. 3. Metam. 53.

¶ Diductus, Participium (Διαλημμδύς) Cic. 3. de Orat. 14, Ruis est diducta oratio, non fontibus.

Arua diducta à propinquis iugis. Silius lib. 1. 40.

Diducta Britannia mundo. Claud. 8. Paneg. 11.

Ciuitatem diductam incusabat. Tacit. lib. 4.

Colores diducti. Cels. lib. 1. cap. 8, Quantoq; magis mistos, neq; inter se diductos colores habet, tanto deterius.

Cornua diducta. Liu. lib. 8. Decad. 3. cornua exercitus intelligit.

Diuisionem in digitos diductam nonnunquam Cic. leuiter eludit. Quintil. lib. 4. cap. 5. 17.

Foribus palatij repentè diductis. Tacit. lib. 12.

Militem diductum lasciuire prætendebat. Tacit. lib. 4.

Ordines diducti. Tacit. in uita Agricolæ.

Diductum in partes audientium studium. Plin. epist. 43.

Terræ diductæ, hoc est, diuisæ, apertæq;. Tacit. lib. 2.

Tunica diducta. Quintil. lib. 2. cap. 15. 7.

Diduri] Δίδυροι, Populi in confinio Albaniæ, propè Labienos, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 10.

Didyma] Diana à Pindaro cognominata in Pythijs, illo carmine, παρθὲν χαρεὶ Διδύμα: quod & cõment. obseruant. Didyma uerò, ut reor, quia cum Apolline ex Latona genita. Δίδυμοι, ut infrà dicetur, gemini appellantur.

Didymæ] pen. corr. Didymarum, insulæ Africæ, quæ Aegypto adiacent, teste Ptolemæo, lib. 4. cap. 5.

Didymaon] pen. prod. armorum artifex eximius. De quo Virg. lib. 5. Aeneid.

Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.

Didyme] Didymes, pen. corr. Insula in mari Siculo uno ex Aeolijs. Pompon. lib. 2.

Didymeus] pen. prod. (Διδυμεύς) Apollo dictus est, quòd geminam speciem sui numinis præferat, illuminando formadoq; Lunam. Ex uno enim fonte lucis, gemino sydere spacis diei & noctis illustrat: unde & Romani (ut inquit Macrobius 1. Saturn. cap. 17) Solem Didymei Apollinis appellatione uenerantur. Dictum est & Didymeum templũ Apollini dicatum apud Miletũ, quod prius oraculum Brancidarum (ut author est Plinius) appellatum est. De hoc templo sic scribit Strabo, lib. 4, Post Poßidiũ milesiũ est oraculũ Apollini Didymeo sacrũ apud Brancidas ad decẽ & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesij templũ construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinẽ remansit

manſit ſine tecto, uarijs antiquarũ artium donis ſumptuoſiſſimè honoratum.

Didymon xylon] Διδυμὸν ξυλὸν, à Græcis exponitur, pro eo quod Romani Furcam uocant, ueluti ex duobus modò lignis conſtaret: nam didymon geminũ dicunt. Vide Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 8.

Didymos] tibicen quidam fuit, qui ut in Græcis relatũ eſt monumẽtis, in adulterio deprehẽſus, ἐν τῷ ὀνόματος ἐπηρεσμάσθη, id eſt, ex nomine ſuſpẽſus eſt: quod ſignificat ex teſticulis. Galen. enim in libello Iſagogico Didymos teſtes uocat. Vide Alexan. Genial. lib. 4. cap. 1. & Cæl. Antiq. libro 4. cap. 7.

Diechc] Διήχη, Ariſtotelis interpretibus eſt, qua ſtrepitus ad auditum prouehitur, quaſi perſoniam dixeris, quòd ueterina ſit ac uehicularis ſoni. Author Cæl. Rhodig. libro 15. cap. 4.

Didymus] pen. corr. (Διδυμος) Latinè geminus dicitur.

Didymus] profeßione grãmaticus, genere Alexandrinus, Cicerone & Antonio Cõſulibus natus, tempore Auguſti Romæ profitebatur, cognomine Chalcenterus, ob ſtudium infatigabile: ſicuti à Demetrio Trœzenio, ut ſcribit Athenæus dicebatur Bibliolachas, ex uoluminum numeroſitate. Dicitur enim ſcripſiſſe libros ter mille quingentos. Macrobius lib. 5. Satur. cap. 22. uocat hunc grammaticorum omniũ quiq; ſint, quiq; fuerint, inſtructiſſimum. Chalcenterus autem dictus eſt ab inteſtinis æreis, ueluti prædurus. χαλκὸς æs ſeu ferrum, & ἔντερα uiſcera, inde χαλκέντερος. Ex Hieronymo, Eraſmo, Volaterrano, Cælio.

Didymus Alexãdrinus, Præſul Cæſarienſis, captus oculis à puero, & ob id elementorum quoq; ignarus, tantum miraculum ſui omnibus præbuit, ut Dialecticam quoq; & Geometriam, quæ uel maximè uiſu indiget, perfectè didicerit. Is plura opera & nobilia conſcripſit, quorum nomina recenſet Hieronymus, cuius tempore floruit. Exceßit annum ætatis octogeſimumtertium. Vide Hieronymum in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum, & lib. 11. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 7. & Tripartitæ, lib. 8. cap. 8.

Diegertica] Διεγερτικὰ, Epithalamia ueteribus dicta ſunt, quæ matutino tẽpore: conabantur: ſicut quæ ueſpere in noctem mediam recitabant, κατακοιμητικὰ, uocabantur. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 28. cap. 15.

Dielcyſtinda] æ (Διελκυστίνδα) Ludus puerorum, quum duæ inter ſe diuiſæ partes, altera alterã manibus iunctis ad ſe retrahere contendit.

Dienſes] populi Macedoniæ. Horum meminit Paulus de cenſibus. In Macedonia, inquit, Iuris Italici ſunt Dienſes, &c. Vide Plin. lib. 4. cap. 10.

Diecula] Vide Dies.

Dierectus] Adiectiuũ (διηρθωμένος) dicitur, inquit Nonius, crucifixus, quaſi ad diem erectus. Varro Eudæmonibus, Apage in dierectum à domo noſtra iſtum ad ſanitatem. Plaut. Caſin. 3. 14, Abi dierectus tuam in prouinciam. Idem Capt. 11. 105, Quin tu quieſcis dierectum cor meum, ac ſuſpende te. Idem Bacch. 12. 7. Feſtus, Dierectum dicebant per antiphraſin, uolentes ſignificare malum diem. Antiquum eſt.

Dies] diei, pen. prod. maſc. & fœm. gen. in ſingulari (ἡμέρα, ἧμαρ) in plurali uerò tantũ maſc. Aſconius, Dies fœminino genere tẽpus dicitur: & ideo diecula, breue tempus & mora. Dies horarum XII. maſc. gen. eſt. Vnde Hodie aduerbium, quaſi Hoc die.

Dies maſc. gen. Martial. lib. 1. 167,

Quartus dies. Plin. lib. 9. cap. 59. 1.

Dies fœm. gen. Virg. Multa dies, uariuſq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius. Iuuen. de Priamo loquens, Satyr. 10,
Longa dies igitur quid contulit? Id eſt, quid ei longæuitas profuit? Hæc Budæus. Iuriſconſulti Annua, bima, trima, quadrima die, pro anni tempore, biennij, triennij, quadriennij, uſurpant. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 6. 2, Et ipſa die quæ debilitat cogitationes & inimicorum & proditorum. Confunditur tamen hæc differentia.

Dies fœm. gen. pro die horarũ XII. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 11, In qua primum erat, quòd antiquior dies intus fuiſſet adſcripta literis, quàm in Cæſaris. Idem ad Attic. lib. 2. 26. 2.

Genitiuus à dies, eſt diei, dij, dies, die. Diei: Plaut. Pſeud. Diei iã multum eſt. Dij: Virg. 1. Aeneid. 128, Munera lætitiamq; dij. Seruius legit dei, Bacchum intelligens, ſeu uinum. Admonet tamen à multis legi die, pro diei. Dies: Cic. pro Seſtio, 22, Equites nõ daturos illius dies pœnas. Liu. in quinta Decade, lib. 4. 2, Per mediam Bœotiã dies unius expedito itinere Chalcidẽ ad claſſem contendit. Virg. 1. Georg. 42,

Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas. Seruius legit die, pro diei. Die: Saluſtius in Iugurtha, Vix decima parte die.

Ablatiuus, Die, uel diu. Saluſt. Diu noctuq; labora.

Dies alius naturalis, alius ciuilis. Dies naturalis, Eſt tempus ex oriente ſole ad ſolis occaſum. Hunc aliqui artificialem dicunt, alij hemiſphærialem. Cuius contrarium tempus eſt. Nox, id eſt, umbra terræ: uidelicet ab occaſu ſolis uſque ad ortum. Dies ciuilis uocatur tempus quod fit uno cæli circumactu, id eſt, inter unum ſolis ortum & alium: quo & uerus dies, id eſt lux & nox continetur: ut quum dicimus aliquem dies triginta tantum uixiſſe, noctes etiam comprehendimus. Nox enim teſte Seruio, pars eſt diei, ſed diem dicimus à parte, quã conſtat eſſe meliorem. Vnde uſus obtinuit, ut ſine noctis commemoratione, dierum numerus exprimatur. Hæc ex probis authoribus.

Dies alius iudicat de alio. Plin. lib. 7. cap. 40. 3.

Diecraſtini, pro Die craſtino. Plaut. Moſtell. 12. 21, Hanc rem diecraſtini quum herus reſciuerit. Idem Menæh. 2. 4. 97, Mane ſanè, die ſeptimi uænibunt ſerui. Ita loquutos ueteres docet Macrobius 1. Saturn. cap. 4, ita inquiens, Sed nec diecraſtini à doctiſſimo uiro, ſiue ueterum autoritate prolatum eſt, quibus mos erat modò Diequinti, modò Diequinte, pro aduerbio copulatè dicere: cuius indicium eſt, quòd ſyllaba ſecunda corripitur, quæ natura producitur, quum ſolum dicitur die. Quòd autem diximus extremam iſtius uocis ſyllabam tum per e, tum per i ſcribi, conſuetum id ueteribus fuit, ut his literis plerunque in fine indifferenter uterentur, ſicut Priſtine & priſtini, procliue & procliui. Gell. lib. 10. cap. 24.

Acceſſus & defectus dierum ac noctium. Vide Accedo.

Die decies. Plaut. Milite, 11. 39, Complebatur die. Sub. in.

Medio diei. Tacit. lib. 12. Et lib. 17, Medio diei temulentus.

Per medium diei nudus repertus eſt exercitando corpori. Tacit. lib. 14.

Pars melior diei acta. Virg. 9. Aeneid. 32.

Ad diem. Vide Ad præpoſitionem.

Ad diem pecuniam ſoluere. Cic. Attico, lib. 16. 241. 2.

Ad hanc diem. Vide Ad præpoſitionem.

Ad multum diem. Vide Multus.

Ad ſerum uſq; diem Vitelliani ſaxis, piliſq; ſubeuntes ardebant. Tacitus lib. 19.

Ante diem cadere uel mori. Virg. 4. Aeneid. 146.

De die, pro Interdiu. Sueton. Lauabat de die. Curtius lib. 5, De die inibat conuiuia, quibus fœminæ intererant. Idẽ lib. 8.

In diem abijt malum. Terent. Phorm. 5. 2. 16. Vide Abeo. Abire in diem.

In hanc diem. Vide In.

In diem determinare. Vide In.

Digitized by Google

In dies. Vide In.
In dies uitium creſcit. Cic. Topic. 32.
In paucos dies. Vide In.
In eum diem. Vide In.
In dies ſingulos. Vide In.
In qua die. Vide In.
In his diebus. Vide In
In diebus pauculis. Vide In.
In diē pœnas præſentis fraudis dij reſeruāt. Cic. pro Cælio, 46.
Incidere in diem. Vide Incido.
In diem uiuere. Vide In.
Inter paucos dies. Vide Inter.
Intra uiginti dies. Vide Intra.
Dies noctesq́; , uel Dies & noctes. Plaut. Rud. 10. 48. Terent. Eunuch. 1. 2. 113, Dies noctesq́; me ames, me deſyderes. Cicero pro Roſc. Amer. 40, Dies noctesq́; parentum pœnas à conſceleratiſsimis filijs repetant.
Noctes atque dies, id eſt, ſemper. Lucretius lib. 2. 3. Et Virgil. 6. Aeneid. 26.
Diem noctemq́; , uel Diem ac noctem. Cic. pro lege Agrar. 70. Idem. 2. de Diuinat. 87,
Diei multum iam eſt: Id eſt, multum diei iam præterijt. Plaut. Pſeud. 20. 50.
Tela lucida dici. Lucret. lib. 1. 30.
Quinquennij die, pro Quinto anno. Proculus in l. Atilicinus. ff. de pactis dotalibus, Quum inter uirum & uxorem pactū conuentum ante nuptias factum eſſet, ut quibus diebus dos data eſſet, ijſdem diuortio facto redderetur: poſt quinquennium, quàm nuptiæ factæ ſunt, uxor uiro dotem dedit, diuortio facto: quæro utrum quinquennij die uir uxori dotem reddet, an ſtatuto legibus tempore?
Annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno promittere aliquid reddere. Vlpianus in l. aliud. ff. de Pactis dotalibus, Aliud eſt ſi pater pro filia dotem promiſit, ut annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno à ſe redderetur, &c.
Almus dies. Virg. eclog. 8. 4. Vide Almus.
Anguſta dies. Stat. 1. Thebaid. 89.
Annua dies. Vide Annuus.
Antiqua dies. Vide Antiquus.
Anteacta dies. Lucret. lib. 1. 48.
Aprica dies. Valer. 1. Argon. 169. Vide Apricus.
Atra dies, id eſt, infauſta. Virg. 6. Aeneid. 86. Vide Ater
Auſtrinus dies. Vide Auſter.
Benignus dies. Stat. 5. Sylu. 1. 22.
Bonus, Felix. Horat. 3. Carm. ode 21. 2.
Breuior. Virg. 1. Georg. 63.
Cæco die emere aliquid. Vide Cæcus.
Calidus. Claud. 2. Paneg. 53.
Candida. Ouid. ad Piſonem, 52.
Celeberrimus. Vide Celebris.
Centeſimus. Vide Centeſimus.
Certa. Vide Certus.
Clara. Virg. 5. Aeneid. 9.
Compitalitius. Vide Compitum.
Continuus. Claud. 3. Panegyr. 38. Vide Contineo.
Craſtinus. Vide Cras.
Criticus. Vide Criticus.
Cupidus dies, Optatus. Senec. Hippol. 7. 1.
Damnoſa dies. Horat. 3. Carm. ode 6. 9.
Extremo iā die ſua quiſq; in tentoria dilaberetur. Tacit. lib. 19.
Dies feſte licentiæ. Quintil. lib. 6. cap. 3. 10.
Feſtus, uel feſta dies. Horat. 3. Carm. ode 8. 2. Ouid. 1. Faſt. 18. Tacit. lib. 13.
Formoſi dies. Ouid. epiſt. 21. 25.
Fugaces. Lucan. lib. 2. 112.
Geniales. Iuuenal. Satyr. 4. 7.
Hilares, Iuuenal. Satyr. 15. 5.
Hoſtilis, Inimica, noxia. Stat. 2. Sylu. 1. 11.
Impetrábiles. Vide Impetro.
Inſeſtæ. Lucret. lib. 3. 184.
Innubis. Sen. Herc. Oeth. 4. 2.
Inſtauratitiæ dies. Vide Inſtauro.
Iucunda. Valer. 7. Argon. 68.
Labens. Virg. 4. Aeneid. 16.
Lætus. Virg. 1. Aeneid. 148.
Laxa. Vide Laxus.
Legitimi dies. Vide Lex.
Lepidus dies. Vide Lepidus.
Longa dies. Virgil. 2. Georg. 40. Horat. 1. epiſt. 1. 4.
Lucidus dies. Seneca Hippol. 10. 9. & 4. 43.
Luculentus dies. Vide Luculentus.
Luſtricus dies. Suet. in Nerone, cap. 6. Id eſt, quo luſtrū fiebat.
Medius dies. Meridies. Ouid. 3. Metam. 29,
Medium diem pro plaga meridionali dixit Virgilius libro 3. Georg. 61.
Mœſtus dies. Seneca Troade, 4. 8.
Multo deniq; die. Vide Multus.
Multo adhuc die, uallum ingreſſus. Tacit. lib. 18.
Natalis dies. Ouid. 1. de Arte, 82.
Neſaſtus dies. Horat. 2. Carm. ode 13. 1.
Negocioſi dies. Tacit. lib. 13.
Nitidus. Seneca Hippol. 11. 5.
Niualis. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 6. Vide Nix.
Nuptialis. Senec. Medea, 12. 22.
Operarius. Vide Operarius.
Ocioſus. Vide Ocioſus.
Pandicularis. Vide Pandiculor.
Parentalis. Ouid. 2. Faſt. 110.
Perendinus. Vide Perendinus.
Perexiguus. Vide Perexiguus.
Placidus. Ouid. 11. Metam. 150.
Poſtero Iduum die redeuntē à cœnā Othonē, &c. Tacit. lib. 17
Præceps dies. Senec. Agamemn. 6. 14.
Præcipiti iam die, Liu. elegantiſsimè dixit, lib. 4. Decad. 1. quomodo Curtius uocat præcipitem ſenectutem.
Primus quæſtionis dies contemptus. Tacit. lib. 15.
Profeſti dies. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 29.
Pudibunda dies. Stat. 5. Thebaid. 60. Id eſt, rubicūda, quòd quī pudore ſuffunduntur, erubeſcant.
Pulchra dies. Horat. 1. Carm. ode 36. 2. Et, Pulcher dies in ea ſignificatione, apud eundem 4. Carm. ode 4. 8.
Dura dies. Claud. 2. de Raptu Proſerp. 1.
Purpureus dies. Senec. Herc. Oeth. 14. 14.
Sacer dies. Horat. 2. Carm. ode 12. 4. Tacit. lib. 13.
Sacrifici dies. Ouid. 13. Metam. 129.
Senecta dies. Plin. lib. 2. cap. ult. 1.
Sicci dies, Aeſtiui. Horat. 3. Carm. ode 29. 4.
Solidus dies, Integer & perfectus. Stat. 4. Sylu. 3. 8.
Partem ſolido demere de die. Horat. 1. Carm. ode 1. 4.
Stati dies. Tacit. lib. 20.
Summa dies. Virg. 2. Aeneid. 65.
Suprema dies. Horat. 1. Carm. ode 13. 4.
Tarda dies. Ouid. 15. Metam. 174.
Tepidi & inſolati dies. Vide Inſolo, inſolus.
Volucris dies. Horat. 3. Carm. ode 28. 2.
Nubes abſcondit diem puluere. Senec. 2. Thebaid. 15.
Abſumere diem. Vide Abſumo.
Abſumere & decipere diem. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 23.

Abſumpta

Digitized by Google

Absumpta dies querelis. Silius lib. 13. 79.
Adimere diem. Vide Adimo.
Adest dies. Vide Adsum.
Admittere diem. Vide Admitto.
Dies affert, & hora potius, nisi prouisum est, magnas sæpe clades. Cic. in Tuscul.
Agere, uel Agitare diem. Vide Ago.
Agitare dies festos. Virg. 2. Georg. 106.
Amittere diem. Stat. 8. Thebaid. 10.
Aperire diem. Vide Aperio.
Proximus dies faciem uictoriæ latius aperuit. Tacitus in uita Agricol. lib. 19.
Appetebat iudicij dies. Vide Appeto.
Cedunt dies. Vide Cedo.
Celebrare dies. Vide Celebro.
Componere diem. Vide Compono.
Condere diem. Horat. 4. Carm. ode 5. 6.
Conficere diem. Vide Conficio.
Conserere diem nocti. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2.
Contactus religione dies. Vide Contingo.
Conterere diem uerbis. Senec. Troad. 8. 5. Vide Contero.
Constituere in diem, & diem, alicui rei. Vide Constituo.
Consumere diem. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12. 2.
Consumere totum diem in uino. Quintil. lib. 1. cap. 2. 9.
Consumpta dies epulis. Stat. 2. Achil. 50.
Decedens dies. Virg. 4. Georg. 93.
Decrescente die. Vide Decresco.
Dedo tibi hunc diem. Vide Dedo.
Deducere dies. Vide Deduco.
Detinere diem sermone. Ouid. 1. Metam. 137.
Dicere diem alicui propter iniurias. Cic. 1. Verr. 73.
Dicere diem operi. Cic. 3. Verr. 106.
Discernere diem noctemq;. Virg. 3. Aeneid. 41.
Diem dispersit in undas Phœbus. Valer. 2. Argon. 16.
Dare diem alicui. Cicer. Attic. lib. 4. 86. 2. Idem 3. de Natura deor. 137.
Liberum diem alicui dare. Senec. Thyest, 1. 13.
Imbellem diem donare Lyæo. Silius lib. 11. 82.
Lucifer ducit diem. Virg. 2. Aeneid. 159.
Ducenda dies somno. Seneca Thyeste, 5. 13.
Optimi dies uitæ effluunt. Senec. Hippol. 4. 19.
Nubes eripiunt diem ex oculis. Virg. 1. Aeneid. 19.
Eximere diem. Cic. Qu. frat. lib. 2. 10. 9.
Exoritur dies. Lucan. lib. 1. 47.
Diem ex die expectare. Cic. Attic. lib. 7. 144. 3.
Expectata dies aderat. Virg. 5. Aeneid. 21.
Supremum diem expleuit. Tacit. lib. 3.
Nobilem diem facere. Seneca in Herc. Oeth. 11. 13.
Festinata dies fatis. id est, mors præmatura. Lucan. lib. 5. 132.
Extremum diem finire. Seneca Herc. Oeth. 9. 16.
Flexo in uesperam die, apud Tacitum, lib. 1. Huc pertinet solennis illa Liuij locutio, pro Cœpta nocte, Primis tenebris.
Fœdare diem nube. Claud. 1. de Raptu Proserp. 80.
Fuscare diem nube. Valer. 1. Argonaut. 80.
Honoratus dies. Claud. 5. Paneg. 52.
Illuxit dies. Seneca Herc. Oeth. 1. 12.
Letissimus dies ciuitati illuxit. Cic. Bruto, 15. 10.
Impendere diem in re aliqua. Senec. Herc. furente, 1. 5.
Impertire diem festum. Vide Impertio.
Implere diem longis sermonibus. Ouid. 7. Metam. 135.
Incæstare diem. Stat. 11. Thebaid. 24.
Inclinat dies. Vide Inclino.
Incurrere diem. Vide Incurro.
Iduere diem. Tacit. lib. 5.
Indicere diem pugnæ. Vide Indico.
Infanda dies. Virg. 2. Aeneid. 27.
Infecere diem uolumina nigri fumi. Ouid. 13. Metam. 132.
Insequens dies. Vide Insequor.
Insolati dies. Vide Insolo.
Instaurare diem donis, uel ludis, uel uoluptatibus. Virgil. 4. Aeneid. 13.
Intercessit dies, uel nox. Vide Intercedo.
Intercisa dies. Claud. 5. Paneg. 35. Vide Intercido.
Paucis interiectis diebus. Vide Interiicio.
Intermittere diem. Vide Intermitto.
Intercalares dies interponere mensibus. Vide Interpono.
Aliquot interpositis diebus. Vide Interpono.
Nimbi inuoluere diem. Virg. 3. Aeneid. 40.
Lacerare diem. Vide Lacer.
Lapsis paucis post diebus. Vide Labor.
Memoranda dies Stat. 1. Sylu. 3. 3.
Miseranda dies. Seneca Octau. 3. 4.
Morari diem. Virg. 5. Aeneid. 15.
Obducere diem. Vide Obduco.
Obire diem aliquem. Vide Obeo.
Obrepit dies. Vide Obrepo.
Obtigit dies. Vide Obtingit.
Offert dies famem & pauperiem. Plautus Pseud. 10. 10. Vide Ornatus in Orno.
Onerare diem commoditatibus. Vide Onero.
Optata dies. Ouid. epist. 20. 9.
Orta dies. Virg. 7. Aeneid. 30.
Pallet dies. Lucan. lib. 7. 36.
Pandere die discussa nube, dicitur sol. Senec. Herc. Oeth. 13. 21.
Sæuum pati diem. Valer. 8. Argon. 20.
Permittere diem precibus alicuius. Stat. 4. Sylu. 1. 7.
Postulare diem in Siciliam inquirendi. Cic. 2. Verr. 4.
Præcipitate in occasum die. Tacit. lib. 19. Legitur & præcipiti.
Premitur dies uicina nocte, id est, uesperascit. Senec. Oedip. 12. 18.
Processit dies. Virg. 3. Aeneid. 71.
Producere diem in 4. Idus Feb. Cic. Qu. frat. lib. 2. 7. 1.
Proijcere diem, est mori, apud Statium lib. 2. Thebaid. 132. Et lib. 1. 48, Oculos sibi eruere.
Promissa dies aderat. Virg. 9. Aeneid. 22.
Sol diem curru promit & celat. Horat. in Carm. secul. 2.
Raptus à sole dies, id est, obscurus & tenebricosus. Stat. 5. Thebaid. 73.
Aurora diem reducit. Virg. 1. Georg. 50.
Sol diem refert, conduq; relatum. Virg. 1. Georg. 92.
Reluxit dies cæco. Tacit. lib. 20.
Renatus dies. Senec. Herc. Oeth. 7, 24.
Reserata dies, id est, aperta. Nox enim diem claudit. Stat. 4. Thebaid. 96.
Laxam diem statuere. Cic. Attico, lib. 6. 111. 28,
Dies eorum est. Cic. Attico, lib. 8. 154. 1.
Surgens dies. Virg. 3. Georg. 80.
Extremum diem fati sustinere. Ouid. 1. Epist. 23.
Tenere diem questu. Senec. Herc. furente, 9. 4.
Truditur dies die. Horat. 2. Carm. 18. 3.
Venire in diem, pro Nasci, siue in lucem prodire, dixit Solinius cap. 4.
Venit dies. Catul. in Epithalamio Iuliæ, 56. 18.
Vergens dies in noctem. Senec. Thyest. 9. 2.
Vesperascēte die, sitim haustu gelidæ aquæ sedauit. Tacit. lib. 18.
Violare diem flatu. Claud. 1. in Ruffin. 13.
Vmbrare diem telis. Claud. 2. in Ruff. 25.
Varia diei ciuilis principia fuerunt, testibus Macrobio, lib. 1. Saturn.

Digitized by Google

Saturn.cap.3.& Gellio lib.3.cap.2,Babylonij enim diem ci uilem terminant ab uno ſolis ortu ad ſequentem exortum: Athenienſes ab occaſu ad occaſum: Vmbri à meridie ad meridiem,Romani à media nocte ad mediam noctem, quod poſtremum Galli & multæ aliæ gentes obſeruant.

Poſt reperta horologia, Romani diem in uiginti quatuor horas partiti ſunt. Nam apud antiquiſſimos ,horarum nomen incognitum ratione erat,quum in duodecim tabulis nuſquã inueniantur horæ nominatæ.

Diei, id eſt, lucis partes ex Varrone: Manè. Ortus,Meridies, Occaſus.

¶ Dieſcit,Dies fit:ſicut Nocteſcit,nox fit: quibus ſolum utimur in tertijs perſonis abſolutè & imperſonaliter.

¶ Diecula,pen.corr.Diminutiuum (ἡμερίδιον) Breue tempus & mora, inquit Aſconius. Plaut.Pſeud.7.88.Terent. And. 4.2.27,

Eho tu impudens,non ſatis habes quod tibi dieculã addo? Vbi Donatus, Dieculam,horam.& eſt ὑποκόρισμα, dieculam,id eſt,tempuſculũ.& ſumitur ab eo quod eſt Hæc dies. Diecula, mora, & quaſi parua dies. Cic.ad Atticum,lib.5. ep.18,Commemorat quid olim etiam mali C. Iulius fecerit, quum dieculam duxerit,nunquam Reſp.plus.

¶ Dieſpiter, pen. corr. (ἡμεροπατὴρ) dicitur Iupiter, id eſt, diei pater,ut ait Varro lib.4.de Lingua Latina.

Dieſpiter igni coruſco nubila diuidens. Horat.1.Car.ode 34.1.

¶ Dialis,& hoc diale,pen.prod.Vnius diei. Macrob.lib.7.Saturn.cap.3,Tullius in Conſulem,qui uno tantùm die Conſulatum peregit:Solent (inquit)eſſe Flamines diales,modò Cõſules diales habemus.

¶ Diurnus, Adiectiuum (ἡμερήσιος) Quod in die fit.Cic.de Senect.74, An cenſes (ut de meipſo aliquid more ſenũ glorier) me tãtos labores diurnos,nocturnoſq; domi,militiæq; ſuſcepturum fuiſſe,&c.

Acta urbis diurna.Tacit.lib.13.

Quies diurna & nocturna,Cic.2.de lege Agr.21.

Scriptura actorum diurna.Tacit.lib.3.

Diurna ſtella.Plaut.Menæh.4.60.

Spacium diurnum & nocturnum.Cic.1.de Inuent.55.

Diurna dicuntur etiam quæ ſeruis in diem dantur demenſa.Seneca epiſt. 81, Diurnum accipit,in centunculo dormit.

Populi Romani diurna per prouincias, per exercitus curantiũ leguntur.Tacit.lib.16.

Dieſis] διέσις, Perfuſio, percolatio. Eſt etiam uerbum muſicum:ſignificat enim quum ſonus primùm ſenſu percipi poteſt,principiumq; eſt muſicis & elementum,ut punctum & monas Arithmeticis Ariſt.9.Metaph.Budæus.

Dieteris] pen.prod. (διετία) Tempus duorum annorum, ſicut Triecteris,trium annorum,uel certè (ut eleganter docet Cenſorinus) quod tertio quoq; anno recurrit. Nã apud ueteres Trieteris conſtabat ex quinq; & uiginti menſibus, hoc eſt ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menſes, alter tredecim. Sic etiam Penteteris dicitur tempus hoc duplicatum, hoc eſt quadriennij ſpacium: ita dictum, quòd quinto quoq; anno recurrat.

Diethuſa] Διέθουσα, Inſula eſt Thraciæ adiacens, non procul à Cheroneſo:cuius meminit Plin.lib.4.cap.12.

Dieuches] Medici nomen,Plinio lib.20.cap.5.

Diffamo] diffamas, pen. prod. (διαφημίζω) diffamare. Tacitus,A Nerone probroſo carmine diffamatus,contumelias ultum ibat.

Adulterium diffamatum.Ouid.4.Metam.48.

Diffarreatio] Sacrificij genus, quod apud antiquos inter uirum & uxorem fiebat, quaſi diſſolutio. Huius contrariũ eſt Confarreatio.Feſt.

Differcio] differcis,differſi,differtum (πλαρόω) differcire, à ſimplici Farcire,Implere ſignificat.Hora.1.epiſt.6.12.Differtum tranſire fórum.Idem 1.Serm.Satyr.5.1.

Odoribus differtum corpus conditur.Tacit.lib.17.

Differo] pen.prod.differs,diſtuli, pen. corr.dilatũ (ἀναβάλλομαι, ὑπερβάλλομαι, ὑπερτίθεμαι, διαλύω) Differre,in dtuerſas partes ferre.Plaut.Rud.10.38.

Nos cum ſcapha tempeſtas dextrouerſum Differt.

Differre, pro Auferre, extrahere,& aliò transferre. Varro 1. de re Ruſtica, cap.4, Cythiſum ſeritur in terra bene ſubacta, tanquam ſemen braſſicæ: inde differtur,& in ſeſquipedem ponitur.

Caſtra in plano ſita,ui fluminis differebantur,hoc eſt iactabantur.Tacitus lib.21.

Differre aliquem,Diſturbare,& in diuerſum ferre,inquit Donatus. Terentius And.2.4.5, Orationẽ ſperat inueniſſe,ſe qua differat te.Plautus Pſeud. 5.124, Iam ego te differam dictis meis.

Differri,& Differri doloribus, Idẽ.Plaut.Ciſtel.5.5,Miſer exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior. Terent. Adel.3.4.40,Miſeram me,differor doloribus.

Differri amore uel cupiditate,aut Letitia.Plautus Epid.3.15. Et Milit.16.26.Item in Truc.15.3.

Inuidia differri,Id eſt,traduci.Propert.lib.1.eleg.15.10.

Dolorem differre.Lucanus lib.2.8.

Differre famam aliquam alicui.Plaut.Trin.10.63.

Differre rumorem, pro Diuulgare, inquit Donatus. Terent.in Prolog.Heauton.16.

Varijs rumoribus aliquid differre.Tacit.lib.1.

Differre ulmos in uerſum,pro In ordinem mittere uel ponere. Virg. 4.Georg.

Differre, diſtare, cui contrarium eſt, Idem ualere.Variè autem conſtruitur.

Differunt inter ſe,& Copulata ſunt contraria.Cic.4.Tuſc.36.

Differre & Idem eſſe,contraria.Cic.1.de Inuen.57.

Differre,& Similes eſſe,contraria.Cic.2.de Orat.53.

Diſtare & differre. Cic. Topic.17, Quanquam enim uocabula propè idem ualere uideantur:tamen quia res differebant, nomina rerum diſtare uoluerunt.

Intereſſe,& differre.Cic.3.de Orat.108.

Differre à.Plaut.Trucul.14.12.Cic.pro Cecinna,29, Quî hoc ab illo differt? Sic,Differre plurimum à beſtijs. Cic.2. de Finibus, 57.

Differt à cæteris robore. Plin.in quadam epiſtola.Sic, Differre ueſtitu ab aliquo.Cic.8.Philip.255.

Differunt in candore.Plin.lib.9.cap.35.9.

Differunt inter ſe. Cic.5.Verr.176. Idem 3.de Finibus 51, Sed eorum definitiones paulùm oppidò inter ſe differunt Ceſar 1.bel.Gal.2, Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differunt.

Inter locum & locum multa plurimũ differunt.Cic.de Fato, 11.

Nihil,aut non ferè multum differunt ætates ueſtræ, ut illorum. Cic.de claris Orat.77.

Multum differre ab,&c. Vide Multus.

Differre nominibus.Cic.1.Acad.24.

Paulùm differre. Vide Paulùm.

Differunt paulùm pedibus ſimiæ. Plin.lib.11.cap.44.1.

Conchæ conchis differunt. Subaudi præpoſitionem A.Plinius libro 9.cap.35.3.

Res cum re differt.Cic.2.de Inuent.234.

Titulo differre.Ouidius 1.de Ponto,eleg.1.4,

Rebus idem,titulò differt.

Differre (ἀναβάλλειν) Prorogare,& ſpatium temporis extẽdere.Mart.lib.10.44.

Gaudia

Digitized by Google

Gaudia tu differs, at non & stamina differt Atropos.
Differre & procrastinare. Cic. pro Rosc. Amer. 15.
Differre & reseruare. Cic. Qu. frat. lib. 2. 9. 3.
Ad aliquod tempus aliquid differre. Cic. in Vatinium, 22.
In annum differre aliquid. Horat. 1. epist 2. 8.
Differre in posterum diem, in aliud tempus, in mensem, Cæsar 1. bel. Ciuil. 243. & 332. Martial. lib. 94. Cic. 4. Tusc. 127. Et ad Luceium, lib. 5. 12. 35.
Differre aliquem. Mart. lib. 13. 55,
Musteus est, propera, charos nec differ amicos. De petasone.
Aliquem in aliud tempus differre. Cic. Luceio, 5. 12. 35.
Differre in alium sermonem. Cic. de Vniuersitate, 38.
In posterum sermonem differre. Cic. Attic. lib. 8. 205. 7.
Distalit in seram commissa piacula mortem. Virg. lib. 11. Aen.
In ultimum differre aliquid. Quintil. lib. 7. cap. 2. 9.
Animum differre, Id est, iram & impetum. Stat. 5. Theb. 148.
Bellum differre. Lucan. lib. 3. 11.
Certamina differre. Ouid. 6. Metam. 11.
Differre diem de die. Liu. 5. bel. Pun. 144.
Diem edicti differre. Cic. 3. Philipp. 137.
In aduentum alicuius disputationem differre. Cicero Curioni, libro 2. 2. 7.
Gaudia sua differre. Ouid. 6. Metam. 103.
Differre honorem. Plin. in Paneg. 94..
Iter differre. Claud. 4. Paneg. 91.
Mandata differre. Propert. lib. 3. eleg. 16. 2.
Mortem differre per multa secula, Id est, uiuere multa secula. Iuuenalis. Satyra 10. 25.
Opus differre. Ouid. 1. Fast. 15.
Paulisper differre. Vide Paulisper.
Pœnam differre. Claud. de bel. Getico, 79.
Differre se in horas uenturas. Ouid. 1. de Remed. amor, 19.
Differre sitim. Plin. epist. 22. c.
Distulit ira sitim. Ouid. 6. Metam. 74.
Tempus in aliqua causa differre. Cic. 4. de Diuin 2.
Tempora differre. Ouid. 9. Metam. 154.
Vadimonium differre cum aliquo. Cic. Attic. lib. 2. 22, Magistratuum autem erat, nec nisi magnis ex causis fiebat, ut in luctu publico, & ut iustitiũ inducebatur, & huiusmodi causis. Iuuenalis Satyr. 3. 21,
Si magna Astyrij cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt uadimonia Prætor. Hæc Bud. Erat etiam litigatorum. Cic. pro Quintio 12. Deinde Romæ dies xxx. ferè Quintius commoratur: cum cæteris quæ habebat uadimonia differt.
Distulerunt uadimonia chartæ, per translationem. Mart. libro 8, 61.
Differre, pro Discerpere. Horat. Epod. 5. 21,
Pòst insepulta membra different lupi, &c.
Differre, pro Diducere. Horat. Epod. ode 10. 2,
Niger rudentes Eurus inuerso mari
Fractosq; remos differat. Hoc est, cessare faciat. Acron. Non malè tamen exposueris. Huc illud disijciat, dissipet, in diuersa ferat.
Aquilo differt nubila. Virg. 3. Georg 39. Id est, dissipat. Seru.
¶ Differens, pen. corr. (διαφέρων) Particip. Cic. de Fato, 13.
Differens, & Congruens, contraria. Cic. 1. de legib. 55, Aristotelem & Theophrastum cum illis congruentes re, genere dicendi paulùm differentes, secuti sunt.
Differens & Par, contraria. Cic. 1. de legib. 44.
¶ Differentia, huius differentiæ (διαφορὰ) Cic. 4. Acad. 199, Quòd uideretur esse quædam in uisis differentia.
Differentia & dissimilitudo in rebus. Cic. 5. de Finib. 31.
Differentia, pro Dilatione. Quint. lib. 7. 134. b
Differentia angusta. Plin. lib. 21. cap. 5. 2.
¶ Dilatus, pen. prod. (ἀναβεβλημένος) Particip. Cic. 4. Verr. 53, Quasi metueret ne Petilius priuato illo iudicio trãsacto, aut dilato, cum cæteris in consilium reuerteretur.
Merces dilata officijs, Officia non statim compensata. Claud. 8. Paneg. 51,
Pœna dilata in tempus mortis. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 7.
Vindicta dilata. Ouid. 12. Metam. 2.
Pars laborum dilata. Ouid. 3. Metam. 35.
¶ Dilatio, uerbale (ἀναβολὴ) Prorogatio. Plin. lib. 18. cap. 2. 10, Nec ulla segetum minus dilationem patitur.
Dilatio cõtrariũ. Cic. ad Attic. lib. 2. 30. 2. et pro leg. Manil. 1.
Temporis dilatio. Cic. 3. Philip. 124.
Pati dilationem. Vide Patior.
Petere dilationem. Plin. epist. 18. a.
Per dilationes bellum gerere, Id est pedetentim & per interualla, Liuius lib. 5.
¶ Dilator, pen. prod. dilatoris (ἀναβλητὴς) Verbale. masc. Horat. in Arte, 35 de senibus,
Dilator, spe longus, iners, auidusq; futuri.
¶ Dilatorius, ut, Exceptiones dilatoriæ, Vlpian. in l. 2. ff. de Exception. & Caius. in lib. 3. eod. tit.
¶ Differitas (διαφορὰ) pro differẽtia, apud antiquos. Lucret. libro 4. 125, Tantaq; in his rebus distantia, differitasq; est. Nonius.
Diffibulo] diffibulas, pen. corr. (ἀποπορπέω) diffibulare, Est fibulis dissoluere. Stat. 6. Thebaid. 114,
Tandem expectatus uolucri super agmina saltu
Emicat, & torto clamydem diffibulat auro.
Difficilis] & hoc difficile, pen. corr. (χαλεπὸς, ἐργαλέος, δυσχερὴς, δύσκολος, ἀμήχανος) Notæ significationis. Terent. Heaut. 4. 2. 8, Nihil tam difficile, quin quærenda inuestigari possit. Idem And. 1. 3. 6, Cui uerba dare difficile est.
Nec graue, nec difficile. Cic. 2. de Inuent. 216.
Aditus difficiles. Ouid. 1. de Remed. Amor. 24.
Difficillimus & carissimus amor ab meretrice auara. Terentius Eunuch. 5. 4. 4.
Bilis difficilis. Horat. 1. Carm. ode 13. 1.
Difficilis homo, Morosus. Terent. Heaut. 3. 2. 24, Atq; hunc difficilem inuitum seruaret senẽ. Cic. de Senect. 7. Moderati enim, nec difficiles senes.
Difficilis & morosus. Cic. in Orat. 56.
Ianua difficilis. Ouid. 8. Metam. 35.
Labor difficilis. Ouid. 2. de Arte, 108.
Scopulosus difficilisq; locus. Cic. 1. Verr. 19.
Difficiles nugæ. Martial. lib. 2. 86.
Obtusus difficilis, Id est, mors difficilis. Virg. 4. Aen. 139.
Illepidus & difficilis in liberos parens. Cic. 3. de Nat. deor. 102.
Arduæ & difficiles res. Cic. 2 de Inuent. 142.
Contortæ res & difficiles. Cic. 1. de Orat. 130.
Difficiles & obscuræ res. Cic. 1. Offic. 29.
Difficilis & multum sæpe quæsita res. Cic. 3. de Legib. 48.
Obscura res, & difficiles explicatus habens. Cic. 3. de Natura Deorum, 136.
Scopuli difficiles. Virg. 5. Aeneid. 172.
Difficillimum Reip. tempus. Cic. 5. Philip. 197, Difficillimũ solutionis tempus, Cic. pro Cecinna, 8.
Difficiles primùm terræ, collesq; maligni. Virg. 2. Georg. 36. Hoc est, contumaces & duræ.
Difficilis transitus. Cæsar 6. bel. Gal. 21. Sic, Difficilis locus. Sallust. in Iugurth. Cæsar 8. Bel. Gal. 11.
Via difficilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 2.
Difficilem esse precibus alicuius. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 4.

Prouincia

Prouincia aditu difficilis. Tacit. lib. 17.
Difficilis collectu. Plin. lib. 12. cap. 19. 4.
Difficile dictu. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 4, Quod scire nis quaquisq; in te fide sit, & uoluntate, difficile dictu est.
Difficile est dicere. Cic. 4. Acad. 62.
Difficile ad fidem est tam in antiqua re, quot pugnauerint, ceci derintue, exacto affirmare numero. Liu. 3. ab Vrbe, 21.
Res difficilis ad credendum. Lucret. lib. 2. 206.
Difficile ad eloquendum. Cic. 1. Offic.
¶ Difficultas, difficultatis (χαλεπότης, ἀπορία, ἀνχολία, ἀνχέρεια) Plautus Epid. 5. 102, Ne qua ob eam suspicionẽ difficultas eueniat.
Difficultas & dolor. Cic. Attic. lib. 8. 147. 8.
Difficultas & labor. Cic. pro Cluentio, 1.
Difficultas & magnitudo rei. Cic. 1. de Orat. 9.
Pericula & difficultates. Cic. Antequam iret in exilium, 63.
Domestica difficultas & turpitudo. Cic. 1. in Catil. 10.
Difficultatis in audiendo. Plin. Paneg. 132.
Difficultas maxima, quòd Plin. epist. 157. a.
Difficultas nulla à me erit uobis, &c. Terent. Hecyr. 4. 4. 45.
Difficultas nummaria, & rei nummariæ. Id est, paupertas, ut ait Asconius, & inopia. Cic. 6. Verr. 10. Idem 4. Verr. 49. Vide Nummus.
Difficultas summa ob rem aliquam. Cæsar 4. bel. Gal. 553.
Difficultas annonæ, summáq; inopie rei frumentariæ. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 10.
Difficultas corporis. Cels. lib. 2. cap. 2. ad finem.
Difficultas spirandi. Cels. lib. 2. cap. 1. ad finem.
Difficultas spiritus. Cels. lib. 5. cap. 25.
Difficultas urinæ. Plin. lib. 20. cap. 11. 5.
Nullis Difficultatibus Pop. Rom. Cic. 7. Verr. 41.
Absunt à nobis hæ difficultates, Vide Absum.
Affectata difficultas. Quint. lib. 1. cap. 1. 27.
Asserre difficultatem magnam uoluntati ac diligentiæ alicuius. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 47. Vide Affero.
Affert summam rei difficultatem. Quint. lib. 6. cap. 3. 4.
Afficere difficultate. Vide Afficio.
Affici atq; affligi difficultatibus. Cic. pro Quintio, 5.
Circunuentus difficultatibus. Vide Circunuenio.
Conflictatus multis per eos dies difficultatibus. Liuius libro 10. Decad. 4.
In difficultates aliquas delabi. Cic. de Fato, 57.
Exorbere difficultatem. Cic. pro Murena, 17.
Habere difficultatem. Cic. Attic. lib. 13. 287. 5.
In magnam aliquam difficutaltem incurrere. Cicero Sulpitio, libro 4. 28. Vide Incurro.
Infringere difficultatem alicuius rei. Vide Infringo.
Perrumpere difficultatem. Vide Perrumpo.
Pertimescere difficultatem alicuius rei. Cic. 1. de Orat. 59.
¶ Difficilè, Aduerb. (χαλεπῶς) Plin. lib. 27. cap. 12. 14. Cic. 2. de Inuent. 247, Difficilè autem fieri, quòd quanquam laboris, sumptus, molestiæ, longinquitatis indiget, &c.
Difficillimè. Plin. lib. 16. cap. 33. 1, Cupressus aduena, & difficillimè nascentium fuit.
¶ Difficulter, difficilius, difficillimè, Aduerbiũ (ἀνχόλως) Plinius lib. 11. cap. 53. 5, Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis, acria, nimia, & auidè hausta, et in æstate quàm hyeme difficilius.
Difficulter atq; ægrè fiebat. Cæsar 1. bel. Ciuil. 231.
Difficulter ambulare. Plin. lib. 10. cap. 19.
Haud difficulter persuadere Latinis. Liu. 1. ab Vrbe, 228.
¶ Difficiliter, pen. corr. (ἀνχερῶς) non dici, docet Valla in Pogium, legitur tamen apud Columellam (nimẽdosus sit locus) lib. 5. ca. 3. 1, His igitur uelut primordijs talis ratiocinij perceptis, non difficiliter mensuras inibimus agrorum.
Difficiliter internoscere aliquid. Cic. 4. Acad. 91.
Diffido] diffidis, penult. prod. diffisus sum uel fui, diffisum (ἀπιστέω) diffidere, Credulitatem deponere, siue desperare.
Diffidere sibi. Plautus Ruden. 2. 82, Valete, ut hostes uestri diffidant sibi.
Diffidere alicui. Sulpit. ad Ciceronem, lib. 4. 5. 21.
Defatigari, et diffidere in prohibẽdis malis. Brutus. Cic. 16. 17.
Dubitari, & sibijpsi diffidere. Cic. 2. de Diuin. 12.
Iacere, & diffidere, Destitutum spe esse. Cic. pro Murena, 42.
Dictis alicuius diffidere. Lucret. lib. 1. 68.
Diffidere ingenijs. Cic. pro Rosc. Amer. 49.
Memoriæ diffidere. Quint. lib. 6. cap. 1. 2.
Perpetuitati bonorum suorum diffidere. Cic. 2. de Fin. 138.
Diffidere rebus suis. Liu. 1. ab Vrbe, 7.
Sententiæ alicui diffidere. Cic. 5. Tusc. 4.
Sibi, ac suis diffidere fortunis. Cic. Antequam iret in exilium, 7.
Diffidere de nobis. Author ad Heren.
De aliquo diffidere. Cic. Attic. lib. 12. 257. 1.
Diffido posse. Cic. in Orat. 52. Idem Qu. frat. lib. 1. 1. 1, Vt rem posse confici non diffiderem. Idem 4. Acad. 15, Inuenire se posse quod cuperent, diffisi sint.
Diffidere, cum participio. Cæsar bel. Gal. lib. 6, Diffidens Cæsarem de numero dierũ fidem seruaturum. Id est, ne Cæsar seruaret quod promiserat de suo reditu.
¶ Diffisus, pen. prod. Particip. (ἀπιστέσας) ut Diffisus fidei alicuius. Cic. 2. Verr. 10.
Ingenio suo diffisus. Cic. pro Murena, 58.
Viribus diffisus. Lucan. lib. 4. 29.
¶ Diffidens, penult. prod. (ἀπιστῶν) Qui desperat. Plautus Merc. 22. 15.
Eundem ex confidente actutum diffidentẽ denuò. Idẽ Capt. 3. 9.
Diffidens & desperans rebus suis. Cic. in Pisonem, 70.
¶ Diffidenter, Aduerbiũ (ἀπιστόσ) Cic. pro Cluent. 1, Altera tam tummodo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere. Liu. 2. bel. Maced. 82.
¶ Diffidentia, diffidentiæ (ἀπιστία) cui oppositum est Fidentia. Cic. 4, Tusc. 130, Etsi fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauit, non temere assentiens, metus quoq; est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Inuent. 243.
Diffindo, diffindis, diffidi, pen. corr. diffissum (διαχίζω) diffindere, In diuersas partes findere. Virg. 9. Aeneid. 118,

Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Diffindere in longitudinem. Cic. de Vniuersit. 32.
Diffindere diem. Gel. lib. 13. cap. 1. Liu. 9. ab Vrbe, 203, C. Papyrius Iunium Bubulcum magistrum Equitum dixit, atq; ei legem Curiatam de imperio ferenti, triste omen, diem diffidit. Quibus ex locis conijcere facilè possumus diffindere diẽ id esse, aut olim fuisse, quod nos rem in crastinum continuare dicimus, uel remittere. Tria enim erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur, id est res in posterum diem reijciebatur: aut comperendinabatur, id est in tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronuntiabat. Vlpianus. l. 2. siquis cautionibus, Et ideo etiam lex x11. Tab. si iudex, uel alter uter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffissum. Budæus.
Diffindere medium. Cato cap. 41. 1.
Diffindit minutè humum. col. lib. 2. cap. 4. 5, Quædam exemplaria legunt diffundit.
Diffissus ramus. Varro 1. de Re rust. cap. 40. 6.

Digitized by Google

Diffissum saxum. Cic. 1. de Diuinat. 47.

Diffingo] diffingis, diffinxi, diffictum (διαμορφόω) diffingere, Corrumpere & destruere quod fictum & formatum est. Horat. lib. 1. Carm. ode 35, —ô utinam noua
Incude diffingas retusum in
Massagetas, Arabasq; ferrum. Quidam hîc interpretantur, in nouam formam fingere. Sic enim ait Acron, Diffingas, confusum reformes. Nam sicut fingere, formare dicitur: sic & diffingere, est quassatum reformare. Idem 2. Ser. Satyr. 1. 16, Equidem nihil hinc diffingere possum. Id est, nõ possum negare rem sic non se habere.

Diffingere, infectumq; reddere. Horat. 3. ode 29. 10,
—— neq; diffinget, infectumq; reddet,
Quod fugiens semel hora uexit. Id est, confundet, immutabit, siue conuellet. Acron.

Diffinio, Diffinitio] Vide Deffinio.

Diffiteor] diffiteris, pen. prod. diffiteri (ἀπαρνεῖμαι) Negare. Cic. ad Senatum, lib. 10. 8. 9, Itaq; nunquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore. Ouid. 3. Amorum, eleg. 13. 6,
Et pudor obscœnum diffiteatur opus. & Quintil. lib. 6, Quid diffitendum.

Diffio] difflas, diffiare (διαπνέω) Flatu prosternere, siue disturbare. Plaut. Milit. 3. 17, Cuius tu legiones difflasti spiritu, quasi uentus folia.

¶ Difflor, difflaris, passiuum. Solinus cap. 13, Ara est in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus si qua de extis inferuntur, nec difflantur uentosis spiritibus, nec pluuijs diluuntur.

Diffluo] difflui, diffluxi, diffluxum (διαῤῥέω) diffluere, In diuersas partes fluere. Plin. lib. 21. cap. 13. 2, Qui edêre, abijciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. De melle uenenato.

Humor diffluit. Lucret. lib. 3.

Diffluere otio, siue luxuria, siue lasciuia: ueluti laxis habenis quadam luxuria lasciuire, luxuriari, prodigum esse. Cic. 1. Offic. 149. Idem 3. de Orat. 27.

Animus diffluit luxuria & lasciuia. Terent. Heaut. 5. 1. 73.

Dilapsa fluxerunt. Cic. pro Marcello, 14, In uetustioribus exemplaribus legitur delapsa.

¶ Diffluens, Particip. (διαῤῥυῶν)

Diffluens ac solutum. Cic. in Orat. 128, Aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamq; ordine uerborum paulùm commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud quod fuerit antea diffluens ac solutum.

Diffringo] diffringis, diffregi, pen. pro. diffractum (κατάγνυω) diffringere, In uarias partes frangere. Plaut. Asin. 9. 69, Crura hercle diffringentur.

Diffugio] diffugis, pen. cor. diffugi, diffugitum (διαφεύγω) diffugere, Huc & illuc fugere. Cic. 3. Offic. 156, Qui periculo mortis diffugissent. Cæsar 8. belli Gal. 125, Ii repentino malo perterriti diffugiunt ad sua præsidia.

Niues diffugere. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.

Stellæ diffugiunt. Ouid. 2. Metam. 24.

Terrores animi diffugiunt. Lucret. 3. 4.

Diffugere ex castris. Hirt. lib. 5. belli African. 125. Idem significat quod fugere.

Diffugere domum. Liu. 8. bel. Pun. 9.

Diffugere, pro Vitare. Cic. 5. Verr. 35, Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam.

Diffugere, idem quod Refugere, & renuere. Varro 2. de re Rust. cap. 4. 3, Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore. Alia exemplaria habent, Defugio.

¶ Diffugium, diffugij (διαφυγὴ) Tacitus, proximorum diffugia languentibus iam studijs.

Diffulmino] nas, pen. corr. diffulminare. Silius lib. 5,
—— furit, & diffulminat omnem
Obstantum turmam. Hoc est, dissipat instar fulminis.

Diffundo] diffundis, diffudi, diffusum, pen. prod. (διαχύνω, διαχέω) diffundere, Spargere. Cic. 2. de Nat. deor. 38, Quæ neq; conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaq; concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Anima diffunditur. Lucret. lib. 3. 88.

Animum alicuius diffundere, Est exhilarare aliquem. Ouid. 1. de Arte amandi, 44.

Comas diffundere uentis. Virg. 1. Aeneid. 65.

Crimen paucorum diffundere in omnes. Ouid. 3. de Arte, 2.

Flendo diffundere dolorem uel iram. Ouid. 9. Metamorph. 29. Et epist. 8. 13.

Iubar diffundere. Valer. 3. Argon. 112.

Diffunditur morbus à capite. Plin. epist. 87.

Diffunditur oratio in immensum. Plin. in Paneg. 94. d.

Terra diffundit uiriditatem. Cic. de Senect. 47.

Diffunditur & contrahitur uirtus. Cic. de Amicitia, 44.

Diffundere uim suam longè lateq;. Cic. 1. de Diuinat. 134.

Diffundere uitem in orbem. Col. lib. 5. cap. 5. 9.

Vultum diffundere, Est lætum & hilarem exhibere se. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 2. Idem 14. Metam. 55.

Diffunditur uastis ramis ficus in India. Plinius libro 12. capite 5. 1. Et apud Ciceronem, libro 1. de Oratore, 15, Diffusa ramis patulis platanus.

Diffusa latè prædia. Vlpianus in l. 1. §. si quis in uilla. ff. de S. C. Sillaniano.

Diffundit se in latitudinem lactuca. Col. lib. 11. cap. 3. 22.

Diffunditur in maria interiora Atlanticus Oceanus. Plin. lib. 3. in Procem. 3.

In ora uirûm passim diffundere aliquid. Virg. 4. Aeneid. 83.

¶ Diffusus, penult. product. Participium, siue Nomen ex Participio (διαχυτὸς.)

Color diffusus sanguine. Cic. 3. de Nat. deor. 110.

Diffusi campi. Martial. lib. 5. 88.

Comæ diffusæ. Ouid. epist. 5. 23.

Diffusus error longè lateq;. Cic. 2. de Fin. 182.

Diffusum & dissipatum ius ciuile. Cic. 2. de Orat. 78.

Laus alicuius longè lateq; diffusa. Vide Laus.

Largè diffuso lumine ridet Aether. Lucret. lib. 3. 5.

Sinus diffusa. Valer. 2. Argon. 21. De Venere.

Diffusa & grauissima sus. Plin. lib. 16. cap. 6. 7.

Diffusum uinum, hoc est, transuasatum quod dicitur. Veteribus enim mos erat primum in cuppas uinum per aliquod tempus relinquere, donec efferbuisset: deinde uerò in cados & dolia diffundere: unde diffusum uinum appellatur. Cicero 2. de Finib. 40.

Vox diffusa per auras. Lucret. lib. 4. 115.

Vultus diffusus. Stat. 4. Syl. 2. 11.

Diffusiora consepta non solum pluris ædificamus, sed etiam impensis maioribus tuemur. Col. lib. 1. cap. 4. 6.

Diffusus meritum. Plin. in Paneg. 87.

¶ Diffusè, pen. prod. Aduerb. (διαπεχυμένως) Cic. 1. de Inuentione, 105, Enumeratio est per quam res dispersè & diffusè dictæ, unum in locum coguntur.

¶ Diffusio, Verbale (διάχυσις) ut, Diffusio animi, pro Dilatatione. Senec. de Vita beata.

Digamma] διγαμμα, Indeclinabile significat duplex gamma: quòd similitudinem habet duplicis gamma, est autem F. De hoc sic Donatus, Dauus ut rectè scribatur, Dauos scribendum est: quia nulla litera uocalis geminata unam facit syllabam.

Digitized by Google

syllabam. Sed quia ambiguitas uitanda est nominatiui singularis & accusatiui pluralis, necessariò pro hac regula, digamma utimur, DaFus, serFus, Fulgus, corFus. Priscianus lib. 1. F literam digamma Aeolicum uocat. Vide Quintilianum lib. 1. cap. 4. 7.

Digamma suum uocat Cicero, suum Formianũ agrum, qui incipit ab F litera, quæ Aeolicum digamma uocatur. Locus est in Epist. ad Atticum, lib. 9. 180. 11.

Digamus] pen. corr. (Δίγαμος) Qui duas duxit uxores. Hieronym. contra Iouian. Non damno digamos. Sic Digama mulier dicitur, quæ duos habuit maritos.

Digba] Δίγβα, Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 26, Est etiamnum oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris, circa confluentes, quod uocant Digbam.

Digero] digeris, pen. corr. digessi, digestum (διαφέρω, διαφορέω) digerere, In diuersas partes gerere & distribuere. Plin. epist. 137. c, Hæc ab omni latere perspicitur, eadem aqua pariter suspensa & mersa. Interdum iunctæ copulatæq;, & continentis similes eunt: Interdum discordantibus uentis digeruntur: nonnunquam destitutæ tranquillitate fluitãt. Martial. lib. 12. 30.

Digeri & Coire, contraria. Celsus lib. 5. cap. 18, Fertur etiam ad digerenda quæ coeunt sub authore Medo, &c.

Artus digerere. Lucanus libro 18,

Corporatũ soluit tabes, & digerit artus. Sulpitius exponit, dissipat: Beroaldus, consumit: Alij, dissoluit.

Digerere (διατάττειν) Ordinare, disponere, inquit Seruius. Virg. lib. 3. Aeneid.

Quæcunq; in foliis descripsit carmina uirgo,
Digerit in numerum. Sic, Digerere in pastillos, Plin. lib. 12. cap. 27. 2. Et lib. 2. cap. 7. 27, Digerere in partes.

Digerere argumenta in digitos. Quint. lib. 11. cap. 3.

Digerere acta, siue tempora. Liu. 2. ab Vrbe, 89.

Digerere crines. Col. lib. 10. 17.

Ex copia digerere in genus quodq;. Cic. 1. de Inuent. 66.

Digerendi in suos dies syderum exortus & occasus. Plin. lib. 18. cap. 24. 7.

Digerere ius ciuile in genera. Cicero 1. de Orator. 94. Et in Part. 40.

Pœnam digerere in aliquem. Ouid. 14. Metam. 94.

Rempub. digerere. Cic. pro Rabirio Posthumo, 14.

Digerere tabulas. Cic. 3. Verr. 40.

Tempora digerere. Ouid. 1. Fast. 6.

Digerere, Interpretari. Virg. 2. Aeneid.

— ita digerit omnia Calchas. Seruius.

Digerere (διαφορέω) pro Resoluere, dissipare: quod coierat disgregare. Cels. lib. 2. cap. 17. ad finem, His omnibus commune est digerere id quod uel præcordia onerat, uel fauces strangulat, uel in aliquo membro nocet.

Digerere abscedentia. Cels. lib. 5. cap. 18.

Digerere cibum. Quint. lib, 10. cap. 1.

Digeruntur cibus & potio in omnes membrorum partes. Celsus in Proœmio.

Digerunt cibum dentes lati & acuti. Plin. lib. 11. cap. 37. 34, Digerunt, hoc est (ut ego quidem interpretor) diuidunt. Sic enim ait Cic. 2. de Nat. deor. 201, Dentibus autem in ore constructis manditur, atq; ab his extenuatur & molitur cibus. Eorum aduersi acuti morsu diuidunt escas, intimi autem cõficiunt, qui genuini uocantur. Aduersos dentes appellat Cicero, quos Plinius Primores.

Digerere mandata alicuius, per translationem. Cic. ad Quintil. fratrem, lib. 2. 15. 7, Facias ut mea mandata digerat, persequare, conficias.

Corpus digerere. Cels. in Proœmio, Cognito igitur eo quod ex istis est, si corpus adstrictum est, digerendum esse: si profluuio laborat, cõtinendum: si mistum uitium habet, occurrendum subinde uehementiori malo.

Hominem digerere. Cels. lib. 2. cap. 15. de gestatione, Ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obsint.

Humorem digerere. Celsus lib. 2. cap. 17. de sudore. Hoc est, resoluere.

Materiam digerere. Celsus lib. 2. cap. 14. de frictione.

Sudorem digerere. Celsus lib. 2. cap. 9. ad finem.

Sudore digeri. Cels. in Proœmio.

¶ Digestus, Particip. (διατεταγμένος) ut, Res artificiosè digestæ. Cic. 1. de Orat. 92.

Capilli digesti. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7. 3.

Nomina in codicem accepti & expensi digesta habere. Cic. pro Q. Roscio Comœd. 5.

¶ Digestio, Verbale (διάταξις) Ordinatio. Plin. lib. 3. cap. 1. 9, Itaq; interiori in parte digestionem in literas eiusdem nos secuturos coloniarum mentione signata, quas ille in eo proœdidit numero. Cic. 3. de Orat. 114.

Digestione circulorum dignoscere terras. Plinius libro 18. capite 25. 8.

Digestio potius quàm declamatio. Cic. 5. Philipp. 177, Ipse interea decẽ & septẽ dies, ut digestio potius, quàm declamatio uideretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim querens. Hæc enim causa esse solet declamandi.

Concoctio et digestio (πέψις, καὶ διαφόρησις) Celsus in Proœmio, Siue hæc de causa concoctio incidat, siue de illa: & siue concoctio sit illa, siue tantùm digestio.

¶ Digeries (διάταξις) Digestio, dispositio. Macrob. Nec mirum si digeries morsum reprehensionis euasit.

Digeri] Δίγορι, Thraciæ populi, Strymonem læuo latere accolentes, ut inquit Plin. lib. 4. cap. 11.

Digitellus] siue Digitellum (ἀείφυλλον) Herba est, quæ alio nomine Sedum, siue Semperuiuum maius appellatur. Vide Plinium lib. 25. cap. 13.

Digitus] digiti, pen. cor. (δάκτυλος) à digerendo deducitur, ut nonnulli putant, quòd natura miro ac decentissimo ordine digitos digesserit, hoc est, disposuerit.

Digito uno ne me attigeris. Id est, ne minimum me attigeris. Plaut. Persa, 13. 18. Terent. Eunuc. 4. 6. 2, Atqui si illam digito attigerit uno. Vbi Donatus, Moris comminantium est, ad exiguum reuocare commissa, quæ se ulturos prædicent.

Auroræ digitos, pro elegantissimis ponit Claud. de Nuptijs Honorij, 54.

Gestus digitorum. Quint. lib. 1. cap. 10. 27.

Parietum & digitorum pigmenta. Plin. lib. 33. in proœm. 1.

Vincula digitorum. Ouid. 9. Metam. 16.

Vincula digitorum frangere, Id est, connexas manus dirimere. Stat. 6. Thebaid. 172.

Digni digiti Baccho. Ouid 3. Metam. 85.

Durati digiti. Ouid. 4. Metam. 112.

Exiles digiti. Ouid. 6. Metam. 29.

Infamis digitus. Persius Satyr. 2. 4.

Longi digiti. Catul. in amicam Formiani, 40. 1.

Digito medio porrecto, supremum contemptum significabant ueteres. Martialis lib. 2. 28,

— & digitum porrigito medium. Nam hunc digitum Martialis impudicum uocat. Ostendit digitum, sed impudicum. Persius, Infamem.

Infami digito, & lustralibus antè saliuis. Erasmus in Chiliad.

Minimus digitus. Vide Minor.

Minusculus digitus. Vide Minor.

Molles digiti. Claud. 3. de raptu Proserp. 44.

Nudum

Digitized by Google

Medium digitum uocat Iuuenalis, qui non est indutus annulis. Satyra 11.5.
Pingues digiti. Ouid. 3. de Arte, 56.
Remissi digiti. Ouid. epist. 18. 40.
Rubentes digiti. Ouid. 2. Metam. 75.
Teneri digiti. Catul. de Berecynthia, 2.
Teretes digiti. Ouid. 1. de Arte, 125.
Digitum transuersum non excedere. Plaut. Aulul. 4. 18. Id est, Minimo spacio.
Admittere digitos. Vide Admitto.
Digito cælũ attingere. Cic. Attic. lib. 2. 16. 13. Vide Cælum.
Digitis extremis attingere aliquod genus uitæ. Id est, breuiter, siue leuiter attingere: quod aliàs A limine salutare dicitur. Cic. pro M. Cælio, 20.
Coeunt digiti. Ouid. 2. Metam. 135.
Computare digitis. Vide Computo.
Concrepare digitis. Vide Concrepo.
Condere digitos in oculos alicuius. Ouid. 13. Metam. 114.
Digitum contrahere, aut remittere. Plin. lib. 11. cap. 26. 3.
Demonstrare digito. Quintilianus libro 6. cap. 3. 26.
Digitum ab aliqua re non discedere, Prouerbialiter usurpatũ. Cic. 6. Ver. 29.
Digitum nusquam à sententia. Cic. ad Att. lib. 7. 123. 15, Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. Vide Discedo.
Digitos incidere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 4.
Inquinare digitum. Catul. ad Furium, 20. 5.
Insistere digitis. Vide Insisto.
Digitum ad fontes intendere. Vide Intendo.
Manus intentis digitis, Id est, extentis. Claud. de bel. Getico, 52.
Digiti liuescunt in pedibus. Lucret. lib. 3. 107.
Micare digitis. Vide Mico.
Boqui digitis & nutu. Ouid. 2. Trist. 91.
Monstrari digito. Horat. 4. Carm. ode 3. 5.
Indice monstraret digito. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 6.
Notata charta digitis. Ouid. epist. 1. 13.
Obijs tendi digiti intus. Cels. lib. 7. cap. 20.
Ostendere aliquem digitis. Ouid. 2. de Arte amand. 126.
Digitum tollere. Cic. 3. Verr. 100, Itaq; renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores, digitũ tollit Iunius patruus. Ista color immutatus est, uultus, oratio, mens denique excidit. Digitũ tollit, Id est, significat sese redemptorem. Hoc ipse alibi Digito licerì uocat. In emptione enim antiquitus post licitationem digitus leuabatur, significans quenquam emptioni allabescere. Martialis,
Iam mea res digitum sustulit hostitibus.
Vnde mãceps est appellatus, qui quidpiam conducens manum tollebat, se significans emptorem. Hoc erat apud ueteres micare, per digitorum leuationem distrahere. Budæus.
Digitum tollere, est etiam Fauere, suffragari. Horatius,
Vulgus utroq; suntia laudabat pollice ludum.
Ad digitos uenire. Vide Ad.
Vocare aliquem ad digiti sonum. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 7.
Digitus, Modulus aquarius: cuius diametros digitalis est. Iulius Frontinus de aquæductibus, Digitus rotundus habet diametri digitum unum. Omnis autem modulus aquarius, colligitur aut dimetro, aut perimetro.
¶ Digitulus, pen. cor. (δακτυλίσκος) Diminutiũ, Parum digitus. Plaut. Rud. 18. 13. Terentius Eunucho 2. 2. 53,
——sine biduum hoc prætereat,
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.
¶ Digitalis, & hoc digitale, pen. prod. om. ge. (δακτυλιαῖος) Quod est digitorum, aut unius digiti: ut, Digitalis crassitudo. Plin. lib. 12. cap. 20. 1.
Digitalis gracilitas. Plin. lib. 14 cap. 3. 5.
¶ Digitalia, Substantiuum (δακτυλίτραι) Tegmenta digitorũ dicuntur. Varro 1. de re Rust. cap. 55. 1, Olea manu stricta melior ea quæ digitis nudis legitur: laudabilior, quàm illa quæ cum digitalibus.
¶ Digitatus, penul. prod. Adiectiuum (δακτυλωτὸς) Qui digitos habet. Plinius lib. 11. cap. 47. 1, Auium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.
Digladior] digladiaris (διαξιφίζομαι) digladiari, Dissentire & dissidere, ductum à gladijs. Cic. 4. Tuscul. 71, Digladientur illi per me licet, cui nihil est necesse, &c.
Digladiantur inter se. Cic. 3. De legib. 30.
Diglito] appellatur Tigris fluuius, ubi tardior fluit, hoc est usq; ad Medorum fines. Author. Plin. lib. 6. cap. 27.
Dignatio, Digne, Dignitas, Dignor] Vide Dignus.
Dignoſco] dignoscis, dignoui, dignotum, pen. prod. (διαγινώσκω) dignoscere, Idem quod Agnoscere uel cognoscere, aut discernere. Col. lib. 2. cap. 2. 16, Dignoscere terram sapore. Sic Plin. lib. 28. cap. 30.
Dignosci uix potest à mastiche uera. Plin. lib. 12. cap. 17. 1.
Non qui ciuem dignosceret hoste. Horat. 1. epist. 16. 1.
Curuo rectum dignoscere. Horat. 2. epist. 2. 9.
Dignus] Adiectiuum (ἄξιος, πρέπων, αὐτάξιος) Qui meretur: ut, Dignus præmio. Terent. Heaut. 1. 1. 55,
Et me ignoras Clinia, ego te meum esse dici tãtisper uolo,
Dum quod te dignum est, facias.
Dignus domino seruus. Plaut. Amphit. 8. 226,
Non te dignum Cherea
Feciſti. nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Terent. Eunuch. 5. 2. 26.
Maximè dignus. Vide Magis.
Dare munera digna aliquo. Virg. 5. Aen. 71.
Amicitia dignus. Horat. in Arte, 88.
Amore dignus. Valer. 8. Argon. 6.
Munus dignum Apolline. Horat. 2. epist. 1. 44.
Dignus argento, dignior auro. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8. 1.
Res digna auribus. Catul. ad Catonem, 52. 1.
Cognitione & hospitio dignus. Cic. pro Archia, 3.
Vita digna dijs. Lucret. lib. 3. 65.
Expectatione aliorum dignum aliquid efficere. Plancus Cicer. lib. 10. 7. 4.
Simplicitas digna fauore fuit. Ouid. epist. 2. 13.
Digna homine nobili. Cicer. 4. Academ. 1. Sic, Dignissimum est authoritate & prudentia uestra, Iudices, in audiendo diligentiam non minus religioni tribuere, quàm uoluptati. Cic. 5. Verr. 9.
Dignus imperij gloria. Cic. de Aruſp. resp. 48.
Digna uerba loco. Ouid. 4. Fast. 174.
Dignum laude uirũ Musa uetat mori. Hor. 4. Carm. ode 8. 6.
Præclara uoluntas atque omni laude digna. Cicero pro Domo sua, 100.
Loco dignum aliquem non putare. Cic. in Pisonem, 2.
Digna res miraculo. Plin. lib. 12. cap. 1. 16.
Præbere se dignum maioribus suis. Cic. Therm. lib. 2. 17. 4.
Morte dignum facinus. Senec. Hippol. 12. 11.
Dignissimus odio. Cic. 1. de Finib. 51.
Dignus opprobrijs. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 17.
Iuuenes patre digni. Horat. in Arte poet. 5.
Dic aliquid dignum promissis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 2.
Repub. dignus. Cic. 1. Philipp. 10.
Se dignum præstare. Horat. 1. epist. 7. 5.
Dignus te filius. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. 37.
Suscipere curam & cogitationem dignam suæ uirtutis. Balbus

Digitized by Google

Ciceroni,lib.8.168.1.in Epistolis ad Atticum.
Dignissimus longa uita.Ouid.4.Metam.22.
Dignus ad.Plaut.Mil.13.21,
Ad tuam formam illa una digna est.
Dignus præ aliis,ut,&c.Plaut.Milit.16.4.
Dignus qui imperet.Cic.3.de Legib.6.
Dignus cui aliquid committatur.Terent.And.1.4.3.
Serius quàm dignum est, id est,quàm par est. Cicero 6. Philipp.216.
Dignius nihil est quod ametur.Terent.Eun.5.9.21.
Digna forma.Plaut.Rud.30.19,
— ædepol una litera plus sum quàm medicus. Cum tu Mendicus es? L.tetigisti acu. O.uidetur digna forma.
Dignus amari.Virg.eclog.5.18.
Reprehendere digna.Stat.11.Sylu.37.
Dignum est credere.Virg.3.Georg.78.
Dignum memoratu.Plin.lib.21.capit.12.3. Sic,Digna dictu, Plin.lib.11.cap.51.5.
Dignum,pro dignitate.Tacit.lib.15,Adiecissent eos, dignũ Arsacidarum,simul & de legionibus Romanis statuerẽt. Neq; enim arbitror (inquit Rhenanus) Græcam constructionem uoluisse Tacitum referre:dignè Arsacidis,hoc est,pro merito Arsacidarum.
¶ Dignè, Aduerbium(ἀξίως)id est,honestè, uti honestum decet.Plautus Milit.11.58,Quàm dignè ornata incedit, haud meretriciè.
Aliquem dignè deflere.Senec.Herc.fur 13.19.
Dignè laudare aliquid.Cic.de Senec.2.
Dignè loqui de aliquo.Cic.post.Red.in Senatu,16.
Peccare cruce dignius.Horat.2.Serm.Satyr.7.19.
¶ Dignitas,penult.corrept.dignitatis(ἀξιότης,ἀξίωμα,ἀξίωσις,ἀξία,πρόκριμα) Est existimatio quæ satis claret rebus gestis,magnificaq; opinio.Cic.Att.lib.234.2,Dices fortasse dignitatis ἄλυς tanquam ἀρνὸς.saluti,si me amas, consule. Quibus uerbis alluserit ad adagium Græcum:hoc est,Satis gloriæ,magnificæq; existimationis tibi comparasti:nunc habeto potius salutis rationem,quàm quid te deceat,tantoperè uideas.Idem 1.de Finib.3,Genus hoc scribendi etsi sit elegans,personæ tamen & dignitatis esse negent.
Dignitas est alicuius honesta & cultu,& honore & uerecundia digna authoritas.Author ad Heren.lib.2.241.
Dignitas & amplitudo.Cic.Appio.lib.3.9.5.
Dignitas & Deformitas,contraria.Cic.Planco,lib.16.6.8.
Dignitas,Magistratuũ administratio & honor. Cic. Thermo, lib.13.Epist.54.1,Vt omnibus in rebus eis te cõmodes, quoad fides,dignitasq; patietur.
Dignitatem tueri.Cic.ad Lentulum,lib.1.2.8.
Domus dignitas,pro magnificentia.Cic.pro Domo sua. Bud.
Dignitas oris & uultus, Oris probitas, morumq; præstantia in facie eminens:utrilis pulchritudo. Cic.lib.1.Offic.181, In Oratore autem perfecto utrunq; coniunxit: Vultus uerò (inquit) qui secundum uocem plurimum potest,quantum affert,tum dignitatem, tum uenustatem? Plinius in Paneg. Iam firmitas,iam proceritas corporis,iam honor capitis,& dignitas oris,nónne longè lateq; principem ostentant? Id est, Indoles morum in ore conspicua.Budæus.
Dignitas sermonis,est oratio cum aliqua grauitate & uocis remissione. Author ad Heren.lib.3.116.
Sexus dignitas Vlpianus de Senatoribus,Maior dignitas est in sexu uirili.
Commendat dignitas periclitantem.Quint.lib.6.cap.1.16.
Acquirere dignitatem. Vide Acquiro.
Adimere dignitatem. Vide Adimo.
Adiungere dignitatem. Vide Adiungo.
Amplissimos gradus dignitatis adeptum esse. Cicero Plin.libro 10.6.5.
Agere cum dignitate & uenustate.Cic.1.de Orat.67.
Afferre dignitatem.Cic.1.Offic.99.
Afferre dignitatem ad aliquam rem.Cic.pro Murena,19.
Affert dignitatem fortuna.Quint.lib.3.cap.7.9.
Amittere dignitatem. Vide Amitto.
Amplificare dignitatem. Vide Amplifico.
In sedem dignitatis atq; honoris ascendere.Cic.pro Sylla,3.
Augere dignitatem. Vide Augeo.
Contineri dignitate.Quint.lib.3.cap.8.1.
Decerpere ex dignitate. Vide Decerpo.
Defendere dignitatem ab inimicis. Vide Defendo.
Discedere à dignitate sapientis.Cic.1.Offic.97.
Admirabilem dignitatem habere.Cic.pro Murena,20.
Infringere dignitatem alicuius. Vide Infringo.
Læsa dignitas. Vide Lædo.
In altissimo amplissimoq; gradu dignitatis locatum esse.Cicero 1.Philipp.11.
Metiri omnia dignitate Vide Metior.
Obtinere dignitatem. Vide Obtineo.
Orbare dignitate. Vide Orbo.
Pueri magna præditi dignitate.Cic.2.de Inuent.122.
Facti alicuius pulcherrimi splendorem uerbis,dignitatemq; retinere.Cic.pro Domo sua,72.
Seruare suam dignitatem.Cic.2.de Orat.121.
Esse dignitati & honori parentibus.Cic.de Amicit.61.
Sustinere Reip.dignitatem.Cic.pro Domo sua,2.
Summum in aliquo magistratu gradum tenere & dignitatis et gratiæ.Cic.pro Plancio,26.
Tribuere alicui dignitatem.Cic.5.Tusc.65.
¶ Digno, dignas(ἀξιόω)dignare,Dignum putare.Pacuuius Iunioni,Quis deos infernos,quibus cælestis dignet decorare hostes? Nonius.
¶ Dignor(ἀξιόομαι)etiam in significatione actiua,Hoc est,dignum puto,siue iudico.Virg.1.Aeneid.68,
Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore.
Dignari aliquem uenia.Ouid 3 Trist.eleg.14.ad finem.
Dignor,cum infinitiuo.Horat.lib.1.epist.20.8,
Non ego nobilium scriptorum auditor,& ultrò Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.
¶ Dignari, Passiuum(ἀξιοῦσθαι)Dignum haberi, siue iudicari. Virg.3.Aeneid.
Cõiugio Anchisa Veneris dignate superbo. Cic.Oeconomico.Homo ex eo numero hominum,qui apud nos hoc nomine dignantur.Cicero 3.de Orator.15,Quæ tamen cum simili laude dignentur.
Cultu & honore dignari.Cic.2.de Inuent.241.
Dignatus honore.Sil.lib.11.55.
¶ Dignandus(ἀξιωτέος)Cicer.1.Acad.52,Quæ autem secundum naturam essent,ea sumenda,& quadam æstimatione dignanda docebat.
¶ Dignatio,Verbale,Est quod Græci ἀξίωμα dicunt:Id est, dignitas & amplitudo propter honores gestos aut magistratum,uel propter oris morumq; maiestatem.Plin.lib.21.cap.20.8,Polio Musæus & Hesiodus perungi iubent dignationis gratia,gloriæq; auidos Polium tractare, colereq;. Cic. Attic.lib.10.200.3,Cælij quidem epistolam scriptam miserabiliter, non sine magno fletu legerunt pueri nostri,sibi meus quidem est fortior,eoq; ipse uehementius commouet, nec quicquam nisi de dignatiõe laborat.Id est, nullius rei tam rationẽ habendam nobis censet,idq; agit,ut existimationem antè collectam tueamur:& ne quid agamus quod indignum sit rebus à nobis gestis. Hæc Budæus. Suet. de claris gramma-

Digitized by Google

grammaticis, 5, Seuius Nicanor primus ad famam dignationemq; docendo peruenit. Liu. 2. ab Vrbe, 71, Appius inter patres lectus haud ita multo pòst in principum dignationem peruenit.

Dignationem, pro dignitate. Suetonius in Domitiano, cap. 2, Expeditionem quoq; in Galliam Germaniasq;, neq; necessariam & dissuadentibus paternis amicis inchoauit, tantum ut fratri se, & operibus & dignatione adæquaret. Idem in Augusto, cap. 46.

Dignatio, pro Reuerentia. Suetonius in Caligula, cap. 24, Reliquas sorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas sæpe exoletis suis prostrauerit.

Propria uiri dignatio auxit inuidiam, &c. Tacit. lib. 19.

Modicus dignationis. Tacit. lib. 3.

Assignant etiam principis dignationem adolescentis. Tacitus de German.

Gessit dignatio sacerdotum. Tacit. lib. 4.

Imponere alicui dignationem. Tacit. lib. 17.

Secundum dignationem inter se partiuntur. Tacit. de Germ.

Retenta dignatio Burro ope Senecæ. Tacit. lib. 13.

Veterem, ac olim partam dignationem subitæ felicitati submittere. Tacit. lib. 13.

Digredior] digrederis, pen. cor. digressus sum (ἀπαλλάττομαι, παρεκβαίνω) digredi, pen. corr. Discedere. Liuius 1. ab Vrbe, 107, Priusquam inde digrederentur, roganti Metio ex fœdere icto, &c.

Congredi cum aliquo, & Digredi, contraria. Cicer. 2. de Nat. deor. 148.

A primo carmine digredi. Catul. Argonaut.

Digredi ab aliquo. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 18. 5.

Digredi ad pedes. Liu. 9. bel. Pun. 14.

A causa parumper digredi. Cic. 1. de claris Orat. 199.

De causa digredi. Cic. de Inuent. 109.

Paululum digredi de cursu in reliqua oratione. Cic. in Part. 9.

Digredi in latus. Plin. lib. 3. cap. 5. 7.

Paulum digredi. Ouid. 9. Metam. 9.

Digreditur oratio, per metaphoram. Cicer. 6. Verr. 30, Verum uti Lilybæum unde digressa est oratio, reuertatur. Idem 5. Verr. 139.

Iracundia longius digredi, quàm sapientis ratio postulat. Cicer. de Arusp. resp. 2.

Digredi, cum accusatiuo sine præpositione. Hirt. de bel. Aphric. Inde paruulam procliuitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legiones educit.

¶ Digrediens, Particip. (ἀπαλλαττόμενος) Virg. 3. Aen. 98.

¶ Digressus, Participium (ἀπαλλαγμένος.)

Digressa dicitur, quæ diuortium cum marito fecit. Suetonius in Cæsare, cap. 43, Diremit nuptias Prætorij uiri qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quãuis sine probri suspicione.

¶ Digressus, huius digressus (ἀπάλλαξις) Discessus. Vtrumque coniunxit Cic. de Senec. 77, Quem ego meum casum fortiter ferre uisus sum, non quòd æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.

Accessus & Digressus, contraria. Cic. 2. Tusc. 72.

Congressus & Digressus, cõtraria. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 3. 6.

Digressus à proposito, apud Quintilianum.

Fundere dicta digressu supremo. Virg. 8. Aeneid. 114.

A digressu alicuius proficisci aliquò. Cic. Attico, lib. 1. 3. 3.

¶ Digressio (ἀπάλλαξις) Verbale, cui contrarium est Cõgressio. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 3. 7, Minus acerbum, minus miserum fuit, quàm fuisset tum congressio, tum uerò digressio nostra.

Digressio à proposito (παρέκβασις) Cic. 3. de Orat. 112.

A' proposita oratione digressio. Cic. de claris Orat. 161.

Dijambus] διάμβος, Pes est ex duobus iambis cõstans: ut, amœnitas.

Dij manes] per duas dictiones, ab antiquis creditæ sunt esse animæ hominum, quæ è corpore emigrauerant: unde etiam uetusta sepulcrorum monumenta Dijs manibus uidemus esse inscripta. Seruius arbitratur Manes per antiphrasim, quasi minimè manos dictos. Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur: unde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina, unde subinde inferijs erant placandi, ne nocerent. Vide plura in dictione Manes.

Diiouis] Iupiter appellatus est. Vide Diespiter.

Dijpoliea] διπολιεία, Celebritas fuit, quæ Athenis agebãtur, ab Ioue Polieo dicta, cui Athenienses rem sacrã faciebãt in memoriam securis & bouis. Author Hesychius.

Dijronoxeni] διρωνοξένοι, Nuncupantur à comicis Lacedæmonij, id est per simulationes & ironiam fallentes hospitem: quanquam scribit Herodotus à Laconibus ξένους peculiarius barbaros intelligi. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 18. cap. 5.

Dijs] Diutinis ac iugibus, inquit Nonius. Varro,

Quam mobilem Dinum lirans Sol, harmoge
Quadam gubernans, motibus dijs ueget. Antiquum.

Dijudico] dijudicas, pen. corr. (διαδικάζω) dijudicare, iudicare, uel diligenter iudicare Terent. Heaut. 2. 2. 8, Pergin' isthuc prius dijudicare, quàm scis quid ueri siet?

Dijudicare inter. Cic. 1. Tusc. 37, Vtrum igitur inter has sententias dijudicare malumus, an ad propositum redire?

Dijudicare utra uoluptate, stante an mouente. Cicero 2. de Finibus, 54.

Dijudicare uera & falsa. Cic. 4. Acad. 191.

Vera à falsis, uerisimilia ab incredibilibus dijudicare & distinguere. Cic. in Partit. 77.

Dijudicare uter utri uirtute anteferendus sit. Cæsar 5. bel. Gal. 168.

Dijudicare controuersiam uidetur id significare, quod Appuleiare barbarè dicimus. Cicer. 3. de Fin. 10. Idem ad Atticum, lib. 14. 311. 4. Nostras contentiones Resp. dijudicauit.

Dijudicare acri intentione. Plin. epist. 203. b.

Sorte dijudicari. Quint. lib. 7. cap. 2. 27.

Dijudicare, pro Decernere. Cic. 3. in Catil. 69, At illæ tamẽ omnes dissensiones, quarum nulla exitiũ Reip. quæsiuit, eiusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium dijudicatæ sint. Budæus.

¶ Dijudicatus, Participium (διαδικάσεις) ut, Dijudicata res. Cic. in Partit.

Relinquere negocia, dijudicata lite. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.

¶ Dijudicatio, Verbale (διαδικασία) Cic. 1. de Legib. 84, Nã ista quidem magna dijudicatio est.

Dijũgo] Vide Disiũgo (διαζευγνύω) Cic. Att. lib. 7. 121. 13, Redeamus domum, dijungere me ab illo uolo.

Iumenta dijungere. Cic. 2. de Diuin. 117.

Dijugatio] onis, Separatio. Arnobius lib. 2. aduer us gẽtes, Animarum à corporibus dijugatio.

Dilabidus] Vide Dilabor.

Dilabor] pen. prod. dilaberis, dilapsus sum (διολισθάνω) dilabi, Diffugere, discedere, siue labi: ut, Dilabi in agros uel oppida, Liu. 8. bel. Maced. 142. Et 8. ab Vrbe, 147.

Dilabitur oratio. Cic. in Lælio. Id est, descendit, siue decurrit. Legitur & delabitur. Sic 1. Tusc. 41.

Malè dilabi. Cic. 2. Philipp. 76.

Dilabi memoria. Cic. 13. Philipp. 35.

Fortuna dilabitur. Author ad Heren. lib. 4. 170.

Dilabuntur uectigalia negligentia. Liu. 3. bel. Maced. 108.

Digitized by Google

Dilabitur uestis condita situ, & corrumpitur. Colum. libro 12. cap. 3. 4.
Dilabitur uetustate nauis putris. Liu. 5. bel. Maced. 93.
Dilabuntur discordia res maximæ: hoc est, pereunt, decrescũt, corrumpuntur. Salust. in Catil. Cõcordia paruæ res crescũt, discordia maximæ dilabuntur.
¶ Dilabens, pen. prod. Participium (διολισθάνω) Horat. 3. Carm. ode 29. 7.
——nunc medio alueo
Cum pace dilabentis Hetruscum
In mare.
¶ Dilapsus, Partic. (διολισθηκὸς) ut, Dilapsus rapidè fluuius. Cic. 2. de Legib. 11. Et 2. de Nat. deor. 38, Dilapsa aqua.
Amor cum forma dilapsus. Claud. 1. in Eutrop. 15.
Curæ dilapsæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 5.
Glacies liquefacta & dilapsa. Cic. 2. de Nat. deor. 38.
Dilapsa multitudo. Liu. 3. ab Vrbe, 13.
Dilapsus ornatus mundi occidit. Cic. 4. Acad. 215. Et ad Curium, lib. 7. 29. 6, Dilapsa res.
¶ Dilabidus, pen. cor. (ὀλισθηρὸς) Adiect. Quod facilè diffluit.
Dilabida uestis, quæ facilè dilabitur. Plin. lib. 8. cap. 55. 3.
Dilacero] dilaceras, pen. corr. (διλακαραύω) dilacerare, Idem quod Lacerare. Per translationem significat Consumere, delapidare & disperdere. Cic. pro Mil. 18, Et annum integrum ad dilacerandam Remp. quereret.
Artus dilacerare. Seneca Herc. Oeth. 7. 17.
Dilacerantur opes. Ouid. epist. 1. 18.
¶ Dilacerandus (διλακαραυτέος) Catul. in Argon. 59. 31, Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusq; Præda.
Dilanio] dilanias, pen. cor. (διλακανάω) dilaniare. Idem quod simplex, uel in diuersas partes laniare. Cic. pro Mil. 25, Nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Idem 2. Tuscul. 42.
Comas dilaniare. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 11.
Ictu dilaniare nuces. Ouid. de Nuce, 15.
Dilapido] dilapidas, penult. corr. (καταπωτίνω) dilapidare, Propriè est lapidibus purgare. Cato cap. 46, Locum bipalio uortito, dilapidatoq;. Hoc est, lapides auferto. Castigatiora exemplaria habent, delapidato.
Dilapidare (καταβάλλω) per translationem, pro Disperdere, ut ait Donatus. Terent. Phorm. 5. 8. 4.
—— conueniendus Phormio est
Prius quàm dilapidet nostras triginta minas. Cic. ad Augustum, 6, Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Sic Colum. lib. 10. 31, Dilapidans hominum labores grandine Iupiter.
Dilapsus] Vide Dilabor.
Dilargior] dilargiris, pen. prod. dilargitus sum (διλαλωῦμαι) dilargiri, Diuersis dare. Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 28, Cætera item quæ cuiq; libuissent, dilargitus est, contradicente nullo. Cic. pro lege Agraria, 80. Nec L. Sylla, qui omnia sine ulla religione, quibus uoluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est.
Dilato] dilatas, pen. prod. (πλατύνω, ἐυρύνω) dilatare, Latè facere. Plin. lib. 33. cap. 3. 20, Nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius diuiditur.
Dilatare & Contrahere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 202.
Dilatare aciẽ. Liu. 1. bel. Maced. 78. Et Plin. lib. 10. cap. 23. 6.
Dilatante se cuneo, porrigitur agmen. Vide Acies.
Gloriam dilatare. Cic. in Somn. Scip. 23.
Imperium dilatare. Cic. 1. Off. 108.
Literas dilatare. Cic. de claris Orat. 140.
Manum dilatare. Cic. in Orat. 61.
Minima dilatare. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7.
Orationem dilatare. Cic. pro Flacco, 9.
Ex uerbo dilatare orationem, & in uerbum contrahere, contraria. Cic. in Partit. 14.
Rictus dilatare. Ouid. 6. Metam. 76.
Fundi quodammodo, & quasi dilatari. Cic. 3. de Fin. 7.
Dilatata lex in cunctum ordinem, coangustari potest. Cicero 3. de Legib. 47.
Dilator, Dilatus] Vide Differo.
Dilaudo] dilaudas (διλαυίω) dilaudare, Variè laudare. Cic. Att. lib. 6. 113. 16, Et ego audebo legere unquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?
Dilemma] dilemmatis, pen. corr. neut. gen. (δίλημμα) Argumentum dicitur utrinq; uincens, & constringens, confessionemq; exprimens.
Diligens, Diligenter, Diligentia] Vide Diligo.
Diligo] diligis, pen. corr. dilexi, dilectum (ἀγαπάω) diligere, Minus est quàm amare, teste Valla, lib. 5. ad Brutum, Sic agitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges. Idem ad Dolabellam, libro 9. 14. 13, Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc deniq; amare uidear, antea dilexisse.
Diligere & charum habere. Cic. pro Corn. Balbo, 48.
Colere & diligere aliquem. Cic. 3. de Legib. 7.
Ante omnes aliquem diligere. Ouid. 10. Metam. 34.
Admodum diligere. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 17.
Vtrunq; affectu pari diligere. Senec. Theb. 2. 13.
Beneuolentiam alicuius mirificè diligere. Cicero Attico, lib. 12. 25. 1. 1.
Sodales fraterno more diligere. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 13.
Omnes diligere ex æquo. Ouid. ad Pisonem, 23.
Furtim diligere. Ouid. 6. Fast. 111.
Fidem alicuius complecti, officia obseruantiamq; diligere. Cicer. pro Corn. Balbo, 51.
Mirificè ab aliquo diligi. Cic. 1. de Nat. deor. 79.
Diligere se. Cic. pro Rosc. Com. 3.
Stultè aliquem diligere. Horat. 2. epist. 1. 53.
Valde diligere. Cic. Appio, lib. 3. 1. 8.
Vnicè diligere. Cic. Licinio Crasso, lib. 5. 8. 12.
Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 5.
Diligere, Diuidere. Plaut. Curc. 8. 53,
—— quidni nouerim?
Clypeatus elephantũ ubi machæra diligit. Tũ inimus, Perunam totam diligit. Nonius.
¶ Dilectus, Partic. siue Nomen ex participio (ἀγαπητὸς, ἀγαπητὸς) Magno amore alicui dilectus. Virg. 1. Aeneid. 70.
Suis officijs dilectus. Ouid. 9. Metam. 62.
Mihi dilectus per multos annos. Virg. 9. Aeneid. 18.
Sodales dilecti. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 1.
Premere dilectos uisus. Stat. 2. Syl. 1. 35.
Dilectißimus. Stat. 8. Theb. 20,
Augur Apollineis modo dilectißimus aris
Testor inane Chaos, &c.
¶ Diligens, diligentis, Participium (ἀγαπῶν) Qui diligit.
¶ Diligens, pen. corr. (ἐπιμελὴς, ἀπιμελητὸς, ἀκριβὴς, ἐπιμελὴς, ἀπιλόπονος) Nomen, Studiosus: quòd eorum quæ amamus, sumus studiosi. Cic. de Amicitia, 55. Idem 6. Verr. 34, Diodorus homo frugi ac diligens qui sua seruare uellet.
Diligens & attentus in re hereditaria. Cic. 3. Verr. 90.
Studiosus ac diligens. Cic. 4. Acad. 176.
In omni genere diligens. Cic. Attic. lib. 12. 250. 2.
Diligens temperamenti. Plin. in Paneg. 132, Tam diligens temperamenti, ut nec Consulis officium princeps, nec principis Consul appeteret.

Digitized by Google

Diligentißimus rei familiaris. Suet. de claris grammat. 23. Cic. 4. de Finib. 54, Omnis enim est natura diligens sui. Et apud Plinium, lib. 34. cap. 8. 31, Diligentißimus artis.

Diligentißimus officij. Cic. pro Celio, 18.

Manus diligens. Seneca in Med. 7. 21.

Quædam negligentia diligens. Cic. in Orat. 43.

Diligentißimus naturæ. Plin. lib. 13. cap. 4. 4.

Diligens ad. Cic. 1. in Catil. 14, Quem tu uidelicet, & ad custodiendum te diligentißimum, & ad suspicandum sagacißimum, & ad uindicandum fortißimum fore putasti.

Diligens & Negligens de suo, de alieno, &c. contraria. Plinius epist. 78. ad Corn. Tacitum.

Diligens in tuendo. Plin. in Paneg. 83.

¶ Diligentia (ἐπιμέλεια, σπουδή, ἀκρίβεια, ἐπιμέλεια) Studium, cura. Plautus Rud. 19. 39, Curate hæc fultis magna diligentia. Cic. 2. de Orat. 82.

Assiduitas & diligentia. Cic. ad Att. lib. 2. 30. 4.

Diligentia & industria. Cic. 1. de Orat. 143.

Peruersitas diligentiæ. Quint. lib. 1. cap. 6. 11.

Accuratißima diligentia. Vide Accuro.

Acris diligentia. Vide Acer Adiect.

Ianis diligentia. Quint. lib. 5. cap. 11. 23.

Nimium solicita diligentia. Quint. lib. 3. cap. 11. 15.

Diligentia in Rempub. Cic. pro Murena, 77.

Adhibere diligentiam. Vide Adhibeo.

Adimere diligentiam. Vide Adimo.

Adiungere diligentiam. Vide Adiungo.

Affectare diligentiam. Vide Affecto.

Asseruare diligentia. Vide Asseruo.

Comparare diligentiam. Vide Comparo.

Conferre diligentiam ad aliquid. Cic. Planco, libro 10. 2. 8. Vide Conferre.

Consequi diligentia aliquid. Vide Consequor.

Consumere diligentiam in re aliqua. Vide Consumo.

Excitanda animaduersio & diligentia, ut, &c. Cicero 1. Offic. 144.

Habenda ratio & diligentia omni in re. Cic. de Amic. 75.

Labi diligentia. Quint. lib. 5. cap. 13. 30.

Rident diligentiam nostram. Quint. lib. 2. cap. 11. 2.

Magna cum cura atq; diligentia scribere. Cic. 1. de Inuent. 85.

¶ Diligenter, aduerbium (ἐπιμελῶς) Studiosè, cũ cura & solicitudine. Terent. Eunuch. 2. 1. 1, Fac ita ut iussi, deducantur isti. P. faciam. P H. at diligenter. P. Fiet.

Asseruare aliquid diligentius. Catul. ad Coloniam, 17. 4.

Studiosè diligenterq; curare. Cic. Plancio, lib. 16. 341. 7.

Diligenter exponere aliquid. Cic. 4. Verr. 129. Et 1. Acad. 6, Diligentißimè Græcis literis explicata.

Diligenter hic eram: id est, summo studio & cura considerabam, & animaduertebam quæ agebas. Plautus Milit. 3. 28.

Diligentius paratiusq; uenire. Cic. pro Sexto Roscio, 43.

Dilochos] Διόχος, Dianæ uel Lunæ epitheton, uel quòd uenatrix cum sit, duplicem hastam ferat: uel à duplici nomine, suo, & Solis.

Dilogia] Διλογία, Figura est, quum ambiguum dictum duas res significat. Asconius in 2. Verr. Figura tamen eloquutionis hic nulla est.

Dilores] Vestes dicuntur, quæ duobus nectuntur loris: sic & pentelores, & monolores, quòd ad inficiendi rationem referunt alij, dictionibus ex Græco & Latino confictis. Vide Cel. Rhod. lib. 16. cap. 10.

Dilorico] diloricas, pen. prod. (διατμήγω) dilbricare. Discindere, inquit Nonius. Cic. de Orat. lib. 2. 67, Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere? Alibi idem exemplum memorãs, dixit, Tunicam à pectore discidit. Vt intelligamus idem esse diloricare & discindere: sed hoc magis proprie, illud autem metaphoricè dictum putauerim.

Diluceo] diluces, penult. prod. diluxi (διαλάμπω) diluere, Distinctè, siue perfectè lucere. Hor. lib. 1. epist. 4. 3, Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Dilucere res dicitur, per translationem, pro clara & aperta esse. Liu. 3. ab Vrbe, 67.

¶ Dilucidus, pen. corr. (καταφανὴς, καταφανοῦς) Nomen ex participio. Plin. lib. 9. cap. 39. 3, Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, tantoq; dilucidior, quanto magis uellera esuriunt.

Dilucida oratio. Cic. 3. de Fin. 4.

¶ Dilucidè, Aduerbium (καταφανῶς) Id est, clarè & perspicuè. Terentius Phorm. 2. 3. 52, Dilucidè expediui quibus me oportuit iudicibus. Plinius libro 18. cap. 28. 14, Dilucidè atq; perspicuè.

Dilucidè planeq; dicere. Cic. in Orat. 42.

Dilucidè diluere, Hoc est, apertè & manifestè. Cic. 3. de Finib. 30. Et 4. Verr. 139, Dilucidè diluere crimina.

¶ Dilucido, dilucidas, pen. corr. (διαφωτίζω, σαφηνίζω) dilucidare, Declarare. Author ad Heren. lib. 3. 99, Nam quod in docendo rei dilucidãdæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus.

¶ Diluceſco, diluceſcis (ἀπολάμπω) diluceſcere, Diem fieri incipere: pro quo antiqui diluculaſcere ſcripſerunt. Cic. in Catilinam, ad Quirites, 52, Prætoribus traduntur: ipſi cum prehenſi ad me, quum iam diluceſceret, deducuntur.

Diſcuſſa eſt illa caligo, diluxit, patet, uidemus omnia. Cicer. 12. Philip. 321.

¶ Diluculum, diluculi, pen. corr. (ὄρθρος, πρόϊορθρον) A' die, quòd tum dies luceſcere incipiat. Plaut. Amph. 8. 104, Primulo diluculo abiiſti ad legiones.

Cum diluculo abire. Vide Cum.

Primo diluculo uenire. Cic. pro Roſc. Amer. 12.

¶ Diluculo, Aduerbium (κατ' ὄρθρον) Id eſt, ſummo manè, ante lucem. Cicer. ad Atticum, lib. 16. 337. 1, Quum ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, ueniſſemq; diluculo ad pontem Tiretium.

¶ Diluculo, diluculas, pen. corr. diluculare (ὄρθρον ποιεῖσθαι) Eſt diluculum fieri. Gellius lib. 2. cap. 29, Die craſtino ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges ueniãt. Antiquum eſt & obſoletum.

Diluculaſcit] Vide Diluceſco.

Diludia] diludiorum, plur. num. neut. gen. Hor. lib. 1. epiſt. 20. 10, Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco. Vbi Acron, Diludia, tempora ſunt quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra quinq; dies pugnent. Porphyr. Diludia, miſsio ludorum uel dilatio.

Diluo] diluis, dilui, dilutum, pen. prod. (πορφαννύω, πλύζω) diluere, Lauare, purgare, abluere. Ceſar 2. bel. Ciuil. 41. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa interlateres diluere poſſet.

Diluere aceto. Celſ. lib. 5. cap. 20.

Color diluitur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 13.

Labores boum diluere ingenti pluuia. Virg. 1. Georg. 65.

Pectora ſudor diluerat. Valer. 3. Argon. 112.

Diluere eſt aquam uel alium liquorem miſcere. Virgilius 1. Georgicor. 69.

Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret:
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Cui tu liba de lacte, melle, & uino. Seruius. Et Perſius, Satyr. 5. Diluis

Digitized by Google

belleborum dixit, pro eo quod est, medicamentis temperas. Plin. lib. 34. cap. 12.

Vnguenta lachrymis diluere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 11.

Diluere aliquid in pastillos. Plin. lib. 25. cap. 12. ad finem.

Diluere, per translationem, pro Expedire, declarare, explicare. Cic. pro Cluent. 3, *Quum ego unaquaq; de re dicam, & diluam.*

Cura diluitur mero. Ouid. 1. de Arte, 48. Id est, *aufertur & uelut abstergitur.*

Hora sera diluitur mero. Ouid. epist. 18. 3.

Diluere crimen, pro Purgare & refellere. Cicer. 7. Verr. 62, *Quo facilius crimen inimicorum diluere possim.* Idem 2. de Natur. deorum, 30.

Inferre crimina & Diluere, contraria. Author ad Heren. 204.

Diluere, & falsa esse docere. Cic. pro Cælio, 27.

Infirmare & diluere. Cic. pro Rosc. Amer. 24.

Facinus tantum quæ diluet ætas? Claud. 2. in Eutrop. 5.

Extenuare & diluere molestias. Cic. 3. Tusc. 61.

Peccata diluere. Ouid. 2 de Remed. amor. 60.

Vitium ex animo diluere. Propert. lib. 3. ad Bacchum, 17. 2.

Diluere authoritatem, pro minuere. Seneca epistol. 29.

¶ *Diluor, passiuum.* Author ad Heren. 74, *Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur.*

¶ *Dilutus*, penult. prod. *Participium* (κεκραμένος) *Quod est mistum & temperatum. Vnde uinum aqua mistum, dicitur dilutum.* Mart. lib. 1. 177,

— *raram diluti bibis unciam Falerni.*

Dilutus color dicitur, quum ueluti aqua adhibita, minus est intensus. Gell. lib. 2. cap. 26, *Luteus, color rufus est dilutior. Quidam legunt, dilucidior.*

Absynthia diluta. Lucret. lib. 4. 46.

Dilutas querimur germinet quòd fistula guttas. Pers. Satyr. 3.

Labella diluta multis guttis. Catul. ad Iuuen. 94. 2.

Mella Falerno diluta. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. 4.

Dilutus rubor. Vide Rubeus.

Diluta potio. Cels. lib. 1. cap. 3.

¶ *Dilutum*, pen. prod. (κράδεγμα) *Substantiuum. Id liquidum est, in quo aliquid certo tempore infusum fuit: ut si in uas uini appositum absynthium fuerit, deinde post interiectum tempus abstractum, id uinum, absynthij dilutum dicetur.* Plin. lib. 27. cap. 7. 4, *Bibitur & madefacti absynthij dilutum. Ita enim appellatur hoc genus.*

¶ *Diluuio, diluuias* (κατακλύζω) *diluuiare, Diluuie & inundationibus commiscere & conturbare, inundare.* Lucretius lib. 5. 78,

Tantum suppeditant amnes, ultraq; minantur
Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

¶ *Diluuium* (κατακλυσμὸς) *Quod uarie diluit. Nam diluuium, diuersorum purgamentum fuit, omnia diluens, quãdo scilicet immodicis imbribus uel uexatur terra, uel obruitur: quæ & inundatio dicitur.* Plin. epist. 170. ad Macrinũ, lib. 8, *Hic assiduæ tempestates, & crebra diluuia.*

Crebra diluuia. Vide Creber.

Tellurem diluuio miscere. Virg. 12. Aeneid. 41. Id est, *Aquæ suæ perfusione uniuersa perturbare.* Seruius.

Diluuium, pro uastitate, author Seruio, apud Virgilium, 7. Aeneid. 46,

Diluuio ex illo tot uasta per æquora uecti, &c. De Troiæ excidio loquitur.

¶ *Diluuies, diluuiei*, pen. prod. fœm. gen. (κατακλυσμὸς) Idem. Lucret. lib. 5. 52. Hor. lib. 4. Carm. ode 14. 6,

— *horridamq; cultis*
Diluuiem minitatur agris. Id est, *inundationem.* Acron. Plin. lib. 9. cap. 4.

¶ *Diluuialis, & hoc diluuiale*, penult. prod. Solinus cap. 14, *Quippe quas solas diluuialis irruptio quum uniuersa obduceret humido situ, inaccessas reliquit.*

Dimachę] Διμάχοι, *Equites quidam sunt ab Alexandro instituti, quos à duplici genere pugnæ sic appellabat. Hi nim ex equo pugnabant peritißimè: ubi uerò exigeret necessitas, & foret regio equitatui inepta, mox desilientes ex equis congrediebantur, ut pedites, ne omnino forent pugnæ expertes, & Lydium paterentur incommodum.* Ex Cel. lib. 21. capite 31. *Meminit & Alex. Gen. dier. lib. 6. cap. 22. Vsus est Q. Curtius, apud quem tamen hactenus Dimachæ mendosè lectum est.*

Dimanò] *dimanas*, pen. prod. (ἀπορρέω) *dimanare, Defluere. Per translationem, pro* Peruenit ponitur, & Auditū est. Cic. pro Cælio, 4, *Equidem (ut ad me reuertar) ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic forensis labor, uitæq; ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latius commendatione & iudicio meorum.*

Dimadeo] *dimadet*, penultima correpta, *dimadêre. Lucanus* libro 6, *Dimaduere niues. Hoc est, resolutæ sunt, aut dissolutæ.*

Dimasos] Δίμασος, *Insula circa Rhodum, inquit Plinius*, lib. 5. cap. 31.

Dimeter] *dimetri*, penultima correpta. *Versus dimeter, duo metra, seu duas mensuras habens, hoc est, quatuor pedes.*

Dimetior] *dimetiris*, pen. prod. *dimensus sum* (διαμετρέω, ἐμμετρέω) *dimetiri*, Idem quod Metiri. Vide Dimetior. Cic. de Senec. 45, *Mori uidebamus in studio dimetiendi penè cæli atq; terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipio.*

Dimetiri & describere. Cic. de Senec. 55.

Dimensam & exædificatam animo habere domum alicuius. Cic. ad Att. lib. 1. 4. 1.

Dimetiri digitis peccata. Cic. in Parad. 31.

Dimetiri & dinumerare syllabas. Cic. in Orat. 81.

¶ *Dimetiens, Participium* (διαμετρῶν) *ut, Dimetiens limea.* Plin. lib. 2. cap. 23. 4.

¶ *Dimensus, Participium* (διαμεμετρημένος) Cic. de Senectut. 55, Et ei Cyrum respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur actiuè.

Omnia sint paribus numeris dimensa uiarum. Virgilius 2. Georgicorum, 57.

Orbis certis partibus dimensus. Virgilius 1. Georgic. 47, Id est, authore Seruio, *Annus diuisus in quatuor tempora.* Hic passiuè sumitur.

Ratio dimensa. Cic. in Orat. 106.

¶ *Dimensum*, Idem quod Demensum. Spartianus in Adriano, *Senatoribus, qui nõ uitio suo decoxerãt, patrimoniũ prouiberorũ modo Senatoriæ professionis explent; ita ut plerisque in idem uitæ suæ dimensum sine dilatione restituerit.*

¶ *Dimensio*, Verbale (διάστασις, διαμέτρησις) Cic. 1. Tuscul. 39, *Pusionem quendam Socrates interrogabat quædã Geometrica de dimensione quadrati.*

Dimetor] pen. prod. *dimetaris, dimetatus sum* (διαμετρέω) *dimetari.* Cic. 2. de Nat. deor. 233, *de syderibus, Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & uarietates, nauationesq; cognouimus.*

Dimico] *dimicas*, prn. corr. *dimicui, & dimicaui, dimicatũ* (ἀγωνίζομαι) *dimicare, pugnare, quod propriè sit re ipsa.* Cæs. 7. bel. Gal. 143, *Ne contra suam uoluntatem dimicare cogeretur.* Ouid.

Vitricus & gladijs & acuta dimicet hasta.

Hæc

Digitized by Google

Hæc tibi sit pugna dimicuisse satis. Ouidius 2. Amorum, eleg. 13.6.

Dimicare acie, uel prælio. Liu. 2. ab Vrbe, 233. Cic. 2. de Nat. deor. 8, Quum A. Posthumius Dictator cum Octauio Manilio Tusculano prælio dimicaret.

Acie tota dimicare. Vide Acies.

Mille modis acies tua dimicat. Ouid. ad Pisonem, 40.

Dimicare animi causa. Cic. 5. de Fin. 92.

De omnibus fortunis Reipublic. dimicare. Cicero Attic. libro 8. 164. 2.

Dimicare de imperio cum aliquo. Cic. 1. Offic. 59.

De potentia sua dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis. Cic. Att. lib. 7. 123. 6.

Dimicant inter se. Plin. lib. 8. cap. 7. 1.

Pro altero dimicare. Cic. 2. Philipp. 83.

Dimicare pro re aliqua. Plin. lib. 12. cap. 25. 2.

Pro legibus, pro libertate, pro patria dimicare conuenit. Cic. 4. Tuscul. 65.

Dimicandum omni ratione ut incolumes conseruentur. Cicero 1. Verr. 39.

¶ Dimicans, pen. corr. Participium (ἀγωνιζόμενος) Cic. pro Sestio, 1, De capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicantes.

¶ Dimicatio, Verbale (ἀγωνισμὸς) Liuius 2. ab Vrbe, 58, Et subeunda dimicatio toties quot superessent coniurati.

Discrimen & dimicatio fortunæ. Cic. pro Sylla, 58.

Dimicatio capitis, famæ, &c. hoc est, periculum, ut ait Budæus. Cic. pro Rabirio, 2.

Fortunarum dimicatio. Cic. pro Planc. 25.

Dimicatio prælij. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 7.

Solers dimicatio. Plin. lib. 10. cap. 17.

Vitæ dimicatio. Cic. pro Planc. 63.

Artifex dimicatio. Vide Artifex.

Periculosa dimicatio. Vide Periculosus.

Inter ipsam dimicationem, Hoc est, in ipsa dimicatione, Inter dimicandum, tempore dimicationis. Ex Liuio.

In aciem dimicationemq; uenire. Cic. in Orat. 25.

Dimicatio cum. Plin. lib. 9. cap. 46. 2, At cum caniculis atrox dimicatio.

Dimidius] Adiectiuum, siue dimidium substantiuum (ἥμισυς, ἡμίσου) A dimensione dicitur, teste Donato. Alij à medius deducunt, quasi per medium diuisus. Est autem dimidiũ, pars dimidiati altera. Gellius lib. 3. cap. 14, Dimidiatũ, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud conuenit: Dimidium uerò est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Plaut. Bacchid. 23. 68, Dimidium auri datur, accipias. Idem Pseud. 7. 73, Bonus animus in mala re, dimidium est mali. Plin. lib. 2. cap. 59. 1, Certè nisi sole aduerso non fiunt, nec unquam nisi dimidia circuli forma. De arcu cælesti loquitur.

Dimidia pars. Plaut. Rud. 2. 4. 79.

Ex parte dimidia hæres. Cic. Planco, lib. 13. 30. 11.

Dimidius modius. Liu. 3. bel. Pun. 48.

Dimidias clepsidras dixit Plin. in epistol. pro dimidiatis, teste Budæo.

Dimidium facti qui bene cœpit, habet. Hor. 1. epist. 2. 8.

Dimidio minoris constabit aliquid. Cic. Att. lib. 13. 28 4. 2.

Pecuniæ dimidium alicui curare. Cic. Qu. frat. lib. 2. 8. 3.

Ad dimidias decoquere. Vide in præpositione Ad.

Dimidium donare Limo, quàm credere totum,
Qui mauult, mault perdere dimidium. Mart. lib. 1. 71.

Soluere dimidium. Quint. lib. 5. cap. 10. 73.

Dimidium quàm. Liu. lib. 5. bel. Maced. 1, Vt uix dimidium militum, quàm quod acceperat, successori tradiderit.

Dimidio, ablatiuus: ut, Dimidio carius quàm æstimatur aliquid emere. Cic. pro Domo sua, 89.

Dimidio minus, & dimidio minoris. Plaut. Asin. 9. 35. Cicer. ad Att. lib. 13. 28 4. 2. Vide Minor.

Minus dimidium, pro Dimidio minus. Cic. 3. Verr. 86, Iurarẽt se curatores, ut ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum peruenirent. Budæus.

Dimidio plus & pluris. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180. 3. Idem 5. Verr. 65, Adducitur medimnis ɪᴍ. dimidio ferè pluris quàm superiore anno.

Dimidio stultior. Cic. pro Flac. 37.

¶ Dimidiatus, pen. prod. Adiectiuum (ἡμίτομος) Dicitur id quod in duas partes diuisum est: ut, Dimidiata hora, dimidiatum pomum. Plaut. Menæchmis, 4. 43, Dies quidem iam ad umbilicum est dimidiatus mortuus. Ennius, Sicuti si quis ferat uas uini dimidiatum. Dimidiatum mensem dixit Cic. in Tusc. 2. Quæst. 6. 3. Et Plin. lib. 16. cap. 39. 6, Nisi intermestri luna atq; dimidiata, ne tangas materiam.

Partes dimidiatæ. Cic. 5. Tusc. 93.

¶ Dimidiatim, Aduerbium (ἡμιτόμως) Plaut. Milit. 10. 166, Sed percellunt, sed perducunt dimidiatim dum appetunt. Id est, sibi uolunt dari dimidiam partem.

Diminuo] diminuis, diminui, diminutũ, pen. prod. (μειόω, ὀλιγόω, ἀμβλυνόω, ὑποσαθρίζω) diminuere, Idem quod Minuere, uel in diuersas partes confringere & attenuare. Terent. Eunuc. 4. 7. 33, Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. Idem Adelph. 4. 2. 33, Dimmuetur tibi quidem iam cerebrum. Cæsar 3. bel. Ciuil. 8, Longumq; iter ex Hispania magnum numerum diminuerat.

Detrahere & diminuere de re aliqua. Cic. 2. de Inuent. 144.

Auxilio diminui. Cic. de Arusp. resp. 36.

Ira diminuitur. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 9.

Diminutum negocio. Author ad Heren. lib. 1. 30.

Diminuere de, uel ex. Cæsar 1. bel. Gal. 229. Liu. 2. ab Vrbe, 4, Quàm quod diminutum quicquam sit ex regia potestate.

De bonis alicuius diminuere. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2. 16.

De præsidijs diminuere. Cic. pro Sylla, 1.

Verbo unius de tempore sermonis alterius diminuere. Cicer. 3. de Orat. 105.

¶ Diminutus, pen. prod. Participium (μεμειωμένος) Cic. 3. de Orat. 72, Distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium diminutæ.

Dignitas collegij interitu alicuius diminuta. Cicero de claris Oratoribus, 1.

Prædia diminuta. Cic. pro Sylla, 42.

Diminuta ex parte & infirmata sententia. Cicero pro Cecin. 28.

¶ Diminutiuus, pen. prod. Adiect. Charisius libro 2, Sunt diminutiua, quæ ab absolutis nominibus, adiecta in nouissima parte aut litera aut syllaba, capiunt diminutionem, ut Paruus, parulus. Vox est Grammaticis frequens & familiaris.

¶ Diminutiuè, Aduerbium. Charisius lib. 1, Pistrinum neutro dicitur, sed Lucilius fœminiuè extulit, Media è pristina. Nam & Terentius diminutiuè pristrillam dixit.

¶ Diminutio; Verbale (μείωσις, ὑποκόρισμα, ἄτιμωσις) ut, Diminutio luminis. Cic. 1. Tuscul. 106. Et, Diminutio familiæ, Plin. lib. 34. cap. 13. 9.

Accretio & Diminutio, contraria. Cic. 1. Tusc. 106.

Ciuium diminutio. Cic. 3. in Catil. 68.

Libertatis diminutio. Cic. 2. de leg. Agrar. 30.

Vectigalium diminutio. Cic. 1. de leg. Agrar. 12.

Diminutio capitis apud Iurisconsultos, Est prioris status mutatio, ut

Digitized by Google

tio, ut testatur Caius tit. de cap. minut. l. 1. Cicer. de Prouin. Consul. 18. Vide Caput. Antiqui tamen oratores De capite diminuere, & de capite demere dicebāt. Cic. in Verrem, Vnum hoc aliud Senatus c. reprehensum, secretumq; est, ut quibus ille de capite dempsisset, ne pecunias in ærarium referrent. Idem in Topicis 14. Cæsar 2. bel. Ciuil. 137.

Diminutio de. Cic. 2. Offic. 107, Neq; de bonis priuatorum publicè diminutio fiat.

Facta de imperio diminutio. Seruius Cic. lib. 4. 5. 13.

Multari diminutione prouinciæ imperatorem, contumelioſum est. Cic. de Proum. Consul. 30.

Dimitigo] Vide Demitigo.

Dimitto] dimittis, dimisi, dimissum (ἀφίημι, ἀπολύω, μεθείω, παρίημι) dimittere, idem quòd Mittere: ut, Dimittere domum. Liu. 8. bel. Maced. 4. Virg. 1. Aeneid.

—— equidem per littora certos Dimittam.

Dimittere boues in pascua. Colum. lib. 6. cap. 26. 11.

Dimittere literas in alias urbes. Liu. 8. bel. Maced. 5.

Dimittere pueros circum amicos. Cic. pro Quintio, 12.

Dimittere folia dicitur arbor, quum decidunt. Plinius lib. 12. capite 1. 8.

Dimittere, pro In diuersas partes mittere. Liu. lib. 5. Decad. 5. Per omnes ciuitates cohortes dimisit. Suet. in Cæsare, cap. 4, Nam comites seruosq; cæteros in initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.

Dimittere, pro Deorsum mittere. Plin. lib. 11. cap. 37. 69, Alterum sinum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata.

Dimittere se in uallem, uel agmen in æquum. Cæsar 1. bell. Ciuil. 300. Liu. 7. ab Vrbe, 102, Postquam neq; in æquum dimitti agmen uidit.

Dimittere, Permittere abire, Simere. Terent. Eunuc. 4. 7. 44, Iam dimitto exercitum? THR. ubi uis. Sic apud Cæsarē, 7. bel. Gal. 280, Dimittere equitatum. Cic. 1 Offic. 55, Quū autem Pompilio uideretur unam dimittere legionem.

Dimittere & Retinere, contraria. Cic. 4. Verr. 4.

Aequos & placatos aliquos dimittere. Cic. in Orat. 18.

Aliquem cum bona gratia dimittere. Cic. de Fato, 16.

Aliquem cum pace dimittere. Vide Pax.

Dimittere, Permittere, in potestatem dare. M. Tullius de Republic. libro 1, Tum annui Consules, tum dimißi populo fasces. Nonius.

Aculeum dimittere. Vide Aculeus.

Dimittere amicitias. Cic. de Amic. 65.

Dimittit animum in artes ignotas. Ouid. 8. Met. 38.

Dimittere se ad aurem alicuius. Cic. 4. Verr. 53.

Aliquid in aures duras dimittere. Virg. 4. Aen. 86.

Bellum dimittere. Stat. 16. Theb. 103.

Cœtum dimittere. Cic. 1. in Catil. 7.

Comitia dimittere. Cic. Att. lib. 1. 9. 8.

Discedentem non sine magno dolore dimittere. Cicer. Attico, lib. 12. 14 1. 12.

Dimittere se in comparationem alterius, Comparare se alteri. Suetonius de claris Rhetor. 5. Vbi fortasse legendum, demittere.

Dimittere è complexu suo. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 5.

Concilium dimittere. Cic. 1. de Orat. 60.

Concilia instituta dimittere, uel habita rescindere. Cicer. 2. de Legibus, 51.

Dimittere & ablegare consilium. Cic. 4. Verr. 52.

Dimittere ex consilio. Cæsar 3. bel. Ciuil. 423.

Contumelioſè dimittere. Vide Contumelia.

Dimittere creditorem, id est, ei satisfacere, se ab eo liberare. Paulus in l. quæris. ff. de pactis dotal.

Curam dimittere. Cic. Att. lib. 14. 307. 3. Ouid. 13. Metam. 44.

Dimittere curam ex animo. Liu. 10. bel. Pun. 11.

Custodiam capitis alicuius dimittere. Cic. pro Plancio, 79.

Debitorem dimittere, id est, liberare acceptilatione. Vlp. in l. ambitioſa. ff. de decretis ab ordine faciendis, Ambitioſa decreta Decurionum rescindi debent: siue aliquem debitorem dimiserint, siue largiti sint. Budæus.

Dimittere in discrimen. Liu. 3. ab Vrbe, 142.

Dimittit eum dolor. Cels. lib. 4. cap. 19.

Dimittere facultatem rei gerendæ. Cæsar 1. bel. Ciuil. 112.

Dimittit febris. Cels. lib. 1. cap. 7.

Dimittere filium de potestate. Caius in l. liberum. ff. de adop.

De grauitate aliquid, aut multum de cupiditate dimittere. Cic. 13. Philip. 343.

Iudicium dimittere. Cic. 4. Verr. 49.

Ius suum retinere & Dimittere, contraria. Cicero pro Corn. Balbo, 24.

In alicuius casus lachrymas dimittere. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. 4.

Libertatem non dimittere. Cic. pro Plancio, 77.

Dimittere è manibus. Cæs. 3. bel. Ciuil. 105.

E' manibus non dimittere aliquem authorem. Cicero in Oratore, 59.

Dimittere matrimonium, pro Soluere, uel rescindere, apud Suetonium in C. Calig. cap. 15.

Dimissa è matrimonio, pro Repudiata. Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 49, Qui dimissam eam è matrimonio post uicesimum annum ueneni olim in se comparati arguebat.

Milites dimittere. Cic. 7. Verr. 79.

Moras dimittere. Valer. 8. Argon. 21.

Murmura uenti dimittunt. Sil. lib. 7. 52.

Dimissa in populos notitia nominis, pro dispersa. Seneca epistol. 31.

Dimittere occasionem. Cæsar 5. bel. Gal. 45.

Dimitti oſculo. Plin. in Paneg. 36, Gratum erat cunctis, quòd Senatum oſculo exciperes, ut dimissus oſculo fueras.

Dimittere patrimonium. Cic. pro Cecinna, 55.

Remiges dimittere. Cic. 7. Verr. 79.

Dimittere reum, Est crimine soluere & uinculis. Plin. ad Traianum. Budæus.

Dimittere schola, Cessare à docendis iuuenibus. Sueton. de claris grammat. 18, Dimissa repente schola, transit ad Q. Septimij Philosophi sectam.

Dimittere Senatum, concionem, &c. Cic. de Amic. 11. Idem ad Att. lib. 2. 39. 7. Et Cæs. 1. bel. Gal. 68.

Dimittere à se. Cicer. ad Atticum, lib. 8. 15 4. 2, Morem geſi, dimiſi à me.

Dimittere sanguinem è capite. Varro 2. de re Rust. cap. 1. 23.

Dimittere de summa, quod & remittere dicitur. Cicero 5. Verr. 69.

Dimittere tempus, Idem quod Dimittere occasionem, siue omittere. Cic. 2. de Orat. 49.

Vsum aliquorum dimittere. Cic. Varr. lib. 9. 1. 3.

Dimittere uxorem, pro Repudiare. Sueton. in Tiberio Cæsare, cap. 10.

Bò rem dimittit Epicurus. Cic. 4. Acad. 141.

Commemoratio nominis nostri non dimittenda. Cicero pro Arch. 21.

¶ Dimissus, Participium (ἀφαιρῶ, ἀφετὸς, παραιρῶ) Cicer. 4. Academ. 21, Philonem audierat, homo sanè in ista philosophia, quæ nunc propè dimissa renocatur, probatus & nobilis.

Arma dimissa. Lucan. lib. 3. 74.

Lues cælo dimissa. Stat. 11. Theb. 55.

¶ Dimißio, Verbale (ἄφεσις, ἄφεσι) Cic. 7. Verr. 69, Praeclara classis in speciem, sed inops & infirma, propter dimissionem

Digitized by Google

ſionem propugnatorum atq; remigum.

Dimiſsio,*pro amandatione. Cic.in Parad.58, Dimiſsiones libertorum ad fœnerandas, diripiendasq; prouincias.*

¶ Dimiſſoriæ literæ (ἀφετικαὶ γράμματα) *inquit Modeſtinus, de uerbor.ſignif.ſunt, quæ uulgò Apoſtoli dicuntur. Dimiſſoriæ autem dictæ ſunt, quòd per eas cauſa ad eum qui appellatus eſt, dimittitur. Sic Marcellus De libellis dimiſſorijs.*

Dimoueo] *dimoues,pen.corr.dimoui, dimotum,pen.prod.* (διακινέω,ἀποκινέω) *dimouere: Idem ſignificat quod remouere,uel loco ſuo mutare. Virg.lib.2.Georg.103,*

Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor, &c.

Dimouere & depellere,pro Submouere. Cic.pro Cecinna,35, Dimoueri enim & depelli de loco neceſſe eſt eum, qui deijciatur.Budæus.

Aqua dimota. Ouid.epiſt.17.16.

Dimouere bonum & malum diſcernere.Saluſt. de Rep.ord.

Cauſam dimouere in rem aliquam.Cic.2.de Inuent.188.

Dimouere corpus.Celſ.lib.3.cap.22.

De ſuo curſu dimouere.Cic. pro Seſtio,88.

Dimouit,perfregitq; cuſtodias pœna.Plin.in Paneg.78.

Dimota à centro ſuo tellus.Plin.lib.36.cap.10.2.

Dimouere de dignitatis gradu uel loco.Cic.2.Tuſc.100.Cic.in Parad.17. Item, Loco,& certo de ſtatu dimouere, Cic.pro Cecinna,31.

Dimouere è,uel de poſſeſsionibus. Cic.pro leg.Agr.81.& 110.

Intentionem dimouere in.Cic. 2. de Inuent.186,Remotio criminis eſt,quum eius intentio facti quod ab aduerſario infertur,in alium,aut in aliud dimouetur.

Labem à Republica dimouere.Cic.pro Domo ſua,54.

Dimouere moleſtiam ab aliquo.Cic. 1.Verr.3.

Moras uocis dimouere.Senec.Hipp.4.46.

Obſtanteis propinquos dimouere.Hor.3.Carm.ode 5.16.

Dimoueri de ſententia : Idem quod Moueri & remoueri.Cic. pro Seſtio,88.

Dimouere ſuſpicionem.Cic.Antequam iret in exilium,13.

Aurora polo dimouerat umbram.Virg.4.Aen:id.2.

Terram dimouere incuruo aratro.Virg.2.Georg.103.

¶ *Dimotus,pen.prod.Participium* (ἀποκινηθεὶς) *ut, Parietes dimoti.Tacit.lib.5.*

Dimulgare] *perperam pro Diuulgare citat Calepinus ex Cicerone ad Appium,lib.6.12.3,Quare uiſum eſt occultius agendum,neq; ullo modo dimulgandum. Vbi diuulgandum debere legi palàm eſt.*

Dimuri] Δίμυροι,*Populi.Plinius lib.6.cap.20,Hinc deinde accolunt Indum aduerſum euidenti demonſtratione, Amotæ,Bolingæ,Gallitalutæ,Dimuri,&c.*

Dimyxos] Δίμυξος,*Lucerna duo habens ellychnia.* μύξαι *enim Græcis nares dicuntur,& canaliculi in lucerna narium modo eminentes,quibus ellychnia inſeri ſolent. Vnde & Polynixos lucernæ quoddam genus dicitur,ab ellychniorum multitudine.*

Dinæa] *Socrus Opianici,ab eo interfecta. Cic. pro Cluent.*

Dinarchus] *Corinthius,iuſſu Polypercontis iugulatus eſt. Author Plutarchus.*

Dinaretum] *Promontorium, inter quod & Acamanta, quod eſt ad occaſum,Cyprus inſula iacet. Vide Plin.lib.5. capite 31.*

Dindari] Δινδάροι,*Liburniæ populi,in Narbonenſi colonia,quorum meminit Plin.lib.3.cap.22.*

Dindymene]*pen.prod.& Dindyme,pen.cor.* (Δινδυμήνη) *dicitur Cybele: quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius ſacra fierent.Siponti nus.*

Dindymis] Δινδυμὶς,*Oppidum Mileſiorum, poſtea dictũ Cyzicum,quum ab initio Arconneſos,& Dolionis,& Dindymis uocitaretur.Hæc Plin. lib.6.cap.ult.*

Dindymus] *penult.correp.in ſing.maſcul.gen.in plu.neut.* (Δίνδυμος) *Mons in Phrygia, ubi colebatur Cybele magna mater deûm,quæ ab eo dicitur Dindymena. Virgil.lib. 9.Aeneid.124.*

Vlulantia Dindyma.Valer.3.Argon.47.

Dinia] *Oppidum Ebroduntiorum,qui ſunt prouinciæ Narbonenſis populi,teſte Plin.lib.3.cap. 4.*

Dino] *onis,Nobilis ſtatuarius,Polycleti diſcipulus, cuius meminit Plin.lib.34.cap.8.*

Dinochares] *pen.corr.* (Δινοχάρης) *Architectus plurimis modis memorabili ingenio, quiq; Alexandriam urbem eſt metatus,ut uidere eſt apud Plin.lib.5.cap.10.Alio tamen loco,nimirum lib.7.cap.37,Dinocratem uocat.*

Dinocrates]*pen.corr.Meſſenius,Romæ in conuiuio temulentus muliebri ſaltauit habitu. Poſtera die quum ab Achæorum imperio Meſſanam ad defectionẽ ſolicitare uellet, peteretq; propterea præſidium à Tito Flaminio, De his,reſpondit Flaminius,uidebimus.Te uerò miror uina tractare, ſaltare, & fœminam mentiri poſſe,quum res huiuſcemodi moliri audeas.Plutarchus in Philopœmene.*

Dinomenes] *nis* (Δινομένης) *Statuarius inſignis, cuius opera Proteſilaum,& Pythodemum luctatorem enumerat Plin.lib.34.cap.8.*

Dinos] Δεῖνος,*Poculi genus:quanquam eodem nomine ſaltatio quædam etiam uocetur. Vide Cæl.Rhod.libro 27. capite eodem.*

Dinos (Δῖνος) *Id eſt uertigo. Affectio eſt, quum caput circũagi uidetur:fitq; ob inordinatam ſpiritus flatuoſi motionẽ, qui uel in capite localem habet generationẽ, uel ſurſum ex infernis fertur partibus. Author Galen.in lib.Hipp.de uictu ration.comment.4.*

Dinoſco] *Vide* Dignoſco.

Dinumero] *dinumeras, pen. corr.* (διαριθμοῦμαι) *dinumerare,Idem ſignificat quod Numerare : ut, Dinumerare exercitum.Plin.lib.4.cap.11.4,Dinumerare centurias Cicer.ad Att.lib.16.335.6,Dinumerare ſtellas. Cicer.1.Offic. 216,Dinumerare horas.Plin.lib.2.cap.73.3.*

Hoſtes dinumerat.Ouid.11.Met.115.

Dinumerare & dimetiri ſyllabas.Cic.in Orat.81.

Tempora dinumerat.Virg.6.Aen.136.

Dinumerare pecuniam, pro Diſſoluere, ſæpiſſimè accipitur, Cic.7.Verr.93.Terent.Adelph.5.7.17, Iube nunc iam dinumeret Babylo illi uiginti minas. Dinumeret,quaſi multum numeret,inquit Donatus.

¶ *Dinumeratio,Verbale* (διαρίθμησις) *Cic. 2. de Orat.115, Improuiſum quiddam & dinumeratio, & alia correctio, & diſputatio, &c.*

Dinus Mugellanus] *Iuriſconſultus, Bononiæ ius ciuile profeſſus eſt, circiter annum 1300. Commentarios in eam diſciplinam complures ſcripſit,in quibus doctrinæ puritatem cumprimis ſecutus traditur.Hotomanus.*

Dio] *Viri proprium.Cic. 4. Verr. Dio Haleſinus, Qu.Metelli beneficio ciuis Romanus factus.*

Diobeſi] Διοβήσοι,*Thraciæ populi,quos Neſtus amnis præterfluit,ut inquit Plin.lib.4.cap.11.*

Diobolaris] *& hoc Diobolare, pen. prod.* (Διωβολαῖος) *Diobolares meretrices, inquit Feſtus, quæ duobus obolis conducuntur.Plaut.Pœnulo,4.48,*

Turba eſt nunc apud aram, ibi uis inter iſtas uerſarier
Proſedas,piſtorum amicas,reliquias alicarias,
Miſeras, cœno delibutas,ſeruili, &c. ſeruulorum ſordidorum

Digitized by Google

didorum ſcorta diobolaria? Diobolaria ſcorta dixit, tanti proſtantia, quanti ſolidus noſter eſt & ſextans. Budæus in Aſſe, lib. 5.

Diocęſarea] Διοκαισάρεια, Cappadociæ oppidum Plinio lib. 6. cap. 3.

Diochares] Διοχάρης, Cæſaris libertus. Meminit Cicer. 11. ad Attic.

Diocleus] Orſilochi filius, teſte Homero habitabat in Phæra loco inſigni.

Diocles] pen. correp. Athenienſis, Comicus poeta, antiquus, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. Diocles item Medicus Cariſtius, Darij Hiſtaſpis tempore, reliquit & ipſe commentarios. Suidas. Dioles item quidam fuit Centuripinus, qui ob Verris iniurias ſe ſuſpendit. Author Cic. 5. Verr. Fuit præterea Diocles cognomine Popilius à Q. Verre ſpoliatus. Idem 6. Verr.

Diodorus] pen. prod. cognomento Chronus, Dialecticus ex Iaſſo Aſiæ ciuitate fuit, ut Strabo eſt author, Platonis tempore, Euclidemq; audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono, eius præceptore, cuius ut famam obſcuranit, ita & cognomen uſurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (ut ait Laertius) primus inuolutum & cornutum diſſerendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum olim inter epulas à Stilpone ſermones quoſdam dialecticos propoſitos exemplò nequiuiſſet exoluere, ob id à rege periurgium Chronus appellatus, conuiuium deſeruit, ac edito per otium ſuper ea propoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt. Author Diogenes Laertius. Diodorus Stoicus, Ciceronis præceptor in dialecticis, ut in Bruto ſcribit ipſe. Eram (inquit) cum Stoico Diodoro: qui quum habitauiſſet apud me, mecumq; uixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus: à quo cùm in alijs rebus, tum ſtudioſiſſimè in dialectica exercebar, quæ quaſi contracta, & aſtricta eloquentia putanda eſt, &c. Vide eundem 1. de Natur. deor. 11. Diodorus, Comicus poeta, cuius comœdias enumerat Athenæus.

Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis Philoſophi, eius qui compoſuit Dictionarium Atticum, floruit Adriani temporibus. Suidas.

Diodoros præterea duos è Lydia Tyberij tempore Strabo commemorat, ambos Oratores. Diodorus Siculus ſcripſit hiſtoriam, quam Bibliothecam inſcripſit, continet autem res Romanas & uarias in libris XL. ut Suidas teſtatur, qui dicit eum floruiſſe ſub Auguſto. Diodorus Tarſenſis, Præſul, cuius meminit Hieronymus.

Diodorus, Thebanus tibicen fuit, qui quū hactenus tibia quatuor habuiſſet foramina, multis perforauit, obliquos ſpiritui meatus aperiens. Author Pollux lib. 4. cap. 10.

Diœceſis] huius diœceſis, pen. prod. fœm. gen. (Διοίκησις) Latinè gubernatio, adminiſtratio, ſiue iuriſdictio, à Διοικέω, guberno, tueor. Sunt autem diœceſes Pontificum, in quas adminiſtrandi officij ſui liberam habent poteſtatem: propter quod Diœceſani epiſcopi uocantur. Cicer. Appio Pulchro, libro 3. 8. 16. Idem ad Atticum, libro 5. 103. 4, Tu autem ſæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ, & portus & noſtrarum diœceſium. Idem ad Thermum, libro 13. 54. 3, Deinde ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontio controuerſiæ, ut in illam Διοίκησιν reijcias.

Diœcetes] diœcetæ, pen. prod. (Διοικητής) Qui procurationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepit. Cicer. pro Rabirio Poſth. 13, At Diœcetes fuit regius, & quidem in cuſtodia etiam fuit regia, & uita eius oblata pœnæ eſt. Ibidem 17, Id autem facere nō poterat niſi Diœcetes: hoc enim nomine utitur, qui à rege eſſet conſtitutus.

Diogenes] pen. corr. (Διογένης) Cynicus, Sinopeus, ut ſcribit Suidas, Huius uitam ſcripſit Diogenes Laertius. Fuerunt alij quatuor Diogenes, quorum unus fuit Apolloniates Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ. Alius Sicyonius, qui Peloponneſiaca ſcripſit. Alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob uicinitatem dictus fuit. Alius Tarſenſis, quæſtionum poetarum ſcriptor, Poſtremò fuit & Diogenes Laertius, qui de uita & moribus Philoſophorum opus præclarum ſcripſit.

Diogenianus] pen. prod. ex Heraclea Grammaticus, ſub Adriano principe, ſcripſit Dictionarium per ordinem literarum, multaq; alia in arte grammatica. Suidas.

Diogma] tis Διόγμα, Myſticum quoddā ſacrum, & arcanū, quòd in Theſmophorijs ſolæ mulieres obibant. Dictum fortè quòd arcerent inde uiros.

Diognetus] penult. prod. ſcriptor fuit itinerum Alexandri, quem Plin. lib. 6, ſe ſequi teſtatur. Alter fuit Diognetus, Clitomachi pater illius Pœni, qui ſucceſſit Carneadi. Tertius, pictor, ætate Iulij Cæſaris, cuius meminit Capitolinus. Διόγνητος & ſyncopa eſt, pro Διογένητος. Interpretatur autem à Ioue genitus, generoſus, Ioui cognitus.

Diomeda] pen. prod. Hom. Iliad. 9, Phorbantis filia, quam Achilles è Leſbo abduxerat: & quacum poſt raptā Briſeida dormire conſuerat.

Diomedes] pen. prod. (Διομήδης) Tydei filius, qui ad Troiam cum Aenea congreſſus Venerem adiuuantem Aeneam percuſſit, ut ſcribit Horat. lib. 1. Carm. ode 6. Diomedes, alter rex Thraciæ, qui dum equos ſuos humana carne aleret, ab Hercule equis ipſis ad deuorandum obiectus eſt. Ouid. in Ibin,

Vt qui Threicij quondam præſepia regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.

Crudus Diomedes. Ouid. epiſt. 9. 14.

Fortis Diomedes. Hor. 1. Serm. Satyr. 5. 19.

Geticus Diomedes. Stat. 6. Theb. 70.

Diomedis campi in Apulia appellantur, qui ei in diuiſione regni, quam cum Dauno fecit, ceſſerunt. Feſtus.

¶ Diomedeæ, inſulæ (Διομήδεαι νῆσοι) duæ, quæ è Gargani regione ſunt, quarum altera habitatores habet, altera eſt deſerta: in qua apparere deſiſſe Diomedem quidam affirmāt, & in cælum ſublatum: & ſocios eius ob dolorem in aues conuerſos: quæ ob id Diomedeæ uocitatæ ſunt: has luba Cataractas uocat. Plin. lib. 10. cap. 44. Vide Virgilium 11. Aeneid. 55. & ibidem Seruium.

Arces Diomedeæ. Stat. 3. Sylu. 3. 33.

Equi Diomedei. Claud. 2. de Raptu Proſerp. in Præfatione 3. Vide etiam Virgilium & Seruium, 1. Aen. 152.

Diomedia] Διομήδεια, Sententia Iouis. Eſt & alius Diomedea, cuius Aelianus meminit.

Dion] Syracuſanus, apud ſuos ciues potentia & facultatibus præditus, Platonem primò Syracuſis audiuit, dum ille apud Dionyſium ageret, apud quem ipſe quoq; in honore fuit. Sed poſtea (quòd eſſet ei propinquus et familiaris) quū ſæpe ad liberandas Syracuſas, tum per ſe tum per Platonem hortaretur, in ſuſpicionem tyranno uenit: quare in exilium actus, Athenas uenit: quo tempore, Platoni ludorum præfecto, impenſas de ſuo ſuppeditauit. Tandem à Platonee (ut creditur) inductus, patriam tyrannide liberauit, exacto Dionyſio, ut author eſt Plutarchus. Dion Caſſius, patria Niceus, Hiſtoricus, ſcripſit Romanam hiſtoriā libris LXXX. præterea res geſtas Traiani principis uitam Arriani Philoſophi. Author Suidas. Dion Pruſeus, Sophiſta & Philoſophus, cognomento Chryſoſtomus, prodibat in publicū amictus

amictus pelle leonis. Apud Traianum plerunq; uixit, cuius fuit familiaris, eodemq; curru dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IIII. De uirtutibus Alexandri Magni decem, Præterea an mundus esset interiturus, De comæ laudibus, De laudib. Herculis. Hæc Suidas. Fuit & Dion quidam Tragicus, cuius meminit Pollux lib. 2.

Dioncosis] διόγκωσις, Distentio, intumefactio. Methodici ita uocabant corporum distentionem, uel à coaceruatis excrementis factum, uel diffusis humoribus, ac uelut inundantibus, unde & ῥῦσις cadere dicebatur, cui opponitur φίγμωσις, apud Galen.

Dione] pen. prod. (Διώνη) Mater Veneris. Vnde Dionæus dicitur. Virgil. eclog. 9,

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

¶ Dionæus, Adiect. (Διώναῖος) Quod ad Venerem pertinet: ut, Dionæi flores. Colum. lib. 10. 27.

Mater Dionæa. Virg. 3. Aeneid. 4. Id est, Venus. Seruius.

Columbæ Dionææ. Stat. 3. Sylu. 5. 16.

Columbulus Dionæus. Catul. in Iulium Cæsarem, 27. 2.

Fraus Dionæa. Claud. 2. de Raptu Proserp. 1.

Dionysa] Insula Aetoliæ adiacens. Plin. lib. 4. cap. 12. Est & altera Lycij Maris insula, prius Caretha dicta. Vide eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

Dionysia] orũ (Διονύσια) Festa erant Athenis, in honorẽ Dionysij mstituta, quæ & Bacchanalia uocantur. Ea erãt duplicia: altera uetustiora, quibus sacra fiebãt in Acropoli (ubi antiquissimum erat Dionysij templum, quod in Limnis dicebatur) idq; duodecimo die mensis, quem illi Anthestirionа uocabant. Altera recentiora, quæ & Astyca dicebantur, hoc est urbica, quæ in noua urbe celebrabantur, quæ sub Acropoli sita fuit.

Dionysias] Gemma est Plinio, mistis rubentibus maculis, lib. 37. cap. 10. 18. Est & insula, quam aliter Naxum uocant, à uinearum fertilitate sic dicta. Plin. lib. 4. cap. 12.

Dionysiaci] dæmones quidã sunt asperi & immites, quos alij nuncuparunt Coualos. Vide Cæl. Antiq. lib. 2. cap. 7.

Dionysiarchus] Διονυσίαρχος, Cic. 6. Verr. Dionysiarchũ ad se Pardiorũ, hoc est summũ magistratũ uocari iubet.

Dionysides] Διονυσίδης, ut inquit, Strabo, ex Tarso ciuitate optimus poeta tragicus, ex his qui memorantur, fuit. Vide Strab. lib. 14.

Dionysiopolis] uel Dionysiopolis, pen. corr. ut scribit Plinius cap. 11. lib. 4. Vrbs est Thraciæ, authore eodem Plin. et Pompeio Mela, lib. 2.

Dionysiopolitæ, populi Dionysiopolim habitantes. Cicer. 1. ad Quint. frat. Dionysiopolitas, qui erant inimicissimi mei, leuiui, &c.

Dionysisci] Διονύσισκοι, Medicis ossea sunt eminentiæ, quæ prope tempora nascuntur: dicuntur autem Cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Gal. lib. Finit. medic.

Dionysius] Διονύσιος, Siciliæ tyrannus, pater & filius, de quibus fusissimè Iustinus lib. 51. Dionysius Dialecticus è Bithynia commemoratur Straboni lib. 11. Dionysius Corinthius, ut Suidas scribit: ut alij, Aser, ex Bysanthe ciuitate, temporibus Augusti, scripsit Geographiam uersibus hexametris. Dionysius Alexandrinus, Grãmaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem Philosophum. Cui scholæ Alexandrinæ olim succesit. Author Suidas. Dionysius Milesius, Historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliaq; à Suida commemorata. Philostratus hunc pluribus uerbis inter Sophistas scribit: eum dicit Adriano principi, ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes factus, adscriptusq; inter Equites. Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, ut Suidas testatur: scripsit etiam de characteribus antiquorum Oratorum. Præterea de compositione Orationis, & elocutione: quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrica: quæ Theodorus Gaza in Latinam orationem conuertit. Dionysius Heraclionis filius, tyrannus, apud Heracleã & Antiochiam regnauit, ut author est Strabo, lib. 16. Dionysius Areopagita, Præsul Athenien sis, Pauli discipulus, ut scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionante è Philosophis qui aderant, credidit. Hũc quum esset in Aegypto, quo se disciplinæ causa contulerat, uidereq; eclipsim nulla ratione, quum Christus passus est, unà cum Apollophane Sophista præceptore suo, dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur. Scripsit ad Timotheum præsulem Ephesi, de Diuinis nominibus, lib. 12. de Hierarchia cælesti, De cælestibus ordinibus: præterea alia complura opuscula, ut author est Suidas. Dionysius, Corinthiorum Præsul sub M. L. Antonini doctrina, sanctitateq; clarus, scripsit epistolas quasdã ualde laudatas, ut author est Hieronymus. Dionysius, Præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, cuius operum meminit Hieronymus. Dionysius dicitur Bacchus, quasi Iouis filius. Hinc Dionysia, Liberalia, Bacchanalia. Quinque Dionysios facit Cicero, lib. 3. de Natura deor. 79.

Dionysodorus] Patria Melius, Geometrica scientia nobilis, cuius in sepulcro inuenta fertur epistola ad superos scripta, de qua latè Plin. lib. 2. cap. ult. Fuit item Dionysodorus alter statuarius, Critiæ discipulus, cuius meminit etiam Plin. lib. 34. cap. 6. Dionysodori quoq; Colophonij, pictoris non ignobilis mentio fit ab eodem ipso Plin. lib. 35. cap. 11. Dionysodorus præterea quidam Syracusanus, de quo Cic. 4. Verr.

Dionysonymphas] adis, Herba magica, Cassignete aliter dicta? Est autem hoc nomen adepta, quòd uino mirè conueniat. Plin. lib. 24. cap. 17.

Diopetes] Vide Dryophytes.

Diopetes de homine dicitur opportuno, quasi cælitus delapsus.

Diophanes] pen. corr. Mitylenæus Rhetor, Gracchi præceptor, ut scribit Cicero in Bruto, 53.

Diopi] Διόποι, Reges, siue duces uocantur: quod cõmonstrat Aeschylus, sicut adiopi dicuntur, qui principe carent. Plutarchus autem in Romulo, Diopos regios, aut dispensatores accipit, aut uillicos. Nam de Romulo & Remo, Præfectos, inquit, ac regios diopos contemnebant, & pecoris magistros: uel, ut ipse ait, ἀγέλαρχας. Sed interpres diopos dici legatos putat, & perperam, ut Cælio uidetur Antiq. lect. lib. 8. cap. 1. quem uide.

Diopolis] Διόπολις, Ciuitas Emporiensibus uicina, quam murus, inquit Strab. diuidit, quosdam ex Indicetis inquilinos prope se habens, qui etsi per se suam agerent remp. communia tamen habere mœnia cum Græcis, tutelæ gratia, uoluerunt. Hæc ille lib. 13.

Dioptice] ces (Διοπτική) Astrologiæ pars, Solis & Lunæ, cæterorumq; astrorũ distantias per instrumẽta inuestigans. Hãc uulgò Perspectiuã uocant. Vide Rhodig. lib. 12. cap. 9.

Dioptra] dioptræ (Διόπτρα) Instrumentum Geometricum, ab explorando perspiciendoq; dictum. In qua significatione utitur Pollux, & Plinius lib. 2. cap. 69, Nam nisi in medio esset, æquales dies noctesq; haberi non posse deprehenderunt & dioptræ. quæ uel maximè id confirmant, cũ æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus, occasusq; cernatur, & solstitialis exortus per suam lineam, brumalisq; occasus. Vitruuius autem libro 8. cap. 6. accipit pro regula ad librãdas aquas apta, quum ait, Libratur aqua dioptris.

Diores] pen. prod. Proprium uiri, quem Turnus interemit,

Digitized by Google

apud Virgilium lib.12. Aeneid. Idem lib.5.6, Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.

Dioríctus] Διωρικτὸς, Locus eſt Acarnaniæ, trium ſtadiorum longitudine, ubi Leucadia inſula olim opera accolarũ à continenti fuit abſciſſa, eidemq; reddita, uentorũ flatu congeriem arenæ accumulantium. Author Plin.lib.4.cap.1.

Diorthoſis] Διόρθωσις, Correctio: Propriè quando quis lapſabundus quippiam apprehendit, quo ſe erigere poteſt, aut quuum ſemetipſum erigit. Budæus Com.

Diorthotæ] Διορθωταὶ, Athenis uocabantur, apud quos cauſa falſæ & ementitæ legationis dicebatur. Demoſthenes.

¶ Diorthoticum ius, dicitur quaſi emendatiuum, quod in commercijs uerſatur. Budæus in Lius ciuile.ff. de iuſtit. & iur.

Dioryx] pen.prod. quia per ω ſcribitur, huius dioryγis, pen. corr. maſc gen. (Διώρυξ) Foſſa eſt manu facta, teſte Hermolao in 4. Plinij. Pomponius Mela lib. 3. in ſinus Arabici deſcriptione, Vltra Arſinoen, & alia Beronice: tum ſylua quæ hebenum odoresq; generat: & manu factus amnis, ideoq; referendus, quòd ex Nili alueo dioryge abductus extra ſinum. De huiuſmodi alueis è Nilo & in Nilum ductis, paſſim lib. ultimo Strabo. Fiebant autem propter fertilis Nili aquas in agros deriuandas, interdum etiam ut commodior eſſet nauibus in pleraq; loca tranſitus.

Dios encephalus] Διὸς ἐγκέφαλος, Opiparum quoddã edulium, Iouis cerebrũ uocabatur, ut teſtatur Pauſan. apud Euſt. Iliad. 9.

Dios tecnoſia] Fons mirę naturæ. Plin. lib. 2. cap. 103, In Andro inſula templo Liberi patris fontem Nonis Ianuarijs ſemper ſapore uini fluere Mutianus ter COS. credit: Dios tecnoſia uocatur.

Dioſcolion] Διοσκώλιον, Locus ubi ſiſtebatur mactandũ pecus: uel in quo ij qui luſtrabantur, pedem ſiniſtrum collocabant.

Dioſcorides] pen. corr. (Διοσκορίδης) Anazarbeus, Medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, ſcripſit libros XXIIII. περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, id eſt, De ſimplicibus medicamentis. Suidas.

Dioſcoridu] Inſula. Plin. lib. 6. cap. 28, Nec minus altera clara in Azanio mari Dioſcoridu, diſtans à Syagro extimo promontorio CCLXXX. M. paſſ.

Dioſcorius] Miræus, Grãmaticus, Præfectus Prætorij Leonis imperatoris, ac præceptor filiorum eius. Author Suidas.

Dioſcoron] Inſula eſt in ſinib. Italiæ, è regione Lacinij promontorij. Plin. lib. 3. cap. 10.

Dioſcuri] pen. prod. (Διόσκουροι) apud Græcos, inquit Cicero lib. 3. de Nat. deor. 73, multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquiſſimo, & Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Caſtor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis, Aleo & Melampus, Emolus, Atrei filij, qui Pelope natus fuit.

Dioſcurias] Dioſcuriadis, uel Dioſcuriada, Dioſcuriadæ, pen. corr. Vrbs in Colchide nũc deſerta, quondam adeò clara, ut nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes quæ diſſimilibus linguis uterẽtur, deſcendiſſe, & poſtea à Romanis centũ triginta interpretibus negocia ibi geſta fuiſſe. Plin. lib. 6. cap. 28. Et Strabo lib. 11.

Dioshieritæ] Διοσιερῖται, Aſiæ populi, Epheſo finitimi, ubi & conuenire dicuntur, teſte Plin. lib. 5. cap. 29.

Dioshieronitæ] Διοσιεροννῖται, Cappadociæ populi numerantur à Plin. lib. 6. cap. ult.

Dioſmos] Διοσμὸς, Ariſtotelis interpretib. appellatur, quàm odores perferuntur ad odoratum, ac ſi Perolatiam uocaris, quòd ſit odoris uelut uehiculũ. Hæc Cæl. Rhod. lib. 15. ca. 4.

Dioſpage] Διοσπάγη, Meſopotamiæ oppidum, in campeſtribus ſitum. Vide Plin. lib. 6. cap. 26.

Dioſphyra] numero plur. (Διόσφυρα) Fructus quoddam genus apud Galenũ lib. 2. de Alment. quaſi Iouis tali. A quibuſdam dicuntur Dioſpyri.

Dioſpolis] pen. corr. Aegypti ciuitas, quæ Iouis ciuitas Hecatompylos quandoq; dicta fuit. Vide Thebæ. Vide etiam Plinium lib. 5. cap. 9. 17.

¶ Dioſpolites (Διοσπολίτης) Vna ex Aegypti præfecturis, quas Nomos uocant, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 9.

Dioſpoliticon] Διοσπολιτικὸν, Medicamentum eſt leuitur deijciendæ aluo utile, utiq; quum pari cum reliquis pondere nitrum immiſtum habet. Vide Gal. lib. 6. de Sanit. tuend.

Dioſpyros] Διόσπυρος, Herba, Lithoſpermon Dioſcoridi & Plinio dicta, ut putat Hermolaus. Iouis flammam interpretatur Theodorus, quum Ionis triticum debuiſſet, quãdo et plebecula Solis granũ dicit. Vide Cæl. Rhod. lib. 11. ca. 26.

Diota] huius diotæ, pen. prod. (Διώτα) Diotæ ſunt uaſa ſeu dolia fictilia, duas anſas habentia, ad ſeruanda uina accommoda. Horat. 1. Car. ode 9. 2, Deprome quadrimũ Sabina O Thaliarche merum diota.

Diotima] æ, pen. corr. Nomen mulieris proprium, quam, ut ex Luciano compertum eſt, ſola illuſtrauit philoſophia. Meminit Cæl. Rhodig. lib. 14. cap. 1.

Diotimus] Nauarchus Athenienſium appulſus Neapolim ex oraculo Parthenopæ rem diuinam obijt, ac curſum peregit Lampadicum, quẽ mox quotannis celebrarunt Neapolitæ. Refert Cæl. ex Siculo Timæo, lib. Antiq. 11. cap. 27.

Diotimus (Διότιμος) Strombichi filius, hiſtoricus quidã fuit, qui legationes Athenienſium enarrans, è Cilicia per Cydnum in Choaſpen flumen adnauigaſſe, quòd præter Suſa deſinit, quadrageſimo demum die, ad Suſa ſe peruenisſe ſcribit. Author Strabo lib. 1.

Diotrephes] Διοτρεφὴς, Sophiſta clarus fuit, ex Antiochia urbe oriundus, quem Hybreas maximus Strabonis tempore orator, audiuit, ut idem ipſe teſtatur, lib. 13.

Diox] genus piſcis, frequens in Ponto. Feſtus.

Dioxippus] nobilis athleta, cuius meminit Plinius lib. 35. cap. 11. 18, Alius eiuſdem nominis poeta Comicus, cuius fabulas commemorat Suidas. Alius miles Alexandri Magni, mira fortitudine prouocatus à Corrago milite item Macedone, claua eum cecidit. Author Aelianus.

Diphalangia] giæ (Διφαλαγγία) Ordo quidam inſtruendæ aciei. Latinis eſt ala.

Diphilus] Δίφιλος, Architectus fuit in perducendis ad finem operibus tardiſſimus, adeò ut locum fecerit prouerbio, Diphilus Diphilo tardior. Cic. ad Qu. frat. lib. 3, Apud herũ rectè erat: in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorẽ. Locus erit prouerbio, quoties uolumus ſignificare aliquem natura tardum, magnũ ſolitæ negligentiæ cumulũ adieciſſe.

Diphoreticus] Διφορητικὸς, Sudor ille medicis nuncupatur, quo fuſius redũdante imbecilliores reddimur, quòd διαφορεῖσθαι ſit Græcis, quòd digeri Celſo Cornelio in cardiaci morbi mentione. Sic uerò affectos Diphorumenos uocant: Plin. nunc ſudatores, nunc expaueſcentes. Ex Cæl. Rhodig. lib. 6. cap. 4.

Diphoros] Δίφορος, Bis anno fructus gerens. Sic biferus ficus Latini dicunt. Diphoros ſyllogiſmos Dialectici uocãt, in quibus eadem propoſitionibus eſt cõcluſio: ut, Si dies eſt, eſt dies: eſt autem dies, igitur dies eſt.

Diphris] gemma eſt Plinio lib 37. cap. 10. 18. duplex, candida ac nigra, mas ac fœmina, genitale utriuſq; ſexus diſtinguente linea.

Diphryx] Δίφρυγες, quid ſit, declarat Plinius lib. 34. cap. 13. 6.

Digitized by Google

13.6.his uerbis, In ærarijs officinis & ſmegma fit, iam liquato ære atq; percocto, additis etiamnum carbonibus, &c. diphrygem uocant Græci, ab eo quòd bis torreatur.

Diphthera] æ, Pellis Amaltheæ capræ, in qua res humanas ſcribere dicitur Iupiter. Item operculum libri. Eſt & paſtoricium ex pellibus indumentum, quod quidam uocant Rhenonem: nonnulli etiam Betam appellant. Scribit Herod. Ionas βίβλους dicere διφθέρας, quòd aliquando ob penuriam papyri pellibus uterẽtur, tum caprinis, tum ouillis. Hinc eſt illud prouerbiũ, Diphtheram ſerò Iupiter inſpexit: &, Antiquiora Diphthera. Vide Eraſmum in Chiliad.

Diphthongus] διφθογγος, conglutinatio duarum uocalium in eandem ſyllaba, uim ſuam retinentium, ut æ, œ, &c.

Diplaſiaſmus] διπλασιασμὸς, Duplicatio. Sic & Grammatici uocant figuram, ubi conſonans in medio duplicatur, quod Iones fáciant, & Poetæ.

Diplethrum] διπλεθρὸν, Spatiũ eſt ita præfinitum, ut ex quoquo latere pedes ducentos & quadraginta efficiat. Sic enim duo plethra continebit, unde & nomẽ habet. Vide plura apud Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 20. Strab. lib. 7, Diplethrum, inquit, ſtadij eſt pars tertia, nimirum iugera duo. Hæc ille ex Polybio.

Diplois] idis (διπλοὶς) Veſtis duplicis genus, ut ex ipſo ſtatim etymo apparet, quidpiam duplicato compoſitum ſignificante. Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10.

Diploidion] διπλοείδιον, Veſtis genus mulieribus proprium, cuius meminit Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 10. Pollux item lib. 7. cap. 13.

Diploma] Vas duplex Plinio dicitur, cuius uſus nuſquam eſt frequentior, quàm apud pharmacopœos. Huius quoq; meminit Paulus Aegineta in ouorum coctura, quæ prædicta dicuntur.

Diploma] pen. prod. diplomatis, n. g. (δίπλωμα) Eſt quas patentes literas appellamus: cuiuſmodi ſunt edicta & mandata principum, regio ſigno ſancta, & quas bullas pontificias uocant. Cic. ad Balbum, lib. 6. 12. 6, Diploma ſtatim non eſt datum. De literis Cæſaris loquens, quibus Balbus reſtituebatur. Verbum eſt Græcum, quidpiam duplicato compoſitum ſignificans, aut complicatum, ut linteum, quod & πτύγμα dicitur. Macrobius lib. 1. Saturn. 23, Cõſulunt hunc deum & abſentes miſſis diplomatibus conſignatis: reſcribitq; ordine ad ea quæ conſultatione abdita continentur. Diplomata appellat chartulas complicatas, & lino traiectas, obſignatasq; : quo in loco, codicillos etiam latinè ea uocat. Cic. in L. Piſonem, 71, Mitto diplomata tota in prouincia paſſim data: mitto numerum nauium, ſummamq; prædæ. Id eſt, edicta quibus naues exigendas mandabas, quum prouinciæ præeſſes. Inde fit, ut diplomata uocati ſint codicilli, qui dabantur curſoribus, ut liceret eis uti equis & uehiculis publicis. Cic. Attico, lib. 10. 208. 3, De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitij inſimularem, &c. Ex Budæo.

Diplomata eſſe uidentur, quæ euictiones uocantur, per totum tit. de curſu public. lib. 12. C. Latinè, ut arbitror, duplices tabulæ dicuntur. Venuleius in l. continuus. §. quum ita ſtipulatus ſim. ff. de uerborum obligationibus, ut qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, neq; diplomata diebus ac noctibus, et omni tempeſtate contempta iter continuare cogatur. Et paulò pòſt, Quod ſi diplomate uſus, aut felici nauigatione maturius quàm quiſq; peruenerit Epheſum. Modeſtinus in l. eos qui. ff. ad legem Corneliam de falſis, Qui ſe pro milite geſſit, uel illicitis inſignibus eſt uſus, uel falſo diplomate uias commeauit, pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt. Simile erat apud Perſas ἀγγαρήιον δρόμημα : id eſt, ut Herodotus inquit lib. 8. curſus celerrimus equitum, quales in Gallia Poſtas uocant. Hi Latinè Pegaſarij dici poſſunt. Antiqui Veredarios uocauerunt. Budæus.

Negligere diplomata. Tacit. lib. 18.

Reuiuiſcunt diplomata. Tacit. lib. 18. Vide Alciatum in annotationibus in Tacitum.

Diploma etiam Græcis medicis uocatur duplex uas, quo nihil hodieq; myropolijs familiarius eſt: nimirum quum uas quod pharmaca habeat, in aliud uas ſiue lebetẽ aqua plenum imponitur, quod ipſum ſit prunis impoſitum. Vox eſt Galeno frequens. Vulgus Balneum Mariæ uocat.

Dipnitis] idis (δειπνίτις) Cœnatoria ueſtis Latinè uerti poteſt, qua uidelicet in cœnis utebantur ueteres. Dion in Adriano, Cornelius, inquit, Fronto perueſperi quãdoq; ab cœna domũ repetens, officium cuidam præſtiturus in ueſte dipnitide iudicium eſt ingreſſus, ac iudices ita ſalutauit, ut non matutino uteretur uerbo χαῖρε, id eſt, aue: ſed ueſpertino, ὑγίαινε, quod ſalue interpretatur. In codicibus Latinis Senatoria ueſtis, pro Cœnatoria legitur nonnunquam, ſed mẽdosè, ut liquet.

Dipnologia] δειπνολογία, Cœnandi ratio Græcis dicitur, aut de cœnis ſermo: ſic gaſtronomia, uentris lex, unde et gaſtronomi. Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 25.

Dipœnus] Scyllis frater, qui ambo, teſte Plinio, in Creta inſula geniti, Medis imperantibus, priuſq; quàm Cyrus apud Perſas regnare inciperet, Olympiade circiter quinquageſima ſecunda, primi omnium marmore ſculpendo inclaruere. lib. 36. cap. 4.

Dipolis] δίπολις, Lemnus ſic uocatur: habet enim in ſe Hephæſtiam & Myrinam. Etymol.

Dipodium] δικόδιον, Genus calceamenti Critiæ memoratum apud Pollucem, lib. 7. cap. 22, qui ea dicit eſſe quæ ὀκτωδονηκίδας uocant.

Dipondium] & Dipondius, dipondij, & Dupondius (δίλιτρον) à duobus ponderibus dicitur. Nam, ut Varro docet, duos aſſes pendebat. Aßis duos ſextantes noſtros ualuit, id eſt, denariolos quatuor. Dipondium igitur ualebit octo denarios noſtros. Quare Cicero pro Quintio, 30, Dipondiũ pro pecuniola poſuit. Si dupondius (inquit) tuus ageretur, Sexte Næui, ſi in paruula re captionis aliquid uereremini, non ſtatim ad Caium Aquilium, aut ad eorum aliquem qui conſuluntur, cucurriſſes? Ex Budæo. In Oratione pro Quintio legitur ex uetuſtiß. codice, Si de prædijs tuis ageretur, Sexte Næui. Plin. lib. 33. cap. 3. 4, Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur aßis. Apud Senecam epiſt. 18. diſpondius legitur.

¶ Dipondiarius, Adiectiuum (διλίτραῖος) Plin. lib. 34. cap. 2. 2, Et aurichalci bonitatem imitatur in ſeſtertijs dupõdiarijſq;, Cyprio ſuo aßibus contentis.

Dipondiarius orbiculus. Colum. lib. 4. cap. 30. 3.

Dipſacon] Spina alba, quæ & Aſpalathus & diacheton uocatur, ut ait Plin. lib. 24. cap. 13. 1, Latini Cacabũ uel labrũ Veneris uocant. Profert autem carduũ lanis purgendis idoneum. Ruellius lib. 1. cap. 20, Dipſacus nomen inuenit quaſi ſiticuloſi, quòd concauo alarum ſinu rorem uel imbrem cõcipiat, quo uelut ad abigendas ſitis iniurias abutatur. Labri Venerei nomenclationem è carinato foliorum habitu contraxit, quæ ſe anfractuoſa ſinuãt ambage, peluim uel lauacrum exprimentia, ſemperq; rorulenti laticis aut pluuij fideliæ modo tenacia.

Dipſacos] Herba, quæ folia habet lactucæ, bullasq; ſpinoſas in dorſi medio, caulem duũm cubitorum, iiſdem ſpinis horridum, geniculæ eius binis foliis amplectentibus, cõcauo alarũ ſinu, in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In cacumine tapitula ſunt echinata ſpinis. Plin. lib. 27. cap. 9.

Digitized by Google

Dipſacum] ci (διψακὸν) Vocatur Medicis renum quædã affectio, quam matellæ intercutem nonnulli uocant: urinæ profluuium alij. Sic dicta, quòd maximam inducat ſitim. Vide Galen. de loc. affect. lib. 6.

Dipſas] Nomen eſt lenæ, quam Ouidius ſuis carminibus inſectatur, quòd puellam ſuam meretricia arte inſtrueret. Sic enim ſcribit, Eſt quædã (quicunq; uolet cognoſcere lenã, Audiat) eſt quædam nomine Dipſas anus.

¶Dipſas, huius dipſadis, pen. corr. fœ. gen. (διψας) Serpens, ſic dicta quòd ij quos mordicus apprehenderit, ſiti inarescunt uehementius, ad potumq; efferuescunt, ac inde inceſſanter haurientes diſiliunt mox. Cælius lib. 25. cap. ult. Et Dioſcorides, lib. 8. cap. 119. Ex Hermolai uerſione, Dipſadis morſus comites ſunt tumor quidam ſolutus, ſitis contenta ue hementer, nũquam explebilis, nunquam interquieſcens. Ob id ipſa Dipſas, ab aliquib. Preſter, ab alijs Cauſos uocata eſt. Lucã. li. 9. 122, —in medijs ſitiebãt dipſades undis. Ibidẽ 148, huius ueneni uim multis uerſib. elegãtiſſimè deſcribit,

Signiferum iuuenem Tyrrheni ſanguinis Aulum
Torta caput retro dipſas calcata momordit, &c. Meminit Plinius lib. 23. cap. 8. 11.

Dipſetica] Διψητικὰ, Dioſcorides nuncupat quæ ſitim augent, ſicut Adipſa, quæ minuunt, & Acrepala, quæ ebrietatem prohibent. Refert Cæl. Antiq. lect. lib. 27. cap. 28.

Dipſium] Argos, Achaiæ oppidum, aliàs Coryphaſium, aliàs Inachium appellatum. Author Plin. lib. 4. cap. 5.

Dipſontes] Διψῶντες, Id eſt ſitientes, authore Philoſtrato, dicebãtur, qui clepſydrij auſcultationibus intereſſe poterãt, quibus Adrianum Tyrium aſcriptum refert ab Herode Attico, tanquam rei maximè arcanæ. Item Pauſaniam Cappadoca unum ex ijs fuiſſe ſcribit qui clepſydrij participes fõrent. Ex Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 39.

Dipſon] ontis, Fluuius eſt Ciliciæ, ex Tauro profluẽs. Lucan. lib. 8, —Tauroq; uidet Dipſonta cadentem, &c.

Diptota] pen. prod. (Διπτωτα) dicuntur nomina duos tantum caſus habentia.

Dira] Ἀργὸ. Strabo lib. 16, Anguſtiæ Aethiopiam uerſus à promontorio ſiũt, quod Dira nominatur, & oppidum eodẽ nomine, quæ loca ab Ichthiophagis habitãtur. Hæc ille.

Iradio] diradius, pen. corr. diradiare, In radios componere. Colum. lib. 5. cap. 6. 50, Validam ergo uitem in ramos diducere cenſeo, & traducibus diſpergere atq; diradiare.

Diræ] dirarum. Vide Dirus.

Dirca] Oppidum à Syene & prius Arabiæ latere, cuius meminit Plin lib. 6. cap. 29.

Dircæus] Διρκαῖος, Dicitur Aonius, ſiue Thebanus. Nam pars Bœotiæ, in qua fons eſt Dircæus, Dircæa cognominata eſt. Et apud Virgilium Amphion Dircæus dictus eſt.

Dirce] Δίρκη, Mulier Babylonia & formoſa, quæ quoniam Palladi conuitiata fuerat, quum ſe lauaret, uerſa eſt in piſcẽ. Alia fuit Dirce, uxor Lyci regis Thebarũ, quam accepit repudiata Antiopa Zethi & Amphionis matre. Hi ad ulciſcẽdam iniuriam matri factam, tauro indomito Dircem alligauerunt, eamq; ſic extinxerunt, ut eſt apud Proper. lib. 3,

Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircem ſub trucis ora bouis.

Campus Dircæus. Stat. 6. Thebaid. 181. (2. 5.

Cygnus Dircæus ab Horatio Pindarus nuncupatur, 4. Car. ode

Dircenna] Fons eſt gelidiſſimus in Hiſpania Tarraconenſi, non procul à Bilbili. Martial. lib. 1, —auidam rigens
Dircenna placabit ſitim.

Directarius, Directè, Directio, Directus] Vide Diri-

Diremptio, Diremptus] Vide Dirimo. (go.

Direptio, Direptor, Direptus] Vide Diripio.

Diribeo] diribes, pen. corr. diribere, Diſtribuere. Plin. lib. 36. cap. 15. 19, En hic eſt ille terrarum uictor, & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet, iura externis mittit. De populo Romano.

¶Diribitoriũ (λογεῖόν) Locus erat Romæ, à M. Marcello ædificatus, in quo recenſebatur exercitus, et ſtipendia militiæ numerabãtur, à diribẽdo, id eſt, diſtribuendo: & diribitores, diſtributores. Hæc Cælius lib. 4. cap. 6. Plin. lib. 16. cap. 40. 2, Quæ diribitorio ſuperfuerat x x. pedibus breuior.

Diribitoriũ, Locus in quo obuerſantur miniſtri, inquit Cælius.

¶Diribitor, pen. cor. (διακονῶ) Miniſter. Apul. lib. 2. de Aſſino, Diribitores pluſculi ſplẽdidè amicti, fercula copioſa ſcitulè ſubminiſtrãta. Cic. Poſt reditum in Senat. 25, Quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodeſq; uidiſtis?

¶Diribitio, onis, Verbale. Cic. pro Plãcio, Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod diribitio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuũ, renunciatio ſuffragiorũ expectetur, &c.

Dirigeo] diriges, pen. corr. dirigui (πήγνυμι) dirigere, Præ frigore, aut timore, aut alio caſu uiribus deſtitui. Virgil. lib. 8, Aeneid. Diriguit uiſu in medio, calor oſſa reliquit. Id eſt, dum me cernit, obſtupuit, inquit Seruius.

Hirſutæ diriguere comæ. Ouid. 3. Faſt. 67. Hoc eſt, riguerunt, ſiue erectæ ſunt.

Sanguis gelidus formidine diriguit. Virg 3. Aeneid. 52.

Dirigo] dirigis, pen. corr. direxi, directũ (εὐθύνω, διευθύνω, ὀρθόω, σωτείνω) dirigere, Obliquum emendare. Plin. in Paneg. 73, Nam uita principis cenſura eſt, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo.

Dirigere acies, pro Ordinare. Virgil. 7. Aeneid. Hirtius 5. bel. Afric. 45, Interim Cæſar aciem dirigit ſimplicem propter paucitatem, ſagittarios ante aciem conſtituit.

Acies diriguntur pari utrinq; ſpe. Tacit. lib. 2.

Aciem oculorum ad aliquem dirigere. Vide Acies.

Affatus dirigere alicui. Claud. ad Olibrium, epig. 25. 1.

Arcu dirigere tela. Horat. 4. Carm. ode 9. 4.

Dirigere & perpendere. Cic. pro Muræna, 70.

Dirigere artes ſuas ad uoluptatem. Cic. 2. de Fin. 182. Sic, Dirigere ſolertiam ad cæli cuiuſq; mores. Plin. lib. 17. cap. 2. 9.

Cogitationes ſuas ad rem aliquam. Cic. 4. Acad. 119.

Vitam ſuam ad normam rationis. Cic. pro Muræna, 2.

Dirigere ramuli cacumẽ ad cælũ. Varr. 1. de Re ruſt. ca. 40. 7.

Ad ueritatem ſæpiſſimè dirigit coniectura. Cic. 1. de Diuin. 50.

Curſum ſuum dirigere aliquò. Cic. pro Seſtio, 85.

Huc dirigere curſum. Virg. 5. Aeneid. 33.

Direxit eam à media linea ad læuam. Cic. de Vniuerſ. 33.

Frontem aciei dirigere. Quint. lib. 2. cap. 13. 3.

Greſſum dirigere. Virg. 1. Aeneid. 81.

Haſtam in aliquem dirigere. Ouid. 8. Metam. 14.

Haſtile certo ictu dirigere. Virg. 12. Aeneid. 99.

Iaculum dirigere totis uiribus. Senec. Hipp. 6. 16.

Iter dirigere. Tibul.

Dirigere iter ad locum aliquem. Plancus Cicer. lib. 10. 11. 5. Sic, Dirigere curſum ad littora, Cæſar 3. bel. Ciuil. 10.

Nauis iter dirigere. Ouid. 1. Faſt. 1.

Iudicium ad aliquid dirigere. Quint. lib. 6. cap. 5. 2.

Iudicium ſuum aliquò dirigere. Cic. in Orat. 140.

Flectere & dirigere iudicium ſuum. Brutus Cic. 16. 19.

Dirigere in manum. Senec. de Benefi. lib. 2. cap. 16.

Ad naturam leges hominum diriguntur. Cic. 2. de Leg. 2.

Norma aliquorum quædam dirigere. Cic. 3. de Orat. 105.

Vtilitate officium dirigere. Cicer. 3. Offic. 119. Id eſt, ad utilitatem referre.

Dirigere literas ad aliquem. Modeſtinus in l. ſi procuratorem. ff. de

Digitized by Google

ff. de procuratoribus, Si procuratorem absentem dominus satisdatione releuare uelit, literas suas ad aduersarium dirigere debebit.

Dirigere aliquem ad suam opinionem. M. Antonius ad Ciceronem, lib. 14. 310.

Vatis opus dirigere. Ouid. 6. Epist. 97.

Ad animi bona uel mala, omnis dirigenda oratio est. Cic. in Topicis, 48.

In quincuncem dirigere ordines arborum. Cic. de Senect. 55.

Dirigit huc puppim. Lucan. lib. 3. 118.

Ad rationem dirigere aliquid. Cic. de claris Orat. 72.

Regiones lituo direxit Romulus. Cic. 1. de Diuin. 58.

Dirigere aliquid ad similitudinem alterius, id est, referre. Cicer. 1. de Orat. 54. Idem in Orat. 5, Ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eáq; defixus, ad illius similitudinem, artem & manum dirigebat.

Dirigere se ad aliquid. Quint. lib. 10. cap. 1.

Dirigitur similitudo ad. Plin. lib. 37. cap. 8. 3, Eius enim tota similitudo ad succum porri dirigitur.

Spicula dirigere dextra. Ouid. 12. Metam. 122.

In medio freto uela dirigere. Ouid. 1. Fast. 93.

Visus dirigere ad aliquem. Claud. 2. in Eutrop. 27.

Dirigere omnia uoluptate. Cic. 2. de Fin. 113.

Vulnera dirigere. Virg. 10. Aeneid. 28. Vbi Seruius, Aut uulnus pro sagitta posuit: ut 2. Aeneid. 106,

—insequitur infesto uulnere Pyrrhus: aut acerrimè expressit inuitabiles sagittas, dicès eũ uulnera, nõ tela dirige-

Honestate dirigenda est utilitas. Cic. 3. Offic. 112. (re.

¶ Dirigens, pen. corr. (διευθύνων) Partic. Cic. 2. de Fin. 113.

¶ Directus, Participium (διευθυνθεὶς) Cato cap. 18. 1, Arbores ad stipitem primùm directos pedes sedecim. Cic. de Nat. deor. 215. de auditu loquens, Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. Idem pro Cecin. 16, Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine deficiunt.

Directa acies. Virg. 2. Georg. 57. Vide Acies.

Limes directus. Stat. 2. Syl. 2. 17.

Loci in uitia directi. Quint. lib. 2. cap. 1. 8.

Membrana directa plumbo. Catul. ad Varum, 19. 2.

Inuicem directo contendere passu. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 19

Directa oratio, quæ ambagibus caret. Liu. lib. 1. bel. Punici.

Sermo directus & Auersus, contraria. Quint. lib. 2. cap. 13. 4.

Viæ directæ. Lucret. lib. 4. 123.

Ductæ & directæ uiæ. Cic. 2. de Nat. deor. 206.

¶ Directum, directi (ὀρθωτὸν) Substantiuum. Cic. in Partic. 71, Aequitatis autem uis est duplex, cuius altera directi, & ueri & iusti, & (ut dicitur) æqui & boni ratione definitur.

¶ Directè, siue Directò, Aduerbiũ (ἐυθὺ, ἐπ' εὐθείας) Cic. in Partit. 25, Alterum ad fidem directò spectat. Ibidem 14, Vt quum semel dictum sit directè. Idem 4. Acad. 119, Eoq; directius gubernant, quòd eam teneant?

Ferri directò deorsum. Cic. 1. de Nat. deor. 94.

Directò aliquid optare, pro simpliciter, opponitur Sub conditione. Seneca epist. 67, Illa bona directò optamus nobis: hæc, si necesse erit.

¶ Directio, Verbale (διεύθυνσις) ut, Directio ad ueritatem, Quint. lib. 3. cap. 7. in fine.

Rationis directio ad ueritatem. Quint. lib. 3. cap. 6. 23.

¶ Directarij, appellantur ij qui in aliena cœnacula se dirigũt, furandi animo: plus quàm fures puniendi sunt. Vlpianus. l. saccularij. De iniurijs & famosis libellis.

Dirimo] dirimis, pen. corr. diremi, pen. prod. (διαλαμβάνω, διείργω, ἀπαρτάω) diremptum, dirimere, Ex Di uel Dis, & Emo, emis, compositum, significat separare siue diuidere, quum quis se medium opponit inter concertantes: siue aliud quidpiam quomodocunque componit, aut separat. Plaut. Amph. 4. 101, Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo. Virg. 5. Aeneid. 94,

—& prælia uoce diremit. Sic, Dirimere rixam. Plaut. Amph. 16. 27.

Prælium dirimere. Cæsar. 1. bel. Ciuil. 169.

Dirimere atq; distrahere. Cic. 3. de Nat. deor. 38.

Actionem dirimere. Plin. Actionem meam, ut prælia solet, mox diremit. Id est, interrupit, & in alium diem reiecit eius exitum. Budæus.

Affinitatem Claudius diremit. Tacit. lib. 12.

Arma dirimere. Lucan. lib. 1. 21.

Dirimi auspicia dicuntur, quum rata esse nequeunt: Hoc est, irrita fiunt, dissoluuntur, discutiuntur, disturbantur. Plinius lib. 8. Budæus.

Bellum sanguine dirimi. Virg. 12. Aeneid. 16.

Certamina dirimere. Ouid. 5. Metam. 63.

Charitatem dirimere, & Dirimere ueterem coniunctionem cũ aliquo. Cic. de Amicitia, 27. Idem ad Appium, lib. 3. 10. 16, Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouã conciliassem.

Dirimere colloquium. Cæsar 1. bel. Gal. 202.

Coniunctionem ciuium dirimere. Cic. 3. Offic. 29.

Consilium dirimere. Salust.

Controuersiam dirimere, Est dijudicare. Ouid. 6. Fast. 20. Cic. 3. de Offic. 164, Quo magis reprehendendos Calliphonem & Diomachum iudico, qui se dirempturos controuersiam putauerunt, si cum honestate uoluptatem tanquam cum homine pecudem copulauissent. Id est, ad concordiam inter se contendentes philosophos adducturos. Sic, Dirimere litem, inquit Cicero, id est, dissoluere & decidere. Budæus.

Controuersia dirimit omnia. Cic. 2. de Leg. 80.

Dirimere iras, & altercationes. Liu. 1. ab Vrbe, 53.

Litem dirimere. Ouid. 1. Metam. 5.

Nox diremit. Cic. Quint. frat. lib. 2. 15. 2.

Pacem alicuius dirimere. Cic. pro Cælio, 26.

Prælia uoce diremit. Virg. 5. Aeneid. 93.

Res dirimenda alicuius arbitrio. Ouid. 6. Fast. 20.

Rem susceptam dirimere, pro Interpellare, obturbare, dissoluere. Cic. 2. de Legibus, 51.

Dirimere sententias. Plin. epist. 167. 1.

Dirimere simultates. Liu. 8. ab Vrbe, 94.

Societatem humani generis dirimere. Cic. 3. Offic. 35.

Coire societatem cum aliquo, & Dirimere, contraria. Cicer. 2. Philip. 46.

Societatem officiorum dirimere. Cic. pro Syl. 4.

Dirimere tempus, & proferre diem, cognata sunt uerba. Cic. de Diuin. lib. 1. 143, Quid enim habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diẽ? Id est, in alium diem, id quod agendum instabat, reijciat. Budæus. Vide Diffindo.

Dirimuntur oppida unius diei itinere: Id est, distant inter se unius diei itinere, siue absunt inter se. Plin. epist. 94. a. lib. 6.

¶ Diremptus, Participium (διαλημμένος) Lucret. lib. 1. 23, Mors dirempta.

Dirempta mari gens. Plin. in Paneg. 52. Id est, separata, & disiuncta. Liu. 5. bel. Pun. 182.

Diremptus, huius diremptus (διαλυσις) Separatio. Cic. 1. Tuscul. 112, Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Diremptio, Verbale (παράτασις) productio temporis uel magistratus in aliud tempus. Cic. pro Plancio, 11, Nihil iam est

Digitized by Google

quod populo ſupplicetur, nihil quod diremptio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renunciatio ſuffragiorum expectetur.

Dirini] Populi in ſecunda regione Italiæ à Plinio collocati, lib.3.cap.11.

Diripio] diripis, pen. corr. diripui, direptum (διαρπάζω, ἄγω, καὶ φέρω, περαίνω) diripere, Omnia in diuerſas partes rapere, ut fit in urbium expugnatione. Gellius, Nam cum oppidum Tholoſanum in Italia Q. Cepio Conſul diripuiſſet, multumq; auri in eius oppidi templis fuiſſet. Cic. ad Tironẽ, lib.16.11.1, Domos noſtras & patriam ipſam, uel diripiendam uel inflammandam reliquimus. Sic, Diripere urbes, diripere bona, diripere prædam. Cæſar 1.bel.Ciuil.80. Et lib. 7.bel.Gal.8. Cic.1.Offic.115.

Diuexare omnia, & diripere. Cic.11.Philipp.290.

Expilare & diripere ſocios & prouincias. Cic. pro lege Manil.39.

Diripere & uaſtare. Cic. Attic.lib.5.108.5.

Diripere aras, Deijcere, diſſipare. Virg.12. Aeneid. Seruius.

Dapes diripere. Virg.3. Aeneid.46.

Domum diripere. Cic. Poſt red.in Senatu, 16.

Equis diripi. Ouid.5.Faſt.62.

Opes diripiuntur. Ouid.3.Triſt.eleg.10.12.

Patrimonium dignitatis diripere. Cic.3.de Orat.2.

Diripui tunicam. Ouid.1.Amor.eleg.5.3.

Diripere uictoriã, pro Eripere. Valer.lib.3.ca.de Fortitudine.

A pectore ueſtem diripere. Ouid.9. Metam.128.

Enſem uagina diripere. Ouid.10.Metam.95.

Diripere aliquem è loco, pro Vi abſtrahere. Cicero de Prouinciis Conſul.

Diripere de authoritate alicuius, per translationem. Cicer. pro Sylla, 1.

¶ Direptus, Participium (διαρπασμένος) Cic.1.de Finib. 68.

Domus direpta. Virg.2.Aeneid.113.

Membra direpta manibus nefandis. Ouid.3.Metam.147.

Direpta mœnia. Lucan.lib.6.7.

Opes direptæ. Claud.1.in Eutrop.34.

Pellis direpta. Ouid.3.Metam.11.

¶ Direptio, Verbale (διαρπαγὴ) Cic.2.Offic.112, Tanta ſublatis legibus & iudicijs expilatio, direptioq; ſociorũ, ut imbecillitate, &c. Sic in Cat.13, Direptio & uexatio ſociorũ.

Bonorum direptiones & naufragia. Cic. Figulo, lib.4.13.6.

Direptioni & incendijs relicta urbs. Cic. Sulpitio, lib.4.1.7.

¶ Direptor, aliud Verbale (διαρπαστὴρ) Cic.3.Verr.143, O præclarum cuſtodem ouium (ut aiunt) lupum: cuſtóſne urbis, an direptor & uexator eſſet Antonius?

Prædator & direptor. Cic.2.in Catil.40.

Diris] Mons eſt Mauritaniæ, quem propter altitudinem, Cæli columnam uocauerunt. Meminit Plinius, lib.5.cap.1.14. ubi Dyris ſcribitur, per y Græcum.

Dirumpo] dirumpis, dirupi, pen.prod. diruptum (διαῤῥήγνυμι) dirumpere, Frangere, ſcindere. Plaut. Curculione, Geminos in uẽtre uideor habere filios: nihil metuo niſi medius dirumpar miſer.

Dirumpere ludum, Impedire ne perficiatur. Plaut.Pœn.2.117.

Plauſu aliquem dirumpere. Cic. Caßio, lib.12.2.7.

Se dirumpere. Cic. Mario, lib.7.1.14, Dirupi me penè in iudicio Galli Caninij familiaris tui.

Dirumpere ſocietatẽ. Cic.3.Offic.27, Et apud eundem in Amicitia, 71, Dirumpere amicitias.

Tabellas dirumpere. Cic. Q. frat.lib.3.20.2.

Dirumpi dolore, dixit Cic. ad Attic. lib.7.131.3. Terent. Adel. 3.3.15,

Collaudauit filium: mihi qui dediſſem conſiliũ egit gratias.

D. Dirumpor. Cic. ad Atticum, lib.4.86.5.

¶ Diruptus, Participiũ (διαῤῥηγμένος) ut, Diruptus homo. Cic.13.Philipp.364, Fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus, dirutuſq; Quintus Cælius. Id eſt, tum herniоſus, tum diſſipato patrimonio expeculatus, atq; omni re exhauſtus. Luſit enim Cicero per paronomaſiam dirupti, id eſt, hernioſi, & diruti. Budæus.

Diruptæ rupes, pro Abruptis. Liu.lib.8.bel.Pun.

Diruncino] Vide Deruncino:

Diruo] diruis, pen.corr. dirui, dirutum, pen.corr. (καθαιρέω, καταβάλλω, ἐρέπω, κατασκάπτω) diruere, Deijcere ſignificat & euertere atq; deſtruere. Terent. Adel.5.7.10, Hanc in orto maceriem iube dirui. Liu.lib.1, Iam fragor tectorum, quæ diruebantur ultimis urbis partibus, audiebatur. Plin.lib.34.cap.3.3, Diruere Corinthum.

Diruere, Aedificare, contraria. Cic. pro Domo ſua, 106.

Arcem diruere. Sil.lib.5.25.

Fores diruere. Propert.lib.4.eleg.10.3.

Vrbes diruit. Ouid.12.Metam.111.

¶ Dirutus, pen.corr. Adiect. (καθῃρημένος) Deiectus.

Dirutæ & deſertæ urbes. Cic. Q. frat.lib.1.1.36.

Aere diruti. Cic.7.Verr.27. Vice Aes.

Regna diruta. Propert.lib.2.eleg.29.11.

Dirus] Adiect. (ἐπάρατος, παλαμναῖος) Dei ira natum, inquit Feſt. Sipont. Sunt qui à deo dirum deductum exiſtimãt, hoc eſt, crudele, infeſtum, & quaſi deorum ira immiſſum. Virg.3.Georg.94, —prius quàm

Dira per incautum ſerpant contagia uulgus.

Iniuſta, nefaria, uitioſa, dira. Cic.2.de Leg.35.

Aues diræ. Catul.4.Paneg.42.

Aconita dira. Vide Aconitum.

Excutere diros amores. Ouid.10.Metam.84.

Cædes dira. Ouid.15.Metam.161.

Caput dirum. Senec. Octau.5.2.

Cometæ diri, id eſt, criniti, & peßimi. Virg.1.Georg.97.

Contagia dira. Virg.3.Georg.94.

Cruciatus diri. Ouid.9.Metam.36.

Cupido dira. Virg.6.Aeneid.144.

Diræ deprecationes. Plin.lib.28.cap.2.9.

Deteſtatio dira nulla expiatur uictima. Horat. Epod.ode 5.10.

Dextra dira. Stat.5.Thebaid.48.

Dira execratio. Liu.6.bel.Pun.132. & lib.8.117.

Dira uiro facies. Ouid.1.Faſt.111.

Marius conſcia diri facti. Ouid.8.Metam.107.

Dira fames. Virg.3.Aeneid.51.

Fata dira. Senec. Hipp.12.24.

Forma dira. Claud.1.de Raptu Proſerp.17.

Funus dirum. Virg.11.Aeneid.12.

Diris funeribus iras deorũ contrahere. Liu.10.ab Vrbe, 140. De Decio.

Furor dirus. Senec. Hipp.4.42.

Diræ furiæ ſunt. Virg.4.Aen.95. & 122. Rurſus lib.8.141.

Gens dira. Virg.3.Aeneid.47.

Grando dira. Horat.1.Carm.ode 2.1.

Hydrops dirus. Horat.2.Carm.ode 2.3.

Dira illuuies. Virg.3.Aeneid.119. Id eſt, ſordes tetra. Seruius.

Domus diri iudicis, id eſt, Paridis. Senec. Troad.1.14.

Dira libido. Lucret.lib.4.211.

Dira lues. Ouid.7.Metam.106.

Mens dira. Virg.2.Aeneid.104.

Dirus mœror. Plin.lib.36.cap.4.2.

Mors ante oculos dira uagatur. Senec. Octau.6.10.

Mugitus diri. Ouid.7.Metam.122.

Dira natura. Plin.lib.12.cap.19.4.

Digitized by Google

Naufragia dira. Senec. Octau. 4. 6.
Neceſsitas dira. Horat. 3. Carm. ode 24. 2. pro morte neceſsitatem ponit.
Nefas dirum. Virg. 4. Aeneid. 113.
Dira nubes. Plin. lib. 11. cap. 29. 5.
Omen dirum mortalibus. Ouid. 5. Metam. 110.
Dirum oppidum. Plin. lib. 4. cap. 11. 4, Diomedes equorum ſtabulis dirum.
Dirum oſtentum. Plin. lib. 10. cap. 12. 5.
Peſtis dira. Virg. 11. Aeneid. 158.
Pugna dira. Virg. 10. Aeneid. 10.
Cruciari ſanguine diræ ſerpentis. Ouid. 2. Metam. 131.
Sanguinis dira ſitis. Senec. Octau. 4. 9.
Spes dira. Senec. Hippol. 2. 10.
Dirus ſpiritus. Senec. Octau. 5. 3.
Supplicia dira. Virg. 6. Aeneid. 100.
Dirum tempus. Cic. 1. de Diuinat. 33.
Tyrannus dirus. Claud. 3. de Raptu. Proſerp. 7.
Venena dira. Horat. Epod. ode 5. 13.
Volucres diræ. Sil. lib. 13. 121.
Vox dira. Virg. 3. Aeneid. 46.
In dira & in uitioſa incurrere. Cic. 1. de Diuinat. 54.
¶ Dirus, pro magno aliquando accipitur. Virg. 8. Aeneid. 70,
Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes
Dira loci. Id eſt, magnus metus. Seruius.
¶ Dirior, Comparatiuum. Cic. 2. de Diuinat. 53, Quum enim triſtiſſima exta ſine capite fuerint, quibus nihil uidetur eſſe dirius, &c.
¶ Dirißimus, pen. corr. Superlatiuum. Nonius: Dirißimum, Seuerum. Varro Bimargo, Scena quem ſenem Latina uidit dirißimum?
¶ Diræ, Dirarum, pro Furijs (ἀραὶ) Cic. 1. de Diuinat. 55. Craſſo quid acciderit uidemus Dirarum obnunciatione neglecta. Ibidem 57.
Compoſitas Diras imprecabatur. Tacit. lib. 5.
¶ Diritas, pen. corr. diritatis (ἀπλήσια) Crudelitas. Cicero in Vatinium, 6, Quanquam ſis omni diritate, atq; immanitate teterrimus.
Diritas & Comitas, contraria. Cic. de Senec. 60. nunc legitur duritas.
Morum diritas. Sueton. in Tiberio, cap. 21.
Dis] præpoſitio (διὰ) quæ ſemper componitur, & modò diuerſitatem ſignificat, ut diſſideo: modò diuiſionem, ut Diſſocio, diſiungo: modò ualde, ut Diſcrutio, diſcupio: modò uariè, ſiue in diuerſas partes, ut Diſſemino, diſpono. Quandoq; malè, ut Diſpereo. Componiturq; cum C, ut Diſcumbo: cum F, ut Diffundo, ubi ſ mutatur in f, euphoniæ cauſa: cum P, ut Diſputo: cum Q, ut Diſquiro: cum R, ut Diſrumpo: cum S, ut diſſimulo: cum T, ut Diſturbo: cum I conſonante, ut Diſiungo.
Dis] Ditis (πλούτων) diuitiarum & inferorum deus, ut inquit Strabo. Græcè Pluton dicitur: quia terrenam omnem uim atq; naturam Diti patri dedicatam putabant, quòd diuitiæ omnes è terris oriantur, & in terras recidãt. nam πλοῦτος, Latinè diuitiæ. Cicero 2. de Nat. deor. 96. Quintilianus lib. 1, à contrario interpretatur, quia minimè dives eſt. Non tamen id aſſerit.
Domina Ditis, id eſt, Proſerpina, apud Virg. lib. 6. Aeneid. 80.
Auri ianua Ditis. Virg. lib. 6. 26.
Auari Ditis domus. Senec. Herc. fur. 9. 34.
Auidi Ditis regna. Senec. Agamem. 7. 33.
Diri ſacraria Ditis. Virg. 12. Aeneid. 40.
Vmbroſi Ditis opaca regna. Senec. Medea. 10. 2.
Durus Dis. Silius lib. 13. 83.
Horridus Dis. Senec. Hippol. 10. 10. & 8. 18.
Inferus Dis. Senec. Agamem. 1. 1.
Seuerus Dis. Claud. 1. de Rap. Proſerp. 46.
¶ Dis & hoc dite (πλούσιος) Adiectiuum, pro Diuite ponitur. Terent. Adelph. Dis quidem eſſes Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes. Vbi Donatus, Ab eo quod eſt Dis ditis, dites facit: ab eo quod eſt Dives diuitis, diuites. Vide Dives.
Animi dites. Tibul. lib. 3. eleg. 6. 3. de Baccho.
Epulæ dites. Stat. 5. Thebaid. 38.
Glebæ dites, id eſt, frugiferæ. Silius lib. 3. 136.
Pectus dite. Lucret. lib. 1. 84.
Promißis ditibus commoueri. Silius lib. 3. 104.
Regni ditis ferax Lydia. Senec. Hippol. 3. 11.
Ditior, & ditißimus. Cic. 2. Off. 85, Mamerco homini ditißimo Aedilitatis prætermißio, Conſulatus repulſam attulit.
Aeui humani ditißimus, id eſt, qui diutißimè uixit. Sil. lib. 3. 80.
Agri ditißimus. Virg. 1. Aeneid. 70.
Ditior mihi & affluentior uidetur eſſe uera amicitia. Cic. de Amicitia, 52.
Animi ditior. Stat. 3. Thebaid. 96.
Midæ gazis, & Lydo ditior auro. Stat. 2. Syl. 2. 25.
Terra ditißima. Virg. 2. Georg. 28.
¶ Dito, ditas (πλουτίζω) ditare, Diuitem facere. Liu. 1. bel. Pun. 239, Caſtra militem ditauere.
Stipe largifica ditantes omnia. Lucret. lib. 2. 127.
Turba ditata ſpolijs. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 13.
Vrbs triumphis ditata. Author ad Heren. lib. 4. 237.
¶ Diteſco, diteſcis (πλουτίσομαι) diteſcere, Diuitè fieri: ut, Præda diteſcere. Lucret. lib. 5. 251.
Horrea diteſcunt. Claud. 2. Paneg. 80.
Partu diteſcere dulci. Lucret. lib. 4. 252. de fœminis.
Diſcalceo] diſcalceas (ὑποδυμέω) diſcalceare, Calceum extrahere. Suet. in Nerone, cap. 51, Circa cultũ habitũq; adeò pudendus, ut comam ſemper in gradus formatam, perigrinatione Achaica etiam pone uerticem ſummiſerit, ac plerunq; ſyntheſin indutus, ligato circum collum ſudario prodierit in publicum ſine cinctu & diſcalceatus.
Diſcapedino] diſcapedinas, pen. corr. (διάγω) diſcapedinare, A cãpedine fit, ſignificatq; Reſero, aperio. Apuleius, Hyagnis primus in canendo manu diſcapedinauit. Obſoletũ & inuſitatum uerbum.
Diſcaueo] diſcaues, pen. corr. diſcaui, pen. prod. diſcautum, (φυλάττομαι) diſcauere: Idem ſignificat quod cauere, uel diligenter cauere. Plaut. Menæch. 7. 24, Dictum faceſſe elatũ, & diſcaueas malo. Minus eſt in uſu.
Diſcedo] diſcedis, pen. prod. diſceſsi, diſceſſum (ἀποχωρέω, ἀποβαίνω, ἀπαλλάττω, ἀπαίρω, ἀποβαίνω) diſcedere, Recedere: ut, Diſcedere Roma. Cic. 2. Verr. 32. Plin. Faceſſite hinc, atq; à nobis diſcedite. Donatus, Diſcedere dicitur, qui facilè abit è medio.
Diſcedere cubitum. Cic. in Somnio Scip. 4.
A patria diſcedere. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 17.
Ab aliquo diſcedere. Cic. Attic. lib. 112. 2.
Diſcedere ad. Virg. 12. Aeneid. 38.
Longè diſcedit. Ouid. epiſt. 21. 22. Vide Longus.
Procul hinc diſcedere. Ouid. 9. Metam. 103.
Procul diſceſsit in agros. Valer. 7. Argon. 112.
Tardè diſcedere. Ouid. 4. Metam. 19.
Non diſcedere ab aliquo. Cic. de Amicit. 1. Idem 4. Acad. 125, Nunquam à Philone diſceſsit, niſi poſteaquam ipſe cœpit quæ ſe audirent habere.
Diſcedere ab amicis, pro Violare amicitiam. Cic. de Amicit. 39.
Animus diſcedit. Cic. 1. Tuſcul. 29. Diſceſſum animi à corpore intelligit.

Digitized by Google

Diſcedere ab armis. Cæſar 1. bel. Ciuil. 40.
In auras diſcedere. Lucret. lib. 3. 82, Hic de ui animæ loquitur.
Diſcedere cælum dicitur, quum hiatum facit. Cic. 1. de Diuinat. 161. Budæus.
Diſcedere à conſuetudine alicuius populi. Cicero 4. Verr. 74. Idem pro Fonteio, 1, Videte quò deſcendam, Iudices, quàm longè uidear à cõſuetudine mea & cautione ac diligentia diſcedere.
E conſpectu diſcedere. Cic. Attic. lib. 12. 241. 6.
A contentione diſcedere. Cic. in Orat. 58.
Diſcedere à defendendis hominibus & ſubleuandis. Cicero 1. Verr. 22.
Non diſcedere digitũ à re aliqua. Cic. 6. Verr. 29. Subaudi, latũ.
In duas factiones ciuitas diſceſſit. Tacit. lib. 21.
A fide iuſtitiáq; diſcedere. Cic. 3. Off. 104.
Ab aliquo diſcendi genere diſcedere. Cic. 2. Offi. 8.
A ſperata alicuius rei gloria diſcedere. Cic. de clar. Orat. 173.
A iudicijs cauſiſq; diſcedere. Cic. 2. de Orat. 78.
Diſcedere à iure. Cic. ad Pætum, lib. 9. 16. 7.
Diſcedat à corpore languor. Ouid. epiſt. 19. 1.
Vno uerbo diſcedere à libro. Cic. 1. Verr. 25.
Diſcedit memoria rei alicuius ex animo. Cic. in Somnio, 2, Ita nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi atq; inuictiſſimi uiri memoria.
A mente atq; à ſe diſcedere. Cic. 2. de Diuinat. 170.
Diſceßit mos. Plin. lib. 11. cap. 23. 2.
Diſcedamus à nobis. Cic. 4. Acad. 206. Id eſt, de nobis loqui ſuperſedeamus.
Diſcedere ab officio, Barbari dicunt Non facere ſuum debitum. Cic. 1. Offic. 48.
Diſcedere in aliquam opinionem. Cicero ad Ligarium, libro 6. 14. 6.
Diſcedunt in duas partes. Saluſt.
Diſcedere pedem. Plaut. Aſin. 12. 13. Cic. pro Deiot. 29, Negat unquam ſe à te in Deiotari tetrarchia pedem diſceßiſſe.
De prouincia diſcedere. Cic. Cælio, lib. 2. 18. 2.
Quartana ab aliquo diſcedere dicitur. Cic. Attic. lib. 8. 150. 3.
A re diſcedere, id eſt, digredi. Cic. in Orat. 35.
Diſcedere à, uel de ſententia. Cæſar 1. bel. Ciuil. 7. Cic. 4. de Finib. 85, Legitur in uetuſto exemplari, decedere.
A ſeſe diſcedere. Cic. de clar. Orat. 149.
Signis diſcedere haud licitum. Silius lib. 7. 19.
Diſcedere ſuperiorem, pro Vincere. Cic. 2. Tuſc. 93, Qui autem reſtiterunt diſcedunt ſæpiſſime ſuperiores. Sic, Diſcedere inferiorẽ. Cic. pro Quint. 40, At ſi in cauſa pari diſcedere inferior uideretur. Hoc eſt, ſuperatus uideretur.
A uita diſcedere. Cic. 1. Tuſc. 131.
Ex uita diſcedere. Cic. de Senec. 76.
Diſcedit uſusfructus à perſona, id eſt, immutat perſonam. Modeſtinus de uſufructu. l. Titio, Titio quum morietur, uſusfructus inutiliter legatur, in id tempus uidelicet collatus, quo à perſona diſcedere incipit.
Vxor à marito diſcedit. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 5.
Quũ diſceßi à te, nemo mihi illo charior: id eſt, te excepto, præter te unum, nemo mihi eſt charior illo. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 67. Idem ad Atticum, lib. 1. 12. 8, Amoris uerò erga te mei, quum à fraterno amore, domeſticoq; diſceßi, tibi primas defero. Idem ad Appium Balbum, lib. 6. 12. 3.
Diſcedere, Diuidi, biare, aperiri. Cic. 3. Offic. 48, Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui, quum terra diſceßiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. Siſenna Hiſtor. lib. 4, Armata dextra ducti, magisq; in latitudinem diſcedunt. Nonius.
Diſcedatur, imperſonale. Cic. 3. de Legib. 27, Sed iam ſi placet de prouincijs diſcedatur, in urbem redeatur.
Diſceditur in eam ſententiam. Liu. 8. bel. Pun. 250. Vide Diſceſsio.
Diſceſſum eſt. Liu. 2. ab Vrbe, 173.
¶ Diſcedens, pen. prod. Participiũ (ἀποχωρῶν) ut, Hyems diſcedens. Ouid. 2. Faſt. 31.
¶ Diſceßio, Verb. (ἀποχώρησις) Diuiſio, ſeparatio. Terentius And. 3. 3. 37,
Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit,
Si eueniat (quod di prohibeant) diſceßio.
Diſceßio (ἀπόλλαξις) erat in ſententijs dicendis in Senatu, quũ duabus dictis ſententijs, is magiſtratus qui Senatum coegerat, Patres Conſcriptos iubebat in hanc aut in illam ſententiam tranſire, his uerbis, Qui hæc ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in illam. Quæ uerba legitima erant, & ſolennia, magiſtratus diſceßionem fieri iubentis: quod tum ſcilicet accidebat, quum in ſententiam pedibus ire, & Senatuſconſultum per diſceßionem fieri, non ſingulos ſententiam uerbis dicere oportebat. Plin. epiſt. 167. f. Idem lib. 2. epiſt. 11. 35. i, Erant in utraq; ſententia multi, fortaſſe etiã plures in hac uel ſolutiore uel molliore. nam quidam ex illis quoq; qui Cornuto uidebantur aſſenſi, hunc qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur: ſed quum fieret diſceßio, qui ſellis Conſulum aſſiterant, in Cornuti ſententiam ire cœperunt. Senec. de Vita beata, Nec eſt quod mihi diſceßionũ more reſpondeas. Hæc pars maior eſt, &c.
Diſceßio facta in eius ſententiam. Cic. ad Attic. libro 12. 242. 3. Idem 6. Verr. 128, At uerò quum iam non ſolum diſceßio facta eſſet, ſed etiam perſcriptum, atq; in tabulas relatum, Prætor appellatur.
¶ Diſceſſus, huius diſceſſus (ἀποχώρησις) Abitus. Cic. 1. Tuſcul. 12, Vt nuper tuum poſt diſceſſum, &c.
Aduentus & Diſceſſus, contraria. Plin. lib. 25. cap. 8. 10. Cic. Attic. lib. 12. 260. 1, Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit.
Digreſſus & diſceſſus. Cic. de Senect. 77.
Solis acceſſus & diſceſſus. Cic. 2. de Nat. deor. 29.
Subitus diſceſſus & præceps profectio. Cic. Attic. lib. 9. 181. 11.
Diſceſſus animi à corpore. Cic. 1. Tuſc. 29.
Diſceſſus cæli, id eſt, chaſma, hiatus & ſubita uelut diſruptio. Cic. 2. de Diuin. 89, Ita te nec terræ fremitus, nec cæli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus imber, nec traiectio ſtellæ, nec faces uiſæ terrebunt.
Diſceſſus ab omnibus bonis. Cic. 1. Tuſc. 129.
Diſceſſus latronis, uel potius deſperata fuga. Cic. 5. Phil. 186.
Diſceſſus è uita. Cic. 1. de Diuinat. 85.
Diſceſſu à ſuis moueri. Cic. 5. de Finib. 55.
¶ Diſceſſurus, pen. prod. Particip. (ἀποχωρήσων) Plin. lib. 20. cap. 24. 1, Sed diſceſſuri ab hortenſibus, &c. Hoc eſt, priuſquam diſcedamus ab hortenſium herbarum tractatione.
Diſcepto] diſceptas (διαπέμπομαι, ἀμφισβητῶ) diſceptare, Diſputare, contendere.
Diſceptare de. Cic. 1. Acad. 46, Has ad omnia de quibus diſceptabatur, adhibebant. Idem 4. Acad. 118.
Iuſtè ſapienterq; aliquid diſceptare. Cic. pro Milone, 17.
Diſceptando decertare. Cic. pro Planc. 71.
Diſceptare inter aliquos. Liu. 4. bel. Maced. 230.
Diſceptari uerbis de fœderum iure. Liu.
Diſceptare conditionibus, aut armis. Cic. ad Att. lib. 8. 159. 12.
Aequa conditione diſceptare. Cic. pro Cluent. 75.
Diſceptare armis de controuerſijs. Cæſar 3. bel. Ciuil. 424. Idẽ 6. bel. Gal. 196, Quoad ſibi ſpes aliqua relinqueretur, iure potius diſceptandi, quàm belli gerendi.
Diſceptatur armis de iure publico. Cic. Planco, lib. 4. 14. 4.

Aequo

Digitized by Google

Aequo iure disceptare cum aliquo. Cic. 4. Verr. 26.
Rei sunt omnes, quorum de re disceptatur. Cic. 2. de Orat. 98.
In uno prælio omnis fortuna Reip. disceptat. Cic. Plan. lib. 10. 10. 2.
Disceptare, cum genitiuo. Callistratus in l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis, Vt qui iactura adfectus est, damni disceptet, uel modicè uindicetur.
Disceptare causam (διαιτᾶν) pro Arbitrari. Pomponius in l. sed si compromissum. ff. de Receptis arbitris, Sed si compromissum sine die confectum est: necesse est arbitro omnimodo diem statuere, partibus consentientibus: & ita demum causam disceptare. Budæus.
Disceptare controuersias aliquorum, Componere & dijudicare. Cic. 4. Tuscul. 10, Hoc est, disceptando de controuersijs disserere aut controuersias disceptationibus soluere.
Disceptare, pro Conuenire, quod & Resortiri uocant. Plinius lib. 2. cap. 3. 6, Tarracone disceptant populi XLIIII. Idem lib. 5. cap. 29. 5.
Disceptant eodem foro Othronienses, Halidienses, &c. Ex Bud.
¶ Disceptator, pen. prod. (διαιτητὴς) Verbale, Qui litem & controuersiam dirimit & componit: iudex uel arbiter. Cic. in Part. 7, Nam aut auscultator est modò qui auditat aut disceptator, id est, rei sententiæq; moderator. Idem 3. de Leg. 10, Iuris disceptator. Idem pro Cecinna, 5, Et persæpe disceptatore domestico dijudicatur.
Disceptator, pro Arbitro. Vlpianus in l. 3. §. tametsi. ff. de arbitris, Quoniam non debeant decipi qui eum quasi uirum bonum disceptatorem inter se elegerunt. Budæus.
Disceptator & arbiter. Cic. ad Sulpitum, lib. 13. 27. 5.
¶ Disceptatrix, pen. prod. (διαιτητὶς) Verbale fœmininum. Cic. 4. Acad. 161, Dialecticam inuentam esse dicitis, ueri & falsi quasi disceptatricem & iudicem.
¶ Disceptatio (διάκρισις) Causa & lis. Cic. 2. de Diuin. 222, Cum quibus omnis ferè nobis disceptatio contentioq; est.
Iudiciorum disceptationes. Cic. 1. offi. 184.
Iuris disceptatio. Cic. pro Mil. 17.
Disceptatio & cognitio ueritatis. Cic. pro Flacco, 18.
Forenses disceptationes iudiciorum aut deliberationum. Cic. 1. de Orat. 12.
Duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per uim. Cic. 1. Offic. 51.
In disceptationem cadere. Vide Cado.
Constituere disceptationem. Vide Constituo.
Causa in disceptatione uersatur. Cic. pro Deiotaro, 2.
Vinci disceptatione. Cic. 1. Offic. 93.
In disceptationem dicendi & controuersiam uocari. Cic. 2. de Orat. 161.
Disceptatio, pro Arbitratu & cognitione. Vlpianus in l. quum ij. §. si cui. ff. de transactionibus, Hæc omnia habent disceptationem Prætoris: & pro utilitate alimentarij accipienda sunt. Budæus.
Discera] Δισκέρα, Natio in Cyrene, quam Corn. Balbus cum pleriſq; alijs duxit in triumpho. Author. Plin. lib. 5. cap. itē 5.
Discerno] discernis, discreui, discretū, pen. prod. (διακένω, διακρίνω) discernere, Diuidere, separare, Plin. libro 12. cap. 19. 5, Est & alia fama, cum sole diuidi, ternasq; partes fieri, deinde sorte cremia discerni.
Litem discernere. Virg. 12. Aeneid. 178.
Tumultum ueterem discreuit. Claud. 1. de Raptu Proser. 50.
Discernere, Distinctè cognoscere, distinguere. Terent. Adelph. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis discernere. Cic. 4. Acad. 151, Qua igitur notione discerneres?
Alba & atra discernere. Cic. 5. Tusc. 159.
Discernere alium ab alio. Cic. pro Fonteio, 12.
Diem & noctem discernere cælo. Virg. 3. Aeneid. 41.
Fas atq; nefas discernere. Horat. 1. Carm. ode 18. 3.
Discernere utra pars iustiorem habeat causam. Cæsar 1. bel. Gal. 139.
Discernere stultum à sapiente. Cic. pro Fonteio, 11. Item, Discernere uera à falsis. Plin. lib. 37. cap. 12. 4.
Articulatim uerba discernere. Lucr. lib. 4. 113. Id est, explanatè.
¶ Discretus, pen. prod. (διακεκριμένος) Participiū passiuum, ut apud Columellam discreta semina, separata. Plin. lib. 2. cap. 8. 5, Discretus atq; digestus aduerso syderum uerbere globus. Et lib. 15. cap. 30. 10, Discretæ suis nominibus syluæ. Huius compositum protulit Plin. lib. 7. cap. 12. 3, Indiscreta propè specie fuere. Id est, indifferenti.
Ager discretus saxo. Stat. 5. Thebaid. 112.
Mors discreta. Ouid. 11. Metam. 140.
Ordo discretus. Quint. lib. 7. cap. 2. 1.
Sedes discretæ. Horat. 2. Carm. ode 13. 5.
Diuisa tellus & discreta. Lucret. lib. 5. 289.
¶ Discretio (διάκρισις) Cic. 1. de Leg. Multoq; etiam magis parent huius cælesti discretioni. In emendationibus codicibus legitur non discretioni, sed descriptioni.
¶ Discretè, pen. prod. Aduerbium (διακεκριμένως) Distinctè: cuius contrarium est Confusè & permixtè. Cic. 1. de Inuen. 63, In præsentia tantummodo numeros & modos & partes argumentandi confusè & permixtè dispersimus: pòst discretè & electè in genus quodq; causæ, quid cuiq; conueniat, ex hac copia digeremus.
¶ Discretim, Aduerbium similiter, idem significans. Varro 1. de Re rust. cap. 3, Quoniam discretim de his rebus dicendum est. Legitur & discretum.
¶ Discrimen, pen. prod. (διάκρισις, διαφορὰ) Separatio, differentia. Cic. 2. de Fin. 73, Totumq; discrimen summi boni, in ea rerum comparatione positum putat.
Nullo discrimine. Virg. lib. 1. Aeneid. 116,
Tros, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Cic. 4. Acad. 255, Vera à falsis nullo discrimine separantur. Hoc est, facilè.
Discrimen atq; delectus rerum. Cic, 4. Verr. 86.
Ingeniorum discrimina. Quint. lib. 2. cap. 8. 1.
Vocum discrimina. Virg. 6. Aeneid. 129.
Discrimen confusum. Liu. 1. ab Vrbe, 150.
Ingens discrimen. Quint. lib. 6. cap. 1. 29.
Obscurum discrimen. Horat. 2. Carm. ode 5. 5.
Custodire discrimina ordinum. Vide Custodio.
Dabat discrimina sexus, id est, dignoscebatur sexu. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 6.
In discrimine est res. Cic. 4. Acad. 239.
In discrimine est utrum. Liuius 9. bel. Pun. 82, In discrimine est nunc humanum omne genus, utrum uos, an Carthaginienses principes orbis terrarum uideat.
Tollere discrimen. Cic. 3. de Nat. deor. 119.
Compositum discrimen. Ouid. 2. de Arte aman. 61.
Multifidum discrimen. Claud. de Nuptijs Honorij, 21,
—hæc morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen erat. Id est, capillos pectit.
Discrimen, Certamen. Virg. 5. Aeneid. 31,
—post hos æquo discrimine Pristis
Centaurusq; locum tendunt superare priorem. Discrimine, id est interstitio. Seruius.
Ambiguum discrimen. Stat. 6. Thebaid. 121.
Dubium discrimen. Claud. 1. Paneg. 39.
Discrimen surdum. Vide Surdus.
Mittere in discrimē, quasi in aleam, apud Tacitum, teste Budæo.
Maturare discrimen. Tacitus.

Digitized by Google

In contentionem aut discrimen uenire. Cic. pro Planc. 44.
Discrimen, Periculum. Virg. 1. Aeneid.
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latiũ. Plin. epist. 139. a. Cæs. 6. bel. Gal. 140,
Videt imminere hostes, atq; in summo rem esse discrimine.
Discriminum & periculorum comes. Cic. 2. de Nat. deor. 246.
Maximum periculum & extremum penè discrimen. Cic. 6. Philipp. 217.
Lethale discrimen. Claud. 3. Paneg. 21.
Adire discrimen. Vide Adeo.
In discrimen adducere. Cic. 3. Philip. 144. Vide Adduco.
In capitis discrimen aliquem adducere. Cic. pro Deiotaro, 1.
In propinquũ discrimen adducere. Cic. Meßinæ, lib. 5. 21. 9.
In Fortunæ discrimen adduci. Cic. pro Muræna, 51.
Salutem in discrimen adducere. Cic. Ligario, lib. 6. 13. 8.
Committere in discrimen. Vide Committo.
Vir ad extrema Reip. discrimina delectus. Cic. p Domo sua, 19.
In extremo discrimine, ac dimicatione fortunæ desertum esse. Cic. pro Sylla, 58.
Dare in discrimen aliquid. Tacit. lib. 2.
Habere discrimen in alicuius capite. Cic. Mario, lib. 6. 2. 7.
Incidère in discrimen. Vide Incido.
Offerre se in discrimen pro re aliqua. Cic. pro Sestio, 1.
Pati discrimina. Valér. 8. Argon. 7. 8.
Tentare discrimen sui. Claud. 7. Paneg. 87.
Venire in discrimen dicitur res. Cic. 5. Verr. 119.
In discrimen existimationis uenire. Cic. 1. Verr. 39.
Fortunæ alicuius ueniunt in discrimen. Cicero Dolabellæ, lib. 9. 13. 4.

¶ *Discriminale, lis,* Acus est quæ crines diuidit ad concinnandum caput, Græcè καλαμὶς: ut apud Esaiam, Discriminalia, & periscelides, & murænulas, & olfactoriola.

¶ *Discrimino, discriminas,* pen. corr. (διορίζω, διαιρέω) discriminare, Diuidere. Cic. 12. Philipp. 334, Hetruriam discriminat Cassia. De uia Cassia loquitur.
Ordo discriminat potestates. Claud. de bello Getico, 8.
Ratio discriminat omnia. Lucret. lib. 2. 144.

¶ *Discriminatus,* pen. prod. (διηρημένος) Participium. Liu. 1. bel. Pun. 14, Vigiliarum somniq; nec die nec nocte discriminata tempora.

¶ *Discriminatim,* pen. prod. Aduerbium (διαφόρως) Differenter. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 7, Eadem de causa sunt quæ non possunt uiuere nisi in loco aquoso, aut etiam aqua: & id discriminatim: ut alia in lacubus, ut arundines in Reatino: alia in fluminibus, ut in Epiro arbores alni.

¶ *Discerniculum, discerniculi,* pen. cor. Est (ut ait Varro lib. 4. de Lingua Latina) quo discernitur capillus. Nonius, Discerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum à discernendo. Lucil. lib. 30,
Euplocamo digitis, discerniculumq; capillo.
Discerniculum, Differentia atq; discrimen. Gel. lib. 17. cap. 15, Tum comperi duas species hellebori esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri.

Discerpo] *discerpis discerpsi, discerptum* (διαπαραράσσω, διασπάω) *discerpere,* Distrahere, discindere, dilaniare. Liuius 1. Decad. lib. 1, Fuisse tum quoq; aliquos, qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent. Varro, Duabusq; admotis quadrigis, alligatum corpus, equis in diuersum iter concitatis discerpsere.
Discerpere ac dilacerare. Cic. 1. de Nat. deor. 41.
Discerpere & distrahere. Cic. 1. Tusc. 112.
In paruas parteis discerpitur aurum. Lucret. lib. 2. 166.
Rem propositam in membra discerpere. Cic. in Top. 13.

¶ *Discerptus,* Participium (διαπαραγμένος) aut nomen ex participio. Cic. 3. de Orat. 14, Quæ complecti tota nequeũt, hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant.
Membra discerpta. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 18.

Discessio, Discessus] Vide Discedo.

Discetus] Genus cometæ esse uidetur Plinio, quum inquit lib. 2. cap. 25. 2, Easdem breuiores & in mucronem fastigiatas, xiphias uocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij nitore, ac sine ullis radijs: quos discetus suo nomini similis, colore autem electro, raro è margine emittit.

Discidium] Vide Discindo.

Discindo] *discindis, discidi,* penult. corr. *discissum* (διαχίζω, διασπάω, καταῤῥήγνυμι) discindere, Idẽ quòd Scindere significat, aut minutim scindere. Teren. Adelph. 4. 2. 21, Hem uide ut discidit labrum. Idem Eunuch. 4. 3. 4, Vestem omnẽ misere discidit.
Amictus discindere. Virg. 12. Aeneid. 121.
Cælum discindere. Virgil. 9. Aeneid. 4, Chasma dicit factum, id est subitam aeris disruptionem. Seruius.
Aliquid ferro discindere in partes. Lucret. lib. 3. 132.
Aeque discinditur in multas partes. animam intelligit. Lucretius lib. 3. 134.
Discidisse cotem nouacula, refert Liuius Accium Nautium Augurem, lib. 1. ab Vrbe, 163. Item Cicero lib. 1. de Diuin. 60. Quod prodigij loco habitum est.
Discindere amicitias. Cic. de Amicitia, 65.

¶ *Discissus* (διαχισμός) Participium: ut, Artus discissi. Virg. 3. Georg. 101.
Muri discissi. Stat. 1. Syl. 1. 3.
Discissum uulnus. Celsus lib. 5. cap. 26, Aliquid in uulneris genere, figuraq; est. Nam peius est quod etiam collisum, quàm quod tantum discissum est, adeò ut acuto quoq;, quàm retuso telo uulnerari commodius sit.

¶ *Discidium, discidij,* neut. gen. Diuisio. Solinus cap. 36, Atlanticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit.

Discingo] *discingis, discinxi, discinctum* (διαζωννύω) discingere, Contrarium est suo simplici. Martial. lib. 9. 106,
Peltatam Scythico discinxit Amazone nodo.
Dolos ratione discingere. Sil. lib. 7. 31.
Discingi. Cic. ad Qu. fratrem lib. 2. 15. 1, Mihi crede in sinu est, neq; ego discingor. Id est, in potestate mea est, uel in occulto est, neq; est metus ne mihi excidat, & indicio meo prodeat.
Aliquem armis discingi. Silius lib. 8. 7.

¶ *Discinctus,* Participium (διεζωσμένος) Liu. 7. bel. Pun. 76. Districtis gladijs discinctos destituit.
Nepos discinctus, id est, omni luxuria diffluens. Horat. Epod. ode 1. 7.
Otia discincta. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 9.
Discinctus antiqui negligentes & desides appellabant. Persius Satyr. 3,
Non pudet ad morem discincti uiuere Nattæ? Discincti (inquit Seruius) inhabiles sunt militiæ. omnes enim qui militant, cincti sunt. Vnde discincti, inefficaces & ignaui dicuntur: sicut econtrariò præcinctos strenuos uocamus. Liuius 5. bel. Maced. 37, Discinctus & inermis eques. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. 15,
Nugari cum illo, & discincti ludere, donec
Decoqueretur holus, soliti.

Disciplina, Discipulus, Disciplinosus] Vide Disco.

Discludo] *discludis,* penul. prod. *discluſi, discluſum* (διοίγω, διείργω, διαπλείω) discludere, Disiungere, separare. Cæs. 7. bel. Gal. 25, Mons Gebenna Aruernos ab Heluetijs discludit. Idem 4. bel. Gal. 5. 25. de ponte super Rhenum ab se constructo, Hæc utraq; insuper, bipedalibus trabibus immißis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utraq; fibulis

Digitized by Google

bulis ab extrema parte distinebantur. Quibus discluſis, atq; in contrarium partem reuinctis, tanta erat operis firmitudo, &c. Fibulas uocat discluſas, quæ essent diuaricatæ, quomodo discluduntur diuaricanturq; brachia circini: uel quibus discluſis, id est, tignis: ut discluſio illa ad tigna referatur, non ad fibulas, ut multi putant. Lucretius de confuſa illa informiq; mole elementorum omnium loquens, quod Chaos appellant, è cuius partibus segregatis, mundum in hunc quē uidemus ordinem diſpoſitum multi putarunt Philoſophi (quemadmodum & Ouidius locupletiſsimè ſcripſit lib. 1. Metam.) ſic ait lib. 5. 88,

Diffugere inde loci partes cœpere, pareſq;
Cum paribus iungi res: & diſcludere mundum,
Membraq; diuidere, & magnas diſponere parteis
Omnigenis è principijs, &c. Virg. 6. Eclog. 8. de mundi origine,

Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto
Cœperit: & rerum paulatim ſumere formas. In quem locum ſic ait Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 4, Ferit aures noſtras hoc uerbum diſcludere, ut nouum.

Semotæ & diſcluſæ à monte partes. Cic. 1. Tuſcul. 125.

Spacijs diſcluſus iniquis. Virg. 4. Georg. 30. Id est, conſtrictus ſpacijs anguſtis, & breuitate carminis. Ex Seruio.

Diſcludere, Semouere. Cic. 1. Tuſc. 34, Duas partes ſeparare uoluit, irā & cupiditatē, quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. Var. 3. de Re ruſt. cap. 17. 4, Hi loculatas habēt piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces. Id est, ſeparatim & ſeorſum ab alijs clauſos.

Diſco] diſcis, didici, penult. corr. (μανθάνω, κατα-μανθάνω, λαμβάνω) diſcere, Propriè est rem ignotam aſſequi, quod uel meditando fit, uel alio docente. Plaut. Trucul. 16. 22,

Literas didiciſti: quando ſcis, ſine alios diſcere.

Diſcere ab, uel ex, aut de. Terent. Adelph. 1. 2. 45, Pater eſſe diſce, ab illis qui uerè ſciunt. Idem Eunuch. 2. 2. 31,

Vt ſibi liceret diſcere id de me. Plin. epiſt. 9. lib. 3, Indicauimus Senatui nos ex Norbano didiciſſe publicā cauſam.

Animaduerti & didici ex tuis literis, te, &c. Cic. Appio, libro 3. 5. 4.

Per me diſcuntur amores. Ouid. 3. de Arte aman. 6.

Citò diſcere. Cic. 3. de Orat. 81.

Liquidò diſcere. Vide Liquor.

Seriò diſcere. Quint. lib. 1. cap. 2. 1.

Diſcere auribus & oculis. Plin. epiſt. 14. lib. 8. ad Ariſtonem.

Diſcere & meminiſſe. Horat. 2. epiſt. 1. 53.

Didiciſſe fideliter artes. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 10.

Cauſam diſcere. Cic. 2. de Orat. 56. Virg. Aeneid. 98,

—& ueniendi diſcere cauſas. Id est, cognoſcere.

Generatim diſcere cultus terrarum. Virg. 2. Georg. 7.

Dolorem diſcere. Virg. 12. Aeneid. 30.

Euentum formæ diſce timere tuæ. Propert. lib. 3. eleg. 29. 8.

Diſcere fidibus. Cic. de Senect. 24.

Di cite iuſtitiam moniti. Virg. 6. Aeneid. 124.

Literas diſcere apud aliquem. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 10. 5.

Pericula ſua diſcere. Stat. 6. Thebaid. 5.

Spes diſcere. Virg. 3. Aeneid. 21.

Venientum diſcere uultus. Virg. 6. Aeneid. 151.

¶ Diſcens, Particip. (μανθάνων) ut, Mensura diſcentis. Quint. lib. 2. cap. 3. 6.

Fractis diſcentem currere remis. Virg. 5. Aeneid. 45.

Fatigare diſcentem per ambages. Quint. lib. 3. cap. 11. 15.

¶ Diſciplina, diſciplinæ, pen. prod. (μάθησις, παιδεία, μαθητεία, ἀγωγὴ) dicitur in diſcipulo, ſicut doctrina in magiſtro. Est enim propriè eruditio, quam à præceptore diſcipulus accipit. Plautus Bacchid. 2. 27, Tua diſciplina nec mihi prodeſt, nec tibi.

Diſciplinæ & artes Græcorum. Cic. 1. Acad. 7.

Diſciplina & ſcientia Magorum. Cic. 1. de Diuinat. 150.

Diſciplina, pro inſtituto. Plaut. Aſin. 5. 49, Eadem nos diſciplina utimur.

Diſciplina & conſuetudo. Cicro pro Rabirio Perduel. reo, 21, Adeóne ignarus es diſciplinæ, conſuetudinisq; noſtræ?

Inſtitutio atq; diſciplina. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2. 28.

Mores & diſciplina. Cic. pro Flacco, 8. Idem pro Deiotaro, 19, Imitari potius Caſtor aui tui mores diſciplinamq; debebas.

Diſciplina, Bene uiuendi, & bonorum morum obſeruatio: ut apud Valerium caput de Militari diſciplina: id est, de obſeruatione bonorum morum inter milites. Sic, Domeſtica diſciplina, apud Sueconium in Cæſare. Cato cap. 1, Caueto ne alienā diſciplinam temere contemnas.

In militiæ diſciplinam proficiſci. Cic. pro Lege Manilia, 19.

Familiæ grauis & conſtans diſciplina. Cicero Q. frat. libro 1. 2. 27.

Diſciplina meretricia. Cic. 5. Verr. 5. Terent. Heaut. 2. 3. 59,

Nam diſciplina eſt, eiſdem munerarier
Ancillas primùm, ac dominas qui affectant uiam.

Diſciplina temporum. Cic. de Senect. 51, Admirari ſatis nequeo uel hominis continentiam, uel temporum diſciplinā. Id est, bonos mores & eorum obſeruationem.

Diſciplinam pro Secta Philoſophorū ponit Cic. 5. Tuſcul. 130, Omnes ferè Philoſophi omnium diſciplinarum. Idem 1. de Nat. deor. 23, Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis. Idem 1. de Fin. 21, In quibus quantum potuimus, non modò quid nobis probaretur, ſed etiam quid à ſingulis philoſophiæ diſciplinis diceretur, perſecuti ſumus.

Doctus ex diſciplina Stoicorum. Cic. de claris Orat. 48.

Diſciplina, pro Bene uiuendi exemplo. Plaut. Moſtel. 3. 51, Diſciplinæ alijs eram.

Conſultus uniuerſæ diſciplinæ. Vide Conſulo.

Incorruptum genus diſciplinæ. Vide Incorruptus.

Contra diſciplinam. Vide Contra.

Res quarum eſt diſciplina, id est, literæ. Cic. 2. de Diuinat. 14.

Diſciplina dicendi. Cic. de claris Orat. 84.

Multarum artium diſciplina. Cic. pro Flacco, 7.

Diſciplina iuris ciuilis homo omnium eruditiſsimus. Cic. 2. de Orat. 86.

Antiqua diſciplina milites habuerat. Tacit. lib. 12.

Ingenuæ diſciplinæ. Vide Ingenuus.

Iucundior diſciplina. Quint. lib. 2. cap. 4. 4.

Mollis diſciplina. Vide Mollis.

Bene morata diſciplina. Vide Mos.

Naualis diſciplina. Cic. pro Lege Manilia, 37.

Seuera diſciplina. Quint. lib. 1. cap. 2. 5.

Vetuſtiſsima diſciplina. Tacit. lib. 11.

Abſtrahere à diſciplina. Vide Abſtraho.

Accipere diſciplinam. Cic. 1. de Nat. deor. 39. Vide Accipio.

Adhæreſcere ad aliquam diſciplinam. Cic. 4. Acad. 17.

Adijcere diſciplinæ aliquid. Vide Adijcio.

Capere diſciplinam. Vide Capio.

Colere diſciplinam. Cic. 1. de claris Orat. 60.

Deducere ad diſciplinam. Vide Deduco.

Deprauari mala diſciplina. Cic. 2. de Fin. 5. 7.

Seuera patris diſciplina eductus. Tacit. lib. 5.

Ad ciuitatis diſciplinam aliquem erudire. Cic. 5. Verr. 137.

Bona diſciplina exercitatus. Cic. in Orat. 116.

Exoleſcit diſciplina. Tacit. lib. 11.

Formare diſciplinam. Quint. in Procem. lib. 4. 2.

Habere è diſciplina. Cic. de claris Orat. 126, M. Piſo quicquid habuit, habuit ex diſciplina. Ibidem 145.

Increbruit

Digitized by Google

Increbruit disciplina. Vide Increbresco.
Labante deinde paulatim disciplina. Vide Labor.
Perdiscere disciplinam rudis. Vide Perdisco.
Suescere disciplina & imperijs. Tacit. lib. 2.
Tenere disciplinam. Cic. pro Flacco, 12.
In disciplinam tradere. Vide In.
Per manus tradita disciplina militaris. Vide Manus.
Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monimẽtis disciplinisq; tradita. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1. 42.

¶ Disciplinabilis, pen. corr. (μαθητικὸς) Author ad Heren. lib. 3. 94. *Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere,* &c.

¶ Disciplinatus, & Disciplinator. Tertullianus in lib. De fuga in persecutione.

¶ Disciplinosus (εὐμαθὴς) dicitur, qui tam bonas quàm malas artes facilè discit. Cato, Ipse gladiator disciplinosus, &c. Sipontinus.

¶ Discipulatus, huius discipulatus, penult. prod. masc. gen. Tertullianus lib. De præscriptionibus aduersus hæreticos. *Quas enim integræ mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit, indiuiduos habitos in comitatu, in discipulatu, in conuictu?*

¶ Discipulus, huius discipuli, pen. corr. (μαθητὴς, φοιτητὴς) Qui discit. Cic. 2. Offi. 6, Orator parum uehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum posis agnoscere.

Discipuli coquorum. Plaut. Pseud. 13. 96,
Quæso hercle prius quàm quicquam conuiuis dabis,
Gusta tute prius, & tuis discipulis dato.

Discendi discipulus. Cic. Papyrio, lib. 9. 16. 19, *Hirtium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros.*
Auditor & discipulus Platonis. Cic. 1. de Diuinat. 83.
Melius instituti discipuli. Quint. lib. 2. cap. 3. 8.
Melior magistro discipulus. Iuuen. Sat. 14. 22.
Rudis discipulus & integer. Vide Integer.
Instruere discipulos lectione orationum. Vide Instruo.
Cathedræ discipulorum. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 18.

¶ Discipula, discipulæ, pen. corr. (μαθήτρια, μαθητρὶς) Quæ discit. Plin. lib. 10. cap. 29. 7, *Audit discipula intentione magna, & reddit.* De Luscinia.

Discipulam cruci dedere. Plaut. Aulul. 4. 20.

Discobolus] pen. corr. Vide Discus.

Discolor] pen. corr. discoloris, om. gen. (πολύχρως) Qui est diuersi coloris: ut, Discolor cutis. Plin. lib. 28. c. 12. 2, Vbi ex uetustissimo codice legitur Decolor. Ouid.
Et uolat admissis discolor agmẽ equis. Et Mart. lib. 14. 17,
Calculus hic gemino discolor hoste perit.

Dispar & discolor. Horat. lib. 1. epist. 19. 1,
Vt matrona meretrici dispar erit atq;
Discolor, infido scurræ distabit amicus.

Anhelitus discolor. Claud. de Rap. Proserp. 39. De afflatu equorum Plutonis.
Discolor Indus. Propert. lib. 4. eleg. 3. 2.
Miles discolor. Ouid. 2. Trist. 95.
Sanguis discolor. Lucan. lib. 10. 26.
Discolor signum. Cic. 2. Verr. 25, *Hoc factum esse in hac ciuitate, quum Senatorius ordo iudicaret, ut discoloribus signis, iuratorum hominum sententiæ notarentur. Id est, tabellæ & ceræ non eiusdem coloris. Suprà autem dixerat, Nulla nota, nullus color, nullæ sordes uidebantur his sententijs adlini posse.* Bud.
Varijs floret uia discolor armis. Valer. 5. Argonaut. 113.

Disconuenio] disconuenis, pen. corr. disconueni, pen. prod. disconuentum (διαφέρω, διΐστημι) disconuenire, Dissidere, discordare. Horat. 1. epist. 2. 20,
— & uitæ disconuenit ordine toto.

Disconuent. Horat. 1. epist. 14. 4,
Non eadem miramur, eo disconuenit inter Meq; & te.

Discoquo] discoquis. pen. cor. discoxi, discoctum (διεφθέω) discoquere, Idem quod Coquere, uel ualde decoquere. Plin. lib. 22. cap. 25. 29, *Nostri præcipiunt arietinũ in aqua cum sale discoquere.* Ibidem 21, *Aluum sistit in cibo, magisq; discocta cœlesti aqua.*

Discors] discordis, om. gen. (διάφωνος, ἑτερογνώμων, δύσφωνος, αὐχέμονος) Qui corde, hoc est, animo dissidet: ut,
Secum ipsa discors. Liu. 2. ab Vrbe, 94.
Non ambitione, non contentione discordes. Cicero 2. de leg. Agrar. 89.
Viri discordes. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
Sibi discordem esse. Ouid. 5. Trist. eleg. 6. 7.
Arma discordia. Virg. 2. Georg. 92. Id est, *ut interpretatur Seruius, plena iurgio & rapinis.*
Dextræ discordes. Stat. 6. Thebaid. 58.
Discordia discors. Ouid. 1. Metam. 88.
Rerum concordia discors. Horat. 1. epist. 12. 4.
Gloria discors. Ouid. 2. Amor. eleg. 12. 3.
Modi discordes. Stat. 5. Syl. 5. *6. modos musicos intelligit.*
Motus discordes. Stat. 10. Thebaid. 115.
Discors mundus. Plin. lib. 30. cap. 1. 13.
Pectora discordia. Lucan. lib. 10. 3.
Sententia discors. Silius lib. 13. 95. Stat. 12. Thebaid. 35.
Discordes medicorum sententiæ. Plin. lib. 23. cap. 1. 19.
Symphonia discors. Horat. de Arte, 76.
Venti discordes. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 2.
Vesania discors. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 35.

¶ Discordis, antiquitus dicebatur. Pompon. in Satyra, Blanda, fallax, impotens, superba, discordis. Ex Prisciano lib. 6.

¶ Discordo, discordas (διαφωνέω, διαφέρομαι, διχοστατέω) discordare, Dissidere, dissentire. Plaut. Merc. 5. 7,
Neu discordarent si ambæ in uno essent loco.
Aeternum discordare cum aliquo. Tacit. lib. 12.
Parcus discordat auaro. Horat. 2. epist. 2. 39.
Discordant inter se. Terent. And. 3. 3. 44. Cicero 1. de Finib. 69, *Sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atq; discordant.*
Discordare aduersus aliquem. Quint. lib. 5. & lib. 8, *Discordare ab aliquo,* 137. b.
Animus à se ipse dissidens, secumq; discordans. Cic. 1. de Fin. 88.
Discordantia corda. Silius lib. 16. 4.

¶ Discordia (διαφωνία, διχόνοια, διχοστασία) *Est ira acerbior intimo odio & corde concepta, inquit* Cic. 4. Tusc. 32.
Dissensiones atq; discordiæ. Cic. de Amicitia, 23.
Mentis discordia. Ouid. 9. Metam. 12. 7.
Demens discordia. Virg. 6. Aeneid. 56.
Glisens discordia. Tacit. lib. 4.
Nutrix belli discordia. Claud. 1. in Ruffin. 6.
Præceps discordia. Stat. 1. Thebaid. 28.
Tetra discordia. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 12.
Seditionem ac discordiam concitare. Cicero pro Mur. 75, Vide Concito.
Cõtrahere amicitiã, & dissipare discordiam. Cic. de Amic. 24.
Exoritur trepidos inter discordia ciues. Virg. 12. Aeneid. 118.
Incessit discordia duobus regibus. Virg. 4. Georg. 14.
Mitescunt discordiæ intestinæ. Vide Mitis.
Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, bella nascuntur. Cic. 1. de Fin. 69.
Pasci discordia. Vide Pascor.
Tecum mihi discordia est. Horat. Epod. ode 4. 1.

¶ Discordabilis, & hoc discordabile, pen. cor. (διαφωνητικὸς) Quod

Digitized by Google

Quod discordat & disconuenit. Plaut. Capt. 7.43, Me hîc ualere & tuto audacter dicito Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili. Antiquum.

¶ Discordialis, penult. prod. (διχοστατικὸς) Qui lites generat & parit. Plin. lib. 37. cap. 10. 4, Nam hyenæ pelli similem abominantur, discordialem domibus.

¶ Discordiosus, pen. prod. (διαφωνόδους) Iratus uel pronus ad discordias. Salust. in Iugurtha, Nam uulgus uti plerunq; solet, & maximè Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atq; discordiosum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduersum.

¶ Discorditas, pro Discordia, Antiquum. Pacuuius Hermiona, Quantámq;, ex discorditate cladem importem familiæ. Nonius.

Discrepo] discrepas, pen. corr. discrepui & discrepaui, discrepitum (ἀπᾴδω, διαφωνέω) discrepare, Diuerso modo crepare, id est, sonare & crepitum ac sonum emittere. Cic. lib. 1. Offic. 202, Vt in fidibus aut tibijs, quamuis paululum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet.

Discrepare, per translationem, pro Dissidere, disconuenire. Cicer. 4. Verr. 90, Vt nonnunquam si quid discrepet, eximant unum aliquem diem.

Discrepuit. Hor. de Arte poet. 45,
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

A' consilijs alicuius discrepare. Planc. Cic. lib. 10. 4. 7.

A' meis rationibus discrepant tuæ. Cic. Rufo, lib. 5. 20. 8.

Discrepat ab eo, quòd. Cic. 1. Acad. 56.

Ab humanitate discrepare. Cic. 1. Offic. 202.

Opinionum dissensione ab aliquo discrepare. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 6. Id est, dissimilitudinem sententiarum habere, discordem esse. Budæus.

Ab opinione populari discrepare. Cic. Paradox. 1.

Discrepant facta cum dictis. Cic. 2. de Fin. 153.

Medium primo, medio discrepat ultimum. Hor. de Arte, 31.

Vox & ratio longè discrepat istis. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 19.

De re aliqua discrepare. Cic. 4. Tusc. 98.

Discrepare in re aliqua. Cic. 3. de Orat. 65.

Eadem dicit, nulla in re discrepat. Cic. 7. Verr. 95.

Discrepat inter authores. Liu. 2. bel. Pun. 263.

Inter se discrepare. Cic. 2. de Inuent. 228.

Discrepant hæc iudicia inter eos. Cic. pro Cluent. 96.

Sibi discrepare. Cic. 3. de Orat. 108.

¶ Discrepans, pen. corr Participium (διαφωνῶν) Cic. 1. de Legib. 45, Interpresq; est mentis oratio uerbis discrepans, sententijs congruens.

¶ Discrepito, discrepitas, pen. corr. (διαφωνοῦμαι) discrepitare. Frequentatiuum. Lucret. lib. 2. 204, Verum positura discrepitant res.

¶ Discrepitans, pen. corr. Participium. Lucret. lib. 3. 161.

¶ Discrepantia, discrepantiæ (διαφωνία) Cic. 1. Offic. 157. In actiones, omnemq; uitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. de Fin. 65.

Discretio, Discretus, Discrimen, Discrimino] Vide Discerno.

Discrucio] discruciat (αὐτέω) A' quo passiuũ, Discrucior, discruciaris, discruciari (ἀνδαναστᾶν) Valde cruciari. Cic. 12. Philip. 334, Vt ille Trebonium, etsi posset, etiã Brutum discruciatos necaret. Idem pro Rosc. Comœd. 18, Quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tardè percipi uidet, discruciatur.

Discrucior animi, pro Animo, more Græco. Plaut. Aulul. 5. 27. Terent. Adelph. 4. 4. 1,
Discrucior animi: hoccine de improuiso mali mihi obijci, &c.

Discrucior animum, etiam dicimus, & animo, teste Diomede.

Discubitorius] Vide Discubo.

Discubo] discubas, pen. corr. discubui, discubitum, pen. corr. (κατακλίνω) discubare. Idem quod Cubare. Cic. 2. de Inuẽt. 131, Cœnati discubuerunt ibidem. Plaut. Merc. 3. 99, Discubitum noctu ut imus, ecce, &c.

Discumbo] discumbis, discubui, discubitum, pen. corr. (ἀνακλίνομαι, κατάκειμαι, ἀνάκειμαι) discumbere. Idem quod Accumbere. Gellius, Apud cœnam Fauorini Philosophi quũ discubitum fuerat, cœptusq; apponi cibus, seruus assistens mensæ legere incœptabat. Cic. Att. lib. 5. 88. 5, Discubuimus omnes præter illam.

Mensis discumbere. Stat. 4. Syl. 2. 7.

Toris discumbere. Ouid. 8. Metam. 114.

¶ Discumbitur, pen. corr. Impersonale (ἀνακλίνεται) Cic. 3. Verr. 45, Maturè ueniunt, discumbitur.

Super strato ostro discumbitur. Virg. 1. Aen. 141.

¶ Discubitorius (ἀνακλιντικὸς) lectus apud Plinium, in quo uel super quo discumbebant antiqui cœnaturi: ut differret à triclinari, & cubiculari lecto.

Discuneatus] pen. prod. (διασφηνοῦσθαι) Adiectiuum à Cuneus, Quasi immisso cuneo apertus ac patens: sicut ligna diducta fiunt & hiantia adactis cuneis. Plin. lib. 9. cap. 30. 2, Conchæ se contrahunt, sed frustra discuneatæ.

Discupio] discupis, pen. corr. discupiui, discupitum, penult. prod. (ἐπιθυμέω) discupere, Valde cupere. Plaut. Trinum. 13. 84, Lubet audire, nisi molestum est. s. quin discupio dicere. Cælius ad Cic. lib. 8. 15. 4, Peream si minima causa est properandi istò mihi, quòd te uidere, & omnia intima conferre discupio. Catullus de puero & præcone, 101. 1.

Discurro] discurris, discurri, discursum (διατρέω) discurrere, In diuersas partes currere. Plin. lib. 11. cap. 37. 53, Ex hoc fonte duæ grandes uenæ in priora & terga discurrunt. Liu. 1. Decad. lib. 1, Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines discurrit. De raptu Sabinarum.

A' media in utranq; partem discurrens. Quintilianus libro 2. cap. 4. 11.

Ad aliquem locum discurrere. Virg. 12. Aen. 116.

In fluuiũ discurrere. Virg. 4. Georg. 54. hîc de Nilo loquitur.

In montibus discurrere. Ouid. 2. Fast. 57.

Vndiq; discurrere. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 1.

Equo discurrere. Valer. 6. Argon. 41, Fama, ut solet, strenuè totas urbes discurrit. Strenuè, id est, celeriter. Curt. lib. 4.

¶ Discurso (διατρέχω) Quintil. lib. 6, Manilius multum in agendo discursans.

¶ Discursus, huius discursus (διαδρομὴ) Cæsar 8. bel. Gallici, 107, Magno clamore discursuq; passim se fugæ mandant. Et apud Plinium, lib. 2. cap. 36, Discursus stellarum. Quint. lib. 4, Discursus amicorum.

Totius diei discursus. Quint. lib. 2. cap. 12. 8.

Lasciui discursus. Claud. 2. in Eutrop. 20.

Vani discursus. Valer. 3. Argon. 44.

Implere uallem latis discursibus. Ouid. 2. Fast. 45.

¶ Discursitatio, onis. Senec. de Breuitate uitæ, cap. 3, Officiosa per urbem discursitatio.

¶ Discursim, Aduerbium. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1, Primis mensis post epulas iam remotis, & discursim uariantibus poculis minutioribus, &c.

Discus] disci, masc. gen. (δίσκος) Vas latum, ut Iulius Pollux inquit, ad portandas carnes aptum. Apul. Cœnarũ reliquijs discus ornatus.

Discus, Rotũda moles saxea, uel plumbea, siue ferrea, cuius iactu iuuenes inter se certabant, fortior iudicandus, qui aut altius in sublime, aut longius in tractu ultrà designatum spa-

Digitized by Google

tium proiecisset.ita & missilibus contendebant. Hor.lib.1. Carm.ode 8.2, —sæpe disco,
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito.

Disci forma uidetur esse plana, qualis spectantibus nobis, Solis uel Lunæ effigies apparet.Cic.2.de Orat.12,Et hoc ipso tẽpore quum omnia gymnasia Philosophi teneant,tamen eorum auditores discum audire, quàm Philosophum malunt. Huiusmodi disco uidentur hodie uti nostri mimi & histriones,qui quæstus gratia coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreum iaculantur in aerem: deinde uirga excipiunt. Eos autem discobolos appellat Plinius, libro 2. capite 34. hoc est,disci iactores uel missores.

Indoctus disci.Horat.de Arte poet.77.

¶ Discobolus, pen. corr. (δισκοβόλος) Qui discum in sublime iaculabatur:id est, lapidem rotundum ac pertusum, ut inquit Ammonius.Quint.lib.2.cap.14, Quid tam distortum & elaboratum,quàm est ille discobolos Myronis?Plin. lib.34.cap.8.10,Fecit & canem & discobolon,& Persea. De Artemone artifice ærario.

Discutio] discutis,pen.corr. discussi, discussum (ἀνακρίνω, διαφορέω, διαφορέω) discutere, In diuersas partes quatere & deijcere,disturbare: ut, Discutere lateritium murum. Cæsar 2. bel. Ciuil. 33.Liuius, Tribus arietibus aliquantum muri discussit.

Caput discutere.Sil.lib.6.56.

Tempora uituli lactentis discussit malleus. Ouidius 2.Metamorph.62.

Discutere per translationem,pro Auferre,& tollere:ut, Discutit ebrietatẽ porrus,Plin.lib.20.cap.6.3. Et lib. 23. cap. 1.40,Discutere fastidiũ. Et lib. 28.cap. 7.14,Discutere metum. Item lib.2.cap.62,Discutere tristitiam.

Aduocationem aliquorum discutere. Cic. pro Domo sua,44.

Aera discutere.Lucret.lib.6.167.

Discussa est illa caligo,quam paulò antè dixit diluxit, patet,uidemus omnia.Cic.12.Phil.321.

Captiones discutere.Cic. 4.Acad.86.

Tristes cogitationes discutere.Celsi.lib.3.cap.18.

Cunctationem discutere.Asinius Pollio ad Cic.lib.10.33.4.

Discutienda sunt ea quæ obscurant.Cic.3.de Orat.119.

Febrem discutere. Celsi. lib. 3.cap.15.Idem in procœmio,Protinus febrem somno & sudore discussit.

Horrorem febris discutere.Celsi.lib.3.cap.15.

Malum discutere.Celsus lib.1.cap.8.

Morbum discutere.Celsus lib.3.cap.2.

Nubila multu discutit Mercurius.Stat.3.Theb.12.

Periculum discutere & comprimere consilio. Cicero pro Muræna,76.

Discutiendæ tamen oratione huiusmodi scenæ. Quintilianus lib.6.cap.1.34.

Somnum alicui discutere lympha.Propert.lib.3.eleg.10.3.

Discutere interdum est Dirigere, difflare, & quod Græci dicunt διαφορεῖν.Celsus lib.5.cap.11,Ad discutienda uerò ea, quæ in corporis parte aliqua coierunt, maximè possunt abrotonum helenium, &c. Vnde uis discussoria, qualis est abrotono,lilio,melli, &c. Tubercula enim aut discutiuntur,aut emittuntur.Discutiuntur interdum,id est,dissoluuntur:discutiunturq; incipientia, ne suppurent. Colum.lib.6. cap.4.1,Sæpe etiam languor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inferas.

¶ Discussus, Participium (διαφορηθεὶς) ut,Discussa rerum caligo.Stat.lib.2.Syl.2.28.

Fides discussa. Lucan.lib.1.24.

Formidine discussa iungunt oscula.Valer.4.Argon.140.

Nox discussa.Lucan.lib.5.140.

Nubibus discussis purgatus nitet æther.Sil.lib.12.128.

Plebs discussa.Stat.5.Syl.3.57.

Terrores discussi.Lucret.lib.3.202.

Vmbræ discussæ.Virg.12.Aen.134.

¶ Discussum,si,Substantiuum,Dicitur quod examinatum,ut iudicatum est:& actus ipse,Discussio uocitatur: & Discussor, qui discutit.Siponimus.

¶ Discussor,oris,pen.prod.(ἀνακριτὴς) Inquisitor, & æstimator facultatum hominum. Aegid.in tit.C.de discuss.

¶ Discussio,onis,Verbale.Firmicus lib.3.cap.3,Mercurium faciet Imperatorum exactores,& qui annuas fiscariorũ prestationes repetant,& qui discussiones rationales magnaq; negotia tractare consueuerint.

¶ Discussorius,Adiectiuum (διαφορητικὸς) Quod discutit. Plin.lib.30.cap.8.10, Et per se cinis inanium cochlearum ceræ mistus,discussoriam uim habet.

Disertiones] diuisiones patrimoniorum inter consortes. Festus.

Disertus] Vide Dissero.

Disgargalis] Equus appellatur apud Xenophontem, qui est difficilis, quiq; ne tactum quidem aut titillationem pati queat,γαργάλισμον Græcis dictam. Ex Celio Rhodig.lib. 21.cap.24.

Disiicio] disiicis,pen.corr.disieci,pen.prod.disiectum (διασπείρω, καταβάλλω, διαῤῥίπτω) disiicere, In diuersas partes iacere.Virg.1. Aen.10, Disiectiq; rates. Liu.2.ab Vrbe, 151, Ac primò tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos à concionibus concilijsq; , disiicere rem possent.

Dede,ac disiice,per me licebit.Cic.pro Cælio, 29.

Agmina disiicere.Valer.3.Argon.33.

Capillos disiicere.Ouid.11.Metam.78.

Disiectam Aeneæ toto uidet æquore classem. Virg. 1. Aen.27.

Pondere nubes disiicere.Ouid.10.Metam.36.

Nubila disiecit Iupiter.Ouid.1. Metam.66.

¶ Disiectus,Participium (διεῤῥιμμένος) ut, Disiecta acies,apud Tacitum,lib.19.

Agmina disiecta.Virg.12.Aen.97.

Agmina disiecta per agros.Valer.3.Argon.45.

Comæ disiectæ.Ouid.epist.12.13.

Membra disiecta.Senec.Hipp.12.21.

Disiecti milites. Pompeius ad L. Domitianum,libro 8.ad Attic.162.1.

Disiectæ nubes.Plin.lib.2.cap.49.

Res sparsæ,& uagè disiectæ.Author ad Heren.lib.4.139.

Respublica desiecta eo tempore quo te custodem habebat. Sallust.in Cic.2.

Tecta disiecta.Hor.2.Carm.ode 19.3.

¶ Disiectus,disiectus, disiectui, Idem quod Disiectio,dissipatio.Lucret.lib.3,
Maior enim turbæ disiectus materia
Consequitur letho, &c.

¶ Disiecto, disiectas, disiectaui, disiectatum (καταῤῥιπτέω) frequentatiuum.Lucret.lib.2.112,
Sed quasi naufragijs magnis,uentisq; coortis,
Disiectare solet magnum mare transtra,carinas,
Antennas,proram,&c.

Disiungo] disiungis,disiunxi,disiũctum (διαζευγνύω,διαζεύγνυμι) disiungere,Separare.Terent.Hecyr.1.2.86,
—atqui ea res multò maximè Disiunxit illum ab illa. Cic.Lentulo,lib.1.9. 95, Nam ab orationibus disiungo me ferè:referoq; ad mãsuetiores musas. Idem 1.Tusc.118,Quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamusq; nos à corpo-

Digitized by Google

corporibus: id est, consuescamus mori.
Disiungere & Coniungere, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 23.
Disiungere boues ab opere. Colum. lib. 2. cap. 3. 1.
Ab amicitia alicuius disiungere alterum. Cic. 2. Philip. 45.
A familiaritate alterius aliquem disiungere. Cic. 2. Philip. 45.
Honesta à commodis, non nomine, sed genere toto disiungunt Stoici. Cic. 1. de Nat. deor. 25.
Interuallo locorum & temporum disiungi. Cicero Lentulo, libro 1. 7. 2.
Disiungere à mamma agnos. Varro 2. de re Rust. cap. 1. 20.
Natura & genere disiungi. Cic. 7. Verr. 143.
Italis longè disiungimur oris. Virg. 1. Aen. 52.
Longis disiungimur oris. Valer. 2. Argon. 113.
¶ Disiugatus, pen prod. Arnobius lib. 7, Aduersus gentes, non procul ab initio, Qui sunt ab his longè natura & beatitudine disiugati.
¶ Disiunctus, Participium (Διῃρημένος) ut, Disiunctus Populus à Senatu. Cic. de Amic. 39.
Disiunctus es freto ab Italia. Cic. 3. Verr. 110.
Disiuncta coniungere. Cic. Cic. 2. de Fin. 75.
Bos disiunctus. Horat. 1. epist. 14. 6.
Disiuncta insula mari periculoso ab Sicilia. Cicero 6. Verr. 92. & 105.
Longissimè disiuncta comprehendere. Cicero in Pisonem, 2. Vide Longus.
Quod longissimè sit ab imperitorum intelligentia sensuq; disiunctum in cæteris, id maximè excellit. Cicero 1. de Oratore, 7.
¶ Disiunctus (Διῃρημένος) Nomen ex participio: ut, Disiunctissimi loci. Cic. pro lege Manil. 5.
Terræ disiunctissimæ, pro Diremptæ, & non uicinæ. Cic. pro Marcello, 3.
Disiunctissimas terras lustrare. Plin. in Paneg. 26.
Disiunctior à te sum. Cic. ad Att. lib. 13. 26B. 4. Et 4. Acad. 121, Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate disiunctius.
¶ Disiunctiuus, penultima producta, Adiectiuum. African. in l. si ita quis stipuletur. ff. de uerbor. oblig. Quum ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit. Vide Subiunctiuus.
¶ Disiunctio, Verbale (Διῃρημένος) Separatio: cui contrarium est Coniunctio. Cic. 4. Acad. 161. Idem, Neq; enim non potest mihi non molestissima esse disiunctio nostra.
Disiunctio amicorum. Cic. pro leg. Agrar. 29.
Sententiæ disiunctio. Cic. de Proinc. Consul. 33.
Disiunctionem facere. Cic. de Amic. 66.
De disiunctione Rhetorica, uide apud Cic. in Topicis, 19.
¶ Disiunctim, Aduerbium. Paulus l. 5. ff. de condit. institut. Si heredi plures conditiones coniunctim datæ sint, omnibus parendum est, quia unius loco habentur: sed si disiunctim sint, cui libet.
Dispalo] dispalas, penult. product. (Διαπαίζω) dispalare, Est passim digredi, ex Dis & Palo. Palare uerò uagari significat: à palis castrorum, hoc est, fudibus, modò huc, modò illuc translatis. Sisenna lib. 3. Histor. Dispalati, ab signis digressi omnes, ac dissipati. Idem, Tanto passim dispalantur. Gel. lib. 1. cap. 11, Ne sparsi dispalatiq; prorueren. Salust. de Repub. ordin. Hæc igitur multitudo primùm malis moribus imbuta, deinde in artes, uitiisq; dispalata, nullo modo inter se continens, parum mihi quidem idonea uidetur ad capessendam Rempub.
¶ Dispalesco, dispalescis (Διαπαίζομαι) dispalescere, Dissèminari, diuulgari, omnibus notum fieri. Plautus Bacchid. 20. 131,

Si plus perdundum sit, perisse suauius est,
Quàm illud flagitium uulgò dispalescere. Antiquum.

Dispando] dispandis, dispandi, dispassum (Διαπετάννυμι) dispandere, Extendere. Plautus dispessis, per e secund. in uocalem scripsit: Plinius autem dispansam arborem dicit. Plaut. igitur in Milite sic habet 7. 6,

Credo ego istuc extemplò tibi esse, (tibulum
Eundum actutum extra portam dispessis manibus, paQuum habebis. Plinius uerò lib. 9. cap. 4. 1, In Gaditano oceano arbor, in tantum uastis dispansa ramis, ut ex ea, &c.

Dispansæ uestes. Lucret. lib. 1. 62.
Dispar] disparis, pen. corr. Adiectiuum (ἄνισος, ἀνόμοιος) Dissimile. Cic. pro Fonteio, 32, O fortunam longè disparē, M. Fontei, si, &c. Sic pro Plancio, Dispar causa, 65.
Par & Dispar, contraria. Cic. pro Murena, 40.
Dispar & Idem, contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 120, Ab eisdem principijs, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt.
Dispar & Similis, contraria. Cic. 2. de Diuinat. 135.
Varium & dispar. Cic. 7. Verr. 40, An hoc probabis, in æquâ causa populorum sine pretio uarium ius & disparem conditionem fuisse?
Longè dispar. Vide Longus.
Aetatibus disparibus non eadem officia tribuuntur. Cicero 1. Offic. 171.
Dispares auenæ. Ouid. 8. Metam. 39.
Calami dispares. Ouid. 1. Met. 143.
Caussa tua est dispar. Ouid. epist. 13. 16.
Certamen dispar. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 13.
Dispares cicutæ, Inæquales. Virg. 2. Eclog.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. Hoc est, Inæqualibus cannis compacta: nam & harmonia inæqualis est. Seruius.

Dispar color. Cic. 2. de Fin. 15, Dispares uiribus fratres. Liu. 1. ab Vrbe, 96. Et Cic. 1. Tusc. 106, Dispares inter se motus.
Forma dispar. Claud. 2. de raptu Proserp. 9.
Ingenio dispar. Ouid. in Ibin, 79.
Dispares mores disparia studia sequuntur. Cic. de Amic. 64.
Rebus, & ordine dispar. Hor. 1. epist. 2. 6.
Par studijs, æuiq; modis, sed robore dispar. Stat. 1. Achil. 36.
Dispar sui atq; dissimile. Cic. de Senect. 71.
Dispar animorum dicitur, cui cum alijs non conuenit, aut qui non est animo æquè forti. Silius lib. 8. 113, quum numerasset quosdam qui Scipionem ad bellum sequebantur, addit etiam istos, Brutius haud dispar animorum. Id est, animo non minus magno & præsenti quàm quos iam recēsui.
¶ Disparilis, & hoc disparile, pen. corr. (ἄνισος) Idem quod Dispar. Cic. 1. de Diuinatione, 125, Quæ omnia fiunt ex cæli uarietate, & ex disparili aspiratione terrarum. Varro 2. de re Rust. capite 11. 3, Et pabulum disparile non usquequaque idem fit.
¶ Disparilitèr, Aduerbium. Varr. de re Rust. lib. 1. cap. 6, Hæc atq; huiusmodi tria fastigia agri ad colendum disparilitèr habent momentum.
Disparo] disparas, pen. corr. (Διαζευγνύω) disparare, Separare significat & seiungere. Plaut. Rud. 2. 10,

Is nos per gentes alium in alia disparat. Cic. 1. de Inuent. 58, Disparatum est autem id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo, Sapere & Non sapere. Gel. lib. 11. cap. 11, Tot sententias in eandem rē, quasi aliud atq; aliud diceret, disparauit. Quint. lib. 5. cap. 10, Aliter disparata, ut dura non duris.

Dispartio] dispartis, dispartiui (Διαμοιράζομαι) quod & dispertio, per e secundam uocalem dicitur. Vide suo loco.

Digitized by Google

Plaut. Aulul. 9.3, Apud forum edixit mihi, ut dispartirẽ ob sonium hìc bifariam. Idem Pseud. 7.26.

Dispartiri & diuidi à dijs immortalibus somnia. Cicer. 3. de Natura deorum. 135.

Dispello] dispellis, dispuli, pen. corr. dispulsum (διαῤῥίπτω) dispellere, Huc atq; illuc pellere, segregare, disiicere. Liu. 4. ab Vrbe, 147, Et equitem passim liberi frenis dispulissent equi. Cic. ad Att. lib. 7. 127. 8, Idem quod pecudes quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges. Virg. 1. Aeneid. 104.

Teucrorumq; alios acer quos æquore turbo
Dispulerat, penitusq; alias aduexerat oras.

Dispellere & Compellere, contraria. Plaut. Asina. 12. 148.

Vmbras dispellere. Virg. 5. Aen. 167.

Aerata dispellens æquora prora Pelias. Stat. 5. Theb. 67.

Dispellere caliginem ab animo. Cic. 1. Tusc. 100.

Dispendo] dispendis, dispendi, dispensum (ἀναλίσκω) dispendere, Expendere, distribuere.

Dispendere curam. Columel. lib. 8. cap. 2. 5, Parandi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris unius dispendant curam.

¶ Dispendium, dispendij (ἀνάλωμα) Quod incuria uel negligentia aut immoderatè & inconsultè expendimus & sumimus. Plaut. Menæh. 11. 20, Minore nusquam bene fui dispendio. Id est, minoribus sumptibus.

Dispendium (βλάβη) Damnum. Terentius Hecyr. 5. 2. 29, Idem Eunuch. 5. 4. 7, Quam amabat, eam confeci sine molestia, Sine sumptu, sine dispendio. Colum. lib. 4. cap. 24. 1, Quicquid ex his omittitur, magnum affert domino dispendium.

Plus dispendi. Lucret. lib. 2. 226,

Et plus dispendi faciant, quam uescitur ætas.

Dispendia famæ. Claud. 4. Paneg. 91.

Moræ dispendia. Virg. 3. Aen. 91.

Reparare dispendia. Claud. 8. Paneg. 24.

Dispendiũ, pro uia obliqua, & quæ per ambages eò ducit quò ire tendimus: dictio contraria Compendio, quod uiam breuiorem significat. Lucanus in initio libri octaui,

Iam super Herculeas fauces, nemorosaq; Tempe,
Aemoniæ deserta petens dispendia syluæ, &c.

¶ Dispendiosus, pen. prod. (βλαβώδης) Adiectiuum, Damnosum, quod affert damnum. Colum. lib. 2. cap. 21. 1, Nam dispendiosa est cunctatio: primùm, quòd, &c.

¶ Dispenso, dispensas (διανέμω, διέπω) dispensare, Distribuere. Columel. lib. 3. cap. 13. 6, Cælestes admittat imbres, eosq; alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam nouam prolem conspiret. Sic, Dispensare succum æqua portione, Idem lib. 4. cap. 24. 8. Proportionare uulgus barbarorum uocat.

Dispensare atq; disponere inuenta momento quodam atq; iudicio. Cic. 1. de Orat. 69.

Dispensare aliquid in uarias partes. Seneca in Consul. ad Martian.

Fata dispensare. Ouid. epist. 12. 1.

Oscula dispensat. Ouid. 6. Metam. 56.

Fortuna arbitrijs tempus dispensat ubique. Ouidius ad Liuiam, 75.

Dispensare res domesticas. Cic. ad Att. lib. 11. 209. 1.

Dispensare & Omnia simul profundere, contraria. Plinius in Panegyr. 57.

Pietas dispensata. Stat. 5. Syl. 2. 15.

Dispensare, Dare potestatem obtinendi aut faciendi aliquid. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 10, Nunc in petulantiam & audaciam erumpet malè dispensata libertas.

¶ Dispensator, Verbale (διανομεύς, διοικητὴς, οἰκονόμος) Festus, Dispensatores dicti sunt, qui es pensantes expendebant, non adnumerabant. Mart. lib. 6. 3,

Dispensatoris nobile cernis opus. Iuuenal. Satyr. 1. 10,
Prælia quanta illic dispensatore uidebis Armigero?

Dispensator Armeniaci belli. Plin. lib. 7. cap. 39. 2.

Dispensator ordinarius. Suet. in Sergio Galba, cap. 12.

¶ Dispensatio, huius dispensationis (διανομὴ, διοίκησις) Suet. in Othone, cap. 5, Ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispensatione, x. sestertiũm expressérat. Cic. ad Attic. lib. 15. 328. 6.

Curatio & dispensatio regia. Cic. pro Rab. Posth. 17.

Aerarij dispensatio. Cic. in Vatinium, 28.

Dispenno] dispennis, dispennere, inquit Nonius, Est expandere: tractum à pennis & uolatu auium. Plaut. Milite, 22. 14, Vbi lubet, dispennite hominem diuorsum, & distendite. Quædam exemplaria pro dispennite, legunt dispendite. Antiquum & inusitatum.

Disperdo] disperdis, disperdidi, disperditum, penult. corr. (διολοθρεύω, ἀπόλλυμι) disperdere: Idem quod Perdere, siue consumere significat. Plaut. Trinum. 6. 52, Pater præterea aliquantum animi causa in delitijs disperdidit. Idem Casin. 5. 33, Imò age ut lubet, ede, bibe, disperde rem.

Disperdere ac dissipare possessiones. Cic. pro lege Agrar. 2.

Disperdere, occidere, uastare. Vatin. Cic. lib. 5. 10. 4.

Carmen disperdere. Virg. Eclog. 3. 6.

Color disperditur. Lucret lib. 2. 167.

¶ Disperditus, pen. corr. Participium (διολοθρευθεὶς) Plaut. Pœnul. 14. 97, Di immortales meum herum seruatum uolunt, & hunc leonem disperditum.

¶ Disperditio, Verbale (διολόθρευσις) Cic. 3. Philipp. 145, Cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem urbis uenire conatus.

Dispereo] disperis, pen. corr. disperiui & disperij, disperitum, pen. corr. (διαπόλλυμι) disperire, Idem quod Perire, aut disperdi, & corrumpi. Varro 1. de re Rust. cap. 11, Fructus solent disperire. Idem lib. 3. cap. 16. 28, Prouidendum uehementer, ne propter æstũ, aut propter frigus dispereãt.

Fundum disperire patitur. Cic. 2. de lege Agrar. 79.

Labores dispereunt. Catul. ad Calium, 14. 3.

Dispeream, Iuranti uox. Mart. lib. 2. 68,

Si non mentiris Claßice, dispeream.

Dispeream ni. Hor. 1. Serm. Satyr. 9. 10,

Hunc hominem si uelies tradere, dispeream ni
Summosses omneis.

Disperij, Idem quod Perij, uel actum est de me, uel interij. Terent. Heaut. 2. 4. 24. Idem Adelph. 3. 3. 2,

—— disperij Ctesiphonem audiui filium, &c.

Dispergo] dispergis, dispersi, dispersum (διασπείρω, καταπείρω, διασκεδάζω, διασκορπίζω) dispergere, In diuersas partes spargere. Cicer. 4. Acad. 216, Cur mortifera tam multa pernicioſa terra mariq; disperserit. Terent. Adelph. 5. 2. 7, An tibi mauis cerebrum dispergi hìc?

Interserere & dispergere in causa exornationes. Author ad Heren. 181.

Variè dispergere. ibidem.

Corpus passim per agros dispergere. Cicer. 3. de Nat. deor. 92. Ex antiquo poeta. de Medea.

Ignis feruorem dispergit. Sil. lib. 7. 63.

Membratim partes rei gestæ dispergere in causam. Cicer. 1. de Inuent. 44.

Dispergere uitam in auras. Virg. 11. Aen. 123.

¶ Dispersus, Partic. (διασκεδασμένος, διασκορπισμένος) Cic. pro Sestio, 78, Quodã tẽpore homines, nondum neq; naturali, neq; ciuili iure descripto, fusi per agros dispersi uagarẽtur. Multos

Multos ex fuga dispersos excipiunt. Cæs. 6. bel. Gal. 128.
Dispersa & dissipata. Cic. 1. de Orat. 92.
Dispersum atq; infinitum. Cic. de Petitione Consul. 1.
Interiectus & dispersus. Author ad Heren. 32.
Agmina dispersa per agros. Sil. lib. 16. 14.
Longè lateq; dispersum bellum. Cic. pro lege Manilia, 25.
Clamor dispersus. Lucret. lib. 4. 184.
Collectio membrorum dispersa. Cic. pro lege Manil. 15.
Incultas dispersa comas. Claud. 1. de Rapt. Pros. 11. de Lachesi.
Dispersa fama per auras. Tibullus.
Dispersa immittit syluis incendia pastor. Virg. 10. Aen. 82.
Tecta madent dispersa cerebro. Senec. Herc. fur. 11. 23.
Cogere dispersa. Cic 1. de Orat. 94.

¶ Dispersus, dispersus, dispersui (διασπορά, διασπείρω) Verbale. Cic. Att. lib. 9. 180. 4, Quòd Consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo: dispersus enim illorum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar.

¶ Dispersè, siue dispersim, Aduerbium (διασπείρω) Cicer. 6. Verr. 103, Nunc iam illa omitto, quæ dispersè à me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 1. 6, Qui Græcè scripserunt, dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta.

Separatim ac dispersim. Varro lib. 3. de re Rust. cap. 2. 10.
Dispersè & diffusè res dictæ. Cic. 1. de Inuent. 106.

Dispertio] dispertis, dispertiui, dispertitum, pen. prod. (διαμοιράομαι, διανέμομαι, διαμερίζω) dispertire, quod & Dispertior deponens dicitur, ex Dis & Partior compositum. In diuersas partes diuidere: ut, Dispertire cerebrum alicui. Plaut. Casina, 15. 18.

Dispertire exercitum per oppida. Liu. 9. bel. pun. 6. Plautus Amph. 4. 66.
Dispertire fortunas parricidis. Cic. 8. Phil. 239.
Dare & dispertire initia uitæ. Cic. 7. Verr. 147.
Dispertiuisti iniuria. Plaut. Aulul. id est, iniustè, inæqualiter.
Dispertiti in multas curas animi. Liu.
In genera dispertire. Cic. 3. de Orat. 63.
In infinita dispertiri aliquid. Cic. 2. de Leg. 75.
In minima res aliquas dispertire. Cic. 4. Acad. 79.
Membra eorum generum dispertire. Cic. 1. de Orat. 94.
In membra quædam dispertire orationem. Cicero de claris Oratorib. 84.
Pecuniam dispertire. Cic. pro Cluent. 54.
Aequabiliter prædam dispertire. Cic. 2. Offic. 56.
Tempora uoluptatis laborisq; dispertire. Cic. pro Muren. 68.
Dispertire tyrones inter legiones. Hirtius 5. bel. African. 178.

¶ Dispertior, dispertiris, Passiuum. Lucret. lib. 3,
Dispertitur enim per caulas corporis omnes, &c.

¶ Dispertitus, pen. prod. (διαμεμερισμένος) Participiũ. Cic. Att. lib. 9. 181. 11, Ego uerò in præsentia subitum discessum, & præcipitem profectionem cum tibi, tum ipsi Cn. inutilem & periculosam puto, & satius existimo uos dispertitos & in speculis esse.

Genera herbarum dispertita. Lucret. lib. 1. 182.
Officium cum aliquo dispertitum. Cic. Metello, lib. 5. 2. 1.

Dispesco] dispescis, dispescui, dispescitum, pen. corr. (διεράω) dispescere, Ex Dis & Pasco, propriè pecus à pastione deducere, ut docet Festus.

Dispescere, Separare & dirimere. Plin. lib. 5. cap. 9. 8, Inde Aphricam ab Aethiopia dispescens.

Disphendomena] supplicij genus est inhumanum, quo Derbices Persarum gens in delinquentes utebantur. Nam proceris curuatis arboribus, & criminoso in deflexis cacuminibus alligato, illis repentè laxatis, lacerum corpus in diuersa distrahebant. Ex Alexand. Genial. dier. libro 3. capite 5.

Dispicio] dispicis, pen. corr. dispexi, dispectum (διασκέπτομαι, περισκέπτομαι) dispicere, Diligenter in omnem partem uidere significat. Cic. 2. de Fin. 155, Simul atq; ipse grauiuulnere exanimari uideret se, ut primum dispexit, quæsiuit saluúsne esset clypeus.

Dispicere, per translationem, Est, ut ait Valla lib. 5, Prouidere & circunspicere mente, tanquam in omnem partẽ lumina mentis intendere, omniaq; discernere. Terent. And. 3. 5. 16.

Sed paululum sine ad me ut redeam, iam aliquid dispiciam. Cicer. ad Quint. fratrem, lib. 1. 3. 8, Ego quid speremem, non dispicio. Et libro 1. Tuscul. 72, Tamen acie mentis dispicere cupiebant.

Dispicere & sentire quid simus. Cic. 5. de Fin. 73.
Verum dispicere imbecilli animi non possunt. Cicero 2. de Diuin. 123.

¶ Dispectus, huius dispectus, Verbale (κατασκοπή) pro Discretione, uel delectu. Seneca lib. 2. de Ira, Quid si pueris, quòd neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium iocos spectent, quis irascatur, &c.

Dispectus, pro Consyderatione uel contemplatione. Senec. epistol. 110, Quibus dispectum utilitatis, timor in periculis excutit.

¶ Dispicientia (περίσκεψις, διάσκεψις) Circunspectio & prouidentia & consyderatio diligens, atq; discretio.

Displiceo] displices, pen. corr. displicui, displicitum, penult. corr. (ἀπαρέσκω) displicere, Contrarium est suo simplici. Terent. Heaut. 5. 2. 19,

— prius quæso disce quid sit uiuere:
Vbi scies, si displicebit uita, tu isthoc utitor. Cicer. ad Atticum, libro 2. 33. 4, Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore.

Placere & Displicere, contraria. Cic. pro Domo sua, 42, Nónne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis displiceret?

Arridere aliquid & Displicere, contraria. Cicero ad Atticum, libro 13. 278. 2.
Displicens sui. Seneca De breuitate uitæ.

¶ Displicentia, displicentiæ (ἀπαρέσκεια) Seneca de Tranquillitate uitæ, Hinc illud tædium & displicentia sui, & nusquam residentis animi uolutatio.

¶ Displicina, displicinæ, pen. prod. Quæ displicet. Plaut. Cist. 2. 13, Confictum uocabulum more Plauti.

Displico] displicas, pen. corr. displicui & displicaui, displicitum & displicatum (διασκάζω) displicare. Contrariũ est suo simplici Plico.

Displicatas uolucres, per translationem dixit Varro lib. 3. de re Rust. cap. 16. 5, pro Disgregatas & dispersas, de apibus loquẽs, Si quãdo, inquit, displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus, numero reducunt in locum unum.

Displodo] displodis, pen. prod. displosi, displosum, penult. prod. (διαπτοέω) displodere, Sonitus edere. Varro 2. de re Rustica, cap. 9. 5, Pedibus magnis & altis, qui ingredienti ei displodantur: digitis discretis.

Vesica displosa, alij displosa legunt. Hor. 1. Serm. Satyr. 8. 10. Hoc est, rupta percussione, uel compressu manuum, quũ sit plena uenti, rupta. Ex Acrone & alijs interpretibus.

Vesicula displosa. Lucret. lib. 6. 27. Hoc est, dirupta.

Displuuium] & displuuiatũ, figura una est cauædij Vitru. lib. 6. cap. 1. quæ aũt sit, ibidem declarat, quũ ait, Displuuiata aũt sunt, in quibus deliquiæ arcã sustinentes stillicidia reiiciunt: hæc hybernaculis maximas præstant utilitates, q. compluuia eorũ erecta non obstant luminibus triclinioriũ.

Digitized by Google

Diſpolio] *diſpoliat* (ἀποδύω, ἀφιμαστόω) *diſpoliare, Idem quod Spoliare. Terent. And. 4. 5. 21, Tum ipſam diſpoliare nō licet. Vide* Deſpolio. *utrūq; enim legitur. Cic. 6. Verr. 38, Vt etiam cum cæteris Siculis diſpoliaretur.*

Diſpoliari honore. Cic. Ante quàm iret in exilium, 8.

¶ *Diſpoliabulū, diſpoliabuli, pen. correp.* (ἀφιμάτωμα) *Dictum uidetur ut uenabulum, ut mendicabulum, ut exorabulum: quæ tamen nec locum, nec inſtrumentum ſignificant. Plaut. Bacchid. 6. 9,*

Egóne ut hæc cluſa geſtem clanculum, ut cælem patrem
Piſtoclere tua flagitia, aut damna, aut diſpoliabula, &c.

Id eſt, ſcortationes & nequitias.

Diſpondeus] διασπόνδειος, *pes qui conſtat ex quatuor ſyllabis longis: ut, oratores. Cic. in Orat. 131.*

Diſpono] *diſponis, pen. prod. diſpoſui, diſpoſitū, pen. corr.* (διάκειμαι, διατίθημι, διατυπόω, διορθόω, κατακοσμέω, οἰκονομέω) *diſponere, Ordinare. Plin. lib. 9. epiſt. ad Fuſcū, 213. a, Quæris quemadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam. Euigilo, &c. Id eſt, Officia dei ordinem. Sic, Diſponere ſuo quidq; ordine, Colum. lib. 12. cap. 2. 2.*

Deſcribere & diſponere cuiq; munus ſuum. Cicero de Petitione Conſul. 14. Correctiora exemplaria legunt, depoſitum munus.

Diſponere atq; diſpenſare. Vide Diſpenſo.

Paulò ſignificātius aliqd diſponere. Quint. lib. 3. cap. 6. 48.

Diſponere claſſem. Cæſar 3. bel. Ciuil. 18. Inſidias, Cæſar 8. bel. Gal. 45. Præſidia, Idem 1. bel. Gal. 30. Et Cic. 5. Philip. 170. Stationes, Cæſar 8. bel. Gal. 48. Vigilias per urbem, Liu. 9. bel. Maced. 52.

Diſponere comas. Mart. lib. 12. 79.

Libros confuſos diſponere. Cic. 3. de Orat. 75.

Locis quoſdam diſponere. Pollio Cic. lib. 10. 31. 2.

In ordinem diſponere aliquid. Seneca Hippol. 12. 21.

Diſponere otium. Plinius libro 4. ad Pomponium Baſſum, epiſtol. 88.

Pocula diſponere. Ouid. 3. Faſt. 61.

Diſpoſuit remedia homini natura. Plin. lib. 24. cap. 1. 1.

Signa diſponere apud, & ad. Cic. 3. Verr. 34, Quæ ſigna nunc, Verres, ubi ſunt? illa quæro, quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumnijs, in ſylua denique diſpoſita ſub diuo uidimus.

Diſponere ſtudia ſua ad honorem. Cic. pro Muræn. 27.

Verba diſponere, ut pictores uarietatem colorum. Cicero in Orator. 35.

Diſpoſuit uias. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 12.

Vites diſponere. Claud. 2. in Eutrop. 40.

Diſponere tempus. Mart. lib. 5. 21.

Diſponere tormenta in muris. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 66.

Alicui aliquam rem diſponere. Cic. Att. lib. 4. 77. 2.

Diſponit qui nuntient. Plin. lib. 4. ad Hiſpullam, epiſt. 84. a.

¶ *Diſpoſitus, pen. corr.* (διατίθημι) *Participium: ut, Diſpoſita myrto folia, concaua buxo, inordinata pomis. Plin. lib. 16. cap. 24. 4.*

Aptum & ratione diſpoſitum aliquid habere. Cicer. pro Roſcio Amer. 78.

Diſpoſiti in turmas. Stat. 5. Theb. 3.

Acies diſpoſita. Tacit. lib. 18. Vide Acies.

Diſpoſita in omnem fortunam conſilia. Liuius libro 2. belli Macedon.

Opus diſpoſitum. Claud. 4. Paneg. 45.

Diſpoſitus uir. Plin. epiſt. 35. 8, Peſtero die dixit pro Mario Sabinus, liberalis, uir ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus.

Diſpoſita hominum uita, pro bene conſtituta, & quæ non fluctuatur. Plin. epiſtol. 45.

¶ *Diſpoſitus, penult. correp.* (κατακόσμησις) *Verbale, pro diſpoſitione. Tacit. lib. 18, Diſpoſitu, prouiſúq; rerum ciuilium peritus.*

¶ *Diſpoſitè, penult. corr. Aduerbium* (διατιθεμένως) *Idem quod Commodè. Cic. 6. Verr. 79, Non poſſum diſpoſitè ſtum accuſare, ſi cupiam, &c.*

¶ *Diſpoſitio, Verbale* (διάθεσις) *Columel. lib. 12. cap. 2. 3, Quis enim dubitet nihil eſſe pulchrius in omni ratione uitæ diſpoſitione atq; ordine? Plin. lib. 5. epiſt. 101, Hanc diſpoſitionem amœnitatemq; tectorum latè longéq; precedit hippodromus.*

Diſpoſitio apud Rhetores, eſt rerum inuentarum in ordinem diſtributio. Cic. 1. de Inuent. 13.

Ordo & diſpoſitio argumentorum. Cic. 2. de Orat. 96.

¶ *Diſpoſitor, pen. correp. Verbale* (διαθέτης) *Seneca lib 5. Nat. Quæſt. Nimirum in hoc prouidentia, &c diſpoſitor ille mundi Deus aera uentis exercendum dedit, &c.*

Diſpudet] *pen. corr. diſpuduit, diſpuditum eſt* (αἰδοῦμαι) *diſpudere: Bis pudere, uel ualde pudere, inquit Sipontinus ex aliorum ſententia. Plaut. Bacchid. 8. 77. Terent. Eunuc. Diſpudet mihi ſic data eſſe uerba. Ouid.*

Quos Veneris furti diſpuduiſſe ferunt.

Diſpuluero] *diſpulueras, pen. corr. diſpulueare. Diſſoluere, In pulueren redigere. Næuius Gymnaſtico, Saxa, ſyluas, lapides, montes diſicis, diſpulueras. Nonius.*

Diſpumo] *diſpumas, pen. prod.* (διαφρίζω) *diſpumare, Spumas eijcere, ſpumis purgare. Columel. libro 12. cap. 13, Aut ſi non dulce muſtum, ad tertias diſpumetur. Legitur & dejpumo.*

Diſpungo] *diſpungis, diſpunxi, diſpunctum* (διαγίζω) *diſpungere: Expungere, delere, eradere.*

Diſpungere & recenſere uitæ dies, Quaſi puncto notare. Seneca. de Breuit. uitæ.

Diſpungere rationes, Eſt computum (ut noſtri dicunt) examinare. Papinianus in l. cognoſcere. ff. de uerb. ſignificatione, Diſpungere eſt cōferre accepta & data. Idē, de ſtatu liberis. l. ſi ſtatu libera, Percontādas, atq; examinādas rationes, & diſpungendas atq; excutiēdas. Et iterum, de reb auth. iudic poſſ. l. complures, Vtrum ſemel, an etiam ſæpius recognitio & diſpunctio concedenda ſit creditoribus. Budæus.

Diſputo] *diſputas, pen. corr.* (διαλέγομαι) *diſputare, Valde purum facere, inquit Varro. Eſt autem diſputare, per translationem, Diſceptare & diſſerere. Martial. lib. 9. 79,*

Quod optimum ſit diſputat conuiuium
Facūdus Priſci pagina. Cic. 7. Verr. 79, Dicere oēs, & palàm diſputare. Idem de Amic. 3, Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla aptior uidebatur perſona, quæ de illa ætate loqueretur.

Argumentari, diſſerere, ac diſputare. Cic. 1. de Fin. 49.

Acutè diſputare. Cic. 5. Tuſc. 42.

Leniter diſputare. Vide Lenis.

Lentius diſputare. Vide Lentus.

Diſputare aliquid alicui. Plaut. Menæch. 2. 48.

Ad aliquid non ſcitè diſputare. Cic. 3. Tuſc. 32.

De aliqua re diſputare. Cic. 13. Philip. 359.

Diſputare de omni re in cōtrarias partes. Cic. 1. de Orat. 74.

In commune de iure omni diſputandum ſemper. Quintilianus lib. 7. cap. 2. 35.

In eam ſententiam diſputo. Cic. 1. de Orat. 58.

Diſputare in alteram partem. Cic. 7. Verr. 6.

Per alicuius perſonam diſputare. Cic. Volumnio, lib. 7. 33. 5.

Diſputare uerbis in utranq; partem. Cæſar 1. bel. Ciuil. 332.

Aliquid multis uerbis diſputare. Cic. Appio lib. 3. 8. 7.

Diſputare pluribus uerbis de re aliqua. Cic. 3. Verr. 105.

Digitized by Google

Circa hoc disputatum est. Quint. lib. 1. cap. 5. 21.
Disputare rationem cum aliquo. Plaut. Aulul. 15. 57.
Disputatur, Impersonale. Cic. 2. de Fimib. 4, Perpetua oratione contrà disputatur.
¶ Disputans, disputantis (διαλεγόμενος) Cicer. 5. Tusc. Acutè disputantis illud est, non quid quisq; dicat, sed quid cuiq; dicendum sit, uidere.
¶ Disputatio, Verbale (διάλεξις) ut, Disputatio de re aliqua. Cic. 4. Acad. 50.
Disputatio & dialogus de Oratore. Cicer. Lentulo, lib. 1. 9. 96. Vide Dialogus.
Copiosa disputatio. Vide Copia.
Infinitæ, concertationũq; plenæ disputationes. Cic. 1. de Or. 96.
Liberior in utranq; partem disputatio. Quin. lib. 7. cap. 3. 12.
Litigiosa disputatio. Vide Lis.
Non ita longa disputatio. Vide Non.
Conferre disputationes. Vide Confero.
A' capite ducere disputationem. Vide Caput.
Ingredi disputationem. Vide Ingredior.
¶ Disputator, pen. prod. (διαλεκτικὸς) Aliud uerbale: ut, Disputator subtilis. Cic. 1. Offic. 5.
¶ Disputatrix, pen. prod. (διαλεκτικὴ) à Quint. lib. 2. cap. 21, Dialectice dicitur.
Virtus disputatrix. Quint. lib. 2. cap. 20. 6.
¶ Disputabilis, & hoc disputabile, penult. corr. (διαλογικὸς) Seneca in epistol. ad Lucilium, 89, Res disputabilis in utranque partem.
Disquamatus] Vide Desquamo.
Disquiro] disquiris, pen. prod. disquisiui, disquisitum, pen. prod. (ἐξετάζω) disquirere, Diligenter quærere & inuestigare. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 2, Verum hic impransi mecum disquirite.
¶ Disquisitio, Verbale (ἐξέτασις) Ipse disquirendi actus.
Disquisitio rursum est iudicium per opiniones, ut nunc loquimur, quũ opinionẽ uel sententiã oẽs rogãtur. Cic. de Arusp. resp. 11. Idem pro Sylla, 59, Sed in magnis disquisitionib. repentimisq; periculis uitam uniuscuiusq; esse testem. Budæus.
Venire in disquisitionem. Liu. Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem uenit, sed quid isti pati debuerint. Id est, non rogantur sententiæ de me.
Vocare in disquisitionem. Suet. in Cæs. cap. 15. Idem in Nerone, Ad disquisitionem Senatus uocare. Hæc Budæus.
Vitiosum est pro argumento sumere quod in disquisitione positum est. Author ad Heren. lib. 2. 78.
Disraro] disraras, pen. prod. (διαραιόω) disrarare, uerbum rusticum. Significat castrare, & diuersis modis quod spissũ est, rarum facere. Colum. lib. 4. cap. 32. 2, Sed illud de integro resodi debet: hoc potest intercidi & disrarari: quod opus rustici castrationem uocant.
Disrumpo] Vide Dirumpo.
Dissauior] dissauiaris (διαφιλέω) dissauiari, Cũ lætitia & uoluptate multa osculari. Cic. ad Tironem, lib. 16. 27. 4, Te, ut dixi, fero oculis: ego uos ad 111. Calend. uidebo, tuosq; oculos etiam si te uentens in medio foro uidero, dissauiabor.
Dissecо] dissecas, pen. corr. dissecui, dissectum (διαπρίω) dissecare, In uarias partes secare. Plin. lib. 11. cap. 37. 56, Tertio capto Lacedæmonij pectus dissecuere causa uidendi. Sic lib. 25. cap. 5. 20.
Dissemino] disseminas, pen. corr. (διασπείρω, κατασπείρω) disseminare, Spargere, diuulgare. Cicer. in Catil. 78, Latius opinione disseminatum est malum.
Disseminare, & spargere siue dispergere. Cic. pro Plancio, 46. Idem pro Archia, 22, Ego uerò omnia quæ gerebam, iam tum in agendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam.
Dissentio] dissentis, dissensi, dissensum, dissentire (διαφωνέω, διχοστατέω) Discordare, diuersum ab alio sentire. Cicer. de Amicit. 30, Ab ijs qui secundum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longè dissentimus.
Longè dissentire. Vide Longus.
Manifestus dissẽtire. Tacit. lib. 2, Atrox, ac dissẽtire manifestus.
Liberius ab aliquo dissentire. Quint. lib. 3. cap. 6. 56.
Non timidè ab aliquo dissentire. Quint. lib. 3. cap. 8. 43.
In eo plures dissenserunt. Quint. lib. 3. cap. 3. 9.
Dissentire in re aliqua ab altero. Cic. pro leg. Manil. 41. Idem 1. de Orat. 3, Solesq; nonnunquam hac de re à me in disputationibus nostris dissentire.
A' cæterorum more ac natura dissentire. Cic. pro Fonteio, 17.
De ueritate ab aliquo dissentire. Cic. 2. de Fin. 129.
A' seipso dissentire. Cic. 4. Tusc. 44.
Cum aliquo dissentire. Cic. 3. Off. 118. Idẽ pro Sylla, 46, Quibus de ambitione & de suffragijs suis cũ colonis dissenserũt.
Dissentit uoluntas scriptoris cũ scripto. Author ad Heren. lib. (1. 20.
Inter se dissentiunt. Cic. 2. de Fin. 32.
Dissentire, cum datiuo. Senec. epist. 20, Ne orationi uita dissentiat. Horat. 3. Carm. ode 5. 3,
Dissentientis conditionibus fœdis.
¶ Dissentiens, Participium (διαφωνῶν) ut, Grauissimè dissentientes ciues. Cic. 12. Philipp. 338.
¶ Dissensus, huius dissensus (διχοστασία) Verbale. Idem quod dissensio.
Acerbus dissensus. Claud. de bel. Gildon. 60.
Ciuilis dissensus. Claud. 4. Paneg. 79.
Dissensu alitur rumor. Claud. 1. in Ruffin. 14.
Vario dissensu scindunt urbem. Stat. 10. Theb. 111.
¶ Dissensio, dissensionis (διαφωνία, διχόνοια) Discordia. Cic. de Amicitia, 23, Ex dissensionibus atq; ex discordijs percipi potest.
Dissidium & dissensio. Cic. pro Sylla, 45.
Tumultus atq; dissensiones. Cic. de lege Agr. 99.
Dissensio à superioribus. Cic. 1. Acad. 61.
Commouere nouam dissensionem. Cic. de lege Agr. 103.
Dissensionem facere. Cic. de lege Agr. 29, Non potest autem dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit.
In magna sunt uarietate & dissensione. Cic. 1. de Nat. deor. 1.
Dissensio summa est inter magnos homines. Cic. 4. Acad. 210.
¶ Dissentaneus (ἄλογος) Dissentiens, Non conueniens. Nigidius, Eum locum facit dissentaneum. Cic. in Partition. 5, Aut consentanea, aut dissentanea.
Dissepio] dissepis, pen. prod. dissepsi, disseptum (διαφράττω) dissepire, Quod septum erat dirimere & disiicere. Statius 10. Thebaid. 175,
— absiliunt pontes, tectiq; trementis
Saxea frena labant, dissæptoq; aggere rursus
Vtitur, & truncas rupes in tepla, domosq; Præcipitat.
Saxea dissepta domorum. Lucret. lib. 6. 191.
¶ Dissepimentum, dissepimenti (διάφραγμα) Membranula quæ est in medio nucis. Festus.
Dissereno] disserenas, pen. prod. (διαυγάζω) disserenare, Serenum esse. Liu. 9. bel. Maced. 189, Quum undiq; dissereno esset. Legitur & conserenasset. Plin. lib. 18. cap. 35. 15, Si caelum pura fient, dissereno bit.
Dissero] disseris, disseui, dissatum, penult. corrept. (διασπείρω, κατασπείρω) disserere, Variè seminare & digerere. Columella libro 11. capite 3. 24, Panax utroque tempore leui & subacta terra rarissimè disseritur. Sic etiam capite præcedenti. Varro de Lingua Latina, Nam ut holitor disserit in areas sui cuiusq; generis res, sic in ora-

Digitized by Google

tione qui facit, disertus dicitur.

Disserо] disseris, disserui, disertum (διαλογίζομαι, διαλέγομαι, φροντίζω) disserere, Orationem contexere & disputare.

Aggredi de re aliqua disserere. Lucret. lib. 6. 189.

Commodè disserere. Vide Commodus.

Variè disserebat de magnitudine imperij. Tacit. lib. 1.

Disserere interdum ponitur absolutè. Cic. 1. de Fin. 48, Sed & argumentandum & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de uoluptate & dolore disputandum putant.

Disserere aliquid. Cic. 3. de Nat. deor. 137. Idem Cassio, lib. 12. 7. 4, Quod autem & in Senatu pluribus uerbis disserui, dixi in concione, in eo uelim fidem meam liberes.

Disserere de re aliqua Cic. pro Flacco, 33.

Disserere cum aliquo Cic. 2. de Orat. 30.

Disserere cum aliquo de re aliqua. Cic. 2. de Orat. 87.

In utranq; partem uel in contrarias partes disserere. Cicer. Attico, lib. 9. 172. 6. Idem 1. Tusc. 66, In utranq; partem multa disseruntur.

Disseritur inter eos. Cic. 2. de Fin. 6. Ibidem, lib. 1. 19, An partus ancillæ sit ne in fructu habendus, disseretur inter Principes ciuitatis P. Scæuolam, Marcumq; Manilium.

Disseruntur hæc inter eos. Cic. de Amic. 32.

¶ Disserto, dissertas, dissertare, Frequentatiuum, Contendere. Plaut. Menæh. 17. 50, Dic mihi istuc Menæhme, quid uos dissertatis? ut sciam. Gellius, Quum de antiquitate quorundam uerborum dissertaremus. Hoc est, dissertationibus contenderemus.

¶ Dissertatio, Plin. lib. 10. cap. 68. 2, Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua subtexat dissertatio.

¶ Dissertabundus, Qui disserit. Gellius, Eumq; in corona astantium, dissertabundum inuenimus.

¶ Disertus, Adiectiuũ (λόγιος, σύφραδὴς, αἰμύλος) Qui probè disserit, eleganterq; narrat, non qui disseritur. Varro de Ling. Lat. Nam ut holitor disserit in areas sui cuiusq; generis res, sic in oratione qui facit, disertus dicitur. Cic. Attico, lib. 10. 192. 6, Celer tuus disertus est magis, quàm sapiens. Horat. lib. 1. epist. 5. 4,

Fœcundi calices quem non fecere disertum? Cic. 1. de Orat. 47, Quòd eum statuebam disertum, qui posset satis acutè atq; dilucidè apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere.

Ad unum diserti Cicer. pro M. Cælio, 54. Vide Ad præposit.

Disertus epilogus. Cic. Attico, lib. 4. 84. 4.

Disertæ literæ. Cic. Appio, lib. 3. 11. 26.

Diserta negligentia. Cic. 1. de Diuinat. 170.

Lepõrum, ac facetiarum disertus puer. Catul. in Asin. 12. 2.

Oratio diserta & oratoria. Cic. 1. de Orat, 125.

Vmbra diserta. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 20.

¶ Disertissimus, pen. corr. (λογιώτατος) Catul. ad M. Tullium Cic. 96. 1, Disertissimè Romuli nepotum.

Disertissima epistola. Cic. Attic. lib. 7. 122. 11.

¶ Disertè, Aduerbium (ἐλλογίμως) Cic. 1. de Orat. 23, Denique ut prudentibus disertè, stultis etiam uerè dicere uidearis.

Disertè, pro Clarè, specialiter, expressè. Liu. lib. 31, Quum in Lucratij fœdere disertè additum esset, id ita ratum fore si populus censuisset. Vide Alciatum παρέργων lib. 2. cap. 27.

Dissideo] dissides, penult. corr. dissedi, pen. prod. dissessum, (διαφέρομαι, διίστημαι, ἀφιστάω) dissidere, Dissentire significat & discordare. Cic. de Amicitia, 2, P. Sulpitio utebare multum, quũ is Trib. plebis capitali odio à Qu. Põpeio, qui tum erat Consul, dissideret. Idem de claris Orat. 118, Eõdem Qu Cæpionem referrem, nisi nimis Equestri ordini deditus, à Senatu dissedisset.

Non consilijs solum & studijs, sed armis etiam & castris dissidebamus. Cic. pro Marcello, 18.

Dissidere animo & uoluntate ab aliquo. Cic. 7. Ver. 143. (23.

Odio quodã atq; dissidio dissidere ab aliquo. Cic. p Corn. Balbo.

Dissidere, cum datiuo. Horat. 2. Carm. ode 2. 4,

Dissidens numero beatorum Eximit uirtus.

A seipso dissidere, secumq; discordare. Cic. 1. de Fin. 88.

A ueri fide dissidere. Ouid. 3. Fast. 133.

Multis rebus cum illo dissidet. Cic. 4. Acad. 258.

Cum causa dissidere. Cic. 11. Philipp. 300.

Dissidere de re aliqua. Cic. 4. Acad. 239.

Dissidere in re aliqua à. Cic. ad Atticum, lib. 7. 126. 3.

Inter se dissident & discordant. Vide Discordo.

Leuiter inter se dissident. Cic. Attic. lib. 1. 8. 5.

Dissidere, ad inanimata translatum. Plin. lib. 37. cap. 4. 6, Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, ut iuxtà posita ferrum non patiatur abstrahi. Idem lib. 24 cap. 1. 1, Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depactæ moriantur.

¶ Dissidens, pen. corr. (διαφέρων) Participium: ut, Opiniones dissidentes. Cic. 1. de Nat. deor 9.

¶ Dissidium (διάστασις, διαφορὰ) Segregatio, discordia, dissensio. Terent. And. 4. 2. 14, Valeant qui inter nos dissidiũ uolunt. Id est, diuortium, inquit Donatus. Cic. 1. de Fin. 69, Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ. Et ad Atticum lib. 1. 12. 10, Non dissensione ac dissidio uestro.

Diuortia, atq; affinitatum dissidia. Cic. pro Cluent. 151.

Amicorum dissidia. Cic. de Amic. 66.

Animæ dissidium Lucret. lib. 3 69. Id est, separatio.

Materiæ dissidium. Lucret. lib. 1. 50.

Dissidium uoluptatum uenit. Plaut. Pseud. 3. 68.

Desyderium dissidij. Cic. 2. Philipp. 62.

Ciuile dissidium. Claud. de bello Gildon. 49.

Crebra dissidia. Lucret. lib. 2. 24.

Crudelissimum dissidium. Cic. pro Cælio, 23.

Flebile alicuius dissidium. Catul. de coma Berenices, 61. 5.

Iustæ dissidia. Vide Iustus.

Perniciale dissidium. Lucret. lib. 1. 92.

Dare dissidium. Propert. lib. 1. eleg. 11. 6.

Nascuntur dissidia. Vide Nascor.

Parere dissidium Lucret. lib. 1. 44.

Dissidium, pro disiunctione corporum, quum diuersè duo amici abeunt. Cic. Attico, lib. 4. 70. 2, Eundemq; te, qui primis temporibus erroris nostri, aut totius furoris particeps & falsi rumoris socius fuisses, acerbissimè dissidium nostrum tulisse. Budæus.

¶ Dissidentia (διαφορὰ) Discordantia. Plin. lib. 29 cap. 4. 18, Domante eadem illa rerum dissidentia.

Dissilio] dissilis, penult. corr. dissilui & dissiliui, dissultum, (διαπηδάω) dissilire, Loco moueri. Apul. Vertibulo ossa dissilierant.

Dissilire, propriè In diuersas partes salire. Virg. 3. Aeneid. 84,

Hæc loca ui quondam, & uasta conuulsa ruina
Dissiluisse ferunt.

Ignis dissiluit. Sil. lib. 16. 110.

Corpora dissiluere. Lucret. lib. 1. 80.

Dissilit omne solum Ouid. 2. Metam. 52.

Dissilire, crepare, frangi. Virgil. 3. Georg. 73. Aeraq; dissiliunt uulgò Id est, passim crepant. Nam tam nimio frigore, quàm calore æra rumpuntur.

Dissilire, Citò descendere. Virg. lib. 11. Aeneid. 100. de Camilla,

— portisq; ab equo regina sub ipsis
Dissilit. Sed hic legitur desiluit, & quidem rectius, ut apud Ouidium, Ingenti scopulo desilijsse ferunt.

¶ Dissulto, dissultas, dissultare, Frequẽtat. Plin. lib. 37. cap. 4. 30

incudibus

Digitized by Google

Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrimq; dissultet, incudesq; etiam ipsæ dissiliant. Virgil. 12. Aeneid. 183,

—nec fulmine tanti Dissultant crepitus.

Splendor aquæ radiatus lampade Solis Dissultat per tecta. Silius, lib. 7. 29.

Concurſare, coire, & dissultare uicissim. Lucret. lib. 3. 81.

Dissimilis] & hoc dissimile, pen. cor. (ἀνόμοιος) Idem quod Absimilis. Terent. in Prol. And. 12,

Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ ac stylo. Vide Oratio.

Aetas dissimilis. Tacitus lib. 2.

Animantes extrinsecus dissimiles. Lucret. lib. 4. 130.

Effigies formarum dissimiles. Lucret. lib. 4. 21.

Figura dissimilis. Lucret. lib. 2. 82.

Forma dissimilis. Tacit. lib. 2.

Mens dissimilis. Ouidius epist. 19. 32.

Modus dissimilis. Lucret. lib. 2. 57.

In dissimiles incidere naturas. Cic. 2. de Diuin. 140.

Quid est tam dissimile, quàm Demosthenes & Lysias? Cicer. de claris Orat. 157.

Nihil tam dissimile, quàm Cotta Sulpitio. Cicero de claris Oratoribus. 107.

Dissimilis, genitiuo iungitur aliquando. Cic. 4. Verr. 33, Verum tamen fuit tum sui dissimilis: nostis os hominis.

Sui dissimilis. Iuuenalis Satyr. 10. 20.

Dissimilis, datiuo. Cic. 4. Academ. 189, Dissimile proximo ei continenti.

Suo generi dissimilis. Senec. Thebaid. 1. 17.

Non dissimile atq; Cic. ad Att. lib. 2. 18. 3, Aut quiescendũ, quod est non dissimile atq; ire in Solonium, aut Antium.

Dissimilia inter se. Varro 1. de re Rust. 62. Cic. de claris Orat. 157, Quum sint ipsi dissimilimi inter sese.

In re aliqua multum dissimiles. Horat. 1. epist. 10. 1.

Dissimilis in illum, pro illius, uel illi. Tacit. lib. 2.

Dissimilior, & dissimilimus, pen. corr. ut, Dissimilior illarum, Cic. 4. Acad. 225. Dissimilimi suorum, Cic. pro Cluent. 34.

¶ Dissimiliter, penult. corr. Aduerbium (ἀνομοίως) Cicero 4. Tusc. 37, Cæteriq; dissimiliter morbi ægrotationesq; morborum nascuntur.

Haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo uagis. Liuius 7. bell. Punic. 257.

¶ Dissimilitudo, pen. prod. (ἀνομοιότης, ἀνομοίωσις) Denominatiuum. Cic. 4. Acad. 80, Tum similitudines, dissimilitudinesq; Sic, Dissimilitudines studiorum, Cic. 5. Ver. 5.

Varietas dissimilitudoq;. Cic. 2. de Diuinat. 145.

Naturæ morumq; dissimilitudines. Cic. 1. Offic. 155.

Dissimilitudines & uarietates. Cic. 1. Offic. 150.

Dissimilitudines rerum. Cic. 2. de Diuinat. 141. Idem de Fato, 13, At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent, &c.

Habere dissimilitudinem ab aliqua re. Cic. 1. de Orat. 131.

Habere dissimilitudinẽ cum re aliqua. Cic. Cælio, lib. 2. 12. 6.

¶ Dissimilares partes (σύνθετα μόρια) à medicis appellantur partes corporis compositæ, quæ scilicet ὁμοιομερῆ, hoc est, similares non sunt, sed ex his constituuntur, & in eas possunt resolui.

Dissimulo] dissimulas, pen. corr. (εἰρωνεύομαι) dissimulare, Est fingere id non esse quod est. Plaut. Milit. 14. 2, Dissimulabo hos quasi non uideam. Idem Pœn. 2. 112, Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. Sic dissimulare ægritudinem animi. Liu. 1. ab Vrbe, 36.

Dissimulare silentio acceptam iniuriam. Quint. lib. 5. Cic. pro Sestio, 28, Eaq; non silentio Consulum dissimularentur, sed & uoce & sententia comprobarentur.

Fingere, dissimulare, obtegere. Cic. Att. lib. 1. 13. 1.

Obscurè ferre & dissimulare. Cic pro Cluent. 41.

Dissimulare cum dolore. Plancus Cicer. libro 10. 8. 9, Itaque nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore.

Capillos dissimulare. Ouid. 2. Metam. 75.

Dedecus dissimulare. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 13.

Facta dissimulanda. Ouid. epist. 9. 17.

Gaudia dissimulare. Ouid. 6. Metam. 131.

Aliquid eiusmodi esse, ut dissimulari non queat, id est, dissimulando negari. Cic. pro Rosc. Amer. 52.

Aduersum illustres dissimulatum ad præsens, & mox redditũ odium. Tacit. lib. 16.

¶ Dissimulatus, pen. prod. Partic. (εἰρωνευθεὶς) ut, Amor dissimulatus & celatus. Terent. And. 1. 1. 13.

Pietas dissimulata ira. Ouid. 6. Fast 18.

Virtus dissimulata. Ouid. 2. Fast 169.

¶ Dissimulator, pen. prod. Verbale (εἴρων, εἴρωνος, πρυτάνεως) Cicer. 2. de Orat. Vt qui dissimulatores studiorum fuerint. Quint. lib. 2. cap. 18, Quod non ideo ut pro uero accipiamus est positum: sed ut Antonij persona seruetur, qui dissimulator artis fuit.

Amoris ueri dissimulator. Ouid. 5. Metam. 13.

¶ Dissimulatio, Verbale (εἰρωνεία) Cic. 3. Offic. 79, Ex omni uita simulatio, dissimulatioq; tollenda est.

Integumenta dissimulationis. Cic. 2. de Orat. 190.

Vrbana dissimulatio. Cic. 2. de Orat. 149.

Abrumpitur dissimulatio. Vide Abrumpo.

Veste seruili in dissimulationem sui compositus. Tacit. lib. 13.

Eximere dissimulationem. Tacit. lib. 13.

Dissimulatio, pro Ironia. Cic. 4. Acad. 31, Libenter uti solicitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν uocant.

¶ Dissimulanti a (εἰρωνεία) Idẽ quod Dissimulatio. Cic. 2. de Orat. 150, Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaq; lõgè lepõre & humanitate omnibus præstitisse.

¶ Dissimulamentum, Idem. Apul. lib. 1. Florid. Musæ cum Minerua, dissimulamenti gratia, iudices adstitere.

¶ Dissimulanter, Aduerb. (εἰρωνικῶς) Cic. de claris Orat. 150, Non apertè, nec eodem modo semper, sed uariè dissimulanter q; concluſis.

Facere aliquid dissimulanter. Cic. 2. de Orat. 81.

¶ Dissimulatim, pen. prod. (κατ' εἰρωνείαν) Aduerbium, apud Quintilianum, lib. 10. cap. 1, Sepe præparat dissimulatim insidias Orator.

¶ Dissimulabilis, pen. cor. (εἰρωνευτὸς) Vnde Indissimulabilis apud Gellium. lib. 10. cap. 22, Cum quadam dissimulabili uoritate disseruit.

Dissipium] Intestinum. Macrob. Intestina principalia tria: unum Dissipium uocatur, quod uentrem & cætera intestina discernit: alterum Medium, quod Græci μεσέντερον dicũt: tertiũ, quod ueteres Hirã uocarũt. Ex Cæl. lib. 4. cap. 14.

Dissipo] dissipas, pen. cor. (ἀποσκεδάννυμι, διασκεδάζω, διασκίδνημι, σκεδάζω) dissipare, Dispergere, disiicere. Col. lib. 2. cap. 10, Sin autem proximè messis occupandum erit restibile defectis stramentis, quatuor & uiginti uehes stercoris in iugerum disponemus, dissipabimusq;.

Dissipare bona. Marcel. in l. Lucius Titi. ff. mandati uel contrà.

Disturbare aliqua, & aliud aliò dissipare. Cicero 1. de Diuinat. 129.

Eripere, auferre, dissipare. Cic. Post red. ad Quir. 15.

Dissipata connectere. Cic. in Orat. 139.

Dispersus

Diſperſum ac diſsipatum. Cic. 1. de Orat. 90.
Diſsipare, Diſrumpere, & lacerare. Cic. Att. lib. 15. 326. 5.
Diſsipari, extingui, diſſolui. Cic. 1. Tuſc. 39.
Diſturbare ac diſsipare. Cic. 2. de Nat. deor. 57.
Diſperdere ac diſsipare poſſeſsiones. Cic. pro lege Agrar. 1.
Libidines eum diſsipant. Cic. 1. de Orat. 125.
Amplexus clamore diſsipare. Stat. 3. Syl. 12.
Membra diſsipare. Ouid. 3. Triſt. eleg. 9. 6.
Sol diſsipat ardorem in partes. Lucret. lib. 2. 43.
Diſsipata claſsis. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 14. 4.
Edaceis curas diſsipare. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.
Diſsipare diſcordiam. Cic. de Amicit. 23.
Fortunas diſsipare. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 7.
Initio genus hominum in montibus ac ſyluis diſsipatum. Cicer. 1. de Oratore, 19.
Diſsipare ac perterrere hoſtes. Cæſar 6. bel. Gal. 126. Et apud Liuium, 7. bel. Pun. 146, Diſsipati fuga per agros.
Diſsipare famam alicuius rei. Cic. 14. Philip. 395. Sic, Diſsipare rumorem uel rumores, Cic. 14. Philip. 391. Sic, Diſsipare ſermones, Cic. 3. Verr. 11. Et pro Flacco, 10, Primùm, quòd diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſsipatus.
Effundere ac diſsipare fructus ſuos. Cic. 2. de leg. Agr. 87.
Diſsipare humorem, Eſt quod uerbo alio dicitur, Digerere humorem. Celſus lib. 5. cap. 28.
Fuſum ac diſsipatum ius ciuile. Cic. 2. de Orat. 78.
Maledictum latè diſsipatur. Cic. pro Planc. 47, Nihil eſt autem tam uolucre quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſsipatur.
Nexus diſsipare. Valer. 7. Argonaut. 126.
Diſsipare cõuiuijs patrimonium. Cic. pro Flacco, 70. Sic, Diſsipare pecuniam, Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 3. 11.
Rem familiarem diſsipare. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 14.
Deturbare ſtatuam, affligere, comminuere, diſsipare. Cicero in Piſonem, 74.
¶ Diſsipatus, Participium (διασπασθεὶς) ut, Hoſtes diſsipati. Cic. Cælio, lib. 2. 9. 7.
Exercitus diſsipatus. Cic. Att. lib. 15. 4. 4.
Depulſis ac diſsipatis copijs hoſtium. Cic. pro Domo ſua, 13.
Homo fractus ac propè diſsipatus. Cicero poſt reditum in Senatu, 21.
Homines diſsipatos unum in locum congregare. Cicero pro Seſtio, 79.
Homo in cogitando tardus, in inſtruendo diſsipatus. Cicero de claris Oratorib. 114.
Liberi diſsipati. Cic. pro Seſtio, 128, Euerſa domus eſt, fortunæ uexatæ, diſsipati liberi, raptata coniunx, &c.
¶ Diſsipatio, Verbale: ut, Diſsipatio prædæ (σπασμὸς, διασπασμὸς) Cic. 13. Philipp. 350.
Interitus & diſsipatio. Cic. 1. de Nat. deor. 95.
¶ Diſsipabilis, & hoc diſsipabile, pen. corr. (σπαστὸς) Quod diſpergi aut ſeparari facilè poteſt. Cic. 3. de Nat. deor. 41, Ignis uerò & aer omni impulſu facillimè pellitur, naturaq; cedens eſt maximè & diſsipabilis.
Diſsitus] pen. corr. Adiectiuum (ἀπεχθὴς, ἀπέχων) Procul ſitus, remotus, diſtans. Apul. in Flor. Homines neq; longulè diſsita, neq; proximè adſita poſſumus cernere.
Pars animæ per totum diſsita corpus. Lucret. lib. 3. 29.
Diſsocio] diſsocias, diſsociare (διαιρέω, διχάω) Diſsoluere, & à ſocietate diſiungere ac ſeparare Cic. de Amic. 64, Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſsimilitudo diſsociat amicitias.
Copias diſsociat. Tacit. lib. 12.
Legionem à legione diſsociant. Tacit. lib. 1.
Arctas diſsociare partes. Lucret. lib. 3. 163.
Tyronem à ueterano diſsociant. Tacit. lib. 1.
¶ Diſsociatio, Verbale (διάστασις) Plin. lib. 22. cap. 21. 11, Aquas reſpuit, perfuſum merſumúe ſicco ſimile eſt, tanta diſsociatio deprehenditur. Idem lib. 7. cap. 13. 1.
¶ Diſsociabilis, & hoc diſsociabile, penult. corr. (διάστατος) Quod ſociari, coniungíq; non poteſt, ſeu inſociabile. Tacit. in Vita Agricolæ, Et quanquam primo ſtatim beatiſsimi ſeculi ortu res olim diſsociabiles miſcuerit, principatum, & libertatem.
Oceanus diſsociabilis. Horat. 1. Carm. ode 3. 5.
Diſſoluo] diſſoluis, diſſolui, diſſolutum, pen. prod. (λυλύω, καταλύω, παραλύω) diſſoluere, Diſcingere, religare. Plaut. Pœn. 3. 20, Si autoritatem poſtea defugeris, ubi diſſolutus ſies, ego pendeam.
Coagmentare & Diſſoluere, contraria. Cic. de Senec. 66, Opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit.
Conglutinare & Diſſoluere, contraria. Cic. de Senec. 66.
Facilius eſt apta diſſoluere, quàm diſsipata connectere. Vide Diſsipo.
Contextum diſſoluere. Lucret. lib. 1. 49.
Acta alicuius diſſoluere. Cic. 1. Philip. 13, In maximis uerò rebus, id eſt, legibus acta Cæſaris diſſolui, ferendum non puto.
Diſſoluere æs alienũ. Cic. 2. Offic. 124, Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. Et apud Terent. Phorm. 4. 3. 50, Qui diſſoluerem quæ debeo?
Diſſoluere alicui. Cic. 5. 150.
Pecuniam ex Senatuſconſulto & ex lege diſſoluere. Cicero 7. Verrin. 43.
Diſſoluere amicitias, Idem quod diſſociare. Cic. de Amicit. 32. Sic, Diſſoluere ſocietatem. Cic. pro Roſc. Comœd. 22.
Cauſam diſſoluere. Lucret. lib. 4. 102.
Diſſoluere conſilia & perdere. Cic. pro leg. Agrar. 59.
Frigus diſſoluere. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.
Glaciem diſſoluere. Lucret. lib. 6. 193.
Humanam conſortionem diſſoluere. Cic. 3. Offic. 33.
Diſſoluere interrogationem. Cic. 4. Acad. 86.
Leges diſſoluere. Claud. 1. de raptu Proſerp. 13.
Membra diſſoluuntur. Lucret. lib. 4. 186.
Nubila diſſoluit Phœbus. Claud. 7. Paneg. 35.
Pectora diſſoluenda. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 1.
Per partes diſſolui. Quintil. lib. 5. cap. 13. 23.
Diſſoluere periurium. Cic. 3. Offic. 155.
Diſſoluere pœnam. Cic. 1. Tuſc. 161.
Poſituræ principiorum diſſoluuntur. Lucret. lib. 2. 190.
Puppes in mediis aquis diſſolui. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 4. Ne temere in mediis diſſoluantur aquis. Hîc diæreſis eſt.
Diſſoluere religionem, pro eneruare uel infirmare. Liuius libro 10. belli Maced.
Diſſoluere ſcopas. Vide Scopę.
Diſſoluere ſe, Explicare à negocijs. Terent. Heaut. 3. 1. 98, Diſſolui me occupo, operam ut tibi darem.
Seueritatem diſſoluere. Cic. pro Murena, 60.
Stamina diſſoluenda. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 1.
Vota nouo munere diſſoluere. Catul. de coma Berenices, 61. 8.
Diſſoluere aliquem, Idem quod abſoluere, paucis uerbis & ſtatim dicere quod uolumus, non diu ſuſpenſum tenere. Plautus Merc. 4. 53,

——obſecro diſſolue iam Me, nimis diu animi pendeo.

¶ Diſſolutus, penult. prod. (διαλελυμένος, διαλυτος, ἀνειμένος) Participium, ſiue Nomen ex participio: ut, Diſſolutis capillis. Plin. lib. 28. cap. 9. Cic. 2. de Fin. 161, Quod diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu.
Diſſolutum & diſsipatum. Vide Diſsipo.
Vinctum, & Diſſolutum, contraria. Cic. in Orat. 113.

Digitized by Google

Non ſolum arrogans, ſed etiam omnino diſſolutus. Cicero 1. Offic. 140.
Adoleſcens perditus ac diſſolutus. Cic. 4. Tuſc. 88.
Mala conſuetudine aliquid diſſolutum. Cic. pro Cecin. 5.
Diſſoluta comitas. Quint. lib. 2.
Conſilia diſſoluta atq; perdita. Cic. 7. de lege Agr. 59.
Diſſoluta aliquorum conſuetudo, licentiaq; impudens. Cic. pro Flacco, 15.
Diſſolutis criminibus. Cic. pro Sylla, 51.
Inſtitutum aliquot negligentia diſſolutum. Cic. 2. de leg. 48.
Iudicium diſſolutum, perditum, nummarium. Cic. 5. Ver. 112.
Diſſolutum uel potius diſſipatum nauigium, id eſt infirmum, et minus bene compactum. Cic. Att. lib. 15. 326. 5.
Diſſoluta negligentia. Vlp: in l. ſi fideiuſſ. ff. mandati.
Diſſoluti ſtomachi utiliſſimè adiuuantur. Plinius libro 20. capite 7. 6.
Diſſoluta, pro Diſcuſſa. Quint. lib. 6. cap. 4, Eaq; urbanitate tota eſt inuidia crimmis diſſoluta. De iuuenibus Tarentinis, & Pyrrho rege loquitur.
Diſſolutos etiam dicimus, qui moribus, legibusq; à ſe ſoluti, luxum uitæ ſequuntur, quos Græci Aſotos dicũt. Cic. 6. Verr. 103, Negligentes ac diſſoluti, ſi cupiamus eſſe, quì poſſumus? Idem 5. Verr 110, Tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimusq; ſemper fuiſti. Sic, Diſſolutus in re familiari. Cic. pro Quint. 20.
Diſſolutior liberalitas. Cic. ad Brutum, 3. 4.
¶ Diſſolutè, Aduerbium (ἀνειμένως) Cic. pro Cecin. 75.
Diſſolutè remittere. Cic. ad Brutum, 4. 2, Neq; crudeliter quicquam eripui, neq; diſſolutè remiſi.
Diſſolutè uendere, cui Permagno uendere opponitur. Cicero 5. Verr. 76.
Diſſolutè rem aliquam conficere. Cic. 6. Philip. 204.
Clementer & Diſſolutè factum, contraria. Cic. 7. Ver. 15, Non agam tam acerbè, non utar iſta accuſatoria conſuetudine, ſiquid eſt factum clementer, ut diſſolutè factum criminer.
¶ Diſſolutio (διάλυσις, κατάλυσις, παράλυσις) Verbale, cuius contrarium eſt Coniunctio. Cic. in Partit. 13, Conſtructioq; uerborum, tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur.
Remiſſio animi & diſſolutio. Cic. Metello, lib. 5. 2. 25.
Diſſolutio criminum. Cic. pro Cluentio, 1.
Iudiciorum diſſolutiones. Cic. 6. Verr. 117.
Legum diſſolutio. Cic. 1. Philip. 15.
Diſſolutio naturæ, mors. Cicer. 1. de Leg. 46. & 2. de Fin. 161, Quæro autem quid ſit, quòd cum diſſolutione, id eſt morte, ſenſus omnis extinguitur.
Diſſolutio ſtomachi. Plin. libro 20. cap. 22. 12. Et libro 9. capite 4. 18.
¶ Diſſolubilis, & hoc diſſolubile, pen. corr. (λυτὸς) Quod diſſolui poteſt. Cic. 1. de Nat. deor. 30. Et ibid. lib. 3. 39, Mortale igitur omne animal & diſſolubile.
Diſſonus] Adiect. pen. corr. (διάφωνος) Diſcordãs: ut, Diſſonus clamor. Liuius 4. ab Vrbe, 120, Dictator autem parte altera ſubſidia & ſecundam aciem adortus, circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubditos tumultus, hoſti undique obiecerat uictorem peditem equitemq;. Idem 1. bel. Punic. 122.
Ritu diſſona barbarico. Claud. 8. Paneg. 50.
Clamor diſſonus. Stat. 6. Thebaid. 126.
Diſſonus cæli curſus. Plin. lib. 36. cap. 10. 2. Item, Diſſonus crepitus, apud eundem, lib. 2. cap. 12. 3.
Diſſonæ ſermone gentes & moribus. Liu. 1. ab Vrbe, 74.
Sparſæ ac diſſona moles. Stat. 1. Achil. 92.
Murmura diſſona. Claud. de mulabus Gallicis, epig. 10. 1.
Ora uulgi diſſona. Lucan. lib. 3. 58.
Turba diſſona linguis. Claud. 1. Paneg. 31.
¶ Diſſono, diſſonas, pen. corr. (διαφωνέω, ἀπᾴδω) diſſonui, diſſonitum, diſſonare, Diſcordare. Col. lib. 1. cap. 1. 2, An uniuerſa quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturæ reſpondeant, an aliqua diſſonent. Et Quint. lib. 8, A quibus hæc quidem diſſonantia ſunt.
Diſſuadeo] diſſuades, pen. prod. diſſuaſi, diſſuaſum (ἀποτρέπω, παραπείθω) diſſuadere, Contrarium eſt ſuo ſimplici. Plaut. Ciſtel. 5. 10, Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit id oſtentat. Id eſt, dat ſpem potiundæ rei, quam ante diſſuaſerat. Cic. 6. Verr. 47, Voluit Romæ repetere Artagatius: Cn. Lentulus Marcellinus diſſuaſit.
Suadere & diſſuadere. Ouid 1. Metam. 125.
Non modò non cenſere aliquid agendum, uerumetiam diſſuadere. Cic. 3. Offic. 137.
Diſſuadere de re aliqua. Cic. 3. Offic. 149.
Fruſtra bellum diſſuaſerat Augur. Ouid. 12. Metam. 62.
Legem diſſuadere. Cic. 2. de leg. Agrar. 99.
¶ Diſſuaſor, pen. prod. (ἀποτρέπης) Verbale, Qui diſſuadet. Cicer. de claris Orat. 54, Ipſe etiam Piſo & cauſas egit, & multarum legum aut author aut diſſuaſor fuit.
Gladius diſſuaſor iuſti. Lucan lib. 4. 51.
¶ Diſſuaſio, Verbale, ſ. g. (ἀποτροπὴ) Cicer. pro Cluen. 111.
Diſſuauior] Vide Diſſuior.
Diſſulcus] Porcus dicitur, quũ in ceruice ſetas diuidit. Feſtus.
Diſſulto] Vide Diſilio.
Diſſuo] diſſuis, diſſui, diſſutum, pen. prod. (διαλύω) diſſuere, Diſſoluere.
Sinus diſſutus. Ouid. 1. Faſt. 82.
Diſſuere amicitias, per translationem. Cic. de Amic. 65, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus leuandæ: & ut Catonem dicere audiui, diſſuendæ magis, quàm diſcindendæ ſunt. Idẽ 1. Offic. 169, Vt amicitias quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere.
Diſſupo] diſſupas, Idem quod Diſſipo. Lucret. lib. 2,
Sol etiam ſummo de uertice diſſupat omnes
Ardorem in partes, &c. Vtitur & Cicero in Lælio, F
contrahere amicitiam, diſſupare concordiam.
Diſtabeſcere] διατήκεσθαι, Idẽ quod Tabeſcere. Cato cap. 24, Hunc in fiſcellam ſuſpendito, ſinito cum muſto diſtabeſcat. De ſale.
Diſtædet] diſtæduit, & diſtæſum eſt (ἐξαπορῶμαι) Multum aut ualde tædet. Plaut. Amphit. 6. 5,
Pol haud quòd tui me, neq; domi diſtædeat. Terentius Phor. 5. 9. 22, Demipho te appello: nam me cum hoc ipſo diſtædet loqui.
Diſtantia] Vide Diſto.
Diſtega] & triſtega in ſanctis literis Bicamerata & tricamerata interpretatur Hieronymus aduerſus Iouinianum primo. Sunt qui à contignationum numero ita dici opinentur. Diſtegum domicilium appellat Dioſcorides quoq; Ex Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 10.
Diſtegia] diſtegiæ, Aedificium duas contignationes habens.
Diſtendo] diſtendis, diſtendi, diſtentum (διατείνω, ὑπερτείνομαι) & diſtenſum, diſtendere, In diuerſas partes tendere. Colum. lib. 7. cap. 5. 15, Ouis toto uentre diſtenditur, contrahiturq;. Plautus Caſina, 17: 16, Vt ipſæ ſolæ uentres diſtendant ſuos.
Brachia nexa diſtendere. Ouid. 4. Metam. 98.
Diſtendere hoſtium copias. Liu. 3. ab Vrbe. Id eſt, diſtinere.
Rictum diſtendere. Quint. lib. 1. cap. 11. 5.
Diſtendere, implere. Virg. 4. Georg. 33.

— & d.ld

Digitized by Google

——& dulci diſtendunt nectare cellas. Seruius.

Diſtendere curas hominum. Liu.7.bel.Pun.214,Conſules diuerſis itineribus profecti ab Vrbe,uelut in duo pariter bella diſtenderant curas hominum.

¶Diſtentus(διατεταμένος)Particip.ſiue Nomen ex participio,Plenus.Plin.Diſtentus ſolitaria cœna.

Pabulo diſtentus.Quint.lib.2.cap.10.4.

Capellæ diſtentæ lacte.Virg.eclog.7.1.

Pecudes diſtentæ.Lucan.lib.4.63.

Vber diſtentum.Ouid.13.Metam.177.

Vber diſtentius.Horat.1.Serm.Satyr.1.22.

¶Diſtenſio,Verbale(διάτασις)Celſ.lib.2.cap.8,Si uerò in tenuiore inteſtino morbus eſt, uomitus,ſingultus,neruorum diſtenſio,delirium,mala ſunt.

Sub diſtenſionibus neruorum.Celſ.lib.8.cap.24.

Excipi diſtenſione neruorum.Celſ.lib.2.cap.6.

¶Diſtento,diſtẽtas(διατείνω)diſtentare.Frequentatiuũ. Virg.9.eclog.7,Sic cytiſo paſtæ diſtentent ubera uaccæ.

Diſtentet ſpicis horrea plena Ceres.Tibul.lib.2.eleg.6.10.

¶Diſtentus,huius diſtentus,Verbale,m.g.Plin.lib.8.cap.38.2, Alia ſolertia in metu melibus:ſufflatæ cutis diſtentu ictus hominum & morſus canum arcent.

Diſtermino]diſterminas,pen.cor.(διορίζω)diſterminare, Diuidere. Plin.lib.12.cap.21.1,Arabia Iudæam ab Aegypto diſterminat.Idem lib.4.cap.20.4,Diſterminatis ab Aſturia Vectonibus.Cic.in Arato,

Quas interuallum binas diſterminẽt unum. Lucan. lib. 1.44.

Diſtero]diſteris,pen.cor.diſtriui,diſtritum,pen.prod.(κατατρίβω)diſterere,Crebrò uel multum terere.Cato de re Ruſt. cap.75,Libum hoc modo facito: Caſei pondo 11.bene diſterat in mortario: ubi bene diſtriuerit,farinæ ſiligineæ libram,&c.

Diſtichia]διστιχία,Oculorum affectus quidam eſt,quum alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus ſit præter naturam.Vide Gal.lib.Finit.medic.

Diſtichon]diſtichi,pen.cor.(δίστιχον)geminus uerſus.Alis bis:στίχον,uerſum Græci dicunt.Martial.lib.13.3,

Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittat.

Diſtichon hordeum.Col.lib.2.cap.9.14,Alterum quoq; genus hordei eſt,quod alij diſtichum, galaticum nonnulli uocant, ponderis & candoris eximij,adeò ut tritico miſtum egregia cibaria familiæ præbeat.

Diſtillo]diſtillas(ἀποσταλάω,καταῤῥέω)diſtillare,Paulatim fluere ſignificat. Virg.lib.3.Georg.57,

——lentum diſtillat ab inguine uirus. Col.lib.12. capit. 41.1,Hoc autem erit quod diſtillauerit antè quàm nimium calcetur uua.

Diſtillare lachrymam.Plin.lib.15.cap.19.3.

Aquæ diſtillant per pectus.Claud.5.Paneg.44.

Diſtillent tempora nardo.Tibull.lib.2.eleg.2.2.

¶Diſtillatio, Verbale(καταῤῥοή)Fluxus humoris à capite. Plinius libro 20. cap. 6.2,Sanguinem uerò excreantibus & phthiſicis, diſtillationibus longis, uel ſuccus,uel ex ipſo cibus prodeſt.

Diſtillarius,rij,Concinnator,ſiue uenditor diſtillationum.Senec.Iam librarij uarias exclamationes,& botularium,& diſtillarium,& omnes popinarum inſtitores mercem ſuã quadam inſignita modulatione uendentes.

Diſtineo]diſtines,pen.cor.diſtinui,diſtentum(περιπαιδω)diſtinere,Occupare eſt,& diſtinguere,inquit Budæus. Cic.11. Philipp.Nos alio bello diſtineri putat.Liuius lib.1.bel.Pun. 29,Oppida ad omnia tuenda,atq; obeunda,multimoda arte diſtineri cœpti ſunt.Cic.lib.6.epiſtol.104.& 127,Negotijs & occupationibus diſtineri.Et pro Plancio,65,Diſtineri occupationibus & dolore.

Diſtinere.Lucret.lib.5.41,

Et mare,quod latè terrarum diſtinet oras. Id eſt, occupat & tenet.

Pax diſtinetur.Cic.12.Philip.340.Id eſt, impeditur, tardatur.

Diſtinere pacem.Liu.2.ab Vrbe, 68.

Occupari & diſtineri.Cic.ad Attic.lib.1.9.1.

¶Diſtentus,& opera et animo.Cic.Quint.fratri,lib.3.24.4.

Diſtentiſſimus,pen.corr.(περιπαπαγώτατος)pro occupatiſſimo,dixit Cic.lib.3.de Nat.deor.135.

Diſtinguo]diſtinguis,diſtinxi,diſtinctum(διαφέρω,διίημι,διαφίζω)diſtinguere,Diuidere,ſeparare.Col.lib.1.capit. 6.8,Sed & lacubus diſtinguuntur granaria, ut ſeparatim quæq; legumina ponantur.Sic Martial.lib.2.5,

Sed duo ſunt quæ nos diſtinguunt millia paſſum.

Interuallis diſtingui.Cic.3.de Orat.183.

Diſtinguere atq; diuidere.Cic.in Piſonem,54.

Diſtinguere ac ſeparare.Cic.6.Verr.79.

Secernenda diſtinguere.Cic.in Topic.16.

Aer die ac nocte diſtinguitur.Cic.2.de Nat.deor.145.

Apertius aliquid diſtinguere.Quint.lib.3.cap.6.3.

Diſtinguere à,uel ab.Cic.4.Acad.45, Qui diſtingues artificem ab inſcio?Ibidem 66,Simili in errore uerſantur, quum conuicti,ac ui ueritatis coacti,perſpicua à perceptis uolunt diſtinguere.

Caput,id eſt,capillos diſtinguere acu.Claudian.in Nupt. Honor.57.

Falſum diſtinguere uero.Horat.1.epiſt.10.6.

Diſtinguere hiſtoriam uarietate locorum. Cic.2.de Orat.29.

Numero aliquos diſtinguere.Cic.pro Cecin.42.

Diſtinguere grauiora opera luſibus iociſq;. Hoc eſt, uariare & quaſi alternare,ut ait Budæus.Plin.epiſt.174.4.

Diſtinguere & illuſtrare orationem.Vide Illuſtris.

Diſtinguere gemmis pocula.Cic.6.Verr.54.

Diſſimili ex genere turbam aliquam diſtinguere. Cicero pro Murena,47.

Dijudicare atq; diſtinguere uera à falſis.Cic.in Partit.77.

Vocem diſtinguere lingua, Eſt loqui, & articulatim uerba enuntiare.Sil.lib.1.16.

Diſtinguere,Notulis quibuſdam notare.Plin.lib.8.cap.18,Albis maculis rutilam colorem diſtinguentibus.

Colore uario diſtinguere aliquid.Ouid.de Nuce,7.

¶Diſtinguor,paſſiuè(διαφέλλομαι)Cic.4.Acad.148, Quia nulla nota uerum diſtinguebatur à falſo.

Diſtinguuntur inter ſe caudis ſimiarum genera. Plinius libro 8.cap.54.1.

¶Diſtinctus,Particip (διεσταλμένος)ut,Argumenta perſpicua & diſtincta.Quint.lib.5.cap.14.26.

Herbæ diſtinctæ floribus.Ouid.5.Metam.54.

Lepôre uario diſtincta omnia.Lucret.lib.5.276.

Littora diſtincta tectis & urbibus.Cic.2.de Nat.deor.144.

Continuatio uerborum articulis membriſq; diſtincta.Cicero 3. de Orat.103.

Diſtincta & interpuncta interualla.Cic.in Orat.29.

Oratio compoſita & ornata,& artificio quodam & expoſitione diſtincta.Cic.1.de Orat.27.

Sermo dilucidus ac diſtinctus.Quint.lib.5.cap.14.26.

Diſtincti interuallis ſoni.Cic.in Somn.Scip.17.

Via diſtincta caſtris & notata.Cic.de Prouin.Conſul.3.

¶Diſtinctus,huius diſtinctus(διαφορᾶ)Tacit.lib.5,Ore ac diſtinctu pennarum à cæteris auibus diuerſum. de Phœnice. Stat.lib.1.Syl.5.9.

¶Diſtinctè,Aduerb.(διεσταλμένως)Separatim,diuiſim:ut,Diſtinctè

Digitized by Google

ſtinctè ſcribere. Cic. 2. Tuſc. 10. Plin. epiſt. 155. b, Ex ipſis etiam quos non una (ut dicitur) pertica, ſed diſtinctè, gradatimq; tractaui. Cic. 1. de Inuent. 57, Diſtinctis dicendum.

Diſtinctè, explicatè, abundanter, illuminatè & rebus & uerbis dicere. Cic. 3. de Orat. 30.

¶ Diſtinctio, Verbale (διάϛιξις, διαγολή) Diuiſio, ſeparatio. Cic. 4. Acad. 90, Quia nulla appareat in uiſis diſtinctio. Ibid. 80, Et earum tenuis & acuta diſtinctio.

Diſtinctio quæ uera, quæ falſa habet. Cic. 2. de Diuin. 90.

Cauſarum diſtinctio ac diſſimilitudo. Cic. de Fato, 64.

Lex eſt iuſtorum iniuſtorumq; diſtinctio. Cic. 2. de Leg. 22.

Diſtinctio ſyderum. Cic. 2. de Nat. deor. 22.

Diſtinctio ueri à falſo. Cic. 1. de Fin. 99.

Facilis & expedita diſtinctio. Cic. 1. de Finib. 51.

Diſtiſum] & pertiſum dicebant, quod nunc diſtæſum & pertæſum. Feſtus.

Diſto] diſtas (ἀπέχω, ἀλαλέπω) diſtare, Abeſſe. Plin. Quod circiter quinq; millia paſſuũ diſtat ab Vrbe. Plin. lib. 2. cap. 68. 3, Vt CXV. M. paſſuum Arabicus ſinus diſtet ab Aegyptio mari. Apud Liuium 1. ab Vrbe, 128, Diſtantia loca.

Curſu longè diſtare. Virg. 3. Aeneid. 24.

Nimium diſtant ſoro carinæ. Horat. 1. epiſt. 7. 10.

Laxè diſtare. Vide Laxus.

Meta utraq; diſtare. Ouid. 3. Metam. 29. de Sole.

Nihil diſtat. Vide Nihil.

Spatio pari diſtare utrinq;, Id eſt, in medio eſſe utrorumq;. Ouid. 10. Metam. 35. de Sole dixit.

Diſtare, Differre. Cic. 4. Acad. 107, Quum à ueris falſa nõ diſtent? Idem 2. Offic. 20, Quibus rebus exculta hominum uita tantum diſtat à uictu & cultu beſtiarum.

Mores diſtant à carmine noſtro. Ouid. 2. Triſt. 71.

Ab re ipſa atq; ueritate diſtare. Cic. pro Roſc. Amer. 25.

Inter ſe diſtant. Cic. 5. Tuſc. 98.

Inter ſe diſtant, & diuerſi ſunt. Cic. 1. de Orat. 108.

Nihil diſtare. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 43.

Paulùm diſtare, cum datiuo. Horat. 4. Carm. ode 9. 6,

Paulum ſepultæ diſtat inertiæ Celata uirtus.

Diſtare, pro Diſtingui. Plinius lib. 5. ad Ariſtonem, epiſtol. 98, Non hi quidem Senatores: ſed ſanctitas morũ non diſtat ordinibus.

¶ Diſtans, Participium (ἀπέχων) ut, Loci diſtantes. Cicero 2. Philipp. 76.

Inter ſe diſtantes ternis pedibus. Vide Inter.

Longè diſtantia. Lucret. lib. 2. 134.

Spatio æquali diſtantia. Ouid. 8. Metam. 50.

Studia diſtantia. Id eſt, diuerſa. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12. 5.

Tempus diſtans. Tacit. lib. 3.

¶ Diſtantia, diſtantiæ (ἀποχὴ, ἀπόϛασις) differentiam aliquando ſignificat. Cic. de Amic. 64, Nec ob aliam cauſam ullam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quòd tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumq; diſtantia. Lucret. lib. 1. 106.

Interdum etiam longitudinem & ſpatium illud ſignificat, quo aliquis ab alio diſtat.

¶ Diſtito, as (δίϛημι) pen. cor. Frequentatiuum. Colum. lib. 7, Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatio, ne in colluctatione alter alteri noceat.

Diſtorqueo] diſtorques, diſtorſi, diſtortũ (διαϛρέφω, ϛρέβλόω) diſtorquere, Eiuſdem ferè cum ſuo ſimplici ſignificationis. Terẽtius Eunuch. 4. 4. 3, Ah, illud uide, os ut ſibi carnifex diſtorſit.

Oculos diſtorquens. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 13.

Ora diſtorquere. Ouid. 3. de Arte amandi, 58.

¶ Diſtortus (διάϛροφος) Nomen ex participio. Cic. pro Mu-

rena, 56, Soli ſapientes, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mentiliciſſimi, diuites.

Cura diſtorta. Horat. 1. Ser. Sat. 3. 10. Et diſtortus multus, Quin.

¶ Diſtortio, Verbale (διαϛροφὴ) Cic. 4. Tuſc. 43. & 5. de Finibus, 61, In quibus ſi peccetur diſtortione, & depravatione, aut motu, ſtatiue deformi, &c.

Diſtraho] diſtrahis, diſtraxi, diſtractum (διελκύω, διαϛάω, διαπαράω, πορϊαπαράω) diſtrahere, Diuidere, dilaniare. Liu. 1. ab Vrbe, 125, Vt igitur paulò antè animum inter Fidenatem Romanamq; rem ancipitem geſiſti, ita iam corpus paſſim diſtrahendum dabis.

Diuellere ac diſtrahere. Cic. pro Plancio, 83. Et pro Sylla, 44, Vt ab his membra diuelli ac diſtrahi poſſe dicetes.

Lacerare atq; diſtrahere. Cic. pro Quint. 29.

Diſtrahere cohærentia. Cic. 3. Offic. 14.

Diſtrahere exercitus in diuerſiſſimas regiones. Liu. 6. bel. Punic. 218.

In partes minutas diſtrahi. Lucret. lib. 2. 166.

Diſtrahere uoces. Cic. in Orat. 84.

Diſtrahere aliquem ab altero, Separare, & ſegregare, & ferè alienare. Terentius Phorm. 1. 4. 25, Quid ſi eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te ut diſtrahar, &c. Vbi Donatus, Vide uerbum uim cohærentis oſtendere. Idem Hecyr. 3. 5. 42, Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſitas. Sic, Diſtrahi ab amicitia. Cicero pro Domo ſua, 23. Terentius Phorm. 3. 2. 33, Tum præterea horum amorem diſtrahi poterin' pati.

Excludere, diſtrahere, & ſegregrare aliquem à Repub. Cic. 5. Philip. 185.

Diſtrahuntur animi in contrarias ſententias. Cicer. 1. Offic. 15.

Diſtrahi à complexu ſuorum. Cic. pro Domo ſua, 75.

Filatim diſtrahi. Lucret. libro 2. 167. Id eſt, per fila minuta diſcerpi.

Diſtrahere induſtriam hominis in plura ſtudia. Cic. 1. de Orator. 137.

Diſtrahere ſocietatem cum aliquo, Eſt renunciare ſocietati. Seneca epiſt. 66.

Diſtrahere, Vendere. Vlpianus de tranſact. Si uni, pluribúsue fundus ad alimenta fuerit relictus, uelintq; eum diſtrahere, neceſſe eſt Prætorem de eius diſtractione & tranſactione arbitrari. Suet. in Veſp. cap. 16, Coemendo quædam tantum ut pluris poſtea diſtraberet.

Diſtrahere controuerſias, Id eſt, Componere, uel dirimere lites. Suet. in Cæſare. Cic. pro Cecinna, 4.

Diſtrahere rem aliquam, Differre. Cæſar 1. bel. Ciuil. 133.

Diſtrahit mediam Aſiam Taurus mons. Hoc eſt, ſeparat. Plin. lib. 5. cap. 27. 7.

Diſtrahor, tum hoc mihi probabilius, tum illud uidetur. Cicer. 4. Academ. 243.

¶ Diſtractus, Particip. (διαπαϛὸς, διάσϛ@) ſiue Nomen ex participio. Plin. de Viris illuſt. 4. b.

Anima diſtracta in toto corpore, Id eſt, diffuſa per totum corpus. Lucret. lib. 3. 161.

Diſtracta & extincta uis. Cic. pro Domo ſua, 53.

Aliqui perfidia hominum diſtracti. Cic. in Epiſt. ad Atticum, lib. 8. 168. 1.

¶ Diſtractior. Lucre. lib. 4. 194, Et cliuoſior inter ſe ac diſtractior intus.

¶ Diſtractiſſimus, penult. corr. Superlatiuum. Per omne bellitempus nemo è nobis imbecillis fuit, cuius ſalus ac ualetudo non ita ſuſtentaretur Cæſaris cura, tanquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole tunc uti negocio uacaret animus.

Digitized by Google

¶ Distractio, Verbale (διασυρμὸς, διάσπασις) Separatio, alienatio. Plaut. Pseud. 3. 68,

Harum mihi uoluptatum omnium atq; itidem tibi
Distractio, dissidium, uastities uenit. Cicer. 3. Offic. 39,

Nulla enim nobis cum tyrannis societas est, sed potius summa distractio est.

Distribuo] distribuis, distribui, distributum, pen. prod. (ἀπονέμω, διανέμω, διαδίδωμι, νέμω) distribuere, Separatim disponere, & suum cuiq; tribuere. Terent. Adelph. 3. 3. 17, Id distributum sanè est ex sententia.

Distribuere beneficia per gentes & populos, pro Inter gentes. Seneca de Benefic. 7.

Concinnè distribuere. Vide Concinnus.

Distribuere causam, Hoc est, partiri. Cic. pro Rosc. Amer. 72.

Distribuere exercitum latius, & in plures ciuitates. Cæsar 3. bel. Gal. 391. Ibid. lib. 5. 88, Legionesq; in plures ciuitates distribuere.

Distribuere in ministeria. Plin. epist. 249.

Distribuere partibus. Cic. 1. de Orat. 53. Et in partes XII, Cic. 1. Tusc. 106.

Distribuere in singulos. Cic. pro Cluent. 58.

Distribuere in numeros milites. Plin. epist. 246.

Distribuere commodè tempora peregrinationis. Cic. ad Attic. lib. 2. 16. 7.

¶ Distributus, penult. prod. (διαδοθεὶς) Particip. ut, Causarum diuisio in duas partes distributa. Author ad Herenn. lib. 1. 17.

Orbem terrarum imperijs distributis ardere bello. Cic. Seruio, lib. 4. 1. 7.

Ortæ leges & distributæ ab Athenienſibus in omnes terras. Cic. pro Flacco, 48.

¶ Distributè, pen. prod. Aduerb. (διαδεδομένως) Cicer. 2. Tuscul. 10, Sed quia profitentur ipsi illi qui eos scribunt, se neq; distinctè, neq; distributè, neq; eleganter, neq; ornatè scribere. Idem 2. de Inuent. 252, Sm distributius tractare quis uolet, patiatur in animum & corpus, & extraneas res licebit.

¶ Distributor, pen. prod. (μεταδότης) Verbale. Cic. in Pisonẽ, 28, Hoc certè uideo quod indicant tabulæ publicæ, uos rogatores, uos distributores, uos custodes fuisse tabularum.

¶ Distributio, Verbale, fœm. gen. (μετάδοσις, διάδοσις) Cic. pro Cluent. 1, Itaq; mihi certum est, hanc eandem distributionem, inuidiæ & criminum, &c. Idem lib. 5. de Fin. 58, Distributio sensuum.

Distributio apud Rhetores, dicitur figura quæ à Græcis μέρισμὸς uocatur, magnæ plerunq; gratiæ & utilitatis, quum singulas res separatim proferimus, suũ cuiq; propriũ tribuẽtes. Lycurgus, cuius omnes corporis partes ad nequitiã sunt appositissimæ, oculi ad petulantem lasciuiam, manus ad rapinam, dentes ad auiditatem, uirilis naturæ mẽbra, quæ nõ possumus honestè appellare, ad omne genus corruptelæ: pedes ad fugam prorsus, ut aut ex hoc uitia, aut ipse ex uitijs ortus uideatur. Hæc Sipontinus. Author ad Her. lib. 1. 17.

Aberrare à distributione. Cic. de Petitione Conſ. 32.

Distringo] distringis, distrinxi, districtum (διορίσφιγγω, περιαπάω, ἀποξύω) distringere, ualde stringere. Cic. 3. Offic. 155, Fraus enim distringit, non dissoluit periurium.

Distringi, impediri, occupatum esse, & distineri negocijs. Plin. lib. 5. ad Maximum, epist. 100. a, Quamuis agendis causis distringeretur. Idem epist. 10. c, Nam distringor officio, ut maximo, sic molestissimo.

Distringere, pro Pungere, seu leuiter ferire. Ouid. 10. Metam. 105, Tuscius extanti distrinxit arundine pectus.

Arundo distrinxit summum corpus. Ouid. 8. Metam. 77.

Carmine mordaci distringere aliquem. Ouid. 2. Trist. 115.

Distringere, Defricare, seu radendo sordes detergere. Mart. libro 14. 56. de strigilibus,

Pergamus has misit curuo distringere ferro.

Distringere & eradere. Col. lib. 4. cap. 24. 6.

Distringere crustam panis, Gallicè dicimus, Chapeler du pain. Ex Budæo.

Distringere, Decerpere. Col. lib. ult. Sereno cælo manibus distringi oliuam oportet. Sic Plin. lib. 19. cap. 9. 1, Semen eius quum est maturum, ab æquinoctio autumni distringitur. Fortasse legendum destringitur, per secundam uocalem in prima. Vide Destringo.

Ramos destringere. Lucan. lib. 4. 64.

Distringere, pro Confringere, comminuere. Col. lib. 12. cap. 8. 2, Deinde exiguum aridi thymi & cunilæ aridæ superlæ distringito.

Distringere gladium, E` uagina educere. Cic. 3. Offic. 153.

Distringi seueritatem. Sene. lib. 2. de Ira. Hoc est, exeritur, ducta metaphora à gladio.

Distringere amaritudinem carminum. Plin. lib. 36. cap. 5. 2.

¶ Distringens, Particip. (ἀποξύων) Qui ex strigili, uel manib. sordes corporis & sudorem ipsum in balneo absterget. Hic enim erat mos ueterum. Plin. lib. 34. cap. 8. 8, de Polycleto loquens, Fecit, inquit, & distringentem se, & nudum talo incessentem. Hoc est, sudorem abstergentem, quem Græci, ut idem author explicare uidetur, ἀποξυόμενον uocant. Idẽ eodem loco, de Dædalo, 27, Dædalus & ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se fecit. Quibus in locis antiquissimus codex legit destringentes.

¶ Districtus, Particip. (διορισφιγμένος) Cic. de Aruſp. resp. 56, Suffragia districta tenentur à paucis.

Ensis districtus. Horat. 3. Carm. ode 14.

Districtos in Remp. gladios retudimus. Cic. 1. Cat. 49.

Ambitionis labore uita districta. Cic. 3. de Orat. 4.

Solicitudine districtus. Horat. 2. Serm. sat. 8. 14.

Districtus, Coactus. Cic. ad Cælium, lib. 2. 14. 4, Districtus enim mihi uideris esse, quòd & bonus ciuis & bonus amicus es, quasi dicat, Nescis utrũ faueas Reip. partibus, an amicorum tuorum, qui eam perturbant.

Districtus & obligatus. Cic. 2. Verr. 16.

¶ Districtus, Nomen ex participio. Cic. ad Quint. fratrem, libro 2. 16. 11, Sic enim habeto nunquam me à causis & iudicijs districtiorem fuisse.

Districtus, pro Non molli aut soluto. Tacit. lib. 4, Vt quis districtior accusator, uelut sacrosanctus erat: leues, ignobiles, pœnis adficiebantur. Sic districtam fœneratricẽ uocauit Valerius lib. 8. cap. 2, pro Seuera & nihil remittente.

¶ Districtio (ἀπαμονία) Difficultas, anxietas, impedita ratio. Paulus l. 16. ff. de recept. arb. Quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est.

¶ Districtè, Aduerb. (ἀποτόμως) Cic. 2. Philip. 52, Non enim fortasse satis quæ districtius dicuntur, intelligis. Ex uetusto exemplari legendum, distinctius.

Districtè minari. Plin. lib. 9. ad Sabinianum, epist. 1. 98.

Districtè denegare. Vlp. in l. sed hæc. ff. de procur. Sed hæc neq; passim admittenda sunt, neq; districtè deneganda, sed à Prætore causa cognita temperanda.

Distrunco] distruncas (διακροτομέω) distruncare, idem quod Trũcare. Plaut. Truc. 11. 53, Ego te hìc agnum faciam, & medium distruncabo.

Distruo] distruis, distruxi, distructum (διασκευάζω) distruere, Seorsim uel separatim struere. Suetonius in Caligula, cap. 41, Distructis ac instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis.

Disturbo]

Digitized by Google

D. sturbo] disturbat (ἀναστατόω) disturbare, Dissipando, diruendoq; dissicere, inquit Valla lib. 5. Cicer. pro Domo sua, 75, Et iam se uidere distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas.
Disturbare & deijcere. Author ad Heren. lib. 1. 22.
Disturbare & diripere aliquid. Cic. pro Domo sua, 87.
Disturbare ac dissipare cuncta. Cic. 2. de Nat. deor. 57.
Aedes suas disturbare. Lucret. lib. 2. 221.
Domum alicuius disturbare. Cic. 5. Philip. 176.
Auster freta disturbat. Senec. Hippol. 10. 5.
Vi & armis disturbare iudicia. Cic. pro Sylla, 53.
Disturbare ac peruertere legem aliquam concione. Cic. pro lege Agrar. 99.
Tollere ac disturbare iudicium ambitus. Cic. pro Sylla, 10.
Sententijs & manibus disturbare locum aliquem. Cic. pro Domo sua, 80.
Multò disturbat sanguine pacem. Lucan. lib. 4. 45.
Societatem uitæ disturbare. Cic. pro Rosc. Amer.
Disturbare, Impedire ne quid fiat. Cic. pro Bruto, lib. 11. 21. 9, Disturbaui rem, totamq; uobis integram reseruaui.
¶ Disturbatus, Particip. (ἀνεστατωμένος) ut, Disturbata portieus. Hoc est, effracta & diruta.
¶ Disturbatio, Verbale (ἀναστάτωσις) Cic. 3. Offic. 60, Sed utilitatis specie in Repub. sæpissimè peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri.
Dissulcus] Vide Dissulcus.
Ditesco] Vide Dis, ditis.
Dithyrambus] Διθύραμβος, Vir Thebaicus, à quo creditur genus illud uersuum fuisse cognominatum, in honorem Bacchi factum. Cicero 3. de Orator. 102. Vide Celium libro 7. cap. 5.
Audaces dithyrambi. Horat. 4. Carm. ode 2. 2. de Pindaro.
¶ Dithyrambicus, pen. corr. Adiectiuum (Διθυραμβικὸς) ut, Poema dithyrambicum. Cic. de Optimo gen. Orat. 141.
Ditio] ditionis (ἐπικράτεια) à Ditior comparatiuo nominis Dis ditis, quum pro diuite accipitur, significat imperiũ. Plaut. Milit. 13. 8, Loquere: aureis meas profectò dedo in ditionem tuam.
Negat Seruius nominatiuum Ditio in usu esse, nisi in compositione. Cadere sub imperium ditionemq; alicuius. Cic. pro Fõteio, 2. Vide Cado.
Concedere in ditionem. Vide Concedo.
Dedere in ditionem. Vide Dedo.
Ditione atq; numine deorum geruntur res. Cic. 2. de Leg. 23.
Alicuius nutu ac ditione gubernari. Cicer. Antequam iret in exilium, 14.
Magna ditione premere terram aliquam. Virg. 10. Aen. 10.
Omni ditione tenere terras, Id est, omni potestate, hoc est pace, legibus, bello. Virg. 1. Aen. 48. Seruius.
Ditioni, iudicio, potestati aliquorum permittere & condonare gentes, nationes, prouincias, regna. Cicer. 2. de leg. Agrar. 48.
Redigere in ditionem. Plin. lib. 9. cap. 35. 20. Vide Redigo.
Redire in ditionem domini. Vide Redeo.
Coercere, opprimere, & in potestatem, & ditionem aliquam redigere. Cic. 2. de leg. Agrar. 74.
Contra nutum ditionemq; alicuius respirare si fas est. Cic. pro Quintio, 63.
Subactus ditione Latia. Claud. 1. in Ruffin. 59.
Terminus Romanæ ditionis. Claud. 3. Paneg. 32.
Sub imperium ditionemq; Pop. Rom. urbes aliquas subiungere. Cic. 3. Verr. 37.
In ditione ac potestate alicuius esse. Cic. pro Quintio, 4.
Tenere regionem aliquam ditione. Virg. 1. Aen. 126.

Accusare aliquem, & ipsum in sua potestate & ditione tenere. Cic. 3. Verr. 68.
In ditionem uenire. Pompon. in leg. 2. §. capta deinde Sardinia. ff. de origine iuris, Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, itẽ Hispania, deinde Narbonensi prouincia: totidem Prætores, quot prouinciæ in ditiones uenerant, creati sunt.
Ditior, Ditissimus, & Dito] Vide Dis ditis.
Ditis causa] Vide Dicis causa.
Ditrochæus] Διτρόχαιος, Pes constans ex duobus trochæis, hoc est, ex longa & breui, & iterum longa & breui, ut Cantilena. Author Diomedes.
Dittani] Δίτταιοι, Populi Hispaniæ, ab Austro Celtiberis proximi, ut refert Strabo lib. 3.
Diu] dissyllabum, Aduerbium temporis (Διὰ, Διηνὸν, ἐν πολλῷ, διὰ μακρῦ, πολυχρόνιον) Longo tempore. Terent. Eunuch. 2. 3. 4, Vna hæc spes est, ubi ubi est, diu celari e. . potest.
Diu & subitò, contraria. Brutus Ciceroni, lib. 11 13. 12.
Hoc ipsum diu. Cic. pro Marcello, 16, Quid enim est hoc ipsum diu, in quod est aliquid extremum?
Diu collecta improborum uis & inueterata. Cicer. pro Domo sua, 50.
Diu me estis demorati. Plaut. Epid. 8. 40.
Diu aliquid perdiscere. Plin. in Paneg. 26.
Diu uitam dare. Plaut. Milit. 10. 128.
Diu est quòd miseram accersitum eum. Plaut. Merc. 19. 1.
Diu ferre. Tacit. lib. 5, Aliaq; in eundem dolorem mœsta & miseranda diu ferret.
Diu fit. Plaut. Curcul. 3. 251. At iam bibes. L E. diu fit.
Haud diu est, quum dentes exciderunt. Plaut. Merc. 9. 44.
Minus diu. Vide post Minor.
Diu multum. Cic. pro Sylla, 54, Hæc diu multum, & multo labore quæsita, una eripuit horà.
Diu multumq; uel, Multũ diuq;. Cic. de Senect. 8, Quum multũ diu uixeris. Sic in Orat. 1, Diu multumq; dubitare.
Nimis siue nimium diu. Vide Nimis.
Sepe & diu ad pedes iacuit stratus. Cic. pro Quintio, 64.
Satis diu & satis multos annos. Cic. pro Cluentio, 159.
Non dius huc commigrauit. Terent. Adelph. 4. 5. 15. Liu. 1. ab Vrbe, 114, Nec diu pax Albana mansit.
Diu, pro Die. Vide Dies.
Diu, pro Diuturno. Cic. de Senect. 62, Ille mult diu uiuere, hic diu uixit.
¶ Diutius, Comparatiuum à diu (διὰ μακροτέρου) Terentius Phorm. 4. 1. 3, Postquam uidet me eius mater esse hic diutius. Cic. 4. Acad. 124, Didicit apud Philonem tandiu, ut constaret diutius didicisse neminem. Cicer. 6, Verr. 97, Nẽ obtundam diutius aures uestras.
Quantò diutius, tantò, &c. Terent. Heaut. 3. 1. 15,
——& quantò diutius
Abest, magis cupio tantò, & magis desydero.
Multò diutius. Cicer. de clar. Orator. 19, Tamen multò diutius Athenæ iam erant, quàm est Roma ad hodiernum diem.
Tibine hæc diutius licere speras facere, me uiuo patre? Terent. Heaut. 1. 1. 50.
Diutius anno. Cicer. Attic. lib. 7, Ne diutius anno in prouincia essem.
Diutius enim iam in hoc desyderio esse non possum. Cic. de Amicitia, 86.
Diutius quàm. Salust. in Catil. Neq; illis, qui uictoriam adepti forent, diutius ea uti licuisset, quàm defessis & exanguibus, qui plus posset, imperium atq; libertatem extorqueret.
¶ Diutissimè. Superlatiuum (πλεῖστον χρόνον, διὰ μακροτάτου) Longissimo tempore. Cicer. de Amicitia, 3. Varro 2. de Re rust.

Digitized by Google

Re ruſt. cap. 6.1, Vtiq; ut quàm diutiſſimè fructũ ferre poſſit.
Torquere diutiſſimè. Cic. in Piſonem, 71.

¶ Diutinè, pen. corr. Aduerb. (Δηρῶς) Plaut. Rud. 27.15,
Ille qui conſultè, doctè, atq; aſtutè cauet,
Diutinè uti bene licet partum bene.

¶ Diutulè, pen. corr. Aduerbium diminutiuum (ἐπ' ὀλίγον) Aliquandiu. Gellius, Quum diutulè tacitus cogitando fuiſſem. Apul. in Florid. At non itidem maior meus Socrates, qui quum decorum adoleſcentem & diutulè tacentem conſpicatus ſoret, &c.

¶ Diutile, pen. cor. Aduerbium. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 11, Quumq; diutile tacentem crebris hortatib. excitaret, &c. Et cap. 13, Sordidatum pallium meum in mari diutilè laui. Sic alibi frequenter apud eundem.

¶ Diutinus, pen. corr. (Δηρὸς) Adiect. Id eſt, continuus. Cicer. ad Brutum, lib. 11. 8. 4, Tantus ardor occupauit animos hominum libertatis deſyderio, tædioq; diutinæ ſeruitutis. Sic Cæſar 2. bel. Ciuil. 51, Diutinus labor. Liui. 5. bel. Punic. 4, Diutinum bellum.

¶ Diurno, as, Diu uiuo, teſte Nonio. Eſt aũt uerbum à die deductum, ſicut Perennare ab anno. Neq; optimum inter nos ſinunt diurnare. Vide Gell. lib. 12. cap. 2.

¶ Diuturnus (χρόνιος, πολυχρόνιος, χρονιαῖος) Idẽ quod Diutinus. Cic. de Senectute, 24, Quis quidem ſic auidè arripuit, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.

Nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum. Cicer. 2. Offic. 61.
Bellum diuturnum. Cic. pro lege Manilia, 25.
Delectatio diuturna. Cic. 3. de Orat. 56.
Diuturnus error. Cic. 1 Offic. 158.
Mala diuturna. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 17.
Diuturnus & deſperatus morbus. Cic. pro Sylla, 57.
Obſeruatio diuturna. Cic. 2. de Diuinat. 42.
Pace diuturna ſe recreare. Cic. de Prouinc. Conſul. 4.
Perpeſſio diuturna ac uoluntaria rerum arduarum ac difficilium, honeſtatis & utilitatis cauſa. Definitio eſt patientiæ, Ciceroni, 2. de Inuent. 242.
Diuturna ſimulatio. Cic. Attic. lib. 7. 121. 9.
Diuturnior. Ouid. 4. Metam. 95, Hic qui diligitur, uellem diuturnior eſſet. Idem 6. Faſt. 44.
Diuturnius, diuturniſſimum. Liu. 1. ab Vrbe, 202, Quo diuturnius Seruij regnum eſſet.

¶ Diuturnitas, pen. cor. diuturnitatis (χρονιότης) Cicer. de Senectute, 35, Nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. Sic, Diuturnitas belli, Cæſar 1. bel. Gall. 166. Et Cicero 2. de Natura deorum, 7. Et 4. Academ. 215, Diuturnitas temporum.

Celeritas & diuturnitas, contraria. Cic. 1. de Finib. 63.
Dominationis & uictoriæ diuturnitas. Cic. ad Atticum, libro 7. 140. 1.
Imperij diuturnitati modus ſtatuendus. Cicero pro leg. Manil. 17.
Memoriæ diuturnitas. Cic. 1. de Orat. 64.
Pacis diuturnitas otium confirmauit. Cic. 1. de Orat. 8.
Temporis diuturnitate non confirmaretur opinio, nec unà cũ ſeculis ætatibuſq; hominum inueterare potuiſſet. Cic. 2. de Nat. deor. 7.
Extabeſcere diuturnitate fictas atq; nouas opiniones uidemus. Cic. 2. de Nat. deor. 7.
Diuturnitate non uaneſcere animi labes, nec manibus ullis elui poteſt. Cic. 2. de Legib. 40.
Diuturnitas maximos luctus uetuſtate tollit. Cicer. Titio, libro 5. 16. 13.

Diuagor] pen. corr. (πλανῶμαι) Oberro, huc illuc uagor. Lactant. lib. 5, Vbi animus in multa diſperſus huc atq; illuc diuagatur.

Diuarico] diuaricas, pen. corr. (διίστημι) diuaricare, Eſt, autore Nonio, diſtendere: dictũ ab ijs qui uitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis, ut eos in diuerſum habeant ſeparatos. Cic. 6. Verr. 78, In ea Sopatrum hominem tum domi nobilem, tum ſummo magiſtratu præditum, diuaricari ac deligari iubet. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. 7, de bubus, Nec cuius ungulæ diuaricent. Cato cap. 45, Si in ſcrobibus aut in ſulcis ſeres, ternas taleas ponito, easq; diuaricato.

Diuello] diuellis, diuelli, & diuulſi, diuulſum, diuellere, (διασπάω) Idem quod Auellere. Saluſt. Rapi uirgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum.
Mordicus diuellere aliquid. Horat. 1. Serm. Satyr. 8. 6.
Amplexu dulci diuelli. Virg. 8. Aen. 112.
Artus diuellere morſu. Ouid. 8. Metam. 177.
Diuellere commoda ciuium. Cic. 2. Offic. 122.
Corpus diuellere. Virg. 4. Aen. 120.
Diuelli dolore. Cic. pro Plancio, 65.
Diuellere conglutinationes. Cicer. de Senect. 66. Sic, Diſſolutam & diuulſam rem conglutinare, apud eundem, 1. de Orator. 93.
Diuulſus conſenſus. Cic. de Aruſpicum reſponſis.
Montes diuellere manibus. Lucret. lib. 1. 41.
Nodos diuellere manibus. Virg. 2. Aeneid. 44.
Cura diuellit ſomnos. Horat. 1 epiſt. 10. 4.
Nec diuelli nec diſtrahi poteſt à uoluptate. Cicero 1. de Finibus, 78.
Non facilè diuelli à Polemonis & Peripateticorum finibus. Cicero 4. Acad. 251.

¶ Diuulſus, Participium (διασπασθείς) ut, Membra diuulſa. Ouid. 3. Triſt. eleg 9. 6, Vnda diuulſa remis. Ouid. 8. Metam. 28.

Diuendo] diuendis, diuendi, diuenditum, pen. cor. (ἀπεμπολῶ) diuendere, Huic & illi uendere. Liu. 1. ab Vrbe, 230. Quum diuendita præda XL. talenta argẽti auriq; recepiſſet. Sic ibidem, lib. 3. 59. Et 7. bel. Maced. 19.
Bona diuendere. Cic. 1. de lege Agraria, 4.

Diuerbero] diuerberas, pen. corr. (διαπάττω) diuerberare, Scindere. Virg. 5. Aeneid. 100,
Primaq; per cælum neruo ſtridente ſagitta
Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras. Seruius.
Ictu diuerberare aliquid. Lucret. lib. 1. 45.
Ferro diuerberat umbras. Virg. 6. Aen. 59.
Sol aerias diuerberat undas. Lucret. lib. 2. 31.

Diuerbium] diuerbij (πρότασις) ut inquit Seruius, eſt primus actus Comœdiæ, Græcè Protaſis. Nam quælibet Comœdia diuiditur in Prologum, Protaſin, Epitaſin, & Cataſtrophen.

Diuerbia, Partes comœdiarum, ubi plures perſonæ uerſantur, à perſonarum uarietate dicta. Liu. 7. ab Vrbe, 8, Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, diuerbiaq; tantum ipſorum uoci relicta. Sunt qui diuerbia, notabiles ſententias uocari magis exiſtiment. Nam de hiſtrionibus loquitur, qui ad manum cætera cantabant: ea tantum pronunciabant, quæ uolebant obſeruari à populo. Auſonius Sectione 2. ad Nepotem, de ſtudio puerili,
Ad noua uix memorem diuerbia coge ſenectam.

Diuerto] diuertis, diuerti, diuerſum, diuertere (παραλύω) uel Diuertor, diuerteris, diuerti, Deponens, Deflectere. Apud comicos legitur & deuorto, ſiue deuortor.
Diuerterat ad Terentiam ſalutatum. Cic. ad Attic. lib. 10. 207. 6. Cicer. 5. Verr. 63, Locusq; ei publicè quò diuerteretur, datus eſt.

Ad alia

Digitized by Google

Ad alia diuertere. Quintil. lib. 2. cap. 11. 4.
Ad artes alias diuerti. Ouid. 2. de Arte, 85.
Ad hospitem diuertere. Cic. 1. de Diuin. 101.
Diuerti ad aliquem in hospitium. Plaut. Pœnulo, 9. 60.
Diuertere apud. Liu. lib. 2. Decadis 5, Domus eorum hospitibus patebant, apud quos ipsis diuerti mos esset.
Diuerti apud hospitẽ, Recipere se in hospitiũ. Plaut. Milit. 2. 8.
Diuertere in tabernam. Cic. 2. de Inuent. 131.
Diuertere in funus alicuius. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6. 2.
Diuerto huc, ad Doripam. Plaut. Merc. 19. 54.
Diuertor huc in tabernam tertiam. Plaut. Pseud. 9. 65.
Diuertere in uillam. Cic. 2. Offic. 95. Et 2. de Orat. 160, Tanquam in Pontinum diuerteris.
Diuertor domum. Terent. Phorm. 2. 1. 82. Cic. pro Deiotar. 10.
Maßiliam diuertere. Cic. 13. Philip. 352.
Diuertere uia, id est, discedere de uia. Plin. in Paneg. 86, Quintil. lib. 2, Et recto itinere lapsi plerunq; diuertunt.
Diuertere à proposito. Plin. lib. 2. cap. 7. 12.
Redeamus illuc unde diuertimus. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 1.
¶ Diuertere, actiua significatione. Lucanus lib. 2. 95,
—uictor cedentibus instat,
Diuertitq; acies. Id est, auertit, abducit.
Diuertunt mores uirgini longè ac lupæ: Id est, multum differũt inter se mores uirginis & meretricis. Plaut. Epid. 9. 23.
¶ Diuersito, diuersitas, pen. corr. (θαμινὰ καταλύω) Frequentatiuum à Diuerto, pro Deflecto. Gellius, non ad uocularum eius amœnitatẽ, nec ad uerborum uenustates diuersitandũ.
¶ Diuersor, diuersaris (καταγομαι, καταλύω) modò Diuerto, modò Conuersor significat. Cic. 6. Verr. 33, Apud quem diuersatus es. Idem 5. Tuscul. 33, Quum Athenis apud eum diuersarer.
Diuersari lautè. Cic. 3. Verr. 44.
In domo aliqua diuersari. Cic. 3. Verr. 48, Omnes ad eam domum in qua iste diuersabatur, profecti sunt.
¶ Diuersor, diuersoris (καταγωγεύς) Qui in hospitium diuertit, hospitandi gratia. Cic. 2. de Inuentione, 132, Caupo non multo pòst clamauit hominem esse occisum, cum quibusdam diuersoribus illum qui antè exierat, consequitur.
¶ Diuersoriũ, diuersorij (καταγώγιον) Idẽ quod Diuerticulũ. Cicer. de Senectute, 76, Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem lib. 2. de Orat. 129, Requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peroppor tuno diuersorio.
Commoratio & diuersorium. Cic. Leptæ, lib. 6. 19. 2.
Diuersorium flagitiorium, & officina nequitiæ. Cic. pro Rosc. Amerin. 79.
Sermonis diuersorium. Cic. 2. de Orat. 160.
Studiorum, non libidinum diuersorium. Cic. 2. Philipp. 103.
Diuersorium, Villa & quasi hospitium, quò nos recipimus. Cicero Fabio Gallo, lib. 7. 24. 8, Næ ego multo libentius emerim diuersoriũ Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim.
¶ Diuersoriolum, pen. cor. Diminutiuũ (καταγωγίδιον) Cic. ad Cornificium, lib. 12. 20. 1, Nisi quod Sinuessanum diuersoriolum contempsisti.
¶ Diuersorius, adiectiuum (καταγωγιαῖος) aut Taberna diuersoria. Plaut. Trucul. 14. 21. Suet. in Nerone, cap. 27, Dispositæ per littora & ripas diuersoriæ tabernæ.
¶ Diuerticulum, pen. corr. (κατάλυμα, ἄπραπος, ἀπραπτὸς) Est ubi iter de uia flectitur. Et propriè diuerticula dicuntur in uia domicilia, ad quæ de itinere diuertendum sit. Terent. Eunuch. 4. 2. 7, Vbi ad ipsum ueni diuerticulum, constiti. Hæc Donatus.
Diuerticula (inquit Seruius) sunt semitæ transuersæ, quæ sunt à latere uiæ militaris. Plin. lib. 14. cap. 5. 4, Decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo.
Diuerticulum fluminis. Martian. in l. si quisquam. ff. de diuers. præscrip. Si quisquam in fluminis publici diuerticulo pluribus annis piscatus sit.
Diuerticulum, pro Diuersorio. Liu. 1. ab Vrbe, 226, Quum gladij abditi ex omnib. locis diuerticuli protraherẽtur, &c.
Diuerticulum, etiam dicimus unde nos à proposito recessimus. Iuuenal. Satyr. 15. 8, A' diuerticulo repetatur fabula primo.
Fraudis & insidiarum diuerticulum. Cicer. pro Rosc. Comœdo, 30.
Diuerticulum quærere peccatis, aut dolis. Plaut. Capt. 10. 8. Apud Quintilianum lib. 9, Diuerticula & anfractus, & suffugia quærere. Cic. in Partit. 75, Ne diuerticula peccatis darentur. Idem in Pisonem, 41, Quos tu Meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionesq; quæsisti?
¶ Diuersus; Adiectiuum (ἄλλοσε, πολυεδὴς) Qui deflexit de itinere. Cæs. 2. bel. Gall. 317, Quum Numidas diuersos dissipatosq; in omnes partes fugere uidissent.
Quo diuersus abis? Virg. 5. Aeneid. 34.
Diuersus, pro Contrario, uel opposito, & aduerso ponitur: aut etiam dissimili & uario: ut sequentia declarant.
Quæ commodis, utilitate, & propè natura diuersa sunt, uoluntate coniungere difficile est. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 54.
Diuersus à. Cic. 4. Acad. 182, Certa igitur tũ illo qui à te totus diuersus est. Idem de claris Orator. 170, Hæc uidentur esse à proposita ratione diuersa.
Inter se diuersi. Cic. in Somn. Scip. 21.
Longè diuersus ab alijs. Cicer. Top. 26. Idem 5. Philipp. 200, Longissimè diuersa ratio.
Diuersus quàm. Plin. lib. 19. cap. 8. 25, Eruca diuersæ est, quàm lactuca naturæ.
Diuersum & dissimilis. Cic. 1. de Inuent. 48.
Acies diuersa. Tacit. lib. 14. Vide Acies.
Cædes diuersæ. Virg. 12. Aeneid. 101.
Diuersa de causa. Id est, prorsus alia & contraria. Varro, Itaq; institutum diuersa de causa, ut ad alius Dei aram ex caprimo genere hostia adduceretur, ad alius non sacrificaretur.
Curæ diuersæ uocant animum in contraria. Virg. 12. Aen. 101.
Animos diuersos ducere. Id est, diuersa cogitare. Claud. 1. de Raptu Proser. 24.
Fauor diuersus. Claud. 3. Paneg. 9.
Diuersi, sub. homines. Cic. 2. Philip. 95, Sunt ea quidem innumerabilia, quæ à diuersis emebantur, non insciente te.
Author in diuersum. Tacit. lib. 12.
Afficere aliquem in diuersum. Tacit. lib. 11.
In diuersum concitati equi. Liu. 1. ab Vrbe, 125.
In diuersum curuari. Vide Curuo.
In diuersum sterni. Vide In.
Iter diuersum quisq; sequimur. Ouid. 2. de Ponto eleg. 10. 4.
Loca diuersa. Cic. de claris Orat. 140.
Disiunctißima maximeq; diuersa loca. Cic. pro lege Manil. 5.
Diffugere paßim per diuersa loca. Virg. 5. Aeneid. 134.
Loca diuersa petimus. Ouid. 1. Trist. eleg. 9. 10.
Longinqua & diuersa loca. Cic. pro leg. Manil. 32.
Partes diuersæ dicuntur quæ inter se decertant. Ouid. 1. de Rem ed. amor. 10. Suet. de Clar. grammat. 9, Interrogatus diu à Varrone diuersæ partis aduocato, quidnam ageret, & quo artificio uteretur.
Diuersa pars prouinciæ. Plin. epist. 250.
Varia & diuersa studia. Cic. 1. de Orat. 137.
Diuersus, pro Eregione. Lucanus,
Telaq; diuersi prohibentes spargere fratres. Hoc est, in altera acie. Budæus.

Digitized by Google

Ex diuerso cœli, id est ex secreto montium, ut ait Seruius. Virg. 3. Aeneid. 47.

Diuersi interrogabantur. Id est seorsim. Apud Tacitum. Bud.

Animi diuersus modò numen paueſcere, modò minis, &c. Tacitus libro 20.

Agere diuersos aliquos, Id est in diuersum agere & diſsipare. Virg. 1. Aeneid. 15.

Conuehere ex diuerso. Vide Conueho.

Diuersum distrahi. Plaut. Merc. 8. 2.

Diuersior, Comparatiuus. Plinius lib. 12. cap. 19. 11, Precia nulli diuersiora.

Populus diuersior nunquam confluxit. Claud. 1. Paneg. 31.

¶ Diuersitas, pen. corr. (ἀλλοιότης) diuersitatis, Contrarietas. Plin. epist. 150, Sed tamen imitarer & sequerer quantum aut diuersitas ingeniorum, maxumi & minimi, aut causæ similitudo pateretur.

Diuersitas & differentia. Plin. lib. 11. cap. 37. 18, Oculi in homine numeroſiſsimæ diuersitatis, & differentiæ. Ex antiquo exemplari legitur, uarietatis.

¶ Diuortium (ἀπόλειψις) Separatio omnium rerum dicitur. Cicer. ad Cælium, lib. 2. 9. 6, Est diuisus aquarum diuortijs. Virg. 9. Aeneid. 78, Obijciunt equites seſe ad diuortia nota. Id est, ad uiarum flexus.

Diuortia, atq; affinitatum diſsidia. Cic. pro Cluent. 151.

Diuortium, ut ait Caius, de diuortijs, l. diuortium, à diuersitate mentium dictum est: uel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium. Modeſtinus de uerbor. significat. Diuortium inter uirum & uxorem fieri dicitur. Repudium uerò ſponſæ remitti uidetur, quod & in uxoris perſonam non abſurdè cadit. Claud. 1. in Eutrop. 13,

Quæ gemuit? quanto planxit diuortia luctu?

Diuortium facere. Plaut. Aulul. 7. 56.

Diuortium facere cũ uxore, uel alia. Suet. in Tito Veſpaſiano, cap. 4. Cic. 2. Philip. 79. Idem, Cuius ex omni uita nihil est honeſtius, quàm quòd cum mima fecit diuortium.

Facere diuortium doctrinarum. Cic. 3. de Orat. 40.

Diuortia itinerum. Tacitus in Vita Agricolæ. Lucanus libro 2. 81. de Apennino,

Fontibus hîc uaſtis immenſos concipit amnes,
Fluminaq; in gemini ſparſit diuortia ponti.

Arctiſsimo inter Europam, Aſiamq; diuortio Byzantium extrema Europa poſuere Græci. Tacit. lib. 12.

¶ Diuersè, Aduerbium (ἀλλοίως) In diuersas partes. Terentius And. 1. 5. 25, Tot me impediunt curæ, quæ meum animũ diuersæ trahunt.

Diuersum, pro diuersè. Plaut. Milit. 22. 14, Vbi lubet, diſspendite hominum diuersum & diſsundite.

Diues] diuitis, pen. corr. om. gen. (πλόσιος, πολυκτήμων) quid significet, declarat Cicero his uerbis in Paradox. 54, Quem intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta poſsessio est, ut ad liberaliter uiuendum facilè contentus sit. Varro de Ling. Lat. Diues, à diuo: qui, ut Deus nihil indigere uidetur.

Copioſus & diues, cui opponitur Inops & pauper. Cicero in Parad. 66.

Ex pauperrimo diues factus. Cic. in Vatinium, 13.

Diues, genitiuo iunctum. Plaut. Amph. 4. 18, Diues operis, & laboris expers. Virg. 2. Georg. 94,

Diues opum uariarum, & latis otia fundis. Idem 9. Aen.
Diues pictai ueſtis, & auri. Sil. lib. 3. 31.

Pecoris diues. Virg. eclog. 2. 5.

Rerum multarum diues. Horat. 2. epist. 2. 7.

Diues, ablatiuo. Cic. 2. Offic. 83, P. Craſſus tum cognomine diues, tum copijs functus est Aedilitio maximo munere. Statius, Vt satis ostro diues & auro.

Auri congeſto pondere diues. Ouid. epist. 16. 45.

Diues agris, ad antiquum morem dictum, teſte Seruio. Virg. 7. Aeneid. 108, Auſonijsq; olim ditiſsimus aruis. Hor. Diues antiquo ſenſu.

Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis. Horat. 1. Sermon. Satyr. 2. 3.

Diues auis, Maioribus præpotens. Virg. 10. Aen.

Forma diuitior puella, Id est, inſigni forma prædita. Ouidius 6. Metam. 91.

Pecore diues. Horat. Epod. 16. 4.

Telluris multa diues. Horat. Epod. 15. 4.

Diues triumphis terra. Virgil. 4. Aeneid. 8. Id est, bellicoſa. Seruius.

Ager diues frugum. Claud. de bello Gildon. 102.

Animus hominis diues. Cic. in Paradox. 55.

Aurum diues. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 7.

Cultus diues. Ouid. epist. 15. 39.

Cultu diuite luxurians Parthus. Claudian. epigram. 3. 17. de Phœnice.

Dote diues filia. Ouid. epist. 11. 20.

Epiſtolam diuitem uocat Ouidius, quæ multa pollicetur & magna. epist. 16. 13.

Fortuna diues. Propert. lib. 2. eleg. 2. 5.

Ingenium diues, Id est, ſecundum. Ouid. 2. Triſt. 67.

Lingua diues. Horat. 2. epist. 2. 25.

Menſæ diuites. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 18.

Munus diues. Ouid. 1. Faſt. 107.

Addidit externo, marmore diues opus. Ouid. 1. de Arte.

Diues & præpotens regnum. Valer. lib. 2.

Spes diues, Id est, quæ magna nobis promittit. Horat. 1. epiſtol. 15. 4.

Diues, pro homine diuite, ſubſtantiuè cum appoſito adiectiuo ponitur ab Ouidio, lib. 3. Amorum, eleg. 6. 10,

Quid mihi fortunæ tantum? quid regna ſine uſu?
Quid niſi poſſedi, diues auarus opes?

¶ Diuitior, Comparatiuus. Plautus Pſeud. 23. 33, Nã hinc nunquam eris nummo diuitior. Cic. de Oratore, libro 4, Inde ille licentior et diuitior fluxit Dithyrambus. Et Martial. lib. 1. 72, Romanum propius, diuitiusq; forum.

¶ Diuito, diuitas, pen. corr. (πλουτίζω) Diuitare, Diuitem facere. Actius Aſtyanacte,

Nihil credo auguribus qui aureis uerbis diuitant
Alienas, ſuas ut auro locupletent domos. Turpilius Tranſilione, Dij me diuitant. Nonius.

Diuitiæ, diuitiarum, plur. tantum nu. (πλοῦτος, ἄφενος) Cic. 1. Offic. 37, Expetuntur autem diuitiæ tum ad uſus uitæ neceſsarios, tum ad perfruendas uoluptates.

Aſiæ diuitiæ. Propert. lib. 1. eleg. 6. 3.

Arabum diuitiæ, pro maximis dicuntur. Stat. 5. Syl. 1. 13.

Grandes diuitiæ. Lucret. lib. 5. 225.

Improbæ diuitiæ. Horat. 3. Carm. ode 24. 13.

Luculentæ diuitiæ. Vide Luculentus.

Miſeræ diuitiæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 4.

Molles diuitiæ. Iuuenal. Satyr. 6. 30.

Operoſæ diuitiæ, id est, quæ curam multam & laborem exigũt. Horat. 3. Carm. ode 1. 10.

Opportunæ diuitiæ ut utare. Cic. de Amicitia, 21.

Potentes diuitiæ Arabum. Stat. 5. Syl. 1. 13.

Pulchræ diuitiæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 19.

Regales diuitiæ. Horat. 1. epist. 12. 2.

Sepoſitæ diuitiæ. Stat. 2. Syl. 2. 30.

Abundare diuitijs. Vide Abundo.

Adoptare in diuitias. Vide Adopto.

Affluere

Digitized by Google

Affluere diuitijs. Lucret. lib. 6. 3.
Angi diuitijs. Vide Ango.
Augere diuitijs aliquem. Cic. 2. de lege Agrar. 71.
Diuitijs & honoribus auctus. Ouid. 2. Trist. 9.
Cogere diuitias, id est, accumulare. Iuuen. Satyr. 14. 14.
Conduplicare diuitias. Lucret. lib. 3. 14.
Congerere diuitias auro. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 1.
Crescunt diuitiæ. Iuuen. Sat. 10. 3.
Extructæ in altum diuitiæ. Horat. 2. Carm. ode 3. 4.
Diuitias facere ex re aliqua. Plaut. Persa, 16. 182.
Inclytum diuitijs templum. Vide Inclytus.
Incumbere repertis diuitijs. Virg. 6. Aeneid. 122.
Ministrare diuitias alicui. Ouid. 3. Amorum eleg. 5. 19.
Suggerere diuitias alicui. Ouid. 15. Metam. 17.
Superare Crassum diuitijs. Prouerbialiter usurpatum. Cic. Attico, lib. 1. 2. 3.
In diuitijs esse. Vide In.

Diuexo] diuexas (διαπαπόω) diuexare, Vehementer uexare.
Diuexare rem suam, Consumere. Plaut. Persa, 13. 5.
Diuexare & diripere omnia. Cic. 11. Philipp. 290.
Diuexare agros ciuium. Cic. 13. Philipp. 359.

Diuidia] Vide Diuido.

Diuido] diuidis, penult. corr. diuisi, diuisum, penult. prod. (διαιρέω, διαμείζω, διατμήσω, μείζω, μέσω, κόπτομαι) diuidere, Separare. Cæs. 3. bell. Ciuil. 381, Cæsar copias suas diuisit, partemq; legionũ in castris Pompeij remanere dixit.
Diuidere in libros. Sueton. de Claris grammaticis. Sic Cic. 2. de Leg. 10, Diuidere æqualiter in duas partes. Et lib. 1. Acad. 30, In naturam & mores diuidebantur.
Secare ac diuidere. Cic. 3. de Nat. deor. 38.
Partiri ac diuidere. Cic. in Orat. 63. Idem 1. de Finib. 33, Tollit definitiones: nihil de diuidendo ac partiendo docet.
Diuidere aliquid in omnes prouincias. Cic. pro Sylla, 32.
Diuidere inter se. Plaut. Pœnul. 11. 30, Vt eo me primum, & inter se diuidant.
Diuidere agros uiritim. Cic. de Senec. 10.
Animum diuidere nunc huc, nunc illuc. Virg. 4. Aeneid. 58.
Latè diuisum atq; dispersum bellum. Vide Latus.
Bona diuidit tripertitò. Cic. 5. Tusc. 57. De Aristotele.
Caput diuisum humeris. Silius lib. 4. 48.
Dextras diuidere complexibus. Stat. 3. Thebaid. 33.
Diuidere factum cum aliquo. Plaut. Sticho, 14. 16,
Factum ego hoc tecũ diuido, uide utram tibi lubet etiam nũc capere, Cape prouinciam.
Horas diuidere, pro Assignare. Seneca de Benefic. lib. 3. cap. 16.
Diuidere infortunium. Plaut. Milit. 11. 50.
Medium aliquem diuidere securi. Horatius 1. Serm. Satyr. 1. 20.
Mons regionem à regione diuidit. Cic. Attico, lib. 5. 108. 4.
Muros diuidere. Virg. lib. 2. 47.
Diuidere nummos uiris. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 7.
Diuidere nummos in uiros. Plaut. Aulul. 5. 30.
Oscula diuidere sodalibus. Horat. 1. Carm. ode 36. 2.
Diuidere sententiam. Asconius, Quum aliquis in dicenda sententia duas pluréue res complectitur, si non omnes hæ res probantur, postulatur ut diuidat. id est, de singulis rebus referatur seorsum: quo pars una, si uisum fuerit, repudietur, altera recepta. Cic. pro Milone, 10, Diuisa sententia est, postulante nescio quo (nihil enim necesse est me omnium flagitia proferre) sic reliqua authoritas Senatus empta intercessione sublata est. Plin. epist. 167. g.
Subtilius & copiosius diuidere. Quintil. lib. 4. cap. 5. 18.
Tabulas diuidere passim, & perualgare, atq; edere populo. Cicero pro Sylla, 32.

¶ Diuisus, penult. prod. Participium (διαιρεθείς) Virgil. in epigr. Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. Terentius And. 3. 1. 18, Non sat commodè diuisa sunt temporibus tibi Dauc hæc.
Malignè diuisus ager. Vide Mala.
Corpus diuisum in membra. Seneca Thyeste, 8. 28.
Seorsum diuisa omnia. Lucret. lib. 4. 100.

¶ Diuisior, comparatiuum. Lucretius libro 4,
—atq; foras eiectus largior eius,
Et diuisior inter se, ac distractior intus.

¶ Diuisus, huius diuisus, pen. prod. (κατάλογος) Verbale. Liu. 3. bell. Maced. 108, Vectigalia publica partim negligentia di labebantur, partim prædæ ac diuisui principum quibusdam & magistratibus erant.

¶ Diuisio, Verbale (διαίρεσις) Separatio. Cic. 4. Acad. 176, Duo placet esse Carneadi genera uisorum. In uno hanc diuisionem: alia uisa esse quæ percipi possint, alia quæ percipi non possint.
Arguta diuisio. Vide Argutor.
Quadripartita diuisio. Cic. 3. de Nat. deor. 8.
Scrupulosè in partes secta diuisio. Quint. lib. 4. cap. 5 6.

¶ Diuisor, penult. prod. diuisoris (μεριστὴς) Qui partitur & diuidit.
In furis ac diuisoris disciplina educatus. Cic. 5. Verr. 137.
Diuisor, Redemptor pecuniarum, quæ tributim diuidebantur à candidatis ad suffragia corrumpenda. Sæpe enim eueniebat ut tributim pecuniæ diuiderentur à candidatis ad aucupanda suffragia egentium. Quam ob causam redemptores huiuscemodi operis, quiq; pretio corrumpenda plebis suffragia suscipiebãt, diuisores uocabantur. Cicero 2. de Oratore, 142, Etiam interpretatio nominis habet acumen, quum ad ridiculum conuertas, quamobrem ita quis uocetur: ut ego nuper Nummium diuisorem ut Neoptolemum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen inuenisse. Quibus uerbis significat Nummium ob diuisionum ministerium, quas in campo factitabat, diuisorem cognomento dictum. Et ad Atticum, libro 1. 11. 21, Consul autem ille deterioris histrionis similis suscepisse negocium dicitur, & diuisores habere. Hos Diuisores, Plautus Curiæ magistros uocat: quia curiæ, etiam tribus appellabantur. Hæc Budæus in reliquis annot. in Pandectas. quo in loco plura de hac re uideto. Cic. pro Plancio, Quam tibi commodum est unam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit.
Diuisor, obscœnum uerbum. Cic. Pæto, 9. 22. 12. Quid enim, nõ honestum uerbum est diuisor? An inest obscœnũ: cui respondet intercapedo.

¶ Diuisura, diuisuræ, pen. prod. (τμῆμα) Idem quod Diuisio. Plinius libro 12. cap. 26. 2. Idem libro 14. cap. 3. 7, Folio paruo & rotundo, sine diuisuris. Quas incisuras multis alijs locis appellat.

¶ Diuidus, da, dũm, Separatus. Accius Andromed. Nosq; ut seorsum diuidos letho offerres. Nonius.

¶ Diuiduus; Adiectiuum (ἀπότομος) Quod est separatum & diuisum. Plinius lib. 2. cap. 18. 3, Diuidua est in quadrato solis. Ibidem, cap. 67. 5, Diuiduus globus. Plautus Rud. 31. 52.
Diuiduum talentum faciam. Cic. de Vniuersitate, 28, Ex ea materia quæ indiuidua est, & quæ semper unius modi, suiq; similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur, &c. Terent. Adelph. 2. 2. 33, Potius quàm uenias in periculum Sannio, Seruesne an perdas, totum diuiduum face.
Aqua diuidua. Ouid. 1. Fast. 59.

Digitized by Google

Coma diuidua, id est, discreta in summo uertice, & utrinq; demissa. Ouid. 1. Amorum, eleg. 5. 2.
Crines diuidui. Stat. 8. Thebaid. 98.
Munus diuiduum. Horat. 1. epist. 18. 10.
Sulci diuidui. Claud. 5. Paneg. 21.
Diuidua ferarum uiscera, pro dissectis, quibus carnarij in Africa uescuntur. Plin. lib. 5. cap. 1.

¶ Diuidia, diuidiæ (δυχόστασις) Tædium & molestia, ut interpretatur Nonius. Plaut. Casina, 4. 9. Idem Bacch. 17. 1,
Nimio illæc res est magnæ diuidiæ mihi, &c. Antiquum.

¶ Diuiduitas, pen. corr. Verbale. Caius in l. si is qui. ff. ad leg. Falcid. Hæc itaq; legata, quæ diuiduitatē non recipiunt, tota ad legatarium pertinent.

¶ Diuidicula, antiqui dicebant, quæ nunc sunt castella, ex quibus à riuo communi aquam quisque in suum fundum ducit. Festus.

¶ Diuiduè, Aduerbium, quod Gallico sermone dicitur Par la moytié. Plaut. in Casina, Nam quod tibi ægrè est, idem mihi est diuiduè.

Diuinitus, Diuino, Diuinus] Vide Dius.

Diuisio, Diuisor] Vide Diuido.

Diuitiacus] Heduus, Hospes & laudator Ciceronis & Cottæ, naturæ rationem sibi notam esse profitebatur, & partim augurijs, partim coniectura quæ essent futura dicebat. Memimit Cic. 1. de Diuinat.

Diuitiæ, Diuito] diuitias Vide Diues.

Dium] Vide Dius.

Dium] Διον, Cretæ oppidum, in mediterraneo situm, de quo Plin. lib. 4. cap. 12. Est & Dium Euboeæ oppidum, teste eodem Plin. ibidem.

Diunt] pro dant, apud Plautum & Lucretiū. Vide Do, das.

Diuortium] Vide Diuerto.

Diurnus] Vide Dies.

Diurno] as. Vide Diu.

Dius] pro Die. Plaut. Merc. 22, Non concedam, neq; quiescā usquam noctu, neq; dius, Prius, &c.

Dius] Adiectiuum (διογενὴς) Aliquis ab Ioue genus ducens, inquit Festus, generosus. ἀπὸ τοῦ Διὸς, Id est, à Ioue. Virg. lib. 11. 132,
—quas ipsa decus sibi dia Camilla Delegit.

Otia dia. Lucret. lib. 5. 279. Id est, diuina.
Pabula dia. Lucret. lib. 5. 189.
Sententia dia. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 7.

¶ Dium, Substantiuum (ἀὴρ) Quod sub cælo est extra tectum, ab Ioue, inquit Festus. Inde sub dio agere. Horat. Carm. lib. 2. Cic. 3. Verr. 34, Illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumnijs, in sylua denique disposita sub dio uidimus.

Morari sub dio. Horat. 2. Carm. ode 18. 3. Hoc est, proferre in publicum. Porphyr.

¶ Diuus, Adiectiuum (θεῖος) Seruius, Deos æternos dicimus: diuos uerò qui ex hominibus fiunt. Cic. 2. de Nat. deor. 8, Itaq; & in nostro populo, & in cæteris deorum cultus, religionumq; sanctitates, existunt in dies maiores atq; meliores: idq; euenit non temere, nec casu, sed quòd præsentiam sæpe diui sui declarant.

Effigies sacræ diuûm. Virg. 3. Aeneid. 30.
Interpres diuûm, Mercurius. Virg. 4. Aeneid. 72.
Numina diuûm. Virg. 2. Aeneid. 25.
Pater diuûm. Virg. 1. Aeneid. 14.
Pax diuûm. Virg. 3. Aeneid. 74.
Responsa diuûm. Virg. 6. Aeneid. 160.
Sacra diuûm. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 24.
Aequorei diui. Valer. 1. Argon. 28.
Benigni diui. Horat. 4. Carm. ode 2. 11.
Imi diui, Infernales. Valer. 6. Argon. 100.
Immortales diui. Lucret. lib. 5. 11.
Manes diui. Lucret. lib. 3. 11.
Penates diui. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 35.
Augurijs agimur diuûm. Virg. 3. Aeneid. 1.
Carentes gelida morte diui. Horat. 2. Carm. ode 8. 3.
Diuos, & eos qui cælestes semper habiti, colunto. Cicero 2. de Legibus, 31.
Das epulis accumbere diuûm. Virg. 1. Aeneid. 17.
Placaui sanguine diuos. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 41.
Superare diuos is dicitur, quem ipsis etiam cælitibus feliciorem esse intelligi uolumus. Catul. ad Lesbiam, 48. 1.
Armipotens diua, Minerua. Virg. 2. Aeneid. 85.
Armisona diua, Pallas. Sil. lib. 13. 9.
Casta diua, Pallas. Stat. 10. Thebaid. 12.
Creatrix diua, Venus. Virg. 6. Aeneid. 74.
Cythereis diua, Venus. Ouid. 8. Metam. 58.
Potens Cypri diua, Venus. Horat. 1. Carm. ode 3. 1.
Triformis diua, Hecate uel Diana. Valer. 4. Argonaut. 79. Horat. 3. Carm. ode 22. 1.
Diua uirago, id est, Diana apud Senecam in Hippol. 1. 10.
Diuum, pro aere. Horat. 2. Carm. ode 3. 5,
—sub diuo moreris
Victima nil miserantis Orci. Id est, sub aere, inquit Seruius. Alij legunt Sub dio. Porphyr. exponit Sub cælo. Plinius libro 14. cap. 21. 4, Campaniæ nobilißima exposita sub diuo in cadis uerberari sole, luna, imbre, uentis, aptißimum uidetur.

¶ Diuinus, pen. prod. Adiect. (θεῖος, αὐτόθεος, θεοειδὴς, ἐγγὺς θεοῦ) Quod est dei, uel quod ad deum pertinet. Terent. Eunuch. 3. 3. 7,
Ait rem diuinam feciſſe, & rem seriam
Velle agere mecum.

Diuinæ rei operam dare, & diuinam rem facere, Est sacrificare dijs. Cato cap. 14. 2, dixit Diuina uerba facere, pro Sacrificare, uel deos precari, quum inquit, Si de cælo uilla tacta siet, de ea re uerba diuina uti fiant, procuret. In alijs exemplaribus hæc duo uocabula desunt, Diuina procuret.

¶ Diuinius, Comparatiuū. Cic. 1. de Diuin. 202, Quid hoc somnio dici diuinius potest? Ibidem 111, Itaq; appropinquante morte multo est diuinior.

Homo diuina & incredibili fide. Cic. pro Milone, 70.
O diuina Senatus frequentis in æde Bellonæ admurmuratio! Cic. 7. Verr. 33.
Amor diuinus. Virg. 8. Aeneid. 74.
Diuini animi hominum. Cic. de Amic. 12.
Aura diuina. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 16. Animum dicit, ut interpretatur Acron.
Diuina quædā & inaudita authoritas atq; uirtus alicuius. Cic. Post reditum ad Quirites, 6.
Diuinum condimentum, quo utuntur dij. Plautus Pseud. 13. 37.
Consilium diuinum. Cic. pro lege Manil. 5.
Decor diuinus. Virg. 5. Aeneid. 129.
Fontes diuini. Propert. 1. eleg. 17. 6.
Diuinus homo, Ad laudem refertur. Virgilius. 5. Aeneid. Idem eclog. 3. 8. Sic, Homo diuinus in dicendo, Cicer. 1. de Oratore. 22.
Diuini lacus, Id est, consecrati. Virg. 3. Aeneid. 88. Seruius.
Cælestis & diuina legio. Cic. 5. Philip. 184.
Diuinus locus, Dijs consecratus. Plaut. Most. 15. 54.
Diuina manus. Plaut. Bacch. 20. 2.

Diuino

Digitized by Google

Diuina memoria. Cic. 4. Acad. 4.
Mens diuinior. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 9.
Mens diuina. Virg. 4. Georg. 44.
Motus diuinus. Ouid. 6. Metam. 32.
Numen diuinum. Lucret. lib. 6. 19. & 12.
Odor diuinus. Virg. 1. Aeneid. 82.
Ope diuina. Ouid. 3. Fast. 5.
Os diuinum. Virg. 3. Aeneid. 75.
Poeta diuinus. Virg. 10. eclog. 4.
Potentia diuina. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 10.
Diuinum rus. Virg. 1. Georg. 34.
Sors diuina. Cic. 3. Philipp. 142.
Voluptas diuina. Lucret. lib. 3. 6.
Vrna diuina. Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 6.
Abstito diuinis. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 23.
Res diuinas apud deũ facere. Cic. 6. Verr. 15. Cato de Re rust. cap. 83. Sueton. in Augusto, cap. 1.
Habere aliquid in animis præsagiens atq; diuinum. Cic. 1. de Diuinat. 139.
Diuinum esse in aliqua re agenda. Cic. Qu. frat. lib. 2. 9. 2.
¶ Diuinus, diuini, substantiuum (μάντις) Qui diuinat, & futura prædicit. Martial. lib. 3. 29. in Næuolum, Non sum diuinus, sed scio quid facias. Cic. de Fato, 23, Hoc loco Chrysippus æstuans, falli sperat Chaldæos, cæterosq; diuinos. Bud.
Auis diuina imbrium. Horat. 3. Carm. Ode 27. 2, Imbrium diuinam Cornicem dicit, imminentium imbrium præsciam: ut Virgil.
Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce. Acrõ.
¶ Diuinipotens, pen. corr. (θεοδυνάμων) Qui in diuinis potestatem habet. Apul.
Saga & diuinipotens cælum deponere.
¶ Diuino, diuinas, pen. prod. (μαντεύομαι) diuinare, Significat augurari. Proprium enim Dei est futura prædicere. de hominibus etiam dicitur. Terent. Hecyr. 4. 4. 74, Planè hic diuinat: nam id est. Cic. 2. de Leg. 52, Disciplina uestra quæsti diuinarem, uideatur prorsus posse.
Diuinare de aliqua re. Cic. Bruto, 18. 7.
Diuinans & præsentiens. Cic. 1. de Diuin. 85.
Futura diuinans animus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 6.
Animo diuinante timere aliquid. Ouid. 11. Metam. 139.
¶ Diuinans, Nomen ex participio (μαντευόμενος) Cic. 2. de Diuinat. 70, Nam quum mihi quædam casu uiderentur sic euenire, ut prædicta essent à diuinantibus, dixisti multa de casu, &c.
¶ Diuinatus, pen. prod. Particip. (μαντευθείς) Ouid. de Nuce, 16,
Vt diuinatas auferat Augur opes.
¶ Diuinatio, Verbale (μαντεία, μαντική, μάντευμα, θεοπρόπιον) Cic. 1. de Diuin. 1, Versari quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id est, præsensionem & scientiam rerum futurarum.
Diuinationem Chrysippus definit his uerbis, Vim cognoscentẽ & uidentem & explicantem signa, quæ à dijs hominibus portendantur. Officium autem esse eius, prænoscere deierga homines mente qua sint, quidq; significent, quemadmodumq; ea procurentur atque expientur. Cicero 2. de Diuinat. 194.
Diuinatio uidetur esse, quæ iudicij constitutionem præcedit. Cicer: Quint. frat. lib. 3. 18. 1, Postridie eius diei apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter, &c. Quintil. lib. 3, Sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores uter præmium meruerit. Gel. lib. 2. cap. 4. Budæus.
Coniecturæ diuinationum. Cic. 1. de Diuin. 132.
Permotus nescio qua diuinatione. Vide Permotus.
¶ Diuinitas, pen. cor. (θειότης) Plin. lib. 19. cap. 12. 6, Opus ingens, occultumq; diuinitatis.
Ex diuinitate animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. Cic. 2. de Diuinat. 39.
Theophrastus à diuinitate loquendi nomen inuenit. Cic. in Orat. 34.
Aristoteles menti tribuit omnem diuinitatem. Cic. 1. de Natur. deorum, 48.
¶ Diuinè, pen. prod. Aduerbium (θείως) Id est, diuino quodam consilio & ingenio, siue à Deo profecto. Cicer. ad Attic. 1. de Diuinat. 102, Satis est non modò plura, sed etiam pauciora diuinè prehensa & prædicta reperiri. Quint. lib. 1. cap. 10, Quæ Tullius in Oratore diuinè, ut omnia, exequitur.
¶ Diuinitus, pen. cor. (θεόθεν) Aliud aduerbium. Cicero de Orat. Multa memini diuinitùs à Platone disputata. Virgil. 1. Georg. 83,
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis Ingenium, Cic. 5. Verr. 153, Atq; in ea fraudem mihi uidetur diuinitus incidisse.
Accidit diuinitus. Vide Accido.
Diutinus, & Diuturnus] Vide Diu.
Diuulgo] diuulgas (ἐκφέρω, θρυλλέω, διαφημίζω, ὑπολαλέω) diuulgare, Quasi commune omnibus facere. Cic. ad Appium Balbum, lib. 6. 12. 8, Quare uisum est occultius agendum, neq; ullo modo diuulgandum. Sic, Diuulgare consiliũ alicuius, Cæsar 1. bel. Ciuil. 75.
Diuulgare librum. Cic. ad Attic. lib. 12. 254. 1. & 258. 4.
Sermonibus aliquid diuulgare. Cic. pro Fonteio, 9.
Diuulgata uetus ad cælum gloria fertur. Lucret. lib. 6. 2.
Tempus ætatis ad omnes libidines diuulgatum. Cicer. Post red. in Senatu, 8.
¶ Diuulgatus (θρυλλούμενος) Nomen ex participio, unde Diuulgatissimus & leuissimus magistratus. Cicer. Furnio, libro 10. 26. 5.
Diuulsus] Vide Diuello.
Diuus] Vide Dius.

D O

Do] pro Domus, per Apocopen, dixit Ennius. Diomedes lib. 2, Apocope est ablatio de fine dictionis, Proparalepsi uel Paragogæ contraria, quum aut litera detrabitur, uel syllaba: Litera, ut, Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum, pro magis. Syllaba, ut In do suam, pro Domum. Ausonius in Monosyllabis,
Vnde Rudinus ait, Diuûm domus altitonum cæl.
Et cuius de more quod adstruit inde suam do.
Et quod nonnunquã præsumit, lætificum gau. Gau, id est gaudium: Cæl, cælum.
Do] das, dedi, datum (δίδωμι, ὀπάζω, πορέω, δόσκω) dare, Notæ significationis. Plautus Asin. 10. 24, Qui dant, eos derides.
Inter dare & dedere hoc interest, quòd Dare, est quod repetas: Dedere est ad perpetuũ. Damus & amicis: Dedimus tantum hostibus.
Dare atq; donare. Cic. 6. Verr. 31.
Dare & impertire. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. 78,
Tantum boni à dijs immortalibus oblatum & datum. Cicer. pro leg. Manil. 35.
Da te mihi. Terent. Heaut. 4. 3. 10. Idem Adelphis, 5. 3. 52,
—tace. Nõ fiet, mitte iã isthæc, da te hodie mihi, expor ge frontẽ. Vbi Donatus, Da te mihi, Accõmoda te ipsum uolũtati meæ. nã in animũ trãstulit, quod est corporis, ut in Eunucho, Mihi sese dare, sermonem quærere. Si nõ uis, inquit, propter te, uel propter me mitis esto. Cic. Att. lib. 1. Epist. 9,

Dabimus

Digitized by Google

Dabimus hoc Pompeio. Id est, Pompeij causa faciemus. Eidē lib. ult. Epist. 9, Amabo te da mihi & hoc.

Da te homini. Cic. Cælio, lib. 2. 7. 6.

Dabo te exornatum. Terent. Heaut. 5. 1. 77.

Si uiuo, adeò exornatum dabo,
Adeò depexum, ut dum uiuat, meminerit semper mei.

Dare aliquid ad. Cic. 3. de Orat. 123, Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Dare aliquid alicui. Cicer. 4. Acad. 91, Quis enim tibi dederit aut deum omnia posse, aut ita facturū esse si posit? Sic Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1. 2 4. Id est, concedet.

Ab altero alicui dare. Cic. Antonio, in Epist. ad Atticū, lib. 14. 311. 4, Puero quoq; hoc à me dabis si tibi uidebitur.

Dare & concedere. Cic. 5. Verr. 13. Ibidem 188, Sed do hoc uobis & concedo, esse multos, &c.

Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore mœrent: da patriæ, ut si qua in re opus sit, opera & consilio tuo uti possit. Cic. Sulpitio, lib. 4. 5. 19.

Dedi me protinam, id est, confestim discessi. Plaut. Curc. 7. 84.

Dare, Dicere. Terent. Prol. Heaut. 10, Nunc quam ob rem hæc partes didicerim, paucis dabo. Virg. 1. Eclog.

Sed tamen iste deus qui sit, da Tityre nobis. Cic. 1. Acad. 15, Sed da mihi nunc, satis ne probas, imò uerò, &c.

Dare, facere. Terent. Adelph. 3. 4. 4, —ô Aesc bine
Pol haud paternum istud dedisti. Id est, non didicisti à patre talia facere. Donatus, Dedisti, deest Facinus: & dedisti, p Fecisti Sed sic dicitur in re magna: ut, —dabit ille rumas
Arboribus, stragemq; satis.

Dabo statuam faciendam Plaut. Curc. 8. 68. Sic apud Ciceronem, 4. Tuscul. 135, Dare se Philosophiæ excolendum. Et ad Atticum, libro 2. 16. 1, Dare librum perferendum ad aliquem.

Do ferre, pro Do ferendū. Quint. lib. 9. cap. 3. Virg. 5. Aen. 50,
—& argenti magnum dat ferre talentum. Græcum est, duo uerba coniungere, ut paulò pòst, Donat habere uiro. Seruius.

Datur hæc sexaginta minis. Plaut. Pers. 16. 195, Mart. lib. 12. 73, Amphora uigessis, modius datur ære quaterno.

Vt res dant sese. Id est, pro re, tēpore, & loco, ut occurrunt res, ut sese offerunt. Terent. Hecyra, 3. 3. 20.

Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atq; humiles sumus. Liu. 8. bel. Punic. 22, Pollicitus, prout res, ac tēpus se daret, &c.

Vt se dederint initia. Cic. ad Attic. lib. 3. 65. 10.

Quod datur accipio, Loquendi modus paræmiæ accommodatus. Cic. 2. de Orat. 100, Si se dant, & ut antè dixi, sua sponte, quò impellimus, inclinant atq; propendent, accipio quod datur: & ad id unde aliquis flatus ostenditur, uela do Idem 2. de Finib. 132, Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio, quod dat: mihi enim satis est, ipsis non satis.

Dare actionem dicitur iudex, quando actorem ad intendendā actionem admittit. Dicitur & dare iudicium. Vlp. in l. 1. ff. de his qui deiec. uel effud. Prætor ait, qui dejecerunt uel effuderunt in eum locum quò uulgò iter fiet, &c. quantum ex ea re damnum datum factumue erit, in eum qui ibi habitauit, in duplum iudicium dabo. Cicer. 4. Verr. 47, Si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum. Ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. Vide Actionē dare, in Ago.

Aciem dare. Tacit. in Vita Agricolæ.

Actum & factum dare. Quint. lib 2. cap. 13. 6.

Dare aditum. Col. lib. 5. cap. 9. 1. Vide Aditus, in Adeo, adis.

Aditum dare oculis. Ouid. epist. 15. 8.

Dare adiumentum. Plaut. Epid. 7. 16.

Adiutorem & comitem alicui dare. Cic. de Amicit. 70.

Adiutorem ad rem aliquam. Terent. Phorm. 3. 3. 28.

In adoptionem aliquem dare. Quint. lib. 3. cap. 6. 68.

In æquor se dare. Virg. 4. Georg. 106.

Aes dare. Horat. de Arte, 5.

Amplexus. Virg. lib. 8. Aen. 33.

Animum sub fasce dare, de apibus dicitur, Virg. 4. Georg. 41,
—ultroq; animā sub fasce dedere. Hoc est, mortuæ sunt.

Animos dare. Virg. 9. Aen. 30. Id est, animosiores facere.

Animum suum alicui, Quod uulgus, Ponere suam affectionem dicit. Plaut. Asin. 4. 10.

Dant enim animum ad loquendum liberè. Liu. 9. bel. Pun. 84.

In luctus animum dare. Ouid. 2. Metam. 77.

Dare animum mœrori. Cic. ad Attic. lib. 3. 48. 6.

Annos dare uenatibus, id est, consumere uenandi studijs. Vide. lib. 3. Argonaut. 49.

Ansam ad reprehendendum, pro Dare occasionem. Cic. de Amicit. 53.

Dare ansas sermonis. Cic. pro Sestio, 17.

Dare aquam in aluum, pro Injicere. Celsus libro 4. capite 15. ad finem.

Dare aquam manibus. Plaut. Truc. 9. 27.

Arbitros. Cæsar 5. belli Gallici, 5. Cicer. 1. de Legibus, 80, Ego planè uellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.

Argentum ad nuptias. Terent. Heaut. 4. 5. 29.

Controuersia dat aliud argumentum. Quint. lib. 7. cap. 2. 40.

Augurium dare. Virg. 3. Aen. 18. Augurium, modò oraculum: sed usurpatiuè. Seruius.

Auribus alicuius. Hoc est, assentari, blandiri. Trebonius Ciceroni, libro 16. 17. 2, Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.

Aures dare, Est audire & obsequi. Senec. Hippol. 4. 12.

Dare aures suas alicui. Cic. ad Attic. lib. 1. 3. 4.

Pugnæ auspicium dare. Sil. lib. 17. 114.

Dare rem authorem. Plaut. Trinum. 4. 53. Vide Author.

Auxilia. Liu. 8. bel. Maced. 66.

Se in bella dare. Virg. 12. Aen. 127.

Bellum ipsa dedi. Stat. 12. Thebaid. 68.

Beneficium, pro Facere rem gratam Cicer. ad Brutum, lib. 13. 13. 3, Quo in munere ita se tractauit, ut accepisse ab eo beneficium uiderer, non dedisse. Idem ad Rutilium, libro 14. 9. 7.

Bibere: Quod aliqui impropriè Propinare dicunt: quum propinare, propriè prębibere sit, uel prægustare. Terent. And. 3. 2. 4, Pòst deinde quod iussi, ei date bibere. Vbi Donatus, Dare bibere, consuetudine magis, quàm ratione dixit, pro Date ei potionem. Lucilius in sexto, Date bibere summo. Nam duo uerba actiua nullam habent significationem sine nomine aut pronomine. ut si dicas, Dic facere. Cato de Re rust. cap. 89, Bis in die farciat, & meridie bibere dato. De gallinaceis & anseribus farciendis loquitur.

Boni multum alicui. Plaut. Menæh. 11. 10.

Brachia dare ad. Ouid. 3. Metam. 136.

Brachia collo dare. Virg. 6. Aen. 140.

Caliginem. Liu. 7. bel. Maced. 167.

Campo se dare. Virg. 9. Aen. 12.

Cantus dare. Virg. 1. Aen. 81.

Ad carnificem. Plaut. Capt. 19. 13.

Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam ui militis Romani ad excidenda castellorum ardua. Tacit. lib. 11.

Dare se in casum. Liu. lib. 3. Decad. 5.

Rem

Digitized by Google

Rem in casum dare, prælioq; experiri statuit. Tacit. lib. 12.
In caueam dabo te. Plaut. Capt. 4. 15.
Causam recusandi. Cic. 2. de Orat. 129.
Causam dicendi iustam & necessariam dare. Cicer. de Aruisp. resp. 8.
Causam peccandi dare. Ouid. 2. Trist. 56.
Cibum ouibus. Varr. 3. de Re rustic. cap. 9. 15. Ouid. 2. de Arte, 125.
Cibo, pro In cibum. Plin. lib. 14. cap. 16. 2.
Ciuitatem alicui. Cic. 3. de Finib. 61, Hoc est, ciuem facere.
Clamorem ad astra dare. Sil. lib. 6. 51.
Clangorem dare dicuntur aues. Plin. lib. 18. cap. 35. 20.
Claritatem alicui. Plin. lib. 13. cap. 22. 7.
Cœnam alicui. Plaut. Asin. 12. 146. Terent. Heaut. 3. 1. 47,
—nam ei unam cœnam, atq; eius comitibus
Dedi. Plaut. Menæch. 3. 25, Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. Cicero ad Pætum, lib. 9. 20. 6, Sed uide audaciã, etiam Hircio cœnam dedi sine pauone.
Cognitionem Consulibus dat lex. Cicer. ad Atticum, libro 16. 343. 3.
Cognomen. Vide Cognomen.
Ad Cogitandum. Cic. ad Attic. lib. 15. 325. 6.
Lacertis colla dare. Stat. 2. Achil. 54.
Retro colla dare, pro Retro flectere. Ouid. 3. Metam. 16.
Colloquium alicui. Liu. 2. belli Maced. 156.
Colorem dare alicui rei. Quint. lib. 6. cap. 2. 23.
Deformibus colorem dare. Quint. lib. 3. cap. 8. 30.
Se comitem alicui. Liu. 3. ab Vrbe, 158.
Commeatum militi. Liu. 3. ab Vrbe, 193. Vide Commeatus.
Sororem in concubinatum. Plaut. Trinum. 10. 65.
Commoda alicui dare. Horat. 2. Serm. Satyr. 8. 16.
Connubia gentibus dare. Ouid. 3. Fast. 39.
Consilium, Consulere. Terent. Adelph. 33. 314. Idem Eunuch. 2. 3. 84, Dixti pulchrè, nunquam uidi melius consilium dari. Cic. de Amicitia, 41, Consilium uerum dare gaudeamus liberè. Idem 4. Academ. 249, Quid consilij datis?
Consilia pulcherrima dare. Virg. 5. Aen. 145.
Consilium de aliqua re. Terent. Adelph. 3. 4. 54.
Consilium ut aliquid fiat. Terent. Eunuch. 5. 9. 15.
In conspectum: Hoc est, ante oculos ponere. Terent. Phorm. 2. 1. 30, —ipsum gestio dari
Mihi in conspectũ. Vbi Donatus, Nõ dixit uenire, ut filium: sed dari, ut reum. Liu. 3. ab Vrbe, 297, Insequens dies hostem in conspectum dedit.
Se in conspectum alicuius. Cic. 7. Verr. 69. Et lib. 1. de Diuinat. 75. ex Ennio.
Se in consuetudinem uel familiaritatem alterius. Cic. in Pisonẽ, 54. Et dare se in societatem, Liu. 6. ab. Vrbe, 131.
Copiam dare. Tacit. lib. 11.
Neq; data Senatus copia, intra cubiculum auditur.
Copiam dare, pro Sinere, permittere: Terent. Prol. Heaut. 28. Virgil. Affari extremum miseræ data copia matri. Et iterum 1. Aen. 105,
Postquam introgressi, & coràm data copia fandi.
Crepitum inter muros dare. Lucret. lib. 6. 23.
Crimini, Vertere uitio. Plin. de Viris illust. 23. Cic. de claris Orat. 151, Quinetiam memini quum in accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum uenenum parauisse. Idem 3. Verr. 8. Et 7. Verr. 59. & 102, Calamitatem crimini dare.
Crucibus. Plaut. Milit. 5. 28.
Curam. Cic. 3. de Legib. 67, Hæc detur cura Censoribus. Hoc est, negocium hoc illis committatur.
Curatorem dare. Horat. 1. Epist. 1. 21.
Cursum nauibus. Liu. 9. bel. Pun. 123.
Cursum dare dicuntur uenti. Virg. 3. Aen. 67, Allusio ad nautas, Sed tibi qui cursum uenti, quæ fata dederes?
In custodiam uel custodias. Liu. 1. ab Vrbe, 15. Et apud Cicer. 7. Verr. 55. Et 3. Philipp. 130.
Se in custodiam. Cic. in Catil. 14.
Damnum, afferre incommodum, nocere. Plaut. Cistel. 2. 97. Terent. And. 1. 1. 116,
Nam si illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi, qui dederit damnum aut malum?
Da mihi de tuis summis delicijs. Plaut. Trucul. 19. 46.
Decus. Plin. lib. 16. cap. 4. 6. Liu. 7. bel. Pun. 75, Vos illi hodierno die primum fugati exercitus, dedistis decus.
Defensionem, pro Permittere reo ut se defendat. Sueton. in Claud. cap. 29.
Defraudandum. Plaut. Rud. 31. 31.
Dare se in delicias. Senec. epist. 115.
Dare dexteras, Promittere. Plaut. Merc. 24. 4. Virgil. 4. Aeneid. 62,
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Dexteram dare misero, Auxiliari. Virg. 6. Aen. 74.
Dare dextras & fidem. Liu. 1. ab. Vrbe, 256.
Dare dicta, pro Loqui. Liu. 2. belli Pun. 210. Virg. 2. Aen. 157, Hæc ubi dicta dedit.
Dicta dulcia. Plaut. Truc. 4. 74.
Diem. Cic. Attic. lib. 1. 6. 6, Tulliola tibi diem dat, sponsorẽ appellat. Eidem, lib. 4. 86. 1, Vestorio dandi sunt dies.
Diem luculentum. Plaut. Epid. 8. 5.
In discrimen legiones dare. Tacit. lib. 2.
Dare in diuitias filiam. Plaut. Trinum. 9. 4, Sine dote, ille illam in tantas diuitias dabit?
Dare documentum. Cic. pro Milone, 17.
Dolorem alicui. Cic. ad Att. lib. 7. 132. 1.
Dolores ingentes dare. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.
Se dolori. Plin. lib. 3. ad Nepotem, epist. 60. b.
Documentum. Liu. 5. b. l. Pun. 211. Idem 5. Dec. 160, Et documentum eloquentiæ dare uoluit.
Dominatum, & principatum dare alicui. Cic. 11. Philip. 315.
Datur in eam domum. Terent. Eunuch. 2. 3. 73.
Dare dono. Virg. 2. Eclog. 8. Plaut. Amphit. 6. 36. Liu. 3. bel. Pun. 69, Lætoq; iuuenì promissis, equum eximium dono dat. Sic. 3. ab Vrbe, 242.
Dotem. Terent. Phorm. 58. 36. Plautus, Est ager sub urbe: hic uobis eum dabo dotem sorori.
Dubitationem alicui. Cæsar 1. bel. Gall. 52.
Duras alicui. Terent. Heaut. 2. 4. 22. Subaudi, pœnas.
Epulas oculis, Pascere oculos. Plaut. Pœnulo, 18. 2.
Esui. Plin. lib. 29. cap. 17. 3, Percussis esui dare decoctum.
Excidio ac ruinis opus aliquod. Liu. 1. ab Vrbe, 129.
Da me excruciatum. Plaut. Milit. 9. 84.
Exceptionem alicui. Cic. 2. de Finib. 37.
Exercitum ducendum. Liu. 7. bel. Pun. 45.
Exilium dare alicui. Tacit. lib. 15.
Exitio dare. Tacit. lib. 11.
Exitum belli. Liu. 10. bel. Pun. 247.
Casus dedit hunc exitum. Senec. Hippol. 2. 11.
Experimentum insignis artificij, apud Suetonium in Nerone.
Expectationem, pro mouere expectationem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27. 3.
Exuuias ad hostes: Ab hostib. despoliari. Plaut. Epid. 2. 36.
Fabulam. Cic. 1. Tuscul. 5, Donatus, Dari dicitur fabula, quum agitur. Terent. in Prol. Hecyra est huic nomen fabulæ: hæc quum data est, &c.
Factum. Plaut. Casin. 10. 3, Factum & curatum dabo.

Digitized by Google

Dare facere. Cic. 3. Offic. 86.
Facultatem. Terent. And. 1. 4. 5.
Facultatem ad. Cicer. Attic. libro 6. 113. 7. His ego duobus generibus facultatem ad se ære alieno liberandas aut leuandas dedi.
Data est mihi facultas, ut meo arbitratu facerem. Cicero 1. de Finibus, 110.
Res dabit facultatem. Cic. ad Atticum, lib. 11. 215. 4.
Fame aliquid dare. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 19, Das aliquid famæ? hoc est, putas hoc ad famam pertinere? Acron.
Famæ dare, pro Spargere in uulgus. Tacit. lib. 1.
Famam celeritatis. Plin. lib. 35. cap. 11. 4.
Fato prosperiore dari. Ouid. 3. Fast. 123.
Stat satis, Veneriq; datum est. Virg. 9. Aen. 29.
Fidem, Iurare, confirmare, spondere, inquit Donatus. Plautus Milit. 8. 43. Terent. Eunuch. 5. 9. 30, Do fidem ita futurum. Idem Hecyra, 1. 2. 39,

—si mihi fidem
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis:
Fidē do, loquere. Cic. de Senect. 68, Non M. Attiliū, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conseruaret. Sic 2. de Finib. 102.

Dare fidem & iusiurandum. Cæsar 1. bel. Gal. 14.
Dare fiduciam. Liu. 2. bel. Maced. 81.
Flammas. Ouid. 2. Metam. 80.
Fluctibus dare se, pro Nauigare. Valer. 7. Argon. 4.
Fœnore. Plaut. Curcul. 9. 19.
Fœnori pecunias dare. Tacit. lib. 11.
In fœnus. Varro 3. de Re rust. cap. 5. 7.
Foras se dare. Lucret. lib. 1. 219.
Foras uestem. Plaut. Menæch. 14. 83, Hoc est uicinis uel alienis utendum dare.
Humanam formam alicui dare. Quint. lib. 7. cap. 4. 4, Sicut Epicurus, qui humanam Deo formam, locumq; inter mundos dedit.
Data fortuna de improuiso. Terent. Phorm. 5. 7. 1.
Frænos. Liu. 4. bel. Maced. 9, Date frenos impotenti naturæ & indomito animali. Significat laxare frænos. sequitur enim, Sperare ipsas modum licētiæ facturas, nisi uos faciatis. De mulieribus loquitur.
Fragorem dare. Ouid. 8. Metam. 68.
Fructum meliorem. Col. lib. de Arboribus, cap. 16. 3.
Fugam stragemq;. Liu. 1. bel. Pun. 119.
Fugam dare nauigantibus dicuntur uenti. Virg. 7. Aen. 5.
Fugæ, & in fugam. Cic. Attic. lib. 7. 141. 3. Et 6. Verr. 85.
Se in fugam, Fugere. Et dare aliquem in fugam, pro Fugare. siue conuertere in fugam. Cæsar 5. bel. Gall. 191, Celeriter hostes dat in fugam. Et lib. 4. 562. Cic. in Verr. Dant sese in fugam istius præclari imperatoris nocturni milites.
Gaudia pacta dare. Ouid. 3. de Arte, 92.
Geminum dare. Virg. 2. Aeneid. 11.
Gemitum dare pectore ab imo. Virg. 1. Aen. 98.
Se gemitui. Cic. 2. Tusc. 97.
Gemmas digitis dare. Ouid. 10. Metam. 53.
Dare aliquid gratiæ alicuius. Liu. 8. ab Vrbe, 164.
Gustum, pro specimen præbere. Senec. epist. 11, Dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit.
Gyros dare. Virg. 3. Georg. 23.
Habenas. Virg. 1. Aeneid. 14.
Hilarem alicui, Hilariter cū aliquo uersari. Plaut. Asin. 15. 21.
Dare se historiæ. Cic. Attic. lib. 2. 23. 2.
Dare aliquid honori alicuius. Senec. de Benefic. 6.
Honores alicui dare. Horat. 1. Serm. Satyr. 3.
Hospitium dare. Ouid. epist. 2. 22.
Hostem dare. Tacit. in uita Agric. Quando dabitur hostis,
Iacturam. Plaut. Sticho, 14. 6.
Immunitatem muneris alicuius. Cic. 4. Acad. 217.
Imperium sorte datum. Virg. 1. Aeneid. 29.
Impetum Liu. 5. ab Vrbe, 170.
Impetum dare in syluas, &c. Tacit. lib. 2.
Impressionem. Liu. 4. ab Vrbe, 122.
Improbè dare, & iniustè adimere. Vide Improbus.
Impunitatem. Cic. 8. Philipp. 255.
Incommodo. Cic. 5. de Finib. 93.
Dare indicia. Cic. 5. de Finib. 86.
Inducias. Liu. 1. ab Vrbe, 64.
Indulgentiam suam illi, Indulgere se illi. Plin. Epist. 243.
Initium orandi conditoribus Vrbium, ac Legum latoribus dedit. Cic. Quint. lib. 3. cap. 2. 3.
Initium dicendi dedit natura, initium artis obseruatio. Quint. lib. 3. cap. 2. 2.
Insidias alicui, Insidiari, Decipere. Plaut. Aulul. 21. 2.
Iter. Liu. 8. bel. Pun. 228. Sic apud Cæsarē, 1. bel. Gall. 31, Negat se more & exemplo Pop. Rom. posse iter ulli per prouinciam dare.
Iucunditati se dare. Cic. 1. Offic. 172.
Datus iudex in hanc causam, Id est, constitutus. Plinius epistol. 167. b.
Iudicium ex edicto in libertum dare. Cic. pro Flacco, 68.
Iugulum. Cic. 2. Tusc. 58, Sanè si nudus es, da iugulum.
Dare iugulum alicui. Cic. pro Milone, 22.
Inuentum. Terent. And. 4. 1. 60,

D. At iam hoc tibi inuentum dabo.

Ius alicui. Plin. epist. 248, Quum ius mihi dederis referendi ad te de quibus dubito.
Ius aliquid faciendi de. Tacit. lib. 12, Ius statuendi etiam de procuratoribus dederat.
Iura & leges. Virg. 1. Aen. de Didone. Ibidem 60,

—Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.

Iura gentibus. Liu. 10. bel. Pun. 150.
Iusiurandum, Iuramento promittere. Plaut. Amphit. 10. 51. Terent. Adelph. 2. 1. 11,

—iusiurandum dabitur te esse Indignum iniuria hac, indignis quum ego sim acceptus modis. Plinius de Viris illust. 40, Dato iureiurando, ut si non impetrasset, ita demum rediret.

Iussa dare. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 7.
Labem dare. Lucret. lib. 2. 230.
Se labori. Cic. 7. Verr. 22.
Lacrymas dare. Virg. 4. Aeneid. 75.
Siccis agenti oculis lacrymas dabit. Quint. lib. 6. cap. 2. 23.
Ad languorem. Plaut. Asin. 11. 28. Terent. Heaut. 4. 6. 3,

—uel me hæc deambulatio
Quàm non laboriosa ad languorem dedit.

Se in laqueum. Plaut. Casina, 3. 24.
Dat nemo largius, Nemo liberalior est. Terent. Eunuch. 5. 9. 48. Vbi Donatus, Dat largius ut liberalis.
Laudem alicui rei. Plinius lib. 36. cap. 16. 4, Aethiopicis laus summa datur.
Laudi. Cicer. 1. Tusculan. 7. Et pro Cluentio, 39. Idem 1. Offic. 102.
Laxamentum legi. Cic. pro Cluent. 71.
Leges. Virg. 8. Aeneid. Composuit, legesq; dedit. Sic Cicer. 3. de Legib. 8, Dare legem & disciplinam uiuendi populis. Virg. 4. Georg. 97.
Dare legem ne, &c. Ouid. 2. Metam. 112.
Loci leges dare. Virg. 4. Aen. 43.
Do lego. Labeonem de statu liberis, l. Stichum, Titio do lego.

Paul.

Digitized by Google

Paul. ad l. Falcidiam, l. prima, Easq; res quibusq; dare legare uolet. Non plus significat do lego, quàm si do solam, uel lego dixisset.
Lepôrem dictis dare. Lucret. lib. 1. 6.
Letho dare. Virg. 5. Aeneid. 160. Id est, morti. Ouid. 3. Met. 24.
Libellos de re aliqua dare. Quintil. lib. 1. cap. 7. 17.
Libertatem dare, pro Manumittere, apud Claudianum, lib. 1. in Eutrop. 62.
Pueris licentiam ludendi. Cic. 1. Offic. 26. & 145.
Linamentum dare in plagam, est ut uulgus chirurgorum dicit, Imponere carptum, quod Græci ἔμπλαστρον appellant. Celsus lib. 7. cap. 9.
Lintea uentis dare. Ouid. 7. Metam. 8.
Dare literas alicui per aliquem. Cic. Attico, lib. 5. 103. 4.
Dare literas alicui, pro reddere. Cic. Attico, lib. 5. 91. 1.
Literas alicui ad aliquem. Cic. Cornificio, lib. 12. 19. 4. Idem ad Atticum, lib. 7. 132. 1, Vt ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.
Ad literas alterius, pro Rescribere. Cic. ad Atticum, ad quas ego eo ipso die dederam ex Trebulano L. Pontio.
Se literis. Cic. 1. Acad. 18, Quamobrem da quæso te huic etiam generi literarum.
Locum. Plaut. Rud. 14. 13. Cicer. ad Atticum, lib. 2. 16. 10, Is quærit ex me, num consueuissem Siculis locum gladiatoribus dare.
Dare locum, pro Cedere. Terent. Heaut. 3. 3. 25.
Dare locum & cedere. Cic. 2. de Nat. deor. 119.
Locum proximũ alicui rei, pro eam proximè describere. Plin. lib. 37. cap. 6. 6.
Locum dubitationis. Cic. pro Corn. Balbo, 11. Sic, Dare locum respondendi. Cic. 3. de Nat. deor. 25.
Locum dolis dare. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 9.
Dat tibi nostra locum tituli fortuna. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 17.
Locum & tempus cunctationi. Liu. 5. bel. Pun. 228.
Lucem dare. Virg. 1. Aeneid. 62.
Ludum desidiæ filio suo. Plaut. Bacch. 21. 9.
Ad ludendum. Cic. 5. de Finib. 76.
Ludum amori dare. Horat. 3. Carm. ode 12. 1.
Lumen dare eloquentiæ, & præceptis. Quintilian. libro 3. capite 1. 14.
De se respondentibus dant uenustissimos lusus. Quintil. lib. 5. cap. 13. 36.
Dare magis. Vide Magis.
Magistros rerum esse dedit. Id est, magistros militum fecit. Virgil. 9. Aeneid. 53.
Malum alicui. Plaut. Amphit. 8. 89. Terent. And. 2. 5. 20, Renũciabo, ut pro hoc malo mihi det malum. Idem Eunuch. 3. 3. 2. Cic. 4. Verr. 17, Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm si centum cohortes fugitiuorum fuissent.
Mammam, Lactare. Terent. Adelph. 5. 9. 18.
Dare mancipio, uel mancupio, Est rem ita dare, ut euictionem præstaturos nos spondeamus. Plaut. Persa, 15. 59.
Mancipio neq; promittet, neq; quisquam dabit. Idẽ Milit. 3. 23.
Me sibi habeto, & ego me illi mancupi dabo. Vide Mancipium.
Mancipio uitam dare. Lucret. lib. 3. 198.
Mandata, Præcipere, imperare, iubere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 132. 7. Virg. 6. Aeneid. 24.
Aliquid in mandatis. Est aliquid faciendum uel dicendum committere: quod & mandare dicitur. Plaut. Amph. 3. 81.
Mandata alicui ad aliquem. Cic. Attico, lib. 8. 159. 1.
De manu dare: cui opponitur Foris. Columel. lib. 7. cap. 9. 7. de suibus, Nam quidem cultus ager opimas reddit sues, quum est graminosus, & pluribus generibus pomorum consitus, ut per anni diuersa tempora, mala, pruna, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat: nec tamen propter hæc parcetur horreis: nam sæpe de manu dandum est, quum foris deficit pabulum: propter quod plurima glans uel cisternis in aquam uel fumo, tabulatis recodẽda est. Seipsum exponit Columella, quid intelligat per De manu dare, quum dixit antè, Nec tamen propter hæc parcetur horreis.
Manum alicui, Consentiendi signum & ueluti confirmationis eorum, quæ à nobis uel petuntur uel proferuntur. Plaut. Aulul. 6. 16, Da mihi optima fœmina manum. E. ubi ea est? Idẽ Asina. 13. 32. Virg. 11. Aeneid.
—neq; ipse manus feritate dedidisset. Seruius.
Dare manus alicui, Fateri se uictum. Plaut. Persa, 13. 76. Cicer. ad Atticum, lib. 2. 37. 3, Aiebat illum primo sanè diu multa contra, ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse nihil se contra eius uoluntatem esse facturum. Eidem, lib. 16. 333. 1, Sapienter igitur quòd manus dedisti, quodq; etiam ultro gratias egisti. Idem de Amicitia, 82, Atq; ad extremum det manus, uincíq; se patiatur.
Manus fidei dare. Senec. Thyeste, 8. 29.
Manus intus dare. Celsus lib. 7. cap. 29, Qua curatione partus emortuus ex utero eximatur, ad cuius rei facultatem multũ confert & magnitudo uuluæ, & uis neruorum eius, & corporis totius habitus, & mentis etiam robur, quum præsertim intus nonnunquam etiam duæ manus dari debeant.
In uota manus dare. Ouid. epist. 20. 49.
In manu. Cic. 2. Offic. 88, Quanquam enim quod præsens tanquam in manu datur, iucundius est, tamen, &c.
Aliquid in manum. Terent. Phorm. 4. 3. 28,
—eho dic quid uelis dari
Tibi in manũ, ut herus desistat litib. Vbi Donatus, Datur ei in manũ, qui separatim accipit, sine arbitro aut interprete: ut prævaricator aut iudex corruptus. Tacit. lib. 4, Dati in manum milites.
Aliquid in manus hominum, Est aliquid edere, quod in manus hominum perueniat. Plin. epist. 137.
Dare uirginem alicui in manum. Terent. And. 1. 5. 61, Vbi Donatus, Confirmatæ sunt legitimæ nuptiæ per in manum conuentionem.
Manu plena dare. Senec. de Benef.
Dare manibus alterius, Est umbris mortuorum insolatiũ mortis. Alioqui simpliciter Dare manibus, est dijs inferis: quemadmodum dare letho. Liu. 1. Decad. lib. 1. Idẽ 4. ab Vrbe, 83, Iam ego hanc mactatam uictimam (si modò sancti quicquam in terris esse dij uolunt) legatorum manibus dabo.
Materiam inuidiæ. Cic. 11. Philipp. 305.
Materiam dolis dare. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 9.
In matrimonium. Liu. 7. bel. Maced. 219. Cæsar 1. bel. Gall. 14, Ei filiam suam in matrimonium dat.
Medicamentum super. Celsus lib. 7. cap. 7, Vbi tota exempta est, committendæ oræ fibulaq; his mijcienda, & super medicamentum glutinans dandum.
Dare in medium, id est, in commune. Gell. lib. 1.
Memoriæ. Gell. lib. 1. cap. 11.
Mercedem alicui. Plaut. Amphit. 8. 14.
Dare merita. Cic. de Amicit. 26, Vt in dandis recipiendisq; meritis quod quisq; minus per se posset, id acciperet ab alio, uicissimq; redderet.
Modum alicui dare. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 8, Quintil. lib. 2. cap. 4. 1, Nos suum cuiq; professioni modum demus.
Ad mortem. Plaut. Amph. 8. 175.
Morti aliquem dare. Ouid. in Ibin, 127.
Mores suos alteri. Plin. lib. 10. cap. 50. 2.
Motus incompositos dare. Virg. 1. Georg. 70. Id est, saltationẽ aptam re-

Digitized by Google

aptam religioni, nec ex ulla arte uenientem. Seruium.
Munus magnificum. Plin. de Viris illust. 66.
Muneri, apud Fabium, lib. 1. cap. 17.
Murmura alicui dare. Ouid. 2. Metam. 158.
Mutuum, Mutuare. Terent. Heaut. 3. 3. 40, Huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum. Cic. ad Atticum, libro 10. 203. 3, Non reddit quæ dedi eius filio mutua, & utitur excusatione temporis.
Mutuam pecuniam. Cic. ad Atticum, lib. 11. 211. 3.
Natalia. Cic. 2. Philipp. 39, Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalia in hortis.
Animal neci dare. Virg. 3. Georg. 95. Vide Nex.
Dare negocium. Terent. And. 3. 2. 40, Postremò id mihi da negocij. Cic. in Verrem. Dat amico suo cuidam negocium, qui tum magister erat eius societatis, ut diligenter caueret. Lentulus Ruffo, lib. 5. 20. 8, Non habui, cui potius id negocij darem, quàm tibi.
Dare negocium & imperare. Cic. 6. Verr. 45.
Corpus in nerum ac supplicia. Liu. 6. ab Vrbe.
Nomen militiæ, & ad militiam, Est ad delectum sese exhibere. Plaut. Pseud. 19. 38, Quid ego cesso Pseudolum facere, ut det nomen ad molariam coloniam? Liu. 5. ab Vrbe, 45. Cicer. in Philipp. Re & ueritate nobis milites sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant. Hoc est, seipsos scribendos offerunt, & curant nomina sua inscribenda. Bud.
Dare nomen in coloniam aliquam. Liu. 4. bel. Maced. 162.
Nomen & tempora longa dare suo authori dicitur libellus. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 16. Hoc est famam diuturnam.
Nomen alicui rei. Plin. lib. 11. cap. 37. 1, Postea Gallico uocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Liuius 1. ab Vrbe 12, Celebre ad posteros nomen flumini dedit. Horatius 1. Epistol. 17. 3,
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, &c.
Nomina data. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 17.
Nouitatem uetustis, nouis autoritatem. Plin. in Præfat. 6.
Nummos pro corpore dare. Horat. 1. Serm. Satyr. 9.
In nuptias, Idem quod Dare in matrimonium. Terentius And. 5. 1. 11.
Nuptum filiam, Idem quod Dare in matrimonium. Plaut. Persa, 10. 55. Terent. And. 3. 2. 48, Perijt: pro uirgine dari nuptum non potest. Idem And. 2. 1. 1,
Quid ais Birria? datúrne illa hodie Pamphilo
Nuptum? B sic est. Liu. 10. bel. Pun. 38.
Datur nuptum ad uirum. Plaut. Sticho, 2. 83.
Obliuioni. Liu. 4. ab Vrbe, 160.
Obliuioni & negligentiæ. Liu. 5. ab Vrbe, 236.
Obsides. Cæsar 1. bel. Gall. 121. & lib. 2. 233.
Obsidio datus alicui. Tacit. lib. 11.
Obuiam dari. Terent. Adelph. 3. 2. 3.
Occasionem. Plaut. Capt. 4. 8. Cic. ad Atticum, lib. 7. 136. 3, Alterum Consulatum à Repub. ne data quidem occasione repulimus.
Omen dare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 11.
Operam, Eniti & laborare. Terent. And. 2. 1. 29. Idem Eunuc. 2. 3. 71, — faciam sedulò, ac Dabo operam, adiuuabo.
Operam alicui dare, Adiuuare, inseruire, operam suam impendere, autoribus Donato & Valla. Terent. Heaut. 3. 1. 90,
— ibo, ac dicam ut dixeram,
Operam daturum me, hodie non posse his dare. Plaut. Aulul. 6. 21, Da mihi operam amabo. Sic, Dare operam amico unguenta ementi, pro luuare in emendis unguentis. Plaut. Cas. 5. 26. Cic. pro A. Cecinna, 12, Liceretur is quem Cesennie dare operam nemo miraretur.
Da mihi paulum operæ. Terent. Eunuch. 2. 2. 50.
Operam alicui rei. Plaut. Bacchid. 5. 65.
Dare operam ne. Plaut. Persa, 10. 44. Idem Milit. 17. 9,
Ne te abduceret, operam dedi.
Operam ad. Plaut. Casina, 2. 21,
Vos omnes opere magno oratos esse uolo,
Benignè ut operam detis ad nostrum gregem.
Operam abortioni, Conari abortum facere. Plaut. Trucul. 4. 43. Vide Aborior.
Operam amori & desidiæ. Plaut. Pseud. 4. 42, Experiar, quæ capiti, quæ uentri operam det, quæq; suæ rei. Terentius Heaut. 1. 1. 58,
Ego isthuc ætatis non amori operam dabam, &c.
Operam aurium. Idem quod Auscultare significat. Plautus Bacchid. 20. 70.
Operam auscultando, Auscultare. Plaut. Amph. 12. 23. Sic, Dare operam fabulæ, Plaut. Capt. 2. 54.
Operam auspicio, Capere auspicium. Liu. 8. bel. Maced. 113.
Operam Platoni, & cæteris, pro Discipulum ei esse, inquit Valla in Raudensem. Cic. 4. Acad. 34, Iam Clitomacho Philo uester operam multos annos dedit. Ibidem 25.
Operam ueteri domino, Seruire. Plaut. Capt. 7. 2.
Operam assiduam foro. Plaut. Asin. 9. 22.
Operam furtiuis rebus, Id est, furari. Plaut. Amphit. 6. 12.
Do id operam. Terent. And. 1. 1. 130, Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias, &c. Ibidem 2. 1. 8,
Ah quanto satius est te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo amoueas tuo, quàm, &c.
Operam in. Cic. 1. Tusc. 12, In quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, ut, &c.
Operam iræ, Irasci. Plaut. Pœnul. 12. 20,
Domos abeamus nostras sultis nunc iam:
Quando id, quod iræ operam dedimus, impetrauimus.
Operam laudabilem. Plaut. Persa, 17. 1, Aedepol dedisti iurgo operam laudabilem.
Operam liberis. Cic. 1. Offic. 178, Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum. Hoc est, liberis procreandis.
Operam malam alicui. Plaut. Capt. 12. 43,
Sed mihi ægrè est me huic dedisse operam malam,
Qui nunc propter me meaq; uerba uictus est.
Operam mutuam. Gell. lib. 2. cap. 29, Roges ueniant, operámq; mutuam, & messem hanc nobis adiuuent.
Operam optimam. Plaut. Aululania.
Operam promissam. Plaut. Asin. 7. 110,
Iussit uel nos atriensem, uel nos uxorem suam
Defraudare: dixit sese operam promissam dare.
Operã rei, Laborare in acquirẽdis bonis. Terẽt. Adel. 1. 2. 15,
— deniq; si conferendum exemplũ est, non fratrẽ uidet
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Dare operam Senatui aut clientibus. Plaut. Asin. 16. 21,
— ego censeo
Eum etiã hominem Senatui dare operam, aut clientibus.
Operam sermoni. Cic. 2. de leg. 1.
Operam sermoni alicuius, pro Auscultare quid dicat. Plaut. Epid. 5. 55.
Operam somno, Dormire. Plaut. Pseud. 9. 71. Liu. 3. bel. Pun. 168, Corpora curare, somnoq; operam dare, &c.
Dare operam iuris ciuilis studio. Cic. de claris Orator. 169.
Operam stylo, pro Scribere uel componere. Suetonius in Domitiano, cap. 20.
Operam tonsoribus, apud Suetonium in Augusto, cap. 79. pro Tonderi.
Operam uirtuti. Cic. de Amicitia, 70.
Operam ut. Plaut. Trucul. 16. 10.
Sed obsecro da mihi operam, ut Narrem quæ uolo. Terent. Eunuch. 1. 1.

Digitized by Google

nuch.1.1.18, Quàm si des operam ut cum ratione insanias. Cic.4.Verr.12.
Dabitur opera, Curabitur, Fiet diligenter. Plaut.Rud.4.33,
—— paucis percontarier
Volo ex te. D. dabitur opera, atq; in negocio.
Operas in portu. Cic.4.Verr.
Operas in scriptura, pro Magistro. Cic.ad Silium, lib.13.
Data opportunitate. Cæs.3.bel.Gal.4.18.
Optionem. Liu.6.bel.Pun.152.
Orationem alicui. Plaut.Rud.24.20, — G. alienón' prius
Quàm tuo dabis orationem?
Dare orationem. Respondere. Plaut.Milit.8.54.
Oratorem, Mittere legatum. Plaut.Amph.3.34.
Dare in ordinem. Vide Ordo.
Osculum, Oscular. Plaut. Epid.12.5. Ouid.10. Metam.57,
Incumbensq; toro dedit oscula.
Oscula ex animo dare. Ouid.2.Amor.eleg.5.11.
Otium dare alicui rei. Tacit.lib.16.
Se otio, Quiescere, cessare à laboribus. Plaut.Trinum.12.19.
Pacem. Plaut.Amph.4.55, - pacem atq; otium Date illis.
Pacem mortalibus dare. Silius lib.7.57.
Palmam dare. Ouid.2.de Arte,147.
Danda palma docto oratori. Cicer.3.de Orat.79. Plin.lib.28.
cap.9.18, Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos
tradit. Id est, pluris fecisse.
Do palmam huic consilio. Terent.Heaut.4.3.31.
Partes alicui, uulgus Dare officium dicit. Liu.4.bel.Pun.29.
Ad partes populi dare. Cic.2.de leg.Agr.32.
Se in partem aliquam. Cic.3.de Orat.34.
Patronum alicui. Cic.3.de Orat.155.
Pausam concilijs dare. Hoc est, quietem & cessationem congre
gationibus. Lucret.lib.2.24.
Pectus dare ensibus. Senec.Hippol.5.6.
Pectora ferro dare. Virg.12.Aeneid.109.
In sumptum pecunias. Terent.Adel.3.3.16.
Se in pedes, Fugere. Plaut.Capt.4.12. Terent.Eunuc.5.2.6.
Perniciem alicui dare. Cic.3.de Nat.deor.90,
—— atq; illi perniciem dabo,
Mihi mœrores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi.
Ex poeta.
Pignus. Cicer. Attico, lib.8.153.5. Ouid.2. Metam.8, Senec. in
Medea,7.29.
Pignus cum aliquo. Plaut.Bacchid.20.141,
Nè ego cum illo pignus haud ausim dare,
Tantas turbellas facio.
Da pignus, ni nunc peieres. Plaut. Pœnul.18.70. Idem Epid.
14.35.
Ain' tu lubuit? E. aio, uel da pignus ni ea sit filia.
Pignori. Plaut.Mostel.13.40,
Quid ais? emit edeis uicini hic proximas?
D. Non aio. T. quadraginta etiã dedit hucusq; pignoris?
Ad pistores Plaut.Asinar.12.119.
Plagas. Plaut.Asin.7.10, Quemadmodum & dare pœnas quis
dicitur, pro ferre supplicium.
Plangorem dare. Ouid.8.Metam.90.
Plausum, Applaudere, plausu quodam uel manuum uel pedum
fauere. Plaut.Capt.20.8. Cic.de Senect.59, Quibus quum
à cuncto consessu plausus esset multiplex datus. Horat.1.
Carm.ode 20.1.
Plausum pennis dare. Virg.5.Aeneid.44.
Poculum alicui. Cic.pro Cluentio,22.
Pœnas, Puniri. Terent.Phorm.4.3.22. Virg.4.Aeneid.78,
—— dabis improbe pœnas. Cicer.5.Tusc.77, Si digito
quem attigisset, pœnas dedisset. Plin.epist.16.

Pœnas incesti, aut temeritatis. Liu.ab Vrbe,183. Cic. ad Atticũ,
lib.9.18.3.
Dedit pœnas Populo Rom. Cic.12.Philipp.336, Itaq; ipsi (ne
dicam mihi) Populo Rom. pœnas dederunt: me saluum ad-
huc Resp. conseruauit.
Pœnas sanguine, pro Mori. Virg.2.Aeneid.
Portiones. Plin.12.cap.14.12. Idem lib.12.cap.15.3, Non dant
ex myrrha portiones deo.
Potestatem, Est (inquit Valla lib.4.cap.18.) rem alterius arbi-
trio committere. Plaut.Perf.16.134. Terent. Phorm.5.6.
40, Ait uterq; sibi potestatem eius habendæ dare. Idem in
Prol.Heaut.35,
Adeste æquo animo: date potestatem mihi
Statariam agere ut liceat per silentium.
Potestatem, honorem, authoritatem, ornamentum. Cicero 7.
Verr.67.
Potestatem, ut. Plaut.Capt.16.12,
—— dij potestatem dabunt,
Vt beneficium bene merenti nostro merito numeres.
In potestatem. Liu.8.ab Vrbe,122.
Potui dare. Celsus lib.1.cap.13, Illud scire oportet, omne huius-
modi medicamentum, quod potui datur, non semper ægris
prodesse, semper sanis nocere.
Datur potui ad tiecinerum uitia. Plin.lib.21.cap.20.10. Sic Co-
lumella lib.8.cap.5.
Potum arenti solo. Plin.lib.17.cap.26.
Præcipitem. Terent.Andr.3.4.1-, Vtinam mihi esset aliquid
hic, quò nunc me præcipitem darem. Ibidem 1.3.9, Præcipi-
tem me in pistrinum dabit. Horat.1.Serm.Satyr.2.9,
Hic se præcipitem tecto dedit.
Præceps datus trucidabatur. Tacit.lib.1.
In præceps, Præcipitare. Liu.7.bel.Pun.154.
Præcepta dare. Virg.4.Georgic.80.
Præceptum, pro Præcipere. Liu.10.bel.Pun.154.
Præcepta ad rem aliquam. Cic.2.de Finib.135.
Præmia dare. Virg.3.Georg.52.
In præmium. Liu.4.ab Vrbe,266.
Dare præsens, tanquam in manu. Cic.2.Offic.88.
Dare præstare. Scæuola de Statu liberis, l. Sticho: Iubeo det
præstet filio uxori meæ.
Prandium. Plaut.Pœnulo,20.12. Idem Amph.8.31, Domi datu-
rus nemo est prandium aduenientibus.
Dare precibus alicuius, Facere quod quis à nobis petit. Plin.
epistol.22.6.
Primas, secundas, tertias alicui rei. Cic.3.de Orat.117.
Principatum. Cic.2.Offic.97. Vide Princeps.
Principium. Terent.Eunuch.3.2.4,
Quàm uenuste? quod dedit
Principium aduenienti?
Principium alicui rei dare. Lucret.lib.2.53.
Daturi progeniem uitiosiorem. Horat.3.Carm.ode 6.10.
Prolem dare. Virg.1.Aeneid.56.
Promissa, Spondere. Catullus, Argon.59.28,
At non hæc quondam blando promissa dedistis
Voce mihi. Virg.lib.9,
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam.
Prouincias magistratibus, aut ijs qui magistratu abierunt. Cic.
1.de Finib.30.
Prouinciam alicui dare. Cic.6.Verr.46.
In publicum aliquid dare. Plin.epist.156.
Pugnam. Plaut.Pseud.7.111.
Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem. Terentius
Eunuc.5.2.60, Crede hoc mea fidei, dabit hic aliquam pu-
gnam

Digitized by Google

gnam denuò. Vbi Donatus, Dabit autem propriè pro Inducet: ut, Magnam dabit ille ruinam.
Ad purgationes cloacarum. Plin. epist. 249. g.
In quæstionē dare seruos dicebatur dominus. Author ad Heren. Idem pro Rosc. Amer. 71, Quod à nobis oppugnari uideo, ne in quæstionem dentur, suspicioſum est. Hoc est, torqueantur, & afficiantur supplicijs.
Quietem dare. Tacit. lib. 20.
Quietem membris dare. Virg. 10. Aeneid. 43.
Quieti corpora. Liu. 9. ab Vrbe, 194.
Rationem, Docere rationem & modum quo quid fieri possit. Plaut. Milit. 10. 176.
Receptum facilem aut celerem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 181. Ibidem 314, Si prælium committeretur, propinquitas castrorum, celerem superatis ex fuga receptum dabat.
Recessum. Cæsar 5. bel Gal. 160.
Recursum dare. Ouid. epist. 6. 12.
Reditum glorioſum alicui dare. Cic. in Paradox. 36.
Regem dare. Virg. 1. Aeneid. 14.
Remedium. Cæsar 1. bel. Ciuil. 308.
Ad remum. Liu. 4. bel. Maced. 31.
Requiem nullam dare. Plin. in Paneg. 104.
Responsum. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. 10. Virg. eclog. 1. 9.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.
Risus alicui dare. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 12. Hoc est, occaſionem ridendi dare.
Oculis ruborem dare. Ouid. 8. Metam. 94.
Dare in ruborem. Plaut. Capt. 17. 9.
Ruinam dare. Virg. 2. Aeneid. 62.
Dare saltus. Ouid. 2. Metam. 33. de curru Phaethontis.
Salutem alicui. Cic. pro Deiotaro.
Salutem aduenienti: Salutare aduenientem. Plaut. Epid. 12. 2.
Ad salutem communem aliquid dare. Cic. 6. Verr. 46.
Datur satietas. Cic. 3. de Nat. deor. 131.
Sceptra dare. Virg. 4. Aeneid. 120.
Dare se alicui. Terent. Eunuch. 5. 9. 10.
Dare se ad legendos libros, & Philoſophiam pertractandam. Cic. 1. de Nat. deor. 14.
Se facilem dare. Ouid. epist. 15. 40.
Se quoque det populo mulier speciosa uidendum. Ouid. 3. de Arte, 85.
Alicui ad docendum. Cic. de clar. Orat. 169. Sic, Dare se in disciplinam alicuius Philoſophi. Gel. lib. 5. cap. 10.
Senatum legatis, Est legatos in Senatum admittere, & poſtulata audire. Liu. lib. 2. tertiæ Decadis. Cicero ad Quint. frat. libro 2. 15. 2, Eodem igitur die Tyrijs est Senatus datus frequens.
Sententiam. Cicero 1. de Legib. 84, Quam igitur ſententiam demus?
Sententiam, pro Permittere ius ſententiæ dicendæ, uel ferre iudicem. Senec. epist. 14.
Ad sepulturam. Cic. 2. Philip. 41.
Sequestrum aut arbitrum. Plaut. Rud. 23. 64.
Dare sermonem alicui, pro Dare causam obloquendi. Cic. Varroni, lib. 9. 3. 2.
Se sermonibus uulgi. Cic. in Somnio Scip. 27.
Se in sermonem. Cic. ad Att. lib. 13. 281. 3.
In sermonem aliorum familiariter. Cic. pro lege Agrar. 26.
Seruandum. Terent. Eunucho, 5. 2. 65.
Ad ditem in seruitutem. Terent. Phorm. 4. 3. 48.
Signum. Terent. Eunucho, 4. 7. 11.
Signa dare. Virg. 1. Georg. 87.
Signum oculis. Plaut. Milit. 4. 44.
Signum tuba. Cæsar 7. bel. Gal. 329.
Signum, uel Dare signum receptui. Liu. 4. bel. Pun. 65. Ibidem, libro 3. 174, Gracchus prius quàm se hostes ab repentino pauore colligerent, receptui signum dedit, ac suos intra muros recepit.
Signum uexillo. Cæsar 3 bel. Ciuil. 353.
Signum, Indicare, palàm facere, innuere. Cic. 3. Verr. 49.
Signum pudoris & ingenij dicitur puer. Cic. 3. de Finib. 14.
Silentium, Silere. Terent. in Prolog. Hecyræ, 55.
Solatia. Cic. ad Attic. lib. 4. 85. 14.
Se somno. Cicero 1. Tuscul. 184. Sic, Dari somno, apud Plinium, libro 8. cap. 25. 2. de crocodilo. Sic, Dare se quieti, Cæsar 2. bel. Ciuil.
Sonitum, pro Facere. Virg. 12. Aeneid.
Arma sonum dant. Virg. 3. Georg. 17.
Aliquem sopori, pro Occidere, apud Plaut. in Amph. 4. 152.
Membra sopori dare. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 17.
Sortem dare. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 1.
Spatium & ueniam dare. Ouid. epist. 23. 14.
Spatium conglobandi se, respirandi, aut docendi aliquem: & ad se colligendum, & deliberandum. Liu. 6. ab Vrbe, 14 & libro 10. 138. Cæsar 1. bel. Ciuil. 17. Item Cicer. pro Cecina, 4. Liu. 4. belli Maced. 70. Col. lib. 11. cap. 1. 20.
Speciem hosti exercitus abeuntis dedit. Quintilianus libro 2. capite 17. 12.
Ludentis speciem dabit. Horat. 2. epist. 2. 25.
Specimen dare. Virg. 2. Georg. 49. Id est, dignam probationem. Seruius.
Specimen indolis clarum, Hoc est, futuræ probitatis signum ostendere. Plin. epist. 31. b.
Specimen sui, Hoc est, optimam de se expectationem præbere. Liu. 7. ab Vrbe, 197. & 9. bel. Pun. 154, Dare uirtutis specimen. Cic. 1. Verr. 15.
Spectandum. Plaut. Asin. 13. 33.
Spem. Teren. Heaut. 4. 1. 23, Verbis mortem simulare, re ipsa spem uitæ dare. Cic. pro Sylla, 29, Qui negare noluit esse in eodem numero Syllam, quo plus spei Gallis daret.
Spem menti dare, Virg. 4. Aeneid. 11.
Spiramentum. Plin. lib. 12. cap. 3. 2.
In splendorem bullas forium. Plaut. Asin. 9. 20.
Dedere stadia x x 11. singulis scenis. Plin. lib. 12. cap. 14. 2.
Stipendium duplex in pedites, & triplex in equites. Liu. 9. bel. li Macedonici, 25.
In stipendium pecuniam. Cæsar 1. bell. Ciuil. 91.
Stragem, pro Facere. Liu. 8. ab Vrbe, 150. Virg. 3. Georg. 49.
Studium, pro Impendere. Quint. lib. 12. cap. 3.
Arti alicui studium, & incrementum dat utilitas, summam ratiò & exercitatio. Quintil. lib. 3. cap. 2. 1.
Studij plurimum in literis. Quintil. lib. 12. Et apud Col. lib. 1. cap. 1. 1, Studium agricolationi dare.
Studijs annos septem dedit. Horat. 2. epist. 2. 17.
Suauium. Plaut. Asin. 16. 41. Cic. ad Att. lib. 16. 336. 10, Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis uerbis suauium des.
Successus prosperos dare. Liu. in Præfat. ab Vrbe, 8. Vide Orsus, in Ordior.
Supplicium dare. Catul. ad Gellium, 111. 2.
Supplicium alicui de se, Puniri. Plaut. Asin. 9. 76,
Dabitur pol supplicium mihi de tergo uestro. LE. Væ te. Tibi quidem supplicium carnufex de nobis detur? Terent. Heaut. 1. 1. 86, Interea usq; illi de me supplicium dabo. Idem Eunuch. 1. 1. 24, Et dabis ei ultro supplicium.
Supplicium necis paternæ. Martial. lib. 1. 7.
Ad supplicium alicui alterum. Cic. pro Cluent. 144.
Suspicionē timoris. Cæsar 6. bel. Gal. 24. Sic apud Suetonium in Tibe-

Digitized by Google

in Tiberio, Dare ſuſpicionem attentandæ proditionis.
Symbolum. Terent. And. 1. 1. 61.
Tacitum, pro Committere arcanum. Senec. epiſt. 84.
Tecta dare. Ouid. 2. de Arte, 125.
Tempus, menſes, diem alicui rei. Cic. ad Att. lib. 5. 101. 3. Idem 11. Philip. 307. Cæſar. 1. bel. Ciuil. 45. Ouid. 2. de Arte, 74,

Cogis adulterium, dando tempuſq;, locumq;:

Rarò dat ſe tempus. Plaut. Bacchid 15. 27.
Datur tempus. Terent. And. 3. 3. 25, Hem id te oro, ut antè eamus, dum tempus datur.
In iram tempus dare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17,

Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram.

Tempora parua quieti dare. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 2.
Tempora data ſtudijs. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 12.
Aliquid temporis ad ludum dare. Cic. pro Cælio, 33.
Terga. Liuius 4. ab Vrbe, 163, Datáq; mox terga hoſtibus forent, ni, &c. Virg. 4. Georg. 17,

— dum graius aut hos,
Aut hos, uerſa fuga uictor dare terga coegit.

Terga dare metu. Valer. 3. Argonaut. 51. Metu, ob metum.
Ad terram, Proſternere. Sueto. 1. in Auguſto, cap. 96, Duos coruos hinc & inde infeſtantes, aquila Prætorio eius ſuperſedens afflixit, & ad terram dedit. Vide Ad.
Teſſeram. Liu. 9. ab Vrbe, 166.
Aliquid teſtamento. Liu. 9 bel. Maced. 72.
Teſtem alicui rei dare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 17.
Teſtes in aliquem. Cic. 6. Verr. 89.
Teſtem louem. Plaut. cap. 7. 67.
Teſtimonium. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 12, Sibi enim bene geſtæ, mihi conſeruatæ Reipub. dat teſtimonium. Et apud eundem lib. 7. 122. 8.
In timorem Plaut. Pſeud. 14. 23.
Se in tormenta. Cic. 5. Tuſc. 116.
Tinnitus dare Senec. Hippol. 6. 12.
Tranſitum. Liu. 1. bel. Pun. 72.
Tribunali reliquam partem diei. Plin. in Paneg. 129.
Corpora dant tumulo. Ouid. 2. Metam. 66.
Turbas. Plaut. Bacch. 5. 122.
Vadem. Cic. 2. de Fin. 127, Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico.
Vbera dare. Ouid. 4. Metam. 65.
Vela dare. Ouid. epiſt. 6. 12.
Vela in altum. Liu. 4. bel. Pun. 161. Virg. 1. Aen. 8,

— in altum Vela dabant læti.

Per undas uela dare. Virg. 5. Aeneid. 158.
Vela, per translationem. Cic. in Orat. 41, Ingredientibus conſyderandum fuit quid ageremus: nunc quidem iam quocunq; feremur, danda nimirum uela ſunt.
Vela ad. Cic. 2. de Orat. 100, Et ad id unde aliquis flatus oſtenditur uela do.
Vela indignationi. Plin. epiſt. 119. c, Dedimus uela indignationi, dedimus iræ, dedimus dolori, & in ampliſſima cauſa, quaſi magno mari, pluribus uentis ſumus uecti. Id eſt, uſi ſumus exaggeratione & totis uiribus nixi, dum indignabamur nouercas & priuignos aliena inuadere.
Venenum alicui. Cic. pro Cluent. 35.
Veniam, Condonare, indulgere, inquit Donatus. Terent. And. 5. 3. 30, Aequum poſtulat, da ueniam. Cic. de Amicit. 55, Eſt enim quatenus amicitiæ dari uenia poßit. Terentius Adelph. 5. 8. 20,

Age, quid ſi quid te maius oret? M. quaſi hoc non ſit maximũ. D. Age, da ueniam. Vbi Donatus, Da uenią, præſta beneficium, concede quod petitur. Virg. 4 Aeneid 88,

Extremam hanc oro ueniam (miſerere ſororis)

Quam mihi quum dederis, cumulatam morte remittam
Da mihi hãc ueniam. Cic. pro Archia, Quæſo à uobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc ueniam, accommodatã huic reo, &c. Id eſt, indulgeatis, concedatisq; mihi hoc, ſi forte peccauero. ut interpretatur Valla, lib. 4.
Veniam dare amori. Senec. Hippol. 2. 29.
Veniam alicuius diei. Liu. 6. bel. Pun. 92.
Scriptis ueniam dare. Ouid. 3. de Pont. eleg. 9. 11.
In reliquos data uenia. Tacit. lib. 12.
Veniam dare, ſignificat etiam precibus cedere. Suet. in Tiberio, cap. 10, Neq; aut matri ſuppliciter precanti, aut uitrico deſeri ſe etiam in Senatu conquerenti, ueniam dedit.
Venuſtatem. Plaut. Milit. 10. 56.
Verbera pondo dare. Ouid. epiſt. 17.
Verba dare alicui, pro Concedere alicui ut loquatur, apud Valerium, 7. Argon. 87.
Nouiſſima uerba dare. Stat. 1. Achil. 77.
In uerba dare recuperatores. Cic. 5. Verr. 57.
Verba alicui, Decipere, circumuenire. Plaut. Aulul. 4. 2. 3. Terrent. Eunuch. 4. 5. 1. Idem And. 1. 3. 6,

Si illũ relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, huius minas,
Cui uerba dare difficile eſt. Donatus, Dare uerba, Decipere eſt: quia qui rem expectat, & nihil præter uerba mouenit, deceptus eſt. Cic. ad Att. lib. 15. 329 1, Vel uerba mihi da ri facilè patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 5.

Dare uerba & Decipere. Cic. 13. Philipp. 372, Scilicet uerba dedimus, decepimus: ignorabat legio Martia quarta, neſciebant ueterani quid ageretur.
Viam. Plaut. Curcul. 7. 1. Virg. 10. Aeneid. 9,

Et quancunq; uiam dederit fortuna, ſequatur.

Dare uiam, Per translationem, Idem quod dare rationem & modum quo quid poßit fieri. Plautus Epid. 5. 10. Cicer. 2. de Diuinat. 153, Nullas dant uias nobis ad ſignificationum ſcientiam.
In uiam, pro Itineri ſe accingere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 12.
Victum. Plaut. Amphit. 4. 1. 148. Horat. 1. epiſt. 18. 10,

— clamat, uictum date.

In uincula. Liu. 2. bel. Pun. 32.
Vir perpetua lege datus uxori. Ouid. 6. Faſt. 47.
Vires dare. Virg. 5. Aeneid. 82.
Vitam alicui. Plaut. Milit. 10. 128.
Vitam æternam dare. Virg. 2. Aeneid. 174. Hoc eſt, immortalitatem.
Vitio, Vituperare, culpare, inquit Donatus. Terent. in Prologo And. 8, Nunc quam rem uitio dent, quæſo animum aduortite. Cic. 2. Offic. 85, Ne Marco quidem Seio uitio datũ eſt, quòd in caritate aſſe modium populo dedit.
Dare unguentum in caput Celſus lib. 3. cap. 18.
Voces dare. Ouid. 9. Metam. 117.
Alicui uoluptatem Plaut. Amphit. 8. 6.
Voluptatibus. Cic. de Senect. 39.
Vſum nominis dare. Ouid. 2. Metam. 8.
Vſuram unius horæ ad uiuendum. Cic. in Catil. 21.
Vſuram lucis dare. Cic. 6. Verr. 61.
Vtendum aliquid dare. Plaut. Aſin. 9. 38, Scyphos, quos utẽdos dedi Philodamo, retulitne? Idem Trinummo, 17. 7.
Vtilitatem alicui dare. Lucret. lib. 5. 174.
Vulnera ferro dare. Ouid. 3. Metam. 17.
Vxorem alicui. Terent. And. 1. 1. 74, Cum dote ſumma filio uxorem ut daret. Idem Phorm. 1. 2. 71, Illene mi dotatã uirginem atq; ignobilem Daret illi? Vbi Donatus, Filius familiæ non tam ducit uxorem, quàm à patre accipit: quippe quum patri committatur puella potius in huiuſmodi conditionis

Digitized by Google

tionibus,quam marito.

¶Datum.Terent.Eunucho,3.1.5,Est istuc datum profectò ut grata mihi sint quæ facio omnia.Vbi Donatus, Datum, facto,decretoq; concessum:ut,

Non dabitur regnis,esto,prohibere Latinis.

Datum III.Idus Iunij.Cicer.Terentiæ lib.14.Sic ad Tironem, lib.16.10.10,Datum pridiæ Idus Iun.Et ad Qu.frat. lib. 2. 16.1,Accepi literas datas Placentiæ.

Datum ire.Plaut.Pœn.7.9,Siccine oportet ire amicos hominis amanti operam datum?

Datuiri,Vetustè pro Datũ iri.Vlpian.l.38.§.15.ff.de uerb. oblig.Si quis stipulatus à Mæuio fuerit fundum Titio datuiri.

Datur cernere.Plin.epist.10, Quantum mihi tamen cernere datur,multa in Euphrate sic eminent,&c.

Si dabitur,pro Si licebit.Quint.Item Virg.7.Aeneid.63.

Duint,pro Dent,uel dederint,Antiquum.Plaut.Amphit.3.72, Terentius And.4.1.42,At tibi di dignum factis exitium duint.Antiquum.

Duit,pro Det.Plaut.Aulul.4 23,Ne mihi ex insidijs uerba imprudenti duit.Ibidem 7.61.Liu.10.ab Vrbe,89, Bellonasi hodie nobis uictoriam duis,&c.Antiquum.

Danunt,pro Dant.Plaut.Curcul.3.30,Nam tibi amantes propinantes unum danunt.Idem Capt.13.50,Et duplam agninam danunt.Antiquum.

¶Datus Participium:ut,Data pecunia.

Reddere data.Ouid.1.de Arte amand.18.

Corripere data fraudando.Catul.ad Aufilenam,105.2.

Data opera,pro De industria,consultè.Vlp.in l.sed & qui data ff.Ex quib.causis maior.

¶Datum,dati,Substant.(δοθὲν)Cic.de Amic.52,Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.

¶Datus, huius datus(δόσις)Plaut.Trinum.17.16,

Is mille nummûm se aurum meo datu tibi ferre & gnato Lesbonico aiebat meo.

¶Dato,datas(δόσω)datare,Frequentatiuum. Plaut. Mostel. 8.44,Tu solus credo fœnore argentum datas. Antiquum. Plin.lib.25.cap.5.19,Themison binas non amplius drachmas datauit,sequentes & quaternas dedêre.

¶Dator,datoris(δότης)Verbale.Virg.1.Aeneid.148,

Adsit lætitiæ Bacchus dator,& bona Iuno.

¶Datio,Verbale(δόσις)Varro 3.de re Rust. cap. 9.16,Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in dationem, proportione:sic ut,&c.Cicer.pro lege Agraria,63, Cuius iudicium legumq; datio.captorum agrorum ipsius uirtute cognitio tollitur.

Datio signi.Plin.lib.7.cap.56.12.

¶Datarius,Adiectiuum,Quod dandum est, aut quod datur. Plautus Pseud.15.13,Eho an non prius salutas? s.nulla est salus mihi dataria.

¶Datatim,pen.prod.Aduerb.Datatim ludere, Inuicem dãdo: quemadmodum qui pila lusitant, quæ uicißim mittitur & remittitur.Plaut.Curcul.7.17.

¶Datiuus,pen.prod.Adiect.ut,Datiuus tutor. Datiui tutores dicebantur,authore Vlpiano in Instit.titul.11, qui testamento dati erant.Datiuos tamen & testamentarios tutores separat Modestinus in l.7.ff rem pup.sal.for. Quemadmodum datiuam tutelam à testamentaria & legitima Iustinianus separat in l.40.C.de episc.& clericis.Datiuosq; idem Imperator in l.ult.C.de leg.tut.accipit,qui à iudice dantur.

¶Datiuus,datiui (δοτικὴ) Quint. lib.1,Nam cum dico,Hasta percussi:non utor ablatiui natura:nec si idem Græcè dicam, Datiui τῷ δορὶ.

Doberienses] Δοβηρεῖς, Macedoniæ populi apud Plinium lib.4.cap.10.

Docana] num.Plur.(Δόκανα,τὰ)Sepulcra quædam in Lacedæmonia sic appellata,in quibus Tindaridarum Castoris & Pollucis cineres fuerant conditi Etym.

Doceo] doces,docui,doctum(Διδάσκω,μαθητεύω) docere, Cognitionem dare.Deriuatur enim authore Varrone lib.5. de Lingua Lat.à Do das:quòd,ut ait Sipontinus,nihil aliud sit docere,quàm disciplinæ,aut alterius cuiuscunq; rei cognitionem dare.Cic.de Sen.26,An nẽ eas quidem uires senectuti relinquimus,ut adolescentulos doceat,instituat, ad omnis officij munus instruat?Idem 2.de Orat.129, Et docebo ius(ut aiunt)oratorem eum,quem quum Catullus,&c.

Erudire atq; docere.Cic.1.Offic.218,Neq; solũ uiui atq; præsentes studiosos discendi eruditant atq; docent.

Docere & explanare.Cic.2.de Orat.45.

Docere & instituere.Cic.de Orat.82,Quis enim de isto genere non docuit,non instituit,non etiam scriptum reliquit?

Docere delectare, & permouere animos audientium. Cic. de Opt.genere Orat.142.

Docere & dedocere,contraria Cicero 2.de Orat. 40, Quum aut docendus is est,aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus,&c.

Docere aliquem aliquid.Plaut.Pseud.20.88.

Docere aliquem literas.Plaut.Mostel.3.30.Cic.in Pisonẽ,57, Quid nunc te,asine,literas doceam? non opus est uerbis, sed fustibus.

Docere aliquem literas mercede.Cic.2.Philipp.35. Iuuenalis Satyra 7, —tenta

Chrysogonus quanti doceat,uel Pollio quanti. Cic.1.de Oratore,62.

Docere aliquem fidibus.Cic.Pæto,lib.9.22.10.

Frustra docere.Virg.1.Aeneid 80.

Iudices docere.Quint.lib.9.cap.1.16.

Docere aliquem Latinè.Plin.epist.124.c.Cic.2.de Fin.23, Ait sum etiam nunc uel Græcè loqui,uel Latinè docendus?

Literis docere aliquid.Cic.Att.lib.16.335.2.

Exemplo multa docere.Ouid.1.de Remed.amoris,11.

Docet te malè.Terent.Heaut.4.1.40, Malè docet te mea facilitas multa.Id est,multorum malorum causa est tibi. Vide Malus.

Docebo hæc omnia esse uera.Cic.5.Verr.103.

Paucis docere.Virg.4.Aeneid.24.

A peritis doceri.Cic.3.Offic.19.

Serò docere.Cic.7.Verr.119.

Docere,absolutè.Virg. —docuit post exitus ingens.

Docere,Commonere,siue commonefacere aliquem.Cic. Appio Pulchro,libro 3.6.15,Ne literas quidem ullas accepi,quæ me docerent quid ageres,aut ubi te uisurus essem.Cic.de lege Agraria.

Docere & commonefacere.Metellus Ciceroni,lib.5.4.3,Vt uos doceret & commonefaceret.

Docere aliquem de.Cæsar 1.bel.Ciuil.11,Qui de his rebus eum doceant.

De iniurijs alicuius docere aliquem.Cic.6.Verr.101.

De magnis rebus docere.Lucret.lib.4.2.

Collegiũ Pontificũ de religione docere.Cic pro Domo sua,26.

Non ignarus docendi Quint.lib.2.cap.3.6.

Artem docendi tradere.Cic.pro Flacco,33.

¶Docens,docentis,Particip.(Διδάσκων)Ouid.5.Fast.134, Quo didicit culte lingua docente loqui.

Sanctitas docentis.Quint.lib.2.cap.2.2,Teneriores animos ab iniuria sanctitas docentis custodiat.

¶Doctus,Particip.(Δεδιδαγμένος)Cic.3.Offic.19.

Ad legem doctus.Cic.Pro Mulone,7,Est enim hæc iudices non scripta

Digitized by Google

ſcripta,ſed nata lex: &c. ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus.

Doctus de aliquo. Plaut. Perſa, 15.73.

Doctus iter melius. Horatius in Arte poet. 14. *loquens de Neptuno.*

Ex diſciplina Stoicorum doctus. Cic. de clar. Orat. 48.

Cantare doctus. Hor. 1. Serm. Satyr. 10. 4.

Fallere mẽtes doctus, et unanimes odijs turbare ſodales. Claud. 1. *in* Ruffin. 21. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 8.

Doctus uincere, doctus ferire. Mart. lib. 5. cap. 25.

Doctus ad maleſaciendum, & ad malitiam. Plaut. Epid. 8. 42. Terent. Hecyra, 2. 1. 6.

¶ *Doctus,* δεδαὼς, δεδαηκὼς, παιδευτὸς, γνωμονικὸς) Nomen ex participio, ut doctus homo. Cicero libro 2. Offic. 3, Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, niſi his reſtitiſſem: nec rurſus indignis docto homine uoluptatibus. Idem pro Cælio, 17, Adoleſcentes humaniſſimi & doctiſſimi.

Abſolutè doctus. Vide Abſoluo.

Doctus & diſertus. Cic. *in* Orat. 7.

Doctus & eruditus. Cic. 1. de Orat. 51.

Doctus & intelligens. Cic. de clar. Orat. 98, *In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibuſq; diſſenſio.*

Doctus & perurbanus homo. Cic. 2. de Orat. 15.

Rudis & doctus, contraria. Cic. 1. Offic. 3, *Magnum adiumentum attulimus hominibus noſtris, ut non modo Græcarum literarum rudes, ſed etiam docti, aliquantum ſe arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad iudicandum.*

Mediocriter doctus. Vide Mediocris.

Doctorum atq; prudentium reprehenſio. Cic. *in* Orat. 1.

Fandi doctiſſima Cymodocea. Virg. 10. Aen. 45.

Doctus Græcè & Latinè. Suet. de clar. Grammat. 7.

Literis Græcis & Latinis doctus. Cic. de clar. Orat. 87.

Artes doctæ. Ouid. 9. Metam. 149.

Dicta docta. Lucret. lib. 2. 197.

Docti doli. Plin. Milit. 4. 68. Idem Bacch. 22. 9,

Is me ſcelus auro uſq; attondit doctis indoctum dolis.

Nimis doctus dolus. Vide Nimis.

Facies docta. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 3.

Humana & docta gens, cui contrarium eſt immanis & barbara. Cic. 1. de Diuin. 2. & 3.

Manus docta. Ouid. 1. de Arte amandi.

Manus docta moderandis frænis. Senec. Hippol. 12. 22.

Docta ora. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 13.

Doctum pectus. Mart. lib. 9. 81.

Suauis & doctus poeta. Cic. 1. de Nat. deor. 81.

Pollex doctus. Ouid. 11. Metam. 35.

Prece docta blandus. Hor. 2. epiſt. 1. 28.

Vox docta. Ouid. 2. de Pont. eleg. 5. 11.

Doctus cum genitiuo. Gell. libro 13. capite 12, *Iuris ciuilis doctum.*

Literarum Græcarum doctus. Cic. 1. Offic. 3.

Doctè ſermonis utriuſq; linguæ. Hor. 3. Carm. ode 8. 1.

Doctiſſimus Grammaticæ artis. Plin. lib. 25. cap. 2. 4.

Artis lanificæ doctiſſimus. Claud. 2. *in* Eutrop. 77.

¶ *Doctè,* Aduerbium (δεδαιδάλως) Hoc eſt, ſcitè & eleganter. Plautus Epid. 5. 9. 2, *Vbi erit empta, ut aliquò ex urbe amoueas: niſi quid tua ſecus* Sententia eſt. P. *imò doctè.*

Doctè & diligenter. Plaut. Capt. 5 34.

Doctè & delicatè. Cic. 3. de Orat. 121.

Doctè accurare rem aliquam. Plaut. Capt. 5. 34.

Doctè & peritè facere. Cic. *in* Saluſt. 5.

Doctè atq; aſtu filias quærit ſuas. Plaut. Pœnulo.

Doctè expedire fallaciam. Plaut. Capt. 2. 40. Et Epid. 8. 37.

¶ *Docendus,* Particip. (διδακτέος) Ouid. 4. Faſt. 84, *Plura recognoſces, pauca docendus eris.*

¶ *Docilis, & hoc docile,* pen. corr. (εὐμαθὴς, πιθανὸς) *Qui facilè docetur. Proprium eſt inquit Cicero, & præcipuum Oratoris inſtitutum, attentos & dociles auditores reddere aut facere.*

Docilis eſt is, qui attentè uult audire. Author ad Heren. 1. 6.

Docilis cum genitiuo. Hor. 5. Carm. ode 6. 9,

Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati. Sic 1. Serm. Satyr. 2. 11.

Fallendi docilis. Sil. lib. 3. 47.

Saltandi docilis. Claud. 2. *in* Eutrop. 69.

Docilis ad rem aliquam. Cicero ad Trebatium, libro 7. 21. 5. Plautus Bacchid. 2. 56, *Nimio es tu ad iſtas res diſcipulus docilior.*

Ad rem accipiendam iudex fiat conciliatior, docilior & intentior. Quint. lib. 4. cap. 2. 17.

Docilis Luſcinia Græco & Latino ſermone. Plinio libro 10. capite 42. 5.

Animi dociles. Hor. *in* Arte, 68.

Docile ingenium. Quint. lib. 1.

Os docile. Ouid. 3. de Arte amandi, 69.

Præbere ſe docilem. Cic. 2. Tuſc. 23.

¶ *Docilitas,* pen. corr. huius docilitatis (εὐμάθεια) *Aptitudo qua quis facilè docetur.* Plin. lib. 8. cap. 1. 3. de elephantis, *Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant.* Ibidem, cap. 42. 4. Cic. 5. de Finib. 64. Et pro Seſtio, 79.

¶ *Doctrina,* pen. prod. (διδαχὴ, διδάγμα, διδασκαλία) Modò pro actu ipſo docendi accipitur, modò pro diſciplina. Cicero pro Arch. poeta, *Ego multos homines excellenti animo & uirtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſeipſos & moderatos & graues extitiſſe fateor. Etiam illud adiungo, ſæpius ad laudem atque uirtutem, naturam ſine doctrina, quàm ſine naturâ ualuiſſe doctrinam.*

Ars & doctrina liberalis. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 14.

Diſciplina & doctrina rerum & uerborum. Cic. *in* Orat. 9.

Rerum honeſtarum doctrina. Cic. 1. Offic. 209.

Inſtructior doctrinis. Vide Inſtruo.

Ex doctrina nobilis & clarus. Vide Nobilis.

Precium doctrinæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 4.

Ingenij & doctrinæ princeps Plato. Cicer. Quintilian. fratr. libro 1. 1. 43.

Prudentiæ doctrinæq; poſſeſſio. Cic. 3. de Orat. 67, *Quædam exemplaria legunt, profeſſio.*

Repertores doctrinarum, atq; lepôrum. Lucret. lib. 3. 11.

Studia doctrinæ nunquam intermittere. Cic. *in* Orat. 19. Idem Roſcio Amerino, 26.

Studioſus doctrinarum omnium. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. 11.

Liberalis doctrina. Vide Liber.

Liberalis & digna homine nobili doctrina. Cic. 4. Acad. 1.

Magiſtra doctrina rectè faciendi & bene dicendi. Cicero. 3. de Orator. 32.

Doctrina non moderata, nec mitis, & paulò aſperior & durior, quam aut ueritas aut natura patiatur. Cicero pro Muræn. 55.

Serena doctrina. Lucret. lib. 2. 2.

Subtilior doctrina. Cic. 2. de Orat. 142.

Doctrina & ingenijs abundare. Cic. 3. de Orat. 34.

Abundanti doctrina homo. Vide Abundo.

Doctrinam adhibere. Vide Adhibeo.

Adiutus doctrina uel uſu. Quint. lib. 6. cap 2. 3.

Doctrina politos conſtituit. Lucret. lib. 3. 6. 2.

Digitized by Google

Græcis doctrinis eruditi. Cic. de clar. Orat. 126.
Malis studijs malisq; doctrinis ciuitates euertere. Cicero 2. de Legibus, 63.
Excolere doctrina animum, & eadem relaxare. Cicero pro Archia, 8.
Propria naturæ bona fouere doctrina. Quintilianus libro 2. capite 8. 2.
Educatione doctrinaq; puerili liberaliter instituti. Cicero 3. de Oratore, 89.
A doctrina instructus mediocriter aliquis. Cicero de claris Orator. 125.
Summatim percipi sine doctrina potest ius ciuile. Cicero 1. de Oratore, 131.
Omni doctrina & uirtute ornatissimus homo. Cicero 5. Verr. 176.
Ratio atq; doctrina præcipit. Cic. 2. de Orat. 60.
Adiumenta doctrinæ quærere. Cic. pro Murena, 58.
Doctrinam exercitationemq; puerilem redolere. Cicero 2. de Oratore, 60.
Doctrina relinquit Naturæ cuiusq; animæ uestigia prima. Lucretius lib. 3. 63.
Tradere doctrinam aliquam. Cic. 1. de Orat. 104.
¶ Documentum, Experientiam significat (ὑποδήγμα, ἐπίδειγμα) Plautus Capt. 12. 94, Ego illis captiuis alijs documentum dabo. Salust. Quarũ rerũ ego maximè hæc documenta habeo. Plin. lib. 7. cap. 23, Patientia corporis, ut est crebra fors calamitatum, innumera documenta peperit.
Homo omnium scelerum flagitiorumq; documentum. Cic. pro Domo sua, 96.
Virtutis, antiquitatis, & prudentiæ documentum. Cicero pro Rab. Posthum. 17.
Capere documentum ex aliqua re. Cic. 11. Philip. 292.
Constituere documentum. Vide Constituo.
Documentum dare. Liu. 1. ab Vrbe, 123. Cic. pro Milone, 17, Dederas enim quàm contemneres populares insanias, iam ab adolescentia documenta maxima.
Documento habere aliquem. Cic. pro leg. Agrar. 17.
Documentum statuere, pro exemplo. Cic. ad Brutum, 15. 15.
Esse documento reliquis. Cæsar 7. bel. Gal. 16.
¶ Doctor, Verbale (διδάσκαλος, παιδευτὴς) Qui docet. Plin. in Paneg. 75, Quem honorem docendi magistris, quã dignitatem sapientiæ doctoribus habes.
Artifices dicendi & doctores, Græci. Cic. 1. de Orat. 13.
Doctor & discipulus, oppositi. Cic. 1. de Diuin. 11.
Doctores & præceptores. Cic. 3. de Orat. 32.
Authoritas doctoris summa. Cic. 1. Offic. 1.
Doctore nullo aliquid facere. Plin. lib. 10. cap. 2. 2.
Artis doctores. Quint. lib. 2. cap. 15. 21.
Cynicæ institutionis doctor. Tacit. lib. 16.
Sapientiæ doctores, pro Philosophis. Tacit. lib. 14.
Doctores blandi. Hor. 1. Serm. Satyr. 1. 5.
Doctor rhetoricus, Doctor meus. Cicer. 1. de Orator. 43. Idem 4. Acad. 258.
Pexus, pinguisq; doctor. Quint. lib. 1. cap. 5. 10.
Dochi] δόχοι, Africæ populi, ultrà Critenses à Plinio collocati, de quibus Plin. lib. 6. cap. 30.
Dochimasia] dochimasiæ (δοκιμασία) Latinè experientia. Est etiam genus accusationis, aut postulationis, quum aliquem nec rectè nec ordine probatum esse contendebant, sed uel gratia, uel sordibus, uel obreptione. qualis est accusatio Æschinis contra Timarchum. Budæus Comment.
Dochimus] penult. corrept. (δόχιμος) Genus pedis apud Oratores: de quo Cic. in Orat. 127.
Docimia] δοκιμία, uicus est Phrygiæ, ubi Simadici lapidis lapidicinæ sunt: sic enim eum Romani appellant: indigine uerò Docimiten & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, sed postea propter maximos Romanorum sumptus, columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & uarietate alabastritæ lapidi proximæ. Hæc Strabo, libro 12.
Docimus] C. Verris familiaris, teste Cic. 5. Verr.
Doclea] Liburniæ urbs (Δόκλεια) Ptolemæo, hodie Antibaris.
Docus] huius doci, m. g. (δοκὸς) Latinè tignum uel trabes. Plinius libro 2. cap. 26. 3, Emicant & trabes simili modo, quas docos uocant.
Dodecades] δωδεκάδες, hoc est, duodenaria sacrificia, à Græcis nuncupata, quæ ex duodecim animalibus fiebant. Fuit & festum apud Athenienses, quod & χόας, ut Hesychius notat, appellabant. Dicebatur & δωδεκαὶς, ut quidam putant, à duodecim mensibus.
Dodecaëdrum] figura est solida, quæ duodecim pentagonis æqualibus, æquilateris & æquiangulis continetur. Euclid. 11. element. Vnde in 13 element. probl. 5. sic ait, Dodecaëdrum constituere, eademq; sphæra qua & antedictas figuras complecti, atq; probare dodecaëdri latius irrationalem esse lineam, quæ uocatur Residuum. Et in 15. element. probl. 5. in dato icosaëdro dodecaëdrum inscribere.
Dodecatheï] δώδεκα θεοὶ, Dij maiores dicuntur, qui sunt isti, Iupiter, Iuno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcanus, Minerua, Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus: qui & dij maiorum gentium uocantur. Fauorin.
Dodecatheon] penultima correpta, Herba, de qua Plin. lib. 25. capite 4, Ab ea maxima authoritas herbæ est, quam dodecatheon uocant, omnium deorum maiestatem commendantes. Folia habet septem, lactucæ foliis simillima, à lutea radice exeuntia.
Dodecatheos] cœna, Duodecim deorũ. Suet. in Augusto, cap. 70, Cœna quoq; eius secretior in fabulis fuit, quæ uulgò δωδεκάθεος & uocabatur.
Dodona] penult. prod. (Δωδώνη) Vrbs in Chaonia, Epiri regione, iuxta quam insigne nemus, ubi Iouis Dodonæi templum fuisse narratur, in quo oraculum omnium quæ apud Græcos sunt, uetustissimum. Vide historiam hanc apud Herodotum, lib. 2.
Dodonem duarum urbium nomen affert Philoxenus: quarum alteram Thessaliæ cõtribuit, alteram Thesprotijs in Epiro. Sed utrãq; unã putat Stephanus, Oceani nymphæ, uel amni propinquo cognominem: siue (quod placet Eustathio) Iouis & Europæ filiæ Dodonæ. Nam Dodon & Dodone seu Dodona indifferenter enunciatur: Homeri carminib. & Iouis oraculo clara, colũbis (ut ferũt fabulæ) responsa reddentibus. Sed aliter historiæ fidè tradit Herod. Vide Parrhasiũ in Claud. de Raptu Proserp. Virg. 1. Georg. 30,
—— & uictum Dodona negaret. Lucan. lib. 6. 86,
Nec quæsisse libet primis quid frugibus altrix
Ore Iouis Dodona sonet.
Celsa Dodone. Claud. 6. Paneg. 24.
¶ Dodonæus, Adiectiuum (Δωδωναῖος & Δωδωνεύς) Virg. 3. Aen. 94,
—— Dodonæosq; lebetas.
Inde prouerbiũ, Aere Dodonæo lo quacior. Vide Erasmũ.
Agmina Dodonæa. Claud. de bel. Get. 28.
Quercus Dodonæa. Cic. Att. lib. 2. 19. 4.
¶ Dodonius, Adiect. (Δωδώνιος & Δωδωνίς) Claud. 1. de Rapt. Proserp. 7,
Vnde datæ fruges populis, & glande relicta
Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.
¶ Dodonis, huius Dodonidis, f. g. (Δωδωνὶς) Valer. 1. Arg. 61,
— Dodonida quercum Ingredior.

¶ Dodonides,

Digitized by Google

¶ Dodonides (Δωδωνίδες) Nymphæ dicuntur, Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Vide Hyginum lib. 2. & Commentarios in Aratum.

Dodrans] huius dodrantis, masc. gen. (τεμόριον) uncia nouem, quasi dempto quadrante, inquit Varro lib. 3. de Lingua Lat. Mart. lib. 8. 10,

Soluere dodrantem nuper tibi Quinte nolebat.

Dodrans agri. Liu. 8. ab Vrbe, 59, Dodrans ædificij reliquum. Cic. ad Att. lib. 2. 9. 11.

Dodrante minor. Colum. lib. 3. cap. 19. Vide Assem Budæi. Plinius lib. 9. cap. 5. 3.

¶ Dodrantalis, & hoc dodrantale, penultima producta (τεμοριαῖος) ut, Dodrantalis altitudo. Columel. libro 11. capite 3. 35. Et, Dodrantalis stirps, Colum. libro 5. cap. 6. 11. Et Plin. 15. cap. 30. 4.

¶ Dodrus, dra, drum, Adiect. Quod ex nouem rebus factum est. Auson. epigram. 88. cui titulus est, De dodra potione,

Dodra ex dodrante est: sic collige iis, aqua, uinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba nouem.

Dœdalsus] Δαίδαλσος, Oppidum est ab Athenientibus in Astaceno sinu conditum, postea à Lysimacho dirutum, & habitatores eius Nicomediam à Nicomediæ cõditore translati sunt. Author Strab. lib. 12.

Doga] gæ (βαρέλις) Vasis cuiusdam nomen, cui simile uernacula lingua Butticulam dictam habemus. Vopiscus in Aurelio, Facta erat ratio dogæ cupparum nauium & operum. Hæc Turnebus ex antiquo lexico.

Dogma] huius dogmatis, pen. corr. n g. (δόγμα) Latinè dicitur placitum & decretum. Dogmata sunt uniuscuiusq; sectæ decreta. Cic. lib. 4. Tuscul. Quoniam id enim haberet Academici decretum (sentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idem 4. Acad. 53, Sapientiæ uero quid futurum est, quæ neq; de seipsa dubitare debet, neq; de suis decretis, quæ Philosophi uocant dogmata. Græcè etiam Psephismata & Arestον dicitur, teste Budæo.

Dolabella, Dolabra] Vide Dolo, dolat.

Dolabella] Δολαβέλλας, Romanus ciuis, genere Ciceronis et amicus, postea hostis.

Dolabelliana pyra, longissimi pediculi, ab insitore Dolabella sic dicta. Plin. lib. 15. cap. 15.

Dolabrum] bri, n. g. (ἀξίνη) Instrumentum per quòd ignis uel flamma intignis recepta, quasi dolando abraditur, ne progrediatur. Oldend.

Dolates] Populi Italiæ in sexta regione, cognomine Salentini dicti, ut refert Plin. lib. 3 cap. 14.

Dolentia, Dolco] Vide Dolor.

Dolicha] Δολίχα, Insula antea Dulichium dicta, iacetq; ad Oeniadas, & ad Acheloi ostium, teste Strab. lib. 10.

Dolicæ] Δολικαὶ, Insulæ in Arabia, quarum meminit Plinius lib. 6. cap. 28.

Doliche] Insula, antea Icaris dicta, ut ait Plin. lib. 4. cap. 12.

Dolichiste] Insula est è regione Chimæræ Lycij montis, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Dolichodromi] Δολιχόδρομοι, Antiquis dicebantur, qui septies, ut quidam putant, stadium curriculo obibant. Bud. in Annot.

Dolichus] Δόλιχος, Mensura est duodecim stadiorum, uel, ut Suidas tradit, uiginti quatuor. Iulius Pollux Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omniũ maximum, in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. Est præterea Dolichus, leguminis genus, caule tenerrimo: sed si perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui uitiosum, & infrugiferum. Alij cicerculam interpretantur, alij phaseolum. Vide Galenum libro primo, de alim. facult.

Dolionia] Δολιονὶς, Regio est circa Cizicum Meletopolim uersus, à qua Dolliones populi dicti, de quibus passim Strab. ut lib. 12. & 14.

Dolionis] Vide Dindymis.

Dolium] dolij (πίθος, κάδος, κάμος) A dolo dolas deriuatur, quod antiquè habuit Dolitum in supino. Significat autem uas grande, quo uinum reconditur. Terent. Heaut. 3. 1. 51, Releui dolia omnia, omnes seriæ. Plaut. Casina, 3. 33.

Veteres dolia fictilia in cellis uinarijs adseruabant, quæ si duas aures habuissent, Dyotæ dicebantur. Ita enim Iurisconsulti scribunt, Vino legato cum uasis dolia legata non sunt: quia scili. et ea mente uinum in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras uel cados diffundamus. Et hoc est uinum quod diffusum nominatur. Iuuenal. Satyr. 5,

Ille capillato diffusum Consule potat. Cic. de clar. Orat. 159, Num igitur qui hoc sentiat, si is potare uelit, de dolio sibi hauriendum putet? Seneca epist. 36, Vinum enim fieri bonum quod recens, durum & asperum: non pati ætatem quod in dolio placuit.

Dolium, uas cuiusuis materiæ & mensuræ, rei præterea cuiusuis capax. Iulian. l. 26. ff. de instit. & instr. legat.

Patentissimi oris dolium: Vide Patens, in Pateo.

Caua dolia. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 16.

Culeare dolium. Vide Culeus.

Curta dolia. Lucret. lib. 4. 207.

Dolia fusa. Claud. epig. 13. 3.

Inane dolium. Hor. 3. Carm. ode 11. 5.

Contrudere in dolia. Vide Contrudo.

Deacinata dolia. Vide Deacinatus.

De dolio sibi haurire. Cic. de clar. Orat. 159.

Dulci uina promens dolio. Hor. 2. 10.

¶ Doliolum, pen. corr. Diminutiuum (πιθίον) Colum. lib. 12. cap. 43. 3, Sacra Romanorum in eodem loco doliolis illic defossa fuerunt à flamine Quirinali. Liuius libro 5. 182, Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Ex Festo.

¶ Doliarius (πιθοκοιὸς) Qui dolia facit & componit. Plin. lib. 3. cap. 6. 3, Aenaria insula, à statione nauiũ Aeneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à Simiarũ multitudine (ut aliqui existimauere) sed à figulis doliariorum.

¶ Doliarium, doliarij, substantiuum. (ἀγγεῖον) Caius in l. quod sæpe. §. sed & si. ff. de contrahenda emptione & uenditione, Sed & si ex doliario pars uini uenierit (ueluti metretæ centum) uerissimum est (quod & constare uidetur) antequam admetiatur, omne periculum ad uenditorẽ pertinere. Id est, apotheca uel hypogeo. Budæus.

¶ Doliaris, & hoc doliare, penult. product. (πίθος) Quod ad dolia pertinet.

Doliaris anus, cuius uenter tumet in modum dolij. Plautus Pseud. 9. 66.

Dolo] dolas, dolaui, dolatum, & dolitũ (πελεκάω, σκεδαίω) apud ueteres dolare: Fabrorum uerbum, quum materiæ complanatur asperitas. Varro in Agathone, Numã celatus in manu dextra scyphus, cælo dolitus, artẽ ostentat Mentoris? Hæc Nonius. Cic. 4. Acad. 180, Non enim est è saxo scalptus, aut è robore dolatus. Plin. lib. 16. cap. 39. 6, Caueto ne per rorem trabes, aut doles. Colum. lib. 11. cap. 2, Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum xx. Et apud eundem lib. 8. cap. 3. 6, Dolare pericam in quadrum.

Materiem dolare. Lucret. lib. 5. 255.

Dolare opus aliquod. Cic. 2. de Oratore, 29.

Cædere, dolare robur. Cic. 2. de Diuinat. 130.

Dolare

Digitized by Google

Dolere dolum Plaut. Milit. 12. 64.
Lumbos fuste dolare. Hor. 1. Serm Satyr. 5. 5.
Fide dolatus. Propert. lib. 4. eleg. 2. 12.

¶ Dolabra, dolabræ, pen. prod. f. g. (ἀξίνη, σμινύη) Instrumentum quo dolantur ligna. Col. lib. 3, Quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Liu. 9. ab Vrbe, 194. Iuuenal. Satyr. 8. 25. de Mario,

Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Dolabra, inter instrumenta lanionum ponit Paulus in l. cum de lanionis. ff. de instrum. leg.

¶ Dolabella (ἀξινάριον) Diminut. à Dolabra. Col. lib. 4. cap. 14. 3, Semper circa crus dolabella dimouenda est terra.

Dolomena] Δολομήνη, Assyriæ regio, cuius meminit Strab. lib. Geograph. 16.

Dolon] Δόλων, Troianus, Speculator missus in castra Græcorum, à Diomede & Vlysse interfectus est, qui & ipsi speculatum uenerant. Author Seruius. de Dolone uide in dictione Rhœsus.

Imbellis Dolon. Ouid. 13. Metam. 20.

¶ Dolon, dolonis, pen. prod. m. g. (δόλων) flagellum inquit Seruius in septimum Aeneid. intra cuius uirgam latet pugio: aut secundum Varronem, ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem à fallendo dicti sunt, quòd decipiat ferro, quum specimen ligni præferant. Sueton. in Claud. Reperti & Equestris ordinis duo in publico cum dolone ac uenatorio cultro, præstolantes alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Huiusmodi hodie uisuntur. Virg. 7. Aen. 133,

Pila manu sæuosq; gerunt in bella dolones. Alphenus in l. si ex plagis. §. tabernarius ff. ad Legem Aquiliam, ille flagello quod in manu habebat, in quo dolon merat, uerberare tabernarium cœperat, &c. Budæus.

Dolones accipi uidentur pro armamentis naualibus, apud Liuium libro 4. belli Macedon. 126, Et erat secundus petentibus Ephesum uentus, capessunt fugam sublatis raptim dolonibus. Iliad. libro 6. 168, Dolonibus erectis altum petere intendit.

Dolones, inquit Donatus, tela quædam bellica.

Dolonci] Δολόγκοι, Populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni. Author Stephan.

Dolonia] Δολόνεια, A Grammaticis uocatur decimus liber rhapsodiarum Homeri, in quo de Dolone exploratore ab Vlysse interempto agitur. Eustath. Iliad. κ.

Dolopes] pen. corr. (Δολόπες) Populi Thessaliæ, authore Lucano, lib. 6. 77. Plinius uerò scribit esse populos Aetoliæ, lib. 4. cap. 2. 1.

Dolopes, Pyrrhi socij, ut Myrmidones Achillis apud Troiam. Author Seruius enarrans illud Virg. 2. Aen. 2,

— Myrmidonum Dolopúmue, &c.

Superbi à Dolopum sedes. Virg. 2. Aen. 166.

¶ Dolopeius, Adiect. (Δολοπήϊος) Valer. 2. Argon. 2,

— uidisse putant Dolopeia busta. Id quod à poeta dicitur propter Dolopis Neptuni filij in Magnesia extincti sepulchrum.

Dolor] doloris, pen. prod. m. g (ἄλγος, ἄχος, ἀχθηδών, ὀδύνη, ὀδύνα, ἀλγηδών) Animi uel corporis cruciatus. Deducitur autem à dolando, quod significat minuo: quippe lætitia augentur corpora, dolore minuuntur, ut ait Sipontinus. Dolor (inquit Donatus) ex miseria descendit. Terent. And. 5. 1 12, Eius labore atq; eius dolore gnato ut medicater tuo. Cicero 2. Tusculan. 60, Dolor autem motus asper in corpore, à sensibus alienus. Ibidem, libro 4. 29, Dolor, ægritudo crucians.

Ferox dolore. Ouid. 3. Metam. 14.

Auidus doloris. Stat. 5. Syl. 5. 12.
Comes sociusq; doloris alicuius. Stat. 2. Syl. 1. 6.
Imitamenta doloris. Tacit. lib. 3.
Impatiens doloris. Ouid. 14. Metam. 144.
Impetus doloris. Celsus lib. 2. cap. 14.
Ingenium grande doloris. Ouid. 6. Metam. 115.
Medicamenta doloris. Vide Medico.
Sæui monumenta doloris. Virg. 2. Aen. 187.
Morsus doloris acer. Cic. 2. Tusc. 92.
Sensus doloris. Celsus lib. 5. cap. 28.
Animi dolor. Ouid. 10. Metam. 15.
Summa difficultas & summus animi dolor. Cicero Attico, libro 8. 147. 8.
Articulorum dolores. Cic. Att. lib. 1. 3. 6.
Iniuriæ dolor. Cic. Att. lib. 9. 180. 2.
Laterum dolor, id est, pleuritis. Hor. 1. Serm. Satyr. 9. 7.
Dolor & luctus. Cic. pro Sestio, 41.
Acer dolor. Vide Acer.
Acerbissimus animi sensus & dolor. Cic. pro Cluentio, 7.
Acris dolor. Virg. 11. Aen. 142.
Acutus lateris dolor. Celsus lib. 2. cap. 7.
Aegri dolores. Lucret. lib. 185.
Ceci dolores. Seneca Herc. Oeth. 11. 9.
Certus dolor, id est, constans. Horat. Epod. 15. 4.
Consolabilis dolor. Cic. Sulpitio lib. 4. 3. 7.
Cruentus. Senec. Herc. Oeth. 4. 1.
Durus. Virg. 5. Aeneid. 1.
Ferus. Ouid. 2 de Arte, 98.
Fœmineus. Ouid. 9. Metam. 31.
Furtiuus. Stat. 12. Theb. 79.
Ignauus. Vide Ignauus.
Immensus. Senec. Thebaid. 2. 7.
Immitis. Seneca Octau. 2. 4.
Impatibilis. Vide Impatibilis.
Incautus dolor. Claud. ad Hadrianum, epist. 1. 2.
Incertus. Seneca Hip. 4. 2.
Indifferens. Vide Indifferens.
Ingens. Virg. 5. Aeneid. 35.
Ingenuus dolor. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 5.
Inopinus. Stat. 1. Thebaid. 50.
Insanabilis. Quint. in procem. lib. 6. 5.
Intolerabilis. Celsus lib. 2. cap. 10.
Iustus. Ouid. epist. 12. 27.
Literalis dolor. Plin. lib. 21. cap. 21. 4.
Lentus. Celsus lib. 3 cap. 2.
Longus. Cels. lib. 2. cap. 8.
Mœstus. Ouid. 4 Trist. eleg. 3.
Mortiferus. Vide Morior.
Mediocris. Cels. lib. 7. cap. 20.
Municipalis. Vide Munus.
Odiosus. Vide Odium.
Officiosus. Vide Officium.
Pertinax Senec. Herc. Oeth. 14. 20.
Querulus. Ouid. 3 Trist. eleg. 8. 7.
Rabidus. Stat. 6. Thebaid. 17.
Solitus. Ouid. 3. de Arte, 75.
Subitus. Ouid. epist. 11. 10.
Tener dolor. Claud 2. de Raptu Proserp. 65.
Totus in uultu dolor. Senec. Medea, 7. 43.
Vetustus dolor Cels. lib. 4 cap. 2.
Abijcere dolorem præceptis & monitis alicuius. Cic. Lucio, libro 5. 13. 8.
Abolere dolorem & iram. Vide Aboleo.
Abstergere dolorem. Vide Abstergo.

Abstrusus

Digitized by Google

Abſtruſus animi dolor. Vide Abſtrudo.
Seiunctus corpore abeſt dolor. Lucret. lib. 2. 4.
Accidit alicui dolor. Cic. 6. Verr. 119.
Accipere dolorem. Vide Accipio.
Accipere magnum & incredibilem dolorem. Cicero pro Domo ſua, 74.
Adhibere dolorem. Vide Adhibeo.
Adimere dolores. Vide Adimo.
Ad dolorem adiungere. Sulpitius Cic. lib. 4. 5.
Afferre dolorem. Vide Affero. Celſ. lib. 5. cap. 28.
Affici dolore. Lucret. lib. 3. 99. Vide Afficio.
Furys doloris agitari. Ouid. 6. Metam. 119.
Amplificare dolorem. Vide Amplifico.
Angi quodam præcipuo dolore. Cicero Sulpitio, libro 4. 3. 1. Vide Ango.
Ardere dolore. Cic. Att. lib. 9. 173. 10. Vide Ardeo.
Ardet duris dolor oſſibus. Virg. 9. Aen. 14.
Aſcitus dolor. Vide Aſciſco.
Aſſumere dolorem. Quint. lib. 6. cap. 2. 27.
Astricta dolore pectora. Ouid. 1. de Arte, 73.
Attingi dolore. Vide Attingo.
Auertere dolorem. Virg 4. Aeneid. 110.
Periculum doloris auferre. Cic. pro Cluentio, 7.
Augere alicui dolorem & facere. Cic. Att. lib. 11. 216. 3.
Cecidit expulſus dolor. Seneca Herc. Oeth. 13. 16.
Capere dolorem. Lucanus libro 5. 152. Cicero pro Celio, 25. Vide Capio.
Capere dolorem ex aliquo. Terent. And. 4. 3. 5.
Carere dolore. Vide Careo.
Senſu doloris carere. Cic. Bruto, 9. 2.
Caſtigare dolores. Lucan. lib. 8. 15. Vide Caſtigo.
Caſtigatus animi dolore. Vide Caſtigo.
Fractus cedet dolor. Seneca Herc. Oeth. 7. 35.
Clauſit animam dolor. Lucan. lib. 8. 12.
Collapſa dolore. Ouid. 7. Metam. 156.
Commouere dolorem. Vide Commoueo.
Magnum & acerbum dolorem commouere. Cic. 6. Verr. 42.
Compeſcere dolores uino. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 1.
Conciſus dolor à læſo amore. Ouid. 2. Triſt. 78.
Conflictari doloribus capitis. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Conjolari dolorem. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 10.
Conſueſcere dolori. Vide Conſuelco.
Contimere tantum dolorem. Vide Contineo.
Contrahitur dolor mortiferus uel uino, uel cruditate, uel frigore, &c. Celſ. lib. 4. cap. 2.
Corripi aliquo dolore. Vide Corripio.
Creſcit dolor. Celſ. lib. 4. cap. 3.
Cruciare dolore. Celſus lib. 7. cap. 7.
Cruciati dolore. Vide Crux.
Deduci à dolore. Vide Deduco.
Demere dolorem. Lucret. lib. 2. 5.
Curas & dolores in ſermone, & ſuauitate alicuius deponere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 9.
Deſcendit dolor. Celſus lib. 5. cap. 26.
Deſinunt dolores. Celſ. lib. 2. cap. 6. & cap. 7.
Diffundere dolorem flendo. Ouid. 9. Metam. 29.
Dolor quoſdam non dimittit. Celſus lib. 4. cap. 22.
Diſcutere dolorem. Celſus lib. 4. cap. 2. Paulo poſt, Si diſcuſſus ex toto dolor eſt.
Cũ ſummo dolore diuelli ab aliquibus. Cic. pro Domo ſua, 76.
Dare alicui dolorem. Cic. Att. lib. 6. 132. 1.
Dolere dolore alicuius. Virg. 1. Aen. 135.
Domare dolorem. Stat. 2. Sylu. 1. 3.
Seuus dolor uiros duplicat. Sil. lib. 13. 47.
Efficiunt dolorem quaſi morſu quodam recordationes. Cicero Attico, lib. 12. 241. 9.
Eripere dolorem alicui. Cic. Att. lib. 9. 173. 11.
Euictus dolore. Virg. 4. Aeneid. 95.
Exarſit dolor oſſibus. Virg. 5. Aeneid. 35.
Exaturare dolorem damnis. Stat. 6. Thebaid. 17.
Exciderunt animo dolores. Virg. 1. Aeneid. 6.
Iras dolor excitat. Virg. 2. Aeneid. 129.
Excitare dolores. Celſus lib. 2. cap. 1.
Excuſſit ſenſus mihi nimius ille impulſus dolor. Senec. Hercul. Oeth. 10. 23.
Exercere dolorem ferro. Ouid. 12. Metam. 108.
Exhaurire dolorem alicui. Cic. Titio, lib. 5. 16. 7.
Exigit dolor. Celſus lib. 6. cap. 7.
Exoritur dolor. Celſus lib. 4. cap. 23.
Merſus altè magnus exundat dolor. Senec. Oedip. 12. 2.
Exuperat dolor. Lucret. lib. 2. 57.
Exurgere ſupra dolores. Ouid. ad Liuiam, 71.
Alta mane, ſupraq; tuos exurge dolores:
Infragilemq; animum quo potes uſq; tene.
Grauior dolor exurgit. Seneca Medea, 1. 10.
Facere dolorem. Cic. Octau. 1.
Facere capitis dolorem. Quint. lib. 5. cap. 10. 59.
Fatigant dolores. Celſus lib. 2. cap. 1.
Ferre dolorem. Virg. 6. Aeneid. 93.
Præteritos finire dolores. Perſ. Satyr. 5. 17.
Finire dolores lateris. Celſus lib. 5. cap. 25.
Finire dolorem. Celſ. lib. 2. cap. 7, Finiuntur dolores. Idem lib. 2. cap. 8. & lib. 4. cap. 8.
Fit item læuitas inteſtinorum, quæ lyenteria uocatur, coxæ dolores, morbi comitiales. Celſus lib. 2. cap. 1.
Prendens dolor. Senec. Herc. Furen. 9. 16.
Frænare undantes dolores. Sil. lib. 8. 57.
Furere dolore Ouid. 12. Metam. 96.
Geminare dolores. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 3.
Gignere dolorem alicui. Lucret. lib. 4. 63.
Habere capitis dolorem. Quint. lib. 2. cap. 17. 25.
Dolorem habere continuum. Celſus lib. 2. cap. 4.
Habere magnum dolorem. Cic. pro Mur. 80.
Requiem habere doloris. Ouid. 2. de Arte, 98.
Imminuit ſe dolor. Ouid. epiſt. 11. 23.
Immittere dolorem. Vide Immitto.
Imperare dolori. Vide Impero.
Impertire dolorem ſuum alicui. Vide Impertio.
Incenſus dolore. Virg. 11. Aeneid. 142.
Incluſit lachrymas dolor. Stat. 12. Thebaid. 64.
Increuit dolor. Ouid. 9. Metam. 141.
Incurſabit in te dolor meus. Vide Incurror.
Indipiſci dolorem in cogitando. Vide Indipiſcor.
Indulgere dolori. Ouid. ad Liuiam 81. Vide Indulgeo.
Inferre dolorem. Vide Infero.
Infixus animo hæret dolor. Vide Infigo.
Inhibet dolorem pectoris, ac uentris pulegium. Plinius libro 20. cap. 14. 8.
Inſidet pedibus dolor. Vide Inſideo.
Intenditur dolor. Celſus lib. 4. cap. 8.
Intercludi dolore. Vide Intercludo.
Inuaſit dolor. Vide Inuado.
Inueterauit dolor. Celſus lib. 4. cap. 23.
Inueteratus dolor. Vide Inuetero.
Inurere alicui dolorem. Cic. 11. Philip. 317. Vide Inuro.
Irritare dolores dicitur hyems. Celſus lib. 2. cap. 1.
Laborat è dolore puerpera. Vide Labor, laboris.
Lapſus dolor ad ima oſſa. Virg. 3. Georg. 91.

Laſſatus

Digitized by Google

Lassatus malis dolor. Senec. Herc Oeth. 10. 25.
Lenire dolorem. Celsus lib. 4. cap. 12.
Lenire dolores colloquijs. Claud. in Ruffin. 2. 18.
Lenire dolores requie. Ouid. 13. Met. 64.
Leuare dolorem. Celsus lib. 2. cap 8. Vide Leuis.
Leuare dolorem somno. Celsus lib. 5. cap. 25.
Summus dolor plures dies manere non potest. Vide Maneo.
Manet dolor. Celsus lib. 2. cap. 7. & 8.
Mersus in corde dolor. Stat. 5. Sylu. 1. 41.
Minuere & mollire dolorem. Sulpitius Cic. lib. 4. 5. 18.
Minuit uindicta dolorem. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 13.
Mitigare dolores. Quintilianus libro 6. capite 1. 22. Vide Mitigo.
Mitigantur uetustate dolores. Cic. Att. lib. 3. 55. 3.
Mollire dolorem. Sulpit. Cic. lib. 4. 5. 18.
Mouere dolores. Ouid. 11. Metam. 58. Celsus lib. 7. cap. 12. Sinerò dens dolores mouet.
Mouere capitis dolores. Celsus lib 2. cap. 1.
Vnos mulcere dolores. Stat. 5. Sylu. 5. 8.
Mulcere dolores alloquio. Sil. lib. 13. 79.
Callum quoddam obducere dolori. Vide Obduco.
Obductus dolor. Virg. 10. Aen. 12.
Oblitus doloris. Stat. 12. Theb. 74.
Obmutuit dolore. Ouid. 13. Metam. 119.
Dolor artibus obstat. Ouid. epist. 21. 39.
Occurrit dolori per quietem eiusmodi catapotium. Celsus libro 5. cap. 25.
Opprimi doloribus. Vide Opprimo.
Oriuntur eo quoq; tempore febres incertæ, lienis dolor, &c. Celsus lib. 2. cap. 1. Et iterum ibidem paulò post.
Subitus dolor capitis ortus est. Celsus lib. 2. cap. 8.
Non parêre dolori suo, non iracundiæ seruire. Cic. de Prouinc. Consul. 1.
Pascere dolorem. Senec. Herc. Oeth. 4. 43.
Omnis dolor minus medicinæ patet, qui sursum procedit. Celsus lib. 2. cap. 8. ad finem.
Pati dolorem corporis. Cic. 7. Verr. 88.
Interiores omnes dolores pellit pulegium. Plinius libro 20. capite 14. 8.
Pulsus tristi corde dolor. Virg. 6. Aen. 77.
Percitus dolore. Senec. Hippol. 12. 1.
Extremo dolore percussus. Valer. 7. Argon. 95.
Perferre dolorem. Virg. 9. Aen. 88. Vide Perfero.
Aeternum perferre dolorem. Lucret. lib. 3. 201.
Acerbitates, dolores, cruciatusq; perferre. Cic. 4. in Catil. 73.
Perpeti dolorem. Vide Perpetior.
Peruenit dolor à temporibus ad oculos. Celsus libro 6. capite 6. Idem lib. 7. cap. 18, ad finem, Dolor ad inguina, atque ilia peruenit.
Plangere dolore. Senec. Herc. furen. 12. 14.
Portare secum dolorem. Stat. 11. Theb. 102.
Mutum premere dolorem. Stat. 11. Theb. 127.
Premit altum corde dolorem. Virg. 1. Aen. 43.
Premi doloribus capitis uehementibus, & assiduis. Celsus libro 2. cap. 8.
Priuatus doloribus. Lucret. lib. 3. 185.
In multus processit dolor, id est, apparet in multu. Senec. Hercul. Oeth. 4. 3.
Prolusit dolor per ista noster, id est, hæc tantùm sunt proludium, & specimen quoddam doloris, & furoris mei. Seneca Medea, 12. 6.
Leniter pungit eos animi dolor. Vide Lenis.
Quiescit dolor. Celsus lib. 4. cap. 13.
Rapiunt dolores. Celsus lib. 2. cap. 1. id est, tollunt, occidunt.
Recruduit soporatus dolor, id est, sopitus. Curtius lib. 7. non procul ab init. 9.
Refricare oratione dolorem. Cic. 1. de Orat. 109.
Releuari dolore. Ouid. 9. Met. 136.
Remanet dolor. Celsus lib. 4. cap. 2. & 6.
Remittit se dolor. Celsus lib. 4. cap. ult. Potest quidem aliquis esse securior his temporibus, quibus dolor se remisit.
Remiserunt dolores pedum. Cic. de clar. Orat. 67.
Infandum renouare dolorem. Virg. 2. Aen. 1.
Resistere dolori. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6. 4.
Reuertit dolor. Celsus lib. 7. cap. 20.
Reuertitur dolor. Celsus lib. 2. cap. 8.
Antiquum nondum saturata dolorem. Virgilius 5. Aeneidos, 121.
Scindere dolorem suum. Cic. Attic. lib. 3. 55. 2.
Sentire dolorem. Celsus lib. 6. cap. 7.
Sepelire dolorem. Propert. lib. 1. eleg. 16. 4.
Seruire dolori. Properti lib. 1. eleg. 7. 2.
Soluuntur dolores. Celsus lib. 2. cap. 8.
Stabilire, & inhibere dolores. Vide Inhibeo.
Rapidus stimulans dolor. Silius lib. 6. 52. & lib. 7. 64.
Subest dolor. Celsus lib. 2. cap. 15.
Substat dolor. Celsus lib. 2. cap. 7.
Succurrere dolori alicuius. Propert. lib. 3. eleg. 17. 3.
In iecinoris dolore succurrit febris. Celsus lib. 2. cap. 8.
Esse alicui dolori. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 12.
In cursu dolor est, id est, in uigore. Ouidius 13. Metam. 103.
In dolore & mœrore esse. Cic. 11. Philip. 288.
Summouentur dolores. Celsus lib. 2. cap. 8.
Superat uirtute dolores. Ouid. 8. Metam. 104. de Meleagro.
Suppressus dolor. Lucan. lib. 6. 46.
Suscipere dolorem. Cic. 1. de Fimb. 37.
Perpetuum dolorem sustinere. Cic. pro Domo sua, 112.
Tabescere dolore. Terent. Adelph. 4. 3. 11.
Tacent pectora dolore. Ouid. epist. 21. 40.
Tangit dolor illum. Virg. 9. Aen. 28.
Suppressum tegere dolorem alta mente. Lucan. lib. 6. 46.
Quisquis dolor deorsum tendit sanabilior est. Celsus libro 2. capite 8.
Tentari dolore. Lucret. lib. 2. 194.
Tollitur dolor. Celsus lib. 8. cap. 11.
Trahit dolorem à renibus semen crethmi. Plinius libro 26. capite 8. 34.
Transeunt dolores ad uiscera. Celsus lib. 2. cap. 6.
In morem uenit meus dolor, id est, assueui iam semper dolore. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 8.
Grauiores dolores ueniunt. Celsus lib. 3. cap. 2.
Vetustus capitis dolor. Celsus lib. 4. cap. 2.
Vincere graues dolores. Senec. Octau. 4. 24.
Vicit dolor muctum uirum. Ouid. 13. Metam. 78.
Vrget dolor. Celsus lib. 4. cap ult.
Vrgeri graui dolore. Celsus lib. 3. cap. 2.
Vrit dolor amantes. Ouid. 4. Metam. 56.
Obductum uulgare dolorem. Virg. 10. Aen. 12.
Dolor ad ugulum, sicut iecinore uulnerato, uenit. Celsus libro 5. cap. 26.
¶ Doleo, doles, dolui, dolitum, pen. cor. (ἀλγέω, ἀχέω, ὀδύνομαι, ὀδυνάομαι) dolere, A' dolore deriuatur, Hoc est, dolore cruciari uel affici.
Dissimulare & non dolere. Cic. Octauio, 5, Quis huius urbis nomini, ac sedibus usq; adeò est inimicus, ut ista dissimulare possit aut non dolere?
Ingemere & dolere. Cic. in Vatinium, 24.
Dolere & queri. Cic. pro Flacco, 45.

Digitized by Google

Doleo me, dixit Plautus in Trucul.10.46.Antiquum.
Dolet caput.Plaut.Amphit.17.7.
Dolet mihi cor.Plaut.Mostell.3.48.
Dolet à sole caput.Plin.lib.24.cap.5.1.
Dolent ab ictu aures.Plin.lib.28.cap.7.4.
Dolere, Plus etiam est quàm Aegrè ferre. Plaut. Trinum. 6.9. Terent.Phorm.1.3.10,Alijs quia defit quod ament,ægrè est: tibi quia supereſt,dolet.Vbi Donatus, Laborauit ut ostenderet(dolet)plus esse quàm ægrè est.
Dolet mihi. Terent. Adel.2.4.8. Vbi Donatus, ὡς ἀλγεινῶς, Mihi dolet,pro Doleo.
Dolet mihi quòd tu nunc stomacharis.Cic.ad Brutum,17.10.
Doleo ab animo,& ab oculis.Plaut.Cistel.2.51.
De aliquo dolere, Id est dolere propter aduersam alicuius fortunam.Ouid.4.Triſt eleg.9.17.
Sum miser,& de me quòd doluere nihil.Cic.Att.lib.6.117.2.
De febricula alicuius dolere.Cic.Att.lib.12.232.3.
Dolere ex aliquo.Cic.filius ad Tironem,lib.16.21.6.
Doleo ex animo.Plaut.Capt.16.5.5, Satis iam dolui ex animo.
Dolet animus.Plaut.Merc.7.48.
Casum luctumq; alterius dolere.Cic.pro Sestio,128.
Dolet hoc cordi meo.Plaut.Amph.10.41.
Sua culpa dolere.Quint.in Procem.lib.6.12.
Damnis dolere.Claud.De pijs fratribus,epigram.42.9.
Dolet dictũ imprudenti adolescenti. Id est,quòd dixeris imprudenti.Terent.Eunucho,3.1.40.
Iniurias alterius & dolere & ulsciſci.Celius Ciceroni, libro 8.12.10.
Dolet interitum illius.Cic.12.Philip.336.
Laude aliena dolere.Cic.Licinio,lib.5.8.4.
Leuius dolere.Ouid.in Ibin.
Dolent hac re oculi mihi:Id est,non libenter hæc uideo.Terent. Phorm.5.9.64.
Successu alicuius dolere.Ouid.6.Metam.26.
Dolere uicem alterius.Cic.Cornificio,lib.12.23.6.Idem ad Terentiam,lib.14.16.2, Quanquam alia sunt quæ magis curemus,magisq; doleamus.
Dolet uehementer.Terent.Adelph.4.5.48,
Vt me hoc delictũ admisisse in me id mihi uehementer dolet.
Dolet illi illud,quia.Plaut.Cap.4.49, —huic illud dolet,
Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Dicere quod doleat.Plaut.Cistell.2.101.
Facilè fit illi quod doleat, Id est, minima re commouetur,& ad iram prouocatur.Terent.Eunuch.3.1.59.
Dolendum est.Horat.de Arte, 21.
In tam graui uulnere dolendum est.Cic.Bruto,9.3.
Fines censere dolendi.Stat.5.Sylu.5.13.
¶ Dolens(ἀλγῶν)Participium. Cic.2.de Finib.36, Nec haberent ulla ex parte aliquid, aut dolens, aut ægrum, id est aut malum. Salust. in Iugurth. Dictitare seſe consulatum ex uictis illis quasi spolia cepisse: alia præterea magnifica pro se, & illis dolentia.
Damna dolens aliena.Stat.5.Sylu.5.10.
¶ Dolens, Nomen (πρόσαλγὴς) Cic. in Parad. 43, Soli igitur hoc cõtingit sapienti,ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus.
Auriculæ collecta sorde dolentes.Horat.1.Epist.2.11.
Plus nimio dolens.Horat.1.Carm.ode 33.1.
Lenire dolentem solando.Virg.4.Aeneid.79.
¶ Doliturus,pen.prod.(ἀλγήσων)Liu.9.bel.Macedon.181,Ignominiáne sua quenquam doliturum censeret?
¶ Dolenter,Aduerbium(ὀδυνηρῶς)Plancus ad Ciceronem,lib.10.24.13,Sed quicquid tibi scribo,dolenter me hercule magis,quàm inimicè facio.Sic pro Domo sua,75.

Dolentius, Comparatiuum. Ouid.4.Metam.50. Cic. pro Sestio,10, At certè dolentius implorandam.
¶ Dolendus, Adiectiuum(ἀλγητός)Cic.ad Cornificium,libro 12.23.2.
Pœna dolenda.Ouid.epist.5.2.
¶ Dolito,tas,penul.corr.dolitâre,Frequentatiuum.Cato de Re rust.cap.157, Vno uerbo omnia sana faciet,intrò quæ dolitabunt.De brassica.
Dolus] huius doli(δόλος,δολιότης,δολοφροσύνη) à dolando, id est lædendo & mimuendo dictus, ut docet Donatus. nam & Græcè δόλος,læsio dicitur.Est autem fraus siue machinatio,quæ fit ad fallendum aliquem.Terent.And.3.3.27, Prius quàm harum scelera & lachrymæ confictæ dolis,&c. Ibidem 1.1.133,
Simul sceleratus Dauus,si quid consilij
Habet,ut consumat nunc,quum nihil obsint doli.
Malitiosus dolis.Author ad Heren.lib.4.237.
Veneni dolus. Catul.ad Furium,20.2. Id est, uenenum per dolum exhibitum,ut eo pereas.
Doli,machinæ,fallaciæ,præstigiæ.Cic.3.de Nat.deor.104.
Calumnia,fraus,dolus.Cic.pro Domo sua,29.
Anceps dolus.Virg.5.Aeneid.117.
Blandi doli.Propert.lib.3.eleg.23.4.
Cauti doli.Seneca Herc.Oeth.5.6.
Inanes doli.Virg.4.Georg.80.
Dolus malus. Cic.3.Offic.78, Nondum enim Aquilius Collegá & familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas,in quibus ipsis quum ex eo quærerem quid esset dolus malus, respondebat, quum esset aliud simulatum,aliud actum.Ibidem 3.de Nat.deor.107.
Dolus malus & Bona fides,contraria.Cic.Topic.34.
Taciti doli,Id est secreti.Valer.1.Argon.13.
Doli uocabulo, inquit Festus,nunc tantum in malis utimur:antiqui autem etiam in bonis rebus utebantur.Vnde adhuc dicimus,sine dolo malo:nimirum quia solebat dici,& bonus. Hactenus Fest. Terent.Eunuch.3.9,Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia.Vlpianus de dolo malo,l.1. in prin. Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa, quum aliud agitur, & aliud simulatur. Et paulò pòst, Labeo sic definit, Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labeonis definitio uera est. Malum dolum adiecit. Veteres enim bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem latronemue quis machinetur.
Adhibere dolum.Vide Adhibeo.
Sublatis dolis aperire aliquid, Id est, referre sine dolis. Virgil. 12.Aeneid.6.
Capere aliquem dolis.Virg.1.Aeneid.136.
Capi dolis.Vide Capio.
Carent successu doli.Ouid.epist.1.4.
Castigare dolos.Virg.6.Aeneid.114.
Certare dolis.Silius lib.5.20.
Circunducere aliquem per dolos.Vide Circunduco.
Commoliri dolum,aut machinam ad aliquem.Cicero 3.de Nat. deor.103.
Comparare dolum.Vide Comparo.
Confingere dolum.Vide Confingo.
Consuere dolos.Vide Consuo.
Conuertere se ad dolos.Vide Conuerto.
Decipi dolos.Vide Decipio.
Deficiunt artes,deficiuntq; doli.Tibul.lib.1.eleg.4.17.
Deludere dolis.Terent.And.3.4.4.

Digitized by Google

Detegere dolos. Seneca Thyeste, 3.29.
Discingere dolos. Sil. lib. 7.31.
Dolis factum. Terent. And. 3.2.29.
Frangere dolos alicuius. Virg. 4. Georg. 80.
Incessere aliquem dolis. Vide Incesso.
Instructus dolis. Virg. 2. Aeneid. 31.
Ludere dolis aliquem. Vide Ludus.
Latens dolus. Stat. 10. Thebaid. 48.
Mouere dolum arte. Stat. 12. Thebaid. 37.
Nectere Dolos. Senec. 1. Thebaid. 24. Vide Necto.
Operti doli. Valer. 5. Argon. 50.
Patent doli. Valer. 1. Argon. 13.
Struere dolum. Tacit. lib. 1.
Suspecti doli. Valer. 1. Argon. 50.
Tendere dolos. Horat. Epod. 27.
Versare dolos in pectore. Virg. 4. Aeneid. 113.
Vitare dolum. Lucret. lib. 2. 113.
¶ Dolosus, penult. prod. Adiect. (δολερὸς, δόλιος, δολομήτης) Fraudulentus. Plaut. Epid. 8. 36, Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit.
Amici dolosi ferre iugum pariter. Horat. 1. Carm. ode 35. 6.
Artes dolosæ. Ouid. 15. Metam. 95.
Consilia dolosa. Cic. pro Rab. Post. 3.
Gens dolosa. Ouid. 14. Metam. 19.
Illecebræ dolosæ Claud. 2. Paneg. 28.
Mulier dolosa. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 15.
¶ Dolosè, pen. prod. Aduerb. (δολερῶς) Cic. 3. Offic. 80, Quũ dicitur inter bonos bene agier: quicquam agi dolosè, aut malitiosè potest?
DOMIC. COS. XIII. LVD. SAE. F. C. Domicius Consul tertiũdecimum ludos sæculares faciundũ curauit. DOT. Dotem.
Doma] domatis, pen. cor. n. g. (δῶμα, τος) tectum Latinè.
Domabilis, Domator] Vide Domo, domas, in Domus.
Domada] Oppidum Hemuatarum Arabiæ populorum, cuius meminit Plin. lib. 6 cap. 28.
Domanetica] δομανῆτις, Pontica prouinciæ regio satis ferax, per quam Amnis flumen illabitur. Vide Strab. lib. 12.
Domazanes] Arabiæ populi, de quibus Plin. in descriptione sinus maris Rubri Troglodytici, &c. lib. 6. cap. 29.
Domesticatim, & domesticus] Vide Domus.
Domicilium, Dominor, Dominus] Vide Domus.
Domiporta] φορέοικος, hoc est, cochlea: ita appellata ad similitudinem Græcorum, qui eam φορέοικον appellant, hoc est, domum portantem. Cicero 2. de Diuinat. 197, Vt si quis medicus ægroto imperet, ut sumat terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam, potius quàm hominum more cochleam.
Domitij] plures fuerunt apud Romanos: Cn. Domitius, L. Domitius, Domitius Nero, Domitius Aenobarbus: de quibus apud Plin. Liu. & Plutarchum.
Domiducus & Domitius deus] Vide in Domus.
Domitor, Domitura] Vide Domo, domas, in Domus.
Domo, domas, Domabilis.] Vide Domus.
Domus] οἶκος, οἰκία, δόμος, δόμα, δῶμα. huius domus uel domi, huic domui, hanc domum, ô domus, ab hac domo uel domu. Hæ domus, harum domorum, uel domuum, his domibus, has domos uel domus, ô domus, ab his domibus. A Græco uenit (inquit Festus) δόμος.
Domus, Templum. Virg. lib. 6. Aeneid.
Ostia iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua.
Domus, Familia: continens pro contento. Virg. 5. Aeneid. 25,
Sergestusq; domus tenet à quo Sergia nomen. Terentius Adelph. 4. 7. 42, Domus sumptuosa. Vbi Domus, Domus, id est homines.
Vnus ex nostra domo. Cic. Apuleio, lib. 13. 47.
Domus, Gens una tota. Virg. 1. Aeneid. 58, Quum domus Assaraci. Volens intelligi Romanos, qui de Assaraco per Troianos originem ducunt.
Domus auium, pro nidis. Virg. 2. Georg. 42.
Pecorum domus. Stat. 1. Thebaid. 74.
Regiæ domus proles. Seneca Hippol. 5. 16.
Viscera magnarum domuum. Iuuenal. Satyr. 3. 8.
Domus sedes, aræ, foci, dij penates. Cic. pro Domo sua, 111. Idem pro Deiotaro, 5.
Aeria domus. Horat. 1. Carm. ode 28.
Aetheria. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.
Alta. Virg. 2. Georg. 93.
Ambigua. Vide Ambiguus.
Ambitiosa. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 4.
Amœna. Claud. 2. Paneg. 38.
Ampla. Cic. 1. Offic. 194.
Antiqua. Virg. 2. Georg. 42.
Ardua. Stat. 1. Silu. 1. 2.
Attonitæ domus. Vide Attonitus.
Beata. Catull. epigram. 56. 32.
Casta. Horat. 4. Carm. ode 5. 5.
Confusa. Stat. 1. Thebaid. 4.
Contermina domus nostræ domui. Ouid. 1. Metam. 156.
Delicata. Seneca Hippol. 2. 26.
Deuota. Ouid. epist. 9. 31.
Egregia. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 5.
Elysia. Ouid. 14. Metam. 23.
Exilis. Horat. 1. epist. 6. 9.
Ferina. Ouid. 15. Metam. 92.
Fatalis. Seneca Troade, 1. 13.
Fertilis. Stat. 4. Sylu. 8. 5.
Flauam domũ uocat Stat. lib. 10. Thebaid. 115. Id est, aplarium.
Frondifera. Lucret. lib. 1. 4.
Funesta. Seneca Hippol. 12. 24.
Honesta. Horat. 2. epist. 1. 31.
Horrenda. Stat. Thebaid. lib. 9. 160.
Horrida, Impolita, & rustica. Iuuenalis Satyr. 10. 30.
Humilis. Iuuenalis Satyr. 11. 17. Horat. 3. Carm. ode 1. 5.
Illustris. Tacit. lib. 3.
Impia. Ouid. 8. Metam. 98.
Incustodita. Claud. 3. de Raptu Proserp. 30.
Infamis domus. Seneca Hippol. 2. 12.
Inops. Ouid. 8. Metam. 166.
Littorea. Vide Littus.
Locuples. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 21.
Magnifica. Vide Magnus.
Maritæ. Vide Maritus.
Misera. Ouid epist. 23. 12. Catul. epigram. 62. 5.
Mœsta. Valer. 1. Argon. 151.
Multiplex domus, Id est, quæ conclauia multa habet, & habitationibus aut secessibus accommodata loca. Senec. Hipp. 434. Ouid. 8. Metam. 32.
Natalis. Valer. 3. Argon. 65.
Natiua. Seneca. Hippol. 4. 37.
Nigra. Stat. 5. Sylu. 1. 4.
Niualis domus Boreæ. Claud. 3. de Raptu Proserp. 65.
Nobilis. Seneca Thebaid. 1. 42.
Opaca. Virg. 3. Aeneid. 123.
Patritiæ. Claud. 4. Paneg. 13.
Domus patria. Virgil.
Da patriam Tymbræe domũ, da mœnia fessis.

Hoc est,

Digitized by Google

Hoc est, Da nobis ut aliquando in patriam concedamus. Virgilianum hoc carmen 3. Aeneid. 17. sic legit Seruius, Da propriam Tymbraeae domum, &c. Propriam (ait idem Seruius) Perpetuam: ut, Propriamq; dicabo. Et bene post experimentum malè cõditæ ciuitatis, perpetuas postulat sedes. Domum, familiam: ut, Domus tenet à quo Sergia nomen.

Perhospitalis. Cic. 6. Verr. 3.

Plebeia. Seneca Hippol. 11. 4. Stat. 4. Sylu. 6. 18.

Plena. Horat. 4. Carm. ode 12. 5.

Plutonia. Horat. 1. Carm. ode 4. 4.

Potens. Catull. epigram. 56. 32. Horat. 1. Carm. ode 35. 5.

Polluta. Lucanus lib. 2. 51.

Præpotens. Seneca Octau. 2. 1.

Pudica. Quint. lib. 1. cap. 10. 25.

Purior. Horat. 1. Ser. Satyr. 9. 10.

Regalis. Ouid. 1. Metam. 35.

Regia. Seneca Agamemn. 10. 2.

Regnatrix. Tacit. lib. 1.

Ruinosa. Ouid. epist. 1. 12.

Sacra. Ouid. 11. Metam. 124.

Sancta. Iuuenalis Satyr. 14. 7.

Simplex. Stat. 3. Sylu. 1. 7.

Socratica. Horat. 1. Carm. ode 29. 3. Vide Socrates.

Splendida. Virg. 1. Aeneid. 129.

Stellata, id est, cælum. Claud. 3. de Raptu Proserp. 2.

Sterilis. Propert. lib. 4. eleg. 12. 13.

Superæ. Ouid. 1. Fast. 60.

Tranquilla. Claud. 3. de Rap. 41.

Vacua. Claud. 2. in Eutrop. 19.

Vagæ. Horat. 3. Carm. ode 24. 2.

Vidua. Ouid. 1. Fastirum, 7.

Vndosa Eridani. Claud. 4. Panegyr. 30.

Abdita domus in imis uallium antri. Ouid. 2. Metam. 153.

Accipere in domo. Vide Accipio.

Admittere in domum. Vide Admitto.

Solo æquata domus. Quint. lib. 3. cap. 7. 14.

Affligere domum alicuius. Cic. pro Domo sua, 82.

Carere domo. Vide Careo.

Celebrare domos. Ouid. 10. Metam. 24.

Claudere nocte domum. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 8.

Clausa domus pudori. Vide Claudo.

Complanare domum. Vide Complano.

Commigrare in domum. Vide Commigro.

Concidit domus. Senec. Oetheo, 3. 10.

Duas & magnas & nobiles domos coniungere. Cic. pro Domo sua, 88.

Coniungere domum. Vide Coniungo.

Domum consumere luxu & flagitijs. Claud. epigram. 11. 2.

Conuestita domus lucis. Vide Conuestio.

Conuulsa domus. Tacit. lib. 12.

Conuulsa domus sedibus. Vide Conuello.

Defleta domus. Claud. Præfat. 2. in Eutrop. 5.

Demersa domus. Horat. 3. Carm. ode 16. 3.

Deplorata domus. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. 2.

Et deploratæ limen adire domus.

Deserta domus. Valer. 2. Argonaut. 76.

Desolata domus. Claud. epist. ad Hadrianum, 1. 2.

Disturbare ac diripere domum alicuius. Cic. pro Domo sua, 87.

Euersa domus. Ouid. epist. 3. 8.

Excindere domus. Virg. 12. Aeneid. 129.

Florens domus felici sorte uiget. Seneca Hipp. 4. 16.

Frequentare domus. Ouid. 9. Metam. 65.

Contiguas habere domos. Ouid. 4. Metam. 12.

Inclinata domus. Virg. 12. Aeneid. 12.

Instruere domum. Vide Instruo.

Opimè & opiparè instructa domus. Vide Opimus.

Labens domus. Virg. 4. Aeneid. 64.

Lapsa domus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 3.

Madens cæde domus. Valer. 2. Argon. 55.

Migrare domo. Vide Migro.

Multiplicata domus. Vide Multus.

De domo numerare. Paulus in Llecta. ff. si certum petatur, Lucilius Titius scripsi me accepisse à Publio Mæuio quindecim mutua, numerata mihi de domo. Idem est de hac clausula, Ex arca. Nam illæ clausulæ adijci solitæ erãt chirographis, quũ creditor à se pecuniam numeraret. Quibus diuersum est numerare ex mensæ scriptura. quæ uerba adijci solita erant, quum pecunia ab argentario dabatur. Ex Donato in Phormione, 5. 8.

Nutantes domus. Lucan. lib. 1. 99.

Obire domos amicorum. Vide Obeo.

Obtexere domos. Vide Obtexo.

Occidit una domus. Ouid. 1. Metam. 49.

Orbare domos. Stat. 11. Thebaid. 37.

Patefacere domum Seneca Hippol. 12. 24.

Perfringere domus. Tacit. lib. 20.

Perturbare domum. Senec. Thyest. 1. 17.

Plorata domus. Stat. 5. Sylu. 3. 33.

Prostrata domus. Seneca Herc. furen. 13. 2.

Quatere domos Lucan. lib. 6. 6.

Quassata domus. Senec. Hippol. 10. 2.

Riget argento domus. Horat. 4. ode 11. 2.

Acribus custodijs domum & uias sepserat. Tacit. lib. 1.

Silens domus. Senec. Hippol. 2. 26.

Solare domos, Id est, desolatas reddere. Stat. 5. Theb. 30.

Struere domos. Horat. 2. Carm. ode 18. 4.

Subire domum. Ouid. 1. Metam. 25.

Clara domus satis hæc nobilitate sua est. Ouid. epist. 16. 11.

Turbare domos. Stat. 5. Theb. 12.

Vertere ex imo domum. Seneca Medea, 12. 21.

Ornanda est dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Cicero 1. Offic. 194.

Domuum, Genitiuus pluralis. Plin. lib. 8. cap. 57. 1, Quo in genere multi & hos incolas domuum posuere mures.

Domi, pro Domus genitiuus. Plaut. Trinum. 14. 20, Non fugitiuus est homo, commeminit domi.

Domus genitiuus, est ædificiũ quod ex tecto & parietibus constat: ut, Partem domus demolitus sum. Valla.

Domuis etiam in genitiuo habuit. Varro, Perrexit in interiores partes domuis.

¶ Domi, genitiuus (οἴκοι) Locus est in quo quis manet. Terent. Adelph. 4. 2. 18, Quid ais bone uir, est frater domi? Cic. 5. de Finib. 153, Sed tu etiam Chrysippe in foro, domi, in schola definis. Virg. eclog. 3. 2.

Apparere domi. Vide Appareo.

Continere se domi. Vide Contineo.

Res gestæ domi. Ouid. 15. Metam. 150.

Includere se domi. Vide Includo.

Domi & Foris, contraria. Terent. Hecyr. 2. 1. 21, Vt uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Cic. 1. Offic. Parua sunt arma foris, nisi est consilium domi.

Domi & in domo, eiusdem planè significationis sunt. Quintil. lib. 5. cap. 10, In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Quidam dicunt domi aduerbiascere, ut quum dicimus, Sum domi: & similiter alios casus: ut domum propero. seu Domo uenio: sed nomen potius esse pronomina indicant, quæ cum hac uoce iunguntur, quæ sunt mea, tua, sua, nostra, uestra, &

Digitized by Google

ſtra, & aliena: ut, Eram domi meæ, &c. Quòd ſi quãdo hæc pronomina ſupprimantur, tamen ſubintelliguntur: ut, Domi ero, id eſt meæ. Domi eritis, id eſt ueſtræ, &c. Terent. Adel. 4.7.29, Erit unà in domo.

Cuius domi fuit, pro In cuius domo. Cic. 7. Verr. 85.

Domi iſtius. Cic. pro Quintio, 11, Qui iſtius domi erat educatus.

Domi eſt animus, Id eſt, Cogito de domo, aut quid domi agatur. Plaut. Merc. 12. 2.

Domi operiri aliquem. Terent. Eunuch. 5. 2. 56.

Domi ero ſi quid uoles. Terent. Heaut. 4. 8. 33.

Domi nobilis. Saluſt. in Catil.

Domi & militiæ, genitiui aduerbiales: id eſt, abſolutè poſiti, pro eo quod eſt In pace & in bello: hoc eſt, pacis & belli tempore. In his obſeruatũ eſt, ut ferè per coniunctionẽ Que uel Et cõnectantur. Teren. Adelph. 3. 4. 49, —unà ſemper militiæ & domi fuimus. Cic. de Senect. 74, An cenſes (ut de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos nocturnoſq; domi, militiæq; ſuſcepturum fuiſſe, &c. Idem 5. Tuſc. 77, Quorum uirtus fuerat domi militiæq; cognita.

Domi, belliq;. Plaut. Capt. 2. 68, Domi, belliq; duellatores optimi. Idem Aſina. 11. 13. Cic. 2. Offic. Præterea quibuſcunq; rebus uel belli uel domi poterunt, Remp. augeant.

Domi ſociq;. Terent. Eunuch. 4. 7. 45, Domiq; ſociq; fac uiciſſim ut memineris.

Domi apud. Terent. Eun. 4. 6. 9, Vbi ea eſt? T. domi apud me. Cic. 7. Ver. 59, Domi eſſe apud ſeſe archipiratas dixit duos.

Domi noſtræ. Cic. 5. Tuſc. 158, Diodorus Stoicus cæcus multos annos noſtræ domi uixit.

Suæ. Cic. 3. Verr. 46.

Alienæ. Cic. pro Domo ſua, 81, Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo fanatice, ſacrificium quod alienæ domi fieret, inuiſere?

Domum (οἴκονδε) Aduerb. Authore Donato, apud Terent. in Hecyr. 3. 2. 25, Quid? nõ ſciunt ipſi uiam, domũ qua redeãt?

Viſam domum Terent. Eunu. 5. 9. 12.

Domum me conuertam, tranſacta re. Terent. Adelph. 2. 4. 22.

Adducere domum. Vide Adduco.

Domum abducta ad me. Terent. Adelph. 4. 4. 19. Idem Eunu. 1. 2. 125, Et is hodie uenturum ad me conſtituit domum. Sic, Ad ſe domum. Ibidem 3. 5. 28, Illa illico ubi me acceput, læta uerò ad ſe abducit domum. Et, Ad nos domum. Ibidem, 4. 3. 20.

Ad ſe domum aliquid deferri iubere, Id eſt, domum ſuam. Cic. pro Cluent. 54.

Domum abi. Terent. And. 5. 6. 14.

Deducere domum. Terent. Adelph. 4. 5. 60.

Ad domum profecti. Vide Ad.

Capeſſere ſe domum. Vide Capeſſo.

Concurrere domum. Vide Concurro.

Conuertere ſe domum. Vide Conuerto.

Recipere aliquem domum ſuam. Cic. pro Archia, 4.

Domum alicuius ire. Cic. 3. Offic. 152.

Domum reditio. Cæſar 1. bell. Gall. Vt domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent. De Heluetijs loquitur.

Vado domum. Terent. Eunuch. 2. 3. 71.

Domum ad aliquem ire. Cic. 2. Verr. 16.

Domo abire. Terent. Eunuch. 4. 3. 19.

Domo accerſita. Plaut. Stich. 13. 2.

Accerſitus domo huc ſum. Vide Accerſo.

Cedere domo. Vide Cedo.

Domo cœnare, pro Extra domum. Plaut. Sticho, 4. 38. Hoc eſt, à domo, uel alibi à domo.

Exire domo. Cic. pro Flacco, 11.

Domo exulare. Terent. Eunuch. 3. 5. 62.

Domi uel domo ſe tenere. Cic. pro Domo ſua ad Pontif. Idem Poſt reditum in Senatu, 26, Quum ipſe propter metum dimicationis & ſanguinis domo ſe teneret. Pro In domo.

Domus, Accuſatiuus pluralis. Liu. lib. 5. Decad. 5. 4, Ludis relictis, domus magna pars hominum ad coniuges liberoſq; lætum nuntium portabant. Qu. Claudius lib. 1. Annalium, referente Gellio, lib. 17. cap. 2, Domus, inquit, ſuas quenq; ire iubet, & ſua omnia fruiſci.

Domu, Ablatiuus. Plautus Milit. 4. 47, Ait ſeſe Athenas fugere cupere ex hac domu. Traianus libro 10. ad Plinium, epiſtola 292.

¶ Domeſticus, penul. corr. Adiectiuum (οἰκίῳ, ἐφίῳ, οἴκου, οἰκεῖος, συνέῳ, ὁμοεφίῳ) Quicquid ad domũ pertinet. Plin. Mite animal, atq; domeſticum.

Externum & Domeſticum, contraria. Cic. 2. Offic. 36.

Facta domeſtica. Horat. de Arte, 58.

Domeſticæ inſidiæ. Cic. Metello, lib. 5. 2. 3.

Luctus domeſticus. Ouid. 13. Metam. 17.

Occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum. Cic. 3. Verr. 27.

Domeſticus natiuusq; ſenſus. Cic. de Aruſp. reſp. 17, Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipſo huius gentis ac terræ domeſtico natiuoq; ſenſu Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate ac religione, &c. omnes gentes nationeſq; ſuperauimus.

Domeſtici, Qui ex eadem domo ſunt, & nobiſcum habitant.

Domeſtici & Alienigenæ, contraria. Cic. pro Fonteio, 19.

Conuictor, denſoq; domeſticus uſu. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 3. 3.

Domeſticum crimen & uernaculum. Cicero 5. Verr. 120. Id eſt Romæ, non in prouincia patratum. Budæus.

Domeſtica crudelitas. Cic. pro Roſc. Amer. 92.

Domeſtica exempla, apud eundem lib. 2. de Nat. deor.

Domeſticum lenocinium. Cic. 5. Verr. 5.

Domeſticus uſus & conſuetudo. Cic. pro Roſc. Amer. 9.

Regio domeſtica. Ouid. de Ponto, 14. 10.

Domeſticus, pro Priuato. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 9, Ergo & domeſtica feremus, ut cenſes: & publica paulò etiam fortius quàm tu ipſe qui præcipis.

Tabellarij domeſtici. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 7, Hic refert ad publicos nuntios, qui erant (ut ita dicam) ordinarij.

¶ Domeſticatim, pen. prod. Aduerbium (κατ' οἰκείους) Per unius domos, ſiue per domeſticos. Sueton in Cæſare, cap. 26, Quorum ut quàm maxima expectatio eſſet, ea quæ ad populum pertinerent, quamuis macellarijs oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

¶ Domicœnium, huius domicœnij (οἰκόδαπνον) Cœna quæ fit domi. Martial. lib. 5. 129,

Si triſti domicœnio laboras,
Torani, potes eſurire mecum.

Idem lib. 12. 78, —ſed ipſe diuũm
Offenſus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.

¶ Domuitio, huius domuitionis (οἰκόδομος) Dictio compoſita ex Domo & Itio, Reuerſio ad domum. Apuleius, Denique nec larem requiro, nec domuitionem paro. Cicero libro 1. de Diuinat. Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domuitionem dari. Ex uetuſto exemplari legendum, domuitionem, diſiunctim.

¶ Domicilium (οἰκητήριον, οἴκημα) Habitationem ſignificat longi temporis. Cicero 7. Verr. 145, Sedem antiquam, diuinumq; domicilium nocturno latrocinio atq; impetu compilauit.

Imperij & gloriæ domicilium. Cic. 1. de Orat. 52.

Domicilium

Digitized by Google

Domicilium illustre ac nobile. Vide Illustris.
Domicilium sermonum, aures. Cic. in Pisonem, 60.
Superbiæ domicilium. Cic. 2. de leg. Agrar. 95.
Sedes ac domicilium collocare. Cic. 3. Verr. 4.
Comparare domicilium. Vide Comparo.
Animus cælestis ex altißimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. Cic. de Senect. 70.
¶ Domiducus deus, ut in sexto de Ciuit. Dei ex Varrone scribit Augustin. quum domum ducenda erat quæ nubebat, colebatur: quamuis & Domiduca eadem causa Iuno uocabatur.
¶ Domitius deus apud antiquos celebrabatur, ut esset in domo noua nupta. Author Augustin. in lib. de Ciuit. Dei.
¶ Domo, domas, domui, domitum, pen. corr. (δαμάζω, ἀποτρύχω, τιτρέω) domare (inquit Sipont.) proprie est ui atq; armis imperio suo subijcere, à Græco δαμάζω, eiusdem significationis. Idem alio loco, Domo proprie significat mansuefacio, & quasi domesticum reddo. Per metaphorã tamen accipimus pro Vincere & superare. Plautus Casin. 5. 36, Sed quid ais? iam domuisti animum, potius ut quid uir uelit fieri, &c. Plin. de Viris illust. 57, Præter Galliam domuit Consul Hißpaniam, altero Consulatu Sardiniam.
Animum rigentem domare. Seneca Hippol. 4. 12.
Armis domare aliquem. Sil. 17. 116.
Corda dura domare. Ouid. epist. 4. 31.
Crimina domare. Claud. epigram. 9. 1.
Crines domare certo ordine. Stat. 1. Achill. 66.
Dolorem domare. Stat. 2. Sylu. 1. 3.
Equos domare cursibus. Seneca Hippol. 4. 22.
Fortunam domuit uirtutibus. Claud. 5. Paneg. 8.
Gentes domare armis. Claud. de laude Serenæ, 22. 12.
Lumina domare somno. Stat. Thebaid. 7.
Conterere, compellere, domare nationes. Cicero de Prouin. Consul. 26.
Frangere & domare nationes. Cic. de Prouinc. Conf. 27.
Mentem domat respectus honesti. Claud. 6. Paneg. 54.
Obsequium Tigres domat. Ouid. 2. de Arte, 37.
Seruitia uirtute uictoriaq; domare. Cic. pro Sestio, 56.
Spemq; metumq; domare magno pectore. Stat. 2. Sylu. 2. 25.
Spiritum auidum domare. Horat. 2. Carm. ode 2. 2.
Domare terram aratro, uel rastris. Col. lib. 6. cap. 22. 1. Virgil. lib. 9. 45. Id est, colere.
Terrore domandus. Claud. in Epithalamio Palladij, 27.
Ante domandum, Id est, antea quàm domentur. Virg. 3. Georg. 42. de equis.
¶ Domitus, pen. corr. (δεδμημένος) Participium, siue Nomen ex participio.
Subacti & bello domiti. Cic. pro Fonteio, 2.
Manu Herculea domitus. Horat. 2. Carm. ode 12. 2.
Amor domitus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 10. 1.
Domitæ & condoctæ belluæ. Cicero secundo de Natura deorum, 240.
Domiti boues. Plaut. Persa, 7. 6.
Dente premunt domito Cybeleia frena leones. Ouid. 10. Metamorph. 140.
Domitæ gentes. Cic. de Prouinc. Conf. 4.
Hostis domitus. Ouid. ad Liuiam, 68.
Domitas habere libidines. Cic. 1. de Orat. 96.
Domiti oculi, manus, & oratio. Plaut. Mil. 9. 81.
Orbis domitus. Virg. 2. Georg. 23.
Sagitta domitus Orion. Horat. 3. Carm. ode 4. 15.
Ora domita frænis ligare. Seneca Hippol. 10. 3.
Domitus orbis cultoribus. Virg. 2. Georg. Aspicis extremis domitum cultoribus orbem. Vbi Seruius, Intuere etiam extremum orbem cum suis cultoribus domitum.
Triumpho iusto domiti Parthi. Horat. 1. Carm. ode 12. 11.
Bello domitæ Thebæ. Ouid. epist. 2. 15.
Vrbes domitæ. Virg. 3. Georg. 6.
¶ Domitus, huius domitus, pen. corr. (δαμάσις) Verbale. Cic. 2. de Nat. deor. 226, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uectiones.
¶ Domitor, pen. corr. domitoris, Verbale (δαμτὴρ) Qui domat: ut, Regni domitor. Mart. lib. 9. 8. Plin. in Paneg. 29, Cõtemptor ambitionis & infinitæ potestatis domitor, ac frænator animus, ipsa uetustate floreſcit. Ouidius de Trist. Quid tibi de tetrico referam domitore chimeræ?
Curarum domitor. Senec. Agamemn. 2. 4.
Domitor equorum, Cic. 1. Offic. 128. Domitor serpentium, Plinius lib. 25. cap. 2. 8. Domitor armorum, Cic. pro Milone, 27. Domitor Hispaniæ, Liuius 1. bel. Pun. 161. Virgil. 7. Aeneid. 38.
Ferarum domitor. Senec. Herc. Oetheo, 17. 2.
Freti domitor Tiphys. Senec. Medea, 1. 1.
Gentium domitor. Senec. Octau. 8. 13.
Malorum domitor. Senec. Herc. fur. 12. 3.
Mundi domitor. Lucan. lib. 7. 50.
Orbis dormitor. Senec. Herc. furente, 9. 1.
¶ Domitrix, pen. corr. (δαμάτρια) huius domitricis, pen. prod. fœge. Verbale. Plin. lib. 26. cap. 16. 1.
Equorum domitrix Epidaurus. Virg. 3. Georg. 9.
¶ Domator, pen. prod. domatoris (δαμαγὸς) Idem quod domitor. Tibullus, Te duce, non aliàs conuersa tergo domator.
¶ Domatio (δάμασις) Actus ipse domandi.
¶ Domabilis, & domabile, pen. corr. (δαμαστὸς) Qui domari potest. Horat. 4. Carm. ode 14. 9. ad Augustum,
Te Cantaber nõ antè domabilis Mirator. Ouid. 9. Met. 51. uerba Iouis de Hercule, —nullaq; domabile flamma.
¶ Domiturus, pen. prod. (δαμάσων) Participium. Virgil. 4. Georg. 21,
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durũ Bacchi domitura saporem. Claud. in Gigantomach. 3, O pubes domitura deos.
¶ Domito, domitas, pen. cor. Frequentatiuum (δαμάζω) ut, Boues domitare. Virg. 1. Georg. 57.
Domitant in puluere currus. Virg. 7. Aeneid. 33.
Furores domitare. Silius lib. 7. 44.
Populos domitare. Silius lib. 3. 21.
¶ Domitura, pen. prod. (δάμασις) Plin. lib. 8. cap. 45. 4, Domitura boum in trimatu, postea sera, antè præmatura. Colum. lib. 6. cap. 2. 7, Curandum ne in domitura, bos calce, aut cornu quenquam contingat.
¶ Dominus, domini, penul. corr. (κύριος, δεσπότης, πολίτης, οἰκότης) Dicitur quasi qui domi præest, & domi imperat. Et dicitur is proprie qui domui præest, & qui domus imperium habet, cuiq; omnis familia pareat. Terent. Eunuch. 3. 2. 33, Apparet seruum hunc domini esse pauperis.
Dominus Iupiter. Ouid. —& domino soluere uota Ioui.
Dominus, Cui seruitur, & cui populi subsunt. Virgilius 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Mart. libro 1. 3,
Delitiæ populi quæ fuerant domini.
Dominus ac rex aratorum. Cic. 5. Verr. 59.
Astrorum dominus Sol. Senec. Troade 5. 4.
Canum Domini. Cic. 2. de Nat. deor. 236.
Comitiorum dominus. Cic. 2. Verr. 16.
Senatus, dominus publici consilij. Cic. 3. de Legib. 41.
Dominus epuli. Cic. in Vatinium, 24.
Regni dominus. Seneca Hipp. 5. 8.
Regni tristis dominus, id est, Pluto. Senec. Medea, 1. 3.

Digitized by Google

Rerum domini. Virg. Aeneid. 58.
Stygis dominus, Pluto. Senec. Herc. Oeth. 4. 66.
Iustitia summi rectoris ac domini numen. Cic. 4. de Finib. 18.
In discordia dominorum, domus beata esse non potest. Cic. 1. de Finib. 90.
Ancilla & dominus relatiua. Cic. 2. de Oratore, 153. Vt illud Nasicæ, qui quum ad Poetam Ennium uenisset, eiq; ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset, Domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse, & illum intus esse.
Dominus & imperans. Cic. de Vniuersit. 27.
Dominus & moderator. Cic. 2. de Legib. 25.
Victor & dominus. Cic. 6. Philipp. 212.
Dominus in suos. Cic. pro Rosc. Amer. 47.
Dominus, Qui in potestate habet. Cic. 3. Tuscul. 19, Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum uetant XII. tabulæ. Id est, rerum administrationem habere.
Res Venereæ tanquam dominus agrestis & furiosus. Cicero de Senect. 43.
Acres domini. Lucret. lib. 5. 18.
Bonus, assiduusq; dominus. Cic. de Senect. 52.
Breuis dominus, id est, qui non diu rerum potitur. Horatius 2. Carm. ode 14. 5.
Immites domini. Senec. Herc. furent. 7. 10.
Iustus dominus alicuius rei. Vide Iustus.
Potens dominus. Virg. 6. Aeneid. 124.
Superbi domini. Virg. 12. Aeneid. 48.
Ignorare dominum nostrum. Cic. 4. Acad. 228.
Imponere dominum alicui. Cicero 13. Philipp. 356. Et statim, Etiamne in nostros liberos dominum & tyrannum comparabat?
Sui quenq; iuris & retinendi & dimittendi esse dominum. Cic. pro Cornelio Balbo, 24.
Velle esse dominum in alicuius bonis. Cic. pro Domo sua, 83.
Dominus, pro Marito. Virg. 4. Aeneid. —connubia nostra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.
¶ Domina, huius dominæ (δέσποινα, κυρία) ut, Cupiditas honoris dura domina. Cic. in Parad. 50. Et in Pisonem, 2. Item lib. 2. de Finib. 63, Dominæ rerum omnium uirtutes. Virgilius 3. Aeneid. 23, Et uincti curru dominæ subiere leones. Hoc est, Cybeles.
Herilis domina. Claud. 5. Paneg. 42.
Vna quædam uirtus omnium domina & regina uirtutum. Cic. 3. Offic. 36.
¶ Dominicus, pen. prod. Adiect. (κυριακὸς) ut, Dominicus dies, qui antea Dies solis dicebatur, quòd deo sacer sit.
Dominica fides. Paulus in l. cum de lanionis. §. dum de uillico. ff. de instruc. uel instrum. leg.
Dominicæ habitationes. Colum. lib. 9. cap. 11, Et rationes dominicas pecuarias conficere. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 8.
Pecunia dominica. Vlpian: in l. seruus. ff. de fideiussoribus, Si uerò extra causam peculij fideiusserit: quod ex pecunia dominica soluerit, æquè uindicabitur: quod ex peculio, condici poterit.
¶ Dominulus, forma diminutiua apud Scæuolã iuxta Noricum textum, in l. uxorem. §. testamento. 1. de leg. 3. ff.
¶ Dominor, penul. corr. dominaris (κυριεύω, δεσπόζω, αὐθεντέω, διακοιρανέω, κρατέω, ἐπικρατέω) dominari, Imperium gerere, & præesse.
Florere & dominari. Cic. 1. de Orat. 16.
Dominari & rerum potiri. Cic. 4. Acad. 228.
Dominari alicui regioni. Cic. pro Rab. Posthum. 24.
Victis dominari. Virg. 1. Aeneid. 58.
Dominari in aliquem. Ouid. 1. Metam. 16. Cic. de Senect. 33, Si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos.
Dominari in re aliqua. Seruius Sulpitius Ciceroni lib. 4. 12.
Casus & natura in bonis dominatur. Virg. 2. Aeneid. —incensa Danai dominantur in urbe, Cic. pro Quint. 63, Non usq; eo tamen ut in capite fortunisq; hominũ bonissimorum dominentur hi, qui, &c.
In affectibus dominari. Quintil. lib. 2. cap. 5. 6.
Potentia dominatur in ciuitate. Cic. pro Cecin. 52.
Vsus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. Cic. 2. de Orator. 19.
Consilium dominatur in corpore. Lucret. lib. 3. 28.
Venus dominatur in mentes. Lucan. lib. 5. 146.
Fortuna in Repub. dominatur. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1. 6.
Dominari inter aliquos. Cæsar 2. bel. Gall. 342. Ouidius 3. Amor. eleg. 5. 13,
Tu centum aut plures inter dominabere Nymphas.
Deus dominatur tota mente. Seneca Hippol. 2. 21, Deum dicit amorem.
Dominor, aliquando passiuè capitur. Cic. lib. 1. Offic. 169, O domus antiqua, heu quàm dispari dominare domino.
Multos dominata per annos. Virg. 2. Aeneid. 73.
¶ Dominans, pen. cor. Participium (κυριεύων) Cic. 2. de Finib. 185, Maximus uerò uirtutes iacere omnes necesse est uoluptate dominante.
Fame dominante. Cic. pro Cluent. 53.
Libidine dominante non est temperantiæ locus. Cicero de Senect. 36.
Nullo dominante ruunt equi, id est, nullo regente eos. Seneca Hipp. 10. 20.
Dominans ille in nobis deus. Cic. 1. Tusc. 116.
Nomina dominantia. Horat. in Arte poetica, 48.
¶ Dominantior, Comparatiuum (κυριεύων μᾶλλον) Lucret. lib. 3. 81,
Et magis animus uitai claustra coercens,
Et dominantior ad uitam, quàm uis animai.
¶ Dominatus, huius dominatus, pen. prod. (κυριεία) Participium. Cic. 4. de Finib. 64. Idem 4. Tusc. 2, Dominatu regio Repub. liberata.
Dominatus & principatus. Cic. 11. Philipp. 315.
Potestas & dominatus. Cic. 2. de Nat. deor. 43.
Cupiditatis dominatus. Cic. in Parad. 51.
Copiæ, opes, maiestas, dominatus. Cic. 5. Tusc. 85. de Dionysio.
Impotens dominatus, Vide Impotens.
Superbissimus dominatus. Cic. pro Rab. Posth. 24.
Habere dominatum. Cic. in Parad. 51.
Locari in dominatum. Vide Locus.
Occupare dominatum. Cic. 5. Tusc. 80.
Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. Cic. 2. de Nat. deor. 228.
Nouo dominatu pulsum esse. Cic. pro Domo sua, 53.
Crudeli dominatu ab aliquo teneri urbs dicitur. Cicero 1. de Diuinat. 94.
¶ Dominator, pen. prod. (κυριεντὴς) Verbale: ut, Dominator rerum deus. Cic. 2. de Nat. deor. 6. Plin. lib. 36. cap. 15. 19.
Freti sæuus dominator, Neptunus. Senec. Hipp. 12. 1.
Potens dominator. Senec. Herc. furen. 13. 9.
¶ Dominatrix, penult. prod. huius dominatricis (κυριότης) Cic. 1. de Inuent. 3. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.
Dominatrix Creta freti. Senec. Hippol. 2. 1.
¶ Dominatio, Verbale, fœm. gen. (κυριότης) Cic. 5. Verr. 132. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit?
Contactus dominationis. Tacit. in Vita Agricolæ, Oculos quoq; à contactu dominationis inuiolatos habebamus.

Cupidines

Digitized by Google

Cupidines dominationis. Tacit. lib. 13.
Diuturnitas uictoriæ & dominationis. Cic. Att. lib. 7. 140. 2.
Dominatio rationis in libidinem. Cic. 2. de Inuent. 243.
Flagitia dominationis. Tacit. lib. 14.
Spes dominationis. Tacit, lib. 4.
Dominatio regnumq; iudiciorum. Cic. 2. Verr. 22.
Aliena dominatio. Tacit. in Vita Agric.
Crudelis, superba, ignominiosa, flagitiosa dominatio. Cicer. 3. Philipp. 148.
Impotentissima dominatio. Liu. lib. 4. Decad. 4.
Adipisci dominationes, Tacit. lib. 4.
Capt are dominationem, Tacit. lib. 4.
Nouam dominationem sibi comparare. Cic. 1. de leg. Agrar. 12.
Comprobare dominationem. Liu. lib. 4. Decad. 4.
Dominationem sibi concupiuit. Tacit. lib. 20.
Fastidium dominationibus. Tacitus lib. 13.
Dominationem habere in aliquem. Author ad Herennium, libro 4. 174.
Vita sub dominatione misera est. Asin. Pollio Ciceroni, libro 10. 31. 9.
¶ Dominium (δεσπότεια) Imperium, & principatus. Varro 2. de Re rust. cap. 6. 3, In mercãdo item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus, dominium mutant. Suet. in Tiberio, cap. 59.
Donacesa] Δονάκησα, Phthiotidis mõs, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 8.
Donaria, Donatiuum] Vide Donum.
Donatus] Δεδωρημένος, Participium à Donor. Vide Dono in Donum.
Donatus] Nomen uiri Grammatici doctiss. Hic fuit Diui Hieronymi præceptor.
Donax] Δόναξ, Calamus crassiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla, fructicosissimus, & nõ nisi in aquaticis natus, sagittarijs aptissimus, longissima habet internodia, & dum calefactus est, facilè flectitur. Ex Plinio, lib. 6. 10. cap. 36. 8.
Donec] Aduerbium, (ἕως, ὄφρα, ἐσόκεν, ἐσότε) Id est, quoad uel quousq;. Plaut. Amphit. 7. 40,
Neq; ita di me ament, credebam primò mihimet Sosiæ,
Donec Sosia ille egomet fecit sibi uti crederem.
Vsq; donec. Plaut. Milite, 5. 113. Terent. Adelph. 4. 6. 6. Certũ obsidere est usq; donec redierit.
Vsq; adeò donec. Plaut. Cistel. 7. 41. Terent. And. 4. 1. 38,
Nunquam destitit orare usq; adeò donec perpulit.
Donec effecero, siue perfecero. Terentius Phorm. 4. 1. 24. Ibidem, 2. 3. 72. Virg. 1. Aeneid. 56,
—donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Donec peruentum est ad hæc tempora. Liuius. Virg. Eclog. 6,
Cogere donec oues stabulis, numerumq; referre iussit,
Donec, pro Quandiu. Ouid.
Donec eris felix multos numerabis amicos.
¶ Donicum (ἐσόκε) Idem significat quod Donec, Quandiu uel Quoad. Plautus Capt. 6. 89, Ego me amitti, donicũ ille huc redierit. Idem Trucul. 3. 13. Cato, cap. 149. Donicum pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus et familia quæ illic erit, pignori sunto.
Dono] Donas. Vide Donum.
Donum] huius doni (δώρου, δωρέα) Plin. lib. 35. cap. 14. 3, Græci enim (ait) antiqui doron palmã uocabant: & ideo dora munera, quia manu darentur. Terent. Eunucho, 5. 9. 27, Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Vbi Donatus, Donum, præmium est: & munus, præmium: sed donũ præmiũ dijs datur: munus, præmium hominibus. Nam separatim, donum deorum est, præmium uirorũ est fortium, munus hominum: & donum munusq; tam ante factum quàm post factum datur: præmium, non nisi post factum est. Donum, uoluntarium: præmium debetur. Alij ergo δωωθέτως pronuntiant: primò donum: & sic præmium, quasi unam partem orationis.
Donum est diuinũ rationis & consilij. Cic. 3. de Nat. deor. 109.
Musarum dona. Horat. 2. epist. 1. 49.
Donum atq; munus. Cic. pro Archia, 14.
Agreste donum. Silius lib. 13. 24.
Amplissima imperatorum dona. Vide Amplus.
Breue donum exigui temporis. Senec. Hippol. 6. 6.
Cerealia dona, id est, panis. Silius lib. 7. 37.
Ditia donis delubra. Ouid. 2. Metam. 16.
Ditia dona. Stat. 10. Thebaid. 68.
Dulcia dona. Claud. epigram. 40. 1.
Exitiale donum. Virg. 2. Aeneid. 7.
Feralia dona. Ouid. 9. Metam. 45.
Grandia dona. Ouid. epist. 3. 6.
Grauia dona auro. Virg. 3. Aeneid. 93.
Ingalia dona. Ouid. 3. Metam. 62.
Lenæa dona uinum. Stat. 4. Sylu. 6. 16.
Leuiora dona. Ouid. 13. Metam. 152.
Nuptialia dona. Cic. pro Cluentio, 20. Vide Nubo.
Prælarga dona. Claud. 4. Paneg. 15.
Pretiosa dona. Senec. Medea, 10. 22.
Prodiga dona. Stat. 2. Sylu. 1. 32.
Donum regale interuersum. Vide Interuerto.
Regia dona. Virg. 1. Aeneid. 140.
Rustica dona. Ouid. 2. de Arte amandi, 53.
Suspecta dona. Virg. 2. Aeneid. 8.
Tristia dona. Virg. 3. Aeneid. 60.
Vberiora dona. Ouid. epist. 16. 44.
Venerabile donum. Virg. 6. Aeneid. 82.
Vide donum. Claud. de laude Serenæ, 22. 1.
Votiua dona. Seneca Hippol. 2. 5.
Abnuere dona. Seneca Thyeste, 6. 10.
Abstinere dono & pactione. Vide Abstineo.
Accedent tibi à me dona. Vide Accedo.
Accumulare donis aliquem. Virgil. 6. Aen. 177. Vide Accumulo.
Addere dono. Vide Addo.
Adolere altaria donis. Lucret. lib. 4. 249.
Afferre Reip. donum. Cic. 1. Philipp. 23.
Honore & donis celebrari. Virgil. 8. Aeneid. 15. Proprium est deorum.
Votiuis donis templa colere. Senec. Hippol. 2. 5.
Conferre dona. Vide Confero.
Congesta dona undiq;. Silius lib. 13. 18.
Corrumpentia sensus dona. Claud. 6. Paneg. 38.
Deamata dona. Vide Deamo.
Dare dona & munera. Cic. pro Cluentio, 52.
Dono dare. Terent. Eunuch. 4. 6. 11, Hanc tibi dono do. Ibidem 1. 2, 83, Nam solus dona dat?
Empta pax donis. Lucan. lib. 10. 22.
Exigere dona. Stat. 10. Thebaid. 68.
Expectata dona laborum. Valer. 7. Argonaut. 84.
Infecta dona facere. Vide Infectus.
Veneno illitum donum. Vide Illino.
Opulentum templum donis. Virg. 1. Aeneid. 91.
Honestis ornari donis. Horat. 2. epist. 2. 7.
Peragere dona, Donare quod promiserant. Virg. 5. Aeneid. 72. Vide Perago.
Rependere dona alicui. Stat. 9. Thebaid. 132.
Sacrata dona templorum. Valer. 7. Argonaut. 10.

Digitized by Google

Supplicibus donis superare aliquem. Virg. 3. Aeneid. 88.
Tribuere dona alicui. Ouid. 9. Metam. 81.
¶ Dono, donas (δωρέομαι, χαρίζομαι) donare, Munus dare. Plautus Aulul. 2. 9,
Ab eo donatur uxore, uxore, & filio.
Inseri & donari ab arte dicitur res aliqua. Cic. 1. de Orat. 56.
Dono tibi hanc rem. Cæsar 7. bell. Gall. 41, Prædam militibus donat. Sic 3. belli Ciuil. 84.
Dono te hac re, Dono te munere (ut ait Valla lib. 3) plerunq; præmij gratia, sed interdum admirationis, interdum beneuolentiæ, interdū misericordiæ. Cic. pro Archia poeta, 18, Itaq; si ciuis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere nō potuit? Certè (inquit Valla) Imperator non remunerationis causa Archiam ciuitate donasset, sed admiratione ingenij & beneuolentia. Suet. in Vita Augusti, cap. 81, Et ne enumerē quot & quos diuersarum partium uenia & incolumitate donatos. Cornelius Nepos de Vita Attici, Auxit hoc beneficium alia quoq; liberalitate: nam uniuersos frumento donauit. Profectò clementiæ, non remunerationis gratia.
Donare alicui multa largè & effusè. Hoc est, honorificè præmiari. Cic. pro Rosc. Amer. 14.
Circunspectius donare. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 14.
Donare aliquem æternitate. Plin. lib. 2. cap. 7. 11.
Auro donari. Propert. lib. 3. eleg. 23. 5.
Corona donari. Cic. Lucio, lib. 5. 12. 31.
Donare aliquem dono. Plaut. Sticho, 12. 5. Sic, Donare aliquē præmijs, apud Ciceronem, pro Rosc. Amer. 64. Et, Donare militem donis, apud Liuium, 4. bel. Pun. 70.
Culpa grauis precibus donatur. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 11.
Donare fugam alicui. Silius lib. 15. 143.
Funera alicui donare. Silius lib. 15. 145.
Donare aliquem gaudijs. Plaut. Aulul. 27. 1.
Immortalitatem alicui donare. Cic. in Pisonem. 4.
Inimicitias suas Reipub. donare. Cic. Metello, lib. 5. 4. 4. Id est, prætermittere.
Vtinā tibi istam mentē dij immortales donarēt. Cic. 1. in Catil.
Connubia donare muneribus. Ouid. epist. 11. 20. (16.
Munere promisso aliquem donare. Virg. 5. Aeneid. 96.
Dominā iubeo pretioso munere dones. Oui. 2. de Arte amā. 53.
Hoc iuuenē egregiū præstanti munere donat. Virg. 5. Aen. 72.
Munera donare alicui. Cic. 5. Tuscul. 130.
Nomine donare. Lucret. lib. 1. 19.
Iuueni donare puellam. Catul. in Carm. Nupt. 57. 5.
Salute donare aliquem. Tibul. lib. 3. eleg. 1. 5.
Donare uacatione. Cic. 2. de Nat. deor. 9, Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu. Plaut. Asina. 3. 31.
Honoribus donandus infans. Stat. 5. Thebaid. 149.
Laurea donandus Apollinari. Horat. 4. Carm. ode 2. 2.
¶ Donatus, pen. prod. Participium (ἀπὸ τοῦ δωρέομαι, δωρητὸς) Cui aliquid dono datum est. Virg. 5. Aeneid. 61.
Aes alienum alicui ab aliquo donatum. Cic. Bruto, 6. 4.
Homo quasi diuino munere donatus Reip. Cic. de Arusp. resp. 5
Donati incolæ Latio. Plin. lib. 3. cap. 20. 3.
Thoro aliquo donata uirgo. Claud. 7. Paneg. 129.
Promisso donata est munere pubes. Silius lib. 16. 105.
Diuinitus æterna donata salute. Lucret. lib. 5. 244.
¶ Donatio, Verbale (δώρησις) Donationem propriè dici existimat Vlpianus, quum quis ea mente dat, ut statim uelit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reuerti: & propter nullam aliam causam facit, quàm ut liberalitatem & munificentiam exerceat: quod si sub conditione fiat, non est donatio. Cicer. in Orat. 151, Vt corona aurea donaretur: eāq; donatio fieret in theatro, populo conuocato.
Bonorum donatio. Cic. 4. Philipp. 158.
¶ Donarium, donarij (δώρημα) Donum est, non locus ubi reponitur donum, inquit Valla lib. 1. Contrarium tamen dicit Seruius. Sipontinus, Donaria, ipsa dona, quæ dijs offeruntur, & sacras mensas atq; aras ornant. Macrob. Ornamenta uerò sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria.
Donaria, abusiuè ipsa templa in quibus donaria offeruntur. Virgil. 3. Georg. 107, —ductos alta ad donaria currus. Gellius lib. 2. cap. 10, Vbi reponi solerent signa uetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè dona rijs consecrata. Apul. lib. 2. Floridorum, Ibi donarium deæ perquàm opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiusmodi utēsilibus. De Iunonis fano apud Samum loquitur.
¶ Donatarius, Cui quid dono datur, præsenti uel absenti. l. etiā absenti. ff. de donat. l. nec ambigi. C. eod. tit.
¶ Donatiuum, pen. prod. (ἐπίδοσις) Munus quod à principe uel imperatore donatur militibus. Suet. in Domitiano, As duplum donatiuum militi donaret. Idem in Nerone, cap. 7, Populo congiarium, militi donatiuum proposuit. Plin. in Paneg. 66, Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, &c.
Donaticæ coronæ (ἀφετικοὶ στέφανοι) quibus uictores in ludis donabātur: quæ postea magnificētiæ causa institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus, quali amplitudine fiunt quīq; lares ornantur. Festus.
¶ Donatiuus, Adiectiuū, Qui donare potest. Paulus, Si duob. debitoribus mortis causa donatiuus creditor, uni acceptum tulit, & conualuerit: eligere potest utri cōdicet. §. pen. l. Senatus censuit. ff. de mort. causa donat. Haloander hanc uocē non agnoscit, sed pro ea Donaturus reposuit.
Donus] doni (δόνος) Ponderis genus quoddā est, librā unā & duodecim uncias continens. Sic Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 6.
Donysa] pen. prod. (Δόνυσα) insula Cycladarum una, cuius meminit Virg. 3. Aeneid. 25, —uiridemq; Donysam.
Dora] Δόρα, Fons inclitus Arabiæ, non procul à Daulote alio quoq; fonte. de quo uide Plin. lib. 6. cap. 28.
Doracte] Δόρακτ, Insulæ nomen in sinu Persico, cui Mazena quidā præfuit, à quo Mithropastes Satrapas Dariū fugiens hospitio acceptus est, nauigatiōis ducē postea sese illi præbēs, quo in patriam, quod quærebat, remearet. Ex Strab. lib. 16.
Doratissimus] doratissimi (Δορατισμὸς) Dicitur à Græcis, ubi hastis res geritur in pugna. Vide Cæl. Rhod. lib. 8. ca. 15.
Dorcas] dorcadis, pen. corr. f. g. (Δορκὰς) Latinè dama dicitur. Martial. lib. 13. 99,
Delicium paruo donabis dorcada nato. Plin. lib. 28. cap. 8. 11, Dorcadis pelle collo suspensa.
Dorceus] dorcei, Nomē canis apud Ouidiū, lib. 3. Met. 42.
Dotella] Droda, siue Drodella, Semē est aurei coloris, quod plerīq; legitimū referre Myagrum falsò existimant. Siquidē fōlijs rubiam non æmulatur, sed syluestrem erucam, ut quæ laciniata spectentur: nec semen profert fœnogræco simile, sed papaueris modo exile. Author Math. Senens. apud Dioscorid. lib. 4.
Dores] Herodoto lib. 1, Populi sunt in Asia, quos Crœsus sub-
Dorica] Vide Doris. (egit.
Dorides] Δόριδες, ut ex Aelio Dionysio refert Cælius, mēse quædam coquinariæ sunt: sic dictæ ἀπὸ τοῦ δόρυ, quod significat polire: unde etiam inflectitur δόρυ, quod nūc hasta significatur, nūc simpliciter omne lignum. Vide Rhodig. lib. 8. cap. 15.
Dorij] & Dorienses, siue Dories (Δωριεῖς) Populi sunt Achaiæ: sic dicti à Doride, regione Græciæ, iuxta Maliacū sinum, cuius à tergo mons est Oeta. Sunt & eiusdē nominis
populi

populi in Asia, Caribus uicini ad Carpathiũ mare, à superioribus oriundi, quorũ frequens est mentio apud Herod. lib. 1.

Dorilaei] Δοριλαῖοι, Phrygiæ populi in cõuentu qui à Synnada accipit nomen, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 29.

Dorion] Δώριον, Messeniæ ciuitas, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5. & lib. 5. cap. 29.

Dorion] Δώριον, Oppidum est Peloponnesi, iuxta quod Thamyras citharœdus Musas ad cantus certamen prouocauit. Meminit huius oppid. Plin. lib. 4. ca. 5. Itẽ Lucan. lib. 6,

—Pteoleos, & Dorion Ira nobile Pieridum. Est & eiusdem nominis oppidum in Magnesia, apud eũdem, lib. 4. cap. 10. Tertiũ item in Ionia, minoris Asiæ regione, apud eundem, lib. 5. cap. 29.

Dorippe] pes (Δορίππη) Vxor fuit Anij, quem Apollo ex Rheo Staphyli filia susceperat. Hæc tres genuit filias, Oeno, Spermo, Elaida, quib. id impertiuit Dionysius, ut quicquid tangerent in triticum statim uerteretur, & uinum & oleũ: unde dictæ Cœnotropæ, quasi in nouas formas omnia uertentes. Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 15.

Doris] huius Doridis, pen. corr. fœ. gen. (Δωρίς) Regio est Græciæ iuxta Maliacum sinũ, cuius à tergo mons est Oeta, à qua Dorij siue Dorienses, siue Dories appellati. Ab his etiã Dorica lingua. Cic. pro Flacco, 50. Doris item urbs eius regionis. Dorios Plato appellatos existimat à Dorico quodam, à quo exules restituti sunt, quum prius Achiui nominarentur. Seruius uerò à Doro Neptuni filio nominatos affirmat. Sunt etiam qui à Doride Nympha Oceani & Tethyos filia nomen putent sumpsisse: quam Nereo fratri uxorẽ dedit, & ex qua magnus nympharũ numerus procreatus est. Quæ quoniam maris dea est, aliquando pro mari à poetis usurpatur. Virg. 10. Eclog. 1,

Doris amara suam non intermisceat undam.

Spumosæ Doridos antra uitrea. Stat. 3. Sylu. 2. 4.

Amara Doris. Virg. Eclog. 10. 1.

Cærula Doris. Ouid. 13. Metam. 160.

Formosa Doris. Propert. lib. 1. eleg. 16. 5.

Glauca Doris. Stat. 4. Sylu. 2. 6.

Doris Locrensis, uxor Dionysij Syracusani. Cic. 5. Tuscul. 83.

¶ Doricus, pen. corr. Adiectiuum (Δωρικός) ut, Dorica castra. Virgil. 2. Aeneid. 6.

Genus Doricum. Senec. Agamemn. 6. 27.

Doris] dis, pen. corr. (Δωρίς) Vestis muliebris Herodoto dicitur, quæ fibula partẽ alioqui hiantem subnecteret: eiusmodi nanq; ueterum mulierum gestamen erat. Sic autem dictam tradunt, quòd Doricũ crederetur inuentũ peplis fibulã addere in pectoris summo. Vide Cæl. Rhod. lib. 14. ca. 18.

Doris] nympha. Vide suprà in Doris, regio.

Doris] dis, Herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen & minus pinguis, tenuioribus folijs, & longuidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum: et in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. lib. 22. cap. 20.

Doriscum] Δορισκόν, Promontorium in Attica, à Pyræo XLII. M. pass. distans, tradente Plin. lib. 4. cap. 7.

Dorisci] Δορίσκοι, Arianæ regionis populi, de quibus Plin. lib. 6. cap. 23.

Doriscus] Δορίσκος, Thraciæ locus est. Plin. lib. 4. cap. 11. 4, Doriscus CXX. millium hominum capax, ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. Fuit igitur tabulato cuipiam adsimilis, quo conferto quantum militum esset dignosci potuit. Alia enim ratio tantam multitudinem numerandi non suppetebat. Id quod pluribus lib. 7. Herodotus prosequitur.

Dorius] Δώριος, Fluuius Hispaniæ, qui Lusitaniã à Gallecia separat. Ptol. Hunc Plinius appellat Turiũ. Vide Turius.

Dorius] Adiect. (Δώριος) Idem quòd Doricus, ut Carmen Dorium. Horat. Epod. 9. Erat autẽ Dorium, cantilena ad uirtutem incitans. Vnde prouerbium, À Dorio ad Phrygiũ. Vide Erasmum in Chiliadibus.

Dormio] dormis, dormiui, dormitum, pen. prod. (εὕδω, καθεύδω, κοιμάομαι, λαρθάνω, ὑπνόω) dormire, Notæ significationis. Cic. 2. de Diuin. 178, Contrahi autem animum Zeno & quasi labi putat, atq; cõcidere, & ipsum esse dormire. Plau. Triñ. 10. 98, —dormibo Placidè in tabernaculo. Hîc est futurum antiquum, quod & apud Catonem legitur. cap. 5. 3, Et ualebit rectius, & dormibit libentius.

Dormire sine omni cura. Plaut. Trinum. 9. 19.

Altum dormire. Iuuenal. Satyr. 1. 2.

Ex laßitudine arctius dormire. Cic. 2. de Inuent. 131.

Dormire in dexteram aurem fiducia alterius, Est securum & incurium esse. Plin. epist. 94. lib. 4.

Dormire otiosè in utramuis aurẽ, Est animo otioso, securo, uacuoq; esse. Terent. Heaut. 2. 3. 101.

Cubili uacuo dormire. Ouid. 2. Amor. eleg. 10. 4.

In medios dormire dies. Horat. 1. epist. 2. 6.

Dormijt ad horam tertiam. Cic. Attico, lib. 10. 205. 2.

Ad lucem dormire. Vide Ad præpositionem.

In lucem dormire. Horat. 1. epist. 19. 7.

Dormire totum mane. Vide Mane.

Tam multum dormiens. Cic. 2. de Diuin. 209.

Noctes longas dormire. Horat. 2. Carm. ode 25. 2.

Nox una perpetua dormienda. Catul. ad Lesbiam, 5. 2.

In utrumuis dormire oculum. Plaut. Pseud. Sensum habet eundem cum eo, Dormire in utramuis aurem.

Dormire alicui, dicitur is qui non inseruit ei, neq; per omnia gerit morem. Cic. ad Fabium Gallum, lib. 7. 25. 2, Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: sic ego, Non omnibus, mi Galle, seruio.

Dormit Sol, quando non lucet. Plaut. Amph. 4. 128.

Proficisci ad dormiendum. Cic. 2. de Diuin. 179.

Ire dormitum. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 24.

¶ Dormiens, Participium (εὕδων) Qui dormit. Significat etiam cessantem siue cessatorem Terent. Adelph. 4. 5. 59, Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?

¶ Dormitio, onis, Verbale. Varro Sexag. O stulta nostri pectoris dormitio uigilabilis. Et alio loco idem, Quid mibi cũ somno, si dormitio tollitur? Nonius.

¶ Dormito, dormitas, pen. prod. (ὑπνώττω) dormitare, Frequentatium. Cic. 1. de Diuin. 104, Ad lucem deniq; arctè & grauiter dormitare cœpisse. Idem ad Atticũ, lib. 2. 31. 1, Cœnato mibi & iam dormitanti pridie Cal. Maias epistola illa est reddita. Horat. in Arte poet. 72,

—quandoq; bonus dormitat Homerus. Hoc est, negligenter scribit. Quandoq; errat bonus poeta. Acron.

Dormitandum tibi non est: Hoc est, non cessandum, non negligenter curandum & agendum. Plaut. Epid. 3. 59.

Oscitans & dormitans sapientia. Cic. 2. de Orat. 79.

¶ Dormiscere (νυστάζειν) Idẽ quod Dormire, uel incipere dormire. Plaut. Curc. 7. 81, Caput deponit: quum dormiscit, ei subduco annulum.

¶ Dormitator, Verbale (ὑπνώτης) Qui solet dormire, & omnia negligentius agere. Plaut. Trinummo, 13. 18,

—mira sunt

Ni illic homo est aut dormitator: aut sector zonatus.

¶ Dormitorius, Adiectiuum (κοιμητικός) ut, Dormitorium cubiculum, ubi dormitur. Plin. epist. 41. d, Adhæret dormitorium membrum transitu interiacente. Idem lib. 5. epist. 101. f.

¶ Dormitorium, Substantiuum (κοιμητήριον) Locus in quo dormimus. Plin. lib. 30. cap. 6. 8, Post hæc iubent eum in pariete

Digitized by Google

riete dormitorij eius tectóue includi.

Doron] Δωρὸν, Palmum significat, & munus. Plin. lib. 35. cap. 14. 3, Græci antiqui doron palmum uocabant: & ideo dora munera: quia manu darentur.

Doron] Δωρὸν, Ciliciæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 27. Est item Doron, flumen Phœnices, authore eodem Plin. lib. 5. cap. 19.

Doronicus] ci, Vulgus officinarum nominat radicem, quã in primis cõmendarunt Arabes, & præsertim Auicenna, ad cordis affectus, contra Venena & deleteria medicamenta. Plantam cuius hæ sunt radices, hactenus non uidimus: quanquam asserit Ruellius folijs esse ferè acuti rumicis. Alij uerò ea leucoio similia esse uolunt. Doronicus Actuario Carnabadium dicitur. Affertur ex Alexandria Aegypti, & ex Gargano Apuliæ, sed uiribus longè infirmior. Vide Mathiol. Senens. in lib. 2. Dioscor.

Dorothece] ces (Δωροθήκη) Hastarum repositorium Iulio Polluci, quam Homerus Syringa uocat Iliad. 19. Alij etiam Dorodechen. Vide Rhod. lib. Antiq. lect. 21. cap. 18.

Dorotheus] Δορόθεος, Pictor insignis fuit, Neronis principatu, qui Anadyomenen, quam tabulam Augustus dicauerat, carie cõsenescentem, renouauit, aut potius aliam pro ea sua manu substituit, ut refert Plin. lib. 35. cap. 10. Alius fuit Dorotheus medicus, de quo idem Plin. lib. 22. cap. 22.

Dorpia] Δορπία, Primus dies celebritatis quæ Apaturias Athenis uocabatur & celebrabatur: sic dictus, quòd sodales ad uesperam in unũ coacti epularentur. Vide suprà in Apaturia. & Suidam.

Dorsenus] Fabius, Poeta comicus, cuius testimonio & uersibus utitur Plin. lib. 14. cap. 13.

Dorsum] dorsi, n. g. & Dorsus, huius dorsus, secundũ Probũ (νῶτον, μετάφρενον, ῥάχία) dicitur tota posterior corporis pars, quòd ea deuexa sit deorsum, ut inquit Festus. Plautus Milite, Timeo quid rerũ gesserim, ita dorsus totus prurit.

Curuum dorsum Seneca Oedipo, 5. 13. de Delphinis.

Subire onus dorso. Horat. 1. Sermon. Satyra 9. 5. de armentis dicitur.

Educto surgit in aera dorso. Lucan. libro 2. 86. de Apennino (monte.

Pandũ dorsum. Senec. Agamem. 6. 12. De delphinis.

Recurua dorsa campi. Claud. de Aponi balneis, 5. 11.

Crepido longi dorsi. Stat. 1. Achil. 90.

Duplici dentalia dorso. Virg. 1. Georg. 35.

Dorsum in mari. Virg. 1. Aen. 23, Dorsum immane mari summo. Idem 10. Aeneid. 61,

Nam inflicta uadis, dorso dum pendet iniquo. Significat duriorem arenam, ut ait Seruius, quæ remeantibus fluctibus & euntibus densatur, & in modum saxi indurescit: quod à nautis puluinus dicitur.

Dorsum, Promontorium. Plin. epist. 184, Hæc lacu propius, illa latius utitur: hæc unum sinum molli curuamine amplectitur, illa editissimo dorso duos dirimit. Dorso, id est, promontorio in lacum prominente.

Dossum antiqui dicebant, quod nunc dorsum dicimus. Inde dossuaria iumẽta, à Varrone dicta, lib. 2. de Re rust. cap. 10. 4, quæ dosso uehunt, Ad quam rem (inquit) habent iumenta dossuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit. Ibidem, cap. 6. 5. (cumbimus.

¶ Dorsualia, Budæo dicuntur, quæ igni opponuntur quum ac-

Dorsualia (κωνώτια) Tegumenta, quibus equi & boues tegũtur. Iul. Capitolinus, Processerunt centeni albi boues, cornubus auro iugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

Dorsuosus, pen. prod. Adiectiuum. Solin. cap. 40, Ita incertis motibus nunc in breuia rescinditur dorsuosa, nunc æstibus æstibus inundatur inquietis.

¶ Dossuarius, Adiectiuum (νωτοφόρος) ut, Dossuaria animalia, quæ dorso aliquid portant. Varro 2. de Re rust. cap. 6. in fine, Greges fiunt fere mercatorum, ut eorum qui è Brundisino aut Apulia asellis dossuarijs comportant ad mare oleum, aut uinum, itemq; frumentum, aut quid aliud.

Dorticum] Ptolemæo cap. 9. libri tertij, Mysiæ superioris ciuitas, iuxta Danubium amnem.

Dorus] Neptuni filius, qui regnauit in parte Græciæ, à quo Dori dicti, authore Seruio apud Virgilium Aeneid. 2. 6. Meminit & Dori cuiusdam Diodorus lib. 6. à quo Dorienses dictos ait.

Doryclus] Δόρυκλος, filius nothus Priami, quem Aiax in bello Troiano interfecit, ut scribit Homerus lib. 11. Iliados.

Dorycnium] Δορύκνιον, Strychni genus Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cauaq;, folio erucæ maiusculo, caule quadricubitali, capite gethyi maiore, pilosioreq;, pilulæ platani non absimili. Drachmæ põdere datur, ut sibi quis placeat, & pulcherrimum se existimet: duplicatum pondus maiorem insaniam creat, spectris uanis animo obuersantibus. Triplicatum perpetuas gignit furias cui ponderi siquid adijciatur, præsentem necem affert. Ab his effectibus à quibusdam solanum manicum appellatur. Dorycnium autẽ dictum putatur, quòd lancearum cuspides in prælio eo tingerentur. Meminit & Plin. lib. 22. cap. 31.

Dorylas] pen. corr. (Δορύλας) ponitur ab Ouidio lib. 5. Metamorph. ditissimus agrestis opulentiæ. Est etiam Centauri nomen apud Ouid. 12. Met.

Doryleum] Ptolemæo cap. 2. lib. 5. magna Phrygiæ ciuitas. Plin. lib. 5. cap. 29, Dorylam uocat, iuxta quam oritur Hermus amnis.

Dorylaus] rei militaris peritissimus, magna familiaritate Mithridati Euergetæ deuinctus, ut ait Strab. lib. 10.

Dorylenses] populi. Cic. pro Flacco.

Dorylus] Vnus ex Centauris, Sipont.

Dorypetron] Δορύπετρον, Herba, quã alij Leontopodion uocant, cuius radix aluum sistit, purgatq; bilem, in aquam mulsam addito pondere denariorum duũm. Nascitur in cãpestri & gracili solo. Plin. lib. 26. cap. 8.

Doryphorus] pen. corr. (Δορυφόρος) Latinè spiculator uel satelles dicitur, portans lanceã. Plin. lib. 34. cap. 8. 26, Ctesilaus doryphoron & Amazonem uulneratam. De operibus ex ære loquitur. Cic. de clar. Orat. 164, De horum laudibus tibi prorsus assentior: sed tamen non isto modo, ut doryphoros sibi Lysippus aiebat, sic tu suasionem legis Seruiliæ tibi magistram fuisse.

Dorytheus] Thermitanus, Agathini gener. Cic. 4. Verr.

Doryxeni] Δορυξένοι, Dicuntur qui belli occasione aliquorũ hospites fiunt, cuiusmodi fuerunt Glaucus & Diomedes, quiq; captiuis liberandis legati munere funguntur. Traditũ enim memoriæ est, quũ inter Megarenses & Corinthios de imperio certaretur, Captiuos in bello tam leniter habuisse, ut illos uelut hospites inuicem tractarẽt, & sine pretio dimissos, doryxenos appellarent. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 11. cap. 11. Et Alex. Genial. lib. 4. cap. 10.

Dos] dotis, fœ. gen. (δώς, πρίξ, φέρνη, ἐπίδοσις) Ea dicitur quæ marito ab uxore datur. Terent. And. 5. 4. 48,

—dos est Pamphile,
Decem talenta. P. accipio. Idem Adelph. 47. 41,
Vxor sine dote uenit: intus psaltria est.

Filia dives dote. Ouid. epist. 11. 20.

Opes dotis. Ouid. epist. 12. 21.

Formæ dos. Ouid. 9. Metam. 144.

Oris dos. Ouid. 5. Metam. 113. Intelligit donum eloquentiæ.

Dotes

Digitized by Google

Dotes dapsiles. Vide Daps.
Grandis dos. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 10.
Magna dos. Horat. 3. Carm. ode 24. 5.
Dos, dotes naturæ & fortunæ. Plin. epist. 3. lib. 3. ad Hispullã, Adest enim adolescẽti nostro cum cæteris naturæ fortunæq; dotibus eximia corporis pulchritudo.
Dos profectitia, inquit Vlpianus, quæ à patre uel parente proficiscitur.
Dotem profectitiam intelligunt Iureconsulti, quæ à patre uel parente profecta est de bonis eius. Aduentitiam esse dotem Iulianus ait, si quis certam quantitatem patri donauerit, ut hanc pro filia daret.
Dos summa. Terent. And. 1. 1. 74.
Vxoria dos. Ouid. 2. de Arte, 31.
In malis ciuilibus dotem accipere. Cic. 11. Philipp. 298.
Populos in dotem accipere. Ouid. epist. 7. 30.
Conficere dotem filiæ nubili. Vide Conficio.
Deferre dotem uiro. Vide Defero.
Despondere dotem alicui. Propert. lib. 3. eleg. 19. 5.
Doti dicere. Cic. pro Flacco, 67.
Dicta dos. Cic. pro Flacco, 67.
Meruit dote uirum. Vide Mereo.
Promittere doti, & Doti dicere, idem est. Venuleius in l. si rem aliquam. §. ultimo. ff. de nouationibus, Alioquin quid dicemus, si unus delegauerit creditori communem debitorẽ, isq; ab eo stipulatus fuerit: aut mulier fundum iusserit doti promittere uiro, uel nuptura ipsi doti eum promiserit? nam debitor ab utroq; liberabitur. Vide Dico.
Dos significat etiam quicquid alicui datum est uel à natura, uel ab hominibus. Martial. lib. 13. 10,
Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus.
Ingenij dotes. Ouid. 2. de Arte, 23.
Dote uerborum locupletari & ornari artem aliquam. Cicer. 1. de Orat. 120.
Raræ dotes. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 3,
Et raras dotes, ingeniumq; dedit.
¶Dotalis, & hoc dotale, pen. prod. (προικῶος) ut, Dotalia bona, & Dotales fundi, hoc est, ad dotem spectantes, & in quibus dos mulieris collocatur: uel quas uir accepit pro dote mulieris. Plaut. Milit. 16. 29,
Nisi modò unum hoc, hasce ædes dicas dotales tuas.
Idem Asin. 3. 73, Dotalem seruum Sauriam uxor tua
Adduxit. Liu. 6. bel. Pun. 259, Super dotem quam acceptarus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent.
Agri dotales. Ouid. 5. Fast. 42.
Dotalia prædia. Cic. ad Atticum. lib. 15. 329. 14.
Regnum dotale. Ouid. 6. Fast. 119.
Tellus dotalis. Ouid epist. 4. 32.
¶Doto, dotas, dotare (ἐπιδιδόναι προῖκα) Vnde passiuum Dotor, à quo Participium Dotatus. Manil. libro ult. Tertia Pleiades dotabit forma sorores. Suet. in Vesp. cap. 14, Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitq; etiam & instruxit.
Olea dotatur lachryma. Plin. lib. 12. cap. 17. 6. Sic, Dotata uite ulmus, Idem lib. 18. cap. 28. 8.
Dotanda toto mari. Claud. 7. Paneg. 129.
¶Dotatus, Adiect. (ἐπίπροικος) Cicer. Atic. lib. 14. 309. 2, dotata Aquilia.
Dotata coniux. Horat. 3. Carm. ode 24. 4.
Crimine dotata. Ouid. epist. 6. 28.
Triumphis dotata mulier. Claud. de laude Serenæ, 22. 9.
Dotatissima. Ouid. 11. Metam. 61. de filia Dædalionis,
Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.

Dosci] Δόσκοι, Populi sunt ex Mæotis, ut inquit Strabo lib. 11. quem uide.
Dosis] Δόσις, Latinè Largitio. Hac uoce nostri hodie medici utuntur pro portione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.
Dosson] Δόσσων, Cognominatus fuit Antiochus ex Macedonum regibus quidam, quòd multa promitteret, pauca impleret, quasi daturus. Vide Eras. in Chiliad. & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 11.
Dossuarius] Adiectiuum. Vide Dorsum.
Dothien] Ἀοθιλὼ, Abscessus cum tumore, qui ex crassis humoribus in carnosis plerunq; locis fit mitis, quũ in sola cute coierit: maleficus autem, nec curabilis, quum ex alto in summã cutem emergit. Vide Marcel. Virg. in Dioscor. lib. 2.
Dotion] Δοτιὸν, Magnesiæ ciuitas Plinio lib. 4. cap. 9.
Dotius campus] Δώτιον πεδίον, Thessaliæ locus est, in quo Athamanum sedes à posteris locatas extitisse ferunt. Huius meminit Hesiod. & Strab. lib. 9.
DR. uel DRV. Drusus.
Drabe] es (Δράβη) Herba est cubiti altitudine, gracilibus uirgulis, quarum latera utrinq; uestiunt folia, quæ planè Lepidij uiderentur, nisi teneriora essent, candidioraq;. In cacumine sambuci umbellam gerit, in qua cãdidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale nasturtium: alij Babylonium uocauerunt. Vide Ruel. lib. 2. cap. 89.
Drabus] Δράβος, Fluuius. Strab. lib. 7, Nauponto proximus est fluuius Corcoras, qui onera excipit. hic sanè Sauum intrat, Sauusq; in Drabum ingreditur, hic uerò in Noaron penes Segestam. Hæc ille.
Dracæna] Δράκαινα, Draconis fœmina dicitur.
Dracænides] Δρακαινίδες, Dracunculi pisces, qui similes sunt graculo pisci. Hermol. in Plin. lib. 32. cap. 11.
Dracanum] Δράκανον. Promontorium, distans à promõtorio Saniorum, quòd Cantherium uocant, stadijs octoginta, in quo inest Dianæ templum, quòd de nomine promontorij Dracanum etiam dicitur. Strab. lib. 14.
Draccus] Achæorum dux, L. Mumio Romanorum duce uictus, de quo Liuius sic scribit lib. 52, Cum Achæis (inquit) qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Q. Cæc. Metellus ad Thermopylas bello conflixit: quibus uictis dux eorum Critolaus, ueneno sibi mortem conscisiuit. In cuius locum Draccus dux creatus, apud Isthmon à L. Mumio uictus est, &c.
Drachma] huius drachmæ (Δραχμὴ) Octaua pars unciæ: quæ sex obolos pendebat. Tres solidos nostros turonicos & dimidiũ ualebat. Cic. 1. de Diuin. 216, Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt.
Binæ drachmæ ponderis. Plin. lib. 11. cap. 37. 54.
Drachma, nõ modò pondus denarij Romani, sed etiam nummũ significat, eodẽ pondere percussum ab Atheniensibus. Plautus Trinum. 3. 18, Trapezitæ mille drachmarum Olympicùm, quas de ratione debuisti, redditæ. Ex Budæo. Terent. And. 2. 6. 20, Vix inquit drachmis obsonatus est decem.
¶Drachmalis, usura, Græcis dicebatur, quam Latini Centesimam appellant. Est enim drachma centesima pars minæ. Sic fit ut centesima usura æquare sortem dicatur, quia centesimo mense drachma in minam euadit. Vt enim Romani ab assibus, sic Græci à drachmis usuras denominarũt. Vide Bud. lib. de Asse.
Draco] Δράκων, antiquissimus Atheniensium legislator ante Solonem, cuius leges Solon ipse, præter quàm quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curauit, propter seueritatem. Nam una omnibus pœna constituta erat, ut etiam qui desidiæ damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur.

Digitized by Google

plecterentur. Ob quã causam Demades dicere solebat, Draconem non atramẽto, sed sanguine leges scripsisse. Vide Gellium lib. 12. cap. 18.

Draco, Mons Asiæ nobilissimus, Mastusiæ conterminus, & in Tmolum desinens. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

Draco] huius draconis, masc. ge. (δράκων) Genus animalis uenenosi. Solinus cap. 43, scribit ueris draconibus ora parua esse, & ad morsus non dehiscentia, sed arctas fistulas, per quas trahunt spiritus, & linguas exerunt. Apud Indos & Aethiopes dracones sunt uiginti cubitorũ. Vide Plin. lib. 8. cap. 11. 12. & 13. Cicer. 13. Philipp. 351, An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurũ draco? &c.

Aligeri dracones. Valer. 7 Argon. 24.

Iubatus draco. Author ad Heren lib. 4. 229.

Insomnis draco. Ouid. 9. Metam. 38.

Insopitus draco. Ouid. 7. Metam. 7.

Sæui dracones. Valer. 1. Argon. 14.

Squamosus draco. Virg. 4. Georg. 82.

Terribilis specie tortuq; draco. Cic. 2. de Diuin. 95.

Vastus draco. Ouid. 4. Metam. 130.

Vigil draco. Valer. 2. Argon. 77. Intelligit Colchicum illum.

Conuoluti in semet dracones. Vide Conuoluo.

Dracones à Plinio lib. 17. cap. 23, dicuntur ex tortuositatum similitudine palmites emeriti, pluribusq; annis indurati.

Draconigena] pen. corr. (δρακοντογενὴς) à poetis dicebatur urbs Bœotiæ: quia à Cadmo cum quinq; uiris, ex draccone ipso interfecto natis, constructa fuit. Dicitur & Thebæ. Ouid. 3. Fast. 173,

Inque draconigenam nymphis comitantibus urbem
Desilit, & natos eripit inde suos.

Draconites] δρακονίτης, siue Dracontias, Gemma est, quæ fit ex cerebro draconum, sed nõ nisi uiuentib. abscisso gemescit, inuidia animalis mori se sentientis. Quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autẽ colore translucido, nec poliri potest, aut artẽ admittere. Plin. lib. 33. cap. 10.

Draconon] Thraciæ insula, nõ longè à Cheronesso, de qua Plin. lib. 4. cap. 12.

Dracontium] δρακόντιον, Medicis affectus quidam est, de quo sic Gal. lib. introduct. seu medic. Dracõtia uaricibus similia sunt, magnum uerò dolorem cum paululum prominentes mouentur, concitant. Oportet autem diuisis, ut uaricibus, summam cutem detrahere, sicq; præcidere.

¶ Dracontiũ (δρακόντιον) Herba hortensis. Plinius lib. 24. cap. 16. 1. Est etiam hoc nomine genus uitis apud Columel. lib. 3. cap. 2.

Dracunculus] Medicis ulcus est, quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationem habet: dictus quòd neruus mouendo corpore in ulcus recedat, in eoq; occultetur. Gal. lib. Finit. medic.

¶ Dracunculus, pen. corr. (δρακοντία) Herbæ genus. Plin. lib. 24. cap. 16. 1.

Dragma] atis (δράγμα) Apud Græcos dicitur, quod nos rapinam, aut manipulum dicimus, hoc est quantum una manu comprehendere possumus.

Drama] huius dramatis. pen. corr. n. g. (δρᾶμα) rei repræsentatio, actus Comœdiarum uel Tragœdiarum fabula. Vnde dramaticum opus uel poema, in quo solæ personæ agũt, absq; poetæ interlocutione.

Drances] δράγκης, Orator fuit Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi, ut est uidere apud Virg. lib. 11,

Tum Drances idem infensus, &c.

Drangæ] δράγγαι, Arianæ regionis populi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Drangiana] Prouincia in Asia maiori: de qua uide Ptolemæum, lib. 6. cap. 19.

Drapetinda] δραπετινδα, Puerilis ludus est, non dissimilis huic quam Myindam uocant, quum unus ex pueris clausis oculis clamat, Caue, caue: reliqui fugientes, sibi quisq; ne capiatur, cauet. Vide Polluc. de Sympos. lib.

Dratiana] δρατιανή, Regio est Ariæ contermina, usq; ad Charmaniam pertendens, de qua Strab. lib. 11.

Draucus] ci, Qui alterius libidini obsequens, præpostera Venere mares init: à uerbo Græco δράω, id est ago. Qui uerò ab his subagitati gaudent, Pathici appellantur, ἀπὸ τῦ παθέιν, hoc est à patiendo. Martial. lib. 1. ad Scazontem suũ de fellatore quodam,

Vnà lauamur, aspicit nihil sursum,
Sed spectat oculis deuorantibus draucos,
Nec otiosis mentulas uidet labris. Id est auidissimè intuetur bene mentulatos, & optat. Qui etiam turpiter obscundat pædiconi, Cinædus uocatur.

Draus] δράος, Pannoniæ fluuius uiolentior, è Noricis ortum habens & in Danubium semper nauigabilis defluens. Author Plin. lib. 3. cap. 25.

Drausi] Thraciæ sunt populi, qui, ut scribit Herodotus lib. 5. ad editum puerorum sedentes plorant, & quascunq; necesse sit illi qui uitam ingressus est, perpeti humanas calamitates recensent. Fato functos magna lætitia sepeliunt. Vide Herodotum.

Drecanum] δρέπανον, Locus quidam est Coorum urbẽ, Con nomine, ab Occidẽte distermināS, cuius meminit Strab. libro 14.

Drepane] Insula est eadem cum Corcyra, quam Homerus etiam Scheriem, & Phæaciã uocat. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Drepanis] Auis, cuius meminit Plin. lib. 11. cap. 47.

Drepanitanus, penult. prod. Adiect. C. cer. Verr. 6, Appollonũ Niconis filium Drepanitanum omni argento optimè facto spoliasti.

Drepanum] pen. corr. (δρέπανον) Ciuitas Siciliæ est non longè à monte Eryce trans Lilybæum. Virg. 3. Aen. 141.

Drilon] δρέλων, Ptolemæo, cap. 17. lib. 2, Dalmatiæ fluuius, qui à Scardo monte profluit, iuxta medium superioris Mysiæ. uulgò Drino.

Drimachus] Dux fugitiuorum, à Chijs ut deus cultus. Hic senex puero se iugulatum dedit: sepultus à Chijs, sacello erecto. In somnis sæpe de fugitiuis Chios monuit. Herois propitij fanum quidam dixerunt. Athenæus.

Drimati] δριμάτοι, Arabiæ populi, non longè à Mizis maioribus, & minoribus distantes. Plin. lib. 6. cap. 28.

Drimo] δρίμω, Vna ex Alcyonei gigantis filiabus, quæ cum reliquis ex Pallenes promontorio in mare dans se præcipitem, ab Amphitrite in auitiam gentem est cooptata, ut Pausanias tradit, quem uide.

Drimyphagia] δριμυφαγία, Medicis dicitur, quum cibo rum acrementa, siue, ut ait Palladius, acredines quæruntur, quibus obturbetur stomachus, atq; ad uomitum fiat procliuior. Memimit Rhod. lib. 21. cap. 9. Vide Marcel. Virg. lib. 2. Com. Dioscor.

Drinius] δρεῖνος, Illyrici fluuius, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. ult.

Driodones] δρεϊώδονες, Dij quidam fuere, à Lacedæmonijs olim culti, de quibus Hesychius.

Drion] δρίον, Tumulus est in agro Saunio, circa quem basilicæ mõstrantur: una quidem Calchantis in summo uertice, & cui petentes oracula nigrantẽ immolant arietem, & strata in pelle dormiunt. Altera Podalirij, in infima montis radice posita. Author Strab. lib. 6.

Drison

Driſon] Δρίσων, Ciuitas in Epiro: & item alia in Thracia, cuius meminit Demoſthenes contra Timocratem.

Dromas] dromadis, pen. corr. (δρομὰς) Id eſt, camelus. Liu. 7. bel. Maced. 165, Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant dromadas.

Dromades cameli inter dona erant, uelocitatis eximiæ.

¶ Dromas nomen canis, apud Ouid. 3. Metam. 44.

¶ Dromas, adis (δρόμας) Piſcis apud Ariſtot. Gaza uertit Curſorem. Plin. lib. 32. cap. ult. Dromonem uocat, à pernicitate appellatum.

Dromeus] δρόμευς, Paraſitus quidam fuit, à quo quum quæſiſſet neſcio quis, in urbe, an apud Chalcidem lautius pararetur conuiuium, Gratius, reſpondit uideri Chalcidenſis cœnæ proœmium, oſtreorum numero, & uarietate. Refert Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 26.

Dromichætis] δρομιχαΐτης, Succeſſorum Alexandri temporibus Getis imperitans, Lyſimachum aduerſus ſe belligerantem uiuum ceperat: cui quum ſuam, gentisq; ſuæ commonſtraſſet inopiam, ſimiliterq; contentos re ſua homines, Ne talibus (inquit) mortalib. bellum infer, ſed eis potiùs amicis utere. His dictis donatum hoſpitaliter Lyſimachũ, & amicitia ſibi deuinctum liberauit. Ex Strab. lib. 7.

Dromicus] δρομικὸς, Inter athletas dicitur, qui pedibus diu ac citiſſimè mouetur. Latinè Curſor uerti poteſt. Author Cæl. ex Ariſtot. lib. Antiq. lect. 13. cap. 30.

Dromiſcos] δρόμισκος, Inſula Mileto nunc iuncta, authore Plinio lib. 2. cap. 89.

Dromones] δρόμωνες, Nauigia ſunt celerrima, quaſi curſoria. Caßiodorus lib. Variar. eorum meminit, ut opportunorum ad rem frumentariam conuehendam, & ab his dromonarios uocat, eorum nauicularios. Meminit & dromonum Procopius lib. 3. de bell. Goth. qui & eis à Beliſario propugnacula addita ad arcendos hoſtes ait, quum obſeßis à Totila Romanis opem ferret. Iuſtin. in l. 2. C. de offic. Præf. Præt. Afric. Milites, inquit, conſtituas, qui poßint & ipſum traiectum ſeruare, & omnia quæ in partibus Hiſpaniæ, uel Galliæ, ſiue Francorum aguntur, uiro ſpectabili duci denunciare, in quo traiecto etiam dromones quantos prouideris, ordinari facias.

Dromos] δρόμος, Latinè curſus dicitur: unde Catadromus. Vide ſuo loco.

Dromos Achilleos] Peninſula. Plin. lib. 4. cap. 12, Inſula Achillis, tumulo eius uiri clara. Et ab ea centum triginta quinq; millia paſſuum peninſula, ad formam gladij in tranſuerſum porrecta, exercitatione eiuſdem cognominata Dromos Achilleos, cuius longitudinem octoginta millium paſſuum tradidit Agrippa.

Dropa] pæ (δρόπη) poſita Polluci lib. 5. cap. 16, inter ornamenta muliebria, & iterum lib. 7. cap. 22, ad finem. ubi Gualtherus inaures uertit.

Dropax] huius dropacis, pen. corr. m. g. (δρόπαξ) unguenti genus. Mart. lib. 3. 32,

Pſilothro faciéq; lauas et dropace caluã. Idẽ lib. 10. 65.

Dropaciſmus] δροπάκισμος, Medicis appellatur dropacis inſperſio, quæ in medendi uſu rationem habet plerunq; ad euocanda in corporum ſuperficiem, quæ altius inſinuata latitant, nocentq;. Vide Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 11.

Droſallis] δρόσαλλις, Vitis ſpecies, ſic dicta apud Bithynos, de qua ἐνογῶρ quinto apud Græcos plura. Vide Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 16.

Druentia] Fluuius. Plinius lib. 3. cap. 4, Vnde dictum multo Galliarum fertiliſſimus Rhodanus fluuius, ex Alpibus ſe rapiens per Lemanum lacum, ſegnemq; deferens Ararim, nec minus ſeipſo torrentem Iſaram, & Druentiam.

Druentum] δρούεντος, Fluuius, & eiuſdem nominis oppidum, de quibus meminit Strab. lib. 5.

Drugeri] Thraciæ populi, Hebrum accolentes, ut uult Plin. lib. 4. cap. 11.

Druidæ] ſiue Dryidæ, pen. corr. horum Druidarum (δρυίδαι) Gallorum magi. Vide Cæſarem, lib. 6. belli Gall. Lucanus lib. 1. 90,

Et uos barbaricos ritus, moremq; ſiniſtrum
Sacrorum Druidæ poſitis repetiſtis ab armis. Cicer. lib. 1. de Diuin. 149, Siquidem & in Gallia Druidæ ſunt, è quibus ipſe Diuitiacum Heduum cognoui, qui & naturæ rationem, quam Phyſiologiam Græci appellant, notam eſſe ſibi profitebatur: & partim augurijs, partim coniectura; quæ eſſent futura, dicebat. Plin. lib. 30. cap. 1. 13, Nam Tiberij principatus Druidas Gallorum ſuſtulit.

Druides, horum Druidum, his Druidibus (δρυίδης) Iidem qui & Druidæ. Cæſar bel. Gall. lib. 6, Sed de his duobus generibus alterum eſt Druidum, alterum Equitum. Paulò pòſt; His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet authoritatẽ. Ibidem, Druides à bello abeſſe conſueuerunt. Nomen habere putantur à Græca dictione ἀρὺς, quæ quercum ſignificat, ſed & omne genus arboris. Plin. lib. 16. cap. ultimo ad finem, Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant magos) uiſco & arbore in qua gignatur (ſi modò ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligũt lucos; nec ulla ſacra ſine ea frõde cõficiũt: ut inde appellari quoq; interpretatione Græca poßint Druidæ. Vide ibidem plura.

Drungus] gi, Globus. Vegetius lib. 3, Scire dux debet cõtra quos drungos, hoc eſt, globos hoſtium, quos equites oporteat ponere. Hactenus drumos mẽdosè lectum eſt. Hæc uox hodieq; integra uiſitur apud Vopiſcum in Probo, niſi quòd ita excuſa eſt, ut populi nomen eſſe uideatur, quum tamen globum ſignificet. Eius uerba ſunt, Triumphauit de Germanis & Blemijs, omnium gentium drungos uſq; ad quinquenarios homines ante triumphum duxit. Turnebus.

Drupę] Oleæ ſunt nondum edules & teneræ, neq; olearum modò, ſed aliàs quoque baccas ita uocamus. Hermolaus in Caſtig. Plin. lib. 15. cap. 1. 5. & cap. 7. 2. ltẽ lib. 12. cap. 27. 1.

Druſianenſes] Vide Druſus.

Druſilla] Tiberij Imperatoris mater fuit, cui, quum moris eſſet Auguſtis mulieribus, pro muliebri faſtigio lictores præcedere, lictorem decerni minimè paſſus fuit filius, licet Auguſtus illam in familiam, nomenq; Auguſtæ teſtamento uſciuiſſet. Alex. Genial. lib. 1. cap. 27.

Druſillanus] nomine Rotundus, ſeruus Claudij Imperatoris, diſpenſatorq; Hiſpaniæ citerioris, quingentariam lancem ex argento habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat: & comites eius, octo quinquaginta librarum. Verba ſunt Plinij lib. 33. cap. 11. ubi de lancibus immodicis agit.

Druſomagus] δρουσόμαγος, Ptolemæo urbs Rhetiæ, hodie Campidonia, uulgò Kempten.

Druſus] δρούσος, Romanus genere, & eloquentia clarus, Catonis auus: de quo ſic Cic. lib. 4. de Fin. bonorum & malorum, Fuit & Druſus, Ciceronis ſodalis. Cur ſodalis meus (inquit de Nat. deor. lib. 3) interfectus domi ſuæ Druſus? &c. Seruius, Druſi duo fuerunt: prior uicit Haſdrubalem: alter eſt filius Iuliæ ſororis Auguſti. Virg. 6. Georg. 165,

Quin Decios, Druſoſq; procul, ſæuumq; ſecuri
Aſpice Torquatum, & referentem ſigna Camillum.

Dryades] pen. corr. (δρυάδες) nymphæ ſunt (inquit Seruius) quæ inter arbores habitant. Hamadryades autem, nymphæ ſunt quæ cum arboribus naſcuntur, & pereunt.

Dryades puellæ. Virg. 1. Georg. 3.

Procaces Dryades. Claud. in Epithal. Palladij, 46. 4.

Semideæ Dryades Ouid.epist.4.10.

Dryas] antis (Δρύας) Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Parthenopæum letali ictu uulnerasset, a Diana sagittis occisus est. Statius,

Horrendumq; Dryanta mouet, &c.

Dryantiades (Δρυαντιάδης) Dictus est Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ouid. in Ibim,

Vtq; Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.

Dryinas] aut, ut quidam uocant, Dryinos (Δρύινος) Animal est in quercuum radicibus hærens, quod ad perniciem adeò potest, ut supergressu tantum excidat pedum cutis, intumescantq; insigni ercrura tota. Id uerò mirabilius, si quis mederi uelit, manus itidem excoriantur. Quod si interimere adoriatur quispiam, pessimo inficitur odore, itemq; oderatur aliud nihil. Dryinas autem appellatur à loco, ubi uictitat ferè. Hæc ex Paul. Aegineta, lib. 3. ἰατρικῆς πραγματείας, refert Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 28. Vide & Dioscor. lib. 4.

Dryites] Gemma, è truncis arborum sic dicta, quæ & ligni modo ardet, ut author est Plin. lib. 37. cap. 11.

Dryloo] Vide Drilum.

Drymæ] Achiuorum colonia, teste Herodoto.

Drymæa] Δρύμαια, Regio, postea Daulis appellata, teste Plin. lib. 4. cap. 3. ubi de Locris agit.

Drymodis] penult. prod. (Δρυμῳδὶς) prius dicebatur, quæ nunc Arcadia, deinde Pelasgis appellata est. Plin. libro 4. capite 6. 1.

Drymusa] Δρύμουσα, Asiæ insula, Samo & Lesbo finitima, ut refert Plin. lib. 5. cap. 31.

Drynæmetum] Δρυναίμετον, Locus in Galatia, in quem duodecim tetrarcharum consilium (qui sunt uiri trecenti) de sanguine iudicaturi conueniebant. Strab. lib. 12.

Dryopes] pen. corrept. (Δρύοπες) Populi sunt Epirotici, de quibus Plin. scribit in Præfatione lib. 4. Sunt & Dryopes, authore Seruio, populi iuxta Parnassum Virg. 4. Aen.

Cretesq;, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi.

Dryophytes] Genus ranarum apud Plinium, lib. 32. capite 7. 4. Et cap. 10, Iecur ranæ dryophytis uel calamitæ in pellicula grumatum. Incorruptiores codices legunt, Iecur ranæ diopetis. Certè uidetur certis locis tantus ranunculorum numerus, ut cũ imbre delapsi, uel certè ex imbre prouenisse uideri possint. Hos opinor hic diopetes uocari, quòd Græci διοπτὰς nominent, quicquid est ex aere delapsum, quasi à Ioue demissum.

Dryophonon] pen. corr. herba Plinio lib. 27. cap. 9. 3. Vide Ruell. lib. 2. cap. 135.

Dryopteris] pen. correp. filici similis, in arboribus nascitur tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plin. lib. 27. cap 9. 2. Vide Ruell. lib. 3. cap 155. Nonnulli eam esse putant quæ uulgò Osmunda regalis uocatur.

Dryos] hyphear (Δρυὸς ὕφεαρ) Genus uisci est, copiosissimè in quercu nascens, unde & nomen accepit. Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper uirens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, tactum sequens, nunquam in terra nascens. Vide Plinium libro 16. capite ultim.

Drypetes] Δρυπέτης, Oliuæ sunt maturæ, & adultæ: ita dictæ, quasi iam ex arbore decidẽtes. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 11.

Drypselon] Δρύψελον, Cortex arboris aut radicis detractus. Item abusiuè folium herbæ decerptum.

Dryses] Vir Troianus apud Homerum in Iliade.

Dryusa] Δρύουσα, Insula, quam eandem esse cum Samo ex Aristotele tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

Dua] Δύο, pro Duo, apud ueteres. Cic. in Orat. 88, Video sepulchra dua duorum corporum. Ex Accio. Quintil. lib. 1. cap. 10, Dua pondo & trepondo usq; ad nostram etatem omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat.

Dualis] & hoc duale, pen. prod. (Δυϊκὸς) Seru. in illud 2. Aeneid. 1, Conticuere omnes: Conticuere (inquit) pro Conticuerunt. Nec est ut quidam dicunt, dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitus inuenitur. Vide Quintilianum lib. 1. cap. de Solœcismo.

Dubenus] dubeni, m. g. (Δαυόττος) Dominum antiquis dicebatur. Pacuuius, Tum dubenus seruos legatos peßimè uerberat. Ex Festo.

Dubiat] pro Dubitat, Obsoletum. Festus.

Dubis] Δοῦβις, Ptolemæo, Galliæ fluuius. Vulgò Ledoux. Aliis dictus Alduasduisius, alijs Alduabis, alijs Alduasdalis. Hic Vesontionem Sequanorum oppidum penè totum cingit. Vide Cæsarem bell. Gall. lib. 1.

Dubitapes] Fictor egregius, qui uasa ex rubra creta primus effinxit.

Dubius] Adiectiuum (ἄπορος, ἀπορητικὸς, ἀμφιβατόσιμος, ἀμφίβολος) Qui quum duas uias habeat, utram eligat nescit: ut ait Sipontinus. Liu. 4. ab Vrbe, 169, Quum equites procul uisi non sine terrore ab dubijs qui nam essent, mox cogniti, &c.

Dubium & controuersum. Cic. 2. de Diuin. 156.

Dubium & incertum. Cic. 1. de Orat. 45.

Dubijs opponuntur Certa & concessa. Cic. 2. de Diuinat. 157, Vidésne igitur quæ dubia sint, ea sumi pro certis atq; concessis? Lucretius lib. 4. 97,

Et dubium certo quæ res differre probarit.

Perspicuum & Dubium, contraria. Cic. 4. de Finib. 110, Vtrũ igitur tandem perspicuisne dubia aperiũtur, an dubijs perspicua tolluntur?

Facere aliquid dubium. Quint. lib. 1. cap. 10. 23.

Dubio procul. Lucret. lib. 2. 53.

In dubio ponere. Vide In.

Num dubium est quin si in re ipsa nihil, &c. Cicero. 4. de Finibus, 93.

Dubiúmne id est? Terent. Eunuch. 1. 2. 49.

Haud, uel non dubium est quin. Terentius And. 3. 3. 49. Idem Eunuch. 5. 6. 27,

Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum.

Cic. 4. Verr. 19, Dubium nemini est quin, &c. Idem Attico lib. 7. 139. 3.

Et nunc credo esse dubium quin tu id commissurus non fuerit, &c. Cic. 7. Verr. 62.

Sine dubio. Terent. Eunuch. 5. 9. 14. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2. epistol. 2, Sine dubio res à Lentulo remota uidetur esse.

De hac re mihi dubium non est. Cic. Att. lib. 11. 214. 6.

Dubium est ut. Plin. in Paneg. 15, An dubium est ut dare non posset imperator, qui reuerentiam amiserat?

In dubio esse. Terent. And. 1. 5. 31,

Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

Nominis in dubio causa est, capitale uocemus

Ingenium solers, ingeniosa dea est. Ouid. 3. Fast. 168.

Venire in dubium, quod & Venire in discrimen dicit Cic. Terent. Adelph. 3. 2. 42. Vide Venio.

In dubium uenire de sorte, &c. Terent Adelph. 2. 2. 35.

Res uocatur in dubium. Cic. 2. de Orat. 79.

Non est in dubio. Plin. lib. 25. cap. 5. 20.

Quæ cõstant, & quæ dubia sunt, cõtraria. Cic. 1. de Inuent. 82.

Facere dubium aliqua re animum alicuius. Cicero pro Lege Manil. 18.

Fortuna

Fortuna dubia. Terent. in Prologo Hecyræ, 16.
Feror dubius. Ouid. ad Pisonem, 1.
Affectus dubij. Ouid. 8. Metam. 95.
Dubium argentum. Hoc est, pecunia de cuius pondere utl bonitate dubitari potest. Plaut. Epid. 13. 40.
Dubij uarijq; casus. Cic. pro Cluent. 45.
Dubium cælum. Virg. 1. Georg. 51.
Cœna dubia. Terentius Phorm. 2. 2. 28. Horatius 2. Sermon. Satyra 2. 16, Surgere de cœna dubia. Id est, lauta, ut ait Acron.
Dubia fama. Ouid. 3. de Arte, 90.
Dubia fortuna. Cicero 3. Verr. 26. Terentius in prologo Hecyræ, 16, Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam.
Lanugo dubia. Mart. lib. 2. 60.
Lux dubia, id est, crepusculum. Senec. Hippol. 1. 8.
Dubius Mars. Virg. 2. Georg. 57.
Mens dubia. Virg. 4. Aen. 11.
Mons dubius ascensu. Propert. lib. 4. eleg. 4. 17.
Opinio dubia. Cic. pro Domo sua, 9.
Pauor dubius. Claud. Paneg. 5. 3.
Dubia pericula. Lucret. lib. 4. 219.
Dubius pes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 7.
Prælium dubium. Liu. lib. 5. Decad. 4.
Rates dubiæ. Ouid. 2. de Arte, 103.
Res dubia. Plaut. Epid. 3. 10, Is amicus est qui in re dubia, re iuuat, ubi re est opus. Cic. ad Att. lib. 10. 201. 3, Quem dubijs rebus lædere noluisti.
Res apertas à dubijs secernere. Lucret. lib. 4. 95.
Rumores dubij. Plin. epist. 190. d.
Salus dubia. Cic. ad Ligarium, lib. 6. 14. 6.
Sententia dubia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 18.
Non dubia spes. Vide Non.
Tempora dubia, secunda. Hor. 4. Carm. Ode 9. 8.
Tempora Reip. dubia. Cic. pro Fonteio, 17.
Timores dubij. Stat. 5. Thebaid. 64.
Via dubia. Ouid. epist. 17. 31.
Vires dubiæ. Ouid. 7. Metam. 103.
Voluntas dubia. Tacit. lib. 20.
Vrbes dubiæ. Lucan. lib. 2. 90.
Dubium nisui. Salust. in Iugurth. quæ dubia nisui uidebantur, potissimum tentare.
Nec sum animi dubius. Virg. 3. Georg. 57.
Dubius præsidij. Senec. de Benef. 6.
Vitæ dubius. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. 5.
¶ Dubiè, Aduerbium (ἀμφιβόλως) Cic. 1. de Diuinat. 262, Potest accidere ut aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum.
Nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Liu. 2. ab Vrbe, 100.
Gaudere dubiè. Ouid. 10. Metam. 58.
Non dubiè. Vide Non.
¶ Dubiosus, penultima producta Adiectiuum (ἀμφισβητήσιμος) Gellius lib. 3. cap. 3. Idem lib. 5. cap. 10, Dubiosum hoc, inexplicabileq;.
¶ Dubito, dubitas, penult. corrept. (ἀπορέω, διαπορέω, ἀμφιβάλλω, διστάζω, ἐνδοιάζω, ἀμφιβατέω) dubitare: Frequentatiuum à nomine Dubius. Iuuenalis Satura, 8,

—— quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?

Dubitare & hæsitare. Cic. 4. Acad. 96.
Dubitat dicere. Plaut. Epid. 5. 76. Id est, timet? Cic. de Amic. 1, Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Idem de Senect. 15, Non dubitauit dicere illa quæ uersibus persequutus est Ennius. Cic. 4. Acad. 111.
Dubitare de fide alicuius. Cicero, Tamen usq; eò timui, ne quis de mea fide atq; integritate dubitaret, &c.
Dubitat de, uel quid. Cicero Appuleio, lib. 13. 46. 3, Nam de tua erga me uoluntate non dubitant. Idem 4. Acad. 49, Tum uerò dubitabit quid sit extremum.
De authore dubitari non potest. Quint. lib. 7. cap. 3. 7.
De indicando dubitare. Cic. pro Sylla, 39.
Ne dubita. Virg. 3. Aen. 63.
Non dubito quin. Terent. And. 24. 2. Cic. de Senect. 28, Quod si acciderit, non dubitat quin breui Troia sit peritura.
Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Terentius Adelph. 4. 5. 57.
Dubitare an & utrum. Plautus Capt. 7. 96. Cic. 5. Verr. 179, Infinitè dubitare utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere, an, &c.
Aliquid dubitare. Cic. 3. Offic. 102, Hoc non turpe est dubitare Philosophos, quod ne rustici quidem dubitent?
Dubitare, pro Cogitare. Virg. 9. Aen. 39, —percipe porrò quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.
Omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam. Seruius.
¶ Dubitatur, penultima producta. Impersonale (ἐνδοιάζεται) Plin. libro 11. capite 17. 5, De his uideo dubitari. Cicero 4. Verr. 76, Præsertim aliorum authoritate confirmatum dubitabitur?
¶ Dubitans, pen. corr. Participium (ἀμφιλογῶν) Cicer. pro Domo sua, 108, Identidem se ipse reuocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac uos in monimentis habetis, & pronunciarit & fecerit.
¶ Dubitatus, pen. prod. Participium (διαπορηθείς) Ouid. 2. Metamorph. Venit, & intrauit dubitati tecta parentis. Idem ad Liuiam, 17. Dubitatus amor.
¶ Dubitatio, Verbale (ἀπορία, ἐνδοιασμὸς, διστασμὸς) ut, Dubitatio de re aliqua. Cic. 1. Acad. 26.
Dubitatio & hæsitatio. Cicer. 2. de Orat. 111, Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio tractusq; uerborum?
Obscuritas atq; dubitatio. Cic. pro Cluent. 58.
Scrupulus & dubitatio. Cic. pro Cluent. 60.
Sine dubitatione, lactucæ foliis similis. Plin. lib. 27. cap. 8. 2.
Indigna homine dubitatio. Vide Indignus.
Accidit dubitatio. Vide Accido.
Addere dubitationem. Vide Addo.
Adducere in dubitationem. Cic. Appio, lib. 3. 5. 7.
Afferre dubitationem. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 9.
Dubitationem afferre quin. Cic. 2. de Nat. deor. 235, Ni fortè tanta ubertas & uarietas pomorum, eorum iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & aspectus dubitationè affert quin hominibus solis ea natura donauerit.
Dare dubitationem. Cæs. bel. Gal. lib. 1. Vide Do.
Eximere dubitationem. Quint. lib. 1. cap. 10. 22.
Dubitationem habere. Cic. 5. de Fin. 47.
Hic locus nihil habet dubitationis, quin, &c. Cic. 2. Offic. 23.
Dubitationem relinquere. Cicero ad Trebonium, libro 15. epistol. 21. 3.
Dubitatio nulla in re erat. Cic. 5. de Fin. 115.
Sine dubitatione accipere excusationem. Cicero filius ad Tironem, lib. 16. 21. 3.
Tollere dubitationem. Quint. lib. 5. cap. 9. 5. Vide Tollo.
Dubitationem omnem alicui tollere. Cic. Att. lib. 12. 236. 4.
Dubitatio, color quidam Rhetoricus, Græcè διαπόρησις.
¶ Dubitanter, Aduerbium (ἐνδοιαστικῶς) Cic. 2. de Iuuent. 125, Simul quærentes dubitanter unumquodque dicemus. Asinius ad Ciceronem, libro 10. 31. 6, Planè pericula non dubitanter dij.
¶ Dubitabilis, & dubitabile, pen. corr. (ἐνδοιαστὸς) Ouid. 13. Metam.

Digitized by Google

Metam. 5, Atq; ego, si uirtus in me dubitabilis esset. Idem libro 1. 45, —nec erit dubitabile uerum.

DVC. DVC. Ducum ductore, uel Ductorum ductor. DVL. Dulcissimus.

Ducator] ἡγέμων, l. 28. §. si manis alteram. ff. ad l. Aquil. quod uerbum & in lexico B. Germani notatum reperitur, in quo ita est, Ducatores, ἀγοὶ, προηγούμενοι.

Ducatus] Vide Duco.

Ducenti] ducentæ, ducenta, tantum pluraliter (διακόσιοι) Plin. lib. 14. cap. 4. 10, Duranti; adhuc uina ducentis ferè annis. Cic ad Qu. fratrem, libro 2. 5. 2, Sanè frequentes fuimus omnino ad ducentos. Plinius lib. 16. cap. 40. 14, Anni ducenti ante excidium Troiæ.

¶ Ducenties, Aduerbium (διακοσιάκις) Liu. 8. bel. Maced. 244, Potius quadragies quàm ducenties quadragies litem æstimatam. Cic. 2. Philipp. 58, Ego enim amplius ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Mart. lib. 5. 38.

Ducenus] pen. prod. Adiectiuum (διακόσιος) id est, bis centum: ut Ducenipedes. Plin. lib. 6. cap. 26. 6. Colum. lib. 5. cap. 2. 4, Sic multiplicabis, centies uities duceni quadrageni fiunt uiginti octo millia. Sic Duceni armati, Liuius 2. belli Punici, 124, Et ducena quinquagena millia capitum, 9. ab Vrbe, 100.

¶ Ducenarius, Adiectiuum (διακοσιαῖος) ut, Ducenaria pondera. Plin. lib. 7. cap. 20. 3, Hoc est, ducentarum librarum.

Ducenarius, dicebatur etiam qui duas centurias, id est, ducẽtos milites ducebat in acie secunda, qui & primus hastatus appellabatur. Veget. lib. 2. cap. 8.

Ducenariorum iudicum decuria. Suet. in August. Cæsar capite 32, Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ ducenariorum uocaretur, iudicaretq; de leuioribus summis. Quam appellationem non à causarum æstimatione, sed à censu potius ortam esse, opinãtur nonnulli: ut fuerint ducenarij iudices, qui dimidiũ census equestris possidebant. Budæus.

Duco] ducis, duxi, ductum (ἄγω, προάγω, ἡγέομαι, ἡγεμονεύω, προφέρω) ducere, Manifestæ significationis. Differt à trahe: quòd ducimus eum qui sponte sequitur: Trahimus autem nolentem. Terent. And. 4. 6. 22, Duc me ad eam, quãdo huc ueni ut uideam. Cic. 1. Tusc. 157, Qui maximas copias duxit ad Troiam.

Ducuntur omnia dei nutu. Id est, reguntur. Plaut. Merc. 18. 3.

Ducere se ad aliquã: pro Ire & proficisci. Plaut. Amph. 16. 73.

Ducere se ab ædibus: Exire domum, uel egredi. Plautus Bacchid. 13. 11.

Ducere se deorsum de arbore, Descendere de arbore. Plautus Aulul. 24 8.

Ducere ad credendum. Cic. 2. Tuscul. 73, Ita me ad credendum tua ducit oratio.

Duci ad cognitionis cupiditatem. Cic. 1. Offic. 28.

Facilimè ad consentiendum homines ducuntur experimentis. Quint. lib. 3. cap. 8. 25.

Ad id responsum, quod eliciẽdum erit, per gradus ducet. Quintil. lib. 5. cap. 7. 14.

Ad peiora iuuenes laude ducuntur. Quintilianus libro 5, capite 12. 17.

Per parua aliquem ducere. Quint. lib. 1. cap. 10. 4.

Per omnia aliquem ducere. Virg. 6. Aen. 113.

Per singula duci. Stat. 2. Syl. eleg. 2. 9.

Aetatem ducere. Hor. 2. epist. 4. 41.

Actus septima ducitur. Virg. 4. Georg. 42.

Aetatem in literis. Cic. 5. de Fin. 92.

Deus duxit æuum per suos gradus. Senec. Hipp. 4. 19.

Ducere agmen, Ducem esse. Plin. lib. 10. cap. 44. 1. Cic. 2. Tusc. 1, Quum æstu magno agmen ducebat, laborabat.

Nostros in longum ducis amores. Virg. 9. eclog. 12.

Anhelitum ex cursura. Plaut. Asina. 7. 61.

Animam, pro Viuere. Liu. 6. ab Vrbe, 77.

Animam ducere de cælo, Hoc est, anhelitum seu spiritum trahere ex aere. Cic. in Orat. 57, Ita aiunt, dum possunt, ut ducere animam de cælo non queant. De parricidarum supplicio loquitur, qui insuti culeo abijciebantur in aquam.

Anima ducitur spiritu. Cic. 2. de Natu. deor. 204, Excipiatq; animam, eam quæ ducta sit spiritu, eandemq; à pulmonibus respiret & reddat.

Animos in rem præsentem ducere. Quintilian. lib. 6. cap. 1. 24. Vide Animus.

Annum ducere. Virg. 1. Georg. 2, —nos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. Id est, quorum cursu tempora computantur.
Nam per Lunam, mensis: per Solem annus ostenditur. Seruius.

Aquam. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 1.

Argentum. Virg. 7. Aen. 127,
Aut læueis ocreas lento ducunt argento. Hoc est, flexili argento extendunt. Seruius.

Argumenta ex ipsis positionum uitijs ducimus. Quint. lib. 2. cap. 10. 10.

Bellum cum aliquo. Virg. 9. Aen.

Beneuolentiam à personis ducimus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 4.

Ipse qui cælum, nebulasq; ducit: id est, Iupiter apud Senecam Hipp. 3. 6.

In carcerem. Cicer. 7. Verr. 62. Sic, Ducere in uincula. Cicero in Catil. 20.

Declinatio per eosdem casus ducitur. Quint. lib. 1. cap. 9. 4.

Cicatricem. Col. lib. 3. cap. 18. 4. Liu. 9. bel. Pun. 162, Vbi primum ducta cicatrix, patiq; posse uisa est iactationem.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix. Ouidius 1. de Ponto eleg. 4. 3.

Colorem, pro Attrahere. Virg. 9. eclog. 10. Iuuen. Satyr. 2,
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua.

Colore aureo pelles. Plin. lib. 28. cap. 9. 22.

Commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere ducere. Cic. pro Deiot. 1.

Coniecturam modò huc, modò illuc ducere. Cicero 2. de Diuinatione, 215.

Coniectura ducitur ex hac re. Cic. 2. de Inuent. 149.

In peius consilia ducuntur. Quint. lib. 2. cap. 16. 1.

In crimen ducere. Tacit. lib. 5.

Crimen ducere. Virg. 5. Aen. 105.

Ex animo curam, pro Abijcere. Plaut. Casina, 2. 22.

Diem ducit Lucifer, id est, adducit. Virg. 2. Aen. 159.

Diem somno ducere. Senec. Thyeste, 5. 13. Id est, transigere.

Effigiem ducere. Virg. 8. Eclog. 14.

Vagina ducitur ensis. Sil. lib. 8. 68. Hoc est, educitur.

In errorem ducere. Ouid. 8. Metam. 32.

Exequias. Plin. epist. 60.

Exercitum in Sabinos. Cæs. 1. bel. Gal. 39. Cic. in Catil. 36.

Exercitum in quæ uult, ducit. Quint. lib. 2. cap. 16. 11.

Exordium. Cic. 1. de Legib. 27.

Fidem ducere. Lucret. lib. 2. 106.

Figuram ducere ueri, id est, apparere tanquã res ueras. Claud. 2. de Rap. Proserp. 9, Loquitur de tela Proserpinæ.

Fossam Liu. 3. ab Vrbe, 119, Clamore sublato ante se quenque ducere fossam & iacere uallum.

Frena manu ducere. Ouid. 15. Metam. 104.

Frigus ab umbra ducere. Ouid. 10. Metam. 26.

Fumum

Funem ducere Hor.1.epist.10.10.
Funus alicui. Plin.lib.2.cap.109.1. Idem lib.8.cap.42.2, Rex defuncto ei duxit exequias. Virg. 4.Georg.52.
Genus ab aliquo ducere. Ouid.6.Metam.86.
Blandis ducitur hora dolis. Propert.lib.3.eleg.23.4.
Nos flendo ducimus horas. Virg.6.Aen.108.
Horas extremas. Martial. lib.4.29. Hoc est, propinquum esse morti.
Ilia ducere. Horat.1.epistol.1.2, Gallicè dicimus, Haleter, & batre les flans. comme ung cheual poulsif, ou qui est hors d'haleine.
Initium. Cic.ad Att.lib.9 180.4.
Initium ducere ex aliquo. Cic.2.de Nat.deor. 72, Ita ex quatuor temporum mutationibus omnium quæ terra mariq; gignuntur, initia causæq; ducuntur.
Initium rerum suarum alicunde ducere. Cicero 2.de lege Agrar.31.
In ius. Terent. Eunuch.4.6.30.
Laminam ducere. Quint.lib.2.cap.4.6.
Lateres ducere, pro Formare: ut opus ductile apud Vitruuium, lib.2.cap.3.
Lineam. Plin.libro 35.capite 10.18, Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in prouerbium uenit.
Ducor libo fumante, Id est, delector. Hor.2.Serm.Satyr.7.
Ducit duo lima acus. Cels.lib.7.cap.7.
Ducitur & digitis littera rara meis. Ouidius 4. de Ponto, eleg.2.5.
Lucemq; à consule ducit Omnis honos. Statius 4. Syl. eleg.1.6.
Ludos, & insania honoris modo, rationis, atq; abundantiæ duxit. Tacitus in Vita Agric.
In ludum ducere, & reducere. Terent. Phorm.1.2.36.
In matrimonium. Cic. pro Cluent.18.
Ducere & conflare mendacium. Cic. pro Ros. Comœdo, 28.
Mucronem, pro Educere. Virg.lib.12.
In concubinæ locum mulierem aliquam ducere. Cicero 1.de Orator.90.
Muros, id est, struere & erigere. Virg.lib.1.Aen.86.
Noctem ducere ludo. Claud. in Epithal. Palladij, 46.20.
Noctem ducere querelis Senec. Hippol.43.
Noctem iucundis sermonibus. Plin.epist.117.
Nomine ab authoris ducũt libamina nomẽ. Ouid.3.Fast.147.
Nomen ex re aliqua. Cic.1.Acad.58.
Notam ducere. Hor.4.Carm.Ode 2.12.
Nubilum. Quint.lib.11.cap.3, Sed in ipso uultu plurimum ualent oculi, per quos maximè animus emanat, ut citra motũ quoq; & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant. Id est, obducant & obtendant.
Obliuia ducere pœnæ. Valer.4.Argon.107. Sic Horatius, 2. Serm.Satyr.6.13,

O rus, quando ego te aspiciam? quandoq; licebit
Nunc ueterum libris, nunc somno & inertibus horis
Ducere sollicitæ iucunda obliuia uitæ. Id est, obliuisci uitam solicitam & curas.

Opes ducere ab aliquo. Hor.4.Carm.ode 4.12.
Opinione duci. Cic.pro Muræna, 58.
Oracula ducere æquatis sortibus. Cic.1.de Diuin.64.
Orationem ducere ab eodem uerbo. Cic.in Orat.74.
Ordines & ordinem ducere. Vide Ordo. Cic.1.Philip.14.
Prioris partus duxit ordinem. Quint.lib.5.cap.14.16.
Ordine ducere. Virg.7.Aen.55.
Rerum ordine ducar. Ouid.13.Metam.33.

Author ab illo ducis originem. Hor.3.Carm.ode 17.1.
Ab Elide ducimus ortus. Ouid.5.Metam.99.
Os exquisitis modis. Quint.lib.4.cap 3.
Otia ducere. Ouid.1.de Ponto, eleg. 6.9.
Partetem per uestibulum alicuius ducere. Cic.pro Milone, 56.
In partes ducere, id est, in factiones. Tacit.lib.15.
Pectus in contraria ducere. Ouid.3.Amorum, eleg.10.7.
Ducunt eum pedes rus. Plaut. Mercat.19.17.
Pensa manu ducere. Iuuen. Satyr.12.7.
Piscem hamo ducere. Ouid epist.18.3.
Pocula ducere. Propert.lib.2.eleg.10.5.
Pompam ducere. Ouid.epist.12.31.
Præmia ducere. Ouid.10.Metam.135.
Principium à re aliqua. Cic.3.de Fin.26.
In probationem aliquid ducere. Quint.lib.5.cap 12.2.
Progeniẽ Troiano à sanguine duci Audierat. Virg.1.Aen.5.
Pronuncias ducere. Tacit.lib.3.
Pulmones & cor extrinsecus spiritum ducunt. Cic.2.de Natura deorum, 204.
Quæstiones omnes ex persona petitoris ipsius duximus. Quintil lib.7.cap.2.38.
Ducere suam rationem. Cic. Atttic.lib.8.159.10, Inde susceptò bello, quum pacis conditiones ad te afferri, à teq; ad ea honorificè & largè responderi uiderem, duxi rationem meam, quam tibi facilè me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Idem 3.Verr.90. Cælius ad Ciceronem, lib.8.5.3, Hanc autem nemo ducit rationem, sed omnia desyderantur ab eo tanquam nihil denegatum sit.
Non ullius rationem sui cõmodi ducit. Cic. pro Sex. Rosc.76.
Officij rationem ducere. Cic. pro Sestio, 17.
Rationem salutis. Cic.ad Marium, lib.7.3.4.
Ducere rationem curandi. Celsus in proœm.lib.1, Ex his enim similibusq; sæpe noua curandi ratio ducenda est.
Remos ducere. Ouid.1.de Ponto eleg.6.8.
Retia ducere. Ouid.13.Metam.196.
Ruinam ducere. Senec. Herc. Oetheo, 135. De quercu quadam cæsa ab Hercule.
Senectam ducere. Virg.10.Aen.38.
Sententiam ducere in id quod uelit, est orationis iudicialis. Quint.lib.2.cap.15.9.
Sentinam ducere dicuntur in naui foramina, quæ aquam recipiant, unde sentina conficitur. Senec. de Ira, lib.2.
Sermonem à re quapiam. Cic.2.Tusc.14.
Sessum. Plaut. Pœnulo, 2.20.
Ducere similitudinem è re aliqua. Cic.in Orat.5.
In opaco situm ducere. Quint.lib.1.cap.2.14.
Somnos, Dormire. Virg.4.Aen.112.
Somnium ducere. Hor.3.Carm.ode 27.9.
Soporem ducere. Tibul.lib.1.eleg.2.16.
Sortem ducere, pro Statuere, apud Virgilium libro 9. Aeneid. 56. Seruius.
Sortem, Sortiri. Virg.6.Aen. — stat ductis sortibus urna. Cicero 2.de Diuinatione, 57, At enim idipsum habet aliquid diuini, quæ cuiq; hostia obtingat, tanquam in sortibus quæ cui ducatur.
In argumentum species libidinis frequenter ducitur. Quintilian.lib.5.cap.10.18.
Spiritum per siccas fauces, Respirare. Senec. de Benefic.lib.3. cap.8 Author ad Heren.lib.4.200, Itaq; anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur.
Spiritum, Attrahere: & per translationem, Viuere. Cic.1.de Inuent.69, Nam hoc quidem, si spiritum ducit, uiuit, &c. Idem ad Planc.lib.10 1.3. (4.Dec 5.
Ducere spiritũ naribus. Varro 2.de re Rust.cap.3.4. Liu.l b.

Stamina ducere. Ouid. 4. Metam. 45.
Sub ſignum. Plaut. Caſina, 16. 1.
Sulcos. Plin. lib. 17. cap. 22. 26, Vltro citroq; ſulcos perpetuos ducito.
Suſpiria. Mart. lib. 11. 34.

Corripis, obſeruas, quereris, ſuſpiria ducis. Ouid. 1. Metam. 122,

——alto tantum ſuſpiria ducis Pectore.

Suſpicionem. Cic. 2. de Inuent. 147.
Tempus. Cic. 3. Verr. 20, Deinde ita tempus duceretur, ut à M. Glabrione Prætore, & à magna parte horum Iudicum, ad Prætorem alium Iudicesq; alios ueniremus.
Thura naribus ducere. Hor. 4. Carm. ode 1. 5.
In tranſennam dolis, Decipere. Plaut. Perſa 1, 5. 12.
Triumphum. Plin. lib. 34. cap. 3. 4.
In triumpho. Plin. lib. 12. cap. 125. 1.
Turmas ducere. Virg. 5. Aen. 109.
Vallum, Ducere foſſam. Liu. 5. ab Vrbe, 19.
E luto uaſa ducere. Quint. lib. 2. cap. 17. 3. id eſt, fingere.
Verbum aliquod in longius. Cic. de clar. Orat. 150.
In longam ducere uerba moram. Propert. lib. 1. eleg. 10. 2.
Et cupio nonnullos ducere uerſus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13. 14.
Ducere uiam, pro Sequi. Quint. lib. 3. cap. 9.
Et quà te ducis uia dirige greſſum. Virg. 1. Aen. 91.
Ducere uitam & ſpiritum. Viuere. Cic. pro lege Manilia, 23. Virg. 2. Aen. 128.
Vitam dulcem ducere. Lucret. lib. 2. 199.
Vmbram ducere. Lucret. lib. 4. 26. de nubibus loquitur.
Ad umbilicum ducere. Hor. Epod. 14. 2.
Longas in fletum ducere uoces. Virg. 4. Aen. 93.
Voces ducere. Hor. in Arte, 65.
Vtilitatem ex re aliqua. Cic. 5. de Fin. 94.
Vultum ad ſuſpiria ducere. Ouid. 2. Metam. 155.
Ducere uultum, pro Contrahere rugas. Mart. lib. 1. 124.
Viuos uultus de marmore: Hoc eſt, exprimere uiuos uultus in marmorea effigie. Virg. 6. Aen. 170.
Vxorem, pro Accipere. Cic. 4. Acad. 195, In uxore ducenda, in liberis procreandis. Terent. Eunuch. 5. 2. 49, Emoriar ſi non hanc uxorem duxero. Sic, Ducere filiam. Plautus Aulul. 2. 4, Vult hanc Megadorus indotatam ducere. Terent. Adelph. 4. 7. 11.
Tibi ducitur uxor. Virg. Eclog. 8. 6.
Ducere uerbum, pertinet ad uſurarum rationem. Cic. Attico, libro 6. 111. 11, Magnam pecuniam conficeram, ut ſoluerẽt, centeſimis ſexennij ductis cum renouatione ſingulorum annorum. Eidem, ibidem, 113. 11, Sed centeſimis ductis à proxima quidem ſyngrapha, nec perpetuis, ſed renouatis quotannis numerabantur nummi. Ductis, id eſt, ſupputatis & imputatis. Et paulò pòſt, 16, Niſi fortè id uolumus armis efficere, ut fœnus quaternis centeſimis ducant. Id eſt, dependant. Budæus.
Duci authoritate, pro Excitari. Cic. 4. Acad. 109.
Duci cogitatione aliò. Cic. 3. de Orat. 88.
Duci coniectura ad ſuſpicandum. Cic. de clar. Orat. 28.
Duci deſpicatui. Cic. pro Flacco, 51.
Duci phaleratis dictis, Blando uerborum lenocinio irretiri. Terent. Phorm. 3. 2. 15.
In diuerſa duci. Quint. lib. 2. cap. 8. 3.
Errore duci. Cic. 1. Offic. 206, Ne quenquam hoc errore duci oportet, ut ſi quid Socrates.
Duci falſo gaudio. Terent. And. 1. 2. 9. Vbi Donatus, Ducere, eſt expectationi longi temporis malum prolatare: uel induci, ut feras in retia.
Duci gloria. Cic. 4. Verr. 101, Et ſi quis earum ſtatuarum honore ac gloria ducitur. Id eſt, Si quis quid facit ut gloriam conſequatur. Sic, Duci mercede & præmio. Cic. Offic. 29. Et ad Atticum, lib. 1. 11. 4, Ductus odio properauit rem in iudicium deducere.
Duci ineptijs ac fabulis. Cic. pro Cluentio, 136.
Ira duci. Claud. 7. Paneg. 52.
Laude duci. Cic. in Orat. 62.
In hoſtium loco & numero duci. Cic. 7. Verr. 97.
Duci natura. Quint. lib. 9. cap. 4. Vide Organum.
Quæſtu & lucro duci. Cic. 5. Tuſc. 13.
Ratione aliqua duci. Lucret. lib. 4. 120.
Spe poſteritatis fructuq; duci. Cic. pro Rabir. Perduel. reo, 22.
Duci uentre, pro Delectari cibis precioſis, uentris & gulæ cauſa: id eſt, uentri et gulæ deditũ eſſe. Hor. 2. Serm. Satyr. 7. 8.
Voluptate ad fidem ducitur. Quint. lib. 4. cap. 2. 85.
Communi utilitate duci. Quint. lib. 3. cap. 7. 18.
Ducere, Protrahere. Cic. ad Cæſ. Iuniorem, lib. 1, Ne res duceretur, ſecimus, ut Hercules Antiarius in alium locum transferretur. Idem Bruto, 18. 7, Omnino iam tempora (bellum enim ducetur) integram ſibi cauſam reſeruant.
Ducere bellum in hyemem. Cæſar 1. bel. Ciuil. 129. Cic. ad Marium, lib. 7. 3. 6, Dein quum ab ea ſententia Pompeius uale de abhorreret, ſuadere inſtitui, ut bellum duceret.
Ducere rem per altercationem. Liu. 4. ab Vrbe, 229.
Ducere diem ex die. Cæſar 1. bell. Gall. 62.
Ducere aliquem, pro Eludere, moras nectendo. Cæſar 1. bel. li Gallici.
Ducere, Exiſtimare, iudicare, putare. Et tunc ex Græco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ, teſte Feſto. Cicero de Amicit. 6, Hanc eſſe in te ſapiẽtiam exiſtimant, ut omnia tua in te poſita eſſe ducas, humanoſq; caſus, uirtute inferiores eſſe putes. Idem Lent. lib. 1. 6. 4.
Animo, Cogitare apud ſe. Virg. lib. 6. Aen. 138,

Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.

Ducere infra ſe omnia humana. Cic. 3. de Finib. 45.
Ducere inter. Plin. lib. 2. cap. 63. 8, Inter crimina ingrati animi & hoc duxerim, quòd naturam eius ignoramus.
Inter proſpera aliquid ducere. Tacit. lib. 4.
Nihil ducere in bonis præter uirtutem. Cic. 3. de Fin. 15.
Ducere damno. Plaut. Bacchid. 22. 17.
Gloriæ ducere alicui quidpiam. Cic. in Saluſt. 4.
Ducere in gloria. Plin. lib. 31. cap. 6. 3.
Ducere honori. Saluſt. in Iugurtha.
Ducere laudi. Terent. in Prol. Adelph. Vos eritis iudices, laudi ne an uitio duci factum oporteat.
Magnum ducere. Hor. 1. Serm. Satyr. 6. 13.
Ducere minoris, Minoris exiſtimare uel æſtimare. Saluſtius in Iugurtha.
Ducere officij. Suet. in Tiberio, cap. 11.
Ducere parui. Cic. 2. de Finib. 42.
Ducere poſt honorem alterius ſua neceſſaria. Saluſtius in Iugurtha. Id eſt, Magis curare alterius honorem, quam ſua neceſſaria.
Ducere præ ſe neminem. Author ad Herennium, lib. 4. 176.
Ducere pro falſis. Saluſtius in Iugurtha.
Ducere aliquid pro nihilo. Cic. 5. Tuſc. 45.
Ducere aliquid uxori probro: hoc eſt, exprobrare uxori. Plautus Amphit. 5. 31.
Ducere aliquem ex ære: hoc eſt, uultum alicuius ære repræſentare. Plin. lib. 7. cap. 37. 4.
¶ Duce, pro Duc. Plaut. Moſtell. 5. 8, Lepida es, duce me amabo. Antiquum.
¶ Ducens, Participium: ut, Pecunia ducens ad ſe cuncta. Horatius 4. Carm. ode 9. 8.

Genitus

Digitized by Google

Gemitus imo de pectore ducens. Virg. 2. Aen. 58.
Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit. Virgilius 2. Aeneidos, 138.
Tempora ducens. Lucan. lib. 5. 2.
¶ Ductus, Participium (ἀχθείς)
Sorte ductus, Qui sorte obtigit. Tacit. in Vita Agricolæ.
Benevolentia ductus. Cic. de clar. Orat. 99.
Compendio ductus. Quint. lib. 2. cap. 13. 11.
Ducta laus ab humili venit ad summum. Cic. 2. Tusc. 7.
In hanc persuasionem quidam ratione ducti, &c. Quint. libro 4. cap. 1. 44.
Sermo ductus è percontatione. Cic. de clar. Orat. 115.
Verbum à verbo ductum, id est, deductum. Cic. 3. Tusc. 23.
Ductæ & directæ viæ. Cic. 2. de Nat. deor. 207.
¶ Ductus, huius ductus (ἀγωγὴ) Ipsa ductio vel deductio rei alicuius. Vnde aquæ ductus dicuntur deductiones aquarum. Cic. 2. Offic. 18, Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Idem 2. de Legib. 2.
Ductus literarum. Plin. lib. 8. cap. 3. 1. Quintil. lib. 1. capite 3, Quum iam uerò ductus sequi poterit. Id est, formas & tractus literarum. Idem lib. 10. cap. 2, Literarum ductus ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur.
Ductus oris. Cic. 5. de Fin. 84.
Ductus macularum sectari. Plin. lib. 37. cap. 12. 2.
Rei credibilis ductus. Quint. lib. 4. cap. 2. 39.
Aequalis ductus. Lucret. lib. 4. 86.
Applicare se ad ductum alterius. Vide Applico.
Per ductus uelut sulcos ducatur stylus. Quintilianus libro 1. cap. 1. 20.
Ductu alterius aliquid facere: hoc est, alio suadente & ducente. Liu. 4. ab Vrbe, 181. Cic. de Arusp. resp. 2, Quiq; suo ductu & imperio cruento illo atq; funesto, supplicia, &c.
¶ Ductio, ductionis, Verbale, s. g. Vlp. in l. deinde. ff. de liber. exhibend. item ducend. Hoc autem interdictum pertinet ad eum qui non ducere quis posit eos, in quos habet ius dictionis.
Ductio alui. Cels. lib. 4. cap. ult. Alui ductione uti.
Aquæ ductio. Vlp. l. 3. ff. de aqua quotid. Si aquam ex flumine publico duxeris, & flumen recesserit, non potes subsequi flumen: quia ei loco seruitus imposita non sit, quamuis is locus meus sit. Sed si alluuione paulatim accesserit fundo tuo, subsequi potes: quia locus totus fluminis seruiat ductioni.
¶ Ducto, ductas (ἀγεμονεύω) ductare, Frequentatiuū. Quintil. lib. 8. cap. 3. ait, Ductare exercitum, mala consuetudine obscœnum intellectum habere.
Ductare aliquem frustra, pro Dare illi uerba, aut uerbis perducere ad fallaciam. Plaut. Menæhmis, 15. 20.
Ductare aliquem dolis. Plaut. Capt. 11. 111.
Ductare aliquem maledictis. Plaut. Asin. 5. 37.
Ductare amicam & mulierem, pro Scorto potiri. Plaut. Asin. 16. 13. Terent. Phorm. 3. 2. 15, Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis.
Cornua ductare neruo. Valer. 6. Argonaut. 75. Significat arcu tendere.
Ductare pro nihilo. Plaut. Persa, 16. 167.
Ductans restim. Terent. Adelph. 4. 7. 34,
Tu inter eas restim ductans saltabis.
¶ Duco, ducas, ducare, Gubernare. Varro, Ab eo quod sit ducare qui est dux aut ductor, qui ita inducit ut doceat. Hæc Calepinus corruptè. Ex Varronis de Lingua Latina, lib. 4. legendum, Ab eo quod scit ducere, qui est dux, &c.
¶ Ducatus, pen. prod. huius ducatus (ἡγεμονία) Onus & administratio. Suetonius in Nerone, cap. 35, Priuignum Rufinum Crispinum Poppæa natum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere. Idem in Tiber. Cæsar. capite 19, Confidens (ut aiebat) ostento sibi ac maioribus suis in omni ducatu expertißimo. Id est, quoties pro imperio aliquid gerendum esset, uel quoties bellum suis auspicijs gererent.
¶ Dux, ducis, commun. gener. (ἀρχηγέτης, ἀγωγὸς, ἡγεμών, πολιγὸς, ἀγὸς, ἀγωγεύς) Qui, uel quæ ducit. Virgilius 1. Aeneidos, 74, Dux fœmina facti. Cicero pro Corn. An ingenium? quum etiam ipse casus euentusq; rerum non duces, sed comites eius consiliorum fuerint. Ibidem, 52, Videte ne utilius uobis & honestius sit illis ducibus errare, quàm hoc magistro erudiri.
Dux & præfectus classis. Cic. 7. Verr. 71.
Armenti dux. Ouid. 8. Metam. 178.
Astrorum dux. Id est, Sol. Seneca Thyeste, 9. 10.
Gregis dux, pro tauro, apud Ouid. lib. 1. de Arte, 65.
Dux impietatis. Cic. de Amicitia, 40.
Ingenij dux. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 6.
Fœmina dux malorum, & scelerum artifex. Senec. Hippol. 4. 41.
Scelerum duces. Lucan. lib. 2. 50.
Diuersarum sectarum duces. Quint. lib. 5. cap. 13. 45.
Superûm dux, id est, Iupiter. Stat. 4. Sylu. 2. 11.
Vitæ dux dia uoluptas. Lucret. lib. 2. 35. Sic Venerem uocat.
Dux rectè uiuendi natura. Cic. de Amicitia, 17.
Mors in claris uiris & fœminis dux in cælum solet esse. Cicer. 1. Tusc. 44.
Dux ac princeps in illa multitudine sicariorum. Cic. pro Rosc. Amerin. 49.
Achilles dux Thessalis. Vide Achilles.
Tanta authoritate dux. Cic. Attic. lib. 7. 127. 7.
Dux & author. Tacit. lib. 16.
Author, dux & princeps. Cic. 3. de Orat. 36.
Dux & comes. Cic. pro Marcello, 6. Idem de Amicitia, 35, Nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit.
Dux & magister. Cic. 5. Verr. 44. Idem 1. de Fin. 107, Magistra & duce natura.
Prætor, dux & imperator. Cic. pro Flacco, 21.
Duces & signiferi. Cicer. pro Plancio, 61. Idem pro Murena, 48, Dux & signifer calamitosorum.
Clarus dux. Hor. 3. Carm. ode 14. 2.
Improuidi & negligentes duces. Cic. Att. lib. 7. 138. 2.
Inuictus dux. Silius lib. 7. 2.
Magnanimi duces. Virg. 4. Georg. 1.
Magni duces. Hor. 2. Carm. ode 1. 5.
Creare ducem. Vide Creo.
Rationem ducem habere, non superstitionem. Cicero 2. de Diuinatione, 126.
Præbere se ducem bonis. Cic. Planco, lib. 10. 6. 7.
Præficere duces populo. Cic. pro Domo sua, 69.
Naturam uitæ ducem sequere. Senec. Hippol. 4. 25.
¶ Ductor, ductoris (ἡγεμὼν) Dux. Virg. 2. Aen. 3.
Ductores Danaûm. Cic. 1. Tusc. 141, Quoties non modò ductores nostri, sed etiam uniuersi exercitus, ad non dubiam mortem concurrerunt?
Aquarum ductor Tyberis. Stat. 3. Sylu. 5. 22.
Classis ductor. Virg. 6. Aen. 67.
Ductor Deorum. Senec. Herc. furente, 4. 19.
Ductor ducum, id est, imperator exercitus. Senec. Agamem. 1. 8. & 13. 11. Sic uocat Agamemnonem.
Fluuiorum ductor. Stat. 4. Thebaid. 24.
Gregis indomiti ductor, pro tauro, apud Senec. Hipp. 2. 7.
Armipotens ductor. Silius lib. 13. 143.
Delecti ductores. Lucret. lib. 1. 18.

Digitized by Google

Fulmineus ductor, pro Hannibale. Sil. lib. 17. 111.

¶ Ductarius, Adiectiuum, Qui ducit (ἀγωγὸς) Vnde ductarius funis, quo in trocleis utimur, & qui per orbiculos trocleæ traijcitur. Apud Catonem & Vitruuium, lib. 10. cap. 2. & 3. & 5.

¶ Ductilis, & hoc ductile, penult. corr. (ἀγώγιμος, ἐλατὸς) Quod facilè ducitur, attenuaturq; in lamin as. Vnde æs ductile appellatur, quod malleis obsequitur, tenuaturq; in laminas. Plin. lib. 34. cap. 8. 43.

Ductile flumen. Mart. lib. 12. 27.

¶ Ductim, Aduerbium, Cum mora. Plaut. Curc. 3. 12, Immergere in me liquores tuos sino ductim.

Ductim opus facere in uinea. Col. lib. 4. cap. 25, Maior autem pars operis in uineam ductim potius quàm cæsim facienda est. Id est, ductu falcis potius quàm ictu.

¶ Ductitius, a, um (ἐλατὸς) Quint. lib. 6, Ferrum ductitium.

Ducona] Δύκωνα, Ptolemæo, Cadurcorum in Gallia urbs. Vulgò Cahors.

Dudini] Liburnorum olim populi, nunc Illyrico iuncti, authore Plin. lib. 3. 21. 2.

Dudum] πρώην, Aduerbium, de paruo tempore dicitur, unius horæ, duarum aut trium, authore Valla libro 2. Cicero Attico, libro 4. 74. 1, Dudum enim circumrodo quod deuorandum est.

Dixi dudum materiam aliam esse ioci, aliam seueritatis. Cicero 2. de Orat. 146.

Quæ dudum ad me, & quæ etiam antè bis ad Tullium de me scripsisti. Cic. Attic. lib. 11. 23 0. 1.

Dudum & Nunc, opponuntur. Cic. de clar. Orat. 71.

Dudum huc accersita sum. Plaut. Stich. 13. 2.

Non dudum ante lucem. Plaut. Pœnulo, 4. 96.

Quando? Dudum. Plaut. Persa, 15. 31.

Quàm dudum? Hoc est, quàm longo tempore, quanto temporis interuallo: & plerunq; interrogantis est. Terent. And. 5. 2. 9, — modò introij. s. quasi ego quàm dudũ rogẽ. Plaut. Amphit. 8. 58, Quàm dudum istuc factum est? A. L. tentas? iampridem modò.

Rus manè dudum hinc ire me iussit pater, ut bubus, &c. Plaut. Truc. 13. 1.

Quasi dudum. Plaut. Amphit. 8. 49,

Sic salutas, atq; appellas, quasi dudum non uideris?

Dudum, pro Antea. Plaut. Epid. 13. 54. Terent. Phorm. 2. 4. 19, Interior multo quàm dudum. Idem Eunuch. 4. 5. 5,

Quis est? ehem Pythias, uah quanto nunc formosior
Videre mihi quàm dudum.

Dudum, etiam de longinquo tempore dicitur. Terent. And. 5. 1. 5, — quam maximè abs te postulo, atq; oro Chreme,
Vt beneficium uerbis initum dudum, nunc re comprobes.

Plaut. Mostel. 4. 99. Terent. And. 3. 4. 3, Ego dudum nonnihil ueritus sum, Daue, abs te, ne faceres idem Quod uulgus seruorũ solet. Idem Eunuch. 4. 4. 16, — ita uisus est
Dudum, quia uaria ueste exornatus fuit. Cicero de claris Orator. 136, Vt dudum de Læliorum & Mutiorum familijs audiebamus.

Duella] Duæ sextulæ sunt, hoc est, tertia pars unciæ. Bud.

Duellonam] ἐνυὼ, Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Duellum] huius duelli (πόλεμος) inquit Festus, bellum est, in quo à duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur. Inde & perduellis, qui pertinaciter retinet bellum. Plaut. Amph. 4. 35. Cic. in Orator. 85, Quid uerò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut duellum bellum, & duis bis, sic Duellium eum qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt, quum superiores semper appellati essent Duellij. Liu. 6. bel. Macedon. 5, Quod Pop. Rom. ex tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. Idem 2. bel. Pun. 44, Hisce duellis datum donum duit Pop. Rom. Quiritium, quòd duellum Pop. Rom. cum Carthaginensi est. Cic. 2. de Legib. 72, Nam æs atq; ferrum duelli instrumenta non fuit.

Tuscum duellum. Ouid. 6. Fast. 41.

Lentum duellum. Hor. 1. epist. 2. 2.

¶ Duellator, pen. prod. (πολεμιστὴς) Verbale, pro bellatore. Plautus Capt. 2. 68, Valete iudices iustissimi: domi, belliq; duellatores optimi.

¶ Duellicus, pen. corr. Adiect. (πολεμικὸς) ut, Ars duellica. Plaut. Epid. 10. 14.

Proles duellica. Lucret. lib. 2. 33.

Duellius] Δουέλλιος, siue Duellius, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam uirginem duxit uxorem tantæ pudicitiæ, ut illo quoque seculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non uitium. Is iam senex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidum: & tristis se domũ contulit. Quumq; uxori questus esset, quare nunquam se monuisset, ut huic uitio mederetur. Feciss̃e, inquit illa, nisi putasse omnibus uiris sic os olere. Laudanda in utroque pudica & nobilis fœmina, & si ignorauerit uitium uiri, & si patienter tulit: & quòd maritus infelicitatem corporis sui, non uxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Hactenus Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum. Plutarchus tamen hanc historiam refert ad Hieronem.

Dueona] Δουήνα, Vrbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 8.

Duicensus] cum altero census. Festus.

Duidens] Hostia ab antiquis appellata est, quam nos bidentem dicimus. Festus.

Duitas] pen. corr. huius duitatis, penultima producta, Est, quam uulgò dualitatem, Græci δυάδα uocant. Iabolenus in l. 242. ff. de de uerb. signifi. Viduam non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoq; quæ uirum non habuisset, appellari ait Labeo: quia uidua sic dicta est, quasi uecors, uesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter uiduam esse dicitam sine duitate. Hìc uidetur Iabolenus duitatem appellare matrimonium, in quo sunt duo, uir et mulier.

Dulcacidus] a, um. Vox est Q. Sereno ualde familiaris, pro eo quod mistum quendam saporem ex acido & dulci (cuiusmodi sunt quædam ex malorum Punicorum genere) significat.

Dulcis] & hoc dulce (γλυκὺς, γλυκεῖος, ἀγαστὸς, μελιηδὴς, ἡδύς) A Delicio, quòd dulcia maximè alliciant & delectent. Plaut. Truc. 7. 17, Nunc post quàm scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c.

Dulcia & Amara, contraria. Cic. 3. de Nat. deor. 42, Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, & dulcia & amara.

Dulcissime frater. Cic. 3. de Legib. 36.

Agellus dulcis. Lucret. lib. 5. 275.

Alloquia dulcia. Hor. Epod. 13. 4.

Alumni dulces. Hor. 3. Carm. ode 23. 2.

Amplexus dulces. Virg. 8. Aen. 111.

Amicus dulcis. Hor. 1. Serm. Satyr. 3. 14.

Amores dulces. Mart. lib. 1. 15.

Amplexus dulces. Valer. 4. Argon. 48.

Animas dulces reddere. Virg. 3. Georg. 97.

Dulcis aqua. Varro libro 3. de re Rustic. capite 3. 9. Virgilius 1. Aeneidos, 35.

Arua dulcia. Virg. ecloga 1. 1.

Aura

Aura dulcis. Virg. 4. Georg. 84.
Dulces aures deuorarũt tuam orationem. Plaut. Pœnul. 16. 9.
Camœnæ dulces. Horat. 1. epist. 20. 1.
Coniux dulcis. Virg. 4. Georg. 93.
Conditio dulcis. Horat. 1. epist. 1. 11.
Cultura dulcis. Horat. 1. epist. 19. 19.
Cupidines dulces. Horat. 4. Carm. ode 1. 1.
Curæ dulces. Stat. 2. Sylu. 1. 15.
Dolium dulce. Horat. Epod. 2. 10.
Epistola dulcissima. Cic. Attico, lib. 15. 327. 3.
Epulæ dulces. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.
Esca dulcis. Virg. 4. Georg. 4.
Flumen dulce. Horat. 2. Carm. ode 6. 2.
Fluuij dulces. Virg. 3. Georg. 88.
Fœtus dulces. Lucret. lib. 2. 232.
Fortuna dulcis. Horat. 1. Carm. ode 37. 3.
Furta dulcia. Virg. 4. Georg. 69.
Gaudia dulcia. Ouid. 3. de Arte, 159.
Gemitus dulces. Ouid. 1. de Arte, 145.
Ignis dulcior. Propert. lib. 3. eleg. 8. 6.
Illecebræ dulces. Virg. 3. Georg. 43.
Ingenium dulce. Martial. lib. 1. 20.
Iuuenta dulcis. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.
Labor dulcis. Ouid. 6. Fast 133.
Latebræ dulces. Horat. 1. epist. 17. 3.
Lucellum dulce. Horat. 1. epist. 19. 22.
Lyæus dulcis. Horat. Epod. 9. 8.
Malum dulce, Amor. Senec. Hippol. 2. 10.
Puella dulce malum. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 6.
Mella dulcia. Claud. de bello Getico 90.
Merum dulce. Horat. 3. Carm. Ode 13. 1.
Munus dulce. Senec. Hippol. 5. 1.
Musæ dulces. Virg. 2. Georg. 95.
Mustum dulce. Virg. 1. Georg. 59.
Nati dulces. Virg. 2. Georg. 105.
Nefas dulce. Stat. 5. Thebaid. 33.
Nomen dulce patris. Claud. 1. de Raptu Proserp. 8.
Nouitas dulcis. Ouid. 4. Metam. 57.
Oscula dulcia. Virg. 1. Aeneid. 139.
Periculum dulce. Horat. 3. Carm. ode 25. 4.
Poma dulcia. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 3.
Reditus dulces. Horat. Epod. 16. 7.
Salus dulcis. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 1.
Sapor dulcis. Horat. 3. Carm. ode 1. 4.
Soles dulces. Valer. 4. Argon. 126,
— dulcesq; iterum mihi surgere soles Nunc reor.
Solatia dulcia. Lucret. lib. 5. 5.
Somnus dulcis. Virg. 4. Aeneid. 34.
Sonus dulcis. Horat. 2. Carm. ode 13. 8,
—— siue per flores nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.
Sopor dulcis Horat. Epod. 5. 13.
Strepidus dulcis. Horat. 4. Carm. ode 3. 4.
Vinum dulce. Horat. 3. Carm. ode 12. 1.
Vmbra dulcis. Virg. 1. Aeneid. 140.
Vndæ dulces. Virg. 2. Georg. 49.
Ambrosia dulci dulcius. Catul. ad Iuuentium, 94. 1.
Aura nectare dulcior. Claud. de Phœnice, 3. 20.
Melle dulcior. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 6,
—— ô dulcior illo
Melle quod in ceris Attica ponit apis.
Dulcior thymo Hyblæ. Virg. 7. Eclog. 8.
Magis dulcius. Vide Magis.
Dulcis, languidè dulcis. Plin. lib. 13. cap. 4. 7, Et in Arabia lan-
guidè dulces traduntur esse palmæ.

¶ Dulciculus, pen. corr. (γλυκύλλιος) Diminutiuũ. Plaut. Pœnulo, 4. 167, Huius colostra & dulciculus caseus, mastigia. Cic. 3. Tusc. 79, Demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid uideamus & cibi.

¶ Dulcedo, pen. prod. dulcedinis (γλυκύτης, γλυκασμὸς) Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 7,
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui. Cic. 2. de Fin. 66.
Viuendi dulcedo. Cic. Bruto, 16. 16.
Iracundiæ dulcedo. Cic. Quint. frat. lib. 1. 2. 11.
Linguæ dulcedo. Ouid. 1. de Ponto eleg. 3. 11.
Orationis dulcedo. Cic. 3. de Orat. 88.
Intempesta somni dulcedo. Stat. 10. Thebaid. 16.
Alma dulcedo. Lucret. lib. 2. 145,
Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ.
Honoris & pecuniæ dulcedine capi. Matius Ciceroni, lib. 11. 28. 7.
Captus dulcedine pecuniæ. Vide Captus.
Gloriæ dulcedine commoueri. Cic. pro Archia, 18.
Dulcedine corruptelisq; mores deprauati. Cic. 2. de Legib. 62.
Interpellata dulcedo alicuius rei. Vide Interpello.
Mouet maxima dulcedine sensum uoluptas. Cic. 2. de Fin. 65.

¶ Dulcitas pen. cor. huius dulcitatis (γλυκύτης) Idem. Accius Tereo, Suauem linguæ sonitum, ô dulcitas conspirium animæ. Nonius. Antiquum.

¶ Dulcitudo, pen. prod. huius dulcitudinis (γλυκύτης) Idem. Cæcilius, Tanta huic inuasit in corda dulcitudo. Hæc Nonius. Cic. 3. de Orat. 55, Quinetiam gustatus qui est sensus ex omnibus maximè uoluptarius, quiq; dulcedine præter cæteros sensus commouetur.

¶ Dulciarius (πεμματοποιὸς) ut, Dulciarius pistor, qui panes & mellita concinnat edulia. Martial. lib. 14. 228,
Mille tibi dulces operum manus iste figuras Extruit.
Lamprid. de Heliogabalo, Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent quæcunque coqui de diuersis edulijs exhibuissent, &c.

¶ Dulcesco, dulcescis (γλυκαίνομαι) dulcescere, Dulce fieri. Cic. de Senect. 49, Primò uua est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. Plinius libro 3. capite 18. 2. Dulcescente mari.

¶ Dulcè, Aduerb. (γλυκέως) Plaut. Milite, 5. 58, Hercle astitit & dulce & comœdicè. Cic. de claris Orat. 38, Tum historia quædam Græca scripta dulcissimè.
Loqui dulcè. Horat. 1. epist. 7. 6.
Magis dulcè. Vide Magis.
Profari dulcè. Stat. 1. Sylu. 2. 12.
Ridens dulcè. Catul. ad Lesbiam, 48. 1,
Qui sedens aduersus identidem te
Spectat, & audit dulce ridentem.

¶ Dulciter, Aliud aduerb. pen. cor (γλυκερῶς) Cic. 2. de Finibus, 30, Aut enim eam uoluptatem tueretur, quam Aristippus, id est, qua sensus dulciter ac iucundè mouetur.

¶ Dulcifluus, a, um (γλυκύῤῥοος) Quod dulciter & suauiter fluit. Sipontinus.

¶ Dulciloquus (μειλίγηρυς) Dulciter loquens Sipontinus.

¶ Dulcioriloquus, à Næuio usurpatum, ut nimis poeticum, & ab usu remotius, explodendum censet Gell. lib. 19. cap. 7.

¶ Dulcisonus (γλυκύφωνος) Suauiter sonans. Sipontinus.

¶ Dulco, cas, Dulce efficio. Sidonius Apollinaris ad Agricolã, Pareo libens, laudaturus uitæ tam dulcatæ solicitus ingenuitatem. Hinc Edulco, edulcas, quod est, ex acerbo aut amaro dulce & suaue reddo. Cn. Mactius, Quapropter edulcare cõuenit uitam, curasq; acerbas sensum gubernare.

Digitized by Google

Dulcis portus] γλυκὺς λιμὴν, quem intrat amnis Acheron, ex Acherusia palude profluens, complurāq; suscipiens flumina, quib. sinus ipse dulcis efficitur. Verba sunt Strab. lib. 7.

Dulcis radix] γλυκυῤῥίζα, fruticosa est, ramis binūm cubitorum altitudine assurgentibus, foliis lentisci, densis, pinguibus, tactuq; gummosis, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis, asperiore, qui siliquas lentium modo habet rusas, & paruas. Officinæ Græcum nomen corrumpentes, uel potius barbaros sequutæ Liquiritiam uocant. Vide Dioscorid. libro 3. capite 5. Meminit & Plinius lib. 22. capit. 9. ubi inter aculeatas numerat, sed falsò, ut usus quotidie comprobat.

Dulichium] Δολίχιον (inquit Seruius) Insula est, ubi mons est Ithacus, in quo fertur habitasse Vlysses, eoq; & ipse Dulichius & Dulichias habuisse rates dicitur. Hæc Seruius. Dulichium inquit Vadianus, Melæ interpres, Vlyßi paruit, à quo ipse Dulichius cognominatus: Ithacēsis à patria. Horatius,

Remigiū uitiosum Ithacensis Vlyßi. Ouid. 14. Met. 46,
Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua saxis.

¶ Dulichius, Adiect. Virg. 6. Eclog. 16,

Dulichias uexasse rates. Hoc est, Ithacenses. Seruius.

Dulocratia] Δουλοκρατία, Latinè seruorum dominatus & imperium, quam sanxisse uidetur C. Imperator, permissa paßim seruis licentia dominos accusandi, si quid uellent, unde ingens illata orbi terrarum calamitas. Cæl. meminit Antiq. lect. lib. 7. cap. ult.

Dulopolis] Δουλόπολις, Oppidum circa Indum fluuium, alio nomine Acanthus dictum, de quo Plin. lib. 5. cap. 27. Fuit item oppidum in Libya, in qua id iuris fuit, ut qui seruus ad eam aufugisset, omni nexu solueretur. Alex. Genial. libro 3. capite 20.

Dum] ἐν ὅσῳ, ὄφρα, Aduerbium temporis, uaria significat.

Dum, Quando. Virg. 1. Aeneid. 2,

Multa quoq; & bello passus dum conderet urbem.

Dum, Vsq; dum, uel donec: & iungitur his ferè uerbis, Moror, operior, expecto. Liuius, Paucos morati dies dum socij uenirent. Terent. Heaut. 3. 2. 32,

At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo
Abeat. Cicer. ad Atticum, lib. 7. 12. 1. 7, Expecta amabo te, dum Atticum conueniam. Eidem, Ego in Arcano operior dum ista cognosco. Eidem, Quòd si totum tibi persuadere non possum, saltem dum quid de Hispanis agamus scitur, expecta.

Tantisper dum. Terent. Adelph. 1. 1. 45,

Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet. Idem,
Ego te meū dici tantisper uolo, dū quod te dignū est facis.

Dum, pro Modò, siue Dummodo. Terēt. Eun. 4. 6. 4, Vsque adeo ego illius ferre possum ineptias & magnifica uerba, uerba dum sint. Idē Heaut. 3. 1. 57, — decretū est pati Dum illum modò habeam mecum. Salust. Neq; id quibus artibus assequereтur, dum sibi regnum pararet, pensi quicquam habebat. Terent. Hecyr. 4. 412, Dum ne reducam, rubent porrò quàm uelint. Cic. 5. de Finib. 153, Dum res maneant, uerba fingant arbitratu suo.

Dum, aliquando παράλογον est: est enim productio & adiectio syllabæ: ut, Ebodum ad me, Ades dum. Hæc Donatus. Terentius Hecyra, 5. 4. 4, Manedum sodes. Vbi Donatus, DVM abundat, inquit.

Tam diu dum. Cic. 6. Verr. 5, Vsus est hoc Cupidine tam diu, dū forū dijs immortalibus, Populoq; Romano habuit ornatū

Dum, Quandiu. Terent. Heaut. 2. 2. 11,

— nosti mores mulierum,
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Idem And. 2. 6. 12, Dum licitum est ei, dumq; ætas tulit, amauit. Cic. 3. de Finib. 14, Sed tamen iam inficī debet his artibus, quas si dum est tener, combiberit, ad maiora ueniet paratior.

Dum quæro, dū studeo, dum sum fidelis. Terent. Heaut. 3. 1. 83,

Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis,
Dum id quæro, tibi quī filiū restituerē. Idem And. 5. 1. 3,
Dum studeo obsequi tibi, penè illusi uitam filiæ. Idem Phor. 1. 2. 26, Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.

Dum exeo. Terent. Andria, Ne expectetis dum exeat. Sic Virg. 9. eclog. 5,

Tityre dum redeo (breuis est uia) pasce capellas. Idem 2. Aeneid. 27.

Dum interea, pro Interea dum. Plaut. Amph. 17. 46. Terentius Eunuch. 2. 2. 24,

Dū hæc loquimur, interea loci ad macellū ubi uenimus,
Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij.

Dum, pro Tunc quum. Terent. Heaut. 5. 5. 14,

— dum incipis, grauia sunt,
Dumq; ignores: ubi cognoris, facilia.

Dum, pro Tandiu, uel tantisper dum, aut quandiu. Cicero pro Rosc. Amer. 75, Dum præsidia ulla fuerunt, in Sylla præsidijs fuit. Ibidem, 5, Dum hominum genus erit. Terent. And. Dum tempus ad eam rem tulit. Id est, quandiu.

Neq; dum, pro Et nondum. Celsus, Pertinet autem ad rem quàm calidißimum esse imum uentrem, neq; dum inflammationem cœpisse.

Nihil dum, Id est, nihil adhuc. Cic. Planco, lib. 12. 12. 6, Interim ad me uenit Munatius noster, ut consueuerat, & ego ei literas tuas dedi: nihil dum enim sciebat. Idem ad Cassium, libro 12. 7. 5.

Vix dum, hoc est Vix adhuc. Cicer. ad Cassium, lib. 12. 4. 5, Vix dum triginta dies in Syria fuisses. Vide Vix.

Dum, Postquam. Martial. lib. 31, Audieris dum grande sopbos. Id est, postquam audieris.

Dum, pro Quoad. Col. lib. 2. cap. 11, Paulum aqua maceratur, dum inlenteſcat. Idem lib. 3. cap. 3. 1.

Dummodo. Liu. 1. ab Vrbe, 153. Iuuen. Satyr. 8. ad finem,

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacidæ similis, Vulcaniaq; arma capessas. Cicero 3. Offic. 109, Quid qui omnia recta & honesta negligunt, dū modo potentiam consequantur, nónne idem faciunt, &c.

Dum ne. Cic. Cn. Magno in Epist. ad Att. lib. 8. 157. 4, Ego si cui adhuc uideor segnior fuisse, dum ne tibi uidear, non laboro. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10. 3, Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellēt quo minus Respublica à me commodè administrari possit.

Dumana] Asiæ oppidum à Syene, & prius Arabiæ latere, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Dumna] Insula in Britannia, Scandiæ proxima, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 16.

Dumus] huius dumi, m. g. (ἄκανθα) Dicitur omnis spina. Cicer. 5. Tuscul. 92, Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylindri.

Amantes ardua dumi. Virg. 3. Georg. 63.
Aspera rura dumis. Virg. 4. Aeneid. 105.
Horrida dumis sylua. Virg. 9. Aeneid. 81.
Rubentes dumi. Claud. de locusta, 15.
Solidus dumus. Ouid. 12. Metam. 72.
Spißi dumi. Silius lib. 10. 17.
Creare dumos dicitur terra. Quint. lib. 5. cap. 11. 19.

¶ Dumosus, penult. prod. Adiect. (ἀκανθώδης) Spinosus, Ve-

pribus

Digitized by Google

pribus plenus: uel, ut ait Festus, Frondosus. Admonet Festus Pomp. legi Dusmosum locum apud Liuium, pro dumoso, antiqui enim interserebant ſ, literam, & dicebant, Cosmittere, pro Cõmittere, & Casmœnæ, pro Camœnæ. Columela libro 4. 33. 5, Nisi si dumosi, glareosiq; montes. Virgilius 1. eclog. 15,

Non ego uos posthac uiridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe uidebo. Vbi Seruius, Dumosa, id est rigida, spinosa.

Arua dumosa. Virg. 2. Georg. 36.
Auia dumosa. Silius lib. 7. 89.
Inuia dumosa. Silius lib. 4. 62.
Rupes dumosa. Virg. eclog. 1. 15.

¶ Dumetum, huius dumeti, pen. prod. (ἀκανθὼν) Locus dumis & spinis consitus. Cic. 5. Tusc. 91, Septum undiq; & uestitum uepribus & dumetis.

Paruis dumetis uulsa fraga. Senec. Hippol. 4. 32.
Confraga dumeta. Lucan. lib. 6. 26.
Horrida dumeta. Senec. Her. Oetheo, 2. 7.
Pinguia dumeta. Virg. 1. Georg. 3.

Dumeta Stoicorum, per translationẽ. Cic. 4. Acad. 200, Quũ sit enim campus, in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias & Stoicorum dumeta compellimus?

¶ Dumecta, antiqui (inquit Festus) quasi dumiceta appellabãt, quæ nos dumeta.

Dunium] Δούνιον, Ptolemæo authore, urbs insulæ Britanniæ: alio nomine Dorkinga. Vulgò Dorcestre.

Duntaxat] Aduerb. (μόνον, γὲ) Idem quod solum. Cic. pro Deiotaro, 1, Quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo. Plin. lib. 10. cap. 29. 5, Rostrum quoq; annicularis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Cicer. ad Brutum, Consules duos bonos amisimus, sed duntaxat bonos. Idem pro Quintio, 41.

Non duntaxat: pro Non solum. Liu. lib. 46, Nec animum nobis duntaxat fidelem ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis. Paulus, Quum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus præponatur.

Duo] duis. Vide Do, Das.

Duo] duæ, duo, plu. num (Δύο uel Δύω Atticè.) Aliquando accusatiuus masculinorũ similis est nominatiuo: proferturq; in o, more Græco. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 7. 3,

— duo si discordia uexat inertes. Cic. Appio, libro 3. 4. 4, Duo enim duarum ætatum plurimi facio eadem ratione, Cn. Pompeium filiæ tuæ socerum, & M. Brutum generum tuum.

¶ Duodecim, pen. corr. (Δώδεκα) Cic. 2. de Legib. 93, Discebamus enim pueri duodecim, & carmen necessarium.

¶ Duodecie, Aduerbium (Δωδεκάκις) Cic. in Salust. 12, Ne eam famam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Liu. 8. bel. Maced. 120.

Duodecies H S. Cic. 4. Verr. 134.

¶ Duodeni, pen. prod. Adiectiuum, plu. num. (Δωδέκατοι) Idẽ quod duodecim. Et Cic. pro leg. Agrar. 84, Duodena iugera. Apud Liu. 1. ab Vrbe, 161. Duodeni pedes, Plinius lib. 2. cap. 8. 5.

Astra duodena. Virg. 1. Georg. 47.
Signa duodena. Ouid. 13. Metam. 135.

¶ Duodeuiginti (ἕνδεκα δυοῖν δέοντες) Pro octodecim. Hãc dicendi consuetudinem (inquit Festus) à Græcis traxisse uidemur, qui sic enuntiant Δυοεξείκοσι. Cic. 4. Acad. 145, Amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem. Liu. 4. bel. Pun. 48.

¶ Duodeuigesimani milites, Romæ quondam sic dicti, à legionum numero. Vide Alex. Genial. lib. 6. cap. 22.

¶ Duodeuiceni, pen. prod. duodeuicenorum: ut, Duodeuiceni denarij. Liu. 1. bel. Pun. 151. Id est, octodecim.

Duodeuicesimus, pen. cor. Plin. lib. 35. cap. 8. 3, Duo enim deuicesima olympia interijt Candaules. Idem lib. 2. cap. 73. 2, Bis anno absumi umbras, sole duodeuicesimam Tauri partem obtinente.

¶ Duodetricies. Cic. 5. Verr. 139, Ita in frumentum imperatum H S. duodetricies in annos singulos Verri decernebatur.

¶ Duodetriginta. Varr. 1. de re Rust. cap. 1. 8, Quòd res dispersas comprehendit libris duodetriginta. Cæs. 5. bel. Gal. 7.

Duodequadrageni pedes. Plin. lib. 36. cap. 2. 2.
Duodequadraginta annis. Cic. 5. Tusc. 80.
Duodequadragesimus annus. Liu. 1. ab Vrbe, 175.

Duodequinquagesimus annus. Cic. de clar. Orat. 84, Et apud Plin. lib. 4. cap. 22. 1, Duodequinquaginta.

Duodenonaginta. Plin. lib. 3. cap. 16. 2.
Duodeoctoginta. Plin. lib. 3. cap. 5. 26.

Duonum] ueteres pro bono dixerunt, sicut duellum pro bello. Festus, Simul duona eorum portat ad naues.

Dupla] læ, fœm. gen. Substantiuum. hinc Duplam stipulari, hoc est, ut pretium emptori in duplo reddatur, si res fuerit euicta. Quæ stipulatio olim fuit frequentissima, ad reprimendam uendutorum temeritatem. l. 4. §. si is qui. ff. de uerb. oblig. Sic & Vlp. dicit, Duplari pœnam, in l. qui tabulas. in princip. ff. de furt.

Duplæ appellatione interdum quadruplum continetur. l. inter eos. §. quod diximus. ff. de furt.

Duplaris] & hoc duplare, pen. pròd. Macrob. in Somnio Scipionis, lib. 1. cap. 6, Timæus Platonis, fabricatorem mundanæ animæ Deum, partes eius ex pari & impari, id est, duplari & triplari numero, intertexuisse memorauit: ita ut à duplari usq; ad octo, à triplari usq; ad uigintiseptem staret alternatio numeri.

Duplex] duplicis, pen. corr. Adiect. (Διπλόος, Διπλόϑ) Cui duæ sunt partes. Virg. 1. Aeneid. 133,

— & duplicem gemmis auroq; coronam. Idem 3. Georg. 17, At duplex agitur per lumbos spina. Vbi Seruius, Aut uenera duplex, aut lata, ut 1. Georg. 35,

— duplici aptantur dentalia dorso.

Duplex, pro duobus aliquando accipitur. Virg. 1. Aeneid.

— & duplices tendens ad sydera palmas.

Amictus duplex, Virg. 5. Aeneid. 84.
Duplex argentum. Plaut. Menæch. 12. 22.
Causa duplex iræ. Ouid. 6. Fast. 9.
Duplex comœdia. Terent. in Prol. Heaut. 5.
Duplices cursus. Cic. 1. Tusc. 113.
Duplex damnum. Plaut. Casina, 16. 3. De coquis.

Modus in singulis pedibus orationis aut sesquiplex, aut duplex aut par, Cic. in Orat. 112.

Duplex ordo. Plin. lib. 11. cap. 40. 1.
Panno duplici uelatus. Horat. 1. epist. 18. 5.

Duplex pes primus fœminæ cancrorum, simplex mari. Plin. lib. 9. cap. 31. 2.

Duplex stipendium. Liu. 4. bel. Maced. 74.

Duplex quàm. Col. lib. 1. cap. 8, Duplicia quàm numerus seruorum exigit, refecta & reposita custodiat. Scilicet ferramẽta.

Duplex precium quàm cæteris. Plin. lib. 19. cap. 13.
Duplici spe uti. Terent. Phorm. 4. 2. 13.
Duplicibus spolijs affectus. Plaut. Bacch. 15. 2.

¶ Duplicitas, pen. corr. duplicitatis, pen. prod. fœm. gen. Lact. de Opific. Dei, cap. 8, Deus aures duas esse uoluit: quarũ duplicitas incredibile est quãtã pulchritudinẽ præ se ferat. Idẽ cap. 10. de Nasi foramine, Id uelut pariete p medũ d[illegible] interseptit, atq; diuisit, fecitq; ipsa duplicitate pulch[illegible]

¶ Dup. iter,

¶ Dupliciter, pen. cor. Aduerb. (ἁπλῶς, διχθάδια, διπλαχῶς) Duobus modis. Plaut. Milit. 6.24. Cicero ad Petum, libro 9.20.1, Dupliciter delectatus sum tuis literis, & quòd, &c.

Dupliciter & bipertitò, cui contrarium est Simpliciter & singulari modo. Author ad Heren. lib. 1.18, Vt ostenderet id quod oportuisset simpliciter & singulari modo dicere, illos distribuisse dupliciter & bipertitò.

Carere culpa dupliciter. Cic. Pæto lib. 9.16. 13.

¶ Dupliciarius, Liu. 2. ab Vrbe, 258, Ad hoc centuriones, dupliciariosq; qui reliquerant ordines, uirgis cæsos securi percußit. In ueteribus exemplaribus legitur, duplicarios. Dicebantur autem duplicarij milites, quibus duplex stipendium dabatur.

¶ Duplio, duplionis, Verbum duodecim tabularum, quo duplex uel pecuniæ uel capitis multa iniungitur alicui: quēadmodum talionis, talis pœnæ dicebatur condemnatio cuius aliquis alium affecerat. Plin. lib. 18. cap. 3. 4, Noxámue duplionémue Prætoris arbitratu decerni.

Duplionem, antiqui dicebant, quod nos duplum. Venit autem à Græco ἁπλόν. Festus.

Duplus] Adiect. (ἁπλάσιος) Bis tantum: ut, Dupla pars. Cic. de Vniuers. 29, Deinde quartam quæ secundæ dupla esset. Plaut. Pœnul. 20.14. A C. Duplum pro furto mihi opus est. Sic Plinius lib. 2. cap. 21.1, Dupla agmina. Plaut. Capt. 13.50,

——qui concinnant liberis orbas ouēs,
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninā danūt.

Id est qui sub nomine agninæ carnis, ouillam quoq; uendūt: & ita duplam, hoc est duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes totam agninam esse.

Duplo & triplo interuallo dispares septem orbes mouentur. Cic. de Vniuers. 33.

¶ Duplum, dupli, Substant. (ἁπλάσιον) ut, Condemnari dupli, ea forma dictū, qua Condemnari capitis. Cato de re Rust. in Præf. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Id est, ut bis tantum reddat quantum furatus est. Sic Pœna dupli, apud Ciceronem lib. 3. Offic. 84.

Duplo maior. Plin. lib. 11. cap. 16. 9.

Ire in duplum. Cic. pro Flacco, 39.

Reddere duplum. Plin. lib. 33. cap. 1. 10.

¶ Duplico, duplicas, pen. cor. (ἁπλασιάζω) duplicare: ut, Duplicare numerum. Cic. 1. de Nat. deor. 82.

Duplicare, Augere. Virg. 2. Eclog. 14,

Et sol crescentes decedens duplicat umbras.

Vbi Seruius, Variauit: nam suprà dixerat,

Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ.

Duplicat aūt, auget. Hact. Seru. Sic Duplicare opinionē de se, Cic. ad Tironē, lib. 16. Et duplicare imperiū, Plin. li. 11. cap. 37. 60.

Geminare & duplicare. Cic. in Partit. 13.

Acies duplicare. Sil. lib. 15. 102.

Bellum duplicare. Tacit. lib. 20.

Exercitum duplicare. Cic. Att. lib. 5. 106. 4.

Materiam duplicare. Quint. lib. 2. cap. 4. 16.

Solicitudines duplicare. Luceius Ciceroni, lib. 5. 14. 5.

Duplicare uerba. Liu. 7. belli Punici.

Duplicare & iterare uerba. Cic. in Oratore, 74.

Duplicare uires suas. Liu. 8. ab Vrbe, 15.

Vota duplicare. Virg. 8. Aeneid. 110.

¶ Duplicatus, pen. prod. Particip. (ἁπλασιασθείς) Cic. pro Domo sua, 73, Ad id nec propositum ullum fuit: & si fuisset, duplicata gloria discessissem.

Imago duplicata noctis. Ouid. 11. Metam. 111.

Iterata & duplicata uerba. Cic. in Partit. 29.

¶ Duplicatò, Aduerb. (ἁπλασιασθέντως) Plin. lib. 2. cap. 17. 6, Rursus Saturni & Iouis duplicatò digrediuntur.

¶ Duplicatio, Verbale (ἁπλασιασμὸς) Senec. Natu. quæst. 4, Horū duplicatio proxima à terris calefacit. Paul. in l. quod ait. ff. de noxal. actī. Certè non tantùm duplicationis, sed & condictionis rationem habendam Iulianus putat.

¶ Duplo, as, are. Paul. in l. ut tantum. ff. de seruo corrupt. In hac actione extra rem, duplum est. Id enim quod damni datum est, duplatur.

Dupondius] Vide Dipondius.

Dupondij] orum. Iustin. in epistola ad Antecessores, Cuius creditores non uolumus uetere tam friuolo, quàm ridiculo nomine dupondios appellari, sed Iustinianos nouos nuncupari. Hæc ille, deducta scilicet appellatione à dupondio, quasi duobus assibus æstimarentur.

Dura] duræ (Δύρα) Stephano oppidum Mesopotamiæ, cuius incolæ dicuntur Dureni.

Duramen, Duramentum, Duracinę] uide, & Durateus] Vide Durus.

Durata] Δύρατα, plurali numero ligna dicuntur apud Græcos, unde adiectiua sunt Durateus & Durius, quib. usi sunt etiam Latini authores. Lucret. de equo Troiano, lib. 1. 93,

Nec clàm durateus Troianis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Nox duria, Id est, nox illa qua durius seu durateus equus à Troianis exceptus fuit, & in urbem admissus. Valer. 2. Argon. 115. Sic exponit Aegidius Maserius.

Dureta] Hispanica uox est, qua illi significare solent uas illud amplum in balneis, in quo sedentes lauamur: Latini solium uocant. Sueton. in Augusto, At quoties neruorum causa marinis, albulisq; calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio (quod ipse Hispanico uerbo Duretam appellat) manus ac pedes alternis iactaret.

Duria] siue Durias (Δοῦρις) Fluuius est in latere Occidentali Hispaniæ, per Vettones & Vacceos in Oceanum influens, teste Strabone, lib. 3. Ptolem. lib. 2. cap. 6, Doriam appellat. Plin. item lib. 3. cap. 16, Durias duos commemorat ex Apennino ortos, & in Padū influentes. Item aliū in finib. Germaniæ, Sucuos à Carnūtis dirimentem, de quo uide eundem lib. 4. cap. 12.

Duricordium] Vide Durus.

Duricorium & Duricordia] Vide Durus.

Durine] Δύρινη, Oppidum in sinu Persico, quod Alexandri Magni tempore interijt: & ex quo idem Alexander colonos deduxit in Characem urbem à se primùm ædificatam. Vide Plin. lib. 6. cap. 27.

Duris] Samius, Historici nomen, qui cùm plura alia, tum de pyramidibus Aegyptijs perscripsit, citaturq; sæpißimè à Plinio, ut uidere est libro 36. capite 12. libro 8. cap. 46, & alijs plerisq; in locis.

Durius] Δούριος & Ptolem. Hispaniæ fluuius circa Numantiam per Vacceos fluens, qui Galleciam separat à Lusitania. Hermolaus Turium legi oportere contendit apud Plin. libro 3. capite 3. Ex Salustio, Phoca grammatico, & cæteris. Ptolemæo Durius dicitur, & Silio libro 1. Hic certant Pactole tibi, Duriusq;, Taguśq; Durius, uulgò Duero.

Durius] L. Valla, Medicus, qui repentina morte, dum malsi potionem hauriret, extinctus est, authore Plinio, libro 7. capite 53.

Duro] duras. Vide Durus.

Durocottorum] Δουροκόττορον, Galliæ urbs in Belgica, authore Ptolemæo. Vulgò Reims.

Durus] dura, durum (σκληρὸς, σκιῤῥώδης, ἀτόρητος, ἀτετρητος, ἀτόρτομος, στερεὸς) Quod est solidum ac firmū.

Virg. 4.

Digitized by Google

Virg.4.Aeneid.74.
——sed durios genuit te cautibus horrens Caucasus.
Durus ferreus & inhumanus.Cic.7.Verr.94.
Durus ad studia.Cic.pro Archia poeta 15.
Durus & oratione & moribus.Cic.4.de Finib.126.
Vt uita,sic oratione durus,incultus,horridus. Cicero de claris Oratorib.60.
Acheron durus.Vide Acheron.
Agrestes duri.Virg.1.Georg.32.
Dura aluus.Plin.lib.28.cap.9.6.Horat.2.Serm.Satyr.4.6.
Amica dura.Ouid.1.Amorum,eleg.9.4.
Amor durus.Virg.3.Georg.52.
Duro animo es,id est,non potes uinci.Terēt.Heaut.4.1.57.
Annona dura.Cic.pro Domo sua,13.
Arator durus.Virg.4.Georg.102.
Arua dura.Virg.2.Georg.69.
Casus durus.Virg.6.Aeneid.76.
Catena dura.Ouid.epist.10.17.
Cautes durae.Ouid.4.Metam.35.
Claustra durissima.Claud.5.Paneg.22.
Conditio durior.Cic.pro Rabirio Posthu.10.
Duriores legum conditiones.Cic.pro Cluent.126.
Corda dura,Ouid.epist.4.31.
Cotes durae.Virg.4.Georg.41.
Crmis durus sanguine,id est,concretus.Stat.11.Theb.127.
Cubile durum.Virg.9.Aeneid.144.
Curae durae.Virg.4.Aeneid.98.
Cutis dura.Ouid.8.Metam.162.
Dolores duri.Virg.5.Aeneid.1.
Dura domina cupiditas.Cic.in Paradox.50.
Fames dura.Horat.1.Serm.Satyr.2.2.
Fata dura.Senec.Troade 12.1.
Duriore fortuna conflictari.Cic.ad Att.lib.10.195.4.
Durum frigus.Plaut.Menæh.21.7.Lucret.lib.5.164.
Gens dura.Virg.6.Aeneid.145.
Glebae durae.Virg.7.Aeneid.150.
Durus homo,Rudis,& immitis,ac moribus difficilibus. Terētius Adelph.1.1.38. Cicero 2.Offic.71,Duri enim hominis,uel potius uix hominis uidetur,periculum capitis inferre multis.
Homo uehemens atq; durus.Cic.pro Cælio,28.
Hyems dura.Virg.4.Georg.48.
O dura messorum ilia.Horat.Epod.3.1.
Imperium durum.Tacit.lib.12.
Imperia dura exercere.Virg.2.Georg.74.
Durum ingenium atq; inexorabile.Terent.Phorm.3.2.12.
Iter durum.Virg.6.Aeneid.138.
Iussa dura.Ouid.7.Metam.3.
Labor durus.Virg.4.Georg.23.
Lacerti duri.Claud.de Nupt.Honorij,28.
Dura lex.Quae non facile fertur.Plaut.Merc.20.1.
Multoq; iniquiore miserè quàm uiri.Cic.1.de Orat.14.
Mala dura.Horat.2.Carm.ode 13.6.
Messor durus.Ouid.14.Metam.129.
Ministeria dura.Ouid.11.Metam.125.
Mors dura.Virg.3.Georg.14.
Natura dura rerum.Horat.1.Serm.Satyr.10.12.
Durum nomen & Molle nomen,contraria.Cic.1.Offic.57.
Duri oculi Plaut.Menæh.20.24.
Opus durum.Lucret.lib.5.273.
Durum os.Plin.lib.11.cap.37.33.
Os durum,id est impudens.Ouid.5.Metam.91.Ab os,oris.
Duri oris uir.Liu.2.bel.Pun.245.
Durae partes.Terent.Eunuch.2.3.62.
Pater durus.Ouid.9.Metam.112.
Pauperies dura.Horat.4.Carm.ode 9.10.
Pericla dura.Horat.1.Serm.Satyr.2.8.
Durus pictor in coloribus.Plin.lib.35.cap.11.19.
Durae pœnae.Terent.Heaut.2.4.22.
Poeta durissimus.Cic.Att.lib.14.318.5.
Præcordia dura.Ouid.7.Metam.114.
Prælia dura.Horat.3.Carm.ode 20.1.
Dura prouincia.Terent.Phorm.1.2.23.
Quies dura.Virg.10.Aeneid.149.de Morte.
Dura est hæc res in pectore & corde.Plaut.in Menæh.17.76.
Sapor Bacchi durus.Virg.4.Georg.21.
Senex durus ac penè agrestis.Cic.pro Cælio,27.82.
Durior iudicis sententia.Liu.6.bel.Punic.76.
Dura seruitus.Plaut.Amphit.4.14 Cic.in Paradox.49.
Seruitium durius.Tacit.lib.11.
Sorores durae Id est,parcae.Sil.lib.13.15.
Sortes durae.Ouid.13 Metam.37.
Strata dura Ouid.1.Amor.eleg.2.1.
Studia dura.Claud.7.Paneg.64.
Dura tempora.Cic.pro Corn Balbo.
Durissima Reip.tempora.Cic.pro Domo sua 72.
Valetudo dura.Horat.2.Serm.Satyr.2.18.
Durum uerbum,cui Molle opponitur.Cicero 1.de Natura deorum 132.
Vis dura.Virg.4.Georg.80.
Dura uita,ingrata,& molestijs atq; ærumnis oppleta. Terent. Adelph.5.4.5.
Vngue duro saucius.Claud.in Epithal.Palladij 46.25.
Vultus durus Ouid.epist.15.3.
Dura uiarum,id est,uiae durae.Claud.7.Paneg.87.
Tolerare dura.Senec.Hippol.4.22.
Præbere se durum miserae & afflictae fortunae alicuius. Antonius Ciceroni in Epistolis ad Atticum,lib.14.310.2, Huic opponit Facilem se præbere.
Asperior & durior:cui contrarium est Moderatus & mitis. Cic.pro Murena,55.
Ferro durior.Propert.lib.1.eleg.12.6.
¶Duriusculus,pen.cor.Diminutiuū.Plin.in Præf.1. Ille enim, ut scis,permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit.
¶Durè,siue duriter,pen.cor.(σκληρῶς) Aduerbiū.Terēt.And. 1.1.46,Primum hæc pudice uitam,parce ac duriter agebat. Vbi Donatus,Duriter cōtra rationem regulæ,debuit enim dicere durè,ab eo quod est durus.Et tamen est differentia. Est enim duriter,sine sensu laboris:dure autem, crudeliter, illud ad laborem,hoc ad seuitiam relatum est.Sed durè in alterum,duriter in nos aliquid facimus.Idem Adelph.1.1.20. Vxorem nunquam habuit:ille contrà,hæc omnia,Ruri agere uitam,semper parce ac duriter se habere.
Accipere aliquid durius.Cic.Att.lib.1.1.9.
Aduertere durius.Tacit.lib.3.
Disserere durius. Cic ad Brutum,epist.3.5.
Incedere durius.Ouid.1.de Remed.Amor.68.
Duriter factum.Terent.Adelph.4.5.28.
——factum à nobis duriter
Immisericordi:erq; atq; etiam si est pater
Dicendum magis apertè,illiberaliter. Vbi Donatus, Non durè & crudeliter dixit Terentius,sed quasi dura mente,id est,inflexibili.
Verba duriter translata.Author ad Heren.lib.4.156.
¶Duritas,pen.corr.(ἀποτομία)duritatis,idem quod duritia. Cicer.in Orat.29,Alij duritatem & seueritatem quandam uerbis,& orationis quasi mœstitiam sequuntur.
¶Duritia,duritiæ (σκληρότης) Firmitas & soliditas.Plinius lib.9.

Digitized by Google

lib.9.cap.36.3,Tanta duritia aculeo est.Idem lib.13.cap.9.2,Lignum intus grandis firmæq; duritiæ.De pomo Persico.Plautus Mostel.3.50,Victitabam uolupe parsimonia & duritia.

Duritia,Asperitas & crudelitas.Terent.Heaut.3.1.26,
Et fortitudinem audacia imitatur,& patientiam duritia immanis.

Imperij duritia.Tacit.lib.17.

Arenacea duritia.Vide Arena.

Lapidea duritia.Vide Lapis.

Duritia uirilis.Cic.5.Tusc.106.

Superare ferrum duritia.Ouid.epist.2.28.

¶Durities,huius duritiei,pen.prod.(σκίρρος,σκλήρωμα) Idē significat quod Duritia. Plin.lib.13.cap.15.7,Duritie & maturitate incorrupta spissari.

Animi durities.Cic.pro Domo sua,77.

Saxi durities.Lucret.lib.4.54.

Creare duritiem.Celsus lib.2.cap.14.

Deponere duritiem.Ouid.epist.4.17.

Induere duritiem contra sensum.Vide Induo.

In duritiem lapidescere.Vide Lapis.

Ponere duritiem,Id est,mollescere.Ouid.1.Metam.81.

¶Duritudo,pro Duritia,Antiquum.Cato in Veterum,Qui illius,inquit,impudentiam norat,& durituditem. Ex Nonio.Vide & Gellium lib.17.cap.2.

¶Durabilis,& hoc durabile,pen.cor.(διαρκὴς) Quod diu durat.Ouid.epist.4.18,
Quod caret alterna requie,durabile non est. Plin.lib.16.cap.43.2,Durabilia ac sectilia quæ modicè humida.

¶Duramen,pen.prod.& Duramentum(πραταίωμα) Brachii am uitis.Col.lib.4.cap.21.1,Sed ut caput trunci,pedali ferè spatio sit inferius iugo quaternis brachijs,quæ duramenta quidam uocant,diuidatur in totidem partes.Ibidem,capit.22.1,Consyderandum erit cuius longitudinis sint duramina,quæ excedant prædictam mensuram. Plin.lib.17.cap.23.9,Relicto semper duramento.

¶Duramentum,etiam pro Confirmatione & firmitate.Senec.de Tranquil.uitæ,Dices tenera esse uirtutum principia,tẽpore ipsis duramẽtũ & robur accedere.Valer.lib.2.cap.2.

¶Duracini,pen.cor.acini dicuntur qui durum & firmum corticem habent.Plin.lib.14.cap.1.6,Vua non alibi gratior callo,ut inde posit inuenisse nomen duracini,durus acinus.Ni mauis legere duracinæ,ut ad uuam referatur.Suet.ex epist.August.cap.76,Dum lectica ex regia domum redeo,panis unciam cum paucis acinis uuæ duracinæ comedi.Sic autem duracina uua,ut ficus duricoria dicitur.Ex Budæo.

Duracina persica dicuntur,quorum corpus ligno adhæret,a uelliq; nequit.Plin.lib.15.cap.12.

¶Duricordium,dij,usurpat Tertull.lib.5.ad Marcionem,pro duritie cordis.

¶Duricoria,dicũtur,quæ sunt duri corijs:unde ficus duricoriæ,quæ habẽt durũ corticẽ,quarũ meminit.Plin.lib.15.cap.17.

¶Duro,duras(σκληύνω)durare,Durum facere & firmum. Col.lib.6.cap.37.ad finem,Annicula mula rectè à matre repellitur,& amota montibus aut feris locis pascitur,ut ungulas duret,sitq; postea longis itineribus habilis. Cæsar 6.bel.Gal.98,Hoc se labore durant adolescentes.

Durare & Mollire,contraria.Cels.lib.2.cap.14,Qui dixit frictione si uehemens sit,durari corpus:si lenis,molliri.

Durare ad.Plaut.Trinum.6.13,Ego ad hoc genus hominum duraui.

Ad plagas durari.Quint.lib.1.cap.3.19.

Durari in grana.Plin.lib.12.cap.19.8.

Animum durare,Id est,obfirmare.Ouid.ad Liuiam,40.

Mentem durat.Tacit.lib.3.

Vitia durari.Quint.lib.1.cap.1.27.

Durare,Tolerare,patienter ferre.Virg.1.Aeneid.43,
Durate,& uosmet rebus seruate secundis. Hoc est,durate estote ad sustinendos labores.Seruius.

Laborem durare.Virg.8.Aeneid.114,
—— patiar quemuis durare laborem.

Durare cum accusatiuo,apud Poetas. Horatius lib.1.Carm.ode 14.2.
— Vix durare carinæ Possunt imperiosius Aequor. Id est,sustinere uim æquoris.Porphyr.

Durare cor,pro Patiẽter ferre,accipi uidetur.Plau.Pseud.5.7,Crucior.P.cor dura.C.non possum.

Durare(ἐπιμένειν)Persistere,perseuerare.Hoc uerbum (inquit Donatus)perferendis malis conuenit.Terentius Adelp.4.2.16,
Non hercle hîc quidem durare quisquam,si sic fit,potest.

Durare non queo.Plaut.Curcul.4.20,Sed enim nequeo durare,quin ego herum accusem meum.

Durare,pro Viuere.Plin.lib.11.cap.54.1,Durasse & ultra unum decimum plerosq; certum est.& Quint.lib.3,Et ultra Socratem usq; durauit.

Pertinaciſsimè durare.Quint.lib.1.cap.10.

Aeternùm durabit.Stat.12.Thebaid.70.

In æternum durare.Quint.lib.5.cap.11.31.

In longum æuum durare.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.2.

Durare alicui.Plaut.Asin.5.25.

Amicitiæ usq; ad senectutem firmissimæ durant. Quintilianus lib.1.cap.2.14.

Durauit hic illi animus usque ad extremum.Plinius epistol.III. libro 5.

Durare per annos.Virg.2.Georg.20.

In extremum durare.Ouid.epist.7.22.

Horam durare.Horat.1.epist.1.17.

Sub Ioue durare.Ouid.2.Fast.60.

Ira manet,duratq; dolor.Valer.3.Argon.77.

In longum durare.Stat.4.Sylu.7.9.

In longas moras durare.Ouid.2.de Ponto,eleg.6.8.

Durat in occasum.Plin.lib.2.cap.31.1.Sic apud eundem,lib.18.cap.34.7.

Senecta turpi durare.Valer.6.Argon.62.

In seras durant sermonibus umbras.Id est,colloquuntur usque ad multam noctem.Valer.2.Argon.70.

Durante ibi antiquorum memoria.Suetonius de claris Grammaticis,24.

¶Duratus,pen.prod.Particip.(σκληρωθεὶς) Plin.in Paneg.22,Quum Danubius ripas gelu iungit,duratusq; glacie ingentia tergo bella transportat,&c.

Bellis durati.Liu.lib.2.Decad.5,Ipsi à pueris eruditi artibus militiæ,tot subacti atq; durati bellis.

Duratus malis,laboribus,usu armorum. Liuius 7.ab Vrbe,131.Et 8.bel.Macedon.75.Et Columella in Procem.libro 1.15.

Mens durata malis.Lucan.lib.5.160.

Frigore duratus Pontus.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.17.

¶Duratrix,pen.prod.huius duratricis,pen.prod. Verbale f.g.Plin.lib.14.cap.1.8,Additq; acinis eandem quam in doliis amphoris ue duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo.

¶Durescо,durescis,durui(σκληύνομαι) durescere,Durum fieri.Cicer.2.de Natura deorum,38,Itaq; & aquilonibus,reliquisq; frigoribus adiectis durescit humor. Ouidius 2.Metamorph.167.

Coire & durescere.Plin.lib.11.cap.38.2.

In lectio-

Digitized by Google

In lectione alicuius durescere. Quint lib. 2. cap. 5. (subst.)
Situ durescit campus. Virg. 1. Georg. 15.
Limus durescit igni. Virg. eclog. 6. 16.

Dusaritis] Myrrhæ species, de qua Plin. lib. 12. cap. 16.

Dusij] Gallis Dæmones quidam dicuntur, Augustino teste, qui improbi sæpe extiterint mulieribus earumq; appetiuerint, ac peregerint concubitus, Syluanorum, Faunorumq; illorum more, quos Incubos uocant. Vide Cæl. Rhod. lib. 2. cap. 6.

Dusmosus] Vide Dumus.

Duumuir] duumuiri, pen. cor. (Δυόἀρχοι) Alciatus, In Latinis municipijs Duumuiri primi in albo describebantur: hi carceribus præerant, publica locabant, fascibus utebantur. Liu. 1. ab Vrbe, 110. Cic. ad Att. lib. 14. 319. 2. Cæsar 1 bel. Ciuil. 80. Vlp. in l. si quis uxori. §. si fugitiuum. ff. de furtis, Si fugitiuum meum quis quasi suum à Duumuiro, uel ab alijs, qui potestatem habent de carcere uel de custodia dimittendi, acceperit: an is furti teneatur.

Duorumuirorum iudicium. Cic. in Orat. 87.

Duumuiri nauales, apud Liuium.

¶ Duumuiralis, & hoc duumuirale, pen. prod. (Δυοἀρχικὸς) Quod ad illud munus Duumuiratus pertinet: ut, Consularis, Triumphalis. Vlpian. in l. 1. ff. de albo scribendo, Qui Duumuiratum gesserunt (si hic honor præcellat) & inter Duumuirales antiquissimus quisq; prior.

¶ Duumuiratus, huius, Duumuiratus, penult. prod. (Δυοἀρχία) Ipsa Duumuirorum dignitas. Plin. in epist. lib. 4. ad Sempronium, Hunc agonem Trebonius in Duumuiratu suo tollendum curauit. Paulus in l. honores. ff. de decurionibus, Is qui non sit decurio, duumuiratu uel alijs honoribus ciuilibus fungi non potest.

¶ Duumuirates, Senatores coloniarum, qui Duumuiris in consilio esse solebant, ut ex lege quadam operis faciundi, quam Neapoli esse aiūt, intelligitur, HOC OPVS OMNE PACITO ARBITRATV DVOVIR. Et Duumuiratium, qui in consilio esse solent Puteolis, dū in minus uiginti adsient, quum ea res consuletur.

Dux] Vide Duco.

D

Dyasar] siue Dyasares (Δυάσαρ) Deus est, quem Arabes summum habent, & ut maximum uenerantur. Alex. Genial. lib. 6. cap. 4.

Dymę] Ciuitas una est ex decem Achaici conuentus, quæ sunt Patræ, Dymæ, Phara, Tritæa, Lenotia, Aegira, Pellena, Ceraunia, & Carinia. Quorū suffragijs quæstor unus eligebatur. Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 28.

Dyme] Δύμη, Colonia in Achaia. Plinius libro 4. cap. 5. & Strabo lib. 8.

Dymon] Δύμων, Vnus ex dijs Larib. quos simulatq; in lucē editus fuisset homo, illius peruigilem curam agere opmātur Aegyptij, quatuorq; fuisse putant, quorum nomina sunt Dymon, Tychis, Eros, & Anachis. Alex. Genial lib. 6. cap. 4.

Dynamene] es (Δυναμένη) Nympha marina, Nerei & Dorides filia: ita dicta ab eo, quòd in mari plurimum polleat. Hesiodus in Theogonia,

Δωτώ τε, πρωτώ τε, φέρουσά τε, Δυναμένη τε.

Dynastes] dynastæ, m. g. (Δυνάστης) Quicunq; magistratum, qui potestate fungitur in ciuitate, ueluti hi qui sunt in imperio, optimas, primas, præfectus. Cic. 11. Philip. 313, Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæq; fecissent, &c. Idem Attic. lib. 2. 24. 2, Si erit iste nebulo cum his dynastis in gratia. Et apud Hirtium, lib. 4. bel. Alex. 271.

Dynos] Δύνος, Vasis uinarij genus quoddam, quo Dyonisium libasse aliquando fertur. Alex. Genial. lib. 3. cap. 10.

Dyota] dyotæ, penult. prod. g. f. (Δυώτου) Vinarium uas est, ut exponiunt Horatij interpretes, habens duas ansas, tanquam duas aures, unde nomen accepit. Græcis enim δύο duo significat, ὦτα, uerò aures. Horat. lib. 1. Carm. ode 9. 2.

— atq; benignius
Deprome quadrimum Sabina
Thaliarche merum dyota.

Dyriodoris] Fluuius ad portas Caucasias fluens, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 11.

Dyris] Δύρις, Mons. Strab. lib. 17, Extra columnarum fretū procedenti ad sinistram, mons est in Lybia, quem Græci Atlantem uocant, Barbari uerò Dyrim.

Dyrrachium] Δυῤῥάχιον, Macedoniæ nobilis ciuitas & portus, authore Pomponio Mela. Dyrrhachium sibi delegit exilio Cicero, ut scribit Epist. lib. 14. 1. 13. & epist. 3. 9. & ad Terentiam. Dyrrhachium, uulgò Durazo Italis.

¶ Dyrrhachinus, pen. prod. (Δυῤῥαχινὸς) Incola Dyrrhachij. Cic. ad Att. lib. 3. epist. 64, Et quòd mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi.

Dysbulia] Δυσβουλία, Latinè Consultatio praua, quam Athenienſium ueluti propriam Aristophanes, cæteriq; Comici celebrant. Proinde etiam Eupolis,

Ὦ πόλις, ὡς σὺ τυχεῖς μᾶλλον, ἢ νοῦν ἔχουσ' εὐβουλίας. Quibus innuit esse quidem Athenienses felices, uerum non sapere multum, uel dispicere. Factum id Neptuni indignatione fabulantur, at regessisse Mineruam, ut malè consulta, nihilominus feliciter cederent. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 18. cap. 25.

Dyscheria] Δυχέρεια, Molestia, difficultas. Item Dyscheriæ dicuntur argutationes, & antilogiæ, negotium dissentibus exhibentes. Aristot. lib. 3. 10. & 12. Metaphys.

Dyschrestia] Δυχρηστία, Non modò usus intractabilitatem, aut in usu atq; tractatione offensionem significat, sed etiam uersuræ faciendæ molestiam & difficultatem. Cic. ad Atticum, Mirifica enim Δυχρηστία est, propter metum armorū. Dictio à uerbo κιχράναι derivata. Ex Budæo.

Dyscœlij] uocantur, quib. difficulter aluus it.

Dyscolus] dyscoli, penult. corrept. (Δύσκολος) Prauus, asper, difficilis.

Dysderi] Δύσδερι, Genus est phalangij, apud Nicandrum: dictum, ut uidetur, quòd noxium sit contendenti, ac irritanti. Vide Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 23.

Dysenteria] pen. cor. (Δυσεντερία) dici potest intestinorum exulceratio. Latinè tormina, authore Cels. lib. 4. cap. 15, dicuntur. Cicer. Gallo, lib. 7. 27. 4, Sanè Δυσεντερίαν pertimueram.

Ad dysenteriā bibitur cū absynthio. Plin. lib. 22. cap. 25. 26.

Datur in uino austero ad dysenteriam. Plin. lib. 27. cap. 10. 5.

In dysenteria lens efficacior in tribus aquis cocta. Plinius lib. 22. cap. 25. 23.

Dysenterias emendat pota & infusa. Plin. lib. 26. cap. 8. 8.

Dysenteriæ & uomicis estur portulaca ex aceto, uel bibitur cū cumino. Plin. lib. 20. cap. 20. 4.

Infestari dysenteria. Plin. lib. 22. cap. 21. 6.

Dysenteriæ infunditur aloe. Plin. lib. 27. cap. 4. 7. Sic libro 28. cap. 9. 5.

Elatine cum lini semine cocta, sorbitionis usu dysenteria liberat. Plin. lib. 27. cap. 9. 4.

Dysenteriæ medetur fœbe infusa. Plin. lib. 22. cap. 11.

Aizoi succus aluum sistit & dysenterias. Plin. lib. 26. cap. 8. 3.

Sanant epinyctidas & dysenteriam cum suis nucleis. Plin. lib. 23. cap. 1. 6.

Si urat dysenteria. Plin. lib. 28. cap. 9. 5.

¶ Dysentericus, pen. corrept. (Δυσεντερικὸς) Qui torminibus uexatur.

Digitized by Google

uexatur. Plin. lib. 20. cap. 4. 1.

Vituli quoq; ius uulgariter datum, inter auxilia dysentericorũ tradunt. Plin. lib. 28. cap. 14. 3.

Auxiliatur dysentericis semẽ cucumeris. Plin. lib. 20. cap. 2. 2.

Dysentericos curant poto uino. Plin. lib. 20. cap. 21. 11.

Datur & dysentericis denarij pondere in uino. Plinius lib. 23.

Senectus anguium dysentericis & tenasmis in stannео uase decoquitur cum rosaceo. Plin. lib. 30. cap. 7. 3.

Multi super omnia laudãt ad deploratos dysentericos quinquefolium. Plin. lib. 26. cap. 8. 11.

Dysentericos emendat in uino austero bis die potus. Plin. lib. 24. cap. 10. 6.

Dysenterici exulcerati. Plin. lib. 22. cap. 22. 8.

Fit & dysentericis remedium singulare, ouo effuso in fictili nouo, &c. Plin. lib. 29. cap. 3. 11.

Dysentericis etiam illinitur, uel ipsa glans. Plin. lib. 24. cap. 3.

Dysentericis imponitur limi semen ex aceto. Plinius lib. 20. cap. 22. 13.

Decoctum eorum ueteres dysentericos iuuat, & potione & potu. Plin. lib. 23. cap. 1. 4.

Dysentericos liberat semen hippolapathi in uino potum. Plin. lib. 20. cap. 21. 10.

Medetur dysentericis beta iniecta. Plin. lib. 20. cap. 8. 1.

Corticis melle decocti usus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur. Plin. lib. 12. cap. 8. 1.

Prodest dysentericis beta syluestris. Plin. lib. 20. cap. 8. 3.

Dysentericos recreant femina pecudum decocta cum limi semine aqua pota. Plin. lib. 30. cap. 7. 1.

Reuocantur dysenterici à morte. Plin. lib. 23. cap. 6. 12.

Sanat & dysentericos in uino rubro tusa. Plin. lib. 26. cap. 8. 5.

Eadem sorbetur à dysentericis in uino austero. Plinius libro 24. cap. 15. 9.

Quinq; ouorum lutea in uini hemina cruda sorbentur dysentericis. Plin. lib. 29. cap. 3. 4.

Sanguis caprinus decoctus cum medulla, dysentericis subuenit. Plin. lib. 28. cap. 14. 6.

Valet ad dysentericos fimum, &c. Plin. lib. 28. cap. 8. 17.

Dysentericis ueteribus dari ex aqua mulsa radicem staphilini iubet Cleophantus Plin. lib. 20. cap. 5. 2.

Dysentericis utile est semen bunij. Plin. lib. 20. cap. 4. 1.

Dysopia] δυσωπία, Vitiosus pudor, immodica uerecundia, uehemens oris confusio. Dicitur etiam difficultas aliquid certò comprehendendi, occurrente semper addubitatione, ut euenit in rebus diuinis. Bud. Comm.

Dysparacolutheton] δυσπαρακολούθητον, Obscurum, quod facilè quis assequi nequit. Fabius ponit inter genera causarum.

Dyspathia] δυσπάθεια, Doloris impatientia interpretatur, quæ & prudentes dedecet, & ab apathia diuersa est. Vide de his Cæl. Rhod. lib. 24. cap. 2.

Dyspepsia] est ægra difficilisq; uentriculi concoctio, quam Plin. cruditatem appellat. ἀπὸ τῦ πέσσω, id est coquo.

Dysphilus] pen. corr. (δύσφιλος) Amicus parum syncerus. Iuuenalis Satyra 3,

Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis, uel dysphilus. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria habẽt Dyphilus: & ita omnino legendum iudico. Videtur enim ibi Iuuenalis notare Græculum quempiam, nomine Dyphilum.

Dysphimia] δυσφημία, Infamia, maledicentia. Suet. in Augusti uita, Nihil in hoc quidem deuitans, quàm dysphimiam nominis.

Dysphoricus] pen. corr. Firmicus lib. 8. cap. 12. in fine, Dysphorici, ac miseri, infeliciter moriuntur. Cel. lib. 10. cap. ult. ad finem, Firmico, dysphorici infelices intelliguntur: & dysphora, dicuntur difficilia.

Dyspnœa] Spirandi difficultas (δύσπνοια) Plin. lib. 23. cap. 1. 35, Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa sit. Cels. lib. 4. cap. 4, Est etiam circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atq; aliud nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. Sed hæc dum modica est, neque ex toto strangulat, δύσπνοια appellatur. Cum, &c.

Dyspnœas lenit oleum balsaminum. Plin. lib. 23. cap. 4. 14.

Dyspnœæ medetur centaurium maius. Plin. lib. 26. cap. 7. 2.

¶ Dyspnoicus, pen. corr. (δυσπνοϊκὸς) Qui dyspnœa laborat. Plin. libro 24. cap. 6. 1, Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleureticis, &c.

Dyspontium] δυσπόντιον, Ciuitas Pisanæ regionis, ea in parte, qua ex Elide itur Olympiam. Iacet autem plano in cãpo, deletaq; est omnino, & incolæ magna ex parte Epidamnum, id est, Dyrrachium & Apolloniam commigrarunt. Ex Strab. lib. 8.

Dysrhigi] δυσρίγοι, Medicis uocantur qui inalgescunt perpetuò: ueteres Rhigosibios appellabant. Testis Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 1.

Dystocia] δυσκία, Græcis pariendi molesta difficultas, uel parientis ratione, uel infantis, aut τὰ χωρία, crassi nimis aut prætenuis, Oblædit aer extimus quoq;, caloris ui, aut frigoris. Ex Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 23.

Dystrapeli] δυστραπέλοι, à Græcis uocãtur qui in ira uel affectione aliqua immobiles perseuerant, nec ulla ui ab instituto queunt reuelli Hæc Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 12.

Dysuria] pen. corr. (δυσουρία) Vrinæ difficultas. Vnde Dysurica. Cic. Gallo, lib. 7. 27. 3, Epicurum tuum Stoici malè accipiunt, quia dicat δυσουρικὰ νῦν δυσηντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putãt, alterum etiam turpioris intemperantiæ.

¶ Dysuriacus, pen. corr. Qui dysuria laborat. Firmicus lib. 4. cap. 8, Dysentericos, pleureticos, hydropicos, dysuriacos.

Dyteutus] Δυτεύτου, Adiatorigis filius in Aegypto regnauit, dignitatem hanc à Cæsare Augusto ob uirtutem assequutus. Nam Cæsar Adiatorigem cum uxore ac filijs in triumphum ducens, illum cum filio maiore statuit interimere. Maior uerò hic erat, sed quum secundus ex fratrib. militib. qui eum ducebant se maiorem affirmaret diu inter ambos contentio fuit, quousq; parentes Dyteuto persuasere, ut iuniori cederet, quum ipse ætate esset prouectior, maiorem de matre ac reliquo fratre curam habiturum. Itaq; alter cum patre interemptus est, alter uerò seruatus, qui dignitatem hãc à Cæsare est consequutus. Ex Strab. lib. 12.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google